


·EX·LIBRIS·LIECHTENSTEINIANIS·

ROBERTI STEPHANI
THESAURUS
LINGUÆ LATINÆ.
IV. TOM.

ROBERTI STEPHANI
LEXICOGRAPHORUM PRINCIPIS
THESAURUS
LINGUÆ LATINÆ
IN IV. TOMOS DIVISUS,
CUI
POST NOVISSIMAM LONDINENSEM EDITIONEM,
COMPLURIUM ERUDITORUM VIRORUM COLLECTIS CURIS
INSIGNITER AUCTAM,

Accesserunt nunc primùm

HENRICI STEPHANI ROB. F.
ANNOTATIONES AUTOGRAPHÆ
EX CODICE BIBLIOTH. P. CIVIT. GENEV.

Nova cura recensuit, digessit, ab Auctorum citationibus atque Interpretationibus falsis, Interpolationibus supervacuis, Mendisque quamplurimis repurgavit,

Suasque passim ANIMADVERSIONES adjecit
ANTONIUS BIRRIUS PHILIATER BASIL.

Cum Sacræ Cæsareæ ac Cathol. Majestatis
PRIVILEGIO.



BASILEÆ
Typis & Impensis E. & J. R. THURNISIORUM Fratr.
M DCC XL.

VIRO MAXIMO

ANDREÆ HERCULI DE FLEURY,

EMINENTISSIMO

S. R. E. CARDINALI,

REGNI FRANCIÆ ADMINISTRO,

ETC. ETC. ETC.

S. P. D.

ANTONIUS BIRRIUS.

TAmetſi cauſæ mihi multæ atque magnæ ſunt, cur novum hunc *Roberti Stephani Latinæ linguæ Theſaurum*, qui ante quadriennium REGIIS AUSPICIIS in Anglia prodiit, auctiorem aliquanto, multisque modis (ſi tantum mihi de impenſis operi curis prædicare licet) emendatiorem factum TIBI potiſſimum dicare debeam, Tuoque Illuſtriſſimo per terrarum orbem & amabiliſſimo populis nomine præfulgere vehementer cupiam, VIRORUM EMINENTISSIME, haud injuria tamen reluctatur animus, & jam conantem, ſcribendi cauſa, calamum ſumere retrahit & interpellat, puſilli ac tenuioribus curis aſſueti animi comes, pudor. Neque enim is ſum, qui faciem unquam per-

fricue-

fricuerim, aut perfricare omnino queam. Non quod equidem nescius sim, quam illustri affabilitate, humanitateque, etiam humillimi cujusque adeuntium Te desideria excipere consueveris. Exulat enimvero amplitudo fortunæ tuæ ex animo tuo & ore & vultu, neque aliter unquam sublime illud Dignitatis tuæ fastigium exseris, nisi quo efficacius universis & singulis, quos curæ tuæ Numinis providentia propius admovet, prosis. Quicquid Tibi REGUM florentissimi terrarum regni opibus MAXIMUS, amore & cura populi sui OPTIMUS, benevolentiæ tribuit: Tribuit autem meritorum ergo tantum, ut nihil supra possit: id tantum abest, ut Tibi præcipue arroges, ut solidum populo cum fœnore impertias. Nec soli tamen cives tui, regnique Franciæ alumni, isto facilitatis tuæ bono fruuntur, tantum non pariter omnia, quum civibus nihil deroges, & exteris præstas. Cum enim Tibi Justitia, qua Regum Majestas & populorum salus nititur, nihil carius sit, cujus & Antistitem Te REX CHRISTIANISSIMUS, ut desideriorum populi suæque voluntatis internuntium atque interpretem proximum, constituit, abesse quî possit, quin ad ejusdem Reginæ virtutum sacrarium, quod in animo tuo constitutum habet, molles & faciles aditus peræque omnibus dares? Quod quum ita sit, audaculus tamen, atque adeo plusquam audaculus esse, ac supra fastigium meum eniti mihi videor, quod pusillus adeo & ignotissimus Tibi homuncio, ex obscuri, pulverulentique Musei latebris, ad splendida illa, sublimiaque Regiæ aulæ, quæ diu velut domestica teris, limina adspirare, Teque, tantum Virum, longeque gravissimis assidue invigilantem curis, tam tenui & inopi scriptionis genere, interpellare in animum induxerim.

Poteram equidem, quæ mihi accessum molliant, fiduciamque dubitanti tribuant, ad Te litteras allegare, quibus propagandis laboris huc quicquid atque operæ insumptum fuit, dicatum est. Litteræ enimvero quin Tibi in primis cordi sint, ecquî dubitare nos sineret sapientia tua, quæ omnibus bonis rebus pretium suum statuere novit, si minus alioqui constaret omnibus, quam multæ illæ & reconditæ in Te ipso sint, Viro a pueritia omni genere doctrinæ studiorumque exculto, perfectissimeque expolito? Quamobrem ineptus videar, si apud Te liberalium disciplinarum patrocinium suscipiam, easdemque commendatione mea majorem apud Te in gratiam ponere allaborem, quum nihil ignores eorum, quæ in commendationem earum afferri possent, præclusasque jam olim aures obtrectatoribus earundem habeas. Nemo Te enimvero præclarius novit, Humaniores litteræ, quibus hæ curæ, quas ad pedes tuos ponere, si pateris, cupio, potissimum consecratæ sunt, quantum in se boni habeant. Quæ præterquam, quod ceteris omnibus, divinis juxta atque humanis, disciplinis clarissimam facem præferunt, vel hoc solo nomine commendatissimæ esse debent, quod nemo mediocri & perfunctoria earum cognitione contentus esse potest, qui ad rerum humanarum penitiorem cognitionem & amœnum illud præcipueque frugiferum Historiarum studium animum intendit, quo nihil neque ad rerum agendarum delectum, ac civilis communisque vitæ prudentiam utilius, neque ad Principum institutionem aptius comparatum est. Cum enim rerum humanarum ea conditio sit, ut vix ac ne vix quidem quicquam geratur, quod non item prius gestum sit, perspicuum est, quantum intersit eorum, qui rempublicam administrant, omnis exempli documenta, in illustribus monumentis, velut in speculo, proposita intueri: Inde bonas, malasve artes imperantium cognoscere, earumque proinde optabiles aut fœdos exitus providere. Quinadeo aut me vehementer fallit opinio, aut hoc demum studium est, quod rectis ingeniis, ad veram laudem inflammatis, invictum illud animi robur ingenerat, quo in recte factis rumores adversos, Livorisque judicium spernunt, & in omni temporum, fortunæque varietate sibi constant. Quantum vero eorum industriæ faveas, qui cum bonis quibuslibet artibus, tum hisce in primis litteris propagandis, quæ pulcherrimum istuc ab Humanitate nomen eruditissimi sæculi

judicio

judicio invenerunt, operam ſuam dicant, florentes laude ingenii cives tui ignorare exteros non ſinunt.

Enimvero quamvis Te eminentiſſima Dignitas tua ad ſummum gradum Ampliſſimi Miniſterii evectum, & REGIS CHRISTIANISSIMI conſiliis intimis adjunctum, longe a tenuioribus hisce rei litterariæ curis removiſſe videatur, graviſſima quæque conſilia, concordiam Europæ capitum, ſalutem populorum, gloriam ac decus regni Franciæ, aliaque talia quotidie animo agitantem, tamen nec noſtra iſtæc omnino cura tua dedignatus es. Siquidem, non Regiæ ſolum trigeminæ illæ fulgentes gloria Academiæ partem ſibi vigilantiæ tuæ vindicarunt; verum publicas ſcholas Franciæ univerſas quodammodo communi patrocinio complexus es, nec Te piguit ad humiles etiam claſſes cogitatione deſcendere, ne non hac quoque parte civibus tuis præclariſſime conſuleres. Atque haud ſcio, an hanc infimam curarum Regum & Principum virorum reputare liceat, ſeminario reipublicæ proſpicere, etiam naſcentium adhuc civitatum rationibus conſulere; excitandis, alendis, formandisque ad virtutis habitum civium ingeniis inde a teneris ſubſidia providere. In quo ſi qui diſſentiunt, næ illi non reputant, præſtantes & idoneos reipublicæ cives non naſci, ſed fieri, neque quicquam mortalium ingeniis diſciplina opportunius eſſe. Quod tuum de ea re judicium ſit, declaraſti olim, quum in primis ſtudioſæ juventutis cauſam apud OPTIMUM PRINCIPEM ſuſcepiſti, qui vixdum pueritiam egreſſus, gratuito ſcholarum publicarum uſu in perpetuum præbito, tirocinium iſtuc pulcherrimum regnandi artis poſuit, ac liberalitate vere Regia Proavi ſui, cujus in litteras merita nulla unquam delebit oblivio, LUDOVICI MAGNI veſtigia premens, genere ipſo beneficii SALUBREM juxta ac MUNIFICUM PRINCIPEM exſeruit, qualem ſe deinceps quotidianis pæne documentis præſtitit. Ita fortunatiſſima natio partam majorum induſtria in litteris gloriam, non modo ſartam tectam, ut ajunt, ſed magis magisque indies amplificatam, cumulatioremque poſteris tradet; tuamque in re tam publice privatimque ſalubri ſuffragationem, una cum AUGUSTI ſui PROVIDENTIA, ſempiterna memoria celebrabit.

Hic e re nata ſubit animum jucundiſſima recordatio tot illuſtrium ingeniorum, quæ inde a Franciſci Primi Regis temporibus, quibus operam ſuam Robertus litterarum ſtudioſis commodabat, in Francia exſtiterunt. Siſtunt ſe in primis animo, velut præſentes, Viri illi Celeberrimi, quorum vel lucubrationibus doctiſſimis, vel opera, conſilioque ſe adjutum in Theſauro ſuo elaborando grato animo prædicat: *Gulielmus Budæus*, *Lazarus Baifius*, *Andreas Tiraquellus*, *Adrianus Turnebus*, *Jacobus Tuſanus*, *Johannes Ruellius*, *Jacobus Goupylus*, *Ægidius Perrinus*, *Johannes Theodoricus*: partim ſummis in republica honoribus, ac ſplendidiſſimis miniſteriis functi, partim Regii Profeſſores, omnes inſigniter de litteris meriti. Jungunt ſeſe his ipſi *Pater & Filius Stephani*, artis, quam profeſſi ſunt, facile omnium præſtantiſſimæ, tantum gloria eminentes, ut qui palmam ipſis in hoc induſtriæ genere dubiam facere poſſet, adhuc nemo fuerit, nemo unquam futurus videatur. Hi, ſi reviviſcerent, Tecum pro me agerent, ut deſtinatas quondam litteratæ Franciæ potiſſimum curas ſuas, exterſa rubigine, quam ab imperitorum hominum manibus contraxerant, denuo expolitas, iisdem nunc primum *Favore nominis tui commendatiores* reſtituere liceat: Utque ab eodem tam *Illuſtri tuo nomine* ipſorum nominibus novum ſplendorem accedere patiare. Quibus Tu quidem, pro tuo erga litteras amore, pro ſtudio civium tuorum gloriam tuendi, ſtudioſæque juventutis commodis conſulendi, certo ſcio, non negares.

Non eo tamen Te intrepidus adeo, graviſſimum ingenii tui judicium ſubiturus. Ut-ut enim Te ceteroquin civilem, comem, facilem omnibus, qui Te adeunt, præbeas, ingenii tui faſcibus (ut antiqui ritus vocabulis utar) ſubmotò incedis. Scio enim Te, quum iſtuc jam ætatis ſis, tamen pro incredibili vigore ingenii tui, in mediis occupatio-

nibus tuis, quæ omni pondere graviores ſunt, quicquid fere iſtius generis ſcriptionis eſt, (quod tibi litterati homines, ſæpius forſan, quam otii tui ratio patitur, ferunt) non leviter, ut aſſolent, inſpicere, ſed impenſe conſiderateque legere & æſtimare conſueſſe. Quidni igitur vereri debeam, ne forte a Te in promiſcuam interpellatorum turbam conjiciar, qui occupationibus tuis abutuntur?

Vicit tamen omnia, quæcunque mihi ſilentium imperare poterant, præſtantiſſimarum virtutum tuarum admiratio: Quarum mihi diutius veneratione duntaxat tacita defungi citra piaculum non videor. Non quod equidem tantum mihi ſumam, ut in ampliſſimum laudum tuarum campum mea ſe committere oratio audeat. Scio quid ingenii mei modulus complecti nequeat: Scio quid harum pagellarum ambitus capiat: Occurrit animo & quid Ipſemet, qui, pro graviſſimo judicio tuo, mereri quotidie novas laudes, quam audire aut legere meritiſſimas mavis, tacite ſuſpicere nos forſan, quam voce ac litteris prædicare malis. Quin etiam ineptus mihi videar, quum tot jam, tantaque laudum tuarum præconia exſtent, ſi iſtum veluti pannum prædicationis meæ fulgentiſſimæ purpuræ tuæ attexere cupiam.

Habes enimvero buccinantem merita tua totum Orbem Chriſtianum, qui quodammodo cum civibus tuis caritate, venerationeque tui certare videtur, pæneque omnium gentium litteris atque linguis laudes tuas celebrat.

Habes plauſus & fauſta omina, votaque pro ſalute tua quotidie iterata totius regni Franciæ incolarum.

Habes tot eminentium inter populares tuos ingeniorum illuſtria monumenta, quibus olim Francicæ facundiæ præſtantia Atticam illam veterem elegantiam provocant. Hæc enimvero ſibi Clariſſima ingenia, jure ſuo, hanc celebrandarum laudum tuarum provinciam proprie vindicant. Memorabitque omni ævo Francia erudita, & hoc ſemper maximum Annalium ſuorum ornamentum reputabit, INCOMPARABILEM illum CIVEM ſuum, cui ſoli contigit REGI, Regnique ſubditis præclariſſimum in modum juxta conſulere, & comparem utrinque bene merendo gratiam inire. Teſtabitur omnium ſæculorum poſteritati tam plenam & ſolidam, tam invidendam & pæne incredibilem TEMPORUM ſub LUDOVICO XV rege FELICITATEM. Commendabit æternis litterarum monumentis, tradetque memoriæ ſempiternæ voces illas, quas meritorum tuorum jucunda recordatio jam diu populo expreſſit, Cum ſæpius in aula Francica Cardinalitia purpura ſplendide fulſerit, nunquam tamen Manſuetudinis, Clementiæ, Juſtitiæ ſplendore, quam hodierno die fulget, clarius fulſiſſe.

Habes Regni Procerum omnium, cedente invidia magnitudini gloriæ, perpetuum ac ſinceriſſimum ſtudium.

Habes denique, quod omnibus omnium præconiis merito anteponis, æſtimatorem juſtiſſimum, eundemque laudatorem ac teſtem meritorum tuorum omni exceptione majorem REGEM ipſum CHRISTIANISSIMUM, qui quanti Te tuaque in regnum ſuum merita faciat jam multum ac ſæpius, teſtante in Actis ſuis Europa, non dictis modo, ſed palam factis declaravit. Agnoſcit enimvero OPTIMUS PRINCEPS, Te Sibi illa ætate, quæ majorum natu conſilio indiget, præſidio Avi, Patris, Proavi erepto, Adminiſtrum Regni, talem prudentia, fide, integritate, induſtria Virum, cujus omnia cœpta, conſiliaque proſperet ac fortunet Numen, velut divinitus obtigiſſe. Videt per Te non cuſtoditas ſolum fideliter, ſed magnis etiam acceſſionibus auctas, firmatasque opes regni. Agnoſcit denique, per Te regnum ſuum, non illa inviſa multis nominibus, quæque plerumque cum innocentium lacrimis conjuncta eſt, ſed vera, ſolaque ſe Principe digna, hoc eſt incruenta, innoxia, atque ab omni humani erroris contagione intaminata gloria decoratum eſſe. Multum abſum ab ea felicitate ingenii, ut omnes glorioſiſſimæ Adminiſtrationis tuæ partes oratione complecti me poſſe ſperem. Quicquid

quid ejus attigero, merito verear ne magnitudinem rerum ingenii culpa deteram, plurimaque indulgentia tua mihi opus esse sentio. Unum modo quasi actum novissimi temporis, paucorumque annorum curriculum, quæso, mecum recognoscas. Quod nunquam mihi ante oculos ponere soleo, quin ita animum meum novitate casuum & eventuum percellat, ut vix ac ne vix quidem humanis consiliis omnia gesta esse persuadere mihi queam.

Vix a diuturno, multisque populis luctuoso bello, inde a paucis ante excessum LUDOVICI MAGNI annis, Europa requieverat, rursusque, desueta olim, pacis atque otii bona noverat, cum subito novi bellorum incendii ingruit terror, cujus hoc loco causas attingere nihil attinet. Horrebat Europa initium longinqui fortassis & plurimi sanguinis belli. Nec abesse potuit, quin, pro tua sapientia, tuoque omnibus optime semper consulendi studio, horreres Ipsemet quoque necessario bellum comitantia mala, Christiani sanguinis effusionem, cultissimarum Europæ regionum vastitatem, eversiones opulentarum civitatum, tum innocentis plebis innumerabiles miserias & calamitates. Itaque quum nemini, quam Tibi, perspectius esset, quanto REX CHRISTIANISSIMUS, quem ad id bellum pietatis respectus armaverat, adversantibus terrore Nominis sui, copiarum numero, sociorum auxiliis superior, quanto commeatibus, ceterisque, quæ ad bellum necessariæ sunt, rebus instructior, paratiorque; quam pæne certa denique, exploratáque victoria in id bellum descenderit: Quum nemo Te causæ ejusdem belli sincerius, constantiusque faveret, nemo fidelius, honestiusque Franciæ consultum vellet, tamen tanta gravitas tua in capessendis belli consiliis fuit, tantum conservandæ pacis studium apparuit, ut omnibus constaret, invito & repugnanti, atque adeo, si me ipsam populi vocem apponere pateris, flenti Tibi bellum denique adversariorum pertinacia extortum esse. Cœptum id bellum est eo successu armorum Franciæ, quem prævidere facile licuit. Quæ deinceps consecuta sunt, ea vero nunquam nisi admiratione obstupefactus recordor. Omnia esse in manu supremi belli, pacisque mortalium arbitri, rerum omnium Opificis, posita, omnibus, qui mentem notione numinis imbutam habent, persuasum esse debet. Quem in finem vero, & quando, & quatenus, & quomodo, mortalium consiliis & rebus cœptis sese interponat Numen, id, quia captum humani ingenii superat, temere quenquam pro certo statuere arbitror. Est tamen, ubi divinæ providentiæ pæne ipsa vestigia cernere licet. Gliscebat belli incendium, & latius usque fundebat flammam, cum subito, salvis, atque adeo recenti victoria ovantibus exercitibus, duo illa *belli fulmina*, quæ cum maxime armorum Franciæ terrorem hostibus intulerant, casu inaudito, & pæne incredibili, exstincta sunt: Duxitque Francia uno tempore duorum Principum Virorum, quorum alteri Transalpinas, alteri Germanicianas legiones parere jusserat, acerbas & luctuosas nimis exsequias. Non deerant quidem Franciæ Viri virtute, reique militaris usu ac scientia præstantes, qui in locum defunctorum succedere, eorumque desiderium cumulate explere poterant. Sed non indigebat defensoribus istis, quantumvis egregiis, res Francica. Neque enim opus erat armis aut militaribus viris. *Cedant arma togæ.* Aderat consiliis tuis, cum pietate REGIS CHRISTIANISSIMI & votis totius Orbis Christiani consentientibus, Numen. Victricia arma pari gloria Francia posuit, ac moverat, habuitque exitum tam formidatum illud plerisque terrarum gentibus bellum, non temere dixerim, optabiliorem Franciæ, gratiorem Europæ, quam ulla unquam bella habuerunt.

Videt AUGUSTA REGINA restitutum sibi incolumem, & illibato bis virtute meriti regni decore insignem, cumulatumque felicitate & gloria, PARENTEM AUGUSTUM, de cujus salute prius crudeles cum spe minime dubia vitricium armorum timores miscuerat: Eumque tanto majori gratulatione ac lætitia una cum CONJUGE AUGUSTO gestiens reducem amplectitur, quod in sinu Galliæ suæ potius, quam in turbarum bellorumque altrice Polonia, poscentibus annis, laborum quietem capturum cernit. Pacatis ex omni parte finibus, dives triumphis, provinciis auctior, potentior opibus, & cumulatior gloria, felix

in primis REGE ſuo, REGIOQUE omni conſummatæ laudis MINISTERIO Francia, fortunatiſſimi in terris regni faciem, nunquam pulchriorem, lætioremque induit. Gratulatur ſibi Europa reſtitutæ pacis bona, biennali bello, timore magis periculi, quam inſigni ulla clade defuncta, eandemque in poſteritatem quoque, pacificantis Franciæ fiducia, certius, quam unquam fuerat, firmatum iri ſperat. Audiet, (ſperare fas eſt,) piorum preces Numen, perpetuoque ſtabilem faciet, amabiliſſimam rerum, quæ deſiderata diu, fruſtraque toties populorum votis expetita, nunc demum, conciliante Francia, cœpit, viget, regnatque, Europæ Procerum concordiam.

Sed ut illuc tandem veniam, ubi jam dudum animo ſum, ne, quæſo Te, VIR MAXIME, indulgentia tua abuti videar, qui patriæ amorem præclariſſimum in modum illuſtri exemplo tuo & civibus & exteris juxta commendas, ſi Te diutius detineo. Patere adhuc, ut occaſionem hanc cupide amplectar de immortalibus tuis in patriam quoque meam, Baſilienſem civitatem, meritis prædicatione mea, quæ eadem bonorum omnium eſt, juſtiſſimas Tibi, pro mea virili parte, gratias agendi. Enimvero quum ſe jam diu merita tua intra Franciæ limites non continerent, quum, ſideris inſtar benigni ac ſalutiferi, virtutum tuarum radios per Orbem terrarum ſpargeres, pleræque Europæ civitates pro tua, non ſecus ac principum ſuorum, parentumque patriæ ſalute vota facere inſtituerant, iisdemque Baſilia noſtra non ultima ſua junxerat, cum fatalis ille caſus intervenit, quem, fama ac litteris toto orbe celebratum, narrare Tibi minime convenit, qui ut omnia, quæ eò pertinent, penitus introſpiceres, magnam partem curarum tuarum eòdem contuliſti.

Illud dixiſſe ſatis habeo, (expromam enim quæ candor ingenuus, qui nemini unquam apud Te fraudi fuit, animo dictat) ex re parvi in ſpeciem momenti, cœpta impetu imperitæ multitudinis, ſuſpicionibus dein magis, ut aſſolet, quam certis rebus aggravata, non ſeriam modo controverſiam exſtitiſſe, ſed tantum non hoſtilium irarum, ac prope funeſtum eidem civitati, incendium exarſiſſe. Horret animus cum fatalis illius temporis imago ſubit. Præcluſus omnis urbi, velut hoſtilia meritæ, Archiſtrategi Aluſatiæ provinciæ juſſu, terra ac flumine, a Franciæ confinio commeatus, commercia cujuſquemodi cum civibus noſtris interdicto ſublata, ac, ſi qui forte finibus egreſſi fuerant, in cuſtodiam dati. Civitas, improviſa re attonita, quid in ea veri aut vani ſit, juratis teſtibus, certiſque argumentis ſatis comperto, purgandi ſui, pro conſuetudine in ſociis Franciæ, copiam poſtulare. Sed plenæ graviſſimarum criminationum litteræ, ad REGEM & Aulicum conſilium continuo miſſæ, facile cauſam ejus invidia cumularunt. Jam vero miſerabilem urbis ipſius, nec pace nec bello utentis, faciem deſcribere ſuperſedeo.

Crimen ejuſmodi, quod ipſum ſibi magnitudine ſua fidem abrogaret, Civitatem per ſe humilem, inopem, quæque REGIS CHRISTIANISSIMI gratia nihil carius, otio nihil antiquius unquam habuit, nihili de re, aliquot nempe piſcatorum rixæ gratia, inconſultis ſociis, tempore alieniſſimo, adverſus vaſtam illam, & formidatam omnibus regnis ac populis, Franciæ potentiam, novo more, hoſtilia auſam. Sed error tam varius ac multiplex rei geſtæ implicitus fuerat, ut niſi ad aures æquioris judicis perveniſſet, vix ac ne vix quidem quamvis juſta defenſio civitatis locum habitura fuiſſet. Interea Præfecti Regii, & quicunque ſubinde negotio intervenerant, omnia, ut acceperant, ita geſta eſſe rati, ſimul quod rei dominicæ intereſſe crederent, eo ſuarum partium eſſe ducere, ne quid reliquum facerent, quod ad probandam fidem ac diligentiam ſuam pertineret, extendere poſtulata, criminari apud ſocios, terrere torvis reſponſis, terrere minacibus litteris civitatem, obſtinato conſilio prorſus æqui bonive nihil impertire. Ne in ſociis quidem, quod nùnquam antea evenit, ut in tali conſternatione diſcordantibus, lentiſque conſilii, præſidii ſatis fuit.

In hac tam trepida re, cordatioribus civium, qui, uſu aliquo aut doctrina adjuti,

rerum momenta æstimare norant, spes una supererat, ne juxta cum multitudine animo labascerent. Ea nimirum haud obscura in spectata olim & cognita rerum tractandarum consuetudine tua, & REGIS CHRISTIANISSIMI æquitate affulgebat. Facere non possum, quin eorum unius, quantulocunque in numero eximii, verba ipsa apponam: nec difficulter, spero, feres, tribuere me istuc venerandæ mihi meritissimo memoriæ Viri, cui quicquid meorum in litteris progressum est, acceptum refero. Is fuit *Jacobus Christophorus Iselius*, Vir cum inclytis in litteras meritis, ceterisque laudibus suis, tum Franciæ quoque eruditæ, Primariorumque Regni Virorum, qui ipsum amicitia & benevolentia sua dignati fuerunt, judicio, dum vixit, ornatissimus. Hic in eodem lectulo decubans, ubi paucis interjectis diebus extremum spiritum traxit, Mihi crede, inquit, (sicut assueverat) mi consobrine, posteaquam mihi, omnibus, quæ ad hoc fatale dissidium pertinent, explorate cognitis, satisque ponderatis, omnino liquet, nihil a nostris publice commissum esse, quamobrem merito REGIS CHRISTIANISSIMI offensiorem animum timere debeant, causa non est, cur dubitem, quin jam jam res nostræ ex hoc periculi pleno vado emersuræ sint, modo ut per eum, quem decet, Virum plena certaque rei cognitio ad REGIS aures perveniat. Commemorabat insuper, cum alia multa & illustria facta ac decreta, quæ hodiernæ Aulæ Francicæ æternum decus pepererunt, tum unum illustrissimum, & exsultantis gaudio, non Franciæ solum, sed totius Europæ incredibili plausu exceptum, triumphantis innocentiæ, restitutæque justitiæ recens documentum. Qui quam vere judicaverit, brevi apparuit.

Vidimus enimvero & ingenti bono nostro experti sumus, admirabilem illam animi tui altitudinem, & abhorrentem a præmaturis consiliis gravitatem, cujus beneficio omnibus semper causam suam apud Te sine præjudicii metu defendere licuit. Nihil in animo tuo potuit invidiosa criminatio, quin integra omnia causæ cognitioni civitatis reservares.

Vidimus incredibilem illam mentis tuæ sagacitatem, & explorandæ veritatis singularem scientiam, qua fit, ut statim Tibi suboleat quicquid quacunque in re, vel fraudis occultæ, vel erroris humani implicitum est. Cum enim, pro acerrimo judicio tuo, omnes ingeniorum recessus perspectos habeas, eorumque ad labendum proclivitatem tanto melius noris, quanto Te longius ab eadem imbecillitate, natura, doctrina, ætas tua removit, fugere Te non potuit, quam facile homines, in re præsertim subita, ubi vel studium suum in consilio habent, vel alia causa subest, quæ mentis judicium præcipitet, opinata pro exploratis, non visa pro visis, arripiant: ubi dein velut alea judicii jacta est, quam difficulter ab ea, quam semel imbiberunt, opinione deducantur.

Ergo Basiliensis civitas, simul ac purum atque integerrimum illud animi tui judicium subiit, confidere vehementer causæ, atque adeo innocentiæ suæ debuit. Videbat enim fore, ut dispulsis tætris illis turbulenti erroris tenebris, discussaque calumnia, si quæ forsan ex occulta instigatione, unde minime debuit, accesserat, (nam is quoque rumor plurimus fuit) certum denique veritatis fontem reperires.

Peropportune huic adhuc dubio tempori ejus supervenit, insperatus omnino, & quasi divinitus Patriæ oblatus Sospitator, civis ejus Splendore Ordinis, quem sua quondam virtute meruit, Amplissimus. * Is, olim sublevare auxilii indigentes, erigere afflictos, ope consilioque circumventis & oppressis subvenire pæne instar quotidianæ operæ habens, quum patriam, ex longo intervallo, lætus lætam, ut speraverat, revisum advenisset, insolita ac miserabili facie ejus attonitus, &, pro eo ac par erat, affectus animo, usus est ea facultate, quam, negotiorum maximi momenti frequenti tractatione exercitus, promptissimam habuit, consilioque salubri nodum, ut ajunt, Herculeum expedivit. Enimvero cognita jam olim, atqueadeo perspecta Tibi hujus Præclari Viri, in maxi-

* Lucas Schaubius, Eques Auratus, & Regum Augg. Angliæ Georgii I. antehac, nunc Georgii II. Aulæ familiaris, sæpeque sub iisdem Augg. Regg. splendidissimis ministeriis extra ordinem functus.

maximis rebus administrandis, integritas, dexteritas, felicitas fuerat. Itaque roganti Te per litteras, Placeretne Tibi, ei viro, qui maxime in ea causa criminibus dubiis onerabatur, * purgandi sui coram copiam facere? Continuo hanc ei, ex voluntate REGIS CHRISTIANISSIMI, potestatem factum iri, dignissimis illis gravitate tua litteris rescribis. Ille vero conscientia fretus ad satisfaciendum per Te REGI advolat, aditum sine mora impetrat, innocentiam candoremque viri, pro ea qua polles perspicientia rerum, pæne primo aspectu in ore & vultu ejus cernis, totaque re accuratius per Te cognita, & ad REGIS, Regiique Consilii cognitionem relata, non absolutum modo, sed honoratiorem quoque Illustri Testimonio tuo in patriam remittis.

Ergo ex tali consternatione veluti renata Civitas, primum omnium gratulatur sibi, ut debuit, inenarrabili lætitia gestiens, reditum in REGIS CHRISTIANISSIMI inæstimabilem gratiam, quam & dehinc sperat, atque adeo confidit, æternam fore. Gratulatur restitutam urbi, agroque pristinam pacis faciem, redintegrata inter finitimos populos, æque salutari, æque proficua, æque exoptata ambobus semper, quamdiu læva mens non fuit, concordia, mutuaque benevolentia. Gratulatur sopitum nunc demum in perpetuum discordiarum furorem, sublatis, quæ fuerant, simultatum causis, exstirpatisque omnino, repullulantis per intervalla, mali seminibus: posteaquam, agnito tandem, probatoque utrinque limite, controversiæ de finibus finis impositus est. Non timet amplius, ne ullo tempore a quoquam mortalium impugnentur jura, quæ justis ac legitimis titulis parta, inde ab antiquis temporibus in Rheno flumine obtinuit, quæ jam utriusque REGIS MAXIMI LUDOVICI XIV & XV perpetua concessione in posteritatem corroborata videt.

In primis vero triumphat gaudio civitas, ob restitutum sibi, salva existimatione ac dignitate civem, reipublicæ utilem cognitum, quem exanimata timore pæne Fortunæ inclementia circumventum viderat, eundemque lætitia gestiens gratulatione & honoribus cumulat: Alterumque illum, Sospitatorem suum, immortalibus meritis incedentem, gemina corona civica, altera ob civem patriæ servatum, altera ob ipsam patriam periculo ereptam, grato animo decorare properat. Sed ante omnia incomparabiles laudes ac virtutes tuas, quibus otium suum acceptum refert, ad cælum fert.

Nulla mihi dubitatio afferri potest, quin Te singularis doctrina ac sapientia tua supra delinimenta qualiscunque terrenæ gloriæ constituerit: quippe qui nudam semper virtutem amasti, omniaque, propter quæ multi mortales virtutis amorem simulant, quasi vilia & frivola, nullo in numero posuisti. Verumtamen abesse nequit, quin animum tuum voluptate incredibili perfundi sentias, quoties eum cogitatio subit, Hoc Te immortalibus meritis tuis consecutum esse, ut jam angulus in Europæo Orbe nullus sit, ubi non boni, quot sunt, venerabili capiti tuo bene precentur. Ita est profecto, VIRORUM MAXIME, non tantum Franciæ universæ, quæ in Te parentis unici imaginem reperit, sed populorum omnium vota huc eodem tendunt, ut quemadmodum Homericum illum Nestorem Principibus juxta ac populis salutari prudentia longe multumque superasti, ita & annis superes. Faxit OPTIMUM MAXIMUM NUMEN, ut quam diutissime porro, sospes, valens, vegetus, Gloriosissimæ Administrationis curis Regno Franciæ, totique Orbi prosis, cui exemplo certe semper profuturus es.

Quod si audaciæ meæ, qua Te tam longo, & forsan tædioso Tibi, sermone detinere sustinui, veniam, & huic Thesauro patrocinium tuum imperties, quod mihi consuetudo tua in fovendis litteris spondet, tum vero mihi summæ votorum meorum compos factus, studiorumque meorum inæstimabilem fructum consecutus videbor, ovansque gaudio

Sublimi feriam sidera vertice.

Vale etiam atque etiam, universæ Europæ, juxta atque AUGUSTO DOMINO tuo, carissimum caput, & sæculi tui absolutissimum decus.

Basiliæ KAL. DECEMB.
CIↃ IↃCC XXXIX.

* Is erat JACOBUS CHRISTOPHORUS FREIGIUS, eo tempore Senator, & Præfectus Huningæ trans Rhenum, nunc XIII Vir & Scholarcha.



ANTONIUS BIRRIUS
LECTORI S.

Ihil unquam minus fore putavi, quam ut in eorum albo nomen meum adſcribi paterer, qui rem Lexicographicam vel uno digitulo attigerunt. Quamvis enim humaniores litteras, quæ hujus Lexici, quod jam typis reſtitutum tibi exhibetur, materiam efficiunt, a pueritia magnopere adamaverim, ſtudioſeque ſemper coluerim, amœnitates tamen magis hujus ſtudii quaſdam, in quibus ingenii oblectatio cum fructu conjuncta eſt, ſectatus ſum, quam ut ad tam inamœnam, laborioſamque provinciam, in qua moleſtiarum plurimum, emolumenti perparum, delectationis nihil eſt, animum applicarem. Quid quæris? Dicam quod pleriſque mirum, nonnullis forſan incredibile videbitur: Siquidem hæc publice recepta perſuaſio eſt, ut nemo vivere ſine offula poteſt, ita neminem litteris ſine Lexico Latino ſtudium atque operam navare, & litterati hominis nomen exiſtimationemque tueri poſſe: Totum hoc genus uſque eo poſthabui, ut inde ex quo litterario ludo egreſſus ſum, & triviale illud, quod puerilibus ſtudiis accommodatum eſt, abjeci, ſupra annum quadrageſimum ætatis Lexicon Latinum nullum mihi comparaverim. Si quid forte legenti incidebat, quod Lexici uſum poſceret, auctorum claſſicorum indices inſpiciebam, aut ipſos auctores ſæpius volutabam, indicante utcunque, quo quidque loco exſtaret, memoria, aut denique adnotaſſe ſatis habebam, alio tempore, quomodocunque licuerit, inquiſiturus. Neque vero ea parcimonia fuit, quum ſemper bonorum librorum prope ſupra, quam fortunarum mearum tenuitas pati poſſe videbatur, ſtudioſus fuerim: Verum magis in eo genere quid non probarem, quam quid omnino probarem inveniebam. Calepini maciem & ſcabiem non injuria aſpernabar, iis, qui Trebelliani Promptuarii inconditam farraginem pluris facerent, nihil invidebam, eandem in Foro Romano & Ærario Latinæ linguæ ſub alio nomine recoctam crambem faſtidiebam, Fabriani Theſauri, qui alioqui palmam ferret, in pœnam lectoris exquiſitum ordinem cruce pejus oderam, Stephanum nunquam videram, & ſi forte ex Gallia nanciſci vellem, ære non mediocri ex vinculis redimendus erat. Interea ſuſpenſum me exſpectatione conſummatæ operæ Lexici Latini, annos jam circiter XX tenebant, ex Germania, ex Belgio, ex Gallia, ex Italia, ex Anglia promiſſores. Quorum omnium tamen promiſſa in fumum abierunt, niſi quod Britannia demum hoc, quod oculis tuis iteratum typis ſubjicimus, triennio, ut Cl. editores prædicant, (papæ, pro mole ejus quam celeriter!) elaboratum opus extruſit. Sunt autem, qui id curarunt, ut ex ipſorum Dicatoria ad GEORGIUM II. M. B. R. epiſtola conſtat, IV Viri Clariſſimi, EDMUNDUS LAW, JOHANNES TAYLOR, THOMAS JOHNSON, SANDYS HUTCHINSON. Ejus qui primus, & ſolus, quod ſciam, in hac urbe exemplar ſibi comparavit, Vir eſt, cum omnibus ingenii, animique bonis, tum eruditionis ac doctrinæ laude ornatiſſimus, JOHANNES GRYNÆUS, tunc quidem adhuc Lingg. Or. Profeſſoris vice in patria Academia fungens, nuper, magno ſuo merito, SS.Th.D. ac Locc. Comm. & Controv. Profeſſor, Patribus Conſcriptis ejusdem aggregatus. Is quum mihi, pro benevolentiæ, qua me ſemper proſequutus eſt, conjunctione, domi ſuæ inſpiciendi libri copiam feciſſet, ac ſimul non uſquequaque probari ſibi declaraſſet, auctor ſuaſorque mihi fuit, ut ejus recenſendi, emendandique curam ſuſciperem, promittentibus operam & typos ſuos in recudendo THURNISIIS FRATRIBUS. Ita, quod ne ſomnianti quidem unquam in mentem venerat, velut Aſcriptitius, in Gloſſulariorum claſſem accenſus ſum. Igitur cupide, eòque raptim, ut aſſolet, primo volumine pervolutato, non unum locum animadverti, ut in Admonitorio, quod tum bibliopolæ publicarunt, ſchedio jam declaravi, qui emendatione opus haberet. Ceterum, ſeu chartæ nitor, typorumque politiſſima elegantia oculis, ingenioque juxta impoſuit, ſive potius animus, vanitatis inſolens, & ex ſuo candore aliorum promiſſa æſtimans, ἀμβλυωπίαν quandam ac hebetudinem ad id examen attulerat, paulo mollius de opere ipſo judicium feci, quam ſine cujuſquam injuria facere potuiſſem. Nam poſteaquam me operi accinxi, ac ſingulas paginas, uti convenit, paulo intentiore cura perlegere cœpi, ibi vero, (ut iſtuc, quod res eſt, dicam,) pæne *pro theſauro carbones* reperi. Quid ipſimet IV Viri Clariſſimi in nova ac ſplendidiſſima editione ſua præſtiterint, quid in eadem adhuc deſiderent, non diſſimulanter quidem in præfatione ſua, quæ hanc protinus excipiet, exprompſerunt. Sed paulo tamen amplius, quod pace ipſorum dixerim, quam exſpectandum fuerat, in laborioſa hac provincia alienæ diligentiæ reliquum feciſſe, ex his, quæ de meis, quas in hoc opus contuli, curis vere prædicare poſſum, cordatus lector facile intelliget.

Primum in eadem illa, quam dixi, præfatione, quia quædam minus explicite ſcripta, atque adeo δυσνόητα occurrunt, ne forſan lectori moleſtiam crearent, verbum unum alterumque in ima pagina declarandi cauſa adjicere coactus ſum. Quibus deinde, dum inter relegendum alia atque alia minus recte, ut arbitror, poſita animadverto, notulæ inſuper quædam monitoriæ acceſſerunt, quas ab his, quæ jam ab auctore præfationis adjectæ fuerant, interpoſita linea, & hoc ſignum † diſtinguit. Poteram quidem de Lexicis Latinis plura adjicere, ſi de ſingulis accuratius inquirere lubuiſſet, ſed vela contrahere ſatius viſum eſt, ne editioni operis moram afferrem. Alioqui enim eorum potius obſecutus eſſem voluntati, qui me, ut novam plane hanc telam orſus, aliam Lexicorum Lat. hiſtoriam denuo contexerem adhortabantur, quum genus ſcribendi, quod Vir Clariſſimus,

cui eam præfationem acceptam referimus, secutus est, ob novam & insolitam verborum constructionem, in his superioris Germaniæ partibus haud sane cuiquam se probaverit. Quod cujusmodi sit vel ex prima dimidia pagina nostræ editionis curiosus lector facile cognoscet. Sed quum nihil difficilius sit, quam in scribendo omnium judicio satisfacere, quum fere aliud alii eloquendi genus arrideat, multique passim etiam emendatissime, castigatissimeque scripta, pro captu ingenii, varie carpant, suum cuique de ea re judicium relinquimus; Quicquid denique a stilo vitii est, id ceteris recte curatis condonari æquum puto.

Priusquam vero de eo labore, qui mihi necessario, post Clarissimorum virorum curas, in eodem opere reconcinnando exantlandus fuit, verbum faciam, necesse habeo paulo altius repetere, ut & quid præstandum mihi fuerit & quid omnino præstiterim clarius constet. Queruntur nimirum vehementer in præfatione sua iidem Clarissimi Viri, nec sine stomacho, quod cum ipsi ultimam hujus Thesauri editionem Stephanicam Parisiensem sequi constituerint, ex bibliopolæ tamen obstinato consilio editionem potius Lugdunensem Anni 1573. a Philippo Tinghyo curatam exhibere coacti sint, quam minime omnium probent. Est quidem deplorandum plane ac miserandum, rem librariam sæculo nostro non doctorum judicio, sed bibliopolarum arbitratu regi, administrarique.

Quorum multos esse quis neget, qui neque jus neque bonum atque æquum sciunt:

Melius, pejus, prosit, obsit, nil vident, nisi quod lubet?

At illi se suum negotium agere dicunt, aliena non curare, librum alium, nisi qui sibi æra meriturus sit, in quem sumptus erogent, non quærere. Ceterum utilis, inutilis, emendatus an mendosus, albus denique an ater sit, id populus viderit, ex cujus opinione, æstimationeque res spesque omnis ipsorum suspensa est.

Est autem Lugdunensis illa editio primum tempore posterior, quod solum apud plerosque maximæ instar commendationis est: Est eadem mole grandior, ita ut & utili incremento auctior appareat, quo nihil ad illiciendos & attrahendos emptores, lucellumque venditoris accommodatius est. Sed cujusmodi illa revera sit, a quo principio profecta, unde incrementa ceperit, & tantum corporis, ut ita dicam, fecerit, age paulo accuratius dispiciamus, ut aliquanto plenius, quam ex Londinensi præfatione, cognoscat lector, unde tanta moles istius Lexici conflata sit. Basin & quasi fundamentum ejus, cui dein reliqua, velut navis carinæ latera, attexta fuerunt, *Thesaurus L. L. Roberti Stephani, ed. secundæ Anni* 1536. ut ipsemet typographus in præfatione sua indicat, efficit. Quamvis enim jam tum tertia editio, Anni nempe 1543. exstaret, tamen, quod in prioris illius marginem jam novæ editionis, quam parabat, hylen & copiam omnem suam congesserat, eam, quasi ignorans, silentio dissimulavit. Sed ne hanc quidem, secundam nempe Stephanicam editionem, Tinghyum, integram exhibuisse, si quibus otium est utramque editionem conferendi, facile deprehendent. Non enim contraxit modo perperam & mutilavit plurima, verum etiam non pauca, & minime quidem supervacua, ut infra demonstrabitur, omisit. At bene multis videlicet accessionibus, si quid in hoc damni factum est, uti quidem prædicat, abunde compensavit. Age cujusmodi hæ sint, propius videamus. Primum *Theodosii Trebellii Promptuarium*, quod Anno 1545. ex Stephano item compilato potissimum conflatum, Basileæ prodiit, tam scite compilavit, ut ne unam quidem voculam præteriisse videatur. Apparet enim hic primum, nescio unde descripta, de Elementorum, seu Litterarum singularum vi & usu tractatio, leviusculis tamen quibusdam adjectis auctior: Apparet Notarum Vett. ex Valerii Probi de Litteris antiquis opusculo, declaratio: Apparet item Rhetorum Tropologia & Schematologia, quæque alia Trebellius ille, sive Trebellio, cujus ipsa verba in præfatione Anglicana adducuntur, sese in Promptuario suo exhibuisse magnifice gloriatur. Apparet ingens denique Epithetorum & Phrasium farrago. In qua corradenda, disponendaque adeo parce homo meus delectum, judiciumque adhibuit, ut non injuria dubitaveris, annon forsan, positis ante se classicis auctoribus, temereque apertis, ex singulis, quod primum forte ipsi occurrit excerptum protinus in codicem suum retulerit. Ceterum quum eadem omnis copia, cum pertenui accessione, veluti quod Græca interpretatio singulis dictionibus addita, auctorumque locis non libri tantum, sed & capitis &c. notatio, (vellem & Fideliter adjicere liceret,) subjecta est, etiam in *Foro Romano* exstet, quod, *Cælio Secundo Curione* curante, primum Ao. 1561. ibidem Frobenianis typis, (non, ut in Anglicana præfatione exstat, 1576. quum Cælius jam in Elysiis campis esset,) prodiit: Quum eadem rursus & in *Ærario Latinæ Linguæ*, quod *Nizoliano Thesauro Ludovicus Lucius Ao.* 1613. pro tomo altero subjunxit, illa tamen, quam dixi, de Litteris & earum notis subtracta tractatione, occurrat, apparet eos, qui tali copia delectantur, illibatam eam in hoc Lugdunensi prius, jam vero Londinensi Lexico inventuros. Quod ita esse, collato quovis in his IV Lexicis vocabulo, cognoscere promptum est. Esto e. g. dictio AXIS. Sed alia ingens accessio est in *Lugdunensi Thesauro*, quæ neque in *Promptuario*, neque in *Foro Ro.* neque in *Ærario* illo comparet, de qua paucis accipe. Primum est ingens numerus nominum propriorum, quibus Geographica, Historica & Mythologica continentur. Quæ editor quidem omnia ex ipsis fontibus derivata, h. e. ex antiquis scriptoribus excerpta jactat. Sed ego multum ac sæpe conferendo didici omnia ad verbum descripta esse ex *Dictionario Historico*, quod quidam, falso, opinor, *Carolo Stephano*, Roberti fratri auctori adscribunt, quod olim Parisiis, deinde *auctius & locupletius*, ut titulus præfert, sæpius alibi prodiit. Utor editione Genevensi Anni 1590. Id vero est pulchre & diligenter instructum turpissimorum errorum armamentarium quoddam, quibus tamen de suo quoque nonnullos Lugdunensis Thesauri collector, dum multa sæpe male contraxit in describendo, addidit. His accesserunt ejusdem, vel similis argumenti quam plurima ex *Cælii Rhodigini Antiquarum lectionum* spisso volumine & *Alexandri ab Alexandro Genialium dierum* libris. Scio in Cælianis lectionibus quam plurima esse, præsertim quæ ad Antiquitatis notitiam pertinent, docte, ingenioseque animadversa, quæque lector non fatui palati apposita sibi non fastidiat: Sed eadem hæc potissimum, non alienissima potius pleraque huc descripta fuisse, equidem dejerare nolim. Quod ad Genialium dierum scriptorem attinet, sæpe mecum miratus sum, auctorem tam securum de judicio lectoris, non lectores solum & admiratores, verum etiam Commentatores, eosdemque non de fæce eruditorum, invenisse. Pleraque, quæ omnino supervacua in hoc opere leguntur, & ubi triviale illud non injuria objicias, *Dic, cur hic?* ejus diligentiæ acceptа referimus. Qualia sunt e. g. quæ in dictionibus CALASIRIES, COGEONUS, CYNOSURCI in primo tomo leguntur; quæ tamen, quum brevia sint, in opere non meo, resecare ad vivum non ausus sum. Adagia quoque veterum adjecta fuerunt, partim ex eodem *Cæliano opere*, partim ex *Chiliadibus Erasmi*. Quod nemo cordatus facile reprehenderit, modo ne & minime necessaria quamplurima ex iisdem fontibus huc derivata essent. Accesserunt insuper Historica & Geographica quamplurima, & in his quædam etiam, quæ ad Medii ac Junioris ævi tempora pertinent, ac proinde hoc loco aliena sunt, ex *Raphaelis Volaterrani Commentariorum Urbanorum* libris, sæpius ne recte quidem descripta. Meliora sunt quæ ex *Asconio Pediano*, *Budæi* item & *Manutii* lucubrationibus petita fuerunt, ad Antiquitatis cognitionem potissimum spectantia, sed prolixiora paululum, quam in Latinæ linguæ Lexico exspectares. Alius insuper, ex *Medicorum*, opinor, *familia*, conductus fuit, qui artis suæ vocabula eodem omnia infarciret. Id quod si vel mediocri judicio fecisset, gratiam apud ejus disciplinæ alumnos inire poterat. Non solum vero eas, quæ apud *Plinium* exstant, stirpium descriptiones, sed & morborum pæne omnium ex eodem Plinio remedia, totum pæne *Galeni de simplic. medic.* libellum, totum pæne quoque *Ruellium de Nat. Stirp.* totas item ex *Dioscoride* & si diis placet, ex *Matthioli* quoque in eundem *Commentariis* plantarum descriptiones huc eodem describere, id erat, mea quidem sententia, hominis malo morbo laborantis. Alius denique, qui *Juridicum Lexicon Hotomani*, ut in voce ACTIO indicatum est, huc propemodum totum describeret, conductus item fuit. Quod tanta socordia fecit, ut in quibusdam dictionibus ad superiora, vel infra sequentia provocet, quæ tamen omissa fuerunt,

fuerunt, ut cognoscere lector ex iis, quæ in voce INTERDICTUM annotavimus, poterit. Atque hic fere conspectus est *Thesauri Stephanici Lugdunensis*, sicut eum Cl. Viri, qui *Londinensem editionem* curarunt, acceperunt. Quem quod illi quidem vehementer vituperant, eo minus excusandi videntur, quod omissa ejus emendatione, quæ necessario præcedere debuit, de augendo solum solliciti fuerunt. Nam quod culpam omnem in *Bibliopolam* rejiciunt, a quo prohibiti fuerunt, ne *ultimam Parisiensem* potius *editionem* exprimerent, ea viderint illi, justane defensio sit. Quasi videlicet non animadverterint, injuriam immerito, ridente illo, in litterarum cultores devolvi, quibus *pro thesauro carbones vendiderit*. Quod autem tertiam illam, quam dixi, Stephanicam editionem tantopere extollunt, erat illis probandum, eam vel numero vocabulorum & phrasium delectu, vel reliqua operis ordinatione, secundam illam multum præstare, quam si modo Tinghyus fideliter secutus esset, tantum lexici ipsius emptores damnum fecisse non putem, ac persuadere velle nobis Viri Clarissimi videntur. Nec eorum opinioni accedere possum, qui eandem tertiam editionem propemodum auro contra æstimant: Siquidem ipsum Stephanum pæne pueriliter sæpe lapsum esse conferendo didici, uti paulo infra, subjectis exemplis, demonstrabo. Porro nec omnes Lugdunensis operis accessiones spernendas puto, quicquid iidem Clarissimi IV Viri dicunt. Insunt quidem plurima, non tam supervacua, ut mihi quidem videtur, quam non suo loco posita. Id vero commune vitium omnium Lexicographorum esse video, ut quo quidque loco collocandum sit nesciant, & pleraque prorsus alieno, h. e. ubi nemo unquam lector quæsiturus est, ponant. Robertus Stephanus in eadem opinione fuit, ac Fabriani Thesauri, de quo paulo post dicetur, concinnatores, ut nihil magnopere nempe in Lexico Latino requiri putaret, præter singula vocabula, eorundemque variæ significationis exempla. Quotus quisque vero lectorum est, ex eorum numero, quorum potissimum usui Lexica Latina destinantur, qui hoc ipsum, quot nempe, vel quæ cujusque vocabuli apud classicos auctores exstent significationes ac translationes, inquirere unquam cogitet? Ne dicam laborem infinitum subiturum eum, qui omnes annotare velit, & multum etiam cuivis nostrum in eo genere licere. Quis enim in Metaphora e. g. modo ne inepta sit & longius petita, auctoritatem semper classici auctoris exigat? Nisi me prorsus omnia fallunt, longe alia causa est, quamobrem plerique, docti, indoctique Lexica Latina volutant. Raro de voce quapiam, an Latina sit, vel de Forma casuum vel temporum, dubitatio subit, verum multo frequentius, vel Synonymum vocabulum, quod alii substituant, vel quod addant Epitheton, vel Antitheton, vel verbo Adjunctum, vel Syntaxeos, seu constructionis exempla quærunt, Phrasiumque & formularum apparatum desiderant, quo vel de ipsa significatione usque cujusque vocis certius cognoscant, vel unde quod aptissimum judicant ad usum suum sibi deligant. Hac parte certe *Lugdunensis* ille *Thesaurus* Parisiensi, ut & *Lipsiensi Fabriano* præstat, in quibus copiæ istius ratio nulla habita fuit. Dolendum tamen indigestam hanc adhuc copiam esse, & cum aliqua lectoris molestia, utilia, quæ sola, & meliori quidem ordine proponi debuissent, ex supervacuis eligenda esse. Cui quidem incommodo mederi cum cuperem, & bonam quoque partem eorum, quæ supervacua inesse dixi, in locum suum, h. e. *ad carbones* amandaturus essem, obstitit mihi judicium, acre & limatulum scilicet, quorundam, qui pecuniam ad operis impressionem repræsentarunt. Hi enim, quantum poterant, usque eò vociferabantur, *se sibi Londinensem Stephanici Thesauri editionem integram & immutatam*, h. e. ne uno quidem carbone detracto, *exhiberi velle*, (credo parum diligentiæ judicioque ignoti hominis confisi) hactenus parendum ut fuerit, ne in alieno opere ordinando ubique judicio meo uterer. Mihi enim parendi provincia data est, jubendi illis.

Verum quid facias? ut homo est, ita morem geras.

Temperare tamen mihi non potui, quin manifeste redundantia, quæque onerare potius, quam ornare opus videbantur, ut sunt Digressiones, vel Descriptiones alienæ prorsus atque tædiosæ, vel Explicationes ineptæ & fatuæ, reciderem & abjicerem. Id quod in multis dictionibus factum, hi, quibus utriusque editionis conferendæ copia atque otium erit, cognoscent. Vid. e. g. in ANTIMACHUS, ARMENIA, BACTRA, BALNEÆ, BELLIS, BOBION, BRACHMANES, BRUTUS, BUCENTES, CALAMITAS, CALEDONES, CANO, CAPPARIS, CARDUUS, CATHEA, CUCURBITA. Quod si qui sunt, quibus hanc diligentiam nostram audaciæ nomine appellare lubebit, quique truncatum opus conquerentur, næ illi, ut indemnes abeant, (quantum qualibuscunque meis curis in hanc editionem collatis confido) facile quempiam invenient, qui Londinensem editionem quadruplo carius emptam, Basiliensi nostra permutare cupiat. Sunt vero etiam complures dictiones, ubi in magna licet copia exemplorum nihil tamen supervacuum reperias, ut fere in Particulis, quæ vocantur, & Verbis usus frequentioris. Sic in voce ÆTAS, primo tomo, perpauca, meo quidem judicio, sustulerim, in INSIDIÆ e. g. in secundo tomo, non video quid sanus lector detractum velle possit.

Quod ad ea attinet, quæ vel ad Geographiam, vel Historiarum, vel Antiquitatis, vel Fabularum poëticarum cognitionem, ut sunt & Ethnica & Patronymica nomina, quæque item ad Jus Civile, vel Medicinam, aliasve artes, scientiasque pertinent, quamvis ea commodius in peculiaribus lexicis pertractari soleant, (quandoquidem jam eodem scriptionis genere tantum non omnia, quæcunque humanum ingenium comminisci potuit, tradi cœperunt) non possunt tamen in Latino Lexico, quod omnium, & proinde eorum quoque studiis servire debet, qui pretiosioribus & numerosis voluminibus aliis non instructi sunt, omnino prætermitti: Præsertim quum multa generis ejusdem tam arcte cum notitia linguæ ipsius implicita sint, ut omnino ab ea separari nequeant. Sed ea manu erant serenda, non sinu patente effundenda, nec ex illis, quas dixi, turbulentis lacunis, verum ex ipsis purissimis antiquitatis fontibus haurienda. Qualiacunque autem in Lugdunensi opere leguntur, denuo politiori sæculo paulo inconsultius a Viris Clarissimis obtrusa puto. Qui si maxime in ceteris partibus nihil ad summam diligentiam reliquum fecissent, tamen mirari convenit, cur hac parte tot, tamque pudendis erroribus fœdatum opus, alioqui politum & elegans, exire passi sint. Ut tute, Lector, quanta fœditas in historici argumenti locis relicta sit videas, age dictionem unicam, quæ forte nunc animo occurrit, sicut in Londinensi codice legitur, huc describam.

„ ADRIANUS, ['Αδριανὸς] Decimus quintus Rom. Imperator fuit, „ & successor Trajani, qui Hierosolyma a Tito Vespasiano solo æquata, „ muro cinxit, & a prænomine suo Æliam appellavit.

„ In numis constanter cum adspiratione IMP. CAES. TRAIANUS „ HADRIANUS AUG. ET HADRIANUS AUGUSTUS. Nec aliter in „ Sabinæ uxoris numis, ubi mariti mentio facta est. V. Gruter. & Ma„ nutium, qui copiosior utique est in lapidibus exscribendis, qui Ha„ driani non Adriani nomen habent incisum, quales innumeros etiam „ Gruterus ostendit, in quibus est HADRIANO AUG. Quod in colo„ niarum quas deduxit nominibus observatur. Salisburgensis Inscriptio „ apud Gruter. p. 265. n. 4. IMP. CÆS. L. SEPTIMI SEVERI PII „ PERTINACIS AUG. ARAB. ADIAB. PARTHICI MAXIMI COL. „ HADR. IVVAV. D. D. Ejus vitam descripsit Spartianus, excerpsit „ Xiphilinus, Victor, Eutropius. Fuit Ælii Adriani fil. successor Tra„ jani, qui eum adoptaverat, 15tus Rom. Imp. Hierosolymam a Tito „ Vesp. solo æquatam muribus cinxit & a prænomine suo Æliam appel„ lavit. Vanus & curiosus Princeps, eruditus tamen, quod testantur „ versus qui extant Græci juxta ac Latini.

Ubi oblitus sum in ista editione lin. 5. *&*, pro ET, reponere. Scias autem licet, tres tantum priores lineas in Lugdunensi Thesauro exstare, reliqua partim ex Thesauro Lipsiensi, partim de suo addiderunt Londinenses. At quæ monstra & portenta errorum ex Lugdunensi opere in Londinense recepta fuerint, paulo infra commodius demonstrabitur, ubi de emendationibus nostris agendum erit. Quare satis, opinor, apparet, non aliam causam subesse, cur eam partem se noluisse attingere Viri Clariss. professi sint, nisi quia laboris difficultate absterriti fuerunt. Similiter enim, quod præcipuum ipsorum pensum fuit, etiam ea, quæ ex opere Lipsiensi descripserunt, non usquam, quoad quidem mihi animadvertere licuit, emendarunt. In quo tamen quam plurima emendanda superesse, ne ipse quidem CEL. GESNERUS, qui novissime recensuit, dissimulavit. Itaque quicquid adhuc in eodem illo opere vitii ac nævorum est, id etiam in Londinensi comparet. Quin tanta securitas & festinatio descriptorum fuit, ut non pauca vocabula, auctorumque loca, quæ jam in Lugdunensi codice exstabant,

rursus ex Lipsiensi, & quidem continuo, ac pæne unctim apponerent, voculamque *Idem*, quæ toties in illo opere repetitur, quoties sequens vox a præcedentis significatione non abit, mutato licet verborum ordine, pariter reponerent, ut e. g. videre licet in ACUTULE, DECRETIO, &c. &c. Sic ÆRUSCO & ÆRUSCATOR, primum suo loco ex Lugd. iterum in Æs ex Lipsiensi inserebatur, & AGUMENTUM in AGO ex eodem, item & suo loco ex Lugd. Sic ALBUMEN in eadem columna bis positum, sic CALEDONIUS, CANARIA, CANARII, CAPITO, CAPREÆ, & alia quamplurima. In ABEO idem Plinii locus, *Abiit oppidum in villas*, sine explicatione bis occurrebat, in ACCIDENTIA duo Quintiliani loca bis adducebantur, primum ex Ægro Redempto, deinde ex Decl. 5. Cujusmodi error in Livianis locis quamplurimis, ob citandi diversam rationem scilicet, quum Stephanus Decadum, Faber ab Urbe condita Libros denotaret, mihi occurrit. In ACCOMMODATUS idem Cic. locus continuo repetebatur, in ADDICO idem Livii locus, ubi de usu hujus verbi in Augurali disciplina, primum ex lib. 27. deinde paulo post ex 7. bell. Pun. afferrebatur, similiterque plane in v. ADMITTO ejusdem disciplinæ, erratum fuit. In AMAZONICUS Plinii, in AMBACTUS Cæsaris, in AMBITUS Senecæ Tragici locus idem, perpaucis interjectis lineis, occurrebat. In ARBOR, veteres & *Arbos* in nom. sing. dixisse, a principio pariter & ad finem dictionis ejusdem inculcabatur. In BELLUS idem Cic. locus, in BUCCINA Propertii, in CAPITALIS rursus Cic. in CAUPONIUS Justini, in CIVITAS Cic. in CLASSIS & CONFERO Quintil. In COMITIUM Varronis, in COMPETENTER idem Ulpiani locus, sed primo corruptus, in CONSTITUO Liv. in CONTERMINUS Plin. in CONTERO Ciceronis pæne junctim eadem loca repetebantur. Scio inconcinnas ejusmodi repetitiones etiam in Lugdunensi codice quamplurimas exstare, sed erant illæ tollendæ, non augendæ, novam editionem curantibus. Præter *Fabri Thesaurum* etiam *Sam. Pitisci Antiquitatum Rom. Lexicon* diligenter admodum contulisse, ut inde quæ ad ornandam novam hanc editionem pertinere judicabant, excerperent, iidem Viri Clariss. citra vanitatem sane prædicant. Mirari vero convenit, quum talia in ipso Stephani opere ferenda esse ingenti stomacho negent, cur quædam plane nova vocabula, & recens ab auctoribus ipsis ex vernacula, copia conficta, lectori pro Antiquis ex eodem Pitisco obtrudant, ut sunt e. g. mensurarum nomina BARILIS & BROCCHUS; nec ipsos adeo animadvertisse, hosce esse illius, alioqui elaboratissimi, operis nævos. Ceteræ, cujusmodi sint, quas præterea in opus idem contulerint, curæ, cum ipsorum verbis cognoscere liceat, mea commendatione nihil opus esse puto. Hoc uno mihi optime lectoris commodo studuisse videntur, quod *Ciceronis* locis *Alexandri Scot* sectionum numeros, sicut *Verburgianæ* editionis margini adscripti sunt, subjecerunt. Quos ipsi quidem falso, ut suo loco dictum est, *Aldinarum* paginarum esse putarunt. Tametsi has quoque paginas, quas similiter Verburgius adscripsit, eorundem numerorum beneficio invenire promptum sit. Ceterum in hac quoque ipsorum opera festinatio nonnulla apparet, de qua admonere lectorem necesse habeo. Comperi enim ipsorum numeros editioni Verburg. Amstelod. in 8vo. Anni 1724. qua utebar, sæpissime non respondere, nec raro etiam alia loca, pro his, quæ adscripta sunt, allegari, nonnusquam, velut animi gratia, temere prorsus numeros falsos adscriptos esse. Quod, si studio factum est, quo consilio fecerint non intelligo. Nec hoc quoque facile quisquam laudabit, quod in iis, quæ ex *Lipsiensi Thesauro* excerpserunt, auctorum loca ziphris designare satis habuerint, omissis ipsorum verbis. Quo factum est, ut, errato in numeris admisso, quamplurima frustra apposita sint, ne quid addam de molestia inquirendi.

Sed ut ad meam tandem opellam accedam, primum velim in animum revoces tibi, B. L. id quod supra ingenue fassus sum, planissime data esse verba mihi in principio primi & secundi voluminis, ita ut, propter ingentem, optimamque, quam protinus de opere conceperam, opinionem, minus intento animo, nonnihil in multis quasi conniverem, donec quam mendosum ac vitiosum opus esset in ipso progressu laboris clarius perspexi. Ibi vero primum omnium *Errores typographicos*, quotquot offendi, diligenter expurgavi. Tametsi enim non negem, me Lugdunensem codicem admodum diligenter hac parte curatum comperisse, abesse tamen non potuit, quin *opere in longo* mendarum quidpiam irreperet,

— *quas aut incuria fudit,*
Aut humana parum cavit natura.

Sed hæc levia errata intelligo, quæque unius alteriusve litterulæ adjectione, vel detractione, vel permutatione, vel transpositione, facile lector, non omnino indoctissimus, per se emendabit. Veluti quum *Gel.* pro *Gal.* lectum est, *Grammaticos* pro *Gromaticos*, *Bat.* pro *Præt. Saculari* pro *Jaculari*, *Voluerunt* pro *Vetuerunt*, *Aggerati* pro *Aggregati*, *Mulus* pro *Mullus*, *Palam* pro *Pallam*, *Tuburcinium* pro *Tubicinium*, *Hic* pro *Hinc*, *Principum* pro *Principium*, *Quisque* pro *Quinque*, *Sit* pro *Fit*, *Cive* pro *Cibo*, *Matrimonii* pro *Patrimonii*, & *Castra* pro *Claustra*, *Eurius* pro *Furius*, *Mentis* pro *Meritis*, *Regum* pro *Rerum*, *Utriusque* pro *Virtusque*, *Tunc* pro *Nunc*, *Convexarunt* pro *Convexavit*, &c. Erant vero etiam graviora & insignia, atque, ut ita dicam, Majorum gentium quædam, in quibus errare etiam doctiores, ac certe hærere poterant, ut in ABHINC *Plautus* pro *Flavius*, in ACORNA, *Acanacearum* pro *Aculeatarum*, in ACCUBO *Inclinare* pro *Tricliniare*, in ACCIPITRO *Jacere* pro *Lacerare*, in ACTUTUM *Catera* pro *Extra*, in ADIPATUM *Veluti* pro *Videlicet*, in ACIES *Externa* pro *Ex tertia*, in ALCÆUS *Omitres* pro *Matris*, in AMBIENS *Mihi* pro *Multi*, in ALGEO *Concretus* pro *Conjectus*, in AGER *Tertio in Ter*, pro *Itero in Iter*, in AGO *Pilum* pro *Clivum*, in ALBIS pro *Elstera Ortella*, in AMILCAR *Athenienfium* pro *Carthaginiensium*, in AMO *Æmo* pro *Acme*, in ANCEPS *Frugibus* pro *Fungis*, in ANIMUS *Animis* pro *Affectibus*, in APPELLO *Tormentorum* pro *Telorum*, in CALLIDUS *Verbum* pro *Novum*, in COMPLEO *Luna* pro *Sol*, in CONJUNCTIO *Dissipatio* pro *Dispensatio*, in CONVELO *Confirmat* pro *Convelat*, in CRISPANS *Capillos* pro *Cachinnos*, in CURATOR *Mutuos* pro *Nuntios*, in CURRICULUM *Rare* pro *Ratione* &c. Huc pertinet quod in quibusdam vocabulis, nescio quomodo, perpetuo aberratum fuit, ut e. g. Decius pro Decimus, prænomine Brutorum, Dionyfius, pro Dionysius, Testitudo pro Testudo, scriberetur. Majorem compilatoris vel negligentiam, vel imperitiam indicat, quod plerumque scribendi compendiis deceptus fuit. Cum in ANTONIUS scriptum reperisset, *Triumvir R. P. C. in quinquennium cum Cæsare & Lepido constitutus*, i. e. *Triumvir reipublicæ constituendæ* &c. reposuit, *Triumvir R. P. creatus in &c.* Cum in DECARNO *Veget. de Re Veter.* i. e. *Vegetius de Re Veterinaria* citatum offendisset, vocula interposita *Veget. de Re Milit. Vet.* exhibuit, i. e. *Vegetius de Re militari veterum.* In DEVESTIO, cum allegatum reperisset. *Feudalium tit. 7. de N. F.* i. e. *de Natura feudi*, reposuit, *de Nautico fœnore.* in DIVISIBILIS cum offendisset *Quin & Tertull. de Anima*, exhibuit, *Quintil. & Tertull.* quasi nempe & Quintilianus eadem voce uteretur. Nam quod passim *Gloss. Lat. Græc.* pro *Græco Lat.* & vicissim hoc pro illo ponit, quasi nimirum unum idemque Glossarium sit, & nihil intersit utro modo ponas, quod pro *Lucano Lucretium* & pro *Lucretio* vicissim *Lucanum*, ut e. g. in CEREUS & CONSISTO, pro *Valerio Flacco*, *Valerium Maximum*, ubi *Valer.* scriptum invenit, ut in CERTUS cum Ablativo. pro *Barthio Barthol.* i. e. *Bartholinum*, vel *Bartholum*, opinor, in ARIES, pro *Macro Macrobium* in BATUS, pro *Papinio Papinianum* in COUS adducit, ex eadem compendia scripturæ explendi solertia ipsius profectum videtur. In ALEMANNI primum *Absurdum autem est*, inquit, *quod putat Quadratus apud Agathium* &c. dein paucis interjectis, *Non minus absurdum videtur, quod scribit Asinius Italus* &c. Manifesto errore ex uno scriptore Asinio Quadrato, quem Agathias Scholasticus de origine Germanorum testem allegat, duos faciens. Accessit alter, non minus turpis, quod eidem Quadrato sententiam de origine nominis Allemanorum, a Lacu Lemano, tribuit; cum auctor ejus sit Otho Frisingensis, qui tamen non Lacum, sed Fluvium Lemannum ponit. Sed de his alias disquirendum. Quoties vero sententiam auctorum, quos exscripsit, non assecutus sit, vel omnino perverterit, propemodum pudet referre. In DICELLA ex male intellecto Cælio *Dicellam* & *Macellam* in Ensium genere posuit, in DIBAPHUS *Strumam* in tergo, *Gibbum* in pectore collocavit, in AGROTERA pro *Ilisso* Atticæ fluvio *Nes-* *sum*

sum Thraciæ amnem substituit. Sed his similibusque immorari, quum in ipso exemplari correcta sint, nihil attinet. Similiter ingens mihi sentina exhaurienda fuit falsarum, ut vocant, citationum, de quibus & paulo supra dictum fuit, quas passim restitui. Ex plurimis paucissimas, & quidem ex primo duntaxat tomo, ut institui, e. g. apponam, in ACCIPIO *Accipere omen* verba Cic. de Div. 1. 103. Livio tribuebantur. ADDUCERE *ad intelligendum* ex Cic. 3. Off. 79. cum sit 1. Acad. 6. ALIUS *nemo* affertur ex Terentio, cum fuerit *Nemo quisquam* ponendum, ALLEGARE, *pro Afferre*, &c. affertur ex Plin. in Epist. 3. 15. ubi exemplum subjectum non apparet, sed id quod apposui. In AMBAGES affertur ex Liv. lib. 19. cap. 8. locus, qui est Plinii l. c. IN ANIMA *Interclusa anima* &c. affertur ex Curt. lib. 5. cum sit Taciti Ann. lib. 6. cap. 50. APPLICARE *se aliquo* ex Cic. 5. Tusc. 77. cum sit 3. Tusc. 44. ASTRICTIUS Adv. affertur ex Tac. 4. Ann. 62. cum verba ipsa Plinii Junioris sint, cujus & locus ibidem indicatur. ASTYNOMICI tribuitur Papiniano, cum sit Ulpiani Rhetoris; V. not. ibid. in ATILIA citatur Cic. 2. de Nat. Deor. pro 2. de Fin. 116. in ATROX *injuria* verba Ulpiani l. 7. §. 7. D. de Inj. & Fam. lib. tribuebantur Imperatori Institut. eod. tit. AUDERE *pugnam* affertur ex Tacit. 13. Ann. 36. cum verba apposita sint ex 4. 49. In BALO versus Ciceronis Silio tribuebantur, in BISALTICA Tacito ex 5. Ann. verba Livii ex 45. 29. In BOTRYS affertur Celsi locus, qui pertinet ad BOTRYTIS. BRACHIA *Curvare* ex Hor. 3. Carm. 9. 2. cum ascribendum esset *Dare*. CÆDERE *frondem* affertur ex Plauti Aulularia, cum sit Catonis de R. R. ex loco adscripto. In CASILINI Festus falso citatus. In In CASTELLANUS locus adscriptus Sallustii tribuebatur Livio. in CAUCHI locus Ptolemæi Plinio, In CENTURIO Cæsaris Suetonio, in CERVIX *Depellere a cervicibus* ex Cic. 3. Verr. pro 3. Philipp. In CINÆDULUS Macrob. pro A. Gellio, V. not. in CIRCUMTEXTUM Festus pro Varrone, in CITRA Cic. 16. Fam. 4. pro 16. Att. 7. in CIVIS Ciceronis verba ex 6. Verr. 130. aliter longe atque apud ipsum leguntur posita, quod & alias sæpius factum. in CLARUS *Virtus clara & insignis* ex Cic. de Senect. cum sit de Amic. 102. in CODRUS versus Juvenalis falso citatus V. not. COENA *Cerealis* ex Plaut. Men. 4. 2. 5. pro 1. 1. 25. ibid. *Recta cœna* ex Suet. Aug. 74. cum locus adscriptus sit ex Vesp. 19. in COETUS, *Tenere dicendo* &c. ex Cic. 2. de Orat. 33. cum sit ex 1. 30. in COGNATUS locus Donati alienissimum in sensum trahebatur hoc modo allatus: *Uxoris, cognati sunt: Affines mariti.* COMEDERE *beneficia* ex Cic. 13. Philipp. pro 11. V. not. COMMISERATIO ex Cic. 3. de Orat. 217. pro 2. 125. in CONCIDO Cic. 1. Tusc. pro Somn. Scip. 20. in CONDALUS Aristot. in Polit. pro Oecon. lib. 2. CONDONATUM *judicium* ex Cic. 2. Att. pro 5. Fam. 18. in CONFIDO *Præteritum Confidi* ex Liv. 4. pro 44. V. loc. In CONSANGUINEUS Plaut. Poen. 3. 1. 70. pro 5. 2. 77. in CONSUO Plaut. Pseud. 1. 5. 126. pro Stich. 2. 2. 54. CONVINCERE *falsum refutatu ancipiti* ex Cic. 2. de Nat. Deor. pro Lucret. 3. 524. in COPIA, *Pro copia* ex Plaut. Cist. 1. 1. 14. pro Merc. 3. 1. 8. in COPREA Suet. Tib. 61. pro Claud. 8. in CORAM Ter. Adel. pro And. CORRECTURA afferrebatur falso ex Rufino. V. loc. in CURIO Jul. Capit. pro Trebell. Poll. CYMATILIS afferebatur ex Ovid. tanquam ipsa hac voce uteretur. Ubique fere *Lactant. Epist.* pro *Epit.* citatur. Cum Stephanus in Plinii Epistolis unum duntaxat numerum apposuerit, hic, relicto illo numero, apponebatur nihilominus sæpissime liber, ut videre est in CIRCUMLINO, ita ut necessario lector incertus hæreat. In quibusdam vocibus vix unus alterque locus recte notatus fuit, quæ nunc quidem se non offerunt. In GENTILITIUS pauca, in CONSENTES *Dii* nullus locus ita indicatus fuerat, ut facile lector inveniret. Sæpissime vero Plauti loca falso notata comperi. Quod inde profectum arbitror, quia is cui inquirendi provincia obvenerat, semper primum quemque locum, quem in Parisinæ editionis ad usum Delphini curatæ indice sub quaque voce reperit, temere, nec inspecto auctore apposuit. Quod si quem locum falso indicatum invenire mihi non licuit, malui notationem omnino expungere, quam, falso indice relicto, lectorem irrito labore frustrari ac decipere. Poteram quidem alia loca recte notata substituere, verum cum Stephanum in his, quæ adducit, exemplis fidum fere deprehenderim, malui plerumque ipsius exempla retinere. Nonnusquam satis habui *Suspectum mihi locum esse* adscribere; quod in compluribus ex Lipsiensi Thesauro exceptis faciendum fuit.

Locis quamplurimis ne Auctor quidem appositus fuit, quem mihi tamen, felicitate non sperata, plerumque conjectura assequi licuit. Factum id. e. g. in ABSTERGO, ADORSUS, AMPULLA, APPOSITUS, CALCEATUS, CLAZOMENIUS, CUNILA, aliisque passim locis, ut conferentibus, ubi lubuerit, hanc editionem cum Londinensi cognoscere licebit. In omnibus, qui in capita divisi sunt auctoribus, ubi defuit, etiam caput apposui, aut alius generis tmemata, ut & versus poëtarum, nec raro in *Quintiliani* locis edit. *Burmannianæ* paginas, in *Appulejanis Elmenhorstianæ*, nonnunquam & *Stevvechii* aut *Pricei*. Unius *Ciceronis* citra vanitatem prædicare possum me multa millia loca accuratius, quam inveneram, indicasse, quorum bona pars apud *Nizolium* non exstat. Similiter *Cæsaris*, *Sallustii*, *Senecæ Philosophi*, *Cornelii Celsi*, *Valerii Maximi*, *Historiæ Augustæ scriptorum*, *Ammiani Marcellini*, aliorumque auctorum, in quos adhuc nulli, quod sciam, verborum Indices exstant, maxime vero *T. Livii*, sola conjectura ductus, tot loca investigavi, apposuique, ut pæne instar Indicis verborum in hunc Scriptorem Principem hoc Lexicon esse possit. Ubi vero Indices exstabant, de industria, nisi quid necessario inquirendum fuit, reliqui pleraque, sicut inveni indicata, ut *Senecæ Tragici*, e. g. loca, quæ luculentus *Schræderi* index fideliter indicabit. Contra veterum *Grammaticorum*, quæ rarius recte indicata fuerant, *Varronis*, *Festi*, *A. Gellii*, *Prisciani*, *Nonii*, *Isidori*, *Asconii Pediani in Ciceronem*, *Servii in Virgilium*, *Donati in Terentium* non ipsa tantum loca diligentius indicavi, sed & auctorum, quos adducunt, quoad fieri potuit, apposui. In juniorum quoque auctorum, *Cælii Rhodigini*, *Pauli Manutii*, *Turnebi* &c. adductis passim verbis, ubi ad antiquiores auctores remittunt, horum loca indicavi. Sic e. g. in prolixa Manutii de Judiciis disquisitione, quæ in IUDICIUM ad finem exstat, ad XL loca accurate notata reperies.

Multa offendi in hoc Lexico perperam divulsa atque distracta inter se, quæ in locum suum restituenda fuerunt. Id factum. e. g. in Festi & Nonii locis in ACCENSUS, Lucretii locus in ACCENTIUNCULA legebatur, qui legi debuit in ACCENTUS, Cic. locus ex Att. 2. 19. in ACCOMMODATUS quatuor interjectis lineis post citationem sequebatur, ut & alter ex or. pro Planc. 42. in ACERBITAS, in ACONITUM locus Plinii interjecta falsa citatione male distractus fuit, in AMO a pr. ubi differentia hujus v. & Diligo proponitur, fœda trajectio sublata, ea quæ ad AMPLUS pertinent, in male divulsa voce AMPLISSIMUS legebantur, in ANTELUCANUS Varronis verba male a citatione loci divulsa, & Ovidii novem lineis interjectis in ANXIUS. in ARMILLA & ARMILLATUS Budæi verba male divulsa, turbatum fœde in AMBIDEXTER, BARRITUS & BARRUS, ut & in BOMBYX, & in BOTRYS & BOTRYTIS, BOTULUS & BOTULARIUS, BUCCA, in CLEARCHUS ponebantur, quæ in CLEANTHES ponenda erant, in COMITER verba Cic. Pro Corn. Balbo perperam divulsa.

Alia vicissim perperam conjuncta, confusaque separavimus, uti factum in ACOLUTHUS & ACOLYTUS, in ÆEA, ÆÆE, ÆÆUS, BACA & BACAR, aliisque locis, quæ brevitatis studio prætermitto. Sæpe ex una dictione per imperitiam plures compilator confinxerat, ut cum ACIDAMURIA ab ACIDUS sejunxit, ACIDULAAQUA ab ACIDULUS, ACOPA ab ACOPUM, ACRONYCTÆ ab ACRONYCTUS, AGRIA Scabies & AGRION Nardum & AGRIUM Nitrum ab AGRIUS, ANTIA LEX ab ANTIUS, ARMENIACUM ab ARMENIACUS, BARBATA, a BARBATUS, BARDI a BARDUS, BELLICA Columella a BELLICUS, BILIA a BILIUS, BRUTIUM a BRUTIUS, BRYLLION a BRYLLIUM, BURRA a BURRUM, CARDINALES a CARDINALIS, CARIDES a CARIS, CHORDI a CHORDUS, CLIBANARII a CLIBANARIUS, COTTIÆ a COTTIUS, CORACESIUS a CORACESIUM. Non nihil molestiarum sustinui in revocandis in locum suum, decentemque ordinem vocabulis, quæ prorsus alienum in locum rejecta fuerant. Quis enim e. g. ALLAPSUS, us. subst. inter ALLAMBO & ALLANTE, ARRHENOGONON, ARRHETOS, ARRHOSTEMA post ARROGO, CONCANONICUS post CANONISATIO, quæreret? Cum viderem porro, ordine non inconcinno alias, Derivata primitivis, modo ab eadem syllaba incipiant, subjici protinus in hoc Lexico, non dubitavi ea quoque, quæ male distracta sunt, in locum suum revocare, quo melius saltem in ordine sibi opus consta r non neglecto tamen in loco, unde quid subtractum fuit indice, qui lectorem duceret, præterquam ubi ne vox

quidem Latina fuit. Sic ANTIATES in ANTIUM, ASSIPONDIUM & ASSIS in AS, BARRITUS in BARRUS, BATTIADES in BATTUS, BATTIDOSCOPI in BATIS rejectum, BEL & BELIS in BELENUS, BELLIOCULUS & BELOCULUS in BELUS, BIBLIA in BIBLION, BUCCONES in BUCCA, BUBONA in BOS, CÆLESTUS in CÆLUM, CERETES in CÆRE, CIRCELLUS in CIRCULUS, CIRCENSES in CIRCUS, COA in COOS, COETARIÆ in CETUS, COLLECTA & COLLECTANEUS in COLLIGO, COLLINA in COLLIS, COLUM morbus in COLON, COLUMELLA in COLUMNA, CONGIARIUM in CONGIUS, CONIECTARIUM in CONIECTO, CONNATO in CONNO, CONSUALIA in CONSUS, CONTIFEX, CONTIFICIUM, CONTOPHORI, in CONTUS, CONTRALICEOR, CONTRARIUS &c. in CONTRA, CORIAGO in CORIUM, CORNICULARIUS in CORNU, CORVINUS in CORVUS, CORINUS vel CAURINUS in CORUS, CREPUSCULUM in CREPERUS, CURIA CALABRA in CALO.

Scio esse multos, qui mallent in Lexicis Indicum ordinem servari ad ductum litterarum in singulis vocabulis. Verum si his obsequi voluissem, omnium pæne mihi verborum ordo & positus ingenti & casso labore mutandus fuisset. Nec sane eorum sententiæ accedo, quum ordini illi is, quem secuti sumus, si minus aliis multis de causis, certe propter commoditatem in Diminutivis, Ethnicis & Patronymicis nominibus, ac verbis Frequentativis, Inchoativis, &c. promptius cognoscendis præferendus esset.

Occurrebant præterea quam plurimæ sine causa geminatæ dictiones, vel propter diversam scribendi rationem ut ADFREMO AFFREMO, ADNAVIGO ANNAVIGO, ADNATO ANNATO, ADNASCOR ANNASCOR, ADNITOR ANNITOR, ADNUTO ANNUTO, &c. ALCÆA ALCEA, ARCUATUS ARQUATUS, AREMORICA ARMORICA, ANTESTOR ATTESTOR, ATTES ATTIS ATYS, ATTILA ATTYLA, AUGA AUGE, AURIGO AURUGO, BADIUS BAIUS, BALINEÆ BALNEÆ, BALINEUM BALNEUM, BATALUS BATTALUS, BÆTERRÆ BETERRÆ BLITERRÆ, BRENNI BREUNI, BUZERES BYZERES, BYZIA BIZYE, CALARIS, CARALIS, CÆLIA CELIA, CÆLIUS COELIUS, CALCEARIUM CALCIARIUM, CAMARA CAMERA, CAPRARIA CAPRASIA, CASSITERIDES CATTITERIDES, CAUPA COPA, CAUPO COPO, CAUPONA COPONA, CAURUS CORUS, CERAUNIA CERONIA, CLAUDO CLUDO, CLAUSTRUM CLOSTRUM, COERULEUS CÆRULEUS, COLLIQUIÆ COLLICIÆ, COLES COLIS CAULIS, COMPLAUDO COMPLODO, CONTOR CUNCTOR, CONTUEOR CONTUOR, CREDO CREDUO, quas fere, relictis suo loco indicibus, in unam contraxi, veriorem, quoad fieri potuit, scribendi rationem secutus. Non enim in omnibus id fieri potuisse facile intelligent, qui meminerint sudantibus prelis omnia hæc curanda fuisse. Ubi duplex scribendi ejusdem vocabuli ratio veterum auctoritate nititur, satius visum est alteram alteri protinus subjicere, quam alio loco quæri. Ubi vero mendum scripturæ manifestum fuit, in his non visum est ubique indicem relinquere. Sic e. g. legebatur *Albeus* pro *Alveus*, *Alum* pro *Halus*, *Amithaon* pro *Amythaon*, *Amphyction* pro *Amphictyon*, *Anchyle* pro *Ancyla*, *Antipophora* pro *Anthypophora*, *Antismos* pro *Asteismos*, *Antistia* pro *Antistita*, *Arapennis* pro *Arepennis*, *Argiripa* pro *Argyripa*, *Asvestus* pro *Asbestus*, *Auctolycus* pro *Autolycus*, *Autumedon* pro *Automedon*, *Ballanoti* pro *Ballonoti*, *Barcenis* pro *Bacenis*, *Baria* pro *Varia*, *Barutus* pro *Berytus*, *Basilia* pro *Baltia*, *Belocasses* pro *Velocasses*, *Beroa* pro *Berœa*, *Betulo* pro *Bætulo*, *Biblia* pro *Bilia*, *Biblis* pro *Byblis*, *Blemnites* pro *Belemnites*, *Bætus* pro *Bætis*, *Bubalus* pro *Bupalus*, *Byzon* pro *Bizone*, *Cæa* &c. pro *Cea*, *Cæadas* pro *Ceadas*, *Cæliculum* pro *Cæliolus*, *Cæsa* pro *Cæsum*, *Cæstrum* pro *Cestrum*, *Calais* pro *Callais*, *Calapis* pro *Colapis*, *Calazophylaces* pro *Chalazophylaces*, *Calciæcum* pro *Chalciæcum*, *Calciope* pro *Chalciope*, *Calipolis* pro *Callipolis*, *Callitrix* pro *Callithrix*; *Carbilius* pro *Carvilius*, *Cardax* pro *Cordax*, *Carœnum* pro *Carenum*, *Cartheia* pro *Carthæa*, *Carytis* pro *Caryites*, *Cathmæa* pro *Cadmæa*, *Ceditius* pro *Cædicius*, *Cepio* pro *Cæpio*, *Cerathus* pro *Ceratus*, *Cercion* pro *Cercyon*, *Charræ* pro *Carrhæ*, *Cia* pro *Cea*, *Cimiata* pro *Ciniata*, *Circerus* pro *Cercurus*, *Circi* pro *Cirsi*, *Citæa pro Cytæa*, *Cleanis* pro *Clanis*, *Cleon* pro *Claon*, *Clusinus* pro *Clusivius*, *Coctiæ* & *Cotiæ*, pro *Cottiæ*, *Commagena* pro *Comagena*, *Comotria* pro *Commotria*, *Comum* pro *Cuminum*, *Conificus* pro *Conisicus*, *Cyniphus* pro *Cinyphus*, *Cynus* pro *Cynos*. Quæ pleraque bis legebantur, aut certe non suo loco, ut orthographia postulabat. Quædam etiam sustuli, quod in alio vocabulo plenius exposita sunt. Sic in ACHOR ad MYAGRUS, in ALEXANDRINA laurus ad DAPHNITIS, in BATRACHION ad RANUNCULUS, in BROCHON ad BDELLIUM, in CALAMOCHNUS ad ADARCA, in CANTURIO ad DACNADES, in CHONDROS XIPHOIDES ad XIPHOIDES, lectorem remisi.

Eodem consilio paulum etiam ordinem in ipsis Derivatis, prout Primitivis, vel potius, ut aliis vocare placuit, Dominantibus verbis subjiciuntur, nonnusquam immutavi, ita ut e. g. Nominibus & Adverbiis ab his derivatis Verba postponerem, & post hæc demum Participia & Verbalia nomina ab iisdem derivata, præmissis semper his, quæ frequentiore in usu sunt. Quod tamen pari ubique diligentia iis, quas jam attigi, de causis præstare non potui, lectoris eo faciliorem sperans veniam, quod idem video omnibus, qui in eodem mecum stadio sudarunt, usu venisse.

Syllabarum quantitatem singulis vocibus multo diligentius, quam in Britannica editione factum est, adscripsi, nec raro etiam perperam notatam correxi, nonnunquam & dubiam asserui, ut in ACROAMA, COUS &c.

Huc pertinet quod, ad lectoris attentionem excitandam, Majusculas litteras, ubicunque necesse visum est, adposui: Quod versus etiam cujuscunque generis, numeris suis restitutos, a reliquo contextu orationis sejunxi, quum prius in solis fere hexametris & pentametris id institutum servaretur, quod Germanam Orthographiam, quoad licuit, secutus sum, eandemque sæpius ignoratam demonstravi, ut in AMARANTUS, ANABATHRUM, ANABOLAGIUM, ANTEZEUGMENON APHTHIPHUS, APPION, APRIES, BOCCHYRIS, CARMADAS, CHARILLUS, CHAMÆDIOSMOS, COMOTRIÆ, CYNETHEUS. Sed minuta hæc sunt, ad paulo majora transeo. In Græca interpretatione corrigenda, addubitavi aliquandiu, an omnino operæ pretium facturus essem. Adeo temere ac sine delectu, usitata juxta atque obsoleta ac desita, aut solis poëtis usurpata, germana & spuria interpolator apposuit, quam plurimaque, ut alter Prometheus, plerumque, analogia & significatione posthabita, ipsemet confinxit. Correxi tamen quamplurima, in quibus fœdius erratum videbatur, ut Aborior, ἀνίσχω, *Accuso*, γράφω, *Accursus*, ἐπιτροχία, Acesco ὀξύνω, Acidulus ὀξείδιος, Adactio βιάζωσις, Adjuto ἀμυνάθω, Adjutor ἀμυνάθομαι, &c. Admisceo προσφύρω, Admurmuratio προσμύρμυσις, Affingo ἐπισκήπτω, Agninus ἀμνιναῖος, Annales ἐνιαύσιοι, Anniculus ἔνος, Appellator ἐπικέκλητὴς, Augurato οἰωνισμένως, Cautela, ῥαδιεργία, Cereus subst. κηρινὸς, Clementia ἀνεξικακία, cohibeo ἀνακατίζω, condoleo συνάχθομαι. Ceterum, quod multo magis mirandum est, qui in Latinis verbis & singulis participiis eorum, Lectori Græca ad nauseam inculcaret, ea tamen in ipsis origine Græcis vocabulis, ubi maxime adscribenda erant, perraro apposuit. Quia nempe unde describeret triviale lexicon in promptu non habuit. Hic vero accurate cum propriis, tum appellativis nominibus, & verbis &c. adjecta reperies.

Quum non dubitarem fore lectores, qui ei quoque confusioni, quæ in permistis variis singularum vocum significationibus apparet, occursum vellent: siquidem alioqui nec propria a translatis, nec hæc inter se discernere discunt volutantes lexica studiosi adolescentes: quoad fieri potuit, varias vocabulorum significationes accuratius ordinando distinxi, ut cognoscere, collata maxime editione nostra cum Londinensi, licebit e. g. in Nominibus Substantivis ACADEMIA, ÆRARIUM, ALBUM, APEX, ARGUMENTUM, BACCHUS, BRACHIUM, BRYON, BUXUS, CADUS, CALAMUS, CAMPUS, CAPUT, CAUSA, CERVIX, CINIS, CLASSIS, COLLEGIUM, COLOR, COMA, CONCHA, CONSILIUM, CONSUETUDO, CONTENTIO, CONVITIUM, COPIA, CORNU, CORONA, CORPUS, COSTA, CRATER, CUPIDO: servato nihilo minus in Epithetis & phrasibus ordine litterarum. In Adjectivis AERIUS, ÆRARIUS, ARGUTUS, ARMIGER, BONUS, BREVIS, CALDARIUS, CRASSUS, In Verbis ACCIPIO, CADO, CIEO, CLAUDO, COGNOSCO, COLO, COMPREHENDO, COMPRIMO, CONFERO, CONSCENDO, CONTURBO, CORRIPIO, CREDO, CREO. In nonnullis, ne cum labore nimio mora editionis extenderetur, coactus sum, ineptum sane illum, quicquid dicunt,

Lugdunensi farragini in eo patrocinantes, novissimæ editionis auctores, ordinem mere Alphabeticum retinere.

Formam, genus, flexionem cujusque vocis uti debuit, ubique restitui. Interpretationes & Exegeses vocabulorum ac phraseon, quarum pleræque, non inspectis auctorum locis, a sciolis compilatoribus adjectæ videntur, manifeste falsas & absurdas, verioribus substitutis, indubitanter quamplurimas sustuli: Alias innumeris pæne locis, ubi desiderabantur, novas apposui. Ubi vero vel dubia erat alicujus loci expositio, vel alioqui mutandi causa visa non est, satis habui Animadversione brevi subjecta sententiam meam expromere, quæ hac nota interjecta [facile a reliquo textu discernitur. Quam, (rarissime tamen) ubi in medio textu adnotandum quidpiam fuit hoc modo [] geminavi. Quo primum illud consecutus sum, ne nimis multis lituris operas fatigarem, deinde ne in alieno opere licentius grassatus viderer, postremo ne ab aliis recte, vel perperam animadversa falso mihi, vel mei errores vicissim illis tribuerentur. Et quoniam adhuc prolatis exemplis lectori insumptæ operæ fidem fecimus, age etiam hujus generis Sphalmata aliquot primi tomi sublata proferamus, & primo quidem ipsius *Roberti Stephani*. BAPHIA, æ. f. ex Lampridio profert, cum sine dubio a neutro BAPHION dativum pl. *Baphiis* posuerit. CÆSTRUM & CESTRUM pro Instrumento, n. g. profert, cum sit m. g. CESTRUS ex Gr. κέστρος. CETUS m. g. falso Plinio tribuit, cum *Cetos* apud hunc non Accus. pl. a recto sing. *Cetus*, sed rectus ipse casus sing. n. g. Græcus sit. sic CHOA in recto pro CHUS poni non debuit. V. in ipsa voce. COSMETA ut com. g. posuit, cum sit perpetuo masc. CREBRO apud Cic. de Senect. Adv. esse putavit, cum sine dubio Adj. nomen sit. ALBATUS apud Varr. male distinguendo, Minoris Magistratus nomen esse putavit. Jam vero quoties corruptissimas lectiones secutus sit, ne memorem, quis illa ferat, *Ærarius scriba* apud Cic. pro Cluent. exponi, *Hoc est, qui rationes scribebat expensi lati & accepti relati?* Male distinguens apud Livium *Aglaspis* Legionis Romanæ nomen esse putavit. In AGO proponit Phrasin ex Columella, *Agere circum caput*, subjecto notissimo isto Virgilii versu *Et quocunque Deus circum caput egit honestum.* Hæsit autem fere ubicunque vel Tmesis aliqua vel Anastrophe poëtica occurrit. In ALUMNUS, *Terram omnium terrarum alumnam* apud Plin. exponit de ea, *quæ aleret*, cum manifestum sit apud hunc auctorem contrario sensu poni. *Amatrices aquas* apud Martialem exponit *Quasi jucundas, quæ videlicet ad eum locum amandum alliciunt*, cum alludat poëta ad Nymphas, a quibus Hylas puer amatus raptusque fuit. *Amplius pronuntiare reum* ex male confusis Cic. verbis affert, cum id semper absolute dicatur. *Armare naves* apud Cæs. exponit *Armis, & rebus ad bellum necessariis instruere.* Quod apud eundem legitur, *Cum Lusitanis, reliquisque Barbaris genere quodam pugnæ assuefacti*, inde Novæ constructionis hujus verbi exemplum proposuit *Assuefactus cum*, Non animadvertens scilicet præpositionem ad vocem *Pugnæ* referri. In COLLOCO, cum *Collocare beneficium apud.* ex Cic. protulisset subjungit *Plautus Trinum. 4. 8. dixit, Collocare conditionem in aliquem.* Ejus verba autem V. in edit. nostra, ad finem, quam longe abeant. COMMEARE *ab aliquo* confirmat his Cæsaris verbis 7. B. G. 36. *Ut tuto ab repentino hostium incursu etiam singuli commeare possent. Crocodilea* apud Plinium, *Animal simile crocodilo* exponit, cum sit *Stercus crocodili.* Huc pertinet frequens, vel potius perpetuus ipsius error, quod quoties Præteritum a Verbo in *sco* tertiæ Conjug. quæ Inchoativa Grammatici vocant, offendit, aliud inde verbum secundæ vel tertiæ conjugationis commentus est, ut *Concaleo*, pro *Concalesco*, *Coaleo* pro *Coalesco*, *Conticeo*, pro *Conticesco.* Sic & *Contremo*, pro *Contremisco*, & *Consedeo* pro *Consido* spurium puto. In compositis a *Vello* Præt. *Vulsi* ubique proponit, quod Latinum non esse in EVELLO dictum est, & pro Futuris vel Præteritis Subjunctivi modi per Syncopen contractis fere verba sui generis posuit ABJURASSO, ADASSO &c. Adde quod spuriis seu suppositis Plautinis pro germanis passim utitur.

Sed multo sæpius & gravius impegerunt, qui Stephani Lexicon augendum susceperunt deinceps interpolatores, quicunque demum fuerint, disquirere enim de singulis non vacat. In ALTISSIME Adverbio affertur ex Claudiano Epigr. 22. quod aliis 12.

At tibi diversis, Princeps altissime, certant &c.

AMBIGA, æ. f. ex Cælio Apicio & Aureliano item affertur, quum ibi Accus. pl. *Ambigas* a nominativo sing. *Ambix* haud dubie sit. Quod apud Ovid. legitur *Amyclei ahenis*, hinc in AMYCLÆUS ponitur *Amyclei Aheni.* pl. nomin. ANTIMENIS, idos, pro *Antimenides*, *æ.* BACTRIANUM, i. n. subst. ex Tacito, quum sit *Bactriano* abl. a nomin. *Bactrianus.* BICOXUM, i. n. quod in Gloss. occurrit, sine causa in Adj. BICOXUS, a, um. transformatur. BISALTA perperam ex Val. Flacco tanquam feminini gen. regionis nomen affertur, quum sit Gentile masculini. BUPÆDA, æ. m. Ex Festo afferebatur, pro BUPÆS, ædos. CACULATUS, a, um. Adj. ex eodem, cum apud hunc *Caculatum* Accus. sing. sit a subst. *Caculatus, ûs. m.* ita enim sæpenumero proponit vocabula, ut alii Glossularii. CANDYBA, æ. f. pro n. pl. ibidemque CANDYS, yos. f. pro m. CAPNIA, æ. f. ex Plin. pro CAPNIAS, ădis. CAVA, æ. f. ex Senec. Ep. 90. Cum neutrum sine dubio pl. sit. CELEBRATA, n. pl. subst. pro *Justis funebribus* affertur ex Martiali, cum sit *Celebrata Chloë.* Adj. f. CHORDAPSON, n. pro CHORDAPSOS, m. CONCITO Adv. ex Apul. cum sit Participium. CONSEQUIÆ, arum. f. ex eodem, pro n. pl. CONSEQUIA, CONYZOIS ex Plin. pro *Conyzoides*, COPREUS, i. m. ex Suet. pro *Coprea*, vel *Copreas*, æ. CRINALIS, is. m. subst. ex Ulpiano, cum sit Adj. CYPHANTA, æ. f. ex Plin. cum sit n. pl. BONUS cum gen. construi asseritur ex istis Claudiani

Judicibus notis regimur, fruimurque quietis
Militiæque bonis.

Quasi nimirum ordo sit Judicibus notis, & bonis (scil. Judicib.) quietis ac militiæ, regimur & fruimur, cum vel pueri videant τὸ *Bonis* neutr. esse pl. & Bona quietis, militiæque, Pacis commoda & Defensionem finium intelligi. Miror & Vechnerum hic lapsum. ACIES *Conversa* apud Virg. *In bellum coacta* exponitur, in ACER ex his ejusd. *Aut acres tendunt arcus* profertur *Acer arcus*, pro *Forti*, cum manifeste epitheton ad personas referatur, in ACUTUS, *Naribus acutis rideri. i. e. In rugam contractis*, ex Hor. 1. Serm. 3. 29. Quam inepte exponit illud Virg.

Ter centum adjiciunt, mens omnibus una sequendi.

in ADJICIO ad finem? In AGRESTIS *Frigidus agrestis* ex manifeste falsa Ovidii lectione, pro *Frigidus Argestes*, & ex falsa Columellæ lectione *Professor agrorum* pro *Possessore*, *Flere classica* ex Propert. pro *Flare* in CLASSICUM, & BACCANTIA ubera ex Ovid. pro LACTANTIA. AGERE *cum Tribunis plebis* quam inepte expositum sit, in ipsa Lugd. vel Lond. edit. videant quibus otium & copia est. In ALIUS extr. *Alia etiam Adversa, mala, aspera dici* probatur, si diis placet, ex istis Statii 7. Theb. 806. —— *ensesque recondit*
Mors alia. & ex nota formula *In alia omnia ire* vel *Discedere.* Quis ferat in ALIENUS istuc Livii, *Non alienus sanguine regibus*, exponi, *Non alienus a sanguine regum, vel Non alienus sanguine a regibus?* Qualia sexcenta afferre liceret. Ex male distinctis Catonis verbis, affertur ALVUS *Superior*, *pro Ventriculo*, cujus tamen verba paulo post recte apponuntur in *Dejicere alvum.* Ibidem similis error in *Subtrahere alvum* ex Celso occurrit. in AMPLECTOR affertur Phrasis *Amplexus est circum* ex versu Virg.

Et molli circum est ansas amplexus acantho. Sic in CIRCUM Adv. aliquoties ad eundem lapidem, ignorata figura dictionis impegit, ut & in CLAUDO ad finem in Varr. uno & duobus Virg. locis. In AMPLIUS *Amplius aridus color*, ex Lucret. cujus locum V. in *Ne amplius.* ex versu hoc Propertii 2. 18. 25. ed. Brœkh.

Jupiter Alcmenæ geminas requieverat arctos. statuit ARCTOS *geminas, pro Duabus noctibus poni.* Ex istis Virg. 4. Georg.
Jam rapidus, torrens sitientes Sirius Indos
Ardebat. asseritur ARDERE, etiam *Activa significatione pro Adurere* poni. Ex istis Cic. pro Sull. *Quid quisque voluerit &c. non ex crimine, sed ex moribus ejus, qui arguitur, est ponderandum*, affertur phrasis *Ex moribus aliquem* ARGUERE. Ex istis Ovid. 3. Met.

—— *Nympharum tradidit uni*
Armigeræ jaculum. eruitur *Diana* ARMIGERA. in ARS ex istis Claudiani

Non sine Pieriis exercuit artibus arma, hæc proponebantur, *Exercere arma Pieriis artibus, est Bellicis rebus humanitatis studia conjungere.* In AVARUS ex ejusdem poëtæ hoc versu

Et vigil elapsas quærit avarus opes. Non *Avaro Vigilis* epithe-

epitheton, ſed *Vigili Avari* apponitur. Ex verſu notiſſimo Juvenalis

Bebriaci in campo ſpolium affectare Palati. affert *Bebriacum palatium* & Adj. BEBRIACUS, a, um. Ex iſtis Ovidii

Ut quas pampinea tetigiſſe Bicorniger haſta
Creditur &c. Affertur Adj. BICORNIGER, a, um. ut e. g. *Bicorniger haſta.* In BOS ex notiſſimis iſtis Virg. 2. Æn.

——ſternit ſata læta, boumque labores,
Præcipitesque trahit ſilvas. eruitur phraſis *Labores boum trahere.* Additur inſuper, *De ventis*, cum tamen de Torrente loquatur poëta. Æque ſuave eſt, quod præmittitur, *Labores boum experiri* Virg. 1. Georg. 119.

—— hæc quum ſint hominumque boumque labores
Verſando terram experti.

BRUTIUS, Adj. & *Brutia ſigna* apud Silium male in BRUTUS ponebatur, quum ſint *Signa Bruttiorum.* Sic & verbum CONTINGO a *Tinguo* falſo deductum, & ANNOTINUS Adj. ab *Annona* formatum. Quod Hirtius aït *Pilorum cacumina ſua ſponte arſerunt*, id de *Capitis pilis* exponitur in CACUMEN, quum notum apud ſcriptores prodigium ſit ad *Pila militaria* pertinens. In CÆLUM ex Lucano affertur *Prælati regia cæli. i. e. Valde lati.* quaſi non Participium ſit a Præfero, *Prælati.* Ibidem *Tactum cælum* in Epithetis ex illo Virg.

De cælo tactas memini prædicere quercus. & ex hiſce Ovidii 6. Met.

Stamina barbarica ſuſpendit callida tela. *Stamina callida*, ſi diis placet. Jam in CALCO quam puerilia & inepta illa erant, ſicut in Londinenſi adhuc leguntur?

Ad plenum calcari. Virg. 2. Georg. 244.
In pectora calcare. Stat. 8. Theb. 541.
Acervos enſe calcare. Ovid. 4. de Pont. 7. 47.
Telum cum lumine calcare. Lucan. lib. 6. 219.

In CAMINUS *Anhelans caminus* ex Perſ. 5. Sat. 10. V. noſt. ed. in CAMPUS *Pabula campi* ex Ovid. in Ibin. 139. & in CANDOR ex ejuſdem 4. Met. 332. *Rubeus candor*, in CAPUT *Purpureum caput* ex Sen. Thyeſt. 686. & *Agreſte* ex Virg. 10. Ecl. 24.

Venit & agreſti capitis Silvanus honore.

CARERE *luce* apud Cic. exponebatur *Honoribus privari*, pro *Vita.* CARINÆ *Æſquiliæ* afferebantur ex hiſce Livii, *Media urbe per Carinas Æſquilias contendit.* CENTENARIÆ *fiſtulæ* apud Vitruv. exponuntur *Centum paſſibus longæ.* CERTAMEN *ludicrum* apud Sen. Agam. 935. exponebatur *Joculare & puerile*, cum ſit *Ludorum ſolemnium.* *Ponere militibus certamina* apud Virg. 5. Æn. 66. *Collocare aciem*, *Inſtruere ordines militum*, cum ſit de Ludicro item propoſito certamine dictum. In CERTUS, *Nominibus certis expendere nummos* exponitur *Certa de cauſa*, pro *Debitoribus qui ſolvendo ſint.* in CINGO, *Aonium nemus Marte cingere* apud Propert. *Literis & militiæ ſimul operam dare*, pro *Bella canere.* In CIRCULATOR *Equeſtris Circulator* affertur ex Apul. quum is de *Spatha equeſtri* loquatur. in CLADES ex Silio *Turbo ſævus venientum cladum*, pro *Turbine ſævo venientes clades.* *Clementiſſimus ab innocentia* ex Cic. in CLEMENS exponitur *Erga innocentes*, prorſus ſenſu contrario. COLLIGERE *hoſtem per vulnera*, ex Silio exp. *In anguſtum cogere*, cum ſit In ferrum hoſtile ruere. Quam inepte illud Statii *Tholo coli* in COLO expoſitum? Ex his Taciti, 6. Ann. 37. *Columen partium Abdageſes, gazam & paratus regios adjicit*, affertur COLUMEN *partium gaza.* Vide porro quoties offenderit in COMA. Quod in CONSIDERO ex Cic. Parad. 4. affertur hoc ita exprimebatur, *Circumſpicere ſe & quid fiat aut loquatur conſiderare.* In CONTERMINUS afferebatur ex Ovid. *Menſis Phrygiæ contermina Matri.* Similis elegantia in CONTINGO, *Contingere alicui rei* ex Cæſare, &c. &c.

Loca Veterum auctorum, quæ prius mutilata ac decurtata, vel varie interpolata, corruptaque legebantur, operam dedi, ut ubique integra, incorruptaque lectori exhiberem. Quibus utraque editio ad manum eſt conferre poterunt e. g. in ABSORBEO, ACCIPERE *ſatisfactionem*, ALTANUS, AMPHICYRTOS, AMYCLÆ, CAMBIO, DAMA &c.

Ceterum quum nemo ignoret quanta in auctorum codicibus varietas lectionum ſit, paſſimque *Stephanus* & *Interpolatores* ejus non optimas ſecuti ſint, neceſſe habui in dubiis, vel ſuſpectis locis aliorum codicum, emendatiorumque præcipue, lectiones adſcribere, nec piguit nonnuſquam antiquiorum ex editis plures excutere. Exempla in ÆQUE, AGGER, ALIPHÆNÆ, ALVUS, ANANCÆUM, CALASTER, CONCILIARE, CONFRACTUS lector inveniet. Ingens hic ac multiplex in conferendis & expendendis veterum auctorum locis labor occaſionem mihi præbuit, curas etiam aliquot criticas in hoc Lexicon conferendi. Earum quoque, ex primo duntaxat tomo, Syllogen ſubjiciam. Dividam autem eas, ut mos eſt Criticis, in tres claſſes, *Explicatorum* nempe *locorum*, *Emendatorum* & *Tentatorum.* En igitur ordine Elementorum Auctores, quorum obſcuriora loca explicata, aſſertamque ſimul veram lectionem, ſententiamque, reperies. *Ammianum Marcellinum* in CALCARIA, *Cælium Apicium* in AVICULARIUS, & *Cælium* item *Aurelianum* in CADIALIS, *Cæſarem Julium* in ÆQUE, ANNOTINUS, CLASSICUM, CUPA, *Capitolinum Julium* in BUCOLICUS, COACTILIA, *Celſum Cornelium* in CAPTO, *Ciceronem* in ABSONUS, ARO, ARTHRITICUS, ATRAMENTUM, AXIS, BARBATULUS, CALAMISTER, CANNENSIS, CAPSIS *ad finem* τȢ CAPIO, CINNUS, COMEDO, COMPITALITIA, CONSORS, CRATERRA, ubi errorem typothetæ *loco* pro *loca* B. L. emendet velim. *Digeſtorum leges* in ASSIGNO, CAMELASIA, CAPSARIUS, *Feſtum* in ARGUS, CANTATUS, CILIUM, CLASSICUS, *A. Gellium* in ARGENTUM, *Gloſſaria* in CALDARIUS, *Hirtium* in CATASCOPUS, *Horatium* in ABSTERGO, ÆS, AMPULLOR, ANORMIS, AURA, CÆLESTIS, CAMPANUS, CARMEN, CLAVUS ad fin. CULINA, CUPA, CURRICULUM, *Juſtinum* in AMBITIOSUS, *Juvenalem* in ALGEO, CALDARIUS, ii. m. *Livium* in ADJURO, CARPENTUM, *Lucanum* in CHARTA, *Lucretium* in CONSERO, *Martialem* in CORRUMPO, *Nepotem Cornelium* in COMITIUM, *Nonium* in CONJECTARIUM, *Ovidium* in CÆNE, CELER, *Perſium* in ARISTA, CAMPUS, *Petronium* in APOCALO, *Phædrum* in ABJICIO, AGGERO, ALAPA, *Plautum* in AFFECTO, ATTONDEO, AURICHALCUM, CANTHARUS, CAPTUS, *Plinium Majorem* in ÆRARIA, AMITINENSES, ATLANTIUS, BATUO, CANEPHORUS, CILIUM, CLINICE, CONVEXUS, *Plinium Juniorem* in CEDO ad finem, *Plutarchum* in CANDIDATUS, *Priſcianum* in CAMPSO, *Propertium* in ARCANUS, CLASSICUM, *Quintilianum* in CAUSARI, *Senecam Tragicum* in AMORem *defigere*, & *Philoſophum* in ANCILLARIOLUS, ARRISOR, *Suetonium* in CONSIDEO, CONSTO, CORINTHIARIUS, *Terentium* in ABJICIO, ADIGO, AMBULO, AMOLIOR, BONUS ad finem, CADAVEROSUS, CALX, CONCILIATUS, *Virgilium* & a Servii ineptiis vindicatum, in ACER, ADJICIO ad finem, AFFLIGO, AGGER, APEX, ARDEO, ARISTA, ATER, AUREUS, CÆRULEUS, CLARUS, COMPLEO, CONCILIO, CONGRESSUS, *Varronem* in BIMARGUS.

En loca, ut equidem arbitror, conjectura veriſimili *Emendata*, *Ammiani* in CAMELASIUM, *Appuleji* in COTIFICO, *Athenæi* in CLYMENOS, *Aureliani Cælii* in CONSUL ad fin. *Cæſaris* in CONFICIO, *Capitolini* in CONSECRANEUS, *Catonis* in CRATICULUS, *Celſi* in ALVUS, CARPUS, CONFRACTUS, CONQUIESCO, *Ciceronis* in AFFECTUS, Adj. BELLIGERO, BRACHIUM, CALX ad fin. CANDIDATUS, CANO, CAUTES, CILO, COLONARIUS ad fin. CONSCIUS, CONSUL ad fin. CUNCTOR, *Codicis Theodoſiani* in AQUÆLIBRATOR, *Columellæ* in ACUS, CENTO, *Claudiani Mamertini* in COLLUCERNATIO, *Curtii* in AULÆA, *Digeſtorum* in CALPURNIUS, *Feſti* in ACERATUS, CENTENARIUS, CEREMONIA, COLLUS, CUM ad fin. CYPARISSIÆ, ÆNULUM, ÆQUILANIUM, ÆSTIMOR, BLATEAS, COMPLETIO, *Firmici Julii* in COLOBICUS, *Flori* in CALLAICUS, *A. Gellii* in CONCUBIUM, CANNABUM, *Gloſſarii vet.* in AGGER, ANCILLOR, CHREOCOPIDÆ, COLLEGO, CRESPULUS, CUNILA, *Hirtii* in CONFIDO, *Horatii* in ACRITER, ADIGO, CANIS, CHORDA, COENA, COLOR ad fin. CULULLUS, *Hygini* in AMPYCUS, *Iſidori* in BIRRUS, *Juvenalis* in CHIRONOMUS, *Livii* in CASTIGO, COPULO, *Ejuſdem Epitomes* in CALLAICUS, *Lucretii* in CONTRADO, *Macrobii* in CLARIUM, *Martialis* in CYPARISSUS, *Nonii* in ACERATUS, AMPLEXOR, ANCHORA, BOO, CAXO, *Ovidii* in COEPTUM, COMA, *Palladii* in CÆCO, CANNABUM, *Perſii* in BILIS, *Petronii* in ARGUS, CILLUS, CALCO, *Plauti* in CAPITALIS, CAPITO, *Plinii Majoris* in AULULA, CALYPSO, CANEPHORUS, CARCASUM, CAUSTUM, COLOSSINUS, *Plinii Valeriani* in CONQUILIATUS, *Quintiliani* in ARTIFEX, *Scholiaſtæ Horatii* in ANORMIS, *Senecæ Philoſophi* in CHASMA, *Servii* in ANTAPODOSIS, ATRIUM, AURA, *Silii Italici* in CREDITUS, *Statii* in CHORDA, *Stephani Byzant.* in BULII, *Suidæ* in CALLIAS, CORVINUS, *Taciti* in ADVERSOR, *Teſtamenti ludicri Grunnii Corocottæ* in BUBULARIUS, *Varronis de Ling. Lat.* in ARMILUSTRIUM, CLASSICINES, CORNU, COROLLARIUM, *Varronis de Re Ruſtica* in BUGONES, CORRODO, *Velleji* in CALLAICI, *Virgilii* in CARMEN, CLAUDO ad fin. *Vitruvii* in ANDRON, *Vulcatii Gallicani* in ÆRARIUM.

En

En alia, ubi qualeſcunque conjecturas in medium propoſui, Lectoris melius conjecturi judicium meum facturus. Sic *Appulejus Tentatus* in ARMILLUM, CLASSIARIUS, *Celſus* in ALVUS, *Cicero* in CERARIUM, COLLOCO, COMMITTERE *ſe in ſenatum*, CONCRETUS, *Digeſtorum* textus in COSMETA, *Dioſcorides* in BATUO, *Feſtus* in ALGEO, AUXILLA, BUCHIANOS, CALCES, CALPAR, CANEPHORA, CANNENSIS, CURIA adfin. *Firmicus* in CYPAPHAPI, *Gellius* in CATASCOPIUM, COARCTE, CONJECTIO, *Gloſſularius* in CANUTUS, COXIGO, CURCULIO, *Hyginus* in ANTIPHUS, *Iſidorus* in BIOTHANATOS, *Lampridius* in CAPIS, *Livius* in ARRECTUS, CONFIDO, *Lucanus* in CARMANI, *Martialis* in BIPINNA, CELEBRATA, CHERSOS, *Meſſala Corvinus*, in CIRCUMEO, *Nonius* in CUJATIS, ARETINUS, CALPAR, COMITASSET, CONTENTURUS, CONVITIUM, *Petronius* in APOCALO, CLUNARIUS, *Plautus* in CATENA, *Plinius Major* in ADUNATUS, ALTANUS, AMBURO, ANAPAUOMENE, AULANIUS, CANNENSIS, CARTHEGON, CATAGUSA, CERVISIA, COENA, COMPUTO, CUNILA, *Quintilianus* in AGO *multum*, APPELLO, ATTRACTIO, CARMEN, *Rutilius Lupus* in ANACLASIS, *Seneca Philoſ.* in AFFECTATIO, *Servius* in APOLLO, *Suetonius* in ADHAMO, ASTICI, CUBICULARIS, *Terentius* in BABYLO, CONSUMO, ubi omiſſa nota [. *Tertullianus* in COLATUS, *Theodorus Priſcianus* in CALASTICUS, *Trebellius Pollio* in ANCILLA, *Aurelius Victor* in AVERSATUS, *Vitruvius* in COLUMNARIUM, *Varro de Lingua Latina* in COENACULUM, *Vellejus Paterculus* in AUCTORAMENTUM. Hæc, ut inter volutandum forte ſe obtulerunt, e. g. apponere lubuit.

Plura accumulare operæ pretium non viſum eſt. Non enim ingenii oſtentandi cauſa hæc expromſi: alioqui faſtidioſo delectu optima quæque ex utroque volumine excerpſiſſem. Multa ſunt tenuia valde, eoque minus dubitationis habent. Quod ſi non in omnibus *rem acu*, ut ajunt, tetigi, aliorum exemplo, eorumque non de fæce ingeniorum, me conſoler licebit. Illud etiam atque etiam deprecor, ſi quis hic quicquam invenerit, quod alii jam occuparunt, ne furto ſurreptum clamet. Non hæ artes meæ ſunt, neque fuerunt, neque erunt unquam. Quis vero omnes omnium Criticorum libros vidit aut excuſſit? Quæ nec vidi, nec audivi in vita ignorare, puto, licuit. Contra de noſtris ſi quis tanti quid fecerit, ut, tollere pro ſuo velit, non recuſo, modo ne & illa adjiciat, quæ aſſolent, *Sic olim ſagaciter conjectavi, multo poſt vidi idem Birrio placuiſſe.* Eos nihil moror, qui totum hoc genus conjecturarum alto ſupercilio deſpiciunt, & vituperant. Næ illi ſunt, qui vel prorſus, quomodo vetera litterarum monumenta comparata ſint ignorant, vel inſita malignitate quadam abrepti, ingenio ad meliora nato abutuntur, ut qui nuper Artem hanc conjectandi Criticonem ſcriptis pæne puerilibus infamare conati ſunt. Quorum ſi imitari vecordiam, tam inſulſo ac fatuo joci, cavillationiſque genere vellem, nullo negotio artes ac ſcientias omnes & ſingulas, ne ſanctiſſimis quidem & graviſſimis exceptis, ut meras ineptias mortalium exagitarem atque traducerem.

Illud inſuper occurrit, fore, qui de brevitate, quam adhibui, forſan conquerentur, verbis enim plerumque perpaucis, ſæpius verbo rem expedivi. Id ſatis fore intelligentibus putavi, ceteris ne prolixa quidem diſquiſitione ſatisfactum iri. Adde quod ad confirmanda ſingula, adductis complurium auctorum locis, & otium mihi & charta defuit. Quæ veriſimilia ſunt facile doctis ſeſe probabunt, cetera eò minus opus aggravare poterunt, quo brevius aſperſa fuerunt.

In Conjecturarum claſſem referre licebit etiam *Etymologias*, quas propoſui, verborum quorundam, quæ ut non extra omnem dubitationis aleam poſitæ ſint, minus tamen ineptas viſum iri confido, quam pleræque ſunt, quas vel ex ipſiſmet antiquis, vel ex junioribus Grammaticis paſſim Stephanus proponit. Vide e.g. in ACATIUM, ACCENDO, ALESCO, AMBOLAGIUM, ANNOTINUS, APOCOPUS, ASSENTOR, ATAVUS, ATTONITUS, BACCHÆUS, BATHYCLES BUCERIÆ, CARMADAS, CARNIFEX, COELLO, COENOBITA, COERCEO.

Sæpe fuit & de *Latinitate Ætateve* dubia quarundam Vocum & Phraſium diſquirendum, quod eadem brevitate feci, productis & excuſſis alias veterum auctorum locis, alias rationibus, ut in ejuſmodi quæſtionibus, idoneis, i. e. ab Analogia petitis, veriorem ſententiam vel expromſi, vel confirmavi. Factum id in ACCUBITUS, ADVOCATUS, ÆGRITUDO adfinem, ÆRARIUM *publicum*, AFFLIGERE *ſe* & AFFLICTUS, ALLICEFACIO, ALLOQUOR *cum aliquo*, ALLUCEO, ALUMNUS ad finem, AMASIO, AMPULLESCO, ANIMALCULUM, APOTHECA, ARMA ad fin. BRACHIUM *de Mari & Fluminibus*, BREVIS ad fin. BRUTUM, CALUMNIA ad fin. CAUSATRIX, COÆQUUS, COGNOSCO de re venerea, COMMILES, COMMILITIUM, CONCÆDES, CONCURRO *ad aliquem*, CONDITIO ad fin. CONSCISSUS, CONSPICILIUM & CONSPICILLUM, CONTINGO ad fin. CONTRA ad fin. CONTUSIO, CONVERSUS, CONVEXUS, CORRADO &c.

Non raro etiam *Differentiæ vocabulorum* indicandæ, vel declarandæ fuerunt, in quarum cognitione non minima pars Latinitatis notitiæ conſiſtit, veluti factum eſt in ACCUBO & *Accumbo*, AFFLIGO & *Projicio*, AGGERERE & *Aggerare*, ALIQUANDO & *Unquam*, AMBO & *Uterque*, AMANS & AMATOR, ARGOUS & *Argolicus*, AUGURIUM & *Auſpicium*, AUSCULTO & *Audio*, BUCCINA & *Tuba*, CIRCUMSIDO & *Circumſedeo*, CONFIDO & *Credo*, &c. ut & in Græcis nonnullis e.g. ἀνακλίνομαι & ἀνάκειμαι, κατακλίνομαι & κατάκειμαι, in ACCUBO, ἀπάλαιστος & ἀπάλαιστρος in APALÆSTRI, ἀρθρικὸς & ἀρθριτικὸς in ARTHRITICUS.

Utinam vero, ut huc quoque veniam, tantum mihi otii fuiſſet, quantum res poſtulabat, ut ea quæ ad *Antiquitatis notitiam* pertinent paulo diligentius pertractarem, nunc vero vix digito attingere licuit, quibus manus medica iterum ac ſæpius adhibenda fuiſſet. Non omnino tamen me hanc quoque partem incuratam reliquiſſe Lector perſpiciet, collatis cum Londinenſi, exemplari e. g. dictionibus ACROAMA, ADUMBRO, ÆDILIS, ÆLURUS, ACTA, AGONOTHESIA, ALTICINCTUS, AMPHITHEATRUM, ANABOLAGIUM, ANAGLYPHA & ANAGLYPTA, ANDRON, APOTHECA, AQUA, ARMAMENTA, ARMILUSTRIUM, ARTOPTA, ARYTENA, ASIARCHÆ, ATHENÆUM, ATHLETA, ATHLOTHETA, BALATIO, CADAVER, CÆSTUS, CALATHUS, CANCELLARIUS, CANDIDATUS, CANDYS, CANTHARUS, CARPENTUM, CENTURIA, CENTURIO, CERVUS, CERYX, CIRCUS, CIRCENSIS, CLAVUS, CLOACINA & CLUACINA, COMITIUM, COMMODUM, COMOTRIÆ, COROLLARIUM, COSMETA, CUNEUS.

Sunt in primis Phraſes & Formulæ quædam, quæ neceſſario ex antiquitatis notitia explicandæ fuerant, quibus vel nulla omnino, vel falſa expoſitio adjecta fuerat, ut *A pedibus ſervus*, in A, *Abſtergere remos* in ABSTERGO, *Alia omnia cenſere* &c. in ALIUS, *Appellare regem* in APPELLO, *Aſcendere in concionem* in ASCENDO, *In beneficiis ad ærarium deferri* in BENEFICIUM, *Deducere claſſem* in CLASSIS, *Canere claſſicum* in CLASSICUM, *Cogere in ordinem* in COGO, *Comparare provincias inter ſe* in COMPARO, *Conſtituere judicium* in CONSTITUO, *In contubernio eſſe alicujus* in CONTUBERNIUM, *Corpus curare* in CORPUS &c. Ubi vero auctores Juniores, qui ſingula accuratius pertractarunt indicandi fuerunt, non tantum ad *Pitiſci Lexicon* Lectorem remiſi, quod in *Londinenſi ecdoſi* paginam utramque facit, ſed ad cognitos, volutatoſque mihi olim auctores. In his, quæ ad Rem Militarem e. g. Ludos, Theatra &c. pertinent ad *Lipſium*, in Re Veſtiaria ad *Ferrarium*, vel *Rubenium*, in Re Cibaria ad *Ludovicum Nonnium*, in Re Navali aut Vehiculari ad *Schefferum*, in Re Gymnaſtica ad *Hier. Mercurialem*, in his quæ ad Sacrificia & Luſtrationes pertinent ad *Lomejerum*, in multis ad *Bartholinum*, *Rycquium*, *Ciacconium*, *Fulvium Urſinum*, nec raro etiam ad Nummos antiquos, ab eodem, aut *Oiſelio*, *Patino*, *Occone*, *Vaillantio*, *Spanhemio*, exhibitos, in Græcis antiquitatibus ſæpe ad *Vandalium* & *Caſaubonum*, vel *Henricum Stephanum*, in Eccleſiaſticis ad *Suiceri Theſaurum*.

Longe tamen maximus labor exantlandus mihi fuit in his quæ Geographici, Hiſtorici, aut Mythologici argumenti ſunt in hoc Lexico, dequorum fœditate ſupra dictum eſt. Eorum alia fuerunt omnino inducenda, ut ex manifeſto errore nata, ut prioris generis ACMODES & ACMODÆ Inſulæ ex eodem Plinii loco, ACUENUM oppidum pro AQUINO ex Strabone, ALBII Montes & Populi, ALCHIPPE pro ARCHIPPE, BUTRA pro BUTOA, CASNINUM pro CASILINO, CHIMERII pro CIMMERII, aliaque, quæ magno numero ſupra indicavi, ubi de geminis dictionibus ſublatis dictum eſt. Reliqua, quantumvis ſuſpecta & falſa pluſcula, notula adjecta reliqui: perpauca vero ſunt, quæ non multis modis ex ipſis antiquis

& ido-

& idoneis auctoribus emendavi, ut lector e. g. si cum Londinensi nostram editionem contulerit, facile in his cognoscet: ABARIM, ADIABENE, ÆGOS, AGNICIS, ALBA, ALBIUS, ALEMANNIA & ALEMANNI, ALTILIA, AMASTRIS, ANICHIA, ANISUM, ANONYMI, APENNINUS, AQUÆ, ARBELA, ARGENUSA, ASTYRA, BACENIS, BACTRA, BÆTULLO, BELGÆ, BELGIUM, BERENICE, BEROEA, BREUNI, BUBASUS, BUBIASMUM, BYCUS, CÆCUBUM, CÆRE, CALATIA, CALLIPOLIS, CALLÆCI, CAMELANI, CANE, CARCASUM, CARDIA, CARPINEITES, CARTHÆA, CARYA, CASILINI, CEA, CELENÆ, CHRYSOCERAS, CHYDORUS, CIRCIUS, CLARIUM, CLAZOMENÆ, CLITERNIA, COTONE, COTTA, COTES, COTTIUS.

Pari cura Historica tractata esse, quin etiam multa de novo, inductis prioribus, inserta, cognoscet lector collatis dictionibus ABAGARUS, ubi pro ἀμαβαίοις ἀμοιβαίοις reponendum, ÆLIUS, ÆMILIUS, AETIUS, AGESILAUS, AGRIPPA, AGRIPPINA, ALBINUS, ALBIUS, ALCAMENES, ALEXANDER, AMPHILOCHUS, ANTIAS, ANTIGONUS, ANTONIUS, APPION, AQUILA, ARCESILAS, ARCHIDAMUS, ARISTIDES, ARISTIPPUS, ARISTOTELES, ARRIA, ARRIANUS, ARSINOE, ARTABANUS, ARTABASDES, ARTABAZUS, ARTAXERXES, ASDRUBAL, ASPASIUS, ATILIA, AUGUSTA, AURELIANUS, AUREOLUS, BALA, BASILIUS, BELLIENUS, BERENICE, BILIUS, BOCCHAR, BRUTUS, CÆCILIA, CÆDICIUS, CÆPIO, CÆSAR, CALIGULA, CALPURNIA, CANIDIUS, CASSIUS, CERAUNUS, CHARILLUS, CINNA, CLAUDIUS, &c.

Nam manifeste falsa & corrupta delere quid vetuit, ut ACILAS Philosophus ex Suida, cum AQUILAM intelligi vellet, AGESIAS pro HEGESIA, AGON pro AGNON, ALYNOMUS pro ABDOLOMINO, sive ABDOLONIMO, ANCHIALOS pro ARCHELAO, ANIA, pro ANNIA, BALIEMUS & BALLIENUS pro BELLIENO, DECIUS pro DECIMUS, aliaque talia. Ubi qui Indicem relictum vellent, delirare mihi videntur. Quasi nempe singulæ typothetarum, aut librariorum, aut ineptorum compilatorum aberrationes locum sibi in Lexico Latino vindicent.

Nec in *Mythologicis* quoque indiligentius actum apparebit in ACANTHUS, ÆGISTHUS, ÆNEAS, AGATHO, AGAVI, ALPHESIBOEA, ANACES, ANGUIPEDES, ASTYOCHIA, ATALANTA, ATTYS, BACCHUS, BROTHEUS, CÆNOTROPÆ, CALISTO, CANDIOPE, aliisque quam plurimis.

Atque hic fere est opellæ, quam huic operi impendere mihi licuit, conspectus, quæ omnis in emendando atque expoliendo eo consumpta fuit. Ita enim hunc fundum colendum susceperam, non ut nova fruge consitus, sed a malis herbis duntaxat purgatus, runcatusque opera mea nitesceret. Quicquid meum accessit, id e re nata, αὐτοσχεδὸν, atque de subito adspersum, non ex paginarum marginibus, longoque tempore collectis observationibus descriptum fuisse, cujus generis adhuc pleræque fuerunt, quæ Virorum Doctissimorum nomen in *Calepino*, *Fabrove* præferunt curæ, facile lector cognoscet; eoque, spero, facilius inelaborato labori veniam impertiet, si quæ forte minus erudito palato ipsius sapient. Aliter enim necesse est elaborata prodeant ea, quæ otiose, meditateque scribimus, aliter quæ raptim, & singulas pæne chartas calamo subtrahentibus operis, tumultuaria scriptione typographio approperamus.

Nonnusquam etiam sero venit emendatio, quum jam surda prela preces meas respuerent: Sæpe & margine jam pleno charta mihi defuit, ita ut necessario animadversio in angustum arctanda fuerit. Sunt & de quibus Amplius pronuntiare tutissimum visum est, utpote quæ majus otium ad disquirendum, quam mihi concessum fuit, postulabant; alia ubi liber ipse, qui inspiciendus erat, ad manum non fuit. Ecquis enim omnibus instructus esse potest, ubi in opere tam varii argumenti inspecto opus est?

Poteram quidem labore excerpendi exempla, quæ supra posui, supersedere ac breviore via lectori, quid in nova hac ecdosi præstitum sit monstrare, si modo ipsum, ut aliquot paginas nostræ ac Londinensis editionis conferret atque invicem contenderet rogassem. Sed præterquam, quod eam editionem in paucorum manibus his locis esse sciebam, satius visum est, subjectis continuo exemplis, Lectorem ipsum velut in rem præsentem ducere, ut omnino a vanitate longe abesse prædicationem meam per se cognosceret.

Deinde illud etiam animo intendi, ut hoc quasi specimine quantum mihi laboris, tot ac tam variis, multiplicibusque curis, hoc triennio exantlandum fuerit, paulo evidentius demonstrarem: simulque eorum querelis occurrerem, qui quicquid id est operis, citius pæne, quam cœptum fuit, transigi potuisse putabant, & istuc pensum paulo certe molestius flagitabant, quum probe mihi conscius sim, nihil me jugi labore, qui soli mihi omnis, nullo ὑπουργῷ assumpto, exhauriendus necessario fuit, ad maturandum opus reliquum fecisse. Quid quæris? ne isthæc quidem insumpti laboris confecta summa est, accessit pensum aliud, quod haud facile dixerim an non difficilius & molestius reliquo omni labore, meus mihi pudor, ne defuisse rei litterariæ commodo viderer, imposuit. Vix dum enimvero aliquatenus impressio primi & secundi voluminis processerat, cum litteræ Geneva allatæ sunt, exstare in Civitatis ejus publica Bibliotheca codicem Stephanici Thesauri edit. Lugdun. HENRICI STEPHANI, ROBERTI FILII, pæne in singulis paginis, animadversionibus variis instructum. Quas si ad ornandam editionem nostram conferre luberet, offerebat ultro in describendis iis, suam, amicorumque suorum gratuitam operam *Vir Humanissimus* idemque *Clarissimus* GABRIEL CRAMERUS, *Matheseos in Acad. Genev. P. P.* Gaudebam equidem oblatam mihi occasionem, quicquid id esset postumæ curæ, Viri tot insignibus, ingenii, studii, industriæ monumentis præclare quondam de litteris meriti ab interitu vindicandi. Verum quia mea interesse putabam, ut codicem ipsemet inspicerem, auctor bibliopolæ fui, ut interposita cautione, exhibendum mihi curaret, quod per eundem *Clarissimum Virum* haud difficulter impetratum est, cui, pro eo ac par est, eo nomine quam maximas gratias agimus. Allato codice omnia, quæ in eo scripta comparent, ab una eademque manu exarata fuisse perspexi, scribendi genere adeo difficili ad legendum & intricato, ut molestius nullum viderim. Quod mecum fatebuntur Viri Doctissimi & in legendis Mss. libris exercitatissimi, qui domi meæ codicem inspexerunt. Nam & unam eandemque litteram, sex, septemve, ac pluribus modis ductam videas, & scripturæ compendia, seu syllabarum notas, difficillimas ad intelligendum. Accedit charta multis locis bibula, ita ut, atramento diffuso, vix ac ne vix quidem dignoscere scripturam liceat. Quod quum ita sit, tamen tantum studio profeci, ut præter exspectationem meam nihil non legere potuerim. Id quidem dolendum est, incidisse hunc codicem in manus imperiti possessoris, qui dum nova veste ornare eum studet, bonam partem animadversionum Stephanicarum, quæ forte in summum, vel extremum marginem conjectæ fuerant, empectæ cultro resecari passus est.

Ipsius autem *Henrici Stephani* omnes eas observationes esse dubitandi causa nulla est, quum passim in his, modo ad *Patris sui Thesaurum*, modo ad *suum* item, *Græcum* nempe innuens, modo ad *editiones suas*, aut Lucubrationes, *Appendicem* e. g. in *Varronem*, *Schediasmata*, *Pseudo Ciceronem*, *Nizolio didascalum*, *Proodopœian ad Senecam*, *Epistolam ad Jac. Dalecampium*, &c. *sua* omnia vocans, lectorem remittat. Quamvis autem quædam vix digna mihi viderentur, quæ in lucem exirent, tamen quia multi ejusmodi studio ducuntur, ut omnia, quæcunque nancisci possunt Magnorum virorum industriæ λείψανα cupide inspiciant, horum studio in tantum obsequi visum est, ut ad multa egregie animadversa etiam tenuiora, quæ supererant, adjicerem.

Ut de ipsis denique Animadversionibus paucis agam, quas ubique additis primoribus litteris auctoris nominis, hisce nempe H. St. denotavi, primum si quæ ex *Thesauro Patris sui* temere prætermissa in Lugdunensi codice reperit, annotare non neglexit, uti paulo infra ipsius verbis prolatis, demonstrabimus. Deinde Observationes novas quamplurimas ex *Cicerone* præsertim, *T. Livio* ac *Poëtis Latinis*, tum & ex *Suetonio*, *Tacito*, *Historiæ Augustæ scriptoribus*, *Ammiano Marcellino*, *Panegyricis antiquis*, *Scholiaste Horatii*, *Lactantio*, *Patribusque* aliis adscripsit. Quo factum est, ut in *Nova* quoque *vocabula*, auctorumque loca, non pauca inciderem, quæ jam *Londinensi Thesauro* ex *Lipsiensi Fabriano* inserta fuerant, quibus locis *Henrici Stephani* nomen adscribere, monito lectore, non dubitavi, ut Viro doctissimo præstitæ diligentiæ laudem quasi postliminio vindicarem. Affert præterea & alia nonnulla nova vocabula, quæ etiam in *Londinensi Lexico* desiderabantur, verum mirabuntur lectores in plerisque, non veteres & idoneos auctores, sed *Gazam*, *Vallam*, *Pontanum*,

tanum, *Bembum*, *Sadoletum*, *Picum Mirandulanum*, *Longolium*, *Politianum*, *Marsilium Ficinum*, *Beroaldum*, *Cælium Calcagninum*, *Erasmum*, *Vivem*, *Lipsium*, nec raro *Despauterium* aliosque ejusdem ætatis auctores adduci, quod ipse tamen, ut infra videbimus, in Lugdunensi Thesauro factum, vehementer reprehendit. Suspicatus est nimirum, Viros illos doctissimos, nec Latinitate sæculi sui contentos, non temere quicquam posituros fuisse, nisi auctor exstaret, itaque hæc, non ut ederet, sed inquirendi consilio apposuisse videtur. Talia sunt in primo tomo e. g. ADUNDO, AGRESTITAS, AGRESTITUDO, AMARITIES, APPOSITITIUS, ARTIUNCULA, AVICELLA, BARBITONSOR, BELLATURIO, BRACHIARIUM, CARENTIA, COACERBO, COAXATOR, COENARIUS, CONSUTARIUS, CONTUBERNALITAS, CONVIVALITAS, CROTALISSO. Nullam vero temere animadversionem ejus apposui, ubi non aliquid vel explicandi, vel confirmandi, vel etiam refellendi causa adspersi. Sæpe autem verba duntaxat adscripsit, auctoris omissa mentione, sæpe bona parte cultro resecta, vix vestigia ipsius animadversionis relicta fuerunt, ita ut plane divinandum fuerit. Cujus rei exempla videre licet in APPELLO, COMPARATIO ad fin. CONCILIABULUM, CONSALUTATIO, CONSCIENTIA. Nonnunquam & falso citavit, ut in AGO ad fin. *Martialem* pro *Priapeis*, in AMICITIA *Horatii* verba, in COLO *Ovidii*, in CONDITOR *Plinii* locum, in CONSUO Græcum vocabulum, in CONTEMPLOR *Donatum* pro *Varrone*. In AMICUM *est* plane cavillatur.

Sæpius orthographiam restituit & etyma feliciter eruit, præsertim in Græcis, ut in ÆTHEREUS, CADAVER, CADUCEUS, CHIUS.

Animadversiones criticas & auctorum emendationes, quod miror, perpaucas interspersit, easdemque fere jam in aliquo opusculorum suorum propositas, quæ causa est, cur eas hic recensere supersederim. Satis constat alioqui summum hunc in Græcis litteris virum, in Latinis non tantundem gloriæ assecutum, & in hujus linguæ auctoribus emendandis non eadem felicitate ingenii, atque in Græcis, usum esse.

Si quæ falso posita invenit, satis habuit transversis lineis inducere. Quæ reliqui quidem, sed ipsius judicium lectori indicavi, ut e. g. in AGNOMONES. Aliis etiam quibusdam signis quamplurima, vel subductis lineis tantum notavit, ordinem, opinor, quo posita vellet, ita indicans. Apparet autem ex his ipsum totum opus a capite ad calcem perlegisse. Quod primum eo consilio factum suspicabar, ut Græca inde vocabula, quæ apud Latinos auctores occurrunt, ad locupletandum Thesaurum Græcum suum excerperet, qui paulo ante prodiit. Nam pleraque ejus generis in ejusdem Thesauri Indicem, qui sine dubio aliquanto post exiit, ab ipso conjecta reperi. Atque illud etiam animadverti, quoties fere vocabulum aliquod, ut Spurium, quod in *Vulgaribus Latino-Græcis Lexicis* exstet, reprehendit, id ipsum in hoc Lugdunensi opere exstare. Ceterum cum etiam Latinum Thesaurum, ad modum Græci sui concinnatum, Henricus noster in affectis habuerit, eundemque in Epistola ad lectorem eidem præfixa promittere non dubitarit, suspicari licet, in hunc quoque finem Lugdunensi Thesauro usum esse, quemadmodum etiam Observationes alias sese in marginem *Thesauri paterni* conjecisse passim in his, quæ jam cura nostra prodeunt, memorat, quæ forsan etiam claustra aliquando erumpent, ubi adhuc latuerunt. Immo certius nihil est, ut mox dicemus.

Quo melius autem lector de his, quæ nunc damus, cognoscere possit, subjicere lubet hoc loco ea quæ post cœptum jam opus inseri non potuerunt. Primum scias licet, Virum hunc Clarissimum bonam partem Observationum suarum, quibus potissimum Lugdunense opus reprehendit, ipsi titulo libri inscripsisse, qui proinde fœdum in modum ubique scriptura deformatus est. In ipso umbilico, ubi erecti leonis imago expressa est, adscripsit duobus locis: *Ex vero nomine vocor Robertus Plaut. Sticho, in* EX. verum Lexici ejusdem auctorem Patrem suum esse innuens. Cave tamen putes hæc ipsa esse Plauti verba, cum Roberti Stephani sint, exempli gratia subjectis Plautinis verbis ex Stich. 1. 3. 88. præposita, quæ quia in Lugdunensi & Londinensi editione omissa sunt, nos quoque, loco solum indicato, exhibere neglexim us. In Dedicatione Tinghyi & Typographi ad Lectorem præfatione barbarismos & solœcismos aliquot, nisi partim typothetarum errata sunt, reprehendit, quæ huc apponere non visum est. Ad hæc verba præfationis ejusdem: *Quæ a Stephano edita erant, omnia damus integriora & emendatiora: quæ desiderari videbantur docti expleverunt*, adscripsit *Nego*, *& optima*, *& valde necessaria prætermissa esse dico: contra, nonnulla, quæ non tanti momenti sunt, adjecta.* Confirmat hoc deinde partim iis exemplis, quæ infra posui, partim aliis. *Admonitionem quandam utilem*, inquit, *quæ est in edit. R. Stephani hic esse omissam in verbo* ADJUTARE. *Sic & alia multa imprudenter omiserunt, quæ tamen non multum auxissent librum. In* PROPERE *omittit exempla ex Sallustio & Cæsare, quæ sunt in Thesauro Patris.* Observatio, quam memorat, infra in Addendis sequetur. Conferat lector in ALTITUDO, CAPUT, CUCULUS &c. ipsius annotata.

In summa & ima pagina tituli aliquot animadversiones, de qua jactura supra questus sum, cultro empectæ resectæ fuerunt. Eas, quæ supersunt, ne, sicut temere positæ sunt, subjiciam, in certas classes redigere lubuit, his tamen prætermissis, quæ in opere ipso quoque ad marginem apposuit, unde easdem fideliter in nostram editionem descripsimus.

Vocabula quædam deesse indicat, præter ea quæ supra indicavi, ut ADSIBILO, *pro Respondeo sibilo Bud.* quod ex Lipsiensi Thesauro hic comparet, DESTOMACHOR, EXCORIO, FOETUTINUS, GROSSUS & GROSSITUDO, OSCITANTIA, PROMANARE, VETERAMENTUM. Quæ suo loco jam inserta sunt, aut inserentur. ADDITITIUS, inquit, *&* ADJECTITIUS *non reperi hic.* ζητ'. *an dicantur?*

Reprehendit vitiose quædam posita, ut *Fovêre larem*, *pro Fodêre apud Nonium.* V. in FOVEO. *Immunis pro Immanis apud Festum.* Sed V. in IMMUNIS. *Haruspex verus hic citatur*, inquit, *ex Propertio*, *sed econtrario Vanus legendum.* Alteram tamen lectionem retinuit Brœckhusius, cui est 3. 6. 17. ac miror, cur sollicitaverit Stephanus. Suspecta sibi innuit hæc Livii, *Pœnas alicujus sceleris a se agere* in AGO. Sunt autem ex Oratione Marcelli lib. 25. cap. 31. ubi in emendatis jam codicibus legitur, *Pœnas exegisse. In* SAGINA, inquit, *puto poni pro Sagena duobus locis. In* DIMIDIUM

Dimidium facti qui bene cœpit habet.

ponitur in loco Horatii: At in paterno recte sine Bene. Facio mentionem Schediasmate 20. aut 21. In ista editione correctum leges. In EXPETISCO reprehendit additam correctionem: *Alii rectius legunt scribuntque &c. Satius erat*, inquit, *alterutrum.* Sed laudanda diligentia est Lexicographi, si in paulum modo dubiis & varias lectiones apponit. *Componere & coagmentare verba ex Cicerone. Atqui apud Cic. est Quasi coagmentare.*

Vir bonus & sapiens dignis ait esse paratum. An Paratus?

Nescio quo conjecturam hanc in Hor. 1. Ep. 7. 22. referri voluerit. Nec sequentia Calepini quem in finem apposuerit, intelligo: CUCULUS *pen. corr. &* CUCULLUS *per duplex l Avis nota. Martial.*

Quamvis perplures cuculus cantaverit annos.

Hor. in Sat. ——— *cui sæpe viator*

Cessisset, magna compellens voce cucullum.

Cucullus etiam genus vestis est. Juven.

Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos.

Unde constat Fratres nostros Eremitanos male uti hoc vocabulo CUCULLA *fem. genere. Calepinus Eremitanus. Sunt qui accipiunt Cucullum pro Nautico aut Rustico tegmine ad arcendas pluvias.* conf. utramque suo loco dictionem.

In ILLECEBROSE *citatur ex Plauto Illecebrosius, tanquam Adverbium, quum tamen sit nomen.* V. in loco.

Pertimui ponit a PERTIMEO, *Concupivi a* CONCUPIO. *Puto tamen non dici Pertimeo, nec Concupio, sed tantum* PERTIMESCO *&* CONCUPISCO. *Sic Delitui, tanquam a* DELITEO. *Apud Plinium tamen Delitentia. Sed puto pro Delitescentia.* V. etiam in his locis.

Falsas & perquam indoctæ manus citationes exagitat, ut quod in CONDITIO legebatur, *Cic. pro Milite*, pro eo quod nempe *pro Mil.* i. e. Pro Milone scriptum invenerat indoctissimus compilator. In Londinensi exemplari hoc quidem correctum fuit, in quo tamen similia alia offendi, quæ supra indicavi.

Reprehendit & confusas uniuscujusque vocis significationes. *In* HONOR, inquit, *exempla sunt confusa, in quibus est* τιμὴ, *& in quibus significat Magistratum, seu dignitatem.* Qui nostram editionem cum Londinensi in hac voce, aliisque conferent, eandem confusionem non invenient.

Significationes, inquit, *unius restringuntur in multis*, *ut Lucubrare*, *Ad lucernam componere. Melius multo in Latino Gall. Et interdum totus locus scriptoris non ponitur*, *quum tamen ponendus esset*, *ut apparet in loco Cicer. in* LUCUBRO. *Vide quæ ibi notavi.*

Omissas esse significationes vocabulorum quorundam, *ut in* CLAVIS *significationem Partis corporis*, *item in* PALA. V. CLAVICULA. *Rationem conficere ex Turnebo didici. Vide in* RATIO. ubi tamen nihil adscriptum.

Reprehendit & quod Gallica nonnusquam adjecta interpretatio sit, ut *In Caluit crimen expositio Bud. Gallica.* Quod tamen non modo a Patre ipsius Roberto passim, verum etiam ab ipso in his, quæ in lucem jam prodeunt, hypomnematibus similiter factum est.

Πλεονάζειν multa exempla, *ut in* VULVA *quamplurima ex Plinio*, *de Remediis vulvæ quorsum? Sic in quibusdam aliis ex eodem Plinio & Celso.* Videat lector e. g. in ANGINA, DENS, DEXTRA, DYSENTERIA. Item ex JCtis in AGO, ACTIO, APPELLO, APPELLATIO. Quid mihi obstiterit, quo minus in his critica falce uterer, supra declaravi.

Sine judicio, inquit, *ponuntur etiam hujus nostri temporis nomina propria*, *ut Cælii Rhodigini*, *in* RHODIGINUS, *ubi & qui loquitur suum de illo judicium interponit.* Hujus generis quia pauca sunt, intacta reliquimus.

Potiori jure reprehendit adduci passim Juniores auctores, pro Antiquis, *Ramum in* ANTONOMASIA. *In* SAGIMEN, PONDO, COLAPHIZO, PHILTRUM, *Calepinum.*

In HABENTIA, inquit, *citatur Sipontinus ex Nonio: cum potius citandus esset ipse Nonius. Est autem hic Sipontinus*, *qui & Perottus*, *qui citatur in* BILANX *in* BIS, *Perottus Sipontinus Episcopus.*

Quædam afferuntur ex Sipontino duntaxat, *ut* COQUINARIA, *&* COQUINARIUS. *Item in* CRUSTA, CÆSPITO, CAUPONARIA. *In multis non citatur*, *quæ tamen ex eo sumpta sunt*, *ut in* RUDITAS, *in* SCAPULA, *Scapularis vestis*, *Scapulares servi*, *Interscapilium. In* INTERVALLUM *Perottus ponit deductionem*, *quæ ex Varrone quoque affertur*, *licet brevius. Sic in* ZELOTYPUS *sumpta ex Perotto*, *sed falsa. Nam dicit τύπον esse formam*, *intelligens Pulchritudinem.* DULCIFLUUS, DULCILOQUUS, DULCISONUS *ex Sipontino*, *sed tamen sunt apud aliquem Classicum.* V. ed. hanc. GRATITUDO *ex Sabellico & Erasmo allatum*, in COMMUNICO positum ex Budæo exemplum.

Boëtius citatur in CONTEXTIO. Putabat nimirum Stephanus eam vocem apud antiquiores multo exstare. Semper enim antiquissimum quemque auctorem apponi voluit. INDUBITARE, inquit, *affertur ex Statio. Atqui Virgilius usus est*, *ex quo Statius sumpsit. Erat citandus Virgil.* At ita in Patris tui, Henrice, Thesauro ineptum istuc *Agere circum caput* ex Columella afferebatur, prolato versu Virgilii. REGELARE *affertur tantum ex Columella*, *utuntur tamen eo Martialis quoque & Seneca.*

In PARRICIDALIS *multa ex Firmico exempla*, *quæ vix videntur sufficere. Attuli autem & ex Justino*, *sed cum i Parricidiale. ὀρθογρ. melius Paricidialis aut Parricidialis.* [Forte utrumque obtinet, alterum a Parricida, alterum a Parricidium.

Peccatum & in hoc fuit, *quod quædam in Præpos. ipsa tantum*, *ac non in nomine posuerunt*, *ut E vestigio*, *tantum in Præpos. E.* Hoc ex ipso Roberti patris ipsius Thesauro peccatum profectum agnoscere Henricus debuit.

De Græca interpretatione quid censuerit cognoscere ex his, quæ subjiciam, licebit.

In SCUTULA *ἀγγεῖα κοῖλα γένος. Hoc non est interpretari Græce.*

ARMIGER *male exponitur ὁπλίτης & in Calepino ὁπλοφόρος.*

In Græcis magnus error in ABSTINEO, *ἀπόσχομαι vel ἀποσχῶμαι*, *in* LÆVUS *est σκαιὸς pro λαιός*, *in* POLLINCTOR *à* POLLEN *quelle faute au Grec! νεκροφόρος*, *qui a été mis sans regarder la signification Latine.*

Græca quædam ficta, *ut* VIPIONES *μειογέρανοι*, HABENTIA *ἔχεια*, *in derivatis ex* SEMI, *ut* SEMIANIMIS, *ἡμίθυμος*, *maluissem ἡμίψυχος*, SEMIREDUCTUS *ἡμιαναχθεὶς*, SEMIRUTUS *ἡμιβαλὴς*, SEMISOMNUS *ἡμίυπνος*, SEMISUPINUS *ἡμισύπτιος.* Quibus addi potest & SEMISEPULTUS *ἡμιθαφὴς* per *θ*, SEMISOPITUS *ἡμικοίμητος* &c. V. & quæ supra posui. Reprehendit & ordinem in Græcis Synonymis, ut TRUTINA *πλάστιγξ*, *τρυτάνη. Il falloit mettre premierement τρυτάνη*, *puis qu'il vient de la.* Hoc in similibus aliis sedulo feci in hac editione.

Potissimum tamen eo curam ipsum intendisse, ut singula vocabula ad etyma sua, seu quas vocant Radices revocaret, apparet ex hisce annotatis.

UNDA; *Abundo*, *Excundo*, CAUSA *Accuso*, *Excuso. Accuso dictum exemplo τοῦ αἰτιῶμαι.* AUCEPS, *quasi Aviceps*, *ponendum post* AVIS, *an* AUGURIUM *quasi Avigarrium? Concutio*, *Discutio*, *Excutio a* QUATIO. *In* POSTMODUM *sotte etymologie*, *quæ nullo pacto convenire potest voci* POSTMODO, *quæ tamen sunt Synonyma.* COAGMENTO *Mur. puto*, *Coamento.* Videtur Mureto hanc etymologiam adscribere. V. AMENTO verbum. *Male* PIUS *post* PIETAS *ponitur. Item* PIO *verbum male ab eis disjungitur.* PROPINQUUS *male separatur a* PROPE *&* PROPITIUS. *Sic a* SEQUOR *male disjungitur* SECUNDUM, BLANDIRI *male ante* BLANDUS, *item male* LABIUM & LABRUM *separantur. Male ponitur* OPEROSUS, *tanquam ab* OPERA *derivatum*, *quum sit ab* OPUS. *Nam Operosum*, *Quod est magni operis. Sic ἐργῶδες ab ἔργον*, *& factum imitatione Græci. Quin etiam debuit poni* OPERA *post* OPUS, *non autem separari. Opera potius respondet τῇ ἐργασίᾳ*, *in quibusdam saltem loquendi generibus.* Vere quidem de nonnullis Stephanus, in quibusdam *ἐπέχειν* tutius. Multa, de quibus liquebat, in hac editione in locum suum restituta esse supra docui, ubi & causam, cur idem in omnibus non licuerit, subjunxi. Sed accipe reliqua. *Analogia in Nominibus*, *quæ alioquin ex diversis Conjugationibus oriuntur*, *ut* REX *a* REGO, *cujus Præteritum* REXI, *&* LEX *a* LEGO, *cujus Præteritum* LEGI, NEX *a* NECO. Lego in quibusdam compositis tamen x ascifcit, ut Dilexi, Intellexi, Neglexi. Non eo tamen pro certo statuerim Legem a Legendo dici, licet eadem Ciceronis sententia sit.

Ex PACARE *puto factum* PLACARE, *unius litteræ l. interjectione. ζητ'. An alia exempla hujus interjectionis. Hinc fit*, *ut sit eadem significatio*, *nisi quod de diis dicitur Placare potius.*

Gallica lingua dubitationes quasdam tollere potest, *ut de* MARCULUS *&* MARTULUS, *dicitur un Marteau. Sic* EXCUDERE *ova &* EXCLUDERE *dicitur Esclore.*

Derivationes multæ sub duabus potissimum rebus latent, *sub Litterarum permutatione & sub Syncope. Syncope ut* PABULUM *pro Pascibulum*, FOECIALIS *pro Fœdericialis. Atque*, *ut aliis in rebus fit*, *ex notis exempla sumenda sunt. Sic notum nobis* SANGUISUGA, *pro Sanguinisuga*, HOMICIDA *pro Hominicida*, *quid ni &* FOEDIFRAGUS *pro Fœderifragus*, *ergo & Fœcialis pro Fœdericialis.* LAPICIDINA *videtur ex errore*, *pro* LAPIDICINA. Immo in posteriore error est, ut ad ipsam vocem dicetur. CESSO *ex* CEDO. *ζητ'. similia*, *multum mutata significatione.*

PERCONTOR *cum sua etymologia*, *item* PERCUNCTOR *pro eodem*, *cum sua itidem*, *& quidem utraque ex Donato. ζητ'. An sint apud Donatum.* Exstant in Comment. ad Hecyr. 1. 2. 2.

Διττολογούμενα, *Loquendi genera*, *quæ duobus modis dicuntur*, *ubi verbum jungitur Accus. rei*, *& interdum Accus. personæ. non eodem Accus. sed interjecta præpos. ut Lacessere pugnam & Lacessere ad pugnam.* Græcam vocem induxit rursus, quia revera huc non conveniebat.

Quædam de quibus dubitavi, *propterea quod leguntur duobus modis*, *ut Despicatum habere & Despicatui habere.*

Atque hæc sunt, quæ Vir tanti nominis partim in titulum, partim in marginem Dedicationis & Præfationis eidem subjectæ, conjecerat hypomnemata, sine dubio materiam præfationis inde sumpturus, quam Novo Latinæ Linguæ Thesauro præmittere destinaverat; quem non tam ex Paterno, quam ex hoc ipso Lugdunensi, correcto, auctoque concinnaturus erat, ut puto ex his verbis apparere, quæ in summa prima pagina adscripsit. *Nota*, *que les Expositions*, *ou il y a Id est*, *doivent être d'Italique.* Idem clarius elucet ex tot lineis passim in toto opere ductis, quibus quæ conjungi, aut sejungi voluerit, indicavit.

Nunc illa etiam subjiciam, quæ in ipso opere inseri, quod sero venerant, non potuerunt.

Tomo primo pag. 1. col. 2. lin. 10. in A. præpos. adde, Abs pro Ab. Sic Priscianus Obs, vide OBSOLEO. pag. 2. col. 1. lin. 49. Calentes ab recenti pugna Romani. Vide CALEO. & col. 2. lin. 42. Suet. in Domit. cap. 11. Neque enim ab re fuerit ipsa cognoscere. Ubi Ber. dicit Ab re, Extra propositum, & addit, Hæc duo opponuntur Ex re & Ab re. Sed tamen Ex re non significat Ad propositum pertinens, Proposito conveniens. & lin. 63. de *A pro Præ posito*, Ut *ἀπὸ*, pro *ὑπό*. pag. 4. col. 1. lin. 10. Ita ut ab epistolis & a libellis & a memoria semper assisterent. Lampr. in Alex. Severo 224. Videtur intelligi de Libellis supplicibus. Vide num Cujacius aut alius exp. V. LIBELLUS. [Lampridii locus est cap. 31. a pr.] Ibid. lin. 14. Hinc factum a Suetonio

nio

nio'Amanuenſis, nam exiſtimatur ipſius eſſe vox. Sic ex illis duabus vocibus A Commentariis factum Commentarienſis. [V. utramque ſ. l. vocem.] lin. 66. Ab paſſim apud Livium, ſequente conſonante. Initio libri primi poſt præfationem, Æneam ab ſimili clade domo profugum. pro Profugum a ſimili, vel Ab ſimili, ut ille, cum ſignificaret cauſam, pro Per ſimilem cladem. Livius libro 7. p. 161. edit. Frob. Linguam etiam ab irriſu exerentem. pro Per irriſum. [poſterior locus exſtat lib. 7. cap. 10.] pag. 7. col. 1. voce ABDOMEN extr. Abdomen in corpore fœminarum patiens injuriæ coitus, ſcitum dictum. Don. in Terentium. || pag. 10. col. 1. voce ABIGEATOR. Abigeatores Vide in Collatione legum Moſaicar. & Rom. ſub titulo 11. [Deſiderabatur hæc vox in edit. Lugd.] pag. ead. col. 2. lin. 12. Id eſt Demiſerunt. Ibid. Abjicere aliquid, pro Curam alicujus rei. Longol. Epiſt. ad Ant. Flamin. lib. 3. in fine. Itaque reliqua abjice, unius tuæ ſalutis rationem habe. [Eſt Ep. 13. extr. Videtur autem Longolius, ut aſſuevit, ipſa Tullii verba poſuiſſe.] pag. & col. ead. ſub fin. ad illa *Animi abjectior*, ζητ'. Exemplum hujus Græcæ figuræ. [V. Vechneri Hellenolexias lib. 1. cap. 18.] pag. 11. col. 1. in ABJUDICO. Abjudicare aliquid ab aliquo. Lipſius in Tacitum 408. Quem (Panegyricum) Ovidio ablatum, viri docti tribuunt Lucano, neutri ego. Ab Ovidio ætas abjudicat &c. [Verba Lipſii ſunt ad 14. Ann. cap. 14. a pr.] pag. ead. col. 2. in ABLEGO poſt *mittuntur*. Contrarium ADLEGO vel ALLEGO. H. St. [Non eſt vere contrarium. conferat utramque dictionem lector.] pag. 13. col. 1. lin. 2. in ABOMINOR, Apud Sueton. in fine Claudii, Quanquam abominantibus qui audiebant. id eſt, ut explico, dicentibus, Quod dii omen avertant. Vide Ber. [Deſiderabatur locus Suet. in ed. Lugd.] pag. 16. col. 7. in ABSISTO. poſt *Abſiſte moveri*, ſubjungit H. St. Et alibi —— abſiſte precando Viribus indubitare tuis. inductis iiſdem Virgilii verbis, quæ paulo ante, tanquam cum Gerundi verbo conſtructio foret, afferrebantur. Idem τὸ ABSOLEO induxit, adſcripſitque, Pro OBSOLEO. Quia revera Latinum iſtuc verbum non eſt, ſed ex errore natum. Ante hoc idem verbum inſeruit ABSOCER, Proſocer. Vide in Indice Hiſtorico Vitarum Cæſarum. || pag. ead. col. 2. in ABSOLUTUS, Abſoluta loquutio dicitur a Servio eſſe iſta, Quod ſupereſt, ut videbis in SUPERSUM. Sic Grammatici Abſolute poni dicunt, id eſt, ita ut ſine aliqua adjectione ſenſum abſolvat. pag. 17. col. 1. in ABSQUE poſt lin. *bonum*. Vide in Chartario col. 3. principio, poſt German. de abuſu Lat. & male uſurpatum a Xyl. Abſque hac eſſent. [Vide Vorſt. Suſpect. Latinit. cap. 9. & ex eo Cellar. Cur. poſter. pag. 174. & Antibarb. pag. 256.] pag. 18. col. 1. in ABSTINENS, poſt *Homo abſtinens*, Amm. Marcell. lib. 23. pag. penult. Et ita ſunt abſtinentes, ut apud ſe tradentes gignentia, nihil ipſi comparent advectitium. de Seribus. Hor. 4. Carm. ode 8. Magneſſam Hippolyten dum fugit abſtinens. [Exſtant Marcell. verba cap. 6. p. 294. Gronov. Horatii lib. 3. ode 7. v. 18. Hic Abſtinens voluptatum intelligitur.] Ibid. in ABSTINENTIA adfin. Abſtinentia & Cupiditas opponuntur a Suet. in Domitiano cap. 10. & alibi. Intelligit autem Cupiditatem pecuniæ. Videtur ſubaudiri in Abſtinentia idem genitivus Pecuniæ ex illo Horatii loco. [in ABSTINENS nempe ex Carm. 4. 9. 37. adducto. Conf. in CUPIDITAS ad fin. forte tamen ſubauditur τὸ Alieni.] pag. 20. col. 2. in ABUNDO, poſt *Copia frumenti*, Pro Frumento. pag. 25. col. 1. lin. 6. poſt *oro* Subaudi Poteſtatem. pag. ead. col. 2. lin. 38. poſt *argentumque*. Vide in PRINCIPALITER. pag. 27. col. 1. in ACCIDO pr. poſt *ſibi accideret*. Sic in Claudio, Ad genua ſibi accidentem. ubi ſuperiores legunt editiones Accedentem, ut in Bononienſi. [Exſtant cap. 10.] Eadem pag. & col. ad fin. poſt *Evenire & Accidere*, Pro eodem. & poſt *acciderunt*, Cicero ponit Acciderunt, ne repetat idem verbum. ead. pag. col. 2. ad fin. in ACCINGO lin. 3. Accingere ſe gladio aut enſe proprie. [Vellem exemplo probaſſet, nam dicitur potius Accingere enſem lateri, & Gladio, vel enſe &c. accingi.] pag. 28. lin. 6. Accinctus, pro Accinctus gladio, ut Non accinctum fodere, id eſt Sine gladio fodere Lipſius in Tacit. L. 4. 295. || pag. 28. col. 1. in ACCIO ad fin. Vide de ADCIO in ARCESSO quæ ſcripta ſunt. || Ibid. in ACCITO adfin. Contra CONCITO penult. corrept. [Nempe quum eſt a CIEO non a CIO.] Ibid. in ACCIPIO, lin. 8. Libens accepit delatum honorem. *Accepta*. Seneca 1. de Benef. cap. 13. pag. 33. col. 1. poſt lin. 38. ACCORPORO, Vide ADCORPORO. In ACCREDO adſcripſit Horatii & Lucretii loca ex Lambino, quæ ex Theſ. Lipſ. huc acceſſerunt. In ACCURO col. 2. extr. Ejus deſcriptionem accuravi. Lipſius in Tacitum 81. || pag. 34. col. 1. in ACCURATE, Vide CURATE, CURATIUS, in Indice Hiſt. Francof. edit. || pag. 41. col. 1. v. ACHRESTUS, Vide CHRESTUS. pag. ead. col. 2. lin. 19. adde Diſtricta dentium acie ſtridens. Vide DISTRICTUS. pag. 42. col. 1. poſt *In aciem audere*, Audere in prœlia Virgil. [ex 2. Æn. 374.] pag. 44. col. 2. extr. ad Cic. loca in *Acquieſcere in re aliqua*. Sic alibi, Vide Indicem Pariſ. || pag. 48. col. 1. poſt lin. 18. ACULEATE Adv. Salſe, aculeateque interrogavit. Pontanus 404. || pag. 49. col. 1. extr. in ACUMINATUS, Linguæ cote Livoris acuminatæ. Beroald. Præfat. in Sueton. || pag. ead. col. 2. poſt lin. 40. ad *Acu pingere* Acu picta. Vide in Indice Hiſt. Rom. Fullones & veſtitores, & pictores & pincernæ. apud Lamprid. in Alex. Severo 227. i. e. Acupictores. [Niſi forte Piſtores legendum, iidem, qui vulgo *Paſticiarii* nempe vocantur. Exſtant cap. 41. || pag. 53. col. 2. poſt ADCIDO, ADCIO, vide ACCIO. ibid. in ACCORPORO Marcell. lib. 16. pag. 334. Francof. circa finem, Ea re, ut damnatorum petita bona ſuis accorporarent. [Exſtant cap. 8. Valeſ. extr.] pag. 54. col. 2. in ADDO. poſt *Fiduciam alicui*, An pro Indere? pag. 56. col. 1. lin. 10. Sed locus hic ſuſpectus, ut dico in Epiſt. ad Dal. lin. 36. poſt *Adduci*, *cogi*, Immo Perſuaderi. pag. ead. col. 2. poſt lin. 34. Adeo ſervit Epiphonemati apud Livium, & in ejus principio ponitur, quod niſi quis ſciat, putet alicubi eſſe pro Tam, ut in exemplo quod infra poſitum. Liv. lib. 2. pag. 46. Frob. Adeo excellentibus ingeniis citius defuerit ars &c. Idem libro 7. p. 129. edit. Feyrab. Adeo in quæ laboramus ſola crevimus, divitias, luxuriamque. Vide in Indice illius edit. quæ notavi. [Prior locus eſt lib. 2. cap. 43. extr. alter. 7. 25. Ceterum ex hoc aliiſque locis a Stephano ex Livio adductis apparet, ipſum novam quoque Livii editionem, cum locupletiore rerum & verborum indice edere paraſſe.] pag. 58. col. 2. in ADHAMO ad Cic. locum adſcripſit, Lege Adamaverunt. pag. 59. col. 1. poſt lin. 33. Fidem adhibere item, pro Fidem habere. Cic. 2. de Divin. p. 297. Lambin. Quod ſi inſanorum viſis fides non eſt adhibenda, quod falſa ſint, cur credatur ſomniantium viſis. Lambinus tamen putat Latinum haud eſſe Fidem adhibere. Sic & Franciſcus Sanctius. Vide in Indice regiſtrali. [Locus eſt no. 122. Verburgianæ, quæ Habenda exhibet.] pag. 61. col. 2. poſt ADJECTIVUS, Adjectiva interdum Tria, interdum etiam Quatuor cum uno eodemque nomine Subſtantivo, & quidem ſine copula, neque tamen ita, ut quæ ἀσυνδέτως poſita dicuntur, ſed ita ut diverſo modo adjiciantur. Veluti cum a Livio lib. 25. de L. Bantio Nolano dicitur, Quam multa ejus egregia facinora militaria eſſent. Facinora militaria pro uno Subſtantivo habetur, & tanquam Periphraſis unius ſubſtantivi, quo Lingua . . . . [reliqua cultro reſecta ſunt. Forte ſupplendum, *Latina deſtituta eſt*. ac videtur Græcum κατόρθωμα reſpicere. Eſt autem locus lib. cit. cap. 15.] Ibid. Attributum pro Adjectivo, vide SUPPELLECTICARIUS. [conf. ATTRIBUTUM ſ. l.] Ibid. inſere ADJECTITIUS etiam dicitur. pag. 63. col. 2. in ADJUTO ad fin. In Theſauro Patris mei adjicitur his, Quam Donatus hic Metonymiam vocat, Cicero a Rhetoribus Hypallagen vocari aſſerit. Et Quintil. lib. 8. cap. 6. || pag. 64. col. 1. poſt ADLECTI adde ADLEGO, vide ABLEGO.

Tomo II. pag. 2. col. 2. in DÆMONICUS poſt v. *Lactantium* adde, Sed & Dæmoniacus legitur apud eundem Lactantium, in eodem loco, in edit. Plantini. Eſt autem locus in fine libri quarti, Dæmoniacis fraudibus irretiti. [Exſtat cap. 30. circa medium, & in antiquioribus, quos vidi, codicibus Dæmoniacis pariter legitur. In Theſ. Lipſ. dicitur eſſe vox Novi Teſtamenti, tametſi nuſquam, neque in Græco textu, neque apud interpretem occurrit. Henricus noſter in Theſauro Græco ſuo omnino reprobat, quum a Δαίμων potius δαιμονικὸς analogia poſtulet. Ab Α῎μμων tamen deducitur Α'μμωνιακὸς. Quin & a n. ſubſtantivo δαιμόνιον recte formabitur.] pag. 7. col. 2. extr. in DE Præpoſ. De ab ignium immin. compoſ. Deflagro, Deſævio. pag. 8. col. 2. lin. 9. a fine in DEALBATUS, poſt *videtis*, Id eſt Tectorio inductas. Bud. || pag. 9. col. 2. lin. 15. Debetur, ut dicitur μισθὸς in malam partem. [V. Theſ. Græc. ejus in hac voce.] pag. & col. ead. lin. 55. poſt *Debuit*

nosse, *pro decebat.* Hoc Debuit, vide in Debeo pro Possum. lin. 75. ‖ pag. 10. col. 1. in DEBILIS post *Mancus & Debilis*, Truncus & Debilis, pro Imperfecto, Vide TRUNCUS. [At ibi cultro empectæ resecta fuit Stephanica observatio. Intendit autem sine dubio digitum ad hæc Celsi verba, in Procem. pag. 3. ed. Lind. Tanquam sine ea trunca & debilis medicina esset.] pag. ead. col. 2. adfin. post DEC. DECA [δέκα] Græce, Latine decem dicitur. Ab hoc Deca composita multa habes in sequentibus. [Priora verba sunt ex cod. Lugd. male omissa in Lond. quanquam Græca vox sit, ut & omnia, quæ inde componuntur, vocabula.] pag. 11. col. 1. in DECANTO post *Celebrare*, Immo idem quod Valde cantare. pag. 12. col. 1. in DECEDO lin. 7. Febris decessit. Cic. ad Atticum. [Sic citat Nizol. Sed est idem locus, qui protinus subjicietur ex vita Attici, quæ Cic. Epistolis iisdem subjicitur in ed. Aldi.] pag. & col. ead. in eodem verbo adfin. post *Valla*, Immo vero tantum duo illa verba De vita deesse puto, & reliqua subaudienda. Corn. Nepos in Attici vita in fine, Subito febris decessit. & paulo post, Decessit. pro Mortuus est. Eadem pag. & col. DECEMJUGIS, vide in MULTIJUGIS. [Desiderabatur hæc vox in Lugdun.] pag. 13. col. 2. lin. 19. Decernere, pro Pugnare apud Amm. Marcell. lib. 31. p. 516. in fine, Pro loci humilitate fortiter decernebat. pag. 14. col. 2. post lin. 5. Decertare alicui more Græcorum Hor. 1. Carm. ode 3. —— nec timuit præcipitem Africum Decertantem Aquilonibus. pag. 15. col. 2. in DECIDO ad fin. Decidere sine adjectione, pro Mori. Hor. Scriptor abhinc annos centum qui decidit. puto esse Ep. 1. lib. 2. [Exstat v. 36. Atque ita quidem & Cruquianus Scholiastes, ut & Lambinus exponit. Sed potius videtur Præsens, dictumque, pro Retrocadit, Recedit, Remotus est, Distat, eleganti metaphora.] Adde præterea pag. 63. col. 2. lin. 25. Desiderata sunt illo prœlio tot millia hominum apud historicos. At male Gel. vertens quendam Appiani locum p. 151. in Mithrid. κενοτάφια σφῶν κατέλαβον, ὡς ἐπὶ νεκροῖς γενόμενα. *Quod diu desiderati essent.* & pag. 64. col. 1. post lin. 12. Nunc desiderium superest. Tibull. in versu hexametro. [Exstat 4. 1. 188.

Habes, Lector, specimen, & veluti gustum, *Henrici Stephani* ὑπομνημάτων. In quibus nihil sane, quod lucernam oleat, nihil studio elaboratum, limatumque apparet: αὐτοσχέδια omnia esse, promissi operis materiam, nisi fata virum prævenissent, præbitura, nemo non videt. Non indigna tamen luce visa sunt, ut velut ex ungue leonem æstimare liceret, & ea, quæ in Operis ipsius, elaborati, perfectique tandem interitu facta est, jactura, qualicunque modo sarciretur. In quo quidem postumo partu ita me obstetricatum esse confido, ut ipsimet Henrico Stephano, si ab inferis exsisteret, moroso licet, difficilique judici, fidem certe meam me probaturum sperem.

De reliqua vero opera mea, (tantum abest, ut magnifice quicquam polliceri sustineam,) accipe paucis quid sentiam. Impudentis esse hominis arbitror, & aliena fide improbe abutentis, ejusmodi quicquam operis emendandum in se suscipere, nisi quam absolutissimum reddere, quantum in ipso est, studeat. At cum ejusmodi hic labor sit,

Cui nunquam exhausti satis est,

ut ait Virgilius, nec me totum oculeum Argum aliquem aut Lynceum esse putem, cujus aciem nihil, quod usquam animadvertendum esset, fugeret, satisfactum iri æquo lectori puto, si non male lippum ubique me fuisse deprehenderit. Ut paucis complectar, tantundem mihi puto prædicare licere, ac Luciano in Pseudomanti licuit. Tametsi Augiæ stabulum non totum expurgarim, pro mea tamen virili parte me repurgare conatum esse, fimi, quot licuit, cophinis egestis. Reliquum laborem Herculis humeris demandare licebit, cui palmam dubiam facere, in tam luculento præsertim, vel lutulento potius, agone, non equidem mearum virium esse sentio.

Vim ingentem carbonum me ex hoc thesauro amandasse, hominem esse non putem, qui serio negaverit. Non ita tamen omnibus numeris absolutum, perfectumque & expolitum, opus tam laboriosum, tam copiosum & varium exire, ut nusquam omnino secundas curas postulet, cordatus nemo mirabitur.

Solent talia facilius reprehendi, quam fieri. Quod si quis sibi ad hanc provinciam obeundam, quam fere prudentes fugitant, multo me aptior videtur, ut scio esse ab ingenio, eruditioneque instructiores quam plurimos, lubens ei lampada, ut ajunt, tradam. Sed multum ac vehementer me fallit opinio, aut, si juxta mecum omnia per se curaverit, loca auctorum inquirere, conferre, expendere, interpretari, digerere, non gravatus, neque aliorum qualicunque succedanea opera contentus fuerit, (quod adhuc, non sine magno litterariæ rei detrimento, a plerisque factum deprehendi) næ vereor, ut intra decennium opus ad umbilicum adducturus sit. Quod quum ita sit, tamen, modo ut mihi valetudinem integram O. M. Numen concesserit, remotis jam pluribus, quæ prius obstabant, impedimentis, pro certo polliceri possum, fore, ut duos, qui reliqui sunt, tomos maturius accipias. De Chartæ, typorumque nitore, ceterisque, quæ eodem pertinent, a typographo ad ornandum opus collatis curis, admonere te supervacuum arbitror, quum tute cognoscere, quid rei sit, possis. Vale, ac curis, quas studiis tuis dicamus unice, pro eo ac candore tuo dignum est, benigne favere perge.





P R Æ F A T I O,

Quæ præfixa eſt editioni Londinenſi, Anni 1735.

In qua diſſeritur de præcipuis *Lexicis Latinis* eorumque *Auctoribus:*

Peritiſſimo Viro

JOANNI HOLLINGS, M. D.

MEDICO REGIO,

Ob ipſius Singulare erga *Bonas Literas* Studium;

INSCRIPTA.



Quamvis jam diu omnibus uſu venit qui novum opus moliuntur, ut in limine pauliſper Lectorem morentur; monendum ſcilicet quanam ſpe aut conſilio uſi, quibus auxiliis freti, otium ſuum in communem utilitatem produxerint, & qualem ipſe commoditatem ex alienis laboribus erit percepturus: nobis contra accidit, ut iſto præfandi munere, licet aliquando neceſſario, ingrato tamen ut plurimum & moleſto, recte carere poſſe videremur. Communis nimirum eſt & vulgatiſſimæ expectationis eorum opera, qui Thesaurum Latinitatis meditantur. Nemo enim eſt in literis mediocriter verſatus, qui non juxta cum eruditiſſimis poſtulaverit, ut ea, quæ in Veterum libris Latine & eleganter dicuntur, hic accurate & diſtincte tradantur. Evolvi Commentarios non ſemper exquiſitiſſimam lectionis jucunditatem præferentes, neque minimæ operæ, & quicquid inde ad publicum uſum proferri poſſit, excerpi: Conferri lectionum varietates, unamque e ceteris potiſſimum deſumi, quæ ſola res quanti ſit ſtomachi & ſollicitudinis norunt, qui in ea palæſtra exercentur, Criticorum filii; hæc omnia cum non ſint quotidianæ operæ & laboris, adeo tamen communis de iis invaluit opinio, ut etiamſi taceremus, id omne a nobis perfectum eſſe clamaret operis ratio & inſtituti.

Neque credimus id muneris a nobis exigi, quod vulgus Editorum facit, ut hujuſmodi laborum uſus & commoditates præconio noſtro commendentur. In eo pene eſt ea *res*, ut jam non *doceri*, nedum *ornari*, poſtulaverit. Qui literas norunt, hæc literarum adminicula norunt & fatentur ultro. Quibus ſubſidiis nunquam fere caruiſſe Romanam eruditionem, id profecto iſtarum literarum felicitatis, & hujus rei quam volumus, illuſtri argumento eſſe poſſit. Nam uti cum naſcente fere Latinitate, emicuit una & enata eſt Gloſſariorum *ſervitus*; ita cum vigente vigebat, collapſam pariter & deinde renaſcentem, eadem utrinque fide & fortuna continuo proſequebatur. Græcæ literaturæ contra accidit, ut, quamvis hodie a nonnullis, pauciſſimis licet, ſtudioſiſſime colatur & percipiatur exactiſſime; eam tamen fortunam aliunde acciperet, non ex noſtrorum hominum in vocabulis explicandis digerendiſque ſtudio. Sero quidem, quantum ex literis accepimus, ad id muneris acceſſit Græcia antiqua, animo quaſi ſuæ linguæ fortunas non ſtantes ornandi, ſed ſuſtentandi declinaturas. At ubi in eam operis partem ſe recepit *Schola Alexandrina*, & excultiſſima quæque ingenia in eo munere exercuit, mirum eſt deinde ad quantum incrementum iſtiuſmodi diſciplina erat perducta. Ex eo fonte rivuli ſatis largi ad noſtra uſque tempora dimanarunt, cum Romana fortuna vix aliquid præter *inani nomina* nobis reſervaverit. Adeo, ut quamvis neutri linguæ hodie ex ea parte ſatis ſit conſultum, tantum tamen Græci in antiquioribus Lexicis præſtent, quantum in hodiernis Latini.

Horum notitiam cum nemo hactenus ſatis accuratam poſteris commendavit, præter commentatiunculas quaſdam, quæ ex Borrichio [a], Boeclero [b], Morhofio [c], Bailleto [d], & Martinio [e] exciderunt, ſatius duximus Lexicorum Latinorum hiſtoriam contexere, quam inutiliora præfando, noſtro otio & aliena patientia abuti. Ab iis igitur dicendi initium ſumemus, quæ prima in lucem ſub auſpiciis Typographiæ prodiere, ut ſingula perluſtrantes, quibus primordiis cœperit res Lexica, quibus rationibus adoleverit, atque ad hanc quaſi maturitatem pervenerit, aliorum hominum in his literis excolendis ſtudia excitemus, quarum ſubſidiis invigilare non dedignata eſt optimorum hominum induſtria: pauca admodum de Vocabulariis, Gloſſariis, ceteriſque id genus intertexentes, niſi quantum ad inſtituti rationem conferre videatur.

[a] In Diſſertatione de Lexicis Latinis, in Append. ad Analecta.
[b] In Diſſert. de Lexicis.
[c] In Polyhiſtore.
[d] *Jugement des Sçavans Tom. 2. troiſiéme part.*
[e] In Præfat. ad Lexic. Philolog.

CATHOLICON JOH. DE JANUA. Sub ipsis incunabulis Typographiæ A. sc. 1460. fol. prodiit Liber qui dicitur CATHOLICON, non quidem optimæ aut spectandæ eruditionis, sed, ut tempora tulere quibus Auctor inclaruit, non infimæ aut vulgaris famæ; neque (in rebus præsertim Theologicis) magnopere, ut quibusdam olim usu venit, contemnendus [a]. Complectitur præter Grammaticalia nonnulla, quæ in limine operis occurrunt, *Dictiones quæ sæpe inveniuntur in Biblia & in dictis Sanctorum & etiam Poetarum secundum ordinem Alphabeti ordinate subjunctas.* Diu erat quod ex hoc fonte suam in L. L. cognitionem Scholæ derivabant. Adeo non mirum si tot doctorum hominum ingenia in recudendo exercuit, & posteriores Glossographi se aliquantulum laudis comparasse existimarunt, si CATHOLICI auctoritatem in suam sententiam adducere potuerint, vel in Compendia redactum in lucem proferre. Interpretationes præcipue Biblicas, uti dictum est, continere profitetur, cujusmodi exempli causa principem vocem in medium proferemus. "Aalma interpre-
"tatur Virgo abscondita vel Absconsio virginitatis, sicut
"dicitur in interpretationibus. Hieronymus vero dicit
"quod Aalma significat Absconditam virginem & secretam.
"De hoc dicam in Virgo." Porro autem non tritam aut vulgarem Hominis in studio Theologiæ eruditionem ostendunt ea quæ habet in voce *Interpres.* "Item nota
"quod primum scripturas veteris testamenti de hebreo in
"grecum septuaginta interpretes transtulerunt. Secun-
"dam editionem aquila. Tertiam & quartam theodocion
"& symacus ediderunt, ambo judei proseliti. Quinta
"vero & vulgaris illa interpretatio (*ita in posterioribus edi-*
"*tionibus recte corrigitur*) cujus autor non apparet, & ob
"hoc sine nomine interpretis quinta editio nuncupatur.
"Preterea sextam & septimam editionem origenes miro
"labore repperit & cum ceteris supradictis editionibus
"comparavit. Hii sunt itaque qui scripturas sanctas de
"hebreo in grecum verterunt, quique etiam numeran-
"tur. Nam latinorum interpretum quedam de greco in
"nostrum eloquium transtulerunt ut meminit sanctus au-
"gustinus quorum infinitus est numerus. Si cui enim in-
"quit primis fidei temporibus ad manus venit codex gre-
"cus atque aliquantulum sibi utriusque lingue peritiam
"sensit, ausus est statim interpretari, atque inde accidit
"innumerabiles aput latinos extitisse interpretes. De he-
"breo autem in latinum eloquium tantummodo ierony-
"mus presbiter trium linguarum peritus easdem scriptu-
"ras convertit eloquenterque transfudit, cujus interpre-
"tatio merito ceteris antefertur. Nam & est verborum
"tenacior & in verbis clarior, atque, utpote a christiano
"interprete, verior." Hunc tamen cum aliis quamplurimis articulum ex *Papia* transcripsit quem cum *Hugutione* se in hac re autorem habuisse plurimis in locis non dubitat profiteri. Miramur ergo eorum hominum imperitiam qui *Papiam* ad ætatem *Catholici* detrudunt, qui tamen multis annis præcessit & huic compilationi, ut universa fere vox in Catholico explicata clare indicat, originem dedit & argumentum. De *Papiæ* ætate postea videbimus. Illud interea non tacendum quod Typographiæ præclarissimæ pariter & utilissimæ artis Promi vix arbitrati sunt se renascenti jam optimarum artium culturæ melius potuisse consulere quam si ab hisce auspiciis initium sumerent, & humanissimis studiis sui inventi primitias quasi consecrarent. Statim enim post unam alteramve in libris gravissimi argumenti tentatam operam, prodiit Moguntiæ immensum istud opus, quod vix nascentis artis, sed vegetæ potius & ad summam maturitatem perductæ rectius dixeris. Constat foliis 372, nullis quas vocant signaturis paginarumve notatione distinctum, rudiori quidem characterum forma quam hodiernæ operæ patiuntur expressum, sed luculenta satis & pro artis infantia tali quam pene dixeris perpolitam. Unaquæque pagina in duas æquales columnas dividitur, quarum utraque lineis 66 constat, margine seu intervallo spatioso satis distincta: Charta non nitida sed grandior. Legitur ad calcem operis, "Altis-
"simi presidio cujus nutu infantium lingue fiunt diserte.
"Quique † numero sepe parvulis revelat quod sapientibus
"celat. Hic liber egregius. catholicon. dominice incar-
"nacionis annis MCCCCLX Alma in urbe moguntina na-
"cionis inclite germanice. Quam dei clemencia tam al-
"to ingenii lumine donoque gratuito ceteris terrarum
"nacionibus preferre illustrareque dignatus est. Non ca-
"lami. stili. aut penne suffragio. sed mira patronarum
"formarumque concordia proporcione & modulo im-
"pressus atque confectus est.

Hinc tibi sancte pater nato cum flamine sacro
Laus & honor domino trino tribuatur & uno
Ecclesie laude libro hoc catholice plaude
Qui laudare piam semper non lingue mariam.
Deo gracias.

Quanquam operis colophonem sui nominis præconio ornari noluit Typographus, neque ea sit chartæ nota quæ FAUSTI libros a cæteris distinguat, nos tamen credere non sinunt rationes a doctissimis in hac re hominibus allatæ istud opus ab alio quam a præstantissimo illo artifice exiisse. Majus est quod movet Cl. TRITHEMIUS, vir in antiquitate exploranda versatissimus atque isti ætati vivendo conjunctus: præcessisse nimirum huic editioni de qua verba facimus alteram, & longe venerabiliorem, non, ut nostram, typis fusis & mobilibus excusam, sed quæ erant nascentis artis †† rudera, ex ligneis tabellis summo labore exsculptis, perpetuoque tenore in literarum apices effigiatis expressam. Credo non erit verendum quidquam a nostræ disciplinæ laudibus detractum iri, si constaret, unam hominum ætatem, imo quæ intra quinquennii spatiolum contineatur, in opere tanti moliminis & sumptus sese denuo exercuisse. Verum istud nihili est, neque ullo modo verisimile videri potest in tanta MStorum varietate & in arte nondum confirmata opus tantæ molis ad incudem fuisse revocatum; præsertim cum, quod nonnullam auctoritatem secum affert, istud TRITHEMII portentum, quantum literis proditum est, neque contineat conquisitissima Bibliotheca, neque usurpavit doctissimorum hominum oculatissima industria. Accedit porro quod hominem, qui unicam editionem tractasse videtur, fallere poterat quæ cæteros etiam fefellit, pervulgata nimis de ea re fama, vel in his rebus judicium non satis subactum. Sed utcunque in Typographiæ primordiis ista Editio non adeo præpropere ut quidam volunt fuit iterata, idem tamen sæculum in vindicandis literis felicissimum sæpius CATHOLICON prelo commisit. Prodiit enim "quam
"diligentissime emendatum atque correctum Venetiis in-
"genio ac impensa Hermanni Liechtenstein Coloniensis.
"Anno natalis Domini M. C. C. C. C. L. XXXIII. octavo
"Klas Octobris" [b]. Proxime autem (nam eodem anno prodiisse Norimbergæ, ut visum est Viro doctissimo vix est verisimile) intra quadriennium Venetiis itidem per eundem *Liechtenstein* An. sc. 1487. 7. Cal. Dec. Quarta deinde Editio procurata erat "Venetiis ingenio BONETI
"LOCATELLI mandante nobili viro Domino OCTA-
"VIANO SCOTO cive Modoetiensi anno natalis Domi-
"ni 1495. 12 Calendas Decembres." Vertente sæculo PET. ÆGIDIUS Vir doctissimus & in utroque Jure Licentiatus *Catholicon* typis iterum commisit, a quo sc. *auctum prodiit Ludg.* 1506. Ibid. denuo per *Ascensium* 1514. Postremo denique cum hac Rubrica, "Summa quæ Catholicon
"appellatur Fratris Johannis Januensis sacri ordinis Fra-
"trum Prædicatorum nuper Parrhisiis diligenti castigatio-
"ne emendata per præstantissimum virum magistrum Pe-
"trum Egidium in utroque Jure licentiatum, una cum
"multis additionibus tum castigatis tum plurimorum poe-
"tarum sententiis apprime propositis adductis & proba-
"tis.

[a] "Etsi ERASMUS Roterodamus CATHOLICON Januensis infa-
"met & velut de gradu dejiciat, qua Latinitas spectatur, ego tamen
"in rebus Theologicis non contemnendum sentio." *Phil. Bosquier.* in Notis ad *Gerson* de Laude Script. "JOANNEM GENOVENSEM co-
"gnomento CATOLICONEM——cum suo illo Vocabulario quod licet
"a plerisque susque deque fiat, tamen illis ad potiora viæ initia sub-
"ministravit. Facile autem inventis, credite mihi, addere; difficile vero ini-
"tium invenire." *Leand. Albertus* de Viris Illust. Ordinis Prædicatorum lib. 4.

[b] Eandem puto editionem quam indicat Bibliotheca Sarraziana, I. 184. Summa quæ vocatur *Catholicon* edita a *Johanne de Janua* sine loco & tempore editionis, attamen circa 1482. Editio rarissima. Vide Fabricii Biblioth. Lat. Tom. 3. p. 671.

† Pro Sæpenumero, nisi error est Typothetæ.

†† Immo Rudimenta.

" tis. Necnon cum certis annotationibus memoratu di-
" gnis quo facilius ea que queruntur investigari possint
" MCCCCCXX. fol.

Suam ætatem prodit Autor ad *Catholici* finem. " Catholicon (dicitur) ex multis & diversis doctorum texturis elaboratum atque contextum: & per multa annorum curricula in millesimo, ducentesimo, octuagesimo, sexto anno domini nonis martii ad finem usque perductum." Cujus item ætatis notam exhibet Cod. *Catholici* MS. in Bibliotheca Regis Christianissimi. Autor erat JOANNES BALBUS nobili loco natus apud Genuenses, litteris juxta & pietate longe celeberrimus, qui aliter & quidem sæpius dicitur JOANNES DE JANUA seu JANUENSIS [a]. Ita enim *Catholicon* in *Janua.* " Item a Janua porta † dictus est Janua [b] quedam civitas potens, nobilis, pulchra & dives juxta mare sita & est quasi introitus & porta Lombardie, Tuscie, Provincie. Hujus civitatis oriundus fuit conpilator presentis libelli qui dicitur prosodia vel Catholicon. Conpilator siquidem istius operis dictus est frater Johannes Januensis de Balbis de ordine fratrum predicatorum modicus, qui eciam conpilavit alium libellum in theologia qui dicitur dyalogus de questionibus anime ad spiritum, qui etiam composuit quoddam opus pascale ubi sc. de facili reperitur pascha. Sed hoc opus pascale conposuit antequam ordinem intraret.". Cui consonat Supplem. Chronic. *Jac. Philip. Bergomensis* ad A. C. 1290. " Joannes Balbus natione Genuensis ordinis Predicatorum professor, vir bonarum artium & studiis adornatus, per hoc tempus plurima vocabula & ferme omnia accurate diligenterque in volumen collegit, quod quidem opus [c] Catholicon, i. e. Universale nominavit. Aliud præterea opusculum in Dialogi modum quo questionibus animæ ad spiritum †† edidit. Scripseratque & ante religionis ingressum de ratione pasce, quo completo jam grandævus ad religionem transiens facultates suas satis amplas pauperibus erogavit.

BALBUM autorem nostrum multis præconiis honestarunt, qui Ligurum res & historias tractant, vel de Ordine Prædicatorum quidquam litteris mandarunt [d]. Præter laudes quas ex scriptis undique reportavit, ea erat morum sanctitate, ut in numerum Sanctorum pene referri videretur. ERASMUS qui sibi in id solum natus esse videbatur ut Barbariem debellaret, ubique fere autorem nostrum misere proscindit. " Deum Immortalem! Quas nænias adducit Auctor Catholicon de hac voce *Tristegon!* O miserum illud sæculum! quum ex hujusmodi libris velut ex adytis petebantur oracula literarum." ad Act. Apost. 20. 9. " Jam quanto insulsius, immo impudentius delirat super hac voce [*Melota*] quisquis fuit auctor operis omnium indoctissimi quod vocant Catholicon!" ad Epist. ad Hebr. 11. 37.

Composuit JANUENSIS præter opera superius recitata, Postillam in quatuor Evangelia secundum consuetudinem Scholasticam, hodie visendam Genuæ in Bibliotheca Conventus Fratrum Prædicatorum [d]. Cum autem CATHOLICON non tam de proprio confecit JANUENSIS quam ex diversis autoribus consarcinavit, maxime autem ex PAPIA & HUGUTIONE, visum est necessarium pauca de iis JANUENSI adnectere, ne vel videremur Vocabulistas istorum temporum prorsus negligere, vel cogamur in istam quasi sentinam Barbarismi penitius descendere.

PAPIAS. PAPIAS natione Lombardus, quem cum alii ad JANUENSIS ætatem compingunt, alii non minus inscite uno tantum sæculo majorem faciunt, inter quos TRITHEMIUS de Scriptor. Eccles. c. 413. PLATINA in vita Innocentis tertii P. M. CORNEL. A BEUGH. in opusculo de incunabulis Typographiæ & JAC. PHIL. BERGOMENSIS ad A. C. 1199. Ita enim ille, " Papias natione Lombardus in Latina ac Græca Lingua egregie doctus per hæc tempora floruit, & multa composuit. Et inter cetera præter Latina vocabula quæ diligenter in ordinem redegit, etiam de ordine dicendi optime scripsit, atque plures epistolas elegantes doctasque composuit." Ex quo fonte dimanavit & invaluit error, an ex Trithemii ἀνιστορησίᾳ, an aliunde, incertum est; veram tamen ætatem diu est quod exploravit Cl. *Barth.* Advers. 3. 3. his verbis, " Videtur non diu post tempora Henrici II. scripsisse. Nam in vocabulo *Ætas* ordine omnes retro Principes memorans in hoc definit; Vixit vero Henricus secundus (quo posteriorem ejus nominis si novisset, non minorem hunc diceret) annum Christi post millesimum, non tamen multis annis. Ut antiquior sit hic scriptor quam censeas." Consentit Chronic. Alberici MS. " Anno MLIII (*male exscripsit Du Cangius* MLXIII †††. *quem etiam errorem propagavit Fabric.* " *Bibl. Lat.*) anno decimo tertio Imperatoris Henrici filii Conradi, Papias librum suum, videlicet Elementarium doctrinæ erudimentum edidit, quod probatur per numerum annorum ubi agit de ætatibus sæculi in prima litera & numerando pertingit ad hunc annum."

Scripsit PAPIAS, præter Epistolarum librum ad diversos quem memorant TRITHEMIUS & BERGOMENSIS supra laudati, Vocabularium, sive, ut ipse vocat, Elementarium doctrinæ erudimentum, quod *futile opus* vocat *Scalig.* in Excerpt. Puteanis, ab aliis vicissim egregie laudatum ob eruditionem summa cum cura conjunctam, & vetustiora omnia melioris notæ Glossaria sive comparata sive excerpta. Adeo inter ceteros quibus palam profuit labor iste PAPIÆ, plurima ex eo non diffitetur transtulisse in vocabularium suum *Vincentius Bellovacensis* l. 1. Speculi doctrinalis cap. ult. Non gravabitur lector, si nonnulla ad istius laudem pertinentia in medium proferamus, quæ impertivit Glossariorum non indiligens investigator, doctissimus BARTHIUS in Adversariis. " Glossariorum veterum quendam cinnum fecit nobis ante annos jam quadringentos Papias Magister. In eo commentario multa bona leguntur quæ nequaquam ex aliis quam optimis quibusque auctoribus hausta sunt, ab illo an ab alio non interest. Certe vetera manu exarata glossaria pene a verbo, ut dicitur, ad verbum in illo reperio " quin quæ tacita cogitatio sæpe volutavit animum, eam in medium proferam. Illud inter omnes auctores constat, *Apennini* initium a *Genua* fieri, ad eamque urbem Alpes cum Apennino committi, ut ea hujus regionis pars quæ est ultra urbem *Genuam*, Ligures Inalpini vocentur. Cum igitur duo hi celeberrimi orbis montes in angulum ad *Genuam* oppidum conjungantur, ac formam genu efficiant, haud omnino a vero absimile est, hoc oppidum a forma genu *Genue* nomen accepisse." *Ubert. Foliet. Genuens. Histor.* lib. 1.

[a] Confusus cum *Antonio Januensi* Ord. S. Augustini qui interfuit Constantiensi Concilio 1418. a Cl. *Jamesio* in Ecloga MSS. Codd. *Oxonio Cantabrigiensi*. Cum *Jacobo Januensi* sive *de Voragine* Ordinis itidem Fratrum Prædicatorum, Genuensi deinde Archiepiscopo, ab *Oudino* in supplemento de Scriptoribus Ecclesiasticis a *Bellarmino* omissis p. 561. quem errorem in plenis commentariis de iisdem Scriptoribus revocat Tom. 3. p. 577. Caute item distinguendus a *Simone Januensi* qui vocabularium quoque compilavit, de quo nos alibi.

Contra male distinguit *Januensem* nostrum a *Johanne de Genua Ambrosius de Alta Mura* Biblioth. Dominican. p. 152. b. & 501. a. Imperite distrahit in quatuor Bibliotheca Simlero-Frisiana, sc. in *Johannem Balbum*, *Johannem Genuensem*, *Johannem de Janua* & *Johannem Januensem*.

[b] Ita posteriores cœpere loqui pro *Genua* civitate Ligurum magnifica & superba. Sed cum apud antiquos semper *Genua* proferebatur, futilissima erit Autoris nostri Etymologia. Quanquam neque istius gentis historicis potior adhuc fuit comperta. " Unde hoc nomen habeat ductum (Urbs *Genua*) neque compertum quærentibus est, neque cum magno ullo sane operæ pretio quæritur. Nam quæ de *Jano Trojano*, & de altero *Jano Genio* Rege Italiæ, ac de *Genuo* quodam & *Genuino* nonnulli somniarunt, ea neque ullis certis historiarum monumentis quibus stemus traduntur, ac ne a veterum quidem Poetarum fabulis narrantur.—— Inter cætera igitur vetustate incomperta, causa quoque nominis nostræ civitatis erit: quanquam ego facere non possum,

[c] *Catholicon* credo ratione Grammaticalium &c. quæ in opere continentur. Ita scripsit *Probus* Grammaticus antiquus *Catholica* seu præcepta Grammaticalia quibus lucem dederunt *G. Merula* & *Janus Parrhasius*.

[d] *Mich. Giustiniani* degli Scrittori Liguri, p. 312. *J. Bracellius* de claris Genuensibus apud *Grævium* in Thesauro Italiæ Tom. 2. *Giov. Mich. Pio* nella progenie di San Domenico in Italia, l. 2. c. 59. *Leand. Albertus* de viris illustribus Ordinis Prædicatorum. *Sixt. Senensis* Biblioth. Sancta.

[e] Tabula ista seu Syllabus *Januensis*, in S. S. in quamplurimis Angliæ Bibliothecis delitescens sc. Cantab. Acad. publ. Coll C. C. & Pet. Coll. Merton. Oxon. non est nostri *Januensis*, ut nimis temere asserit *Oudinus* l. c. sed *Simonis* quem cum nostro *Johanne* toties confundi in superioribus diximus.

† Puto Dicta est.

†† Puto De questionib. vel deest Respondetur, aut simile verbum.

††† Immo in edit. Glossarii Du Cangii Paris. apud *Billaine* 1678. perspicue expressum est, Anno MLIII. Error igitur videtur typothetæ Hamburgensis.

" —— Non dubito autem Papiam plerisque etiam bonorum auctorum interpretibus usum qui hodie nobis fuerunt. Curiosissime enim omnia corrasit. Neque vero facile genus aliquod vasis, mensuræ, poculi aut instrumenti alterius omisit. Ut suspicer plerosque Glossarum sarcinatores, quibus magnos se fecerunt nostri ævi multi doctissimi viri, hujus minorum gentium Grammatistæ commentaria vel contraxisse vel sublegisse Virgilii, Horatii, Juvenalis, Martiani commentatores laudat nominatim in præfatione. Inter Grammaticos Everium, quem ego nullus novi, & Luctatium Placitum. Advers. 3. 3. Ex melioribus Glossariis notat Papias Accubare toto corpore, Accumbere Cubito. Idem 35. 11. Glossariorum veterum exscriptor & auctor diligens & copiosus Papias Magister. 35. 16. Sane in illo Grammatico optima quæque non incuriose adnotata sunt. 35. 22. Papias enarrator hoc genus Scriptorum unicus. 36. 7. Commentariorum in Boethii librum de consolatione philosophiæ non minima olim fuit auctoritas, quos secutum se & exscripsisse memorat Papias præfatione sui Glossariorum acervi. 56. 10. Scriptor utilissimus ad Christianum lapsæ latinitatis ævum. 4. 19. Fausti Romani glossæ, Scriptoris adeo probi & eruditi ut nullum adhuc viderim quem illi præferre velim, ejus quidem generis. Eum scriptorem fere totum, certe maximam partem exscripsit minorum gentium Rhapsodus Magister Papias. 12. ult. Papias multa Latinis patribus non inutilia congessit. 35. 4. Romanum morem paucis omnem enarrat Papias Magister in Dictionario, qui vel ex Persii aliisque Scholiastis sua exscripsit, vel illi ex ipso, vel ex antiquioribus ambo. 35. 15. Sagax ille & laboriosus Magister. ibid." Quibus luculentis testimoniis adde quæ habet *Trithemius* de Scriptoribus Ecclesiasticis; "Papias natione Lombardus: vir sæcularibus litteris eruditissimus, Grammaticus olim suo tempore clarissimus, græco & latino sermone ad plenum instructus: in divinis quoque scripturis non mediocriter exercitatus: Scripsit gemino stylo in utraque litteratura quædam egregia opuscula, e quibus pauca ad notitiam meam pervenerunt.

"De ordine dicendi li. 1. (ni.
"De linguæ latinæ vocabulis li. 1. Olim in hoc libro inve-
"Epistolarum ad diversos li. 1.

PAPIÆ Vocabularium sive Erudimentum, ut vocatur, Elementarium sæpius erat prælo commissum, Mediolani sc. 1476. per *Dominicum de Vespolate.* Venet. 1485. per *Andr. de Bonetis.* Iterumque ibid. 1487. 1491. & 1496. Ex quo tempore vix credo fuisse impressum, vel in lucem prodiisse novam editionem quam molitus est *Johannes Lydius*, ut discimus ex *Isaaci Pontani* literis ad *Steph. Stephanium* ex part. XI. *Crenii* Animadvers. Edidit præterea *Elias Putschius* inter Grammaticos veteres explicationes notarum veterum ex PAPIÆ Glossario. †

HUGUTIO. De HUGUTIONE sive UGUTIONE, nam utroque modo scribitur, quem itidem exscripsit *Catholicon* pauca admodum suppetunt dicenda. Fuit ille natione Pisanus, Episcopus autem Ferrariensis. PAPIAM excepit & similiter exscripsit. Ejus obitum circa A. MCCXII. statuit *Ughell.* Ital. Sac. T. 2. p. 576. qui hæc de homine scripsit. "Ugo sive Uguccio floruit Anno 1196. in monumentis autem Abbatiæ Nonantulanæ Ugo appellatur, anno 1197. anno vero 1199. die octava mensis Septembris in favorem Nonantulani Abbatis contra Mutinensem Episcopum tulit sententiam. Fato concessit circa annum 1212." Quibus addenda sunt quæ habet Chron. Nonantulan. MS. "Per hæc tempora (*sc. c. A.* 1192.) Agno Ugutio natione Pisanus, Episcopus Ferrariensis, qui datus a sede Apostolica Coadjutor Abbati Monasterii Nonantulani prodigo homini ex libro Papiæ qui illic est librum Derivationum composuit." Et accomode nomen suum & patriam prodit in præfatione ad Glossarium, quod nondum ut sciam typis evulgatum hodie delitescit MS. in nonnullis Bibliothecis. "Si quis quærat operis hujus quis actor (*f. auctor*) fuerit, dicendum est, Deus. Si quærat quod operis hujus fuerit instrumentum, respondendum est, quod patria Pisanus nomine Hugutio." Vocabulistam nostrum aliquoties laudat Boccatius in libro de genealogia Deorum. An idem sit ille HUGUTIO qui librum scripsit de Animalibus, quem laudat cum Alberto Magno Steuchus cap. 11. Annotationum in Leviticum, non ita facile est dictu, cum per hæc tempora plures extitere hujus nominis eruditione celebres. [*a*].

Atque hæc hactenus liberius †† fortasse recensuimus quam materiæ vel dignitas vel etiam utilitas postulare videretur. Restituta certe Latinitas habet ubi honestius se gloriari patiatur. At profecto cum ea conditione usa est res literaria, ut a parvis admodum initiis profecta sensim crescat, & robore paulatim confirmato, ad quendam quasi stabilitatis gradum sero tandem perveniat, solemus ideo balbutientem artem atque omnem ætatis imbecillitatem, cum jucunditate quadam conspicere: contra atque in populorum, urbium, gentiumque monumentis accidit, quæ, cum nihil nisi illustre & augustum in suis primordiis ducunt esse admittendum, mihi videntur præpostera quadam gloriatione posterorum hominum socordiam atque ad majora quædam exequenda hebetudinem infeliciter exprobrare [*b*]. Miremur ergo quid adeo *Erasmum* cæterosque bonos viros extimulavit, ut hujusmodi compilatores non quidem de re literaria præclare meritos, aliqua tamen tenus, tam acriter insectentur, & confodiant: Cujusmodi sunt illa quæ ludenti similis evomit in Conflict. Thaliæ & Barbariei: "TH. Veruntamen vel numerare incipias, si enumerare non sufficias. BA. Præcipuum omnium FLORISTAM qui a Floribus fortitus est nomen. TH. Sed non bene olentibus. BA. Deinde PAPIAM. TH. Doctissimum & quem primum diceres. BA. Deinde HUGUTIONEM. TH. Eximium. BA. Deinde MICHAELEM MODISTAM. TH. Præclarum. BA. Deinde JACOBUM GLOSARIUM. TH. Mirabilem. BA. Et quem omnibus merito prætulerim JOANNEM DE GARLANDIA, qui tanta verborum elegantia, tanta sententiarum pollet majestate, ut pauci admodum sint qui eum capiant." Et quæ lusit *Pet. Bouherius*,

Plinius, Italicus, Celsusque, Apuleius, Aratus,
Et quicunque bonus scriptor, opertus erat.
*Infelix plebes Papiam Ebrardumque * legebat*
Scriptaque Barbaricis vix bene nota Getis.
In precio fuerant Uguitio Catholiconque,
Atque Mamotrecti semilatina lues.
At nunc auspicibus superis cæloque secundo
Induit antiquum Romula lingua jubar.
Sic post millenos ales reparabilis annos
Abjecto renovat omne decus senio.

JOANNES DE GARLANDIA. In hanc classem abjectioris Latinitatis referri potest JOANNNES DE GARLANDIA Anglus, qui floruit sub *Haraldo* A. circiter 1040. Insignis Grammaticus, Chymicus, Mathematicus & Theologus. Prodierunt in lucem ejus Synonyma & Æquivoca Colon. 1490. Iterumque cum expositione *Galfridi* per *Ricardum Pynson* Lond. 1496. 4. & postea. Composuit quoque Dictionarium Alchymisticum, nondum, quod sciam, publici juris factum. †††

SI-

[*a*] *Ugo* sive *Uguccio* Episcopus Ferrariensis A. 1192. Theobaldi, quem excepit noster, decessor. *Hugo* sive *Hugutio* Romanus Cardinalis SS. Silvestri & Martini in Montibus a P. M. Cœlestino III. creatus A. 1191. humani divinique juris sui temporis peritissimus, aliique.

[*b*] "Quæ ante conditam condendamve urbem, poeticis magis decora fabulis quam incorruptis rerum gestarum monumentis traduntur, ea nec affirmare, nec refellere in animo est. Datur hæc venia antiquitati, ut miscendo humana divinis, primordia urbium augustiora faciat. Liv. l. 1. init.

* "Ea schola (*Daventriæ*) tunc erat barbara. Prælegebatur *Pater meus*: exigebantur tempora: prælegebatur *Ebrardus* & *Johannes de Garlandia.*" Erasmus de propria vita.

† Quas negat se in MSS. codd. animadvertisse du Cange.

†† Forte Uberius.

††† Prodiit hoc titulo, Compendium Alchimiæ Ioannis Garlandii Angli Philosophi Doctissimi: cum Dictionario ejusdem artis, atque de Metallorum tinctura, præparationeque eorundem libello, ante annos DXX. eodem authore conscripto. Bas. 1560. apud Oporinum, ut ex typis colligo, in 8vo. cum præfatione Basilii Joh. Heroldi, qui eidem libello vitæ Garlandii brevem narrationem & opusculorum ipsius indicem, ex Bostoni Buriensis magno Catalogo, subjecit.

SIMON JANUENSIS, MAMMOTHREPTUS, GEMMA GEMMARUM. NESTOR DIONYSIUS.

Prudens prætereo SIMONEM DE JANUA, de quo pauca fupra, Lexici Medici auctorem; MAMMOTRECTUM, rectius MAMMOTHREPTUM, rectiffime tamen MARCHESINUM a Regio Lepido, quod oppidum non longe abeft a Mutina, Ordinis Minorum, qui dictionarium vocabulorum biblicorum & liturgicorum concinnavit. Prodiit hoc Lexicon biblicum, quod velut Infantulis mammæ ad inftar fugendum *Mammothrepton* infcripfit (quæ appellatio inde in Auctorem recidit) Mogunt. 1470. Venet. 1479. 4. apud *Nic. Jenfon* & alibi fæpius [*a*]. Prætereo quoque GEMMAM GEMMARUM, cæteraque id genus vocabularia, NESTOREM item DIONYSIUM Novarienfem, Ordinis itidem Minorum, qui vertente literarum fortuna floruit & eoufque tantum vigilavit, ut priorum fomnia detegere & redarguere potuerit, pofterioribus tamen in plurimis ipfe cæcutire videretur. Prodiit ejus Dictionarium *Ludovico Sfortiæ* dicatum Anno 1488. recufum Parif. 1496. eodemque anno Venet. per *Phil. Pinzium* Mantuanum. Argentor. deinde 1502. & 1507. ex *Johannis Tacuini* recenfione.

Jam tot per fecula quafi emortuæ & in his fordibus fepultæ revixerunt literæ Romanæ: & five Græca fummo nitore interpretando [*b*], five rei Latinæ rationem difciplina & præceptis commendando, fubito ad infperatam maturitatem non lente aut gradatim, ut rerum humanarum conditio poftulat, erant perductæ. *Hanc* provinciam optimis fcriptis ornarunt inter cæteros, *Erafmus*, *Valla*, *Longolius* & noftras *Linacer*. Ex *illa* difciplina, quafi ex officina clariffima, atque optima Latinitatis inftaurandæ palæftra, vel, ut cum Cicerone loquar, *Tanquam ex equo Trojano meri principes exierunt.* Hujufmodi erant clariffima iftius ætatis lumina, *Leonardus Brunus Aretinus*, *J. Francifcus Poggius Florentinus*, *Fr. Philelphus Picenus*, *Valla*, *Erafmus*, *Angelus Politianus*, *Marfilius Ficinus*, *Georgius Trapezuntius*, cæterique. Quorum laudes cum ubique decantentur, & hofpes plane in literis habeatur, qui eorum merita, virtutes & prædicationes non audiverit, me continebo intra ea quæ de *Aretino* eleganter fcripfit *Johan. Latomus*,

Si quis bene unquam meritus eft de literis,
Is Leonardus erit
Qui fluctuantes literas Pelafgicas,
Exilioque vagas
Jamjam futuras, fcilicet Byzantii
Sceptra premente Deo
Late excitatis Barbaris, Quiritium
Primus ad arva vocans
Septena duxit urbis ad palatia:
Unde ftatim Italiam
Miffis per omnem plurimis coloniis
Tam bene nunc habitant,
Solo ut nequirent in patrio opulentius.
Proin, Leonarde, tuo
Fruere merito gens Latina literas
Dum colet Argolicas.

Atque hæc obiter quafi parentavimus clariffimis iftius Sæculi ingeniis, quorum opera Græcæ pariter ac Latinæ Mufæ, ad priftinum faftigium atque ad illud quodcunque fit in literis imperium, quafi ex poftliminio erant revocatæ. Non tulit ea ætas in utrifque literis vindicandis & ornandis feliciffima, earum fieri diftractionem, quarum confortium tantopere aluit Remp. literariam. His utique temporibus factum eft ut revertente Fortuna Græcia Romam iterum demereretur: & ut hæc a qua olim Rerumpub. inftituta, Philofophiæ cultum, humaniorum ftudiorum ornatum, Artium difciplinarumque omnium rationem atque etiam linguam ipfam accepit, jam eidem hæc omnia deberet reftituta. Nam præter id quod Græci homines patriis fedibus ejecti, his rebus primi quafi fignum aliquod fuftulere, jacebat id fere omne quod *Sæculi genius* vindicandum effe decreverat, in Græcarum literarum apicibus & involucris quafi fepultum & oblivioni confecratum. Sed excitandum erat & Romanis literis illuftrandum. Tum vero Græca Latinis conferendo, his illa interpretando, utrorumque porro indolem & naturam penitiffime accurateque explorando, totum illud quod in Græcorum monumentis infumebant operæ, ad Romanam facundiam redintegrandam, atque ad alteras literas expoliendas, tandem non inutiliter animadvertebant conferri. Quod ad hodiernam induftriam horumque ftudiorum felicitatem attinet, malumus honefte tacere quam cum fufpicione laudare, & orationem noftram ab omni acerbitate abeffe, cum gratulatio ab exprobratione abeffe non poteft.

Tulit autem ea ætas præter Grammaticos & Interpretes quos laudavimus, eofque quos laudare erit infinitum, tum noftræ etiam difciplinæ præftantiffimos viros Latinæ elegantiæ excolendæ & confervandæ natos. Ægre in Lexicorum claffem revocari poterant quæ fcripfit *Laur. Valla* de Lingua Latina, vel quæ de Particulis linguæ Latinæ, itemque de Modis Latine loquendi compofuit *Adrianus Caftellenfis* Italus, Cardinalis tit. *S. Chryfogoni* [*c*]. Viciniora ea quæ *Tortellius* aliique. De quibus proxime dicendum.

JOH. TORTELLIUS.

JOHANNES TORTELLIUS Aretinus [*d*] Romanæ Ecclefiæ Subdiaconus fub Pontifice *Eugenio* 4to, deinde *Nicolao* 5to. a Cubiculo, Confiliis, & Bibliotheca. Fuit ille *Laurentii Vallæ* amiciffimus, Grammaticæ puriorifque Latinitatis laudibus ita cumulatus, ut *Valla* exactiffimus & ipfe Grammaticus, quafi fummo judice & cenfore ufurus, libros fuos Elegantiarum linguæ Latinæ *Tortellio* infcriberet. *Vir ille non indoctus*, ut clariffimi Viri verbis utar, *pro viribus cum barbarie manus conferuit, remque literariam cum qua male agebatur promovere lexico ac aliis fcriptionibus conatus eft.* Scripfit præter cætera, Commentariorum Grammaticorum opus five Dictionarium vocum Latinarum, in quo Orthographiæ ratio potiffimum fpectatur. Prodiit Tarvif. 1477. Vicent. 1480. Venet. 1493. Ibid. 1495. Et rurfus ibid. 1504. Vicent. 1508. De eo ita *Jac. Phil. Bergomenfis* ad Ann. 1439. " Joannes Tortelius natione Aretinus Romani Pontificis " Subdiaconus & Cubicularius, ac Nicolai poftmodo " Pontificis Contubernalis & Studiorum fuorum intimus " comes; græcis latinifque literis ac theologicis non mediocriter doctus hac ipfa tempeftate floruit: fingulariffimæ humanitatis & gravitatis ac reverentiæ vir, qui inter cætera ftudiorum fuorum monumenta de fcribendi " ratione opus præclarum edidit, in dialectica etiam commentarios compofuit, Athanafiique vitam ad Eugenium " Papam in Latinum transtulit & Appianum hiftoricum " ad verbum interpretatus eft". Epiftolarum quoque librum edidit & alia plura, fi fides *Gefnero*, quem confule atque item *Trithemium*, *Poffevinum*, *Voffium* de Hiftoricis Latinis, *Corn. a Beughem* de Incunabulis Typographiæ, *P. Jovium* in Elogiis, *Volaterranum*, *Hier. Magium* Mifcell. lib. 2. cap. 14. *Balium* in Lexico Critico, aliofque.

JUNIANUS MAIUS.

A JOHANNE TORTELLIO, ob literarum fimilitudinem & ætatis conjunctionem, JUNIANUM MAIUM natione Italum, pa-

[*a*] De fcriptore confulendus eft *Poffevin.* in Apparatu Sac. *Sixt. Senenfis* Biblioth. fancta. *Wadding* in Annal. Fratr. Min. *Reifer.* Ind. MSS. Biblioth. Auguftan. p. 97.

" [*b*] Poftquam enim renatæ literæ a barbarie vindicatæ funt, hoc " interpretandi ftudium viris doctis ufque adeo placuiffe fcimus, ut quum " aliquid effent in utriufque linguæ facultate confecuti, ad convertendos " ftatim autores induftriam fuam conferrent, nec quicquam fibi inter literatos laudis viderentur adepti, nifi transferendis Antiquorum fcriptis " doctrinæ fuæ fpecimen edidiffent." *Huet. de Optimo genere interpretandi.*

[*c*] Vide de eo *Pierium Valerianum* de Literator. infelicitate, *Ciacconium* de Vitis Pontificum, & additamenta *Oldoini. Polydor. Virg.* Hiftor. Anglic. Epifcopatibus Herefordienfi in Anglia, deinde Bathonio-Wellenfi ab *Henrico* 7mo erat donatus. Hujus in hortis Romæ peracta erat luctuofiffima Tragœdia *Alexandri* Sexti P. M. exhaufto veneno, quod *Cæfar* Dux Valentinus Papæ filius Cardinali noftro aliifque Purpuratis deftinaverat.

[*d*] Aretium (vulgo *Arezza*) Tufciæ oppidum fub hæc tempora multis præclarifque ingeniis ortum dedit. Fuit præter noftrum *Leonardus* Græcorum librorum interpres de quo proxime verba fecimus. *Francifcus* quem JCtorum fui temporis Principem folebat appellare JCtorum non extremus *Jafo Mainus*. *Carolus* poft *Leonardum* Illuftriffimæ Florentinæ Reip. Cancellarius, Græcis Latinifque literis celeberrimus. *Petrus* Poeta Satyricus & admodum lafcivus. *Benedictus Accoltus* Aretinus Francifci frater, Juris item Romani literarumque humaniorum cognitione celebris. Hi plerique fere omnes cum cognomen ex patria potius quam genere fibi affumpfere, fummis viris maximorum errorum anfam dedere.

tria Neapolitanum non diſtrahemus, quos neque diſtraxit *Sabellicus.* " Subjiciet his aliquis haud immerito Johan-" nem Tortellium Aretinum & Junianum Maium Parthe-" nopæum. Juverunt illi induſtria uterque ſua nec mul-" tum inter ſe diverſa verborum utriuſque linguæ copiam". *Sabellicus* de L. L. reparatoribus. Scripſit MAIUS præter Epiſtolarum ad diverſos librum I & nonnulla alia [*a*], librum de priſcorum proprietate verborum, ſive Dictionarium quod prodiit Neap. 1475. fol. & mox Tarviſ. 1477. fol. iterumque ibid. 1480. recuſum deinde Neapoli 1490. Ad hoc Lexicon ſunt qui arbitrantur digitum intendiſſe *Volaterranum.* " Chalcidius Græcorum non erat ignarus " nec imperitus Grammaticus, attamen infans & abſque " genio. Dictionibus in primis invigilabat, lexiconque " condiderat quod obitu ipſius ſuperveniente, Jovinia-" nus ejus diſcipulus ſibi vindicavit". In præfatione Autoris ad *Henricum de Lunguardo* Siculum, Archiepiſcopum Acheruntinum & Materanum, *Ferdinando* Regi Neapolitano a ſacris confeſſionibus, hæc quæ ſubjecimus leguntur. " Viſum eſt, quæ priſci recentesque Grammatici de vi " vocabulorum tanquam per divulſa membra conſcripſere, " ne incompoſitos & velut congerie quadam congeſtos " jacere ac ſordeſcere pateremur, in unum corpus redi-" gere. Extabat tamen opus inchoatum de verborum La-" tinorum interpretatione, cui cum multa adimi, multa-" que addi poſſe viderentur, alios adhuc quoſdam non " parvo meo labore neque mediocri ſtudio, partim inte-" gros inſerendos, partim ne nimium opus increſceret in " compendium redactos adjunxi, præcipue Laurentium " Vallam Tortelliumque, quorum non tam fuerat, ut ſic " dixerim, caſtiganda luxuria, quam commendanda par-" ſimonia. Nam horum curioſam cenſuram cumulum-" que exemplorum in breviorem uſum coercui. Præte-" rea quæ Servius Honoratus, quæ Donatus in Virgilium " ac Terentium commentati ſunt, quæ Porphyrion & A-" cron in Horatium, quæ Aſconius Pedianus, Priſcia-" nus, Macrobius, A Gellius breviores tamen quam ſuis " congreſſionibus diſputarunt, quæ Varro, Feſtus Pom-" peius, Nonius Marcellus ac Jure Conſulti, quæ Jovia-" nus Pontanus de aſpiratione eruditiſſime ſcripſit, Stra-" boniſque & ex aliis pluribus claris auctoribus nonnulla " digeſſi.". Et ex epiſtola in fine operis. " Quorundam " aviditas opus ut feſtinarem coegit, quod maturiùs ede-" re cupiebam ut vel luculentiore ordine digererem, aut " plura ex Plinio, Vitruvio, Columella, Strabone, Cor-" nelio Celſo aliiſque compluribus annecterem, quæ for-" taſſe per ocium in breve opuſculum conferemus. Illud " etiam in animo eſt de notis quorundam Grammatico-" rum opuſculum conficere." Autorem noſtrum plurimis laudibus extulere viri eruditi. " Junianus Maius Par-" thenopæus Neapolitanus, vir certe in ſecularibus literis " ſtudioſiſſimus & egregie doctus, divinarum quoque ſcri-" pturarum non ignarus, Philoſophus & Rhetor celeber-" rimus, ingenio præſtans & clarus eloquio. Scripſit " quædam non contemnendæ lectionis opuſcula quibus " memoriam ſui poſteris reliquit." *Trithemius.* " Junia-" nus Maius conterraneus meus, vir bene literatus, in " exquirendis adnotandiſque verborum & ſententiarum " viribus multi ſtudii fuit." *Alexand. ab Alexandro.* Ex MAII libro plurimum profecit *Calepinus*, ut viri docti obſervarunt. Floruit autem Autor noſter 1480. & vitam ad proximum ſæculum exiſtimatur continuaſſe.

JOH. REUCHLINUS, ſive CAPNIO.

JOHANNIS REUCHLINI Breviloquum ſeu Dictionarium Latinum, ordine alphabetico ſingulas voces Latinas breviter explicans, ſunt qui impenſe laudant, inter quos *Chriſtianus Daumius* cap. 22. libri de cauſis amiſſarum radicum. At cum REUCHLINUS nondum ſtabilita aut bene confirmata Latinitate dictionarium ſuum concinnavit; peregrina multa & pene barbara vocabula pro more [*b*] admiſcuit. Et idcirco, tum autem quod iſtiuſmodi argumenta longe potiora protulit quæ ſecuta eſt hominum ætas, jam diu deſivit vel in pretio, imo pene in commemoratione eſſe. Operi ipſi Grammaticalia nonnulla & Orthographica præmiſit, nempe *Guarini Veronenſis* de Diphtongis ſcribendis libellum: dialogum de Arte punctandi: de Accentu tractatum, &c. cujuſmodi etiam notæ & librum ipſum eſſe comperimus: Profitetur autor in præfatione ſub nomine Typographi, " hoc in opere tam " Theologiæ univerſæ quam Juris utriuſque cæterarum-" que facultatum vocabula non ſine lucidis interpretatio-" nibus eſſe reperienda, obſervata eorum orthographia & " diphthongorum ratione & accentuum ratione in penul-" timis ſyllabis." Juvenis admodum hoc Onomaſticon compoſuit, & quaſi primitias ſtudiorum orbi erudito obtulit. " Eodem tempore (ſc. 1480.) Fratres Amerbachii " Officinam Typographicam inſtituerunt, qui cum deſide-" rari viderent Latinum Onomaſticum, Capnio librum " collegit, cui titulus eſt Breviloquus, qui hinc cum non-" dum meliores libri in hoc genere haberentur & expeti-" tus eſt & ſtudiis profuit." *Melchior Adamus* in vit. *Capnionis.* Prodiit hic liber impreſſus Baſil. 1480. in fol. non apud fratres *Amerbachios*, ut *Adamus*, ſed patrem † *Amerbachium.* Natus [*c*] eſt JOHANNES CAPNIO (ſive Germanice mavis *Reuchlin* [*d*] natione Germanus, domo Phorcenſis, honeſtis parentibus, Anno Chriſti 1454. d. 28. Decemb. Hebraice, Græce & Latine apprime doctus, earumque literarum feliciſſimis auſpiciis primus in Germania inſtaurator. " Egregius ille trilinguis eruditionis " phœnix *Johannes Reuchlinus.*" *Eraſm.* l. c. Romam miſſus ab aula Palatina Legatus, *Abdiam* Judæum in Hebraicis, *Argyropylum* Græcum in Græcis ſtudioſe audivit prælegentes. Ubi cupidum ſe profitentem Græcæ eruditionis, interrogat *Argyropylus* cujas ſit: narrantem ſe eſſe Germanum, & Græcarum literarum non omnino expertem, jubet Thucydidis portiunculam legat & interpretetur. Quam cum ille & honeſta ſatis pronuntiatione recitavit, & oratione apta & eleganti reddidit, ibi †††† exterritus *Argyropylus* exclamat, *Græcia noſtro exilio tranſvolavit Alpes.* Vixit REUCHLINUS apud ſummos viros maxima cum gratia, apud literatos ſumma cum laude. Illorum graviſſima negotia expeditiſſime obivit, horum famam & exiſtimationem feliciſſime promovit: In Jure Doctoratum meruit & deceſſit Profeſſor Tubingenſis. Notior eſt paulo, credo, quam ut hic pluribus commemorem, celebris illa contentio quam cum Monachis Colonienſibus maximeque *Jacobo Hochſtrato* Inquiſitore exercuit REUCHLINUS. Non alia fuit ſimultatis origo, quam quod Judæorum libros undique conquiſitos argutiſſime & graviter ſcriptis a flamma & internecione vindicavit. Quorum igni tradendorum nebulo vaferrimus (nomine *Pfefferkorn*) autor erat, ratus, id quod res erat, fore ut iſta gens magno pretio iſtam jacturam redimeret. Judaiſmi poſtulatur CAPNIO: magna cum contentione cum ſcriptorum tum judicii res agitur: Provocatur ad Romam, ad Academias per Europam celeberrimas. Neque prius utique reſidebat irarum æſtus, quam Monachorum fulmen in *Lutherum* tunc temporis inclareſcentem deflectebatur. Multis graviſſimis ſcriptis ea cau-

[*a*] Plinii Epiſtolas quæ typis *Matthiæ Moravi* prodierunt Neapoli 1476, recognovit *Junianus Maius*, ut liquet ex colophone. " Milleſimo quadrin-" genteſimo ſeptuageſimo ſexto menſe Julii. Impreſſit *Matthias Moravus* " vir ſingulari ingenio & arte. Recognovit *Junianus Maius* Parthenopæus, " rhetor publicus, ſumma cura ſummaque diligentia."

" [*b*] Capnio vir magnus, ſed oratio redolet ſuum ſeculum adhuc horridius impolitiuſque." *Eraſmi* judicium de *Capnione.*

[*c*] Vitam *Reuchlini* ſive *Capnionis* deſcripſere *Melchior Adamus* in vitis Germanorum Philoſophorum, & nuper *J. Henr. Maius.* Ejus Elogium vide inter Elogia *P. Jovii.* Mortem, ſive, ut ipſe vocat, ἀποθέωσιν ſingulari tractatu narrat *Eraſmus* inter Colloquia; *De incomparabili heroe Johanne Reuchlino in Divorum numerum relato.*

[*d*] Mos erat iſti ſæculo, ut pro literarum tum repullulantium amore vernaculare nomen viri literati Græce vel Latine exprimerent, Ita Johannes Oecolampadius, vernacule *Hauſſchein*, Philippus Melanchthon, Germanice *Schvvartzerde*; Johannes Oporinus, *Hans Herbſter*, ſecundum illud Martialis,

Si daret Autumnus mihi nomen, Ὀπωρινὸς eſſem:
Horrida ſi Brumæ ſidera, Χειμερινός.

Et Guilielmus Xylander, *Holtzmann.* Ita Gerardus, quia nomen iſtud Belgiæ aliquid habeat neceſſitudinis cum *Deſiderare* Latinorum, poſtea literatis innotuit ſub nomine *Deſiderii*, &, quod idem Græce ſonat, *Eraſmi.* Noſter *Reuchlinus* Græcum nomen in Italica peregrinatione ſuſcepit hortatu Hermolai Barbari. †††

† Iohannem. †† Vel, ut antiquiori dialecto efferebant *Huſſchin.* Sic enim in titulo Reſponſionis ſuæ poſterioris ad Bilibaldum Pyrkaimerum ipſe expreſſit: " Joannis Huſſchin, qui ab æqualibus a prima adoleſcentia Oeco-" lampadio nomen obvenit."

††† Quod Parvum fumum denotat. Verum non Capnio; ōnis, ſed Capnion, ii, dicendum fuit, quum Græce ſit καπνίον diminutivum n. a καπνός, quod Germanico vocabulo ſignificatione reſpondet.

†††† Forte Attonitus.

cauſa argumentum præbuit, quæ nunc omnium manibus
teruntur, nonnullis etiam facetis & lepidis, veluti immor-
tali illi operi quod dicitur *Epiſtolæ obſcurorum virorum*, ubi
Monachorum inſcitiam probe exagitat, & de petulantiſſi-
mo hominum grege, ſi fas ſit ita dicere, *ſerio* triumphat,
ſive ſit CAPNIO, ſive ex familiaribus, incertum. Vide
quid de ea re diſputatur apud *Bælium* in Lex. Crit. v. *Hoch-
ſtratus*; *Maium* in vit. *Reuchlini*; *Placcium* de ſcriptoribus A-
non. &c. CAPNIONI adjudicat inter ceteros *P. Jovius* in
Elogiis. Hos adverſarios innuit *Eraſmus* in Apoth. *Capnio-
nis.* “ PO. Sed nullusne comitabatur genius malus? BR.
“ Imo aliquot, ut Franciſcanus ille arbitrabatur. Procul,
“ inquit, a tergo ſequebantur aves aliquot pennis cætera
“ nigris, niſi quod explicatu alarum gilvas verius quam
“ candidas plumas oſtenderent. Picæ, inquit, videri po-
“ terant colore, voce, niſi quod ſingulæ ſedecim picas
“ æquarent magnitudine corporis, nihilo minores vultu-
“ ribus, criſtam geſtantes vertice, roſtris & unguibus
“ aduncis, ventre prominente, Harpyiæ videri poterant,
“ ſi tres modo fuiſſent. PO. Quid moliebantur iſtæ Fu-
“ riæ? BR. Procul, inquit, obſtrepebant heroi Reuch-
“ lino, & impetituræ videbantur, ſi licuiſſet.”

NIC. PEROTTUS, PONTIFEX SIPONTINUS.

NICOLAUS PEROTTUS Saxoferra-
tenſis, claro genere ortus, Archiepiſco-
pus SIPONTINUS [a] 1458. 17. O-
ctob. [b] “ homo accurato ingenio &
“ lectione multa exercitus [c]” non immerito poſt *Tor-
tellium* Latinitatis ſtator videri poteſt. Juvenis ille *Poly-
bium* Latio donavit, tanta elegantia tantoque nitore, ut
nemo de iſtius ſæculi interpretibus verbum fecerit quin PE-
ROTTUM noſtrum omni prædicationis genere cumula-
tum ad cælum uſque extulerit. “ Exinde Romæ Græcas
“ literas pertinaci ſtudio conſectatus [Perottus] fretuſque
“ Beſſarione generoſo Mæcenate, adeo exacte feliciter-
“ que profecit, ut ab eo Polybius graviſſimus hiſtoriarum
“ ſcriptor Latinitate donaretur. Non defuere tamen ex
“ æmulis qui ejus auctoris traductionem antiquiſſimam
“ fuiſſe furtoque ſurreptam exiſtimarunt, quod Thucydi-
“ dem, Diodorum, Plutarchum & Appianum clariſſimo
“ ingeniorum certamine converſos, unus Polybius egre-
“ gia fide Latinus æquabili & prædulci Romani ſermonis
“ puritate prorſus antecedat.” *Paul. Jov.* in Elog. Et ita
fere *Caſaubon.* in præfatione ad *Polybium*; “ Nicolaus Pe-
“ rottus, literarum Latinarum, quas perdiu docuit, exquiſi-
“ te, ut illa erant tempora, fuit peritus, & cum primis cu-
“ rioſus —— Erat præterea in hoc viro non vulgaris in-
“ duſtria in Græcis ita vertendis, ut nullum perſæpe Græ-
“ ci idiomatis in Latina ejus verſione veſtigium appareret,
“ quam interdum eſſe opus ἀυτοφυὲς dicas, non alieni in-
“ terpretationem. Quod ſi par fides reſponderet, inter
“ excellentiſſimos Interpretes poterat ſine dubio Perottus
“ recenſeri. Nemo enim illis temporibus Italorum erat
“ qui amplius Græce ſciret quam hic Interpres, pauci qui
“ tantum quantum ille.” Vide etiam eadem fere apud
Huet. de Clar. Interpret. pag. 165. Quamvis alibi † longe
diverſa ſentire de PEROTTI fama videatur. “ Perottus
Latine quidem loquitur, ſed longe ab auctore diſcedit.”
Epiſt. 143. “ Scis quam non contemnendus Perottus ſit.
“ qui vir, ſi Græcarum literarum cognitionem habuiſſet,
“ in eo genere ſcriptionis pene mihi regnare videretur:
“ ſed rudem fuiſſe τȣ̃ Ἑλληνισμȣ̃ reapſe deprehendimus, ſic
“ tamen ut τὸν καλοκἀγαθὸν Muſculum, qui fragmenta ver-
“ tit multis paraſangis anteiret.” Epiſt. 425. “ In Poly-
“ bio ſcis me nunc eſſe, cujus verſionem ne me pœ-
“ niteat fuiſſe aggreſſum, Perotti interpretis fatuitas fa-
“ cit, qui mille amplius locis omiſſo Polybio Livium de-
“ ſcripſit nobis, quare merito Itali tui Latinitatem homi-
“ nis ſunt admirati, ſed de fide illius quod prædicat Jo-
“ vius quis ferat æquo animo? Iraſcor & vehementer qui-
“ dem.” Epiſt. 426. “ Multa quidem in ſingulis fere pe-
“ periodis Perottus perperam interpretatur.” In Com-
ment ad *Polyb.* “ Affirmamus Perottum a fidelis Interpre-
“ tis laude tantum abeſſe quantum qui longiſſime —— Om-
“ nino prælium nullum, facinus militare nullum a Poly-
“ bio fuerat paulo diligentius narratum; in quo graviſſi-
“ ma & momenti maximi peccata ab hoc Interprete non
“ ſint admiſſa.” Præf. ad *Polyb.* “ Quis ferat longe adeo
“ ab auctoris ſui verbis diſcedentem, aut quis neget fla-
“ gitium eſſe inſigne tot locis verba, periodos atque adeo
“ pericopas integras e Livio deſumpſiſſe & lectoribus
“ Græcæ linguæ imperitis obtruſiſſe pro Polybianis? Ubi
“ fides? Ubi pudor? In tanta igitur errorum omnis gene-
“ ris copia ſingula velle perſequi quod petiverunt a nobis
“ nonnulli, ejus ſit hominis qui (vetus dictum) velit tol-
“ lere in lente unguentum.” Id. ibid. Attamen non ſolus
erat *Jovius* in præconio hujus Interpretis. Adjungatur *Sa-
bellicus* de L. L. reparatione; “ Nicolaus vero Perottus Si-
“ pontinus antiſtes poſt Laurentium, quem velut Home-
“ ricum illum Achillem ſemper excipiendum duxi, om-
“ nium quos diximus Latinæ elegantiæ longe ſtudioſiſſi-
“ mus ſemper habetur. Nihil ipſius Polybio candidius,
“ nihil minus elaboratum, quum elaboratiſſima alioqui
“ omnia appareant.” *Andreas* item *Victorellus* in additio-
nibus ad *Ciaconium*; “ Juvenis erat Nicolaus Perottus Sa-
“ xoferratenſis, claro ortus genere cum Polybium Lati-
“ nitate donavit: fuit is deinde eruditiſſimi Card. Picæni
“ familiaris quem veris laudibus celebravit, & cujus vi-
“ tam, deſideratam tamen, fuſe conſcripſit: alia ex Græ-
“ cis fontibus ad Latinos idem tranſmiſit, quæ ego apud
“ Torquatum Perottum majorem Urbani VIII. Pontificis
“ Capellanum & Cubicularium intimum, necnon alia ejuſ-
“ dem Sipontini Archiepiſcopi, Martialem præcipue ca-
“ lamo ab ipſo exaratum & eruditis ſcholiis illuſtratum
“ MS. aſpexi.” Et *Franciſcus Floridus Sabinus* in Apolog.
L. L. p. 111. Diſſertiſſimum item virum appellat *Philelphus*
in Epiſtola ad *Albertum Zancarium*. At quod a nobis præ-
dicandum magis, primus erat ille purioris linguæ Latinæ
collector. Nam ad ſtudiorum puerilium utilitatem *Martia-
lem* ampliſſimis ſcholiis, quæ Cornu-Copiam appellari vo-
luit, illuſtravit, in quibus linguæ Latinæ rationem expo-
ſuit, verborum uſum & proprietatem indicavit, indice
poſtremum ſingularum dictionum locupletavit, ut præter
Commentarii rationem, juſti quoque Lexici vices præſta-
re poſſent, quas diu etiam præſtitere. Opus hoc aggreſ-
ſus eſt doctiſſimus Præſul hortatu maxime *Pomponii Fortu-
nati*, abſolutum [d] vero edere noluit propter Autoris quem
illuſtrare ſuſceperat ſpurcitiem & obſcœnitatem. Diu ergo
apud ſe domi preſſit, ſed qua erat humanitate, ineditos
commentarios multis uſurpandos dedit, unde factum eſt,
ut quibus [e] PEROTTI fama & exiſtimatio cara erat
propter multa ex iis commentariis ſubrepta & ſub alieno
nomine jactata, SIPONTINI †† noſtri poſthumos labores
in lucem ederent. Is erat *Pyrrhus* NICOLAI PEROTTI
nepos,

[a] *Archeveſque de Manfredonia, ou a eté transferé le Siege de Siponto.* Me-
nagius ad Baillet.

[b] Ex Ughellio.

[c] Verba ſunt *Alex. ab Alex.* Genial. Dier. 4. 21.

[d] Solummodo Martialis librum primum commentariis hiſce expoſuit,
alterum deinde additurus, in quibus totam R. L. rationem ſibi complexurus
videbatur. Ita profitetur Autor in calce operis: “ Habes, Federice prin-
“ ceps, interpretationem primi libri, quod eſt univerſi operis & totius fere
“ Latinæ Linguæ dimidium.

[e] “ Properantem autem me tam expetitum ac deſideratum opus emit-
“ tere, illud magis ac magis accendit atque inflammat quod neſcio quem vi-
“ liſſimum pædagogum non puduit nuper, ut eſt omnium impudentiſſimus,
“ pleraſque ſententias e ſacrario patrui mei ſumptas (hunc enim humaniſ-
“ ſime ſemper omnibus expoſitum adire frequens diſcendi gratia ſolebat)
“ tanquam ſuas promere, & tam præclaris inventis impudentiſſime glo-
“ riari. Nullum enim ultionis genus in hanc belluam accomodatius fore
“ exiſtimo quam ut omnes hac noſtra editione illius furta vel potius ſacrile-
“ gia recognoſcant & hominis temeritatem, ſcelus ingratitudinemque con-
“ demnent.” Deinde paucis interjectis: “ Neque enim recuſo, ſi ita
“ res ferat, pœnas luere ad honeſtiſſimum factum, & ſubire optimi Pon-
“ tificis qualemcunque indignationem malo, quam aut hanc injuriam fa-
“ cere lucubrationibus ejus ut diutius in tenebris jaceant, aut hanc glo-
“ riam relinquere ſordidiſſimo pædagogo, ut aliorum inventa ſibi aſcribat,
“ aut tot eruditorum hominum preces, deſideria, vota contemnere, ne di-
“ cam perpetuum poſteritati damnum inferre.” *Pyrrhi* nepotis præfatio
ad *Federicum* ducem. Ille quem vexat *Pyrrhus* in præfatione erat *Domitius
Calderinus* quocum multas & ſeveras inimicitias exercuit NICOLAUS PE-
ROTTUS. Vid. *Bæl.* in Lexico Critico.

† Caſaubonus.

†† Hoc nomine citabatur per totum hoc Lexicon Perottus. Quod cum
nec proprium ipſius, nec patrium nomen ſit, aptius viſum eſt, indicante
quoque Henrico Stephano, verum ipſius nomen ubique ſubſtituere. Ce-
terum ipſum Sipontinum, pro Archiepiſcopo, Pontificem, ut ſupra poſui, in
titulo Cornu copiæ, Latinitatis purioris ſtudio, Pyrrhus nepos appellari
voluit; ne quis temere adjectum putet.

nepos, qui opus clam avunculo exſcripſit & ad *Federicum Ubaldinum* Urbini Ducem, cui & ipſe Sipontinus inſcripſerat, mittendum curavit. Defuncto igitur Perotto circa A. 1480. & *Federico* Duce 1482. *Guido* [*a*] *Ubaldinus*, *Federici* fil. *Ludovicum Odaxium* ad editionem hortatur, & ab eodem ſibi inſcriptum recepit. Proxima editio procurata videtur ante elapſum prorſus decennium, Venet. 1492. fol. per *Bernardinum de Coris* de Cremona. Deinde autem prelo ſuo ſubjecit *Aldus Manutius* Anno 1499. ubi "quamplurima loca quæ in aliis ante impreſſis incorrecta leguntur, emendata eſſe" profitetur Editor. Tum autem proximo anno 1500. prodiit Pariſ. per *Udalr. Gering* & *Berthold. Rembolt* ſocios [*b*]. Exemplar "ex univerſis præcedentibus caſtigatum, & nonnunquam ex originalibus diligentiſſime perfectum." Nam, ut id tandem moneam, jam in eam crevit exiſtimationem res Lexica, ut præter labores compilandi, aliorum etiam qui Autorem ſequebantur, cura in recudendo, corrigendo & ſupplendo exerceretur. Neque dedignati ſunt aliquando viri ſummi & in literis principes eam limam Recentiorum Lexicis admovere, quam graviſſimis ex omni antiquitate Autoribus ſumma cum laude admovere ſolebant. Neque erat Perottus in hac laudis parte extremus. Nam ante editionem Pariſienſem, de qua modo, a *Joanne Pompeio Corniano* Brixiano adornatam, cujus diligentia errores multos ſuſtulit quibus ſcatebant Editiones priores, Vir ſummus & ultra noſtrum præconium poſitus *Polydorus Virgilius* "librariorum incuriam deprehendens, (*hominis verbis utor*) ad Perottum integrum ac emendatum lectoribus præſtandum acceſſit, & ad exemplar in Bibliotheca Ducis Urbini ſeipſum contulit." A quo proinde prodiit emendatior & ſibi reſtitutus. *Aldus* deinde *Manutius*, a quo non ſemel videtur Cornu-Copia typis deſcribi, in ea editione quam prodire juſſit Venet. 1513. fol. editione longe cæteris præferenda, præter Commentarios *recognitos atque ex Archetypo emendatos*, *Varronem*, *Feſtum* &c. operi ſubjecit, &, quod non parum aut utilitatis aut nitoris huic editioni confert, *Nonium Marcellum*, cui tum primum tertia fere pars addita erat, & multæ præterea emendationes, quas in ante impreſſis fruſtra quæſiveris, opera & diligentia ad eam rem uſus *Jo. Jucundi* [*c*] Veronenſis qui in Gallia *Nonium* cum antiquis contulit exemplaribus. *Polydori*, *Corniani* & *Aldi* laboribus ſucceſſit vir doctiſſimus *Valentinus Curio*, Baſil. 1526. 1532. & alibi, qui præter operam in Perotto ſumptam, ſocios adjunxit *Varronem*, *Feſtum* & *Marcellum*. Quos Grammaticos, *Nonium* præcipue, illuſtravit & ex Cod. veteri ſæpius emendavit *Mich. Bentinus*. Prodiit vero Perotti Cornucopiæ ſæpius, ne in ſingulis immorer, Anno ſc. 1504. Pariſ. 1506. per *Joh. Pruſs* Argentinum. 1521. Baſ. Iterumque ibid. 1536. De his Commentariis iſtius ætatis homines omnia optima ſentire & dicere. Siſtam tibi, lector, iterum *Latomum*,

Cornu nobile Copiæ Perotti
Non quale Oleniæ puer Capellæ
Sanxit Jupiter, intulitque cælo:
Aut quale Herculea manu revulſum,
Ætoli fluvii perenne vulnus,
Thymo & baccare Naiades replerunt:
At doctum variumque multiplexque,
Et cunctis opibus cupediiſque,
Quas Muſæ Oenotrides amant, refertum.
Hic ille eſt liber, ille Martialis
Interpres, Latiæ illa lingua linguæ,
Cornu nobile Copiæ Perotti.

Adjungamus *Geſnerum*; "Hæc pars quam habemus plena eſt Philologiæ & eruditionis variæ, ex optimis quibuſque veterum denſiſſima teſtimonia citans multiplici cum ad rerum tum ad vocabulorum cognitionem uſu." *Ludovic.* item *Vivem*; "Nic. Perotti Cornu-copiæ, ſi vacet legere, non pœnitebit collocatæ in eo operæ." *Trithemium* quoque; "Nicolaus Perottus Saxoferratenſis & Sipontinus Epiſcopus, vir in divinis ſcripturis eruditiſſimus & in ſæcularibus literis nulli ſuo tempore ſecundus, egregius Theologus, ac rhetor diſertiſſimus, ingenio acer, & vita præclarus. Scripſit quædam luculenta opuſcula, quibus nomen ſuum poſteris notificavit. E quibus extat opus inſigne duobus voluminibus diviſum, in Marcum Valerium Martialem poetam, omnem Latini ſermonis elegantiam, rationem & enucleationem pulcherrime complectens, quod prænotavit Commentariorum linguæ Latinæ volumen, ſive ut vulgo appellatur, Cornu-copiam." Eadem fere ad verbum, ut mos eſt, *Jac. Phil. Bergom.* Supplem. Chronic. & Chronica Chronicarum. Recte item *P. Jovius*; "Compoſuit quoque volumen Commentarii nomine in Martialem, Cornu-copiæ, uſurpato vetere Græco lemmate nuncupatum, perutile quidem ac ob id fortaſſe ſempiternum." Sempiternum profecto, cum ex hoc quaſi ſtamine perpetuam telam duxerint, quæ ſecutæ ſint Lexicographorum operæ.

Calepinus. Et ecce exortus eſt Calepinus [*d*], quem alieni laboris non pudebat, cum *Perottum* exſcriberet, quem prope pudebat ſui. Ambrosius Calepinus Bergomenſis Ordinis S. Auguſtini Eremitanus *Calepini* nomen a Calepio [*e*] Cenomannorum oppido derivavit; multa & pietatis & literarum laude excellens exeunte ſæculo 15. & ineunte 16. Videtur nihil poſteris reliquiſſe præter Dictionarium ſatis notum. Nam quæ de Urbis Venetiarum laudibus a nonnullis exiſtimatur concinnaſſe, nihil aliud eſt niſi curta notitia iſtius urbis quam cum *Jac. Philippo* Bergomenſi tunc temporis Chronicarum ſupplementum meditante communicavit. Ita enim ille in V. "Venetiæ civitas inſignis, —— de cujus laude quoniam apud Jacobi Philippi Chronicam a nobis late congeſtum eſt, duximus omittendum." Obiit Bergomi annis cumulatus A. 1510 [*f*]. & in Eccleſia S. *Auguſtini* ibidem ſine ulla inſcriptione humatur [*g*]. Diu vigebat fama

[*a*] *Odax.* in præfat. "Hoc opus ego proximis menſibus juſſu & auſpicio tuo diligentiſſime lectitavi, &, quoad per me fieri licuit, emendatiſſimum reddidi." Hæc igitur princeps erat Perotti editio, quam certum eſt prodiiſſe intra ann. 1482. & 1486. ſub eo ſc. temporis intervallo, quo *Guido Ubaldinus* Urbini Ducatum geſſit. Fallitur ergo *Du Cangius*, qui in præfat. ad Gloſſarium, hoc opus Cornu-Copiæ ſub annum 1470. publicari exiſtimat.

[*b*] Videbis hanc Editionem deſcribi apud Annal. Typograph. viri præſtantiſſimi *Mich. Mattaire* T. 1. p. 225.

[*c*] *J. Jucundus* Veronenſis claruit Anno 1518. Præceptorem ſuum & omnium bonarum artium veterem novamque bibliothecam appellat *Scalig.* in Exercit. 104. V. *Pignor.* Symbol. Epiſtol. p. 20.

[*d*] Alius eſt *Ambroſius Calepinus* qui edidit tres tomos Praxis Eccleſiaſticæ Criminalis. Floruit enim poſt integri ſæculi intervallum & quod excurrit.

[*e*] De nihilo eſt, credo, quod *Borrichius* in diſſert. de Lexicis *Ambroſium* noſtrum Comitis de Calepio ait fuiſſe filium. Nihil de ea generis claritate memorant qui Calepinum ætate proxime attigerunt, *Trithemius* puta, de Scriptor. Eccleſ. *Leander Albertus* in deſcriptione Italiæ, & *Jac. Philipp.* Bergomenſis *Calepini* & Conterraneus & Æqualis. Contrarium magis omnes quos vidimus. V. *Hier. Magium* qui laudatur infra. Natalium certe ſplendorem minime confirmant ea quæ habet ipſe in præfat. 1. Editionis. "Et neque declamationibus refragante natura me dedendum putarem, neque percipiendæ Philoſophiæ ulla mihi a patribus facultas daretur." *Borrichium* procul dubio in fraudem induxit *Ghilinus* in *Teatro d'huomini letterati*: *La ſua nobiliſſima famiglia principale in Bergamo hà origine da Calepio, del qual villaggio i ſuoi antenati furono Conti.* Tum vero poſtea. *Veſtì il ſacro habito l'anno* 1458. *& chiamavaſi al ſecolo il Conte Giacomo Calepio figlio del Conte Truſardo.* Calepium oppidum eſt in Cenomannis ad 14. lapidem a Bergomo Brixiam verſus ad colles in ſiniſtra parte poſitum. †

[*f*] Erraſſe puto *Konig.* Biblioth. Vet. & Nov. qui ad A. 1513. refert. Quo etiam errore tenetur *Baillettus*.

[*g*] In lucem editus fuiſſe videtur circa Annum 1440. Ejus enim fere ætatis

† En verba Donati Calvi, Bergomatis item ſcriptoris, & inepti valde laudatoris popularis ſui, in *Scena Letteraria de gli Scrittori Bergamaſchi*, ed. Bergomi in 4to. 1664. quibus Ghilini narrationem, (quæ & Cangio Præf. Gloſſ. §. LII. ſuſpecta fuit,) confirmat: *Non ſi può fare d'Ambrogio Calepino memoria, che non ſi rammenti un Figlio non meno della Fortuna, que delle Lettere, un Prodigio non meno della Sorte, que del Sapere. Sortì quà giù in Genitore il Conte Truſardo Caleppio Feudatario della Valle col medeſimo cognome chiamata, ma il dirlo prole della Gloria ſarebbe al ſuo merito più adeguato, non r'eſſendo ſcrittore, che n'habbi con tanta felicità toccata la metà, & il pallio conſeguito.* Idem diem emortualem ejus refert in annum 1511. die S. Andreæ, quo ſacrum viaticum acceperit. Quod ad Comitis dignitatem attinet, ſciendum eſt in Italia eam non eſſe pari, atque in ceteris Europæ partibus, faſtigio; ita ut nihil repugnet, quo minus Calepinus & Comitem habere patrem potuerit, & pauperem.

ma Lexici Calepiniani, & in magna autoritate habebatur. At nasutioribus interea fumum non vendidit. " Sed ubi " est interim quod tam magnifice præcipit Calepinus *qui-* " *dam*, —— Et tamen sunt qui mihi indignantur quod ab " hoc ausim dissentire." *Erasm.* ad Matth. 26. 63. Ex re- " centioribus Nicolai Perotti Cornu Copiæ, Nestor, Tor- " tellius. Ex quibus dictionarium suum Ambrosius Cale- " pinus congessit, homo congerendis quidem illis ido- " neus, explendis vero quæ deerant non idoneus ". *Lud. Viv.* l. 3. de tradend. discipl. Autor item Apologiæ pro Poetis Latinis apud *Gifan.* p. 505. Lexicon hoc appellat insulsum & fœtidum, additque Calepinum omnia ex *Perotto Sipontino* sumpsisse, ita ut a se ne γρῦ quidem protulerit. Sententia si non verissima, attamen veræ proxima, nam qui Calepinum cum *Perotto* conferre satagerit, vix ab eo latum unguem discedere investigando reperiet. Imo ea est jejunitate Lexicon Calepini, ut licet toties incudi redderetur, & magnorum nominum autoritatem in recudendo jactitet, hominum tamen exspectationi hodie satisfaceret parum. Plurima in eo deesse etiam post ultimam limam, plurimis etiam barbaris vocibus redundare, nullo monente ut ab iis caverent, plurima etiam superesse in syllabarum quantitatibus errata præter id quod in limine operis profitetur, conqueritur *Borrichius.* Adeo in eum incidit quod non sine sale observaverat vir doctissimus, " Bonus ille Calepinus toties coctus & reco- " ctus parum sapit." Ita fere Vir eruditissimus *Gasp. Sciopp.* in Consultationibus, " Ambrosii Calepini Lexicon quo- " vis superiorum est deterius, etiam illud cui avaritia Ty- " pographi nomen Jo. Passeratii cum maxima doctissimi " viri injuria præscribere nihil dubitavit." *Hieron.* tamen *Magius*, quanquam de Calepino id quod res est sentire videatur, de Calepini successoribus plane cæcutit. " Ambrosium Divi Augustini fratrem cucullatum ab op- " pido in quo natus est, Calepinum nuncupatum, Græ- " carum literarum omnino expertem, & humanioribus " literis vix tinctum, omnium scriptorum fortunatissimum " dicere soleo, quod cum Latinum Lexicum Græcorum " exemplo edidisset, non id quidem quod a doctis lege- " retur, sed ab his qui in Grammaticorum scholis ad- " huc versarentur, inornatum, aridum & exemplis e sa- " cræ scripturæ interpretibus sæpius quam e Cicerone de- " promptis refertum, doctissimorum postea virorum cura " atque opera factum est, ut hoc opus ad immensam ma- " gnitudinem excreverit, ut jure Chalepon, id est, *gra-* " *ve* dici possit, & copia verborum vocumque non sine " elegantia satis expletum, jam non a pueris modo, sed " ab omnibus legatur, ut nullus sit qui non Calepino aut " palam aut tecte hodie utatur. Tandem enim Gesneri & " Manutii additamentis & castigationibus ita auctum at- " que exornatum prodiit in lucem, ut nihil in eo desi- " derari posse videatur." Hæc ille lib. de Equuleo, cap. 6. *Calepiniani* enim operis sive fama sive fortuna plurimos ad laboris similitudinem allexit, qui ab his initus exorsi tantum aliunde *Calepino* ingesserint, ut si jam ipse in terras rediturus erat, suum opus neutiquam agnosceret. " Id " quod Ambrosio Calepino contigisse videmus qui cum " Lexicon quoddam Latinarum vocum, plerarumque for- " tasse non bene intellectarum edidisset, placuit inventum " hominibus doctis, & quoniam non esset integrum in il- " lud invadere, quia prior ille occupasset, relicto Calepi- " ni nomine, tantum unusquisque in illud, quantum po- " terat, contulit. Itaque jam liber ille tanta rerum co- " pia abundat, ut copia ipsa non æque sit copia ut liber " ille est copia, neque quidquam sit Calepini nomine il- " lustrius. Hoc quidem nostra ætate, ut de aliis taceam, " usu venit Octavio Pancirolæ Regiensi, & Cathedralis " ejusdem Ecclesiæ Canonico, quanquam fuit Calepino " aliquanto felicior. Ille enim suo inventu, hic est cla- " rus alieno." *Jan. Nic. Erythr.* Pinacothec. 3. 53. Editio prima, quam paucis videre contigit, procurata erat ab Autore, & impressa Rhegii Lingobardiæ 1502. fol. quam Senatui Populoque Bergomensi inscripsit. Ibi cum profitetur se multa contra *Laurentium Vallam*, contra *Priscianum* aliosque auctores proferre, præstantiorum auctoritate nixum, præstantiores illos & Latinitatis quasi κριτήρια infeliciter subjungit. " Plus enim apud me Ambrosii, Hiero- " nymi, vel Augustini gravitas & doctrina valet, & Græ- " corum, quam Laurentii Vallæ studiosa reprehensio." In fronte hanc allocutionem ad librum præfixit versibus non admodum comptis inclusam,

Mos est putidus: & novus repertus:
Ingens materia ut queat videri:
Præclarusque liber: bonusque totus:
Versus addere nominis probati:
Mentitis titulis: rubore nullo:
Obscurique viri: rudisque vatis:
Auctor sic quasi tunc: bonusque fiat:
Nullis mobile veritas: fidesque est.
Iis demptis liber exeas aperta
In vulgus facie: favore nullo:
Et graiis galeatus: & latinis.
Nam: credas: alii magis: quam ipse
Quærent auxilium: petas ab illis.
Sed si flatus olet: proba: legasque.

Qui nobilia hæc Trochaica leget, & epistolam ad S.P.Q. Bergomensem, mirabitur quæ de homine dicta sunt a *Jac. Philippo* toties laudato. " Ambrosius Calepinus conterra- " reus (sic) & coetaneus meus meique instituti professor, " cujus consuetudinis suavitate jugiter fruor, his tempori- " bus nobiscum dulciter cohabitans, innumerorum docto- " rum elucubrationes sua industria magno labore opus " pergrande atque insignissimum de vocabulorum omnium " notitia solerti indagatione collegit. Illudque tandem " dictum, ut in pluribus spargeretur atque diffunderetur, " etiam imprimi curavit, idque docta & eleganti epistola " ad Senatum Populumque Bergomensem misit." Supplem. Chronic. Prima hæc Editio nullo paginarum indicio distincta constat quaternionibus quinquaginta quinque, nitidissimo charactere expressa, *industria Presbyteri Dionysii Berthochi impressoris.* Refertur † usque ad satietatem nominibus propriis &c. quæ Cl. *Du Cangius* editionum principum a Calepino elaboratarum nunquam compos factus, addubitat an ab ipso an a posteris fuerint profecta. Iterata editio, & Auctori ipsi suprema prodiit Venet. 1509. fol. in officina *Petri Liechtenstein*: quam *Ægidio Viterbiensi* totius Augustiniani gregis Eremitarum Pastori nuncupavit. Prima hæc editio quam *Gesnero* contigit videre: Prima item quam *Borrichio* sedulo licet investigatori, & Lexicorum notitiam profitenti. Eruditissimus *Du Cangius* tamen editionem principem nunquam propriis oculis †† illustratam non inscita conjectura circa A. 1500. statuit prodiisse. Editio uberior multo & castigatior [a]. Epistolam nuncupatoriam, quoniam neque ubique obviam, & nonnulla scitu non injucunda contineat, visum est subnectere:

Ad clarissimum & sapientissimum Theologum, Dominum magistrum Egidium Viterbiensem totius Augustiniani gregis Eremitarum Pastorem dignissimum, Ambrosius Calepinus Bergomas ejusdem religionis de Observantia nuncupatæ minimus [b], *S. P. D.*

" Quum hominem senem præsertim, bullam quæ di- " citur esse non ignorarem, meque ingravescens ætas col- " ligen-

ætatis est *Jacobus Philippus* Forestus Bergomensis, qui Calepinum coætaneum suum appellat. Perfectum est enim opus Chronicorum (uti profitetur ipse *Philippus* in calce Edit. 1492.) anno a natali Christiano 1486. sibi vero a nativitate 52. Natus est ergo *Philippus* A. 1435. & apud suos Bergomenses supremum diem obiens A. 1518. ad octuagesimum quartum annum vitam prorogavit: male septuagesimum quintum Frater *Josephus Pamphilus* in Chronic. Ord. Fratrum Eremitarum S. *Augustini.*

[a] *Vedonsi anco del suo infaticabile ingegno le dichiarationi delle voci ò parole che da lui furono ne' giovanili anni publicate, e poscia con maggior diligenza corrette, & ampliate mandò nuovamente alla stampa, e le intitolò al Padre Egidio da Viterbo Priore Generale della sua Religione.* Ghilini Teatro d'huomini letterati.

[b] Hoc est fortasse quod voluit *Joh. de Janua*, " De ordine fratrum " Prædicatorum *modicus.*"

† Forte referta est.

†† Forte Lustratam.

" ligendas jam esse sarcinas admoneret, dictionum interpretamenta olim quidem a me edita proximis vero annis incudi reddita & aliquanto diligentius amusitata collegi, effecique ut castigatiora & uberiora in manus hominum exire possent. Hoc vero quicquid est operis, quamvis & ipse nomini tuo dicare exoptarem, idque ipsum religiosi quotquot Bergomi degunt Collegæ nostri pro sua quisque in te pietate a me certatim contenderent, hærebam tamen, neque ingenii tui judicium præsertim, ut Secundus ait, lacessitum subire audebam. Neque enim sic toto, ut dici solet, cælo errabam ut non viderem eum esse te quem quasi Lucillianum illum Persium omnium doctissimum metuere etiam eruditi debeant. Quis enim, quæso, vel unicam oden tuam Egidii Romani laudes continentem legere potuit, ut te summum in Poetica non agnosceret? Quis librum de Ecclesiæ incremento a te conscriptum & divina Pontificis Maximi voce laudatum non admiratur? Quis eloquentiæ tuæ fulmina æquaverit? Quis ad populos te concionantem audivit qui non voces tuas Pauli esse tonitrua † non existimaverit? Quis tuæ illius dialecticæ subtilitatis ceratinas & soritas effugerit? Quem porro lateat quantum in iis quæ Physica, quæque item Metaphysica nominantur, quantum denique in sacrarum literarum studiis semper excellueris? Quid plura? te unum intelligebam cui nihil non lectum, nihil non intellectum esset. Sed bene quem summa doctrina formidabilem effinxerat, eundem vitæ sanctitas amabilem reddidit. Neque enim mihi quamvis a te longissime constituto nescire permittitur quam bonus commissi tibi gregis pastor existas, ut languentes foveas, ut demissos erigas, ut salubribus medelis aut venienti morbo occurras, aut eundem si forte irroboraverit amoveas. Noster ordo, quod diu exoptavimus, te auctore est integratus, te Magistro sibi restitutus, te intercedente summis privilegiis honestatus, quæ cum animo volverem facile percipiebam, te qui universos ita dirigeres, singulos non contemnere. Hoc denique quasi addita obrepsit audacia, meque illuc impulit ut ad te quasi ad numen aliquod confugerem & qualescunque vigilias meas tibi dicarem. Quod factum meum boni consulas obsecro, meminerisque me quasi non postremæ notæ villicum hac ipsa dicatione rationem otii mei exhibere tibi voluisse, quem tu vel ut diligens paterfamilias inspicere non gravaberis, vel certe ut bonus pastor ne pusillæ quidem ovis fœtum tibi contemnendum putabis, sed umbra potius tui nominis proteges. Quod si, ut spero, feceris, ad summam votorum meorum pervenisse mihi videbor, ac tuo quasi Colophonio suffragio, ut in veteri verbo est, adjutus, in singulis etiam tribus puncta omnia tulisse me existimabo, nec ætatis tantum nostræ oblatratores, sed & celebratum illum veteribus modum contemnam. Vale pater R. & congregationem nostram ac præsertim Bergomensem Conventum habe commendatissimum. Nam & te, ut debent, omnes mirifice amant ac reverentur & *me decrepitum jam senem atque oculis captum* mira pietate complectuntur. Bergomi Kalendis Octobris MDIX."

Sublato e vivis CALEPINO studiose quamplurimi in ejus messem suas falces injecere. Oneratur prelum & ad satietatem usque exercetur, prodiitque Lexicon CALEPINI vel saltem *Calepinianum* nomen profitens, tot vicibus ut pene tædium esset enumerare. Quas editiones vel oculis usurpavimus, vel de iis legendo quidquam accepimus, subnectemus, plures fortasse addituri, si rei utilitas laborem nostrum commendaret. Prodiit itaque proxime 1510. apud *Ascens.* Paris. & 1516. apud *Wechel.* Paris. 1534. ibid. 1535. & 1539. Basil. 1544. & 1560. Venet. 1545. 1548. & 1592. Lugd. Bat. non semel, 1570. 1581. 1647. 1663. 1681. nec non ex officina *Fr. Hackii* 4. sine nota ætatis. Antv. 1572. Genev. 1620. & alibi sæpius.

Inter cæteros qui Thesaurum *Calepinianum* auxerunt, & celebritatem dedere, non postremi loci vel ordinis erat *Johannes Passeratius* Trecassinus [a] in Academia Parisiensi Professor Regius. Cæteros dixi, quales erant *Jac. Montanus*, *Paul. Manutius*, *Laur. Chifletius*, *S. I. J. Lud. de la Cerda*, *Conrad. Gesnerus Tigurinus*, *Budæus*, *Ascensius* aliique, nam quod hodie legimus, ut observavit dudum *Manutius* præfat. ad Edit. *Calepin.* 1548. vix est CALEPINI, sed aliorum qui ejus solo inædificarunt: "Bonum fatum (inquit ille etiam ea ætate quam pene dixeris Calepini pueritiam) Calepinus sortitus est, cui quotidie fere omnes homines de suo largiantur. Certe enim illius Dictionarium non tam auctoris industria, quam aliorum labore studioque in tantam altitudinem excrevit." Ad *Passeratium* quod attinet, iis erat naribus, tanto ingenii acumine, tantaque elegantia, tam male autem interea consutæ, & tam impigræ additiones quæ ad CALEPINUM habentur, ut cujusvis potius quam *Passeratii* videri debeant. "Homo enim emunctæ naris & cui aliena vix placerent, ultimo elogio vovit ne manes sui malis carminibus onerarentur." *Thuan.* lib. 127. fin.

Hic situs in parva Janus Passertius urna
Ausonii doctor regius eloquii;
Discipuli memores tumulo date serta magistri,
Ut vario florum munere vernet humus.
Hoc culta officio mea molliter ossa quiescent,
Sint modo carminibus non onerata malis [b].

Vix dici potest quanta animorum contentione, omnique prædicationum genere ad *Passeratii* sermonis puritatem, nitorem elegantiæ, ingeniique felicitatem celebrandam confluxere ejus ætatis viri doctissimi [c]. Natus erat A. 1534. Lutetiam accedens iis qui auctoritate & gratia plurimum pollebant, inter paucos charus, *Petro Ramo* Eloquentiæ Professori suffectus, commendatione *Henrici Memmii* Mæcenatis optimi, & stipendiis regiis honorifice subnixus, præcepta eloquentiæ multa cum omnium admiratione infinitis pene discipulis tradidit. Egregia sunt quæ de illo posteris commendavit vir ingenii acerrimi [d]. "Si illum dixero omnibus ferme Grammaticis & Rhetoribus ætatis suæ fuisse clariorem, sique addidero *ultimum Romanorum* apud nos obiisse, verissime, ut opinor, sensisse debeo videri." *Casaub.* Epist. ad *Jac. Gillotium* 164. "At Passeratium non videbo, cujus nuper audivi obitum. Næ vestra Academia vel præcipuum, nisi fallor, tibicinem amisit, quo fulciebatur. Nunc autem quis tanti viri locum occupabit. Stephani etiam nostri obitum, puto, intellexisti. Commelini quoque. An parant Musæ fugam ex Europa?" *Scæv. Sammarth.* Elog. lib. 4. "His enim extremis rei literariæ temporibus, nisi Scaligeri, Lipsii, Casauboni, Fabri cum aliis paucissimis adhuc superfint, quis ultimum politioris literaturæ decus in hujus tanti viri morte concidisse non fateatur?" *Jul. Cæs. Bulenger.* Histor. sui temporis lib. 11. "Latinæ integritatis in eloquendo, si quis alius, retinens, oratione acutus & tersus." *Fr. Parentius* in Oratione de regia sua professione, A. 1595. "In literis humanioribus verborumque proprietate ac significatione evolvenda, rara illa & omni artium genere excultissima Passeratii doctrina, qua ille velut Phœnix & ut Romanus alter Varro, judicio omnium excellit." Decessit Lutetiæ Parisiorum 68. anno ætatis, 18. Cal. Oct. Anno a partu Virgineo 1602. inque Dominicano templo ad Jacobæam portam sepelitur, cum hoc elogio,

IO.

[a] Trecassium †† Campaniæ urbs quæ Sequano fluvio interluitur. Vulgo *Troyes.*

[b] Hoc Epitaphium inter ultima fere suspiria ipse sibi concinnavit.

[c] *Scaligerum* semper excipio. "Passerat *estoit fort ignorant*, vix octo legerat libros: bene instituebat juventutem, duo verba latine sciebat, omnes reprehendebat, non erat tantus quantus habebatur. Tricassinus erat, bonus Pedanus ad instituendam juventutem." *Scaligerana.* Contra vir doctissimus. "*Il avoit joint à une grande erudition, une rare politesse & il n'avoit* rien de pedant que la robe & le bonnet."

[d] *P. Massonus* in Elogiis.

† Sic in Londinensi codice. Error videtur descriptoris, ut & quod paulo post pro Tribubus, Tribus legitur.

†† Trecæ, vel Trecasses.

IO. IAC. MEMMIUS. ERRICI. FIL. IOAN. IAC. NEPOS.
SUPP. LIBELL. IN. REG. MAG. DISCIP. PRÆCEPT. CARISS.
HOC. MONUM. DE. SUO. FIERI. CUR.
OBIIT. XVIII. KAL. OCTOBR. DIE. S. CRUCIS. cIↄ Iↄ cII.
D. O. M. S.

IANO PASSERATIO TRECENSI.

VIRO INTER ERUDITISS. MODESTISS. INTER MODESTISS. ERUDITISS. ACADEMIÆ, IN QUA SOLI BARBARI ET IGNAVI PEREGRINANTUR, ASSERTORI PRÆCIPUO: QUEM LICET SONTICUS MORBUS PER PLURES [a] ANNOS LECTO POSTRATUM [b] AFFLIXERIT, TAMEN VEL HOC IUVIT STANTEM MORI UT TRIUMPHALEM REGIÆ CATHEDRÆ SESSIONEM EGREGIO PÆANE TERMINANS, MOXQUE INDICES FUTURUS LITERATIS PRÆSENTIUS NUMEN IN POSTERUM AFFULGERET.
ACAD. MOER. P.

Scripta ejus recenſet V. Cl. *Heningus Witte* in Memor. Philoſoph. p. 18. itemque in Diario Biographico ad Ann. 1602. Opus autem quo ſe magnopere extulit concinnavit de Literarum permutatione ac cognatione, impreſſum Pariſ. 1606. 8. V. *Colomeſii* Biblioth. Choiſie, & *Scaligerum* de eo opere ibi adductum. Exſtant varia ejus poemata miro lepore confecta, in tomo tertio Delitiarum Gallicarum p. 1. Quod vero nihil in palæſtra *Calepiniana* ſe exercuit lubentiſſime adſentimur viris oculatiſſimis [c]. Commentum hoc fuit Bibliopolarum & aucupium vaferrimum.

Quid *Conradus Geſnerus* Tigurinus ὁ πολυμαθέστατος de CALEPINO meruit, nam de omnibus ſingulatim ſcribere infinitum foret, placuit ipſius hominis verbis lectori ſiſtere: "Ambroſii Calepini Dictionarium quod hoc anno 1544. "menſe Septembri impreſſum eſt Baſileæ apud Leonhar- "tum Hoſpinianum innumeris locis caſtigavimus & ex po- "ſtrema editione Venetiis excuſa ad inſigne Sirenis, quæ "ſupra quatuor mille vocabulorum ex probatiſſimis au- "thoribus acceſſiſſe gloriatur, omnia in noſtrum exem- "plar tranſtulimus, & proſodiæ, id eſt, quantitatis ſyl- "labarum notas novo labore ſingulis dictionibus quæ or- "dine alphabeti explicantur, inſcripſimus. Cæterum no- "mina propria, ex quibus maxima pars Venetæ acceſſio- "nis conſtabat, ſeorſim a Latinis vocabulis in peculiare "alphabetum partim proprio labore, partim juvantibus "amicis digeſta ſunt, additis omnibus illis quæ in po- "ſtremis dictionariis poeticis continebantur; nam & Ve- "neti pleraque ſua ex eiſdem decerpſerunt. Si cui lubet "prolixius cognoſcere quantum noſtra editio cæteras om- "omnes antecellat, is præfationem noſtram dictionario "præfixam legat [d]."

NIZOLIUS. His ſuccedit MARIUS NIZOLIUS Brixellenſis, Ciceronianos omnes labore ſummo maximaque induſtria ſibi devinciens. Edidit ille *Theſaurum Ciceronianum*, ſive "Obſervationes in Ciceronem ordine "literarum digeſtas, quibus omnis vere Latine loquendi "ratio & quot quibuſque modis unaquæque vox diſtingui "variarique poſſit per Exempla Ciceronis plane demon- "ſtratur" Excuſas Baſil. 1530. & deinde Ven. 1535. fol. † rurſus 1541. adjectis illis vocabulis quæ *Baſilius Zanchius* (de quo modo) poſt NIZOLIUM ex *Cicerone* collegerat. Auxerunt plurimi atque edidit demum *Hervagius* 1548. cum magna acceſſione verborum per *Cælium Secundum Curionem*, iterumque Franc. 1568. fol. †† *Marcellus* deinde *Squarcialupus Plumbinenſis*, *Jacobus Cellarius* [e] *Auguſtanus*, & *Alex. Scot*, *Scotus* [f]. Auctiſſimæ deinde Editiones & emendatiſſimæ, Lugd. apud *Th. Soubron.* 1608. fol. & Col. Allobrog. 1612. 4to. Poſtremo labor iſte ab una *Ciceronis* radice profectus in juſtam tandem molem & utilitatem Lexici excrevit cura *M. Ludovici Lucii* Baſilienſis Academiæ Profeſſoris, qui A. 1613. duobus voluminibus fol. edidit ibidem "Latinæ Lin- "guæ Theſaurum bipartitum, priorem quidem ex uno Ci- "cerone jam olim a Mario Nizolio collectum, poſterio- "rem autem ex aliis quoque Latini Sermonis authoribus "comportatum; probatiſſimorum tum Oratorum, Hiſto- "ricorum, JCtorum, Medicorum, tum etiam Poetarum "verba & loquendi modos copioſiſſime explicantem." *Lucius*, quod non præſtitit *Nizolius*, e magno Linguæ Latinæ Theſauro, *Stephani* puta, ††† ſibi arripuit, ab ipſo *Plauto* ad *Claudianum* uſque verba verborumque uſus conferens, refectis, quæ erat iſtius ſæculi continentia, *propriis* nominibus, aliſque plurimis, quorum peculiaria Onomaſtica paſſim extitere, de iis rebus, uti par erat, conſulenda. Ad NIZOLIUM autem ut aliquando revertamur, ea erat vel modeſtia vel infelicitate, ut nihil fere de ejus fama vel fortunis poſteritati deſcribendum reliquerit. Nam quæ *Johannes Norvvegus Haſſus* Promptuarii Grammatici, Nomenclaturiſque Auctorum in Promptuario citatorum Scriptor de eo tradidit, ſunt αὐτολεξεὶ, ut ſolet, ex Geſnero deſcripta. Summorum virorum amicitiis & familiaritate utebatur, quibus profecto maximum ſibi opus eſſe duxit, ad domeſticam tenuitatem ſublevandam, qua videtur admodum laboraſſe. Ita fere ille in Epiſtol. qua librum ſuum *Joan. F. Gambaræ* inſcripſit. "Nam quanquam poſſum multos commemorare, quibus "plurimum debeo, & in iis præcipue clariſſimum & ampliſ- "ſimum virum eundemque Juris Civilis longe peritiſſimum "Mattheum Advocatum & ejus filium Camillum adoleſcen- "tem omni corporis animique virtute ornatiſſimum, qui me "antea ſibi multis & magnis de cauſis maxime obligatum "nunc etiam obligarunt magis, cum in editionem hujus "operis *omnem pecuniam mihi liberaliſſime ſuppeditarunt*, tamen "& ipſi qua ſunt modeſtia & cæteri omnes facile patien- "tur, ut me tibi plus quam ſibi devinctum eſſe confitear. "Tu enim primum *hoſpitio me accepiſti*, *quo jam tertium & decimum annum* honeſtiſſime utor, *tu tenuitatem meam liberalitate tua* ſemper ſuſtentaſti, tu literas & ſtudia mea nun- "quam fovere & excitare deſtitiſti, tu me omnibus re- "bus aſſidue prout facultates tuæ tulerunt, & auxiſti & or- "naſti. Quid multa? niſi tu fuiſſes, ego plane nihil eſſem. "Quare non ſolum mea omnia, ſed me ipſum prorſus tibi "me debere fateor." Vixit NIZOLIUS STEPHANO noſtro æqualis, cujus quoque Theſauri editionem comparavit Ven. 1551. pluribus infra deſcribendam. Ejus *Ciceronianitatem* falſo & pererudito dialogo perſtringit *H. Stephanus* fil. *Nizoliodidaſcalo* ſc. 1578. 8vo. Cum *M. Ant. Majoragio* ſimultates quoque literarias exercuit, cum *Joanne* quo-

 que

[a] Per integrum ſcilicet quinquennium.

[b] Dolet in tanta literarum elegantia, quæ ipſam Antiquitatem pene redoleat, tam barbare pene dici. Nam *afflixerit* legi video, non, ut oportuit, *affixerit*, ab omnibus qui hoc Epicedion deſcribunt. Vide τὸν κριτικώτατον ad Hor. 1. Serm. 1. 81.

[c] "*Mais ce qui a toujours fait juſqu' icy le ſujet de l'étonnement des* "*Sçavans, c'eſt de voir que Paſſerat qui entendoit ſi parfaitement le genie de* "*la langue Latine, & toutes les fineſſes de la plus pure Latinité, n'ait pas eu le* "*courage de purger le Calepin de tous le mechants mots qui y ſont demeurez même* "*apres ſon Edition, & qu'il ſe ſoit contentè d'y faire mettre ſes Additions comme* "*les autres.*" Baillet *Jugem. des Sçavans.*

[d] Ex Catalogo operum *Geſnerianorum* a ſe conſcripto, quem videre licet in *Bibliotheca.*

[e] Baſil. 1576. & 1583. fol. Lugd. 1580. & Francof. 1613. fol.

[f] Lugd. apud *Bart. Vincent.* fol. 1607. Col. Allobr. 1612. 4to & Lugd. 1613. 4to. Idem ergo annus 1613. tres vidit NIZOLII editiones elaboratas, Francofurtenſem ſc. *Cellarii*, Lugdunenſem *Scoti*, & Baſilienſem *Lud. Lucii* de qua mox quædam erunt exponenda.

† Non eſt Venetiis impreſſa hæc editio, quam Primam omnium arbitror, & emendatiſſimam comperi, ita ut ejus beneficio aliquammulta hujus Lexici loca reſtituerim; verum, ut in titulo expreſſum: Ex Prato Albuini, vel ut ad calcem legitur, Ad Pratum Alb. in ædibus. Ill. Viti Jo. Franc. Gambara Comitis Pontificii, cui & opus ipſum, in duas partes diviſum, præcurſoria epiſtola dicavit, ex qua perſpicue colligitur, tunc primum exiiſſe. Sic enim in limine: "Quamobrem cum abſolviſſem has obſervationes meas "in M. Tullium Ciceronem, ac de eis, ut mos eſt, dicandis mecum cogita- "rem, tu mihi primus omnium ſtatim occurriſti, qui hoc muneris, quale id "cunque eſſet, tibi quaſi tuo jure vendicares." Quin & ſequentibus verbis id ipſum planius declarat, quæ huc deſcribere non lubuit. Fuit autem *Pratalbuino* vulgari idiomate dictum, ſeu oppidum, ſeu forte Caſtellum in agro Brixiano, ditionis Venetæ, Familiæ nobiliſſimæ de Gambara Comitiva ſedes.

†† Repetita eadem prius fuit Lugduni apud Beringos fratres 1552.

††† Ego conferendo comperi, totum hoc ſecundum volumen Nizoliani Theſauri ad verbum deſcriptum eſſe ex editione Lugdunenſi iſtius Theſauri noſtri 1573. Omiſſis, non tantum propriis nominibus, verum etiam, ſtulto conſilio, omnibus Ciceronis locis, & in his iis quoque, qui in Nizolio non exſtant. Falſum eſt autem, quod hic dicuntur tres Nizolii editiones eodem anno 1613. exiiſſe, cum una eademque editio ſit Baſilienſis, apud Sebaſtianum Henric Petri, quæ ſolum Nizolium exhibet, & Francofurtenſis apud Gothofr. Tampachium, quæ Ærarium Latinæ linguæ inſcribitur, & ſecundum illud duntaxat, quod Lucio tribuunt, volumen conſtituit. Error inde natus videtur, quod utrumque volumen Baſilienſis bibliopolæ ſumptibus, ut ex inſcriptione ad calcem addita apparet, impreſſum fuit.

que *Vernereto Pontarliano* qui librum a NIZOLIO conſcriptum & Parmæ excuſum 1553. "De veris principiis & vera ratione philoſophandi contra pſeudophiloſophos" † acriter ad examen revocat, atque intra biennium *Juvenis* cum *Sene* concertavit. Tranſtulit præterea NIZOLIUS *Galeni* explanationem obſoletarum vocum *Hippocratis*, excuſam Venetiis a *Juntis* cum operibus *Galeni* 1550. Ad Theſaurum autem, quo maxime innotuit, quod ſpectat præcipue, diu eſt quod literatis deſiit eſſe in pretio, nec tanti videtur, ut novennium, quod in eo digerendo ſe abſumpſiſſe confitetur, expectare potuiſſet.

ZANCHIUS. BASILIUS ZANCHIUS †† Bergomas [a], Canonicus ordinis Lateranenſis inter Lexicographos jure recenſendus. Nam præter *ſpicas* quas ad *M. Nizolii* e *M. Tullio* obſervationes *collegit*, in *faſcemque colligavit Anton. Maſſæ* Galeſio J. C. Civi Romano ac Poetæ inſcriptas, ad *Ambroſii* etiam *Calepini* Dictionarium addidit ſylvam verborum Latinorum ex optimis quibuſque ſcriptoribus collectam. A prima adoleſcentia in urbe Roma, *Leone* Xmo Pontifice, verſatus eſt, literatis viris, quorum opimam meſſem ea ætas tulit, in primis carus & acceptiſſimus. Scripſit "Notationes in omnes S. Scripturæ libros, *Antonio Auguſtino* Ilerdenſium Epiſcopo, mox Tarraconenſium Archiepiſcopo dicatas. Col. Agrip. 1602. 8vo. "Quæſtiones item in 4 libros Regum & duos Paralipomenon," quas e *Theodoriti* potiſſimum ſcriptis decerpſit, & de Græcis Latinas fecit. "Epithetorum Latinorum Theſaurum," & "Poemata Sacra" quæ magno in pretio habentur, præcipue autem inter cetera libri duo, verſu heroico elaborati ad *Petr. Bembum* Card. qui "Hortus Sophiæ" inſcribuntur. Bibliothecæ Vaticanæ præfecturam ſumma cum laude geſſit, diemque ſupremum obiit Romæ 1560. Vide de *Zanchio* plura agentem *Quenſtedtum* de viris illuſtribus, *Bælium* in Lexico Critico, *Arnoldum Mylium Birckmannum*, in præfatione ad *Zanchii* Notationes, *Ghlinum* in Theatro, *Konigium*, *Lilium Gregorium Gyrald.* de Poetis ſuorum temporum.

ROBERTUS STEPHANUS. De ROBERTI STEPHANI vita, ingenio & celebritate pauca ideo ſuſcepimus dicenda, quoniam in ea parte abunde ſatisfecit doctorum hominum exſpectationi Vir eruditiſſimus, *Hiſtoriæ Stephanorum & Annalium Typographicorum* auctor longe celeberrimus, qui ea quæ ex literarum monumentis jam olim ad eam rem pertinentia coegerat, nunc denuo rogatu noſtro in ſtudioſorum gratiam quos indies demereri ſatagit, ad incudem revocavit, atque ut Editioni noſtræ auctarium accederet & incrementum, ſuo maximo merito exorari ſe paſſus eſt. Ad ea igitur properamus quæ hiſtoriam Latinitatis ad maturitatem fere perductæ ejus maxime laboribus & auſpiciis complecti videantur.

"Vidit," inquit Vir doctiſſimus [b], "Calepini maciem & lacunas ROBERTUS STEPHANUS vir ad promovendas bonas literas quaſi natus, qui decem eruditorum hominum opera & ex Auctoribus optimis profis, vorſiſque excerpendi labore uſus *Theſaurum Linguæ Latinæ* procudit. —— quem ad noſtram quoque ætatem Gens docta amat, intuetur, conſulit tanquam ſtatuam Mercurialem." Bonus itaque *Calepinus* tantum laudis decerpſit, ut Lexici ampliſſimi atque locupletiſſimi, cui condendo ſuæ vires vix poterant ſufficere, hortator tamen, & *cauſa*, ut aiunt, *ultima* exſtare videretur. Nam cum STEPHANUM efflagitarent plurimi, ut *Calepini* dictionarium ſuæ integritati reſtitueret jam tum prave exceptum, aliorumque temeritate, id quod omnium minime decebat, corruptum, infinito labore deterritus vir utcunque laborum qui e re literaria eſſe poterant ſupra fidem patientiſſimus, tum vero maxime ſentiens ſe inanem operam præſtare, neque Reip. prodeſſe poſſe, re ter quater tentata, tandem incœpto deſtitit. Mutato itaque conſilio inſtabant ſtudioſi ut exquiſitius aliquod dictionarium aut colligendum curaret, aut ipſe proprio labore colligeret. Ceteris itaque omnibus uno ore negotium tam iniquum palam detrectantibus, ipſe ſe operi accinxit, annoſque circiter duos in eo negotio dies noctesque deſudavit. *Edit. Theſ.* 1531. Jactis idcirco fundamentis, a *Plauto* & *Terentio* [c] totam rem exordiri atque evolvi voluit, quibus diligenter perlectis atque adeo minute excuſſis ut verbum fere nullum prætermiſerit, quin in commentarios ſuos coegerit, eos deinde explicari & cum omni diligentia in ordinem alphabeticum redigi curavit, ut eſſent veluti ſylva quædam & quaſi materies futuri dictionarii. Qua igitur mente, quove conſilio, opus ſuum hoc ſumpto exordio contexuit & ordinavit, ex præfatione quam huic Editioni præfigi curavimus, diſcendum eſt, ne nobis ſint omnia repetenda. Infinitis igitur exantlatis laboribus, animoque ita diſtracto, ut inter operam pene Herculeam materiam duobus prelis quotidie ſufficere cogeretur, (nam eadem fere tempeſtate *Virgilio* operam dedit, & *Maturini Corderii* libellum de corrupti ſermonis emendatione in lucem protulit) IIII Cal. Octob. 1531. totam rem ad felicem exitum perduxit, Pariſ. Fol. craſſitie mediocri, typiſque luculentis, propriis ſumptibus, proprioque labore. Totius operis conſilium & rationem ipſe expoſuit, commoditateſque explicuit ad calcem Epiſtolæ præfatoriæ, unde mens primi *Theſauri* STEPHANICI commodiſſime aperietur. Ibi oſtentat magnopere alphabeticam vocabulorum ſeriem pulchramque diſtinctionem, nec vocabulorum modo, ſed conſtructionum locutionumque, cui rei ſiqua inerit utilitas, quam ineſſe quidem ſuſpicor, non levem ſtudioſorum gratiam demerebimur qui iſtam commoditatem, maxima opera, auctiorem aliquantulum in hac noſtra Editione reddidimus. Unicuique dictioni ſubjecit Gallicam interpretationem. Proprium illud erat, & unicum præter diligentiam quod ex ſuo penu ad hoc opus adduxit [d]. Quod vero vernaculum ſermonem ad explicandum maxime adhibuit, cum aliorum exemplis, tum nonnihil etiam rationibus ſe tuetur, quia ſcilicet permultæ ſunt & dictiones & locutiones ejuſmodi, ut vix ulla declaratione Latina intelligi poſſint. Sed cum eadem objectio facile

[a] Plures *Zanchios* doctrina & ingenio celebres Provincia Bergomenſis eodem fere tempore edidit; *Joannem Chryſoſtomum Zanchium* noſtri fratrem germanum, qui libros tres de Origine Orobiorum ſeu Cenomanorum ad *Bembum* Card. ſcripſit: Panegyricum quoque ad *Carolum* V. Imp. Auguſtum elegantiſſime elaboratum: Compendium item de 7. Sacramentis, &c. *Dionyſium* item *Zanchium* alterum germanum, in Sodalitio Canonicorum Regularium vitam cum fratribus traducentem. Hic eſt, ni fallor, *Dionyſius* ille *Zanchius* Bergomas qui vitam *S. Marthæ* hoſpitæ D. Jeſu Chriſti carmine complexus eſt. *Hieronymum Zanchium*, profundæ in Theologicis ſtudiis eruditionis, inter Reformatos clari nominis, *Baſilio* noſtro & amicitia & cognatione conjunctiſſimum, de quo plura erudite diſceptat *Bælius* in Lexico. *Hieronymum Zanchium* Juriſperitum ex eadem ſtirpe editum, qui in 2 Infortiati commentatus eſt, *Pauli Zanchii* JCti item excellentiſſimi filium. *Bartholomæum Zanchium* Bergomatem qui in *Salluſtii* Bellum Catilinarium ſcholia ſcripſit. Vide *Hieron. Zanchii* Epiſtol. penult. libri 2di ad *Lælium Zanchium* Veronenſem. Immo adeo literarum laude abundavit Bergomum, ut *Donatus Calvus* non dubitaret clarorum Bergomatium hiſtoriam literis tradere. "*Scena letteraria de Scrittori Bergamaſchi.*"

[b] *Borrichius.*

[c] Inde fit ut in omnibus *Theſauri* Editt. hos duos auctores quos dedita opera perlegit, ſedulo annotatos & loca diligenter adducta, numeriſque ſignata ubique reperiamus. Nam in *Terentianis* teſtimoniis ferme ubique tres numeri ſignati ſunt, quorum primus actum, ſecundus ſcenam, tertius verſiculum deſcribit. (Non utique ergo leviſſimum fuit vulnus quod STEPHANO inflixere poſtremi Sicarii potius quam Editores, qui ultimum numerum, verſiculi deſignationem, ut inanem amputarunt.) In *Plautinis* duo. Prior annotat quamlibet Comœdiæ diviſionem, (nam in *Stephanica Plauti* editione quam proximo fere anno abſolverat, in tot diſtribuitur partes unaquæque fabula, quot complectitur ſcenas, in computum adſcitis argumento, prologo &c.) poſterior verſiculum, in editione modo memorata numeris ad marginem diligenter notatum. In teſtimoniis ex *Plinii* Epiſtolis unicus eſt numerus, idemque epiſtolam denotans. "Sic enim hos treis authores" (Verba ſunt STEPHANI lectorem in aditu compellantis) "noſtris expreſſos characteribus per numeros diſtinximus, ut ſiquis locum ex dictionario conferre velit, id facere nullo negotio queat. At cur, inquiet percontator, non idem feciſti in omnibus authoribus? Quia nondum ſub noſtrum prelum venerunt."

[d] "Itaque ingenue fateor nihil hic ineſſe de meo, præter laborem ac diligentiam & Gallicæ declarationis bonam partem." Præfat. STEPH.

† Hujus Nizoliani operis, (ex quo omnino apparet, virum non mediocris ingenii fuiſſe, qui Philoſophia ſæculi ſui non contentus, qualicunque ſucceſſu, conatu certe laudando, eam princeps impugnare aggreſſus eſt,) novam editionem acceptam referimus, Viro eruditione juxta ac dignitate Illuſtri, Gothofredo Guilielmo Leibnitzio, in 4to Francof. 1674. cum gemina ejuſdem diſſertatione præliminari, ubi de ingenio Nizolii & ejus controverſiis philoſophicis plura cognoſcere licebit. Confer, quæ paulo infra dicentur, ubi de Stephaniano Theſauro a Nizolio curato.

†† Vel ZANCHUS. Ital. *Zanchi.*

facile recurrat, quemcunque demum sermonem adhibueris ut alterius sit Interpres, cumque suis solummodo consulat qui vernacule exponat, unde fit ut inter † istius gentis limites istiusmodi Lexica fere contineantur, neque alibi innotescant, mutato consilio interpretationem Gallicam recocto opere ut inutilem resecuit. Ad testimonia quod attinet, summa nobiscum fide egit STEPHANUS. Nam quamvis præter ea quæ propria lectura suppeditaverat, plurima ex *Calepino* aliisque qui antecedebant corrasit, si quos tamen auctores adduci sentiebat minus idoneos, iis rejectis, probatiores multo adhibuit, & ut nullam gratiam abesse sineret, etiam probatissimorum testimonia quæ in aliis dictionariis sæpe corrupta legebantur, quam fidelissime potuit fieri, pene omnia restituit. Ad ordinem etiam alphabeticum cum plurimum conferre videbat ut etiam composita suo loco, non ut sæpe fit, in alieno, id est in suis simplicibus quærerentur, eam etiam operam utilissimam sane præstitit, unde mirandum (potius an dolendum?) posterioribus hominibus tam inscitam dispositionem placere potuisse, ut unumquodque vocabulum in suam quasi gentem & familiam dubiam aliquando & incertam dispertirent, unde tædium consulenti & molestia absque ingenti fructus specie sæpissime oboriri solet. Immo etiam mirandum maxime *Henrico* filio tale aliquid in mentem venisse, ut præter istiusmodi distinctionem quæ sibi in Græco Thesauro vehementer placuit, ubi profecto integrum erat quamlibet adhibere, tale etiam commentum in paternum quoque Thesaurum meditaretur. Lævum hominem, & omnium quos vidi pessime feriatum [a]! Nomina denique propria admisit fere nulla. Utinam ne unum quidem! Nam quanquam adeo rara occurrant ut vix viginti passim in toto opere inveniantur, ea potius cum cæteris ex dictionariis ad eam rem concinnatis, ad quæ sc. lectorem amandat quam ex hujusmodi opere quæri oportebat. Licet denique eum qui profiteatur se nullas fere voces inserere nisi quotquot ex aliquo auctore recepto probatissimoque commendari poterant, intra aureæ Latinitatis limites se ut plurimum continere decebat, aliquando tamen ad ferream barbaramque pene se delabi patitur. Neque hæc increpandi animo dicimus. Nam qui Thesaurum L. L. meditetur, quanquam cum STEPHANO nostro ex *Terentio*, *Cicerone*, *Plauto* cæterisque melioris notæ spiritum animumque ducat, nonnihil tamen cum eodem ex *Apuleio*, *Palladio*, *Persio*, *Martiali*, *Jul. Firmico*, *Lucano*, *Claudiano*, *Justino*, *Curtio*, *Lampridio*, nonnihil quoque ex JCtis, ex *Caio*, *Paulo*, *Ulpiano*, &c. sibi adnasci & adhærescere lubens, videbit. At STEPHANO tamen neutiquam sunt condonanda quæ ex ipsa sentina Barbarismi depromit, & quæ non dicam a probatissimo auctore sed a nullo commendentur; MYMPHUR, SUBTAL, SUBTEGULANEA, PETILANSURA, ACIALE, &c. Quæ a Græcis mutuatur a nullo Latino Scriptore usurpata, OSTRACISMUS, POLIS, PHALACRON, ACARUS, &c. Condonari utcunque possint quæ finxit incuria aut lectio nimis properata, ABINTEGRO, ACEDARIA quod ACETARIA rectius scribitur, uti modo occurrat. Condonari etiam fortasse, quæ adducit ex unius *Perotti* auctoritate, ut NEQUITUS, &c. cum hominem sapiat alienæ diligentiæ quam suæ æquiorem æstimatorem. Neque profecto in ea *περιεργίᾳ*, modo ne nimium pinguescat liber, quidquam vel fraudis vel injuriæ consulentibus objici sentio; si unaquæque vox suam secum adferat *αὐθεντίαν*, sive sit *Ciceronis* usurpantis, sive *Perotti* adducentis, integrum interea sit lectori fidem suam vel adhibere vel reprimere, modo inter *Ciceronem* & *Perottum* internoscere & dijudicare poterit.

Edit. Thes. 1536. Jactis utique tam præclaris fundamentis, quantum deinde operæ Typographicæ relinquebant otii, totum id in legendis Latinæ linguæ principibus consumpsit, annumque 1536 dictionario suo clausit ad prelum revocato. Nam cum multa lectione, magnoque usu plurima deesse cognovit, idemque ab aliis accepit, plurima item emendari posse, manum operi iterum admovit, & a doctissimo quoque quicquid in hoc commentandi genere annotasset, nominatim *Gul. Budæo*, *Lazaro Baysio*, *Jacobo Tusano* Græcarum literarum Regio Professore accepit. Magna itidem vocum formularumque, & Nominum propriorum, quorum absentiam nonnulli jam moleste ferebant, adjectione locupletavit, XIV Cal. Dec. 1536. †† fol. Unum erat quod Lectoribus suis vehementer placiturum fore visum est Compilatori, ut cum plurimæ sc. voces nulla auctoritate enisæ, nullo vadimonio fultæ quibusdam idcirco tanquam parum Latinæ minus probabantur, eæ jam suos sisterent auctores. Sed cum *Calepinum* video, *Perottum* &c. adduci, curam laudo & diligentiam, exitum desidero, ††† neque voces idcirco tanquam Latiniores facile ero probaturus. Sermonem Gallicum adhuc retinuit interpretem, non suo consilio usus, sed aliorum voluntati a quibus vix dissentire poterat, nimium fortasse obsequutus.

Edit. Thes. 1543. Tertia & ultima Editio, quam procuravit ipse STEPHANUS, prodiit hujusce anni æstate XII sc. Calend. Jun. Paris. ex sua Officina, 2. Voll. fol. Cum Vir meritissimus nihil aliud in animo habuisse videtur nisi ut frequenti lectione, communicatoque cum viris doctissimis consilio, opus vix sedulo inchoatum & quasi rudiori filo adumbratum, latius aliquando explicare & in splendidiorem vestem evolvere posset, facile erudito lectori liquebit hominem prioribus vestigiis insistentem jam imperfecta omnia perpolire, obscuris lucem, dubiis auctoritatem addere. Interpretatione igitur Gallica penitus exulante, prætermissa, quorum infinitus fere erat numerus, accedere, testimonia, quæ partim ignoratione loci corrupte antea legebantur, partim omnino deerant, augeri & restitui voluit. Syllabarum quantitates jam primum summa cura expedivit. Loca *Ciceronis*, *Catonis*, *Varronis*, *Columellæ*, *Plinii*, *Cæsaris*, *Livii*, *Martialis*, *Persii*, *Juvenalis*, *Virgilii*, reliquorumque Poetarum juxta editiones quibus ea hominum ætas utebatur, fidelissime adduxit. Cum plura sint quæ hunc *Thesaurum*, licet sui generis perfectissimum, tanquam nævi contaminent, duo maxime animadvertimus quæ sunt illustrissima. Et quod auctoritates exclusit optimas, & quod admisit deterrimas. Exclusit, dixi, cum id potius erat temporis infortunium, quod nonnullos Auctores Latinos nondum ex prelo receperat. Neque enim ea ætas vidit, aut certe parum attente vidit STEPHANUS, *P. Syri* sententias, Fabulas *Phædri*, *Gratium Faliscum*, *Hyginum*, *Solinum*, *Panegyricos*, *Historiæ Augustæ scriptores*, cum plurimis aliis. Prodierat quidem *Manilius* sæculo superiore, sed cum cæteris neglectus. Nondum, aut nondum satis *Veterum Poetarum Historicorumque fragmenta* in unum coegerant Viri industriosissimi: Nondum etiam ea Latinitas quæ non nisi in Marmoribus Saxisque reperitur, cura *Gruterorum*, *Boissardorum*, aliorumque sub prelum subierat. Quibus quos opponit (id enim erat secundum) quasi eorum jacturam redimere vellet, Commentatorum antiquorum colluviem, præterea ex Recentioribus, *Laurentium Vallam*, *Hermolaum Barbarum*, *Ruellium*, *Budæum*, *Baysium*, *Cælium Rhodiginum* cum Lexicographis quos pone sequebatur. Unde evenit ut ex Æqualibus sive Philologis sive Lexicorum scriptoribus plurima desumeret, quæ ignoravit Vetustas; ASTROLABIUM ex *Sipontino*; ASTRONOMIA ex *Valla*; COMBENNONES ex eodem *Sipontino*; item COMBINARE, COMBINATIO, &c. CHEOPINA ex *Budæo*; CHRIA, CHRYSOPLYSIUM, PHRATRIÆ, PHRATORES, cum infinitis fere aliis

d

[a] "Spero autem fore ut paternis vigiliis meas aliquando addens, "illud Thesauri Latinæ Linguæ opus cum aliis rebus, *tum vero vocum* "*dispositione ei simili qua in Græcis usus sum*, luculentius reddam." *H. Steph.* Præf. Græc. Thes.

† l. Intra, & paulo ante Exponit.
†† Duobus voluminibus.

††† i. e. Consilium collectoris non assequor.

aliis quæ usus & necessitas posteriorum hominum ex Græcis Latina fecerat. Contulit multum ad hoc opus † *Theodoricus Bellovacus* [a] cujus auxilio debere se fatetur quod tantæ operis moli non succubuerit. " Ex ipso autem Budæo; " inquit ille, " tam multa ad verbum transcripsimus, ut pene ei rara in hoc opere & exquisita omnia debeantur. " Quantum aliis quoque nonnullis, ex ipsius verbis excipiat lector ad calcem secundi voluminis, quæ Mantissæ sive Appendicis Epistola præfatoria exhibuit.

Robertus Stephanus typographus regius lectori.

" QUum essemus in eo pene temporis articulo, ut Thesaurum hunc nostrum vix credendis laboribus congestum tandem publicum faceremus, ejusque rei fama constantior ad multos emanasset: ecce commodum, nisi quod non satis in tempore Andreas Tiraquellus Regis Christianissimi in Senatu Parisiensi Consiliarius, vir etiam libris editis orbi notus, Ægidius quoque Perrinus officialis Josatius, & Jacobus †† Goupylius φιλία-τρος, abs quo fumus non mediocriter adjuti, sedulo nos admonuerunt esse quædam apud se hujus argumenti, non indigna quæ hic quoque appingerentur: eorumque si nobis ita videretur, exscribendorum potestatem se facturos ultro receperunt. Erant autem in librorum margines tumultuaria, ut fere fit, lectione adscripta. Ego vero nihil eorum neglecturus quæ usui fore studiosis intelligerem, acceptos ab eis codices diligentia quanta potui maxima perlustravi: quæ visa sunt in rem tuam futura, Candide lector, ea protinus excerpsi, atque seorsum in hos quaterniones contuli: grandiori quidem illa volumini, suo quodque loco, infertorus, nisi sero ad nos pervenissent. Habebat & Joannes Theodoricus Bellovacus, cui plurimum debent quotquot usuri sunt nostro Thesauro, non pauca, potissimum ex Plinio sibi privatim quondam selecta, sed inter chartas ita latentia, ut non comparuerint, nisi universo opere prope perfecto. Ea tandem ubi præter spem emerserunt, studiose recognovit, & ut prius illud beneficium vel hac cumularet accessione, publica esse voluit. Nos quoque suprema huic operi imposita manu, omnibus bibliothecæ nostræ libris pertractatis & evolutis, quæ delapsa alicujus momenti visa sunt, una cum locis aliquot corruptis quæ inter imprimendum animadversa; & restituta fuerant, his interseruimus. Tuæ partes erunt, amice lector, & hanc operam tibi navatam boni consulere: & his exemplis ad juvandam rem literariam quacunque valebis ratione vehementius accendi. Vale, & alienis sudoribus fruere non ingratus. "

Edit. Thes. 1551. Stephano superstite *Marius Nizolius* Brixellensis, de quo plura superius, Thesaurum mendis expurgare, novaque vocabulorum accessione locupletare, suscepit. Quantum in emendando potuit, nescitur, cujus ἀγχίνοια a nemine, quod sciam, ††† celebratur: qua ratione locupletavit, fortasse optime docebitur ex verbis *H. Stephani* Filii, quæ curavimus subjungi [b]. Nihil ergo superest quod *Nizolius* præstitisse videatur præter interpretationem Græcam, quam singulis fere *capitibus vocabulorum* (hominis verbis utor) apposuit, ex *Calepini* nescio quo ex tanta turba Editore commentum mutuatus.

Edit. Thes. 1573. Denato Stephano prodiit *Thesaurus* multo uberior, si molem spectes, Lugduni cura *Philippi Tinghyi* Florentini, An. 1573. fol. 4. Tomis. Editio ab omnibus undique expetita, quanquam nec cura nec utilitate cum *Stephanica* posteriori concertare possit. Cum ait *Tinghyus*, se *quæ a Stephano edita erant, dedisse integriora & emendatiora*, †††† adeo est a veritate alienum, ut Stephani integritatem fœdissimis mendis deformaverit, si hoc sit deformare scilicet, vocabula optimorum auctoritate comprobata omisisse, quæ a Stephano rite adducebantur, vel per incuriam male descripsisse, vel commisisse denique ut male describerent operæ Typographicæ: Cum ait, *quæ desiderari videbantur, doctos explevisse*, id ait ubi se magnificentissime ostentet hæc Editio & glorietur maxime. Sed mirabitur eruditus lector θαύματα hæcce nihil esse præter longas & onerosas Antiquitatum Romanarum descriptiones ex *Budæo, Manutio, Corrado, Gyraldo, Erasmo, Rhodigino*, ††††† *Firmico, Alexandro ab Alexandro, Hermolao Barbaro*, cæterisque ad verbum mutuo sumptas: Historias ex *Strabone, Æliano, Pausania, Philostrato, Tzetze*, &c. Expositiones quasdam & vim vocabulorum in Jure Civili, ad quæ declaranda migrat in *Thesaurum* πανοικία JCtorum: Rhetorica denique & artificiosa †††††† nomina ex Dramate, Scholis, &c. petita, verbis seu *enarrationibus* potius *Donati, Servii* aliorumque explicata. Hæc & similia popellum & plebem vanam allexerunt & alliciunt hodie. Ex *Tinghyi* scilicet *magno acervo tollere* jucundissimum. Si queratur

[a] " Qua in re præcipua sane laus debetur Joanni Theodorico Bellovaco viro doctissimo & in optimis quibusque authoribus valde exercitato, ac, quod omnium est maximum, acri judicio prædito: qui nisi nobis auxilio fuisset, & quasi Hercules quidam fesso Atlanti in partem laboris successisset, nunquam profecto tantam operis molem sustinere potuissemus. Is igitur jam inde ab initio instituti laboris, ita nobis, vel Reip. potius, cujus est sane amantissimus, operam dedit, ut omnia quæ & a nobis, & a nostris congesta erant, ipse relegeret eaque tanquam supremus artifex inchoata & adhuc rudia perpoliret. " Præfat. Edit. 1543.

[b] Credibile est Nizolianam *Thesauri* Editionem respexisse *Stephanum* in sequentibus, quæ ea ipsa tempestate Venetiis procurabatur, qua Rob. Stephanus patria profugus Venetias cæteraque loca Transalpina peragravit. " Metuo certe ne miseri isti βαρβαρολεξικοσυῤῥαπτίδαι & voces illas & alias quamplurimas, itidem commentitias aut quolibet modo mendosas, quas ego relegavi vel potius ἐς κόρακας amandavi, tanquam per incuriam a me prætermissas in meum etiam illum Thesaurum intrudant. Quod quum accidet, idem prorsus mihi, quod patri meo, Roberto Stephano, id est, idem meis quod ejus laboribus, usu veniet. Quum enim ille Venetiis agens quandam officinam Typographicam ingressus esset, in qua excudebatur ejus Thesaurus Latinæ Linguæ, sumpta in manus charta, oculos statim in quoddam vocabulum conjecit, quod se olim rejecisse, dum opus illud construeret, recordabatur. Miratus ergo suum exemplar afferri ad se jussit, quod suæ memoriæ non omnino fidendum putaret. Ibi certe vocabulum illud non invenit, sed margini adscriptum, ut insereretur, videt. Tunc eum cujus manu adscriptum erat, convenire, & quo id consilio fecisset, interrogare. Hic vero non aliud respondere, quam se non vocabulum hoc solum, sed aliquot alia itidem adjecisse. Quæ quum patri meo ostendisset, ea ipsa esse comperit quæ itidem olim rejecerat. Qua ex re tanto dolore arsit, ut continere se non potuerit, quin illum aliosque qui ad ditandum præclaris hisce divitiis Thesaurum operam suam itidem locarant, Asinos Arcadicos vocaret. " *H. Steph.* Epist. de suæ Typographiæ statu.

† Adde Johannis prænomen, ut paulo post, cum Bellovacus patrium nomen sit, Gallice sine dubio *Jean Thierry, de Beauvais.* Hoc ideo adnotare visum est, quia infra quoque in Vita Roberti Stephani & notis eidem subjectis Theodoricus Bellovacus vocatur, quasi illud S. Baptismatis, hoc Familiæ nomen esset. In Indice vero librorum a Rob. Stephano typis editorum memoratur, " Joh. Theodorici assertio de Mihi & Nihil tum scribendis, tum proferendis, " omissa patriæ hominis mentione. Scripsit etiam Annotationes in Laur. Vallæ elegantias, cum iisdem primum Parisiis, deinde & aliis in locis sæpius excusas. V. Gesneri Biblioth.

†† vel Goupylus, ut vocatur constanter in editione Dioscoridis & Tralliani Alexandri, aliisque scriptis, quæ concinnavit, eruditus iste medicus.

††† Immo celebratur ejus ἀγχίνοια a Viro summi ingenii Leibnitzio. Vide quæ supra annotavimus. In nudo autem Ciceronis verborum indice nihil præter diligentiam requirebatur, quam eximiam Nizolium præstitisse nemo nisi impudens negaverit. Ab eodem vero doctissimo viro, Ciceronis elegantiarum ad superstitionem usque & pæne dixerim ad insaniam studioso, barbariem illam, si qua Veneti Roberti Stephani Thesaurum fœdarunt, (quod in medio relinquo, quum editionem hanc non viderim) profectam esse, qua veri similitudine asserant non video. Verisimilius est, bibliopolam, impresso jam operi, nota & familiari huic generi fraude, clarissimum tum apud Italos Nizolii nomen, forte connivente eo, lucri sui causa, falso præfixisse. Quod si Henricus Stephanus Nizolium perstringere voluit, causam non invenio, quamobrem nomini ejus pepercerit, cujus alioqui existimationem scripto injurioso lacerare non dubitavit.

†††† Verba hæc sunt Lugdunensis typographi in præfatione Tinghyi dedicationi subjecta. Miror autem cur non hanc ipsam præfationem potius Londinenses lectori exhibuerint, in qua saltem de novis accessionibus illius editionis agitur, quam ipsius Tinghyi Dedicationem, quæ præter puerilem declamatiunculam & excursum in locum communem de laudibus philosophiæ, de opere ipso, ejusque ordinatione ne γρῦ quidem continet. Nobis addere non visum est, qui abesse potius hæc atque alia talia cuperemus.

††††† Quid Firmicus huc faciat non video. Utinam porro, in Historicis, Geographicis & Mythologicis eos, quos hic V. C. memorat aliosve fontes adiisset! aliunde farraginem illam suam corrasit, ut ex Birrii præfatione plenissime cognosces, audacissimus compilator.

†††††† vel potius Artificialia, quæ Græci Technica vocant.

tur aliquis hæc non reſecari, illud ſperandum, dicimus, non audendum erat. Suis illecebris deliniendus erat & morandus Lector plurimus. Non ex noſtro ſed plurimorum conſilio ſcribendum erat. Et ne periret aliqua utilitas quam ſtudioſis præſtare voluimus, exprimenda erat Lugdunenſis Editio, *Deliciæ Domini* Vulgi. Jacuiſſet aliter vel omnino penitus ablata fuiſſet omnis ſpes *Theſauri* recudendi. Ea ſcilicet Nepotes noſtros manet felicitas, ut in Theſauro Latinitatis nihil aliunde arceſſitum exſpectent. Ridebit Sæculum non multo poſt futurum, ſi vana non ſit ſpes noſtra, *Theſaurum Linguæ Latinæ* in craſſitiem atque fere in conſilium LEXICI UNIVERSALIS abeuntem: Illi, credo, ſat erit verba forenſia & Juridica ex *Briſſonio*, *Calvino*; Hiſtorica ex *Glandorpio* & Dictionariis Hiſtoricis *C. Stephani* vel *Nic. Loydii*; Philologiam ex *Martinio*; Philoſophica ex *Goclenio*, *Micrælio*, & *Chauvino*; Geographica ex *Ortelio*; Gloſſas ex Gloſſariis; Mythologica ex Mythologorum; Adagia ex Adagiorum; Technica ex Technicorum officinis; Antiquitates ex *Danetio* aut *Pitiſco*; Propria & patronymica ex iis quibus id negotii potiſſimum datur; Græca denique vocabula, ſi Muſis placet, non ex Theſauro Linguæ Latinæ, ſed ex *Suida*, quod potius moneo, aut *Heſychio* quando opus erit, deſumere.

Qui plura de ROBERTO STEPHANO deſiderat, præter vitam in *Hiſtoria Stephanorum* concinnatam, adeat Iconas *Theodori Bezæ* [a], *Thuanum*, *Teiſſerium*, *Colomeſium* in Gallia Orientali, *Geſnerum*, Scriptores a *T. Pope Blount* in Cenſura Auctorum laudatos, *Morerium* in Lexico, *Henricum* filium de Statu ſuæ Typographiæ & in Epiſtola ad *Paulum* filium *Agellio* 1558. præmiſſa [b], *Sammarthanum* [c], *Bailletum*, & *Menagii* Anti-Bailletum, *Jac. Sylvium* Iſagog. in ling. Gallic. *Paulum Manutium* ad Epiſtolas *Ciceronis*, *Joach. Camerar.* in Epiſtolis p. 468. *Caillæum* Hiſtor. Typograph. p. 95. *Joh. Friſium* in præfat. ad Dictionar. Latino-Germanicum, *Corderium* in Colloquiorum præfatione [d], cæteroſque quos operæ † foret recenſere.

In animo habuit vir de literis optime meritus ſuum *Theſaurum* ad incudem revocare, ut liquet ex præfatione ejus ad *Calepini* Dictionarium, quod A. 1553. publicavit. "Ne ceſſarent (amici) feſſo humeros ſupponentes ab emendando Latino ejus Theſauro & augendo, Græciſque dictionibus formiſque adjiciendis, ut quam pauciſſima poſthac in eo deſiderari poſſint; & in novo Græcæ Linguæ Theſauro abſolvendo [e], in quo eadem quæ in Latino, ratio obſervanda erat, ex optimis delectiſſimiſque Græcorum Grammaticis, Poetis, Rhetoribus, Oratoribus, Hiſtoriographis & variarum rerum ſcriptoribus."

FORUM ROMANUM CÆLII SECUNDI CURIONIS.

Quod cum STEPHANO egere *Lugdunenſes* ſuppreſſis tantum ipſius præfationibus, ubi & auxilii & conſilii totius ratio apparet, idem pene egit CÆLIUS SECUNDUS CURIO ſuppreſſo etiam ipſo nomine: niſi quod auxerunt illi, hic in fruſta minutatim concidit. Negligentia neutiquam condonanda, in animo inſtituere STEPHANUM exſcribere, plurimaque interea vocabula ſummæ auctoritatis in medio relinquere. Non placuit homini delicatulo Inſcriptio cæteris uſurpata, *Theſaurus* vel *Dictionarium* "neque enim videbat qua ratione de lingua Latina præcipientes voce non Latina uti voluerint." Hæc enim Barbara, illa Græca. Prodiit itaque "THESAURUS LINGUÆ LATINÆ SIVE FORUM ROMANUM, omnium Latini Sermonis Authorum tum verba tum loquendi modos pulcherrime explicans," Baſil. *Froben.* 1576. fol. 3. Tom. *Leodegarius Grimaldus*, qui Vocabulorum claſſes fini ſubjecit, Theſaurum hunc, pro muneris ratione quæcunque in *Frobenii* Typographia typis excuduntur legens atque relegens, nimis certe extollit. "Tot tantaſque Latinæ Linguæ divitias (Verba ſunt *Grimaldi*) ſane ſum admiratus: & eo magis quod cum omnia diligenter conſiderarem, ita plenum Copiæ Cornu omnibus in locis animadvertebam, ut nihil addi poſſe niſi ſupervacaneum videretur." CÆLIUS SECUNDUS CURIO Cyriaci Subalpinæ gentis apud Italos oppido A.C. 1503. natus, ob ſinceram Chriſti doctrinam varias perſecutiones paſſus, tandem Baſileæ, conſedit, ubi Eloquentiæ nactus profeſſionem, talem in ea per 22. annos ſe præſtitit, ut a remotiſſimis regionibus illius audiendi gratia plurimi convolarint. Exceſſit e vivis A. 1569. V. plura apud *Freher.* Theatr. illuſtr. virorum, *Bælium* & *Hoffmannum.* Operum ejus non paucorum catalogum exhibent *Geſnerus* & *Teiſſerius.* Vitam quoque expedite recenſet *Martinus Cruſius* in ſua Turco-Germania. ††

PROMPTUARIUM LINGUÆ LATINÆ.

THEODOSIUS TREBELLIUS ††† Forojulienſis *qui Latinæ Linguæ Univerſæ Promptuarium ex diverſis ac optimis quibuſque autoribus concinnavit*, ad eandem quoque claſſem compingi merito videtur. Sed neque pauxillula illa laudis portiuncula, quæ deſcriptorem manet, ei relicta eſt integra. Vide ut lævum quoque conſilium oſtendat, Hominis verbis utor, "Continentur hoc volumine, ut in ſumma dicam, locutiones omnes vel latine (male latinæ) loquendi formulæ quotquot paſſim apud omnes Romanæ linguæ idoneos autores inveniuntur. Eaſque ita enucleate traditas comperies, ut hoc uno libro contentus Commentariorum opera non admodum opus ſis habiturus. Ordinem vero neutiquam pœnitendum invenies, qui mirifice te & doctiorem faciat & diſquirendi tædio cumptimis levet. Quicquid inſuper in Dictionariis, quocunque licet nomine hactenus editis, quicquid in utraque Theſauri editione, quicquid in Latinæ linguæ apparatu, Doleto, Valla, Grapaldo, Scopa, Adriano & aliis ejuſcemodi libris fuit, id totum in hoc uno volumine fideliter congeſtum invenies. *Figuras* præterea & *colores* tum grammaticos tum *rhetoricos* diligentiſſime ex Cicerone, *Ariſtotele*, Quintiliano, Rutilio, Priſciano, Rufiniano & aliis doctis viris inſeruimus. *Epitheta omnia religioſe ad unum obſervavimus. Adde quod JCtorum formulas hactenus neglectas vel conciſe traditas ex Budæo, Alciato, viris ſine controverſia incomparabili doctrina præditis, ſumma cum fide tranſcripſimus*, eaſque quoad fieri potuit, Ciceronis & aliorum auctoritate munivimus. Antiquum item ſcribendi morem ex Valerio Probo longe alio ordine tibi præbuimus."

Hoc ipſum Promptuarium, prodiit enim STEPHANO ſuperſtite [f], taxat ROBERTUS ipſe, [g] Queritur enim "de iis qui in Germania hunc Latinæ Linguæ Theſaurum contractum impreſſerunt, novam Promptuarii inſcriptionem dantes ei, cum longiſſima Epiſtola, in qua Ordo demonſtratur quem ipſi adhibuerunt ac ſervarunt, imo vero quem ille primus & inſtituerat & conſervarat. Quod

[a] "Tibi linguam Hebræam magnopere illuſtratam, tibi Græcorum characterum ſummam elegantiam: tibi partim in lucem revocatos, partim feliciſſime reſtitutos, tum Græcos tum Latinos ſcriptores plurimos: tibi denique infinita quadam induſtria & inexhauſtis laboribus ex omnium Claſſicorum Authorum penu depromptum Latinæ Linguæ Theſaurum debemus." Verba ſunt *Bezæ*.

[b] "Fuit tempus cum Avus tuus Rob. Stephanus, Decemviratum quendam literarium domi haberet, eumque ut παντοδαπὸν ita etiam πολύγλωσσον. nam ut ex omnibus nationibus conflatus, ita etiam omnium linguarum erat. Decem hi partim literati, partim literatiſſimi viri, quorum quidam correctorio munere fungebantur (ſique præſertim qui Epigrammata poſtremæ ejus Editioni Theſauri præfixerunt) quum ſicut ex diverſis oriundi erant gentibus, ſic etiam diverſum ſermonem vernaculum haberent, Lingua Latina tanquam communi interprete inter ſe utebantur." Horum opera uſus eſt maxime ad *Theſaurum* concinnandum.

[c] "Inter eos qui de re literaria bene meriti ſunt, Roberti Stephani, Pariſienſis Typographi ſolertiſſimi, ſplendidiſſimique, magna cum primis nec ullo ævo peritura laus fuit, vel ex illo ampliſſimo Latinitatis Theſauro, quem omnibus ejus Linguæ ſtudioſis plurimo ſumptu, plurimo ſudore, plurima diligentia deprompſit." In Elegiis.

[d] Qui ROBERTO noſtro primum doctore ad Evangelii cognitionem uſus erat. Ex verbis in præfatione.

[e] Nam & hanc operam quoque moliebatur, *Henrico* filio olim præſtandam. Vide plura apud *Henr. Steph.* Epiſt. de Statu ſuæ Typographiæ.

[f] An. ſc. 1545. fol. 2. Voll.

[g] In Præf. ad *Calepin.* 1553.

† Deeſt hic vel Non, vel Infinitæ, vel ſimilis vox alia, ut conſtet ſententia. Ceterum merito miretur quiſpiam, cur omiſſa ſit hic mentio doctiſſimæ diatribes Theod. Janſſonii ab Almeloveen De vitis Stephanorum, quæ prodiit Amſtelod. 1683. in 8vo.

†† Nullus exſtat hoc titulo hujus autoris liber, ſed Turco-Græciæ libri VIII. & Germano-Græciæ VI. Anterior ſit F.R. editio neceſſe eſt, in qua aiunt Cælium ſine ullo pudore Theſaurum Stephani deſcripſiſſe. Sed in edit. 1576. per Albert. Burerum curatam, Theſaurum Lugdunenſem 1573 pæne totum eſſe transfuſum, auctorum locis tamen accuratius adnotatis, deprehendi.

††† Ital. *Trebellio*.

" tamen ut diſſimularent ipſi, totam ſæpe ordinis ratio-
" nem immutarunt, in principio ſaltem operis, dum in
" digerendis diſponendiſque vocabulis ea collocant in fine
" quæ in principio & medio poſita fuerant, & in medio
" quæ poſtremum ante locum occupabant." THEODO-
" SIUS noſter natione Italus, patria Forojulienſis ſcripſit
" præterea Orationem de illuſtriſſima Baſileenſi Academia
" inſtauranda, impreſſam Baſil. apud *Froben.* †

DOLETUS. STEPHANI DOLETI Galli, Aurelii, Typographi eruditi Commentarios hic idcirco adjici voluimus, potius quia inter STEPHANI plagiarios [c] referendus ſit, quam quod juſti Lexici opus procuderit. DOLETUS noſter annos natus 16, eo auctore utor, Lutetiæ Pariſiorum poſitis Grammaticæ rudimentis, in *Ciceronis* lectione multum verſatus, & loquendi modos attentius obſervans hos Commentarios cœpit conficere, in quibus vocabulorum a *Cicerone* uſurpatorum vim tum privatam & propriam, tum in conſtructione uſum & elegantiam, *Budæum* maxime in Commentariis Græcis, in animo atque in oculo habens, tumultuario & quaſi deſultorio more complectitur [d]. Creverunt hi cum ætate, & veritus ille ne, ſi rem extraheret, gravioribus poſthac commentationibus deditum eum ad humiliora referri pigeret, edendos vigente adhuc ætate curavit, annos ſc. 26 natus, prima quidem adoleſcentia cœptos, ſed repetita diligentia de integro fere confectos atque abſolutos. Tres Tomos meditabatur quorum *primus Budæo* inſcriptus prodiit 1536, fol. Lugd. apud *Seb. Gryphium*, in quo *de verborum & nominum ſignificatione uſuque dicitur*; demonſtrata ſcilicet uniuſcujuſque vocis ſignificatione tum propria tum translata, deinde varietate uſus diſtincta, poſtremo exemplis cumulatis. *Secundus Franciſco Valeſio* Galliarum Regi literatorum Patrono optimo atque eidem inſuper *Budæo* inſcriptus, *inchoatam nominum & verborum expoſitionem perſequitur, itemque de particulis indeclinabilibus ad extremum agit.* Prodiit ibidem apud eundem 1538. *Tertium* intercepit temporum injuria, in quo *raros quoſdam eoſque elegantiores loquendi modos ex ſcriptoribus Latinis erutos collectoſque declarare, & L. L. phraſin atque numeros oratorios arte brevi perſtringere voluit.* Quo minus ad exitum ſua incœpta perducere potuit, fortunæ acerbitate factum. Nam vivicomburio miſer ob religionem combuſtus eſt Lutetiæ, Auguſt. 3tio 1546. de quo ſic egregie *Adeodatus Seba Vezalius* [i. e. *Theodorus Beza*,]

Ardentem medio rogo Doletum
Cernens Aonidum chorus Sororum
Charus ille diu chorus Doleto:
Totus ingemuit, nec ulla prorſus
E Sororibus eſt reperta cunctis
Naias nulla, Driaſve Nereiſve,
Quæ non vel lachrymis ſuis vel hauſta
Fontis Pegaſei ſtuderet unda
Crudeles adeo domare flammas.
Et jam totus erat ſepultus ignis;
Jam largo madidus Doletus imbre
Exemptus poterat neci videri,
Quum cælo intonuit ſeverus alto
Divorum Pater & velut peræ gre
Hoc tantum ſtudium ferens Sororum
At ceſſate, ait, & novum Colonum
Ne diutius invidete cælo.
Cælum ſic meus Hercules petivit.

V. *Konig. Bailletum, Bælium, Caillæum* in Hiſtoria Typographiæ, *Geſnerum*, cæteroſque. Exſtant nonnulla ejus Poemata in Deliciis Poetarum Gallorum, Tom. I. Fertur morti vicinus plebem adſtantem & lachrymis madentem ita allocutus:

Non dolet ipſe DOLET, ſed pia Turba dolet.

WENDELINUS, & FRISIUS. Ex STEPHANO quoque excerpſit ſuam *Medullam Latinitatis* MARCUS FRID. WENDELINUS: de quo plura apud *Morhof.* l. proxime citato. Neque enim in Lexicographorum claſſem jure eſt digerendus. Multum quoque Noſtro debet JOANNES FRISIUS Tigurinus. Nam præter Dictionarii ROBERTI STEPHANI Epitomen Latino-Gallici ab eodem ROB. STEPHANO excuſam, ubi voces nudæ locutionibus omiſſis in puerorum utilitatem continentur interpretatione Germanica auctæ, Dictionarium etiam Latino-Germanicum locupletiſſimum conſcripſit, quod a *Froſchovero* Tigurino Typographo plus decies excuſum eſt in Folio. Poſtremæ Editioni acceſſerunt prænomina Romana, & rei nummariæ, menſurarum & ponderum vocabula. Ingenue FRISIUS qui †† lectorem præfatus non ſibi ſed STEPHANO gratias deberi oſtendit, & poſt plurima in laudem viri de literis meritiſſimi dicta, deque ††† ejuſque in Lexicis condendis incredibili opera ſumpta, hæc ſubjungit; " Hæc de Authoris laude præfari li-
" buit. Supereſt ut breviter demonſtremus quantum &
" nos laboris in hoc Lexico, ſive, ut vulgo appellatur,
" Dictionario contulerimus: nobis enim in hoc opere,
" quod modo vobis ſtudioſiſſimi adoleſcentes exhibemus,
" omnino nihil niſi Germanicam verſionem, veram ta-
" men illam, & quæ ad noſtræ linguæ idioma quam pro-
" xime accedat, adſcribimus atque attribuimus". Eruditus Lector non in FRISIO quæret STEPHANI Theſaurum ipſum, ſed eum quem ipſe STEPHANUS in compendium redegit & Dictionarium Latino-Gallicum appellavit; a quo profecto ne latum quidem unguem abſcedere exiſtimo FRISIUM, Gallica ſolummodo interpretatione in Germanicam commutata. Neque latius fere abſcedit *Lexicon Trilingue*, quod ex Theſauro ROBERTI STEPHANI & Dictionario JOANNIS FRISII ſumma fide colligi jactat. Vix enim ſemel a FRISII labore diſcrepat, niſi quod Germanicæ Græca adjecta ſit interpretatio. Prodiit cum præfatione *Joannis Sturmii* Argentorati, excudente *Theodoſio Richelio* 1587. fol. Errat ergo *Morhofius* qui *Lexicon Trilingue* ex *Foro Romano* natum eſſe voluit, cum, ut inſpectando accepimus, ita ordinanda erat Proſapia; Theſaurus minutatim conciſus cum interpretatione Gallica extulit R. STEPHANI Dictionarium Latino-Gallicum: Galliam Germania mutavit FRISIUS, cui deinde Græciam adjecit ſive *Sturmius*, ſive quiſquam alius.

FUNGERUS.	DECIMATOR.
DASYPODIUS.	KOENIGIUS.
MARTINIUS.	SUSANNÆUS.
PLANTINUS.	NORWEGUS.
COMENIUS.	DANETIUS.
FRIGIUS.	LAURENTIUS.
MANCINELLUS.	MORELLUS.
JUNIUS.	BECCHERUS.
VOSSIUS.	GAUDINUS.
CONSTANTINUS.	

Officina Latinitatis.

ELLIOTA.	DE SACRA QUERCU.
COOPERUS.	THOMASIUS.
GOULDMANUS.	LITTLETONUS.
&c.	&c. &c.

Indagato fonte quid rivulos conſectemur qui ſuam copiam hinc arceſſere? Opera quam inſumpſit STEPHANUS erat quaſi Terminus hujus Diſciplinæ, neque Poſterorum erat, ut olim uſu venerat, Superiorum ſolo inædificare, ſed aliquid potius tollere ex eorum cumulo ad privatos uſus derivandum, atque ad eam ſpeciem quam unuſquiſque ſibi profitendam ſuſcepit. Hos igitur nominare

[c] " A Plagii crimine non abſolvendus, licèt ipſemet adhuc illud ſibi
" a Carolo Stephano objectum diluere omni ſtudio ſit anniſus, qua de re
" legi poteſt Thomaſius de plagio literario, §. 409. 412. Nempe nimium
" ſubito creverunt in molem Latinæ Linguæ Commentarii, qui ante The-
" ſaurum Robert. Stephani & Nizolii magnitudine Laur. Vallæ Elegan-
" tias non ſuperabant; fruſtraque exſcribendi licentiam Lexicographis con-
" ceſſam Doletus prætendit, qui Barthol. Riccio inſuper atque Lazaro
" Bayſio eum in modum turpiter abuſus eſt, nunquam eos nominans niſi
" ubi caſtigat." *Morhof.* Polyhiſt. lib. 4. cap. 9. §. 11.

[d] DOLETI admonitio de ſecundi Tomi ordine. " Horum Commen-
" tariorum id meum primum inſtitutum fuit, ut autor eſſem novi Dictio-
" nariorum conſcribendorum ordinis, quem nec Græcus quiſquam nec La-
" tinus ſibi vendicare poſſet. Qui ordo eſt, ut non ſeriem alphabeticam
" ſequamur, quod vulgus Grammaticorum facit, ſed res rebus attexamus,
" & dictiones ſignificatione cognatas inter ſe copulemus. In quo non ſo-
" lum dictionum ipſarum ſignificationes potes comprehendere, ſed re-
" rum etiam naturam & quandam humanarum actionum expreſſam ima-
" ginem effictumque ſimulachrum contemplari. Quod ſi tibi vis declara-
" ri familiarius, fac tibi ob oculos ponas noſtrum in rei Bellicæ, Nava-
" lis, Ruſticæ, Cæleſtis, Partium corporis humani vocibus explicandis
" ordinem." qui deinde mox ſubjungitur.

† Teſtibus Lycoſthene & Simlero Geſneri epi omatoribus. Ipſius opera quid revera Stephano acceſſerit candide vereque declaratum eſt in præfatione Birrii.

†† Supple Ad.

††† Forte Ejuſdem.

nare erit exſpectationi omnium occurrere. Neque hos ſolos nomino, quaſi totidem non eſſent, ſi res ita ferret, nominandi ultra. Non enim Bibliothecam Lexicographorum adornamus, ſed præcipuos perſtringimus. Sed de horum quoque nonnullis nonnulla licet pauciſſima.

In Etymologicis totus deſudat JOANNES FUNGERUS FRISIUS, M. MARTINIUS, de quo nihil niſi præclariſſimum jubeo, J. NORWEGUS HESSUS, & JOANNES GERARDUS VOSSIUS.

Deſiderata cæterorum egregie ſupplevit ROB. CONSTANTINUS, voceſque *abſtruſiores* in lucem protraxit opere & labore prædicando. Qualem operam quoque præſtitit JOSEPHUS LAURENTIUS Lucenſis in *Amalthea ſua Onomaſtica*, Lucæ 1640. 4to. & Lugd. 1664. fol. in qua Voces univerſæ *abſtruſiores*, Sacræ, Profanæ, Antiquæ, Antiquatæ, Uſurpatæ, Uſurpandæ occurrunt cum Italica Interpretatione.

G. MATTHIAS KOENIGIUS multa in ſuo *Gazophylacio Latinitatis* congeſſit, quæ fruſtra in operoſiſſimis aliis Lexicis quæruntur.

In vulgarem & quotidianam uſuram ſunt expedita & ad Diſcipulorum Cathedras ut plurimum idcirco relegata, quæ ſuis *Germanis* ſcripſit PETRUS DASYPODIUS *Conradi τȢ πάνυ* Pater, quæ *Gallis* MORELLUS, GAUDINUS & DANETIUS [a]; & quæ *Noſtratibus* GOULDMANUS, THOMASIUS, LITTLETONUS cæterique quam plurimi.

In Nomenclatorum claſſem redigendi ſunt HADRIANUS JUNIUS, JOH. JOACH. BECCHERUS, & J. A. COMENIUS in *Lexico Atriali*, & *Janua Linguarum*.

Has literas primus apud nos profeſſus eſt THOMAS ELLIOTA armatæ militiæ auratus Eques, in Sudovolciæ Comitatu honeſtiſſimo loco natus. De quo vide *Lelandum* in Encomiis, *Balæum*, *Antonium Wood*, alioſque. Claruit A. 1540. regi HENRICO a familiaritate & ſplendidis miniſteriis. Prodiit ejus Dictionarium Latino-Angl. Lond. 1541. fol. mox tamen ſc. A. 1552. iterata vice a THOMA COOPERO Oxonienſi, atque Scholæ Magdalenenſis ibidem Informatore, 33000 circiter vocibus adauctum. Sed adhuc pro Sæculi infelicitate multis ineptiis & fœdiſſimis monſtris ſcatebat opus, ut exſpectare par erat. Idem deinde COOPERUS, propter labores feliciter exantlatos ab optima Regina ELIZABETHA bonarum artium nutrice ad Epiſcopatum Wintonienſem evectus, (In tanto enim homine remunerando eumque bonis officiis cumulando ſibi ipſi ſe nunquam ſatisfeciſſe palam prædicavit Regina munificentiſſima) proprio tandem Marte Theſaurum molitur. Prodiit Londini 1584. fol. ſc. "Theſaurus Linguæ Romanæ & Britannicæ tam accurate congeſtus ut nihil pene in eo deſiderari poſſit, quod vel Latine complectatur ampliſſimus STEPHANI *Theſaurus*, vel Anglice toties aucta *Elliotæ* Bibliotheca, opera & induſtria THOMÆ COOPERI, Magdalenenſis." Quid exſpectandum ſit ab hoc Theſauro, diſcet lector ex verbis Auctoris: "Hic non ſolum cujuſque vocabuli vernaculam interpretationem variam & copioſam reperient, ſed & etiam ex ampliſſimo ROBERTI STEPHANI *Theſauro* commodiſſime congeſtas locutionum formulas, quibus ejuſdem apud probatos authores uſus, quantumvis multiplex, indicatur. Ex iiſdem etiam ſubſcriptis locutionum exemplis intelligent, cujuſmodi in illuſtribus ſcriptoribus adjuncta ſint nominibus Epitheta, quæ verbis eleganter adverbia connectantur, quæ interdum Antitetha & contraria, quæ nomina quibus verbis, quæ item verba quibus nominibus apte cohæreant. Genera verborum & nominum, inflexionem, accentum, derivationem nuſquam pene prætermiſi, ut illorum etiam conſulerem induſtriæ, quibus deeſt vivæ vocis inſtitutio. Adſcripta ſunt ubique Authorum nomina, ut non obſcurum eſſe poſſit, quid cuique debeatur. Hinc etiam vel exiguo negotio depromant ſibi non contemnendum apparatum verborum & locutionum, ſive de re aliqua dicendum ſit, ſive ſcribendum. Accedunt & iſta non exigua commoda, quod hic Latini Sermonis elegantiam & concinnitatem obſervent, quod ejuſdem cum noſtro idiomate conſenſionem intelligant, quod in ſuis ſcriptis ad optimorum authorum imitationem ſe facilius componant." Utiliſſimam ſane operam utique præſtitit Præſul doctiſſimus, Vir eruditione, moribus, omni laude major. Nondum enim deſivit eſſe vel in pretio vel in uſu. Attamen præter quod Auctores raptim citentur, nullo indicato loco quem conſulamus, eadem inopia, quæ cæteros ejus ætatis Lexicographos, premit quoque noſtrum. Nondum prodierant aliquot Auctores optimæ notæ, ſcriptoreſque Philologici qui plurimum ad hæc ſtudia conferre poterant. Plurima item barbara irrepſere, ſed, ne ullam laudem tanti viri omittamus, de iis cavere debet Lector in limine operis his verbis admonitus: "Omnis dictio quæ ex Claſſicis & probatis authoribus depromitur, habet authoris nomen aſcriptum. Quod ſiqua non habuerit, eam ſcito vel Græcam eſſe, necdum in ſatis probatum uſum Latini Sermonis pertractam, vel ejuſmodi Latinam quæ in laudatis Scriptoribus non reperiatur." Propria locorum & perſonarum vocabula ſeparari a cæteris juſſit, ubi quandoque graviſſime hallucinatur. De eo Scriptor celeberrimus [b], alienæ laudis non nimium Studioſus: "Multa de illo viro habeo, quæ non ſine injuria videntur reticeri poſſe, nam profecto fuit & muneris ſui & eruditionis jure reverendus: induſtriæ ſpecimen reliquit ingens illud Dictionarium, cui operi uti famam ſuam apud poſteros, ita ſui ſæculi laudes ſimul & promotionem ſuam præcipue debet. Fundamentum iſtius operis e Thomæ Ellioti Militis Dictionario, ſicut & ipſa materia & verborum & phraſeôn copia e R. Stephani Theſauro & Johannis Friſii Lexico Latino-Teutonico deſumpta ſunt." De his Lexicographis dicitur quod *Calepino* ELLIOTA, tunc temporis inclareſcenti, FRISIO [c], vel, quod perinde eſt, STEPHANO totum debeat COOPERUS. Hos ſequitur infinita Turba Lexicorum Latino-Anglicorum. Dictionarium THOMÆ THOMASII [d], quod ad ſummam fere maturitatem perductum eſt a *Philemone Holland*. JOANNES RIDERUS Præſul apud Hibernos non utique negligendus, qui ſibi id negotii dedit, ut præſtantiorum labores in compendium quaſi redigeret. THOMAS HOLYOAKE ſive DE SACRA QUERCU, ut Latine reddi poteſt atque ab ipſo redditur. FRANCISCUS GOULDMANUS [e] qui profitetur ſe THOMASIUM, RIDERUM, & HOLYOAKUM complecti. ADAMUS

e LITT-

[a] PETRUS DANETIUS Abbas S. *Nicolai* Virdunenſis, *Ludovico* XIV. Viro immortali, bonas artes revocante, *Magnum* ſuum *Dictionarium ad uſum Sereniſſimi Delphini collegit atque Gallico Idiomate reddidit.* Pariſ. 1691. 4to. & ſæpius. Placuit nimirum ornatiſſimo *Montauſiero*, cujus auſpiciis Regia Juventus inſtituebatur, ut Latinæ Linguæ Scriptores quos expoliri atque edi curavit ad ſtudia Principis promovenda, pari etiam paſſu ſequeretur *Latinæ Linguæ Dictionarium.* Haud immerito in hac parte literarum DANETIUM cæteris fere omnibus præferunt Eruditi: uti Lexicon, quod Auctore innominato vocatur OFFICINA LATINITATIS, Latino-Gallicum, viciſſim ad ultima detrudunt. Vide in hoc opus Stricturas cujuſdam præmiſſas DANETII LEXICO.

[b] *Antonius Wood* in Hiſtoria Oxon.

[c] Quod ſcripſit FRISIUS Teutonice, Anglice tantum interpretatus eſt COOPERUS. Ita fere pronuntiavit de eo T. DE SACRA QUERCU.

[d] THOMAS THOMASIUS inclytæ Academiæ Cantabrigienſis Typographus & *Legati* in eo munere Deceſſor. Coll. Regalis ibidem olim Alumnus. Ex *Hatcheri* Catal. MS. Electus unus ex tribus librorum Impreſſoribus, 11. Feb. 1585. Regiſtr. Acad. Cant. Obiit Uxoratus, & humatus eſt in Eccleſia S. *Mariæ* majoris Cantab. Aug. 9. 1585. *Hatcher* ut ſupra, & Regiſtr. S. *Mariæ.* Lexicon hoc intra 8. annorum ſpatium quinquies prodiit, ad vicem 14tam deinde pervenit, adeo ut a viro in hiſce literis præclariſſimo olim judicabatur nulli Lexico, vel numero verborum, accurata interpretatione, phraſiumque delectu cedere poſſe.

[e] FRANCISCUS GOULDMAN Collegii Chriſti apud Cantab. Alumnus. Obiit Anno 1689. Rector de *South Okendon* Com. *Eſſex*, cui præfuit ab Anno 1634. Præter cæteros labores quos inſumpſit non mediocres, *Criticos Sacros* 9. Vol. fol. una cum *Joh.* & *Ric. Pearſon* & *Antonio Scattergood* edi curavit in Theologiæ Criticæ & Eruditæ magnum incrementum. In Lexico condendo debuit nonnihil *Thomæ Parſons* Aul. Pembrochianæ Socio. Prodiit ſæpius ingenti acceſſione locupletatum cura *G. Robertſon* (viri in Hebraicis clariſſimi) & ejuſdem *A. Scattergood.* Vide *Worthingtoni* Epiſt. 22. "D. Gouldmano qui mihi proxime præivit (ſiquid ego novi hominem, dubium magiſne probum an eruditum ſenem, antiqua fide & moribus, atque tum temporis, cum id negotii in ſe reciperet Regiarum partium reum) &c." A. LITTLETON, præfatio.

LITTLETONUS [a] S. T. P. Eccleſiæ Weſtmonaſterienſis Canonicus. Et inſtar omnium, utpote qui omnes præcedentes complectitur, Auctor *Linguæ Romanæ Dictionarii Luculenti Novi:* ſive, ut vulgo dicitur, *Dictionarii Cantabrigienſis*, ibi ſc. excuſi 1693. 4to. Nulli, quod ſciam, Lexico hodierno numero vocabulorum, vel ſi molem ſpectes, utilitate ipſa cedunt Noſtrórum hominum labores. Quæ unicuique Literæ præmiſit LITTLETONUS & deinde *Dictionarium Cantabrigienſe*, de natura, poteſtate, & qualitate *Elementi* ſunt ex ipſis philologiæ adytis petita & lectu cum jucunda tum neceſſaria. Cantabrigienſis Lexici Auctor gloriatur ſe ad hoc opus adjutum fuiſſe curis MSS. Cl. *Miltoni*, quanquam aliunde didicimus *Edv. Phillips Miltoni* ex Sorore Nepotem, quod magis credibile eſt, Avunculi labores applicuiſſe ad conſarcinandum *Speculum Linguæ Latinæ* quod ejus cura prodiit 1684.

Dum hæc commentabar, mihi in manus incidit *J. Georgii Walchii* Hiſtoria Critica Latinæ Linguæ Lipſ. ſumptu *Jo. Friderici Gleditſchii*, *B.* filii 1729. 8vo. quem, quia caput quintum Lexicis Latinis deſtinavit, omnino nobis eadem profitentibus non negligendum eſſe duxi. Legi nec vehementer mihi dolendum arbitrabar quod in manus non jampridem venerat. Ἀνιστορησίας & Temeritatis ſpecimen adnectam ex iis quæ habet ad noſtrum STEPHANUM ſpectantia. Unde fortaſſe neque ſibi dolendum arbitrabitur lector eruditus.

"ROBERTUS STEPHANUS qui edidit Dictionarium ſeu Latinæ Linguæ Theſaurum, non ſingulas modo dictiones continentem, ſed integras quoque Latine & loquendi & ſcribendi formulas ex Catone, Cicerone, Plinio avunculo, Terentio, Varrone, Livio, Plinio ſecundo, Virgilio, Cæſare, Columella, Plauto, Martiale, cum Latina [b] tum Grammaticorum tum varii generis ſcriptorum interpretatione. Prodiit opus hoc Pariſ. [c] 1536. duobus voluminibus. Filius [d] Henricus patre digniſſimus auxit id ingenti acceſſione atque emendavit. Ita ornatum in lucem editum fuit 1542. item Lugd. 1573. quæ Editio eſt optima [e]. Baſil. Froben. 1576 [f]. Vere de opere hoc [g] judicat Olaus Borrichius Append. de Lexic. Latinis p. 43. quum ait, *in hoc tamen tam pulchro corpore, ut nec deeſſe credunt ſuas maculas ſoli, nævi quidam latent, nec ii parum deformes, qui quo paucioribus hactenus vel obſervati ſunt, vel publice attacti, hoc mihi erunt ſtudioſius liberiusque in gratiam tironum nominandi, excutiendi. Et quidem principio dum auctores quibus totum ædificium innititur, forſan non optime in perfectos & imperfectos tribuit, inelegantibus & imperfectis ſed proficientibus Plautum & Terentium improvide adnumerat; perfectis & elegantiſſimis Varronem, Salluſtium, & Catullum; imperfectis autem & deficientibus Columellam, Lucanum, Senecam, Tacitum, Plinium utrumque, Curtium, Quintilianum. Secundo, infinita deſunt ad accuratam & abſolutam latinæ linguæ cognitionem neceſſaria. Enimvero certum eſt, alios auctores latinos vivo adhuc Stephano publicatos, vel ab ipſo perfunctorie tantum excuſſos, vel ne tentatos quidem, alios ex quo vivere deſiit in lucem prodiiſſe, aut plane novos aut longe emendatiores auctioreſque.* Et quibuſdam interjectis, *Non multis urgebo quod apud Mariangelum Groſippus, varia in Editionibus quibus uſus eſt Robertus Stephanus oppido eſſe mendoſa, capitalis tamen peſtis, adjectiva pro ſubſtantivis adverbiaque non raro obtrudi, derivata ſuis primitivis non attexi, nec ſimplicibus compoſita; ſed id ſolum adjiciam, auctorum ſententias, phraſeſque præſertim dubiæ ſignificationis raro explicari, proinde ambiguum allegatorum ſenſum variis interpretationibus patere, imo lectorem in ſuſpenſo relinqui, unde varii lapſus & fluctuationes.* Caſpar Scioppius Conſultation. 11. p. 53. dicit, *Hoc Lexicon omnium eſt optimum etſi nec paucis nec levibus erroribus vacuum.* In conficiendo hoc opere Stephanus ſpatium duodecim annorum conſumſit, quamvis aliorum, quos negotii hujus cauſa ſumtu ſuo aluit, opera adjutus, quorum negligentia aut inſcitia facile multa vitioſa nec ſatis emendata locum invenire potuerant."

FABER. Lexicorum Latinorum a *Perotto* ad noſtra tempora perpetuo tenore & ſucceſſione vere πατροπαραδότῳ deductorum ea eſt facies, ea fortuna. Neque extra eos limites quos ſibi deſcripſerant primi Coloni, divagari ſe paſſi ſunt Nepotes. Sed ecce exortus eſt BASILIUS FABER Soranus ſuam quoque familiam ducens, novæque quaſi Scholæ conditor. Nam quanquam ea lima hodie perpolitur eaque cura præſtantiſſimorum virorum mactetur ut optimi Lexici vice fungi queat, non tamen Dictionarium, ut dicitur, in animo habuit conſcribere FABER noſter [h]. Voluit Linguam Latinam non *pueriliter interpretari*, ſed *Critice exponere*, vocabulorum proprietatem ſubtiliter & quaſi philoſophice excutere, linguam ad originem uſque inveſtigare atque ejus quaſi hiſtoriam contexere, vices deprehendere, rationemque quam vel cum ſe ipſa, vel cum finitimis linguis exerceat, complecti, proindeque Orthographiæ, Philologiæ, totiuſque demum Critices quam latiſſime pateat, Theſauros conradere. Nihil ergo quod Erudita Antiquitas in ſe complexa eſt vel memorabile vel ſingulare hominem tam probe exercitatum fugere debuit; Officia, Miniſteria, Artes, Ritus, Calculos, Philoſophiam, Cultus, unde vel ſcribendi vel loquendi ratio affici potuiſſet, ob oculos poſuit, & præterea, quod tamen condonaſſe malui, ſententias eruditas, adagia, apophthegmata, exempla, hiſtoriolas, phyſica etiam nonnulla & moralia, adduxit, quæ in examine diſcentibus proponi & inculcari vocabulorum occaſione potuere. Scripſit denique non Pueris, ſed Confirmatis, ſed Adultis [i].

His omnibus prodiit prima vice *Theſaurus Eruditionis Scholaſticæ, ſive ratio docendi ac diſcendi facili, plana, & compendiaria prorſus via, ex optimis quibuſque autoribus Græcis & Latinis: & ſupellex inſtructiſſima verborum, locutionum, rerum, ſententiarum, exemplorum, eorumque omnium quæ tum docentibus tum diſcentibus adminiculo utiliſſimo eſſe, atque ad eruditionem negotio facili & expedito comparandam facere poſſunt, cum adjuncta in pleriſque locis interpretatione Germanica; Ita omnia de induſtria collecta atque accommodata, ut & locos communes vocum rerumque multi-*

[a] LITTLETONUS claris natalibus ortus apud *Weſtcot* in agro Vigornienſi. Vide *A. Wood* Athenas Oxonienſes ad Annum 1694. quo moritur LITTLETONUS.

[b] Imo *Gallica* ſi vel hiſce oculis vel STEPHANO ipſi fides.

[c] Credibile eſt ergo de Editione principe 1531. eum ne fando quidem audiviſſe.

[d] Nihil minus. *Henricus Stephanus* anno natus 1528. parum conferre potuiſſe videtur ad Theſaurum proditurum Anno 1542. Neque in ipſius monumentis ulla vel minima fides de ea re reperitur. Videtur quidem poſt obitum patris voluiſſe Theſaurum ejus ad incudem revocare, ut monuimus ſupra ex ipſius præfatione ad Græcum Theſaurum. Eſt & alibi ubi ſuum de ea re aperit conſilium. "*Elaborata a patre* & edita opera, quorum editiones cupio renovare, ſunt hæc duo potiſſimum, *Theſaurus Linguæ Latinæ* & Dictionarium Latino-Græco-Gallicum." Epiſtola de ſuæ Typographiæ ſtatu.

[e] Non optima ſed longe alia, ſi fides ſit adhibenda iis quæ diximus ad Annum quo prodiit Editio Lugdunenſis.

[f] Editio *Frobeniana* ſc. Forum Romanum non magis eſt STEPHANI quam Promptuarium.

[g] Quæ habet *Borrichius* non ſpectant STEPHANI *Theſaurum*, ſed *Forum Romanum*, cujus Auctor inelegantibus & imperfectis *Plautum* & *Terentium* annumerat, &c. Non STEPHANUS, ſed omnia longe aliter.

[h] "Sedulo incubui, ut *Theſaurum* Juventuti, ac tum diſcentibus tum docentibus exhiberem, non obtruderem *Dictionarium*, qui ne Latinus quidem, ut fit vulgatus, titulus eſt, hoc eſt, ut non occuparer enumerandis uſitato modo, juxta ordinem elementorum, vocabulis tantum, ſed oſtenderem etiam quid in unaquaque voce proprietatis eſſet atque elegantiæ, ac quomodo perſpici uſus ejus negotio facillimo poſſet: Quomodo item voces aliæ cum aliis conjungi, ac locutiones certas & ſententias Latinas & perſpicuas præſtare poſſent. Ac quia ſterile & jejunum nimium & hoc ipſum eſt, adjunxi ex Auctoribus Græcis & Latinis, ſi non omnibus, tamen plurimis, quicquid in iis deprehendi eruditum, elegans, egregium, argutum, lepidum." Ex Prolegom. BAS. FABRI. Et mox, "Si quis arbitrabitur Theſaurum hunc noſtrum in hoc conſcriptum eſſe ut Vocabularii aut Dictionarii, quemadmodum vocant, loco quis eo utatur, nec prius ad eum confugiat quam de vocabuli alicujus ſignificatione dubitet, ac interpretationem ejus petere ex eo inſtituat, tota aberrabit via. Non enim ut Dictionarium tantum eſſet, conſcripſimus, ſed ut uberrimam copiam & inſtructiſſimum apparatum locutionum latinarum, rerum ac ſententiarum contineret, ac quaſi in foro quodam, ut conſpici ab omnibus poſſet, explicaret atque oſtentaret."

[i] "Illa omnia quæ ad ſtudium Grammatices pertinent, adferri cupio ex Scholis ad hunc noſtrum Theſaurum, cujus lectio grammaticis illis præceptis nondum ſat recte imbutis prodeſſe vix poterit." FABER ipſe l. c.

multiplicium locupletissimos præstare possint. Lips. 1571. *fol.* † [a] Floruit noster sæculo 16to, natione Germanus, patria Soranus. Per totos annos 40 †† a prima adolescentia ad senectam usque, ætatem omnem docendis aliis cum voce tum scriptis consumpsit. In publicum edidit plurimas lucubrationes, quibus veteribus Linguæ Latinæ Auctoribus lucem addidit, ex *Terentio* sc. & *Cicerone* Excerpta, cum interpretatione locorum aliquot obscurorum in utroque Auctore, Lipsiæ. Vertit in linguam Germanicam *Lutheri* commentarios in Genesin: Item Saxoniam *Cranzii*, Lipf. 1563. Denato FABRO prodiit Thesaurus cura Filiorum *Philippi* & *M. Christophori Fabri* 1587. fol. Qui [b] huic expoliendo, illustrando, augendoque postea manus admovere, erant PAULUS FRANCUS, AUGUSTUS BUCHNERUS, JACOBUS THOMASIUS, CHRISTOPHORUS CELLARIUS, ANDR. STUBELIUS, CHR. FALSTERUS, & postremus omnium GESNERUS ὁ πάνυ. Certatim omnes eaque pene animi contentione qua ad *Calepinum* locupletandum eorum Majores advolarunt, sed dispari plane successu. Primus, ut admonui, erat P. FRANCUS Bescoviensis Professor Viadrinus, qui A. 1622. Spicilegium suum addidit & FABRUM nonnihil auctiorem reddidit. Proxime sequitur illustrissimus pene omnium AUGUSTUS BUCHNERUS, qui Thesauro addidit & suas locupletationes & famam haud exiguam. Cujus curis graviter adauctus prodiit Vitemb. sæpius. In BUCHNERI laboribus nihil erat querendum, nisi quod aliquid posterioribus reliquit supplendum. Nonnihil in hac parte satisfecit Bibliopola honestus qui BUCHNERI vita functi lucubrationes novas ære redemit, & cum Symbolis M. JACOB. THOMASII, M. JOH. GOTHOFREDI HERRICHEN & JOH. VORSTII Viri Celeberrimi denuo recudit 1672. Lipf. fol. His supervenit CHRISTOPHORUS CELLARIUS, Vir nostro præconio major, & in his literis exercitatissimus: cui hæc demandata erat opera ut FABRUM ab innumeris mendis vindicaret, cum id aliquantulum neglexit BUCHNERUS in suis additamentis inserendis magis occupatus. Novem igitur mensibus in ea palæstra insumptis, prodiit CELLARII industria pene singulari A. 1686. & rursus 1691. 1696. & 1700. Post CELLARIUM manus admovit ANDREAS STUBELIUS: qui præter accessionem vocum 7000, addiderat quæ ad marginem sui libri (in Bibliothecam Ser. Elect. Palat. cum aliis post fata Auctoris migrantis) adleverat vir præstantissimus J. GEORG. GRÆVIUS: qui neque in hoc literarum laude studiosos demereri destituit: item *Arusiani Messi* primi ordinis V.C. CR. Comitis Exempla locutionum ex *Virgilio*, *Sallustio*, *Terentio*, *Cicerone* per literas digesta. Prodiit in publicum usum A. 1710. fol. & rursus A. 1717. [c] adjunctis symbolis JOACH. JURGENII & incredibili auctario vocum pene 20000. Prodiit denique *Thesaurus Eruditionis Scholasticæ omnium usui & disciplinis omnibus accommodatus, post Celeberrimorum virorum Buchneri, Cellarii, Grævii operas & adnotationes, & multiplices Andreæ Stubelii curas, recensitus, emendatus, & locupletatus a* JO. MATTHIA GESNERO; Lipf. 1726. fol. ††† qui opus ad hoc quod hodie conspicimus culmen feliciter produxit, & omnia quæ ab eruditissimo Lexicographo reique Criticæ peritissimo expectari poterant, optime & fideliter præstitit. Quale id sit, vide præter præfationem Auctoris, *J. Chr. Coleri* Antholog. tom. 1. fascic. 3. p. 172. & *Walchium* nuper allatum, qui in Thesauro FABRI plus describendo præstitit quam in cæteris omnibus. Hunc igitur Thesaurum pace *Borrichii Foro Romano*, *Boecleri Ludovico Lucio* audax antepono, usu, eruditione, curaque cæteris pene omnibus Lexicis longe commendatiorem, in paucis tamen emendari adhuc desiderantem. Nam dum Primitivis Derivativa, Simplicibus Composita adtexuit, quod minime laudo, ad eam necessitatem detruditur, ut voces aliquando obsoletas, aliquando Græcas, aliquando pene pro ingenio fictas pro generis & familiæ capite sistat. Lectorem inde per incuriam aliquando ad plures radices amandat de una voce quæsiturum: aliquando destituit & deserit in totum. Loca auctorum non ea cura aut fide perpetuo qua par erat adducta, cæterasque istiusmodi minutias, pro tantis meritis facile condonamus. Prodiit quoque Epitome Thesauri FABRI Lipf. 1594. & Heidelberg. 1608.

Editio STEPH. *Thesauri Londinensis* 1735. Ut tandem ad operam nostram atque ad hujusce Editionis methodum & rationem deveniamus, scire avebit Lector eruditus quid tantum post molimina *Car.* [d] & *Hen. Stephani*, *Miltoni*, *Baliolensium*, *Kusteri* denique, cæterorumque qui animum ad hanc ipsissimam professionem adverterunt, (quorum tamen fere omnium labores intercepit vel fatum immaturum, vel injuria temporis) & nos ipsi præstitimus, & præstitisse ab aliis volumus intelligi. Hæc non esse sigillatim & minute describenda, cum ea unusquisque lector pene suo jure in tali re præcipere videatur, & quasi nobis præscripsisse; in initio, monuimus. Pauca tamen sunt, quæ paucis declarabimus.

Lexicographorum Gente, ut vidimus, in duas quasi familias divisa, quarum una STEPHANUM, FABRUM altera auctorem habet, primum omnium id nobis visum est commodissimum, siqua ratione aut arte id poterat fieri, ut essent in nostro *Thesauro* hæc duo consilia communione quadam inter se conjuncta. Ea mente erant operæ, quas in *Fabro* reformando insumpserunt Viri præstantissimi, nobis conferendæ atque digerendæ. Contulimus & digessimus. Dolendum erat, commoditates quas vel hinc vel inde capere potuissemus, nulla necessitate distrahi & discerpi. Concludendi itaque erant & conglutinandi hominum labores literarum necessitudine antea conjunctissimi. Deinde præter cultas observationes criticoque homine dignas quæ in *Fabro* spectantur, in STEPHANO adhuc desiderabantur, necesse erat novas subinde exoriri vel voces vel vocum interpretationes, quas partim suppeditavit Auctorum lectio [e] STEPHANI ætate in Bibliothecarum latebris delitescentium, partim introduxit sequioris ævi arbitrium

[a] Multum ad hoc opus contulit FABRI sobrinus *Michael Neander* Soranus trium linguarum cognitione clarus, qui scholam Ilfeldensem in faucibus sylvæ Herciniæ per 40 annos rexit de Christiana juventute optime meritus. Ejus opera, plurima sane & præstantissima recenset *Teisserius.*

[b] Mirum est, in quam diversa abeant Eruditi de Lexici hujus præstantia, Subjungam duos. Verba mecum perpende. "Plurimum *abest* "[*Fabri Thesaurus*] *ab ea quam in Foro Romano spectamus perfectione*, im- "mensum quantum a virtute consummati Lexici, primo quod plurima "hic deficiant, secundo, quod plurima, licet inveniantur, nullo tamen "laudato Auctore, suspicionem barbarismi legentibus moveant, tertio, "quod plurima barbara sine præmonitu, lectori crude detrudantur, "quarto, quod in quantitatibus magna deprehendatur sinisteritas, adeo ut "hac parte *longe infra Decimatorem censeri mereatur.*" *Borrichius.*

"Thesaurus Latinæ Linguæ Roberti Stephani & *Forum Romanum* Cælii "Secundi Curionis —— Quibus merito *anteponas* Basiliense Lexicon. *In* "*Fabri Thesauro plus doctrinæ est*, cui copiam, decus, limam addidit singu- "laris industria & doctrina Cl. Buchneri qui ex opusculo opus dedit. *Boecler.*

[c] Eodem anno prodiit CHRISTOPHORI FALSTERI *Supplementum Latinæ Linguæ, Sive, Observationes ad Lexicon Fabro-Cellarianum, cujus mille aliquot lacunæ ex auctoribus aureæ, argenteæ & æneæ ætatis supplentur, adjectis passim notis Criticis & Philologicis necnon indice quadruplici.* Dicitur & Francofurti ad Viadrum (si fides *Morhofio*) uberior latere vocabulorum collectio, quam *Tobias Magirus* ad FABRUM sibi collegerat.

[d] Vide *Caroli Stephani* Præfationem ad Dictionarium Latino Gallicum. Consilium suum de ea re aperit *Henricus Stephanus* in præfatione ad Thesaurum Græcum, atque in Epistola de suæ Typographiæ statu. De *Miltoni* conatibus vide ipsius Vitam, Præfationem ad Dictionarium, ut dicitur, Cantabrigiense, & *Antonium Wood* in Athenis Oxoniensibus ad notitiam de *Edvardo Phillips.* Sodalitium *Baliolense*, quod est Oxonii, hoc sæculo ineunte, tale aliquid in animo instituit nescio quo fato interceptum. A. Cl. *Kustero* omnia egregia exspectavit orbis literatus. Subjunxit ille specimen operæ destinatæ ad calcem tractatuli sui De usu Verbi medii.

[e] Hujuscemodi erant *Phædrus*, *Syrus*, cæterique quam plurimi, Historicorum & Poetarum Fragmenta, Inscriptiones (nonnullæ aureæ ætatis) cæteraque id genus monumenta, quæ posteriorum hominum cura & luce publica & literarum lumine donavit. Erit instar omnium celeberrimum *Fabrettum* laudare, cui multum debet Latinitas restituta. Plures auctores recenset *Borrichius* de Lexicis Latinis qui *Stephanicæ* ætati ignorabantur, non optima tamen fide, cum in his *Manilium* nominet, qui prodiit typis *Aldinis* sæculo 15to, adeoque ante ipsum natum STEPHANUM. ††††

† Borrichius in Append. de Lexicis pag. 46. non Lipsiæ, sed Erphordiæ hanc editionem prodiisse docet. Aliam Lipsiensem, tunc primum, opinor, Buchneri cura recensitam ac locupletatam, ad annum 1655. rejicit.

†† 36. Borrich. l. memorato.

††† Iterum A. 1735.

†††† Injuria hic vapulat Borrichius, cum non eos duntaxat auctores commemoret, quos ignoravit Robertus Stephanus, verum etiam, ut ipsius verba ponam, *Vivo adhuc Stephano publicatos, verum ab ipso vel perfunctorie tantum excussos, vel ne tentatos quidem.* Utrumque deinde simul ut probet adducit inter alios *Manilium*, & nominatim quidem *Scaligeri*, haud obscure innuens ex hujus etiam summi viri Commentariis penu Latinæ linguæ insigniter instrui posse. V. pag. 44. Append. de Lexic.

bitrium & ea [a] norma loquendi, quam cæteri omnes Lexicographi neque omnino non adtigiſſe, neque ſe † penitus pertractaſſe videntur. Quod ad Orthographiam attinet, eumque Latinæ linguæ genium, qui in ſtamine ipſo & in *partibus*, ut aiunt, *conſtitutivis* cernitur, uniuſcujuſque *elementi* naturam, habitus, relationes, veramque proprietatem deſcripſimus; qua in re nobis facem prætulere præter *Capellas*, *Lipſios*, *Scaligeros*, cæteroſque Grammaticos tum Antiquos tum Recentiores, eruditæ commentationes ſingulis literis in *Fabri* Theſauro & in nonnullis Lexicis Latino-Anglicis præmiſſæ. Literarum Notæ quæ priſcorum Romanorum nomina, officia, dignitates in vetuſtis monumentis deſignabant, a Cl. *Sertorio Urſato* diligenter collectæ & alphabetice diſpoſitæ non erant negligendæ, præſertim cum tam levi opera Romanæ eruditionis ſtudioſos feliciter demereri potuimus. †† Publicatum Formularum ſolennitatem eorumque vocabulorum explanationem quæ Romanæ Antiquitatis notitiam in ſe complectuntur, nuper præter cæteros *Sam. Pitiſcus* incredibili labore congeſſit & literis conſignavit; tradidit illuſtriſſimus Dom. *Ez. Spanhemius* in opere pererudito, de uſu & præſtantia Numiſmatum; collegerunt viri laborioſiſſimi Romanarum Antiquitatum conſarcinatores, *Manutius*, *Roſinus*, cæterique. Attamen hæc penitus neglexiſſe erat profecto *Theſaurum* noſtrum inſigni utilitate privaſſe (præſertim cum plurimorum vocabulorum vis & proprietas non aliunde ſit deducenda) omnia vero accumulaſſe, erat, ſi molem libri atque noſtrum laborem ſpectes, infinitum. Breviter ergo ea omnia attigimus, & ne Lector ſibi fraudem parari exiſtimet, eos ubique adduximus auctores qui plura conſulentibus abunde ſatisfacient, & tanquam *Pythius* alter aut *Ariſtoteles*, *pro nobis reſpondebunt.* Jam vero ut de Critica verba faciamus, atque ea ἀκρίβεια quæ cum in omnibus artibus & diſciplinis dominetur, tum in hoc literarum genere imperium habeat ſingulare, & neceſſarium; plurima proculdubio adnotabit Lector fuiſſe in STEPHANO ipſo emendanda [b]; plurimum etiam operæ inſumendum in iis auctoribus rite adducendis, quos vel STEPHANUS ipſe, vel ex poſterioribus nonnulli, aut per incuriam perperam citarunt, aut ope Codicum meliorum deſtituti. Plurimum ergo clariſſimorum noſtrorum hominum laboribus, cæterorumque in hac diſciplina Principum, debetur, ut THESAURUS LATINÆ LINGUÆ longe nunc prodeat non ſolum locupletior, verum etiam ita emendatus, ut, vel ea ſola utilitate atque hoc laudis genere, cæteris omnibus hujuſmodi libris eum anteferre non dubitemus. Quod ad rationem auctores deſcribendi allegandique attinet, tametſi cum *viris maximi nominis* vix arbitremur univerſas noſtras operas in ea ſola palæſtra poſſe exerceri vel utiliter Reip. literariæ, vel nobis ipſis glorioſe, (quos tamen ipſos ne id quidem velle exiſtimandum eſt, ut STEPHANUS prelo denuo committatur incultus, inhoneſtus, imperfectus denique & mendis obſitus, nullo ornatu decoratus præter eam pauxillulam laudis portiunculam quæ in *libri*, *capitis*, *inciſi paginæ* religioſa notatione cernitur) eam tamen utilitatem, per ſe quidem mediocrem ſed operoſam tamen, abeſſe noluimus. Numeros igitur Librorum & Capitum vel Verſuum (quod in Proſa vel Verſa oratione facile diſtinguetur) ſumma qua potuimus fide adduximus, optimorum Exemplarium auctoritatem in iis diſponendis ſecuti. Speramus itaque nos non minorem gratiam a lectorum plebe inituros in teſtimoniis rite & commode apponendis, quam *Sacrilegi* iſti *Lugdunenſis* Editionis Auctores in reſecandis. Ciceronis Editionem *Verburgianam* intelligimus eſſe conſulendam, ab omnibus jam tractatam & laudatam merito maximo; eamque in minora tmemata diviſionem amplectimur, quam a *Nizolio* ††† olim uſurpatam Margini ſuæ Editionis apponi curavit Vir præſtantiſſimus [c]: neglecta tamen in Epiſtolis ea allegandi ratione. De omnibus Auctoribus cum longum foret, tum Lectori nimium monendo faſtidium moveret. Erant nonnulla levioris & quotidianæ operæ, præſtanda tamen, licet hic a nobis monitum vix poſtulare videantur. Syllabarum ſcilicet *Quantitates*, *Genus*, *Flexioniſ*que rationem ea brevitate concluſimus, ut operis molem incredibiliter aliquando levaremus. Expeditius enim multo & concinnius, neque ad utilitatem levius adnotaſſe COMMŎNEO, *ui*, *ĭtum*, *ēre.* quam cum STEPHANO ad tædium ingeminare, COMMONEO, *commones*, *penultima correpta*, *commonui*, *commonitum*, *penultima correpta*, *commonere.* Levicula hæc eſſe dices. Fatemur ultro, attamen non prorſus omittenda. Alphabeticam denique ſeriem, congeriemque phraſium, locutionum, proprietatum &c. inſtituimus minima fortaſſe gratia, ſed labore & opera non minima: quod cum in animo habuit & ſerio ut plurimum perfecit STEPHANUS, lectorem tamen aliquando latuit ea diſpoſitio, cum verba quæ *dominantia* appellare libet, aliquando *poſt principia* latitabant, aciemque oculi ſæpiſſime fugiebant. Voces ipſas non eodem ubique atque exactiſſimo tenore Alphabeti conglutinatas reperiet Lector. Ea erat habenda aliquando Primitivorum Derivatorumque ratio, ut ſi hæc ab illis literarum permutatione non immane diſcederent, in ſua nonnunquam *gente* conſulerentur, non tamen indiculo in propria *ſede* deſtituta. Condonabit Lector æquus ſi religioſi nimium aliquando & vulgi metuentes, plurima in STEPHANO reliquimus feliciori ſæculo tollenda. Turba enim lectorum *Lugdunenſem* editionem exprimi flagitabat, quorum criminationes deprecamur infinitis in locis ab eo diſcedere coacti.

Hiſce conſiliis atque his laboribus tandem ad umbilicum adducitur EDITIO LONDINENSIS. Quantum ſtudioſos demeruerint Editores, penes omnes erit doctos pariter & indoctos, æquos & malevolos, judicandi arbitrium: quantos interea labores exantlaverint, eos ſolos ſtatuere,

[a] Theologorum ſcripta intelligimus, eorum præcipue qui cum neque ad Summæ neque ad Infimæ Latinitatis claſſem redigantur, utriuſque quaſi medii, pene a Lexicis exſulabant. Vindicavit primus, quod ſciam, *Cellarius*, qui *Fabri* Theſaurum Anno 1710. ſeptem, Anno 1717. viginti circiter mille vocabulorum acceſſione locupletavit. Neque nos tamen temere omnia admiſimus, cum & idem pene fuit *Geſneri* conſilium. "Auximus vocabulis novis non quidem nullis, ſed paucis tamen, nimirum dignis hoc Theſauro, quem ἐξ ἀφαιρέσεως & *detractione* potius *curare*, ſi res ita tuliſſet, quam προσαναγράφειν & pinguiorem reddere hac quidem parte maluiſſemus." Præfat. ad *Fabri* Theſaurum.

[b] Mirum unde eveniret ut in omnibus Theſauri Editionibus & in omnibus præterea Lexicis Latinis locus ex *Horat.* Epod. 14. 8. adducere-tur, *Ducere ad Umbilicum*, cum omnes *Horatii* Editiones, ne *Stephanica* quidem excepta, *Adducere*, legant. Miror *Stephanum*, qui hæc quæ ſequuntur ex *Calepino* arripuit, ea non obſervaſſe, "Fuit & Demaratus Tarquinii Superbi pater, qui Corintho in Hetruriam ſe recepit quod Cypſelum Tyrannum ferre non poſſet. Cic. Tuſc. lib. 5. *Hunc* Demaratum *vixiſſe temporibus Philippi Macedonis auctor eſt Plutarch. in vita Alex.*" Sed in Hiſtoricis miſere offendunt omnes quotquot vidimus Lexicographi.

[c] In Orationibus contra *Verrem* laudandis, in diverſum ſemper abiere Viri docti. Recenſent alii *Divinationem* & *Actionem primam* inter *Verrinas*, alii eas nominetenus reſecant, numerumque idcirco *Verrinarum* minuunt. Nos Stephanica diviſione & computo utimur. ††††

† Sic in Londinenſi exemplari.

†† Sed cave putes te totum hic Urſati opus in compendium miſſum, vel cum judicio excerptum inventurum. Quo ipſo tamen haud ſcio, an operæ pretium fieret: Siquidem id Cl. Grævius quondam magis ob raritatem, & quod inſcriptiones aliquot alibi non publicatas comprehenderet, quam quod magnopere probaret, Theſauro Romanarum Antiquitatum, ut alia multa, inſeruiſſe videtur. Perpauca his, quæ Tinghyus, ex Valerii Probi libello, vel potius ex Theodoſii Trebellii Promptuario, in editionem Lugdunenſem contulit, ut fors ferebat aſperſa, raroque feliciter, ut in paucis e. g. in hac editione oſtendimus, declarata invenies. Similia his fere ſunt, quæ ad calcem Compendii Antiquitt. Ro. G. H. Nievport ed. noviſſ. leguntur. Qui veterum epigrammatum ſtudio tenentur, multo melius & facilius harum ſiglarum, vel notarum declarationem ex Fleedwoodiana Sylloge, vel ex ipſis Inſcr. corporibus Gruteri, Reineſii, &c. ubi Lapides ipſi exhibentur, ut & ex rei nummariæ veteris ſcriptoribus cognoſcent. Cetera de hujus editionis novis acceſſionibus in præfatione Birrii dicta ſunt.

††† Immo ab Alexandro Scot. Nam Nizolius non niſi foliorum, ut vocant, editionis Aldinæ numeros, in duas paginas per a. & b. litteras diſtinctorum indicavit. Hæc autem folia Aldinæ editionis Verburgius, non ziphris Arabicis, ut Scoti ſectiones, ſed Romano numero in margine editionis ſuæ adnotavit. Miror Cl. hujus præfationis auctorem id ipſum, non dicam ex præfatione Verburgii Cic. operibus præmiſſa, ſed ſaltem ex titulis ſingulis voluminibus præfixis non perſpexiſſe.

†††† Sed quænam illa diviſio & quis computus ſit ita parum lectori declaratum eſt. Ut ſcias igitur quomodo Stephanus ſingulas Cic. orationes in Verrem inſcripſerit, *Primam* eam appellavit, quæ alias *In Q. Cæcilium* inſcribitur, ac *Divinatio* dicitur: *Secundam*, quæ alias *Actio prima in Verrem*: *Tertiam*, quæ *Liber primus in Verr.* a Grammaticis *Prætura Urbana* inſcribitur: *Quartam*, quæ *Liber ſecundus*, a Grammaticis *Sicilienſis*: *Quintam*, quæ *Liber tertius*, ſeu *Frumentaria*: *Sextam*, quæ *Liber quartus*, ſive *De ſignis*: *Septimam*, quæ *Liber quintus* in Verr. aliis *De Suppliciis* inſcribitur.

ſtatuere voluimus qui in hujuſmodi vigiliis bonum otium contrivere, quibus tenuiſſimam gloriam, plurimam ſtudiorum ſeveritatem ineſſe, omnes fere intelligunt. Quantulumcunque ex iis decerpi poſſit laudis & gloriolæ, labefactarunt nonnulli, & labefactare ultra fortaſſe non deſinent: Eam tamen utcunque laudem quæ mentes publicæ utilitatis ſtudioſas ſequitur, nobis cum illis, *ſpectatiſſimis* licet, communem; laudem denique humanitatis atque animi ad omnia officia paratiſſimi, eripiet nemo.

De preli induſtria atque Editionis nitore, Lectorem pluribus non moramur. Nihil in ea parte curarum defuit. Nihil tamen fortaſſe ſpectabilius quam ea celeritas conficiendi, qua, præter ſpem atque exſpectationem omnium, intra triennium opus concluſum & perfectum eſt. Quod ſolum, ut ſperamus, deſit, id præſtabit æquus Lector, ut quæ menda irrepſerint, ea pro mole operæ proque ſtudio noſtro in Remp. literariam condonare velit.

CLARISSIMIS

ROB. STEPHANI THESAURI
EDITORIBUS
SALUTEM.

QUIS ſim, ſciri paulum intereſt; non certè meâ, qui innoteſcere non percupio; minimè omnium, veſtrâ, Viri Clariſſimi, quibus notiſſimis quid ex uſu fuerit nôſſe ignobilem? Quid autem velim, breviter expediam. Non potui me continere, quin vobis, quas gratias nemo literatus non fatebitur ſe debere, ego quoque, particula quantulacunque literariæ Reipublicæ perexigua, agerem: & gratularer, quòd opus illud grande, conſilio laudabili ſuſceptum, magnâ laboris pertinaciâ continuatum, ad exitum tandem omnium votis reſponſurum pervenerit. Ex quo Romanus ſermo deſiit eſſe vernaculus, illius linguæ cultores, qui puram dictionis elegantiam ſtuduerunt (& pauci admodum potuerunt, & etiamnum poſſunt) aſſequi, coacti ſunt cum mortuis verſari, frequentemque cum authorum veterum ſcriptis familiaritatem inire, & eorum imitationi paulatim aſſueſcere. Cùm autem id penſum requireret multum operæ magnámque memoriæ vim; Dictionariorum uſus introductus eſt, ut illam minueret, hanc ſublevaret. Non longè ab Artis Typographicæ initiis, primum Lexicon prodiit in lucem. Deinceps, literis incrementum capientibus, exorti ſunt, qui huic ſtudiorum generi excolendo manus feliciter admoverunt. Verùm omnibus palmam præripuit ROBERTUS STEPHANUS: qui, poſtquam in perficiendo operis inſtituti, quod anno 1532. propoſuerat, tentamine decennium exegiſſet, anno 1543. Orbem literatum *Theſauro* ſuo donavit: in quem Latinæ linguæ opes undecunque conquiſitas recondidit; novóque ordinis artificio tam commodè diſpoſuit, ut, cùm nihil utilius poſſet excogitari, multi poſtea in Lexicis contexendis eandem rationem ſervare voluerint. Actum agerem, ſi ROBERTI STEPHANI laudes poſt *Thuanum* proſequerer. Annis deinde haud paucis elapſis, *Theſaurum* illius recudere & locupletari aggreſſi ſunt *Lugdunenſes*; quos ſua lucri ſpes minimè fefellit. Eorum editioni defuit neque laus neque pretium. Si cui tamen libeat & vacet illam ſubacto judicio propiùs examinare, erit nonnunquam, ubi in mentem veniat proverbium, *Theſaurus Carbones.* Id vos non fugit, Viri Doctiſſimi. Quum enim in animo haberetis ROBERTI STEPHANI *Theſaurum* luci redonare, & (nequid in re tanti momenti deſideraretur) neceſſe eſſet evolvere, quid alii præſtiterint, præſertim *Lugdunenſes*; tot in horum editione animadvertiſtis menda, ut in iis corrigendis poni oporteret operam, ferè qualem Hercules in ſtabulo Augiæ repurgando inſumpſerat. Poſt editionem à ROB. STEPHANO finitam, nihil prodiit ad uſus literarios magis neceſſarium; nihil magis operoſum attentiore diligentiâ, nihil grandius elegantiore cultu, elaboratum eſt. Ille nunc *Theſaurus* precioſiſſimus novam ſéque dignam induit formam: & illius Author (ſi ad ſuperos daretur defunctis reditus) optaverit reviviſcere; ut ſuum opus tanto cum honore, cum tantâ bonæ frugis acceſſione, redivivum contemplandi voluptate frueretur. Valete. 1735. 5. Id. Aprilis.



ROBERTUS STEPHANUS
STUDIOSIS LECTORIBUS
S. D.

(Edit. *Parif.* 1531.)

NE forte mirum fit vobis, Lectores benevoli, cur poft tam multas, tamque varias dictionariorum editiones, poft tot libros elegantiarum, tot virorum illuftrium annotationes, collectanea, flores, mifcellanea, vocabulorum differentias, caftigationes, epitomas, fpicilegia, racemationes, denique poft tot in omne genus auctorum commentarios cum ampliffimis indicibus, nunc audeamus hoc novum opus edere de verborum Latinorum fignificatione, atque ufu multiplici: inftituti confiliique noftri rationem, nifi vobis moleftum eft, paucis accipite. Triennium eft, aut eo amplius, cum a me complures efflagitabant, ut Calepini dictionarium, juxta pofteriorem ipfius authoris recognitionem, fuæ integritati reftituerem: reftitutumque, meis typis caftigatius ac diligentius, quam vulgo haberetur, excuderem. Quod cum fæpe negaviffem me facturum (multis enim de caufis id ipfum præftare poffe diffidebam) tandem victus tot importunis clamoribus, re ter quater tentata, nihilominus incœpto defiftere coactus fui. Cum enim univerfum opus diligenter infpectum, animo perluftraffem, adhibitis etiam in confilium viris prudentiffimis: reperiebam, me in eo genere citra infinitum laborem parum reipublicæ profuturum effe. Talis enim mihi occurrebat ejus libri facies, tanta ubique depravatio, tantum (ut ita dicam) chaos, & rerum omnium confufio, etiam in iis codicibus, qui minus corrupti vulgo ferebantur: ut omnino defperarem, opus illud a me corrigi atque inftaurari poffe: nifi (qui labor, præfertim in tantis occupationibus meis, vehementer me abfterrebat) totum exemplar mea ipfe manu confcriberem. Neque enim res commode fieri aliter poffe videbatur, cum propter innumerabilium errorum emendationem: tum ut (quod in dictionariis plurimum probatur) exactius omnia in fuum quæque ordinem referrentur. Huc accedebat, quod in illa etiam pofteriore authoris recognitione, plurima vel in primis neceffaria, defiderantur: plurima item infunt nec fatis pura, nec bene Latina. Ex quo fequebatur, partim addenda illuc effe permulta, partim detrahenda. Quod quidem fi feciffem, exclamaffent plerique (id quod in ejufmodi factis evenire folet) authori factam effe injuriam: & me alienorum operum quafi contaminatorem dictitaffent. Ob eas atque alias caufas, Calepini opus non modo typographorum negligentia, fed etiam quorundam correctorum, quos verius corruptores dixeris, temeritate corruptum, ac paffim multis modis laceratum, nos prorfus quale fuit reliquimus. At vero nihilominus inftabant quotidie ftudiofi, affiduo clamore poftulantes, ut exquifitius aliquod dictionarium ex optimis quibufque linguæ Latinæ authoribus, & eorum commentariis atque interpretibus, aut colligendum curarem; aut ego ipfe meo labore colligerem. Quorum votis ut aliqua ex parte fatisfacerem, & pro virili parte rem juvarem literariam, egi fæpius cum aliis atque aliis doctiffimis hominibus, ut eam fufciperent provinciam: eos omni modo folicitavi: præmiis etiam non mediocribus ad id faciendum invitavi. Cæterum, cum omnes hoc negotium detrectarent, partim laborem reformidantes, & rei pondus ac magnitudinem, partim fuis ftudiis plus æquo addicti: haud diutius cunctandum ratus, me accinxi egomet ipfe operi: & jam inde, cæteris omnibus pofthabitis, nihil pene aliud agebam.

In primis itaque duos Latinæ linguæ authores & copia, & elegantia, & verborum proprietate præftantiffimos Plautum ac Terentium diligenter evolvi, atque perlegi: in quibus etiam minutiffima quæque adeo fcrupulofe annotavi, ut nullum fere verbum prætermiferim, quod ad Latine tum loquendum, tum fcribendum, commodum effe exiftimarem. Eas deinde annotationes, ut effent veluti fylva quædam, & quafi materies futuri dictionarii, protinus exfcribendas curavi, & cum omni diligentia in ordinem alphabeticum redigendas. Poftremo cœpi ex omni fcriptorum genere dictiones cum fuis interpretamentis ftudiofe colligere, dictionariumque ipfum tale ab exordio texere, & ordinare; quale nunc, ô Lectores optimi, noftris characteribus, noftra opera, noftris fumptibus hic excufum videtis. Ejus autem incœpti operis cum jam duos aut tres (ut appellant) quaterniones paratos haberem: placuit mihi rem ipfam communicare cum viris eruditis. Quibus cum laborem noftrum haud quaquam difplicere animadverterem: iique fummopere me ad perfeverandum hortarentur: eos jam fponte currenti ftimulos addiderunt, ut non folum rem domefticam, fed & curam corporis in totum ferme negligerem. Sic igitur confirmatus, annos circiter duos in hoc opere dies noctefque defudavi: quo animo, novit Deus, tanto certe quidem labore, ut mihi in opere, nifi ope divina fuftentatus effem, aut occumbendum, aut oneri fuccumbendum fuerit. Reputate enim prudentiffimi Lectores, quantus fuerit labor in excutiendis, ac toties volvendis & revolvendis tot immenfis authorum voluminibus, tot commentariis, indicibus, fragmentis, annotationibus: non modo ut dictiones & varias loquendi formulas, earumque interpretationes undique in unum veluti corpus congererem: verum etiam ut integra, quoad liceret, reponerem fignificationum teftimonia, paffim apud ipfos depravata & mutilata linguæ Latinæ interpretes. Quoties toto mihi oppido curfitandum fuit, ut ex doctiffimis viris modo hunc, modo illum de dubiis fubinde confulerem? Quid, quod ne ullum quidem verbum in hoc tanto eft opere, quod mea ipfius manu perfcribendum non fuerit? Prætereo quod inter hæc omnia fic mihi femper laborandum fuit, ut materiam duobus prelis quotidie pene fufficerem. Horum omnium teftes funt amici: qui me & labori propemodum immorientem, fæpe inviferunt: & in tanto mari non ab re fluctuantem, frequentiffime confirmarunt. Nec vero querelæ gratia, ifta vobis expono jucundiffimi Lectores, quafi me peniteat exhaufti laboris: fed ut intelligatis quid lupinis æra diftent: hoc eft, quantum a Calepino, cæterifque dictionariis differat hoc noftrum omnino recens opus: in quo tot labores, tot vigiliæ, tot ærumnæ, pene dixerim, Herculeæ, fuerint exantlandæ. Itaque ingenue fateor, nihil hic ineffe de meo: præter laborem ac diligentiam, & Gallicæ declarationis bonam partem. Si qua interpretatio lectorem forte offendet, is non mihi, fed iis potius authoribus, ex quibus ad verbum omnia tranfcripfi, fuccenfere debebit. Non enim (ut cum Plinio loquar) in hifce rebus fidem noftram obftringimus: fed ad ipfos authores, qui aut fcripfere, aut aliorum fcripta interpretati funt, relegamus. Quod fupereft, de diligentia noftra in fingulis vocibus curiofiffime ordinandis, deque iis omnibus, quæ ad noftræ artis decorum pertinent, vos ipfi videritis inter legendum. In fumma, quifquis aliquo judicio præditus opus ipfum acrius infpexerit, omnia opinione majora reperiet. Quamobrem Lectores ftudiofiffimi, fatis fit confilium noftrum, & labores in hoc opere infumptos vobis aperuiffe. Nam res (ut fpero) bonitate fua fatis ipfa fefe legentibus probabit. Valete benevolentiffimi Lectores: & nos, fiquid bene meremur de ftudiis veftris, viciffim amate. Ex noftra Officina libraria IIII Cal. Octobr. M. D. XXXI.

ROBER-

ROBERTUS STEPHANUS
LECTORIBUS S.

(Edit. *Parif.* 1536.)

NUNC demum, Lectores, verum effe video, quod Demea ille Terentianus fecum queritur,

Nunquam ita quenquam bene fubducta ratione ad vitam effe,
Quin res, ætas, ufus femper aliquid apportet novi,
Aliquid moneat: ut illa, quæ te fcire credas, nefciat:
Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.

Nam cum ante annos aliquot opera diligentiaque noftra in ftudioforum hominum utilitatem Dictionarium ex officina noftra exiiffet, in quo præter cætera, Plauti ac Terentii, duorum videlicet Latinæ linguæ authorum & copia & elegantia & verborum proprietate præftantiffimorum, quicquid ad Latine fcribendum dicendumque pertineret, diligenter effet annotatum, equidem id me confequutum effe arbitrabar, ut effet illud unum pro omnibus, reliqua non magnopere defiderarentur. Sed longe profecto mihi aliter atque eram opinatus accidit. Cum enim per me ipfe tandem multa Lectione, magnoque ufu plurima deeffe cognovi, tum multos memini cum fæpe de-induftria in taberna noftra Libraria eo animo federem, quo fcilicet Apelles poft tabulam latêre folebat, ut quid de eo labore noftro docti pariter & indocti fentirent, audirem: tum inquam plerofque audire memini, qui multa requiri dicerent, quofdam qui nonnulla corrupte depravateque ex Cicerone, Varrone, & reliquis citari arguerent: nec deerant qui accentuum omiffam rationem, & propria item nomina quererentur. Ego vero invitus ifta audierim, an lubens, difficile eft dictu. Itaque jam tum ipfe, quantum editiones quotidianæ relinquebant otii, id omne in legendis Latinæ Linguæ principibus, Cicerone totius eloquentiæ parente, Cæfare, Catone, Varrone, Columella, Livio, Plinio, Martiale, aliifque generis ejufdem, confumendum duxi. Qua ego diligentia, opinor, perfeci, primum ut quæ ignoratione loci corrupte antea legebantur, ea nunc locis repetita fuis & fint reftituta, & authorem agnofcant. Deinde quæ tanquam parum Latina minus multis probabantur, iis jam uti nemo dubitare audeat. Tum magnam vocabulorum vim, quæ in alio Dictionario nullo continerantur, aut infinitum potius numerum eruimus: ut opus ipfum multo hæc addita majus, meliufque effecerint. Poftremo quo prolixius ad nos divertentes hofpites acciperemus, a doctiffimo quoque ætatis hujus quicquid in hoc commentandi genere annotaffet, & popofcimus, & accepimus. In iis quidem certe Guilielmus Budæus, vir literis Græcis & Latinis, omnique doctrina eruditiffimus, a me princeps appellari debet, qui pro fua in nos humanitate, ftudioque in literas fingulari, de quibus neque bene merendi finem, neque modum ullum facit, ὑπομνηματισμὸς nobis fuos communicavit, ex quibus quicquid ad inftitutum opus pertineret, defcriberemus. In eo vero quam multa, quam diligenter curiofeque in Authoribus obfervata, quamque & explicata plane, & illuftrata ornate offendimus, quorum mentionem in iis libris, quos edidit & plurimos & doctiffimos, nullam fecerit! Navavit operam & Lazarus Bayfius vir clariff. fiquid enim obfcurum & implicatum occurrebat, ille qua eft humanitate, nobis aperuit & explicavit. Contulit operas & Jacobus Tufanus, Græcarum literarum profeffor regius, ex cujus codice innumera Quintiliani, Gellii, aliorumque authorum, quos ille diligenter perlegerat, tranfcripfimus: nihil fane veriti eorum judicium, qui, quæ a M. Tullio non funt pofita, protinus rejiciunt. Sed apagefis iftas commentationes dicent fortaffe aliqui ex eorum numero, qui fcribi Dictionaria molefte graviterque ferunt. Quibus refponfum fit, me Ælium Gallum vetuftiffimum legum Decemviralium interpretem, quem non femel Cicero laudavit authorem, Feftum item Pompeium & Nonium Marcellum authores habere, quorum tantum apud me valet authoritas, ut iis ducibus errare, quam talibus magiftris erudiri, malim. Quid enim caufæ eft, quin Varronem, qui diligentiffime de Lingua Latina fcripfit, eodem ipfi crimine condemnent? An ideo illum defendunt, quia quæ obfcuriora erant, ipfe explicavit cum effet doctiffimus: nos idcirco reprehendunt quia hæc melius, quam ille, præftare non poffumus? Si hanc unam caufam adverfus nos afferunt, taceant jam ipfi neceffe eft. Nos enim qui per nos nihil præftare poteramus, non Varronis folum, fed & omnium qui numero doctorum funt femper habiti (in quibus Donatus, Servius, Valla, & alii permulti, tum veteres, tum etiam ætatis noftræ viri doctiff.) verba adjecimus. Et ut omnes intelligere poffent, nec alienæ laudis cupidum me, nec fuum cuiquam debitumque honorem præripere folere, eos omnes nominatim appellavimus. Quapropter fiquem legendo unius alicujus verbi offendet interpretatio, is non me, qui de meo addidi nihil, fed authores, ex quibus me ad verbum omnia tranfcripfiffe fateor, accufare debebit. Non enim (ut cum Plinio loquar) in hifce rebus fidem noftram obftrinximus, fed ad ipfos authores, qui aut fcripfere, aut aliorum fcripta interpretati funt, relegamus. Eo vero in opere, fermone uti Gallico, (quanquam ne id quidem valde ab inftituto noftro abhorrere videbatur) noftri certe confilii non erat, nifi certorum hominum, a quibus diffentire non poteram, quique magno id a me ftudio contenderent, voluntati parendum omnino fuiffet, quum præfertim & honefta peterent, & iis fortaffe etiam non parum utilitatis allatura, qui quum vulgo bene docti videri velint, magna id libertate reprehendunt. Tantum illa quæ & in promptu & fine circumloquutione occurrerunt, non parum multa confulto prætermittentes, adjecimus: quæ latius multo, ac fufius fuo quoque loco, adhibitis prius in confilium viris doctis, in Latino-gallico noftro dictionario, a nobis fummo ftudio parique diligentia explicabuntur. Quod vero ad eam laudem, quæ noftra eft & propria, attinet, diligentiam dico, in fingulis vocibus apte fuo quoque ordine difponendis, quæque ad noftræ artis decorum pertinent, exequendis, iis certe licebit exiftimare qui legerint. Hoc tantum dico, quifquis aliquo præditus judicio, opus ipfum paulo accuratius confiderarit & infpexerit, omnia eum opinione majora reperturum. Sed fatis eft, Lectores, confilium vobis noftrum, operamque, quam in hoc opere faciundo confumpfimus, exponere. Res enim ipfa, ut fpero, bonitate & utilitate fua, ipfa inquam res fefe infpicientibus probabit. Valete, & fiquid bene de ftudiis veftris meremur, viciffim amate.

ROBERTUS STEPHANUS
TYPOGRAPHUS REGIUS LECTORIBUS S.
(Edit. *Parif.* 1543.)

NUNC demum, Lectores, verum esse video, quod Demea ille Terentianus secum queritur,

Nunquam ita quenquam bene subducta ratione ad vitam esse,
Quin res ætas, usus semper aliquid apportet novi,
Aliquid moneat: ut illa, quæ te scire credas, nescias:
Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.

Nam quum ante annos aliquot opera diligentiaque nostra in studiosorum hominum utilitatem Dictionarium ex officina nostra exiisset, in quo præter cætera, Plauti ac Terentii, duorum videlicet Latinæ linguæ authorum & copia & elegantia & verborum proprietate præstantissimorum, quicquid ad Latine scribendum dicendumque pertineret, diligenter esset annotatum: equidem id me consequutum esse arbitrabar, ut esset illud unum pro omnibus, reliqua non magnopere desiderarentur. Sed longe profecto mihi aliter, atque eram opinatus accidit. Quum enim per me ipse tandem multa Lectione, magnoque usu plurima deesse cognovi, tum multos memini quum sæpe de-industria in taberna nostra Libraria eo animo sederem, quo scilicet Appelles post tabulam latere solebat, ut quid de eo labore nostro docti pariter & indocti sentirent, audirem: tum inquam plerosque audire memini, qui multa requiri dicerent: quosdam, qui nonnulla corrupte depravateque ex Cicerone, Varrone, & reliquis citari arguerent: nec deerant qui accentuum omissam rationem, & propria item nomina quererentur. Ego vero invitus ista audierim, an lubens, difficile est dictu. Itaque jam tum ipse, quantum editiones quotidianæ relinquebant otii, id omne in legendis Latinæ Linguæ principibus, Cicerone totius eloquentiæ parente, Cæsare, Catone, Varrone, Columella, Livio, Plinio, aliisque generis ejusdem, consumendum duxi. Qua ego diligentia, opinor, perfeci, primum ut quæ ignoratione loci corrupte antea legebantur, ea nunc locis repetita suis & sint restituta, & authorem agnoscant. Deinde quæ tanquam parum Latina minus multis probabantur, iis jam uti nemo dubitare audeat. Tum magnam vocabulorum vim, quæ in alio Dictionario nullo continentur, aut infinitum potius numerum eruimus: ut opus ipsum multo hæc addita majus, meliusque effecerint. Postremo quo prolixius ad nos divertentes hospites accepe-remus, a doctissimo quoque ætatis hujus, quicquid in hoc commentandi genere annotasset & poposcimus & accepimus: quos equidem omnes nominatim hic appellarem, nisi vererer, ne de singulorum doctrina dicere parans, nec satis ample pro cujusque meritis dicere viderer, & modum tamen epistolæ excederem. Quanquam de Gulielmo Budæo tacere non possumus, viro literis & Græcis & Latinis, omnique doctrina eruditissimo: qui pro sua humanitate, studioque in Literas singulari, de quibus neque bene merendi finem, neque modum ullum unquam fecit, ὑπομνηματισμὸς nobis suos communicavit, ex quibus quicquid ad institutum opus pertineret, describeremus. In eo vero quam multa, quam diligenter curioseque in Authoribus observata, quamque & explicata plane, & illustrata ornate offendimus, quorum mentionem in iis libris, quos edidit & plurimos & doctissimos, nullam fecerat! Jam vero ut hac quoque parte studiosis prodessemus, quum animadverteremus magnam apud Grammaticos controversiam esse de verborum multorum præteritis, supinis, personis aliquot & temporibus, genitivis item & ablativis nominum tertiæ potissimum declinationis, syllabarum denique (ut ipsi loquuntur) quantitatibus: quæ omnia nisi ex poetarum authoritate constitui certo non possent, propterea quod in aliorum fere Scriptorum libris multi audaciores se præbent, ut ea quæ aliter atque ipsi oportere judicent, scripta reperiant, facile immutent, & quidem temere sæpius: quod illis videlicet in poetis minus licet certa quadam versuum & numerorum lege astrictis: hæc igitur quum animadverteremus, operam hac tertia editione dedimus, ut ad omnia fere quæ controversa essent, testimoniis uteremur poetarum. Ex quibus etiam, nequid aliunde petere necesse haberetis, vocabula omnis generis, epitheta, propria nomina, formas denique dicendi omnes diligentissime, ut fieri potuit, contraximus. Quæ autem de Cicerone, Catone, Varrone, Livio, Columella, Plinio, proxima & superiore editionibus collecta fuerant, codices postea nacti meliores omnia denuo contulimus, & plurima quæ perperam exemplarium vitio descripta fuerant, correximus. Qua in re præcipua sane laus debetur Joanni Teodorico Bellovaco, viro doctissimo, & in optimis quibusque authoribus valde exercitato, ac quod omnium est maximum, acri judicio prædito: qui nisi nobis auxilio fuisset, & quasi Hercules quidam fesso Atlanti in partem Laboris successisset, nunquam profecto tantam operis molem sustinere potuissemus. Is igitur jam inde ab initio instituti laboris ita nobis, vel Reip. potius, cujus est sane amantissimus, operam dedit, ut omnia quæ & a nostris congesta erant, ipse relegeret, eaque tanquam supremus artifex inchoata & adhuc rudia perpoliret. Sed apagesis istas commentationes dicent fortasse aliqui ex eorum numero, qui scribi Dictionaria moleste graviterque ferunt. Quibus responsum sit, me Ælium Gallum vetustissimum legum Decemviralium interpretem, quem non semel Cicero laudavit authorem, Festum item Pompeium & Nonium Marcellum authores habere, quorum tantum apud me valet authoritas, ut iis ducibus errare, quam talibus magistris erudiri, malim. Quid enim causæ est, quin Varronem, qui diligentissime de Lingua Latina scripsit, eodem ipsi crimine condemnent? An ideo illum defendunt, quia quæ obscuriora erant, ipse explicavit quum esset doctissimus: nos idcirco reprehendunt quia hæc melius, quam ille, præstare non possumus? Si hanc unam causam adversus nos afferunt, taceant jam ipsi necesse est. Nos enim qui per nos nihil præstare poteramus, non Varronis solum, sed & omnium qui in doctorum numero sunt semper habiti (in quibus Donatus, Servius, Valla, & alii permulti, tum veteres, tum etiam ætatis nostræ viri doctiss.) verba adjecimus. Et ut omnes intelligere possent, nec alienæ laudis cupidum me, nec suum cuiquam debitumque honorem præripere solere, eos omnes nominatim appellavimus. Quapropter si quem legendo unius alicujus verbi offendet interpretatio, is non me, qui de meo addidi nihil, sed authores, ex quibus me ad verbum omnia transcripsisse fateor, accusare debebit. Non enim (ut cum Plinio loquar) in hisce rebus fidem nostram obstrinximus, sed ad ipsos authores, qui aut scripsere, aut aliorum scripta interpretati sunt, relegamus. Quod vero ad eam laudem, quæ nostra est & propria, attinet, diligentiam dico, in singulis vocibus apte suo quoque ordine disponendis, quæque ad nostræ artis decorum pertinent, exequendis, iis certe licebit existimare qui legerint. Hoc tantum dico, quisquis aliquo præditus judicio, opus ipsum paulo accuratius consideraverit & inspexerit, omnia eum opinione majora reperturum. Sed satis est Lectores, consilium vobis nostrum, operamque, quam in hoc opere faciundo consumpsimus, exponere. Res enim ipsa, ut spero, bonitate & utilitate sua, ipsa inquam res sese inspicientibus probabit. Valete, & siquid bene de studiis vestris meremur, vicissim amate.

CLA-

Clarissimo & Celeberrimo Jurisconsulto

PETRO D'AUSSERRE,

Lugdunensi in civitate Consiliario & Advocato Regio, serenissimæque Reginæ matris Libellorum supplicum Magistro,

PHILIPPUS TINGHYUS FLORENTINUS S. P. D.

(Edit. *Lugd.* 1573.)

VANA quorundam hominum studia animo sæpe contemplans, Jurisconsultorum decus Petre d'Ausserre, multum diuque tacitus mecum dubitavi, cuinam potissimum Latinæ Linguæ Thesaurum: id est, ut ego interpretor, præclarissimi utilissimique Libri inscriptionem, cujus a me jam pridem sumptu magno editio parabatur, dicarem. Licet enim nemo tam sit vel hebes, vel humanarum rerum ignarus, velit modo naturæ suæ non spurius haberi, quin divitiis externis veras opes animi esse anteferendas existimet. Sic tamen corruptela morum & sinistri aviditas lucri mortalium fere omnium animos occupavit, ut honestatis virtutumque igniculi & sapientiæ inclyta illa semina, quæ summus ille rerum opifex Deus pectoribus nostris inclusit, atque mentibus ingeneravit, tenui vix in nobis parte ex aliqua appareant: enectaque misere potius, vel fœde esse sepulta merito videantur. Quotus enim quisque est, qui sapientum more veterum rei familiaris, propriæque adeo salutis cura neglecta: bonarum artium disciplinæque honestæ inflammatus studio, res illas omnes elatione animi præclara contempserit, ad quas vitiosa animi cupiditate instimulati mortalium plærique rapiuntur? Pessum iere vitæ pretia, & a maximo bono, ut recte Plinius ait, liberales dictæ artes in contrarium cecidere. Nimirum alii subiere ritus, circaque alia hominum mentes detinentur: & avaritiæ tantum artes coluntur. Quæ una res proculdubio illud effecit, ut insignis illa animi elatio quæ in optimi cujusque mente elucere quondam solebat, contrario studio refrixerit. Ubi nunc Megaricum invenias Stilphontem? cui præ una sapientia, mortalia cuncta sordebant. Qui patria a Demetrio expugnata, rogatus a Tyranno, an suarum rerum aliquid amisisset: nihil, inquit, neminem enim rapientem mea vidi: nam mihi quidem eruditio, virtusque animi salva sunt: cætera non mea, sed casus fortunæque fuere, cujus subito, ut vides, turbine labefactari, atque eripi solent. Quid ego nunc Socraticum Aristippum, Biantemve sapientem proferam? Cujus cum patriam Prienen cepisset hostis: cæterique ita fugerent, ut multa de suis rebus secum asportarent: admonitus a quodam, ut idem ipse faceret. Ego vero, inquit, facio: nam omnia mea mecum porto. Ubi, quæso, prudentissime vir illa sunt bona: quæ dum taces, dumque ad hunc modum levis expeditusque graderis, te ferre nulla video? Recte sane. Pectore nimirum, ut Valerius scripsit, illa gestabant, non humeris, non oculis visenda, sed æstimanda animo: quæ domicilio mentis inclusa, nulliusque idcirco injuriæ obnoxia: secura pacataque in hominis mente, mollia intus ocia peragebant. Quid Aristippus? minorine subsidio mentis fultus, contemplatione illarum rerum, quas vulgus miratur stupens, secum ipse tacitus ingemiscebat: aut ratione aliqua turpi a constantia animi solita effugium vile quærebat? Accipe quanta humanarum rerum contemptio in Sapientis fœcundo pectore, generositasque vigebat. Naufragium, infœlix miserque, fecerat, ejuscemodi enim voces homines parum docti, cum alterius vicem dolere se dicunt, usurpare maxime solent. At ille præsenti infortunio parum animo consternatus, cum e navi primum exiret: Mathematicas commodum figuras arenæ insculptas inspiciens, ad socios conversus, subito alacris ait: Salvi sumus ô socii: vestigia hic ego hominum, haud dubie magna conspicio. Quid quæris? ingreditur civitatem: doctos viros alloquitur: nuditatem sublevant: honorant cognitum: discedere cupientes socios viatico prosequuntur: Nam philosophi mansionem, saltem ad dies aliquot, beneficiis impetrarunt. Quo hæc historia pertinet, dices? Aristippi socios jubeas abire, actutum facile intelliges. Aristippe fœlix conservent te Dii: Aristippe bone, salve: Aristippe docte, in patria de te ecquid dicamus jubes? renunciate, ait, civibus meis, ut ejusmodi sibi opes parent, quæ fracta navi una cum domino enatent. O præclaram opulentiam! O quæstum mentis uberem! O fœlix lucrum! conditioneque nostra omnium, naturaque vere dignum! & in quo persequendo, nullo nos oporteat neque obstaculo impediri, nec labefactari formidine, nec periculo deterreri. Hæc, hæc (inquam) illa animi vera sunt bona, Petre d'Ausserre, quæ neque fugam moliri, neque concinnare dolos, neque insidias struere alumnis suis novere. Ab iis aliena quæ sunt, fragilia sunt, caduca atque fugacia: possessoribusque suis haud raro perniciosa: quos locis multis prodere atque fallere consueverunt. Quo factum est, ut ad divina illa subsidia præstantes ingenio viri, alacri semper animo convolaverint. Universum fere orbem sapientiæ dulcedine captus Samius quondam peragrasse Pythogoras fertur: reique hujus inclyto tandem reperto palmario, præstantioris cujusdam doctrinæ mirificis institutis Italiæ illam oram affatim exornasse; quæ ob doctoris tanti eximiam dignitatem, magna est a priscis Græcia nuncupata. Cujus laudatissima in re Plato exempla secutus, Asiæ solitudines vastas, inexplicabiles sinuosasque Nili ripas, ut Ægyptios sacerdotes videret, scientiamque illorum hauriret, non sine magno labore dicitur pervagatus. Quo, simili raptos amore Homerum, Melampum, Dædalum, Musæum atque Solonem, Tyanæumque Apollonium perhibent convolasse. Quapropter minus erit mirandum Atheniensem ipsum Platonem, ut ab Archita Tarenti, a Timæo & Arione Locris Pythagoræ præcepta institutaque acciperet, in Italiam etiam esse transgressum. Non enim ætate illa, auri sacra fames: non fucati honoris ambitio: sed prudentiæ ac probitatis summus amor, famæque nominis ardor insignis, mentes hominum perurgebat. Abderites ille Democritus ex longinqua diutinaque peregrinatione, quam Sapientiæ causa susceperat, in patriam aliquando reversus: cum possessiones suas desertas, incultaque prædia vidisset: Haud essem (inquit) salvus ego, nisi hæc perissent. Quid Philoxenus Melopæus? nonne præsentia animi pari vitam ac domum opulentissimam in colonia Sicula, hæreditate nactus: delicias, voluptates, indigenamque & parum sobriam gentis hujus elegantiam demiratus:

ad honeſtiora & feliciora ocia, quæ mente agitabat, obſtaculo ſibi illa magno futura veritus; Per Deos (inquit) bona hæc haud me perdent, ſed ego illa: hæreditateque aliis relicta confeſtim enavigavit. Quid Anaxagoras? nonne amœniſſimo, fertiliſſimoque ſe abdicavit fundo: quo liberius ab externis curis feriato jam animo exoptatam diu operam philoſophiæ poſſet inſumere? Longum ſit, ad plenum illorum velle exempla rimari, qui deſpectis rebus cæteris, honeſtiſſimæ huic ſe arti atque ſtudio mancipaverint, Sapientia magis animi quam pecunia diteſcere cupientes. Hujus rei tam præclaræ tamque divinæ fundamenta fideliter jacere, Theſaurus hic noſter doctiſſimorum virorum vigiliis lucubrationibuſque multis inſtitutus & magnifice cumulatus, haud dubie facile poteſt, modo quis in loco eo uti vigilanter aſſueſcat. Præclarum hoc eſſe quis ambigit? ſed magnificum illud etiam, quod balbutiem & ruſticitatem linguæ, indiſertique oris infantiam curaturum ſe eſſe promittit. Cum enim immortalis ſummique Dei ſpecioſo quodam divinoque munere a brutorum animantium, hoc uno vel maxime ſimus ſecreti disjunctique natura, quod ſenſa animi poſſumus explicare dicendo: Certe pulcherrimum quiddam ille videtur adeptus, qui qua re homines beſtiis præſtant, ea in re hominibus antecellit. Quod uti a me ſignificatum eſt antea, liber hic noſter ſe facturum ſpondet. Quo ex ipſo, tanquam ex boni aſſiduique domini penu referta, non quidem eſculenta & poculenta; quorum, pecuniam modo adhibeas, omni fere loco homini copia, ubertaſque eſt obvia: ſed Sapientiæ vera adminicula, & humanæ mentis inclyta viatica, Latinæ linguæ opes licebit expromere: mentemque ipſam hominis vere polire: cujus in oratione dignitas atque vis proculdubio maxime cernitur. Quod cum intelligerent Græciæ doctiſſimi viri appoſitiſſimo nimirum nomine, nullo vocis diſcrimine facto, orationem, mentemque noſtram atque rationem prudentiſſime profecto λόγον appellarunt. Hos ego libros cum in publicum proferre vellem, & propter eas, quas ſupra retuli cauſas, haud mediocriter animo viderer mihi eſſe ſolicitus. Virtutum memor tuarum ſingulariſque doctrinæ, Juriſconſultorum decus Petre d'Auſerre, fœlicioribus jam auſpiciis clariſſimi tui nominis titulo condecoratos in ſtudioſorum hominum gratiam evulgare illos conſtitui: ut una eademque opera bonarum artium cupidi ſe tibi plurimum de munere hoc debere faterentur: ſimul & amoris erga tè mei ſingulare aliquod apud poſteros pignus extaret: quo, humanitatis, modeſtiæ, probitatiſque tuæ memoria ad gentes etiam nobis incognitas permanare latius, fuſiusque aliquanto queat extendi: & in magiſtratu incorrupte ſancteque gerendo vigilantia tui animi, ſummaque etiam fides ab omnibus poſſit intelligi. Haud igitur eſt mirandum, cum tot indies maximarum virtutum publice documenta præbeas, Juriſprudentiæque inſuper gloria unus tantum excellas, ut celebratiſſima in urbe Juſtitiæ ſignum aliquod ſuſtuliſſe videare, ſi Chriſtianiſſimus, Invictiſſimuſque Rex Gallorum CAROLUS te unum delegerit, cui ſplendidiſſimi magiſtratus curam injungeret & Regiis cauſis præficeret. Decebat enim præſtantiſſimæ omnium virtutis alumnum inſigni aliquo dignitatis præmio affici: idque ab eo principe potiſſimum, cui Deus optimus maximus imperii ſceptra inclyti, & Juſtitiæ gubernacula, florentiſſima in orbis terræ regione utenda conceſſiſſet. Noſtra igitur hac editione, vir præſtantiſſime, lubens fruere: quam tibi, Chriſtianæque reipublicæ fœlicem, fauſtamque eſſe, Largitorem omnium bonorum & veræ ſalutis authorem ſupplici mente precamur.

Summa univerſi operis in corpora quatuor, eo fuit a nobis conſilio diſtincta, ut qui ad magnitudinem pene immenſam liber excreverat: ab ejuſcemodi epularum avido, candidatoque doctrinæ tractari commodius poſſet, quoties ipſum de re dubia, veri inſtar magiſtri conſulere decreviſſet. Affixa eſt etiam limine primo Adriani Cardinalis doctiſſimi viri, de Latinæ Linguæ temporibus & præſtantia ſaneque elegans cultaque epiſtola: ut quaſi digito ad fontes oſtenſo, quos quiſque authores ſedulo fugere, quos contra ſtudioſe conveniat imitari, facile poſſit addiſcere. Plane enim eloquentiæ originem, in verborum delectu, quod diſertiſſimo viro Caio Cæſari placere videmus, ſitam eſſe arbitramur. Quæ vero reliquis, de ejuſdem Latinæ Linguæ ſententiis, Theſaurique hujus authoribus, corporibus ſunt appenſa: quæ in calce operis addita præfatio eſt, Deo auſpice declarabit.

Vive diuque vale: meritos Deus addat honores.



LECTO-

LECTORI S.

CUM nihil magis ad instituti nostri rationem convenire visum fuerit, quam aliquam Lexicographi hujus celeberrimi, cujus Thesaurum edimus, notitiam præmittere; *Historiæ Stephanorum* & *Annalium Typographicorum* auctor facile adductus est, ut, quæ de ROBERTI STEPHANI vita & operibus passim conscripsit, a se recognita & collecta, hic proponerentur. Vale.

ROBERTI STEPHANI VITA.

ROBERTUS STEPHANUS HENRICI filius anno [a] 1503. natus, maximam illius Sæculi partem celebritate sui nominis illustravit. Hoc tempore Artifex ille Litterarum peritissimus in lucem editus videtur, ut litteris in *Gallia* renascentibus optimorum Librorum copia clariorem lucem inferret. Omnimoda eruditione a prima adolescentia non leviter imbutus est. [b] Linguas (præter vernaculam) *Latinam*, *Græcam*, *Hebræam* perfecte eum calluisse testantur Opera ab eo conscripta & excusa, [c] Grammatica *Gallica*, Præfationes multæ [d] *Græcæ* & [e] *Latinæ*; [f] *Thesaurus Latinus* absolutus, & [g] *Græcus* susceptus bonaque ex parte elaboratus; [h] quædam ad explicandas Veteris Testamenti Phrases pertinentia. [i] ROBERTO STEPHANO *diligentiorem in emendandis atque edendis Veterum Scriptis neminem secundum patrem suum arbitrabatur* PAULUS MANUTIUS.

ROBERTUS anno 1522. suæ vitæ 19. SIMONIS COLINÆI vitrici sui typographiæ præfuit. [k] Quo tempore Editio Novi Testamenti Latina eo Emendatore apud COLINÆUM cusa tantas offensiones concitavit, ut eum mox *ad ignem rapiendum* vociferarentur Theologi *Parisienses*, nec unquam donec vixit *Parisiis*, conquiescere passi sint.

[l] Ea circiter tempestate (uti conjicio) de sua re litteraria & familiari constituenda, de Officina instauranda & nuptiis contrahendis cogitavit, ut inter librorum & liberorum partum minimum spatii interesset. JODOCI BADII [m] *soceri optimi deque optimis studiis bene meriti* filiam PETRONILLAM duxit, uxorem litteratam; "cui eorum, quæ Latine dicebantur, (nisi rarius aliquod intermisceretur vocabulum) haud multo difficilior erat intellectus, quam si dicta sermone Gallico fuissent." Eandem scilicet videtur & thalami & studiorum consortem voluisse. " [n] Fuit tempus, quum "decemviratum quendam litterarium domi haberet, "eumque ut παντοεθνῆ, sic etiam πάγγλωσσον. Decem hi "partim literati, partim literatissimi viri, quorum quidam correctorio munere fungebantur, (iique [o] "præsertim, qui epigrammata postremæ Latini Thesauri editioni præfixerunt) quum, sicut ex diversis "oriundi erant gentibus, sic etiam diversum sermonem "vernaculum haberent, lingua Latina tanquam communi interprete inter se utebantur. Ac quum ex his "decem modo hos modo illos famuli pariter & famulæ "de rebus, quas ipsi ipsæque vel noverant vel saltem "conjectare poterant, colloquentes, quinetiam in mensa quotidie cum de aliis tum vero de iis, quorum "illa solet argumentum suggerere, sermonem habentes "audirent, ita suas paulatim aures verbis illorum assuefaciebant, ut non solum pleraque eorum, quæ dicebant, intelligere, sed quædam etiam eloqui valerent."

[p] ROBERTUS, *quo nemo suo ævo illustrior, peritior aut diligentior, pro familiari schemate habuit* [q] *Arborem in ramos porrectam, addita figura* [r] *speculantis hominis, verbo ascripto D. Apostoli* ([s] NOLI ALTUM SAPERE) *qua nota visus est arguere nimis curiosam de rebus obscuris ac divinis investigationem, & doctrinæ cuicunque apponendum modum.*

In iisdem, quas Pater incoluit, ædibus e regione Scholæ Decretorum, & iisdem, quibus ille prius usus est, Typis primum Artem exercuisse indicant Librorum [t] Subscriptiones & [u] character; quorum nullum anno [x] 1526. vidi antiquiorem.

In [y] nonnullis suarum priorum Editionum Ciphras & Reclamantes omisit; has, utpote minus utiles, [z] serius & rarius induxit; illarum autem usum [*] citius [†] Indicum necessitas flagitabat.

 [a] Com-

[a] *Histor.* STEPHAN. p. 13. 89. [b] MENAG. *Antibaill.* cap. 69. [c] Ann. 1558. [d] EUSEB. Histor. 1544. Nov. Testam. 1550. [e] PERS. 1527. Bibl. 1528. TERENT. cum Comment. 1529. VIRGIL. 1532. Thesaur. Latin. 1532. 1536. 1543. Bibl. Lat. 1536. Pentateuch. Latin. 1541. Nov. Testam. Gr. 1546. CALEPIN. 1554. Hæ paucæ sunt ex multis aliis. [f] Ann. 1543. [g] *Histor.* STEPH. p. 88. 223. & Præfat. in CALEPIN. 1553. [h] Ann. 1558. [i] Vide Schol. P. MANUT. in Epist. Famil. CICER. apud *Rob.* STEPH. 1544. num. 364. 486. [k] Respons. ad Censur. Theolog. 1552. p. 8. [l] Libri apud illum excusi prodierunt multi ann. 1526. [m] Lege Præfat. in TERENT. 1528. [n] Epistol. *Henr.* STEPH. præfix. *Aul.* GELL. p. 13. [o] *Andreas* GRUNTLERUS, *Gerrardus* CLERICUS, *Adamus* MODIUS. [p] *Claud.* MIN. de Symbol. in ejus Comment. ad ALCIAT. Emblem. [q] Olivam, *Histor.* STEPHAN. p. 16. [r] Ibid. p. 16. 17. [s] Addebat aliquando SED TIME. Ibid. p. 16. [t] Ibid. p. 16. [u] Consule Libros a 1526. ad 1530. excusos. [x] Consule Catalog. [y] PRISCIAN. de Accent. 1526. Compend. difficil. Accent. 1527. [z] Idque in Græcis Editionibus ann. 1544. &c. [*] Ciphras affixit paginæ anteriori primum ann. 1526. THEODIDACT. Præcept. & tandem utrique, ann. 1529. *Laur.* VALL. in POG. [†] Vide Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 267. Indices cum rerum tum erratorum, Ciphras illas ad expeditiorem ejus, quod quæritur, inventionem postulant. Ubi enim Ciphræ non adhibentur, Indices oportet fieri per quaterniones (quod aliquam Lectori facit molestiam & moram) uti SANNAZ. de Part. Virg. apud *R.* STEPH. 1527. in Indic. Errator. *Quaternione a pagina 4. versu 3.* Lectorem opus est primo quaternionem reperire, deinde paginam & versum numerare. Inveniendi difficultas minuitur (PERS. apud *R.* STEPH. 1527. Lege Præfationem Commentariis præfixam) adjectis ad marginem in quintum quemque versum numeris, iisdemque per singulas Satyras repetitis. Ciphræ in Tabulis & rerum vocumve Indicibus sæpius, quam in ipso Librorum textu omittuntur; uti in Bibl. Vulg. apud *R.* STEPH. 1527. 1528.

Ubi

[a] Commentarios mediis Authorum Operibus intercalandi sive intexendi morem licet primum reprehenderet, non tamen [b] longo post tempore ipsi visum est admittere.

Typos nonnisi Romanos in Libris, quos sua initio emittebat Officina, adhibuit; nec alios fere adhuc [c] Typographi *Parisienses* noverant. [d] Tandem Italicos *Aldinis* quam *Colinæicis* similiores comparavit: Romanos etiam, quos in paterno prælo invenerat, usu jam satis longo factos deteriores, [e] novis & elegantioribus mutavit. [f] Hebraice & [g] Græce vix quicquam præter quasdam Dictiones, Sententias Lineasve reperimus ab eo excusum, antequam [h] Regius Typographus eligeretur. Tunc enim ejus Officina, simul honor munusque novum accesserat, positis exuviis, & quicquid antiquæ rubiginis adhærebat, deterso, nitidiorem multo & prorsus juvenilem cultum induit.

ROBERTO STEPHANO, ex quo id negotii suscepit, maximæ erat curæ, ut ne quid a se inutile ac frivolum prodiret, sed quodcunque aut antiquiorum aut recentiorum Scriptorum ad litteras politiores promovendas fuisset elaboratum, in studiosorum manus veniret emendatum, ac ipsis Authoribus neutiquam indignum.

Imprimendi [i] auspicium fecit ab Epistolis familiaribus CICERONIS; cujus præcipui inter Romanos Oratoris aliqua subinde Opuscula sola nonnunquam, aliquando Commentariis selectioribus elucidata, dare non destitit, donec omnia simul elegantissime [k] produceret.

STEPHANUS primam opinionem permagni momenti esse, totamque rei cujuslibet fere summam ab exordiis rite ac feliciter institutis pendere non nescius, egregia in primo ferme limine suæ artis dedit specimina, [l] Latina Biblia, & Digesta; Legis scilicet Divinæ & Humanæ Codices separari noluit; cum illorum authoritate vis horum integra innitatur. His Operibus fecit existimandi copiam, quanta ab eo viro, qui nunquam vellet a se degenerare, forent deinceps expectanda. His pignoribus suam quasi fidem astrinxit, probavitque se nullis litterariis laboribus fore imparem.

Jam diu erat, quum Bibliorum Opus illud moliebatur. Anno enim [m] 1524. *pervetustas Urbis* Parisiensis *Bibliothecas evolverat, operæ pretium facturum se arbitratus, si prius quam rem ipsam aggrederetur, vetera Exemplaria consuleret, inde germanam lectionem excerpturus, quo, authoritate eorum fultus, & quæ depravata essent, restitueret, & scrupulosis quibusdam Lectoribus satisfieret, quos vel unius verbuli immutatio solet offendere.* Huic Operi denique absoluto, Regium in quinquennium impetravit Privilegium; Erratorum paucorum Indicem adnexuit.

[n] Anno circiter 1528. *studiosis, ut aliquod ex optimis Authoribus Dictionarium aut colligendum curaret, aut ipse colligeret, instantibus, se accinxit operi,* PLAUTO*que ac* TERENTIO *diligenter perlectis, hortatu demum virorum eruditorum, quibus duos aut tres incepti operis quaterniones ostenderat, binos annos in hoc Opere dies noctesque, rei domesticæ & corporis fere negligens, ita desudavit, ut quotidie duobus prælis materiam sufficeret, & absque ope divina oneri succumbendum fuerit.* Ingentibus hisce pertinacibusque conatibus per tria annorum lustra evictis (dum aliis pene innumeris operibus vacabat) stupenda illa *Thesauri Latini* moles ad summum [o] demum apicem perducta est. Dictionariis Lexicisque ut nullum opus inter rei litterariæ adminicula est utilius, ita quoque nullum tædii & laboris improbi plenius. In hoc studiorum genere quantum ROBERTUS desudaverit, declarant varia in Linguis omnibus, [p] Hebraica, [q] Græca, [r] Latina, [s] Gallica, Lexica, & Dictionaria [t] Poetica seu Nominum propriorum, cum profana, tum sacra; omnia hæc ab ipso impressa, nonnulla [u] sæpius aucta & recusa, complura ipsius potissimum industria & vigiliis elucubrata; non tamen (Eccujus unius humeri his oneribus suffecerint?) absque ope interdum doctissimorum virorum [x] BUDÆI, BAYFII, TUSANI & THEODORICI BELLOVACI, aliorum præterea [y] correctorio in ejus officina munere fungentium. [z] Decemviratum enim litterarium domi alebat, in quo ANDREAS GRUNTLERUS, GERARDUS CLERICUS, ADAMUS MODIUS; quorum Epigrammata legimus postremæ *Latini Thesauri* Editioni præfixa. [*] *Thesaurum Græcum* (qui sub HENRICI nomine [†] longo post tempore prodiit) Latino [||] *similem meditatus est, totum a fundamentis construendum, bonamque materiæ, quæ ad novum illud ædificium requirebatur, partem paravit:* ac [aa] *non Lexicon Græco-Latinum nescio quod, ineptissimarum adnotationum quadam velut colluvie conflatum, tanquam vestimentum aliquod ex vilibus scrutis consarcinatum, sed ingentem & immensum Linguæ Græcæ Thesaurum, per multos annos sumptibus prope infinitis, ex præstantissimis Linguæ Græcæ Authoribus congessit atque coacervavit. Qui certe illo Latinæ Linguæ Thesauro (quem ipse cumulaverat) tanto foret opulentior, tantoque preciosior, quanto majores sunt illius, quam hujus, divitiæ.* Sed mors ei invidit tanti Operis Editionem.

Nec tantum in omnigenis Lexicis, sed Grammaticis etiam Tractatibus edendis, multum operæ posuit.

Sed hæ sunt doctrinæ elementa, & fundamenta, quibus bene positis facile cætera & fauste succedunt. Tyroni Lexicis & Grammaticis instructo optimos quosque etiam Authores suppeditavit STEPHANUS.

Ex his nullos, variis formis & characteribus, textu aut solo aut commentariis explicato, sæpius ad prælum revocavit, quam [bb] TERENTIUM, [cc] VIRGILIUM & [dd] CICERONEM: idque haud immerito, cum penes hujus triumviratus arbitratum omne sit Latine scribendi loquendique jus & norma.

ROBERTO STEPHANO nil puto felicius evenisse, quam quod in ea inciderit tempora, quum ad rei inter *Gallos* litterariæ incrementum maxime conferret Regium patrocinium.

[a] FRAN-

Ubi Ciphræ anterioribus tantum paginis applicantur, Errata indicantur sic, *folio, facie* 1. vel 2, *linea*; uti PLAUT. apud R. STEPH. 1530. aut sic; *folio, facie a* vel *b, linea.* Linea autem varie indicabatur; aliquando per numeros; uti PLAUT. 1530. apud R. STEPH. Aliquando per syllabam aut dictionem lineæ initialem; uti TERENT. 1529. apud eund. Index Erratorum a *Rob.* STEPH. rejicitur sæpius ad finem; aliquando collocatur in initio; uti PLAUT. 1529. Qui mos est apud COLINÆUM (*Terentian.* 1531.) aliosque. Lege Vol. I. *Annal. Typogr.* p. 297. In Erratis enumerandis, *Robertus* STEPHANUS scribit aliquando se minutula (uti circumflexam notam pro acuta) non adnumerasse, monetque Lectorem, *cætera cum silentio emendet, memineritque omnes homines esse nos, tunc maxime cum quid accuratius volumus emendare.* Bibl. 1527. Idem nonnunquam Erratorum Indicem in Libris longiusculis neglexit, uti TERENT. cum DONAT. 1536. & in brevioribus adjecit; uti SANNAZ. de Part. Virg. 1527. Idem in PLAUTI supra-dicta Editione, singularum Fabularum Scenas numeris designavit, uti & in VIRGIL. 1532. singulorum Librorum pericopas; & in CICER. 1539. unasquasque per singula Opuscula linearum decadas: quod etiam in sua CICERONIS Editione observavit *Carolus* STEPHANUS; quo facilius ea, quæ & in rerum Indicibus & in *Ciceroniano* Lexico continentur, Lector reperiat. *Robertus* STEPHANUS litteras majusculas (A, B, C, D, E, F, G, H) paginarum marginibus aliquando addebat; quibus promptius linea, ubi erat vox quæsita, occurreret. Sic Bibl. 1527. & VIRGIL. 1532. [a] Lege Præfat. in Comment. PERS. 1527. [b] TERENT. 1529. VIRGIL. 1532. In Commentariis, voces ipsius Authoris, aliquando litteris majusculis (PERS. 1527. TERENT. 1529. VIRGIL. 1532.) aliquando iisdem, quibus ipsa Scholia (TERENT. 1542.) exprimuntur. Suis præterea Editionibus ex antiquo more (Vide Vol. 1. *Annal. Typogr.* p. 59.) *Robertus* STEPHANUS aliique ex celebrioribus permulti, mensem (VIRGIL. apud ALD. mense *Aprili* 1501.) & mensis diem (CICER. Orat. Part. apud R. STEPH. 7. Cal. *Mart.* 1527. MONTHOL. Prompt. apud *Simon.* COLIN. 7. Cal. *Nov.* 1520.) adjicere solebant. [c] Italico Charactere COLINÆUS & *Christianus* WECHELUS inter *Parisienses* anno 1528. usi sunt. [d] Tractat. de Comœd. ad finem TERENT. 1533. CICER. Tuscul. Quæst. ann. 1542. [e] Ann. 1532. Bibl. Vulg. & VIRGIL. [f] Catalog. Nom. Propr. in Bibl. 1528. [g] Interpretat. Græcor. in Pandect. 1527. 1528. [h] Ann. 1539. Vide *Histor.* STEPH. p. 35. [i] Ann. 1526. [k] Ann. 1539. 1540. [l] Ann. 1527. 1528. [m] Lege Præfat. Bibl. 1527. [n] Lege *Histor.* STEPHAN. p. 21. [o] Ann. 1543. [p] PAGNIN. 1548. [q] De Thesauro Græco dictum est prius. [r] Ann. 1532. 1536. 1543. [s] Ann. 1540. &c. [t] Ann. 1541. &c. De plagio, cujus STEPHANUM accusat *Jacobus* THOMASIUS, in Elucidario Carminum, lege *Histor.* STEPHAN. p. 25. 138. 139. [u] Comparet Lector Editiones *Latini Thesauri* 1532. 1536. 1543. [x] Lege Præfationes *Thesaur. Latin.* 1536. & 1543. Præfatio 1543. nullam facit mentionem BAYFII & TUSANI, & 1536. nullam *Theodorici* BELLOVACI. [y] *Histor.* STEPH. p. 18. [z] Ibid. [*] Ibid. p. 88. 141. 228. [†] Ann. 1572. [||] At *Thesaurus Græcus*, qualis anno 1572. prodiit, Latino longe est inferior. Ille enim si eam in Græcis, quam hic in Latinis, formularum scribendi copiam eodem ordine dispositam comprehendisset, in multo plura excrevisset Volumina. Qualis nunc Græcus desideratur Thesaurus; ad quem construendum ingenti & longo labore, incredibili & prope infinita lectione opus est: cui operi sufficeret non nisi *Robertus* STEPHANUS suo decemviratu adjutus. [aa] Lege Præfat. CICERON. Lexic. apud *H.* STEPH. 1557. [bb] In fol. bis 1529. sine & cum Comment. 1536. cum Comment. In 4. 1542. cum Comment. In 8. 1529. 1531. 1533. 1535. 1536. 1538. 1540. 1545. 1551. Sine Comment. In 16. 1534. 1536. 1541. Sine Comment. [cc] In fol. cum Comment. 1532. In 8. sine Comment. 1533. 1540. In 12. 1537. 1549. [dd] In fol. 1539. 1540. In 8. 1544.

[a] FRANCISCUS Primus peculiari amore eum amplectebatur; eique annum ætatis 36. agenti, ann. [b] 1539. *Jun.* 24. Regii in Hebraicis & Latinis Typographi munus injunxit; quæcunque typographica postularet, subsidia concedere nunquam non paratus. [c] *Inter hæc præsidia præcipuam erant ii sumptus, qui in conquisitionem cum aliorum Librorum (potissimum Græcorum) tum vero Historicorum (Historiæ enim præsertim Romanæ hic Rex amator erat); & qui in sculpturam tam pulchrorum [d] characterum seu typorum, quibus Libri illi excuderentur, faciendi erant.*

ROBERTUS, licet nullas adhuc viderim Editiones, in quibus se Regium *in Græcis* Typographum scripserit, mihi tamen videtur (ex ipsius [e] Epistola EUSEB. Eccles. Histor. ann. 1544. præfixa) aliquam Græci etiam Typographei curam habuisse. Symboli istius fuit inventor, quod solebat Libris plerisque ex Regia Bibliotheca depromptis affigere, quoque plurimi celebres Typographi cum [f] Regii tum etiam [g] alii suos libros ornabant. Symbolum id erat, Lancea cum olivæ palmite & serpente circumflexis, subjecto [h] HOMERI hemistichio βασιλεῖ τ' ἀγαθῷ κρατερῷ τ' αἰχμητῇ.

Nulla est fere pars in universo omnium Scientiarum Artiumque liberalium orbe, quam ROBERTUS typis non illustravit: quod quidem fatetur GESNERUS in Epistola, qua huic quintum Pandectarum librum de Arithmetica nuncupavit.

ROBERTO STEPHANO *Regio Typographo* Lutetiæ Parisiorum CONRADUS GESNERUS *S. D. P.*

"Non equidem ignoro, doctissime *Roberte*, quæ & "quam egregia Volumina per te publicum acceperint "lumen, eaque plura, quam ut hic recenseri; & elegantius diligentiusque excusa, quam ut pro merito a "me commendari possint; nec in uno solum sed omni "propemodum Disciplinarum genere, ut nulla fere "hujus operis pars sit, quæ non jure tibi nuncupare- "tur: volui tamen hoc in loco participem te lucubra- "tionum nostrarum facere, non quod non alibi dignius "hoc fecissem, sed ne omnino te præterirem. Partes "enim alias nostræ gentis Typographis destinavi: pe- "regrinis vero (quorum tu veluti Sol quidam inter "minora sidera occurristi ea tantum dedicare consti- "tui, in quibus nullus nostrorum, quod quidem scirem, "aut in præsentia meminissem, excelluisse videretur. "Excellere autem dico Typographum aliquem in hoc "vel illo genere librorum, in quo vel plurimos, vel "optimos, vel utrumque, vel paucos sed bonos, vel "unum sed optimum alicujus Scientiæ Authorem excu- "deret. Cum igitur inter Arithmeticæ Scriptores *Tonstallo*, cujus tu librum olim evulgasti, primam laudem "hactenus omnes fere attribuerint (ut qui rem omnem "logisticam, quæ Praxis, ut vocant, Arithmeticæ est, "Latinissime, copiose & perspicue tradiderit) tibi hunc "de Arithmetica libellum nostrum nominatim dedicare "visum est. Quamvis enim excellentiora plurima pu- "blicaveris, quorum comparatione non æquius Arithme- "tica tibi quam feles *Minervæ* consecranda videatur; "malui tamen aliqua in parte Bibliothecæ nostræ qua- "vis occasione nomen tuum celebrare, quam prorsus ano- "nymum relinquere: idque gratitudinis ergo magis, "quam omnes studiosi tibi debent, quam quod laudis "aliquid operibus tuis per se nobilissimis nostra celebra- "tione accessurum sperarem. Ergo hoc unum abs te "expecto, humanissime mi *Roberte*, munusculum tantil- "lum boni ut consulas, & non ex magnitudine aut di- "gnitate ipsius, sed animo Authoris æstimationem de "eo facias. Libenter equidem hic beneficia tua in stu- "diosos, hoc est, Officinæ tuæ opera, commemorarem; "quæ vel te Authore & laboribus tuis elucubrata æter- "nam procul dubio gloriam tibi paritura; vel ab aliis, "priscis, novis, Græcis, Latinisque Authoribus conscri- "pta, ex ædibus tuis prodiverunt; nisi tantus eorum "numerus esset, ipsaque adeo præclara, & vere basilica, "a Typographo nomine & reipsa regio profecta, ut nisi "laudatum dimittere nullum possem; atqui si laudan- "dis, ut merentur, singulis immorarer, prolixior Epi- "stola libelli hujus modum excederet. Thesaurum certe "tuum, ejusque Epitomen Latino-Gallicam, Testamen- "tum utrumque Latinum cum Scholiis, & Græcum "seorsim, & *Eusebium* Græcum, quæ nunc præ cæteris "abs te edita memini, indicta relinquere non possum. "Perge igitur, Vir optime; perge feliciter, & auspice "CHRISTO, sacra & humana studia pulcherrimis typis "tuis juvare: sic boni piique & studiosi: omnes tibi fa- "veant, & Domino Deo precibus suis te commendent: "sic Deus ipse, qui honestos conatus nunquam deserit, "propitius tibi & benignus te tuaque omnia fortunet. "*Tiguri*, decimo Calendas *Februarii*, anno Salutis "1548."

Hic miror Hebræorum Bibliorum in 4. & 12. ROB. STEPHANI typis excusorum nullam a GESNERO factam mentionem. GESNERUS autem specialem Librorum a ROB. STEPHANO impressorum Catalogum (quod fecit in plerisque aliis celebrioribus Typographis a se salutatis) Epistolæ non adjecit.

ROBERTI STEPHANI Officinæ laudes JOANNES AURATUS * eleganti carmine celebravit.

Inter tot, hac ætate belle qui typis
  Cudunt minutulis libros,
Primas, *Roberte Stephane*, tu partes tenes,
  Reclamitante nemine:
Seu quis requirat literæ elegantiam,
  Cæsis in æs e formulis,
In plumbeas abire jussam tesseras,
  Vulcania juvante vi:
Seu linearum nobilem symmetriam,
  Oculos quod acres plurimum
Juvet legentum, haud indecenter omnibus
  Suum tenentibus locum.
Versus spatiolis rite distinguentibus,
  Parvis perinde ut areis,
Quas hinc & inde susque deque continent,
  Cohibentque certi margines:
Seu quis (quob ad rem pertinet vel maxime,
  Quam quærimus) solertiam,
Ac diligentiam sagacem postulet,
  In eluendis omnium
Nævis Librorum; nequa labes sordium
  Doctorum operibus insidens
Obstaculo sit imperitioribus,
  Doctisque bilem conciat. &c.
Cui tanta se monimenta debent, atque tot,
  Quæ prisca gens mortalium
Licet edidisset, nunc forent ut inedita,
  Ni per laborem plurimum
Redintegrasses tu resuscitans ea,
  Prope dixerim, intermortua,
Roberte, literariæ rei salus,
  Non ut columnis pluribus
Inniterentur tecta, prætereuntium
  Quod vertat in se lumina:
Non ut renidens tibi lacunar in domo
  Fulgore verberet solum
Imaginosum. Non enim tu arti tuæ
  Statuis avare & sordide
Pretium: leves quod sacculos exhauriat
  Scholasticorum pauperum,
Tuam frequentant qui tabernam plurimi
  Plenam bonarum mercium:
Emptos ut illinc quam licet parvo libros,
  Quibus opus ipsis, auferant:
Libros, heri qui diligentiam sui
  In corrigendis lapsibus

[a] *Histor.* STEPHAN. p. 34. 35. [b] *Histor.* STEPHAN. p. 35. [c] Ibid. p. 35. [d] CAILLE, p. 85. "*François* I. fit fondre par *Guillaume Le Bé* en "leur perfection, ces beaux caracteres Hebreux, Grecs & Latins, dont *Robert* ESTIENNE *Parisien* fils de *Henry*, son Imprimeur ordinaire, avoit la gar- "de, & dont il se servoit en l'Impression de ses Livres, au bas desquels il "mettoit ordinairement, *Ex Officina* ROBERTI STEPHANI *Typographi Regii*, "*regiis typis.*" [e] Ἑλληνικῆς γλώσσης συμπάσας βίβλους μέλλομεν ἐκτυπώσειν. —— ἵνα δὲ πολὺ ἀσφαλεστέραν τὴν καθήκοντος ὑπεργίαν, ἣν ὑπ' αὐτοῦ βασιλέως κατασταθεῖν καὶ φυλάττειν ἔχομεν &c. [f] *Carolus* STEPHANUS; *Robertus* STEPHANUS, *Roberti* filius; *Mamertus* PATISSONIUS; *Gul.* MORELIUS; TURNEBUS; *Federicus* MORELLUS pater & filius. [g] BENE NATUS. [h] Ἰλ. γ. vers. 179.

* Carmen integrum lege *Histor.* STEPHAN. p. 94.

Vel ore ab ipſo, ceu parentes liberi,
Teſtentur, ac ſubindicent.
Quod dum aſſequaris, ſumptibus non interim
Parcis profuſioribus,
Plus publicæ rei quam domeſticæ gerens
Curæ atque ſollicitudinis. *&c.*
Quid tandem (ut una cuncta ſumma colligam)
Lares beatos perſonat
Indeſinenter, continenter, jugiter,
Et uſquequaque & undique,
Intaminata quam Latini puritas
Sermonis, & canus decor?
Nempe uxor, ancillæ, clientes, liberi,
(Non ſegnis examen domus)
Quo *Plautus* ore, quo *Terentius*, ſolent
Quotidiane colloqui. *&c.*
Datum *Lemovicibus* 4. Non. *Maii*, Anno 1538.

Sic eodem, quo HORATIUS Vitam Ruſticam, Epodi genere AURATUS laudavit STEPHANI Officinam; qui [a] "alto heroicoque animo ad ſuſcipienda litteraria opera ſuſtinendaque onera præditus, magnis & propemodum HERCULEIS laboribus parvum ſuum exercebat corpuſculum. Sed (ut pius erat, & amore divino flagrabat) in ſacrorum Librorum Editionem multo ardentius quam in aliorum quorumlibet incumbebat, & pecuniam in alios quidem profundebat, in illos vero prodigebat. Imo in iis elaborandis, quæ ad Sacræ Scripturæ illuſtrationem pertinebant, non ſolum pecuniam prodigere non dubitabat, ſed uſque adeo nullis laboribus parcebat, ut etiam in iis tolerandis (quod exitus oſtendit) vitæ prodigus eſſet."

ROBERTO ex ſuis Bibliorum Editionibus multum invidiæ conflatum eſt; odiumque, quod adverſus eum *Sorbonæ* Doctores anno 1522. conceperant, recruduit anno 1532. [b] "quo Biblia majori Volumine impreſſit, idque tum permiſſu tum conſilio ſeniorum Collegii ipſorum: cujus rei locuples teſtimonium reddebat privilegium Regis, quod certe nunquam impetraſſet, niſi palam factum eſſet primariis Rabinis ita placere. Illi tamen occaſionem nacti ad capitale ſupplicium hunc poſtulabant, clamitantes hunc Biblia corrupiſſe. Et de eo actum erat, niſi quorum authoritate factum fuiſſet, in tempore monſtraſſet. Compreſſis poſtea eorum furoribus, vel ſaltem placata tam ingenti rabie, quod pollicitus eſſet ſe nihil poſtea, niſi cum bona eorum gratia facturum, elapſis annis decem, 1540. Biblia rurſum excudit, in quibus multa ex vetuſto Codice repoſuit, veram lectionem Hebræis Codicibus congruentem ad margines notans, nomine Codicis ſcripti adjecto. Hic rurſus novæ flammæ: bacchantur Cenſores contra totum librum, in quo ne minimum quidem erat, quod carpere ipſi poſſent, niſi forte in Summariis, quæ vocant, quæ redolere hæreſin dicebant. Pergit nihilominus; & decem Præcepta jam ante impreſſa denuo imprimit, & quam vocant, Scripturæ Summam; utraque ſingulis foliis, majori charactere ſatis venuſto, quæ parietibus poſſent affigi. Pro his quas ei exhibuerunt moleſtias! Quandiu abeſſe domo eum oportuit! Quandiu Aulam Regis ſecutus eſt! a quo tandem Diploma ad cohibendam eorum intemperiem obtinuit, quo jubebatur illa Latine & Gallice imprimere. Quoties clamaverunt pejorem illic doctrinam contineri, quam *Lutherus* unquam protuliſſet. Eo tamen res deducta eſt, ut probarentur plus quindecim non poſtremis Collegii Magiſtris, qui palam ſigillis ſuis comprobarunt, quæ tota caterva improbaverat. Tandem quum ſeniorum illorum ſigilla conſpicerent, regiumque privilegium, deputatorum ſuorum calculo approbari in ædibus Bidelli ſui paſſi ſunt. Eadem tamen illa, quæ tantopere in *Stephano* damnabant, eorum juſſu a *Joanne Andreâ* (homine imperito, qui illis & proditionum omnium miniſter, & in ſtruendis calumniis optimum flabellum, & in exercenda ſævitia carnifex acerrimus) impreſſa ſunt, ſed cum Præceptis Eccleſiæ, & fœdata corruptaque ab *Odoardo*, qui ex duobus primis Præceptis unum fecit, auferens eam, quæ de Imaginibus fingendis & colendis illic habetur expreſſa prohibitio; & poſtremum in duo diviſit, ut numerum denarium ſuppleret. Interea, quod illis eſſet ſuſpectus de hæreſi, quoties domum illius ſcrutati ſunt Judices ipſorum impulſu, ſi qui forte Libri ſuſpecti poſſent reperiri! Acceſſit ad hæc circiter annum 1541. Novi Teſtamenti Editio cum breviſſimis Annotationibus ad marginem ab illo ſimul excuſis, quas a viris doctiſſimis acceperat. Ac principio quidem, læto plauſu ab illis exceptus eſt Liber; paulo poſt pro ſuggeſtu clamant Annotationes hunc edidiſſe valde periculoſas, locos de Purgatorio & Confeſſione aliter, quam ſolerent, interpretatum. Aliquandiu vice tertia latêre coactus eſt. Tandem quum tempeſtas illa paululum ſedata foret, denuo eaſdem excudit, mutatis pauculis, multis additis quorundam Sectæ eorum conſilio; *Gagneio* interim *Picarto*, & *Guiancurtio* obſtrepentibus. Magno poſtea labore, ſummis vigiliis, ſingulari attentione animi, quæ ex *Franciſco* [c] *Vatablo*, homine in Hebraicis litteris peritiſſimo, Profeſſore Regio, exceperant auditores docti, collegit in unum Volumen, adjecta nova Bibliorum tralatione e regione veteris. Opus hoc anno 1545. abſolutum fuit. Id ſtatim doctiſſimis quibuſque Collegii communicat: remittunt, ſalva omnia eſſe aiunt, quod non ſtatim mali quid ex *Vatabli* lectionibus publice ſuboriturum crederent. Multi tamen deinde commoti dictitant non oportere ultra diſtrahi Biblia iſta cum Annotationibus: clam a nonnullis minus improbis admonetur, ut ſibi caveat & proſpiciat. Profectus itaque in Aulam Regis, poſt oblatum ipſi *Euſebii* Volumen Græcum, circiter 1546. (quo tempore & Pſalterium ab illo excuſum eſt) admonuit *Petrum* [d] *Caſtellanum*, tunc *Matiſconenſem* Epiſcopum, futurum ut brevi Theologi perſuadeant vel Curiæ vel Urbis Præfecto, ut venditio Bibliorum cum Annotationibus ipſi interdiceretur. Quum hominem plus ſatis timidum videret, quid in hac re conſilii daret, dubitare, dixit ſe libenter impreſſurum ad calcem, quicquid a Theologis vitii deprehenſum eſſet, adjecta cenſura. Placuit conſilium, etiam Regi, qui mox *Caſtellano* imperavit, ut ſuo nomine ſcriberet Theologis, ut quod non placeret Bibliis, ſeorſim annotarent, omnia poſtea *Stephano* traderent imprimenda. Scribit *Caſtellanus*. Tametſi hoc ſe facturos recepiſſent, nihil tamen effectum. Quin potius aſtute interea ſollicitant Theologos *Lovanienſes*, ut ea Biblia in ſuum Catalogum Librorum ſuſpectorum & hæreticorum infarcirent. Reſcripſit ad Theologos *Caſtellanus*. Vetuit Rex imprimi *Lovanienſium* Catalogum. Hortante iterum atque iterum *Caſtellano* tandem coacti, quindecim locos a ſe animadverſos miſerunt. Quos *Caſtellanus* cum *Gagneio* collatos remiſit cum Epiſtola de caſtigandi ratione & utilitate Annotationum, quæ non parum eos urebat. Rex, miſſo 26. *Octob.* Diplomate, additis minis præcepit, ut in abſolutione cenſurarum pergant, eique dent imprimendas. Tamen neglexerunt. Obiit interea [e] Rex FRANCISCUS: cui HENRICUS filius ſuccedens ann. 1547. 16. *Aug.* primo ſui regni anno juſſit miſſo Diplomate Theologos abſolvere Cenſuras. Reſpondent ſe daturos. Regem fruſtrantur: pro articulis afferunt libellum ſupplicem, quo interdici *Stephano* venditione Bibliorum poſtulabant, propterea quod eſſet Sacramentarius, ſcripſiſſetque in illis animas eſſe mortales. Theologi denique ex Collegio decem *Novembri* menſe ad Prætorium *Fontisbellaquæ* advenientes, ægerrime protulerunt 46. [f] Articulos. Illis *Stephano*que auditis, interdictum eſt palam, ne Theologi jus illud, quod Epiſcoporum erat, cenſorium ſibi in materia fidei uſurparent. Epiſcopi in articulis nil mali invenerunt, præterquam fortaſſe in

" quin-

[a] Lege Præfat. Expoſit. Cathol. in Geneſ. apud *H.* STEPH. 1562.
[b] Lege Reſponſ. *Rob.* STEPHANI ad *Cenſur Theologor.* Pariſienſ. pag. 7. &c.
[c] Multi putant *Robertum* STEPHANUM Annotationibus ſuis VATABLI nomen prætendiſſe. Lege *Hiſtor.* STEPHAN. p. 46. 47. & HUET. de Clar. Interpretibus 1661. p. 115. 116. [d] De CASTELLANO lege Vol. I. *Annal. Typogr.* pag. 291. *Hiſtor.* STEPHAN. p. 144. uſque ad 159. [e] FRANCISCI Regis Elogium, THUANO & BAYFIO Scriptoribus, lege in *Hiſtor.* STEPHAN. p. 52. 53. 54. 55. [f] Hos articulos enumerat *Rob.* STEPHAN. in *Reſponſ. ad Cenſur.* p. 44. ad p. 107.

“quinque aut sex, qui calumniæ obnoxii essent. Urget *Stephanus*, ut reliqui mittantur. Id Rex iterum atque iterum præcipit. Tergiversantur, quoad possunt; & postulant, ut reliquos articulos absolutos Rex traderet examinandos [a] Judicibus iis, qui tunc causas hæreticorum cognoscebant. Cum annuisset [b] quidam, *Stephanus* destinatur Rege inscio victima. Obsignantur litteræ, quibus causa ad illos Judices devolvitur. Ille hac de causa per octo menses integros aulam sequitur: qui sub Regis discessum apud *Segusianos*, cum *Taurinum* proficisceretur, a Rege accipit litteras, quibus priores litteræ fiunt irritæ: jubenturque Theologi [c] reliquos mittere articulos. Demum per manus *Cauponis* & *Ruffi* mittunt *Lugdunum*; ubi cum *Stephanum* non reperissent, negarunt se habere, & retulerunt ad suos. Sollicitant *Guiancurtium* Regis Confessorem, ne cogerentur dare reliquum articulorum, sed ut *Rob. Stephanus* condemnaretur tanquam hæreticus. *Guiancurtius* a Rege, quum *Taurino* reversus in colliculo *S. Andreæ* fere solus requiesceret, litteras extorsit, quibus distractio Bibliorum a *Stephano* impressorum inhiberetur, ea tamen conditione, ut articulos daturi essent. Hanc rerum mutationem *Lugduni* a Cardinale *Guysiano* rescivit *Stephanus*, *Castellanum* adiit, illi & patriæ valedicturus. Regi indicat *Castellanus*, *Stephano* natali solo migrandum. Rege tamen, ut in ornanda sua Typographia pergeret, jubente, *Stephanus* a *Roberto* SENALE *Abrincensi* Episcopo (quem subornaverat *Guiancurtius*) ut cum Theologis rediret in gratiam, monitus assentitur; & *Guiancurtio* fingit se Theologis scripsisse litteras, ut præterita effluant; nihil se posthac sine ipsorum consilio facturum. Eo tempore efficiunt, ut nullæ (nam rumor erat mille & quingentos aureos iri numeratum) pecuniæ darentur *Stephano* ad sarcienda damna. Rex tamen pollicetur majori in re se fore munificum. *Stephanus* post trimestrem molestiam, Diploma, quo Regis erga se animum adversariis testaretur, quinquies emendatum, obtinuit denique, ut obsignaretur: quo Diplomate sibi mox cavit, ne conjiceretur in carcerem; quod intra triduum futurum audiverat, rogatis in se plus octoginta testibus. Dum hæc, regio Diplomate prolato, conticescunt turbæ, pergit in excudendo Novo Testamento Græco [d] majore forma. Opus (*ann.* 1550.) absolutum ad *Castellanum* defert, & ab eo, quod Theologis non ostendisset examinandum, acriter objurgatus, se defendit; in ea lingua nihil aut parum seniores horum nosse; hæreseos suspectum esse illum Librum non posse; se quibusdam ex illis, ut textum 1. Corinth. 15. 51. mutaret, consulentibus consentire noluisse. *Castellanus* illico velut furia agitatus, & spe emerendi galeri illectus, *Gallandio* dat mandatum Theologis renuntiet, se nolle *Stephanum* teeri; proinde, quid agendum de hac Novi Testamenti Græci Editione, viderent. De hoc *Stephanus* a *Gallandio*, qui ipsi omnino inimicus non erat, præmonitus, Theologis (quos legitime suo more congregatos ante mensem adire non potuit) impressum a se illud Novum Testamentum offert in conclavi apud *Mathurinos*, [e] *Goveano* & *Ruffo* præsidentibus. Postulantibus afferri vetus Exemplar, respondet fieri non posse; nec unum esse, sed quindecim in Regiam Bibliothecam relata, quæ ipsi precario data fuerant. Concedunt, ut relegendi operis negotium duobus ex ipsis Græce doctis detur. Toto mense satagit *Stephanus*, ut referant, quibus demandata fuerat cura. Referunt ad Congregationem in Sacello *Sorbonii* Collegii congregatam. A Decano pronunciatur, Theologis non videri, ut Novum Testamentum propter Annotationes marginales (sic varias lectiones vocabant,) vendatur. *Stephanus* orat frustra sibi dent scriptam, quam ostendat Regi, Facultatis sententiam. Postridie offert Regi Novum Testamentum. Ibi *Castellanus* mitior factus narrat, quid Facultas decrevisset. *Stephanus* ex aula reversus Novum Testamentum venale exponit. At se ex eorum manibus ereptum videns, ne contemptu eos exasperaret, quicquid postea impressurus esset, se illis communicaturum recepit. Ipse vero ab illis nihilo securior, ut qui sciret implacabili odio ardentes avide [f] ipsius sanguini inhiare, in [g] locum tutiorem se recipere, [h] *anno* 1552. *ineunte*, coactus est.”

Totam acerrimæ illius & longæ inter Theologos & STEPHANUM contentionis historiam ipsius verbis exposui. De ea variæ eruditorum, prout [i] Papæ aut [k] CALVINO favent, sententiæ. In eo tamen [l] plerique mentis sanioris & a studio partium magis alienæ consentiunt, altercationem utrinque acrioribus animis fuisse consertam: STEPHANUM hinc ad PROTESTANTIUM partes (quibus multi in Romana Ecclesia clam favebant) proniorem, Theologorum odio (non absque causa) obnoxium; Theologorum inde animos fervidiore odio iraque efferatos; hos ex illius Bibliis causas iniquius captasse, quam bona fide & ratione illum accusasse; illi etiam suum fel aliquanto [m] amarulentius non defuisse. Sed quo acerbius inter hos illumque tam diu indesinenter concertatum fuit, eo plus miror illius in rebus typographicis labores nihilo magis interruptos inter ista litigia durasse, & diligentiæ æstum nunquam deferbuisse; virumque tot molestiis vexatum per minas per damna ab ipso adversariorum odio opes animumque duxisse. Illum quamvis magna in litterariam Rempublicam merita longo tempore ita tuerentur, ut neque Regis patrocinio nec eruditorum gratia exciderit; oportuit denique inveteratæ & inexpiabili malitiæ cedere.

Donec *Parisiis* morari tuto licuit, negotium typographicum aliquando habuit cum suis [n] affinibus MICHAELE [o] VASCOSANO, JOHANNE ROIGNY & [p] CONRADO BADIO fratreque [q] CAROLO commune: ex quibus (si excipias CONRADUM, qui solum natale cum Religione etiam vertit) nullum novi, cui eadem cum illo fuerit in rebus ad Religionem pertinentibus opinio; aut, si fuerit, non saltem tam aperta ejusdem professio.

Vix ulli familiarior & promptior, quam ROBERTO STEPHANO, fuit cum Latine tum Græce scribendi facultas; nulli stylus castigatior, magisque ab obscura orationis affectatæ diligentia, & incuriosa contra dictionis incorrectæ negligentia, alienus. Paucissimi sunt, quibus aurea illa contigit sermonis mediocritas; quibus verba nullo labore exprimi, sed natura magis quam arte depromi venaque ubere juxta ac facili fluere videntur. Is demum adest delectus, ea simplicitas, ut nil tumeat, nil serpat; placeant æque ac intelligantur omnia; & quicunque legerit, cogitet se ea, quæ legit, non aliter scribere aut potuisse aut voluisse. Eam ROBERTO contigisse scribendi rationem comprobant multæ, quas affixit [r] Libris, Præfationes: speciminis loco erit Lectori, quod de FRANCISCO Rege [s] Latine & [t] Græce scripsit, Elogium.

[a] Inter quos LYSETUS, *Histor.* STEPHAN. p. 58. Lege Jocosam & Satyricam ad ipsum PASSAVANTII Epistolam. [b] *A cujus nomine consulto abstinuit.* [c] Hos enumerat STEPHANUS in *Respons.* p. 113. ad p. 247. [d] Idem antea minore forma bis excuderat ann. 1546. 1549. [e] Hic est, qui in PASSAVANTII Epistola vocatur *Magister de Govea Sinapivorus.* [f] Nonnulli putant *Roberti* STEPHANI (postquam aufugisset) effigiem manu carnificis combustam. Lege BEZÆ Icon. & Epistol. PASSAVANT. *Histor.* STEPHAN. p. 72. 93. 220. [g] Scil. *Genevam.* [h] *Histor.* STEPHAN. p. 78. [i] CHEVILL. p. 260. [k] BEZ. *Icon.* [l] P. SIMON. *Hist. du Vieux Testam.* Lib. II. Cap. 21. At integerrimi Historici THUANI audiendum est testimonium (Vide ejus Histor. 1604. p. 605. 606.) *Migrante ad Deum optimo non solum Principe, sed litterarum fautore ac parente eximio, indigna bene merito de patria civi tot editis Hebraicis, Græcis, & Latinis Libris gratia repensa est a Theologorum nostrorum collegio, qui hominem reip. invigilantem & quasvis æquas conditiones accipere se paratum demonstrantem, non desierunt lacessere, donec ille vexationum injustarum pertæsus, ex necessitate consilium cepit, & relicta patria* Genevam *ad extremum se contulit; ubi tanta prudentia publicam simul & privatam rem curavit, ut, quamvis tot adversitatibus conflictatus & incommoditatibus, quæ solum vertentibus necessario perferenda sunt, tamen in opere assiduus ad ultimum vitæ spiritum laudabile rei litterariæ adjuvandæ propositum constanter tenuerit.* [m] Id necesse est agnoscat, quicunque ejus ad Censuram Theologorum Responsionem legerit. En specimen, quod (p. 260.) affert CHEVILLERIUS ex illa Responsione (p. 248.) *Quid enim aliud est Missa, quam Diabolica incantatio, quæ sanos quoque dementet? Imo tantundem apud filios Dei valet Missæ celebratio, ac si quis* Megæram *ac duas sorores diceret lethale suum virus sparsisse.* En virum alias doctum sanumque, insano *Calviniani* Enthusiasmi œstro correptum! [n] *Jodoci* BADII filius erat *Conradus: Jo*[illegible] tres filias, *Petronillam Robertus* STEPHANUS, *Joannam Joannes* ROIGNY, *C*[illegible]*nam* VASCOSANUS, duxerunt. Vide CHEVILLIER. p. 138. & *La* CAILLE, p. 96. 102. 105. [o] Vide Catalog. ann. 1542. [p] Ibid. ann. 1548. [q] Ibid. ann. 1550. [r] Quarum Præfationum plurimas ante enumeravi. [s] CICER. Tusculan. Quæst. 1542. [t] EUSEB. Histor. 1544.

Si vere dixit olim gravissimus Auctor PLATO, *tunc denique cum genere humano actum iri præclare, cum aut Philosophi regnarent, aut Reges philosopharentur; nihil est profecto causæ, cur non beatissimam hoc Rege* FRANCISCO *Primo Galliam prædicare verissime liceat. Inest enim natura, ut de* [a] SOCRATE *apud eundem Auctorem* SOCRATES *testatur, Philosophia in hujus viri mente quædam. Cujus rei, si alia deessent, quæ quidem sunt vel plurima; testimonio esse possunt perpetui illi de litteris atque omni doctrinæ genere sermones; quos fere quotidie, quoties quidem certe aliquid vacui temporis nactus est, cum hominibus habet eruditissimis; magna omnium, qui astant, admiratione, dum Regem advertunt, & eum quidem Regem, qui maximis semper rebus necessario occupatissimus fuerit, ea memoriter & prompte, ut quæque res ad disputandum forte oblata est, pronuntiare, quæ homines summo otio omne ætatis tempus in litteris versati vix possent. Et certe, quod verissime philosophantis sit, hunc demum is regni sui fructum ducere amplissimum videtur, qui est illa animi magnitudine & majestate dignissimus, ut quamplurimorum mortalium rebus ac commodis recte consulat. Id quod cum una omnium facillime atque expeditissime ratione effici posse intelligeret, sapientia ac rerum notitia plurimarum animis suorum instructis, quæ quidem ita esset homini propria, ut hac pene sola constare humanitas videretur; ad hanc igitur rem quod usui esse judicaret, nihil unquam, ex quo ad regnum pervenit, prætermisit. Nam primo magistros optimarum artium ac litterarum homines doctissimos, magnis propositis præmiis, in hoc amplissimo Orbis terrarum Gymnasio, quo omnes undique studiorum causa conveniunt, constituit. Deinde omnes semper ad bene & naviter agendum excitavit: cum quos multum profecisse in litteris cognosceret, iis munera atque honores mandaret; reliquisque ita præscriberet, quid sperare a se & expectare deberent, cum ad aliquam scientiæ ac litterarum commendationem pervenissent. Qua ratione perfectum est, ut omnis fere Galliæ Nobilitas, quæ antea doctrinæ opinionem sibi indecoram falsa persuasione ducebat, ea nunc cum armorum & bellicæ rei exercitatione etiam studia conjunxerit. Postremo amplissimam omnis generis Librorum Bibliothecam, Hebraicorum, Græcorum ac Latinorum maximis sumptibus instruxit, ac quotidie instruit; ut in eo* PTOLEMÆI *etiam atque* (*) EUMENIS *Regum studia longe superet. Illi enim vana quadam opum ostentatione, quos uno tantum loco, Pergami aut Alexandriæ, conclusos & quasi captivos haberent, libros undique conquirebant, cum alter etiam alteri invideret, eoque* PTOLEMÆUS, *ne numero scilicet vinceretur, chartas, quas sola tunc Ægyptus suppeditabat, supprimeret. Ipse autem, tantum abest, ut, quæ ex Italia & Græcia maximis & plane regiis sumptibus comparavit veterum Scriptorum monumenta, ea cuiquam invideat, ut ultro etiam illa omnibus impertire atque offerre in animo habeat. Quo consilio omnium earum linguarum, quas supra demonstravimus, novas & accuratissime imitatas litterarum formas per artifices præstantissimos exculpi jussit, ut hac intra hosce* [b] *centum annos nata atque inventa scribendi ratione, optimus quisque liber in quamplurima exempla transfusus, ad omnium manus perveniret.*

Εἰ γνησίως εἶπεν ὁ θεῖος Πλάτων τηνικαῦτα δὴ πᾶν τ' ἀνθρώπινον γένος εὐδαιμονήσειν, ὅταν ἤτοι οἱ φιλόσοφοι βασιλεύωσιν, ἢ πάλιν οἱ βασιλεῖς φιλοσοφῶσιν, οὐκ ἂν φθάνοι τις ἐπὶ Φραγκίσκου τοδὶ τοὔνομα πρώτου βασιλέως τὴν Γαλλίαν ὡς ἀληθῶς μακαρίζων. Κατὰ φύσιν γὰρ, ὡς περὶ τοῦ Ἰσοκράτους παρὰ τῷ αὐτῷ Πλάτωνι φησὶν ὁ Σωκράτης, τοῦδε τ' ἀνδρὸς τῇ διανοίᾳ φιλοσοφία τις πάρεστι. Σημεῖον δ' ἄντις ποιήσαιτο πρόδηλον, εἰ καὶ τῶν ἄλλων ἐνδεῶς ἔχοι, τῶν αὐτῷ πολὺ πλείστων ἐνόντων, τὰς αὐτοῦ περὶ λόγων καὶ παντοίων μαθημάτων ὁμιλίας, ἅσγε σχεδόντι καθ' ἡμέραν, τοῦγε χρηματίζειν ἀπαλλαγεὶς, μετ' ἀνδρῶν ποιεῖται τῶν σοφωτάτων, οὐκ ἄνευ πολλῆς τῶν παρόντων ἐκπλήξεως. Τίς γὰρ οὐ θαυμάσειε, βασιλέα κατιδὼν, ᾧ καὶ περὶ τὰ μέγιστα πραγματεύεσθαι συχνάκις ἐπάναγκες, ἀπὸ στόματός τε καὶ προθύμως ταῦτα περὶ πάντων, δι' ἣν ἕκαστον τύχοι πρόφασιν, διερχόμενον, ἅπερ ἄνδρες πᾶσαν τὴν ἡλικίαν ἐν μεγίστῃ σχολῇ περὶ τοὺς λόγους σπουδάσαντες, μόλις ἂν ἐκφράζειν δυνηθεῖεν. Καὶ νὴ Δίαγε τὸ τοῦ φιλοσοφοῦντος εἰς ὑπερβολὴν ἄξιον, τὸν δὲ τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας τὸν ὅρον ποιήσας φαίνεται, τὸ δήπου σύμπαντας τῶν ἀνθρώπων ἐκ τῶν ἐνδεχομένων πλεῖστον ὅσον ὠφελεῖν. Πρὸς δὲ τὸ ῥᾷστα καὶ τάχιστα τοῦτο κατασκευάζειν, οὐκ ἄλλη τις αὐτῷ βελτίων τοῦ θεμελίου καταβολὴ ταύτης ἔδοξεν, ἥπερ εἰ τὰς ἐκείνων διανοίας τὴν φιλοσοφίαν, ὡς ἔνι μάλιστα, διδάσκοιτο, μόνην αὐτὴν, ὡς ἔοικεν, ἡγούμενος τοῖς τὰ δέοντα πράττειν ἐπιθυμοῦσι τὰς ὁδοὺς δεικνύναι, καὶ καθάπερ ἔχουσαν δᾷδα πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ φρυκτωρεῖν. Διὸ καὶ τὸ πρῶτον μὲν τῶν καλλίστων μαθημάτων ἱκανωτάτους διδασκάλους τῷδε τῷ γυμνασίῳ τῷ πάντων ἄλλων ἐνδοξοτάτῳ, ἔνθα πάντοθεν τῶν λόγων ἕνεκεν οἱ βουλόμενοι διαπαντὸς ἐπιδημοῦσιν, οὐ σμικρὰ βραβεῖα προθέμενος ἐπέστησεν. Ἔπειτα δὲ τῶν λοιπῶν τοὺς μὲν ἀποχρώντως πεπαιδευμένους, καὶ τοῖς πράγμασιν ἤδη εὖ χρῆσθαι δεινοὺς, εἰς τιμὰς προήγαγε. τοὺς δὲ διαφόροις δωρεαῖς καὶ τῷ ὄντι βασιλικαῖς ἐτίμησε. Τοῖς δὲ τί ἂν παρ' αὐτοῦ λοιπὸν ἐλπίζειντε καὶ προσδοκᾷν ἐνδέχηται, τοῖς γε πόρρω σοφίας ἐλαύνουσιν, ἄντικρυς οὕτως ἐμφαίνει· ὥστε πάντας τοὺς παρ' ἡμῖν καλοὺς κ' ἀγαθοὺς πρότου τῆς φιλοσοφίας ὑπόληψιν ἑαυτοῖς μὴ προσήκειν ἡγησαμένους, τῇ τῶν ὅπλων ἐμπειρίᾳ τὰ τῶν λόγων ἐπιμελῶς ἐν τῷ παρόντι συνάπτειν. Τέλος δὲ τὴν εὐμεγέθη βιβλιοθήκην ἐκ τῶν παντοδαπῶν βιβλίων τοῖς μεγίστοις ἀναλώμασιν ἐπιμελῶς συνεκρότησε, καὶ μηδεμίαν ἡμέραν διαλείπων ἔτι καὶ νῦν συγκροτεῖ. Οὐδὲ μὴν ἐνταῦθα μόνον μεγίστῃ τοῦ τῶν Αἰγυπτίων βασιλέως Πτολεμαίου τοῦ πάνυ τὴν ἰδίαν ἀρχὴν ἐποίησεν ἐφάμιλλον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκείνου προαίρεσιν ὑπερηκόντισεν. Ἐκεῖνος γὰρ εἰς ματαίαν τινὰ τῆς περιουσίας ἐπίδειξιν τὸ βίβλων καὶ τῶν τυχουσῶν πλῆθος θαυμαστὸν ὅσον πανταχόθεν ἐπιζητήσας, οἷον αἰχμαλώτους ἐν εἱρκτῇ καὶ δεσμοῖς, αὐτὰς κατεῖχεν. Οὗτος δὲ τῶν εὐδοκιμούντων καὶ ποιητῶν καὶ συγγραφέων ὑπομνήματα τῶν πάλαι, ἐξ Ἰταλίας τε καὶ Ἑλλάδος πολλῇ δαπάνῃ μεταπεμψάμενος, τοῖς ἑτέροις αὐτῶ τοσούτου δεῖ φθονεῖν, ὥστε πᾶσι τοῖς δεομένοις ἐπαρκεῖν αὐτεπάγγελτος ἐπιχειρεῖ. Καὶ δὴ καὶ εἰς γλωσσῶν τῶν νυνὶ περισπουδάστων ἀφορμὴν, καινοὺς ἔναγχος καὶ τελέως ἐμμελεῖς τῶν γραμμάτων χαρακτῆρας ὑπὸ τῶν προεχόντων τεχνιτῶν ἐκέλευσεν ἀπακριβοῦσθαι. δι' ὧν ἂν πᾶσά τις καλλίστη γε βίβλος ἐκπονηθεῖσα καὶ δὴ πολλαπλασίων γενομένη, εἰς τὰς καθ' ἕκαστον χεῖρας διήκοι.

ROBERTUS STEPHANUS, FRANCISCI *Primi* auspiciis & beneficentia adjutus, inter artifices sibi coætaneos primas meruit: regiaque communitus gratia fregit odium Theologorum, litigiis ipsorum semper vexatus, semper superior; donec post obitum patroni non multos annos Lutetiæ commoratus, invidiæ cedere & solum natale vertere cogeretur; annoque 1552. Genevam se recipere. Ibi cum affini suo CONRADO BADIO, cujus opera Parisiis anno 1548. usus fuerat, quique ante ipsum jam patriæ valedixerat, familiaritatem consortiumque typographicum redintegravit. Amicitias studiosius coluit CALVINI cæterorumque Reformatorum, qui Genevæ asylum aperuerant, THEODORI BEZÆ, † ANDREÆ RIVETI: quorum operibus variis imprimendis prælum illius insudavit. Totum illud reliquum, quod inter Genevenses egit, vitæ tempus impendit fere unice aut Bibliis aut tractatibus ad Bibliorum expositionem spectantibus evulgandis: nec solum aliorum sed & suas interdum Theologicas lucubrationes typis mandavit; ut facile agnoscas hominem in Theologia non mediocriter versatum. Denique postquam vitam omnem & suæ, quam profitebatur, & aliis omnibus liberalibus, quarum plerasque minime ignoravit, artibus promovendis addixisset, anno Christi 1559. ætatis suæ 56. 7. Id. Sept. Genevæ, laborum magis quam annorum plenus, vitam, si hos spectes, brevem, si illos, longissimam finivit. [c] Opulentam, quam reliquit, supellectilem liberis, qui Genevæ manerent, legavit; exclusis ab hæreditate paterna, qui hac lege non tenerentur. Ei superstites fuerunt filii, HENRICUS, ROBERTUS, FRANCISCUSque; & filia CATHARINA, quæ linguam Latinam usu, non grammatica, didicerat; quamque anno 1585. adhuc in vivis fuisse ex ejusdem fratre [d] Henrico comperimus.

Coronidis loco, operæ pretium est adjicere elogium, quo *Thuanus* ROBERTUM STEPHANUM insignivit: "Secundum Aldum Manutium Romanum, qui Venetiis, & Joannem Frobenium, qui Basileæ eandem operam summa laude exercuerunt, clarissimum; quos ille longo spatio supergressus est, acri judicio, diligentia accurata, & artis ipsius elegantia; cui ob id non solum Gallia sed universus Christianus Orbis plus debet, quam cuiquam fortissimorum belli ducum ob propagatos fines patria unquam debuit: majusque ex ejus unius industria, quam ex tot præclare bello & pace gestis, ad Francicum decus & nunquam interitura gloria redundavit.

[a] Typographicum est in Latinis Erratum: oportet enim legere ISOCRATE. De hoc consule PLATONIS *Phædrum* ad Dialogi finem. [*] In Græcis nulla EUMENIS mentio. [b] Hæc scribebat *Robertus* STEPHANUS anno 1542. [c] Lege THUAN. p. 605. 606. [d] Lege *Histor.* STEPHAN. p. 89. 90.

† Error est profecto. Namque *Andreas Rivetus*, celeberrimus ille Theologus protestantium, ut vocant, partium, annis demum XVIII post excessum Roberti, Ao. nempe 1577. natus est, decessit Ao. 1647. Lugduni in Batavis. Nullus dubito, quin huc in locum *Petri Vireti* irrepserit, quem Calvino & Bezæ, ceterisque Reformatoribus Genevensis ecclesiæ συνεργὸν fuisse, tam notum, quam quod notissimum est. Vide infra Indicem librorum a Rob. Stephano Genevæ impressorum, nec conjectura hæc tibi dubia videri poterit.

INDEX LIBRORUM,

QUI EX

ROBERTI STEPHANI Primi

OFFICINA PRODIERUNT.

Pariſiis.

CICERONIS Epiſtolæ Familiares. 8vo. 1526
Eraſmi verſio aliquot dialogorum Luciani. 8vo. 1526
Chriſtiani Theodidacti Præceptiones pauculæ. 8vo. 1526
Hulderici Hutteni Ars Verſificatoria. 8vo. 1526
Philippi Melanchthonis Grammatica Latina. 8vo. 1526
Priſciani Libellus de Accentibus. 8vo. & 4to. 1526
Ælii Donati de Octo partibus Orationis Editio ſecunda; in eandem Servii Honorati & Sergii interpretationes. 8vo. 1526
La maniere de tourner en Langue Françoiſe les Verbes Actifz, Paſſifz, Gerundifz, Supins & Participes; item les Verbes Imperſonelz, avec le Verbe Subſtantif. 8vo. 1526

Lucian. in Calumn. & Plutarch. Hirund. Latinè, Melanchthone interprete; Lyſid. epiſtol. ad Hipparch. Latinè, Churrero interprete; Luciani adverſus indoctum libros multos coëmentem opuſculum Latinè ab Anaſtaſio verſum. 8vo. 1527
Æſopi vita & Fabulæ, Latinè; cum tribus fabellis Politiani, Criniti & Mantuani. 8vo. 1527
Ciceronis Oratoriæ Partitiones; & de Optimo genere oratorum. 8vo. 1527
Perſii Satyræ, & commentarii Ælii Antonii Nebriſſenſis. 8vo. 1527
Hieron. Vida de Arte Poëticâ. 8vo. 1527
Sannazarii libri de partu Virginis; Lamentatio de morte Chriſti; Piſcatoria. 8vo. 1527
Melanchthonis de Arte dicendi declamatio. 8vo. 1527
Ejuſd. de Rhetorica libri tres. 8vo. 1527
Ejuſd. Sermo de corrigendis ſtudiis; & Rodolphi Agricolæ epiſtola de formandis ſtudiis. 8vo. 1527
Sileni Alcibiadis per Eraſmum, cum Schol. Joan. Frobenii. 8vo. 1527.
Accentuum difficilium Compendium a Franc. Meneſe editum. 8vo. 1527
Tho. Guichardi Oratio de Rhodiorum oppugnatione & deditione. 8vo. 1527
Othonis Brunfelſii de inſtitutione puerorum parænefis. 8vo. 1527
Chriſtophori Hegendorphini Chriſtianæ juventutis Inſtitutio. 8vo. 1527
Melanchthonis Latina Grammatica. 8vo. 1527

Biblia Latina. fol. 1527 1528
Pſalmi, Proverbia, Eccleſiaſtes, Canticum canticorum, Latine; cum notis. 4to. 1528
Digeſtorum Volumina quinque. 8vo. 1527 1528
Inſtitutiones Juſtiniani. 8vo. 1528
Ciceronis Topica cum Boëtii commentario. 8vo. 1528
Ejuſd. Tuſculanæ Quæſtiones, curante Eraſmo. 8vo. 1528
Ejuſd. Oratoriæ Partitiones, & de Optimo genere oratorum. 8vo. 1528
In eaſdem Commentaria Georg. Vallæ. 8vo. 1528
P. Curſii in Romæ excidio deploratio. 8vo. 1528
Tho. Linacri Libri de emendatâ Latini Sermonis ſtructurâ. 4to. 1527 1528
Andreæ Guarnæ Bellum Grammaticale. 8vo. 1528
Melanchthonis Oratio de legibus & gradibus; ac Præfatio in Æſchinis & Demoſthenis Orationes; & interpretatio Orationis Critiæ contra Theramenem ex Xenophonte. 8vo. 1528
Ejuſd. Latina Grammatica. 8vo. 1528
Ejuſd. Latina Syntaxis, & Proſodia. 8vo. 1528
Ejuſd. Dialectica. 8vo. 1528
La maniere de tourner les Verbes en langue Françoiſe. 8vo. 1528

Polydor. Vergilii libri octo de rerum inventoribus. 4to. 1528 1529
Cuthbert. Tonſtalli libri quatuor de Arte Supputandi. 4to. 1529
Plinii Epiſtolæ, Panegyricus, de Viris Illuſtribus; Suetonius de Grammaticis & Rhetoribus; Jul. Obſequens de Prodigiis. 8vo. 1529
Melanchthonis de Rhetoricâ libri tres. 8vo. 1529
Terentius. fol. 1529
Idem. 8vo. 1529
Idem, cum Donati & Calphurnii commentariis. fol. 1529
Joan. Pierii Valeriani Caſtigationes Virgilianæ. fol. 1529
Eraſmi Paracleſis ad Chriſtianæ Philoſophiæ ſtudium. 8vo. 1529
Ejuſd. Lingua. 8vo. 1529
Luciani aliquot dialogi, Latinè; cum ſcholiis. 8vo. 1529
Hegendorphini Dialogi pueriles. 8vo. 1529
Ejuſd. Parænefes. 8vo. 1529
Brunfelſii Parænefes. 8vo. 1529
Theodidacti Præceptiones. 8vo. 1529
Petri Moſellani Pædologia. 8vo. 1529
Æſopi Vita; & ejuſd. aliorumque Fabulæ; Latinè. 8vo. 1529
Laur. Vallæ libri in Pogium, & in Antonium Raudenſem. 4to. 1529

Pariſiis.

Index in Libros Linacri de emendatâ Latini Sermonis ſtructurâ. 4to. 1529
Valerandi Machecrier methodus Artis Poëticæ. 8vo. 1529
Melanchthonis Latina Grammatica. 8vo. 1529
Ejuſd. Syntaxis & Proſodia. 8vo. 1529
Ejuſd. de Arte dicendi Declamatio. 8vo. 1529
Joan. Pelliſonis Rudimenta prima Grammatices. 4to. 1529

Ciceronis Topica, cum Hegendorphini ſcholiis. 8vo. 1530
Ejuſd. Oratoriæ Partitiones. 8vo. 1530
Ejuſd. Epiſtolæ Familiares. 8vo. 1530
Orus Apollo, Latinè; Bernard. Trebatio interprete. 8vo. (1531) 1530
Rhetores Latini. 4to. 1530
Luciani aliquot dialogi, Latinè; cum ſcholiis. 8vo. 1530
Plautus. fol. 1530
Eraſmi Dialogus de rectâ Latini Græcique ſermonis pronuntiatione. 8vo. 1530
Ejuſd. Paraphraſis in Elegant. Laur. Vallæ; & Croci farrago. 8vo. 1530
Dictionarium Poëticum, ſive Elucidarius Carminum. 8vo. 1530
Maturini Corderii de corrupti ſermonis emendatione libellus. 8vo. 1530
Formula interrogandi de tribus præcipuis Grammaticæ partibus, Etymologiâ, Syntaxi, Proſœdiâ; deque Octo partibus orationis; authore Priſciano: ſive ejus Erotemata in primum quemque verſum duodecim librorum Virgilianæ Æneidos. 8vo. 1530

Ciceronis Partitiones cum commentariis Georg. Vallæ; & de Optimo genere oratorum. 8vo. 1531
Terentius. 8vo. 1531
Moſellani Pædologia, & Hegendorphini Dialogi. 8vo. 1531
Eraſmi Paraphraſis in Elegant. Vallæ, & Croci farrago. 8vo. 1531
Corderii de Corrupti ſermonis emendatione libellus. 8vo. 1531
Aldi Manutii Grammatic. Latin. Inſtitutiones. 4to. 1531
Donat. de octo partibus orationis, cum Servii & Sergii interpretatione; & Donat. de Barbariſmo & Solœciſmo. 8vo. 1531
Nicol. Perotti Rudimenta Latinæ Grammatices. 4to. 1531
Jac. Sylvii Iſagoge in Linguam Gallicam; & Grammatica Latino-Gallica. 4to. 1531

Biblia Latina. fol. 1532
Luciani Dialogi aliquot Latinè cum notis. 8vo. 1532
Cicer. Topica cum comment. Boëtii. 8vo. 1532
Virgilius, cum comment. Servii. fol. 1532
Roberti Senalis obſervatiunculæ de liquidorum leguminumque menſuris. 4to. 1532
Hegendorphini Dialectica Legalis. 8vo. 1532
Ejuſd. Parænefes; & Theodidacti Præceptiones. 8vo. 1532
Moſellani Tabulæ de Schematibus & Tropis; in Melanchthonis Rhetorica, & Eraſmi libellum de Duplici copiâ. 8vo. 1532
Melanchthonis Latina Grammatica & Syntaxis; de Periodis & Quantitate ſyllabarum. 8vo. 1532
Bellum Grammaticale. 8vo. 1532
Dictionarium Linguæ Latinæ, cum Gallicâ interpretatione. fol. 1531 1532

Plin. de Viris illuſtribus; Sueton. de Grammatic. & Rhetoribus; Obſeq. de Prodigiis. 8vo. 1533
Cicer. Partition. cum comment. Vallæ; & de Opt. gen. oratorum. 8vo. 1533
Ejuſd. Oratio pro P. Quintio, & Roſcio comœdo. 8vo. 1533
— — — — pro Sext. Roſcio Amerino. 8vo. 1533
— — — — pro lege Maniliâ. 8vo. 1533
Victoris Piſani comment. in Cicer. Oratorem. 4to. 1533
Luciani Dialogi aliquot Latinè, cum ſcholiis. 8vo. 1533
Virgilius. 8vo. 1533
Terentius. 8vo. 1533
Horatii Ars Poëtica; cum comment. Parrhaſii, Acronis, Porphyrionis, & Glareani, 4to. 1533
Catonis Diſticha, cum Schol. Corderii. 8vo. 1533
Linacri Libri de emendatâ Latini ſermonis ſtructurâ. 8vo. 1532 1533
Epitome Badii in Elegant. Vallæ, & Lima Mancinelli. 4to. 1533
Eraſmi Paraphraſ. in Elegant. Vallæ, & Farrago Croci. 8vo. 1533
Caroli Bovilli liber de differentiâ vulgarium Linguarum, & Gallici ſermonis varietate. 4to. 1533

Biblia Latina. 8vo. 1534
Juſtiniani Inſtitutiones. 8vo. 1534
Boëtii libri quatuor de Differentiis topicis. 1534

Parisiis.

Cicer. Orator. cum explicat. Melanchthonis. 8vo. 1534
Ejusd. Tusculanæ Quæstiones. 8vo. 1534
Ejusd. Epistolæ familiares. 8vo. 1534
Persius. 8vo. 1534
Terentius. 16°. 1534
Catonis Disticha. 8vo. 1534
Sententiæ & Proverbia ex poëtis Latinis. 8vo. 1534
Junii Rabirii libellus de generibus vestium. 8vo. 1534
Idem de octo partibus orationis. 8vo. 1534
Ejusd. comment. in Libellum de octo orationis partium constructione. 8vo. 1534
Melancthon. de legibus & gradibus. 8vo. 1534
Ejusd. Elementa Rhetorica. 8vo. 1534
Corderii libellus de corrupti sermonis emendatione. 8vo. 1534

Gul. Budæi Annotationes in Pandectarum libros. fol. 1535
Ejusd. altera editio Annotationum in Pandectas. fol. 1535
Ejusd. libri tres de transitu Hellenismi ad Christianismum. 4to. 1535
Cicer. Topica, cum comment. Boëtii. 8vo. 1535
In ejusd. Partitiones commentaria Georg. Vallæ; & de Opt. genere oratorum. 8vo. 1535
Terentius. 8vo. 1535
Caroli Stephani libellus de re Hortensi. 8vo. 1535
— — — de re Vestiariâ; ex Baysio. 8vo. 1535
— — — de Vasculis; ex Baysio. 8vo. 1535
Dictionarium Poëticum, sive Elucidarius carminum. 8vo. 1535
Tonstal. de Arte Supputandi. 4to. 1535
Joan. Pellisonis modus examinandæ constructionis. 8vo. 1535
Maniere de tourner les verbes Actifz, Passifz, Gerundifz, Supins, & Participes. 8vo. 1535

Plin. de Viris illustribus; Sueton. de Grammatic. & Rhetoribus; Obseq. de Prodigiis. 8vo. 1536
Luciani Dialogi aliquot, Latinè; cum notis. 8vo. 1536
Cicer. Orationes quatuor in Catilinam. 8vo. 1536
Terentius, cum comment. Donati & Calphurnii. fol. 1536
Idem, sinè comment. 8vo. 1536
Idem. 16°. 1536
Sententiæ & Proverbia ex poëtis Latinis. 8vo. 1536
Caton. Disticha, Latinè & Gallicè; & Dicta Sapientum. 1536
Lazari Baysii libri de Re navali & vestiariâ, & de Vasculis; & Anton. Thyles. de Coloribus. 4to. 1536
Car. Stephani libellus de re Hortensi. 8vo. 1536
Ejusd. Seminarium sive Plantarium. 8vo. 1536
Ejusd. de re Vestiariâ, ex Baysio. 8vo. 1536
Ejusd. de Vasculis, ex eodem. 8vo. 1536
Ejusd. liber de Latinis & Græcis nominibus arborum, fruticum, herbarum, piscium & avium. 8vo. 1536
Hegendorphini Parænesses; & Theodidacti Præceptiones. 8vo. 1536
Mosellani Tabellæ de Schematibus & Tropis; in Melanchthonis Rhetoricam, & Erasmi Copiam. 8vo. 1536
Bellum Grammaticale. 8vo. 1536
Donat. de Octo partib. Orationis, cum not. Sergii & Servii; & de Barbarismo & Solœcismo. 8vo. 1536
Corder. de Corrupti sermonis emendatione. 4to. & 8vo. 1536
Linacri Rudimenta Grammatica ex Anglico sermone in Latinum versa per Georg. Buchananum; & Ludov. Vives de Ratione studii. 4to. 1536
Dictionarium Linguæ Latinæ. fol. 1536

Boëtii libri quatuor de Differentiis Topicis. 8vo. 1537
Plin. de Viris illustribus; Sueton. de Grammatic. & Rhetoribus; Obseq. de Prodigiis. 8vo. 1537
Exemplaria Literarum, pro Rege Francisco contra maledicta adversariorum; & causæ belli inter ipsum & Carolum Quintum. 4to. 1537
Æsopi Vita & Fabulæ, Latinè. 8vo. 1537
Ciceronis libri duo de Inventione; & (seorsim) Fabii Victorini Commentarii. 4to. 1537
Ejusd. Libri Rhetorici; Topica; & de Partit. Orator. 16°. 1537
Ejusd. de Oratore Dialogi tres. 16°. 1537
Ejusd. Orat: pro Marcello, Ligario, Deiotaro. 8vo. 1537
— — pro Syllâ, & Cornelio Balbo. 8vo. 1537
— — in Luc. Pisonem. 8vo. 1537
Ejusd. Epistolæ familiares. 8vo. 1537
Ejusd. Tusculanæ Quæstiones, cum schol. Erasmi. 8vo. 1537
Salmonii Macrini hymnorum libri sex. 8vo. 1537
Polydor. Vergil. de rerum Inventoribus. 4to. 1537
Melanchthon. de Corrigend. studiis; Rodolph. Agricol. de Formandis studiis, & de miseriis pædagogorum. 8vo. 1537
Melanchthon. de Rhetoricâ. 8vo. 1537
Hegendorphini Christiana Institutio; & Brunfelsii Parænesis. 8vo. 1537
Bibliorum Propria nomina, & Index. 8vo. 1537
Linacr. de Emendatâ Latini sermonis structurâ. 4to. 1537
Donat. de Octo partibus Orationis. 8vo. 1537
Prima pars Grammatic. Joan. Despauterii. 4to. 1536 1537

Tonstal. de Arte Supputandi. 4to. 1538
Paul. Jovii Commentarius Turcicarum rerum, ex Italico Latinus factus per Franc. Nigrum. 8vo. 1538
Anonymi, Commentarius captæ Urbis; Duo poëmatia Anastasii, Vienna Austriaca, & Tunete. 1538
Terentius. 8vo. 1538
Joh. Despauterii Commentarii Grammatici. fol. 1538
Linacri Rudimenta, Latinè Buchanano interprete. 1538
De octo partium Orationis constructione, cum comment. Rabirii. 8vo. 1538
Dictionarium Latino-Gallicum. fol. 1538

Parisiis.

Car. Stephan. de re Hortensi; de Cultu & satione hortorum. 8vo. 1539
Plin. de Viris illustribus; Sueton de Grammatic. & Rhetoribus; Obseq. de Prodigiis. 8vo. 1539
Jovii Commentarius Turcicarum rerum, ex Italico Latinus factus per Franc. Nigrum. 8vo. 1539
Anonymi, Commentarius captæ Urbis; Duo poëmatia Anastasii, Vienna Austriaca, & Tunete; Jo. Bapt. Egnatii libellus de origine Turcarum. 8vo. 1539
Ciceronis Oratio, pro Archiâ; pro Fonteio; & Antequam iret in exilium. 8vo. 1539
Ejusd. Opera. fol. { Rhetorica; Epistolæ; Philosophia. / Victorii Castigationes; & Index. } 1538 / Orationes. Epistolæ præfatoriæ, & elogia 1539
Mosellani Tabulæ de Shematibus & Tropis; in Rhetoricam Melanchthonis; & in Copiam Erasmi. 8vo. 1539
Ejusd. Pædologia; & Hegendorphini Dialogi. 8vo. 1539
De Octo partium Orationis constructione, cum comment Rabirii. 8vo. 1539
Bellum Grammaticale. 8vo. 1539
Alphabetum Hebraïcum & Græcum. 8vo. 1539

Biblia Latina. fol. { Nominum Propriorum interpretatio; & Index. 1538 / Novum Testamentum. 1539 / Vetus Testamentum. 1540
Car. Stephani Seminarium & Plantarium; Libellus de conferendis arboribus in seminario, & in plantarium transferendis. 8vo. 1540
Christoph. Richerii de Rebus Turcarum libri quinque. 4to. 1540
Eorundem librorum liber 11. [Des coustumes & manieres de vivre des Turcs] Gallicè, per eund. Richerium. 4to. 1540
Cicer. Topica, cum comment. Boëtii. 8vo. 1540
Sententiæ μονόστιχοι ex diversis poëtis. 8vo. 1540
Terentius. 8vo. 1540
Virgilius. 8vo. 1540
Salm. Macrini Hymnorum selectorum libri tres. 8vo. 1540
Linacri Grammatica Latinè versa per Buchananum. 4to. 1540
Joh. Theodorici assertio de *Mihi* & *Nihil* tum scribendis tum proferendis. 8vo. 1540

Mosis libri quinque, Latinè; cum annotationibus. 4to. 1541
Novum Testamentum, Latinè; cum brevibus annotationibus. 8vo. 1541
Summa totius Sacræ Scripturæ; Decem Dei præcepta. 8vo. 1541
Plin. de Vir. Illustribus; Sueton. de Grammatic. & Rhetoribus; Obseq. de Prodigiis. 8vo. 1541
Rutilii Lupi, Aquilæ Romani, Julii Rufiniani libri de Figuris sententiarum ac verborum. 8vo. 1541
Cicer. Epistolæ familiares, cum explicat. Pet. Victorii, & Scholiis Paul. Manutii. 8vo. 1541
Terentius. 16°. 1540 1541
Persius. 8vo. 1541
Ovid. Heroid. Epistolæ. 8vo. 1541
Car. Stephan. de re Vestiariâ, ex Baysio. 8vo. 1541
Hegendorph. Christian. Institut. & Brunfels. de Discipl. 8vo. 1541
Laur. Vall. Elegant. cum Bad. epitom. & Vall. in Anton. Raudens. & Pog. 4to. 1541
Corder. de corrupti sermonis emendatione. 8vo. 1541
Melanchthon. Lat Grammatica & Syntaxis; ac de periodis & quantitate syllabarum. 8vo. 1541
Linacri Latina Rudimenta. 8vo. 1541
Dictionarium propriorum nominum in libris prophanis. 4to. 1541
Dictionarium Poeticum, sive Elucidarius carminum. 8vo. 1541

Summa totius Sacræ Scripturæ; Decem Dei præcepta. 8vo. 1542
Gul. Bud. de Asse & partibus ejus. *Imprimebat Mich. Vascosanus sibi, Rob. Stephano ac Johanni Roigny affinibus suis.* fol. 1542
Gerardi Bucoldiani narratio de puellâ, quæ sinè cibo & potu vitam transigit. 8vo. 1542
Cicer. Tusculanæ Quæstiones. 8vo. 1542
Ejusd. Topica. 8vo. 1542
Quintiliani Institutiones Oratoriæ. 4to. 1542
Terentius, cum Donati & Calphurnii commentariis. 4to. 1542
Mosellani Tabulæ de Schematibus & Tropis; in Melanchthonis Rhetorica, & Erasmi Copiam. 8vo. 1542
Erasmi Paraphrasis in Vallam. 8vo. 1542
Joh Despauterii Syntaxis. 4to. 1542

Novum Testamentum Latinum. 12°. 1543
Gul. Budæi altera editio Annotationum in Pandectas. fol. 1542 1543
Ejusdem Annotationes in quatuor & viginti Pandectarum libros. fol. 1543

Hos duos Budæi libros imprimebat Mic. Vascosanus sibi, Rob. Stephano ac Joanni Roigny, affinibus suis.

Authores Rei Rusticæ; Cato, Varro, Columella, & Palladius, cum Victorii explicationibus, & Georgii Alexand. enarrationibus priscarum vocum, & Beroaldi notis in Columellam, & Ald. de diebus. 8vo. 1543
Suetonius, cum Egnatii annotationibus. 8vo. 1543
Justinus historicus. 8vo. 1543
Epistola Pauli III. ad Carolum V. & ipsius Caroli responsio; & Francisci I. epistola apologetica ad Paulum III. adversus ipsius Caroli calumnias. 8vo. 1543
Epistre de François I. à Paul. III. contre les calomnies de Charles V. 8vo. 1543
Car Stephan. de Vasculis, ex Baysio. 8vo. 1543
Donati Ars prima & secunda; de Barbarismo, Solœcismo, Metaplasmo, Tropis; commentarii Sergii in utramque Donati artem, & Servii in secundam. 8vo. 1543
Despauterii Grammaticæ pars prima. 4to. 1543

Di

Parisiis.

De Octo partibus Orationis, cum commentariis Rabirii. 8vo. 1543
Melanchthon. Grammatica Latina à Micyllo emendata. 8vo. 1543
THESAURUS LINGUÆ LATINÆ. fol. 1543
Dictionarium Latino-Gallicum. fol. 1543

Biblia Hebraïca. 4to.
- Duodecim Prophetæ, cum commentariis Kimhi. Osee, Sophonias, Michæas, Nahum, Aggæus, Habaccuc. 1539
- Joel, Amos, Abdias, Jonas, Zacharias, Malachias. 1540
- Isaias. 1539
- Jeremias, Daniel. 1540
- Cantica, Ruth, Lamentationes, Ecclesiastes, Esther, Proverbia, Psalterium. 1540
- Esdras, Job. 1541
- Ezechiel. 1542
- Pentateuchus, Paralipomena. 1543
- Josue, Judices, Samuel, Reges. 1544
- Cum comment. Kimhi. Nahum, Sophonias. 1539
- Aggæus. 1540

Eusebii Præparatio Evangelicà; Græcè. fol. 1544
Ejusdem, ac Socratis, Theodorici, Theodori, Sozomeni, Evagrii, Historia Ecclesiastica; Græcé. fol. 1544
Budæi Forensia. fol. 1544
Car. Stephan. de Arborum, fruticum, herbarumque nominibus, Latinis, Græcis; Gallicis. 8vo. 1544
Sallustius historicus. 8vo. 1544
Herodianus historicus, Latinè; Politiano interprete. 8vo. 1544
Cæsaris Commentarii. 8vo. 1544
Eutropii epitome belli Gallici; Glarean. in comment. Cæsaris; nomina Gall. urb. fluvior. montium. 8vo. 1544
Dio. Cassii Nerva, Trajanus, Adrianus, conflagratio Vesevi, Latinè, Georg. Merulâ interprete; Æl. Spartianus; Jul. Capitolinus; Æl. Lampridius; Vulcat. Gallicanus; cum Egnatii annotationibus. 8vo. 1544
Treb. Pollio, Flav. Vopiscus, cum Egnatii annotationibus; Sext. Aur. Victor; Pomp. Læti compendium historiæ Romanæ; Egnatius de principibus Romanorum. 8vo. 1544
Ammianus Marcellinus. 8vo. 1544
Plin. de Viris illustribus; Sueton. de Grammatic. & Rhetoribus; Obseq. de Prodigiis. 8vo. 1544
Fenestella de Magistratib. & Sacerdot. Romanorum; Pomp. Lætus de Magistratib. Sacerdot. & Legib. Roman. 8vo. 1544
Oratio de Sententiâ Christianissimi Regis ad Ordines Spiræ; Defensio pro eodem adversùs Omphalium; utraque Latiné & Gallicè: Reponse à une epistre envoyée de Spire; une Epistre des choses faictes depuis quatre ans en Europe. 4to. 1544

Ciceronis Opera. 8vo.
- Orationes; & Ferrarii emendat. in Philippicas. Philosophia; cum not. Paul. Manutii. Officia, Cato, Lælius, Paradoxa, Somnium Scipionis. 1543
- Epistolæ ad Atticum, Brutum, & Quintum; cum not. Paul. Manutii. 1543
- Epistolæ Familiares, cum not. ejusdem.
- Rhetorica. 1544

Hecube d'Euripide, en rhythme Françoise. 8vo. 1544
Horatius. 8vo. 1544
Catonis Disticha, cum notis & Gallicâ Corderii interpretatione. 8vo. 1544
Alphabetum Hebraïcum, ex Anton. Cevallerii recognitione. 8vo. 1544
Pellisonis modus examinandæ constructionis in Oratione. 8vo. 1544
Les Mots François selon l'ordre des lettres, tournez en Latin, pour les enfants. 4to. 1544

Biblia Latina, ex veteri & novâ translatione, cum notis. 8vo. 1545
Novum Testamentum, Latiné. 12mo. 1545
Harmonia Evangelica, cum libro annotationum; auctore Osiandro. 12mo. 1545
Forensium Verborum Gallica interpretatio; Græca aliquot verba forensia, interdum Latinè, interdum Gallicè, exposita; & Gallicus forensium verborum Index, cum Latinâ interpretatione. fol. 1545
Car. Stephan. de re Hortensi; & de cultu & satione hortorum. 8vo. 1545
Ejusd. Liber de Lat. & Græc. nominibus arborum, fruticum, herbarum, piscium, & avium; cum Gallicâ appellatione. 8vo. 1545
Valerius Maximus. 8vo. 1544 1545
Plin. de Vir. illustribus. 8vo. 1545
Terentius. 8vo. 1545
Lucanus. 8vo. 1545
Juvenalis, & Persius. 8vo. 1544 1545
Æsopi Vita & Fabulæ, Latinè; cum aliis aliorum fabulis. 8vo. 1545
Hegendorphin. de Instituendâ vitâ & corrigendis moribus. 8vo. 1545
Moschopuli de ratione examinandæ orationis Libellus, Græcé. 4to. 1545
Erasm. Paraphras. in Vall. & Farrago Croci. 8vo. 1545
Les Declinaisons des Noms & Verbes de la langue Latine. 8vo. 1545
Dictionariolum puerorum Latino-Gallicum. 4to. 1544, 1545

Biblia Hebræa. 12mo.
- Isaias. Jeremias. Ezechiel. Duodecim Prophetæ. Cantic. Ruth. Lamentat. Esther. 1544
- Psalterium. Proverbia. Job. Daniel. Esdras. Josue. Judices. Samuel. Reges. Paralipomena. 1545
- Pentateuchus. 1546

Novum Testamentum, Græcé. 12mo. 1546
Biblia Latina. fol. 1546
Psalterium; & Cantica, quæ passim in Bibliis leguntur; Latinè, ex versione veteri & nova; cum annotationibus. 8vo. 1546
Anton. Flaminii Paraphrasis in triginta Psalmos versibus scripta. 8vo. 1546
Eusebii Demonstratio Evangelica, Græcé. fol. 1545 1546
Cicer. de Oratore; de Claris Oratoribus; Orator; de Opt. genere Oratorum. 12mo. 1546

Parisiis.

Ejusd. Offic. Cat. Læl. Parad. Somn. cum not. Erasmi; & Melanchth. in Offic. & Latom. in Parad. 12mo. 1546
Ciceronis sententiæ illustriores; authore Pet. Lagnerio. 8vo. 1546
Æsopi Vita & Fabulæ, Græcé. 4to. 1546
Terentii Andria, cum omni interpretationis genere. 8vo. 1546
Salm. Macrini Odæ; Jo. Bellaii Cardinalis aliquot poëmata. 8vo. 1546
La Coltivatione di Luigi Alamanni. 4to. 1546
De rebus in Galliâ Belg. nuper gestis, & pace restitutâ, carmen. 8vo. 1546
Dictionarium Latino-Gallicum. fol. 1546
Sanctis Pagnini observationes in Linguam Hebraïcam. 8vo. 1546
Ejusd. abbreviatio Institutionum Hebraïcarum. 8vo. 1546
Corderii de syllabarum quantitate Regulæ Speciales. 8vo. 1546
Erasm. de duplici copiâ verborum. 8vo. 1546
Linacri Rudiment. Grammat. Latinè à Buchanano versa. 8vo. 1546
Despauterii Syntaxis. 8vo. 1546
Libri in officinâ Roberti Stephani typographi Regii partim nati, partim restituti & excusi. 8vo. 1546

Michaelis Syngeli de Divi Dionysii laudibus liber, Græcé. 4to. 1547
Dionysii Halicarnassei Antiquitates Romanæ, Græcé. fol. 1546. 1547
Ejusd. de Compositione; de arte Rhetoricâ; de Thucydidis genere dicendi; ejusd. Lysias, Isocrates: Græcé. fol. 1547
Cicer. Partit. cum comment. Georg. Vallæ; de Opt. gen. oratorum. 8vo. 1547
Ejusd. Epistol. ad Attic. Brut. & Quint. cum Schol. Paul. Manutii. 12mo. 1547
Jonæ Philologi Epitome Rhetorices ex Quintiliano collecta. 8vo. 1547
Hegendorphini Methodus conscribendi epistolas; & Dragmata locorum tum Rhetoricorum, tum Dialecticorum. 8vo. 1547
Dionysii Alexandrini Periegesis, Græcè; cum Græcis Eustathii Scholiis. 4to. 1547
Ovidii Elegia de nuce, cum Erasmi commentario. 8vo. 1547
Car. Stephan. libellus de Vasculis, ex Baysio. 8vo. 1547
Ejusd. de re Vestiariâ, ex Baysio. 8vo. 1547
Ejusd. de Lat. & Græc. nominibus arborum, fruticum, herbarum, piscium, & avium; cum Gallicâ appellatione. 8vo. 1547
Erasmi Dialogus de rectâ Latini Græcique sermonis pronuntiatione. 8vo. 1547
Ejusd. Apophthegmata. 8vo. 1547
Joan. Murmellii Tabulæ in artis componendorum versuum rudimenta. 8vo. 1547
La maniere de tourner en Langue Françoise les Verbes. 8vo. 1547
Dictionariolum puerorum Latino-Gallicum. 4to. 1547
Les Mots François selon l'ordre des lettres, tournez en Latin, pour les enfants. 4to. 1547
Petri Gallandii funebris in Franciscum Regem Oratio.
Trespas, obseques, & enterrement de François I. & les deux sermons funebres. 8vo. 1547
La sacre du Roy Henry II. 1547

Budæi Forensia. fol. *Excudebat Roberto Stephano Conradus Badius.* 1548
Alex. Tralliani libri XII; & Rhazæ de Pestilentiâ libellus; Græcè; cum Jac. Goupili castigationibus. fol. 1548
Car. Stephani Seminarium & Plantarium; & de arboribus in seminario conserendis, ac in plantarium transferendis. 8vo. 1548
Dionis Romanarum historiarum libri XXIII. Græcé. fol. 1548
Luciani aliquot Dialogi, Latinè, cum explanatione. 8vo. 1548
Joach. Fortii Ringelbergii Rhetorica. 8vo. 1548
Ciceronis Sententiæ. 8vo. 1548
Terentii Andria, cum omni interpretationis genere. 8vo. 1548
Sententiæ & Proverbia ex poetis Latinis. 8vo. 1548
Theod. Bezæ poëmata. 8vo. *Roberto Stephano & sibi Conrad. Badius excudebat.* 1548
Pagnini Thesaurus linguæ Sanctæ, ex R. Dav. Kimchi. 4to. 1548
Budæi Commentarii Græcæ linguæ. fol. 1548
Alphabetum Græcum. 8vo. 1548
Erasmi Paraphrasis in Vallam; & Farrago Croci. 8vo. 1548
De Octo partium orationis constructione libellus, cum comment. Rabirii. 8vo. 1548
Melanchthonis Grammatica Latina. 8vo. 1548
Pædologia Petri Mosellani; Dialogi XXXVII. Dialogi pueriles Christophori Hegendorphini. 8vo. 1548

Novum Testamentum, Græcé. 12mo. 1549
Fenestell. & Pomp. Læt. de Roman. Magistrat. &c. 8vo. 1549
Paul. Jovii Vitæ Vicecomitum Mediolani. 4to. 1549
Georg. Merul. de Gestis ducum Mediolanensium, sive de Antiquitatibus Vicecomitum. 4to. 1549
Cicer. Offic. Cat. Læl. Parad. Somn. 8vo. 1549
Virgilius. 12mo. 1549
Horatius, cum Schol. Henr. Stephani. 8vo. 1549
Juvenalis, & Persius; cum annotatiunculis. 8vo. 1549
Laz. Bayf. de re navali & vestiar. & vascul. ac Thylesi. de color. 4to. 1549
Erasm. de Civilitate morum. 8vo. 1549
Hegendorph. Institutio; & Brunfels. Parænesis. 8vo. 1549
Hebræa & Chaldæa nomina propria, quæ in Bibliis leguntur. 8vo. 1549
Pagnini Hebraïcæ Institutiones, ex Kimhi. 4to. 1549
Nic. Clenardi Institutiones Græcæ Linguæ. 4to. 1549
Ejusd. Meditationes Græcanicæ in artem Grammaticam. 4to. 1549
Elegant. Vall. metricè, cum Scholiis; Joan. Roboamo authore. 8vo. 1549
Principia Linguæ Latinæ. 8vo. 1549
De Gallicâ verborum declinatione. 8vo. 1549
Les Declinaisons des noms & verbes; des huict parties d'oraison. 8vo. 1549
Dictionaire François-Latin. fol. 1549

Novum Testamentum, Græcé. fol. 1550
Car. Stephani de nutrimentis Libri tres. 8vo. 1550

Parisiis.

Cicer. Epiſtolæ familiares, cum Paul. Manut. Scholiis. 8vo. 1550
Hecube d'Euripide traduite en François. 8vo. 1550
Alphabetum Hebraïcum. 8vo. 1550
Alphabetum Græcum. 8vo. 1550
Nic. Clenardi Meditationes Græcanicæ. 4to. 1550
Bellum Grammaticale. 8vo. 1550
Linacri Libri ſex de emendatâ ſtructurâ Latini Sermonis. 8vo. 1550
Ejuſd. Rudimenta Grammat. Latinè verſa per Buchananum. 8vo. 1550
Corder. de Syllabar. quantitate. 8vo. 1550
Melanchthon. Grammatica Latina. 8vo. 1548, 1550
Dictionarium poëticum, ſive Elucidarius carminum. 8vo. 1550
Dictionariolum puerorum Latino-Gallicum. 4to. 1550
Deſpauterii Grammaticæ pars prima. 4to. 1550
Ejuſd. Syntaxis. 4to. 1550
Ad calcem; *Excudebatur Lutetiæ anno* M. D. L I I. *apud Carolum Stephanum typographum regium.*

Novum Teſtamentum, Græce; cum duplici Latinâ verſione, Eraſmi, & veteris interpretis; Harmonia Evangelica; & Index. 8vo. 1551

Parisiis.

Juſtini Martyris Opera, Græcé. fol. 1551
Rudimenta Fidei Chriſtianæ, Græcé. 12mo. 1551
Xiphilini Epitome Dionis Nicæi, Græcé. 4to. 1551
Eadem, Latinè; Gul. Blanco interprete. 4to. 1551
Terentius. 8vo. 1550, 1551
Sententiæ veterum poëtarum per Georg. Majorem digeſtæ; & Ant. Mancinelli de poëticâ virtute libellus. 8vo. 1551

Sinè loco.

Pſalmi, Latinè & Gallicé. 8vo. 1552
Novum Teſtamentum, Latinè & Gallicé. 8vo. 1552
Les Proverbes, Eccleſiaſte, Cantique, Sapience, Eccleſiaſtique, Gallicè & Latiné. 1552
Sommaires des Pſeaumes. 8vo. 1552
Rob. Stephani reſponſio ad cenſuras Theologorum Pariſienſium. 8vo. 1552
La même, traduicte en François. 8vo. 1552

Lutetiæ.

Index Librorum in hâc officinâ impreſſorum. 8vo. 1552

GENEVÆ; *quamvìs locus non exprimatur.*

La Bible. fol. 1553
Evangel. Matth. Marc. Luc. & in ead. commentarii ex eccleſiaſticis ſcriptoribus collecti; novæ gloſſæ ordinariæ ſpecimen; auctore Rob. Stephano. fol. 1553
Mart. Buceri Enarrationes in Evangelia. fol. 1553
Evangel. Johan. cum comment. Calvini. fol. 1553
Joh. Calvini Inſtitutio Chriſtianæ Religionis. fol. 1553
Catechiſme, par le même. 8vo. 1553
La Forme des Prieres Eccleſiaſtiques; la maniere d'adminiſtrer les Sacremens, & celebrer le Mariage, & la viſitation des Malades. 8vo. 1553
Pet. Vireti Libri de vero Verbi Dei, Sacramentorum & Eccleſiæ miniſterio; de adulterinis Sacramentis; & Cento de theatricâ Miſſæ ſaltatione ex veteribus poëtis Latinis conſarcinatus. fol. 1553

Les quatre Evangeliſtes, avec une expoſition continuelle. fol. 1554
Geneſis, Latinè; cum comment. Calvini. fol. 1554
Pſalmi ad Hebraïcam veritatem traducti, & à Bucero enarrati; ejuſd. comment. in librum Judicum; Sophonias, cum ejuſd. enarrationibus. fol. 1554
Viret. de origine, continuatione, uſu, authoritate atque præſtantiâ Miniſterii Verbi Dei & Sacramentorum; & de controverſiis eâ de re excitatis, ac de earum componendarum ratione. fol. 1554
Calvini Defenſio Sacræ Trinitatis contra Servetum. 8vo. 1554
Bezæ Libellus de hæreticis à civili Magiſtratu puniendis, contra Bellium. 8vo. 1554
Catechiſmus à Tremellio Hebraïcè verſus. 8vo. 1554
Cicer. Orationes pro P. Quintio, S. Roſcio, Q. Roſcio; Verrinæ; pro Fonteio, Cæcinâ, lege Maniliâ; cum comment. Franc. Hotomani. fol. 1554
Alphabetum Hebraïcum. 8vo. 1554
Alphabetum Græcum, cum Schol. Bezæ. 8vo. 1554
Ambroſ. Calepini Dictionarium. fol. 1553, 1554

Biblia Latina vulgata. 8vo. *Excudebat Roberto Stephano Conradus Badius.* 1555
Concordantiæ Latinæ Bibliorum utriuſque Teſtamenti. fol. 1555
Harmonia ex Matthæo, Marco & Lucâ compoſita; adjuncto ſeorſum Johanne; cum comment. Calvini. fol. 1555
Calvin. in Acta Apoſtolorum. fol. 1555
Ejuſd. Defenſio ſanæ & orthodoxæ doctrinæ de Sacramentis. 8vo. 1555
Lodoïci Enoci liber de puerili Græcarum literarum doctrinâ ad adoleſcentulos Genevenſes. 8vo. 1555

Hoſea, Joel, Amos, Abdias, & Jonas, Hebraicè; cum Targum. 4to. 1556
Epiſtolæ Apoſtolorum, Latinè; cum comment. Calvini. fol. 1556

Biblia Latina; cum copioſiſſimis annotationibus. fol. { Teſtam. Nov. 1556. / ——— Vet. 1557 }
Pſalmi, Latinè; ex Hebræo, interprete Calvino; cum ejus commentariis. 1557
Idem, ex tralatione duplice, vetere & novâ; cum annotationibus. 8vo. 1556, 1557
Dictionariolum puerorum. 4to. 1557
Dictionaire [ou Petit Dictionaire] des mots François, tournez de Latin pour les enfans. 4to. 1557
Traicté de la Grammaire Françoiſe. 8vo. 1557

Phraſes Hebraïcæ, authore Rob. Stephano. 8vo. 1558
Eraſmi Adagia, cum animadverſionibus Henr. Stephani. fol. 1558
Gallicæ Grammatices libellus. 8vo. 1558

Kimchi in Habacuc recognit. à Franc. Vatablo. 4to. 1559
Calvini Commentarii in v. libros Moſis. fol. 1559
Ejuſd. Inſtitutio Chriſtianæ Religionis. fol. 1559
Bezæ de cœnâ Domini tractatio, contra Joach. Weſphalum. 8vo. 1559

Hunc, Lector, Catalogum de integro conſtruxit Annalium Typographicorum author; adjectis compluribus librorum editionibus ipſi, cùm Stephanorum Hiſtoriam ſcriberet, ignotis: te exoratum cupiens, ut erratis veniam aliquam impetrent temporis, urgente prælo, anguſtiæ. Vale.



EPISTO-

EPISTOLA ADRIANI

Cardinalis de Sermone Latino.

CUM Bononiæ viri me aliquot eruditi, officii cauſa conveniſſent, commentaremurque inter nos, ut fit inter literarum ſtudioſos, de Latini ſermonis elegantia, audiremque eorum pleroſque Apuleii, Sidonii, Capellæ, Fulgentii, non tam verbis, quam fœtoribus ſcaturire, verbaque de induſtria promere aliorum etiam autorum, quæ aut obſoleta nimis, aut nova, & omnino barbara viderentur; multaque ego libere (ut ſoleo) contra eorum ſermonis inſolentiam, non ſine ſtomacho, protuliſſem, idque eo animoſius eſſem aggreſſus, quod viderem non tam paucorum ipſorum, qui mecum ita eſſent congreſſi, quam cæterorum fere noſtri temporis hominum unum atque eundem eſſe errorem, foreque brevi, ut relicta vetere, veraque Latinitate, in aliam omnino linguam, & quaſi barbariem commigremus. Ea omnia longiuſculo tractata ſermone & altiore repetita principio, perpetuaque oratione, idcirco colligere, ac literis mandare volui: ut qui hæc legerint, malorum autorum imitatione omiſſa, perfectos illos Latini candoris parentes agnoſcant, ſtudeant, æmulentur. Sed jam quid cum illis egerimus, exponamus:

Quatuor propemodum poſt Romam conditam videntur Latinorum doctorum fuiſſe tempora: Antiquiſſimum, Antiquum, Perfectum, Imperfectum.

Antiquiſſimum reperimus ab urbe condita perveniſſe uſque ad Livium Andronicum: intervallumque illud quatuordecim & quingentorum annorum fuiſſe, Marcus Tullius in Bruto commemorat. Et Horatius primum hunc ſcriptorum fuiſſe ſignificat, cum dicit

— habet hos numeratque poëtas
Ad noſtrum tempus Livî ſcriptoris ab ævo.

In quo quidem temporis intervallo fuiſſe permultos doctos ſuſpicari magis (ut inquit Cicero) quam intelligere poſſumus, cum nulla penitus eorum extent in literis monumenta: præter orationem Appii Cæci, & quaſdam mortuorum laudationes, ſicut in Originibus ſcriptum reliquit Cato.

Antiquum vero tempus id dicemus, quod ab ipſo Livio uſque ad ætatem Ciceronis interfuit: quod quidem vix centum annos, ut ex ipſo Cicerone colligitur, exceſſit. In hoc autem temporis ſpatio, etſi quam plurimi doctiſſimi viri floruerunt, eos tamen horridioribus verbis uſos, & ſine cultu & verborum delectu locutos fuiſſe, Ciceronis ſequens ætas notavit: ut verum id eſſe appareat, quod dicitur, Nihil eſſe ſimul inventum & perfectum. Repertores enim fuerant, & quaſi architecti Latinitatis, ut præclare dicit Horatius,

— cum lingua Catonis, & Ennî,
Sermonem patrium ditaverit, & nova rerum
Nomina protulerit.

Nam Livium anno ipſo ante Ennium docuiſſe fabulam, & Catonem Ennii fuiſſe æqualem ſcribit Cicero in Bruto, qui Livium inepte ſcripſiſſe teſtatur, dicens eum docuiſſe fabulam non ſatis dignam, quæ iterum legeretur. Et de Ennio Ovidius de Triſtibus,

Ennius ingenio maximus, arte rudis.

Teſtificatur hoc ipſum Suetonius in libello de Claris grammaticis his verbis: Grammatica Romæ ne in uſu quidem olim nedum in honore fuit, nullo liberalibus diſciplimis vacante. Initium quoque ejus mediocre extitit: ſiquidem antiquiſſimi doctorum, quidam & poetæ, & ſemigræci erant. Livium & Ennium dico, quos utraque lingua domi, foriſque docuiſſe adnotatum eſt. Catonis vero orationes ut illis temporibus, valde Cicero in Bruto laudat, addit tamen, ſignificare illas formam quandam ingenii, ſed, admodum impolitam, & plane rudem. Et paulo poſt: Antiquior, inquit, eſt Catonis ſermo, & quædam horridiora verba: ita enim tunc loquebantur. Et eundem jam deſitum legi teſtatur, cum ait: Catonem vero quis noſtrûm oratorum, qui quidem nunc ſunt legit? aut quis novit omnino? Et ſubdit, non ignorare ſe nondum ſatis eſſe politum hunc, & quærendum eſſe aliquid perfectius. Quo tempore etiam fuit Cornelius Cethegus, quem Cicero primum fuiſſe eloquentem affirmat Ennii teſtimonio, qui in Annalibus ſuis ſic de eo ſcripſit,

Additur orator Cornelius ſuaviloquente
Ore Cethegus.

Paulo vero poſt, fuerunt Nevius, Plautus, Cæcilius, Pacuvius, Accius, C. Lælius, P. Scipio, Gracchi fratres, Scævola, L. Craſſus, M. Antonius, Philippus, C. Cotta, & innumeri alii, quos ætas Ciceronis modo priſcos, modo veteres, modo patres, interdum antiquos, aliquando ſuperiores appellat. Quos quidem veteres, nimis antique, & pleraque dure loquutos notavit Horatius, cum dixit,

Si veteres ita miratur, laudatque poëtas,
Ut nihil anteferat, nihil illis comparet, errat.
Si quædam nimis antique, ſi pleraque dure
Dicere credat eos, ignave multa fatetur,
Et ſapit, & mecum facit, & Jove judicat æquo.

Cicero quoque veterum illum ſermonem ſe quoque improbare oſtendit, cum in Bruto dicit: Illius autem ætatis qui ſermo fuerit, ex Nevianis ſcriptis colligi poteſt: & ſubdit, Cæcilium & Pacuvium male locutos videmus. Hinc Quintil. Accio, inquit, & Pacuvio nitor, & ſumma in excolendis operibus manus, magis videri poteſt temporibus quam ipſis defuiſſe. Idem etiam dixit Lucretium non facere phraſim, id eſt, corpus eloquentiæ. Martialis etiam de his ait,

Accius & quicquid Pacuviuſque vomunt.

Et Cicero in Bruto: Carbonis & Gracchi habemus orationes, nondum ſatis ſplendidas verbis, ſed acutas: & ſubdit, C. Gracchum de ſuperioribus ſolum lego, manus tamen extrema non acceſſit operibus ejus, præclare inchoata multa, perfecta non plane. Et iterum, L. Cotta cum verbis, tum etiam ſono quaſi ſubruſtico perſequebatur atque imitabatur antiquitatem. Et in eodem: Curionis loci ſane inanes, verum etiam nondum tritis noſtrorum hominum auribus, nec erudita civitate tolerabiles. Et Quintil. pueros monet, ne veterum admiratores ſint, dum ſic præcipit: Ne quis pueros antiquitatis nimius admirator in Gracchorum Catoniſque, & aliorum ſimilium lectione dureſcere velit: fient enim horridi & jejuni. Tum autem quod quaſi per gradus eloquentia ad perfectionem aſcenderit, teſtatur Cicero in eodem Bruto, cum dicit, Quæ fuerit aſcenſio, & quam in omnibus rebus difficilis optimi perfectio atque abſolutio, ex eo quod dicam, exiſtimari poteſt. Et paulo poſt connumeratis aliquot oratoribus, qui ſeni jam Ennio ſucceſſerant, ſubjungit, Jam enim erat quædam unctior & ſplendidior conſuetudo loquendi. Et ſubdit: Sergius deinde Galba princeps ex Latinis, contulit orationi propria ornamenta. Videre licet alios deinde gradus, cum idem Cicero ſubdit: L. Furius Pilus perbene loqui Latine putabatur, literatiuſque quam cæteri. L. Scævola paulo etiam copioſior. & addit: Etiam Philippus in primis, ut temporibus illis, Græcis literis inſtitutus. Et in eodem Bruto, ad Gracchorum ætatem laus eloquentiæ perfecta nondum fuit. Eloquentiæ autem veluti gradus, ut dixi, factos eſſe docet idem Cicero in Tuſcul. dicens: At contra, oratorem celeriter complexi ſumus, nec eum prius eruditum, aptum tamen ad dicendum, poſt autem eruditum. Nam Galbam, Africanum, Lælium doctos fuiſſe memoriæ traditum eſt. Studioſum autem eum, qui iis anteibat Catonem, poſt vero Lepidum, Catonem, Gracchos, deinde ita magnos noſtram ad ætatem, ut non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur. Et alibi: P. Scipio Latine loquendo omnes ſuperabat. Et iterum: Quinti Catuli non antiquo illo more, ſed pene hoc noſtro. Et Cicero in eodem Bruto notat ætatem ætati ſuæ proximam nondum perfecte locutam, dicens, inferioris autem ætatis erat proximus L. Siſenna doctus vir, ſtudiis optimis deditus, bene Latine loquens. Hujus omnis facultas ex hiſtoria ipſius perſpici poteſt. Qui cum facile omnes vincat ſuperiores, indicat tamen quantum abſit a ſummo: nam uſus eſt aliquando veteribus verbis, & ab uſu perfecto, & auribus eruditis remotis. Recte enim loqui putabat, eſſe inuſitate loqui. De iis gradibus Quintilianus ita meminit: Fuerunt quædam genera dicendi, conditione tempora horridiora, alioquin magnam vim ingenii præ ſe ferentia. Hinc ſunt Lælii, Africani, Catones, Gracchi, mediam illam formam tenent L. Craſſus, Q. Hortenſius, tum deinde effloreſcit non multum inter ſe diſtantium hujuſmodi oratorum ingens proventus. Sed Cornelius Tacitus de Claris oratoribus, hanc diſtinctam veterum imperfectionem notat iis verbis; Quod ad Ser. Galbam, & C. Lælium attinet, & ſi quos alios antiquorum agitare non deſiſtis, non exigit defenſionem, cum fatear quædam eloquentiæ eorum, ut naſcenti adhuc, nec ſatis adultæ defuiſſe. Sed hanc nimiam vetuſtatem Cicero omnino explodendam in Bruto monet. Sed nimia, inquit, vetuſtas nec habet eam, quam quærimus, ſummitatem, nec eſt ſane tolerabilis.

Hactenus de tempore antiquo, deinceps de perfecto dicemus. Cæſar ut idem Cicero refert, rationem adhibens, conſuetudinem priſci ſermonis vitioſam & corruptam, pura & incorrupta conſuetudine emendabat, ſplendidam quandam, minimeque veteratoriam rationem dicendi tenens; ſcripſitque ad Ciceronem de ratione Latine loquendi, ac primo in libro dixit: Verborum delectum originem eſſe eloquentiæ, ejuſque copiæ principem, inventoremque Ciceronem eſſe. Quod affirmare videtur & ipſe Cicero, dum in Bruto ſic loquitur: Certe & nos boni aliquid attulimus juventuti, magnificentius quam fuerit illud genus dicendi, & ornatius: & nocuimus fortaſſe, quod veteres orationes poſt noſtras, non a me quidem, meis enim illas antepono, ſed a pleriſque legi ſunt deſitæ. Et ſubdit, Cum autem ex Sicilia me recepiſſem, jam videbatur in me quicquid eſſet, eſſe perfectum, & habere maturitatem quandam ſuam. Fuiſſe autem eandem perfectionem in pleriſque Ciceronis æqualibus, teſtatur idem in eodem libro, ubi connumeratis compluribus ſui temporis oratoribus, Nec ulla, inquit, ætate uberior oratorum fœtus fuit. Et in eodem: Triginta annis mihi Craſſus ætate præſtabat. Quod idcirco poſui, ut dicendi prima maturitas, in qua ætate extitiſſet, poſſet notari, & intelligeretur jam ad ſummum pené eſſe perductam, ut eo nihil ferme quiſquam addere poſſit. Et idem in Tuſculanis, non ſolum perfectionem ætatis ſuæ teſtatur, ſed, interituram brevi eloquentiam prædicit. Oratorum, inquit, laus ita ducta ab humili venit ad ſummum, ut jam quod natura fert in omnibus rebus, fere ſeneſcat, brevi tempore ad nihilum ventura videatur. De cujus ætatis perfectione, Cicero in quadam epiſtola ad Atticum de Tulliola filia loquens, Ergo, inquit, iis temporibus tam eruditis, quantum fieri poterit, illam conſecrabo omni genere monumentorum. Et Horatius,

Venimus ad ſummum fortunæ, pingimus atque
Pſallimus, & luctamur Achivis doctius unctis.

Et Solinus de Auguſto loquens, Quod tempus, inquit, ferme ſolum repertum eſt, quo plurimum & arma ceſſarunt, & ingenia floruerunt. Et Plinius de Natura hiſtor. de M. Varrone loquens: In illa, inquit, ingeniorum quæ tunc fuit multitudine. Et Horatius veterem ætatem carpens, & ſuam perfectam affirmans, de Lucilio ſic ſcribit,

Si foret hoc noſtrum fato delapſus in ævum,
Detereret ſibi multa: recideret omne quod ultra
Perfectum traheretur: & in verſu faciendo
Sæpe caput ſcaberet, vivos & roderet ungues.

Et Quintilianus poſtquam ut potuit, defendit Lucilium a nota Horatii, qui eum fluere lutulentum dixerat, perfectiorem eo Horatium fatetur, cum dicit; Multo eſt terſior ac purus magis Horatius. Hanc perfectionem idem Quintil. dat Tibullo, dicens; Terſus atque elegans videtur eſſe Tibullus, ſunt qui Propertium malint. Et inde de Virgilio loquens, Ut illi naturæ cœleſti atque immortali ceſſerimus, ita curæ & diligentiæ. & ſubdit, Cæteri longe ſequentur. Et de Cicerone, Nec vero quod in quoque optimum fuit, ſtudio conſecutus eſt tantum, ſed vel plurimas, aut potius omnes, ex ſeipſo virtutes extulit immortalis illa ingenii & beatiſſima ubertas. & ſubdit, Ut non hominis nomen, ſed eloquentiæ videatur. Et de Cæſare, quod perfecte loqueretur, Cicero in Bruto; Cæſar Latine loquebatur elegantiſſime, nec id ſolum domeſtica conſuetudine, tamen ut eſſet perfecta illa bene loquendi laus, multis literis, & iis quidem reconditis & exquiſitis, ſummo ſtudio & diligentia eſt conſecutus. Erat propterea Hortenſius (ut inquit Cicero) verborum ſplendore elegans. Erant in L. Torquato plurimæ literæ, non hæ vulgares, ſed interiores & reconditæ, & ſumma verborum gravitas, & elegantia. L. Domitius nulla quidem arte, ſed Latine dicebat. Erat Piſoni verborum delectus elegans. In M. Claudio autem verbum nullum, aut durum, aut inſolens, aut humile, aut in longius ductum. Marcellus lectis verbis utebatur. Quid plures ætatis hujus coner præterea conquirere? quorum nomina ut doctiſſimorum virorum multis in locis connumerata comperire poterimus: ſcripta autem, cum ſint vetuſtate deleta, nuſquam reperiemus. quin potius ejus temporis ea proferamus, quorum monumenta quotidie in manibus verſantur. Lege multorum epiſtolas, quæ inter Ciceronis epiſtolas leguntur, ut Servii Sulpitii, M. Marcelli, Q. Metelli Celeris, Q. item Metelli Nepotis, P. Vatinii, L. Luceii, M. Bithinii Curionis, M. Cælii, Dolabellæ, Gn. Planci, Galbæ, C. Aſinii Pollionis, M. Lepidi, A. Cæcinnæ, Decii Bruti, M. item Bruti, C. Caſſii, C. Marii, P. Lentuli, Trebonii, M. Catonis, C. Cæſaris, Gn. Pompeii, Q. Ciceronis filii, Cornelii Balbi, Oppii, Hircii, quos, & pene infinitos alios eruditiſſimos viros florentiſſima hæc Ciceronis ætas effudit. dicas in hac ſola ineſſe ſuccum illum, & quaſi ſanguinem incorruptæ Latinitatis: ac non fucatum, ſed naturalem quendam eloquentiæ nitere candorem, pari propemodum ingenii felicitate, & verborum elegantia: ut ſi titulos dempſeris, illas non facile a Ciceronis epiſtolis internoſcas. Quod præclare Cornelius Tacitus de Claris oratoribus, comprobat, cum dicit, Sicut apud nos Cicero quidem cæteros eorundem temporum diſertos anteceſſit, ſic Calvus & Aſinius, & Cæſar & Brutus, jure prioribus & ſequentibus anteponuntur. Nec refert quod inter ſe ſpecie differant, quum genere conſentiant. at aſtrictior Calvus, numeroſior Aſinius, ſplendidor Cæſar, amarior Cælius, gravior Brutus, vehementior & plenior & valentior Cicero. Omnes tamen eandem ſanctitatem eloquentiæ ferunt, ut ſi omnium pariter libros in manum ſumpſeris, fatearis, quamvis in diverſis ingeniis, eſſe quandam judicii ac voluminis ſimilitudinem & cognationem.

Sed jam de imperfecto, & corrupto potius, ac vitioſo tempore ut propoſuimus, aliquid afferamus. Secuta poſt ætatem Ciceronis alia doctorum ætas, ſatis vel eorum proprio teſtimonio indicavit, non ſolum quantum a cacumine & faſtigio præcedentis ætatis abfuerit: verum etiam mutato dicendi genere, & eloquentia omni prope in barbariem verſa, ad imum celerius quidem quam aſcenderat, properavit. Quod ut luce clarius videatur, pauca quæ ex multis brevitatis cauſa collegi, labenti ſtylo veluti quodam inducto fræno ſubnectam. Seneca in prologo primæ declamationis, Ut poſſitis, inquit, æſtimare quantum quotidie ingenia decreſcant: & neſcio qua iniquitate & ad malum pronitate naturæ eloquentia ſe retro tulerit. Quicquid habet Romana facundia, quod inſolenti Græciæ aut opponat, aut præferat, circa Ciceronem effloruit. Omnia ingenia, quæ lucem noſtris ſtudiis attulerunt, tunc nata ſunt. In deterius quotidie data res eſt, ut ad ſummum perducta, rurſus ad infimum velocius quidem quam aſcenderat, relabatur. Quod etiam affirmat Statius in epiſtola Sylvarum ſuarum, dicens: Manlius certe Vopiſcus vir eruditiſſimus, qui vindicat a ſitu literas jam pene fugientes. Et Quintil. Dicendi, inquit, mutavimus genus, & ultra nobis quam oportebat, indulſimus. Et alibi: Quid multa? totus prope mutatus eſt ſermo. Et Diomedes Grammaticus hanc literarum bonarum quaſi ruinam teſtatur, cum dicit: Injecit poſtera ætas manum & veluti diſciplinam priſtini ſeculi, ita ſermonem faſtidire cœpit, & nova veluti parturire verba. Et alibi quaſi ante oculos ponit non ſolum imperfectionem ſui ſeculi, ſed etiam noſtri, dum ait: Quid quod nihil jam proprium placet, dum parum creditur diſertum quod alius dixerit? A corruptiſſimo quoque poëtarum figuras ſeu translationes mutuamur, tum demum ingenioſi, ſi ad intelligendos nos opus ſit demum ingenio. Et Aulus Gellius: Animadvertere eſt pleraque verborum Latinorum ex ea ſignificatione, in qua nata ſunt, deceſſiſſe, vel in aliam longe, vel in proximam, eamque deceſſionem factam eſſe conſuetudine & inſcitia temere dicentium, quæ cujuſmodi ſint, non didicerunt. Cornelius vero Tacitus in eo libello, quam de Claris oratoribus ſcripſit, hæc omnia latius perſequitur, cum in dialogo Maternum quærentem inducit: Exprime, inquit, Materne cauſas, cur tantum ab eloquentia eorum receſſerimus, cum præſertim centum viginti annos ab interitu Ciceronis in hunc diem effici ratio temporum collegerit. Et ſubdit: Quis enim ignorat eloquentiam, & cæteras artes deſciviſſe ab iſta vetere gloria, non inopia hominum, ſed deſidia juventutis, & negligentia parentum, & inſcitia præcipientium, & oblivione moris antiqui? Quæ mala primum in urbe nata, mox per Italiam fuſa, jam in provincias manant. Quod adeo negligitur ab horum temporum diſertis, ut in actionibus eorum, in quoque verbo quotidiani ſermonis fœda ac pudenda vitia deprehendantur. Et ſubdit: Ut in pauciſſimos ſenſus, & anguſtas ſententias detrudant eloquentiam, velut expulſam regno ſuo: ut quæ olim omnium artium, ut dicunt pulcherrimo comitatu pectora implebat, nunc circuncisa & amputata, ſine apparatu, ſine honore pene dixerim, ſine ingenuitate, quaſi una ex ſordidiſſimis artibus diſcatur. Ergo hanc primam & præcipuam cauſam arbitramur, cur tantum ab eloquentia receſſerimus. Imperfectionem etiam ſui temporis teſtatur Plinius in epiſtola naturalis hiſtoriæ, cum libros ſuos reſperſos eſſe affirmat plurimarum rerum aut ruſticis vocalibus, aut externis, imo barbaris, non ſine honoris præfatione ponendis. Et ut per gradus ad ſummum aſcenderat eloquentia, ſic eam per gradus ad imum deſcendiſſe videamus. Macrobius etiam tempora ſua hac imperfectione infecta ſignificat, cum dicit, Petitum, impetratumque volumus, ut æqui bonique conſulant, ſi in noſtro ſermone nativa Romani oris elegantia deſideretur. Apuleius autem, quem noſtri temporis magis curioſi, quam eruditi ſequi & æmulari ſtudent, in principio operis ſui, Latinas literas ignorare ſe fatetur. In urbe, inquit, Latia advena ſtudiorum Quiritium, indigenum ſermonem ærumnali labore, nullo magiſtro præeunte, aggreſſus excolui. En ecce precamur veniam, ſi quid exotici ac forenſis ſermonis rudis locutor effudero, jam hæc quidem ipſa vocis imitatio deſultoriæ ſcientiæ ſtylo, quem acceſſimus, reſpondet. Quis rogo te ferat non tam Apuleium, qui ut mali ædificii dominus ſe architectum non adhibuiſſe, ita literas ſine præceptore coluiſſe gloriatur: quam aliquos eſſe, qui malint fœtores & quiſquilias ejus colligere, quam verborum floribus perfectiſſimæ Ciceronis ætatis, quam ſignavimus, inhærere? Sed quid alii Apuleio ſimiles inſequentium ætatum authores de ſe ipſis & temporum ſuorum inſcitia balbutiant, videamus. Sidonius de ſuis nugis: Talis eſt ordo, inquit, ut ſine plurimis, noviſque verbis, quæ præfata pace plurimorum eloquentium ſpecialiter tibi & complatonicis tuis nota ſunt, nugæ ipſæ non valuerint expediri. Et alio in loco de liberalibus artibus agens, ita loquitur, Virtutes artium iſtarum ſeculis potius priſcis ſeculorum rector ingenuit, quæ per ætatem mundi jam ſeneſcentis, laſſatis veluti ſeminibus, emedullatæ, parum aliquid hoc tempore, atque id in paucis mirandum, ac memorabile oſtentant. Et alibi, Increbruit, inquit, multitudo deſidioſorum, ut niſi vel pauciſſimi meram Latialis linguæ proprietatem, de trivialium barbariſmorum rubigine vindicaveritis, eam brevi abolitam defleamus. Et Fulgentius: Noſtri, inquit, temporis ærumnoſa miſeria non dicendi erit ſtudium, ſed vivendi flet ergaſtulum. Nec famæ aſſiſtendum poëticæ, ſed fami conſulendum domeſticæ. Martianus vero Capella, Martianum filium nugas ſuas non ferentem introducit, dum in principio operis ſui ſic orditur: Dum crebrius iſtos Hymenei verſiculos, neſcio quid inopinum intactumque moliens, reſperſum capillis albicantibus verticem, incrementiſque luſtralibus decriatum, nugulas ineptas non perferens Martianus, intervenit. Quid de aliis aliarum ætatum hominibus dicam? quorum nonnulli etiam noſtri temporis ſcriptores, cum quid ſcribere ſunt aggreſſi, non ſolum bonorum verborum delectum neglexerunt: ſed illud maxime ſtuduerunt, ut vel veteratorum rubiginem, vel novorum authorum aſperitatem ſuis ſcriptis admiſcuiſſe, & ſimilitudinem peſſimi cujuſque & corruptiſſimi ultro appetiiſſe videantur. Quo factum eſt, ut non ſolum proprietatem Romani ſermonis, verum omnem pene illam ſuavitatem, & quaſi ſalubritatem Latinæ dictionis amiſerint: obliti hunc eſſe legendi fructum, æmulari meliora, & quæ in aliis maxime probes quæve inter optimi cujuſque & elegantiſſimi dicta miteris, in aliquem uſum non ſine venuſtate atque luce ac munditia verborum concinna derivatione convertere, ſicuti Cicero & ejus ætatis eruditiſſimi authores fecerunt: quamvis ad illud faſtigium, illam ſummitatem, & prope divinitatem aſpirare nemo poſſit. Illa enim ſublimitas, quanquam imitabilis illa quidem videtur cupienti, nihil tamen eſt experienti minus, audendum tamen, & ita annitendum, ut quod aſſequi non poſſumus, imitari ſaltem voluiſſe videamur. Sed quoniam nihil nos præcipiendi cauſa dicere, neque magiſtri, ſed æſtimatores videri volumus: nec ſermonem nunc tam informamus bonum, quam deterremus malum: quantum Cicero, & ea ætate Latinitatis principes nova verba vitaverint, unde omnis Latinæ linguæ pernicies comparata eſt, breviter oſtendamus. Cicero in Oratore, oratorem inſtruens ita præcipit: Ergo ille tenuis orator, modo ſit elegans, nec in faciendis verbis erit audax, & in transferendis verecundus & parcus, & in priſcis reliquiſque ornamentis & verborum & ſententiarum remiſſior. Quintilianus vero, Uſitatis, inquit, verbis tutius utimur: nova non ſine quodam periculo fingimus. Nam ſi recepta ſunt, modicam laudem afferunt: repudiata, etiam in jocos exeunt. Audendum tamen, namque, ut ait Cicero, etiam quæ primo dura viſa ſunt, uſu molliuntur. ſed nobis non eſt conceſſa fictio nominum. Si quis autem dixerit, ideo novanda eſſe nobis verba, quod eorum penuria laboremus, audiat Ciceronem, qui de Natura deorum ita loquitur: Quod illa quæ a Græcis accepiſſent, Latine dici poſſe difſiderent. In quo genere tantum profeciſſe videmur, ut a Græcis ne verborum quidem copia vinceremur. Et in Tuſculanis: O verborum inops interdum, quibus abundare te ſemper putas, Græcia. Et de Finibus bonorum & malorum: Sed ita ſentio, & ſæpe diſſerui, Latinam linguam non modo non inopem, ut vulgo putatur, ſed locupletiorem eſſe quam Græcam. Sed dicet aliquis, parienda eſſe neceſſario nova verba, cum quid ex Græco vertendum ſit, & minus occurrat verbum Latinum uſitatum. Sunt enim (ut inquit Cicero de Finibus bonorum & malorum) imponenda nova novis rebus nomina. Sed ad hoc quaſi reſpondere videtur Aulus Gellius, cum dicit: Cum quid ex Græco, quod non placeret, transferre voluiſſem, hoc ego ſuperſedi vertere: quia novis & inconditis vocibus utendum eſſet, quas pati aures per inſolentiam vix poſſent. Sed ipſe idem Cicero, qui dixit verba nova parienda eſſe, imponendaque nova novis rebus nomina, uſuque mollienda, quæ dura præ novitate viderentur: quam abſtinens illorum fuerit, quamve novitatem verborum vitaverit, infra ponemus Cum in Bruto, Declamo, verbum ſui temporis novum dicere vellet: Commentabar, inquit, declamitans: ſic enim nunc loquuntur. & idem in libello de Mundo: Ut in ſingulis, inquit, eſſent bina media, vix enim audeo dicere medietates: ſed quaſi ita dixerim, ita intelligatur. Et in Philippicis, M. Antonium notans, quod verbum novum protuliſſet, ita dicit: Tu porro ne pios quidem, ſed piiſſimos quæris: & quod verbum omnino nullum in lingua Latina eſt, id propter tuam divinam pietatem novum inducis. Varro autem de lingua Latina docet, antiquos etiam vitaſſe verba nimium nova: Extremum, inquit, noviſſimum* quoque dici cœptum vulgo: quod mea memoria ut Ælius Gallus, ſic ſenes aliquando nimium novum quod eſſet, vitabant. Et Aulus Gellius: Quod a M. Varrone Proloquium, a M. Cicerone Pronunciatum dictum eſt. Quo Cicero tamen vocabulo tantiſper uti ſe atteſtatus eſt, quoad melius inquit, invenero. Quintilianus autem, Veriloquium, inquit, ipſe Cicero qui finxit, reformidat. Et Cicero de Finibus bonorum & malorum, quaſi cum dolore dixit, ut ita dicam, Indolentia. Varro vero de analogia verborum, repertores verborum novorum damnat, oſtendens ipſas aures novitates has quodammodo reſpuere, cum dicit: Tantum inter duos ſenſus intereſſe volunt, ut oculis ſemper aliquas figuras ſuppellectilis novas conquirant: contra, aures expertas eſſe velint. Quotuſquiſque jam ſervos habet priſcis nominibus? quæ mulier ſuum inſtrumentum veſtis atque auri, veteribus vocabulis appellat? ſed inductis non tam illis iraſcendum, quam hujuſce pravitatis patronis.

Et

Et idem Æditimum dici oportere censet, magis, quam Æditum: quod alterum sit recenti novitate fictum, alterum antiqua origine incorruptum. Sed pro eo a plerisque Æditus dicitur nova & commentitia usurpatione. Quæ omnia cum ita sint, Aulus Gellius quasi de iis sententiam ferens, libro decimo ita scriptum reliquit: Verbis uti aut nimis obsoletis exculcatisque, aut insolentibus novatisque dure & illepide, par esse delictum videtur. Sed molestius equidem culpatiusque esse arbitror, verba nova, incognita, inaudita dicere quam invulgata & sordentia. Nova autem videri dico, etiam ea quæ sunt inusitata & desita, tametsi sint vetusta. C. etiam Cæsar de analogia, monuit, infrequens atque insolens verbum, tanquam scopulum fugiendum esse. Suetonius quoque de Augusto scribens, Genus eloquentiæ, inquit, secutus est elegans, & temperatum, vitatis sententiarum ineptiis, atque inconcinnitate, & reconditorum verborum (ut ipse dicit) fœtoribus: præcipuamque curam duxit sensum animi quam apertissime exprimere. Cacozelos autem & antiquarios, ut diverso genere vitiosos, pari fastidio sprevit. Sed nec Tiberio parcit, exoletas interdum & reconditas voces aucupanti. Marcum quidem Antonium ut insanum increpat, quasi ea scribentem, quæ mirentur potius homines, quam intelligant. Sed opus est, inquit, dare operam, ne moleste scribas aut loquaris. Quin Augustum A. Gellius ab eloquentia & Latinitate laudat, dum dicit: Divus etiam Augustus memoriarum veterum exequentissimus, linguæ Latinæ non nescius, munditiarum patris sui in sermonibus sectator. Et Cicero de Oratore, præclare monet vitanda esse verba prisca, & a consuetudine sui temporis quo perfectio sermonis vigebat, remota, cum dicit: Quanquam sunt illi veteres, qui ornate nondum poterant, ea quæ dicebant, omnes prope præclare locuti. Quorum sermone assuefacti qui erunt, ne cupientes quidem, poterunt loqui nisi Latine. Neque tamen erit utendum verbis iis, quibus jam consuetudo nostra non utitur, nisi quando ornandi causa parce. Sed usitatis poterit uti lectissimis, & utatur iis, qui in veteribus erit scriptis studiose & multum volutatus. Et sic Latine loquamur, ut verba efferamus ea, quæ nemo jure reprehendat. Hæc Cicero. Sed quanquam in omni re difficilimum est, formam optimi exponere, quod aliud aliis videtur optimum; (varia enim sunt judicia, nec facilis explicatio, quæ forma excellat) dubitari tamen a recte considerantibus nequaquam poterit, quin illa multorum nostri temporis insulsitas & insolentia, ac quædam (ut ita dicam) orationis insania, siccitas, inopia, a malorum authorum lectione & imitatione nascatur. Quare cum sit eloquentiæ, sicut reliquarum rerum, fundamentum sapientia: unde in Poëtica testatur Horatius,

Scribendi recte, sapere est & principium & fons.

Et in bonis omnia quæ summa sunt, jure laudentur: verborum bonorum delectus est in primis sapienter habendus, idque facile assequemur, si delegerimus nostratia, non peregrina: propria, non inepte translata: usitata, non nova: pura, non horrida: luminosa, non tenebricosa. Quod contingere certe nulli poterit, nisi ei, qui authores divinæ illius Ciceronis ætatis perlegerit. Sublimitas enim & magnificentia, & nitor, & authoritas, ex optimis illis ejus seculi authoribus tantummodo provenit: ii soli locutionem emendatam & Latinam, & originem, & quasi solum ac fundamentum quoddam eloquentiæ posuerunt. Insequentium autem authorum lectio, doctrinam quidem diversarum rerum conferre poterit, elegantiam autem & nitorem verborum non poterit: quin potius mixtura verborum quibus illi usi postea fuerunt, omnem prope florem incorrupti illius sermonis, quem quis ex optimorum lectione collegerit, brevi quasi de manibus excutiet, barbarumque omnino reddet. Cum autem quicquid literis mandatur, id commendari omni eruditorum judicio deceat: sitque decus hominis ingenium, ingenii vero eloquentia: nec tam præclarum, scire Latine, quam turpe, nescire: eniti & toto (ut aiunt) pectore incumbere debemus, ut non vulgares literas, sed interiores & perfectas, verborum gravitatem & elegantiam, nitorem & candorem, atque veram denique Romani sermonis eloquentiam, de perfectorum illorum quos connumeravi, authorum fontibus hauriamus: abjecta, obsoleta, prisca nimium & vetusta priorum, novaque omnia sequentium authorum fugiamus. Sed in hoc verborum delectu aurium quoque quoddam judicium adhibendum est, quod non arte aliqua perpenditur, sed quodam quasi naturali sensu, prudentiaque percipitur. Cum vero ex verbis omnis conficiatur oratio, atque idcirco illustria verba ex optimo quoque id ætatis authore legenda sint, ut Latina & elegans surgat oratio: id quoque maxime observandum est, ne qua nimis elaborata concinnitas, lumen eloquentiæ potius extinguat, quam accendat. Removendus erit igitur (ut ait Cicero) omnis insignis ornatus, nec calamistri quidem adhibebuntur, fucati etiam medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur: elegantia tantum & munditia quæratur: sermo purus & Latinus remaneat, dilucidus, luculentus, politus, planus, quid deceat, circunspicietur. Omnis enim pars orationis esse debet laudabilis, sic, ut verbum nullum nisi grave aut elegans excidat. Cumque in omnibus rebus videndum sit, quatenus, ne nostra modum excedat oratio, una brevique Ciceronis clausula concludemus: Sit, inquit, modo is, qui dicet aut scribet, institutus liberaliter, educatione doctrinaque puerili, & flagret studio, & a natura adjuvetur: & universorum generum infinitis disceptationibus exercitatus, ornatissimos scriptores, oratoresque ad imitandum cognoverit: næ ille haud sane quemadmodum verba struat & illuminet, a magistris istis requiret, ita facile in rerum abundantia ad orationis ornamenta, duce natura ipsa, si modo est exercitata, labetur. Hæc ille. Exercitatione autem hæc omnia facile consequemur. Stylus enim optimus scribendi artifex, structuram non inopem, non minutam, non interpunctam, sed locupletem, numerosam, aptamque conficiet. Omissis igitur & repudiatis novitiis istis & semidoctis, qui ignobilia nimis & sordentia, novata, fictaque verba de imperfectis authoribus eruere, & in usum Latinæ linguæ introducere, ac veluti civitate donare, & quasi in Latinam coloniam deducere gestiunt literarum ostentatione, inepti verius quam gloriosi, elaboremus veluti apes lectissimis floribus insidere. Prosequi enim quod quisque unquam vel contemptissimorum hominum dixerit, aut nimiæ miseriæ est, aut certe inanis jactantiæ, & detinet atque obruit ingenia, melius aliis vacatura. Eruditionem vernaculam ac plebeiam, & verborum monstra vitemus eorum hominum, qui inquinate & parum composite, minusque eleganter scripserunt: quorum ita est confusa oratio, ita perturbata, tantaque insolentia ac perversitate verborum interlita, ut oratio, quæ lumen rebus adhibere debet, obscuritatem potius, & tenebras afferat. Dum enim exquisitis, novisque verbis uti volunt, infantissimi reperiuntur: qui veluti Sisennæ simioli, cum emendatores usitati sermonis esse velint, deterreri non possunt, quo minus inusitatis verbis utantur, nihil aliud recte & Latine loqui putantes nisi nove & inusitate loqui: verbisque impropriis gaudentes, redundantibus, obscuris, ambiguis, novis, Græcanicis: quo magis eorum expurgandus est sermo, fugiendaque barbaria, ediscendaque de Cicerone & Ciceronis æqualibus vera Latinitas: quæ nihil aliud est, nisi incorrupta loquendi observatio secundum Romanam linguam. Cujus (ut dixi) licet veteres illi, quos connumeravi, quasi genitores extiterint, eam tamen seculum illud Ciceronis emendavit, excoluit, expolivit. Sed satis sit hoc admonendi, non docendi causa dixisse, propter agrestes quosdam & indomitos certatores. Qui cum imitari nesciant authores bonos, malos causa novitatis extollunt. Nec id vitio mihi dari debet. An (ut ait Varro) reprehendendus sit, qui orationem minus valentem, propter malam consuetudinem, traducit in meliorem? An non cum quis perperam consueverit quid facere in civitate, non modo non patiemur, sed etiam pœna afficiemus? Idem, Si quis perperam consueverit dicere verbum, non corrigemus, cum id fiat sine pœna? Adde quod perfugio literarum nihil gratius, nihil jucundius, nihil homini libero dignius invenio. Agitatio enim mentis institutæ ad agendum semper aliquid dignum viro, tantisper acquiescit, dum in literarum studiis versatur. Ea enim vel discendo, vel scribendo alitur, in eaque scientiæ & cognitionis delectatione perfunditur, fitque (ut ait M. Varro) ut dum ista mussitamus, pluribus horis vivamus: quanquam ea demum solaque dicenda est vita quæ sine CHRISTO Deo non vivitur. Vale.



INDICULUS CHRONOLOGICUS AUCTORUM,

Quorum Testimoniis utitur

THESAURUS LINGUÆ LATINÆ.

Fatales *Linguæ Latinæ* periodi fuerunt: Ideo a curiosis ejus æstimatoribus valor Scriptorum Latinorum, non secus ac a poëtis pretium temporum, & in sacris litteris statua Imperiorum Danielitica ad *quatuor diversi metalli ætates* referri solet; nempe I. ad *auream*, II. ad *argenteam*, III. ad *æream*, & IV. ad *ferream*, aut *fictilem*.

I. *Aurea ætas* a bello Punico 2. ad extremos usque Octavii Augusti Imp. annos producitur, id est, ab anno U. C. 536. ad annum 767; sive ab anno ante natum Christum 217. usque ad annum Christi 14. duratque adeo annis circiter 232. In quibusdam tamen hujus ineuntis ætatis Scriptoribus, admista obsoleta notantur, quibus a sola antiquitate plus venerationis accedit, quam a nobilitate metalli.

II. *Argentea ætas* ab obitu Augusti usque ad excessum Trajani Imp. id est, ab anno Christi 14. usque ad annum 117. continet annos 103. quibus quamplurima adhuc verba satis eleganter & cum suffragio populi Romani sunt formata; quamquam & tunc, dicente Seneca Controv. 1. præfat. ingenia decreverunt, & nescio qua iniquitate naturæ eloquentia se retro tulit.

III. *Ætas ænea* per annos 303. a Trajani obitu, hoc est, ab anno Christi 117. usque ad Romam a Gothis captam, sive ad A. C. 410. extenditur. Inter Scriptores tunc dictione audaciores illi laudem merentur præcipuam, qui se genio seculi aurei quam familiarissime accommodarunt.

IV. *Ætas ferrea* est, quâ Barbaris jam ubique grassantibus, studia humaniora per secula novem & amplius, cum sordibus & squalore conflictata sunt, donec postliminio quasi respirare & e tenebris suis iterum cœperunt emergere. Longo itaque intervallo, illustribus ingeniis velut intermortuis, pauci admodum Latine & non ineleganter scripserunt.

I. AUREÆ ÆTATIS SCRIPTORES.

SECULO III. ante Christum natum.

A. 238. *Livius Andronicus* Tragicus floruit. Fragmenta ejus aliorumque collegit Petr. Scriverius & Theod. Jansonius ab Almeloveen.

A. 202. *C. Nævius* Poëta obiit. Fragmenta collecta a Roberto Stephano & Henrico fil. Jos. Scaligero & T. J. ab Almeloveen.

SECULO II. ante Christum natum.

A. 182. *M. Accius Plautus*, Comicus mortuus est. Extant Comœdiæ XX. cum Fragmentis a Georgio Fabricio collectis.

A. 177. *Stat. Cæcilius*, Comicus, floruit. Fragmenta collecta a Stephanis & T. J. ab Almeloveen.

A. 167. Q. *Ennius* Poëta, obiit. Fragmenta in lucem producta a Stephanis, a Mart. Delrione & Pet. Scriverio, Hier. Columna, Paulo Merula, T. J. ab Almeloveen & postremo a Franc. Hesselio.

A. 157. *M. Terentius Afer*, Comicus, obiit. Supersunt Comœdiæ sex, quas multi notis illustrarunt.

A. 152. *M. Pacuvius*, Tragicus, claruit; Fragmenta post Stephanos & M. Delrionem collecta a Pet. Scriverio & Jos. Scaligero.

A. 147. *M. Portius Cato*, Orator & Historicus, obiit. Exstat liber de Re rustica. Fragmenta ex Originibus & aliis scriptis deperditis collecta ab Ausonio Popma.

A. 136. *L. Attius sive Accius*, Tragicus, claruit. Fragmenta vulgata a Stephanis, Pet. Scriverio & T. J. ab Almeloveen.

A. 129. *C. Lucilius*, primus Satyricus, obiit. Fragmenta post Stephanos edidit Franc. Dousa.

A. 101. *Sext. Turpilius*, Comicus, obiit. Fragmenta collecta ab utroque Stephano.

SECULO I. ante Christum natum.

A. 100. *L. Afranius*, Comicus, floruit. Fragmenta a Stephanis & Jos. Scaligero congesta, & a T. J. ab Almeloveen.

A. 79. *L. Corn. Sisenna*, Historicus, claruit. Fragmenta ab Aus. Popma & Ant. Augustino collecta.

A. 64. *P. Nigidius Figulus*, Mathematicus & Grammaticus, claruit. Fragmenta offert Janus Rutgersius Var. Lect. 3. 6.

A. 60. *C. Decius Laberius*, Mimographus, claruit. Fragmenta collecta a Stephanis, Jos. Scaligero & T. J. ab Almeloveen.

A. 50. *T. Lucretius Carus*, Philosophus & Poëta obiit. Reliquit sex libros de Rerum Natura.

A. 47. *C. Valer. Catullus*, Veronensis, Poëta passim obscænus, obiit. Exstat liber Epigrammatum & Carminum, Variorum notis editus.

A. 44. *P. Syrus*, Mimographus, claruit. Mimi sive sententiæ a variis varie editi.

A. 42. *C. Jul. Cæsar* Imp. occisus est. Reliquit de Bello Gallico libros septem a se conscriptos, & tres de Bello Civili. Inter commentatores eminet Jo. Davisius.

A. 42. *A. Hirtius Pansa* claruit, Cæsaris familiaris & scriptor bellorum, quæ Commentariis J. Cæsaris adjungi solent.

A. 42. *Cornelius Nepos* claruit, denatus tempore Augusti Imp. Vitas Excellentium Imperatorum, quas scripsit, multi notis illustrarunt. Fragmenta ab Andrea Schotto congesta. Sed versio Dictyos & Daretis de Bello Trojano indigna æstimatur, ut ei tribui queat.

A. 41. *M. Tullius Cicero*, princeps eloquentiæ, periit. Opera cum Fragmentis ex libris deperditis sunt notissima, inprimis notis Jani Gruteri, Jacobi Gronovii & Jo. Georgii Grævii illustrata.

A. 33. *Sext. Aurel. Propertius* obiit, qui elegiarum dedit libros quatuor.

A. 33. *L. Cornificius*, Rhetor, claruit. Auctor esse creditur librorum Rhetoricorum quatuor ad Herennium, qui cum Cicerone vulgantur.

A. 32. *C. Sallustius Crispus*, Historicus, obiit. Reliquit Bellum Jugurthinum & Conjurationem Catilinariam, nec non Orationes duas de Rep. ordinanda. Fragmenta ex sex libris Histor. a Lud. Carrione collecta. Editiones sunt variæ, etiam cum Variorum notis.

A. 30. & seqq. *Q. Mutius Scævola*, *Q. Corn. Maximus*, *Alfenus Varus*, *Antistius Labeo*, *Ælius Gallus*, JCti floruerunt, in Pandectis & aliis Juris Civilis libris memorati.

A. 26. *M. Terent. Varro*, Romanorum doctissimus, obiit. Ex 490. libris, quos a se scriptos ipse affirmat, superant pauci de Lingua Latina & tres de Re rustica. Fragmenta collecta a Rob. Stephano, Ant. Riccobono & Aus. Popma.

A. 25. *Corn. Gallus*, Poëta, obiit. Sex sub ejus nomine Elegiæ spuriæ.

A. 18. *Albius Tibullus*, Elegiographus, obiit. Exstant Carminum libri quatuor.

A. 17. *Virgilius Maro*, Mantuanus, Poëta, obiit. Dedit in Bucolicis Eclogas decem, in Georgicis libros quatuor, & in Æneide duodecim. Eidem Culex, Ciris, Copa, & nonnulla alia dubia tribuuntur. Luculenti Commentarii sunt Frid. Taubmanni, Jo. Ludovici de la Cerda, Caroli Ruæi.

A. 14. *Æmilius Macer*, versificator, obiit. Janus Cornarius sub hujus nomine libros quinque de Materia Medica cum notis edidit, quos alii Marbodæo Gallo A. 1050. mortuo tribuunt; nec pauca ibi esse Macro illi prisco debita censet Barthius Adversf. 12. 20.

A. 10. *Messala Corvinus* floruit, cujus liber de Progenie Augusti cum Livio olim editus.

A. 10. *M. Vitruvius Pollio* Mathematicus claruit, denatus imperante Tiberio. Extant de Architectura libri decem. Variorum notas & Lexicon Vitruvianum Bernardini Baldi multaque alia contulit Joannes de Laet.

A. 6. *Gratius Faliscus*, Poëta, floruit; auctor Cynegetici seu carminis epici de Venatione.

A. 6. *Q. Horatius Flaccus*, Venusinus, Lyricorum princeps, obiit. Extant Odarum libri quatuor, Epodôn unus, Sermonum sive Satyrarum quatuor, Epistolarum duo, & unus de Arte Poetica, cum variis notis & commentariis.

A. 4. *Verrius Flaccus* Grammaticus obiit. Extat Fragmentum præmissum Festi Pompeii libris, quibus ille Verrii de verborum significatione Commentarios contraxit.

SECULO I. post Christum natum.

A. 1. & seqq. *T. Phædrus Thrax*, Augusti libertus, celebris fuit. Iambicis versibus libros quinque fabularum Æsopicarum reliquit, quos cum notis plures ediderunt.

A. 4. *C. Jul. Hyginus*, Augusti itidem libertus, vixit, sub cujus nomine hodie prostant Fabulæ & Poëtici Astronomici libri quatuor cum notis Jo. Schefferi & Th. Munckeri.

A. 9. *P. Ovidius Naso*, Sulmonensis, Poëta, ab Augusto in exilium pulsus, in eodem vixit usque ad A. C. 17. Exstant Metamorphoseôn libri quindecim, Fastorum sex, Tristium quinque, Epistolarum Ponticarum sive ex Ponto quatuor, Amorum tres, & de Remedio amoris unus: præterea Heroides sive Heroidum epistolæ XXI. quibus III. *Auli Sabini* adjiciuntur; item Ibis sive Diræ in Ibin; Halieuticon, Fragmentum de Medicamine faciei, & nonnulla dubia. Nic. Heinsius, Dan. Crispinus & alii plures notas adjecerunt.

A. 10. *Catullus* Poeta, non ille Veronensis, de quo supra, sed Auctor Pervigilii Veneris, vixit.

A. 12. *M. Manilius*, Poeta, claruit, cujus Astronomicon libris quinque constat, cum notis F. Junii Biturigis & Jos. Scaligeri.

A. 18. *T. Livius*, Patavinus, scriptor Augustæi ævi postremus, obiit, cujus ex libris CXLII. Historiarum ab urbe condita exstant XXXV. a Jano Grutero & Gronoviis, patre & filio, illustrati.

II. ARGENTEÆ ÆTATIS SCRIPTORES.

A. 20. *Aur. Cornel. Celsus*, Medicus, Augusti temporibus proximus, claruit sub Tiberio Imp. De Re medica libros octo ad nos transmisit.

A. 22. *Scribonius Largus*, Medicus floruit. Exstant ejus Compositiones Medicæ cum Jo. Rhodii notis & Lexico Scriboniano.

A. 26. *Valerius Maximus*, Historicus, claruit. Exstant Dictorum factorumque memorabilium libri novem cum variorum observationibus per Ant. Thysium.

A. 30. *P. Velleius Paterculus*, Historicus, claruit sub finem Tiberii Imp. Exstant Historiæ libri duo illustrati Notis Jo. Henr. Bœcleri, & Nic. Heinsii.

A. 36. *L. Fenestella*, Historicus, vixit. Fragmenta ab Ant. Augustino & Ant. Popma collecta. Sed *And. Dom. Flocci* libri duo de Magistratibus Rom. ei perperam tribuuntur.

A. 42. *L. Junius Moderatus Columella*, diligentissimus agricola, scripsit sub Claudio Imp. libros XII. de Re Rustica & unum de Arboribus.

A. 45. *Pomponius Mela*, Cosmographus claruit. In relictos ejus tres libros de situ orbis Isaac. Vossius Commentarium edidit.
A. 49. *Curtius Rufus*, Historicus, sub Claudio Imp. fuisse dicitur. Ex libris ejus decem de Rebus Alexandri M. duo priores interciderunt. Jo. Freinshemius, Sam. Pitiscus & alii notis illustrarunt.
A. 60. *Porcius Latro*, vixit, quem commendant Sen. præfat. controvers. Quintil. 10. 1. Suet. Domit. cap. 3. Plin. proœm. lib. 19. Et huic tribuitur Declamatio in Catilinam, quam Vossius Vibii Crispi esse putat de Vit. Serm. 3. 6.
A. 62. *A. Persius Flaccus*, Poëta, obiit. Exstant ejus sex Satyræ cum notis Th. Farnabii.
A. 64. *Q. Asconius Pedianus*, Grammaticus, claruit: Exstant ejus Annotationes in quasdam Ciceronis orationes cum notis variorum. Alii eum ad Augusti ætatem referunt, & duos ejusdem nominis comminiscuntur.
A. 64. *M. Annæus Seneca* Rhetor, Lucii pater, obiit. Exstant libri quinque mutili Controversiarum; Excerpta ex x. libris Controversiarum; & liber Suasoriarum. Annumeratur a nonnullis aureæ ætati, quia sub Augusto Imp. florere cœpit.
A. 65. *L. Annæus Seneca*, Philosophus, Marci filius, a Nerone Imp. exstinctus est. Exstant libri tres de Ira, septem de Beneficiis, septem Naturalium quæstionum, Epistolæ CXXIV. Consolationes ad Helviam, ad Polybium, ad Marciam; item libri de Animi tranquillitate, de Constantia, de Clementia, de Brevitate vitæ, de Vita beata &c. Utriusque Senecæ opera Justus Lipsius & alii notis illustrarunt. Alteri a nonnullis etiam decem Tragœdiæ *Senecæ Tragici*, quem alii tertium Senecam facere malunt, adjudicantur. Tragœdias illas illustravit Th. Farnabius.
A. 65. *M. Annæus Lucanus*, Poëta, etiam a Nerone occisus est. Exstant libri decem Pharsaliæ cum notis Hug. Grotii, Farnabii aliorumque. Eidem tribuitur carmen ad Calpurnium Pisonem.
A. 67. *Titus Petronius Arbiter* obiit, nequitiæ non minus quam elegantiæ arbiter; cujus mutilum Satyricum Variorum notis & novissime per Pet. Burmannum illustratum, sicuti Fragmentum ejus Tragurianum per Jo. Schefferum & Th. Reinesium. Integrum demum ex codice Albæ Græcæ reperto editum per Franc. Nodotum; Catalecta autem Petroniana per Josephum Scaligerum.
A. 77. *C. Plinius Secundus* major, Historiæ naturalis scriptor, in Vesuvio periit. Exstant libri XXXVII. Jac. Dalechampii cura illustrati.
A. 77. *C. Silius Italicus*, Poëta claruit; cujus sunt libri XVII. de Bello Punico 2. cum observationibus Claudii Dausqueii & Chr. Cellarii.
A. 78. *C. Valerius Flaccus*, Poëta, condidit libris octo Argonautica, Lamp. Alardi aliorumque commentario illustrata.
A. 80. *C. Julius Solinus* in Polyhistore protulit Collectanea rerum memorabilium. Exstant Claudii Salmasii Exercitationes in eundem.
A. 82. *Decimus Junius Juvenalis*, reliquit satyras XVI. a Th. Farnabio dilucidatas.
A. 82. *P. Papinius Statius*, Poëta, in gratia fuit apud Domitianum Imp. Extant Silvarum libri quinque, Thebaidos duodecim, & Achilleidos duo, cum notis Variorum per Jo. Veenhusen & prolixo Commentario Casp. Barthii.
A. 82. *M. Valer. Martialis* itidem sub Domitiano Imp. floruit, & reliquit Epigrammatum libros, XIV. & unum Spectaculorum. Notas eruditas addidit Th. Farnabius.
A. 95. *M. Fabius Quintilianus*, Rhetor, vitam finiit. Exstant libri XII. Institutionis Oratoriæ. Tribuunt eidem Dialogum de Oratoribus sive de causis corruptæ eloquentiæ; Sed CXLV. Declamationes vel patri vel avo.

Seculo II. post Christum natum.

A. 104. *Sextus Julius Frontinus* sub Trajano Imp. mortuus est. Exstant de Stratagematibus & Re Militari libri quatuor, de Coloniis unus, & de Aquæductibus Romæ duo, cum notis Rob. Keuchenii. Est & inter Scriptores de Re Agraria cum *Siculo Flacco*, *Aggeno Urbico*, *Hygino*, &c. quos conjunctim edidit Wil. Gœsius cum suis & Nic. Rigaltii notis & Glossario.
A. 108. *C. Cornel. Tacitus*, Historicus, esse desiit. Supersunt Annalium libri sex priores, & mutili ab XI. usque ad XVI. item Historiarum libri quinque, & Vita Agricolæ, & Germania. Commentariis illustrarunt J. Lipsius & alii.
A. 109. *C. Plinius Cæcilius Secundus* minor sive junior, majoris illius ex sorore nepos, floruit. Exstant Epistolarum libri decem & Panegyricus in Trajanum Imp. Non pauci cum notis emiserunt, quos inter Aug. Buchneros, Jac. Thomasius, & Christoph. Cellarius; & cum variorum notis Jo. Veenhusen.
A. 112. *Aulus Gellius*, Philologus, floruit; sed alii eum ad ætatem Imp. Antonini Pii rejiciunt. Reliquit Noctium Atticarum libros viginti, in quibus multa veterum fragmenta continentur. Ant. Thysius & Jac. Oiselius selectis novisque Commentariis ornarunt.
A. 115. & deinceps *L. Annæus Florus*, Historicus floruit. Scripsit Rerum Romanarum libros quatuor, quos Joh. Freinshemius notis illustravit & post eum alii plures.
A. 116. & deinceps *C. Suetonius Tranquillus*, Historicus, claruit. Extant Vitæ XII. Cæsarum, liber de illustribus Grammaticis & liber de claris Rhetoribus. Prodiit cum Isaaci Casauboni Animadversionibus & Jo. Henr. Bœcleri Dissertationibus politicis, cum variorum notis per Jo. Schildium & Jo. Georg. Grævium, &c.
A. 116. & seqq. *Cœlius Apicius* sub Trajani & Adriani Principatu confecisse putatur libros decem de Arte coquinaria. Prodiit opus nuper cum notis Mart. Listeri & aliorum.

III. ÆNEÆ ÆTATIS SCRIPTORES.

A. 142. aut paulo post *Justinus* claruit, Epitomator Pompeii Trogi, Historici sub Augusto florentis, ex illius voluminibus XLIV. quæ postea perierunt, totidem libros excerpsit
A. 163. *L. Apuleius*, Madaurensis philosophus, claruit sub Antonino Philosopho. Extant Metamorphoseos sive Fabularum Milesiarum de Asino aureo libri XI. Floridorum IV. Apologia I. & II. de Magia, libri de Mundo, de Deo Socratis, de Dogmate Platonis, &c. Sed liber de Virtutibus herbarum dubius, & forte Apuleii Celsi est, qui fuit Augusti tempore. Notas nactus est Apuleius Phil. Beroaldi, Petri Colvii, Geverardi Elmenhorstii aliorumque.
A. 180. *Irenæus*, Lugdunensis Episcopus, martyr factus A. 201. Quinque libros adversus Valentinum Latine scripserit an Græce, lis est. Interpreti ejus Latina versio adscribitur.
A. 195. *Q. Septimius Florens Tertullianus* floruit, Ecclesiasticæ Latinitatis artifex; & obiit anno circiter 215. Ejus opera sunt quamplurima, illustrata a Beato Rhenano, Franc. Junio, Nic. Rigaltio, &c. Poëmata ad Cæcilium Cyprianum referuntur.

Seculo III. post Christum natum.

A. 201. seq. *Licinius Proculus*, *Pegasus*, *Nerasius*, *Priscus*, *Juventius Celsus*, *Jabolenus* & alii, JCti, floruerunt, quorum Fragmenta in Digestis Justiniani occurrunt.
A. 210. *Minucius Felix* claruit, Scriptor Christianus Dialogi, nomine Octavii. Edidit cum suis & aliorum notis Jac. Ouzelius: & cum suis Chr. Cellarius.
—— *Dionysius Cato* hoc seculo vixisse putatur, eique tribuuntur Disticha Moralia, quatuor libris distincta. Notas adjecit Erasmus Roterod. & Chr. Daumius.
—— *Palladius Rutilius Taurus* sive *Scaurus* etiam circa hæc tempora fuisse videtur, qui de Re Rustica libris quatuordecim varia complectitur.
—— *Julius Obsequens*, qui libro de Prodigiis inclaruit, huc forte referendus ob præstantiam sermonis, editus cum notis Jo. Schefferi.
A. 216. *Q. Serenus Samonicus*, Poëta Medicus, floruit sub Ant. Caracalla. Habemus ejus carmen heroicum de Medicina & Remediis morborum cum not. Rob. Keuchenii.
A. 221. *Domitius Ulpianus*, JCtus, occisus a Caracalla. Ejus ut & *Papiniani*, *Modestini* & aliorum reliquiæ in Jure Civili reperiuntur.
A. 230. vel circiter *Terentianus Maurus*, Grammaticus, claruit, cujus exstat Carmen de Arte Metrica.
A. 251. *Censorinus*, Grammaticus, claruit. Ejus librum de Die natali illustravit Henr. Lindenbrogius.
A. 251. *Novatianus*, Presbyter Romanus, reliquit librum de Trinitate.
A. 258. *Cæcilius Cyprianus*, Rhetor & tandem Episcopus Carthaginiensis, occubuit, cujus scripta sunt varia.
A. 285. *T. Julius Calpurnius*, Siculus Poëta, vixit, cujus extat Bucolicon.
A. 288. *M. Aurel. Olympius Nemesianus*, Poëta fuit, & reliquit Cynegetica & quatuor Eclogas.
A. 293. & seq. *Ælius Spartianus*, *Jul. Capitolinus*, *Ælius Lampridius*, *Vulcatius Gallicanus*, *Trebellius Pollio*, & *Flavius Vopiscus* floruerunt, Scriptores Historiæ Augustæ, quos commentario illustravit If. Casaubonus & Claud. Salmasius.
A. 297. *Arnobius Afer*, Scriptor Christianus, florere cœpit, & vixit usque ad A. 326. Exstant libri septem adversus Gentes cum notis Theodori Canteri, God. Stewechii, Gebh. Elmenhorstii & Des. Heraldi.

Seculo IV. post Christum natum.

A. 301. *Cælius Aurelianus*, Medicus claruit. Exstant libri tres de Morbis Acutis, & quinque de Chronicis sive Tardis; cum notis Jo. Conr. Ammani & T. J. ab Almeloveen, cujus etiam est Lexicon Cælianum.
A. 306. *Fl. Eutropius*, Historicus, sub Constantino M. vixit, & decem libris Historiam Romanam complexus est.
A. 312. *Rhemnius Fannius*, Poëta Medicus, claruit, cujus est Carmen de Ponderibus & Mensuris.
A. 317. *L. Cælius Lactantius*, Firmianus, Tullius Christianus, floruit. Reliquit VII. libros Institutionum Divinarum, I. de Ira Dei, & I. de Opificio Dei, &c. Notis illustravit Ant. Thysius, Chr. Cellarius, &c.
A. 320. *L. Septimius Romanus* Dyctin Cretensem de Bello Trojano Latine vertisse creditur; ut & Daretem Phrygium de excidio Trojæ, etsi C. Nepotis epistola ad Sallustium Crispum præmittatur.
—— *Lucius Ampelius*, Floro sæpius adjunctus, autor est libri memorialis circa eadem tempora.
A. 323. *Ælius Donatus* claruit, cujus exstant scholia in Virgilii Æneidem & Terentium.
A. 325. aut paulo post *Commodianus*, Poëta Christianus ex gentili factus, dedit Instructiones LXXX. adversus Gentium Deos. Schurtzfleischius notas adjecit.
A. 329. *C. Vettius Aquilinus Juvencus*, Presbyter & Poëta Christianus, floruit, & Evangelicæ Historiæ libros quatuor expressit carminice. Nuper cum notis Konigii, Omeisii & aliorum edidit Erh. Reusch.
A. 340. *Julius Firmicus Maternus*, Mathematicus, claruit, qui Christianus factus scripsit de Errore profanæ religionis & octo libros Astronomicos.
A. 360. *Zeno*, Veronensis Episcopus, claruisse existimatur. Exstant Sermones xc. sub ejus nomine.
A. 368. *S. Hilarius*, Pictaviensis Episcopus, obiit. Opera conjunctim edita, ex quibus Genesis sive Hexaëmeron Hilario Arelatensi vindicatur.
A. 370. *Fabius Marius Victorinus*, e gentili Christianus, obiit. Exstat Carmen de septem fratribus Maccabæis.
A. 370. *Rufus Festus Avienus*, Poëta, vixit. Exstat Metaphrasis Arati & Periegeseos Dionysii Alexandrini, cum Fragmento descriptionis oræ maritimæ, & Fabulæ Æsopi XLII. elego carmine. Forte eidem *exti Rufi* sive *Rufi Festi* Breviarium Historicum tribuendum.
A. 375. *Q. Octavius Horatianus*, Medicus, floruit temporibus Gratiani & Valentiniani Impp. Quatuor libros Rerum medicarum scripsit.
A. 380. *Ammianus Marcellinus*, Historicus, claruit. Ex libris XXXI. superstites postremi XVIII. a Frid Lindenbrogio & Henrico Hadrianoque Valesiis, ut & Jac. Gronovio illustrati.
A. 386. *Flavius Vegetius Renatus* floruit. Exstant libri quatuor de Re militari cum Commentario God. Stewechii. Alius esse creditur *P. Vegetius*, cujus sunt libri quatuor Artis veterinariæ seu Mulomedicinæ.

A. 395. *Aurel. Theod. Macrobius*, Philologus, floruit. Exstant Commentariorum in Somnium Scipionis libri duo & Saturnalium septem cum notis Jo. Is. Pontani & Joh. Meursii.

A. 395. *Q. Aurelius Symmachus* floruit. Supersunt Epistolarum libri x. cum notis Fr. Jureti & Jac. Lectii.

A. 395. *D. Magnus Ausonius*, Poëta & Orator, inclarescere cœpit. Exstant Epigrammata, Idyllia, Eclogæ, Epistolæ, &c. Jac. Tollius suas & Variorum notas contulit.

A. 396. *Sext. Aurelius Victor*, Historicus, claruit. Exstant scripta de Origine gentis Romanæ, de Viris illustribus, & de Cæsaribus. Sed addita Imperatorum Epitome diversi auctoris esse dicitur.

A. 397. *S. Ambrosius*, Episcopus Mediolanensis, obiit, relictis variis operibus sacris.

A. 397. *Aurel. Prudentius Clemens*, Poëta Christianus, floruit. Exstant Liber Cathemerinon sive Hymni, Peristephanon, Apotheosis, Hamartigenia, Psychomachia, libri duo contra Symmachum &c. Suis & Variorum notis illustravit Jo. Weitzius, suis etiam Chr. Cellarius.

A. 397. *Cl. Claudianus*, Poëta gentilis, sub Honorio & Arcadio floruit. Ejus sunt libri duo in Rufinum, duo in Eutropium, tres de Raptu Proserpinæ, cum nonnullis Panegyricis & carminibus aliis egregiis. Commentarios dederunt Casp. Barthius & Nic. Heinsius, &c.

— Iisdem fere annis *Marcellus Empiricus* librum Medicamentorum & *Theodorus Priscianus* librum de Diæta sive de Rebus salubribus conscripsisse dicuntur.

SECULO V. post Christum natum.

A. 400. *S. Hieronymus* Stridonensis floruit, denatus A. 420. Ejus opera novem Tomis continentur. Ipse etiam, quantumvis aliis præeuntibus, *Vulgati Interpretis Bibliorum* nomine maxime circumfertur.

A. 400. & seqq. *Sulpitius Severus*, Historicus, mortuus A. 422. scripsit Historiam sacram, vitam S. Martini & tres Dialogos. Notas adjecit Jo. Vorstius, & nuper Jo. Clericus sex ejusdem Auctoris Epistolas cum suis notis.

A. 410. *Claud. Rutilius Numatianus*, Poëta gentilis, scripsit Itinerarium, cui notas adjecit Casp. Barthius.

A. 412. *S. Augustinus*, Hipponensis Episcopus, maxime floruit, denatus A. 430. operum Tomos decem reliquit. Ejus de Civitate Dei libros XXII. seorsum Jo. Lud. Vives & Leonh. Coqueus Commentariis illustrarunt.

A. 412. *Servius Honoratus*, Grammaticus, claruit, qui in Virgilium commentatus est.

A. 416. *Paulus Orosius*, Historicus, scripsit Hormestam sive septem libros Historiarum adversus Paganos.

IV. FERREÆ ÆTATIS SCRIPTORES.

A. 430. *Calius Sedulius*, Poëta Christianus, claruit. Carminum libros quinque & duos Hymnos adnotationibus illustravit Chr. Cellarius.

A. 431. *Pontius Paulinus*, Nolanus Episcopus, obiit. Exstat carmen de Johanne Baptista, Epistolæ tres & alia simul edita cum notis per Joh. Baptistam Le Brun.

A. 440. vel circiter *Dracontius* claruit. Scripsit elegiam ad Theodosium Imp. & Carmen heroicum ad Hexaëmeron.

A. 442. *Salvianus*, Massiliensis Episcopus, claruit usque ad finem fere seculi. Ejus libros octo de Gubernatione Dei, & quatuor adversus Avaritiam, notis illustrarunt Conr. Rittershusius, & Steph. Baluzius, qui & *Vincentii Lirinensis* opera adjecit.

A. 449. *Petrus Chrysologus*, Scriptor Sermonum ecclesiasticus, obiit.

A. 455. *Prosper Aquitanicus*, Rhegiensis Episcopus, obiit. Scripsit de Prædictione Dei, de Vita contemplativa, & de Vocatione Gentium libros duos; item Carmina de Providentia Dei & de Ingratis, & alia plura.

A. 457. *Martianus Capella* floruit, qui Satyricon sive de Nuptiis Philologiæ & Mercurii libros IX. concinnavit illustratos notis Hug. Grotii.

A. 461. *Bened. Paulinus Petrocorius* floruit, cujus carmen de Vita B. Martini sex libris constat. Cum notis Fr. Jureti, Casp. Barthii & Joh. Frid. Gronovii edidit Chr. Daumius.

A. 466. *Claudianus Ecdicius Mamertus*, Episcopus Viennensis, obiit. Exstant libri tres de statu animæ cum notis Casp. Barthii, qui alia plura adjecit.

A. 482. *C. Sollius Sidonius Apollinaris*, Arvernorum Episcopus, obiit, relinquens Epistolarum libros IX. & Carmina XXIV. Notis illustravit Jac. Sirmondus, Jo. Savaro & Jo. Wowerius.

A. 492. *Alcimus Ecdicius Avitus*, Archiepiscopus Viennensis, floruit, denatus A. 521. Ejus epistolas, Homilias & Poemata edidit Jac. Sirmondus.

—— Sub finem seculi *C. Plinius Valerianus*, Medicus, scripsit libros quinque Medicinæ parabilis.

—— Iisdem temporibus Panegyristæ veteres, *Lat. Pacatus, Drepanius, Claud. Mamertinus, Nazarius, Eumenius* & alii vixerunt. Notæ accesserunt Livineii, Gruteri, Acidalii, Rittershusii, Cellarii.

SECULO VI. post Christum natum.

A. 517. *Orientius*, Poeta Christianus & Tarraconensis Episcopus, floruit. Exstat Commonitorium fidelium cum notis C. S. Schurtzfleischii.

A. 521. *Ennodius*, Ticinensis Episcopus, obiit: Epistolas reliquit, Panegyricum & alia.

A. 524. *Manl. Severinus Boëthius*, Philosophus, in carcere, in quo quinque libros de consolatione philosophica composuerat, decollatus est.

A. 526. & deinceps *Priscianus, Festus Pompeius*, & *Nonius Marcellus*, Grammatici, floruerunt, quibus multæ vindiciæ Latinæ linguæ & fragmenta veterum debentur. Priscianum, ut & *Fl. Sosipatrum Charisium, Diomedem* & reliquos Grammaticæ Latinæ Auctores simul edidit Elias Putschius.

A. 529. *Fulgentius*, Ruspensis Episcopus, obiit, & varia scripta de rebus sacris reliquit. Alius *Fulgentius* Grammaticus est, cujus extat libellus de Prisco sermone.

A. 533. *Justinianus Imp.* Thesaurum juris Romani per Tribonianum & alios adornavit, quod corpus constat Institutionibus, quas ipse composuit, Digestis seu Pandectis, Codice & Novellis.

A. 544. *Arator* claruit, cujus est Historia Apostolica carmine heroico scripta.

A. 552. *Jornandes*, Historicus, claruit, & librum de Rebus Geticis conscripsit.

A. 562. *M. Aurel. Cassiodorus*, jam nonagenarius, libros adhuc edidit; quos inter eminent Variarum Epistolarum libri XII. de Anima liber, & de Divinis lectionibus libri duo; ut taceam reliquos. Aliqui mortem ejus in annum 575. rejiciunt.

A. 566. *Cresconius Corippus* claruit. De Laudibus Justini Imp. carmine heroico quatuor libros composuit.

A. 600. *Venantius Fortunatus* adhuc in vivis fuisse dicitur. Reliquit quatuor libros de vita S. Martini carmine heroico & alia plura partim Poetica, partim Historica.

In SECULO VII.

A. 637. *Isidorus*, Hispalensis Episcopus, mortuus est, libris viginti Originum sive Etymologiarum celebris.

In SECULO VIII.

A. 709. *Aldhelmus*, vel *Adelhelmus*, Antistes Ecclesiæ, obiit. Scripsit de Laude Virginitatis.

A. 735. *Beda Venerabilis* dictus, obiit. Opera exstant multa & varia.

A. 767. *Paulus Diaconus* obiit, relictis XII. Epistolis.

In SECULO IX.

A. 821. *Theodulfus*, Scriptor Ecclesiasticus, obiit. Scripta edidit Jac. Sirmondus.

In SECULO XI.

A. 1070. *Constantinus Afer*, Medicus, floruit; multa & varia de Re Medica scripsit.

In SECULO XII.

A. 1153. *Bernhardus*, Abbas Claraevallensis, obiit. Ejus Epistolæ, Sermones & alia Scripta celebrantur.

A. 1182. *Johannes Sarisburiensis*, eruditorum suæ ætatis princeps, obiit. Metalogici libros IV. Epistolas quam plurimas, & de Nugis Curialium octo libros, quos Polycraticum vocat, reliquit.

—— Circa eadem tempora *Guil. Brito Armoricus* floruit, cujus Philippidos libros XII. Casp. Barthius commentario illustravit.

DEprehendent fortassis qui inter lectores nasutiores sunt etiam in hoc Indice non nihil, sive festinationis, sive incuriæ. Verum ejus quicquid erit, cum facile quivis, vel per se, inspectis ipsis libris, vel ex Jo. Alberti Fabricii Bibliotheca Latina, ad pleniorem, certioremque singulorum auctorum notitiam pervenire possit, neque complementi, neque emendationis gratia addere quicquam visum est.





A



PRINCEPS Alphabeti Litera, quod sit soni simplicissimi & facillimæ pronunciationis: unde factum, ut in omnibus omnium fere Gentium Alphabetis ordinem literarum ducat. Figuram suam A, a, uti pleræque omnes Latinorum Literæ, Græcis acceptam refert; quod in majusculis magis est conspicuum; nam minusculæ aliquanto longius recedunt. Nomen autem, sicuti & reliquæ, sortita est a sono sive nuda pronunciatione, in hunc modum scil. a, be, ce, quod vel ex ipso nomine hinc effecto patet, Abecedarius.

A, sono insuavissima est, si sæpius iteretur in fine. Cic. in Orat. 163. Auratus aries Colchorum, —— splendidis nominibus illuminatus est versus: sed proximus inquinatus insuavissima litera finitus,

Frugifera & ferta arva Asiæ tenet. Sic & in repetita asperitatem notat Mart. Capella lib. 5. p. 167.

A, sicut reliquæ literæ, sua figura, ad modum Græcorum pingitur. Cic. 1. de Divin. 23. Sus rostro si humi A literam impresserit, num propterea suspicari poteris, Andromacham Ennii ab ea posse describi?

Nihil inter se differunt A & V in charactere Longobardico, uti notat Scaliger in Castigat. ad Catull. de monte Atho p. 85.

A, litera nota erat in suffragiis & comitiis legum, qua se cives repudiare rogationem significabant. Nam duæ dari tabulæ solebant, quarum in altera V. R. id est, Uti rogas, scriptum erat: in altera A. id est, Antiquo, antiqua sequor, nova non placent.

Dicitur item A, litera salutaris a Cicerone; quod, ut scribit Asconius, si videbatur judicibus bona causa, absolvebant reum, notamque absolutionis A literam in tabella, quam a prætore accipiebant, scribebant: quemadmodum contra, tristem literam eodem loco appellat literam C, quod, ut ibidem scribit Asconius, condemnandi nota esset. Cic. pro Milon. 15. Quod nisi vidisset, posse absolvi eum qui fateretur: cum videret nos fateri, neque quæri unquam jussisset, nec vobis tam salutarem hanc in judicando literam, quam illam tristem dedisset.

A præposita aliis vocalibus tres constituit Diphthongos, Æ, AI, AU; ut Æs, Aio, Aurum; quo modo Græcis tres itidem sunt αι, αυ, & impropria ᾳ, cujus loco successit æ, ita tamen ut universa fere in αι sui etiam juris fecerit; ut δαίμων dæmon, αἰὼν ævum, &c. prout etiam vice versa Cæsar Græcis Καῖσαρ dicitur, &c. Sane in dativis Primæ, pro ᾳ, sive ῃ, (quod ex Dorismo fit ᾳ) constanter ponitur æ; ut Αἰνέᾳ Æneæ, Φήμῃ Dor. Φάμᾳ, famæ, &c. Nec immerito æ Latina utriusque Diphthongi Græcæ vicem sustinet, quum αι & ᾳ hoc tantum differant, quod altera habeat ι adscriptum, altera subscriptum. At ai raro enter in Latinis dictionibus visitur; Aio, Caius, &c. & videtur potius esse Synæresis, quam Diphthongus, quod, si Græcanice scripseris, liquido patebit, sic ἀΐω, Γάϊος. nimirum ut ab ἄω ipsi Græci faciunt ἀΐω, ita ab ἄϊω, Latini Aio.

Apud Latinos ipsum A crebrius mutatur in E, modo productum, modo correptum. Productum quidem, ut ab Halitus, anhelitus; & in præteritis verborum, Facio, feci; Ago, egi; Jacio, jeci; Frango, fregi; Capio, cepi; (quæ & ægi, jæci, frægi, cæpi, a veteribus scribebantur:) Correptum vero, ut Tango, tetigi; Cado, cecidi; Parco, peperci; Fallo, fefelli. (Hæc & sequentia habet Priscianus lib. 1. p. 552. quibus fortasse non desunt, quæ possunt reponi) Et in compositione A positione productum, in E positione productum convertitur, ut Armatus, inermis; Arceo, coerceo. Rursus A breve in I breve, ut Amicus, inimicus: sic Armipotens, Stelliger, Caussidicus, Tubĭcen; ab Arma, Stella, Caussa, Tuba: sed Tibīcen a Tibia penult. prod. quod in ea dictione, I & A per crasin in I longum commutentur.

A, puncto postposito, prænomen significat, ut A. Cæcina, id est, Aulus Cæcina.

A (sicut reliquæ literæ) ponitur interdum sola pro dictione, cujus est initium, ut A. Absolvo, Ædes, Ædilis; Ære, Ærarium, Ager, Albo, Amicus, Anima, Annus, Antiquo, Argentum, Augustus, Aulus. A. A. Apud agrum, A. A. A. F. F. Auro, argento, ære, flando, feriundo, in nummis a Triumviris Monetalibus cusis. Sic priores literas explicat Cic. 7. Fam. 13. AA. COSS. Augustis consulibus. A. A. L. Aulorum libertus. A. A. L. M. Apud agrum locum monumenti. A. A. V. C. Anno ab Urbe condita. A. B. M. Amicæ, vel amico, vel animæ, bene merenti. A. P. R. C. Anno post Romam conditam. V. Sertor. Ursatum de Notis Roman.

A, Ab, Abs, præpositiones significant causam efficientem: ideoque serviunt verbis passivæ significationis in Ablativo.

A, præpositionem Latinam deduci putant a Græca præpositione ἀπὸ, detracta ultima syllaba πο.

Ab, etiam inde ductam tradunt. Siquidem ο litera ultima eliditur ab ἀπὸ, præsertim in collisionibus vocalium: id est, sequente dictione a vocali incipiente, & remanet ἀπ'. Quod si π tenuem verteris in β suam mediam, habebis Ab præpositionem Latinam.

Abs, videtur esse ex Græco ἄψ, i. e. retro. Unde & Festo retractionem significat. V. Abs in suo loco.

A & Ab, præpositiones nonnullis videntur factæ ex Abs præpositione. Cicero in Oratore, 158. Una præpositio est Abs, eaque nunc tantum in accepti tabulis manet, ne his quidem omnium; in reliquo sermone mutata est. Nam Amovit dicimus, & Abegit, & Abstulit: ut jam nescias, Abne verum sit, an Abs. Quid si etiam Absugit turpe visum est, & Abfer noluerunt, Aufer maluerunt? Quæ præpositio, præter hæc duo verba, nullo alio in verbo reperitur. Hactenus Cicero: ubi demonstrat Abs pene exoletum, & Ab, in compositione duorum tantum verborum, Absugio, & Abfero inveniri. [Vid. Voss. de Analog. 4. 24.

Ab corripitur, A producitur. Ab præponitur omnibus vocalibus, A solis consonis. Quintil. 12. 1. Fabricius respondit, a cive se spoliari malle, quam ab hoste venire.

Aliquando tamen a consonantibus excipitur Ab, si nulla prohibeat vocis asperitas, ut Priscianus docuit: sic Ab Jove, Virg. 3. Ecl. 60. Ab re, & Ab sua parte, Liv. 1. 17. Idem 30. 8. Ab dextro cornu, ab lævo. Paulo post, Neque spes veniæ ab Scipione erat. Nec quisquam est veterum, qui Ab consonantibus sæpius præponat, quam Livius. Ut taceam compositionem in Abduco, Abluo, Abnego, &c. quam Priscianus 1. 14. urget & ante J, ut Abjicio, Abjungo, Abjudico, Abjuro.

A & Ab præcedente passivo, vel verbo eandem vim obtinente, agentem significat. Sallust. Fragm. cap. 24. Vincitur a paucis. Quintil. 9. 2. Vapulare ab aliquo fustibus. Hor. 1. Serm. 2. 11.

—laudatur ab his, culpatur ab illis. Verti potest hic ablativus in dativum, Græco more, ut Servio placet. Virg. 1. Æn. 444.

— neque cernitur ulli. i. e. Ab ullo.

A meis civibus ea res mihi fuit honori, id est, Ob eam rem honoribus affectus sum a civibus meis. ut, Cic. pro Milon. 96. Beatos esse quibus ea res honori fuerit a suis civibus. Idem pro Rabir. Posth. 27. Quorum impunitas fuit non modo a judicio, sed etiam a sermone. Idem 7. Att. 15. Sumus enim flagitiose imparati cum a militibus, tum a pecunia. Idem de Orat. 3. 143. Hæc cum Crassus dixisset, parumper & ipse conticuit, & a cæteris silentium fuit. Sed vitiosa est lectio; nam omnia optima exemplaria præpositionem omittunt. Plaut. Epid. 1. 2. 26. A morbo valui, ab animo æger fui. Idem Curc. 1. 1. 51. Tam a me pudica est, quasi soror mea sit. Ter. Hec. 1. 2. 70. Narratque ut virgo a se integra etiam tum siet. Cic. 1. Att. 1. Cum Romæ a judiciis forum refrixerit.

A Platone & Aristotele homines, id est, Academici & Peripatetici, sive Platonici & Aristotelici, Platonis & Aristotelis doctrinam sequentes. Cic. pro Muren. 63. Nostri inquam illi a Platone & Aristotele, moderati homines & temperati, aiunt apud sapientem valere aliquando gratiam. [Græcorum imitatione fit. V. Vigerii Idiotism. 9. 1. 13.

Ab aliquo legare. Cic. pro Cluent. 33. Itaque ei testamento legat grandem pecuniam a filio, siqui natus esset: ab secundo hærede nihil legat. Idem 13. Att. 46. Cognovi Cluvium a T. Hordeonio legare & Terentiæ HS. ꟾↄↄ. & sepulchro, multisque rebus, nihil a nobis. Id est, Cognovi Cluvium jubere, ut Hordeonius cohæres meus Terentiæ numeraret, & ad sepulchrum ædificandum, multasque alias res sumptus suppeditaret: ego vero nihil darem, ita ut meliore conditione sim, quam Hordeonius cohæres meus. Illi enim de sua parte detrahendum est, quod Terentiæ solvat, quod sepulchro multisque rebus, mihi prorsus nihil.

Ab aliquo possidere. Ulp. in l. 1. §. fi. D. Uti possidetis. Quod ait Prætor in interdicto, Nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero possidetis, hoc eo pertinet, ut si quis possidet vi, aut clam, aut precario: si quidem ab alio, prosit ei possessio. si vero ab adversario suo, non debeat eum propter hoc, quod ab eo possidet, vincere. Paulus in l iii. in princ. eo. tit. Ego possideo ex justa causa: tu vi, aut clam. Si a me possides, superior sum interdicto: si vero non a me, neuter nostrûm vincetur. nam & tu possides, & ego. Ab alio possidere vi, aut clam, aut precario, est possessionem usurpasse rei alienæ aut vi, aut clam, aut precario. Id est, cum alius possideret, tu illum possessione dejecisti aut vi, aut clam, aut precario.

Ab aliquo via uti. Ulp. in l. iii. in princ. D. De itinere actuque privato. Si cum a me recte via utebaris, fundum vendidero per quem utebaris:

utebaris: deinde emptor te prohibuerit, licet clam videaris ab eo uti, (nam qui prohibitus utitur, clam utitur:) tamen interdictum tibi competere intra annum. Paulo poſt: Si quis ab auctore meo vi, aut clam, aut precario uſus eſt, recte a me via uti prohibetur, & interdictum ei inutile eſt: quia a me videtur vi, aut clam, vel precario poſſidere, qui ab auctore meo vitioſe poſſidet. Nam & Pedius ſcribit: Si vi, aut clam, aut precario ab eo uſus ſit, non in cujus locum hæreditate, vel emptione, aliove quo jure ſucceſſi, idem eſſe dicendum. A me via uti eſt, cum ego dominus eſſem fundi, tibi conceſſi, ut via in meo fundo utereris. Ab auctore meo, uti, cum auctor meus qui mihi fundum vendidit, tibi eam viam conceſſit.

Ab altero frui. Ulp. in l. 1. in princ. D. de ſuperficiebus. Alter ab altero fruemini. Id eſt, Altero alteri fructum concedente.

Ab aliquo aquam ducere, id eſt, Per alicujus fundum in ſuum deductam habere. Ulp. in l. 1. §. Deinde ait Prætor. D. de aqua quotidiana & æſtiva. Uti priore æſtate aquam, qua de agitur, nec vi, nec clam, nec precario ab illo duxiſti, quo minus ita ducas vim fieri veto, id eſt, uti per illius fundum in tuum duxiſti.

Conſimilia etiam ſunt ſequentia, Ab aliquo ſolvere, dare, numerare. Cic. 5. Att. 21. Non modo non recuſare, ſed etiam hoc dicere, ſe a me ſolvere. Quod enim Prætori dare conſueſſent, quoniam ego non acceperam, ſe a me quodammodo dare. Hoc eſt, quaſi de meo, vel de mea pecunia. Cic. 7. Att. 18. Frater laborat, ut tibi quod debet, ab Egnatio ſolvat. Id eſt, Sumptam ab Egnatio debitore ſuo pecuniam tibi numeret. Idem pro Flacc. 44. ſi Prætor dedit, ut eſt ſcriptum, a Quæſtore numeravit: Quæſtor a menſa publica: menſa aut ex vectigali, aut ex tributo. A Quæſtore, inquit, quaſi A Quæſtore acceptam, intellige Pecuniam. Perſolvere ab aliquo. Cic. pro Planc. 42. Sinite me, quod vobis fretus huic ſæpe promiſi, id a vobis ei perſolvere.

Repræſentare pecuniam ab aliquo. Cic. 12. Att. 25. Reliquæ pecuniæ vel uſuram Silio pendemus, dum a Faberio, vel ab aliquo, qui Faberio debet, repræſentabimus. Quaſi dicat, Spero fore, ut a Faberio exigamus ita cito, ut poſſimus Silio ſolvere ante diem conſtitutam: idcirco pendemus uſuram, dum repræſentemus.

Suppeditare ab aliquo. Cic. 2. contr. Rull. 32. Sumptum haurit ex ærario, ſuppeditat a ſociis.

A cauda de ovo exire. Plin. lib. 10. 16. Hylas tradit noctuam, bubonem, picum arbores cavantem, trogonem, cornicem, a cauda de ovo exire: quoniam pondere capitum perverſa ova, poſteriorem partem corporum fovendam matri applicent. In ſimilibus tamen locutionibus interdum ſupprimitur præpoſitio: ut apud eundem 7. 8. Neronem pedibus genitum parens ejus ſcribit Agrippina. Ritu naturæ capite hominem gigni mos eſt, pedibus efferri. ubi V. Hard.

Item mutatur in præpoſitionem In aliquando. Plin. 10. 64. Quæcunque, ait, animal pariunt, in capita gignunt, circumacto ſub enixum fœtu, alia in utero porrecto.

A matre pulli: id eſt, Recentes a nido accepti. Columel. lib. 8. cap. 5. A matre pulli non exiguis pretiis veneunt.

Elephanti nuper a ſylva. Flor. 4. 2. Elephanti bellorum rudes & nuper a ſylva, conſternati ſubito clangore, &c.

A lenone manu aſſerere. Plaut. Perſ. 1. 3. 83. Continuo tu illam a lenone aſſerito manu. Sermo eſt conciſus, pro eo quod eſt, A lenonis poſſeſſione vel dominio.

Ab exule prope eſſe. Tacit. 1. Hiſt. 10. Licinius Mutianus, vir ſecundis adverſiſque juxta famoſus, ſuſpecta Claudii iracundia in ſecretum Aſiæ repoſitus, tam prope ab exule fuit, quam poſtea a principe.

A contumelia, quam a laude propius fuerit, poſt Vitellium eligi. Tacit. 2. Hiſt. 76. Hoc eſt, Propius contumeliæ quam laudi, Contumelioſum magis, quam glorioſum.

Ab amore ſcribere. Balbus Cic. 9. Att. 8. Hæc quam prudenter tibi ſcribam, neſcio: ſed illud certe ſcio, me ab ſingulari amore benevolentiaque quæcunque ſcribo, tibi ſcribere. Gallice dicitur, *De grand amour.*

Ab aſpectu decorus: pro eo quod Gallice dicitur, *Beau a voir.* Columel. 6. 1. Apenninus boves progenerat duriſſimos, omnemque difficultatem tolerantes, nec ab aſpectu decoros. Cicero dicit, Ad aſpectum præclarus, Ad aſpectum pulcher. V. ſuis locis.

Ab aliquo deſcribere. Cic. 13. Att. 21. Scripſit Balbus ad me, ſe a te quintum de Finibus librum deſcripſiſſe. Id eſt, Ex tuo libro.

A ſe aliquid facere, id eſt Ultro. Cic. 1. de Orat. 111. Videor non ipſe aliquid a me promiſiſſe, ſed fortuito in ſermonem veſtrum incidiſſe.

A me ſalutem dic Ciceroni: id eſt, Verbis meis, ſeu nomine meo. Cic. 6. Att. 2. Valebis igitur, & valere Piliam & Cæciliam noſtris jubebis literis, & ſalvebis a meo Cicerone.

A me illos habe commendatiſſimos. Cic. 12. Fam. 25.

A ſole calor. Cic. 2. de Nat. Deor. 129. Gallinæ pullos cum excluſerint, ita tuentur, ut & pennis foveant, ne a frigore lædantur: & ſi eſt calor a ſole, ſe opponant.

A ſole dolet. Plin. lib. 24. cap. 5. Cupreſſi folia trita, ſerpentium ictibus imponuntur: & capiti cum polenta, ſi a ſole doleat.

A ſtirpe, id eſt A majoribus. Salluſt. in Jugurth. 14. Jugurtha homo omnium quos terra ſuſtinet ſceleratiſſimus, contempto imperio veſtro, Maſiniſſæ me nepotem, etiam ab ſtirpe ſocium atque amicum populi Romani, regno fortuniſque omnibus expulit. Gallice, *De race.*

A ſtirpe, pro Stirpitus & funditus. Liv. lib. 34. Equidem fabulam & fictam rem ducebam eſſe, virorum omne genus in aliqua inſula conjuratione muliebri a ſtirpe ſublatum eſſe.

Ab auro fulgor. Lucret. lib. 2. 49.

Audacterque inter reges, rerumque potentes
Verſantur: neque fulgorem reverentur ab auro.

A bis ſeptenis undis. In eos competit, qui a noxia quapiam purgati ſunt, propterea quod antiquitus mos eſſet, homicidio pollutos, veſtes ſuas bis ſeptenis inundationibus immerſionibuſque lavare. Teſtis Suidas.

A mortuo tributum exigere vel colligere. Competit in principes expilatores plebis, qui nulla non ex re lucrum exprimunt, aut vectigal extorquent. In eos etiam, qui per fas nefaſque divitias undique congerunt, aut e rebus minutis ac ſordidis & turpibus. Ex Ariſt. Rhet. lib. 2.

A puro pura defluit aqua. Quadrat in hominem usquequaque inculpatum & innocentem, quem etiamſi quis aliquando vocet in crimen, tamen non ſolum fama illius non contaminatur, verum etiam illuſtrior redditur. Ex Theognide in ſententiis elegiacis.

A contraria aure inſtillare. Plin. lib. 24. cap. 10. Eraſiſtratus hederæ acinos quinque tritos in roſaceo oleo, calefactoſque in cortice punici, inſtillavit dentium dolori, a contraria aure.

A vento aliquid opponere. Plin. lib. 17. cap. 2. de arboribus, Aquilone maxime gaudent, denſiores ab afflatu ejus lætioreſque, & materiæ firmioris. Qua in re plerique falluntur, cum in vineis pedamenta non ſint a vento eo opponenda, & id tantum a Septentrione ſervandum.

Ab eo, pro Ejus. Ter. Eunuch. 3. 5. 9. Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam video velle, inibo. Ubi Donatus: Hæc eſt elocutio, Gratiam ab eo inibo, pro Ejus gratiam merebor. Nam, Ab eo, amat Terentius pro, Ejus, ponere.

Ab illo injuria. Ter. in And. 1. 1. 129. Ea primum ab illo animadvertenda injuria eſt. Quem locum ſic exponit Donatus: Animadvertenda, caſtiganda, vindicanda. Ab illo injuria, quam facit, non quam patitur. Quod ſi dixiſſet, Injuria ejus, amphiboliam feciſſet, utrum quam paſſus eſt ab alio, an quam ipſe aliis intulit.

Ab re tua, pro A negotiis tuis familiaribus. Cic. 12. Att. 6. Tantumne ab re tua eſt otii tibi, ut etiam Oratorem legas? ſumptum ex Terentio. V. OTIUM.

Ab aliqua re otium vel tempus habere. Ter. Phorm. 5. 5. 3. Otium a ſenibus ad potandum ut habeam. Cic. 1. Verr. 41. Et qui omne tempus quod mihi ab amicorum negotiis datur, in his ſtudiis laboribuſque conſumam.

Ab & A exponuntur interdum per varias præpoſitiones.

Ante. ut, Plaut. Ciſt. 4. 1. 7. Ab oſtio jacentem ſuſtuli. Idem Merc. 2. 4. 9. Omnia ego auſcultavi ab oſtio. Stat. 1. Silv. 2. 23.

—dominæ niveis a vultibus obſtas. Id eſt, Stas ante dominam. Quam familiarem loquendi formam Papinio eſſe Gevartius ibidem oſtendit. Similiter Frontinus Strateg. 1. 5. 10. Univerſi a limite obſtiterunt.

Contra. Virg. 7. Ecl. 6. —dum teneras defendo a frigore myrtos. hoc eſt, Contra frigus. Cic. pro Font. extr. A quo periculo defendite judices civem fortem. Plin. lib. 20. cap. 17. Veſtes quoque a tineis defendit. Plaut. Aſin. 1. 3. 71. Haud ab re aucupis. Hoc eſt, Non inutile, aut præter propoſitum. Ab re conſulere alicui: hoc eſt, Contra commodum. Plaut. Trinum. 2. 1. 12. de Amore; Subdole blanditur, ab re conſulit. Ab re aliquid orare. Plaut. Capt. 2. 2. 28. Quidvis, dum ab re nequid ores, faciam. Id eſt, ſi quid ores non alienum ab honeſto. Non Ab orbita, Varro dixit, Quod non alienum eſt a via & inſtituto, ſed ex conſuetudine & via. Ejus verba ſunt de vita Populi Romani, Neque id ab orbita matrumfamilias inſtituti, quod eæ pectore ac lacertis erant apertis, nec capitia habebant.

De, teſte Donato. Sueton. in Veſp. cap. 23. Ad Juniam Calvinam a gente Auguſti pertinere dicebat, pro De gente. Martial. lib. 10. 104. Ipſa protinus a via ſalutes. V. AFORIS.

Per. Plaut. Rud. 2. 5. 21. Ab ſe cantat cuja ſit. Idem Bacch. 4. 6. 22. Nunc ab tranſenna hic turdus lumbricum petit: id eſt, Per tranſennam. Hoc proverbio ſignificamus aliquem in magno verſari diſcrimine, ſuoque periculo eſſe proximum. V. Eraſm. Chil. Cic. 3. de Legib. 35. Cui ne reditus quidem ad bonos, ſalutem a bonis potuit afferre. id eſt, Per bonos. Idem pro Milon. 56. Adde caſus, adde incertos exitus pugnarum, Martemque communem: qui ſæpe ſpoliantem jam & exultantem evertit, & perculit ab abjecto. id eſt, Per eum qui abjectus eſt & proſtratus. Idem 5. Att. 21. Ex Idib. Maii in Ciliciam, ut ibi Junius conſumatur, velim tranquille a Parthis. hoc eſt, Mihi per Parthos liceat totum Junium agere tranquille in Cilicia.

Præ. A verecundia: id eſt, Præ verecundia. Liv. 39. 49. Jacentem hoſtes ſuperfuſi oppreſſerunt: cognitumque primum a verecundia memoriaque meritorum, haud ſecus, quam ducem ſuum attollunt &c. Ab illo friget, id eſt, Præ illo, ſeu illius comparatione. Eraſmus in 18. cap. Lucæ, Scio ſic alicubi loqui Gellium, Friget ab illo, pro eo quod eſt, Friget comparatus ad illum.

Pro. Cic. in Brut. 273. Ut nemo contra civium perditorum popularem turbulentamque dementiam, a ſenatu & a bonorum cauſa ſteterit conſtantius. Idem pro Cluent. 93. Non modo dicendi ab reo, ſed ne ſurgendi quidem poteſtas erat. Idem 2. Tuſc. 7. Quid enim dicant, & quid ſentiant hi, qui ſunt ab ea diſciplina, nemo mediocriter quidem doctus ignorat. Rurſum 1. de Invent. 90. Commune eſt, quod nihilo magis ab adverſariis, quam a nobis facit. Pro ſuperioribus locutionibus dicunt etiam eleganter Latini, Cum aliquo facere, Cum aliquo ſtare, Pro aliquo eſſe. Sed & cum his magnam habent affinitatem quæ ſequuntur exempla. Cic. 2. de Invent. 61. Locus communis a tranſlatione, & contra eum, qui tranſlationem inducet. Et ad Heren. 2. 9. Communes loci ſunt: a teſtibus, contra teſtes: a quæſtionibus contra quæſtiones: ab argumentis, contra argumenta: a rumoribus, contra rumores.

Propter. ut, Ab ſecundis rebus incauti, id eſt, Ob res proſperas parum ſibi caventes. Liv. 36. 24. Non tam ab ira, nec ab odio, quam ut miles ſentiret, &c. id eſt, Propter iram. Plin. lib. 2. cap. 8. Tertium ſidus Martis, quod quidam Herculis vocant, ignei, ardentis a ſolis vicinitate, binis fere annis converti, &c. Liv. 1. 17. Quinque dierum ſpatio finiebatur imperium, ac per omnes in orbem ibat, annuumque intervallum fuit: id ab re, quod nunc quoque tenet nomen, interregnum appellatum.

Quantum attinet ad. Cic. pro Roſc. Amer. 85. Vir ab innocentia clementiſſimus. Plaut. Truc. 1. 1. 26. Bis periit amator, ab re, atque animo ſimul. Idem Ciſtel. 1. 1. 62. Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine. Ter. Phorm. 2. 1. 26. Otioſus ab animo. Cic. 10. Fam. 15. Et Antonius ab equitatu firmus eſſe dicebatur. Idem 8. Fam. 10. Ego quidem præcipuum metum, quod ad te attinebat, habui, qui ſcirem quam paratus ab exercitu eſſes. Idem in Brut. 63. Acuti ſunt, elegantes, faceti, breves. Sed ille Græcus ab omni laude felicior. Idem Poſt reditum ad Quir. 15. Me nudum a propinquis, nulla cognatione munitum, &c. Pro Domo ſua, 58. Tam inops autem ego eram ab amicis, aut tam nuda Reſpublica magiſtratibus? In Brut. 227. Erat ab Oratoribus quædam in foro ſolitudo. Ad Quint. fratrem, 2. 16. Sic enim habeto, nunquam me a cauſis & judiciis diſtrictiorem fuiſſe. Ita Ab hac parte, pro Quantum ad hanc partem attinet. Idem 10. Fam. 24. Securos vos ab hac parte reddemus.

Inſtructus ab aliqua re. Cic. in Brut. 161. Ut eo nihil ferme quiſquam addere poſſet, niſi qui a philoſophia, a jure civili, ab hiſtoria fuiſſet inſtructior.

Invictus a labore. Cic. 1. Off. 68. Non eſt autem conſentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec qui invictum ſe a labore præſtiterit, vinci a voluptate.

Verſus, ſeu pro eo quod vulgo De parte dicimus. Cic. ad Brut. 10. Firmos omnino & duces habemus ab Occidente, & exercitus. Dicitur & A parte, pro eodem. Plin. lib. 13. cap. 25. Laudatiſſimo a parte Aquilonis. Idem lib. 12. cap. 15. Myrrhæ caudex craſſior, quam thuris, & ab radice etiam, quam reliqua ſui parte. Cic. 1. de Divin. 12. Quod faciebat etiam Panætius, requirens, Jupiter ne cornicem a læva, corvum a dextra canere juſſiſſet?

A & Ab transferuntur ad principium loci, vel temporis, ad ſignificandum continuationem a loco, vel tempore. Loci ſequentia ſunt, aut tanquam localis motus. Virg. 2. Æn. 254.

Et jam Argiva phalanx inſtructis navibus ibat, A Tenedo.

A Gadibus ſe ducere. V. DUCO. Tacit. 2. Ann. 20. Orſus oppido a Canopo.

Ab initio [ἀπ' ἀρχῆς, ἀρχῆθεν] Cic. ad Brut. 10. V. INITIUM.

A calce ad carceres: id eſt, A fine ad principium/ Cic. de Seneſt. 83. Nec vero velim quaſi decurſo ſpatio, a calce ad carceres revocari. Hoc eſt, A ſenio ad pueritiam.

A vertice ad imos talos, ad imos ungues; idem eſt, quod A capite usque ad calcem. Hor. 2. Epiſt. 2. 4.

Candidus, & talos a vertice pulcher ad imos.

A capite usque ad calcem, id eſt, Totum: nonnunquam, Ab initio ad finem: interdum, A ſummo ad imum. Plaut. in Epid. 5. 1. 16. Usque ab unguiculo ad capillum ſummum eſt feſtiviſſuma. Plerunque etiam A capite, id ſignificat quod A præcipuo autore, A fonte, Ab origine.

Ab extremo. Liv. 1. 28. Ab extremo orſi, primos excivere Albanos.

A fundamento. Plaut. Rud. 2. 6. 55. Qui a fundamento mihi usque moviſti mare. Pro, A fundo.

A fundo. Virg. 2. Æn. 419.

—A que imo Nereus ciet æquora fundo. Legitur & Atque.

Ab infimo. Plaut. Moſtel. 3. 2. 38.

Ab humili ad ſummum. Cic. 2. Tuſc. 5. Atque Oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad ſummum.

Ab unguibus incipere, hoc eſt, A leviſſimis, minimeque ad rem pertinentibus. cujus contrarium, A capite incipere. Caput enim rei dicitur, quod eſt illius præcipuum. Ex Baſilio. Ab imis unguibus usque ad verticem ſummum. Cic. pro Roſc. Com. 20. Nonne ab imis unguibus usque ad verticem ſummum (ſiqua conjecturam affert hominibus tacita corporis figura) ex fraude, fallaciis, mendaciis conſtare totus videtur? Id eſt, Ab unguibus pedum, & ut dici ſolet, A planta pedis.

A linea incipere dicuntur, qui ab ipſo rei exordio ſumunt initium. Sumpta eſt metaphora ab his, qui curſu certant in ſtadiis. Nam iis linea quædam ducitur, ad quam ex æquo ſtent, donec currendi ſignum accipiant. Hinc eſt illud Tertull. lib. 1. adverſus Marcionem, Age igitur ad lineas rurſus & ad gradum. Ad lineas dixit, pro eo quod eſt, Ab integro. Eandem habet ſententiam & illud, A carceribus; metaphora utique ſumpta a ſtadiis, in quibus Carceres erant repagula quædam, unde curſus initium quadrigarum agitatores ſumebant. Itaque A carcere, aut A carceribus, id ſignificat, quod Ab ipſo rei principio.

A remo ad tribunal, dici ſolitum, ubi quis repente ab infima conditione provehitur ad honeſti muneris adminiſtrationem. Ex Syriano Hermogenis interprete de Demade Oratore.

A terra ad cælum percontari. Plaut. in Perſ. 4. 4. 54. Hoſpes, volo ego hanc percontari. S. a terra ad cælum quid lubet. i. e. Quacunque de re ab initio usque ad ſupremum finem.

A labore ad libidinem. Ter. And. 1. 1. 50. Ita ut ingenium eſt omnium hominum a labore proclive ad libidinem.

A millibus paſſuum, pro Intervallo. Cæſ. 5. Bell. Gall. 32. Opportuno atque occulto loco, a millibus paſſuum circiter duobus, Romanorum adventum expectabant. Pro, Intervallo duorum millium paſſuum. Idem 6. 6. Poſitis caſtris a millibus paſſuum quindecim, auxilia Germanorum expectare conſtituunt.

A veſtigio. Plin. lib. 7. cap. 17. Quod ſit hominum ſpatium a veſtigio ad verticem, id eſſe, paſſis manibus, inter longiſſimos digitos, obſervatum eſt.

A fronte & a tergo. Cic. 3. Philip. 32. A tergo, a fronte, a lateribus tenetur. id eſt, Undique. Liv. 27. 49. Ita ex omnibus partibus a fronte, a latere, a tergo trucidantur Hiſpani.

A fronte & a tergo videre; hoc eſt, Diligenter inſpicere, & præterita cum præſentibus ac futuris conferre. Eodem ſenſu dicimus, A fronte ſimul & occipitio. Ex Homero.

A fronte præcipitium, a tergo lupi: Cum aliquis hinc atque hinc duobus maximis premitur malis, ut in utrumcunque inciderit, pereundum ſit.

A pectore denudari. Cic. 5. Verr. 32. Ne denudetur a pectore, ne cicatrices Pop. Romanus aſpiciat.

Ab exteriori parte lævis uncus. Celſ. lib. 7. cap. 26.

A limine diſciplinas ſalutare: hoc eſt, Eas leviter attingere, & earum modo rudimenta deguſtare, non etiam valde diuturnam atque præcipuam operam eis impendere. Sen. Epiſt. 49.

A vel Ab, pro A parte, ſive Ex parte. Liv. 1. 12. Principes utrinque pugnam ciebant: ab Sabinis Mettus Curtius: ab Romanis Hoſtus Hoſtilius. Idem 30. 33. Ab Romanis tubæ cornuaque cecinerunt. Idem paulo poſt, Ab anteſignanis pila non ceſſabant. Id eſt, Non ceſſabant anteſignani pila jaculari.

A vel Ab nonnunquam ponitur pro Gallica præpoſitione *par*, præſertim ubi res ſignificatur unde quid incipiat: ut, A frigore ſolet febris incipere. A potu quidam prandium incipiunt. Plin. lib. 7. in præfat. A ſuppliciis vitam auſpicatur animal cæteris imperaturum.

A vel Ab, cum caſu poſſeſſoris, poſſeſſum domicilium ſignificat. Ter. And. 4. 5. 15. Unde eſt? dic clare. MY. a vobis. Id eſt, A domo veſtra. Ibid. 1. 3. 22. Sed Myſis ab ea egreditur. Sic, A me, A milite, A Glycerio, apud eundem. Plaut. Ciſtel. 4. 1. 6. Hæc ciſtella numnam hinc a nobis domo eſt? Pro eo quod eſt, Ab hac domo noſtra.

A me, pro A mea villa. Cic. de Seneſt. 55. Cujus quidem ego villam contemplans, abeſt enim non longe a me, admirari ſatis non poſſum. Id eſt, Abeſt enim non longe a mea villa. Ter. Adel. 5. 3. 2. Quiſnam a me pepulit tam graviter fores? Id eſt, Meas, ait Donatus. A Pontio ex Trebulano ad v Id. Maii. Cic. 5. Att. 3. in fin. id eſt, Cum eſſem apud Pontium in Trebulano hæc ſcripſi.

A & Ab nominibus urbium interdum præponuntur. Cic. 1. Acad. 1. Nuntiatum eſt nobis a M. Varrone, veniſſe eum a Roma pridie veſperi. Hoc eſt, non ex ipſa urbe Roma, ſed (ut vulgus loquitur) De prope Romam. Alioqui non ſolet Cicero temere addere præpoſitionem propriis urbium nominibus. neque additur in hoc loco modo laudato ſecundum Editt. vulgatas. Cic. Att. lib. 3. Neque de illius itinere quicquam certi habebamus, niſi eum ab Epheſo ante aliquanto profectum. Cic. in Verr. Nam Brutus ab Roma aberat.

A vel Ab, junctum cum nomine loci, incolam ejus loci ſignificat, & pro adjectivo ponitur: ut, Turnus ab Aricia, pro Aricinus. Liv. lib. 1. Coloni a Velitris. i. e. Veliterni, Idem lib. 6.

Temporis ſequentia ſunt:

Ab adoleſcentia. Cic. 2. de Fin. 96. Tua erga me & erga philoſophiam voluntate ab adoleſcentia ſuſcepta. Sic Ter. Adel. 1. 1. 16. Jam inde ab adoleſcentia. Ab ineunte adoleſcentia. Cic. 13. Fam. 22. M. Æmilius Avianus ab ineunte adoleſcentia me obſervavit, ſemperque dilexit. Plaut. Trin. 2. 2. 20.

A prima adoleſcentia. Cic. 1. Fam. 9. Refero me ad manſuetiores muſas, quæ me maxime, ſicut jam a prima adoleſcentia, delectarunt.

Ab adoleſcentulo. Cic. pro Quint. 12. Nam qui ab adoleſcentulo quæſtum ſibi inſtituiſſet ſine impendio.

Ab ineunte ætate. Cic. pro Lege Manilia, princ. Sed meæ vitæ rationes, ab ineunte ætate ſuſceptæ, prohibuerunt.

A prima ætate. Cic. 4. Fam. 4. A prima ætate me omnis ars & doctrina liberalis, & maxime philoſophia delectavit.

A cunabulis. Plaut. Pſeud. 2. 4. 48. Quid ſapit? CH. usque a cunabulis. Pro eo quod eſt Ab infantia.

A primis cunabulis. Columel. lib. 1. cap. 3. V. ORIUNDUS.

Ab incunabilis. Liv. 4. Ab incunabilis imbutum odio Tribunorum. Ab ipſis dicendi incunabulis. Quintil. in procem. lib. 1.

Ab infante. Columel. lib. 3. cap. 8.

Ab infantibus, id eſt, A pueris. Celſ. lib. 7. cap. 7. §. 15.

Ab infantia prima. Tacit. 1. Ann. 4.

Ab initio ætatis. Cic. 4. Fam. 3.

Ab juventa. Liv. 26. 19.

A parvis, Idem. Cic. 2. de Legib. 9. A parvis enim, Quinte, didicimus. Ter. And. 3. 3. 7.

A parvulo. Ter. Adel. 2. 1. 23. Eduxi a parvulo, habui, amavi pro meo.

A parvulis duritiei & labori ſtudent. Cæſ. 6. Bell. Gall. 20.

A primordio ſui. Tacit. 3. Hiſt. 34. Hic exitus Cremonam habuit, anno ducenteſimo octogeſimo ſexto a primordio ſui.

A principiis ita diligentior fiet puer. Quintil. lib. 1. cap. 1.

A puero & a pueris. Cic. 4. Acad. 115. Diodoro quid faciam Stoico, quem a puero audivi? Cic. 1. Tuſc. 57. Nec vero fieri ullo modo poſſe, ut a pueris tot rerum notiones haberemus.

A puero parvulo. Plaut. Merc. prol. 89.

A pueritia. Cic. 5. Fam. 8: 4. 7. & 1. 7. Idem 2. Tuſc. 27. Et Ter. Heaut. 1. 2. 9.

A puſillo puero. Plaut. Stich. 1. 3. 19. Quia jam inde a puſillo puero ridiculus fui.

A tenero & a teneris. Columel. 5. 6. Eam partem cæli ſpectent, cui a tenero conſueverunt. Id eſt, Cum adhuc teneræ eſſent. Virg. 2. Georg. 272. —adeo a teneris conſueſcere multum eſt. Subaudiendum, Annis.

A teneris unguiculis. Cic. 1. Fam. 6. Hoc eſt, Ab infantia.

Ab avo. Ter. Phorm. 2. 2. 48. Progeniem veſtram usque ab avo, atque atavo proferens. Id eſt, Ab avi tempore.

Ab aurora, Ab ſole orto. Plaut. Pœn. 1. 2. 8. Usque ab aurora ad hoc quod eſt diei. Liv. 27. 2. Romani ab ſole orto, &c.

A mane. Plaut. Milit. 2. 6. 23. Longum diutinumque a mane usque ad veſperum. Ulpian. l. 2. D. de Ann. leg. Si diurnas operas Stichi dare damnatus, non a mane, ſed a ſexta diei hora det, totius diei nomine tenebitur.

A media nocte togatus ero. Martial. 10. 82. 2.

Ab ovo usque ad mala, dixit Horat. 1. Serm. 3. 7. pro eo quod eſt, Ab initio convivii usque ad finem. Proverbium eſt. Antiquitus enim cœnam ab ovis auſpicabantur, malis finiebant. Erit venuſtius, ſi longius trahatur, ad alia translatum, Ab ovo usque ad mala, id eſt, toto colloquio, tota navigatione, aut toto opere.

Ab omni æternitate vixit animus. Cic. 1. de Divin. 25. & 2. 19.

Ab omni vetuſtate acceptum. Cic. de Aruſp. reſp. 29. Cæremonias ab omni vetuſtate acceptas, a Brogitaro pollui non ſinit.

A pridie Idus Septembris. Plin. lib. 11. cap. 16. Gignitur mel ericæum, maxime Arcturi exortu, a pridie Idus Septembris.

A prima luce. Cæſ. 1. Bell. Civil. 81. Hoc idem poſtero die a prima luce faciunt.

A primo lucis. Macrob. 1. Saturn. 5. A primo lucis in cœnæ tempus.

A primo, pro A principio. Cic. 16. Att. Utinam a primo ita tibi eſſet viſum. Id eſt, A principio. Ter. Phorm. 4. 2. 14.

A principio. Cic. 7. Att. 1. At vellem a principio te audiiſſe. Ter. And. 1. 1. 21. Rem omnem a principio audies.

Ab ſeculo ad ſeculum vivunt. Plaut. Milit. 4. 2. 87.

Ab Sylla & Pompejo Conſulibus, id eſt, A conſulatu Syllæ & Pompeji. Cic. 2. contra Rull. 56.

Ab illo tempore. Cic. 6. Verr. 30. Habuit ſecum eos ab illo tempore.

Ab octava. Juven. 1. Sat. 49. Cic. 2. Philip. 104. Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.

Aliquando tempus hoc per Poſt explicatur. Cic. de Seneſt. 19. Cujus a morte hic tertius & triceſimus eſt annus. Hoc eſt, Poſt cujus mortem. Cic. 1. Att. 5. Quod mihi mandaras, ut primum a tuo digreſſu Romam veni, confeceram. Idem 1. Acad. extr. Qui quartus ab Arceſila fuit. Liv. 3. Neque hoſtium a tergo incurſum vidit. Plin. lib. 16. cap. 39. Scipionis claſſis quadrageſimo die a ſecuri navigavit. Id eſt, Poſtquam cæſa eſt materia.

A & Ab cum certis nominibus significant Ministros: ut,
A commentariis, Qui præsunt commentariis: id est, qui in commentarium referunt, & veluti diarium conficiunt. Hos Asconius vocat Commentarienses.
Ab epistolis, [ὁ ἐπὶ τῶν ἐπιστολῶν ἡγούμενος] Qui præest epistolis, sive ut eas accipiat, sive ut ad illas respondeat. V. Sueton. Claud. cap. 28.
A latere, id est, Chari & amici principum, & qui eorum lateribus semper adsunt. V. LATUS.
A libellis, Qui præest libellis supplicibus, quas *requestas* vocant [ὁ τῶν γραμματειῶν προϊστάμενος τῶν ἱκετηριῶν]. V. LIBELLUS.
A manu servus, & manibus; Scribæ quorum manu ad literas scribendas principes uti solent. Sueton. Vesp. cap. 3. Post uxoris excessum, Cænidem Antoniæ libertam, & a manu, dilectam quondam sibi, revocavit in contubernium. Idem Cæs. cap. 74. Philemonem a manu servum.
A pedibus, vel A pedibus servus; Qui pedibus iter facit, non equo vehitur. Cic. 8. Att. 5. Nec ullam ob aliam causam Pollucem servum a pedibus meum Romam misi. Martial. lib. 3. 23. In invitatorem,

Omnia cum retro pueris obsonia tradas:
Cur non mensa tibi ponitur a pedibus?

Idem Pedes eos appellat lib. 3. 40. in Zoilum,

At ipse retro flexus ad pedum turbam,
Inter catellas anserum exta lambentes
Partitur apri glandulas palæstritis.

Idem appellat eos, Ad pedes lib. 7. 19. in Sanctram,

Misto lagenam replet ad pedes vino.

Hi etiam Circum pedes vocantur, Cic. 3. Verr. 92. Servos artifices pupilli cum haberet domi, circum pedes autem homines formosos & literatos, suos esse dicebat, &c. Non tamen desunt qui sic dictos putent, quod suis dominis semper adessent, quasi juxta eorum pedes. Domitius Calderinus putat servos ad dominorum pedes discumbere solitos. [Imo ad pedes stantes accubantibus dominis ministrabant. Vid. Ciaccon. de Triclin. p. 70. & Fulv. Ursin. in Append. p. 223. Alii ab his erant Cursores & Pedissequi, de quibus vid. s. l.
A pugione, Qui principis pugionem gestat, eique semper præsto est. Lampridius in Commodo Antonino, Inter quos libertinus, qui a pugione appellatus est.
A punctis, Qui præest reditui aquariorum, ut est apud Frontinum, lib. 2. de Aquæ ductibus.
A secretis, [ὁ ἐπὶ τῶν ἀποῤῥήτων] sunt, Qui ab ore principis imperia recipiunt diplomatum subscribendorum, dictorumque quæ in consilio selecto decerni solent. Budæus.
A studiis, Is intelligitur qui præest studiis alicujus, puta principis, utpote vir eruditissimus, cujus opera in studiis literarum utitur. Sueton. in Claud. cap. 28. Libertorum præcipue suspexit Posidem spadonem & Harpocram: ac super hos Polybium a studiis, qui sæpe inter duos consules ambulabat. Sed ante omnes Narcissum ab epistolis, & Pallantem a rationibus.
A rationibus, Ratiociniorum præfectus, qui nunc vulgo apud nos Clericus aut magister computorum dicitur. V. Sueton. paulo ante.
A voluptatibus, Qui studium habet comminiscendi voluptates ad principem oblectandum. Unde olim Xerxes edixit se præmium daturum ei, qui novum voluptatis genus reperisset. Suet. in Tiberio c. 42. Novum denique officium instituit a voluptatibus, præposito equite Romano T. Cæson. Prisco. De isthoc genere infinita alia apud autores, & in antiquis Inscriptionibus maxime legere licet. In his plerumque Gen. Pers. jungi solet, quod patere potest ex Gruteri opere: e. g. pag. 578. n. 1. M. VLPIO DIVI TRAIANI A POTIONE. p. 61. n. 4. TITINIVS AB EPISTVLIS DIVI NERVAE. p. 584. n. 2. ALEXIO CAESARIS AVG. AB BYBLIOTHECA. conf. ibid. n. 6. &c. Sed & Dativum veteres subjecisse testis est Senec. in Apol. Is Menandro liberto suo tradidit, ut a cognitionibus ei esset. conf. Vopisc. in Carino, cap. 18. Est autem in his oratio Elliptica, Subintelligendum enim semper aliquid, viz. Servus, Libertus, Scriba, vel aliquid ejusmodi. Quod item patet ab inscriptionibus. Gruter. p. 583. n. 9. NESTOR C. CAESARIS SERVVS A SVPELLECTILE. p. 577. n. 8. TIB. CLAVDIVS ALCIBIADES MAG. A BIBLIOTHECA LATINA APOLLINIS.
A & Ab interdum redundare videntur. Tacit. 4. Hist. Cerialis a metu infamiæ, &c. pressit iras. Hoc est, Metu infamiæ, vel propter metum infamiæ. Idem in vita Agricolæ, Quum denotandis tot hominum palloribus sufficeret sævus ille vultus & rubor, a quo se contra pudorem muniebat. Liv. 28. Dextra Pœnos tenere castra, a stationibus, vigiliis, omni justa militari custodia tuta & firma.
A & Ab nonnunquam deesse videntur. Tacit. 3. Ann. Neque prælium omisit, donec desertus suis caderet. Idem 12. Ann. Modo pecorum Barbaris trahebatur. Id est, A Barbaris: id quod in hoc autore sæpe occurrit.
A & Ab compositionem ingrediuntur. A, ut Amoveo, Avello. Ab, ut Abigo, Abduco, Aberro, &c. Notanda sunt Aufero & Aufugio, in quibus euphoniæ causa, B in U mutatum est, teste Cic. in Orat. 158. Vid. p. 1. supra.
A & Ab, eleganter utimur cum his dictionibus Usque & Prope. Cic. pro P. Sext. 124. Usque a Capitolio. Pro Cluent. 192. Illam usque a mari supero Romam proficisci. Idem 4. Verr. 6. Tam prope a domo, tam bonis fructuosisque rebus detineri. In eundem 7. 6. In Italia bellum tam prope a Sicilia, tamen in Sicilia non fuit.
A & Ad, necnon Ab & Ad, in compositis confunduntur a librariis. V. Drakenb. ad Sil. 4. 318. Item 6. 394: 10. 18: 11. 14: & 13. 268. & Broeckh. ad Tibul. 1. 2. 21.
AĂRON, [Ἀαρών] Suidas. nomen proprium Summi sacerdotis apud Hebræos, qui una cum fratre Mose Israelitas eduxit ex Ægypto. Acta ejus reliqua vide in Exodo.

A B

AB. Abdicavit. AB AC. Ab actis. AB R. P. Ab ripa proxima. AB V. C. Ab Urbe condita.
AB, præpositio ablativa. V. A.
ABA, [Ἄβα] Urbs Arabiæ felicis, ut ait Ptolem.
Item, Mons Armeniæ unde oritur Euphrates. Plin. lib. 5. cap. 24.
Item, teste Strab. lib. 10. ex Aristotelis sententia, Civitas fuit Phocidis, cujus cives Abantes dicebantur, qui postea relicta patria Eubœam incoluerunt, quæ etiam ab ipsis Abantis [Ἀβαντὶς] auctore Stephano, dicta est.
ABA, [Ἄβα] Xenophanis filia, quæ Olbi Ciliciæ urbis tyrannidem, quam pater procuratorio nomine administrarat, cultu, obsequiisque ab Antonio & Cleopatra sibi impetravit. V. Strab. lib. 14.
ABABA, Maximini Imperatoris mater, auctor Capitolin. in Maximinis.
ABACÆNA, [Ἀβάκαινα] Ptolemæo, vel ABACÆNUM, [Ἀβακαῖνον] Suidæ & Stephano, Oppidum est Siciliæ, non procul a Messana, cujus incolæ dicuntur Abacænini [Ἀβακαινῖνοι] Stephano.
Est præterea Abacæna, teste Ptolemæo lib. 6. Oppidum Mediæ.
ABACION, Diminutiv. Gr. ab Abax. V. ABACULUS.
ABACTOR, ABACTUS. V. ABIGO.
ABĂCUS, i. m. [ἄβαξ] apud antiquos Planities erat ad sessum habilis, e marmore facta, vel structura, nam & calcis usum in abacis fuisse, Plin. docet lib. 33. cap. 12. Ad abacos, non nisi marmoroso: quoniam marmor in eo resistit amaritudini calcis. Vulgus ipsum hodie quicquid tale est in quo multi sedere possint, appellat *bacum*, detrita tantum (ut imperitæ plebis mos est) vocali prima. Sidon. Apoll. lib. 2. Epist. 2. Ibi stibadium, inquit, & frequens abacus. Ex Hermolao in Plin. Nostrates vulgo *bancum* vocant.
Abacus, Mensæ genus ex opere intestino, ubi in tricliniis vasa omnis generis aut ad usum, aud ad elegantiam comparata exponi solent. Juven. 3. Sat. 204.

Lectus erat Codro, Procula minor: urceoli sex,
Ornamentum abaci: necnon & parvulus infra Cantharus.

Cic. 6. Verr. 35. Ab hoc iste abaci vasa omnia, ut exposita fuerant, abstulit. Varro de L. L. 8. 33. Liv. 39. 6. Et quæ tum magnificæ supellectilis habebantur, monopodia & abacos, Romam advexerunt. conf. Plin. 34. 3. & 37. 2. item Fulv. Ursin. de Triclin. p. 150. sq. Ph. Rubenii Elect. 1. 34. Gallis dicitur *Buffet*.
Abacus Solis, dicitur Astronomis, pro Disco ejus, qui est ipsius orbis sive latitudo. Cæl. lib. 24. cap. 12.
Abacus, Tabula quadra, quæ imponitur epistyliis sive capitulis columnarum. de quo Vitruv. lib. 13. cap. 1. conf. Idem 7. 3. cum Baldi Lex. p. 3. & Turneb. Advers. 2. 3.
Abacus, item Tabula est calculatoria, in qua arithmetici numeros ducunt subinde deletiles, & geometriæ figuras designant. Hujus formam ex antiquis Monumentis publicavit Marc. Velserus Rer. August. Vindel. Comment. p. 221. V. Apul. Apol. 1. p. 284. Elmenh. Abaco & pulvisculo te dedisses. Pers. 1. Sat. 131.

Nec qui abaco numeros, & secto in pulvere metas
Scit risisse vafer.

Veteres mensam Pythagoricam appellabant.
Abacus, præterea, Alveolus est aleatorius, seu Tabula lusoria aut latruncularia. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 5. Sed vultisne diem sequentem, quem omnes plerique abaco & latrunculis conterunt, nos istis sobriis fabulis a primo lucis in cœnæ tempus exigamus? Quemadmodum & apud Sueton. Neron. cap. 12. interpretatur Torrentius.
ABACŬLUS, i. m. [ἀβάκιον] dimin. Parvus abacus.
Abaculos Plinius intellexisse videtur (ut interpretatur Hermolaus) Calculos, quibus in dispunctione ac supputatione numerorum utebantur antiqui. Verba Plinii hæc sunt lib. 36. cap. 26. Vitri fragmenta teporata agglutinantur tantum, rursus tota fundi non queunt, præterquam abrupta sibimet: tingit ars veluti cum calculi fiunt, quos quidam abaculos appellant, aliquos etiam pluribus modis versicolores. Eos esse lusorios existimat Harduinus quem vide ad l. c.
ABADIR, inquit Priscianus, Deus esse dicitur, & Lapis, quem Saturnus devorasse fertur pro Jove, lib. 5. p. 647. Græci βαίτυλον dicunt: nam, ut Hesychius ait, βαίτυλος dicitur saxum illud fasciis revinctum, quod pro Jove devorasse dictus est Saturnus.
ABÆ, arum. f. pl. [Ἄβαι] Oppidum Phocidis. Strab. Nomen habet ab Aba heroe, ut Stephanus & Suidas prodiderunt. Dicitur & Aba, numero singulari, ut paulo ante diximus.
ABÆA, æ. f. [Ἄβαια] Ptolemæo Oppidum est in sinu Messeniaco, non procul a Pheris, quod nonnulli idem esse putant cum Hira, seu OEchalia una ex septem civitatibus, quæ apud Homer. 10. Iliad. Achilli offeruntur ab Agamemnone. V. Hermol. in Plin.
ABÆUS, a, um. Adj. unde, Abæus Apollo: ibi enim templum fuit Apollinis, in quo dabantur oracula, priusquam in Delphis darentur, ut Stephanus scribit. Hujus templi meminit & Pausanias in Phocicis: Aba inquit, urbs dicta ab Abante Lyncei & Hypermnestræ filio nuncupata, quæ Apollini dicata fuit. Erat in ea vetustissimum Apollinis oraculum in fano, quod ab exercitu Xerxis incensum est.
ABÆĀTÆ, m. pl. [Ἀβαιᾶται] Populi sunt Arcadiæ in sinu Messeniaco, quorum urbs Abæa commemoratur a Ptolem. lib. 5. V. Plin. 4. 6.
ABAGĂRUS, vel potius ABGARUS. Sic enim scribendum id nomen invictis argumentis docuit Ill. Spanhem. de Usu & Pr. Num. Ant. Diss. 2. S. 3. contra Henr. Vales. ad Exc. Peiresc. p. 101. Nam alias Augarus, Abbarus, Acbarus & Agbarus, aliisque modis scriptum reperitur. Familiare id fuit & quasi solenne Regulorum Oesrhoenorum, sive Edessæ toparcharum nomen. Capitolin. in Anton. Pio C. 9. Abgarum regem ex Orientis partibus sola auctoritate deduxit. Alius ab hoc fuit, quem a Severo subactum Persarum regem falso nominat Spartian. C. 18. de quo & Herodian. 3. 9. 4. Vict. Schotti C. 20. 14. Idem qui postea fraude nefaria a Caracallo fuit circumventus, teste Dione. Omittimus fabulam de Abgari antiquioris & Christi Dn. literis ἀμαβαίοις, quæ in Ecclesiasticis monumentis decantata est. V. Exc. Peir. p. 746. & not. Vales. Niceph. l. 2. C. 7. Euseb. Hist. Eccles. l. 1. C. 12. 13. tum inprimis Spanhem. in eod. op. Diss. 8. S. 10.
ABAGARICUS, a, um. Adj. ut, Abagarica Edessa. Mantuan. ad Reg. Cùr. 263.
ABAGIO, ōnis. f. vox obsoleta. V. ADAGIUM.
ABALA, [Ἀβάλη] Oppidum est Troglodytarum non procul a Mari rubro. Plin. lib. 6. cap. 29.
ABALIĒNO, āre. [ἀλλοτριόω, ἐνεχυράζω, νοσφίζω] Quod nostrum erat, alienum facere. Abalienationis duo genera ponit Cic. in Topic. 28. hoc modo, Abalienatio, est ejus rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio, inter quos ea jure civili fieri possunt. Cic. 2. de lege Agr. 64. Idemque agros vectigales Pop. Rom. abalienaret.
Hinc a rebus ad animum & personas transfertur. Cic. 2. Philip. 38. At vero Cn. Pompeji voluntatem a me abalienabat oratio mea. Idem 2. de Orat. 182. Eaque omnia valde benevolentiam conciliant, abalienantque ab iis, in quibus hæc non sunt.

Aba-

Abalienari ab aliquo, Disjungi. Plaut. Milit. 4. 8. 11. Istuc crucior, a viro me tali abalienarier.

Abalienare & Retinere, contraria. Cic. Fam. lib. 1. Epist. 7. Quos fovendo in communi causa retinere potuerunt, invidendo abalienarunt.

Abalienātus, [ἀλλοτριωθεὶς.] Cic. 6. Verr. 60. Abalienati scelere istius a nobis omnes reges amicissimi, nationesque. Idem Att. lib. 1. 1. Sed mirandum in modum est animo abalienato. Subaudi, abs te. Idem de Invent. lib. 1.
Interdum jungitur ablativo sine præpositione. Liv. de Bell. Pun. Sero nunc desideratis, diminuti capite, abalienati jure civium. Pro a jure.

Abalienata membra, dicuntur emortua, & quæ non amplius habent vigoris, & officiorum cum aliis communicationem. Quint. lib. 8. cap. 3. Ut medici abalienata morbis membra præcidunt, ita turpes & perniciosos, etiam si nobis sanguine cohæreant, amputandos. V. alieno.

Abalienatio, [ἀλλοτρίωσις] Verbale. Ipse abalienandi actus. V. abalieno.

Abalites sinus, [ἀβαλίτης κόλπος] Exiguus est sinus in tractu Troglodytarum, ita dictus ab Abala, ejus regionis oppido maritimo. Plin. lib. 6. cap. 29. 34.

Abalus, [Ἄβαλος] Insula est Oceani Germanici, in qua nonnulli crediderunt Electrum ex arboribus fluere. Plin. lib. 37. cap. 2. 11.

Abambulantes, Abscedentes, Festus.

Abamĭta, æ. [ἀποτηθὶς] Soror abavi. Ex lib. 3. Institutionum, de gradibus cognat. & l. Jurisconsultus. D, de grad. & affin. Tit. 10. l. 10. & l. 3. ibid.

Abana, æ. Fluvius Damascenes, qui in radicibus Libani exortus, in Syriacum effunditur mare.

Abanæ, populi Africæ, vicini Caprariensibus, quos utrosque bello subegit Theodos. Marcell. lib. 29.

Abannatio, ōnis. Unius anni exilium, Absentia in annum. Budæus in Annot. poster. Interpretes Homeri tradunt morem fuisse apud vetustissimos, ut qui non voluntariam cædem admisisset, is exularet patria: ad ædesque locupletis hominis se conferens, ibi opertus sederet in limine, oraretque & postularet admissæ cædis expiamentum. Hujusmodi vero exilium ἀπενιαυτισμὸς appellabatur. verbum e verbo ductum Abannatio dici potest, quasi annuum exilium.

Abantes, [Ἄβαντες] populi fuerunt origine Thraces, qui relicta patria in Phocide sedes collocarunt, Abasque oppidum incoluerunt, sub Helicone situm: unde & Abantes dicti sunt, ut refert Strab. lib. 10.

Abantes, populi sunt Ionum inter Achivos; ut scribit Herodot. lib. 1. Alios dixit Orpheus in Argonaut. juxta Pontum.

Abantes, populi Eubœæ. Pausan. Eliac. 1. c. 22. p. 435.

Abantiades, abantias, V. infra in abas.

Abantis, idis. [Ἀβαντὶς] Insula est maris Ægæi, toti illi Græciæ litori opposita, quod a Sunio Atticæ promontorio ad Thessaliam usque extenditur, angustissimoque freto, quem Euripum vocant, a Bœotia dirempta. Dicta Abantis, ut quibusdam placet, ab Abantibus incolis, e Thracia oriundis, qui relictis Abis, Phocidis civitate (a qua & nomen acceperunt) in hanc insulam transmigrarunt. Quanquam non desunt (inter quos est Homeri Scholiastes) qui hanc insulam ab Abante potius heroe nomen accepisse existiment, qui in ea non multo ante Trojana tempora dicitur regnasse. Hæc primum a situs longitudine Macris dicta est: postremo autem Eubœa. V. Strab. lib. 10.

Abaortæ, a Plin. lib. 6. cap. 20. 23. numerantur inter Indiæ populos.

Abăphus, a, um. [ἄβαφος] Id est, non tinctus, ab α privativa particula: & βάπτω, tingo.

Abaptistum, i. n. Medicorum est instrumentum, terebellæ usum præbens, quoties cranii os propter fracturam aliquam perterebrandum est. Habet enim hoc instrumentum in summitate sua labrum, sive obicem, prohibentem ne altius immergi possit, aut meningas lædere: unde & nomen habet ἀβάπτιστον. V. Galen. lib. 6. Method. cap. 6. Dicitur & Trypanum, τρύπανον, id est, terebrum seu terebra, & Trypane, trypanes, τρυπάνη. nam τρυπάω valet Terebro, Perforo, Pertundo, Aperio, Patefacio. [Imo hæc vox semper aut additur, aut subintelligitur. Dicitur & fœminine ἀβάπτιστος τρυπάνη.

Abaptistus, Adj. [ἀβάπτιστος.] quod mergi non potest. Epitethon est, proprie suberi conveniens.

Abarbarea, [Ἀβαρβαρέα] Una Naiadum, ex qua Bucolion, maximus natorum Laomedontis, Æsepum genuit, & Pedasum. Hom. 6. Iliad. 22.

Abarceo, es, ui. [ἀπείργω] Prohibeo. Festus. Alii scribunt Aberceo [quod V.] ut Coerceo.

Abari, Scytica Hamaxobiorum gens, qui campos ultra Caucasum existentes depascunt, a vicinis Turcis, a quibus male afficiebantur, profugi, & litora maris Euxini, quod Pontum vocant, relinquentes, ad Bosphorum venerunt. Hæc, & multo plura Evagrius Hist. Eccles. lib. 5. cap. 1. & aliis locis. Hos Nicephorus Abares vocat.

Abarim, montes excelsi, dividentes terram Ammon & Moab a Judæa, contra Jericho ad Jordanem usque fluvium protendentes radices.

Abarimon, [Ἀβαρίμων] Scythiæ regio, in magna Imai montis convalle, in qua sylvestres homines degunt, aversis post crura plantis, qui maximam habent velocitatem, passimque cum feris vagantur, Plin. lib. 7. cap. 2.

Abaris, [Ἄβαρις] dicitur continentis habitator, & cujus habitatio in aquis non est, quia baride, id est navigio non indiget.

Abăris, is. [Ἄβαρις] nomen viri proprium: de quo sic Cæl. lib. 16. cap. 22. Abarin Hyperboreum ferunt, sagittam per orbem terræ circuntulisse, nihil omnino vescentem. Hunc Abarin Seuthæ filium, non ignarum literarum, oracula scripsisse tradunt, quæ Scythica nuncupentur, & nuptias Hebri fluminis, Apollinis adventum ad Hyperboreos, oratione metrica, abs quo sagittam acceperit, quam diximus. Hactenus Cæl. Ovid. 5. Met. 86.

Caucaseumque Abarin, Sperchesiadenque Lycetum.

Meminerunt hujus Herodot. in Melpom. & Strab. lib. 7.
De eo & Harpocrat. in Lexico. Malchus & Iamblichus de vita Pythagoræ, a cujus disciplina fuisse creditur. Origen. cap. 3. Contr. Cels. & alii. Palladium Trojanum ab hoc Abaride confectum fuisse Julius Firmicus de errore profanarum Religionum auctor est. De quo ibidem Scaliger, itemque animadversionibus in Eusebium consuli potest.

Abarnus, [Ἄβαρνος] Stephano. vel Abarnis, [ἀβαρνὶς] Herodoto, oppidum est & regio aspera in tractu Bariano, ad Propontidem. Hecatæus & Ephorus Abarnidem ad Hellespontum collocant, & Lampsaci arcem esse volunt. V. Steph.

Abas, antis. [Ἄβας] Lyncei ex Hypermnestra filius, rex duodecimus Argivorum, pater Prœti, Lasii, & Acrisii & avus Persei: a quo postea Argivorum reges Abantiadæ dicti: & Argi ipsi, Abantæi. Ovid. 15. Met. v. 164.

Cognovi clypeum, lævæ gestamina nostræ,
Nuper Abantæis templo Junonis in Argis.

Abas, item alius fuit Trojanus heros, & Æneæ comes. Virg. Æn. 1. 125.

Abanteus, Argivus. Modo dictum in Abas.

Abantĭas, adis. f. patronym. est a nomine Abas: quo significatur vel filia, vel neptis Abantis. Unde apud poetas fere pro Danae ponitur, Abantis ex Acrisio nepte: vel pro Atalanta, nepte ejusdem ex Jasio. V. abas.

Abantiădes, dæ. Patronym. m. Ovid. lib. 4. Met. 606.

Solus Abantiades, ab origine cretus eadem,
Acrisius superest. Id est, Abantis filius.

Idem 5. 138.

Torquet in hunc hastam, calido de vulnere raptam,
Ultor Abantiades. Hoc est, Perseus pronepos Abantis: fuit enim filius Danaes, filiæ Acrisii.

Et alius eodem bello, hostis Trojanorum, cujus clypeum Æneas, cum Epigrammate fixit. Virg. 3. Æn. 286.

Abăses, num. plur. loca sunt deserta & inaccessa in Occidentali plaga Ægypti [Ἀβάσεις] Hoc enim nomine Ægyptii vocant regiones inhabitatas, & maximis desertis circundatas, ut scribit Strab. lib. 17.

Abaster, sive Abastrus, [Ἄβαστρος.] unus equorum Pluto. Bocatius lib. 8. cap. 6. V. pluto.

Abăton, i. Latine dicitur invium, avium, inaccessibile, [ἄβατον] Hinc Abaton ædificium erectum a Rhodiis ad tegendum Artemisiæ trophæum, quod religione impediti, diruere non poterant. V. Vitruv. 2. 8. Bald. Lex. Vitruv. p. 4. & Cæl. Rhodig. 13. 33. Artemisiam, inquit, mirari, non desinunt Græci, quæ irruentes Rhodios classe exuerit, insulamque domuerit, erecta in urbe Rhodo statua, quæ civitati stigmata videretur inurere. Quem locum obseptum mox Abaton dixere, quoniam trophæa movisse, religio est.

Abătos, ti. f. [Ἄβατος] Ægypti insula in palude Memphitica, sic dicta: quod propter limi & papyrorum copiam difficilimus ad illam esset aditus. ab α privativa particula & βαίνω, quod est vado, vel ascendo. Lucan. lib. 10. 323.

Hinc Abaton, quam nostra vocat veneranda vetustas,
Terra potens, primos sentit perculsa tumultus.

Abauchas, nomen viri, cujus amicus fuit Gyndanes. Hujus meminit Lucian. in dialog. cui nomen Toxaris.

Abavuncŭlus, [ἀποθεῖος] Abaviæ frater. Cajus in Digest. lib. 38. t. 10. L. 3. & 10. §. 17. conf. Isidor. 9. 7.

Abăvus, i. [ἀπόπαππος] Quia abest ab avo: & est avus avi. Festus. Cic. de claris Orat. 213. Jam duorum abavorum quam est illustre nomen P. Scipionis? conf. Plaut. Mil. 2. 4. 20. & Pers. 1. 2. 5. Pater, avos, proavos, abavos, atavos, tritavos. Plin. 18. 6. Sen. de Clem. 4. 10. Sidon. Carm. 15. 153. Dicitur a Virg. quartus pater, 10. Æn. 39.

Abavia, æ. [ἀπομάμμη] Est avia avi vel aviæ. Institut. Jur. l. 3. t. 6. conf. Dig. l. 38. t. 10. l. 3. & 10.

Abax, ăcis. m. V. abacus.

Abaces, pro vasorum conditoriis videtur usurpasse Jabolenus l. 100. §. 3. ff. de Legat. 3. Heres meus. D. de legatis & fidei c. tertio, Cui Corinthia vasa legata essent, huic abaces quoque eorum vasorum collocandorum causa paratas deberi, Trebatius respondit. Labeo autem id non probat, si eas abaces vasorum numero testator habuit. Proculus vero recte ait, si æneæ quidem sint abaces, non autem Corinthiæ, non deberi. Alciatus tamen hoc in loco & legit & interpretatur, non abaces, sed bases, lectionem Florentinam retinens. Haloander a vulgata lectione non recedit. Certior est auctoritas Prisciani 7. p. 752. Putsch.

Abāzea, ōrum. [ἀβάζεα] Instituta sacra a Dionysio Caprii filio rege Asiæ: quorum meminit Cic. lib. 3. de Nat. Deor. Dicta Abazea a taciturnitate, qua hæc sacra celebrabantur, ἄβαζος, enim taciturnum significat.

Abba, [ἀββᾶ] Hebræa, vel potius Syriaca dictio, in qua singulare quiddam est, quod & patres libenter audiunt, & pueri primum sonare discunt. Paul. Rom. 8. 14. Gal. 4. 6. Per quem, inquit, clamamus Abba, pater. Hinc Abo, are. de quo infra. & per literarum transpositionem Papa.

Abbas, ătis. [κοινοβιάρχης] Collegii, societatisq. magister, monachorum primus, & antistes ac moderator. Sunt qui per unicum b scribant. Budæus Cœnobiarcham vocat Græco vocabulo in l. nos reddentes. C. de hæreticis. & in l. 4. C. de summa trinit. dicitur Archimandrita. usus Sidon. 7. Epist. 9. c. 17. extr. & lib. 9. ep. 2. & carm. 16. V. Archimandrita in Mandra. Gloss. Spelmanni, du Fresne & Hierolexic. Domin. & Car. Macri.

Abbatissa, f. ab abbate, [ἀρχιμανδρῖτις] Hieron. De modo vivendi, cum a semitis justitiæ deviat, ipsamet etiam abbatissa cognoscat. Utrumque censores Latinitatis ejecerunt sic &.

Abbatia, æ. [ἀββατεία] a recentioribus capitur tam pro Abbatis dignitate, quam pro loco ubi habitat Abbas.

Abbrevio, are. [ἐπιτέμνω] brevius reddo. Veget. in prol. lib. 3. Quæ per diversos authores librosque dispersa, Imperator invicte, mediocritatem meam abbreviare jussisti: ne vel fastidium nasceretur ex plurimis, vel plenitudo fidei deesset in parvis. conf. Vulg. Interpr. Marc. 13. 20.

Abdala Sarracenus, Viri nom. prop. qui, ut scribunt nonnulli, interrogatus quid in hac quasi mundana scena admirandum maxime spectaretur: Nihil videri homine præcellentius, respondit. V. Cæl. lib. 15. c. 25.

Abdemōnus, i. Nomen pueri cujusdam, qui vincebat omnia problemata a Salomone Hierosolymorum rege injuncta. Joseph. de Antiq. Jud.

Abdēra, [Ἄβδηρα] oppidum est Hispaniæ Bæticæ. opus Carthaginiensium. Testes Strab. lib. 3. p. 108. Ptolem. lib. 2. Pompon. Mela. lib. 2. & Plin. lib. 3. cap. 1. Est & insula ad Samothracen, eadem teste lib. 4. cap. 12. Oppidum item Thraciæ, patria Protagoræ & Democriti philosophi, iisdem testibus, dicta & condita ab Abdera Diomedis Thracum regis sorore. De ea meminit Solin. cap. 15. Hellanicus, Stephanus & Philostratus in Iconibus ab Hercule conditam fuisse tradunt.

Abdera, æ. f. dicimus, & Abdera, orum. n. Authores Vadianus in Mel. & Hermolaus in Plin. qui etiam Abderon singulari numero dici ab Ephoro, annotavit.

ABDERA, pulchra Teiorum colonia. Strab. lib. 14. tradit Teios (non Clazomenios, quod vult Solinus, refutatus a Salmasio p. 114.) cum Persarum contumelias ferre non possent, urbe relicta, Abderam Thracum urbem demigrasse: atque hinc illud vulgatum fuisse, Abdera pulchra Teiorum colonia. V. Adag. in Chil. Hoc ænigmate proverbiali significamus, non deesse quo confugiamus, siquis præter modum pergat esse molestus. Huc fortassis allusit Cic. ad Att. 7. 7. Tranquillissimus autem animus meus, qui totum istuc æqui boni facit: & eo magis quod jam a multis audio constitutum esse Pompejo, & ejus consilio, in Siciliam me mittere, quod imperium habeam. Id est, Abderiticon. Idem lib. 4. 16. Hic Abdera, non tacente me. Laudantur & ab Herodoto Teii, quod relicta patria libertatem servarint: cujus rei meminit & Strab. lib. 14. Ciceronis locum alii aliter distinguunt & exponunt, nimirum sic: quod imperium habeam. Id est, Abderiticum. Id est, ridiculum, & dignum risu Democriti Abderitæ. Id est, ratione carens, quasi factum Abderitarum. non enim Abderiticum, refertur ad imperium. Id, ea res, est, &c. Rursus illud, Hic abdera. Hoc est, Hic summa senatorum stultitia quasi Abderitæ viderentur, de quorum stupore atque insania multi scripserunt. Vitruv. quoque lib. 7. cap. 5. scribit Alabandeos & Abderitas fuisse judicatos insipientes. Vervecum patriam vocat Juv. Sat. 10. 50. propter Thraces plerosque barbaros & rudes.

Abdēra, Abdēra. Exclamatio proverbialis. Arnob. adversus gentes lib. 5. O Abdera, Abdera, quam fias mortalibus irridenda, talis si apud te esset fabula ita conflata. Dicunt eam cuncti patres, & superciliosæ perlegunt civitates: & esse tu fatua, & stoliditatis frigidissimæ judicaris.

ABDERĪTA, æ. & ABDERĪTES, æ. m. Vir [Ἀβδηρίτης] Abderæ natus. Just. 15. 2. 1. Gell. 10. 17.

Abderitæ propter ranarum muriumque multitudinem, relicto patrio solo, coacti sunt novas sedes quærere. Author Justin. lib. 15. & Plin. lib. 10. cap. 65. & Oros. lib. 3.

ABDERITĀNUS, Adj. [ἀβδηρηνὸς] Mart. lib. 10. 25.

Abderitanæ pectora plebis habes.

Hoc est, insanus es, & stupidus. Qua de causa & Tatianus ἀβδηρόλογον pro nugone & frivola mera atque inepta blaterante posuisse Vossio observatur Instit. Orat. 1. 5. 11. extr.

ABDERĬTICUS, Adj. Cic. lib. 7. ad Att. 7. Constitutum esse Pompejo in Siciliam me mittere, quod Imperium habeam. Id est, Abderiticum. de quo paulo ante in ABDERA.

Abderitica mens, Id est stupida aut insana. Abderitæ in stuporis insaniæque fabulam abiere. Quod perspicuum est ex epigrammate Martial. lib. 10. de eo qui damnatus in theatro, repræsentavit Mutium Scævolam, ac manum imposuit igni, sed jussus, & acrioribus paratis suppliciis, ni faceret.

Abderitanis autem natura peculiarem fuisse mentis stuporem indicat Cic. de Nat. Deor. Et Plin. lib. 25. cap. 8. docet huic urbi vicina esse pascua, in quibus equi pasti inflammantur rabie, quemadmodum apud Pothniam asini. Meminit & Cæl. Antiq. lect. lib. 30. cap. 4.

ABDĒRUS, [Ἄβδηρος] Hyginus fab. 30. de Abdero ita scribit; Hercules, inquit, Diomedem regem Thraciæ, & equos quatuor ejus, qui carne humana vescebantur, cum Abdero famulo interfecit.

ABDĬCO, are. [ἀποκηρύττω] Id est tanquam dicatum rejicio. Hinc filius, lex, magistratus abdicari dicitur. Quintil. lib. 7. cap. 5. Mavult pater corrigere, quam abdicare. Abdicat autem pater filium cum privat eum omni jure filii. quod olim sic fiebat: Cum filius patrem injuria affecisset, aut minus obediens ei fuisset, eum pater ad judices vocabat, & probata causa, abdicabat. Sic abdicatum filium pater alere non tenebatur, imo egenum, vestibus spoliatum dimittebat: nec defuncto patri in hæreditatem succedebat. Addicat pater filium dum vivit: exhæredat post mortem. Nepos tamen exhæredatum pro abdicato posuit Themistocl. C. 1. Proprie Plin. l. 6. c. 22. Eligi Regem liberos non habentem: & si postea gignat, abdicari, ne fiat hæreditarium regnum. De causa abdicationis liberorum, V. Lucian. in abdicato & Alciat. l. 2. Dispunct. c. 34.

Abdicare magistratum. Salust. in Catil. c. 47. Senatus decrevit, uti abdicato magistratu, Lentulus, itemque cæteri in liberis custodiis haberentur. Pro quo dicitur etiam Abdicare se magistratu, Deponere magistratum. Liv. 2. ab U. C. 10. Abdicavit se Consulatu. Cæs. 3. bell. civil. 6. Dictaturaque se abdicat, & ab urbe proficiscitur. Cic. in Catil. orat. 3. 6. Cum se prætura abdicasset. Idem 2. de Divin. Magistratu se abdicaverunt. Idem 2. de Nat. Deorum. Augures rem ad senatum: senatus ut abdicarent Consules: abdicaverunt.

Abdicare se tutela, libertate, & similibus, pro eo quod est, deponere, sive relinquere. Cic. Att. lib. 6. Itaque aut tutela cogito me abdicare: aut, ut pro Glabrione Scævola, fœnus & impendium recusare. Idem Philip. 3. Eo die non modo Consulatu, sed etiam libertate se abdicavit. Piso apud Gell, Scripto sese abdicasse.

Abdicare legem, abrogare. Plin. lib. 7. cap. 30. de Cicerone: Te dicente, legem agrariam, hoc est, alimenta sua, abdicaverunt tribus.

Abdicare simpliciter, pro rejicere. Cic. 2. de Orat. Ubi plus mali quam boni reperio, id totum abdico atque rejicio. Sic legit Budæus. Plin. lib. 4. cap. 8. Accipit amnem Euroton, non recipit, sed olei modo supernatantem (ut dictum est ab Homero) brevi spatio portatum abdicat. Idem lib. 33. cap. 1. Utinamque posset e vita in totum abdicari aurum.

Abdicare Cibum aliquem. Plin. 20. 3. Patrem. Curt. 4. 10. 3. Generum. Sulp. Apollinar. Perioch. in And. Ter. 10.

ABDICATUS magistratus, ap. Sallust. Catil. c. 47. Ed. Cort. Abdicatus magistratu. Eleganter Prudentius Passione Cypriani v. 52. Antra abdicata Soli.

ABDICATIO, ōnis. Verbale [ἀποκήρυξις] Ipse abdicandi actus, cui opponitur adoptatio. Plin. lib. 7. cap. 45. Abdicatio Posthumi Agrippæ post adoptionem. Quintil. 7. cap. 4. Abdicationum formæ sunt duæ: altera criminis perfecti, ut si abdicetur raptor, adulter: altera imperfecti, velut pendentis & adhuc in conditione positi: quale sunt in quibus abdicatur filius, quia non pareat patri. Solebant Græci filios suos abdicare ob delictum aliquod atque a conspectu removere & tum filii dicebantur ἐκπίπτειν τοῦ γένους cum autem cum patre in gratiam redirent, ἀναλαμβάνονται εἰς τὸ γένος. Cas. ad Laert.

ABDICATOR, ōris. unde fem. est.

ABDICATRIX, īcis. Salvian. l. 2. adv. Avar. p. 76. Abdicatrix misericordiæ humanitas.

ABDICATIVUS, Ut abdicativa propositio, quæ eadem Antiquis Philosophis, quam Recentes negativam vocant. Huic opposita affirmativa, eisdem Antiquis Dedicativa est, de qua suo loco. De utraque. V. Apul. 3. Dogm. Plato.

ABDICO, ĕre. Rejicere, reprobare, & auspicio negare [ἀπειπεῖν] oppositum est Addicere. Utrunque autem, Augurale est verbum. Cic. 1. de Divin. 31. Cumque in quatuor partes vineam divisisset, treisque partes aves abdixissent: quarta parte, quæ erat reliqua, in regiones distributa, mirabili magnitudine unam, ut scriptum videmus, invenit.

Abdicere, pro Abdicare, alienare. Ovid. 1. 617. Met. de Io, quam sibi ab Jove dari petit Juno.

Quid faciat? crudele, suos abdicere amores. Non dare, suspectum.

Rectius legitur Addicere, quasi inservitutem dare.

Abdicere, Pro decreto recusare, ac denegare. l. 2. §. 24. D. de Orig. juris. Qui cum animadverteret Appium Claudium contra jus vindicias filiæ suæ a se abdixisse, &c. Id est, decreto recusasse, Hotomanus.

ABDITAMENTUM, i. n. Detractio, diminutio. Apul. lib. 9. Istud ego dolium quinque denariis cuidam venditavi. Verba sunt mariti, quæ sic uxor excipit: Strenuum negotiatorem nacta sum, qui rem, quam ego mulier jamdudum septem denariis vendidi, minoris distraxit abditamento pretii. Id est, detractione ac deductione pretii. Contraria sunt Additamentum & Abditamentum.

ABDO, [κρύπτω, ἀποκρύπτω] ere. Occultare, obtegere, abscondere. Hoc verbum varium habet usum & constructionem, ut infra videbis. Proprie opponitur τῷ *addere* estque excludere, removere, a se abjungere, ut Gronov. de Sestert. 4. 8. p. 308. præclare explicat. sic Virg. de equo senectute confecto Georg. 3. 93. quod mire interpretes elusit. Tibull. 2. 1. 82. Sil. 6. 21. Cic. in Pison. 39. An amici tui tabulas abdidere. Id est, eas non sunt ausi recitare.

Abdere & Contegere. Cic. lib. 1. Off. 126. Quæ autem partes corporis ad naturæ necessitatem datæ, aspectum essent deformem habituræ atque formam, eas contexit atque abdidit.

Abdere se in aliquem locum, Est secreti aut latibuli gratia, se in aliquem locum recipere, & fere cum accusativo & præpositione IN construitur. Cic. ad Curt. lib. 7. 29. Abdo me in bibliothecam. Idem Planc. lib. 13. 28. Abdidit se in intimam Macedoniam, quo potuit longissime a castris. Cæs. lib. 1. Bell. Gal. 3. 9. Sese in proximas sylvas abdiderunt.

Interdum nullus exprimitur locus. Virg. 2. Æn. 571.

Illa sibi infestos eversa ob pergama Teucros,
Permetuens, &c.
Abdiderat sese, atque aris invisa sedebat. Id est, sese absconderat.

Abdere se in occultum. Cæs. lib. 7. Bell. Gal. 30. Neque se in occultum abdiderat.

Abdere intra vestem, vel sub terram. Liv. 2. ab U. C. Abdito intra vestem ferro, proficiscitur. Cic. lib. 2. Tusc. 60. Audisne hæc, Amphiarae sub terram abdite?

Abdere se rus vel domum. Ter. Hec. 1. 2. 100. —nam senex rus abdidit se. Cic. in Pison. 92. Domum se abdidit.

Abdere se in tectis. Liv. 1. ab U. C. Se in suis quisque tectis abdiderunt.

Abdere sub, cum ablativo. Liv. 1. ab U. C. Cultrum, quem sub veste abditum habebat, eum in corde defigit. De Lucretia.

Interdum subauditur IN præpositio. Virg. 3. Georg. 95.

Hunc quoque ubi aut morbo gravis, aut jam segnior annis
Deficit, abde domo.

Sueton. in Tiber. 12. 2. Mediterraneis agris abditus.

Abdere se ex. Plaud. Pseud. 4. 7. 5. Ex conspectu heri sui si se abdiderunt. Hoc est, latenter se amoverunt, se subtraxerunt.

Abdere se literis, & in literas. Cic. pro Archia poeta 12. si qui ita se literis abdiderunt. Est autem LITERIS dativus. Idem Volumn. lib. 7. ad Fam. Ac me totum in literas abdere.

Abdere aliquem in insulam aliquam. Hoc est, relegare, deportare. Tacit. Ann. 2. 85. Satis visum de Vistilia statuere. eaque in insulam Seriphen abdita est.

Stultitiam. Plaut. Trinum.

Verum, Id est, veritatem occultare. Ovid. Fast. 3.

ABDOR, pass. ex abdo. Condor, occultor. Plin. lib. 9. cap. 8. Abduntur tricenis diebus circa Canis ortum, occultanturque incognito modo. De delphinis.

ABDĬTUS, a, um. Partic.

Æs, argentum, & aurum. Cic. Off. 2. 13. Nec ferrum, æs, aurum, argentum effoderetur, penitus abditum. Idem de Nat. Deor. lib. 2. 151. Nos æris, argenti, auri venas penitus abditas invenimus.

Abditum & occultum. Cic. 1. de Nat. Deor.

Abditum & penetrale. Cic. de Arusp. respon. Abditos ác penetrales focos.

Abditus agro, pro in agro. Hor. Epist. 1. 1. 5.

Abditus carceri, pro in carcere. Paterc. lib. 2. Abditus carceri, cum consciis facinorosis mortem dignissimam vita sua obiit.

In tectis abditus. Cic. 1. de Invent. Rhet. lib. 4. Qui dispersos homines in agris & in tectis sylvestribus abditos, ratione quadam compulit in unum locum, & congregavit.

Tenebris Abditus. Sen. in Agam. 7. 28. Et æther abditus tenebris latet.

Ambages abdita, Id est, obscura, Tacit. lib. 5. Namque Macroni non abdita ambage, Occidentem ab eo deseri, Orientem spectari exprobravit.

Consilia abdita, Hoc est, arcana. Val. Flac. 4. Argonaut. 479.

Loca Abdita, Cic. ad Att. lib. 15. Loca venusta sunt, abdita certe, & siquid scribere velis, ab arbitris libera.

Abditum & opertum. Sen. in Herc. Fur. 659. —ut jura abdita
Et operta terris, liceat impune eloqui.

Causas Abditas morborum vocat Cels. in præfat. lib. 1. quibus opponuntur Evidentes.

Fata Abdita. Tibul. lib. 2. Eleg. 5. ad Phœbum.

Sensus Abditos gerere, Id est, occultos. Sen. in Hippol. 8. 12. Tacit. lib. 5. Abditos principis sensus, & siquid occultius parat, exquirere, illicitum.

Volun-

Voluntas Abdita ac retruſa. Cic. de petit. Conſul.

ABDITUM, i. n. [κρυπτόν] pro loco occulto. Plin. lib. 8. cap. 5. Nunquam niſi in abdito coeunt.
Abdita rerum. Horat. in Arte poet. 49.
Indiciis monſtrare recentibus abdita rerum.
Abdita terræ. Lucret. lib. 6. 809.
Terrai penitus ſcrutantes abdita ferro.

ABDITE, adv. [κρυφίως] Occulte, ſecreto, abſcondite. Cic. 4. in Verr. Omnia ita condita fuiſſe, atque ita abdite latuiſſe videantur.

ABDITĪVUS, adj. qui latuit, qui abductus amotusque fuit Plaut. Poen. Prol. v. 65. Filius abditivus a patre. Nunc, ut opinor, obſoletum. Feſtus, Abditivi, Abortivi.

ABDOLOMINUS, ſive Abdalonimus. Juſtin. lib. 11. 10. Tunc in Syriam proficiſcitur, (de Alexandro loquitur) ubi obvios cum infulis multos reges Orientis habuit. Ex his pro meritis ſingulorum, alios in ſocietatem recepit, aliis regnum ademit, ſuffectis in loca eorum novis regibus. Inſignis præter cæteros fuit Abdolominus, rex ab Alexandro Sidoniæ conſtitutus, quem Alexander, quum operam ablocare ad puteos exhauriendos, hortosque irrigandos ſolitus eſſet, miſere vitam exigentem, regem fecerat, ſpretis nobilibus, ne generis id, non dantis beneficium putarent. Sunt qui Abartomium vocent.
Ejus æquanimitatem laudat Curtius 4. 1. 28. qua Alexandro dixiſſe fertur, nihil habenti nihil defuit. Diod. Sic. 17. 46. Ballonymum vocat barbaro nomine nonnihil ad indolem Græcorum deflexo.

ABDŌMEN, ĭnis, n. [λαπάρα, ἐπιγάστριον.] Pars eſt humani corporis, quam ſic deſcribit Corn. Celſ. lib. 4. cap. 1. Ipſa autem ilia inter coxas & pubem imo ventre poſita ſunt: a quibus ac pube abdomen ſurſum verſus ad præcordia pervenit: ab exteriori parte, evidenti cute: ab interiori, levi membrana incluſum, quæ omento jungitur, περιτόναιος autem a Græcis nominatur.
Quid vero Abdomen ſit in ſue, docet his verbis Plin. lib. 8. cap. 51. Hinc Cenſoriarum, inquit, legum paginæ, interdictaque cœnis abdomina, glandia, teſticuli, vulvæ, ſyncipita verrina, ut tamen Publii mimorum poetæ cœna, poſtquam ſervitutem exuerat, nulla memoretur ſine abdomine, etiam vocabulo ſuminis ab eo impoſito. Placuere autem & feri ſues. Jam Catonis Cenſoris orationes aprugnum exprobrant callum. Et lib. 11. cap. 37. Vulva ejecto partu melior, quam edito. Ejectitia vocatur illa, hæc porcaria primiparæ ſuis optima; Contra effœtis. A partu, præterquam eodem die ſuis occiſæ, livida ac macra. Nec novellarum ſuum, præterquam primiparарum probantur, potiusque veterum, necdum effœtarum, & biduo ante partum, aut poſt partum, aut quo ejecerint die. Proxima ejectitiæ eſt, occiſæ uno die poſt partum. Hujus & ſumen optimum, ſi modo fœtus non hauſerit: ejectitiæ deterrimum. Antiqui abdomen vocabant, priusquam calleret id, ſcientes occidere non aſſueti. Hactenus Plin. Quem locum juſtis de cauſis altius repetitum, ſic exponit Hermolaus, Id quod modo ſumen dicitur, hoc eſt, ſuillas cum lacte ſuo mammas, veteres abdomen vocabant; ab lacte opinor jam abdito & fugato: utpote qui antequam ubera calleſcerent, hoc eſt, ſiccato lacte dureſcerent, ſuem occidere non ſolerent.
Abdomen porcæ. Juv. Sat. 2. 18.
Atque Bonam teneræ placant abdomine porcæ
Et magno cratere Deam.
Abdomen inſaturabile. Cic. pro Seſt. 110. Libelli etiam pro vino oppignerabantur: manebat inſaturabile abdomen: copiæ deficiebant. Quo in loco pro vitio ventris, quod guloſitatem vocant, accipitur.
Abdomini natus, Id eſt, ventri & gulæ. Cic. in Piſon. 41. Ille gurges atque helluo natus abdomini ſuo, non laudi atque gloriæ.
Abdominis voluptates. Cic. in Piſon. 66. Solet in diſputationibus ſuis oculorum & aurium delectationi, abdominis voluptates anteferre.

ABDUA, [Ἄβδουα] fluvius Galliæ Ciſalpinæ, qui Addua etiam dicitur. V. ADDUA.

ABDŪCO, xi, ctum. [ἀπάγω] Ab loco duco. Ter. Eun. 3. 1. 17. Tum me convivam abducebat ſolum ſibi. Cic. 2. de Fin. Majores noſtri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum, ut Dictator eſſet. Cic. 5. Verr. Omne inſtrumentum diripuit, familiam abduxit, pecus abegit. Sic, a marito ad divortium uxor abducitur, teſte Donato. Virg. Æn. 10. 79.
—Et gremiis abducere pactas.
Abducere vi, vel per vim. Cic. 5. Verr. Iſidori mimi filiam, vi abductam a Rhodio milite. Liv. 2. 56. Conſularibus negotio dato, ut collegam per vim, ſi aliter non poſſent, de foro abducerent.
In aliquem locum. Cic. 7. Verr. Ipſos in latomias abduci imperabat.
Rus. Plaut. Caſ. 1. 21. Abduxi mecum uxorem rus.
In diverſum a nido. Plin. lib. 10. cap. 33. de perdice & aucupe.
In ſervitutem. Cæſ. Bell. Gall. 1. 11. Liberi eorum in ſervitutem abduci.
Abduci etiam pecora dicuntur. Ovid. epiſt. 16. 357. Paris de ſe loquitur,
Pene puer cæſis abducta armenta recepi
Hoſtibus, & cauſam nominis inde tuli.
Abducere, pro Abſtrahere, revocare: ut,
Abducere a teſtibus. Cic. pro Cæl. 22. Equidem vos abducam a teſtibus.
A meretricio quæſtu. Cic. Philip. 2. 44.
Aciem mentis a conſuetudine oculorum. Cic. 2. de Nat. Deor. 45.
Animum a cogitationibus. Cic. 5. de Fin. Sic, ab querelis, Idem Att. lib. 9. Item, Abducere cogitationem a conſuetudine, Idem 1. Tuſcul.
Animum a ſolicitudine. Cic. lib. 4. epiſt. 3.
Diſcipulum a præceptore. Cic. lib. 5. de Fin. Quem diſcipulum cupio a te abducere.
Puerum a Grammaticis. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Se ab angoribus & moleſtiis. Cic. ad Fam. lib. 5. 13.
A negotiis. Plaut. Rud. 1. 2. 1.
Ab officio. Cic. de Amicitia.
A rebus gerendis abduci. Idem 1. Off.
Abducere ab ſtudio. Ter. in prol. Hec. & Cic. lib. 4. epiſt. 4.
Abduci a vero. Cic. 3. de Fin.
Equitatum ab aliquo ad ſe. Cic. 11. Philip.
Servum ab aliquo. Cic. pro Deiotaro.
Uxorem a viro. Cic. pro Flacco.
Abduci ab inſtitutis ſuis pecunia. Cic. lib. 4. in Verr. 12. Veruntamen abducuntur homines nonnunquam etiam ab inſtitutis ſuis magnitudine pecuniæ.
Abducere aliquem ad nequitiam. Ter. Adel. 3. 3. 4. In eum locum Donatus ait, Ad nequitiam abducere, quaſi invitum dixit, non vocare, ſed abducere. Ducimus enim volentes, ſed abducimus invitos.
A re aliqua ad aliam. Cic. 5. Verr. Ab illis hominibus, qui tum verſati ſunt in rep. ad hanc hominum licentiam & libidinem me abducis? Cic. 2. de Orat. Abducere animos a contraria defenſione, & ad noſtram conor traducere. Idem lib. 1. de Divin. de Aruſpicina loquens, Ne ars tanta, propter tenuitatem hominum, a religionis authoritate abduceretur ad mercedem atque quæſtum.
Aliquem a Republica. Cic. lib. 3. ad Quint. frat. Abduco equidem me ab omni Reipublicæ cura, dedoque literis.
Aliquem ex acie. Cic. in Bruto.
Aliquem a fide, pro Revocare a fide præſtanda. Cic. pro L. Flacco.
Abducere caput ab ictu, Id eſt, avertere. Virg. Æn. 5. 428.
Abduxere retro longe capita ardua ab ictu.
Gradum. Sil. lib. 10. 4.
Somnum. Ovid. Faſt. 5. 477.
Viſaque confugiens ſomnos abduxit imago.
Vincula ab aliquo loco. Val. Flac. 5. Argonaut. 160.
Vincula prenſa manu ſaxis abduxerat imis.
Viſum. Plin. lib. 11. cap. 37. Sic magna cogitatio obcæcat, abducto intus viſu. Hoc eſt, Viſu ab oculis ad animum traducto.
Non abducar ut. Cic. de Divin. 1. 34. Nec abducar ut rear aut in extis totam Hetruriam delirare, aut eandem gentem in fulguribus errare.
Abducere aliquid, pro auferre, figurate dictum. Plaut. Caſ. 5. 2. 8. Ubi intro hanc novam nuptam deduxi via recta, clavem abduxi.
Auferre & abducere. Cic. pro Quint. 84.
Abduco tibi, pro abs te. Diomedes.
Abduce, pro abduc dixit Ter. Adel. 3. 4. 36. Hunc abduce, vinci.

ABDUCTUS, [ἀπαχθείς] partic. Montes abducti. Id eſt, remoti. Val. Flac. Argonaut. 4. 675.
Flumina ponto abducta. Val. Flac. Argonaut. 5. 165.
Abductus in Secretum. Liv. 30, 14. 22, 22.

A B E

ABEA, V. ABÆA.

ABEACUS, Siracorum rex, qui ſunt populi ad radices Caucaſi. Strab. lib. 11.

ABEATÆ, V. ABÆATÆ.

ABECEDARIUM, i. n. [ἀλφάβητον] apud Auguſtinum eſt ordo ille literarum, quem pueruli condiſcunt. Alphabetum Græci vocant. Cæl. lib. 26. cap. 28. Quemadmodum autem a primis duabus literis Græcis dicitur alphabetum, ſic a quatuor primis Latinis abecedarium.
Abecedarii in diſcentium claſſibus nuncupantur ab Hieronymo, qui prima imbibunt elementa. Syllabarii, qui jam ſyllabas connectere inſueſcunt. Nominarii, qui denique integra proferunt nomina. Ex Cæl. lib. 26. cap. 28. Abecedarium quoque præceptorem recte dixeris, qui prima docet elementa. Meminit Fulgent. 3. Mythol. de Orpheo loquens. Apud eundem Abecedaria eſt γραμματιστική. 3. Mythol. cap. 10. In omnibus artibus ſunt primæ, ſunt ſecundæ: ut in puerilibus literis prima Abecedaria, ſecunda Notaria. Auguſtin. lib. 1. Retract. c. 20. Abecedarios Pſalmos appellari tradit, qui ſecundum Alphabeti literas ſignati per verſus ſunt.

ABĒDO, ēdis, vel abes, abēdi, abeſſe. [ἀποτρώγω] Idem quod Exedo, abſumo. Corn. Tacit. lib. 15. 5. Sibi imbecillum equitem pabuli inopia. Nam exorta vis locuſtarum abederat quicquid herbidum aut frondoſum. Sed legendum eſt ambederat cum Lipſio, Pichena, Berneggero, Gronovio, Ryckio.

ABELLA, æ. [Ἄβελλα] Oppidum Campaniæ Italicæ, ſupra Neapolim, verſus Septentrionem. Author Volaterranus. Virg. Æn. 7. 740.
Et quos maliferæ deſpectant mœnia Abellæ.
Confer Sil. Ital. 8. 519. & 544. Alii tamen per apocopen legunt Bellæ. V. AVELLANA.

ABELLĪNA, æ. [λεπτοκάρυον] ab Abella Campaniæ Italicæ oppido, priſcis dicebatur, quam nunc Avellanam dicimus. Plin. lib. 15. cap. 22. V. AVELLANA. Ap. Scrib. Larg. Comp. 167. Nux Abellana legitur.

ABELLINĀTES, [Ἀβελλιναῖοι] ſunt Italiæ populi, ante Protropi appellati, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. 11. Iidem Avellinates appellantur.

ABELLINUM, [Ἀβέλλινον] ſive AVELLINUM, Italiæ oppidum in Hirpinis. Plin. lib. 3. cap. 5. hodie Avellino dicitur.

ABĔMO, is. verbum obſoletum. Plaut. Abemito veſtem. Id eſt, demito, vel auferto. Feſtus. Emere enim antiqui dicebant pro accipere.

ABEO, is, īvi, & per ſyncop. abii, abĭtum, [ἀπέρχομαι, οἴχομαι] ire. Diſcedere. Ter. Eunuch. 2. 3. 49.
—rogo, nunquid velit. Recte, inquit, abeo. Id eſt, diſcedo.
Abire a vel ab, aut de loco. Plaut. Men. 5. 2. 83. Sed non abire poſſum ab his regionibus. Cic. Ter. lib. 14. 1. De loco nunc quidem abiit peſtilentia. Qui locus Ciceronis aliter tamen intelligendus videtur & diſpungendus, hoc modo: De loco, nunc quidem abiit peſtilentia. Id eſt, quantum ad locum attinet, ſcias peſtilentiam abiiſſe.
Abire hinc, illinc, iſtinc, inde. Plaut. Rud. 4. 3. 88. Sine me hinc abire.
Abire urbe vel domo. Plaut. Merc. 3. 4. 69. Cedo ſi hac urbe abis, amorem te hic relicturum putas? Pro, ab hac urbe.
Ab, vel Ex oculis, E conſpectu, &c. Liv. 5. Bell. Pun. Conſpectique repente ex oculis abierunt. Plaut. in Amph. Abin' e conſpectu meo?
Ab aliquo, pro exire ab ejus ædibus. Ter. And. 1. 5. 65. V. A, ab.
Aliquo, fere pro ire ponitur: ut, Quo abiit? hoc eſt, quonam iit?
Abire ad vel in. Cic. lib. 1. Tuſc. Abiit ad deos Hercules. Ter. Adel. 5. 2. 10. Interea in angulum aliquo abeam. pro, in aliquem angulum. Liv. 5. Bell. Pun. Cujus rei periculum vitantes plerique in exilium abierunt.

Intro, iſtuc, longe, peregre, obviam. Ter. Eun. 5. 5. 28. Idem Adel. 2. 1. 15. Nimium iſtoc abiſti. Pro, iſtuc, more antiquo. Idem Eun. 5. 2. 15. Obſecro abeamus intro. Idem Adel. 5. 5. 1. Rogat frater, ne abeas longius. Plin. lib. 35. cap. 12. Illo abeunte peregre, umbram ex facie ejus ad lucernam in pariete lineis circunſcripſit. Ter. Heaut. 2. 3. 8. Abi dum tu Dromo illis obviam.
Tu miſſus abibis. Hor. Sat. 2. 1. 86. i. e. dimitteris.
Abire impune. In IMPUNE.
Peregre. In PEREGRE.
Sic per metaphoram, abire longius, pro evagari, & à propoſito diſcedere. Cic. pro Roſc. Am. Quaſi vero mihi difficile ſit, quamvis multos nominatim proferre, (ne longius abeam) vel tribuleis, vel vicinos meos, &c. Ne longius abeam, id eſt, alienos dicam vel longinquos.
Non longe abieris, pro abeas. Id eſt, non longe petatur exemplum: non petantur exempla remotiora. Cic. Fam. lib. 7. 20. Quod Lucan. lib. 1. 94. dixit, Nec longe exempla petantur.
Abire in infinitum. Plin. lib. 17. cap. 25. ne in infinitum abeamus.
Abire, ſine præpoſitione: præſertim in urbium nominibus, ut Latinitas exigit. Virg. 1. 415. Æn. Ipſa Paphum ſublimis abit. Idem 6. Æn. 375. Ripamve injuſſus abibis? Pro, ad ripam vel in ripam, figurate.
Præpoſitio aliquando gemina additur: ut, In Aſiam ad regem militatum abiit. Ter. Heaut. 1. 1. 65.
Abire, cum priore ſupino. Plaut. Merc. 12. Si opprimit pater quod dixit, exulatum abiit ſalus.
Abire deambulatum. Ter. Heaut. 3. 1. 26.
Abire exulatum, aliquo, ad aliquem, id eſt, In exilium. Liv. 2. 15. Tarquinius, ſpe omni reditus inciſa, exulatum ad generum Mamilium Octavium Tuſculum abiit.
Abire peſſum. Plaut. Trucul. 1. 1. 15. Quando abiit rete peſſum.
Abiit res aliqua, abſolute dictum; ut,
Fides. Liv. lib. 3. ab urbe, Quia occidione prope occiſos Volſcos & Æquos movere ſua ſponte arma poſſe, idem fides abierit. Id eſt, deſiit credi, & eſſe veriſimile.
Animus abiit in varios curſus. Ovid. 9. Met. 152.
Ferrum in corpus. Stat. lib. 11. Theb.
Haſta trans pectus. Idem Theb.
Memoria. Liv. 2. ab urbe, vetuſtate memoria abiit. Pro periit, effluxit, obliterata eſt.
Modus. Ov. 11. Met. 3.
Nauſea. Cic. Att. lib. 14. Nauſea jam plane abiit. Hoc eſt, ceſſavit.
Pedes tres. Pro menſura trium pedum. Cato de R. R. cap. 135. In commiſſum abibunt pedes tres. Id eſt, diminuentur & detrahentur.
Peſtilentia. Cic. Fam. lib. 14. 1.
Pretium retro abiit. Plin. lib. 3. epiſt. 19. Ut reditus agrorum, ſic etiam pretium retro abiit. Pro, imminutum eſt.
Sol. Plaut. Merc. 5. 2. 32.
Spes. Lucan. lib. 3. 504. Spes victis telluris abit. Hoc eſt, perit, effluit. Ov. 7. Met. 567.
Sic, Abit tempus, aut alıud nomen tempus ſignificans. Pro, præterit, cedit, effluit. Cic. pro Sextio. Ter. Eunuc. 2. 3. 49. Dum hæc dicit, abiit hora. Idem Adel. 4. 5. 57. Hæc dum dubitas, menſes abierunt decem.
Et abire dicitur, quod paulatim nos deſerit.
Timor abiit. Liv. lib. 2. Urbi cum pace laxior etiam annona rediit, & advecto ex Campania frumento, & poſtquam timor ſibi cuique futuræ inopiæ abiit, eo quod abditum fuerat, prolato.
Abit tutela ad propinquos. Hor. lib. 2. Serm. 3. 218.
Abiit oppidum in villas. Plin. lib. 3. cap. 5. i. e. pro oppido villæ modo ſuperſunt.
Abire, ſequente nominativo. Liv. 2. Præceps Fabius in vulnus abiit. Id eſt, pronus cecidit in vulnus. Quidam codices habent, obiit, Virg. 5. Æn. 166. Quo diverſus abis?
Abire a re aliqua. Cic. 4. Acad. Sed abeo a ſenſibus: quaſi dicat, deſino plura de ſenſibus dicere.
Ab emptione. Vulgus dicit, Non tenere emptionem, non habere pro rata. Paulus Juriſconſ. abitum eſt à priore emptione. Id eſt, diſceſſum a priore contractu. Hic imperſonale eſt.
Ab jure. Cic. De ſuis bonis ita dat, ut ab jure non abeat. Id eſt, ab jure non diſcedat, ut nemini injuriam faciat.
E medio, E vita, Ex matrimonio. Ter. Phor. 5. 8. 30. Ea mortem obiit, e medio abiit. Cic. lib. 1. Tuſc. Cato autem ſic abiit e vita. Hoc eſt, mortuus eſt. Plaut. Milit. 4. 4. 29. Quaſi ex hoc matrimonio abierim.
Ad vulgi opinionem. Cic. lib. 3. Off. Id eſt, Accedere ad vulgi opinionem, & demittere ſe ad opinionem vulgi.
Abire magiſtratu, Conſulatu, &c. pro, Deponere magiſtratum, Conſulatum, &c. Liv. 3. ab urbe 51. Cic. Fam. lib. 5. 2. Honore. Sueton. Aug. c. 26. Imo abiiſſe magiſtratu etiam ille dicitur; qui quam deponere debebat poteſtatem vi retinet, ut fecere decemviri. Deponerent inſignia ejus magiſtratus, quo anno jam antea abiiſſent. Liv. l. c. Exercuerant autem ad eum diem poteſtatem decemviralem.
Incœpto, Omittere incœptum, incœpto deſiſtere. Liv. 4. Bell. Pun.
Abire incœpto longius. Tacit. Ann. lib. 6. 22.
Abire in rem aliquam: pro, in eam rem tranſire, mutari, redigi. Liv. 1. Civibus facta ſpes in avi mores atque inſtituta Tullum regem abiturum. Ovid. Ep. 15. 81.
Sive abeunt ſtudia in mores, artesque magiſtras.
In Serum Plin. 16. 12. In Salem. 31. 7. Id. in Semen. Id. 21. 11.
In malam crucem, & ſimilia; locutiones ſunt imprecandi. Ter. And. 2. 1. 19. Abi hinc in malam crucem. Idem Phor. 2. 3. 5. Ubi Donatus, adverbialiter: ut, huc viciniæ. Ex cujus verbis apparet legendum eſſe, Abi hinc malam crucem, abſque præpoſitione. Unde & in Eun. 3. 3. 30. Malam rem hinc abis? Plaut. Aul. 3. 3. 11. Aut abi in malum cruciatum ab ædibus. Cic. Philip. 13. Quin tu abis in malam peſtem, malumque cruciatum?
Abire in creditum, non omnino idem eſt quod credere, ſed tantum eas res credere, quæ accipientis fiunt. Hoc eſt, quæ functionem non in ſpecie, ſed in genere recipiunt: veluti pecuniam, frumentum, &c. Ulp. l. v. §. viii. D. Hotomanus.
Abire in deſuetudinem. V. DESUETUDO, in DESUEO. Abire in diem. Ter. Phorm. 5. 2. 16. Præſens quod fuerat malum, in diem abiit. Id eſt, in aliud tempus dilatum eſt.
In ora hominum. Liv. 2. 36. ne in ora hominum pro ludibrio abiret. Id eſt, Ne in ludibrium & irriſionem veniret, Ne rideretur ab omnibus, Ne fieret vulgi fabula.
In ſatietatem. Plin. lib. 8. cap. 16.
In ſumptus. Cic. Att. lib. 11. 2. In quos enim ſumptus abeunt fructus prædiorum.
In ventos, Id eſt, in oblivionem venire. Ovid. lib. 1. Triſt. 7. 35.
Sub jugum. Liv. 3.
Abeunt ſurſum radices, pro ſurſum tendunt. Cato de R. R. cap. 61. Si male arabit, radices ſurſum abibunt.
Sic abire. Ter. And. 1. 2. 4. Mirabar, hoc ſi ſic abiret. Id eſt, Si hæc res ita præteriret. Cic. in Catilin. Non hoc tibi ſic abibit. Id eſt, non hoc impune feres. Catull. 14. 16. Non, modo hoc tibi, ſalſe, ſic abibit. Sen. Ep. 3. Hoc abierit Eleganter. Id. Ep. 10. Vide, quo judicium meum abeat.
Abire, de ſermone dictum. Cic. pro Roſc. Amer. Quid ad iſtas ineptias abis, inquies? Id eſt, quamobrem ſermonem habes de iſtis ineptiis? Cur tranſis ad iſtas ineptias? omiſſis rebus neceſſariis.
Abire præ, pro præire, ſive præcedere. Plaut. Amph. 1. 3. 45. Abi præ Soſia, jam ego ſequar. V. PRÆ.
Abire viam, figurate dictum, ſicut ire viam. Plaut. Rud. 4. 3. 88. Sine me hinc abire, tu abi tacitus tuam viam.
Abire fuga. Id eſt, fugere. Virg. 4. Æn. 281.
Ardet abire fuga, dulceisque relinquere terras.
Abiiſſe, pro Abiſſe poetice dici putat Servius, cujus hæc ſunt verba in 2. Æn. 25. ubi hic eſt verſus,
Nos abiiſſe rati, & vento petiiſſe Mycænas.
Abiſſe, inquit, & petiſſe dicimus, ſed propter metrum fit Epentheſis, cum dicimus Abiiſſe & Petiiſſe. Conſiderabis tamen hoc Servii dictum.
Abi, ut ait Donatus, eſt verbum, vel ſibi, vel alteri cum laudatione blandientis. Ter. Adel. 4. 2. 25. Patriſſas: abi, virum te judico. Ibid. 5. 1. 1. Ædepol. Syriſce te curaſti molliter, lauteque munus adminiſtraſti tuum. abi.
Abi, item per contemptum dicitur. Ter. Adel. 2. 2. 13. Nunquam rem facies: abi, neſcis ineſcare homines.
Abi, abi. Ter. Adel. 4. 4. 10. —Abi, abi jam Æſchine,
Satis diu verba dediſti nobis.
Abi dicimus quaſi hærenti morantique. Ter. And. 1. 1. 1. Vos iſtæc intro auferte: abite.

ABIBĬTUR, imperſonale. Plaut. Merc. 4. 4. 36.
—ſcio jam quid velis,
Nempe me hinc abire vis. L. volo inquam. C. abibitur.

ABIENS, untis. partic. [ἀπερχόμενος] Diſcedens. Ter. And. 1. 1. 56. Obſervabam mane illorum ſervulos venientes, aut abeuntes.
Abiens magiſtratu. Cic. in Piſon. 3. Ego, cum in concione, abiens magiſtratu, dicere a Trib. plebis prohiberer, quæ conſtitueram. Hoc eſt, deponens magiſtratum.
Abiens currus. Horat. Od. 3. 6. 44. —ſol ubi montium
Mutaret umbras, & juga demeret
Bobus fatigatis, amicum
Tempus agens, abeunte curru.
Abeuntia vela. Ovid. Ep. 5. 55.
Proſequor infelix oculis abeuntia vela,
Qua licet, & lacrymis humet arena meis.
Abeuntes anni. Stat. Theb. 4. 38. —rex triſtis & æger
Pondere curarum, propiorque abeuntibus annis,
Inter adhortantes vix ſponte incedit Adraſtus.

ABITIO, ōnis. Verbale [ἀπέλευσις] Ipſe abeundi actus, hoc eſt, diſceſſus. Ter. Heaut. 1. 2. 16. Propter eam hæc turba atque abitio evenit.
Abitionem antiqui dicebant mortem. Feſtus 1.

ABĬTUS, us. m. Verbale [ἀπέλευσις] Idem quod Abitio. Ter. Heaut. 3. 1. 4. Cum videam miſerum hunc tam excruciarier ejus abitu.
Abitus, non Solum eſt ipſe diſceſſus & abitio, Abitus importuniſſimæ peſtis, Cic. in Verr. l. 3. 125. ſed etiam locus per quem abire poſſumus. Virg. Æn. 9. 379.
Objiciunt equites ſeſe ad divortia nota,
Hinc atque hinc, omnemque abitum cuſtode coronant.
Abitus ſepire. Tacit. lib. 14. 37. Circunjecta vehicula ſepſerant abitus.

ABĬTO, āre vel ēre. Frequent. Plaut. Rud. 3. 4. 72. Hunc quoque aſſerva ipſum, ne quo abitat.

ABEONA, & ADEONA, deæ cultæ fuerunt ab antiquis, quæ adeundi & abeundi facultatem præſtarent. Harum meminit Auguſt. in 4. & 7. lib.

ABEQUĬTO, [ἀφιππάζω] are. Equo abire, vel aufugere. Liv. Bell. Pun. 24. 31. Ut prætores pavidi inter tumultum abequitarent Syracuſas.

ABERCEO, ui, itum, [ἀπείργω] ēre. Arcere, prohibere, authore Feſto. Plaut. Atque eam abercet domo. V. ABARCEO.

ABERRO, as, [ἀφαμαρτάνω, ἀποτυγχάνω, ἐξαμαρτάνω] are. Eſt proprie a via recta per errorem digredi, deflectere, diſcedere; quod & errare dicitur. Plaut. Men. Prolog. 31. Puer aberravit inter homines a patre.
Aberrare per metaphoram venuſte dicimus. Cic. 5. Tuſc. 66. Sed redeat, unde aberravit oratio. Id eſt, ad illud redeamus, a quo longius digreſſi ſumus. Idem 2. de Orat. A quo quidem homine jamdudum, Antoni, non aberrat oratio tua.
Aberrare a regula & præſcriptione vitæ. Cic. 4. Acad. 140.
Aberrat ad alia oratio. Cic. lib. 1. 135. Off. Danda igitur opera eſt, ut etiamſi aberrare ad alia cœperit, ad hæc revocetur oratio.
Aberrat animus a ſententia. Cic. 7. Philip.
Aberrare a communi utilitate. Cic. pro Ligario. 19.
Non multum ab Herilli levitate aberrabimus. Id eſt, Pene tam leves erimus, quam eſt Herillus. Cic. 4. 40. de Fin.
Aberrare a miſeria. Cic. Att. lib. 12. 45. Nullo enim alio modo a miſeria quaſi aberrare poſſum. Id eſt, A miſeria cogitationem avertere, & quaſi ſubterfugium aut occaſionem quærere ejus obliviſcendæ. Subauditur & ablativus. Cic. Att. lib. 12. 38. At ego hic

hic ſcribendo dies totos, nihil equidem levor: ſed tamen aberro. Subaudi, a dolore, vel moleſtia: dolorem aut moleſtiam ſcribendo fallo.

Propoſito, & a propoſito. Cic. 1. 82. Tuſc. Aberrare propoſito facile patiebar. Idem 5. 83. de Fin. Tamen a propoſito, inquam, aberravimus. Idem pro Cæcin. 55. Ne nimium multa complectamur, atque ab eo quod propoſitum eſt, longius aberret oratio. Id eſt, digrediatur & deflectat.

Aberrare, pro Errare: ut, Aberrare conjectura, vel a conjectura. Cic. Att. lib. 14. 22. Cupio enim ante quam Romam venio, odorari diligentius quid futurum ſit: quanquam vereor, ne nihil conjectura aberrem. Hoc eſt, nihil errem in conjectura, aut conjectura fallar. Id. 1. 101. de Nat. Deor. Qui etiam ſi aberrant a conjectura, video tamen quid ſequantur.

Aberrare verbo aut nutu. Cic. de Aruſp. Reſp. 23. Si Ædilis verbo, aut ſi nutu aberravit, ludi ſunt non rite facti. Id eſt, lapſus eſt, ſeu erravit.

Aberrant inter ſe orationes. Liv. 38. 56. Nec inter ſcriptores rerum diſcrepat ſolum, ſed orationes quoque aberrant inter ſe. Hoc eſt, diſcrepant. Abhorrent legitur in emendatis. V. ABHORREO.

Aberrare in melius. Plin. Jun. lib. 4. epiſt. 28. A qua rogo, ut artificem quem elegeris, ne in melius quidem ſinas aberrare. Id eſt, ab illo exemplari diſcedere, etiamſi melius facturus ſit.

ABERRATIO, Verbale. [ἀπόπευξις] Digreſſus a recta via.

Aberratio, per metaph. Cic. Caſſio. lib. 15. 18. Epiſt. Veruntamen aliam aberrationem a moleſtiis nullam habemus. Hoc eſt, aliud avocamentum. Idem Att. lib. 12. 38. ſive hanc aberrationem a dolore delegerim, quæ maxime liberaliſſima doctoque homine digniſſima.

ABERRUNCO, V. AVERRUNCO.

ABESAMIS, [Ἀβησαμίς] Syriæ oppidum, quondam a Semiramide conditum. Plin. lib. 6. cap. 28.

ABESTE, [Ἐβήστη] oppidum, authore Plin. apud Hermandum fluvium, lib. 6. cap. 23.

ABFŎRE, [ἀπέσεσθαι] infinitivus ex Fore compoſitus: pro Abſuturum eſſe: cujus uſus eſt rarior. Virg. Æn. 8. 147.

— nos ſi pellant, nihil abfore credunt,
Quin omnem Heſperiam penitus ſua ſub juga mittant.

Hoc eſt, ſibi obfuturum nihil arbitrantur. Serv.

ABFUTURUS, V. ABSUM.

ABGRĔGO, [ἀφορίζω] āre. Ab grege ducere: Adgregare, Ad gregem ducere. Segregare, ex pluribus gregibus partes ſeducere: unde & Egregius dicitur e grege lectus. Quorum verborum frequens uſus, non mirum ſi ex pecoribus pendet, cum apud antiquos opes & patrimonia ex his præcipue conſtiterint, ut adhuc etiam pecuniam & peculia dicimus. Hæc Feſtus.

ABHINC, Adv. temporis; de præterito dictum [ἤδη, ut τρίτον ἤδη ἔτος] jungiturque ſæpius accuſativo, rarius ablativo.

Abhinc, cum accuſativo. Ter. And. 1. 1. 42. Abhinc triennium commigravit huc viciniæ. Cic. Verr. 4. 25. Horum pater abhinc duos & viginti annos mortuus eſt. Id eſt, ante.

Abhinc, cum ablativo. Plaut. Moſt. 2. 2. 63. qui abhinc ſexaginta annis occiſus foret. Cic. pro Roſc. Com. 37. Abhinc annis quindecim. Idem Att. lib. 12. 17. Quod pro Cornificio me abhinc annis amplius XXV, ſpopondiſſe dicit Flavius. V. Borrich. Cogit. p. 269.

ABHORREO, ui, [ἀποφρίττω, μυσάττομαι] ēre, ablativo jungitur cum præpoſitione a vel ab, & ſignificat horrere ab aliquo. Id eſt, ab eo prorſus alienum eſſe. Ter. Hec. 4. 4. 42. Nam omnino abhorrere animum huic video a nuptiis.

Ab auribus vulgi. Cic. 3. de Orat. Sed ut in Oratore exile, inuſitatum, abhorrens ab auribus vulgi, obſcurum, inane, jejunum.

Auris abhorret atque animus a nobis. Cic. Fam. Niſi forte fruſtra deos appello, quorum auris atque animus a nobis abhorret.

Abhorrere a nuptiis. Cic. pro Cluent. 27. Se ab his nuptiis abhorrere reſpondit.

Facinus abhorret ab illo. Cic. pro Cluent. 167. Quid unquam Avitus in ſe admiſit, ut hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur?

Abhorret a fide, pro Incredibile eſt. Liv. 1. Decad. lib. 9. Sed neque commercium linguæ, nec veſtis, armorumve habitus ſic eos texit quam quod abhorrebat a fide, quenquam externum Ciminios ſaltus intraturum.

Abhorrere a re uxoria. Ter. in And. 5. 1. 10.

Oratio abhorret ab aliqua re. Cic. pro Sext. 96. Et, ut arbitror, nec ab utilitate eorum qui audient, nec ab officio noſtro, nec ab ipſa cauſa Publii Sextii, abhorrebit oratio mea.

Voluntas abhorret ejus a me. Cic. ad Canin. lib. 2. 16. Solus enim tu ex omnibus qui cum Bibulo ſunt, certiorem me nunquam feciſti quam valde Bibuli voluntas a me ſine cauſa abhorreret. Idem Verr. 4. 10. A quo mea longiſſime ratio voluntasque abhorrebat.

Animo abhorrere. Cic. Philipp. 7. 4. Ex quo intelligi poteſt, animo illos abhorruiſſe ſemper ab optimo civitatis ſtatu, non voluntate fuiſſe populares.

Studio & voluntate ab aliqua re. Cic. pro Flacco 9. Nam ſiquis unquam de noſtris hominibus a genere iſto, ſtudio ac voluntate non abhorrens fuit, me & eſſe arbitror: & magis etiam tum cum plus erat otii, fuiſſe.

A Studiis. Cic. Fam. lib. 13. 13.

A Conſiliis. Cic. Att. 1. 20.

Abhorrere longe vel multum. Cic. pro Deiotaro 17. Etſi a veritate longe, tamen a conſuetudine criminandi non multum res abhorrebat.

Additur interdum nomen adjectivum participiale. Cic. Att. lib. 14. 13. A ducenda autem uxore ſic abhorret, ut quicquam libero lectulo neget eſſe jucundius. Sic, ab urbe relinquenda. Idem Fam. lib. 2. 15.

Eodem modo conſtruitur cum gerundi verbis in do. Cic. Att. lib. 7. Nam delectus adhuc quidam invitorum eſt, & a pugnando abhorrentium. Idem lib. 2. 6. A ſcribendo prorſus abhorret animus.

Abhorrere, ſuppreſſa præpoſitione. Cic. de Fato 8. Alii talibus vitiis abhorreant. Pro, a vitiis. Sic, abhorret vero. Hoc eſt, a veritate. Tacit. Hiſt. lib. 5. 24. Potuiſſe tunc opprimi legiones, & voluiſſe Germanos, ſed dolo a ſe flexos, imputavit Civilis. Neque abhorret vero, quando paucis poſt diebus deditio inſecuta eſt.

Abhorrent inter ſe orationes. Liv. 38. 56. [i. e. diſcrepant. Ita Cic. Fam. 1. 9. 67. de libris ſuis de Oratore; Abhorrent enim a communibus præceptis, i. e. multum diſcrepant. V. in ABERRO ad fin. & paulo ante Abhorrere a.

Abhorrere, cum accuſativo, pro exhorrere, deteſtari, & quaſi execrari, Sueton. de Auguſto. cap. 83. Nam pumilos atque diſtortos, & omnes generis ejuſdem, ut ludibria naturæ, malique ominis, abhorrebat. Liv. 4. ab urbe, Eodem anno Poſthumia virgo Veſtalis de inceſtu cauſam dixit, crimini obnoxia ob ſuſpicionem propter cultum amœniorem, ingeniumque liberius quam virginem decet, parum abhorrens famam. Ampliatam, deinde abſolutam pro collegii ſententia Pontifex max. abſtinere jocis, colique ſancte potius quam ſcite juſſit. conf. Sueton. in Galb. cap. 4.

Interdum ponitur abſolute. Cic. pro Cluentio. 41. Nemo illum aditu, nemo congreſſione, nemo ſermone, nemo convivio dignum judicabat: omnes aſpernabantur, omnes abhorrebant. [Imo tranſitive & h. l. ponitur.

ABHORRENS, pro abſurdo. Liv. lib. 10. Bell. 2. Pun. Riſus illic nequaquam tam abſurdus eſt, quam veſtræ abſurdæ & abhorrentes lacrymæ. Liv. 22. 13. Punicum abhorrens os ab Latinorum nominum prolatione. V. ib. Gronov. Curt. 3. 6. 19. Cultus habitusque paululum a privato abhorrens. Et 8. 9. 4. aquæ a colore maris haud multum abhorrentes. i. e. diſcrepantes.

ABHORRESCO, Adducitur Lactant. de ira Dei. cap. 23. Quem Dæmones abhorreſcunt. ſed ibi Interpres aliquis recentior ita reddit ἐκφρίττουσιν ex oraculo Græco.

ABHORTOR, atis. [ἀποτρέπω] Idem fere quod Dehortor. Sipontinus.

A B I

ABIES, ĕtis. f. [ἐλάτη] nomen arboris: de qua ſic Plin. lib. 16. cap. 10. Abies e cunctis ampliſſima eſt, & fœmina etiam prolixior, materia mollior, utiliorque, arbore rotundior, folio pinnato denſa, ut imbres non tranſmittat. Ibidem cap. 39. Abietis quæ pars a terra fuit, enodis eſt: hæc qua diximus ratione fluviata decorticatur, atque ita ſapinus vocatur: ſuperior pars nodoſa, duriorque, ſulterna. Virg. Ecl. 7. 66.

Populus in fluviis, abies in montibus altis.

Idem. 2. Æn. 16. — ſectaque intexunt abiete coſtas.

Abietem pro tabellis uſurpavit Plaut. in Perſ. 2. 2. 66. quod non recipit libera Oratio, teſte Quintil. lib. 8. cap. 6.

Abies viſura caſus marinos. Virg. Georg. 2. 68. per metonymiam materiæ ipſam ſignificans navem.

Audax Abies. Stat. lib. 6. Theb.

Hinc audax abies, & odoro vulnere pinus. Quod ex ea fiant naves, quibus quid audacius?

Criſpa Abies. Cic. Tuſc. 3. 44. Idque ob criſpantes venarum flexus.

Enodis Abies. Ovid. lib. Met. 10. 94.

Enodisque abies, curvataque glandibus ilex.

Longa Abies. Virg. 11. Æn. 667. — cujus apertum
Adverſi longa transverberat abiete pectus. Id eſt, haſta abiegna. Serv.

Nigra Abies. Id eſt, Umbroſa. Serv. Virg. 8. Æn. 599.

— & nigra nemus abiete cingunt.

Tacita Abies. Hoc eſt, ventorum flatibus non commota. Val. Flac. Argonaut. 7. 405.

Abietibus tacitis, aut immotis cypariſſis
Aſſimiles, rapidus nondum quas miſcuit Auſter.

Umbroſa Abies. Claud. lib. 3. 36. 349. de Raptu,
Altior & cunctis abies, umbroſaque late. Id eſt, ramos longe ſpargens.

Uncta Abies. Virg. 8. Æn. 91. Labitur uncta vadis abies. Id eſt, navis abiegna. Unguntur autem naves pice.

Abies apta fretis. Id eſt, mari. Claud. Proſ. 2. v. 107.

Apta fretis abies, bellis accommoda cornus.

ABIEGNUS, Adj. denominat. a nomine abies [ἐλάτινος] ut, Trabes abiegnæ, quæ ſunt ex abiete, Colum. lib. 12. cap. 43. Quidam eadem ratione arida populnea, vel abiegna ſcobe virides uvas cuſtodiunt. Dictio eſt quadriſyllaba, ſed interdum apud poetas triſyllaba. Propert. lib. 3. eleg. 17. 12. Induit abiegnæ cornua falſa bovi. Idem lib. 4. eleg. 1. 42. Læſerat abiegni venter apertus equi. Idem lib. 3. eleg. 1. 25.

Nam quis equo pulſas abiegno noſceret arces? Ennius Medea.
Utinam ne in nemore Pelio ſecuribus
Cæſa accidiſſet abiegna in terram trabes.

Leguntur hi verſus ap. Auct. ad Herenn. 2. 34. & Cic. Invent. 1. 91. itemque de Nat. Deor. 3. 75.

ABIEGINEUS, idem quod abiegnus. nam legimus abiegineas trabiculas & abiegineis ſectilibus in lege ædificantium, quæ marmori inſculpta Neapoli viſitur, ut refert Heſſelius in Not. ad Enn. p. 199.

ABIETĬNUS, Id. ut, Vas abietinum. Apul. de Herb. c. 29. Sed Humelbergius authoritate MSS. & ratione ductus repoſuit Argenteum.

ABIETARIUS, i. [τέκτων] Faber lignarius, ab abietibus, & aliis lignorum generibus. Vulg. Exod. 35. 35. Hi etiam Materiarii dicuntur, a materia, cujus nomine ligna quæ ad ædificandum fulciendumque neceſſaria ſunt, intelligenda eſſe declarat Juriſconſultus. Feſtus pro denominativo uſurpat: Abietaria, inquit, negotia, quam nunc materiam dicimus, videlicet ab abietibus coemendis: & Abietarius negotiator.

ABIGĔNA, bos, Varr. de L. Lat. lib. 6. Varro nuper Romæ excuſus habet Ambiegna, ut & Steph.

ABĬGA, æ. f. ab abigendo partu ſic vocata, alio nomine Chamæpitys [χαμαίπιτυς] Ea eſt herba quam vulgus herbariorum Ivam appellat, cognomento muſcatam. teſte Ruellio, lib. 3. cap. 75. Plin. lib. 24. cap. 6. 20. Chamæpitys, Latine abiga vocatur, propter abortus.

ABĬGO, [ἀπελαύνω, ἀπελάω] actum, ĕre. A loco removere, atque expellere. Cic. de Orat. lib. 2. 247. Puer abige muſcas. Idem lib. 4. Acad. 89. Peſtem abige a me. Martial. lib. 10. 5. Abigatque moto noxias aves panno. Cic. lib. 1. Tuſc. 184. Projici ſe juſſit inhumatum. Tum amici, Volucribusne & feris? Minime vero, inquit: ſed bacillum prope me, quo abigam, ponitote. Subaudi, a me.

Abigere homines, pro expellere. Plaut. Amph. Prol. 150. Non vivam veſperi, niſi illam a me ſceleſtam abigam. Sic abigere delatores, apud Plin. in Paneg. 66.

Abigunt nubes venti. Plin. lib. 2. cap. 47.

Abigere a cibo, pro Prohibere. Plaut. Curcul. 1. 3. 30.

Iraſcere, ſi te edentem hic a cibo abigat.

Abigere de, vel ex Plaut. Trucul. 2. 1. 41. Idem de frumento anſeres clamore abſterret & abigit. Idem Aſin. 12. Hinc me clamantem ex ædibus abegit hujus mater.

Abigere aliquo, pro ablegare. Plaut. Merc. 18. Abegit vir meus olim ipſe ad mercatum Rhodum, filium. Ter. Adel. 3. 3. 47. Abigam hunc rus.

Abigere ab ædibus, pro arcere. Plaut. Amphit. 3. 3. 24. Abigam jam ego illum advenientem ab ædibus.

Abigere præterea, eſt furto aut latrocinio pecudes abducere. Cic. in Piſon 634. Omne inſtrumentum diripuit, familiam abduxit, pecus abegit.

egit. Idem Verr. 28. Præterea greges equarum ejus iſtum abigendos curaſſe. Hanc ſignificationem apertius videbis ex Ulpiano, in ABIGEUS.

Abigere pecus, pro Agere ſine vi, aut furto: ut fit cum boves in paſcua mittuntur. Varr. 2. de R. R. cap. 1. Itaque greges ovium longe abiguntur ex Apulia in Samnium, æſtivatum.

Abigere translatum ad res incorporeas: ut, Abigere faſtidium, laſſitudinem. Plin. lib. 12. cap. 17. Ex Syria revehunt ſtyracem, acri odore ejus in focis abigentes ſuorum faſtidium. Plaut. Merc. 1. 1. 3. Agedum Achantio, abige abs te laſſitudinem, cave pigritiæ prævortier.

Abigere partum, vel fœtum; eſt immaturum fœtum ejicere. Cic. pro Cluent. cap. 11. Memoria teneo Mileſiam quandam mulierem, quum eſſem in Aſia, quod ab hæredibus ſecundis accepta pecunia, partum ſibi ipſa medicamentis abegiſſet, rei capitalis eſſe damnatam. Sic Plin. lib. 14. cap. 18. Et Colum. lib. 6. cap. 27. Nam hæc omnia incommoda fœtum abigunt.

Abigere venenatorum morſus Plin. lib. 20. cap. 5. 19.

ABIGENDUS, Partic. [ἀπελαθησόμενος] Ovid. 3. Faſt. 344.

O vir colloquio non abigende meo.

ABACTUS, Partic. [ἀπεληλαμένος] ut, Abacti greges, qui aut furto, aut per vim abducti ſunt. V. Liv. 4. ab U. C. 90. Exercitus in agrum Veientem ac Faliſcum ducti, prædæ abactæ hominum, pecorumque.

Abactus furto. Plin. lib. 8. cap. 51. Compertum, agnita voce ſuarii, furto abactos.

Abacta nox, figurate, pro exacta. Virg. 8. Æn. 407.

—medio jam noctis abactæ Curriculo.

Abacti magiſtratu dicebantur, qui coacti depoſuerant imperium. Feſtus 1.1.

Abactum flamen. Stat. lib. 3. Theb. v. 257.

Sylvarumque comas, & abacto flamine nubes,
Mulcet iners æſtas.

Abacti oculi. Stat. lib. 1. Theb. 105. de Tiſiphone,

—ſedet intus abactis
Ferrea lux oculis.

Abacta pauperies epulis regum. Id eſt, rejecta, expulſa. Hor. lib. 2. Ser. Sat. 2. 44. —necdum omnis abacta

Pauperies epulis regum. nam vilibus ovis,
Nigriſque eſt oleis hodie locus.

ABACTUS, us. [ἀπέλασις] Verbale. Ipſe abigendi actus, & violenta expulſio. Plin. Jun. in Paneg. cap. 20. Quam diſſimilis nuper alterius principis tranſitus (ſi tamen tranſitus ille, non populatio fuit) cum abactus hoſpitum exerceret, omniaque dextra, lævaque peruſta.

ABACTOR, oris. m. [ἀπελάτης] Verbale. Dicitur pecuariorum animalium fur, latrunculusve. Apul. de Aſin. l. 7. p. 199. Meum vero Bellerophontem, abactorem indubitatum, cruentumque percuſſorem criminantes. V. Pauli Sent. lib. 5. Tit. 18. de abactoribus.

ABIGEATOR vel ABIGATOR idem. Ita Labbeus edidit. vulgo Abigeator, quod etiam in Julii Pauli ſentent. lib. 5. Tit. 18. ſecundum quoſdam adjicitur, Qui bovem vel equum errantem abduxerit; furem magis quam abigeatorem conſtitui placuit.

ABIGEĀTUS, us. [ἀπελασία] denominativum a nomine abigeus: Ipſe abigendi actus, ſive crimen. Marcell. lib. 47. digeſt. Abigeatus, crimen publici judicii non eſt: quia furtum magis eſt.

ABIGEUS, ei. Idem quod abactor [ἀπελάτης]. Quid ſignificet docet Ulp. lib. 47. digeſt. l. 1. D. de abigeis. his verbis, Abigei proprie ii habentur qui pecora ex paſcuis, vel ex armentis ſubtrahunt, & quodammodo deprædantur, & abigendi ſtudium quaſi artem exercent, oves de gregibus, vel boves de armentis abducentes. V. Dig. lib. 47. Tit. 14. de Abigeis. & lib. 48. Tit. 19. Leg. 16. §. 7.

ABII, [Ἄβιοι] Steph. populi ſunt Scythiæ, quos ait Solinus ex Abiano flumine dici, juxta quod habitant: vel nonnullis, quod ſine vita ſtabili, aut domicilio ſint in curribus degentes. Horum meminit Homer. Γλακτοφάγων Ἀβίων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων. Iliad. 13. 6. Juſtiſſimos enim vocat, quod in pace ſine bello degant, vel quod extemporali victu utantur.

ABJICIO, [ἀποῤῥίπτω, ἀποβάλλω] eci, ectum, ere. Ex ab & jacio, eſt proprie aliquid ab ſe jacere, projicere, rejicere: & fere ex contemptu aut indignatione. Et præter caſum proprium, habet fere accuſativum cum præpoſitione. Cic. 1. Tuſc. 34. Cum ei nihil accidiſſet adverſi, e muro ſe in mare abjeciſſe, lecto Platonis libro.

Abjicere arma defatigatione, pro relinquere bellum. Cic. Torquato, lib. 6. Epiſt. 2. Neceſſe eſt, aut armis urgeri rempublicam ſempiternis, aut his poſitis recreari aliquando, aut funditus interire. Si arma valebunt, nec eos a quibus receſſeris, vereri debes, nec eos quos adjuviſti. Si armis aut conditione poſitis, aut defatigatione abjectis, aut victoria detractis, civitas reſpiraverit: & dignitate tua frui tibi, & fortunis licebit.

Abjicere ſe aliquo, quaſi ex ſuo ipſius contemptu, vel deſpectu. Cic. lib. 1. de Orat. 7. Quod ille duriſſimis pedibus fecit, ut ſe abjiceret in herbam.

Abjicere ſe humi. Plin. lib. 21. cap. 13. Qui edere, abjiciunt ſe humi.

Abjicere ſe, pro parvi æſtimare. Cic. in Parad. 1. Sic te ipſe abjicies atque proſternes, ut nihil inter te atque inter quadrupedem aliquam putes intereſſe? Vide paulo infra Abjecit.

Abjicere ſe alteri ad pedes. Id eſt, alicui ſupplicem eſſe, ſupplicandi gratia ad alicujus pedes ſe proſternere. Cic. Att. lib. 8. Non ſum veritus, ne viderer aſſentari, cui tali in re libenter me ad pedes abjeciſſem. Eidem lib. 4. 2. Abjecta toga, ſe ad generi pedes abjecit.

Abjicere ſe ſupplicem, Demittere ſe ad ſupplicandum & proſternere. Cic. pro Milone. cap. 36. Ego me plurimis pro te ſupplicem abjeci.

Abjicere aliquem, pro Negligere. Cic. ad Q. Fratrem, lib. 3. Scaurum autem jampridem Pompejus abjecit.

Abjicere item rem, eſt velut contemptam vili pretio vendere. V. Burm. ad Phædr. 4. 4. & ad Quintil. Decl. 16. 8. p. 329. item. Gron. ad Plaut. Moſt. 3. 3. 3. [Vim ſequitur reliquorum compoſitorum a Jacio & celerem ſive præcipitem venditionem denotat, quod ex Phædro ac Terentio liquet: Sic enim in Adelph. 4. 7. 25. Demea:

—viginti minæ
Pro pſaltria periere, quæ, quantum poteſt,
Aliquo abjicienda eſt, ſi non pretio gratiis.

Reſp. Micio: Neque eſt, neque illam ſane ſtudeo vendere.

Gall. *Se defaire au plûtot d'une choſe.* Phædrus ibid. ipſemet gemina phraſi exponit: Quacunque ſumma tradere. Gall. *vendre a tout prix.*

Abjecit, Id eſt, prona fecit. Cic. de Leg. lib. 1. Nam cum cæteras animantes abjeciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit: & ad cœli, quaſi cognitionis domiciliique priſtini conſpectum excitavit.

Abjicere, translatum ad res animi, pro Deponere.

Ædificationem. Cic. ad Fam. lib. 13. 1. Quod te abjeciſſe illam ædificationem conſtabat inter omneis amicos meos. vid. mox Curam, Conſilium.

Amorem ab aliquo. Cic. 2. Philip. 77. Caput autem literarum, ſibi cum illa mima poſthac nihil futurum: omnem ſe amorem abjeciſſe illinc, atque in hanc transfudiſſe.

Animum, pro animum dejicere, ac deprimere, & pene deſperare.

Authoritatem, pro eo quod eſt, deponere, & quaſi vilem abjectumque reddere. Cic. Att. lib. 1. Nam & ſenatus authoritatem abjecit: & ordinum concordiam disjunxit.

Cogitationem in. Cic. in Lælio. 31. Qui ſuas omnes cogitationes abjecerunt in rem tam humilem, tamque contemptam.

Curam, commentationem. Idem ad Fam. lib. 9. 20. Nam omnem noſtram de Republica curam, cogitationem de dicenda in ſenatu ſententia, commentationem cauſarum abjecimus.

Conſilium; Mutare, reſpuere, rejicere, repudiare. Cic. Att. 5. 11. Fannius autem conſilium ædificandi abjecerat. Idem in 2. Catil. 14. Nunc ſi conſilium faciendi belli abjecerit.

Famam ingenii. Cic. ad Fam. lib. 9. 16. Effugere autem ſi velim nonnullorum acute aut facete dictorum offenſionem, fama ingenii mihi eſt abjicienda. Quod ſi id poſſem, non recuſarem. Id eſt, diſſimulanda, ſive Deponenda.

Gloriam abjicere & deponere. Cic. lib. 2. de Orat. 10. Gloria parta non delectari, totamque abjicere atque deponere.

Interceſſorem. Cic. ad Fam. lib. 10. 12. Hunc quemadmodum fregerim, quantaque contentione Titium interceſſorem abjecerim, ex aliorum te literis malo cognoſcere.

Memoriam doloris. Cic. 1. Philip. 30.

Obedientiam relinquere & abjicere. Cic. lib. 1. Off. 29. Relinquunt enim & abjiciunt obedientiam, nec rationi parent.

Onus abjicere aut deponere. Cic. pro Sex. Roſcio Amer. 10. Onus ſuſceptum aut propter perfidiam abjicere, aut propter infirmitatem animi deponere.

Socordiam abjicere. Plaut. Aſin. 2. 1. 6. vulg. reice.

Spem, pro Deſperare. Cic. 3. Verr. Socii vero nationesque exteræ, ſpem omnium tum primum abjecere rerum. Hoc eſt, ſuis de rebus omnibus deſperare cœperunt.

Spem abjicere de aliquo. Brutus Cic. lib. 11. 11. 2. Ne de Planco quidem ſpem adhuc abjecit.

Superbiam abjicere. Plaut. Mercat. 2. 10.

Timorem. Cic. Bruto. lib. 11. 21. 8.

Voluntatem diſcendi. Cic. lib. 2. de Orat. 132. Ut voluntatem diſcendi ſimul cum ſpe perdiſcendi abjiceremus.

Abjicere aliquid oſtentui. Hoc eſt, ad oſtentum. Tacit. lib. 1. Ann. 29. 6. Tradunt plerique intra tabernaculum ducis obrutos: alii corpora extra vallum abjecta oſtentui.

ABJECTUS, Partic. [ἀποβεβλημένος] Hoſtes, abjectis armis terga verterunt. Cæſ. de Bello Gall. lib. 4. 34. 4.

Abjecta cunctatione, Cic. 1. Off. 72. Abjecta omni cunctatione, adipiſcendi magiſtratus ſunt.

Abjectus in herbis. Id eſt, proſtratus. Ovid. Epiſt. 7. 1.

Abjecta ira. Id eſt, ſedata, & prorſus depoſita. Sen. in Thyeſt. 5. 6. Ira frater abjecta redit.

ABJECTUS, ior, iſſimus. [ἀπόβλητος, ἀπόῤῥιπτος] Jacens, ſummiſſus, contemptus, quod tam ad res quam ad perſonas pertinet, ut, Abjectus homo, qui perpetuo humi deſidet, nihilque arduum molitur, & ob id ab omnibus contemnitur. Cic. 4. Acad. 235. Hos ſi contemnimus, etiam abjectos putamus.

Abjectus & contemptus. Cic. contra Rull. 93. Quem hominem ut grandi macie torridum Romæ, contemptum, abjectum videbamus. Et pro Cluent. 75. Aut cauſam pecuniæ publicæ contemptam atque abjectam putarent.

Deſertus atque abjectus. Cic. Lentulo, lib. 1. 5. 13. Niſi per te ſit reſtitutus, deſertum ſe atque abjectum fore.

Humiles abjectoſque ſequitur contemptus. Quint. lib. 4. cap. 1. 10.

Abjecta & humilis oratio. Cic. in Orat. 192. Ita neque humilem, nec abjectam orationem, nec nimis altam & exaggeratam probat: plenam tamen eam vult eſſe gravitatis.

Nihil abjectum & humile cogitare. Cic. 5. de Fin. 57.

Abjectus & neglectus. Cic. lib. 3. de Fin. 20. Minime autem convenit, quum ipſi inter nos abjecti neglectique ſimus, poſtulare ut diis immortalibus chari ſimus, & ab illis diligamur.

Abjectus & ſummiſſus. Cic. lib. 2. Off. 114. Privatum autem oportet æquo & pari cum civibus jure vivere, neque ſummiſſum & abjectum, neque ſe efferentem.

Abjectus & ſemivivus. Cic. in Piſon. 31. Abjecti hominis & ſemivivi furorem petulantiamque fregiſtis.

Abjectus fortuna. Cic. Figulo. lib. 4. 13. 3. Ipſe enim pari fortuna abjectus.

Abjectum excitare. Cic. Att. lib. 1. 5. Senatum ad priſtinam ſuam ſeveritatem revocavi, atque abjectum excitavi.

Abjectus metu, Pene deſperatus. Cic. pro Domo ſua. 135. Civitatemque fractam malis, mutam, debilitatam, abjectam metu, ad aliquam ſpem libertatis, & priſtinæ dignitatis erexit.

Animo abjecto homo. Cic. Att. lib. 3. 2. Plura ſcribere non poſſum, ita ſum animo perculſo atque abjecto.

Animus abjectior. Cic. de Amicitia, 59. Sæpe enim in quibuſdam aut animus abjectior eſt, aut ſpes amplificandæ fortunæ fractior.

Animi abjectior, dictum Græca figura, pro eo quod eſt animo abjectiore. Liv. Multos ſibi mœſtiores & abjectiores animi viſos.

Gemitus abjectus. Cic. 2. Tuſc. 97. Sin erit ille gemitus lamentabilis, ſi imbecillus, ſi abjectus, ſi flebilis: ei qui ſe dederit, vix eum virum dixerim.

Nugæ abjectæ. Hor. lib. 2. Epiſt. 2. 141.

Nimirum ſapere eſt abjectis utile nugis. Hoc eſt, depoſitis, rejectis.

Abjecta, apud Juriſconſultos dicuntur, quæ incendii cauſa ſub divum emittuntur. l. Falſus. §. qui alienum. D. de furt.

Senarii abjecti. Cic. in Orat. 184. At Comicorum ſenarii propter ſimilitudinem ſermonis ſic ſæpe ſunt abjecti, ut nonnunquam vix in his numerus & verſus intelligi poſſit. i. e. humi repunt, parum elati ſunt, numero neglecto.

Verba

Verba abjecta. Cic. in Bruto. 125. In M. Crassi oratione sermo Latinus erat, verba non abjecta, res composita diligenter.

ABJECTIO, Verbale. [ἀποβολή] ut Animi abjectio, quasi dejectio atque defectio & pene desperatio. Cic. in Pison. Quid debilitatio, atque abjectio animi tui.

ABJECTE, Adv. [ἀποβεβλημένως] Contemptim, & abjecto animo, Cic. 2. Tusc. 2. 23. Sed hoc quidem in dolore maxime est providendum, nequid abjecte, nequid timide, nequid ignave, nequid serviliter, muliebriterve faciamus. Idem 3. Philipp. 28. Nec abjecte, nec sine aliqua dignitate, casum illorum temporum & dolorem tuli.

ABJECTO, as. [ἀποβάλλω] significat Frequenter abjicio.

ABILA, [Ἄβιλα] Lysaniæ cognomine, auctore Ptol. hodie *Bellinas*, Cœlesyriæ oppidum in regione Decapolitana. Plin. lib. 5. c. 18. Hinc ABILENE vocatur tetrarchia, de qua Lucas c. 3. v. 1. &

ABILENUS, dictus Diogenes, celeberrimus Rhetor a Patria eadem. V. Suid. Hist. col. 4.

ABILA, mons. V. ABYLA.

ABILATÆ, [Ἀβιληνοί] ab urbe Abila, ex Stephano.

AB INCUNABULIS, AB INEUNTE ÆTATE, AB INFANTIA. V. A.

ABIN, quid significet, sic explicat Hieron. in Prol. Dialog. adversus Pelag. Ut præteream, inquit, Manichæum, Priscillianum, Evagrium, Hyperboritam, Jovinianum, & totius pene Syriæ hæreticos, quos sermone gentili Abin, & Paanin, id est, perversos, & Massilianos vocant.

AB INTEGRO, [ἐκ δευτέρου] Adv. iterandi. pro, Denuo, authore Servio: quasi res perfecta rursus inchoetur. Virg. 4. Ecl. v. 5.

Magnus ab integro seclorum nascitur ordo.

Cic. 3. Verr. 104. Utrum existimatis minus operis esse, unam columnam efficere ab integro novam, nullo lapide redivivo, an quatuor illas reponere? De hoc & seq. V. A. & INTEGER, INTESTATUS.

ABINTESTATO, adverbialiter dictum [ἀδιαθέτως, μὴ διαθέμενος] pro eo quod est sine testamento. Nam aut ex testamento, aut si non est, vel irritum est, propinquitatis jure hæredes fiunt, Afran. lib. 29. Digest. Quicunque enim abintestato successerit, locum habent codicilli; nam unus casus est, nec interest qui succedat, dum abintestato succedat.

ABIŌTOS, [ἀβίωτος] Herba est, quæ notiori nomine Cicuta appellatur. Nomen inde ductum videtur, quod capite damnatis cum vino misceri soleat. Diosc.

ABIS, fluvius in Danubium influens: hic etiam ABSUS dicitur. Author Althamerus.

ABISAMA, [Ἀβίσαμα] civitatis nomen, quæ a Ptolemæo collocatur in ea Arabiæ parte, quæ Arabia felix dicitur.

ABISARI, alias BIASARI, regio est Indiæ, apud Strab. lib. 15.

ABISONTES, a Plin. inter Alpinos populos numerantur. lib. 3. cap. 2.

ABITIO, ABITUS. V. ABEO.

ABJUDĬCO, [ἀποδικάζω] are. Judicio auferre: ea forma dictum, qua abjurare: &, ei contrarium est adjudicare: ut, Abjudicare agrum ab aliquo. Cic. de Leg. Agr. Judicabit Alexandriam regis esse; a Pop. Rom. abjudicabit. contra Rull. 42.

Abjudicare ab ordine senatorio rationem veritatis. Cic. 3. Verr. 4. Neque tanta fortunis omnium pernicies potest accidere, quam opinione Pop. Rom. rationem veritatis, integritatis, fidei, religionis ab hoc ordine abjudicari.

Abjudicare, Rejicere. Cic. Orat. lib. 2. 102. Ubi plus mali quam boni reperio, id totum abjudico, atque rejicio. Metaphoram declaravit per verbum magis proprium, REJICIO. Budæus legit, abdico.

Abjudicare aliquid ab aliquo. Cic. 2. Verr. 13. Nulla res cujusquam tam patria atque avita fuit, quæ non ab eo, imperio istius abjudicaretur.

Abjudicare sibi libertatem. Cic. pro Cecin. 99. Hoc judicat, cum is qui in servitute justa fuerit, censu liberetur: eum qui cum liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abjudicasse. Dativus SIBI pro ablativo ab se.

Abjudicabo me a vita. Plaut. in Asinar. 3. 3. 17. satis dure dixit, pro eo quod est, vitam mihi adimam, me vita privabo.

ABJUDICATUS, Adj. ex Partic. Liv. 4. ab U. C. 1. Læti ergo audiere Patres, Ardeatium populum ob injuriam agri abjudicati defecisse.

ABJUGO, [ἀποζευγνύω] are. Quasi a jugo removere: ut, abjugare bovem, hoc est, a pari disjungere.

Abjugare, per translationem, pro, Separare, alienare, disjungere, abjungere. Pacuvius Medo: Quæ res te ab stabulis abjugat, certum est loqui. Nonius. Antiquum est verbum, pro quo abjungere dicitur usitatius.

ABJUNGO, xi, ctum, [ἀποχωρίζω] ĕre. Disjungere, separare. Virg. 3. Georg. 518. —it tristis arator

Mœrentem abjungens fraterna cæde juvencum.

Plaut. Mil. 20. quando aspicio hunc, lacrymor, qui abjungitur. Cic. Att. lib. 2. 16. Quod se ab hoc refractariolo judiciali dicendi genere abjunxerit.

ABJŪRO, [ἀπόμνυμι, ἐξόμνυμαι] are. rem creditam negare perjurio, ait Serv. Plaut. Cur. 4. 2. 10, Qui abjurant siquid creditum est.

Pecuniam in jure. Plaut. in Rud. Prol. v. 14. Quique in jure abjurant pecuniam. Id est, juramento apud prætorem negant se pecuniam accepisse.

Abjurare creditum, Sallust. in Catil. De Sempronia. c. 25.

Abjurare, pro simpliciter negare & inficiari, inquit Budæus. Cic. Att. lib. 1. 8. Tulliola nostra, deliciæ nostræ, tuum munusculum flagitat, & me sponsorem appellat: mihi autem abjurare certius est, quam dependere.

ABJURASSO, pro, Abjuro. Plaut. Pers. 4. 3. 9. Nec metuo, quibus credidi hodie, ne quis abjurassit mihi. [Syncope est Præt. Subjunctivi, pro Abjuraverit. V. Voss. de Analog. l. 3. C. 42. extr.

ABJURĀTUS, [ἀπωμνυμένος] Partic. a passivo abjuratur: ut, pecunia abjurata. Id est, perjuria alicui abnegata.

Abjuratus, in alia significatione. Virg. 8. Æn. 263.

Abstractæque boves, abjuratæque rapinæ
Cœlo ostenduntur. Hoc est, contra jus retentæ, ait Servius.

ABJURATIO, ōnis. Verbale. [ἐξωμοσία] Est rei creditæ abnegatio cum perjurio. ut Isidorus 5. 26. definit.

ABLACTO, are. [ἀπογαλακτίζω] A lacte removeo: pro quo Varro, a mamma disjungo. Virg. a lacte depello, dixit. Ecl. 1. 22. Verbum est a vetere Bibliorum interprete usurpatum.

ABLACUS, [Ἄβλακος] Fluvius Danubium ingrediens. Althamerus.

ABLAQUEO, [ῥιζοτομῶ] are. proprie ad vites & arbores pertinet: quod sit cum circum illas terra foditur, & radices superiores reciduntur: vulgo discalciare. Colum. lib. 4. cap. 29. Sed antiquissimum est, & ante hæc ablaqueari vitem, radicesque summas vel soboles amputari, & posthæc adobrui truncum. De ablaqueatione V. plura ibidem. cap. 8. & Cato. de R. R. cap. 5.

ABLAQUEARI, pass. in tertiis personis: unde

ABLAQUEATUS, ut Vitis ablaqueata. Plin. lib. 6. cap. 27. 6.

ABLAQUEATIO, onis. [ῥιζοτομία] Ipse actus ablaqueandi. Colum. de arboribus. cap. 5. Per brumam, vitem ne colito: nisi si voles eas radices, quæ in ablaqueatione apparebunt, persequi. Plin. lib. 12. cap. 15. Myrrha gaudet rastris & ablaqueationibus 27. 6.

ABLATĪVUS, casus. [ἀφαιρετικὴ πτῶσις] Grammaticis dicitur, qui sextus est casus apud Latinos, & alio nomine (teste Prisciano) Comparativus appellatur: ut aufero ab Hectore, & fortior Hectore. Diomedes, lib. 1. Ablativum Græci non habent: hunc tamen Varro interdum Sextum, interdum Latinum appellat, quia Latinæ linguæ proprius est, cujus vis apud Græcos per genitivum explicatur. Priscianus lib. 5. cap. de casibus. Quint. lib. 1. cap. 4. Quærat etiam, sitne apud Græcos vis quædam sexti casus, & apud nos quoque septimi: nam cum dico hasta percussi, non utor Ablativi natura, nec si idem Græce τῷ δορί. V. CASUS, eo significato quo utuntur Grammatici, in CADO.

ABLATUS. V. AUFERO.

ABLECTÆ ædes. [ἀπόλεκτος οἰκία] Id est, nitidæ & elegantes, quæ emptores facile invitent. Plaut. Mostel. 3. 3. 3. [Sed V. ABIECTUS.

ABLĒGO, [ἀποπέμπω, ἀποστέλλω] are. Est proprie quempiam alio mittere, qui nobis est tædio, aut impedimento. Dictum a legatis, qui cum legationibus mittuntur. Nonius. 1. 133. Plaut. Mil. 3. 2. 55.

—hunc subcustodem suum
Foras ablegavit, dum eapse transire huc placet.

Ablegare aliquo. Ter. Hec. 3. 3. 45. aliquo mihi est
Hinc ablegandus, dum parit Philumena.

Removere & ablegare aliquem. Cic. 7. Verr. 81. Ipse autem remoto atque ablegato viro non liberius quam ante, sed paulo solutiore tamen animo secum illam haberet.

Dimittere & ablegare consilium. Cic. 2. Verr. 30. Causam sese dimisso atque ablegato consilio defensurum negavit.

Ablegare cum priore supino. Liv. 1. 35. ab urbe, Pueros venatum ablegavit.

Ablegare dictum de pecoribus. Varr. 1. de R. R. cap. 47. Quin & pecus a prato ablegandum. Colum. 6. 5.

Ablegare simpliciter pro removere. Cic ad Att. lib. 2. Epist. 18. A Cæsare valde liberaliter invitor in legationem illam, sibi ut sim legatus: sed hæc a fratris adventu me ablegat. Hoc est, me hinc removet, ut in fratris adventu adesse non possim.

ABLEGATIO, onis. [ἀποπομπή] Ipse actus ablegandi. Liv. 6. 39. Ablegatione juventutis ad Veliternum bellum. Cic. 1. de leg. 14. Ablegationem aliquam nimirum ista oratio postulat.

ABLEGMINA, partes erant extorum, quæ diis immolabantur. Festus. Vulgo legitur Albegmina. Scaligerum ibi V.

ABLEPSIA, æ. [ἀβλεψία] Animi cæcitas, inconsiderantia. Sueton. de Claud. Cæs. cap. 39. Inter cætera, in eo mirati sunt homines & oblivionem & inconsiderantiam, vel ut Græce dicam, μετεωρίαν καὶ ἀβλεψίαν. Casaub. notat, p. 470. vocem latine usurpasse Servium in Virg. Æn. 7. 647. & recte ibi legit: Scienda est Poetæ affectatio. Nam ablepsiam nefas est dicere.

ABLĔTI, populi sunt non procul a Pergamo, qui parent Mysis, ut Author est Strabo lib. 13.

ABLIGŪRIO, ivi, itum, [κατα λιχνεύω] ire. Liguriendo absumere. Ter. Eun. 2. 2. 4. Itidem patria qui abligurierat bona. V. LIGURIO, & OBLIGURIO.

ABLOCO, [ἀπομισθόω] are. idem quod locare, verbum rarissimum. Suet. in Vitel. cap. 7. 3. ut domum in reliquam partem anni ablocaret.

ABLUDO, [ἀπονεύω] si, sum, ere. Cui opponitur Alludere. Hor. 2. Ser. sat. 3. 320. —Hæc a te non multum abludit imago.
Id est, hoc exemplum non multum dissimile est tuis moribus. Vel, ut Budæus, absona est & absimilis.

ABLUO, ui, ūtum, ere. [ἀπονίπτω, ἀποκλύζω] Lavando abstergere. Plin. lib. 12. cap. 12. 4. Gallicum nardum cum radice vellitur, abluiturque vino.

Abluere, pro madefacere, aut rigare. Colum. lib. 3. terra quæ in eum congesta est, pluviis non abluitur. Cic. pro Rosc. Amer. 72. de patricidarum supplicio: ita jactantur fluctibus ut nunquam abluantur.

Abluere, pro expiare, & quasi purificare. Virg. 2. Æn. 719.

Me bello ex tanto digressum, & cæde recenti
Attrectare nefas: donec me flumine vivo
Abluero. V. Macrob. Saturn. lib. 3. cap. 1.

Abluere, translatum ad animum. Plin. Jun. lib. 3. Epist. 7. maculam veteris industriæ laudabili otio abluerat. Hoc est, deleverat, sustulerat, purgaverat.

Abluere pedes. Cic. 4. Tusc. 46.
Perfida verba, Idem ibidem.
Perjurium. Ovid. Fast. lib. 5. 681. Hoc est, expurgare ab omni perjurio.
Sibi umbras. Lucret. lib. 4. 379. Id est, auferre.

ABLUOR, eris. pass. ut Abluitur sitis. Lucret. lib. 4. 474.

Sic igitur anhela sitis de corpore nostro
Abluitur. Id est restinguitur.

ABLŪTUS, Partic. [ἀπονιφθείς] Varr. 3. de R. R. cap. 9. eaque abluta condunt in furfures. Id est, lota.

ABLUTIO, onis. [ἀπόνιψις] Ipse abluendi actus. Macrob. Satur. lib. 3. cap. 1, Constat diis superis sacra facturum, corporis ablutione purgari: quum vero inferis litandum est, satis actum videtur, si aspersio sola contingit. Plin. 13. 12. Quæ ablutione Augusti nomen accepit, al. adulatione. Addo Tertul. de Baptis. l. 5. & Fulgent. Epist. ad Venant.

ABLUVIUM pro diluvio [ἀπονιμμός] Laberius nimis licenter dixit, teste Gellio lib. 16. cap. 7.

ABMATERTĔRA, [ἀποθεία] Soror abaviæ. Instit. de gradib. cog. & in D. tit. eod. l. Jurisconsult.

ABMITTO, si, ssum, ere. [ἀποπέμπω] Idem quod mittere: verbum rarissimum. Plaut. Truc. 2. 7. 33. ubi tamen Camerarius pro abmiserit, legit, ad me miserit.

ABNĂTO, [ἀπονήχομαι] are. Alicunde natando recedere. Statius lib. 1. Achilleidos. 383.

ABNĔCO, [ἀποκτείνω] ui, & avi, atum, āre. Idem quod necare. Plaut. Truc. 1. 2. 98. ubi Camerarius legit, puerumque ut enecaret.

ABNĔGO, [ἀπαρνέομαι, ἐξαρνέομαι] are. Proprie eſt denegare. Abnegamus autem quod a nobis aut dono, aut commodato petitur. Colum. lib. 10.

Ingeniumque loci, vel Jupiter abnegat imbrem.

Abnegamus item quod nobis creditum eſt, ut depoſitum. Plin. Jun. lib. 10. Epiſt. 100. de Chriſtianis, Ne depoſitum appellati abnegarent.

Rurſus abnegamus quod promiſimus. Virg. 7. Æn. 423.

Rex tibi conjugium, & quæſitas ſanguine dotes Abnegat.

Abnegare pro renuere. Virg. lib. 2. Æn. v. 637.

Abnegat exciſa vitam producere Troja.

Abnegare comitem, id eſt, recuſare. Hor. lib. 1. Car. 35. 22.

Te ſpes, & albo rara Fides colit
Velata panno, nec comitem abnegat.

ABNĔPOS, [ἀπέκγονος] ōtis. m. Filius pronepotis vel proneptis: & refertur ad abavum. Suet. in Tib. Cæſ. cap. 3. 6.

ABNEPTIS, is. [ἀφυιάνη] Pronepotis vel proneptis filia. Sueton. in Neron. cap. 35. 3.

ABNOBA, mons Germaniæ, in quo oritur Danubius. Plin. lib. 5. cap. 4. 12. In pleriſque tamen Plinii codicibus Arnoba legitur, non Abnoba. Quidam Abnova legunt. V. ARNOBA, & Tac. Germ. 1. 4. Feſt. Avienus Perieg. v. 437.

Abnoba mons Iſtro pater eſt.

ABNOCTO, avi, are. [ἀπονυκτερεύω] Per noctem abeſſe. Martianus in l. 15. Illud D. de officio præſidis, abnoctare ei non liceat. Seneca de vita beata, Alius Jovem adulterum inducit & abnoctantem. Tribunis Plebis jus abnoctandi ademptum ſcribit. Gell. 13. 12.

ABNŌDO, [ἀποδιστομεύω] are. Idem quod enodare, id eſt, arbores & vites nodis repurgare. Colum. lib. 4. cap. 24. Hunc ergo tanquam æmulum diligenter iidem amputant, & abnodant, priusquam corroboretur, &c.

ABNODATUS, Colum. 4. 22. Pampinus non abnodatus, neque abraſus.

ABNORMIS, ſine norma [ἄμετρος] Hor. lib. 2. 2. 3. Ser. Ruſticus, abnormis ſapiens, &c. id eſt, qui ſapiens quidem eſt, ſed non ad iſtorum philoſophorum normam. Lambinus. V. ANORMIS.

ABNORMITAS, Gloſſ. græc. lat. ἀρυθμία.

ABNUO, i, tum, [ἀνανεύω, ἀπονεύω] ere. Eſt proprie nutu ſignificare te non aſſentiri, vel non concedere, hoc eſt, te negare, vel denegare quidpiam: cui contrarium eſt Annuere. Plaut. Capt. 3. 1. 21. Ubi cœnamus, inquam? atque illi abnuunt.

Abnuere, Recuſare, Rejicere. Liv. lib. 1. 56. Bruti quoque haud abnuit cognomen. Virg. 5. Æn. 531.

—nec maximus omen
Abnuit Æneas.

Abnuere curam pecoris. Colum. lib. 6. cap. 1. ſtatim ab initio.

Imperium Liv. Dec. 3. lib. 8. in Scipionis oratione ad ſeditioſos milites, Vos imperium auſpiciumque abnuiſtis.

Juſſa ducis. Tacit. lib. 1. 14. abnueratque contra ritum militiæ, juſſa ducis, ſeipſum gladio transegit. id eſt, quia jubenti duci non paruerat.

Abnuere, Solo verbo, ſimpliciterque negare. Colum. lib. 2. cap. 8. Nos quoque abnuimus, in agro temperato & minime humido, ſementem ſic fieri debere. Alii codices habent, annuimus. Nunc vulgo ſic legitur, Nos quoque non ambigimus in agro, &c.

Abnuere aliquid alicui. Cic. de fato 4. Nihil enim unquam abnuit meo ſtudio voluntas tua. Id eſt, negavit.

Abnuere alicui de re aliqua. Salluſt. in Jugurth. 84. 3. Neque Mario Senatus, quanquam infeſtus, abnuere de ullo negotio audebat.

Recuſare & abnuere. Cic. pro Milon. 101. Non recuſo, non abnuo.

Abnuere & agnoſcere, opponuntur. Tacit. Hiſt. 11. 12. Atque ita compoſitus, ut ex eventu rerum abnueret, vel proſpera agnoſceret.

Abnuere & concedere, contraria. Cic. 2. de fin. 3. & intelligas quid quisque concedat, quid abnuat.

Abnuere, Prohibere. Virg. 10. Æn. 8.

Abnueram bello Italiam concurrere Teucris.

Abnuit locus impetum. Hoc eſt, negat facultatem impetum faciendi, Tacit. lib. 5. 13. 6.

Abnuit ſpes. Id eſt, negat. Tibul. lib. 4. eleg. 1. ad Meſſalam. 25.

ABNUENDUS, a, um. [ἀνανευτέος] Senec. in Thyeſt. 5. 14.

Nec abnuendum ſi dat imperium Deus,
Nec appetendum.

ABNUEO, es. pro Abnuo. Ennius v. 8. Annalium, Certare abnueo, metuo legionibus labem. Idem in Thelamone, Ex eo futurum abnueant. Diomedes.

ABNUĬTUR, Imperſ. [ἀπονεύεται] Liv. 3. ab U. C. 311.

ABNŪTO, as, [ἀπονευστάζω] are. Frequenter ſignum oculis facere. Plaut. Capt. 3. 4. 79. Longius quid mihi abnutas? T. tibi ego abnuto? Cic. 3. de Orat. 162. Quidnam eſt obſecro? quid te adiri abnutas? Id eſt, abnuis & recuſas ſeu prohibes.

ABNUTIVUM, [ἀπόνευμα] Diſſenſio, voluntas contraria, ſed ſine actione ad impediendum exprompta. Paul. in l. 83. D. de verb. obligat. Qui ſpondet dolum malum abeſſe, abfuturumve eſſe, non ſimplex abnutivum ſpondet, ſed curaturum ſe, ut dolus malus abſit.

A B O

ABO, are. blande compellare, & velut Abam vel Abbam, i. e. Parentem, vel, ut alii volunt, ut fratrem honorare. Nam Scaliger per ἀδελφίζειν exponit. V. ejus Lect. Auſon. 1. 29. p. 84. Ipſe Auſonius ad Patrem Epiſt. 1. v. 13.

—Nam ſupparis ævi
Sum tibi ego, & poſſum fratris abare vice.

ABOBRICA, nomen eſt inſignis oppidi in citeriore Hiſpania, in conventu Braccarum, Plin. lib. 4. cap. 20. Ptolemæus vocat Ἀβόβριγαν.

ABOCCIS, Æthiopiæ oppidum, Plin. lib. 6. cap. 20.

ABOLANI, ſunt populi Italiæ, Albenſibus proximi, inter Latinos a Plinio relati, lib. 3. cap. 5.

ABOLEO, evi & ui, itum, [ἐξαλείφω, ἀφανίζω] ere. Omnino rem tollere, delere, obliterare, ita ut ne odor quidem rei ejus relinquatur. Virg. 4. Æneid. 497.

—abolere nefandi
Cuncta viri monumenta jubet.

Conſcientiam generis humani abolere. Hoc eſt, facere ut homines obliviſcantur. Tacit. in vit. Agric. non procul ab initio, cap. 2. ut monumenta clariſſimorum ingeniorum in comitio ac foro urerentur. Scilicet illo igne vocem populi Romani, & libertatem Senatus, & conſcientiam generis humani aboleri arbitrabantur.

Corpus igni abolere. Hoc eſt, Cremare. Tacit. lib. 16. 6. 3.

Crimen, vel nomina reorum, Eſt ex reis eximere, ſive crimen remittere & condonare. Tranquil. in Auguſt. cap. 32. Paul. l. 3. D. de accuſat. Rei nomen non aboletur, & ex integro repetendi reum poteſtas fiet. Hinc titulus eſt in D. de abolitionibus criminum.

Dolorem & iram. Tacit. Hiſt. lib. 4.

Imagines. Tacit. Ann. lib. 4. 22.

Lex vetus ſermonis abolebitur. Quintil. cap. 5. 58. Burm.

Magiſtratum abolere alicui, pro abrogare magiſtratum. Liv. 3. ab U. C. 38.

Memoria abolevit. Liv. lib. 9. ab U. C. 36. Aliis omnibus cladis Caudinæ nondum memoria aboleverat. Id eſt, extincta & adempta erat.

Pœna abolevit. Id eſt, in deſuetudinem abiit. Gell. lib. 20. cap. 1. Si non illa etiam ex XII tab. de teſtimoniis falſis pœna aboleviſſet.

Sterilitatem fœminarum, & virorum inſaniam abolere. Plin. lib. 31. cap. 2.

Vires alicujus. Tacit. Hiſt. lib. 4.

Aboleo, pro abluo, ſeu lavo. Virg. 3. Georg. 560.

—nec viſcera quisquam
Aut undis abolere poteſt, aut vincere flamma. Servius, Nec lavari, nec coqui poterant, exponit.

ABOLESCO, ĕre. [ἀφανίζομαι] Aboleri, deſtrui. Colum. lib. 3. cap. 2. Eademque nec imbribus putreſcit, nec ſiccitatibus aboleſcit.

De vinea. Virg. lib. 7. Æn. v. 232.

—nec veſtra feretur
Fama levis, tantique aboleſcet gratia facti.

Aboleſcere, pro decreſcere, Lucret. lib. 5. v. 732.

Inque dies privos aboleſcere quæque creata. Sic Lambinus. Conf. ABORIRI.

ABOLEOR, paſſ. [ἐξαλείφομαι] ponitur pro mori. Plin. lib. 7. in procœm. Itaque multi extitere, qui non naſci optimum cenſerent, aut quam ocyſſime aboleri. id eſt, mori, extingui.

ABOLĬTUS, [ἠφανισμένος] Partic. ut, Nomen abolitum. Plin. lib. 14. cap. 4. Sic Plin. Jun. Libri aboliti, & abolitæ accuſationes. Gell. lib. 12. cap. 1. Abolitis & obliteratis naturæ pietatis elementis.

Abolita atque abrogata retinere, inſolentiæ cujusdam eſt. Quintil. lib. 1. cap. 6. p. 76. Burm.

Abolitæ ædes. Tacit. Ann. lib. 2. 49. ædes vetuſtate, aut igni abolitas.

Abolitos paulatim patrios mores, funditus everti per accitam laſciviam. Tacit. lib. 14. 20.

ABOLITIO, ōnis. [ἀφανισμὸς] Verbale: ut Abolitio legis. Sueton. in Auguſto, cap. 34. 3.

Abolitio criminis, dicitur a Jurisconſultis cum accuſati nomen de reis eximitur, ſic, ut accuſationis inſtitutæ memoria funditus extinguatur, l. abolitio. 8. D. ad S. C. Turpil. Et eſt duplex, Publica & privata: Publica quæ principis, ſenatusve authoritate fit: Privata quæ rei, accuſatorisve poſtulatu conceditur. l. j. C. de general. abolit. l. aut privatim. D. ad Turpil. Hotoman.

Abolitio ſententiæ. Tacit. lib. 6. 22. & lib. 13. 50, 51.

ABOLLA, æ. teſte Nonio, 14. 9. veſtis erat militaris [χλαμὺς] Unde jocus Martialis in Criſpinum, qui poſita abolla, togam ſumpſerat, lib. 8. Ep. 48.

Neſcit cui Tyriam dederit Criſpinus abollam:
Dum mutat cultus, induiturque togam.

Servius in illud Virg. 5. Æn. 421. duplicem ex humeris rejecit amictum. Id eſt, inquit, abollam quæ duplex eſt, ſicut chlamys. Hor. Contra quem duplici panno patientia velat. Hæc ille. Horatii locus eſt 1. Epiſt. 17. v. 25. de Diogene philoſopho Cynico.

Abolla, videtur etiam fuiſſe veſtis philoſophica, quemadmodum ex ſuperiore loco Horatii intelligitur, & indicat idem Juv. Sat. 3. 113. ubi de philoſophis,

—audi facinus majoris abollæ.
Stoicus occidit Baream, delator amicum. Majoris abollæ, id eſt, non militaris; ſed philoſophicæ. Ut ſit ſenſus, audi quæ fecerit Græcus philoſophus vir magnæ authoritatis. Sic Martialis de quodam Cynico, lib. 4. 53. Lege integra Juvenalis verba cum Not. Farnab.

Abolla præterea videtur fuiſſe veſtis honoratiorum, apud Suet. in Calig. cap. 35. 2.

ABOLUS, [ἄβολος] Pullus eſt, qui nondum dentes illos amiſit, ex quibus, in equis præſertim, ætas dignoſcitur. Unde etiam dentes illi a Xenophonte & Ariſtotele γνώμονες appellantur. Budæus.

AB OLOES, Pro, ab illis dicebatur. Antiqui enim literam non geminabant.

ABOMĀSUM, [ἤνυστρον] ut Omaſum. Hor. lib. 1. Epiſt. 15. 34.

—patinas cœnabat omaſi
Vilis & agninæ, tribus urſis quod ſatis eſſet. Id. 2. Sat. 5. 40. Quid ſit, his verbis docet Hermolaus in cap. 9. lib. 28. Plinii. Quid autem, ait, ſignificet inter ventres centipellio, vulgaris & trita laniorum vox oſtendit. Quartum ventrem interpretatur Gaza ἤνυστρον, quem abomaſum vocavit. Quod genus edulii Julius Pollux, taconas a Cratete Comico putavit appellatum, etiamſi aliter in ea voce multi ſentiant. Corium certe vetus hodie quoque vulgus taconas vocat: propterea & centipelliones fortaſſe nominati. Hactenus Hermolaus. Enyſtron ſeu abomaſum ab aliis exponitur, ſinus ſeu venter qui jungitur quaſi in ventre poſt reticulum.

ABOMĬNOR, ari. [βδελύττομαι] Eſt rem aliquam, veluti malum omen deteſtari, execrarique, & a nobis amoliri. Plin. lib. 28. cap. 2. 15. Incendia inter epulas nominata, aquis ſub menſas profuſis, abominamur.

Abominari etiam dicimus, cum aliquod verbum veluti ſiniſtri ominis averſamur, deprecamurque: ut cum dicimus, Si quid tibi acciderit humanitus, quod Deus prohibeat. Unde abominatio dicitur ea figura. Curt. lib. 7. 4. 12. Hoc regum inſigne aut moderate perferendum

dum est, aut (quod abominor) in te ruet. Ovid. Met. 9. 676. & Pont. 3. 1. 105. Quod abominor! Adde Sueton. Claud. cap. 45. Elegans hæc veterum phrasis vulgo dicitur; Quod Deus avertat! V. Parei Lex. Crit. p. 10. Alia formula; Hostibus illud eveniat: de qua Drakenb. ad Sil. 2. 54. Et Broekh. ad Prop. 3. 6. 20. Activa forma, abomino, usus est Plaut. Trin. 3. 2. 82. Hinc pass. Verrius apud Priscian. c. 8. p. 791. Sævitia eorum abominatur ab omnibus.

Abominari, cum infinitivo. Senec. de Benef. Hæc universa habere, de quibus loqueris, abominabitur.

ABOMINANDUS, [βδελυκτὸς] Detestatione dignus. Quint. lib. 9. cap. 2. 791. Abominanda crimina sparguntur.

Abominanda infelicitas. Quint. in Procem. lib. 8.

Abominandam opem alicui ferre. Senec. in Hippol. 3. 948.

Fer abominandam nunc opem nato parens. Hoc est, cui filii necem invisam atque abominandam esse oportebat.

Abominanda optata. Senec. in Hippol. 10. 26.

ABOMINATIO, Verbale. Detestatio, execratio, [βδέλυγμα] in Sacris literis.

ABOMINATUS, [βδελυκτὸς] Partic. passive sumptum. Hor. Epod. 16. 8. Parentibusque abominatus Annibal. Hoc est, execrationi habitus, Acrone interprete. V. Liv. 31. 12.

ABONOTICHITÆ, [Ἀβωνοτειχῖται] Populi sunt ad Pontum Euxinum, ita dicti ab exiguo oppido, cui ἀβώνε τεῖχος, hoc est Aboni murus, nomen est. V. Steph. & Lucian. in Pseud.

ABORACA, [Ἀβορακὴ] Regiuncula est ad Mæotidem paludem, non procul ab Hypani fluvio. V. Strab. lib. 11.

ABORIENSE, civium Romanorum in Africa oppidum. Plin. lib. 4. c. 5.

ABORIGINES, inum. [ἀβοριγῖνες] appellati sunt, quasi sine origine, utpote quorum ignoraretur origo, eo quod vagi errantesque, ex varia gentium colluvione misti, convenerint in agrum qui nunc est pop. Rom. Fuit enim gens antiquissima Italiæ, author Festus. Alii putant Aborigines dictos Græco nomine, quod montes incoluerint & in iis geniti sint, ὄρος enim mons est, & γίνομαι generor, nascor, & γένος genus. Alii quasi Aberrigenes, quod errantes eo venerint: quæ sententia est Festi. Lege Aur. Vict. de Orig. Rom. cap. 4. Plin. sub fin. lib. 4. Tyrios Aborigines Gadium (ut quidem Salmasius eum locum quam felicissime emendavit) vocat, quod a Tyriis conditæ essent Gades. Itaque Aborigines sunt conditores auctoresque originis πρωτόγονοι Græcis appellati. Nec alia causa antiquissimi Latinorum Aborigines dicti, quam quod dederunt Genti illi originem: sive quod posteris suis originis auctores fuerint, ut & Dionys. Explicat. Antiq. Rom. 1. 10. Quidam omnia quæ de Aboriginibus feruntur, fabulæ potius, quam historiæ similiora putant. conf. Suid. & Meurs. ad Lycophron. pag. 315. Hi postea adventu Æneæ, Phrygibus juncti, Latini uno nomine appellati sunt. De his meminit Sallust. in Catil. cap. 6. & Liv. ab U. C. 1. 1. Alii per secundam vocalem in penultima, scribunt Aborigenes.

ABORIGENES, fuit Varronis quidam liber hoc nomine, in quo de hominis natura & origine, primisque illis rudi cœlo natis hominibus loquebatur. Turnebus.

ABORIOR, ĕris, vel īris, ortus, īri. [ἀμβλισκάνω, ἐκτιτρώσκω] Significat fœtum abortivum fieri, vel intempestive nasci. Gell. lib. 12. cap. 1. Quod quidem eadem vecordia, qua quibusdam commentitiis fraudibus nituntur, ut fœtus quoque ipsi in corpore suo concepti aboriantur. Id est, ante maturum partum ejiciantur.

Aboriri quidam active accipiunt, ut de matre dicatur, pro, abortum facere: de qua significatione citatur apud Non. Marcell. Varronis locus pro Callio vel Fundanio, de admirandis rebus, his verbis; Vinum quod ibi natum sit in quodam loco, si prægnans biberit, fieri, ut aboriatur. In quibus verbis videtur deesse nomen (fœtus) ut sit sensus, fieri ut fœtus aboriatur. Potest tamen absolute accipi aboriatur, i. e. abortus fiat.

Aboriri vox dicitur, idque per metaphoram, quando præ metu, aut alia de causa deficit. Lucr. lib. 3. 156.

Corpore: & infringi linguam, vocemque aboriri.

Id est, intercludi, intermori.

ABORISCOR, isci. Ita Pareus legit in Lucret. 5. 732.

Inque dies privos aborisci quæque creata.

Gifanius in Indice tuetur consensu librorum.

Gassendus aboriri. At Fayus cum Lambino & Creecho abolescere. Quod V.

ABORTIO, onis. Verbale [ἄμβλωσις, ἐκτρωσμὸς] Actus ipse aboriendi. Plaut. Truc. 1. 2. 99. Celabat, metuebatque te: ne sibi persuaderes ut abortioni operam daret. Cic. pro Cluent. 34. Si hæc solutio legatorum, & non merces abortionis appellanda est.

Abortire ponit Calepin. ex Columell. lib. 7. c. 6. sed corrupte locum citat. Nam Columellæ verba hæc sunt, Nec tamen ea sola creant abortus, sed etiam glans cum citra satietatem data est.

ABORTIUM, i. [ἔκτρωμα] Idem quod Abortio. Hieron. ad Pammach. in Epist. consolatoria super obitu Paulinæ uxoris, 26. c. 1. Tom. 1. f. 74. Dumque crebris abortiis, & experta fœcunditate conceptuum non desperat liberos, & socrus aviditatem, maritique tristitiam præponit imbecillitati suæ, passa est aliquid de Rachelis exemplo. Quem locum sic exponit Erasm. Sæpius aborsum fecerat Paulina. Non facit autem abortum, nisi quæ concepit, etiam si vitio aliquo vel corporis vel seminis fit, ut fœtus nondum maturus ejiciatur. Ex abortiis igitur intellexit se non esse sterilem.

ABORTO, [ἀμβλόω, ἐξαμβλόω, ἀμβλίσκω] are. Abortum facere. Varr. 2. de R. R. cap. 4. 13. Ne dum exilire velit, prægnans abortet. Firmic. lib. 3. cap. 7. 6. Aut abortabit frequenter, aut difficilem edet partum. Id. lib. 6. cap. 31. ad finem, Filios quoque geminos abortabit.

ABORSUS, ûs, m. [ἀποκύημα] Verbale. de quo sic Non. Abortus & aborsus varias habent significationes. Aborsus enim ille dicendus est, qui est in primis mensibus, cum conceptui exordium factum est. Abortus prope tempus pariendi. Hæc Non. 5. 16. Cui convenit quod scribit Festus, Abortum gravidæ mulieris dici, quod non sit tempestive ortum. Aborsus ab abordior; Abortus ab aborior deduci videtur.

ABORTUS, a, um. Id est, Exortus. Stat. lib. 8. Theb. 8. 32. de Plutone,

Nec solitus sentire metus, expavit aborta
Sidera, jucundaque offensus luce profatur.

Sed hodie ibi legunt Oborta Sidera. Jan. Gebhardus Crepund. 1. 12. Ovidio ex MSS. hanc vocem restituit.

ABORTUS, ûs. [ἔκτρωμα, ἔκτρωσις] Verbale, Id. quod abortio. Ter. Hec. 3. 3. 38. Dicam abortum esse. Ubi Donatus, Non est Latinum, aborsa est: sed abortum fecit. Plin. lib. 7. cap. 11. 1. Extat in monumentis etiam medicorum, uno abortu duodecim puerperia egesta.

Abortus etiam de arboribus dicitur. Plin. lib. 2. cap. 18. Quoniam arborum etiam abortus invenimus.

Abortum facere, pro abortum pati. Plin. Jun. lib. 8. Epist. 10. ad Fabatum, Quo magis cupis ex nobis pronepotes videre, hoc tristior audies, neptem tuam abortum fecisse.

Abortum facere, pro Abortum inferre. Plin. lib. 21. cap. 18. Quod ad cyperon attinet, Apollodorum quidem sequar: qui negabat bibendum, &c. fœminis quidem abortus facere non dubitat.

Abortum facere per metaphoram. Plin. in præfat. 12. 163. Quoniam audio & Stoicos, & cæt. subinde abortus facere jam decem annis, cum etiam celerius Elephanti pariant. Loquitur de libris qui etiamsi diu ab auctoribus compressi sint, nimium tamen mature sunt editi, ut abortus potius sit, quam perfectus & verus partus.

Abortum pati. Plin. lib. 28. cap. 7.

Abortum inferre. Plin. lib. 24. cap. 16. 92. de dracunculo, Tantumque inesse ei virus, ut olfactum gravidis abortum inferat.

ABORTĪVUS, a, um. [ἐκτρωματιαῖος] a supino abortum: ut, Abortivus fœtus, imperfectus & informis, qui scilicet abortu natus est. Hor. 1. Serm. Sat. 3. 46. Si cui filius est, ut abortivus fuit olim Sisyphus.

Abortivum, id est, quod aboriri facit. Plin. lib. 7. cap. 6. Oscitatio quidem in enixu letalis est: sicut sternutasse a coitu abortivum. Id. lib. 25. cap. 3. Ego nec abortiva dico, ac ne amatoria quidem.

ABORTIVUM, i. [ἀποφώλιον] Id. quod abortus. Plin. lib. 18. cap. 17. Est & aliud ex vicino avenæ vitium, cum amplitudine inchoata granum sed nondum matura, prius quam roboretur corpus, afflatu noxio cassum & inane a spica evanescit quodam abortivo. i. e. abortu. Ita omnes MSS. libri, teste Harduin.

ABORTUM, n. Ulp. in l. cum quidam. §. quod dicitur. D. de atque vel admitt. hered. Quid ergo si prægnans fuit cum putaret heres non esse prægnantem, & adiit: mox abortum factum est? sic habent Haloander & Pand. Florentinæ.

ABORRAS, [Ἀβόρρας] fluvius est Mesopotamiæ, in Euphratem influens. Strab. lib. 16.

ABOTIS, ĭdis. [Ἄβωτις] urbs est Ægypti, ut tradidit Hecatæus, cujus incolæ dicuntur Abotitæ. Steph. de Urb.

ABPATRUUS, ui. [ἀπόθειος] Frater abavi. Ex lib. 3. Instit. de grad. cog. & l. Jurisconf. D. eod. tit.

A B R

ABRA, æ. [ἄβρα] ancillam adolescentiorem significat.

ABRACADĀBRA, vox superstitiosa, quam Serenus Sammonicus c. 53. Hemitritæo depellendo chartæ inscriptam, ita ut ordine retrogrado litera deficiat, & lino inclusam collo suspendere jubet. V. ibi Keuchen. pag. 59. 63. & 275. seqq. & Voss. Theol. Gent. 1. 8. p. 60.

ABRACES, [Ἀβράκης] unus ex summis Artaxerxis ducibus. Xenoph. lib. 1. de Cyri minoris expeditione. Regii vero exercitus quadrifariam divisi. Ter centenis hominum millibus singuli duces summa potestate imperabant, atque ii fuere, Abrocomas, Tissaphernes, Gobrias, Abraces.

ABRADATAS, [Ἀβραδάτας] Rex Susorum fuit, & maritus Pantheæ nobilissimæ matronæ, quam cum a Cyro captam, caste & liberaliter haberi præter spem intellexisset, ad eam accedens, quæsivit quid sibi illa faciendum censeret, quo tanti Principis beneficio gratiam aliquam rependeret. Cui cum illa respondisset, ut eniteretur se tanto regi simillimum præstare, statim in aciem profectus, strenue pugnans occubit. Cujus corpus ad se relatum cum Panthea aspexisset, acinace seipsam confodit, capite super viri pectus recumbens. Xenophon. lib. 7. Pædiæ Cyri.

ABRĀDO, [ἀποξυνίζω, ἀποξύω] si, sum, ere. Radendo tollere, sive detrahere, quod & deradere dicitur. Columel. lib. 3. 8. Arida & vetera quæ falce amputari non possunt, acuta dolabra abradito.

Abradi pars summæ dicitur, pro detrahi vel decidi. Plin. Jun. in Paneg. 6, 20.

Abradere per metaphoram, Difficulter aut per vim, & quasi radendo auferre. Ter. Phorm. 2. 2. 19. Unde aliquid abradi potest. Cic. pro Cæcina. cap. 7. Posteaquam videt nihil se ab A. Cæcina posse litium terrore abradere.

Nec manibus quicquam teneris abradere membris,
Possunt, &c. Lucret. lib. 7. 1097.

Abradere barbam. Idem quod radere. Plin. lib. 6. cap. 20.

ABRĀSUS, a, um. Partic. [ἀποξυσμένος] Lucan. lib. 6. 155. Abrasæ fauces. Abrasa supercilia. Cic. pro Rosc. Com. cap. 7. Nonne supercilia illa penitus abrasa, olere malitiam, & clamitare calliditatem videntur?

ABRAHAM, ABRAHAMUS, ABRAM. Patriarcha fidei celebratissimæ, Abram parenti dictus, Abraham Deo. Prudent. Psych. v. 4. Casus obliquus Abrahæ est apud Prud. Cath. 12. 43. Abræ in Prud. Apoth. v. 373. Primam & secundam in Abraham corripit Tertul. Carm. advers. Marc. 3. 6. & 29. Utramque producit Victorin. Gen. 3. 558.

ABRAMIDÆ, arum. m. pl. Posteri Abrahæ.

ABRAXAS, sive ABRASAX, Unus ex deis, qui ab hæreticis inducti sunt, barbaris & inconditis nominibus: de quibus ab Irenæo & Epiphanio facta est mentio. V. Tertul. de Præscr. cap. 46. Voss. Theol. Gent. 1. 8.

AB RE [ἀπὸ τρόπου, οὐκ ἀπὸ τρόπου] non ab re. V. A.

ABREPTUS. V. ABRIPIO.

ABRETTANA, [Ἀβρεττανή] Suidæ, Mysiæ regio est, ita dicta a Brettia nympha. Strab. lib. 12. Abretanus Jupiter, Mysius Deus est, sic ab Abretana dictus, Strab. ABRETINI [Ἀβρεττηνοί] Plinio dicuntur Mysiæ populi, cap. 3. lib. 5.

ABRINATÆ, [Ἀβρινάται] Populi sunt non procul a Ponto. Steph. de Urb.

ABRINCATUI, Galliæ Lugdunensis populi. Lugdunensis Gallia habuit Lexovios, Vellocasses, Galletos, Venetos, Abrincatuos. Plin. cap. 18. lib. 4.

ABRĬPIO, ui, [ἀφαρπάζω, ἀναρπάζω] eptum, ere. Ex ab & rapio: quasi raptu & violenter alicunde auferre, vel vi eripere, vel protrudere, Cic. in Verr. 4. 10. Quem obtorta gula de convivio, in vincula abripi jussit. Id est, detrudi.
Abripere frumentum ab aratore. Cic. Verr. 5. 163. Frumentum per triennium aversum a Rep. esse, abreptumque ab aratoribus.
Maritum a conjuge. Cic. Verr. 6. 29. antequam iret in exilium. Nec patiamini me a liberis meis abstractum, a conjuge abreptum, ab aris focisque innocentem projectum, vitam degere in exilio.
Aliquem a terra. Cic. de Orat. 3. 143. Repente te quasi quidam æstus ingenii tui procul a terra abripuit, atque in altum a conspectu pene omnium abstraxit.
A complexu, vel ex complexu aliquem. Liv. 3. ab Urbe. Cic. Verr. 3. 7. Qui e complexu parentum abreptos filios ad necem duceret.
Abreptus ex. Ter. Eun. 1. 2. 30.
Puellam dono quidam mercator dedit
Ex Attica hinc abreptam.
Abripere ad quæstionem. Id est, trahere.*Cic. pro Cluent. Eo tempore ad quæstionem ipse abreptus est.
In servitutem. Hirt. de Bell. Afric. lib. 5.
In cruciatum. Ter. And. 4. 5. 47.
In vincula. V. paulo ante.
Abripi tempestate. Cic. pro Ligar. Tempestate abreptus est unus.
Abripi tempestatibus in aliquem locum. Plin. lib. 2. cap. 27. Tempestatibus essent in Germaniam abrepti.
Abripi a parentis similitudine. Cic. 7. Verr. ut eum, etiam si natura a parentis similitudine abriperet, consuetudo tamen ac disciplina patri similem esse cogeret.
Abripere sese. Plaut. Milit. 2. 2. 21. —quis is est homo?
PE. Nescio: ita abripuit repente sese subito. Pro, surripuit, subduxit, subtraxit.

ABREPTUS, a, um. Partic. ut, Abreptæ remis in terram naves. V. NAVIS.

ABROCOMAS, unus ex summis Artaxerxis ducibus. Xenoph.

ABRODIÆTON, i. n. [ἀβροδίαιτον] Politianus vertit ex Herod. vitam mollissimam. Unde

ABRODIÆTUS, Delicate & molliter vivens, laute & opipare victitans, Græce ἀβροδίαιτος, Latine significat delicatum atque elegantem. Quod nomen sibi arrogavit Parrhasius pictor nobilissimus. Plin. lib. 35. cap. 10. De ejus delicato vivendi more V. Ælian. Var. Hist. 9. 11.

ABRŌDO, si, sum, [ἀποβρώσκω] ere. Est rodendo abscindere. Plin. lib. 10. cap. 62. 1. Viperæ mas caput inserit in os: quod illa abrodit voluptatis dulcedine.

ABRŎGO, [ἀποκυρόω, ἀκυρόω, ἀναιρέω] are. Est consensu publico aliquid penitus abolere, tollere, obliterare, irritum facere, ut legem, imperium, magistratum.
Abrogare, Infirmare. Festus.
Abrogare legi & legem dicimus: sed usitatius accusativo jungitur. Modest. in l. Derogat. D. de verborum significatione. Derogatur legi, cum pars detrahitur: abrogatur legi, cum prorsus tollitur. Liv. 9. ab Urbe. Ubi duæ contrariæ leges sunt, semper antiquæ abrogat nova. Sic habent omnes libri typis excusi. Hieronymus tamen Ferrarius in Philipp. Cic. hunc locum asserit esse mendosum, legendumque, Antiquam abrogat nova. quam lectionem retinent manu scripti Codices. [Quoties cum dativo occurrit constructum, Obrogare legendum videtur. V. DEROGO.
Tollere & abrogare legem. Cic. 2. de Leg. Lex illa neque tolli, neque abrogari potest.
Lex aut rogatur, Id est, fertur: aut abrogatur, Id est, prior Lex tollitur: aut derogatur, Id est, pars primæ tollitur: aut subrogatur, Id est, adjicitur aliquid primæ Legi: aut abrogatur, Id est, mutatur aliquid ex prima Lege. Hæc Ulp. in Fragm. Tit. 1.
Jurisdictionem abrogare. Val. Max. lib. 7. cap. 7. Genutius quidam Matris Magnæ Gallus, a Cn. Oreste Prætore Urbis impetraverat, ut restitui se in bona Næviani juberet, quorum possessionem secundum tabulas testamenti ab ipso acceperat. Appellatus Mamercus a Surdinio, cujus libertus Genutium hæredem fecerat, Prætoriam jurisdictionem abrogavit: quod diceret Genutium amputatis suis ipsius sponte genitalibus corporis partibus, neque virorum neque mulierum numero haberi debere. Erat autem Mamercus hic, Consul: ne quid erret lector.
Alicui imperium, magistratum, potestatem: hoc est, eum publice privare imperio, &c. Cic. 3. 40. Off. Cum Collatino Tarquinio collegæ Brutus imperium abrogabat. Cic. 4. 140. Verr. Si tibi magistratum abrogasset. Id. 3. de leg. Gracchus potestatem intercedendi collegæ abrogavit.
Abrogare quempiam, figurate dictum. Plin. de viris illust. de Pompejo Ma. Lepidum acta Syllæ rescindere volentem, privatus Italia abrogavit. Id est, pepulit, ejecit.
Fidem homini, aut alicui rei, Est fidem ejus abolere: hoc est, facere ut jam ei nulla fides habeatur. Plaut. Trin. 4. 3. 41. Male fidem servando, illis quoque abrogant etiam fidem, Qui nihil meriti.
Abrogare alicui fidem jurisjurandi. Cic. pro Rosc. Com. 44. Si jam tibi deliberatum est quibus abroges fidem jurisjurandi, responde. Id est, facere ne alicujus juramento credatur.
Multam. V. in MULTAM dicere.
Beneficiis abrogare vires. Plin. lib. 2. cap. 53. Nec minus hebetis, beneficiis abrogare vires: quando in fulgurum quoque interpretatione eo profecit scientia, ut ventura alia finito die præcinat. Id est, existimare beneficia nullarum esse virium.

ABROGATIO, [ἀποκύρωσις] Actus ipse abrogandi: ut Abrogatio legis, aut magistratus. Cic. Att. lib. 3. 23. Quintil. lib. 1. cap. 9.

ABRON, [Ἄβρων] Abronis vita. Id est, vita intemperata & sumptuosa. Adagium de molliter ac deliciose viventibus dici solitum, sumptum ab hujus Abronis moribus notæ luxuriæ: quemadmodum apud nos Apicius & Æsopus luxu nobilitati sunt. V. proverb. Erasmi.

ABRONI MOENIA, urbs Galatiæ Ptolemæo, lib. 5. cap. 4. vulgo Arcani.

ABRONYCHUS, [Ἀβρώνυχος] Nobilis Atheniensis fuit, Lysiclis filius, cujus fideli strenuaque opera usus est Themist. in Bell. Pers. & in legatione apud Macedonios. V. Herodot. lib. 8. & Thucyd. lib. 1.

ABROTŎNUM, n. [ἀβρότονον] Herbæ nomen: de qua sic Plin. lib. 21. c. 10. Abrotonum odore jucunde gravi, floret æstate. Flos aurei coloris vacuum sponte provenit. cacumine suo se propagat. ABROTONUS, f. etiam dicitur. Lucan. lib. 9. 921.
Et larices, fumoque gravem serpentibus urunt
Abrotonum, & longe nascentis cornua cervi.
Abrotoni duo sunt genera, hortense, & campestre, tenuioribus foliis, & minutiore semine. Mathiol. in Diosc. lib. 3.

ABROTONĪTES, is, vel æ. [ἀβροτονίτης] m. sed figurate neutri generi jungitur, & est vinum factitium ex abrotono. Dicitur autem vinum abrotonites & vinum absinthites, sicut oppidum Roma, Flumen Rhenus. Colum. lib. 12. cap. 35.

ABROTONUM, [Ἀβρότονον] Meretrix, ex qua Themistocles dicitur natus, ut Amphicrates tradit. Erat autem Thressa genere. At Neantes Cyzicenus, Euterpes filium fuisse Themistoclem tradit. Hæc Steph. Niger ex Musonio.

ABROTŎNUM, [Ἀβρότονον] Stephano oppidi nomen est in Africa inter duas Syrtes, non procul a Lepti, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 4. & Strab. lib. 17.

ABRUMPO, ūpi, uptum, [ἀπορρήγνυμι] ere. Idem quod rumpere: ut Abrumpere vincula.
Abrumpere ex re aliqua. Plin. lib. 2. cap. 92. Ex insula Cea amplius XXX. millia passuum abrupta.
Abrumpere se ab aliquo. Cic. Philip. 14. 31. hæc se prima latrocinio abrupit Antonii.
Transfertur ad res incorporeas: ut, Abrumpere rem inchoatam. Plin. Jun. Ep. 100. Ut quæ semper inchoatum aliquid abrumpat. De morte.
Actus ingentes abrumpere. Lucan. lib. 5.
—licet ingentes abruperit actus
Festinata dies fatis, sat magna peregi.
Æther abrumpitur ignibus. Ovid. 2. Fast. 495.
Hinc tonat, hinc missis abrumpitur ignibus æther,
Abrumpi dissimulationem. Tacit. Ann. 11. 26.
Fas Abrumpere. Virg. Æn. 3. 55. Fas omne abrumpit, &c.
Fatum. Senec. in Herc. OEth. 7. Natum relinques? fataque abrumpes tua? Id est, vitam seu stamina fatalia vitæ tuæ.
Fidem. Tacit. Hist. 4. 60. 6. Cæteri retro in castra profugiunt, quærente sane Civile & increpante Germanos, tanquam fidem per scelus abrumperent.
Flammas. Ovid. lib. 2. de Rem. Amor.
Non ego te jubeo medias abrumpere flammas. Id est, amores.
Lucem invisam. Virg. 4. Æn. 631.
Invisam quærens quamprimum abrumpere lucem. Id est, vitam.
Noctem. Id est, somnum. Stat. 9. Theb.
Dum gemit, & planctu circundat pectus inani,
Abrupere oculi noctem, mœstoque cubili
Exilit, & falsos quærit per lumina fletus.
Ordines laxati abrumpuntur. Tacit. Hist. 3. 25.
Patientiam abrumpere. Tacit. lib. 12. 50. 4. Atqui illi quamvis servitio assueti, patientiam abrumpunt.
Sermonem. Virg. Æn. 4. 388. His medium dictis sermonem abrumpit, &c.
Somnos. Virg. Georg. 3. 536. —nec somnos abrumpit cura salubres.
Spem & metum. Tacit. An. 4. 50. Sed Tarsa properum finem, abrumpendas pariter spes ac metus clamitans, dedit exemplum, dimisso in pectus ferro.
Vectigalia. Tacit. Ann. 20. Instituta cultumque patrium resumite, abruptis vectigalibus, quibus Romani plus adversus subjectos quam armis valent.
Venas. Tacit. Ann. 4. 60. 2. Seneca quoniam senile corpus & parvo victu tenuatum, lenta effugia sanguini præbebat, crurum quoque & poplitum venas abrumpit.
Vitam. Virg. Æn. 8. 579.
Nunc nunc O liceat crudelem abrumpere vitam.

ABRUPTUS, Partic. & Nomen. [κατερρωγὼς, ἀπόρρωξ] præceps, citatus: ut, Abrupta loca, divulsa, atque ob id invia: quæ descensum non habent, sed tantum præcipitium: & alio nomine prærupta dicuntur, ut fere sunt rupes & scopuli. Græce ἀπόκρημνα, κρημνώδη. Unde per metaphoram Plin. sic ait lib. 11. cap. 37. Supercilia homini & pariter & alterne mobilia: & in iis pars animi; negamus, annuimus. hæc maxime indicant fastum. Superbia alibi conceptaculum, sed hic sedem habet. in corde nascitur: huc subit, hic pendet. nihil altius simul abruptiusque invenit in corpore, ubi solitaria esset.
Abruptus in altitudinem. Id est, profunditatem. Liv. lib. 1. Bell. Pun. Natura locus jam ante præceps, recenti terræ lapsu in pedum mille admodum altitudinem abruptus erat.
Anni abrupti. Stat. lib. 1. Sylv. 3.
Et nunc ignaro forsan vel lubrica Nais,
Vel non abruptos tibi demet Hamadryas annos.
Antrum abruptum. Sil. Ital. lib. 7. —immanis in antro
Conditur abrupto Protheus.
Barathrum. Catull. 86. 108.
Æstus in abruptum detulerat barathrum.
Blandimenta vitæ abrupta. Tacit. Hist. lib. 2. 53. Sola posteritatis cura, & abruptis vitæ blandimentis.
Conjugium abruptum. Catul. 68. 84.
Posset ut abrupto vivere conjugio.
Contumacia abrupta. Tacit. Ann. 4. 63. Liceatque inter abruptam contumaciam & deforme obsequium, pergere iter ambitione ac periculis vacuum.
Dictum abruptum, vel abruptus locus orationis. Quintil. Id est, non congruens cum præcedentibus, vel non cohærens. Et abruptus transitus. Serv. 11. Æn.
Genus sermonis Salustii abruptum, ait Quintil.
Ignes abrupti nubibus. Lucret. lib. 2. 214.
Nunc hinc, nunc illinc abrupti nubibus ignes
Concursant, &c.
Ingenium. Id est, præceps. Sil. Ital. lib. 7. verba sunt Fabii,
Fervida si nobis corda, abruptumque putassent
Ingenium Patres, &c.

Initium.

Initium. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Lucrum, quasi præceps & præter spem objectum. Ulp. in l. 1. D. Quar. rer. act. Neque enim oneratum se hoc nomine potest queri libertus, si lucrum abruptum ex re patroni non fecerit.
Nubes. Virg. Æn. 3. 199.
—ingeminant abruptis nubibus ignes.
Procellæ. Virg. 3. Georg. 259.
—nempe abruptis turbata procellis
Cæca nocte natat serus freta.
Querelæ. Stat. Theb. —sic fata, repente
Concidit, abruptisque immutuit ore querelis.
Quies. Sil. Ital. lib. 7.
Tertius abrupta vigil iret ad arma quiete.
Ripæ abruptissimæ. V. RIPA.
Sermo Abruptus, sive abrupta oratio, quæ caret exordio: quales sunt orationes patheticæ & concitatæ: de quibus Macrob. Saturn. lib. 4. cap. 1. Oportet enim, inquit, ut oratio pathetica aut ad indignationem, aut ad misericordiam dirigatur. Et paulo post, Et necesse est initium abruptum habeat: quoniam satis indignantibus leniter incipere non convenit.
Sibilus testudini abruptus. Plin. lib. 11. cap. 51.
Spes abrupta e medio. Sil. Ital. lib. 8.
Et spes abrupta e medio, &c.
Studia abrupta. Quint. in proœmio. lib. 7. querens de filiorum morte, Quis enim dilata studia miretur, quæ potius non abrupta esse mirandum est?
Sidus abruptum. Virg. Æn. 12. 451.
ABRUPTUM, i, n. [ἀπόῤῥηκτον] Stat. 3. Theb.
Jamque iter extremum, cœlique abrupta tenebat.
Iter in abruptum. Stat. 3. Syl. 2.
In abruptum sorbere fluctus. Id est, in profundum. Virg. Æn. 3. 422.
ABRUPTIO, Verbale. [ἀπόῤῥηξις] Actus ipse abrumpendi. Cic. de Divin. lib. 2. 64. abruptio corrigiæ, & sternutamenta erunt observanda. Item ponitur pro subito divortio & repudiatione. Cic. ad Att. lib. 11. Epist. 3. Ista quam scribis abruptio. Ciceroni scripserat Atticus sibi quidem videri, Terentiam quamprimum esse repudiandam: authorque Ciceroni erat, ne differret, sed abrumperet.
ABRUPTE, Adv. [ἀποῤῥηγμένως] Quintil. lib. 3. cap. 8. Nec enim abrupte, nec unde libuit, incipiendum. Id est, sine exordio.
Abrupte, pro Absolute. Macrob. in somn. Scip. lib. 1. cap. 19. Hoc adjiciendum est, cur Cicero cum quartum de septem, solem velit, quartus autem inter septem non fere medius, sed omnino medius & sit, & habeatur: non abrupte medium solem, sed fere medium dixerit.
ABS, [ἀπὸ, παρὰ] V. A & AB.
Apud priscos illos Latinos, erat una præpositio Abs, quæ deinde remotis literis triplex facta est, abs, ab, a: sicut nihilum, nihil, nil. Illa vero integra, Abs, rarissima est, adeo ut tantum in accepti tabulis maneat, neque tamen in omnibus. Hæc fere Cic. de consuetudine sui temporis ait, in Orat. 158. Ipse tamen in lib. 2. de Divin. hac præpositione usus est. Eos, inquit, defendes, qui se ab omnibus desertos potius, quam abs te defensos esse malunt.
Præponitur autem dictionibus a litera q vel t incipientibus: ut, Abs Quinto, abs te. Ter. Adel. 2. 3. 1. Abs quivis homine. Idem Phorm. 4. 3. 12. Ut abii abs te. Invenitur etiam ante Literam s, ut abs se Plaut. Capt. 3. 1. 10. &c. conf. Parei Lex. p. 5. & Cæs. Bell. Gall. 1. 44. Ed. Dav. Abs Suessa nunciatum est, Liv. 32. 1. Gronov.
Abs præpositio, a Græco deducitur, ἄψ: significat autem retractionem in partem posteriorem. Festus.
Abs compositionem recipit, ut Abscondo, Abstineo, Abstrudo.
ABSARUM Plinio: Ἄψαῤῥος Ptolemæo: Flumen est Armeniæ minoris, non procul a Sebastopoli, in Pontum influens. Hoc cum Pariedris montibus, ex quibus oritur, Armeniam minorem ab Adiabene regione separat. Plin. lib. 6. cap. 9.
ABSCĒDO, [ἀφίσημι] ssi, ssum, ere. Recedere, vel discedere, cui contrarium est Accedere. Et proprie jungitur ablativo cum præpositione A vel Ab: aut adverbio de loco, ut hinc, illinc, inde. Plaut. Cas. 3. 5. 5. Abscede ab ista obsecro.
Abscedere procul. Ovid. Med. 6. 362.
Retro. Sil. Ital. lib. 10.
Hac. Plaut. Asin. 9.
Ab aliquo. Plin. 2. cap. 17.
Abscessit e conspectu meo. Plaut. Capt. 7.
Abscedere in altum sive in altitudinem. Plaut. Rud. 2.
Abscedere, suppresso ablativo. Cic. de Divin. lib. 2. 37. Jam abscedet simul ac molam & vinum insperseris.
Abscedit sol. Plin. lib. 2. cap. 1.
Somnus abscessit. Ovid. Fast. lib. 3. 307.
Abscedere alicui. Ovid. 5. Met.
Abscedere, sine præpositione, ut Abscedere incœpto, idem quod incœpto desistere. Liv. 6. Bell. Pun. Abscedere irrito incœpto, & movere a Capua statuit castra. Potest tamen hic esse ablativus absolutus: ut, sit cum irritum fuisset incœptum, statuit abscedere, id est, abire, &c.
Abscedere, de pecunia dictum. Plaut. Pers. 4. 4. 119.
Decem accedent minæ. D. abscedent enim, non accedent.
Abscedere, transfertur ad animum. Ut, Abscedit ægritudo, ira, & similia. Plaut. Merc. 4. Ædepol tu calidam picem bibito, ægritudo abscesserit. Ter. Hec. 5. 2. 14. Id leve est, cito ab eo hæc ira abscedet.
Abscedere etiam dicitur, quod incipit in abscessum seu apostema verti. Cels. lib. 5. cap. 18. Malagma ad supprimendum omne quod abscedit. Rursum: Satisque omnia abscedentia digerit murex combustus.
Abscedere etiam miles dicitur, cum retro fert pedem & relinquit locum. Ita usus Nepos 11. 2. 5. & 15. 9. 1.
Abscessem, pro Abscessissem. Sil. Ital. lib. 8. 109.
—nec abscessem thalamo, ni magna minatus, &c.
ABSCEDITUR, Impers. Liv. 7. Bell. Pun. Sed literæ Marcelli negantis e republica esse, vestigium abscedi ab Annibale, curam injecerant ne, &c.
Abscessum manibus æquis. Subaudi, est. Tacit. Ann. 1. 63. Inde hostibus terror, fiducia militi, & manibus æquis abscessum.
ABSCĒDENS, Partic. [ἀφιστὰς, φεύγων] Unde abscedentia & prominentia in picturis. Vitruv. in præf. lib. 7.

Abscedente usufructu. Caius in l. An usus fructus. D. de usufruct. An usufructus nomine actio municipibus dari debeat, quæsitum est. Periculum enim esse videbatur, ne perpetuus fieret: quia neque morte neque facile capitis deminutione periturus est. Qua ratione proprietas inutilis esset futura, semper abscedente usufructu.
ABSCESSUS, ûs. m. Verbale. [ἀπόστασις] Recessus. Cic. de Nat. Deor. 1. 10. Longinquo solis abscessu. Huic contrarium est, Accessus, quod & appulsum solis ad nos vocant.
Abscessus dicitur etiam concursus mali humoris in aliquam partem corporis, ex quo suppuratio fit, quam Græci vocant apostema. Cels. lib. 5. cap. 18. Prodest impositum minutis, majoribusque abscessibus.
ABSCESSIO, onis. [ἀποβολή] Verbale. Idem quod abscessus. Cic. de universitate. c. 12. Cumque ad corpora necessitate accessio fieret, tum abscessio necesse erat, &c.
ABSCĪDO, ĭdi. ex abs & cædo, idem significat quod abscindo [ἐκκόπτω] Ovid. Met. 12. 362.
Abscidit jugulo pectusque humerumque sinistrum.
Sic habet Aldina editio & N. Heins. Ab abscindo vero, abscidi penultimam corripit. Virg. Æn. 3. 418. Hesperium Siculo latus abscidit, arvaque & urbes. Lucan. lib. 3. Abscidit impulsu ventorum adjuta vetustas. V. Gronov. ad Liv. 44. 5. Nic. Heins. ad Prud. Apoth. V. 1060. & Paræi Lex. Crit. p. 11.
ABSCISUS, a, um. Ut Funes abscisi Cæs. Bell. Gall. 3. 14. Caput abscisum. Liv. 4. 19. Saxum abscisum. Idem 32. 4. Comp. abscisior Justitia. i. e. rigidior. Val. Max. 6. 5. 4. ext. Idem 3. 8. 3. Absciso responso, hoc est præciso. V. Drakenb. ad Sil. 15. 473.
ABSCISE, Adv. idem quod breviter. Val. Max. 3. 7. ext. 6. Si verba numeres, breviter & abscise: si sensum æstimes, copiose & valenter.
ABSCINDO, ĭdi, [ἀποκόπτω, ἀποτέμνω, ἀποτμήγω] issum, ere. Id est, amputare. Ovid. Met. 1. 22.
Nam cœlo terras, & terris abscidit undas.
Dicitur autem proprie pars a toto, sive minus a majore abscindi: ut, Abscindere linguam, caput, querelas, operas, venas, & similia, apud Plaut. Cæs. Plin. Val. Flacc. & Tacit.
Et præter accusativum interdum jungitur ablativo cum præpositione expressa vel suppressa. Cic. Verr. 5. 1. Tunicamque ejus a pectore abscidit. Hoc est, laceratam avulsit. Idem Phil. 11. 2. Post autem cervicibus caput abscidit.
Abscindere sibi omnium rerum respectum. Liv. 9. ab U. C. Nos omnium rerum respectum, præterquam victoriæ nobis abscindamus.
Abscindere orationem est abrumpere. V. Gronov. ad Cic. Att. 2. 7. 1. Quintil. 8. 3. p. 686.
ABSCINDENS, entis. Virg. Georg. 2. 23.
Hic plantas tenero abscindens de corpore matrum.
ABSCISSUS, Partic. [ἀποκοπεὶς] Amputatus.
Abscissa a continenti insula. Plin. lib. 4. cap. 1.
ABSCISSUS, a, um. Dicitur abruptum, præruptum, & præcisum; [ἀπότμητος, ἀπόκρημνος] ut Abscissus locus. Liv. Decad. 3. lib. 5. Nec ferme quicquam satis arduum aut abscissum erat, quod hosti aditum ascensumve difficilem præberet.
Sic per translationem res abscissæ, & spes abscissa. Cic. de provin. consul. 34. Impolitæ vero res & acerbæ si erunt relictæ, quanquam sunt abscissæ, tamen efferent se aliquando, & ad renovandum bellum revirescent. Liv. 4. Bell. Maced. Nec nisi abscissa omni spe auxilium Antiochi imploraturos fuisse.
Abscissa castigatio, pro dura & aspera. Val. Max. lib. 2. cap. 2. de Africano posteriore, Aspero enim & abscisso castigationis genere militaris disciplina indiget.
Abscissa, Abrupta. Quintil. lib. 9, cap. 4. Cur alia paucioribus verbis satis plena, vel nimium, alia pluribus brevia & abscissa sunt?
Abscissi dicuntur, quibus exsecta sunt virilia, æqua fere conditione ac servi, nullo cognomento, aut ordine, infames. Namque Senatusconsulto prohibitum erat ne abscissi, utpote semiviri, aut lenones, quærendi juris, aut postulandi causa, tribunalia adirent. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 4. [Qui solus, quod scio, ita locutus est.
Abscissior, compar. ut, Abscissior justitia, in eadem significatione. Val. Max. lib. 6. cap. 5. præfractior & abscissior justitia.
ABSCISSE, Adv. vel ABSCISE, pro eo quod est fixe, præcise, [ἀποκεκομμένως] Callistratus in l. Semper, de jure imminuta. Demonstratur varie, nec abscisse, numerum liberorum ad excusationem municipalium munerum prodesse, &c.
ABSCISSIO, ōnis. Verbale. [ἀπόκοψις] Idem quod scissura. Cic. ad Herenn. 4. 54. al. Abscisio.
ABSCIO, ivi, ire. De memoria exire. Verbum inusitatum.
ABSCONDO, i, sum & ĭtum. [ἀποκρύπτω] Lucret. lib. 1. 903.
Quod si tanta foret sylvis abscondita flamma.
Abscondere, ex abs & condo, quod ipsum ex do compositum est. Idem quod condere, abdere, occultare. Plaut. Cist. 1. 65. In latebras abscondas pectore penitissimo tuam stultitiam. Virg. Georg. 1. 221.
Ante tibi Eôæ Atlantides abscondantur.
Abscondere fugam furto. Virg. 4. Æn. 337. Id est, furtim & secreto fugere.
Crimen. Sen. in Hippol. 5. 2.
In terram. Colum. lib. De arboribus cap. 7. Reliquas radices, quæ in terram absconduntur, fac abradas.
In tenebris. Cæcil. Exul. Nam hic in tenebris intus sese abscondit. Ex Nonio. Inter nates. L. Pomp. Macchis geminis: Perii, non puella est. Nunquid abscondisti inter nates? Ex eodem.
Abscondidi, antiquum præteritum, teste Prisciano, lib. 10. Plaut. in Carb. Secundum ipsam aram aurum abscondidi. Sil. Ital. lib. 8. 191.
Donec arenoso (sic fama) Numicius illam
Suscepit gremio, vitreisque abscondidit antris.
ABSCONDĬTUS. Partic. [ἀποκρυφθεὶς] Cic. 2. Verr. Non obscurum opinor, neque absconditum.
Abscondita flamma. Lucret. lib. 1. 903.
ABSCONSUS, aliud Partic. Julius Firm. lib. 3. cap. 8. Mercurius vespertinus faciet aurifices, aut fossores auri, aut absconsarum quarundam artium magistros. Paulo post, Faciet alieni patrimonii heredes, & qui casu

casu absconsas inveniant facultates. Idem aliis quoque locis hoc participio utitur: melioribus autem auctoribus inusitatum est.

Absconse, Adv. Latenter. Vet. Interpr. Irenæi 4. 40. Cogitabat absconse dimittere eam. Item Hygin. Fab. 184. Filium infantem Merope mater absconse ad hospitem in Ætoliam mandavit.

Absconsor, Verbale. Firmic. 3. 8. 5. Mercurius absconsores auri & divitiarum faciet. Et cap. 11. Pecuniarum absconsores faciet.

Absconditor, Verbale. Firmic. lib. 5. cap. 15. Mercurius homines faciet simulatores, multæ cogitationis ac rerum humanarum absconditores.

Absconsio, onis. Verbale. [ἀπόκρυψις.] Plin. lib. 8. cap. 16. Velut deputans absconsione turpitudinem. Verum libri omnes aliter hunc locum habent. Acerrimo cursu fertur, velut abscondente turpitudinem loco.

Abscondite, Adv. [κρυφίως] Occulte. Cic. 2. de Invent. 69. Absoluta est, quæ ipsa in se, non ut negotialis implicite & abscondite, sed patentius & expeditius recti & non recti quæstionem continet.

Absens, In absum.

Absentio, si, sum. [διαφωνέω] Idem quod dissentio. Nam qui minime convenit, absentire videtur. Calep.

Absento, In absum.

Absilæ, [Ἀψίλαι] Stephano, Populi Asiæ a Plin. lib. 6. cap. 4. in Colchide prope Phasim amnem collocati.

Absilio, [ἀποπηδάω] ire. Ex ab & salio compositum, saltu alicunde recedo. Lucret. lib. 6. 1213.

Multaque humi cum inhumata jacerent corpora supra
Corporibus, tamen alituum genus atque ferarum
Aut procul absiliebat, ut acrem exiret odorem.

Absimilis, [ἀνόμοιος] Multum dissimilis. Et fere jungitur negativis particulis, nec, neque, non, & haud. Colum. lib. 6. cap. 17. Odoris gravis, neque absimilis bitumini. Suet. in Othone, cap. 1. Non absimilis Tiberio principi fuit.

Absinthium, V. absynthium.

Absis, idis. V. apsis.

Absisto, stiti, [ἀποστατέω] ere. A loco vel a re aliqua discedere. Cui opponitur Assistere. Et fere jungitur ablativo sine præpositione. Virg. 6. Æn. 258.

—procul ô procul este prophani,
Conclamat vates, totoque absistite luco.

Bello absistere. Tacit. Hist. 4. 32. V. Drak. ad Sil. 2. 325.
Furore. Liv. 4. Decad. lib. 7.
Incœpto. Liv. 4. Decad. lib. 1.
Imperio. Liv. 4. Decad. lib. 8.
Oppugnatione, vel obsidione. Liv. 37. 17. Conatu. Id. 33. 5.
Pugna. Liv. 4. Decad. lib. 1.
Absistere a. Plin. lib. 2. cap. 8. Ab sole nunquam absistens partibus sex atque quadraginta longius.
Absistere, cum gerundi verbo pro ablativo. Liv. 4. bel. Pun. Absistere obsidendo. Pro eo quod est ab obsidione discedere, sive desistere obsidione.
Absiste precando. Virg. 8. Æn. 403.
Absistere, sine casu, pro desinere. Virg. 1. Æn. 196.

Nec prius absistit, quam septem ingentia victor
Corpora fundat humi.

Absistere, cum infinitivo, pro desinere. Virg. 6. Æn. 399.

—Absiste moveri.

Colum. lib. 12. cap. 19. Nec absistat id facere.

Absistitur, Imperf. [ἀποστατεῖται] Liv. 1. Bell. Pun. Legati missi Carthaginem, si non absisteretur bello, ad ducem ipsum in pœnam fœderis rupti deposcendum.

Absistens, Partic. [ἀποστατῶν] Liv. 4. Bell. Pun. Tamen spe labefactandæ fidei haud absistens, Salapiam tendit. Hoc est, non desistens, non destitutus spe.

Absoleo, es. [ἀπαρχαιόομαι] Est ab usu recedo: unde absoletus locus, neglectus & sordidus dicitur. Calep.

Absolesco, id est, ex solito insolitum fieri. Tertul. Exhort. Cast. cap. 6. absolescit Crescite illud & multiplicamini. conf. Not. Jun.

Absolvo, vi, utum, [ἀπολύω, ἀπαλλάττω] ere. Liberare. Multiplicem habet usum: sed maxime ad judicia refertur. Contrarium est damnare.

Absolvi omnibus sententiis. Cic. Verr. 4. 100. Servius ille innocens omnibus sententiis absolvitur.
Absolvere improbitatis. Cic. Verr. 1. 72. Non te absolutum esse improbitatis, sed illos damnatos esse cædis. Absolvi injuriarum, auctor ad Heren. 2. 19. Absolvi majestatis. Cic. pro Cluentio. In hoc genere loquendi subauditur aliquis ablativus: ut, crimine: sicut & in verbis accusandi, cum junguntur genitivo.
Absolvere aliquem bello. Tacit. Ann. lib. 4. 23. Is demum annus populum Romanum longo adversum Numidam Tacfarinatem bello absolvit. Id est, liberavit.
Aliquem suspicione regni. Liv. lib. 2. 8. pr. Latæ deinde leges, quæ consulem regni suspicione absolverent. Id est, liberarent.
De prævaricatione. Cic. ad Quint. frat. lib. 2. 16.
Reum sine casu. Cic. 1. Verr. Reus ut absolvatur non peto.
Quempiam alteri. Cic. 4. Verr. 22. Hunc hominem Veneri absolvit, sibi condemnat. maluit videlicet homines peccare, quam deos. Hoc est, quod ad Venerem pertinet, absolvit.
Se judicio ab aliquo, Pro eo quod est, ab ejus accusatione se liberare. Cic. pro Rosc. Com. 35. Cur tam imperite facit, ut nec Roscium stipulatione alliget, neque a Fannio judicio se absolvat?
Absolvere copiose. Id est, multis sententiis. Cic. lib. 2. ad Quint. frat. 5. Senatorum urna copiose absolvit.
Absolvere per metaphoram. Hor. 2. Sat. Serm. 3. 297.

—an commotæ crimine mentis
Absolves hominem, & sceleris damnabis eundem?

Absolvere, Perficere, & rei finem imponere [ἀποτελεῖν, διαπράττειν] ut absolvere librum, aut aliud opus. Cic. 3. Off. 10. Ut nemo pictor esset inventus qui Coæ Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquit, absolveret.
Absolvere aut perficere. Cic. 2. de Nat. Deor. 35. In omni natura necesse est absolvi aliquid aut perfici.
Conficere & absolvere. Cic. lib. 13. ad Att. 19. Dialogos confeci & absolvi.
Perficere & absolvere. Cic. 4. de Fin. Quæ conjuncta cum honestis, vitam beatam perficiant & absolvant.
Absolvere & ad exitum perducere. Cic. 2. de Fin. Nec enim absolvi vita beata sapientis, neque ad exitum perduci poterit. Testimoniis evincere Solin. cap. 8. Bochus absolvit, Gallorum veterum propaginem Umbros esse.
Absolvere bellum. Lucan. lib. 2. 250.
Creditorem, aut quemvis alium qui pecuniam petit. Ter. Adel. 2. 4. 13. Ego ad forum ibo, ut hunc absolvam. Ubi Donatus, Ut hunc absolvam, Id est, ut hunc reddito illi pretio dimittam. Plaut. Epid. 5. 1. 25. Age, Age, absolve atque argentum numera, ne comites morer. Hoc etiam dicitur per simplex Solvo. V. solvo.
Diem, i. e vitam finire. Avienus Perieg. v. 455. Terentianus Maurus,

Tantam nostra nequit mensura absolvere litem. Id est, dirimere.

Martial. Epigr. 1. 82.

Hæc quæ pulvere dissipata multo
Longas porticus explicat ruinas,
En quanta jacet absoluta casu!

Absoluta, id est, dejecta & sic finita.
Fidem. Tacit. Hist. 2. 60.
Absolvere navem, Pro, solvere. Plaut. Milit. 4. 7. 17. Sed ibi legitur Solvere.
Pensum. Varro de R. R. lib. 2. cap. 2. Translatum a lanificio muliebri, in quo singulis certum lanæ pondus in opus distribuebatur. Proverbiale est.
Pignus, Pro luere pignus. Paul. 2. Sentent. cap. 5. Creditor si simpliciter sibi pignus depositum distrahere velit, ter ante denuntiare debitori suo debet, ut pignus absolvat, ne a se distrahatur.
Promissum. Varro 2. de R. R. cap. 11.
Orbem absolvere. Id est, consumere & perdere. Lucan. lib. 7. 870.

Quid totum premitis, quid totum absolvitis orbem?

Absolvere, Finire. Sallust. p. 31. Namque uti paucis verum absolvam. Plaut. Rud. Uno verbo absolvam, leno est. 3. 2. 29.
Absolvere de re aliqua, similiter pro finire. Sallust. in Catil. C. 4. Igitur de Catilinæ conjuratione quam verissime potero, paucis absolvam.
Absolvere, Pro dimittere. Plaut. in Amph. 5. 1. 4.

Quæso absolvito hinc me extemplo, quando satis deluseris.

Absolvere, Pro vitam adimere. Plaut. Capt. 3. 5. 73.

Diu ego hunc cruciabo, non uno absolvam die. Hoc est, non uno die vitam illi adimam, vel eum enecabo.

Absolutus, [ἀπολελυμένος, ἄφετος, ἀπόλυτος] Partic. Plin. lib. 18. cap. 6. Omnium sententiis absolutus. Nep. 6. 3. 4

Absolutus adulterii. Tacit. Ann. 3. Cæsar Antistium Veterem e primoribus Macedoniæ absolutum adulterii, increpitis judicibus, ad dicendam majestatis causam retraxit.
Vinculis: Id est, exolutus. Tacit. lib. 12. Prudent. in Rom. 1118. anima absoluta vinculis cœlum petit. nimirum quicquid nexum clausumve dimittitur liberum, editurve, absolvi dicitur. Id. Prudent. Hymn. Epiph. de Phar. loq. v. 145.

Cautum & statutum jusserat, Quo non liceret matribus,
Cum pondus alvi absolverent, Puerile pignus tollere.

Absolutus, [τετελεσμένος, τετελειωμένος] Nomen ex Partic. Idem quod perfectus, ad exitum perductus, suis numeris omnibus constans. Cic. in Orato. C. 2. Quo fit ut illam veram & absolutam eloquentiam nemo consequatur. Hoc est, perfectissimam.

Numeris omnibus absolutus. V. numerus.
Absoluta & perfecta elegantia. Plin. lib. 2. cap. 4.
Absoluta constitutio. ad Heren. Gr. ἀντίληψις. Hermog.
Absoluta similitudine homo. Id est, perfecta. Plin. lib 9. cap. 5. Visum ab his in Gaditano Oceano marinum hominem, toto corpore absoluta similitudine.
Absolutus perfecte. Cic. 4. de Fin.

Absolutior, Plin. lib. 34. cap. 8. Quo opere nullum absolutius. Item superl. Auct. ad Heren. 4. 26. & Macrob. 1. de Somn. Scip. c. 11. extr. Absolutissima puritas.

Absolute, Adv. [τελέως] Perfecte. Cic. 3. de Fin. Necessario sequitur omnes sapientes semper feliciter, absolute, fortunate vivere.

Perfecte & absolute. Cic. 4. Acad. Sed undique perfecte & absolute ita pares, ut inter eos nihil prorsus intersit. Addidit (absolute) quasi perfectius aliquid significet, quam perfecte. Perfecte atque absolute beatus, Cic. 4. Tusc.
Absolute doctus. Suet. de clar. Gram. 4. Ut Græci Grammaticum a grammatista: & illum quidem absolute, hunc mediocriter doctum existimant.
Absolute respondere. Scæv. in l. Mæv. D. de ann. leg.

Absolutius, Macrob. Somn. Scip. 2. 75. ut absolutius liqueat. conf. Plin. Epist. 4. superl. Auct. ad Herenn. 2. 28. ut absolutissime utamur.

Absolutio, Verbale. Perfectio. [τελείωσις, ἀπόλυσις] Cic. 5. de Fin. 38. In homine autem summa omnis animi est, & in animo rationis, ex qua virtus est, quæ rationis absolutio definitur.

Absolutio, Pro liberatione a crimine. Cic. pro Fonteio, Magna mehercule causa, Judices, absolutionis cum cæteris causis hæc est. Sic absolutio majestatis. Cic. App. lib. 3. 11.
Absolutioni esse. Tacit. Ann. 3. Quod neque convictum, noxæ reo, si recentia purgaret: neque defensum absolutioni erat, si teneretur majoribus flagitiis. Hoc est, Nihil faciebat ad reum absolvendum.
Absolutionem conficere. V. conficio.

Absolutorius, Adject. quod ad absolutionem pertinet [ἀπολυτικὸς] Sueton. in August. cap. 33. Non tantum duas tabellas, damnatoriam & absolutoriam simul cognoscentibus dedit.

Absolutorium, n. [ἀλεξιφάρμακον] Remedium absolvens, sive liberans. Plin. lib. 28. cap. 6. Clavum ferreum defigere in quo loco primum caput defixerit corruens morbo comitiali: absolutorium ejus mali dicitur.

Absonus, Adject. [ἀπῳδὸν, ἀπηχὴς] Dissonum, discors, discrepans: quasi

quaſi a ſono alienum, vel ſono abſurdum; ut Vox abſona, Repugnans, & male conveniens.

Abſonum, Sine ſono. Cic. 1. de Orat. 115. Sed ſunt quidam aut ita lingua hæſitantes; aut ita voce abſoni, aut ita vultu motuque corporis vaſti atque agreſtes, ut etiam ſi ingeniis atque arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non poſſint. Nonius. [Immo Voce abſoni ſunt κακόφωνοι, voce inſuavi, ingrataque.

Clamor abſonus, Diſſonus. Quintil.

Tectum abſonum. Lucret. lib. 4. 520.

Vox. Cic. lib. 3. de Orat. 38. Vox extra modum abſona atque abſurda.

Abſona fortunis dicta. Hor. in Arte Poet. 112.

Si dicentis erunt fortunis abſona dicta. Id eſt, Parum convenientia.

Abſonus, per metaphoram, pro Alienus, ſive differens. Liv. 7. ab Urbe, Nec abſoni a voce motus erant.

Abſonum fidei, id eſt, Fidei repugnans, alienum a fide, minime credendum. Liv. 1. ab Urbe 15. Quorum nihil abſonum fidei divinæ originis.

ABSONE, Adv. Apul. Apol. p. 276. Abſone & indocte pronuntiare. Gell. 15. 25. Abſurde atque abſone fingere.

ABSŎNO, āre. Diſcordare. Cathol.

Abſonans, id eſt, Abſonus. Juſtin. Inſtit. 2. t. 25. Abſonans a juris ratione codicillorum uſus.

ABSONANTIA, f. Diſcordantia. Cathol.

ABSORBEO, ui & pſi, ptum, [ῥοιβδέω, καταπίνω, ἀμφιχαίνω] ēre. Quaſi ſorbendo abſumere. Proprie dicitur de rebus liquidis. Plin. 9. 35. Detractum unionem merſit ac liquefactum abſorbuit. Idem lib. 11. cap. 35. Araneus omnem humorem abſorbens, ariditatem ampliat. Transfertur quoque ad alia. Lucan. lib. 4. v. 98.

Jam tumuli, colleſque latent: jam flumina cuncta
Condidit una palus, vaſtaque voragine merſit:
Abſorpſit penitus rupes, ac tecta ferarum
Detulit.

Cic. in Bruto 282. Sed hunc quoque abſorbuit æſtus quidam non inſolitæ adoleſcentibus gloriæ.

ABSORPTUS, Vulg. Interpr. Num. 11. 2. 1. Cor. 15. 54.

ABSORPTIO, f. Vox hæc forte reſtituenda eſt, Sueton. Neron. cap. 27. ubi vulgati Abſortio roſaria. Apparet intelligi cœnam ubi roſæ vel parati ex roſis liquores abundant. [Sed a ſimplici fit Sorbitio.

ABSŎRUS, [Ἄψορος] Inſula eſt in mari Adriatico, Liburniæ adjacens, cum oppido ejuſdem nominis. Utriuſque meminit Ptolem.

ABSQUE, Præp. ablativa [ἄνευ, χωρὶς, δίχα] Idem quod Sine. Nam teſte Priſcian. lib. 14. Abſque & Sine habent conſimilem ſignificationem, quæ eſt negativa: ut, Abſque injuria. Plaut. Menæch. 5. 7. 33. Nam abſque te ſi fuiſſem hodie, nunquam ad ſolem occaſum viverem.

Abſque te eſſet, abſque eo foret, vel eſſet. Ter. Phorm. 1. 4. 11. —nam abſque eo eſſet, recte ego mihi vidiſſem. Pro eo quod eſt, Niſi per eum ſtetiſſet: niſi ille obſtitiſſet. Idem Hec. 4. 2. 25. Quam fortunatus cæteris ſum rebus, abſque una hac foret. V. ibi Donat. Plaut. Trinum. 4. 1. 13. Nam abſque foret te, ſat ſcio in alto diſtraxiſſent. Idem Bach. 3. 3. 8. Nam abſque te eſſet, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum.

Pro Præterquam uſurpavit Solin. cap. 46. de Phœnice loquens: Poſtera parte purpureus abſque (id eſt, Excepta, ut Schottus interpretatur p. 1033. Phyſ. Cur.) cauda in qua roſeis pennis cæruleus inſcribitur nitor. Quem ad loc. Camer. ita, Non vult Solinus hanc alitem eſſe abſque cauda, ſed eam eſſe ubique coloris purpurei, præterquam in cauda.

ABSTĒMIUS, a, um. [ἄοινος] Dicitur ab Abſtinentia temeti, teſte Fabio lib. 1. cap. 7. Hoc eſt, Qui vino abſtinet quem Græci ἄοινον, Apuleius, Græcum quaſi interpretatus, Invinium Mileſ. lib. 11. p. 286. vocat. Vetus Gloſſ. Abſtemius, ὁ μὴ μετέχων οἴνου. Ovid. 15. Met. 323.

Vina fugit, gaudetque meris abſtemius undis.

Gell. lib. 10. cap. 23. Qui de victu atque cultu Pop. Rom. ſcripſerunt, mulieres Romæ atque in Latio ætatem abſtemias egiſſe. Hoc eſt, vino ſemper, quod Temetum priſca lingua appellabatur, abſtinuiſſe dicunt.

Abſtemius Vini. Plin. lib. 22. cap. 24. Et mulieribus vini abſtemiis.

Prandium abſtemium. V. In PRANDIUM.

Abſtinens ſimpliciter. Hor. Epiſt. 1. 12. 7.

Si forte in medio poſitorum abſtemius herbis Vivis.

Sobrius, temperans, ſalibus modeſtus, felle nullo perlitus, vini cibique abſtemius. Auſon. Commemor. Profeſſ. Burdigal. de Attio Patera.

Jejunus. Dicitur ante horam ſecundam diei jejunus adhuc & abſtemius teſtimonium vendidiſſe. Apul. Apol. p. 311. V. Paulin. Epiſt. 7. Videant ergo qui nos non mane ebrii, ſed veſpere jejuni, nec heſterno inflati, ſed hodierno abſtemii.

ABSTERGO, is, & ABSTERGEO, es, ſi, ſum. [ἀπομόργνυμι, ἀπομάττω, ἀποτρίβω, ἀποσμήχω] Detergere, purgare. Ter. Eun. 4. 7. 9. Qui abſtergerem vulnera.

Abſtergere dolorem, per translationem. Cic. fratr. lib. 2. 10. Abſtergebo dolorem.

Ægritudinem. V. infra ABSTERGENS.

Faſtidium. Plin. lib. 20. cap. 5.

Fletum. Cic. 1. Acad. 34.

Labellum. Plaut. Aſin. 41. 52.

Luctum. Cic. 3. Tuſc. 43.

Merum. Cic. 11. Fam. 23.

Moleſtias. Cic. de Senect. cap. 1.

Succum villo. Plin. lib. 12. cap. 17.

Interdum idem eſt ac Frangere vel Abſcindere. Q. Curt. 9. 9. 16. Colliſi inter ſe Naves, abſtergerique invicem remi cœperunt. V. Ind. Freinſh. & DETERGERE infra. [Huc illud Horatii pertinet l. 1. Od. 14. 3.

Nonne vides, ut
Nudum remigio latus?

ubi Interpretes nil viderunt. Loquitur autem poëta de navi, cui remi abſterſi fuerunt, i. e. cujus ex uno latere omnes remorum palmulæ, in conflictu navali, quod roſtro hoſtilis navis æneo plerumque fieri conſuevit, defractæ atque ablatæ fuerunt.

Abſterſti, pro Abſterſiſti. Catul. 94. Epig. ad Juvent.

ABSTERGENS, entis. Partic. Cic. in Topic. 86. Oratio ægritudinem abſtergens.

ABSTERSUS, a, um. [ἀποσμηχθεὶς] Valerius, Abſterſis lacrymis.

Abſterſus cruor. Liv. 1. ab U. C.

Abſterſa fuligo. Cic. Philipp. 2. 91.

Abſterſus pulvis & ſudor. Liv. 3. ab U. C.

ABSTERREO, ui, ĭtum, [ἐκφοβέω, ἀποτρέπω, πτοέω] ere. Ab aliqua re deterrere. Hoc eſt, Terrore injecto avertere, arcere, prohibere. Ter. And. 3. 1. 14. Hanc ſimulant parere, quo Chremetem abſterreant. ſubaud. A danda filia.

Abſterrere a vel ab. Liv. lib. 2. ab Urbe, Abſterrendo ſingulos a concionibus, conciliiſque.

A pecuniis capiendis homines abſterrere. Cic. Verr. 2. 142.

Supplicem abſterrere a ſe. Id eſt, Rejicere & excludere. Cic. Antequam iret in exil. 24.

Abſterrere de frumento anſeres. Plaut. Trucul. 2. 1. 41. Ut de frumento anſeres, clamore abſterret, abigit.

Abſterrere, ſine præpoſitione. Plin. lib. 8. cap. 16. Quia cæteri, metu ſimilis pœnæ, abſterrentur eadem noxa. pro Ab eadem noxa.

Abſterrere ſibi pabula amoris, id eſt, A ſe repellere & abigere. Lucret. lib. 4.

Abſterrere alicui aliquid. Lucret. lib. 4.

Nec divina ſatum genitalem numina cuiquam
Abſterrent.

Id eſt, Liberorum generationem impediunt, & ſemen genitale auferunt.

Abſterrere auctum. Id eſt, Impedire aut vetare incrementum. Lucret. lib. 5.

Abſterres te adiri. Cic. 3. de Orat. 162. Quidnam eſt obſecro? Quid te adiri abnutas? Melius eſſet, vetas, prohibes, abſterres.

ABSTERREOR, ēris. paſſ. Hor. 2. Sat. 5. 83.

Ut canis a corio nunquam abſterrebitur uncto.

ABSTERRĬTUS, Partic. Liv. lib. 5. ab Urbe, 41. Inde rurſus ipſa ſolitudine abſterriti.

ABSTĬNEO, ui, entum, [ἀπέχομαι, ἀφίσταμαι, ἀποχέομαι] ēre. ex Abs & Teneo, Eſt ab aliqua re omnino ſe cohibere: Quaſi ſe tenere ab re illa: ut Abſtinet furto, Qui omnino non furatur. Abſtinet vino, Venere, voluptate, Qui prorſus iis rebus non utitur. Abſtinuit cœna. Qui non cœnavit, &c.

Abſtinere ſe ab alieno, Id eſt, Omnino ſe cohibere a rebus alienis. Cic. 2. de Fin.

Armis. Liv. 8. ab Urbe.

Bonis placitis. Ovid. Epiſt. 17. 98.

Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis.

Se a cantu. Plin. lib. 10. cap. 55.

Carne. Plaut. Aulul. 4. 1. 15. Cenſione bubula.

Cibo. Cæſ. 8. Bell. Gall. 44.

Culpa. Plaut. Menæch. 5. 2. 18.

Comitiis. Plin. Paneg.

Dono & pactione. Plin. Epiſt. 109.

Ab hereditate. Uxor ab hereditate abſtinuit. in l. Thais. §. Stichus. D. de fideicom. liber.

Imperio. Juſtin. lib. 1.

Injuria. Cic. 3. Off. 72.

Inſectatione. Sueton. de Clar. Gram.

Inſpectione rerum ſuarum. Plin. Epiſt. 264.

Jurgiis. Cic. 1. de Divin. 102.

Maledictis. Cic. 2. Philipp.

Mari. Plaut. in Milit. 4. 7. 26.

Muræenis. Cic. Fam. 7. 27.

A nefario ſcelere. Cic. Philipp. 2. 5.

Negotiis. Id eſt, Nulla negotia tractare. Celſ. lib. 3. cap. 22.

Oſtreis. Cic. Fam. 7. 27.

Pecuniis. Cic. Att. lib. 9. 173.

Prælio vel pugna. Liv. 2. ab Urbe. Cæſ. 1. Bell. Gall.

Publico. Tacit. lib. 3. paulo poſt initium, Tiberius atque Auguſta publico abſtinuere, inferius Majeſtate ſua rati, ſi palam lamentarentur. Id eſt, Non commiſerunt ſe publico, non prodierunt in publicum.

Rebus urbanis. Plaut. Caſin. 1. 13.

Seditionibus. Liv. lib. 3. ab U. C.

Tactu. Virg. 7. Æn. 618.

Venere & Baccho. Hor. in Arte Poet. 414.

Verbis. Plin. Epiſt. 79.

Vino. Plin. lib. 28. cap. 7.

Virgine. Ter. Hec. 1. 2. 63.

Urbe. Liv. 1. ab U. C. Urbe valida, muris & ſitu ipſo munita abſtinuit.

Præter ablativum rei, a qua abſtinetur, frequentiſſime adjicitur accuſativus perſonæ. Ut ex ſequentibus exemplis apparet.

Abſtinere ægrum cibo, apud Celſum frequenter.

Abſtinet tutor pupillum hereditate patris. Papin. in l. tutores. §. adverſus. D. de adminiſt. tut.

Abſtinet ſe nepos hereditate avi. Paul. in l. ſi quis filium. D. de adquirenda hereditate.

Abſtinere manum alieno. Cato de R. R. cap. 5.

Manus ab alienis. Cic. lib. 1. de Orat. 194. Coercere omnes cupiditates, noſtra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abſtinere.

Manus in judicio. Cic. 2. Verr. Abſtineant in hoc judicio manus, animoſque ab hoc ſcelere nefario. Hoc eſt, Se abſtineant ab hoc judicio corrumpendo.

Manum a ſe aut ab alio, Interdum ad necem refertur. Cic. 4. Tuſc. 79. Qui cum interemiſſet Clitum familiarem ſuum, vix a ſe manus abſtinuit. Hoc eſt, Vix ſe cohibuit quin ſibi mortem conſciſceret. Idem in Antonium, Nunquam profecto a me ſacrilegas atque impias manus abſtinebit.

Manum, ſine ullo ablativo. Ter. Adel. 5. 2. 6.

Non manum abſtines maſtigia?

Abſtinere me manum, figurate dictum, pro A me. Plaut. Rud. 2. 4. 11. Potin' ut me abſtineas manum? Non abſimile eſt illud Livii in ipſo ſtatim totius operis initio, Jam primum omnium ſatis conſtat, &c. omne jus belli Achivos abſtinuiſſe.

Abſtinere ignem ab æde. Liv. 7. ab Urbe 27. Sermonis compendium; Pro Abſtinere ſe ab ædis incendio, ſive ab æde incendenda.

Abſtinere bellum & vim ab aliquo. Liv. lib. 8. ab U. C. Denuntiatumque Samnitibus, ut eorum populorum finibus vim abſtinerent. Paulo poſt, Orare ſe Conſulem, ut bellum ab innoxio populo abſtineat.

Et ſine præpoſitione. Hor. 2. Sat. 3. 202. —abſtinuit vim
Uxore & gnato.

Id eſt, Ab uxore, &c. V. Burman. ad Petron. cap. 112. p. 519.

Abſtinere, in alio genere loquendi, licet manente eadem conſtructione ſignificationeque. Lucan. lib. 4. 242.

— a trepido vix abſtinet ira magiſtro. Pro eo quod eſt, Ipſe iratus vix abſtinet. Et eſt hypallage.

Abſtinere, cum infinitivo. Plaut. Curcul. 1. 3. 24. Dum mihi abſtineant invidere.

Abſtinere quominus, pro quin. Sueton. de Clar. Gram. cap. 3. Ut ne clariſſimi quidem viri abſtinuerint, quominus & ipſi aliquid de ea ſcriberent. Sunt & aliæ figuratæ, & minus uſitatæ per hoc verbum locutiones, de quibus authorum exempla hic ſubjecimus.

Abſtinere irarum & rixæ. Hor. 3. Ode 27. 69. Græc. expreſſum eſt, [ἀπέχου τῶν ὀργῶν] nam Lat. more dixiſſet, Abſtinere ab iris. Lambin.

Abſtinere aliquando accuſativum habet rei a qua abſtinetur. Id quod eſt inuſitatius. Ut Abſtinere gemitus, ſcreatus, &c. Ter. Heaut. 2. 3. 132.

Gemitus, ſcreatus, tuſſis, riſus abſtine.

Abſtinere ſermonem de re aliqua. Plaut. Moſtel. 4. 2. 17.

Abſtinere, pro Arcere, prohibere. Plaut. Amph. 3. 2. 45.

Nunc quando factis me impudicis abſtines:

Ab impudicis dictis avorti volo. Hoc eſt, Quoniam me prohibes ab impudicitia. Liv. Decad. 1. lib. 8. 24. Romano bello fortuna Alexandrum magnum abſtinuit.

Abſtinere, pro Separare, & (quod dicunt) excommunicare. Cyprian. lib. 1. Epiſt. 11. ad Pomponium, Conſulte & cum vigore feciſti frater chariſſime, abſtinendo diaconum qui cum virgine ſæpe manſit.

Abſtinetur, paſſ. in tertiis Perſonis. Cic. Verr. 6. 146. Nihil ægrius factum eſt multo labore meo, quam ut manus ab illo appellatore abſtinerentur. Columel. lib. 7. cap. 10. Totus grex tecto clauditur ſtabulo, atque uno die abſtinetur potione & pabulo.

Infinitivus paſſivus. Columel. lib. 6. cap. 9. Febricitanti bovi convenit abſtineri uno die.

Abstinetur, [ἀπέχεται] Imperſ. Plin. lib. 26. cap. 12. Lichen herba ſi cum fumitur, cætero olere abſtineatur. Liv. 5. ab Urbe. Dictator præcones edicere jubet, ut ab inermi abſtineatur.

Abstentus, [ἀπεχόμενος] Partic. ab Abſtineor: Id eſt, Separatus & excommunicatus. Cyprian. lib. 1. Epiſt. 3. ad Cornelium, Quo in mendacio ſuo poſteaquam quinque ſolis convenientibus naufragis, & a nobis abſtentis, detecti ſunt atque confuſi, Romam cum mendaciorum ſuorum merce navigaverunt. Et in Expoſitione Orationis Dominicæ, Hunc autem panem dari nobis quotidie poſtulamus, ne qui in Chriſto ſumus, & Euchariſtiam quotidie ad cibum ſalutis accipimus, intercedente aliquo graviore delicto, dum abſtenti & non communicantes a cœleſti pane prohibemur, a Chriſti corpore ſeparemur.

Abſtentus etiam dicitur a Juriſconſultis, qui tutoris authoritate ab adeunda hæreditate eſt revocatus. Scævol. in l. penul. D. de auct. tutor. An ſecundum hæc acta adoleſcens a bonis paternis abſtentus ſit: reſpondi, proponi abſtentum. Hotoman. in ſuo Lexico.

Abstinens, entis. [ἐγκρατής, ἀπεχόμενος] Plin. Epiſt. 94. Homo eſt alieni abſtinentiſſimus. Hor. 4. Ode 9. 37. — abſtinens

Ducentis ad ſe cuncta pecuniæ.

Homo mirifice abſtinens. Cic. Att. 5. 21.

Homo abſtinens præ cæteris. Cic. Att. lib. 5.

Oculi abſtinentes. Cic. Off. lib. 1. 144. At enim Prætorem, Sophocle, decet, non ſolum manus, ſed etiam oculos abſtinentes habere.

Compar. In Cibis cujus Sacerdotis abſtinentior cerimonia. Auſon. in Grat. Actione.

Abſtinentiſſimus rebus Venereis. Columel. lib. 12. cap. 4.

Abstinendus, [ἀφεκτέος] Columel. lib. 6. cap. 7. Prohibendus erit bos potione per triduum, primoque die cibo abſtinendus. Idem lib. 8. cap. 5. Quibus ſcilicet cibis abſtinendæ ſunt aves.

Abstinax, ācis. Probum verbum non ſecus ac Tenax, pertinax, &c. Petron. cap. 42. Quid ſi non abſtinax fuiſſet.

Abstinentia, æ. [ἀποχή, ἀποχεσις] Derivatum nomen ab Abſtinens. Virtus cui opponitur Rapacitas: & ſic differt a Continentia, teſte Valla: Eſt enim hæc, cum a voluptatibus nos continemus. Abſtinentia autem, cum abſtinemus ab alienis, nulli vim inferentes, nihil cuipiam eripientes. Eſt igitur Abſtinentia in viro innocente, Continentia in temperante. Cic. Att. 5. 17. Sic in provincia nos gerimus, quod ad abſtinentiam attinet, ut nullus teruncius inſumatur in quenquam. Idem Off. 2. 77. Nulla autem re conciliare facilius benevolentiam multitudinis poſſunt ii qui reip. præſunt, quam abſtinentia & continentia. Quintil. lib. 5. cap. 10. Si continentia, virtus: utique & abſtinentia. Nonnunquam tamen indifferenter ponuntur, ut apud Val. Max. titulus eſt de Abſtinentia & Continentia: ubi harum virtutum exempla promiſcua ſunt.

Abſtinentia mitigare febrem. Quintil. lib. 2. cap. 17.

Abſtinentiam ſummam præſtare. Quintil. de Officio Præceptoris, lib. 2. cap. 2.

Abſtinentia vini, abſtinentia cœnæ. Plin. 25. cap. 5. Corpus ſeptem diebus ante præparandum cibis acribus, abſtinentia vini, quarto & tertio die vomitionibus, pridie cœnæ abſtinentia.

Abstinenter, Adv. qualitatis. [ἐγκρατῶς] Cic. in Sall. 19. Poſteaquam Prætor eſt factus, modeſte ſe geſſit, & abſtinenter.

Compar. Auguſtin. de Morib. Manich. 2. 13. Abſtinentius vitam ducere.

Absto, ĭti. [ἀφίσταμαι] Diſto; longe ſto. Hor. in Arte Poet. v. 361.

Ut pictura poeſis erit: quæ, ſi propius ſtes,

Te capiet magis; & quædam, ſi longius abſtes.

Abſtit, pro Abſtitit, legit Priſcian. Ovid. 11. Met.

Alcyones lacrymas, & quæ pars admonet abſtit. In editis tamen legitur, Abſit.

Abstorqueo, es. [ἀποστρέφω] Torquendo aufero. Verbum non perinde frequens. Accius apud Nonium 3. 66. Abſtorque proram, ac ſupra tortas copulas.

Abstrāho, xi, ctum, [ἀποσύρω, ἀποσπάω] ere. ex Abs & Traho compoſitum: proprie A loco trahere. Hoc eſt, Violenter abducere: ut, Abſtraxit eum ab ædibus. Conſtruitur autem frequentius cum ablativo & præpoſitione A vel Ab, aut cum adverbio loco ejus ablativi. Ter. Adel. 5. 3. 37.

— & iſtam pſaltriam

Una illuc mecum hinc abſtraham. Ubi Donatus, Mecum hinc abſtraham: non abducam, ſed quod eſt ſævientis, abſtraham.

Ab impetu abſtrahere. Cic. 3. Philipp. Ab hoc impetu abſtractus conſilio & copiis Cæſaris.

Abſtrahere copias ab aliquo. Cic. 10. Fam. 18. Si quas copias a Lepido abſtraxiſſent.

Abſtrahere & avocare. Cic. pro Archia 12. Ut ab illis nullo me unquam tempore aut commodum abſtraxerit, aut voluptas avocarit, aut denique ſomnus retardarit.

Abſtrahere a malis, a bonis. Cic. 1. Tuſc. Mors nos a malis, non a bonis abſtraxiſſet.

A diſciplina. Cic. lib. 4. Acad.

Civitatem a ſervitio. Cic. Fam. 16. 16.

A conſpectu. Cic. de Orat. 3. 143. Atque in altum a conſpectu pene omnium abſtraxit.

Ab exercitatione & conſuetudine. Cic. 1. de Orat. Deinde illud etiam verendum eſt, ne abſtrahamur ab hac exercitatione & conſuetudine dicendi populari & forenſi.

A ratione. Cic. 4. Tuſc. Animus concitatus & abſtractus ab integra certaque ratione, non conſtantiam ſolum amittit, verumetiam ſanitatem.

A rebus gerendis. Cic. de Senect. C. 6. A rebus gerendis ſenectus abſtrahit?

A ſenſu mentis. Cic. de Divin. lib. 1. 80. Sæpe vidi in Æſopo tantum ardorem vultuum atque motuum, ut eum vis quædam abſtraxiſſe a ſenſu mentis videretur.

Abſtrahere ſe a corpore. Cic. in Somn. Scip. 21. Idque ocyus faciet, ſi jam tum cum erit incluſus in corpore, eminebit foras, & ea quæ extra erunt contemplans, quam maxime ſe a corpore abſtrahet.

A ſolicitudine. Cic. pro Deiot. 38. Non dubito quin tuis literis, quas ad eum Tarracone huic Bleſamio dediſti, ſe magis etiam erexerit, ab omnique ſolicitudine abſtraxerit.

Abſtrahere de complexu. Cic. pro Fonteio, Num etiam de matris hunc complexu lectiſſimæ, miſerrimæque fœminæ vobis inſpectantibus avellet atque abſtrahet?

E ſinu & gremio. Cic. pro Cœlio, Cum Q. Metellus abſtraheretur e ſinu gremioque patriæ.

Ex ampliſſimorum virorum comitatu. Cic. pro Sylla 9. Quare nihil eſt, quod ex tanto comitatu virorum ampliſſimorum me unum abſtrahas.

Ad bellicas laudes. Cic. in Bruto 259. Pompejus vir ad omnia ſumma natus, majorem dicendi gloriam habuiſſet, niſi eum majoris gloriæ cupiditas ad bellicas laudes abſtraxiſſet.

In ſervitutem, Quod & abripere in ſervitutem dicitur. Cæſ. 7. Bell. Gall. c. 42. Bona civium Rom. diripiunt, cædes faciunt, in ſervitutem abſtrahunt. Sic, In ſervitium, apud Liv. 8. Bell. Maced.

Abstractus, Partic. [ἀποσπασθείς] Stat. Achil. lib. 1. 153.

— ipſi mihi ſæpe queruntur

Centauri, raptaſque domos, abſtractaque coram

Armenta. Animus concitatus, & abſtractus ab integra certaque ratione, non conſtantiam ſolum amittit, verumetiam ſanitatem. Cic. Tuſc. 4. 38.

Abstractum, [τὸ κεχωρισμένον] Id dicitur quod ab alio trahitur. Definitur autem a logicis hoc modo, Quod ſignificat formam aliquam cum excluſione ſubjecti, ut Albedo. Contrarium ejus eſt Concretum, quod ſignificat eandem formam cum hærentibus ſubjecti, ut Album. Et hæc aliter dicuntur Denominans, & Denominativum, ut eſt apud Ariſt. in Antepræd.

Abstractio, ōnis. Varie a Philoſophis accipitur: Et Dictys Cretenſis 1. 4. Abſtractio conjugis animum permoverat.

Abstringo, inxi, ictum, ere. [ἀποσφίγγω] Solvere: Contrarium ſui ſimplicis Stringo. Liv. 3. Decad. 4. Tanquam laxaret elatum pedem abſtricto modo. Sigonius legit, Ab ſtricto nodo.

Abstrūdo, ſi, ſum, [ἀποκρύπτω] ĕre. Abſcondere, occultare, abdere. Virg. 6. Æn. 7.

— Quærit pars ſemina flammæ

Abſtruſa in venis ſilicis. Ubi Servius, Abſtrudere, eſt De-induſtria celare.

Abſtrudere penitus in. Cic. Acad. 4. 32. Naturam accuſa, quæ in profundo veritatem (ut ait Democritus) penitus abſtruſerit.

Abſtrudere foris. Plaut. Aulul. 2. 6. Auro formidat Euclio, abſtrudit foris.

Abſtrudere ſe in ſylvam. Cic. Att. lib. 12. 15. Quumque mane me in ſylvam abſtruſi denſam & aſperam. pro Abdidi.

Abſtrudere ſe inter aliqua. Tacit. lib. 4. 69. 2.

Theſaurum abſtrudere, pro Abdere & in terram defodere. Plaut. Aulul. 4. 5. 3.

Triſtitiam abſtrudere. Tacit. lib. 3. 6. 3.

Abstrusus, a, um. [ἀπόκρυφος] Unde abſtruſæ inſidiæ, id eſt, Penitus latentes & valde occultæ. Cic. pro Lege Agr. Patefacio vobis quas iſti penitus abſtruſas inſidias ſe poſuiſſe arbitrantur contra Cn. Pompeji dignitatem.

Dolor Animi, Cic. pro Domo ſua, 25. Reconditus & penitus abſtruſus animi dolor.

Homo abſtruſus, Qui ſuum ſecretum magnopere celat. Tacit. Ann. lib. 1.

Incendium abſtruſum. Paterc. lib. 2. in fin. Quam diu abſtruſo (quod miſerrimum eſt) pectus ejus flagravit incendio, quod ex nuru, quod ex nepote dolere, indignari coactus eſt.

Ratio. Claud. Paneg. 8.

Abſtruſus cum dativo. Paterc. lib. 2. in fin. Qua vi conſiliorum ſuorum, Maroboduum inhærentem occupati regni finibus, velut ſerpentem abſtruſum terræ, ſalubribus conſiliorum ſuorum medicamentis coegit egredi?

Abstruse, Adv. Hinc Compar. Ammianus 28. 1. Inter reos recepti vocatique edictis ſemet abſtruſius amandarunt.

Abstrusio, onis. f. ut Seminis abſtruſio. Arnob. lib. 5. p. 183.

Absum, fui, [ἄπειμι] eſſe. Abſentem eſſe. Cui contrarium eſt Adeſſe. Abeſſe uſitatius conſtruitur cum præpoſitione A vel Ab, & ablativo, qui aut locum, aut perſonam, aut rem aliam ſignificet: ſed pro ablativo ſæpe additur adverbium de loco: ut Aberat illinc; pro Ab illo loco: Memineris igitur ejuſmodi aut ablativum, aut adverbium quoties deerit, in hoc verbo ſubaudiendum eſſe, quicquid ſignificet.

Interdum tamen vertitur hic ablativus in dativum. Ovid. Epiſt. 9. 33.

Vir mihi ſemper abeſt, pro A me. V. paulo poſt Abeſſe pro Deeſſe.

Abesse a signis. Plin. Jun. Epist. 239.
Urbe, domo, &c. vel Abesse ab urbe, ab domo, &c. Cic. Fam. lib. 6. Aut quod absim ab urbe, ut qui ad te proficiscantur, scire non possim. Cic. Verr. 6. 39. Abesse ab domo paulisper maluit.
Abesse, absolute positum, absque ablativo aut adverbio loci. Plaut. Stich. 5. 4. 29. Id abest, aliud nihil abest. Virg. Æn. 1. 588. Unus abest.
Abesse propius a morte, Propinquiorem esse morti. Cic. de Senect. 66. Quarta causa restat appropinquatio mortis quæ certe a senectute non potest longe abesse.
Abesse in altercationibus. Cic. Att. lib. 4. Ergo ut sit rata, absuisse me in altercationibus, quas in senatu factas audio, fero non moleste. pro Non interfuisse dum fierent altercationes.
Abesse & longe disjunctum esse. Cic. in Topic. 81. Extrinsecus ea ducuntur, quæ absunt, longeque disjuncta sunt.
Abesse tres menses. Ter. Heaut. 1. 1. 66.
Abesse magnam partem temporis alicujus. Cic. Fam. 4. 23. Absui magnam partem consulatus tui.
Spatio, transitu, passibus, &c. Cic. Fam. lib. 10. 17. Ventidius bidui spatio abest ab eo.
Abesse bidui a castris. Cic. Att. lib. 5. 16. extr. Cum in castra proficiscerer: a quibus aberam bidui. Subint. itinere, spatio, via.
Aliquot millia passuum, spatium, iter, viam, &c. Cæs. 5. Bell. Gall. C. 46. Cujus hiberna aberant ab eo millia passum XXV. Cic. Reliquæque legiones magnum spatium abessent. Idem, Cum paucorum dierum iter abesset. Idem pro Planc. Qui cum abessent aliquot dierum viam.
Altissime. Plin. lib. 2. cap. 16. extr. de Stellis.
Longius. Ter. Heaut. 2. 2. Ovid. Met. 2. 292.
Longe gentium abesse. V. LONGUS.
Paulum. Cic. 1. Acad.
Procul. lib. 1. ab Urbe.
Propius abesse. Cic. Att. lib. 1.
Abest hinc a nobis. Plaut. Merc. 5. 2. 53.
Multum abest ab iis. Id est, Longe est inferior. Cic. in Brut. 62.
Ab eo plurimum absum. Cic. de Fin. 3. 2.
Unde longe absum. Cic. in Brut. 318.
Abesse, pro Deesse, cum ablativa præpositione, aut adverbio loco ablativi, aut etiam dativo. Cic. pro Rosc. Amer. 30. Quid ab his tot maleficiis sceleris abesse videtur? Cic. pro Corn. Balb. Quid abest huic homini, quod si adesset, jure hoc & tribui & concedi putaremus? Varr. 2. de R. R. cap. 2. Et si cui vetustate dentes absunt.
Abest huic de. Cic. 1. de Orat. Quid huic abesse poterit de maximarum rerum scientia? Id est, Deesse.
Abesse, pro Alienum esse, vel carere, sive immunem esse: ut Abesse a contentione. Cic. Att. lib. 10.
Abesse ab auribus. Cic. pro C. Rabir. 16. Et nomen ipsum crucis absit non modo a corpore civium Rom. sed etiam a cogitatione, oculis, auribus.
A bello. Cic. 10. Philipp. Tantum autem aberat a bello, ut quum cupiditate libertatis Italia arderet, defuerit civium studiis potius, quam eos in armorum discrimen adduceret. Id est, Animum habebat a bello alienum.
A cogitatione. V. ABESSE ab auribus.
A consilio fugiendi. Cic. Att. lib. 7. 24.
A contentione. Cic. Att. lib. 10. 8. Neque honestius reperies quicquam quam ab omni contentione abesse.
A corpore, V. Ab auribus paulo ante.
A Crimine. Cic. pro Rosc. Amer. 20.
Abest mea culpa. Cic. Fam. lib. 12. Epist. 22. Ego certe reip. non deero: & quicquid acciderit, a quo mea culpa absit, animo forti feram.
A culpa abesse aliquem. Cic. pro Rosc. Amer. Innocens est quispiam: veruntamen quanquam abest a culpa, suspicione tamen non caret.
Abest fortuna a culpa. Cic. Fam. lib. 6. Epist. 2. Intelliges ferendam esse fortunam, præsertim quæ absit a culpa.
Difficultates. Cic. 4. ad Heren. Absunt a nobis omnes hæ difficultates.
Ab insania. Cic. 3. Tusc. Non multum abest ab insania.
Insidiæ. Ovid. 3. de Arte Am. 538.

Adde quod insidiæ sacris a vatibus absunt.

A laude. Cic. Att. 8. 15. Quum & illi cives optimi sint, & ego ab ista laude non absim.
A spe consulatus. Cic. 2. 79. Off. C. Marius, quum a spe consulatus longe abesset, & jam septimum annum post præturam jaceret, &c. Id est, Quum parum speraret consulatum.
Absit, pro Sit procul. Cic. 2. Off. Ut illiberalitatis avaritiæque absit suspicio. Martial. in Epist. lib. 1. Absit a jocorum nostrorum simplicitate malignus interpres.
Longe abest ut. Cic. 4. Acad. Næ ille longe aberit ut argumentis credat philosophorum. Quasi tu dicas, Longe alienus erit ab ea credulitate vel persuasione.
Non longe abest quin. Cic. Att. lib. 9. 11. Aberit non longe, quin hoc a me decerni velit.
Abesse non potest quin. Cic. in Orat. 233. Abesse non potest quin ejusdem hominis sit, probos improbare, qui improbos probet.
Nihil abest quin. V. NIHIL.
Abesse alicui. Cic. pro P. Sylla 5. Ut mirari Torquatus desinat me, qui Antronio abfuerim, Syllam defendere. opp. ADESSE.
Absit verbo invidia: Modus loquendi apud veteres, quum quid erant dicturi quod arrogans videri posset. Liv. lib. 9. ab U. C. Absit verbo invidia, & civilia bella sileant.
Abesse, Verbum relativum est. Cum enim aliquem abesse dicimus, locum simul unde abest cogitatione comprehendimus. Itaque & absentem eum esse dicimus qui in Jure non est. Id est, Qui ad tribunal Prætoris non est quamvis in foro sit. L. 4. §. Prætor ait D. de damno infecto.
Abesse res dicitur non modo quæ in rerum natura non est, cujusve pretium domino abest, sed etiam ea cujus corpus manet, forma mutata est. Hinc Paulus ita scribit in L. 14. D. de verborum significat. Si vestimentum scissum reddatur, vel res corrupta reddita sit: veluti scyphi collisi, aut tabula rasa pictura: quoniam earum rerum pretium non in substantia, sed in arte sit positum. Item, si eam dominus rem, quæ sibi furto aberat, ignorans emerit, recte dicitur res abesse, etiam si id postea ita esse scierit: quia videtur res ei abesse, cui pretium abest.

Tantum abest. V. TANTUM. Cic. Fam. lib. 11. 10. Tantum abest, ut meæ rei familiaris liberum sit quicquam, ut meos jam omnes amicos ære alieno obstrinxerim.
Abesse, Interdum dividitur in partes duas. Cæs. Bell. Civil. 1. 16. Qui erat ab oppido millia passuum circiter tria. Pro Aberat.
Præsens abest. Parœmia est, in eum dici solita qui non animadvertit ea quæ dicuntur, cogitatione aliis in rebus occupata. V. plura apud Erasm.
ABSENS, entis. [ἀπὼν] Partic. Qui non adest ubi adesse solet, aut desideratur. Ulpianus in l. Absentem D. de verb. sig. Absentem accipimus eum, qui non est in eo loco in quo petitur: non enim trans mare absentem desideramus: & si forte extra continentiam urbis sit, abest. Ter. Heaut. 2. 2. 2. Vereor ne me absente mulier hic corrupta sit.
Superlat. August. Confess. 4. 4. Baptismum acceperat mente atque sensu absentissimus, id est, Moriturus, cum sine sensu esset. Absentium nomina (eorum scilicet, qui Reipublicæ causa aberant) non recipiebantur, id est, rei non fiebant. Bernegg. ad Sueton. Cæs. c. 23. Absens creari Consul vel Prætor dicitur, non tantum qui abest Urbe, sed qui, cum in Urbe sit, modestiæ causa in campum non descendit. V. Sigon. ad Liv. 10. 2.
Absente nobis, figurata & antiqua locutio, pro Eo quod est, nobis absentibus. Quod Priscian. lib. de Construct. more Attico dictum esse probat. Plaut. Amph. 8. Si in actione hanc absente nobis invenerit puer? Ter. Eun. 4. 3. 7. Nescio quid profecto absente nobis turbatum est domi. Ubi Donat. Aut distinguendum est, & subaudiendum (me); aut ἀρχαϊσμὸς figura est, Absente nobis, pro Nobis absentibus. Idem paulo post: Cum sic dicit, pro præpositione ponit Absente, ac si diceret, Coram amicis.
Locus absens dicitur in quo quis non est. Hor. 2. Sat. 7. 28.

Romæ rus optas, absentem rusticus Urbem
Tollis ad astra levis. pro Tu absens ipse ab Urbe, hypallage.

Idem lib. 1. Epist. 11. 21.

Romæ laudetur Samos, & Chios, & Rhodos absens.

Venti absentes. Stat. Theb. 5. 87.

— Ventisque absentibus Ægon
Motus, & ingenti percussit littora Ponto. Ægon. Id est, mare Ægæum. Lactant.

ABSENTIA, ium. n. pl. pro Rebus futuris usurpat Cic. in Epist. ad Octav. cum scribit: Et absentium sensus significatio. Jam enim de præsentibus & præteritis erat locutus. Turneb.
ABFUTŪRUS, Partic. Qui aberit, vel deerit. Cic. ad Q. fratr. lib. 1. Epist. 1. Simul & illud Asia cogitet, nullam a se neque belli externi, neque domesticarum discordiarum calamitatem abfuturam fuisse, si hoc imperio non teneretur. Veteres, ut Cicero, sæpe scribebant pro Absui Afui; pro Abfuturus Afuturus. Et sic in antiquis Codd. hinc Lambinus in Nep. 9. 1. 2. & Hor. Sat. 1. 4. 101. contendit solum Afuit Latinum esse. Nec tamen minus bonum Abfuit: Quod æque exhibent MSS. Libri. V. Cic. Fam. 2. 1. & 4. 3. Nep. 17. 5. 2: 20. 1. 3. &c. adde Torrent. ad Horat. L. c. Drakenb. ad Sil. 7. 248. & Papin. D. 50. t. 1. L. 13. §. 1.
ABSENTIA, æ. [ἀπουσία] sicut Præsentia, æ, dicimus. Sen. ad Lucil. Æquo animo ferre debemus absentiam.
ABSENTO, are. [ἀποπέμπω] Ablegare. Claud. de Rapt. Proserp. lib. 3. 212.

Et dura de matre queri, quæ tale recessu
Maluerit damnare decus, vetitamque deorum
Colloquio, patriis procul absentaverit astris. Sed in quibusdam libris Amandaverit legitur.

ABSENTANS, Partic. tamen usus Sidon. 9. Epist. 13. extr. pro Absens; itemque Cyprian. & alii, quos ad Sidonium notavit Savaro. Et sic Messala Corvin. p. 16. Metius proditor rem Romanam maximo in discrimine absentando deseruerat. adde Petronium, cujus illa sunt, cap. 72. Absentemur, ait ille, (Ascyltos) & dum illi balneum petunt, nos in turba exeamus. V. de hoc loco Borrich. Vind. p. 3. & Edit. per Nodot.
ABSENTANEUS, Adj. Quod in absentia fit. Verbum infrequens.
ABSENTIVUS, a, um. Diutius absens. Petron. cap. 33. Ne absentivus moræ vobis essem, omnem voluptatem mihi negavi.
ABSŪMO, [καταναλίσκω, ἀποφθείρω] ĕre. Omnino consumere vel abolere.
Animam absumere letho. Virg. Æn. 3. 654.
Argentum. Plaut. Mostel. 5. 2. 19.
Diem. Liv. 10. Bell. Pun.
Domos absumpsit incendium. Plin. Epist. 250.
Reliquias absumere pugnæ. Liv. 5. ab U. C.
Tempus. Cic. pro Quint. 34.
Vinum. Ter. Heaut. 3. 1. 49. Quid vini absumpsit?
Absumpsit illuvies majorem partem Syriæ. Id est, Aquis immersit, inundavit. Justin. lib. 2. cap. 6.
Absumi re aliqua, ut Fame. Liv. 1. Bell. Pun.
Clade. Cic. 2. Tusc.
Cura. Ter. Phorm. 2. 2. 26.
Absumi in. Plin. lib. 11. cap. 37. Qui putant dentes in cornua absumi, facile coarguuntur cervarum natura.
Absumpti sumus, pro Periimus, actum est de nobis. Plaut. Mostel. 2. 1. 18. Virg. Æn. 1. 559.

Sin absumpta salus, & te pater optime Teucrûm
Pontus habet Libyæ. subintell. Est. Id est, Si periit nobis.

Fato absumptus. Val. Max. lib. 4. cap. 6. ubi de Artemisia.
Morte fortuita absumptus. Tacit. Ann. lib. 4. 2.
Novo genere absumpta mortis. Val. Max. lib. 4. cap. 6. de Porcia.
ABSUMPTIO, onis. Verbale. Ulp. in l. Hoc Senatusconsultum. D. de usufr. ear. rer. quæ us. cons. Vel ceteræ res, quæ in absumptione sunt.
ABSUMEDO, ĭnis. f. Consumptio, a verbo Absumo. Plaut. Capt. 4. 3. 3.

Quanta pernis pestis veniet! quanta labes larido!
Quanta sumini absumedo!

ABSURDUS, Adj. [ἄτοπος, ἄλογος] proprie significat Auditu alienum, sive alienum ab auribus; sed usitatius ad Animum transfertur. Absonum, quod omnium mentes aspernantur ac respuunt. Cic. pro Rosc. Com. 19. Fraudavit Roscius. Est hoc quidem auribus, animisque hominum absurdum. Idem 8. Philipp.
Ineptum atque absurdum. Ter. Adel. 3. 3. 21. Vostram nequeo mirari satis Rationem. S. est hercle inepta, ne dicam dolo, atque absurda.
Ineruditum & absurdum. Cic. Acad. 4. 132. Modo nequis illud tam ineruditum absurdumque respondeat.

Abſurdum atque alienum a vita mea. Ter. Adel. 5. 8. 21.
Incredibile & abſurdum. Cic. pro Sylla 57. Jam vero illud quam incredibile, quam abſurdum, qui Romæ, &c.
Ingenium. Tacit. Ann. lib. 13. 45. Sall. Catil. C. 25. Verum ingenium ejus haud abſurdum, poſſe verſus facere, jocum movere, ſermone uti vel modeſto, vel molli, vel procaci. Prorſus multæ facetiæ, ſales, multoſque lepos illi inerat.
Res abſurda eſt. Cic. pro Corn. Balb. 37.
Sonus. Cic. de Divin. 1. 15. Abſurdoque ſono fontes & ſtagna cietis.
Vir. Cic. 2. de Orat. 85. Sin plane abhorrebit, & erit abſurdus: ut ſe contineat, aut ad aliud ſtudium transferat, admonebo.
Vox abſona & extra modum abſurda. Cic. de Orat. 3. 41.
Abſurdum eſt, cum infinitivo. Cic. de Provin. Conſul. 37. Nam & non ſortiri, abſurdum eſt: & quod ſortitus ſis, non habere.
Compar. Cic. de Nat. Deor. 1. 16. Multo abſurdiora ſunt ea, quæ Poetarum vocibus fuſa ipſa ſuavitate nocuerunt. Et de Fin. 2. 13. Quo nihil mihi videtur eſſe abſurdius. Idem Att. 7. 13. Abſurdiſſima mandata.

Absurde, Adv. [ἀτόπως] ut Abſurde aliquid dicere aut facere, quaſi Inepte & repugnanter. Cic. de Fin. 2. 21. Idque ſi ita dicit, non eſſe reprehendendos luxurioſos: ſi ſapientes ſint, dicit abſurde. Idem, de Divin. 2. 219. Sed neſcio quomodo nihil tam abſurde dici poteſt, quod non dicatur ab aliquo philoſophorum. Plaut. Epid. 3. 1. 6.
Abſurde facis, qui angas te animi.
Compar. JCt. in Dig. 9. t. 2. l. 51. Quod ſi quis abſurde a nobis hæc conſtitui putaverit, cogitet longe abſurdius conſtitui, &c.
Superl. Auguſtin. lib. 4. extr. de Trinitate. Deus pater abſurdiſſime miſſus diceretur. conf. eodem tractatu, 15. 26.

Absus, fluvius. V. abis.

Absynthium, [ἀψίνθιον] alii Absinthium ſcribunt, ab ἀψεοῦ ex adverſo nomen Græci deflexerunt: quod nullum animal ob eximiam amaritudinem hanc herbam attingat. Veteres Graiæ familiæ comici Apinthion quoque conformi etymo, quaſi impotabilem, pronuntiarunt: quod hanc nemo ob inſignem amarorem poſſit ebibere. Hinc Latini Abſynthium uſurparunt, pro re quæ parum allatura ſit voluptatis, non tamen propter commoditatem reſpuenda. Sic verebatur Fab. Quintilian. ne liber ſuus parum mellis & abſynthii multum habere videretur, eſſetque ſalubrior ſtudiis quam dulcior. lib. 3. 1. Sic Aloen pro Amaro, quod a palato paucam iniret gratiam, Juvenal. protulit inquiens.
Plus aloes, quam mellis habet. Sat. 6. 180. Ex Ruell. V. Plin. lib. 27. cap. 7.
Abſynthium marinum [ἀψίνθιον θαλάσσιον] Eſt abſynthii genus, abrotoni parvi ſimilitudine, refertum minutis ſeminibus, ſubamarum, & ſtomacho inimicum, graviter olens, & cum quadam calefactione aſtringens. Hoc & Seriphium a nonnullis appellatur: de quo ſic ſcribit Plin. lib. 27. cap. 7. Eſt & Abſynthium marinum, quod quidam Seriphium vocant, probatiſſimum in Tapoſiri Ægypti. Hujus ſemen Iſiaci præferre ſolenne habent. Hodie ſemen lumbricorum vocant. Gallice, *La mort aux vers.*
Abſynthium Ponticum [ἀψίνθιον ποντικὸν] Idem eſt cum Abſynthio vulgari, ſive proprie dicto. Nomen habet a Ponto Aſiæ regione. In qua tanta copia provenit, ut pecora illo pingueſcant, & ſine felle inveniantur. Plin. lib. 27. cap. 7.
Abſynthium ruſticum [ἀψίνθιον ἀγροικὸν] Idem quod Abſynthium vulgare ſive Ponticum.
Abſynthium Santonicum [ἀψίνθιον σαντονικὸν] Abſynthii ſpecies eſt copioſiſſime proveniens apud Santones, Galliæ populos, vulgari abſynthio non diſſimilis, ſemine tamen non æque fœcunda. Easdem vires habet quas Seriphium. Plin. lib. 27. cap. 7.
Abſynthia cana. Ovid. 5. Triſt. 21.
Tetra. Id eſt, Tetri odoris. Lucret. lib. 1. 935.
Triſtia. Ovid. 3. de Pont. Epiſt. 8. 15.

Absynthiatus, Abſynthio temperatus: ut Abſynthiatum Poculum. Sen. Suaſ. 7. Et abſolute Abſynthiatum pro Vino abſynthite, de quo Apicius 1. 3. Lamprid. Elagab. cap. 21. Roſato atque abſinthiato vulgus ad bibendum invitavit.

Absynthius, m. Varr. Quinquatribus, Quid medico mihi eſt opus, nempe tuo, abſynthium ut bibam gravem, & caſtoreum, levemque robur. Ex Nonio.

Absynthītes, æ. m. [ἀψινθίτης] ſed figurate neutro jungitur: & eſt vinum factitium ex abſynthio. Columel. lib. 12. cap. 35. Vinum abſynthiten, & hyſſopiten, & abrotoniten ſic condire oportet. Sic Plin. lib. 23. cap. 1.

Absynthus vel Absinthus, [Ἄψυνθος ἢ Ἄψινθος] (utroque enim modo ſcribitur, teſte Stephano) Urbs eſt Thraciæ, cujus incolæ dicuntur Abſynthii, Ἀψίνθιοι, quorum meminit. Herodot. lib. 6.

Absyrtides, [Ἀψυρτίδες] Inſulæ ſunt in Adriatico mari, Illyrico adjacentes, a fratre Medeæ ibi interfecto, nomine Abſyrto, ſic appellatæ. Plin. lib. 3. cap. 26. & Strab. lib. 7. p. 218.

Absyrtium, [Ἄψυρτον] Inſula eſt maris Adriatici, non procul ab Iſſa. Plin. lib. 3. cap. 21.

Absyrtus, [Ἄψυρτος] filius Æetæ regis Colchorum, alio nomine Ægialeus, quem ſoror ejus Medea, ſequens Jaſonem, laceravit: ut ſic retardaret patrem volentem eam retrahere ex fuga. Hujus meminit Cic. lib. 3. de Nat. Deor. 48. Fabulam deſcribit Ovid. 3. Triſt. Eleg. 9. 6. Attingit & Sen. Medea v. 963. Ægialicum alii vocant.

Absyrtus, [Ἄψυρτος] Illyrici fluvius, in mare Adriaticum ſe exonerans. Lucan. lib. 3. 190.
Et cadit Adriacas ſpumans Abſyrtus in undas.
Fuit inſuper absyrtus, teſte Suida, Nicomedienſis quidam miles, qui cum ſub Conſtantino ad Iſtrum militaret, librum utiliſſimum ſcripſit de medicandis equis, & de cura animalium, eumque pulcherrimum & emendatiſſimum habet Anton. Vicecomes Mediolan.

A B U

Abudiacum, [Ἀβουδιακὸν] Urbs eſt Germaniæ, non procul ab Auguſta Vindelicorum, Ptolemæo.

Abverto, ti, ſum, [ἀποστρέφω] ere. pro Avertere. Plaut. Rud. 1. 2. 76.
Ab ſaxo abverti fluxus, ad littus ſcapham.

Abula, Urbs Hiſpaniæ, Ptolemæo.

Abundo, as, [εὐθηνέω, εὐπορέω] are. Supereſſe alic. Affluere re aliqua, & tam de bonis rebus quam de malis dicitur: nec ſolum ad res corporeas, ſed etiam incorporeas pertinet: ut Abundare argento, ingenio, vitiis. Nonius, Abundare, ſupra modum aliquid eſſe ſcribit. Tractum ex amnibus, qui quoties augentur imbribus, majoribus & crebris undis eriguntur. Virg. 1. Georg. 115.
Præſertim incertis ſi menſibus amnis abundans.
Cic. de Senect. C. 16. Villaque tota locuples eſt: abundat porco, agno, hœdo, gallina, lacte, caſeo, melle.
Abundare, pro Divitem eſſe. Cic. Att. lib. 1. 3. Caietam, ſi quando abundare cœpero, ornabo. Idem de Amicit. Quocirca & abſentes adſunt, & egentes abundant, & imbecilli valent, & (quod difficilius dictu eſt) mortui vivunt.
Abundare & Defici, contraria. Cic. pro Cluent. 183.
Abundare & Egere, contraria. Cic. 2. Off. 13. Jam vero & earum rerum quibus abundaremus exportatio, & earum quibus egeremus invectio, certe nulla eſſet, niſi his muneribus fungerentur.
Circunfluere atque abundare. Cic. 5. Verr. 9. Iſtum rebus omnibus undique ereptis impune eludentem circunfluere atque abundare?
Abundare atque affluere. Contr. Deeſſe. Cic. lib. 1. de Divin. 61. Quorum utrunque perſtringere aciem mentis ſolet, ſive deeſt naturæ quidpiam, ſive abundat atque affluit.
Abundare in re aliqua. Cic. 3. de Legib. 14. Theophraſtus vero inſtitutus ab Ariſtotele abundavit, ut ſcitis, in eo genere rerum.
Abundare audacia. Cic. pro Cluent. 183.
Amore. Ter. Phorm. 1. 3. 11. Aliis quia deſit quod amant, ægre eſt: tibi quia ſupereſt, dolet. Amore abundas, Antipho.
Æqualium familiaritatibus & conſuetudine propinquorum. Cic. 5. Tuſc.
Barbarie abundat amor. Ovid. 2. de Arte Am. 552.
Caligine abundat domus. Ovid. 2. Met. 764.
Copia frumenti. Cæſ. 8. Bell. Gall. 40.
Divitiis. Ter. Heaut. 3. 2. 16.
Doctrina & ingenio. Cic. de Orat. 3. 56.
Honoribus. Cic. 10. Epiſt. 10.
Ira. Ovid. 6. Epiſt. 16.
Lætitia. Plaut. Stich. 2. 1. 6.
Laudibus bellicis. Cic. 1. Off. 78.
Opibus fandi. Id eſt, Eloquentia. Stat. 1. Syl. 4. 7.
Otio. Idem 7. Epiſt. 1. Item de Orat. 1. 6.
Præceptis Philoſophiæ. Idem 1. Off. 1.
Rebus. Cic. 4. de Fin.
Sapientia. Cic. in Piſon.
Venere. Plin. lib. 11. cap. 37.
Virtutibus. Plin. lib. 1. Epiſt. 17.
Vitiis. Quintil. Abundant dulcibus vitiis. de Senecæ Scriptis lib. 10. cap. 1. p. 921. ed. Burm.
Abundare, abſolute poſitum. Virg. Georg. 3. 484.
Rurſus abundabat fluidus liquor.
Plin. lib. 14. in procœmio, abundabant & præmia & operæ vitæ.
Abundat fons in omnem partem. Plin. lib. 18. cap. 22. 1.
Abundare cum genitivo. Lucil. Quarum & abundemus rerum, & quarum indigeamus. Ex Nonio.
Abundare, cum accuſat. Nerat. in l. Si fundum. D. Mandati. Sic tua pars coarctabitur, ut non abundet mandati quantitatem. Id eſt, Non ſuperet, non excedat. Sic habent Haloander & Pandectæ Florent.
Inter Abundare & Redundare hæc eſt differentia. Abundat, non quod ſuperfluum eſt, ſed quod eſt copioſum & cumulatum. Redundat, quod ſupervacaneum eſt.

Abundans, [εὔπορος, ἄφθονος] Partic. ut Priſcian. lib. 18. Abundans illius rei, nomen eſt. Nam partic. ablativo, quo modo & verbum ejus, conjungitur. Virg. in Bucol. 2. 20.
Quam dives pecoris, nivei quam lactis abundans.
Quis tam abundans copiis? Cic. pro Cornelio.
Abundans & Inops, contraria. Cic. in Brut. 238. Non erat abundans, non inops tamen: non valde nitens, non plane horrida oratio.
Abundans homo. Cic. 2. Philipp. 66. Multa & lauta ſupellex & magnifica multis locis: non illa quidem luxurioſi hominis, ſed abundantis.
Ingenio, doctrina, otio & ſtudio abundans. Cic. 1. de Orat. 22. Græci homines non ſolum ingenio & doctrina, ſed etiam otio ſtudioque abundantes.
Fatum abundans. Claud. de Bell. Get. 22.
Semper ab his famæ petiere inſignia bellis,
Exercere dabant, currus regumque catenæ
Inter abundantis fati ludibria ductæ.
Abundans pecunia, contrarium Adeſa. Cic. pro Quint. c. 12. Quis tam perditus ac profuſus nepos, non adeſa jam, ſed abundanti pecunia, ſic diſſolutus fuiſſet, ut fuit Sextus Nævius?

Abundantissimus, Cic. 2. de Orat. 14. Longe eruditiſſimus Timæus, & rerum copia & ſententiarum varietate abundantiſſimus.
Abundanti doctrina homo. Cic. 1. de Orat. 85. Excitabatur homo promptus ab homine abundanti doctrina, & quadam incredibili varietate rerum & copia.
Ex abundanti. Quintil. lib. 4. cap. ult. Egregie vero, Cic. pro Milone inſidiatorem primo Clodium oſtendit: tum addit ex abundanti, etiam ſi id non fuiſſet, talem tamen civem cum ſumma virtute interfectoris & gloria, necari potuiſſe.
Abundans corporis. Claud. in Eutrop. lib. 2. 380. — abundans
Corporis, exiguuſque animi.
Pietatis. Claud. Paneg. 7. 113. — mitis precibus, pietatis abundans,
Pœnæ parcus erat.

Abundantia, æ. [εὐθηνία, περιουσία, εὐπορία, ἁδροσύνη] Rei alicujus copia: ut Abundantia ingenii. Cic. 1. Acad. Abundantia quadam ingenii præſtabat.
Abundantia & copia. Cic. de Amicit. cap. 23. Atque ubi ſuppeditans omnium rerum quas natura deſiderat, abundantiam & copiam.
Abundantia amoris. Cic. lib. 1. Epiſt. 9. Facis tu quidem abundantia quadam amoris.
Otii. Cic. lib. 7. Epiſt. 2.
Rerum aliquarum abundantia. Cic. 3. de Orat. 123.

Ubertas

Ubertas agrorum, abundantiaque rerum omnium. Cic. contra Rull. 1. 18.
Circunfluere omnibus copiis, atque in omnium rerum abundantia vivere. Cic. de Amicit. 52.
Abundantiæ modo aliquid ducere. Tacit. in Vita Agric. cap. 6. Ludos & inania honoris, modo rationis atque abundantiæ duxit, uti longe a luxuria, ita famæ propior. Hoc est, secundum mensuram rationis & suarum opum.
Abundantia fœminarum, id est, Menses, seu menstrua largius fluentia. Plin. lib. 24. cap. 11. Rhus fœminarum abundantiam sistit cibo. Et lib. 27. cap. 12.

ABUNDATIO, onis. [ἐπίῤῥοια] Verbale. Plin. lib. 3. cap. 16. Omnia ex Philistinæ fossæ abundatione nascentia.

ABUNDANTER, Adv. qualitatis. [εὐπόρως] Copiose, affatim, affluenter. Plin. lib. 24. cap. 9. Hæc fert in Ægypto, Syriaque etiam abundanter lignosum fructum. Idem lib. 18. cap. 18. Tanto tardius decedit, quanto abundantius crevit.
Copiose & abundanter loqui. Cic. de Orat. 2. 35.
Satis abundanter. Cic. 3. ad Heren. Ad omnem judicialem causam quemadmodum conveniret inventionem rerum accommodari, satis abundanter, ut arbitror, superioribus libris demonstratum est.
Abundantius & Angustius, contraria. Cic. in Topic. Tamen aliis disputationibus abundantius occurrunt, aliis angustius.
Abundantius crescere. Plin. lib. 18. cap. 18. Abundantissime. Idem 5. 9.
Abundanter & Presse dicere, contraria. Quintil. lib. 8. cap. 3. Concitate dicere an moderate, læte an severe, abundanter an presse, aspere an leniter.

ABUNDE, [ἀφθόνως] Adv. quantitatis derivatum a verbo Abundo, teste Priscian. Abundanter autem ab Abundans.
Et est Abunde, idem quod Satis. Unde Satis abundanter dicimus: satis abunde, non item: nisi addita conjunctione: ut Satis abundeque. Author Valla in Poggium. Plin. in Præf. 6. Abunde pulchrum & magnificum est. Sallust. in Jugurth. Abunde magna præsidia.
Abunde est, cum genitivo. Virg. 7. 552. Terrorum & fraudis abunde est. In hoc loquendi genere ipsum (abunde) figurate pro nominativo ponitur, sicut & cum dicimus, Satis est illi pecuniæ.
Abunde potentiæ gloriæque adeptus. Sueton. in Cæs. cap. 86.
Abunde salis. Quintil. lib. 10. cap. 1.
Abunde esse alicui. Id est, Satis superque esse. Cels. lib. 1. cap. 3. Ergo huic abunde est loco tepido demittere se.
Abunde est, sequente infinitivo. Plin. Jun. Epist. 103. Sed utrunque tam magnum est, ut abunde sit alterum efficere.
Abunde est, pro Sufficit, satis superque est, ait Bud. Plin. Jun. Epist. 122. Abunde est si epistolæ sunt molestæ.
Abunde gratus. Ovid. 4. de Ponto, v. 37.
Promittere abunde. Lucret. lib. 3. 180.
Ratus abunde. Tacit. Hist. lib. 2. 95.
Satisfacere abunde. Id est, Affatim, largiter & copiose. Cic. 2. de Divin. 1. Erit abunde satisfactum toti huic quæstioni.
Abunde, cum aliis verbis. Cic. de Senect. Etiam si non abunde potitur. Sic abunde tibi adsunt omnia: pro Copiose suppetunt. Cic. ad Brut. 4. Abunde tractata est ratio. Plin. lib. 9. cap. 41.
Abunde, cum subst. Sallust. Jugurth. cap. 14. Dein quod parentes abunde habemus. Quasi tu dicas, Satis parentum, vel satis multos parentes. Idem in Orat. Met. Tribuni plebis ad plebem: Cunctaque præsenti ignavia mutastis, abunde libertatem rati, quia tergis abstinetur. hoc est, Rati satis esse libertatis, aut satis magnam libertatem. Sic abunde est arboribus altitudo quatuor pedum. Columel. lib. 2. cap. 2. 17.

ABUNDUS, Adj. Gell. lib. 1. cap. 2. Lavacris nitidis & abundis, & collucentibus. Et Accius apud Nonium 4. 191. Neque vi tanta quisquam est, neque tam abundus fortunis ferox. Ita legit Guyet. ad Ter. Adel. 4. 3. Hinc adverbium Abunde, de quo antea.

ABVŎLO, [ἀφίπταμαι] Volando discedo. Cic. 2. de Fin. 106. Fluit igitur voluptas corporis, & prima quæque abvolat, sæpiusque relinquit causas pœnitendi quam recordandi. Alii legunt Avolat.

ABUPUS, Britanniæ fluvius maximus, Ptolemæo.

ABUS, [Ἄβος] Pars est montis Tauri supra Armeniam, ad viam qua itur versus Ecbatana. V. Strab. lib. 11. Est etiam Abus Ptolemæo, fluvius Britanniæ.

ABUSIO. V. ABUTOR.

ABUSQUE, [ἕως ἀπὸ] Adv. Modo tempus, modo locum significans: & est poetica vox, pro Usque ab. Plaut. Amph. 4. Hæc illic est pugnata pugna abusque mane ad vesperum. Id est, A mane usque ad vesperum. Virg. Æn. 7. 289.

—Siculo prospexit abusque Pachyno.

Ubi Servius, Abusque & Adusque usurpative dicimus. Præpositio enim nec adverbio jungitur, nec præpositioni. (Usque) autem aut Præp. est, aut Adv. Idem sentit Diomedes.
Abusque, nonnunquam suo ablativo postponitur. Tacit. lib. 15. 37. Animalia maris Oceano abusque petiverat.

AB'UTONON, [ἀβούτονον] Herba est Dioscoridi, quæ alio nomine Abrotonum vocatur. V. ABROTONUM.

ABŪTOR, [ἀποχρέομαι, καταχρέομαι, παραχρέομαι] abuti. Est Valde uti. Sed etiam in bonam partem & pro simplici Uti. Cic. de Nat. Deor. 151. Nos Elephantorum acutissimis sensibus, nos sagacitate canum ad utilitatem nostram abutimur. Idem Fam. lib. 9. 6. Quæ igitur studia magnorum hominum sententia, vacationem habent, eadem publici muneris, iis concedente repub. cur non abutamur? Similiter in bonam partem accipitur in Miloniana.
Abuti veteres hinc dixerunt, pro eo quod est utendo consumere, conficere, extinguere, ut notavit Hotoman. in suo Lex. Et in hac significatione Cic. ablativo jungit. Vetustiores etiam accusativo. Cic. Verr. 3. Nisi omni tempore, quod mihi lege concessum est, abusus ero. Id est, Nisi omne tempus, quod mihi lex concessit, dicendo consumpsero. Cato de R. R. cap. 76. 3. Linito usque adeo donec omnem caseum cum melle abusus eris. conf. Paræi Lex. Crit. p. 16. Plaut. Trin. 3. 2. 56. Me qui abusus sum tantam rem patriam. Et ita Ter. dixit in Prol. And. 5. Operam abuti in prologis scribundis, pro Collocare & consumere, quemadmodum recte Turneb. contra receptam interpretationem annotavit.

Abuti veteres passive dixerunt pro Consumor. Varr. apud Priscian. lib. 8. p. 792. Utile utamur potius, quam ab rege abutamur. Inde abusus participium in eadem significatione. Ibid. Hortens. Abusis jam omnibus locis, καταχρησθέντων. Plaut. Asin. 1. 3. 44. Ubi quæ dedi ante? c. abusa. In quem locum Nonius, Abusa, utendo, vel in usum consumpta.
Hinc Abuti per metaphoram, pro Male uti. Cato: Utere quæsitis, sed ne videaris abuti.
Abuti muliere. Ter. Phorm. 2. 2. 67. Ubi Donatus, Utimur cum honore, Abutimur cum injuria.
Abuti translatum ad res incorporeas: ut Abuti alicujus patientia. Cic. in Catilin. 1. 1. Quousque tandem abutêre Catilina patientia nostra?
Abuti auribus alicujus. Plin. Jun. Epist. 150. Accedunt querelæ rusticorum, qui auribus meis post longum tempus suo jure abutuntur.
Immoderate facilitate alicujus. Cic. 12. Fam. 1. 8. At enim ita decrevimus: fecimus id quidem temporibus cedentes, quæ valent in rep. plurimum: sed immoderate quidam & ingrate nostra facilitate abutuntur.
Dominatione. Sueton. in Cæs. 76. 1.
Festivitatibus. Cic. in Orat. 176. Gorgias autem avidior est generis ejus, & his festivitatibus insolentius abutitur.
Fortunis hominum ad cupiditatem. Cic. 7. Verr.
Gloria nominis. Cic. 4. Acad.
Ignoratione alicujus. Cic. pro Ligar. 1. Paratus veneram, quum tu id neque per te scires, neque audire aliunde potuisses, ut ignoratione tua, ad hominis miseri salutem abuterer.
Legibus ad quæstum. Cic. pro Rosc. Amer. 54. Quid est aliud judicio, ac legibus, ac majestate vestra abuti ad quæstum, atque ad libidinem: nisi hoc modo accusare?
Nomine alieno ad suos quæstus. Cic. 5. Verr. 50.
Otio & literis. Cic. 1. Tusc. 1. 3. Fieri autem potest, ut recte quis sentiat: & id quod sentit, polite eloqui non possit: sed mandare quenquam literis cogitationes suas, qui eas nec disponere, nec illustrare possit, nec delectatione aliqua allicere lectorem, hominis est intemperanter abutentis & otio & literis. Paterc. lib. 2. 95. p. 123. 8. Sentium Saturninum, militarium officiorum patientem ac peritum: sed eundem, ubi negotia fecissent locum otio, liberaliter lauteque eo abutentem.
Regno & licentia ad omnia. Cic. 1. de Nat. Deor. 65.
Scelere & perfidia ad alicujus exitium. Cic. Att. lib. 3. 14.
Sermone aliquo abuti pro mandatis, id est, Verba alicujus arripere, & ad alium tanquam ei mandatum sit deferre. Cic. Att. lib. 7. 13. Ut id ipsum mihi ille videatur irridendi causa fecisse, qui tantis de rebus huic mandata dederit: nisi forte non dedit, & hic sermone aliquo arrepto, pro mandatis abusus sit.
Viribus corporis. Cic. 1. de Invent. 3. & Liv. 2. Ab U. C. 182.
Abutendum se permittere. Sueton. in Galb. cap. 14. His diverso vitiorum genere grassantibus, adeo se abutendum permisit & tradidit, ut vix sibi ipsi constaret. Hoc est, Ita se permisit illorum arbitrio, ut pro libidine sua quidvis ei facile persuaderent.

ABUSIO, Tropus est durior, qui κατάχρησις dicitur: de qua Cic. in Orat. ad Brut. 94. Aristoteles autem translationi hæc ipsa subjungit, & abusionem, quam Catachresin vocant: ut cum Minutum dicimus animum pro Parvo, & abutimur verbis propinquis, si opus est, vel quod delectat, vel quod licet. De hac quoque meminit Fab. lib. 8. cap. 2. & lib. 3. cap. 3.

ABUSOR, oris. m. Prodigus. Salvian. 8. p. 296. Perditorum hoc adolescentum speciale convicium est, ut abusores scilicet & incuriosi ac negligentes rerum suarum esse dicantur.

ABŪSUS, ûs. m. [ἀπόχρησις] Dicitur quum aliqua re per licentiam male utimur. Ponitur a Jurisconsultis pro Consumptione, quemadmodum & verbum Abuti pro Consumere, & utendo perdere. Hinc eæ res in abusu, non usu consistere dicuntur, quarum usus nisi pereant, nullus est, sive quæ utendo consumuntur. Ulp. l. 5. §. 1. D. de usufr. earum rerum quæ usu consum. Si pecuniæ ususfructus, inquit, legatus sit, vel aliarum rerum, quæ in abusu consistunt, nec cautio interveniat: videndum est, an finito usufructu, pecunia quæ data est, vel cæteræ res, quæ in absumptione sunt, condici possint. Cic. in Topic. 17. Non debet ea mulier, cui vir bonorum suorum usumfructum legavit, cellis vinariis & oleariis plenis relictis, putare id ad se pertinere. Usus enim, non abusus legatus est. Ubi Boethius, Utimur iis, quæ nobis utentibus permanent: iis vero abutimur, quæ nobis utentibus pereunt.

ABUSUS, a, um. Adj. V. paulo ante in ABUTOR.

ABUSIVE, Adv. [καταχρηστικῶς] Quintil. lib. 9. cap. 2. p. 777. Burm. Nunc non abusive dispensatio est. Idem 8. 6. Abusive aliqua re uti.

A B Y

ABYDOCŎMÆ, [ἀβυδοκόμαι] Dicuntur sycophantæ, a verbo κομᾷν, quod est Efferri, & parum modeste se gerere. Hoc enim nomine male audiebant Abydeni, quod insignes calumniarum artifices essent. Cæl. Rhodig. lib. 26. cap. 21.

ABYDON, ōnos. [Ἀβυδὼν] Regiuncula est Macedoniæ. Authores Suidas, & Stephanus.

ABȲDUS, [Ἄβυδος] Urbs Asiæ a Milesiis condita ad Hellespontum sita, patria Leandri, cui Sestos in Europa opponitur, intercedente angusto mare Hellespontiaco: de qua apud Virg. Georg. 1. 207.

Pontus & Ostriferi fauces tentantur Abydi.

Hodie Dardanella: munimenta illa Turcica. Est item Ægypti oppidum Memnonis regia & Osiridis templo inclytum. Plin. lib. 5. cap. 9.
Abydum ne temere. subaud. Naviges. Nequod grave periculum suscipias, sine causa idonea. Erasm. in Adag.
Abydos gemina. Appropinquantibus enim apparet gemina propter Sesti vicinitatem. Val. Flacc. Argon. 1. 285.

ABYDĒNUS, Adj. [Ἀβυδηνὸς] Stat. lib. 1. Sylv. 2. 87.

Vidi & Abydeni juvenis certantia remis
Brachia. Id est, Leandri. Idem 1. Achill. Littore Abydeno.

Abydeni a Philippo Macedonum rege gravi obsidione pressi, omni spe salutis abjecta, in eam rabiem sunt accensi, ut se suasque uxores &

liberos, ferro, flammis, & omni genere mortis crudeliſſime interficerent, ne in hoſtis venirent poteſtatem. Liv. Decad. 4. lib. 1. 31. 17.

Abydena illatio, vel Abydena bellaria, Proverb. V. Eraſm. in Adag.

Abydeni fama fuerunt parum ſecunda, quod eſſent ſycophantæ, molles & effœminati. Pauſan. & Suid. V. paulo ante in ABYDOCOMÆ.

ABYLA nonnullis per metatheſin Alyba dicitur. Strab. lib. 3.

ABYLA, Dionyſius Afer in lib. de Situ Orb. mediam corripuit hoc verſu: [Στηλάων ἀλύξη κέονται μία· τῆς δ᾽ ὑπένερθε.] De Abyla ſic Plin. in lib. 3. procemio: Proxima autem faucibus utrinque impoſiti montes, coercent clauſtra. Abyla Africæ, Europæ Calpe, laborum Herculis metæ. Quam ob cauſam indigenæ columnas ejus dei vocant: creduntque perfoſſas excluſa antea admiſiſſe maria, & rerum naturæ mutaſſe faciem. Pompon. Mel. lib. 1. cap. 5. p. 335. Gronov. Deinde, inquit, eſt mons præaltus, ei quem ex adverſo Hiſpania attollit, objectus. hunc Abylam, illum Calpen vocant, columnas Herculis utrumque. Addit fama nominis fabulam, Herculem ipſum junctos olim perpetuo jugo diremiſſe colles, atque ita excluſum antea mole montium Oceanum, ad quæ nunc inundat, admiſſum. Strab. lib. 3. de Columm. Herculis varias referens opiniones, Aliqui, ait, columnas Calpen & Abylycem opinati ſunt, montem ex Africa procumbentem. Paulo poſt: At quidam alii columnas dici illas aiunt, quæ intra Herculis ædem in Gadibus exiſtant. Sunt autem ex ære, cubitorum octo; in quibus conſtruendi templi ſumptus inſcriptus eſt. Ad quas quum perveniant qui navigationem abſolverint, Herculi ſacra ferentes, a Deo ſe juvari inſtruuntur, hic maris & terræ finem eſſe. Hunc veriſimiliorem eſſe ſermonem, etiam Poſidonius arbitratur. Hæc ille Avien. Periegeſi, v. 111.

Maura Abyla, & dorſo conſurgit Iberica Calpe.

ABYLA Syriæ. V. ABILA.

ABYRTACE, [ἀβυρτάκη] Apud Mediæ populos erat edulii genus ex porro, cardamo, allio, granis mali punici, ſinapi, aliiſque nonnullis rebus confectum. Etym. Author. Plutarch. Sympoſ. 4. 1. V. Cæl. Rhodig. 14. 56.

ABYRTACOPŒI, [ἀβυρτακοποιοὶ] Dicuntur, qui ejusmodi eſculenta parant. Cæl. Rhodig. lib. 27. cap. 23.

ABYSSUS, ſi. f. [ἄβυσσος] Aqua patens in immenſam profunditatem: Hoc eſt, Quæ fundum non habet. Eccleſiaſticorum fere eſt, qui ad ſedem inferorum transferunt. Sic in N. T. Prudent. Hamart. v. 835. de Anima peccatis polluta:

Merſandam penitus puteo ferventis Abyſſi.

ABZŎÆ, Populi ſunt ad Oceanum Scythicum. Plin. lib. 6. cap. 13.

A C

AC, conjunctio eſt copulativa [καὶ] pro Et, ſive Atque. Ter. And. 1, 1. 47. —Pudice vitam, parce ac duriter

Agebat, lana ac tela victum quæritans.

Ac, pro his duabus particulis (idque) vel (& quidem.) Ter. Heaut. 4. 5. 15. Faciam boni tibi aliquid pro iſtac re, ac lubens. Idem Eun. 5. 3. 6. Amabo quid ait? cognoſcitne? C. ac memoriter.

Ac, Etiam. Cic. pro Muræn. Ac de officio defenſionis meæ, ac de ratione accuſationis tuæ, fortaſſe etiam alia in parte orationis dicendum nobis erit.

Ac potius, Loquendi genus per correctionem. Idem quod Vel potius, Imo potius. Cic. Lentul. lib. 1. 4. Ego omni officio, ac potius pietate erga te, &c. Gr. μᾶλλον δὲ.

Ac non, pro Nec. Ter. Adel. 3. 3, 39.

-Nimium inter vos Demea,

Ac non quia ades præſens dico. Cic. pro Domo ſua, Sit ſane hoc de noſtris ædibus, ac non de publicis templis, Unum oſtende verbum conſecrationis in ipſa tua lege, ſi illa lex eſt, ac non vox ſceleris & crudelitatis tuæ.

Ac, in principio ſententiarum, continuandi vim habet, pro Autem. Cic. lib. 1. de Orat. in procem. Ac primo quidem totius rationis ignari, &c. Virg. Æn. 1. 178.

Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates.

Ac, pro Contra quam, teſte Donat. Ter. And. 5. 1. 22. Et neſcio quid tibi ſum oblitus hodie, ac volui, dicere.

Ac, pro Quam, aut pro Ut, fere his dictionibus poſtponitur, æque, aliter, alius, contra, juxta, par, perinde, ſecus, ſimilis & ſimilibus. De quibus exempla in ſingulis eorum invenies.

Ac ſi, ponitur pro Quaſi, perinde quaſi, & tanquam ſi.

Juxta ac ſi, Non ſecus ac ſi, Non aliter ac ſi, ponuntur pro Non ſecus quam, Non aliter quam.

Ac, in compoſitione, ponitur pro Ad, mutatione c literæ in d: Ut Accedo, accipio, accolo: Quæ tamen antiqui per d ſcribebant Adcedo, adcipio, adcolo, & ſimilia. Non eſt igitur ex conjunctione, ſed ex corrupta præpoſitione compoſitio ejusmodi.

Ac etiam, Ac quoque per Pleonaſmum dici videntur. Sueton. Cæſ. 26. Per equites Romanos ac etiam per Senatores. conf. ibid. cap. 55. & in Aug. cap. 19. Celſ. 2. 6. Ac ſanguinem quoque in Febre vomuiſſe, peſtiferum eſt. conf. 2. 3: 5. 26: 7. 18.

A C A

ACA, [Ἄκα, ſive Ἄκη] civitas Phœnicum, quæ poſtea Ptolemais dicta eſt. Strab. lib. 16. Plin. autem dicitur Ace, quæ quondam colonia fuit. Claud. Cæſ. lib. 5. cap. 19. Accho Sacris Literis Judic. 1. 31. Bochart. cap. 2. Palæſtinæ, Acon ſeu Aconenſis civitas; Jacobo a Vitr. cap. 25. Hiſt. Orient. Accon; ad quem locum V. quæ notat in Edit. Duac. An. 1597. Andr. Hojus, p. 461. Fullerus, lib. 4. Miſcell. Sacr. 15. docebit male quæri a Stephano vocabuli originem in lingua græca, explodi autem debere vocem, quæ ſit apud Joſ. Ἄρκη. conf. & notata Boſio ad Nepot. Datam. cap. 5. 1.

ACABE, [Ἀκάβη] Mons eſt in finibus Ægypti Ptolemæo.

ACABIS, [Ἄκαβις] Civitas eſt in Cyrenaica Aphricæ regione. Ptolem.

ACĂBO, Animal multum valens vi medica, in deſertis Arabiæ. Calep.

ACACALIS, [ἀκακαλὶς] ſemen eſt fruticis in Ægypto naſcentis, ſimilitudinem cum fructu Tamaricis obtinens. Nomen frutici a nympha datum crediderim Acacallide, quæ ab Apolline compreſſa Phylaciden & Phylandrum ediderit in Creta: miraculo ab Elyriis populis confiсto, nutritos a capra eos fuiſſe. Cujus monumentum in Apollinis quoque Delphici delubro, ut author eſt Pauſan. in Phoc. monſtrabatur. Appollon. poeta in Argonaut. Acacallidem Minois regis filiam ab Apolline quidem vitiatam cecinit, ſed quæ in Africam relegata, filium ediderit nomine Amphithoon, qui & Garamas quoque vocaretur, Naſamonis & Caphauri pater, ex nympha Tritonide. Dioſc. 1. 118.

ACACESIUM, Ἀκακήσιον Stephano, Urbs Arcadiæ, ſic dicta ab Acaco Lycaonis filio, ut tradit Pauſan. lib. 8.

ACACIA, [ἀκακία] Genus ſpinæ eſt, teſte Plin. lib. 24. cap. 12. Cujus ſemen lenticulæ eſt ſimile, minore tantum & grano & folliculo. Eſt & ſuccus e ſpina illa expreſſus, cujus medicinalem uſum Plin. tradidit 24. 12. conf. 20. 16. & 30. 7. Item Scribon. Larg. 41. 85. &c. Petron. cap. 23. Sudantis acaciæ rivi; ubi ad fucandam faciem adhibitam eſſe, docent Interpretes. Nunc acaciam ex ſylveſtri pruno colligit officinarum deſidia. Ruell. Pharmacopolæ vocant Accacie.

ACACIA, æ, [ἀκακία, ας] Innocentia, ſimplicitas, animus ab omni terrore liber, in quo Democritus philoſophus ſummum bonum conſtituebat. Cic. de Fin. 5. 87. Id enim ille ſummum bonum, Euthymiam & ſæpe Acaciam appellat. Id eſt, Animum terrore liberum.

ACACIUS, [Ἀκάκιος] Patriarcha fuit Conſtantinopolitanus, vir imprimis pius, & Leoni Imperatori gratiſſimus. Vitam ejus V. apud Suid. Fuit præterea Acacius, Rhetor inſignis, qui Libanii & Juliani temporibus floruit, teſte eodem Suid.

ACACUS, a, um. [ἄκακος] Purus, ſimplex, apertus, non verſutus. Dionyſius ad Damophilum ſcribens, oſtendit acacos eſſe, quibus aliorum mores non ſunt formidoloſi. Ex ſuo enim animo, alienum exiſtimant animum: ut ſic acacus, minime malitioſus, aut ſuſpicioſus.

ACADEMIA, [ἀκαδημία & ἀκαδημεία] verti poteſt Lavacrum, aut Civitas. Dicitur etiam Gymnaſium Athenis, quia prope lavacrum poſitum, authore Heſych. Diog. Laërt. tamen: in Vita Platon. S. 7. Academia, inquit, Gymnaſium eſt in ſuburbano nemoroſum, a quodam heroe Academo nomine appellatum. Idque ex Eupolide & Timone confirmat. Antea per e tenue ſcribi ſolitum Ecademia ibid. docet. Hor. lib. 2. Epiſt. 2. 45.

Atque inter ſylvas Academi, quærere verum. Ibi Schola Platonis, ſtudendi uſu, & diſcipulorum frequentia, morumque celebritate inſignis fuit. Ser. Sulpic. l. 4. ad Fam. Ep. 12. Nos in nobiliſſimo orbis terrarum Gymnaſio Academiæ locum delegimus. Cic. de Orat. Academiæ illi ac Lycæo, tuum hoc ſuburbanum gymnaſium antepono.

Unde Academici philoſophi. Cic. lib. 1. Acad. Illi autem qui Platonis inſtituto in Academia, quod eſt alterum gymnaſium, cœtus erant & ſermones habere ſoliti, ex loci vocabulo nomen habuerunt. Plura in Academicis, & in princip. lib. 5. de Fin. Academiam quæ arida prius fuerat, & inculta, Cimon irriguum lucum effecit, ſua opera puriſſimis alveis umbroſisque deambulacris elaboratum. Plutarch. in Vita Cimonis. Hic locus ſex ſtadiis a Dipylo porta urbis Athenienſium diſtabat, ut teſtatur Cic. lib. 5. de Fin. C. 1.

Academia, villa fuit Ciceronis, ab Averno lacu Puteolos tendentibus litori impoſita, celebrata porticu & nemore, quam nominavit Academiam ab exemplo Athenarum, compoſitis voluminibus ejusdem nominis, in qua & monumentum ſibi inſtauraverat. Hæc Plin. lib. 31. cap. 2. Meminit hujus Academiæ ſuæ Cic. Att. lib. 1. 3.

Academia, per metonymiam ſubjecti, pro Philoſophia Academica. Academia volatica. Cic. Att. lib. 13. 25. O Academiam volaticam & ſui ſimilem, modo huc, modo illuc, &c. Vocat Academiam volaticam, quod Academicorum ancipites eſſent viæ & rationes, ut mox dicetur in Academicis. Idem ad Fam. 9. 8. Noſti enim profecto os illius adoleſcentioris Academiæ.

Academiæ ſpatia. Cic. in Orat. 2. 57. Ego autem fateor me Oratorem, ſi modo ſim, aut etiam quicunque ſim, non ex Rhetorum officinis, ſed ex Academiæ ſpatiis extitiſſe. Illa enim ſunt curricula multiplicium variorumque ſermonum, in quibus Platonis primum ſunt impreſſa veſtigia. Ex Academiæ ſpatiis, id eſt, ex Platonis philoſophia, qui primus in Academia docuit.

Academia penultimam variat. Cic. lib. 1. de Divin. 22.

Inque Academia umbrifera, nitidoque Lycæo

Fuderunt claras fœcundi pectoris artes.

Laurea. Cic. libertus apud Plin. lib. 31. cap. 2.

Atque Academiæ celebratam nomine villam. Claudian. in Paneg. de Manlii Theodori conſulatu, 34.

In Latium ſpretis Academia migrat Athenis. Sidon. in epithal. Polemii Carm. 15. v. 20.

Obviet & quanquam totis Academia ſectis.

ACADEMĬCUS, Adject. [ἀκαδημικὸς] Cic. lib. 2. de Fin. 43. Nam cum Academicis incerta luctatio eſt, qui nihil affirmant, & quaſi deſperata cognitione certi, id ſequi volunt quodcunque veriſimile videatur. Idem lib. 3. de Orat. Reliqui ſunt Peripatetici & Academici: quanquam Academicorum nomen eſt unum, ſententiæ duæ. Academici veteres & novi fuerunt. Veteris Academiæ Princeps ipſe Plato, novæ Arceſilas, ut Cic. Acad. Quæſt. 1. 4. & 12. docet. conf. eundem de Orat. 3. 18. Novaſſe autem inſtitutum videbatur Arceſilas, quod nihil comprehendi & doceri de quaquam re poſſe, incertaque eſſe omnia pronunciaret, quod Socratem etiam ac Platonem principes ſectæ, diſputaſſe in utramque partem res, non affirmaſſe animadverteret. Quam ob cauſam & Cicero nihil diſcriminis revera inter veterem & novam Academiam eſſe exiſtimabat. Sed tamen aliud eſt ſuſtinere aſſertionem, aliud nihil omnino aſſeri poſſe, ſtatuere. Huc accedit, quod Sextus Empir. Pyrrhon. Hypoth. 1. 33. obſervat, Platonem quidem cum exercendi cauſa diſputat, affirmare nihil; cæterum cum ſerio agit rem, decernere omnino ac ſtatuere: ut cum de Ideis, de Providentia, de Vita cum virtute conjuncta diſputat. Jam eo in loco Sextus multo plures Academiæ, quam duos gradus percenſet. Quod & fortaſſe Cicero fecerat in iis Acad. Quæſt. Libris, quos tempus hauſit atque abſorpſit. Nam in Fragmento prioris libri, eoque extremo, novam Academiam usque ad Carneadem perductam ſcribit. Quod idem propemodum eſt, ac ſi dixiſſet, Carneadem rurſus novam & tertiam aliquam inſtituiſſe, quod ibidem Sextus prodit: Qui alios, & quartam ac quintam conſtituiſſe commemorat. Diog. Laert. Veterem mediam ac novam Academiam facit, hujusque auctorem Carneadem, mediæ

vero

vero Arcesilam, & veteris demum Platonem, a Scepticis sive Pyrrhoniis distare Gell. docet 11. 5. extr.

ACADINUS, [Ἀκαδινὸς] Fons juxta Palicos in Sicilia manat: in quo tabellas inscripto juramento, si recte juratum foret, supernatare, neque liquore perfundi asserit Aristoteles: si perperam, protinus in profundum rapi, neque apparere ultra. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 10.

ACADRA, Oppidum in Arabia Felici, apud Ptolem.

ACÆNA, [ἄκαινα] Virga erat pedum decem, qua dimetiebantur agros. V. Cæl. Antiq. Lect. lib. 7. cap. 29. Hinc aliqui derivant

ACÆNĬTUS, i. m. Baculum gerens. Statuunt nimirum, apud Juvenal. 7. 218. alludi ad Anicetum Pædagogum (de quo Sueton. Neron. 5.)

Discipuli Custos præmordet Acænitus ipse. Sed alii legunt, Præmordet Acœnonetus, Scholiast. acœnonoetus, ἀκοινονόητος. obscura allusione.

ACALANDRUM, Plin. Ἀκάλανδρος, Strab. Fluvius est in sinu Tarentino, non procul a Metaponto oppido. Plin. lib. 3. cap. 11.

ACALANTHIS, idis. f. Avis est, de qua sic Probus, Acalanthis ea est, quæ Græce ἀκανθὶς dicta est: Latine Carduelis, a Carduo. Virg. 3. Georg. 338. — resonant Acalanthida dumi. Sic legitur in omnibus antiquis codicibus, teste Pierio, non, Et acanthida. Aristoph. Acalanthida cœcos fœtus parere præ pariendi festinatione tradit.

ACALLIS, idis. [Ἀκαλλὶς] Minois fuisse filia creditur, & mater Oaxi. Steph. de Urb. Oaxus, inquit, oppidum Cretæ est, ab Oaxo filio Acallidis, quæ fuit Minois filia.

ACALYPHE, [ἀκαλύφη] Herba est, quam nostri Urticam vocant, dicta Acalyphe, teste Athenæo, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν καλὴν ἀφὴν. Hoc est, quod Tactui non sit jucunda. Est etiam ex genere muscarum apud Aristot. de Animal. Item piscis quoddam genus, quod & nostri Urticam appellant, Plin. lib. 9. cap. 45. inter τὰ ζωόφυτα connumerat: hoc est, inter ea quæ mediam habent naturam inter animantia & plantas. V. latius in dictione URTICA. Scribitur & Acalephe.

ACAMANTIS, [Ἀκαμαντὶς] Insula est in mari Cilicio, quæ notiori nomine Cyprus appellatur. Dicta Acamantis, ab Acamante promontorio, sito ad occasum. V. Plin. lib. 5. cap. 31.

Fuit etiam Acamantis, una ex decem tribubus Atheniensium, ita dicta ab Acamante, Thesei filio. Suidas.

ACAMANTIUM, [Ἀκαμάντιον] Urbs est in majori Phrygia, opus Acamantis Thesei filii, qui cum in expeditione adversus Solymos se strenue gessisset, locum condendæ urbis a patre impetravit. Hinc fit gentile ACAMANTIUS, [Ἀκαμάντιος] & fœmin. ACAMANTIS [Ἀκαμαντὶς] & possessivum ACAMANTÆUS, [Ἀκαμανταῖος,] Steph. de Urb.

ACAMANTIUS, [Ἀκαμάντιος] Philosophus fuit Heliopolita, de quo V. Suid.

ACAMARCHIS, [Ἀκαμαρχὶς] Marinæ nymphæ nomen est, quam Oceani filiam fuisse volunt, cujus meminit Diodor. lib. 6.

ACAMAS, antis. [Ἀκάμας] Promontorium sylvosum in Cypro, quod duarum mamillarum speciem præbet. Unde Cyprus antea Acamantis vocitata est. Strab. lib. 14.

ACAMAS, Unus fuit (teste Homero Iliad. 2.) e Thracum principibus, qui in auxilium Trojanorum venerunt.

Fuit & alius ejusdem nominis filius Antenoris, qui tempore belli Trojani cælebs erat, & diis similis habebatur. Dictus παρὰ τὸ μὴ κάμνειν, quasi indefessus.

Et tertius item Thesei F. longe clarissimus, qui & in equo Trojano fuit, Acamantij conditor.

ACANNAE, [Ἀκανναὶ] Emporium est ad mare rubrum. Steph. de Urb.

ACANON, [ἄκανον] Herba est, quam quidam Eryngæ adscribunt, brevis, ac lata, spinisque latioribus, ut author est Plin. lib. 22. cap. 9.

ACANTHA, [ἄκανθα] Herba eadem est cum Acantho. V. ACANTHUS.

ACANTHALEUCE, [ἄκανθα λευκὴ] Herba est foliis aculeatis, & candidis maculis variegatis, quasi lacte conspersis: unde & Latini Spinam albam vocant. Officinæ Punico nomine vocant Bedegarim.

ACANTHIA CICADA, Proverbium in indoctos atque infantes, aut musices ignaros torqueri solitum. Author est Stephanus Byzantius juxta Acanthum Ætoliæ oppidum, cicadas alibi vocales, mutas esse, atque hinc ortum adagium, cujus authorem citat Simonidem. Cæl. Antiq. Lect. Lib. 9. cap. 30. admonet de his etiam dici qui non loquantur. Unde est illud Hermolai Barbari, Malui divinator videri, quam Ætoliæ cicada, V. Erasmi Chil.

ACANTHICA MASTICHE, [ἀκανθικὴ μαστίχη] Lacryma Helxines herbæ, de qua sic Plin. lib. 21. cap. 16. Helxine rara visu est, neque in omnibus terris est, radice foliosa, ex qua media veluti malum extuberat contectum sua fronde. Hujus vertex summus lacrymam continet jucundi saporis, Acanthicen mastichen appellatam.

ACANTHILIS, idis. f, Avis est, quæ & ACANTHIS dicitur. Testis Hermol. in Plin. lib. 10. cap. 33.

ACANTHION, sive ASCANTHIUM, ii. [ἀκάνθιον] Spinæ genus. Plin. lib. 24. cap. 12. Acanthion verti potest Latine Spinula.

ACANTHIS, idis. f. [ἀκανθὶς] Avis est minima. De qua sic Serv. in Virg. 3. Georg. Acanthis, quam alii Lusciniam esse volunt, alii vero Carduelem; quæ spinis & carduis pascitur: ut inde etiam apud Græcos ἀκανθὶς dicta sit, ἀπὸ τῶν ἀκανθῶν. Id est, Spinis quibus pascitur. Plin. lib. 10. cap. 74. Et acanthis in spinis vivit, idcirco asinos & ipsa odit, flores spinæ devorantes.

Acanthida si vincat Cornix. Id est, Cum Cornix vicerit Acanthida, hoc est, Nunquam. Fieri enim non potest, ut Cornix Acanthidem vincat. Calphurn. Bucolicus poeta, Ecl. 6. 7.

Astyle credibile est, si vincat acanthida Cornix,
Vocalem superet si turpis aëdona bubo. Acanthis enim vocalis est avis, & in primis canora. Cornix obstrepera quidem, sed minime canora.

Acanthis est etiam genus herbæ, quæ Latine Senecio dicitur. Plin. lib. 25. cap. 13.

ACANTHON, [Ἄκανθον] Mons est Ætoliæ, cujus meminit Plin. lib. 4. c. 2.

ACANTHUS, i. m. [ἄκανθος] Genus herbæ, de qua Plin. lib. 22. cap. 22. Acanthus est topiaria & urbana herba, elato longoque folio, crepidines marginum, assurgentiumque pulvinorum toros vestiens. Virg. Ecl. 4. 20.

Mistaque ridenti colocasia fundet acantho. Ridenti, id est, Læto, ait Servius.

Quæ Acantho scriptores tribuunt (ait Philander) tam quadrant herbæ vulgari quæ refert pedes ursi anteriores, Brancha ursina appellata, ut nihil amplius dubitandum sit, eam ipsam esse. Dioscor. etiam Herpacantham ait vocari, lib. 3. cap. 19. Folia habet multo quam lactucæ latiora, longioraque, erucæ modo divisa. Nam cum caule sit duorum cubitorum altitudine, crassitudine digiti, per intervalla sub ipsum usque verticem foliolis quibusdam oblongis veluti nucamentis vestito, ex quibus candidus prodit flos, semine oblongo & luteo, capitulo thyrsi figura. V. plura apud Philandr. in Vitruv.

Acanthi folia veteres ob pulchritudinem & figuræ elegantiam insculpebant columnarum Corinthiarum capitulis. Cujus rei inventionem latissime exequitur Vitruv. Vestibus quoque pretiosis figuram foliorum acanthi circuntexebant. Unde Virg. 1. Æn. 649.

Et circuntextum croceo velamen acantho. Croceum, id est, aureum. Præmiserat enim poeta,
Ferre jubet pallam signis auroque rigentem. Mox subjunxit,
Et circuntextum, &c. Tale est illud Ovid. 13. Met. 701.
Summus inaurato crater erat asper acantho,

Acanthus flexus. Virg. 4. Georg. 123. Quod idcirco dixit poeta, quia suo ductili flexu identidem in topiarium opus intorquebatur. Qua de etiam causa Tortos appellat acanthos. Columel. lib. 10. de Cinara loquens.

Mollis acanthus. Virg. 3. Ecl. 45. & 4. Georg. 137.

Olens acanthus. Lactant. de Phœnice,
Non casiæ mitis, nec olentis vimen acanthi.

Rutilus acanthus. Calphurn.
Quem modo cantantem rutilo spargebat acantho.

Sidonius acanthus. Stat. 3. Sylv. 1. 37.
Hic tibi Sidonio celsum pulvinar acantho
Texitur, & signis crescit torus asper eburnis.

Acanthus, Arboris nomen. Virg. 2. Georg. 119.
Quid tibi odorato referam sudantia ligno
Balsamaque, & baccas semper frondentis acanthi? Ubi Serv.

Acanthus, arbor est in Ægypto semper frondens, ut oliva, laurus: Acanthos dicta, quia spinis est plena. Abundat hac etiam Circina insula. Ruellius putat hic errare Servium.

ACANTHĬNUS, Adj. [ἀκάνθινος] Quod est acanthi aut acantho simile. Plin. lib. 25. cap. 7. Spectatur foliis acanthinis. Caules acanthini. Columel. lib. 9. cap. 4.

ACANTHUS, [Ἄκανθος] Puer fuit regius, conversus in florem sui nominis. Est item civitas Ægypti prope Memphim. Præterea etiam Macedoniæ, & Ætoliæ. Plin. lib. 4. cap. 10. [De hac metamorphosi nihil comperi. Forte legendum Puer egregius, & confunditur Acanthus cum Hyacintho. Nam alius est Acanthus Authonoï Fil. in avem sui nominis conversus apud Antonin. Liberal. F. 7.

ACAPEATÆ, [Ἀκαπεᾶται] Populi sunt circa Mæotim: de quibus Plin. lib. 6. cap. 7.

ACĂPIS, Fluvius Asiæ apud Lazos populos. Calepin.

ACAPNA, [ἄκαπνα] ligna (de quibus est titulus apud Martial. in Xeniis) ea videntur esse, quæ Ulp. dicuntur ligna cocta, ne fumum faciant: Nam ἄκαπνος, Sine fumo interpretatur. De lignis ejusmodi Cato de R. R. cap. 130. Codicillos oleaginos, & cætera ligna amurca cruda perspergito, & in sole ponito: perbibant bene: ita neque fumosa erunt, & bene ardebunt. Est & mellis genus, quod eadem ratione Acapnon Plin. appellat, lib. 11. cap. 16. Strab. Acapniston.

Acapnos thysia, Sacrificium absque fumo. Dicitur de nimium tenui convivio, & in quo nihil cocti obsonii apponitur. V. Erasm.

ACĂRA, [Ἄκαρα] Oppidum est in medio Pannoniæ.

Est etiam alterum hujus nominis oppidum in octava Italiæ regione, non procul a Regio Lepido, cujus meminit Strab. lib. 5.

ACARNANIA, [Ἀκαρνανία] Est regio & pars Epiri, quam Achelous amnis ab Ætolia separat, mersa medio sinu Ambracio. Plin. lib. 4. cap. 1.

ACARNAN, ānis. [Ἀκαρνὰν] Ovid. 8. Met. 569. de Acheloo fluvio, Amnis Acarnarum lætissimus. Qui est (ut ita dicam) de Arcanania. Virg. 5. Æn. 298.

Hunc Salius simul & Patron: quorum alter Acarnan,
Alter ab Arcadia Tegeæ de sanguine gentis. Acarnan (ait Serv.) id est, Epirota. Acarnania enim est pars Epiri.

Est & Acarnan, seu (ut alii legunt) Acarnas, mons Atticæ admodum lapidosus. Sen. in Hippol. 1. 5.
Subditus austris frigora mollit Durus Acarnas.

ACARNANES, Curetes & Abantes, iidem fere sunt. Nam hi Eubœam incoluisse traduntur, bellumque continenter de Lilanteo campo cum vicinis gerentes, tandem ab hostibus in pugna per crines anteriores apprehensi ac devicti, sinciput postea rasisse, relictis tantum occipitio capillis: Unde Curetes dicti, id est, Detonsi, ἀπὸ τῆς κουρᾶς, id est, Tonsura. Quapropter Homerus Abantes post terga comantes dixit. Hi postea migrantes in Ætoliam atque Epirum, vocati sunt Acarnanes, quasi Minime rasi, quod detonsos crines succrescere permiserint. Strab. lib. 10. & Volaterr. Geograph. lib. 8.

ACARNANICUS & ACARNANIUS, Adj. [Ἀκαρνάνιος] Unde apud Lucian. in Dialog. Meretriciis, Acarnanius porcellus: & Erasm. in Chiliad. Acarnanici equi, hoc est, Epirotici, quod de optimis dicebatur.

ACARNE, [Ἀκάρνη] Oppidum est Magnesiæ, regionis Thessaliæ, ut tradit Plin. lib. 4. cap. 9.

Est etiam Acarne, Piscis marini genus, teste eodem Plin. lib. 32. cap. 11. Acarne quoque Theophrasto, Herba quædam aculeata, Atractylidi simillima, spinam habens pro folio, succo pingui, & colore rufo.

ACARON, [ἀκαρὸν] Myrtus sylvestris, Plin. lib. 15. cap. 7.

ACAROS, [ἄκαρος] Frutex est aculeatus, qui & Oxymyrsine, & Chamæmyrsine, & Latine Ruscum appellatur. V. Ruell.

ACARRHA, æ. [Ἄκαρρα] gemino r, Urbs est Achaiæ, teste Steph. unde fit gentile ACARRHÆUS, Ἀκαρραῖος.

ACARUS, i. [ἀκαρὸς] Tineæ genus in cera nascens, quod omnium animalium minimum esse existimatur. Ex Aristot. lib. 5. de Hist. Animal. cap. 32. Gaza interprete. Dicitur ἀπὸ τοῦ ἀκαροῦς, quod indivisibile & insectibile Græcis dicitur.

ACASTA, [Ἀκάστη] Nympha, Oceani & Tethyos filia. Hesiod. in Theog. aliquando dicitur & Actasta.

ACASIUS, [Ἄκασος] fuit Laodamiæ pater. Id quod ipsa testatur apud Ovid. 13. Epist. 25.

ACASTUS, Magnesiæ rex, a quo Peleus fraterna cæde purgatus est, & expiatus. Cum autem Peleus juvenis esset ac castus, ab Acasti uxore de stupro tentatus renuit. Illa itaque falso apud virum se ab eo tentatam deferens,

deferens, effecit ut ab Acaſto ad venationem mitteretur, ut ibi a feris diſcerperetur: quas cum virtute ſuperaſſet, domum reverſus, Acaſtum cum conjuge interfecit, eorumque regnum invaſit. Author enarrator Apollonii. Volaterr. Hujus Acaſti uxorem nonnulli Creteidem, alii Hippolyten appellant.

ACASTUS fuit Peliæ Theſſalorum regis filius, venator ſagittis clarus, cujus meminit Ovid. 13. Met. 25.

ACATALECTICUS, [ἀκατάληκτος] Verſus Grammaticis dicitur, cui nihil deeſt, nihil abundat. Huic opponitur Catalecticus, cui una deeſt ſyllaba, & Hypercatalecticus ſive Hypermeter, qui in fine una vel pluribus ſyllabis longior eſt conſueta menſura.

ACATALEPSIA, æ. [ἀκαταληψία] Incomprehenſibilitas. Cic. Att. 13. 19.

ACATALEPTON, [ἀκατάληπτον] Quod comprehendi non poteſt. Sic interpretatur Cic. lib. 4. Acad.

ACATIUM, ii. [ἀκάτιον] Navigii genus actuarii. Author Plutarch. Pollux quidem velum in navi maximum acation vocari tradit: ſicut minimum, dolonem: tertium vero quod retrorſum panditur, epidromon. Hactenus Hermolaus. Plin. lib. 9. cap. 30. Concham eſſe acatii modo carinatam, inflexa puppe, prora roſtrata. Cum Polluce & Hermolao ſentit Bayſius, docens Acatium & pro Navigio accipi, & pro Maximo velo navis. [Diminutivum eſt ab ἄκατος & reſpondet Scaphæ, uti docuit Scheff. de Mil. Nav. 2. 2. p. 70. & 78.

A C C

ACCA LAURENTIA, [Ἄκκα λαρεντία] Fauſtuli paſtoris uxor, quæ Romulum & Remum lactavit atque aluit. Serv. in Virg. 1. Æn. & Liv. 1. Decad. lib. 1.

ACCABICOTICHITÆ. [Ἀκκαβικοτιχῖται] Populi ſunt in Mauritania, non procul a monte Atlante, ita dicti ab oppido, cui Ἀκκαβικὸν τεῖχος Acabicus murus, nomen erat. Author Steph.

ACCALIA, um. n. pl. Feriæ publicæ Laurentinæ, quibus ſacrificium fiebat ad ſepulchrum Accæ. V. Varr. de L. L. 5. 3. & Gell. 6. 7.

ACCANTO, vel ADCANTO [προσᾴδω] are. Juxta cantare. Stat. 4. Sylv. 4. 55.

— & magni tumulis accanto magiſtri.

ACCARON, [Ἀκκαρὼν] Urbs eſt Judææ Palæſtinæ, quæ poſtea ab Herode inſtaurata, in gratiam Auguſti Cæſarea appellata eſt. Pompon.

ACCĒDO, is, ſſi, ſſum, [ἀφικνέομαι, προσέρχομαι, μέτειμι, πρόσειμι] ere. ex Ad & Cedo Compoſitum. Eſt proprie ad Aliquid propius venire.

Accedere ad fores. Ter. Adel. 4. 4. 23. Ad illas ibo, ut purgem me: accedam ad fores. Idem Phorm. 5. 6. 27. — ad fores

Supenſo gradu placide ire perrexi: acceſſi: aſtiti.

Idem Andr. 1. 1. 104. Ad flammam acceſſit imprudentius. Cic. Fam. 4. 4. Et ad Cæſarem ſupplex accederet. Sic Accedere ad deſperatos, Cic. Fam. 8. 16. & in Piſon. 1. 65. Non audebit accedere ad ludos. Idem 7. Verr. 94. Prædones accedere incipiunt ad Syracuſas.

Accedere ad manum. Cic. Att. 2. 16. Si muli barbati in piſcinis ſint, qui ad manum accedant, alii autem negligant.

Prope ad te. Plaut. Milit. 4. 6. 55.

In provinciam, in ſenatum, in funus, &c. Cic. Att. lib. 5. Bibulus nuntiabatur quidem etiam nunc in provinciam ſuam accedere. Eidem lib. 7. Ne ante in ſenatum accederem, quam rem confeciſſem. Idem lib. 2. de Legib. Quocirca Pittacus omnino accedere quenquam vetat in funus aliorum. Idem pro Cæcin. Obſtitiſſe ne in ædes accederes. Idem in Piſon. Accede in regnum.

In oppidum. Cic. 6. Verr. Ipſe in oppidum accedere noluit.

Scopulos. Virg. 1. Æn. 204.

Vos & Scyllæam rabiem, penituſque ſonanteis

Acceſtis ſcopulos. Ubi Serv. Bene ait Acceſtis, non enim paſſi ſunt hæc pericula, ſed his fuere vicini.

Mœnibus, & ad mœnia. Liv. Decad. 3. lib. 4. Annibal. quum prope jam mœnibus acceſſiſſet, nullo ad conſpectum primi agminis, ut rebatur, motu facto, caſtra ab urbe ferme paſſus mille locat: Tarentum triduo antequam Annibal ad mœnia accederet, &c.

Accedere rei judicatæ aliquid dicitur, cum cautio a reo datur actori, quæ executionem non tollit. Ulp. l. 4. §. ſi ex conventione. D. de re judic.

Ad alicujus ſententiam, id eſt, Alicui ſubſcribere, & ſententiam alicujus approbare. Ulp. l. 4. §. ait prætor. D. de re judic.

Alicui ad aurem. Cic. 5. Verr. Si tibi ad aurem acceſſiſſet, & dixiſſet Apronium dictitare te ſibi eſſe ſocium.

Accedere inter initia morbi dicitur medicus. Celſ. lib. 3. cap. 1. Ibi deliberationi & mutationi remediorum tempus patet: adeo, ut raro, ſi inter initia medicus acceſſit, obſequens æger ſine illius vitio pereat.

Accede huc. Plaut. Curcul. 5. 2. 28. Accede huc tu. Ter. Eun. 3. 2. 19. Ubi tu es Dore? accede huc.

Accedere obviam. Plaut. Trinum. 5. 2. 14.

— modo mihi advenienti nugator

Quidam acceſſit obviam. pro, Obviam mihi venit.

Prope, aut propius. Plaut. Rud. 3. 4. 3. Jube modo accedat prope. Cic. pro Cæcin. Tamen acceſſit propius.

Cominus. Cic. Att. 2. 2.

Ad rempub. Hoc eſt, Ad magiſtratus & rempublicam gerendam ſe conferre. Cic. pro Roſ. Amer. 3. Propterea quod nondum ad rempub. acceſſi. Idem 1. Off. Itaque eos ad rempub. ne acceſſuros quidem putant, niſi coactos.

Ad rempub. liberandam. Cic. 11. Fam. 10.

Ad periculum, pro Adire periculum. Cic. 1. Verr. Pro exterarum nationum commodis inimicitias ſuſcipere, ad periculum accedere.

Periculum, ſine propoſitione dixit Plaut. in Epid. 1. 2. 46.

In infamiam. Plaut. Trinum. 1. 2. 84.

Accedere febris dicitur, cum in aliquem invadit, & ejus contrarium eſt Decedere. Cic. Att. 7. 2. Quartanam Pamphilus tuus dixit deceſſiſſe, & alteram leviorem accedere.

Accedit febris, & Accedit ſomnus Celſo locutiones valde familiares.

Acceſſit verbum ad aures. Cic. in Vatin. 4. Non putas fas eſſe, verbum ex ore exire cujuſquam, quod non jucundum & honorificum ad aures tuas accedat. [Niſi legendum *accidat*.

Accedere, pro Inſuper addi, adjungi vel augeri, duntaxat in tertiis perſonis: variis modis conſtruitur. ut, Hoc accedit huic rei, & ad hanc rem.

Acceſſit illi ætas. Cic. de Orat. lib. 1. 254. Solet idem Roſcius dicere, ſe quo plus ſibi ætatis accederet, eo tardiores tibicinis modos & cantus remiſſiores eſſe facturum.

Acceſſit illi animus. Cic. Att. 5. 5. Caſſio qui Antiochia tenebatur, animus acceſſit. Liv. 4. ab Urbe, Dictatori ac Romanis, quod detrectaſſet pugnam hoſtis, animi acceſſere.

Accedit nobis illud incommodum. Cic. pro Quint. 3. Illud quoque nobis accedit incommodum, quod M. Junius, qui, &c.

Accedit illi ira. Sil. Ital. lib. 16. 13.

At juvenis cui, telum ingens, acceſſerat ira,

Barbaricam aſſiliens magno clamore bipennem Incutit.

Ad reliquum ſuaſoriæ laborem accedit etiam perſonæ difficultas. Quintil. lib. 3. cap. 8. 33.

Accedunt hæc in ornamentum operis. Quintil. lib. 2. cap. 3. 5.

Accedit cumulus ad eam liberalitatem. Cic. Fam. 12. 26. Quare a te peto, ut ad eam liberalitatem, qua ſine meis literis uſus es, quam maximus his literis cumulus accedat.

Accedit aliud malum. Celſ. lib. 3. cap. 10. Conſiderandum eſt etiam, febres ne ſolæ ſint, an alia his quoque mala accedant. Id eſt, Num caput doleat, num lingua aſpera, num præcordia intenta ſint. Græci medici quæ morbis accedunt συμπτώματα vocant.

Accedit plurimum pretio, pro Valde augetur pretium. Columel. lib. 3. cap. 21. 6.

Acceſſit operi manus extrema, pro Impoſita eſt, ſive etiam addita eſt. Cic. de Clar. Orat. 126.

Accedere nihil poteſt ad amorem. Cic. lib. 15. Epiſt. Nam ad amorem quidem nihil poterat accedere. Idem de Fin. 4. 67. Ad virtutis autem ſummam accedere nihil poteſt.

Accedere ad amicitiam alicujus. Cæſ. 1. Bell. Civil. c. 48. Neque civitates, quæ ad Cæſaris amicitiam acceſſerant. Hoc eſt, Quæ Cæſari ſe adjunxerant.

Acceſſit magnum pondus ad tollendam dubitationem. Cic. Fam. 11. 29. In utramque partem multa in mentem veniebant: magnum pondus acceſſit ad tollendam dubitationem, judicium & conſilium tuum.

Acceſſit mihi hoc ad labores reliquos. Cic. Fam. Itaque ad reliquos hic quoque labor mihi acceſſit. Idem Fam. lib. 12. Ad hæc officia vel merita potius jucundiſſima conſuetudo accedit.

Fortunis pernicies. Cic. 3. Verr. Neque tanta fortunis omnium pernicies poteſt accedere. Niſi legendum *accidere*. Ter. Hec. 3. 5. 56.

Quia paululum vobis acceſſit pecuniæ, ſublati ſunt animi.

Robur ætati. Cic. pro Cœlio 73. Cum autem paulum jam roboris acceſſiſſet ætati, in Africam profectus eſt.

Spatium morbis. Celſ. lib. 2. cap. 11. Opus etiam eſſe cucurbitula poteſt in morbis longis, quamvis jam & iis ſpatium aliquod acceſſit, ſive corrupta materia, ſive ſpiritu male habente. Id eſt, Quamvis non ſint recentes, ſed his aliquot jam dies laborent ægri.

Senecta. Hor. 2. Epiſt. ult. ad finem.

Lenior & melior ſis accedente ſenecta?

Accedit ad majorem ſocordiam. Plin. lib. 2. cap. 7. Innumeros quidem deos credere, atque etiam ex virtutibus vitiiſque hominum, ut Pudicitiam, Concordiam, Mentem, Spem, Honorem, Clementiam, Fidem, aut (ut Democrito placuit) duos omnino, Pœnam & Beneficium, majorem ad ſocordiam accedit.

Accedere indici aliquem. Tacit. lib. 5. Sed Minutius & Servæus damnati, indicibus acceſſere. Hoc eſt, Bona illorum indicibus accuſatoribuſque ceſſere præmii loco. Simile eſt illud apud Liv. lib. 5. Decad. 5. Sed aliis prolatum verbis: Bonaque eorum, qui interfecti eſſent, & exulum, poſſidere qui arguebant.

Accedere dicuntur, Qui tanquam appendices ſunt contractus emptionis. Varr. lib. 2. de R. R. cap. 9. Quibus gregibus canes ſine paſtoribus acceſſiſſent. Ibid. Plerique ſtipulantur ut accedant canes, qui conſueverunt eſſe una.

Accedent tibi à me hæc dona. Liv. 7. Bell. Pun. Super dotem, inquit, quam accepturus a ſocero es, hæc tibi a me dotalia dono accedent.

Accedit abſolute. Plaut. Perſ. 4. 4. 116. Pro veſtimentis decem accedent minæ. Cic. Torquat. lib. 6. Illud ſatis eſt, præſertim quum acceſſit nihil novi.

Accedit ætas vino, cum veteraſcit. Celſ. Atque etiam illud vinum, cui nihil adhuc ætatis acceſſit.

Accedere ad cauſam, pro Cauſam ſuſcipere. Cic. de Divin. in Cæcil. 12. Utrum Q. Cæcili hoc dices, me non Siculorum rogatu ad cauſam accedere?

Acceſſit ea res in cumulum. Cic. de Lege Agr. 62. Acceſſerint in cumulum manubiæ veſtrorum imperatorum.

Accedere item pro Addi, cum adverbiis, Huc, Eo, & Eodem: modo ſequente Quod, modo ſine ipſo. Cic. pro Roſc. Amer. Eo acceſſit ſtudium doctrinæ. Hoc eſt, Ad id vel illud. Idem Att. 1. 8. Accedit eo, quod mihi non eſt notum. Idem 5. Verr. Eodem accedit, quod hoc quoque intelligere poteſtis. Cic. pro Roſc. Amer. 6. Huc accedit ſummus timor quem mihi natura, pudorque meus attribuit. Cic. Fam. 8. 2. Acceſſit huc, quod poſtridie ejus Abſolutionis in theatrum Curionis Hortenſius introiit.

Accedit quod, etiam ſine adverbiis ſupra dictis. Cic. Att. 13. 21. Accedit enim quod patrem (ut ſcire te puto) plus etiam quam non modo tu, ſed quam ipſe ſcit, amo. Idem pro Roſc. Amer. 4. Accedit illa quoque cauſa, quod a cæteris forſitan ita petitum ſit, ut dicerent. Liv. 5. Bell. Maced. Accedebat, quod alter decimum jam prope annum aſſiduus in oculis hominum fuerat. Plin. in Præfat. Meæ quidem temeritati acceſſit hoc quoque, quod levioris operæ hos tibi dedicavi libellos.

Subauditur nonnunquam ipſum quod. Ter. And. 1. 3. 10.

Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam: hæc Andria,

Sive iſta uxor, ſive amica eſt, gravida e Pamphilo eſt.

Accedit ut. Cic. de Senect. 16. Ad Appii Claudii ſenectutem accedebat etiam, ut cæcus eſſet. Idem ad Brutum, Itaque ad reliquos hic quoque labor mihi acceſſit, ut omnes adhibeam machinas ad tenendum adoleſcentem

Accedere, Similitudinem ſignificat. Cic. pro Rabir. Vos Quirites quorum poteſtas proxime ad deorum immortalium accedit, oro. Id eſt, Quorum poteſtas deorum poteſtati ſimillima eſt. Idem aliquando effertur per dativum. Quintil. lib. 10. cap. 1. Homero maxime accedit Virgilius.

Accedere ad ſimilitudinem alicujus rei. Cic. Att. lib. 7. 2. Quod tam prope accederet ad ſimilitudinem tuæ literæ.

Propius ad ſimilitudinem deo. Cic. de Nat. Deor. lib. 1. 97. Ad ſimilitudinem enim deo propius accedebat humana virtus, quam figura.

Accedit proximus illi. Cic. in Bruto 173. Duobus igitur ſummis Craſſo & Antonio, L. Philippus proximus accedebat, ſed longo intervallo tamen proximus.

Accedere virtuti. Cic. Fam. 11. 21. Sed velim tibi perſuadeas, cum te conſtet excellere hoc genere virtutis, ut nunquam extimeſcas, nunquam perturbere: me huic tuæ virtuti proxime accedere.

Accedere, pro Aſſentiri, dativo jungitur: & nonnunquam accuſativo cum præpoſitione Ad. Quintil. lib. 9. cap. 4. Accedam in plerisque Ciceroni. Et alibi ſæpe.

Sacramento alicujus accedere. Tacit. lib. 1. Hiſt. C. 70. Cæcina paucos in Helvetiis moratus dies, lætum ex Italia nuntium accipit, alam Syllanam, circa Padum agentem, ſacramento Vitellii acceſſiſſe. Hoc eſt, Adjunctam eſſe.

Sententiæ cujuſpiam. Tacit. Hiſt. 2.

Ad pactionem, pro Conſentire. Cic. Att. lib. 8. Nec illos congreſſuros, nec ſi congreſſi eſſent, Pompejum ad ullam conditionem acceſſurum putabam.

Ad conditionem, pactionemque. Cic. 5. Verr. 69. Condemnari cum iſtius invidia, infamiaque malebant, quam ad ejus conditionem, pactionesque accedere.

Societatem alicujus. Tacit. Ann. 12. 31. Quod primi Iceni abnuêre, valida gens, nec præliis concuſſa, quia ſocietatem noſtram volentes acceſſerant.

Accedĭtur, Imperſ. Cic. pro Cæcin. Ad eas cum accederetur, iſte cum omnibus copiis præſto fuit.

Accessus, a, um. [προσιτὸς] Adj. ſive Partic. a paſſivo Acceditur. Ovid. Faſt. 5. 582. de Parthis loquens.

Gens fuit & terris & equis & tuta ſagittis:
Et non acceſſis invia fluminibus. Alii legunt, Et circunfuſis, &c.

Accessus, ûs. [ἄφιξις, πρόσοδος] Verbale ab Accedo: cui contrarium eſt, Abſceſſus, diſceſſus, vel receſſus. Cic. de Orat. 3. 178. Ut luna acceſſu & receſſu ſuo ſolis lumen accipiat.

Acceſſus anxius. Plin. lib. 12. cap. 8. Contermina Indis gens Ariana appellatur, cujus ſpina lacrymarum pretioſa, myrrhæ ſimilis, acceſſu propter aculeos anxio.

Acceſſus maris, & Receſſus dicitur, cum ad nos affluit & refluit: qui proprie Æſtus dicitur. Cic. de Divin. 2. 34. Quid de fretis aut de marinis æſtibus plura dicam? quorum acceſſus & receſſus lunæ motu gubernantur.

Acceſſus fluminum. Sen. lib. 3. Nat. Quæſt. Procellæ quatiunt mare, tunc primum auctum fluminum acceſſu.

Acceſſus ventorum. Virg. 3. Æn. 570.

Portus ab acceſſu ventorum immotus & ingens Ipſe.

Acceſſus ad. Cic. de Nat. Deor. 2. 33. Beſtiis autem ſenſum & motum dedit, & cum quodam appetitu acceſſum ad res ſalutares, a peſtiferis receſſum.

Acceſſus ad urbem. Cic. pro Milon. 53. Illi, etiam ſi hunc non timeret, tamen acceſſum ad urbem nocturnum fuiſſe metuendum.

Acceſſus & diſceſſus ſolis. Cic. de Nat. Deor. 2. 19. Poſſetne, &c. acceſſus diſceſſusque ſolſtitiis brumisque cognoſci.

Acceſſus & receſſus ſtellarum. Cic. de Divin. 2. 89. Cum tempore anni tempeſtatumque cœli converſiones commutationesque tantæ fiant acceſſu ſtellarum & receſſu. Per metaph. Cic. Fam. 9. 14. extr. Nihil concione tua ſapientius; ita pedetentim & gradatim tum acceſſus a te ad cauſam facti tum receſſus.

Acceſſus febris. Plin. lib. 38. cap. 4. Reliquum dant in tertianis acceſſu febrium bibendum.

Acceſſum dare alicui. Ovid. 2. de Ponto 2. 41.

Da precor acceſſum lacrymis mitiſſime noſtris,
Nec rigidam timidis vocibus obde forem.

Negare acceſſum. Ovid. 10. Epiſt. 64.

Finge dari comitesque mihi, ventosque, ratemque,
Quid ſequar? acceſſus terra paterna negat.

Prohibere acceſſum. Ovid. 14. Met. 635.

Vim tamen agreſtum metuens, pomaria claudit
Intus, & acceſſus prohibet, refugitque viriles.

Acceſſus hominum fugati. Stat. 12. Theb.

— procul usque fugati
Acceſſus hominum: ſolis avibusque ferisque Ire licet.

Mollire acceſſus. Ovid. 1. de Arte Am. 351.

Sed prius ancillam captatæ noſſe puellæ
Cura ſit: acceſſus molliet iſta tuos. Hoc eſt, Molliores faciet, ſeu faciliores.

Tacitus acceſſus. Stat. 2. Sylv. 1.

— timide primum veſtigia jungit
Acceſſu tacito, ſummosque laceſſit amictus.

Accessio, ōnis. Verbale. f. [πρόσθεσις, προσβολὴ] Proprie Adjectionem & incrementum ſignificat: ut Acceſſio nummorum, eſt Quod capiti accedit. Id eſt, Principali, ut vulgo loquimur. Cic. Verr. 5. 76. Populus publice coactus eſt ei conferre lucri tritici modium XXVI, & acceſſionem HS MM. Idem Verr. 4. 118. hoc vocat Corollarium nummorum. Columel. lib. 1. cap. 7. Ut Lignis & cæteris parvis acceſſionibus exigendis.

Acceſſio annorum. Cic. de Amicit. 11. Quid igitur hunc paucorum annorum acceſſio juvare potuiſſet?

Acceſſiones fortunæ & dignitatis. Cic. Fam. 2. 1.

Acceſſio & Deceſſio, contraria ſunt. Cic. Off. 3. 12. Eorum neque acceſſione meliorem vitam fieri, nec deceſſione pejorem.

Acceſſio & Abſceſſio, contraria. Cic. de Univerſ. 38. Cumque ad corpora neceſſitate cum acceſſio fieret, tum abſceſſio, principio neceſſe erat ſenſum exiſtere unum.

Acceſſionem adjungere ædibus. Cic. Off. 1. 138. Hanc Scaurus demolitus, acceſſionem adjunxit ædibus.

Afferre acceſſionem ad veteres neceſſitudines. Cic. Att. lib. 16. 16. Ad paternas magnas & veteres & juſtas neceſſitudines magnam attulit acceſſionem tua voluntas erga me.

Facere ſibi acceſſionem. Cic. Fam. lib. 10. 18. Magnam etiam perditi hoſtes acceſſionem ſibi feciſſent, ſiquas copias abſtraxiſſent.

Speciatim auctores utuntur hac voce, cum indicare volunt, rem per ſe non peti, aut conſiſtere, ſed quaſi Appendicem eſſe alterius. Plin. lib. 29. 1. Hinc illæ circa ægros miſeræ medicorum concertationes, nullo idem cenſente, ne videatur acceſſio alterius. Liv. 45. 7. Syphax rex captus acceſſio Punici Belli fuerat, ſicut Gentius Macedonici. Plura in hanc rem collegit Nic. Heinſius ad Vell. Paterc. 2. 25. & quos laudat Burman. ad Quintil. Declam. 9. 21. p. 209.

Acceſſio febris, dicitur Intenſio, quæ Græcis dicitur Paroxyſmus: cui contraria eſt Remiſſio. Celſ. lib. 3. cap 5. Si vero febres vagæ ſunt, quia verendum eſt ne cibum ſtatim ſubſequantur: quandocunque quis ex acceſſione levatus eſt, tunc debet aſſumere. Plin. lib. 23. Si id dandum non niſi in acceſſione ſenſerit, alii in remiſſione

Acceſſio, De quovis morbo. Plin. lib. 20. cap. 13. Dederunt & comitialibus bibendum decoctæ ſuccum in cyathis quatuor ante acceſſiones. Sueton. in Veſpaſ. cap. 23. Prima quoque morbi acceſſione, ut (inquit) puto, Deus fio.

Acceſſio, Cic. in Verr. Act. 3. pro eo accipitur, quod vulgo Vinum miniſtrorum vocatur, Timarchides ſuo labore ſuisque acceſſionibus uſus, negotii moleſtiam conſequebatur, ut ad iſtum ſine ulla ſolicitudine ſumma pecunia referretur.

Acceſſiones etiam Fidejuſſores vocantur a Paulo in l. Si ſervum ſtipulatus. D. De verb. obligat. Acceſſio eſt fidejuſſor qui principali debitori accedit.

Acceſſio, Verbum juris eſt, inquit Hermolaus. Eo Plin. proprie uſus eſt in procem. lib. 33. Nec hoc fuit ſatis: turba gemmarum potamus, & ſmaragdis teximus calices, ac temulentiæ cauſa tenere Indiam juvat, & aurum jam acceſſio eſt. Quaſi dicat (ait Hermolaus) Principalia luxuriæ irritamenta ſunt gemmæ, acceſſoria vero aurum argentumque.

Acceſſio, pro Acceſſu. Plaut. Trinum. 3. 2. 83.

— quid tibi interpellatio,
Aut in conſilium huc acceſſio eſt?

Acceſſiones in jure etiam appellantur Fructus, partus, & omnis cauſa. l. ii. D. de in diem addict. l. 50. D. ad Trebel. In Ædilium vero edicto quæcunque emptioni accedunt, & præter pretium ab emptore erogantur, acceſſiones vocantur. l. 25. §. ult. & l. 27. D. de ædil. edict. Poſſeſſionum etiam Acceſſiones dicuntur, quando auctorum, & eorum in quos ab his jus tranſit, poſſeſſiones conjunguntur. l. pen. D. de diverſ. & temp. præſcr.

Acceſſio cedit principali. Ulp. in l. Cum aurum. §. perveniamus. D. de aur. & arg. leg.

Accessor, ōris, Verbale. [προσίτης] Qui accedit. Valer. lib. 5. cap. 7. 1. Nec acceſſor glorioſæ illius pompæ, ſed author ſpectatus eſt. Sed malunt hic alii legere Accenſor.

Accessibilis, & e. Gloſſæ Cyrilli εὐπρόσιτος vertunt. Tertull. adverſ. Praxean. cap. 15. Per acceſſibilem lucem.

Accessibilitas, atis. f. ejusdem Tertulliani eſt dicto loco: ut contraria [Immortalitatis] ipſi filio adſcriberemus, mortalitatem, acceſſibilitatem.

Accessivus, a, um. Vertit Gloſſ. Gr. Lat. προσθετος.

Accessito, are. frequentativ. Gell. 18. 12. ex Cat. Origg. Eodem convenæ complures ex agro acceſſitavere.

Accessorium, ii. Idem eſt quod Acceſſio, & ſequitur naturam ſui principalis. Inſtit. de rer. diviſ. §. quod ſi partim. l. ſi eum. §. qui injuriarum. D. ſi quis caut.

Accelĕro, as. [ἐγκονέω] ex Ad & Celero, active & neutraliter legitur. Accelerare, active poſitum, Rem aliquam facere celeriorem. ut, Accelerare mortem. Plin. lib. 16. cap. 36. Sil. Ital. lib. 7. 114.

Opem, &c. Stat. 1. Sylv. 2. 268.

Acceleret partu decimum bona Cynthia menſem.

Accelerare, neutraliter, Properare, feſtinare. Cic. in Catilin. 2. 7. Aurelia via profectus eſt: ſi accelerare volent, ad veſperam conſequentur.

Accelerare & Tardare, contraria. Plin. lib. 2. cap. 16. 1. Non quia accelerent, tardentve naturales motus.

Accelerare gradum, vel iter, periphraſis pro eo quod eſt Properare. Liv. 2. ab Urbe 186. Idem 1. Bell. Maced. 108. Cæſ. Bell. Civil. 2. 39. Iterque accelerat, ut quam maxime ex fuga perterritos adoriri poſſet.

Accelerare alicui magiſtratum aliquem. Tacit. lib. 3. ad fin. Conſulatum ei acceleraverat Auguſtus.

Opus accelerare. Stat. 6. Theb. 242.

Præcepta accelerare, Studioſe facere imperata. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 46.

Viam accelerare. Val. Flac. Argon. 8. 53.

Acceleratio, onis. [ἐγκόνησις, ἔπειξις] Feſtinatio, properatio. Author ad Herenn. lib. 3. 13. Continuatio, eſt orationis enuntiandæ acceleratio clamoſa.

Accendo, di, ſum, [ἅπτω, ἀνάπτομαι, διαπυρόω, διακαίω] ere. ex Ad compoſitum: licet verbum ſimplex in uſu non ſit. Nonnulli tamen ex Candeo compoſitum dicunt. [Forte ex Celtico *Zünden*.] Significat autem Inflammare. Cic. de Univerſ. 28. Deus ipſe ſolem quaſi lumen accendit. Unde Accenſus rogus. Plin. lib. 6. cap. 19. Accendi ebenum Fabius negat. Plin. lib. 12 cap. 4.

Accendere de. Ennius apud Cic. Off. 1. 51.

Homo qui erranti comiter monſtrat viam,
Quaſi lumen de ſuo lumine accendat, facit
Ut nihilominus ipſi luceat, cum illi accenderit.

Accendere & Extinguere, contraria. Cic. in Piſon. 5. Ego faces jam accenſas ad hujus urbis incendium comprehendi, protuli, extinxi.

Accendere, ad animum, aut res alias tranſlatum, pro Vehementer commovere, aut incitare: quod per metaphoram quoque Inflammare dicitur. Salluſt. Bell. Jugurth. cap. 64. Sed quæ res Marium, cum pro honore quem affectabat, tum contra Metellum vehementer accenderat.

Accendere calore. Plin. lib. 14. cap. 5. Vino natura eſt hauſto, accendendi calore viſcera intus, foris infuſo refrigerandi.
Accendere, ad aliquam rem. Liv. 5. Bell. Pun. Adeo accenſæ ſunt ſpes ad pellendos Sicilia Romanos.
In aliquam rem: ut, in Pœnam, rabiem, amorem, &c. Plin. lib. 35. cap. 10. Accenſo in pœnam tyranno. Liv. 9. Bell. Pun. Tum vero in multo impotentiorem ſubito rabiem accenſi.
Affectus veſtros in amorem mei accendere. Tacit. Hiſt. lib. 1. 83. 6.
Impenſius accendi certamina. Liv. 1. Decad. lib. 4.
Æſtus medios. Virg. Georg. 4. 401.

Ipſa ego te, medios cum ſol accenderit æſtus,
Cum ſitiunt herbæ, & pecori jam gratior umbra eſt,
In ſecreta ſenis ducam.

Clypeum auro. Sil. Ital. lib. 15. 678.

Et gemmis galeam, clypeumque accenderat auro.

Curas. Sil. Ital. lib. 7. 529.

Quem poſtquam rapidum vidit procedere caſtris,
Hinc Libys, hinc Fabius, ſimul accendêre ſagaces
In ſubitum curas.

Deſiderium panis. Plin. lib. 19. cap. 4.
Equum ſtimulis. Stat. 1. Sylv. 1. 39.
Febres. Celſ. lib. 3. cap. 9. Sed eſt circunſpecti quoque hominis, & novâre interdum, & augere morbum, & febres accendere.
Ignem. Virg. 5. Æn. 4.

— quæ tantum accenderit ignem
Cauſa latet.

Lignum. Ovid. 15. Met. 311.

Admotis Athamanis aquis accendere lignum
Narratur, minimos quum luna receſſit in orbes.

Lumen. Virg. 1. Georg. 251.

Illic ſera rubens accendit lumina veſper.

Martem. Virg. 6. Æn. 165.

Ære ciere viros, Martemque accendere cantu.

Mentes in prælia. Sil. 4. 169.

— in prælia mentes
Accendis, renovasque viros ad vulnera cantu.

Offenſiones. Tacit. Ann. lib. 2. Germanicus erat clementior, ſed amici accendendis offenſionibus callidi, intendere vera, aggerere falſa.
Pectus donis. Sil. Ital. lib. 16.

His actis, ductor læta ad certamina plantæ
Invitat, poſitisque accendit pectora donis.

Pertinacia accenditur. Tacit. Hiſt. 4. Vicit ratio parcendi, ne ſublata ſpe veniæ, pertinacia accenderetur.
Pretium rei alicujus accendere. Plin. lib. 18. cap. 25. Nubilo occaſu pluvioſam hyemem denuntiat, ſtatimque augent lacernarum pretia: ſereno aſperam, & reliquarum veſtium accendunt.
Senſus. Lucret. lib. 2. 957.

Et quaſi jam lethi dominantem in corpore motum
Diſcutere, ac pene amiſſos accendere ſenſus.

Sitim. Celſ. lib. 3. cap. 6. Hæc enim ſitim accendit, & tum maxime aquam exigit, quum illa periculoſiſſima eſt. Loquitur de febre.
Spem. Tacit. Ann. 12. Ad hoc gentium ductores circumire, hortari, firmare animos, minuendo metu, accendenda ſpe, aliisque belli incitamentis.
Vitia. Ovid. 1. de Rem. Amor. 133.

Quinetiam accendas vitia, irritesque vetando,
Temporibus ſi non aggrediare ſuis.

ACCENDOR, ĕris. paſſ. [διαπυρόομαι] Plin. lib. 2. cap. 38. Mundi celeritate diſcordia accenditur.
Accendi & commoveri. Cic. de Orat. 1. 114. Præclare ſe res habeat, ſi hæc accendi aut commoveri a te poſſunt.
Accendier, per paragogen, pro infinitivo Accendi. Lucret. lib. 6. 901.

Nonne vides etiam nocturna ad lumina linum
Nuper ubi extinctum admoveas, accendier ante,
Quam tetigit flammam?

ACCENSUS, Partic. ut Accenſa altaria [διακεκαυμένος.] Sil. Ital. lib. 1.
Accenſus in arma. Paterc. lib. 2. 91. 1. Atrox in Thracia bellum ortum, omnibus ejus gentis nationibus in arma accenſis.
Accenſus odio, ira, amore. Plin. lib. 17. cap. 1.
Cupidines accenſæ. Tacit. Hiſt. 1.
Flamma accenſa. Ovid. 10. Met. 279.
Foci. Ovid. 1. Faſt. 76.
Furiis accenſus. Virg. 12. Æn. 946.
Furore. Virg. 4. Æn. 697.
Ignis. Ovid. 12. Met. 12.
In iram. Lucan. lib. 3. Et Plin. 17. 4.
Iræ accenſæ ſtimulis majoribus. Stat. 11. Theb. 100. Et Ovid. 9. Met. 28.
Libidine. Plin. lib. 35. cap. 3.
Luctu. Virg. 12. Æn. 277.
Senſus. Lucret. lib. 2. 958.
Spes alicui accenſa. Virg. 5. Æn. 183.
Sic accenſa. Virg. 4. Æn. 364. — Totumque pererrat

Luminibus tacitis, & ſic accenſa profatur.

ACCENSUS, i. ab Ad & Cenſus compoſitum [προσπαραγεγραμμένος.] Vetus Inſcriptio apud Conſtant. Landum in Select. Numiſm. p. 18. C. OPPIVS C. L. LEONAS VI VIR ET AVG. HONORATVS IN TRIBV CL. PATRVM ET LIBERVM CLIENTVM ACCENSVS. Varr. de Ling. Lat. lib. 6. 3. Accenſos miniſtratores Cato eſſe ſcribit. Feſtus lib. 1. Aſcriptitii veluti quidam ſcripti dicebantur, qui ſupplendis legionibus aſcribebantur. Hos & Accenſos dicebant, quod ad legionum cenſum eſſent aſcripti. Quidam Velatos, quod veſtiti inermes ſequerentur exercitum, nonnulli Ferentarios, quod fundis lapidibusque præliaturi ea modo ferrent, quæ in hoſtes jacerent. Alii Rorarios, quod id genus hominum ante, quam acies coirent, in modum rorantis tempeſtatis dimicaret. Ubi Scalig. & Dacer. V. Nonius Marc. Accenſi, genus militiæ eſt, adminiſtrantibus proximum. Varr. Rhetor. lib. 20. Ut Conſules ac Prætores, qui ſequuntur in caſtra, Accenſi dicti, quod ad neceſſarias res ſæpius acciantur, velut accenſiti. Idem. 12. 8. Decuriones & Centuriones a numero cui in militia præerant, dicebantur, Accenſi, qui his accenſebantur, id eſt, attribuebantur. Varr. de Vita Pop. Rom. lib. 3. Qui de Aſcriptivis. Cum erant attributi Decurionibus & Centurionibus, qui eorum habent numerum, accenſi vocabantur. Eoſdem etiam quidam vocabant Ferentarios, qui depugnabant fundis & lapidibus, his armis, quæ ferrentur, non quæ tenerentur. Hæc ille. Liv. 8. 8. Accenſos a noviſſima acie ante ſigna procedere jubet. Veget. lib. 2. de Re Milit. Ad obſequia tamen judicum, vel tribunorum, necnon etiam principalium, deputabantur milites, qui vocabantur accenſi. Hoc eſt, Poſtea additi quam fuiſſet legio completa, quos nunc Supernumerarios vocant. Aſcon. de Præt. Urb. p. 90. Accenſus, nomen eſt ordinis & promotionis in militia: ut nunc dicitur Princeps vel Commentarienſis aut Cornicularius. Hæc enim nomina de legionaria militia ſumpta ſunt.
Accenſus, ut oſtendit Varr. lib. 5. de Ling. Lat. fuit etiam miniſter ſive præco magiſtratuum, ita dictus, quod ad cenſum ſolitus eſſet vocare populum. Plin. lib. 7. cap. 60. 1. Poſt aliquot annos adjectus eſt & meridies, accenſo Conſulum id pronuntiante. Cic. ad Q. fratr. lib. 1. 1. Accenſus ſit eo etiam numero, quo eum majores noſtri eſſe voluerunt: qui hoc non in beneficii loco, ſed in laboris ac muneris non temere, niſi libertis ſuis deferebant.
Accenſus & Præco in hoc conveniunt, quod ambo Conſulis alteriusve magiſtratus dicto ad imperium nutumque præſto eſſent: at ille, ut ad concionem, hic, ut ad comitia Quirites advocaret. Alex. ab Alex. 2. Genial. cap. 27. V. de Accenſis Roſin. Antiq. Rom. 7. 48. & Pitiſci Lexicon Antiq. in verbo.
ACCENTUS, V. ACCINO.
ACCEPSO, V. ACCIPIO.
ACCEPTILATIO, ACCEPTIO, ACCEPTO, ACCEPTOR, ACCEPTUS. V. ACCIPIO.
ACCERSIO, ivi, itum, [μεταπέμπω] ire. Idem quod Accerſere, advocare. Plaud. Pſeud. 1. 3. 92. Accerſi hoſtias. Vulgo Arceſſe. Liv. 1. Decad. lib. 3. Placere itaque patrem accerſiri. Salluſt. Poſtremo Syllam accerſiri jubet.
Accerſire capitis, Accuſare. Cic. 2. de Invent. 193. Quidam capitis accerſierunt.
ACCERSO, is, īvi, ītum, [μετακαλέω] ĕre. Derivatum ab Accio, ſignificat Ire ad vocandum, vel Vocare. Accerſo vulgo ſcribitur, ſed minus recte, pro Arceſſo. Et Vocandi notionem habet & Accuſandi, quarum altera ex priori manat, quia qui Accuſat Vocat in judicium. Velius Longus, vetus Grammaticus de Orthographia (Edit. Putſch. p. 2232.) erudite In eo quod eſt ARCESSO, ACCERSO putaverunt quandam differentiam eſſe, ut Accerſo ſit Voco, tractum ab Acciendo; Arceſſo, Summoveo, ab Arcendo tractum, ſed errarunt: Arceſſo enim pro eo quod eſt Arceo nunquam poſitum eſt. Immo Voſſius Etym. p. 40. Multis, inquit, argumentis evincere poſſimus ACCERSO per ſe non eſſe Latinum ſed poſterioribus ſeculis corruptum ex ARCESSO. Quo correctiores enim Libri ſunt & antiquiores, Arceſſo habent, non Accerſo. Nec novus hic Error, ſed a Chariſio, Diomede & Agrætio inculcatus, ſicut etiam Gloſſæ Veteres utrumque habent Accerſo & Arceſſo; in hoc autem meliores quam Grammatici, quia utrumque eodem ſenſu, μετακαλεῖσθαι, μεταπέμπεσθαι exponunt, quem Grammatici quidam perperam diſtinguunt. Iſtuc igitur V. verbum infra, & quæ ſequuntur omnia eo transfer.
Accerſere aliquem. Cic. 2. Verr. 17. Accerſit alter coſ. deſignatus Siculos: veniunt nonnulli.
Uxorem. Ter. And. 3. 4. 2. Cur uxor non accerſitur? Donatus in illud Ter. in Hec. Abduxit ſuam: ſic ait, Abduxit proprie. Accerſi enim dicitur ad maritum: Abduci a marito ad divortium.
Ad ſe aliquem. Cic. 7. Ver. 89. P. Vectium ad ſe accerſit.
Auxilia ab aliquo, vel ex aliquo loco. Cæſ. 7. Bell. Gall. C. 33. Atque ea pars quæ minus ſibi confideret, auxilia a Vercingetorige accerſeret. Sic Cic. 7. Verr. 36. Nec proficiſci quoquam potes, nec accerſere res transmarinas ex iis locis.
Ad aliquod negotium: ut, Ad rem divinam, ad bellum. Ter. Hec. 1. 2. 109. Accerſi ad rem divinam. Salluſt. Gallorum gentem infeſtiſſimam Rom. nomini, ad bellum accerſunt.
Accerſere, cum adverbiis de loco & ad locum. Plaut. Caſin. 3. 2. & 4.
Accerſas hinc me. Cic. 4. Tuſc. Multa ſane occurrunt cur ea quoque accerſita aliunde.
Accerſitus domo huc ſum. Plaut. Stich. 5. 33.
Accerſitur lavatum interea virgo. Ter. Eun. 3. 5. 44.
Accerſere, ſuppreſſo accuſativo. Ter. And. 5. 2. 8. Ubi voles, accerſe. ſubintel. uxorem.
Accerſi, infinitivo. Plaut. Amph. Cupio accerſi. Ter. Hec. 1. 2. 109. Simulat ſe a matre accerſi.
Accerſere mercede. Cæſ. 1. Bell. Gall. C. 31.
Accerſere orationi ſplendorem. Cic. 3. de Orat. 86. Translationes orationi ſplendoris aliquid accerſunt. Per metaphoram, pro Aliunde ſive extrinſecus afferunt.
Accerſere, pro Accuſare. Cic. 4. Verr. 100. Sin abſolutus eris, quis erit tam amens, qui te ex tot tantisque criminibus elapſum, poſt quinquennium ſtatuarum nomine accerſat?
Aliquem crimine. Cic. 4. Verr. 78. Quod tum magis invidioſo crimine, quam vero accerſeretur.
Crimine ambitus. Cic. pro Cœlio, 12. Nec ſi ſemel periculum ambitus ſubeundum putaret, ipſe alterum iterum ambitus crimine accerſeret.
Majeſtatis. Cic. 2. de Invent. 154. Accerſitur majeſtatis. Subauditur ablativus Crimine.
Accerſivi, præterito. Cic. 1. Att. 11. 9. Accerſivit ad ſe, promiſit, interceſſit, dedit. Idem in Bruto, ad fin. Nec decet te ornatum uberrimis artibus, quas quum domo haurire non poſſes, accerſiviſti ex urbe ea, quæ domus eſt ſemper habita doctrinæ, numerari in vulgo patronorum. Rurſus lib. 16. Att. Ego autem & ejus librum accerſivi, & ad Athenodorum Calvum ſcripſi.
Accerſere & attrahere. Brutus Att. 17. 6. O magnam ſtultitiam timoris, idipſum quod verearis ita cavere, ut quum vitare fortaſſe potueris, ultro accerſas & attrahas.

Accersīte, imperativo, ab Accerſo. Ovid. 4. Faſt. 263. Idem 15. Met. 640.

Ite bonis avibus, prolemque accerſite noſtram.

Accersītus, a, um. [μετακεκλημένος] Partic. Vocatus.

Accerſitum dictum. Cic. 2. de Orat. 142. Cavendum eſt ne accerſitum dictum putetur: permulta tamen acute dicemus. Hoc eſt, Aliunde, & nimium longe petitum.

Commendatio. Plin. lib. 13. cap. 1. 1.

Rivulus accerſitus & ductus. Cic. pro Cœlio 14. Si ipſe orietur & naſcetur ex ſeſe, fortaſſe ut ſoleo commovebor: ſin autem ut rivulus, accerſitus & ductus ab ipſo capite accuſationis veſtræ, lætabor.

Accerſitus ad aliquem. Plaut. Ciſtel. 1. 1. 107. Nam ad matrem accerſita ſum.

Deſcriptio accerſita, Supervacanea, non nativa, nec propria. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Humus accerſita & advecta. Quintil. lib. 2. cap. 16.

Accerſitus aliquis in opere. Cic. Att. lib. 13. 283. 7. Nicias a Dolabella in magno opere accerſitus. Vetus exemplar habet, A Dolabella magno opere arceſſitus. Dixit autem Magno opere, pro Magnopere.

Sacra adſcita atque accerſita. Cic. 6. Verr. 102. Nunc vero in communi omnium gentium religione, inque his ſacris quæ majores noſtri ab exteris nationibus adſcita atque accerſita coluerunt, negligentes ac diſſoluti ſi cupiamus eſſe, qui poſſumus?

Studia accerſita aliunde. Cic. 4. Tuſc. 3. Hoc autem loco conſideranti mihi ſtudia doctrinæ, multa ſane occurrunt cur ea quoque accerſita aliunde, neque ſolum expetita, ſed etiam conſervata & culta videantur.

Somnus. Propert. lib. 3. 15. 14.

Accerſitus erit ſomnus in oſſa mea.

Hor. 2. Sat. 3. 262. Quo rediturus erat non arceſſitus.

Accersitus, ûs. m. [μετάκλησις] Cic. 1. de Nat. Deor. 23. Nam cum feriis Latinis ad eum, ipſius rogatu accerſituque veniſſem. Et Plaut. Stich. 2. 2. 3.

Accersītor, oris, m. [μετακλητὴς] Vocator. Apul. Mittunt e ſuis accerſitorem unum. Plin. Epiſt. 101. Ammianus quoque 29. 10. (Valeſ. cap. 1. extr.) Verba placentia accerſitori loqui: ubi Accuſatorem actoremque forenſem ſignificat.

Accĭdo, is, ĭdi, [προσπίπτω, συμβαίνω, προστυγχάνω] ere. Quaſi ad (id eſt, juxta) aliquid cadere. ut, Accidere ad genua. Verbum inventu rarum, niſi in tertiis perſonis. Sueton. in Jul. cap. 20. 9. Ut, ad genua ſibi accideret. Cic. Att. 1. 9. Ad pedes omnium ſigillatim accidente Clodio. Ter. Hec. 3. 3. 18. Jam ut limen exirem, ad genua accidit. Ubi Donat. Accidere, eſt geſtu corporis oſtendere humilitatem cadentis, propter Ad, quod eſt Juxta, & cadere.

Accidere, vetuſte poſitum cum accuſativo ſine præpoſitione. Plaut. Stich. 1. 2. 31. Certo enim mihi paternæ vocis ſonitus aures accidit. Pro, Ad aures, vel auribus. Salluſt. in Jugurth. C. 14. Quos accidam? aut quos appellem? Pro, Ad quos, vel ad quorum genua accidam, id eſt, quibus ſupplicem. [Plerique tamen Codd. habent *Quò Accedam?*

Accidere pro Cadere. Cæſ. 3. Bell. Gall. 14. Ut neque ex inferiore loco ſatis commode tela adjici poſſent, & miſſa a Gallis gravius acciderent. Ennius in Rhet. ad Heren.

Utinam ne in nemore Pelio ſecuribus
Cæſa accidiſſet abiegna ad terram trabes.

Accidit auribus, & ad aures, pro eodem. Unde & philoſophi, teſte Priſciano, Vocem diffiniunt, ut ſit aer ictus, auribus accidens. Liv. 8. ab Urbe 24. Quod ubi ad aures accidit regis. Id eſt, Pervênit.

Accidere pro Evenire, duntaxat in tertiis perſonis: ſed proprie de malis dicitur, ſicut Contingere de bonis. Cic. 4. Acad. 2. 18. Et ſiquid adverſi acciderit. Idem in Lælio 10. Nihil mali accidiſſe Scipioni puto: mihi accidit, ſiquid accidit.

Accidit calamitas. Cic. 13. Fam. 8. 5.

Dolor. Cic. 6. Verr. 119.

Accidere caſu. Ovid. 2. Epiſt. 49.

Siquid illi accidat, pro Si forte moriatur. Genus eſt loquendi ad vitandam ſermonis atrocitatem inventum: durius enim auditur verbum Mori, cum de viventibus loquimur. Pompon. de Verb. Signif. Siquis ita in teſtamento ſcripſerit, Siquid filio meo acciderit. Damas ſervus meus liber eſto: Mortuo filio, Damas liber erit. Licet enim accidat & vivis, attamen vulgi ſermone etiam mors ſignificatur. Cic. 2. de Invent. 168. Siquid pupillo accidiſſet. In hac locutione aliquando adjungitur adverbium, Humanitus. Cic. 1. Philipp. 7. Sed ut, ſi quid mihi humanitus contigiſſet, &c. [Ita Græci ἐάν τι συμβαίνῃ. Diog. Laërt. in Teſtam. Ariſtot. Theophraſti & aliorum.

Accidunt etiam bona. Ter. And. 2. 3. 24. Interea aliquid acciderit boni. Ubi Donat. Nota (acciderit) etiam pro bono, & a Terentio, & apud veteres frequentatum.

Accidere alicui aliquid gratum. Cic. 3. Fam. 1. 4. Omnia quæ a me profecta ſunt in te, tibi accidiſſe gratiſſima, i. e. fuiſſe.

Aliquid alicui jucundum. Cic. 3. Fam. 11. Quæ ſcribis ad me, minime mihi miranda, & maxime jucunda acciderunt.

Accidere alicui aliquid jucundum ex aliquo. Cic. 1. Att. 5. Nam mihi omnia quæ jucunda ex humanitate alterius & moribus homini accidere poſſunt, ex illo accidebant.

Ægritudo accidit alicui. Tacit. Ann. lib. 2. 5.

Dubitatio, pro Evenit vel Incidit. Cic. 3. Off. 23.

Facultas. Cæſ. lib. 7. 44. Accidere viſa eſt facultas bene rei gerendæ.

Fama, pro Venit, ſive allata eſt. Liv. 7. Bell. Pun. 164.

Novum, & aliquid novi. Ter. Phorm. 1. 5. 20. Cic. 15. Fam. 2. 11. Cum admirarer quid accidiſſet novi.

Tempus. Cic. 1. Verr. Siquod tempus accidiſſet, quo tempore aliquid a me requirerent.

Voluntas. Cic. 2. de Invent. 124. Voluntas accidit, ut artem dicendi perſcriberemus.

Evenire & accidere. Cic. 6. Fam. 21. 3. Timebam enim, ne evenirent ea quæ acciderunt.

Eventus accidit. Cic. 1. de Divin. 104. Mihique a peritis in Aſia prædictum eſt, fore eos eventus rerum, qui acciderunt.

Accidere præter opinionem. Cic. pro Planc. 12. Nihil ut plerunque evenit, præter opinionem accidet. Idem 3. Fam. 10. Graviter primo nuntio commotus ſum, quod nihil tam præter opinionem meam accidere potuit.

Accidere ut ex, &c. Quintil. lib. 2. cap. 17. 20. Adeo ut vix ex admirabili quodam caſu poſſit accidere.

Accidere præter optatum, Accidere etiam nihil tale ſperanti. Cic. in Piſon. 36. Illud etiam accidit præter optatum meum, ſed valde ex voluntate. Hoc eſt, Quanvis non optarem, aut ſperarem.

Accidit ad animum. Cic. Att. lib. 3. 61. 4. Quod me vetas quicquam ſuſpicari accidiſſe ad animum tuum, quod ſecus a me erga te commiſſum aut prætermiſſum videretur.

Accidit de. Cic. Att. lib. 1. 11. 1. Quæris ex me quid acciderit de judicio quod tam præter opinionem omnium factum eſt.

Accidere aliquid in aliquo, pro Alicui. Cic. de Provinc. Conſul. Neque ſolum ſummo in viro, ſed etiam in mediocri homine ne accidat providendum.

Accidit in te iſtuc verbum. Ter. And. 5. 3. 14. Eodem die iſtuc verbum vere in te accidit. Hoc eſt, Eodem die evenit ut iſtuc verbum, Me miſerum, vere in te competeret, vere tibi conveniret.

Quorſum accidat timeo. Ter. And. 1. 5. 30. Id eſt, Quorſum evadat.

Accidit divinitus. Cic. in Partit. 44. Maximeque ſi id divinitus accidiſſe potuerit videri.

Accidit nec opinanti. Ter. Hec. 3. 3. 2.

Accidit poſitum abſolute, ſequente particula Ut. Cic. 3. Verr. 42. Accidit quum iſte a Cn. Dolabella efflagitaſſet, ut ſe ad regem Nicomedem, regemque Sadalam mitteret, &c. ut illo itinere veniret Lampſacum, cum magna calamitate, & prope pernicie civitatis. Idem Cic. 2. Fam. 10. 1. Putareſne unquam accidere poſſe, ut mihi verba deeſſent.

Accidere, cum infinitivo. Cic. Fam. 6. 12. 1. Dolabellam antea tantummodo diligebam, obligatus ei nihil eram: nec enim acciderat mihi opus eſſe.

Accĭdens, entis, abſolute, n [συμβεβηκὸς σύμπτωμα] Diffinitur a Dialecticis, Quod adeſt & abeſt præter ſubjecti corruptionem. Quintil. lib. 5. cap. 10. Cauſa, tempus, locus, occaſio, inſtrumentum, modus, & cætera, ſunt rerum accidentia. Theodorus qui de eo, an ſit, & de accidentibus ei, id eſt, περὶ ὀσίας καὶ συμβεβηκότων, exiſtimat quæri. Quintil. lib. 3. cap. 6. Quot & qui ſtatus: & lib. 4. cap. de Egreſſione, Perſonæ cum ſuis accidentibus ponendæ.

Per accidens. V. per.

Accidentia, quoque vocantur Caſus hominum. Quintil. in Ægro Redempto: Decl. 5. C. 3. Quanvis judices in tanta malorum continuatione jam potuerim nihil ex accidentium meorum novitate mirari. & C. 23. p. 126. Hic nanque robuſtus ac patiens, non molliri proſperis facile, non accidentibus frangi, &c. Id eſt, Rebus adverſis. conf. Decl. 17. C. 12. p. 342.

Accidentia, etiam vocantur a Grammaticis, Genus, ſpecies, figura, tempus, & cætera quæ in orationis partibus accidunt.

Accidentia, æ. Verbale. [σύμπτωσις] ut Accidentia naturæ, pro Eventu. Plin. lib. 32. cap. 2. Eſſe vero illam naturæ accidentiam, quod magis miremur, etiam in locis quibusdam, appoſito occurrit exemplo.

Accidentalis, & e. a Philoſophis Eſſentiali opponitur: ſic &

Accidentarius, a, um. Accidentali prævalet naturale, a Schardio & Calv. laudatur ex l. 3. ff. de tutela. Sed fruſtra. In ſolis notis Gothofredi ibi & ad l. 5. ff. de fidejuſſ. uſurpatur.

Accīdo, īdi, iſum, [ἐκκόπτω] ere. ex Ad & Cædo; Extenuare, affligere, exhaurire. Liv. Decad. 1. lib. 8. 29. 144. Ita prælio uno accidit Veſtinorum res, ut non in caſtra ſolum refugerent hoſtes, ſed jam ne vallo quidem ac foſſis freti, dilaberentur in oppida, ſitu urbium mœnibuſque ſe defenſuri.

Accīsus, [ἐκκοπείς] Partic. Tacit. de Moribus German. 19. 2. Acciſis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo maritus.

Acciſæ dapes. Virg. 7. Æn. 125. Ubi Serv. Acciſis, Undique conſumptis. Et hoc eſt apud nos ac, quod apud Græcos ἀμφι.

Acciſæ res, Extenuatæ, afflictæ, & imminutæ. Liv. 3. 10. ab Urbe. Sic Acciſæ opes, apud eundem.

Accĭeo, es, īvi, ītum. [προσκαλέω] ex Ad & Cieo: Verbum in uſu rariſſimum, Idem ſignificat quod Accio. Plaut. Milit. 3. 3. 61.

Vos modo curate, ego illum probe jam oneratum huc acciebo. Al. Accibo. Ponitur & a Diomed. lib. 1. in ſecunda conjugatione.

Accingo, xi, ctum, [ἐπιχειρέω, ἐγχειρέω, παρασκευάζω] ĕre. ex Ad & Cingo.

Accingere ſe alicui rei, eſt Eam rem gnaviter aggredi. Virg. 1. Æn. 210.

Illi ſe prædæ accingunt. Ubi Serv. Accingunt, Studioſe parant. Accinctos enim Induſtrios dicimus, Sicut contra Negligentes Diſcinctos vocamus.

Accingere operi, ſuppreſſo accuſativo. Virg. 2. Æn. 235.

Accingunt omnes operi. ſubintel. Se.

Accingi ad rem aliquam. Liv. 8. Bell. Pun. 218. Quin igitur ad hoc accingeris? Id eſt, Cur te ad hanc rem non paras? vel, Cur hanc rem non aggrederis?

Accingi ad ſordidum lucrum. Quintil. 12. cap. 1.

Magicas artes. Virg. 4. Æn. 493.

— magicas invitam accingier artes.

Pro, Ad artes accingi. Hoc eſt, magicas artes aggredi: ſive, ut vult Serv. Ad illas diſcendas præparari.

In diſcrimen. Liv. 2. ab Urbe 54.

Accingere, ſine caſu poſteriore. Ter. Phorm. 2. 1. 4. Tute hoc intriſti, tibi omne eſt exedendum: accingere.

Accinge, pro Accingere. Pompon. Maccis geminis: Jam ego mihi adero, dum ego revortor, age ante accinge ad molas. Ex Nonio.

Accingi, pro Armari, Inſtrui: ut Accingi armis, ferro, enſe, &c. Virg. 9. Æn. 74. Atque omnis facibus pubes accingitur atris.

Animos accingere futuris. Hoc eſt, Præparare ad futura. Val. Flacc. Argon. 4. 119.

Se aliquo homine. Tacit. lib. 12. cap. 25. Se quoque accingeret juvene, partem curarum capeſſituro. Hoc eſt, Domitium adoptaret, eoque adverſus curas & imperii negotia ſe muniret, & velut armaret.

Accingor, cum infinitivo. Virg. 3. Georg. 46.

— accingar dicere pugnans. Cæſaris.

Accingi ad ſpem majorem. Tacit. lib. 11. 28.

Ira. Sen. in Medea. 1. 11.
Telis tanquam in aciem. Tacit. lib. 11. 28.

ACCINCTUS, Partic. [διεσκευασμένος, ἐζωσμένος] Plin. Paneg. cap. 20. Ad hoc comitatus, accinctus, & parens. Vet. Gloss. ἐζωσμένος, Expeditus. comp. Auson. in Grat. Actione. p. 726.
Accinctus ensis lateri. Stat. 1. Theb. 86.
Accinctus flagello. Virg. 6. Æn. 570.
Animus in magnos usus. Stat. 4. Sylv. 4. 10.
Accinctus studio popularium. Tacit. lib. 12. 44.

ACCĬNO, is, ui, entum, [προσᾴδω] ere. Ex Ad & Cano compositum, cujus nullum exemplum occurrit nobis ex authoribus: ab eo tamen fit Accentus.

ACCENTUS, ûs. m. [προσῳδία] Verbale ab Accino. Diomed. lib. 2. Accentus, est acutæ, vel gravis, vel inflexæ elatio orationis, vocisve intensio vel inclinatio, aut inflexio. sono regens verba. Nam ut nulla vox sine vocali, ita sine accentu nulla est: & est accentus (ut Martian. Capella recte putavit. lib. 3.) velut anima vocis. Accentus, quidam fastigia vocaverunt, quod capitibus literarum apponerentur: alii tenores vel tonos appellant: nonnulli cacumina diffinire maluerunt. Sunt autem tres, Acutus ´, Gravis `, & qui ex duobus factus est, Circumflexus ˜. V. Diomed. lib. 2. de Accentibus. De quibus Libros magnos scripsisse Apollonium & Herodianum inter Græcos, inter Latinos Censorinum, Priscianus testatur, lib. 15. Hæc ille. Quintil. lib. 1. cap. 10. Adhuc difficilior observatio est per tenores, quos quidem ab Antiquis dictos tonores comperi, ut videlicet declinato a Græcis verbo, qui tonos dicunt, vel accentus, quas Græci προσῳδίας vocant, cum acuta & gravis alia pro alia ponitur. Accentum Cic. sonum vocis appellat in Orat. 1. 17. Mira est enim (inquit) quædam natura vocis, cujus quidem e tribus omnino sonis, inflexo, acuto, & gravi, tanta sit, & tam suavis varietas, perfecta in cantibus. Hac voce magis proprie videtur Ammianus usus 16. 12. secundum Valesium. aut cap. 29. Edit. Gruter. Ahenatorum accentu signo dato. Ita Valesius: at Occentu Lindebrogius.
Accentus, metaphorice. Lucret. lib. 5. 746.
Tandem bruma nives affert, pigrumque rigorem
Reddit, hyems sequitur crepitans accentibus algi.

ACCENTIUNCULA, æ. diminutiv. Gell. 13. 6. dixit, qui προσῳδίας, ita appellatas a Veteribus, itidem memorat.

ACCIO, is, ivi, itum, [προσκαλέω, ἐκκαλέω] ire. Accersere, evocare. Unde acciti esse dicuntur, qui per nuntium evocati sunt. Liv. 1. ab Urbe, Ludicrum fuit, equi pugilesque ex Hetruria maxime acciti.
Accire peregre. Liv. 2. 6. In PEREGRE.
Pueros. Cic. 5. Att. 88. Tu invita mulieres, ego accivero pueros.
Accire in. Liv. 1. ab Urbe 158. Et Numam ignarum urbis, non petentem, in regnum ultro accitum. Id est, Ultro a plebe evocatum.
Accire per metaphoram. Cic. 5. de Fin. 160. Qui se fatentur, virtutis causa, nisi ea voluptatem acciret, ne manum quidem versuros fuisse. Acciret, id est, Adferret.
Accire absolute. Cic. Att. lib. 13. 48. (al. 47.) Is igitur si accierit, accurram. [Casus subintelligitur.
Acciri properis literis. Tacit. 1. Ann. 54. Vixdum ingressus Illyricum Tiberius, properis matris literis accitur.

ACCĪTUS, Partic. [προσκεκλημένος] Accersitus, vocatus. Salluft. in Jugurth. cap. 102. Acciti ibant. Virg. Æn. 235. & 308.
Spem siquam accitis Ætolum habuistis in armis.
Ubi Serv. Accitis, Evocatis, Adjunctis.
Accita Vitellio auxilia, pro, a Vitellio. Tacit. lib. 13. 38.

ACCĪTUS, ûs. Verbale. [πρόσκλησις] Advocatio. Virg. 1. Æn. 677.
Regius accitu chari genitoris ad urbem
Sidoniam puer ire parat.
Cic. 5. Verr. 56. Et quinque primi accitu istius evocantur.

ACCIENDUS, Partic. pass. [προσκλητέος] Cic. de Arusp. Resp. 23. Aruspices acciendos ex Hetruria putaremus.

ACCĪTO, avi, [προσκαλοῦμαι] are. Frequenter accire. Lucret. lib. 5. 945.
Ut nunc montibus e magnis decursus aquaï
Clarior accitat sitientia secla ferarum.
Id est, Allicit, invitat, evocat ad sitim explendam. Vulgo legitur, Claricitat late.

ACCIPENSER. V. ACIPENSER.

ACCĬPIO, ēpi, eptum, [δέχομαι, λαμβάνω, προσλαμβάνω, προσδέχομαι] ere. ex Ad & Capio. Quintil. lib. 2. cap. 9. Ita eloquentia coalescere nequit, nisi sociata tradentis accipientisque concordia. Hoc est, Doctoris & discipuli.
Differ. Inter capere & accipere. Ulp. de verb. signif. Aliud est capere, aliud accipere: capere cum effectu accipitur: accipere, etsi quis non sic accipit ut habeat. Ideoque non videtur quis capere quod est restituturus.
Accipere ab aliquo rem aliquam. Plaut. Pseud. 4. 2. 14. Ab eo argentum accipies.
De loco aliquo, vel de homine. Cic. Att. lib. 1. 1. 17. Quas eum dolo malo mancipio accepisse de Vario diceret.
Ex aliquo. Plaut. Amph. 2. 2. 132. Ex tua accepi manu pateram.
Aliquid in muneribus. C. Gracch. apud Gell. Ita versatus sum in provincia, ut nemo possit vere dicere assem, aut eo plus in muneribus me accepisse.
Accipi in numero. Plin. lib. 9. cap. 47. Quo in numero Chalcis accipitur. Id est, Est ex eorum numero, & similiter tegitur & vivit.
Accipere æstimationem. Cic. Fam. 9. 22. Quum me hospitio recipias, æstimationem te aliquam putes accipere. i. e. simile detrimentum atque ex æstimatione aliq.
Ætatem. Plin. lib. 14. cap. 7.
Animum quietum, aut mentem benignam in aliquem. Virg. 1. Æn. 307.
— in primis regina quietum
Accipit in Teucros animum, mentemque benignam.
Artes a magistris. Ovid. 9. Met. 718.
Auras taurinis follibus. Virg. 4. Georg. 171.
Beneficium accipere. Ter. Adel. 2. 3. 1.
Beneficium accipere & recipere. Accipit ab aliquo beneficium, qui prius ei nihil contulit: Recipit, qui jam contulerat. Ex Sen. de Benef.
Cœlum. Ovid. 14. Met. 844.
Conjugis ora mihi, quæ si modo posse videre
Fata semel dederint, cœlum accepisse videbor. Id est, Mihi videbor esse felicissimus. [Sed Heinf. habet *Aspectasse*. q. V. & Burm.
Causam, pro Accipere excusationem. q. V. Cic. 16. Fam. 19. 2. Et si ob eam rem moraris, accipio causam. Idem in Pison. Quam nos causam quum accepissemus, &c.
Causam accipere, pro Suscipere & defendere. Cic. de Orat. 2. 355. Tenere quæ didiceris in accipienda causa. Ter. Hec. Prol. 55. Mea causa causam hanc accipite.
Cognomentum alicujus. Tacit. lib. 15. 74.
Colorem. Plin. lib. 11. cap. 38.
Commeatum. Id est, Profectionem impetrare. Plin. lib. 3. Epist. 4.
Complexum. Liv. 2. ab Urbe.
Conditionem. Valla, Dicimus offero conditionem, vel fero, vel pono conditionem: nunquam fere per aliud verbum. Quæ conditio dum placuit, etiam fere semper dicimus, accipio conditionem.
Conditionem ab hoste armato, pro Pactum oblatum accipere. Cæs. Bell. Gall. 5. 41. 7. Cicero ad hoc unum modo respondit, non esse consuetudinem pop. Romani accipere ab hoste armato conditionem.
Conditionem pacifcendi. Liv. 2. Bell. Pun. 239. Læti tamen quancunque conditionem pacifcendi acceperunt.
Conjecturam accipere quid senserit legis constitutor. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Consilium. Liv. 4. Bell. Pun. 101.
Consulem de plebe, pro Admittere plebejum consulem. Cic. de Clar. Orat. 55. Quum de plebe consulem non accipiebant.
Decumas. Cic. 4. Verr. 71. Imperat Agyrinensibus, ut decumas ipsi publice accipiant: Apronio lucrum dent. Sic Plin. lib. 12. cap. 14.
Disciplinam ab aliquo. Cæs. Bell. Gall. 1. 40. Quos tamen aliquis usus ac disciplina, quam a nobis accepissent, sublevarat.
Excusationem. Cic. Att. lib. 16. 1. Atticæ meæ excusationem accipio. Reciprocum, Afferre excusationem. V. Causam.
Experimento suo accipere: sive natura duce: non alio tradente. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Exercitum: cui reciprocum est, Tradere exercitum. Cæs. Bell. Civil. 2. 42. Amisso exercitu, quem a Cæsare fidei suæ commissum acceperit.
Fœdera. Salluft. in Jugurth. C. 14. Postremo Masinissa nos ita instituit P. C. ne quem coleremus, nisi populum Romanum: ne societates, ne fœdera nova acciperemus.
Fœnore, subintel. Nummos aut Pecuniam. Plaut. Curcul. 4. 1. 19. Plin. Epist. 9. lib. 3. Reciprocum, Dare fœnori.
Fidem. Virg. 8. Æn. 150. Accipe, daque fidem. Id est, inquit Valla, Accipe sponsionem factam a me, & tu mihi vicissim da tuam. Liv. 4. Bell. Pun. Legati responderunt, fide accepta.
Fidem accepit Fabula, pro Fabulæ creditum est. Martial. lib. 1. 5.
Fiduciam. Cic. pro Flacc. 51. Pecuniam adolescentulo grandi fœnore, fiducia tamen accepta, occupavisti.
Formam. Virg. 1. Georg. 170. — & curvi formam accipit ulmus aratri.
Frænum. Virg. 12. Æn. 568.
Urbem hodie causam belli, regna ipsa Latini,
Ni frænum accipere, & victi parere fatentur.
Fumum accipere. Columel. lib. 12. cap. 12. Lagenam in tabulatum, quod fumum accepit, reponunt. Id est, ut idem in fine ejusdem capitis exprimit, In tabulatum, quod suffumigatur reponunt.
Gremio accipere. Virg. 1. Æn. 689.
Ut cum te gremio accipiet lætissima Dido.
Honores accipere. Brut. ad Cic. 4. Quum exploratum habere cœpero Cæsarem honoribus, quos acceperit, extraordinariis fore contentum. Huic reciprocum est, Deferre honores.
Humanitatem. Cic. ad Q. fratr. lib. 1. 1. Certe humanitatem iis potissimum tribuere debemus, a quibus accepimus.
Imperium, pro Parere imperio, jussis obedire. Liv. 5. Bell. Pun. 44. Reciprocum, Imperare.
Judicium, est Se defensorem controversiæ quæ movetur ostendere, & litem contestari: denique pati, ut judices dentur ad eam rem disceptandam de qua movetur controversia. Cic. pro Quinct. 63. Judicium quin acciperet in ea ipsa verba quæ edebat Nævius, non recusare. Locutio hæc Jurisconsultis frequens est. ut, in l. 2. §. 1. D. Si ex nox. causa. l. 8. §. 3. D. de procurat. & l. 35. §. 2. D. de jurejurando.
Jugum accipere dicuntur boves, Cum jugum non recusant. Columel. lib. 6. cap. 2.
Per translationem dicuntur etiam homines jugum accipere, pro Imperium durius & severius pati sive perferre. Liv. 3. ab Urbe 38. Tacit. Ann. lib. 12. 50. Urbesque Armeniorum Artaxata & Tigranocerta jugum accepere.
Jusjurandum. Cæs. Bell. Civil. 3. 28. Reciprocum, Dare jusjurandum, & deferre.
Lætitiam. Plaut. Capt. 4. 2. 92. Nunc hanc lætitiam accipe a me, quam fero.
Legem. Cic. Off. 3. 109. Quo deprecante accepta lex non est.
Leges a victoribus. Liv. 5. Bell. Pun. 226. Ut victi a victore leges acciperent.
Libertatem ab aliquo. Salluft. in Jugurth. 89. 3. Vos pro libertate quam ab illis accepistis. Reciprocum, Dare libertatem.
Literas aut epistolam ab aliquo, vulgatum est De eo dici ad quem scriptum est: ut Cic. Fam. lib. 4. 2. Ad tertium Calend. Maias quum essem in Cumano, accepi tuas literas. Idem ad Q. fratr. 2. 15. Accepi literas tuas datas Placentiæ, deinde alteras postridie datas Blandenonæ. Sed & is dicitur Accipere literas, cui dantur aut ferendæ aut mittendæ. Idem ad eundem, Accipio excusationem tuam, &c. sed accipio ex ea parte, quatenus aut negligentia, aut improbitate eorum, qui epistolas accipiunt, fieri scribis, ne ad nos perferantur.
Litem ad te. Plaut. Mostel. 5. 2. 23. Accipito hanc ad te litem. Id est, In te transfer, & eam pro me tuo nomine suscipe: sive, ut vulgo loquimur, Cape super te.
Lumen solis accipit luna. Cic. de Orat. 3. 178. Ut luna accessu & recessu suo solis lumen accipiat.
Mancipio accipere. V. MANCIPIUM.
Mandata. Cic. Philipp. 8. 23. Cui qui non paret, non ab eo mandata accipienda sunt, sed ipse totus repudiandus. Reciprocum, Dare mandata.
In manum accipere. V. MANUS.

Metum

Metum accipere. Ter. Heaut. 2. 3. 96.

Memoriam de aliquo. Cic. de Amicit. Loquimur de iis amicis quos videmus, aut de quibus memoriam accepimus. Id eſt, De quibus aliquam fieri mentionem audivimus.

Morem. Cic. Off. 3. 44. Itaque præclarum a majoribus accepimus morem rogandi judicis. Reciprocum, Tradere morem.

Mores. Stat. Achil. 2. 184.

Muneri aliquid, hoc eſt, Dono. Tacit. Ann. 14. 31. Quaſi cunctam regionem muneri accepiſſent.

Noctem oculis aut pectore. Virg. 4. Æn. 529.

At non infelix animi Phœniſſa, nec unquam
Solvitur in ſomnos, oculisve aut pectore noctem
Accipit.

Serv. Quia poteſt aliud eſſe ſine alio, ut ſiquis dormiens, mente turbetur.

Nomen. Plin. Jun. lib. 2. Ep. 10. extr. Verendum eſt, ne iſta cunctatio timiditatis nomen accipiat.

Nomen: pro eo, quod Gall. vulgus dicit Recipere ad monſtram. Liv. 2. Bell. Pun. lib. 7. Itaque ſi ſuum nomen dictator acciperet, ſe comitiis interceſſuros Tribuni dixerunt. Reciprocum Dare ſive Edere nomen.

Nuntium. Cic. Fam. lib. 2. 18. Cum optatiſſimum nuntium accepiſſem. Reciprocum, Nuntiare, vel Afferre nuntium.

Obſides. Liv. 5. ab Urbe. Mittite qui arma, qui obſides, qui urbem patentibus portis accipiant. Huic reſpondet, Dare obſides.

Omen. Cic. de Divin. 1. 103. Mi pater, inquit, Perſa periit. Tum ille arctius puellam complexus, Accipio omen, inquit, mea filia. erat autem mortua catella eo nomine. Liv. 1. 7. 11. Dextra Hercules data, accipere ſe omen, impleturumque fata, ara condita, atque dicata, aït. Reciprocum, Facere omen, vel omen offerre.

Originem ab aliquo. Quintil. lib. 5. cap. 11.

Onus. Cic. de Nat. Deor. 2. 159. Quid de bubus loquar? quorum ipſa terga declarant non eſſe ad onus accipiendum figurata, cervices autem natæ ad jugum, &c. Id eſt, Ad onus admittendum.

Opinionem. Cic. Fam. lib. 1. 9. Qui de uno acerrimo & fortiſſimo viro, meoque judicio, omnium magnitudine animi & conſtantia præſtantiſſimo, Q. Metello L. filio quondam falſam opinionem acceperunt.

Palmam. Cic. in Bruto, 173. Cum palmam jam primus acceperit. Pro, Obtinuerit, adeptus ſit.

Pecuniam adverſum legem. Plaut. Trucul. 4. 2. 47.

Pecuniam ob rem judicandam. Cic. Verr. 2. 78.

Pignori rem quampiam accipere. Marcian. l. 1. D. quæ res pignori vel hypoth. Quid ergo ſi prædium quis litigioſum pignori acceperit. Pap. l. 2. D. qui pot. in pign. hab.

Pœnas. Lucan. lib. 8. 97.

— nunc accipe pœnas,
Sed quas ſponte luam.

Id eſt, Sume pœnas de me quas tamen libens patiar.

Poteſtatem. Plin. de Viris Illuſtr. 12. Accepta poteſtate in caſtra Porſenæ venit. Reciprocum eſt, Tradere, vel dare poteſtatem.

Præcepta ab aliquo. Cic. de Orat. lib. 2. 85. Sit enim mihi tinctus literis, audierit aliquid, legerit, iſta ipſa præcepta acceperit. Ad hoc refertur, Dare vel tradere præcepta.

Prædes: cui reſpondet, Dare prædes. Cic. Fam. lib. 2. 17. Laodiceæ me prædes accepturum arbitror omnis pecuniæ publicæ.

Prædia in æſtimationem. Cic. 13. Fam. 8. Albinus prædia in æſtimationem accepit. Id eſt, In ſolutionem, ſecundum æſtimationem.

Provinciam. Cic. Fam. lib. 2. 10. Bibulus provinciam acceperat. Tradere provinciam, ejus reciprocum eſt.

Rationes a colono. Cic. pro Cæcin. Deinde ipſe Cæcina quum circuiret prædia, venit in iſtum fundum: rationes a colono accepit. Huic reſpondet, Reddere rationes.

Remp. Id eſt, reip. adminiſtrationem. Cic. Poſt redit. 5. Remp. illis accepi temporibus eam, quæ pene amiſſa eſt.

Rogationem. Cic. Off. 3. 109. Rogationem ſuaſit eam, quam L. Furius & Sex. Attilius ex S. C. ferebant: qua accepta eſt hoſtibus deditus.

Rudem, proprie dicuntur gladiatores, dum donantur rude: hoc eſt, cum remittuntur a munere gladiatorio, accepta virga quæ Rudis proprie dicitur. Per metaph. vero ſignificat Ab arte aut re alia conſueta ceſſare. Cic. Philipp. 2. 74. Tam bonus gladiator rudem tam cito accepiſti?

Sacramentum accipere. Tacit. Hiſt. 4. 21.

Salutem. Plaut. Epid. 4. 1. 21.

Salutem ab aliquo, pro Liberari. Cic. Audieras ex illo, ſe a me bis ſalutem accepiſſe. Hoc eſt, capit. judicio Liberatum eſſe.

Satis accipere. V. SATIS.

Satisfactionem accipere, ea forma qua Accipere excuſationem. Cic. Fam. lib. 7. 13. Hic tu me etiam inſimulas, nec ſatisfactionem meam accipis. Cæſ. Bell. Gall. 1. 41. 4. Eorum ſatisfactione accepta &c. Idem 6. 9. 8. Ubiorum ſatisfactionem accepit.

Sententiam. Liv. 3. ab Urbe, Hæc ſententia accepta eſt. Id eſt, Rata habita eſt.

Sententiam contrariam accipere, pro Condemnari. Pap. in l. pen. D. de except. rei judic. Si debitor de dominio rei quam pignori dedit, non admonito creditore cauſam egerit, & contrariam ſententiam acceperit: creditor in locum victi ſucceſſiſſe non videbitur, quum pignoris conventio ſententiam præceſſerit.

Servitutem. Tacit. Ann. 12.

Societatem alicujus. Tacit. Hiſt. 4. 26. Salluſt. Bell. Jugurth. 71. 15. Poſtremo Maſiniſſa nos ita inſtituit P. C. ne quem coleremus, niſi pop. Rom. ne ſocietates, ne fœdera nova acciperemus.

Solem totius diei. Plin. lib. 20. cap. 9.

Sordes ab aliquo. Cic. Att. lib. 5. 21. Cave putes quicquam homines unquam eſſe miratos, quam nullum teruncium, me obtinente provinciam, ſumptus factum eſſe, nec in remp. nec in quenquam meorum, præterquam in L. Tullium Legatum. Is cæteroqui abſtinens (ſed Julia lege tranſita ſemel tamen in diem, non ut alii ſolebant omnibus vicis, præter eum ſemel nemo accepit) facit ut mihi excipiendus ſit, quum teruncium nego ſumptus factum, præter eum accepit nemo. Has a noſtro Q. Titinio ſordes accepimus.

Speciem. Columel. lib. 2. cap. 10. Nanque in alio ſolo rapa biennio ſata convertuntur in napum, in alio napus raporum accipit ſpeciem. Id eſt, Vertitur ſive mutatur in rapum.

Stipendium de publico. Liv. 4. ab Urbe.

Sub imperium aliquid accipere. Tacit. Ann. lib. 1. 1. Et Pompeii, Craſſique potentia cito in Cæſarem: Lepidi, atque Antonii arma in Auguſtum ceſſere, qui cuncta diſcordiis civilibus feſſa, nomine principis ſub imperium accepit.

Teſtimonium publicum. Cic. Verr. 2. 14.

Tempus debitum. Plin. Epiſt. 20.

Vadem aliquem accipere pro aliquo. Cic. ad Brut. 18. Quum me pro adoleſcentulo ac pene puero reſp. accepiſſet vadem.

Veniam pro aliquo. Ovid. 11. Met. 401.

Ventos accipiunt a tergo carinæ. Ovid. 12. Met. 27.

Ventos accipere aperto pectore. Ovid. 3. Faſt. 15.

Vires, aut vim. Plin. Epiſt. 53.

Vitam deorum, Referri in deos. Virg. 4. Ecl. 15.

Ille Deum vitam accipiet, Divisque videbit
Permiſtos Heroas, & ipſe videbitur illis.

Voluntatem parem accipere, & reddere. Cic. Fam. lib. 5. 2. Cum par voluntas accipitur & redditur. Illud eſt, quod ipſe Cicero appellat Mutuum in amicitia.

Urbem, pro Capere. Cic. Att. lib. 8. 12. Cum imparatam jam Capuam, non ſolum ignaviæ delectus, ſed etiam perfidiæ ſuſpicionem fugiens, accipere nolui.

Urbem in deditionem. Liv. 7. ab Urbe, Quum jam ſcalas mœnibus admoverent, in deditionem urbem acceperunt.

Voluptatem accipere. Cic. ad Q. fratr. lib. 3. 8. De virtute & gravitate Cæſaris, quam in ſummo dolore adhibuiſſet, magnam ex epiſtola tua accepi voluptatem.

De malis autem & adverſis rebus, hæc ſubſequuntur teſtimonia. Ubi pati denotat.

Accipere calamitatem ab aliquo. Cæſ. 7. Bell. Gall. Ne quam a finitimis Bellovacis calamitatem accipiant.

Cladem, cujus reciprocum eſt Inferre cladem. Liv. 5. ab Urbe. Quum plus aliquanto cladium intuliſſet, quam accepiſſet.

Contumeliam & contumelias. Cæſ. 5. & 7. Bell. Gall. Cic. Tanta contumelia accepta.

Detrimentum. Cic. pro Lege Manil.

Dolorem. Cic. pro Domo ſua. Accepi, Pontifices, magnum atque incredibilem dolorem.

Jacturam. Liv. 4. ab Urbe.

Ictum, Id eſt, Feriri. Lucret. lib. 4. 1046.

Sic igitur Veneris qui telis accipit ictum,
Unde feritur, eo tendit.

Ignominiam. Cic. 1. Verr. 58. Tanta accepta ignominia. Idem 7. Verr. Cæſar. B.G. 7. 17. 5. Illo imperante meruiſſe, ut nullam ignomiam acciperent.

Injuriam accipere. Id eſt, Lædi: cui opponitur, Beneficium accipere. Cic. Tuſc. 5. 56. Nam cum accipere, quam facere præſtat injuriam.

Malum accipere. Plin. Epiſt. 53. Dedi malum, & accepi.

Offenſionem accipere, Offendi. Cic. Att. lib. 1. 17. Nam quanta ſit in Quinto meo comitas, quanta jucunditas, quam mollis animus & ad accipiendam & ad deponendam offenſionem, nihil attinet me ad te, qui ea noſti ſcribere. Reciprocum eſt, Offendere.

Offenſiunculam in ædilitate. Cic. pro Planc. 51. Vidit M. Piſonem in iſta ædilitate offenſiuncula accepta ſummos a populo Romano eſſe honores adeptum.

Plagam, ſeu Vulnus proprie. Varro de R. R. lib. 2. cap. ult. Si qua in tonſura plagam accepit, eum locum obliniunt pice liquida. Cæſ. 4. Bell. Gall. c. 12. Cum circumventus multis vulneribus acceptis cecidiſſet. Cic. Att. lib. 5. 20. Qua in fuga magna authoritate Oſaces dux Parthorum vulnus accepit. Celſ. lib. 5. Sin cerebrum membranave ejus vulnus accepit.

Repulſam. Cic. pro Planc. C. Marii, qui duabus ædilitatis acceptis repulſis, ſepties Conſul eſt factus.

Accipere, Concipere. Virg. 8. Æn. 449.

— alii ventoſis follibus auras
Accipiunt, redduntque.

Nonius.

Accipere, Audire. Ter. Hec. 4. 3. 1. Quem cum iſtoc ſermonem habueris, procul hinc ſtans accepi, uxor. Cic. 1. Verr. Sic enim a majoribus noſtris accepimus.

Accipere, Intelligere. Cic. 2. de Legib. Hunc locum idem ego te accipio dicere, Arpinum germanam veſtram patriam eſſe.

Accipere auribus, periphraſis pro Audire, ſive potius Attente ac diligenter audire. Cic. de Orat. 1. 218. Sit boni oratoris multa auribus accepiſſe.

Æquis auribus, hoc eſt, Libenter & patienter audire. Plin. Epiſt. 8.

Auribus pronis aliquid. Tacit. Hiſt. 1. 1. Obtrectatio & livor pronis auribus accipiuntur.

Animis pronis. Tacit. Hiſt. 1. 54. Legati eorum in ſqualorem mœſtitiamque compoſiti, per principia, per contubernia, modo ſuas injurias, modo civitatum vicinarum præmia; & ubi pronis militum animis accipiebantur, ipſius exercitus pericula & contumelias conquerentes, accendebant animos.

Adverſis animis. Tacit. Ann. 3. 29. Utque hæc ſecundo rumore, ita adverſis animis acceptum, quod filio Claudii ſocer Sejanus deſtinaretur.

Aſpere acceptum. Tacit. Ann. 4. 31.

Accipiunt aures. Cic. Verr. 4. 24. Nunc primum hoc aures tuæ crimen accipiunt? Hoc eſt, An nunc primum audis hoc crimen?

Accipe & accipite, ſæpe dicimus, cum ut aliquid Attentius audiatur ac intelligatur, monemus. Virg. 2. Æn. 65.

Accipe nunc Danaum inſidias, & crimine ab uno Diſce omnes.

Cic. in Caton. 39. Accipite enim, optimi adoleſcentes, veterem orationem Archytæ.

Auditionem accipere, Ex auditu cognoſcere. Cic. Fam. lib. 8. 2. Romam cum veniſſem, ne tenuiſſimam quidem auditionem de ea re accepi.

Auditione & fama, pro Eodem. Sic Accipere fama, pro ex fama cognoſcere. Cic. de Nat. Deor. 2. 95. Nec tamen unquam exiſſent ſupra terram, accepiſſentque fama & auditione eſſe quoddam numen & vim deorum.

De aliquo aliquid. Id eſt, Fama aut literis cognoſcere. Cic. 1. Off. 29. Ut de Socrate, itemque de C. Lælio accepimus. Idem Verr. 4. 39. Eriphylen accepimus in fabulis ea cupiditate, ut, cum vidiſſet monile. Hoc eſt, Accepimus (ut eſt in fabulis) Eriphylen ea cupiditate fuiſſe, ut &c.

Memoria accipere. M. Cato apud Gell. lib. 14. cap. 2. Atque ego a majoribus memoria sic accepi.
Preces accipere. Id est, Audire. Ovid. in Ibin. 71.
Ipsaque tu tellus, ipsum cum fluctibus æquor,
Ipse meas æther accipe summe preces.
Idem sensu longe diverso dixit. lib. 1. Fast. 175.
At cur læta tuis dicuntur verba Calendis?
Et damus alternas, accipimusque preces?
Hoc est, Cur alter alteri bene precamur, annumque felicem optamus, Calendis Januarii?
Superbius preces alicujus accipere. Tacit. Ann. lib. 2. 37. Quo magis mirum fuit, quod preces M. Hortali nobilis juvenis in paupertate manifesta superbius accepisset.
Accipere, Intelligere, cognoscere. Ter. And. 2. 3. 23. Sed si te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris.
Accipere corde, pro Accipere animo: & est poetica periphrasis, pro Intelligere. Plaut. Casin. 2. 3. 18.
— pol haud satis meo corde accepi
Querelas tuas.
Oculis & animo. Cic. Verr. 5. Non me hercle criminis augendi causa dicam judices, sed quem accepi ipse oculis animoque sensum, hunc vere apud vos, & ut potero planissime exponam. Pro, Sensi oculis atque animo. Periphrasis ad affectum exprimendum.
Accipite animis mea dicta. Id est, Intelligite. Virg. 3. Æn. 250. & 5. 304.
Accipe nostram mentem. Virg. 1. Æn. 680. Id est, Audi meum consilium.
Parum accipere locum aliquem, & Minus intelligere, Idem significant. Cic. 3. de Nat. Deor. 4.
Vim verbi in aliud atque cæteri accipiant, posse ducere. Cic. 2. de Orat.
Accipere, Decipere. Lucil. 29.
Sic inquam veteratorem illum vetulum lupum
Annibalem acceptum. Nonius.
Accipere, Capere: ut Accipere ad contumeliam, vel in contumeliam. Cic. Att. lib. 15. Egone ut beneficium accepisset in contumeliam? Ter. Adel. 4. 3. 15. Ad contumeliam omnia accipiunt.
Accipere aliquid ad cognitionem rei alicujus. Cic. 2. de Nat. Deor. Quæ contuens animus accipit ad cognitionem deorum, e qua oritur pietas.
Ad verbum. Cic. 2. de Orat. Quum ad verbum, non ad sententiam rem accipere videare.
Ad omnia. subaud. Responsum, vel aliquid simile. Cic. 3. Fam. 7. Ad omnia accipe, & cognosce æquitatem expostulationis tuæ. V. Supra, Accipe.
Excusatius aliquid sub exemplo accipere. Hoc est, Citato exemplo. Tacit. Ann. lib. 3. 68.
Quo animo accipias, tento te. Cic. 15. Fam. 16. Tento enim te quo animo accipias. Si enim stomachabere & moleste feres, plura dicemus, &c.
Magis accipere. V. MAGIS.
Æquo animo. Id est, Boni consulere, sive in bonam partem accipere. Sallust. in Catil. c. 3. Quæ sibi quisque facilia factu putat, æquo animo accipit.
Aliquid amice. Cic. de Amicit. Et monendi amici sæpe sunt, & objurgandi: & hæc accipienda amice, quum benevole fiunt.
Aliquid fortiter. Cic. Att. lib. 15. 20. Mi Attice, fortiter hoc velim accipias ut ego scribo.
Grate aliquid. Tacit. Hist. lib. 1. 85. Et oratio ad perstringendos mulcendosque militum animos, & severitatis modus, grate accepta.
Non difficulter quæ traduntur. Quintil. lib. 1. cap. 3. de Ingeniis Puerorum.
Generaliter. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Aliquid libenter. Cic. Att. lib. 1. 11. Hic dies me valde Crasso adjunxit: & tamen ab illo aperte, tecte quicquid est datum, libenter accepi. Idem Fam. lib. 5. 21.
Moderate. Cic. Fam. lib. 10. 35. Ea te moderate accepisse. Id est, tulisse æquo animo.
Mollius aliquid. Tacit. Hist. 1. 12. Quo seditio mollius acciperetur.
Monitionem patienter, Non repugnanter. Cic. de Amicit. 93.
Aliquid ægre. Hoc est, Non boni consulere. Tacit. Ann.
Aliorsum, pro In aliam partem interpretari. Ter. Eun. 1. 2. 2.
--- vereor ne illud gravius Phædria
Tulerit: neve aliorsum, atque ego feci, acceperit.
Accipere, Sentire. Ter. Heaut. 2. 3. 23. Aliter tuum amorem atque est, accipis.
Accipere aspere. Cic. Att. lib. 9. 2. Quanto nunc hoc idem accipiet asperius? Tacit. lib. 4. Quod aspere acceptum ad præsens.
Aliquid atrocius. Tacit. Hist. 1. 23.
Accipere, Videre. Virg. 8. Æn. 154. 155.
— ut te fortissime Teucrûm
Accipio, agnoscoque lubens, &c. Nonius.
Durius, aut graviter. Id est, Iniquo animo ferre. Cic. Att. 1. 1. Durius accipere hoc mihi visus est, quam vellem, & quam homines belli solent. Idem 2. de Orat.
Fastidiose, vel supine. Sen. de Benef. lib. 3. Alius accepit fastidiose, alius supine.
Intemperanter aliquid. Tacit. Ann. lib. 2. 75. Pisonem interim apud Coum insulam nuntius assequitur, excessisse Germanicum. Quo intemperanter accepto, cædit victimas, adit templa, neque ipse gaudium moderans, & magis insolescente Plancina.
Aliquid sinistre. Tacit. Hist. 1. 7.
Vultu truci aliquid. Tacit. Ann. 4. 34.
Accipere uxorem dicitur filius fam. a patre nimirum; ducere autem paterfam. Donat. in Phorm.
Accipere in bonam, vel in malam partem, est Bene vel male interpretari dictum aut factum alterius, quod ad nos pertineat: Hoc est, De illo bene aut male judicare. Huc pertinent, Accipere aliorsum, aliter, in aliam partem, & similia.
Accipere in eam partem. Id est, Interpretari, &c. Cic. Att. lib. 8. Id ego in eam partem accepi, hæc oppida, atque oram maritimam illum pro derelicto habere.
In optimam partem. Cic. Att. lib. 11. 7. Quod rogas, ut in bonam partem accipiam, siqua sint in tuis literis quæ me mordeant: ego vero in optimam.
Accipi aliquid pro magnifico. Tacit. Ann. 6. 8. Libertis quoque ac janitoribus ejus notescere, pro magnifico accipiebatur.
In quam partem accipias. Cic. Fam. 3. 7. Quam in partem tu accipias, minus laborem.
Accipere aliquid in aliam partem ac dictum sit. Id est, Quam dictum sit, Ad Heren. lib. 2. 40. Vitiosum est, quod in aliam partem ac dictum sit, potest accipi.
Verbum in duas pluresve sententias. Ad Heren. lib. 4. 68. Per ambiguum fit significatio, cum verbum potest in duas pluresve sententias accipi, sed accipitur in eam partem quam vult is qui dixit.
Aliquid in majus, Amplificare fama supra quam par sit. Liv. 9. Bell. Pun. Omnia in majus metu augente accipiebant. Tacit. Hist. 1. 52. Sed in majus omnia accipiebantur. Id est, Majora putabantur.
In prodigium aliquid. Tacit. Ann. 13. 58. Frugum quoque egestas, & orta ex eo fames, in prodigium accipiebatur.
Loco prodigii aliquid. Tacit. Hist. 4. 26. Apud imperitos prodigii loco accipiebatur ipsa aquarum penuria: tanquam nos amnes quoque & vetera imperii munimenta desererent.
In matrimonium. Tacit. Ann. 12. 58. Sedecim annos natus Nero Octaviam cæsaris filiam in matrimonium accepit.
In solutum aliquid. Id est, Solutionis nomine. Sen. de Benef. 2. Inde est, ut omnia meruisse se existimet, & in solutum accipiat. Idem 7. Bonam voluntatem in solutum accipere.
In superbiam aliquid. Tacit. Ann. 6. 13. Silentium ipsius non civile, ut crediderat, sed in superbiam accipiebatur.
Accipe hoc ut a me dicitur. Cic. de Arusp. Resp. 50. Velim sic hoc vir summus, atque optime de mea salute meritus accipiat, ut a me dicitur.
Ut volet quisque accipiat. Cic. pro Deiot. 26.
Id ita accipio, ut mihi factum putem. Cic. Fam. lib. 10. 1. Te hoc existimare volo, quicquid in eum judicii officiique contuleris, id ita me accipere, ut in me ipsum te putem contulisse.
Quemadmodum accepturi sitis horreo: Accipiatis sine offensione Cic. 7. Philipp. 8. Periculose dico: quemadmodum accepturi P. C. sitis, horreo: sed quæso, oroque vos P. C. ut accipiatis sine offensione quod dixero.
Quomodo accepturi sitis, vereor. Cic. lib. 4. ad Heren. 49. Mihi cum isto, Judices, fuit amicitia: sed ista tamen amicitia, tametsi vereor quomodo accepturi sitis, vos me privastis.
Accipere, Admittere sive Recipere, ut Accipere in amicitiam. Cic. Att. lib. 2. 22. Numerium Numestium libenter accepi in amicitiam.
Accipere in fidem, V. in FIDES.
Accipere in societatem regni. Liv. 4. ab Urbe.
In numerum. Liv. 10. ab Urbe, Sabinum advenam illi antiqui Patricii in suum numerum acceperunt.
In civitatem vel in urbem. Cic. 1. Off. Liv. 3. ab Urbe.
Hospitio, quod & Recipere hospitio dicitur. Plaut. Amph. 1. 1. 8. Varr. de R. R. lib. 3. cap. 2. Cic. Att. 2. 16. Et hospitio agresti accipiemus.
In domo. Virg. 3. Æn. 353.
Illos porticibus rex accipiebat in amplis.
Id est, Epulantes tractabat.
Accipere intro. V. INTRO.
Aliquem mediis tapetibus. Val. Flacc. Argon. 4. 487.
Accipere, Gratum habere. Cic. 2. de Fin. Hoc etsi multis modis reprehendi potest, tamen accipio quod dat. Idem 2. de Orat. Si se dant, & sua sponte inclinant, atque propendent, accipio quod datur.
Accipere, pro Tractare.
Accipere aliquem in prandio. Plaut. Cistell. 1. 1. 11.
— ita lepide, nitideque in prandio
Accepisti apud te, ut semper meminerimus.
Accipere ampliter. Plaut. Merc. Prol. 98.
Apparatu regio. Cic. Somn. Scip. 1.
Apparatis epulis. Liv. 3. Bell. Pun.
Admirabiliter aliquem. Cic. Att. lib. 5. 4.
Bene. Idem 16. 3.
Bene & commode. Plaut. Casin. 5. 1. 1.
Clementer. Cic. 6. Verr. 86.
Comiter. Liv. 5. Bell. Maced.
Cruciatu. Plaut. Pseud. 1. 4. 40.
Dictis. Plaut. Menæch. 5. 1. 7.
Familiariter. Plaut. Amph. 1. 1. 198.
Hilare. Cic. de Orat. 2. 290.
Hilari ingenio lepidoque. Plaut. Mostel. 1. 4. 6.
Indignis modis. Ter. Adel. 2. 1. 12.
Laute. Hor. 2. Sat. 8. 67.
Male. Cic. Fam. 7. 26. Ibid. 8. 11.
Male verbis. Cic. Verr. 3. 40. Ibid. 4. 56.
Aliquem, cum Adverb. pro male mulcare. Plaut. Amph. 1. 1. 129.
Ego pol te istis tuis pro dictis & male factis, furcifer,
Accipiam. Cic. 4. Tusc. cap. 36. extr. Ex quo illud laudatur. Archytæ: qui cum villico factus esset iratior, Quo te modo, inquit, accepissem, nisi iratus essem?
Prolixius. Ter. Eun. 5. 9. 52.
Pessime. Cic. Fam. 11. 13.
Severe facinus aliquod, pro Ulcisci. Cic. pro Cœlio 54.
Vehementer. Cic. Att. 10. 6.
Verberibus. Cic. Tusc. 2. 34.
Accipere, de humore, aut liquore dictum. Virg. 1. Æn. 126.
--- laxis laterum compagibus, omnes
Accipiunt inimicum imbrem. Hoc est, Contrahunt aquam. De navibus loquitur. Plin. Epist. 101.
Aquam ore. Plin. lib. 9. cap. 18.
Vocem. Plin. lib. 36. cap. 15. Turres septem, acceptas voces numerosiore repercussu multiplicant.

ACCEPTUS, Partic. [προσειλημμένος] ut Regie acceptus.
Acceptæ a majoribus clientelæ. Cic. Fam. 13. 65.

Acceptam

Acceptam facere ſtipulationem. V. STIPULOR.

Accepti Vitellio annuli, pro, a Vitellio. Tacit. Hiſt. 4. 3. Solatio fuit ſervus Verginii Capitonis, quem proditorem Tarracinenſium diximus, patibulo affixus, in iiſdem annulis quos acceptos Vitellio geſtabat.

ACCEPTÆ, arum. f. plur. Etiam abſolute dicuntur agri portiones viritim aſſignatæ, aut quæ ſortito unicuique obtigerunt. V. Rigaltii Gloſſ. Agrim. p. 290.

ACCEPTUM, i. [ληφθὲν] abſolute dicitur, Quicquid ab aliis accipimus, ſeu dono, ſeu mutuo, ſeu alio quovis modo. Plaut. Trucul. 4. 2. 36. Hic ratio accepti ſcribitur. Cic. de Amicit. 168. Hoc quidem eſt nimis exigue & exiliter ad calculos vocare amicitiam, ut par ſit ratio acceptorum & datorum.

Accepto ferre [ἀνατιθέναι] Sermo eſt peculiaris juriſconſultorum, & ſignificat Acceptum habere quod nobis ex ſtipulatione promiſſum eſt: ſive ut vulgo loquimur, Habere pro recepto, etiam ſi nulla ſolutio interceſſerit.

Dicitur autem Accepto ferre, & acceptum ferre: Accepto facere, & acceptum facere, ſeu facere acceptum: Item, Habere acceptum: Omnia pro eodem. V. ACCEPTILATIO.

Et in paſſivo declinatu Accepto ferri, & acceptum ferri: Accepto fieri, & acceptum fieri. Adde, quod verbis ſupra dictis jungitur (acceptum) in omni genere utriuſque numeri: ut, Acceptam ferre pecuniam, Acceptos ferre nummos, &c.

Accepto fert, ſeu accepto facit ſtipulator, nempe qui promiſſorem per acceptilationem liberat: Accepto fertur, ſeu accepto fit ei, qui liberatur, hoc eſt, Promiſſori. Rurſus, Accepto rogat promiſſor; accepto rogatur ſtipulator. De quibus omnibus permulta exempla invenies, lib. 46. Digeſtorum, ſub titulo de Acceptilationibus.

Acceptum referre, & Expenſum ferre, Venuſtum loquendi genus ex more antiquorum. Duæ enim partes rationum ſunt: prior, Accepti; poſterior, Expenſi: Receptam vulgo dicimus & Impenſam. Eſt igitur Acceptum referre, ſcribere ſe accepiſſe. Hoc eſt, In acceptorum paginam referre. Expenſum vero ferre, eſt ſcribere ſe dediſſe, ut inquit Aſconius: ut cum per ſingula expenſi nomina, ſummam quandam expenſam aſcribimus. Nomina autem vocantur in rationibus, quos nunc Articulos & Partitas dicimus. Et ſciendum, in hac ſignificatione dici, Acceptum referre, non autem ferre: rurſus, Expenſum ferre, non referre. Cic. pro Cæcin. 17. Hac emptione facta, pecunia ſolvitur a Ceſennia: cujus rei putat iſte rationem reddi non poſſe, quod ipſe tabulas averterit, ſe autem habere argentarii tabulas, in quibus ſibi expenſa pecunia lata ſit, acceptaque relata: quaſi id aliter fieri oportuerit. Idem in Verr. Propter quod minus Dolabella Verri acceptum retulit, quam Verres illi expenſum tulit.

In acceptum ferri dicitur opus publicum, cum magiſtratus opus, quod locatum eſt, tanquam ex lege dicta factum, probare ſe teſtatur. l. vii. §. illud. D. ad l. Jul. repetund.

In acceptum referre. Cic. 3. Verr. 149. Primo negabat opus in acceptum referre poſſe. Ter ibidem uſurpatum.

Acceptum referre tranſlate dicitur de omnibus quæ alicui debemus, quæque alicujus ope, aut per aliquem habemus; & tam in bonam quam malam partem accipitur. Cic. pro Deiot. 38. Vitam acceptam refert clementiæ tuæ. Idem Att. lib. 1. 9. Ut ita diceret, ſe quod eſſet Senator, quod civis, quod liber, quod viveret, mihi acceptum referre. Idem 2. Philipp. 55. Omnia denique quæ vidimus (quid autem mali non vidimus?) ſi recte ratiocinabimur, uni accepta referemus Antonio. Id eſt, Omnium malorum quæ vidimus, ſolum Antonium authorem fuiſſe exiſtimabimus. Quaſi dicat, Antonio imputabimus.

Acceptam facere ſponſionem. Cic. 5. Verr. Scandilium cogis. quid? ſponſionem acceptam facere?

Accepto liberare, Eſt accepti rogatione liberare, cum ei, qui ſtipulatus eſt, an id quod promiſit acceptum creditor habeat, reſpondetur habere. l. 8. §. 1. & 3. D. de Accept.

ACCEPTUS [χαρίεις, ἐπίχαρις] Nomen ex Partic. dicitur id Quod placet, ſive quod jucundum, aut gratum eſt. Cæſ. 1. Bell. Gall. p. 7. Edit. Delph. Maxime plebi acceptus erat.

Acceptum habere. Cic. 5. Tuſc. 45. Quod vero approbaris, id gratum acceptumque habendum.

Acceptum animo. Plaut. Merc. 3. 4. 70. Si id forte ita ſat animo acceptum eſt.

Acceptior plebi oratio. Liv. 3. ab Urbe. Cic. in Somn. Scip. 4. Nihil eſt enim illi principi deo acceptius, quam &c.

Acceptiſſimus apud te ſervus. Plaut. Capt. 3. 5. 56. Cic. Antequam iret in exil. Sit is veſtris animis acceptiſſimus, qui &c.

Acceptum in vulgus. Hoc eſt, Gratum vulgo. Tacit. lib. 5.

ACCEPSO, is. de quo ſic Nonius 2. 51. Accepſo, Accipio. Pacuvius Teucro, Haud ſinam quicquam profari, prius quam accepſo quod peto.

ACCEPTO, āre. frequentativ. ab Accipio, ſignificat Accipere ſoleo. Plaut. Pſeud. 2. 2. 32. Argentum accepto.

Acceptare jugum. Sil. Ital. lib. 7. 40.

Veientum populi violata pace negabant
Acceptare jugum.

Id eſt, Accipere ſervitutem, ſubjicere ſe Rom.

ACCEPTIO, Verbale. [λῆψις] Actus ipſe accipiendi. Cic. in Topic. 37. Nam neque deditionem, neque donationem ſine acceptione intelligi poſſe.

Acceptio veteribus Philoſophis eſt Propoſitio, quæ conceditur a Reſpondente ex quæſtione propoſita, v. g. Eſtne omne honeſtum bonum? Propoſitio eſt; at omne honeſtum eſt bonum, eſt Acceptio. V. Apul. 3. Doctr. Plat. p. 34.

Acceptio vocis eſt Interpretatio ex mente ejus qui excipit. Ita Siculus p. 18. ex Edit. Gœſii. Acceptiones in centuriis explicandæ ſunt.

Acceptio Perſonarum an Latine dici poſſit, προσωποληψία diſputatum eſt aliquando. V. Guntheri Lat. Reſt. p. 440. Veteres potius dixere, Diſcrimen aut contemplatio perſonarum.

ACCEPTOR, m. [λήπτης] Plaut. Trinum. 1. 2. 167. Qui illorum verbis falſis acceptor fui. Hoc eſt, Qui aſſenſus ſum vel credidi. Hieron. Epiſt. 89. cap. 2. & Vulg. Act. 10. 34. Acceptor perſonarum. Gr. προσωπολήπτης.

ACCEPTRĪCA, æ. [λήπτρια] formatum videtur a verbali Acceptrix. Plaut. Trucul. 2. 7. 18. Nomen eſt inſolens & inuſitatum. Alii legunt Acceptrici, a nominativo Acceptrix.

ACCEPTILATIO, ōnis. f. [ἀποχὴ] quod ab Acceptum, & ſupino Latum derivatur: eſt autem Acceptilatio, Liberatio ejus obligationis quæ per ſtipulationem contracta eſt. Modeſtin. l. 1. D. de acceptil. Acceptilatio, eſt liberatio per mutuam interrogationem, qua utrique contingit ab eodem nexu abſolutio. Ulp. ibid. Acceptum fieri non poteſt, niſi quod verbis obligatum eſt. Acceptilatio enim verborum obligationem tollit, quia & ipſa verbis fit: Neque enim poteſt verbis tolli, quod non verbis contractum eſt: tota res manifeſtior fiet hoc exemplo. Decem aureos a me ſtipulatus es, (hoc eſt, verbis rogaſti) decem promiſi. Poſtea liberari volens, accedo ad te, & ſic interrogo, Quod ego tibi promiſi, accepto fers mihi? Reſpondes, Fero. Ita ſoluta eſt ſtipulatio: hoc eſt, Liberatus ſum obligatione, etiam ſi non ſolverim. Et hoc pactum ſive hic actus dicitur Acceptilatio: quæ videlicet conſtat ex interrogatione promiſſoris, & reſponſione ſtipulatoris. Poteſt & ex parte Acceptilatio fieri, hoc modo, ex nummis decem, quos tibi promiſi, quinque habeſne acceptos? Item ſic. Quod ego tibi promiſi, id pro parte dimidia habeſne acceptum?

Acceptilatio & Apocha hoc differunt, quod Acceptilatione omnimodo liberatio contingit, licet pecunia ſoluta non ſit: Apocha non alias, quam ſi pecunia ſoluta ſit. Ulp. l. Si accepto. D. de Accept. V. Modeſtin. 46. D. D. de Acceptil. & Voſſ. de Vit. L. L. 1. 3.

ACCEPTORIUS, a, um. ut, Acceptorius modulus, qui opponitur Erogatorio, apud Frontin. de Aquæduct 1. p. 233. Acceptorium enim vocat, qui puteo immerſus aquam hauſit, Erogatorium, qui in altum relatus effundit.

ACCEPTATOR, ōris. m. Qui acceptat. Tertull. de P. cap. 2.

ACCEPTATIO, ōnis. f. Apul. de Syllog. p. 382. Huic junge alteram acceptationem, conf. ibid. p. 389.

ACCEPTABĬLIS, & e. Lact. Epit. cap. 1. extr. Acceptabilis victima. adde Tertull. de Or. 7. Salvian. de Gubern. Dei. p. 127.

ACCEPTABULŬM, i. n. Herm. Barb. in Plin. 19. cap. ult. Acetabulum dici ait, quaſi Acceptabulum; ſimiliterque Acetaria, quaſi Acceptaria, Improbat hanc ſententiam Voſſius Etym. p. 5. ut & Berold. Tom. 1. Theſ. Cr. p. 306. ubi ille Acceptabula apud Plinium legit, uti & apud Sen. Epiſt. 45. ubi Acetabula Præſtigiatorum caliculi ſeu vaſcula ſunt: ſed & Cæſ. Scal. de Hiſt. An. 10. 3. κοτυληδόνας, Acceptabula & ipſe appellat. V. ACETABULUM.

ACCEPTĬTO, are. pro Accepto. Plaut. apud Nonium 2. 508. Stipendium acceptitâſti.

ACCI, Urbs Hiſpaniæ Ptolemæo, Acti olim dicta, hodie *Guadix*.

ACCIPITER, tris, m. [ἱέραξ] Virg. 11. Æn. 721.

Quam facile accipiter ſaxo ſacer ales ab alto
Conſequitur pennis ſublimem in nube columbam.

Avis ab Accipiendo dicta, aliarum avium rapax. Appellatio communis eſt omnibus propemodum avibus rapacibus. Plin. lib. 10. cap. 8. de Accipitribus. Ther. Phorm. 2. 1. 16. Non rete accipitri tenditur, neque milvio.

Accipiter nulli avi ſatis æquus. Ovid. 11. Met. 344.

Accipitrem pingunt Æthiopes, Rem cito factam ſignificaturi: quoniam hæc aliarum ferme omnium avis ſit velociſſima. Diodor. lib. 4. cap. 1.

Accipiter, f. Lucret. lib. 4. 1003.

Accipitres ſomno in leni, ſic prælia pugnasque
Edere ſunt perſectantes, viſæque volantes.

Accipiter pecuniarum, per metaph. pro Homine rapaci. Plaut. Perſ. 3. 3. 5.

ACCIPITRĪNA, æ. f. Herba. Apul. cap. 30. Lactuca ſylvatica, aliis Hieracium.

ACCIPITRO, āre, Idem ſignificat quod Lacerare. Verbum obſoletum, ſed quo uſus eſt Nævius. Meminit Gell. lib. 19. cap. 7. ubi V. Gronov.

ACCISI, Populi ſunt ad Mæotim, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 7.

ACCISSARE [ἀκκίζειν] Ineptire. Græco verbo uſus eſt. Cic. Att. 2. 19. Quid ἀκκιζόμεθα tamdiu? V. in ACCO.

ACCITANA COLONIA recenſetur a Plinio in Hiſpania Citeriore, in conventu Carthaginenſi. Plin. lib. 3. cap. 3.

ACCITO, as. V. ACCIO.

ACCIUS PRISCUS fuit quondam pictor nobilis, qui Honoris & Virtutis ædes Imperatori Veſpaſiano Auguſto reſtituenti una cum Cornelio Pino pinxit. Plin. lib. 35. cap. 10.

ACCIUS, Poeta Tragœdiarum ſcriptor inſignis, natus traditur parentibus libertinis, Mancino & Serrano Coſſ. Ejus tragœdiæ fuerunt clariſſimæ, gravitate ſententiarum, verborum pondere, & authoritate perſonarum. Quintil. lib. 10. cap. 1. Eum tamen ut duriuſculum notat. Cic. Att. Sed & Licinius ferreum ſcriptorem appellabat, quod dum tragœdias ex Sophocle verteret in Latinum, duriorem ſe præſtiterit. Id quod Quintil. in tempora illa rejicit. Quin quum iter faceret in Aſiam, divertit ad poetam Pacuvium, qui Tarenti agebat, cumque eo dies aliquot verſatus eſt. Cum autem tragœdiam ſuam, cui Atreus nomen eſt, illi recitaret, laudavit eam Pacuvius: & ſimul grandia, inquit, & ſonora eſſe, quæ ab Accio ſcripta forent. Videri tamen ſibi duriuſcula & ſubacida. Quod Accius quidem minime negavit: nec ſe, inquit, pœnitere: quoniam idem ferme ingeniis ſolet accidere, quod pomis. Quæ enim dura admodum & acerba naſcuntur, paulatim mitia fiunt & jucunda. Quæ gignuntur ſtatim vieta & mollia, non matura mox fiunt, ſed putria. Author. Gell. lib. 13. cap. 2. Is etiam Julio Cæſari ampliſſimo & florentiſſimo viro in collegium poetarum venienti nunquam aſſurrexit, non majeſtatis ejus immemor, ſed quod in comparatione communium ſtudiorum aliquanto ſuperiorem ſe eſſe confideret: quapropter inſolentiæ crimine caruit: quia ibi voluminum, non imaginum certamina exercebantur. Author. Valer. lib. 3. cap. 7. Porro tanti eum fecit D. Brutus, ſummus imperator, eique amiciſſimus, ut ipſius carminibus exornaverit ſuorum templorum ac monumentorum aditus. Teſtis Cic. pro Archia 27. Erat humili admodum brevique corpore: ſed eo diſſimulato, ſtatuam in æde Camœnarum prægrandi ſtatura ſibi poſuit.

Fuit & T. Accius Piſaurienſis, cujus accuſationi Cic. reſpondit pro Cluentio, inter claros oratores ab eodem in Orat. poſitus. Fuit rurſum Accius Nævius, augur celeberrimus, qui juſſu Tarquinii Priſci

Roman.

Roman. regis novacula cotem diſcidit. Quam hiſtoriam fuſiſſime perſequitur Cic. 1. de Divin. Hunc alii Actium vocant.

Accianus, Adj. Cic. 3. Tuſc. Hinc ille Agamemnon Homericus, & idem Accianus, &c.

Acclāmo, [ἐπιφωνέω, ἐπικαταβοάω] are. ex Ad & Clamo. Acclamare proprie dicitur populus oranti aut concionanti, quando clamore vel approbat vel improbat id quod agitur: in utranque enim partem accipitur. Cic. pro Cæcin. 28. Populus cum riſu acclamavit ipſa eſſe. Idem de Clar. Orat. Non metuo, ne mihi acclametur.

Acclamare, Clamorem ſimul extollere in quempiam, cum dolore clamare, reclamare, ut indignantes faciunt. Cic. 4. Verr. 48. Homo inimicus iis qui recitaſſent, hoſtis omnibus qui acclamaſſent, exarſit iracundia ac ſtomacho.

Acclamatio, onis. f. [ἐπιφώνημα] Ipſe actus acclamandi. Fere populi eſt plauſibili favore aſſentientis. Præcipue invaluit hic mos, converſa Rep. datumque hoc fuit Principibus inter cæteros honores, ut eorum dicta non modo cum acclamationibus exquiſitis, nec ſine adulandi ſtudio (quod Plinius veræ acclamationi opponit Paneg. 71.) exciperentur, ſed publicis actibus hæ ipſæ acclamationes deſcriberentur, quod primum cœpiſſe Trajani Imperio, idem Plin. auctor eſt. Paneg. cap. 75. Vide quæ de Acclamandi Ritu Lipſ. El. 2. 9. itemque Caſaub. ad Avid. Caſſium Vulcatii Gall. p. 89. & ſeq. annotarunt, & juſto libro Franc. Bernardin. Ferrarius de Veterum Acclamationibus & Plauſu, Tom. 6. Antiquit. Grævii. Etiam in malam partem Acclamatio pro Contradictione accepta reperitur. Cic. ad Q. fratr. lib. 2. 1. Cato contradixit & Caſſius, maxima acclamatione Senatus.

Acclamatio adverſa populi. Cic. 2. de Orat. 83.

Acclamatione, maledictis & convicio impediri. Cic. ad Q. fratr. lib. 2. 1.

Acclamatione & baculo minari in recipiendis cogendisque ovibus. Columel. lib. 7. cap. 3.

Acclamatio item Figuræ Species apud Rhetores. Quintil. lib. 8. cap. 5. eſt enim ἐπιφώνημα, rei narratæ vel approbatæ ſumma acclamatio,

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Facere enim probus adoleſcens periculoſe, quam turpiter perpeti maluit.

Acclamito, [ἐπικαταβοῶμαι] āre. frequentativ. ab Acclamo, Idem quod Clamito: Id eſt, Clamare ſoleo. Plaut. Amph. 3. 2. 3. Ea quæ ſunt facta, infecta eſſe acclamitat.

Acclīno, [ἐπικλίνω] āre. Ad aliquid flecto, inclino. Liv. lib. 4. 48.

Circumſpexit Atyn, ſeque acclinavit ad illum. Ovid. 3. Met. 72.

Acclinatus, Nomen ex Partic. Ovid. 10. Met. 268.

Appellatque tori ſociam, acclinataque colla
Mollibus in plumis tanquam ſenſura reponit.

Acclīvis, & e. [ἀνάντης, προσάντης] Leviter erectum & acuminatum: quaſi in clivum acuminatum, & pendulum ſurſum. Et proprie de Aſcenſu dicitur; ſicut Declive, de Deſcenſu: utrunque ex Clivus compoſitum. Cic. Q. fratr. 3. 1. Ea viæ pars valde acclivis eſt.

Acclivis arbori, vel trunco. Plin. lib. 8. cap. 15. Ideoque non cubantem, ſed acclivem arbori in ſomno, eaque inciſa ad inſidias capi. Virg. 10. Æn. 834.

— corpuſque levabat
Arboris acclivis trunco.

Id eſt, Acclinatus. Turnebus hic legit Acclinis. Sic etiam Maſvicius.

Lacus acclivis. Ovid. 9. Met. 334.

Eſt lacus acclivis, devexo margine formam
Littoris efficiens.

Burmannus legit, Eſt lacus, acclivi &c.

Solum acclive. Virg. 2. Georg. 276.

Sin tumulis acclive ſolum, colleſque ſupinos.

Trames acclivis. Ovid. 10. Met. 53.

Carpitur acclivis per multa ſilentia trames
Arduus, obſcurus, caligine denſus opaca.

Acclivis falſis animus. Id eſt, Inclinatus ad falſa. Hor. 2. Sat. 2. 6.

Acclivis falſis animus meliora recuſat.

Acclinis legit Lambinus. Ita quoque Bentl. conf. Parei Lex. Cr. p. 22.

Nota, Hoc & reliqua ex Clivus compoſita ſæpe confundi cum compoſitis ex Clino. Ita autem fere differunt, ut quæ ex Clivus formantur, fere de locis dicantur; quæ ex Clino, de perſonis vel rebus. V. Drakenb. ad Sil. 5. 470.

Acclīvus, a, um. [προσάντης] Idem quod Acclivis.

Acclivĭtas, ātis. Denominativum. [τὸ προσάντες] Loci facilitas in aſcenſu. Cæſ. 2. Bell. Gall. 18. Ab eo flumine pari acclivitate collis naſcebatur. Columel. lib. 2. cap. 4. Hac ratione difficultas acclivitatis infringitur.

Acco, ûs. f. [Ἀκκώ] Nomen mulieris proprium, quæ ejus delirii fuiſſe proditur, ut cum ſe contemplaretur in ſpeculo, imaginem ſuam perinde ac mulierem alteram alloqueretur, innueret, ſummurmuraret, arrideret, interdum comminaretur, promitteret, ſublandiretur, & quicquid confabulantes ſolent, numeris omnibus impleret. Scribunt alii, etiam clavos nonnunquam ſpongia veluti malleo impingere conatam. Cælius lib. 9. Antiq. Lect. cap. 27. Hinc qui ſtultius aut ineptius aliquid agunt, Acciſſare dicuntur & Accus nomine compellantur. Apparet illud etiam moribus hujus mulieris adfuiſſe, ut recuſaret quæ tamen magnopere cupiebat. Unde & Acciſmus dicitur ficta hujuſmodi recuſatio & ſimulatio. V. Eraſm. Adag. pag. 652. Plutarchus indicat Acco & Alphito mulieres fuiſſe, per quas fœminæ deterrent pueros a peccando. V. Reineſ. 3. Var. Lect. 15. p. 579.

Accŏlo, [παροικέω] ui, ĕre. quaſi Colere ad (id eſt, juxta habitare.) ut Accolere mare, lacum, fluvium, montem, ſylvam, Cic. in Somn. Scip. 13. Ea gens quæ illum locum accolit.

Accolere fluvium. Cic. in Orat. 152. Vos qui accolitis Hiſtrum fluvium. Priſcian. lib. 18. Noſtri, inquit, dicunt, Accolit fluvium, & fluvio. Virg. 4. Georg. 288.

Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum.

Accolit propinquus noſtris ædibus. Plaut. Bacch. 2. 1. 4.

Accolĭtur, paſſ. Plin. lib. 3. cap. 1. Bætis fluvius accolitur dextra lævaque crebris oppidis.

Accolens, entis. Partic. [παροικῶν.] Plin. lib. 36. cap. 12. Ante has eſt ſphinx vel magis miranda, qua ſylveſtria ſunt accolentium.

Accŏla, æ. com. gen. [πάροικος] Qui juxta habitat. Virg. 7. Æn. 729.

— amniſque vadoſi
Accola Vulturni.

Accola & finitimus. Liv. 7. Bell. Maced. Nullos accolas, nec finitimos habere quam vos volo.

Accola Cereris. Cic. Verr. 4. 111. Habitare apud ſeſe Cererem Ennenſes arbitrantur; ut mihi non cives illius civitatis, ſed omnes ſacerdotes, omnes accolæ atque antiſtites Cereris eſſe videantur.

Accommŏdo, [προσαρμόζω, συμβιβάζω] are. ex Ad & Commodo compoſitum: Adjungere, applicare, inquit Nonius. Et dicimus, Accommoda enſem lateri, vel ad latus. Virg. 2. Æn. 393.

— laterique Argivum accommodat enſem.

Africano illi ſuperiori coronam ſibi in convivio ad caput accommodanti. Cic. 2. de Orat. 150.

Animum Negotio. Sueton. in Auguſt. 98.

Accommodare ſe aſſertorem veritati. Sueton. in Galba 8.

Clypeum ad dorſum. Plaut. Trinum. 3. 2. 93.

Accommodare ſe ad remp. Adjungere, inquit Nonius. Cic. 1. Off. 70. Qui ſe ad rempub. & ad magnas res gerendas, accommodaverunt. Id eſt, Animum appulerunt, ſeu contulerunt.

Suum conſilium ad conſilium alterius. Cic. Fam. 9. 7. Sed tamen ſi ſciam quid tu conſtitueris, meum conſilium potiſſimum accommodabo ad tuum.

Curam auribus, Diligenter & attente audire. Quintil.

Curam accommodare pratis, & pecoribus, & hortis, & alvearibus, Quintil. lib. 1. cap. ult.

Fabulas poetarum ad ea quæ dicimus. Cic. lib. 1. de Nat. Deor. 41.

Accommodare ferulas. Celſ. lib. 8. cap. 10. Deinde membrum eodem modo deligandum, ferulæque ſuper accommodandæ ſunt.

Literas ad rem aliquam. Cic. Fam. 4. 15. Illud ſi ſciſſem, ad id meas literas accommodaſſem.

Mendacium ſuum alicui. Cic. pro Cœlio 17. Vos autem dum illi placere vultis, ad tempus ei mendacium veſtrum accommodaviſtis.

Operam ſtudio literarum. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Orationem auribus multitudinis. Cic. 2. de Orat. 159. Hæc noſtra oratio multitudinis eſt auribus accommodanda, ad oblectandos animos.

Ut ſumptus hujus peregrinationis accommodet ad mercedes Argileti. Id eſt, Non plus inſumat in hac peregrinatione, quam recipio ex Argileto. Cic. Att. lib. 12. 32.

Tempus alicui rei, & ad aliquam rem. Id eſt, adhibere, inquit Nonius. Cic. 3. Off. 43. Tantum dabit amicitiæ, ut veram amici cauſam eſſe malit, & ut orandæ liti tempus, quoad per leges liceat, accommodet. Hoc eſt, commodum & idoneum tempus conſtituat. Idem pro Lege Manil. Semper ad novos caſus temporum, novorum conſiliorum rationes accommodaſſe. Id eſt, Adhibuiſſe. Idem Fam. 4. 6. Totum hoc tempus eſt ad unius voluntatem accommodandum.

Teſtes ad crimen. Cic. 2. Verr. ad fin. Illud a me novum, Judices, cognoſcetis, quod ita teſtes conſtituam, ut crimen totum explicem: ubi id interrogando, argumentis atque oratione firmavero, tum teſtes ad crimen accommodem.

Vocem veritati. Quintil. lib. 11.

Voluntatem. V. Voluntas, In VOLO, vis.

Accommodare & fingere ſe ad alicujus arbitrium & nutum. Cic. in Orat. 24. Omnes qui probari volunt, voluntatem eorum qui audiunt intuentur, ad eamque & ad eorum arbitrium & nutum totos ſe fingunt & commodant. Sueton. in Tiber. cap. 48. Largitus eſt ſingula millia denariorum prætorianis cohortibus, quod ſe Sejano non accommodaſſent.

Accommodare aliquid in rem aliquam. Cic. 2. de Divin. 111. Adhibuit etiam latebram obſcuritatis, ut iidem verſus alias in aliam rem poſſe accommodari viderentur. Idem lib. 1. de Invent. 26. Vulgare exordium eſt, quod in plures cauſas poteſt accommodari, ut convenire videatur.

Intentionem. Plin. lib. 2. Epiſt. ad Luperc. Rogo intentionem ſcribentis accommodes. Id eſt, Induas, ſumas. Ea animi intentione lege hæc, qua ſoles ſcribere quæ ſcribis.

Jusjurandum ad alicujus rei teſtimonium. Cic. pro Roſc. Amer. 101.

Accommodare alicui de habitatione. Cic. Fam. lib. 13. 2. Peto igitur a te majorem in modum, quod ſine tua moleſtia fiat, ut ei de habitatione accommodes.

Accommodare alicui ædes ad nuptias. Id eſt, Commodare. Cic. lib. 4. ad Heren. 64. Ait ſe ædes maximas cuidam amico ad nuptias accommodaſſe. Ibid. Apagete, inquit, ædes accommodavi. Legitur hodie in utroque loco Commodaſſe & Commodavi.

Accommodari dicitur quod ab eo cui proprie convenit, cujuſque gratia comparatum eſt, ad aliud transfertur. Itaque Accommodari dicitur quod ex ſententia & mente legis per interpretationem tribuitur. l. 48. D. de ritu nupt. l. 30. §. 1. in fin. D. de fideicom. libert. Accommodare etiam ſignificat Interponere: veluti, Nomen ſuum accommodare. l. 4. §. Sive autem. D. de manumiſſ.

Accommodans, antis. Partic. [ἁρμόζων] Cic. 2. de Orat. 250. Coronam ſibi in convivio ad caput accommodanti.

Accommodatus, Partic. [ἁρμοστὸς, ἐπιτήδειος] Unde accommodatior, accommodatiſſimus; Aptus. Cæſ. 3. Bell. Gall. cap. 13. Reliqua illis eſſent aptiora & accommodatiora.

Accommodata adverſus morſus emplaſtra. Celſ. lib. 5. cap. 19. Sunt etiam adverſus morſus quædam accommodata.

Accommodatum puri movendo. Celſ. lib. 5. cap. 28. Si cætera deſunt, imponi debent: primum non pingue emplaſtrum, ut id reprimat: deinde ſi non repreſſit, quodlibet puri movendo accommodatum.

Accommodatus in hoc, id eſt, ad hoc. Quintil. lib. 4. cap. 2. Ipſa etiam pronuntiatione in hoc accommodata, ut judex quæ dicuntur, quam facillime capiat.

Accommodatus, Propenſus, proclivis, authore Nonio. Cic. Verr. 1, 63.

63. Verr. Ad fummum Græcorum otium potius, quam ad vim aut tumultum accommodati.

Accommodatus ad flagitia. Cic. 3. Verr. 60. Ad Verris flagitia libidinesque accommodato.

Accommodata oratio ad confolandum. Cic. 3. Tufc. V. 5. Fam. 16. princ. Minime fum ad te confolandum accommodatus. Orationis ad perfuadendum accommodatæ. Acad. 1. 32.

Accommodati tantum ad fpeciem. Quintil. lib. 8. cap. 6.

Accommodatum ad naturam. & Accommodatum naturæ. [οἰκεῖον τῇ φύσει] Cic. 4. Acad. Percipi non poteft, accommodatumne naturæ fit, an alienum. Idem Acad. 4. 38. Non poteft animal ullum non appetere id quod accommodatum ad naturam appareat.

Accommodata frugibus demetendis tempora. Cic. de Senect. 70. Reliqua autem tempora demetendis frugibus, aut percipiendis accommodata funt. Id eft, Ad eam rem apta; & ut dici folet, Propria.

Accommodata tempora ad aliquid. Cic. Att. lib. 2. 19. Accommodatius nobis eft ad liberam legationem tempus illud.

Accommodatior concionibus. Cic. pro Cluent. princ. V. Cæf. 3. Bell. Gall. cap. 13. Plin. 13. 3. Ægyptus accommodatiffima unguentis. Columel. 3. 11. Res alendo furculo accommodatiffimæ.

Accommodatiores glandium generi caftaneæ. Plin. lib. 15. cap. 23.

Accommodatio, onis. Verbale. Ipfe actus accommodandi [ἁρμογή.] Cic. 3. Verr. 189. Ex accommodatione magiftratuum, confuetudo æftimationis introducta eft. Idem 1. de Invent. 9. Elocutio eft idoneorum verborum & fententiarum ad inventionem accommodatio.

Accommodate, Adv. [ἐπιτηδές] Appofite, apte. Cic. 1. de Orat. 149. Dicere ad veritatem accommodate. Idem 5. de Fin. 24. Ita finis bonorum exiftit, fecundum naturam vivere: fic affectum, ut optime affici poffit, ad naturamque accommodatiffime.

Accommodator, ōris. Vetus Infcriptio apud Gruter. p. 789.

D. M.
HERMA ACCOMMODATOR
VIXIT AN. XLVIII.

Accommodus, Adj. [ἐπιτηδής] ex Ad & Commodus, Idem quod nomen Accommodatus, aptus, idoneus. Virg. 11. Æn. 522.

Eft curvo anfractu valles, accommoda fraudi.

Accommode, Adv. Quintil. lib. 4. cap. 1. Cui accommodiffime jungi initium fequentium poterit. Sed libri habent Commodiffime.

Accredo, ĭdi, ĭtum, [προςπιστεύω] ĕre. Verbum rarius, pro eodem quod Credere. Columel. lib. 1. cap. 1. Idque etiam non fpernendus author rei rufticæ Saferna videtur accrediđiffe. Lucret. 3. 870.

— facile hoc accredere poffis,

Hor. 1. Epift. 15. 25.

— tibi nos accredere par eft.

Alii more antiquo fcribunt Adcredere.

Accreduo, is. Obfoletum verbum; pro Accredere, five Credere. Plaut. Afin. 5. 2. 4. Neque divini, neque mihi humani quicquam accreduas. Hodie legitur Accredas.

Accresco, ēvi, [ἐπαυξάνομαι, ἐπιδίδωμι] ĕre. ex Ad & Crefco compofitum; Idem quod Crefcere. Salluft. in Cic. 3. Quæ fi tibi falfa objicio, redde rationem quantum patrimonii acceperis, quid tibi litibus accreverit.

Accrevit amicitia cum ætate. Ter. And. 3. 3. 7. Quæ incœpta a parvis, cum ætate accrevit fimul.

Flumen fubito accrevit. Cic. de Invent. 2. 97.

Negotia nova veteribus accrefcunt. Plin. Epift. 8. lib. 2.

Accrevit pectori cefpes. Hoc eft, Ad pectus usque crevit, five ad pectoris altitudinem. Tacit. lib. 1. Ann. cap. 19. Aggerebatur nihilominus cefpes: jamque pectori usque accreverat.

Accretio, onis. Incrementum, ipfe actus accrefcendi [ἐπίδοσις] Cic. 1. Tufc. 68. Lunamque accretione & diminutione luminis, quafi faftorum notantem & fignificantem dies.

Accrementum, i. [ἐπαύξησις] Verbale ab Accrefco; Idem quod Incrementum. Plin. lib. 9. cap. 2. In mari autem tam late fupino, mollique ac fertili accremento, accipiente caufas genitales e fublimi, femperque pariente natura, pleraque etiam monftrifica reperiuntur. Harduin. ex MSS. legit Nutrimento.

Accŭbo, ui, ĭtum, [παράκειμαι] are. Quafi ad (id eft juxta) Cubare, vel affidere Virg. 6. Æn. 686. — furiarum maxima juxta
Accubat.

Accubat mecum. Plaut. Afin. 5. 1. 3.

Accubare eodem lecto. Liv. lib. 8. Bell. Pun. Et eodem etiam lecto Scipio & Afdrubal, quia ita cordi erat regi, accubuerunt.

Accubare regie dixit Plaut. Stich. 2. 3. 52. qui tricliniari hoc verbo fæpe ufus eft.

Accubare fcortum. Plaut. Men. 11. Prandi, potavi, fcortum accubui. V. Bacchid. 1. 1. 39.

Accubare, per translationem de fitu alicujus rei, pro Adjacere. Sueton. in Cæf. C. 44. Theatrum fummæ magnitudinis Tarpeio monti accubans.

Accubare, ad epulas translatum, Idem quod Accumbere. Antiqui enim epulantes, in toris cubabant: quod accumbere five accubare, & difcumbere dicebatur. Quæ verba hodieque ufurpamus, quanvis fedeamus ad menfam, non cubemus. Cic. 4. Tufc. 3. Morem apud majores hunc epularum fuiffe, ut deinceps qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes. [Imo differunt Accumbo & Accubo, etfi fæpe confunduntur, ut apud Græcos ἀναπίπτειν, ἀνακλίνεσθαι vel κατακλίνεσθαι & ἀνακεῖσθαι vel κατακεῖσθαι. Illud ejus eft, qui fe ad menfam vel alias ad cubandum componit, (Gall. *Se mettre a table*) hoc ejus, qui jam fe compofuit, (Gall. *étre à table*) Ita differunt Sido & Sedeo, Sto & Sifto, ut docuit Valla, & vel pueri norunt. Eadem ratio in Compofitis cæteris Concubo, Concumbo, Decubo, Decumbo, Difcubo, Difcumbo, Incubo, Incumbo &c. de quibus V. f. l. Similiter Germani diftinguunt *Legen* & *Ligen*. Altero verbo actus ad quietem fe dantis, altero jam quiefcentis exprimitur. Cæterum de Veterum Accubandi ritu V. Hier. Mercurial. de Arte Gymn. l. 1. c. 11. & Petrum Ciacconium peculiari libello de Triclinio, cum Fulv. Urfini Appendice edito, Iani Doufæ item Plaut. Expl. 4. 12.

Accubare in convivio. Cic. in Catil. 2. 10. Qui mihi accubantes in conviviis, eructant fermonibus fuis cædem bonorum. Mihi, dativus eft communis, qui Græco more abundat & magnam elegantiam habet.

Accubare apud aliquem. Cic. Att. lib. 14. 12. Hæc fcripfi x. Calendas accubans apud Veftorium.

Accubare, pro Jacēre. Sen. in Hippol. 10. Hippolytus (heu me) flebili voto accubat. Hoc eft, Mortuus jacet, ut optafti.

Accubatio, onis. Verbale. [παράθεσις, κατάκλισις] Actus ipfe accubandi. Cic. 1. Off. 128. Status, inceffus, feffio, accubatio. Idem de Senect. 45. Bene enim Majores accubationem epularem amicorum, quia vitæ conjunctionem haberet, convivium nominarunt. Nonius legit Accubitionem, quomodo & accubitus, mox non accubatus.

Accubationes ac menfas de rofis ac liliis fecit. Spartian. Vero cap. 5. Hic pro Anaclinteriis, five Stibadiis pofitum eft. V. Accubitum, i.

Accubĭtus, ûs. m. [ἀνάκλισις] Idem quod Accubatio. Plin. lib. 8. cap. 2. Plenisque hominum tricliniis accubitu iere per lectos. [Harduinus edidit Accubitum, ut fit Supinum verbi Accumbo; & recte procul dubio. Itaque adhuc idoneum auctorem defideramus in hac voce, doctis licet ufurpata pridem. Conf. Du Frefne in Gloff. Utitur Vulg. Interpr. Bibl. Luc. 14. 7.

Accubitorius, a, um. ut, Accubitoria veftimenta. apud Petron. p. 76.

Accubito, are. frequent. Sedulius principio operis.

Dignatus noftris accubitare toris.

Accubuo, Adv. Plaut. Trucul. 2. 4. 68. Poft id ego tota tecum mea voluptas usque ero. Affiduo. D. imo hercle vero accubuo mavelim. i. e. juxta me cubes, quam fedeas. Ad imitationem ut, Affiduo finxit.

Accūdo, di, fum, [ἐπικολάπτω] ĕre. Cudendo addere quidpiam: per translationem. Plaut. Merc. 2. 3. 96. Tres minas accudere etiam poffum, ut triginta fient. V. Cudo.

Accumbo, ubui, ubĭtum, [παρακλίνομαι] ĕre. Idem quod Accubare. [Imo V. fupra notata ad h. v.] Plaut. Stich. 5. 5. 9. Utrum tibi accumbo? SA. utrum? ubi tu vis. ST. cum ambobus volo. Idem Perf. 5. 1. 15. Age age ergo tu Sagariftio, accumbe in fummo.

Accumbere, aliud eft quam Sedere. Nam qui accumbit, neque ftat, neque fedet, neque ambulat, fed medium quiddam facit. l. 124. D. de verb. fignific.

Inter Accumbere & Difcumbere illud intereft; quod Difcumbere femper de pluribus dicitur: ut Cic. Att. lib. 5. Epift. 1. Difcubuimus omnes præter illam.

Accumbere, pro Cubare. Plaut. Moftel. 1. 4. 13.

Cave modo ne prius in via accumbas, &c.

Cic. Fam. lib. 9. 26. Accubueram hora nona.

Accumbere alicui, & cum aliquo. Plaut. Stich. 3. 2. 32. Martial. lib. 8. 50. — accubuit genitor cum plebe deorum.

In convivio. Cic. 3. Verr. Tum ille negavit moris effe Græcorum, ut in convivio virorum mulieres accumberent.

Accumbere epulis. Virg. 1. Æn. 83.

— tu das epulis accumbere divûm.

Cic. pro Muren. 74. Qui quotidianis epulis in robore accumbunt.

Accubĭtum, i. n. [ἀνακλιντήριον.] Quid fignificet, his verbis explicat Gloff. in Plinium Hermolaus, v. Abaculus; Stibadia lecticulæ funt ab herba quidem & ftramentis dicta, ut apud nos tori: fed ex marmore tamen quandoque, ut in Epiftolis Plinii Cæcilii, Nunc ex opere inteftino, in quibus accubatur interdiu maxime, qualia celebrantur Florentiæ Tufcanica. Dicuntur & Anaclinteria, ficut apud Lampridium in Heliogabalo Accubita cap. 19. Nec cubuit in accubitis facile, nifi iis, quæ pilum leporinum haberent &c. V. ibi Salmaf. & conf. cap. 25. Horum etiam facit mentionem Cæl. Antiq. Lect. lib. 26. cap. 29. & lib. 27. cap. 25. obiter admonens a nonnullis Accubitas vocari genere fœminino. V. & Fulv. Urfin. Append. ad Ciacc. de Triclin. p. 221.

Accubitale, V. Cubitale.

Accumŭlo, [χώννυμι, καθσωρεύω, περισωρεύω] are. Aggerare. Ad cumulum aliquid addere. Cic. de Lege Agr. 2. 59. Vix jam videtur locus effe, qui tantos acervos pecuniæ capiat; auget, addit, accumulat.

Cædem cædi accumulare. Lucret. lib. 3. 71.

Sanguine civili rem conflant: divitiasque
Conduplicant avidi, cædem cæde accumulantes.

Hoc eft, Poft cædem unam, alteram quoque edentes, cædem cædi addentes.

Caufas. Sabin. Epift. 2. 63.

Non tamen excufo reditus, licet undique fata
Accumulent caufas. tempora parva peto.

Curas. Ovid. 15. Epift. 69.

Et tanquam defint, quæ me fine fine fatigent,
Accumulat curas filia parva meas.

Honorem alicui. Ovid. 2. Faft. 121.

Dum canimus facras alterno pectine Nonas,
Maximus his Faftis accumulatur honos.

Accumulare aliquem donis. Virg. 6. Æn. 885.

Purpureos fpargam flores: animamque nepotis
His faltem accumulem donis.

Accumulare vitem, arborem, aut aliquid fimile; Poft hyemem aggerare terram atque circunfundere, & veluti circummunire arbores optima terra, ne calore nimio radices exarefcant. Vulgus gallicum vocat *Rechauffer*. Ejus contrarium, Ablaqueare. Plin. lib. 17. cap. 19. Idem lib. 18. cap. 29.

Accumulare acervatim. Lucret. lib. 6. 1261.

Accumulans, antis. Partic. Plin. lib. 4. cap. 13. Ventorum flatu congeriem arenæ accumulantium.

Accumulate, Adv. [σωρηδόν.] Cic. 13. Fam. 42. Cum diceret, omnia te accumulatiffime & liberaliffime procuratoribus fuis pollicitum effe. [Melius in emendatis codd. legitur Cumulatiffime.

Accumulatio, onis. [καθσώρευσις.] Plin. lib. 17. cap. 26. Communia, ablaqueatio, accumulatio. De remediis arborum loquitur.

Accumulator, ōris. Tac. Ann. lib. 3. cap. 30. n. 2. Opum accumulator.

Accuro, [ἐπιμελέομαι] are. Studiofe & diligenter aliquid facere five curare. Cic. lib. 1. de Invent. 58. Melius accurantur quæ confilio geruntur, quam quæ fine confilio adminiftrantur. Plaut. Perf. 4. 1. 1.

Si quam rem accures fobrie, aut frugaliter,
Solet illa recte fub manus fuccedere,
Atque ædepol ferme ut quisque rem accurat fuam.

Accurare hofpites. Plaut. Epid. 5. 1. 55. Remeabo intro, ut accurentur advenientes hofpites. Id eft, Curentur, & tractentur diligenter.

Prandium. Plaut. Men. 1. 3. 25.

Jube nobis tribus apud te prandium accurarier.

Penſum, Proverbialis ſermo. Plaut. Bacchid. 5. 2. 33. Ego penſum meum lepide accurabo. Hoc eſt, Curabo ut efficiam quod mihi mandatum eſt.

ACCURATUS, a. um. [ἐπιμελής, πυκιμηδής] Diligenter curatum & perfectum: ut, Accurata oratio. Liv. 4. Bell. Maced. Sed oratione etiam longa & accurata inſectatus ſit rogationem noſtram.
Accurata commendatio. Cic. Fam. lib. 13. 17.
Accurata orationis copia. Cic. 1. de Orat. 38.
Accuratus corporis cultus. apud Gell. lib. 1. cap. 5.
Accuratior. Delectum accuratiorem habere. Liv. 5. 37.
Accuratiſſima diligentia tuarum literarum ſum mirum in modum delectatus. Cic. Att. lib. 7. 3. princ.
Accuratum & exquiſitum dicendi genus. Cic. in Bruto 283.
Accuratæ literæ. Cic. Att. lib. 13. Ad quem accuratiſſimas literas dedi.
Accurata malitia, Studioſe excogitata. Plaut. Trucul. 2. 5. 20.
Accuratæ adorantium preces. Plin. Paneg. 3. 5.
Accuratus ſermo. Cic. 1. de Orat. 233.
Accuratum habere. Plaut. Bacchid. 3. 6. 21. Ipſe quod in ſe fuit, accuratum habuit quod poſſet, &c. Satis Plautine dictum, pro accuravit. Id eſt, Studioſe curavit.

ACCURATE, Adv. qualitatis [ἐπιμελῶς] Diligenter. Curioſe. Cic. 1. de Fin. Accuratius explicari. Idem ad Brutum, Literis tam accurate ſcriptis. V. Cic. Att. 5. 11.
Accurate defendere. Cic. in Parad.
Accurate & cogitate aliquid ſcribere. Cic. pro Archia 18.
Accurate & diligenter diſputare. Cic. 1. de Nat. Deor. 15.
Accurate & exquiſite diſputare de re aliqua. Cic. in Brut. 277.
Studioſe accurateque facere aliquid. Cic. in Bruto 86.
Accurate cum aliquo agere ut, &c. Cic. Att. lib. 16. 5
Perſcribere. Cic. Att. lib. 8. 16.
Ad aliquem ſcribere. Cic. Att. lib. 5. 11.
Accuratius, Adv. Accuratius ædificare. Cæſ. 6. Bell. Gall. 21.
Accuratiſſime, Ibid. Accuratiſſime accuſare. Nep. in Lyſ. cap. 4. Accuratiſſime tutari cauſam. Cic. 5. Fam. 17.

ACCURATIO, Verbale. [ἐπιμέλησις] Actus ipſe curandi. Cic. de Clar. Orat. 238. At inveniendis, componendiſque rebus mira accuratio.

ACCURRO, ri, ſum, [προστρέχω, ἐπιτρέχω] ere. Ad aliquid, vel ad aliquem currere. Cic. 2. de Divin. 138. Ita nobis dicto audientes ſunt, ut ſimul atque velimus, accurrant?
Accurre huc. Ter. Phorm. 5. 7. 40.
Accurrit Romam. Cic. 3. Off. 112.
Accurrit ad me. Ter. Eun. 2. 3. 43. Cic. 9. Fam. 4. Nos accurremus ad te.
Accurrere in Tuſculanum. Cic. 15. Att. 3.
Accurrere alicui. Id eſt, ad aliquem. Stat. 2. Theb.
Rapidis accurrunt paſſibus. Stat. 3. Theb. 410.
Accurro, ut ſciſcam. Plaut. Amph. 5. 1. 17.

ACCURRITUR, Imperſ. Tacit. lib. 1. Ann. 21. Accurritur ab univerſis.

ACCURSUS, ûs. [προσδρόμημα] Tacit. lib. 1. Ann. 27. Accurſu multitudinis protectus eſt. Sen. in Hippol. 894.
Liquit ſtuprator, civium accurſum timens.
Accurſus provinciarum. Tacit. Hiſt. 4. 25.

ACCUSIORUM Colonia, Ptolemæo, Urbs Allobrogum in Gallia, hodie Gratianopolis, vulgo, *Grenoble.*

ACCŪSO, [κατηγορέω, ἐγκαλέω, αἰτιάομαι, κρίνω, δίκην γράφω] are. Componitur ex Ad & Cuſo, quod a Cudo deducitur: licet ipſum Cuſo in uſu non ſit. Unde non deſunt, qui dicant, ex Ad & Cauſa, ſeu Cauſor, cauſaris, componi. Eſt autem (ut ait Valla) accuſare, vel apud judices, vel apud alium quenvis, etiam apud illum ipſum quem accuſes, ſignificare atque oſtendere aliquem peccaſſe. Huic opponitur Defendere.
Accuſare & Excuſare, contraria. Cic. ad Q. fratr. lib. 2. 2. Primum me tibi excuſo in eo ipſo, in quo te accuſo.
Accuſare crimine aliquo. Cic. 3. Verr. 43. Suis certis propriiſque criminibus accuſabo. Sed ſæpius ἐλλείπει vox Crimine, ut in ſeq.
Capitis. Cic. 2. de Fin. 27. Eam tanquam capitis accuſet.
Probri. Plaut. Amph. 3. 1. 10. Quam vir inſontem probri Amphitruo accuſat. Cic. pro Sylla, Qui alterum conjurationis accuſet.
Probri apud populum. Liv. 5. Bell. Pun. Aliquot matronas apud populum probri accuſarunt.
Ambitus. Cic. pro Cœlio 16. Item inter Sicarios & de Veneficiis accuſare. Cic. pro Roſc. Amer. 90.
Graviſſime aliquem. Cic. Att. lib. 11. 13. & 15. 11.
Leviter aliquem. Cic. 3. Fam. 11.
Liberius. Cic. 1. Fam. 1.
Inertiam alicujus, pro Culpare, reprehendere, vituperare.
Sic Accuſare vitium, culpam, aut crimen alicujus. Hoc eſt, Eum de ea re vituperare, ſive reprehendere, & eſt figura Græca: quia Latine potius dixeris, Accuſare inertiæ, perfidiæ, aut accuſare de inertia, &c. Cic. ad Q. fratr. Nam quod inertiam accuſas adoleſcentium.
Accuſare avaritiam & perfidiam. Nepos in Lyſan. ad fin. V. Boſium in indice.
Deſperationem. Cic. 6. Fam. 1.
Fidem. Plaut. Merc. 2. 3. 85.
Operam. Plaut. Merc. 3. 1. 25.
Accuſare tabulas. Quintil. lib. 5. cap. 5.
Dictum de perſona, ſignif. culpare, objurgare. Ter. Heaut. 1. 1. 49. Quotidie accuſabam. Sic
Accuſare aliquem de re aliqua. Cic. 1. Att. 5. Non committam poſthac, ut me accuſare de epiſtolarum negligentia poſſis.
Accuſare de crimine. Cic. pro Roſc. Amer. 90. De Veneficiis accuſabant.
Accuſare alterum de altero. Cic. 1. Att. 1. Hoc ad te ſcripſi, quod is me accuſare de te ſolebat.
Accuſare in re aliqua alterum. Cic. pro Sylla 63. Atque in ea re per Lucium Cæcilium Sylla accuſatur.
Accuſare invicem. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Accuſas id me. apud Plaut. Trinum. 1. 2. 59. figurate: pro Ob id, vel De eo, ut multa ejuſmodi, præſertim apud poetas.

ACCUSANS, & ACCUSATUS, Partic. Cic. Att. & de Opt. Gen. Orat. Nep. 4. 2. 6. & 6. 3. 4.

ACCUSATOR, Verbale. [κατήγορος, ὁ διώκων] Qui accuſat. Cic. 1. de Fin. Plerunque improborum facta ſuſpicio inſequitur, deinde ſermo atque fama, tum accuſator, tum judex.
Accuſator de via citur conſuetudine antiqua. Feſtus. Quod valet (ut cenſet Turnebus) accuſatorem reum citari de via, & rei nomine contineri. In editis, De vi accitur ſcriptum eſt, ſed mendoſe, ut idem exiſtimat.
Accuſator acer & acerbus. Cic. in Bruto 130. Qui nihil remittit, vel condonat.
Diſtrictior accuſator. Tacit. lib. 4. Ann. 36.
Mutus accuſator. V. MUTUS.
Accuſator vehemens & moleſtus. Cic. in Bruto 130.
Accuſatorem comparare in aliquem. V. COMPARO.
Moliri accuſatorem & crimina. Iiſdem Conſulibus atrox odii Agrippina ac Lolliæ infenſa, quod ſecum de matrimonio principis certaviſſet, molitur crimina & accuſatorem, qui objiceret Chaldæos, Magos, interrogatumque Apollinis Clarii ſimulacrum ſuper nuptiis imperatoris. Tacit. 12. Ann. 22.
Accuſatorem ponere vel apponere alicui. Cic. 1. Verr. 74. Accuſator autem apponitur civis Romanus de creditoribus Lampſacenorum.
Accuſatores ſtruere. Tacit. 11. Ann. 12. Quominus ſtrueret crimina & accuſatores.
Accuſatoris nomen ſuſtinere. Tacit. 4. Ann. 59. Subditis qui accuſatorum nomina ſuſtinerent. Hoc eſt, Se profiterentur accuſatores.

ACCUSATORIUS, Adj. [κατηγορικὸς] Quod ad accuſationem pertinet. Cic. pro Cluent. 11. Non accuſatorio animo.
Accuſatorium artificium. Cic. pro Roſc. Amer. 49.
Jus Cic. pro Flacc. 14.
Spiritus. Liv. 2. ab U. C.

ACCUSATORIE, Adv. [κατηγορικῶς] Cic. 2. Verr. 176. Ne quis hoc me magis accuſatorie, quam libere dixiſſe arbitretur. Liv. 10. Bell. Maced. Jam illud quam accuſatorie? Hoc eſt, Animo & ſtudio accuſandi.

ACCUSATRIX, [αἰτιάτρια] Quæ vituperat aut reprehendit. Plaut. Aſin. 3. 1. 10. Tu mihi accuſatrix ades. Plin. Epiſt. 10. 67. Notum accuſatrici ejus facerem. & Trajan. Epiſt. ſeq.

ACCUSATIO, ōnis. f. [κατηγορία, αἰτίασις] Actus ipſe accuſandi: cui opponitur Defenſio.
Accuſatio, eſt Expoſitio ejus criminis, cujus quis reus legitimus factus eſt, apud judicem, cujus de ea re notio eſt. Hotoman.
Accuſationes ad pœnam ſanguinis, vel corporis coercitionem pertinent: Actiones vero ad pœnam pecuniariam. Oldendorp.
Intenta accuſatio, ab Intendo, pro Intentata. Tacit. 6. Ann. 4. Inter quæ Haterius Agrippa Conſules anni prioris invaſit, cur mutua accuſatione intenta, nunc ſilerent?
Licentior. V. LICET.
Accuſationes capeſſere. Tacit. Ann. lib. 4. 52. Mox capeſſendis accuſationibus, aut reos tutando, proſperiore eloquentiæ quam morum fama fuit.
Accuſationem & judicium conflare. V. CONFLO.
Accuſationem petere in aliquem. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Accuſationem Rhetorices profiteri. Quintil. lib. 2. cap. 17. Agnon quidem detraxit ſibi inſcriptione ipſa fidem, qua rhetorices accuſationem profeſſus eſt.
Accuſationes exercere. Tacit. Hiſt. 2. 10. Ipſum Criſpum eaſdem accuſationes cum præmio exercuiſſe meminerant. Hoc eſt, ut idem author ibidem vocat, Delationes factitare. Quod & Cic. in Bruto 130. dixit Accuſationem factitare.
Inſtituere. V. INSTITUO.
Inſtruere. V. INSTRUO.
In accuſationem alicujus coire. V. COEO.
Suſcipere. Tacit. Ann. 6. 7.
Inter accuſationem & maledicentiam. Cic. pro Cœlio 5. Aliud, inquit, eſt maledicere, aliud accuſare. Accuſatio, crimen deſiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teſte confirmet. Maledictio autem nihil habet propoſiti, præter contumeliam: quæ ſi petulantius jactatur, convitium: ſi facetius, urbanitas nominatur.

ACCUSABILIS, & e. [αἰτιατὸς] Quod accuſatione aut reprehenſione dignum eſt. Hoc eſt, Quod jure accuſari vel reprehendi poteſt. Cic. 4. Tuſc. 75. Quorum omnium accuſabilis eſt turpitudo.

ACCUSATIVUS caſus, [αἰτιατικὴ] Grammaticis dicitur, qui etiam Incuſativus vel Cauſativus, eſt qui rem ſignificat tum infinitis verborum a priore, tum activorum tranſitioni accommodatam. Per hunc vel accuſamus, vel laudare videmur: unde & Laudativus dicitur.

ACCUSITO, āre. frequent. ab Accuſo, apud Plaut. Moſtel. 3. 2. 23.

A C E

ACE, V. ACA.

ACEDIA, æ. [ἀκηδία] Latine Securitas, pigritia, inertia, ſocordia, tædium, triſtitia. Vulgus inepte Accidiam appellat. Cic. Att. 12. 45. conf. JCt. in Calvini Lex. Voſſ. de Vit. Serm. Du Freſne in Gloſſ.

ACEDĬCI, [Ἀκηδικοὶ] Populi fuerunt in quarta regione Italiæ, qui olim Æquicolis paruerunt. V. Plin. lib. 3. cap. 12.

ACELA, ſive ACELE, [Ἀκέλη] Civitas eſt Lyciæ, ita dicta ab Acelo Herculis & Malidis Omphales famulæ filio. Steph. de Urb.

ACĔLUM, [Ἄκελον] Oppidum Italiæ in ora Venetorum. V. Plin. c. 19. l. 13.

ACEMA, [Ἄκεμα] Mons eſt in Alpibus, a quo profluit amnis Varus. Plin. lib. 3. cap. 5.

ACENTĒTA, [ἀκέντητα] Id eſt, ſine Punctis aut Centris. Sic appellantur puriores cryſtalli. Plin. lib. 37. cap. 2. de cryſtallis, Quæ ſine vitio ſunt, puras eſſe malunt, acenteta appellantes.

ACEO, ui, [ὀξύνω] ēre. Acidum eſſe. Acere vinum dicitur, cum in acetum degeneravit. Cato de R. R. cap. 148. Vini in culeos ſingulos quadragenæ & ſingulæ urnæ dabuntur, quod neque aceat, neque muceat. Inde fit Aceſco, Acetum, & Acidus adjectivum. Ulp. lib. 9. §. ult. D. de contrah. em. Simodo vinum acuit.

ACESCO, [ὀξίζω] ui, ere. Acidum fieri. Columel. lib. 12. cap. 26. In quo agro vinum aceſcere ſolet. Hor. 1. Epiſt. 2. 54.
Sincerum eſt niſi vas, quodcunque infundis, aceſcit.
Acui præteritum ab Aceſco. Ulp. 18. Digeſt. tit. de Peric. & commodo rei venditæ, Si vinum venditum acuerit, vel quid aliud vitii ſuſtinuerit: id eſt, factum fuerit acidum, acorem contraxerit.

ACESCENS, [ὀξύνων] Plin. lib. 11. cap. 16. Quarum injuriam celerrime ſentiunt mella, vel minimo tactu roris aceſcentia.

ACOR, ōris. m. [ὀξύτης] Verbale ab Aceo, Sapor acidus, ut in vino poſtquam acuit: item in malo punico, & aliis rebus acidum ſuccum haben-

habentibus. Columel. lib. 3. cap. 21. Ut aut ferum fructum cum præcoce elevet: quæ res mox acorem facit.
Jucundus acor in cibis. Quintil. lib. 9. cap. 3.
Periculum acoris præstare. Id est, vino vendito, Acoris periculum in se recipere. l. si quis vina. D. de per. & com. rei. ven.
ACIDUS, ACIDULUS. V. suo loco.
ACEPHALI [ἀκέφαλοι] dicti sunt quidam perversi dogmatis sectatores, qui hæreseos suæ proprium authorem non habebant: unde id nomen sortiti, quasi Sine capite. Alciatus ex Suida.
Acephali sacerdotes, qui sub nullius episcopi disciplina vel providentia gubernantur, velut sine capite. Cæl. lib. 3. Antiq. Lect. cap. 12.
Acephali versus, a brevi syllaba incipientes, quasi sine capite. Cæl. lib. 2. cap. 35. & Hermolaus in Plinium.
Μῦθος ἀκέφαλος, Imperfectus sermo, vel fabula nondum absoluta, apud Platonem. l. 6. de legib.
ACER, acĕris. n. [σφένδαμνος] Arbor de qua Plinius lib. 16. cap. 15. Acer tiliæ fere amplitudinis, operum elegantia ac subtilitate cedro secundum, &c. Ovid. lib. 1. Amor. 11. 26.
Subscribam, Veneri fidas tibi Naso tabellas
Dedicat: at nuper vile fuistis acer.
De hac Arbore Plinius præter id, quod supra dixit, eod. lib. cap. 43. In laminas secantur aceris genera. Ex quo genere fuisse scriptorias tabulas, modo Ovid. indicavit.
ACERNUS, a, um. [σφενδάμνινος] Quod est ex acere arbore: ut Trabes acernæ. Virg. Æn. 2. 112.
Præcipue cum jam hic trabibus contextus acernis
Staret equus.
Acerna mensa. Martial. lib. 14. 90. & Hor. 2. Sat. 8. 10.
ACER, acris & acre. [δριμὺς, ὀξὺς, ἔντονος] Lectum est hic & hæc Acris: ut Acris somnus, apud Ennium, teste Prisciano l. 5. f. 42. Aldi. Proprie Sapori convenit, & pro Forti ac vehementi sæpius accipitur: ut Acre acetum. Columel.lib.3. & 12.cap.5. Radice tenus vitem præcidito, plagam acri aceto pariter ac lotio permista terra linito, eademque radices irrigato.
Acer & acidus succus. Vitruv. lib. 8. cap. 3.
Acer & sublimis. Hor. 2. Epist. 1. 165.
Acer bello accendendo. Hoc est, Ad accendendum. Tacit. Hist. 4. 1.
Ad somniandum acer. Cic. lib. 1. de Divin. 61. Tum eveniet, ut illa tertia pars rationis & mentis eluceat, & se vegetam ad somniandum acremque præbeat.
Armis acer. Virg. 9. Æn. 176.
Cursu equus. Virg. 3. Georg. 119. V. infra Equus acer.
Acer militiæ Vespasianus. Tacit. Militiæ putat Rhenanus genitivum esse.
In rebus gerendis acer. Cic. 8. Fam. 15. Ecquem autem Cæsare nostro acriorem in rebus gerendis aut legisti, aut vidisti?
In rebus inveniendis & judicandis. Cic. Orat. 172. Quis in rebus vel inveniendis vel judicandis acrior Aristotele fuit?
Acetum acre. Hor. 2. Sat. 3. 117. — acre
Potet acetum.
Acerrimum acetum. Gallice, *Bien fort.* Cels. lib. 4. cap. 4. Asclepiades acetum ait quam acerrimum esse sorbendum.
Acies ingenii acris. Cic. 3. de Orat. 124. Nam neque tam est acris acies in naturis hominum & ingeniis ut res tantas quisquam, nisi monstratas possit videre: neque tanta tamen in rebus obscuritas, ut eas non penitus acri vir ingenio cernat, si modo aspexerit.
Adversarius acerrimus. Cic. Att. lib. 10.
Ætas acris. Ovid. 3. Met. 540.
Amator acer, Qui amat vehementius. Cic. Att. lib. 1. 10. Bibliothecam tuam cave cuiquam despondeas, quanvis acrem amatorem inveneris.
Ambitus acrior. Tacit. lib. 14.
Amor acer. Cic. pro Archia, Et de meo quodam amore gloriæ nimis acri fortasse, veruntamen honesto. Tibul. lib. 2. 5. 113.
Animadversor acer & diligens vitiorum. Cic. 1. Off. Sic nos si acres ac diligentes esse volumus animadversores vitiorum: magna sæpe ex parvis intelligemus.
Animus acer. Cic. pro Milon. Quum autem hic de rheda rejecta penula desiluisset, seque acri animo defenderet, &c. Id est, Forti.
Animus acer & præsens. Cic. 2. de Orat. 84. Animus acer & præsens, & acutus idem atque versutus invictos viros efficit.
Apri. Ovid. 10. Met. 550.
Fulmen habent acres in aduncis dentibus apri.
Arcus. Virg. 7. Æn. 164.
Aut acreis tendunt arcus. Fortes, inquit, Servius: & est κατα-χρηστικῶς, nam Acrimonia mentis est. [Ex quibus verbis apparet, ipsum Epitheton ad homines, non ad Arcus retulisse. Idque probe. Fortes enim pollentes viribus corporis intelligit. V. FORTIS.
Ardor. Claud. Paneg. 4.
Astus. Valer. Flacc. 2. Argon. 555.
Bellum acre & magnum. Cic. pro Corn. Balb.
Bella acriora. Pompon. l. 2. §. Populo. D. de origin. jur.
Cædes. Ovid. 11. Met. 402.
Canis. Hor. Epod. 12. 6.
Canis naribus. Ovid. 7. Met. 806.
Cibi, Qui acrimoniam & vehementiorem vim habent, & quasi mordaces sunt: ut Sinapi, allia, cæpe. Plin. lib. 11. cap. 53. Difficulter perficiuntur omnia in cibis acria. [Opponuntur his Lenes. Utrumque genus peculiari capite persequitur Celsus l. 2. 22.
Cogitatio acerrima atque attentissima. Cic. 3. de Orat. 17. Omne illud tempus meridianum, Crassum in acerrima atque attentissima cogitatione posuisse.
Coitio. Ter. Phor. 2. 2. 32.
Prima coitio est acerrima. i. e. difficillima.
Consilia acriora. Tacit. lib. 11. 29.
Cor acre. Lucret. lib. 3. 295.
Cupiditas acerrima & fortissima. Cic. 12. Philipp. 7. An vos acerrimam illam & fortissimam populi Romani libertatis recuperandæ cupiditatem non imminutam ac debilitatam putatis legatione pacis audita?
Cura acris. Cic. 3. de Orat.
Curæ acres, Acerbæ. Varr. apud Nonium. Lucret. lib. 5. 46.
Cursus. Stat. 4. Sylv. 3.
Custodia. Tacit. lib. 1. Ann. 5.

Defensor acerrimus. Cic. 1. Fam. 1.
Dolor acer. Virg. 11. Æn. 709.
Dominus. Lucret. lib. 5. 88. [πικρὸς δεσπότης Luciano.
Egestas. Lucret. lib. 3. 65.
Equus acer non modo Velocem equum significat, ut Nonius accipit: sed etiam Ardentem & concitatum ad ipsum cursum. Virg. 4. Æn. 156.
At puer Ascanius mediis in vallibus acri Gaudet equo. V. infra Sonipes, & supra Cursu acer.
Favor plebis acrior in Domitium, loco præsagii acceptus est. Tacit. lib. 11. Ann.
Fax acerrima. Tacit. Hist. lib. 2.
Feræ acres. Sen. in Octav. 7.
Flagitator assiduus & acer. Cic. in Bruto 18. Hunc video flagitatorem, non illum quidem tibi molestum, sed assiduum tamen & acrem fore.
Flamma. Lucret. lib. 5. 904.
Fremitus. Lucret. lib. 1. 277.
Frigus. Lucret. lib. 4. 261.
Fuga. Virg. 3. Georg. 141.
Fugitor. Plaut. Trinum. 3. 2. 97.
Genus leonum. Ovid. 4. Fast. 215.
Genus virûm. Virg. 2. Georg. 167.
Gustu acri mordet. Plin. lib. 27. cap. 13.
Homo, Diligens. Virg. 2. Georg. 405.
Homo acer, pro Aspero, cujus contrarium est Lenis. Ter. Phorm. 1. 5. 32.
Homo acer, pro Forti, Nonio interprete. Virg. 8. Æn. 614.
Haud acrem dubites in prælia poscere Turnum.
Hostis. Hor. Epod. 6. 14.
Hyems, pro Aspera & vehementi. Plaut. Trinum. 2. 3. 7. Hor. 1. Od. 4. 1.
Solvitur acris hyems.
Jactator acer. Claud. in Eutrop. lib. 2. 380.
Ignis. Ovid. 13. Met. 867.
Uror enim, læsusque exæstuat acrior ignis.
Imagines. Cic. lib. 2. de Orat. 358. Imaginibus autem est utendum agentibus, acribus, insignitis: de memoria loquitur.
Impetus. Lucret. lib. 6. 128.
Incitatio acris & vehemens. Cic. 2. de Orat.
Ingenium, quasi Ardens & concitatum: ut plus sit acre ingenium, quam acutum. Cic. 1. Acad.
Inimicus acerrimus, Acerbissimus. Cic. in Lælio.
Instigatrix acerrima. Tacit. Hist. 1. 51.
Intentio acris. Plin. lib. 18. cap. 26.
Investigator acer & diligens. Cic. de Univers. 1.
Invidia. Hor. 1. Sat. 3. 60.
Ira. Lucan. lib. 3.
Iras decurrit ad acres. Lucret. lib. 3. 312.
Judex. Cic. 1. Off. Suum igitur quisque noscat ingenium, acremque se & bonorum & malorum suorum judicem præbeat. Id est, ut Nonius exponit, Severum.
Judicium. Cic. 4. Acad.
Jurgium acre inter Helvidium & Eprium. Tacit. Hist. lib. 4.
Labor. Sil. Ital. lib 3.
Libertas. Tacit. Ann. lib. 13.
Lupus. Hor. Epod. 12. 26.
Majestas. Claud. Paneg. 5.
Malum. Lucret. lib. 3. 253.
Mel, Austerum, acerbum, asperum, Nonio. Cic. in Hortens. Quod alterius ingenium, sicut acetum Ægyptium, alterius sic acre, ut mel Hymettium dicimus.
Memoria. Cic. 2. de Orat.
Metus. Virg. 3. Æn. 683.
Militia. Hor. 1. Od. 29. 2.
Acerrimum ministerium. Tacit. Ann. lib. 2. 43.
Molossus acer. Virg. 3. Georg. 405. Id est, Vehemens, sævus, Nonio.
Morbus acer & durus. Plaut. Men. 5. 2. 119.
Morsus. Catul. 2. 4.
Natura. Hor. 2. Sat. 7. 47.
Nox acerrima atque acerbissima. Cic. pro Sylla, Quæ nox omnium temporum conjurationis acerrima fuit atque acerbissima.
Oculus acer & acutus. Cic. pro Planc.
Oculis acribus gallinæ. Plin. Epist. Gallinas ut a te missas libenter accepi, quas satis acribus oculis, quanquam adhuc lippis, pinguissimas vidi.
Odor acer apud Plin. sæpe legitur, pro Odore vehementiore, ut lib. 12. cap. 17.
Odor acerrimus. Plin. lib. 15. cap. 28. & lib. 21. cap. 7.
Pater. Ter. Phorm. 2. 1.
Lenem patrem illum, factum me esse acerrimum.
Potentia solis acrior. Virg. 1. Georg. 93. Ubi Servius, Acrior, validior.
Potor acer. Hor. 2. Sat. 8. 37.
Prælium acre. Tacit. Ann. lib. 12.
Prælium acerrimum. Lucan.
Pruina acris. Lucret. lib. 3.
Remex acer. Virg. 5. Æn. 116.
Res. Catul. 83. 5.
Rubor. Id est, (ut vulgo dicunt) Vivus, aut ardens. Sen. Natural. Quæst. 3.
Rumor. Tacit. lib. 5.
Rusticus. Id est, Providus, diligens, authore Nonio. Virg. 2. Georg. 405.
Jam tum acer curas venientem extendit in annum
Rusticus.
Sensus vivendi acerrimus. Cic. 2. de Orat.
Servitium acrius. Tacit. Ann. 6. 48.
Silentium acre & intentum. Plin. 2. Epist. 10.
Sol acer. Plin. lib. 4. cap. 8. Uvæ paulum ante maturitatem decerptæ, siccantur acri sole, ter die versatæ per triduum. Lucret. lib. 6. 850. Plin. lib. 17. cap. 24.

Sonipes. Stat. 5. Theb. V. Equus supra.
Sonitus. Virg. 4. Georg. 409.
Spiritus. Hor. 1. Sat. 4. 46.
Stimuli, Urgentes, vehementes, excitantes, Impellentes. Hor. 2. Sat. 7. 94.
Stomachus. Id est, Acidus. Hor. 2. Sat. 4. 59.
Studium. Cic. lib. 1. de Orat. Non despero fore aliquem aliquando, qui & studio acriore, quam nos sumus atque fuimus, & otio, &c. existat talis orator.
Suavitate summa & acerrima condita unguenta. Cic. 3. de Orat.
Testes acerrimi. Plaut. Men. 4. 2. 30.
Tibia acris. Hor. 1. Od. 12. 1. Sic dicta, teste Turnebo, nempe quod cum lyræ sonus dulcissimus sit, tibiæ vehementior est, & acutior, & ululantior, magisque tinnulus. Hujus epitheti proprietatem & Fabius in Flacco observavit.
Turba prædonum. Hor. 1. Sat. 2. 42.
Venenum. Lucret. lib. 4. 641.
Violentia leonum. Lucret. lib. 3. 742.
Vir. Cic. Att. lib 4. 3.
Virtus. Lucret. lib. 1. 71.
Vis. Hor. Epod. 7. 13.
Visus. Plin. lib. 8. cap. 25.
Vox. Lucret. lib. 3. 966.
Vultus. Lucret. lib. 6. 1182. Ovid. 9. Met. 788.
Acer: cum infinitivo. Sil. Ital. lib. 3.
Herdus agit, juga Pyrenes venatibus acer,
Metiri, jaculove extendere prælia Mauro.
Acre, pro Acriter. Pers. Sat. 4. 34.
Et prope te ignotus cubito qui tangat, & acre
Despuat in mores. Id est, expuendo, Mores acriter & acerbe execretur. Sic & adverbialiter Sallust. in Fragm. cap. 29. apud Nonium 2. 492. & Apul. Met 10. p. 594.
Acra. Plaut. Bacchid. 4. 3. 15.
Perii, multa mala mihi nunc
In pectore acra atque acerba eveniunt. Aut Acria legendum, aut vetuste dictum est ab Acer, acra, acrum. V. mox.
Acer & Ater a Librariis quandoque confunduntur. V. Drakenb. ad Sil. 5. 154. & 17. 250.

Acrus, a, um. Idem quod Acer. Pallad. 9. tit. 5. Ex nimis acra radice. Plin. Val. 2. 45. Piper terere, ita ut acrum sit. Hinc in Superl. Error acrissimus, pro Acerrimus, lib. 4. cap. de Incest. & Inut. Nupt.

Acriculus, a, um. dimin. apud Cic. Tusc. 3. 17. qui Acriculum Zenonem dixit, ut feliciter Turnebus, Gebhardus & alii depravatum locum restituerunt. [Sed V. ad I. Davis.

Acrĭter, [σφοδρῶς, ἐντόνως] acrius, acerrime. Adv. qualitatis, Vehementer. Plaut. Pseud. 1. 3. 39. Quid agitur Callidore? c. amatur, atque egetur acriter.
Acriter & ardenter causas agere. Plin. 1. Epist. 16.
Acriter aliquid cavere. Hor. 2. Sat 3. 92.
Acriter elatrare. Id est, Vociferari. Hor. 1. Epist. 18. 18.
Acriter aliquid expectare. V. expecto.
Acriter intelligere. Cic. in Pison. 68. Lubricum genus orationis, adolescenti non acriter intelligenti sæpe præceps.
Acriter animum intendere. Liv. in Procem.
Acriter cogitare. Cic. 5. de Fin.
Acriter videre. Id est, Acutissime. Cic. 4. Acad.
Acutius atque acrius videre. Cic. 1. de Orat. 116.
Acriter infestus. Lucret. lib. 6. 782.
Acriter oculis solem intueri. Cic. 1. Tusc. 73.
Acriter offerre se morti. Cic. pro Milon. 192.
Acriter speculari. Tacit. Hist. lib. 3.
Acriter & vehementer dixerat accusator. Cic. pro Flacc. 21.
Acrius, comparativum ab Acriter, positivo junctum, pro Multo magis, aut vehementius. Plaut. Merc. Multo insaniunt acrius. Hor. 2. Sat. 7. 19.
— quanto constantior idem
In vitiis, tanto levius miser: acrius ille,
Qui jam contento, jam laxo fune laborat.
In editione Aldina legitur, Ac prior ille, & multo rectius: ita quoque Bentl. & Cuning. [Sed *ille* ex Schol. vet. rectius legas.
Amare acrius. Martial. lib. 8. 81.
Hos natis amat acrius duobus.
Ardet acrius. Tacit. lib. 4.
Acrius doluit populus. Tacit. lib. 2. Ann.
Acrius exarsit. Ovid. de Arte Am. lib. 2. 354.
Experiri acrius. Tacit. lib. 4.
Gratiam Cæsaris acrius fovere. Tacit. lib. 5.
Acrius incumbere. Virg. 4. Georg. 248.
Incurrere & urgere. Sil. Ital. lib. 15.
Judicare. Plin. Epist.
Acrius micare. Lucret. lib. 3. 290.
Acrius, quam consideratius initium tumultus excitavit. Tacit. Hist. lib. 1.
Acrius urget. Ovid. 1. Amor. 2. 17.
Urit. Ovid. 2. Amor. 19. 3.
Acerrime emendare. Id est, Diligentissime. Plin. Epist. Acerrime decertare. Cic. 2. Tusc.
Acerrime aliquid agere. Cic. 2. de Orat.
Aliquem virgis cædere. Cic. Verr. 5. 142.
Aliquid oculis quam maxime intentis contemplari. Cic. pro Flacc.
Aliquid vituperare. Cic. Att. lib. 7. 5.

Acrimonia, æ. f. [δριμύτης, σφοδρότης] Frequentius dicitur in saporibus nimia quædam vis ac vehementia, quæ vel acri odore, vel gustu mordaci nares aut linguam, palatumve torquere solet, sæpe etiam usque ad lacrymas, ut in sinapi, cæpis, alliis, nasturtio & pipere: quæ ob id quoque Acria dicuntur. Cato de R. R. cap. 157. Et si ulcus acrimoniam ejus ferre non poterit, farinam hordeaceam misceto. Plin. lib. 12. cap. 19. Ipsum cinnamomi lignum in fastidio est, propter origani acrimoniam. Columel. lib. 10.
Acrimonia in oratione, dicitur Orationis maxima vis & vehementia. Cic. 2. de Invent. Ideo quod, si id quo nititur adversariorum causa subduxerit, omnem illam ejus vim & acrimoniam lenierit ac diluerit.
Acrimonia, Animi vivacitas. Nævius Lycurgo, Ne ille mei feri ingenii atque animi acrem acrimoniam. Nonius.
Acrimonia in vultu. Author ad Heren. lib. 3. 16. Convenit igitur in vultu pudorem & acrimoniam esse.
Habere nimium acrimoniæ. Author ad Heren. lib. 4. 49.
Acrimoniam capere. V. capio.

Acrĭtas, ātis. [σφοδρότης] Vehementia. Actius Neoptolemo, Vis veritatis atque acritas. De quo eodem loco sic scribit Gell. lib. 13. cap. 2. Sicut autem nihil quicquam interest suavitudo dicas, an suavitas: acerbitudo, an acerbitas: acritudo, an (quod Actius in Neoptolemo scripsit) acritas: ita nihil rationis dici potest, qui necessitudo & necessitas separentur.

Acrēdo, ĭnis. [δριμύτης] pro Ea amaritudine quæ est in fructibus non maturis ponitur a Calepino, sed nullo authore probat.

Acritudo, ĭnis. [ὀξύτης] denom. pro Acore. Vitruv. lib. 8. cap. 3. Fieri autem naturaliter hoc ideo videtur, quod acer & acidus succus subest in ea terra, per quam egredientes venæ intinguntur acritudine. Ibidem, Ratiocinemur iisdem rationibus ex acidis propter acritudinem succi, etiam calculosos in natura rerum similiter posse curari.

Aceratus, **Acerosus**, **Acerare**. V. acus, aceris.

Acerbus, a, um. [στρυφνός] Austerum, triste, Immaturum, atque ita gustatu asperum. Et proprie de fructib. dicitur. Cic. de Senect. 53. Uva primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit.
Acerbum dicitur per translationem Durum, molestum, triste, Cic. 2. de Orat. Nihil mihi ad existimationem turpius, nihil ad dolorem acerbius accidere posse.
Homo acerbus, cui Lenis opponitur, sive mansuetus. Cic. 2. de Orat. 182. Eaque omnia quæ proborum, demissorum, non acrium, non pertinacium, non litigiosorum, non acerborum sunt, valde benevolentiam conciliant. Hor. 1. Sat. 3. 85.
Quod nisi concedas, habeare insuavis, acerbus.
Cic. 1. Fam. 4. Eo die acerbum habuimus Curionem: Bibulum multo justiorem, pene etiam amicum. Acerbum, id est, Acrem adversarium, nihil remittentem.
Miserum, acerbum, calamitosum, funestum, indignum, luctuosum, horribile: Cic. pro Quintio 95. Miserum est exturbari fortunis omnibus: miserius est injuria. Acerbum est, ab aliquo circumveniri: acerbius, a propinquo, &c.
Acerba amatio. Plaut. Pœnul. 5. 2. 136.
Earum hic alteram efflictim perit,
Neque eam incestavit unquam. p. acerba
Amatio est. Hoc est, Dura & toleratu difficilis.
Animis acerbis sævire. Virg. 5. Æn. 462.
Tum pater Æneas, procedere longius iras,
Et sævire animis Entellum haud passus acerbis.
Casu acerbo concuti. Virg. 5. Æn. 700.
At pater Æneas casu concussus acerbo,
Nunc huc ingentes, nunc illuc pectore curas Mutabat.
Cinis virtutum omnium acerba. Catul. 68. 90.
Troja virûm, & virtutum omnium acerba cinis.
Corpus Neptuni acerbum. Id est, Aqua maris aspera & amara. Lucret. lib. 2. 471.
Damnum. Claud. in Gigant. 4.
Dies. Virg. 5. Æn. 49.
Dissensus. Claud. de Bell. Gild. 302.
— dissensus acerbus
Et gravior consensus erat.
Facetiis acerbis Tiberium irridere solitus. Tacit. lib. 5.
Fatu acerba poscere. Sen. in Agam. 416.
Frigus acerbum. Hor. 1. Epist. 17. 53.
Funus acerbum, & acerbus interitus, pro Morte immatura: ideoque graviore, atque amariore. Virg. 6. Æn. 429. Cic. 4. Tusc. Angor, est ægritudo premens: luctus, ægritudo ex ejus qui charus fuerit, interitu acerbo. Potest hic etiam pro Crudeli interitu accipi. V. sup. Miserum, acerb.
Horror ferræ acerbus. Id est, Durus & inamœnus ferræ stridor. Lucret. lib. 2. 410.
Ictus. Ovid. lib. 1. de Ponto 4.
Inimicitiæ. Propert. lib. 2. Eleg 8. 3.
Inimicus acerbissimus, apud Ciceronem. Id est, Maxime infensus aut crudelis.
Interitus Consulum acerbissimus. Cic. 10. Fam. 17.
Iræ acerbæ. Lucret. lib. 5. 1194.
Libitina. Hor. 2. Sat. 6. 19.
Livor. Claud. de Rapt. Proserp. 59.
Luctus. Tibul. lib. 2. Eleg. 6 41.
Lux. Id est, Dies. Sen in Herc. OEth. 11. 1.
Mater in suos partus. Ovid. 4. Fast. 647.
Mors acerba. Ovid. 14. Met. 187.
Odium. Virg. 10. Æn. 904.
Pectora. Ovid. 3. Amor. 6. 57. Sed Aperta libri. emend. Inepta Burm.
Pestis. Virg. 3. Georg. 419.
Pestis acerba boum, pecorique aspergere virus.
Recitator. Hor. in Arte Poet. ad fin.
Indoctum doctumque fugat recitator acerbus.
Res. Lucret. lib. 3. 53. — multoque in rebus acerbis
Acrius advertunt animos ad relligionem.
Impolitæ res & acerbæ. Id est, Imperfectæ. Cic. de Provinc. Cons. 28. Impolitæ vero res, & acerbæ si erunt relictæ (quanquam sunt abscissæ) tamen efferent se aliquando, & ad renovandum bellum revirescent.
Rumor. Tibul. lib. 4. 14. 4.
Quid miserum torques, rumor acerbe? tace.
Sors. Sen. in Hippol. 10. 1. O sors acerba & dura famulatus gravis! Id est. O conditio, &c. Idem in Herc. OEth. 7. 20. O sortem acerbam!
Spectaculum acerbum, durum, crudele, & visu horrendum. Cic. 7. Verr. 78. Idem ad Q. fratr. 2. lib. 12. Epist. 12. in fin.

Vita. Cic. Fam. lib. 1. 1. 21.
Vulnus. Virg. 11. Æn. 823.
Hactenus Acca ſoror potui. nunc vulnus acerbum
Conficit, & tenebris nigreſcunt omnia circum.
Vultus. Ovid. 5. Triſt. 8. 17.
Sed modo læta manet, vultus modo ſumit acerbos.
Acerba, pro Acerbe adv. Lucret. lib. 5. 34.
Aſper acerba tuens, immani corpore ſerpens.
Ovid. Epiſt. 8. 167.
Nox ubi me thalamis ululantem, & acerba gementem
Condidit, in mœſto procubuique toro.
Acerbum, i. n. Ovid. 5. Triſt. 2. 21.
Detrahat ut multum, multum reſtabit acerbi,
Parſque meæ pœnæ totius inſtar erit.
Cic. Antequam iret in exil. 20. Nihil duri, nihil acerbi mihi erit, quod Rempub. tutabitur.

ACERBĬTAS, ātis. [στρυφνότης] denom. proprie dicitur Aſperitas illa ſive Auſteritas in fructibus immaturis.
Acerbitas, Triſtitia, dolor, adverſitas, cruciatus. Cic. ad Q. fratr. lib. 1. 1. Nam ſi implacabiles iracundiæ ſunt, ſumma eſt acerbitas: ſin autem exorabiles, ſumma lenitas: quæ tamen (ut in malis) acerbitati anteponenda eſt.
Habere aliquid acerbitatis. Cic. lib. 1. Off. 191. Atque etiam illud ipſum quod acerbitatis habet objurgatio, ſignificandum eſt, ipſius id cauſa qui objurgetur, ſuſceptum eſſe.
Acerbitates in plurali, pro Periculis & rebus adverſis. Cic. Pro Planc. 42. Nunc timeo ne nihil tibi prætet lacrymas queam reddere, quas tu in meis acerbitatibus plurimas effudiſti.
Acerbitas, dolor, cruciatus. Cic. in Catil. 4. 1. Ut omnes acerbitates, omnes dolores, cruciatuſque perferrem.
Acerbitas, pro Nimia aſperitate ac duritie. Cic. 4. de Fin. 127. Nec acerbitatem ſententiarum, nec differendi ſpinas probavit.
Acerbitas, pro Graviore & nimio animi dolore. Cic. in Lælio 23. Apud quem evomat virus acerbitatis ſuæ.
Conquiſitæ acerbitates. Tacit. Ann. lib. 5. 2.
Dilacerari acerbitatibus. Tacit. Ann. 2. 71.
Proſcriptionis acerbitas. Cic. pro Cluent. 121.
Temporis acerbitas. Cic. 13. Fam. 4. 3.

ACERBITUDO, Idem quod Acerbitas. Gell. lib. 13. cap. 3. Sicut autem nihil quicquam intereſt, ſuavitudo dicas an ſuavitas, ſanctitudo an ſanctitas, acerbitudo an acerbitas, &c.

ACERBO, [παροξύνω, τραχύνω] āre. Aſperare, acerbum facere: ut, Acerbare crimen, quaſi Exaggerare, amplificare, facere atrocius. Virg. 11. Æn. 407.
Vel cum ſe pavidum contra mea jurgia fingit,
Artificis ſcelus, & formidine crimen acerbat.
Claud. lib. 3. 182.
Ingeminat crimen, commoti pectoris ignem
Nutrit, & exiguum ſtimulando vulnus acerbat.
Inde fit Exacerbare, ſignif. eadem.

ACERBE, ius, iſſime. Adv. qualitatis; [πικρῶς, τραχέως] Dure, ſevere, aſpere. Cic. 3. de Nat. Deor. 118. Nec tamen poſſumus dicere non plures captivos acerbe, quam prædones necatos. Idem 1. Tuſc. 148. Acerbius exigere dixit.

ACERNUS, V. ACER. pro Arbore.

ACERO, [ἀχυρόω] are. Paleis inficere. Sipontinus.

ACEROSUS, V. ACUS, aceris.

ACERRA, æ. [θυμιατήριον] Ara quæ ante mortuum poni ſolebat, in qua odores incendebant. Alii dicunt Arculam eſſe thurariam, ubi thus reponebant. Feſtus. Martial. lib. 10. 24. — ſeptimamque
Veſtris addimus hanc focis acerram.
Plin. lib. 35. cap. 10. Item ſacerdotem aſtante puero cum acerra & corona. Cornutus ſcribit eſſe Pateram in qua libabatur. Virg. 5. Æn. 745.
— & plena ſupplex veneratur acerra.
Acron in Horat. 3. Od. 8. 4. Thuribulum vocat. Cic. 2. de Legib. c. 24. Ne ſumptuoſa reſperſio, ne longæ coronæ, nec acerræ prætereantur. Ovid. 8. Met. 266. Idem 4. Faſt. 934.
Cumque meri patera, thuris acerra fuit.
De incerta vocis origine. V. Voſſ. Etym. p. 4.

ACERRA, Nomen eſt & viri vinolenti apud Martial. 1. 29.

ACERRÆ, arum. [Ἀκέρραι] Urbs Campaniæ Italicæ. Virg. 2. Georg. 225.
Talem dives arat Capua, & vicina Veſevo
Ora jugo, & vacuis Clanius non æquus Acerris.
Acerræ (inquit Servius) civitas eſt Campaniæ, haud longe a Neapoli: quam Clanius præterfluit fluvius: cujus frequens inundatio eam exhaurit. Unde ait Vacuis. Id eſt, Infrequentibus. Sil. Ital. lib. 12. 419: 8. 107.
Illic Parthenope, ac Pœno non pervia Nola,
Alliphe, & Clanio contemptæ ſemper Acerræ.
Fuit item ejuſdem nominis oppidum in Umbria. Plin. lib. 3. cap. 14. Aliud ejus nominis in Tranſpadana Regione. Plutarch. Marcello, p. 300. De utroque conf. Drakenb. ad Sil. 8. 537.

ACERSECŎMES, æ. m. [ἀκερσεκόμης] Latine Intonſus dicitur, quales erant Romanis in deliciis pueri. Juven. 8. Sat. 128.
Si tibi ſancta cohors comitum, ſi nemo tribunal
Vendit acerſecomes, ſi nullum in conjuge crimen.

ACERVUS, i. m. [σωρὸς, ἀθροισμὸς, ὄχθος] Valla lib. 4. Acervus, minutarum proprie rerum congeries eſt, ut Frumenti & leguminis, ut Salis. Interdum etiam aliquanto majorum: ut, Acervus ſcutorum, apud Virg. 8. Æn. 562. Et fere generale eſt ad omnia. Plaut Pſeud. 4. 2. 55. Acervi frumenti ſunt domi. Cic. contra Rull. Vix jam videtur locus eſſe, qui tantos acervos pecuniæ capiat. Idem in Catilin. Acervis corporum redundavit. Hor. 1. Epiſt. 2. 47.
— æris acervus & auri.
Altus acervus. Lucret. lib. 3. 198.
— ut ab ſummo tibi diffluat altus acervus,
Cæcus. Ovid. 1. Met. 24.
Quæ poſtquam evolvit, cæcoque exemit acervo,
Diſſociata locis concordi pace ligavit. Per acervum cæcum, Chaos elementorum intelligit.
Grandis. Ovid. de Rem. Amor. 8. 424.
Ingens. Virg. 1. Georg. 185.
— populatque ingentem farris acervum Curgulio.
Magnus & parvus. Hor. 1. Sat. 1. 51.
— at ſuave eſt ex magno tollere acervo.
Dum ex parvo nobis tantundem haurire relinquas,
Cur tua plus laudes cumeris granaria noſtris?
Modicus. Hor. 2. Epiſt. 2. 190.
Ruens. Id eſt, Decreſcens. Hor. 2. Epiſt. 1. 47.
Acervus, translatum ad res incorporeas. Cic. pro Sylla 27. Quantos acervos facinorum reperietis? V. & ACERVALIS.

ACERVATIM, Adv. quantitatis; [σωρηδὸν] Per acervos. Varr. lib. 1. de R. R. cap. 38. Non ut de pecore, acervatim poni.
Acervatim accumulare. Lucret. lib. 6. 1261.
Dicere, quaſi Promiſcue & nullo ſervato ordine. Cic. pro Cluent. 10. Acervatim jam reliqua Judices dicam.
Multa frequentare. Id eſt, Conjungere, & accumulare. Cic. in Orat. Plerique acervatim ſe de vallo præcipitaverunt. Hirt. Bell. Alex. cap. 31.
Apes acervatim ſub favis enectæ reperiuntur. Columel. lib. 9. cap. 13.

ACERVO, [σωρεύω] are. Accumulare. Plin. lib. 26. cap. 4. Plura undique acervabimus. Idem lib. 21. cap. 17. Octoginta ſimul acervatis ſæpe bulbis. Quintil. lib. 9. cap. 3. Nec verba modo, ſed ſenſus quoque idem facientes acervantur. Liv. 3. 34. Immenſus aliarum ſuper alias acervatarum legum cumulus.

ACERVĀLIS, e. Acervalis Argumenti genus, quo utebatur Chryſippus. Cic. 2. de Divin. 4. Aut quemadmodum Soriti reſpondeas? quem ſi neceſſe ſit, Latino verbo liceat Acervalem appellare: ſed nihil opus. Ut enim ipſa philoſophia, & multa verba Græcorum, ſic σωρείτης ſatis Latino ſermone tritus eſt. Acervus, Perſ. Sat. 6. v. ult. q. V.

ACERVATIO, Verbale. ab Acervando: [σώρευσις] Ipſe actus acervandi, ſive Accumulatio. Plin. lib. 11. cap. 53. 5. Homini cibus utiliſſimus ſimplex: acervatio ſaporum peſtifera, & condimenta pernicioſiora.

ACERVUS MERCURII, Interpr. Vulg. S. S. Proverb. 26. 8.

ACERVETIS, Thraciæ urbs, poſtea Calatis dicta. Plin. lib. 4. cap. 11.

ACES, [Ἄκης] Fluvius eſt in Aſia, Choraſmiorum, Parthorum, Hyrcanorum, Sarangæorum, & Thomaniorum regiones irrigans. Herod. Thalia, 1. lib. 3.

ACESÆ, [Ἀκέσαι] Oppidum eſt Macedoniæ, cujus cives dicuntur Aceſæi. V. Steph.

ACESAMENÆ, [Ἀκεσαμεναί] Oppidum eſt Macedoniæ, conditum ab Aceſamene, uno eorum qui in Pieria regnaverunt. V. Steph. Gentile eſt Aceſamenius.

ACESCO, is. V. ACEO.

ACESEI & Heliconis opera, quæ ſingulari artificio confecta viderentur, ſic antiquitus appellabantur. Locum proverbio fecerunt duo quidam celebratæ artis artifices, Aceſeus natione Patarenſis, & Helicon Caryſtius: qui primi contexuiſſe dicuntur peplum Palladis Poliadis. Id enim cognomen Minervæ, quæ in arce Athenienſium colebatur. V. Chil.

ACESIAS MEDICATUS EST. Dicitur de re, Quæ ſemper vergit in deterius, & quæ quo magis accuratur, hoc pejus habet. Occaſionem adagio dedit Aceſias quidam medicus imperitus & ſtupidus, qui dum cuidam pedum dolore laboranti mederi ſtuderet, auxit dolorem. Author Diogenianus.

ACESINAS, Fluvius gemmas ferens. Plin. lib. 37. cap. 13. Gemmiferi amnes ſunt Aceſinus & Ganges. Quem lib. 6. cap. 20. tradit influere in Indum fluvium.

ACESIS, [ἄκεσις] Genus eſt Chryſocollæ, diverſæ ab Orobitide. V. Plin. lib. 33. cap. 5.

ACESIUM Apollinem apud Eleos eundem Pauſanias in Att. cap. 3. putat, quem Alexicacon vocant Athenienſes. Cælius Antiq. Lect. lib. 16. c. 19.

ACESIUS, [Ἀκέσιος] Novatianorum Epiſcopus fuit ſub Conſtantino Imperatore: De quo V. Suidam.

ACESSÆI Luna. Dictum in comperendinatores, qui novam ſubinde cauſam comminiſcuntur, quo negotium differant: a nautæ cujuſdam moribus ortum, cui Aceſſæo fuit nomen. Is quum eſſet ignavus, ita prorogare conſuevit navigationem, ut ſe diceret lunam magis opportunam expectare. Author Diogenianus.

ACESTA, [Ἀκέστα] Siciliæ urbs, ab Aceſte dicta, teſte Virg. 5. Æn. 718.
Urbem appellabunt permiſſo nomine Aceſtam.

ACESTES, æ. [Ἀκέστης] Filius fuit Crimniſi fluminis ex Segeſta Trojana, ut Virg. 5. Æn. 106. teſtatur.
Famaque finitimos, & clari nomen Aceſtæ
Excierant. V. Serv. in illud 1. Æn. 550.
— Trojanoque a ſanguine clarus Aceſtes.
Dardanius Aceſtes. Virg. 5. Æn. 711.
Eſt tibi Dardanius divinæ ſtirpis Aceſtes.
Fidus. Ovid. 14. Met. 83.
Ad ſedes Ericis, fidumque relatus Aceſten, Sacrificat.
Gravis. Virg. 5. Æn. 387.
Hic gravis Entellum dictis caſtigat Aceſtes. Gravis ætate, vel objurgatione. Servius.
Senior. Virg. 5. Æn. 301.
Cætera Trinacriis pubes ſenioris Aceſtæ Fertur equis.
Trojanus, Propter originem. Sil. Ital. lib. 14. 46.
Miſcuerunt Phrygiam prolem Trojanus Aceſtes,
Trojanuſque Helymus.

ACESTIDES, [Ἀκεστίδες] Fornaces ſunt ferreæ, prægrandeſque, in quibus fit cadmia. Dioſcor. lib. 5. in cap. 42. de Cadmia.

ACESTIS, is. Fluvius Indiæ navigabilis, juxta quem Alexander Macedo Bucephalam urbem condidit.

ACESTIUM, ii. f. Nomen mulieris proprium, de qua Pauſanias in At-

ticis: Aceſtium Xenoclis, qui ex Sophocle Leontis filio prognatus eſt, filia fuit. Huic ad Leontem usque atavum, omnes gentiles Cereris miniſtros quaſſantes facem, dum viveret, videre contigit. Nam primum in eo vidit Sophoclem fratrem, dein Themiſtoclem conjugem, atque eo mortuo Theophraſtum filium: atque hæc illius fortuna commemoratur.

ACETES, Evandri armiger. Virg. 11. Æn. 30. ſeq.

ACETABULUM, i. n. [ὀξύβαφον, κοτύλη, κοτυληδών.] Hermolaus in Plin. 19. 4. & Joh. Poſthius. Obſerv. in Realdi Columbi Anatom. tit. uterus. p. 507. ab accipiendo dictum putant, quaſi Acceptabulum. Nec aliter ſcribit hanc vocem Cæl. Rhodig. 13. 32. Etiamſi Græci Oxybaphon appellant, quaſi ab Aceto. Et eſt genus menſuræ, capiens ſeſquicyathum. Plin. lib. 21. cap. 34. Cum acetabuli menſura dicitur, ſignificat heminæ quartam partem. Id eſt, drachmas XV. Idem lib. 18. cap. 7. Coriandri ſelibram, ſaliſque acetabulo. Celſ. lib. 5. cap. 24. Inſtillaturque ſubinde quam optimi mellis acetabulum.

Acetabula in corporibus dicuntur pro Pyxidibus, ut Anatomici vocant, quibus coxendices infiguntur, circaque ea vertuntur oſſa coxarum. Plin. 28. cap. 11. Item oſſa ex acetabulis pernarum, circa quæ coxendices vertuntur. V. Iſchion.

Acetabula item ſunt veluti quidam Cáliculi in iis piſcibus, qui Molles appellantur, ut in Polypo. Plin. lib. 9. cap. 30. de Polypo loquens: Præterea negat eſſe ullum atrocius animal ad conficiendum hominem in aqua: luctatur enim complexu, & ſorbet acetabulis, ac numeroſo ſuctu detrahit, cum in naufragos urinanteſve impetum capit. Et paulo poſt, Oſtendêre Lucullo caput ejus, dolii magnitudine, amphorarum XV. capax: atque (ut ipſius Trebii verbis utar) barbas, quas vix utroque brachio complecti eſſet, clavarum modo toroſas, longas pedum triginta, acetabulis, ſive caliculis urnalibus, pelvium modo, dentes magnitudini reſpondentes.

Acetabula ſunt etiam Præſtigiatorum vaſcula, ſive caliculi, quibus aſtantium oculos fallendo præſtringunt. Sen. lib. 6. Epiſt. 45. Iſta ſine noxa decipiunt, quomodo præſtigiatorum acetabula & caliculi: in quibus me fallacia ipſa delectat.

Acetabulum abuſive dici poteſt de rebus aliíſ, Quæ ſimilitudinem quandam referant acetabuli, quod in corporibus eſſe ſupra dictum eſt. Unde Quintil. lib. 8. cap. 6. Eo magis neceſſaria (inquit) κατάχρησις, quam recte dicimus abuſionem: quæ non habentibus nomen ſuum, accommodat quod in proximo eſt. Et paulo poſt, Mille ſunt hæc: & acetabula, quicquid habet: & pyxides, cujuscunque materiæ ſunt: & parricida, matris quoque aut fratris interfector. V. Burm. ad Quintil.

ACETARE dicebant veteres, quod nunc dicimus Agitare. Feſtus, p. 741. Forte rectius Acitare. V. Not. Gothofredi ibid. & Scal. ac Dacer.

ACETARIA, orum. pl. [ὀξύβαφα ut placet quibusd.] Nomen ab Aceto dictum: & ſunt herbæ ſeu cibaria quæ ex aceto ſumuntur ad excitandam appetentiam: quales ſunt herbæ virentes, quas aceto oleoque guttatim inſtillato concinnamus, τρώξιμα Græcis: de quibus plura Salmaſius Exercitat. Plinian. p. 898. Fiunt & ex herbarum radicibus Acetaria. Plin. lib. 20. cap. 20. Stomachum in acetariis ſumpta corroborat. De Portulaca loquitur. Idem lib. 19. cap. 5. Horti maxime placebant, quia non egerent igni, parcerentque ligno, expedita res & parata ſemper: unde & acetaria appellabantur, facilia concoqui, nec oneratura ſenſum cibo. Quem locum ſic exponit Hermolaus: Porro hic acetarium non ab aceto, ut credi cœptum eſt, ſed ab accipiendo flectitur. Ideo enim, inquit Plin. acetaria appellabantur horti. Hoc eſt, Hortenſia: quoniam expedita res & parata ſemper eſſet. Nam & Acetabulum ab Accipiendo dicitur: etiamſi Græci Oxybaphon appellant, quaſi ab Aceto.

Acetaria, ut nonnulli volunt, dici quoque poſſunt Carnes fruſtillatim conciſæ, quæ ex Aceto ſumuntur.

ACĒTUM, i. [ὄξος] Nomen omnibus notiſſimum. Martial. lib. 13. 122.

Amphora Niliaci non ſit tibi vilis aceti,
Eſſet quum vinum, vilior illa fuit.

Acre acetum. Hor. 2. Sat. 3. 117.

Durum. Id eſt, Acidiſſimum & acerrimum. Sammonicus,
Furfuribusque novis durum miſcebis acetum.

Frigorificum. Gell. lib. 17. cap. 8.

Mordax. Perſ. 5. Sat. 86.

Moriens. Perſ. 4. Sat. 32.

Mulſum. ὀξύμελι Galen.

Pharium. Id eſt, Ægyptiacum, a Pharo Ægypti inſula. Juven. 13. Sat. 85.

Piperatum. Columel. lib. 12. cap. 57. Deinde exiguum aceti piperati, & pluſculum mellis adjiciunt.

Rubens. Martial. lib. 11. 57.

Scillinum, ſcilliticum, & ſcillites. V. SCILLA.

Acetum exacuere. Plin. lib. 19. cap. 5. Verum nobiliſſima eſt ſcilla, quanquam medicamini nata, acetoque exacuendo.

Aceto quempiam perfundere, Amara mordacitate reprehendere. Hor. 1. Sat. 7. 32.

Ova aceto macerare. Plin. 10. 60. De ejus vi in macerandis ſaxis lege Liv. 21. 37. itemque Vitruv. 8. 3. ubi & de aliis habes quæ Acetum ſolvit; & præter cætera acria bene cruorem ſiſtere ſcribit Celſ. 5. 1. Vid. Plin. 23. 1. Tacit. Hiſt. 5. 6. 7. cum de Bitumine Judææ tradit, Acetum videtur appellaſſe Liquorem qui jam concrevit in cruſtam, quod in Aceto fieri ſolet.

Acetum ad animum tranſtulit Plautus. Sic enim ait in Pſeud. 2. 4. 49. Ecquid habet is homo aceti in pectore? Videtur Acerbitatem ſignificare: hoc eſt, Dolorem, mœroremve acerbiſſimum. Idem Bacchid. 3. 3. princ. Nunc experiar, ſitne acetum tibi cor acre in pectore. Id eſt, Acrimonia & indignatio. Eraſmus Aſtutiam intelligit.

ACETUM, Adj. neutr. ut Acetum mel. [ἀκητὸν, κράτιστον. Heſy.] Plin. lib. 11. cap. 15. In omni melle, quod per ſe fluxit, ut muſtum oleumque, appellatur acetum. Maxime laudabile eſt etiam omne rutilum. Sic enim ex manu ſcriptis reponit Turnebus. Quem ſequitur Hard. q. V. ut & mox ACOETUS.

ACHÆÆ PETRÆ, [Ἀχαιαὶ πέτραι] Sunt rupes abſciſſæ ejus montis quo Jordanes effluit, ſuper quibus Samos civitas condita eſt. Vid. Strab. lib. 8.

ACHÆIUM, [Ἀχαΐιον] Civitas eſt ad ulteriorem Tenediorum regionem pertinens. Strab. lib. 13.

ACHÆMENES, [Ἀχαιμένης] Fuit primus rex Perſarum, a quo poſtea reges omnes usque ad Darium vocati ſunt Achæmenidæ. Ex Herodot. lib. 4. Hor. 2. Od. 12. 21.

ACHÆMENIA, Pars Perſidis, ab Achæmene Ægæi filio. Author Steph.

ACHÆMENIUS, [Ἀχαιμένιος] Id eſt, Perſicus, vel Parthicus, Author Lucan. 8. 224.

Paſſus Achæmeniis longe decurrere campis.

Stat. 5. Sylv. 3.

Alter Achæmenium ſecludit zeugmate Perſen. Vid. etiam Horat. 3. Od. 1. 44. Epod. 13. 8.

Sagittæ Achæmeniæ. Propert. lib. 2. Eleg. 13. 1.

ACHÆMENĬDES, [Ἀχαιμενίδης] Unus e ſociis Ulyſſis, qui apud Virg. narrat de Polyphemo 3. Æn. 613. &c. Ovid. 2. de Ponto 2. 25.

ACHÆMENIDÆ, m. Tribus vel Gens Perſarum, qui & Paſargadæ dicebantur. Vid. Herodot. 1. 125.

ACHÆMENIDON, [Ἀχαιμενίδων] Herba eſt, quæ colore electri ſine folio naſcitur in Tardiſtillis Indiæ, cujusque radice in paſtillos digeſta, in dieque pota in vino, noxii, per cruciatus, nocte confitentur omnia per varias numinum imaginationes. Author Plin. lib. 24. cap. 17.

ACHÆUS, [Ἀχαιός] Eretrius poeta tragicus, paulo junior Sophocle, tragœdias trigintaquatuor docuit, vicit autem una. Fuit & alter junior item tragicus, qui & unam ipſe reliquit. Author Suidas.

ACHĀĬA, [Ἀχαΐα] Ampla regio Græciæ, & pene inſula. Nam Ægæo & Ionio mari cingitur, præter exiguam partem. Ejus caput Corinthus, urbs olim ditiſſima, cui ab Achæo Xuthi filio hoc nomen inditum tradit Strabo lib. 8. Ægialos (vel ut alii, Ægialea) ante vocabatur, propter urbes in littore diſpoſitas. Author Plin. lib. 4. cap. 5. Sane Ægialus, m. αἰγιαλὸς, Græcis Littus ſignificat. At Pauſanias ab Ægialo dictam ait primo rege e Theſſalia veniente, ac patre Achæi qui regioni nomen dedit. Dicta & Ionia, quod Iones habuerit colonos ab Athenienſibus miſſos. Sed & Peloponneſus, quaſi Pelopis inſula. Nunc vulgo Morea vocatur. Ovid. 8. Met. 268. Idem Epiſt. Helenæ v. 209.

ACHÆI, [Ἀχαιοὶ] Ponti accolæ, Orchomeniorum colonia.

ACHÆUS, [Ἀχαιὸς] Subſt. Aliquis de Achaia Ponti. Ovid. 4. de Ponto 27.

Nec potes infeſtis conferre Charybdin Achæis.

ACHÆUS, a, um. Adj. Idem quod Achaicus. Stat. 2. Achil. 70. de Paride Helenam rapiente,

— terrasque freto delatus Achæas.

ACHÆIAS, ădos. [Ἀχαιιὰς] Ovid. 3. Epiſt. 71.

Inter Achæiadas longe pulcherrima matres. Alii ſcribunt Achaiadas.

ACHÆORUM PORTUS, [Ἀχαιῶν λιμὴν] Portus eſt in Troade, ſub promontorio ejusdem nominis: ita dictus quod ibi Græci claſſis ſuæ ſtationem habuerint, quo tempore Trojanis bellum inferebant. Plin. lib. 4. cap. 12.

ACHAĬCUS, Adj. [Ἀχαϊκὸς] Id eſt, Græcus. Virg. 2. Æn. 462.

Et Danaûm ſolitæ naves, & Achaica caſtra.

Hor. 1. Od. 14. 35.

Poſt certas hyemes uret Achaicus
Ignis Iliacas domos.

ACHĀIS, ĭdis & ĭdos. f. [Ἀχαΐς.] Ovid. 5. Met. 306.

Perque tot Hæmonias, & per tot Achaidas urbes
Huc venit.

Alii ſcribunt Achæidas. Patronymicum eſt, pro poſſeſſivo, quod frequens eſt, potiſſimum poetis.

ACHAICARUS, [Ἀχαΐκαρος] Vates quidam apud Boſphoranos erat, qui petentibus reſponſa dabat, quemadmodum Tireſias, Trophonius, Amphiaraus, & alii plures, de quo Vid. Strab. lib. 16.

ACHAMAS, Miniſter Vulcani. Val. Flacc. 1. 583.

ACHAMOTH, Unus ex Diis vel Æonibus Valentini hæretici. Tertull. de Præſcript. 49. & adverſ. Valent. cap. 16. ſeq. Hinc

ACHAMOTHIANUS, a, um. ibid. cap. 27.

ACHANA, Fluvii nomen in Arabia, non procul ab Euphrate, de quo Plin. lib. 6. cap. 28.

ACHANE, [ἀχάνη] Genus erat menſuræ frumentariæ apud Perſas, capiens medimnos Atticos 45. Cæl. lib. 8. cap. 9. docet eſſe vaſis genus, in quo commeatus eorum includebatur qui ad Theorias mittebantur. Quas Athenienſes vocarint Theorias. Vid. infra ſuo loco.

ACHANI, [Ἀχανοὶ] Populi ſunt Scythiæ, qui & ACHARNI dicuntur a Theopompo. Author Steph.

ACHAR, Nomen civitatis, quæ nunc Nizibis appellatur.

ACHARACA, [Ἀχάρακα] Oppidi nomen. Strab. lib. 14.

ACHARDEUS, [Ἀχαρδέος] Fluvius eſt, prope quem Siraci populi habitant, qui ex monte Caucaſo fluens, in Mæotim decurrit. Author Strab. lib. 11.

ACHARITANUM, [Ἀχαριτανὸν] Oppidum liberum eſt in Aphrica, ab ea parte qua ſpectat tractum Cyrenaicum. Author Plin. lib. 5. cap. 4.

ACHARNÆ, & ACHARNA. [Ἀχαρναὶ] Demus i. e. populus, ſeu oppidum eſt Græciæ in Attica regione, totius ejus tractus potentiſſimum. Thucid. lib. 2.

De hoc Pauſanias in Att. Pindar. Nem. Od. 2. p. 4. Acharnæ ſunt εὐάνορες ſtrenuæ ſeu fortium virorum genetrices. Dionyſia ibi primum inventa & celebrata. Hinc Stat. 12. Theb. 623.

Quæque rudes thyrſos hederis veſtiſtis Acharnæ.

ACHARNANUS, Adj. Acharnis oriundus. Nepos 2. 1. 2. Is uxorem Acharnanam civem duxit.

ACHARNENSIS, Idem. Acharnenſes Ἀχαρνεῖς Ariſtophanis Comœdia appellata.

ACHARNE, F. Piſcis marinus præſtantiſſimus, capitur circa Ænum Thraciæ. Λαβρὸς ἀχάρνος apud Athenæum 7. 9. princ. ex Calliæ Cyclopibus. Plin. 32. 11. eſt Acarne.

ACHĀTES, æ. [Ἀχάτης] Nomen proprium comitis Æneæ, qui, teſte Servio, a ſolicitudine dictus eſt. Diximus (inquit) quæri cur Achates Æneæ ſit comes &c. melius tamen hoc fingitur ut tractum nomen ſit a Græca etymologia, ἄχος enim dicitur ſolicitudo, quæ regum ſemper eſt comes. Hæc ille, illud Virgilii enarrans, lib. 1. Æn. 312.

— ipſe uno graditur comitatus Achate.

Alius eſt Achates de quo Auſon. Idyll. 10. 316.

Spirat enim tecti teſtudine Corus Achates.

Ubi Achates videtur quidam fuiſſe quem in deliciis habuerit Arſinoe. Et ut Arſinoe Venus & Chloris cognominata, ita Achates Corus vel Zephyrus. Joſ. Scal. 1. Auſon. Lect. 4.

ACHĀTES, m. [ἀχάτης] Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10. Achates magna fuit authoritate, nunc in nulla eſt: Reperta primum in Sicilia, juxta flumen ejuſdem nominis: poſtea plurimis locis, excedens amplitudine numeroſa, varietatibus diverſis mutantibus cognomina ejus. ubi videtur eſſe generis fœminini. Sed hæc adjectiva fœminina referuntur ad hoc nomen Gemma ſubauditum.

Achates, Annulus dicitur, qui minimo digito geſtatur: quo vero Index ornatur, coriannos. Latini autem levis materiæ annulum, qui minimo geſtatur, æſtivum nuncupant. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. ult.

ACHEDORUS, V. ECHEDORUS.

ACHELŌUS, [Ἀχελῶος] Epiri fluvius, a Pindo monte fluens, qui Acarnaniam ab Ætolis dividit: Thoas prius vocatus a celeritate: nomen ſub Acheloo rege mutavit, qui cum Alcmæone e Theſſalia profectus, apud eum conſedit. Acheloi autem ipſius Ætoliæ, ſive Epiri fluminis fabulam, Diodor. lib. 5. refert. Strabo quoque lib. 10. & Ovid. 9. Met. 95. conf. Barth. ad Theb. Statii p. 650. Hug. Grot. 2. de Jure Belli & Pacis, cap. 3. n. 16. De taurinis Cornibus Acheloo tributis. V. Spanhem. de Uſu & Præſt. Num. Diſſ. 7. p. 490. Nunc vulgo dicitur *Pachicolam*, *Pachicolamus*.

Acheloum Oceani & Tethyos fuiſſe filium tradit in Theogonia Heſiodus. Ætolus Achelous. Propertius lib. 2. Eleg. 34. 33.

Nam rurſus licet Ætoli referas Acheloi
Fluxerit ut magno fractus amore liquor.

Calydonius. Ovid. 8. Met. 727.

— nixus cubito Calydonius amnis
Talibus alloquitur.

Deformis cornu. Stat. 7. Theb. 417.

— Acheloon utroque
Deformem cornu vagus infamabat Acarnan.

Naupactous. Id eſt, Ætolus, a Naupacto urbe Ætoliæ. Ovid. 2. Faſt. 43.

Amphiaraïdes Naupactoo Acheloo.

Turbidus. Stat. 2. Theb. 732.

Turbidus objectas Achelous Echinadas exit.

Achelous, apud veteres generaliter Aquam ſignificabat. Unde eſt illud Virg. 1. Georg. 9.

Poculaque inventis Acheloia miſcuit uvis. Id eſt, Aquam miſcuit vino. Author Servius ex Orpheo. Macrob. quoque lib. 5. Saturn. cap. 18. docet hunc morem loquendi pervagatum fuiſſe, ut Acheloum pro quavis aqua dicerent, citatque multorum teſtimonia. [Synecdochen eſſe Serv. docet, ut in antecedente verſ.

Chaoniam pingui glandem mutavit ariſta.

ACHELOIUS, Adj. poſſeſſ. [ἀχελώϊος] Ovid. 16. Epiſt. 265.

Ut ferus Alcides Acheloia cornua fregit.

ACHELOĪDES, [ἀχελωΐδες] Id eſt, Sirenes Acheloi filiæ. Ovid. 5. Met. 552.

---- vobis Acheloides unde
Pluma, pedeſque avium, cum virginis ora geratis?

ACHELOIĂDES, [ἀχελωϊάδες] Eædem quæ & Acheloides. Ovid. 14. Met. 87.

Solvit, & Hippotadæ regnum, terraſque calenti
Sulphure fumantes, Acheloïadumque relinquit
Sirenum Scopulos.

ACHĒLUS, i. [Ἄχηλος] Nomen proprium viri. Valer. Flacc. 3. Argon. 15.

Ambroſium Peleus, ingentem Ancæus Achelum
Sternit.

ACHEMON, ſive ACHMON, [Ἀχέμων, ἢ Ἄχμων] Unus fuit Cercopum, qui una cum fratre Paſſalo nullo non injuriarum genere in obvium quenque debacchabatur. Hiſce erat mater nomine Sennonis, mulier fatidica, quæ filios cavere juſſit, ne quando in Melampygum inciderent, &c. Reliquum fabulæ vide apud Eraſm. in Proverb. Ne in Melampygum incidas.

ACHERINI, Populi Siciliæ. Cic. 3. Verr. 170.

ACHERIUS, Orator, tempore Auguſti Cæſaris, cui tanta orationis celeritas fuit, ut & vitium fieret, & bracteata Cæſaris Auguſti ſententia ad id circumferatur, Acherius noſter ſufflaminandus eſt. Is cum libertinum reum defenderet, cui objiciebatur, quod patroni concubinus fuiſſet, dixit, Impudicitia in ingenuo crimen eſt, in ſervo neceſſitas, in liberto officium. Ex Cæl. lib. Antiq. Lect. 15. cap. 11.

ACHERŌIS, ĭdis & ĭdos. f. [ἀχερωΐς] Epitheton populi albæ. Texebant (ait Parrhaſius in Claud.) ſibi Bacchæ coronas ex alba populo, quod ea arbor inferna credebatur, & (ut ait Harpocration) juxta ripas Acherontis enata, eoque ab Homero Acheroida appellari putant.

ACHĔRON, ontis. m. [Ἀχέρων] Dicitur a poetis Fluvius inferorum. Servius autem apud Virg. 6. Æn. 107. ſcribit locum eſſe in Campania, montibus ſeptum, adeo ut nec orientem, nec occidentem ſolem poſſit aſpicere, ſed tantum medium diem, non procul a Baiis, ubi necromantia exercebatur: cui vicina loca omnia calidis & ſulphuratis aquis ſcatent. Eſt item Acheron, fluvius Epiri & etiam Lucaniæ, teſte Plinio.

Acheron a Servio in 6. Æn. dici putatur, quaſi Sine gaudio. Siquidem ἀ, particula eſt privativa: χαίρων gaudentem ſignificat. Sunt qui malint ἀπὸ τοῦ ἄχεος καὶ ῥέω; quaſi Doloris triſtitiæque fluvius. Virg. 2. Georg. 492.

Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas:
Atque metus omneis, & inexorabile fatum
Subjecit pedibus, ſtrepitumque Acherontis avari.

Id eſt, Omnem mundum in mortem trahentis. Servius.

Acheron, [Ἀχέρων] teſte Strab. lib. 7. p. 224. Fluvius eſt in agro Brutio, ubi Alexander Moloſſorum rex trucidatus eſt, Dodonæo deceptus oraculo, Acherontem atque Pandoſiam cavere jubente. V. plura apud eundem. lib. 8. 237. & Liv. 8. 24.

Acheron (ait Parrhaſius in Claud.) ad Heracleam Ponti fluvius eſt, ab Acheronte Mariandynorum rege dictus, ut Telus Andro refert. Is poſtea Soonautes a Megarenſibus quibusdam nautis vocatus eſt, qui tempeſtatem maris illuc evaſerunt, ut canit Apollonius. Ejusdem nominis alter apud inferos eſſe fingitur, ad exprimendum mœrorem quo chariſſimos quosque vita functos efferimus. Aliter Academici: nam quicquid feciſſe dixiſſeve usque ad triſtitiam, humanæ varietatis more nos pœnitet, in Acheronte ſignificari putaverunt. Hæc Parrhaſ. meminit & Hermolaus in Plin. lib. 6. cap. 1.

Aduſtus Acheron. Lucan. lib. 3. 16.

Præparat innumeras puppes Acherontis aduſti
Portitor. Aquas enim flammeas habere dicitur.

Durus. Stat. 2. Sylv. 6.

— jam littora duri
Sæva Pilete ſenis, durumque Acheronta videbas.

Fumeus. Valer. Flacc. lib. 4. Argon. de Acheronte Pontico,

Illic peſtiferas ſubter juga concava torquet
Ater aquas Acheron, vaſtoque exundat hiatu
Fumeus, & ſæva ſequitur caligine campos.

Mœſtus. Sen. in Thyeſt. 1. Mœſtus, ab effectu, mœſtitiam inducens.

Nefaſtus. Stat. 4. Theb. 522.

Profundus. Lucret. lib. 3. 991.

Tartareus. Virg. 6. Æn. 295.

Hinc via Tartarei quæ fert Acherontis ad undas.

Triſtis. Sil. Ital. lib. 13.

ACHERŌNS, ontis. ſive ACHERUNS, untis. Idem quod Acheron. Plaut. Amph. 5. 1. 26.

Verbero, etiam quis ego ſim me rogitas? ulmorum Acheruns.

Quem locum ſic Pylades exponit, Ulmorum Acheruns, vorago & diſſipatio virgarum, non aliter quam Acheruns, ſive Acheron fluvius infernus, qui eſt vorago & aſſumptio animarum. Dicitur utroque modo Acherons & Acheron. Ex ulmis autem virgæ fiebant ad plagas, ſervis malis inferendas. Unde alibi verberonem ſervum, appellat ulmitribam. Idem Capt. 5. 4. 1.

Vidi ego multa ſæpe picta, quæ ſub Acheronte fierent
Cruciamenta: verum enimvero nullus adæque eſt Acherons,
Atque ubi ego fui in lapicidinis. Nonius fœminino genere Plautum in hoc exemplo protuliſſe teſtatur. Legit enimvero Nulla. Dicit autem Tyndarus ſe multa vidiſſe picta cruciamenta quæ fierent apud inferos, ut Tityi, Siſyphi, Ixionis, & aliorum; verum nullum Acherontem inveniri poſſe adeo ærumnoſum, ut ſunt illæ lapicidinæ, in quibus aliquot dies fuerat exercitus.

Apud veteres Latinos Inferos plerunque ſignificat: ut apud Plaut. Trinum. 2. 4. 124.

In noſtro agro oſtium eſt Acheruntis. Id eſt, Inferorum.

Et apud Virg. 11. Æn. 23.

— qui ſolus honos Acheronte ſub imo eſt.

ACHERUNTEM, Adv. ad locum. Plaut. Caſin. 2. 8. 12. Hunc Acheruntem præmittam prius. Sed

ACHERUNTI, Adv. in loco Plaut. Capt. 5. 4. 1. Quæ Acherunti fierent.

ACHERONTICUS, Adj. ut Acherontica regio [ἀχερόντιος] Plaut. Bacch. 2. 2. 21. Regiones colere mavellem ego Acheronticas.

ACHERONTIA, [Ἀχεροντία] Civitas eſt Apuliæ, contermina Lucaniæ, quam ob hoc Nidum appellavit Horatius, quia parva eſt, & in montis conſtituta ſummitate, ſicut nidi avium in ſummis arboribus. Hæc Acron. Hor. 3. Od. 4. 14.

ACHERONTINI, [Ἀχερόντειοι] Populi ſunt in agro Brutio, juxta Acherontem fluvium habitantes. Plin. lib. 3. cap. 5.

ACHERUSIA, [Ἀχερουσία] Palus eſt in Campania, juxta Cumas, oriens ex Acheronte. Eſt item lacus Theſprotiæ, in Epiro, ex quo lacu profluit amnis Acheron, qui in Ambracium ſinum defertur. Authores Pomponius & Strabo lib. 5. Plin. quoque lib. 4. cap. 1.

Acheruſia quoque, Specus eſt in Ponto juxta Heracleam, ad manes (ut aiunt) pervius. Illac extractum ab Hercule Cerberum exiſtimant. V. Plin. lib. 6. cap. 1. & lib. 27. cap. 2. Pompon. Melam lib. 1. 19. & 2. Solinum cap. 55. Diod. Siculum lib. 2. Ovid. 7. Met.

ACHERŪSIS, ĭdis & ĭdos. F. [Ἀχερουσίς] Idem quod Acheruſia. Valer. Flacc. 5. Argon. 73.

Inde premente Noto triſtes Acheruſidos oras, Præterit.

ACHERUSIUS, Adj. [ἀχερούσιος] Lucret. lib. 3. 25.

At contra nusquam apparent Acheruſia templa. Id eſt, Infernæ regiones.

Acheruſius humor. Sil. Ital. lib. 13.

Acheruſia vita. Id eſt, Anxia, ſollicita, ærumnoſa, omnibus denique pœnis & cruciatibus referta: quibus Tantalus, & alii affici apud inferos putantur. Metaphora eſt. Lucret. lib. 3. 1036.

Hinc Acheruſia fit ſtultorum denique vita.

ACHĒTÆ, arum. [ἀχέται] Cicadæ ſunt argutæ & canoræ. Plin. lib. 11. cap. 26. Quæ canunt, vocantur Achetæ: & quæ minores ex eis ſunt, Tettigoniæ: ſed illæ magis canoræ. Mares canunt in utroque genere: fœminæ ſilent. Quod ex Ariſtotele deſcripſit, apud quem idem legitur Hiſt. Animal. 5. 30.

ACHILLEON, Oppidum Troadis, ad Achillis tumulum a Mitylenæis conditum, authore Plin. cap. 30. lib. 5. Meminit & Strabo lib. 13.

ACHILLAS, Ἀχιλλᾶς Plutarcho, Servi Ægyptii nomen eſt, cujus manu interfectus fuit Pompeius. Lucan. lib. 8. Pharſaliæ 538.

— ſceleri delectus Achillas. Plutarch. in Vita Pompeii.

ACHILLEA, [Ἀχίλλεια] Inſula eſt exigua, Boryſthenis oſtio objecta: ab Achille in ea ſepulto nomen habens: ut refert Pompon. lib. 2. 4. V. & Plin. 4. 13.

Achilleis, ſive **Achilleas**, ἀχιλληΐς Theophraſto lib. 8. Hiſt. Plant. ἀχιλλείας Hippocrati, Hordei genus, cui ſpica folio proxima eſt, amplitudinis & craſſitudinis majoris: ideoque ærugini magis obnoxium. V. Ruell. lib. 2. cap. 15.

Achilleos, [ἀχίλλειος] Myriophyllum herba appellata, quod eam Achilles inveniſſe traditur in curando vulnere Telephi. Plin. lib. 25. cap. 5. Mathiolus tamen in Dioſcoridem non eandem eſſe cum Millefolio author eſt, quam & Achilleam vocat. in Dioſcor. 4. 33.

Achilles, is & i: vel **Achilleus**, ei & eos: niſi malis Achilli, ab Achillei, per contractionem fieri, ut volunt plerique [Ἀχιλλεύς] Græcorum omnium fortiſſimus, filius fuit Pelei & Thetidis: quem infantem (ut fabulantur poetæ) mater Stygiis aquis totum immerſit: unde invulnerabilis toto corpore factus eſt, præterquam ea parte pedis qua comprehenſus a matre fuerat dum ablueretur. Demum Chironi Theſſalo homini juſtiſſimo, deinde Phœnici datus eſt educandus, ut ſub eis bellicis artibus inſueſceret a primis ſtatim annis, in diſciplina quoque muſica proficeret, atque etiam bonis moribus enutriretur. Hom. Il. 1. 443. Hunc autem cum mater a Proteo vate audiſſet in expeditione Trojana periturum, ſi eo cum cæteris Græcis profiſceretur: jam adultum inter filias Lycomedis in Scyro Ægæi maris inſula regnantis puellari habitu furtim occuluit. Ubi quum aliquandiu latuiſſet Deidamiam Lycomedis filiam vitiavit, ex eaque Pyrrhum ſuſcepit. Audiverant autem Græci Trojam expugnari non poſſe, niſi Achilles ipſe adeſſet. Itaque Ulyſſes id quod erat, ſuſpicatus: mercibus quibus fœminæ capiuntur, gladium, ſcutumque ac galeam immiſcens, ad Lycomedem ſe contulit, ubi mercibus expoſitis, Achilles gladium ac ſcutum, alia negligens, tractare cœpit. Unde cognitus, ad bellum Trojanum deductus eſt. Ubi tandem cum Agamemnone propter ereptam ſibi quam amabat Briſeidem, ſimultates exercuit, adeo ut aliquandiu bello abſtinuerit. Neque ullis precibus adduci potuit ut confligeret, donec Patroclum ſibi chariſſimum intellexit ab Hectore interfectum. Cujus mortem occiſo Hectore ad poſtremum ultus eſt. Tandem Polyxenæ Priami filiæ conjugium ſperans, a Paride in Apollinis Tymbræi templo ſagitta occiſus eſt, & in Sigæo promontorio a Græcis humatus. Hæc ex variis.

Achillem Heptapechyn vocat Lycophron, quaſi Septem cubitos altum. Teſtis Hermolaus in Plin. lib. 8. cap. 29. Idem de Oreſte prodit Herodot. 1. 69.

Achillem ſcribit Euphorion videri nuncupatum, quod non chilo, id eſt, cerealibus cibis primum ſit connutritus: verum ex infantia medullis animalium, mox & carnibus venatu comparatis, cum illi foret pædagogus Chiron. Chili mentio item Xenophonti eſt, ubi ex caſtris abiiſſe milites ſcribit διὰ χιλὸν, veluti frumentatum dicas. Sunt qui Euſtathio tradente, dici Achillem opinentur, quod bello victis triſtitiam immitteret. Alii quod Ilienſes mœrore confecerit. Quo etymi argumento, l ſimplici ſcribendum arbitrantur, ſuccinente vel analogiæ ratione: nam Oileus dicitur, & Baſileus. Illud obiter ſciendum, Achillis patriam dici Phthiam, quæ nunc Pharſala, a Phthia muliere, vel a Phthio Neptuni filio. Cæl. Antiq. Lect. lib. 13. cap. 7. Non deſunt qui ab ἄχος, id eſt, dolor, & λύω, ſolvo, a ſolvendo ſcilicet dolore, nuncupatum Achillem contendant. Medicus enim fuit a Chirone medicinam doctus. Plin. lib. 25. cap. 5. Invenit & Achilles, diſcipulus Chironis, herbam qua vulneribus mederetur, quæ ob id Achilleos vocatur. Hac ſanaſſe Telephum dicitur. Alii primum æruginem inveniſſe, utiliſſimam emplaſtris. Ideoque pingitur ex cuſpide decutiens eam gladio in vulnus Telephi. Alii utroque uſum medicamento volunt. Achilleon Galli vocant Millefolium, teſte Ruell. ſed falſo.

Achilles & templum habet, & tumulum juxta Sigæum promontorium: Patroclus autem & Antilochus tumulos, quibus omnibus, & Ajaci, Ilienſes ſacrificant. Hæc Strabo lib. 13.

Achillis aſylum in Sigæo erat, ſicut in Rhetæo littore, Ajacis. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 20.

Achillis matri Thetidi prædixerat Proteus, ipſam parituram eſſe filium patre majorem. Fabulam elegantiſſime deſcribit Ovid. 11. Met. 220.

Achillem ita infenſum habuerunt Tenedii, quod Tenedum devaſtaſſet, ut ſupplicio afficeretur qui reſtituto templo Achillem nominaſſet. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 14.

Ad Achillis ſtatuam Alexander Ilium profectus, una cum ſociis unguento delibutus, nudusque de more circuncurrens, eam coronis ornavit, Felicem illum appellans, quod vivo quidem tam fidum amicum, mortuo autem tam magnum contigiſſet habere præconem. Plutarchus in Alexandri Vita. Cic. pro Archia 10. Quam multos ſcriptores rerum ſuarum magnus ille Alexander ſecum habuiſſe dicitur? Atque is tamen, cum in Sigæo ad Achillis tumulum aſtitiſſet, O fortunate, inquit, adoleſcens, qui tuæ virtutis præconem Homerum inveneris.

Achillis ædem ante Boryſthenem nulla ales ingreditur. Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 14.

Achillis haſtam ex fraxino fuiſſe teſtatur ex Homero Plin. lib. 16. cap. 13.

Alumnus Chironis Achilles. Stat. 1. Achill. 526.
Qui rapis ingentem magni Chironis alumnum.

Filius Thetidis Achilles. Hor. 1. Od. 8. 14.

Thetidis proles. Id eſt, Achilles. Sil. Ital. lib. 7. 24.

Cedere neſcius Achilles. Hor. 1. Od. 6. 6.

Theſſalus dux. Id eſt, Achilles. Sen. Mactanda virgo eſt Theſſali buſto ducis.

Theſſalicus dux. Id eſt, Achilles. Sen. Emicuit ingens umbra Theſſalici ducis.

Timor Phrygum, & Græcorum decus Achilles. Ovid. 12. Met. 612.
Jam timor ille Phrygum, decus & tutela Pelaſgi
Nominis Æacides, caput inſuperabile bello Arſerat.

Pelides Achilles. Id eſt, Pelei filius. Virg. 5. Æn. 808.
— Pelidæ tunc ego forti
Congreſſum Ænéam, nec diis, nec viribus æquis,
Nube cava eripui.

Æmonius Achilles. Id eſt, Theſſalus. Ovid. 12. Met. 81.

Æquoreus, a Thetide matre, quam poetæ inter maris deas connumerant. Lucan. lib. 6. 350.

Æternus carmine. Sil. Ital. lib. 14.

Animoſus. Hor. 1. Sat. 7. 12.

Armipotens. Virg. 6. Æn. 839.
— genus armipotentis Achilli.

Atrox. Claud. ad Hadr. Epigr. 39. 13.

Clarus. Ovid. 3. Triſt. 5.

Criſtatus. Virg. 1. Æn. 468.
Hac Phryges, inſtaret curru criſtatus Achilles.

Expers terroris. Catul. 62. 338.

Fatalis Priamo. Stat. 1. Achill. 475.

Flavus. Claud. 8. Paneg. 556.

Honoratus. Id eſt, Homeri & multorum carminibus laudatus, &c. Hor. in Arte Poet. 120, &c.
Scriptor, honoratum ſi forte reponis Achillem:
Impiger, iracundus, inexorabilis, acer,
Jura neget ſibi nata, nihil non arroget armis.

Immitis. Virg. 1. Æn. 30.
Troas relliquias Danaûm, atque immitis Achilli. pro Achillis.

Indocilis. Stat. 1. Achil. 284.

Indomitus. Sen. Non illum Achilles flexit indomitus minis.

Ingens. Ovid. 11. Met. 265.

Inſolens. Hor. 2. Od. 4. 2.

Lariſſæus, a Lariſſa urbe Theſſaliæ. Virg. 2. Æn. 197.
Quos neque Tydides, nec Lariſſæus Achilles,
Non anni domuere decem. Servius, a Vicinitate: nam Phthius fuit. Utraque tamen Theſſaliæ civitas eſt.

Magnanimus. Ovid. 13. Met. 298.

Magnus. Ovid. 12. Met. 162. Virg. 4. Ecl. 36.
Atque iterum ad Trojam magnus mittetur Achilles.

Nereius. Id eſt, Nerei nepos. Thetis enim filia fuit Nerei, & eadem Achillis mater, ut Homerus & alii plerique afferunt. Dionyſius tamen Chalcidenſis putat Achillem ex Thetide Chironis filia natum: Dimachus ex Philomela Actoris filia. Suidas. Hor. Epod. 17. 8.
Movit nepotem Telephus Nereium,
In quem ſuperbus ordinarat agmina Myſorum.

Pervicax. Hor. Epod. 17. 14.

Phthius. Hor. 4. Od. 6. 4.

Sævus. Virg. 2. Æn. 458.
Hic Dolopum manus, hic ſævus tendebat Achilles.

Superbus. Stat. 2. Achil. 350.

Velox. Ovid. 2. Amor. 1. 29. Eum quippe dicit Statius ſuper glaciem prima nocte concretam cucurriſſe.

Achilles, Nomen eſt tragœdiæ ab Ariſtarcho compoſitæ. Plaut. in prologo Pœnuli.
Achillem Ariſtarchi mihi commentari lubet:
Inde mihi principium capiam ex tragœdia.

Translate Fortes, magnanimos & rebus geſtis claros viros, vocamus Achilles. Sic L. Sicinius Dentatus ob inſignem fortitudinem Achilles Romanus dictus eſt, quod pugnaverit in hoſtem centum & viginti præliis: cicatricem averſam nullam, adverſas quinque & quadraginta tulerit. Author Gell. lib. 2. cap. 11. Plin. 7. 28. & ibi Dalechamp. Achillis etiam cognomen eadem de cauſa adſcribit Q. Cotio Valerius Max. lib. 3. 2. 21. in titulo de fortitudine. Eadem ratione Virg. 6. Æn. 89. Turnum Latii Achillem vocat, cum ita de eo loquitur;
— alius Latio jam partus Achilles.

Similem in modum Albertus, Elector Brandenburgenſis Achilles Germanicus a Pio I. cognominatus eſt. V. Dreſſer. Part. 4. Iſag. Hiſt. p. 489. adde Plaut. Milit. 1. 1. 61. ubi Achilles pro Forti per antonomaſian ponitur.

Achillēus, Adj. poſſeſſ. [ἀχίλλειος] Virg. 3. Æn. 326.
Nos patria incenſa diverſa per æquora vectæ,
Stirpis Achilleæ faſtus, juvenemque ſuperbum
Servitio enixæ tulimus.

Achilleus cursus, [Ἀχίλλειος δρόμος] Peninſula eſt prope Boryſthenen. Plinio, Pomponio 2. 1. & Strab. lib. 7. Eo usque dicunt Achillem proſecutum Iphigeniam fuiſſe, raptam ex Aulide in Scythiam a Diana, quum Cervam pro ea ſuppoſuit, ibique moratum, cum ea rem habuiſſe. Nonnulli alium Achillem ejus regionis regem illius amore captum fuiſſe dicunt. Hæc Euſtathius in Dionyſ. apud Volaterranum. Plin. lib. 4. cap. 12. ait hanc peninſulam ad formam eſſe gladii in tranſverſum porrectam, & ab exercitatione Achillis cognominatam eſſe Achillis curſum. Dionyſ. Perieg. v. 306.

Achilleides, æ. m. [Ἀχιλλείδης] Patronym. Achillis ſive Achillei filius. Ovid. 8. Epiſt. 3.
Pyrrhus Achilleides animoſus imagine patris. Non deſunt qui Achillides legendum putent.

Achilleum, i. [ἀχίλλειον] Genus ſpongiarum tenue denſumque, ex quo penicilli fiunt. Plin. lib. 9. cap. 45.

Achillis, idos. Inſula in Ponto Euxino ad Boryſthenen, teſte Plin. cap. 13. lib. 4.

Achimenis, idis. f. [ἀχαιμενίς] Herba eſt, quam tradunt Magi ea vi pollere, ut ea in aciem hoſtium conjecta, trepident agmina, ac terga vertant. Plin. lib. 26. cap. 4.

Achisarmi, [Ἀχισαρμοὶ] Africæ populi, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 30.

Achīvus, Adj. [Ἀχαιὸς] Id eſt, Græcus. Virg. 2. Æn. 45.
Aut hoc incluſi ligno occultantur Achivi.
Ovid. 14. Met. 191.
In mare protendens gentem execratur Achivam.
Idem 1. Epiſt. 1. 21.
Denique quisquis erat caſtris jugulatus Achivis.

Achne, es. f. [ἄχνη] Minutias ſignificat ab excuſſis provolantes ſpicis. Sed & pro Maris aſpergine & ſpuma Achnen reperias. Achnem Sophocles pro Rore accipit. Et recte utique, quod non continuæ deferantur guttæ, verum diſparatæ. Unde Achnes profluxit nomen, quaſi aëchne dicatur, id eſt, divulſa, abjunctaque. Quin & Achne ignis, pro Fumo. Et Achne ſomni apud Hippocratem. Cælius Antiq. Lect. lib. 26. cap. 21. Accipitur generatim pro Tenuiſſimo minutiſſimoque & leviſſimo cujuslibet rei.

Achne, [Ἄχνη] Inſulæ nomen apud Plin. lib. 5. ſic enim ait, Rhodiorum inſulæ Carpathus, quæ mari nomen dedit, Caſos, Achne olim.

Acholai, [Ἀχολαοὶ] Oppidum est Arabiæ, non procul a Nabathæis. Plin. lib. 6. cap. 28.

Acholius, Nomen authoris, cujus meminit Lamprid. in Alexand. & alibi frequenter.

Acholla, [Ἀχόλλα] Libera civitas est in Africa proprie dicta, non procul a Zella. Strab. lib. 17.

Achor, [Ἄχωρ] Deus habitus est apud Cyrenaicos, Idem ac Myiagrus. quo de V. C. l.

Achores, [ἀχῶρες] Sunt manantia capitis ulcera, quæ fiunt in ipsa capitis cute, tenuissimis foraminibus cutem perforantia, ex quibus sanies effluit glutinosa. Notum mali genus, pueris admodum familiare. Nostrates a tinearum in vestibus similitudine, Tineas appellant, Egnatius Teniam, a Tenacitate, eo quod difficile curari possit. Vid. Mano. Habet Octav. Horatian. 1. 5. & Macer de Ruta 1. 12. ubi Cornarius restituit, cum legeretur Acora.

Achoreus, Sacerdos Isidis. Lucan. 8. 475. & 10. 175. seq.

Achradinæ, Ἀχραδίνη Stephano, Pars est urbis Syracusanæ, cum reliquis ejus urbis partibus ponte conjuncta. Hanc describit. Cic. 6. Verr. V. Acradina.

Achras, adis. [ἀχράς] Pyrus sylvestris, Pyraster. Ruell. Meminit Columel. lib. 7. cap. 9. Achrades Pyri. Idemque cap. 10. v. 14.

Achrestus, i. [ἄχρηστος] Abusivus, inutilis, inidoneus. Utitur Ausonius Sectione 1. in Epigr. 39. de duobus fratribus. v. 6.

Achriane, Ἀχριανή Stephano, Oppidum est ad mare Hyrcanum, cujus meminit Polyb. lib. 10.

Achrïogelus, [ἀχρειόγελως] ex Stultitia, vel Dementia ridens. V. Erasm. Chiliad.

Achrua, Ἄχρουα Ptolemæo, est Civitas Arabiæ felicis.

Achyrum, i. f. Palea. Festus.

A C I

Acia, æ. [μίτος] Filum, quod Itali etiam alicubi *Azza*, & alibi *Refo* appellant. Utitur Celf. lib. 5. Turnebus, Ut acus, ita acia in instrumento Phrygionis erat, & filum aciculæ erat, nomenque ab acie habet. Titinnius,

Phrygio fui primo, beneque id opus scivi:
Reliqui acus aciasque hero atque heræ nostræ.

In Lexico vetere Latinogræco Acia explicatur ῥάμμα. Quin Acia & Aciela in eo exponitur ἀκαλυφή. [De Acia Cornelii Celsi extat Dissertatio Jo. Rhodii secundis curis Hafniæ edita in 4to. 1672. q. V.

Aciæris, Securis ærea, qua in sacrificiis veteres sacerdotes utebantur. Festus.

Acibi, [Ἀκίβοι] Populi sunt in Sarmatia Europæa, post Riphæos montes. Ptolemæus.

Acicarus, Cujus Columnam interpretatus esse dicitur Democritus apud Clem. Alex. 1. Strom. f. 222. non alius est quam Acencheres, vel Acoris Ægypti Rex. Ita suspicatur Reines. Var. Lect. 1. 22. p. 97. adde 3. 3. p. 381.

Acicŭla, æ. [ῥαφίδιον] Dim. ab Acus, Qua mulieres utuntur ad ornamentum capitis. Valla lib. 1. Est & piscis tenuis, ac longus, qui & Acus dicitur. Est & herba hujus nominis, incultis in locis sponte nascens, plebis Atheniensis quotidianus olim cibus, odore ad daucum, reliqua similitudine ad chærephyllum accedens, exerta habens in vertice corniculа, quæ Acus effigiem repræsentant: a quo habitu a Romanis vocata est Acicula, teste Dioscoride. Græcis dicitur σκάνδιξ: quo nomine & Latini utuntur.

Acĭdalia, [Ἀκιδαλία] Veneris epitheton, a fonte Acidalio, qui est in Orchomeno Bœotiæ civitate: in quo se Gratiæ lavant, quas Veneri constat esse sacratas. Ipsius enim & Liberi filiæ sunt: nec immerito. Gratiæ enim per horum fere numinum munera conciliantur. Hactenus Servius in illud 1. Æn. 720.

— at memor ille
Matris Acidaliæ, paulatim abolere Sichæum Incipit.

Acĭdalius, [Ἀκιδάλιος] Fons in Orchomeno civitate Bœotiæ: Veneri & Gratiis sacer, ut scribit & Bocatius.

Valens Acidalius, Criticus fuit non ignobilis; acuminis miri admirandique homo. Barth. ad B. Arem. p. 333.

Acĭdon, [Ἀκίδων] Amnis est in Elide, Peloponnesi regione, Jardanis sepulchrum præterlabens. Strab. lib. 8.

Acidŏton, [ἀκιδωτὸν] Herba est, quæ notiore nomine Poterium [ποτήριον] & Neuras [νεῦρας] dicitur. Plin. lib. 25. cap. 5. Eandem Phrynion vocat. V. Dioscor. lib. 3. cap. 15.

Acĭdus, Adj. ab Aceo, [ὀξύς] proprie dicitur Id quod acuit, id est, in Acorem versum est. ut Vinum acidum. Plin. lib. 10. cap. 70. Culices acida petunt, ad dulcia non advolant. Plaut. Pseud. 2. 4. 49. Ecquid habet is homo aceti in pectore? ch. atque acidissimi. Metaphora, de qua V. Acetum.

Acida Muria, quam Græci ὀξάλμην vocant, Genus quoddam liquaminis, cujus usum nostra ætate prorsus exolevisse, auctor est Mathiol. in Dioscor. lib. 5. ubi de hoc vide plura.

Acida sorba. Virg. 3. Georg. 380.

Hic noctem ludo ducunt, & pocula læti
Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis.

Acidæ venæ fontium. Vitruv. lib. 8. cap. 3.

Vina. Pompon. in l. Si vina. D. De peric. & comm. rei vendit. Si vina emerim, exceptis acidis & mucidis, & mihi expediat acida quoque & mucida accipere, Proculus ait, quamvis id emptoris causa exceptum sit, tamen acida & mucida non venisse.

Acida dicuntur, Quæ jucundi acoris saporem habent. Sic Herbæ acidæ, & Acidus succus. Columel. lib. 5. cap. 10. Malum punicum si acidum; aut minus dulcem fructum feret, hoc modo emendabitur.

Acidŭlus, a, um. dimin. [ὀξώδης] Aliqua ex parte acidum: quod & Subacidum dicitur. Plin. lib. 15. cap. 15. Post autumnalia, acidulo sapore jucunda. De pyris loquitur.

Acidula Aqua. Plin. lib. 2. cap. 103. Lyncestis aqua, quæ vocatur Acidula, vini modo temulentos facit. Meminit & lib. 31. cap. 2.

Acienses, Olim populi erant in Latio, qui una cum reliquis Latinis carnes in monte Albano solebant accipere. Plin. lib. 3. cap. 5.

Acies, Acumen, Acus, & Acuere dicuntur ab ἀκόνη, quam Latine dicimus Cotem. Festus. Potius ab ἀκὴ, vel ἀκὶς cuspis ferri. V. Dacer.

Acies, ei. [ἀκὶς, ἀκμή] Dicitur in ferro Ea pars quæ secat. Inde ad alia transfertur, ut Acies oculi, pro Acumine visus, Acies animi vel ingenii. Virg. 2. Georg. 365.

Ipsa acie falcis nondum tentanda: sed uncis.

Acies rostri. Plin. lib. 11. cap. 37. Testudini marinæ lingua nulla, nec dentes, sed rostri acie comminuit omnia.

Unguium. Plin. lib. 8. cap. 16.

Exacta falcis. Plin. lib. 17. cap. 22. & 27. Exactam falcis aciem utraque manu imprimentes.

Hastæ. Id est, Cuspis. Ovid. 3. Met. 107.

Primaque de falcis acies comparuit hastæ.

Minax mucronis. Firmic. lib. 1. cap. 3.

Securium. Cic. 5. Verr. 43. Quod jam ante aciem securium tuarum, Sextique tui carnificis vultum & manum vidisset.

Stricta ferri. Virg. 2. Æn. 333.

— stat ferri acies mucrone corusco
Stricta, parata neci. Stricta, id est, Nuda. Servius.

Aciem dicuntur trahere aqua cotes: pro eo quod est Exacuere. Id στόμωσιν Græci vocant, authore in Plinium Hermolao. Plin. lib. 36. cap. 22. Repertæ sunt & in Italia, aqua trahentes acerrimo effectu. De coticulis loquitur.

Excitare aciem falcis. Plin. lib. 18. cap. 28. Creticis tantum transmarinisque cotibus notis, nec nisi oleo, falcis aciem excitantibus.

Hebetare aciem ferri. Plin. lib. 13. c. ult. ad fin. V. mox in metaphoris.

Nobilior acies. Claud. in Præfat. 7. Paneg. 3. Hinc metaphora varia est.

Obtusior. Cic. de Senect. 23.

Pervicax oculorum. Sen. in Agam. 6. 14.

Recta oculorum. Ovid. 2. Met. 776.

Sagax, Oculorum scilicet. Lactant. Stat. 10. Theb. 598.

Sanguineam oculorum aciem volvere. Virg. 4. Æn. 643.

At trepida, & cœptis immanibus effera Dido,
Sanguineam volvens aciem, &c.

Turbida oculorum acies. Sen. Herc. 11. 12.

Vespertina. Plin. lib. 8. cap. 50.

Errat acies luminum; id est, Oculorum. Sen. Herc. 11. 30.

Stupet oculorum acies. Hor. 2. Sat. 2. 5.

Dirigere aciem oculorum ad aliquem. Catul. 63. 56.

Effugere aciem. Id est, Oculorum acumen. Sen. in Agam. 12. 6.

Exacuere oculorum & ingenii aciem ad bona deligenda, & rejicienda contraria. Cic. 1. de Legib. 60.

Excitare aciem oculorum. Plin. lib. 20. cap. 4.

Flectere aliquo geminas oculorum acies. Virg. 6. Æn. 789.

Huc geminas nunc flecte acies: hanc aspice gentem.

Flectere oculorum aciem retro. Sen. Herc. 9. 42.

Fugere. Cic. 1. Tusc. 50. An tanta sit ejus tenuitas, ut fugiat aciem. Id est, Videri non possit.

Intendere oculorum aciem. V. Intendo.

Ludere aciem oculorum. Id est, Decipere. Sen. Herc. 9. 11.

Circumferre acies. Id est, Oculos, vel oculorum aciem. Virg. 12. Æn. 558.

Huc atque huc acies circumtulit, aspicit urbem.

Acies ipsa qua cernimus, quæ pupula vocatur, ita parva est, &c. Cic. 2. de Nat. Deor. 54.

Ardentes oculorum acies torquere aliquo. Virg. 12. Æn. 670. Vulgo, Oculorum orbes.

Contenta oculorum acies. Id est, intenta. Lucret. lib. 1. 325.

Firma oculorum acies. Plin. lib. 10. cap. 3. Clarissima. ibid.

Hebes oculorum acies. Cic. 4. de Fin. 107. Hebes acies est cuipiam oculorum.

Aciem oculorum offendit claritas colorum. Plin. lib. 35. cap. 10.

Aciem oculorum protendere in mare. Catull. in Argon. 64. 127.

Aciem oculorum succo fœniculi reficiunt serpentes. Plin. lib. 20. cap. 23.

Reflectere oculorum aciem. Sen. Herc. 8.

Hebetare oculorum aciem. Plin. lib. 20. cap. 6. & 32. cap. 7.

Luminum acies torpet. Id est, Acumen oculorum hebescit. Sen. Herc. 9.

Hebescere aciem authoritatis senatus patimur. Cic. 2. in Catil. 98. At nos vigesimum jam diem patimur hebescere aciem horum authoritatis. Habemus enim hujusmodi senatusconsultum, veruntamen inclusum in tabulis, tanquam gladium in vagina reconditum: quo ex senatusconsulto confestim interfectum te esse Catilina convenit.

Acies animi. Cic. in Catone Majore, §4. Nonne vobis videtur animus is qui plus cernat, & longius, videre se ad meliora proficisci: ille autem cujus obtusior sit acies, non videre?

Acies ingenii. Cic. 1. Acad. 2. Idem 1. de Legib. Acies mentis. Cic. 4. Acad.

Præstringere aciem ingenii. Cic. ad Brutum 18. Multi ad depravandum parati, qui splendore falsi honoris objecto, aciem boni ingenii præstringi posse confidunt. V. mox Mentis.

Contemplari aliquid omni acie ingenii. Cic. 1. de Orat. 73.

Acies intentionis. Florus in prolog. lib. 1. Rerum diversitas aciem intentionis abrumpit.

Abducere aciem mentis a consuetudine oculorum. Cic. 2. de Nat. Deor. 64.

Præstringere aciem mentis. Cic. 1. de Divin. 109. Nec inopia enecta, nec satietate affluenti, quorum utrumque præstringere aciem mentis solet, sive deest naturæ quippiam, sive abundat atque affluit.

Acies orationis. Plaut. Epid. 4. 1. 20.

Acies, pro Chalybe usus est Plinius lib. 34. cap. 14. Ex omnibus autem generibus palma Serico ferro est. Seres hoc cum vestibus suis pellibusque mittunt. Secunda Parthico: neque alia genera ferri ex mera acie temperantur, cæteris enim admiscetur.

Acies, [παράταξις, τάξις] ut Veget. lib. 3. cap. 14. scribit, est Exercitus instructus. Cic. 2. Tusc. 100. Non sentiunt viri fortes in acie vulnera.

Acies interdum pro ipso conflictu & prælio sumitur. Tacit. lib. 20. Prima acie fusum victumque Romanum. i. e. primo congressu.

Exercitus nostri acies. Cic. in Catil. Quibus ego non modo si aciem exercitus nostri, verumetiam si edictum prætoris ostendero, concident.
Æratæ acies. Id est, Æreis armis munitæ. Virg. 9. Æn. 122.
Aucta acies numero. V. AUGEO.
Belligeræ acies. Stat. 12. Theb. 717.
Civili acie cadere. Id est, Mutuis cædibus, & velut bello civili. Ovid. 7. Met. 142.
Commota. Liv. 3. Decad. lib. 10.
Condensa. In CONDENSUS.
Confirmata. Liv. 4. Decad. lib. 6.
Conferta. Tacit. lib. 6. 35.
Confertæ campis. Sil. Ital. lib. 6.
Conversæ. Virg. 12. Æn. 369. Agmina cedunt, Conversæque ruunt acies.
Defixa. Id est, Immota. Stat. 9. Theb. 234.
Dehiscens. Liv. 3. Decad. lib. 9.
Directæ. Virg. 2. Georg. 281.
Diversa, hoc est, Adversariorum. Tacit. lib. 14. 30.
Equestris acies. Paterc. lib. 2. Fugata regiorum equestris acies. 112.
Feræ. Sen. in Agam. 7. 3.
Firmata subsidiis. Liv. 1. Decad. lib. 4.
Fluctuans. Curt. lib. 3. 10. 6.
Formosa. Claud. Paneg. 24. 258.
Frenata, id est, Equestris. Sil. Ital. lib. 11. 53.
Funestæ. Lucan. lib. 3. 63.
Generosa. Stat. 6. Theb. 297.
Horrida. Tacit. Hist. 6. 34.
Immanis. Immani acie Metellus fudit Achæos rebellare incipientes. Paterc. lib. 1. 16. 14.
Incondita inordinataque acies. Liv. 5. Decad. lib. 4.
Infestior. Liv. 1. Decad. lib. 4.
Instructa. Cic. 4. Philipp. 159. Faciam igitur, ut Imperatores instructa acie solent.
Justa. Liv. 4. Decad. lib. 1. V. IUSTUS.
Licitæ. Id est, Bella licita. Stat. 11. Theb. 123.
Nova facta. Liv. 4. Decad. lib. 4.
Opimæ. Stat. 4. Sylv. 6. 65.
Parca fugæ acies. Sil. Ital. lib. 10. 7.
Pedestris. Liv. 1. Decad. lib. 2.
Porrectior. Tacit. in Vita Agric. 35.
Primori in acie versabantur Sido, &c. Tacit. Hist. 3. 21.
Prospera Sequanorum acie belli impetus stetit. Tacit. Hist. 4. 67.
Recta. Liv. 4. Decad. lib. 4.
Sociæ. Claud. 4. Paneg. 81.
Subsidiaria. Liv. 3. Decad. lib. 10.
Tenuis. Tacit. Ann. lib. 1. 64.
Trepidæ. Ovid. 3. Amor. 7. 6.
Turbatæ. Virg. 11. Æn. 619.
Vaga. Liv. 3. Decad. lib. 10.
Versa retro. Hor. 3. Od. 4. 26. Propert. lib. 3. Eleg. 11. 14.
Versatilis acies. V. VERSATILIS.
Vesana. Claud. de Rapt. Proserp. 36. 196.
Vulcania horrida. Id est, Vis ignis. Serv. Virg. 10. Æn. 408.
Defessus acie. Id est, Bello fatigatus. Stat. 12. Theb. 100.
Densos acie rapit. Id est, Raptim ducit constrictos, & in acie conjunctos. Virg. 10. Æn. 178.
Mille rapit densos acie, atque horrentibus hastis.
Invictus acie. Id est, Qui nunquam vinci potuit in prœlio. Sen. in Octav. 8.
Receptus tutus erat in aciem peditum. Liv. 3. Decad. lib. 8.
Accingi in aciem telis. Tacit. lib. 20. Quidam expedire arma, telisque tanquam in aciem accingi.
Accipere socios in mediam aciem. Liv. 3. Decad. lib. 8. Idem lib. 10.
Administrare aciem. Hirt. in Bell. Alexand. Ut quum esset in duas partes urbs divisa, acies uno consilio atque imperio administraretur.
Adsistit in aciem ordo agminis. Tacit. Hist. 2. 41.
Amplecti hostium aciem. Id est, Circunvenire. Liv. 4. Decad. lib. 1.
Aperire mediam aciem venienti ex adverso hosti. Liv. 3. Decad. lib. 8.
Audere aciem. Tacit. lib. 12. 28. Vastati agri, prædæ passim actæ, non ausis aciem hostibus: vel si ex occulto carpere agmen tentarent, punito dolo.
In aciem audere. Tacit. lib. 12. 32.
Bellat acies. Stat. 1. Theb. 46.
Bellare acie. Liv. 4. Decad. lib. 2.
Cadere in acie. Id est, Occidi. Liv. 3. Decad. lib. 9. 29. 3.
Cadere per acies. Tacit. 1. Ann. 10. Quum ferocissimi per acies aut proscriptione cecidissent.
Certant acies. Virg. 2. Æn. 30.
Classibus hic locus, hic acies certare solebant.
Ciere acies. Virg. 6. Æn. 829.
Heu quantum inter se bellum, si lumina vitæ
Attigerint, quantas acies, stragemque ciebunt!
Circunvallare aciem. Sil. Ital. lib. 7. 118.
Circunvenire. Liv. 4. Decad. lib. 1.
Claudere. Liv. 3. Decad. lib. 10.
Coercere. Virg. 9. Æn. 27.
Messapus primas acies, postrema coercent
Tyrrhidæ juvenes. Id est, Cogunt, colligunt. Servius.
Cohærent acies. Curt. lib. 3. 11. 4. 5.
Coire inter se mediæ acies possent. Liv. 3. Decad. lib. 8.
Colligere se ad aciem. V. COLLIGO.
Collucet flammis acies. V. COLLUCEO.
Committere se in aciem. V. COMMITTO.
Componere aciem. Tacit. in lib. de Moribus German. 6. 8.
Concurrunt acies. Liv. 4. Decad. lib. 4.
Concurrere acie. Liv. 4. Decad. lib. 10.
Conficere per acies bellum. Tacit. Ann. lib. 2. 41. Lætiore Tiberio quia pacem sapientia firmaverat, quam si bellum per acies confecisset.
Confligere duplici acie. Quintil. lib. 5. Cap. 7.
Congredi acie. Tacit. lib. 14. 34.
Consistere in acie. Liv. 1. Decad. lib. 9.
Continentur acies. Cæs. de Bell. Civil. lib. 1. 83. Tali instructa acie tenere uterque propositum videbatur: Cæsar, ut nisi coactus prælium non committeret: ille, ut opera Cæsaris impediret. Producitur tamen res: aciesque ad solis occasum continentur. Inde utrique in castra discedunt.
Damnare aciem. Id est, Detestari & relinquere. Sil. Ital. lib. 17.
Datur acies. Tacit. in Vita Agric. Fortissimi cujusque vocem audiebam, Quando dabitur hostis? quando acies?
Decernere acie. Liv. 4. Decad. lib. 1. Potuisse castris prope urbem positis, tutanda colonia, ita ut acie non decerneret, in adventum ejus rem extrahere. Et lib. 2. Quum acie decernendum videret.
Deductus in aciem. Tacit. Hist. 1. 89.
Deducta legio in aciem. Tacit. Hist. 2. 43.
Descendere in aciem omnibus copiis. Liv. 4. Decad. lib. 1.
Dicere acies. Id est, Describere, narrare. Virg. 7. Æn. 42.
Tu vatem, tu diva mone: dicam horrida bella,
Dicam acies, actosque animis in funera reges.
Dilatare aciem. Liv. 4. Decad. lib. 1. 31. 21.
Dimicare acie si vellet Liv. 4. Decad. lib. 1. & 4. 31. 35.
Dirigere aciem. Cæs. Bell. Civil. lib. 5. Hirt. de Bell. Afric. Hostes interim aciem dirigunt mirabili longitudine non peditum, sed equitum confertam. Liv. 4. Decad. lib. 1.
Disjecta acies. Tacit. Hist. 3. 2. 7.
Disposita Vitellianarum legionum acie. Tacit. Hist. 2. 41.
Distrahere aciem, & distendere. Cæs. Bell. Civil. lib. 3. 92. Pompeius suis prædixerat, ut Cæsaris impetum exciperent, neve se loco moverent, aciemque ejus distrahi paterentur: ut primus excursus visque militum infringeretur, aciesque distenderetur: atque in suis ordinibus dispositi, dispersos adorirentur.
Divertere acies. Lucan. lib. 2. 470.
Ducere firmamentum in aciem. Liv. 3. Decad. lib. 9.
Duplicare acies. Sil. Ital. lib. 15.
Educere in aciem. Cæs. Bell. Civil. lib. 4. 13. 26.
Erigere aciem. Liv. 1. Decad. lib. 1. Tacit. Ann. 18. 36. Hist. 4. 71.
Erigere aciem in adversum collem. Liv. 3. Decad. lib. 8.
Erumpit nova acies. Liv. 1. Decad. lib. 4.
Evadere adversus aciem. Liv. 3. Decad. lib. 7.
Excedere acie. Liv. 4. Decad. lib. 1.
Excire milites in aciem. Liv. 3. Decad. lib. 7.
Exire in aciem. Liv. ibid.
Exornare aciem. Sallust. in Jugurth.
Explicare. Liv. 1. Decad. lib. 4. 27.
Extenditur acies. Curt. lib. 3. 9. 12.
Extenuare aciem. Liv. 4. Decad. lib. 1.
Ferre. Tacit. lib. 4. Id est, Sustinere.
Firmare subsidiis. Liv. 1. Decad. lib. 4.
Firmare. Liv. 3. Decad. lib. 7.
Hortari aciem. Ovid. 1. de Arte Am. 207.
Impulsa acies. Liv. 3. Decad. lib. 4.
Inclinavit acies. Liv. 1. Decad. lib. 2. 20.
Inclinatur acies, Fusa est acies. Liv. 1. Decad. lib. 1. 12.
Incubuit tum acies hostium integris ordinibus. Tacit. Hist. 2. 42.
Incurrere in aversam hostium aciem. Liv. 3. Decad. lib. 10.
Inducere aciem in hostem. Liv. 1. Decad. lib. 4.
Inducere legiones in aciem. Liv. 3. Decad. lib. 7.
Inferre se in mediam aciem. Liv. 3. Decad. lib. 8.
Infertur pedestris acies. Tacit. lib. 2.
Instaurare aciem. Vide INSTAURO.
Instituere, pro Facere. Cæs. Bell. Civil. lib. 3. 93. Timens Cæsar ne à multitudine equitum dextrum cornu circunveniretur, celeriter ex tertia acie singulas cohortes detraxit, atque ex his quartam instituit. Paulo post, Quod ubi Cæsar animadvertit, quartæ aciei quam instituerat ex cohortium numero, signum dedit.
Instruere. Cic. pro Muren. 19. Tu actionem instituis: ille aciem instruit.
Integrare. Sil. Ital. lib. 12. 680.
Interrumpere aciem. V. INTERRUMPO.
Invadere transversam hostium. Liv. 1. Decad. lib. 9.
Invehi in aciem. Id est, Inferri. Liv. 1. Decad. lib. 2.
Ire in aciem. Tacit. in Vita Agricolæ.
Iterare aciem. Id est, Renovare. Stat. 11. Theb. 455.
Labantes acies. Tacit. in lib. de Morib. German. 8.
Laxata acies. Liv. 3. Decad. lib. 7.
Locare ante aciem pedites ex omni juventute delectos. Tacit. in lib. de Morib. German. 6.
Miscere pavidos fuga, vulneribusque milites in certam & integram aciem. Liv. 3. Decad. lib. 10.
Antequam miscerentur acies. Tacit. Hist. 2. 25.
Movere loco. Liv. 3. Decad. lib. 10. Sil. Ital. lib. 11.
Nudare cornibus, auxilio, &c. Liv. 3. Decad. lib. 10.
Nutantem aciem victor equitatus incursat. Tacit. Hist. 3. 18.
Opponere. Virg. 9. Æn. 469.
Æneadæ duri murorum in parte sinistra
Opposuere aciem.
Ordinare. Curt. lib. 3. 8. 24.
Pandere aciem. Tacit. Hist. 2. 25. Liv. 3. Decad. lib. 8.
Patefacta acie, cornua hostium amplexus in orbem, pugnantes ad unum omnes occidit. Liv. 3. Decad. lib. 8.
Pellere. V. PELLO.
Perfringere. Tacit. lib. 20.
Perrumpere. Virg. 9. Æn. 513.
Saxa quoque infesto volvebant pondere, siqua
Possent tectam aciem perrumpere. Id est, Scutis facta testudine se tegentem.
Perturbata acies. Liv. 3. Decad. lib. 7. 37. 41.
Poscere acies. Virg. 8. Æn. 540.
— poscant acies, & fœdera rumpant.
Procedere in aciem. Liv. 1. Decad. lib. 4. & 3. Decad. lib. 7.
Procurrit acies. Cæs. Bell. Civil. lib. 3. 93. Eodem tempore tertiam aciem Cæsar, quæ quieta fuerat, & se ad id tempus loco tenuerat, procurrere jussit.
Prodire in aciem. Cæs. Bell. Gall. lib. 8. 8. Omnibus rebus inserviendum

viendum ſtatuit, quo celerius hoſtes contempta ſuorum paucitate prodirent in aciem.
Producere in aciem. Liv. 1. Decad. lib. 2.
Profligare & perfringere aciem. Sil. Ital. lib. 11. 80.
Progredi in aciem. Liv. 4. Decad. lib. 1.
Promovere aciem. Liv. 1. Decad. lib. 2.
Propinquabat legionum acies. Tacit. 3. Hiſt. 46.
Proruebat hoſtilem aciem ingentibus ſaxis. Tacit. Hiſt. 3. 23.
Prorumpere in aciem. Tacit. 2. Hiſt. 41.
Proſiliunt acies. Lucan. lib. 7.
Protrita hoſtium acie. Tacit. 2. Hiſt. 26.
Pugnare acie. Liv. 3. Decad. lib. 9.
Recedere ex acie. Hirt. de Bell. Afric. 19. extr. In eo prælio Petreius graviter ictus ex acie receſſit.
Recipere aliquem in aciem. Liv. 1. Decad. lib. 2.
Redintegrata acie, manus ad obſeſſos tendere. Tacit. 4. Hiſt. 34.
Refert pedem acies. Val. Max. lib. 1. cap. 8.
Refugere in ſecundam aciem. Liv. 3. Decad. lib. 10.
Refugere acie. Cæſ. Bell. Civil. lib. 3. 95. Qui acie refugerant milites, & animo perterriti, & laſſitudine confecti.
Reſtituere aciem. Liv. 1. Decad. lib. 2.
Reſedit acies hoc campo. Virg. 8. Æn. 504.

— tum Hetruſca reſedit
Hoc acies campo, monitis exterrita divûm.

Siſtere aciem. Liv. 1. Decad. lib. 2.
Sonat acies cantu virorum. Tacit. 4. Hiſt. 18. Ut virorum cantu, fœminarum ululatu ſonuit acies.
Sternere aciem. Virg. 8. Æn. 562.

O mihi præteritos referat ſi Juppiter annos,
Qualis eram quum primam aciem Præneſte ſub ipſa
Stravi, ſcutorumque incendi victor acervos.

Struere. Virg. 9. Æn. 42.

Neu ſtruere auderent aciem, neu credere campo. V. Inſtruere.

Subducere ſaucios in poſtremam aciem. Liv. 3. Decad. lib. 10.
Subducere legionem ex acie. Tacit. lib. 2. 21.
Succeſſit vallo Romana acies, ubi primum illuxit. Liv. 3. Decad. lib. 7.
Suggredi acie. Tacit. lib. 4. 47. Quidam audentius apertis in collibus viſebantur: quos dux Romanus acie ſuggreſſus haud ægre pepulit.
Summovere aliquos in poſtremam aciem. Liv. 3. Decad. lib. 10.
Suſtentare. Virg. 12. Æn. 663. Tacit. 1. Hiſt. 65.
Suſtinuit labantem aciem Antonius accitis prætorianis. Tacit. 2. Hiſt. 23.
Temperare acies. Id eſt, Regere ac moderari. Stat. 9. Theb. 28.
Tenere aciem, pro Regere. Cæſ. Bell. Civil. lib. 3. 88. In eo loco ipſe erat Pompeius: mediam aciem Scipio cum legionibus Syriacis tenebat.
Turbavit extemplo aciem eorum eques immiſſus. Liv. 4. Decad. lib. 4.
Turbata acies. Liv. 3. Decad. lib. 7.
Venire in aciem. Tacit. in lib. de Morib. German. 14.
Veniamus in aciem dimicationemque. Cic. in Orat. 25.
Verſari in acie & ferro. Cic. de Opt. Gen. Orat. 149.
Volitare tota acie. Tacit. lib. 2.
Acies, ut alia quintæ inflexionis, olim habuit in genitivo Acie, authore Servio. Salluſt. 1. Hiſt. Dubitavit acie pars.

Acila, [Ἀκίλη] Emporium eſt maritimum Arabiæ, diſtans triginta dierum navigatione a Berenice Troglodytarum urbe. Plin. lib. 6. cap. 28. in deſcriptione navigationis Indicæ.

Acilia, Gens plebea Romæ fuit a Trojanis oriunda, ut author Herodianus. Hanc vero gentem abjectam fuiſſe & obſcuram, inde apparet, quod poſtremos omnium eorum, quorum originem veteres ad Æneam referunt, honores adeptos conſtet. Primus enim M. Acilius. C. Fil. IↃLVII anno ab U. C. curules geſſit magiſtratus, qui Antiochum regem & Ætolos apud Thermopylas devicit, deque iis triumphavit. Liv. lib. 36. Ob quam victoriam ei ſtatua delata eſt aureis bracteis incruſtata, ut annotavit Rhodig. lib. 29. cap. 24. Fuit & M. Acilius L. F. C. N. Coſ. cum L. Quinctio, anno DCIII. author eſt Caſſiodorus. & Plin. lib. 7. cap. 36. Item fuit M. Acilius Glabrio, apud quem Cicero Verrem accuſavit. In Verr. 5. 29. De Sen. cap. 10. Juven. 4. 94. Auſon. Profeſſ. 24. v. 4. Et Faſtos. Ab horum uno Lex Acilia de pecuniis repetundis ſeveriſſima, cujus meminit Cic. in Verr. 1. 9. Et pro Sextio 64. dicitur etiam Aquilia. [Imo Aciliam ab Aquillia Gente diverſam fuiſſe liquet ex Denariis antiquis ap. Fulv. Urſin. q. V. Hic vero omnia confuſa.

Acilius Buta, [Ἀκίλιος] Homo Prætorius, cui poſt patrimonium ingens conſumptum Tiberius paupertatem confitenti, Sero, inquit, experrectus es. Cæl. Antiq. Lect. lib. 9. cap. 13. [Scribendum Atilius ex Senec. Ep.

Acilius Sthelenus, e plebe Libertina, in excolendis vineis cura & artificio ſingulari fuit, ita ut cunctis miraculo eſſet. Hujus meminit Plin. lib. 14. cap. 4.

Acilisēna, [Ἀκιλισηνὴ] Regio eſt Aſiæ inter Taurum & Euphratem; de qua Strabo lib. 11.

Acina, [Ἄκινα] Arabiæ oppidum. Plin. cap. 29. lib. 6.

Acinaceus, V. Acinus.

Acinăces, is. m. [ἀκινάκης] Gladius Perſarum, ſive Medorum, inquit Acron. Hor. 1. Od. 27. 5.

Vino & lucernis Medus acinaces
Immane quantum diſcrepat.
Inſignis manicis, inſignis acinace dextra. Val. Flacc. lib. 6. 711.

Cum Scythæ per ventum & acinacem jurabant, per vitam ſe & mortem affirmabant jurare, quod ventus vitæ hominum cauſa ſit, acinaces vero mortis, ſicut Lucianus in Toxari teſtatur.
Acinaci, Scythæ illi inhoſpitales, qui in intimas ſolitudines acti ſunt, Martis ſimulacro, annuis hoſtiis litabant. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 26.

Acinippo, Oppidum Bæticæ Hiſpaniæ, Plin. 3. 1. quod idem Acenippo Ptolemæo 2. 4. dicitur.

Acintani, gens Hiſpana, ſimulacrum Martis ornatum radiis maxima religione colentes, Netum vocabant: quod eorum lingua marem ſignificat Sipont. ex Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 19. Sed Accitani legendum. V. Supra.

Acinus, ἄκινος Dioſcoridi, 3. 50. Herba eſt tenuibus ſiccisque ſurculis, ocymo ſimilis, odorata, ſed hirſutior, ex qua coronæ factitantur. Quidam ex vulgo ſylveſtre Baſilicum vocant, Latini Ocymaſtrum, quod plane Ocymum imitetur. Plinius hanc herbam & coronarum, & ciborum cauſſa ab Ægyptiis ſeri aſſerit, & alio nomine Epipetron vocari, & nunquam florere. Vid. lib. 21. cap. 15. & 27.

Acĭnus, i. m. & Acinum, n. teſte Nonio [ῥὰξ] Hor. 2. Sat. 6. 85.

Aridum & ore ferens acinum, ſemeſaque lardi
Fruſta dedit.

Vulgo granum id appellatur, naſciturque inter fructus minutiores arborum fruticumve. Inter acinos enim numerantur Grana, uvæ, hederæ, ſambuci, ebuli, mali punici: addo etiam morum, & quicquid his eſt ſimile. Cic. de Senect. 47. Omitto enim vim ipſam omnium quæ generantur e terra, quæ fici ex tantillo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex cæterarum frugum aut ſtirpium minutis ſeminibus tantos truncos ramosque procreat. Quo loco Turnebus Acinum vinaceum ea dici forma cenſet, qua Gallum gallinaceum dicebant.
Acina ebrioſa, f. pro Acino ebrioſo, n. dixiſſe Catullum poetam, 27. 4. ſcribit Gellius lib. 7. cap. 20.
Acinum corrugatum. In Corrugo.
Acinus calloſus. In Callosus.
Acini coccinei. In Coccum.
Acini meſpilorum. Plin. lib. 15. cap. 20.

Acinaceus, Adj. [ῥαγώδης] ex Acinis confectum: ut Acinaceum vinum.

Acinarius, Dolia acinaria. Varr. de R. R. 1. 22.

Acinaticium, ii. n. Potio ex acinis vinaceis aqua maceratis confecta. Ulp. l. 9. de oleo vin. leg. Acinaticium plane vino non continebitur. Quo loco Hotom. mavult legere Acinacium, aut Acinaticum. Hujus potionis conficiendæ rationem vide apud Caſſiodorum cap. 12. Gloſſ. Gr. Lat. ὀξῶδες. adde Pallad. 1. tit. 6.

Acinōsus, [ῥαγώδης] Adj. Dicitur quod multos habet acinos: ut, Uva acinoſa. Plin. de vitium generibus lib. 14. cap. 3. Columbinæ acinoſiſſimæ. V. etiam 12. 3. Harduin.
Acinoſum, pro Re ſuccoſa in modum acinorum. Plin. lib. 12. cap. 13. Aſari ſemen acinoſum, ſaporis calidi, ac vinoſi.

Acipenser, ĕris. m. [ἔλοψ] Genus piſcis, de quo Plin. lib. 9. cap. 17. Apud antiquos piſcium nobiliſſimus habitus acipenſer, adeo ut cum tibiis & coronis inferretur. Athen. lib. 7. & Macrob. Saturn. 3. 16. conf. Cic. de Fin. 2. 8. & 28. Hor. 2. Sat. 2. 47. Vulgo eundem putant ac Elopem, Aſellum, Sturionem quem & Aſturionem quidam vocant, a quibus tamen omnibus diverſus eſt, ut accurate docet Ludov. Nonius in Icthyophagia. Vid. & Salmaſ. Exercit. Plinian. pag. 940. & Turneb. 30. 21. L. And. Reſend. lib. 2. de Antiq. Luſit. diſq. de piſce Aſturione pag. 73. Unus omnium ſquamis ad os verſis contra aquam nando meat, nullo nunc in honore eſt: quod quidem miror, cum ſit rarus inventu. Cic. in dialogo de Fato, ut citat Macrob. lib. 2. Saturn. cap. 12. Nam cum eſſet apud ſe ad Lavernium Scipio, unaque Pontius, allatus eſt forte Scipioni acipenſer, qui admodum raro capitur, ſed eſt piſcis, ut ferunt, in primis nobilis. Cum autem Scipio unum & alterum ex iis qui eum ſalutatum venerant, invitaſſet, pluresque etiam invitaturus videretur, in aurem Pontius, Scipio, inquit, vide quid agas, acipenſer iſte paucorum hominum eſt. Hæc Macrob. Martial. in Xeniis 13. 91.

Ad Palatinas acipenſera mittite menſas,
Ambroſias ornent munera rara dapes.

Legimus in aliquibus exemplaribus (acipenſem) & (ornant)
Acipenſer decumanus, V. Decumanus.

Acĭris, [Ἄκιρις] Italiæ fluvius apud Plinium: cujus etiam mentionem facit Volaterranus. V. Plin. lib. 3. cap. 5.

Acis, is, vel idis. [Ἄκις] Fluvius eſt Siciliæ, qui decurrit ex Ætna, teli impetu, unde dictus eſt, ut docet Euſtathius.
Acis, apud Ovid. 13. Met. 750. 756. 757. primam producit. Claud. lib. 3. de Rapt. Proſerp. corripit.

Lucus erat prope flumen Acin, &c.

Acis, pulcherrimus fuit adoleſcens, Fauni filius ex Simethi fluvii filia, paſtor Siculus, quem dum Galatea Nerei & Doridis filia amaret, & Polyphemum Cyclopa ſperneret, ille iratus Acin necavit: qui poſtea Galateæ miſeratione in fontem mutatus eſt, ut ſcribit Ovid. lib. 13. Met. v. ſupr.
Acis item Inſula una eſt ex Cycladibus, authore Plin. cap. 12. lib. 4.

Acitani, V. Acintani.

Acitavones, Plinio populi inter Alpinas gentes numerantur, c. 20. lib. 3.

Acithius, [Ἀκίθιος] Fluvius eſt Siciliæ apud Ptolemæum, alio nomine Acis & Acilius dictus. V. ſupr.

Acitia, Inſula, quæ & Melos, & Siphnus dicitur. Sipontin.

Acitos, V. Acytos.

A C L

Aclassis, Tunica ab humeris non conſuta. Feſtus. Gr. κάλασηρις vel χάλασις, a χαλάω laxo. Laxamentum tunicæ nodo retentum ſec. Scaliger. conf. Dacerium.

Acleti, [ἀκλητὶ] Adv. Citra vocationem, citra invitationem. Proverbii loco dicitur, quoties invocatus quis accedit ad convivium: quod & amici faciunt & cœnipetæ. Hermolaus in Plin. lib. 35. cap. 11.

Aclis, ĭdis. f. Nonius 18. 10. [ἄκλις] Virg. 7. Æn. 730.

— teretes ſunt aclides illis Tela.

Aclides, inquit, Jacula brevia. Servius, Putatur, inquit, Teli esse genus quod per flagellum in immensum jaci potest. Cæsari tragula. Bell. Gall. 5. 46. V. Salmas. ad Treb. Poll. Claudium cap. 14. Turneb. Adverf. 30. 21. & Drakenb. ad Sil. 3. 363.

Acclūdo, is. compositum a Cludo. Vid. clūdo.

Acme, es. [Ἀκμή] Nomen mulieris proprium. Catul. Epigr. 43. 1. &c.
Acmen Septimius suos amores
Tenens in gremio, mea, inquit, Acme, &c.

Acmōdæ, [Ἀκμῶδαι] Septem sunt insulæ post Hiberniam, non procul ab Orcadibus. Plin. lib. 4. cap. 16.

Acmon, [Ἄκμων] unus ex Idæis Dactylis, id est, Magnæ Matris deorum ministris, & assessoribus; de quo vide plura apud Lilium Gyraldum in lib. de Diis Gentium.

Acmonia, [Ἀκμονία] Stephano, Urbs est Phrygiæ in conventu Synnadico: cujus meminerunt Ptolemæus & Stephanus. Hinc

Acmonides, [Ἀκμονίδης] unus Cyclopum. Ovid. 4. Fast. 286. Vid. brontes.

Acmonienses, sive, ut Plinius legit lib. 5. cap. 25. Acmonenses, Populi sunt Acmoniæ urbis.

Acmothĕton, i. n. [Ἀκμόθετον] Lignum sustinens incudem.

Acnua, f. Agri modus apud Varr. de R. R. 1. 10. & Columel. 5. 1. Græcis ἄκαινα est, ut ex Herone Rigaltius ad Gromaticos veteres observat. Bætici rustici Agnam & Porcam appellarunt. Alii Porcamin, ut Gromatici notant.

A C O

Acoetes, [Ἀκοίτης] Nomen viri pauperis, sub cujus imagine latuit Liber, eludens Penthea. Hujus tenuitatem exprimit Ovid. 3. Met. 582.

Acoetus, [ἄκοιτος] Sine cubili. Unde Plin. lib. 11. cap. 15. Mel acœton vocat, sine retrimento sedimentove. V. Not. Dalech. In omni (inquit) melle, quod per se fluit, ut mustum, oleumque, appellaturque acœton, maxime laudabile est. Nam κοῖτος lectum significat. Unde & cœton[κοιτὼν] hoc est, Dormitorium Plinio: & Procœton vel Procœtion in epistolis Cæcilii, pro Anticubiculo: etiamsi Procestrion quoque legitur, non absurde. Quid sit Procestrion, Festus Pompeius docebit. Procœtion & Cœten, Vitruvius thalamum & anthitalamum usurpat. Hermol. Gloss. in Plin. Sed V. supra Acetum.

Acolastus, i. [ἀκόλαστος] Prodigus, intemperans, immodestus, lascivus, libidinosus, infrenis, immoderatus. Gell. lib. 19. cap. 2. negat Latine verti posse. Sonat ad verbum, impunitus, vel incoercitus, ut sit qui cupiditates non puniat, velut injecto freno. Nam κολάζω punio est, & α privat. Nec solum de hominibus, verumetiam de rebus dicitur, ut ἀκόλαστος γλῶττα, lingua infrenis. Acolastus homo, homo nihili neque rei, neque frugis bonæ. Gell. lib. 7. cap. 11. Budæus in Comment. Protervum proprie significare putat, & qui sibi in libidine temperare non potest.

Acolitanum, [Ἀκολιτανὸν] Oppidum liberum est in Africa proprie dicta, ab ea parte qua tractum Cyrenaicum spectat. Plin. lib. 5. cap. 4.

Acolūthus, i. [ἀκόλουθος] Consequens, consentaneus. Quintil. 5. 10. substantive, n. pl. Consequentia dixit, quæ Græcis ἀκόλουθα. m. Assectator, comes, assecla, puer junior ministrans in rebus corporis, famulus a corpore. Erasm. in Epist. Hieronym. ad Nepotian. de Vit. Cleric. ex Hesych. q. V. Fuit & Ecclesiasticum officium, de quo V. Gloss. du Fresne, Spelm. & Hierolex. Macri, & ante hos Isidorum. 7. 12. de Clericis. Augustin. Ep. 104. princ. Ep. 62. sub init. & Cyprian. Ep. 7. Edit. Oxon. (Pammel. 36.) ubi itidem Acoluthi mentio habetur. quidam perperam scribunt Acolytus.

Acolȳtus, i. [ἀκώλυτος] Impedimento carens, Qui nullis terroribus a proposito dimoveri potest. Unde Epictetus verum atque sincerum Stoicum, acolytum esse dicebat. quasi dicas, non prohibitus, ab α & κωλύω prohibeo.

Acōnæ, [ἀκόναι] Cautes. V. aconitum.

Acōne, es. [Ἀκόνη] Portus Bithyniæ, veneno aconito dirus. Plin. lib. 6. cap. 1.

Aconiti, [ἀκονιτὶ] Adv. Sine pulvere, citra pulverem sudoremque, citra negotium & laborem, sine pugna, κόνις εως enim pulverem significat. Plin. lib. 36. cap. 11. Alcimachus pinxit Dioxippum, qui pancratio Olympiæ citra pulveris jactum (quod vocant Aconiti) vicit: coniti Nemea. Tactum l. Hard. Proverbii loco dicitur de eo qui sine labore victor evadit: ab athletis sumptum, qui pulverem inspergebant corporibus, ut se facilius comprehendere possent. Ovid. 9. Met. 35. de lucta Herculis & Acheloi. Vid. Hermolaum in Plin. & Erasm. in Chiliad. Eadem forma dicimus & ἀνιδρωτὶ sine sudore, &. ἀναιμωτὶ, sine sanguine.

Aconites, [Ἀκονῖται] Populi sunt montani, prope Sardiniam insulam, quorum meminit Strabo lib. 5.

Aconītum, i. [ἀκόνιτον] Herbæ genus, de qua sic Plin. lib. 27. cap. 3. extr. Aconitum, folia habet cyclamini aut cucumeris, non plura quatuor, ab radice leniter hirsuta, radicem modicam, cammaro similem marino. Quare quidam cammaron appellavere, alii thelyphonum, ex qua diximus causa. Radix incurvatur paulum, scorpionum modo: quare & scorpion aliqui appellavere. Nec defuerunt qui myoctonon appellare mallent: quoniam procul & e longinquo odore mures necat. Nascitur in nudis cautibus, quas aconas vocant & ideo aconitum aliqui dixere, nullo juxta, ne pulvere quidem, nutriente. Hanc aliqui rationem nominis attulere. Alii, quoniam vis eadem in morte esset, quæ cotibus ad ferri aciem deterendam, statimque admota velocitas sentiretur. Lucan. 4. v. 322. Ovid. 7. Met. 418.

Lurida terribiles miscent aconita novercæ. Ovid. 1. Met. 147.

Videtur de quibuslibet venenis intellexisse.

— nec miseros fallunt aconita legentes. Virg. 2. Georg. 152.

Ubi Servius, Aconita nascuntur in Italia, sed non ea obesse dicit, quia sunt omnibus nota. Hæc autem Herba dicitur nata esse de spumis Cerberi, quo tempore eum Hercules ab inferis traxit. Quæ quia in saxis & cotibus nascitur, Aconitum dicitur, ἀπὸ τ' ἀκόνης. Id est, a Cote. Et dicimus τὸ ἀκόνιτον, ἢ τὰ ἀκόνιτα. Hæc Ser. Theophrastus tamen de Plant. Hist. lib. 9. cap. 16. aliud affert nominis etymon, affirmans non esse ἀπὸ τῶν ἀκονῶν, id est, a Cotibus, sed ab Aconis Periandinorum vico ad Heracleam Ponti sito, ubi & plurimum & optimum nascitur. V. Athenæum lib. 3. & Solinum cap. 45.

Aconita dira. Ausonius Sect. 2. monosyllabis.
Lurida. Ovid. 1. Met. 147.
Pallida. Lucan. lib. 4.
Vivacia. Ovid. 7. Met. 418.

Aconitum, Dioscoridis interpres 1.93. vertit, Non picatum. At Cæl. Antiq. Lect. lib. 28. cap. 2. Aconita, inquit, intelliguntur Græcis Vasa non illita, quæ calido diluta humore, aquam in se trahunt. [Sed ἀκώνητον legendum Sarac. contendit in Schol. ad C. 94. q. V.

Aconteus, Venator egregius, ut docet Stat. 7. Theb. 590. & Sil. lib. 16. 562.

Acontias, æ. [ἀκοντίας] Cometæ genus, de quo Plin. lib. 2. cap. 25. Acontiæ jaculi modo vibrantur ocyssimo significatu. Hæc fuit de qua quinto consulatu suo Tiberius imperator Cæsar præclaro carmine perscripsit, ad hunc diem novissime visa. Easdem breviores, & in mucronem fastigiatas, xiphias vocavere, quæ sunt omnium pallidissimæ, & quodam gladii nitore, ac sine ullis radiis.

Acontias, est etiam Serpens magnitudine duorum cubitorum, figura autem crassa in tenuem abeunte, colore viridi, maxime juxta alvum, ut milium colore referat, unde & Cenchrias, id est, Miliaris appellatur. Aetius serm. 13. cap. 27. Ælian. lib. 6. Hist. An. c. 18. Latinis Iaculum dicitur q. V.

Acontia, n. pl. Calcei muliebres. V. infra ploearia.

Acontion, [Ἀκόντιον] Oppidum est Arcadiæ, nomen habens ab Acontio Lycaonis filio. Stephanus.

Acontius, [Ἀκόντιος] Bœotiæ mons est, teste Plin. lib. 4. cap. 7.

Acontius, [Ἀκόντιος] e Ceo sive Cea Ægei maris insula profectus ad sacra Dianæ, quæ in Delo insula omnium Cycladum clarissima, frequenti virginum conventu celebrabantur, in amorem visæ Cydippes puellæ nobilis exarsit. Quam cum ob generis imparitatem non auderet palam uxorem petere, novam commentus est fraudem, qua illam sibi conjugio obligaret. Siquidem in pulcherrimo pomo scripsit duos hosce versus,

Me tibi nupturam (felix eat omen) Aconti,
Juro quam colimus numina magna Deæ. Sunt qui hos malint,
Juro tibi sacræ per mystica sacra Dianæ,
Me tibi venturam comitem, sponsamque futuram.

Itaque sic inscriptum pomum projecit ad pedes puellæ. Quæ fraudis inscia, cum imprudens legeret, visa est se uxorem Acontio pacisci. Nam quæ ante deos in templo Deliæ Dianæ dicerentur, rata esse debere, lex erat. Cum autem paulo post pater hujusce rei nescius, illam alteri despondéret, subita febre correpta est. Cui Acontius per epistolam persuasit, morbum a Diana esse immissum, eo quod non implevisset quæ Dea præsente promiserat. Proinde contra patris voluntatem maluit in Acontii venire sententiam, quam diutius torqueri. Extat utriusque epistola inter Ovidianas 20. 21.

Acontizo, [ἀκοντίζω] Jaculari. Translate Veget. de Re Vet. 1. 26. Ut possit sanguis acontizare per venam.

Acopis, [ἀκοπίς] Gemma nitro similis, pumicosa, aureis guttis stellata, cum qua oleum subfervefactum, perunctis lassitudinem solvit. Plin. lib. 31. cap. 10.

Acŏpos, sive Acŏpus, f. ἄκοπος Dioscoridi, Herba est fruticosa, gravi odore, flore oleris, quæ & Anagyros vocatur a Plin. 27. 4. a Dioscoride etiam ἀνάγυρις. Vulgus ob odoris gravitatem Lignum fœtidum appellat. Hujus semen, quod in oblongis corniculis habet, commanducatum, vomitiones ciet. Unde factus est locus proverbio, ἀνάγυρον κινεῖν, Anagyrin movere, quo utimur in eos qui obfutura sibi commovent. V. Plin. l. c.

Acopum, i. n. [ἄκοπον] Cels. 4. 27. Acopo articuli perfricentur. plural. Acŏpa, ŏrum. Medicamenta lassitudines & fatigationes levantia. Plin. lib. 29. cap. 3. &c. Ad omnia quæ acopis curantur, unguentumque pariter & medicamentum est. conf. 31. 7. Budæus, Acopos, minime lassum significat. Peculiari capite de his agit Celsus, quod est 24. libri 5.

Acor, V. aceo.

Acorna, æ. [ἄκορνα] Herba est ex genere aculeatarum, spinam habens pro folio, vernaculo Cnico similis, cujus colore tamen rufo, succum pinguem & sanguineum fundens. Plin. lib. 21. cap. 16.

Acorum, [ἄκορον] describit Diosc. lib. 1. cap. 2. Plin. lib. 25. cap. 13. Et 26. 5. Hermolaus, Ruellius, & alii multi. Quid autem sit Acorus, seu Acorum, non satis norunt recentiores. Ego (ait Manardus lib. 6.) quoties acoro opus est, non vulgari illa radice, & injucundi odoris, sed vocato aromatico calamo uti consuevi. Antonius vero Musa, Quam, inquit, galangam appellatis, verus Dioscoridis acorus est: quod sæpe ab excellentissimo Leoniceno dictum memini. Vid. Cels. 321. Apul. de Herb. cap. 6. & 88.

Acosmia, æ. [ἀκοσμία] Rerum congeries indigesta, confusa, & incondita. Acosmia etiam Dedecus & indignitas, & status publici perturbatio, quum unicuique ordini suæ vices suaque dignitas non constant. Quo verbo Plutarchus statum Reipublicæ tempore belli Civilis appellavit. Budæus.

Acosmus, i. [ἄκοσμος] Inornatus, incomptus. Lucret. utitur l. 4. 1153.

A C Q

Acquiesco, ēvi, ētum, [ἐπαναπαύομαι] ĕre. Pro simplici ponitur, Quiescere. Cic. 13. Att. 34. Vitandi caloris causa Lanuvii treis horas acquieveram.

Acquiescere per translationem dicimus, quum Remittitur dolor, aut alia animi molestia. Cic. 1. de Fin. 82. de improbitate loquens, Cujus in animo versatur, nunquam sinit eum respirare, nunquam acquiescere. Idem 4. Acad. 25. 3. Quum es commotus, acquiescis.

Acquiescere in re aliqua, aut in aliquo homine, cum quadam animi voluptate, quieteque consistere & oblectari in re aliqua, in qua prius in dubio aut solicitudine animus fuisset. Cic. 9. Att. 10. Acquiesco enim scribens ad te, & legens tua. Acquiesco, id est, Oblector. Idem de

de Amicit. Viciſſim autem ſenes in adoleſcentium charitate acquieſcimus. & Suet. Tib. cap. 56.

Acquieſcere κατ' ἐυφημισμὸν pro Mori dixit Nepos 23. 13. 1. Sic, inquit, vir fortiſſimus, multis variiſque perfunctus laboribus, anno acquievit ſeptuageſimo. Ubi quidem ſignificanter Acquieſcere dictum videtur de Morte vitam laborioſam ſecuta. conf. Val. Max. 9. 12. ext. 1. Sponius Miſc. Erud. Antiq. p. 171. ex Lapide Lugdunenſi: Julia adepta hic adquieſcit. Ita ſepulti non raro quieſcere, & mors ipſa Quies appellatur. Citerioris ævi ſcriptoribus Acquieſcere Conſentire eſt, vel Aſſentiri. Hieronym. lib. 2. adverſ. Jovian. (Tom. 3. Oper. 36.) de Diogene. Gennad. Maſſil. cap. 55. de Eccl. Dogm.

Acquieſcere alicui rei, pro In aliqua re. Sen. Epiſt. 24. princ. Ut meliora tibi proponas, & acquieſcas ſpei blandæ. Item Suet. Tib. cap. 31.

Acquiescens, Partic. [ἐπαναπαυόμενος] Cic. 2. Q. fratr. Erat ſummum otium forenſe, ſed ſeneſcentis magis civitatis, quam acquieſcentis.

Acquīro, ſivi, ſitum, ĕre. [κτάομαι, περιποιέομαι, προσπορίζω, ἀντέχομαι] ex Ad & Quæro; Idem quod Comparo. Virg. 4. Æn. 175.

Mobilitate viget, vireſque acquirit eundo. De Fama loquitur.

Opes. Ovid. 2. de Arte Am. 343.

Naſcitur exiguus, ſed opes acquirit eundo.

Acquirere rerum dominium, aut poſſeſſionem dicimur, cum illa jure aliquo civili, hoc eſt, ea ratione quæ jure civili ad dominii poſſeſſioniſve translationem inſtituta eſt, nanciſcimur. Hotoman.

Acquirendi dominii modi ſunt ſex, Mancipatio, traditio, uſucapio, in jure ceſſio, adjudicatio, & lex. Ulp. in Fragmen. Poſſeſſionis autem ſeptem, pro Emptore, pro hærede, pro donato, pro derelicto, pro legato, pro dote, pro ſuo. lib. Digeſt. XLI.

Ad honorem & gloriam aliquid acquirere. Cic. 3. Fam. 7. Ut mihi nihil neque ad honorem, neque ad gloriam acquirendum putarem.

Ad vitæ fructum. Cic. in Catil. Mihi quidem ipſi quid eſt quod jam ad vitæ fructum poſſit acquiri?

Benevolentiam acquirere. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Dignitatem. Cic. Fam. lib. 10. 3. Omnem tibi reliquæ vitæ dignitatem ex optimo Reip. ſtatu acquires.

Gratias. Cic. 1. Att. 110. Vides in quo curſu ſumus, & quam omnes gratias non modo retinendas, verumetiam acquirendas putemus.

Moram ad condemnandum. Cic. pro Cæcin. 2. Quanquam ego mihi ſic perſuadeo, Recuperatores, non vos tam propter juris obſcuram dubiamque rationem, bis jam de eadem cauſa dubitaſſe, quam quod videtur ad ſummam illius exiſtimationem hoc judicium pertinere, moram ad condemnandum acquiſiſſe: ſimul & illi ſpatium ad ſe colligendum dediſſe.

Studia vulgi. Tacit. lib. 12.

Aliquid per ſervum. Paul. in l. ſi id D. de donat. inter vir. & uxor. Si quid per eum ſervum, quem emerat ex nummis a marito donatis, mulier acquiſiſſet, forte legatum, hæreditatem, &c.

Acquirere de malis etiam rebus dicitur: ut, Acquirere inimicitias. Plaut. Milit.

Acquiri, pro Addi, vel Conciliari. Plin. lib. 15. cap. 17. Quo genere & vino odorem acquiri putant.

A C R

Acra, [Ἄκρα] Vicus eſt Panticapenſis agri, ad oſtium Mæotidis, ſeptuaginta ſtadiorum freto a Corocondame oppoſita ſibi urbe diſcretus.

Eſt & Acra cognomento Japygia, Promontorium extremum Salentinorum, quo quam longiſſime, ut inquit. Plin. lib. 3. cap. 11. in mare excurrit Italia: Japygiæ cognomentum diſcrimis gratia additum eſt. Nam Græci quælibet promontoria ἄκρας vocant. Unde & pleræque urbes in promontoriis ſitæ, Acræ appellantur. V. Steph.

Acrabathēna, [Ἀκραβαθήνη] Una eſt ex decem Judææ Toparchiis, Plin. lib. 5.

Acradina, [Ἀχραδίνα] Cic. 4. Verr. 53. Altera autem eſt urbs Syracuſis, cui nomen Acradina eſt: in qua forum maximum, pulcherrimæ porticus, ornatiſſimum Prytaneum, ampliſſima eſt curia, templumque egregium Jovis Olympii: cæteræque urbis partes una lata via perpetua, multiſque transverſis diviſæ, privatis ædificiis continentur.

Acræa Juno, [Ἥρα ἡ ἀκραία] Dicta fuit a Corinthiis, quod ἐν ἄκρα τινι, hoc eſt, In promontorio quodam inter Lachæum & Pagas, non procul a Corintho, coleretur: ubi & vetuſtum ejus extabat oraculum. Strab. lib. 8.

Acræpala, [ἀκραίπαλα] ab Hippocrate dicuntur Ea omnia quæ crapulæ obſiſtunt, quemadmodum ἄδιψα quæ ſitim prohibent. Inter Acræpala numerantur Amygdalæ amariores.

Acræphia, [Ἀκραιφία] Urbs eſt Bœotiæ, quæ ab Hom. Iliad. 2. 507. Arne vocatur: dicta Acræphia, ab Acræpheo Apollinis filio, ut Stephano placet. Hanc Strabo neutro genere effert Acræphium, ἀκραίφιον.

Acragas, [Ἀκράγας] Siciliæ urbs, quæ Agrigentum alias dicitur. Plin. lib. 3. cap. 8. in deſcriptione Siciliæ: Oppidum Acragas, quod Agrigentum noſtri dixere. De hoc meminit Virg. 3. Æn. 703. V. ſuo loco Agragas.

Acragantinus, [ἀκραγαντῖνος] Adj. Idem quod Agrigentinus. Lucret. lib. 1. 716. (Sed Plures Libri habent Agrigentinus, forma Latina.) Quorum Acragantinus cum primis Empedocles eſt.

Acratismus, i. m. [ἀκρατισμὸς] & Acratisma, atis, n. Jentaculum. Plutarch. in Sympoſiacis, a meracius potandi conſuetudine nomen hoc inflecti conjectat, quoniam panis buccellam mero tingerent. Cæl. Antiq. Lect. lib. 13. cap. 57.

Acratocothōnes, [ἀκρατοκώθωνες] Dicti ſunt homines vinoſi, & meracius bibentes: quaſi dicas, Vini meri pocula. Cæl. lib. 27. cap. 27.

Acratophoron, [ἀκρατοφόρον] Urceolus Latine dicetur. Cic. 3. de Fin. 4. Et tamen puto concedi nobis oportere, ut Græco verbo utamur, ſiquando minus occurret Latinum, ne hoc ephippiis & acratophoris potius, quam, &c. Varr. de R. R. 1. 8. Vinea, quæ ſine jugo adminiſtrat Acratophoro vinum.

Acratoposia, æ. [ἀκρατοποσία] Latine, Potio vini meraci. Hinc Acratopoſiæ certamen: de quo ſic Cæl. Antiq. Lect. lib. 18. cap. 31. Sunt qui Indos eſſe philœnos, id eſt, vini amatores eatenus prodant, ut Calano moriente, præter gymnica & muſica ab Alexandro propoſita certamina, etiam acratopoſiæ ſit inſtitutum, in quo primas occupanti talentum foret præmium: ſecundas autem, minæ triginta: tertias, decem. Mortuos vero inibi ſtatim quinque & triginta, mox etiam ſex. Qui plurimum bibit, ac vicit, meri choas perſiccavit quatuor, nomen homini Promachus. Hæc Cæl. ex Athen. l. 10. conf. Æliani V. H. 2. 41.

Acratus, [Ἄκρατος] Bacchantium Genius, Athenis ſpectabatur, cui os duntaxat extra parietem extabat. Pauſan. in Attic.

Acravisci, [Ἀκραυίσκοι] Populi ſunt Pannoniæ inferioris, juxta Scordiſcos: de quibus Plin. lib. 3. cap. 25.

Acre, Oppidi nomen apud Plin. lib. 5. cap. 12.

Acrea Venus in Cypro colebatur, cujus templum mulieribus nec videre nec adire fas erat. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 2.

Acredo, ĭnis. f. pro Illa amaritudine quæ eſt in fructibus non maturis ponitur a Calepino, ſed nullo authore probat. Palladius Januar. c. 16. de Juglande: Nuces ſervantur cepis miſtæ, quibus hanc viciſſitudinem reddunt, ut eis Acredinem tollant. Plin. Valer. 1. 25. Acredinem habere.

Acredula, æ. f. putatur eſſe Luſcinia, acris & ſuaviſſimi cantus avis, nam de ea intelligendi videntur hi verſus in Divin. Cic. 1. 8.

Sæpe enim pertriſte canit de pectore carmen
Et matutinis Acredula vocibus inſtat.

Quod vero ſtrenue negat Voſſius Etym. p. 298. quem vide.

Alii ergo Ululam: alii pro Ranæ ſpecie accipiunt. Videtur enim Ciceroni Acredula dici, quod Arato ὀλολυγών. Ranas vero Ololygones appellari, Auctor. Plin. 11. 37. §. 65. Accedit & Iſidori Auctoritas ſic ſcribentis, 12. 6. Agredulæ, ſive Acredulæ (c. enim & g. ſæpius confunduntur) ranæ parvæ, in ſicco, vel agris commorantes, unde & nuncupatæ.

Acrementum, i. quidam Latinum probant ex Plin. lib. 20. cap. 7. In eos uſus, & oxypropolæ ſervant addito dulci, acrementum temperantes. Qui locus ſic nunc legitur, Stomachi diſſoluti utiliſſime adjuvantur, in eo uſu & oxypori obolis aſperitatem, addito dulci, ad intinctum aceti temperantes. V. Hard.

Acrenses, [Ἀκραῖοι] Populi ſunt Siciliæ, ſtipendiarii Romanorum, non procul ab Aceſta oppido. Plin. lib. 3. cap. 8.

Accresco, ĕre. de Vino Veget. de Re Veter. 4. 8.

Acria, [Ἀκρία] Oppidum eſt Hiſpaniæ, in conventu Hiſpalenſi, de quo Plin. lib. 3. cap. 1. Item alterum in Peloponneſo, ad oſtium Eurotæ fluvii, in ſinu Laconico: de quo Ptolemæus.

Acribodicæon, n. [ἀκριβοδίκαιον] Exactum, ſummum jus, Jus quod Strictum Juriſconſulti dicunt. Et qui illud æquitati præferunt, Acribodicæi ab Ariſtotele vocantur, quaſi præduri interpretes juris, qualique deterioris juris ſtudioſi, uſurpatoreſque. Budæus in Pandectas.

Acridia, æ. f. Fructus ſpecies, ab acrimonia ſucci ſic dicta. Iſidor. 17. 9. Scammoniam Latini Acridiam vocant.

Acridophăgi, [Ἀκριδοφάγοι] Æthiopiæ populi, deſerto contermini, homines paulo cæteris breviores, macilenti, ac ſupra modum nigri. Veris tempore Zephyrus & Libycus venti, infinitum pene locuſtarum ex deſerto ad eos deferunt numerum. Has ſale, qui ibi plurimus eſt, ſuperinfuſo, diutius ſervant, cibum guſtu eis ſuavem. Hic eſt ſolus eorum per omne tempus locuſtarum victus. Neque enim pecora nutriunt, neque piſces edunt, procul a mari poſiti: neque ullum aliud vitæ adminiculum habent. Corpore leves ſunt, veloces curſu, & vitæ brevis: ut qui longiſſime vivunt, quadrageſimum non excedant annum. Finis eorum admirabilis eſt. Nam propinquante ſenecta, pediculi alati, non ſolum viſu varii, ſed ſpecie horridi ac turpes, in corporibus nati, ventrem primo, tum pectus, deinde totum corpus parvo tempore exedunt. Qui morbum patitur, primum veluti ſcabiei cujuſdam pruritu allectus corpus ſcalpit, voluptate ſimul & dolore perceptis. Deinde exorientibus pediculis, ſimul effluente ſanie, morbi acerbitate ac dolore percitus, unguibus corpus magno cum gemitu lacerat. Tanta vero vermium copia effluit, aliis ſuper alios tanquam ex perforato vaſe ſcaturientibus, ut deleri nequeant. Hoc pacto ſive cibi ſive aeris cauſa, miſerum ſortiuntur vitæ finem. Diodor. lib. 4. cap. 3. Strab. lib. 16. De ſimilibus Populis in Parthia Plin. 11. 29.

Acrifolium, ii. Arbor quæ & Lotos appellatur. Galli Alyſam & Alyſerum vocant. Ruellius. Acrifolium inter infelices arbores commemorat Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 16.

Acrilla, [Ἄκριλλα] Oppidum eſt Siciliæ non procul a Syracuſis, cujus incolæ dicuntur Acrillæi. Stephan.

Acrimonia, V. Acer adj.

Acrio, onis. Philoſophus fuit Pythagoricus; cujus meminit Cic. 5. de Fin. 87.

Acrisius, [Ἀκρίσιος] Argivorum rex, Abantis filius, ut ſcribit Lactantius & Euſebius in Chronico, Prœto fratri ſucceſſit in regno. Hic, ut idem Lactantius aſſerit, nec ab hoc diſcrepat Servius, unicam habens filiam Danaen, in reſponſis habuit, ſe manu ejus qui ex filia naſceretur, moriturum, qui ad effugiendam prænuntiatam mortem, filiam in quadam turri ſepoſuit, ſervarique juſſit, nequis poſſet ad eam accedere. Contigit igitur ut audita pulchritudinis ejus fama, illam concupiſceret Juppiter, qui cum ad eam acceſſum alium non videret, verſus in auri guttam, ex tegulis ſe in gremium ejus cadere permiſit, & ſic prægnans effecta eſt. Quod ægre ferens Acriſius, eam capi juſſit, & in arcam poni, atque in mare projici. quod cum miniſtri feciſſent, in littus uſque Apulum arca delata eſt, & caſu a piſcatore capta: in qua cum inveniſſet Danaen, & parvum filium quem enixa fuerat, eum ad Pilumnum regem detulit. qui cum genus ejus cognoviſſet, & patriam, illam libenter conjugio ſibi copulavit. Filius autem, cui Perſeus nomen fuit, cum excreviſſet, & Gorgoni Meduſæ caput abſtuliſſet, Argos veniens, Acriſium transmutavit in ſaxum. quæ quidem transmutatio ſecundum Euſebium id ſignificat, quod cum regnaſſet Acriſius apud Argos annis XXXI, a Perſeo nepote ſuo, non ſponte, tamen occiſus, in lapidem, id eſt, in frigiditatem perpetuam verſus eſt. Ex Euſebio, Bocatio, Servio.

Acriſius Abantiades, id eſt, Abantis filius. Ovid. 4. Met. 606.

Acriſius gravis. Stat. 6. Theb. 286.

Fuit & Acriſius alter, Laertæ patris Ulyſſis pater, & Jovis filius, dicente Ulyſſe apud Ovid. 13. Met. 144.

Nam mihi Laertes pater eſt, Acriſius illi, Jupiter huic, &c.

Hunc alii Arceſium vocant, & Arceſius legunt apud Ovid.

Acrisiōnēus, Adj. [ἀκρισιώνιος] Ovid. 5. Met. 239.

Acriſioneas Prœtus poſſederat arces.

Acrisiŏnēis, Danae Acriſii filia. Virg. 7. Æn. 409.

Protinus hinc fuſcis triſtis dea tollitur alis
Audacis Rutuli ad muros: quam dicitur urbem
Acriſioneis Danae fundaſſe colonis,
Præcipiti delata, &c. Servius, Acriſioneis Danae, Patronymicum.

Nam male putant Acriſioneis colonis. Sola enim venerat, non cum colonis.

Acrisioniădes, æ. m. [Ἀκρισιωνιάδης] Perſeus Acriſii nepos. Ovid. 5. Met. 69.

Vertit in hunc Harpen madefactam cæde Meduſæ
Acriſioniades, adigitque in pectus.

Acritas, [Ἀκρίτας] Peloponneſi promontorium, juxta Maleam & Tænarum. Pompon. Mela, lib. 2. 3. 110.

Acritas, [Ἀκρίτας] Meſſenii ſinus initium; prope Methonem, ut refert Strabo lib. 8.

Acritas, **Acritudo**, **Acriter**. V. **acer** adj.

Acrizymus, i. m. Leviter fermentatus, quaſi Acroazymus: ita de Pane acrizymo Iſidor. 20. 2.

Acroāma, ătis. n. [ἀκρόαμα] Auditio Latine dicitur. Mos erat apud veteres, qui hodie nullus eſt, ut in fabulis agendis, actionem hiſtrionum muſica ſymphonia commendaret. unde illud, tibiis dextris, & ſiniſtris, aut; paribus, & imparibus, aut, Serranis, & Phrygiis. erat igitur, in voce hiſtrionum Actio: erat in muſica Symphonia, quod Acroama dicebatur, inde ſcilicet, quod hæc fabulæ pars auribus perciperetur, & auditio quædam eſſet, animum leniente muſico concentu, ſicut illa, quæ ad actionem hiſtrionum pertinebat, ſpectantium oculos oblectabat. atque hanc fuiſſe Acroamatis ſignificationem, loci demonſtrant quos in antiquorum ſcriptis obſervavimus. nam Cic. in oratione pro Archia 9. diſtinxit Acroama & Vocem, id eſt, eum qui fidibus, & eum qui voce caneret. Cum, inquit, ab eo quæreretur, quod acroama aut cujus vocem libentiſſime audiret, reſpondit, ejus, a quo ſua virtus optime prædicaretur. Et in Verrem 4. 22. Acroama pro Homine potius, quam pro Re, plane conſtat eſſe uſurpatum, ſunt enim hæc verba: Hic quaſi feſtivum acroama, nec ſine corollario diſcederet, emblemata avellenda curavit. ſed nusquam apertius, quam apud Macrobium, quid acroama ſit, intelligitur. eſt enim certe is, qui fidibus, non is, qui voce delectat. Saturn. lib. 11. Delectatus, inquit, inter cœnam erat Auguſtus pueris ſymphoniacis Turonii Flacci mangonis, atque eos frumento donaverat, cum in alia acroamata fuiſſet liberalis nummis: eosdemque poſtea Turonius æque inter cœnam quærenti Cæſari ſic excuſavit, Ad molas ſunt. In oratione autem pro Sextio, 116. de P. Clodio: Ipſe ille maxime ludius, non ſolum ſpectator, ſed actor, & acroama. Quod ideo dixit Cicero, quia Clodius utrunque munus, & hiſtrionis, & muſici, obiret. Ex P. Manut. Comment. in Orat. pro Sextio. Eſt etiam lectio Philoſophica ſubtilior. hinc Ariſtoteles quasdam commentationes, quas diſcipulis tradebat, Acroamata vocavit. [V. mox **Acroasis**] Prudent. Hymno S. Laurentii v. 325. Acroama contractis ſyllabis dixit:

Ergon' cachinnis venditus
Acroama feſtivum fui.

[Immo inprima ſede Jambici dimetri Anapæſtum poſuit. Cæterum de Materia Acroamatum Videſis Ciaccon. de Tricl. p. 74. ſeq. Muret. V. L. 6. 15. Pignor. de Servis. Neque modo huc pertinent Tibicinæ, Pſaltriæ, Sambuciſtriæ & totum genus Symphoniacorum, verum etiam Anagnoſtæ, de quibus V. ſ. l.

Acroasis, is. f. [ἀκρόασις] Philoſophorum ſchola eſt, Gell. 2. 22. quam auditionem vertit. 14. 1. Inauditiunculam. 5. 21. V. Joh. Wowerium de Polymathia cap. 4. circa finem. Vitruv. 10. 22. Callias Rhodum cum veniſſet, Acroaſin fecit. id eſt, Auditores admiſit, ſcholam ſeu diſſertationem habuit ſuper cogitationibus ſuis, ſive ſolerter ab ſe inventis. Eodem modo Sueton de Grammat. cap. 2. de Cratete: plurimas Acroaſes ſubinde fecit aſſidueque diſſeruit. Seneca de Declamatorum recitationibus uſus eſt excerptis Controv. lib. 4. Præfat. quemadmodum & latino Auditionis vocabulo idem eſt uſus Suaſ. 3. in quam Rem alia etiam notavit Lud. Creſollius in Theatro Rhetorum 3. 5. Acroaſis non ſecus ac Concio & de loco & de lectione ſive oratione dicitur: ita Cic. 15. Att. 17. de Literis filii ſui, quod eas vel in Acroaſi audeat legere: qui ibid. Epiſt. 15. Ut vel in Concione dicere auderem. V. Parei Lex. Crit. pag. 26.

Acroaterium, ii. n. [ἀκροατήριον] Auditorium: Gr.

Acroatĭcus, Adj. [ἀκροατικὸς] Auſcultatorius. Ariſtoteles in epiſtola quadam ad Alexandrum λόγους ἀκροατικὰς appellat, libros de recondita Peripateticæ ſectæ diſciplina editos. Gell. lib. 20. cap. 5. & Budæus.

Acroăthon, [Ἀκρόαθον] Oppidum eſt Thraciæ, in vertice montis, qui Athos dicitur, ſitum: unde & nomen habet. Pompon. Mela lib. 2. 2. extr. Dicitur & Acrothon, & Acrothoon.

Acrobaticus, a, um. [ἀκροβατικὸς] Scanſorius; ut, Genus machinæ Acrobaticon, ſcil. Machinæ acrobaticæ. Vitruv. 10. 1. V. Bald. Lex. Vitr. p. 5.

Acroceraunia, ōrum. [Ἀκροκεραύνια] Montes excelſi in diverſis locis, ſic dicti propter altitudinem & jactus fulminum, ut Serv. author eſt in Virg. 3. Æn. Quorum alii ſunt in Epiro, dividentes Ionium mare ab Adriatico. Alii ſunt eodem nomine montes inter Armeniam & Iberiam. Nam ἄκρον dicitur mons, vel ſummitas: & κεραυνὸς, fulmen. Hor. 1. Od. 3. 20.

Qui vidit mare turbidum, &
Infameis ſcopulos Acroceraunia. Virg. Ceraunia dicuntur 3. Æn. 506.
Provehimur pelago vicina Ceraunia juxta. Nunc vocantur,

Montagnes du diable. De locis noxiis in genere. Ovid. Rem. Am. v. 739.

Hæc tibi ſunt Syrtes; hæc Acroceraunia vita.

Acroceraunion, [Ἀκροκεραύνιον] Epiri primum eſt promontorium, eaque Acrocerauniorum montium pars, quæ mari imminens, ſecundum Europæ ſinum a tertio, hoc eſt, Adriaticum mare ab Ionio dividit: diſtatque a Lacinio, extremo Italiæ promontorio, 75000. paſſus. Author Plin. lib. 3. cap. 11. & 26.

Acrochiristæ, [ἀκροχειρίσται] Athletæ dicebantur, ſummis inter ſe manibus depugnantes, nullo complexu hærentes, ut Palæſtritæ. Budæus: Hinc Acrochiriſmus, qui Pugilatus interpretari poteſt. V. Cæl. lib. 11. cap. 6.

Acrochordon, ŏnis. f. [ἀκροχορδὼν] Verruca, amplitudine fabæ, pueros maxime infeſtans, ſic dicta, quod in imo usque adeo ſit anguſta, ut pendere videatur. Hermolaus in Plin. Meminit Celſ. lib. 2. cap. 1. Ruſſum lib. 5. 18. n. 24. Acrochordon, inquit, exciſa nullam radiculam relinquit.

Acrocomæ, [Ἀκροκόμοι] Populi ſunt Thraciæ, ſic dicti, quod antias in fronte muliebriter dem tterent, quemadmodum e diverſo Abantes priora capitis tondebant. Author Homer. 4. Iliad. 543. Meminit Hermol. in Plin.

Acrocorinthus, [Ἀκροκόρινθος] Montis qui urbi Corintho imminet, inter Ægæum & Ionium mare, vertex eſt: quem Soli, cum de eo certaretur, adjudicavit Briareus: Sol autem Veneri conceſſit, ut Corinthii aſſerunt. Pauſanias in Corinthiac. Plin. lib. 4. cap. 4. Acrocorinthum vocat ſummam Corinthi arcem, in qua fons Pyrene: unde ſpectantur diverſa duo maria.

Acrocorium, [Ἀκροκόριον] Bulbi ſpecies eſt. Plin. lib. 19. cap. 5.

Acrodrya, orum. n. [ἀκρόδρυα] Caius in l. 23. D. de Verb. Sign. hoc nomine omnem fructum arborum ſignificari dixit. Proprie tamen Acrodrya vocantur, quæ in ambitu lignoſum putamen habent. Quod genus appellatione nucum apud Latinos continetur. Budæus, Ruellius.

Acrolissus, [Ἀκρόλισσος] Arx eſt in colle ſupra Liſſum Illyrici urbem. Strab. lib. 7.

Acrolithus, a, um. [ἀκρόλιθος] ut, Statua acrolitha. ap. Pollion. de 30. Tyr. cap. 32. pro Argolica em. Salmaſ. p. 322. Græce de Statua Coloſſi Vitruv. 2. 8.

Acrolochias, [Ἀκρολοχίας] Promontorium eſt Ægypti ad Pharon. Strab. lib. 17.

Acron, ōnis. [Ἄκρων] Cæninenſium rex, quem Romulus ſingulari certamine vicit, teloque trajecit, & ejus ſpolia opima Jovi Feretrio dedicavit. Quem ob illata in hoſtem vulnera, teſte Plutarcho in Vita Romuli, ſic appellavit. Nam ait ferire apud Latinos, eſſe vulnerare ſagittis.

Acron Cæninus. Propert. lib. 4. 10. 7.

Herculeus, vel quia oriundus ab Hercule: vel quia Cæninenſes Herculem colebant: vel quia fortis & bellicoſus ut Hercules. Propert. lib. 4. 10. 9.

Acron alius, Medicus Agrigentinus, Athenis una cum Empedocle philoſophatus eſt: fuit antiquior Hippocrate. Empiricorum Sectæ ſignifer, qui Athenas, accenſis ignibus, peſtilentia liberavit. ſcripſit, Lingua Dorica, de Medicina lib. 1. Author Suidas, Plin. Galen. Plut. Vid. Fabric. Bibl. Gr. in Elencho Medicor.

Acron, nobilis Grammaticus, qui Horatium poëtam editis commentariis enarravit. Alius a Mezentio proſtratus. Virg. Æn. 10. 719.

Acron ſalſum porci pinguis. Veget. 1. 56. Supra Acronem colocaſium, Apic. 4. 4. ubi Acron Græcis ſublime & ſummum ſignificans, latina forma inflectitur, intelligiturque Humelburgio ad h. loc. ſummus colocaſii caulis vertex, & inde emergens faba, vel, ut Liſter. ait; tenerum & immaturum ciborium.

Acronius lacus, [Ἀκρόνια λίμνη] Pompon. lib. 3. 2. 67. Brigantinus Plin. & Solino, nunc vulgo Conſtantienſis; Bodamicus, vel potius Bodmenſis. In eum duobus alveis influit Rhenus. Glarean. & Vadian.

Acronyctus, a, um. [ἀκρόνυκτος] Veſpertinus; ut Stellæ Acronyctæ, quæ tunc oriuntur, cum ſol occidit. Firmic. Aſtrol. 2. 8. Nam ἀκρονυξ a Græcis dicitur, quod nos Crepuſculum veſpertinum vocamus. Cæl. Rhodig. lib. 21. cap. 5.

Acrophysium, ii. n. [ἀκροφύσιον, ἀκροφύσσιον] Follis eſt ſpiramentum, ſeu roſtrum, quod fornacis vel fuſorii ori inſeritur. V. Vall. in Thucydid.

Acropodium, ii. n. [ἀκροπόδιον,] id eſt, Baſis. Hygin. c. 88. Gladium ſub Acropodio Minervæ abſcondere. Vid. Barth. Adverſ. 8. 6.

Acrŏpŏlis, [Ἀκρόπολις] Dicebatur ipſa arx Athenienſium. Athenæ enim in tres partes dividuntur, ſcilicet ἀκρόπολιν, ἄστυ, & Piræum portum. V. Thucydid. lib. 2.

Acrosphyria, [ἀκροσφύρια] Genus calceamentorum muliebrium Polluci lib. 7. cap. 22.

Acrostĭchis, ĭdis. f. [ἀκροστιχὶς] Quum ex primis aliquot verſuum continuo ordine ſequentium literis oratio aliqua connectitur, ut in quibusdam Ennianis & Sibyllinis. Cæl. Antiq. Lect. lib. 25. cap. 9. Et Cic. 2. de Divin. 54. Appellatur hoc nomine carminis genus, cujus ſtrophæ per Literas initiales repræſentant Alphabetum. Ex hoc genere leguntur duo Hymni Acroſtichides in Poetis Eccleſiaſticis G. Fabricii; quorum alter pag. 567. eſt Sedulii: A ſolis ortus cardine; alter Ven. Fortunati pag. 721. Agnoſcat omne ſeculum Antiſtitem Leontium.

Acrostolia, orum. n. [ἀκροστόλια, ἀκρωτήρια] Extremæ ſunt partes navis, quæ facile evellebantur, quum collibitum fuerat: ut conſtat ex Diodor. Sicul. lib. 20. Latini, ut putat Bayſius, etiam Roſtra interdum vocant, & ſi quæ ſimilia. Erat autem in more poſitum apud antiquos, ornari naves victrices Acroſtoliis captivarum. Vid. Scheff. de Mil. Nav. 2. 6. p. 156.

Acrŏtadus, [Ἀκρόταδος] Inſula eſt in ſinu Perſico, de qua Plin. lib. 6. cap. 23.

Acroteria, orum. n. [ἀκρωτήρια] Extremitates ſunt corporis. Ariſtoteles ſic appellat extremam partem digitorum ſub unguibus latentem, & extremam partem oſſium. Significat etiam Pinnacula & prominentias ædificiorum. Item Statuas, quæ in ædificiorum ratione in angulorum ſummitate conſtituuntur. Sunt etiam Roſtra navium & ornatus. Budæus & Cæl. lib. 25. cap. 9. V. **Acrostolia** paulo ſupra.

Acrotētus, [ἀκρότητος] Non reſpondens ad numerum ſaltationis. Unde ἀκρότητα κύμβαλα, Acroteta cymbala, Non congruentia ad numeros. Athenæus lib. 11. vocat ſermones intempeſtivos, aut nihil ad rem pertinentes. Eraſm. in Chiliad.

Acrothinia, [ἀκροθίνια] Primitiæ frugum ſunt, quæ de ſummo acervo ſolent tolli. ἄκρον enim ſummum ſonat, θινὲς autem frumentorum acervi dicuntur. Unde ἀκροθινιάζειν Græci dicunt, pro eo quod eſt, Summa delibare, vel Primitias conſecrare.

Acrothon, V. **Acroathon**.

Acrothoitæ, m. plur. [Ἀκροθοῖται] Populi cujusdam Athei nomen, quos narrat Theophraſtus, cum nullum colerent numen, ſubito univerſos a terra abſorptos eſſe apud Simplic. Comment. in Epict. Enchirid. cap. 38. p. 222. Edit. Salmaſ.

Acrothōrax, [ἀκροθώραξ] ācis. m. Qui leviter, aut (ut nonnullis placet) ſumme ebrius eſt. Cæl. lib. 13. cap. 39.

Acrumærumа, Utenſilia ampliora. Feſtus. V. Voſſ. Etym. p. 6. Dacierus cum Scaligero legit Ærumina ſ. Æramina quæ Græcis χαλκώματα.

Acta, orum. V. ago.

Acta, æ. [ἀκτὴ] Id eſt, Secretum & amœnum litus. Virg. 5. Æn.613.
At procul in ſola ſecretæ Troades acta
Amiſſum Anchiſen flebant. Author Serv. Cic. 7. Verr. 8. Ipſe tamen, cum vir eſſet Syracuſis, uxorem ejus parum poterat animo ſoluto ac libero tot in acta dies ſecum habere. Siculorum lingua, Acta, Litus ſignificat, inquit Turneb.

Acta, æ. vel Acte, es. [Ἀκτὴ] Attica regio, ut teſtantur Gell. lib. 14. cap. 6. & Plin. lib. 4. cap. 7. Cauſam nominis exprimit his verbis Strab. lib. 9. Atticam apud veteres Acten, id eſt, Litus, appellatam eſſe conſtat, & nomine derivato pro Actica, Atticam eſſe nuncupatam: quoniam maxima illius pars ad mare eſt extenta & anguſta: oblonga vero ſatis & porrecta montibus usque Sunium ſubjicitur. Hermol. in Plin. lib. 4. cap. 7. Acten dictam ſcribit ab Actæone ſive Actæo rege, ut Favorino placet & Lycophroni, qui Actæos vocat Athenienſes: vel quia litoralis fere tota ſit, exili & anguſto quodam velut margine, ut Apollodor. & Strab. Dicebatur & Atthis, ſed ab Atthide Cranai regis filia, ut inquiunt Euſtath. Martian. Trogus.

Actæus, Adj. [ἀκταῖος] Litoralis, Atticus. Virg. 2. Ecl. 24.
Canto, quæ ſolitus, ſiquando armenta vocabat,
Amphion Dircæus in actæo Aracyntho. Servius. Sane Aracynthus mons eſt Thebanus. Unde Actæo, Litorali debemus accipere, non Athenienſi. Ovid. 1. Met. 313.
Separat Aonios Actæis Phocis ab arvis. Id eſt, Athenienſibus, ſeu Atticis.

Actæum primum in Attica regnaſſe ferunt. Quo vita defuncto, Cecrops ducta uxore illius filia, regnum ſuſcepit: ex qua Erſen, Aglaurum, Pandroſum filias, & Eryſichthonem filium ſuſtulit. Eryſichthon vivo adhuc patre vita excedens, regni ſucceſſionem inanem ipſi reliquit. At Cecropi Cranaus, Athenis facile princeps, ſucceſſit. Cranao vero filias cum alias, tum Atthida fuiſſe narrant: a cujus nomine regionem prius Actæam dictam, Atticam nominant. Author. Pauſan. in Attic.

Actias, ădis. f. [ἀκτιὰς] Id eſt, Athenienſis. Virg. 4. Georg. 463.
Atque Getæ, atque Hebrus, atque Actias Orithya.

Actiăcus, Adj. [ἀκτιακὸς] Athenienſis. Ovid. Epiſt. 15. 185.
Cur nunc Actiacas miſeram me mittis ad undas?

Actius, Adj. [ἄκτιος] Idem quod Actiacus. Virg. 3. Æn. 280.
Actiaque Iliacis celebramus littora ludis.
Actius Apollo in Leucadio litore colebatur, atque ita & Litoralis vocabatur, & ludis triennalibus, & gymnicis, & circenſibus, navalibusque celebrabatur. Nam Apollini litora grata eſſe oſtendit Homerus in ejus hymno. Virg. 8. Æn. 704.
Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo. V. mox Actium. Fuit & templum Actii Apollinis in Magneſiæ finibus ab Argonautis conſtitutum, Hygino teſte.

Actia, orum. ἄκτια Stephano, Ludi erant in Actio Acarnaniæ pomontorio, quinto quoque anno in laudem Apollinis celebrari ſoliti. Hos ludos vetuſtiſſimos eſſe conſtat: quippe quorum Callimachus meminit. Ab Auguſto ſummo apparatu inſtaurati fuerunt, cum Antonium & Cleopatram navali prælio ante Actium ſuperaſſet: cura eorum deinceps Lacedæmoniis mandata. quemadmodum Strabo author eſt lib. 7. Stephanus tertio quoque anno celebratos fuiſſe tradidit: tribusque certaminibus fuiſſe inſignes, Gymnico, equeſtri, & navali.

Actæa, Herba eſt, ſive Frutex, gravi foliorum odore, caulibus aniſi geniculatis, ſemine nigro, ut hederæ, baccis mollibus. Naſcitur in opacis, & aſperis, & aquoſis. Hæc Plin. lib. 27. cap. 7. Ruellius hanc eandem eſſe putat, aut certe ſimillimam illi quæ a Dioſcoride χαμαιάκτη, a Latinis Ebulum vocatur. V. mox Acte.

Actæon, ŏnis. [Ἀκταίων] Ovid. 3. Met. Fab. 2. Filius fuit Ariſtæi, ex Autonoe conjuge, Cadmi filia. Hic venator fuit, ut docet Ovidius; & cum die quadam venatione feſſus in vallem Gargaphiæ deſcendiſſet, eo quod in ea fons eſſet, recens & limpidus, & ad eum fontem potaturus accederet, vidit in eo Dianam nudam ſe lavantem. Quod cum ægre Diana tuliſſet, ſumpta manibus aqua, in faciem ejus projecit, dicens, Vade, & dic ſi potes. Is autem repente in cervum converſus eſt: quem cum canes ejus vidiſſent, confeſtim irruerunt in eum, atque dentibus laceratum devorarunt. De quo figmento ſic ſcribit Fulgentius: Anaximenes, inquit, qui de picturis antiquis diſſeruit, ait libro ſecundo, Actæonem venationem dilexiſſe: qui cum ad maturam perveniſſet ætatem, conſideratis venationum periculis, id eſt, quaſi nudam artis ſuæ rationem videns, timidus factus eſt. Et paulo poſt, Sed cum venandi periculum fugeret, affectum tamen canum non depoſuit, quos inaniter paſcendo pene omnem ſubſtantiam perdidit. Ob hanc rem a ſuis canibus devoratus eſt. Hæc ille. Hæc de Ovidii ſententia lib. Met. 3. Quanquam de Actæone aliter in commentariis Apollonii lib. 4. Sed receptior eſt & communior Ovidii ſententia. Diodor. lib. 5. cap. 14. Actæonem fabulantur a ſuis canibus diſcerptum, quod Dianæ concubitum, cum venaretur in montibus juxta templum ſitis appetierit. Alii putant id ei accidiſſe, quod ſe illi Actæon prætulerit in venandi arte.
Actæon Hyantius. Id eſt, Thebanus vel Bœotius. Siquidem Bœotii antiquitus Hyantes vocabantur, teſte Plin. lib. 4. cap. 7.
Autonoeius. Id eſt, Autonoes filius. Ovid. 3. Met. 198.
Additus & pavor eſt: fugit Autonoeius heros.
Actæon Cadmi nepos. Ovid. 3. Met. 138.
Celer. Sen. in Theb. 1.

Actæus, [Ἀκταῖος] Unus ex Telchinibus, qui, ut Strabo refert, ex Creta primum in Cyprum venerunt, poſtmodum Rhodum. Horum nomina erant, Actæus, Megaleſius, Ormenus, Lycus, Nicon, Mimon. Vide Gyraldum in lib. de Diis Gentium.

Actania, [Ἀκτανία] Inſula eſt in mari Germanico, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 13.

Actasta, V. acasta.

Acte, [Ἀκτὴ] Planta eſt, cujus duo genera refert Galen. lib. 6. Simplic. Med. ſic inquiens: Acte, tum magna illa, & arboreſcens, tum herbacea, quam & Chamæacten Græci vocant, (Latini hanc Ebulum, illam Sambucum.) Utraque potentiam habet deſiccandi, conglutinandi, modiceque digerendi. Apul. de Herb. cap. 91. conf. Actæa.

Actiacus, Actias, Actia. V. Acta.

Actinæ Legiones. Cic. 7. Att. 18. [Suſpect.

Actinosus, a. um. [ἀκτινωτὸς] Radiatus, coruſc s, ut Eccleſia actinoſa. Ambroſ. de Interpr. Dav.

Actio. V. ago.

Actisanes, Ἀκτισάνης] Æthiopum rex, qui Amaſim Ægypti regem ſuis crudelius imperantem regno deturbavit, Ægyptiisque ſumma æquitate imperavit. Hic latrocinia novo more compeſcuit, ſontes neque morte plectens, neque linquens impunitos. Conſtituto quippe eorum judicio, reos omnes in unum cogens, amputatis naribus, in ultima deſerti ire compulit: ibique civitatem condidit ab exciſis naribus Rhinoceram appellatam. Ea in Ægypti Arabiæque finibus haud procul a mari ſita, omnibus vitæ commodis caret. Nam omnis vicina regio ſalſa eſt. Intra urbis mœnia unicus eſt puteus, & is inutilis, utpote aqua guſtu amara. Hos autem eo in loco poſuit, ne ſuis moribus vicinas gentes inficerent: neve eorum erga reliquos injuriæ eſſent occultæ: ſed ut tanquam in oram deſertam relegati, omni re egentes, cogente neceſſitate ſibi victum exquirerent. Fiſſis itaque calamis, quos ex vicinis agris collegerant, longa ſibi retia fecere: quibus juxta littus per plura ſtadia diſpoſitis, ex captis coturnicibus (nam magnus earum numerus in littore ad capiendos piſces verſatur) victum ſibi compararunt Diodor. lib. 2. cap. 1.

Actito, Activus, Actor. V. Ago.

Actium, [Ἄκτιον] Acarnaniæ oppidum & promontorium, Actii Apollinis templo olim celebre, ubi Auguſtus Antonium & Cleopatram vicit navali prælio, ut ſcribunt Plutarch. Sueton. & alii.

Actius navius, Inclytus Tarquinii Priſci temporibus augur fuit, quem inſpectante Rege cotem novacula diſcidiſſe fabulantur. V. Liv. lib. 1. ab Urbe. Scribitur & Accius vel Attius. Meminit hujus & Cic. 1. de Divin. 22.

Actius, V. Acta, actæ.

Actor, ōris. V. Ago.

Actor, ŏris. Aſtyoches pater, ut oſtendit Homer. lib. Iliad. 2. 513. Alter fuit Auruncus, cujus meminit Virg. 12. Æn. 94.
— validam vi corripit haſtam
Actoris Aurunci ſpolium, &c.
Alius Menœtii Pater, avus Patrocli, cujus meminit Stat. 9. Theb.

Actorĭdes, æ. m. patronym. [Ἀκτορίδης] Actoris filius vel nepos. Id eſt, Patroclus. Ovid. 8. Met. 308.

Actrida, [Ἀκτρίδη] Oppidum coloniæ cujusdam Mileſiorum, quæ Ampelone dicitur. Plin. lib. 6. cap. 28.

Actuarius, Actuosus, Actum est, Actus. V. Ago.

Actuarius, [Ἀκτουάριος] Medici Græci nomen, qui plurimis ſcriptis voluminibus artem illuſtravit, ex quibus etiam hodie ſunt in manibus ſeptem libri de Urinarum Ratione.

Actutum, Adv. [αὐτίκα] Virg. 9. Æn. 255.
— tum cætera reddet Actutum pius Æneas. Ubi Servius, Actutum, Confeſtim, ſine dilatione. Cic. 12. Philipp. 11. Si extra caſtra, cæteri viderint, ego mortem actutum futuram puto.

A C U

Acuenum, [Ἀκούηνον] V. Aquinum.

Aculeus, i. [κέντρον] in inſectis dicitur Id quo pungunt, ut notum eſt in Veſpis, apibus, & crabronibus. Cic. 2. Tuſc. 22. Apis aculeum ſine clamore ferre non poſſumus. Idem 5. de Fin. 15. Cornibus uti videmus boves, veſpas aculeis.
Aculeus etiam dicitur quaſi Spina in foliis aut ſemine quarundam plantarum, unde & Herbas aculeatas, & folia, & ſemina ſæpe legimus. Plin. lib. 10. cap. 32. Idem lib. 12. cap. 15. De Ferramentis etiam dici poteſt. Liv. 38. 21. Aculeus ſagittæ.
Sunt & Aculei Herinaceorum, & hiſtricum ſpinæ. Plin. lib. 8. cap. 35. Sed hiſtrici longiores aculei. Hinc varia translatio.
Aculeus ſagittæ pro Spiculo. Liv. l. c. Plaut. Trinum. 4. 2. 158.
— jam dudum meum ille
Pectus pungit aculeus, quid illi negotii fuerit ante ædes meas. Id eſt, Illa me ſtimulat moleſtia, & male habet.
Aculeus & maledictum. Cic. in Brut. 173. In altercando, cum aliquo aculeo & maledicto facetus.
Contumeliarum aculei. Cic. 2. de Orat. 25. Atque illo altero genere, in quo nulli aculei contumeliarum inerant.
Fuerunt aculei in eum. Cic. ad Q. fratr. lib. 2. 1. Fuerunt nonnulli aculei in C. Cæſarem, contumeliæ in Gellium, expoſtulationes cum abſente Pompeio.
Aculeus orationis. Cic. in Orat. 19. Horum oratio neque nervos, neque aculeos oratorios ac forenſes habet. Hoc eſt, Nullos habet ſtimulos, nullos affectus, nullam vehementiam. V. Nervi atque aculei oratorii ac forenſes, In nervus.
Aculei ſeveritatis. Cic. pro Cluent. Hoc metu propoſito evellere ſe aculeum ſeveritatis veſtræ poſſe confidunt.
Diſputandi. Cic. 4. Acad. 98.
Solicitudinum domeſticarum. Cic. 1. Att. 17. Ac domeſticarum quidem ſolicitudinum aculeos omnes & ſcrupulos occultabo.
Aculeum teſtimonii convertere. V. converto.
Aculei in reprehendendo. Cic. pro Planc. 24. In quibus ipſi aculei, ſi quos habuiſti in me reprehendendo, tamen mihi non ingrati acciderunt.
Dimittere aculeum. Cic. pro Flacc. 41. Mortuus eſt aculeo jam dimiſſo ac dicto teſtimonio.
Emittere aculeos ſeveritatis in aliquem. Cic. pro Cœlio 12. Sed veſtræ ſapientiæ, Judices, eſt, non abduci ab reo, nec quos aculeos habeat ſeveritas gravitasque veſtra, quum eos accuſator erexerit in rem, in vitia, in mores, in tempora, emittere in hominem & in reum.
Erigere aculeos in aliquem. Cic. pro Cœlio. eod. l.
Evellere aculeum ſeveritatis. Cic. pro Cluent. 152.
Refringere aculeos judicii. Plin. lib. 3. Epiſt. 15. Confido tamen me non ſic auribus duci, ut omnes aculeos judicii mei illarum delinimentis refringantur, &c.

Relinquere in animis audientium. Cic. in Bruto 9. Non (quemadmodum de Pericle scripsit Eupolis) cum delectatione aculeos etiam relinqueret in animis eorum a quibus esset auditus.

Aculeo infixo fugere, proverbialiter significat, Post convicium dictum statim se subducere, sumptum ab apibus est.

ACULEŎLUS, i. m. dimin. [κεντρίδιον] Martial. lib. 8. 71. Sed. Acu levius, in codd. em.

ACULEATUS, denom. [κεντρωτὸς] Qui habet aculeos, aut aliquid instar aculei. Plin. lib. 10. cap. 32. Putant ex spinis aculeatis. Etiam Piscium nonnulli sunt, quos Aculeatos vocamus. Plin. 32. 11.

Aculeatum, per metaphoram dicitur, Quod quasi pungit ac mordet animum. Plaut. Bacchid. 1. 1. 29.

Quia isthæc lepida sunt memoratu:
Eadem in usu, atque ubi periculum facias, aculeata sunt,
Animum fodicant, bona destimulant, facta & famam sauciant.

Folium aculeatum. Plin. lib. 12. cap. 15.

Aculeata sophismata. Cic. 4. Acad. 24.

Literæ. Cic. 14. Att. 18.

ACULEIUS, a, um. Item denom. ut Aculeia cura. Varro.

ACUMEN, ACUMINARE. V. post ACUO.

ACUO, ui, utum, [ἀκονάω, θήγω, ὀξύνω] ĕre. ab Acone Græco vocabulo, quod Latine Cotem significat, dicitur, authore Sipontino. Est proprie Ferri aciem sic tenuare, ut bene incidat, ut cote fieri solet. Cui contrarium est, Obtundere vel Hebetare. Cic. 5. Tusc. At vocem citharœdi non audiunt, ne stridorem quidem serræ tum cum acuitur.

Est etiam acuere, Mucronem alicui rei facere. Virg. 1. Georg. 264.

Exacuunt alii vallos, furcasque bicornes. Pro, Acuunt.

Enses acuere in aliquem. Ovid. 15. Met. 776.

Falcem. Columel. lib. 3. Quoties falcem acueris, aciem pelle detergito.

Ferrum. Hor. 1. Od. 2. 21.

Sagittas. Hor. 2. Od. 8. 15.

Acuere per translationem, pro Incitare, instigare, stimulare. Cic. 3. Off. 1. Duæ res quæ languorem afferunt cæteris, Illum acuebant: otium & solitudo.

Acuere, pro Exercere, ut Servius interpretatur. Virg. 1. Georg. 123.

— pater ipse colendi
Haud facilem esse viam voluit, primusque per artem
Movit agros, curis acuens mortalia corda.

Acuere, pro Irritare. Virg. 7. Æn. 406.

Postquam visa satis primos acuisse furores. Ibid. 7. 330.
Quam Juno his acuit verbis. Ubi Servius exp. Irritavit, & instigavit ejus insaniam.

Acuere animos. Liv. 4. Bell. Maced.

Ætas acuit. Ter. Adel. 5. 3. 49. Illos sat ætas acuet.

Aliquem ad crudelitatem. Cic. pro Ligar. 4. Quorum igitur impunitas, Cæsar, tuæ clementiæ laus est, eorum ipsorum ad crudelitatem te acuet oratio?

Ad bonas artes juventutem. Plin. lib. 2. Epist. 7.

Excitare & acuere. Cic. 15. Fam. 21. In excitando autem & in acuendo plurimum valet, si laudes eum quem cohortere.

Acuere & alere ingenium. Cic. in Bruto 33. Legendus inquam est hic orator, Brute, si quisquam alius, juventuti: non enim solum acuere, sed etiam alere ingenium potest.

Acuere & adjuvare juventutem ad dicendum. Cic. in Orat. 41.

Dentes acuere. Hor. 3. Od. 20. 10.

Fletus. Valer. Argon. 2.

Gradus. Stat. 6. Theb. 588.

Industriam. Ad Heren. lib. 4. 2.

Ingenium. Cic. 2. Philipp. Vini exhalandi, non acuendi ingenii causa declamitas.

Iras. Virg. 12. Æn. 590. de Apibus.

Linguam exercitatione dicendi. Cic. in Bruto 97. Tuum forum, tuum erat illud curriculum, tu illuc veneras unus, qui non linguam modo acuisses exercitatione dicendi, sed & ipsam eloquentiam locupletavisses graviorum artium instrumento.

Lumina. Id est, Visum. Ovid. 2. de Rem. Amor. 801.

Utilius sumas acuentes lumina rutas.

Lupos acuunt agni balatibus. Virg. 4. Georg. 435.

Martem. Virg. 12. Æn. 108.

Mentem. Cic. 1. Tusc. 80. Multa e corpore existunt, quæ acuant mentem, multa quæ obtundant.

Metum alicui. Virg. 12. Æn. 850.

Plausus acuunt equum certantem de celeritate. Stat. 5. Sylv. 2.

Prudentiam intelligendi acuere. Cic. 1. de Orat. 90. Quod consuetudo exercitatioque & intelligendi prudentiam acueret, & eloquendi celeritatem incitaret.

Ruborem acuere. Claud. in Epigr. de Locusta.

Studia acuere. V. STUDIUM.

Tubæ milites acuunt. Lucan. lib. 1.

Vos acuat gloria. Ovid. 1. de Ponto 6.

ACUENS, entis. Virg. 1. Georg. 123.

— curis acuens mortalia corda.

Ovid. 2. de Rem. Amor. 801.

Utilius sumas acuentes lumina rutas. conf. Broukhus. ad Tib. 2. 6. 19.

ACŪTUS [θηκτὸς, ὀξὺς, ἀκρότομος, ἀγχίνοος] Nomen ex Partic. a verbo Acuor: ut, Ferrum acutum. Id est, Aciem habens bene secantem. Cui contrarium est Hebes, vel Obtusum. Plaut. Milit. 5. v. 4.

Vide ut tibi istic sit acutus, Cario, culter probe.

Acutum etiam dicitur, quod In mucronem sive acumen desinit. ut, Palus acutus.

Ovid. Epist.

— & acutæ cuspidis hastam.

Cacumen. Ovid. 2. de Arte Am. 381.

Carex. Virg. 3. Georg. 231.

Frondibus hirsutis, & carice pastus acuta.

Cupressus. Ovid. 3. Met. 355.

Cuspis. Virg. 5. Æn. 208.

Ferratasque sudes, & acuta cuspide contos Expediunt.

Ensis. Ovid. 14. Epist. 45.

Falx. Ovid. 9. Met. 383.

Ferrum acutum reddere dicitur cos. Hor. in Arte Poet. 304.

— fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet exors ipsa secandi.

Gladius acutus, cui opponitur Hebes. Ovid. 3. de Arte Am. 589.

Ponite jam gladios hebetes, pugnetur acutis.

Hasta. Ovid. 1. de Rem. Amor. 27.

Jaculum. Virg. 3. Æn. 46.

Nam Polydorus ego: hic confixum ferrea texit
Telorum seges, & jaculis increvit acutis.

Murex. Virg. 5. Æn. 205.

Concussæ cautes, & acuto in murice remi
Obnixi crepuere. Ubi Servius, Murex, saxi cacumen eminens per tranquillitatem.

Pinus. Ovid. 1. Met. 699.

Robur. Virg. 2. Georg. 25. — hic stirpes obruit arvo,
Quadrifidasque sudes, & acuto robore vallos. Id est, Roboris acuti.

Radius. Ovid. 6. Met. 56. De radio textorio loquitur poeta.

Rostrum. Author carm. de Pulice,

Quumque tuum lateri rostrum defigis acutum.

Acuta volucribus rostra. Plin. lib. 11. cap. 37.

Rubus. Sen. in Hippol. 10.

Sagitta. Ovid. 5. Met.

Saxum. Ovid. 4. Fast. 237.

Scopulus. Virg. 1. Æn. 49.

Illum expirantem transfixo pectore flammas
Turbine corripuit, scopuloque infixit acuto.

Spiculum. Ovid. 3. de Arte Am. 516.

Spinæ. Virg. 5. Ecl. 39. Carduus, & spinis surgit paliurus acutis.

Telum. Virg. 3. Æn. 635.

Unguis. Hor. 1. Epist. 19. 46.

Acutum per metaphoram dictum: ut, Acuti oculi. Id est, Clare cernentes. Plaut. Pseud. 4. 7. 121. Magno capite, acutis oculis.

Cibi acuti, Qui appetentiam excitant, & quasi stomachum acuunt: iidem pene qui & Acres dicuntur, nisi quod acres cibi sunt vehementiores, acuti mitiores: ut Acetaria, salsamenta, & condimenta quædam. Plin. Epist. Ut enim si cœnam tibi facerem, dulcibus cibis acres acutosque miscerem, ut obtusus illis & oblitus stomachus his excitaretur. Morbus. Hor. 1. Epist. 6. 28.

Si latus, aut renes morbo tentantur acuto.

Naribus acutis minus aptus. Id est, Derisoribus ingeniosis. Hor. 1. Sat. 3. 29.

Odor acutus. Plin. lib. 15. cap. 28. Sua & in odore miracula: malis acutus, Persicis dilutus, dulcibus nullus. Et lib. 21. cap. 7.

Acutus, Græco more pro Acri & vehementi. Grammatici enim Græci observant ὀξὺ significare plerumque magnum & vehemens. Hor. 1. Od. 9. 3. — geluque

Flumina constiterint acuto.

Acutus, Subtilis, quales sunt Disputatores & sophistæ. Cic. 2. Att. 38. Κῦρος mihi sic placuit, ut cætera Antisthenis, hominis acuti magis, quam eruditi. Idem contra Rullum, Siqui acutiores in concione steterant.

Sapor vini acutus. Plin. lib. 15. cap. 27.

Sol acutus. Hor. 1. Epist. 10. 17.

Acutus & Hebes, contraria. Cic. 1. de Invent. 35. Velox an tardus sit, acutus an hebetior, memor an obliviosus.

Acutum & perspicax. Cic. 1. Off. 100. Si naturam sequemur ducem, nunquam aberrabimus: sequemurque & id quod acutum & perspicax natura est, & id quod ad hominum consociationem accommodatum est.

Acutus ad excogitandum. Cic. 1. de Orat. 113. Nam & animi atque ingenii celeres quidam motus esse debent, qui ad excogitandum acuti, & ad explicandum ornandumque sint uberes, & ad memoriam firmi atque diuturni.

Aures acutæ. Id est, Ad audiendum arrectæ. Hor. 2. Od. 19. 4.

Acuta belli. Hor. 4. Od. 4. 76. — & curæ sagaces
Expediunt per acuta belli. Hoc loquendi genus, Acuta belli, & Horatio usitatum est, & illis simile, Subita belli, obliqua tumuli, &c. quæ extant apud T. Livium.

Conclusiones acutæ. Quintil. lib. 2. cap. 20.

Elementa. Lucret. lib. 2. 462.

— facile ut cognoscere possis
Non e perplexis, sed acutis esse elementis. Id est, Ex atomis.

Genus dicendi acutum & subtile. Cic. 2. de Orat. 98. Alter acutissimum & subtilissimum dicendi genus est consecutus.

Homo ingenio prudentiaque acutissimus. Cic. de Orat 39. Scævola æqualis & collega meus, homo omnium & disciplina juris eruditissimus, & ingenio prudentiaque acutissimus, & oratione maxime limatus atque subtilis.

Ad inveniendum acutior atque habilior. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Homo acutus, & natura usuque callidus. Cic. 1. de Orat. 223.

Homo in primis acutus Antiochus. Cic. 1. de Nat. Deor. 16.

Homo minime malus quidem, sed non satis acutus. Cic. 3. Off. 39.

Ingenium acutum, Idem quod Subtile: cui opponitur, Obtusum, hebes, retusum. Cic. 2. de Divin. Aliæ agrorum partes, quæ acuta ingenia gignant, aliæ quæ retusa.

Opus lenonis acutum. Hoc est, Ingeniosum & vafrum. Claud. in Eutrop. lib. 1.

Principia orationum acuta sententiis. Cic. in Orat. 124. Principia verecunda, non elatis intensa verbis, sed acuta sententiis, vel ad offensionem adversarii, vel ad commendationem sui.

Sententiæ docendi, Cic. de Opt. Gen. Orat. 5. Sunt enim sententiæ docendi, acutæ: delectandi, quasi argutæ: commovendi, graves.

Æs. Ovid. 6. Met. 589. Hor. 1. Od. 16. 7. Acron, Acutum, sonorum: a tinnitu.

Hinnitus. Virg. 3. Georg. 94.

Sonus acutus, cui opponitur Gravis. Plin. lib. 10. cap. 29. Modulatus editur sonus, gravis, acutus. Cic. 1. de Orat.

Sonus acutus & excitatus. Cic. in Somn. Scip. 11. Quam ob causam summus ille cœli stelliferi cursus, cujus conversio est incitatior, acuto & ex-

& excitato movetur sono: gravissimo autem hic lunaris atque infimus.
Stridor. Hor. 1. Od. 34. 15.
Tinnitus. Ovid. 5. Met. 204.
Ululatus. Catul. Epigr. de Berecynthia & Aty.
Vox. Ovid. 3. Met. 224. Hor. 3. Od. 4. 3.
Acutum cernere. Id est, Acute. Hor. 1. Sat. 3. 26.

Quum tua pervideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum,
Quam aut aquila, aut serpens Epidaurius?

Triste & acutum resonare. Hor. 1. Sat. 8. 41.

ACUTA-SPINA, [ὀξυάκανθα] Arbor est Pyrastro similis, spinosa valde, & exigua, baccas profert myrti, plenas, rubras, fragiles & intus nucleum: radicem habet multifidam alte descendentem. Dioscor. lib. 1.

ACUTŬLUS, a, um. dimin. [ὀξύς] Cic. 3. de Nat. Deor. 7. Breves & acutulas conclusiones. Id est, Aliquantum argutas & subtiles.

ACUTULE, Adv. August. Confess. 3. 7. Quasi acutule movebar.

ACUTALIS, e. ut, Terminus lapideus si fuerit crassus acutalis. Frontin. de Colon. p. 132. per Goesium.

ACUTATUS, a, um. Veget. de Re Vet. 1. 22. Sagitta cotibus bene acutata.

ACUTE, Acutius, Acutissime. Adv. [ὀξέως] Id est, Subtiliter & ingeniose. ut Acute explicare. Cic. 1. Acad. Acute respondere. Idem in Lælio 6. Vel responsa acute ferebantur. Acutissime ac diligentissime scripta. Cic. 5. Verr.
Acute colligere. Cic. 1. de Orat. 143. Quum multa colligeres non modo acute, sed etiam ridicule ac facete.
Acute, arguteque conjicere. Id est, Conjecturam facere. Cic. in Bruto 53. Quis putet aut celeritatem ingenii L. Bruto illi nobilitatis vestræ principi defuisse? qui de matre suavianda ex oraculo Apollinis tam acute argutque conjecerit, qui summam prudentiam simulatione stultitiæ texerit, &c.
Acute, arguteque respondere. Cic. pro Cœlio 8. Si mihi ad hæc acute, arguteque responderit.
Sonare, cui Graviter sonare opponitur. Cic. in Somn. Scip. 11. Natura fert ut extrema ex altera parte graviter, ex altera autem acute sonent.
Aliquid tractare. Cic. 2. de Invent. 16. Sed illæ tenuius & acutius & subtilius tractantur.

ACUTIATOR, oris. m. Qui acutum reddit. Vet. Gloss. ἀκονητής, Samiarius, Cotiarius, Acutiator.

ACŪMEN, inis. n. [ἀκή, ὀξύτης, θῆγμα, τὸ ὀξύ] Nomen ab Acuo, videtur proprie Mucronem significare, ut Acumen cultri, aut styli. Ovid. 4. Met. 579. De cruribus Cadmi versis in caudam serpentis.

Paulatim tereti sinuantur acumine crura.

Rostri avium. Plin. lib. 10. cap. 71. Alia dentibus prædantur, alia unguibus, alia rostri aduncitate carpunt, alia latitudine ruunt, alia acumine excavant. Hinc auspiciorum genus deducunt nonnulli, quod ex Acuminibus dicebatur, ad quod Plautus alludat Epid. 2. 2. ipso principio, de quo interpretes plura: quanquam in hoc exponendo ritu tanta est Eruditorum dissensio, ut quale auspicium hoc fuerit, nihil habere se certi fateatur Delrio. 4. Disqu. Mag. cap. 2. qu. 7. sect. 2. p. 560. lege Jo. Meurs. Exerc. Crit. ad Epid. 1. 3. Turneb. Adversf. 27. 12. Cœl. Calcagn. 1. qu. Epist. 51. & cujus jam verba describo, Valtrin. de Re Milit. Rom. 1. 6. p. 26. id Auspicium quale fuerit, obscurum est. Nonnulli (in his Turnebus) existimant, veteres ex acumine spiculorum, pilorum, ensiumque spem Prælii & eventum solitos auspicari, verbi causa, si splenderet, si retusum non esset, si non sordidum, si non hebes, si horrorem quendam præ se ferret. Cœlius Calcagninus putat esse, cum super hastas stellæ apparerent, pila ardere viderentur, de quibus Sen. in Nat. Quæst. & Plin. Aliqui ad Geomantiam referunt, quæ acuminibus ita exercetur, ut punctorum paritas, imparitas, obliquitas, quadratio, decussatio spectetur. Hæc Valtrinus. Cerda vero Comm. in Virg. 6. Æn. 199. f. 627. Sententiam, inquit, refero ad Pullare Auspicium: ergo Acumina sunt Rostra avium, ex quibus, si quid tibi caderet, auspicia dicebantur sumi ex acuminibus, id est, rostris avium. vide ut hanc rem late explicet Antonius Clarus in 12. Tab. &c.
Acumen nasi. Lucret. lib. 6. 1191.

Compressæ nares, nasi primoris acumen.

Sed frequentius legitur per metaphoram dictum: ut Acumen ingenii. Quintil. lib. 5. cap. 7. Acumen naturale. Cic. 1. Tusc. 19. Quem esse negas, eundem esse dicas: ubi est acumen tuum?
Saporis. Plin. lib. 14. cap. 20. Et saporis quædam acumina.
Acumen, pro Astu, vafritia, calliditate. Hor. 1. Epist. 17. 55. Meretricis acumina.
Sine acumine homo. Cic. 2. de Nat. Deor. 74. Epicurus sine acumine ullo, sine authoritate, sine lepore.
Argutum judicis acumen. Id est, Ingenium subtile. Hor. de Arte Poet. 364.
Argutiæ & acumen. Cic. in Orat. 110. Nihil Lysiæ subtilitate cedit, nihil argutiis & acumine Hyperidi.
Ingeniorum acumen. Cic. pro Flacco. Græcis non adimo sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam.
Leve mentis acumen discurrit. Claud. de Rapt. Proserp. 2.
Acumen Stertinii delirat. Id est, Stertinius homo acutus. Hor. 1. Epist. 12. 20.
Sub acumen styli subire & succedere. Cic. 1. de Orat. 151. Omnesque sententiæ, verbaque omnia quæ sunt cujusque generis, maxime illustria, sub acumen styli subeant & succedant necesse est. Ducta est metaphora a Stylo, quo in tabulis scribebant.
Admovere acumen chartis Græcis. Id est, Ingenium ad libros Græcorum. Hor. 2. Epist. 1. 161.
Acuminibus suis se compungunt dialectici. Cic. 2. de Orat. 158.
Habet acumen hæc interpretatio. Cic. 2. de Orat. 257.
Illudere alicujus acumen. Cic. 1. de Orat. 143.

ACUMĬNO, as. [ὀξύνω] Acutum facio. Lactant. de Opific. 6. In quadrupedibus autem contextum spinæ a summo capite deductum, longius extra corpus eduxit, & acuminavit in caudam.

ACŬMINATUS, Adj. [θηκτός] Qui acumen habet: ut, Telum acuminatum. Plin. lib. 11. cap. 2. & lib. 18. cap. 35.

ACUMINARIUS, a, um. ut Mola acuminaria, armis scil. acuendis. Vet. Interpr. Statii ad 3. Theb.

ACUPEDIUS, [ὀξύπους] dicebatur, Cui præcipuum erat in currendo acumen pedum. Festus. Lucilio est Agipes. conf. Dacerium.

ACUPEDIUM, ii. n. Gloss. Græc. Lat. ὀξυποδία, acupedium.

ACUS, ûs. f. [βελόνη] Est (inquit Festus) Qua sarcinatrix, vel etiam ornatrix utitur. Valla lib. 1. Acus dicitur qua vestes sarciuntur. Cic. pro Milon. 66. Vulnus in latere, quod acu punctum videretur, pro ictu gladiatoris putari.
Acus pro Ea qua ornatrix utitur ad discernendos capillos. Apulejo Crinalis. lib. 8. p. 207. Juven. 2. Sat. 2. 94.

Ille supercilium madida fuligine tactum
Obliqua producit acu. Mart. l. 14. Ep. 24.
Tenia ne madidi violent bombycina crines,
Figat acus tortas, sustineatque comas. Ex emend. Scalig. Videtur id esse quod Discriminale sive Discerniculum dicitur.

Acus ahena. Ovid. 2. Fast. 577.
Assyria. Claud. de Phœnice. V. Acus Semiramia.
Comere comas acu. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Immittere lina per acum. Cels. lib. 7. cap. 17. Quidam per acum duobus linis ad imam basim immissis, sic utrinque vinciunt, quemadmodum, &c.
Trajicere acu. Cels. lib. 7. cap. 7.
Acu transuere. Cels. lib. 7. cap. 7.
Acus emerita. Juven. Sat. 6. 498. Id est, Ab officio cosmetæ & ornatricis, quæ crines acu concinnat. Nam qui Juvenalem de sarcinatrice sentisse suspicantur, a Musis & Gratiis absunt. Parrhasius in Claud.
Idalia, ab Idalio Cypri oppido. Claud. lib. 2. de Rapt. Proserp.
Mæonia. Id est, Lydia. Nam Lydi lanificio & telarum usu maxime claruerunt. Unde orta est fabula de Arachne regionis illius puella, quæ cum Pallade certasse dicitur. Seneca,

Nec Mæonia distinguit acu.

Nilotis. Id est, Ægyptia, vel ob præcipuam Ægyptii lini bonitatem; vel quod Ægyptii multis liciis polymitas vestes texere docuerint. Lucan. lib. 10.
Obliqua. Juven. 2. Sat. 94.
Semiramia. Martial. lib. 8. 28. Id est, Babylonia. Nam Babylonii primi omnium diversos colores intexuerunt.

Texta Semiramia quæ variantur acu.

Tenuis. Ovid. 4. Epist. 72.
Acu pingere. Ovid. 6. Met. 23.

Sive levi teretem versabat pollice fusum,
Seu pingebat acu, scires a Pallade doctam.

Virg. 11. Æn. 777.

Pictus acu tunicas. Servius, Id est, Habebat vestem Phrygionis arte perfectam.

Rem acu tetigisti, apud Plaut. Rud. 5. 2. 19. Id est, Rem ipsam divinasti, nihil aberrans. Perinde quasi dicas, Ipsissimum punctum attigisti. Nam minutissima puncta denotantur acu.
Filum nevisti, nunc acu opus est. Proverbii faciem habet, quum significamus Non satis esse cœpisse, nisi pari industria perficias. Citat Jul. Pollux ex Hermippi Μοῖραις. V. Erasm.
Acum invenisses. apud Plaut. Men. 2. 1. 13. —si acum credo quæreres, acum invenisses. Proverbialis hyperbole, de re diligenter vestigata. Nam acus inventu difficillima, quod ob exiguitatem facile fallat oculos quærentis.

ACUS, i. m. Piscis genus, de quo Martial. lib. 10. 37.

Et fatius tenues ducere credis acos.

Hic etiam Belone a Græcis dicitur, aut Raphis ut Dorion meminit, aut Ablenis ut Diphilus, est Piscis longus, tenuis & levis, rostro subtili, acuto porrectoque sine dentibus, dorso cæruleo ad viride inclinante, ventre argentei coloris, nunc Venetis Acicula nuncupatus. Massarius. Plin. lib. 9. cap. 51. Acus sive belone unus piscium dehiscente propter multitudinem utero, parit. Hic ab eodem Plin. lib. 32. cap. 11. Aculeatus piscis, Belone dicitur.

ACUS, ĕris. n. Est, ut ait Priscianus, quod Græci σκύβαλον & ἄχυρον vocant. Id est, Purgamentum tritici. Varro de R. R. lib. 3. Acus substernendum gallinis parturientibus. Idem in 1. Acus in area excutitur. Idem eodem cap. 52. Cato de R. R. cap. 54. Acus fabaginum.
Acus etiam in f. gen. pro eodem ponitur. Festus, Paleæ etiam quædam de frumento acus dicuntur. Columel. lib. 2. cap. 10. Durissimæ quidem acus resectæ separatæque erunt a cudentibus, minutæ vero, quæ de siliquis cum faba resederunt, aliter secernentur. [legend. *rejectæ*.
Exercitus quoque instructio, Acus dicitur, quod ea pars militum vehementissima est ad hostem vulnerandum, acumine telorum. Festus. [Falsum esse, & *aciem* cum *acu* confundi monuerunt pridem Viri Docti. Ceterum totus is Festi locus fœde corruptus videtur.

ACERŌSUS, a, um. [ἀχυρώδης, σκυβαλώδης] ut Acerosus panis. Id est, Non sine paleis. Festus.
Acerosum panem, farre minus purgato, ac sordibus a candido separato, dicendum veteres putaverunt. Non. 5. 97. Quod is desumsit ex Lucilii Farre aceroso. Talis esse solet panis ordeaceus.

ACERO, are. Cum paleis miscere.

ACERĀTUS, a, um. Aceratum lutum, cum paleis mistum. Festus & Nonius ibid. [Distinguendum videtur: Aceratum, lutum cum paleis mistum, ut Substantive sumatur. Eadem forma Marmoratum, Arenatum, aliaque ejusmodi efferebant.

ACUSILAUS, Atheniensis Romæ ludum aperuit Rhetorices. Volaterranus ex Suida.

ACUSTICI, [Ἀκουστικοὶ] sunt Auditores, quales erant discipuli Pythagoræ. Ille enim a suis auditoribus ut minimum biennium exigebat, quo illis tantum audire, non etiam loqui licebat.

ACUTA-SPINA, V. ACUTUS.

ACUTĬA, [Ἀκούτεια] Hispaniæ urbs est Stephano, cujus incolæ dicuntur ACUTANI.

ACUTIA, [Ἀκουτία] P. Vitellii uxor. Tacit. 6. Ann. 47.

ACUTUS, V. ACUO.

ACYLON, seu potius ACYLOS, ἄκυλος Suidæ, Fructus est Ilicis fœminæ. Plin. lib. 16. cap. 6. Dicitur etiam hoc nomine fructus arboris cujusdam, quæ mediam quandam naturam obtinet inter suber & quercum, quæ ob id Phellodrys vocatur. Ruell. lib. 1. cap. 89.

ACYLOS, seu ACULOS, ἄκυλος Homero, Glans iligna est: verum & pro pudendo ponitur, a similitudine, quemadmodum balanus etiam dicitur a Galeno. V. Cæl. Rhodig. lib. 4. cap. 6.

ACYPHAS, [Ἀκύφας] Oppidum est in Dorica tetrapoli, ut ex Theopompo refert Stephanus.

Acyrologia, æ. [ἀκυρολογία] Latine Impropria locutio dicitur. Virg. 4. Æn. 419.

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.

Ubi Servius, Sperare pro Timere. & est Acyrologia: nam speramus bona, timemus adversa.

Acyrologia est etiam in sensu. Ter. Eun. 5. 9. 59. Isti te ignorabant. Ubi Donatus, Figura acyrologia: ad utrunque enim pertinet, & ad laudem, & ad mores.

Acyron, i. n. [ἄκυρον] apud Græcos, quod apud nos Improprium, ait Quintil. 8. 2. hinc Cic. 16. Fam. 17. 2. Unde illud tam ἄκυρον?

Acytos, [Ἄκυτος] Stephano, Insula est non procul a Creta, e regione Cydoniæ civitatis, quæ alio nomine Melos appellatur. V. Plin. lib. 4. cap. 12.

A D

A. D. Ante diem. Recte illud esse animadvertendum monuit Paulus Manutius, quod ubi apud Cic. in impressis libris legitur, Ad IIII. Calend. Ad VI. Idus, & similia, in vetustioribus libris legi A. D. quæ literæ ab imperitis conjunctæ fecerunt Ad. V. ANTE.

Ad, [πρὸς, παρὰ] Præpositio est accusativa, cujus proprius est usus cum motus aliquo significatur. In hac autem significatione quandoque jungitur urbium nominibus. Cic. in Verr. Eo die Verres ad Messanam venit. Idem 2. Philipp. 106. Quum inde Romam proficiscens, ad Aquinum accederet.

Ad urbem esse dicebantur olim magistratus, qui cum potestate aut nuper e provincia revertissent, aut nondum in provinciam profecti essent. Cic. 4. Verr. 21. Ad urbem quum esset, audivit Dioni cuidam Siculo permagnam venisse hæreditatem. Idem 2. Verr. Quam primum concionem ad urbem Cos. designatus habuit. Ubi Asconius, Sic autem dici solebat de iis qui cum potestate provinciali redierant: aut nondum in provinciam profecti essent. Idem 4. Verr. Omnis magistratus qui intramuranus non est, nec urbanus, etiamsi administrator ejus Romæ est, Ad Urbem dicitur.

Ad urbem esse, pro in Urbe. Cic. Att. lib. 7. Trebatius quidem scribit, se ab illo IX. Calend. Febr. rogatum esse, ut scriberet ad me ut essem ad urbem. Idem 1. Philipp. Pecunia utinam ad ædem Opis maneret. Id est, In æde seu templo Opis.

Ad, sine motu frequenter dicitur, idque manente prima illa & propria significatione. Cic. 4. Acad. 9. In Hortensii villa quæ est ad Baulos. Virg. 1. Æn. 27.

—veterisque memor Saturnia belli,
Prima quod ad Trojam pro charis gesserat Argis.

Ubi Servius, Apud, semper in loco significat: Ad, & in loco, & ad locum. In loco: ut, Ad quem tum Juno supplex his vocibus usa est. Et Cic. 2. Verr. Ex his quasi decem fiscos ad senatorem illum relictos esse, comitiorum nomine. Hactenus Servius.

Ad, cum suo accusativo interdum pro dativo ponitur. Plaut. Capt. 1. 4. 22. Ad carnificem te dabo. Licenter dictum, pro, Dabo te carnifici. Varr. de R. R. lib. 1. cap. 40. Illud quod apparet ad agricolas, id videndum diligenter. Ibid. cap. 38. Quod non solum ad agrum utile, sed etiam ad cibum. Ter. Phorm. 4. 3. 48. Ad ditem datur ea in servitutem. Pro, Diviti datur. Virg. 12. Æn. 372. Objecit sese ad currum. Ubi Servius, Ad currum, pro Currui se objecit.

Ad Dianæ, Ad Veneris, Ad Castoris, & similia: modus est loquendi ellipticôs, in quo subauditur accusativus (templum, vel ædem.) Hoc autem fit Attico more, teste Prisciano. Ter. Adel. 4. 2. 43. Ubi ad Dianæ veneris, ito ad dexteram. Cic. pro Milon. Cum facibus ad Castoris, cum gladiis, toto foro volitarunt.

Ad album se transferre. V. Album in ALBUS.

Ad domum. Cic. 3. Verr. 69. Omnes ad eam domum, in qua iste diversabatur, profecti sunt: cædere januam saxis, instare ferro, &c.

Ad pro Apud. ut Plaut. Merc. 2. 2. 54. Mihi quoque etiam est ad portum negotium. Cæs. 5. Bell. Gall. 51. Totam hyemem ipse ad exercitum manere decrevit. Cic. in Pison. Deprehensus denique cum ferro ad senatum. Cic. 10. Att. 18. Commodum ad te dederam literas de pluribus rebus, quum ad me bene mane Dionysius fuit. Eidem lib. 10. 4. Fuit ad me sane diu. Liv. Dum hæc ad Veios geruntur. Virg. 6. Æn.

Hi multum fleti ad superos.

Plaut. Casin. 2. 2. 21.

—nam jus viri suum
Ad mulieres haud obtinere queunt.

Respondebat se ad Recuperatores esse dicturum. Cic. 5. Verr. Eamus ad me. Ter. Eun. 3. 5. 64. Id est, meam domum. Cic. Pro Rosc. Com. 7. Quis unquam ad arbitrum quantum petit, tantum abstulit? Ibid. Cæteri quum ad judicem causam labefactari animadvertunt, ad arbitrum confugiunt. Ter. Adel. 4. 4. 18. Ad me abducta est domum, pro Domum meam. Item A me domo, pro A mea domo, ut videre est supra in A vel AB.

Ad, cum accusativo personæ, addito urbis nomine itidem in accusativo. Cic. 3. Att. Sed te oro ut ad me Vibonem statim venias.

Ad, Circa. ut, Ad id tempus. Cic. 4. Att. Tu quoniam iturum te in Asiam esse putas, ad quæ tempora te expectem, facias me certiorem velim. Varr. de R. R. Nam refert, in agro ad quam partem cœli quisque locus spectet: sicut ad quod tempus quæque res facillime crescat. In quo exemplo, priore loco (ad) pro Versus: posteriore, pro Circa accipitur.

Ad, Comparationem significat. Cic. Nihil ad tuum equitatum. Id est, Præ equitatu. Ter. Eun. 2. 3. 69. Estne ut fertur forma? P. sane, CH. at nihil ad nostram hanc.

Ad, pro Contra. ut: Ad illum mihi pugna est: pro, Contra illum. Cic. 2. Fam. 3. Ne ad eam meditere, imparatum te offendam. Virg. 2. Æn. 444.

—clypeosque ad tela sinistris
Protecti objiciunt.

Autores Servius & Priscianus. Tecti esse ad alienos possumus: intimi multa apertiora videant necesse est. Cic. pro Rosc. Amer.

Ad annum, pro Intra annum. Cic. 5. Att. 2. Confirmant ad eam causam etiam Furnium nostrum, quem ad annum Tribunum plebis videbam fore. *D'icy à un an, Entre cy & un an.*

Ad, Post. Cic. 12. Att. Aut nescio quid intersit, utrum illuc nunc veniam, an ad decem annos.

Ad, Propter. Propert. lib. 4. Eleg. 12.

Panditur ad nullas janua nigra preces.

Liv. 1. ab Urbe, Inde, quum actæ boves quædam ad desiderium (ut fit) relictarum mugissent. Hoc est, Præ desiderio, sive Propter desiderium.

Ad, Pro. Cic. 5. Verr. Unum inquam da mihi ex illis aratoribus, qui vel ad statuam pecuniam contulerunt, qui sibi dicat pro frumento omne esse quod oportuerit, solutum. Ter. Heaut. 4. 5. 29. Argentum dabitur ei ad nuptias.

Ad memoriam aliquid notare. Cic. 5. Philipp. 17. An illa non gravissimis ignominiis, monimentisque hujus ordinis, ad posteritatis memoriam sunt notanda.

Ad memoriam posteritatis aliquid extare. Cic. 14. Philipp. 39. Ut extet ad memoriam posteritatis sempiternam.

Ad, Ante, Coram, vel Juxta. Virg. 4. Æn. 134.

—cunctantem ad limina, primi
Pœnorum expectant.

Ubi Servius, Ad, Ante, vel Apud. Suet. Calig. C. 26. Modo ad pluteum, modo ad pedes stare passus. V. supra A pedibus in A. AB. Cic. pro Rosc. Com. 45. Ejus testis ad judicem fidem infirmabit.

Ad, Præter. Ter. And. 1. 3. 10. Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam. Cic. pro Planc. Equidem ad reliquos labores, quos in hac causa majores suscipio quam in cæteris, etiam hanc molestiam assumo, quod, &c.

Ad, pro Secundum, similitudinem significat: ut, Ad arbitrium illius, ad nutum, ad hoc exemplum, ad hunc modum. Cic. 1. de Fin. Num desistunt ad arbitrium suum scribere? Idem de Arusp. Resp. Bonorum animus ad nutum nostri ordinis expeditus jam non erit. Ter. Hec. 1. 2. 88. Ad hoc exemplum ambarum, mores earum existimans. Sic, Ad hunc modum uti, & Ad eum modum. Plaut. Aulul. & Men. 1. 3. 28.

Ad normam. Cic. in Lælio 18.

Ad perpendiculum columnas exigere. Cic. 3. Verr. 133.

Ad portionem virium. Plin. lib. 24. cap. 8.

Ad conjecturam alieni sensus, non ad judicium suum scribere. Cic. 6. Fam. 7.

Ad meum sensum. Cic. 15. Fam. 6.

Ad præscriptum omnia agere. Cæs. 3. Bell. Civil. 51. conf. 1. 36.

Ad naturam vivere. Sen. Id est, Secundum naturam.

Ad similitudinem. Cic. de Nat. Deor. 2. 161.

Sic dicimus, Pinxit ad exemplar, id est, Secundum exemplar.

Ad rationem loci & temporis. Plin. Epist. 62.

Ad numerum esse. Cic. de Nat. Deor. 1. 106.

Ad, pro eo quod vulgo dicitur, Quantum pertinet ad. Cic. 3. Verr. Vidi simul cum populo Romano forum comitiumque adornatum ad speciem magnifico ornatu: ad sensum, cogitationemque, acerbo & lugubri. Hoc est, Quantum ad speciem, quantum ad sensum, &c.

Ad, Circiter. Cic. ad Q. fratr. 2. 1. Sane frequentes fuimus ad ducentos. Ad centena numero. Plin. lib. 9. cap. 10. Pariunt ova, avium ovis similia, ad centena numero.

Ad, pro Versus. Virg. 1. Æn. 93.

Ingemit: & duplices tendens ad sidera palmas.

Pro, Cœlum versus. Idem 2. Æn. Ad cœlum tendens ardentia lumina. Ter. Phorm. 5. 1. 14. Ad me respice. quod Gallice dicitur *à*, aut *vers moy*. Sic dicimus, Ad orientem spectat, Ad meridiem vergit, & similia.

Ad se versum. Sallust. in Jugurth. p. 111. Ed. Delph. Deinde converso equo, animadvertit fugam ad se versum fieri. Ibid. p. 119. Vaccenses ubi animadvertere ad se versum exercitum pergere, &c.

Ad, Usque ad, vel Usque in. Cæs. 4. Bell. Gall. 23. Ad horam nonam in anchoris expectavit. Sic,

Ad hanc diem. Cic. 2. in Catil. 19.

Ad hanc horam. Cic. 14. Philipp. 20.

Ad lucem dormitare. Cic. 1. de Divin. 28.

Ad lucem pugnare. Liv. 3. ab Urbe 28.

Ad multum diei, &, Ad multam diem. Liv. 3. Bell. Pun. Cic. 3. Att. 9. Multus sermo ad multam diem.

Ad multam noctem vigilare. Cic. in Somn. Scip. 1.

Ad vesperum. Cic. 7. Att. 8. Ab hora octava ad vesperum secreto collocuti sumus.

Ad vesperum perpotare. Cic. 2. Philipp. 77.

Ad solis occasum. Plaut. Men. 5. 3. 33.

Ad meridiem. Plaut. Mostel. 3. 1. 55.

Ad ravim poscamus prius, quam quicquam detur. Plaut. Aulul. 2. 5. 10.

Ad meum reditum. Cic. 1. Fam. 9. Ut integrum mihi de causa Campana ad suum reditum reservarem. Idem 2. Off. Remque integram ad reditum suum jussit esse.

Ad cinerem ambustus. Hoc est, Ita ambustus, ut in cinerem redigatur. Plin. lib. 10. cap. 33.

Ad insaniam concupiscere. Cic. ad Att.

Ad exactam ætatem, Ad ultimam ætatem. Festus.

Ad id locorum. Id est, Adhuc, vel Usque ad id tempus. Liv. 5. Decad. lib. 3. Nec se ad id locorum scire, propter quam causam Consuli pro hostibus fuerint. Sallust. in Jugurth. C. 63. de Mario loquens, Tamen is ad id locorum talis vir (nam postea ambitione præceps datus est) Consulatum petere non audebat. Conf. ADHUC.

Ad, sæpenumero usum quendam rei significat. Plin. lib. 20. cap. 3. Hoc ad albicandam cutem in facie, totoque corpore utuntur.

In hoc genere loquendi per Contra vel Adversus interdum declarari potest, ut in talibus, Ad parotidas, ad tormina, ad scorpiones, & alia ejusmodi multa apud Plin. Cic. 1. de Divin. 13. Mirari licet quæ sint animadversa a medicis herbarum genera, quæ radicum ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera.

Hujus præpositionis usus frequens est cum gerundii verbis in dum, & modo cum motu: ut Ivit ad lavandum. Modo sine motu, ut Ter. And. 1. 1. 111. Nec satis ad objurgandum causæ. Cic. pro Lege Manil. 1. Hic autem locus ad agendum amplissimus, ad dicendum ornatissimus est visus. In his præpositione (pro) vulgus abutitur.

Ad vivendum firmus. Plin. lib. 16. cap. ult. Firmissimæ ergo ad vivendum oleæ, ut quas durare annis ducentis inter authores conveniat.

Ad agnatos & gentiles deducendus. Id est, Mente captus. Varro de

R. R.

R. R. lib. 1. cap. 2. Qui salubrem locum negligit, mente captus est, atque ad agnatos & gentiles deducendus. Cic. 2. de Invent. 148. Si furiosus est, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque ejus potestas esto. Nam duodecim tabulæ furiosis jus adimunt administrandi res suas, & ad gentiles agnatosque transferunt: quemadmodum legimus lib. 1. Institutionum, titulo De curatoribus.

Ad aliquem convenire, pro in aliquem competere & quadrare. Cic. pro Sylla, Equidem vehementer lætor, eum esse me, in quem tu, quum cuperes, nullam contumeliam jacere potueris, quæ non ad maximam partem civium conveniret.

Ad amussim. V. Amussis.

Ad aspectum præclarus. Cic. 6. Verr. Nam. & situ est cum munito, tum ex omni aditu, vel terra, vel mari præclaro ad aspectum.

Ad assem impendium reddere. Plin. Epist. 15. lib. 1.

Ad denarium solvere. V. Solvo.

Ad nomen respondere. Hoc est, Comparère, & præsto esse. Dicitur de eo qui in delectu habendo vocatus, respondet, nomenque suum edit. Liv. lib. 7. ab U. C.

Ad nummum subducere. Cic. 5. Att. 21. Adsidunt, subducunt ad nummum, convenit. alii aliter distinguunt. V. Subduco.

Ad bonitatem proficere. Plin. lib. 33. cap. 3. de auro, Quinimo quo sæpius arsit, proficit ad bonitatem. Id est, Fit melius ac purius.

Ad cibos aviditas. Plin. lib. 20. cap. 16. de cunila, Concoctionem mire adjuvat, & ad cibos aviditatem.

Ad cibum purus. Plin. lib. 29. cap. 4.

Ad currum leones jungere, vel equos. Plin. lib. 8. cap. 16.

Ad cyathum stare dicuntur Pincernæ regibus, quibus cyatho vina ministrant. Sueton. in Cæs. C. 49. Sed C. Memmius etiam ad cyathum & vinum Nicomedi stetisse objecit. V. Cyathus. & supra Ad pedes & A pedib. in A.

Ad dextra, Ad læva. Plin. lib. 16. cap. 36. Latera harundini calamoque in rotunditatem bina, super nodos alterno semper inguine, ut alterum ad dextra fiat, alterum superiore geniculo ad læva per vices.

Ad dextram manum, & similia: Locutiones sunt pervenustæ, quæ ex subjectis exemplis facilius intelligentur, quam per alia verba declarari possint.

Ad dexteram, subintel. manum. Ter. Heaut. 4. 4. 10. Proximam esse huic fundo ad dexteram?

Ad sinistram. Ter. Adel. 4. 2. 43. Ad sinistram hac recta platea.

Ad lævam. Plaut. Milit. 4. 7. 24. Ubi is est? M. ad lævam.

Ad diem simpliciter veteres dicebant, pro eo quod integre dicitur Ad constitutam diem, vel Ad dictam diem. Cic. 4. Verr. & pro Cæcin. 32. Quando illa frumentum quod deberet, non ad diem dedit? Cæs. 2. Bell. Civil. 19. Nulla fuit civitas quin ad diem conveniret.

Additur tamen aliquando & adjectivum. Cic. 2. Fam. 10. Vel quia belli magni timor impendet: quod videmur effugere, si ad constitutam diem decedemus. Idem 16. Fam. 12. Tu musis nostris para ut operas reddas: nostra ad diem dictam fient.

Ad digitos venire. Plin. lib. 2. cap. 23. Ut protinus mundi quoque ipsius mensura veniat ad digitos. Id est, Supputetur.

Ad extremum, Ad postremum, Ad ultimum, Adverbia sunt modo ordinis, pro Denique vel Postremo: modo temporis, pro Tandem. Itaque pro loco & sensu accipienda erunt. Sunt autem binæ dictiones, una tamen pars orationis: qualia sunt In primis, In dies, Ad summam, In summa, & alia hujusmodi. Cic. Att. Illud te ad extremum & oro & hortor. conf. 2. Att. 22. & Nat. Deor. 2. 118.

Ad extremum & Ad ultimum, nonnunquam binæ sunt orationis partes, hoc est, præpositio & nomen absolutum, pro Usque ad extremum, Usque ad ultimum. Id est, Ad finem usque. Cic. ad Brut. 10. Cui consuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. Liv. 2. ab Urbe, Patres ad ultimum dimicationis rati rem venturam. Id est, Ad ultimam & periculosissimam dimicationem.

Ad extremum. Id est, In extrema parte. Liv. 3. Decad. lib. 1. Missile telum hastili oblongo, & cætera tereti, præterquam ad extremum, unde ferrum extabat.

Ad postremum. Plaut. Aulul. 3. 5. 52. Ibi ad postremum sedit miles.

Ad fidem affirmare. Id est, Fideliter & vere. Liv. 1. Decad. lib. 3. Difficile ad fidem est in tam antiqua re quot pugnaverint ceciderintve, exacto affirmare numero.

Ad gratiam esse dicitur res aliqua. Liv. 4. Decad. lib. 5. in Quintio nova & recentia omnia ad gratiam erant. Hoc est, faciebant ut Quintius gratior esset populo Romano.

Adhoc, & Adhæc, nonnulli dicunt esse ordinis adverbia, alii pro conjunctionibus accipiunt: & ab aliis conjunctim, ab aliis separatim scribuntur. Sic autem dicuntur quasi Præter hoc, Præter hæc. Valla lib. 2. (Hoc) compositum cum præpositione (ad) significat præterea: ut apud Sallust. Cognoveram parvis copiis bella gesta cum opulentis regibus: adhoc sæpe fortunæ violentiam tolerasse, facundia Græcos, scientia belli Gallos ante Romanos fuisse.

Ad hoc, pro Ob id. Paul. in l. debitor. D. de leg. 2. Domini persona ad hoc tantum inspicitur, ut sit cum eo testamenti factio. Gallice dicimus *A celle fin que.*

Ad teli jactum pervenire. Id est, Ad eum locum unde tela in hostes jaci possint. Q. Curt. lib. 3. ubi Ad teli jactum & Extra teli jactum invicem opponuntur.

Ad id, pro Ad illud tempus, Usque eo. Liv. Quum ad id dubios servassent animos. Budæus.

Ad infinitum, pro Usque ad infinitum. Id est, Infinite. Plin. lib. 34. cap. 7. Sed hæc ad infinitum effloruit multorum voluminum opere, siquis plura persequi velit: omnia enim quis possit? Dicitur & In infinitum.

Adinstar non dicimus, teste Servio: quanvis Apuleius verborum artifex, eo licenter utatur. V. Instar.

Ad irritum cadit spes. Liv. 1. Decad. lib. 2.

Homines ad lecticam, pro Lecticariis. Catul. 10. 16.

At certe tamen inquiunt, quod illic
Natum dicitur, ære comparasti
Ad lecticam homines.

Turnebus (ut id obiter) hunc locum interpretatur de lecticariis quos habere soliti erant Bithyniæ reges. Cic. in Verr. Nam (ut mos fuit Bithyniæ regious, lectica octophoro ferebatur, in qua pulvillus erat pellucidus melitensi rosa farctus.

Ad libita. Tacit. lib. 12. Arripi conjuges ad libita Cæsarum.

Ad limina custos. Virg. 9. Æn. 648. Id est, Æditus, Servius.

Ad liquidum explorata veritas. Liv. 4. Decad. 5.

Ad literam. Quintil. lib. 9. Quem duobus ab eo libris tractatum locum, ad literam subjeci. Pro quo vulgo dicunt In forma. Erasmus.

Ad manum esse, est Aliquid ita in promptu esse, ut quasi manu teneatur. Liv. ab Urbe, Adde quod Romanis ad manum domi supplementum esset.

Ad manum habere. V. Manus.

Ad manum venire. Liv. 8. Bell. Maced.

Ad manus venire est etiam Ad dimicandum, sive Ad arma venire. Cic. 7. Verr. Nonnunquam etiam ea res ad manus atque ad pugnam veniebat.

Ad morem actionum aliquid persequi. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Ad manum, legimus relatum ad visum, pro Cominus, sive Ex propinquo. Vitruvius, Alia enim ad manum species esse videtur, alia in excelso. Plin. lib. 31. cap. 10. ubi de Apelle, Unum imitari nemo potuit, quod absoluta opera atramento illiniebat ita tenui, ut idipsum repercussu claritates colorum excitaret, custodiretque a pulvere & sordibus: ad manum intuenti demum appareret.

Ad manum servus is dicitur, cujus manu ad literas scribendas princeps aut quivis alius utitur: estque idem qui & A manu, & Amanuensis dicitur. Cic. 2. de Orat. Licinium servum sibi Gracchus habuit ad manum. V. in A supra.

Ad matrem pendent pyra. Plin. lib. 15. cap. 15. i. e. in arbore.

Ad nasum venire. Plin. lib. 15. cap. 28. Vinum dulce sine odore, tenue odoratius. Multoque celerius talia ad nasum veniunt quam pinguia. Hoc est, Nares feriunt.

Ad omnia alia, pro In omnibus aliis. Ter. Adel. 5. 3. 46.

Ad omnia alia ætate sapimus rectius.

Ad pedes desilire, est De equo descendere. Cæs. in Comment. V. A. pedibus, In A præpositione.

Ad pilum ulcera reducere. Plin. lib. 22. cap. 22. Jumentorum quoque ulcera ac scabiem, radix illita, aut decoctæ succus ad pilum reducit.

Ad plenum. Hoc est, Perfecte. Ascon. in Divin. Cic.

Ad Pyrum, Nomen regionis in qua habitabat Martialis. Frequenter enim arbores nomina regionibus dabant: ut, Ad pinum, quod est apud Senec. Ad malum punicum, quod est apud Tranquil. Dom. c. 1. Sipont. & Domit. Calder. Martial. lib. 1. 118.

Ad planum reducere cicatrices. Plin. lib. 20. cap. 9.

Ad polituram sarcire. Plin. lib. 11. cap. 24.

Ad portionem. Id est, Portione, seu Pro portione. Plin. lib. 16. cap. 41. & alibi sæpe.

Ad præsens. Plin. lib. 8. cap. 22. Vocemque homini, quem priores contemplantur, adimere ad præsens. Quasi dicat, Non in perpetuum, sed duntaxat ad illud præsens tempus. Loquitur de lupis.

Ad præsens, pro Tum, de præterito. Tacit. 13. Ann. 22. Plautus ad præsens silentio transmissus est. Idem lib. 16.

Ad quid. Cic. 4. Att. 16. sub fin. Quid mihi hoc monumentum proderit? Ad quid laboramus res Romanas? Sed V. Codd. emend.

Ad remum dare aliquem. Suet. Tranquill. in August. cap. 16. Viginti servorum millibus manumissis, & ad remum datis.

Ad Seras aliquid petere. Hoc est, Ex Serum regione. Plin. lib. 2. in proœm.

Ad solarium versari. Cic. pro Quintio 59. Non ad solarium, non in campo, non in conviviis versatus est. Ad solarium versari dicitur, qui spectacula frequenter invisit. Cæl. Antiq. Lect. lib. 28. cap. 10. Turnebus de solario intelligit, quod erat in foro inumbratum, secundum quod convenire solebant homines animi causa, ut & in alias fori partes, ut e Curculione cognoscimus. Ejus meminit Varro lib. 5. de L. L, his verbis, Solarium dictum, id in quo horæ in sole inspiciebantur, quod Cornelius in Basilica Æmilia & Fulvia inumbravit. V. plura in dictione Solarium.

Ad summam, & In summa, ordinis adverbia, pro Denique, sive Postremo, sive Ut breviter concludam. Cic. lib. 1. Off. 149. Ad summam, ne agam de singulis.

Ad summum, adverbium qualitatis, quod ad numerum refertur. Cic. 2. Fam. 1. A te vero bis terve ad summum, & eas perbreves accepi. Idem pro Milon. 12. Quatuor, ad summum quinque sunt inventi.

Ad tempus, duobis modis sumitur: Uno ad conditionem temporis, necessitatem & opportunitatem. Cic. pro Milon. Quam ad tempus aptæ simulationes. Idem 9. Fam. 14. Neque solum ad tempus maximam utilitatem attulisti, sed etiam ad exemplum facti.

Altero ad spatium temporis: ut, Silebo ad annum, Latebo ad tempus: id est, Usque ad annum, & Usque ad tempus quoddam, vel In tempus.

Huc pertinent, Ad quoddam tempus. Cic. 3. de Nat. Deor. Ad punctum temporis. Idem 2. Philipp. Ad breve & brevissimum tempus. Idem in Catil.

Ad terga recipere. Plin. lib. 10. cap. 23. de anseribus & oloribus, Colla imponunt præcedentibus: fessos duces ad terga recipiunt.

Ad terram dare, id est, Abjicere. Suet. Tranquil. in August. cap. 96. Aquila duos corvos hinc & inde infestantes afflixit, & ad terram dedit.

Ad tertias decoquere, & similes locutiones. Plin. lib. 20. cap. 3. Aqua mulsa in ea decoquitur ad dimidias. Id est, Ut supersit tantum pars dimidia. Idem cap. 4. Item ad tertias decocto eorum poto cum vino, enterocelis prosunt.

Ad verbum exprimere, referre, ediscere. Cic. 1. de Fin. 4. Fabellas Latinas ad verbum de Græcis expressas. Suet. de Clar. Rhet. Ex quibus non alienum fuerit unam & alteram, exempli causa, ad verbum referre. Cic. 1. de Orat. 157. Exercenda est etiam memoria ediscendis ad verbum quamplurimis & nostris scriptis & alienis. Suet. in August. cap. 89. Exempla ad verbum excerpta. Plin. lib. 18. cap. 7. Ad verbum translata sententia.

Ad vetustatem fidelis. Plin. lib. 13. cap. 6. de terebintho. Materies ei admodum lenta, ac fidelis ad vetustatem. i. e. Durabilis.

Ad vicem. Aurel. Arcad. D. de offic. præfect. Prætor. Ad vicem magistri

gistri equitum præfectos Prætorio antiquitus esse institutos, a quibusdam scriptoribus traditum est.

Ad vinum disertus. Id est, Inter convivium, Inter pocula, Juxta vinum. Cic. pro Cœlio 67. Quam volent in conviviis faceti, dicaces, nonnunquam etiam ad vinum diserti sint: alia fori vis est, alia triclinii. In eos dicitur, qui ad ferias causas agendas inepti, multa garriunt inter pocula, ubi nihil opus. Allusit Cicero ad morem priscum, quo causæ ad mensuram aquæ agebantur. Ea dividebatur in tres partes: una infundebatur actori, altera reo, tertia judici. At qui ad vinum diserti sunt, ad aquam fere muti sunt.

Ad vinum transire. Plin. lib. 20. cap. 5. Esse tamen utile convalescentibus ad vinum transeuntibus.

Ad vivum resecare. Columel. lib. 6. cap. 12. Si sanguis in inferiore parte ungulæ est, extrema pars ipsius unguis ad vivum resecatur, & ita emittitur. Cic. de Amicit. 18. usus est pro eo quod est Rem exactius & accuratius examinare & excutere. Sumpta metaphora a Tonsoribus capillos aut ungues resecantibus. Nam ii sæpenumero molesti sunt, dum nimium diligentes esse student.

Ad ultimum, pro Ad finem usque. Liv. 5. Decad. lib. 5. Pietatem, constantiamque laudaturos, si fidem ad ultimum fratri præstitissent.

Ad unguem. Id est, Exquisita diligentia, atque exactissima cura. A Marmorariis sumpta metaphora, qui superinducto ungui commissuras explorant marmorum. Columel. lib. 11. cap. 2. Ab uno fabro dolari ad unguem per quadra debet. Hor. 1. Sat. 32.

— Cocceius ad unguem Factus homo.

Ad unguem castigare. Hor. in Arte Poet. 294.

Ad voluntatem loqui. V. LOQUOR.

Ad unum, Nullo excepto, ait Servius. Cic. de Amicit. De amicitia vero omnes ad unum idem sentiunt. Cic. 12. Fam. 14. Onerariæ omnes ad unam a nobis sunt exceptæ. Virg. 5. Æn. 687.

Juppiter omnipotens, si non exosus ad unum Trojanos.

Ad votum, & Ex sententia, eodem fere significationis veniunt. Quintil. Habesne uxorem ex animi tui sententia? Et Decl. 3. 12. Et ad omne votum fluente fortuna lascivit otium.

Interdum subauditur aliquid, unde pendeat ipsum Ad, cum suo accusativo. Ter And. 3. 2. 1. Quæ assolent quæque oportet signa ad salutem esse. Ubi Donatus, Deest, inquit (hærentia) aut (pertinentia.) Sic in Heaut. 1. 2. 33.

Atque hæc sunt ad virtutem omnia. Ergo absolute dixit, ut desit aliquid tale. Unde & nos dicimus, Quid ad rem? &, Quid ad me? Hæc Donatus. Ex cujus sententia satis apparet neque (esse) in priore exemplo: neque (sunt) in posteriore legi debere. [Judicet L. an mentem ejus Robertus assecutus sit.

Ad, interdum postponitur accusativo. Tacit. lib. 12. Seu delecto die augendam ad invidiam. Sic alibi sæpe, sed fere inter adjectivum & substantivum.

Sunt & alia significata, sed quæ facilius ex ipsis intelligentur exemplis, quam interpretatione per alia verba, qualia sunt in illis, Canis ad lyram, Studet ad lucernam, Ad sonum mergere se solent: pro eo quod est, Audito sono. Et in illo Hor. 1. Epist. 2. 31.

Ad strepitum citharæ cessantum ducere curam. Bentleius legit, Cessantem ducere somnum.

— ad tua verba revixi. Ovid. 11. Epist. 63.

— canet frondator ad auras. Virg. 1. Ecl. 57.

Item, Ad tibicinem immolare. Cic. pro Lege Agr. Id est, Canente tibicine. Et, Ad eum nuntium, pro, Audito eo nuntio. Liv. 2. ab Urb.

Ad aliquid, [πρός τι] Quintil. lib. 1. cap. 10. Illi autem idem cum interrogantur cur aper apri & pater patris faciat. Illud nomen positum, hoc ad aliquid esse contendunt.

Ad præpositio, apud antiquos integra in compositione servabatur: ut, Adficio, adfervo, adfirmo, adcurro, adquiro. Ter. And. 3. 3. 7.

Quæ incœpta a parvis, cum ætate adcrevit simul. Ubi Donatus, Adcrevit, ut supra adcurate. Ad enim præpositione utitur familiariter.

A D A

ADA, æ. Filia fuit Hecatomni Cariæ regis, eademque Artemisiæ & Mausoli soror, Hidriei fratris sui uxor: quæ a Pexodaro fratre post viri mortem expulsa regno, tandem opera magni Alexandri restituta est. Author Strabo, lib. 14.

ADACTIO, ADACTUS. V. ADIGO.

ADAD, [Ἀδὰδ] sive Adadus, Deus est quem Assyrii summum habent, ac maximum venerantur. Significat hæc vox non aliud fere, quam unum. Adjiciunt & deam nomine Adargatin, sive ea sit eitam Atergatis, de qua suo loco. Omnia horum duorum numinum potestati subjecta opinantur, solem interpretati, terramque. Argumento esse, quod Adad simulachrum insigne radiis cernatur proclinatis, tanquam illi sint virtutis cœlestis in terram vehiculum: terræ autem seu Adargatis imagunculæ diverso fiebant schematismo, in sublime radiis surrectis, quod cœlesti affluxu progerminent cuncta, de terreno velut fermento. Cæl. Antiq. Lect. lib. 10. cap. 34. Et Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 23. Meminit Plin. lib. 27. cap. 11.

ADADATA, [Ἀδάδατα] Pisidarum civitas, ad Taurum montem, Strab. lib. 12.

ADADUNEPHRUS, i. m. Gemma a renibus dicta Dei, qui colitur Syris. Plin. 37. 11. adde notas Dalechampii & Hard.

ADÆ, arum. Asiæ oppidum. Strab. lib. 13.

ADÆI, Arabes Ægypto finitimi, ut scribit Ptolemæus.

ADÆQUO, [ἐξισόω, ἀπισόω, ἰσοφαρίζω,] are. Idem proprie quod Æquare, hoc est Complanare. Liv. 1. 29. Romanus passim publica, privataque omnia tecta adæquat solo.

Adæquare altitudinem, cursum, &c. similiter pro Æquare, sed metaphorice. Cæs. 5. Bell. Gall. Qui vectoriis, gravibusque navigiis, non intermisso navigandi labore, longarum navium cursum adæquaverunt. Id est, Currendi celeritate pares illis fuerunt. Deorum vitam adæquare. Cic. de Univers. 36. Id est; Ad deorum immortalitatem pervenire. Idem 2. Q. fratr. 6. Senatorum urna copiose absolvit, equitum adæquavit. Id est, Par utrinque numerus fuit, absolventium scilicet & damnantium. Budæus.

Adæquare cum virtute fortunam. Cic. pro Archia 24. Quid noster hic Magnus, qui cum virtute fortunam adæquavit? Hoc est, æque fuit fortunatus, ac virtute præditus.

Adæquare memoriam nominis nostri cum omni posteritate. Cic. pro Archia, Insidet quædam in optimo quoque virtus, quæ noctes & dies animum gloriæ stimulis concitat atque admonet, non cum vitæ tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adæquandam.

Adæquare aliquem sibi. Tacit. 12. Ann.

ADÆQUE, pro Æque, [ἐπίσης] Adv. quantitatis, Idem quod Æque, id est, Tam sive Tantum. Plaut. Casin. 3. 5. 4. Nunquam ecastor ullo die risi adæque. Liv. 1. 4. 43.

ADÆQUĀTUS, a, um. Amicus cum familiarissimis adæquatus. Cic. pro Balbo 63.

ADÆQUATIO, ōnis. f. Actio adæquandi. Tert. ad Nat. 1. 1. Deficit adæquatio comparationis istius. adde eod. lib. cap. 15.

ADÆRO, [προσχαλκόω] are. Budæus, Adærare, est Ære æstimare: hoc est, Ad æris pretium redigere. Imperatores in l. 12. C. de erog. mil. Septem diebus per quos tribuni prætoriani emolumenti gratia solenniter stellaturæ nomine species consequuntur; species resistentes non aliter adærentur, nisi ut in foro rerum venalium distrahuntur. Sensus est, Species quæ militibus stellaturæ causa penduntur a provincialibus, si pecunia æstimentur, æstimari tanti debere, quantum est fori pretium. Species autem resistentes intelligo, restantes quæ reliquamenti causa debentur: Id est, quæ ex præterito debentur.

Item Per æra & calculos summam colligere. Frontinus in Fragm. Agrar. apud Rigalt. Subjectas deinde extremitatum partes ad rectum angulum, Podismis suis adæramus. Ita hunc locum pessime habitum vulgo, partim ex Arceriano codice, partim ab ingenio restituit Salmas. Exerc. Plin. p. 483. Ubi Podismis Adærare, nihil aliud est, quam Agri modum Podismis sive Ad mensuram pedum exigere, seu Quot pedes ager faciat, computare.

Adærata prædia, in l. 1. C. de collat. donat. dicuntur, ex Quibus æs certum præstabatur. Hotoman.

ADÆRATIO, ōnis. in l. Militaris. C. de militari veste. lib. 12. & l. repetita. C. de erog. mil. nihil aliud est quam Æstimatio ad æris pretium. Hotoman.

ADÆSTUO, [προσκυμαίνω] are. Valde æstuare. Stat. lib. 5. Theb. 517.

— squammisque incisus adæstuat amnis.

ADĂGGĔRO, [προσεπιχωννύω] āre. Accumulare. Cato de R. R. cap. 94. Cum ver appetit, terram adaggerato bene. Plin. lib. 36. cap. 12. Columel. 5. 11. Compositum ex Ad, & Aggero, quod ab Agger aggeris derivatur.

ADAGGERATUS, Partic. Plin. 13. 11. Ægyptus adaggerata Nilo.

ADAGIUM, ii. & apud antiquos, ADAGIO, ōnis. [παροιμία] significat Proverbium. Varr. 6. de L. L. 3. Apud Valerium Soranum vetus adagio est. Adagio est, litera commutata, Abagio: dicta ab eo quod ambit orationem, neque in aliqua una re consistit sola. Festus, Adagia, Ad agendum apta. Donat. in Eun. Et dicta & proverbia, & adagiones, quod rem agant, facetis hominibus adscribuntur. Plaut. Amph. 3. 5. 40.

— vetus est adagium, Fames & mora

Bilem in nasum conciunt. V. Erasm. Prolegom. Chiliad. præmissa; & Voss. Instit. Orat. 4. 9. p. 211.

ADALLĬGO, [προσπεδάω] āre. Idem quod Alligare. Hoc est, Ad aliquid ligare. Plin. lib. 27. cap. 10. Quos pyxide conditos adalligari cum pane, brachio, &c.

Adalligare aliquid alicui rei. Plin. 20. 21. conf. 30. 6. & 32. 10.

ADALLIGĀTUS, Partic. Plin. lib. 17. cap. 23. Adalligato protenduntur in viduam arborem unco Herba adalligata lævo brachio. Idem 24. 19. & circa caput. Idem 27. 10.

ADAM, [Ἀδάμ] indecl. & ADĀMUS, i. Primus homo, Hebraica lingua; sicut 1. lib. Josephus scribit, Idem est quod Ruber, quoniam e rubra terra factus est Adam. V. Isidor. 7. 6. Hic positus custos Adamus. Tert. Gen. v. 64. Ubi prima longa, quæ & brevis. v. 93. Ex Adam malus atque carnalis. Augustin. C. D. 15. 1. Invenitur & Genitivus Adæ, ut Peccamen Principis Adæ. Prudent. Apoth. v. 911. Pro Peccato. Ibid. v. 926. Veterem anima exuat Adam.

ADAMĪTÆ, ārum. m. pl. Adami Posteri vulgo vocantur. V. & ADAMIANI.

ADAMANTII, Cognomen olim tributum est Didymo grammatico, ob indefatigabilem scribendi instantiam. Ab hoc translatum est in Origenem. Erasm. in Hieron.

ADAMANTIS, ĭdis. [ἀδαμαντὶς] Herba quædam esse traditur a Magis, Armeniæ, Cappadociæque alumna, qua admota Leones resupinari feruntur hiatu laxo. Nominis rationem iidem hanc tradunt, quod conteri nequeat, quemadmodum nec adamas. Plin. lib. 24. cap. 17. Apul. de Herb. cap. 5.

ADĂMAS, antis. m. [ἀδάμας] est Lapis durissimus: ab α particula privativa, & verbo δαμάζω, id est, Domo, quasi Indomitus. Virg. 6. Æn. 552.

— solidoque adamante columnæ,

Vis ut nulla virûm, non ipsi excindere ferro

Cœlicolæ valeant. Plin. lib. 37. cap. 4. Genera adamantis sex noscuntur. Unde & nomen indomita vis Græca interpretatione accepit. Item paulo post, Siquidem illa invicta vis duarum violentissimæ naturæ rerum, ferri ignisque contemptrix, hircino rumpitur sanguine, nec aliter quam recenti, calidoque macerata. Dissidium ei naturale est cum magnete, cui si opponatur, vim omnem ei tractricem eripit. Quæ omnia ex Plinio sunt. V. Rueus de Gemmis 2. 15.

Adamantis ferro indomitam virtutem esse falsum est, ut testantur λιθογλύφοι artifices. Quippe qui in scobem malleo redigi, & in mortario teri pistillo ferreo potest. Et id jamdudum Lipsius ad Sen. de Constant. Sap. cap. 3. ex Garsia observavit. Ovid. 4. Trist. 8. 45.

Nil adeo validum est, Adamas licet alliget illud,

Non fit ut inferius suppositumque Deo.

Infragilis adamas. Plin. lib. 20. in procem.

Durus.

Durus. Ovid. 3. Amor. 7. 57.

Illa graves potuit quercus, adamantaque durum,
Surdaque blanditiis ſaxa movere ſuis.

Non exoratus. Propert. lib. 4. 12.
Invictus. Ovid. 4. de Ponto 12. 132.
Perennis. Ovid. 15. Met. 813.
Solidus. Virg. 6. Æn. 552.
Textus. Sen. Herc. 9. Id eſt, Adamantina catena.
Adamanta movere lacrymis. Ovid. 1. de Arte Am. 659.
Adamanta ſuperare duritia. Ovid. 2. Epiſt. 137.
Ex adamante ſecuris facta. Ovid. 3. Faſt. 805.
Adamas ſupernas. Reperitur in quadam Auguſti in Mœcenatis affectationem illuſione, ubi inquit, Vale mel gentium, metuelle, ebur ex Hetruria, laſer Aretinum, adamas ſupernas, &c. Eſt autem adamas ſupernas, adamas Hetruriæ: & ſi non tam ſupernates Hetruriæ ſunt quam infernates. Turneb.

ADAMANTÆUS, Adj. [Ἀδαμάντειος] Quod ex adamante factum eſt, vel Quod duriſſimum eſt. Ovid. 7. Met. 104. Manil. 1. 919.

ADAMANTĬNUS, aliud Adj. [ἀδαμάντινος] Proprie dicitur Quod eſt ex adamante factum, vel ad adamantem pertinet vel accedit: ut, Adamantina duritia. Plin. lib. 37. cap. 11.
Adamantinum per metaphoram vocamus, quicquid duriſſimum aut invictum atque inexpugnabile indicare volumus: propter ea quod incredibilis eſt adamantis durities. ut
Adamantini clavi. Hor. 3. Od. 24. 5.
Juga. Propert. lib. 3. Eleg. 11.
Saxa. Lucret. lib. 2. 447.
Tunica. Hor. 1. Od. 6. 13.

ADAMASTOR, ŏris. [Ἀδαμάστωρ] Gigantis nomen ingenti ſtatura, & immani membratura conſpiciendi: qui apud Claud. Gigant. Damaſtor nuncupatur.

ADAMASTUS, [Ἀδάμαστος] Nomen viri proprium apud Virg. 3. Æn. 614.

ADAMĒNON, i. n. Herba Hyoſcyamus dicta. Apul. de Herb. cap. 4.

ADAMIANI, Hæretici ſic dicti, quod nuditatem quam Adam in paradiſo habuit ante peccatum, imitarentur, & ita ſemper mares & fœminæ nudi obambularent, nudi lectiones audirent, nudi orarent, nudi celebrarent ſacramenta. Hi ſuam eccleſiam, hoc eſt, ſuam congregationem appellabant Paradiſum. Iſid. 8. 5. A nonnullis etiam ADAMITÆ vocantur.

ADĂMO, [ὑπερφιλέω] āre. Vehementer amare, & quaſi Cupere. Cic. 3. de Orat. Deinde ab Antiſthene, qui patientiam & duritiam in Socratico ſermone maxime adamarat. Et alibi ſæpe. Ovid. 3. Triſt. 4. 28.
Adamare, Amatorie amare, ut ait Valla. Quint. in Infami in matrem, Me quidem marite ſiquis interroget, omnes matres liberos ſuos tanquam adamaverint, amant.
Adamare, pro Concupiſcere, exoptare. Cic. 4. in Verr. 84. Cum ſigna quædam pulcherrima atque antiquiſſima Thermis in publico poſita vidiſſet, adamavit.

ADAMĀTOR, ōris. m. Tertul. de Habit. Mulier. cap. 2. Nihil ad caſtitatem adamatores potuerunt præſtare.

ADAMATRIX, Quæ amat. Plaut. Pœnul. 5. 5. 25.

ADAMABĬLIS, e. Gloſſ. Gr. Lat. ἐράσιμος.

ADAMUSSIM, Adv. Examinate, ad regulam, vel coagmentum. Varr. Quare ſi id ingens eſt, adamuſſim, per me licet aſſumas, teneo. Nonius 1. 28. V. AMUSSIS.

ADAMPLIO, are. Idem quod Ampliare, ſeu Auctius ampliare. Vetus Inſcriptio apud Gruter. p. 128. n. 5. ÆDICULAM VETUSTATE CORRUPTAM ADAMPLIAVIT. adde p. 323. n. 1. V. AMPLIO.

ADAMPLIATUS, Partic. Pœna adampliata. Vet. Interp. Irenæi 4. 47.

ADANA, n. [Ἄδανα] Ciciliæ Urbs Ptolemæo, vulgo Adena Hanc incoluere Adanus & Sarus, cum Tarſenſibus bellum gerentes, ac potiti in ea regione, alter Adana civitatem, alter Sarum flumen vicinum, quod prius Cæranum vocabatur, de ſuis nominibus appellaverunt. Volaterr. ex Steph. Meminit & Plin. lib. 5. cap. 27.

ADANI, orum. Urbes duæ in Arabia felici, ut ſcribit Ptolemæus.

ADAPĔRIO, ui, ertum, [προανοίγω] īre. ex Ad, & Aperio, ex pario compoſitum, ſignificat idem quod Aperire ſive Patefacere. Liv. 5. Bell. Pun. Qui improviſo adorti ſemiplenas ſtationes, & adapertas fores portæ. Plin. lib. 2. cap. 47. Unde nubes diſcuſſæ adaperuere cœlum.
Adaperire caput. Sen. Epiſt. 64. V. CAPUT.
Adaperire, Reſolvere. Plin. lib. 32. cap. 95. Horum jus traditur alvum & veſicas exinanire, interanea diſtringere, omnia adaperire.

ADAPERTUS, a, um. [ἀνεῳγμένος] Idem quod Apertus, vel Semiapertus. Ovid. 1. Amor. 5. 3.

Pars adaperta fuit, pars altera clauſa feneſtræ.

Adapertæ vites. Columel. lib. 5. cap. 5. Adapertas vites relinquere, & tota hyeme ablaqueatas habere convenit.

ADAPERTĬLIS, Adj. [προανοικτὸς] Quod eſt apertum, vel apertu facile. Ovid. 3. Triſt. 11. 45.

Aſpicis a dextra latus hoc adapertile tauri.

ADAPERTIO, onis. Aug. Octog. Quæſt. 61. Legis adapertione & diſputatione.

ADAPTO, āre. Apte adjungere. Modeſt. Dig. l. 1. §. 6. Conſtitutionem recta adaptans capitulis omnibus.

ADAPTATUS, Partic. Suet. Otho. cap. 12. Capiti adaptatus.

ADĂQUOR, aris. Idem quod Aquor. Suet. in Galba, cap. 7. ut ad lacum ubi adaquari ſolebat, duceretur, &c. Plin. lib. 17. cap. 10. Denis diebus adaquari. De arborum ſatione loquitur.

ADAQUATUS, Partic. Adaquatum vinum.

ADARCA, æ. [ἀδάρκης] Salſilago quædam eſt, ſeu Spuma ſalſuginoſa, concreta & velut gelata, in humidis & paluſtribus locis per ſiccitates paludum proveniens in Cappadocia, atque ipſis harundinibus & herbis adhæreſcens. Galen. Dioſcor. & alii. Vocatur etiam Adarces, Adarcion, Adarcos, & Calamochnus: id eſt, Calami ſeu harundinis lanugo. Sunt qui adſpirent, Adarcha ſcribentes. Plinius Sinapis naturam effectusque eoſdem habere tradit. V. 16. 36. & 20. 22. & 32. 10.

ADĀREO, ui, [ξηραίνομαι] ēre. Verbum rariſſime lectum, idem quod Arere, ſive Exarere. Cato de R. R. cap. 98. Amurcam decoquito ad dimidium, & ea unguito fundum areæ, & extrinſecus pedes & angulos. Ubi ea adaruerit, veſtimenta condito.

ADASIA, Ovis vetula recentis partus. Feſtus. V. Voſſii Etym. p. 8. & Dacer. ad Feſt.

ADASSO, [βιάζωμαι] Veteres ſcripſere pro Adigo. Plaut. Aulul. 1. 1. 11. Utinam divi adaſſint ad ſuſpendium. Feſtus legit Adaxint, & adegerint exponit. Nec aliter Gronov. edidit. [Syncope eſt, ut plenius docet Voſſ. de Analog. 3. 41.

ADASUS, Tunica quæ ab humeris non erat conſuta. Sipont.

ADAUGEO, xi, ctum, [ἐπαύξω] ēre. Idem quod ſimplex Augere. Cic. 2. de Invent. 55. Per quem facti utilitas aut honeſtas adaugetur. Cumulare & adaugere. Cic. pro Roſc. Amer. 30. Hæc aliis nefariis cumulant atque adaugent.

ADAUCTO, [ἐπαύξομαι] are. frequent. Idem quod Augere. Accius Æneadis, Quibus rem ſummam & patriam noſtram quondam adauctavit pater. Ex Nonio.

ADAUGESCO, ĕre. [ἐπαυξάνω] Augeri, Creſcere. Lucret. lib. 2. 296.

Nam neque adaugeſcit quicquam, nec deperit inde.

Cic. de Divin. 1. 13.

Aut denſus ſtridor quum celſo e vertice montis
Ortus adaugeſcit ſcopulorum ſæpe repulſu.

ADAUCTUS, Partic. [ἐπαυξηθεὶς] V. ADAUGEO.

ADAUCTUS, ûs. m. [ἐπαύξησις] Lucret. lib. 2. 1121.

Nam quæcunque vides hilari grandeſcere adauctu.

Id eſt, Incremento.

ADBĬBO, ibi, ibĭtum, [ἐπιπίνω] ĕre. Verbum rarius, idem quod ſimplex Bibere. Ter. Heaut. 2. 1. 8.

Is mihi ubi adbibit plus paulo, ſua quæ narrat facinora.

Adbibere, interdum ſignificat Multum bibere, propter Ad, quæ eſt augendi particula. Plaut. Stich. 2. 2. 58. Euge, quando adbibero, alludiabo.
Adbibere, pro Imbibere, per metaphoram. Hor. 1. Epiſt. 2. 67.

—nunc adbibe puro   Pectore verba puer.

ADBITO, are. Vetus verbum, ut Rebito, a Beto veteri, unde eſt dubito. Namque edepol ſi adbites propius, i. e. Accedas. Plaut. Capt. 3. 4. 72. Sic Editt. Caſtigatiores. Quidam legunt Adites. V. ADITO.

ADCENSI, pro Accenſi, veteres ſcribebant, quaſi Ad cenſum adjecti. V. ACCENSI.

ADCĬDO, ĕre. Compoſitum ex Ad, & Cado: idem quod Cado. Ennius apud Varr. lib. 6. de L. L. Utinam ne in nemore Pelio ſecuribus cæſa adcidiſſet abiegna ad terram trabes. Obſoletum. V. ACCIDO.

ADCLINIS. V. ACCLINIS.

ADCORPŎRO, āre. Solin. cap. 50. Et carinis ita tenaciter adcorporatur, ut niſi abraſa parte ligni, ægre ſeparetur.

ADCRĒDO, ĭdi, [ἐπιπιστεύω] ĕre. Lucret. lib. 3. 869.

—tum motus materiai
Multimodi quam ſint, facile hoc adcredere poſſis.

Id eſt, Credere.

ADCRESCO, ēvi, [ἐπαυξάνομαι] ĕre. Hor. in Arte Poet. 251.

Syllaba longa brevi ſubjecta vocatur Iambus,
Pes citus, unde etiam trimetris adcreſcere juſſit
Nomen Iambeis.

Id eſt, Addi, vel Dari.

A D D

ADDAX, acis. [στρεψίκερως] Strepſiceroti, quem Addacem Aphrica appellat, Græci a contortis cornibus indidere nomen. Plin. lib. 11. cap. 37.

ADDĔCET, [ἐπιπρέπει] addecebat, addecuit. Imperſ. Poeticum eſt verbum, idem quod Decet. Plaut. Amph. 3. 4. 21.

Ejus ſtudio ſervire addecet.

ADDECĬMO, [ἀποδεκατόω] āre. Decimam partem detrahere. Verbum in ſacris uſurpatum: ut 1. Regum 8. Sed & ſegetes veſtras, & vinearum reditus addecimabit, ut det eunuchis & famulis ſuis. Hoc eſt, Decimam partem eorum accipiet.

ADDENSEO, ui, [ἐπιπυκνόω] ēre. Ex Ad, & Denſeo, Secundæ Conjug. teſte Servio: Denſum facere, ſtipare, ſive conſtipare. Virg. 10. Æn. 432.

Extremi addenſent acies.

Verbum rariſſimum. V. Giphan. Ind. Lucret. conf. DENSEO.

ADDENSO, are. Idem quod Addenſeo, pro Spiſſare, id eſt, ſpiſſum facere. Plin. lib. 20. cap. 21. Mirum, aquam radice ea addita, addenſari ſub dio, atque lacteſcere.

ADDEPHAGIA, [ἀδδηφαγία] Inexplebilis edendi aviditas. Hæc apud Siculos pro dea colebatur, ubi etiam templum habebat ſibi peculiariter dedicatum. V. Cæl. Rhodig. lib. 7. cap. 11.

ADDĪCO, xi, ctum, [προσκληρόω, προστίθημι] ĕre. eſt Licitanti rem auferendam permittere. *Delivrer au plus offrant.* Cic. pro Cæcin. 16. Ebutio negotium datur. adeſt ad tabulam. licetur Ebutius. deterrentur emptores, multi partim gratia Ceſenniæ, partim etiam pretio. Fundus addicitur Ebutio. Ex Budæo.
Addicere, in diſciplina augurali aves dicuntur, id eſt Approbare facienda, quod alias & Admittere dicitur. Liv. 27. 16. Fabio auſpicanti, priusquam egrederetur ab Tarento, aves ſemel atque iterum non addixerunt. Tacit. 2. Ann. 14. Auctus omine, addicentibus auſpiciis, vocat concionem. Conf. ABDICO, quod ejus Contrarium.
Addicere & tradere. Cic. pro domo ſua 107. Hominem invenire iſta labes tum, cum omnia tenebat, neminem potuit, cui ædes meas addiceret, cui traderet.
Bona alicujus nummo ſeſtertio addicere alteri. Cic. pro Rabir. 45. Tua bona, Poſthume, nummo ſeſtertio a me addicuntur?
Nummo uno addicere. V. DICIS cauſa.
Addicere & vendere. Cic. 5. Verr. Jam addictis & venditis decumis.
Vendere & addicere ſententiam. Cic. 2. Philipp. 52. Cum te neque principes civitatis rogando, neque majores natu movendo, neque frequens ſenatus agendo de vendita atque addicta ſententia movere potuit. Id eſt, Mancipata venditaque Cæſari.
Addicere, Auctione facta. Hoc eſt, Bona ſua proſcribere, & licitantibus tradere. Quintil. in Ægro redempto. p. 106. Burm. Omnia utiliora feſtinanti properatione perdentis addixi. De auctione loquitur omnium bonorum. q. d. Simili feſtinatione ac properatione vendidi, ac qui ultro perdere vellet. Suet. in Cæſ. cap. 50. Bello civili ſuper alias donationes, ampliſſima prædia ex auctionibus haſtæ ei minimo addixit. Quo in loco (nummo) recte quidam legunt.
Addictam pretio habere fidem. Cic. 4. Verr. 78. pro, Obnoxiam & quaſi venalem habere fidem & religionem.

Addicere ſuos amores. Ovid. 1. Met. 617.
Fundum triginta aureis. Julian. in l. qui fundum. §. Procurator. D. Pro emptore.
Sanguinem alicujus. Cic. in Piſon. 83. Sic addicere aliquem ſupplicio. apud eund. Antequam iret in exil.
Addicta vita alicujus, & propoſita præmiis. Cic. pro Milon. 57.
Addicere bona in publicum, Publicare. Cæſ. 2. Bell. Civil. 18.
Addicere, proprie eſt Idem dicere, & approbare dicendo. alias Addicere, Damnare eſt. Author Feſtus. ut, Addicere morti, pro Deſtinare ac devovere. Cic. 3. Off. 45. Cum is qui morti addictus eſſet, paucos dies commendandorum ſuorum gratia poſtulaſſet.
Addicere dementem & furioſum rationibus neceſſariis. Id eſt, Dementes & furioſos, eorumque familiam agnatis gentilibusque addicere. Cic. in Parad. 4. Ego vero te non ſtultum, ut ſæpe, non improbum, ut ſemper, ſed dementem & inſanum rationibus addicam neceſſariis.
Addicere ſe alicui homini, ſive cuipiam rei, pro Mancipare ſe alicui & plane devovere & dedere. Nonius, Addictum, inquit, eſt quaſi Devotum vel Obnoxium. Cic. in Salluſt. 11. Non enim uni privatim ancillatus ſum, neque me addixi.
Addicere ſeſe alicui certo. Cic. 2. de Invent. 5.
Corpus ſuum turpiſſimæ cupiditati. Ad Heren. lib. 4. 23.
Pueritiam ſuam omni intemperantiæ. Ad Heren. lib. 4. 24.
Se ſenatui. Cic. pro Planc. 93.
Addicere ſe & conſecrare certis ſententiis. Cic. 2. Tuſc.
Addicere quempiam pro Debito. De hoc ſignificatu ſic ait Valla libro quinto, Addicti apud veteres dicebantur, qui Prætoris pronuntiatione ac juſſu, cum ſolvendo non eſſent, creditoribus in temporariam ſervitutem addicebantur. Eſt enim unum ex tribus verbis Prætoris, Do, Dico, Addico. Plaut. Pœn. 1. 1. 58. Ubi in jus venerit, addicet Prætor familiam totam tibi.
Cic. pro Flacc. 48. Iſte cum judicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus eſt. V. mox Addictus.
Addicere aliquem liberum. V. Vindicare, Liberare, In libertatem aſſèrere, In Vindex.
Addici dicebatur judex, arbiterve, qui ex formula a Prætore dabatur, vel ex conventione litigatorum ſumebatur. l. 39. l. 46. & l. 80. D. de judic. Et ita addictus actioni arbitrariæ judex. in l. 3. in fine. D. quod cert. loc.
Addicere litem, in XII. Tabulis, pro Secundum aliquem judicare. Gell. lib. 17. cap. 2. Poſt meridiem præſenti ſtlitem addicito. Hotoman. [Quin potius ſignificat dare actionem uni præſenti, vel litigandi poteſtatem facere, cum alioquin nonniſi actore & reo præſentibus judicium conſtitui ſoleret.
Addicere in ſervitutem. Liv. 3. 56.
Addictum ſub ſua jura trahere. Propert. lib. 3. Eleg. 11.
Habere aliquem addictum, deditum, obſtrictum. Cic. pro Cœlio 80.
Addictus avibus & canibus. Id eſt, Expoſitus, & velut Damnatus atque devotus. Hor. Epod. 17. 11.
Luxère matres Iliæ addictum feris,
Alitibus atque canibus homicidam Hectorem.
Vaſtitati. Cic. 9. Att. 11.
Addicere aliquem ad jusjurandum, velut Adigere & cogere. Salluſt. in Catil, Cum ad jusjurandum populares ſceleris ſui addiceret. Fortaſſe legendum Adigeret. Sic Cort. q. V.
Addicere opus aliquod, pro Locare faciendum. Cic. 3. Verr. 144. Addicitur id opus HS DLX millibus.
Addictus, [προσθετος] Partic. ſive Nomen. Hor. 1. Epiſt. 1. 14.
Nullius addictus jurare in verba magiſtri.
Addicti etiam fuerunt, Quos lex ſervire creditoribus, donec ſolverent, jubebat. Qui quid differant a ſervis docet Quintil. 7. 3. Servus cum manumittitur, fit libertinus: Addictus recepta libertate eſt ingenuus. Servus, invito domino libertatem non conſequetur: Addictus ſolvendo, citra voluntatem domini conſequetur, &c. V. Gell. 20. 1. Parei Lex. Crit. pag. 33. Et Revard. cap. 8. L. Sing. ad Leg. XII. Tabb. Burman. ad Quintil. Inſt. 3. 6. p. 244.
Inde etiam ad alia transfertur, quæ tradita vel expoſita ſunt. V. Drakenb. ad Sil. 15. 247.
Addictus, Nomen Plautinæ comœdiæ ab eo in piſtrino ſcriptæ. Author Varro apud Gell. lib. 3. cap. 3.
Addicte, Adv. ut, Addictius regnari. Tacit. de Morib. German. 43. 7. Trans Lygios Gothones regnantur, paulo jam addictius quam cæteræ Germanorum Gentes, nondum tamen ſupra libertatem. Meliores libri legunt Adductius.
Addictio, ōnis. [καταδίκη] Cic. 2. Verr. 12. Simul in jure dicendo bonorum poſſeſſionumque contra omnium inſtituta addictio & condonatio.
Addisco, didĭci. [προσμανθάνω] ĕre. quaſi Aliquid addere ad ea quæ didiceris. Cic. de Senect. 26. Quid, quod etiam addiſcunt aliquid? ut Solonem in verſibus gloriantem vidimus, qui ſe quotidie aliquid addiſcentem, ſenem fieri dicit.
Addiſcere, ſimpliciter pro Diſcere. Cic. 3. de Orat. 84. Atque velocius puer addidicerat.
Addiſcere aliquid novi. Ovid. lib. 2. Amor. 5.
Addiſcere tubas, id eſt, cantum tubarum. Stat. 3. Sylv. 1.
Addivīno, [προσμαντεύομαι] āre. Idem quod ſimplex Divinare. Plin. lib. 35. cap. 10. Ut Apion Grammaticus ſcriptum reliquerit, quendam ex facie hominum addivinantem (quos metopoſcopos vocant) ex iis dixiſſe aut futuræ mortis annos, aut præteritæ.
Addo, [προσδίδωμι] addāre. Obſoletum verbum pro Dare vel Addere. Plaut. Trucul. 5. 19.
Tuo arbitratu quod jubebis, addabitur. Alii legunt, Id dabitur.
Addo, ĭdi, ĭtum, [προστίθημι, ἐπιτίθημι, ἐπιβάλλω] ĕre. ex Ad, & Do, das; Adjicere, adjungere, teſte Servio. Et præter accuſativum, proprie dativo jungitur. Virg. 9. Æn. 765.
— & verbis hæc inſuper addit. Ter. Phorm. 1. 1. 8.
Ut ſemper aliquid addant ditioribus.
Addere ad, vel in. Cic. 1. Off. 37. Quid ad hanc manſuetudinem addi poteſt? Idem ad Att. lib. 1. 13. In illam orationem Metellinam addidi quædam. In his ponitur accuſativus cum præpoſitione, pro dativo.
Addere ex abundanti. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Additur in cava dentium. Plin. lib. 29. cap. 8.
Addere in coronas. Plin. lib. 21. cap. 4.
Addere in potu unguentum. Plin. lib. 13. cap. 3.
In nares. Plin. lib. 25. cap. 11. Purgat autem cyclaminos cum melle in nares addita.
Addere in ovum inane. Plin. lib. 20. cap. 22.
Additur in potionem. Plin. lib. 20. cap. 23.
Addere atque afferre de ſuo. Cic. 4. Fam. 3. Sed aliquid atque adeo multa addunt afferuntque de ſuo. Idem de Aruſp. Reſp. Nihil addo de meo.
Addit hoc. Id eſt, Hoc dicit præterea. Ter. Eun. 1. 2. 34.
Adde huc, ſive Huc adde: modus connectendi ſententias: pro quo etiam dicitur, Huc accedit quod. & utrunque loquendi genus ponitur velut pro adverbio ordinis. Liv. 7. ab Urb. Adde huc populationem agrorum, prædas hominum atque pecudum actas.
Adde quod, eandem vim habet. Ovid. 3. de Arte Am. 538.
Adde quod inſidiæ ſacris a vatibus abſunt.
Addo etiam. Cic. 1. Off. 67. Harum rerum duarum ſplendor omnis & amplitudo, addo etiam utilitatem, in poſteriore.
Addere hiſtoriæ majorem ſonum vocis. Cic. 2. de Orat. 54. Paululum ſe erexit, & addidit hiſtoriæ majorem ſonum vocis vir optimus Craſſi familiaris Antipater: cæteri non exornatores rerum, ſed tantummodo narratores.
Addere & Demere, contraria. Cic. 4. Acad. 49. Cum aliquid minutatim & gradatim additur aut demitur.
Addere & Adimere contraria. Ter. Phorm. 2. 1.
Qui ſæpe propter invidiam adimunt diviti,
Aut propter miſericordiam, addunt pauperi.
Addere & detrahere, contraria. Cic. 2. de Orat. 26. Equidem ſic judicare ſoleo, quicquid aut addideris, aut mutaveris, aut detraxeris, vitioſius & deterius futurum.
Addere & Deducere, contraria. Cic. 1. Off. 59. Ut boni ratiocinatores officiorum eſſe poſſimus, & addendo deducendoque videre quæ reliqui ſumma fiat.
Alacritatem ſcribendi alicui. Cic. 16. Att. 3.
Animum, pro Augere. Cic. 7. Att. 2. Quos tu laudando animos addidiſti.
Annos duos addiderat ad duo luſtra. Id eſt, Natus erat annos duodecim. Ovid. 4. Faſt. 702.
Aquam flammæ. Tibul. lib. 2. Eleg. 4.
Ardorem mentibus. Virg. 9. Æn. 184.
Niſus ait: Diine hunc ardorem mentibus addunt
Euryale?
Calcar alicui, Stimulare & inſtigare. Hor. 2. Epiſt. 1. 217.
Addis cornua pauperi. id eſt, Superbiam, petulantiam, violentiam. Hor. 3. Od. 21. 18. amphoram vini alloquens. Simile eſt illud Ovid. 1. de Arte Am. 239.
Tunc veniunt riſus, tunc pauper cornua ſumit. Proinde, ait Feſtus, homines nimio vino truces fieri, & ideo Liberi patris ſimulachro cornua addi.
Aſtris aliquem. Id eſt, In divos referre, cœlo adſcribere. Ovid. lib. 4. de Ponto 8. 63.
Cognomen, pro Cognominare. Liv. 4. ab Urb. Virg. 1. Æn. 267.
At puer Aſcanius cui nunc cognomen Iulo. Additur. Conf. infra Addere Nomen, Vocabulum.
Addere, vel Ponere ad compendium. Plaut. Caſin. 3. 1. 3.
Cumulum commendationis. Cic. 13. Fam. 15. Si ad id quod ipſorum cauſa vis, addideris cumulum commendationis meæ.
Cuſtodem vel comitem, pro Dare. Plaut. Milit. 2. 6. 69.
Cui me cuſtodem herus addidit miles meus. Virg. 9. Æn. 649.
Tum comitem Aſcanio pater addidit.
Dies paucos ſibi addere ad dictaturam gerendam. Cic. 3. Off. 112.
Dono addere, quaſi Inſuper dare. Plaut. Epid. 3. 4. 38.
Exemplis melioribus ſe addere. Hoc eſt, Exempla meliora ſequi. Claud. 4. Paneg. 12.
Facta pollicitis. Id eſt, Facere ſeu implere quod promiſeris. Ovid. 2. Amor. 16. 48.
Fidem, pro Confirmare. Plin. Epiſt. 248.
Fidem pollicitam dictis. Ovid. 3. Faſt. 366.
Fiduciam alicui. Tacit. Hiſt. 1.
Finem alicui rei, pro Imponere. Claud. 7. Paneg.
Frena equis. Virg. 5. Æn. 817.
Jungit equos curru genitor, ſpumantiaque addit Frena.
Fuga ſe addidit horum mentibus. Valer. Flacc. 6. Argon. 181.
Gradum, pro Accelerare gradum. Plin. Epiſt. 106.
Laborem alicui rei. Tacit. 4. Hiſt.
Lucrum emptori. Cic. 5. Verr.
Manus in vincula. Ovid. 1. Amor. 71. Id eſt, Conjicere.
Naturam, pro Dare. Virg. 4. Georg. 149.
Nunc age, naturas apibus, quas Juppiter ipſe
Addidit, expediam.
Nomen alicui. Claud. 5. Paneg.
Operam, pro Dare operam. Plaut. Pœnul. 4. 2. 48. Ut ego hanc familiam interire cupio. M. adde operam ſi cupis. Idem Perſ. 4. 4. 77. Optata ut conveniant, operam addito.
Partes illæſas vitiatis. Ovid. 2. Met. 826.
Scelus addere in ſcelus. Ovid. 8. Met. 484.
In ſcelus addendum ſcelus eſt, in funera funus.
Spem & metum alicui. Tacit. 1. Hiſt.
Stimulos in prælia menti. Lucan. lib. 1. 263.
In ſpatia addere. Virg. 1. Georg. 513.
Ut quum carceribus ſeſe effudere quadrigæ:
Addunt in ſpatia, & fruſtra retinacula tendens,
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas. Id eſt, Currendo plus eorum curſus augetur. Servius.

Vitium pudicitiæ addere dicitur is, qui alienam pudicitiam violat, quod etiam Offerre vitium dicimus. Plaut. Amph. 2. 2. 179. Pudicitiæ hujus vitium me hic absente est additum.
Vocabulum. Claud. in Laudibus Seren. v. 109.

Addidit & proprio germana vocabula nato :
Quaque datur fratris speciem sibi reddit adempti.

V. Nomen, Cognomen addere supra.
Virtutem. Sallust. Catil. 60. Compertum habeo, milites, verba virtutem non addere.
Addere, pro Dare, vel potius Abunde & copiose dare. Tibullus sic incipit Eleg. 2. lib. 1.

Adde merum, vinoque novos compesce dolores,
Occupet ut fessi lumina victa sopor.

Addidit multum reipub. pro Multum profuit, sive contulit. Hoc est, Remp. auxit, adjuvit. Sallust. Jugurth. 46. Quorum majores Punico atque aliis bellis multum reip. addiderant.

ADDITUS, a, um. [προστεθειμένος] Partic. Adjectus, adjunctus.
Addita ætate, quasi Aucta & adulta. Plin. lib. 11. cap. 48.
Additus, pro Inimico. Virg. 6. Æn. 90. — nec Teucris addita Juno Usquam aberit. Ubi Servius, Addita, Inimica. V. Drakenb. ad Sil. 2. 565. Est autem verbum Lucilii & antiquorum, ut Plaut. Aulul. 3. 6. 20. Additus Jovi Argus. Macrob. 6. Saturn. cap. 4. Addita, hoc est, Affixa, & per hoc infesta Juno & inimica. Hoc jam dixerat Lucilius in lib. 14. his versibus.

Si mihi non Prætor siet additus, atque agitet me,
Non male sic ille, ut dico, me extenderat unus.

Additus est unus annus tuo labori. Cic. 1. Q. frat. 1. 3.
Additus in cavis dentium. Plin. 23. 7. Dentium quoque dolori hic succus appositus in lana prodest, aut in cavis eorum additus.
Additus Voculæ in partem curarum Herennius Gallus legatus. Tacit. 4. Hist. 26.
Calor viæ additus est omnibus. Hoc est, Vehemens eundi voluntas. Valer. Flacc. 1. Argon. 271.
Addito vicies tanto aquæ. Plin. lib. 14. cap. 4. de vino Maroneo, Maroneum vicies tanto addito aquæ miscendum Homerus prodidit.
Addito tempore, quod vulgo dicunt, Successu temporis. Tacit. 12. Ann. 26.
Addito ut. Plin. lib. 15. cap. 16. Similiter deligi & ex locis siccis, & ante perfectam maturitatem, addito ut luna infra terram sit.

ADDITAMENTUM, i. n. [προσθήκη] Quod additum est: Id est, Accessio. Cic. pro Sext. 68. Intercessit Ligus iste nescio quis, additamentum inimicorum meorum. In oratione de Republ. ordinand. ad Cæsarem, Reliqui de sanctione sunt inertissimi nobiles, in quibus præter nomen nihil est additamenti.

ADDITIO, ōnis. f. Idem quod Additamentum. Quintil. 9. 3. Figurarum additio & adjectio.

ADDITITIUS, a, um. Celsus JCt. Cato putat mensem intercalarem addititium esse. Tertul. de Resur. Carn. cap. 52. Addititium corpus.

ADDITĪVUS, a, um. Priscian. lib. 17.

ADDŎCEO, [προσδιδάσκω] ēre. Idem quod simplex Doceo, vel Abunde seu vehementer doceo. Hor. 1. Epist. 5. 18.

— addocet artes. Sunt tamen qui legunt, Ac docet.

ADDORMIO, īre. Cæl. Aurel. Acut. 1. 11. Rursum addormiunt, & difficile expergiscuntur.

ADDORMISCO, [προσκοιμάομαι] ĕre. ab Addormio : opponitur verbo Expergisci. Suet. in Claud. Cæs. cap. 8. Et quoties post cibum addormisceret. In quibusdam codicibus legitur Obdormisceret.

ADDUA, [Ἀδούας] Strab. Fluvius est Galliæ Cisalpinæ, qui per Larium lacum (nunc Comensem) influens, in Padum effunditur. Plin. lib. 2. cap. 103. de aquarum miraculis, Quædam vero & dulces inter se supermeant alias. Ut in Fucino lacu invectus amnis, in Lario Addua, in Verbano Ticinus, in Benaco Mincius, in Lemano Rhodanus. Hic fluvius a nonnullis Abdua vocatur.
Cœruleus Addua. Claud. in sext. Cons. Honor. 196.
Celer. Idem ibid. 488.
Spumosus. Ibid. 458.

ADDUBANUM, Dubium. Festus. alii Danubium. V. not. Viris doctis in loc.

ADDUBĬTO, [προσενδοιάζω] āre. Aliquantum dubitare, quod & Subdubitare dicitur. Cic. 7. Fam. 32. Quod sine prænomine familiariter, ut debebas, ad me epistolam misisti, primum addubitavi num a Volumnio senatore esset. Idem 6. Fam. 6. Habes augurium meum : quo, siquid addubitarem, non potius uterer, quam illa consolatione. Sic in Orat. 137.
Addubitare paululum de. Liv. 2. 4. De legatis paululum addubitatum est. Hor. 1. Serm. 4. 125. — & inutile factu

Necne sit, addubites ?

ADDUBITĀTUS, a, um. [προσενδοιασμένος] Partic. ut, Res addubitata : hoc est, De qua dubitaveris. Cic. 1. Off. 85. Eoque magis, si plus adipiscare re explicata boni, quam addubitata mali.

ADDUBITATIO, ōnis. f. Idem ac Dubitatio. Cic. 3. Off. 4. Quod nonnunquam addubitationem afferre soleat. Ita nonnulli libri, sed castigatiores Lambini & Gruteri Dubitationem exhibent. Habet tamen Mart. Capella lib. 5. p. 171. Diaporesis est Addubitatio.

ADDŪCO, xi, ctum, [προσάγω, παράγω] ĕre. Ad locum vel personam ducere : cui contrarium est, Abducere. Cic. 8. Att. 11. Gentes feras armatas in Italiam adducere. Idem pro Quint. 24. Qui ex Gallia pueros venales isti adducebat. Ter. Hec. 5. 2. 4. Puero nutricem adduxit.
Alicui ante oculos. Ter. Heaut. 5. 4. 18.
Huc coram. Ter. And. 5. 3. 29.
Ante oculos coram. Ter. Eun. 4. 7. 24.
Adducere a foro, ex Italia. Plaut. Milit. 3. 2. 44. Cæs Gal. 7. 7. 5. Supplementum quod ex Italia adduxerat. Hinc per metaphoram varius usus.
Hominem ad, sive in rem aliquam, est Ad aliquid agendum inducere, incitare, impellere, & quasi Aliquid persuadere. Hinc dicimus, Adduci re aliqua, id est, Ob eam rem moveri vel impelli ad agendum quidpiam. Hujus igitur generis hæc sunt exempla ex authoribus.
In angustias summas aliquem. Cic. pro Quint. 9.
Ad arbitrium nostrum aliquem. Cic. in Epist. Neque ita feci, ut te ad meum arbitrium adducerem.
Ad authoritatem nostram. Cic. pro Deiot. 29. Hunc ad meam authoritatem non potui adducere. Hoc est, Non potui illi persuadere ut authoritati meæ accederet.

In certamen rem aliquam. Cic. in Pison. 79. Adducta res in certamen, te consule, putabatur, utrum quæ superiore anno ille gessisset, manerent, an rescinderentur.
In cognitionem. Cic. Post redit. in Senat. 15.
Ad concordiam. Cic. 7. Att. 3. Sive enim ad concordiam res adduci potest, sive ad bonorum victoriam, &c.
Ad conditionem aliquam. Balbus Ciceroni, 8. Att. 15. Qui ut adduci tali tempore ad ullam conditionem possit, magis opto, quam spero.
Ad consuetudinem, & In consuetudinem adducere se. Cic. 2. Tusc. 9. Ad quam nos consuetudinem a familiaribus nostris adducti. Id est, Illi rei assuefacti. Cæs. 4. Bell. Gall. 1. In eam se consuetudinem adduxerunt. Hoc est, Seipsos assuefecerunt.
In controversiam. Cic. 1. de Orat. 183. Mediocrisne res in controversiam adducta est?
In crimen. V. CRIMEN.
In discrimen extremum adducta est res. Cic. 6. Philipp. 19.
Ad dubitationem. Plin. lib. 2. cap. 26.
In dubitationem. Cic. 3. Fam. 5. Quod itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere. Hoc est, Ad dubitandum impellere, Facere ut dubites.
In dubium. Liv. 24. 15.
Ad effectum. Liv. 33. Hoc spe concipere, audacis animi fuisse : ad effectum adducere, virtutis & fortunæ ingentis.
In expectationem. Cic. 1. Tusc. 39. An tu, quum me in summam expectationem adduxeris, deseris ?
In extremum adducta vita. Tacit. 14. Ann. 61.
Ad facinus. Cic. pro Rosc. Amer. 86. Num quærenda causa, quæ te ad tantum facinus adduxerit?
In fastidium res. Plin. in præfat. ad Vespas.
Ad vel in fletum. Cic. de Clar. Orat. 322.
In honorem aliquid. Cic. 7. Fam. 26. Nam dum volunt isti lauti, terrâ nata, quæ lege excepta sunt, in honorem adducere, fungos, heluellas, &c. Hoc est, Facere, ut illa in honorem ac pretium veniant.
Ad indignationem, ad iracundiam. Author ad Herenn. lib. 4. Ad quam volemus indignationem animum auditoris adducemus.
Ad intelligendum. Cic. 1. Acad. 6. Aut quem ad intelligendum poterit adducere hæc ipsa de vita & moribus, de expetendis fugiendisque rebus ?
In invidiam aliquem. Cic. pro Cluent. In summam enim L. Quintius invidiam concionibus eum quotidianis, seditiosis & turbulentis adduxerat. Et 3. Off. 79.
Ad vel in jus, sive judicium hominem, vel rem aliquam. Cic. pro Cluent. 48. Quis unquam audacior ? quis nocentior ? quis apertior in judicium adductus est? Idem pro Quint. 13. Ut te in jus adducerent.
In metum, Metum alicui incutere. Cic. pro Muren. 49. Cum tu populum Romanum in eum metum adduxisti, ut pertimesceret, ne consul Catilina fieret.
Ad misericordiam. Ter. Heaut. 5. 2. 42.
Ad mucrones ac manus rem. Tacit. in Vita Agric.
In necessitatem. Liv. 8. 7.
In negligentiam. Hirt. de Bell. Afric. 66.
Ad nequitiam, quod & Abducere dicitur. Plaut. Bacch. 1. 2. 4.
In oblivionem adducta est accusatio. Cic. 2. Verr. 54.
In odium. Senec. de Benef. 2. 4.
In opinionem. Cic. 1. Fam. 1.
In ordinem. Cic. de Univers. 7. Ideoque ex inordinato, in ordinem adduxit.
In periculum. Liv. 35. 11. pr.
In sententiam nostram aliquem. Liv. 36. 11.
In sermonem. Cic. 5. Verr. 140. Adductus erat in sermonem, invidiam, vituperationem. Hoc est, Male audiebat, odio habebatur, vituperabatur.
Ad vel in servitutem. Cic. in Pison. 84.
In solicitudinem. Cic. 12. Fam. 9.
In spem. Cic. 2. Att. 22.
In statum eum & locum adduci. Liv. 3. & Cic. ad Brut. 1.
In suspicionem. Cic. 2. Att. 24.
Ad veritatem. Cic. in Brut. 70.
Ad vitam communem. Cic. 1. Acad. 15. Avocavisse philosophiam a rebus occultis, & ad vitam communem adduxisse.
Ad umbilicum. Hor. Epod. 14. 8. V. DUCO, & UMBILICUS: ubi juxta Robertum Stephanum & Lugdunensem editionem habetur Ducere. Hic forsan operæ pretium erit notare diversam hujus verbi lectionem. In Dictionariis plerisque, Rob. Stephani, 1536. 1543. 1546. Car. Stephani, 1552. 1561. Franc. Stephani, 1571. Calepini, apud Rob. Stephanum, 1553. (& apud alios, 1522. 1609.) in Foro Romano, in Fabri Thesauro, in Erasmi Proverb. edit. Rob. Stephani 1558. ubi ille Horatii locus citatur, legitur simplex Ducere. At vero in optimis Horatii editionibus, tam antiquis (imo ipsius Rob. Stephani 1544. 1549.) quam recentibus legitur compositum Adducere. Henricus Stephanus in suo Græco Thesauro, sub voce ὀμφαλός, compositum Adducere retinet. Quamvis illa legendi differentia nihil in metro aut sensu mutet, non tamen omittere visum est hoc inter Dictionariorum Latinorum & Horatii editiones discrimen.
In voluntatem. Cic. 1. Att. 14.
Ad utilitatem rem aliquam. Varr. 1. de R. R. cap. 20. Consuetudine creberrima ad utilitatem adducito.
Adducere, Intorquere, rotare. De funditore Virg. 9. Æn. 587.

Ipse ter adducta circum caput egit habena. Nonius.

Adducere, nonnunquam transfertur ad ea quæ intenduntur & remittuntur, ut ad Arcum, & ea tela quæ amentis, loris, funibusve intorquentur : cui contrarium est Remittere. Virg. 5. Æn. 507.

Post acer Mnestheus adducto constitit arcu. Cic. 2. Tusc. 57.

Reliqua tormenta telorum eo graviores emissiones habent, quo sunt contenta atque adducta vehementius.
Adducto lacerto. Virg. 9. Æn. 402. Hinc etiam Adducere equorum habenas & Remittere dicimus. Cicero usus est per metaphoram, in Lælio 45. Quam commodissimum esse laxissimas habenas habere amicitiæ : quas vel adducas cum velis, vel remittas.
Adducere lorum, pro Astringere. Liv. Quum apparitor verecundia majestatis Posthumium laxe vinciret, Quin tu, inquit, adducis lorum, ut justa fiat deditio? Budæus.

Adducere,

Adducere, pro Contrahere. Ovid. 3. Met. 397.
Et tenuant vigiles corpus miſerabile curæ,
Adducitque cutem macies, &c. Virg. 3. Georg. 483.
Omnibus acta ſitis, miſeros adduxerat artus.
Adducere præterea declaratur per verbum Redigere: ut, In anguſtum res adducta eſt. Cic. in Lælio 20.
Febres adducere. Hor. 1. Epiſt. 7. 8.
Sitim tempora. Hor. 4. Carm. 12. 13.
Tædium alicujus rei. Plin. lib. 30. cap. 15.
Vultum ad triſtitiam, Id eſt, contrahere. Sen. Epiſt. 58.
Adduci re aliqua, ut Benignitate, injuria, &c. Cic. 3. Verr. 191. Qui benignitate adducti, per beneficium & gratiam civitatibus conceſſerunt, ut nummos pro frumento darent.
Commendatione alicujus. Cic. 3. Fam. 55.
Mercede. Cic. 1. de Orat. 198.
Metu. Cic. 5. Verr. 55.
Odio. Cic. 1. Att. 13.
Officio, fide, miſericordia. Cic. 1. Verr. 5.
Oratione. Cæſ. 1. Bell. Gall. 15.
Oſtentatione aliqua. Cic. 4. Acad. 65.
Pretio. Cic. pro Cæcin. 29.
Precibus. Cic. 14. Att. 20.
Rationibus. Cic. 1. Tuſc. 71.
Re aliqua, His rebus adducti & auctoritate Orgetorigis permoti. Cæſ. 1. Bell. Gall. C. 3.
Spe mercedis. Cic. de Amicit. 31.
Studio certandi. Cic. 4. Acad. 65.
Temporibus. Cic. 1. Off. 39.
Teſtimoniis. Cic. 7. Verr. 158.
Voluntate. Cic. 5. Fam. 5.
Adducere, vel Adduci ut. Cic. 5. Tuſc. 32. Adducis me ut tibi aſſentiar. Id eſt, Me inducis, mihi perſuades. Idem 8. Philipp. 30. Nam illud quidem non adducor ut credam.
Adduci illuc ut. Cic. 1. de Finib. 14. Nam illuc quidem adduci vix poſſum, ut ea quæ ſenſerit ille, tibi non vera videantur.
Adduci, Cogi. Cic. de Senect. 34. Nullo imbri, nullo frigore adduci, ut capite operto ſit.
Adduci, quandoque declaratur per verbum Venire: ut, Res in crimen adducta eſt. Hoc eſt, In crimen, ſive in criminationem venit. Plin. lib. 22. cap. 25. Inter ea quæ temere manduntur, boletos merito poſuerim, opimi quidem hos cibi, ſed immenſo exemplo in crimen adductos, veneno Tiberio Claudio principi per hanc occaſionem a conjuge Agrippina dato.
Adductus, a, um. Partic. [προσηγμένος] V. in ipſo verbo. Plin. 1. Epiſt. 16. Preſſior tantum, & circunſcriptior, & adductior. De Pompeio Saturnino loquitur, qui in ſcribendo ſtudebat brevitati.
Adductius, Adv. compar. ut, Adductius regnari, eſt Severius, Adſtrictius. Tacit. Germ. 43. 7. & Hiſt. 3. 7. 2. quæ formula ex Re Equeſtri petita exiſtimatur. V. ſupra Addicte. adde Auſon. Gratiarum act. p. 726. edit. Tollii; Nemo adductius jacula contorſit.
Adductor, ōris. m. Vetus Epigr. Petron. Afran. ad Deliam,
Græcule conſueta lenandi callidus arte
Cœpiſti adductor conjugis eſſe tuæ.
Addues, pro Addideris. Feſtus. Verbum obſoletum.
Adduplĭco, [ἐπιδιπλόω] āre. Idem quod Duplico. Plaut. Pœn. 3. 1. 61. Adduplicabit omne furtum, leno addicetur tibi. Edit. Gron. *Id duplic.*

A D E

Adĕdo, ades ſive adĕdis, adēdi, adēſum, [κατέδω] adeſſe vel adedĕre. Idem quod ſimplex Edo, vel Exedo, ſive Conſumo. Virg. 4. Georg. 242. — nam ſæpe favos ignotus adedit Stellio.
Adēsus, a, um. [κατεδηδομένος] Partic. ab Adedor: Id eſt, Conſumptum, ait Nonius. Liv. 1. 7. Forte ita evenit, ut Potitii ad tempus præſto eſſent, iiſque exta apponerentur, Pinarii extis adeſis ad cæteram venirent dapem.
Bona adeſa. Tacit. 1. Hiſt. 4. Aut qui adeſis bonis per dedecus alebantur.
Fortunæ omnes adeſæ. Tacit. 13. Ann. 21.
Frumentum, Conſumptum. Siſenna Hiſt. lib. 3. Iisdem temporibus Æſernini duplici foſſa valloque circundati, frumento adeſo, quod ex areis in oppidum portatum eſt. Nonius.
Jecur. Cic. 2. Tuſc. 24. Cum vero adeſum, inflatu renovatum eſt jecur.
Lapides adeſos, Id eſt, Vi aquarum corroſos. Hor. 3. Carm. 29. 36.
Pecunia, pro Abſumpta, metaphorice. Cic. pro Quint. 40. Quis tam perditus ac profuſus nepos, non adeſa jam, ſed abundanti pecunia ſic diſſolutus fuiſſet, ut fuit Sex. Nævius?
Adelphi, m. pl. Terentii Comœdia, a rebus duorum fratrum appellata.
Adelphius, Nomen viri proprium. Hic fuit Antonio familiaris, ejusque in Parthos expeditionem conſcripſit, in qua ipſe & adfuit & præfuit. Author Strabo lib. 11.
Adelphĭdes, [ἀδελφίδες] Palmæ ſpecies eſt, ſapore quam proxime ad caryotas accedens, unde & Adelphides dictæ ſunt, quaſi Caryotarum ſorores. Plin. lib. 13. cap. 4.
Ademptio, Ademptus. V. Adimo.
Adĕnes, [ἀδένες] In ſe convolutæ carnis durities, ſive Glandulæ: quæ quum induruerunt, Chœrades, id eſt, Scrophulæ vocantur, teſte Ægineta lib. 3. Sunt tumores in gutture glandium inſtar. In homine tonſillas, in ſue vero glandulas dici, author eſt Plin. lib. 11. cap. 37.
Adeo, [τοσοῦτον, οὕτως] Adv. quantitatis, vel potius intendendi. Feſtus, Adeo quum ſecunda acuta affertur, idem eſt quod Usque eo, non quidem ſecundum rationem: quia (ad) præpoſitio accuſativis accommodata eſt: ſed vetuſta quadam loquendi conſuetudine.
Adeo ut, ſeparatim in duobus membris. Ter. And. 1. 1. 93. Et vultu, Soſia, adeo modeſto, adeo venuſto, ut nihil ſupra. Id eſt, Tam. Cic. pro Flacc. 37. Neminem quidem adeo infatuare potuit, ut ei nummum ullum crederet.
Adeo, pro Eo adverbio. Ter. Heaut. 1. 1. 61. Poſtremo adeo res rediit. Id eſt, Eo res rediit.
Adeo, apud poetas, præſertim comicos, ſæpe eſt Particula ornativa, ſeu mavis expletiva. Ter. And. 4. 5. 18. Propera adeo puerum tollere hinc ab janua. Virg. 2. Æn. 567.
Jamque adeo ſuper unus eram. In his, & ſimilibus Donatus & Servius dicere ſolent, abundat Adeo aut vacat. In proſa quoque oratione ſic legitur, ſed rarius. Liv. 24. 32. Sed ſurdæ adeo omnium aures concitatæ multitudinis erant, quod non minore intus vi, quam foris, portæ effringerentur.
Id adeo, pro Id vero, vel Agedum. Cic. 6. Verr. 141. Id adeo, Judices, ut mihi ab illis demonſtratum eſt, ſic vos ex me cognoſcite. Idem pro Cæcin. 87. Id adeo ſi placet conſiderate. Et pro Cluent. 80. Id adeo ſic cognoſcite.
Adeo, pro Non ſolum vel Nedum. Tacit. 4. Hiſt. Favore militum anxius, ac ſuperbia viri, ſuperiorum quoque adeo æqualium impatientis.
Adeo, pro Etiam, citra auxeſin. Ter. And. 5. 6. 13. Facturum quæ voles, ſcio eſſe omnia. P. memini, atque adeo longum eſt, nos illum expectare.
Adeo, pro Valde, ſive Multum, Servio interprete: quod Donatus ſatis dure, per Nimis declarare ſolet. Ter. Eun. 1. 2. 124. Adoleſcentem adeo nobilem. Virg. 4. Æn. 96. Nec me adeo fallit.
Adeo videtur interdum pro Certe accipi. Plaut. Epid. 2. 1. 8. Neque adeo injuria. Cic. 2. de Orat. 15. Magis adeo id facilitate, quam alia ulla culpa mea contigit. Cæſar Ciceroni, 9. Att. 16. Dolabella tuo nihil ſcito mihi eſſe jucundius: hanc adeo habeo gratiam illi.
Adeo pro Etiam, quum præcedit Atque, fere accipitur: idque ſæpius cum auxeſi. Cic. 1. in Catil. 5. Eorum autem caſtrorum imperatorem, ducemque hoſtium, intra mœnia, atque adeo in ſenatu videtis. Hoc loquendi genus magnam auxeſin habet, quaſi tu dicas, Non ſolum intra mœnia, ſed etiam (quod majus eſt) in ſenatu.
Adeo ſi. Plin. lib. 26. cap. 10. pro Tantum ſi, vel Multo magis ſi.
Adeo non, &c. ut, pro Tantum abeſt ut Columel. lib. 2. Quum ſola hæc res adeo non infeſtetur herbis, ut ipſa herbas perimat. Plin. lib. 11. cap. 6. Conduntur a Vergiliarum occaſu, ſed latent ultra exortum: adeo non ad veris initium, ut dixere.
Adeo, per ſe poſitum in ſententia abſoluta. Virg. 2. Georg. 272.
— adeo a teneris conſueſcere multum eſt. Cic. 1. Off. 6. Priore amiſſo jure, cum hoſtibus pugnare non poterat: adeo ſumma erat obſervatio in bello movendo.
Adeone. Cic. pro Rabir. 28. Adeone hoſpes hujuſce urbis, adeone ignarus es diſciplinæ conſuetudinisque noſtræ, ut hæc neſcias?
Adeo ut, conjunctim in eodem membro. Cic. 1. Q. frat. 2. 5. Rempublicam funditus amiſimus: adeo ut Cato adoleſcens nullius conſilii, ſed tamen civis Romanus & Cato, vix vivus effugeret.
Adeo, non ſequente Ut, ſed ſubaudito. Virg. 1. Æn. 567.
Non obtuſa adeo geſtamus pectora Pœni. ſubaudi, Ut hæc ignoremus.
Adeousque, ſive una eſt dictio, ſive duæ, idem eſt quod Usque adeo. Plaut. Aſin. 2. 2. 61. Age age manſero tuo arbitratu, vel adeousque dum peris.
Adeo, adīvi vel adii, adĭtum, [προσέρχομαι, πρόσειμι] adīre. ex Ad, & verbo Eo, is, compoſitum. Feſtus, Adeo, quum prima acuta effertur, idem ſignificat quod Accedo: ut cum dicimus, Adeo prætorem. Hæc Feſtus. Cic. 4. Acad. 97. Tribunum aliquem cenſeo adeant.
Adire, videtur interdum plus aliquid ſignificare, quam Accedere. Ter. And. 3. 3. 2. Aliqui me adiere, ex te auditum qui aiebant.
Adire aliquem, ſiquid velit. Cic. 3. Fam. 9. Te adeunt fere omnes, ſiquid velis.
Adire aliquos cum cura. Tacit. 4. Hiſt. 12. Vitellius inferiorem Germaniam ingreſſus, hyberna legionum cum cura adierat. Hoc eſt, Diligenter, non ſegniter, aut incurioſe.
Aliquem legatione. Tacit. 1. Hiſt. 9. Quies & Illyrico: quanquam excitæ a Nerone legiones, dum in Italia cunctantur, Verginium legationibus adiſſent.
Aliquem per epiſtolam. Plaut. Milit. 4. 6. 16. Per epiſtolam, aut per nuntium, quaſi regem, eum adiri aiunt.
Aliquem ſcripto. Tacit. 4. Ann. 39. At Sejanus nimia fortuna ſocors, & muliebri inſuper cupidine incenſus, promiſſum matrimonium flagitante Livia, componit ad Cæſarem codicillos. Moris quippe tum erat, quanquam præſentem, ſcripto adire.
Adire quempiam de re aliqua, id eſt, Ob eam, propter eam. Ter. Hec. 2. 2. 9. Adii te heri de filia.
Aliquem poſtulatum. Plaut. Bacch. 3. 3. 48.
Adi huc. Plaut. Truc. 2. 7. 60. Adi huc modo. Uſitatius ac venuſtius eſt, Accede huc.
Adire contra, pro Obviam ire. Plaut. Rud. 1. 4. 22.
Adire ad aliquem, pro Ire, aut etiam Venire. Ter. And. 2. 1. 17. Quid tibi videtur? adeon' ad eum? Hæc præpoſitionis repetitio Ciceroni familiaris eſt. Cic. 6. Verr. 113. Seſe a ſuis civibus hæc habere mandata, ut ad Verrem adirent.
Ad fores, ædes, loca, &c. Plaut. Bacch. 4. 1. 6. Idem Aul. 1. 2. 24. Cic. in Verr. Homines tenues, obſcuro loco nati, adeunt ad ea loca, quæ nunquam antea viderunt.
Ad arbitrum de aliquo nomine. Cic. pro Roſc. Com. De quo nomine ad arbitrum adiiſti, de eo ad judicem veniſti. Sic, Adire in jus de re aliqua. Sic Verr. 6. 147. & 4. 55. & infra loco ſuo.
Ad cauſas. Cic. in Brut. 90. Tum primum nos ad cauſas & privatas & publicas adire cœpimus.
Lingua ad aliquid. Sil. Ital. lib. 8. 263.
Ad pactionem. Plaut. Aul. 2. 2. 25. Nunc hic eam rem volt, ſcio, mecum adire ad pactionem. Idem quod Accedere ad pactionem. Hoc eſt, In pactionem conſentire.
Ad Rempub. Idem quod ſupra dictum eſt, Ad Remp. accedere. Cic. pro Lege Manil. Qui omnium mentes eorum qui ad Remp. adeunt, maxime perſpiciunt.
In jus de re aliqua. Cic. 11. Att. 24. Epheſo qui veniunt, ibi ſe eum de ſuis controverſiis in jus adeuntem, vidiſſe nuntiant. Id eſt, Euntem in judicium ob ſuas controverſias.
Adire aliquem, pro Aggredi. Ter. Phorm. 1. 4. 25. Nunc prior adito tu. Ubi Donatus, Adito, quaſi ad prælium: ut Virg. 5. Æn. 378.
— nec quisquam ex agmine tanto
Audet adire virum.
Blandis verbis aliquem, pro Convenire. Plaut. Pſeud. 1. 5. 35. Quanto ſatius eſt adire blandis verbis? ſubaud. Illum.
Adeo præterea varie accipitur, pro adjectis nominibus. ut,
Diſcrimen adire, pro Subire. Plin. Epiſt. 199.

Fortunam. Liv. 5. Bell. Pun.
Gaudia. Tibul. Lib. 1. Eleg. 5.
Hæreditatem, quod Cernere hæreditatem dicebant veteres. Cic. pro Archia. Et adiit hæreditates civium Romanorum. Adire autem & cernere hæreditatem, itemque pro hærede gerere, hæredis eſt alieni: Immiſcere, ſui ac neceſſarii. Nam ille aliunde ad alienam familiam accedebat, eoque his utebatur verbis: Cum me Mævius hæredem inſtituerit, eam hæreditatem adeo, cernoque, ut ait Ulp. tit. 22. At filiusfa. permanebat, neque aliud quidpiam novi captabat, niſi quod, quas res antea non attigerat, earum ſe liberæ adminiſtrationi tum immiſcebat. Hotoman.
Inimicitias, pro Suſcipere, quod & Subire dicitur. Cic. pro Sextio, Sudandum eſt his pro communibus commodis, adeundæ inimicitiæ, ſubeundæ ſæpe pro rep. tempeſtates.
Labores Virg. 1. Æn. 11.
Quidve dolens regina deûm, tot volvere caſus
Inſignem pietate virum, tot adire labores
Impulerit.
Periculum. Ter. And. 5. 1. 2.
Satis pericli cœpi adire, orandi jam finem face. Ibid. 4. 1. 53.
Capitis periculum adire, dum proſim tibi. Cic. 1. de fin.
At magnum periculum adiit.
Ad periculum, Idem. Cæſ. 2. Bell. Civil. 7. Sed Naſidianæ naves nulli uſui fuerunt, celeriterque pugna exceſſerunt: non enim has aut conſpectus patriæ, aut propinquorum præcepta ad extremum vitæ periculum adire cogebant.
Periculum in re aliqua. Cic. 4. Verr. Seque in eo capitis periculum aditurum.
Periculum memoriæ. Tranquill. in Auguſto. cap. 84.
Periculum ſitus. Hoc eſt, Situ corrumpi. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 2.
Præſtō. Tibul. lib. 1. Eleg. 5.
Pauper erit præſto tibi, præſto pauper adibit.
Sidera fama. Virg. 4. Æn. 323.
Usque ad ſidera. Sil. Ital. lib. 15.

Adeor, adīris, [προσίεμαι] paſſ. ſed fere in tertiis perſonis. Cic. 2. Tuſc. 2. Illa pericula adeuntur in præliis. Cic. 1. Q. fratr. 2. Neque prætores diebus aliquot adiri poſſent.
Aditur, imperſ. [προσίεται] Cic. 4. Verr. 55. Antequam in jus aditum eſſet. Hoc eſt, Itum aut ventum in judicium. Idem ad Appium, lib. 3. 7. Quum ad me aditum eſſet ab iis qui dicerent.

Adito, [ἐπιβάδω] āre. ab Adeo adis: ſicut, Itare ab Eo is. Diomedes, Adeo adis: hoc iteramus, Adito aditas dictitantes. Plaut. Capt. 3. 4. 72. Si adites propius. Verbum in uſu rariſſimum. In quibusdam exemplaribus legitur Adbites. V. ſupra Adbito.

Adiens, untis. [προσερχόμενος] Partic. Sil. Ital. lib. 10.

Aditurus, Partic. [προσελευσόμενος] Ovid. 3. Amor. 8. 20.

Adeundus, Partic. [προσιτέος] Ovid. 3. Triſt. 1. 70.
Altera templa peto vicino juncta theatro:
Hæc quoque erant pedibus non adeunda meis.

Adĭtus, Partic. a paſſ. Adeor adiris. Cic. 1. Off. Vix invenitur qui laboribus ſuſceptis, periculisque aditis, non quaſi mercedem rerum geſtarum deſideret gloriam.

Adĭtus, ûs. [πρόσοδος] Ipſe adeundi actus. Cic. 7. Verr. Illi aditum litoris Syracuſanis ademerunt. Id eſt, Acceſſum ad litus. Virg. 4. Æn. 424.
Sola viri molles aditus, & tempora noras.
Aditus, Via, ſeu Ingreſſus ad aliquid perveniendi. Virg. 9. Æn. 58.
— aditumque per avia quærit. Cic. 15. Fam. 4.
Duo ſunt aditus in Ciliciam ex Syria.
Aditus nidi. Plin. lib. 10. cap. 33.
Portus. Cic. 7. Verr. 30. Nam in ipſo aditu atque ore portus.
Templi. Cic. 4. Verr. 160.
Aditus, januaque patefacta. Cic. 1. de Orat. 204. Sic ego intelligo, ſi in hæc quæ patefecit oratione ſua Craſſus, intrare volueritis, facillime vos ad ea quæ cupitis, perventuros ab hoc aditu januaque patefacta.
Æquus aditus. Tacit. 2. Ann. 2.
Aërius. Id eſt, Iter per aëra. Ovid. 17. Epiſt. 9.
Anguſtus. Virg. 4. Georg. 35.
Apertus quum nemini eſſet aditus in templum Caſtoris. Cic. pro Domo ſua 120.
Arduus. In Arduus.
Cæcus. Id eſt, Obſcurus, caliginoſus, tenebricoſus. Sen. in Herc. 16.
Flexus. Id eſt, Obliqua via. Lucret. lib. 4. 307.
Lati aditus ducunt illuc. Virg. 6. Æn. 43.
Præcluſus alicui aditus. Cic. Antequam iret in exil. 9. Socii quo fugiant, quum aditus cuſtodi patriæ præcluſus ſit?
Promptus ad capeſſendos honores. Tacit. 3. Ann. 30.
Superbi regum aditus. Sen. Herc. 3.
Primo aditu ædium ſuarum quempiam prohibere. Cic. pro Cæcin. 35. Quæro ſi te hodie domum tuam redeuntem coacti homines & armati non modo limine, tectoque ædium tuarum, ſed primo aditu veſtibuloque prohibuerint, quid acturus ſis?
Ex omni aditu. Cic. 6. Verr. Nam & ſitu eſt cum munito, tum ex omni aditu, vel terra vel mari præclaro ad aſpectum. De Syracuſis loquitur.
Anguſtare aditum. Hoc eſt, Anguſtum facere. Claud. 5. Paneg.
Carere aditu. Ovid. 3. Met. 326.
Claudere omnes aditus. Cic. 1. Philipp. 25. Forum ſepietur, omnes claudentur aditus, armati in præſidiis multis in locis collocabuntur.
Claudere aliquid ex omni aditu. Cic. pro Lege Manil. 21. Patefactumque noſtris legionibus eſſe Pontum, qui ante Pop. Roman. ex omni aditu clauſus erat.
Dare alicui aditum ad cœlum. Cic. 14. Att. 16. Quæ quidem noſtris amicis divinis viris aditum ad cœlum dederunt.
Ferre aliquo aditum. Catul. in epithalamio Juliæ & Mallii 43.
— huc aditum ferat,
Dux bonæ Veneris, boni
Conjugator amoris.
Firmare aditus. Tacit. 1. Hiſt. 32.
Habere difficiles aditus ad paſtum. Cic. 2. de Nat. Deor. 123. Manus etiam data elephanto, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habebat ad paſtum.
Habere aditum in urbem. Cic. 4. de Fin. 21. Quæ omnino aditum habere nullum poteſt in urbem, in forum, in curiam.
Munire aditum. In Munio.
Obſidere. Ovid. 4. Met. 489.
Occupat Æneas aditum. Virg. 6. Æn. 424.
Pererrare. Virg. 5. Æn. 441.
Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat
Arte locum, & variis aſſultibus irritus urget.
Prohibere. Ovid. 12. Met. 66.
Prohibere quempiam aditu. Cic. pro Cæcin. 39. Qui multitudine coacta non introitu, ſed omnino aditu quempiam prohibuerit?
Præponere ædibus ac templis veſtibula & aditus. Cic. 2. de Orat. Sed oportet, ut ædibus ac templis veſtibula & aditus, ſic cauſis principia pro portione rerum præponere.
Quærere. Virg. 1. Æn. 58.
Reperire ſibi aditum. Ovid. 14. Met. 652.
Rumpere. Virg. 2. Æn. 494.
Inacceſſos aditus rumpere. Sil. Ital. lib. 3.
Tentare. Virg. 4. Æn. 293.
Aditus in aliquem locum. Cic. 6. Verr. 99. Aditus in Cereris ſacrarium non eſt viris.
Difficilior ad Antonium aditus eſſe dicitur. Cic. 5. Att. 8. Idem 6. Fam. 13. Magnis occupationibus ejus, a quo omnia petuntur, aditus ad eum difficiliores fuerunt.
Aditus ad aliquem facilis. Cic. 13. Fam. Commendo tibi hominem, ſicuti tua fides, & meus pudor poſtulat: tantum ut faciles aditus ad te habeat.
Obſtructus alicui ad aliquid. Cic. in Bruto 16. Nec enim ex novis (ut agricolæ ſolent) fructibus eſt unde tibi reddam quod accepi: nec ex conditis, qui jacent in tenebris, & ad quos omnis nobis aditus, qui pene ſolis patuit, obſtructus eſt.
Patefacere aditum rerum. Cic. 1. de Orat. 98. Uterque veſtrum patefecit earum ipſarum rerum aditum, quas quærimus.
Virtutis aditus. Id eſt, Ad virtutem. Stat. 2. Achil.
Comparare ſibi aditus ad res peſtiferas. Cic. 2. Att. 17. Nunquam huc veniſſent, niſi ad alias res peſtiferas aditus ſibi compararent.
Dare alicui ad ſummam authoritatem. Cic. 3. de Orat. 7. Qui autem ei annus primus ab honorum perfunctione aditum omnium conceſſu ad ſummam authoritatem dabat, is ejus omnem ſpem atque omnia vitæ conſilia morte pervertit.
Dare oculis. Ovid. 15. Epiſt.
Date de hac religione aditum Pontifices, jam nullum fortunis communibus exitum reperietis. Cic. pro Domo ſua 123.
Dant aditum convivia. Ovid. 1. de Art. Am. 229.
Eſt aditus ad officii inventionem. Cic. 1. Off. 6. Idem 2. Off. 31. Eſt alius quoque quidam aditus ad multitudinem, ut in univerſorum animos tanquam influere poſſimus.
Facere aditus ad cauſam illuſtres. Cic. in Orat. 50. Veſtibula nimirum honeſta, aditusque ad cauſam faciet illuſtres.
Jacere ad aliquid. Cic. contra Legem Agrariam, 38. Sed attendite animos ad ea quæ conſequuntur: hunc quaſi gradum quendam atque aditum ad cætera jactum intelligetis.
Intercludere aditum ad aliquem. Cic. pro Roſc. Amer. 110.
Invenire aditum ad aliquem. V. Invenio.
Patet alicui aditus ad cauſam. Cic. pro Sylla 4.
Patet alicui aditus ad Conſulatum. Cic. pro Muren. 17.
Aditus, cum primo gerundio. Cic. 6. Fam. 10. Itaque ſiquis mihi erit aditus de tuis fortunis, id eſt, de tua incolumitate, in qua ſunt omnia, agendi, &c.

Aditiculus, pro Parvo aditu. Feſtus.

Aditio, onis. [ἄφιξις.] Plaut. Trucul. 2.7.63. Quid tibi hanc aditio eſt? pro, Cur hanc adis? Ubi eſt dignum notatu, caſum verbi additum eſſe nomini: ut apud Ciceronem, Domum reverſio. & Cæſ. lib. 1. de Bell. Gall. c. 4. 3. Domum reditionis ſpe ſublata.

Adeona, Dea, cui commendabantur adeuntes. Auguſtin. de Civ. Dei, 4. 21. V. Abeona.

Adeps, ĭpis. m. & f. [στέαρ.] Ariſtot. 3. de Animalibus, Gaza interprete, Adeps autem & Sevum differunt inter ſe, quum ſevum fragile usquequaque ſit: & quum refrixit, concreſcat. Adeps liquidus ſit minimeque aptus durari. Jura enim ſevo opimorum concreſcunt: ut ovis, ut capræ. Adipe pinguium liquida reſiſtunt frigori: ut equi, ut ſuis. Locis etiam diſcrepant. adeps enim inter carnem, cutemque ſolet conſiſtere: ſevum in fine carnis ſemper eſt. Plin. lib. 28. cap. 9. Proxima in communibus adipis laus eſt, ſed maxime ſuilli, apud antiquos etiam religioſi. Certe novæ nuptæ intrantes, etiamnum ſolenne habent poſtes eo attingere. Inveteratur duobus modis: aut cum ſale, aut ſincerus: tanto utilior, quanto ſit vetuſtior. Axungiam etiam Græci vocavere in voluminibus ſuis.
De Obeſitate Hominis. Cic. 3. in Catil. 16. L. Caſſii adipem non pertimeſco.
Adipes in plurali. Columel. lib. 8. cap. 14. Quæ res ad creandas adipes multum conferunt. Plin. l. 8. c. 36. Illi ſunt adipes medicaminibus apti.
Adipes tenuare. Quintil. lib. 2. cap. 11. Id eſt, Ad maciem redigere, vel potius Excreſcente pinguedine minuere. Plin. lib. 11. cap. 38. vocat Adipes detrahere.
Adipem minuere. Plin. lib. 32. cap. 9.

Adipālis, Adj. [στεατικός.] Arnob. 13. p. 115. Niſi poſtes virorum adipali unguine oblinerentur ab ſponſis. V. paulo ſupra in Adeps. Cic. in Orat. 25. Itaque Caria & Phrygia & Myſia, quod minime politæ, minimeque elegantes ſunt, aſciverunt aptum ſuis auribus opimum quoddam, & tanquam adipale dictionis genus. Alii legunt, Adipatæ dictionis genus: negantque uspiam legi Adipalis, quanvis Eraſmus in proverb. Pontificalis cœna, dicat alicubi ſe legiſſe Adipales cœnas, & adipoſas; verum locum ubi legerit, non citat. Sic apud Plin. 10. 20. Herm. Barb. legebat, Sed Hard. ex MSS. Aditiali cœna dedit. V. & Varr. apud Macrob. 3. Saturn. 13. (al. 2. cap. 9.) V. Opimus. & Adjicialis.

Adipatus, a, um, [στεατωμένος] & hinc ſubſt.

Adipātum, i. n. Hoc eſt, Cibus pinguis, vel ex Adipe confectus. Juven. 6. Sat. 631.
Livida materno fervent adipata veneno.
Ubi Schol. Vet. Dulcia placenta veneno plena exp. Nonius, Adipatum veteres honeſte pro pingui & ſucculento & opimo poſuerunt.
De proprio vocis uſu audiendus Soſipater Chariſius, qui 1 p. 73. adipatum omni genere dici ait poſſe opus piſtorium, quod adipe conficitur; moxque Lucilium citat, qui Adipatam videlicet pultem dixerit.

ADIPOSUS, [λιπώδης] pro Locuplete & opulento accipitur, quoniam & in Sacris literis Adipum vocabulo divitiæ continentur. Hermolaus in Plin. lib. 10. cap. 20.
ADIPEUS, Idem. Hieron.
ADEPTIO, ADEPTUS. V. ADIPISCOR.
ADEQUĬTO, [προσιππάζω] are. Juxta vel prope equitare. Plin. lib. 15. cap. 18. Portæ Collinæ adequitans Hannibal. Liv. 5. Bell. Maced. Numidæ adequitare, dein refugere, sed propius saltum paulatim evehi.
ADERCO, [Ἀδέρκων] Iberiæ urbs est Stephano, cujus cives dicuntur ADERCONITÆ.
ADERRO, āre. Stat. 2. Sylv. 119.
— emergunt pelago, doctamque trahuntur
Ad chelyn, & blandi scopulis Delphines aderrant. adde Theb. 9. 178. cum Gronov. Castig.
ADES, sive HADES, [Ἅδης] Molossorum rex, cujus filiam nomine Coram apud Acherontem fluvium conatus est rapere Pirithous. Unde factus est locus fabulæ, Pirithoum ad inferos descendisse, & uxorem Ditis Persephonem, quæ & Cora, Κόρη a Græcis dicitur, rapere voluisse. V. Cæl. Rhodig. lib. 7. cap. 15. & Plutarchum in Theseo: qui tamen regem hunc non Adem vocat, sed Aïdonem.
ADESDUM, [πρόσιθι] Ter. And. 1. 1. 2. Adesdum, paucis te volo. Ubi Donatus, Ades, imperativum est, & (dum) παρέλκον: est enim productio & adjectio syllabæ, ut Ehodum ad me. V. ADSUM.
ADESPŎTUS, a, um. [ἀδέσποτος] Incertus, & sine authore. Cic. 15. Fam. 17. De Hispania novi nihil, sed expectatio valde magna: rumores tristiores, sed adespoti.
Adespotus, Nullius dominio mancipatus, libertate donatus. Sic enim Lacedæmonii servos libertate donatos aphetas, & adespotas, atque eritheras dixerunt. Author Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 20.
Adespota, Bona sunt quæ vindicem & assertorem nullum habent, & eam ob causam fisco cedunt. Budæus.
ADESŬRIO, īvi, [προσπεινάω] īre. Idem quod Esurio, aut Valde esurio. Plaut. Trin. 1. 2. 132. Adesurivit magis, & inhiavit acrius lupus.
ADĒSUS, V. ADEDO.

A D F

ADFABRE, V. AFFABRE.
ADFORMIDO, V. AFFORMIDO.
ADFRĔMO, V. AFFREMO.
ADFRICO, as. V. AFFRICO.
ADFRINGO, ēgi, [προσκατάγνυμι] ĕre. Ad aliquid frangere. Stat. 5. Theb. 151. — plenisque adfringere parvos
Uberibus, ferroque omnes exire per annos. Idem 10. Theb. 47. de lupis famelicis non valentibus in ovium stabula irrumpere:
Quod superest, duris adfringunt postibus ungues.
Pectoraque, & siccos minuunt in limine dentes. V. AFFRANGO.

A D G

ADGANDESTRIUS, (verba sunt Taciti lib. 2. Ann.) Chattorum princeps literas Romam ad Senatum & Tiberium misit, quibus mortem Arminii Germani, acerrimi Romanorum hostis, promittebat, si patrandæ neci venenum mitteretur. Cui responsum est, non fraude neque occultis, sed palam & armatum populum Romanum hostes suos ulcisci.
ADGĔMO, ui, [ἐπιστένω,] ere. Stat. 11. Theb. 247.
Flent mœsti retro comites, & uterque loquenti
Adgemit. Vide AGGEMO.
ADGNATI, V. AGNASCOR.
ADGREGO, V. AGGREGO.

A D H

ADHÆC, V. AD.
ADHÆREO, si, sum [ἔχομαι, κολλάομαι, προσίσχομαι, συμπρόσειμι] ēre. Idem quod Hærere: hoc est, Fixum manere, aut Arctissime insidere. Cæs. 5. Bell. Gall. 46. Hæc casu ad turrim adhæsit.
Adhærere lateri, hoc est, Admodum vicinum esse. Liv. 39. 22.
Adhæsit mihi ad infimum ventrem fames: Jocus est Plautinus in Stich. 1. 8. 83. pro eo quod est Vehementer esurio.
Ad omnem contactum adhærens bitumen. Plin. lib. 7. cap. 15.
Adhærere in re aliqua. Cic. 8. Fam. 7. Tela adhæserunt in me. Cic. pro Domo sua 63. In me omnia quæ ego quondam retuderam conjurationis nefaria tela adhæserunt. Translatio est.
Adhærere subter caudam. Cic. in Arat.
ADHÆRENS, Partic. Salvian. advers. Av. 2. p. 93. Vidua Deo adhærens. Et Claud. in Ruff. 1. 35.
Et luxus populator opum quem semper adhærens
Infelix humili gressu comitatur egestas.
ADHÆRESCO, [προσκολλάομαι] ĕre. Idem est quod Adhærere, & eodem modo construitur. Cic. 1. Off. 86. Omninoque justitiæ, honestatique adhærescet: metaphora est.
Adhærescere ad columnam. Cic. pro Sextio 18.
Ad saxum. Cic. 5. de Fin. Ut homines ad earum saxa discendi cupiditate adhærescerent.
In rem aliquam. Cic. pro Domo sua 13. Nonne providendum senatui fuit ne in hanc tantam materiam seditionis ista funesta fax adhæresceret?
In re aliqua, pro, alicui rei. Cato de R. R. cap. 152. Ne fæx in lateribus adhærescat. Cic. in Bruto.
In loco aliquo. Cic. 4. Att. 4. Ipse vero utique fac venias, si potes in his locis adhærescere.
Adhærescere, sine casu. Cic. 2. de Orat. 14. Argumentum enim ratio ipse confirmat, quæ simulatque emissa est, adhærescit.
Fastidiis. Cic 1. de Orat. 258.
ADHÆSIO, ōnis. f. [προσκόλλησις] Cic. 1. de Fin. 6. Copulationes & adhæsiones inter se.

ADHÆSUS, ûs. m. Idem quod Adhæsio. Lucret. lib. 3. 382.
Nam neque pulveris interdum sentimus adhæsum
Corpore. Idem lib. 6. 471. Nonius.
ADHÆSE, Adv. Gell. lib. 5. cap. 9. de Ægle Samio athleta, Per omne inde vitæ tempus non turbide neque adhæse locutus est: Id est, Non hæsitanter.
ADHÆRENTIA, æ. [πρόσεξις] Ipse adhærendi actus.
ADHALO, [προσεκπνέω] āre. Afflare. Plin. lib. 22. cap. 22. Nunc quidem si serpentis caverna juxta fuerit, si patescentes primo adhalaverit, capaci venenorum cognatione ad virus accipiendum.
ADHĀMO, āre. Obligare. Cic. 2. Acad. Qui enim serius honores adhamaverunt, vix admittuntur ad eos. Sic citat Nonius 2. 5. & afferit Scaliger in Cat. itemque Rutgersius Var. Lect. 3. 3. Sed Merceri Nonius habet, Adamaverunt, non Adhamaverunt. adde eidem notata p. 113. Ed. Paris. Item quæ ex Gebhardi Crepundiis notantur ad Quintil. 2. 5. p. 153. Burm. [Vespasiano adhamato, haud absurde legas apud Suet. Vesp. c. 22. pro Adamato.
ADHĬBEO, ui, ĭtum, [προσφέρω, προσάγω] ēre. Ex Ad, & Habeo. Adhibere ad. Cic. in Bruto 301. Celeriter ad majores causas adhiberi cœptus est. Id est, Advocari.
Ad deliberationes eas quas habebat domi de Republica, principes civitatis adhibebat. Cic. 1. Philipp. 2.
Ad alicujus officii magnitudinem adhiberi. Aurelius Arcadius. D. de offic. Præfect. Prætor.
Ad panem aliquid. Cic. 5. Tusc. 99. Persarum a Xenophonte victus exponitur, quos negat ad panem adhibere quicquam præter nasturtium. Id est, Adjungere.
Ad partus adhibetur Juno Lucina. Cic. 2. de Nat. Deor. 69. Id est, In partu mulierum invocatur.
Cœnæ aliquem, pro Admittere in cœnam, Penates. Quintil. lib. 11. cap. 2. Adhibitus ei cœnæ Simonides. Virg. 5. Æn. 62. Adhibere epulis.
Adhibere animum, pro Attendere, advertere. Cic. de Arusp. Resp. 20. Quare ne plura de re minime loquar dubia, adhibete animos: & mentes vestras, non solum aures, ad aruspicum vocem admovete.
Arbitrum. Cic. pro Muren. Huic ego, Judices, satisfacere cupio, vosque adhibere arbitros.
Artem, est Cuipiam rei artificium addere, vel Artificio uti in re aliqua. Cic. 1. Acad. Qui nulla re adhibita, de rebus ante oculos positis, vulgari sermone disputant. Liv. 4. Artem adhibitam ferunt a Patriciis.
Audaciam, Uti audacia. Cæs. 3. Bell. Civil. Illi adhibita audacia & virtute nacti Austrum naves solvunt.
Aures, pro Aures admovere. Hoc est, Attente audire. Cic. pro Archia. Cum res gestas, tum etiam studium atque aures adhibere posset.
Authoritatem ad. Hoc est, Uti authoritate ad aliquid agendum. Cic. de Amicit. Plurimum in amicitia amicorum bene suadentium valet authoritas: eaque adhibeatur ad monendum.
Auxilium. Cels. lib. 2. cap. 11. Idque auxilium ut minus vehemens, ita magis tutum, neque unquam periculosum est, etiamsi in medio febris impetu, etiamsi in cruditate adhibetur.
Blanditias. Ovid. 10. Met. 259.
Calcaria equo adhibere, idem quod Admovere, & addere, & subdere calcaria: & per metaphoram pro Stimulare, vel Instigare quempiam. contra, Frenos adhibere, est Retinere, reprimere, coercere. Cic. in Bruto 204. Ut Isocratem in acerrimo ingenio Theopompi, & lenissimo Ephori dixisse traditum est, alteri se calcaria adhibere, alteri frenos. Cautionem, Uti cautione. Cic. 1. Att. 16. Privatis rebus meis propter infirmitatem bonorum, iniquitatem malorum, odium in me improborum, adhibeam quandam cautionem & diligentiam.
Celeritatem. Cic. 11. Fam. 12. Opprimi potuisse, si celeritas adhibita esset, existimant.
Celeritatem in re aliqua. Cic. 10. Fam. 21. In quo si celeritas erit adhibita, Respublica in possessione victoriæ deletis sceleratis permanebit.
Cibum & potum. Cic. de Senect. Tantum cibi & potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur.
Collegium Prætorum, Evocare, denuntiare ut adsit. Cic. 3. Off. Quum collegium Prætorum Tribuniplebis adhibuissent, ut res nummaria de communi sententia constitueretur.
Conscientiam alicujus. Tacit. 12. Ann. 67. non procul a fine, Agrippina provisam jam sibi Xenophontis medici conscientiam adhibet. Hoc est, Conscium facit dandi Claudio veneni Xenophontem, & hac in re utitur ejus opera.
Consilium in suffragium. Cic. 3. de Legib. Descriptus populus censu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet in suffragium consilii, quam fuse in tribus convocatus.
Adhibere sibi aliquem, ad vel in consilium. Cic. 2. Off. Adhibuit sibi in consilium quindecim principes, cum quibus causas cognovit. Cæs. 7. Bell. Gall. Neque hos habendos civium loco, neque ad consilium adhibendos censeo. Id est, In consilium admittendos.
In consilium se adhibere. Cic. 2. Fam. 6. Tecum loquere: te adhibe in consilium, te audi, tibi obtempera. Ac si diceret, Tuo ipsius utere consilio, non alieno.
Consolationem alicui. Cic. in Bruto 330. Tamen ea consolatione sustentor, quam tu, mi Brute, adhibuisti tuis suavissimis literis.
Consuetudinem. Cic. 4. Acad. At non videmus hoc usu venire, ut quos nunquam putassemus a nobis internosci posse, eos consuetudine adhibita tam facile internosceremus, uti minimum quidem similes viderentur. Id est, Ubi consuetudo accesserit.
Contentionem. Cic. 1. Q. frat. 1. Quia tanta adhibeatur & a nobis, & a Prætoribus contentio, ut rem posse confici non diffiderem.
Correctionem Cic. 3. Off. Quem nos correctione quadam adhibita potissimum secuti sumus.
Crudelitatem in aliquem. Cic. pro Domo sua. Sed quid ego vestram crudelitatem expromo, quam in ipsum me ac meos adhibuistis? Hoc est, Qua usi estis in me, Quam in me exercuistis.
Curationem adhibere, idem quod Uti curatione. Cic. 1. Off. 83. Gravioribus autem morbis periculosas curationes & ancipites adhibere coguntur. Sic. Cels. lib. 5. cap. 27.

Curam.

Curam. Cic. 2. Fam. 6. De ſacerdotio tuo quantam curam adhibuerim, cognoſces.

Curam & diligentiam. Cic. 4. Acad. Ut non mediocrem curam adhibeant & diligentiam. V. mox Diligentiam.

Delectum adhibere. Cic. in Orat. Interdum ex illis locis, aut levia quædam, aut cauſis aliena, aut non utilia gignuntur: quorum ab oratoris judicio delectus magnus adhibebitur.

Deos in auxilium. Ovid. 4. Faſt. 829.

Diligentiam. Cic. 5. Fam. 6. Adhibui diligentiam quotiescunque ſenatus fuit.

Diligentiam ad ſe conſervandum. Cic. 15. Fam. 2. Monui regem ut omnem diligentiam ad ſe conſervandum adhiberet.

Diligentiam in hoc. Cic. 16. Fam. 9. In hoc omnem diligentiam ſi adhibueris.

Diligentiam in ſe. Cic. 16. Fam. 6. Quantum me diligis, tantum adhibe in te diligentiæ.

Doctrinam, Addere doctrinam alicui. Cic. Q. fratr. Cujus natura talis eſt, ut etiam ſine doctrina videatur moderata eſſe potuiſſe. Ea autem adhibita doctrina eſt, quæ vel vitioſiſſimam naturam excolere poſſit. Idem in Bruto 44. Sed tum fere Pericles primus adhibuit doctrinam.

Dolorem. Cic. 4. Fam. 6. Et in me conſolando non mediocrem ipſe animi dolorem adhibuiſti.

Dolum, fraudem, calumniam. Cic. pro Domo ſua, Illud in primis, nequa calumnia, nequa fraus, nequis dolus adhibeatur.

Feſtinationem adhibere, Uti feſtinatione. Columel. lib. 11. cap. 2. Quo cautior villicus, ut jam dixi, vel abſtinere poſſit operibus, vel feſtinationem adhibere.

Fidem in amicorum periculis, Amicos in periculis fideliter adjuvare, Adeſſe amicis in periculo. Cic. pro Cluent. 118. Facile hoc Judices impetrabo, ut quam ipſe adhibere conſuevit in amicorum periculis fidem & diligentiam, tum vim animi, libertatemque dicendi, in hac mihi concedat.

Fletum in funeribus. Cic. 2. Tuſc. 55. Et hic nimirum eſt fletus, quem duodecim tabulæ in funeribus adhiberi vetuerunt.

Flores adhibet orator in cauſis. Cic. in Orat. 65.

Frictionem. Celſ. lib. 8. cap. 11. Tunc frictionem ei membro adhibere.

Gravitatem in dolore. Cic. 3. Q. fratr. 8. De virtute & gravitate Cæſaris, quam in ſummo dolore adhibuiſſet. Hoc eſt, Præſtitiſſet.

Ignes adhibere. Cic. 3. Tuſc. Lacerant, vexant, ſtimulos admovent, ignes adhibent, reſpirare non ſinunt. Metaphora eſt.

Judicium, Uti judicio in re aliqua. Cic. in Orat. 48. Judicium ergo adhibebit, nec inveniet ſolum quid dicat, ſed etiam expendet.

Laborem. Columel. lib. 3. cap. 9. Si laborem & curam velimus adhibere.

Laudatorem. Cic. lib. 2. de Fin. 67. Quæ nec teſtes ullos e claris viris, nec laudatores poterit adhibere.

Lectionem ad aliquid. Cic. 5. Fam. 20. Ad quas ego nihil adhibui præter lectionem. Id eſt, contuli.

Ludos. Cic. 2. de Fin. Jus & ſacculos abſtulerit, adhibentis ludos, & quæ ſequuntur illa: quibus detractis clamat Epicurus ſe neſcire quid ſit bonum.

Lumen, Dare lumen. Cic. 3. de Orat. 47. Ut oratio quæ lumen adhibere rebus debet, ea obſcuritatem & tenebras afferat.

Machinas. Cic. in Bruto 16. Itaque ad reliquos hic quoque labor mihi acceſſit, ut omnes adhibeam machinas ad tenendum adoleſcentem, ne famam ſubeam temeritatis. Hoc eſt, Utar omnibus artibus.

Magnificentiam & deſpicientiam rerum humanarum. Cic. 1. Off. Capeſſentibus autem Rempublicam nihil minus quam philoſophis, haud ſcio an magis etiam & magnificentia & deſpicientia adhibenda ſit rerum humanarum quam ſæpe dico, & tranquillitas animi atque ſecuritas.

Magnitudinem animi. Cic. 1. Off. Et magnitudo animi eſt adhibenda, & vacuitas ab angoribus.

Manus genibus. Ovid. 9. Met. 216.

Manus medicas ad vulnera. Virg. 3. Georg. 456.

Dum medicas adhibere manus ad vulnera paſtor
Abnegat.

Manus pomis: id eſt, Admovere. Sen. OEth. 8.

Manus vectigalibus. Cic. contra Legem Agr. 46. Adhibeant manus vectigalibus veſtris, irrumpant in ærarium.

Medicum. Cic. de Fato 29. Sive tu medicum adhibueris, ſive non adhibueris, convaleſces.

Medicinam. Cic. 16. Att. Sed deſperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam. Id eſt, Uti medicina circa eos quorum ſalus deſperata eſt.

Memoriam. Cic. 2. de Orat. Ut his rebus adhibeat tanquam lumen aliquod, memoriam, ut vocem, ut vires.

Miſericordiam. Id eſt, Præſtare ſe in re aliqua miſericordem. Cic. pro Rabir. 5. Adhibeatis in hominis fortunis miſericordiam, in Reipub. ſalute ſapientiam.

Miſerationem. Cic. in Bruto.

Moderationem. Cic. 2. de Orat. Hæc igitur adhibenda eſt primum in jocando moderatio, &c.

Moderationem dicendi adhibere. Cic. de Lege Agr.

Modum, Uti moderatione, Servare mediocritatem, quod & Servare modum, & Tenere modum dicitur. Cic. 5. Tuſc. Plena vita exemplorum eſt: ſed adhibeat oratio modum, & redeat illuc unde deflexit. Idem pro Cluent. In quo non modus eſt adhibitus, non mos, conſuetudoque ſervata.

Motus judici. Cic. 2. de Orat. 189. Niſi omnes ii motus, quos orator adhibere volet judici, in ipſo oratore impreſſi eſſe atque inuſti videbuntur.

Munditiem. Cic. de Off. Adhibenda eſt præterea mundities.

Neceſſitatem adhibere. Cic. 4. Acad. Nullam adhibent perſuadendi neceſſitatem.

Negligentiam. Ulpian. in l. ſi ambo. D. De compenſat. Si ambo ſocii parem negligentiam ſocietati adhibuimus.

Nervos. Cic. 16. Att. 18. Si tu nervulos tuos mihi ſæpe cognitos, ſuavitatemque qua nemo tibi par eſt, adhibueris.

Numerus jambicus adhibetur in fabulis. Cic. in Orat. 111.

Officium adhibere. Cic. 13. Fam. 6. Itaque hoc ejus officium quod adhibetur erga illos, ego mea facultate, & gratia ſoleo, quantum poſſum, adjuvare.

Orationem ad aliquem. Cic. 4. Acad. 32. Interdum enim quum adhibemus ad eos orationem hujusmodi. Id eſt, Quum apud eos tali utimur oratione.

Odores ad deos. Cic. 1. de Nat. Deor. 113. Quos odores adhibebis ad deos, ut eos perfundas voluptatibus?

Odorem rebus. Hoc eſt, Dare, tribuere. Lucret. lib. 2. 854.

Ordinem. Ulp. in l. Quia. §. 1. D. Si quis omiſſa cauſſ. teſt.

Ornamenta ad rem aliquam. Cic. in Orat. Ad has tot, tantasque res adhibenda ſunt ornamenta innumerabilia.

Parſimoniam adhibere, Uti parſimonia, ſervare frugalitatem. Plaut. Moſtel. 1. 3. 78. —noctes, diesque eſtur,

Bibitur: neque quisquam parſimoniam adhibet.

Patronum. Cic. 3. de Orat. 46. Quum difficilius intelligatur quid patronus velit dicere, quam ſi ipſe ille qui patronum adhibet, de re ſua diceret.

Pietatem, Præſtare pietatem, Pium ſeſe præſtare. Cic. 2. de Legib. Ad divos adeunto caſte, pietatem adhibento, opes amovento.

Plagas. Celſ. lib. 3. cap. 18. Quorundam vani metus levandi ſunt, ſicut in homine prædivite famem timente incidit, cui ſubinde falſæ hæreditates nuntiabantur: quorundam audacia coercenda eſt, ſicut in his fit, in quibus continendis plagæ quoque adhibentur. Loquitur de inſanientibus.

Pompam in dicendo. V. POMPA.

Præparationem in rebus agendis. Cic. 1. Off.

Preces diis. Cic. 1. de Nat. Deor. 3. Quid eſt quod ullos diis immortalibus cultus, honores, preces adhibeamus?

Prudentiam ad omnes res. Cic. 12. Att. 4. Cura, obſecro, ut valeas: eamque quam ad omnes res adhibes, in primis ad convaleſcendum adhibe prudentiam.

Querelas adhibere. Tibul. lib. 3. 4. 75.

Rationem. Cic. in Bruto. Cæſar autem rationem adhibens, conſuetudinem vitioſam & corruptam, pura & incorrupta conſuetudine emendabat.

Adhibe te ad veram rationem: ſubaud. Intelligendam. Lucret. lib. 1. 46.

Religionem. Cic. in Bruto. Vide ne religio nobis tam adhibenda ſit, quam ſi teſtimonium diceremus.

Remedium. Cic. ad Octav. 1. Nulla remedia quæ vulneribus adhibentur, tam faciunt dolorem, quam quæ ſunt ſalutaria.

Reverentiam adverſus homines. Cic. 1. Off. Adhibenda eſt igitur quædam reverentia adverſus homines, & optimi cujusque, & reliquorum. Id eſt, Servanda eſt erga homines reverentia, ſeu verecundia.

Sævitiam in aliquem. Cic. 2. Off. Sed iis qui vi oppreſſos imperio coercent, ſit ſane adhibenda ſævitia: ut heris in famulos, ſi aliter teneri non poſſunt.

Se Sic, &c. Cic. 1. Q. fratr. 1. Permagni hominis eſt, ſic ſe adhibere in tanta poteſtate, ut nulla alia poteſtas ab iis quibus præſit, deſideretur. Id eſt, Sic ſe gerere.

Sermonem. Cic. de Amicit. 98. His fictus ad eorum voluptatem ſermo quum adhibetur, orationem illam vanam, teſtimonium eſſe laudum ſuarum putant.

Sermonem in poculo. Cic. de Senect. 47. Et is ſermo qui more majorum a ſummo magiſtro adhibetur in poculo. forte Populo. [Inepte. V. loc. & VV. DD. not.

Severitatem in filio, Uti ſeveritate in filium. Cic. 1. de Fin. 24. Quum illam ſeveritatem in eo filio adhibuit, quem in adoptionem D. Silano emancipaverat, ut eum Macedonum legatis accuſantibus, quod pecunias Prætorem in provincia cepiſſe arguerent, cauſam apud ſe dicere juberet.

Hos caſtris adhibe ſocios, & fœdera junge. Virg. 8. Æn. 56.

Solatia, Conſolari, vel Uti verbis ad conſolandum accommodatis. Plin. Epiſt. 12.

Solertiam. Cæſ. 2. Bell. Civil. 8. Ut eſt rerum omnium magiſter uſus, hominum adhibita ſolertia, inventum eſt, magno eſſe uſui poſſe, &c. i. e. accedente, conjuncta cum uſu.

Speciem in dicendo. Cic. 2. de Orat. 294. Sed adhibere quandam in dicendo ſpeciem atque pompam, & pugnæ ſimilem fugam. i. e. Oſtentatione quadam uti.

Stimulos. Lucret. lib. 3. 1032.

Studium ad aliquid, Ponere ſtudium in ea re. Cic. in Bruto 151.

Non facile quem dixerim plus ſtudii, quam illum, & ad dicendum, & ad omnes bonarum rerum diſciplinas adhibuiſſe.

Supplicium. Cic. 11. Philipp. Neque Antonius ullius ſupplicii adhibendi, ſi poteſtatem habeat, ullam partem eſt relicturus.

Tempus adhibere, Ponere tempus in re aliqua. Cic. 1. Off. Adhibebit ad conſiderandas res & tempus & diligentiam.

Teſtes, quod vulgo dicitur, Capere teſtes. Ter. Phorm. 4. 5. 2. Hoc temere nunquam amittam ego a me, quin mihi teſtes adhibeam. Cui dem: & quamobrem dem, commemorabo. Cic. de Fin. lib. 2. 67.

Teſtem deum. Cic. 3. Off. 44. Quum vero jurato ſententia dicenda ſit, meminerit deum ſe adhibere teſtem. In aliis exemplaribus legitur, Habere teſtem.

Titulum humatis. Liv. 6. Bell. Pun. Eos uno tumulo contegerent, adhiberentque humatis titulum, HIC SITI SUNT ACARNANES. pro Adderent.

Tormentum. Cic. 3. Off. Sed tanquam tormenta quædam adhibemus. Hoc eſt, quaſi Machinas bellicas admovemus, aut fortaſſe de Tormentis intelligit, quæ ad veritatem extorquendam adhibentur.

Tympanum. Plaut. Pœnul. 5. 5. 38. Cur non adhibuiſti, dum hæc loquereris tympanum? Cur (inquit) hæc non dixiſti ad ſonum tympani? cur altiori voce non inclamaſti?

Vanitatem orationis. Cic. 3. Off. 58. Qui orationis vanitatem adhibuerunt. Id eſt, Vana uſi ſunt oratione.

Victus genus certum adhibere. Celſ. Genusque victus adhibendum eſt, quo carnem ali docui.

Vim, eſt Vim afferre, ſive Cogere. Cic. 3. Off. Quaſi verò forti viro vis poſſit adhiberi. Hoc eſt, Afferri, vel inferri, ac ſi diceret, Virum fortem cogi non poſſe: ut qui nihil non ſponte faciat.

Vim veritati. Cic. pro Quintio.

Vires in re aliqua, Vires ad eam rem accommodare, adjungere, applicare, quod eſt Adniti. Quintil. lib. 5. Plurimum adhibere virium in ſtudio literarum.

Virtutem. V. ſupra Gravitatem adhibere.

Uſum. Cic. Studio adhibito & uſu.

Vocem. V. ſupra Memoriam adhibere.

Vincula alicui. Ovid. 3. Faſt. 293.

Nec ſine vi tradent: adhibe tu vincula captis.

Vinum ægrotis. Id eſt, Dare. Cic. 3. de Nat. Deor. 69. Ut vinum ægrotis quia prodeſt raro, nocet ſæpiſſime, melius eſt non adhibere omnino, quam ſpe dubiæ ſalutis in apertam perniciem incurrere.

Vultum aliquo. Id eſt, Convertere. Ovid. 2. Amor. 13. 15.

Huc adhibe vultus, & in una parce duobus:
Nam vitam dominæ tu dabis, illa mihi. Hoc eſt, Huc oculos adverte, meas preces auditura.

ADHIBĬTUS, Partic. ut Adhibito Interprete. Curt. 8. 12. 9. & 10. 3. 6. conf. 7. 11. 6. Suet. Calig. 2. Nullo adhibito modo.

ADHIBITIO, ōnis. f. Marcel. Emp. cap. 15. Adhibitio cucurbitarum.

ADHINNIO, īvi, ītum, [προσχρεμετίζω] īre. ex Ad, & Hinnio; Equorum eſt, qui equabus adhinniunt, Id eſt, Ad eas hinniunt, videlicet coitum appetentes: quin & equæ viciſſim interdum equis adhinniunt. Plin. lib. 35. cap. 10. Nanque ambitu æmulos prævalere ſentiens, ſingulorum picturas inductis equis oſtendit. Apellis tantum equo adhinnivere. Ovid. lib. 1. de Arte Am. 280.

Fœmina cornipedi ſemper adhinnit equo.

Idem 2. de Rem. Amor. 634.

Fortis equus viſæ ſemper adhinnit equæ.

Adhinnire ad orationem alicujus, per translationem dictum. Cic. in Piſon. 69. Itaque admiſſarius iſte, ſimulatque audivit a Philoſopho voluptatem tantopere laudari, nihil expiſcatus eſt: ſic ſuos ſenſus voluptarios omnes incitavit, ſic ad illius hanc orationem adhinniit, ut non magiſtrum virtutis, ſed authorem libidinis a ſe illum inventum arbitraretur. Hoc eſt, Ea re audita ita exarſit in voluptatem, ut, &c.

ADHOC. V. AD.

ADHORRESCO, adhorrui. [ἐπιφρίττω] Ovid. ad Liviam 221.

Ipſe pater flavis Tyberinus adhorruit undis. Hoc eſt, Valde vehementerque horruit. Vel Ad peditum & equitum clamorem horruit. Vel, Exterritus eſt ad clamorem & planctum funebrem. al. Inhorruit.

ADHORTOR, [ἐγκελεύω, παρακαλέω, προτρέπω] āri. Idem ſignificat quod Hortari. Ter. Heaut. 1. 1. 8.

Quod mihi videre præter ætatem tuam
Facere, & præter quam res te adhortatur tua.

Adhortor ad rem aliquam. Cic. Ut ad defendendam Rempub. te adhortarer. Idem 1. Off. Maxime ne poſſet aliquando ad bellum faciendum locus ipſe adhortari. Id eſt, Admonere, aut Incitare.

Adhortari ſeſe. Catul. 58. Epig. de Berecynthia & Aty,

Ferus ſeſe ipſe adhortatus, rapidum incitat animum. Id eſt, Leo ſeſe ad iram acuens. Sed V. Iſ. Voſſ.

ADHORTATIO, ōnis. f. [ἐγκέλευσμα] Ipſe actus adhortandi. Id eſt, Hortatio Cic. 2. de Orat. 11. Omiſſa noſtra adhortatione, ad eorum quos propoſuimus, ſermonem, diſputationemque veniamus.

ADHORTATUS, ûs. m. Idem. Apul. Apol. p. 228. Meo adhortatu.

ADHORTĀMEN, ĭnis. n. Idem. Apul. 4. Flor. Non multa mihi apud vos adhortamina ſuppetunt.

ADHORTĀTOR, [ἐγκελευστὴς] Qui adhortatur. Liv. 7. Utrum qui audiendus duntaxat magnificus adhortator ſit, verbis tantum ferox, operum militarium expers: an qui, &c.

ADHUC, [μέχρι τούτου, προσέτι, ἔτι] Adv. temporis, idem ſignificat quod Uſque adhuc, hactenus, ad hoc tempus. Compoſitum eſt autem ex Ad (quod tam in compoſitione quam appoſitione quandoque ſignificat Uſque) & adverbio Huc: quaſi tu dicas Uſque huc, vel Hucuſque, id eſt, Uſque ad hoc. Plaut. Trucul. 4. 3. 20. Conveniunt adhuc utriusque verba. Cic. 7. Att. 12. Unam adhuc a te epiſtolam acceperam. Et 6. Fam. 14. Ego tamen Cæſari pro te, ſicut adhuc feci, ſupplicabo.

Adhuc, pro Etiam, vel Præterea. Quintil. Eſt adhuc alia in reſpondendo figura. Cic. in Lælio 32. Ortum quidem amicitiæ videtis, niſi quid adhuc forte vultis.

Adhuc, Continuationem temporis denotat, quod Gallica lingua dicimus *Encore.* Ter. Phorm. 3. 1. 15. Adhuc tranquilla res eſt. Plaut. Pſeud. 4. 7. 77. —tun' hodie

Ex Sicyone huc perveniſti? H. alto adhuc meridie.

Ovid. 16. Epiſt. 263. —Adhuc tua meſſis in herba eſt.

Adhuc locorum, pro Adhuc, nam (locorum) ornatus cauſa tantum ponitur, eadem figura qua dicimus Ubique locorum, & Nuſquam gentium. Plaut. Capt. 2. 3. 25. Ut adhuc locorum feci, faciam ſedulo. conf. Ad id locor. in AD.

A D I

ADIABARÆ, Æthiopiæ populi ſunt. Plin. lib. 6. cap. 30. Deinde contra Meroen Megabari, quos aliqui Adiabaras nominavere.

ADIABENA, vel ADIABENE, Regio orientalis prope Babyloniam, ut author eſt Strabo lib. 16. Plin. lib. 5. cap. 12. Adiabene, Aſſyria ante dicta. Stephanus oſtendit mediam fuiſſe inter Euphratem & Tigrim. Unde & Meſene ſit dicta. Volater. ſic dictam putat ἀπὸ τοῦ μὴ διαβαίνειν, id eſt, a non permeando, quod ibi Euphrates ſit minime vado permeabilis. Quidam hinc vocabulum inditum putant Adiabene, quod ob frequentiam occurrentium fluminum tranſiri facile non poſſit. Sed verius Ammianus a Diaba fl. dictam contendit. V. Cellar.

ADIABENICUS, Adj. Frequens in Cognominibus Imperatoris Severi, de quo Sextus Rufus cap. 21. Huic cognomina ex victoriis quæſita ſunt; nam Parthicus, Adiabenicus & Arabicus eſt cognominatus. adde Inſcript. Gruteri p. 1. 11. & 22. &c.

ADJACEO, ui, [παράκειμαι] ēre. Juxta vel prope jacere. Liv. 2. 49. Thuſcus ager Romano adjacet.

Adjacens inſula dicitur, quæ eſt Prope ædes, non tamen conjuncta contextui ædificiorum. l. 15. §. 14. D. de damno infecto. Item quid dicemus ſi inſula adjacens domui vitium faciat?

ADIANOĒTA, [ἀδιανόητα] ſunt, Quæ verbis aperta, occultos ſenſus habent: Myſtica. Author Quintil. lib. 8. cap. 2.

ADIANTUM, i. n. [ἀδίαντον] Herba, dicta ab α & διαίνω, quod folium ejus aqua perfuſum non madefiat, ſicco ſemper ſimile. Vulgo Capillus Veneris dicitur. Sic enim vertit Theodorus. Plin. 22. 21: 27. 13. & 28. 11. Apul. de Herb. cap. 47. 51. & 97. Matthiolus eandem cum Paronychia relinquit.

ADIAPHORIA, Qualitas rerum, per quam indifferentes habentur. Item in neutram partem Inclinatio. Cic. 4. Acad. Ariſtoni ſummum bonum eſt, in his rebus neutram in partem moveri, quæ Adiaphoria ab ipſo dicitur.

ADIAPHORON, Cic. vertit Indifferens. lib. 3. de Fin. 16. A Græcis tum ἀδιάφορα, tum μέσα vocantur, quæ in medio ſunt Gell. 2. 7.

ADIATORIX, [Ἀδιάτοριξ] Meneclii cujuſdam Galatiæ Tetrarchæ filius fuit, qui cum apud Heracleam Ponticam, coloniam Romanorum eo miſſam, nocte una juſſu Antonii jugulaſſet, paulo poſt in prælio Actiaco captus, & in triumpho circumductus, una cum filio jugulatus eſt. Strab. lib. 12. duob. locc.

ADIATREPSIA, æ. f. [ἀδιατρεψία] Impudentia, Pertinacia animi rigidioris. Nihil magis in natura ſua laudare ſe, ac probare, quam adiatrepſiam, dicebat Caligula apud Suet. cap. 29.

ADIDES, Teli genus eſſe putat Sipontinus, citatque locum Virg. 7. Æn. 730.

—teretes ſunt adides illis
Tela, &c. Sed ibi Aclides legendum. V. ACLIS.

ADJECTIO, ADJECTIVUS, ADJECTUS, ûs. V. ADJICIO.

ADĬGO, ēgi, actum, [ἐπάγω, ἀναγκάζω, βιάζομαι] ere. Vi impellere, ſicut Feriendo adigimus cuneum. Plin. lib. 16. cap. 10. In ipſam arborem clavus ferreus adigatur. Idem lib. 17. cap. 17. Si vaſtiore ramo pali modo exacuto adigatur alte, exiguo ſuper terram relicto capite

Adigas, id eſt, Dare cogas. Feſtus. [Locus corruptus & varie tentatus. Veriſimilis conjectura Scalig. Adire cogas.

Adigere, Uſque ad aliquid agere, ſive jacere. Cæſar. 3. Bell. Civil. 51. Pompejus tumulum quendam occupavit, qui tantum aberat a noſtro caſtello, ut telum tormentumve miſſum adigi non poſſet. [Caſtigati Codd. exhibent *Adjici*, idque Cæſari admodum familiare. V. in ADJICIO.

Adigere naves. Hoc eſt, Agere, admovere. Tacit. 2. Ann. 7.

Vulnus. Tacit. 6. Ann. 35. V. mox ADACTUS.

Enſem in pectus. Ovid. 5. Met. 70. Et in media præcordia. Sil. lib. 7.

Aliquem ad umbras infernas. Virg. 4. Æn. 24. &c.

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiſcat,
Vel pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
Pallentes umbras Erebi, noctemque profundam,
Ante, pudor, quam te violem, aut tua jura reſolvam.

Adigo, cum infinitivo. Virg. 6. Æn. 695.

—tua me genitor, tua triſtis imago
Sæpius occurrens, hæc limina tendere adegit. Id eſt, Huc venire me impulit, coegit.

Adigere, per metaphoram, Concitare, Impellere. Ter. Adel. 1. 2. 31.

Tu homo adiges me ad inſaniam. Idem Eun. 2. 1. 13. Noctu te adigent horſum inſomnia. [Ridicule quaſi de ſomnambulone. Forte Adiget. Quod opportune video codd. MSS. auctoritate & Cl. Bentleji judicio comprobari.

Adigere arbitrium: vel, Adigere arbitrum, locutiones ſunt a veteribus uſitatæ, pro Agere ad arbitrium, pro, agere in, vel ad Judicium. Cic. pro Roſc. Com. 25. Quæ cum ita ſint, cur non arbitrium pro ſocio adegeris Q. Roſcium, quæro. Idem 3. Off. 66. Itaque Calpurnius cum demolitus eſſet, cognoviſſetque Clodium ædes poſtea proſcripſiſſe, quam eſſet ab Augurib. demoliri juſſus, Arbitrum illum adegit, Quicquid ſibi Dare facere oporteret ex fide bona. V. not. VV. DD. ad loc. utrumq.

Adigere ſacramento, vel jurejurando, ſive ad jusjurandum, dicitur Is qui conceptis verbis alium jurare cogit. Ex Budæo. Cæſ. 7. Bell. Gall. 67. Probata re, atque omnibus ad jusjurandum adactis. Liv. 4. Bell. Pun. Citatoſque ſingulos jurejurando adigam.

Sacramento alicujus adigere legiones. Tacit. 1. Hiſt. 37.

Adigere jusjurandum, ſine præpoſitione. Liv. 5. Decad. lib. 3. Ita jusjurandum adigebant. Loquendi genus eſt non improbandum. nam apud veteres in verbis compoſitis non ſolebat præpoſitio repeti. Sic Hor. 1. Epiſt. 18. 16. Propugnare nugis dixit. [Niſi diſtinguendum, *Propugnat, nugis armatus,* quicquid & Lambino videtur.

Adigere in verba, Cogere quempiam ut in noſtra verba juret. Cæſ. 2. Bell. Civil. 18. Provinciam omnem in ſua & Pompeji verba per jusjurandum adigebat.

Adigi jurejurando in verba principis, eſt quod nunc dicitur, Præſtare juramentum fidelitatis. Ex Budæo. V. JURARE. & infra ADIGENS.

Adigere, pro Agere; ut Adigere oves. Plaut. Bacch. 5. 2. 3.

Adaxint. Id eſt, Adegerint. Feſt. Pomp. Quo de V. ſupra ADASSO.

ADACTUS, Partic. ab Adigo, [ἐπαχθεὶς, βιασθεὶς] Vi impulſus. Plin. lib. 16. cap. 40.

Adactus, Infixus, Nonio. Virg. 9. Æn. 431.

—ſed viribus enſis adactus
Tranſadigit coſtas.

Adactus cum dativo. Plin. lib. 25. cap. 2. Dixit Democritus, credidit Theophraſtus, eſſe herbam, cujus contactu illatæ ab alite quam retulimus, exiliret cuneus a paſtoribus arbori adactus.

Adactus cum accuſativo, præpoſitione intercedente. Propert. lib. 3. Eleg. 22. In faciem proræ pinus adacta novæ.

Adactus jugo, legibus. Stat. 7. Theb. 512.

—limes mihi carminis eſto
OEdipodæ confuſa domus: quando Itala nondum
Signa, nec Arctoos auſim ſperare triumphos,
Bisque jugo Rhenum, bis adactum legibus Iſtrum. Rhenum & Iſtrum dicit, pro Rheni & Iſtri accolis.

Adacta intus vis mortis. Lucret. lib. 3. 172.

Pœnarum grave ſit ſolvendi tempus adactum. Lucret. lib. 5. 1224.

Vulnus alte. Virg. 10. Æn. 850. Id eſt, Profunde impreſſum.

ADACTIO, [βιασμὸς] ab Adigo, Ipſe actus adigendi. Liv. 22. 38. A tribunis ad legitimam jurisjurandi adactionem translatum.

ADACTUS, ûs. m. Idem. Lucret. lib. 5. 1329.
— feros exibant dentis adactus.

ADIGENS, entis. Tacit. 4. Hist. 31. 3. Adigente Hordeonio Flacco dixit sacramentum.

ADJĬCIO, ēci, ectum, [ἐπιτίθημι, ἐπιβάλλω, προσβάλλω] ĕre. ex Ad.& Jacio; proprie est Jacere ad: ut Adjicere tela. Cæs. 3. Bell. Gall. 14. Ut neque ex inferiore loco satis commode tela adjici possent, & missa a Gallis gravius acciderent.

Adjicere telum, est Plus quam Jacere: nempe ita acere, ut ad eum locum, quem jaculator petit, perveniat. Cæs. 2. Bell. Gall. 21. Et quia non longius hostes aberant, quam quo telum adjici posset, prælii committendi signum dedit. Idem lib. 4. Atque ita montibus angustis mare continebatur, ut ex locis superioribus telum in litus adjici posset. Lambin.

Adjicere intus, pro Injicere, immittere, infundere. Corn. Cels. lib. 7. cap. 27. Idemque humor clystere intus adjicietur. [Lindenius edidit, Adigetur.

Adjicere, pro Jacere. Columel. lib. 12. cap. 16. In lixiviæ sextarios decem salis tres cyathos adjiciat. Potest hic pro Addat accipi.

Adjicere, pro Addere. Liv. 2. Adjiciebat huic muneri agri aliquantum. Cic. de Petit. Consul. Non ut aliquid ex iis novi adjicerem.

Adjicere doctrinæ gloriam ad laudem belli. Cic. 1. Off. 116. Quod idem fecit Timotheus Cononis filius: qui quum belli laude non inferior fuisset quam pater, ad eam laudem, doctrinæ & ingenii gloriam adjecit.

Adjicere ex abundanti. Quintil. lib. 5. cap. 6. Vitiose adjicere. Idem lib. 1. cap. 13.

Adjicere animum rei vel ad rem, pro Animum appellere, adjungere, applicare. Ter. Eun. 1. 2. 63. Quantum suspicor, ad virginem animum adjecit.

Animum consilio, & ad consilium. Liv. 8. Bell. Pun. Idem lib. 5.

Authoritatem. Plin. Epist. 20. Quin etiam voluminibus ipsis authoritatem quandam & pulchritudinem adjicit magnitudo.

Calculum. Plin. 1. Epist. 2. Si modo tu fortasse errori nostro album calculum adjeceris. V. CALCULUS.

Celeritati. Cels. lib. 7. cap. 4. Adjicitur celeritati, sicut tormento quoque, si & linum, & id quod ex penicillo est, aliquo medicamento illinitur ex his, quibus callum exedi posui. Id est, Id celerius fit, sed majori dolore. Et cap. 21. ejusdem libri.

Clamorem. Tacit. in Vita Agricolæ.

Disciplinæ aliquid. Cels. in procem. lib. 7. Ac Romæ quoque non mediocres professores, maximeque nuper Tryphon pater, & Euelpistus, & (ut ex scriptis ejus intelligi potest) horum eruditissimus Meges, quibusdam in melius mutatis, aliquantum ei disciplinæ adjecerunt.

Expectationem. Quintil. in procem. lib. 4.

Febres adjicit. Id est, Addit. Corn. Cels. lib. 2. cap. 1. At æstas non quidem vacat plerisque ab his morbis, sed adjicit febres, vel continuas, vel ardentes, vel tertianas.

Malo multum. Cels. lib. 3. cap. 11. Hæc enim paulo ante data multum malo adjicit.

Modum. Hoc est, Adhibere. Tacit. 3. Ann. 6.

Oculos in aliquem, quod proprie Conjicere oculos dicimus. Plaut. Asin. 4. 1. 24.

Oculos alicui rei, vel in aliquam rem, est Cupiditate rei visæ teneri. Cic. 4. Verr. Partim plane videbant adjectum esse oculum hæreditati.

Adjicere oculorum imprudentiam aliquo, Aliquid intueri non dedita opera & ex industria, sed per imprudentiam. Cic. lib. 2. de Legib. 36. Qua licentia Romæ data, quidnam egisset ille, qui in sacrificium cogitatam libidinem intulit, quo ne imprudentiam quidem oculorum adjici fas fuit?

Stimulos Jovi frementi, Jovem jam iratum magis accendere. Ovid. 1. Met. 245.

Vires. Liv. 4.

Virus in angues. Ovid. 3. de Art. Am. 8.
Dixerit e multis aliquis, cur virus in angues
Adjicis? & rabidæ tradis ovile lupæ?
Proverbia sunt.

Adjicere aliquid cibo, est Addere: cui adversum Demere aliquid cibo. Cels. lib. 4. cap. 2.

Aliquid potioni adjicere, est Aliquanto largius bibere. Cels. lib. 1. cap. 3.

Adjicere, pro Consentire. Virg. 19. Æn. 182.
Tercentum adjiciunt, mens omnibus una sequendi. Ubi Serv. Adjiciunt, accedunt, & consentiunt ejus voluntati. Unde ait, Mens omnibus una sequendi. Id est, Conjurati sunt. Hæc ille. Cæterum videtur esse sermo ellipticus: ut sit, Adjiciunt illi animum, aut studium, aut voluntatem, aut se. [Imo refertur ad v. seq.
Qui Cærete domo, qui sunt Minionis in arvis.
Illa vero: Mens omnib. u. s. Parenthesi includi debent.

ADĬCIO, ĕre. Verbum Jurisconsultis usitatum, pro Adjicere. Paul. in l. Necesse. D. de in diem addict. Necesse autem habebit venditor meliore conditione allata, priorem emptorem certiorem facere. ut siquid aliud adicit, ipse quoque adicere possit. V. Ant. August. lib. 2. Emend. cap. 3. Ita quoque Poetæ aliquando Adicere dicunt pro Adjicere. Sic Martial. lib. 4. 54.
Nil adicit penso Lachesis.

ADJICIALES Cœnæ & Adipales, Sacerdotum vocabantur. Plin. lib. 10. cap. 20. conf. 29. 4. Varr. de R. R. lib. 3. cap. 6. ubi de pavonibus, Primus hos Q. Hortensius augurali adjiciali cœna posuisse dicitur. Dicitur autem Adjicialis cœna, quod in ea Multa extra ordinem, ultraque justa fercula adjiciuntur. Eadem & Pontificialis dicta, teste Macrob. 3. Saturn. cap. 13. Hæc ex Hermolai in Plinium sententia. Argute I. Lipsius de Magn. Rom. 4. 9. Aditiales scribendum contendit, sic dictas, quod in Aditu honoris dari solitæ. Ita & in scriptis & editis Plin. 10. 20: 1. 23. & 29. 4: 1. 1. 4. conf. ADIPALIS.

ADJECTUS, Partic. [ἐπιβεβλημένος] V. in verbo Plin. lib. 18. cap. 3. M. quidem Curii post triumphos immensumque terrarum adjectum imperio, nota concio est, perniciosum intelligi civem, cui septem jugera non essent satis.

Adjecta ignominia post mortem. Quintil. lib. 3. cap. 7.

ADJECTAMENTUM, i. n. Idem quod Adjectio. l. 242. Dig. de verb. sign. Artemon magis adjectamento, quam pars navis est.

ADJECTIO, onis. f. [προσβολή] Verbale. Vitruv. l. 9. c. 9. Sin autem cuneorum adjectionibus & detractionibus correptiones dierum aut crescentiæ non probabuntur, &c.

Adjectio, Jurisconsultis dicitur Melior allata condtio in pretio, quæ in addictionibus, & auctionibus plerunque locum habet. Adjectionis autem & Addictionis (quæ verba non parum frequenter in quibusdam libris inepte confunduntur) ea est differentia, ut cum in diem addictio ita fiat, ille fundus esto tibi emptus centum, nisi siquis intra illum diem meliorem conditionem attulerit: siqui adjectionem ad pretium fecerit, & id rei domino placuerit, addicet ei rem: si nemo adjecerit, illi in diem emptori addictio facta consistit. Idem in auctionibus. Ulp. in l. Ubi autem. §. Idem Julianus. D. de in diem addict. Idem Julianus libro quintodecimo quærit, si res in diem addicta interciderit, vel ancilla decesserit: an partus vel fructus ejus nomine adjectio admitti possit? & negat admittendam adjectionem: quia alterius rei, quam ejus quæ distracta est, non solet adjectio admitti. Quo loco si Addictio scriberetur, ut quidam volunt, neptus Ulpianus foret. V. Ant. August. lib. 2. Emend. cap. 3. ex quo hæc descripsimus.

Adjectiones Justinianus §. ult. de Success. libert. accipere videtur pro Modis civitatem Romanam & jus familiæ assequendi. Alciat. 17. lib. 1. parerg.

Adjectiones familiarum. Tacit Emeritensibus familiarum adjectiones. Sic autem dicebantur, quia certus in coloniis erat familiarum numerus, cui injussu Senatus adjicere non licebat. Quem in sensum esse Taciti verba accipienda, ostendit Livius sic scribens, Postulantibus a Senatu Aquilejensium legatis, ut numerum colonorum augeret, M. & D. familiæ ex S.C. scriptæ. Sic etiam Adjectio locorum in quadam Inscriptione legitur. Tribus XXXV. quod liberalitate optimi principis commoda earum locorum adjectione ampliata sunt. Ex Turneb.

ADJECTUS, ûs. [ἐπίβλημα] Idem quod Adjectio. Vitruv. lib. 9. cap. 9. Cuneorum adjectus, aut exemptus in singulis diebus aut mensibus

Adjectus, pro Jactu, appulsu, conjectu, qui ad id pervenit quo contendit. nam Adjicere telum, est Plus quam Jacere. Lucret. lib. 1. 689.
— neque sunt igni simulata: neque ullæ
Præterea rei, quæ corpora mittere possit
Sensibus: & nostros adjectu tangere tactus. Lambinus.

ADJECTĪVUS, a, um. [ἐπίθετος] denominat. a participio Adjectus, Nomen est fictum a Grammaticis. ut quum dicunt, Adjectivum nomen. Prisc. lib. 2. Adjectiva nomina ideo vocantur, quod aliis appellativis, quæ substantiam significant, vel etiam propriis adjici solent, ad manifestandum eorum qualitatem vel quantitatem, quæ augeri vel minui sine substantiæ consumptione possunt, ut Bonum animal, Magnus homo. Macrob. Saturn. 1. 4. Adjectivum Græci ἐπίθετον vocant. Eodem vocab. & Latini utuntur. V. s. l.

ADJECTO, āre. frequent. Apic. 8. 2. Adjectare caryotam, uvam passam & oleum.

ADILISIUS, [Ἀδλίσιος] Mons est Bœotiæ, de quo Plin. lib. 4. cap. 7.

ADIMANTUS, [Ἀδείμαντος] Nomen viri Atheniensis, fratris Platonis. Laert. lib. 3.

Fuit etiam hoc nomine Corinthiorum dux, qui cum Themistocli exilium objiceret, Num putas, respondit Themistocles, exulem quempiam esse, qui ducentas habeat triremes? Suidas.

ADĬMO, ēmi, emptum, [περιαιρέω, ἀφαιρέω] ĕre. Auferre. ex Ad, & Emo: quod antiqui, ut ait Festus, Emere dicebant, pro Accipere. Ter. And. 4. 2. 14. Hanc, nisi mors mihi adimet nemo. Contrarium Addo. q. V.

Adimere aditum. Cic. 7. Verr. Illi aditum litoris Syracusanis ademerunt. Id est, Prohibuerunt a litore.

Ægritudinem. Ter. Heaut. 3. 1. 12.

Animum alicui. Plaut. Milit. 3. 1. 134.

Benevolentiam, charitatem, nomen soceri adimere. Cic. pro Sextio, Ademit Albino soceri nomen mors filiæ, sed charitatem illius necessitudinis & benevolentiam non ademit.

Causam rei alicujus faciendæ. Ter. And. 5. 1. 18.

Civitatem alicui, est Eum privare civitate, sive Expellere. Unde & Civitatis ademptio dicitur. Cic. pro Cæcin. Deinde nihil rationis affers, quamobrem, si libertas adimi nullo modo possit, civitas possit. Nam & eodem modo de utraque re traditum nobis est. Et si semel civitas adimi potest, retineri libertas non potest.

Curam. Ter. Phorm. 5. 6. 47. & Hec. 5. 3. 19.

Consuetudinem. Ter. Phorm. 1. 3. 9.

Diem adimit nox. Plaut. Capt. 2. 3. 57.

Dolores. Hor. 2. Sat. 3. 288.

Facultatem rei fac. Cæs. 1. Bell. Civil. 29. 1. Omnibus coactis navibus, Pompejus præsentem facultatem insequendi sui ademerat. Cic. 3. Att. 7.

Formam alicui. Plaut. Amph. 2. 1. 53. Hodie legitur Abstulit non Ademit.

Fortunas patrias. Cic. 3. Verr.

Leges. Cic. 2. de Fin.

Leto aliquem adimere. i. e. Morti. Hor. 3. Od. 22. 3.

Memoriam. Plin. lib. 37. cap. 12.

Metum. Ter. And 2. 2. 2.

Misericordiam hominibus lenissimis. Cic. pro Rosc. Amer. Hominibus lenissimis ademit misericordiam consuetudine incommodorum.

Meipsum mihi. Cic. 3. Att. 5. Inimici mei mea mihi, non me ipsum ademerunt.

Nomen alicui ademptum. Plaut. Epid. 2. 2. 50.

Nomen virgineum. i. e. Virginitatem. Ovid. 8. Met. 591.

Potestatem. Cic. 3 de Legib. & pro Quintio, & 1. Verr. 21.

Risum. Plin. lib. 11. cap. 73.

Soccos pedibus, pro Detrahere soccos. Plaut. Epid. 5. 2. 60.

Somnum. Cic. 2. Att. 16.

Transitum. Plin. lib. 17. cap. 21.

Vincula canibus. Ovid. 8. Met. 332.

Vires. Ovid. 3. Met. 469.

Vitam. Cic in Partit. & 5. Tusc. 3. V. VITA.

Vocem homini adimere creditur lupus. Plin. lib. 8. cap. 22.

Adimo, cum infinitivo loco nominis posito. Hor. 1. Epist. 19. 9.
— adimam cantare severis. i. e. Cantum.

ADEMPTUS, [περιῃρημένος] Partic. Hor. 2. Od. 4. 10.
Barbaræ postquam cecidere turmæ
Thessalo victore, & ademptus Hector. h. e. Occisus, e medio sublatus.

Anima adempta. Lucret. lib. 3. 405.

Conditio mortis adempta. i. e. Moriendi poteſtas. Virg. 12. Æn. 879.
Adempta equorum pernicitas. Tacit. 1. Hiſt. 79.
Augmen ademptum. Abſumptum augmentum. Lucret. lib. 2.
Fratrem ademptum lugere. Ovid. 11. Met. 273.
Lumen alicui. i. e. Oculus. Virg. 3. Æn. 658.
Lux. Ovid. 14. Met. 197.
Pax. Ovid. 1. de Ponto 2. 16.
Spolia. Ovid. 1. Amor. 3. 29.
Succi. Ovid. 2. Met. 211.
Torquis. Ovid. 1. Faſt. 601.
Virilitatis ademptæ homo. i. e. Spado, exectus. Tacit. 6. Ann. 31. Sed Parthis mittendi ſecretos nuntios validiſſimus author fuit Sinnaces, inſigni familia, ac perinde opibus, & proximus huic Abdus ademptæ virilitatis. Non deſpectum id apud Barbaros, ultroque potentiam habent.

Ademptio, ōnis. f. [περιαίρεσις] verbale ex Adimo; h. e. Ablatio, privatio. Cic. pro Domo ſua 78. Id autem ut eſſet faciendum, non ademptione civitatis, ſed tecti & aquæ & ignis interdictione faciebant.
Ademptio bonorum. Calliſtratus in l. ex judiciorum D. de accuſationib.
Ademptio libertatis. Paul. in l. Si ſervo. D. de adimend. legat.

Adimpleo, ēvi, ētum, [παραναπληρόω] ēre. Videtur idem eſſe quod Impleo, ſed eſt verbum rariſſimum. Plin. lib. 11. cap. 37. Cochleis oculorum vicem cornicula bina prætentatu adimplent. Quaſi Oculorum vicem implent, aut potius ſupplent. Hic plerique Libri tum veteres, tum novi, Implent non Adimplent, præ ſe ferunt. Accipe igitur alia exempla. Paulus Leg. 43. Dig. de adminiſtratione, & Per. Tutor. Adimplere id quod promiſit & Leg. 57. Digeſt. de contr. empt. pr. Venditionem adimplere emptor coarctandus eſt. Tertull. contr. Mar. 5. 17. Temporum adimplendorum diſpenſatio. Et Salvian. de G. D. p. 34. Salvat ea quæ adimplentur.

Adimplētus, Partic. Firm. de errore Prof. Rel. p. 10. Adimpleti tibiarum cantu.

Adimpletio, onis. f. Tertull. adverſ. Marc. 5. 17. Temporum adimpletiones; & mox, Diſpenſatio ſine adimpletione. conf. Salvian. l. c. pag. 34.

Adindo, ĭdi, ĭtum, [προσεντίθημι] ĕre. Verbum antiquum, compoſitum ex Indo, quod ipſum ex Do eſt compoſitum; ſignificat Imponere, immittere. Cato de R. R. cap. 18. Orbem olearium latum pedibus quatuor punicanis coagmentis facito, craſſum digitis ſex, ſubſcudes iligneas adindito.

Adinvĕnio, ēni, entum, [προσευρίσκω] īre. ex Ad, & Invenio: quod ipſum ex Venio compoſitum eſt: idem quod Invenire ſignificat, ſive potius Comminiſci: h. e. Ingenioſe & ſubtiliter invenire. Cic. 2. de Nat. Deor. 130. Ex quo intelligitur, adinventa animo, percepta ſenſibus, adhibitis opificum manibus, omnia nos conſecutos, &c. Plaut. Curcul. 1. 3. 134. Jam huic voluptati hoc adinventum odium eſt. in quibusdam Exemplaribus legitur Adjunctum.

Adipalis, Adipatum. V. Adeps.

Adipiscor, adeptus ſum, [καταλαμβάνω, προσκτάομαι, τυγχάνω] adipiſci. ex Ad, & verbo antiquo Apiſcor, eſt Rem aliquam aſſequi. h. e. Ad aliquid pervenire. Plaut. Stich. 2. 2. 8. Nunc poteſtas tibi adipiſcendi eſt gloriam, laudem, decus.
Adipiſci honores. Cic. pro Cluent. 118.
Adipiſci judicium, Ter. Phorm. 2. 2. 59.
Hic de eadem cauſa bis judicium adipiſcier.
Jus. Liv. 1. Jus noſtrum adipiſcamur. i. e. Obtineamus.
Adipiſci nuptias. Ter. And. 2. 1. 34. Nuptias effugere ego iſtas malo, quam tu adipiſcier.
Ordinem Senatorium. Cic. pro Flacc.
Palmam. Plin. lib. 35. cap. 10.
Senectutem. Cic. de Senect. 4. Quo in genere in primis eſt ſenectus, quam ut adipiſcantur omnes optant, eandem accuſant adepti.
Adipiſci quempiam, pro Aſſequi: de itinere dictum. Plaut. Epid. 1. 1. 13. Nam ut apud portum te conſpexi, curriculo occœpi ſequi: Vix adipiſcendi poteſtas modo fuit.
Adipiſci aliquid ad dicendum & judicandum. Cic. in procem. 3. Off. Ut non modo Græcarum literarum rudes, ſed etiam docti aliquantum ſe arbitrentur adeptos & ad dicendum & ad judicandum. i. e. Acquiſiviſſe, profeciſſe.
Adipiſcor, in paſſ. ſignif. Plaut. Trin. 2. 2. 86. Non ætate, verum ingenio adipiſcitur ſapientia. pro Acquiritur, comparatur. conf. Priſc. p. 791.

Adipiscendus, [προσκτηθησόμενος] Cic. 1. de Legib. 59. Intelliget quanta inſtrumenta habeat ad obtinendam adipiſcendamque ſapientiam. Sic 1. Off. Idem 1. de Fin.

Adeptus, Partic. [προσκεκτημένος] Idem quod Aſſecutus. Plin. lib. 7. cap. 24. Tam multis gloriam ejus adeptis.
Adeptus cognomen. Propert. 4. 4.
Crimen. Ovid. 2. Triſt. 92.
Conjugium regium. Catul. 61. 6.
Connubium. Catul. 57.
Nomen. Ovid. 8. Met. 151.
Adeptus rerum. i. e. Rerum potitus, qui rerum imperium tenet. Tacit. 3. Ann.
Summos honores a populo Romano. Cic. pro Cluent. 118.
Adeptæ palmæ. i. e. Victoriæ. in ſignif. paſſ. Ovid. 4. Triſt. 8. 19.
Ne cadat, & multas palmas inhoneſtet adeptas. [Verſus merito ſuſpectus.
Vetuſtatem adepta. Columel. lib. 5. cap. 6.

Adeptio, onis. f. [πρόσκτησις] Cic. 2. de Fin. 41. Nos beatam vitam, non depulſione mali, ſed adeptione boni judicemus. i. e. Aſſecutione.

Adeptus, ûs. m. Idem Paulin. Nolanus Ep. 32. ad Severum Edit. Par. (al. 12.) ſect. 18. Ex adeptu fidei.

Adiposus, V. Adeps.

Adipsa, [ἄδιψα] dicuntur Quæque medicamenta ſitim aut extinguentia, aut obrepere prohibentia: quemadmodum Alima, ἄλιμα, quæ fami obſiſtunt. Utrorumque meminit Plutarch. in Conviv. Sept. Sapient.

Adipsos, vocatur Glycyrrhiza, quam vulgus Rigoliciam appellat. Plin. lib. 22. cap. 9. Hac diximus ſitim famemque ſedari. Ob id quidam Adipſon appellavere eam, & hydropicis dedere ne ſitirent. Idem lib. 12. cap. 22. meminit palmæ Ægyptiæ, quæ Adipſos vocatur, viridis, odore mali cotonei, nullo intus ligno.

Adipsateon, Plin. lib. 24. cap. 13. ſcribit, Fruticem eſſe ſpinoſum in Niſyrio & Rhodiorum inſulis, quem alii Eryſiſceptrum, alii Dipſacon, alii Diacheton vocant.

Aditio, Aditus. V. Adeo.

Adjudĭco, [ἐπιδικάζω, ἐπικρίνω] are. Per ſententiam & judicium alicui attribuere, cui contrarium eſt Abjudicare. Cic. 1. Off. 33. Itaque illorum fines, ſicut ipſi dixerant, terminavit: in medio relictum quod erat, populo Romano adjudicavit.
Adjudicare, per translationem, Quovis modo attribuere, quaſi judiciali ſententia. Cic. 1. Att. 16. Sæpe, multisque verbis ſuis mihi ſalutem imperii atque orbis terrarum adjudicarit. Hor. 1. Epiſt. 18. 57.
Et nunc ſiquid abeſt, Italis adjudicat armis.
Adjudicare cauſam alicui. Cic. 2. de Orat. 129. Hoc neceſſe eſt, ut is qui nobis cauſam adjudicaturus ſit, aut inclinatione voluntatis propendeat in nos, aut defenſionis argumentis adducatur, aut animi permotione cogatur.
Domum. Cic. 4. Att. 2. Nemo enim dubitat quin domus nobis eſſet adjudicata.
Adjudicare aliquem in ſervitutem alicui. Cic. 1. Verr. 56. Iſte in poſſeſſionem bonorum mulieris mittit: ipſam Veneri in ſervitutem adjudicat.
Adjudicare ſaporem alicui rei. Plin. lib. 9. cap. 54. Is primus optimum ſaporem oſtreis Lucrinis adjudicavit. i. e. Judicio ſuo comprobavit ea eſſe optimi ſaporis.
Adjudicare & Abjudicare, contraria. Cic. contra Rull. 2. 42.
Adjudicare pro Decernere, quod vulgo dicitur Concludere. Plaut. Men. 1. 3. 6. Adjudicato cum utro hanc noctem ſies.

Adiŭgo, [ἐπιζευγνύω] āre. Compoſitum ex Ad, & Jugo: proprie ſignificat Boves ad jugum pariter accommodare: cui opponitur Abjugare. Nonius, 2. 55. Adjugare, Adjungere. Pacuvius Chryſe, Mater eſt Terra, ea parit corpus, animam Æther adjugat. Idem Iliona, Blandam hortatricem adjugat voluptatem.
Adjugare vitem, eſt Vitem in jugum diſponere, quod & Jugare dicitur. Jugum autem hoc loco ſumitur pro palis quibusdam, velut in jugum aſſurgentibus, ad quos vites certo ordine componuntur. Plin. lib. 17. cap. 22. Satius pampinos adjugatæ (ſcil. Vineæ) detergere. Columel. lib. 4. cap. 17. Nihil enim refert jugum in ſtellam decuſſari atque diduci, niſi & palmites adjugentur.

Adjumentum, V. Adjuvo.

Adjungo, xi, ctum, [προστίθημι, προσάπτω, προσποιέομαι] ĕre. quaſi Ad aliquid jungere, & pene idem quod Conjungere. Cic. 1. de Orat. 236. Juris ſcientiam eloquentiæ tanquam ancillulam adjunxit.
Adjungi & contineri. Cic. 6. Verr. Eorum conjunctione, pars oppidi, quæ appellatur inſula, mari disjuncta anguſto, ponte rurſum adjungitur & continetur.
Adjungit atque annectit rebus præſentibus futuras. Cic. 1. Off.
Adjungere aliquem alteri. Cic. 1. Att. 11. Hic dies me valde Craſſo adjunxit. pro Conjunxit, & amicum fecit. Idem 5. Fam. 7. Illud non dubito, quin ſi te mea ſumma erga te ſtudia parum mihi adjunxerint, Reſpublica nos inter nos conciliatura conjuncturaque ſit.
Adjungere ſe ad aliquem, Cum aliquo familiaritatem inire. Cic. in Philipp.
Adjungere ſe ad aliquos propinquitate. Plaut. in Aulul. 2. 2. 59.
Aliquem ad amicitiam. Cic. de Petit. Conſul. 21.
Applicare ſe & adjungere ad aliquid. Cic. de Amicit. 49. Siqua ſignificatio virtutis eluceat, ad quam ſe ſimilis animus applicet & adjungat.
Acceſſionem ædibus, pro Addere. Cic. 1. Off. Hanc Scaurus demolitus, acceſſionem adjunxit ædibus. V. Accessio.
Animum aliquo, aut ad aliquod ſtudium, idem quod Appellere animum. Ter. Hec. 4. 4. 61. & And. 1. 1. 29.
Animos hominum ad uſus noſtros, pro Accommodare. Cic. 2. Off. Quum igitur hic locus nihil habeat dubitationis, quin homines plurimum hominibus & proſint & obſint: proprium hoc ſtatuo eſſe virtutis, conciliare animos hominum, & ad uſus ſuos adjungere.
Adjungi ad authoritatem ſenatus. Cic. 1. Fam. 9.
Auxilium ſibi adjungere, Comparare ſibi auxilium. Cic. pro Roſc. Amer. 116. Auxilium ſibi ſe putat adjunxiſſe, qui cum altero communicavit.
Sibi aliquem beneficio, Eum beneficio devincire atque aſtringere, & amicum reddere. Ter. Adel. 1. 1. 47.
Aliquem beneficio ad ſuam neceſſitudinem. Cic. 13. Fam. Ipſum Capitonem gratiſſimum, officioſiſſimum, optimum virum, ad tuam neceſſitudinem tuo ſummo beneficio adjunxeris.
Benevolentiam hominum ſibi adjungere lenitate audiendi. Cic. pro Muren. 42. Prætor offenſionem vitat æquabilitate decernendi, benevolentiam adjungit lenitate audiendi. h. e. Conciliat ſibi, & acquirit favorem.
Se ad cauſam alicujus, quod barbare dicitur, Ponere ſe de parte alicujus. Cic. 1. Fam. 8. Ad eorum cauſam me adjungerem. h. e. Illorum cauſæ faverem.
Comitem fugæ. Cic. 9. Att. 12. Nihil dignum faciebat quare ejus fugæ comitem me adjungerem.
Diligentiam alicujus ſibi in aliquo adjungere, Uti alicujus diligentia in aliquo negotio. Cic. pro Cluent. 30. Alteram partem cauſæ ſic agemus, ut vos doceamus: alteram ſic, ut oremus. In altera, diligentia veſtra nobis adjungenda eſt: in altera, fides imploranda.
Dignitatem & decus alicui. Cic. 5. Fam. 13. Mihi vero tantum decoris, tantum dignitatis adjunxeris, ut eundem te facile agnoſcam fuiſſe in laude mea, qui fueris in ſalute.
Fidem alicui rei, Credere, fidem habere. Cic. 2. de Divin. 113. Authoritatem quidem nullam debemus, nec fidem commentitiis rebus adjungere.
Fortuna adjuncta divinitus ſummis viris ad res bene gerendas. Cic. pro Lege Manil. 47. Fuit profecto quibusdam ſummis viris quædam ad amplitudinem & gloriam, & ad res magnas bene gerendas divinitus adjuncta fortuna.

Generum. Virg. 7. Æn. 55.

— petit ante alios pulcherrimus omnes
Turnus, avis atavisque potens, quem regia conjunx
Adjungi generum miro properabat amore.

Metus ad gratiam adjunctus. Cic. pro Cluent. 8. Ut aliquis metus adjunctus sit ad gratiam.
Numeros verbis solutis. Cic. in Orat. 174. Qui Isocratem maxime mirantur, hoc in ejus summis laudibus ferunt, quod verbis solutis numeros primus adjunxerit.
Opportunitas adjuncta ad cæteras utilitates. Cic. pro Lege Manil. 50. Nunc quum ad summas utilitates hæc quoque opportunitas adjungatur, ut in his ipsis locis adsit, ut habeat exercitum, ut ab iis, qui habent, accipere statim possit, quid expectamus?
Ornamenta oratoria dicendi ad elegantiam verborum Latinorum. Cic. in Bruto.
Provincias ad imperium, aut rempublicam. i. e. Addere vel Acquirere imperio. Cic. pro Lege Manil. Quinquagesimo die totam ad imperium pop. Romani Ciliciam adjunxit.
Se ad rationes alicujus. Cic. 1. Fam. 8. Me ad ejus rationes adjungo, quem tu in meis rationibus tibi esse adjungendum putasti.
In societatem urbem aliquam. Liv. 7. Bell. Maced.
Sibi socium, quod & Socium adsciscere dicimus. Cic. 3. de Fin. 9. & pro Quintio 12.
Sibi socium ad malam rem. Plaut. Asin. 2. 2. 22.
Singulos adjunxit ad singula. Cic. de Univers. 37.
Tauros aratro. Tibul. lib. 1. 9.
Vitem palis. Tibul. lib. 1. 7.
Vitem ulmis. Virg. 1. Georg. 2.
Voluptatem, vel vacuitatem doloris ad virtutem. Cic. 2. de Fin. 42. Qui ad virtutem adjungunt vel voluptatem, quam unam virtus minimi facit, vel vacuitatem doloris.
Uxorem sibi. Cic. 3. de Fin. Atque ut e natura vivat, uxorem adjungere, & velle ex ea liberos procreare.
Adjungitur ad Africam etiam Hispania. Cic. 11. Att. 12.

ADJUNCTUS, Partic. Cic. 2. de Nat. Deor. 135. Aspera arteria ostium habet adjunctum linguæ radicibus.
Adjunctæ aves. i. e. Adjugatæ. Ovid. lib. 1. Am. 1. 26.
Comparat. Adjunctior. Cic. pro Cluent. 30. Acervatim jam reliqua, Judices, dicam, ut ad ea quæ propria hujus causæ, & adjunctiora sunt, perveniam.

ADJUNCTUM, substant. n. gen. Gellius dici putat, quod Græci συνημμένον ἀξίωμα dicunt. Id adjunctum vero tale est, Si Plato ambulat, Plato movetur: si dies est, Sol est super terras. V. Noct. Attic. lib. 16. cap. 8. Dialectica vox est. Cic. Topic. 53. Consequentium locus ab adjunctis longe diversus est. Nam adjuncta non semper eveniunt, consequentia autem semper. Idem 2. de Invent. 41. Deinde videndum est, quid adjunctum sit negotio; h. e. quid majus, quid minus, quid æque magnum sit, quid simile, ex quibus conjectura quædam ducitur. V. CONNEXUM.

ADJUNCTIO, ōnis. [πρόσθεσις] Cic. 2. de Fin. In quibus nulla est virtutis adjunctio. i. e. Accessio.
Adjunctio animi. Cic. de Petit. Conf. 17. Tribus rebus homines maxime ad benevolentiam ducuntur, beneficio, spe, adjunctione animi vel voluntate.
Adjunctio naturæ ad hominem. Cic. 7. Att. 2. Etenim si hæc non est, nulla potest homini esse ad hominem naturæ adjunctio: qua sublata, vitæ societas tollitur. De parentum amore in suos loquitur.
Adjunctio, i. e. Additio, conditio. Cic. 2. de Invent. 171. Atque etiam hoc mihi videor videre, esse quasdam cum adjunctione necessitudines, quasdam simplices & absolutas. Nam aliter dicere solemus, Necesse est Casilinenses se dedere Annibali, nisi malint fame perire: aliter autem, Necesse est Casilinum venire in Annibalis potestatem. Illic in superiore adjunctio est hæc, Nisi malint fame perire; si enim id malint, non est necesse. Hoc inferius non item, propterea quod sive velint Casilinenses se dedere, sive famem perpeti atque ita perire, necesse est Casilinum venire in Annibalis potestatem. Vulgo vocant Necessitatem conditionalem.
Adjunctio pro Quadam figura seu exornatione oratoria, quum verbum quo res comprehenditur, non interponimus, sed aut primum aut postremum collocamus. Ad Heren. lib. 4. 38. Cic. 3. de Orat. 204. Et in eadem verba impetus & concursio, & adjunctio, & progressio. Hanc vero, Adjectionem vocat Quintil. lib. 9. cap. 3.

ADJUNCTOR, ōris. m. [προσθέτης] Qui aliquid adjungit. Cic. 8. Att. 3. Ille Galliæ ulterioris adjunctor. h. e. Qui Ulteriorem Galliam adjunxit Romano imperio.

ADJURGIUM, ii. n. [λοιδορία] Idem significat quod Jurgium, nisi locus est mendosus. Plaut. Men. 5. 2. 21.

— nec, pol, filia unquam arcessit patrem
Ad se, nisi quid commissi adjurgii est causa. [Legitur Aut jurgii.

ADJURGO, [ἐπιλοιδορέω] āre. Valde objurgare. Plaut. Amph. 2. 2. 43. At pol quin certa res est adjurgare (al. objurgare) hanc quæ me hodie advenientem domum noluerit salutare. Budæus.

ADJŪRO, [ὄμνυμι, ἐξορκίζω] āre. Idem quod Jurare: aut certe Jurare vehementius & gravius. Ter. And. 4. 2. 11. Per omnes tibi adjuro deos, nunquam eam me deserturum. Cic. 2. Philipp. 9. Adjurasque, id te invito me non esse facturum.
Adjurare, pro Jusjurandum exigere, vel Adigere ad jusjurandum, vulgo usurpatur. In quem sensum videtur dixisse. Liv. 43. 16. 5. Censores, ut eam rem adjuvarent, ita in concione edixerunt: legem censui censendo dicturos esse, ut præter commune omnium civium jusjurandum hæc adjurarent, &c. [Potest tamen de jurantibus intelligi, ut hæc insuper scilicet rogantibus sacramento, de more, Censoribus, rogati responderent. Non temere igitur est, quod negat R. Stephanus in edit. Thes. 1536. se hujus locutionis exemplum apud idoneos auctores reperisse.
Adjurare omnia. Cic. 3. Q. frat. 5. Crebrius ut ante ad te scripsi, Romæ est: & qui omnia adjurant, debere tibi valde renuntiant. Alii legunt, Adnuat.
Adjurare alicui. Ovid. 20. Epist. 159.

Promisit pater hanc, hæc adjuravit amanti:
Ille homines, hæc est testificata deam.

ADJUTO, V. ADJUVO.

ADJŪVO, ūvi, ūtum, [βοηθέω, συμπράττω, ἀρήγω, συνεργάζομαι, ἀμύνω] āre. Opem ferre, auxiliari, sublevare. Ter. Phorm. 3. 3. 4. Qui me dudum, ut dixti, adjuverit comiter? Cic. 7. Att. 1. Adjuvo te.
Adjuvare, pro Favere. Ter. Phorm. 1. 4. 28. Fortes fortuna adjuvat.
Adjuvare ad aliquid. Cic. pro Quintio 75. Ut omnes intelligant, non ad obtinendum mendacium, sed ad verum probandum, authoritatem adjuvare. Idem pro Archia, Qui profecto si nihil ad percipiendam, colendamque virtutem literis adjuvarentur, nunquam se ad earum studium contulissent.
Adjuvare in aliquo. Ter. And. 3. 3. 10. Ut me adjuves in hac re. Cic. 2. Fam. 5. Non enim mihi tam mea salus chara fuit, in qua præcipue sum adjutus ab illo, quam, &c. Idem 3. Off. 55. In filiarum collocatione amicos adjuvant.
Adjuvare, cum dictionibus Quid, Nihil, & Multum. Plaut. Pœnul. 4. 2. 60. Siquid tu adjuvas. pro, Si in re aliqua: aut sine præpositione, Si aliqua re adjuvas. Cic. 3. Verr. Jam nihil te judicium Neronis adjuvat. i. e. Nulla in re. Ter. Hec. 3. 5. 10. Qui sic sunt, haud multum hæredem adjuvant. i. e. Parum consulunt hæredi, ut vult Donatus. In codd. emend. Juvant legitur.
Adjuvare auxilio. Liv. lib. 9. Bell. Pun. Sic Adjuvare consilio, factis, manu, opera, prudentia, pecunia. Ex Ter. Heaut. 5. 2. 29. & alibi. Plaut. Casin. 6. Cic. 2. Off.
Artes. Ovid. 13. Met. 866.
Concoctionem. Plin. lib. 23. cap. 1. Concoctionem minus adjuvant. h. e. Minus conferunt ad concoctionem. Est autem Concoctio quam barbari Digestionem vocant, quum digestio sit distributio alimenti per corpus.
Consensum omnium gentium. Cic. 10. Fam. 10. Subveni patriæ, opitulare collegæ, omnium gentium consensum & incredibilem conspirationem adjuva.
Consilium. Sen. Medea 7.
Delectum. Cic. 7. Att. 14. Me Pompeius Capuam venire voluit, & adjuvare delectum.
Errorem alterius. Cic. 12. Att. 42. Sed ferendus tibi in hoc meus error. ferendus? immo vero etiam adjuvandus.
Facultates alicujus, pro Augere. Plin. Epist. 139.
Formam cura. Ovid. 2. Met. 752.
Ignes. h. e. Amorem. Ovid. 10. Met. 640.

— Cythereaque comprecor, ausis
Adsit ait nostris, & quos dedit adjuvet ignes.

Insaniam alterius, pro Augere. Plaut. Amph. 2. 2. 166.
Adjuvat manus. Ovid. 4. Fast. 302.
Mœrorem orationis lacrymis. Cic. 2. de Orat. 105. Quum C. Marius mœrorem orationis meæ præsens ac sedens multum lacrymis suis adjuvaret.
Nequitiam præceptis. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Adjuvare temeraria via. Cels. lib. 2. cap. 10. Sed si nullum tamen apparet aliud auxilium, periturusque sit qui laborat, nisi temeraria quoque via fuerit adjutus.
Voluntatem, Augere, aut Sublevare. Cic. de Amicit.
Comiter. In COMIS.
Lepide. In LEPIDUS.
Munifice. In MUNUS.
Adjuvo cum infinitivo. Plin. 11. cap. 24. ad fin. Phalangius tantum in ipso specu incubat magno numero: qui ut emerserit, matrem consumit, sæpe & patrem: adjuvat enim incubare.
Adjutum est a me, impers. Sallust. de Rep. Ordin. ad Cæsarem, Nam sive hac, seu meliore alia via perges, a me quidem pro virili parte dictum & adjutum fuerit.

ADJŪTUS, Partic. [βεβοηθημένος] Ovid. 1. Epist. 43.

— adjutus ab uno.

Amor adjutus fatis. Ovid. 3. Epist. Sabin. 21.
Adjutæ vires hasta. Sil. Ital. lib. 6.
Adjuta est novitas numine nostra dei. Ovid. 1. de Ponto 13. 24.
Nervi aliquo conamine adjuti. Ovid. 15. Met. 224.

ADJUVATURUS, pro Adjuturus habet Petron. cap. 18.

ADJŪTO, [ἀμυνάζω] āre. frequent. ab Adjuvo, pro eodem, sed fere apud veteres usitatius quam ipsum primitivum. Ter. And. 1. 3. 4. Nec quid agam certum est, Pamphilumne adjutem, an auscultem seni. Ennius apud Cic. de Senect. 1.

O Tite, siquid ego adjuto, curamve levasso.

Adjuta mihi, vetuste dictum pro Adjuva me. Pacuv. in Chryse. Ex Donato.
Adjutare aliquid, pro Adjuvare in re aliqua. Ther. Phorm. 1. 2. 48.

— neque cognatus extra unam aniculam,
Quisquam aderat, qui adjutaret funus. Idem Hec. 3. 2. 24.

Tu pueris curre Parmeno obviam, atque eis onera adjuta. Et est μετωνυμία, pro, Ipsos onera portantes, eis onera adjuta.

ADJUTOR, āris. pass. Lucret lib. 1. 812.

Adjutamur enim dubio procul, atque alimur nos.

ADJUTOR, āris. dep. Vetuste dictum pro Adjutare. Pacuv. Duloreste, Illum quæro qui adjutatur. Afran. Inimicis,

Hoc obsecro igitur agite, & me adjutamini. Nonius.

ADJUTANS, Partic. Ter. in Phorm. prol. 34. Bonitasque vestra adjutans atque æquanimitas. Ubi Donatus, Sic veteres dicere maluerunt, quam Adjuvans. Varr. 2. de R. R. cap. 7. Eo enim adjutante equa alligata celerius admittitur.

ADJUTABILIS, & e. Plaut. Mil. 4. 4. 8. Adjutabilem operam dare.

ADJŪTOR, oris. m. [συνεργὸς, βοηθὸς, συμπράκτωρ, ἀμύντωρ] Qui adjuvat. Cic. 3. Verr. Homines arrogantes hoc adjutore Q. Opimium per ludum & jocum fortunis omnibus evertisse. Pro eo quod est Adjuvante.
Adjutor magnus. Hor. 1. Sat. 9. 46.
Belli adjutor. Cic. 9. Att. 12. Hujus igitur belli ego particeps & socius & adjutor esse cogor.
Honori alterius. Cæs. 1. Bell. Civil. 7. Cujus ipse honori & dignitati semper faverit, adjutorque fuerit.
Honoris. Cic. pro Flacc. 1. Honoris potius L. Flacci me adjutorem futurum spetabam, quam miseriarum deprecatorem.
Iracundiæ alterius. Ter. Adel. 1. 2. 62.
Adjutor ad aliquid. Cic. de Amicit. Ut aut libidinis ministri, aut adjutores essent ad injuriam.

Adjutor in re aliqua. Cic. 8. Att. 3. Ille abſentis in omnibus adjutor.
Legis author atque adjutor. Cic. de Lege Agr. 2. 12. Omni hoc vobis ratione confirmare poſſum, Quirites, hoc animo me ad legendam legem, cognoſcendamque veniſſe: ut ſi eam vobis accommodatam atque utilem eſſe intelligerem, author ejus atque adjutor eſſem.
Adjutor, authorque ejusdem ſententiæ Epicurus. Cic. 3. Off. 116.
Adjutor victoriæ. Cic. 1. Tuſc.
Adjutorem venire alicui. Cic. 1. de Nat. Deor. 18. Tu autem nolo exiſtimes me adjutorem huic veniſſe, ſed auditorem.
Adjutor his contra patriam inventus eſt nemo. Cic. 1. de Amicit. 43.
Socio atque adjutore conſiliorum periculorumque meorum, L. Flacco. Cic. pro Flacco 1.
Varios adjutores inter officia & dignitates tum militares tum alias recenſet Gruterus & Fabrettus Inſcript. p. 345. Mimorum etiam adjutores erant, de quibus Faber & præſertim Gudius ad Phædr. 5. 5. Item ita vocabantur Hypodidaſcali Rhetorum, de quibus Quint. 2. 5. pr.

ADJUTORIUM, ii. n. [βοήθεια, ἀντίληψις] derivatum ab Adjutor, pro Adjumento ſeu Auxilio. Aſinius Pollio apud Suet. de Clar. Grammat. c. 10. In eam rem adjutorium ei fecit maxime quidam Attejus. i. e. Adjuvit.
Adjutorium deorum immortalium. Valer. Max.
Belli. Vellej. 2. 112. Equitatum in adjutorium ejus belli ſecum trahebat.
Ignis. Sen. ad Lucil. Epiſt. 31. Nihil calidum eſt ſine adjutorio ignis.
Adjutorio juris elabi ex crimine. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Adjutoria ſenectutis. Columel. in præfat. lib. 12.
Egere adjutorio. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Uti adjutoriis. Quintil. lib. 10.

ADJŪTRIX, [συμπράκτρια] īcis. Ter. Hec. prol. 32. Adjutrix noſtræ induſtriæ. Sic Adjutrix ſcelerum. Cic. 6. Verr. 17. Et in Lælio, Aſſentatio, vitiorum adjutrix.
Adjutrix in peccato filii. Ter. Heaut. 5. 2. 38. Matres omnes filiis in peccato adjutrices.
Adjutrix noſtris cœptis. Ovid. 7. Met. 195.
Adjutrix legio dicta apud Tacit. lib. 18. & 19. & in l. ult. C. de ſtipat. Præfect. Præt. l. 12. Paſſim in Inſcriptionibus, & Spartian. Hadriano c. 2. Idque nominis primæ, ſecundæ & tertiæ legionibus frequenter vindicatum. v. Ind. Rer. Milit. in opus Inſcript. Gruterianum.

ADJUMENTUM, i. n. [βοήθημα] ab Adjuvo, Auxilium. Cic. 1. Off. 72. Sed iis qui habent a natura adjumenta rerum gerendarum.
Uti adjumento. Cic. 5. Tuſc. 59. Neque ſane multum adjumentis externis & adventitiis uteretur.
Adjumentum adventitium. V. ADVENIO.
Adjumentum ad pulchritudinem. Ter. Phorm. 1. 2. 55.
Adjumento eſſe alicui, Prodeſſe, juvare. Cic. 5. Verr. Ubi hoc videt, illorum confeſſionem, teſtificationem ſuam, tabellas ſibi adjumento futuras.
Adjumento eſſe ad victoriam. Cic. ad Brutum 4. Bruti eruptio non ſolum ipſi ſalutaris fuit, ſed etiam maximo ad victoriam adjumento.
Adjumento eſſe in cauſis. Cic. pro Quintio 4.
Adjumentum afferre alicui ad rem aliquam. Cic. 1. Off. 1.
Adjumenta importare. V. IMPORTO.
Adjumento juvari. apud Columel.
Adjumenta firma. Ovid. 4. de Ponto 13. 31.
Adjumenta & auxilia. Cic. 4. Tuſc. A philoſophia omnia adjumenta & auxilia petamus bene beateque vivendi. Delicatiorem cultum Salluſt. Jugurth. cap. 45. Adjumenta ignaviæ vocat.

ADJUTUS, Partic. Frontinus quidem lib. 1. de Aquæd. dixit Adjuvatus, plebeio modo. Elegantius Nepos 1. 2. 2. Non minus prudentia quam felicitate adjutus. Ovid. 15. Met. 224.
— adjutis aliquo conamine nervis.

ADJUTUS, ûs. m. Macrob. 7. Saturn. 6. Unius adjutu, quaſi natura flammei.

A D L

ADLABŌRO, [προσπονέω] āre. Cic. in Bruto, An tu, inquit, adlaboraſſe huic modo Bruto probaturus es? Hor. 1. Od. 38. 5.
Simplici myrto nihil adlabores
Sedulus curæ. h. e. Nihil labores myrto applicare. Porphyr.
Idem Epod. 8. 20.
Quod ut ſuperbo provoces ab inguine,
Ore adlaborandum eſt tibi. Alii Allaboro ſcribunt.

ADLÆVO, V. ALLÆVO.
ADLATRO, as. [προσυλακτέω] Quintil. lib. 8. Adlatrari ab aliquo.
ADLECTI, V. ALLECTI.
ADLICIO, V. ALLICIO.
ADLINO, V. ALLINO.
ADLIVESCIT, Livere incipit, i. e. Lividum fieri. Feſtus.
AD LIMINA ſervus, V. LIMEN.
ADLUBESCO, V. ALLUBESCO.
ADLUCEO, xi, [προσσελαγέω] ēre. Juxta aliquid lucere, vel Ad aliquid lucere. Utuntur Eccleſiaſtici, Pſalm. 96. Adluxerunt fulgura ejus orbi terræ. h. e. Lucere fecerunt fulgura ejus orbem. Alii ſcribunt ALLUCEO. q. V.

A D M

ADMANDO, [ἐπιτρέπω] āre. Ad aliquem vel aliquo aliquid cuipiam committo. Plaut. prol. Pœnul. 80.
Siquid admandare vultis, aut curarier.
Sic legit Calepin. At exemplaria caſtigata ſic habent,
Revertor rurſus denuo Carthaginem,
Siquid mandare voltis, aut curarier:
Argentum niſi qui dederit, nugas egerit:
Verum qui dederit, magis majores egerit.

ADMATŪRO, āre. ab Ad & Maturo, Ad maturitatem perducere, Accelerare. Cæſ. 7. Bell. Gall. 54. Horum diſceſſu admaturari defectionem civitatis exiſtimabat.
ADMEMBRĀTIM, Adv. κατὰ μέλος, Gloſſ. Lat. Gr.
ADMETIOR, enſus ſum, [προσμετρέω] īri. Idem quod ſimplex Metiri. Caius in l. Quod ſæpe. D. De contrahen. empt. In iis quæ pondere, numero, menſurave conſtant, veluti frumento, vino, oleo, argento, non aliter videatur perfecta venditio, quam ſi admenſa, & appenſa, adnumeratave ſint.
Frumentum admetiri. Cic. 5. Verr. 72. An poterat non modo Apronius, ſed quivis, exercitui ſi metiendum eſſet, improbare Siculum frumentum, quod iſti ex area, ſi vellet, admetiri licebat?
Frumentum militi. Liv. lib. 5. Bell. Maced.
Vinum. Cato de R. R. cap. 154. Vinum emptoribus ſine moleſtia admetiri debet.

ADMĒTE, es. [Ἀδμήτη] Una Nympharum, Oceani & Tethyos filia. Heſiod. in Theog.
Πειθώ τ', Ἀδμήτη τ', Ἰάνθη τ', Ἠλέκτρη τε.

ADMĒTUS, [Ἄδμητος] Rex fuit Theſſaliæ, ſive Pheræorum, cujus armenta novem annis pavit Apollo, divinitate privatus. Callimachus fabulam ſcribit in Hymn. Apoll.
De Admeto per adagium dicitur, Admeti nænia, de triſti, lugubrique cantione. Ovid. 1. de Ponto 3. 105.
Si mea mors redimenda tua (quod abominor) eſſet,
Admeti conjunx quam ſequereris erat.
V. Stobæum in Ecl. Serm. 65. f. 411. ex Muſon. Val. Max. 4. 6. 1. Eraſmum in Adag. Ἀδμήτου μέλος. Admeti nænia. Cæl. Rhod. Lect. Antiq. 12. 15. Muret. in 2. Tibul. El. 3.
Pheratiades Admetus, propterea quod apud Pheras regnaverit. Sunt autem Pheræ, urbs Theſſaliæ. Ovid. 3. de Arte Am. 19.
Phereus Admetus. Sen. in Medea 8.
Admetus alius Moloſſorum rex. Nepos 2. 8. 3.

ADMINICŬLUM, [χάραξ, ἀμυντήριον] proprie dicitur Suſtentaculum, ſive fulcimentum rei alicujus, quale eſt Pedamentum vitis, aut palus arbuſculæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 120. Jam vero vites ſic claviculis adminicula tanquam manibus apprehendunt. Cic. de Senect. 53. Adminiculorum ordines, capitum conjugatio, religatio, propagatio vitium ſarmentorumque.
Adminiculum, Adjumentum, auxilium. Cic. 3. Off. 34. Hanc igitur partem relictam explebimus, nullius adminiculis, ſed (ut dicitur) Marte noſtro.

ADMINICŬLO, [χαρακόω] āre. Adminiculum adhibere, fulcire adminiculo. Columel. de Arbor. cap. 16. Tum demum circa Calendas Martias vitem de ſeminario ne minorem quidem decem pedum ſternito, & adminiculato, arborique jungito. Idem lib. 4. cap. 26. His peractis, ſequitur (ut ante diximus) adminiculandæ, jugandæque vineæ cura. Plin. lib. 14. cap. 1. Eædem modici hominis altitudine adminiculatæ ſudibus horrent.
Adminiculare, pro Juvare. Varronis Cato, ſive de Liberis Educandis, Quod petiſti, ut ejus educationis fierem tibi ſocius, quoad potui, adminiculavi tuam voluntatem ſcribendo. Nonius.

ADMINICULOR, dep. [χαρακίζω] pro eodem. Cic. 5. de Fin. 39. Quæ ſit ſcientia atque ars agricolarum, quæ circuncidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur.
ADMINICULĀTUS, [χαρακωτὸς] Partic. V. ipſum Verb. Gell. lib. 20. cap. 11. Aut ingenia hominum vegetiora, aut memoria adminiculatior, aut oratio ſolertior.
ADMINICULĀTOR, ōris. m. Gell. 8. 3. Tirone Cicero adminiculatore & quaſi adminiſtro uſus eſt.

ADMINISTER, tri. m. [διάκονος, ὑπηρέτης] Qui miniſtrat aut juvat in aliquo, vel etiam alicui operam præbet. Cic. pro Sex. Roſc. 77. Unus puer victus quotidiani adminiſter, ex tanta familia Sexto Roſcio relictus non eſt.
Adminiſter, Interpres, ſive Internuntius. Cic. 4. Verr. 69. Rerum hujusmodi omnium transactor & adminiſter, ad Sopatrum venit.
Adminiſter audaciæ, libidinis, cupiditatum alicujus. Cic. in Catil. 4.
Adminiſtri & ſatellites Sex. Nævii. Cic. pro Quintio 80.
Adminiſtra, & comes virtutis, ars. Cic. pro Lege Manil. 36.

ADMINISTRO, are. [ὑπηρετέω, διακονέω, διοικέω] interdum ſignificat Præbere, ſuggerere, ſuppeditare. Cæſ. 7. Bell. Gall. 19. Reliqua quæ ad oppugnationem oppidi pertinebant, adminiſtrare inſtituit.
Adminiſtrare, pro Diſtribuere, impartiri, & reſtituere, in l. 10. in fin. D. de Inoffic.
Adminiſtrare, interdum Gubernare. Cæſ. 2. Bell. Gall. Nihil jam Cæſaris imperium expectabant, ſed per ſe, quæ videbantur, adminiſtrabant.
Bellum adminiſtrare. Cic. 7. Att.
Bellum cum Jugurtha, cum Cimbris, cum Theutonis. Cic. pro Lege Manil.
Civitatem. Cic. 1. Off. 88.
Judicia & Leges. Cic. 1. Verr. 68. Per homines honeſtiſſimos, viroſque fortiſſimos leges judiciaque adminiſtrentur.
Negotium. Cic. 13. Fam. 11. Operamque des, ut per te quam commodiſſime negotium municipii adminiſtretur, quamprimumque conficiatur.
Omnia admirabiliter. Cic. 2. de Nat. Deor. Sic undique omni ratione concluditur, mente conſilioque divino omnia in hoc mundo, ad ſalutem omnium conſervationemque admirabiliter adminiſtrari.
Pocula Jovi, idem quod Miniſtrare. Cic. 1. Tuſc.
Provinciam, Regere. Cic. Att. Sic 1. Q. Frat.
Rem. Cic. 13. Fam. 11. Ad ea viſenda, pecuniaſque quæ a colonis debentur exigendas, totamque rem & cognoſcendam & adminiſtrandam, legatos miſimus.
Rem conſilio & ratione. Cic. 1. de Fin. 65.
Rem familiarem. Cic. 1. de Invent. 35. Quomodo rem familiarem adminiſtret.
Rempublicam. Cic. 1. Off. 87.
Vindemias, aut ſementem, pro Facere. Varr. de R. R. 1. 17. Columel. 2. 22.

ADMINISTRĀTOR, ōris. m. [ὑπηρέτης, διοικητής] Cic. 5. Tuſc. 62. Itaque nec pulchros illos adminiſtratores aſpiciebat. i. e. Miniſtros, ſive Adminiſtros.
Adminiſtrator belli. Cic. 1. de Orat. 210. Qui quum eſſet conſtitutus adminiſtrator belli gerendi.

ADMINISTRATIO, ōnis. f. [ὑπηρεσία, διοίκησις] Gubernatio. Cic. 4. de Fin. Diligentia rei familiaris, administratio Reip. ordo gerendorum negotiorum.
Actio & administratio Reipublicæ. Cic. 1. Fam. 9. In sententiis Senatoriis, & in omni actione atque administratione Reip. floruissemus.
A curatione & administratione rerum vacare. Cic. 1. de Nat. Deor. 2.
Administratio libera quæ sit, V. in l. filius fam. D. de donat. Ulp. in l. eum actum. D. Neg. gest. casum indicat, quo ex superioris temporis administratione nihil amplius in judicium deduci potest. Cæterum administrationem liberam, qualem dominus procuratori commisit, barbari altam & bassam vocant. Ex Oldend.
ADMINISTRATĪVUS, Adj. unde Ars administrativa, quæ & Activa dicitur. Quintil. lib. 2. cap. 18. Si tamen una ex tribus artibus habenda sit, quia maximus ejus usus actu continetur, atque est in eo frequentissima, dicatur activa, vel administrativa.
ADMINISTRATUS, Partic. Cæs. Bell. Gall. 3. 9. His rebus celeriter administratis. conf. ib. 5. 50.
ADMIROR, ari. [ἐπιθαυμάζω] Idem quod Mirari, vel Mirari vehementer. Cic. 7. Att. 9. Admiratus sum brevitatem epistolæ tuæ.
Admiror si, pro Miror. Ovid. 1. Trist. 9. 21.
Sæva nec admiror, metuunt si fulmina. H. St.
Admirari aliquem, Venerari, Suspicere, Magnopere æstimare. Ter. Eun. 2. 2. 19. His ultro arrideo, & eorum ingenia admiror simul. Cic. 4. Acad. 205. Diodoro quid faciam Stoico, &c. quem & admiror, & diligo. Virg. 4. Georg. 316.
Ille operum custos, illum admirantur, & omnes
Circunstant.
De aliquo, vel de re aliqua. Cic. 9. Att. 14. De Dionysio sum admiratus.
Aliquem in re aliqua. Cic. 1. de Orat. 47. Quo in libro in hoc maxime admirabar Platonem, quod mihi in oratoribus irridendis ipse esse orator summus videbatur.
In homine aliquid. Cic. 2. de Orat. 126. Ego vero in vobis hoc maxime admirari soleo, quod cum inter vos in dicendo dissimillimi sitis, ita, &c.
Admirari quod. Cic. 6. Att. 9. Sed amavi tamen, admiratusque sum quod nihilominus ad me tua manu scripsisses.
Suspicere & admirari. Cic. 2. de Divin. 148. Esse præstantem aliquam æternamque naturam, & eam suspiciendam admirandamque hominum generi, pulchritudo mundi, ordoque rerum cœlestium cogit confiteri.
Admirari aliquem ex ore alterius. Cic. 1. Tusc. 9. Errare mehercule malo cum Platone, quem quanti tu facias, scio, & quem ex tuo ore admiror: quam cum istis vera sentire.
ADMIRANDUS, a, um. [θαυμαστὸς] Dignum Admiratione: Idem quod Admirabilis. Virg. 4. Georg. 3.
Admiranda tibi levium spectacula rerum, &c.
Admirandus in plurimis. Quintil. lib. 3. 11.
ADMIRANS, antis. Partic. Nepos 2. 10. 1. Rex animi magnitudinem admirans.
ADMIRĀTOR, oris. m. [θαυμαστὴς] ut apud Quintil. lib. 2. cap. 5. Admirator nimius antiquitatis.
ADMIRATIO, ōnis. f. [θαυμασμός] Cic. 2. de Nat. Deor. 124. Est etiam admiratio nonnulla in bestiis aquatilibus. Plin. lib. 10. cap. 29. Alia admiratio circa oscines.
Affici admiratione. Cic. 2. Off. 37. Admiratione autem afficiuntur ii qui anteire cæteris virtute putantur.
Cepit eum admiratio. V. CAPIO.
Decrescit admiratio. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Efficere admirationes in aliquibus. Cic. 1. de Orat. 152. Hæc sunt quæ clamores & admirationes in bonis oratoribus efficiunt.
Esse in admiratione. Plin. lib. 16. cap. 26. In maxima tamen admiratione pinus est.
Habere admirationem dicitur res aliqua. Cic. in Orat. 6. Idem 4. de Fin. Quid autem habent admirationis, cum prope accesseris?
Incessit admiratio quod, &c. V. INCESSO.
Intermittere admirationem. V. INTERMITTO.
Movere admirationem maximam alicui. Cic. 10. Philipp. 3. Hoc certe quod mihi maximam admirationem movet, non tacebo.
Mulcere animos admiratione. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Obstupefacti homines admiratione. Cic. pro Deiot. 34.
Obtinere admirationem. V. OBTINEO.
Traducere auditores ad magnam admirationem. Cic. in Orat. 192.
ADMIRABILIS & e, [θαυμαστὸς, θαυμάσιος] Quod admiratione dignum est. Cic. 3. de Fin. Verum admirabilis compositio disciplinæ incredibilisque rerum traxit ordo. Ovid. 6. Met. 14. Opus admirabile.
Admirabilis in re aliqua. Cic. 1. de Orat. 6. Quærendum esse visum est, quid esset, cur plures in omnibus artibus quam in dicendo admirabiles extitissent.
ADMIRABILĬTAS, ātis. denom. ab Admirabilis, idem quod Admiratio [τὸ θαυμαστὸν] Cic. 2. Off. 38. Hæc animi despicientia admirabilitatem magnam facit. Nonius tamen hic legit Mirabilitatem. Idem 2. de Nat. Deor. 90. Quanta sit admirabilitas cœlestium rerum atque terrestrium.
ADMIRABILĬTER, Adv. [θαυμασίως] i. e. Honorifice, insigniter, ac veluti cum admiratione quadam omnium. Cic. de Opt. Gen. Orat. 37. Plato suum fere æqualem admirabiliter in Phædro laudari fecit a Socrate.
Accipere aliquem admirabiliter. Cic. 5. Att. 14. Nos Asia accepit admirabiliter.
Admirabiliter administrare. V. ADMINISTRO.
Nimis admirabiliter, nimisque magnifice dicere. Cic. 4. Tusc. 36.
ADMISCEO, ui, istum sive ixtum, [προσμιγνύω, ἐπιμίγνυμι] ēre. Rem aliquam cum alia miscere. Cic. 2. Tusc. 26. Veruntamen versus ab his admisceri orationi.
Admiscere se vel aliq. alicui negotio. Ter. Heaut. 4. 5. 35. Ita tu istæc tua misceto, ne me admisceas. Ibid. 5. 2. 22. Ne te admisce, nemo accusat Syre te. Quod vulgo dicitur, De hac re noli te miscere vel interponere. In priore autem exemplo subauditur Illis: in posteriore Huic rei, vel Huic negotio.

Aliquem isto. Cic. 3. Q. frat. 17. Trebatium vero meum quod isto admisceas, nihil est.
Aliquid cum re alia. Cic. 7. Att. 1. Sed hoc tamen quicquid est Precianum, cum his rationibus quas ille meas tractat, admisceri nolo.
Ad aliquod consilium. Cic. 12. Philipp. 16.
Aliquid in aliud. Plin. lib. 26. cap. 10. Admixtis in heminam seminis, resinæ colophoniæ cochlearibus II. thuris uno.
ADMISTUS, & ADMIXTUS. Partic. [προσμεμιγμένος] Cic. 1. Acad. 8. In illis veteribus nostris scriptis multa admista ex intima philosophia.
Aër admistus multo calòre. Cic. 2. de Nat. Deor. 27.
Calor. Cic. 2. de Nat. Deor. 26. Atque aquæ etiam admistum esse calorem.
ADMISTIO, ōnis. f. [πρόσμιξις] Cic. 2. de Nat. Deor. Suum retinet ardorem tenuem, & nulla admistione concretum. Idem de Senect. 79. Animus omni admistione corporis liberatus.
ADMIXTUS, ús. m. Idem. Macrob. 2. Saturn. 1. Honorem Dei nullo admixtu voluptatis augemus.
ADMISSIVUS, ADMISSARIUS, ADMISSIO, ADMISSURA. Vid. post ADMITTO.
ADMITTO, īsi, issum, [προσίεμαι, εἰσδέχομαι] ĕre. Intromittere, introducere. Cic. 5. Verr. In tam gravi nuntio nemo admitteretur. Ovid. 5. Trist. 7.
Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes.
Admitti ad aliquem. Ter. Hec. 2. 1. 41.
Partum ad ubera. Plin. lib. 8. cap. 42.
In cubiculum. Cic. 8. Philipp. 22. In cubiculum admittere & reducere.
In domum. Cic. 1. Off.
Admitti ad puellam. Ter. Eun. 2. 2. 50.
Per tegulas. Cic. 2. Philipp. 45.
In animum judicis, quod barbare dicitur Esse in gratia. Quintil. lib. 4. cap. 14. Sed quia in initiis maxime necessaria, per quæ in animum judicis, ut procedere ultra possimus, admittimur.
Aliquem ad suas capsas. Cic. Div. in Verr. 51. Mihi quam multis custodibus opus erit, si te semel ad meas capsas admisero?
Aliquem arcanis, i. e. Ad arcana & secreta. Sen. in H. OEth. 535.
Admittere auribus. Liv. 4. Bell. Maced. Pacis cum tyranno mentionem admittendam auribus non fuisse. Hoc est, nullo modo fuisse audiendam. Sic, Admittere consilium auribus. Ibid. lib. 3.
Ad causam dicendam. Cic. in Verr.
Ad colloquium. Cæs. 3. Bell. Civil. Hæc ad eum mandata Clodius refert: ac primis diebus, ut videbatur, libenter auditus, reliquis ad colloquium non admittitur.
Ad, vel In consilium. Sallust. in Cic. Quem Minerva omneis artes edocuit, Juppiter Opt. Max. in consilium deorum admisit. Nunquam enim temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad consilium casus admittitur. Cic. pro Marcell. 7.
Admittere, pro Recipere missum in possessionem. l. 17. De de damno infect.
Admittere bonorum possessionem, pro Agnoscere, & accipere, in l. 7. C. de jure delib.
Admittere aliquid, Perferre, Pati fieri. Ter. Eun. 4. 6.
Sed tu quod cavere possis, stultum admittere est.
Admittere aliquid ad cibos, vel in cibos. Plin. lib. 20. cap. 11. Idem lib. 9. 25. In cibos non admittitur echineis.
Curationem. Cels. lib. 3. cap. 12. Horror autem eas fere febres antecedit, quæ certum habent circuitum, & ex toto remittuntur. Ideoque tutissimæ sunt, maximeque curationes admittunt. Vid. Medicinam.
Diem. Plin. Epist. 213. Notarium voco, & die admisso, quæ formaveram, dicto. h. e. Diei luce intromissa in cubiculum per fenestras. V. Solem.
Equum, pro Concitare. Cic. 2. de Fin. 61. Quum se devoveret, & equo admisso in mediam aciem Latinorum irruebat, &c. Liv. 2. 19. In Posthumium Tarquinius equum infestus admisit.
Admittebantur excusationes multæ. Asconius.
Fidem admittere. h. e. Credere. Claud. in Eutrop. lib. 2.
Frigus. Cels. lib. 7. cap. 26. Isque subinde oleo tepido madefaciendus est, ut neque frigus ad vesicam admittat, & nervos leniter molliat.
Jocos, Patienter ferre quicquid joco dicitur. Martial. lib. 4. 8.
Medicinam. Cels. lib. 7. cap. 14. Ex his id quod ex spiritu vitium est, medicinam non admittit. V. Curationem supra.
Preces. i. e. Recipere. Sen. in Theb. 1.
Solatia. Plin. Epist. 169.
Solem, h. e. Radiis solis viam aperire. Plin. lib. 12. cap. 1. Commendatio platani non alia major est, quam solem æstate arcere, hyeme admittere. V. Diem.
Sumptum, pro Sumptum facere. Ter. Adel. 5. 7. 15.
Venerem curis. i. e. Inter curas. Lucan. 9. 1077.
Admisit Venerem curis, & miscuit armis.
Viam. Claud. 4. Paneg. 503. de Metauro monte,
Admisitque viam sectæ per viscera rupis.
Admittere, pro Recipere ad accusandum, aut testificandum, aut judicandum. Cic. pro Cluen. 116. In litibus æstimandis fere, Judices, aut quod sibi eum quem semel condemnarunt, inimicum putant esse: siqua in eum lis capitalis illata est, non admittunt.
Admittere, absolute. Plin. lib. 6. Epist. ad Corn. Tacit. Placuit egredi in littus, & e proximo aspicere ecquid jam mare admitteret, quod adhuc vastum & adversum permanebat. Admitteret, i. e. An fluctus posuisset. Catanæus.
Admittere, Peccare, committere. Donat. Admittere plus est quam facere. Plaut. Men. 5. 1. 12. Quid tandem admisi in te, ut loqui non audeam?
In se aliquid admittere, pro Perpetrare aliquod facinus. Cic. 2. Philipp. 47. Tu autem eo liberior, quod ea in te admisisti, quæ a verecundo inimico audire non posses. Idem pro Cluen. 167. Quid unquam Avitus in se admisit, ut hoc tantum ab eo facinus non abhorrere videatur?

Culpam admittere. Liv. 1. Bell. Maced. Cæterum non plures tantum Macedones quam ante, tuebantur urbem, ſed etiam præſentioribus animis, & caſtigationibus regis in admiſſa culpa.
Culpam in ſe admittere. Plaut. Trin. 1. 2. 6.
Hic ille eſt, ſenecta ætate qui factus eſt puer,
Qui admiſit in ſe culpam caſtigabilem. Ter. Phorm. 1. 5. 40.
Si eſt, patrue, culpam ut Antipho in ſe admiſerit.
Dedecus. Cic. 9. Att
Delictum in ſe admittere. Ter. Adel. 4. 5. 48. Me hoc delictum admiſiſſe in me vehementer dolet.
Facinus, flagitium. Cic. 3. Off. 95.
Fraudem capitalem. Cic. pro Rab. 26.
Maleficium. Cic. pro Roſc. Amer. 62.
Noxiam. Ter. Eun. 5. 2. 13. —unam hanc noxiam
Mitte: ſi aliam unquam ullam admiſero, occidito.
Noxiam alicui, pro Remittere Condonare. Plaut. Pœnul. 1. 3. 191. Verumetiam tibi hanc admittam noxiam unam Agoraſtocles: Non ſum irata. In emendatis codd. legitur. Amittam. [Forte Omittam. Sic & ap. Ter. Lindenbr. Faern. Bentl. Amitte.
Turpe aliquid in ſe admittere. Ter. Phorm. 2. 2. 68. de virgine cive loquens, Ut nequid civis turpe in ſe admitteret Propter egeſtatem, proximo juſſa eſt dari.
Admittere & committere. Cic. 3. Fam. 10. Siquid a me prætermiſſum erit: commiſſum facinus, & admiſſum dedecus confitebor.
Admittere, apud rei pecuariæ ſcriptores Eſt marem fœminæ, aut mari fœminam admovere ad initum. Columel. lib. 7. cap. 2. Patruus meus arietes feros mercatus, quosdam in agros tranſtulit, & manſuefactos tectis ovibus admiſit.
Admittere marem ad concubitum dedignatur contumax gallina. Columel. lib. 8. cap. 2.
Admittere venuſte ad inſitionem tranſtulit. Plin. lib. 17. cap. 18. Qui ver probant, ab æquinoctio ſtatim admittunt, prædicantes germina parturire, i. e. Surculum trunco adjungunt: quod eſt, arbores inſerunt.
Admittere, eſt & verbum augurale. Nam cum volatu aut voce fauſtum omen præbent & ratum faciunt aves, Admittere dicuntur. Plaut. Aſin. 2. 1. 11. Impetritum, inauguratum eſt: quovis admittunt aves. Uſus eſt & Liv. 1. 36. & 4. 18. V. ADDICERE.
ADMISSUS. Partic. Intromiſſus. Hor. Arte Poet. 5.
Spectatum admiſſi riſum teneatis, Amici.
Idem ac Commiſſus, ut Admiſſa peccata. Lucret. 3. 840. Unde.
ADMISSUM, i. n. [παράπτωμα] pro Delicto. Liv. 25. 23. Non erat colloquii copia: quia multorum animi ſuſpecti omnium curam oculosque converterant, nequid falleret tale admiſſum. Macer. in l. 2. D. de Abigeis, Graviter puniri eorum admiſſum ſolet.
Admiſſo honorem amittere. l. ult. D. de pœnis. i. e. ob delictum.
ADMISSIO, onis. f. [εἰσδοχή] Plin. in Paneg. An quisquam ſtudia humanitatis profeſſus, non cum omnia tua, tum vel in primis laudibus ferat admiſſionum tuarum facilitatem? h. e. Quod facile quemlibet admittis ad colloquium. Habebant autem veteres, primas & ſecundas admiſſiones. Id quod hodieque ſervatur in aulis principum. Sen. de Benef. 6. Non ſunt iſti amici, qui magno agmine januam pulſant, qui in primas & ſecundas admiſſiones digeruntur. Idem 1. de Clement. Totam cohortem primam interioris admiſſionis ex adverſariorum caſtris conſcripſit.
Admiſſionem dare, i. e. Jus ingrediendi cubiculum principis. Plin. lib. 33. cap. 3.
Admiſſio, idem quod Admiſſura: nempe Actus ipſe admittendi mares fœminis. Varro de R. R. lib. 2. cap. 7. Horum fœturæ initium admiſſionis facere oportet ab æquinoctio verno ad ſolſtitium, ut partus idoneo tempore fiat.
ADMISSUS, ûs. m. Idem quod Admiſſio. Pallad. 6. 1. Admiſſu ſolis maturitati conſulere.
ADMISSIONĀLIS, m. [εἰσδεκτικὸς] Is dicitur, cujus officium eſt admittere aulicos intra cubiculum ad principem ſalutandum. Lamprid. in Alexandro, Salutaretur quaſi unus de ſenatoribus, patente velo, admiſſionalibus remotis.
ADMISSIVUS, a, um. Aves admiſſivæ dicebantur ab Auguribus, quæ conſulentem juberent. Feſtus. h. e. Quæ id, de quo auſpicium capiebatur, approbarent, & addicerent.
ADMISSURA, æ. [ὀχεία] Tempus & actio ipſa, qua mares gregum admittuntur fœminis, fœturæ cauſa. Varr. lib. 2. cap. 5. Propter fœturam hæc obſervare ſoleo ante admiſſuram, menſem unum, ne cibo & potione ſe impleant. Sic Admiſſuræ tempore apud Plin. lib. 10. cap. 12. Idem lib. 8. cap. 42. de equis, Ad generandum paucis animalium minor fertilitas: qua de cauſa per intervalla admiſſuræ dantur.
ADMISSARIUS, [ἀναβάτης, ὀχεῖος, βιβαστής] denom. ex Admiſſus. Admiſſarius equus, qui ad ſobolem procreandam potiſſimum ſervatur. Plin. lib. 28. cap. 15. Sanguis equi, præcipue admiſſarii. Varr. 2. de R. R. cap. 7. Et equos emittere incipiam, nec ſolum mares quos admiſſarios habeo, ut Atticus, ſingulos in fœminas denas.
Admiſſarium. Cic. in Piſon. 69. pro homine libidinis pervagatæ poſuit, ad omniumque fœminarum libidinem expoſito. V. ADHINNIO.
ADMISSOR, ōris. m. Scil. Facinoris. Lact. Epit. cap. 4. 1. 4.
ADMODĔROR, āri. Idem ac Moderor. Plaut. Milit. 4. 2. 81. Nequeo riſu me admoderari.
ADMODŬLOR, [ἐπαυλέω] ari. Simul modulari. Claud. Feſcen. in Nupt. Honor. & Mariæ, Od. 2. v. 12.
Et Padus electriferis admoduletur alnis.
ADMŎDUM, [λίαν, ἐκ μέρους] Adv. ſignificat Satis: quaſi juxta modum, i. e. Mediocritatem: ſicut e contrario, Supra modum, & Præter modum, Plus quam ſatis: Intra modum, Minus quam ſatis. Alii pro Valde accipiunt, ut ſit intendendi adverbium. Cic. de Senect. 10. Eum colere cœpi non admodum grandem natu.
Admodum in reſponſione, pro Etiam. Plaut. Rud. 1. 5. 9.
Nempe equo ligneo per vias cœruleas eſtis vectæ.
P. Admodum. Ter. Phorm. 2. 2. 1. Itane patris ais conſpectum veritum hinc abiiſſe? G. admodum. Ubi Donatus, Admodum annuendi vim habet, duntaxat modo: & ſubauditur veritum.
Admodum nihil. Cic. in Bruto 210. Curio literarum admodum nihil ſciebat. h. e. Nihil omnino. Idem lib. eodem. Nam plane quidem perfectum, & cui nihil admodum deſit, Demoſthenem facile dixeris.
Nullus admodum. Liv. Decad. 3. lib. 3. Equeſtris pugna nulla admodum fuit, quia ſimul inclinatam mediam aciem Numidæ Maurique viderunt: extemplo fuga effuſa nuda cornua deſeruere.
Admodum videtur pro Fere interdum accipi. Plaut. Epid. 1. 2. 2. Atque admodum meûm mœrorum atque amorum ſummam dictavi tibi.
Admodum, cum genitivo. Columel. lib. 4. cap. 1. Quum ſcrobes defodimus, admodum exigui pulveris viviradici ſubjicimus. h. e. Paululum, pauxillum.
Admodum, cum adverbiis junctum, elegantem vim habet, & ſignificationem auget: ut Nuper admodum, pro Nuperrime. Ter. Heaut. 11. 1. Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum eſt. Cic. 4. Acad. Iſti philoſophi raro admodum cohærent.
Admodum, cum verbis, pro Valde, & mirum in modum ſumitur. Plin. lib. 9. cap. 38. Pelagio admodum alligatur. Idem lib. 20. cap. 3. Admodum prodeſt.
ADMOENIO, [πολιορκέω] īre. Plaut. Pſeud. 1. 3. 150. Hoc ego oppidum admœnire, ut hoc die capiatur, volo. Videtur Plautus more ſuo finxiſſe pro Obſidere. [Imo Oppugnare. Ciſtel. 2. 2. 5. Quot admœnivi fabricas!
ADMOLIOR, ītus ſum, [ἐπιχειρέω] īri. Admovere: proprie dicitur de rebus magnis aut gravibus, ut Moles & Moliri: ut Admoliri ſaxum, cui contrarium eſt, Amoliri. Plaut. Aſin. 3. 2. 24. Ubi ſacro manus ſis admolitus. Curt. Velut de induſtria rupes præaltas admolita natura eſt.
ADMŎNEO, ui, ĭtum, [παραινέω, νουθετέω, παραγγέλλω, ἀναμιμνήσκω] ēre. In memoriam adducere, ſive Commonefacere. Cic. 1. Att. 8. Ut me locus ipſe admoneret. Idem 4. Verr. Recte admones.
Admoneri ad aliquid faciendum. Cic. 2. de Divin. 134. Quam multi inopes digni præſidio deorum, nullo ſomnio ad theſaurum reperiendum admonentur?
Admonere ad aurem. Cic. 2. de Fin. 69. Et eam tantum ad aurem admonerent (ſi modo id pictura intelligi poſſet) ut caveret nequid perficeret imprudens, &c.
Aliquem verbis alterius. Cic. 9. Fam. 6. Caninius noſter me tuis verbis admonuit ut ſcriberem.
Flagello, pro Stimulare, inſtigare, ſive id percuſſu fiat, ſive ſola flagelli concuſſione. Columel. lib. 2. cap. 2. Virg. 10. Æn. 586.
Lucagus ut pronus pendens in verbera telo
Admonuit bijugos. Nonius Percuſſit interpretatur.
Admonere de. Cic. pro Lege Manil. De quo vos paulo ante invitus admonui.
Amiciſſime admonere quempiam. Cic. 7. Att. 25.
Præclare aliquem admonere. Cic. 9. Att. 11. Illud me præclare admones, quum illum videro, ne nimis indulgenter, & ut cum gravitate potius loquar.
Admonemur multa oſtentis. Cic. 2. de Nat. Deor. 166. Multa præterea oſtentis, multa in extis admonemur, multisque rebus aliis, quas diuturnus uſus ita notavit, ut artem divinationis efficeret.
Admonemur multa ab amicis. Plin. 5. Epiſt. 3. Qui ſcripta ſua recitat, multa a multis admonetur: & ſi non admoneatur, quid, &c.
Admonitum te illud volo. Cic. pro Cœlio, Illud tamen te eſſe admonitum volo: primum qualis es, talem te eſſe exiſtimes. Quod barbare dicitur, Ego volo ut bene ſcias.
Admoneo te hujus rei. Liv. 5. Bell. Maced. Qui admonerent fœderis eum Romani.
Admoneo te ut. Cic. 1. Q. fratr. 1. Sed te illud admoneo, ut ſi hoc plene vitare non potes, quod ante occupatur animus ab iracundia, quam providere ratio potuit ne occuparetur, ut te ante compares, quotidieque meditere reſiſtendum eſſe iracundiæ.
Admoneo, cum infinitivo. Virg. 4. Georg. 186. —rurſus eaſdem
Veſper ubi e paſtu tandem decedere campis
Admonuit. Hor. 1. Sat. 6. 126.
Aſt ubi me feſſum ſol acrior ire lavatum
Admonuit, fugio rabioſi tempora ſigni.
ADMONENS. Partic. Admonente diſpenſatore, quemadmodum ſummam rationibus vellet inferri. Suet. Veſp. C. 22. extr. i. e. In memoriam illud revocante & ſimul interrogante. H. St.
ADMONĬTUS, Partic. [παραινούμενος] Qui admonetur. Ovid. 6. Met. 621.
Ad matrem veniebat Itys: quid poſſit, ab illo Admonita eſt.
ADMONITŪRUS, [παραινέσων] Partic. Ovid. 10. Epiſt. 42.
Candidaque impoſui longæ velamina virgæ,
Scilicet oblitos admonitura mei.
ADMONĬTUS, ûs. [νουθέτημα] Idem quod Admonitio. Cic. 9. Att. 12. Hominis prudentis & amici tali admonitu. Ovid. 3. Faſt. 612.
Flet tamen admonitu mortis Eliſa tuæ. h. e. Ob recordationem mortis Didonis.
ADMONĬTUM, i. n. [παράγγελμα] Cic. 2. de Orat. 64. In eodem ſilentio multa alia oratorum officia jacuerunt, cohortationes, conſolationes, præcepta, admonita, quæ tractanda ſunt omnia diſertiſſime.
ADMONITIO, onis. [παραίνεσις] Cic. 2. de Orat. 339. Tum objurgatio, ſi eſt autoritas: tum admonitio, quaſi lenior objurgatio.
Admonitio in conſilio dando familiaris. Cic. 1. Off. 145.
Admonitionibus locum non relinquere. Cic. 1. Fam. 1.
Admonitione agitare animum alicujus. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Admonitio morbi aut doloris, quod vulgo Reliquias morbi vocant. Plin. lib. 24. cap. 17. Siqui morbi humano corpori acciderint florente aproxi, quanvis ſanatos, admonitionem eorum ſentire quoties florere eam contigerit. Idem lib. 25. cap. 8. Diebusque vicenis interpoſitis idem fiat, ſiqua admonitio doloris ſuperſit.
Admonitioni iraſci. V. IRA. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Admonitio, pro Interpellatione, per quam debitor admonetur ut ſolvat. Ulp. l. 2. §. In omnibus. D. de Judiciis.
Admonitione non indignum. Quintil. lib. 6. cap. 1.
ADMONĬTOR, ōris. m. [παραινετής] Cic. in Topic. Etſi admonitore non eges. Ovid. 4. Met. 663.
Admonitorque operum cœlo clariſſimus alto
Lucifer ortus erat.

Admo-

Admordeo, di, ſum, [προσδάκνω] ēre. Majus quiddam eſt quam Mordere, & quaſi Abrodere. Virg. 2. Georg. 379.

— & admorſo ſignata in ſtirpe cicatrix. Ubi Servius, Admorſo participium eſt, ac ſi diceret Abroſo.

Admordere aliquem, per metaphoram, pro Aliquid ab eo corradere, vel Damno afficere. Plaut. Perſ. 2. 3. 15. Nam id demum lepidum eſt, triparcos homines, vetulos, avidos, aridos Bene admordere, qui allium ſervo obſignant cum ſale. Idem Pſeud. 4. 7. 24. Habet argentum: jam admordere hunc mihi lubet.

Admorsus, Partic. [προσδηχθεὶς] Propert. 3. 9. 53.

Brachia ſpectavi ſacris admorſa colubris.

Admŏveo, ōvi, ōtum, [προσάγω, προσάπτω, προςίθημι] ēre. Aliquid vicinius facere, & proxime adjungere: quod vulgus dicit Appropinquare: & ei contrarium eſt Amovere. Liv. 4. Locum dedere ſcalas admovendi.

Admovere ad Liv. 4. Bell. Maced. Ad urbem Romam admoturus exercitum videbatur: pro Adducturus prope urbem. V. Ad.

Ad nares faſciculum admovere. Cic. 3. Tuſc. Faſciculum ad nares admovebis, incendes odores.

Ad aliquid ſe. Cic. de Amicit. 100.

Aurem. Ter. Phorm. 5. 6. 29. & Cic. 2. de Orat. 153.

Blanditias, i. e. Blandiri. Ovid. 6. Met. 632.

Calcar equo, eſt Equum calcaribus ſtimulare. Figurate vero ad hominem transfertur, pro Inſtigare, impellere, incitare. Cic. 6. Att. 1. Adſcribit etiam, & quaſi calcar admovet, interceſſiſſe ſeſe pro iis magnam pecuniam. Quod & Addere dixit Ovid. 1. Epiſt. 36.

— & admiſſis addere calcar equis.

Cibum ad os. Plin. lib. 11. cap. 43.

Cruciatus. Cic. 5. Verr. 163. Quid quum ignes, cadentesque laminæ, cæterique cruciatus admovebantur, &c.

Curationem ad aliquem. Cic. 4. Tuſc. 61. Sed alia quædam fit ad eum admovenda curatio.

Cucurbitulam. Celſ. lib. 5. cap. 26. Quod lib. 6. cap. 6. Accommodare cucurbitulam dicit.

Equum alicui. Liv. 2. Equitibus admoti equi, ut perſequi hoſtem poſſent.

Faces doloris, quaſi Doloris flammas & incendia adhibere. Cic. 2. Tuſc. Quumque quaſi faces ei doloris admoverentur, ſæpe dixiſſe, Nihil agis dolor.

Greſſus. Stat. 11. Theb. 560.

Dum videt hæc dicens, greſſus admovit, & arma, &c. h. e. Propius acceſſit.

Horas mortis. Lucan. lib. 7. 50.

Mortis vicinæ properantes admovet horas. h. e. Suæ mortis tempus accelerat.

Iras, h. e. Ad iracundiam incitare. Stat. 5. Theb.

Machinam. Cic. pro Cluent. Oppianicus continuo ſperare cœpit hoc ſe a Julio, tanquam aliqua machina admota capere Aſinii adoleſcentiam, & fortunas ejus patrias expugnare poſſe.

Manum alicui rei, pro Apponere, adhibere. Plin. lib. 35. cap. 11. Inde illud, Admovere manum operi. Ovid. 10. Met. 254.

Manum nocentibus, Punire nocentes. Liv. 5.

Manum vectigalibus, quod & Manum vectigalibus adhibere dicitur. Cic. de Lege Agr. Reges denique exhauriunt, admovent manus vectigalibus populi Romani. i. e. Vectigalia invadunt, manus illis injiciunt.

Oſcula. Ovid. 10. Met. 344.

Preces. Ovid. 3. de Ponto 7. 36.

Probationi reum, Ita compellere reum argumentis, ut pene convictus videatur. Ulp. in l. 1. D. De quæſtion. Ad tormenta ſervorum ita demum veniri oportet, quum ſuſpectus eſt reus, & aliis argumentis ita probationi admovetur, ut ſola confeſſio ſervorum deeſſe videatur. Sic legit & exponit Budæus. Sic habent & Pandectæ Florentinæ, tametſi aliter legit Haloander.

Sonum vocis. Cic. in Orat. Itaque ille perfectus orator, utcunque ſe affectum videri, & animum audientis moveri volet, ita certum vocis admovebit ſonum.

Stimulos, Citare, quod & Stimulare dicitur. Metaphoricum. Cic. 3. Tuſc. V. Adhibere. Idem pro Sextio 12. Liv. 7. Itaque tantos pudor ſtimulos admovit, ut ruerent in hoſtium tela.

Talos alicui. Plaut. Aſin. 4. 1. 34. Talos ne cuiquam homini admoveat, niſi tibi.

Terrorem, eſt Terrorem injicere. Liv. 6.

Vim. Celſ. lib. 7. cap. 26.

Vultum admovere ad auditores. Author ad Heren. Nam hoc eſt a natura datum, ut quamproxime tum vultum admoveamus ad auditores, ſi quam rem docere eos, & vehementer inſtigare velimus.

Admovere ſimpliciter, pro Admovere exercitum ſeu copias. Tacit. de Morib. German. Non Samnis, non Pœni, non Hiſpaniæ, Galliæve, ne Parthi quidem ſæpius admovere. Sic legit Rhenanus. Alii, Admonuere.

Admovere prope. Cic. de Amicit. 31. Quam qui appetiverunt, applicant ſeſe, & propius admovent.

Propius urbem. Cic. 6. Philipp. 5. Dum ne exercitum propius urbem Rom. cc. mil. admoveret.

Admōtus, [προσαχθεὶς] Partic.

Admotus & contiguus. Plin. lib. 2. cap. 9. de Luna. Jam vero humilis & excelſa, & ne id quidem uno modo, ſed alias admota cœlo, alias contigua montibus.

Bellum admotum. Sil. Ital. lib. 16.

Mors. Stat. 5. Theb.

Occaſio ſceleris exequendi. Curt. lib. 8.

Spes. Ovid. 11. Met. 454.

Admōtus, ûs. [πρόσθεσις] Plin. lib. 24. cap. 11. Ciet menſtrua admotu. h. e. Menſtrua ciet, ſi ventri inferiori admoveatur, & applicetur. Sermonis compendium peculiare Plinio. Admota alii legunt.

Admotio, ōnis. f. [προσαψις] Cic. 2. de Nat. Deor. 150. Ad nervorum eliciendos ſonos, ad tibiarum, apta manus eſt admotione digitorum.

Admugio, [προσμυκάομαι] īre. Aliorum mugitibus reſpondere, vel Ad alios mugire. Ovid. 1. de Arte Am. 279.

Mollibus in pratis admugit fœmina tauro,

Fœmina cornipedi ſemper adhinnit equo.

Admurmŭro, [προσμορμυρίζω, ἐπιτονθορίζω] āre. Summiſſo quodam murmure applaudere dicenti, & quaſi dictum ejus approbare. Ut fieri ſolet a populari corona in concionibus, & in foro judiciali. Huic contrarium eſt, Obmurmurare. Cic. 1. Att. 8. Admurmurante ſenatu. Vide Fremo.

Admurmuratum eſt, imperſ. Cic. 2. de Orat.

Admurmurare, Murmure obſtrepere, Murmure refragari & Indignationem oſtendere. Cic. l. 5. in Verr. 40. Memoria tenetis Judices, quam valde univerſi admurmurarint, quam palam principes contradixerint?

Admurmŭratio, ōnis. f. [ἐπιψιθυρισμὸς] Quum populus murmure quodam applaudit concionanti, aut aliquid palam dicenti. Cui contrarium eſt Obmurmuratio. Cic. pro Lege Manil. 37. Idem 2. Q. fratr. 1. Claudium accuſavi tanquam reum, multis & ſecundis admurmurationibus.

Admurmuratione petulantiam & furorem alicujus abjicere. Cic. in Piſon. 31. Qui non admurmuratione, ſed voce & clamore abjecti hominis & ſemivivi furorem, petulantiamque abjeciſtis.

Admutĭlo, [προσπηρόω] āre. Idem quod Mutilare. Sæpe Torquere, & plagis afficere. Plaut. Perſ. 5. 2. 48. Me usque admutilaſti ad cutem. Idem Capt. 2. 2. 19. Si frugi eſt, usque admutilabit probe.

Admutilari militem pereleganter dixit Plaut. Milit. 3. 1. 177. quod eſt Tonderi, pro Falli, & ſycophantia verſuta deludi. Turnebus.

A D N

Adnascor, atus ſum, [παραφύομαι] aſci. quaſi Ad aliquid naſci. Nam Adnaſci proprie dicimus Quod naſcitur in re aliqua, præter id, quod ei naturale & proprium fuerat. Plin. lib. 16. cap. 44. Viſcum autem in quercu, robore, ilice, pruno ſylveſtri, terebintho, nec aliis arboribus adnaſci. adde Paul. JC. Dig. l. 1. t. 7. l. 10. & 23. & Ulpian. Dig. lib. 25. t. 3. l. 3. §. 6. V. Agnascor.

Adnatus, Partic. Adnatis cubitalibus, ſcil. caulibus. Plin. 27. 11.

Adnăto, [προσνήχομαι] āre, frequent. ab Adno, as; Idem quod Adnare. i. e. Natando aliquo pervenire. Plin. lib. 9. cap. 10. Troglodytæ autem ad quos adnatant, ut ſacras adorant. Ibid. cap. 29. Ad manum hominis adnatat.

Adnatare inſulæ. Plin. lib. 8. cap. 25. Itaque ei uni inſulæ crocodili non adnatant. Idem lib. 9. cap. 10. Adnatare enim ſingulis ternos.

Lateri. Sen. in Agam. 6. Et comes lateri adnatabat. i. e. Juxta latus.

Adnavigo, [προσπλέω] āre. Ad vel præter aliquem locum navigare. Plin. 35. 10. Quo cum Apelles adnavigaſſet. Idem. 36. 12. Sane conſpicuæ undique adnavigantibus.

Adnavigatio. verbale f. Ulp. lib. 4. §. 5. ff. de Off. Procos. & Leg.

Adnecto, V. Annecto.

Adnicto, [ὀφθαλμιάω] āre. ex Nicto compoſitum: Feſtus, Adnictat, Sæpe & leviter oculo annuit. Nævius in Tarentilla, Alii adnutat, alii adnictat, alium amat, alium tenet.

Guigner, ὑποφθαλμιῶ H. St.

Adnītor, ixus vel iſus ſum, [διατείνομαι] īti. Ad aliquid niti, & Dare operam, aut Niti vehementius. Liv. 21. 8. Pœno cepiſſe jam ſe urbem, ſi paululum adnitatur, credente. Idem. 5. 25. extr. Et patres hoc idem de interceſſoribus regis anniſi. Id. lib. 4. Patres ſumma ope annixi ſunt.

Aliquid adniti. Plin. Epiſt. 18. lib. 6. i. e. Conari.

De re aliqua. Cic. 6. Att. 8. Ego, niſi Bibulus, &c. adniteretur de triumpho, æquo animo eſſem. h. e. Ad triumphum vehementius aſpiraret.

Omni opere, ut viveret, adnixus eſt. Plin. lib. 7. cap. 53.

Adniti, pro Adjuvare. Salluſt. in epiſtola Mithridatis, Apud Cizycum magno cum exercitu in obſidione moranti frumentum defuit nullo circum adnitente.

Adnixus, vel Adnisus, Partic. [διαπτωμένος] Virg. 1. Æn. 145.

Cymothoë ſimul, & Triton adnixus acuto

Detrudunt naves ſcopulo. Servius: Adnixus antiquum eſt, ut Connixus, quibus hodie non utimur. Dicimus enim Adniſus, & Conniſus.

Adniti ad aliquid. Cic. de Amicit. 90. Sic natura ſolitarium nihil amat, ſemperque ad aliquid, tanquam adminiculum adnititur. Hic expreſſa eſt propria verbi ſignificatio: quæ eſt, Ad aliquid tendere cui innitamur, i. e. Incumbamus.

Adnixi haſtis, h. e. Incumbentes haſtis. Virg. 9. Æn. 229.

Stant longis adnixi haſtis, & ſcuta tenentes.

Adnisurus & Adnixurus, vel Anniſurus, Annixurus. Liv. 2. Anniſurum ut appareat exilio ſibi iratos, non fractos animos eſſe. Idem l. 1. Quod Annixurus pro ſe quisque ſit.

Adno, [προσνήχομαι], āre. Natando aliquo venire: quod & Adnatare ſignificat. Cæſ. 2. Bell. Civil. 44. Quibus rebus accidit ut pauci milites, patresque familiæ, qui aut gratia, aut miſericordia valerent, aut naves adnare poſſent, recepti in Siciliam incolumes pervenirent. Virg. 6. Æn. 358.

Paulatim adnabam terræ.

Adnare navibus. Liv. lib. 8. Bell. Pun. Multique adnantes navibus.

Oræ. Virg. 1. Æn. 538. — huc pauci veſtris adnavimus oris. Ubi Serv. & Pier. V.

Adnoto, V. Annoto.

Adnubĭlo, [προσομιχλόω] āre. Stat. 5. Sylv. 1. 149.

— ſic plena maligno

Afflantur vineta Noto: ſic alta ſeneſcit

Imbre ſeges nimio: rapidæ ſic obvia puppi

Invidet, & velis adnubilat aura ſecundis. h. e. Nubilum tempus immittit.

Adnumero, V. Annumero.

Adnuntio, V. Annuntio.

Adnuo, Adnuto, V. Annuo.

Adnutrio, is, īvi, ītum, [προστρέφω] īre. Idem quod Juxta nutrio, Plin. 17. c. 23. Singulis denas ſæpe adnutriunt vites. i. e. Juxta ſingulas arbores.

A D O

Adobogion, [Ἀδοβογίων] Vir clarus, qui ex tetrarchica ſtirpe Galatarum fuit. Hic cum eſſet Cæſaris amicus, ad id honorum pervenit,

nit, ut materni generis tétrarcha, & cum aliorum, tum Bosphori rex efficeretur. Author. Strabo lib. 13.

Adobruo, ui, ŭtum, [καταχώω] ĕre. ex Ad & Obruo, quod ipsum ex Ruo compositum est: Idem quod Obruere. Columel. 11. 2. Omnes arbores quæ fuerant in segete, circumfodere, & adobruere oportet. h. e. Terra multa sepelire, ut non appareant trunci.

Sarculis adobruere. Columel. 2. 11. Minimis aratris proscindunt, atque ita jaciunt semina, & sarculis obruunt. adde lib. 2. cap. 12. 4. 15. & 5. 5.

Adŏleo, ui & ēvi, ultum, [καταγίζω, θυμιάω, ἐπικαίω] ēre. Virg. 8. Ecl. 65. Verbenasque adole pingues. Ubi Servius, Adole, Incende: sed κατ' εὐφημισμόν. nam Adole, est Auge. Idem 1. Æn. 708.

Cura penum struere, & flammis adolere penates.

Ubi Servius, Adolere, Colere. sed Adolere, proprie est Augere. In sacris autem Adolere per bonum omen dicitur. Nam in aris non adolentur aliqua, sed cremantur. Hæc vox enim sicut Mactare & Immolare non Consumendi sed Augendi significationem habet. V. Fest. in Suboles, & Non. 1. 288. & 4. 44. Adolere verbum est proprie sacra reddentium: quod significat votis aut supplicationibus numen auctius reddere. Sed apud Plaut. Cas. 2. 3. 19. est Redoleo, odorem spargo.

Unde hic unguenta adolent?

Adolui ab Adoleo, pro Cremavi, & Sacrificavi. Cassius ad Tiber. 2. At contra Ægyptios ubi integrum anserem adoluerunt. Ex Prisc. l. 9. extr.

Adoleri in passivo, pro Incendi. Plin. lib. 28. cap. 2. Si pontifici accidat ditis causa epulanti, in mensa utique id reponi, adolerique ad larem, piatio est.

Altaria. Virg. 7. Æn. 71.

Præterea castis adolet dum altaria tedis.

Cinnama flammæ. i. e. Cremare. Ovid. 16. Epist. 335. [Immo hic quoque pro Redolere.

Honores aris. Ovid. 8. Met. 740. Et, Deo adolere honores. Virg. 3. Æn. 547.

Adolesco, olui & olevi, ultum, [ἀκμάζω, μειρακιεύομαι, αὐξάνομαι] ĕre. Videtur ab Adoleo secundum analogiam formatum: ad quod etiam accedit significatio. Est enim Adolescere, Augeri ætate, ætate crescere. At Festus Græcum esse ostendit, his verbis, Adolescit, a Græco ἀδολέσχω, i. e. accresco venit. Unde fiunt Adultus & Adolescens. [Sed locum corruptum esse liquet. V. ibi Scalig. & Dacer. Videtur potius a primitivo Alesco derivandum q. V.

Adolui, præterit. ab Adolesco. Columel. de Arbor. cap. 22. Ita jucundi saporis fructum cum adoluerit, præbebit. Alii codices habent Adoleverit.

Adolescere, dictum proprie de hominibus. Cic. in Sallust. 13. Impudicus & procax adoleveris. Idem 1. de Nat. Deor. 99. Nisi in eo qui natus sit, nisi in eo qui adoleverit, nisi in eo qui didicerit.

Adolescit ætas. Virg. 2. Georg. 362.

Ac dum prima novis adolescit frondibus ætas. Metaphorice.
— robustis adolevit viribus ætas. Lucret. lib. 3. 450.

Martia ter senos proles adoleverat annos. Ovid. 3. Fast. 59.

Infans adolevit. Cels. in l. Inficiando. D. de furtis.

Pupillus adolevit. Ulpian. l. ult. D. Si quis caution.

Adolescere ad aliquam ætatem. Plaut. Casin. prol. 47.

Adolescere in partum. Columel. lib. 6. cap. 35.

Adolescere de mutis animalibus. Plin. lib. 9. cap. 8. Adolescunt celeriter delphini.

Adolescere de plantis. Plin. lib. 6. cap. 32. Arborum ibi proceritatem ad cxliiii. pedes adolescere.

In tria cubita triennio, h. e. Triennio solo crescere ad altitudinem trium cubitorum. Plin. lib. 7. cap. 16.

Adolescit amor in longos annos. Ovid. 2. Amor. 19. 23.

Authoritas. Tacit. 4. Hist. 61.

Cupiditas. Cic. 5. de Fin. 55. Eaque cupiditas agendi aliquid, adolescit una cum ætatibus.

Cupido potentiæ. Tacit. 2. Hist. 38.

Jus legatorum, pravo certamine. Tacit. 4. Hist. 48.

Adolescebat interea lex majestatis. Tacit. 2. Ann. 50.

Opes adolescunt. Tacit. 2. Ann. 33.

Pueritia adolescit. Tacit. 12. Ann. 8.

Adolescit ratio. Cic. 1. de Legib. 22. Quæ cum adolevit, atque perfecta est, nominatur rite sapientia.

Socordia pro Accedere vel Accrescere. Tacit. 2. Hist. 73. 1. Vix credibile memoratu est, quantum superbiæ socordiæque Vitellio adoleverit.

Ver adolescit. Tacit. 13. Ann. 36.

Viriditas Cic. de Senect. 51. Ex eo viriditatem, quæ nixa fibris stirpium sensim adolescit.

Adolevit annis virtus. Ovid. 5. Fast. 175.

Cremona numero colonorum, opportunitate fluminum, ubere agri, annexu connubiisque gentium adolevit, floruitque. Tacit. 3. Hist. 34.

Adolescere, in sacrificiis, pro Incendi. Virg. 4. Georg. 379.

— adolescunt ignibus aræ. V. Adoleo.

Adolescens, entis. Partic. Crescens. Tertul. ad Nation. 1. 1. Adeo quotidie adolescentem numerum Christianorum ingemitis. Ammian. 22. 18. Borysthenes concursu multorum amnium adolescens. Unde quoque comparat. Cic. 9. Fam. 8. Nosti os illius adolescentioris Academiæ. Verum hoc propius a Nomine, de quo mox. Uti & illud, Benjamin adolescentior. Hieron. Epist. 23. conf. Isid. 12. 2.

Adulesco, is. Idem quod Adolesco. Plin. Epist. 3. lib. 3. Quibus omnibus ita demum similis adulescet, si &c. V. Adolescens.

Adultus, a, um. [ἀνδρωθεὶς] Adj. ab Adolesco. Adultus, quum ad hominem refertur, Qui adolevit, i. e. crevit ad ætatem, quæ adolescentia dicitur. Sed & de mutis dicitur, quæ jam ætate creverunt. Virg. 4. Georg. 162.

— aliæ, spem gentis, adultos
Educunt fœtus. Servius, Educendo adultos faciunt. Plin. lib. 11. cap. 29. In Cyrenaica regione lex est ter anno debellandi eas: primo ova obterendo, deinde fœtum, postremo adultas. De locustis loquitur. V. Adolesco.

Adultus, [αὐξηθεὶς] de inanimatis dictum, ut Urbs adulta. Cic. in Bruto 270. Qui non nascentibus Athenis, sed jam adultis fuerunt.

Adultus viribus. Paterc. lib. 2. 110. 2. Adulta viribus Dalmatia, omnibus tractus ejus gentibus in societatem adductis, ex constituto arma corripuit.

Ver. Servius exponens versum illum in 1. Georg. 43. Anni, inquit, quatuor sunt tempora divisa in ternos menses: quod ipsorum temporum faciunt discretionem: ut primo mense Veris, novum dicatur Ver, secundo adultum, tertio præceps: sicut etiam Sallustius dicit ubique. Item Autumnus, Hyems nova: adulta, præceps vel extrema. Hæc ille.

Compar. Plin. lib. 10. cap. 33. Adultioresque circumagi doceat, & foras saturitatem emittere. De hirundinibus.

Æstas adulta. Tacit. 2. Ann. 23. 1.

Ætatis adultæ gradus scandere. Lucret. lib. 2. 1122.

Ætate adulta puer. Cic. 3. Verr. 160.

Artus adulti. Stat. 4. Sylv. 3. 14.

Authoritas. Tacit. 1. Ann. 46.

Autumnus. Tacit. 11. Ann. 31.

Crinis. Stat. 2. Sylv. 1. 122.

Eloquentia. Tacit. in dialogo de Orat. 25. Quum fatear quædam eloquentiæ eorum, ut nascenti adhuc, nec satis adultæ defuisse.

Nox. Tacit. 3. Hist. 23. 3.

Parthi. Tacit. 5. Hist. 8.

Pestis. Cic. 1. in Catil. 30.

Robur. Lucret. lib. 2. 1130.

Seditio. Tacit. 1. Hist. 31.

Seges. Sen. OEd. 1. 49.

Virgo. Cic. in Brut. 330. Hor. 2. Od. 3. 8.

Vitia adulta, & prævalida. Tacit. 3. Ann. 53.

Adultus, Partic. pro Crematus. Antias in 74. Eo omnes hostiæ: vituli xxvi. conjecti: & ita omnia adulta sunt. Ex Prisc. lib. 4.

Adolescens, entis. [ἔφηβος, μεῖραξ, νεανίας] No. Subst. a verbo Adolesco. Dicitur autem proprie quis Adolescens, a fine pueritiæ, nempe ab anno duodecimo usque ad annum vicesimum primum, quandiu scilicet homo, teste Plinio, crescit in longitudinem corporis, & primam lanuginem producere incipit. unde Esse in ephebis dixit Terentius. quum autem percrevit, adultus dicitur. Aliter paulo Censorinus de Die Nat. cap. 14. qui auctor est, Veteribus adolescentes ab anno xv. ad usque trigesimum appellari. Hinc Liv. 2. 3. Tarquinios adolescentes appellat qui mariti jam erant. Sic Cæs. 2. Bell. Civil. 38. Curioni Trib. plebis adolescentiam tribuit, Scipioni Liv. 30. 30. qui jam xxix. annum ætatis excesserat. Atque vel xxx. annis majores esse adolescentes vocatos Manut. ostendit ad Cic. 2. Fam. 1. extr. Inde comparativum Adolescentior, sine superlativo. Ter. prol. Hec. 11.

— Eodem ut jure uti senem
Liceat, quo jure sum usus adulescentior.

Ita Lindenbrog. Interdum enim suavitatis gratia solet o in u commutari: quemadmodum in obulus & obolus. Idem reperitur in Priscian. & Commodian. Spon. Misc. p. 129. e medii ævi inscriptione affert ADVLESCENTIAE.

Adolescens in jure dicitur, Qui inter annum decimumquartum, & vicesimum quintum ætatem agit. l. non aliter. §. 1. D. de Leg. 1.

Adolescens moribus. Plaut. Mil. 3. 1. 67. Cic. 1. Off. 122. Est igitur adolescentis majores natu vereri.

Adolescens & vir vocatur Isocrates a Cicerone in Orat. 41.

Adolescens homo. Cic. 2. Fam. 14. Hominem adolescentem non tam allicere volui, quam alienare nolui. Sic 1. de Orat. 117.

Filia adolescens. Cic. 1. de Divin. 36.

Gravis & doctus adolescens. Cic. 1. de Fin. 13.

Lætæ indolis. In Indoles.

Lectissimus. In Lego.

Perditus ac dissolutus. Cic. 4. Tusc. 55.

Primarius. Cic. 4. Fam. 5. Ut cum aliquo adolescente primario conjuncta ætatem ageret?

Verecundum decet esse adolescentem. Plaut. Asin. 5. 1. 6.

Adolescens & grandis. Hic & bella gerebat ut Adolescens, cum plane grandis esset. Cic. de Senect. 10.

Adolescens & puer. Cæsar adolescens, pæne potius puer. Cic. 3. Philipp. 3. Pueri sive jam adolescentis. Idem 6. Att. 2. V. 11. Fam. 7.

Adolescentia, [ἐφηβία, νεότης] Prima ætas hominis post pueritiam: quam infantiam appellat usque ad senectutem. Cic. de Senect. 4. Qui enim citius adolescentiæ senectus quam pueritiæ adolescentia obrepit?

Fretum adolescentiæ. V. Fretum.

Objecta morbis adolescentia. Gell. lib. 2. cap. 1.

Adolescentia, Flos ætatis. Cic. in Topic. 32.

Fervida. Sen. Octav.

Regenda est magis fervida adolescentia.

Intemperans. Cic. de Senect. 29. Libidinosa etenim & intemperans adolescentia, effœtum corpus tradit senectuti.

Libidinosa. In Libet.

Lubrica. In Lubricus.

Proterva. Cic. 5. de Fin. 62.

Sumptuosæ adolescentiæ homo. Tacit. 4. Hist. 49.

Ab adolescentia. V. Ab.

Ineunte adolescentia. In Ineo.

Ab ineunte adolescentia. In Ab.

Jam a prima adolescentia me Musæ mansuetiores delectarunt. Cic. 1. Fam. 9.

Adolescentulus, dimin. [μειράκιον] Cic. pro Flacco 51. Nep. Præf. n. 4. Idem 22. 1. 1.

Adolescentula, dimin. [νεανίσκη] Ter. And. 1. 1. 91. Forte unam aspicio adolescentulam. conf. Plaut. Epid. 1. 1. 41.

Adolescentiari, [νεανιεύεσθαι] Obsolet. verb. pro Non satis habere modestiæ. Varro, At tu quidem ut jacias censeo, quoniam tu quoque adhuc adolescentiaris. Ex Nonio 2. 25. Sed V. ed. Merc.

Adolescenturire, [μειρακιεύεσθαι] Adolescentium more facere, sive In adolescentiam redire. Laberius apud Nonium 2. 46. Incipio adolescenturire, & nescio quid nugarum facere. Quintil. 2. 2.

Adolefactus, Vet. Inscriptio, ARBORVM ADOLEFACTARVM ET COINQVENDARVM, &c.

Adoleschos, i. [ἀδολέσχος] Garrulus, nugator, loquax, qui libens multa commemorat fabulamenta, vel etiam historias: qui & Adolesches dicitur. Budæus. Cic. 16. Att. 11. Quod vereris, ne ἀδολέσχος: mihi tu? quis minus? cui, ut Aristophani Archilochi Iambus, sic epistola longissima quæque, optima videtur.

Adonai, [Ἀδωναΐ] Hebraica dictio est אדני, Latine sonat Dominus meus.

Hac

Hac voce Judæi utebantur pro יהוה nomine soli Deo conveniente, quod putarent hoc adeo sanctum esse ut pronuntiari non deberet.

ADONEUS, Arabum genti dictus est Bacchus, sic a veteribus Latinis appellatus, qui hodie Adonis vocatur. Plaut. Men. 1. 2. 35. Ubi aquila catamitum raperet, aut Venus Adoneum. V. ADONIS.

ADŌNIS, is & idis. [Ἄδωνις] Nomen proprium filii Cinyræ Cypriorum regis, & Myrrhæ: quem Venus in deliciis habuit, formositate præcellentem. Hic apri dente sub inguine percussus laceratusque prosternitur leto. Venus miserata in florem Adonium, seu Anemonem, qui est sanguineo colore, eum transformavit. Ovid. Met. 10. extr. Hunc Ausonius cum Plauto vocat Adoneum: Fulgentius, Adon. Adon Græce, suavitas dicitur. Et quia myrrha odore suavis est, Adonem dicitur genuisse. Ideo autem Venerem amasse dicunt, quod hoc genus pigmenti sit valde fervidum. Legitur apud Lucianum de Dea Syria p. 658. seq. Adonium fluvium ex Libano monte profluentem, singulis annis sanguinolentum fieri per eos dies, quibus Adonis fuit interfectus. Hieronymus in Ezechielem sic habet, Quem nos Adonidem interpretati sumus, & Hebræus & Syrus sermo Thammus vocat. Unde quia juxta gentilem fabulam in mense Junio, amasius Veneris & pulcherrimus juvenis occisus, & deinceps revixisse narratur, eundem Junium mensem eodem appellant nomine, & anniversariam ei celebrant solennitatem, in qua plangitur quasi mortuus, & postea reviviscens canitur atque laudatur. Unde apud Ezechielem prophetam legitur, Ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem. Ubi intelligi vult fuisse idololatriam celebratam in honorem Adonidis. Macrobius vero 1. Saturn. cap. 21. accepit Adonidem pro Sole. Moschopulus Ἀδώνιδος nomen ab ᾄδω, quod est cano, derivatum putat. De eodem festivissime Theocrit. Idyll. 23. & 29. Est autem apud Eobanum Hessum interpretem illius Idyllii 23. & 30. Nicander Colophonius memoriæ scriptum reliquit, Adonidem Myrrhæ filium, quum lactucam devorasset, ab apro fuisse interemptum. Addidit Callimachus, Venerem eum sub lactucâ condidisse. Quibus verborum involucris innuunt poetæ, eorum concubitus elanguescere, pigerrimosque in coitum fieri, qui lactuca vescantur assidue. Ex Ruellio. De Adonide plura & Servius ad Ecl. 10. Virg. v. 18. Potter. ad Clem. Alexandr. p. 29. Seld. de Diis Syris 2. 11. p. 332. & seq. Adonidi nupsisse traditum est Venerem quartam Syria Tyroque conceptam. Cic. 3. de Nat. Deor. 59.

Piscis etiam quidam hoc nomine appellatur: qui & ἐξώκοιτος, ὕνεκα κοίτας (ut inquit Oppian.) Ἐκτὸς ἁλὸς πίθεται, μοῦνος δ' ἐπὶ χέρσον ἀμείβει. Hoc est, quod prosilit undis, In littus sicca ponens tellure cubile. Videas Plin. lib. 9. cap. 19. & Oppianum Halieut. lib. 1. v. 159.

Adonis dicitur Fluvius prope Byblum urbem Phœnicum, author Ptolem.

Adonis Cinyreius, h. e. Cinyræ ex Myrrha filia per incestum filius. Ausonius Sectione 1. Epigram. Sic Ovid. 10. Met. 712. & 730. Alii tamen legunt Cinareius, propterea quod Cinaram vocant, qui ab aliis Cinyras dicitur.

Formosus. Virg. 10. Ecl. 18.

Niveus. Propert. 2. 10. 53.

Pictus murice. Auson. Idyll. 6. 11.

Et crocus auricomans, & murice pictus Adonis. De flore Adonio. V. & ANEMONE.

Ploratus Veneri, i. e. A Venere. Ovid. 1. de Arte Am. 75.

ADONĒUS, Adj. Ad Adonidem pertinens. Auson. in Monosyll. c. de Hist.

Cædis Adoneæ mala gloria fulmineus sus. Catull. 29. 9. Columbus Adoneus.

ADONIDIS Horti, Proverbiali figura, dicitur de rebus leviculis, parumque frugiferis, & ad brevem præsentemque tantum voluptatem idoneis. Erant autem ii horti Veneri sacri, propter Adonidem ejus amasium, primo ætatis flore præreptum, atque in florem conversum: nihilque in eis serebatur, nisi quod ad oblectationem & delicias faceret. Author Pausanias: qui etiam tradit in iis hortis semina deponi non aliter solere, quam in testis, eoque rem in proverbium abiisse contra futiles ac leviculos. Meminerunt Hermol. in Plin. & Erasm. in Chil. de iisdem erudita est conjectura Huetii in Demonstr. Evang. propos. 9. cap. 3.

ADONIA, orum. [Ἀδώνια] Festa Adonidi dicata. Ammian. 22. 9. Evenerat iisdem diebus annuo cursu completo, Adonia celebrari, ritu veteri, amato Veneris, ut fabulæ fingunt, apri dente ferali deleto. Adonia cum planctu celebrabantur a mulieribus, Veneris planctum imitantibus, quod non obscure innuit Ovid. 10. Met. V. ADONIS.

ADONIUM, [ἀδώνιον] Species est Abrotoni. Plin. 21. 10. quod in testis, turbinibusve cadorum viviradice seri solet, quo pacto Adonidis hortulos pangere solebant. Quidam hanc herbam esse, quam ex Adonidis sanguine ortum traxisse Poetæ fabulantur, atque inde Adonium appellatum putaverunt. Quod tamen falsum esse Nicandri & Theophrasti testimoniis facile convincitur, qui herbam illam Anemonem esse ostendunt.

Sumitur etiam Adonium pro Adonidis simulacro, & pro Luctu sacro, quo mulieres ad Adonium fluvium, & Byblum oppidum, Adonidem plangere solebant.

ADONIUM, Carminis genus apud Grammaticos, duobus pedibus Dact. & Spond. vel Troch. constans.

ADOPĔRIO, ui, ertum, [ἀποκρύπτω, καλύπτω] īre. Idem significat, quod Operire, nisi aliquid additum videatur a compositione. Columel. lib. 4. cap. 8. Quod opus adopertas ostendit æstivas radiculas.

Æther adopertus nubibus. Ovid. 2. Fast. 75.

Hyems gelu. Ovid. 3. Fast. 235.

Quid? quod hyems adoperta gelu tunc denique cedit,
Et pereunt lapsæ sole tepente nives?

Caput adopertum. Liv. 1.

Lumina somno. Ovid. 1. Met. 714.

Mors adoperta caput tenebris. Tibul. 1. 1. 84.

ADOPERTE. Adv. Mart. Capella lib. 8. pag. 303. Lachesis adoperte denuntiat.

ADOPĪNOR, [προσδοξάζω] āri. Idem quod Opinor. Lucret. lib. 4. 814.

Deinde adopinamur de signis maxima parvis.

ADOPPETO, pro Oppeto. Apul. 7. Met. Colv. pag. 110. Fortissimum quemque variis quidem sed impigris casibus adoppetisse.

ADOPTO, as, [ἐσποιέω, ἐμποιέω, υἱοθετέω] āre. Quoad etymon Eligere, asciscere, arcessere. V. OPTO. Plaut. Cistel. 4. 2. 78. Socium te mihi adopto ad meam salutem. Cic. Div. in Verr. 62. Num illa erat causa [illegible] quod eum sibi Achæi patronum adoptarent. Cic. 5. Fam. 9. Ego autem quem potius adoptem, aut invocem, quam illum, quo defendente vincere didici?

Adoptare, [υἱοθετεῖν] frequentius est verbum juris. Adoptare autem dicitur, Qui in suam familiam transfert, & in locum filii assumit alienum, & hoc genus transitus & commigrationis in alienam familiam, dicitur Adoptatio. Hæc fere ex Aul. Gell. l. 5. c. 19. De adoptandi jure & cæremonia est locus classicus Cic. pro Domo sua. V. ADOPTIO. adde Perizon. Animadv. c. 3. p. 125. de nominibus adoptatorum Spanh. de Usu & Præst. Numm. diss. 10. p. 77. Adoptare sibi aliquem filium, i. e. Pro filio. Plaut. Men. prol. 60. Adoptat illum puerum subreptitium sibi filium.

Aliquem pro filio. Cic. pro Domo sua 37. & Plaut. Pœnul. prol. 119.

Adoptare patrem sibi aliq. Plin. lib. 9. cap. 16. Ubi de pisce, qui ad pedes Augusti e mari exiluit: Quo argumento vates respondere, Neptunum patrem adoptante tum sibi Sexto Pompeio, tanta erat navalis rei gloria, sub pedibus Cæsaris futuros, qui maria tempore illo tenerent.

Se alicui ordini, pro Inserere, immiscere, asciscere semetipsum, & sibi ordinem aliquem vendicare. Plin. lib. 12. cap. 1. Qui se potentiæ causa, Cæsaris libertis adoptasset spado Thessalicus.

Adoptare se. Cic. in Bruto 241. Et C. Stalenus, qui se ipse adoptaverat, & de Staleno Ælium fecerat. Loquitur de Staleno, qui cum ex Ælia familia non esset, Ælium se appellavit, & ita se ipse in Æliam familiam adoptavit. Moris enim erat, ut adoptati nomen familiæ & gentis in quam transibant, assumerent.

Adoptare in divitias. Plaut. Pœnul. 4. 2. 82. Is in divitias homo adoptavit hunc, quum diem obit suum. i. e. Testamento adoptavit & hæredem bonorum suorum instituit.

Aliquem ab aliquo. Cic. de Clar. Orat. 77. Filius quidem ejus, is qui hunc minorem Scipionem a Paulo adoptavit.

Cognomen, Vitruv. præf. l. 7.

Adoptare herbam aliquam, De suo nomine eam nuncupare. Plin. lib. 25. cap. 7. Mulieres quoque hanc gloriam affectavere. In quibus Artemisia uxor Mausoli, adoptata herba quæ antea parthenis vocabatur.

Adoptat ramus ramum, quum Inseritur ramus ramo. Ovid. de Rem. Amor. 195.

ADOPTATUS, [πρόσδεκτος] Partic. Cic. 7. Att. 7. Adoptatus a plebeio patricius.

Adoptatus testamento. Cic. de Clar. Orat. 212. Liciniæ filius Crassi testamento adoptatus.

Quin Adoptare fuerit simpliciter dictum pro Optare non sinit nos dubitare Ciceronis locus 10. Fam. 21. Quorum mihi fuit adventus adoptatissimus. Ita meliores omnes libri præsertim Palat. Codd.

ADOPTATIO, ōnis. f. [υἱοθεσία] Idem quod Adoptio: sed in usu rarissimum, frequentius illud, ut & Optio, quam Optatio. Gell. lib. 5. cap. 19. Quod per prætorem fit, adoptatio dicitur: quod per populum, arrogatio. Plin. Paneg. cap. 5. n. 1. conf. Borrich. Cogit. p. 39.

ADOPTATITIUS, [εἰσποιητικός.] Festus, Adoptatitius, ex adoptato filio natus. Plaut. Pœn. 5. 2. 100. Demarcho item ipse fuit adoptatitius. Quo in loco, pro Filio adoptivo sumitur.

ADOPTATOR, ōris. m. [υἱοθέτης] dicitur qui aliquem adoptavit. Vide ADOPTIVUS. Pater adoptator. Gell. 5. 19.

ADOPTIO, ōnis. f. [υἱοθεσία] Per syncopen factum ex Adoptatio. Cic. pro Domo sua 34. Quod est pontifices, jus adoptionis? nempe ut is adoptet, qui neque procreare jam liberos possit: & quum potuerit, sit expertus. conf. 7. Att. 7. V. ADOPTO.

In adoptionem dare. Quintil. lib. 3. cap. 6. Qui ex duobus legitimis alterum in adoptionem dederat, alterum abdicaverat, sustulit nothum, &c. V. titulum de Adoptionibus in Pandectis.

In adoptionem adsciscі. Spartian. Hadrian. cap. 4. Dare in adoptionem alicui filium. Quintil. 3. 6.

Per adoptionem aliquem familiæ inserere. Suet. Claud. cap. 38. Avunculus meus idemque per adoptionem pater. Plin. 5. Epist. 8. Proprie autem adoptio de iis dicebatur, quorum patres adhuc viverent: nam arrogatio dicebatur cum adoptarentur qui parentum suorum morte patresfamilias effecti essent. Et fiebat adoptio privatim: arrogatio publice, V. Torrent. ad Sueton. August. cap. 64. itemque Chr. Coler. Parerg. cap. 7. Ritum adoptandi graphice & eleganter describit Hen. Noris in Cenotaph. Pisan. p. 85. Modestin. in l. 1. D. de adoptione.

Adoptio lege curiata fiebat. licebat autem non patricio plebeium, sed plebeio patricium adoptare atque hoc in genere tria lex jubebat observari: primum, ut is adoptaret, qui neque procreare jam liberos posset: & cum potuisset, expertus esset. alterum, ut tum generum ac dignitatis, tum sacrorum ratio haberetur, id est, ut ita fieret adoptatio, ut ne quid aut de dignitate generum, aut de sacrorum religione minueretur: tertium, ne qua omnino calumnia, ne qua fraus, ne quis dolus adhiberetur: quæ si servarentur omnia, tum adoptionem recte fieri. nihil tamen horum in adoptione P. Clodii servatum esse, arguit Cicero in oratione pro Domo sua: neque solum ob hanc caussam ait esse infirmam irritamque illam adoptionem, verum etiam quod, cum curiata lex ferretur, tum servatum de cœlo sit: quod cum fieret, neque legem ferri, neque omnino quicquam agi cum populo licebat. primum enim adoptandi caussas esse oportuit, de quibus pontifices judices erant: deinde, si caussæ probarentur, curiata lex ferebatur: quam qui ferret, is omnia servare debebat, quæ in cæteris legibus, cum ferrentur, servari mos fuit. quod utrumque significat Cic. in Orat. cum ait: Ut is adoptet, qui quod natura jam assequi non potest, legitimo & pontificio jure quærat. itaque, quod est apud Tacit. lib. 12. Lege curiata apud pontifices adoptio fiebat, id ita est intelligendum, ut nisi & lex ferretur, & adoptandi causas pontifices probassent, adoptio fieri non posset, utrumque vero separatim agebatur: cum de causis pontifices cognoscerent, legem vero magistratus ferret. Adoptantis autem ætatem XVIII. annis majorem, quam ejus qui adoptaretur, esse oportere, a Modestino scriptum est his verbis: Non tantum cum quis adoptat, sed & cum arrogat, major esse debet eo quem sibi per adoptionem vel per arrogationem filium facit: sed utique plena pubertate, id est, XVIII. annis, eum præcedere debet. Ex lib. P. Manut. de Legibus Romanis.

Adoptio. Plin. de insitione dixit lib. 16. in prœm. Pomiferæ arbores, quæque mitioribus succis voluptatem primæ cibis attulerunt, & necessario alimento delicias immiscere docuerunt, sive illæ ultro, sive

ab homine didicere blandos ſapores adoptione, & connubio, idque munus etiam feris volucribusque dedimus, intra prædictas conſtant.

Adoptīvus, [εἰσποίητος, θετὸς] ab Adopto: unde Qui adoptatus eſt, vocatur Filius adoptativus ejus qui adoptavit. Gell. lib. 5. cap. 19. Id etiam eum culpaviſſe, quod filius adoptivus patri adoptatori inter præmia patrum prodeſſet. P. Scipio ibid. Filium adoptivum tam procedere, quam ſi ex ſe natum habeat.
Adoptiva ſacra. Cic. pro Domo ſua 35. Tu neque Fonteius es, qui eſſe debebas: neque patris hæres, neque amiſſis ſacris paternis, in hæc adoptiva veniſti. h. e. In ſacra adoptatoris tui Fonteii.

Adoptarius, Adoptarius puer ex adoptato natus. In Iſidor. Gloſſ.

Adoptabilis, JCt. Cod. 11. t. 11. l. 1. Quod in cultu ornatuque noſtro ſacrum & adoptabile eſt.

Ador, indecl. n. Feſtus, Ador, Farris genus, Edor quondam appellatum ab edendo: vel quod aduratur ut fiat toſtum, unde in ſacrificio mola falſa efficitur. Nonius, Ador, Frumenti genus, quod epulis & immolationibus ſacris pium putatur. V. Far vernaculum, In Far.
Adŏris, genitiv. Auſon. in Monoſyll. cap. de Cibis.
Mox ador, atque adoris de polline pultificum far.
Gannius vero poeta vetus producit apud Priſcian. 6. p. 700.
Emicat in nubes nidoribus ardor adoris. Qui tamen & ipſe alibi corripuit. Unde Scalig. exiſtimat Vett. Adus adŏris, pen. corr. in neutr. & Ador adōris, pen. prod. in maſc. dixiſſe ut Decus & Decor. V. eum ad Feſt. p. 7.
Ador, pro Vili quodam frumenti genere videtur accipi apud Hor. 2. Sat. 6. 88.
Quum pater ipſe domus palea porrectus in horna
Eſſet ador, loliumque, dapis meliora relinquens.

Adorea, æ. proprie Omnis ex agro proventus. Hæc erat antiquis Romanis Adorea. Unde poſtquam præmium militibus parta victoria frumentum fuit, Adorea pro Laude & gloria accipi cœpta eſt, ut Scalig. Conject. ad Varron. p. 16. obſervat.
Adoream, Laudem ſive gloriam dicebant veteres, quia glorioſum eum putabant eſſe, qui farris copia abundaret. Eeſt. Vel, ut in Plinium tradit Hermolaus, Qui farre a populo donatus eſſet. V. not. Dacer. Dona enim ampliſſima imperatorum ac fortium civium (ait Plin. lib. 18. cap. 3.) quantum quis uno die plurimum circumaraviſſet. Item quartarii farris aut heminæ, conferente populo. Plaut. Amph. 1. 1. 38. Qui præda atque agro, adoreaque affecit populares ſuos. Plin. lib. 18. cap. 3. Gloriam denique ipſam a farris honore adoream appellabant. V. Taubm. ad Plaut. p. 28. & Boxhorn. ad Eund. p. 13. Quidam per tertiam vocalem Adoria dicunt.

Adoreus, Adj. ut Far Adoreum. Varro de R. R. lib. 1. 9. In loco humidiore far adoreum potius ſerunt, quam triticum. Virg. 7. Æn. 109.
— & adorea liba per herbam
Subjiciunt epulis. Servius, Ador proprie eſt Genus farris. Columel. lib. 2. cap. 6. Frumenta, triticum, & ſemen adoreum. Stat. 1. Sylv. 6. 10.
Vix aurora novos movebat ortus,
Jam bellaria adorea pluebant.
Adorea alma, h. e. Gloria altrix virtutis. Hor. 4. Od. 4. 39.
— & pulcher fugatis
Ille dies Latio tenebris,
Qui primus alma riſit adorea. Ablativus eſt. Acron, Adorea, laus publica dicebatur, eo quod victores a victis adorarentur. Porphyr. Adorea, laus bellica dicitur, fortaſſis quod adorandi ſunt qui laudem ex bello reportant.

Adoreum, i. n. Idem quod Ador. Plin. lib. 18. cap. 8. Frumenti genera non eadem ubique: neque ubi eadem ſunt, iiſdem nominibus. Vulgatiſſima, far, quod adoreum veteres appellavere, ſiligo, triticum. Et lib. eod. cap. 17. In creta & rubrica & aquoſiore agro adoreum ſeri, Catonis ſententia eſt.

Adoriosus, Adoreum ſæpe adeptus. Gloſſ. Lat. Gr. ἔνδοξος.

Adordino, āre. ut Adordinare patellam. Apic. 4. 2.

Adordior, īri. Idem quod ſimplex Ordior. Ambroſ. lib. 1. Officior. Poſtea nunquam niſi conſulto Domino bellum adorſus eſt.

Adorior, īris vel ĕris, ortus ſum vel orſus ſum, quod tamen videtur eſſe inuſitatius [ἐπιχειρέω, ἐπιτίθεμαι, ἀσβάλλω] īri. Aggredi ſignificat. & Invadere quovis modo: ut, Adoriri verbis, Adoriri jurgio. Ter. Adel. 3. 3. 50. Adortus jurgio fratrem apud forum de pſaltria iſtac. Cic. 5. Verr. 89. Poſtremam enim quanque navem piratæ primam adoriebantur. Reperitur & Adorio activa forma apud Næv. in Priſcian. Tib. 8. p. 801. Hectore proficiſcente hinc ipſos adoriant.
Adorītur. Lucret. lib. 3. 514.
Commutare animum quicunque adoritur, & ipſum.
Adoriri civitatem. Liv. 1.
Aliquem gladiis & fragmentis ſeptorum, & fuſtibus. Cic. pro Sextio 79.
Aliquem a tergo. Liv. 3. Cic. pro Milon. 29.
Adoriri, pro Aliquid facere, Conari, & Dare operam atque aggredi ipſum opus per vim. Cic. 2. de Orat. 205. Ne convellere adoriamur ea, quæ non poſſunt commoveri. Virg. 6. Æn. 396.
Hi dominam ditis thalamo deducere adorti.

Adorsus, vel Adortus, [ἐπικεχειρηκὼς] Partic. apud Ovid. niſi mendoſus ſit codex, 1. de Ponto 2. 16.
— & nullum majus adorſa nefas. Virg. 7. Æn. 386.
Majus adorta nefas, &c. Ubi aliqui Adorſa legunt. Q. Curt. 3. 1. 6. Arcem oppugnare adortus. Sed Raderus ibi mavult Adorſus ab Adordior. adde Nep. 9. 4. 4. Flor. 1. 3. 4: 3. 1. 13. & 4. 12. 44. Paſſive Aurelius apud Priſcian. 8. p. 791. Ex his Gallos adortos ex inſidiis plurimos necatos. Vulgo etiam tribuitur Floro 2. 6. 46. Cum urbem tantum non adortam reliquiſſet. Sed ex omnibus MSS. legunt & reſtituunt hodie Adoratam.

Adoriendus, Adj. [ἐπιχειρητέος.] Author ad Heren. 2. 7. Occaſio quæritur, idoneane ſatis fuerit ad rem adoriendam, an alia melior.

Adorno, [ἐπικοσμεῖν, παρασκευάζειν] āre. Idem quod Ornare, niſi quod compoſitio aliquid addit venuſtatis. Liv. 1. Flaminem Jovi aſſiduum ſacerdotem creavit, inſignique eum veſte & curuli regia ſella adornavit. Cic. 1. Verr. 58. Vidi forum comitiumque adornatum magnifico ornatu.
Adornare leviter. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Verbis benefacta ſua, idem quod Ornare, & Inſignire, ac Multiplicare. Plin. 1. Epiſt. 8. Ii vero qui benefacta ſua verbis adornant, non ideo prædicare quia fecerint: ſed ut prædicarent, feciſſe creduntur.
Adornare, Apparare, ut ait Donatus. Ter. Eun. 3. 5. 34. Continuo hæc adornant, ut lavet.
Adornare, Parare, & conari. Plaut. Epid. 5. 2. 25. Tragulam in te injicere adornat. i. e. Molitur & parat te decipere.
Adornare bellum. Liv. 10. 38.
Comparationem criminis. Cic. pro Cluent. 191. i. e. Comparare & fingere crimen.
Galeas, ſcuta, gladios. Plin. lib. 32. cap. 2. & lib. 19. cap. 34.
Mare claſſibus, firmiſſimisque præſidiis. Cic. pro Lege Manil. 35.
Naves. Cæſ. 1. Bell. Civil. 26. pro Inſtruere.
Nuptias. Plaut. Caſ. 2. 6. 67. & in Aulul. 2. 1. 35.
Petitionem conſulatus. Cic. pro Muren. 46.
Teſtium copiam. Cic. pro Cluent. 18. i. e. Comparare. Conf. ſimplex Orno.

Adornatus, ut Adornatus virtutibus. Vell. 2. 2. 2. Donis. Idem 2. 121. 3.
Adornatus venatui, Inſtructus & ornatus, paratusque ad venationem. Tacit. 1. Ann. 52. Equos venatui adornatos ſiſtant.

Adornate, Adv. Idem, atque Ornate. Suet. de Rhet. cap. 6. Declamabat ſplendide atque adornate.

Adōro, [προσκυνέω, προσεύχομαι] āre. Apud antiquos ſignificabat, Agere. Unde & Legati, Adoratores dicuntur, quia mandata populi agunt. Feſtus. Hinc Antonius Auguſtinus rectiſſime & ingenioſiſſime vidit in lege 12. tab. Si adorat furto quod nec manifeſtum erit: adorare eſſe agere.
Adorare, ab Ador, h. e. Frumento ſacrificiis deſtinato, derivatur, authore Priſciano. Nonius, Adorare, Propitiare religiones, ab Ador poteſt dictum videri. Valla, Adorare, ab Oro, quod eſt Ore precor, componitur. Rectius ducitur ab Ad & Ore, nam in adorando dextram ad oſculum referebant totumque corpus circumagebant. Suet. Vitell. c. 2. C. Cæſarem adorari (al. Adorare) ut Deum conſtituit, cum reverſus ex Syria non aliter adire auſus eſſet, quam capite velato circumvertensque ſe, deinde procumbens. Clarius Apul. Apol. p. 310. Si fanum aliquod prætereat nefas habet adorandi gratia manum labris admovere. Eandem ap. Græcos adorationis, i. e. προσκυνήσεως rationem fuiſſe ex Luciano conſtare] poteſt. in Demoſth. Encom. t. 2. p. 707. de Demoſthene venenum ex calamo vel annulo ſugente. τὴν χεῖρα τῷ στόματι προσαγαγόντος οὐδὲν ἄλλ' ἢ προσκυνεῖν ὑπελάμβανον. [De Circumacto corpore Diog. Laërt. l. VI. S. 37. extr. Sed ibi pro ἀσχημονέστερον ſine dubio εὐσχημονέστερον legendum, ut pridem monuit Vir Celeberrimus Sam. Battierius, in Obſervatt. ad Diog. Laërt. ed. Baſ. 1705.] Quin antiquiſſimus Hiob. lib. 31. 26. 27. aperte huc reſpicit. V. P. Pithœum Adverſ. Subciſiv. Lect. 1. 7. Lipſ. Elect. 2. 6. Wower. ad Minuc. Fel. p. 107. Grot. Explicat. Decal. Neque hoc geſtu Deos tantum, ſed etiam homines colebant quos honoratos vellent: quod etiam Adorare dicebant. Vetus Epigrammatarius de Pantomimo,
Ingreſſus ſcenam populum ſaltator adorat.
Suet. Neron. cap. 12. Citharam a Judicibus delatam adoravit ferrique ad Auguſti ſtatuam juſſit. Tacit. 1. Hiſt. 36. 4. Nec deerat Otho protendens manus adorare vulgum, jacere oſcula. Alibi hoc idem Manu venerari dixit. Ut 16. Ann. 4. 3. Poſtremo flexus genu & cœtum illum manu veneratus ſententiam judicum operiebatur. Nam & quovis modo Venerari aliquem Adorare dicebant. quemadmodum & Græci ſuo προσκυνεῖν leguntur uſi. De quo Grotius l. c. B. Hieron. de Vita Malchi. Pervenimus ad interiorem ſolitudinem: ubi dominam liberosque ex more gentis adorare juſſi, cervices flectimus. Sic Eumen. Paneg. pro Reſtaur. Schol. cap. 11. Hoc ego ſolatium quantum ad honorem pertinet, adoratum accipio. Quam lectionem & Livineius ſequitur & confirmat Gruterus, quanquam alii, inter quos ipſe etiam Scaliger eſt, Adæratum legunt. Tribuitur & Mutis. Elephanti Regem adorant. Plin. 8. 1. Martial. de Spectac. 17.
Compellare & Salutare. Sic apud Apul. Met. lib. 2. & 3. Adorare populum eſt verba ad populum facere. Stat. præf. lib. 3. Sylv. Quem ſtatim ut videram his verſibus adoravi.
Optare ſimpliciter. Ita Propert. 1. 4. 27.
— maneat ſic ſemper adoro. Plura dabit Broekhuſ. ad loc.
Inde Precari, Vota offerre. Ovid. 1. Triſt. 3. 41.
Hac prece adoravi ſuperos ego, pluribus uxor.
Virg. 2. Æn. 700.
Affaturque Deos & ſanctum ſidus adorat.
& Liv. 6. Romanus Dictator caſtris eo die poſitis, poſtero cum auſpicato prodiiſſet, hoſtiaque cæſa Pacem deûm adoraſſet, lætus, &c.
Adorare curam priſcorum. Plin. lib. 27. cap. 1. Quantoque major copia herbarum dicenda reſtat, tanto magis adorare priſcorum in inveniendo curam, in tradendo benignitatem ſubit. pro quo Idem alibi Venerari dixit.

Adōrans, Vulg. Matth. xx. 20. Acceſſit adorans. Ovid. 2. Triſt. 291. Adorans Junonia templa. V. 3. Faſt. 348.
Adoraturi ſedeant. Hoc proverbium Plutarchus adſcribit Numæ: ſignificat autem, Vota certa concipere oportere, & in his, quæ ſunt optima perſeverare. Quidam arbitrantur alium ſubeſſe ſenſum, quod oporteat eos qui ſacris operantur, non obiter ac velut aliud agentes hoc facere, ſed vacuos ac totos rei divinæ operationi intentos. Unde, ut Plutarchus idem tradit, quoties pontifex ſacra aggrediebatur, præcones clamabant, Hoc age. Ea vox hortabatur, ut qui ſacra adirent, reverenter & attente id facerent.

Adorātus, Lucan. 6. 243.
Magnus adorato ſubmittat Cæſare ſigna.
Prudent. Periſteph. 4. 38. Adoratæ cineres puellæ. Flor. 2. 6. 46. Stat. 6. Theb. 664. Ovid. 9. Met. 350.
Adorati imbres, Sparſiones quæ ab Imperatoribus fiebant in populum a Seneca vocantur, quod illas populus adoret imbrem ſimulantes. De his Statius. In Senecæ tamen loco, Odoratos, editum eſt, ſed mendoſe, ut exiſtimat Turneb. Adv. 3. 8. qui Adoratos reponit, i. e. Optatos populo.

ADORATIO, onis. f. [προσκύνησις, προσευχή] Plin. lib. 28. cap. 2. Cur & f[illegible]rationibus a le[illegible] ne peculiari occurrimus? Adorationem hic pro Religione posuit vel potius Precatione.

ADORĀTOR, Tertull. de Spectac. cap. 8. Si Capitolium, si Serapeum sacrificator & adorator intravere. adde Vulg. Joh. 4. 23.

ADORABĬLIS. Dignus adoratione. ut, Adorabile beneficium. Apul. 11. Met. p. 265. Ed. Elmenh.

ADOVACRIS, [Ὀδόακρος] Herulorum rex fuit, qui anno nostræ salutis 475. tanta cum manu in Italiam irrupit, ut terrore perculsus Augustulus sponte purpuram poneret. Quo tempore finem accepit Occidentis imperium anno ab Urbe condita 1229. V. Paul. Diacon. lib. 16.

ADŎXIA, æ. [ἀδοξία] Ignominia, infamia, obscuritas nominis, dedecus.

ADOXUS, Adj. [ἄδοξος] Inglorius, infamis, obscurus, inopinatus, præter opinionem. τὸ ἄδοξον, Quintil. lib. 4. cap. 1. vertit Humile. Et Phavorinus apud Gell. 17. 12. differens de materiis infamibus, sive inopinabilibus, quas Græci (inquit) ἀδόξους ὑποθέσεις appellant. Contrarium ἔνδοξος.

A D P

ADPĀRIO, ĕre. i. e. Acquirere. Lucret. 2. 1108. —unde
Adpareret spatium cœli domus. Sic restituit ex Vet. lib. Gifanius.

ADPECTŎRO, are. Applicare ad pectus. Gloss. Isidor. Hinc

ADPECTORATUS, a, um. Partic. Solin. cap. 39. de Carnibus, quas Ursæ pariunt: Has lambendo sensim figurant & interdum adpectoratas fovent. Legitur aliter, Ad pectora eas. conf. Salmas. ad h. l. p. 224.

ADPEREO, [προσαπόλλυμι.] Apud Plaut. Adperire aliquem amore, Idem quod Perire. [Suspect.

ADPETO, V. APPETO.

ADPLUMBO, V. APPLUMBO.

ADPORRIGO, V. APPORRIGO.

ADPOSCO, adpoposci, [προσαιτίζω] ĕre. Idem quod simplex Posco. Hor. 2. Epist. 2. 100. —si plus adposcere visus. Ter. Heaut. 4. 7. 10.

ADPRĔCOR, [προσεύχομαι] Idem quod Precor. Hor. 4. Od. 15. 28.
Rite Deos prius adprecati. i. e. Invocantes. Acron. Apul. Met. 11. p. 266.

ADPRIME, ADPROBUS, ADPROMITTO, ADPROMISSOR, ADPROPERO. V. A ante P.

ADPUGNO, are. Contra pugnare, seu Oppugnare. Tacit. lib. 2. 81. 1. Interim Piso classem haud procul opperientem adpugnare frustra tentavit. Idem, alia castra Romana adpugnarent. 4. Ann. 48. 3. V. 15. Ann. 13. 1. & Ryck. ad loc.

ADPULSUS. In APPELLO, is.

A D Q

ADQUO, [ὅσον] pro Quoad, Quatenus, Inquantum. Afran. Promo,
Ut scire possis adquo te expediat loqui. Idem Privigno,
Ni tantum amarem talem tam merito patrem,
Iratus essem adquo liceret. Ex Non. Mercer.

A D R

ADRA, [Ἄδρα] Nomen est trium oppidorum Ptolemæo, quorum unum in Arabia petrosa collocat, alterum in Cava Syria, tertium in Liburniæ mediterraneis ad radicem Bebyorum montium, non procul a Tito fluvio.

ADRACHNE, [ἀδράχνη] Arbor est bifera, arbuto similis, in montibus nascens, cacumine semper virenti, quæ detracto in orbem cortice non offenditur. Plin. 17. 24: 16. 22.
Andrachne autem (ne quis nominis vicinitate fallatur) Herba est, quam Latini Portulacam vocant. V. Plin. lib. 13. cap. 22.

ADRADO, si, sum, [ἐπιξέω] ĕre. Idem quod Rado sive Abrado. Columel. de Arborib. cap. 8. Ita ne me tallam lædas adradito. Et paulo post, Et paratos surculos in fissuram demittito, eatenus qua adrasi sunt. Plin. lib. 17. cap. 15.

ADRÆMON, [Ἀδραίμων] Thoantis pater fuit, teste Hom. 2. Il.

ADRAMELECH, Assyriorum idolum, quod etiam Samaritani coluere.

ADRAMUS, Deus in tota colebatur Siciliæ insula; cui Adranum civitas sacra fuit, ut in parallelis author est Plutarchus.

ADRAMYTTEON, vel ADRAMITTIUM, [Ἀδραμύττειον]. sive, ut apud Plinium legitur, ADRAMYTTĒOS, Civitas est litoralis in majore Mysia, sive Æolide: ita dicta ab Adramytto conditore, Alyattæ filio, & Crœsi fratre, ut tradidit Aristot. in Politic. Alii a Mercurio nomen accepisse ferunt, quem Lydi Phrygia lingua Adramyn vocant. Thucyd. lib. 5. Ἀδραμύττειον vocat: quam scripturam etiam Steph. agnoscit.

ADRAMYTTĒNUS, [Ἀδραμυττηνός.] Stephan. Civis ex Adramytteo urbe Mysiæ. Cic. pro Flacco 31.

ADRANA, [Ἄδρανα] Fluvius est Chattorum in Germania, ut tradit Tacit. 1. Ann.
Est etiam Adrana [Ἀδράνη] teste Stephano, Oppidum Thraciæ, quod & Ἄδρην a Theopompo appellatur. V. ANDRENA.

ADRANON, [Ἄδρανον] Siciliæ oppidum, in Ætnæ montis radicibus, fluvium habens ejusdem nominis. Stephan.

ADRAPIDUS, Gell. 12. 5. Adrapida febri afflictari. Gronov. Rapida. q. V.

ADRAPSA, orum, n. [Ἄδραψα] Bactrianorum urbs. Strabo lib. 15.

ADRARHYZA. f. Herba, aliis Aristolochia. Apul. de Herb. cap. 19.

ADRASTĒA, [ἀδράστεια] Regio, & Civitas ejusdem nominis non longe a Troade, quæ est in Mysia, ubi Alexander pugnavit cum numerosissimo Persarum exercitu juxta Granicum flumen. Meminit Justin. lib. 11. Plin. lib. 5. cap. ult. Strab. lib. 13. Regio hæc consuetudine quadam Adrastea vocatur, & Adrasteæ campus. Callisthenes dicit ab Adrasto rege, qui primus Nemesis templum ædificavit, Adrasteam vocitatam. Hæc civitas inter Priapum est, atque Parium: & subjectum campum eodem nomine habet, in quo Apollinis Actæi & Dianæ oraculum fuit.

ADRASTĒA, [Ἀδράστεια] quæ est Nemesis, Jovis ac Necessitatis filia, scelerum vindex acerrima quam nemo flagitiosus neque magnus, neque parvus, vi aut clam effugere potest. V. NEMESIS.
Adrastēa, subaud. Adest, aut aderit, aut ejusmodi quippiam. Licebit uti vel in eos, quibus ob insolentiam arrogantiamque minamur fortunæ commutationem: vel qui a rebus florentibus, ad calamitosam fortunam sunt redacti. Hanc deam putant, insolentiæ & arrogantiæ vindicem, quæque spes immoderatas & vetet & puniat. Adrastea autem pen. prod. dicta est, quod nemo nocens meritam pœnam usquam effugerit: etiamsi quando serius assequitur. Plutarch. de Sera numinis vindicta. Strab. lib. 13. Adrasteam dictam tradit, non ab aufugiendo, (V. Apul. de Mund. p. 75.) sed ab Adrasto rege, qui primus huic templum constituerit: idque Antimachi poetæ versibus confirmat. Ammian. lib. 14. 39. Hæc & hujusmodi innumerabilia, ultrix facinorum impiorum, bonorumque præmiatrix, aliquando operatur Adrastēa, atque utinam semper: quam vocabulo duplici, etiam Nemesim appellamus. Hanc aiunt ex opinione veterum theologorum, Lunæ superpositam, generali potentia præsidere fatis, omnia terrena despectantem, ut reginam & arbitram omnium: quæ præcipue fastui infensa, nunc erectas mentium cervices deprimit, nunc bonos ab imo suscitans ab bene vivendum extollit. Huic antiquitas addidit pennas, celeritatis symbolum. Dedit gubernaculum & rotam, significans illam per omnia discurrentem singula moderari. Eadem appellatur Rhamnusia a Rhamnunte Atticæ pago, ubi huic deæ statua est, solido lapide: decem cubitorum magnitudine, Phidiæ opus. Ex Erasm. q. V.

ADRASTĒA. Sicyoniæ fons. apud Pausan. in Corinth. p. 58.
Mons Adrastiæ memoratur Plutarch. in Lucull. p. 397.

ADRASTUS, [Ἄδραστος] Talaonis & Eurynomes filius, rex Argivorum, de quo proxime dictum.
Alius fuit Adrastus teste Hom. lib. Il. 2. Percosii filius, ut infra videbimus in dictione PERCOSIUS.
Fuit & alius Adrastus, Midæ Phrygiæ regius filius, qui quum imprudens fratrem suum interfecisset. a patre ejectus, ad Crœsum Lydorum regem Sardes venit: a quo receptus, & a cæde fraterna qua pollutus erat, expiatus, filium regis, patri longe charissimum, sibi commendatum unice, imprudens itidem peremit: quamobrem præ nimio dolore se super interfecti bustum transfodit. V. Herodot. Clio, lib. 1.
Alius Adrastus Peripateticus, patria Philippensis, qui tres Harmonicorum libros exaravit teste Voss. cap. 59. de Scient. Mathem. Hic ille est fortasse quem memorat Claudian. Mamert. de Stat. Anim. 1. 25.
Alium ejusdem nominis Peripateticum memorat. Voss. d. l. & plures Jonsius de Script. Histor. Philos. l. 4. p. 399.
Adrastus Talaonides, h. e. Talaonis filius. Stat. 5. Theb. 18.
Inachius, h. e. Argivus, ab Inacho Argivorum rege. Stat. 2. Theb. 199.
Adrastus in honore est apud Megarenses. Author Paus. in Attic.
Adrastus longævus. Stat. 4. Theb. 74.
Adrasti pallentis imago. Virg. 6. Æn. 480.
Adrastus Perseius, h. e. oriundus a Perseo Jovis ex Danae filio, & Argivorum rege. Stat. 3. Theb. 441.

ADRASTĒUS, [Ἀδράστειος] Stat. 1. Sylv. 1. 52.
Hunc & Adrasteus visum extimuisset Arion. Melius fortasse hoc ab Adrastea quam Adrastus. Adrasteo pallore perfusus. Ammian. 14. 38. i. e. Ita perterritus ut quasi a Nemesi agitari videatur.

ADRĒPO, psi, ptum, [προσέρπω] ĕre. Rependo accedere. Varro 3. de R. R. cap. 7. Ne mus aut lacerta qua adrepere ad columbaria possit.
Adrepere ad amicitiam alicujus. Cic. 3. Verr. 158.
Animo alicujus. Tacit. 3. Ann. 50.
Ad matris morientis mammam adrepens infans. Plin. lib. 35. cap. 10.
In spem hæreditatis. Hor. 2. Sat. 5. 47. —leniter in spem
Adrepe officiosus, &c. i. e. Sensim ad spem hæreditatis accede: officiis tuis paulatim assequere, ut jam sperare audeas fore, ut secundus hæres scribaris. Lambinus.

ADRIA, æ. m. sive (ut nonnulli malunt) HADRIA [Ἀδρίας] Sinus maris, sive Mare Adriaticum, quod & Superum dicitur, vulgo Mare Venetum. Ibi enim sitæ sunt Venetiæ. Plerumque scribitur sine adspiratione, quam scripturam etiam prætulit Heinsius. V. Drakenb. ad Sil. 8. 439. Nec tamen contemnenda est scriptura altera. Vet. Inscriptio apud Manutium. L. FLAVI. L. F. SEPTIMIO. APRO. OCTAVIANO. C. V. PLEB. SOD. HADRIAEQVE. PROVINCIAE. &c. Nec leve argumentum est, quod nomen Imp. HADRIANUS in Nummis & Lapidibus semper scriptum invenitur.
Adria, æ. [Ἀδρία] Duarum urbium nomen est: quarum Altera a Thuscis ædificata est. ejus quædam adhuc apparent vestigia. Altera in Piceno juxta Vomanum fluvium sita. Ex Volaterr. lib. 4. & 6. Geogr. Plin. lib. 3. cap. 13.
Adria (inquit Justin. lib. 20.) Illyrico mari proxima, quæ & Adriatico mari nomen dedit. Liv. 5. 33. Mari supero inferoque, quibus Italia insulæ modo cingitur, quantum potuerint Thusci, nomina sunt argumento: quod alterum Thuscum communi vocabulo gentis, alterum Adriaticum mare ab Adria Thuscorum Colonia vocavere Italicæ gentes. Græci eadem Tyrrhenum atque Adriaticum vocant. Plin. lib. 1. cap. 16. Nobili portu oppidi Thuscorum Atriæ, a quo Atriaticum mare ante appellabatur, quod nunc Adriaticum. Strabo lib. 5. in Italiæ descriptione, Atriam quidem inclytam civitatem fuisse, memoriæ proditum est: a cujus nomine, modica transpositione sumpta, & sinus appellatus est Adriaticus. Transpositionem intelligit harum literarum t & d. Eustathius, teste in Plinium Hermolao, Adriaticum & ab oppido & ab amne appellatum scribit. Non nulli tamen (ut Eustath. ad Dionys. Perieg. 92.) ita scribunt: Ion Italus Adriæ pater fuit, a quo sinus Ionius, qui mox ab Adria filio dictus est Adriaticus.
Adriæ arbiter Notus ventus. Hor. 1. Od. 3. 12.
—nec timuit præcipitem Africum
Decertantem Aquilonibus:
Nec tristes Hyadas, nec rabiem Noti,
Quo non arbiter Adriæ
Major, tollere, seu ponere vult freta. h. e. Quo Noto non est major

jor dominus Adriæ: non eſt ventus ullus qui magis ex arbitrio regat Adriaticum mare, vel fluctus tollendo, quum ſævit, vel placando, quum flare deſinit.

Sinus Adriæ. Hor. 3. Od. 27. 18.

— ego quid ſit ater
Adriæ novi ſinus.

Curvans Calabros ſinus Adria. Calabriam enim alluit. Hor. 1. Od. 33. 15.

Ferus. Avien. Perieg. v. 527.

Improbus, propter Sævitiam & tempeſtates plurimas: æſtuoſum quippe eſt mare Adriaticum. Hor. 3. Od. 9. 22.

— & improbo Iracundior Adria.

Inquietus. Hor. 3. Od. 3. 5.

Humectata Vomano Adria. Sil. Ital. l. 8. 438. Hic pro Urbe quæ in Piceno eſt, ſumitur: ut teſtatur Volaterr. lib. 6. Georg.

Præceps. Stat. lib. 3. Sylv. 2. 87.

Raucus. Hor. 2. Od. 14. 14.

Vagus. Lucan. lib. 5. 614.

Ventoſus. Sen. Thyeſt. v. 362.

ADRIĂCUS, Adj. [Ἀδριακὸς] i. e. Adriaticus. Propert. 3. 20. 17.

Ergo ego nunc rudis Adriaci vehar æquoris hoſpes.

Adriacus pontus. Lucan. lib. 4.

Adriacum late patens. n. Subſt. Ovid. 4. Faſt. 501.

Adriacæ undæ. Lucan. lib. 2.

ADRIĀNUS, Adj. [Ἀδριανός] Idem Hor. 1. Od. 16. 4. Cic. in Piſon. 92. Brunduſiumque vitavit, & ultimas Adriani maris oras petivit. Plin. lib. 3. cap. 13. Picentes tenuere ab Aterno amne, ubi nunc ager Adrianus, & Adria colonia, a mari ſeptem millibus paſſuum, flumen Vomanum. Flor. 2. 5. Liburni ſub extremis Alpium radicibus agunt inter Arſiam Titiumque flumen, longiſſime per totum Adriani maris littus effuſi. Aliud eſt proprie loquentibus, Adriaticum. Fab. ad loc.

ADRIANĀLIS, Adj. ſive HADRIANALIS potius. Inſcript. apud Fabrett. p. 454. C. PRAETORIVS. C. F. STEL. PHAEBVS. VI. VIR. AVGVSTAL. SODAL. TRAIANAL. ET. HADRIANAL. IIII. VIR.

ADRIANUS Ager limitibus maritimis & Gallicis quos nos D. & K. appellamus, finitur, per rationem arcarum, riparum canabularum, vel novercarum, quod tegulis conſtruitur. aliis vero locis muris, maceriis, ſcoroſionibus, congeriis, carbunculis, terminis Auguſteis, fluminum curſibus. Ex lib. de Limitibus agrorum. p. 119. Gœſ.

ADRIATĬCUS, Adj. [Ἀδριατικός] V. ADRIA.

Minax Adriaticum. ſubaudi, Mare. Catul. 4. 2.

Adriaticum mare dixit. Plin. 3. 5. Sinus Maris Adriatici. Suet. Tiber. cap. 16.

ADRIANUS, Nomen civis R. qui cum Africam obtineret Proprætor, & cives Rom. qui ibi negotiabantur, vexaret, Uticæ domi ſuæ exuſtus eſt. Cic. 3. & 5. Verr. Valer. Max. lib. 9. cap. 10.

ADRIANUS, [Ἀδριανὸς] In nummis conſtanter cum adſpiratione. IMP. CAES. TRAIANVS HADRIANVS AVG. ET HADRIANVS AVGVSTVS. Nec aliter in Sabinæ Uxoris Nummis. Vide Gruter. & Manutium qui copioſior utique eſt in lapidibus exſcribendis, qui Hadriani non Adriani nomen habent inciſum, quales innumeros etiam Gruterus oſtendit in quibus eſt HADRIANO AVG. Quod in coloniarum quas deduxit nominibus obſervatur. Saliſburgenſis Inſcriptio apud Gruter. p. 265. n. 4. IMP. CAES. L. SEPTIMI SEVERI PII PERTINACIS AVG. ARAB. ADIAB. PARTHICI MAXIMI COL. HADR. IVVAV. D. D. Ejus vitam deſcripſit Spartianus, excerpſit Xiphilinus; Victor. Eutropius. Fuit Ælii Adriani filius, ſucceſſor Trajani, qui eum biduo ante obitum ſuum adoptaverat, XV. Rom. Imperator eodem, quo & Trajanus oppido, Italica Hiſp. ortus. Hieroſolyma a Tito Veſp. ſolo æquata muris cinxit & a prænomine ſuo Col. Æliam Capitolinam appellavit. Vanus & curioſus Princeps, eruditus tamen, quod teſtantur verſus, qui extant ab ipſo compoſiti, Græci juxta ac Latini. Cæterum Rom. Imperio utilis, paciſque inprimis ſtudioſus, omnes provincias, præbitis ubique beneficentiæ ſuæ documentis, peragravit. Deceſſit Bajis morbo aquæ intercutis, anno æt. 62. Imp. 21. Antonino Pio, quem adoptaverat, ſucceſſore relicto.

ADRIANOTHERÆ, ſive HADRIANOTHERÆ. Urbs Mœſiæ ab eod. Imp. conſtituta quod feliciter ibi venatus eſt. Spartian. Hadr. cap. 20. Spanh. de Uſu Numiſm. diſſ. 11. p. 338.

ADRIANOPOLIS, [Ἀδριανόπολις] Thraciæ civitas eſt ad Hebrum fluvium, primum Oreſta dicta, a nomine Oreſtis conditoris: poſtea ab Adriano Cæſare, inſtaurata fuit, cum ei furore agitato reſponſum eſſet, ut ſe in furioſi domum reciperet. Cæl. Rhodig. lib. 17. cap. 2.

ADRIUS, [Ἄδριος] Mons eſt Dalmatiam per medium ſecans. Strab. lib. 7.

ADROBICUM, [Ἀδροβικὸν] Oppidum eſt in Artabris Hiſpaniæ populis, in tractu Celtico, cujus meminit Pomponius Mela. lib. 3.

ADROBOLON, Vid. HADROBOLUM.

ADRODO, V. ARRODO.

ADROGO, V. ARROGO.

ADRŎRO, āre. pro Irrorare. Marcell. Empir. c. 34. Adrorare herbam vino.

ADROTTA, ōrum. [Ἄδροττα, τὰ] Stephano, Locus eſt in Lydia, mari adjacens, cujus incolæ dicuntur ADROTTENI.

ADRUDUS. Feſtus, Quemadmodum omnis fere materia non deformata, Rudis appellatur: ſic veſtimentum rude, non perpolitum. ſic æs infectum ruduſculum, apud ædem Apollinis æs conflatum jacuit: id Adrudus appellabant.

ADRUMÆ, [Ἀδρύμη] Civitas eſt, non longe a Melite inſula, in qua erant navalia. Strab. lib. 17.

ADRUMETUM, Civitas Africæ. Adrumetum pervenit, quod abeſt a Zama circiter millia paſſuum trecenta. Nep. Annib. 6. 3.

ADRŪMO, are. Antiquum & obſoletum verbum. Feſtus. Adrumavit, Rumorem fecit, ſive Commurmuratus eſt: quod verbum quidam a Rumine, i. e. parte gutturis putant deduci.

ADRYX, [Ἄδρυξ] Civitas eſt in agro Syracuſano, cujus meminit Steph. Hinc ADRYCINUS gentile, ſicut ab Eryx, Erycinus.

A D S

ADSCIRE, ſive ADSCISCERE, [προσποιεῖσθαι] Idem quod Adjungere. Columel. in Præfat. Quoniam & hanc adſcivimus quaſi agriculturæ partem, quum ſeparata ſit ab agricolatione paſtoralis ſcientia. Vid. ASCISCO.

ADSCRIBO, V. ASCRIBO.

ADSECTOR, V. ASSECTOR.

ADSĔNESCO. Tertull. de Caſtitate. cap. 13. Cereri Africanæ, ſponte abdicato matrimonio, adſeneſcunt.

ADSENTIO, & ADSENTIOR, V. ASSENTIO & ASSENTIOR.

ADSEQUOR, V. ASSEQUOR.

ADSERO, V. ASSERO.

ADSERVO, V. ASSERVO.

ADSEVERO, V. ASSEVERO.

ADSESTRIX, īcis. [παρεδρῶτις] Fœmininum eſt ab eo quod eſt Aſſeſſor. q. V. Afranius Fratris, Dimittit adſeſtricem, me ad ſeſe vocat. Nonius.

ADSĪBĬLO, are. Auſon. in Moſell. 258.

Aura crepat, motoque adſibilat aëre ventus.

Claud. Nupt. Honor. & Mar. 68. & Stat. 5. Theb. 578. de Serpente.

ADSICCO, V. ASSICCO.

ADSIDEO, V. ASSIDEO.

ADSIGNIFICO, [προσσημαίνω] are. Idem quod Significare. Varro 2. de R. R. cap. 11. Olim tonſores non fuiſſe, adſignificant antiquorum ſtatuæ.

ADSIGNO, V. ASSIGNO.

ADSILIO, V. ASSILIO.

ADSIMILIS, V. ASSIMILIS.

ADSIMULO, V. ASSIMULO.

ADSIPERE, & Præſipere dicebant antiqui a Sapiendo: ſicut nos quoque modo dicimus Ab Æquo, Iniquum: a Quærendo, Inquirere. Hæc Feſtus. [Legendum videtur a Sæpiendo, cum Dacerio.

ADSISTO, V. ASSISTO.

ADSĪTUS, Partic. ab Adſero: Juxta ſatus. Varro, Ut vitis adſita ad olus facere ſolet. Budæus.

ADSOLET, V. ASSOLET.

ADSŌLO, are. Idem quod Deſolare, ſed æque ac ſimplex ſolare perrarum. Tertul. ad Nation. 1. 10. Sæpe Cenſores inconſulto populo adſolaverunt.

ADSPUO, ui, ūtum. Plin. lib. 28. cap. 4. Aut ſi dormiens ſpectetur infans, a nutrice terna adſpui.

ADSTIPULOR, V. ASTIPULOR.

ADSTITUO, Colloco, conſtituo. Autor ad Heren. 3. 33. Ægrotum in lecto cubantem faciemus & reum ad lectum ejus adſtituemus.

ADSTREPO, V. ASTREPO.

ADSTRINGO, V. ASTRINGO.

ADSTRUO, V. ASTRUO.

ADSTUPEO, V. ASTUPEO.

ADSUCTUS. Lucret. 4. 1187.

Et tenet adſuctis humectans oſcula labris.

ADSUM, adfui, [πάρειμι, παραγίνομαι, παραστατέω] adeſſe. Præſens ſum. Antiquos autem duplici ſſ, Aſſum ſcripſiſſe, manifeſto argumento eſt jocus Plautinus. Sic enim ait ille in Pœn. 1. 2. 67. Heus Milphio, ubi es? M. Aſſum apud te eccum. AG. At ego elixum volo. Itaque minus laborandum eſſet, utrum per d, ſcribas Adfui, & Adfuturus, an geminato ſſ, Aſſui, & aſſuturus.

Adeſſe, proprie ſignificat Prope eſſe, vel Præſentem eſſe. Plaut. Rud. 4. 4. 6. Quoniam ego adſum, faciet nemo injuriam. Sic Adeſſe res dicitur, quæ Præſens eſt, ut Bonum, malum, commodum. Plaut. Amph.

Adeſſe pugnæ, pro Intereſſe. Cic. Philipp. 2. Omnibus his pugnis Dolabella affuit.

In re aliqua, pro Intereſſe. Ter. And. 4. 5. 32. In pariundo aliquot affuerunt liberæ.

Adeſſe ad, varie declaratur. Plaut. Amph. 1. 3. 6. Ubi ſummus imperator non adeſt ad exercitum. pro, Non eſt in exercitu. Cic. 1. de Divin. 57. Petere ut mane ad portam adeſſet. i. e. Ad portam eſſet: ſicut quum dicimus, Ad urbem eſſe, h. e. Prope urbem. Cato de R. R. cap. 83. Mulier ad eam rem divinam ne adſit. pro, Non interſit illi rei divinæ, ſeu ſacrificio. Qui ad mortem propius adſum. Cic. de Senect. 77. i. e. Appropinquo.

Adeſſe ad judicium, idem quod Præſto eſſe: h. e. Comparere in judicio, quod & Judicio adeſſe, & Adeſſe abſolute dicitur. Cic. 3. Verr. 1. Atque hanc opinionem populi Romani fuiſſe, C. Verrem altera actione reſponſurum non fuiſſe, neque ad judicium affuturum.

Apud aliquem, pro Eſſe. Plaut. Amph. 2. 1. 29. Et apud te adſum Soſia idem. pro eo quod eſt, Sum apud te.

Una cum aliquo. Ter. And. 1. 1. 80. — ibi tum filius
Cum illis qui amabant Chryſidem, una aderat frequens. i. e. Erat.

Adeſſe cum adverbiis in loco, idem quod Eſſe. Ter. Heaut. 3. 1. 96. Adero hic continuo. Plaut. Epid. 2. 2. 72. Ille aut jam hic aderit, credo hercle, aut jam adeſt. Sic adeſſe domi. Ter. Eun. 3. 2. 53. Una aderit in unis ædibus. Idem Eun. 2. 3. 73.

Adeſſe, cum dativo ſupervacaneo. Ter. Heaut. 2. 2. 12. Eccum Dromonem cum Syro una adſunt tibi. Hic dativus, tantum venuſtatis & elegantiæ gratia eſt additus.

Judici, pro Aſſidere: & Adeſſe judici in conſilio, dicuntur aſſeſſores. Cic. pro Quint. 4. Quæ quo plura ſunt C. Aquili, eo te & hos qui tibi in conſilio adſunt, meliori mente noſtra verba audire oportebit. Idem ibid. 79. Vos qui adeſtis in conſilio quæſo ut diligenter attendatis.

Adeſſe in Judicio alicui eſt Eum defendere, ut ſolent advocati. Cic. de Senect. 37. Adſum amicis, venio in ſenatum frequens. Ter. Phorm. 1. 8. 87. Aliquot mihi Amicos advocabo ad hanc rem qui adſient. Idem ibid. 2. 2. 3. Adeſte quæſo. Cic. pro Quint. 30. Recuſabant qui aderant tum Quintio. Idem 2. Philipp. 93. Semper enim abſenti affui Deiotaro.

Adeſſe ſenatusconſulto ſcribendo. Cic. 12. Fam. 29. Quanquam erat nobis dictum, te exiſtimare alicui ſenatusconſulto quod contra dignitatem tuam fieret, ſcribendo Lamiam affuiſſe: qui omnino coſſ. illis nunquam fuit ad ſcribendum.

Decreto ſcribendo. Idem pro Flacco. 43. Decreto ſcribendo primum video adfuiſſe Lyſaniam.

Scribendo adeſſe. Cic. poſt redit. in Senat. 7. Ne quis pedibus iret. ne ſcribendo adeſſet. Idem 3. de Orat. Et eundem, id quod in authoritatibus perſcriptis extat ſcribendo adfuiſſe. Idem 8. Fam. 8. Scribendo

do affuerunt L. Domitius, Q. Cæcilius. Idem ibid. 15. 6. Quod ſcribendo affuiſti. Idem 7. Att. 1. Scribendo affuit.
Adeſt præſens, pro Præſens eſt. Plaut. Moſt. 5. 1. 27. Adſum præſens præſenti tibi. Cic. pro Domo ſua 39. Adeſt præſens vir ſingulari virtute. Figura eſt pleonaſmos, ut apud Ter. Adel. 3. 3. 40. Cic. pro Cluent. 54.
In provinciam. Ulp. in l. Quid tamen. D. de arbitr. Si arbiter juſſerit in provinciam adeſſe litigatores, quum Romæ eſſet in eum compromiſſum: an ei impune non pareatur, quæritur. Haloander & Pandect. Florent. habent, In provincia.
Alio loco. Ulp. in l. Quid tamen. D. de arbitr. Impune igitur ei non parebitur, ſi alio loco adeſſe juſſerit. Sic Haloander. Pandectæ vero Florent. Alio loci.
Eo loci. Ulp. in l. Quid tamen. D. de arbitr. Quid tamen, ſi eo loci, qui ſit circa urbem, adeſſe juſſerit? ſic Haloand. At Pandectæ Florent. Si in eo loco qui, &c.
Coram adeſſe, eodem modo & ratione dicitur, qua Præſentem adeſſe. Nam ſi ſimpliciter accipimus, tantum per ſe valet Adſum, quantum Coram adſum. Cic. 15. Fam. 16. Fit enim neſcio quomodo, ut quaſi coram adeſſe videare quum ſcribo aliquid ad te. Virg. 1. Æn. 599.
— coram quem quæritis adſum. Cic. in Antonium, Coram aderit præſens tibi ipſe, & ille quem inſimulas pugio reſpondebit. Duplex (ut ita loquar) pleonaſmos. De cujus ad emphaſin uſu V. Rhetores.
Adeſſe, pro Accedere, præſertim in ſecunda perſona imperativi. Ter. And. 1. 1. 2. Adesdum, paucis te volo. quaſi Accede ad me. Virg. 2. Ecl. 45.
Huc ades, ô formoſe puer. V. Adesdum.
Adeſſe, pro Advenire. Virg. 2. Æn. 662.
Jamque aderit multo Priami de ſanguine Pyrrhus.
Adventare & prope adeſſe. Cic. 4. Att. 16.
Adeſſe ex Africa, pro Advenire. Cic. 15. Att. 11.
Adeſſe & impendère. V. Impendeo.
Adeſt dies, vel tempus, pro Advenit: fere cum adverbio. Virg. 9. Æn. 107.
Ergo aderat promiſſa dies. Idem 4. Ecl. 48.
Aggredere ô magnos (aderit jam tempus) honores.
Prope adeſſe, ſignificat idem quod vulgo dicitur Pro foribus eſſe. Ter. And. 1. 1. 125. Prope adeſt, cum alieno more vivendum eſt mihi. ſubaudi Tempus. Sic Adeſt partus, pro Inſtat. Ter. Adel. 4. 4. 9.
Ad tempus. Cic. 5. Att. Quoniam nunc abes quum id non agetur, aderis autem ad tempus, ut mihi ſcripſiſti.
In tempore. Liv. 8. Aderunt in tempore, Manlius inquit, & cum illis aderit Juppiter ipſe.
Adeſſe, pro Conſiſtere. Plaut. Aulul. 1. 1. 17.
Iſtic adeſto. (hodie legitur Adſtato.) ſi hercle tu ex iſto loco
Digitum transvorſum, aut unguem latum exceſſeris, &c. i. e. Conſiſte, & mane ubi tu es.
Adeſſe, pro Ineſſe. Plaut. Amph. 2. 2. 21. Omnia adſunt bona, quem penes eſt virtus. ſubaud. Ei.
Adſit modus amori. Virg. 2. Ecl. 68.
Adeſt morbus. Cic. 2. de Fin. 96. Tanti autem morbi aderant veſicæ & torminum, ut nihil ad eorum magnitudinem poſſit accedere.
Aderant vires in corpore. Propert. 3. 15. 23.
Adeſſe, In promptu eſſe. Plaut. Capt. 2. 3. 63.
— ergo quum optime feciſti, nunc adeſt occaſio
Benefacta cumulare.
Adeſſe, pro Eſſe in conſpectu, ſive Ante oculos. Cic. 1. Off. 11. Ad id ſolum quod adeſt, quodque præſens eſt, ſe accommodat. quaſi dixerit, Ad id quod videt.
Adeſt mihi ante oculos. Virg. 2. Æn. 270.
In ſomnis ecce ante oculos mœſtiſſimus Hector
Viſus adeſſe mihi. i. e. Adſtare.
Adeſſe, Paratum eſſe. Ther. Phorm. 1. 5. 36. Hic in noxa eſt: ille ad defendendam cauſam adeſt.
Adeſſe, interdum demonſtrandi ſignificationem habet, in his duntaxat vocibus, Adſum, adeſt, adſumus, adſunt. Ter. Eun. 3. 2. 11. Dona adſunt tibi a Phædria. quaſi dixerit, En tibi dona, ecce tibi dona.
Adeſſe animo, vel animis, eſt Favere illi rei cui interſis. Cic. pro Sylla 33. Adeſtote omnes animis, qui adeſtis corporibus, quorum ego frequentia magnopere lætor: erigite mentes, aureſque veſtras. Virg. 4. Æn. 578.
Adſis ô placidusque juves. Huic contrarium eſt Deeſſe.
Æquo animo. Ter. prol. And. 23. & prol. Phorm. 31.
Cum ſilentio. Plaut. Trin. prol. 22. Valete, adeſte cum ſilentio.
Adeſſe animo, in alio ſignificatu dicitur, pro eo quod eſt, Præſenti eſſe & forti animo. Cic. pro Milon. 2. Idem in Somn. Scip. 2. Sed ille, Ades, inquit, animo: & omitte timorem.
Adeſſe animo, pro Intentum eſſe rebus agendis. Cic. 8. Philipp. 30. Sed etiam nuper ſumma laus Conſularium, vigilare, cogitare, adeſſe animo, ſemper aliquid pro repub. aut facere, aut dicere.
Adeſt ei animus, quaſi Præſenti & forti eſt animo: ut plus ſit, quam Eſt ei animus. Plaut. Caſin. 3. 3. 8.
Rogitare oportet prius & percontarier
Adſitne ei animus, necne adſit.
Adſunt huic opinioni meæ leges. h. e. Favent meæ opinioni. Plin. lib. 1. Epiſt. 20.
Adeſſe alicui ad rem aliquam. Cic. 3. Q. frat. 20. Pontino ad triumphum ad III. No. Novemb. volebam adeſſe.
Cauſæ ſuæ. Paulus in l. Paulus. D. de procurat. Paulus reſpondit, etiam eum qui ad litem ſuſcipiendam procuratorem dedit, cauſæ ſuæ adeſſe non prohiberi.
Rebus alicujus. Cic. 6. Fam. 14.

A D T

Adtexo, ui, tum, [προσυφαίνω] ĕre. Adjungere: quaſi Texendo connectere. Varro 2. de R. R. cap. 5. Nos interea ſecundum actum de majoribus adtexamus. Scribitur etiam duplici tt Attexo.
Adtextus, a, um. Apul. 1. Met. p. 260. Adtextis capite crinibus.

Adtibernālis, [πάροικος] Habitator continuæ tabernæ, quod genus domicilii antiquiſſimum Romanis fuiſſe, teſtimonio ſunt exteræ gentes, quæ adh…c tabul…is habitant …din…is. Unde etiam tect… c…ſtrenſia quanvis pellibus contegantur, tabernacula tamen dicuntur. Hæc Feſtus. Alii ſcribunt Attibernalis: alii Adtubernalis. [Sic omnes, quos vidi codd. alterum illud ex Iſidori Gloſſ.
Adtondeo, di, ſum, [περικείρω] ēre. Plaut. Bacch. 5. 1. 9. Is me ſcelus auro usque adtondit dolis doctis. Budæus.
Attondens, entis. Virg. 2. Georg. 406.
— Curvo Saturni dente relictam
Perſequitur vitem, attondens, fingitque putando.
Attonsus, a, um. ut, Arva attonſa, Lucan. lib. 6. 84. Laus attonſa, i. e. Diminuta: Cic. ex Poeta quopiam, 5. Tuſc. 17.
Conſiliis noſtris laus eſt attonſa Laconum.

A D V

Adūbanus, V. Addubanum.
Advallas, [Ἀδυάλας] Mons ex quo in Septentrionem Rhenus excurrit, & diverſa ex parte Aduas, in lacum Larium juxta Comum intrans. Strabo lib. 5. Hunc tamen rectius lib. 4. vocat Adulam. q. V.
Aduatĭci, orum, m. pl. Populus Galliæ Belgicæ, Cæſare teſte, l. 2. de B. G. c. 29. ex Cimbris, Teutoniſque procreatus, Eburonibus vicinus. & quia Ptolemæus Atuacutum vel Atuatucum l. 2. c. 9 caput Tungrorum facit, cenſent multi illis Tungrorum nomen poſtea hæſiſſe. V. Aduatica mox. ſcribitur etiam Advatici. Græco Cæſ. Interpreti Ἀδεατικοί.
Aduatica, ſive Atuatĭca, & Atuatuca, æ. f. Caſtellum Cæſari, In mediis Eburonum finibus. Cujus nomen varie ſcribitur. 6. Bell. Gall. 32. & 35. [V. ibi Davis. Cellarius Tungros eſſe docet. Græcus habet, Βαρύταν.
Adveho, xi, ctum, [ἐπάγω, ἐποχέω] ĕre. eſt Ad locum vehere, ſeu vehiculo, ſeu quovis alio modo. Liv. 3. Bell. Pun. Impoſitoque, quem ſecum advexerat, milite, Romam navigat.
Advehere ex alto. Plin. lib. 31. cap. 6. Ex alto, & ad hunc uſum advehunt ex India.
In hoſpitium, aut in fanum. Cic. 14. Att. & 1. Tuſc.
Per mare. Plaut. Trin. 4. 4. 80.
Trans mare. Plin. lib. 35. cap. 17.
Frumenti magnum numerum. Cic. 3. Off. 1. 50. Siquis profectus Rhodum magnum frumenti numerum advexerit.
Advehere navi. Plin. lib. 35. cap. 17. Et Cic. 4. Fam. 12. Quum ab Epidauro Piræum navi advectus eſſem.
Equo. Cic. 1. de Divin. 58.
Advehere aliquem oras alias, pro Vehere ad vel in oras alias. Virg. 1. Æn.
Advehi aliquem, pro Vehi ad aliquem. Tacit. 2. Ann. 45. Ut quosque advectus erat. Sil. Ital. 4. 317.
Nunc Itali in tergum verſis referuntur habenis,
Nunc rurſus Tyrias retro pavor advehit alas. Emend. Avehit. V. Drak.
Advehit imbres Auſter, Sen. Medea.
Advehit unda rates. Ovid. 5. Epiſt. 96.
Advectus, a, um. ut, Claſſis advecta. Virg. 5. Æn. 864. Advectus Æneas claſſi, Idem 8. Æn. 11. Advectæ militum copiæ. Hirt. Bell. Afr. cap. 11. Advecti Commeatus Curt. 6. 2. 15.
Advectus, ûs. Tacit. 4. Hiſt. 84. 6. Hæc de origine & advectu dei celeberrima.
Advectio, onis. [ἐπαγωγή] Plin. lib. 9. cap. 54. Nuper excogitatum, famem longæ advectionis a Brunduſio, compaſcere in Lucrino.
Advector, ōris. m. Qui advehit. Apul. 4. Florid. p. 363. Advectorem ſibimet equum deligunt.
Advectitius, a, um. Aliunde Advectus; ut, Vinum advectitium. Salluſt. Bell. Jugurth. cap. 44.
Advecto, avi, [ἐπάγομαι] are. frequent. ab Adveho. Tacit. 6. Ann. 13. 2. Addiditque quibus e provinciis & quanto majorem quam Auguſtus rei frumentariæ copiam advectaret.
Advelitatio, Jactatio quædam verborum, figurate ab haſtis velitaribus. Velites dicuntur expediti milites, quaſi Volites, i. e. Volantes. Feſtus.
Advēlo, [ἐπικαλύπτω] are. Idem quod Velo. Virg. 5. Æn. 246.
Victorem magna præconis voce Cloanthum
Declarat, viridique advelat tempora lauro.
Advēlans, antis. Lampridius Commodo cap. 15. Panno purpureo nudos humeros advelans.
Advĕna, æ. c. g. [πάροικος, ἐπήλυτος, προσήλυτος] ab Advenio: dicitur Qui vel Quæ aliunde venit eo ubi habitat.
Advenæ, Servius: Omnes terræ habitatores, aut indigenæ ſunt, aut advenæ, aut convenæ. Indigenæ, ſunt inde geniti. Advenæ, de uno loco venientes. Convenæ, de diverſis.
Advena. Amor. Ovid. 1. de Arte Am. 176.
Anus. Ter. Heaut. 1. 1. 44.
Dii. Cic. 2. de Legib.
Exercitus. Virg. 7. Æn. 38.
Grus. Hor. Epod. 2. 35.
Pellex. Ovid. 9. Epiſt. 121.
Volucres. Varro 3. de R. R. cap. 5.
Advena, Græce προσήλυτος dicitur. Feſtus apud Junianum.
Advena, teſte Priſc. interdum neutris adjungitur. ut Adve… mancipium.
Advena hyemis, & Advena æſtatis. Plin. l. 20. c. 23. de ciconiis & gruibus.
Advena belli. Stat. 8. Theb. 555.
Peregrinus & advena. Cic. 2. de Orat. 249. Ne in noſtra patria peregrini atque advenæ eſſe videamur. Idem contra Rull. 2. 93.
Advenĕror, [προσκυνεῖσθαι] ari. Valde & Ex animo v…nerari. Varr. 1. de R. R. cap. 1. Item adveneror Minervam & …enerem: quarum unius procuratio oliveti, alterius hortorum. Sil. Ital. lib. 13. 704.
Proſequiturque oculis puer adveneratus euntes.
Advĕnio, ēni, entum, [προσέρχομαι, παραγίνομαι] īre. Ad locum venire ſignificat. Unde & Adventus dicitur. Ter. Hec. 3. 5. 8. Advenis modo? Idem. Phorm. 2. 1. 56.
Here ſalve: ſalvum te adveniſſe gaudeo.
Advenire optato. V. Optato.
Advenire, cum adverbiis. Ter. Eun. 3. 2. 48. Si forte huc advenerit. Idem And. 2. 2. 25. Cum illoc advenio, ſolitudo ante oſtium. Plaut. Aſin. 5. 2. 23. Advenit domum noctu.

Ab aliquo loco. Plaut. Stich. 3. 2. 3. a portu advenerit.
Ex aliquo loco. Cic. 3. de Nat. Deor. 57. Quem ex Hyperboreis Delphos ferunt advenisse.
Ad forum. Plaut. Capt. 4. 2. 6.
Ad urbem. Ovid. 1. Trist. 9.

A quibus adveniat Miletida sospes ad urbem.

Urbem. Virg. 1. Æn. 392.

— Tyriam qui adveneris urbem.

In provinciam. Cic. 11. Philipp. 30. Quancunque in provinciam ejus belli gerendi causa advenerit.
Alicui, pro Ad aliquem. Tacit. 1. Ann. Properantibus Blæsus advênit.
Advenire, cum priore supino. Ter. Phorm. 2. 2. 13. Etiam me ultro accusatum advenit. Ibid. 2. 2. 41. Tentatum advenis. In his & similibus nihil aliud quam Venire significat.
Advenio pace. Plaut. Amph. prolog. 32. Propterea pace advenio, & pacem ad vos affero. subaud. Cum.
Advenire, & Venire, pro eodem sæpe indifferenter accipiuntur. [Quin Veteres simplici verbo multo frequentius, quam composito in adventu declarando utuntur.
Advenio interdum cum dativo ponitur: interdum & sine eo.
Advenire in tempore. Plaut. Capt. 4. 2. 56. Optime mihi in tempore advenis.
In tempore ipso. Ter. And. 5. 6. 10.
Tempore. Plaut. Men. 1. 2. 30.
Per tempus. Ter. And. 4. 4. 44.
Opportune. Ter. Heaut. 1. 2. 5.
Advenire, pro Accidere. Cic. 11. Philipp. 7. Est enim sapientis, quicquid homini accidere possit, id præmeditari: ferendum modice, si advenerit, esse.
Advenire, de tempore dictum, idem quod Venire. Cic. 2. Verr. 37. Interea dies advenit, quo die sese ex instituto ac lege Rupilia dicas sortiturum Syracusis iste edixerat.
Annus adveniet. Tibul. 4. 6. 19.
Hora proficiscendi advênit. Tacit. 4. Hist. 62.
Advenerunt literæ, pro Allatæ sunt. Suet. in Vespas. Aug. cap. 7.
Luces optatæ advenere. Catul. 64. 31.
Advenire morbus dicitur, quando Incipit. Cic. 2. de Divin. Nam medici ex quibusdam rebus & advenientes & crescentes morbos intelligunt.
Advenisse senectus dicitur, quum quis ad eam pervênit: Advenire autem, quum accedit, sive appropinquat. Plaut. Men. 5. 2. 4. Consitus sum senectute. Et paulo post, 5. 2. 6.

— ut ætas, mala est merx: mala est ergo,
Nam res plurimas pessimas quum advenit, affert.

Advenire ad aures. Lucret. lib. 6. 165.

— quia semper ad aureis
Tardius adveniunt, quam visum quæ moveant, res.

ADVENIENS, Partic. [προσερχόμενος] Ter. Eun. 2. 2. 3. Cic. 6. Att. 3. Est enim quiddam, advenientem non esse peregrinum atque hospitem.
Liquor adveniens. Lucret. lib. 4. 871.
Mare. Plin. lib. 12. cap. 9. Mari adveniente fluctibus pulsatæ, resistunt immobiles.

ADVENTITIUS, [προσηλυτικὸς] dicitur Quicquid aliunde nobis accedit, & a nobis aut nostris facultatibus non proficiscitur. Cic. 1. Verr. In re adventitia atque hæreditaria.
Adventitium adjumentum. Cic. 5. de Fin. 59. Neque sane multum adjumentis externis & adventitiis uteretur.
Auxilium adventitium requirere. Cic. 4. Verr. 81.
Cœna adventitia, vel adventoria, dicebatur, qua amicos peregre redeuntes, aut longo intervallo ad se invisentes amici excipiebant. Suet. Vitell. cap. 13. Famosissima super cæteras fuit cœna ei data adventitia a fratre &c. Huc existimant Viri docti allusisse Martial. præf. lib. 12. Ne quid tamen & advenienti tibi ab urbe & exigenti negarem, imperabo mihi, & statui paucissimis diebus, ut familiarissimas mihi aures tuas exciperem, adventoria sua. Ubi postr. vox suspecta est Radero. Eadem cœna & Viatica dicebatur. V. Turneb. Advers. 2. 30. & 30. 26. Scalig. Auson. Lect. 2. 19. & 24. Itemque Torrent. ad Suet. l. c.
Copiæ. Cic. pro Lege Manil. 24. Magnis adventitiis multarum nationum copiis juvabatur.
Doctrina adventitia & transmarina. Cic. 3. de Orat. 133.
Adventitio opponitur Innatum & insitum. Cic. Topic. 69. Specie autem comparantur, ut anteponantur quæ propter se expetenda sunt, iis quæ propter aliud: & ut innata atque insita, assumptis & adventitiis.
Dos, cui Profectitia opponitur. est autem Profectitia dos Ulp. in l. profectitia. D. de jure dotium, quæ a patre, vel parente profecta est de bonis vel facto ejus. Adventitia vero, quam nemo ex paternis bonis, sed quispiam extraneus alicunde dedit: ut ex Juliani verbis colligitur.
Fructus. Liv.
Humor. Varr. de R. R. 1. 8.
Peculium, Quod ab extraneis & cognatis nobis obvenit: quo in numero sunt maternæ maternive generis hæreditates: amicorum item & legata & hæreditates: item lucra nuptialia: omnia denique quæ extra laborem militiæ & nostram industriam aliunde quam ex paternis bonis nobis acquisita sunt.
Pecunia, cui respondet ex adverso Pecunia sua & propria. Cic. 1. Att. 16. Unam rationem non rejiciebam ut ager hac adventitia pecunia emeretur. Idem pro Rabir. Posth. 46. Quod, Judices, non faciatis oro, atque eo magis si adventitia pecunia petitur ab eo cui sua non redditur. Idem 2. de Invent. 64.
Tepor. Cic. 2. de Nat. Deor. 26.
Visio. Cic. 2. de Divin. 120. Animos externa & adventitia visione pulsari.

ADVENTUS, ûs. [παρουσία, ἔλευσις, ἄφιξις] Ter. Eun. 2. 2. 29. Salutant, ad cœnam vocant, adventum gratulantur. Ubi Donatus, Adventus proprie expectatorum, necessariorumque dicitur. Idem Phorm. 1. 3. 2. Ubi in mentem ejus adventi venit. Ubi Donatus, Adventi, sic veteres genitivo casu proferebant. Commodiorem adventum non vidi. Ter. And. 5. 2. 3.
Adventus & Discessus, contraria. Cic. 12. Att. 49. Ut me levarat tuus adventus, sic discessus afflixit.
Adventus cum Genetivo frequenter in Nummis Antiquis, ut Adventui vel Adventus Augusti, vel Augustor. Achajæ, Africæ, Alexandriæ, &c. V. Mediob. & Vaillant.
Adventus & Victoria, Adversa. Cic. 4. Verr. 115. Conferte hujus Prætoris adventum cum illius Imperatoris victoria.
Adventus Lucis. Sallust. Bell. Jugurth. cap. 91.
Adventus malorum. Cic. 3. Tusc. 14. Hæc igitur præmeditatio futurorum malorum lenit eorum adventum.
Adventum inimicorum suis corporibus intercludere. V. INTERCLUDO.
Adventus in urbem, & ad urbem. Cic. pro Lege Manil. 11. Ut etiamsi ab hoste defendant, tamen ipsorum adventus in urbes sociorum non multum ab hostili expugnatione differant. Idem pro Milon. 49. Ut illi nocturnus ad urbem adventus.
Notes porro nonnulla ex his modo allatis pro Participiis habere Ian. Meller. Palmer. Fac. Crit. Tom. 4. p. 652. contra quem strenue pugnat Voss. de Analog. p. 203.

ADVENTO, [ἐπιτίθεμαι, ἐφικνέομαι] are. Antiquis pro primitivo ponebatur; sicut Adjuto pro Adjuvo: nunc fere significat Appropinquare. In priore significatu: Plaut. Aulul. 2. 1. 24. Te id admonitum advento.
Adventare, pro Appropinquare, nunc de tempore dicitur, nunc de persona, nunc de re alia. Cic. 1. de Orat. 45. Quod fere jam tempus adventat. Idem 2. Fam. 5. Nondum erat auditum te ad Italiam adventare. Idem 4. Att. 17. Adventare, & prope jam esse debes.
Adventant discrimina. Lucan. lib. 7. 49.

— discrimina postquam
Adventare ducum, supremaque prælia vidit.

Reipublicæ excidium. Tacit. 4. Hist. 13. 5.
Rates. Ovid. 12. Met. 65.
Adventabat accipiendo Armeniæ regno Tiridates. Tacit. 16. Ann. h. e. Ad accipiendum, sive Ut acciperet.
Adventare alicui, pro Ad aliquem. Tacit. 5. Ann.
Portis, h. e. Appropinquare. Stat. 11. Theb. 202.
Locum aliquem, pro Ad locum. Tacit. lib. 5.

Mœsta niger adventabat ab urna. Stat. 8. Theb. 6.

Adventare sub finem. Virg. 5. Æn. 327.

ADVENTANS, Partic. Cic. 5. Tusc. Tum morti jam ipsi adventanti paulum procedere obviam.
Adventantes Euri. Virg. 4. Georg. 192. de Apibus.
Adventans senectus. Cic. de Senect. 2.

ADVENTATIO, onis. f. Vet. Interpr. Irenæi 1. 1. Salvatoris adventatio.

ADVENTOR, [προσελεύτης] Plaut. Trucul. 1. 2. 1.

Ad fores auscultato, atque adserva has ædes,
Nequis adventor gravior abeat, quam adveniat.

Videtur nomen a Plauto fictum præter usum Latinitatis, pro Quolibet homine externo: i. e. Qui non sit nobis domesticus.

ADVENTORIUS, Adj. [προσελευτικὸς] Quod advenienti cuipiam offertur. Unde Adventoria Epist. apud Martial. in præf. lib. 12. Cæl. Antiq. Lect. lib. 28. cap. 3. V. supra ADVENTITIUS.

ADVERBĔRO, [προσαικίζω] are. Vehementer verberare. Stat. 9. Theb. 686.

— & auratis adverberat unguibus armos.

ADVERBIUM, [ἐπίρρημα] Vox est sine numero, quæ alii voci, & frequentius quidem Verbo, unde & nomen invenit, adjungitur: ut, Valde constans, Differit acute, Bene mane. Hinc ficta a grammaticis vocabula, Adverbialis, Adverbialiter, Adverbiaster, Adverbiari.

ADVERSARIUS, ADVERSARIA, ADVERSATOR, ADVERSITAS, ADVERSITOR, ADVERSOR. V. ADVERSUS.

ADVERSUS, [ἀντικείμενος, ἐναντίος] Adj. ab Advertor; Oppositus, sive Objectus: quæ est ejus propria significatio. Sallust. in Jugurth. 139. 17. Haud procul ab latere castelli quod adversum præliantibus erat.
Adversus aut Contrarium significat, aut idem quod Erga. Festus. Quæ ex eodem genere contraria sunt appellantur Adversa, ut Celeritas, Tarditas. Cic. Topic. 47.
Adversus & aversus. Columel. lib. 1. cap. 5. Cavendum tamen erit, ut a tergo potius quam præ se flumen habeat: ut ædificii frons aversa sit ab infestis ejus regionis ventis, & amicissimis adversa.
Adversæ cicatrices. Cic. 2. de Orat. 28. Qui in causa peroranda non dubitavit excitare reum Consularem, & ejus diloricare tunicam, & judicibus cicatrices adversas senis Imperatoris ostendere.
Adverso corpore exceptæ cicatrices. Cic. l. 5. in Verr. 3.
Dentes, i. e. Anteriores. Cic. 2. de Nat. Deor. 134.
Folia. Plin. lib. 27. cap. 13.
Fronte adversa obvius. Sil. Ital. lib. 5. Adversis frontibus concurrunt damæ. Martial. lib. 4. 35.
Hastis adversis incurrere. Virg. 11. Æn. 612.
Lectica. Cic. 2. Philipp. 82. Caput in adversam lecticam inserens.
Manum adversam ostendere. Cic. 4. Acad. 145.
Pectore adverso ferrum excipere. h. e. Objecto. Sen. Agam. v. 232.
Ripa. Cic. 1. de Divin. 58. Eodemque equo adversam ripam ascendit.
Spatia adversa. Virg. 5. Æn. 584.
Solem adversum intueri nequitis, ejusque radiis acies vestra sensusque vincitur. Cic. in Somn. Scip. c. 5. extr.
Vestigia. Cic. 4. Acad. 39. Nonne etiam dicitis esse e regione nobis, e contraria parte terræ, qui adversis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis?
Via, Opposita. Plaut. Bacch. 1. 3. 5. Quo nunc capessis tu te hinc adversa via?
Vulnera. Liv. 2. Adversis vulneribus occisi.
Adversus & infestus. Cic. pro Milon. 3.
Ærumna. Ter. Phorm. 1. 5. 12. Abundat (adversa) teste Donato, Nam omnis ærumna, adversa est nobis.
Amor adversus & secundus. Lucret. lib. 4.
Animis adversis aliquid accipere. V. ACCIPIO. Tacit. lib. 3. Utque hæc secundo rumore, ita adversis animis acceptum, &c.
Animo adverso aliquid auscultare, i. e. Invito, ac repugnante. Plaut. Pseud. 1. 3. 8. Sed legendum:

In rem quod sit prævortaris, quam re adversa animo auscultes. Vid. ibi Gronov.

Aqua adversa per amnem advecti sumus, quod vulgo dicitur, Contra aquam. Plaut. Trin. 4. 2. 101. Sic, Vehi adverso fluvio, Adverso flumine navigare, aut navem ducere. Virg. 1. Georg. 201.

Non aliter quam qui adverso vix flumine lembum
Remigiis subigit.

His contraria sunt Secundo flumine & secunda aqua.
Austris adversis ætatem ducere. Hor. 2. Epist. 2. 202.
Bellum adversum. Hor. 1. Sat. 7. 11.
Casus. Cic. 3. Tusc.
Deo adverso aliquid movere. Ovid. 7. Epist. 4.
Deos adversos habere, i. e. Adversantes & contrarios. Propert. lib. 1. Eleg. 1. 8.
Fama. Liv. 4. Decad. lib. 7. Adversa omnium fama, quod provinciam Siciliam reliquisset. V. Rumor.
Felicitas. Ter. Eun. 2. 3. 33. Cui magis bonæ felicitates omnes adversæ sient.
Fortuna. Virg. 9. Æn. 282. cui Secunda opponitur. V. Res.
Habere adversum aliq. i. e. inimicum. Sallust. in Catil. 52. 7. Multosque mortales ea causa adversos habeo.
Mens alicujus alteri adversa & infensa. Cic. pro Sylla 29. Consolare te, quod omnium mentes improborum mihi uni maxime sunt infensæ & adversæ.
Musis adversis tangere carmina. Ovid. 3. Amor. 12. 1.
Pars adversa, seu adversaria, est Noster adversarius, aut etiam Multi in eadem causa nobis adversarii. Quintil. lib. 7. cap. 4. Nam & nostra confirmanda, & adversæ partis destruenda finitio.
Prælium. Valer. lib. 6. cap. 5. Semperque adversis contusa præliis. Sic sæpe apud Livium, pro Prælio infeliciter commisso.
Procella. Virg. Æn. 1. 106. i. e. Ex adversa parte irruens.
Res, cui Secundæ opponuntur. Cic. 1. Off. 90. Ut adversas res, sic secundas immoderate ferre, levitatis est. V. Fortuna.
Rumore adverso esse: pro Sinistro & contrario: h. e. Male audire. Liv. 7. Bell. Punic. Marcellus etiam adverso rumore esse, super quam quod primo male pugnaverat. Tacit. 2. Hist. 26. Adverso in vulgus rumore fuit. V. Fama.
Tempestate adversa usi sumus. Ter. Hec. 3. 4. 9. Cic. 1. Off. In tranquillo, tempestatem adversam optare, dementis est.
Tempore adverso. i. e. quum Sumus in adversis rebus constituti. ut, Adverso Reipublicæ tempore, apud Ciceronem. Idem 2. Verr. sed in alia significatione, Satisque feliciter anni jam adverso tempore navigasset. Hiemem significat, quæ navigantibus est maxime contraria.
Valetudo adversa: cui contraria est, Bona, secunda, prospera. Liv. 10. ab Urbe, Posthumium valetudo adversa Romæ tenuit.
Valetudinis adversa rimari. Tacit. 2. Ann. 69.
Ventus adversus, i. e. Contrarius. Ovid. 6. Epist. 7.

Quam libet adverso signatur epistola vento:
Hypsipyle missa digna salute fui.

Undæ rerum. Hor. 1. Epist. 2. 22. de Ulysse, — aspera multa.
Pertulit, adversis rerum immersabilis undis.

Adversus, cum dativo. Quintil. lib. 3. cap. 9. Adversum gratiæ an obnoxium.
Adversus alicujus, pro alicui. Tacit. lib. 3. Veneno eum a Lepida petitum illustrium domuum adversa.
Adversior, compar. Plin. lib. 32. cap. 4. Neque est testudine aliud salamandræ adversius. i. e. Magis contrarium.
Adversissimus, superl. Cæsar 3. Bell. Civil. 107. Qui Alexandria navigantibus sunt adversissimi venti.
Adversissimus & Secundissimus opponuntur. Cic. 10. Att. 9. Omnia enim secundissima nobis, adversissima illis accidisse videntur.
Adversum & frequentius pl. Adversa, absolute [δυσημερία] pro Rebus adversis, quam vulgus Adversitatem vocat. Cic. ad Brutum 4. Nihil jam nobis adversi evenire potest.
Adversa vocant. Virgil. 9. Æn. 172.

Quos pater Æneas, siquando adversa vocarent,
Rectores juvenum, & rerum dedit esse magistros.

Adversis alicujus indolere. h. e. In adversis, vel Ob adversa. Ovid. 5. Trist. 5.
Adversis premi. Ovid. 5. Trist. 27.

Tot premor adversis: quæ si comprendere coner,
Icariæ numerum dicere coner aquæ.

Scandere in adversum. Quintil. de Demosthene loquens; lib. 11. cap. 3. Scandens in adversum continuabat quam posset plurimos versus. i. e. in arduo adscensu. V. Adversus clivum mox.

ADVERSUM, & ADVERSUS, [ἀντὶ, κατὰ, ἐναντίον] Præpositiones accusativæ indifferenter pro eodem accipiuntur. Plaut. Amph. 2. 2. 118. Mirum quin te adversus dicat. i. e. Tibi contradicat. Cic. 14. Att. 4. Si duriorem te præbes, non contendam ego adversus te. Cic. 3. Off. 103. Hostis legitimus adversus quem totum jus feciale est.
Adversum, pro Apud, authore Donato. Terentius Andr. 1. 5. 31. Sed nunc per opus est, aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa adversum hunc loqui.
Adversum, pro Erga. Ter. And. 1. 1. 15. Id gratum fuisse adversum te, habeo gratiam. i. e. Tibi gratum. Cic. de Nat. Deor. 1. 116. Est enim pietas, justitia adversum deos. Idem 1. Off. 74. Officia adversus eos servanda a quibus injuriam acceperis. Idem 3. Fam. 13. Modestus adversus aliquem.
Adversum tendere. Virg. 6. Æn. 684.

Isque ubi tendentem adversum per gramina vidit
Æneam. h. e. Versus se venientem.

Adversum, pro Contra. i. e. E regione. Plin. lib. 3. cap. 5. Et Lerina adversum Antipolim.
Ab hac significatione dicitur Exadversum, pro E regione. Cic. 1. de Divin. 101. Ara enim Aio loquenti, quam septam videmus exadversus eum locum, consecrata est.
Adversum, nonnunquam postponitur. Sallust. in Jugurth. 146. 23. Jamque paulum a fuga aberant, quum Sylla, profligatis iis quos adversum ierat, rediens ab latere Mauris incurrit.
Adversus clivum agitabo quadrupedem, i. e. Contra montis ascensum: quale est siquis dicat, Adversus flumen navigare, quasi contra aquam. Vide Agitare equum, & supra ADVERSUS, Adj.

ADVERSUM, Adv. pro Contra adverbio, & interdum pro Obviam. Plaut. Amph. 2. 2. 43. Huic eam advorsum. Idem. Men. 3. 2. 22. Quis hic est, qui advorsum mihi fit? Sic, alicui adversum ire. i. e. Obviam; Plaut. Amph. 3. 3. 43. Proprie de servis dicitur, qui ibant ad dominos extra domum cœnantes, ut præsto essent & domum deducerent. Ter. Adel. 1. 1. pr. Storax, non rediit hac nocte a cœna Æschinus? Non servulorum quisquam, qui adversum ierant? V. ADVERSITOR.
Adversum quod, pro Contra quam. Plaut. Trin. 1. 2. 139. Adversum quod ejus me obsecravisset pater.
Adversus resistere. Nepos in Pelopida, 81. 7. Cum Thebanis sibi rem esse existimabant, & eos esse solos, qui adversus resistere auderent.
Adversus, pro Secundum. Ulpian. tit. 21. in suis Instit. Latinus Junianus, item is qui dedititiorum numero est, testamentum facere non potest. Latinus quidem, quoniam nominatim lege Junia prohibitus est: is autem qui Dedititiorum numero est, quoniam nec quasi civis Romanus testari potest, quum sit peregrinus: nec quasi peregrinus, quoniam nullius certæ civitatis civis est, ut adversus leges civitatis suæ testetur. i. e. Secundum leges.

ADVERSE, Adv. apud Gellium. 3. 16.

ADVERSO, are. Frequ. Idem quod Primit. Advertere. Plaut. Rud. 2. 2. pr. Animo advorsavi sedulo, ne herum usquam præterirem.

ADVERSOR, [ἐναντιοῦμαι, ἀντίκειμαι] ari. Dep. ab Adversus, pro Contrario, derivatum. Plaut. Capt. 2. 3. 43. Neque me advorsatum tibi. Cic. 5. Verr. 81. Hanc Cleomenes vir amabat: veruntamen hujus libidini adversari nec poterat, nec audebat.
Adversari & repugnare. Cic. pro Sylla, 50. Ego vero quibus ornamentis adversor tuis? aut cui dignitati vestræ repugno?
Infense adversari alicui. Cic. in Orat. 172. de Aristotele. Quis porro Isocrati est adversatus infensius?
Adversari rem aliquam. Tacit. 1. Ann. 28. 4. Sua facinora adversari deos lamentatur. Idem 1. Hist. 1. Sed ambitionem scriptoris facile adverseris. [Nisi Aversari, & Adverteris legendum.
Adversari, absolute positum. Ter. Phorm. 1. 25. Cœpi adversari primo.
Adversari contra, vel adversus. Plaut. Casin. 2. 3. 35.

— jam domuisti animum, potius ut quid vir velit
Fieri, id facias, quam adversere contra? Idem in Merc. 2. 3. 43.
Nolo tuam adversari adversus sententiam.

ADVERSANS, antis. [ἐναντιούμενος] Cic. 2. de Orat. 187. Sed tantam vim habet illa, quæ recte a bono poeta dicta est flexanima, atque omnium regina rerum oratio, ut non modo inclinantem erigere, aut stantem inclinare, sed etiam adversantem & repugnantem, ut Imperator bonus ac fortis, capere possit.
Adversante natura quicquam facere, est quod vulgo dici solet, Contra naturæ inclinationem, i. e. Invita Minerva. Cic. de Senect. 71. Quod idem contingit adolescentibus, adversante & repugnante natura. Idem. 1. Off. 110. Nihil decet invita, ut ajunt, Minerva, id est, adversante & repugnante natura.

ADVERSATUS, a, um. Idem Virg. 4. Æn. 127. Non adversata petenti annuit Cytherea. Tacit. 2. Ann. 67. 4. Paternis consiliis adversatus. Idem 14. Ann. 65. 1. Adversatus nuptiis Poppææ.

ADVERSARIUS, [ἀνταγωνιστὴς, ἀντίδικος, ἀντίπαλος] Proprie dicitur, Qui adversus nos litigat in judicio. Alio nomine dicitur Pars adversa: sed hoc est generalius, quia & de fœmina, & de multis simul dici potest.
Adversaria. Cic. 2. Fam. 4. Est enim tibi gravis adversaria constituta & parata incredibilis quædam expectatio. Sic Adversaria dici potest mulier, quæ adversus nos judicio contendit.
Adversarius palam. V. PALAM.
Adversarius illius. Cic. de Arusp. Resp. 34. Ecquid sciat unum acerrimum adversarium Hermachi Theodosium, legatum ad Senatum a civitate libera missum, sica percussum.
Adversarius illi. Cic. pro Cluent. 94. Hic Tribunus plebis modestus, prudens, non modo, non seditiosus, sed etiam seditiosis adversarius.
Capere adversarium. V. CAPIO.
Convenit mihi cum adversario. V. CONVENIO.
Convincere adversarium authoritatibus & testibus. V. CONVINCO.
Adversarius acerrimus. V. ACER.
Capitalis. V. CAPITALIS.
Fortis. Cic. de Arusp. Resp. 40. Ut tanquam fortis in pugna vir, acceptis a forti adversario vulneribus adversis & honestis cadere videatur.
Gravis. Cic. in Vatin. 1. Nemo enim horum, aut ita te refutandum, ut gravem adversarium: aut ita rogandum, ut religiosum testem arbitrabatur.
Intendere se adversarium in aliquem. Cic. 8. Fam. 4. In evitandis eorum consiliis, qui se intenderant adversarios in ejus Tribunatum.
Valentiorem nactus adversarium. V. NANCISCOR.

ADVERSARIUS, Adj. [ἐναντίος] Oppositus, adversus. Cic. 2. de Orat. 156. Opinionem istorum studiorum, & suspicionem artificii, apud eos qui res judicent. oratori adversariam esse arbitror. Idem pro Cæcin. 5. Vis ea quæ juri maxime est adversaria.
Adversaria, n. pl. [ἐφημερίδες] Dicuntur Tumultuariæ quædam tabulæ, quæ ante tabularum confectionem perscribebantur, ne memoria rerum excideret: ut ex iis postea tabulæ justæ & æternæ fierent. Cic. pro Rosc. Com. 5. Nimium cito, ait, me indagare de tabulis, non habere se hoc nomen in codice accepti & expensi relatum confitetur, sed in adversariis patere contendit. Et rursus, 6. Quid est, quod negligenter scribamus adversaria? quid est quod diligenter conficiamus tabulas? qua de causa? Quia hæc sunt menstrua: illæ sunt æternæ. Hæc delentur statim: illæ servantur sancte. Hæc parvi temporis memoriam, illæ perpetuæ æstimationis fidem & religionem amplectuntur. Hæc sunt conjecta: illæ in ordinem confectæ. Itaque adversaria in judicium protulit nemo: codicem protulit; tabulas recitavit. Adversaria igitur, sunt Libri, in quibus res omnes sine ordine ad tempus memoriæ causa conjiciuntur. Codex vero est, in quo digeruntur, & ordine conscribuntur. Adversaria ex eo dici putant, quod adversa etiam parte scriptis implerentur, & per transversum quoque. Solebant autem veteres ex altera tantum parte scribere. Quod admonet Juvenal. illo versu, 1. Sat. 6.

Scriptus & in tergo, necdum finitus, Orestes.

Proinde Opisthographi dicebantur libri utrinque scripti. Plinius Junior de Plinio avunculo ad Macrum, lib. 3. Epist. 5. Electorumque commentarios centum sexaginta mihi reliquit, opisthographos quidem, & minutissime scriptos. Meminit Cælius, lib. 7. Antiq. Lect. cap. 21.
In adversaria referre. Cic. pro Rosc. Com. 8.
In adversariis jacere. Cic. pro Rosc. Com. 8.

ADVERSATIO, onis. f. Tertul. adv. Gnost. cap. 5. Quid aliud est adversatio Idololatriæ atque Martyrii quam mortis & vitæ? Idem de Pudic. cap. 15. Adversatio immunditiarum.

ADVERSATOR, oris. m. [ἐναντιωτὴς] Qui adversatur. Unde fit

ADVERSATRIX. Ter. Heaut. 5. 3. 4. Ullamne ego rem unquam volui, quin tu in ea re mihi adversatrix fueris Sostrata? Plaut. Most. 1. 3. 100. Nunc assentatrix scelesta est, dudum adversatrix erat.

ADVERSITOR, [ἀπαντητὴς] Nomen est ab eo dictum, quod Adversum ire, pro Obviam ire, dicimus. Nam adversitores Romani Servos appellant, qui eunt adversum domino, illumque deducunt & reducunt. Unde apud Plaut. in Mostel. 4. 2. inducitur servus Adversitoris nomine, qui cum Phanisco adversum it domino suo potanti apud amicum. Ter. Adelph. 2. 1. pr.

Non rediit hac nocte a cœna Æschinus?
Neque servulorum quisquam, qui adversum ierant? Ubi Donatus, Proprie locutus est: nam Adversitores dicuntur.

ADVERSITAS, [ἐναντιότης] denom. a nomine Adversus, a, um; est (ut sic dicam) Contrarietas ac Repugnantia. Plin. lib. 11. cap. 25. Magna, inquit, putatur esse scorpionibus adversitas cum stellionibus. h. e. Stelliones & scorpiones creduntur sibi invicem adversari, contrariique ac infesti esse.

ADVERSIO, onis. Inde sunt locutiones illæ, Adversione emere, vendere, conducere, locare. V. AVERSIO.

ADVERTO, ti, sum, [ἐπιστρέφω] ĕre. est Aliquo (h. e. Ad aliquid) vertere. Cui contrarium est, Avertere. Veteres per o scribunt Advortere.

Advertere se aliquo. Terent. Eun. 2. 3. 50. Illa sese interea commodum huc advorterat, In hanc nostram plateam.

Advertere urbi agmen. Virg. 12. Æn. 555. i. e. Contra urbem, ait Servius. Sic Adverti Orienti, & similia. Columel. lib. 3. cap. 12. 6. Ut in locis frigidis meridiano vineta subjiciantur: tepidis Orienti advertantur. h. e. Vertantur ad Orientem.

Advertere [ἐνθυμέομαι] per metaphoram pro Animadvertere, attendere, & quasi observare. Ter. Heaut. 4. 1. 44. Non adverti primo.

Animum advertere, pro eodem. Ter. Eun. 3. 1. 7.

Animum advertere, pro Intelligere. Ter. Phorm. 5. 7. 16. Postquam tantopere id vos velle animum advorteram.

Advertere animum hæc, pro Vertere animum ad hæc. Lucret. lib. 2. 124.

Hoc etiam magis hæc animum te advertere par est
Corpora, &c.

Advertere, sine adjecto, pro Intelligere. Plin. lib. 8. cap. 16. Hausta hirudine, quam vulgo sanguisugam cœpisse appellari adverto.

Advertere animum, aliter præterea dictum, pro Diligenter observare atque curare: & aliquando pro Attendere ad ea quæ dicuntur. Liv. 4. 45. Adverterent animos ne quid novi tumultus Labicis oriretur.

Animo, Diligenter considerare. Plin. lib. 22. cap. 1. Equidem & formæ gratia, ritusque perpetui in corporibus suis aliquas exterarum gentium uti herbis quibusdam, adverto animo. Quod Cicero dixit, Animadverto. Multa Plinii exemplaria habent, Animum.

Aliquid graviter. Ter. Heaut. 3. 3. 9. Diligenter adverte de librariis. Cic. 4. Att. 4.

Advertebatur, impersonaliter. Cic. 1. Fam. 1. Nam advertebatur Pompeji familiares assentire Volcatio. Lamb. Advertebantur.

Advertunt hominem res insigniores, aut novæ, aut admirandæ. Plin. 1. Epist. 10. Multa in Euphrate sic eminent, & relucent, ut mediocriter quoque doctos advertant & adficiant. Loquitur de Euphrate quodam suæ ætatis philosopho, & in nonnullis exemplaribus est, Vertant, h. e. Attentiores faciant ad considerandum, & quasi In admirationem convertant.

Advertere aliquem ad aliquid. Sil. Ital. lib. 16.

Illum ego ad incensas trepidantem & sæva paventem
Advertam patriæ sedes.

Animos monitis. Ovid. 15. Met. 140.
Animos ad religionem. Lucret. lib. 3. 54.
Animum levissimis. Tacit. 13. Ann. 49.
Aures ad vocem. Ovid. 1. Fast. 179.
Aures monitis. Propert. 1. 1. 37.
Aurem fabulis. Martial. 6. 64.
Cursum aliquo. Ovid. 3. Met. 636.
Mentem. Virg. 8. Æn. 440.
Numen lusibus. Ovid. 2. Trist. 223. ad Augustum Cæsarem.
Oculos. Plin. in Paneg.
Pedem ripæ. Virg. 6. Æn. 386.
Vultum alicui rei. Ovid. 8. Met. 482.
Durius, i. e. Gravius coërcere. Tacit. 3. Ann. 52.
In aliquem, pro Animadvertere, sive Punire. Tacit. 5. Ann. 9. Placitum posthac ut in reliquos Sejani liberos adverteretur.
Advertere, subaudi Proram vel Navem, i. e. Appellere, advenire. V. Drakenb. ad Sil. 1. 288.

ADVERTENS, entis. i. e. Animadvertens. Ovid. 14. Met. 270.

— advertens pensas examinat herbas.

ADVERTOR, V. in activo.

ADVESPERASCIT, [συσκοτάζει] Instat vesper. i. e. Vespertinum tempus. Et est de verbis quæ Grammaticis dicuntur Exemptæ actionis. Ter. And. 3. 4. 2. Jam advesperascit. Plin. lib. 7. cap. 52. Deinde quum advesperavisset. Cic. 4. Verr. 147. Quum jam advesperasceret, discessimus.

ADVIGĬLO, [προσαγρυπνέω] Diligenter vigilare, & per translationem, Alicui rei incumbere, operam dare. Ter. And. 4. 1. 50.

— nam satis credo, si advigilaveris,
Ex unis geminas mihi conficies nuptias.

Heus tu, advigila. Plaut. Ad significat intentionem & est ἐπιτατικὸν, ut in Adamare. H. St.
Si advigilamus pro rei dignitate. Cic. de Petit. Conf. 44.
Advigilare ad aliquid. Cic. 2. de Legib. 29. Ei colendæ virgines præsint, ut advigiletur facilius ad custodiam ignis. h. e. Diligenter vigiletur juxta ignem, ne extinguatur.
Alicui. Tibul. 2. 6.
Advigilantia pila somnis regum. h. e. Regibus dormientibus. Stat. 1. Theb. 147.

Non impacatis regum advigilantia somnis
Pila, nec alterna ferri statione gementes
Excubiæ.

ADVIVO, [ἐπιζῆν] Idem quod simplex Vivo, sed est verbum rarissimum. Plin. lib. 15. cap. 18. Eadem autem fortuito satu advivit in medio foro. Sic legit Hermolaus, cum alia exemplaria habeant Vivit. Scævola in l. Alumnæ. D. de adim. leg. Et alibi in Pandect. frequenter. Inscriptio vetus apud Gruterum, p. 1145. n. 8. CONIVGI CVM QVO ADVIXIT SINE QVERELA. Et p. 1115. n. 8. ADVIVENTE EO.

ADULAS, [Ἄδουλας] Mons Germaniæ, qui Alpibus Rhæticis sive monti Sancti Gotthardi ab ortu connectitur, continenti quidem jugo: ut Alpium vel brachium vel majus cornu dici queat. Adyas vocatur Alciato, quasi Inaccessus. V. Rhæticæ Alpes, In RHÆTIA. & supra ADVALLAS.

ADŪLIS, [Ἄδουλις] Civitas Æthiopiæ, quæ & Panos insula dicitur. Oppidani dicuntur ADULITÆ. V. Stephan.

ADULITON, Ἀδούλιτον Ptolemæo, Oppidum est maritimum in Troglodytarum regione, sive ea Æthiopiæ parte, quæ sub Ægypto ad mare spectat, commune Æthiopum & Troglodytarum emporium, a servis, qui a dominis profugerant, conditum, unde & nomen habet, ut indicat Plin. lib. 6. cap. 29.

ADŪLOR, [κολακεύω, θωπεύω, ὑποθωπεύω, μειλίσσομαι] ari. Assentari. Adulatio, inquit Nonius, est Blandimentum proprie canum: quod & ad homines tractum consuetudine est. Valla lib. 5. 56. Adulari, est Inservire & captare, ut favorem emereamur quoquo modo, vel voce, vel gestu. Estque tractum ἀπὸ τοῦ δούλου, quod est servus. Et sane Adulari, servile est, non liberale & ingenuum. Sed ab Alludendo, vel ab Accedendo & ludendo duci, Festo placet; ibidem Dacerius monet in MSS. legi Adolari pro Adollari, ut sit quasi Ad ollam ire, ollam sectari, quod Parasitis solenne. Ovid. 14. Met. 46.

Agmen adulantum media procedit in aula.

Aperte adulantem nemo non videt. Cic. in Lælio 99.

Adulor aliquem. Cic. 2. de Divin. 6. Adulatus fortunam alterius. Columel. lib. 7. cap. 12. de canibus, Illi quoque furem adulantur. Cic. 1. Off. 91. Cavendum est, ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus. Quod quidam passive dictum putant. Non desunt tamen qui active.

Adulari alicui. Quintil. lib. 9. cap. 3. Verborum vero figuræ & mutatæ sunt semper, & utcunque valuit consuetudo, mutantur. Itaque si antiquum sermonem nostro comparemus, pene jam quicquid loquimur, figura est: ut, Huic rei invidere, non ut omnes veteres, & Cicero præcipue, hanc rem: &, Incumbere illi, non in illum: &, Plenum vino, non vini: &, Huic, non hunc Adulari, jam dicitur: & mille alia: utinamque non pejora vincant. Quo loco Quintil. dictionis Ciceronianæ se valde negligentem ostendit. Totum siquidem contra esse horum verborum exempla in hoc opere demonstrant.

ADŪLO, Vetuste dictum pro Adulari. Cic. 2. Tusc. 24.

Tum Jecore opimo farta, & satiata affatim,
Clangorem fundit vastum: & sublime advolans
Pinnata cauda nostrum adulat sanguinem. i. e. Detergit & palpat.

Turnebus. Lucret. lib. 5. 1072. de canibus.

Longe alio pacto gannitu vocis adulant.

Adulandi libido. Tacit. 4. Hist. 49.

ADULĀTIO, onis. f. [κολακεία, θωπεία] Cic. 2. de Nat. Deor. 158. Canum vero tam fida custodia, tamque amans dominorum adulatio.
Adulatio, in altero significatu. Cic. in Lælio 91. Nullam in amicitiis pestem esse majorem, quam adulationem, blanditias, assentationem.
Absurda adulatio. Tacit. 3. Ann. 47.
Fœdissima adulatio. Tacit. lib. 3. 57.
Fœdis adversus Neronem adulationibus. Idem 15. Ann. 59.
Gliscens. Tacit. 1. Ann. 14.
Indecora. Suet. in August. 3. 4.
Quæsitior adulatio, h. e. Exquisitior. Tacit. 3. Ann. 57.
Segnis. Tacit. 1. Hist. 36.
Tristi Adulatione adversus superiores. Tacit. 11. Ann. 21.
Adulatio in aliquem. Tacit. 1. Ann. 13. Multa patrum & in Augustam adulatio.
Semper magnæ fortunæ comes adest adulatio. Paterc. lib. 2. 102.
Adulationem induere. Tacit. 5. Ann.
Demitti in adulationem. Tacit. 14. Ann.
Lapsos in adulationem cohibebat ipse. Tacit. 4. Ann. 6.

ADULĀTOR, [κόλαξ, κολακευτὴς] Assentator. Qui ficto amore, & obsequio, gratiam ac favoren captat: est igitur Adulatori contrarius Amicus verus: nempe qui nihil simulat apud eum quem amat, sed libere & ex animo facit ac dicit omnia. Adulator, homo levis atque fallax, ad voluptatem facit ac dicit omnia, nihil ad veritatem. Ex Cic. in Lælio 91. extr. Ubi tamen h. v. non utitur. Sed ad Herenn. 4. 29.

ADULATORIUS, Adj. [θωπικὸς] Tacit. 6. Ann. 32. Vitellius formidine C. Cæsaris, familiaritate Claudii, turpe in servitium mutatus, exemplar apud posteros adulatorii dedecoris habetur.

ADULĀTRIX, icis. [κολακεύτρια] Quæ adulari solet. Treb. Poll. Claud. C. 3. extr.

ADULATUS, a, um. Partic. i. e. Humi prostratus. Val. Max. 4. 7. ext. 2. Mater Darii more Persarum Ephestionem adulata. conf. Eund. 6. 3. ext. 2.

ADULATUS, ûs. m. Gloss. Vet. Adulatus, κολακεία.

ADULATORCŪLUS, i. m. dimin. Parvus adulator. Cathol.

ADULATORIE, Adv. August. Epist. 148. pr. Si perfunctorie atque adulatorie res agatur. conf. Nonium 1. 203.

ADULANTER, aliud Adv. Fulgent. Contin. Virg. p. 153. Vanæ laudis appetitus falsa adulanter ingesta, velut propria reputat.

ADULĀBĬLIS & e, Qui blanditiis moveri potest. Ennius apud Nonium 2. 669. Huic est animus propitiabilis, ita & adulabilis. Sic, Adulabilis sermo, sententia, Ammian. 14. 11. & 31. 12. in Valente & Gratiano. Vicit tamen funesta principis destinatio & adulabilis quorundam sententia regiorum. H. St.

ADULTER, ĕri. [μοιχός] Unde fœmininum ADULTERA. Festus, Adulter & Adultera dicuntur, quia & ille ad alteram, & hæc ad alterum se conferunt.
Adulter in aliqua. Tacit. 3. Ann. 24.
Adulter omnium cubiculorum. Cic. in Sallust. 21. Tu omnium mensarum assecla, omnium cubiculorum in prima ætate pellex, & idem postea adulter.
Callidus adulter. Ovid. 1. Amor. 10. 4.
Dardanius. h. e. Paris. Virg. 10. Æn. 92.
Fraternus. h. e. Thyestes, qui cum Merope fratris sui Atrei uxore adulterium fecit. Stat. 5. Sylv. 58.
Nitidus. i. e. Comptus. Hor. 3. 24. 20.
Nocturnus. Hor. 3. Od. 16. 4.
Obscœnus. Claud. de Bell. Gild. 15. 156.

Secretus. Juven. 6. Sat. 236.
    Abditus interea latet, & ſecretus adulter.
Sororis adulter Clodius. Cic. pro Sext. 39.
Temerarius. Ovid. 2. Faſt. 335.
Adultera alicujus. Ovid. 10. Met. 346.
    Tunc eris & matris pellex, & adultera patris?
Clavis adultera. Ovid. 3. de Arte Am. 46. 3. V. ADULTERINUS.
Conjux. Ovid. 3. Amor. 4. 37.
Mens. Ovid. 3. Amor. 4. 5.
Turpis. Ovid. 13. Epiſt. 133.
Virgo. Ovid. 6. Epiſt. 133.
    Turpiter illa virum cognovit adultera virgo. Virgo, ad Ætatem refertur.
Adulter, per ſynecdochen ſpeciei pro genere, pro Amatore. Hor. 1. Od. 33. 9.
    Quam turpi Pholoë peccet adultero. Sic alibi ſæpe. Ovid. 2. de Arte Am. 637.
    — cum nominis extat adulter, i. e. Qui per mendacium gloriatur de amoribus fœminæ.
Adultera, dictum de brutis. Plin. lib. 8. cap. 16. Odore pardi coitum ſentit in adultera leo, totaque vi conſurgit in pœnam.

ADULTERIO, ōnis. Idem quod Adulter. Citat Laberium Nonius, quem ſiquis legere, ut ille ait, voluerit, ibi inveniet, & fidem noſtram ſua diligentia adjuvabit. V. & Gell. lib. 16. cap. 7.

ADULTĔRO, [μοιχεύω] are. Verbum a nomine Adulter derivatum: Adulterio ſtuprare. Suet. in Aug. cap. 67. Adulterare matronas. Abſolute Cic. 1. de Legib. 43. Latrocinari, adulterare, teſtamenta ſupponere. Hinc per metaphoram pro Arte aliqua quidpiam pro vero aſſimulare, atque ita rem ſinceram corrumpere. Plin. lib. 12. cap. 7. Piper longum facillime adulteratur Alexandrino ſinapi. Cic. pro Roſc. Com. 17. Adulterare tabulas.
Adulterare rebus exteris. Plaut. Bacchid. 2. 3. 34. Ubi interpres, Adulterare rebus exteris. i. e. Fraudem injicere rebus alienis.
Adulterare, per translationem dictum: ut, Adulterare judicium, pro Corrumpere. Cic. de Amicit. 94. Quum autem omnium rerum ſimulatio eſt vitioſa (tollit enim judicium veri, idque adulterat) tum amicitiæ repugnat maxime.
Jus adulterare pecunia. Cic. pro Cæcin. 73. Quod enim eſt jus civile, quod neque inflecti gratia, neque perfringi potentia, neque adulterari pecunia poſſit?
Naturam. Cic. in Partit. 90. Voluptas naturam boni fallaciter imitando adulterat.
Rationes domini adulterare. Ulp. l. 1. in fin. ff. De ſervo corr. Vel actori ſuaſit, ſive verbis, ſive pretio, ut rationes dominicas intercideret, vel adulteraret, vel etiam ut rationem ſibi commiſſam turbaret.

ADULTĔROR, paſſ. ari. Hor. Epod. 16. 31.
    Mirus amor, juvet ut tigres ſubſidere cervis,
        Adulteretur & columba milvio. h. e. milvio per adulterium ineatur.

ADULTĔROR, [μοιχεύομαι] ari. dep. Adulterium committere. Cic. 1. Off. 128. Latrocinari, fraudare, adulterari, turpe eſt, ſed dicitur non obſcœne. Al. Adulterare.

ADULTERATA, h. e. Adulterio ſtuprata. Suet. in Cæſ. 48. Libertum gratiſſimum, ob adulteratam equitis Romani uxorem (quanquam nullo querente) capitali pœna affecit.
Adulteratæ reliquiæ Gallorum, i. e. Aliena gente mixtæ. Flor. 2. 11. 3.

ADULTERATUS, [κίβδηλος] Partic. Quod alienæ rei admiſtione corruptum eſt. Alio nomine Falſum etiam a Plinio dicitur. Huic opponitur Sincerum. Laſerpitium adulteratum gummi. Plin. lib. 19. cap. 3.
Adulteratus nidus. Plin. lib. 10. cap. 9.

ADULTERATOR, oris. Idem eſt quod Corruptor & Depravator: ut, Adulteratores monetæ in l. aut facta. in fin. D. de pœnis.

ADULTERATRIX, īcis. f. Adultera. Gloſſ. Vet. μοιχαλὶς, Adulteratrix.

ADULTERATIO, onis. f. Gloſſ. Cyrilli, Adulteratio παραχάραγμα: ſicut ibidem Adulterator παραχαράκτης eſt, legitur etiam in Lemmatis Plinianis, quæ poſt præfationem loco primi libri viſuntur, ad lib. 12. n. 20. in odoribus aut condimentis dicuntur Adulterationes.

ADULTERINUS, [κίβδηλος] Adj. Quod pro vero aſſimulatum eſt: ut Adulterinum ſignum: i. e. Alieno annulo factum, inquit Feſtus. Cic. pro Cluent. 41. Teſtamentum in alias tabulas tranſcriptum, ſignis adulterinis obſignavit.
Adulterina moneta, V. MONETA.
Adulterinum ſymbolum. Plaut. Bacch. 2. 3. 31. — inſit dicere,
    Adulterinum, & non eum eſſe ſymbolum. i. e. Signum. Feſtus.
Nummum adulterinum, & Clavem adulterinam dicimus: vulgus dicit Falſus nummus, Falſa clavis, &c. Cic. 3. Off. 91. Si ſapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis.
Adulterinum, interdum dicitur quaſi Ex adulterio procreatum. Plin. lib. 10. cap. 3. Et ſi conniventem humectantemque animadvertit: præcipitat e nido, velut adulterinum & degenerem. Loquitur de aquilæ pullo.

ADULTERITAS, pro Adulterio a Laberio nimis licenter dictum, teſte Gellio lib. 16. cap. 7.

ADULTERIUM, [μοιχεία] a nomine Adulter, Genus eſt criminis. Papinianus in l. 6. §. 1. D. ad leg. Juliam de adult. Lex Julia ſtuprum & adulterium promiſcue καὶ καταχρηστικώτερον appellat: Sed proprie Adulterium in nuptam committitur, propter partum ex adultero conceptum, compoſito nomine: Stuprum vero in virginem viduamve committitur: quod Græci φθορὰν ſive διαφθορὰν appellant. Hanc Papiniani definitionem Valla lib. 6. cap. 45. approbat: illud tamen addens, Legem Juliam recte hæc duo promiſcue appellaſſe: non quod omne ſtuprum ſit adulterium: ſed quod omne adulterium ſit ſtuprum.
Adulterium, per metaphoram dictum, Plin. lib. 9. cap. 40. Juvatque ludere impendio, & luſus geminare miſcendo iterum, & ipſa adulterare adulteria naturæ: ſicut teſtudines tingere, argentum auro confundere, ut electra fiant: addere his æra, ut Corinthia. Eadem ratione dicuntur arborum adulteria, h. e. inſitiones. Idem lib. 17. cap. 1. 8. Ob hoc inſita & arborum quoque adulteria excogitata ſunt, ut nec poma pauperibus naſcerentur.
Adulteria mercis. Plin. lib. 19. cap. 3. Ad mercis adulteria ſuccum ipſum, in vaſa conjectum, admixto furfure, ... inde concutiendo, ad maturitatem perducebant. Alibi Fraus ab eodem dicitur.
Labes adulterii. Ovid. 3. Am. 5. 44.

Fœdum matris adulterium. Ovid. 8. Met. 156.
Impurum Catull. de coma Beren. 84.
Obſcœnum. Ovid. 2. Triſt. 212.
Sordidum. Liv. lib. 1.
Turpe. Juvenal. 11. Sat. 175.
Cogere adulterium. Ovid. 2. de Arte Am. 367.
    Cogis adulterium dando tempuſque locumque.
Committere. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Committere in aliquam fœminam. Ulpian. in l. 1. §. ſi quis. D. de offic. præfect. urb. Si quis ſervum ſuum adulterium commiſiſſe dicat in uxorem ſuam, apud præfectum urbi erit audiendus.
Facere adulterium malum cum aliquo. Catul. ad Januam 37.
Inire adulterium. Paterc. lib. 2. P. Clodius infamis etiam ſororis ſtupro, & actus inceſti reus, ob initum inter religioſiſſima populi Romani ſacra adulterium.
Adulterio nobilitatus. V. NOBILIS.
Adulteriis cælata vaſa. Plin. lib. 14. cap. 22. i. e. in quibus cælata ſunt adulteria.

ADULTUS, V. ADOLEO.

ADUMBRO, [ἐπισκιάζειν] are. Umbram exhibere, ſive Umbram tegendo facere. Columel. lib. 5. cap. 5. Sub ortu caniculæ palmeis tegetibus vineas adumbrabat.
Adumbrare eſt Pictorum verbum, & quadantenus aliquid deformare & exprimere ſignificat: non primis tantum lineis, velut vulgo interpretantur, circumſcribere, ſive delineare. Nimirum Adumbrare Latinis, quod σκιαγραφεῖν Græci dicunt: Adumbratio σκιαγραφία. Atqui Sciagraphia non eſt lineatio, quæ Ichnographia & Orthographia abſolvitur; ſed eſt, quæ addit umbras, & oculis non modo lineas exhibet, ſed explicatiores etiam rerum ſpecies ſubjicit, ut Bernardus Baldus recte interpretatur. Nempe Pictores primum lineamenta ducunt futuræ imaginis (hæc Ichnographia eſt) deinde inducunt colores, qui addunt umbram, atque ſic paulo expreſſiorem ſpeciem exhibent, non tamen perfectam. Hæc Adumbratio igitur eſt, cui poſtea accedit manus ultima: cum omnia ad exactam elegantiam ac venuſtatem expoliuntur. Et hanc ob cauſam Ariſtoteles Rhetor. 3. 12. genus dicendi, quo in deliberativis cauſis utimur, σκιαγραφίαις comparat, & Illi ideæ, quæ in demonſtrativo genere adhibetur, opponit. Hoc enim ut omnium accuratiſſimum & ornatiſſimum vult; ita illud, ſi exquiſitum minus excultumque ſit, maxime probat. Quintil. 7. 10. Nam quis pictor omnia, quæ in rerum natura ſunt adumbrare didicit? Sed percepta ſemel imitandi ratione, aſſimulabit quicquid acceperit. [Sane videntur Veteres picturam ἁπλῶς h. v. intelligi voluiſſe; Sculptura enim expreſſis Adumbratas opponunt imagines. Cæterum de Sciagraphiæ notione aliter Græv. ad loc. Cic. pro P. Sulla, qui infra legitur, Athenag. Apolog. p. 19. ed. Steph. Unde conſtat id vocabulum veteres de Monogrammo quoque pictura proprie uſurpaſſe, quæ nullas umbras exhibet, quicquid V. C. cujus verba ex Lipſienſi Theſ. huc deſcripta fuerunt, opinatur.
Adumbrare & Exprimere, contraria. Cic. pro Cœlio 22. Permulta maximarum non expreſſa ſigna, ſed adumbrata virtutum.
Idem 3. Tuſc. 3. Eſt enim gloria ſolida quædam res, & expreſſa, non adumbrata. [Conjungit tamen utrunque v. tanquam Synonyma Quintil. Decl. 10. 11.
Adumbrare, pro Imitari. Cic. 3. de Orat. 16. Idipſum ſumus in eorum ſermone adumbrare conati.
Imitari atque adumbrare. Cic. 2. de Orat. 194. Quare nolite exiſtimare meipſum, qui non heroum veteres caſus fictoſque luctus vellem imitari atque adumbrare dicendo, &c.
Adumbrare morem alicujus. V. MOS.
Res fictæ & adumbratæ. Cic. de Amicit.
Adumbrare, Quavis ratione quidpiam aſſimulare. Cic. 3. Verr. 77. Adumbratus publicanus. i. e. Cujus nomen tegeret, & obumbraret Prætoris redempturam: qui quum ipſe revera publicanus eſſet, nomine Æſchrionis accommodato utebatur. Hæc Budæus. Cic. pro Domo ſua, 80. Quod ſi non fuit, quid te audacius, qui ejus nomen incideris? quid deſperatius, qui ne ementiendo quidem potueris authorem adumbrare meliorem?
Comitia adumbrata. Cic. 2. contra Rull. 30.
Dii adumbrati. Cic. 1. de Nat. Deor. 75. Cedo mihi iſtorum adumbratorum Deorum lineamenta atque formas.
Indicium adumbratum. Cic. pro Sulla, 52. Sed quoniam Cornelius ipſe, etiam nunc de indicando dubitat, ut dicitis, informat ad hoc adumbratum indicium, filium.
Intelligentia. Cic. 1. de Legib. 59. Quoniam principio rerum omnium quaſi adumbratas intelligentias animo ac mente conceperit: quibus illuſtratus ſapientia duce, bonum virum, & ob eam ipſam cauſam cernat ſe beatum fore.
Lætitia. Tacit. 4. Ann. 31. 2. h. e. Ficta & ſimulata lætitia non vera.
Opinio virtutis. Cic. 5. de Fin. 69.
Suffragia. Cic. de Lege Agr. 31.

ADUMBRATIŌ, ōnis. f. [ἐπισκίασις] Cic. de Perfect. Orat. 103. Nulla eſt enim ullo in genere laus oratoris, cujus in noſtris orationibus non ſit aliqua, ſi non perfectio, at conatus tamen, atque adumbratio. h. e. Rei veræ ſimilitudo ac repræſentatio.

ADUMBRĀTIM, Adv. [ἐπεσκιασμένως] Subobſcure, non aperte. Lucret. lib. 4. 363.
    Non tamen ut coram quæ ſunt, vereque rotunda,
    Sed quaſi adumbratim paulum ſimulata videntur.

ADUNCUS, [ἐπικαμπὴς] Adj. Proprie dicitur, Quod quaſi ad nos (i. e. verſus nos) uncum ſive incurvum eſt: quale eſt, Aquilæ roſtrum, & canum, leonum, ſimiliumque ungues. Huic opponitur Reduncus. Liv. 1. 18. Dextra manu baculum ſine nodo aduncum tenens, quem lituum appellaverunt. Cic. pro Cluent. 180. Se nuper in auctione quadam vidiſſe in rebus minutis aduncam ex omni parte dentium & tortuoſam venire ſerrulam.
Aratrum aduncum. Ovid. 2. Met. 286.
Arcus. Ovid. 4. Epiſt.
Corpuſcula curvata, & quaſi adunca. Cic. 1. de Nat. Deor. 66.
Cymba. Ovid. 1. Met. 290.
Dentes aprorum. Ovid. 10. Met. 550.
Falx. Ovid. 14. Met. 628.
Ferrum. Ovid. 9. Met. 128.

 Hamus.

Hamus. Ovid. 13. Met. 934.
Naris. Lucan. lib. 2.
Naſo adunco aliquem ſuſpendere, Spernere, ſubſannare, faſtidire, irridere. Acron. Hor. 1. Sat. 6. 5.
Os. Ovid. 12. Epiſt. 16. — oraque adunca boum.
Pedes aquilæ. Ovid. 6. Met.
Præpes Jovis adunca. h. e. Aquila. Ovid. 6. Faſt. 196.
Puppis. Ovid. 14. Met. 550.
Roſtrum avis. Plin. lib. 11. cap. 37. Et acuta volucribus roſtra, eadem rapto viventibus adunca.
Ungues. Cic. Tuſc. 24.
Vomer. Ovid. 2. Faſt. 295.

ADUNCĬTAS, Ipſa (ut ſic dicam) incurvitas, ut Aduncitas roſtri. Plin. l. 8. c. 27. & l. 12. c. 49. Cic. 2. de Nat. Deor. 122. Roſtrorum aduncitate.

ADUNICATÆ, Populi in Gallia Narbonenſi commemorantur a Plin. lib. 3. cap. 4.

ADUNDO, are. ap. Marcellin. l. 31. p. 516. Francf. niſi eſt error pro Abundare. H. St.

ADŪNO, [ἑνόω] are. In unum cogere, & quaſi Conglobare, verbum rariſſime lectum.

ADUNĀTUS, a, um. Plin. l. 19. c. 2. de Sparto. Vulſum faſcibus in acervo adunatum biduo. [Sed Hard. ex MSS. edidit Animatum. q. V. Dalec. ex duobus MSS. profert, Vmmatum. Forte Viminatum, ſi commate poſt Vulſum, diſtinguas. V. l.
Sæpe hoc participio Juſtinus uſus eſt: ut 7. 2. 12. Adunatæ gentes variorum populorum. Et 15. 4. 22. Adunatis omnium ſociorum copiis. Item 24. 1. 5. Adunato exercitu, &c. Adde Borrich. Cogit. p. 40. ſic & Pallad. 4. 10. extr. Germen adunatum. Gloſſ. Gr. Lat. μονόχωρος ἐν πινάκῃ, Adunatus in tabula. Si Nonio 4. 10. credimus, ipſi etiam Ciceroni Off. 3. c. 8. vindicanda vox eſt, ubi ſcripſiſſe dicitur: Et ſi tum animum attenderis, turpitudinem videas adunatam, &c. ſed Adjunctam hodie ibi legimus.

ADUNATIO, ōnis. f. apud Cypr. Epiſt. 57. 1. extr. Epiſt. 61. 1. ſive Oxon. Edit. Epiſt. 60. & 62.

ADVŎCO, [προσκαλέομαι, ἐπικαλέω, μεταπέμπω] Generaliter eſt Arceſſere: Proprie autem ad Jus pertinet, & ſignificat Homines vel patrocinii, vel conſilii, vel teſtimonii cauſa convocare. Hotoman. Ter. Phorm. 2. 1. 83. Amicos advocabo, ad hanc rem qui adſient. Cic. pro Quintio 5. In his, quos tibi advocaſti, viris electiſſimis civitatis. h. e. Quos tibi aſſeſſores, & in judicando vocaſti adjutores, quos in conſilium adhibuiſti. Pomponius in l. ſi procurator. D. Rem ratam haberi. In id committitur ſtipulatio, quod interſit agentis. Et ideo ſæpius ex ea ſtipulatione agi poteſt, prout interſit agentis in eo quod litigat, quod conſumit, quod advocat, quod damnatus ſolvit. Advocat, h. e. Advocatos arceſſit.
Advocor cauſæ. Quintil. lib. 11. cap. 1. Etiam in iis cauſis quibus advocamur, earum differentia diligenter eſt cuſtodienda.
Advocare ad conſultandum, aut ad aliud agendum, idem ſignificat quod ſimplex Vocare. Cic. 12. Att. Nam quod non advocavi ad obſignandum, primum mihi non venit in mentem.
Ad concionem, pro eo quod eſt, Vocare ad concionem. Nam ſine præpoſitione proprie dicimus, Advocare concionem. Liv. 4.
Concionem. Cic. 5. Verr. 185. & de lege Agr.
Conſilium. Cic. in Vatin. 15.
Animum ad ſeipſum. Cic. 1. Tuſc. 75. Nam quid aliud agimus, quum a voluptate, i. e. a corpore, quum a re familiari, quæ eſt miniſtra & famula corporis, quum a republica, quum a negotio omni ſevocamus animum? Quid, inquam, tum agimus, niſi animum ad ſeipſum advocamus, ſecum eſſe cogimus, maximeque a corpore abducimus?
Advocare, Advocati officio fungi. Sen. lib. de Brevit. Vitæ cap. 2. Hic advocat, hic adeſt, ille periclitatur, ille defendit, hic judicat. Omnes illi, qui te ſibi advocant, tibi abducunt. Idem c. 7. de Brev. Vit. H. St. [Verum non qui Advocat officio Advocati fungitur, ſed qui Adeſt potius.
Aliquem contra alterum, Cic. pro Quintio, 71.
In conſilium. Cic. Frag. Ep.
In conſilia. Quintil. lib. 3. cap. 10.
In cœtum. Virg. 5. Æneid. 44. In cœtum advocare ſocios.
Advocare artem. Cic. 4. Acad.
Advocatur India in eo cibi genere. Plin. lib. 15. cap. 26. Inque alio cibi genere India advocatur, in alio Ægyptus.
Artes advocare. Ovid. 7. Met. 138.
Enſes. Sil. Ital. 17.

Ergo aſper monitis fruſtra nitentibus enſes
Advocat. i. e. Poſcit.

Genus in planctum. Sen. Herc. OEt. 1862.
Sacramentum in alicujus nomen. Tacit. 1. Hiſt. 55. In Senatus populique Romani obliterata jam nomina, ſacramenta advocabant. h. e. In S. P. Q. R. verba jurabant.
Ventos. Stat. lib. 1. Achil. 219.
Vires omnes. h. e. Totis viribus conari. Sen. Medea 7.

— hoc age: omnes advoca
Vires, & artes.

Advocaſſe, Provocaſſe, teſte Nonio. Lucil. lib. 29. Amicos hodie cum improbo illo audivimus Lucilio advocaſſe.
Advocari ægro, h. e. ad ægrum. Ovid. de Remed. Am. 110.
Advocare, pro Allicere. Plin. 1. Epiſt. ult. Tranquilli mei ſtomachum multa ſolicitant, vicinitas urbis, opportunitas viæ, mediocritas villæ, modus ruris, qui advocet magis quam diſtringat. h. e. Qui delectet magis quam occupet. Alii legunt Avocet: interpretanturque, A curis urbanis removeat. [Rectius. V. AVOCO.

ADVOCANS, antis. Vulg. Int. Matth. 18. 2. Advocans Jeſus parvulum ſtatuit eum in medio eorum.

ADVOCATUS, [συνήγορος, παράκλητος] Qui defendit alterum in judicio, aut Patronus dicitur, ſi orator eſt: aut Advocatus, ſi aut jus ſuggerit, aut præſentiam ſuam commodat amico: aut Procurator, ſi abſentis negotium ſuſcipit: aut Cognitor, ſi præſentis cauſam novit, & ſic tuetur ut ſuam. Aſcon. Pæd. in Divinat. 11. Cic. 7. Fam. 14. Quod ſi ſcribere oblitus es, minus multi te advocato cauſa cadent. [i. e. te conſulto. Solebant enim Clientibus ſuis & ſcripto & verbis cavere JCti, in quibus Trebatius fuit. Alioqui Advocatorum opera quæ fuerit, & quomodo litigantibus adeſſe conſueverint pulcre vides in Terentii Phormione expreſſum Act. 2. Sc. 4. Quintiliani demum ac Plinii Junioris temporibus ad Patronos vel Cauſarum actores id nomen fuit translatum.
Advocatus, aït Valla l. 4. Quicunque adeſt alteri in cauſa, officii gratia, Advocatus appellatur, etiam ſi nihil dicat neque agat, ſed qui tantum paratus ſit defendere. Ter. Eun. 4. 6. 25. Volo ego adeſſe hic advocatos nobis in turba hac. Cic. pro P. Sylla 81. Conſul de pecuniis repetundis Catilinæ fuit advocatus.
Advocatus, pro Patrono, ſeu Cauſidico, ſive pro Eo qui cauſam agit, Ulpian. l. 1. D. de var. & extraor. cognit. Advocatos accipere debemus omnes omnino qui cauſis agendis quo quo ſtudio operantur. Atque his cauſarum actoribus honorarium ſeu merces ſua ſolvebatur. V. Ulpian. itemque Torrent. ad Sueton. Ner. c. 17. Quintil. l. 12. c. 1. Frequenter autem accidit, ut iis etiam vera dicentibus fides deſit: videaturque talis advocatus, malæ cauſæ argumentum. Aliquanto poſt, Non enim forenſem quandam inſtituimus operam, nec mercenariam vocem, nec (ut aſperioribus verbis parcamus) non inutilem ſane litium advocatum, quem denique cauſidicum vulgo vocant.
Advocatus aſto cuipiam. V. ASTO.
Per advocatum defendi. V. DEFENDO.
Advocatus eo, aut venio amico. Cic. 1. Off. 32. Ut ſi conſtitueris te cuipiam advocatum in rem præſentem eſſe venturum.
Invocare advocatum ad cauſam defendendam. Cic. 2. de Orat. 196.
Advocatum Plautus pro Teſte rogato accipit in Pœn. 3. 6. 11. Factum a vobis comiter, bonam dediſtis Advocati operam mihi, &c. Verba ſunt Agoraſtoclis ad teſtes quos advocaverat in Lycum lenonem, quos in primo hujus ſcenæ verſu diſerte teſtes vocat. Sed & in ſuperiore ſcena 20. Lycus Agoraſtoclem ſic alloquitur. LYC.

Malus es, captatum me advenis cum teſtibus:
Tuorum apud me nemo, nec quicquam tui. AGORA.
Mementote illuc advocati. ADVOC.
Meminimus.

ADVŎCĀTUS, a, um. ut, Advocatum conſilium amicorum, Curt. 6. 8. 1. Advocata concio, Nepos, 7. 6. 4. & Juſtin. 2. 8. 8. Quis Deus tibi non bene advocatus? Catul. 41. 3.

ADVOCAMENTUM, i. Advocatio vel Remedium. ut, Venia advocamenti Plin. 5. Epiſt. 8. Sed meliores libri Advocandi.

ADVOCATIO, ōnis. f. [συνηγορία, παράκλησις] h. e. Advocati officium, aut etiam Patrocinium quod nobis affertur ab eo. Cic. 7. Fam. 10. Sed tu in re militari multo es cautior, quam in advocationibus. Plin. Arriano l. 2. In fine ſententiæ adjecit, quod ego & Tacitus injuncta advocatione diligenter fortiterque functi eſſemus: arbitrari Senatum, ita nos feciſſe, ut dignum mandatis partibus fuerit. h. e. Priſci accuſatione demandata ab Senatu. Advocatus enim tam Accuſatoris eſt, quam Defenſoris.
Advocatio, a Cicerone dicitur quam Conſultationem dicimus. 3. Verr. 129. Quo ſæpe numero ſenatus convocatur, quo maximarum rerum frequentiſſimæ quotidie advocationes fiunt. De æde Caſtoris loquitur. Budæus.
Copioſa advocatio. Cic. pro Quintio, 147.
Diſcutere advocationem. Cic. pro Domo ſua, 54.
Advocatio, interdum collectivum nomen eſt, pro Multitudine, & quaſi Cohorte patronorum & amicorum qui alicui veniunt advocati. Liv. 3. 47. Virginius ſordidatus filiam ſecum obſoleta veſte, comitantibus aliquot matronis, cum ingenti advocatione in forum adducit.
Advocatio aliter etiam apud Senecam. H. St.
Advocationem pro Mora & Spatio ſæpius poſuit Seneca, ut, Dare, petere, poſtulare advocationem. Tractum a Judiciis: nam qui parum inſtructi ad reſpondendum, advocationem ſolent petere: i. e. Moram & tempus deliberandi advocandique amicos. V. Græv. ad illud, Cic. 7. Fam. 11. Ut a ſingulis interregibus binas advocationes peterent. Adde Burm. ad Petron. c. 96. p. 458. Lipſ. in illud Senecæ ad Marciam, c. 10. Nimis magnam advocationem dedi. Vetus Poeta:

Cur differs, mea lux, rogata ſemper?
Cur longam petis advocationem? Adde Sen. in Ludo, cap. 18.

ADVOCITARE, Sæpe advocare. Feſtus.

ADVOLO, [προσπέτομαι] are. quaſi Ad aliquid volare.
Advolare, cum dativo, Plin. lib. 10. cap. 40. Caprarumque uberibus advolant. h. e. Volant ad caprarum ubera.
Advolare ad. Cic. 2. de Nat. Deor. 124. Legi etiam ſcriptum eſſe, avem quandam quæ Platalea nominaretur, etiam ſibi cibum quærere advolantem ad eas aves quæ in mari mergerent.
Advolare ex. Plin. l. 9. c. 8. Quamvis occultus atq; abditus ex imo advolabat.
Ex loco in locum. Plin. lib. 10. cap. 29. At in agrum Volaterranum palumbium vis e mari quotannis advolat.
Advolare translatum ad homines. Cic. ad Brut. 10. 4. Quamobrem advola obſecro. h. e. Veni celerrime. Idem, 11. Fam. 27. Oblitumne me putas, qua celeritate, ut primum audieris ad me Tarento advolaris?
Advolare ad pectus. Cic. 15. Fam. 16. Sed ſi inſulam Britanniam cœpero cogitare, ejus εἴδωλον mihi advolabit ad pectus.
In auxilium. Plin. lib. 9. cap. 8.
Advolat fama alicui. Virg. 10. Æn. 510.
Advolare roſtra, pro in vel ad roſtra. Cic. 1. Att. 14. Hic tibi roſtra Cato advolat, convicium Piſoni Conſuli mirificum facit.
Urbem nuntius. Claud. 5. Paneg.

ADVOLANS, Nom. propr. Gladiatoris nobilis apud Martial. lib. 5. 25.

ADVOLĬTANS, antis. ut, Noctua advolitans prænuntia. Prudent. in Symmach. 2. 573.

ADVOLATUS, ûs. [ἐπίπτησις] Cic. 2. Tuſc. 24. Triſti advolatu aduncis lacerans unguibus. Advolatus de volucribus dicitur ut Acceſſus de hominibus.

ADVOLVO, vi, utum, [προσκυλίω] ĕre. quaſi, Volvendo admovere: ut advolvere lapidem. Virg. 3. Georg. 378.

— congeſtaque robora, totasque
Advolvere focis ulmos, ignique dedere.

Advolutus genibus Liv. 28. 34. Qui advolutus genibus fatalem rabiem temporis ejus accuſat. Advolutus genibus dicitur, Qui nixus flexis genibus ad alterius genua ſupplex quodammodo prorepſit. Dicitur etiam Provolutus.
Advolvere ad. Plin. lib. 11. cap. 37. Ad ignem advolutus lora cum corpore excuſſit.
Cumulos rerum multarum in unum carmen. Claud. 1. Paneg.
Clamor advolvitur aſtris. Tale eſt illud Virgilii, It cœlo clamor. i. e. Ad cœlum usque. Stat. 5. Theb. 143.

Hinc ſtimuli ingentes, magnusque advolvitur aſtris Clamor.

ADVORSEM, pro Adverſarium veteres dixere. Feſtus. Scribitur etiam ADVORES & ADVOSES.

ADVORSUM, pro Adverſum: & ADVORTO, pro Adverto: veteres ſcripſiſſe, teſtimonio ſunt Plauti ac Terent. Comœdiæ.

ADURGEO, ſi, [ἐπείγω] ēre. Vehementer urgere. Celſus, lib. 7. cap. 12. Is qui natus eſt in locum prioris, quotidie digito adurgendus eſt. De dentibus. Hor. 1. Od. 37. 17.

Cæſar

Cæsar ab Italia volantem,
Remis adurgens, accipiter velut
Molleis columbas. De Augusto & navi Cleopatræ loquitur.

ADŪRO, ssi, stum, [ἐπικαίω] ĕre. Idem quod simplex Urere. Cic. 2. Off. 23. Quid enim censemus superiorem illum Dionysium, quo cruciatu timoris angi solitum, qui cultros metuens tonsorios, candente carbone sibi adurebat capillum?
Adurere barbam & capillum. Cic. 5. Tusc. 58. Instituit ut candentibus juglandium putaminibus barbam sibi & capillum adurerent.
Adurit solis calor, adurit etiam frigus. Virg. 1. Georg. 93.
— rapidive potentia solis
Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat. Ubi Servius, Uno, inquit, sermone duo diversa conclusit: quæ tamen unum effectum habent. Nam & frigoris finis, est caloris initium: & summus calor, frigoris est principum. Unde quasi unus effectus est & caloris & frigoris.
Adurit Venus. Hor. 1. Od. 27. 15.
Aduri, dicitur etiam de intertrigine. Plin. lib. 28. cap. 15. Femina atteri adurique equitatu, notum est. V. simplex URO.

ĂDŪRENS, entis. Cels. 6. 8. Curare oportet medicamentis adurentibus.

ADUSTUS, a, um. Adj. Adusta nivibus. Plin. lib. 28. cap. 8.
Adustus cibus. Ter. Adel. 3. 3. 72. Hoc falsum'st, hoc adustum'st, hoc lautum'st parum.

ADUSTIOR, compar. Liv. 27. 47. Siqui forte adustioris coloris, ut ex recenti via, essent. Hic nota Colorem in homine Adustum dici, qui ex sole & vento contrahitur in itinere faciendo.

ADUSTIO, ōnis. f. [ἐπίκαυσις] Plin. lib. 14. cap. 20. de resinæ & picis vitiis, Vitia præter supradicta, acor, aut fumidum virus: picis autem, adustio. h. e. Si pix inter decoquendum adusta sit.
Adustio infantium, quæ vocatur Siriasis: emendatur adalligatis ossibus in canino fimo inventis. Plin. lib. 30. cap. 15. Est autem Inflammatio circa cerebrum & tuniculas ejus, quam consequitur cavitas oculorum cum pallore & siccitate corporis. Hermol. in Plin.

ADUSQUE, [μέχρι, ἄχρι] Dictio composita ex duabus præpositionibus, pro Usque ad. Virg. 11. Æn. 262.
Atrides Prothei Menelaus adusque columnas
Exulat. Ubi Servius, Adusque sic est dictum, quemadmodum Siculo prospexit abusque Pachyno. Nam cum præpositio præpositioni nunquam cohæreat, adusque & abusque licenter admissum est. Gell. lib. 15. cap. 2. Præterea vini libidine adusque ludibria ebriosos.

ADUSTIO, V. ADURO.

A D Y

ADYAS, V. ADULAS.

ADYLISUS, [Ἀδυλισσός] Mons est ad Thebas Bœotias, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 7.

ADYNAMUM Vinum, [ἀδύναμος] Plin. lib. 14. cap. 16. de vinis fictitiis: Fictitiorum primum fit ex ipso vino, quod vocant adynamon. h. e. Invalidum, ac sine viribus. Hermolaus.

ADYRMACHIDÆ, [Ἀδυρμαχίδαι] Populi sunt interioris Libyæ, ab ea parte qua Ægyptum spectat. De horum moribus memoriæ proditum est, uxores in utroque crure armillam æream gestare; utrunque autem sexum ex æquo comatum esse: quo fit ut plurimos alant pediculos, quos ubi ceperint, præmorsos abjiciunt. Virgines viro maturæ ad Regem conveniunt, ex quibus ille unam deligit, quam ubi vitiarit, statim dimittit. V. Cæl. Rhod.

ADȲTUM, [ἄδυτον] Locus est secretior templi, ad quem non nisi sacerdoti dabatur accessus: nam & ex eo oracula reddebantur. Sic interpretatur. Cæs. 3. Bell. Civil. 125. Pergamique in occultis ac remotis templi, quæ præter sacerdotes adire fas non est, quæ Græci ἄδυτα appellant, tympana sonuerunt. Latine interdum Penetrale dicitur. Virg. 2. Æn. 115.
— isque adytis hæc tristia dicta reportat.
Ima adyta. Virg. 5. Æn. 84.
Penetralia. Virg. 2. Æn. 15.
Æternumque adytis effert penetralibus ignem. conf. Lucan. lib. 5. 146.
Profunda. Stat. 5. Theb. 646.
Sacrata. Lucan. lib. 10. 23.
Terrifica. Stat. 10. Theb. 170.
Vetusta. Lucan. lib. 10. 179.

Æ A

Æ Syllabam antiqui Græca consuetudine per AI scribebant, ut Musaï, aulaï, pictaï. Festus. & Quintil. 1. 7. Velut E pronunciandam videri contra Lipsium ostendit Rutgers. 3. Var. Lect. 5. scribendo eam distinguendam censet Schurzfleisch. Orthogr. præf. p. 8. non item in minusculis compendii & celeritatis causa inventis Cellarius Orthogr. p. 16. seq. sed tantum in majusculis, de Synæresi in Phæton. V. Quintil. 1. 5. & ibi Burm. p. 56. & Voss. Art. Gr. 2. 14. p. 198.

ÆA, [Αἶα] Nomen puellæ venatricis, quæ Phasidis fluvii amplexus fugiens, deorum miseratione in sui nominis insulam versa est. Valer. Flacc. lib. 5.

ÆA, Colchidis urbs, ad Phasin ab Æeta rege ædificata. Strab. lib. 1. V. ÆÆUS.

ÆĂCUS, i. [Αἰακός] Jovis ex Ægina (Servius in 6. Æneid. ex Europa) filius, apud OEnopiam insulam (alii OEnonem vocant) regnavit: quam de matris nomine Æginam appellavit. Describitur Tertius apud inferos judex cum Minoë & Rhadamantho fratribus, ob ejus in populos justitiam. Suscepit Telamonem, & Peleum, & Phocum. Ex Volaterrano & Servio. Ovid. in Ibin. 187. — tuasque
Æacus in pœnas ingeniosus erit.
Propert. 4. 12. 19.
Aut siquis posita judex sedet Æacus urna,
In mea sortita judicet ossa pila.
Æacus Asopiades, h. e. Asopi Bœotiorum regis nepos. Asopus enim pater fuit Æginæ matris Æaci. Ovid. 7. Met. 668.
Severus Martial. lib. 10. 5. in maledicum poetam.

Æacon, accusativus pro Æacum. Ovid. 9. Met. 434.
Nec nostrum seri curvarent Æacon anni.

ÆACĬDES, æ. [Αἰακίδης] Æaci filius vel nepos. Virg. 1. Æn. 103.
Sævus ubi Æacidæ telo jacet Hector. h. e. Achillis, quem genuit Peleus Æaci filius.
Æacides, Pyrrhus Achillis filius, & Æaci pronepos. Virg. 3. Æn. 296.
Æacides, Pyrrhus Epirotarum rex, ab Æaco trahens originem, tametsi longa serie. Virg. 6. Æn. 846.

ÆACIDĒIUS, Adj. [Αἰακίδειος, Αἰακιδήιος] Ovid. 7. Met. 472.
OEnopiam Minos petit Æacideia regna. h. e. Æacidarum.

ÆACIDINUS, aliud Adj. ut Æacidinæ minæ. Plaut. Asin. 2. 3. 25.
Siquidem hercle Æacidinis minis animisque expletus incedit.
Iratus si me tetigerit, iratus vapulabit. Non sine proverbii specie dictum est, pro Atrocibus ac superbissimis minis. Vocantur autem Æacidinæ minæ, ab Achille Æaci nepote, quem Homerus ubique facit stomachabundum ac minitabundum: velut in primo statim Iliados libro, ubi sic incandescit in Agamemnonem ut manum admoveat capulo, a conviciis ad pugnas venturus, nisi Pallas eum capillis revocasset. Erasm.

ÆÆE, es. sive ÆÆA, æ. [Αἰαίη] Insulæ nomen: Mela lib. 2. 7. Circa Siciliam in Siculo freto est Ææe, quam Calypso habitasse dicitur. Vide Cellarii Geogr. Antiq. l. 2. c. 10. extr. Vadianus, Hæc est, Ææa, ad quam ab inferis regressus Ulysses appulit, assequente eum cum vino & pane Circe.
h. e. Circe, vel Calypso, ut putat in Melam Vadianus.

ÆÆUS, [Αἰαῖος] Adj. Virg. 3. Æn. 386.
Infernique lacus, Ææaque insula Circes.
Servius, Ææa, tres sunt diphthongi: nam genitivus est ab Ææa.
Ææa, Circe a Virgilio dicta est Homeri exemplo, qui ita scribit Odyss. 1. 32.
Ὡς δ' ὅτως Κίρκη κατερήτυεν ἐν μεγάροισιν
Αἰαίη, δολόεσσα. Erat autem Æa, Colchorum metropolis, de qua paulo ante. atque ejusdem nominis etiam erat insula Circes, a qua Ææa Circe dicta est. V. Hermol. in cap. 4. lib. 5. Plinii.
Artes Æææ. Ovid. 2. Amor. 15. 10.
Carmina. Ovid. 1. Amor. 8. 5.
Illa magas arteis, Ææaque carmina novit.
Et thalamum Ææe flentis fugisse puellæ.
Puella. Propert. 3. 12. 31.

ÆAMĒNE, [Αἰαμήνη] Regio est Nabathæorum, apud Steph.

ÆANT, Sinus in Arabia, in quo Heroum oppidum est. Plin. lib. 6. cap. 29.

ÆANTIUM, Oppidum in Sigæo Troadis promontorio a Rhodiis conditum in altero cornu: Ajace ibi sepulto, 30. stadiorum intervallo a Sigæo, & ipso in statione classis suæ. Author Plin. lib. 5. cap. 30. Strabo lib. 13. tradit apud Æantium fuisse Ajacis tumulum & templum & statuam, quam ab Antonio ablatam & in Ægyptum asportatam, Augustus Cæsar Iliensibus restituit. Sane Ajax Græce dicitur Αἴας, Æantos.
Æantium est Magnesiæ promontorium, Plin. authore, lib. 4. cap. 9. Est item Æantium, Macedoniæ oppidum, Ptolemæo.

ÆANUM, Macedoniæ oppidum, quod Æanus Helymi filius Tyrrhenorum rex condidit, authore Steph. Hermol. in Plin. Volaterranus autem sic tradit, Æane ab Æano Elyminthi regis Hetruriæ filio, qui huc applicans hanc urbem ædificavit.

ÆAS, antis, [Αἴας] Epiri fluvius, ex Macedonia profluens in Ionium mare. Lucan. lib. 6. 361.
Purus in occasus, parvi sed gurgitis Æas,
Ionio fluit inde mari. Meminit Strabo lib. 6. & 7. Et Plin. lib. 4. cap. 23. Dicitur alio nomine Aous.

Æ B

ÆBURA, æ. f. Hispaniæ oppidum juxta Tagum. Liv. 40. 30. & 33.

ÆBUTIA Gens patricia Romæ, de cujus Denariis & viris Ill. V. Patin. De Æbutia lege de Ambitu. V. Alex. Genial. dier. 3. 17.

Æ C

ÆCA, Italiæ urbs, a qua Æcani populi. Plin. lib. 3. cap. 11.

ÆCHINE, es. Nomen est canis apud Xenophon. in lib. de Venatione.

ÆCLUS, Viri nomen. Strabo lib. 10. Post res vero Trojanas Æclus & Cothus ex Athenis profecti habitaverunt: ille quidem Eretriam, Cothus vero Chalcidem. Est autem Eretria totius Eubœæ civitas amplissima post Chalcidem.

ÆCULANI, Populi sunt in secunda regione Italiæ, de quibus Plin. lib. 3. cap. 11. Scribitur & Æclani.

Æ D

ÆD. Ædes. AEDIL. CVR. Ædilis Curulis. AEDIL. PL. Ædilis plebis. AEQ. P. Æqualis persona. AER. Ærarius. AER. COL. Ære collato.

ÆDĒMON, onis. [Αἰδήμων] Ptolemæi libertus, qui patronum a C. Cæsare interfectum ultus est. V. Plin. lib. 5. cap. 1.

ÆDĔPOL. Scribi vulgo solet Ædepol per diphthongum quia sic jurare credunt per ædem Pollucis. Gell. 11. 6. Sed non ita est, inquit Vossius in Etym. f. 9. nam scribendum Edepol, quod conflatum ex tribus vocibus: particula jurandi Me vel E, & Deus Pollux. simile est Medius fidius. Hæc ille. rectius emendatiusque abesse vult diphthongum, licet utrumque extet in veteribus libris. Sane in Vaticano Terentii exemplari aliisque codd. antiquis Edepol & Ecastor sine diphthongo scribi e Faerno monet idem Vossius in Ecere f. 181. non æque illud probem, quod e tribus vocibus originem Vir Doctissimus ducat. Magis hic accedam sententiæ Joh. Meursii Par. 1. Exerc. Crit. ad Capt. c. 4. p. 80. causam, cur scribendum ubique sit Edepol, ita exponentis: mos enim veteribus voc. les longas duplicare & vel H vel D inserere. Itaque pro Epol scribebant Eepol, sicut Mecum, Meccum, Medecum & similia. Nam Epol dicebant quomodo Ecastor, Equirine, Ejuno; quæ duo postrema non ubique obvia; prius est

eſt apud Feſtum legere, poſterius apud Soſipatrum lib. 2. Sua fecit hæc totidem pene verbis Pareus Lex. Crit. p. 419. 420. Sed Marcus Varro aſſeverat antiquiſſimos viros neque per Caſtorem, neque per Pollucem dejerare ſolitos: ſed id jusjurandum fuiſſe tantum fœminarum. Plaut. Capt. 5. 1. 29. Ædepol benigne facis. Cic. 2. Fam. 8. Non ædepol, quantam egeris rem. V. Pol.

ÆDEPSUM, Oppidum in Locride, Plinio & Straboni.

ÆDES, is. f. [ἕδος, ἀνάκτορον.] Ædes in plurali accipitur pro Domo, nec unquam aliter. In ſingulari, atque adeo & in plurali, pro Templo. Sed hac in re differt a templo, quod ſemper in utroque numero habet adjectionem, ut, In æde Jovis, Mercurii, in æde Concordiæ, Telluris, Honoris, Virtutis, in æde ſacra: & in plurali ſacras ædes, ædes deorum, ædes nympharum. Nam cum ait Lucretius, de Jove loquens, Ipſe ſuas ædes diſturbat: perinde eſt ac ſi dixiſſet, Jovis ædes. Igitur pro templo dicemus Duas, tres, quatuor deorum ædes, duas ſacras ædes. Pro domo, Binas, ternas, quaternas, privatas ædes. Hæc Valla lib. 3. Plaut. Stich. 1. 2. 8. Nitidæ ædes meæ ſint, cum redeam domum. Varro de L. L. lib. 4. Ædis ab Aditu: quod plano pede adibant. Itaque ex ædibus efferri indictivo funere præco etiam eos dicit, qui e tabernis efferuntur. Feſtus, Ædis, domicilium in edito (Aditu Scal.) poſitum, ſimplex atque unius aditus. Sive ideo ædis dicitur, quod in ea ævum degatur, quod Græce αἰών vocatur. Cic. 3. Q. frat. 17. Reddita eſt mihi pervetus epiſtola, in qua de æde Telluris me admones. Idem pro Domo ſua 127. Conſecrabantur ædes, non privatorum domicilia.

Ædis, in nominativo ſingulari. Varro de Vita Pop. Rom. lib. 1. Hæc ædis quæ nunc eſt, multis annis poſt facta ſit, in qua omnia regiis temporibus delubra parva facta. Hæc Nonius 8. 87. Hoc etiam probat ab eo diminutivum Ædicula: ut ab Apis, Apicula. Nam a nominativo Ædes potius fieret Ædecula; ſicut a Vulpes, Vulpecula.

Anguſta ædes. Ovid. 1. Faſt. 201.

Cavæ ædes. Virg. 2. Æn. 486.

At domus interior gemitu, miſeroque tumultu
Miſcetur: penitusque cavæ plangoribus ædes
Fœmineis ululant. i. e. Tecta camerata. Serv.

Decora. Hor. 1. Od. 30. 4.

Excelſa. Ovid. 15. Met. 842.

Magnas ædes pervolare. Virg. 12. Æn. 473.

Magnifica æde aliquem divum dedicare. Ovid. 6. Faſt. Cic. 5. Tuſc. 61.

Ædibus in noſtris quæ prava aut recta gerantur. Scribit Gell. (N. A. 14. 6. extr.) hunc Homeri ex Odyſſ. verſiculum vice proverbii ſemper in ore fuiſſe. Alii tribuunt Socrati. Diocles adſcribit Diogeni, ut refert Laertius. Quo verſu monemur, ut ea potiſſimum quæ ad nos ipſos pertinent, curemus: externa atque aliena ne inquiramus. [Hæc ex Eraſmi Chil. 1. 5. 85. [Sed fefellit Virum Magnum memoria, ſiquidem Latinus hic verſiculus apud Gellium non legitur, verum Græcus Homeri ex Odyſſ. δ. 391.

ὅ, ττι τοι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται.

Niſi forte Scioli cujuſpiam interpretamentum pro Gellianis verbis arripuit.

Marmorea ædes. Ovid. 7. Epiſt. 99.

Novæ. V. Novus.

Perpetuæ. V. Perpetuus.

Primæ. h. e. Primæ ædium partes. Ovid. 5. Faſt. 312.

Prophanæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 67. Fores in liminibus profanarum ædium, januæ nominantur.

Regiæ ædes. Cic. 5. Tuſc. 61.

Sacra. Cic. 4. Verr. 119. Idem pro Flacco 44. Pecuniam in ædem ſacram reficiendam ſe perſcripſiſſe dicunt.

Vacua. Hor. 2. Epiſt. 2. 94.

Votivam ædem reddere. Hor. 2. Od. 17. 31.

Conſecrare ædes. Cic. pro Domo ſua 127.

Dedicare. Cic. 2. de Legib. 57.

Diſturbare ædes. Lucret. lib. 2. 1101.

Inſcribere mercede, aut Inſcribere ædes venales. V. Inscribo.

Intra ædem & in ædem. V. Intro, & Introeo.

Obligare. In Obligo.

Obſcurare. V. Recludere lumen, In Lumen.

Perierunt ædes. In Pereo.

Reficere labantes deorum ædes. Hor. 3. Od. 6. 3. Cic. pro Flacco 44.

Reſerata ædes. Lucan. lib. 3.

Tendere ad ædes alicujus, pro Ire. Hor. 1. Epiſt. 7. 89.

Ædes pro Cubiculo. Curt. lib. 8. 6. 3. Excubabant principum liberi, ſervatis noctium vicibus, proximi foribus ædis, in qua rex acquieſcebat.

Ædes, pro Apum alveis. Virg. 4. Georg. 258.

Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent,
Aut intus clauſis cunctantur in ædibus omnes.

ÆDICULA, dimin. pro Cellula in ædibus. Plaut. Epid. 3. 3. 21.

In ædiculam ſeorſum iſtæc eat, jube.

Ædicula, Sacellum. i. e. Ædis ſacræ appendix. Liv. Decad. 4. lib. 5. Iisdem diebus ædiculam Victoriæ Virginis prope ædem Concordiæ M. Portius Cato dedicavit. Cic. pro Domo ſua 136. Quum Licinia virgo Veſtalis, ſanctiſſimo ſacerdotio prædita, aram & ædiculam & pulvinar ſub ſacro ſaxo dedicaſſet.

Ædicula, Loculamentum ſimulacri. Plin. lib. 36. cap. 5. Ædicula ejus tota aperitur, ut conſpici poſſit undique effigies deæ. De Venere Cnidia loquitur.

Ædiculæ, arum. Parvæ ædes. i. e. Parva domus. Cic. in Parad. 6. 3. M. Manilius patrum noſtrorum memoria pauper tandem fuit: habuit enim ædiculas in Carinis, & fundum in Labicano. In ædiculis habitare. Cic. pro Cœl. 17. Nunc demum intelligo P. Clodii inſulam eſſe venalem: cujus hic in ædiculis habitet decem, ut opinor, millibus.

ÆDICILIUM, ii. n. ut Domicilium. Plinio Salmaſius it reſtitutum in Solin. p. 667. Ædiculum etiam legitur in pervetuſta Rom. Inſcriptione.

ÆDICULUS Deus Domibus peculiariter præerat. V. Lex. Pitiſc.

ÆDIFICO, āvi, [δομεῖν, οἰκοδομεῖν] are. ex Ædes, & Facio compoſitum. Cic. Off. 138. Qui quum ædificaſſet in palatio plenam dignitatis domum.

Ædificare ad frigora atque æſtus vitandos. Cæſ. 6. Bell. Gall. Ne accuratius ad frigora atque æſtus vitandos ædificent.

Ædificare intelligendus eſt, non ſolum Qui opus novum molitur, verum is quoque Qui vult reficere. Ulp. l. 1. D. de mort. inferend.

Tribus locis ædifico: reliqua reconcinno. Cic. 2. Q. frat. 10.

Belle ædificare. Cic. 9. Att. 13.

Bene & ratione. Cic. 3. Off. 55. Quod ſiqui proſcribunt villam bonam, beneque ædificatam: non exiſtimantur fefelliſſe, etiamſi illa nec bona eſt, nec ædificata ratione.

Celeriter. Cic. 2. Q. frat. 8.

Eleganter. Columel. lib. 1. cap. 4.

Lautius. Cic. 2. de Legib. 3.

Strenue. Cic. 2. Q. frat. 8.

Deſcriptio ædificandi. Cic. 1. Off. 138. Dicendum eſt etiam qualem hominis honorati & principis domum placeat eſſe, cujus finis eſt uſus: ad quem accommodanda eſt ædificandi deſcriptio. Hinc metaphora ad res alias.

Carcerem. Cic. 5. Verr. 22. pro Sylla 70.

Caſas. Hor. 2. Sat. 3. 247.

Claſſes. Cic. pro Lege Manil. 9. V. Navem.

Equum. Virg. 2. Æn. 15.

Inſtar montis equum divina Palladis arte
Ædificant.

Hortos, eſt Eos ædificiis inſtruere. Sic Ædificare prædia & ſimilia. Cic. 9. Att. 13. & lib. 16. Prædiola. Cic. 6. Att. 3.

Mundum. Cic. 1. de Nat. Deor. 19. Quibus enim oculis animi intueri potuit veſter Plato fabricam illam tanti operis, qua conſtrui a Deo, atque ædificari mundum facit?

Muros. Ovid. 11. Met. 204.

Navem. Plaut. Cic. 5. Verr. 43. & 44. V. Claſſem.

Porticum. Cic. pro Domo ſua 114.

Prædia. V. paulo ante Hortos.

Rempublicam. h. e. Bonis moribus, legibus, ac inſtitutis eam fundare. Cic. 9. Fam. 2.

Specus. Plin. lib. 8. cap. 36. Specus ſi non habuere, ramorum fruticumque congerie ædificant impenetrabiles imbribus. De urſis.

Villam. Cic. 3. Off. 55. Et 2. de Legib. 3.

Urbes. Cic. 2. Off. 15. Et 4. Verr. 110.

ÆDIFICANS, antis. Nepos 2. 6. 2. Ædificantes prohibere.

ÆDIFICĀTUS, a, um. ut, Carcer ædificatus. Cic. pro Sylla 70. Villa bona beneque ædificata. Idem 3. Off. c. 13.

ÆDIFICATIO, ōnis. f. [οἰκοδόμησις.] Cic. 12. Att. Ædificatio me non movet.

De ædificatione aliquem urgere. Cic. 2. Q. frat. 6.

Immenſa & intolerabilis ædificatio. Cic. in Piſon. 48.

Ædificationem ſuſtentare. Cic. 2. Q. frat. 6.

ÆDIFICATIUNCULA, [οἰκοδομίδιον] Parva ædificatio. Cic. 3. Q. frat. 1. cap. 2.

ÆDIFICĀTOR, ōris. m. [οἰκοδόμος, τέκτων] Qui ædificat, aut Qui ædificavit. Cic. de Univerſ. 3. Neque mundo quicquam pulchrius, neque ejus ædificatore præſtantius.

Ædificator, pro Eo qui eſt ædificandi nimis ſtudioſus. Columel. lib. 1. cap. 5. Eleganter igitur ædificet agricola, nec ſit tamen ædificator. Hujusmodi ædificatorem apte deſcribit Juvenal. 14. Sat. 86.

Ædificator erat Centronius, & modo curvo
Littore Cajetæ, ſumma nunc Tiburis arce,
Nunc Præneſtinis in montibus alta parabat
Culmina villarum, Græcis, longeque petitis
Marmoribus, &c.

V. in Theſ. Οἰκομανία. H. St.

Ædificator & opifex mundi Deus, i. e. Conditor ſive Author. Cic. 1. de Nat. Deor. 18.

ÆDĬFEX, ĭcis. m. Idem quod ædificator. apud Tertull. de Idolol. c. 12.

ÆDIFICIĀLIS & e, Dictys Cret. 5. 12. vel potius Autor illius verſionis, abſolute: Priamus ad aram Jovis ante ædificiale confugit, i. e. ante Ædificium, ante Regiam.

ÆDIFICĀTŌRIUS, a, um. Idem, ut, Verbum ædificatorium mortis, Tertull. de Carne Chriſti, cap. 17. Idem de Anima cap. 47. Somnia prophetica, revelatoria, Ædificatoria, vocatoria. [a v. *Ædifico*, quo ſenſu utuntur Eccleſiaſtici. V. du Freſne.

ÆDIFICIUM, ii. n. [οἰκοδόμημα, κτίσμα] ab Æde & Facio dictum, ut inquit Varro; dicitur Omne quod ædificatum eſt. Cæſ. Bell. Gall. lib. 3. extr. Omnibus vicis ædificiisque, quo adire poterant, incenſis.

Ædificium lucidum, cui contrarium Obſcurum eſt, & cui ſol non allucet. Celſ. lib. 1. cap. 2. Habitare vero ædificio lucido perflatum æſtivum hybernum ſolem habente.

Ædificii appellatio, aut Superficiem ſignificat, aut Solum quoque cui ædificium ſuperpoſitum eſt. Julian. l. Si quis teſtamento. D. de leg. 1.

Ædificiis emovere. Liv. 7. Bell. Pun. Milites ædificiis emotos.

Ædificiis utilis, i. e. Ad ædificandum. Plin. lib. 16. cap. 6.

Deturbare ædificium. Cic. 3. ad Q. frat. 9.

Extruere. Cic. pro Milon. 75.

ÆDILATUS dicitur Ædilis dignitas, ſicut Pontificatus. Feſt. frequentius tamen Ædilitas, V. Lex. Pitiſci.

ÆDĪLIS, is. m. [ἀγορανόμος] quid ſit, Cic. 5. Verr. 36. oſtendit his verbis, Nunc ſum deſignatus ædilis: habeo rationem quid a populo Romano acceperim: mihi ludos ſanctiſſimos maxima cum ceremonia Cereri, Libero, Liberæque faciendos: mihi Floram matrem populo, plebique Romanæ, ludorum celebritate placandam: mihi ludos antiquiſſimos, qui primi Romani ſunt nominati, maxima cum dignitate ac religione Jovi, Junoni, Minervæque eſſe faciendos: mihi ſacrarum ædium procurationem: mihi totam urbem tuendam eſſe commiſſam: ob earum rerum laborem & ſollicitudinem: fructus illos datos, antiquiorem in Senatu ſententiæ dicendæ locum, togam prætextam, ſellam curulem, jus imaginis ad memoriam poſteritatemque prodendæ. Idem 3. de Legib. 7. Suntoque Ædiles curatores urbis, annonæ, ludorumque ſolennium. Ollisque ad honoris amplioris gradum is primus aſcenſus eſto.

Ædilis, Qui ædes ſacras & privatas procurat. Varr. 4. de L. L.

Ædiles hoc quoque fungebantur officio, nimirum intrandi balnea publica quæ populum receptabant, exigendique munditias, & utilem ac ſalubrem temperaturam. Sen. 13. Epiſt. 1.

Ædilis initio dictus eſt, Qui ædium non tantum ſacrarum, ſed etiam privatarum curam gerebat. Poſtea hoc nomen & ad magiſtratus tranſlatum eſt. Dictus eſt autem Ædilis, quod facilis ad eum plebi aditus eſſet. Feſtus.

Ædiles inter minimos magiſtratus habebantur. Ideoque non numerantur

tur inter magiſtratus, in l. 2. D. de in jus vocand. Impune enim vocabantur in jus, l. Lectos. & l. ſequ. D. de peric. & comm. rei vend.

Ædiles quatuor fuiſſe in Rep. Rom. conſtat, duo qui appellabantur Ædiles Curules: duo item, qui appellabantur Plebei: unde & duplex ædilitas, Curulis, & Plebeia. Plutarch. in Mario, Duo erant ordines ædilium. Unus in quo ipſi ædiles in jure dicendo ſellis incurvos pedes habentibus utebantur: & hic nomen magiſtratus retinebat. Alterum, popularem magiſtratum appellabant. Liv. lib. 7. 1. Annus hic inſignis novis duobus magiſtratibus, Prætura, & Curuli ædilitate: hos ſibi Patricii quæſivere honores, pro conceſſo plebi altero conſulatu. l. ſ. Ovid. 5. Faſt. 287.

Plebis ad ædiles perducta licentia talis
Publicios: animus defuit ante viris.

Denique Cereales duos Ædiles inſtituit Julius Cæſar, qui frumento præeſſent; ut adeo ſex jam eſſent ædiles, ex Patriciis duo Curules, reliqui ex Plebeiis. Nam & Cereales ex plebe fuiſſe luculenter demonſtrat Spanhem. de Uſu & Præſtant. Num. diſſ. 10. p. 154. qui totum hoc de Ædilibus argumentum ex nummis illuſtravit a p. 143. ſeqq. conf. Dio. l. 43. extr. Torrent. ad Suet. Veſp. cap. 2. & Rupert. ad Pompon. Enchir. p. 211. ſq. item 241. 282.

Ædilis etiam poteſtas fuit Municipalis, & quidem ſumma, ut indicat Juvenalis Sat. 3. v. 179.

Sufficiunt tunicæ ſummis Ædilibus albæ.

V. eund. Sat. 10. v. 100. ſeq. Cic. Fam. 13. 11. Inſcriptt. Gruter. paſſim.

ÆDILĬTAS, vel ÆDILATUS, [ἀγορανομία] Ædilium magiſtratus. Cic. 2. 57. Off. Munificentiſſima ædilitate functus eſt. Alii codd. Magnificentiſſima.

Curulis ædilitas, quæ maxime hanc tueri religionem ſolet. Cic. de Aruſp. Reſpon. 27.

Ædilitas furioſa. Cic. 2. Q. frat. 2. Sed omnia ſunt tardiora propter furioſæ ædilitatis expectationem. i. e. Sumptuoſæ ad inſaniam.

Ædilitatem gerit ſine populi ſuffragio. Plaut. Stich. 2. 2. 29. Proverbii vice utimur, ubi Quis imperioſior eſt in alieno negotio, aut in ædibus alienis. Nam Plautus ad Paraſitum reſpicit, in domo non ſua mandantem & imperantem, non aliter ac ſua.

Ædilitatem petere cum hominibus nobiliſſimis. Cic. pro Cluent. 69.

Ædilitatum ſplendor. Cic. 2. Off. 57. Quanquam intelligo in noſtra civitate inveteraſſe jam bonis temporibus, ut ſplendor ædilitatum ab optimis viris poſtuletur.

ÆDILITIUS, Adj. [ἀγορανομικὸς] Quod ad ædilem pertinet: ut, Facere ludos, erat Munus ædilitium, h. e. Officium ad ædiles pertinens. Cic. 2. Off. 57. Craſſus tum cognomine dives, tum copiis, functus eſt ædilitio maximo munere.

Ædilitia edicta. De quibus ampliſſime in Pandectis lib. 21. unde Officium ædilium melius noſces.

Ædilitia repulſa. Cic. pro Planc. 51. Sed quid ego ædilitias repulſas colligo?

Ædilitiam prætextam togam, quam fruſtra confeceras, te vendidiſſe. Cic. in Vatin. 16.

Ædilitius, Qui aliquando ædilis fuit. Cic. in Bruto 209. Sed omnia is ſumma ſperans, ædilitius eſt mortuus. h. e. Nullum adeptus magiſtratum præter ædilitatem. Cic. pro Cluent. 126.

Ædilitiorum vectigal apud Ciceronem exponit Budæus Collationem pecuniæ ad ludos ædilitios. Sic autem ait Cic. 1. Q. frat. 1. Quantum vero illud eſt beneficium tuum, quod iniquo & gravi vectigali ædilitiorum magnis noſtris ſimultatibus Aſiam liberaſti?

ÆDITĬMUS, [νεωκόρος, ζάκορος] Qui ſacris ædibus præeſt. Varr. de R. R. lib. 1. cap. 2. Sementinis feriis, in ædem Telluris veneram rogatus ab æditimo, ut dicere didicimus a patribus noſtris: ut corrigimur a recentibus urbanis, ab æditŭo. Cic. Topic. 36. In quo Servius noſter (ut opinor) nihil putat eſſe notandum, niſi POST & LIMINIUM illud productionem eſſe verbi vult: ut in finitimo, legitimo, æditimo, non plus eſſe TIMUM, quam in Meditullio TULLIUM. Hæc Ciceronis verba refellunt Feſti etymologiam, cui dicitur æditimus, quaſi ædis intimus. V. Gell. lib. 12. cap. 10.

De Æditimus & Æditŭus. V. quæ ſcribo in Append. ad Varron. H. St.

ÆDITUATIO, ſacræ ædis cuſtodia.

ÆDITUUS, [ἱερόδουλος] Idem quod Æditimus. Ab Æde & Tuendo. Varr. de LL. 7. 33. Feſtus, Æditŭus, ſacræ ædis tutor, id eſt, curam agens. Plin. lib. 32. cap. 2. Hierapoli Syriæ in lacu Veneris æditŭorum vocibus parent vocati, Hor. 2. Epiſt. 1. 230.

Sed tamen eſt operæ pretium cognoſcere, quales
Æditŭos habeat, belli ſpectata domique
Virtus.

h. e. Narratores, ut ait Porphyr. Æditui enim templorum ac numinum quibus inſerviunt, ſacrorum originem advenis & ignorantibus narrant. Alii Æditŭos pro Clientibus ac Familiaribus dici putant: ac per hoc Laudatores Poetasque ſignificare.

Valerius Æditŭus, Poeta vetus nobilis, cujus aliquot carmina citat Gell. lib. 19. cap. 9. ad quem forte reſpexit Horatius: quo modo etiam recte dixeris. Quales habeat Virgilios.

ÆDITUOR, & ÆDITIMOR, [νεωκορεύω, ἱεροδουλεύω] āri. Ædem tueor. Gell. lib. 12. cap. 10. ſic ait: Pomponii fabula Atellana eſt, quæ ita inſcripta eſt, Æditimus: in qua hic verſus eſt,

Qui poſtquam tibi appareo, atque æditimor in templo tuo.

Reineſ. in Inſcript. p. 388. habet Æditŭo, AEDITVAVIT ANNOS XIII. V. Non. 2. 56.

ÆDITUENTES, [ἱεροδουλεύοντες] pro Æditŭis dixit Lucret. lib. 6. 1271.

— oneratáque paſſim
Cuncta cadaveribus cœleſtum templa manebant,
Hoſpitibus loca, quæ complerant æditŭentes.

Meminit Gell. lib. 12. cap. 10.

ÆDESIA, [Αἰδεσία] Mulier Ægyptia, uxor Hermeæ, & Syriani philoſophi propinqua, totius caſtitatis & probitatis exemplar. V. Suid.

AĒDON, ŏnis. f. [ἀηδὼν] Avis, quæ & Luſcinia & Philomela dicitur. Catalect. Virg. de cantu Sirenum,

Quodque leves calami, quod ſuavis cantat Aëdon,
Quod lyra, quod citharæ, quod moribundus olor.

Nomen habet ab ἀεὶ ſemper, & ᾄδω canto, quaſi Perpetuo cantans ubi ſemel inceperit. Sunt qui putent ab Aëdia, ἀηδία, h. e. triſtitia. Creditur enim Philomela canens lugere virginitatem vi ſibi ereptam a Tereo Thracum rege. Proinde Triſtem eam vocat Seneca in Agamem. 670.

Non quæ verno nobile carmen
Ramo cantat triſtis Aëdon.

Idem in Octav. 1.

Quis mea digne deflere poteſt
Mala? quæ lacrymis noſtris queſtus
Reddet Aëdon?

Aëdon vocalis. Calphurn. Eclog. 6. 68.

Vocalem ſuperet ſi turpis aëdona bubo.

AĒDŎNIUS, Adj. Quod Aëdonis eſt. Lucan. Paneg. ad Piſon. v. 257.

Sic & Aëdonia ſuperantur voce cicadæ.

ÆDON, [Αἰδὼν] Mons eſt Thraciæ: unde ÆDŌNUS, Adj. i. e. Thracius. Virg. 12. Æn. 365.

Ac velut Ædoni Boreæ quum ſpiritus alto
Inſonat Ægæo, ſequiturque ad littora fluctus.

In quem locum ſic ait Servius: Sane ſciendum hoc loco erraſſe Donatum, qui dicit Ædonii eſſe legendum: ut DO brevis ſit ſecundum Lucanum qui dicit, Ædonis Ogygio decurrit plena Lyæo. Nanque certum eſt ſyſtolen feciſſe Lucanum. Unde Ædoni legendum eſt, ut ſit hic Ædonus, hujus Ædoni. Statius 5. Theb. 78. & Virgilium & artem ſecutus ait, Ædonas hyemes Hebrumque nivalem: non Ædonias. Hactenus Servius. Alii tamen Edon & Edonus ſcribunt ſine diphthongo.

ÆDONIUS, Adj. [Αἰδώνιος] h. e. Thracius. Sen. Herc. OEt. 188.

— me vel Siculis
Addite ſaxis, ubi fata gemit
Theſſala Siren, vel in Ædonias
Tollite ſylvas.

Edonas habet Ed. Gronovii.

ÆDŌNIS, ĭdis. f. [Αἰδωνὶς] Ovid. 11. Met. 69.

Protinus in ſylvis matres Ædonidas omnes
Quæ videre nefas, torta radice ligavit.

h. e. Mulieres Thracias.

ÆDUI, Populi ex Celtico genere, Allobroges contigerunt, ſocii e Gallis ſecundi Romanorum. Senatus illos P. Q. R. Fratres & conſanguineos appellavit. Sigon. de Antiq. Jur. Prov. Cæſ. de B. G. l. 1. & paſſim. Strab. αἴδουοι. Al. Edui & Hedui ſcribunt.

Æ E

ÆĒTA, æ. vel ÆĒTES, æ. [Αἰήτης] Nam utroque modo reperitur;

Non erat Æetes ad quem deſpecta rediret.

Ovid. Epiſt. Hel. ad Par. 231.

Accipit hoſpitio juvenes Æeta Pelaſgos.

Idem Ep. Med. ad Jaſ. 29.

Solis & Perſeidos nymphæ (alii Perſam, alii Hecaten vocant) filius, ut in Theogonia canit Heſiodus, Rex fuit Colchorum, & ex Idyia Medeam & Chalciopen genuit, ut tradit Heſiodi interpres. Diodorus tamen Siculus lib. 5. ſcribit, Æetam ex Hecate, fratris ſui Perſæ ſive Perſei filia, quam alii vocant Ipſeam, tres liberos ſuſtuliſſe, Circen, Medeam, & Ægialeum, quem plerique Abſyrtum nuncupant. Val. Flac. 8. Argon. 10.

O mihi ſi profugæ genitor nunc ille ſupremos
Amplexus Æeta dares, fletusque videres.

Æetes ſoligena. Val. Flac. 5. Argon. 317. — & ferus Æetes. 553. Colchus. Senec. in Medea 179. Medea Colchi noxium Æetæ genus.

ÆĒTÆUS, [Αἰήτειος] Adj. Catul. in Nupt. Pel. & Thet. 3.

Phaſidos ad fluctus, & fines Æetæos.

ÆĒTIAS, Æetiădis. [Αἰητιὰς] Medea Æetæ filia. Ovid. 7. Met. 9.

Concipit interea validos Æetias ignes.

Patronymicum eſt.

ÆĒTIS, ĭdis. [Αἰητὶς] Medea Æetæ filia, Patronymicum alt. Valer. Flacc. 6. Argon. 479.

— & pavor artus
Protinus, atque ingens Æetida perculit horror.

ÆETIUS, Adj. [Αἰήτιος] ad Æeten pertinens: ut, Proles Æetia, i. e. Æetæ nepotes. Valer. Flacc. 6. Argon. 542.

Nec minus Æolii proles Æetia Phryxi
Fertur & ipſa furens.

Æetia virgo Medea. Flacc. 6. Argon. 267.

Æ G

ÆGA, æ. Nymphæ nomen, quæ ex Oleno Vulcani F. nata, Jovis nutrix fuiſſe fertur, ut Hyginus aliique prodidere. Quidam Ægam Panos uxorem dixere, a qua & Ægis dicta. V. plura apud Hyginum Poet. A. 2. 13.

ÆGA, æ. ſive Æx, Ægos. Promontorium eſt Æolidis ad Ægæum mare vergens, unde & ei nomen. Strabo lib. 13. Hoc promontorium Ægates dicitur Stephano, teſte in Plin. Hermolao.

ÆGĀTES, m. pl. Inſulæ ſunt Maris Siculi e regione Lilybæi promontorii ad quas noviſſimo prælio bellum Punicum primum fuit confectum. Sil. de Hannib. 1. 60.

— inſuper ævi
Flore virens avet Ægates abolere parentum
Dedecus, ac Siculo demergere fœdera Ponto.

ÆGÆA, [Αἰγαία] vel ÆGÆ, arum. [Αἰγαὶ] Urbs Emathiæ ſeu Macedoniæ, ἀπὸ τῶν αἰγῶν, h. e. a Capris nomen habet, quum prius Edeſſa vocaretur. Hiſtoriam prodidit Juſtinus l. 7. c. 1. Caranus (Cranaus Euſebio dicitur) urbem Edeſſam, ob memoriam muneris, Ægæam: populum, Ægæades vocavit. In eadem fuit & mos ſepelire reges. Plin. l. 4. c. 10. Eſt & eodem nomine oppidum Ciliciæ. Plin. lib. 5. cap. 27. Item Æolidis. Plin. l. 5. c. 30. Strabo l. 8. & 9. meminit Ægarum in Eubœa ſitarum, in quibus locatum eſt Ægæi Neptuni templum, & a quibus Ægæum pelagus nomen aſſequi putat eſſe veriſimilius. Ad Ægas Achaiæ nemo præternavigantium tempeſtatem maris paſſus creditur, ob Neptuni præſentiam, qui (ut Nicocrates ait) illic impendio colebatur.

ÆGÆÆ, [Αἰγαῖαι] Inſulæ ſunt Ioniæ adjacentes, quæ commemorantur a Plin. lib. 1. cap. 31.

ÆGÆON, ōnis. [Αἰγαίων] Gigas, teſte Heſiodo Cœli & Terræ filius, ſæviſſimus & immanis fuiſſe pirata creditur: ſic ut quibusdam placet dictus ab Ægis, Ægæi maris inſula, in quo inſidebat more piratarum, quibus fas non eſt ob latrocinium urbes incolere. Produnt fabulæ veteres, hunc centum a Jove religatum catenis: ut poſſit inde intelligi eum potentiſſimum fuiſſe, dum tot catenis ejus aſtringuntur vires. Is autem centumgeminus ideo dictus eſt, quod centum homines remigio deſervientes haberet in manibus. De quo Ovid. 2. Met. Servius eundem cum Briareo eſſe ſcribit, apud Virg. 10. Æn. 565. Eumelus Corinthius, in Titanomachia tradit hunc

fuiſſe Ponti & Terræ filium, in marique habitaſſe, ac inde Titanibus contra deos opem tuliſſe. Homerus Iliad. 1. ſcribit hunc a diis Briareum dici, ab hominibus Ægæona, centimanumque eſſe. Non deſunt qui putent Ægæo mari nomen ab hoc Ægæone inditum. Ion Chius in Dithyrambis refert Ægæonem evocatum a Thetide, Jovi tuliſſe ſuppetias, adverſus Junonis Neptunique & Apollinis inſidias, qui Jovem e rerum gubernaculis ejicere moliebantur. Conon in Heraclea ſcribit Briareum cum Neptuno gradum contuliſſe, ſed ab ipſo deo ſuperatum, demerſumque in ea maris parte, quod Ægæonis monumentum cum Apollonio plerique vocant. Ab Ovidio memoratur inter maris numina, tum quia Ponti filius, tum quod Opyiam Neptuni filiam habuit in matrimonio, ut canit Heſiodus. Ægæoni Chalcidenſes rem divinam faciebant, ſicut Briareo Caryſtii. Nam omnis ferme Eubœa Titanum regnum fuit. Author Solinus.

Ægæon Cycladas amplexus. Stat. 5. Theb. 288. Quo in loco Ægæonem pro mari Ægæo putarim accipi. Ita Heſych. Αἰγαίων τὸ περὶ τὰς κυκλάδας πέλαγος. Sic & Ægon uſurpatur.

Ægæon centumgeminus. Claud. de Rapt. Proſerp. lib. 3. 345. Virg. 6. Æn. 287.

Cruentus. Claud. de Rapt. Proſerp. lib. 1. 45.

ÆGÆUM Mare, [Αἰγαῖον πέλαγος] eſt prope Græciam amplum & multas habens inſulas: dictum ab Ægeo rege, quo de V. ſ. l. vel quodam in eo ſaxo, quod habet ſpeciem αἰγὸς i. e. Capræ. Eſt autem inter Helleſpontum & Tenedum: vulgo hodie dicitur *Archipelago*, vel *Archipel.* Plin. lib. 4. cap. 11. Ægæo mari nomen dedit ſcopulus inter Tenedum & Chium verius quam inſula, Æx nomine, a ſpecie capræ, quæ ita Græcis appellatur repente in medio mari exiliens. Cernunt eum a dextera parte Andrum navigantes ab Achaïa, dirum ac peſtiferum. Feſtus aliam affert nominis rationem, quod in eo Amazonum regina Ægæa perierit. Vel, eod. auctore, quod crebræ in eo ſint Inſulæ quæ procul intuentibus αἰγῶν Caprarum ſpeciem præbeant. conf. Varr. de R. R. 2. 1. Drakenb. ad Sil. 1. 468. derivat ab αἶγας fluctus, procellæ, quæ in illo mari maxime ſentiuntur. adde Boch. Geogr. Sacr. part. 2. l. 1. c. 13. Producit penultimam. Hor. 1. Epiſt. 11. 16.

Idcirco navim trans Ægæum mare vendas.

Altum Ægæum. Virgil. 12. Æn. 365.

Aquæ. Ovid. 9. Met. 447.

Cærula Ægæa. Valer. Flacc. 1. Argon. 561.

Ægæum navigat. Proverbium, quo utitur Ælianus. Hoc mare cæteris eſt periculoſius ob frequentes ſcopulos. Quadrabit igitur in eum qui in maximis verſatur difficultatibus. In hominem quoque ob lucri ſtudium nihil omnino periculi recuſantem. V. Chil.

Patens Ægæum, ſubaud. Mare. Hor. 2. Od. 16. 1.

Profundum. Val. Flacc. 1. Argon. 160.

Ægæum ſcaphula transmittere. in eos dicitur, Qui rem ſupra modum arduam levi opera conficere tentant. Utitur Lucian. in Sectis.

Æquor Ægæum. Ovid. 11. Met. 663.

Cyclades Ægææ. Ovid. 1. Triſt. 11. 8.

Fluctus. Stat. 2. Achil. 1.

Gurges. Stat. 2. Theb. 45. Cic. in Arat. 426.

Hyemes. Stat. 1. Syl. 3. 95.

Nereus Ægæus. i. e. Mare Ægæum. Stat. 5. Theb. 49.

Neptunus. eodem uſu. Virg. Æn. 3. 74.

Pontus. Sen. in OEdip. 488.

Portus. Claud. in Eutrop. lib. 2. 246.

Procellæ. Stat. 1. Achil. 390.

Salum. Propert. 1. 6. 2.

Stagna. Stat. 6. Theb. 20.

Tumultus Ægæi. i. e. Maris Ægæi tempeſtates. Hor. 3. Od. 29. 63.

Venus. Stat. 8. Theb. 477.

Undæ. Tibul. 1. 3. 1.

ÆGALEOS, [Αἰγάλεως] Nomen montis apud Strabonem. lib. 8. ſub quo antiqua Pylos Meſſenia civitas erat. Eſt & Mons Atticæ ὁμώνυμος e regione Salaminis. Herod. 8. 90. Thucyd. lib. 2.

ÆGEMON, [Αἰγήμων] Poetæ Græci nomen eſt, qui bellum Leuctricum inter Thebanos & Lacedæmonios geſtum carmine complexus eſt. Calep. ſine authore.

ÆGER, ægra, ægrum. [δύσθυμος, ἐπίλυπος, ἄῤῥωστος, νόσιμος] Feſtus, Ægrum ex Græco αἰάζω appellatur: a quibusdam putatur a voce doloris appellari, quæ eſt αἲ αἴ. ſuperl. Ægerrimus. Apul. 6. Met. p. 178. Pſyche ægerrima. Servius, Æger & corpore & animo dicitur: ſicut etiam Ægrotus. Cic. 2. de Nat. Deor. 12. Ne ægri quidem omnes convaleſcunt. De morbo autem animi. Virg. 1. Æn. 208.

— curiſque ingentibus æger. Idem in 4. Æn. 35.

— ægram nulli quondam flexere mariti. i. e. Mœſtam.

Æger amore, pro ex amore. i. e. Ob amorem. Liv. 10. Bell. Pun. Stimulabat ægrum amore uxor, ſocerque.

Animi. Liv. 2. 36. Curt. 4. 3. 11.

Animo. Plin. lib. 8. Epiſt.

Ab animo, i. e. Quantum ad animum. Plaut. Epid. 1. 2. 26.

Avidus æger, h. e. Intemperans. Porphyr. Hor. 1. Sat. 4. 126.

Conſilii. Stat. 11. Theb. 141. h. e. Triſtia cogitans, ſive Conſilio imbecillis. [Imo Inops conſilii, ἄπορος.

Delicti, h. e. Dolens ob delictum a ſe commiſſum. Sil. Ital. lib. 13. 52.

Ex vulnere. Liv. 6. Bell. Pun. Curt. 7. 7. 5.

Fluore. Celſ. lib. 3. cap. 6.

Morbo gravi. Cic. 1. in Catil. 31.

Pedibus. Salluſt. Bell. Catil. p. 54. Antonius pedibus æger.

Timoris. Sil. Ital. lib. 3. 72.

Valetudine. Tacit. lib. 14. 47.

Æger alicui. Ovid. 3. Amor. 11. 25.

Dicta erat ægra mihi. præceps, amensque cucurri:
Veni, & rivali non erat ægra meo.

Pedes. Gell. lib. 19. cap. 10.

Morbi. Valer. Max. 5. 7. 1. Ex Pulſu venarum comperit cujus morbi æger eſſet. i. e. Quo morbo ægrotaret.

Æger, de mutis animalibus dici potius quam Ægrotus, obſervatum eſt. Virg. 3. Georg. 497. — & quatit ægros
Tuſſis anhela ſues. Sic in proſa oratione fere invenies.

Amans ægra. Virg. 1. Æn. 355. i. e. Mœſta & anxia, inquit Feſtus.

Amor æger. Virg. 4. Georg. 464.

Anhelitus æger quatit vaſtos artus. Virg. 5. Æn. 432.

Animam ægram ponere: i. e. Vitam. Lucret. lib. 6. 1221.

Animam ægram auferre. Ovid. 9. Met. 179.

Animus æger. Ovid. de Rem. Am. 129.

Auſonia ægra vulnere. Sil. Ital. 7.

Balatus ægri. Ovid. 7. Met. 540.

Cor. Ovid. 3. Triſt. 2. 16. Val. Flacc. 3. Argon. 74.

Corpus. Virg. 3. Æn. 140. Cic. ad Quirit. poſt redit. Bona valetudo jucundior eſt eis qui e gravi morbo recreati ſunt, quam qui nunquam ægro corpore fuerunt.

Dolores. Lucret. lib. 3. 918.

Familia. Cic. 16. Att. 8.

Femur. Virg. 10. Æn. 856.

Genua. Virg. 5. Æn. 468.

Hiatus. Stat. 6. Theb. 870.

Invidia lætis ægra: Ob alienam ſcilicet felicitatem triſtis. Stat. 1. Theb. 126.

Luctus. Ovid. 2. Met. 329. Lucret. lib. 3. 946.

— nimis ægris Luctibus indulges? &c.

Manus. Ovid. 2. Epiſt. 246.

Membra. Ovid. 11. Epiſt. 38. Stat. 6. Theb. 511.

Mens. Ovid. lib. 4. Triſt. 3. 21.

Mors. Virg. 3. Georg. 512.

— ipſique ſuos jam morte ſub ægra
Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus. h. e. Difficili & violenta.

Mortales. Virg. 2. Æn. 268.

Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris
Incipit. i. e. Anxiis & ſolicitis.

Oculis ægris aliquid aſpicere. Tacit 2. Hiſt. 20.

Os. Sil. Ital. lib. 13.

Partes reipublicæ. Cic. pro Milon. 68. Sed quis non intelligit omnes tibi Reipub. partes ægras & labantes eſſe commiſſas?

Paſſus. Val. Flacc. 3. Argon. 357.

Pectora ægra curis. Val. Flacc. 6. Argon. 623.

Pudor. Val. Flacc. 7. Argon. 125.

Reſpub. Cic. 1. Verr. 5. Itaque mihi videor magnam, & maxime ægram, & prope depoſitam reip. partem ſuſcepiſſe. V. Ægrota reſpublica.

Seges. Virg. 3. Æn. 140.

Arebant herbæ, & victum ſeges ægra negabat. Ovid. 1. Faſt. 688.

Senectus, per metonymiam ex effectu, quod homines ægros reddat. Ovid. 14. Met. 143.

Spes. Claud. de Nupt. Hon. & Mariæ, 10. 14.

Suſpiria. Stat. 6. Theb. 17.

Valetudo infirma atque ægra. Cic. in Brut. 180.

Verba. Val. Flacc. 8. Argon. 145.

Vis. Stat. 8. Theb. 531.

— ægra animo vis ac fiducia ceſſit. [An Ægre?

Graviter. Cic. 1. de Divin. 53. In eo igitur oppido ita graviter ægrum Eudemum fuiſſe, ut omnes medici diffiderent.

Mediocriter. Cic. 3. Tuſc. 22. Corpus etiamſi mediocriter ægrum eſt, ſanum non eſt.

Ægrum, i. n. abſolute poſitum, pro Animi ægritudine. i. e. Dolore ac Moleſtia. Plaut. Amph. 2. 2. 11. — plus ægri
Ex abitu viri, quam ex adventu voluptatis cepi. Lucret. lib. 5. 172.
— ſed cui nihil accidit ægri.

ÆGRESCO, [δυσθυμοῦμαι] ĕre. a nomine Æger derivatum; ſignificat Ægriorem fieri, & proprie refertur ad animum. Virg. 12. Æn. 46.

— exuperat magis, ægreſcitque medendo. Ubi Servius, Inde magna ejus ægritudo creſcebat, unde ſe ei Latinus remedium ſperabat afferre. Valla, Quomodo curari quis ante poſſit, quam ægrotus ſit? Neceſſe eſt ergo ut ante ægrotare cœperit: & cum dicitur ægreſcere, ut intelligatur inter medendum ægriorem fieri. Et hoc de Turno Virgilius intelligit, cujus augebatur ægritudo ad Latini ſalubria conſilia. Hæc Valla lib. 1. ubi de verbis in SCO contra Priſcianum diſputat.

Ægreſcere, pro Ægrotare. Plin. lib. 10. cap. 12. Corvi ante ſolſtitium generant: iidem ægreſcunt ſexagenis diebus ſiti maxime ante, quam fici coquantur Autumno.

Animus ægreſcit. Lucret. lib. 3. 520.

Cura. Stat. 1. Theb. 400.

Tantum in corde ſedens ægreſcit cura parentis.

Morbis ægreſcere. Lucret. lib. 5. 350.

Rebus lætis ægreſcere, Ob alienam felicitatem dolere. Stat. 2. Theb. 16.

Anhelantes ægreſcunt pulvere ripæ. Idem 4. Theb. 114.

Cura ægreſcente ducere dolorem. Sil. Ital. lib. 8. 212.

ÆGRE, [μόλις, χαλεπῶς, δυσκόλως] Adv. qualitatis, ab Æger derivatum. Virg. 3. Georg. 534. Ergo ægre raſtris terram rimantur. i. e. Difficulter, ait Servius. Cic. de Provin. Conſul. 6. Cum Byzantii totum Pontum armatum effervęſcentem in Aſiam; atque erumpentem, ægre repulſum ſuſtinerent.

Ægre riſum continere. Plaut. Aſin. 3. 2. 36.

Ægre repertus. Plin. lib. 7. cap. 44.

Ægre eſt, pro Moleſtum eſt. Plaut. Caſin. 2. 2. 8.

— ſed quid eſt
Quod tuo nunc animo ægre eſt? Idem Men. 4. 2. 62.
Dic mea uxor, quid tibi ægre eſt? Ter. Adel. 1. 2. 57. ſuppreſſo caſu: Ægre eſt.

Ægre ferre, vitioſe ſcribitur conjunctim, cum duæ ſint dictiones: pro eo quod eſt Moleſte ferre. Cic. 1. de Divin. 73. Diſceſſit ægre ferens. Dicitur & Ægre pati.

Ægrius, Difficilius. Cic. 4. Verr. 146. Nihil ægrius factum eſt multo labore meo, quam ut manus ab illo appellatore abſtinerentur.

Ægerrime, Difficillime. Cæſ. 1. Bell. Gall. 13. Ægerrime confecerant ut flumen tranſirent.

Ægre alicui facere. Ter. Eun. 4. 1. 10. pro Rem moleſtam facere.
Ægre pati. Ter. Adelph. 1. 2. 63. — ſed oſtendere
Me ægre pati illi nolui.
Ægre, Gravate, & invito animo. ut, Ægre id conceſſit mihi. Ter. Hec. 5. 1. 39. Sed reprimam me: ne ægre quicquam ex me audias. Ubi Donatus, Utrum Ægre pro Male, an Ægre pro Invita?
Ægre aliqua re carere. Cic. 3. Att. 2. Idem pro Lege Manil. 13.
Ægre ſe tenere. Cic. 16. Att. 11. De Sicca, ita eſt ut ſcribis: aſt ægre me tenui.
Ægre & Facile, contraria. Cic. de Senect. 72. Jam omnis conglutinatio recens, ægre; inveterata, facile divellitur.

ÆGREO, ēre. Antiquum verbum. Lucret. 3. 837. Morbis cum corporis ægret. V. Turneb. Adverſ. 30. 10. Voſſ. Etym. p. 10.

ÆGRIMONIA, [δυσθυμία] denom. Sic ab Æger factum, ut ab Acer, Acrimonia; idem ſignificat quod Ægritudo. Plaut. Stich. 3. 1. 5. Cic. 12. Att. 37. Ferrem graviter, ſi novæ ægrimoniæ locus eſſet.
Ægrimonia vetus. Plin. lib. 28. cap. 8.
Deformis, quia triſtitia deformes facit. Hor. Epod. 13. 18.
Faſtidioſa. Hor. Epod. 17. 73.
Faſtidioſa triſtis ægrimonia. Duo ſunt ablativi, ægrimonia faſtidioſa.
Ægrimonia afficere, & lætantem facere. Plaut. Stich. 3. 1. 5.
Olim quos abiens affeci ægrimonia,
Eos nunc lætantes faciam adventu meo.

ÆGRITŪDO, inis. f. denom. [λύπη, κατήφεια] eſt animi ægri affectio. Cic. 4. Tuſc. 14. Hæc prima definitio eſt, ut ægritudo ſit animi adverſante ratione contractio. Et paulo poſt, Eſt igitur ægritudo, opinio recens mali præſentis, in quo demitti, contrahique animo rectum eſſe videatur. Ibid. lib. 3. 23. Sed proprie ut ægrotatio in corpore, ſic ægritudo in animo nomen habet, non ſejunctum a dolore. Et paulo ante 22. Itaque præclare noſtri, ut alia multa, moleſtiam, ſolicitudinem, angorem, propter ſimilitudinem corporum ægrorum, ægritudinem nominaverunt. Hoc propemodum verbo Græci Omnem animi perturbationem appellant. Vocant enim πάθος, i. e. Morbum quicunque eſt motus in animo turbidus. Nos melius. Ægris enim corporibus ſimillima eſt Animi ægritudo.
Acerbæ ægritudines. Cic. 4. Tuſc. 34.
Acrior. Cic. 3. Tuſc. 52. Culpa contractum malum ægritudinem acriorem facit.
Anxiæ. Cic. 4. Tuſc. 34. Important enim ægritudines anxias atque acerbas.
Crucians, vocatur Dolor. Cic. 4. Tuſc. 18.
Flebilis, eſt Mœror. Cic. 4. Tuſc. 18.
Graviſſimæ, Cic. 3. Tuſc. 46.
Laborioſa, vocatur Ærumna. Cic. 4. Tuſc. 18.
Levior. Cic. 3. Tuſc. 67. Defatigatio igitur miſeriarum ægritudines cum faciat leviores, intelligi neceſſe eſt, non rem ipſam cauſam atque fontem eſſe mœroris.
Modica. Cic. 4. Tuſc.
Nova. Cic. 4. Tuſc.
Levatio ægritudinis. Cic. 3. Tuſc. 33. Levationem autem ægritudinis in duabus rebus ponit, avocatione a cogitanda moleſtia, & revocatione, ad contemplandas voluptates.
Magnitudo ægritudinis. Cic. 3. Tuſc. 61.
Sanatio ægritudinis. Cic. 4. Tuſc. 83. Sed & ægritudinis & reliquorum animi morborum una ſanatio eſt, omnes opinabiles eſſe & voluntarios.
Sedatio ægritudinis. Cic. 4. Tuſc. 82.
Societas ægritudinis. Cic. 4. Fam. 6.
Stirpes ægritudinis. Cic. 3. Tuſc. 83. Atqui ſtirpes ſunt ægritudinis quam multæ, quam amaræ, quæ ipſo trunco everſo omnes elidendæ ſunt.
Vacuitas ægritudinis. Cic. 5. Tuſc. 42. Securitatem autem nunc appello, vacuitatem ægritudinis.
Criminis ægritudo. Cic. pro Roſc. Com. 25. Propter ægritudinem criminis. Sic ed. vet. ſed rec. exhibent Magnitudinem.
Aberit igitur a ſapiente ægritudo. Cic. 3. Tuſc. 81.
Accedunt ægritudines. Cic. 4. Tuſc.
Adimere ægritudinem. Ter. Heaut. 3. 1. 13.
Afferre ægritudinem. Ter. Heaut. 4. 3. 2.
Affici ægritudine. Cic. 3. Tuſc. 15. Ex quo efficitur, fortem virum ægritudine nunquam affici.
Amplificata ægritudo. Cic. 4. Tuſc. Ægritudo autem cæteræque perturbationes amplificatæ, certe peſtiferæ ſunt. h. e. Auctæ.
Cadit ægritudo in aliquem. Cic. 3. Tuſc. 14. In quem cadit ægritudo, in eundem timor.
Confectus ægritudine. Cic. 3. Tuſc. 27. Tarquinius Cumas ſe contuliſſe dicitur, inque ea urbe ſenio & ægritudine eſſe confectus.
Debilitatus. Cic. 4. Tuſc. 35. Quid autem eſt non miſerius ſolum, ſed fœdius etiam & deformius, quam ægritudine quis afflictus debilitatusque jacens?
Dedere ſe ægritudini. h. e. Mœrori prorſus indulgere. Cic. 3. Tuſc. 71. Ægritudini ſe ſolent dedere.
Depellere ægritudinem. Cic. 3. Tuſc. 25.
Detrahere. Cic. 3. Tuſc. 46.
Efficere. Cic. 4. Tuſc. 11. Quæ enim venientia metuuntur, eadem efficiunt ægritudinem inſtantia.
Elevare. Cic. 3. Tuſc. 34.
Eripere alicui. Cic. 3. Tuſc. 45.
Eſſe in ægritudine. Cic. 3. Tuſc. 14. & 32.
Exiſtit ægritudo. Cic. 3. Tuſc. 52. Cyrenaicorum reſtat ſententia, qui tum ægritudinem cenſent exiſtere, ſi nec opinato quid evenerit.
Extenuare ægritudinem. Cic. 3. Tuſc. 78.
Exturbare ex animo. Plaut. Curc. 2. 1. 9. Ægritudinem iſtam exturbes ex animo.
Incidere in ægritudinem. Cic. 3. Tuſc. 20.
Intercedit gaudio ægritudo. Ter. Andr. 5. 5. 5.
Si nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit.
Lenire ægritudinem. Cic. de Divin. 2. 3.
Levare aliquem ægritudine. Cic. 9. Att. 175. 3.
Manat longius ægritudo. Cic. 3. Tuſc. 128.
Mœrens ægritudo. Cic. 3. Tuſc. 140.
Movere ægritudinem. Cic. 4. Tuſc. 99. Si nec mala ſint illa, quæ metum ægritudinemve, nec bona quæ cupiditatem lætitiamve moveant.
Naſcitur ægritudo ex re aliqua. Cic. 4. Tuſc. 19. Ex malis metum & ægritudinem naſci cenſent: metum futuris, ægritudinem præſentibus.
Obtundere ægritudinem. Cic. 3. Tuſc. 60.
Opprimi ægritudine. Cic. 3. Tuſc. 48.
Oritur ægritudo ex re aliqua. Cic. 3. Tuſc. 93.
Permanens ægritudo, vocatur Moleſtia. Cic. 4. Tuſc. 29.
Premi ægritudine. Cic. 3. Tuſc. 118. Neque tamen cum ſe in media ſtultitia, qua nihil eſt pejus, hærere intelligant, ægritudine premuntur.
Premens ægritudo, eſt Angor. Cic. 4. Tuſc. 29.
Privare aliquem ægritudine. Cic. 3. Tuſc. 74.
Quati ægritudine. Cic. 3. Tuſc. 20. Humanum id quidem quod ita exiſtimas: non enim ſilice nati ſumus, ſed eſt naturale in animis tenerum quiddam atque molle, quod ægritudine, quaſi tempeſtate, quatiatur.
Repellere ægritudinem ab aliquo. Cic. 3. Tuſc. 112. Timor igitur ab iis ægritudinem potuit repellere, ratio ac ſapientia vera non poterit?
Sedare ægritudinem. Cic. 3. Tuſc. 128. Hæc igitur officia ſunt conſolantium, tollere ægritudinem funditus, aut ſedare, aut detrahere quamplurimum, aut ſupprimere, nec pati manare longius, aut ad aliam traducere.
Suſtulit univerſam ægritudinem philoſophia. Cic. 3. Tuſc. 139.
Sublata ægritudo. Cic. 3. Tuſc. 140.
Supprimere ægritudinem. V. paulo ante, Sedare ægritudinem.
Suſcipere. Cic. 3. Tuſc. 113. Voluntate igitur & judicio ſuſcipi ægritudinem confitendum eſt.
Tangit eos ægritudo. Cic. 3. Tuſc. 104. Acta ætas honeſte ac ſplendide tantam affert conſolationem, ut eos qui ita vixerint, aut non tangat ægritudo, aut perleviter pungat animi dolor.
Tolerare ægritudinem. Cic. 4. Tuſc. 95. An omnium rerum toleranda omnino ægritudo?
Tollere. Cic. 3. Tuſc. 89. Quum conſtet ægritudinem vetuſtate tolli. Paulo poſt, Tollere ægritudinem funditus.
Vacare ægritudine. Cic. 3. Tuſc. 34.
Vindicare aliquem ab ægritudine. Cic. 5. Tuſc. 61. Quid poteſt ad beate vivendum deeſſe ei, quem fortitudo ab ægritudine & a metu vindicet?
Ægritudo, pro Morbo corporis. Ter. Phorm. 5. 1. 24. Matrem ipſam ex ægritudine miſeram mors conſecuta eſt. [Ubi Donat. infirmitate ac morbo. At poteſt ſane, ac debet, de animi ægritudine intelligi: & apud Curt. 3. 5. 10. ſunt qui legunt: Animi autem ægritudo corpus urgebat, pro Animum ægr. corporis. Sed de duobus Plinii locis minus controverſiæ eſt: Sic enim l. 8. c. 1. de Elephantis: Viſique ſunt feſſi ægritudine (quando & illas moles infeſtant morbi) herbas ſupini in cœlum jacientes &c. & planius l. 28. c. 6. Augurium ex homine ipſo non timendi mortem in ægritudine, quamdiu oculorum pupillæ imaginem reddant. Planiſſime Solin. c. 12. Æſculapii ſacello incubantes ægritudinum remedia capeſſunt de monitis ſomniorum. conf. Cellar. Cur. poſt. p. 160. & Append. c. 3. p. 45. Antibarb. c. 3. p. 155. Nonnulla hanc in rem ex Cicerone. V. in Borrich. Vind. L. L. p. 4.

ÆGROTUS, a, um. denom. ab Æger [ἄῤῥωστος, νόσημος.] Servius, Æger & corpore & animo dicitur: Ægrotus, corpore tantum. Hor. 1. Epiſt. 2. 47.
Non domus, & fundus, non æris acervus & auri,
Ægroto domini deduxit corpore febres.
Ægroto dum anima eſt, ſpes eſt. Sententia proverbialis, admonens ne in afflictiſſimis quidem rebus abjiciendam eſſe ſpem. Cic. 9. Att. 181. 6. Ut ægroto, dum anima eſt, ſpes eſſe dicitur: ſic ego, quoad Pompeius in Italia fuit, ſperare non deſtiti.
Ægrota reſpub. idem quod Ægra: i. e. Male habens. Cic. Div. in Verr. 38. Et profecto aut hoc remedium eſt ægrotæ ac prope deſperatæ reipublicæ, judiciiſque corruptis, &c. V. Ægra reſpub.

ÆGROR, ōris. pro Ægritudine. Lucret. lib. 6. 1130. Venit pecubus balantibus ægror. Adde 1257.

ÆGRŌTO, [νοσέω, ἀῤῥωστέω, ἀσθενέω, νοσηλεύομαι] āre. Male valere a corpore. Et eſt verbum ex nomine Ægrotus factum. Cic. pro Cluent. 132. Apud hunc ille Romæ habitavit, apud hunc ægrotavit.
Ægrotare, translatum ad fructus. Plin. lib. 17. cap. 24. Ægrotant aliquando & poma ipſa per ſe ſine arbore, ſi neceſſariis temporibus imbres, aut tepores, vel afflatus defuere, aut contra abundavere.
Ægrotant in te artes animi tui. h. e. Male ſe habent mores tui, Tu corruptis es moribus. Plautinus eſt Jocus in Trin. 1. 2. 34. In emendatis: Artes antiquæ tuæ.
Animus ægrotat. Cic. 4. Tuſc. 129. Quis dubitarit quin ægrotationes animi, qualis eſt avaritia, gloriæ cupiditas, ex eo quod magni æſtimetur ea res ex qua animus ægrotat, oriantur?
Fama ægrotat. Lucret. lib. 4. 1118.
Languent officia, atque ægrotat fama vacillans.
Vitio animi ægrotare. Hor. 2. Sat. 3. 307.
Diu ægrotare. Cic. pro Cluent. 138.
Graviter ægrotare. Cic. 1. Off. 47.
Graviſſime ægrotare, & Optime valere, contraria. Cic. 2. de Fin. 70. Quæ cum Ariſtoni & Pyrrhoni omnino viſa ſunt pro nihilo, ut inter optime valere & graviſſime ægrotare nihil prorſus dicerent intereſſe.
Leviter. Cic. 1. Off. 116. In adeundis periculis conſuetudo imitanda medicorum eſt, qui leviter ægrotantes leviter curant: gravioribus autem morbis pericuIoſas curationes & ancipites adhibere coguntur.
Mortifere. V. MORTIFERE, In MORS.
Perículoſe. Cic. 8. Att. 2. In unius hominis quotannis periculoſe ægrotantis anima, poſitas omneis noſtras ſpes habemus.
Vehementer. Cic. pro Cluent. 138. Ibi primum in morbum incidit, ac ſatis vehementer diuque ægrotavit.

ÆGROTATIO, ōnis. f. [νόσημα, ἀῤῥώστημα.] Proprie eſt Morbus in corpore. Vide Ciceronis exemplum in ÆGRITUDO. Plin. lib. 17. cap. 24. 15.
Animi Ægrotatio. Cic. 4. Tuſc. 8. Definiunt autem animi ægrotationem, opinationem vehementem de re non expetenda, tanquam valde expetenda ſit, inhærentem & penitus inſitam. Paulo poſt, Ægrotationi autem talia quædam ſubjecta ſunt, avaritia, ambitio, mulieroſitas, pervicacia, liguritio, vinolentia, cupedia, & ſiqua ſimilia.
Mentis Ægrotatio. Cic. 3. Tuſc. 14. Quia nomen inſaniæ ſignificat mentis ægrotationem & morbum.

ÆGERIA, [Αἰγερία] Nympha nemoris Aricini, & uxor Numæ Pompilii

lii ſecundi regis Romanorum, quæ teſte Ovid. 15. Met. 547. mortuo Numa cum flere non deſineret, Dianæ miſeratione in fontem ſui nominis verſa eſt. De qua idem Ovid. 3. Faſt. 275.

Ægeria eſt, quæ præbet aquas dea grata Camœnis:
Illa Numæ conjunx, conſiliumque fuit. Liv. 1. Decad. lib. 1. 19. Numa, &c. ſimulat ſibi cum dea Ægeria congreſſus nocturnos eſſe: ejus ſe monitu, quæ acceptiſſima diis eſſent, ſacra inſtituere: ſacerdotes ſuos cuique deorum præficere. Paulo poſt, Lucus erat, quem medium ex opaco ſpecu fons perenni rigabat aqua: quo, quia ſe perſæpe Numa ſine arbitris, velut ad congreſſum deæ inferebat, Camœnis eum lucum ſacravit, quod earum ſibi concilia cum conjuge ſua Ægeria eſſent. Tradit Sipontinus moris fuiſſe, prægnantes Ægeriæ ſacrificare, quod eam putabant facile conceptum alvo egerere. Scribitur enim etiam Egeria. V. Lud. Viv. & Coqueium ad Auguſtin. de C. D. lib. 7. p. 35.

ÆGESTA, Siciliæ urbs, quæ & Segeſta dicta. Græci quoque ſine Diphthongo, Ἐγέςα ſcribunt. V. Steph. Byz. Feſtum. in Segeſta, & Salmaſ. in Solin. f. 78. In Ægeſta Æmilius Cenſorinus fuit crudeliſſimus tyrannus. Hic ſi quis nova tormenta & inuſitatum aliquod cruciandi genus extruxiſſet præcipuis eum muneribus proſequebatur. Quidam igitur Aruncus Paterculus nomine, equum ex ære fabricatum Æmilio donat, ut in eum excruciandos injiceret: Ille autem tum denique ad æquitatis cogitationem converſus auctorem primum intruſit. Plutarch. in Parallel. ſub fin. Confer huc quod de Perillo ſcriptores memorant.

ÆGESTANÆ AQUÆ in Sicilia, de quibus ſic Strabo: Calidarum igitur aquarum ſcaturigines habet inſula multis in locis, e quibus Selenuntiæ ad Himeram ſalſæ ſunt, Ægeſtanæ vero potabiles. Hæc ille lib. 6.

ÆGESTANI, Siciliæ populi, quos Plinius Segeſtanos vocat, lib. 3. cap. 8. In quem locum hæc prodidit Hermolaus, Vetus fere lectio, Ægeſtani. Omnes quoque Græci codices, Ægeſtani, non Segeſtani, ab Ægeſto Troë qui cum Philoctete venerat: Thucydides, Strabo, Diodorus, Lycophron, Dionyſius. In uno tamen Polybio, itemque Ptolemæo, quandoque Segeſtani. quod & in Cicerone ac Solino cernitur. V. Strab. lib. 6. & 13. Feſt. in Segeſta.

ÆGEUS, diſſyll. ĕi vel ĕos. [Αἰγεὺς] Athenarum rex, filius Neptuni, duas habuit conjuges, quarum prima dicta eſt Æthra, filia Pithei regis, ex qua Theſeum ſuſcepit. Secunda, ut teſtatur Ovidius, fuit Medea profuga, quam ab Jaſone repudiatam, atque fugientem non ſolum ſuſcepit hoſpitio, ſed illam etiam ſibi matrimonio copulavit, & ex ea, ut placet Juſtino, 2. 6. 14. & 42. 2. 13. Medum filium ſuſcepit. Succeſſit quidem in regno Pandioni regi revera patri. Ægeo regnante, Athenienſibus bellum intulit Minos Cretenſium rex ob cædem Androgei filii, legeſque duriſſimas impoſuit, ut ſcilicet quotannis ſeptem juvenes nobiles in Cretam mitterentur ad epulandum Minotauro, qui tribus annis ſorte miſſi ſunt, quarta autem ſors obtigit Theſeo, qui maximo patris Ægei dolore navem conſcendit. & cum omnia navigii ornamenta nigra eſſent, & navis velum, habuit in mandatis a patre, ut ſi contingeret in agendis eum felicem ſortiri exitum, rediens navi album poneret velum amoto nigro, ut eminus fortunam ſuam noſceret. Theſeus autem Ariadnæ conſilio victor, mandatorum immemor, non amoto velo nigro redibat. Ægeus excelſa turri proſpectans nigrum velum, Theſeum mortuum arbitratus, ex turri ſe dejecit in mare, quod ab ipſo vocatum eſt Ægeum. & mortuus, ab Athenienſibus liberatis ut Neptuni filius, & marinus deus in ſolatium Theſei conſecratus eſt. Ex Bocatio, & Servio. Ovid. 7. Met. 402. &c.

ÆGIĂLE, es. f. [Αἰγιάλη] Diomedis Ætoliæ regis uxor, quam poſt Trojæ expugnationem in patriam reverſus, cum cognoviſſet cum Cyllabaro Stheneli filio concubuiſſe, verecundia ductus domum noluit reverti, ut ſcribit Servius in 11. Æn. Stat. 3. Sylv. 5. 48.

Queſta eſt Ægiale, queſta eſt Meliboea relinqui. Dicitur & Ægialea, Αἰγιάλεια.

ÆGIALE, Antiquitus nuncupabatur civitas, ab Ægialeo, qui autochthon ſeu indigena comparuit ibidem primus, ſicuti memorant Sicyonii, & eſt a Pauſania repetitum: quæ tempeſtate inſecuta Sicyon dici cœpit de regis nomine, quem ex Attica aſcitum Lamedon ſibi generum adoptarat, filia illi Zeuxippe tradita. Cæl. Antiq. Lect. lib. 6. cap. 48.

ÆGIALEUS, ei. m. Adraſti filius: quem eo bello quod ſecundum Argivi adverſus Thebas geſſere, primo prælio juxta Gliſam oppidum interfectum, neceſſarii Pagas in Megaridem retulerunt, atque ibi humarunt, & adhuc heroum ipſum Ægialeum dicitur. Pauſanias in Atticis.

Ægialeus, Apis frater, primi Jovis filius: De quibus ſcribit Euſeb.

ÆGIALIA, Inſula eſt adjacens Ætoliæ regioni, ut ſcribit Plin. c. 12. l. 4.

ÆGIALOS, Græce dicitur Littus. Unde Achaia, propter urbes in littore per ordinem diſpoſitas, ante Αἰγιαλὸς vocata eſt, teſte Plin. lib. 4. cap. 5. Pauſanias dictam putat ab Ægialeo primo rege: Poſtea ab Achæo Xuthi F. Achaïam. [Erratum ſupra in v. ACHAIA ex his corrige.

Ægiali proprio vocabulo vocantur Multa littora apud coſmographos: velut inter Sicyonem & Bupraſium. Eſt & alius finitimus Ponto, poſt promontorium Carambin, cujus meminit Homerus. Rurſus eſt Thraciæ apud fluvium Strymonem. Poſtremo eſt Ægialus, cognomento Magnus, inter Ægyptum & Æthiopiam. Eraſm. in XXVII. cap. Act. Apoſtol.

ÆGIALUS, Medeæ frater, apud Juſtin. lib. 42. 3. 1. Hunc alii Abſyrtum vocant: qui cum Medeam Æëtes pater perſequeretur, ab ea dicitur interfectus. Author Strabo, lib. 7. Ægialeus & Ægialius vocatur ab aliis.

ÆGIALUS, Atticæ mons. Solin. cap. 12.

ÆGIALUS, Paphlagoniæ promontorium, ut Apollonius poeta indicat. Habet & vicum ejuſdem nominis. Addit plura Steph. Byz.

ÆGICHON Gramen. Apul. de Herb. cap. 77.

ÆGIDA, Iſtriæ oppidum. Plin. lib. 3. cap. 19.

Ægîdes, [Αἰγείδης] dicitur Theſeus filius Ægei. Stat. 12. Theb.

— riſit voceſque manumque
Horidus Ægides, ferrataque ab arbore magnos
Molitur jactus.

Perfidus Ægides. Ovid. 4. Epiſt. 59.

Perfidus Ægides ducentia fila ſecutus
Curva meæ fugit tecta ſororis ope.

ÆGILA, Inſula quindecim millibus paſſuum diſtans a Cythera. Plin. lib. 4. cap. 12.

ÆGILODES, Sinus Laconiæ, apud Plin. cap. 5. lib. 4.

ÆGILIPS, ipis. Urbs Epiri proxima Crocyleæ. Volaterr. ex Homero.

Item locus altus, ἀπὸ τοῦ αἰξ καὶ λείπειν, ut quem jam capra depaſta reliquerit, aut quo præ altitudine aſcendere non poſſit.

ÆGILIUM, Inſulæ nomen Plinio lib. 3. cap. 6. contra Coſanum littus ſita.

ÆGĬLOPS, ŏpis. [αἰγίλωψ] Arboris glandiferæ ſpecies. Plin. l. 16. c. 6.

Ægilops, Fiſtula oculorum. Celſ. lib. 7. 7. Diminutiva forma Græcis & αἰγιλώπιον dicitur. Utraque vox frequens Plinio V. 25. 6. Hinc Ægilopicus. Cathol. V. ANCHILOPS.

Ægilops, Bulbi genus. Plin. lib. 19. cap. 5.

Ægilops, Herba hordeum enecans. Plin. lib. 18. cap. 17. Eſt herba quæ cicer enecat & ervum circumligando ſe: vocatur orobanche: triticum ſimili modo æra: hordeum feſtuca, quæ vocatur ægilops. Hæc Plin. Virgil. Latine vertit Avenam ſterilem in hoc verſu,

Infelix lolium, & ſteriles dominantur avenæ. Ecl. 5. 37.

V. AVENA. Dioſc. 4. 139.

ÆGILOS, Inſula quæ Latinis Capraria dicitur. Plin. lib. 3. cap. 6.

ÆGIMIUS, Nomen proprium viri, qui annos vixit ducentos. Author Plin. lib. 7. cap. 48.

ÆGIMORI, Sunt contra Carthaginis ſinum duo Scopuli verius quam inſulæ: inter Siciliam maxime & Sardiniam. Plin. lib. 5. cap. 7.

ÆGIMURUS, Inſula. Straboni lib. 6. Eſt ante Siciliam & Africam Ægimurus, & aliæ quædam exiles inſulæ. Idem lib. 7. Non procul a Corſica & Sicilia diſtant, cum aliæ complures inſulæ, tum etiam Ægimurus. Stephano Ægimoros dicitur. Ex Hermolao.

ÆGĪNA, æ. [Αἴγινα] Aſopi regis Bœotiæ filia, cum qua Jupiter in ignis ſpecie congreſſus eſt, ex eaque genuit Æacum & Rhadamanthum. Ovid. 7. Met. 616.

ÆGINA, [Αἴγινα] Inſula Epidaurico litori proxima. Mela l. 2. Hæc ut tradit Strabo lib. 8. inter Cyclades inſulas nobiliſſima eſt. Hinc Æacus, ejuſque poſteri genus duxiſſe decantantur. Hæc eſt quæ maris aliquando tenuit imperium. Hæc eſt quæ contra Athenienſem populum in navali ad Salaminem prælio de principatu contendere non dubitavit, qua tempeſtate Perſæ Græciam invaſerant. Ejus inſulæ ambitus, 180. ſtadiorum eſſe traditur. Ejuſdem appellationis oppidum in ventum Africum vergens habet. Illam Attica & Megarica coronat ora & Peloponneſus uſque Epidaurum, cum centum fere ſtadiis ſingulæ ab illa diſtent. Pars autem Orientem Auſtrumque proſpectans, Myrtoo perfunditur pelago, ac etiam Cretico. OEnoa diu vocata eſt: vel potius OEnōne, ut Plin. lib. 4. cap. 12. & ex Pauſania Cæl. Antiq. Lect. lib. 5. cap. 44. V. etiam Steph. Byzant. in Ægina. Euſtath. ad Dionyſ. Perieg. v. 512. Tzetzam in Lycophr. v. 175. Pauſan. in Corinth. f. 48. Ephorus ſcriptis prodidit, primo Æginæ a Phidone ſignari cœptum argentum. Emporium autem ideo effectum, quia locus admodum ſterilis erat: proinde homines illi maritima mercando negotia tractare aſſueverunt. Unde multis variiſque rebus conſtantem quæſtum, Æginæam appellamus mercaturam.

Æginam inſulam ab Ægina Æaci matre nomen habere putat Ovidius, eandemque OEnopiam prius vocitatam. Ejus verba ſunt libro 7. Met. 472. — latere inde ſiniſtro

OEnopiam Minos petit Æacideia regna.
OEnopiam veteres appellavere: ſed ipſe
Æacus Æginam genitricis nomine dixit. Ovidio quoque ſubſcripſit Stephanus. [Falſum. V. Burm. ad l.

ÆGINÆUS, a, um. Adj. [Αἰγιναῖος] ut, Æginæa mercatura.

ÆGINÆA, orum. n. dicuntur Grandiora omnia. Quod ex talenti ratione deductum putant, quod in ea inſula habebatur majus cæteris. Sunt etiam Æginæa, rerum venalium onera miſcellanea, i. e. ſarcinæ complectentes varias merces. Unde Æginopolæ, id genus mercium venditores. Ex Cæl. Antiq. Lect. 11. cap. 56. 21. 23. & Eraſm. in Chiliad.

ÆGINENSIS, [Αἰγινεὺς] Æginæ incola.

Æginenſes (ait Strabo, lib. 8.) Myrmidonas appellatos memorant, non quomodo in fabulis canitur, quod invaleſcente ingenti peſtilentia, formicæ ad preces Æaci in homines verſæ fuerint, (V. Hygin. F. 52.) verum quia formicarum more terram fodientes petras transportarent, ut agricolandi materiam haberent. Habebant enim terram ſuperne lapidoſam inferne frumentis idoneam. Itaque aſportandis lapidibus quodammodo formicarum induſtriam repræſentabant. Quarum etiam more in cavernis habitabant. frugalitati & parſimoniæ ſtudentes, impenſaſque ædificiorum vitantes.

ÆGINĒTA, [Αἰγινήτης] Idem. Cic. 3. Off. 11. Hinc Paulus Ægineta, clari inter medicos nominis. V. Voſſ. de Philoſ. cap. 13. Æginetas primos argentum ſignaſſe prodidit Ælian. Var. Hiſt. 12. 10. Quod ſi Eraſmo credimus Chil. 2. 5. 87. Numiſma eorum χελώνης habuit, h. e. teſtudinis imaginem. Hinc enim arceſſit parœmiam, Τὰν ἀρετὰν καὶ τὰν σοφίαν νικῶντι χελῶναι, hoc eſt, Virtutem & Sapientiam vincunt teſtudines. [Sane Poloponneſiacum nomiſma tale fuiſſe Pollux teſtatur. l. 9. S. 74. Sed hoc quid ad Æginam? Æginetæ fictoris meminit Plinius 35. 11.

ÆGINETICUS, a, um. [Αἰγινητικὸς] Adj. Unde æs Ægineticum. Plin. lib. 34. cap. 2. non quod inſula ipſa gigneret, ſed quod ibi officinæ præclare temperarent.

ÆGINOPŌLÆ, V. ÆGINÆA.

ÆGINIUM, Oppidum Macedoniæ, in ea regione quæ appellatur Pieria. Plin. lib. 4. cap. 10.

ÆGIŎCHUS, [Αἰγίοχος] Jovis epitheton, ab ὀχῆς & αἰγὸς. i. e. ab alimonia & capra, quia puer fuerit nutritus a capra: vel ab ἔχειν, tenere, & αἰγίδος, quoniam ægide utitur: vel quia corio capellæ Amaltheæ uſus fuerit pro ſcuto, quando contra Titanas dimicavit. V. Didym. ad Hom. Iliad. α. v. 202.

ÆGION, Αἴγιον Suidæ, Oppidum Achaiæ proprie dictæ, quæ regio eſt Septentrionalis Peloponneſi. Plin. lib. 4. cap. 5.

ÆGĪPAN, anos. [Αἰγίπαν] Semicaper, Pan deus. Ægipanes ſunt nudi, leves, caprinos pedes habentes. Veteres hujuſmodi monſtra pro ſemideis, ſive pro ſylveſtribus diis coluerunt, quemadmodum Faunos, Sylvanoſque: Faunos quidem ac Satyros, nemorum deos eſſe dicentes, Panas agrorum, Sylvanos ſylvarum. Eſt & Simiarum genus Plin. l. 5. c. 1. Et c. 8. Mela. 1. 4. Ægipanos ſemiferos, & Blemmyas, & Satyros. V. Salmaſ. Exercit. Plin. f. 293. & Iſaac. Voſſ. Obſerv. ad Pomp. Mel. 1. 8. p. 46.

ÆGIRA, Inſula. Plin. lib. 5. cap. 31. Eſt etiam ejuſdem nominis Oppidum in Achaia. Idem l. 4. c. 5. Idem l. 18. c. 9. Taurinus quidem ſanguis recens inter venena eſt, excepta Ægira. Ibi enim ſacerdos Terræ vaticinatura, tauri ſanguinem bibit priuſquam deſcendat in ſpecum.

ÆGIRA, Urbs inter Ætolos & Peloponnesiacos. Author. Pomp. lib. 2.

ÆGIRINON, i. n. Populneum unguentum [αἰγείρινον.] Ruellius l. 1. cap. 119. Unguentum populneum, vulgo Populeum, quod Ægirinon Græcis dicitur, ex uva populi, quæ bryon est, conficitur verno tempore, cum plurimum gravis est prægnansque resina. V. Herm. Barbarum.

ÆGIROESSA, æ. f. [Αἰγιρόεσσα] Oppidum Æolidis in Asia, cujus meminit Herodot. lib. 1.

ÆGĪROS, Dioscor. [αἴγειρος] Arbor quæ Latine Populus nigra dicitur.

ÆGIRUS, [Αἴγειρος] Vicus est agri Methymnæi, cujus meminit Strabo, lib. 13.

ÆGIRUS, ut ex Pherenico refert Cælius, Oxyli filia fuit. Hic enim cum Hamadryade congressus sorore Caryam genuit, ac Balanum, Cranium, Oream, Ægirum, Pteleam, Ampelum, Sycam, quæ & Hamadryades nuncupantur nymphæ: unde & arboribus conciliata nomina. Hæc ille Antiq. Lect. 18. cap. 9. ex Athen. l. 3.

ÆGIS, ĭdis. [αἰγὶς] apud Græcos varia significat. Pelliceum tegmen quod gestant Afri. Præterea maris intumescentis undas, ac ventorum procellas & turbines. Alii malunt esse quid e coronis contextum, aut rete ex coronamentis contextum. Nec desunt, qui putent significare Sacerdotem, quæ Athenis solita sit ferre sacram Ægidem, & ita ingredi ad eos qui nuper duxissent uxores. Apparet autem in hujusmodi sacris multum fuisse licentiæ, quemadmodum & apud Christianos multis ineptiis celebrantur nuptiæ. Unde factum est proverbium, Ægis venit. Quod Suidas indicat dici solitum de iis qui petulanter & impudenter agerent. Simul quoque allusum est ad procellam. Ex Erasmi Chiliad. & Cælio Antiq. Lect. 18. cap. 6. & cap. 38. Est insuper Ægis, scutum Jovis, ut Iliad. 4. & Palladis, ut Iliad. 5. describitur: in cujus medio erat Medusæ Gorgonis caput, serpentibus vice crinium terribile: quod qui intuebantur, mox in lapides vertebantur, ut canit Ovid. 4. Met. ad finem. Servius, Ægis proprie est munimentum pectoris æreum a Vulcano fabricatum, habens in medio Gorgonis caput: quod munimentum si in pectore numinis fuerit, ægis vocatur: V. Sil. 9. 444. & Brœckhus. ad Propert. 22. 60. Si in pectore hominis, sicut in antiquis imperatorum statuis videmus, lorica dicitur. Virg. 8. Æn. 352. &c.
Coruscans. Valer. Flac. 4. Argon. 134.
Cruenta. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 335.
Fulva. Claud. 8. 163.
Irata. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 60.
Nigrans. Virg. 8. Æn. 354. — Arcades ipsum
Credunt se vidisse Jovem, cum sæpe nigrantem
Ægida concuteret, dextra nimbosque cieret. V. Serv. in loc.
Sonans. Hor. 3. Od. 4. 57.
Contra sonantem Palladis ægida.
Terrifica. Valer. Flac. 6. Argon. 35.
Ægis, Ornamentum pectorale, Polluci lib. 5. cap. 16. Ovid. autem, Rem. Amor. v. 346. Ægidem appellat gemmas & alia hujusmodi ornamenta, quibus deformitatem tegunt mulieres.
Auferimur cultu: gemmisque auroque teguntur
Omnia: pars minima est ipsa puella sui.
Sæpe, ubi sit quod ames, inter tam multa requiras:
Decipit hac oculos ægide dives amor. Idque metaphorice.
Ægis, arboris laricis fœminæ medulla. Plin. lib. 16. cap. 39. ex Theophr. lib. 3. hist. cap. 10.

ÆGISŎNUS, [αἰγίφωνος] Hinc Ægisonum pectus Palladis. Valer. Flac. lib. 3. Argon. v. 88.

ÆGISTHUS, i. m. [Αἴγισθος] Thyestis filius ex Pelopeia filia. Pelops enim Tantali Phrygiæ regis & Thaygetæ filius, ex Hippodamia Atreum & Thyestem sustulit, Peloponnesi prius, deinde Mycenarum reges. Porro iis alternatim administrantibus (sic enim inter eos convenerat) Thyestes cum sciret regnum penes eum fatali dispositione mansurum, qui arietem velleris aurei haberet, quem Atreus regiam ingressus diligenter custodiebat, corrupta Aërope Atrei uxore, imperium ad se transferri posse judicavit. Itaque stuprata fratris conjuge, duos filios ex ea sustulit, Tantalum & Plisthenem. Quod ubi rescivit Atreus, Thyestem regno expulit. Sed paulo post simulato reditu in gratiam, eum ab exilio revocavit. Cui tandem Tantalum & Plisthenem partim elixos, partim assos, non solum apposuit epulandos, sed etiam eorum sanguinem vino permixtum propinavit, allataque eorum capita post epulas ostendit. Quod scelus ne videret, Sol cursum retro egisse fertur. At vero tam impii facinoris cum Thyestes a diis ultionem exquireret, respondit Apollo posse alio scelere ejus sceleris vindicem nasci, si cum Pelopeia filia concumberet. Quo peracto, natus est puer: qui a matre propter conscientiam abjectus, uberibus tamen capræ nutritus, ex rei eventu Ægisthus est appellatus. (V. Ælian. Var. Hist. 12. 42.) Hic cum adolevisset, Atreum occidit: & Agamemnonem ejus filium, ex bello Trojano redeuntem interemit, adjuvante Clytemnestra uxore, quæ cum Ægistho adulterio consueverat. Ipse tandem Ægisthus ab Oreste Agamemnonis filio peremptus est, necem patris ulciscente. Hæc late describit Seneca in Thyest. & rursum in Agam. Lactant. quoque in lib. 4. Thebaid. Hygin. Fab. 84. & seq.
Ægisthus adulter, desidiosus. Ovid. de Rem. Amor. 161.
Ægisthus Thyestiades, quia Thyestis filius. Ovid. 2. de Arte Am.
Ægistum C. Cæsarem gemens & indignabundus Pompeius vocare solebat. Suet. in Cæs. cap. 50. Quemadmodum enim Ægisthus cum Clytemnestra uxore Agamemnonis summi Græcorum imperatoris consuetudinem habuit adulterii, sic Julius Cæsar Muciam uxorem Pompeii summi Romanæ militiæ ducis absentis adulterio corrupit. Quam propterea repudiavit Pompeius: quanvis ex ea jam tres liberos sustulisset.

ÆGITHALOS, Avis est apud Aristotelem, quæ a Theodoro Parus vertitur. Hermol. in Plin. Avis est inimica apibus. Aristot. de Nat. Animal. 8. 3. & 9. 14. & 40.

ÆGITHUS, Avis minima, diffidet cum asino. Plin. lib. 10. cap. 74. Spinetis enim se scabendi causa atterens, nidos ejus dissipat: quod adeo pavet, ut voce omnino rudentis audita, ova ejiciat, pulli ipsi metu cadant. Igitur aduolans, ulcera ejus rostro excavat. Et paulo post, Ægithum vero odit Anthus in tantum, ut sanguinem eorum credant non coire. i. e. commisceri non posse. Arist. Hist. Anim. 9. 1. Eberus & Peucerus Ægithum interpretantur, nisi ea vero Linacria rubra est. Gybert. Longolius eandem facit Curucæ.

ÆGĪTIS, αἰγίτις Dioscoridi, Herba est, quæ notiore nomine Anagallis dicitur. [ubi?

ÆGĪUM, [Αἴγιον] Oppidum Achaiæ, quæ est in Peloponneso, quo in loco Jovem a capra nutritum ferunt, unde oppido nomen. Strab. lib 8.

ÆGLE, es. f. [Αἴγλη] Nymphæ Nomen, Solis ex Neæra filiæ. Virg. 6. Ecl. 21.
Ægle Naiadum pulcherrima. Latine interpretatur Splendor. Est etiam Lunæ nomen. Item Genus ludi. Sed & Placentæ genus, testibus Pausania & Cratino. Fuit etiam una Hesperidum Ægle, filia Hesperi, curatrix una cum sororibus Hortorum in Mauritania, in quibus aurea mala nascebantur. V. Hygin. procemio Fab.

ÆGEES, æ. m. Nomen athletæ cujusdam Samii, qui quum mutus esset antea & elinguis, repente loqui cœpit. Gell. lib. 5. cap. 9. & Valer. Maxim. lib. 1. cap. 8. ext. 4.

ÆGLETES, æ. m. Apollinis cognomen, quo celebratur in Anaphe insula. Vid. Apoll. Argon. lib. 4. v. 1716.

ÆGOCEPHALOS, i. m. Avis est liene omnino carens. Authores Aristot. lib. 1. Et Plin. lib. 11. cap. 37. Capriceps vertitur.

ÆGOCERAS, ātis. n. Fœnumgræcum. Plin lib. 24. cap. ult. Nec fœnogræco minor authoritas, quod Telin vocant, alii Carphos: aliqui Buceras: alii Ægoceras, quoniam corniculis semen est simile: nos Siliciam.

ÆGOCĔROS, ōtis vel ōtos. m. [αἰγόκερως.] Latine dicitur Capricornus, Lucret. lib. 5. 614.
Nec ratio solis simplex ac recta patescit,
Quo pacto æstivis e partibus Ægocerotis
Brumales adeat flexus: atque inde revertens,
Canceris ut metas vertat se ad solstitiales. Hunc Jupiter, quod cum eo erat nutritus, inter sidera cœlestia esse voluit, ut capram nutricem. Fabulam describit Hygin. 196.
Humidus Ægoceros. Lucan. lib. 9. 540.

ÆGOLETHROS, vel ÆGOLETHRON, [αἰγόλεθρος] Herba in Ponto alba, ex cujus flore apes decerpunt mellis genus amarum, quod Heracleoticum, vel Ponticum vocatur: dicta a capris interimendis. Plin. 21. 13.

ÆGŌLIOS, [Αἰγωλιὸς] Ulula Plin. 10. 6. Aristot. Hist. An. 9. 17.

ÆGON, onis. m. [Αἴγων] Viri proprium, qui deficiente olim Argivis Heraclidarum familia, ex qua regem creari mos illis antiquus erat, rex ab illis creatus est: quod, cum sciscitantibus illis de rege creando deus respondisset, aquilam ostensuram, paucis post diebus aquila super Ægonis domo consederit. Ex Budæo.
Ægon, ōnis. Nomen pastoris apud Virg. 3. Ecl. 2.
Ægon Lyctius. Virg. 5. Ecl. 72.
Cantabunt mihi Damœtas, & Lyctius Ægon. Servius: Lyctius, Cretensis.
Ægon, [Αἰγὼν] Caprile sive Caprarum stabulum.
Ægon, pro Mari Ægæo apud Stat. 5. Theb. 55.
— Delove sonanti
Pejor, & innumeris quas spumifer assilit Ægon. Lactantius, Ægon, mare Ægeum, quod insulas plurimas habet, dictum ab Ægeo patre Thesei. Assilit insulas. i. e. Circunfluit. Valerius Flacc. lib. 1. Argon. 629.
— vix littore puppim
Solvimus: & quanto fremitu se sustulit Ægon?

ÆGONENSIS, Porta Romæ, quæ & Quirinalis, eo quod mons ipse Quirinalis prius Ægonensis cognominatus est. Calepinus.

ÆGONOMUS, i. m. [Αἰγονόμος] Caprarum ductor, qui & Æpolus dicitur.

ÆGONYCHON, i. Herba est, quæ & Lithospermon dicitur, & ab aliis Semen leoninum. Ab omnibus tam officinis quam medicis hodie Milium Solis appellatur, quod (ut reor) semen candore solari ac lucis splendore fulgeat. Ruellius lib. 2. cap. 70. V. Plin. 27. 11. & Dioscor. 3. 358.

ÆGOPHAGOS, Cognomen Junonis apud Lacedæmonios, quod ibi capræ illi immolarentur. Cæl. Antiq. Lect. lib. 18. cap. 5.

ÆGOPHTHALMOS, i. m. [αἰγοφθαλμὸς] Gemma sic ab oculo caprino cognominata. Plin. lib. 37. cap. 11.

ÆGOS, [Αἰγὸς] Flumen in Chersoneso Thraciæ, naufragio classis Atticæ insigne. Author Mela lib. 2. 2. Marcell. lib. 22. Chersonesum pulsat Ægos potamos, in quo loco lapidem casurum ex cœlo prædixit Anaxagoras. Hermolaus putat Ægos genitivum esse casum ab Æx nominativo: traditque ejus loci accolas a Stephano Ægopotamitas vocari. Plin. lib. 2. cap. 58. Celebrant Græci Anaxagoram Clazomenium, Olympiadis septuagesimæ octavæ secundo anno prædixisse, cœlestium literarum scientia, quibus diebus saxum casurum esset e sole. Idque factum interdiu in Thraciæ parte ad Ægos flumen. Qui lapis etiam nunc ostenditur, magnitudine vehiculi colore adusto. Apud hunc fluvium classem Atticam debellavit Lysander Lacedæmonius, Athenis postea semidirutis, & triginta Tyrannis impositis, ut Plutarchus in ejus vita est author. Meminit & Justinus lib. 5. & Nepos 6. 1. 4. [Potius Urbis nomen est Αἰγὸς ποταμοί. V. Cellar. Geogr. Ant. l. 2. c. 15. §. 37. Hard. ad Plin. d. l.

ÆGOSTHENENSES, Græciæ populi contributi Megarensibus. Plin. l. 4. cap. 7. Horum civitatem Pausanias vocat Ægosthenen.

ÆGOSTHENIA, [Αἰγοσθένια] Civitas est Locridis, quam recenset Ptolemæus in descriptione Achaiæ. Forte eadem ac superior.

ÆGRE, ÆGRESCO, ÆGRIMONIA, ÆGRITUDO, ÆGROTUS, ÆGROTO, ÆGROTATIO. V. ÆGER.

ÆGUSA, V. ÆTHUSA.

ÆGYON, sive ENGYION, Urbs fuit in Sicilia, non magna, sed valde vetusta, & celebris, dearum, quas Materas vocant, religione: quarum templum a Cretensibus ibi positum fuisse ferunt, ubi hastæ quædam ostendebantur, & ex ære cassides: & hæ quidem Merionis, illæ vero Ulyssis inscriptiones habebant, ut Plutarchus in Marcello prodidit.

ÆGYPTILLA, æ. Gemma est, de qua Plin. lib. 37. cap. 10. Isidor. 16. 11.

ÆGYPTĪNI. Dicuntur Æthiopes, quia Ægyptiis sunt finitimi. Festus.

ÆGYPSOS, seu ÆGYPSUS, i. m. [Αἴγυψος] Urbs ad ripam Istri fluvii sita, nomen habens ab Ægypso Caspio conditore. Ovid. 1. de Ponto, 8. 11. & 4. 7. 21. Varie scribitur. V. Heins.

ÆGYPTA, Ciceronis libertus: cujus idem meminit 16. Fam. 13. al. 15. Ægypta ad me venit. Et 8. Att. Epistolas mihi tuas Ægypta reddidit.

ÆGYPTUS, & DANAUS, [Αἴγυπτος καὶ Δάναος] Filii fuerunt Beli Babyloniorum regis: quorum hic ex diverſis uxoribus quinquaginta filias habuit, ille totidem filios. Inhians imperio Ægyptus fratris, filias matrimonio ſuis filiis jungi flagitabat. Abnuebat Danaus, quoniam oraculi reſponſo acceperat ſe generi manibus occidendum. Parata igitur claſſe, Argos profectus eſt: expulſoque Gelanore, Argivorum imperio potitus. Porro Ægyptus eo miſit filios, ea quidem lege, ut ad ſe non redirent, niſi Danao interempto, aut connubiis cum filiabus ejus initis. Obſidione igitur coactus Danaus, filias ſuas fratris filiis deſpondit. ſed ipſo nuptiarum die gladios virginibus dedit, quibus prima nocte viros interficerent, necem eis interminatus niſi parerent. Itaque omnes mandata patris ſunt executæ, dempta una Hypermneſtra. Hæc enim Lino, ſeu Lynceo, viro pepercit, eumque a ſomno excitatum impulit ut fuga ſuæ ſaluti conſuleret. Author Lactant. in 2. Thebaid. Statii. Ægyptus autem, ut ſcribit Manethon, ejecto fratre Danao, ſexaginta octo annis regnum Ægypti tenuit, & ex ſuo nomine regionem Ægyptum dixit, quum antea Aëria diceretur. Addit Diodorus Siculus lib. 2. cap. 1. quoſdam fabulari, Nilum fluvium amore captum filiæ Ogdoi regis, qui Memphim urbem condidit, & de filiæ nomine ſic appellavit, in tauri formam converſum, puellam compreſſiſſe: exque ea genitum, quem propter virtutem incolæ Ægyptum dixere: a quo & regio ſit omnis denominata.

Ægypti nuptiæ, Inauſpicatæ & infelices dicebantur. Sumptum a notiſſima fabula Ægypti, qui filios quinquaginta, totidem Danai fratris filiabus maritos dedit. At hi præter unum, omnes a ſponſis jugulati ſunt. Torqueri poterit in ſimulatam amicitiam, aut in munus honoris gratia datum in ſpeciem, quum revera quæratur pernicies ei cui datur. Ita nonnunquam ex affinitatibus aut fœderibus principum atrocia naſcuntur exitia. Eraſm. in Chiliad.

ÆGYPTUS, [Αἴγυπτος] (ut inquit Pomponius Mela lib. 1. 9. 1.) Aſiæ prima pars. in duas dividitur partes. Delta, ex forma literæ, quæ Ptolemæo, itemque Plinio Ægyptus inferior vocatur. Altera, quæ ſecundum Nilum contermina Æthiopiæ meridiem verſus usque ad Syenen procedit: Thebais appellata. De Ægypti antiquitate, ac diſciplina ſacerdotum (quos prophetas vocant) innumerabilia pene ab authoribus commemorantur. Huc Dædalus, Melampus, Pythagoras, Homerus, Solon, Muſæus, Plato, Democritus, Apollonius Tyanæus, compluresque alii eruditionis cauſa profecti, ipſorum dogmata in ſuam quisque patriam retulere. Primi ſiquidem omnium Ægyptii immortalem eſſe animam dixere, eamque de corpore in corpus vagari, ut eſt author Diodorus. V. Plin. lib. 5. cap. 9.

Ægyptus univerſa, teſte Stephano, prius Aëria vocata eſt, quod fuſco & caliginoſo ſit aëre. Id quod etiam teſtatur Plin. lib. 21. cap. 7. Roſa, ait, & crocum odoratiora, cum ſerenis diebus leguntur: & omnia in calidis quam in frigidis. In Ægypto tamen minime odorati flores, quia nebuloſus & roſcidus aër eſt a Nilo flumine. Meminit & Gellius lib. 14. cap. 6.

Ægyptus ſec. Heſychium dicta ab Ægypto amne qui Nilus poſtea appellatus fuit: alii putant ab Coptos antiqua urbe, & αι, quod Ebræis Inſulam & Regionem, ut Græcorum αἶα Sonat. De Ægypti ſitu, fertilitate, incolarum præterea ingenio inſtitutisque ac moribus plura Iſocrates in Buſiride. De fertilitate & urbium multitudine Theocrit. Eidyll. 17. v. 79. & ſeqq. V. & Ammian. 22. 40. ſeqq. ubi & Religionem deſcribit, quam ſuperſtitioſam & immanem, quam fœdam, crudelem & ridiculam habuere. de qua multa Juvenal. Sat. 15. & quos laudat Elmenhorſt. ad Arnob. 1. p. 15. ſeqq. Gentem vocat non fidam Lucan. 5. 58. Imbelle atque inutile Vulgus. Juvenal. 15. 124. Vanam gentem ac novandis quam gerendis rebus aptiorem Curt. 4. 1. 30. Quæ omnia quaſi in compendio eſt complexus Vopiſcus in Saturnino cap. 8. ubi & de ſtudiis refert quibus maxime delectati Egyptii fuere. Vide & Treb. Poll. 30. Tyrann. in Æmiliano. De invidia eorum qua nemini dogmata & diſciplinas ſuas communicabant, Beroald. 37. Annot. Tom. 1. Theſaur. Crit. Grut. p. 213. De Ægypto & Ægyptiis rebus multa congeſſit Barthius ad Claud. p. 129. ſeqq. V. etiam celeber. Witſii Ægyptiaca.

Ægypti ſulcus, Libyæ non curat arenas. Adagium ex Antiphili epigrammate depromptum. Dicitur autem de loco non admodum quidem lato, ſed inſigniter fœcundo ac fructuoſo: qui longe anteponendus eſt deſertis incultisque agris, tametſi vaſtioribus. Siquidem Ægyptus magnitudine cedit utique Libyæ, ſed ita, ut illius tota vaſtitas ne hujus quidem aſſequatur portiunculam. Nempe Ægyptus dicta eſt veteribus publicum orbis horreum. Ex Cæl. Antiq. Lect. lib. 16. cap. 20. V. Barth. ad Claud. Mamert. p. 450.

Ferax. Claud. Epig. 87. 5. de Nilo.

Ægyptus ſine nube ferax, imbresque ſerenos, &c.

Fertilis. Dionyſius de ſitu orbis interprete Priſciano,

Fertilis Ægypti terras fœcundat opimas. Plin. lib. 17. cap. 4.
Eſt fertilis Thracia frugum, rigore: æſtibus, Africa & Ægyptus.

Hiulca. i. e. Ob nimiam ſiccitatem diducta. Stat. 4. Theb. 788.

Horrida. i. e. Incompta. Juvenal. 15. Sat. 46. — horrida ſane
Ægyptus; ſed luxuria, quantum ipſe notavi,
Barbara famoſo non cedit turba Canopo.

Jacens per plana. Lucan. lib. 2. de Eridano, 416.
Non minor hic Nilo, ſi non per plana jacentis
Ægypti Libycas Nilus ſtagnaret arenas.

Loquax ac ingenioſa in præfectorum contumelias provincia Ægyptus: in qua etiam qui vitaverunt culpam, non effugerunt infamiam. Seneca in conſolatione ad Albinam, ſive Helviam. ſub fin.

Memphitis. h. e. Memphitica, a Memphi præcipua Ægyti urbe. Juven. 15. Sat. 122.
— anne aliam terra Memphitide ſicca
Invidiam facerent nolenti ſurgere Nilo?

Sagax, a ſtudio rerum ſideralium. Macrob. Somn. Scip. lib. 1. cap. 21. Claud. in Ruff. lib. 1.

Viridis. Virg. 4. Georg. de Nilo, 291.
Et viridem Ægyptum nigra fœcundat arena.

ÆGYPTIĂCUS, a, um. Adj. Plin. l. 6. cap. 28. Ad mare noſtrum littusque Ægyptiacum.

ÆGYPTIACE, [Αἰγυπτιστὶ] Treb. Pol. in Zenobia. Loquebatur & Ægyptiace ad perfectum modum.

ÆGYPTIUS, a, um. Adj. [Αἰγύπτιος] Sil. Ital. lib. 13. 474.
— Ægyptia tellus. Cic. in Piſon. Nomen ad dignitatem imperii, regi Ægyptio vendidit.

Ægyptium Templum. Adag. de Eo quod forinſecus nitet, introrſum fœtet. V. Cæl. Rhod. 9. 5.

Ægyptio Scytha non invidet. Proverbium dici ſolitum, quando in diſſimiles, & quos nunquam noverimus, non exeritur virulenta rabies. Cæl. lib. 20. cap. 30.

Ægyptii machinarum artifices. De verſutis, & (ut ait Plautus) conſutis dolis dictitatum. Torqueri poteſt & in perplexas ſophiſtarum argutias, ac ſyllogiſmorum inexplicabiles labyrinthos. Aut in ſycophantas ac delatores, qui vera falſis permiſcendo nectunt calumnias. Eraſm. in Chiliad.

Ægyptiis duplex fuit ſcribendi genus. Unum, quod vulgo diſcunt: alterum, quod ſacras literas appellant, ſoli ſacerdotes attingunt; a parentibus per manus traditas: quas ab Æthiopibus primum accepere. Non enim literarum compoſitione, aut a literis verba exprimuntur, ſed animalium aut aliarum rerum imaginibus. Scribunt enim Accipitrem, ut rem ſacram denotet: Crocodilum, ut malum: Oculum, ut juſtitiam: Manum dextram paſſam, ut liberalitatem: Compreſſam, ut avaritiam: & iis ſimilia. Denique a dextro ad ſiniſtrum ſcribunt latus. Hæc Volaterr. ex Diodor. Primi (ait Tacitus lib. 11. 14.) per figuras animalium Ægyptii ſenſus mentis effinxerunt: & antiquiſſima monumenta memoriæ humanæ impreſſa ſaxis cernuntur. Cæl. Antiq. Lect. lib. 16. cap. 25. tradit literas id genus appellari Hieroglypha grammata, quod iis myſteria in rebus ſacris ſignificarentur.

Fallax Ægyptiorum gens, ſemperque alia cogitans, alia ſimulans. Hirtius in commentario belli Alexandrini. cap. 24.

Fuſci, ob ingentem regionis calorem. Propert. lib. 2. 33. 15. Vide Scal. ad Feſtum.

Ægyptii a Dione Philœni nuncupantur. i. e. In vinum proclives, ac philopotæ, quoniam apud eos reperta primum tradatur vitis in Plinthine civitate: ut ſcribit Hellanicus: unde facti ſunt vinolenti. Vide Cæl. Antiq. Lect. lib. 9. cap. 3.

Ventoſi Ægyptii. Vopiſcus, Sunt Ægyptii ventoſi, furibundi, injurioſi, novarum rerum avidi. V. etiam Plin. Paneg. ad Traj. 21.

ÆGYS, [Αἶγυς] Oppidum eſt Laconicæ regionis apud Stephanum.

Æ L

ÆLANA, orum, n. pl. ut ait Hermolaus, Urbs Arabiæ felicis. Plin. lib. 6. cap. 28.

Ælaniticus maris Arabici ſinus, quem alii Elenaticum vocant. Artemidorus Aleniticum. Juba Læniticum. Plin. lib. 6. cap. 28.

ÆLETANI, [Αἰλετανοί] Populi ſunt apud Strab. lib. 3. intra Iberum, usque ad montem Pyrenæum, & Pompeiana trophæa habitantes.

ÆLIA, [Αἰλία] Urbs Palæſtinæ ab Ælio Adriano Imp. quondam Hieroſolyma, Steph. V. ſupra ADRIANUS. Euſeb. Hiſt. Eccl. 4. 6. & Joſ. Scalig. Animadv. Euſeb. p. 217. Æliam Capitolinam ex Dione Xiphilinus in Adriano vocat. Ez. Spanh. Orb. Rom. p. 406. 407. Ed. Lond.

ÆLIANUS, [Αἰλιανὸς] Sophiſta Romanus a Philoſtrato maxime laudatur, quod Romanus homo tam probe Atticiſſaverit, tamque eleganter peregrinam a patria vocem retinuerit. Scripſit de Animalibus libros 16. de Varia hiſtoria libros 14. de Re militari, quæ omnia ad nos pervenerunt. Fuit auditor Pauſaniæ ſub Adriano principe. Deceſſit annorum ſexaginta, ſine liberis, quum cælebs fuiſſet. Volaterr. Ejus meminit Cæl. Antiq. Lect. lib. 11. cap. 65.

Ælianus Meccius, Italus medicus, theriaca conſervandi contra peſtem homines auctor fuit. Galen. de uſu Ther.

ÆLII, vel etiam HELII, [Αἴλιοι] dicuntur, Quibus duæ nupſerint ſorores. Cæl. Antiq. Lect. lib. 15. cap. 24. Alciatus lib. 2. diſpunct. cap. 23.

ÆLIA, Gens plebeia fuit Romæ. Nam quod Pomponius ſcribit in l. 2. D. de orig. jur. Ælium Tuberonem patricium fuiſſe, perſpicue falſum eſt. Nam ut hoc omittam, Tribunos pl. ex Æliis complures fuiſſe (quod ſane hac in re ſolet valere plurimum) illud certe ſatis magno argumento nobis eſſe debet, quod cum conſulum alter e plebe, alter e patriciis crearetur, authore Livio, Ælii cum patriciis ſemper, nunquam cum plebeis comparati ſint. Qui enim primus Æliorum conſulatum eſt adeptus, collegam Sulpicium habuit: ſecundus Fabium: tertius Servilium: quartus Valeriuſn, usque ad annum DXXCI. quo quidem anno duo primum e plebe COSS. creati ſunt, C. Popillius, & P. Ælius, ut in tabulis Capitolinis notatum videmus. Æliorum autem alii Pæti ſunt, alii Tuberones, Ligures, Cati & Lamiæ. Pæti cognomen qui primus tulit, quod oculis leviter declinatis eſſet, ſic dictus eſt, teſte Porphyrione in Horatii Sat. 3. 45. Acro tamen eum cujus oculi huc illuc celeriter moverentur, Pætum nominatum exiſtimat. Hoc Æliorum fuiſſe cognomen Cicero, tum in Sextiana, tum etiam in Cluentiana 72. demonſtrat, cum ait, Quid tu, inquit; Pæte: hoc enim ſibi Stalenus cognomen ex imaginib. Æliorum delegerat, ne ſi ſe Ligurem feciſſet, nationis magis ſuæ quam generis uti cognomine videretur. Ubi tamen in omnibus, quos ego quidem viderim libris, Pacete, pro Pæte corrupte legitur. Cati a P. Ælio dicti ſunt, quem Ennius, quia Juris Civilis omnium peritiſſimus eſſet, Catum, i. e. Sapientem, authore Varrone appellavit. Lamiæ vero a Lamo Formiarum tyranno. Hor. 3. Od. 17. 1.

Æli, vetuſto nobilis ab Lamo
(Quando & priores hinc Lamias ferunt
Denominatos & nepotum
Per memores genus omne faſtos)
Authore ab illo ducis originem
Qui Formiarum mœnia dicitur
Princeps, & innantem Maricæ
Litoribus tenuiſſe Lyrim
Late tyrannus. Hæc ex Richardo Streinnio.

Æliorum familia Romæ pauperrima fuit: adeo ut ſexdecim eodem tempore Ælii fuerint: quibus una domuncula erat, & unus in agro Veientano fundus, inque maximo circo Flaminio ſpectaculi locus. quæ quidem loca ob virtutem publice donata poſſidebant. Eadem gens nullum ante ſcrupulum argenti habuit, quam Paulus Perſe rege devicto,

Q. Ælio Tuberoni genero ſuo quinque pondo argenti ex præda donaret. Val. Max. lib. 4. cap. 4.

Ælios cum diphthongo, & Helios cum aſpiratione in antiquo marmore invenimus: ut author eſt Volaterr. in Anthropologia. Diſtinguendi tamen ſunt Ælii ab Helviis auctore Rupert. ad Pomponii Enchirid. p.356. ubi tabulam quoque Æliorum genealogicam exhibet. p.346. ſeqq.

Ælia ſeries. h. e. Æliorum familia. Claud. in Laud. Seren. reginæ, epigr. 22. 56. Hiſpaniam alloquens,

— ſeries his fontibus Ælia fluxit.

Ælium Catum quum legati Ætolorum in Conſulatu prandentem in fictilibus adiiſſent: miſſa ab his vaſa argentea non accepit: neque aliud habuit argenti ad ſupremum vitæ diem, quam duo pocula, quæ L. Paulus ſocer ei ob virtutem devicto Perſe rege donaſſet. Plin. lib. 33. cap. 11. Hic teſte Cicerone lib. 1. de Oratore, prudentia & Juris Civilis ſcientia præditus, hoc carmine celebratur ab Ennio,

Egregie cordatus homo Catus Æliu' Sextus. Tuſc. 1. 9. Cenſuram cum M. Cethego egit, in qua in ſpectaculis ſenatum ſecrevit a populo, quum promiſcue prius ſpectaret. Cujus rei gratia plebs maxime eſt indignata. Volaterr. in Anthrop. Liv. 4. Decad. lib. 4.

Ælius Donatus, V. DONATUS.

Ælius Gallus ordinis equeſtris, Arabiam felicem primus ſubegit Romanis, ab Auguſto imperatore miſſus. Plin. lib. 6. cap. 28. Strabo lib. 2. & lib. 16. & lib. 17. Hujus amicitia uſus eſt Strabo Geographus, & cum eo Nilum navigavit, totamque fere Ægyptum luſtravit, ac bonam etiam Africæ partem. Teſtis ipſe Strabo.

L. Ælius Grammaticus cognomine duplici fuit: Nam & Præconinus, quod pater ejus præconium fecerat, vocabatur: & Stilo, quod orationes nobiliſſimo cuique ſcribere ſolebat, tantus optimatum fautor, ut Metellum Numidicum in exilium comitatus ſit. Sueton. de Ill. Gramm. cap. 3. Plin. lib. 9. cap. 35. Ælii Stilonis teſtimonium citat adverſus Feneſtellam. V. Gell. 2. 21. & Burm. ad Quint. 1. 6. p. 81.

Ælius Mancia Formianus Libertini filius, de quo legendus Valer. Max. lib. 6. cap. 2. 8. Al. Helvius.

Ælius Meliſſus, ait Gell. lib. 18. cap. 6. Noſtra memoria fuit Romæ ſummi quidem loci inter Grammaticos: ſed majore in literis erat jactantia & σοφιστεία, quam opera. Is præter alia quæ ſcripſit compluria, librum edidit de Loquendi Proprietate: ubi matronam eam eſſe dicit, quæ ſemel peperit: quæ ſæpius, matremfamilias, ſicuti ſus quæ ſemel peperit, porcetra dicitur: quæ ſæpius ſcropha.

Ælius Prætor; de quo Valer. 5. 6. 4.

Q. Ælius Tubero, vita & oratione durus, incultus & horridus fuit, eamque ob cauſam honoribus ſuorum majorum reſpondere non potuit, ut Cicero de eo ſcribit in Bruto, cap. 31. Filium hic habuit L. Ælium Tuberonem Græcis & Latinis literis eruditiſſimum, & antiquitatis peritiſſimum, ut Cicero eodem loco teſtatur. Hujus nepos fuit L. Ælius Tubero, qui in Africam bello Civili Pompeiano a Senatu miſſus, & Uticam veniens, ab Actio Varo portu & oppido una cum ſuo filio tum ægroto prohibitus eſt: Quam injuriam filius ut ulciſceretur, Q. Ligarium, qui tum in Africa Legatus a C. Conſidio relictus erat. apud Cæſarem Dictatorem accuſavit, defendente Cicerone: ut conſtat ex ea oratione quæ adhuc extat. Et cum cauſam non obtinuiſſet, a cauſis agendis ad Jus Civile ſe contulit: ut ſcribit Pomponius de Orig. Juris.

L. Ælius Verus, Cejonii Commodi F. Ab Hadriano Imp. adoptatus, Cæſaris nomen, a principis & Aug. nomine diſtinctum primus, unaque Trib. pot. accepit, & ſucceſſor ab eodem Imperii deſtinatus, e poto pharmaco Kalendis Januariis Anni ſeq. deceſſit. Fuit imbecilla valetudine & voluptatibus deditus. Ante adoptionem & L. Aurelius Verus appellatus eſt. V. Spartian.

ÆLIUS, a, um. Adj. ut, Lex Ælia ſæpius apud Cic. 9. Att. 1. 16. & 2. 9.

AELLO, ûs. [Ἀελλὼ] Ut Sappho Sapphus, Nomen eſt unius Harpyiarum: quæ tres eſſe finguntur, Aëllo, Ocypete, & Celæno. Teſtis Servius in 3. Æn. v. 209. & Ovid. 13. Met. 710. Dicta Aello, quaſi ἑλῶν ἄλλο, i. e. alienum tollens. Alii malunt a turbine & procella, quæ Græce ἄελλα dicitur. Id quod ſatis innuit Valer. Flac. 4. Arg. 450.

— Harpyiæ ſemper mea pabula ſervant:
Fallere quas nuſquam miſero locus, ilicet omnes
Deveniunt, niger intorto ceu turbine nimbus.

Aëllo, inter canes Actæonis cenſetur ab Ovid. 3. Met. 220.

Prævalidusque Lacon, & curſu fortis Aëllo. Ab impetuoſa velocitate nomen habet, ut dictum eſt.

ÆLŪRUS, [Αἴλουρος] Latine Felis dicitur, animal domeſticum, quod vulgo Catus appellatur, παρὰ τὸ αἰολεῖν τὴν οὐρὰν, h. e. a varianda & movenda cauda. Gell. lib. 20. cap. 8. Ælurorum quoque oculi ad eaſdem vices lunæ aut ampliores fiunt, aut minores.

Ælurus, Deus quidam fuit Ægyptiis celebris, [Imo felis pro numine culta] quod ex Herodoto in Euter. Diod. l. 1. licet cognoſcere, & Juvenale Sat. 15. 7. ubi ſcribit,

Illic Æluros, hic piſcem fluminis, &c. Sic enim legendum cenſet Io. Brod. Miſc. 7. 2. non Cœruleos. [V. ibi Schurzfleiſch. Qui pariter cum Doctis plerisque huic Brodæi feliciſſ. conjecturæ aſtipulatur. Conf. ibid. Grang. Turneb. Adv. 7. 8. & 8. 17. Athenag. Apolog. a principio.

Æ M

ÆMATHIA, V. EMATHIA, Sic enim ſcribi debet.

ÆMIDUM, tumidum Feſtus, & Gloſſ. Iſidori.

ÆMILIUS, V. ÆMYLIUS.

ÆMINIUM, Hiſpaniæ oppidum apud Ptolemæum.

ÆMINIUS, Fluvius Hiſpaniæ in Luſitania. Plin. lib. 4. cap. 22.

ÆMOCHARES, [Αἱμοχάρης] Martis fuit cognomentum, quaſi Sanguine gaudens Calep. Sed rectius HÆMOCHARES.

ÆMON, (vel ut alii ſcribunt, HÆMON) ŏnis. [Αἵμων] Viri proprium, cujus meminit Ovid. in Ibin. 56.

Nec tibi ſiquid amas, felicius Æmone cedat. Egnatius ex Euripide ſcribit hunc fuiſſe Creontis filium natu minorem, Menœci qui ſe pro patria devovit, fratrem: cui Antigone OEdipi filia deſponſata fuerat: illa vero patrem in exilium ſecuta, Æmon a Sphinge dilaniatus eſt. Æmon, ut alii tradunt, Juvenis fuit Thebanus, qui tanto amore dilexit Antigonem OEdipi & Jocaſtæ filiam, ut ad mortuæ tumulum ſeſe interfecerit. Fuerat autem Antigone juſſu Creontis, qui vetuerat Græcorum cadavera humari, jugulata, quod fratrem mortuum ſepulturæ noctu mandaſſet. Huc putarim reſpexiſſe Ovidium in carmine paulo ante citato. Propert. lib. 2. 8. 21.

Quid? non Antigones tumulo Bœotius Æmon
Corruit ipſe ſuo ſaucius enſe latus?

ÆMON, Nomen proprium viri apud Stat. 8. Theb. 498.

Sterneret adverſos etiamnum Iſmenius Æmon.

ÆMONA, [Αἰμώνα] Colonia eſt in Pannonia. Plin. lib. 3. cap. 25.

ÆMONENSIS, h. e. Æmonius. Cic. pro Flacc. 34. Citat præco voce maxima legatos Æmonenſes.

ÆMONĬA, [Αἱμονία] Oppidum Norici, apud Plin. lib. 3. cap. 24.

ÆMONIA, [Αἱμονία] Regio Græciæ. De ea ſic Plin. lib. 4. cap. 7. Sequitur mutatis ſæpe nominibus Æmonia. Eadem Pelasgicum Argos, Hellas, eadem Theſſalia, & Dryopis, ſemper à régibus cognominata. Ibi genitus rex nomine Græcus, a quo Græcia: Ibi Hellen, a quo Hellenes. Hos eosdem Homerus tribus nominibus appellavit, Myrmidonas, & Hellenas, & Achæos. Strabo in fine lib. 9. tradit eam aliquando Pandoram de matris Deucalionis nomine appellatam: dein Pyrrhæam ab ipſius Deucalionis uxore Pyrrha: ſed & Neſonidem a filio Theſſali Neſone. Hæmonia ſunt qui malint, quam Æmonia.

Nivalis Æmonia. Hor. 1. Od. 37. 19.

ÆMONIUS, Adj. [Αἱμόνιος] h. e. Theſſalicus.

Adulter Æmonius i. e. Jaſon. Valer. Flac. 8. Argon.

Artes. i. e. Artes magicæ. Ovid. 2. de Arte Am. 99.

Arcus. Ovidius 2. Met. 8.

Per tamen adverſi gradieris cornua Tauri,
Æmoniosque arcus. h. e. per Sagittarium cœleſte ſidus. Quod dixit propter Chironem Theſſalum, quem fabulantur inter ſidera relatum.

Boreas Æmonius. Sil. Ital. lib. 10. 11.

Culter. Ovid. 7. Met. 313.

Equus. Ovid. 3. Triſt. 11. 28.

Gens. Ovid. 1. Triſt. 9. 30.

Hoſpitium. i. e. Jaſonis. Propert. lib. 1. 15. 20.

Juvenis. h. e. Jaſon. Ovid. 17. Met. 132.

Lyra. Ovid. 4. Triſt. 1. 16.

Proceres. Ovid. 12. Met. 213.

Puppis. i. e. Argo. Ovid. de Arte Am. lib. 1. 6.

Ratis. i. e. Argo navis Argonautarum. Val. Flac. 2. Argon.

Terra. Ovid. de Rem. Am. 249.

ÆMONĬDES, [Αἱμονίδης] Nomen viri: non patronym. ut Thucydides. Virg. 10. Æn. 537. V. Servium.

ÆMŬLOR, [ζηλόω, ζηλοτυπέω] āri. Interdum pro Invidere accipitur: quia videlicet ex æmulatione fere naſcitur invidia. Cic. 1. Tuſc. 19. Quumque corporis facibus inflammari ſoleamus, ad omnes fere cupiditates, eoque magis incendi, quod iis æmulemur qui ea habeant quæ nos habere cupimus.

Æmulari proprie ſignificat Cum quadam invidia atque ambitione & quaſi certamine conari, alienum opus ſuperare, ut inde majorem gloriam conſequamur, quam ille quem æmulamur. Plin. 7. Epiſt. 30. Tu mihi bonum animum facis, qui libellos meos de ultione Helvidii, Demoſthenis orationi κατὰ Μειδίου confers. Quam ſane cum componerem, illos habui in manibus: non ut æmularer (improbum enim ac pene furioſum) ſed tamen imitarer, & ſequerer tantum quantum aut diverſitas ingeniorum maximi & minimi, aut cauſæ ſimilitudo pateretur.

Æmulari inſtituta civitatis alicujus. Cic. pro Flacc. 26. Ut omnes ejus urbis inſtituta laudare facilius poſſint quam æmulari.

Vitem æmularetur ulmus, ni pondus eſſet in culpa. Plin. lib. 16. cap. 43.

Æmulari cum aliquo. Liv. 3. Decad. lib. 8. 28. 43. Tanquam mihi ab infimo quoque periculum ſit, ne mecum æmuletur.

Æmulari, cum dativo. Quintil. lib. 10. cap. 1. Nam & conſummati jam patroni veteribus æmulantur.

Æmulari, pro Contendere. Quintil. lib. 1. cap. 3. Sunt etiam nonnulli acuendis puerorum ingeniis non inutiles luſus: quum poſitis invicem cujuſcunque generis quæſtiunculis, æmulantur.

ÆMULO, are. Antique activa forma, Idem. Apul. 1. Met. p. 149. Patris tui virtutes æmulaveris.

ÆMULANS, antis. Partic. [ζηλῶν] Liv. lib. 1. Decad. 1. 18. Æmulantium juvenum cœtum Pythagoram habuiſſe conſtat, &c.

ÆMULANTER, Adv. Tertul. adverſ. Hæret. cap. 40. Diabolus res tam æmulanter affectavit exprimere in negotiis idololatriæ.

ÆMULANDUS, a, um. [ζηλωθησόμενος] Plin. Epiſt. 110. Una diligimus, una dileximus omnes fere, quos ætas noſtra utroque ſexu æmulandos tulit.

ÆMULĀTUS, ûs. m. [ζήλωμα] Idem quod Æmulatio. Hinc Æmulatus agere, i. e. Æmulari. Tacit. 13. Ann. 46. 5. Otho, ne in urbe æmulatus ageret, provinciæ Luſitaniæ præficitur.

ÆMULATIO, ōnis. f. [ζῆλος, ζηλοτυπία] Cic. 4. Tuſc. 8. Æmulatio autem dupliciter illa quidem dicitur, ut & in laude & in vitio nomen hoc ſit. Nam & imitatio virtutis, æmulatio dicitur: ſed ea nihil hoc loco utimur: eſt enim laudis. Et eſt Æmulatio, Ægritudo, ſi eo quod quis concupierit, alius potiatur, ipſe careat. Ibid. Obtrectare vero alteri, aut illa vitioſa æmulatione quæ rivalitati ſimilis eſt æmulari, quid habet utilitatis? quum ſit æmulantis, angi alieno bono, quod ipſe non habeat: obtrectantis autem, angi alieno bono, quod id etiam alius habeat.

Æmulatio, ab Imitatione hoc diſtat: quod Imitatio ſimplex eſt, & livorem atque invidiam non admittit: Æmulatio autem habet quidem imitandi ſtudium, ſed cum malitiæ operatione. Virg. 6. Æn. 173.

Æmulus exceptum Triton ſi credere dignum eſt
Inter ſaxa virum ſpumoſa immerſerat unda. Ex Nonio.

Alit Æmulatio firmiores profectus in literis. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Alit Æmulatio ingenia. Paterc lib. 1. ſub finem. 17. 6.

Excitatur Æmulatio laude. Quintil. lib. 1. cap. 3.

Exercetur Æmulatio infenſa. Tacit. lib. 13. Quippe inter Agrippinam & Domitiam infenſa æmulatio exercebatur.

Æmulatio, pro Invidia. Valer. lib. 1. cap. de Cenſoria nota, Inſtinctu autem æmulationis, animo diffidens.

ÆMULAMENTUM, i. n. o. Tertull. f. Cyprian. adverf. Marc. 4. 1.
Quapropter merito nos æmulamenta locuti.
Ubi perperam antepenultima corripitur.

ÆMULATOR, oris. m. [ζηλωτὴς] Qui aliquem æmulatur. Cic. 2. Att. 1. Quod Sicyonii te lædunt, Catoni & ejus æmulatori attribuas Servilio.

ÆMULUS, [ζηλότυπος] Invidus, ut ait Nonius. Virg. 5. Æn. 415.
—æmula necdum
Temporibus geminis canebat fparfa fenectus. Æmulam fenectutem dixit, quod videatur quodammodo nobis invidère jucundiorem ætatis felicitatem.

Æmulus, Ejusdem rei ftudiofus, ut ait Servius: vel, ut Nonius, Sectator atque imitator. Accipitur autem & in bonam & in malam partem. Virg. 5. Æn. 187.
—partem roftro premit æmula priftis. Cic. pro Muren. 61. Fuit fummo ingenio vir Zeno: cujus inventorum æmuli, Stoici nominantur.

Æmulus & imitator ftudiorum alicujus. Cic. pro M. Marcell. 1.

Æmulus, Rivalis, & ejusdem mulieris vel rei alterius amator. Ter. Eun. 2. 1. 9. Iftum æmulum quod poteris ab ea pellito. Cic. 6. Att. 3. Licebit eum folus ames, me æmulum non habebis.

Æmulus alicujus de re aliqua, Contendens cum aliquo de re aliqua. Plin. lib. 15. cap. 18. Carthago de terrarum orbe per CXX. annos Urbis æmula. h. e. Cum urbe Roma certans de orbis imperio.

Æmula gummi arbor. Plin. lib. 1. cap. 9.

Fama æmula Herculei laboris i. e. Non minor quam quæ de Hercule olim ferebatur: vel, quam fi adventaret Hercules. Sil. Ital. lib. 4. 4.

Labra æmula rofis. i. e. Rofarum ruborem imitantia, & velut rubore cum rofis certantia. Martial. lib. 1. 4. 41.
Pæftanis rubeant æmula labra rofis.

Lingua æmula Timagenis, Quæ conatur imitari Timagenem. Hor. 1. Epift. 19. 15.

Lux. Stat. 2. Achill.

Marinis æmula muftela. Plin. lib. 9. cap. 17. Lacus Rhætiæ Brigantinus æmulas marinis muftelas generat. i. e. Similes & pares.

Mufæ ejusdem æmulus. Ufurpatur apud A. Gellium proverbii vice. Quadrabit in eos qui ejusdem artis aut difciplinæ funt ftudiofi. Erafm.

Sidus Veneris, æmulum Solis & Lunæ. Liv. lib. 2. cap. 8.

Virtus. Lucan. lib. 1. 120. —ftimulos dedit æmula virtus.

Umbra. Columel. lib. 5. cap. 6. Ne æmula umbra viti noceat.

ÆMUS, five HÆMUS [Αἷμος] Rex fuit Thraciæ potentiffimus, qui Rhodopen Strymonis fluvii filiam duxit uxorem. Hi in tantam arrogantiam elati funt, ut Æmus fe effe Jovem, Rhodope Junonem prædicarent, feque ut deos adorari juberent. Qua infolentia Jupiter indignatus, eos in montes commutavit. Ovid. 6. Met.

Æmus, feu (ut alii malunt) Hæmus, Mons eft Thraciæ, vafto jugo procumbens in Pontum: cujus excelfitas fex millibus paffuum fubitur. Nunc vocatur *Coftegnaz*. Oppidum habuit in vertice Ariftæum. V. Plin. lib. 4. cap. 11. In Pontum quidem vergit mons Æmus, cæteros ejus fpatii magnitudine ac fublimitate fuperans, mediamque Thraciam dividens. Strabo lib. 7. Exiftimat Polybius ex ejus vertice utrunque mare cerni, utpote Ægæum & Adriaticum. Id quod Strabo, ob ingens intervallum, falfum probat. Sententiam tamen Polybii fequitur Mela. Nomen ei inditum ab Æmo Boreæ & Orithyiæ filio. Author Stephanus de Urbibus. Servius in illud 1. Georg. 492.
Æmathiam & latos Æmi pinguefcere campos: tradit montem effe Theffaliæ. Sed hoc dixiffe putatur, quia Theffaliam a Thracia Æmus dividit. In eadem eft fententia idem Servius in illud 2. Georg. 488.
—ô qui me gelidis in vallibus Æmi
Siftat, &c. Liv. 4. Decad. lib. 10. montem defcribit.

Gelidus Æmus. Hor. 1. Od. 12. 6.

Geticus. Stat. lib. 1. Theb. 189.

Infelix mille furoribus. Val. Flacc. 1. Argon.

Nivalis. Claud.
Præda fumus jam Biftoniis, Æmoque nivali.

Nubifer. Claud. lib. 1. in Ruff. 334.

Nudus. Stat. 5. Theb. 16.

Nondum OEagrius Æmus. Ovid. 2. Met. 219. h. e. In quo Orpheus OEagri fluvii filius nondum fuerat a Mænadibus difcerptus: a cujus interitu poftea cognomen OEagrii fortitus eft.

Opertus nivibus. Ovid. 4. de Ponto, 5. 5.
Quum gelidam Thracen & opertum nivibus Æmum.

Orpheus, ab Orpheo ibi occifo. Martial. de Spectac. 3. 3.

Pulfus Aquilonibus Æmus. i. e. Agitatus. Ovid. 10. Met. 77.

Thracius. Lucan. lib. 3. 197.

Umbrofus Æmus. Ovid. 2. Epift. 113. Umbrofum putant appellari ob arborum denfitatem. [V. Liv. 40. 22.

ÆMYLIA [In nummis antiquis perpetuo Æmilius fcribitur per I] gens Romæ patritia antiqua & nobilis fuit, quam Feftus ab Æmylio Afcanii filio ortam fcribit. Plutarchus in Paulo a Mamerco Numæ regis filio Æmylios deducit: quod eo facilius credo, quia Æmylii Mamerci, & Mamercini, a gentis principe dicti funt. Æmyliorum autem alii Mamercini erant, a Mamerco gentis authore: alii Lepidi, a fermonis lepore: alii Pauli, a pufillo corpore: alii Scauri: alii Barbulæ. Ex hac gente fuit Æmylia virgo Veftalis Maxima, cujus difciplinam (Difcipulam legit Pigh. ex MSS.) extincto igne tutam ab omni reprehenfione Veftæ numen præftitit, qua adorante cum carbafum, quam optimam habebat, foculo impofuiffet, fubito ignis emicuit. Valer. Max. lib. 1. cap. 9.

Æmylius Lepidus puer etiam tum progreffus in aciem, hoftem interemit, civem fervavit. Cujus tam memorabilis operis index eft in Capitolio ftatua bullata, & incincta prætexta, fenatusconfulto pofita. Valer. Max. lib. 3. cap. 1.

M. Æmylius Lepidus Miloniano tumultu a Senatu Interrex creatus, deinde bello civili flagrante a C. Cæfare Urbi præfectus eft, ac mox eundem, contra morem majorum, Prætor abfentem Dictatorem dixit, ab eoque viciffim collega in Confulatu & Magifter equitum afcitus fuit. Poft necem Cæfaris ab M. Antonio Pontifex Max. creatus, perfide fenatus fiducia abufus, noviffime Triumvir Reip. Conftituendæ fuit cum M. Antonio & Octavio. In qua poteftate Africam fortitus cum viginti legionibus, eo imperio elatus, primas fibi partes vendicabat, Octaviumque fpernebat: nec auxilium contra Sext. Pomp. petentem juvit. Quapropter ab eodem fpoliatus exercitu, ac vita modo cum Pontificatu M. fupplici conceffa Circeios relegatus fuit, ac poftremo ludibrii caufa in Urbem revocatus, ibidem in fummo contemptu habitus fenex deceffit. Hic Paulum Æmylium Lepidum fratrem ante omnes profcripfit, quod ab eodem prius ipfe hoftis patriæ judicatus fuerat. Ex Volaterr. Apian. lib. 5. & Dion. lib. 49. Vellej. l. 2.

Æmylius Mamercus ter Dictator, Fidenates deficientes in poteftatem cum oppido recepit. Cenfuræ honorem, qui antea per quinquennium gerebatur, anni & fex menfium fpatio finivit. Quam ob rem Cenfores eum tribu moverunt, octuplicatoque cenfu ærarium fecerunt. Dictatura volens fe abdicavit. Ex Volaterr. & Liv. 1. Decad. lib. 4. V. Gronov. de Pec. Vet. 4. 1. Spanheim. de Ufu Numm. differt. 10. p. 30. 36.

Æmylius Paulus Conful cum Terentio Varrone temeritate collegæ inire pugnam cum Annibale coactus, apud Cannas cecidit: cujus cadaver inventum, hoftis honorifice tumulavit. Ex Volaterr. & Liv. 3. Decad. lib. 2. Hujus filius L. Æmylius Paulus, primo confulatu, quem poft tres repulfas adeptus erat, de Liguribus triumphavit. V. Liv. 5. Decad. lib. 5. Perizon. Animadv. Hift. p. 111.

Æmylius Porcina. Cic. in Bruto. 96. M. Æmylius Lepidus, qui eft Porcina dictus, iisdem temporibus fere, quibus Galba, fed paulo minor natu, & fummus orator eft habitus & fuit, ut apparet ex orationibus, fcriptor fane bonus. Hoc in oratore Latino primum mihi videtur & lenitas apparuiffe illa Græcorum, & verborum comprehenfio, etiam artifex (ut ita dicam) ftylus. Hunc ftudiofe duo adolefcentes ingeniofiffimi & prope æquales C. Carbo & T. Gracchus audire foliti funt.

Æmylius Regillus. Liv. l. 37. C. 58. Æmylio Regillo, qui claffe præfectum Antiochi regis devicerat, extra urbem in æde Apollinis quum fenatus datus effet, auditis rebus geftis ejus, quantis cum claffibus hoftium dimicaffet, quot inde naves demerfiffet aut cepiffet, magno confenfu Patrum triumphus navalis eft decretus. Triumphavit Cal. Febr. In eo triumpho undequinquaginta coronæ aureæ translatæ funt.

Æmylius Scaurus nobilis & pauper. Nam pater ejus, quanvis patritius, ob paupertatem carbonarium negotium exercuit. Idem primo dubitavit, honores peteret, an argentariam faceret: fed eloquentiæ confultus, ex ea gloriam peperit. Ædilis, juri reddendo magis quam muneri edendo ftuduit. Prætor adverfus Jugurtham pugnavit, ejus tandem pecunia victus. Conful legem de fumptibus & Libertinorum fuffragiis tulit. V. Auctor de Viris Illuft. C. 72. Volaterr. & Valer. lib. 3. cap. 2. & 7. Item lib. 4. cap. 6. & lib. 8. cap. 5. Cic. pro Fontejo 14. Ecquem hominem vidimus, ecquem vero commemorare poffumus, parem confilio, gravitate, conftantia, cæteris virtutibus, honoris, ingenii, rerum geftarum ornamentis, M. Æmylio Scauro fuiffe? Tamen hujus, cujus injurati nutu prope terrarum orbis regebatur, jurati teftimonio, neque in C. Fimbriam, neque in C. Memmium creditum eft. Hujus filius M. Æmylius Scaurus Syllæ privignus fecit in Ædilitate fua theatrum temporarium, opus maximum omnium quæ unquam fuere humana manu facta. V. Plin. lib. 36. cap. 15. Hic Prætor provinciam Sardiniam fortitus, repetundarum poftulatus eft apud M. Catonem, & a Cicerone defenfus. Afconius pro Scauro.

Æmylius, apud Sybarim Italiæ oppidum erat fpectatæ venuftatis adolefcens, mirum in modum venandi ftudiofus. Uxor autem novella cum in alterius puellæ complexus ipfum ire opinaretur, in faltus egreffa delitefcebat. Conquaffatis autem arbufculis, canes accurfant, & pro fera difcerpunt. Adolefcens feipfum interfecit. Plutarch. in Parallelis.

Æmylius Segeftæ in Sicilia tyrannus, cujus meminit Plutarch. Volaterr.

ÆMYLIUS, a, um, Adj. [Αἰμύλιος] Hinc ludus Æmylius. Hor. de Arte Poet. 32. Æmylii Lepidi ludus gladiatorius fuit, quod nunc Polycleti balneum eft. Porphyr.
Propert. 3. 3. de Ennio poeta,
Et cecinit Curios fratres, & Horatia pila,
Regiaque Æmilia vecta trophæa rate.

Æmylia Regio, eft Regio Italiæ, quæ & Flaminia & Romandiola dicitur: in qua funt urbes Ariminum, Cæfena, Saffina, Faventia, Ravenna, Imola, Forumlivii, Bononia, & Ferraria.

Æmylia tribus. V. TRIBUS.

Æmylia via. Strab. lib. 5. Æmylius Scaurus per Pifas & Lunam usque Sabatios viam ftravit Æmyliam. & hinc per Derthonem. Alia vero eft Æmylia, quæ Flaminiam excipit. Eodem enim in Confulatu M. Æmylius Lepidus, & C. Flaminius collegæ fuerunt. Victores autem Ligurum ftravere, hic quidem Flaminiam e Roma per Tufciam & Umbriam, usque Ariminum: Alter Æmyliam usque Bononiam. & ex ea in Aquilejam, prope Alpium radices, ducto per gyrum circa paludes opere.

ÆMYLIANUS, Adj. [Αἰμυλιανὸς] Quod eft ex familia Æmylia, & Quod ad Æmylios pertinet. Hinc Cornelius Scipio dictus eft Æmylianus, cum ex Æmylia familia per adoptionem in Corneliam tranfiviffet. Hic poftea etiam dictus eft Africanus partim a fuo avo adoptivo, partim etiam quod ipfe tandem extincta Carthagine plane Africam fubjugarit. conf. Dio. Caff. lib. 46. p. 322.

Æmyliana ædificia, erant extra Romam, de quibus Tacit. lib. 15. de Urbis incendio fub Nerone. Plus infamiæ id incendium habuit, quia prædiis Tigillini Æmylianis proruperat. Videbaturque Nero condendæ urbis novæ, & cognomento fuo adpellandæ, gloriam quærere.

Æ N

ÆNARE, [Αἰνάρη] Infula eft in Afia finitima Samo & Lesbo, ut tradit Plin. lib. 5. cap. 31.

ÆNARIA, æ. f. [Αἰναρία] Infula eft in Puteolano finu, quæ nomen affumpfit a ftatione navium Æneæ, ut fcribit Plin. lib. 3. cap. 6. Hæc Homero Inarime dicta, Græcis Pithecufa, non a fimiarum multitudine, ut aliqui exiftimavere: fed a figlinis doliariorum. Author ibidem Plin. Nunc Ifchia vocatur, a nomine oppidi imaginem coxendicis in monte præbentis. Hermol. in Plin. in ea funt aquæ vim medicam habentes: calculofis enim medentur. Author Plin. lib. 31. cap. 2. Stat. quoque 3. Sylv. 5.
Ænariæque lacus medicos, Statinasque renatas.

Ænariam, appellavere locum ubi Æneas claffem a Troja veniens appulit. Feftus.

ÆNARIUS, i. [Αἰνάριος] Lucus in Achaia, Peloponnefi regione, juxta Olenum oppidum, in quo Achæi de rebus communibus confultaturi conventum agebant. Strab. lib. 8. fub fin. fed idem paulo ante (Ed. Aldi p. 167. Cafauboni p. 265.) Ἀρνάριον, Arnarium hunc lucum vocat, ita ut alterutrum locum corruptum effe oporteat.

ÆNEA.

ÆNEA, æ. f. [Αἰνέα] Civitas postea dicta Janiculum, condita a Romulo filio Æneæ, ut inquit Dionysius. Hermol. in Plin. Dion. Halicar. l. 1. pag. 59.

ÆNEA, teste Herodoto lib. 7. Urbs in regione Cressa contermina Mygdoniæ. Hanc dicit Livius esse propinquam Thessalonicæ, & ab Ænea Trojano olim conditam. Et subdit, Proficiscuntur a Thessalonica Æneam ad statutum sacrificium, quod Æneæ conditori, cum magna ceremonia quotannis faciunt. Hæc Liv. 40. 4. At 44. 10. Ænia, peri.

ÆNEÁDES, Populi, ab Ænea Thraciæ oppido, qui & Æneatæ appellantur. Hermol. in Plinium. Liv. 40. 4. Eneates.

ÆNEATICUS, a, um. Adj. ab Ænea Thraciæ oppido, cujus lib. 4. Theophrastus meminit; Circa Ænean, inquit, ficus arbor scabiem non sentit.

ÆNĒAS, æ, m. [Αἰνέας] Heros Trojanus Anchisæ & Veneris filius creditus. Qui excisa Troja, post longos errores in Italiam venit; ut scribit Virgilius. Hic sapientia apud Trojanos, uti Hector fortitudine præstitit. Itaque hic manus, ille sensus putabatur: ambo ætate staturaque æquales. Autor Philostratus in Heroicis. Dictys autem Cretensis dicit, Æneam & Antenorem, Ilium prodidisse Græcis: domos eorum in direptione incolumes fuisse: postremo in Italiam ambos navigasse. Dares Phrygius Polydamanta, Antenorem, Dolonem, & Æneam proditores enarrat: dicitque ab Ænea Amphimachum & Nireum e Græcis interfectos. Homerus tradit eundem cum Diomede congressum in pugna: ac jam deficientem, Veneris matris auxilio adjutum: quæ demum & ipsa vulnerata, apud Jovem questa, hoc accepit responsum,

Non tibi bellorum partes mea nata dabuntur:
Dulcia conjugii sed tantum vincula cura.

De hoc V. Liv. l. 1. c. 1. & Justin. lib. 43.

Æneas post mortem consecratus Jupiter Indiges dictus est, ut ait Liv. l. 1. c. 2. quasi In loco vel genitus, vel degens, & magis propitius patriæ, loco, & civibus. De Ænea autem a Venere expiato, & deo facto, V. Ovid. 14. Met. v. 580. 603. &c.

Acer Æneas. Virg. 8. Æn. 938.
Anchisa generatus. Virg. 6. Æn. 322.
Anchisa satus. Virg. 6. Æn. 244.
Anchisiades. h. e. Anchisæ filius. Virg. 8. Æn. 407.
Bonus. Virg. 11. Æn. 770.
Castus. Hor. in Carm. Sec. Acron, Castum pro Religioso sive Propitio posuit: ut,
Hac casti maneant in religione nepotes. Alii castum dici putant Æneam, quasi Purum & immunem a proditione Trojæ, quam ardentem ait poëta sine fraude Æneæ. Sed hæc in gratiam Augusti dicta sunt. V. CASTUS.
Cretus a sanguine Trojano. Virg. 4. Æn. 191.
Venisse Æneam Trojano a sanguine cretum.
Cythereius, Cythereæ Veneris filius. Ovid. 13. Met. 625.
Dardanius. Virg. 6. Æn. 495.
Fatalis. Virg. 11. Æn. 232.
Ferus. Virg. 4. Æn.
Gens deûm. Virg. 10. Æn. 229. Servius: propter illud, Diis genite, & geniture deos.
Heros maximus. Virg. 6. Æn. 103.
Iliacus hospes, Trojanus, ab Ilio. Sil. Ital. lib. 8.
Impiger. Tibul. 2. 5. 39.
Improbus. Virg. 11. Æn. 512. i. e. Impiger.
Ingens. Virg. 6. Æn. 367.
Insignis pietate & armis. Virg. 6. Æn. 403.
Laomedontius. i. e. Trojanus, a Laomedonte Priami patre. Virg. 8. Æn. 18.
Magnanimus. Virg. 1. Æn. 18.
Magnus. Virg. 10. Æn. 159.
Maximus. Virg. 5. Æn. 530.
Penatiger, qui deos Penates secum asportavit in Italiam. Ovid. 15. Met. 450.
Phrygius. Virg. 12. Æn. 579.
Phryx. Propert. 4. 1. 2.
Pius, quia deos Penates, & Anchisen patrem suis humeris vectum, ab incendio Trojano eripuit. Virg. 1. Æn. 305.
Rhœteius. h. e. Trojanus, a promontorio Trojæ. Servius. Virg. 12. Æn.
Romanæ stirpis origo. Virg. 12. Æn. 166.
Sævus. Virg. 11. Æn. 108.
Satus gente deorum. Virg. 8. Æn. 36. Alibi dixit, Deûm certissima Proles.
Trojanus. Virg. 4. Æn. 124. Et 1. Æn. 596. Troius Æneas. Item 6. Æn. 52. Tros Æneas. Et 10. Æn. 250.
Tros Anchisiade, facilis descensus Averni.

SYLVIUS ÆNEAS. Virg. 6. Æn. 769. Ex posteris Æneæ. V. SYLVIUS.

ÆNEĂDÆ, Trojani, aliquando Romani, ab Ænea oriundi. Virg. 1. Æn. Ubi Servius: Æneadæ, nunc Trojani, aliquando Romani: ut 8. Æn. 648.

Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant. Idem lib. eodem 565.
Quis genus Æneadum, quis Trojæ nesciat urbem? Rursum Æn. 3. 18.
Æneadasque meo nomen de nomine fingo.

ÆNEIDES, æ. [Αἰνεΐδης] Al. ÆNĪDES. patronym. Virg. 9. Æn. 653.
Atque his ardentem dictis affatur Iulum,
Sit satis Æneide, telis impune Numanum
Opetiisse tuis.
Vocativus est. Ubi Serv. Patronym. hoc non venit ab eo quod est Æneas. Nam hic Æneades & ô Æneade faceret. Priscianus lib. 2. Si nominativus Græcus in ας, vel in ης, vel in ιος desinat, genitivus vero in ου diphthongum: a penultima brevis ante des invenitur in patronymico: ut Pelias Peliades, Æneas Æneades, Menœtias Menœtiades. Nam Ænides magis contra regulam authoritate poetica posuit Virgilius, e & 'a correptas in i productam convertens, vel quasi ab Æneus Ænides, sicut a Peleus Pelides, proferens in nono, Sit satis Ænide telis impune Numanum Oppetiisse tuis. Paulo post, Inveniuntur poetæ in quibusdam addentes quasdam literas, vel adimentes: ut Scipiades, pro Scipionides, & ut supra diximus, Ænides, pro Æneades. V. & Pier.

ÆNĔIS, ĭdos. [Αἰνηΐς] Poëma Virgilii de rebus gestis Æneæ. Statius ad finem 12. Theb. 826. Thebaida suam alloquens
Vive precor, nec tu divinam Æneida tenta:
Sed longe sequere, & vestigia semper adora.
Ovid. 2. Trist. 533.
Et tamen ille tuæ felix Æneidos author
Contulit in Tyrios arma virumque toros.

ÆNEIDOMASTIX, [Αἰνειδομάστιξ] Liber a Carbilio Pictore in Virgilium editus: quanquam non desint, qui eum a Mæcenate suppositum asserant. Hic ejus vitia furtaque adnotavit, ut sibi quidem persuaserat stultissimus nebulo.

ÆNĒIUS, a, um. [Αἰνήϊος] Adj. Virg. 7. Æn. 1.
Tu quoque littoribus nostris Æneia nutrix
Æternam moriens famam Caïeta dedisti.
Arma Æneia. Ovid. 1. Amor. 15. 25.
Tityrus, & segetes, Æneiaque arma legentur,
Roma triumphati dum caput orbis erit.
Carmina Æneia, h. e. de Gestis Æneæ. Lucan. ad Pison. p. 5. de Virg. & Æn.
Fata Æneia, Mors Æneæ. Stat. 5. Sylv. 3. 37.
Pietas. Ovid. 4. Fast. 799.
Virtus. Ovid. 14. Met. 581.

ÆNESI, dicti sunt Comites Æneæ. Festus.

ÆNESIDEMUS Dymæus, præsidii Argis per Achæos impositi præfectus, de quo videndus. Liv. 4. Decad. lib. 2.
Ænesidēmus, Stoicus Philosophus a Tertulliano memoratus. cap. 25. de Anima, & inde Lipf. lib. 3. Physiol. Stoic. Dissert. 7.

ÆNĔUS, a, um. Idem quod Æreus [χάλκεος] Columel. lib. 12. cap. 20. In coctura æruginem remittunt ænea vasa.
Candelabra ænea. Cic. 6. Verr. 26.
Equus æneus. Cic. 3. Off. 38.
Vinculum æneum, pro Perpetuo accipiunt poetæ: quoniam, ut inquit Porphyrius, æris metallum rubigine non consumitur. Cæl. Antiq. Lect. lib. 19. cap. 10. Vossio Æneus ex Ærineus; Prisciano lib. 1. conversione litteræ ex Æreus. Contra diæresi ex æneus videtur aëneus esse, ut Murus aëneus esto, Hor. 1. Epist. 1. 60. pro quo vulgo Aheneus scribunt, quod V. in AHENUM.

ÆNEATOR, [σαλπιγκτής] Tubicen, ab ænea tuba. Suet. in Cæsare Dictat. cap. 32. Quidam eximia magnitudine & forma, in proximo sedens repente apparuit harundine canens: ad quem audiendum, quum præter pastores plurimi etiam ex stationibus milites concurrissent, interque eos & æneatores, rapta ab uno tuba prosiluit ad flumen: & ingenti spiritu classicum exorsus, pertendit ad alteram ripam. Festus, Æneatores, Cornicines dicuntur. i. e. Cornu canentes. V. ibi Scal. & Torrent. ad Hor. 2. Carm. 1.

ÆNEOBARBUS, V. AHENOBARBUS.

ÆNEOLUM, Quod ex ære fit dicimus. Festus. Æneoli piscatores apud Petronium cap. 73. ex fragment. Trag. sunt Icunculi ex ære supra lucernas forma piscatorum effícti, ut Gœsius exponit.

ÆNI Insula, [Αἴνου νῆσος] Est insula in sinu Arabico Ptolem.

ÆNIA, [Αἰνέα] Stephano, Oppidum est Perrhœborum, non procul ab Acheloo fluvio, cujus meminit Strabo lib. 8.

ÆNIENSES, Quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 2. Hermolaus ab Ænia Perrhœborum oppido putat appellatos, quos in Epiro Græci modo Ænios, modo Æniadas vocant. Strabo Ænianas quoque nominat: V. Cellar. Geogr. 2. 13. p. 1061. & 1099. etiamsi alios hoc nomine in Ponto haberi meminit. Citantur Ænienses & a Livio.

ÆNIANENSES & Magnetes (ait Xenophon de Cyri minoris expeditione, lib. 6.) in medium processere, eamque saltationem in armis saltarunt, quam patria voce Carpæan appellant, de qua vide apud eundem Xenophontem.

ÆNIGMA, ătis. n. [αἴνιγμα] ut Valla interpretatur, Allegoria obscurior, quam divinare magis quam interpretari oporteat: V. Quintil. l. 8. c. 6. cujusmodi est hoc, Quot animalia manus effugerunt, non perdidimus: quot non effugerunt, perdidimus. Gell. lib. 12. cap. 6. Quæ Græci dicunt ænigmata, hoc genus quidam ex nostris veteribus scrupos appellarunt. Cic. 3. de Orat. 42. de Allegoriis: Sumpta re simili, verba ejus rei propria deinceps in rem aliam (ut dixi) transferuntur. Est hoc magnum ornamentum orationis, in quo obscuritas fugienda est. Etenim ex hoc genere fiunt ea quæ dicuntur Ænigmata. Ænigmata Polluci 6. S. 108. κυλίκεια ζητήματα vocantur eo quod inter pocula proponerentur: quorum hæc conditio, ut solvens auferret carnis portionem, ignorans exhauriret potionem muria mixtam.
Obscuritates & ænigmata. Cic. 2. de Divin. 64. Jam vero quo pertinent obscuritates & ænigmata somniorum? Apud Prudentium non semel invenitur pro Imagine & Figura, ut Cathem. 10. 134. Non immemor ille requiret Sua munera fictor & auctor, Propriique ænigmata vultus. Et Hymn. 2. Perist. sive de B. Laur. v. 118. etiam Argentea ænigmata legas, pro Nummis scil. notis & imaginibus inscriptis. Addunt Wouwerus, Ger. Jo. Voss. & alii ex eodem Hymno v. 96. quem legunt Ænigma nummis inditum; quod improbat Nic. Heinsius consensu veterum lib. firmatus qui Nomisma, vel Numisma ibi, non Ænigma, habent.

ÆNIGMATICUS, [αἰνιγματικὸς] Obscurus, & Ænigmatibus involutus.

ÆNIGMATISTES, æ. [αἰνιγματιστής] Qui ænigmata componit, aut proponit. Sidon. 8. Ep. 16.

ÆNIGMATIZO, Cathol. Per ænigmata loqui.

ÆNIOCHI, V. ENIOCHI.

ÆNĬTŎLŎGIUM, Carminis genus quod capit dactylos duos & trochæos tres. ut Prælia dura placent truci juventæ. V. Servium in Grammat. Putschii. p. 1826.

ÆNNA, seu ENNA, vel HENNA. V. Drakenb. ad Sil. 1. 93. [Αἴννα] Civitas est in medio Siciliæ in excelso loco ac undique prærupto sita, proinde inexpugnabilis. Authores Strabo l. 6. & Liv. l. 24. c. 37. seq. Juxta Ænnam rapta credebatur Proserpina a Plutone. Inter naturæ miracula refert Arist. & Halieuticôn 3. Oppianus. Meminit & Stephanus, Plin. sed fusius Cic. 6. Verr. 106. Hodie *Anna.*

ÆNNENSES, sive ENNENSES, Quum vellent a Romanis ad Carthaginenses deficere, L. Pinarius præsidii præfectus omnes ad concionem vocatos ultima internecione clam submissis militibus armatis delevit. Liv. d. l. Meminit Cic. sæpius in Verrin.

ÆNNÆUS vel Ennæus vel Hennæus potius, ut in Nummis, alterum Gentile. Diva Hennæa i. e. Proserpina Sil. d. l. Ceres eid. v. 214. Cic. in Orat. 210.

ÆNOBARBUS, V. AHENOBARBUS.

ÆNONA, æ. [Αἰνώνη] Civitas Illyrici, cujus meminit Plin. lib. 3. c. 21.

ÆNOS, Αἶνος] Oppidum Thraciæ liberum cum Polydori tumulo, Ciconum quondam regio. Verba sunt Plin. lib. 11. cap. 4. Straboni Poltiobria dicitur. Hermol. in Plin. Ænon prius a conditore Poltiobriam vocabant, itemque Absynthum. nunc Ænos ab Æno amne, qui secus Ossam montem labitur: sive ab Æno Gynæi fratre. Strabo, Apollodorus, cæteri.

ÆNOS, [Αἶνος] Differt a Mytho, i. e. Fabula: quia Ænos, ut Aristophanis interpretes produnt ad Vesp. 1251. non pueris concinatur, sed ad viros dirigitur: nec consolatorius modo est, sed paræneticus quoque. Admonet enim & docet: quod Hesiodum fecisse animadvertimus. Ænon sunt qui apologum interpretentur, item proverbium quandoque. Cæl. Antiq. Lect. lib. 15. cap. 28. Idem lib. 28. cap. 4. Griphum alio vocabulo Ænon dicunt: quod ex Eustathio est. Uti apud Clearchum: Vir, non vir; avis, nec tamen avis; lignum, non lignum; lapis, non lapis. Significantur vero hæc: Eunuchus, vespertilio, ferula, pumex. Quintil. lib. 5. cap. 11. Ænon Græci vocant: nostrorum quidam non sane recepto in usum nomine Apologationem.

ÆNULUM, Vas ex ære parvum. Festus. [Videtur scribendum Aënulum. V. AHENUM.

ÆNUS, i. m. [Αἶνος] Mons est Cephaleniæ, in quo Ænæsii Jovis templum est, teste Strabone in decimo, cujus & Leon meminit in περίπλῳ, & Demosth. ἐν λιμέσι. Item Hesiodus hoc carmine,

Ἔνθ᾽ αἵ γε εὐχέσθην Αἰνηΐῳ ὑψιμέδοντι: h. e.

Fundebantque preces Æneio altitonanti. Ab Æno enim Æneius deflexit.

AĒNUS, a, um. [χάλκεος] ab Æs æris factum, sed æ diphth. divisa. V. AHENUS.

AĒNUM, sive ÆNUM, i. n. Idem quod Ahenum, sive Vas super focum pendens, ut aqua in eo calefiat. V. Paul. JCt. D. 33. t. 7. l. 18. §. 3. Ubi Torrentinus & Haloander aheneum; sed Gothofredus, ut diximus. Adde eundem ad l. 38. §. 2. ff. de Action. empt. & vend.

ÆNUS, i. m. Germaniæ fluvius, qui in Danubium defertur, Vindelicos a Norico discriminans. Hermol. in Plin. Ptolem. 2. 11. & 12.

Æ O

ÆODA fuit, teste Homero in 10. Odyss. filia Æoli ex Lepatra conjuge.

ÆOLIA, æ. f. [Αἰολία] Insula Æoli. Stephan. aliter Strongyle, una ex septem Æoliis. Plin. lib. 3. cap. 9.

Æoliæ insulæ. V. Æolides insulæ. Æoliæ, ab Æolo qui ibi regnavit, ut & Vulcaniæ a Vulcano qui ibi officinam habuisse dicitur. Virg. 1. Æn. 54.

Æoliam venit. hîc vasto rex Æolus antro
Luctantes ventos, tempestatesque sonoras
Imperio premit, ac vinclis & carcere frenat.

ÆOLICUS, a, um. Adj. [Αἰολικὸς] Hinc digamma Æolicum apud Quintil. lib. 1. cap. 4. Et rursum cap. 6. Sive illa ex Græcis orta tractemus, quæ sunt plurima, præcipueque Æolica ratione declinata. Vide Burman. ad loc. p. 79.

ÆOLIDÆ, [Αἰολίδαι] Ovid. 9. Met. 506.

At non Æolidæ thalamos timuere sororum. Machareus Æoli filius cum Canace sorore concubuit, & ex ea filium suscepit. Byblis autem Cauni fratris amore capta, ad suum scelus elevandum, plurali numero utitur.

ÆOLĬDES, m. [Αἰολίδης] patronym. Epitheton Ulyssis apud Virg. Nam Anticliæ filius est, quæ ante Laertæ nuptias clam cum Sisypho Æoli filio concubuit, unde Ulysses natus est. Hoc ei apud Ovid. 13. Met. 31. Ajax etiam objicit,

— Quid sanguine cretus Sisyphio? Author Servius in illud Virg. 6. Æn. 529.

Hortator scelerum Æolides.

Misenus Æolides. Virg. 6. Æn. 164.

Misenum Æoliden, quo non præstantior alter
Ære ciere viros, Martemque accendere cantu. Bene Misenum dicit Tubicinem: Ipse est enim qui dicitur filius fuisse Æoli: quia constat sonum omnem ex vento creari. Servius in illud 3. Æn. 239.

— dat signum specula Misenus ab alta
Ære cavo.

Sisyphus Æolides, Æoli filius. Hor. 2. Carm. 14. 20.

— damnatusque longi
Sisyphus Æolides laboris.

ÆOLIDES insulæ, ait Diodorus lib. 6. cap. 3. Septem sunt numero (solus Servius novem facit) Strongyle, Euonyma, Didyme, Phœnicusa, Sacra (hanc alii Græca voce Hieram appellant) Vulcania, Lipara, in qua est ejusdem nominis civitas. Sitæ autem sunt inter Italiam Siciliamque recto cursu. Distant a Sicilia centum quinquaginta ferme stadiis, pares invicem magnitudine. Earum maxima circuitu complectitur stadia centum quinquaginta. Ignem hactenus evomebant omnes: quarum meatus oraque ignis etiam nunc visuntur. In Strongyle ac Sacra hucusque ex terræ hiatu ventus erumpit, & fœtor ingens: eructat quoque arenam lapidesque igneos permultos: quemadmodum & Ætnæ accidit. Asserunt nonnulli, meatus esse subterraneos, ab Ætna ad has insulas, & his omnibus eandem ignem spirandi causam esse. Has insuper insulas tradunt olim desertas fuisse: sed Liparum quendam Ausonis regis filium a fratribus dissidentem, ex Italia cum longis navibus advecta secum militum copia, ad insulam appulisse: quæ ab eo Lipara sit appellata: inque ea sui nominis urbe condita, reliquarum quoque insularum agros excoluisse. Eo senescente, Æolus Hippotæ cum sociis quibusdam in Liparam quum venisset: sumpta uxore Lipari filia, his postmodum insulis imperavit. Verum Liparus quum in Italiam reverti cuperet, juxta Surrentum tenuit loca, quibus magna cum laude præfuit. Defunctus deinde, ac magnifice sepultus, honores heroicos ab incolis assecutus est. Æolum vero (is est ad quem fabulæ Ulyssem errantem divertisse tradunt) justum ac pium extitisse legimus, & erga hospites perhumanum. Præterea velis uti nautas docuit. Observatione ignis, qui venti futuri essent prædixit. Unde & illum fabulæ ventorum potentem dixere. Ob eximiam ejus pietatem, Deorum amicus est nominatus.

ÆŎLIS, ĭdis. f. [Αἰολίς] patronym. h. e. Æoli filia vel neptis. Ovid. 11. Met. 574.

Æolis interea tantorum ignara malorum
Dinumerat noctes.

Æolis, Regio Hellesponto adjacens: Mysia quondam appellata Plin. lib. 5. cap. 30.

Æolis vel Æolia, est Regio Græcorum in Asia inter Ioniam & Troadem sita. Hinc dicitur Æolica lingua una ex Dialectis Græcorum. Plin. lib. 5. cap. 30. Mela. 1. 2.

ÆOLES, um. m. pl. Regionis illius Populi. Æoles inter tria Græcorum genera refert Cicero pro Flacco 27. Æolios vocat Velleius 1. 4. 4.

ÆOLIUS, a, um. [Αἰόλιος] Adj. ab Æolide regione. Hor. 4. Carm. 3. 12.

Fingent Æolio carmine nobilem. Ubi Porphyrio, Æolio carmine ita dictum accipe, ut si diceret, Lyrico carmine: quia quidam Lyrici poetæ, ut Alcæus, Æolica dialecto magis usi sunt. Sane Horatius Alcæum Lesbium imitatus est. Lesbos autem in Æolia regione est.

Fides Æoliæ. Hor. 2. Carm. 13. 28. i. e. Carmen lyricum.

Lyra. Ovid. 21. Epist. 15. 200. Domit. Calder. Æolia, i. e. Lesbia. Nam Lesbos insula Æolica est: imo Æolicarum ferme urbium metropolis, ut scribit Strabo, qui author est Æolicam gentem magnam fuisse, & per totam ferme Græciam evagantem. V. Plin. 6. 2. Lesbia autem fuit Sappho.

Plectrum. Propert. lib. 2. 3. 19.

Puella. Hor. 4. Carm. 9. 12. i. e. Sappho Lesbia.

ÆŌLUS, i. m. [Αἴολος] Filius Jovis ex Acesta sive Sergesta, filia Hippotæ Trojani, a quo dicitur Hippotades. Ovid. 14. Met. 224.

Æolon Hippotaden cohibentem carcere ventos. Hic regnavit in Æolia, & invenit rationem ventorum. Proinde ventorum rex & ventus dicitur a poetis. Servius: Æolus, ut Varro dicit, Rex fuit insularum, ex quarum nebulis & fumo Vulcaniæ insulæ, prædicens futura flabra ventorum, ab imperitis visus est ventos in sua potestate retinere.

Æolus rex Tuscorum. De quo Plutarchus in Parallelis. num. 28.

Æolos duos faciunt Direchidas apud Janum Parrhasium, & Diodorus Sicul. lib. 5. cap. 6. & 7. Priorem, Hellenis filium. Hellenis autem pater fuit Deucalion. Posteriorem, Hippotæ ex Menalippe. Hujus posterioris filiam Arnen compressit Neptunus. Qua de re indignatus pater Metapontino cuidam qui tum casu advenerat, Arnen ea lege tradidit, ut Metapontum illam deferret. Quo delata, geminos peperit, Æolum, & Bœotum: quem propterea Bœotum dixit quod statim natum intra boum stabulum abjecerit. Quod igitur inter boves fuit nutritus Bootus, & postea Bœotus est appellatus, ut tradit Euphorion.

Æolus pater, Æolus imperiosus. Stat. 10. Theb. 240.

Æolus tempestatum rex. Virg. 1. Æn. 145.

ÆOLIUS, Adj. [Αἰόλιος.] Virg. 5. Æn. 791.

— maria omnia cœlo
Miscuit, Æoliis nequicquam freta procellis. Ovid. 1. Met. 262.

Protinus Æoliis Aquilonem claudit in antris.

Tyrannus Æolius, h. e. Æolus insularum Æoliarum rex. Ovid. 14. Met. 224. &c.

Senex, Sisyphus Æoli filius. Sen. Hippol. 12.

ÆOLIPȲLA, æ. f. Vitruvius lib. 1. cap. 6. Fiunt Æolipylæ æreæ, cavæ. Hæ habent punctum angustissimum, quo aquæ infunduntur: collocanturque ad ignem: & antequam calescant, non habent ullum spiritum: simulac autem fervere cœperint, efficiunt ad ignem vehementem flatum. Hactenus Vitruv. Porro dictæ sunt Æolipylæ, quasi αἰόλου πύλαι: i. e. Æoli sive venti portæ. Qua figura, quave materia fiant, parvi refert, dum cavæ sint, exiguumque habeant foramen, per quod infusa aqua, dum ad ignem collocatæ fervere cœperint, tandiu flatum efficiat, donec quicquid intus habent humoris, sit fervore exhaustum, & in auras abierit.

ÆON, ōnis. m. [αἰὼν] Seculum, æternitas, mundus. Tertull. de Præscript. cap. 49. Istum æonem in defectionem factum. Eadem vox ibidem occurrit & cap. 33. 34. & sæpius de Fabula 30. Æonum, scil. Deorum partim marium, partim fœmellarum, cujusmodi Æonas finxit Valentinus hæreticus. conf. Irenæum 2. 4.

ÆOS, [Αἶος] Typhonis fuit filius, quem quidam scribunt Paphon Cypri civitatem condidisse, cum tamen sint qui Paphi Pygmalionis filii opus esse scribant.

Æ P

ÆPALIUS, quum e regno suo fuisset expulsus, Herculis ope atque opera restitutus est. In cujus beneficii memoriam, ei jam rebus humanis circa OEtam defuncto, gratiam reddidit: quippe Hylum inter ejus filios natu majorem, adoptavit. Isque regni successionem suscepit, & nati natorum, & qui ab eo progeniti fuere. Strabo lib. 9.

ÆPĒA, æ. [Αἴπεια] Urbs Laconiæ, quæ & Thuria dicta est, Pheris contermina, sita in excelso colle, unde Æpea, i. e. Celsa nuncupata est. Strab. lib. 8. p. 249.

Est & Cypri urbs Æpeia, de qua Plutarchus in Solone; & alia Cretæ apud Byzantium Steph. urbium & populorum scriptorem.

ÆPHITIUS, a, um. Adj. Stat. 4. Theb. 296.

Æphitios idem ardor agros, & Psophida celsam
Vastat. Ubi Lactantius: Æphitios: civitatem vel montem a ducis nomine nuncupatos. Hi quoque Arcadiæ populi. al. Æpytius.

ÆPOLIUM, ii. n. Sarmatiæ Europææ urbs, circa fluvios Tyram & Istrum. V. Plin. 4. 12.

ÆPITUS, Arcas fuit genere: Heros nobilis inter Græcos, qui ad Trojam profecti sunt. Cujus meminit Homer. 2. Iliad. 604.

ÆPULO, Histrorum rex, qui oppido in quod confugerat, ab Romanis capto, trajecit ferro pectus, ne vivus caperetur. Liv. 5. Dec. lib. 1.

ÆPY, [Αἰπυ] Urbs Messeniorum, quondam sub Nestoris ditione, cujus meminit Homerus 2. Iliad. 538. sive Bœot. 99.

Inde vadum Alphei Thryon, altis turribus Æpy. Strab. lib. 8. p. 241. Urbis nomen Æpy, h. e. Sublime, ex eo quod illi situ naturali obvenit. Stat. 4. Theb. 180.

Quæ Thryon, & summis ingestum montibus Æpy.

ÆPȲTUS, i. m. Messeniorum rex, educatus in Arcadia apud maternum avum Cypselum, regnum paternum cæde Polyphontis recuperavit. Apollodor.

Apollodor. lib. 2. extremo, ubi quidam Αἴγυπτ☉ legunt, ſed Pauſanias Meſſen. p. 113. Gr. Αἴπυτ☉. Hinc

ÆPYTĪDES, Æpyti filius. Virg. 5. Æn. 547. & pl.

ÆPȲTIDÆ appellati reges Meſſeniorum ab illo. V. Pauſan. in Meſſen.

ÆPȲTĬUS, a, um. Adj. V. ÆPHITIUS.

Æ Q

ÆQUABILIS, V. ÆQUUS.

ÆQUÆVUS, a, um. [ὁμῆλιξ] compoſitum ex Æquus & Ævum. Ab eo quod ſit alteri æqualis ævo, i. e. coætaneus. Iſid. l. 10. Plin. lib. 16. cap. 44. Verum altera lotos in Vulcanali, quod Romulus conſtituit ex victoria de decumis, æquæva urbi intelligitur. Virg. 2. Æn. 561.

Ut regem æquævum crudeli vulnere vidi
Vitam exhalantem. Nomen eſt proprie poëticum. Nam æqualis, oratorium eſt.

Corpus, æquævum. Sil. Ital. lib. 3. 479.

Grex. Sen. Agam. 7. v. 639. de pueris ejuſdem ætatis.

Majeſtas. Claud. 8. Paneg. 121.

Palmes æquævus. Stat. 5. Sylv. 1. 48.

ÆQUALIS, V. ÆQUUS.

ÆQUAMENTUM, i. n. [ἰσότης] ab Æquo, Vet. Gloſſ. idem quod Æquilibrium. Non. 1. 11. Hoſtimentum eſt æquamentum, unde & hoſtes dicti ſunt, qui ex æqua cauſa pugnam ineunt. Ibid. 28. Amuſſis eſt æquamentum levigatum &c.

ÆQUANĬMUS, a, um. ex Æquus & Animus compoſ. [εὐγνώμων] Animi æqui & ſedati. Auſon. Sect. 4. v. 3. ad Drepanium, de ludo ſeptem ſapientum,

Æquanimūs fiam te judice: ſive legenda,
Sive tegenda putes carmina quæ dedimus.

Cicero, Bono animo, & æquo animo eſſe dixit. Conf. ANIMÆQUUS.

ÆQUANIMĬTAS, ātis. [εὐθυμία, εὐγνωμοσύνη] Animi æquitas. Hæc eſt propria ejus nominis ſignificatio: nempe perpetua quædam tolerantia, quum ſcilicet nulla re graviter indignamur, ſed æquo animo ferimus omnia. Budæus ægritudinum vacuitatem interpretatur.

Plin. lib. 18. cap. 12. Invenio apud authores æquanimitatem fieri veſcentibus ea.

Æquanimitas populi, Favor, & propitius animus, ut ait Donatus. Ter. prol. Phorm. v. 35.

Bonitasque veſtra adjutans, atque æquanimitas.

ÆQUANIMITER, [εὐγνωμόνως] Moderate, patienter, æquo animo. Macrob. 2. Saturn. 4. Ammian. 19. 21.

ÆQUATIO, V. ÆQUO, as.

ÆQUĀTOR, ōris. m. [ἰσημερινὸς] Circulus in Sphæra, ad cujus medium ubi ſol pervenit, tunc æquales ſunt noctibus dies: hunc & Æquinoctialem vocat Plinius. V. ÆQUIDIES.

ÆQUE, V. ÆQUUS.

ÆQUESILICI, Hiſpaniæ populi. Plin. lib. 3. cap. 3.

ÆQUI, [Αἰκοὶ] Qui fuerint populi, non facile diſtinguitur, commixti alioqui Latinis & Volſcis. Volaterr. lib. 6. Geogr. Hos Liv. lib. 9. C. 45. vocat veteres Romanorum hoſtes: traditque unum & quadraginta eorum oppida intra dies ſexaginta omnia oppugnando ab Romanis capta, & pleraque diruta atque incenſa, nomenque Æquorum prope ad internecionem deletum.

ÆQUICOLUS, a, um. ut Gens Æquicola, [Αἰκικλοὶ] Virg. 7. Æn. 746.

Horrida præcipue cui gens, aſſuetaque multo
Venatu nemorum, duris Æquicola glebis:
Armati terram exercent: ſemperque recentes
Convectare juvat prædas, & vivere rapto.

Ovid. 3. Faſt. 63.

Quintum Laurentes, bis quintum Æquiculus acer. [Uterque populus Unus idemque fuit, ut & ſeq.

ÆQUICULANI, Idem Italiæ populus. Plin. lib. 3. cap. 12. qui etiam ibidem Æquicolos vocat. Cellar. V. Geogr. Ant. 2. 9. 342.

ÆQUIDIĒS, ei. [ἰσημερία] Ea forma qua Æquinoctium dicimus. Jo. Neuſtr. Archithren. lib. 8. cap. 9.

— æquator ſolem ſtatione reflectit,
Æquidiemque facit. Idem lib. 9. cap. 4.
Ciculus æquidiem librans, Auſtrumque colurus
Qui ſecat & Boream, Zephyri ſub cardine mundum
Auroræque ligant. Ibid. cap. 5.
— hæc plenior, illa
Æquidie brevior, brumalibus evolat horis.

ÆQUIDIĀLE, is. [ἰσημερινὸς] Feſtus, Æquidiale apud antiquos dictum eſt, quod nunc dicimus Æquinoctiale: quia nox diei potius, quam dies nocti annumerari debet. Græci quoque in hoc conſentiunt, ἰσημερίαν, i. e. Æquidiale dicentes.

ÆQUIDISTANS, antis. Ordines æquidiſtantes. Aggen. Urb. p. 53. Circuli paralleli, æquidiſtantes latine. Mart. Capell. 8. p. 276.

ÆQUIFORMIS, e. ut Verſus æquiformes. Diomedes p. 498.

ÆQUILANIUM, ii. n. videtur ex Æquus & Lana compoſitum. Feſtus, Æquilanium ſignificat ex toto dimidium: dictum a lavatione lanæ, quæ dicitur æquilanio redire, quum dimidium decidit ſordibus. Hæc Feſtus. Scribitur in nonnullis exemplaribus, Æquilavium, per v in pen. ut ſit ab æquus, & lavo lavas. [Sic edit. Dacer. & Gothofr. nec aliter legendum. Sed & Decedit, malim.

ÆQUILANX, ancis. Fulgent. de Cont. Virg. Tunc demum trutina æquilance ponderatur ac diſponitur.

ÆQUILATATIO, onis. f. [ἰσοπλάτυνσις] Nomen duriuſcule compoſitum ex Æquo & Latum: quaſi Æqualium linearum ſecundum latitudinem productio. Vitruv. lib. 2. cap. 8. & 9. 8. Tunc ab centro diducto circino ad lineam planitiæ æquilatatio ſignetur, ubi erit litera, e, ſiniſtriore parte, i. e. Æqua ſive Æqualis latitudo.

ÆQUILATĔRUS, a, um. Adj. ab Æqualitate laterum. Firmicus lib. 2. cap. 11. Quum æquilateri trianguli figura, in ſemet æqua ſit & conveniens.

ÆQUILATERĀLIS, Idem. Cenſorin. cap. 8.

ÆQUĬLĀTUS, ĕris. c. Species trigoni. Auſon. Edyll. 11. 51.

Per trinas ſpecies trigonorum regula currit,
Æquilatus, vel crure pari, vel in omnibus impar.

ÆQUILAVIUM, V. ÆQUILANIUM.

ÆQUILIBRIUM, ii. n. [ἰσοῤῥοπία] Æquatio libræ, quum ſcilicet pondera ita ſunt æqualia, ut neutra pars libræ præponderet: h. e. in neutram partem libra inclinet, quod & libramentum dicitur.

Æquilibrium membri, Gell. lib. 20. cap. 1. per metaphoram poſuit, ita ſcribens; Nam cui membrum ab alio ruptum eſt, ſi ipſi itidem rumpere per talionem velit, quæro an efficere poſſit rumpendi pariter membri æquilibrium? ut ſit ſenſus, an ita parem vicem reddere poſſit alteri, ut neque plus, neque minus rumpat ei membrum, quam ille ipſi ruperit. Uſus eſt & Seneca. Quæſt. Nat. 3. 25.

ÆQUILĬBRIS, e. [ἰσόῤῥοπ☉, ἰσοτάλαντ☉] ex Æquus & Libra compoſitum, proprie ſignificare videtur, Quod ad libram æquali conſtat pondere: ut ſi dicas, Hi nummi ſunt æquilibres: i. e. Æquali pondere. Transfertur tamen ad aliam æqualitatem. Vitruv. lib. 5. cap. 12. Deinde ad ipſam aquam & latera pulvino circiter ſeſquipedales margines ſtruantur, æquilibres ei planitiæ, quæ ſupra ſcripta eſt. h. e. Omnino æquales: quaſi ad libram æquati: vel quaſi æqualiter librati, ejuſdem libramenti.

ÆQUILIBRĬTAS, ātis. Cic. 1. de Nat. Deor. C. 39. Confugis ad æquilibritatem: ſic enim ἰσονομίαν (ſi placet) appellemus.

ÆQUIMANUS, i. m. [ἀμφιδέξι☉] A nonnullis dicitur velut Ambidexter qui ſcilicet utraque manu æque utitur. Nos enim ſiniſtram immunem & prope mancam inutilemque gerimus: quibuſdam utraque eſt munifex, & operoſa. Iſidorus 10. lit. A. extr. Æquimanus appellatur, qui utraque manu gladio incunctanter utitur. Auſon. in Monoſyll. Edyll. 12.

Quis Myrmilloni contenditur æquimanus? Thrax. conf. Bedam de Orthogr. p. 2330.

ÆQUIMELIUM, ii. n. Locus Romæ ubi domus Melii ſolo æquata fuit. Sp. enim Melius ob frumenti largitionem in ſuſpicionem affectatæ dominationis venit. Et quum ad populi, cui fuerat largitus, fidem confugeret: ab Servilio Ahala equitum magiſtro deprehenſus & occiſus eſt, domusque ejus diruta, & area Æquimelium dicta. Ex Liv. lib. 4. 16. Cic. pro Domo ſua 101. Sp. Melii regnum appetentis domus eſt complanata. ec quid aliud? æquum accidiſſe Melio populus Romanus judicavit? Nomine ipſo Æquimelii ſtultitia pœna comprobata eſt. V. Varr. de L. L. 4. 32. Aur. Vict. Vir. Illuſtr. cap. 17.

ÆQUIMENTUM, i. Nonius, Æquimentum poſitum eſt, non æquamentum, quaſi parem vicem: ſed merces, pro eo quod dicitur admiſſum. Varr. ſexageſ. An ſi equam emiſſes quadrupedem, ut meo aſino Reatino admitteres; quantum popoſciſſem, dediſſes æquimenti? hactenus Non. Equimentum putarim ſcribendum, ab equo, aut equa. Eſt enim merces pro admiſſura equi. [Sic in Theſ. Lipſienſi, ex Turneb. Adv. 29. 3. V. Merc. ad Non. Ego nil mutarim.

ÆQUINOCTIUM, ii. n. [ἰσημερία] ex adj. Æquus, & Nox: quaſi Noctis cum die æqualitas. Varro lib. 4. de L. L. Quod dies æquus ſit ac nox, æquinoctium dictum. Cæſ. 4. Bell. Gall. 46. Liv. 31. 47. & 5. 23. Columel. lib. 9. cap. 14. Idque optimæ notæ eniteſcit Autumni æquinoctio. quod eſt ante Calendas Octobris, cum octavam partem Libræ ſol attigit. Plin. lib. 18. cap. 25. Cardo temporum quadripartita anni diſtinctione conſtat, per incrementa lucis, Augetur hæc a bruma, & æquatur noctibus verno æquinoctio diebus 90. horis tribus. Deinde ſuperat noctes ad ſolſtitium diebus 93. horis 12. uſque ad æquinoctium Autumni. Et tum æquata die, procedit ex eo ad brumam diebus 89. horis tribus. Omneſque hæ differentiæ fiunt in octavis partibus ſignorum: Bruma, Capricorni, ab 8. Calend. Januarii fere: æquinoctium vernum, Arietis: ſolſtitium, Cancri alterumque æquinoctium, Libræ: qui & ipſe dies raro non aliquos tempeſtatum ſignificatus habent.

Autumnale æquinoctium. Columel. lib. 11. cap. 2. Octavo Calend. Octobris, & ſeptimo & ſexto, Æquinoctium autumnale, pluviam ſignificat.

Vernum Æquinoctium. Columel. lib. 1. cap. 2. Nono & octavo Calend. Aprilium. Æquinoctium vernum, tempeſtatem ſignificat.

ÆQUINOCTIĀLIS, e. [ἰσημερινὸς] Quod ad æquinoctium pertinet: ut Æquinoctialis circulus, qui & Æquator dicitur, & Tempus æquinoctiale. Plin. lib. 2. cap. 75. Sic fit ut vario lucis incremento, in Meroë longiſſimus dies 12. horas æquinoctiales, & 8. partes unius horæ colligat. Ibid. cap. 69. Quum æquinoctiali tempore ex eadem linea ortus occaſuſque cernatur. Catull. 44. 2. ad ſeipſum de adventu Veris,

Jam ver egelidos refert tepores,
Jam cœli furor æquinoctialis
Jucundis Zephyri fileſcit auris.

ÆQUĬPAR, ăris. Adj. Auſon. in Monoſyll. v. 113.

Biſſenas partes quis continet æquipares? As. i. e. Æquales.

ÆQUIPĂRO, [ἰσόω] āre. (non deſunt qui Æquipero ſcribant) ex adj. Æquus, & Par paris; Æquare: & quaſi æque parem facere. Virg. 5. Ecl. 48.

Nec calamis ſolum æquiparas, ſed voce magiſtrum.

Cic. 5. Tuſc. 17.

Nemo eſt qui factis me æquiparare queat.

Æquiparare, pro Comparare. Plaut. Mil. 1. 1. 11.

Cum quo bellator Mars haud auſit dicere,
Neque æquiparare ſuas virtutes ad tuas.

Æquiparare, dativo junctum. Liv. Mari tranquillo quod ventis concitaretur, æquiparando multitudinem Ætolorum.

Æquipero in Panegyrico Nazarii p. 190. meæ edit. H. St. [Cellarius tamen Æquiparare C. 3. §. 1. & 4, 2. edidit.

ÆQUIPARATIO, onis. f. [ἴσωσις] Gell. lib. 14. cap. 3. Æquiparatio ipſa plerunque & parilitas virtutum inter ſeſe conſimilium. Idem 5. 5.

ÆQUIPARABĬLIS, e. [ἰσωτὸ☉] Æquari vel Comparari cum aliquo dignum. Plaut. Trin. 2. 4. 65.

Ita tu nunc dicis, non eſſe æquiparabiles veſtras cum noſtris
Factiones atque opes? Idem Curc. 1. 3. 12.
Quid vidiſti, aut quid videbis magis diis æquiparabile?

ÆQUIPARANTIA, æ. f. Idem quod Æquiparatio. Tertull. adv. Valent. C. 16.

ÆQUIPOLLEO, [ἰσοδυναμέω] ēre. Æquivalere ſignificat, h. e. Æquum viribus & parem eſſe.

ÆQUIPOLLENS, entis. Apul. de Syllog. Cat. p. 36. de Hab. Doctr. Plat. p. 39.

ÆQUIPOLLENTIA, Æquivalentia.

ÆQUIPONDIUM, ii. n. [σήκωμα] ex adj. Æquum & Pondus. i. e. Ponderis æqualitas. ut ſi dicas, Aurum dedi ad argenti æquipondium. Legitur apud Vitruv. lib. 10. cap. 8. apud quem & Sacōma pro eodem. q. V.

ÆQUITERNUS, Tria ſimul æquiterna. Claud. Mamert. 2. 4. Id. 2. 8.

ÆQUIVALERE, [ἰσοῤῥοπεῖν] Æque poſſe. Author libelli de Philomela 5.

Nam quanvis aliæ volucres modulamina tentent,
Nulla poteſt modulis æquivalere tuis.

ÆQUITAS, ÆQUITER, V. ÆQUUS.

ÆQUĬVŎCUS, [ὁμώνυμ☉] ſignificans Res plures diverſas.

Æquivoca nomina, i. e. Ambigua. e. g.

Quis neget Æneæ magna de ſtirpe Neronem?
Suſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrem.

Ubi in ultimo verſu primum Suſtulit, peremit, occidit, quod Nero commiſit in Matre, alterum Suſtulit, exceptum humeris tulit, ſive geſſit, quod fecit Æneas, ſignificat. Citatur hoc Epigramma Suetonio in Nerone cap. 39. conf. Iſidor. 2. 26.

ÆQUIVOCE, Adv. Idem in Scholis.

ÆQUIVOCATIO, ōnis. Diverſa unius vocis ſignificatio, apud Dialecticos.

ÆQUOR, ŏris. n. [ὁμαλότης, πέλαγος] proprie Æqualitatem & planitiem ſignificat. Columel. lib. 8. cap. 17. Sublimius eſſe maris æquor oſtendat. Cic. 1. de Divin. 93. Ut enim Ægyptii, ut Babylonii in camporum patentium æquoribus habitantes. Hinc per ſynecdochen ſignificat Mare, fluvium, terram, campum, quia æquata ſint. Varro 6. de L. L. 2. Æquor mare appellatum, quod æquatum, commotum vento non eſt. Nonius l. c. Æquor, ab æquo & plano, Cic. 2. Acad. vocabulum accepiſſe confirmat, Quid tam planum quam mare? ex quo etiam æquor illud poëtæ vocant.

Altum æquor. Ovid. 2. Met. 263. Virg. 4. Georg. 528.
Anguſtum. Stat. 1. Achill. 29. pro Freto.
Æquor, Fluvius. Virg. 8. Æn. 68.
— viridesque ſecant placido æquore ſylvas. Nonius.
Arctoa, i. e. Scythica, quæ ſunt ſub Arcto. Val. Flac. 5. Argon.
Armatum ſcopulis. Claud. de Bell. Get. 26. 2.
Aſpera nigris ventis æquora. Hor. 1. Od. 5. 6.
Atlanticum, i. e. Oceanus. Hor. 1. Od. 31. 14.
Atrum. Valer. Flacc. 3. Argon. 500.
Cæruleum. Sil. Ital. lib. 15.
Cærula. Catull. in Argon. 64. 7.
Canens, h. e. Spumoſum. Caneſcit enim ſpuma. Sil. Ital. 4.
Canum. Lucan. lib. 8. 722.
Concita æquora mulcere, Maria commota placare & ſedare. Ovid. 2. Ep. 38.
Contracta, i. e. Anguſtiora & arctiora facta. Hor. 3. Od. 1. 33. Virg. 5. Æn.
Curva æquora. Lucan. lib. 8. 178.
Denſum, i. e. Gelatum. Lucan. lib. 2. 640.
Diductum. Ovid. 1. Triſt. 2. 21.
Diffuſum. Lucan. lib. 4. 82.
Dubium pendet æquor cui vento pareat. Nimirum quando flant venti contrarii. Lucan. lib. 5. 602.
Dura æquora, i. e. In glaciem indurata. Sen. Herc. 7.
Fervidum æquor, Æſtuans & valde commotum. Hor. 1. Od. 9. 10.
Fluitans æquor magnis anfractibus. Lucret. lib. 1. 719.
Hoſpita æquora luſtrare. Virg. 3. Æn. 377.
Horrida æquora. Hor. Od. 24. 41.
Hybernum. Catull. Argon. Hyemali frigore horrens.
Illiſa ſcopulis æquora reclamant. Virg. 3. Georg. 261.
Ima æquora petere. Virg. 9. Æn. 120.
Immania ponti æquora. Lucret. lib. 4. 412.
Immenſum ſpatiis æquor conficere. Virg. 2. Georg. 542.
Immenſa æquora. Virg. 6. Æn. 355.
Imperioſum. Hor. 1. Od. 14. 9.
Indignatum magnis ſtridoribus. Virg. 2. Georg. 162.
Indomita. Tibul. lib. 2. 5. 80.
Inertia, i. e. Pigra, non fluentia, quia glaciata. Lucan. lib. 6. 107.
Ingens æquor iterare. Hor. 1. Od. 7. 32.
Cras ingens iterabimus æquor. Id eſt, Iterum navigabimus, ait Acron.
Invia æquora faciunt venti. h. e. Innavigabilia. Ovid. 12. Met. 9.
Irata. Sil. Ital. lib. 4.
Læva. Virg. 3. Æn. 412.
Laſſa æquora ponunt furorem, i. e. deponunt. Stat. 2. Sylv. 2. 26.
Laſſatum fluctibus. Lucan. lib. 5. 703.
Latum. Hor. 1. Epiſt. 2. 20. & Ovid. 6. Met. 704.
Lenta æquora jacent. Lucan. lib. 5. 434.
Æquora lenta jacent alto torpore ligata. h. c. Congelata, & in glaciem concreta.
Liquidum. Stat. 1. Achill. 99.
Longum. Stat. 5. Theb. 484.
Longinqua. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 363.
Lunata, In modum bicornis lunæ recurva. Stat. 2. Sylv. 2. 13.
Magnum æquor metiri. Virg. 4. Georg. 388.
Magna æquora ſurgunt. Virg. 3. Æn. 196.
Maris æquora. Hor. 4. Od. 5. 10.
Maris æquor arandum eſt tibi. Virg. 2. Æn. 780.
Longa tibi exilia, & vaſtum maris æquor arandum.
Minax. Ovid. 19. Epiſt. 85.
Nam memini, quum te ſævum veniente minaxque
Non minus, aut multo non minus æquor erat.
Mobile. Ovid. 2. Epiſt. 128.
Mollia. Ovid. 22. Epiſt. 113.
Nigrum. Hor. 3. Od. 27. 23.
Patulum, i. e. Patens campus. Sil. Ital. lib. 13.
Pervia velis. Lucan. lib. 5. 439.
Placida. Virg. 8. Æn. 89.
Ponti æquora. Virg. 1. Georg. 469. Ubi Servius, Non ſine cauſa addidit Ponti: quia ſunt & Campi æquora.
Ponti æquora. Lucret. lib. 1. 8. i. e. Tranquillitas atque æquabilitas maris: Mare nullis ventis concitatum, & idcirco æquabile & tranquillum. Lambinus.
Procelloſum. Valer. Flac. 3. Argon. 621.
Proſciſſum. Virg. 1. Georg. 97.
Et qui, proſciſſo quæ ſuſcitat æquore terga. Ubi Servius, i. e. terram quam araverat.
Pulvereum, Campus pulverulentus, Planities pulverulenta. Stat. 11. Theb. 403.
Quieto æquore ferri. Hor. Epod. 11. 10.
Rapidum. Valer. Flacc. 4. Argon. 470.
Recuſſum. Valer. Flacc. 5. Argon. 166.
Refluum. Sil. Ital. lib. 2.
Revoluta. Virg. 10. Æn. 256.
Rubrum æquor Oceani: propter occidentis in eo ſolis radios. Virg. 3. Georg. 359.
Rubrum æquor, Mare rubrum, ſive Erythræum. Claud. 1. in Ruff. Et 7. Paneg. ad finem. 10. 168.
Sæva. Stat. 1. Sylv. 89. Et Ovid. 18. Epiſt.
Salſum. Lucret. lib. 3. 492. & 5. 1079.
Sinus æquorum. Sen. in Hippol. i. e. Marium.
Sinuata æquora. Sil. Ital. lib. 2.
Sinuoſa. Valer. Flacc. 3. Argon. 277.
Spumantia. Claud. in laudibus Seren. 29. 124.
Spumea. Sil. Ital. lib. 17.
Spumoſum. Lucan. lib. 2. 627.
Stratum. Virg. 9. Ecl. 57. V. Silet æquor.
Sulcata, i. e. quaſi In ſulcos roſtris navium ſciſſa. Sen. Agam. 6.
Summum æquor ſaxi, h. e. Superficies ac planities. Lucret. lib. 3. 905.
Summa. V. Sternunt venti æquora.
Toto æquore aliquem agere præcipitem, i. e. Per totum campum urgendo perſequi. Virg. 5. Æn. 456.
Turbida. Lucret. lib. 5. 998.
Tuta æquora tenere. Virg. 5. Æn.
Tranquillum. Claud. 5. Paneg. 10. 154.
Truculentum. Catull. in Argon. 64. 179.
Tumefacta. Sil. Ital. lib. 16.
Tumida. V. Placare æquora, & Sternunt venti æquora.
Vacuo æquore patent campi. Virg. 12. Æn. 710.
Vaſtum æquor currere. Virg. 3. Æn. 191.
Ventoſum. Ovid. in Ibin. 593. Et Virg. 6. Æn. 206.
Undivagum. Virg. de ortu Solis.
Undoſum æquor. Virg. 4. Æn. 313.
Arare æquor maris. Virg. 2. Æn. 780.
Caneſcunt æquora. Ovid. 3. Epiſt. 65.
Ciere æquora imo fundo, i. e. A fundo commovere. Virg. 2. Æn. 419.
Commovere æquora dicuntur venti. Lucret. lib. 2. 765.
Concurrunt æquora. Lucan. lib. 5. 607.
— motaque poſſunt
Æquora ſubductis etiam concurrere ventis.
Conſcendere navibus æquor. Virg. 1. Æn. 381.
Currere æquora. Virg. 5. Æn. 235.
Egerere æquora fundo. Stat. 5. Theb. 393. h. e. Aquam marinam e fundo navis ejicere.
Evertere æquora ventis. Virg. 1. Æn. 43. Stat. 5. Theb. 704.
— en validis ſpumant everſa lacertis Æquora.
Fervet æquor. Virg. 1. Georg. 327.
— fervetque fretis ſpirantibus æquor.
Frangere æquora vado. Lucan. lib. 2. 401.
Luſtrare æquor navibus. Virg. 3. Æn. 377.
Mergere aliquem æquore. Virg. 6. Æn. 348.
Mergere aliquem ſub medio æquore. Virg. 6. Æn. 342.
Miſcetur æquor magnis clamoribus. Virg. 4. Æn. 411.
Navigare æquor. Virg. 1. Æn. 67.
Percutere æquora multis claſſibus. Lucan. lib. 3. 287.
Permenſi claſſibus æquor. Virg. 3. Æn. 157.
Perſonat aliquis æquora. Virg. 6. Æn. 171. de Miſeno tubicine Æneæ,
Sed tum forte cava dum perſonat æquora concha
Demens, &c. Ubi Servius: Perſonat, perſonare facit: aut per æquora ſonat.
Placare æquora. Virg. 1. Æn. 142. Et Ovid. 11. Met. 432.
Proſcindit navis æquor roſtro. Catull. in Argon.
Quæ ſimulac roſtro ventoſum proſcidit æquor.
Quieſcunt alta æquora. Virg. 7. Æn. 523.
Refundere æquor in æquor. h. e. Aquam marinam e navi rejicere in mare. Ovid. 11. Met. 488.
Egerit hic fluctus, æquorque refundit in æquor.
Secare æquor. Valer. Flacc. 4. Argon. 271.
Secatur æquor puppe. Ovid. 11. Met. 432.
Silet æquor. Virg. 9. Ecl. 57.
Et nunc omne tibi ſtratum ſilet æquor: & omnes
(Aſpice) ventoſi ceciderunt murmuris auræ.
Spumeſcunt remo æquora. Ovid. 2. Epiſt. 87.
Sternunt venti æquora. Virg. 5. Æn. 763. Placidi ſtraverunt æquora venti. Rurſus v. 821. — tumidumque ſub axe tonanti
Sternitur æquor aquis: fugiunt vaſto æthere nimbi.
Superare æquor, Evadere, & velut vincere enatando. Ovid. in Ibin. 593.
Aut ubi ventoſum ſuperaris naufragus æquor,
Contacta pereas, ut Palinurus, humo.
Temperare. i. e. Regere. Virg. 1. Æn. 150.
Et vaſtas aperit Syrtes, & temperat æquor.
Tenent venti æquora. Ovid. 11. Met. 433.
Tentare æquora fuga, Experiri an per mare poſſis aufugere. Virg. 2. Æn. 176.
Extemplo tentanda fuga canit æquora Calchas.
Tepent æquora. Stat. 1. Sylv. 2. 89.
Tingui æquore. Virg. 1. Georg. 246.
Arctos, Oceani metuentes æquore tingui. Idem 7. Æn. 811.
Vel mare per medium, fluctu ſuſpenſa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingueret æquore plantas.
Turbant æquora venti. Lucret. lib. 2. 1.
Verrere æquora. Virg. 3. Æn. 201. Et 5. Æn. 778.
Verrunt delphines caudis æquora. Virg. 8. Æn. 673.
Verrere æquora remis certantibus. Virg. 3. Æn. 668.
Verrunt æquora venti. Lucret. lib. 5. 267.
Vibrare æquora. Sen. Agam. 6
Vorat æquore navem vortex. Virg. 1. Æn. 117.
— aſt illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex.
Idem 3. Georg. 117.
— ac per aperta volans, ceu liber habenis,
Æquora, vix ſumma veſtigia ponat arena. i.e. Per campos patentes.
Æquor pro Terra. Virg. 1. Georg. 50.
Ac prius, ignotum ferro quam ſcindimus æquor. Ubi Servius: Æquor modo terram accipe, ab æqualitate dictum: unde & maria, æquora dicuntur.
Æquor, Campus. Virg. 12. Æn. 333.

— illi æquore aperto
Ante Notos Zephyrumque volant. Nonius.

ÆQUOREUS, a, um. Ad. [πελάγιος] Quod ad æquor pertinet. Columel. lib. 10.
Nunc pater æquoreus, nunc & regnator aquarum. Oceanum intelligit, qui a poëtis fingitur aquarum deus: & per aquarum regnatorem, Neptunum significat. Martial. lib. 13. 84.
Hic Scarus æquoreis qui venit obesus ab undis.
Arma æquorea. Sil. Ital. lib. 13.
Britanni. Ovid. 15. Met. 753.
Scilicet æquoreos plus est domuisse Britannos. h. e. Mari circundatos, & navigationi deditos.
Bustum, i. e. Sepulcrum in litore maris erectum. Valer. Flacc. 5. Argon. 91.
Genus. Virg. 4. Æn. 243. Et genus æquoreum, pro Piscibus.
Imber. Ovid. 4. de Ponto 1. 30.
Origo. Ovid. 10. Met. de Hippomene, 617.
Quid, quod ab æquorea numeratur origine quartus? i. e. A Neptuno æquoris deo.
Pisces. Ovid. 10. Met. 78.
Proceres æquorei, i. e. Principes dii marini. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 11.
Puellæ, i. e. Nereides maris nymphæ. Propert. lib. 3. 7.
Rex æquoreus Neptunus. Ovid. 8. Met. 603.
Tridens, Sceptrum Neptuni. Lucan. lib. 4. 111.
Vias æquoreas monstrare. Sil. Ital. lib. 17.
Vulgus æquoreum, Monstra omnia marina. Sen. in Hippol. 8.

ÆQUUSTUTICUS, V. EQUUS TUTICUS.

ÆQUUS CLUILIUS, Dux Volscorum qui a M. Geganio Consule ad deditionem coactus, suis sub jugum missis, ante Consulis triumphantis currum ductus est. Liv. 1. Dec. lib. 4. C. 9. & 10.

ÆQUUS, a, um. Adj. [ὁμαλὸς, δίκαιος, ἴσος] significat Æquum proprie, Quod sic omni ex parte æquatum est, ut nihil emineat.
Æquus & planus locus. Cic. pro Cæcin. 50. Illud vero nullo modo potest, dejectus esse quisquam, non modo qui tactus non sit, sed ne æquo quidem & plano loco.
Æquum campi, pro Superficie plana. Liv. 5. Haud dubius facilem in æquo campi (tantum superante multitudine) victoriam fore.
Dicere ex inferiore, æquo, superiore loco. Cic. 3. de Orat. Nam sive de cœli natura loquitur, sive de terræ, sive de divina, sive de humana, sive ex inferiore loco, sive ex æquo, sive ex superiore, &c.
Æquus pro Pari. Propert. 2. 2. 32.
Carminaque Erinnes non putat æqua suis. i. e. Paria suis. V. ERINNE. H. St. [Verum secutus est commentitiam lectionem Ant. Volsci, quam cum Scaligero explodit Brœkh. q. V.
Æquus, pro Æqualis. Ter. Eun. 1. 2. 12. Utinam esset mihi pars æqua amoris tecum. i. e. Me æqualiter amares atque ego te. Virg. 12. Æn.
— numerone an viribus æquis
Non sumus? Hinc Æquus per metaphoram pro Justo, qui ita justus est, ut neutram in partem propendeat, utrique parti æque favens. Cic. 2. Q. Frat. 16. Ab æquis vero, aut etiam a propensis in hanc partem, vehementer excolamur & amemur.
Æquus alicui dicitur, qui mansuete & benigne cum eo agit, & favet. Hinc dicimus, Præbere se æquum sibiipsi, vel alteri Cic. pro Deiot. 2. Nemo enim fere est, qui sui periculi judex, non sibi se æquiorem quam reo præbeat.
Æquus & Iniquus contraria. Cic. 2. Fam. 1. Quare si iniquus es in me judex, condemnabo eodem ego te crimine, sin me id facere noles, te mihi æquum præbere debebis. Ter. And. 2. 5. 18.
— quo æquior sum Pamphilo.
Æquum aliquid esse in quempiam. Cic. pro Quint. 45.
Æquus animus, Moderatus & tolerans, & minime querulus in adversis, quique nunquam irascitur, sed omnia in bonam partem accipit. Hinc est, Æquo animo ferre, pro Patienter ferre. Animus æquus Iniquo animo oppositus est. unde & Æquanimitas dicitur. Cic. de Senect. Quid, quod sapientissimus quisque animo æquissimo moritur, stultissimus iniquissimo? Plaut. Rud. 2. 3. 71. Animus æquus optimum est ærumnæ condimentum.
Attendere æquo animo, i. e. Benevolo. Ter. in prol. Phorm. 25. Adeste æquo animo per silentium. h. e. Benevole audite & silete.
Accipere aliquid æquo animo, i. e. Libenter. Hor. de Arte Poët.
Concedere aliis æquo animo, h. e. Volenter & libenter. Lucret. lib. 3.
Deficit te animus æquus, Hor. 1. Epist. 11. — quod petis, hic est,
Est Ulubris, animus si te non deficit æquus. h. e. Non te destituit, Non tibi deest.
Esse animo æquo de re aliqua, i. e. Non esse solicitum. Cic. 7. Att. 7. Ego, nisi Bubulus adniteretur, de triumpho æquo animo essem. h. e. Non curarem.
Est animus æquus, Non curo, Non sum solicitus. Cic. pro Rosc. Amer. 145. Prædia mea tu possides: ego aliena misericordia vivo, & quod animus æquus est, & quia necesse est. Mea domus tibi patet, mihi clausa est: fero. Familia mea maxima uteris: ego servum habeo nullum: patior, & ferendum puto.
Pati aliquid æquo animo. Cic. ad Brut. 4. Quæ tua est humanitas, æquo animo te moneri patieris, præsertim de communi salute.
Remittere aliquid libentibus aut æquis animis. Cic. pro Cluent. 6. Eamque animis vestris libentibus aut æquis remittatis.
Videre aliquid animo æquo, i. e. Sedato, quieto, & non indignabundo. Cic. de Provinc. Consul. 17. Quos animo æquo videre non possumus.
Vivere æquo animo parce. h. e. Non procaci, neque iniquo & insatiabili. Lucret. 5. 1118.
Uti quopiam æquo. Cic. 5. Verr. 153. Hic vide quam me sis usurus æquo. i. e. Quam æquum me sim tibi præbiturus.
Conditio æqua. Cic. 2. Verr. Æqua enim conditio, æquumque certamen proponitur.
Discrimen æquum. Virg. 5. Æn. 15.
Imperio æquo regere dicitur Deus. Hor. 3. Od. 4. de Jove. Cui simile est illud Virg. 10. Æn. 112. — Rex Juppiter omnibus idem.
Judex æquus, cui contrarium est Iniquus. Cic. 1. de Fin. Æquus judex dicitur, quem vulgus Non suspectum vocat. Budæus. Sic Magistratus.
Jus æquum. Cic. 1. Off.

Jura æqua describere. Cic. pro Quint. 45. Quis tandem nobis ista jura tam æqua describit?
Æquo & pari cum civibus jure vivere. Cic. 1. Off. 124. Privatum autem oportet æquo & pari cum civibus jure vivere, neque summissum & abjectum, neque se efferentem.
Lance æqua, proverbiali figura dicitur fieri, quod Pari jure fit citra personarum respectum. Ita Modestinus l. non tantum. 20. D. de Re judicata, Quod & in persona mulieris æqua lance servari, æquitatis suggerit ratio.
Lex æqua, h. e. Justa. Cic. pro Balbo 60. Et erat æqua lex & vobis, Judices, atque omnibus qui nostris familiaritatibus implicantur, vehementer utilis.
Libra: Quia sub Libra signo cœlesti æquantur noctes diebus, fitque æquinoctium. Sen. Herc. 10.
Libra Phœbeos tenet æqua currus.
Magistratus æquus, h. e. Justus. Cic. pro Quint. 10. Quum adhuc ei propter vim adversariorum non jus par, non agendi potestas eadem, non magistratus æquus reperiri potuerit. V. Iudex supra, infra Prætor.
Mens. Hor. 2. Od. 3.
Æquam memento rebus in arduis
Servare mentem.
Oculis æquis aliquem aspicere. Virg. 4. Æn. 372.
— jam jam nec maxima Juno,
Nec Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.
Postulatio æqua atque honesta. Cic. pro Rosc. Amer. 7.
Æqui, placatique. Cic. in Orat. 34. Consequeris tamen, ut eos ipsos quos contra statuas, æquos placatosque dimittas.
Placati æquique. Idem de Pet. Consul. 36. Tamen ii possunt abs te placati æquique discedere.
Æquus & sapiens Prætor. Cic. 4. Verr. 146. Prætor æquus & sapiens dimitti jubet Senatum.
Æqui & iniqui, i. e. Amici & inimici, Faventes & non faventes. Cic. 3. Fam. 6. Ego, ut me tibi amicissimum esse & æqui & iniqui intelligant, curabo. Sallust. ad C. Cæs. de Repub. Ord. Atque hæc ita sese habere, tametsi omnes æqui atque iniqui memorent, tamen cum factione nobilitatis haud mediocriter certandum est.
Æquum absolute, & per se positum, [τὸ δίκαιον, τὸ ἐπιεικὲς] pro Æquitate. Virg. 2. Æn. 426.
— cadit & Ripheus justissimus unus
Qui fuit in Teucris, & servantissimus æqui.
Arbiter æqui, i. e. Judex secundum æquitatem judicans. Sen. Herc. 9.
Contemptor æqui. Ovid. 3. Fast. 49.
Cultor æqui. Ovid. 5. Met. 100.
Dicere æquum. Ter. Adel. 5. 3. 15. Non æquum dicis. h. e. quod indocte dicitur, Non loqueris rationabiliter.
Facere æquum. Ter. Heaut. 1. 1. 39. Ah, non æquum facis. pro, Non recte facis: & ut dici solet, Non facis rationabiliter.
Postulare æquum. Cic. 11. Att. 27. De cohæredibus Suffidianis nihil fuit quod ad me scriberes: nam & æquum postulant.
Æquum pro Æquitate; interdum Juri opponitur. Cic. in Bruto, Qui quidem quum peracutus esset ad excogitandum quid in jure, aut in æquo verum aut esset aut non esset, &c.
Æquum est, quod & Par est interdum dicitur: h. e. Licet ac justum est. Ter. Eun. 2. 3. 94. An potius hæc pati æquum est fieri, ut a me ludatur dolis?
Æquum est. quod vulgo dicitur, Rationabile est. Cic. 8. Att. 18. Æquum est me a te impetrare, ut &c.
Niti æquo. Quintil. lib. 3. cap. 6. 516.
Pugnare æquo. Quintil. lib. 6. cap. 5.
Æquo concretius. h. e. Plus quam par sit, seu competat. Lucret. lib. 4. 1237.
Crassius hoc porro quoniam concretius æquo Mittitur.
Æquum & bonum quum dicimus, absolutam bonitatem, æquitatemque significamus. Ter. Adel. 1. 1. 39. Nimirum ipse durus est, præter æquumque & bonum. Sic Budæus. Sunt autem ambo hæc nomina substantiva ex adjectivis. Dicitur & Æquitas pro eodem: quæ est velut Simplex illa & quasi Naturalis bonitas. Hac autem qui præditus est, eodem jure erga unumquenque utitur, quod sibi ab aliis fieri postulat.
Æquum & bonum colere. Plaut. Men. 4. 2. 10.
Æquum & bonum habere. Cic. pro Cæcin. C. 23. Cum se in causa putant habere æquum & bonum quod defendant. h. e. Jus optimum: quod vulgo dicitur, Habere bonam causam.
Æquum bonum, sine copula. Cic. in Bruto 197. Deinde æquum bonum, testamentorum sententias, voluntatesque tutatus est.
Æquum bonum dicere. Ter. Phorm. 4. 3. 46.
Si tu aliquam partem æqui bonique dixeris:
Ut est ille bonus vir, tria non commutabitis
Verba hodie inter vos. i. e. ut vulgus loquitur, Si ad rationem venire volueris. Budæus.
Pro æquo & bono dicere. Cic. de Clar. Orat. 143. Ita enim multa tum contra scriptum pro æquo & bono dixit.
Æqui boni facere; vel æqui bonique facere, quod & Boni consulere dicitur. Cic. 7. Att. 7. Tranquillissimus autem animus meus, qui totum istud æqui bonique facit. Ter. Heaut. 4. 5. 40.
— cæterum equidem istuc Chreme,
Æqui bonique facio. Alias Accipere in bonam partem dicitur.
Æquum bonumve impetrare, pro eo quod lingua vernacula dicimus, Habere rationem ab aliquo: i. e. Jus suum obtinere, rem suam recipere. Cic. 2. Philipp. Is igitur a quo vivo nec præsens, nec absens quicquam æqui bonive impetravit, apud mortuum factus est gratus. Budæus.
Ex æquo & bono arbitrari, statuere, censere, æstimare, constituere: est quod vulgus Epicaizare dicit. Pro Epiicizare, ex Græco ἐπιεικίζειν. Budæus in Pand.
Ex æquo & bono facere. Ter. Adel. 5. 9. 30.
Id non fieri ex vera vita, neque adeo ex æquo & bono:
Sed ex assentando, indulgendo, & largiendo.
Ex æquo & bono vivere, est Ad normam divinitus institutam vivere. Budæus.
Judicare ex æquo & bono. V. JUDICO.
Æquius melius. Formula in judiciis bonæ fidei observari solita. Cic. 3. Off. 61. Reliquorum autem judiciorum hæc verba maxime excellunt,

In arbitrio rei uxoriæ, Melius æquius, In fiducia, Ut inter bonos bene agier. Quid ergo? aut in eo quod Melius æquius eſt, poteſt ulla pars ineſſe fraudis? aut cum dicitur, Inter bonos, bene agier, quidquam agi doloſe & malitioſe poteſt? Idem in Topic. In omnibus igitur iis judiciis, in quibus Ex fide bona eſt additum, ubi vero etiam, Ut inter bonos bene agi oportet, in primisque in arbitrio rei uxoriæ, in quo eſt, Quid æquius melius, parati eſſe debent.

ÆQUE, Adv. Juſte [δικαίως.] Senec. Judex qui parte inaudita altera aliquid ſtatuit, etiam ſi æque ſtatuerit, haud æquus fuit. In hac ſignificatione rarum eſt.

Æque, pro Tam, vel Adeo, venuſte accipitur quibusdam dictionibus præpoſitum. Ter. Phorm. 3. 3. 32. Nihil eſt æque quod faciam lubens. Plaut. Jovi ſi vivo argento ſacrificaſſem, nunquam id æque bene collocaſſem.

Æque ac, pro Tam & quam. Cic. 4. Acad. Et ſomnia dormienti, non æque ac vigilanti probantur. Idem 2. Fam. Cui charus æque ſis & jucundus, ac fuiſti patri.

Æque ac ſi, pro Tanquam ſi, aut Similiter ac ſi. Liv. 10. Æque ac ſi T. Manlius collega ejus devoveretur.

Æque atque, idem quod Æque ac, vel Quemadmodum. Cic. 1. Off. Quæ beneficia æque magna non ſunt habenda, atque ea quæ judicio conſiderate conſtanterque delata ſunt.

Æque mecum, æque tecum, & ſimilia. Ter. Adverte animum: ut æque mecum hæc ſcias. Compendium ſermonis, pro eo quod eſt, Ut hæc æque, atque ego, ſcias. Idem, Juxta tecum æque ſcio. h. e. Id fere æque ac tu, ſcio.

Æque, cum dativo vel ablativo. Plin. lib. 35. cap. 3. Extant certe hodieque antiquiores urbe picturæ Ardeæ in ædibus ſacris, quibus equidem nullas æque demiror tam longo ævo durantes.

Æque pares. Plaut. Men. 5. 9. 60. Æque ambo pares. Aut vacat Æque, aut eſt Æque pro Omnino.

Æque, ablativo junctum. Plaut. Amph. 1. 1. 137. Nullus eſt hoc meticuloſus æque. i. e. Tam meticuloſus, quam hic eſt.

Æque pauci. Cæſ. 2. Bell. Civil. extr. diebusque æque poſt paucis ſe in regnum cum omnibus copiis recepit. [Sed deeſt hæc particula in quibusdam libris MSS. uti Aldus Manutius & Fulv. Urſinus monuerunt, & ideo omiſſa eſt ab his, qui deinceps Cæſarem ediderunt. Ego vero retinendam arbitror, ſed ita, ut non ad id quod junctum eſt, referas, verum ad id quod anteceſſit Paucis diebus. Diebusque æque (i. e. Item) paucis poſt. Extat in Ald. Junt. Steph. & antiquioribus omnibus.

Æque quam. Plaut. Epid. 2. 3. 2. pro Æque ac.
Nullum eſſe ego agrum opinor in agro Attico
Æque feracem, quam hic noſter Periphanes. Sueton. in Auguſto, cap. 64. Ac nihil æque laboravit, quam ut imitarentur chirographum ſuum.

Æque; Similiter, aut Æqualiter. Ter. Hec. 2. 1. 43. Ut omnes mulieres eadem æque ſtudeant, velintque omnia. Et paulo poſt, Viris eſſe advorſas, æque ſtudium eſt, ſimilis pertinacia eſt. Æque ſtudium, pro Æquale, vel ſimile.

Non æque. Cic. 2. Off. 30. Honore & gloria & benevolentia civium fortaſſe non æque omnes egent. Paulo ante dixerat, Sed ea non pariter omnes egemus. Alias Ex æquo.

Æque ut, pro Æque ac. Cic. pro domo ſua, Cn. Pompejum ſtudio & authoritate æque ut unumquenque veſtrum opibus, contentione, precibus, periculis denique, præcipue pro ſalute mea laboraſſe.

ÆQUITER, [ἐπίσης] Adv. pro Æque. Accius Antenorid. Ad populum intelligo referendum, quoniam æquiter ſententiæ fuere. Livius Ægyſtho, Nam ut pergam accenſa, & prædam per participes æquiter partita eſt. Nonius.

ÆQUĬTAS, ātis. f. [ἐπιείκεια] denom. eſt veluti Quoddam temperamentum & mediocritas inter jus & licentiam aut indulgentiam. Donatus, Inter jus & æquitatem, hoc intereſt. Jus eſt, quod omnia recta & inflexibilia exigit. Æquitas eſt, quæ de jure multum remittit. Valer. lib. 6. cap. de Juſtitia, Ita debitum ſupplicii modum legi reddidit: æquitatis admirabili temperamento, ſe inter miſericordem patrem & juſtum legislatorem partitus. Cic. in Partit. 129. Æquitatis autem vis eſt duplex. Cujus altera directi, & veri, & juſti, & (ut dicitur) æqui & boni ratione defenditur. Altera ad viciſſitudinem referendæ gratiæ pertinet. Quod in beneficio gratia, in injuria ultio nominatur. Hactenus Cicero. Hæc eſt illa æquitas, quæ frequentius Æquum & bonum, aut ſine conjunctione, Æquum bonum appellatur.

Æquitatem animi dicimus rectam animi conſtitutionem, tranquillamque affectionem, atque omni indignatione vacantem. Cæſ. 6. Bell. Gall. 22. 4. Ut animi æquitate plebem contineant, cum ſuas quisque opes cum potentiſſimis æquari videat. V. ANIMUS æquus.

Æquitatem pro eodem abſolute dixit Cic. in Piſon. 1. 27. Quo quidem in ſpectaculo, mira reip. æquitas erat, uter eorum periiſſet, tanquam laniſta, in ejusmodi pari lucrum fieri putabat.

Bonitas & æquitas cauſæ. Cic. 16. Fam. 17. Propter ſummam bonitatem & æquitatem cauſæ.

Uti æquitate. Cic. pro Cæcin. 37. Jam bene agis. A verbis enim recedis, & æquitate uteris. i. e. Interpretatione legis ex æquo & bono.

Explicare æquitatem. Cic. in Bruto 244. in explicanda æquitate, nihil erat Craſſo copioſius. Idque cum ſæpe alias, tum apud Centumviros in M. Curii cauſa cognitum eſt. Ita enim multa, tum contra ſcriptum pro æquo & bono dixit. Æquitatem, & Æquum & bonum, pro eodem uſurpavit.

Æquitate alicujus niti. V. NITOR.

Habere æquitatem. Cic. 2. Off. Quam autem habet æquitatem, ut agrum multis annis aut etiam ſeculis ante poſſeſſum, qui nullum habuit, habeat: qui autem habuit, amittat?

Æquitas multis injuriis jactata atque agitata. Cic. pro Quint. Te C. Aquili, vosque qui in conſilio adeſtis, orat atque obſecrat, ut multis injuriis jactatam atque agitatam æquitatem, in hoc tandem loco conſiſtere & confirmari patiamini.

Rejicere æquitatem. Cic. pro Planc. 42. Fugiſti ſententiam legis, æquitatem omnem rejeciſti.

Servare. Cic. 1. Off. 64. Difficile autem eſt, cum præſtare omnibus cupieris ſervare æquitatem, quæ eſt juſtitiæ maxime propria

Æquitas, pro Æqualitate. Sen. Nat. Quæſt. 3. 10. Et natura partes ſuas, velut in ponderibus conſtitutas, examinat: ne portionum æquitate turbata, mundus præponderet

ÆQUABĬLIS, e. [ἴσος, ἄρτιος] ab Æquo, æquas. Valla lib. 4. Æquabilis idem quod Æqualis, in priore ſignificatu: ut Cic. 1. de Invent. 68. Non jus æquabile quid utilitatis haberet, acceperat. Ad Heren. lib. 3. Et lib. 2. Par eſt, quod inter omnes æquabile eſt.

Æquabile genus orationis videtur ſignificare quod ſemper ſui ſimile eſt. Cic. 1. Off. 3. Sed hoc quoque colendum eſt æquabile & temperatum orationis genus.

Lenitate æquabili profluens orationis genus. Cic. 2. de Orat. 64. Genus orationis fuſum atque tractum, & cum lenitate quadam æquabili profluens.

Tractus orationis lenis & æquabilis. Cic. 2. de Orat. 54. Cœlius neque diſtinxit hiſtoriam varietate locorum, neque verborum collocatione: & tractu orationis leni & æquabili perpolivit illud opus. V. mox Æquabilitas dicendi.

Æquabilis, pro Æquo, ut interpretatur Rhenanus. Tacit. 4. Hiſt. 5. Quæſtorius adhuc, a Pæto Thraſea gener delectus, e moribus ſoceri nihil æque ac libertatem hauſit, civis, ſenator, maritus, gener, amicus, cunctis vitæ officiis æquabilis, opum contemptor, recti pervicax, conſtans adverſus metus.

Deſcriptio ſumptus æquabilis. Cic. pro Flacc. 32. In quo igitur Prætoris eſt diligentia requirenda? in numero navium, & in deſcriptione æquabili ſumptus? i. e. Repartitione, ut vulgo loquuntur.

Fama. Salluſt. Jugurth. p. 100. Edit. Delph. 4to. Metello Numidia evenerat, acri viro, & quanquam adverſo populi partibus, fama tamen æquabili & inviolata.

Habitus Moderatus æquabilisque. Cic. 5. de Fin. 35. Itaque e contrario moderati, æquabilesque habitus, affectiones uſusque corporis, apta eſſe ad naturam videntur.

Motus certus & æquabilis. Cic. 2. de Nat. Deor. 32. Nam omne quod eſt calidum & igneum, cietur & agitur motu ſuo. Quod autem alitur & creſcit, motu quodam utitur certo & æquabili.

Partitio æquabilis prædæ. Cic. 2. Off. 40. Itaque propter æquabilem prædæ partitionem, & Bardylis Illyrius latro magnas opes habuit, & multo majores Viriatus Luſitanus.

Plauſus æquabilis. Cic. 5. Att.

Præbere ſe æquabilem. Cic. 2. Tuſc.

Rationem juris æquabilem tenere. Cic. 1. Q. frat. 1. Nam eſſe abſtinentem, continere omnes cupiditates, ſuos coercere, & juris æquabilem tenere rationem, facilem te in rebus cognoſcendis, in hominibus audiendis admittendisque præbere, præclarum magis eſt quam difficile.

Satio æquabilis atque perpetua. Cic. 3. Verr. 112.

Tributio æquabilis. Cic. 1. de Nat. Deor. 50. Ut omnia omnibus, paribus paria reſpondeant. Hanc Iſonomiam appellat Epicurus: id eſt, æquabilem tributionem.

Æquabilis in ſuos. i. e. Æquus. Tacit. 6. Ann. 31.

Æquabile inter omnes. Cic. pro Cæcin. 70. Nihil eſt quod æquabile inter omnes, atque unum omnibus eſſe poſſit.

ÆQUABILĬTAS, ātis. f. denom. [ἰσότης, ἰσομοιρία] Idem quod Æqualitas.

Conſtantia & æquabilitas. Cic. ad Brut. 16. Fortem & liberum animum, quo & Conſul & nunc Conſularis rempublicam vindicaſti, ſine conſtantia & æquabilitate nullum eſſe putaris.

Lenitas & æquabilitas dicendi. Cic. in Orat. 52.

Æquabilitas in omni vita. Cic. 1. Off. 90. Præclaraque eſt æquabilitas in omni vita, & idem ſemper vultus, eademque frons: ut de Socrate, itemque de C. Lælio accepimus.

Æquabilitas juris. Cic. 2. de Orat. 209.

Æquabilitatem juris exercere. Cic. 1. Off. 88. In liberis vero populis, & in juris æquabilitate exercenda, etiam eſt facilitas & altitudo animi quæ dicitur.

Æquabilitatem juris tranſire. V. Æquabilitas juris. Ἰσομοιρία videtur dici a Nymphodoro in loco de Ægyptiis, quem affert Schol. Sophocl. in Oedip. Colon. v. 329. H. St.

Æquabilitas motus. Cic. 2. de Nat. Deor. 15.

Æquabilitas univerſæ vitæ. Cic. 1. Off. 111. Omnino ſi quidquam eſt decorum, nihil eſt profecto magis quam æquabilitas univerſæ vitæ, tum ſingularum actionum.

ÆQUABILĬTER, Adv. [ἐπίσης, ὁμαλῶς] Idem quod Æqualiter. Varro 1. de R. R. cap. 6. Campeſter locus is melior, qui totus æquabiliter in unam partem vergit.

Æquabiliter & conſtanter. Salluſt. de conjuratione Catilinæ, Quod ſi regum atque imperatorum animi virtus, in pace ita ut in bello valeret: æquabilius atque conſtantius ſeſe res humanæ haberent.

Tactus toto corpore æquabiliter fuſus. Cic. 2. de Nat. Deor.

Æquabiliter prædam diſpertire. Cic. 2. Off. 40. Ille autem qui archipirata dicitur, niſi æquabiliter prædam diſpertiat, aut occiditur a ſociis, aut relinquitur.

ÆQUĀLIS, e. [ἴσος, ἐπίσος, ἄρτιος, ἀτάλαντος] denom. ab Æquus, a, um. Idem quod Similis vel ſtatura, vel forma. Cic. in Lælio, Suntque pares in amore, & æquales.

Æqualis, Ejusdem ætatis cum alio, [ὁμῆλιξ] & dicimus, Æqualis meus, tuus, &c. Cic. de Clar. Orat. 179. vel Æqualis ejus, de Senect. Nec cum æqualibus ſolum, qui pauci admodum reſtant, ſed cum veſtra etiam ætate, atque nobiſcum. Ter. Andr. 2. 6. 22. Quem, inquit, vocabo ad cœnam meorum æqualium? Ubi Donatus, Æqualium, ætate. Quintil. lib. 10. cap. 3. Memini narraſſe mihi Julium Secundum æqualem meum.

Æqualis Dei vis illa quæ a peccatis avocat. Cic. 2. de Legib. 9.

Æqualis alicui. Cic. in Bruto, 73. cui cum æqualis fuerit Livius, minor fuit aliquanto is qui primus fabulam dedit.

Æqualis illorum temporum. Cic. 1. de Divin. 39. Dionyſii mater ejus qui Syracuſiorum tyrannus fuit, ut ſcriptum apud Philiſtum eſt, & doctum hominem, & diligentem, & æqualem temporum illorum, cum prægnans, &c.

Æqualis, etiam de piſcibus. Plin. lib. 9. cap. 53. In Cæſaris piſcinis a Pollione Vedio conjectum piſcem ſexageſimum poſt annum expiraſſe ſcribit Anneus Seneca, duobus aliis æqualibus ejus ex eodem genere etiam tunc viventibus.

Æqualis item transfertur ad rerum inanimatarum ætatem. Cic. de Aruſp. Reſp. 37. Etenim quod ſacrificium tam vetus eſt, quam hoc quod a regibus æquale hujus urbis accepimus? i. e. A condita urbe inſtitutum.

Æqualis ætati alicujus, in aliquem benevolentia. Cic. 11. Philipp. 33. Quid dicam de Deiotaro patre, cujus benevolentia in populum Romanum eſt ipſius æqualis ætati?

Ævum æquale. Virg. 3. Æn. 491.
Et nunc æquali tecum pubesceret ævo.
Æquales ævi. h. e. Ætate pares. Sil. Ital. lib. 3.
Æqualis ab omni parte. Ovid. 1. Met. 34.
Æqualis animis & annis. Ovid. 1. Met. 750.
— Fuit huic animis æqualis & annis
Sole satus Phaëton.
Æqualis & impar, contraria. Cic. in Orat. 205. Idque quando, aut cur: quibusque partibus, pluribusne an singulis, imparibus an æqualibus.
Æqualis & nota memoria. Cic. in Bruto 244. Non puto existimare, te ambitione me labi, quippe de mortuis, sed ordinem sequens, in memoriam notam & æqualem necessario incurro.
Æqualem ætatis suæ memoriam deposcit. Cic. 1. de Legib. 8. Ipse autem æqualem ætatis suæ memoriam deposcit, ut ea complectatur quibus ipse interfuit.
Peccata esse æqualia contendunt Stoici. Cic. in Parad. 3.
Par & æqualis. Cic. in Orat. 123. Sed erit rebus ipsis par & æqualis oratio.
Pares & æquales inter se virtutes. Cic. 1. de Orat. 83.
Parem & æqualem verbis vitam agere. Cic. in Sallust. 1.
Æqualis temperies. Plin. lib. 34. cap. 2. de ære Corinthio. Tertium in quo æqualis omnium temperies fuit. i. e. Metalla pari portione mixta.
ÆQUALĬTAS, ātis. f. [ἰσότης] denom. Similitudo, paritas. Cic. in Topic. Multa autem sunt quæ æqualitate ipsa comparantur.
Ad æqualitatem redigere, pro Æquare. Plin. lib. 30. cap. 13. Carnesque excrescentes, ad æqualitatem redigit: explet quoque, & ad cicatricem perducit.
Exuere æqualitatem. Tacit. 3. Ann. 74. At postquam exui æqualitas, & pro modestia ac pudore ambitio & vis incidebat, provenere dominationes.
Fraterna æqualitas. Cic. pro Ligar. 35. Quis est qui horum consensum conspirantem & pene conflatum, in hac prope æqualitate fraterna non noverit.
Similitudo æqualitasque verborum. Cic. in Partit. 21. Habeatque similitudinem æqualitatemque verborum.
Æqualitas vestra, & pares honorum gradus. Cic. in Brut. 156. Simul illud gaudeo, quod & æqualitas vestra, & pares honorum gradus, & artium studiorumque quasi finitima vicinitas, tantum abest ab obtrectatione invidiæ, quæ solet lacerare plerosque, uti ea non modo non exulcerare vestram gratiam, sed etiam conciliare videatur. Æqualitas vestra, i. e. Vestrarum ætatum.
ÆQUALITER, [ἴσως] Adv. qualitatis; sive (ut alii volunt) quantitatis. Liv. 2. Captivum agrum plebi quam maxime æqualiter darent. Ovid. 5. Fast. 109.
Gratia Pieridum nobis æqualiter adsit.
Æqualiter abrogare fidem, i. e. Tam uni quam alteri. Cic. 4. Acad. 36. Æqualiter omnibus abrogatur fides.
Æqualiter irruere. Cic. pro Milon. Quanquam hæc quidem jam tolerabilia videbantur, etsi æqualiter in Rempublicam in privatos, in longinquos, in propinquos, in alienos suos irruebat.
Pariter æqualiterque. Cic. de Amicit. 56. Ut nostra in amicos benevolentia, illorum erga nos benevolentiæ pariter æqualiterque respondeat.
ÆQUO, [ὁμαλίζω, ἐξομαλίζω, ἰσόω] are. est Æquum, sive Æquale facere, complanare. Plin. Æquato deinde pavimento, infunditur oleum. Virg. 1. Georg. 178.
Area cum primis ingenti æquanda cylindro.
Æquare solo urbes, domos, turres, ædificia, Usque ad superficiem terræ diruere & complanare. Liv. 4. Bell. Pun. Solo æquata omnia inter salinas ac portam Carmentalem.
Æquare solo Dictaturam, metaphorice dictum pro Abrogare, omninoque abolere. Liv. 6. Solo æquandæ sunt Dictaturæ, Consulatusque: ut caput attollere Romana plebes possit.
Amorem æquare, In amore respondere. Virg. 6. Æn 474. de Didone apud inferos visa ab Ænea,
— conjux ubi pristinus illi
Respondet curis, æquatque Sichæus amorem.
Æquare cœlum videtur pontus: i. e. Æque altus esse ac cœlum. Ovid. 11. Met. 497.
Ducem vadentem æquare passibus. h. e. Incedere æque celeriter atque dux. Virg. 6. Æn. 263.
Formas veras imitamine æquare: h. e. Imitari & repræsentare. Ovid. 11. Met. 626.
Laborem operum æquare justis partibus: h. e. Laborem æqualiter in omnes partiri, suum cuique opus assignando. Virg. 1. Æn. de Didone 511.
Labores æquare lacrymis. Virg. 2. Æn. 362. Servius, Hypallage, pro Laboribus æquare lacrymas.
Nondum munia comparis æquare dicitur juvenca, ab Hor. 2. Carm. 5. 2. i. e. Juvenca nondum potest officia & labores comparis ex æquo præstare.
Nomen claris virtutibus æquare. Ovid. 2. de Ponto, 3. 1.
Numerum æquare cum navibus. Virg. 1. Æn. 197.
Nec prius absistit, quam septem ingentia victor
Corpora fundat humi, & numerum cum navibus æquet.
Æquare, cum dativo. Virg. 6. Æn. 783.
Imperium terris, animos æquabit olympo.
Æquare pondus, aut temperamentum. Plin. lib. 19. cap. 8. Eruca præcipue frigorum contemptrix, diversæ est quam lactuca naturæ, concitatrix Veneris. Idcirco jungitur illi fere in cibis, ut nimio frigori par fervor immistus temperamentum æquet. h. e. Æquale faciat.
Æquat pretia excellentium margaritarum. Plin. lib. 19. cap. 1.
Æquare quempiam re aliqua, est Ea in re illi se æqualem sive parem præbere. Liv. 1. Quin ea arte æquasset superiores reges.
Æquare cursu. Liv. 1. Bell. Maced. Quantum equidem velocissimi pedites cursu æquare poterant.
Æquare picturam alicujus. Plin. lib. 35. cap. 11. Eam enim picturam primus invenit: quam postea imitati sunt multi, æquavit autem nemo.
Æquare se cum alio, Parem se illi facere. Cic. in Læl. Qui sunt in amicitiæ conjunctionisque necessitudine superiores, se æquare cum inferioribus debent.
Æquare se alicui. Cic. in procem. Off. 3. Ut non solum orationes meas, sed hos etiam de philosophia libros, qui se jam illis fere æquarunt, studiose legas.
Æquari cum aliquo. Cic. 3. de Legib. 24. Inventum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus æquari se putarint.
Æquare conferreque scelera alicujus cum alterius sceleribus. Cic. 3. Verr. 21. Omnium ante damnatorum scelera, furta, flagitia, si in unum locum conferantur, vix cum hujus parva parte æquari, conferrique posse.
Æquare aliquem alicui, pro Comparare. Liv. 4. Dec. lib. 1. Ne æquaveritis Annibali Philippum, ne Carthaginensibus Macedonas: Pyrrho certe æquabitis.
Æquare, Cum æquitate, seu Æqualiter dividere. Liv. 6. Bell. Pun. Ita æquante fortuna suspensa omnia utrinque erant, integra spe, integro metu.
Æquare, Continuare. Virg. 9. Æn. 308.
— felix si protinus illum
Æquasset nocti ludum.
ÆQUĀTUS, Partic. [ἰσωθείς] ut, Æquatæ auræ. Virg. 5. Æn. 844.
Æquatæ spirant auræ. Ubi Servius, Æquatæ, prosperæ: ut, Æquatis classem procedere velis.
Æquata nox diei, h. e. Æqualis. Plin. lib. 2. cap. 19.
Æquati numero. Virg. 7. Æn. 698. Ibant æquati numero. i. e. Digesti in ordinem. Servius.
Æquato omnium periculo. Cæs. 1. Bell. Gall. 25. Cæsar primum suo, deinde omnium e conspectu remotis equis, ut æquato omnium periculo spem fugæ tolleret.
Æquatis viribus, i. e. Paribus. Liv. 3. Bell. Pun. Deinde concursu facto, æquatisque viribus, atrox esse cœpit pugna.
Vela æquata. Virg. 4. Æn. 587.
ÆQUATIO, ōnis, f. Proprie dicitur Ipse æquandi actus: ut, Difficilis est ejus loci æquatio.
Æquatio, pro Æqualitate. Liv. 4. Nec excellere unum aut alterum ordinem in civitate, sed per æquationem ad dignitates fore credidit, ut multi essent, qui arma pro patria ferrent.
Æquatio bonorum. Cic. 2. Off. 8. Capitalis oratio est ad æquationem bonorum pertinens: qua peste, quæ potest esse major? i. e. Ut non plura bona possideret unus quam alius.
Æquatio gratiæ, dignitatis, suffragiorum. Cic. pro Muren. 47. Ut omnes & dignitatis & gratiæ gradus tollerentur.
Æquatio juris. Liv. 1. Dec. lib. 8. Si fœdus est: si societas æquatio juris est: cur non omnia æquantur?

A E R

AER, aëris, m. sine plurali, [ἀήρ] Unum ex elementis. Plin. lib. 2. cap. 5. Proximum spiritus: quem Græci, nostrique eodem vocabulo aëra appellant. Vitalem hunc, & per cuncta rerum meabilem, totoque consertum: cujus vi suspensam, cum quarto aquarum elemento, librari medio spatio tellurem. Cic. 2. de Nat. Deor. 91. Principio enim terra sita in media parte mundi, circumfusa undique est hac animali spirabilique natura, cui nomen est Aër. Græcum illud quidem, sed perceptum jam tamen usu a nostris: tritum est enim pro Latino.
Aër, Altitudo. Virg. 2. Georg. 123.
— ubi aëra vincere summum
Arboris haud ullæ jactu potuere sagittæ. Nonius 4. 18.
Aër, Sonus, vel flatus aut spiritus. Varro Andabatis, Anima, ut conclusa in vesica, quando est arcte ligata, si perculeris, aëra reddet. Nonius.
Aër, apud Homerum & Ennium genere fœminino legitur. Gell. lib. 13. cap. 19. Ennius in Annali duodevicesimo, aëre fulva dicit, non fulvo: non ob id solum, quod Homerus ἠέρα βαθεῖαν dicit, sed quod hic sonus (opinor) vocalior est visus & amœnior.
Aërem sunt qui dici putant ἀπὸ τοῦ αἴρειν, quod terram ferat, vel quod ab ipsa feratur. Aliis magis arridet ἀπὸ τοῦ ἄημι, quod Spiro significat, unde & producit ultimam. Lucan. lib. 1.
— dum terra fretum, terramque levabit
Aër, & longi volvent Titana labores.
Aëres, numero plurali dixit Vitruv. lib. 1. Novisse, inquit, oportet aëres locorum, qui sunt salubres aut pestilentes. Lucret. lib. 4. 292.
Aëribus binis quoniam res confit utrinque.
Æstus aëris. Ovid. 3. Amor. 2. 39.
Caliginis aër, i. e. Caliginosus. Lucret. lib. 4. 339.
Sonitus & ardores aëris. Cic. in Topic. 20. Deinceps aëri volatus avium atque cantus: deinde ejusdem aëris sonitus & ardores.
Aspiratio aëris. Cic. 2. de Nat. Deor. 27. Animantes autem aspiratione aëris sustinentur, ipseque aër nobiscum videt, nobiscum audit, nobiscum sonat.
Vitium aëris. Virg. 7. Ecl. 57.
Aret ager: vitio moriens sitit aëris herba.
Agitabilis aër, i. e. Mobilis, qui facile huc illuc impellitur. Ovid. 1. Met. 75.
Apertus. Lucret. lib. 3. 603.
Ater, i. e. Obscurus, cui Candens opponitur. Lucan. lib. 4. 74.
Cassus lumine, i. e. Privatus. Lucret. lib. 4. 369.
Circunfusus. Ovid. 1. Met. 12.
Concretus, i. e. Densus. V. Aër fusus.
Crassus nobis offunditur. Cic. 4. Acad. 81. Dicet me acrius videre, quam illos pisces fortasse, qui neque videntur a nobis, & nunc quidem sub oculis sunt, neque ipsi nos suspicere possunt. Ergo ut illis aqua, sic nobis aër crassus offunditur. Hor. 2. Epist. 1. 244.
Densus. Hor. 2. Carm. 7. 13.
Densatus & Laxatus, contraria. Quintil. lib. 5. cap. 9.
Lucis egens. Ovid. 1. Met. 17.
Elisus, i. e. Impulsus. Ovid. 1. Met. 466.
Exilis. Stat. 6. Theb. 639.
Maxime frigidus. Cic. 2. de Nat. Deor. 27. Ipse vero aër, qui natura est maxime frigidus, minime est expers caloris. Ille vero & multo quidem calore admistus est: ipse enim oritur ex respiratione aquarum. Earum enim quasi vapor quidam, aër habendus est. Is autem existit motu ejus caloris qui aquis continetur: quam similitudinem

tudinem cernere possumus in his aquis quæ effervescunt subditis ignibus. Ovid. 1. Amor. 13.
Aër fusus & extenuatus. Cic. 2. de Nat. Deor. 10. Exin mari finitimus aër die & nocte distinguitur. Isque tum fusus & extenuatus sublime fertur: tum autem concretus, in nubes cogitur.
Gelidus. V. Tenuare aerem.
Humidus. Lucan. lib. 4. 71.
Immensus. Tibul. lib. 4. 1. 19.
Jucundior. Claud. in Nupt. Honorii & Mariæ. 238.
Largus. Lucret. lib. 4. 892.
Laxatus. V. paulo ante, Aër densatus & laxatus.
Liquidus, i. e. Purus. Virg. 1. Georg. 404.
Liquidus & purus. Plin. lib. 2. cap. 23.
Liquidum aera lambere. Stat. 5. Theb. 524.
Lucidus. Ovid. 1. Fast. 105.
Madentem rore aëra suspirare. Lucan. lib. 6. 370. h. e. Exhalare, vel sursum exhalare, emittere, expirare. deflumine.
Magnus. Virg. 1. Æn. 300.
Mobilis. Lucret. lib. 4. 891.
Morbidus. V. MORBUS.
Nebulosus & roscidus aër a flumine. Plin. lib. 21. cap. 7.
Niger. Virg. 1. Georg. 428.
Nimbosus dissilit aër. Lucan. lib. 5. 631.
Nitidus. Stat. 1. Sylv. 3.
Nudus, i. e. Apertus. Stat. 9. Theb.
Obscurus. Virg. 1. Æn. 411.
Pallore obsitus. Lucan. lib. 5. 627.
Pacatus, i. e. Tranquillus & serenus. Lucret. lib. 3. 293.
Pestifer aër sævit. Claud. de Bell. Gild. 15. 514.
Piger. Plin. 2. Epist. 17. Cryptoporticus patentibus fenestris Favonios accipit, transmittitque: nec unquam aëre pigro & manente ingravescit. i. e. Gravior fit inhabitantibus. Nam ubi aër quiescit ac silet, densior est & pestilentior.
Placidus, Placatus. Lucret. lib. 3. 303.
Pluvius. Stat. 5. Sylv. 1. 104.
Pronus, i. e. Deorsum vergens. Ovid. 14. Met.
Purpureus. Ovid. 6. Met. 47.
Purus. Lucret. lib. 4. 328.
Purus & tenuis: cui opponitur, Cœlum crassum atque concretum. Cic. 2. de Nat. Deor. 42.
Quietus. Virg. 5. Æn. 216.
— mox aëre lapsa quieto
Radit iter liquidum. i. e. Secat purum aërem. Servius.
Rarus. Lucret. lib. 2. 106.
Roscidus. Plin. lib. 21. cap. 7.
Stridulus. Lucan. lib. 7. 475.
Tabificum aëra resolvere. Lucan. lib. 5. 3.
Temperatus. Cic. 2. de Divin. Non verisimile solum, sed etiam verum esse censent perinde utcunque temperatus sit aër, ita pueros orientes animari atque formari, ex eoque ingenia, mores, animum, corpus, actionem vitæ, casus cujusque eventusque fingi.
Tenebrosus. Virg. 5. Æn. 839.
Tenuem aëra carpere. Virg. 4. Georg. 311.
Tenuissimus. Ovid. 15. Met. 248.
Tepidus. Ovid. 1. Fast. 155.
Torridus. Propert. lib. 2. 28. 3.
Toto aëre ningit, i. e. Per totum aërem. Virg. 3. Georg. 367.
Turbidus aër spargitur. Claud. de Aponi balneis. 49. 35.
Vacuus. Virg. 3. Georg. 109.
Vagus. Tibul. lib. 4. 1.
Violentior. Lucan. lib. 5. 717.
Candescit aër. Ovid. 6. Met. 49.
Captare aëra auribus. Virg. 3. Æn. 514.
Haud segnis strato surgit Palinurus, & omnes
Explorat ventos, atque auribus aëra captat. Ubi Servius, Naturale enim est, ut a qua parte flaturus est ventus, ad eam auris admota frigidior fiat.
Cogitur aër in nubem. Virg. 5. Æn. 20.
Concipit aërem buccina, i. e. Vento inflatur inspirante & canente tubicine. Ovid. 1. Met. 119.
Condenset se aër. Lucret. lib. 1. 393.
Discutere aëra, i. e. In diversas partes quatere ac disjicere. Lucret. lib. 6. 831.
Dissilit aër. Lucan. lib. 5. 631.
Ducitur aër. Lucret. lib. 4. 936.
Interiorem etiam partem spirantibus aër
Verberat, hic idem cum ducitur, atque reflatur. h. e. Cum emittitur & reciprocatur. Spirantibus, i. e. Animalibus.
Findere aëra. Ovid. 4. Met. 666.
Fluit aër. Lucret. lib. 5. 637.
Lambere aëra. V. paulo ante, Liquidum aëra lambere.
Mulcere aëra concentibus. Ovid. 1. Fast. 155.
Odorare aëra fumis. Ovid. 15. Met. 734. — & odorant aëra fumis. i. e. Odoribus replent. Al. Adorant.
Offunditur nobis aër. V. paulo ante, Aër crassus, &c.
Permetiri. Lucret. lib. 6. 1140.
Aëra permensus multùm, camposque natantes.
Perrumpere. V. PERRUMPO.
Piscari in aëre. h. e. Stulta conari & præpostera. Plaut. Asin. 1. 1. 86. Jube una me opera piscari in aëre, venari autem jaculo in medio mari.
Protrudere, Agere, Propellere, Lucret. lib. 4. 247. eodem sensu dicuntur.
Reflatur aër. Lucret. 4. 936.
Resolvere aëra. V. paulo ante, Tabificum aëra resolvere.
Rumpere. Ovid. 4. Met. 124. — ictibus aera rumpit.
Sævit aër pestifer. V. paulo ante, Pestifer aër.
Secare aera pennis. Cic. in Arat.
Silet aër. Ovid. 7. Met. 187.
Immotæque silent frondes, silet humidus aër.
Temperare aërem. Virg. 3. Georg. 336.
Solis ad occasum, cum frigidus aëra Vesper
Temperat, & saltus reficit jam roscida Luna. Ubi Servius: Temperat, refrigerat.
Tentare. Ovid. 6. Epist. 161.
Cum mare, cum terras consumpserit, aëra tentet. i. e. Per aëra volet Medea.
Tenuare. Stat. 1. Theb. 338.
Volvere. Lucret. lib. 4. 287.
Aer etiam dicitur Tuborum cavitas, qua aëra trahunt fistulæ. Sen. 3. Quæst. Nat. 24. Facere solemus formas, in quibus aëre tenui fistulas struimus. [Nugæ. Ære Ald. & codd. emendatiores.
In plurali numero dixit Vitruvius 1. 1. Aëres locorum, qui sunt salutares aut pestilentes. conf. Lucret. lib. 4. 291. & 5. 644.
Aer & Æther in MSS. confunduntur observante Drakenb. ad Sil. 13. 527.
AERIUS, [ἀέριος] Adj. Cic. in Topic. 77. Deinceps aërii volatus avium atque cantus. i. e. Qui fiunt in aëre.
Aditus aërios rumpere alicui. h. e. Iter per aërem. Ovid. 18. Epist. 44.
Avis, Per aërem volans. Ovid. 1. de Arte Am. 26.
Columbæ. Ovid. 3. de Ponto 3. 19.
Cursus, i. e. Volatus. Ovid. 6. Met. 709.
Genus animantium pennigerum & aërium. Cic. de Univers. 31.
Grues. Virg. 1. Georg. 375.
Iter aërium pervolare. Ovid. 2. Fast. 252.
Palumbes. Virg. 3. Ecl. 69.
— aëriæ quo congessere palumbes, i. e. Altius in aëre volantes.
Venti. Catul. 64. 142.
Vias aërias carpere. Ovid. 2. de Arte Am. 44.
Volucres. Lucret. lib. 1. 12.
Aërium, pro Alto, sublimi. Virg. 1. Ecl. 59.
Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo.
Alpes aëriæ, Altæ. Virg. 3. Georg. 474. Ovid. 2. Met. 226.
Arces, i. e. Altæ. Virg. 3. Æn. 291.
Astra. Virg. 5. Æn. 518. al. leg. Ætheria.
Cacumen, i. e. Altum. Catul. 64. 240.
Cupressus. Catul. 64. 291.
Murus, i. e. Altus. Valer. Flac. 6. Argon. 553.
Quercus. Virg. 3. Æn. 680.
Rupes. Virg. 4. Georg. 508.
Spes. Arnob. h. e. Cassa, ut exponit Meursius Exerc. Crit. p. 17.
Mel. Virg. 4. Georg. 1.
Protinus aerii mellis cœlestia dona
Exequar. Mel aerium vocat, quia ex rore colligitur qui ex aëre defluit.
AERIA, æ. f. Dea Juno ab aëris regno nuncupata. Mart. Capell. 2. p. 38. Est & urbs Galliæ. Strab. lib. 4.
AERĪNUS, Adj. Cæruleus, vergens in aërium colorem. ut, Aves aërinæ Tertull. de Habitu Mulier. cap. 8. Vide Salmas. Exerc. Plin. pag. 399. 770.
AERĬPES, ĕdis. [ἀερόπους] Adj. significat Celerem, quasi aërios pedes habentem, h. e. leves. Virg. 6. Æn. 802.
Fixerit æripedem cervam licet. Duas syllabas in diphthongum contraxit, metri gratia, Æripedem, pro Aëripedem. Alii tamen quasi compositum esset non ab Aër, sed ab Æs, χαλκόποδα interpretantur, i. e. solidos, indefatigabiles pedes habentem. Ita Homer. χαλκόποδες ἵππω. Iliad. θ. v. 41. & ν. v. 23. V. Scal. in Auson. 1. 16. p. 48. qui ab Æs, æris, derivat. & ÆRIPES infra post ÆS.
ÆRA, æ. [αἶρα.] Herba est inimica segetibus, de qua sic Plinius, lib. 18. cap. 17. Est herba quæ cicer enecat & ervum, circumligando se: vocatur orobanche: triticum simili modo æra. Et paulo post, Æræ granum minimum est, in cortice aculeato. Cum est in pane, celerrime vertigines facit: aiuntque in Asia & Græcia balneatores cum velint turbam pellere, carbonibus id semen injicere. Hactenus Plinius. Latini Lolium appellant. Virg. 5. Ecl. 37.
Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ.
ÆRĪNUS, Adj. [αἴρινος] i. e. Loliaceus, ab Æra. Plin. lib. 22. cap. 25. Ærina farina magis cæteris purgat ulcera vetera. Idem lib. 21. cap. 19. Panis vero cum melle & ærinea farina. Sic enim Hermolaus legit, quem Calepin. sequitur: quanquam in aliis legatur, Avenæ farina.
A. ER. A. i. e. Annus erat Augusti, quibus in unum contractis factum est barbarum vocabulum ÆRA. Auctor Genes. Sepulved. in lib. de Correctione Anni. Sed rectius alii ab Æs deducunt, cujus plur. Æra fuerunt Nummi, quibus utebantur calculatores ad rationes subducendas. Nam posteriores Latinorum sæpe neutra pluralia in fœmininum converterunt; sic Æras appellarunt, quæ Cicero & Lucilius Æra dixerant. Vid. Cic. apud Non. 3. 18. & Lucil. apud eundem 2. 42. V. Scalig. de Emendatione Temp. eo loco, quo de Hispanica, quam vocarunt, Æra disputat. Æram præterea pro Numero dato dixisse veteres non uno exemplo Salmasius Exerc. Plin. p. 483. erudite ostendit. Scaligeri sententiam approbat etiam Reines. de Lingua Punic. in Epilog. Baron. Martyrol. p. 655.
ÆRÆ, [Αἰραὶ] Oppidum est Macedoniæ, cujus incolæ Ærei dicuntur. Alterum ad Hellespontum a quo Gentile Ærates [Αἰράτης.]
Tertium in Ionia. V. Steph. de Urbibus.
ÆRANTHEMIS. V. ANTHEMIS.
ÆRARIUM, & cætera id genus, V. ÆS, æris.
ÆRENERVI, Julius Firmic. lib. 6. cap. 31. sub fin. Musicos faciunt, qui lyræ vel harenarios, vel ærenervos dulci modulatione percutiant. Sed apparet locum esse mendosum, legendumque, qui lyræ vel citharæ nervos dulci modulatione percutiant.
Potius dicerem Ærenervi, Corrupta vox apud Jul. Firmicum. V. in NERVUS. H. St.
AEREUS, & AERIPES. V. ÆR.
ÆRĬCA, æ. f. interprete Theodoro, Piscis est qui Græce Chalcis dicitur. Est autem Piscis fluviatilis carnivorus, qui quodammodo stridet, & ter in anno parit, gregatimque sua ova gurgiti altiori mandat congesta. Vitio infestatur diro, ut pediculi sub branchiis innati plurimi interimant: quod nulli ex cæteris accidit. Author Aristot. lib. 8. de Hist. Animal.
ÆRIDES, [αἰρίδες] Gemmæ sunt e Beryllorum genere. Plin. 37. cap. 5.

AERIZUSA, æ. Jaſpis aëri ſimilis. Plin. lib. 37. cap. 8. Plurimæ ferunt jaſpidem gentes. Smaragdo ſimilem Indi. Cypros duram glaucoque pingui: Perſæ aëri ſimilem, ob id vocatur Aërizuſa. Cœlo autumnali matutino ſimilis. Dioſc. 5. 160. ἀερίζων, m.

AEROMANTIA, [ἀερομαντεία] Divinatio ex aëre.

AEROMELI, [ἀερόμελι] Liquor eſt in Syria præcipue, & Arabia ſereno cœlo ex aëre defluens, ſub exortu Vergiliarum, plantiſque adhæreſcens, & deinde duritiem quandam colligens. A quibusdam ros Syriacus, a recentioribus Manna dicitur. Ruell. lib. 1. cap. 24.

AËROPE, es. Atrei uxor, a Thyeſte adulterio corrupta: Ovid. 2. de Triſt. 391.

Si non Aëropen frater ſceleratus amaſſet,
Averſos Solis non legeremus equos.

Male quidam hoc nomen per æ diphthongum ſcribunt. Ἀερόπη Græce dicitur. V. Homerus & Callimachus.

Fuit & altera Aërope Cephei filia, de qua vide in dictione Aphnæus Mars.

AËROPES, [ἀέροπες] Avis genus, quod parentes ſenio confectos alit, Ariſtotele teſte, quod & de Ciconiis memoratur.

Item eſt gens Troezeniorum.

AËROPUS, Martis & Aëropes filius, de quo Pauſan. in Arcad.

ÆROPUS, i. [Ἀέροπος] Macedoniæ rex, ſi quando erat ab negotiis feriatus, τραπέζια, i. e. menſulas, & lychnidia optime conſtruere conſueverat. Et propterea Cato dicere ſolebat, Non minus otii, quam negotii clarorum virorum rationem extare oportere. V. Cæl. Antiq. Lect. lib. 11. cap. 3.

ÆRUGO, inis. f. [ἰὸς χαλκοῦ] Rubigo in ære. ut Ferrugo in ferro. Columel. lib. 7. cap. 5. Vel æris ærugine infriata. Plin. lib. 34. cap. 12. & lib. 28. cap. 7. Æs contactum grave virus odoris accipere & æruginem, magis ſi decreſcente luna id accidat.

Ærugo, poetice translatum, pro Linguæ mordacitate, ſeu Maledicentia, vel Livore & invidia. Martial. lib. 2. 30.

Uteris ore aliter nimiaque ærugine captus,
Allatras nomen, quod tibi cunque datum eſt. Hor. 1. Serm. 4.
— hic nigræ ſuccus loliginis, hæc eſt
Ærugo mera.

Ærugo, item translate, pro Immodico pecuniæ & lucri ſtudio propterea quod eo, tanquam ærugine quadam, ingenia præclara, & ad res majores nata, corrumpuntur ac depravantur. Hor. de Arte Poet. 330.

— at hæc animos ærugo, & cura peculi
Cum ſemel imbuerit, &c.

Lambinus. Sic & Apul. 1. Met. ſub fin. Æruginì intentum pro Avaro dixit.

Ærugo, metaphorice ad ſegetum rubiginem transfertur apud Theophraſtum lib. 4. de Cauſis Plantarum. appellat enim Græce ἐρυσίβην. Eſt autem Ærugo incidentis ſegetibus humoris Putrefactio, quo vitio ſpicæ marcidæ fiunt, & in pulverem fœtidum conſriatiles. Ruell. lib. 2. cap. 16. de Ærugine, Eryſiben Græci vitium hoc appellant, pleniluniis fere accidens: quod & Rubigo frequentius dicitur.

Ærugo mordax. Sedulius.

Non mordax ærugo vorat, non tinea ſulcat.

Viridis. Martial. lib. 10. 33.

Ut tu, ſi viridi tinctos ærugine verſus
Forte malus livor dixerit eſſe meos.

i. e. Livore & maledictis.

Ærugo raſilis, [ἰὸν ξυστὸν] & Ærugo Scolecia, [ἰὸς σκωλὴξ] Medicamenta ſunt, de quibus Galen. lib. 9. Simplicium medicam. Ærugo, inquit, guſtantibus acrem qualitatem affert, digerens, detrahens, & liquans, non teneram modo, ſed & duram carnem. Horum confectionem & naturam vide plene apud Dioſcor. lib. 5. cap. 51. & 52.

ÆRUGINO, āre. Vulg. Int. Jac. 5. 3. Aurum & argentum veſtrum æruginavit. Habet & Fulg. Ep. ad. Ven. & Salvian. de Avar. 1. p. 31.

ÆRUGINOSUS, a, um. Adj. Æruginis plenus. Sen. de Brev. Vitæ cap. 12. Majorem dierum partem æruginoſis lamellis conſumit.

ÆRUMNA, æ. f. [οἰζύς] Labor oneroſus. Feſt. Aliqui dici putant ab Ære, quod æris cauſa maximi ſunt labores. Iſidor. lib. 10. in A derivat a Rumine. Chariſius ait Enn. per E ſimplex ſcriptitaſſe, quod mentem eruat. Sed alii cum Feſto rectius ab αἴρω, gero, tollo, quaſi αἰρομένη. Cic. 2. de Fin. 118. Vel Herculis perpeti ærumnas: ſic enim majores noſtri labores non fugiendos, triſtiſſimo tamen verbo ærumnas etiam in deo nominaverunt.

Æterna ærumna. Cic. poſt redit. in Senat. 33. Quod ſi mihi æternam eſſe propoſitam ærumnam arbitrarer, morte me ipſe potius, quam ſempiterno dolore multaſſem.

Graves. Sen. Herc. 4.

Miſeria & ærumna. Cic. 5. de Fin. 95. Ut ubi virtus ſit, ibi eſſe miſeria & ærumna non poſſit.

Ornatus ærumnis alterius. Cic. pro Sylla, 50. Exuviis al.

Affici ærumnis. Lucret. lib. 3. 50.

Omnibus ærumnis affecti denique vivunt.

Exolvere ærumnas duas uno labore. Plaut. Amph. 1. 2. 26.

Uno ut labore exſolvat ærumnas duas. De Alcmena loquitur, quæ uno partu geminos edidit. al. legunt, Abſolvat.

Incidere in ærumnas. Cic. Fam. 14.

Perpeti ærumnas. Cic. 2. de Fin. 118.

Ærumnæ omnes te premunt. Cic. in Parad. 2.

Levare ærumnas fletibus. Sen. in Troad. 86.

Superare ærumnas. Plaut. Perſ. 1. 1. 2.

Superavit ærumnis ſuis ærumnas Herculis.

ÆRUMNALIS, Adj. [οἰζυρὸς] Apuleius lib. 1. de Aſin. a pr. Mox in urbe Latia advena, ſtudiorum Quiritium indigenum ſermonem ærumnali labore aggreſſus excolui. Ærumnabili Elmenh. ut metrum poſcebat.

ÆRUMNABILIS, e. [οἰζυρικὸς] Ærumnis plenus. Lucret. lib. 6. 1228.

Illud in his rebus miſerandum magnopere unum
Ærumnabile erat.

ÆRUMNOSUS, a, um. [οἰζυρὸς] Plenus ærumnis. Cic. 4. Tuſc. 82. At eos qui ſe ægritudini dediderunt, miſeros, afflictos, ærumnoſos, calamitoſos.

Ærumnoſiſſimus. Cic. 3. Att. 23. & pro Cluent. 201.

Infelix & ærumnoſus. Cic. 7. Verr. 161.

Ærumnoſa & miſeriarum compos mulier. Plaut. Epid. 4. 1. 32.

Salum ærumnoſum. Cic. 3. Tuſc. 67.

Nec tam ærumnoſo navigaſſem ſalo. i. e. Per mare in quo tot labores tolerandi fuerunt. Verſus eſt Ciceronis ex Græco.

ÆRUMNATUS, Adj. [οἰζυρὸς] Plaut. Capt. 3. 4. 108.

Tum igitur ego ærumnatus, deartuatus ſum miſer. h. e. Multis ærumnis affectus. Nomen fictum more Plautino.

ÆRUMNULA, æ. dimin. Feſt. Plautus Ærumnulas refert furcillas, quibus religatas ſarcinas viatores gerebant, quarum uſum quia C. Marius retulit, MULI MARIANI poſtea appellabantur. Apud Plautum hodie non exſtat, niſi in Sticho 3. 1. 9. pro Miſerias cum Douſa legas Ærumnulas.

ÆRUSCO, V. poſt ÆS infra.

Æ S

ÆS, æris. n. [χαλκὸς] Genus eſt metalli. Ejus tria ſunt genera, Regulare, Coronarium, & Caldarium. Plin. lib. 34. cap. 8. In Cyprio coronarium (& regulare eſt, utrunque ductile. Coronarium) tenuatur in laminas: taurorumque felle tinctum, ſpeciem auri in coronis hiſtrionum præbet. Idemque in uncias additis auri ſcrupulis ſenis, prætenui pyropi bractea igneſcit. Regulare & in aliis fit metallis: Itemque Caldarium. Differentia, quod caldarium funditur tantum, malleis fragile, quibus regulare obſequitur, ab aliis ductile appellatum, quale omne Cyprium eſt. Sed & in cæteris metallis cura diſtat a caldario. Omne enim purgatis diligentius igni vitiis, excoctiſque, regulare eſt. In reliquis generibus palma Campano. Hæc Plinius. Ubi verba, quæ uncinulis incluſimus, omittit Harduinus. Æs coronarium, *du leton.* Æs regulare ſive ductile, *Erain.* Æs caldarium, *Cuyure.*

Æris appellatione aurum etiam per ſynecdochen continetur, Ulpiano in l. etiam 159. de Verb. Sign. Cæl. Antiq. Lect. lib. 10. cap. 2.

Æris metalla invenit Cinyra, Agriopæ filius, idque in inſula Cypro. Plin. lib. 7. cap. 56.

Æs, pro Galea ærea, per metonymiam. Ovid. 8. Met. 32.

Cum vero faciem dempto nudaverat ære. i. e. Depoſita galea.

Sic Æs, pro Roſtris navium: fiebant enim ex ære. Virg. 1. Æn. 36.

Vela dabant læti, & ſpumas ſalis ære ruebant. Valerius quoque 1. Argon. 688.

— & ſpumas vomit ære tridenti. Hor. igitur 1. Carm. 1. 13. cum vellet longam navem ſignificare, & roſtratam firmamque, Trabem Cypriam dixit: ut ærea accipiatur, quod Cyprus olim metalla æris habuerit, & in ea prima fuerit æris inventio, ut teſtatur Plin. lib. 34. cap. 2. [Quin potius Poetica Synecdoche eſt, ubi Species inſignis aliqua pro genere ponitur. Notum vero, Cyprium fuiſſe claſſibus nobilem. Trabs autem per metonym. pro Navi. V. Schol. Cruquian.

Sic Æra pro Operibus ex ære factis. Virg. 1. Georg. 480.

Et mœſtum illacrymat templis ebur: æraque ſudant. Idem in 3. Georg. 363.

Æraque diſſiliunt vulgo: veſteſque rigeſcunt. Species metonymiæ: ut ferrum pro gladio. Hor. 4. Carm. 8. 2.

Sic Æs, Pecunia ex ære facta. Veteres enim primum ſignatam pecuniam ex ære habuerunt. Cato, Fundum æribus ſuis emptum poſſidebant. Ter. Phorm. 3. 2. 26. Ancillam ære emptam ſuo.

Æra, n. pl. Cic. Hortenſio, Quid tu, inquam, ſoles, cum rationem a diſpenſatore accipis, ſi æra ſingula probaſti, ſummam quæ ex his confecta ſit non probare? Nonius.

Æs quando primum Romæ fuerit ſignatum, his verbis prodidit Plin. lib. 18. cap. 3. Servius rex, ovium boumque effigie primus æs ſignavit. Idem lib. 33. cap. 3. Signatum eſt nota pecudum: unde & pecunia appellata.

Ære dirutus miles. Feſtus, Ære dirutum militem dicebant, cui ſtipendium ignominiæ cauſa non eſſet datum, quod æs diruebatur in fiſcum, non in militis ſacculum. Nonius, Ære diruti appellabantur milites, quibus propter ignominiam ſtipendium, id eſt merces menſtrualis, aut annua, quæ eſſet in nummis æreis, ſubtrahebatur. Hoc verbo Cicero facetiſſime in Verrem uſus eſt, 5. 33. Aleatoris Placentini caſtra commemorabuntur in quibus cum frequens fuiſſet, tamen ære dirutus eſt. i. e. Quamvis non eſſet emanſor, ſed frequens in caſtris aleatoriis, tamen ære dirutus eſt, i. e. Stipendia perdidit, alea ſcilicet omnia abſumente. Idem 13. Philipp. 26. Fraudator creditorum Trebellius, homo diruptus dirutuſque Q. Cœlius. i. e. Tum hernioſus, tum diſſipato patrimonio expeculiatus, atque omni ære exhauſtus. Luſit enim Cicero per paronomaſiam dirupti, i. e. Hernioſi, & diruti.

Æs alienum Ulpian. l. 213. D. de Verb. Signific. Æs alienum eſt, quod nos aliis debemus: æs ſuum eſt, quod alii nobis debent. Cic. pro Quint. 15. Cum æris alieni aliquantulum eſſet relictum. Salluſt. de Conjur. Catil. Simul quod æs alienum per omnes terras ingens erat. i. e. Multi erant obærati.

Æris alieni atque litis comes miſeria. [Gr. Ἐγγύα, πάρα δ' ἄτα] Chilonis Lacedæmonii oraculum apud Plin. lib. 7. cap. 32.

Nexus ob æs alienum. V. NECTO.

Æs meum alienum. Cic. 13. Att. 44. Si quid æri meo alieno ſuperabit. h. e. Siquid mihi ſupererit, poſtquam æs alienum perſolvero.

Æs alienum tuum. Cic. 2. Philipp. 36. Etenim quæ res egeſtati & æri alieno tuo, præter mortem Cæſaris, ſubvenire potuiſſet? i. e. Unde æs alienum diſſolviſſes: niſi ex morte Cæſaris tanta pecunia tibi acceſſiſſet?

Æs alienum afferre. Cic. 7. Fam. 23.

Æs alienum cogere, conflare, contrahere, facere: omnia hæc idem ſignificant: h. e. Ære alieno ſe obligare, nempe ſe debitorem facere, pecunia vel mutuo, vel fœnerato accepta. Plaut. Stich. 1. 3. 50. Alienum æs cogat. Cic. 1. Q. fratr. 1. Nullum æs alienum novum contrahi civitatibus. Idem Att. 12. Ex quibus mihi etiam æs alienum faciendum puto. Salluſt. Quique æs alienum grande conflaverat.

Creſcit tibi æs alienum. Cic. 6. Verr. 28. Metuiſti ne æs alienum tibi creſceret.

Devovere ſe pro ære alieno, Seipſum pro diſſolvendo ære alieno ſub haſta vendere. Cic. 11. Philipp. 13. Pro alieno ſe ære devovit.

Æs alienum diſſolvere, Solvere creditoribus, & ab eis ſe liberare. Cic. pro Sylla.

Donare æs alienum. Cic. ad Brut. 6.

Ducite ex animis curam, atque alienum æs ne quis formidet efflagitatorem ſuum. Plaut. Budæus.

In ære alieno nullo eſſe, idem quod Nihil debere. Cic. 9. Verr. 11. At

N homi-

hominem video auctionem fecisse nullam, vendidisse præter fructus suos nihil unquam, non modo in ære alieno nullo, sed in suis nummis multis esse, ac semper fuisse.
Exire ære alieno, Liberari debitis. Cic. 11. Philipp. 13. O hominem ridiculum, qui se exire ære alieno putaret posse, quum venderet aliena!
Æs alienum exonerare. Paul. in l. profectitia. D. De jure dotium.
Habere, h. e. Debere. Cic. 5. Fam. 6. Itaque nunc me scito tantum habere æris alieni, ut cupiam conjurare, si quisquam recipiat.
Incidere in æs alienum. Cic. 2. in Catil. 20. V. INCIDO.
Inveterascere eorum æs alienum non patiebatur Atticus, neque multiplicandis usuris crescere. Cornel. Nepos in Vita Attici. C. 2.
Laborare ex ære alieno. Cæs. 3. Bell. Civil. 22. Interim Milo quos ex ære alieno laborare arbitrabatur, solicitabat.
Levare se ære alieno. V. LEVO.
Liberare se maximo ære alieno. Cic. 14. Att. 20.
Luere æs alienum. h. e. Dissolvere. Curt. lib. 10. 2. 25.
Minuere. V. MINUO.
Obrui ære alieno. V. OBRUO.
Obstringere omnes amicos ære alieno. Cic. 11. Fam. 10.
Oppressus ære alieno. Cic. pro Font. 1.
Persolvere æs alienum. Plin. Epist. lib. 9. ad Paulinum.
Reddere causas æris alieni. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 8.
Relinquere æs alienum. Cic. pro Quint.
Succurrere æri alieno. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 7.
Suscipere alicujus æs alienum, est Provinciam suscipere solvendi ejus creditoribus. Cic. 2. Off. 55. Liberales autem qui suis facultatibus aut captos a prædonibus redimunt, aut æs alienum suscipiunt amicorum, aut in filiarum collocatione adjuvant.
Vacillare in vetere ære alieno. Cic. 1. Catil. 21.
Æs circumforaneum, pro Fœneratitio. Cic. 2. Att. 1. Tusculanum & Pompeianum me valde delectant, nisi quod me ipsum illum vindicem æris alieni, ære non Corinthio, sed hoc circumforaneo obruerunt. Æs vocat circumforaneum, quod ab argentariis fœnerantibus sumitur, qui tabernas habebant in porticibus circa forum.
Æs grave. Servius in Æn. 6. Qui pro hoc, ære gravi donatus est: i. e. Massis. V. Gronov. de Pec. Vet. p. 241. seq. & Peculiarem Perizonii de eo argum. diatribam.
Æs signatum & Grave, opponuntur. Liv. Decad. 1. lib. 4. Patres bene cœptam rem perseveranter tueri, conferre ipsi primi. Et quia nondum argentum signatum erat, æs grave plaustris quidam ad ærarium convehentes, speciosam etiam collationem faciebant.
In ære meo est, aliter accipit Cic. 13. Fam. 62. Et mehercule semper sic animo habui, te in meo ære esse. i. e. Inter amicos meos esse. In ære enim meo est, idem est quod meum, & in bonis meis est, atque in censu meo. Idem 15. Fam. 14. M. Fabium quod mihi amicum tua commendatione das, nullum in eo facio quæstum. Multi enim anni sunt, cum ille in ære meo est, & a me diligitur &c.
Ære meo me lacessis: i. e. Jocantem joco excipis. Plaut. Pœnul. 1. 2. 85. Enimvero ære meo me lacessis, ludos & delicias facis.
Æs militare, Pecunia quæ in stipendium militum de ærario a Tribunis æerariis adnumerari Quæstori solebat. Asconius.
Ære publico fixum Senatusconsultum. Tacit. 12. Ann. 53. Et fixum est ære publico Senatusconsultum, quo libertinus sestertii ter millies possessor, antiquæ parsimoniæ laudibus cumulabatur. Quia in æs incidebantur S. C.
Æra lupinis quid distent. Hor. 1. Epist. 7. 23.
Nec tamen ignorat quid distent æra lupinis. i. e. Quantum pecunia differat a lupinis, legumine vilissimo. Acron: Quæ sit differentia inter bonos & malos. Erasmus in Chiliad. i. e. Novit discrimen rerum vilium & preciosarum. Agit autem Horatius de iis qui beneficia non ita conferunt in quosvis, veluti abjiciant: sed ita collocant, ut expendant & ejus meritum ac dignitatem cui præstant, & precium muneris quod largiuntur.
Æribus, pluraliter ab Ære. i. e. Æramento, dicit Cato. Festus.
Æris faber. V. FABER.
Æris flos, [χαλκοῦ ἄνθος] Medicamentum est, cujus vires sic perstrinxit Galen. lib. 9. Simplic. Medicam. Flos æris tenuiorum partium facultatis est, quam aut æs ustum, aut squama. Merito itaque ex eo factis collyriis extergunt, auferuntque superciliorum magnas asperitates, quas vocant Sycoses. V. ÆRAMEN.
Æris squama, [λεπὶς χαλκοῦ] Medicamen est ad multa utile, cujus meminit Galen. lib. 9. Simplic. Medicam. & latissime Dioscor. lib. 5. cap. 49.
Æs ustum, [χαλκὸς κεκαυμένος] Medicamentum est, cicatrici ulceribus inducendæ utile, de quo Dioscor. lib. 5.
Acuta æra, Acute sonantia. Hor. 1. Carm. 16. 8.
Ægineticum æs. V. Deliacum æs.
Arguta. Sil. lib. 17.
Circum arguta cavis tinnitibus æra, simulque
Certabant rauco resonantia tympana pulsu.
Canorum. Virg. 9. Æn. 503.
At tuba terribilem sonitum procul ære canoro Increpuit.
Cavum. i. e. Tuba ærea. Virg. 3. Æn. 240.
— dat signum specula Misenus ab alta Ære Cavo.
Cavum æs, pro Vase æreo concavato. Ovid. 4. Met. 504.
Cavo ære clypeus. Virg. 3. Æn. 286.
Ære cavo clypeum magni gestamen Abantis
Postibus adversis figo. Servius, Æris cavi: ut Pulcra prole.
Concavum. Ovid. 4. Met. 29.
— impulsaque tympana palmis
Concavaque æra sonant, longoque foramine buxus.
Cordubense. V. Sallustianum æs.
Corinthia. Plin. lib. 34. cap. 2. Ex illa autem antiqua gloria, Corinthium æs maxime laudatur: hoc casus miscuit. V. CORINTHIUS.
Crepitantia. Virg. 4. Georg. 151.
Decorum. Virg. 4. Æn. 489. pro Orichalco, ut ait Servius.
Deliacum. Plin. lib. 34. cap. 2. Antiquissima æris gloria Deliaco fuit. Et paulo post, Proxima laus Æginetico fuit. Insula & ipsa nec æs gignens, sed officinarum temperatura nobilitata.
Ephyreïa. Virg. 2. Georg. 464.
Illusasque auro vestes, Ephyreïaque æra. Ubi Servius, Ephyreïa æra: Corinthia, quæ laudat etiam Cicero: nam Ephyrus est Corinthus.
Exercita pulsu æra. V. Tacent æra.
Fulvum. Ovid. 1. Met. 115.
Livianum. V. Sallustianum æs.
Marianum. V. Sallustianum æs.
Micantia. i. e. Arma ærea. Virg. 2. Æn. 734.
Operosum. i. e. Magno opere & artificio fabricatum. Ovid. 3. Epist. 31.
Paphium. h. e. Cyprium: Paphos enim Cypri est oppidum. Ovid. in Ibin 440.
Raucum, pro Clypeo æreo, ad teli tactum, raucum sonum emittente. Virg. 2. Æn. 503.
Rauci æris canor. h. e. Tubarum clangor. Virg. 4. Georg. 71. conf. 6. Æn. 165.
Recurvum. Lucan. lib. 1. 432.
— quos ære recurvo
Stridentes acuere tubæ. h. e. Litui inflexi incitavere ad ineundam pugnam.
Renidens. Virg. 2. Georg. 282.
Rotunda æra, pro Cymbalis. Propert. 4. 7. 61.
Qua numerosa fides, quaque æra rotunda Cybebes
Mithratisque sonant Lydia plectra choris. Ea enim vera est scriptura, teste Turnebo: non ut editur,
— quaque errat turba Cybelles.
Sallustianum, Livianum. Plin. lib. 34. cap. 2. Proximum bonitate fuit Sallustianum in Centronum alpino tractu, non longi & ipsum ævi. Successitque ei Livianum in Gallia. Utrumque a metallorum dominis appellatum: illud ab amico divi Augusti, hoc a conjuge: velocis defectus. Livianum quoque certe admodum exiguum invenitur. Summa gloria nunc in Marianum conversa: quod & Cordubense dicitur.
Saturnia æra, Vasa ærea, quibus utebantur tempore Saturni in sacris. Pers. 2. Sat. 59.
Aurum vasa Numæ, Saturniaque impulit æra.
Sonans. Ovid. 12. Met. 46. de fama loquitur,
— tota est ex ære sonanti,
Tota fremit, vocesque refert, iteratque quod audit. V. Burman. ad loc. qui legit, ex Ore sonanti.
Sonorum. Claud. 3. Paneg. 119.
Stridentia. Virg. 4. Georg. 173.
Temesæa, a Temese oppido Cypri, in quo præcipua æris bonitas & fertilitas fuit, ut tradit Strab. lib. 6. Ovid. 5. Fast. 441.
Tinnula, Tinnientia ac resonantia. Ovid. 4. Met. 393.
Vetusta, Moneta vetus. Ovid. 1. Fast. 220.
Unca. i. e. Hami. Ovid. 2. de Ponto 7. 10.
Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo,
Omnibus unca cibis æra subesse putat.
Concrepant æra. Ovid. 5. Fast. 441.
Conflare æs. h. e. Liquefaciendo commiscere. Plin. lib. 7. cap. 56. Æs conflare & temperare Aristoteles Lydum Scythen monstrasse: Theophrastus Delam Phrygem putat.
Domare æra. h. e. Malleis tundendo mollire, & in longum latumve ducere. Stat. 1. Achil. 30.
Ducere aliquem ex ære. i. e. Ære fuso, aut malleis in laminas ducto exprimere, effigiare, repræsentare: nam id quoque ducere significat. Virg. 6. Æn. 849.
— ducent vivos de marmore vultus. Plin. lib. 7. cap. 37. Edixit Alexander nequis ipsum alius quam Appelles pingeret, quam Pyrgoteles sculperet, quam Lysippus ex ære duceret.
Ducere æs, Idem. Hor. 2. Epist. 1. 241.
Edicto vetuit, ne quis se præter Appellem
Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra
Fortis Alexandri vultum simulantia.
Excudere æra spirantia. h. e. Statuas tam affabre efficere, ut animatæ videantur. Virg. 6. Æn. 848.
Excudent alii spirantia mollius æra.
Incidere in ære, & in æs. V. INCIDO.
Mutari ære. V. MUTO.
Tacent æra. Stat. 1. Achil. 427.
ÆRAMEN, inis. n. Idem quod Æs. Commodianus Instruct. 20. Et Deos audetis æramine dicere fusos. Sic Flos æraminis apud Th. Priscian. 1. 22. i. e. Flos Æris, de quo supra.
ÆRAMENTUM, i. n. denom. [χάλκωμα] Sunt autem Æramenta, Opera ex ære facta, quemadmodum Ferramenta ex ferro. Plin. lib. 35. cap. 15. In reliquo usu æramentis illinitur.
ÆRARIA, æ. [χαλκῖτις] Herba est, quam sic vertit Theodorus. Hermolaus in Plin.
ÆRARIA, æ. Plin. lib. 34. cap. 13. Etiamnum in ærariis reperiuntur, quæ vocant Pompholygem & Spodon. [Ubi Hard. In fornacibus, in quibus æs uritur. Cum vero alibi Ærarias fabricas & officinas dixerit, videtur hic quoque id nominis subintelligi. V. mox ÆRARIUS. Varro de L. L. 7. 33. proprie ei loco vindicat, ubi æs lavatur. Et ubi lavetur æs, Ærarias, non Ærelavinas nominari. Has Cæsar de B. G. 3. 21. Ærarias Stricturas appellare videtur. Sic enim in Faerni libro esse, testatur Fulv. Ursinus. In editis omnibus Secturæ. V. STRICTURA. Locum Varr. adnotarat jam H. St. & recte monuit, Æraria, arum, pl. num. scribendum fuisse.
ÆRARIUM, ii. n. [τῶν δημοσίων χρημάτων ταμεῖον] Pecunia publica uno in loco condita, tum locus, ubi reposita est. Alias Gaza quoque. Festus, Ærarium sane populus Romanus in æde Saturni habuit. Cic. 3. Tusc. 48. Et quidem C. Gracchus quum largitiones maximas fecisset, & effudisset ærarium, verbis tamen defendebat ærarium.
Nep. Aristid. C. 3. Ejus arbitrio CCCCLX talenta quotannis Delum collata. Id enim commune ærarium esse voluerunt. Id. Att. C. 8. Excogitatum est a quibusdam, ut privatum ærarium Cæsaris interfectoribus ab Equitib. Ro. constitueretur, &c.
Ærarium populi, Fiscus principis dicitur. Interdum tamen pro eodem a Jureconsultis usurpatur. Martian. l. 1. §. 5. D. Ad l. Cornel. de falsis. Paul. l. 13. D. de jure fisc. V. FISCUS.
Ærarium privatum de Principis ærario, ad distinctionem Publici, apud Vulcat. Gallican. in Avid. Cass. C. 7. Senatus illum hostem appellavit, bonaque ejus proscripsit: quæ Antoninus in privatum ærarium congeri noluit, quare senatu præcipiente, in ærarium publicum sunt relata. H. St.
Ærarium publicum apud recentiores Historicos introd. cum satis sit dicere

cere Ærarium. Idem. [Sane & Vulcatium ſuſpicor, Ærarium P. i. e. populi ſcripſiſſe, quod ſciolus aliquis in Publicum mutavit.

Ad ærarium rationes ſuas referebant imperatores exercituum ex provinciis decedentes, i. e. Computos reddebant, ut nunc loquimur. Cic. in Piſon. 61. Rationem ad ærarium retuli continuo Cæſar, ſicut lex tua jubebat. Budæus.

Ærarium militare. Suet. Aug. 49. 6. Ærarium militare cum vectigalibus novis conſtituit. h. e. Quod peculiariter accommodatum eſſet ad ſolvenda militum ſtipendia.

Ærarium publicum Urbis, fuit Saturni templum. Plutarch. in Quæſt. Rom. p. 32. ed. Boxh. Cur Saturni templo utuntur loco ærarii, ibidemque contractuum monumenta adſervant? An quia obtinuit opinio, regnante Saturno avaritiam apud homines, injuſtitiamque locum non habuiſſe? &c.

Ærarii præfectos hodie (ut arbitror) vocare poſſumus, quos Theſaurarios dicunt: qui etiam Quæſtores vocitari poſſunt. Tribunos vero ærarios, quos Receptores generales appellant. Budæus.

Ærarium Sanctius ab antiquis dictum eſt, quod prorſus intactum erat, ex quo nihil promi licebat, niſi in ſumma & prope extrema reipublicæ neceſſitate. Liv. lib. 7. ſecundi belli Pun. Aurum viceſimarium, quod in ſanctiore ærario ad ultimos caſus ſervabatur, promi placuit. Cic. 7. Att. Attulit mandata ad Conſules ut Romam venirent, pecuniam de ſanctiore ærario auferrent, ſtatim exirent urbe relicta. Budæus. Cæſ. 1. Bell. Civil. 14. Quibus rebus Romam nuntiatis, tantus repente terror invaſit, ut quum Lentulus Conſul ad aperiendum ærarium veniſſet, ad pecuniam Pompeio ex s. c. proferendam, protinus aperto ſanctiore ærario ex urbe profugeret.

ÆRARIUS, ii. m. [χαλκεὺς] Qui ærea opera fabricatur. Plin. lib. 16. cap. 6. Carbo in Ærariorum tantum officinis compendio.

ÆRARIUS fieri dicebatur, qui plebeius a Cenſoribus in Ceritum tabulas referebatur, ac per hoc non eſſet in albo centuriæ ſuæ: ſcilicet ad hoc ut eſſet civis, ſed tantummodo ut pro capite ſuo tributi nomine æra penderet. Hæc Budæus fere ex Aſconio ad Divinat. C. 3. Conf. Gell. 4. 20. & 16. 13. Unde ærarium facere, & inter ærarios, ſive in ærarios referre & ærarium relinquere pro eodem leguntur: h. e. Ea ignominia quempiam afficere. quod jus proprie ad Cenſores pertinebat. Cic. pro Cluent. 122. Ut alter in ærarios referri, aut tribu moveri jubeat, alter vetet. Ibid. 126. Ut ſcribam jurati legerent eum, quem iidem iſti cenſores ærarium reliquiſſent. Liv. lib. 4. ſecundi Bell. Pun. His, ſuperioribusque illis equi adempti, qui publicum equum habebant, tribuque moti, ærarii omnes facti. Valer. lib. 2. cap. de Cenſor. Salinator vero quatuor atque triginta tribus inter ærarios referre non dubitavit.

Ex ærariis eximere Latini dicebant, cum aliquem prædicta ignominia levabant. Budæus. Cic. 2. de Orat. 268. Is qui te ex ærariis exemit, luſtrum condidit.

ÆRARIUS, a, um. Quod ad æs pertinet. Plin. lib. 33. cap. 5. Laudatiorem eandem in ærariis metallis, & proximam in argentariis fieri compertum eſt.

Ærarius faber, Qui opera ex ære fabricat. Plin. lib. 34. cap. 8. & cap. 1. A rege Numa collegio tertio fabrûm ærariorum inſtituto. Fabrûm pro fabrorum, per ſyncopen.

Ærariam fabricam alii Chalybas monſtraſſe putant, alii Cyclopas. Plin. lib. 7. cap. 56. V. mox Officina.

Ærarius lapis, ex quo æs coquitur. Plin. lib. 34. cap. 12. Scolecia fit & per ſe raſa ab ærario lapide, de quo nunc dicemus. Chalcitim vocant lapidem, ex quo & ipſum æs coquitur.

Milites, ut ait Varro 4. de L. L. dicuntur ab Ære, quod ſtipendia facerent.

Officina. Plin. lib. 18. cap. 10. Æraria fabrica, Idem. V. paulo ante.

Ærarios Quæſtores hodie vocare poſſumus eos quos Mulctarum, i. e. Emendarum receptores vocant. Tacit. 13. Ann. 28. V. QUÆSTOR.

Æraria ratio. V. RATIO.

Ærarii tribuni, a tribuendo ære ſunt appellati. Hæc Feſtus. At Varro de L. L. lib. 4. Tributum, inquit, dictum a tribubus: quod ea pecunia quæ a populo imperata erat, tributim a ſingulis pro portione cenſus exigebatur. Ab eo, quibus attributa erat pecunia, ut militi reddant, Tribuni ærarii dicti. V. Cic. 1. Att. 16. Tribuni non tam ærati, quam, ut appellantur, ærarii. Sic MSS. V. mox ÆRATUS. conf. ibi Græv. ex Turn. 9. 1. qui Ærarium ut Nummarium vult eſſe corruptum Ære.

ÆRĀTUS, Adj. [χαλκωτὸς] Quod ære tectum vel inſtructum eſt. Fit autem ab Ære, ut Auratus ab Auro. Cic. 4. Verr. 60. Jam vero lectos æratos, & candelabra ænea.

Abaci ærati. V. infra, Oſtia ærata.

Æratæ acies. V. ACIES.

Crates. Stat. 4. Theb. 110.

Omnibus æratæ propugnant pectora crates.

Claſſes, Naves roſtris æreis munitæ. Virg. 8. Æn. 675.

Clypeus. Sil. lib. 15.

Cuſpis. Ovid. 5. Met. 9.

Fores. Tibul. lib. 1. 3. 72.

Homo æratus, Ære alieno obſtrictus: qui uſitatius dicitur Obæratus. Cic. 1. Att. 16. Maculoſi Senatores, nudi Equites, Tribuni non tam ærarii ut appellantur, quam ærati. [Sic enim nonnulli legunt, ſed præſtat eam ſequi lectionem, quam paulo ante propoſuimus.] Plautus pro Pecunioſo & Bene nummato poſuit in Moſtel. 4. 2. 9. Ferocem facis, quia te æratus amat. Sed in pleriſque exemplaribus legitur, Ferocem facis, quia te herus tam amat.

Naves, quæ & Roſtratæ dicebantur. Navium enim roſtra ex ære fiebant. Cæſ. 2. Bell. Civil. 3. Interim. L. Naſidius a Cn. Pompeio cum claſſe navium ſedecim, in quibus paucæ erant æratæ, L. Domitio Maſſilienſibusque ſubſidio miſſus. V. mox Proræ, Puppes.

Oſtia, Camillo inter crimina objecit Sp. Carvilius Quæſtor, quod ærata oſtia haberet in domo. Nam triclinia ærata, abacosque & monopodia Cn. Manlium Aſia devicta primum invexiſſe triumpho ſuo L. Piſo author eſt. Plin. lib. 34. cap. 3.

Pila. Propert. lib. 4. 1. 76.

Portæ. Ovid. 8. Met. 41.

Poſtes. Virg. 2. Æn. 481.

Proræ. Virg. 9. Æn. 121.

— hinc virgineæ (mirabile monſtrum)
Reddunt ſe totidem facies, pontoque feruntur,
Quot prius æratæ ſteterant ad littora proræ.

Puppes. Ovid. 8. Met. 103.

Securis Virg. 11. Æn. 656.

Tela. Tibul. lib. 1. 10. 25.

Triclinia. V. paulo ante in Oſtia.

ÆRĔUS, Adj. [χάλκεος] dicitur Quod ex ære factum eſt: quod & Ahenum etiam dictum eſt. Virg. 1. Æn. 448.

Ærea cui gradibus ſurgebant limina, nexæque
Ære trabes: foribus cardo ſtridebat ahenis.

Loquitur de foribus templi. nam priſci, teſte Plin. lib. 34. cap. 3. limina etiam ac valvas ex ære in templis factitavere.

Ærea arma & tela itidem ex ære vetuſtas habuit: ut eſt apud Homerum: quæ Combe puella in Eubœa primum invenit: unde cognominata Chalcis eſt. Janus Parrhaſius in lib. 1. Claudiani de Rapt. Proſerp. Idem tradit Cælius Antiq. Lect. l. 19. c. 10. Euſtathii teſtimonium afferens.

Caſſis. Sil. lib. 3.

Clypeus. Virg. 12. Æn. 541.

Cuſpide ærea, vel gladio æreo facta vulnera, minus afferre doloris, facilius etiam perſanari, tradit Ariſtoteles: quod medicam vim quandam in ſe obtineat æs, quam in vulnere ſtatim relinquat. Cæl. Antiq. Lect. lib. 16. cap. 5.

Galea. Virg. 5. Æn. 490.

Rota. Virg. 5. Æn. 274.

Seculum æreum, ſive Ætas ærea, dicitur apud poetas pro tertia illa ætate, quæ ſucceſſit argenteæ. Hanc Ovidius Aheneam, i. e. Æratam appellat. 1. Met.

Temo. Virg. 3. Georg. 173.

Vas. Plin. lib. 12. cap. 7.

Æreus, pro Forti, poetice. Virg. 5. Æn. 198.

— vaſtis tremit ictibus ærea puppis.

Ubi Servius, Ærea, fortis: ut, — & junctos temo trahat æreus orbes. Nam puppis ærea non eſt, ſed prora. Sic in eodem lib. Æream rotam pro forti, idem Servius interpretatur.

ÆRĬFER, Adj. [χαλκοφόρος] i. e. Æs ferens. Ovid. 3. Faſt. 740.

Jamque erat ad Rhodopen, Pangæaque flumina ventum:
Æriferæ comitum concrepuere manus.

i. e. Crepitacula ærea ferentes.

ÆRĬFEX, ĭcis. m. [χαλκοτύπος] Gloſſ. Gr. Lat.

ÆRIFICIUM, [χαλκούργημα] Dictum quod fit ex ære. Varro γνῶθι σεαυτὸν, Nihil ſunt muſæ politis, quaſi ærificiæ dixi. Nonius. 2. 10. Quem locum ſic citat Perottus, Politæ enim quaſi ærificio videbantur. [At ap. eund. 4. 130. Nihil ſunt Muſæ politis veſtræ, quas ærifice duxti. Hic Oedipo opus eſt divinatore. V. tamen Mercer.

ÆRIFODĪNA, æ. f. Varro. de L. L. 4. 1.

ÆRĬPES, ĕdis. [χαλκόπους] i. e. Æreos vel Æratos pedes habens. Ovid. 6. Epiſt. 32.

Narrat & æripedes Martis araſſe boves.

h. e. Habentes pedes ære munitos. Ita enim dicunt poetæ eos habuiſſe. Idem 12. Epiſt. 93. Sed in utroque loco Heinſius legit, Ænipedes. conf. ſupra AĔRIPES.

ÆRISŎNUS, Adj. [χαλκόφωνος] Stat. 1. Theb. 265.

— melius votis Mareotica fumat
Coptos, & æriſoni lugentia flumina Nili.

i. e. Æris ſonum dantis propter ſiſtrum, quo in Iſidis ſacris utebantur.

Ida æriſona. Valer. Flac. 1. Argon. 704. Et lib. 3. 28.

Æriſono de monte ratem, præfixaque regum Scuta videt.

Urbes. h. e. Reſonantes propter crebros pelvium & tintinnabulorum æreorum crepitus in eclypſi Lunæ pulſari ſolitorum. Claud. de Bell. Get.

ÆRO, [χαλκόω] āre. ſignificat Æs miſceo, Ære adultero ſive Ære orno. Priſcian. de ſpeciebus verborum lib. 8. A metallorum quoque nominibus ſolent naſci verba: ut ab auro, auro auras: ab ære, æro æras: unde auratus, & æratus. Hujus verbi compoſita ſunt Obæro, & Subæro.

ÆRŌSUS, a, um. [χαλκώδης] Feſtus, Æroſam appellaverunt antiqui Cyprum, quod in ea plurimum æris naſcatur.

Æroſum aurum, Quod multi æris admiſtionem habet. Plin. l. 33. c. 5. E diverſo æroſum contrahit ſe, hebetaturque, & difficulter ferruminatur.

Lapis, Qui multum habet æris, & ex quo æs fit. Plin. lib. 34. cap. 1. ubi de æris generibus, Fit & e lapide æroſo, quem vocant Cadmiam: celebritas in Aſia, & quondam in Campania, &c.

Pecunia æroſa dicitur a Scævola in l. 102. D. de ſolution. Quæ æs mixtum habet. Creditor, inquit, oblatam a debitore pecuniam, ut alia die accepturus diſtulit, mox pecunia qua illa reſpub. utebatur, quaſi æroſa, juſſu principis ſublata eſt. & cæt. Ita Argentum æroſum vocat Schol. Juv. 9. Sat. 31.

ÆRUSCO, āre. Verbum vetus ac obſoletum, ſignificat Æra undique, id eſt pecunias, colligere. Auctor Feſt. Uſus eſt Gellius 9. 2. de mendicabulo. Muſonius æruſcanti cuipiam id genus, & Philoſophum ſe oſtentanti, dari juſſit mille nummum.

Sen. 2. de Clem. 6. Vultum quidem non dejiciet, nec animum ad æruſcantis civis aut pannoſi aridam faciem & obnixam baculo ſenectutem. Sed in Frob. edit. non eſt. H. St. V. Grut. not.

ÆRUSCATOR, ōris, m. Mendicabulum vagum ſed proprie de præſtigiarum artificibus dicebatur. Hodie id genus hominum ad fores ædium, ubi ludicra ſua edituri ſunt, conſtituunt certos homines, qui neminem intromittant ſpectatum, niſi ſolutis nummis. A colligendo itaque ære, ſive nummis æreis, Æruſcatores dicebantur. Gellius 14. 1. interpretatur, Cibum quæſtumque ex mendaciis captantes, atque id nominis de Chaldæis uſurpat. conf. Vulcat. in Caſſio. cap. 9.

ÆRUSCATIO, ōnis. f. Nefas hominum æra adulterantium.

ÆSA, [Αἶσα] Thraciæ oppidum eſt, Pallenæ proximum, cujus incolæ dicuntur Æſei. Ex Stephano.

ÆSĂCUS, [Αἴσακος] Priami ex Alyxothoe nympha filius, quum amore Heſperies nymphæ Cebrenii fluvii filiæ captus, eam fugientem perſequeretur, a ſerpente in pede icta interiit: tantoque dolore Æſacum affecit, ut moriturus e ſcopulo ſe in mare præcipitarit. Quem miſerata Thetys, in mergum transformavit. Ille vero indignatus quod mori non potuerit, ſe mergere nunquam deſiſtit: unde & Mergus a Latinis dictus eſt. Ovid. 11. Met. 762.

Æſacus, Fluvius Trojanus ad Idam montem.

ÆSAGEUS, Montis nomen, apud Homerum.

ÆSALON, onis: vel ÆSALUS, i. [αἰσαλών.] Genus accipitris apud Plin. lib. 10. cap. 8. Æſalona Græci vocant, qui ſolus omni tempore apparet, cæteri hyeme abeunt. Idem lib. eod. cap. 74. Æſalon vocatur parva avis, ova corvi frangens: cujus pulli infeſtantur a vulpibus. Invicem hæc catulos ejus ipſamque vellit. Quod ubi viderunt corvi, contra auxiliantur, velut adverſus communem hoſtem.

ÆSAPUS, i. [Αἴσηπος] Troadis fluvius. Strab. lib. 13. Poſt Cyzicenorum igitur urbem & Æſapum, eſt Troadis initium, ſecundum Homeri deſcriptionem. Sunt qui Æſepus ſcribant penul. prod. quia Græce per η ſcribitur.

ÆSAPUS, teſte Homero 6. Iliad. Filius fuit Bucolionis, maximi filiorum Laomedontis.

ÆSAPIUS, Adj. [Αἰσήπιος] Valer. Flacc. 3. Argon. 420.

Ampycides petit adverſis Æſapia ſylvis Flumina.

ÆSAR, aris. [Αἴσαρ] Fluvius ponitur Theocrito, quem in Sicilia quidam eſſe affirmant. Alii vero in Calabria apud Crotonem. Hujus meminit Ovid. 15. Met. 22. — lapidoſas Æſaris undas.
Straboni lib. 6. Æſarus vocatur, juxtaque Crotonem locatur.

ÆSAR Etruſca Lingua Deus; unde apud Suet. Aug. cap. 97. Illud omen, quod Cæſar, ſublata ictu fulminis ex monumento litera C, poſt centum dies inter Deos referendus ſit.

ÆSAREUS, Adj. Ovid. 15. Met. 54.

Invenit Æſarei fatalia fluminis ora.

ÆSCHINES, inis. m. [Αἰσχίνης] Athenienſis orator Demoſthenis æmulus: cujus orationes tres extant, & aliquot epiſtolæ. Quum populus Athenienſis in duas factiones eſſet diviſus: Quarum altera regi Perſarum faveret, ubi princeps erat Demoſthenes: altera Philippo Macedoni, ubi Æſchines: eſſetque pecunia uterque corruptus: ortæ ſunt inter hos duos oratores inimicitiæ. Philoſtratus hanc diſſenſionem mavult diverſitati morum adſcribere. Nam & Æſchines potator erat, & dulcis, ac remiſſus, faceteque pronuntians. Ille contra ſobrius, gravique ſupercilio, inſuper aquam potans, ac propterea ut difficilis & moroſus taxabatur. Porro Æſchines tandem Athenis diſceſſit, minime quidem juſſus, ſed ut vitaret ignominiam quam acceperat ſuffragiis excidens in accuſatione Demoſthenis & Cteſiphontis: abiitque Rhodum: ubi quum aliquando publice legeret eam quam adverſus Cteſiphontem habuerat orationem; admirantibus Rhodiis quonam modo tanta facundia victa fuiſſet, putantibusque Athenienſes improbum tuliſſe judicium. Atqui, inquit, nulla vos teneret admiratio, ſi Demoſthenem contra hæc differentem audiſſetis. Qua re non ſolum inimici collaudavit eloquentiam, ſed etiam ſententias judicum excuſavit. Ex Philoſtrato & Volaterrano. Plin. lib. 7. cap. 30. & Val. Max. lib. 8. cap. 10. & Cic. 3. de Orat. 211. & in Bruto. Quintil. lib. 2. cap. 17. Idem lib. 10. cap. 1. Demoſthene plenior Æſchines, & magis fuſus & grandiori ſimilis, quo minus ſtrictus: carnis tamen plus habet, minus lacertorum. De eodem V. Fabric. Biblioth. Græc. 2. 23.31. & de aliis hujus nominis, 2. 26. 9.

Æſchines philoſophus, Charini lucanicas facientis, ſive (ut volunt) Lyſaniæ filius, Athenienſis, a puero miræ indolis, laborumque patientiſſimus fuit. Quocirca & a Socrate nunquam diſceſſit: atque ideo Socrates de illo dicere ſolebat, Solus nos colere novit Æſchines. Aiunt ipſum inopia adactum, veniſſe in Siciliam ad Dionyſium, atque a Platone deſpectum, ab Ariſtippo fuiſſe illi commendatum: ibique prolatis dialogis quibusdam accepiſſe munera: demum Athenas reverſum, ibique minime docere philoſophiam ſuam auſum, quod illic Platonis & Ariſtippi eſſet clariſſimum nomen, auditores ſibi mercede quæſiviſſe, deinde in defenſionem innocentium ſe ad ſcribendas orationes judiciales convertiſſe. Socratem ferunt illi dixiſſe, quum premeretur inopia, ut a ſeipſo uſuras exigeret, ſibi ſubducendo cibaria. Ex Diog. Laert. A quo [Æſchines inſuper VII. memorantur. Eum V.

ÆSCHRIO, onis. [Αἰσχρίων] Nomen proprium hominis Syracuſani, in Herbitenſibus decumis publicani, cui uxor fuit Pippa Verri adamata. Cic. 5. Verr.
Æſchrionem alium citat Plin. in indice lib. 10. Meminit & Varro. Nomine hoc & præceptor Galeni fuit, & alii. Hermol.

ÆSCHRODORA, æ. f. Nomen Meretriculæ apud Plaut. Pſeud. 1. 2. 62.

ÆSCHRON, [Αἴσχρων] Mitylenæus verſificator, inter Alexandri Macedonis comites expeditionis, Ariſtotelis familiaris, maximeque ei dilectus, ut tradit Menander Alexandrinus in lib. de Diſcipulis Ariſtotelis. Volaterran. V. Diod. Sicul. lib. 20. & Voſſ. de Poët. Gr. cap. 8.

ÆSCHYLUS, [Αἰσχύλος] Poeta tragicus Athenienſis. Hor. in Arte Poet. 278.

Poſt hunc perſonæ, pallæque repertor honeſtæ
Æſchylus, & modicis inſtravit pulpita tignis,
Et docuit magnumque loqui, nitique cothurno.

Val. Max. lib. 9. cap. 12. eum appellat originem & principium fortioris tragœdiæ. Hic Athenis excedens, in Siciliam venit. Quumque audiſſet in fatis eſſe, ut certo tempore ruina oppreſſus occumberet, quum fatalis dies venit, tectum vitans, in Sicilia mœnibus urbis, in qua morabatur, egreſſus, aprico in loco reſedit: ſuper quem aquila teſtudinem ferens, eluſa ſplendore capitis (erat enim capillis vacuum) perinde atque lapidi eam illiſit, ut fractæ teſtudinis carne veſceretur: eoque ictu extinctus eſt anno ætatis LXVIII. Ex Val. & Volaterr. V. Plin. lib. 10. cap. 3. Et Quintil. lib. 10. cap. 1. Cic. 2. Tuſc. 23.
Æſchylus Gnidius, rhetor, Ciceronis præceptor, ornato & faceto verborum genere uſus eſt. Cic. in Brut. 325.

ÆSCHYLEUS, Adj. Propert. lib. 2. 25. 41.

Deſine & Æſchyleo componere verba cothurno.

Brouckh. ed. Deſine Achilleo. q. V.

ÆSCHYNOMENE, es. [αἰσχυνομένη.] Herba eſt, Plinio ita dicta, quod appropinquante manu folia contrahit. Plin. lib. 24. cap. 17.

ÆSCHYNUS, i. [Αἴσχυνος] Verecundus, ἀπὸ τῆς αἰσχύνης, Nomen adoleſcentis in Terentii Adelph.

ÆSCULANUS Deus & ARGENTINUS, dicti ſunt, Æris & Argenti: i. e. Locupletandorum hominum poteſtatem habentes. Budæus lib. 5. de Aſſe, Quem Quæſtorum ærarii natio, ut deum Æſculanum ſumma veneratione coluit.

ÆSCULAPIUS, [Ἀσκληπιὸς] fuit Apollinis ex Coronide nympha filius, & idem medicinæ deus habitus. Serv. 6. Æn. Tarquitius apud Lactantium lib. 1. cap. 10. dicit eum incertis natum parentibus, expoſitum in ſylvis, repertum a venatoribus, caprino (vel ut alii canino) lacte nutritum, & cuſtoditum a cane, mox traditum Chironi, & ſub eo medicinam didiciſſe. Cujas autem fuerit, non minor eſt controverſia. Sunt qui Epidaurium faciant: alii Meſſenium, ſed Epidauri manſiſſe. Medicinam plurimum auxit, & illuſtravit adeo, ut Androgeonem Minois filium ab Athenienſibus interfectum, & Hippolytum dicatur ad vitam revocaſſe. Propert. lib. 2. 1.

Ferunt etiam Æſculapium ab Jove fulminatum: quod Hippolytum ſuſcitaſſet. Quum Romani ſæviſſima peſtilentia laborarent, inſpectis Sibyllinis libris didicerunt non aliter priſtinam recuperari ſalubritatem poſſe, quam ſi ab Epidauro ubi plurimum colebatur, Æſculapius eſſet accerſitus. Itaque miſſis Epidaurum legatis, Æſculapius prægrandis ſerpentis ſpecie Romam navi advectus, in inſulam Tiberinam ubi templum ei dicatum eſt, tranavit, adventuque ſuo peſtilentiam diſpulit. Val. Max. lib. 1. cap. 8. Ovid. 15. Met. Anguis Æſculapius (ait Plin. lib. 29. cap. 4.) Epidauro Romam advectus eſt, vulgoque paſcitur & in domibus. Quin & angui multa ineſſe remedia creduntur, & ideo Æſculapio dicatur. Sunt qui putent ſerpentes Æſculapio propterea dicatos, quia ſunt vigilantiſſimi: qualem oportet medicum eſſe.

Æſculapius apud Syracuſas ſacrificiis anniverſariis colebatur. Cic. 6. Verr.

Æſculapii fons Athenis, in quo quæ immerſa ſunt, in Phalerico redduntur. Plin. lib. 2. cap. 103.

Æſculapios multos facit Cic. 3. de Nat. Deor. 57. his verbis, Æſculapiorum primus Apollinis, quem Arcades colunt, qui ſpecillum inveniſſe, primusque vulnus dicitur obligaviſſe. Secundus, ſecundi Mercurii frater: is fulmine percuſſus, dicitur humatus eſſe Cynoſuris. Tertius, Arſippi & Arſinoæ, qui primus purgationem alvi, dentisque evulſionem, ut ferunt, invenit: cujus in Arcadia non longe a Luſio flumine ſepulcrum & lucus oſtenditur.

Aſclepius pro Æſculapius legitur in Homerico verſu, quem apud Theodoretum Cyrrheſtenſem Zenobius Acciajolus Latinum fecit. Sic enim habet verſus,

Huic homini pater eſt Aſclepius arte medendi
Clarus.

Epidaurius Æſculapius. Ovid. 15. Met. 723.
Opifer deus Æſculapius. Ovid. 15. Met. 653.
Pergameus deus. Martial. lib. 9. de coma Earini. Pergami enim præcipua religione colebatur.
Phœbigena. Virg. 7. Æn. 773.

Ipſe repertorem medicinæ talis & artis,
Fulmine Phœbigenam Stygias detruſit ad undas.

Ubi Servius, Pœnigenam: matre Pœna genitum. Alii Phœbigenam legunt, ut Probus.
Salutifer. Ovid. 2. Met. 642.

ÆSCULAPIUM, apud Vitruv. lib. 7. eſt templum Æſculapii, Græca imitatione. Nam Graiis Ἀσκλήπιον in neutro genere illius dei templum eſt. Cum autem exemplum illud prope ſingulare apud Latinos viderem, admonere lectorem placuit, qui fortaſſe oſcitans, aliudque agens non animadvertiſſet. Minervium tamen & Dianium, de quibus S. l. V. apud Latinos ſimilia ei ſunt: ſed locum Vitruvii aſcribamus. Item, inquit, Argelius de ſymmetriis Corinthiis, & Ionico Trallibus Æſculapio, quod etiam ipſe dicitur ſua manu feciſſe. Turnebus. [Quin talia plurima occurrunt, Græcæ tamen fere originis, apud Latinos ſcriptores, ut Ptolemæum ap. Suet. Aug. 18. Iſium & Serapium ap. Lamprid. in Alex. c. 26. Tertull. Apolog. cap. 18. extr. Didymeum apud Curt. 7. 5. 28. ubi V. Freinsh. Ut alia omittam. Conf. Fabric Bibl. Gr. 2. 1. 7. ubi de Homereo.

ÆSCULUS, i. f. [πλατύφυλλος] Arbor glandifera, teſte Plin. lib. 16. cap. 6. Jovi ſacra, & lib. 12. cap. 1. Hæc, ut idem ait lib. 17. cap. 20. provenit cæſura triennio ſerior, nimis moroſa naſci. In quacunque terra ſeritur, naſcitur e balano, ſed non niſi æſculi, ſcrobe dodrantali. Idem lib. 16. cap. 4. Corona Civica ilignea primo fuit: poſtea magis placuit ex æſculo Jovi ſacra. Variatumque & cum quercu eſt, ac data ubique quæ ferat, cuſtodito tantum honore glandis. Virg. 2. Georg. 29.

Altius ac penitus terræ defigitur arbos:
Æſculus in primis: quæ quantum vertice ad auras
Ætherias, tantum radice in tartara tendit.

Ubi Servius: Æſculus, arbor eſt glandifera, quæ licet ab Eſu dicta ſit, tamen per æ ſcribitur. Sunt tamen qui ſine diphthongo ſcribant, ab Eſca derivantes. Plin. lib. 16. cap. 31. V. Ruell. in Eſculus.
Maxima æſculus. Virg. 2. Georg. 16.
Rigida. Hor. 3. Carm. 10. 17.

ÆSCULETUM, i. n. [πλατυφύλλων] Locus æſculis conſitus. Hor. 1. Carm. 22. 14.

Quale portentum neque militaris
Daunia in latis alit æſculetis.

ÆSCULEUS, Adj. [πλατυφύλλινος] Palladius lib. 1. tit. 9. Deinde ut axes quernæ cum æſculeis non miſceantur.
Frons æſculea. i. e. Corona. Ovid. 1. Met. 449.

— æſculeæ capiebat frondis honorem.

ÆSCULINUS, Adj. Idem. Axes æſculini. Vitruv. 7. 1.

ÆSEPUS. V. ÆSAPUS.

ÆSERNIA, Αἰσερνία Ptolemæo, Samnitum urbs in Italia, hodie Eſernia. Strab. lib. 5. Æſernia & Alliſe, Samnitica ſunt oppida.

ÆSERNINUS, [Αἰσερῖνος] Viri nomen, cujus meminit Cic. de Opt. Gen. Orat. C. 6. ex Lucilio. Et 3. Q. fratr. 4. cum Æſernino Samnite Pacideanus comparatus viderer. Erant autem Æſerninus & Pacideanus gladiatorum par, optime compoſitum longeque omnium nobiliſſimum. Quod in proverbium abiit, quo ſolemus uti, cum duos in eodem genere artifices optimos, quorum alter alteri ambiguam reddit palmam, comparamus. V. & Non. Marc. 4. 425. & Eraſm. Adag. ubi Eſernium pro Æſernino ſcribit.

ÆSIMA, V. ÆSYMA.

ÆSIS [Αἶσις] vulgo *Eſino & Fiumeſino*, Umbriæ fluvius in Italia. unde Æſinates populi. Plin. lib. 11. cap. 42. Caſeum Æſinatem ex Umbria mitti tradit. Strab. lib. 5. In his locis priores fuere Italiæ termini atque Galliæ, licet Imperatores ſæpenumero tranſpoſuerint. Antea quidem Æſin flumen terminum faciebant: rurſus Rubiconem fluvium. Æſis inter Anconem labitur & Senogalliam: at Rubicon inter Ariminum & Ravennam: uterque in Adriaticum excurrit pelagus. Sil. 8. 445. Hermol. in cap. 42. lib. 11. Plinii, Æſini quoque amnis & urbis nomen in Umbria ſcimus: authore Ptolemæo & cæteris: hodieque ita vulgo dicitur.

ÆSISIUM, [Αἰσίσιον] Urbs Umbrorum, Ptolemæo: hodie Assisia.
ÆSIUM, [Αἴσιον] Vicus quidam in Umbria, qui ex Ocrilis Ariminum permeanti, via dextra occurrit. Strab. lib. 5.
ÆSIUS, [Αἴσιος] Amnis est in ora Bithyniæ. Plin. lib. 5. cap. 32.
ÆSOLANI, [Αἰσολάνοι] Populi sunt in Latio, quorum meminit, Plin. lib. 3. cap. 5.
ÆSON, ŏnis. [Αἴσων] Cretheus Æoli filius Æsonem genuit ex Tyro Salmonei fratris sui filia: Æson vero Jasonem: cujus rogatu Medea Æsonem in aheno recoctum pristinæ juventuti restituit. Ovid. 7. Met. 285. & Volaterr. in Philologia.
ÆSONĬDES, æ. [Αἰσονίδης] Jason, Æsonis filius. Ovid. 7. Met. 60.
ÆSONIUS, possess. [Αἰσόνιος] Ovid. 12. Epist. 134.
Ausus æs Æsonia dicere cede domo. Quandoque pro patronymico ponitur. Ovid. 7. Met. 156. — & auro
Heros Æsonius potitur. h. e. Jason Æsonides.
ÆSŌPUS, [Αἴσωπος] Philosophus festivos apologos commentus Phryx genere, conditione servus, tempore Crœsi Lydorum regis, cui fabulas suas dicavit. Floruit circa Olymp. 52. Ante Christ. nat. Circiter 572. æqualis Solonis, Periandri, Chilonis, &c. Vita ejus a Maximo Planude scripta, fide indigna est, & variis commentis repleta. Certiora peti possunt ex Fabricii Biblioth. Gr. 2. 9. qui & alios novem Æsopos commemorat. Cæterum quia Fabularum genus ab Æsopo maxime celebratum est, ad eum referuntur omnes, ejusque nomine insigniuntur, quod Fabius 5. 11. observat, ad quem locum V. Not. p. 440. Ed. Burm. Sic Phædrus Fabulas suas Æsopias nominat; quod ad exemplum Æsopi, non ab ipso Æsopo, inventæ atque confictæ essent. Præf. lib. 5. v. 10. Quoniam caperis fabulis, Quas Æsopias, non Æsopi nomino, &c. Proprie autem illæ Æsopeæ fabulæ dicuntur, ubi res rationis expertes (ut arbores, feræ, &c.) introducuntur loquentes; quo nomine ab aliis eas non tantum distinguit Philostratus, sed cæteris omnibus etiam præfert. V. eum de Vita Apoll. Thyanei, 5. 5. & in Iconibus. Quo etiam pertinent, quæ Avienus præfat. Fabularum extrema ponit. Duxisse ex Thracibus genus, & tempore Pythagoræ vixisse Æsopum Heraclides in Polit. Tradit. p. 989.
Fuit alius Æsopus, anagnostes Mithridatis eruditissimus, scripsit de laudibus Mithridatis, & de Helena, ut author est Suidas. Præterea Æsopus tragœdus amicitia junctus Ciceroni, qui sæpe cum eo ad videndum in curia pronuntiantem Hortensium venit, teste Valerio, & ad maximas opes ex histrionica pervenit, fuitque adeo luxuriosus ut sestertium centies ei patina steterit. Filium reliquit adeo divitem, simul & prodigum, ut is uniones aceto liquefactos cœnis adponeret, ut scribit Plin. lib. 10. cap. 51. de quo V. Cic. 7. Fam. 1. Plin. 10. 5. Valer. Max. 8. 10. 2. Hic Æsopus ab Horatio dicitur Gravis, 2. Epist. 1. 82.
Quæ gravis Æsopus, quæ doctus Roscius egit.
Est & Æsopus Libertus Demosthenis, qui memoratur a Macrob. 1. Saturn. 2.
Est item fluvius, qui Zeliam præterlabitur, eodem Plinio authore lib. 5. cap. 32. Sed hic rectius Æsapus, vel Æsepus dicitur. V. Supra.
Æsopi patina. Plin. lib. 10. cap. 51. Maxime insignis est in hac memoria Clodii Æsopi tragici histrionis patina, sexcentis sestertiis taxata: in qua posuit aves cantu aliquo, aut humano sermone vocales nummis sex singulas coemptas: nulla alia inductus suavitate, nisi ut in his imitationem hominis manderet, ne quæstus quidem suos reveritus illos opimos & voce meritos: dignus prorsus filio, a quo devoratas diximus margaritas. Hor. 2. Serm. 3. 239.
Filius Æsopi detractam ex aure Metellæ,
Scilicet ut decies solidum exsorberet, aceto
Diluit insignem baccam.
Erat autem Metella hujus Æsopi uxor. Plin. lib. 9. cap. 35. Clodius tragœdi Æsopi filius, ne solus sciret quid saperent margaritæ, singulos uniones convivis absorbendos dedit.
Æsopi fabellas, quæ fabulis nutricularum proxime succedunt, narrare sermone puro, & nihil se supra modum extollere, condiscant pueri. Quintil. lib. 1. cap. 9.
Ne Æsopum quidem trivisti. De vehementer stupidis & imperitis dici solet, ut testatur Suidas. Extat apud Aristoph. in Avibus,
Indoctus enim es, neque sat solers,
Neque trivisti saltem Æsopum. Nam antiquitus Æsopi fabellas etiam vulgus idiotarum terebat. Has igitur qui non legisset, nihil scire videbatur. Erasm. in Chiliad.
ÆSOPEUS & ÆSOPIUS. Adj. [Αἰσώπειος.] Sen. de Brevitate Vitæ, Non audeo, inquit, usque eo te producere, ut Fabellas quoque, & Æsopeos logos, intentatum Romanis ingeniis opus, solita tibi venustate connectas.
ÆSOPICUS, aliud Adj. ut Æsopicus graculus. Proverbium dici solitum in eos qui aliena sibi usurpant, aliorumque bonis sese venditant. Extat apud Lucianum in Pseudologista. Erasm. Ibid. 1. 29.
Æsopicus sanguis. Dicitur, aut ubi quis præter meritum acerba patitur: aut ubi propter læsam innocentiam, irati superi pœnam immittere viderentur. Natum ex historia, cujus meminit Plutarch. in lib. περὶ τῶν ὑπὸ θεῶν βραδέως τιμωρουμένων, ubi & indicat dici solere, quoties sero pœna datur.
ÆSQUILIÆ, V. EXQUILIÆ.
ÆSTAS, [Θέρος] Secunda est ex quatuor anni partibus: olim tamen pars erat anni dimidia. Tunc enim (teste Servio) annus in duas tantum partes dividebatur: h. e. in æstivum, & hyemale solstitium: ex quibus æstatem ac hyemem intelligimus. Porro secundum hanc divisionem æstas constat sex mensibus, & incipit a verno æquinoctio: finitur autem æquinoctio autumnali. Virg. 3. Georg. 296.
Incipiens, stabulis edico in mollibus herbam
Carpere oves, dum mox frondosa reducitur æstas. Ubi Servius, i. e. Donec vernum tempus adveniat. Nam ver & æstas, sicut etiam hyems & autumnus, unum erant secundum rationem hemispherii. Varro 4. de L. L. Ab æstu æstas, hinc æstivum: nisi forte a Græco αἴθεσθαι. Plin. lib. 12. cap. 19. Austri ibi tam ardenter flant, ut æstatibus sylvas accendant.
Antiqui, authore Servio, annos per æstates numerabant. Virg. 2. Æn. 207.
— nam te jam septima portat
Omnibus errantem terris, & fluctibus æstas. i. e. Septimus annus.
Æstates, quæ decolorem cutem faciunt, fimum vituli cum oleo & gummi manu subactum emendat. Plin. lib. 28. cap. 12. Æstates appellans, maculas solares, quas Solis fervor & æstas elicere solet.
Adulta æstas. V. ADULTUS.
Atrox. Claudian.
Calida. Virg. de quatuor temporibus anni,
Spicea serta gerit calidissima solibus æstas.
Fervens. Claud. Pr. Cons. Stil. 461.
Florens. Virg. de obitu Mæcenatis.
Formosa messibus. Ovid. de Rem. Amor. 187.
Frigida. Stat. 3. Sylv. 5.
Frondosa. Virg. 3. Georg. 296.
Gravis. Virg. 2. Georg. 377.
— gravis incumbens scopulis arentibus æstas.
Ignea. Hor. 1. Carm. 17. 2.
Iners: Homines inertes reddens. Stat. 3. Theb. 258.
Iniqua. Columel. lib. 10. de cultu hortorum.
Læta. Virg. 3. Georg. 322.
At vero Zephyris quum læta vocantibus æstas.
Liquida. Virg. 4. Georg. 59. i. e. Serena.
Mollior. Virg. 1. Georg. 312.
Atque ubi jam breviorque dies, & mollior æstas.
Nova. Virg. 1. Æn. 430.
Qualis apes æstate nova per florea rura
Exercet sub sole labor. Ubi Servius, Æstate nova: Bene nova, quia est & adulta, & præceps secundum Sallustium. Dicitur autem æstas nova, primo æstatis mense: adulta, secundo: præceps vel extrema, tertio.
Nuda. Virg. de quatuor temporibus anni,
Stabat nuda æstas, & spicea serta gerebat.
Pestilens. Liv. Gravis pestilensque omnibus animalibus æstas.
Pulverulenta. Virg. 1. Georg. 66.
Salubris. Hor. 2. Serm. 4. 21. — ille salubres
Æstates peraget, qui nigris prandia moris Finiet.
Serena. Virg. 6. Æn. 708.
Ac veluti in pratis, ubi apes æstate serena
Floribus insidunt variis.
Torrida. Virg. 7. Ecl. 47.
Vaga. Claud. in Eutrop. 2.
Sed vaga lascivis flueret discursibus æstas.
Ineunte æstate. V. INEO.
Ingruente æstate. V. INGRUO.
Æstas & Ætas confunduntur a Librar. V. Drakenb. ad Sil. 3. 385.
ÆSTĪVA, orum. pl. tantum, [Θερινά] Loca sunt in quibus armenta & greges, & milites æstivant: sicut Hyberna, in quibus Hybernant. Liv. 3. Bell. Maced. Educto in æstiva milite. Scil. Castra. Hæc enim vox subauditur, ut in Stativa, Hyberna. Quin sæpe etiam exprimitur. Vide CASTRA. Virg. 3. Georg. 471.
— nec singula morbi
Corpora corripiunt, sed tota æstiva repente. Ubi Servius, Loca posuit pro animalibus. Æstiva autem sunt loca umbrosa, in quibus per æstatem pecora vitant solis calorem. Conf. Varro de R. R. 2. 2.
Æstiva Prætoris. Cic. 7. Verr. 95. Ac primo ad illa æstiva Prætoris accedunt.
Æstivorum timor. Cic. 7. Fam. 14. Sin æstivorum timor te debilitat, aliquid excogita, ut fecisti de Britannia. i. e. belli administrandi per æstatem timor.
ÆSTIVO, āre. Ad æstum vitandum alicubi morari. Plin. lib. 12. cap. 5. Intra sepem eam æstivant pastores, opacam pariter & munitam vallo arboris. Varro de R. R. 2. 2. Nam mihi greges in Apulia hybernabant, qui in Reatinis montibus æstivant. Stat. 4. Sylv. 4. 22.
Nec non noster amor, Latiis æstivat in oris. Idem Theb. 5. 16.
— Nudo juvat æstivare sub Æmo. Sic in Villis suis æstivabant Romani proceres ac Cæsares. Suet. Galb. 4. Vesp. 24.
Abigere æstivatum. Itaque greges ovium longe abiguntur ex Apulia æstivatum. Varr. 2. de R. R. 1.
Æstivare etiam dicitur de piscibus. Plin. lib. 9. cap. 15. Multi in Propontide æstivant. De thynnis.
ÆSTĪVUS, Adj. [Θερινός] Quod æstatis est, licet ab Æstus, non ab Æstas formatum sit.
Æstivi menses. Cic. 5. Att. 14.
Æstiva animalia vocat Pulices & Pediculos Plin. lib. 9. cap. 47.
Aqua. Ulp. in l. 1. D. de aqua quotid. & æsti. Æstiva, inquit, aqua est, qua sola uti æstate expedit: sicut dicimus Vestimenta æstiva, saltus æstivos, castra æstiva: quibus etiam interdum hyeme, plerunque autem æstate utimur.
Aquæ æstivæ, i. e. Tepidæ. Propert. lib. 4. 25.
Aura. Hor. 1. Carm. 22. 18.
Aurum. Juv. Sat. 1. 28.
Ventilet æstivum digitis sudantibus aurum, Ubi V. Schol.
Calores. Columel. lib. 4. cap. 7.
Candor. Claudian. Paneg. 1.
Canis. Tibul. lib. 1. 4. Vulgo vocant, Dies Caniculares.
Classes. Claud. de Bell. Gild.
Dies. Cic. 7. Verr. 80. & 1. Q. frat.
Falces. Claudian. de Sext. Cons. Hon. 389.
Fervores. Columel. lib. 4. cap. 24.
Ignes. Propert. lib. 3. 20.
Jubar. Claudian. de Tert. Cons. Stil. 461.
Leo. Claud. in Ruff. 1. 369. Nempe æstate viget Leo, sidus cœleste.
Locus, In quem per æstatem animi gratia secedere solemus. Cic. 3. Q. frat. 1. Nunc hoc vel honestatem testudinis, vel valde bonum æstivum locum obtinebit. Locus valde depravatus.
Lux. Virg. 4. Georg. 52.
Nilus. Claudian. in Ruff. lib. 1. 185.
Nives. Martial. lib. 5. 65.
Nox. Hor. 1. Epist. 5. 11.
Nubes. Virg. 4. Georg. 312.
Orbis. Tibul. lib. 1. 2.
Partes æstivæ vitis. Columel. de Arboribus, 5. 4. Itaque optimum est exiguam partem relinqui, atque ita summas partes, quas æstivas rustici appellant, resecare. Videtur significare secundum illud incrementum in palmitibus, quod circiter mensem Augustum fieri solet, & quasi partes illas vitium quæ magis insolatæ sunt.
Partus. Plin. lib. 12. cap. 14. Autumno thus legitur ex æstivo partu. h. e. Ex eo quod produxit æstas.

Pulvis æſtivus. Claudian. Paneg. lib. 4. 43.
Supellex æſtiva. De poculis vitreis dictum, quod ea tempeſtate lagenam & potionem potius quam cibum & obſonium quæramus. Propert.

— vitrique æſtiva ſuppellex
Et Methymnæi Graja ſaliva meri.

Saltus hybernos æſtivosque animo poſſidemus, quanvis certis temporibus eos relinquamus. Paul. in l. 3. ff. de Acquir. Poſſeſſ.
Sol æſtivus. Plin. lib. 12. cap. 14. Et apud Virg. 4. Georg. 28.
Soles. Stat. 4. Sylv. 4.
Sopor. Claud. Eidyll. Nil. 41.
Tellus. Sen. in Med. 10. Æſtiva tellus floruit cantu meo. h. e. Tellus meis incantationibus talis facta, qualis æſtate ſolet eſſe.
Tempora. Cic. 7. Verr. 30. Tabernacula quemadmodum conſueverat temporibus æſtivis, carbaſeis intenta velis collocari juſſit in littore.
Umbra. Ovid. 13. Met. 793.

Solibus hybernis, æſtiva gratior umbra.

ÆSTIVE, Adv. Plaut. Men. 2. 1. 29. Cum inſpicio Marſupium, viaticati admodum æſtive ſumus. ubi Æſtive viaticari, pro Tenuiter admodum & parce, dicitur; joculari tralatione ab iis, qui per æſtatem leviter ac expedite ornati: quanquam aliter eum locum interpretatur Turneb. Adverſ. 18. 15.

ÆSTIVALIS, e. Idem quod Æſtivus. Hyg. Aſtr. 3. 24.
Ap. Plat. Ficin. lib. 3. de Legib. H. St.

ÆSTĬMO, [τιμάω, μελετάω] āre. Conſiderare. Quintil. lib. 2. cap. 13. Conſumptis affectibus, non reperiens quo digne modo vultum patris poſſet exprimere, velavit ejus caput, & ſuo cuique animo dedit æſtimandum. Cic. 1. de Legib. 1. Siſenna ejus amicus omnes adhuc noſtros ſcriptores, niſi qui forte nondum ediderunt, de quibus æſtimare non poſſumus, facile ſuperavit. Et 7. Verr. 23. Expendite hæc, atque æſtimate. Unde dictum eſt Æſtimare pro Taxare: ab Æs æris, & τιμὴ Græce, quod eſt pretium Latine.
Æſtimare, Videre, proſpicere, & e loco ſublimi conſiderare. Martial. 14.64.

Hinc ſeptem dominos videre montes,
Et totam licet æſtimare Romam,
Albanos quoque, Tusculosque colles.

Æſtimare, cum ablativo pretii. Cic. 5. Verr. 216. Eodem tempore Antonius tribus denariis æſtimavit poſt meſſem. De frumento loquitur.
Æſtimare, cum accuſativo & ablativo. Quintil. lib. 11. cap. 1. Sic egit, ut qui pœnam ſuam honoribus ſummis eſſet æſtimaturus. De Socrate loquitur.
Æſtimare litem. Cic. 5. Verr. 22. Qua in civitate Caio Catoni clariſſimo viro, Conſulari homini, ſeſtertiûm XVIII millibus lis æſtimata ſit. Litem æſtimatam Catoni dicit, i. e. Eum damnatum octodecim millibus nummûm judicio repetundarum. Idem in ultima actione, Non ex litibus æſtimatis tuis pecuniam domum, ſed ex tua calamitate cineri atque oſſibus filii ſui ſolatium vult reportare. Lites æſtimatas, vocat pecuniam mulctatitiam, & nummarias ſententias: ut hodie quum judices certa ſumma, actorum diſpendia & incommoda æſtimantes, tantæ pecuniæ reos damnant. Id a juris authoribus, quanti intereſt actoris appellatur. Litis autem æſtimatio ita appendix erat damnationis, ut hodie ex formula judiciali. i. e. quod Damna & intereſſe vocant. Hæc Budæus. Aſconius, Repetundarum cauſa ita ſe habet, ut ſi reus convictus ſit atque damnatus, pecuniam reddat æſtimata lite: h. e. in pretium redactis omnibus furtis: quam ſummam pecuniæ proſcriptis ejus bonis ſectores curabant.
Æſtimare nomina alicui. Cic. 3. Verr. 99. Illa ſunt nomina, quæ Dolabellæ neceſſario ſunt æſtimata.
Pecuniâ. Cic. 7. Verr. 23. Deinde hæc expendite atque æſtimate pecunia. vulgo Appretiare dicunt.
Perſonas accuſatorum æſtimare, vel de dignitate, vel ex eo quod intereſt, vel ætate, vel moribus, vel alia juſta de cauſa. Ulpian. in l. ſi plures. D. De accuſat.
Pretium rei. Cic. 7. Verr. 23. Deinde crimen ſine accuſatore, ſententia ſine conſilio, damnatio ſine defenſione: æſtimate harum rerum omnium pretia. Ac ſi diceret, conſiderate quam parvi hæc ſint momenti. In busdam leg. Æſtimata.
Carius. Cic. 10. Fam. 4. Etſi a te propter amorem carius ſunt æſtimata. Cic. ad Brut. 16. Valde care æſtimas tot annos.
Flocci. Plaut. Moſtell. Neque quod dixi flocci æſtimat. h. e. Nihili facit.
Æſtimare magni & magno, h. e. Magni facere. Cic. 2. de Fin. 55. Magni enim æſtimabat pecuniam. Ibid. lib. 3. 11. Ne ego iſtam glorioſam memorabilemque virtutem non magno æſtimandam putem.
Magni litem æſtimare. Paulus in l. Puta. D. ad leg. Aquiliam, Qui convenitur, fateatur ſe occidiſſe, & paratus ſit æſtimationem ſolvere, & adverſarius magni litem æſtimet.
Nonnihilo. Cic. 4. de Fin. 62. Non quia bonum ſit valere, ſed quia ſit nonnihilo æſtimandum.
Æſtimare tanti, quanti, tantidem, pluris, & minoris. Cic. 6. Verr. Quanti hæc eorum judicio, qui ſtudioſi ſunt harum rerum, æſtimentur. Idem, Et aiebat ſe tantidem æſtimaſſe. Idem 1. Acad. Ex iis alia pluris eſſe æſtimanda, alia minoris. Liv. Mancipia minora annis XX. quæ poſt proximum luſtrum decem millibus æris, aut pluris veniſſent, ea quoque decem tanto pluris, quam quanti eſſent, æſtimarentur.
Expendere atque æſtimare aliquid. Cic. poſt red. in Senat. 14. Iidem expendunt atque æſtimant voluptates: ſententiamque dicunt & judicant: quantum cuique libidini tribuendum eſſe videatur.
Æſtimare ac diſpicere. Columel. lib. 4. cap. 27. Quare prudentis eſt ac maxime callentis vinitoris, æſtimare ac diſpicere, quibus locis in annum debeant materias ſummittere.
Æſtimare aliquem. Plaut. Capt. 2. 3. 4. Nam ego te æſtimatum huic dedi viginti minis.
Bene de aliquo: Vulgus dicit, Habere bonam opinionem de aliquo. Cic. 9. Att. Oratio fuit ea noſtra, ut bene potius ille de nobis æſtimaret, quam gratias ageret. Putarim hoc loco legendum, Exiſtimaret: unde & bonam exiſtimationem de aliquo dicimus.
Aliquem ex artificio. Cic. pro Roſc. Com. 28. Nemo illum ex trunco corporis ſpectabat, ſed ex artificio comico æſtimabat.
Aliquid ex veritate, vel ex opinione. Cic. pro Roſc. Com. Sic eſt, vulgus ex veritate pauca, ex opinione multa æſtimat.
Large liberaliterque æſtimare. V. LIBER, liberi.

ÆSTĬMANS, antis. Partic. Cæſar. 3. Bell. Gall. 1. Perinde æſtimans ac ſi uſus eſſet.

ÆSTĬMOR, āris. paſſ. Cæſ. 7. Bell. Gall. 14. Hæc ſi gravia aut acerba videantur, multo illa gravius æſtimari debere.
Æſtimata pœna, ab antiquis ab Ære dicta eſt, qui eam æſtimaverunt ære: ovem decuſſi, bovem centuſſi, h. e. Decem, & centum aſſibus. Feſtus. [Videtur legendum Quia pro Qui.

ÆSTIMATORIUS, Adj. [τιμητικὸς] ut Actio æſtimatoria, quæ de æſtimato proponitur, quoties de nomine alicujus contractus ambigitur. Ulpian. in l. 1. D. de æſtimat. action. Conveniret tamen aliquam actionem dari, daretur æſtimatoria præſcriptis verbis actio.
Æſtimatoria exceptione agere. Pomp. in l. Si tamen. D. de Ædilit. edict.

ÆSTIMATOR, ōris. m. [τιμητὴς] Qui æſtimat & conſiderat. Cic. 3. de Fin. 10. Et quia te æquiſſimum habeo eorum ſtudiorum quæ mihi communia tecum ſunt, æſtimatorem & judicem. In Orat. 141. Quis tandem id juſtus rerum æſtimator reprehenderet?
Æſtimator, Qui taxat. Cic. in Piſon. 89. Unus tu dominus, unus æſtimator, unus venditor. Idem Paradox. 6. iſti callidi rerum æſtimatores prata & areas quasdam magno æſtimant, &c.
Acerrimus alicujus rei æſtimator. Cic. in Brut. De Cæſare & ipſe ita judico (inquit Atticus) & de hoc hujus generis acerrimo æſtimatore ſæpiſſime audivi, illum omnium fere Oratorum Latine loqui elegantiſſime. De acerrimo æſtimatore, i. e. de Cicerone.
Immodicus æſtimator ſui. Curt. lib. 8. 1. 22.
Parcus æſtimator. V. PARCO.

ÆSTIMATIO, ōnis. f. [τίμημα, τίμησις, διατίμησις] i. e. Conſideratio & Perpenſio. Cic. 3. de Fin. 34. Quod pondus dignum habeat æſtimatione.
Æſtimatio, Taxatio. Cæſ. 1. Bell. Civil. 87. Militibus æqua facta æſtimatione, pecuniam pro his rebus ſolvit.
Æſtimatio cenſus. Non æſtimatione cenſus, verum victu atque cultu terminatur pecuniæ modus: Cic. Parad. 6.
Facere æſtimationem. V. in FACIO. H. St.
Æſtimationem accipere. V. ACCIPIO.
In æſtimationem aliquid accipere. Cic. 13. Fam. 8. A M. Laberio C. Albinus prædia in æſtimationem accepit.
Æſtimatio, pro Re æſtimata. Cic. 9. Fam. 16. Nunc quum tam æquo animo bona perdas, non eo ſis conſilio, ut quum me hoſpitio recipias, æſtimationem te aliquam putes accipere. Etiam hæc levior eſt plaga ab amico, quam a debitore. Alluſit ad æſtimationem poſſeſſionum, quam Cæſar, pulſo ex Italia Pompeio, quum Romam revertiſſet, per arbitros cauſa debitorum fieri voluerat, ut ii creditoribus facilius ſatisfacerent. Qua de re initio lib. 3. de Bell. Civil. his verbis: Quum fides tota Italia eſſet anguſtior, neque creditæ pecuniæ ſolverentur, conſtituit ut arbitri darentur: per eos fierent æſtimationes poſſeſſionum, & rerum, quanti quæque earum ante bellum fuiſſent, atque eæ creditoribus traderentur. Hoc & ad timorem novarum tabularum tollendum, minuendumque, qui fere bella & civiles diſſenſiones ſequi conſuevit: & ad debitorum tuendam exiſtimationem eſſe aptiſſimum exiſtimavit. Hactenus Cæſar. Sueton. etiam in Julio cap. 42. De pecuniis (inquit) mutuis, disjecta novarum tabularum expectatione, quæ crebro movebatur, decrevit tandem ut debitores creditoribus ſatisfacerent per æſtimationem poſſeſſionum, quanti quasque ante civile bellum conparaſſent, deducto ſummæ æris alieni, ſiquid uſuræ nomine numeratum aut perſcriptum fuiſſet: qua conditione quarta pars fere crediti deperibat. Hæc Sueton. Quum igitur Papirius ex eo Cæſaris decreto magnam a debitoribus plagam accepiſſet, æſtimatis eorum poſſeſſionibus, non quanti venire tunc poſſent, ſed quanti ante civile bellum fuiſſent: jocans Cicero: Ne credas, inquit, quum me hoſpitio recipias, æſtimationem te aliquam accepturum. Et dixit, Æſtimationem aliquam, tanquam ſi, Magnum aliquod damnum, dixiſſet. Papirius enim æſtimationes, i. e. Prædia per arbitros inique æſtimata a debitoribus accipiens, crediti jacturam non minimam fecerat. Deinde ſequitur: Etiam hæc levior eſt plaga ab amico, quam a debitore. h. e. Et tamen, quod ab amico bona tua comedantur, non id tibi æque grave eſſe debet, atque illud eſt, quod debitorum cauſa deperdis: a quibus poſſeſſiones, quanti vendere nunquam poteris, accipiendæ tibi ſunt. Idem 9. Fam. 18. Æſtimationes tuas vendere non potes. h. e. Res æſtimatas. ſignificat enim poſſeſſiones per æſtimationem a debitoribus acceptas. Hinc eſt, quod ipſe Cic. quandoque dicit accipere æſtimationem, pro accipere a debitore poſſeſſionem, aut rem lege Cæſaris æſtimatam. ut in exemplo ſuperiore. Et 12. Att. 21. Oviæ C. Lolii curanda ſunt HS. C. negat Eros poſſe ſine me. credo, quod accipienda aliqua ſit & danda æſtimatio. h. e. Accipienda mihi poſſeſſio aliqua, & domus, aut res a debitoribus meis, & ea Oviæ, cui ipſe debeo, tradenda. Et poſuit hic Cicero Æſtimationem pro Re æſtimata, æſtimata, inquam, ab arbitris Cæſarianis, quanti ante civile Bellum fuiſſet. adde Parei Lex. Plant. p. 55.

ÆSTIMABĬLIS, e. [τιμητὸς] Quod æſtimari poteſt: unde Inæſtimabile, Quod nullo pretio poteſt æſtimari. Cic. 3. de Fin. 20. Æſtimabile eſſe dicitur, &c.

ÆSTIMIA, æ, f. Obſol. ſic Æſtimias Feſtus exponit æſtimationes & in XII Tabulis, Ærisque æſtimiam judicati prædicato.

ÆSTIMIUM, ii, n. Hyginus de Lim. p. 152. Ed. Gœſ. Poſſeſſiones pro Æſtimio ubertatis aſſignatæ. Sæpius etiam apud Frontin. de Colon. occurrit.

ÆSTRÆUM, Oppidum Macedoniæ; &
ÆSTRÆI, Populi ſunt ejus urbis incolæ, teſte Ptolemæo.
ÆSTUARIUM, ÆSTUO. V. ÆSTUS.

ÆSTUS, ûs. m. [καύσων, πνῖγος, θερμὸς, κλύδων] Feſtus, Æſtus ſolis & æſtivi temporis flagrantia. Virg. 3. Georg. 331.

Æſtibus & mediis umbroſam exquirere vallem.

Æſtus, de calido ignis vapore dictum, qualis exit e fornace. Virg. 2. Æn. 706.

— propiusque æſtus incendia volvunt. Ibib. 759.
— exuperant flammæ: furit æſtus ad auras.

Æſtus, ut ait Nonius, eſt Marinus impetus & Commotio. Vulgo Maris fluxus & refluxus. Plaut. Aſin.

Quo magis te in altum capeſſis, æſtus te in portum refert.

Virg. 1. Æn. 112. — Furit æſtus arenis. Ab hac ſignificatione legimus æſtuoſum mare.
Marinus, ſive Maritimus æſtus. Cic. 2. de Divin. 3. 4. De Nat. Deor. 2. 19.
Reciproci æſtus vis inenarrabilis. Plin. in Procem. lib. 32. & 2. 97.
Vaſti æſtus pelagi. Catul. Argon. 64. 127.
Æſtus maris accedunt, &c. Plin. lib. 2. cap. 97. Æſtus maris accedere & reciprocare, maxime mirum: pluribus quidem modis, verum cauſa in ſole lunaque. Bis inter duos exortus lunæ affluunt, bisque remeant vicenis quaternisque ſemper horis. Et primum attollente ſe cum ea mundo, intumeſcentes: mox a meridiano cœli faſtigio vergente in occaſum, reſidentes: rurſusque ab occaſu ſubter cœli ima, & meridiano contraria accedente, inundantes: hinc donec iterum exoriatur, ſe ſorbentes. Nec unquam eodem tempore quo pridie, reflui: ut ancillante ſidere, trahenteque ſecum avido hauſtu maria, & aſſidue aliunde quam pridie exoriente: paribus tamen intervallis reciproci, ſenisque ſemper horis, non cujusque diei, aut noctis, aut loci, ſed æquinoctialibus. Hactenus Plin.
Æſtus maris creſcit, decedit, recedit. Plin. lib. 2. cap. 97. In ripa Bætis oppidum eſt, cujus putei creſcente æſtu minuuntur, augeſcunt decedente. Et cap. 98. His addit Ariſtoteles, nullum animal niſi æſtu recedente expirare.
Æſtus reciproci vis inenarrabilis. Plin. lib. 32. in procem.
Æſtus maris modici, &c. Plin. lib. 2. cap. 97. Modici luna nova æſtus, pleniore ab ea exundant, plenaque maxime fervent. Inde miteſcunt. Pares ad ſeptimam primis. Iterumque alio latere dividua augentur. In coitu Solis pares. Plane eadem Aquilonia, & a terris longe recedente, mitiores, quam quum in Auſtros digreſſa, propriore niſu vim ſuam exercet. Paulo poſt, Duobus æquinoctiis maxime tumentes, & autumnali amplius quam verno. Inanes vero bruma, & magis ſolſtitio. Veterum ſententias de maris reciprocatione recenſent Conimbric. lib. Meteor. Tract. 10. 5.
Fervet æſtu pelagus. Cic. 3. de Orat. 155.
Æſtu frangitur mare. Lucret. lib. 6. 143.
Æſtus pro Mari æſtuoſo. Virg. 2. Georg. 164.
Tyrrenusque fretis immittitur æſtus Avernis.
Æſtus ulceris. Cic. 2. Tuſc. 19.
Jamjam abſumor, conficit animam
Vis vulneris, ulceris æſtus. i. e. Ulceris inflammatio. Eodem modo calor ille febris intenſiſſimus, Æſtus quoque dicitur.
Æſtus, translatum ad Animum. Cic. de Clar. Orat. 281. Sed hunc quoque abſorbuit æſtus quidam non inſolitæ adoleſcentibus gloriæ: pro Vehementiori cupiditate & ardore quodam.
Æſtus animi. Firmic. lib. 3. cap. 5. Erunt autem ſemper tales, in æſtu animi, & in maximis neceſſitatibus conſtituti.
Inter æſtus iracundiæ fluctuare. Macrob. 4. Saturn. 2.
Magnoque irarum fluctuat æſtu. Virg. 4. Æn. 532.
Ingenii. Cic. 3. de Orat. 143. Quo quum ingreſſus eſſes, repente te quaſi quidam æſtus ingenii tui procul a terra abripuit, atque in altum a conſpectu pene omnium abſtraxit.
Conſuetudinis, Impetus, vis. Alluſio eſt ad æſtum maris. Cic. 2. de Legib. 9. Ne æſtus nos conſuetudinis abſorbeat.
Commovere æſtus belli. Lucret. lib. 5. 1434.
Et belli magnos commovit funditus æſtus. h. e. Tumultus bellicos.
Æſtus, pro Amore. Ovid. 14. Met. 352.
Ut primum valido mentem collegit ab æſtu.
Æſtus, Agitatio, & difficultas. Quintil. lib. 11. cap. 1. Illic major æſtus ubi quis pudenda queritur.
Æſtus, Dubitatio, ſolicitudo. Plin. lib. 1. epiſt. penult. ad Pompeium Falconem, Erat hic quoque æſtus ante oculos, ſi forte me appellaſſet. Idem alibi, Explica æſtum meum. i. e. Dubitationem, inquit Budæus.
Pulchra ſignificatio metaphorica. In hoc æſtu periculorum, Juſtinus. V. παρὰ Βυδαίῳ, ubi exp. ἱδρῶτι ἐῤῥύετο, ut ἴδιον, ὡς ἰνονέω. H. St. Vid. Bud. Comm. p. 331. ed. Baſ. 1530.
Anceps æſtus. Sen. Medea 12. Anceps æſtus incertam rapit. h. e. Incertus animi furor & agitatio.
Æſtus, pro Ipſa caloris vi, qualis æſtate ſolet eſſe.
Ardens æſtus. Virg. de quatuor anni partibus.
Calidi. Lucret. lib. 1. 301.
Dubius. Claud. in Ruff. lib. 1.
Fervidus. Hor. 1. Serm. 1. 38.
Gravem æſtum ſolari fluviis. Hor. 2. Carm. 5. 7.
Horriferi. V. Eructare æſtus horriferos, in ERUCTO.
Ignavi. Ab effectu, quod Ignavos homines reddant. Ovid. 7. Met. 529.
Incenſos æſtus avertere. i. e. Febrem. Virg. 3. Georg. 459.
Letiferi. Ovid. 7. Met.
Medii, h. e. Meridies, quo tempore ſol ardet maxime. Virg. 3. Georg. 331.
Muſtulentus. Plaut. Moſt. 4. 2. 90. Muſtulentus æſtus nares attigit. Joco dictum de vapore vini recentis & muſtei.
Nebuloſus, V. NEBULA.
Rabidi æſtus. i. e. Calores. Auſon. 3. Sect. 3. ad Paulinum Epiſt.
Rapidus. Virg. 2. Ecl. 10.
— & rapido feſſis meſſoribus æſtu
Allia, ſerpyllumque, herbas contundit olentes. Ubi Servius, Rapido æſtu, Vehementi & ferventi.
Sicci. Columel. de cultu hortorum, lib. 10.
Sidereus. Ovid. 6. Met. 341. h. e. Solis ardores.
Steriles. Claud. in ſec. Conſ. Hon. 277.
— ſteriles juvat ire per æſtus.
Torrens. Plin. lib. 8. cap. 12. Elephantis frigidiſſimum eſſe ſanguinem, ob id æſtu torrente præcipue a draconibus expeti.
Tremulus. Lucret. lib. 6. 875.
Validus. Ovid. 14. Met. 352.
Exæſtuare æſtus. Lucret. lib. 6. 816. & 2. 1136.
Hos igitur tellus omnes exæſtuat æſtus. i. e. Ebullit & efflat.
Æſtu, febrique jactari. Cic. 1. in Catil. 31. Sæpe homines ægri, morbo gravi, quum æſtu febrique jactantur, ſi aquam gelidam biberint, prius relevari videntur: deinde multo gravius vehementiusque afflictantur.
Inſinuare æſtum. Lucret. lib. 6. 859. de Sole.
Laborare æſtu. Columel. lib. 4. cap. 24.

Relevare æſtus. Ovid. 3. de Arte Am. 697.
Secare. Virg. 8. Æn. 674.
Et circum argento clari delphines in orbem
Æquora verrebant caudis, æſtumque ſecabant. h. e. Maris agitationem. Servius naturalem rem oſtendit. Nam ſemper mare turbatur, quum delphines apparuerunt.
Solari æſtum fluviis. V. Gravem æſtum ſolari fluviis.
Solvi æſtu. Lucret. lib. 1. 493.
Suſtinere æſtus. Ovid. 1. Met. 228.
Torrens æſtu terra. Columel. lib. 4. cap. 19.
Æſti, pro Æſtus. Pacuv. Chryſ. Æſti forte ex arido. Nonius.
ÆSTUARIUM, ii. n. denom. Æſtuaria (ut Strabo ait) ſunt Loca quæ marinis aquis referta ſunt ex inundationibus pelagi, per quas ſæpe in mediterranea fluviorum inſtar navigantes aſcendunt: aliquando non niſi nando tranſiri poſſunt, a Græcis ἀνάχυσις, h. e. Inundatio dicitur. Feſtus ait eſſe omnia, qua mare viciſſim tum accedit, tum recedit. Cæſ. 2. Bell. Gall. 28. Majores natu, quos una cum pueris mulieribusque in æſtuaria ac plaudes collectos dixeramus. Plin. lib. 5. cap. 1. Affunditur autem huic æſtuarium e mari flexuoſo meatu. De ejusmodi æſtuariis intelligitur Virgilii periphraſis in 2. Georg. 480.
— qua vi maria alta tumeſcunt
Obicibus ruptis: rurſusque in ſeipſa reſidunt. Ubi Servius, Æſtuaria Oceani accipimus, qua per Gallias & Hiſpanias in infinitum erumpit, contempta lege riparum, ad quas rurſus recurrit.
Æſtuarium, Quo vapores exhalantur, i. e. emittuntur, ſive ſit hiatus naturalis, ſive foſſa manufacta: quod & Vaporarium & ſpiraculum dici poteſt. Vitruv. lib. 8. cap. 7. Lucerna accenſa demittatur: quæ ſi permanſerit ardens, ſine periculo deſcendetur. Sin autem eripietur lumen vi vaporis, tunc ſecundum puteum dextra ac ſiniſtra effodientur æſtuaria, ita (quemadmodum per nares) ſpiritus ex æſtuariis diſſipabuntur. Eandem ſententiam, ſed brevius habet Plin. l. 31. c. 3.
Æſtuaria erant Meatus ab hypocauſto perpetui unde calores occulti in cameras Caldariorum ipſorum penetrabant. Quod tetigit Stat. 1. Syl. 5. 58.
— ubi languidus ignis inerrat
Ædibus, & tenuem volvunt hypocauſta vaporem. Baccius de Therm. Vet. cap. 9.
ÆSTUO, [καυσοῦμαι] āre. Æſtu fervere, & quaſi Calore ſuffocari. Juven. 3. Sat. 103. — ſi dixeris, æſtuo, ſudat. Cic. 2. Tuſc. Itemque Lycurgi, laboribus erudiunt juventutem, venando, currendo, eſuriendo, ſitiendo, algendo, æſtuando. Columel. Ut a ſole æſtuante uvæ & a ventis protegantur.
Æſtuare, Exhalare: h. e. Emittere calidum vaporem, qui æſtus dicitur. Virg. 6. Æn. 297.
Turbidus hic cœno, vaſtaque voragine gurges
Æſtuat: atque omnem Cocyto eructat arenam. Sic, Fornax æſtuare dicitur.
Aër æſtuat. Propert. lib. 2. 29.
Caloribus æſtuare. Columel. l. 4. cap. 8.
Deſiderio. Cic. 7. Fam. 18. Sed magis ut deſiderio noſtri te æſtuare putarem. i. e. Vehementer me deſiderare: quaſi Cum quodam animi æſtu, i. e. fervore.
Dies æſtuat. Lucan. lib. 1. 16.
Humor. Virg. 4. Georg. 308.
Interea teneris tepefactus in oſſibus humor
Æſtuat.
Ignis. Virg. 4. Georg. 269.
Æſtuat ut clauſis rapidus fornacibus ignis.
Mare. i. e. Agitatur. [κυμαίνει, βράσσει] Curt. Æſtuare ſemper fretum: quoque arctius volutetur inter inſulam & continentem, hoc acrius furere.
Æſtuare, [ἰλιγγιᾷν] Angi, & cum ægritudine animi ſollicitum & perturbatum eſſe. Cic. de Aruſp. Reſp. 2. Exanguis atque æſtuans ſe e curia proripuit cum quibusdam fractis jam atque inanibus minis. Tralatio ducta a maris æſtibus nunc accedentibus, nunc recedentibus. [Potius ab æſtu & ſudore laborantium in aliq. re.
Æſtuare in aurum. Claud. in Eutrop. lib. 1.
Iſte nec Eunuchis placidus, ſed pejus in aurum Æſtuat.
Pudor æſtuat in corde. Virg. 10. Æn. 870.
Inſolenter æſtuare. Catul. 22.
Lenius. Ovid. 9. Met. 764.
Æſtuare & tergiverſari. Cic. pro Flacc. 47. Hunc æſtuantem & tergiverſantem judicio ille perſequitur.
Cupiditatibus æſtuare. Firmic. lib. 3. cap. 8.
Dubitatione. Cic. 4. Verr. 74. Itaque æſtuabat dubitatione, verſabat ſe in utranque partem, non ſolum mente, verumetiam corpore.
Æſtuare invidia. Salluſt. Cat. C. 32. Nanque pleraque nobilitas invidia æſtuabat.
ÆSTUANS, antis. Partic. [κυμαίνων] Catul. 58. Animo æſtuante rurſus reditum ad vada retulit.
Æſtuantia refrigerare. Plin. lib. 17. cap. 4.
ÆSTUABUNDUS, Adj. Idem. Pallad. 11. 17.
ÆSTUATIO, ōnis. f. [κύμανσις] ut Æſtuatio urbanorum civium. Plin. lib. 18. cap. 1. Quorum æſtimatione & gaudio nos quoque relictis æſtuationi ſuæ iſtis hominum turbis, pergamus excolere vitam. i. e. Vehementibus deſideriis & cupiditatibus. hic vero tres MSS. Libri Exuſtioni habent, Harduino teſtante.
ÆSTUŌSUS, Adj. [πνιγώδης, καυματώδης, θερμώδης] Quod æſtu, i. e. calore plenum eſt. Columel. lib. 11. c. 2. Septimo Cal. Auguſtas Canicula apparet, caligo æſtuoſa.
Æſtuoſus Auſter, Vulturnus & Favonius. Plin. lib. 2. cap. 47.
Æſtuoſa & pulverulenta via iter conficiebam. Cic. 5. Att. 14.
Calabria æſtuoſa. Hor. 1. Carm. 31. 5.
Caligo æſtuoſa. V. ÆSTUOSUS.
Cœlum æſtuoſum. Columel. lib. 4. Cœlum neque nivale vinea, nec rurſus æſtuoſum deſiderat.
Freta. Hor. 2. Carm. 7. 16. Ob æſtus maritimos.
Impotentia. Hor. Epod. 16. 62.
Jupiter. h. e. Jupiter Ammon, ad cujus oraculum in Libya Cyrenaica, Auſtro flante, ſic agitantur & æſtuant arenæ, ut mare fluctibus. Authores Plinius, Mela, Solinus, Catullus 7. Epig.

Locus. Cels. lib. 8. Locis tamen æstuosis facilius invenitur. i. e. Regionibus calidioribus.
Syrtes. Hor. 1. Carm. 22. 5. Sive per Syrtes iter æstuosas. Ubi Acron, Æstuosas, i. e. Procellosas, aut Nimio sole ferventes. Unde Virg. 4. Æn. 41. — & inhospita Syrtis. Lambinus vero, Æstuosas, inquit, vocat, propter æstus maris accedentes & recedentes.
Animal æstuosissimum. Columel. lib. 7. cap. 10. de sue.
Dies æstuosissimi. Plin. lib. 34. Non fit hoc nisi æstuosissimis diebus circa Canis ortum.

ÆSTUOSE, Adv. Plaut. Bacch. 3. 3. 67. Acerrime atque æstuose absorbet.
Æstuosius. Hor. Epod. 3. 18.
Nec munus humeris efficacis Herculis
Inarsit æstuosius. Sunt qui pro Adj. habent.

ÆSTĬFER, éra, ĕrum. [πυρφόρος, καυματηφόρος] Virg. 2. Georg. 352.
Hoc ubi hiulca siti findit Canis æstifer arva. Æstiferum canem vocat, quod Æstum afferat, i. e. Calorem vehementissimum. Cic. in Arat.
Æstiferos validis erumpit flatibus ignes. Ibid.
Æstifer est pandens ferventia sidera Cancer.
Æstifer, h. e. Æstum ferens, seu patiens. Lucan. lib. 1. 206.
— sicut squallentibus herbis
Æstiferæ Libyes viso leo comminus hoste. Stat. 3. Sylv. 3. 91.
— quod messibus Afris
Verritur, æstiferi quicquid terit area Nili.
Campi æstiferi. h. e. Æstum ferentes, seu patientes. Sil. Ital. l. 1. 194.
Æstifer ignis. Lucret. lib. 1. 663.
Æstifer ignis uti lumen jacit, atque vaporem.

ÆSYĔTES, æ. Viri proprium. Ex hujus sepulcro ad Trojam extructo speculabatur Polites quid in suis navibus facerent Græci Trojam obsidentes. Homer. 2. Iliad. Strab. lib. 13.

ÆSYMA, Αἰσύμη Stephano, Urbs Thraciæ, patria Castianiræ, ex qua Priamus Gorgythionem suscepit, qui in bello Trojano ab Ajace fuit interfectus. Homer. 8. Iliad. 304.

ÆSYMNĒTÆ, [Αἰσυμνῆται] dicebantur apud Græcos qui parem regiæ dignitati potestatem habebant: a quo nomine, Dictatoris imperium traxisse originem creditur. V. plura apud Alex. ab Alex. l. 4. c. 23. [Translatum id nomen postea ad Agonothetas, ut docuit Ant. van Dale Diss. de Agonothetis &c. quæ est VII. Syntagmatis doctiss. C. 1. p. 516.

ÆSYMNIUS, Viri Megarensis nomen & ejusdem nominis tumulus. Pausan. in Attic.

ÆSYMNUS, Unus e principibus Græcorum ab Hectore interfectus, teste Homer. 11. Iliad. 303.

ÆSYRMUS, Urbs Thraciæ, teste Homer. 8. Iliad.

ÆTA, Colchorum rex, Medeæ & Absyrti pater. V. ÆETA.

ÆTAS, ātis. f. [ἡλικία] ab Ævo deducitur, quasi Ævitas.
Ætatem Varro divisit in infantiam, pueritiam, adolescentiam, juventam, senectam: quarum tamen singulæ trifariam dividuntur, ut prima pars viridis sit, deinde adulta, postea præceps. Hinc est quod Virgilius ait, — viridisque juventa. Serv. in 5. Æn. 295. Alii aliter descripserunt, de quibus Censorin. de Die Natal. cap. 14.
Ætates sic finivit Servius Tullius rex, quum census faciendi gratia, illas quinque classes populi Romani instrueret, ut pueros esse existimaret, qui minores essent annis septendecim. Inde ab anno decimoseptimo, quos idoneos jam esse reipublicæ arbitraretur, milites scripsit: eosque ad annum quadragesimumsextum juniores dixit, supraque eum numerum seniores appellavit. Author Tubero l. 1. Histor. apud Gell. l. 10. c. 28.
Ætas infirma puerorum, puellarum, senioque confectorum hominum. l. 122. D. de legat. 1.
Ætas ædificiorum. l. 58. D. de legat. 1.
Ætas in vino. Plin. lib. 23. cap. 1. Sua cuique ætas vino gratissima, hoc est, media. unde Ætatem ferre, & Pati ævum, dicitur de fructibus non fugientibus. Budæus.
Ætas pro Hominibus in ætate degentibus. Ovid. 2. Met. 418.
Quum subit illa nemus, quod nulla ceciderat ætas. h. e. Nullius ætatis homines.
Ætas, pro Juventute. Cic. 7. Verr. Erat ea navis plena juventutis formosissimæ, plena argenti facti atque signati. Paulo post, Si qui senes aut deformes erant, eos in hostium numero ducit: qui aliquid formæ, ætatis, artificiique habebant, abducit omnes.
Or. in Salust. extr. omnium cubiculorum in ætate pellex, pro Prima ætate. H. St. V. & Cort. ad l.
Ætas, pro Solo anno interdum ponitur. Varr. Ætatem vix decimam ingressus. Virg. 3. Georg. 190.
At tribus exactis, ubi quarta accesserit ætas,
Carpere mox gyrum incipiat. Serv. i. e. Quartus annus. Nam Ætatem plerunque generaliter dicimus pro Anno, pro triginta, pro centum, pro quovis tempore.
Ætas, pro Tempore. Plin. lib. 12. cap. 1. Hoc actum circa urbis captæ ætatem. Sic usitate, Nostra ætate dicimus, pro Nostro tempore.
Ætas, pro Seculo, i. e. Centum annis. Cic. de Senect. 31. Tertiam enim jam ætatem hominum vivebat. De Nestore dictum, qui secundum poetas trecentos annos vixit. ut ipse apud Ovid. sic ait 12. Met. 187. — vixi
Annos bis centum: nunc tertia vivitur ætas.
Ætas pro 30. annis. Hor. Epod. 16. 1.
Altera jam teritur bellis civilibus ætas. γενεὰ est, quæ appellatur Græcis, 30. annorum, ut Lambinus Torrentiusque demonstrant. Statius etiam pro Die ponit 3. Theb. 562.
— quid crastina volveret ætas,
Scire nefas homini.
Ætas, pro Vita hominis frequenter & venuste accipitur. Est autem pars pro toto, per synecdochen: quia ætates sunt vitæ partes. Plaut. Rud. 4. 7. 10.
— in ætate hominum plurimæ
Fiunt transennæ, ubi decipiuntur dolis.
Ætas item aliter accepta. Virg. 8. Æn. 200.
Attulit & nobis, aliquando optantibus ætas
Auxilium, adventumque dei. h. e. Beneficium temporis, ait Servius. Nos vulgo tempus vocamus.
Cursus ætatis. Cic. de Senect. 33. Cursus est certus ætatis, & via una naturæ, eaque simplex: suaque cuique parti ætatis, tempestivitas est data.
Fabulam ætatis peragere. Cic. de Senect. 64. Quæ sunt igitur voluptates corporum cum authoritatis præmiis comparandæ? quibus qui splendide usi sunt, ii mihi videntur fabulam ætatis peregisse, nec tanquam inexercitati histriones in extremo actu corruisse. Congruenter autem vitæ tempora fabulis comparantur: quia sicut fabula quinque actibus constat, ita hominis vita quinque ætatibus seu gradibus.
Fata ætatis implere. Ovid. 6. Epist. 36.
Fervor ætatis. Cic. de Senect. 45. Epulabar igitur cum sodalibus omnino modice, sed erat tamen quidam fervor ætatis: qua progrediente, omnia fiunt etiam in dies mitiora.
Flexus. Cic. 1. de Orat. 1. Si infinitus forensium rerum labor, & ambitionis occupatio, decursu honorum & ætatis flexu constitisset.
Flore ætatis frui. Lucret. lib. 4. 1094.
Florem ætatis tangere. Lucret. lib. 3. 771.
Quove modo poterit pariter cum corpore, quoque
Confirmata cupitum ætatis tangere florem
Vis animi.
Florem ætatis pervadere. Lucret. lib. 1. 556.
Freta ætatis, Fervores ætatis. Lucret. lib. 4. 1024.
Homo id ætatis, id ætatis sumus, pro Ejus ætatis. Cic. 6. Fam. 20. Ita viximus, & id ætatis jam sumus, ut omnia quæ non nostra culpa nobis accidant, fortiter ferre debeamus. V. & 3. Verr. 66. & 4. 37.
Homo ætatis suæ, Qui major annis est. Modestinus in l. ex duobus. D. de negot. gestis. Ex duobus fratribus, uno quidem suæ ætatis, altero vero minore annis: quum haberent communia rustica prædia, &c.
Idem ætatis, pro Ejusdem ætatis. Tacit. 13. Ann. 16. Mos habebatur principum liberos, cum cæteris idem ætatis nobilibus, sedentes vesci in aspectu propinquorum.
Gravitas. Cic. de Senect. 33.
Imbecillitas ætatis. Cic. ad Brut.
Infirmitas. Cic. 16. Att. 5. Si quæ minus antea propter infirmitatem ætatis, &c.
Lanuginis primæ ætas. h. e. Juventus in qua barba incipit pubescere. Ovid. 21. Epist. 85.
Quid mirum, si me primæ languinis ætas
Abstulit, atque anni, quos vir amare potest?
Lubricum. V. LUBRICUS.
Maturitas. Cic. 4. Fam. 4. Etsi abest maturitas ætatis tamen personare aures ejus hujusmodi vocibus non est inutile.
Peractio. Cic. de Senect. 86. Senectus autem peractio ætatis est, tanquam fabulæ.
Robur ætatis quam maturrimum. Tacit. 13. Ann. 29.
Ruina. Ovid. 1. de Pont. 5. 6.
Nec me si subito videas cognoscere possis:
Ætatis facta est tanta ruina meæ.
Spatium. Cic. de Senect. 60. de Valerio Corvino. Itaque quantum spatium ætatis majores nostri ad senectutis initium esse voluerunt, tantus illi cursus honorum fuit.
Spatium vetustum. Lucret. lib. 2. 1171.
Specie ætatis uti. Ovid. 5. Fast. 353.
Et monet ætatis specie, dum floreat, uti:
Contemnunt spinam quum cecidere rosæ.
Tempus ætatis. Cic. de Senect. 69. Breve tempus ætatis satis est longum ad bene honesteque vivendum.
Tempus extremum. Cic. de Senect.
Temporis futuri ætas. Ovid. 15. Met. 835.
Tempus infinitum ætatis. Cic. 2. de Fin. 88. Quum enim summum bonum in voluptate ponat, negat infinito tempore ætatis voluptatem fieri majorem, quam finito atque modico.
Tempus nostrum ætatis. Cic. 3. Q. frat. 5. Angor, mi suavissime frater, angor, nullam esse remp. nulla judicia; nostrumque hoc tempus ætatis, quod in illa authoritate Senatoria florere debet, aut forensi labore jactari, aut domesticis literis sustentari.
Tempora ætatis queri. Propert. lib. 1. 7. 8.
Tempus ultimum ætatis. Cic. 2. de Fin. 87. Neque expectat ultimum tempus ætatis.
Ver breve ætatis. Ovid. 10. Met. 85. — citraque juventam
Ætatis breve ver, & primos carpere flores.
Adulta ætate filius, apud Cic. V. ADULTUS.
Affecta ætas. V. AFFECTUS.
Annua ætas. Plin. lib. 8. cap. 40.
Avida. Senec.
Et quicquid avida per tot annorum gradus
Abscondit ætas.
Aurea. Ita enim fuit appellata, quod optimis moribus illo tempore quo Saturnus regnavit, homines floruerint. De ætate aurea, argentea, &c. Hesiodus, cæterique poëtæ passim. Ovid. 1. Met. 89.
Aurea prima sata est ætas, quæ vindice nullo
Sponte sua sine lege fidem rectumque colebat.
Bona, pro Adolescentia: quæ videlicet felicior vitæ pars existimatur. Cic. de Senect. Quod si ipsis voluptatibus bona ætas fruitur, libentius primum parvulis fruitur rebus. Et Hor. 2. Epist. 2. 216.
Constans. Cic. de Senect. 33. Ut enim infirmitas puerorum, & ferocitas juvenum, & gravitas jam constantis ætatis: sic senectutis maturitas naturale quiddam habet, quod suo tempore percipi debeat.
Sic ibidem, Num ea jam constans requirit ætas? Quæ Media dicitur. H. St. [Locum Cic. non invenimus.
Consularis ætas. V. Consularis in CONSUL.
Crastina. Stat. 3. Theb. 562.
— quid crastina volveret ætas,
Scire nefas homini.
Decrepita. V. Provecta ætas.
Dura. Hor. 1. Carm. 35. 35. i. e. Ferrea.
Edax. Lucan. lib. 7. 397.
Non ætas hæc carpsit edax.
Effœta. Stat. 6. Theb. 252.
Extrema. Cic. de Senect. 46. Hujus extrema ætas in hoc beatior quam media, quod authoritatis plus habebat, laboris minus.
Ferox. Hor. 3. Carm. 5. 13.
Firmam ætatem dici putat Galenus, eorum qui mediam consistentiæ seu vigoris ætatem, & senectutis agunt: quum jam crescendi ætas & tempus

pus excessit, necdum tamen senectutis sensus ullus notabilis comparet. Ex Cæl. Antiq. Lect. 26. 20.
Flexibilis. Cic. ad Brut. 18. Videtur enim esse indoles: sed flexibilis ætas: multique ad depravandum parati.
Florens. Cic. de Senect. Temeritas est videlicet florentis ætatis, prudentia senectutis.
Fœcunda. Claud. 8. Paneg.
Crescite virtutes, fœcundaque floreat ætas.
Futilis. Sil. lib. 16. 655. Puer ille, & futilis ætas, Imbellesque anni &c.
Grandior. Cic. 5. Philipp. 47. & Ovid. 6. Met. 28.
Heroicæ. Cic. 5. Tusc. 7. Heroicis etiam ætatibus Ulyssem & Nestorem accepimus & fuisse & habitos esse sapientes.
Imbecilla. Hor. 2. Serm. 2. 86.
Accedent anni, tractari mollius ætas
Imbecilla volet. h. e. Senilis.
Impensa labori. Lucan. lib. 2. 569.
— ætasque impensa labori Dant animos?
Impia. Hor. Epod. 16. 9. hominum scil. impiis moribus.
Improvida puerorum. Lucret. lib. 1. 938. & Cic. 5. Tusc. 62.
Incuriosa suorum. Tacit. in Vita Agricolæ, Clarorum virorum facta moresque posteris tradere, antiquitus usitatum, ne nostris quidem temporibus, quanquam incuriosa suorum ætas omisit. i. e. Suos nihil curans.
Inertior. Ovid. 4. Trist. 7. 3.
Jam subeunt anni fragiles, & inertior ætas.
Inferior. Cic. 4. Acad. i. e. Junior, & Posterior. De Democrito, Quis hunc philosophum non anteponit Cleanthi, Chrysippo, reliquisque inferioris ætatis?
Infirma. Ovid. 6. Fast. 599. Quintil. lib. 1. cap. 3. & Cic. 5. de Fin. 43.
Integra. Ter. And. 1. 1. 4. Egregia forma atque ætate integra. Ut Virg. 9. Æn. 255. — integer ævi Ascanius. Nos Florem ætatis non inepte appellamus.
Invida ætas. Hor. 1. Carm. 11. 7.
— dum loquimur, fugerit invida Ætas.
Irrevocabilis ætas præterita. Lucret. lib. 1. 469.
Justæ ætatis homo. Ulp. in l. cum filiofam. ad finem. D. de legat. 3.
Lacrymabilis. Stat. 2. Sylv. 1. 139. Scil. puerilis.
Non te forma movet, non te lacrymabilis ætas.
Lasciva. Hor. 2. Epist. 2. 216.
Legitima ætas ad petendum magistratum. Liv. 3. Decad. lib. 5.
Longa ætas magistra. Ovid. 5. Epist. 96. Quintil. lib. 1. cap. 8. Longa ætas spatium dabit.
Lubrica. Claud. de Rapt. Proserp. 226.
Mala ætas, pro Senectute. Afran. Vopisco.
Si possent homines delinimentis capi,
Omnes haberent nunc amatores anus.
Ætas, & corpus tenerum & morigeratio,
Hæc sunt venena formosarum mulierum.
Mala ætas nulla delinimenta invenit. Nonius. & Hor. 2. Epist. 2. 216.
Matura. Claud. de Sext. Cons. Hon. 557.
Maturissima. ad Heren. lib. 4. 26. Hi sapienter faciunt, qui adolescentes maxime castigant: ut quibus virtutibus omnem vitam tueri possint, eas in ætate maturissima velint comparare.
Mavortia. Claud. de Bell. Get. 35.
Media. Plaut. Aul. 2. 1. 37.
Militaris, pro Robusta & apta ad militiam. Liv. Nec ullo jam qui militaris ætatis esset, non aut cæso, aut fugato. Pro Anno, quo militare solebant Romani, qui erat decimus septimus.
Pro Juvenibus. Liv. 25. 5. Igitur non militaris modo ætas, aut viri tantum, sed fœminæ quoque puerique supra animi corporisque vires adsunt.
Mobilis. Virg. 3. Georg. 165. — viamque insiste domandi:
Dum faciles animi juvenum, dum mobilis ætas.
Mollis. Ovid. 1. de Arte Am. 10.
Sed puer est, ætas mollis, & apta regi.
Mollior luxu. Claud. de Bell. Get.
Nescia simulandi. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Nobilis. Claud. 22. Epig.
Nubilis. Claud. 1. Pr. Conf. Stil. 69.
Obnoxia injuriæ. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Omnis ætas. Tacit. 6. Ann. 19. Jacuit immensa strages, omnis sexus, omnis ætas, illustres, ignobiles, dispersi aut aggregati.
Otiosa & quieta. Cic. de Senect. 82. Nonne melius multo fuisset, otiosam ætatem & quietam sine ullo aut labore aut contentione traducere?
Opportunissima. Cic. 7. Fam. 7. Imperatorem liberalissimum, ætatem opportunissimam, commendationem certe singularem habes. h. e. Commodissimam, & quæ muniis publicis adhuc probe vacare possit.
Perpetuam ætatem reperire. Lucret. lib. 3. 999.
Postera. V. Præsens ætas.
Prætextata. Gell. lib. 1. cap. 23. h. e. Ætas pueritiæ. Vide PRÆTEXTATUS.
Prætoria, qua quis Præturam poterat petere, sive Annus quadragesimus.
Præsens. Hor. 2. Epist. 2. 42. — veteresne poetas,
An quos & præsens, & postera respuit ætas.
Pretiosior. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 1. 185.
— illic pretiosior ætas, Aurea progenies habitat.
In prima ætate pudoris. Quintil. lib. 1. cap. 2. 4.
Puellaris. Quintil. lib. 6. in proœm.
Robusta. Ulpian. in l. Si maritus sit. §. lex Julià. D. ad leg. Juliam de adulter.
Robustior. Claud. 7. Paneg. & Cic. 5. Philipp. 45.
Senatoria. Tacit. 3. Hist. 9. Magnam eo die pietatis eloquentiæque famam Vipsanius Messala adeptus, nondum senatoria ætate.
Senecta ætate. Plaut. Senecta ætate qui factus est puer. pro, In senectute. V. SENECTUS.
Senior. Sen. OEth. 4.
Sera. Ovid. 1. de Arte Am. 65.
Seu te forte juvat sera, & sapientior ætas.
Simplex, h. e. Juvenilis. Stat. 9. Theb. 878.
Strenua. Ovid. 1. Amor. 15. 3.
Superior. Cic. de Senect. 62.

Teneris ætatibus utilis. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Uberior. Ovid. 1. Met. 207.
Velox. Stat. 2. Achil. 80.
Vetus. Ovid. 5. Met. 96. V. mox Volatilis.
At vetus illa ætas, cui fecimus Aurea nomen.
Vinosior. Ovid. 3. Fast. 785.
Viridis ætas. Plin. 1. Epist. 12.
Volatilis ætas. Ovid. 10. Met. 519.
Labitur occulte fallitque volatilis ætas,
Et nihil est annis velocius.
Accedit ætas vino, quum inveterascit. V. ACCEDO.
Accedit illi plus ætatis. Cic. 1. de Orat. 254. Solet idem Roscius dicere, se quo plus sibi ætatis accederet, eo tardiores tibicinis modos, & cantus remissiores esse facturum.
Accipere ætatem. V. ACCIPIO.
Adimere ætatem vino. Plin. lib. 23. cap. 1. Jam & patresfamiliâs ætatem adimere vinis, quæ per se cariem traxere.
Adolevit ætas. contrar. Vergit. Tacit. 2. Ann. 43. Nam suam ætatem vergere: Drusi nondum satis adolevisse.
Agere ætatem desidiose. Lucret. lib. 4. 1130.
Agere ætatem in aliquo loco, vel in re aliqua. Cic. in Bruto 172. Quum ætatem ageret Athenis. Idem 2. de Legib. 3. Hic fere ætatem egit in literis.
Agere ætatem. Cic. 5. Tusc. 77. In India qui sapientes habentur, nudi ætatem agunt.
Agere ætatem regio cultu. Sallust. in Catil. Alios divites esse, ut regio cultu ætatem agerent.
Acta ætas, vel Exacta, pro Extrema senectute, quæ Decrepita dicitur: quia tunc vitæ tempus propemodum exactum est, i. e. Finitum. Cic. ad Brut. 2. De me possum idem, quod Plautinus pater in Trinum. 2. 2. 38. Mihi quidem ætas acta ferme est, tua istuc refert maxime. Liv. Exacta ætate Camillus. i. e. Senio confectus. V. mox Exacta ætas.
Ætas quiete & pure & eleganter acta. Cic. de Senect.
Ætas ante acta. Lucret. lib. 1. 235.
Antecellere ætate. Cic. de Senect. 64. Multa in nostro collegio præclara sunt: sed hoc in primis, quod ut quisque ætate antecellit, ita sententiæ principatum tenet.
Anteire aliquibus ætate. Cic. 1. Tusc. 5. Nam Galbam, Africanum, Lælium, doctos fuisse traditum est: studiosum autem eum qui iis ætate anteibat, Catonem.
Calens ætate. Ovid. 3. de Arte Am. 571.
Ista decent pueros ætate & amore calentes.
Coacescit ætas. Cic. de Senect. C. 18. extr. Ut enim non omne vinum, sic non omnis ætas coacescit.
Composita ætas. Tacit. 13. Ann. 1. Virum ætate composita, insontem, nobilem.
Confectus ætate. h. e. Valde senex. Virg. 4. Æn. 599.
— confectum ætate parentem. Cic. 2. in Catil. 20. Tertium genus est ætate jam confectum.
Confirmata. Cic. 10. Fam. 3. Ego, Plance, necessitudinem constitutam habui cum domo vestra ante aliquanto quam tu natus es: amorem autem erga te ab ineunte pueritia tua, confirmata jam ætate familiaritatem, cum studio meo, tum judicio tuo constitutam.
Consumere ætatem multo labore & studio. Quintil. lib. 2. cap. 20.
Conterere ætatem in re aliqua. Cic. 1. de Legib. 5. Ut nollent ætatem in litibus conterere.
Corroborata. Cic. pro Cœlio, Et interdum multas vias adolescentiæ lubricas ostendit, quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo aut prolapsione vix posset: & multarum rerum jucundissimarum varietatem dedit, qua non modo hæc ætas, sed etiam jam corroborata caperetur. Hæc ætas, i. e. Adolescentia.
Decursa. Cic. pro Quint. Quam honestatem in judicium tuum prope acta jam ætate decursaque attulit.
Deficit me ætas. Ovid. 12. Met. 448.
Deflectere ætatem. Cic. 9. Att.
Degere ætatem. Lucret. lib. 3. 508.
Degere tempus ætatis. Cic. de Senect.
Degere omnem ætatem sine dolore. Cic. 2. de Fin. 118.
Degere ætatem cum aliquo, i. e. Vivere. Plaut. Sic Ætatem agere, exigere, ducere dicimus.
Devexa ætas a laboribus ad otium. Cic. 9. Att. Et (ut verum loquar) ætas jam a diuturnis laboribus devexa ad otium, domesticarum me rerum delectatione molliit.
Ducere ætatem. Hor. 2. Epist. 2. 202.
Est ea ætate. Cic. pro Cluent. Idem pro C. Rabir. Huic quidem afferet aliquam deprecationem periculi, ætas illa, qua tum fuit.
Emendare ætatem. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Emoritur ætate spes in pueris. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Exacta ætas. Cic. pro Rosc. Com. Quum illis exactæ ætatis severissime fructum quem meruerunt retribuam.
Exacta ætate est. Cic. de Senect. 66. M. quidem Valerium Corvinum accepimus ad centesimum annum vitam produxisse, quum esset exacta jam ætate in agris.
Excessit illi ætas ex magisterio tuo. i. e. Desiit esse sub ferula tua.
Extinguitur ætas. V. Senescit ætas.
Fessa ætas. Tacit. 1. Hist. 12.
Firmata. Cic. pro Cœlio, 43. Virg. 4. Ecl. 37.
Hinc ubi jam firmata virum te fecerit ætas.
Florere ætate. Virg. 7. Ecl. 4.
Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo.
Formare ætatem. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Frangitur ætas, V. Senescit ætas.
Fugiens ætas. Catull.
Ne fugiens seclis obliviscentibus ætas.
Gerere ætatem cum aliquo. Cic. 4. Fam. 5. Ut cum aliquo adolescente primario conjuncta, ætatem gereret. In correctioribus tamen libris legitur, Ageret. q. V.
Habere satis ætatis. Cic. pro Rosc. Com. 149.
Ingravescens ætas. Cic. 2. Fam. 7. Quare hoc animo in nos esse debebis, ut ætas nostra jam ingravescens, in amore atque in adolescentia tua conquiescat. V. & de Senect. 6.

Iniens ætas, i. e. Initium adolescentiæ, Primi anni pubertatis, Prima adolescentia. Cic. 2. Off. 121. Ineuntis enim ætatis inscitia, senum prudentia regenda est. Ineuntem autem ætatem, Adolescentiam vocaverunt antiqui, quod hæc sit veluti cognitionis sui ipsius initium.
Mutare ætatem. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Numerare. Propert. lib. 3. 7. 17.
Obtinere. V. OBTINEO.
Præcipitata ætas, pro Senili & vergente. Cic. 11. Fam. 28. An quod adolescens præstiti, quum etiam errare cum excusatione possem, id nunc ætate præcipitata commutem? Præcipitata, quod jam videatur quodammodo præceps in fatum ruere, ut ait Virgilius.
Præcurrere aliquem ætate. Cic. in Orat. 176. Horum uterque Isocratem ætate præcurrit. h. e. Isocrate major natu fuit. [Vel potius tempore superior.
Præterita ætas. Cic. de Senect. 5. Præterita enim ætas quanvis longa, quum effluxisset, nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem.
Procedere ætate usque ad. Cic. de Senect. 30. Livius usque ad adolescentiam meam processit ætate. h. e. Vixit, vitam produxit usque, &c.
Progrediens ætas. V. Fervor ætatis.
Progressa ætas. Sueton. in Claud. Cæs. cap. 2.
Progressus ætate. Cic. de Senect. 33. Nisi forte adolescentes, pueritiam: paulum ætate progressi, adolescentiam debeant requirere.
Provecta. Cic. 1. Tusc. 94.
Provectus ætate. Cic. de Senect. Eum colere cœpi non admodum grandem natu, sed tamen jam ætate provectum.
Prudentiores ætate reddimur. Sumptum ex illo Telemachi apud Homer. 2. Odyss. — eram adhuc puer: ast ubi jam sum
Grandior, & reddit me aliorum oratio doctum,
Ipseque grandescit mi animus. Ex Eras. Chiliad.
Senescit ætas. Cic de Senect. 39. Ita sensim sine sensu ætas senescit.
Succedit ætas ætati. Cic. 11. Philipp. 39. Nihil enim semper floret: ætas succedit ætati.
Tardus ætate. Ovid. 8. Met. 686.
Traducere ætatem. Cic. de Senect.
Transcendere ætate ævum. Sen. Troad. 6.
Transferunt hæc ætate. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Vergit ætas. V. Adolevit ætas. Tacit. 2. Ann. 43.
Vivere tertiam hominum ætatem. V. Ætas pro Seculo.
Volat enim ætas. Cic. 1. Tusc.
Per ætatem, i. e. Ætatis progressu, & Ætate permittente. Cic. 13. Fam. Ut primum per ætatem judicium facere potueris.
In plurali numero hac voce usus est Virg. 7. Ecl. 4. Ambo florentes ætatibus. Vitruv. præf. lib. 9. Qui a teneris ætatibus doctrinarum abundantia satiantur. Cic. 3. Fam. 4. Duo duarum ætatum plurimi facio, Pompeium & Brutum. Et 14. Att. 12. Ætatibus nostris aliena res est. Conf. Quintil. 1. 1.

ÆTATEM, Adv. temporis. Ter. Eun. 4. 5. 8. Jamdudum ætatem lites sunt inter eos factæ maxumæ. Jamdudum ætatem, pro Longinquo tempore. Lucil. — ut multos mensesque diesque, Non tamen ætatem. Ætatem, Diu, longinquoque tempore ac prolixo, ut est ætas. Ter. Hec. 5. 1. 21. Nam neque ille hoc animo erit ætatem. Plaut. Asin. 3. Ut tibi superstes uxor ætatem siet. Nonius Marcellus 2. 809. Ætatem positum pro Sæpe, ac diu. Plaut. Asin. 2. 2. 18. Adeo ut ætatem ambo ambobus nobis sint obnoxii. Idem 2. 2. 8. Ætatem velim servire, Libanum ut conveniam modo. Non autem vere adverbium est, sed nomen, subaudita præpositione PER, quæ continuationem significat, si temporis nominibus præponitur.

ÆTATULA, dimin. [ἡλικίδιον] est Tenerior puerorum ætas, & quasi Ætatis tyrocinium. Cic 5. de Fin. 55. Facile est hoc cernere in primis puerorum ætatulis.
Ætatulæ indulgere. Suet. in Claud. cap. 10. Nihil amplius quam monuit, ut aut parcius ætatulæ indulgeret, aut certe cautius.
Ætatula, pro ætate, blandimenti causa positum. Plaut. Pseud. 1. 2. 40. In munditiis, mollitiis, deliciisque ætatulam agitis. h. e. Tempus ætatis jucundissimum.

ÆTERNUS, a, um. Adj. [ἀΐδιος, αἰώνιος, ἀθάνατος] quasi Æviternus, teste Varrone, de L. L. lib. 5. cap. 2. proprie significat Quod fine caret. Nam ævum, inquit Servius, proprie æternitatis est. Idem enarrans illud Virg. 6. Æn. 727. Mens agitat molem: Si, inquit, ut Cicero dicit in Tusculanis, æternum est quicquid in æterno motu est: sine dubio etiam animus æternus est. Semper enim in motu est, adeo ut ne nobis quidem quiescentibus conquiescat. Virg. 1. Georg. 468.
Impiaque æternam timuerunt secula noctem. Cic. 4. Acad.
Et quicquid est, mortale sit, an æternum.
Æternum de eo dictum, quod finem habeat. Ter. Eun. 5. 2. 33.
At nunc dehinc spero æternam inter nos gratiam
Fore Thais. h. e. Donec vivemus.
Ævum æternum. Ovid. 1. Met. 663.
Aurum. Stat. 5. Sylv. 1. 189. Dicitur de statua aurea.
Causæ. Cic. de Fato 28. Nec si omne enuntiatum, aut verum aut falsum est, sequitur illico causas immutabiles, easque æternas.
Consilia. Hor. 2. Carm. 11. 11. Ubi Acron, Æternis: i. e. Infinitis & diuturnis.
Corpus. Lucret. lib. 1. 640.
Decus æternum habere. Ovid. 3. Trist. 1. 46.
Deus æternus. Cic. 2. de Fin. 88. Quid est igitur cur ita semper Deum appellet Epicurus beatum & æternum? Dempta enim æternitate nihilo beatior Jupiter quam Epicurus.
Dolorem æternum perferre. Lucret. lib. 3. 1003.
Excubiæ divûm. Virg. 4. Æn. 201.
— vigilemque sacraverat ignem,
Excubias divûm æternas. Servius, Definitio est æterni ignis.
Exilium. Hor. 2. Carm. 3. 28.
Fœdera. Virg. 11. Æn. 356.
Honores. Hor. 2. Carm. 1. 15.
Ignis. Ovid. 3. Fast. 420.
Ignibus æternis æterni numina præsunt
Cæsaris. Per ignes æternos intelligit ignem illum qui a virginibus Vestæ consecratis, perpetuo & summa diligentia colebatur & asservabatur. Unde & Hor. 3. Carm. 5. 11. æternam Vestam appellat.
In æternum condita urbs. Liv. 3. Decad. lib. 8. i. e. Ut æterna sit.
Imperia. Virg. 1. Æn. 230.
— ô qui res hominumque deumque
Æternis regis imperiis, & fulmine terres.
Laborem æternum carpere. Catull. 59. 310.
Leporem. Lucret. lib. 1. 29. Æternum da dictis, Diva, leporem.
Luctu æterno tabescere. Lucret. lib. 3. 924.
Mors. Lucret. lib. 3. 1102.
Motus. Lucret. lib. 2. 1054.
Mundus. Ovid 5. Met. 239.
Natura. Lucret. lib. 3.
Nomen æternum emere sanguine. Ovid. 2. Amor. 10. 32.
Nomen æternum tenere. Virg. 6. Æn. 235.
— æternumque tenet per secula nomen.
Nox. Virg. 10. Æn. 746.
— in æternam clauduntur lumina noctem.
Opus. Ovid. 3. de Arte Am. 83.
Sed famæ invigilare juvat. quis nosset Homerum,
Ilias æternum si latuisset opus? i. e. Semper victurum.
Pacem æternam exercere. Virg. 4. Æn. 99.
Quin potius pacem æternam, pactosque Hymenæos
Exercemus?
Pergama. Virg. 8. Æn. 37. h. e. Nunquam famam neque nomen suum perditura.
Posteritas. Ovid. 15. Epist. 374.
Quies. Sen. Agam. 7. — & miseros libera mors vocet:
Portus æterna placidus quiete.
Regna. Lucan. lib. 1. 34.
Sacerdos. Ovid. 3. Amor. 7. 20.
Tempus. Lucret. lib. 3. 634.
Ex æterno tempore. Cic. 1. de Fin. 17. Eumque motum atomorum nullo a principio, sed ex æterno tempore intelligi convenire.
Ver æternum, i. e. Continuum & Immutabile. Ovid. 1. Met. 116.
Ver erat æternum, placidique tepentibus auris
Mulcebant Zephyri natos sine semine flores.
Vesta æterna. Hor. 3. Carm. 5. 11. V. Ignis æternus.
Virtus. Sallust. in Catil. Virtus clara, æternaque habetur.
Vitam æternam dare. Virg. 12. Æn. 880.
Quo vitam dedit æternam? cur mortis adempta est
Conditio? h. e. Immortalitatem.
Urbs æterna, pro Roma. Ovid. 3. Fast. 72.
Jam, modo qua fuerant sylvæ, pecorumque recessus,
Urbs erat, æternæ cum pater urbis ait. Æternam vocat, de qua Jupiter apud Virg. 1. Æn. 283. Imperium sine fine dedi.
Vulnus æternum servare sub pectore. Virg. 1. Æn. 36.
Perpetuus & æternus. Cic. 1. de Nat. Deor. 40. Idemque etiam legis perpetuæ & æternæ vim, quæ quasi dux vitæ & magistra officiorum sit, Jovem dicit esse.
Æternus, pro Magno atque immenso. Virg. 8. Æn. 394.
Tum pater æterno fatur devinctus amore. Et Curtius lib. 4. 1. 22. fere eodem modo scripsit, Ablue Corpus illuvie æternisque sordibus squalidum. Ex Turneb. V. ibid. Freinsh.
Æternus & Sempiternus, pro eodem. Cic. post red. in Senat. 33. Quod si mihi æternam esse propositam ærumnam arbitrarer: morte me ipse potius, quam sempiterno dolore multassem.

ÆTERNIOR, ōris. compar. Plin. lib. 14. cap. 1. Nec est ligno ulli æternior natura. pro Durabilior, & minus corruptibilis. Idem de Cedro, Nullum æternius lignum.

ÆTERNALIS, e. Idem. Tertull. adv. Judæos, cap. 6. Lex æternalis. Inscript. apud Gruter. p. 752. n. 3. SOMNO AETERNALI SACRVM. & apud Reines. p. 649. SOMNO AETERNALI.

ÆTERNABILIS, e. Idem. In Theod. Cod. aliquoties visitur. adde locum Accii apud Non. 7. 64.

ÆTERNITAS, ātis. f. [ἀϊδιότης] Tempus fine carens. Cic. 1. de Nat. Deor. 21. Sed fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla circumscriptio temporum metiebatur. Æternitatem ut deam coluerunt antiqui, cujus imaginem tempus esse dixerunt Pythagorici, Plato, & Hermes Trismegistus. Eam enim per tempus intelligimus. Describitur vero copiose & eleganter a poeta Claudiano in Panegyrico, de laud. Stilic. 2. 424. Bocatius carmen interpretatur in suis Genealogiis.
Ad memoriam æternitatis. Cic. 12. Philipp. 34. Nec dispersis bustis humili sepultura crematos, sed contectos publicis operibus atque muneribus, eaque extructione quæ sit ad memoriam æternitatis, ara virtutis.
Immutabilis æternitas. Cic. de Univers. 5. Neque æternitate immutabili continetur.
Ab omni æternitate. Cic. 2. de Divin. 19. Si enim nihil fieri potest, nihil accidere, nihil evenire, nisi quod ab omni æternitate certum fuerit esse futurum rato tempore; quæ potest esse fortuna? Rursum lib. 1. Animus vixit ab omni æternitate.
Ex omni æternitate. Cic 1. de Divin. 125. Fatum est ex omni æternitate fluens veritas sempiterna.
In omni æternitate. Cic. 2. de Nat. Deor. 115. Ordo autem siderum, & in omni æternitate constantia, neque naturam significat, &c.
Donare æternitatem alicui. Cic. in Pison. 7. Mihi populus Romanus universus illa in concione non unius diei gratulationem, sed æternitatem immortalitatemque donavit.
Æternitate donare, Immortalem facere. Plin. lib. 2. cap. 7. Nec mortales æternitate donare.
Mandare æternitati. V. MANDO.

ÆTERNO, [ἀϊδιόω, ἀποθανατίζω] āre. Varro rerum humanarum, lib. 2. Literisque ac laudibus æternare. ex Nonio. Verbum antiquum est, pro Æternum seu immortale reddere. Hor. 4. Carm. 14. 1.
Quæ cura patrum, quæve Quiritium,
Plenis honorum muneribus tuas
Auguste virtutes in ævum
Per titulos memoresque fastos
Æternet?

ÆTERNO, Adv. [ἀΐδιος] Idem quod Æternum. Plin. lib. 2. cap. 107. Viret æterno hunc fontem igneum contexens fraxinus.

ÆTERNUM, Adv. pro Semper. Virg. 6. Æn. 617. Idem 2. Georg. 400.
— glebaque versis
Æternum frangenda bidentibus. i. e. Perpetuo, semper. Serv.

ÆTHÆA, [Αἰθαία] Oppidum regionis Laconicæ, apud Steph.

ÆTHALIA, vel ÆTHALE, Insula [Αἰθαλία, Αἰθάλη] ex Strab. lib. 5. descriptione,. non procul abest a Corsica & Sardinia: qui etiam ferri Æthalici meminit. Diod. Sicul. lib. 6. cap. 4. Sequuntur post Liparam insulæ ad Tyrrhenum pelagus sitæ: in quibus una est nomine Æthalia, Populoniæ opposita urbi, distans a continenti stadiis ferme centum: quæ id nomen ab Æthalio, qui ei præfuit, duce sortita est. In ea effoditur petra, ex qua ferrum excuditur.

Æthalia, insula adjacens Italiæ in mari Ligustico, ut author est Plin. lib. 3. cap. 6. Idem aliam quoque facit Æthaliam quæ & Chios dicitur, lib. 5. cap. 31.

ÆTHALIS, vel ÆTHALĬDES, æ. m. (i. e. Fuliginosus) Præco, Mercurii filius, inter vivos modo, modo inter mortuos existens. Apoll. 1. Argon. 641. Eum se fuisse gloriabatur Pythagoras, ut refert Diog. Laert. Vita Pythag. adde Val. Flacc. 1. 437.

ÆTHALUS, i. m. Uvarum genus in Ægypto. Plin. lib. 14. cap. 7. Euthalo conjicit legendum Harduinus.

ÆTHALIŌNES, [αἰθαλίωνες] Cicadæ dictæ, παρὰ τὸ αἴθεσθαι ὑπὸ τοῦ ἡλίου, h. e. Propterea quod a sole adurantur. Cæl. lib. 17. cap. 6. ex Theocrit. interprete.

ÆTHEA, Una ex centum urbibus Laconiæ. Steph.

ÆTHER, ĕris. m. sine pl. [αἰθήρ] Sunt qui Ætherem pro Elemento ignis accipiant, inter quos est Anaxogoras: alii pro Aëre. Aristot. lib. 1. Meteor. hoc nomine Cœlum intelligit: dictum, ut ipse putat, ἀπὸ τοῦ αἴθειν: ut alii, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θέειν, a perpetuo motu. Cic. 2. de Nat. Deor. 101. Restat ultimus, & a domiciliis nostris altissimus, omnia cingens & coercens cœli complexus, qui idem Æther vocatur, extrema ora & determinatio mundi. Æther ex aëre gignitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 84. Et quum quatuor genera sint corporum, vicissitudine eorum mundi natura est continuata. Nam ex terra aqua, ex aqua oritur aër, ex aëre æther: deinde retrorsum vicissim ex æthere aër, inde aqua, ex aqua terra infima. Ætherem, Serv. in commentariis in Virg. tribus fere modis accipit. Pro Igne, i. e. Supremo elemento: pro Aëre, & pro Jove, quem & ipsum dicit ætherem esse. Cæterum hoc unum constanter asserit, quod æther proprie sit ignis.

Æther & Dies, parentes Cœli, Cœlum vero Saturni. Cic. 3. de Nat. Deor.

Æther, pro Jove. Lucret. lib. 1. 250.

Postremo pereunt imbres: ubi eos pater æther
In gremium matris terraï præcipitavit. Virg. 2. Georg. 325.
Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther
Conjugis in gremium lætæ descendit. Cic. 4. Acad. 126. Zenoni & reliquis fere Stoicis æther videtur summus deus, mente præditus, qua omnia regantur.

Æther, pro Aëre. Virg. 1. Georg. 407.
— raptim secat æthera pennis.

Æther, pro Cœlo. Ovid. secutus Aristotelem, 5. Trist. 2. 51.
Sic habites terras, & te desideret æther.

Æther, pro Diis; Ætherem, h. e. Cœlum incolentibus. Claud. 3. de Rapt. Proserp. — Phlegra nobis inferior æther. h. e. Multo magis sunt irati nobis dii quam gigantes.

Æther, pro Lumine. Valer. 5. Argon. 182.
— simul æthere plena corusco, Pallas.

Flamma ætheris. Cic. 2. de Nat. Deor. 118. Quod astrorum ignis & ætheris flamma consumat.

Abditus tenebris æther, i. e. Obscuratum cœlum caliginibus. Sen. Agam. 7.

Albus. Catull. de Berecynth. & Aty. 40.

Altus. Virg. 3. Georg. 358. de Sole: Nec quum invectus equis altum petit æthera. i. e. In cancro, quo altius nequit ascendere.

Altus æther; h. e. Aër. Virg. 4. Georg. 78.
— æthere in alto Fit sonitus.

Altus æther, pro Cœlo alto. Virg. 12. Æn. 436.

Apertus æther. Virg. 1. Æn. 591. ut Cœlum v. 159.

Arduus, æther. Virg. 10. Æn. 102.

Attritus. Stat. 1. Theb. 354. Attritus subita face rumpitur æther.

Avius. Stat. 5. Theb. 14.

Aureus, pro Cœlo splendido. Ovid. 13. Met. 587.

Clarus. Sen. Herc. 9.

Concussus mugitibus. Virg. 3. Georg. 150.

Diffusilis: h. e. Agitabilis, qui in omnes partes agitari potest & diffundi. Vel, quaquaversum diffusus. Lucret. lib. 5.
Sic igitur tum se levis ac diffusilis æther.

Gelidus. Virg. 8. Æn. 28.

Igneus. Valer. 1. Argon. 616.

Ignifer. Cic. in Arat.
At propter se aquila ardenti cum corpore portat,
Igniferum mulgens tremebundis æthera pennis. Lucret. lib. 5. 499.
— inde æther ignifer ipse.

Immensus. Cic. 2. de Nat. Deor. Aërem amplectitur immensus æther, qui constat ex altissimis ignibus.

Impulsus sonitu. Lucan. lib. 1. 152.

Incertus ducit nubila. Valer. 1. Argon. 307.

Innubilus. Lucret. lib. 3. 21.

Lævus. Stat. 5. Theb. i. e. Sinister & adversus.

Lætus. Claud. in præfat. lib. 3.

Levis. Virg. 1. Georg. 409.

Liber nubibus æther, i. e. Serenus. Lucan. lib. 3. 522.

Liquidus æther, sive aër. Virg. 7. Æn. 65.

Longus. Stat. 10. Theb.

Mitior. Claud. de Bell. Gild. 152.

Nitidus. Valer. 3. Argon. 467.

Perlucens. V. Tenuis ac perlucens æther.

Pervius, i. e. Aër penetrabilis. Ovid. 6. Met. 654.

Providus. h. e. Deorum providentia. Claud. 4. Paneg.

Rapidus. Lucret. lib. 5. 520.

Sacer. Ovid. 1. Met. 254.

Serenus. Lucan. lib. 1. 58.

Signifer. Lucret. lib. 5. 499.

Stellatus. Valer. 2. Argon. 42.

Summus æther, i. e. Cœlum. Ovid. in Ibin 70.

Tenuis ac perlucens. Cic. 2. de Nat. Deor. 5.

Tenuissimus. Cic. 2. de Nat. Deor. Sidera autem æthereum locum obtinent: qui quoniam tenuissimus est, & semper agitatur & viget, necesse est quod animal in eo gignatur, id & sensu acerrimo & mobilitate celerrima esse.

Vastus. Virg. 5. Æn. 821.

Gravitate carens. Ovid. 1. Met. 68.

Ferit æthera clamor nauticus. Virg. 5. Æn. 140.

Mulcere æthera cantu, dicuntur volucres assuetæ ripis. Virg. 7. Æn. 34.

Obscurare æthera pennis dicuntur volucres. Virg. 12. Æn. 253.

Obumbrare æthera telis. Virg. 12. Æn. 578.

Onerare æthera votis. i. e. Deos. Virg. 9. Æn. 24.

Purgatus æther, discussis nubibus. Sil. lib. 12.

Plangoribus resonat æther. Virg. 5. Æn. 668.

Verberare alis æthera. Virg. 11. Æn. 756.

ÆTHRA, æ. [αἴθρη] pro Æthere vel Aëre: poeticum est. Virg. 3. Æn. 585.

Nam neque erunt astrorum ignes, nec lucidus æthra
Siderea polus. Est autem Æthra Latine formatum ab accusativo Græco Æthera per syncopen. Cic. 2. de Nat. Deor. 117. Aërem complexa summa pars cœli quæ Æthra dicitur, & suum retinet ardorem tenuem, & nulla admistione concretum, & cum aëris extremitate conjungitur.

Albens æthra. Sil. Ital. lib. 5.

Æthra flammea. Macrob. 6. Saturn. 4.

Lenis. Valer. Flacc. 6. Argon. 748.

Liquida. i. e. Purus aër. Sil. Ital. lib. 4.

Rubra. Ennius apud Macrob. 6. Saturn. 4. Virg. 12. Æn. 247.
Nanque volans rubra fulvus Jovis ales in æthra.

ÆTHEREUS, sive ÆTHERIUS, Adj. [αἰθέριος] ut, Cœlum æthereum dicitur, sive Olympus æthereus, pro Cœlo. Virg. 8. Æn. 319.
Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo. Cic. 2. de Nat. Deor. Sidera autem æthereum locum obtinent. Locum æthereum pro Cœlo dixit, quæ est stellarum sedes.

Puto ex errore esse ÆTHEREUS, neque enim est Græce αἰθέρεος & αἰθέρειος, & si diceretur & hoc per ει, esset illud E longum. H. St. [Hanc H. Stephani observationem ex Vetustissimo Codice MSS. Virgilii confirmat Aldus Manut. in Orthogr. ed. auctoris p. 22.

Arcti æthereæ, i. e. Ursæ. Sen. Thyest. 5.

Ars æetherea, pro Divinatione. Stat. 6. Theb. 379.

Arx æetherea, Cœlum. Ovid. 4. Trist. 3. 5. [Variant codices, sed quacunque lectione standum sit, de Polo, Arctico exponendum.

Astra. Virg. 5. Æn. 838.

Aura ætherea vesci, pro Vivere. Virg. 1. Æn. 547.

Axis, Cœlum. Ovid. 3. Fast. 368.

Cursus. Virg. 6. Æn. 536.

Dea, pro Pallade, quod in æthere, h. e. in cœlo habitet. Ovid. 6. Fast. 427.

Domus, Cœlum. Hor. 1. Carm. 3. 29.

Haustus. Virg. 4. Georg. 221.
Esse apibus partem divinæ mentis, & haustus
Æthereos dixere. h. e. Divinos spiritus.

Ignes, Cœlestes: h. e. Siderales. Lucret. lib. 2. 1097.

Iter. Ovid. 5. Fast. 88.

Lux. Sen. Hippol. 8.

Nubes. Ovid. 15. Met. 804.

Pater. h. e. Jupiter. Stat. 3. Sylv. 1. 186.

Pax. Valer. 2. Argon. 84.

Plaga. h. e. Aëris regio. Virg. 1. Æn. 394.

Sedes æthereas sperare. Ovid. 5. Met. 348.

Semen æthereum. i. e. Divinum. Virg. 7. Æn. 281.

Solibus æthereis altoque recanduit æstu. Ovid. 1. Met. 435.

Trophæa ætherea, i. e. Cœlestia, & honori deorum dicata. Claud. 3. de Rapt. Proserp.

Vertex, Altus. Tibul. 1. 7. 15.

Via. Ovid. 15. Epist. 72.

Vindex æthereus, Jupiter. Ovid. in Ibin 476.

ÆTHERRA, quæ postea dicta est Æthiopia. Plin. lib. 6. cap. 30. Ætherios Æthiopas nominat Strab. lib. 2.

ÆTHICES, Populi Macedoniæ. Homerus in catalogo. Strab. lib. 9.

ÆTHICI, Thessaliæ populi, accolæ Pindi. Strab. lib. 7.

ÆTHIOPE, Insula est maris Oceani, Macaria ante appellata. Plin. lib. 5. cap. 31.

ÆTHIOPIA, [Αἰθιοπία] Pars Africæ, torridæ zonæ subjecta, inter Arabiam & Ægyptum. Sic dicta ab Æthiope Vulcani filio. Plin. lib. 6. cap. 30. Prius dicta est Ætheria, deinde Atlantia, tandem Æthiopia. Æthiopiæ duæ sunt, una circa ortum Solis: altera circa Oceanum, in Mauritania. Virg. 4. Æn. Plin. lib. 5. cap. 8. Verissima est eorum opinio, qui desertis Africæ duas Æthiopias superponunt, & ante omnes Homeri, qui bipartitos tradit Æthiopas, ad orientem, occasumque versos. Æthiopia etiam est vel superior, quam constituit regnum Abyssinorum, vel inferior, quæ plura regna continet. V. Cellarii Geogr. Homer. Od. α. v. 23. Plin. lib. 5. cap. 8. & 6. 30. & Melam 3. 9. Æthiopia æstivos imbres non habet. Proinde in ea omni serunt mense, ut in Ægypto & India. Plin. lib. 17. cap. 18.

ÆTHIOPIA, Diana cognominata est (teste Stephano) a regiuncula quadam Lydiæ, Æthiopion nomine, ubi colebatur: vel quod cum apud Æthiopas ageret, eam Apollo abduxit. Alii παρὰ τὸ αἴθειν, ab ardore videlicet, quod Luna sit, ut Callimachus ait: aut quia sit Hecate, quam semper facibus esse instructam creditum est, ut Eratosthenes prodit. V. Cæl. Antiq. Lect. lib. 16. cap. 15.

ÆTHIOPS, [Αἰθίοψ] Vulcani filius: a quo Æthiopia dicta est.

ÆTHIOPS, ŏpis. Qui ex Æthiopia est.

Æthiops non albescit. Dici solitum de iis qui nunquam mutaturi sunt ingenium. Fertur Æsopicus apologus de quodam, qui empto Æthiopi (cum eum colorem arbitraretur non nativum esse, sed domini superioris accidisse neglectu) assidua lotura faciem divexavit, ita ut

morbum etiam adjungeret, colere nihilo quam antea fuerat, meliore. Ex Erasm. Chiliad.

Æthiopes, ut plerique volunt, nomen habent ab αἴθω cremo, & ὤψ aspectus: quod Solis vicinitate torreantur. Sunt tamen qui sic dictos putant, quod eorum oculi frequentibus venulis ex calore sint sanguinei. Author Vadian. in lib. 3. Pomp. Melæ. Æthiopas vicini sideris vapore torreri, adustisque similes gigni, barba & capillo vibrato, non est dubium, aït Plin. lib. 2. cap. 78. V, Diod. Sicul. lib. 4. cap. 1. Strab. lib. 15. Cæl. Antiq. Lect. lib. 9. cap. 15.

Rubentes Æthiopes: quia juxta mare rubrum sunt, ait Lactant. ad Stat. 5. Theb.

Æthiopus lectum est: sed tantum Æthiops dicimus. Serv. in illud 7. Æn. 605. Hyrcanisve, Arabisve parant.

ÆTHIOPĬCUS, Adj. Æthiopiam spectans: ut, Oceanus Æthiopicus. Plin. lib. 6. cap. 30. Æthiopicæ naves. Idem 5. 9.

ÆTHIŎPIS, ĭdis. [αἰθιοπὶς] Herba magica, nascens in Æthiopia, in Ida quoque monte Troadis, & in Messenia. Plin. lib. 27. cap. 4. Æthiopide herba dicunt amnes ac stagna siccari conjectu, tactu clausa omnia aperiri. Plin. lib. 26. cap. 4. Idem lib. 24. cap. 17. tradit Æthiopida in Meroe nasci, ob id & Meroidem appellari, folio lactucæ, hydropicis utilissimam e mulso potam.

ÆTHLIUS, Jovis filius, & pater Endymionis. Hesiod.

ÆTHON, [Αἴθων] Unus ex equis Solis: sunt enim quatuor, Pyrois, Eous, Æthon, Phlegon. Alii aliis etiam nominibus appellant. Bocat. lib. 4. Ovid. 2. Met. 154. Est & Æthon nomen equi Pallantis, apud Virg. 11. Æn. 89. Servius, Æthon nomen equi, quo & Auroræ equus vocatur. Apud Homerum jugalis est equus Hectoris: apud Claudianum Plutonis, ad finem libri 2. de Rapt. Proserp.

Æthon, præterea Nomen est proprium viri, In quem extat Epigr. Martial. lib. 12. 78.

ÆTHŌNES, [αἴθωνες] dicuntur Quidam tripodes, ab ignis usu, & ad hoc ipsum comparati: alii Anathematici, qui ornatus gratia domibus dicati, vel templis, prorsum ignibus immaculati, intactique sunt: unde & ab Homero ἄπυροι nuncupantur. Hos tamen intelligunt nonnulli, qui necdum ignibus sint admoti, æthonas vero jam flammis succensos. Cæl. Rhod. lib. 8. cap. 15.

ÆTHRA, [Αἴθρα] Pitthei filia, Thesei mater. Author Diodor. Sicul. lib. 5. cap. 5. & Plutarch. in Theseo. Ovid. in Ibin. 577.

> Utque nepos Æthræ, Veneris moribundus ob iram
> Exul ab attonitis excutiaris equis.

Fuit & alia hujus nominis, præcipua comes Helenæ. Ovid. 10. Epist. 131.

> Et comitum primas Clymenenque Æthramque tuarum.

ÆTHRA, pro Æthera. V. ÆTHER.

ÆTHRÆA, Insula quæ nunc Rhodos dicitur. Plin. lib. 5. cap. 31.

ÆTHRIA, Insula maris Ægæi non procul a Lemno, aliquando dicta Aëria, postea Thassos. Plin. lib. 4. cap. 12.

ÆTHRIA, Urbs quæ postea dicta est Atria, a qua mare Atriaticum, quod nunc Adriaticum. Atria (inquit Stephanus) Hetruscorum, a Diomede condita est, Æthria primo nominata. Hinc & Hetruscos dictos crediderim, ait Hermolaus in Plin. lib. 3. cap. 16.

ÆTHRURIA, V. HETRURIA.

ÆTHŪSA, [Αἴθουσα] Insula est in mari Libyco, quæ a quibusdam Ægusa dicitur. Plin. lib. 3. cap. 8.

Est & Æthusa, Porticus peristylos, soli exposita, unde & nomen habet. Cæl. lib. 12. cap. 3.

ÆTHYIA, Minerva cognominata, quasi αἴθυια dicas, i. e. Mergus, quod humana prudentia excogitatum sit navigare, mergi quadam imagine. Minervæ Æthyiæ meminit in Attic. Pausan. Cum (inquit) ab Apollinis & Dianæ agrestis templo descendis, Pandionis heroum occurrit, quem eo loco sepultum jam diximus, quem Minervæ Æthyiæ scopulum vocant. Hæc ille. Meminit & Cæl. lib. 14. cap. 18.

ÆTHYSSEI, Populi Libyæ, Marmaridis vicini. Steph.

ÆTIA, orum. [αἴτια] Libri nomen a Callimacho poeta conscripti: de quo Martial. lib. 10. 4. Quo poëmate sacrorum ritus & causas complexus est: unde nomen. Servius Æn. 1. & 3. meminit. Priscianus quoque Callimachi versum citat ex Ætiis lib. 1. Quippe αἴτιον causam significat: & Ætia eodem pene argumento, quo nostri Fasti, constabant. Ex Jano Parrhasio in lib. 3. Claud. de Rapt. Proserp. Domitius tamen apud Martialem legit Ethia, interpretaturque de opere Callimachi in Ibin.

ÆTIOLOGIA, [αἰτιολογία] Latine, Causæ redditio dicitur. Quintil. lib. 1. cap. 9. Sententiæ quoque & Chriæ, & Ætiologiæ. Quorum omnium similis est ratio, forma diversa: quia Sententia universalis est vox, Ætiologia personis continetur. Sed rectius legitur Ethologia q. V. Exemplum hujus Figuræ est in Ter. Eun. 1. 1. 34. Sed ipsa egreditur fundi nostri calamitas. Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit. conf. Quintil. 9. 3. Isidor. 2. 21.

AĒTĪTES, æ. m. ['Αετίτης] Plin. lib. 36. cap. 21. Aëtites lapis ex argumento nominis magnam famam habet. Reperitur in nidis aquilarum. Ajunt binos inveniri, marem & fœminam: nec sine iis parere aquilas. Genera eorum quatuor. Paulo post, Aëtitæ omnes gravidis adalligati mulieribus vel quadrupedibus, in pelliculis ac sacrificatorum animalium, continent partus, non nisi parturiant removendi: alioqui vulvæ excidium fit. Idem lib. 37. cap. 11. Aëtites nomen habet a colore aquilæ candicante cauda. Rursum lib. 30. cap. 14. Lapis Aëtites in aquilæ repertus nido, custodit partus contra omnes abortuum insidias. Lib. 10. cap. 3. Tribus primis & quinto aquilarum generi inædificatur nido lapis Aetites, quem aliqui dixere Gagatem, ad multa remedia utilis, nihil igne deperdens. Est autem Lapis iste prægnans: intus cum quatias, alio velut in utero sonante. Sed vis illa medica nonnisi nido direptis.

AETIUS, ['Αέτιος] Nomen authoris in medicina, cujus sedecim libri extant, & quædam epistolæ. Dictus Aëtius, i. e. Aquilinus, ἀπὸ τοῦ ἀετοῦ: nam ἀετὸς, aquila dicitur. Fuit ex Antiochia Syriæ, discipulus Eunomii, tempore Constantini magni imperatoris, pauper natus, ab initio aurificinam ob inopiam exercuit. Paulo post ob nobilis præceptoris commoditatem, qui nuper e Tyro venerat, sese literis & eloquentiæ studiis tradidit. Cumque esset Christianus, & a Leontio præsule Antiocheno diaconatus ordini adscitus esset, Eunomianorum Arrianorumque sectæ se addixit. Quapropter Atheos vocatus, & ex Antiochia pulsus est. Ejus vitam Eunapius author Græcus persequitur. Volaterr. lib. 13. [Imo Oribasii, non Aëtii vitam persequitur. Duos hic Aetios confundit Hæreticum nempe, Syrum genere Antiochenum alterum, alterum Medicum Amidenum, cujus extat Tetrabiblos. V. de utroque & aliis insuper Fabricii Bibl. Gr. Vol. 8. p. 318.

ÆTNA, [Αἴτνη] Mons nocturnis mirus incendiis. Crater ejus patet ambitu stadiorum viginti. Favilla Taurominium & Catanam usque pervenit fervens: fragor vero ad Maronen & gemellos colles. Plin. lib. 3. cap. 7. 8. Idem lib. 2. cap. 103. ad finem, tradit Ætnam flagrare in tantum, ut quinquaginta & centena millia passuum arenas flammarum globo eructet: ad ejus tamen radices exilire scaturireque fontes. V. Strab. lib. 6. & Solin. lib. 11. Nunc vulgus vocat *Montgibel*. Olivarius in Melam dicit nunc vulgo vocari *Bolcar*: nec amplius eum flagrare. Constat hunc montem olim ab ea parte qua Eurus & Africus flant, speluncas habuisse plenas sulphuris, & usque ad mare deductas. Hæ speluncæ recipientes in se fluctus, ventum creabant, qui agitatus ignem gignebat ex sulphure: unde erat (quod videbatur) incendium. Hoc autem verum esse illa comprobat ratio: quia & aliis flantibus ventis, nihil ex se emittit: & pro modo flatuum Euri vel Africi, interdum fumum, interdum favillas, nonnunquam evomit incendia. Ætnam describit. Virg. 3. Æn. 674. &c. Quem locum scribit Macrobius Saturn. lib. 5. cap. 17. & Gell. lib. 17. cap. 10. ex Pindaro depromptum a Virgilio.

Ætnam & Athonem montes, in molestiæ tædiique proverbium abiisse testatur Lucilius apud Gell. lib. 16. cap. 9. Ætna quippe Enceladum gigantem sua mole premit, juxta poetarum fabulas. Est etiam ob crebra incendia gravis ac perniciosus accolis. Unde & Cic. de Senect. dixit, Onus Ætna gravius sustinere. Athon vero, sive Athos, ob ingentem celsitudinem, sua umbra molestus est, quam in Lemnum usque trecentis distitam stadiis mittit. Obstat & navigantibus, quod toto longe dorso procedat in pelagus, qua continenti adhæret. Unde & a Xerxe perfossus. Ex Erasm. Chiliad.

Alta Ætna. Ovid. 4. Fast. 491.
Fera. Propert. lib. 3. 2. 7.
Gravis. i. e. Ponderosa. Claud. in præf. Paneg.
Ignea. Ovid. 15. Met. 340.
Ignifera. Stat. 1. Achill. 490.
Impetus Ætnæ furit ignibus. Lucret. lib. 2. 593.
Ingens. Virg. 3. Æn. 579.
Rapida. Ovid. 5. Trist. 3. 75.
Sicana. Hor. Epod. 17. 32.
Sicanis, i. e. Sicula. Ovid. in Ibin. 598.
Sicula. Lucan. lib. 1. 540.
Trinacria. Virg. 3. Æn. 579.
Typhois Ætna, a Typhoëo gigante sub Ætna sepulto. Ovid. in Epist. Sapphus, 11.
Æstuat Ætna. Virg. in Ætna, 71.
Ardens. Hor. de Arte Poet. 465.
Excandescit Ætna. Virg. in Ætna.
Fervens. Sen. Thyest. 7.
Fumans. Stat. 11. Theb. 8.
Immugit Ætna cavernis. Virg. 3. Æn. 674.
Redundans. Claud. de Diis fratribus.
Undans. Virg. 1. Georg. 472.

> — quoties Cyclopum effervere in agros
> Vidimus undantem ruptis fornacibus Ætnam:
> Flammarumque globos, liquefactaque volvere saxa?

Vaporifera. Stat. 6. Theb. 716.

ÆTNÆUS, Adj. [Αἰτναῖος.]

Camini Ætnæi, i. e. Crateres, vel Fornaces Ætnæ montis. Sen. OEth. 9.
Cyclopes Ætnæi. Virg. 8. Æn. 440.
Deus Ætnæus, Vulcanus. Valer. Flacc. 2. Argon. 420.
Fratres, Cyclopes. Virg. 3. Æn. 678.
Fulmen. Ovid. 3. de Arte Am. 490. Fabulantur enim poetæ Vulcanum & Cyclopas Jovi fulmen in Ætna fabricare.
Ignes, i. e. Tam magni, quantos habet Ætna, inquit Servius. Virg. 7. Æn. 786.
Pastor, Polyphemus. Ovid. in Ibin 269. & 2. de Ponto, 2. 115.
Tellus, Sicilia. Ovid. 8. Met. 260.

Ætnæus cantharus, de Magnis & fœdis usurpat Aristophanes in pace. Ætnæum autem dixit, quasi prægrandem: vel quod in Ætna varii maximique scarabei sint: vel Ætnæum dixit, tanquam instar Ætnæ montis maximum. Porro scarabeus insecti genus, quod e stercore ut nascitur, ita pascitur.

ÆTNENSIS, Adj. ut, Ager Ætnensis. Cic. 3. Verr.

ÆTNA, Siciliæ civitas, alio verbo Adranium dicta, quam fluvius ejusdem nominis alluit. Author Steph.

Ætna, Oppidum sane exile, montem conscensuros accipit atque transmittit. Hic enim primus montis ascensus inchoat. Strabo lib. 6.

Ætna, Urbs Siciliæ, quæ & Catana dicta est. Strabo lib. 2. Hujus conditorem Hieronem fuisse Pindarus inquit.

ÆTOLIA, [Αἰτωλία] Græciæ regio in tertio sinu Europæ, Epiro, Acarnaniæ, & Locris finitima, dicta ab Ætolo Martis filio. Cic. in Pison. Ætoliam, quæ procul a barbaris disjuncta gentibus, in sinu pacis posita, medio fere Græciæ gremio continetur, decedens miseram perdidisti.

Ætolia, apud Ovid. 3. Amor. 5. 37.

> Nec tanti Calydon, nec tota Ætolia tanti.

Hermolaus tamen in versum illum qui legitur apud Plin. lib. 35. cap. 10.

> Marcus Ludius Elotas Ætolia oriundus:

sic ait, Elotas per synalœphen legitur, elisa litera s & ad imitationem Græcorum, Ætoliæ penultima producitur.

ÆTOLĬCUS, Adj. [Αἰτωλικὸς] Liv. 4. Decad. lib. 7. Ætolicum magis ad Thermopylas bellum, quam regium fuit.

Ætolica vestis. Plaut. Pœn.

ÆTŌLUS, sive **ÆTOLIUS**, [Αἰτώλιος] Adj. ut, Ætolius heros, Diomedes Tydei Ætoliæ regis filius. Ovid. 14. Met. 461.

Arpi Ætoli. Virg. 10. Æn. 28. Ubi Servius: De Ætolia Diomedes venit, qui Arpos in Apulia condidit.

ÆTŎLUS, ut scribit Plin. cap. 56. lib. 7. Martis fuit filius. Homeri autem enarrator, de Ætolo sic tradit, Ætolus filius Endymionis fuit: qui

cæde

cæde per imprudentiam in patria perpetrata, fugit in eam regionem quæ postea ab ipso Ætolia dicta est, ibique genuit filium Pleuronem, a quo urbs Ætoliæ dicta. Hujus autem duo filii fuerunt, Cures & Calydon, a quibus rursus aliis urbibus nomina data sunt.

ÆTUATII, [Αἰτυάτιοι] Populi Galliæ, de quibus sic Strabo, Rheno autem vicina omnium primi colunt Æ
tuatii, quibus fluminis origo vicina est, in Diaduella monte. Hæc ille lib. 4. [Forte legendum Ναντυάτιοι, vel Ναντυᾶται.

AËTUS, [Ἀετὸς] olim appellatus fuit Ægypti fluvius, qui postea Nilus dictus est, ut ex Lycophrone annotavit Cæl. Antiq. Lect. lib. 20. cap. 13. Quod nomen a cursus velocitate illi impositum fuisse apparet, quod scilicet volatum aquilæ (quam Græci vocant ἀετὸν) propemodum æquare videretur.

Commemoratur & in Scythia fluvius nomine Aëtus, qui quod Promethei agrum uberem alioqui crebris exundationibus infestaret, fecit locum fabulæ, ut Promethei continuo renascens jecur, ab aquila exedi diceretur. Ex ejusdem Cæl. lib. 7. cap. 27.

Æ V

ÆVUM, [αἰὼν] Servius, Ævum proprie Æternitatis est: quæ non nisi in deos venit. Ennius,

Romulus in cœlo cum dis genitalibus ævum
Degit. Unde Cic. 1. Tusc. dixit, Agere ævum cum diis in cœlo, i. e. Æternum vivere.

Ævum sic definit Censorinus in lib. de Die Natali, cap. 5. Est enim immensum, sine origine, sine fine, quod eodem modo semper fuit, semper futurum est: neque ad quenquam hominum magis quam ad alterum pertinet. Hoc in tria dividitur tempora: præteritum, præsens, futurum. ex quibus præteritum initio caret: exitu futurum: Præsens autem, quod medium est, adeo exiguum & incomprehensibile est, ut nullam accipiat longitudinem, neque aliud esse videatur, quam transacti futurique conjunctio: adeo porro instabile, ut idem sit nunquam: & quicquid transcurrit, a futuro decerpit.

Ævum, pro Ætate. Virg. 2. Æn. 633.

— Vos ô quibus integer ævi
Sanguis, ait. Ubi Servius, Plenam ætatem significat ex sanguine, qui non est integer nisi in juvenibus.

Ævum, pro Rebus aliquo ævo gestis. Virg. 8. Æn. 627.

Haud vatum ignarus, venturique inscius ævi. Ovid. quoque 15. Met. 11. — veteris non inscius ævi.

Ævum, pro Tempore. Virg. 8. Ecl. 28.

— ævoque sequenti
Cum canibus timidi venient ad pocula damæ. Plin. lib. 10. cap. 6. Umbricius aruspicum in nostro ævo peritissimus.

Ævo nostro accidit. Plin. lib. 2. cap. 13.
Ad hoc ævi, pro Ad hoc usque tempus. Plin. lib. 16. cap. 4.
Ævum, pro Vita. Hor. 2. Serm. 6. 97.
Vive memor quam sis ævi brevis.
Confectus ævo. h. e. Ætate. Virg. 11. Æn. 85.
Flos ævi. Ovid. 9. Met.
Gravior ævo. Virg. 2. Æn. 435.
Maturus. Virg. 5. Æn. 73.
Metas ævi transcendere. Stat. 5. Sylv. 3. 255.
Præsens ævum. Sil. lib. 17.
Reparator ævi immensi. Stat. 4. Sylv. 1. 11.
Robur ævi. Ovid. 15. Met.
Sator ævi Jupiter. Sil. 9. 306.
Situs ævi. V. SITUS.
Tenor ævi. Stat. 3. Sylv. 3.
Terminus ævi angustus. Virg. 4. Georg. 206.
Venerabilis ævo. Stat. 11. Theb.
In ævum. Callistratus in l. liberorum. 202. D. de verb. signif. Etenim idcirco filios filiasve concipimus atque edimus, ut ex prole eorum earumve, diuturnitatis nobis memoriam in ævum relinquamus. i. e. In perpetuum.
Æquale ævum. V. ÆQUALIS.
Æternum. V. ÆTERNUS.
Annosum. Lucan. lib. 9. 359. Plin. lib. 4. cap. 12.
Breve. Hor. 2. Carm. 16. 17. & 2. Serm. 6. 97.
Canum. Claud. 3. Paneg.
Condito ab ævo. Plin. lib. 7. cap. 43. Tribuit ei pop. Rom. quod nunquam ulli alii a condito ævo.
Extento ævo vivere. h. e. In æternum. Hor. 2. Carm. 2. 5.
Vivet extento Proculeius ævo.
Futuri ævi eventura videre. Tibul. lib. 3. 4. 47.
Grande ævum. Lucret. lib. 2. 1141.
Ignavum. Claud. 3. de Rapt. Proserp.
Immensum. Stat. 4. Sylv. 1.
Immortali ævo cum pace frui. Lucret. lib. 2. 646.
Incertum. Ovid. 15. Met. 874.
Longinquo ævo omnia fluunt. Lucret. lib. 2. 68.
Longum ævum prorogare. Hor. de Arte Poet. 346.
Magnum durare per ævum. Lucret. lib. 5. 62.
Memor. Virg. 9. Æn. 446. — siquid mea carmina possunt,
Nulla dies unquam memori vos eximet ævo.
Miserabile. Virg. in Epigr. de litera Y, v. 120.
At qui desidiam, luxumque sequetur inertem:
Dum fugit oppositos incauta mente labores:
Turpis inopsque simul miserabile transigit ævum.
Mutabile. Virg. 11. Æn. 425.
Occulto velut ævo crescit arbor. Hor. 1. Carm. 12. 45.
Parvum. Ovid. ad Liviam, 285.
Perbreve ævum. V. PERBREVIS.
Perpetuum. Lucret. lib. 5. 162.
Placidum ævum degere. Lucret. lib. 2. 1093.
Sempiterno ævo frui. Cic. de Somn. Scip.
Senius. Sen. Hippol. 742. Fama miratrix senioris ævi.
Spatiosum. Ovid. 3. Met. 529.
Tenerum. Claud. 4. Paneg.
Velox. Sen. Herc. 3.
Viride. Ovid. 3. Trist. 1. 7.
Agere ævum securum. h. e. Sine solicitudine & cura vivere. Lucret. 5. 83.
Agitare ævum sub legibus. i. e. Vivere. Virg. 4. Georg.
Colere vi ævum. h. e. Vitam traducere in mutua violentia. Lucret. lib. 5. 1144.
Consumere ævum in curis. Lucret. lib. 5. 1430.
Defunctum. Claud. 3. Epig.
Depereunt ævo omnia. Ovid. 1. Amor. 15. 32.
Ducere ævum per gradus. Sen. Hippol. 4.
Durare ævis. Plin. lib. 35. cap. 14. In Africa Hispaniaque ex terra parietes ævis durant, incorrupti imbribus, ventis, ignibus.
Exigere ævum studiis virilibus. Ovid. 12. Met. 208.
Fessus ævo. Lucret. lib. 3. 459.
Finire ævum. i. e. Vitam. Ovid. 5. Met. 400.
Florens. Lucret. lib. 5. 1021.
Ineunte ex ævo. h. e. A principio ætatis & nativitatis. Lucret. lib. 3. 745.
Infractum. Sil. lib. 15.
Labens. Sil. lib. 17.
Notare ævum. Virg. 3. Georg. 100.
— animos ævumque notabis
Præcipue. Ubi Servius, Ante omnia ætatem magnanimitatemque requires.
Pacisci. Stat. 1. Theb. 319.
— hac ævum cupiat pro laude pacisci. h. e. Pro illo die totius vitæ suæ libenter offerre velit tempora.
Pati. V. PATIOR.
Peragere. Ovid. 15. Met. 485.
Perdere. Stat. 5. Theb. 136.
Prorogare. V. Ævum longum.
Rediens ævum. V. Ævi conditor, in CONDO.
Renovare. Ovid. 7. Met.
Senescere ævo. Lucret. lib. 1. 326.
Soluti annis & ævo. Ovid. 8. Met. 712.
Tardans ævum. Stat. 6. Theb. 559.
Terere ævum. Claud. 3. Epigr.
Traducere leniter. Hor. 1. Epist. 19. 97.
Transigere in armis. Claud. 2. Epigr.
Vergit ævum. Plin. lib. 7. cap. 16.

ÆVUS, i. m. Idem apud veteres. Plaut. Pœn. 5. 4. 14. Per quem vivimus vitalem ævum. Et Lucret. lib. 2. 561. & 3. 605. Ævum per omnem.

ÆVITAS, ātis. f. [αἰωνότης] antiqui pro ÆTAS q. V. vel Annositas dixerunt. Varro Tithono, Quam voluntatem ævitatis extima attigit metam ævitas. Gell. lib. 10. cap. 1. Si in jus vocat, si morbus ævitasque vitium esset, qui in jus vocabit, jumentum dato. Sunt autem verba ex XII. Tabul. Cic. de Legib. 3. 3. Censores Populi ævitates, soboles, familias, pecuniasque censento. Ex iisdem.

ÆVITERNUS, a, um. Unde factum est Æternus. Hinc Æviterni dei appellantur, quod ævo sempiterno permaneant: qualis Jupiter, quem sic vocavit Ennius. V. Crinitum lib. 12. cap. ultimo. & Lilium de diis gentium, pag. 26. Usus eo Apul. de Deo Socrat. p. 43. Prorsus & retro æviterni Dii. & Varro apud Priscian. 2. p. 593. Per æviternam hominum domum tellurem propero gradum.

Æ X

ÆX, [Αἲξ] Plin. lib. 4. cap. 11. Ægæo mari nomen dedit scopulus inter Tenedum & Chium verius quam insula, Æx nomine, a specie capræ, quæ ita Græcis appellatur.

ÆXŌNES, Populi fuerunt in Attica, dicacitate & intoleranda mordacitate insignes, ut αἰξωνεύεσθαι signatum inde verbum sit, quo significatur intoleranda mordacitas. Cæl. Antiq. Lect. lib. 18. cap. 25. Hinc acerrimi conviciatores, Æxones vocantur.

ÆXONENSIS, Idem ac Maledicus. Suid. & Eust.

Æ Z

ÆZANUS, Tantali filius, a quo Æzani populi. Herodianus apud Hermolaum in Plinium.

ÆZICA, Pars Thraciæ. Steph.

A F F

AFANNÆ, Locus Siciliæ obscurus, unde vulgo dicitur, Abi ad Afannas, de rebus incertis, & extra locum positis. Fuit etiam Locus Amartidis tribus Atticæ. Buleng. de Theatr. 1. 42. ex Pitisc. Lex.

AFER, Afri. V. AFRICA.

AFFABILITAS, V. AFFOR, aris.

AFFĂBRE, Adv. [δαιδαλέως, εὐτέχνως] i. e. Pulchre, ut ait Nonius. Cæterum, ut ex ipsa origine apparet, non modo pulchre significat, sed magis etiam artificiose. Cic. 2. Verr. Deum denique nullum Siculis, qui ei paulo magis affabre atque antiquo artificio factus videretur, reliquit. Fit autem Affabre ab antiquo nomine Affabrum: quod (ut Festus ait) veteres dixerunt pro Fabrefactum, i. e. Artificiose factum. Scribitur & antiquo more per d, Adfabre.

AFFABULATIO, ōnis. f. [ἐπιμύθιον] dicitur Breve documentum, quod fabulis subnexum earum explicat utilitatem. V. Cæl. lib. 18. cap. 7.

AFFANIÆ, ārum. [ὕθλοι] Dictio Appuleiana, pro Nugis, a Fando inclinatum nomen. Is lib. 4. sic inquit, Hæc alias similes affanias oblatrantes, eos retrorsum adducunt pagani.

AFFĂTIM, [ῥυδὴν, ῥυδὸν, ἅδην, κατακόρως] Adv. qualitatis, primam teste Gell. lib. 7. cap. 7. acuit. Festus, Affatim dictum a copia fandi, significat Abundanter. Liv. Affatim edi, bibi, lusi. Terentius adfatim dixit, pro eo quod est, ad lassitudinem, hæc Fest. Servius ad I. Æn. 127. Fatiscunt, abundanter aperiuntur. Fatim enim abundanter dicimus: unde & affatim.

Lamprid. in Alex. Severo p. 225. Frob. in fine: Ipse cibo plurimo reficiebatur, vino neque parce, neque copiose, affatim tamen. H. St.

Affatim diximus. Plin. lib. 17. cap. 24.
Affatim materiæ. Liv. 2. Bell. Maced. Item affatim lignorum, apud eundem.
Affatim eſt. Plaut. Bacch. 3. 3. 94. Tibi divitiarum affatim eſt. Idem Ciſtel. Aliorum eſt affatim qui faciant.
Affatim prorſus. Cic. 16. Att. 1. HS. LXX, ſatis eſſe, affatim prorſus.
Affatim ſatisfacere. Cic. 2. Att. 16.
Veſci re aliqua. Cic. 2. de Nat. Deor. 127. Iisdemque ſeminibus & homines affatim veſcuntur.

AFFECTATE, AFFECTATIO, &c. V. AFFICIO.

AFFĔRO, affers, attŭli, allātum, [ἐπιφέρω, προσφέρω, εἰσκομίζομαι] afferre. Apportare.
Afferre & Efferre, contraria. Cic. pro Quint. Itaque te obſecrat C. Aquili, ut quam exiſtimationem, quam honeſtatem in judicium tuum attulit, eam liceat ei ſecum ex hoc loco efferre.
Afferre ad os cibum manu. Plin. lib. 10. cap. 46.
Aliquem. Plaut. Pſeud. 2. 4. 21. Attuli hunc. P. quid attuliſti? CA. adduxi volui dicere. Plautinus jocus.
Me, te, ſe. Virg. 8. Æn. 477. — fatis huc te poſcentibus affers. Fati neceſſitate factum eſt ut venires. Servius. Plaut. Amph. 2. 4. 6. Ejus juſſu nunc huc me affero. Periphraſis poetica, pro Venire vel accedere. Cic. pro Cœlio 53. Atque ita Cœlius ad illam attulit ſe.
Seſe a mœnibus. Virg. 3. Æn.
Afferre & referre. Ter. in prol. Phorm. 22. Quod ab ipſo allatum eſt, ſibi eſſe id relatum putet. Ubi Donatus, Proverbiale eſt, Quod dedit, recepit. V. mox Ad defenſionem aff.
Afferre, pro Conferre. Cic. 2. de Fin. Negat Epicurus diuturnitatem quidem temporis ad beate vivendum aliquid afferre.
Aliquid ad rempub. Cic. 1. Off.
Aliquid ad communem fructum ſive utilitatem, pro Conferre. Cic. pro Archia 12. Ut nihil poſſint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in aſpectum, lucemque proferre. Idem 1. Off. Et ſemper aliquid ad communem utilitatem afferendum.
Afferre, pro eo quod eſt Nuntiare. [ἐπαγγελίζεσθαι] Cic. 8. Att. Complures attulerunt, Cæſarem iter habere Capuam.
Ad aliquem. i. e. Alicui nuntiare. Cic. pro Cœl. Rumor attulit ad alicujus aures. Cic. pro Lege Manil. Non ex prælio nuntius, ſed ex ſermone rumor afferret.
Afferre, quod dici vulgo ſolet Allegare & adducere: [προβάλλεσθαι, προφασίζεσθαι, προσφέρεσθαι] ut, Afferre argumenta, exempla, excuſationes. Cic. Nihil igitur afferunt, qui in re gerenda verſari ſenectutem negant. Idem. 2. de Orat. An ætatem afferet? quadriennio minor eſt.
Ad ea quæ dixi, affer, ſiquid habes. Cic. 7. Att. Plin. Jun. quanvis (ut opinor) citra veterum authoritatem, Allegare exemplum dixit.
Cauſam, vel Crimen in judicium. Cic. pro Cluent. Simplex in judicium cauſa, certa res, verum crimen allatum eſt.
Ad defenſionem. Cic. pro Cæcin. 85. Idque me non ad meam defenſionem attuliſſe, ſed illorum defenſioni retuliſſe.
Aliquid in contrariam partem. Cic. 2. de Orat. Aut ſi ita non refellas, afferendum eſt in contrariam partem, quod ſit aut gravius, aut æque grave.
In medium. Cic. 1. Off. In hoc naturam ducem debemus ſequi, & communes utilitates in medium afferre. pro Afferre in commune: i. e. Communicare.
Acceſſionem, i. e. Augere. Cic. 16. Att. Magnam attulit acceſſionem tua voluntas erga me.
Acerbitatem. Cic. 1. Q. Frat. 1.
Adjumentum alicui ad aliquam rem. Cic. 1. Off. 1.
Æs alienum attulit mihi hæc res. Cic. 7. Fam. 23.
Amaritudinem alicui, i. e. Parere, generare. Plin. lib. 13. cap. 1.
Angorem. Cic. 3. Tuſc.
Animum alicui. Cic. 7. Att. 13.
Animum vacuum ad ſcribendum. Cic. 12. Att. 37.
Animi magnitudinem ad cauſam alicujus. Cic. pro Milon.
Argumentum afferunt, quod citiſſime aſcias retundat. Plin. lib. 16. cap. 40.
Authoritatem voluminibus, pro Dare authoritatem. Plin. lib. 24. cap. 17.
Authoritatem orationi affert. Cic. in Orat. 121.
Authoritatem peccandi afferre. Cic. 3. de Nat. Deor. 85.
Authoritatem in judicium. Cic. 2. Att. 1.
Bellum. Ovid. 13. Met. 5.

Poſt modo qui rapta longum cum conjuge bellum
Attulit in patriam.

Calamitatem & cladem. i. e. Afficere calamitate, clade, dolore, & ſimilibus. Cic. pro Cluent. 168. Ut ne cui innocenti mœror tuus calamitatem & falſum crimen afferret. Idem 2. de Nat. Deor. Qui riſus claſſe devicta multas ipſi Claudio lacrymas, magnam populo Romano cladem attulit.
Cauſam. Ter. Heaut. 4. 3. 23. Quid dicam? aut quam cauſam afferam? Quod per Allegare ſupra declaravimus. Quid cauſæ prætexam?
Cauſam belli civilis ad aliquem. Cic. Philipp. 2. Ego ad illum belli civilis cauſam attuli.
Cauſam mortis voluntariæ. i. e. Præbere cauſam. Cic. 3. de Fin. 61.
Cauſam, quoniam. Plin. lib. 16. cap. 25. Cauſam afferentes, quoniam in Theſſalia, Macedoniaque plurima tunc ficus exeat.
Cauſas, quod. Cic. 11. Att. 15. Quoniam juſtas cauſas affers, quod te hoc tempore videre non poſſim.
Commutationem voluntatis. V. paulo poſt, Offenſionem afferre.
Compertum. Liv. 7. Quidam compertum attulerunt T. Quintium in Tuſculano agrum colere. i. e. Pro certo nuntiarunt.
Confidentiam. Cic. 8. Fam. 8. Quæ maxime confidentiam attulerunt hominibus.
Conjecturam, Præbere occaſionem conjecturæ. Cic. pro Roſc. Com. 20.
Conſecutionem voluptatis. Cic. 1. de Fin. 7. Ut enim quum cibo potioneque fames ſitisque depulſa eſt, ipſa detractio moleſtiæ conſecutionem affert voluptatis: ſic in omni re, doloris amotio, ſucceſſionem efficit voluptatis.
Conſilium alicui. Cic. 15. Att. 1.
Conſilium in aliquam rem. Liv. 5. Bell. Pun.

Conſolationem alicui malo. Cic. 10. Att.
Conſtantiam. Cic. 1. Off. 69. Quæ affert tum conſtantiam, tum etiam dignitatem.
Conſuetudinem ſerviendi. Cic. 2. Philipp. 116.
Contemptionem ad omnes afferre. Cæſ. 3. Bell. Civil. 60. Facere ut omnes contemnant. V. paulo poſt, Offenſionem afferre.
Crimen falſum alicui. Cic. pro Cluent. & pro Rabir. Poſth. 27.
Cumulum aliquem artibus aliorum. Cic. 3. de Orat. 141.
Curam. Cic. 7. Att. 5.
Afferre delectationem. Cic. 7. Fam. 1.
Dentes in dominum. Varro de R. R. lib. 2. cap. 9. de canibus Actæona devorantibus.
Deſperationem. Cæſ. 1. Bell. Civil. 11.
Detrimentum. ut ſupra, Afferre calamitatem. Cæſ. 1. Bell. Civil. 82. & Cic. Att.
Difficultatem alicui. Cic. 1. Q. frat. 1. Atque huic tuæ voluntati ac diligentiæ difficultatem magnam afferunt publicani.
Dignitatem affert fortuna. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Dolorem. Plin. lib. 23. cap. 1. & Cic 2. Tuſc. 27.
Dubitationem. Cic. 2. de Nat. Deor. Et 3. Off. 18.
Afferre egeſtatem & luctum alicui. Cic. pro Roſc. Amer. 13.
Errorem animis. Cic. 1. de Divin. 36.
Excuſationem. Cic. 10. Fam. 4.
Exemplum. Plin. lib. 8. cap. 6. Unum antiquitatis exemplum afferam & Cic. 7. Att. 12.
Exilium. V. paulo poſt, Peſtem atque exilium afferre.
Expectationem. Quintil. lib. 3. cap. 8. & Cic. 3. Att. 18.
Facultatem. Cic. 1. de Orat. 152. Qui a ſcribendi conſuetudine ad dicendum venit, hanc affert facultatem, ut etiam ſubito ſi dicat, tamen illa quæ dicantur, ſimilia ſcriptorum eſſe videantur.
Fama affertur. Liv. 4. Fama affertur, ſumma vi ad bellum coortos.
Faſtidium alicui. Cic. pro Muræn. 21.
Faſtidia cibo affert hæc res. Columel. lib. 6. cap. 8. Solent etiam faſtidia cibo afferre vitioſa incrementa linguæ, quas Ranas veterinarii vocant.
Fidem alicui rei. Plin. lib. 9. cap. 58. Verum omnibus his fidem Nili inundatio affert. h. e. Fidem facit.
Fiduciam. Cæſ. 8. Bell. Gall. 10.
Finem tributorum. Cic. 2. Off. 76. Sic Afferre finem edicto prætoris.
Florem afferre dicuntur arbores. Columel. lib. 11. cap. 2.
Hilaritatem, vel jucunditatem, aut lætitiam. Plin. lib. 26. cap. 11. & Cic. 3. Verr. 109.
Honorem. Plin. lib. 17. cap. 1.
Jacturam. Columel. lib. 1. cap. 2.
Incrementum. Cic. 2. de Fin. 88.
Inertiam alicui. Cic. 12. Fam. 20.
Initium morbi. i. e. efficere. Cornel. Celſ. in proœmio lib. 1. Evidentes cauſas appellant, in quibus quærunt initium morbi calor attulerit, an frigus: fames, an ſatietas. Sic Morbum, ubi barbari Cauſare.
In medium afferre. V. AFFERO. H. St.
Interitum. Cic. 2. de Fin. 27.
Laborem. Cic. 11. Att. 25.
Labores afferre. Propert. lib. 1. 6. 23.
Lacrymas alicui. Cic. 12. Att. 14.
Lætitiam alicui. Cic. 4. Tuſc. 2.
Languorem alicui. Cic. 3. Off.
Laudem alicui. Cic. 4. Tuſc. 2.
Laudi oratoriæ aliquid. Cic. 1. Tuſc. Siquid oratoriæ laudi noſtra attulimus induſtria, multo ſtudioſius, &c.
Levationem. Cic. 4. Fam. 6. Major mihi levatio afferri nulla poteſt.
Literas. Cic. 1. Att. Nimium raro nobis abs te literæ afferuntur.
Lucis aliquid rebus. Cic. 2. Att. 1.
Luctum alicui. Cic. pro Roſc. Amer. 3.
Lumen memoriæ. Cic. 2. de Orat. 3. ordinem eſſe maxime qui memoriæ lumen afferret.
Manus pro ſe quisque affert. Cic. 3. Verr. 67. i. e. Depugnat.
Manus alicui. i. e. Vim inferre. Cic. 1. Off. 23. Nam qui injuſte impetum in quempiam facit, aut ira, aut aliqua perturbatione incitatus, is quaſi manus videtur afferre ſocio. Pro eodem dicitur Injicere. q. V.
Manus ſibi. Cic. 10. Fam. 23. Manus, quas juſtius in Lepidi perniciem armaſſet, ſibi afferre conatus eſt. i. e. Sibi mortem conſciſcere.
Manus bonis alienis. Cic. 2. Off. 25. Quum enim dando egere cœperint, alienis bonis manus afferre coguntur. i. e. Aliena invadere: quod & Manus injicere dicitur.
Manus vulneribus. Cic. 3. Att. 15. Sed non faciam ut aut tuum animum angam querelis, aut meis vulneribus ſæpius manus afferam. quaſi Dolores meos renovem. Notanda translatio.
Medicinam. Cic. 2. Att. 35.
Memoriam. Cic. 5. de Fin. 2. Cujus etiam illi hortuli propinqui non memoriam ſolum mihi afferunt, ſed ipſum videntur in conſpectu meo ponere. Pro eo quod eſt, Non ſolum me admonent.
Metum alicui. Cic. 7. Verr. 62.
Moleſtiam. Cic. 1. Att. 14. & 7. Fam. 13.
Moram alicui rei, pro Impedire & retardare. Cic. pro Sext. 129.
Morbum alicui. Plaut. Aſin. 3. 1. 29. Salvere me jubes, cui tu abiens affers morbum.
Mortem uno ictu. Cic. 7. Verr. 117. & 4. Fam. 12.
Motum animis. Cic. in Partit. 5.
Munus Reip. Cic. 2. de Divin. 5.
Necem. V. NEX. Plin. lib. 17. cap. 24. & Cic. in Vatin. 24.
Neceſſitatem. Cic. 10. Philipp. 2. Sed mihi Patres conſcripti, neceſſitatem attulit paulo plura dicendi, &c. i. e. Coegit.
Nervos & induſtriam. Cic. pro Sylla, 24.
Nuntium. Cic. pro Roſc. Amer. 19.
Oblivionem triſtitiæ. Plin. lib. 25. cap. 2.
Obſcuritatem. Cic. 3. de Orat. 47. Ut oratio quæ lumen adhibere rebus debet, ea obſcuritatem & tenebras afferat.
Obſcuritatem laudibus alicujus. Cic. pro Deiot. 12.
Odium. Plin. lib. 25. cap. 2. Pavorem aquæ, potusque omnis afferens odium. i. e. Generans.

Odium in aliquem. Cic. in Piſon. 93. Sic odium quod in ipſum attulerant, id in ejus imaginem ac ſimulacrum profuderunt. h. e. Domi conceptum illuc attulerant.
Odium alicui. Cic. pro Sylla 3. Mihi majorem hæc res dolorem quam Q. Hortenſio, mihi majus odium afferre debet? i. e. Gignere, parere.
Offenſionem. Cic. 1. Att. 14. Quidnam accidiſſet quod afferret Q. fratri meo, aut offenſionem tam gravem, aut commutationem tantam voluntatis? Cæſ. 3. Bell. Civil. 60. Magnam tamen hæc res illis offenſionem & contemptionem ad omnes attulit. Quod barbare dicunt, Poſuit, vel Fecit eos eſſe in mala gratia & contemptu apud omnes.
Opem alicui, idem quod Ferre opem. i. e. Opitulari. Ter. Phorm. 3. 3.
Operam afferre. Ovid. 2. de Arte Am. 673.
Aut latus, aut vires, operamque afferte puellis.
Opinionem populo. i. e. In opinionem populum inducere. Cic. 2. Off. 46.
Otium. Cic. pro Muren. 1. Eaque res vobis populoque Rom. pacem, tranquillitatem, otium, concordiamque afferat.
Pacem animis. Cic. 1. de Fin. 47.
Pacem ad aliquem. Plaut. Amph. prol. 32.
Pavorem. V. paulo ante, Odium afferre.
Pedem. Catull. 14 22. Abite, unde (malum) pedem attuliſtis? h. e. Unde veniſtis? Vulgo leg. Tuliſtis.
Periculum. Cic. 8. Fam. 10.
Perniciem. Cic. 2. Off.
Perturbationem rerum. Cic. 11. Fam. 10.
Peſtem atque exilium. Cic. pro C. Rabir. 25.
Peſtilentiam. Plin. lib. 10. cap. 28.
Pondus. Cic. 9. Att.
Quæſtionem. Cic. in Orat. 66. Nam etiam poëtæ quæſtionem attulerunt, quidnam eſſet iſtud, in quo ipſi differrent ab oratoribus. i. e. In medium adduxerunt, propoſuerunt.
Rationem quoniam. Plin. lib. 31. cap. 3. Sed hi rationem afferunt, quoniam leviſſima ſit imbrium aqua. Et Cic. 4. Fam. 13. Reliquum eſt ut afferam rationes, quibus coner.
Religionem. Cic. 6. Verr. 78.
Repulſam attulit hæc res. Cic. 2. Off. 58.
Requiem. Ovid. 12. Met. 146.
Rumores afferuntur. Cic. 16. Fam. 21. Gratos tibi optatosque eſſe, qui de me rumores afferuntur, non dubito.
Spes rumoribus affertur. Cic. 3. Att.
Salubritatem. Columel. lib. 5. cap. 10.
Salutem. Cic. 4. Fam. 3.
Satietatem. Cic. in Orat. 209. Si enim ſemper utare, ſatietatem affert.
Scientiam. Cic. Affert autem vetuſtas omnibus in rebus longinqua obſervatione incredibilem ſcientiam.
Seditiones. Cic. pro Sylla, Greges hominum perditorum, metum nobis ſeditionesque afferebant.
Sententiam. Cic. 5. de Fin. 72. Suam quisque videri voluit afferre ſententiam.
Solatium. Cic. de Amicit. 104.
Solicitudinem. Cic. 10. Fam. 18. Ea nunc magnam affert ſolicitudinem, magnumque habet caſum.
Somnum. Cic. 9. Att. 6. Quod & ſomnum inducere, & conciliare ſomnum dicitur.
Spem maturæ deceſſionis. Cic. 1. Q. frat. 1.
Splendorem voci. Plin. lib. 20. cap. 6.
Sumptum alicui. Cic. 9. Fam. 16.
Suppetias. Plaut. Men. 5. 7. 14. In quibusd. leg. Ferre.
Suſpicionem. Cic. in Piſon. 12. 18.
Tabem. Columel. lib. 6. cap. 5.
Tædium. Liv. 4. Bell. Maced.
Terrorem, i. e. Terrere. Liv. 6.
Terrores ad aliquem. Cic. 6. Att. 8. pro Nuntiare.
Teſtimonium. Cæſ. 3. Bell. Civil. 53.
Torporem. Plin. lib. 20. cap. 21.
Vim. Cic. 9. Att. 14. Armati, vim & manus afferrent.
Vim afferre alicui. Cic. 2. de Legib. 19. Sex. Tarquinius vim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit. h. e. Invitam ſtupravit.
Vim vitæ & corpori. Cic. pro Cæcin. 61. Sed perinde valebit quaſi armatiſſimi fuerint, ſi reperientur ita parati fuiſſe, ut vim vitæ aut corpori potuerint afferre.
Vim & celeritatem afferre. Cic. 2. de Nat. Deor. 151. Efficimus etiam domitu noſtro quadrupedum vectiones, quorum celeritas atque vis nobis ipſis affert vim & celeritatem.
Vim in docendo. i. e. Ad credendum quodammodo cogere. Cic. 4. Acad. 117.
Vim oculis. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Vim ſenſibus. Cic. 2. de Fin. 16.
Vim afferre, aliter poſitum, pro Cogere. Cic. in Lælio, Vim hoc quidem eſt afferre. Quid enim refert, qua me ratione cogatis? Cogitis certe.
Vinculum ad aliquid copulandum. Cic. 3. Fam. 4.
Vitam aliam affert hæc dies. Ter. And. 1. 2. 18. Nunc hæc dies aliam vitam affert, alios mores poſtulat. Vbi Donatus, Affert, h. e. Recte & ſevere & inexorabiliter denuntiat.
Voluptatem. Plin. in procem. lib. 16.
Utilitatem. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Affertur, imperſ. [ἀγγέλλεται] Liv. 4. Volſcos exiiſſe prædatum affertur. i. e. Nunciatur.

Allātus, Partic. [κομισθεὶς, προσενεχθεὶς] ab Afferor. Plaut. Aſin. 13.
Allata peregre epiſtola.
Allatum eſt mihi, vel ad me, de morte ejus. Cic. in Bruto. Et 3. Fam. 10.
Allatus nuntius. Cic. 15. Fam. 1.

Allatūrus, [προσοισόμενος] Cæſ. 8. Bell. Gall. 10. Timorem ſuum ſperabat fiduciam barbaris allaturum.

Affĭcio, ēci, ectum, [διατίθημι, καθίστημι] ĕre. ex Ad & Facio compoſitum, interdum ad corpus, ſed ſæpius ad animum refertur. Quicquid enim, teſte Quintiliano, rationem vincit, affectus eſt. Ergo Afficere nos, aut animum noſtrum dicitur, quicquid ita movet, ut rationem conturbet, & pene a ſtatu mentis dejiciat, ſive ſit bonum, ſive malum. [Immo Quicquid movet, commovet, percellit animum ſimpliciter.
Afficere aliquos in diverſum, i. e. Varie. Tacit. lib. 11. Cæterum is terror milites hoſtesque in diverſum affecit.
Animos afficere. Cic.
Beneficiis afficere. Cic. 7. Verr.
Cæde. Liv. 5. Bell. Pun.
Calamitate. Cic. pro Roſc. Amer.
Commodis. Cic. pro Cluent.
Corpus afficere, pro eo quod eſt Macerare, domare. Cic. 1. Off.
Corpora fames & ſitis afficiunt. Liv. 8. Bell. Pun. Ut prius æſtus a meridiano ſole, laborque ſtandi ſub armis, & ſimul fames, ſitisque corpora afficerent, quam manus cum hoſte conſererent.
Cruciatu. Cæſ.
Cura. Cic. Att.
Delectatione. Cic. Att.
Deſiderio. Cic. 2. Fam. 12.
Difficultate. Cæſ. Sic Cic. pro Quint.
Domicoenio clientem. Martial. lib. 12. 78.
Errore mentis. Cic. Att.
Gloria. Cic. in Epiſt.
Honore. Cic. 1. de Nat. Deor. 38.
Ignominia. Cic. pro Roſc. Amer. 123.
Incommodo. Cic. 2. de Fin.
Injuriis. Cic.
Lætitia. Cic. pro Milon. 78.
Literæ tuæ ſic me affecerunt. Cic. 14. Att.
Lucro Afficere. Plaut. Amph. prol. 2.
Moleſtia. Cic. 15. Att. 1.
Muneribus aliquem afficere. Cic. 2. Fam. 3.
Nomine aliquo. i. e. Appellare. Cic. pro Deiot. Ut eum ampliſſimo regis honore & nomine affeceris.
Præmio. Cic. pro Balbo.
Sepultura. i. e. Donare ſepulcro, humare. Cic. 1. de Divin. Moneri viſus eſt ne id faceret, ab eo quem ſepultura affecerat.
Solicitudine. Cic. 6. Att. 3.
Solicitudo ex te afficit me. Cic. in Brut.
Stipendio afficere. Cic. pro Balbo, Idem in anguſtiis ærarii, victorem exercitum ſtipendio affecit. pro, Stipendium dedit ei.
Afficere, abſolute, idem eſt ac Commovere, irritare. ut, Hoc magis afficit. ſubaudi Animum. Cic. 14. Att. 13. Literæ tuæ ſic me affecerunt.

Afficior, ĕris, paſſ. [προπάσχω] ut, Admiratione affici, h. e. In admiratione eſſe, cui opponitur Contemni. Cic. 2. Off.
Animis. Cic. 1. de Orat. 87. Et uti, qui audirent, ſic afficerentur animis, ut eos affici vellet Orator.
Ægritudine. Columel. lib. 7. cap. 5.
Doloribus pedum. Cic. 6. Fam. 19.
Exilio. Cic. Parad. 4.
Honore. Cic. pro Roſc. Amer. 147.
Laude. Cic. de Clar. Orat. 7.
Morte. Cic. de Invent. 3.
Macula. Cic. pro Roſc. Amer. 13.
Pœna. Ibid.
Timore. Cic. pro Quint.
Torminibus. Plin. lib. 29. cap. 5.
Voluptate. Cic. 5. Att. 20.
Voluptate animi. Cic. 3. de Fin. 37.
Vulneribus. Columel. lib. 4. cap. 11.

Affectus, a, um. Partic. [διατεθειμένος, κακοπαθῶν, κομιδῶν — —μένος] ab Afficior: ut, Affectus pœna, præmio. Cic. pro B[albo].
Affectus interdum absque ulla affectionis voce ponitur. Te[r]. Hec. 3. 1. 45. Quonam modo Philumena mea nunc te offendam af[fe]ctam?
Affectus ad munus fungendum. Cic. 3. Tuſc. 15. i. e. Aptus, ſive, ut vulgo loquimur, Bene diſpoſitus. Idem in Topic. Ducuntur etiam argumenta ex iis rebus quæ quodam modo affectæ ſunt ad id de quo quæritur. i. e. Adjunctæ aut propinquæ aut aptæ.
Ærumnis affectus. Lucret. 3. 50.
Omnibus ærumnis affecti denique vivunt.
Animo. Cic. 1. de Legib. Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti ſumus, loquuntur.
Artibus affectus animus. h. e. Præditus, Qui artes callet. Ejus contrarium, Animus inertiis affectus. V. paulo poſt, Virtutibus affectus animus.
Beneficio. Cic. in Piſon. 32. Quum tantis a vobis P. C. beneficiis affectus ſim, tantis honoribus.
Deſperatione. Cic. 14. Att. 22.
Difficultatibus. Cic. 13. Fam. 7. maximis oneribus preſſum, ſummis affectum eſſe difficultatibus.
Honore, imperio. Cic. 1. Off. 149. Bene de Repub. ſentientes ac bene meritos, aliquo honore aut imperio affectos, obſervare & colere debemus.
Inertiis affectus animus. h. e. Ignorantia artium & imperitia præditus. V. Virtutibus affectus.
Inflammatione. Celſ. lib. 7. cap. 26.
Lætitia. Cic. ad Brut. 4.
Moleſtia ex aliqua re. Cic. 1. Fam. 9.
Morbo. Cic. 1. de Divin. 63. Nam & idipſum vident, qui ſunt morbo gravi & mortifero affecti, inſtare mortem.
Morte. Cic. 4. Fam. 12.
Munere deorum. Cic. 3. de Nat. Deor. 67.
Peſtilentia. Liv. 5. Decad. lib. 1.
Præmiis. Cic. in Piſon. 90.
Senectute. Cic. 3. de Orat. 65.
Solicitudine. Cæſ. 7. Bell. Gall. 40. Magna affectus ſolicitudine hoc nuntio Cæſar.
Affecta ſterilitate terra, quaſi quodam morbo. Columel. in præf. 1. lib. 2.
Valetudine. Cic. 4. Tuſc. 81.
Virtutibus affectus animus. Cic. in Partit. 35. Animi autem ſpectantur, atque quemadmodum affecti ſunt virtutibus, vitiis, artibus, inertiis, aut quemadmodum commoti cupiditate, metu, voluptate, moleſtia.
Vitiis. Cic. pro Muren. Non debes temere Conſulem populi Romani ſaltatorem vocare, ſed conſpicere quibus præterea vitiis affectum eſſe neceſſe ſit eum cui vere iſtud objici poſſit. Et 14. Philipp. 7.

Affectus, Profligatus, afflictus. Cic. ad Octavium, Subito prope jam affectam ac proftratam Remp. tuis opibus extulifti. [Nifi Afflictam legendum.
Affecta, ea proprie dicuntur, quæ non ad finem ipfum, fed proxime finem deducta funt. Cic. de Provinc. Conf. 19. Bellum affectum videmus, & (ut vere dicam) pene confectum. Ibid. 26. Nam ipfe Cæfar, quid eft quod in ea provincia commorari velit: nifi ut ea quæ per eum affecta funt, perfecta Reipublicæ tradat? Idem in OEconom. Quum vero affecta jam prope æftate, uvas a fole mitefcere tempus eft. Ex Gell. lib. 3. cap. 16. & lib. 15. cap. 5. Sic Ædificia (ut ibidem fcribit) quæ prope abfoluta funt, affecta effe dici Latine poffunt.
Affecta ætas, quæ & Gravis dicitur, & Effœta, nempe ipfa fenectus. Cic. 6. Verr. 91. Et 1. de Orat. 200.
Animos affectos recreare. h. e. Imminutos, debilitatosque. Liv. 3. Decad. lib. 1.
Cœlum affectum, i. e. Difpofitum. Cic. 2. de Divin. Etfi ad rem pertinet, quomodo cœlo affecto compofitisque fideribus quodque animal oriatur.
Corpus, i. e. Læfum, debilitatum. Liv. 1. Dec. lib. 9. In corpore tamen affecto vigebat vis animi confiliique.
Affectum corpus Celfo, corpus male habitum. h. e. quod indocte dicitur, Male difpofitum.
Affectum malis medicamentis corpus. i. e. Vitiatum. Celf. lib. 3. cap. 22. de tabe quam Græci καχεξίαν vocant, Quod fere fit, quum longo morbo vitiata corpora, etiamfi illo vacant, refectionem tamen non accipiunt: aut quum malis medicamentis corpus affectum eft.
Corpora fic affecta. Cic. 1. de Divin. Jubet igitur Plato fic ad fomnum proficifci corporibus affectis, ut nihil fit quod errorem animis perturbationemque afferat.
Affecta tabo corpora. Liv. 4.
Affecta fides, Labefactata. Tacit. 3. Hift. 65.
Hyems, i. e. Pene finita. Sil. Ital. lib. 15.
Jamque hyeme affecta mitefcere cœperat annus.
Opes. Tacit. 2. Hift. 69.
Res, i. e. Labefactatæ. Liv. 1. Decad. lib. 6.
Spes, i. e. Imminuta, fracta. Valer. Flacc. 4. Argon. 60.
Vires corporis. Liv. 1. Decad. lib. 5.
Avide fum affectus de Fano: quod nifi fieri videro, incurfabit in te dolor meus. Cic. 12. Att. 40.
Graviter affectus. Cic. 14. Att. 19. Quem pridie Neapoli affectum graviter videram. i. e. Ægrotum.
Male affectus. Cic. 13. Fam. 68. Iftam partem Reipublicæ male affectam tueri.
Varie fum affectus tuis literis. Cic. 16. Fam. 4.
Affectus quum abfolute ponitur, fere accipitur pro Languente. Propert. lib. 2. 21.
Juppiter, affectæ tandem miferere puellæ. h. e. ægrotæ
Ovid. 2. Amor. 2. 21.
Ibit ad affectam, quæ non languebit, amicam.

AFFECTISSIMUS, fuperl. Paterc. lib. 2. 84. Vigebat in hac parte miles atque imperator, illa marcebant omnia: hinc reges firmiffimi, illinc inopia affectiffimi. legendum vero Remiges cum Lipfio.

AFFECTUS, ûs. [διάθεσις, πάθος] V. AFFECTIO.
Affectus amoris. Quintil. lib. 1. cap. 11.
Affectus metus. Quintil. ibidem.
Affectus, pro Amore. Plin. lib. 3. Epift. 10.
Exhibere alicui affectum parentis, i. e. Amorem paternum. Plin. lib. 2. Epift. 1. Ille tutor mihi relictus, affectum parentis exhibuit.
Affectus, pro Morbo. Celf. lib. 2. In quibus affectibus ea quoque genera exercitationum neceffaria funt.
Continuum affectum defiderant nonnullæ materiæ. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Dubii affectus. Ovid. 8. Met. 473.
Duros affectus mollire. Stat. 1. Theb.
Falfi. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Lenes. V. Concitati affectus.
Mites. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Perturbatiores. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Peffimi. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Sanos affectus tenere, i. e. Temperatos. Sen. Hippol. 2.
Tacito affectu lætari. Ovid. 7. Met. 147.
Truces affectus comprimere. Sen. Agam. 3.
Veri affectus. V. Ficti & imitati affectus.
Affectus vehementiffimus quum invaluit, &c. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Advocare affectum. Quintil. lib. 4. cap. 2. Serum eft enim advocare his rebus affectum in peroratione.
Affumere affectus. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Commoti affectus. V. Concitati affectus.
Commovere affectus. Quintil. lib. 4. in procem.
Compofiti affectus. V. Concitati affectus.
Concitati. Quintil. lib. 6. cap. 2. Affectus igitur hos concitatos, πάθος: illos mites atque compofitos, ἦθος effe dixerunt. In altero vehementer commotos, in altero lenes: denique hos imperare: illos perfuadere: hos ad perturbationem, illos ad benevolentiam prævalere.
Effundere totos affectus. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Erumpunt affectus. V. Ficti & imitati affectus.
Diligere fido & incorrupto affectu. Firmic. lib. 6. cap. 10. Fido & incorrupto affectu maritos diligunt uxores.
Diligere tenero affectu. Firmic. lib. 6. cap. 32. Qui filios fuos tenero diligat femper affectu.
Ferri toto cordis affectu. Firmic. lib. 5. cap. 7. Qui ad omne voluptatum genus toto cordis affectu fæpiffime ferantur.
Ficti & imitati affectus. Quintil. lib. 11. cap. 3. Sed quum fint alii veri affectus, alii ficti & imitati: veri naturaliter erumpunt, ut dolentium, irafcentium, indignantium: fed carent arte, ideoque non funt difciplinæ traditione formandi. Contra qui effinguntur, imitatione artem habent.
Inducere judicem in affectus. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Intrare in affectum. V. INTRO.
Mollire affectus. Stat. 1. Theb.
Movere affectus. Quintil. lib. 4. cap. 2. Idem lib. 6. cap. 1. Athenis affectus movere etiam per præconem prohibebatur orator.
Occupari affectibus. Quintil. lib. 6. cap. 2.

Pati affectus. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Profequi affectu dilectionis. Firmic. lib. 5. cap. 14. Homines tamen faciet, qui ftultas mulieres ac temerarias fummo dilectionis profequantur affectu
Solvere affectus triftes. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Tenere affectus fanos. V. Sanos affectus tenere.
Tractare affectus. Quintil. lib. 6. cap. 1. ad finem.
Trahere affectus. Quintil. l. 6. c. 1. Ex perfonis quoque trahitur affectus.
Verfatur affectus in periculis. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Affectus, pro Liberis, uxoribus, parentibus, & aliis fimili propinquitate conjunctis accipitur in l. 26. lib. 12. Cod. Theod. & Capitol. in M. Anton. & in Gordiano.
Et in Clodio Albino Capitolini aut Spartiani in Epift. quam affert: Quod interim a te publicari nolo, ne aut ad ipfum Papirium, aut ad ejus affectus perveniat. H. St. Extat C. 10. extr.

AFFECTIO, ōnis. f. [πάθος, προσπάθεια, στοργή] Valla lib. 4. Cic. 1. de Invent. 36. Affectio eft animi aut corporis ex tempore aliqua de caufa commutatio, ut lætitia, cupiditas, metus, moleftia, morbus, debilitas, & alia quæ in eodem genere reperiuntur. Ibid. 1. 176. Affectio eft quædam ex tempore, aut ex negotiorum eventu, aut adminiftratione, aut hominum ftudio, commutatio rerum: ut non tales quales ante habitæ fint, aut plerunque haberi foleant, habendæ videantur. Idem author, 1. Tufc. 43. & alibi, voluntatem hominis affecti ad virtutem, atque ipfam virtutem, animi appellari affectionem ait: qualis non eft affectus, qui Græce dicitur πάθος, quod ipfe Cicero interpretatur, perturbationem malens dicere, quam morbum, quo nomine fæpe utitur. At Quintilianus non perturbationem, fed affectum nominat: neque ipfe aut folus, aut primus, fed plerique ante eum, ut Seneca, Plinius, Rutilius, Columella, Valerius, Livius, aliique multi.
Animi impetus, commotio, affectioque. Cic. 2. de Invent. 19. Illum impetum, & quandam commotionem animi, affectionemque verbis & fententiis amplificare debebit.
Aftrorum affectio. Cic. de Fato 8. Aftrorum affectio valeat, fi vis ad quasdam res.
Cœli. Cic. 2. de Divin. 92. Fac in puero referre, ex qua affectione cœli primum fpiritum duxerit.
Diftorta & prava. Cic. 4. Tufc. 29. Affectio eft illa quidem difcrepans fibi ipfa dum eft infipiens, fed non diftorta nec prava.
Firma corporis, i. e. Difpofitio. Cic. 5. Tufc. Tu vero, Metrodore, qui omne bonum in vifceribus medullisque condideris, & definieris fummum bonum firma corporis affectione, exploratuque fpe contineri, fortunæ aditus interclufifti?
Inconftans. Cic. 4. Tufc. 29. Vitiofitas autem eft habitus, aut affectio in tota vita inconftans.
Manens. Cic. 4. Tufc. 30. Vitia enim affectiones funt manentes, perturbationes autem moventes, ut non poffint affectionum manentium partes effe.
Affectio erga aliquem. Plin. lib. 8. cap. 54. Simiarum generi præcipua erga fœtum affectio. Adnotavit H. St. Sic dicitur Affectus V. Affectus ex Firmico.

AFFECTO, [ἐπιτίθεμαι, ἐπιβάλλομαι, μνηστεύω] āre. ab Affectu deductum verbum; fignificat Appeto, & Nimio affectu rem aliquam inveftigo. In Rhetor. ad Herenn. 4. 31. Sic dicimus, Affectat laudem undequaque. i. e. Venatur & captat. Affectat videri doctus. Affectat quietem, pro Cupit, non recte dixeris.
Affectare, eft Pronum animum ad faciendum habere. Feftus.
Cruorem alicujus. Stat. 11. Theb. 539.
Dextram. Virg. 3. Æn. 670.
Verum ubi nulla datur dextram affectare poteftas. Ubi Serv.
Dextram intendere, fcilicet fic, ut poffet navem tenere.
Diligentiam in fupervacuis. Plin. lib. 17. cap. 1.
Iter. Cic. pro Rofc. Amer. Nunc vero quam viam munitet, quod iter affectet, videtis.
Regnum, Ambitiofe ad regnum afpirare. Liv. 1. 46. & Plin. de Viris Illuft.
Spes. Ovid. 5. Met. 377. Adn. H. St. μειζόνων ἐλπίδων ὀρέγεσθαι. Polyb. l. 1. p. 4. Bafil. de Hierone, Majores fpes affectare.
Validius affectare aliquid. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Ad aliquid, pro Afpirare. Firmic. in præf. lib. 5. Hos Romanis tuis libros fcripfimus, ne omni difciplinarum arte translata, folum hoc opus extitiffe videatur, ad quod Romanum non affectaffet ingenium.
Viam ad aliquid, eft Ad aliquid magno affectu ftudioque tendere, afpirare: interdum in bonam, interdum in malam. Virg. 4. Georg. 562.
— viamque affectat olympo. i. e. Ad divinos honores afpirat.
Ter. Phorm. 5. 8. 71. Hi gladiatorio animo ad me affectant viam.
Affecto, cum infinitivo. Sil. lib. 4.
Dum primæ decus affectat decerpere pugnæ.
Affectare, pro eo quod eft, Confulto aliquid facere. Ulpian. in l. Quod ait lex. D. Ad legem Juliam de adult.
Affectare aliquem damnis, Afficere. Plaut. Bacch. 3. 1. 9.
Piftoclere, tua flagitia, aut damna, aut defpoliabula,
Queis patrem, & me, teque amicosque omnes affectas tuos. Nonius.
[Immo jungendum cum inf. feq. Appellere. V. l.

AFFECTOR, āris. dep. [ἐπιτίθεμαι] Varro, Affectatus eft regnum, pro Affectavit. Obfoletum eft.

AFFECTANS, antis. Partic. [ἐπιτιθέμενος] Ovid. 4. de Ponto 59.
Sic affectantes cœleftia regna gigantes,
Ad ftyga nubifero vindicis igne datos.

AFFECTĀTUS, a, um. Partic. [μεμηχανημένος] ut Affectatus fermo, Affectata oratio: & Affectata verba dicuntur Nimis anxie, & (ut ita dicam) curiofe quæfita. Ejusmodi autem fermo affectatus reprehenditur a doctis, & Grammatici inter orationis vitia pofuerunt. Plin. in Paneg. Affectata aliis caftitas, tibi ingenita & innata. Stat. 5. Sylv. 2.
Nec tantum pietas, fed protinus ardua virtus
Affectata tibi.
Verfus affectatæ difficultatis, i. e. Studio quæfitæ. Quintil. 1. 1. extr. conf. eund. 12. 10.
Affectata, vel Adfectata femina vel in bonam partem dicitur, velut honorata: vel in malam, quafi ad extremum periculum adducta. Feft. ubi V. Scalig. & Dacer.

AFFECTATIO, ōnis. f. [ζήλωσις] Nimis ftudiofe, i. e. Affectu nimio

quæfita

quæſita diligentia. Alii ſic: Affectatio, eſt Æmulatio ſive Appetentia rei, fere in malum ſonans, quam Græci Cacozeliam appellant: i. e. Malam & perverſam affectationem. Quintil. lib. 1. cap. 6. Nihil odioſius affectatione. i. e. Affectu conatuque æmulandi alterius virtutem, quam aſſequi nequeas, refragante natura, vel nimio affectu nimioque conatu alterius virtutem æmulandi, ita ut turpe ſit ac deforme ſic avide æmulari.
Affectatio frigida & puerilis. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Nimia. Quintil. in procem. lib. 1.
In bonam partem uſus eſt Seneca Epiſt. 89. cum Philoſophiam ſapientiæ amorem & affectationem definit. [Forte tamen Aſſectatio legendum.

Affectātor, ōris. m. [ζηλωτὴς] Quintil. lib. 6. cap. 3. Noſter vero non ſolum extra judicia, ſed in ipſis etiam orationibus habitus eſt nimius riſus affectator. de Cicerone.
Affectator imperii. Florus lib. 2. cap. 7. 2.
Libertatis. Quintil. lib. 6. cap. 2.

Affectātrix, īcis. f. Ad ſimulatum fictumque ſtudium referre videtur Tertull. adv. Hær. c. 7. Iſtam ſapientiam humanam, affectatricem & interpolatricem veritatis.

Affectāte, Adv. qualitatis ab Affectatus; i. e. Curioſe, vel Cum affectatione: ut, Affectate ſcribit epiſtolas. Affectate loquitur, nos vulgo illud quoque aſſumpſimus.

Affectiosus, Adj. Amoris plenus. Tertul. de Anim. cap. 19. Infantia naturaliter affectioſa.

Affectuosus, Adj. Idem. Uſi hoc nomine ſunt ævi poſterioris anthores. Macrob. 2. Saturn. 11. Piam affectuoſamque rem feciſſe. Caſſiod. Ep. 5. 2. Tertull. adverſ. Marc. 5. 14.

Affectuose. Adv. Caſſiod. Epiſt. 3. 4. Sidon. Epiſt. 4. 11.

Affictus, Affictitius. V. affingo.

Affīgo, xi, xum, [προσάπτω, προσπασσαλεύω, παραπηγνύω] ĕre. Ad aliquid figere. Liv. 8. Bell. Pun. Laceratoſque verberibus, cruci affigi juſſit.
Adhæſum affigere, h. e. Adhærere & conſequenter creare. Lucret. lib. 4. 1236
Affigere aliquid ad rem aliquam. Cic. pro Roſc. Amer. 57. Sed ſi ego hos judices, bene novi, literam illam cui vos uſque eo inimici eſtis, ut etiam eas omnes oderitis, ita vehementer ad caput affigent, ut poſtea neminem alium niſi fortunas veſtras accuſare poſſitis.
Aliquid ad terram. Liv. 1. Decad. lib. 4. Cuſpidem ad terram affixit.
Ad rem, i. e. Cum re conjungere. Cic. 1. de Invent. Continentia cum ipſo negotio ſunt ea, quæ ſemper affixa eſſe videntur ad rem, neque ab ea poſſunt ſeparari.
Aliquid animo ſuo familiarius. Quintil. lib. 2. cap. 7.
Affigere arma. Plin. lib. 16. cap. 39. Cui viri fortes affixerant arma.
Humi affigere particulam divinæ auræ, pro Animum ad res terrenas demittere. Hor. 2. Serm. 2. 79.
Lecto aliquem. Hor. 1. Serm. 1. 81.
　Aut alius caſus lecto te affixit. Sic legit cl. Bentleius; ſed Lambini & Cruquii Codices exhibent, Afflixit.
Literas pueris, h. e. Eorum memoriæ tenaciter infigere, facereque ut hæreant. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Oſcula affigere. Claud. de Bell. Get. 619.
　Blanda cruentatis affigunt oſcula dextris.
Terræ radicem. Virg. 2. Georg. 318.
　Rura gelu tum claudit hyems: nec ſemine jacto
　Concretam patitur radicem affigere terræ.
Affigere per tranſlationem dictum. Plin. lib. 30. cap. 1. Hunc enim maxime affixiſſe animis eam dulcedinem conſtat. Cic. 2. de Orat. Ea maxime animis affigi noſtris, quæ eſſent a ſenſu tradita, atque impreſſa. i. e. Tenaciter inhærere.
Affigere & Affligere ſæpe miſcent Librarii. V. Drakenb. ad Sil. 1. 674.

Affixus, Partic. [παραπεπηγμένος] Tibull. lib. 1. 3. 87.
　Ac circa gravibus penſis affixa puella.
Lateri affixus. Virg. 10. Æn. 161.
Affixa mundo ſidera. Plin. lib. 2. cap. 8.
Alicui. Cic. 3. Q. frat. 1. Dedit etiam alteram mihi, qua jubes eum mihi eſſe affixum tanquam magiſtro. i. e. Mihi inhærere, & a me non diſcedere.
In ſaxis. Cic. 1. de Orat. 196. Ut Ithacam illam in aſperrimis ſaxulis tanquam nidulum affixam, ſapientiſſimus vir immortalitati anteponeret.
Affixus alicui in re aliqua. Cic. 1. Fam. 8. Quibus in rebus me ille affixum habebit.
Affixum atque inſitum in animo & ſenſu. Cic. 7. Verr. 138. Sed in anima ſenſuque meo penitus affixa atque inſita eſt.

Affingo, inxi, ictum, [ἐπιπλάττω, προσπλάττω] ĕre. Idem quod ſimplex Fingere, aut Fingendo accommodare. Cic. 3. de Orat. 177. Nullam partem corporis ſine aliqua neceſſitate affictam totamque formam quaſi perfectam reperietis.
Addere & affingere rumoribus. Cæſ. 7. Bell. Gall. 1.
Affingere & Detrahere, contraria. Cic. 1. de Divin. 118. Parvis enim momentis multa natura aut affingit, aut mutat, aut detrahit.
Aliquid alicui. Cic. pro Lege Manil. 50. Sed de Lucullo dicam alio loco, atque ita dicam, Quirites, ut neque vera laus ei detracta oratione noſtra, neque falſa afficta eſſe videatur.
Affingere alicui orationem. Cic. in Orat. 74. Poeta peccat etiam, quum probam orationem affingit improbo, ſtultove ſapienti.
Sic dicit ἀποδιδόναι λόγον φρόνιμον, Plato de Poeta, Politicor. lib. 3. H. St.
Affingere aliquid, pro Mendaciter addere. Cic. 3. Tuſc. 80. Qui nihil opinione affingat, aſſumatque ad ægritudinem. Idem pro Cluent. 9. Faciamque ut intelligatis in tota illa cauſa, quid res ipſa tulerit, quid error affinxerit, quid invidia conflarit.
Affingere hominum mores, pro Aſſimulare. Cic. 2. de Orat. In quibus deſcribuntur hominum mores, & ita affinguntur, ut aut re narrata aliqua, quales ſunt intelligantur.

Affictus, Partic. [ἐπιπλασθεὶς] Cic. 2. de Orat. 325. Connexum autem ita ſit principium conſequenti orationi, ut non tanquam citharœdi procemium affictum aliquod, ſed cohærens cum omni corpore membrum eſſe videatur.

Affictitius, [ἐπίπλαστος] formatum a ſupino Affictum. Varro 3. de R. R. cap. 12. pr. Actus ſecundi generis affictitius ad villam qui ſolet eſſe.

Affīnis, e. Adj. [προσκηδὴς, κηδεστὴς, πηὸς] ex Ad, & Finis compoſitum. Affines, in agris, Vicini ſunt: in hominibus, Conſanguinitate conjuncti, ait Feſtus. Modeſtinus l. non facile. D. de grad. & affin. Affines ſunt (inquit) viri & uxoris Cognati: dicti ab eo quod duæ cognationes, quæ diverſæ inter ſe ſunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit.
Affinium nomina hæc ſunt: Socer, ſocrus: Gener, nurus: Noverca, vitricus: Privignus, privigna.
Affinitas Cognatio, Neceſſitudo. H. St. Videtur indicare voluiſſe horum nominum differentias eſſe declarandas. V. cognatio.
Affines, vocat Salluſtius, Qui finitimos & conjunctos poſſident agros. Sic enim ſcribit, Interea parentes, aut parvi liberi militum, ut quiſque potentiori affinis erat, ſedibus pellebantur. Annotavit Turnebus.
Affinis, per tranſlationem dicitur Alicujus rei particeps, & quaſi Conjunctus ei. Jungitur autem genitivo vel dativo.
Affinis alicujus culpæ, & alicui culpæ. Cic. 2. de Invent. 129. Affinem eſſe alicujus culpæ. Idem pro Roſc. Amer. 18.
Facinori. Cic. 4. in Catil. 6.
Negotiis. Plaut. Trin. 2. 2. 50.
Noxæ. Liv. 9. Bell. Maced.
Rei capitalis. Cic. 4. Verr. 94.
Rerum affinis quas fert adoleſcentia. Ter. Heaut. 1. 2. 39.
Sceleri, vel ſceleris. Cic. pro Syll. 70. & Author ad Herenn. lib. 4.
Suſpicionis. Cic. pro Sylla 7. In quibuſdam legitur, Suſpicioni.
Turpitudini. Cic. pro Cluent. 127. Duos ſolos video authoritate Cenſorum affines ei turpitudini judicari.
Vincula affinia, h. e. Vincula affinitatis. Ovid. 4. de Pont. 8. 9.
　Jus aliquod faciunt affinia vincula nobis,
　　Quæ ſemper maneant illabefacta, precor.

Affinis, Subſt. c. Cic. Poſt red. in Senat. 17. Tu miſericors me affinem tuum conſtrictum inimicis Reip. tradidiſti: tu affinem tuam &c.

Affinĭtas, ātis. f. [κῆδος, συγγένεια, πηοσύνη, οἰκειότης] denom. eſt Hominum affinium inter ipſos conjunctio. Cic. 1. Off. 54. Sequuntur connubia & affinitates: ex quibus etiam plures propinqui.
Affinitatis conjunctio. Cic. pro Cluent. Affinitatis conjunctionem pignori fore putavit.
Arctiſſima affinitas. Paterc. lib. 2. 100. Honoratum etiam matrimonio ſororis ſuæ filiæ, in arctiſſimam affinitatem receperat.
Perpetua. V. perpetuus.
Affinitate ſeſe devincire cum aliquo. Cic. in Brut. 1. 98.
Affinitates jungere. Liv. 1. Neque hoſpitia modo cum primoribus eorum, ſed affinitates quoque jungebat.
Dirimere. Tacit. 12. Ann.

Affirmo, [κατάφημι, ἰσχυρίζω, διϊσχυρίζομαι, συμβιβάζω] āre. ex Ad, & Firmo, as, compoſitum. Cic. 4. Acad. Quid dubitamus igitur affirmare?
Affirmare aliquid de bonitate vini. Caius in l. Si vina. D. De peric. & commod. rei vendit. Si vina, quæ in doliis erant, venierint: eaque ante quam ab emptore tollerentur, ſua natura corrupta fuerint: ſi quid de bonitate eorum affirmavit venditor, tenebitur emptori. Quod ſi nihil affirmavit, emptoris erit periculum.
Certum affirmare. Liv. 3.
Affirmo tibi. Cic. 2. Att. 15.
Affirmare aſſeveratione. Cic. 13. Att. 23. Omni tibi aſſeveratione affirmo, quod mihi credas velim, &c.
Fortiſſime. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Jurejurando. Liv. 29. 23. Data ultro citroque fide, eoſdem amicos, inimicoſque habituros jurejurando affirmatur.
Crimen; i. e. Veriſimile reddere. Liv. 2.
Pro certo. Liv. 1.
Temere de aliquo. Cic. ad Brut. 1.
Valde de aliquo. Cic. 7. Att. 8. Quid opus eſt de Dionyſio tam valde affirmare? an mihi nutus tuus non faceret fidem?
Affirmare, pro Confirmare, ſtabilireque. Tacit. 14. Ann. 22. 7. Iram Deum affirmavit.
Opinionem affirmare. Liv. Decad. 4. lib. 2. Vulgo credebatur, de induſtria rem in ſerum tractam, ne tempus dari poſſet Achæis Ætoliſque ad reſpondendum, & eam opinionem ipſe affirmavit, petendo ut ſummotis aliis, cum ipſo imperatore Romano liceret ſibi colloqui. Affirmavit, i. e. Confirmavit.
Affirmare ſe animo, h. e. Confirmare ſe, & animum firmum induere. Catull. 71.
Spem. Liv. 1. Ea res utique Trojanis ſpem affirmat. Alii hic legunt, Confirmat.

Affirmatus, a, um. Partic. Liv. 4. Decad. lib. 8. Rhodiis affirmata, quæ data priore decreto erant. h. e. Confirmata.
Rationibus aliquid affirmatum. Cic. 1. de Invent. 67.

Affirmatio, ōnis. f. [κατάφασις] Actus ipſe affirmandi. Plin. lib. 28. cap. 2. Conſtantiſſima annalium affirmatione.
Affirmatio & Dubitatio, contraria. Cic. 9. Fam. 17. Sed quum explorati nihil haberem: nec tibi ſolicitudinem ex dubitatione mea, nec ſpem ex affirmatione afferre volui.
Affirmationi alicujus credere. Cic. 10. Fam. 21.
Affirmatione aliquid alteri recipere. i. e. Promittere. Cic. 10. Fam. 7.
Affirmatio relig. Cic. 3. Off. 104. Eſt enim jusjurandum affirmatio religioſa.

Affirmate, Adv. [καταφατικῶς] Cic. 3. Off. 104. Quod autem affirmate quaſi deo teſte promiſeris, id tenendum eſt. Quidam codices habent Affirmative. Gell. lib. 10. cap. 12. Affirmatiſſime ſcripſerunt, ſimulacrum columbæ e ligno ab Archyta ratione quadam diſciplinaque mechanica factum, volaſſe.

Affirmanter, Adv. Idem. Gell. 14. 1. Potuiſſet prædici affirmanter.

Affirmātor, ōris. m. Qui affirmat. Tertull.

Affixus, V. affigo.

Afflatus, V. afflo.

Affleo, ēvi, ētum, [προσκλαίω] ēre. Fletum ſimulare. Plaut. Perſ. 1. 3. 71. Sed longe ab Athenis eſſe ſe gnatam autumet: & ut affleat, quum ea memoret.

Afflictio, V. affligo.

Affligo, xi, ctum, [κακόω, προσαράσσω, ταλαιπωρέω] ĕre. ex Ad & verbo inuſitato Fligere; Proprie ſignificat Ad terram tota vi proſternere. Cic. in Piſon. 93. Illi autem ſtatuam iſtius perſimilem, quam ſtare in loco celeberrimo voluerunt, ne ſuaviſſimi hominis memoria moreretur, deturbant, affligunt, comminuunt, diſſipant.
Affligere ad terram. Plaut. Perſ. 5. 2. 15. Affligam te ad terram, ſcelus.

Affligere & Levare, contraria. Cic. 12. Att. 49. Ut me levarat tuus adventus, ſic diſceſſus afflixit.
Percellere atque affligere. Cic. pro Cœlio, 80.
Perdere & affligere. Cic. pro Roſc. Amer. 33.
Affligere, projicere. Lactant. initio lib. 5. Divin. Inſtit. Et vix lecto fortaſſe principio, affligat, projiciat, execretur. De opere ſuo loquens. Videtur tamen prius eſſe Projiciat, quam Affligat, ut pote majus hoc. H. St. [Affligitur aliquid ad terram, Projicitur foras, ut Martial. de libro ſuo;
Ibis ab excuſſo miſſus in aſtra ſago.
Affligit corpus ſenectus. Cic. de Senect. 32. Non plane me enervavit, non afflixit ſenectus.
Afflixit hunc calamitas. Cic. pro Cluent. 101.
Affligit levius. Quintil. in proœm. lib. 6.
Monumentum, i. e. Diruere & dejicere. Cic. pro Cœlio 78. Qui Catuli monumentum afflixit, meam domum diruit.
Mores gravius. Plin. lib. 33. cap. 11.
Opes alterius. Plin. lib. 2. cap. 12.
Rem aliquam vituperando, cui contrarium, Augere laudando: Cic. in Bruto 47. h. e. Deprimere. Oratores enim parva extollere, & magna deprimere poſſunt. Hinc (ut Plutarchus eſt author) Iſocrates interrogatus quid eſſet Rhetorica, reſpondit, Τὰ μὲν μικρὰ, μεγάλα· τὰ δὲ μεγάλα, μικρὰ ποιεῖν.
Affligere ſe. Cic. 2. Att. 19. Pompejus, noſtri amores, quod mihi ſummo dolori eſt, ipſe ſe afflixit; neminem tenet. [i. e. auctoritate & gratia ipſemet ſeſe ſpoliavit. ἀντὶ τοῦ ſe angere, vexare, excruciare, uti quidem Steph. expoſuit, & ut Galli vulgo utuntur, ſuo *affliger*, nusquam id verbum mihi lectum eſt. Neque vero eo pertinet locus ex Or. pros. Roſc. Am. c. 12. quem in Lipſienſi Theſauro adductum video. Quo populus R. nihil vidit indignius, niſi ejusdem viri mortem; quæ tantum potuit, ut omnes cives ſuos perdiderit & afflixerit. Idem cenſeo de illo 4. Tuſc. c. 15. Important enim ægritudines anxias atque acerbas, animosque affligunt, ac debilitant metu. Servatur enim etiam in metaphoris ubique vis propriæ ſignificationis verbi, quæ eſt dejicere, proſternere, humi affligere, cui opponitur Excitare, Erigere, ut in allatis exempli gratia locis videre licet. At ſic utebantur veteres verbo frequentativo. V. AFFLICTARE ſe.
Affligi frigoribus. Columel. lib. 2. cap. 10.
Sententiis quempiam. Cic. pro Muren. 88. i. e. condemnare. V. mox AFFLICTUS.

AFFLICTUS, Partic. [κακωθεὶς] Oppreſſus adverſis rebus. Cic. pro Lege Manil. 23. Hunc in illo timore & fuga Tigranes rex Armenius excepit, diffidentemque rebus ſuis confirmavit: & afflictum erexit, perditumque recreavit.
Afflictus, Dolore vehementer affectus. [vel potius proſtratus ac deſtitutus amici (Palamedis) infando judicio, conf. v. 88, 89.] Virg. 2. Æn. 92.
Afflictus vitam in tenebris luctuque trahebam.
Afflictus atque everſus. Cic. pro Quint. 74. Ut per ſe afflictum atque everſum propinquum ſuum non modo honeſte partis bonis, verumetiam communi luce privaret.
Perculſus & afflictus. Cic. pro Flacc. 16. Itaque ut hanc Græciam, quæ jandiu ſuis conſiliis perculſa & afflicta eſt, omittam.
Calamitate afflictus. Cic. pro Sylla 15. Hic ſe ita fractum illa calamitate atque afflictum putavit.
Caſu aliquo graviſſime afflictus. Cic. 9. Fam. 11.
Clamoribus magnis. Cic. 1. Att.
Afflictus & profligatus mœrore. Cic. 2. in Catil. 2.
Amicitia afflicta. Cic. pro Quint. 63.
Animos afflictos recreare. Cic. 1. Att.
Afflictus & fractus animus. Cic. pro Domo ſua 97.
Afflicta ſenio aut tempeſtate arbor. Columel. lib. 5. cap. 6.
Mœſtitia domus afflicta. Cic. 12. Philipp.
Fides afflicta, Affecta. h. e. Collabefactata diminutaque. Tacit. 1. Hiſt.
Fortuna alicujus. Cic. pro Lege Manil. 24. Ut regum afflictæ fortunæ facile multorum opes alliciant ad miſericordiam.
Afflictus ac jacens homo excitatur. Cic. poſt red. in Senat. Qui mihi primus afflicto & jacenti dexteram porrexit.
Navis afflicta ad ſcopulos. Cic. pro C. Rabir. 25. Nec tuas unquam rationes ad eos ſcopulos appuliſſes, ad quos Sexti Titii afflictam navem videres.
Afflictam & perditam provinciam erigere atque recreare. Cic. 5. Verr. 22.
Pudor afflictus. Stat. 11. Theb. 164.
Religiones eorum ſcelere proſtratæ afflictæque ſunt. Cic. 2. de Legib. 42.
Res. Lucan. lib. 1. 497.
Salus. Cic. 1. Fam. 6.
Afflicta & proſtrata virtus maxime luctuoſa eſt. Cic. 2. de Orat. 211.
Afflicta urbs peſtilentia. Liv. 3.
Excitare afflictos. Cic. 1. de Orat. 169. & de Aruſp. Reſp. 50.

AFFLICTIO, ōnis. f. [κάκωσις] Actus ipſe affligendi. Cic. 4. Tuſc. 16. ubi de Perturbationibus Ægritudini ſubjectis: Lamentatio, ſolicitudo, moleſtia, afflictio, deſperatio. Sed emendati codices legunt, Afflictatio. q. V.

AFFLICTO, [προσαράσσειν] āre. Vehementer affligere. Cæſ. 3. Bell. Gall. 12. Naves in vadis afflictarentur. Idem 4. Bell. Gall. 29. Et onerarias, quæ ad anchoras erant deligatæ tempeſtas afflictabat. i. e. Concutiebat, & agitabat. Græcus utrobique reddit κακοῖ.
Afflictari de re aliqua. Cic. 11. Att. 1.
Amore. Lucret. lib. 4. 1152.
Morbo, quod & Morbo conflictari dicitur. Liv. 9. Bell. Pun.
Aliquem luxuria. Tacit. 13. Ann. Quod Italiam luxuria ſævitiaque afflictaviſſet, veneno damnationem antevertit.
Seſe. i. e. Frequenter ſeſe, & plurimum angere & excruciare. Cic. 3. Att. 12.
Acerbiſſime afflictari. Cic. 11. Att. 1.
Gravius vehementiusque. Cic. 1. in Catil. 31.
Turpius afflictatur Reſp. Cic. de Aruſp. Reſp. 40.

AFFLICTIM. Adv. Mart. Capel. l. 3.

AFFLICTATIO, ōnis. f. [περιωδύνησις] Cic. 4. Tuſc. 18. Afflictatio, Ægritudo cum vexatione corporis. [Animi perturbatio ſcilicet ſecundum Deſperationem omnium peſſima, conf. 3. 27. ubi planiſſime orator eam deſcribit.

AFFLICTĀGO, ĭnis. f. Hanc vocem Fr. Guyetus Comm. in Ter. Andr. 1. 5. 16. Reſtituit veteris poetæ ſeptenario apud Cic. 3. Tuſc. 27. ubi in omnibus Libris eſt Afflictatio vel Afflictio.

AFFLICTOR, ōris. m. [ὑβριστὴς] Qui affligit, vel afflixit. Cic. in Piſon. cap. 27. Afflictorem & proditorem, non modo dignitatis & authoritatis, ſed omnino ordinis ac nominis ſui.

AFFLICTATOR, Tertul. Adv. Marc. 5. 16. Iuſtum eſt afflictatoribus noſtris rependi afflictationem.

AFFLICTUS, ûs. [κάκωσις] Idem quod Afflictio. Cic. 2. Tuſc. 21. Effœminata virtus afflictu occidit. Sed ſanior videtur lectio: Sic feminata virtus adflicta occidit. Quæ eſt in codd. emendatis.

AFFLO, [ἐπιπνέω] āre. eſt Spiritu, flatuve quaſi contingere. Columel. lib. 8. cap. 5. Cavendumque ne a Serpentibus afflentur. Liv. 10. Bell. Pun. Afflatique incendio effugerunt. Hor. 2. Serm. 8. 95.
— velut illis
Canidia afflaſſet.
Afflantur odores e floribus. Cic. de Senect. 59. Quum admiraretur Lyſander & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum ſubactam atque puram, & ſuavitatem odorum qui afflarentur e floribus.
Vineta afflantur Noto. Stat. 5. Sylv. 1. 147.
Anhelitus oris afflat vittas. Ovid. 5. Met. 617.
Crinales vittas afflabat anhelitus oris.
Odores afflare. Propert. lib. 2. 29. 17.
Afflabant tibi non Arabum de gramine odores.
Ore alicujus afflari. Ovid. 7. Met. 29.
At niſi opem tulero, taurorum afflabitur ore.
Afflare, de rumore dictum. Cic. 16. Att. 5. Sed tamen rumoris neſcio quid afflaverat. Ut ſit ſenſus, Aliquantulus rumor incertus quaſi vento quodam ad aures meas pervenerat.
Afflare alicui, pro Aſpirare ſeu Favere. Tibul. lib. 2. 1. 80.
Felix, cui placidus leniter afflat amor.
Afflari auram alicui in aliquo crimine. Cic. 3. Verr. 15. Sperat ſibi auram poſſe aliquam afflari in hoc crimine. i. e. Ab aliquo favore ſe poſſe adjuvari.
Afflare alicui aliquid mali. i. e. Flando immittere. Ad Herenn. l. 4. 62. Circunſpectans huc & illuc, ſi quem reperiat, cui aliquid mali faucibus afflare, quem ore attingere, dentibus inſecare, lingua aſpergere poſſit.
Afflare aliquem ventis fulminis. Virg. 2. Æn. 649.
Fulminis afflavit ventis, & contigit igni. V. Servium ad loc. & Guther. de Vet. Jur. Pontif. 111. 2. Plin. Jun. Utrunque noſtrum ille optimi cujusque ſpoliator & carnifex, ſtragibus amicorum, & in proximo jacto fulmine afflaverat. Hoc dicit quia periclitatus eſt ſub Domitiano.
Ignibus afflari. Ovid. 1. Triſt. 8. 22.
Afflari divino ſpiritu, quod vulgo Inſpirari dicitur. Cic. pro Archia 18. Poetam natura ipſa valere, & mentis viribus excitari, & quaſi divino quodam ſpiritu afflari.

AFFLATUS. Partic.
Numine dei. Virg. 6. Æn. 50.
Peſte. Sill. lib. 6.
Sidere. Plin. lib. 2. cap. 41.
Sole. Claud. de Bell. Gild. 348.

AFFLĀTUS, ûs. [ἐπίπνοια, ἐνθουσιασμὸς] Actus ipſe afflandi. Plin. l. 10. cap. 33. Perdices concipiunt maſculorum ſupervolantium afflatu.
Afflatus benignus. Plin. lib. 37. cap. 13.
Calidi. Stat. 10. Theb. 322.
Divinus, Divina, ut ita dicam, inſpiratio. Cic. 2. de Nat. Deor. 166. Nemo vir magnus ſine aliquo afflatu divino unquam fuit.
Afflatu divino mentem alicujus concitare. Cic. 1. de Divin.
Inſtinctus afflatusque divinus. Cic. 1. de Divin. 34. Oracula quæ inſtinctu divino afflatuque funduntur.
Noxius afflatus. Plin. lib. 4. cap. 12.
Afflatus e terra. Cic. 2. de Divin. 117. Quid tam divinum, quam afflatus e terra mentem ita movens, ut eam providam rerum futurarum efficiat? Paulo ante, Anhelitum terræ vocavit.
Afflatus, pro H literæ aſpiratione, ſeu nota aſpirationis. Varr. l. 3. de R. R. c. 1. Nec minus oppidi quoque nomen Thebæ indicant antiquiorem eſſe agrum, quod ab agri genere non a conditore ei nomen eſt impoſitum. Nam lingua priſca & in Græcia Æoles Bœotii, ſine afflatu vocant colleis Tebas: & in Sabinis quo e Græcia venerunt Pelasgi, etiam nunc ita dicunt.

AFFLĀTOR, ōris. Tertull. adv. Hermog. c. 32. de Sp. S. Qui ſuper aquas ferebatur, librator, & afflator & animator.

AFFLŬO, xi, xum, [ἐπιῤῥέω, περιουσιάζω, παραῤῥέω] ĕre. proprie Ad aliquid fluere. Columel. Ne quum a vertice torrens imbribus conceptis affluxerit, fundamenta convellat. Plin. lib. 2. cap. 97. Bis inter duos exortus lunæ affluunt, bisque remeant. De maris æſtibus loquitur.
Affluere, de hominibus dictum. Liv. 9. Bell. Maced. Dimicantibus iis legio quinta ſupervenit: deinde ut quæque potuerant, copiæ affluebant. Virgil. 2. Æn. extr.
Atque hic ingentem comitum affluxiſſe novorum.
Invenio admirans numerum.
Amor affluit. Ovid. de Rem. Amor. 148.
Affluit incautis inſidioſus amor. h. e. Illabitur.
Affluunt literæ, & rumor. Cic. 3. Q. fratr. 3. Nihil ex iſtis locis, non modo literarum, ſed ne rumoris quidem affluxit.
Affluere, per metaphoram pro Abundare. Plaut. Pſeud. Frumento affluam. Cic. 2. de Fin. Affluere voluptatibus.
Affluere ad. Cic. 1. de Fin. 39. Nam ſi ea ſola voluptas eſſet, quæ quaſi titillaret ſenſus, ut ita dicam, & ad eos cum ſuavitate afflueret, & illaberetur, &c. Tanquam de liquore dixit afflueret: i. e. Leniter flueret.
Divitiis affluere. Lucret. lib. 6. 12.
Effuſe affluunt opes. Liv. Decad. 1. lib. 3.

AFFLUENS, Partic. [περιουσιάζων] Liv. 5. Bell. Maced. Quotidie affluente multitudine ad famam belli.
Affluens & beatus. Cic. in Salluſt. i. e. Copioſus & dives.
Anni affluentes. Hor. 4. Carm. 11. 19. — quod ex hac
Luce Mecænas meus affluentes
Ordinat annos. Acron, Affluentes, i. e. Creſcentes, aut Multos.
Affluens, Abundans. ut Affluens opibus & copiis. Cic. pro Lege Agr. 2. 81. Et pro Cluent. 189. Affluens omni ſcelere domus.
Bonitate affluens homo. Cic. pro Roſc. Com. 27. Largitus eſt ſcilicet homo liberalis, & diſſolutus, & bonitate affluens Fannius Roſcio?
Homo omni lepore & venuſtate affluens. Cic. 7. Verr. 41.
Otio nimio & ingeniis uberrimis affluentes doctiſſimi homines. Cic. 3. de Orat. 54.
Affluens hominibus & ſtudiis locus. Cic. pro Arch. 4. Nam ibi natus eſt

eſt loco nobili, & celebri quondam urbe & copioſa, atque eruditiſſimis hominibus liberaliſſimiſque ſtudiis affluenti.
Ungentis affluens. Cic. pro Sext. 18.
Affluens, Affluentior, Affluentiſſimus. pro Abundans, [ἄφθονος, πλήρης, εὔπορος] Cic. 1. Off. 153. Omnium rerum affluentibus copiis. Idem in Lælio, Ditior enim eſſe videtur & affluentior vera amicitia.
AFFLUENTER, Affluentius, Affluentiſſime. Adv. [ἀφθόνως, ῥύδην, δαψιλῶς] Cic. 5. Tuſc. 16. Quoque affluentius voluptates hauriat.
AFFLUENTIA, æ. f. [ῥύσις, ἐπίῤῥοια, εὐπορία] pro Abundantia. Cic. contra Rull. 95. c. 35. Ex hac copia atque omnium rerum affluentia, primum illa nata ſunt: Arrogantia &c. Plin. Paneg. c. 28. Inſtar ego perpetui congiarii puto affluentiam annonæ.
Magnifica divitiarum affluentia copioſus. Firmic. lib. 5. cap. 3.
Verboſa ſermonis affluentia. Firmic. lib. 8. cap. 10.
AFFŎDIO, ōdi, oſſum, [παρορύσσω] ĕre. Fodiendo adjungere. Plin. lib. 2. cap. 68. ad finem, Furtoque, vicini cæſpitem noſtro ſolo affodimus. V. ibi Harduin.
AFFOR, ātus ſum, [προσφθέγγομαι, προσλέγομαι, προσφωνῶ] āri. ex Ad & Fari compoſitum; Alloqui. Aiunt Grammatici primam perſonam in uſu non eſſe. Eſt autem verbum apud poetas, licet inuſitatius. Virg. 2. Æn. 775.
Tum ſic affari, & curas his demere dictis. Cic. 2. Philipp. Qui locus eſt aut tam deſertus, aut tam inhumanus, qui illos quo acceſſerint, non affari atque appetere videatur?
Affari (inquit Nonius) non ſolum pro Reſpondere vel Fabulari, ſed etiam Rogare poſitum. Accius Tereo, Deum Cadmo generatum ſemel affare. Virg. 4. Æn. 424.
I ſoror, atque hoſtem ſupplex affare ſuperbum.
Affari, Agere gratias. Virg. 2. Æn. 700.
Affaturque deos, & ſanctum ſidus adorat.
Affari dulci amore. i. e. Amice. Virg. 6. Æn. 455.
Nomine. Cic. de Clar. Orat. 253. Nam ſcripſit his verbis, quum hunc nomine eſſet affatus.
Verbis blandis. Stat. 1. Achil. 383.
Affari extremum. Virg. 9. Æn. 484.
Affari extremum miſeræ data copia matri?
AFFĀTUS, Partic. [προσειπών] Allocutus. Virg. 4. Æn. 632.
Tum breviter Barcen nutricem affata Sichæi.
AFFĀTUS, ûs. [προσηγορία, πρόσφθεγμα] Alloquium, colloquutio. Virg. 4. Æn. 284.
Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem
Audeat affatu?
Affatu bonus. Stat. 1. Theb. 190.
Affatus malignus. Claud. 3. de Rapt. Proſerp.
Affatus tacitus. Stat. 6. Theb. 632.
Affatus alicujus petere. i. e. Colloquium. Sen. Medea 4.
AFFĀMEN, ĭnis. n. Idem. Apul. 11. Met. p. 260. Orbis Dominam blando mulcentes affamine.
AFFABĬLIS, Adj. [εὐπροσήγορος, ὁμιλητικός] Qui ſe facilem præbet in congreſſibus humanis. h. e. In loquendo, audiendo, & reſpondendo. Cic 1. Off. 113. Et in omni ſermone omnibus affabilem & jucundum ſe eſſe vellet. Compar. Sen. Ep. 79. Alius erat affabilior.
AFFABILĬTAS, ātis. f. [εὐπροσηγορία, φιλοφροσύνη] Ipſa virtus ejus qui affabilis eſt. Cic. 2. Off. 48. Comitas affabilitaſque ſermonis.
AFFABILĬTER, Affabilius, Affabiliſſime. [εὐπροσηγόρως] Macrob. 7. Saturn. 2. Comiter affabiliterque ſuſceptus. Gell. lib. 16. cap. 3. Hæc tum Phavorinus, multaque iſtiuſmodi alia affabiliſſime dicebat.
AFFŎRE, [παρέσεσθαι] ex Ad & Fore; Affuturum eſſe. Et eſt verbum ita defectivum ut ipſum verbum Fore. Virg. 1. Æn. 580.
Atque utinam rex ipſe, Noto compulſus eodem
Afforet Æneas. Cæſ. 5. Bell. Gall. 27. Hanc affore biduo.
Affore, pro ſignificatione præſentis videtur accepiſſe Stat. 1. Theb. 494.
— ſenſit manifeſto numine ductos
Affore. pro Adeſſe.
Affore ab oris externis. Virg. 7. Æn. 270.
— generos externis affore ab oris. i. e. Venturos, affuturos.
AFFORMĪDO, [ὑποπτήσσω, ἐπιφοβέομαι] āre. Idem quod Formidare. Plaut. Bacch. 4. 10. 3. Magiſque afformido ne is pereat.
AFFRANGO, [προσάγνυμι] ĕre. Ad ſive Juxta frangere. Stat. 5. Sylv. 1. 36. — citius Titonida mœſti
Deficient rores: aut exiccata fatiſcet
Mater Achilleis hyemes affrangere buſtis. V. ADFRINGO.
AFFRĔMO, vel ADFREMO, ĕre. [προσφρυάττω] Ad aliquid Fremere, ſtridere. Sil. Ital. lib. 14. 125.
Non aliter Boreas Rhodopes a vertice præceps,
Quum ſeſe immiſit, decimoque volumine Pontum
Expulit in terras, ſequitur cum murmure molem
Ejecti maris, & ſtridentibus affremit alis.
Valer. Flacc. 1. Arg. 528. Adfremit his, quaſſatque caput.
AFFRĬCO, [προστρίβω] āre. Ad aliquid fricare. Plin. lib. 29. cap. 6. Anguium adeps æruginī mixtus, ruptas oculorum partes ſanat: & membrana ſive ſenectus vernatione eorum exuta, ſi affricetur, claritatem facit. Columel. lib. 7. cap. 5. Aut arbori affricant. ſubaudi Seſe.
AFFRICTUS, ûs. [πρόστριψις] Actus ipſe affricandi. Plin. lib. 31. cap. 6. Spumaque aquæ affrictu verrucas tollit.
AFFRINGO, V. AFFRANGO.
AFFRIO, [προσπάσσω, ἐπιπάσσω] āre. ex Ad & Friare. Friare autem de rebus iis dicitur, quæ facile, & nullo, ut ſic dicam, tritu comminuuntur, & in pulverem rediguntur: ut reſina inter digitos. Varro 1. de R. R. 57. Alius aliud affriat aut aſpergit. V. FRIO.
AFFUI, AFFUTURUS, V. ADSUM.
AFFULGEO, ſi, [ἐπιλάμπω, ἐλλαμπρύνομαι] ēre. Ad aliquid fulgere: ut, Huic ædium parti raro ſol affulget. Hinc varia metaphora.
Affulgere vultu nitenti. Sil. lib. 7. 467.
Affulſit ſpes. Liv. 27. 28. Prima ſpes morte nuntiata Marcelli affulſit.
Affulſit fortuna. Liv. 30. 30. Et mihi talis aliquando fortuna affulſit.
AFFUNDO, ūdi, ūſum, [ἐπιχέω] ĕre. Aſpergere. Plin. lib. 12. cap. 21. Medici nucleos Arabicæ glandis tundunt, affuſa eis paulatim calida aqua. Idem lib. 16. cap. 44. Vinumque illi affundere.
Affundi, fluvii aut maria dicuntur, quæ urbem, aut quidvis aliud alluunt. Plin. lib. 5. cap. 1. Affunditur huic autem æſtuarium e mari flexuoſo meatu. Idem lib. 5. cap. 29. Mæander plurimis affuſus oppidis.
Affuſa urbs mari, pro Affuſum mare urbi, Plin. lib. 3. cap. 3. Cæſaraugusta, colonia immunis, amne Ibero affuſa.
Affundo, pro Infundo. Tacit. 12. Ann. Frigida in aqua affunditur venenum. Idem lib. 5. de Phœnice ave. Ubi mors propinquet, ſuis in terris ſtruere nidum, eique vim genitalem affundere.
Affundere vinum. Plin. lib. 16. cap. 44.
AFFŪSUS, Partic. [προσχυθείς] Proſtratus, provolutus. Ovid 8. Met. 605.
— potui moritura videri,
Amplectique pedes, affuſaque poſcere vitam. Lucan. lib. 7. 71.
— regeſque tui cum ſupplice mundo
Affuſi, vinci ſocerum patiare rogamus.
Affuſus tumulo. h. e. Juxta tumulum fuſus, jacens, proſtratus. Ovid. 8. Met. 539.
Affuſæque jacent tumulo: ſignataque ſaxo
Nomina complexæ, lacrymas in nomina fundunt.
Affuſus, pro Infuſus. Ovid. ad Liviam, de morte Druſi,
Aridaque affuſa guttura tinxit aqua.

A F O

AFŎRIS, Adv. [ἔξωθεν] Plin. l. 17. c. 24. In ulcus penetrat omnis aforis injuria. Sunt qui diviſim ſcribant, a foris. Alii negant eſſe Latinam vocem.

A F R

AFRA, Avis. V. AFRICA.
AFRANIA, Licinii Buccionis uxor, prompta ad lites contrahendas, adeo ut pro crimine improbis fœminarum moribus Afraniæ nomen objiciatur. Valer. Max. lib. 8. cap. 3. Hinc quævis Fœmina improbis moribus dici cœpit Afrania.
Afraniam Fabulam refricari dixit Cicero pro Cœl. c. 30. Al. Afranianum.
AFRANIUS, [Ἀφράνιος] Poëta Latinus comicus, teſte Cicerone in Bruto, homo peracutus in fabulis, & diſertus, quod in togatis excellit, inquit Quintil. lib. 10. cap. 1. Horatius hujus meminit lib. 2. Epiſt. 1. 57.
Dicitur Afrani toga conveniſſe Menandro. h. e. Afranii fabula togata dicitur fuiſſe ſimilis comœdiis Menandri. Multa ſiquidem mutuatus eſt a Menandro, teſte Cicerone lib. 1. de Fin. Auſonius quoque,
Qui toga facundis ſcenis agitavit Afrani.
C. AFRANIUS collega in conſulatu Q. Metello Celeri, ut author eſt Plin. lib. 2. cap. 67.
L. AFRANIUS, alter dux Pompeianus notiſſimus. Lucan. lib. 4. 4.
Jure pari rector caſtris Afranius illis,
Ac Petreius erat.
AFRĬCA, [Λιβύη] Tertia pars orbis, freto Herculeo, ac Nilo a cæteris orbis partibus diducitur: Libya & Heſperia a Græcis appellata. Hanc ab initio (ut ait Salluſtius) habitaverunt Getuli & Libyes aſperi incultique, quibus cibus erat caro ferina, atque humi pabulum velut pecoribus. Hæc Volaterranus. Madian filius fuit Abrahæ ex Cetura. Hujus filius Afer, ſive Apher, quum caſtra fixiſſet in Libya, & filiorum ejus filii habitaſſent in ea, terram illam ex ejus nomine Africam ſeu Aphricam vocaverunt. Author Joſephus Antiquit. lib. 1. cap. 23. Alexandri Polyhiſtoris ſententiam ſecutus. Alii dictam putant, quaſi Sine frigore. Siquidem α particula eſt privativa, φρίκη horrorem frigoris ſignificat. Author Servius in 6. Æn. Quidam ab Afro Libys Herculis filio dictam malunt. Solinus cap. 37. Scribitur per F, non PH, in Nummis & Lapidibus, ut ut Græcis poſterioribus (nam veteres Λιβύην vocant) eſt Ἀφρική.
Africa ſemper aliquid novi apportat. Proverbium, quod quadrabit in homines lubrica fide, ſemperque novandarum rerum avidos. Quod quidem ideo dicebatur, quod in Africa ſiticuloſa regione, ad unum aliquem rivum plurimæ ferarum ſpecies bibendi gratia convenire cogantur, ibique varia miſtura violentæ Veneris, varias monſtrorum formas ſubindeque novas naſci. Ex Plin. lib. 8. cap. 16. Ariſtot. & Eraſm. in Chil.
Ardens Africa. Lucan. lib. 9. 732. — dracones
Peſtiferos ardens facit Africa.
Feris & beluis frequens. Plin. lib. 5. cap. 9.
Fertilis. Hor. 3. Carm. 16. 31.
Pallida. Claud. de Bell. Gild. 374.
Vadoſa. Stat. 4. Sylv. 5. 38.
Ultima. Hor. 2. Carm. 18. 5. Trabes, Ultima reciſæ Africa. ut Cuning. edidit. [i. e. marmoris Numidici.
AFER, Afri. [Λίβυς] Subſt. Qui eſt ex Africa.
Dirus Afer. Hor. 4. Carm. 4. 42.
Dirus per urbes Afer it Italas.
Diſcincti Afri. Virg. 8. Æn. 724. Ubi Servius, Vel habitum eorum oſtendit, qui uſque in talos fluebat: Aut diſcinctos dixit, inhabiles militiæ: ut contra, præcinctos, ſtrenuos dicimus. Unde & Græce εὔζωνος appellatur, non qui bonam zonam habet, ſed qui eſt ſtrenuus.
Rebelles. Sil. lib. 15.
Sitientes. Virg. 1. Ecl. 65.
Tenues. i. e. Pauperes. Juven. 8. Sat. 120.
Vagus. Lucan. lib. 4. 684.
Armentarius Afer. Virg. 3. Georg. 344. — omnia ſecum
Armentarius Afer agit. Armentarium vocat, quia in Africa armenta & greges abunde ſunt.
AFER, a, um, [Λίβυς] Adj.
Afra avis. i. e. Libyca. Refertur a Suida de prægrandibus, quod ex ea regione deportentur aves immani magnitudine. Horatius de prælauta uſurpavit, Epod. 2. 53.
Non Afra avis deſcendat in ventrem meum. Nam gallinas prægrandes olim mittebat Africa, quas eaſdem Numidicas aves appellant. (v. mox Africanæ.) Acron videtur de ſtruthione ſentire, quæ & ipſa avis mira mole corporis eſſe fertur. Non inepte jacietur & in hominem peregrino cultu notabilem. Et Plaut. Pœn. 5. 2. 31. Pœnum avem vocat ob manicas, alarum inſtar utrinque penſiles. Proverbium extat in avibus Ariſtophanis. Interpres indicat convenire in barbaros ac meticuloſos. Sunt enim prægrandes fere timidiores. Ter. Eun. 4. 7. 15. Hic nebulo magnus eſt. Eraſm. in Chiliad.
Murice Afro tinctæ lanæ. Hor. 2. Carm. 16. 35.
Serpentes Afri. Hor. 2. Serm. 8. 95. Hinc
AFRICĀNUS, Adj. [Λιβυκός] Africanus Scipio, id nomen triumphale ab Africa devicta nactus. Hor. Epod. 9. 25. De quo vide in SCIPIO.
Africanus rumor Cic. pro Deiot. 25. Mittebat qui rumores Africanos exciperent.

ciperent. Sic Bellum Africanum, Hirt. Africum tamen Suet. Jul. c. 56.

Africanum mare [Λιβυκὸν πέλαγος] est e sinu Gallico, inter Massiliam & Narbonem ad regionem Africæ oppositam: cujus meminit Strabo l. 2.

Africanæ, absolute, dicuntur Pantheræ, quæ & Variæ. Africanæ quidem, quoniam in Africa sunt frequentes. Variæ, quoniam macularum varietate sunt spectabiles. Plin. l. 8. c. 17. Senatusconsultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam advehere. Primus autem Scaurus ædilitate sua Varias centum quinquaginta universas misit.

Africanæ, Gallinarum genus est prægrandium. Columel. l. 8. c. 2. Gallinarum genera sunt, vel cohortalium, vel rusticarum, vel Africanarum. Africana est, quam plerique Numidicam dicunt, Meleagridi similis: nisi quod rutilam galeam & cristam capite gerit: quæ utraque sunt in Meleagride cærulea. Varr. de R. R. l. 3. c. 9. Gallinæ Africanæ sunt grandes, variæ, gibberæ, quas Meleagridas appellant Græci. V. omnino Lud. Nonn. de Re Cib. l. 2. c. 25.

AFRĬCUS, i. m. subst. [Λὶψ] est Ventus ab Africa flans inter Austrum (qui etiam Libs vocatur) & Zephyrum. Plin. l. 2. c. 47. A meridie Auster, ab occasu brumali Africus.

Celer. Africus. Hor. 1. Carm. 14. 5.

Creber procellis. Virg. 1. Æn. 86.

Pestilens. Hor. 3. Carm. 23. 5.

Protervus Africus. Hor. Epod. 16. 22.

Ire, pedes quocunque ferunt, quocunque per undas
Notus vocabit, aut protervus Africus.

AFRĬCUS, Adj. ab Africo vento, [Λιβυκὸς] Hor. 3. Carm. 29. 57.

Si mugiat Africis Malus procellis. i. e. ab Africo vento excitatis.

Africa bella. Sil. lib. 17. 11. i. e. Punica.

AFRICIA, Genus quoddam liborum, quo utebantur in sacrificiis veteres. Arnob. l. 7. Quid fitilla, quid frumen, quid africa, quid gratilla, catumeum, conspolium, cucubula? ex quibus duo quæ prima sunt, pultium nomina, sed genere, & qualitate diversa: series vero quæ sequitur, liborum significantias continet. Hactenus ille.

A G A

AG. Agit, vel Agrum, vel Agrippa.

AGA, Mons e quo Araxes & Euphrates oriuntur, quem Strabo & Ptolemæus Abon sive Aban vocant. Hermol. in Plin. l. 6. c. 9.

AGACTŪRI, [Ἀγακτοῦροι] Populi sunt in regione Thimanæorum, prope Nabathæos. Plin. l. 6. c. 28. Agacturi in montibus, oppido XX M. passuum, in quo fons Emischabales, quod significat Camelorum oppidum.

AGĂGA, æ. Servus nequam. Petron. c. 69.

AGAMANTES, Populi circa Mæotim. Plin. lib. 6. cap. 7.

AGALLIS, Corcyrææ Fœminæ nomen: quæ (ut Athenæus author est) illustris fuit arte grammatica, & inventionem pilæ adscripsit Nausicaæ.

AGALLŎCHUM, [ἀγάλλοχον] est Lignum quod ex India & Arabia defertur, maculatum, odoratum, gustu astringens, & subamarum, cute aliquantum versicolore. Halitum mansu commendat: ventriculum frigidum juvat. Xylaloe Aetio & Actuario dicitur: id est, lignum Aloes, arboris, non herbæ. Quod vero ostendunt officinæ, verius est Aspalathum acre & austerum. Galen. lib. 6. Simpl. Meminit Ruellius lib. 1. cap. 36.

AGALMA, ătis. n. [ἄγαλμα] Ornamentum, simulachrum. Mart. Capell. 6. p. 188. Qui agalmata firmant.

AGAMĒDES, [Ἀγαμήδης] Viri proprium. Cic. 1. Tusc. Trophonius & Agamedes quum Apollini Delphis templum exædificassent, petierunt quod esset optimum homini. Qui ut illuxit dies tertius, mortui sunt reperti. Judicavisse Deum dicunt, mortem esse optimum homini, Idem tradit Plutarchus in oratione consolatoria ad Apollonium.

AGAMĒDE, [Ἀγαμήδη] Oppidum Lesbi insulæ. Plin. lib. 5. cap. 31.

AGAMEMNON, ŏnis. [Ἀγαμέμνων] Rex fuit Mycenarum, Plisthenis filius, sive Atrei ex Aërope, fraterque Menelai, natu major. Hic omnium Græcorum in Aulide congregatorum consensu imperator delectus, ad expeditionem Trojanam profectus est, Clytemnestra conjuge, ex qua jam liberos aliquot susceperat, ad regni administrationem, relicta. De quo Cic. pro Flacco. Sophocles in Electra, & Euripides in Oreste, necnon & Seneca in Agamemn. Ovid. 3. Amor. 13. 31. necnon 15. Met. 855.

Agamemno, idem qui & Agamemnon. Stat. 1. Achil. 553.

Conclamant Danai, stimulatque Agamemno volentes.

Agamemnonem regum regem vocat Cic. 9. Fam. 14. Et tamen non alienum dignitate tua, quod ipsi Agamemnoni regum regi fuit honestum, habere aliquem in consiliis capiendis Nestorem.

Agomemnonis hostia. In duros & persuasu difficiles dicitur. Inde natum, quod Agamemnone rem divinam in Troja facturo, bos effugerit, vixque multo negotio comprehensus. Quadrabit etiam in eos qui nolentes & adacti quippiam agunt. Olim in sacris spectabatur, ut hostia lenis ac volens adstaret. Quod si refracto fune profugisset, infaustum omen habebatur. Videtur & huc posse referri, quod Agamemnon in Aulide filiam Iphigeniam sacrificavit, sed admodum invitus. Recensetur a Zenodoto.

Atrides Agamemnon, ab Atreo patre. Ovid. 13. Met. 655.

Mycenæus. Virg. 11. Æn. 266.

Tantalides, oriundus a Tantalo. Atreus enim filius fuit Pelopis, Pelops Tantali. Ovid. 5. Fast.

AGAMEMNONIUS, Adj. Virg. 6. Æn. 838.

Eruet ille Argos, Agamemnoniasque Mycenas.

Agamemnonius Orestes. Virg. 4. Æn. 471. & Ovid. in Ibin. 527.

Agamemnonia puella, Iphigenia Agamemnonis filia. Possessivum pro patronymico. Propert. lib. 4. 1. 111.

Agamemnonii putei, de novis & admirandis operibus dicitur. Aiunt enim Agamemnonem & circa Aulidem, & passim in omni Græcia puteos effodisse, ne per æstum inopia aquarum laborari posset. Author Zenodotus. V. Erasm. Adag.

AGAMNESTOR, [Ἀγαμνήστωρ] Nomen est Atheniensium regis.

AGĂMUS, i. [ἄγαμος] Expers matrimonii, cælebs. Dicitur tam de fœmina, cui non est maritus, quam de viro, cui non est uxor: ab α particula privativa, & γάμος, quod nuptias significat. Hieronym. in Jovinian. lib. 1. Primus Adam monogamus, secundus agamus.

AGAMZUA, Mediæ oppidum. Plin. lib. 6. cap. 14.

AGANDEI, Populi circa Mæotim. Plin. lib. 6. cap. 7.

AGANIPPE, es. [Ἀγανίππη] Fons in Bœotia Apollini & Musis sacer. Unde & Aganippides dicuntur Musæ. ab ἄγαν, nimis, valde, & ἵππος, equus: quasi Valde ab equo formatus. Vocatur etiam Hippocrene. Plin. lib. 4. cap. 7. & Solin. cap. 12.

Aganippe Aonia. Virg. 10. Ecl. 12.

Frigerans. Catull. 59. 30.

Hyantæa. i. e. Bœotia. Hyantes enim populi sunt Bœotiæ. Ovid. 5. Met. 312.

AGANIPPÆUS, Adj. [Ἀγανίππαιος] Propert. lib. 2. 3. 20.

Et quantum Æolio quum tentat carmina plectro,
Par Aganippææ ludere docta lyræ. Claud. in laud. Seren. 22.

Fons Aganippæa Permessius educat unda.

AGANIPPIS, ĭdis. [Ἀγανιππὶς] Ovid. 5. Fast. 7.

Dicite quæ fontes Aganippidos Hippocrenes,
Grata Medusæi signa tenetis equi.

AGĂPE, es. f. [ἀγάπη] Charitas, dilectio. Agapæ, f. pl. [ἀγάπαι] Convivia Sacra Christianorum olim cum eleemosynis exhibita. V. Suic. Thes. Tertullianus adversus gentes, de Cœna Domini loquens, cap. 39. Item Cyprianus lib. 3. ad Quirinum, cap. 3. 3.

AGAPĒNOR, ŏris. [Ἀγαπήνωρ] ut scribit Hom. 2. Iliad. fuit Præfectus classis Agamemnonis.

AGAPĒTÆ, f. pl. [ἀγαπηταὶ] Virgines & Viduæ cum clericis cælibatum professis cohabitantes, (uti Agapeti, ἀγαπητοὶ cum Diaconissis) quasi sorores spirituali amore conjunctæ. Cujusmodi Contubernia a patribus improbata, a conciliis damnata. V. Hieron. Epist. 2. & 22. item Schmid. Lex. Eccles. p. 26.

AGAPĒTUS, [Ἀγάπητος] Synnadæ, quæ est in Phrygia, episcopus. De quo vide Eusebium in Hist. Eccles.

Agapitus, vel potius Agapetus apud Præneste puer XIII. annorum sub Aureliano principe martyrium passus est. Volaterr.

AGAPIUS Alexandrinus, educatus in eloquentiæ studiis, in medicinam commentarios edidit: Byzantii ludum aperuit, magna doctrinæ fama ingeniique solertia.

Fuit item Atheniensis alter philosophus, post Proclum, Marini Neapolitani discipulus. Suidas.

AGARĒNI, Populi sunt Arabiæ, ab Agara oppido, sive ab Agare Saræ ancilla, Ismaelis matre. In Agarenos Trajani expeditionem scripsit Dion Cassius lib. 68. sub fin.

AGARĬCUM, i. n. [ἀγαρικὸν] Fungus nascens in arborum truncis, præcipue Laricis, colore candido. Plin. lib. 25. cap. 9. & Dioscor. l. 3. c. 1.

AGĂRUS, [Ἄγαρος] Fluvius, teste Ptolemæo lib. 3. cap. 5. in Sarmatia, quem Sagarim nominat Ovid. ex Pont. 4. 10. 47.

Est item Agarum, ibidem, Promontorium in Sarmatia.

AGASIAS, [Ἀγασίας] ex Stymphalo Arcadiæ oppido, vir fortis, & bello clarus: de quo Xenophon lib. 6. de Expedit. Cyri minoris.

AGASĬCLES, [Ἀγασικλῆς] Rex Lacedæmoniorum, roganti cuipiam quomodo quis absque satellitibus tuto regnare posset, respondit, Si suis populis ita imperarit, ut parentes filiis. Plutarchus in Apophthegm. Lacon.

AGĀSO, ōnis. m. [ὀνηλάτης] ab Agendo dictum. Festus, Agasones, equos agentes, i. e. minantes. Vox sequioris ævi, i. e. Ducentes. Plin. l. 35. c. 11. Pinxit & in una tabula, quaque maxime inclaruit, agasonem cum equo. Curtius lib. 8. Acceptos ab agasonibus equos. Liv. Decad. 5. lib. 2. Et duo equi phalerati cum agasonibus. Plaut. Merc. 5. 2. 11. Egomet mihi comes, clavator, equus, agaso, armiger. In Livio & Curtio ponitur pro Hippocomo, seu equisone, & equorum curatore. Pers. 5. Sat. 76.

— Hic Dama est, non tressis agaso. Hor. 2. Serm. 8. 72.
— si patinam pede lapsus frangat agaso. Ubi Acron, Agaso

proprie dicitur Servus qui jumenta curat. Hic autem satyrice escarum ministrum agasonem appellavit.

AGASTHĔNES, [Ἀγασθένης] fuit (teste Homero Iliad. 2.) Pater formosi Polyxeni, qui navibus suæ gentis præfuit in expeditione Trojana.

ACASTRŎPHUS, [Ἀγάστροφος] Pæonis fuit filius, & heros inter primos Trojanorum bellatores: sed a Diomede vulneratus in coxa, mortem obiit. Homer. 11. Iliad.

AGĂSUS, [Ἀγασὸς] Portus in Apulia. Plin. lib. 3. cap. 11.

AGASYLLIS, [Ἀγασυλλὶς] Frutex est, quem juxta Cyrenen Africa gignit, ex quo succus profluens in subjectas arenas decidit, quem Hammoniacum vocant. V. Dioscor. & Ruell. lib. 3. cap. 53. Falso Plinius lib. 12. cap. 23. Metopon vocat. V. Salmas. in Solin. p. 249.

AGASYRTUS, [Ἀγάσυρτος] Cognominatus est Pittacus Mitylenæus philosophus, quod obtrectatoribus pateret, & sordidus esset. Author Laert. lib. 1. in Pittaco.

AGATĂSA, Insula. V. AGATHUSSA.

AGĀTHA, [ἀγάθη] Oppidum provinciæ Narbonensis, quondam Massiliensium. Ptolemæo eadem Agothapolis dicitur: unius diei itinere a Monspelio distans. Gallice *Agde*. Plin. l. 3. p. 4. Strab. Steph. &c.

Fuit præterea hoc nomine Virgo (teste Volaterrano lib. 13.) Cathanensis, & Martyr sub Gallo mamillis torta.

AGATHARCHUS, i. Pictor. Plutarch. in Pericl.

AGATHARCHIDES, [Ἀγαθαρχίδης] Historicus Samius, de quo Plutarch. in Persic. Histor. conf. Voss. de Hist. Græc. 1. 20.

AGATHĒA, [Ἀγάθεια] Oppidum est Phocidis Stephan.

AGATHIAS, [Ἀγαθίας] cognomento Scholasticus, Smyrnæus patria, scripsit post Procopium res gestas Justiniani principis, ejusque ducum Belisarii & Narsetis, collegitque in volumen diversa Epigrammata Græca nobilium poetarum. Composuit & quæ vocantur Daphnica, opus elegantissimum. Hæc Suidas.

AGATHIRNUM, [Ἀγάθυρνον] Oppidum Siciliæ. Plin. lib. 3. cap. 8.

AGĀTHO, vel AGĀTHON, ōnis. vel ut nonnulli malunt AGATHION, onis. m. [Ἀγάθων] Tragicus idem & Comicus poeta frequens anthitetis, a Pausania, & Euripide amatus, cum quo adhibitus quondam convivio ab Archelao rege, cujus erat familiarissimus, interrogatusque ab eo cum jam esset annorum XL. an adnuc amabilis esset? sane, inquit Euripides, nam non solum ver, sed autumnus quoque pulcherrimus rerum est. Author Ælian. de Var. Hist. 13. 4. Add. 2. 21. & 14. 13.

Agatho, alter Athenis vir eximiæ fortitudinis, simul & magnitudinis, tempore Adriani principis, & Herodis Attici, de quo Philostratus in vita Herodis ait, Adolescens quum esset, in prima lanugine similis ingenti Gallo, magnitudine octo pedum, vasta coma, hirsutis oculis, ac junctis, ut unus videretur, læta facie, naso aquilino, cervice torosa, pectore vasto, pulchreque compacto, cruribus brevibus, ac extra incurvatis. Erat ei tegmen lupina pellis, certamen cum apris, thois, lupis, tauris:

tauris: quorum omnium vulnera oſtentare ſolebat. Veſcebatur lacte aſinino libentius, quod ei levius jucundiusque videretur. Craterem ei juſſu Herodis allatum reſpuit, dicens haud purum eſſe, quod odore muliebri offenderetur, quum eſſet caſtiſſimus. Volaterr. lib. 13.

Agătho, Tibicen etiam fuit, cantilenarum ſuavitate majorem in modum aures deliniens. Nec hujus mores diſſimiles muſicæ fuiſſe perhibentur. Laboravit enim infamia mollitiei. Hinc factum eſt proverbium, Agathonia cantio: quod recte dicetur de oratione blanda magis quam frugifera.

AGATHŎCLES, [Ἀγαθοκλῆς] Siciliæ tyrannus, ad regni majeſtatem ex humili & ſordido genere pervenit. Quippe in Sicilia patre figulo natus, non honeſtiorem pueritiam, quam principia originis habuit. Plura Juſtin. lib. 22. & 23. Meminit & Cælius Antiq. Lect. lib. 13. cap. 4. ubi etiam diſputat cur eum Timæus appellarit Gracculum. Hujus exemplo ad modeſtiam omnes hortatur Auſonius elegantiſſimo hoc epigrammate, 8.

Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea regem,
Atque abacum Samio ſæpe oneraſſe luto,
Fercula gemmatis cum poneret aurea vaſis,
Et miſceret opes, pauperiemque ſimul,
Quærenti cauſam, reſpondit, Rex ego qui ſum
Sicaniæ, figulo ſum genitore ſatus.
Fortunam reverenter habe quicunque repente
Dives ab exili progredierè loco.

Agathoclis meminit Valer. Maxim. lib. 7. cap. 4. & Plutarchus in Apophthegm. & rurſus in lib. de Sera numinis vindicta.

Agathocles Lyſimachi filius, in eo bello quod cum patre geſſit adverſus Getas, Lyſimacho fuga ſibi conſulente captus eſt. Tandem patri redditus, Lyſandram Ptolemæi Lagi & Eurydices filiam duxit uxorem: atque in Aſiam navibus transgreſſus, Antigoni regnum in ſuam ditionem redegit. Epheſum præterea urbem ad mare condidit, in quam Lebadios Colophoniosque, deletis eorum urbibus, migrare compulit: ut Phœnix Colophonius poeta Iambicus patriæ everſionem carmine defleverit. Author Pauſan. in Attic. & Strab. lib. 13.

Agathoclis Hiſtorici meminit Cic. 1. de Divin. 24.

AGATHODÆMON, ŏnis. m. [ἀγαθοδαίμων] Bonus genius, ut κακοδαίμων malus. Lamp. Heliog. cap. 28. Ægyptios dracunculos Romæ habuit, quos illi Agathodæmonas vocant.

AGATHOSDÆMON, [ἀγαθὸς δαίμων] Nomen fluvii in inferiori Ægypto. Ptol. 4. 5. Item inſulæ in Indico mari. Item nomen Alexandrini cujusdam, qui de mundo ſcripſit. V. Voſſ. Gr. Hiſt. lib. 4. Denique nomen herbæ. Apul. de Herb. cap. 94.

AGATHON, [Ἀγάθων] Unus fuit ex filiis Priami, qui cum patre corpus Hectoris redempturo, ad Achillem profectus eſt, ut tradit Homer. ult. Iliad.

AGATHUSSA, ab aliis Agataſa corrupte. Inſula, quæ inter Sporadas recenſetur a Plinio l. 4. c. 12. inter Cycladas a Stephano, quæ & Telos Τῆλος, hodie *Piſcopia*.

AGATHYRNUM, V. AGATHYRSUM.

AGATHYRSI, [Ἀγάθυρσοι] Populi, teſte Plin. lib. 4. cap. 12. cæruleo capillo inſignes. Virg. 4. Æn. 146.

Creteſque, Dryopeſque fremunt, pictique Agathyrſi.

Ubi Servius, Agathyrſi populi ſunt Scythiæ, colentes Apollinem Hyperboreum. Picti autem, non ſtigmata habentes: ſed pulchri, hoc eſt, cyanea coma placentes. Pomp. Mela l. 2. c. 1. Agathyrſi ora artuſque pingunt, ut quique majoribus præſtant, ita magis vel minus: cæterum iiſdem omnes notis: & ſic, ut ablui nequeant. Ab Agathyrſo Herculis filio dictos putat Herodotus lib. 4. Rufus Avien. ex Dionyſio:

Præcinctique ſagis ſemper pictis Agathyrſi. Juven. 15. Sat. 125.
Sauromatæque truces, aut immanes Agathyrſi. Add. Solin. c. 25.

AGATHYRSUM, [Ἀγάθυρσον] Siciliæ oppidum. Agathyrnam vocavit Sil. 14. 206. Mille Agathyrna dedit. Et v. 207.

Agathyrna manus geminoque Lacone
Tyndaris.

ubi V. Drakenb. Plin. lib. 3. cap. 8. ubi V. Hard. Strabo lib. 3. Agathyrſum vocat. Steph. ex Polyb. Agathyrſam.

AGĀVE, es. [Ἀγαυὴ] Cadmi & Hermiones filia nupſit Echioni Thebano, ex quo Pentheum ſuſcepit filium; qui quum abſtemius eſſet, ac propterea Bacchi ſacra deſpiceret, ab ipſa matre reliquiſque Mænadibus in furorem a Baccho verſis (inter quas erant Autonoe & Ino ipſius Agaves ſorores) membratim dilaniatus eſt, quum ſe putarent aprum interficere. Ovid. 3. Met. 725. Conf. Hygin. F. 184.

Agaves Statii poetæ Tragœdiæ, meminit Juven. 7. Sat. 86.

— ſed quum fregit ſubſellia verſu,
Eſurit, intactam Paradi niſi vendat Agaven.

i. e. Novam & nondum recitatam ſeu actam.

Baſſaris Agave. i. e. Bacchi ſacerdos. Bacchæ enim dicebantur Baſſarides, a Baſſareo Bacchi cognomento. Perſ. 1. Stat. 101.

Cadmæa Agave, Poſſeſſivum pro patronymico. i. e. Cadmi filia. Tibul. lib. 3. 6. 24.

Pentheia Agave. Stat. 3. Theb. 169.

Thebana Agave. Lucan. lib. 1. 569.

AGĀVI, [Ἀγαυοὶ] Populi ſunt ſeptentrionales, quos Homerus circa initium ν. Iliad. dixit gentem innocentiſſimam, ut quæ ſine aliis divitiis equino victitet lacte. Quidam legunt AGAUNI. [Ridiculus error, quum ἀγαυοὶ ἱππημολγοὶ ibi v. 5. Illuſtres Equimulgi, Scytharum periphraſis ſit. Cauſam tamen huic errori Græculus interpres præbuit, ex quo & Dionyſii Perieg. Latinus interpres Rhemnius Fannius fortaſſis arripuit v. 299. ubi. V. Camert.

AGAVUS, Unus e Priami filiis, apud Hom. ult. Iliad.

A G B

AGBARUS, V. ABGARUS.

AGBATANA, [Ἀγβάτανα] Herodoto ea eſt urbs quæ vulgo dicitur Egbatana. Steph.

A G D

AGDISTIS, Mons eſt, ſub quo ſita eſt urbs Peſſinus, & in quo Atyn tumulatum fuiſſe fama eſt. Author Pauſan. in Attic.

AGDISTIS, [Ἄγδιστις] Viri nomen, cujus hæc fertur fabula. Jovem enim dicunt in ſomnis ſemen in terram effudiſſe, quæ in tempore

dæmona edidit duplici pudendo, hoc eſt, virili & muliebri, nomenque illi impoſuit Agdiſtin. Verum dii hunc Agdiſtin metuentes, illi virile pudendum abſciderunt: atque exinde nata Amygdala, quæ matura cum facta eſſet, Sangarii fluvii filiam aiunt cepiſſe, & in ſinum poſuiſſe, tum ſtatim fructus evanuit: ipſa autem puella prægnans facta, cum peperiſſet, hircus puerum expoſitum curavit. Hinc puer ille Atys dictus, quoniam Phryges hircos Atagos nuncupant. Reliqua vide apud Pauſaniam in Achaïc. Agdiſtis etiam fabulam aliter narrat Arnobius.

AGDUS, [Ἄγδος] Petræ nomen in Phrygiæ finibus, inauditæ per omnia vaſtitatis, Ubi Deucalion & Pyrrha, Themidis oraculo moniti, jactis poſt terga lapidibus, humanum genus reparaſſe feruntur. Arnob. l. 5.

A G E

AGE, [ἄγε, φέρε] ex Imp. v. Ago, hortandi adverbium proprie, unde & jungitur verbo imperativo ſingulari, ſecundæ perſonæ. Virg. 4. Æn. 569.

Eja age, rumpe moras.

Idem 3. 362. Fare age. Ubi ſervius, Hortantis eſt Age. i. e. Dic celeriter.

Age, corripientis adverbium. Ter. Adel. 2. 2. 7. Age, ſcis quid loquar?

Age, excitandi adverbium, frequens eſt poſt Nunc in connexionibus poeticis. Virg. 4. Georg. 149.

Nunc age naturas apibus, quas Juppiter ipſe
Addidit, expediam.

Sic 6. & 9. Æn. Et hoc genus obſervatur in tranſitione.

Age, pro Dic. Ter. Adel. 2. 2. 16. Age, novi tuum animum.

Age, cum verbo tertiæ perſonæ. Liv. 1. Decad. lib. 1. non ita procul a fine; Age ſane, omnes citatis equis advolant Romam.

Age cum verbo plurali. Valer. Flacc. 3. 311.

Vos age funereas ad littora volvite ſylvas.

Plaut. Stich. 1. 3. 68. Age licemini. Nonnunquam ſine verbo imperativo ponitur. Cic. de Senect. Age, iſta divina ſtudia omittamus. Sed in hoc genere loquendi, fere non uſurpatur niſi in tranſitionibus. Vide paulo ante, Age, excitandi.

Age age, conſentientis. Ter. Heaut. 4. 3. 44. Age age, traducatur Bacchis. Cic. 5. de Fin. 8. Age age, inquit: ſatis enim ſcite me noſtri ſermonis principium eſſe voluiſti.

Age jam. Cic. Tuſc. Age jam, concedo non eſſe miſeros qui mortui ſunt.

Age nunc. Cic. pro Milon. Age nunc, iter expediti latronis cum Milonis impedimentis comparate.

Age porro. Cic. 7. Verr. 55. Age porro, tu qui te tam religioſam exiſtimari voluiſti interpretem fœderum. Age porro, i. e. Verum eſto, Eſto, Ita ſit ſane. Idem 2. de Invent. 133. Age porro, quid ſi ipſi velint judices adſcribere, paſſuruſne ſit populus?

Age ſane, inquam. Cic. 2. de Fin. i. e Per me licet facias.

Age vero, teſte Valla, proprie dicimus: non, Age autem. Cic. 1. de Invent. 3. Age vero urbibus conſtitutis. Idem pro Lege Manil. Age vero, cæteris in rebus qualis ſit temperantia, conſiderate.

Age, vix conſentientis adverbium. Ter. And. 4. 2. 30. Huc face, ad me ut venias, ſi quid poteris. D. Quid veniam? nihil habeo. C. Attamen ſi quid. D. Age, veniam. Ubi Donatus, vix conſentientis eſt, Age veniam.

AGĔDUM, hortantis Adv. Feſtus, Agedum ſignificat Age modo. eſt enim Adhortantis ſermo. Valla, Agedum, non ſingularem tantum deſiderat, ſed etiam pluralem: neque id modo in carmine, ut Propertius, Vos agedum. ſed etiam in proſa: ut Cic. pro Sylla 72. Agedum conferte nunc cum illius vita vitam P. Syllæ. Ter. Eun. 4. 4. 27. Agedum, hoc mihi expedi primum. Ubi Donatus, Agedum DUM παρέλκον eſt, & adjuvat ex animo loquentem. Plaut. Moſt. 1. 3. 125. Agedum contempla aurum.

Agedum, cum verbo tertiæ perſonæ. Liv. 1. Decad. lib. 7. Quem nunc (inquit) Roma fortiſſimum virum habet, procedat agedum ad pugnam.

AGESIS, V. infra, AGĔSIS ſuo loco.

AGĬTE, hortantis Adv. ſecundam perſonam pluralem imperativi proprie poſtulat, teſte Valla. Plaut. Men. 5. 2. 113. Agite, equi, facitote ſonitus ungularum appareant. Virg. 1. Æn. 627.

Quare agite ô tectis juvenes ſuccedite noſtris.

Agite interdum abſolute ponitur. Plaut. Amph. 1. 1. 146. Agite pugni, jamdiu eſt quod ventri victum non datis.

Agite vero. Cic. 2. de Orat. Agite vero, ille inquit, ut vultis: ſed nunc quidem, quoniam id temporis eſt, ſurgendum cenſeo & requieſcendum.

AGITĔDUM, hortandi Adv. Idem quod Agite: niſi quod hoc inſtantius hortatur, ſicut & Agedum. Liv. 7. Agitedum ite mecum.

AGĒA, [κατάστρωμα] Via in navi, dicta quod in ea maximæ quæque res agi ſoleant. Feſtus. ex Gr. ἀγυιά. Iſidor. 19. 2. Agiavia ſunt loca in navi, per quæ ad remiges hortator accedit, de qua Ennius:

Multa foro ponet, & Agiavia longa repletur.

Ita Gothofr. quidem edidit. Scal. ad Feſt. legit: Multa forum, pontes & ageaque &c. At Scheff. de Mil. Nav. 1. 6.

Multa foro ponunt, agearia longa replentur.

Agear enim antiqua terminatione dixiſſe putat.

AGEDI, Populi circa Mæotim. Plin. lib. 6. cap. 7.

AGEDICUM, [Ἀγέδικον] Ptolemæo. alias AGENDICUM, Urbs Galliæ, vulgo *Sens*.

AGELĀDES, [Ἀγελάδης] Nomen inſignis ſtatuarii, & magiſtri Polycleti, cujus meminit Plin. lib. 34. cap. 8. Columella producit penultimam lib. 10. 29.

Neu tibi Dædaleæ, quærantur munera dextræ
Nec Polycleteæ, nec Phradmonis, aut Ageladæ
Arte laboretur:

AGĔLÆ, [ἀγέλαι] Puerorum erant conventus apud Cretenſes. Cæl. lib. 18. cap. 26.

AGELÆUS Panis, [ἀγελαῖος ἄρτος] a noſtris Gregarius & Cibarius dicitur, ex farina parum bene cribrata conſtans. Cæl. Rhod. lib. 9. cap. 16. & Ruell. lib. 2. cap. 14.

AGELASTUS, [ἀγέλαστος] Latine dicitur Non ridens, mœſtus, moroſus, quo nomine vocatus eſt Craſſus, quem ſemel duntaxat in vita riſiſſe ſcribit Lucilius. Cic. 5. de Fin. 92. Plin. lib. 7. cap. 19.

Ferunt Craſſum avum Craſſi in Parthis interempti nunquam riſiſſe, ob id Agelaſtum vocatum.

AGELIA, Minerva dicta eſt, ab Agendo populos, ut Phurnutus ſcribit: vel ab ἀγελαίαις, i. e. Armentis boum, quæ illi ſacrificabant, ut indomita: vel quaſi ἄγουσα λείαν, h. e. Agens prædam. Meminit hujus Herodot. lib. 9. & Homer. cum alibi, tum in δ. Iliad. V. & Cæl. Antiq. Lect. lib. 14. cap. 18.

AGELLUS, V. AGER.

AGĒMA, ătis. n. [ἄγημα] Agmen Latine dicitur. Arrianus ſcribit Alam equitum fuiſſe, quæ dicebatur ἄγημα: quanquam & de peditibus Agema dici idem teſtatur Arrianus. Livius 5. Decad. lib. 2. Delecta deinde & viribus & robore ætatis ex omni Cetratorum numero duo erant agemata: hanc ipſi legionem vocabant. V. Lexic. Pitiſci & Freinsh. Indic. Curtian.

AGĒNOR, [Ἀγήνωρ] Rex Phœnicum, Beli regis filius, Cadmi pater. Virg. 1. Æn. 338.

Punica regna vides, Tyrios & Agenoris urbem. i. e. Carthaginem, quam condiderunt Phœnices, qui & Agenoridæ dicuntur de ſui regis nomine.

Agenor, Tyriæ gentis gloria. Sil. Ital. lib. 1.

Agenor imperioſus. Stat. 2. Achil. 358.

Fuit & Agenor, Antenoris filius, ut ſcribit Homer. ω. Iliad.

AGENORĬDES, æ. [Ἀγηνορίδης] Cadmus Agenoris filius. Ovid. 3. Met. 7.

— profugus patriamque iramque parentis
Vitat Agenorides.

AGENORĔUS, Adj. [Ἀγηνόρεος] Sil. Ital. lib. 17. 58.

Littora Agenoreæ tenuerunt perfida terræ.

Agenorea ahena. Sil. lib. 7.

Purpura Agenoreis ſaturata micabat ahenis. i. e. Vaſis Tyriis. Nam in Tyro purpura tingebatur.

Nepotes Agenorei. Sil. lib. 17.

Sceptra ad Agenoreos eſſent ventura nepotes. i. e. Carthaginenſes.

AGENORIAM deam vocaverunt antiqui, quæ ad agendum excitaret, ab agendo dictam. [Quæ & STRENUA] Auguſt. 4. 11. de Civ. Dei. Reperitur & Agonius deus dictus, qui præſideret rebus agendis. Feſt. v. Agonium. V. AGERONA.

AGEON, Locus erat apud Lydos, in quem alienas uxores virginesque producebant, easque ſtuprabant. V. Cæl. Rhod. lib. 20. cap. 14.

AGER, gri. m. [ἀγρός, χῶρα] Locus in rure, quem colimus ſive arando, ſive conſerendo. Donatus, Ab agendo ager dictus eſt, quod in eo multa agenda ſunt. Varr. 4. de L. L. Ager dictus eſt, in quo terram agebant, & ubi quidem agebant aliquid fructus cauſa. Hanc Varronis etymologiam Quintil. lib. 1. 6. reprehendit his verbis, Sed cui non poſt Varronem ſit venia? qui agrum, quod in eo agatur aliquid, & graculos quia gregatim volant, dictos Ciceroni perſuadere voluit? (ad eum enim ſcribit) quum alterum ex Græco ſit manifeſtum duci, alterum ex vocibus avium. Hæc Quintil. Ter. Heaut. 1. 1. 94. Agrum hunc mercatus ſum, hic me exerceo. Ager, inquit Ulp. eſt Locus qui ſine villa eſt. l. 27. D. de verborum ſignificatione.

Ager, pro Territorio, caret plurali. Salluſt. Cat. 7. 1. Reliquos Catilina per montes aſperos in agrum Piſtorienſem abducit. In hoc ſignificatu reticetur interdum. Cic. 13. Fam. 5. Is habet in Volaterrano poſſeſſionem. Sic in Tuſc. in Cuman. in Alban.

Agrorum bonitas. Cic. de Lege Agr. 2. 95. Campani ſemper ſuperbi bonitate agrorum, & fructuum magnitudine.

Agri cultio, & Cultura agrorum. Cic. de Senect. 56. Num igitur horum ſenectus miſerabilis fuit, qui ſe agri cultione oblectabant? Mea quidem ſententia haud ſcio an ulla vita beatior eſſe poſſit: neque ſolum officio, quod hominum generi univerſo cultura agrorum eſt ſalutaris: ſed & delectatione quam dixi, & ſaturitate copiaque omnium rerum quæ ad victum hominum & cultum etiam deorum pertinent.

Fatigatio agrorum. Columel. 2. de R. R. cap. 1. Neque enim prudentis eſt, adduci tanquam in hominibus nimia corporis exercitatione, aut oneris alicujus pondere: ſic cultibus & agitationibus agrorum fatigationem ſuccedere. V. FATIGO.

Agri occupatorii. Siculus Flaccus, Occupatorii (inquit) agri, quos quidam arcifinales vocant: ii autem arcifinales dici debent, quibus agris victor populus occupando nomen dedit.

Modus agri. Columel. 1. de R. R. cap. 3. Suaque lege C. Licinius damnatus eſt, quod agri modum, quem in magiſtratu rogatione Tribunitia promulgaverat, immodica poſſidendi libidine tranſcendiſſet.

Molitio agrorum, ſolique. Columel. in præfat. lib. 1. Accedit huc, quod ille quem nos perfectum eſſe volumus agricolam, ſi quidem artis conſummatæ non ſit, nec in univerſa rerum natura ſagacitatem Democriti vel Pythagoræ non fuerit conſecutus, & in motibus aſtrorum ventorumque Metonis providentiam, vel Eudoxi, & in pecoris cultu doctrinam Chironis ac Melampodis, & in agrorum ſolique molitione Triptolemi aut Ariſtei prudentiam: multum tamen ſi uſu Tremellios, Saſernasque & Stolones noſtros æquaverit.

Poſſeſſor agrorum. Columel. in præf. lib. 1. Cujus præcepta ſi vel temere ab indoctis, dum tamen agrorum poſſeſſoribus, antiquo more adminiſtrarentur, minus jacturæ paterentur res ruſticæ.

Sationes agrorum facere. Columel. 2. de R. R. cap. 2. Hæc quum ita exploraverimus, agrorum ſationibus faciundis expediemus.

Vaſtitas agrorum. Columel. 1. de R. R. cap. 3. Mox etiam quum agrorum vaſtitatem victoriæ noſtræ, & interneciones hoſtium feciſſent, criminoſum tamen ſenatori fuit ſupra quingenta jugera poſſediſſe.

Uncia agri. Varr. 1. de R. R. cap. 10. Ab hoc principio menſores nonnunquam dicunt in ſubciſivum eſſe unciam agri, aut ſextantem, aut quid aliud, quum ad jugerum pervenerunt: id habet ſcrupula ducenta octoginta octo.

Almus ager, quod nos alat. Virg. 2. Georg. 330.

Amœnus. Hor. de Arte Poet. 17.

Anguſtus, V. Ager laxus.

Apertus, V. Ager vacuus.

Aquoſus. Columel. 2. de R. R. cap. 16. Nec dubium, quin aquoſus ager majorem ſtercoris copiam, ſiccus minorem deſideret.

Arduus, V. Ager confragoſus.

Benignus. Ovid. 1. Amor. 10. 56.

Præbeat Alcinoi poma benignus ager.

Calculoſus. Columel. lib. 3. cap. 11. Simili quoque de cauſa probari ſolutam glaream, calculoſumque agrum, & mobilem lapidem.

Caldus. Cato de R. R. cap. 6. In agro craſſo & caldo oleam conditivam maxime ſerito.

Campeſtris. Varr. 1. de R. R. cap. 6. Igitur quum tria genera ſint a ſpecie ſimplici agrorum, campeſtre, collinum, & montanum: eſt ex his tribus quartum, ut in eo fundo, in quo hæc duo, vel tria ſunt, ut multis locis licet videri.

Carbunculoſus. Columel. l. 3. c. 11. extr. Nam carbunculoſum agrum niſi ſtercore juves, macras vineas efficere dixerunt. V. CARBUNCULUS.

Collinus, V. Campeſtris ager.

Colonus. Cic. 5. Philipp. 5. Cognoſcerent qui ager colonus eſſet, quo milites veterani deducti eſſent. i. e. In quem colonia deducta eſſet, & qui colonis eſſet aſſignatus.

Compaſcuus, Qui in commune utendus relinquebatur. Cic. Topic. 12. Si compaſcuus ager eſt, jus eſt compaſcere.

Confragoſus atque arduus. Varr. 1. de R. R. cap. 18. Nam ſi eſt ita diſſimilis ager, ut totus arari non poſſit, ut ſi ſit confragoſus, atque arduus clivis, minus multi opus ſunt boves & bubulci.

Conterminus. Plin. lib. 18. cap. 6. Pompeius nunquam agrum mercatus eſt conterminum.

Copioſi. Varr. 1. de R. R. cap. 16. Aut etiam divitum copioſi agri & villæ, &c.

Craſſus & lætus. Cato de R. R. cap. 6. Ubi ager craſſus & lætus eſt ſine arboribus, eum agrum frumentarium eſſe oportet.

Cretoſus, uliginoſusque. Columel. 2. de R. R. cap. 9.

Cultus. Hor. 4. Carm. 14. Varro de L. L. lib. 4. tradit Agrum cultum dici ab eo, quod ibi cum terra ſemina coaleſcebant. Contra autem Inconſitum, incultumque.

Deſertus. Ovid. 3. Met. 606.

Diſcretus. Stat. 5. Theb.

Decumanus, Qui non erat eorum proprius, a quibus colebatur, ſed publicus populi Romani, decimarum conditione, ac penſitatione agricolis a cenſoribus attributus. Cic. 6. Verr. 111. Omnis ager Siciliæ decumanus eſt. V. DECUMANUS.

Dives. Virg. 7. Æn. 262. Divitis uber agri.

Dotales. h. e. Agri qui dote acquiruntur. Ovid. 5. Faſt. 209.

Effatus, Qui ſtatim poſt pomœrium ſitus, & intra quem auſpicia determinabantur. Serv. Virg. 6. Æn. 197. V. & Gell. 13. 14.

Effœti, Continua fertilitate laſſati, ait Servius. Virg. 1. Georg. 81.

Egregios agros colere. Varr. 1. de R. R. cap. 16.

Emphyteuticus ager. Macer. in l. penult. in principio. D. qui ſatisd. cogant. i. e. Fructuarius. V. EMPHYTEUSIS.

Exilis, V. Peſtilens ager.

Exoſſatus. h. e. Elapidatus. Nam lapides oſſa terræ dicuntur. Perſ. 6. Sat. 51. Exoſſatus ager juxta eſt.

Farrarius, Qui far producit, i. e. Fruges. Nam far veteribus fruges omnes ſignificabant. l. defuncta. §. de uſufruct.

Ferax. Columel. 1. de R. R. cap. 4.

Fertilis & jucundus, V. Jucundus ager.

Flaventes. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 321.

Fœcundus. Claud. in 1. Ruff. 190.

Frigidus & macer. Cato de R. R. cap. 6. Qui ager frigidior & macrior erit, ibi oleam licinianam ſeri oportet.

Fructuoſus, V. Honeſtior ager.

Frugifer. Lucan. lib. 1.

Frumentarius, V. Craſſus & lætus ager. Columel. 2. de R. R. cap. 2. Et ideo Frumentarius ager, id eſt, pinguis, magis aliis qualitatibus æſtimandus eſt.

Gelidi. Juven. 3. Sat. 322. Gelidos veniam caligatus in agros.

Graminoſus, V. Sylveſter ager.

Gravidus. Virg. 2. Georg. 5.

— tibi pampineo gravidus Autumno
Floret ager.

Hiſpidi. Hor. 2. Carm. 9. 1. i. e. Horridi propter vepres.

Honeſtior. Varr. 1. de R. R. cap. 4. Necnon ea, quæ faciunt cultura honeſtiorem agrum, pleraque non ſolum fructuoſiorem eundem faciunt: ut quum in ordinem ſunt conſita arbuſta atque oliveta: ſed etiam vendibiliorem, ut quæ adjiciant ad fundi pretium.

Humidus, V. Sylveſter ager.

Jejunus atque exilis. Columel. 5. de R. R.

Imbecillior. Columel. 1. de R. R. cap. 3. Imbecilliorem agrum, quam agricolam eſſe debere: quoniam quum ſit colluctandum cum eo, ſi fundus prævaleat, allidit dominum.

Immunis & liber. Cic. 4. Verr. 166.

Incultus, cui opponitur Cultus ager. Ovid. 7. Met. 504.

Informis. Hor. 1. Serm. 8. 16.

Albis informem ſpectabant oſſibus agrum. h. e. Fœdatum & deturpatum.

Infrondes agri, V. INFRONS.

Ingenioſus ager ad ſegetes. Ovid. 4. Faſt. 684.

Frigida Carſeolis nec olivis apta ferendis
Terra, ſed ad ſegetes ingenioſus ager.

Inſalubris. Plin. lib. 18. cap. 5. Aiebat neque fœcundiſſimis locis inſalubrem agrum parandum, neque effœtis ſaluberrimum.

Jucundus & fertilis. Cic. 2. de Lege Agr. 40.

Juncoſus. Plin. lib. 18. cap. 6.

Lætus, V. Pinguis ager.

Lapidoſus. Ovid. 8. Met. 799.

Lati. Virg. 8. Æn. 8.

Laxus. Columel. 1. de R. R. cap. 3. Nec dubium, quin minus reddat laxus ager non recte cultus, quam anguſtus eximie.

Liber, V. Immunis ager.

Limitatus, V. Limitatus ager, in LIMITO, as.

Limoſus. Columel. 2. de R. R. cap. 10.

Litigioſus. Ovid. 2. Faſt. 660. ad Terminum deum,

Omnis erit ſine te litigioſus ager.

Lutoſus. Columel. 2. de R. R. cap. 4.

Macer, V. Frigidus ager.

Madidi. Ovid. 1. Met. 422.

Malignus. V. MALUS.
Malus. Plin. lib. 18. cap. 5. Malus est ager, cum quo dominus luctatur.
Mediocris. Columel. 2. de R. R. cap. 9. Jugerum agri pinguis plerunque modios tritici quatuor, mediocris quinque postulat.
Mediterraneus. Suet. in Tiber. cap. 12. V. MEDITERRANEUS.
Melior, V. MELIOR.
Miseri. Valer. 1. Argon.
Montanus, V. Campestris ager.
Nebulosus. Cato de R. R. cap. 6.
Neglectus. Ovid. 2. Fast. 518.
Nobiles, i. e. Famosi. Sen. Thyest. 1.
Operosus. Ovid. 2. Amor. 16. 33.
Opimi & fertiles. Cic. de Lege Agr.
Optimus ager, qui sub radice montis situs est. Varr. 1. de R. R. cap. 7.
Patrii. Ovid. 14. Met. 476.
Patuli. Sil. lib. 7. Idem lib. 15.
Perbonus. V. PERBONUS.
Pestilens & exilis. Columel. 1. de R. R. cap. 4.
Pinguis ac lætus. Columel. 1. de R. R. cap. 4.
Pinguis aut campestris. Columel. 3. cap. 14.
Planus. Columel. 2. de R. R. cap. 4.
Fœnitendus colono, V. Exercere agrum.
Putris. Columel. 2. de R. R. cap. 2. Idem pinguis ac putris ager.
Quæstorius, V. Quæstorius in QUÆSTOR.
Quæstuosus. Plin. lib. 18. cap. 5. Agroque, ut homini, quanvis quæstuosus sit, si tamen & sumptuosus, non multum superesse.
Restibilis, V. RESTIBILIS.
Riguus. Columel. 2. de R. R. cap. 17. Potest tamen mediocriter acclivis, si aut pinguis est, aut riguus ager, pratum fieri.
Rudis, In quo nondum ulla fuit seges. Columel. lib. 2. cap. 2. Sed jam expedienti rudis agri rationem, sequitur cultorum novalium cura.
Salubrior. Varr. 1. de R. R. cap. 4.
Secretus. Ovid. de Nuce, 87.

Felix secreto quæ nata est arbor in agro,
Et soli domino ferre tributa potest.

Semimadidus nimbis, V. Lutosus ager.
Serenus. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 312.
Siccus, V. Aquosus ager.
Sterilis. Ovid. 1. de Arte Am. 450.
Spurcus, V. Sylvester ager.
Suburbanus. Cic. 2. de Divin. 69. Ita aqua Albana deducta ad utilitatem agri suburbani, non ad arcem urbemque retinendam.
Sumptuosus, V. Quæstuosus.
Surcularius. Varr. 1. de R. R. cap. 2. Colonus in agro surculario ne capras compascat. aliter, Ne capra natum pascat.
Sylvester, sive Sylvestris. Columel. in præf. lib. 1. Atque in his ipsis habere cognitum, quid recuset collis, quid campestris positio: quid cultus, quid sylvester ager, quid humidus, & graminosus, quid siccus, & spurcus, ratione quoque despicere.
Tabulius ager, ex tabulis appellatus ille est, qui intra quinquagesimum lapidem iis est assignatus qui mutuam reipublicæ pecuniam secundo bello Punico dederant. Hic Trientius quoque dictus est, quia pro tertia pecuniæ parte datus erat. Cæl. Antiq. Lect. lib. 12. cap. 21.
Temperatus, & minime humidus. Columel. 2. de R. R. cap. 8.
Tepidi. Valer. 3. Argon. 218.
Tristes. Tibul. lib. 2. 3. 10.
Tutelatus ager, unde ligna in reparationem publicorum vel mœnium, vel balneorum distrahebantur. V. Aggen. Urbic. de Limit. Agr.
Vacuus & apertus. Columel. 2. de R. R. cap. 9. Inter cætera quoque non ignorare debemus quintam partem seminis amplius occupare agrum consitum arbusto, quam vacuum & apertum.
Uber. Columel. de R. R. cap. 1. Prudens agricola pingui & uberi dabit agro gracilem vitem.
Vectigalis. Macer. in l. pen. in princ. D. qui satisd. cogant.
Viduus pecudibus. Columel. 2. de R. R. cap. 15.
Viridis. Martial. lib. 7.
Vitiferi. Sil. lib. 15.
Uliginosus, V. Cretosus ager.
Utilior frumentis. Columel. 2. de R. R. cap. 10.
Alget ager. Martial. lib. 7.
Anhelantes agri. Stat. 3. Sylv. 1.

Acer anhelantes incendit Sirius agros.

Arare agros, V. Immunis ager.
Aret serenitatibus ager. Columel. 2. de R. R. cap. 8. Ubi æstivis serenitatibus ager aret.
Assignare agros. Hor. 2. Epist. 1. 7. — aspera bella

Componunt, agros assignant, oppida condunt. Acron, Agros assignant, dum distribuunt colonias. Colonias distribuere, est vacuas hominibus civitates, aliunde adductis habitatoribus implere, & agros illis adjacentes dividere.

Concidere agrum fossione. h. e. Fossas in agro facere ad evacuandam aquam. Plin. lib. 18. cap. 6. Humidiorem agrum fossione concidi atque siccari, utilissimum est.
Conserere. Virg. 1. Ecl. 73.

— en queis consevimus agros?

Consitus arbustis. Columel. 2. de R. R. cap. 3.
Contemptus. Ovid. de Nuce, 59.
Desolare agros. Columel. 1. de R. R. cap. 3. Flagitiosum, quos hostis profugiendo desolasset agros, novo more civem Romanum supra vires patrimonii possidendo deserere.
Divisi agri. Varr. 1. de R. R. cap. 20.
Exercere agrum. Columel. 2. de R. R. cap. 2.
Extricare. Columel. lib. 3. cap. 11. Ager si frutetis aut arboribus obsessus est, facile extricatur.
Findere sarculo. Hor. 1. Carm. 1. 11.
Induruit ager. Columel. 2. de R. R. cap. 4.
Infamare agrum, V. INFAMIS.
Infestari agrum quibusdam seminibus. Columel. 2. de R. R. cap. 14.
Iteratur ager, V. ITERO, as.
Metari agros. Virg. 2. Georg. 274.

— si pinguis agros metabere campi
Densa fere. Metabere, h. e. Eliges. Servius.

Movere agros. Virg. 1. Georg. 124.

— pater ipse, colendi
Haud facilem esse viam voluit: primusque per artem
Movit agros, curis acuens mortalia corda.

Multari agrum pessime. Columel. 1. de R. R. cap. 2. Nam illud vetus est, & Catonis, Agrum pessime multari, cujus dominus, quid in eo faciendum sit, non docet, sed audit villicum.
Bene natus ager, V. NASCOR.
Novare agrum, V. NOVUS.
Obserere, V. OBSERO.
Occare, V. Subactus ager.
Onerati agri messibus. Ovid. 8. Met. 781.
Parare agros. Columel. 1. de R. R. cap. 3.
Percurrere, V. PERCURRO.
Peruri agrum, V. Refrigescere agrum.
Prolatare agros. Tacit. 2. Hist. 78.
Proscindere. Columel. 2. de R. R. cap. 2.
Refrigescere agrum. Columel. 2. de R. R. cap. 16. Nec ignorare colonos oportet, sicuti refrigescere agrum, qui non stercoretur, ita peruri si nimium stercoretur.
Renovatus ager. Ovid. 1. Met. 110.

Nec renovatus ager gravidis canebat aristis.

Requietus. Ovid. 2. de arte Am. 351.

Da requiem: requietus ager bene credita condit. i. e. qui requievit.

Resolvere agrum, V. Consitus arbustis ager.
Siccare agrum, V. Concidere agrum.
Stercorare. Varr. 1. de R. R. cap. 7.
Sternere. Virg. 2. Æn. 306.

In segetem veluti cum flamma furentibus Austris.
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata læta, boumque labores.

Subigere, V. Consitus arbustis ager.
Male subactus ager. Columel. 2. de R. R. cap. 4. Nam veteres Romani dixerunt male subactum agrum, qui, satis frugibus, occandus sit.
Sulcare agros. Tibul. lib. 2. 3.
Tertiatur ager, V. TERTIO, as, in TER.
Tractare agrum, V. Lutosus ager.
Vertere. Columel. lib. 3. cap. 13. In longinquis & remotis regionibus istud genus vertendi & subigendi agri minime usurpatur.
Agros alienos irrigas, tuis sitientibus. h. e. Aliena curas negotia, tuis neglectis. Cum alienis uxoribus rem habes, tua posthabita. C. de servitutibus & aqua. cap. Præses.
Agrum optime colere non expedit. Apud priscos adagionis instar fuisse Plinius testatur lib. 18. cap. 6. Temerarium, inquit, videatur unam vocem antiquorum posuisse, & fortassis incredibile penitus existiment, nihil minus expedire, quam agrum optime colere. Paulo post, Imo hercle judico modum, rerum omnium utilissimum. Bene colere, necessarium est: optime, damnosum. Huc facit illud Horatianum, in Arte Poët. 31.

In vitium culpæ ducit fuga, si caret arte. Illud quoque proverbium Hebræorum, admonens, nequis nimium sit justus. Erasmus in Chiliad.

Habet invidiam hic ager Syllanus, V. INVIDEO.
Agrum imbecillorem esse oportet: subaudi, Quam agricolam. Columel. lib. 1. cap. 3. testatur apud Afros agricolas hujusmodi proverbium fuisse celebre. Virg. sic explicuit, 2. Georg. 412.

— laudato ingentia rura:
Exiguum colito. Non enim dubium quin minus reddat laxus ager non recte cultus, quam angustus eximie. Conveniet in eos qui student imperio proferendo, cum hoc ipsum quod habent non possint administrare: aut qui suscipiunt munus, cui gerendo sunt impares. Erasm. in Chiliad.

In agro surculario capras. Varr. 1. de R. R. cap. 2. Dictum hoc veluti legem agricolariam affert; Colonus in agro surculario ne capras compascat. Deflecti potest ad eos qui noxiarum rerum aut hominum admissu, corrumpunt teneram ætatem: veluti, siquis sacris virginibus adjungat juvenes lascivos: aut adolescentibus addat lascivas puellas: aut siquis studiis admisceat voluptates studiis inimicas. Nam capra plantis omnibus non vulnere tantum, sed & veneno dentium pestifera est, præsertim oleæ & viti: unde & Baccho immolatur vindictæ gratia, Minervæ nihil caprini generis: quod ille vitis repertor dicitur, huic sacra est olea. Erasm. in Chiliad.
Nihil ex agro dicis. i. e. Nihil humile, neque triviale. Quod enim parum elegans, parum expolitum, id ex agro profectum dicitur: contra, quod festivum, quod lepidum, id urbanum ac civile voceant. Meminit Suidas.

AGELLUS, dimin. ab Ager [γήδιον.] Cic. 3. de Nat. Deor. 35. At enim minora dii negligunt, neque agellos singulorum, nec viticulas persequuntur. Ter. Adel. 5. 8. 26. Agelli hic sub urbe est paululum, quod locitas foris.
Parvus admodum agellus. Plin. lib. 17. cap. 6.
Dulcis. Lucret. lib. 5. 1366.
Usurpatur de Tenui possessione, vel Prædiolo. Nepos 19. 1. 4. Idem hic agellus illos alet. Conf. Petron. cap. 48. Virg. 9. Ecl. 3. Hor. de Arte Poet. 117. Cic. 3. de Nat. Deor. 35.

AGELLŬLUS, i. m. plus diminutivum apud Symmach. 2. Epist. 30. & Arnob. lib. 1. p. 12. Sed & Catull. Priap. Carm. 20. v. 3.

Agellulum hunc, sinistra tute quem vides, Tueor.

AGERCULUS, i. m. aliud dimin. Cathol.

AGRĀLIS, e. ut, Testimonia sive vocabula agralia. Front. de Colon. p. 146.

AGRARIUS, Adj. Quod ad agros pertinet: ut Lex agraria [περὶ ἀγρῶν καὶ χωρίων νόμος.] & Agrarii homines: i. e. Fautores legis agrariæ, & qui agros sibi dividi cuperent ad egestatem depellendam. Cic. in Catil. Qui agrarios concitare conatus est. Idem 1. Att. Huic toti rationi agrariæ Senatus adversabatur.
Agraria facultas. Cic. 2. Att. 13.

Agraria lex. Cic. 1. Att. Agraria lex a Flavio Tribuno plebis vehementer agitabatur authore Pompeio, quæ nihil populare habebat præter authorem.
Res. Cic. 2. Off. 87.
Agrariæ etiam absolute dicuntur Stationes Agrariæ, de quibus Turnebus Advers. 4. 7. & Stewech. ad Veget. 3. 8.

AGRARII, Subst. Qui vel leges agrarias rogant, vel promovent, vel agros possident, vel de agris litigant. V. Cic. contra Rulli legem. Idem 7. Philipp. 18. Non solicitabit rursus agrarios?

AGRATICUM, i. n. Cod. Theod. l. 7. tit. 20. nihil illis agratici nomine deferatur.

AGROSUS, legitur apud Varr. lib. 4. de L. L. ubi ait, Quare non cum de locis dicam, si ab agro ad agrosum hominem, & agricolam pervenero, oberraro.

AGRESTIS, e. [ἄγριος, ἀγροῖκος, ἀγρότης] Quod rusticum est, & ad agros pertinet. Virg. 1. Ecl. 10.
Ludere quæ vellem calamo permisit agresti.
Alumnus agrestis. h. e. Ægisthus: quia in agris, a capris nutritus fuit. Sen. Agam. 7.
Aper agrestis. Ovid. de Philom.
Arbor. Cic. 7. Verr.
Cultus. Stat. 6. Theb.
Falx. Juven. 13. Stat. 39.
Ferramentum. Liv. 1.
Frondes. Hor. 3. Carm. 18. 14.
Gaza. Virg. 5. Æn. 40.
Latium. Hor. 2. Epist. 1. 157.
Laurus. Tibul. lib. 2. 6.
Lupi. Stat. 3. Theb.
Numen. Sen. Hippol. 4.
Nymphæ. Virg. 3. Æn. 34.
Palæstra, Rustica luctatio. Virg. 2. Georg.
Poma. Virg. 7. Æn. 111.
Pubes. Virg. 1. Georg. 343.
Saltus. Ovid. 14. Met. 872.
Satyri. Hor. de Arte Poet. 233.
Sparus. Virg. 11. Æn. 682.
Stramen. Virg. 11. Æn. 67.
Sylva. Ovid. 7. Met. 205.
Tecta. Ovid. 4. Fast. 803.
Tineæ. Ovid. 15. Met. 373.
Tauri agrestes differunt a sylvestribus. Plin. lib. 8. cap. 21. Sed atrocissimos habent tauros sylvestres majores agrestibus.
Agrestis, per metaphoram dicitur pro Duro, aspero, acerbo.
Durus & agrestis. Cic. de Lege Agr. 94. Ligures montani, duri atque agrestes.
Indoctus & agrestis. Cic. in Partit. 90. Hoc primum intelligamus, hominum duo esse genera: alterum indoctum & agreste, quod anteferat semper utilitatem honestati: alterum expolitum, quod rebus omnibus dignitatem anteponat.
Agreste & inhumanum. Cic. 13. Att. 45. Exculto animo, nihil agreste, nihil inhumanum est.
Vastus & agrestis. Cic. 1. de Orat. 115. Sed sunt quidam aut ita lingua hæsitantes, aut ita voce absoni, aut ita vultu motuque corporis vasti atque agrestes, ut etiam si ingeniis atque arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non possint.
Animus agrestis ac durus. Cic. pro Archia, 17.
Asperitas agrestis. Hor. 1. Epist. 19.
Dominus agrestis ac furiosus. Cic. de Senect. 47.
Donum agreste. Sil. lib. 13.
Immanitas agrestis. Cic. 1. de Divin. 60.
Musa agrestis, Rusticum carmen, ut ait Servius. Virg. 6. Ecl. 8.
Negligentia agrestis & inhumana. Cic. 1. Off. 130. Adhibenda præterea munditia est, non odiosa neque exquisita nimis, tantum quæ fugiat agrestem & inhumanam negligentiam.
Pectus agreste, Dirum. Ovid. 15. Epist. 207.
Quiddam agreste. Cic. 3. de Orat. 225. Nam a principio clamare, agreste quiddam est.
Servos agrestes & barbaros. Cic. pro Milon. 26.
Vita fera agrestisque. Cic. 1. de Orat. 33. Quæ vis alia potuit aut dispersos homines unum in locum congregare, aut a fera agrestique vita ad hunc humanum cultum civilemque deducere?
Vox rustica & agrestis. Cic. de Orat. 39.
Compar. Cic. 5. Tusc. 27. Quæ barbaria India vastior & agrestior. adde in Orat. 3.

AGRESTIS, Subst. pro Homine rustico. Virg. 9. Æneid. 11.
Lydorumque manum, collectos armat agrestes.
Duri agrestes. Virg. 1. Georg. 63.
Tardi agrestes. Ovid. 9. Met. 346.
Agrestium conventus. Cic. pro Muren. 61. Et quoniam non est nobis hæc oratio habenda aut cum imperita multitudine, aut in aliquo conventu agrestium, audacius paulo de studiis humanitatis disputabo.

AGRESTIUS, Adv. Spartian. Hadr. cap. 3. Orationem in Senatu agrestius pronuncians risus est.

AGRESTĪNUS, a, um. In agro nascens; ut, Agrestina lilia. Commodian. Instruct. 67. v. 7.

AGRESTITAS, sive AGRESTITUDO, Pontanus Dial. p. 40. H. St.

AGRICŎLA, æ. c. [γεωργὸς, γήπονος, ἐργατίνης] quasi Agrum colens: dicitur Qui quamlibet agriculturam exercet: & est nomen generale. Nam inter agricolas alii sunt aratores, alii vinitores, nonnulli arboratores, multi etiam pastores: quales erant fere apud antiquissimos. Nec solum rustici & agrestes dicuntur agricolæ, sed multi etiam oppidani. Quod genus vitæ olim fuit in maximo pretio atque honore, præsertim apud Romanos. Cato de R. R. cap. 1. Bonus agricola, bonusque colonus. Ita laudabant antiqui virum bonum: amplissimeque laudari existimabatur, qui ita laudabatur. Virg. 2. Georg. 408.
O fortunatos nimium, sua si bona norint,
Agricolas! Cic. 1. Tusc. 14. Arbores feret diligens agricola.
Agricola assiduus. Cic. pro Rosc. Amer. 94.
Avarus. Virg. 1. Georg. 47.
Beati. Hor. 2. Epist. 1. 139.
Crudus. Martial. lib. 12. 77.
Ebrius & crudus nil habet agricola.
Diligentissimus. Cic. pro Deiot. 27. Ut optimus paterfamiliâs, & diligentissimus agricola & pecuarius haberetur.
Fortes. Hor. 2. Epist. 1. 139.
Indocilis cœli. V. INDOCILIS.
Indomiti. Virg. 7. Æn. 521.
Miseri. Virg. 12. Æn. 292.
Negotiosus. Columel. lib. 9. cap. 2. ad fin. Studiosis quoque literarum gratiora sunt ista in otio legentibus, quam negotiosis agricolis.
Parcus. Stat. 5. Sylv. 1.
Pauper. Propert. lib. 2. 19. 8.
Peritissimi. Columel. 11. cap. 1.
Severi. Lucret. lib. 5. 1356.
Turpis. Ovid. 1. de Arte Am.
Validus. Columel. lib. 11. cap. 1.
Agricola & rusticus. Cic. pro Rosc. Amer.
Agricolûm, pro Agricolarum. Lucret. lib. 4. 590.
Et genus agricolûm late sentiscere, cum Pan &c.
Agricola Deus, Vertumnus scil. apud Tibull. 1. 1. 14. Ubi vide Brœkhuis. & ad 1. 5. 27. item 2. 1. 36.

AGRICŎLOR, āri. dep. Agrum colere. Salvian. 2. contra Avarit. p. 73. Qui agricolantur, id sibi fructuosum esse existimant. Capitolin. in Albino cap. 11. Agricolandi peritissimus.

AGRICOLATIO, ōnis. f. [γεώργιον] Agrorum cultus. Columel. in præf. lib. 1. cap. 1. Agricolationis neque doctores, neque discipulos cognovi. Idem lib. 1. cap. 9. & lib. 11. cap. 9.
Agriculatio alicubi, sed videtur ex errore, ut apud Erasm. in Proverb. Aratro jacularis, est, Agriculationis arma.

AGRICOLATOR, ōris. m. pro Agricola, Plin. lib. 1. pr. ubi summatim inesse dicitur lib. 18. Natura frugum & cerealium, ac studia agricolatoris.

AGRICOLATIM, Adv. Ciceroni tribuitur a Barthio ad Stat. 6. Theb. 261. p. 443.

AGRICOLĀRIS, e. Ad agricolas pertinens. Pallad. de Insitionibus pr. Bis septem parvos, opus agricolare, libellos.

AGRICULTOR, [γεωργὸς] Qui colit agros. Liv. 26. 35. Servos agricultores Rempublicam abduxisse. Fortassis legi debet separatim, Agri cultores. Immo, inquit H. St. quum dicatur itidem Agricultura conjunctim verisimile est & Agricultor ita dictum.

AGRICULTŪRA, æ. f. [γεωργία, γεωπονία, γηπονία] Cultus agrorum. Cic. 1. Off. 42. Nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius. Plin. lib. 18. cap. 6. Sed vere duæ voces sunt Agri cultura: unde etiam transponi possunt, & numero mutari. Cic. de Senect. 56. Hominum generi universo cultura agrorum est salutaris. Frequenti autem usu factum est, ut sæpius conjungerentur, & tanquam una vox Agricultura efferretur.
Indiscreta agricultura. V. INDISCRETUS.

AGRIPĔTA. c. Cic. 15. Att. 29. Servulos autem dicere eum & agripetas ejectos a Buthrotiis. Idem 1. de Nat. Deor. 26. Ibi enim adolescens habitabat cum patre & fratribus, quod in eam pater ejus Neocles agripeta venerat. Videtur hoc nomen Agri petitorem significare, nimirum eum qui lege agraria petit agrum sibi dari.

AGERATON, Herba est ferulacea, duorum palmorum altitudine, origano similis, flore bullis aureis. Hujus ustæ nidor urinam ciet, vulvamque purgat, tanto magis insidentibus. Causa nominis non hæc, sed quoniam diutissime non marcescit. Plin. lib. 27. cap. 4. Ruell. lib. 3. cap. 102.

AGERATUS, [ἀγήρατος] Lapis est, quo coriarii olim utebantur in poliendis coriis: cujus loco hodie utuntur massa vitri. Meminit hujus lapidis Galen. lib. 9. Simpl.

AGERŌCHUS, Filius fuit Nelei ex Chloride uxore, ut est apud Hom. ια. Iliad.

AGERŌNA, [Ἀγερώνη] Industriæ dea, ab Agendo (ut opinor) dicta. Hermolaus in Plin. lib. 15. cap. 29. Murcea, dea socordiæ est: ut Strenua, Agerona, Stimula, industriæ. Pomponius & Augustinus authores. V. AGENORIA.

AGESANDER, Statuarius insignis apud Plin. lib. 36. cap. 5.

AGESARCHUS, i. m. Pater Epimenidis secundum quosdam, Laertio teste, Ἀγιάσαρχον Suidas nominat. Sed recta opinor scriptio, quæ est apud Laertium, Ἀγήσαρχος, ut sit ab eodem composito vox, a quo Ἀγησίλαος. [Perperam in ed. Meib. Agesarcus.

AGESIAS, perperam, pro HEGESIAS, q. V.

AGESIDĀMUS, Locrensis Epizephyrius nobilis Olympionices, in quem pugilatu vincentem Pindarus hymnum cecinit, Olymp. Od. 10.

AGESILĀUS, [Ἀγησίλαος] Plutonis cognomen apud Æschylum, ut testatur Athenæus in Dipnosophistis, & apud Lactant. 1. Divin. Instit. 11.

AGESILAUS, Lacedæmoniorum dux clarissimus, Archidami fuit filius, postquam Agis rex frater ejus diem obiit, adhuc juvenis ab Lacedæmoniis rex creatus, brevi statura corporis, altero pede claudus, virtute præ cæteris præditus. Tissaphernem, qui principatum tenebat inter Persas, in Asia vicit: Athenienses quoque, & Bœotios, apud Coroneam Bœotiæ urbem gravi prœlio fregit, & Epaminondæ Victoris impetum repressit, ne Spartam expugnaret. Novissime Thaco, qui a Persis defecerat, in Ægyptum subsidio profectus, cum ab hoc ad Nectanebum transiisset, ac jam in patriam reverti vellet, in itinere, major octogenario, morbo decessit. Ejus Vitam descriptam a Xenophonte, Nepote, Plutarcho habemus.
Agesilai in summo imperio nemo unquam verbum ullum asperius audivit. Tanta fuit tanti regis modestia. Cic. 1. Q. frat. 2.

AGESINĀTES, Aquitaniæ populi Pictonibus juncti. Plin. lib. 4. cap. 19.

AGESIPŎLIS, Lacedæmoniorum dux, qui Argivos magnis affecit cladibus, ut scribit Xenophon lib. 4. Rerum Græcarum. Ejus meminit Liv. 4. Decad. lib. 4.

AGĔSIS, [ἄγε δή] Adv. excitandi, compositum ex particula SIS, quæ verbis imperativi modi apud veteres addebatur. Lucret. lib. 1. 266.

Nunc ageſis, quoniam docui nil poſſe creari
De nihilo. Cic. in Partit. 44. Ageſis ergo, quoniam in confirmationem & reprehenſionem diviſeras orationis fidem, & dictum de altero eſt, expone nunc de reprehendendo.

A G G

AGGARRIO, īre. Mart. Capell. 1. p. 1. Nugulas ineptas aggarrire.

AGGĔMO, [ἐπιστένω] ĕre. ex Ad & Gemo compoſitum. Ovid. 1. Triſt. 1. 113.
Aggemit & noſtris ipſa carina malis. V. ADGEMO.

AGGER, Unum è Nili fluvii nominibus poſtquam ex lacu Heptagono profluxit, Author. Vitruv. apud Hermol. in Plin. lib. 5. cap. 9. [In cod. Iunt. & aliis, quos inſpicere mihi licuit, Eptabolus lacus, & fluminis nomen Nigir exprimitur, itaque neceſſe eſt Hermolaus, ut ipſemet ſuſpicatur, mendoſo codice uſus ſit. locus eſt l. 8. c. 2.

AGGER, ĕris. m. [χῶμα] Virg. 9. Æn. 567.
— & foſſas aggere complent. Ubi Servius: Agger eſt cujuslibet rei coacervatio, unde foſſæ aut valles repleri poſſunt.
Agger arenæ. Virg. 1. Æn. 112.
Illiditque vadis, atque aggere cingit arenæ.
Agger, eſt Moles terræ circa fluviorum ripas, ipſis oppoſita fluminibus, ne inundatione vaſtent agros. Virg. 2. Æn. 496.
Non ſic aggeribus ruptis cum ſpumeus amnis
Exiit: oppoſitasque evicit gurgite moles. Hujusmodi Aggeres, Cicero per periphraſin vocat Moles oppoſitas fluctibus, 2. Off. 14.
Agger, Vallum. Virg. 7. Æn. 159.
— primasque in littore ſedes,
Caſtrorum in morem, pinnis atque aggere cingit. Servius Foſſam, cum vallum intelligi vellet ad labrum foſſæ interius.
Agger camporum medius. Stat. 2. Theb.
Agger murorum, Virg. 10. Æn. 382.
Quin intra portas, atque ipſis prælia miſcent
Aggeribus murorum, & inundant ſanguine foſſæ. Ubi Servius: Agger proprie dicitur terra illa quæ vallo facto propius ponitur, ſed abuſive & muros & munimenta omnia aggerem dicimus, ſicut modo Aggeribus murorum, pro munimentis. Cic. 15. Fam. 4. Vallo & foſſa circundedi: ſed caſtellis, caſtrisque maximis ſepſi: aggere, vineis, turribus oppugnavi. Hic Agger jactus intelligitur. V. Lipſ. Poliorcet. l. 2. Dial. 3.
Aggerem jacere. V. JACIO.
Agger viæ. Virg. 5. Æn. 273.
Qualis ſæpe viæ deprenſus in aggere ſerpens. Ubi Servius: Agger eſt mediæ viæ eminentia coaggeratis lapidibus ſtrata.
Agger, pro Via. Sidonius, Carm. 24.
Antiquus tibi nec teratur agger:
Cujus per ſpatium ſatis vetuſtum
Nomen Cæſareum viget columnis. Idem l. 1. Ep. 5. Vel certe pervii pontes, quos antiquitas a fundamentis adusque aggerem calcabili ſilice cruſtatum crypticis arcubus fornicavit. i. e. Adusque viam & ſæpe ſic in proſa etiam loquitur. Hoc autem ideo, quia viæ publicæ, ut quæ militari labore erant munitæ, exaggerabantur, ut imber deflueret, minusque lutulentæ redderentur. Turneb. Adv. 11. 6. [Idem 28. 5. ex Vet. Onomaſt. Agger, Strata, Via publica. Sic enim diſtinguendum.
Agger adverſus. Virg. 12. Æn. 446.
Vidit ab adverſo venientes aggere Turnus. Servius: Aggere, i. e. Eminentia.
Alpini aggeres, i. e. Alpes. Virg. 6. Æn. 831.
Aggeribus ſocer Alpinis, atque arce Monœci
Deſcendens. Ubi Servius. i. e. A munimentis Alpium. Hæ enim, Italiæ murorum exhibent vicem. [Conf. Herodian. 2. 11. 16.
Apricus agger. Hor. 1. Serm. 8. 15.
Coctus. Propert. lib. 3. 11. 22.
Perſarum ſtatuit Babylona Semiramis urbem,
Ut ſolidum cocto tolleret aggere opus.
Facti a milite aggeres. Ovid. 15. Met. 82.
Gramineus. Virg. 7. Æn. 106.
Herboſus. Ovid. 14. Met. 445.
Incurvus. Ovid. 15. Met. 690.
Milvius agger. Stat. 2. Sylv. 1. Ubi pontem Milvium intelligit, ut opinor.
Nivei aggeres. i. e. Nivis cumuli. Virg. 3. Georg. 354.
Solidus. Stat. 4. Sylv. 4.
Subitus, i. e. Subito factus. Lucan. lib. 1. 512.
Terreus. Varro 1. de R. R. cap. 14.
Terreno ex aggere buſtum. Virg. 11. Æn. 850.
Theſſalici. Sen. OEth. 2.
Quo vaſtus Briareus; quo tumidus Gyges
Supra Theſſalicos conſtitit aggeres,
Ut cœlo inſereret vipereas manus,
Hoc vultu riguit. h. e. Tres Theſſaliæ montes a gigantibus accumulatos, ut in cœlum conſcenderent.
Tumuli compoſitus agger. Virg. 7. Æn. 6.
At pius exequiis Æneas rite ſolutis,
Aggere compoſito tumuli. Dictum eſt Græcorum conſuetudine; qui τάφον χώσαι dicunt. Exaggerare autem terram ſolebant, quoque altius educebatur, eo honorificum magis erat: atque a tumore illo moleque terræ Latinum nomen tumulis partum eſt. Turneb. 4. 14.
Vaſtus. Sen. Theb. 1.
Agger, metaphoricos. Cic. 10. Philipp. Eſſet vel receptaculum pulſo Antonio, vel agger oppugnandæ Italiæ, Græcia. V. Lipſ. l. c.
Conſtruere aggerem. Lucan. lib. 2. 300.
Moliri aggere tecta, i. e. Domos terra conſtruere. Virg. 7. Æn. 127.
Sternere aggeres. Sen. Herc. 13.

AGGEREUS, a, um. Catalect. Poet. Dum tranſeat axem aggerei velox tumuli.

AGGĔRO, [χωννύω] āre. Accumulare. Columel. Omnes arbores fructiferæ circunfoſſæ aggerari debent. Figurate dictum, pro eo quod eſt, Terra circum arbores aggerari debet. Quod & Accumulare dicitur, vulgo *Rechauffer*. Idem de arboribus cap. 28. Stercoratam terram circa aggerato. Ab hoc fit, Exaggerare.
Aggerare, per metaphoram pro Augere & aggravare. Virg. 11. Æn. 197.
— & his onerat dictis, atque aggerat iras.
Aggerare, pro Aggerando implere. Curt. 4. 2. 16. Exhauriendas eſſe regiones, ut illud ſpatium aggeraretur. i. e. Molibus jungeretur continenti, & aggere continuaretur.

AGGERATUS, a, um. ut, Trames inter paludes aggeratus. Tacit. 1. Ann. 63. 5. Aggerata interire vaſtitate. Arnob. lib. 1. p. 4.

AGGERATIM, Adv. Apul. 4. Met. p. 146. Eſtur ac potatur incondite, pulmentis acervatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingeſtis.

AGGERATIO, ōnis. f. Vitruv. 10. 22. Naves ſuper aggerationem, quæ fuerat ſub aqua, ſederunt. Juſtin. 2. 1. 20. Ægyptus aggerationibus regum, ſive Nili trahentis limum, recentiſſima. Ita Gronov. ad Sen. OEth. v. 1260. ex MSS. libris emendat, ubi alii legunt, Exaggerationibus: quidam diviſe, Ex aggerationibus.

AGGĔRO, vel potius ADGERO, ſſi, ſtum, [ἐπιφορέω, ἐπαθροίζω, ἐπισωρεύω] ĕre. ex Ad, & Gero; idem quod Aggerare ſive Congerere. Virg. 3. Æn. 63.
— & ingens Aggeritur tumulo tellus.
Aggerere bona ad aliquem. Plaut. Trucul. 1. 2. 16. Cum eorum aggerimus bona: alioqui etiam ultro ipſi aggerunt ad nos.
Aggerere, pro Gerere, vel potius Ferre, portare. Plaut. Caſ. 1. 1. 36. Ita te aggerunda curvum aqua faciam probe. Idem Rud. 2. 5. 27. Siquidem mihi ultro his aggerunda etiam eſt aqua. In utroque reſpexit ad multam aquæ afferendæ copiam, & quaſi cumulum. [Ridicule. Dic potius, ad moleſtiam ὑδροφορίας. Ceterum Differentia utriusque verbi Aggerare & Aggerere vel potius Adgerere, manifeſta eſt. Illud ab Agger, eris, derivatum non niſi de ingenti fere, vel terræ proprie congeſtione dicitur, hoc a Gero deductum vel de minima quoque adjectione dici poteſt. Phæd. 4. 19. 23. Qui dum quadrantes aggeras patrimonio. Singulos certe quadrantes intelligit corradentem, avarum. Male igitur, & inſcite quidam ibi Aggeres legunt. Tacit. 2. An. 57. Amici, accendendis offenſionibus callidi, intendere vera, adgerere falſa, &c. i. e. adjicere.

AGGESTUM, i. n. Ammian. 9. 18. Ex aggeſtis erectis intrinſecus. Et 20. 11. Prunæ unius aggeſti.

AGGESTIM, Adv. Vulg. 2. Maccab. 13. 5. Aggeſtim undique habens cineres.

AGGESTUS, ûs. m. [χῶσις] Tacit. 3. Hiſt. 60. Et locus ipſe caſtrorum placebat: late proſpectans, tuto copiarum aggeſtu, florentiſſimis pone tergum municipiis. Adnotavit H. St. In Theſ. Pariſ. additur & ex Fabii Decl. exemplum. Sed in edit. 1536. nil comparet.

AGGESTIO, ōnis. f. Idem. Pallad. 12. 15. fin. Aggeſtione tectæ trabes.

AGGLOMĔRO, [προσαθροίζω] āre. ex Ad, & Glomero; Implicare & conjungere dictum a Glomere. Virg. 2. Æn. 341.
Et lateri agglomerant noſtro. Sic Nonius interpretatur, ſed melius ſic dicemus, Agglomerant, pro Agglomerantur: i. e. Adjunguntur, quaſi globum facturi. de bello enim loquitur: in quo globus dicitur agmen confertiſſimum. Idem 12. Æn.
— denſi cuneis ſe quisque coactis
Agglomerant. i. e. Denſantur, ut cuneatim dimicent. Sic Serv. Proprie tamen Agglomerare, ſignificat idem quod Glomerare: ut, Agglomerare filum. i. e. Conglobare. Nam glomus proprie de filo dicitur. Vide GLOMERO.

AGGLUTĬNO, [προσκολλάω] āre. proprie Glutine conjungere: ut, Agglutinare chartas. Cic. 16. Att. 6. extr. Itaque ſtatim novum prooemium exaravi, & tibi miſi, tu illud deſecabis, & hoc agglutinabis. Sed & pro Ferruminare (quod fit in metallis) nonnunquam accipitur. Plin. lib. 36. Fragmenta vitri teporata agglutinantur tantum. Idem lib. 33. cap. 5. Chryſocollam & aurifices ſibi vendicant agglutinando auro.
Agglutinare ad aliquid. Plaut. Aul. 4. 10. 17. Ita mihi ad malum malæ res plurimæ ſe agglutinant. pro Aggerantur, accumulantur.

AGGLUTINATUS, a, um. Vulg. Interp. Baruch. 3. 4. Agglutinata ſunt nobis mala.

AGGRĂVO, [ἐπιβαρύνω] āre. ex Ad & Gravo, as; Valde, vel potius Magis, gravare, onerare, premere, Plin. l. 12. c. 17. Odor aggravans capita, ſed citra dolorem.
Aggravare ictus. i. e. Graviores facere. Plin. l. 28. c. 4. Quidam vero aggravant ictus, ante conatum ſimili modo ſaliva in manu ingeſta.
Aggravatur pondus. Plin. lib. 18. cap. 12.
Aggravare res. Liv. 4. 12. Unum adfuit bellum externum, quo ſi aggravatæ res eſſent, vix ope deorum omnium reſiſti potuiſſet.
Reum. Quintil. lib. 5. cap. 7. Sparſa quoque plerunque colligimus argumenta, quæ per ſe nihil reum aggravare videantur.

AGGRAVATIO, ōnis. f. Salvian. de Gubern. p. 176. Sicut ſunt in aggravatione primi pauperes, ita in relevatione poſtremi.

AGGRAVESCO, [ἐπιβαρύνομαι] ĕre. ex Ad, & nomine Gravis factum verbum; Gravius fieri, aggravari, ingraveſcere. Ter. Hec. 3. 2. 2. Male metuo ne Philumenæ magis morbus aggraveſcat. Ubi Donatus, Aggraveſcat, gravior fiat, proprie: quia morbi graves dicti ſunt. Sic Aggraveſcens vulnus. Cic. 3. Tuſc. 31.

AGGRĔDIOR, ĕris, eſſus ſum, [μέτειμι, ἔπειμι, ἀσβιάζω, ἀσβάλλω] ĕdi. ex Ad, & Gradior; Adire, accedere. Plaut. Curc. 2. 3. 59. Forte aſpicio militem: Aggredior hominem: ſaluto adveniens. Cic. 3. de Orat. 60. Non enim inde repelletur, quo aggredi cupiet. Ter. Hec. 5. 1. 5. Aggrediar, Bacchis ſalve. Ubi Donatus, Bene aggrediar, quaſi rem arduam & incongruam ſeni, vel aggrediar, ut meretricem circum veniam Virg. Talibus aggreditur &c. [Hæc ille, more ſuo ſubtiliter magis, quam vere. Alias adire, vel adoriri dixit, ut Heaut. 4. 5. 9. Sane promiſcue.
Aggredi aliquem de re aliqua. Plaut. Merc. 2. 3. 5. Quin ego hunc aggredior de illa?
Aggredi, eſt proprie, teſte Donato, Ad dimicandum accedere
Aggredi aliquem dictis. Virg. 4. Æn. 476.
Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis. Ubi Servius, Agreditur, cum calliditate loquitur.
Aggredi, Adire quempiam doloſe & inſidioſe: h. e. Decipiendi cauſa: quod etiam Adoriri dicitur. Plaut. Perſ. 4. 3. 12. Huic inſidiæ paratæ ſunt: probe aggrediar virum. Ter. Phorm. 5. 7. 75. Itane agitis mecum? ſatis aſtute aggredimini.
Aggredi, [ἐπιχειρεῖν] Incipere. Cic. 1. Off. 75. In omnibus autem negotiis, prius quam aggrediare, adhibenda eſt præparatio diligens. Plaut. Truc. 2. 5. 7. Nullam rem oportet doloſe aggrediri, niſi aſtute, accurateque exequare. Hic pro Suſcipere poteſt accipi. Et eſt vetuſte dictum Aggrediri, pro Aggredi. Cic. 1. de Orat. 186. Cum aggredior ancipitem cantum.
Aggredi ad aliquam rem; i. e. Aliquam rem tractandam ſuſcipere. Cic. 2. de Legib. Priusquam aggrediamur ad leges ſingulas.
Ad crimen. Cic. pro Cluent. 8. Aggrediar ad crimen cum illa deprecatione; Judices.

Ad injuriam faciendam. Cic. 1. Off. 34. Ad injuriam faciendam aggrediuntur, ut adipiſcantur ea quæ concupierunt.

Aggredi dicere. Cic. 2. Off. De quibus dicere aggrediar, ſi pauca prius, &c. Neque enim artem grammaticam componere aggreſſi ſumus, Quintil. 12.

Aggredi ad dicendum. Cic. de Clar. Orat. 139. Imparatus ſemper aggredi ad dicendum videbatur Antonius: ſed ita erat paratus, ut judices illo dicente nonnunquam viderentur non ſatis parati ad cavendum fuiſſe.

Aggredi, Invadere. Salluſt. Ex lateribus cæteros aggreditur. Plaut. Amph. Martigenam ille aggreſſus belluam. Sic Aggredi urbem: quod eſt (ſi vernaculam linguam exprimere volumus) Dare aſſultum urbi.

Aggredi aliquid, Suſcipere aliquod negotium: & proprie de rebus arduis & difficilibus: ut, Aggredi bellum. Cic. 2. Att. Et tamen illud probem, magnum quid aggrediamur.

Facinus. Hirt. de Bell. Hiſp. 6.

Opus magnum & difficile, Hirt. de Bell. Alex. 4.

Honores. Virg. 4. Ecl. 48.

Aggredere ô magnos (aderit jam tempus) honores. h. e. Incipe ad honores aſpirare. Paſſive etiam Cic. apud Priſcian. l. 8. p. 792. Hoc reſtiterat etiam, ut a te fictis aggrederer donis.

AGGRESSUS, a, um. Juſtin. 2. 8. 3. Inopinantes aggreſſus delevit. Virg. 2. Æn. 463. Turrim aggreſſi ferro circum. Idem 2. Æn. 165. Aggreſſi avellere Palladium. Paſſive Juſtin. 7. 6. 5. Facillime quibusque aggreſſis. Aggrettus pro aggreſſus apud antiquos legitur; ut apud Ennium: Aggrettus fari, Feſt.

AGGRESSIO, ōnis. f. [ἀσϐολὴ] Cic. in Orat. 50. Cumque animos prima aggreſſione occupaverit, infirmabit, excludetque contraria. Quaſi Primo impetu. Metaphora ab oppidorum vel hoſtium aggreſſione.

AGGRESSOR, ōris. m, Ulp. l. 1. D. de ſenatusconſ. Sylaniano, ad fin. Veluti ſiquis exclamavit, ut ad auxilium conveniretur: aut terruit aggreſſores, &c.

AGGRESSŪRA, æ. [ἐπιχείρησις] Impetum prædonum ſignificat. l. 5. C. de pignor. act. l. 4. D. famil. erciſc.

Pati aggreſſuram. Ulp. l. 3. D. de ſenat. Syl. Si cum omnes domini aggreſſuram paterentur, uni ſervus opem tulit: an ſit excuſandus, an vero (quia omnibus non tulit) plectendus?

AGGRESSUS, ûs. m. Firmic. lib. 2. cap. 10. Jupiter inconſultum ſignificat rerum aggreſſum, atque difficilem operum exitum. Ulp. in l. 17. §. ſi quis autem. D. ad Trebell.

AGGRĔGO, [συναθροίζω] āre. ex Ad, & Grex gregis; interdum Congregare eſt, & quaſi In gregem contrahere. Cic. in Catil. 30. Quod ſi ejecerit, ſecumque ſuos eduxerit, & eodem cæteros undique collectos naufragos aggregaverit.

Aggregare ſuam voluntatem ad dignitatem alterius. Cic. 1. Fam. 9. meamque voluntatem ad ſummi viri, de meque optime meriti dignitatem aggregaſſem.

Se ad amicitiam alterius. Cæſ. 6. Bell. Gall. 11. Qui ſe ad eorum amicitiam aggregaverant.

Aggregare filium eodem crimine ad patris interitum. Cic. in Vatin. 25. Hujus etiam filium eodem judicio & crimine ad patris interitum aggregare voluiſti.

In numerum. Cic. pro Muren. 16. Quare ego te ſemper in noſtrum numerum aggregare ſoleo.

AGGRESSIO, V. AGGREDIOR.

AGGRINÆ, Populi Macedoniæ vicini. Cic. in Piſon.

A G I

AGIDUS, Urbis nomen Strab. lib. 14. Sed Nagidus legendum. V. Caſaub.

AGILLA, V. AGYLLA.

AGĬLIS, Adj. [ἐλαφρὸς, εὐαγωγὸς] ab Ago, agis; Qui ſeſe facile agit. h. e. Qui levi & expedito eſt corpore. Plaut. Epid. 1. 1. 8. Corpulentior videre atque agilior. Hor. 1. Epiſt. 19. 89.

Oderunt hilarem triſtes, triſtemque jocoſi:
Sedatum celeres, agilem gnavumque remiſſi.

Agilis claſſis. Liv. 10. Bell. Pun. Quæ enim reſtitiſſent, agili & nautico inſtrumento aptæ & armatæ claſſi naves, tormenta machinasque portantes?

Currus. Sen. Medea, 10. Video Triviæ currus agiles.

Curſus. Stat. 4. Sylv. 3.

Dextra. Stat. 5. Sylv. 1.

Flamma. Sen. Hippol. 5.

Greſſus. Sil. Ital. 3.

Fer greſſus agiles mecum, & comitare vocantem.

Agilis induſtria hominis: cui opponitur Negligens & tarda opera. Columel. lib. 11. cap. 1. Iſchomachus, Malo, inquit, unius agilem induſtriam, quam decem hominum negligentem & tardam operam. Vetus exemplar habet, Agilem atque induſtriam, &c. ut ſit adjectivum, induſtriam operam.

Pes. Sen. Hippol. 2.

Remus. Ovid. in Ep. Sapphûs, 65.

Studium. Stat. 6. Theb.

Victoria. Nonius, Agilem, celerem, ab agendo. Siſenn. Hiſt. lib. 4. Agilem dari, facilemque victoriam.

Vir. Ovid. 2. Faſt. 516.

AGILĬTAS, [ἐλαφρότης, εὐκινησία], denom. Levitas & velocitas corporis. Cic. 1. Att. 17. Nam ſi ita eſſe ſtatueris, & irritabiles animos eſſe optimorum ſæpe hominum, & eosdem placabiles: & eſſe hanc agilitatem, ut ita dicam, mollitiemque naturæ, &c. Hic eſt, a corpore ad animum translatio. Plin. lib. 35. cap. 11. Lecythion agilitatis exercitator. Agilitas navium. i. e. Celeritas. Liv. 26. 51.

AGILĬTER, Agilius, Agillĭme. Adv. [εὐκινήτως] i. e. Cum agilitate. Columel. lib. 2. cap. 2. Detque requiem in ſumma, ut ſpe ceſſandi, totum ſpatium bos agilius enitatur.

AGILIS, Proprium viri, quem poëtæ cum Tyrinthia pube in bello Thebano fuiſſe commemorant. Calepin.

AGĪNA, æ. eſt Qua inſeritur ſcapus trutinæ. i. e. In quo foramine trutina agitur & ſe vertit. Unde Aginatores dicuntur, qui parvo lucro moventur. Feſtus.

AGINO, are. i. e. Vilia negotiari, parvo lucro moveri; aginæ inſtar, quæ levi pondere huc & illuc impellitur. Gloſſ. Lat. Gr. Aginat, διαπράσσεται, στρέφει, μηχανᾶται, V. Petron. cap. 61.

Aginari huc trahere & legere licet ex Iſidori Gloſſis pro Acinari; ubi Caſaubonus fecit Apinari, V. infra APINÆ.

AGINUM, i. n. Urbs Aquitaniæ præclara ad Garumnam fl. Plin. 4. 19.

Auſon. Epiſt. 24. 79. Patria eſt Joſ. Scaligeri, de qua ipſe Lect. Auſon. 2. 10. vocaturque Ptolemæo & Antonino Aginnum: aliis Agennum: hodie *Agen.*

AGIPEDES, referente Feſto Pompeio in dictione Pedarius, a Lucilio dicti ſunt Senatores, qui in ſenatu quidem ſedebant, verum ſententiam non dicebant, ſed taciti in aliorum ſententias pedibus diſcedebant: ideo Agipedes, quod pedum diſceſſione dicerent ſententiam. V. PEDARIUS.

AGIS, [Ἄγις] Euryſthenis filius, teſte Strab. lib. 8. Rex Lacedæmoniorum, cum Athenienſibus cruentiſſima bella geſſit: tandem a ſuis civibus occiſus eſt in carcere, eo quod Lycurgi leges reducere, & bona publicare vellet. Author Plutarch. Meminit & Cic. 2. Off. 80. Quam autem habet æquitatem, ut agrum multis annis aut etiam ſeculis ante poſſeſſum qui nullum habuit, habeat: qui autem habuit, amittat? Ac propter hoc injuriæ genus Lacedæmonii Lyſandrum Ephorum expulerunt, Agin regem, quod nunquam antea apud eos acciderat, necaverunt.

Alius eodem nomine Lacedæmoniorum rex fuit, Archidami filius, qui in bello contra Macedonas ſtrenue pugnans occubuit. De quo Diodorus & Juſtinus, itemque Curtius, 4. 1. 39. Plures Agides Spartanorum reges, numerant alii, eo quod commune hoc ſuccedentibus in regia dignitate nomen eſſet. V. Pauſan. lib. 3.

Alius Agis, Poeta Argivus & Alexandri adulator. V. Curt. 8. 5. 8.

Alius Lycius Agis, Virg. 10. Æn. 751.

AGITATIO, AGITATOR. V. AGO.

AGITE, AGITEDUM. V. AGE.

AGITO, V. AGO.

A G L

AGLA, [Ἄγλη] Hiſpaniæ oppidum, in tractu Bætico. Plin. lib. 3. cap. 1.

AGLAIA, [Ἀγλαΐα] Quæ & Paſithea a quibusdam appellatur; Una eſt Charitum, ſeu Gratiarum, filiarum Jovis & Eurynomes, ut eſt author Heſiod. in Theogon. Aut (ut alii malunt) Liberi patris & Veneris. Vide plura in dictione CHARITES.

AGLAIS, idis. Megaclis filia, tubicinio vitam foviſſe fertur. Galericulo, ſive adpoſititia coma utebatur. Cœnam ſic fere apparabat, ut carnium minas abſumeret duodecim, panum chœnices quatuor, vini hauriret choa, i. e. (ut interpretatur Theodorus) Sextarium. [Eſt vero hujus ſextuplum] tanta fuit mulierculæ voracitas atque bibacitas. Ex Cælio Antiq. Lect. lib. 8. cap. 14. Ælian. V. H. 1. 26. Athen. l. 10.

AGLAONĪCE, es. Hegemonis Theſſali filia, quæ cum in Oſſa monte coitus Lunæ obſervaret, in judicio convicta a mulieribus exiſtimantibus ab ea Lunam cœlo deduci, graviſſimis affecta ſuppliciis, traditur ex Oſſa præceps data. ob quam calamitatem proverbio originem dedit, τὴν σελήνην καθαιρεῖ. Ovid. in Ibin 285.

Utque dedit ſaltus e ſummo Theſſalis Oſſa. ſic enim legendum eſt ibi, non Theſſalus, ex Plutarcho & Tarrheo, Apollonii interprete.

AGLAŎPE, es. Una e tribus Sirenibus. Author Lycophronis interpres apud Hermol. in Plin. lib. 3. cap. 1. Interpretamur Latine, Aſpectu ſplendidam.

AGLAOPHĒMUS, i. m. [Ἀγλαόφημος] Præceptor Pythagoræ. Aug. Steuch. 2. de Perenni Philoſ. 9. e Proclo, Mut. Panſ. cap. 66. de Oſc.

AGLAOPHON, [Ἀγλαοφῶν] Pictor nobiliſſimus. Plin. lib. 35. cap. 9. & Cic. 3. de Orat. 26. Floruit nonageſima Olympiade.

AGLAOPHŌTIS, [ἀγλαοφῶτις] Herba eſt jucundiſſimi coloris, qua magi utuntur ad evocandos dæmones. Naſcitur in marmoribus Arabiæ: unde & Marmaritidem quidam appellant. Plin. lib. 24. cap. 17.

AGLASPIS, Nomen legionis erat. Liv. 44. 41. Intervallum quod inter cetratos & phalanges erat, implevit legio, atque aciem hoſtium interrupit. A tergo cetratis erat, frontem adverſus clypeatos habebat: aglaſpides appellabantur. Apparet nomen eſſe a Splendore ſcutorum. [Non legionis tamen Ro. ſed hoſtium, Macedonum ſcil. phalangis. Ibid. Leucaspidis phalangis mentio ſubjicitur, Argyraspis nota ex Curtio.

AGLAUROS, [Ἄγλαυρος] Filia Cecropis regis Athenarum antiquiſſimi a Mercurio in ſaxum mutata, de quo Ovid. 2. Met. 739.

Aglauros lævum, medium poſſederat Herſe. Aglauro, Herſæ, Pandroſoque ſororibus, Minervam ceu depoſitum tradidiſſe Erichthonium aiunt, ciſtæ incluſum, addito interdicto, ne depoſiti perquirendi curioſæ eſſent: Pandroſumque in officio fuiſſe: reliquas duas, quoniam ciſtam reſignaverant, viſo Erichthonio furere cœpiſſe, & ex arce, qua maxime locus præceps erat, ſe dejeciſſe. Author Pauſan. in Attic. Qui & ibidem tradit Actæum primum in Attica regnaſſe. Quo vita functo, Cecrops ducta uxore illius filia, regnum ſuſcepit: ex qua Herſen, Aglaurum, Pandroſum, & Eryſichthonem liberos ſuſtulit.

AGLAUS Pſophidius, oraculo Delphici Apollinis judicatus felicior Gyge rege tunc ampliſſimo. Senior hic in anguſtiſſimo Arcadiæ angulo parvum quidem, ſed annuo victui large ſufficiens prædium colebat, nunquam ex eo egreſſus: atque (ut e vitæ genere manifeſtum eſt) minima cupidine, minimum in vita mali expertus. Plin. lib. 7. cap. 46. Meminit & Cæl. lib. 11. Antiq. Lect. cap. 65. Valer. quoque lib. 7. cap. 1. ad finem. Aglaus Arcas nominatur Juven. Scholiaſtæ ad 14. Sat. 120.

A G M

AGMEN, ĭnis. n. [ἄγημα, τάγμα] Pone in Ago. H. St. [Dicitur enim quaſi Agimen ab Agendo. Annotat & quædam h. l. ex Appiani Syriacis p. 76. ed. Pariſ. de Agemate Macedonum. Sed quæ alterius loci. Vide AGEMA. niſi forte ex Græco vocabulo Latinum deductum putavit. Serv. Agmen proprie eſt Exercitus ambulans. Quicquid fuerit aliud, abuſive dicitur. Virg. 8. Æn. 595.

— it clamor, & agmine facto
Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.

Cic. 2. Tuſc. Cum æſtu magno agmen ducebat, laborabat Marius.

Agmen, Impetus, curſus. Liv. 1. Juvenes per mediam concionem agmine ingreſſi.

Equorum quatuor junctorum agmen unum ſit. ex Gellio V. in QUADRIGÆ. H. St.

Agmen, multitudo. Liv. 2. Nuntiatumque Coriolano, adeſſe ingens mulierum agmen. Virg. 2. Æn. 68.

— Atque oculis Phrygia agmina circumſpexit.

Ipſe actus etiam ſeu ductus exercitus frequentius Agmen vocatur. Suet. Cæſar. cap. 57. In agmine nonnunquam equo, ſæpius pedibus anteibat. Salluſt. Jugurth. cap. 45. Ne miles gregarius in caſtris, neve in agmine, ſervum aut jumentum haberet. Et ita quoque Tacitus Agric. 20. 2.

Gall. *la Marche*. Quemadmodum autem Agmen & motum ſeu inceſſum ipſum exercitus aliquando denotat; ita ſimiliter ad alia quoque hæc vox transfertur; ut ad decurſum actumque fluminis. Virg. 2. Æn. 783.
— leni ſonat agmine Tybris. Leni impetu, interpretatur Servius, vel fluore. Item ad Serpentum tortus ſive volumina; Idem de jam deficiente hujuſmodi beſtia 3. Georg. 423.
Cum medii nexus extremæque agmina caudæ
Solvuntur, tardoſque trahit ſinus ultimus orbes.
Idem 2. Æn. 212.
— illi agmine certo
Laocoonta petunt.
Aligerum agmen. Virg. 12. Æn. 249.
Armata agmina. Claud. 2. in Ruff. 76. Tacit. 3. Hiſt. 70.
Attonitum. Stat. 5. Theb.
Atrum. Virg. 12. Æn. 449. h. e. Pulveris nube coopertum. Servius.
Caſtum. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 322.
Reginam caſto cinxerunt agmine matres Elyſiæ.
Celere agmen remorum. Virg. 5. Æn. 211.
At lætus Mneſtheus, ſucceſſuque acrior ipſo
Agmine remorum celeri, ventiſque vocatis
Prona petit maria.
Citum. Tacit. lib. 1. 63.
Clypeata. Virg. 7. Æn. 793.
Condenſa. Sil. lib. 2.
Confertum. Virg. 3. Georg. 369.
Denſum agmen agere. Virg. 5. Æn. 834.
Equeſtre. Ovid. 9. Epiſt. 100.
Exanimata. Virg. 5. Æn. 805.
Ferrata. Hor. 4. Carm. 13. 29.
Fœminea. Virg. 11. Æn. 663.
Fortiſſima. Lucan. lib. 7. 221.
At medii robur belli fortiſſima denſant Agmina.
Frementia. Val. 6. Argon. 183.
Grande. Lucret. lib. 1. 435.
Graniferum agmen ſpargere. h. e. Multitudinem formicarum grana ferentium. Ovid. 7. Met. 638.
Horrentia agmina. Hor. 2. Serm. 1. 13.
Hoſtile. Ovid. 8. Met. 39.
Immenſum agmen aquarum. Virg. 1. Georg. 322.
Incompoſitum. V. INCOMPOSITUS.
Infernum. Sen. Med. 12.
Infeſtum. Sen. Herc. fur. 13.
Longum. Virg. 5. Æn. 90.
Molle. Tacit. 3. Hiſt. 40.
Nigrum. Virg. 4. Æn. 404.
Numeroſum. V. Agmen carpi.
Palantia. Sil. lib. 15.
Parvum. Lucret. lib. 1. 435.
Perpetuum. Cic. in Piſon. 51. At meus quidem reditus is fuit, ut a Brunduſio usque Romam agmen perpetuum totius Italiæ viderem.
Pilata. Virg. 12. Æn. 121.
Procedit legio Auſonidum, pilataque plenis
Agmina ſe fundunt portis. Ubi Pilata, retulit ad Romanos, qui pilis uti ſolebant in bello.
Puerile. Virg. 5. Æn. 549.
Pulverulenta. Virg. 4. Æn. 154.
Quadratum. Cic. 2. Philipp. 108. Agmine quadrato cum gladiis ſequuntur ſcutati milites.
Rapidum. Lucan. lib. 2. 491. — nec plura loquutus
Devolvit rapidum nequicquam mœnibus agmen.
Rauca. Stat. 5. Theb.
Servilia. Lucan. lib. 2. 94.
Ut primum fortuna redit, ſervilia ſolvit
Agmina. h. e. Servis ad libertatem vocatis confecit exercitum.
Tardum. Virg. 9. Æn. 47. i. e. Peditum, qui equitum comparatione tardi ſunt. Servius.
Terreſtre. h. e. Turmæ militum per terram incedentium. Lucan. lib. 5. 708.
Terrificum. Claud. Gigant. 75.
Torvum. Stat. 8. Theb.
Trepidum. Lucan. lib. 2. 392.
Agere agmen equitum. Virg. 7. Æn. 804.
Carpitur agmen. Plin. 3. Epiſt. ad Minutianum, numeroſum agmen reorum, ita demum videbamus poſſe ſuperari, ſi per ſingulos carperetur. Nam Carpi agmen dicitur, quum militum aliquis intercipitur.
Cingi agminibus. Ovid. 1. Triſt. 4. 30.
At ſimul intonuit, fugiunt, nec noſcitur ulli,
Agminibus comitum qui modò cinctus erat.
Cogere agmen. Ovid. 2. Met. 114.
— quorum agmina cogit Lucifer. Cicero Metaphoricôs uſus eſt, 15. Att. 13. Aſſentior tibi, ut nec duces ſimus, nec agmen cogamus, faveamus tamen. Is cogit agmen, qui a tergo colligit exercitum, hoc videlicet curans, ne quis forte aberrans, aut reliquos ſequi non valens, ab hoſtibus intercipiatur.
Concitare. Ovid. 14. Met. 239.
Conjurata agmina. Ovid. 5. Met. 151.
Denſare agmina. Sil. lib. 8.
Deturbare gladio. Sil. lib. 7.
Devaſtata ferro agmina. Ovid. 13. Met. 255.
Ducent agmina. Virg. 1. Æn. 490.
Metere agmen. Sil. lib. 13.
Partitum agmen. Virg. 5. Æn. 562.
Prorumpunt agmina. Lucan. lib. 1. 493.
Spargere agmen in arvis. Ovid. 7. Met. 638. de formicis.
Stipatum agmen. Gell. lib. 1.
Tripartitum. Tacit. lib. 3. 74.

AGMINĀLIS, Adj. [ταγματικὸς] Unde, Agminales equi, qui agmen exercitus ſequuntur ad convehenda impedimenta. Bud. in Annot. poſt.

AGMINĀTIM, Adv. Solinus cap. 38. de elephantis Mauritaniæ; Oberrant agminatim. Apul. 4. Mileſ. p. 146. Poculis agminatim ingeſtis.

AGNA, æ. V. AGNUS.

AGNASCOR, [παραφύομαι] aſci. ex Ad, & Naſcor: ſed D euphoniæ cauſa mutatum eſt in G. Cic. 1. de Orat. 241. Nunquis eo teſtamento, quod paterfamilias ante fecit, quam ei filius natus eſt, hæreditatem petit? nemo. quia conſtat agnaſcendo rumpi teſtamentum: ergo in hoc genere juris judicia nulla ſunt. Ex verbis Ciceronis ſatis apparet, agnaſci eos proprie dici, qui naſcuntur alicui poſtquam teſtamentum fecerit. Paulus in l. qui in adoptionem. D. de adoptio. Qui in adoptionem datur, iis quibus agnaſcitur, & cognatus fit.

AGNATUS, Partic. [παραφυόμενος, παραφύσεις] Agnatum dicimus quicquid ultra naturæ debitum natum eſt. Unde & agnaſcentia & agnata membra appellantur, quæ abundant. Plin. lib. 11. cap. 52. Membra animalibus agnata, inutilia ſunt, ſicut ſextus homini ſemper digitus.

AGNATI, Subſt. [ἀγχιστεῖς, οἱ πρὸς ἀνδρῶν οἰκεῖοι] dicuntur qui per virilis ſexus perſonas cognatione conjuncti ſunt: quaſi a patre cognati veluti frater eodem patre natus, filius fratris, neposve ex eo: item patruus, & patrui filius, neposve ex eo. Hactenus Caius in l. Sunt autem D. De legitim. tutor. Inter Agnatos & Cognatos hoc intereſt: quod in agnatis continentur cognati: in cognatis non utique agnati. Ut puta, frater patris, id eſt patruus, eſt agnatus, & cognatus. Matris vero frater, id eſt avunculus, cognatus eſt, ſed non agnatus. Gentilitas vero & agnationem & cognationem complectitur. Paulus in l. Jurisconſultus, de Gradibus & affinib. Inter agnatos & cognatos hoc intereſt, quod inter genus & ſpeciem. Nam qui eſt agnatus, & cognatus eſt: non utique autem qui cognatus eſt, & agnatus eſt. Alterum enim civile, alterum naturale nomen eſt.
Agnati, de diis. Cic. de Univerſ. 35. Ex iis Saturnum & Opem, deinceps Jovem atque Junonem reliquos fratres inter ſe agnatoſque uſurpare atque appellare videmus.
Agnati, de mutis etiam animantibus. Ulpian. in l. Vetus. D. de uſufruct. Debebit ex agnatis gregem ſupplere, id eſt in locum capitum defunctorum. Haloander legit, Ex natis. Pand. Florent. Ex adgnatis.
Agnati & Gentiles. Cic. 2. de Invent. 148. Si furioſus eſt, agnatorum gentiliumque in eo pecuniaque ejus poteſtas eſto.
Ad agnatos & gentiles aliquem deducere. Varro 1. de R. R. cap. 2. Ad agnatos & gentiles eſt deducendus. Proverbiale antiquis fuit, quum furere aliquem aut mente captum eſſe ſignificare volebant, ut dicerent Ad agnatos & gentiles deducendum eſſe. Unde Juſtinianus lib. 1. Inſtitutionum de Curatoribus, Furioſi quoque & prodigi, licet majores vigintiquinque annis ſint, in curatione ſunt agnatorum, ex leg. 12. tabularum. Budæus. Tacitus de Germ. 19. 6. Agnatos pro Liberis dixit. Numerum liberorum finire, aut quenquam ex agnatis necare, flagitium habetur. V. ibi Lipſium; præcipue vero Colerum. n. 109.

AGNATIO, ōnis. f. [ἀγχιστεία] ab Agnaſcor; eſt Agnatorum conſanguinitas. Cic. 1. de Legib. c. 7. Et quod in civitatibus ratione quadam, de qua dicetur idoneo loco, agnationibus familiarum diſtinguuntur ſtatus, id in rerum natura tanto eſt magnificentius, tantoque præclarius, ut homines deorum agnatione & gente teneantur.

AGNELLUS, AGNINUS. V. AGNUS.

AGNITIO, V. AGNOSCŎ.

AGNI CORNU, [ἀγνοῦ κέρας] Promontorium eſt humile & valde expoſitum, prope Bolbiticum Nili oſtium. Strab. lib. 17.

AGNICIS, Fluvius in Tigrim influens. Plin. lib. 6. cap. 27. [Sed mendum eſſe docuit Hard. q. V. Nullus igitur hoc nom. fl.

AGNITES, æ: vel AGNITA, æ. Æſculapii cognomentum apud Spartanos, cujus ſimulacrum ex agno, quæ planta eſt, erat exciſum conformatumque. Cæl. Antiq. lib. 10. cap. 5.

AGNO, [Ἁγνὼ] Una e Jovis nutricibus. Nymphas enim quæ Jovem educarunt, fuiſſe aiunt, Θεισόαν, Nedam, & Ἁγνώ. A qua & in Lyceo Arcadiæ fons appellationem ducit, cujus ea fuit olim vis, ut re divina ibi a Lycei Jovis ſacerdote curioſius peracta, & fuſius precibus, quernoque ramo leviter aqua commota, mox denſior ſurrigeretur vapor nebulæ aſſimilis, quæ non multo poſt effecta nubes, aggregatis item aliis, largos demitteret imbres. Cæl. Antiq. Lect. lib. 13. cap. 17.

AGNOITÆ, [Ἀγνοῆται] Hæretici ſunt, ab ignorantia dicti, quod eſſe noviſſimam horam Chriſto ignotam, opinarentur. Cæl. Rhod. l. 1. c. 14.

AGNŌMEN, ĭnis. [ἐπωνυμία] eſt Quod extrinſecus aliqua ratione vel cauſa quæſitum eſt: ut Africanus, Numantinus, & ſimilia id aliquando & Cognomen, & Cognomentum dicitur. Sic Priſcianus & cæteri fere Grammatici. Cæterum, Cognomen id proprie dicitur, quod illi Agnomen vocant. Cic. 2. de Invent. 28. Nomen autem quum dicimus, cognomen quoque & agnomen intelligatur oportet. Nec ineleganter Adnomen ſcribitur, quod æque προσηγορίαν ſonat. Capitolinus in Vero c. 3. Nec aliud ei honorificentiæ adnomen adjunctum, quam quod Auguſti filius eſt appellatus. adi Salmaſium eo loco.
Agnomen genitivum. Ovid. 3. de Pont. 2. 107.
Adjectique probent genitiva agnomina Cottæ:
Si tu non eſſes, interitura domus. Ad nomina Heinſ. diviſe, q. V. omnino.

AGNOMENTUM, i. n. Idem. Apul. Apol. p. 310. Agnomenta ei duo indita.

AGNOMINĀTIO, ſive ANNOMINATIO, ōnis. f. [παρωνομασία] Figura, quæ ſimilitudine litterarum deflectit vocem in contrarium, ut, Ter. And. 1. 3. 13. Inceptio eſt amentium, haud amantium. Cic. in Verr. Sicilia te non Prætorem, ſed Prædonem habuit. De hac figura V. Auct. ad Herenn. 4. 29. & Voſſ. Rh[illegible]. 5. 5. 1.
Quintil. Inſt. O. 9. 3. Huic nomen eſt παρωνομασία, quæ dicitur Agnominatio. H. St.

AGNOMONES, [ἀγνώμονες] Equi dicuntur vetuli, ex quorum dentibus ætas amplius dignoſci non poteſt. Cæl. Antiq. Lect. lib. 12. cap. 9. Obelo hæc notavit H. St. Nempe quia apud Pollucem l. 1. S. 182. unde hæc Cælius deſcripſit, ex Suida & Heſychio ἀπογνώμονες legendum vidit, ut ibidem adnotavit Jungerm.

AGNON, [Ἅγνων] Nom. Viri propr.
Agnon Teius, Alexandri magni præfectus, qui aureis clavis crepidas ſuffigebat, ut ſcribit Plin. l. 33. c. 3. Plut. in Alex. p. 688. Clem. Al. l. 2. Pædag. Ælian. V. H. 9. 3. ubi Periz. V.
Alius hoc nomine qui Artem Rhetoricam ſcripto impugnavit. de quo Quintil. Inſt. l. 2. c. 17.
Meminit Agnonis cujuſdam etiam Plutarchus, de Solert. Animal. f. 968. de elephante in Syria, qui magiſtri ſui fraudem, a quo dimidium hordei

dei demenſum quotidie ipſi detractum fuerat, ingenioſe prodidit. Tacet hunc ſcriptorem in Hiſtoricis ſuis Voſſius. Itaque Paralipomenis eum Hiſtoricorum inſerit Bernhardus a Mallincrot. p. 3.

AGNOSCO, ōvi, ĭtum, [ἐπιγινώσκω] ĕre. ex Ad & Noſco eſt. Agnoſco & Cognoſco, a plerisque ita diſtinguuntur, ut Agnoſcere dicamur olim notos: Cognoſcere prius incognitos. Virg. 3. Æn. 82.

— & veterem Anchiſen agnovit amicum. Varro, Vereor ne me quoque dum revertero, præter canem agnoſcat nemo. Sæpe tamen confunduntur. Ter. Eun. 5. 2. 8. Ita miſerrimus fui, fugitando, ne quis me cogneſceret.

Agnoſcit, qui Non repudiat, ſed libenter admittit, i. e. προσίεται. Cic. de Amicit. 9. Tu autem Fanni, qui mihi tantum tribui dicis, quantum ego nec agnoſco, nec poſtulo. h. e. Non admitto, ſed omnino rejicio.

Agnoſcere æs alienum, & onus æris alieni. Ulpian. in l. ex facto. 35. D. de hered. inſtit. Unde ſcio quæſitum, æris alieni onus pro qua parte agnoſci debeat. Et refert Papinianus, pro hereditariis partibus eos agnoſcere æs alienum debere.

Leviter aliquid agnoſcere. Cic. 2. de Fin. 33. Nam ſunt & in animo præcipua quædam, & in corpore: quæ quum leviter agnovit, tunc diſcernere incipit.

Libens agnoſcere aliquid. Cic. pro Milon. 39. Facti illius gloriam libens agnoviſſet.

Comprobare agnoſcereque aliquid. Ulpian. in l. Quo enim. D. Rem ratam haberi. Rem habere ratam, hoc eſt comprobare agnoſcereque quod actum eſt a falſo procuratore.

Cibaria agnoſcere. Ulpian. in l. Sed & ſi. D. ad exhibend. Si apud officium fuerit depoſitus exhibendus: cibaria debebit agnoſcere, qui exhiberi deſideravit, ſi non ſolebat poſſeſſor ſervum paſcere.

Crimen agnoſcere & amplecti. Plin. in Epiſt.

Crimen agnoſcere, ſuſcipere, confiteri. Cic. pro C. Rabir. 18.

Debitorem agnoſcere, eſt Ut idoneum accipere, ita ut qui delegat, liberatus ſit. Paulus l. Lucius. D. de adminiſtratione tut. Budæus.

Debitum. Paulus in l. Lucius Titius. D. de adminiſtrat. & per. tutor. eſt Ratum habere & approbare debitum ab alio factum, illudque in ſe recipere, & eum liberare qui tale debitum contraxit.

Hæreditatem. Ulpian. in l. Ariſto. D. de jure deliberand. Ariſto ſcribit: non ſolum creditoribus, ſed etiam hæredi inſtituto Prætorem ſubvenire debere, hisque copiam inſtrumentorum inſpiciendorum facere: ut proinde inſtituere ſe poſſint, expediat, necne, agnoſcere hæreditatem.

Nomina, idem quod Agnoſcere debitum. Utitur Paulus in l. quum quæritur. D. de adminiſtra. & peric. tutor.

Agnoſcere auribus. h. e. Auditu ipſo intelligere. Cic. 5. de Fin. 49.

Auribus ut noſtros poſſis agnoſcere cantus?

Oculis alienis. Plin. lib. 29. cap. 1. Alienis pedibus ambulamus, alienis oculis agnoſcimus.

Sonitum. Virg. 8. Æn. 531. — ſed Troïus heros

Agnovit ſonitum, & divæ promiſſa parentis. Ubi Servius, Agnovit ſonitum, h. e. Quid ſonitus ſignificaret.

Agnoſcere ex ſe. Cic. pro Planc. 35. Quanquam judices (agnoſco enim ex me) permulta in Plancium, quæ ab eo nunquam dicta ſunt, conferuntur. i. e. De me conjicio.

AGNOSCENDUS, Partic. [ἐπιγνωστέος] Lucan. lib. 2. 193.

Agnoſcendus erat.

AGNĬTUS, Partic. [ἐπεγνωσμένος] Valer. Flac. lib. 4. 437.

— ſalve ô mihi longum

Expectata manus, noſtrisque (ait) agnita votis.

Agniti natales, de nullis aliis quam de Ingenuis ſunt intelligendi. Author Pomponius in l. hoc ſermone 3. D. Si ingen. eſſe dic.

AGNITIO, ōnis. [ἐπίγνωσις] Plin. lib. 10. cap. 70. Piſces ſui cadaveris agnitionem fugientes. Cic. 1. de Nat. Deor. 1. Quæſtio de natura deorum, ad agnitionem animi pulcherrima eſt.

AGNITOR, ōris. m. Vulg. Sirac. 7. 5. Non te juſtifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipſe eſt. Καρδιογνώστης.

AGNITIONĀLIS, e. Tertull. adv. Valent. cap. 27. Subſtantivalis, non agnitionalis forma.

AGNOSCĬBĬLIS, e. Idem. Tertull. de Reſurr. Carn. cap. 55. Lineamenta Petro agnoſcibilia ſervaverat.

AGNUS, [ἀμνὸς, ἄρνιον] & in f. g. AGNA, [ἀμνὶς] Nonnulli aſpirantes ſcribunt Hagnus: ſed uſus jam obtinuit ut priore modo ſcribatur. Feſtus, Agnus dicitur a Græco ἁγνὸς, quod ſignificat caſtum, eo quod ſit hoſtia pura, & immolationi apta. Cic. 2. de Divin. 39. An cum in Æquimelium miſimus qui afferat agnum, quem immolemus? &c.

Audaces agni. Hor. 3. Carm. 18. 13.

Inter audaces lupus errat agnos. Non ſemper audaces, ſed Faunalium die, quo videlicet non timeant lupum inter ſe errantem. Et hoc interveniente numine Fauni evenire dicit, qui die feſto ſuo vult pecora, quæ ſub tutela ſua ſunt, ſine periculo eſſe. Acron & Porphyr.

Autumnalis. Columel. lib. 7. cap. 3. Autumnalis agnus melior eſt verno, ſicut ait veriſſime Celſus.

Chordi dicuntur agni, Qui poſt tempus naſcuntur ac remanſerunt in volvis intimis. vocant χόριον, a quo Chordi appellati. Varr. 2. de R. R. c. 1. V. ſ. l.

Expertes herbæ agni. i.e. Qui nondum herbam ederunt. Columel. l. 7. c. 3.

Firmus, V. Editus agnus.

Formoſos agnos procreare. Varr. 2. de R. R. c. 2.

Hirtus. Columel. lib. 7. cap. 2.

Hornus. i. e. Hujus anni. Propert. l. 4. 3.

Imbecillus, V. Editus agnus.

Immaturus. Columel. lib. 7. cap. 4.

Mollis. Martial. lib. 3. 58.

Petulci. Lucret. lib. 2. 368.

Præterea teneri tremulis cum vocibus hœdi

Corniger as norunt matres, agnique petulci Balatum pecudis.

Pingues. Virg. 1. Georg. 341.

Robuſtus. Columel. lib. 7. cap. 3.

Saturior lactis agnus, V. Agnus immaturus. Varr. 2. de R. R. cap. 2. Ut agni ſaturi fiant lacte.

Subrumi. h. e. Lactentes. Varr. 2. de R. R. cap. 1. & rurſum cap. 11.

Teneri. Virg. 3. Ecl. 103.

Neſcio quis teneros oculus mihi faſcinat agnos.

Tenerior, Contr. Validior. Colum. 7. 3. ubi de Agnis: Cavendumque ut tenerior ſeparetur a validioribus. V. Convaleſcit.

Vernus, V. Autumnalis agnus.

Admittere agnos ad matres. Columel. lib. 7. cap. 5.

Convaleſcit agnus, Colum. 7. 3. i. e. confirmatur, validior fit ætate.

Depellere agnos a lacte. Virg. 7. Ecl. 15.

Depulſos a lacte domi quæ clauderet agnos.

Depulſi agni a matribus. Varr. 2. de R. R. cap. 2. Quum depulſi ſunt agni a matribus adhibenda diligentia eſt, ne deſiderio ſeneſcant.

Deſiderant agni matrem. Varr. ibidem.

Disjungere agnos a mamma. Varr. 2. de R. R. cap. 1. Fere ad quatuor menſes a mamma non disjunguntur agni: hœdi, tres: porci, duos.

Editus agnus. i. e. Natus. Columel. lib. 7. cap. 3. Agnus autem quum eſt editus, erigi debet.

Emittendi a ſepto agni. Ibid.

Eripere agnum lupo. V. LUPUS.

Laſcivit agnus. Columel. lib. 7. cap. 3.

Luxurians agnus. Ibid.

Objicere agnos canibus dicitur, qui imbellem & litium imperitum, calumniatoribus & exercitatis exponit, quod id animal omnium maxime ſit imbelle. Refertur a Diogeniano & Eraſmo in Chiliad. Ex Æſopica fabella petitum eſt de lupo & agno adagium.

Seneſcunt agni deſiderio matrum. Varr. 2. de R. R. cap. 2.

Subjicere agnum ſub alterius mammam, ſi parum habet lactis mater. Varr. 2. de R. R. cap. 1.

Subrumare agnos. i. e. Rumæ ſeu mammæ nutricis ſubmittere. Columel. lib. 7. cap. 4. Diligenti cura ſervandum eſt, ut & ſuis quotidie matribus, & alienis non amantibus, agni ſubrumentur. V. Feſt. hac voce.

Summittere agnum nutrici. Colum. 7. 3.

Summovere agnos. i. e. E grege tollere, ut lanio vendas.

Sugere mammam matris dicuntur agni. Varr. 2. de R. R. cap. 1.

AGNA, æ. f. ab Agnus.

Aſpera agna. Val. Flacc. 3. Argon. 706.

Aſpera nunc pavidos contra ruit agna leones.

Coronata agna aliquid luſtrare, ſive expiare. Juven. 13. Sat. 63.

Humilis. Hor. 2. Carm. 17. 32. i. e. Humilium oblationi apta, Acron.

Lactens. Ovid. lib. 4. de Ponto, 8. 41.

Mera. Varr. 2. de R. R. cap. 2. Oves primum oportet bonas emere, quæſita ætate, ſi neque vetulæ ſunt, neque meræ agnæ: quod alteræ jam nondum, alteræ jam non poſſunt dare fructum. i. e. primæ ætatis. Conf. c. 1.

Muta. Hor. 2. Serm. 3. 219.

Nivea. Juven. 12. Sat. 3.

— niveam reginæ cædimus agnam. h. e. Junoni deorum reginæ agnam candidam immolamus.

Nitida agna. Hor. 2. Serm. 3. 214.

Novella agna. Ovid. 1. de Arte Am. 118.

Pavens agna. Ovid. 6. Met. 527.

Pulla agna. i. e. Nigra. Hor. 1. Serm. 8. 27.

Tenera agna. Stat. 8. Theb. de leone, 576.

AGNA, æ. Menſuræ genus in agrorum dimenſione. Columel. lib. 5. cap. 16. Actus quadratus undique finitur pedibus cxx. Et paulo poſt, Sed hunc actum provinciæ Bæticæ ruſtici Agnam vocant. Alii legunt Acnuam, ut eſt apud Varronem 1. de R. R. cap. 10. Alii, Acnam.

AGNELLUS, dimin. [ἀμνίον] Plaut. Aſin. 3. 3. 77. Agnellum, hœdillum me tuum dic eſſe.

AGNĬCŬLUS, i. m. al. dimin. Arnob. lib. 7. p. 217. Centum cædat boves, totidemque cum agniculis ſuis matres.

AGNĪNUS, Adj. [ἄρνειος] Quod ex agno eſt, aut ad agnum pertinet: ut Agnina pellis, Agnina caro. Plin. lib. 20. cap. 4. Muris aranei morſus ſanatur coagulo agnino in vino poto. Plaut. Aul. 2. 8. 4. Rogito piſces, indicant caros, agninam caram, bubulam, vitulinam. In his & ſimilibus ſubſtantivum nomen Caro ſubauditur.

Agninis lactibus canem alligare, eſt Geminam eadem re vel officio facere jacturam. Plaut. Pſeud. 1. 3. 85. Quia pol qua opera credam tibi, una opera alligem fugitivum canem agninis lactibus. Qui canem alligat inteſtinis agninis, is non modo canem amittit, verum & prædam ultro dederit fugitivo. Sic qui credit aliquid homini malæ fidei, & rem perdit, & fruſtra obligatum habet eum, qui non eſt ſolvendo. Lactes enim dicuntur inteſtina molliora. Eraſm. in Chiliad.

Agninæ pelles, & caprinæ. Ulpian. in l. Argumento. §. 1. D. de aur. & arg. legat.

Agnina vilis. Hor. 1. Serm. 15. 35.

— tabulas cœnabat omaſi

Vilis & agninæ. Agninæ autem potius quam Agnini legendum eſſe cenſet Turnebus, & authoritate veterum librorum, & opinione antiquorum impulſus, qui agninam deſpicatui habebant, & viliſſimam ducebant. Hinc indigne fert & ſtomachatur Plautinus paraſitus a laniis vendi aginam pro arietina, Capt. 4. 2. 39.

Tum lanii autem (inquit) qui concinnant liberis orbas oves,

Qui locant cædundos agnos, & duplam agninam danunt.

Apud Philonem quoque in presbeutico agninæ carnes ut inſuaves vituperantur a Caligula.

AGNĪLE, is. n. Gloſſ. Gr. Lat. ἀρνῶν τόπος, Agnile.

AGNĀLIA, um. n. pl. Feſtum apud Romanos in honorem Jani; alias Agonalia. q. V. Ovid. 1. Faſt. 325.

AGNOS, ſive AGNUS, Latine dicitur Vitex. Agnus (inquam) quod, authore Galeno, caſtitatem conſervet iis quibus aut eſtur, aut bibitur, aut ſubſternitur. Herbarii Agnum caſtum, appellant, utraque voce idem ſignificante. Ruell. lib. 1. cap. 141. & Plin. 24. 9. Matthiol. p. 59.

A G O

AGO, ēgi, actum, [ἐργάζομαι, δρῶ] agĕre. Hor. 1. Serm. 9. 4.

— Quid agis, dulciſſime rerum? Cic. de Senect. 26. Sed videtis ut ſenectus non modo languida atque iners non ſit, verum etiam ſit operoſa, & ſemper agens aliquid & moliens.

Agit, qui omnino Intentus eſt alicui negotio: & (ut loquitur Hor. 1. Serm. 9. 2.) totus eſt in eo. Cic. 1. Tuſc. 46. Ut facile intelligi poſſit

animum & videre, & audire non eas partes animi quæ quaſi feneſtræ ſunt animæ: quibus tamen mens nihil ſentire queat, niſi id agat & adſit. i. e. Niſi magnopere intenta ſit. V. infra Agere, advertere &c.

Agere & facere. Cic. 3. Philipp. 33. Quod agendum atque faciendum, id non modo non recuſem ſed appetam etiam atque depoſcam.

Agere & Facere, item Actus & Effectus, quid differant, docet his verbis Quintil. lib. 2. cap. 18. Artium, inquit, aliæ poſitæ ſunt in inſpectione, id eſt, cognitione & exiſtimatione rerum: qualis eſt Aſtrologia, nullum exigens actum, ſed ipſo rei cujus ſtudium habet, intellectu contenta: quæ Theoretice vocatur. Aliæ in agendo, quarum in hoc finis eſt, & ipſo actu perficitur, nihilque poſt actum operis relinquit, quæ Practice dicitur, qualis eſt ſaltatio. Aliæ in effectu, quæ operis quod oculis ſubjicitur, conſummatione finem accipiunt, quam Poeticen appellamus, qualis eſt pictura.

Agere & moliri aliquid. Cic. pro Muren. 82. Id quod (mihi crede) & agunt & moliuntur.

Agere, pro Facere. Virg. 10. Æn. 514. Latumque per agmen
Ardens limitem agit ferro.

Agere, facere. Liv. Permiſſum a Senatu Conſulibus non eſſet, agerent, facerent, ut e Republica ducerent.

Agere, pro Curare, tentare, laborare, pugnare, contendere. Cic. pro Roſc. Amer. 8. Sin aliud agitur nihil, niſi ut his nequid deſit quibus ſatis nihil eſt: ſi hoc ſolum hoc tempore pugnatur. Paulo poſt, Etenim quid aliud hoc judicio tentatur, niſi ut id fieri liceat? Idem 1. Off. 41. Totius autem injuſtitiæ nulla capitalior eſt, quam eorum qui tum quum maxime fallunt, id agunt, ut viri boni eſſe videantur. h. e. Id laborant & contendunt. Idem pro Domo ſua, 11. Nonne id agendum nobis omnibus fuit, ut materiem ſubtraheremus furori tuo? i. e. Curandum.

Item pro Intendere, inquirere. Virg. 9. Ecl. 37.
Id quidem ago, & tacitus Lycida mecum ipſe voluto. Nonius.

Agere etiam, pro Congredi, dicitur de viro & muliere. Ulp. l. ff. 8. de his qui ſui vel al. jur. Si agente marito uxore concipiat. Et paulo poſt, Si ambo agant.

Agere, ad lites & judicia relatum: ut, Agere furti. h. e. Actionem furti intendere: quod eſt, De furto apud judicem accuſare. Unde & Actor in judicio dicitur, Qui accuſat. Cic. pro Cluent. Deinde aliquando cum ſervo Habiti furti egit.

Agere injuriarum. Cic. 2. de Invent. Agit is cui manus præciſa eſt, injuriarum. In his & ſimilibus ſubauditur ablativus, Crimine, aut Actione.

Agere dicitur, Qui exceptione utitur. Leg. 1. D. de except.

Agere pecuniariam litem adverſum aliquem. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Agere, plus eſt quam Contrahere. Ulpian. in l. Labeo. D. de verb. & rer. ſignif. Labeo libro primo Prætoris Urbani definit, quod quædam agantur, quædam gerantur, quædam contrahantur: & Actum quidem, generale verbum eſſe, ſive verbis quid agatur, ut in ſtipulatione: ſive re, ut in numeratione pecuniæ. Contractum autem ultro citroque obligationem eſſe: quod Græci συνάλλαγμα vocant: veluti emptionem, venditionem, locationem, conductionem, ſocietatem. Geſtum, rem ſignificare ſine verbis factam.

Agere, Applicare, admovere. Virg. 2. Æn. 441.
— obſeſſumque acta teſtudine limen. Servius. Sic agere vineas & turres. Cæſ. 3. Bell. Gall. 21. Quibus fortiter reſiſtentibus, vineas turresque egit. Sic lib. 7. 17. Vineas autem & turres dicit machinamenta bellica ad urbes oppugnandas. V. ſ. l.

Agere, Advertere, attendere. Ter. And. 1. 2. 15. S. Hoccine agis, an non? D. Ego vero iſtuc. Plaut. Aſin. prol. 1. Vos hoc agite. Unde eſt illud Terentianum, Alias res agis: h. e. Aliud cogitas, non huc attendis. V. paulo poſt, Alias res agere.

Agere, pro Exigere. Ter. Adel. 1. 1. 27. Do, prætermitto: non neceſſe habeo omnia pro meo jure agere.

Agere, Fugare, expellere. Virg. 2. Georg. 130. Quo non præſentius ullum
Auxilium venit, & membris agit atra venena. Nonius.

Agere, Gerere. Cic. 2. Fam. 8. Non ædepol quantam egeris rem, neque quantum facinus feceris, &c.

Agere, pro Gerere, quod eſt Ferre. Varr. Bimargo, Non Hercules potes qui agebas, ſed conopron. Hadrianus Junius ſic legit, Non Hercules poteſt, qui Augiæ egit κόπρον, & rectius. Ex Nonio. Sed V. Mercer.

Agere, Movere, agitare, ut, Agere caudam. Columel. l. 6. c. 6.

Agere, Loqui. Ter. Adel. 1. 1. 53. Sed eſtne ipſus de quo agebam?

Agere, pro Morari: ut, Agere in ſeceſſibus. Ulpian. in l. Quid tamen. §. ſi arbiter juſſerit. D. de recept. arbitr.

Agere, plus quam Commemorare. Cic. 2. Verr. 25. Omnia non modo commemorabuntur, ſed etiam expoſitis certis rebus agentur.

Agi pro, Regi, haberi. Virg. 1. Æn. 573.
Tros, Tyriusque mihi nullo diſcrimine agetur. Servius.

Agere, Vexare, inquietare: quod uſitatius Agitare dicitur. Virg. 4. Æn. 465. — agit ipſe furentem
In ſomnis ferus Æneas.

Agere, Urgere, perſequi, ait Serv. Virg. 4. Æn. 71.
— qualis conjecta cerva ſagitta,
Quam procul incautam nemora inter Creſſia fixit
Paſtor agens telis. Ter. Adel. 3. 2. 21. Cæteros ruerem, agerem, raperem. Ubi Donatus, Agerem, Perſequerer, premerem. Sic Virg. 1. Æn. 191.
— tum vulgus & omnem
Miſcet, agens telis, nemora inter frondea turbam.

Letho dare, Nonio. [Inſcite ſatis. Potius eſt Circumagere, agitare, urgere.

Agere proprie ſignificat Impellere, ante ſe pellere; quemadmodum Tibullus dixit 1. 5. 3. Turbinem agere. Sic Agi animus dicitur, cum Turbatur & inquietatur: Nepos 25. 9. 1. Naturalis bonitas, quæ nullis caſibus neque agitur neque minuitur. Maxime vero & quaſi proprie de pecoribus & armentis dicitur, unde & Agaſo eſt, & Baculus paſtoralis, Agolum appellatum, ut Feſtus docet. Virg. 1. Ecl. 12.
— En ipſe capellas
Protenus æger ago: hanc etiam vix Tityre duco. Ago, inquit Servius, proprie: nam agi dicuntur pecora. Feſtus vel Paulus potius: Agere modo ſignificat ante ſe pellere. i. e. minare. Virg. Et potum paſtas age Tityre. Cetera cum ineptiſſima ſint, apud ipſum legi malumus.

Agere radices. Cic. 2. Off. 43. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur. Nonius Porrigere exponit, [mallem exigere, adigere. V. infra Radicem agere.

Agere, abſolute, pro Vivere. Tacit. 3. Ann. 19. Non modo apud illos homines qui tum agebant, etiam ſequutis temporibus vario rumore jactata.

Agere inter homines. i. e. Vivere, vitam exigere. Tacit. 15. Ann. 74. Agere inter homines deſiit.

Agere, multis modis acceptum. Martial. in Attalum lib. 1. 80.
Semper agis cauſas, & res agis Attale ſemper:
Eſt, non eſt quod agas, Attale ſemper agis.
Si res, & cauſæ deſunt, agis Attale mulas.
Attale, ne quod agas deſit, agas animam. Ubi, Agis cauſas, ſignificat Declamas. Agis res, Agis negotia. Agis mulas, Ducis. Agas animam, Moriare.

Agere & ferre, Agi, ferrique, Proverbialis figura eſt, tranſlata a more militari, quod illic homines & jumenta aguntur, ſarcinæ feruntur. Hac autem utimur, pro eo quod eſt Diripere, Populari aut Vexare. Liv. de Bell. Maced. lib. 8. Tum demum fracta pertinacia eſt, ut ferri agique res ſuas viderunt. Ad hunc modum uſus eſt Idem 4. Decad. l. 10. Transfertur quandoque ad animum. Tacit. de Orat. cap. 8. Nunc principes in Cæſaris amicitia agunt feruntque cuncta. h. e. Pro arbitrio agunt quicquid volunt. Eraſm. in Chiliad. [Virg. l. 2. Æn. 374.
Rapiunt incenſa, feruntque Pergama. Sic Græci ἄγειν καὶ φέρειν. V. Viger. 5. 4. 6.

Agere aliquem ad aliquid, Impellere, inducere, incitare. Liv. 9. Bell. Maced. Captas mentes velut furialibus ſtimulis ad omne ſcelus & omnem libidinem agerent. Unde ADIGERE q. V. Hor. 2. Serm. 7. 24.
Siquis ad illa deus ſubito te agat, usque recuſes.

Accurate aliquid agere. Plaut. Capt. 2. 1. 30.

Acerrime. Cic. 2. de Orat. 137.

Accurate agere cum aliquo, ut. Cic. 16. Att. 5. Egit mecum accurate, multisque verbis, tibi ut ſponderem, ſe dignum & te & nobis futurum. Vulgo Tractare. V. Cum aliq. [Aliter. 4. 2. Acta res eſt accurate a nobis, &, ſi unquam in dicendo fuimus aliquid &c. de oratione.

Accurate & prudenter cum aliquo de re aliqua. Cic. 2. Fam. 14.

Agi ad furores extremos. Val. Flacc. 7. Argon. 154.

Agere ad populum. Cic. 1. Att. V. Cum populo.

Omnia ad præſcriptum. Cæſ. 3. Bell. Civil. 51.

Æmulatus, pro Æmulationes. h. e. Æmulari. Tacit. 13. Ann. 46. Ne in urbe æmulatus ageret, provinciæ Luſitaniæ præficitur.

Ætatem. Cic. de Clar. Orat. idem quod Degere, vivere.

Ætatem in literis. Cic. 2. de Legib. 3. V. ÆTAS.

Ævum. Ovid. 15. Met. 588.

Ævum cum diis in cœlo. Cic. 1. Tuſc.

Ævum per crimina. i. e. Vivere ſcelerate & dedecoroſe. Ovid. 10. Met. 243.

Aliquem. i. e. Repræſentare & exprimere alicujus perſonam. Cic. 2. Fam. 8. Itaque quum primum audivi, ego ille ipſe factus ſum, ſcis quem dico: egique illos omnes adoleſcentes, quos ille jactitat. i. e. Repræſentavi. Idem pro Roſc. Com. 20. Nam Ballionem illum improbiſſimum & perjuriſſimum lenonem quum agit, agit Chæream. Vide Agere partes.

Aliud agere. V. Alias res agere.

Ambages. Plaut. Pſeud. 5. 1. 10. pro, Uti ambagibus.

Ambigue. Tacit. 3. Hiſt. 35.

Amicum. Plin. in Paneg. Tunc maxime imperator, quum amicum ex imperatore agit. Sic, Agere patrem, judicem, regem, conſulem, & ſimilia. V. Civem.

Amphidromiam agis. V. AMPHIDROMIA.

Animalia. V. Agere pecora.

Animam agere dicitur, Qui eſt morti proximus; qui morbo, aut vulnere confectus, jam eſt in confinio mortis & vitæ. Cic. 1. Tuſc. 19. Animum autem, alii animam, ut fere noſtri declarant nomine. Nam & Agere animam, & Efflare dicimus, &c.

Animum. Hor. in Arte Poet. 100.
Et quocunque volent animum auditoris agunto. i. e. Impellant, afficiant, trahant & rapiant in quemcunque affectum volent.

Animo non inimico agere. Cic. 7. Verr. 149.

Animo magno & forti rem aliquam agere. Cic. 8. Att.

Annum, certum ætatis. Varro 2. de R. R. cap. 7. Liv. 3. Cic. de Senect. 5.

Agitur annus. V. Agitur menſis.

Apologum. Plaut. Stich. 4. 1. 32.

Apud aliquos. Cic. 2. de Orat. 175.

Aquas agit rivus. Ovid. 1. Faſt. 404.

Arbitrium alicujus rei. i. e. Statuere pro arbitrio. Liv. 5. Decad. lib. 4. Rhodios nuntio in orbe terrarum arbitria belli pacisque agere. Tacit. 4. Hiſt. 21. Proinde perfuga Batavus arbitrium rerum Romanarum ne ageret, ſed meritas ſceleris pœnas expectaret.

Aſtute. Cic. 11. Fam. 28.

Agere avem, pro Perſequi, Venuleius eleganter dixit in l. ult. D. Quod vi aut clam.

Auguriis divûm agimur. Virg. 3. Æn. 5.

Bella non agenda puero. Ovid. 1. De Arte Am. 182.

Bene, Præclare mecum agitur, idem eſt quod In bona conditione ſum. Cic. in Lælio 11. Cum illo vero quis neget actum eſſe præclare? Nonnunquam active. Valer. Max. lib. 5. Bene egiſſent Athenienſes cum Miltiade, ſi eum poſt trecenta millia Perſarum in Marathone devicta, in exilium protinus miſiſſent, ac non in carcere & vinculis mori coegiſſent.

Blanditiis agitur nihil. Ovid. 6. Met. 685. i. e. nihil impetratur, proficitur. Sic Multum, non multum, nihil agere. q. V.

Agere canticum, dicitur tibicen. Liv. 7. Venia petita puerum ad canendum ante tibicinem quum ſtatuiſſet, canticum egiſſe aliquanto magis vigente motu, quia nihil vocis uſus impediebat.

Captivos ſub curribus. Martial. lib. 8. 26. pro In triumpho ducere. Frequentius Ante currum agere.

Carpentum. V. Currum.

Cauſam, vel cauſas. V. ACTOR. Plin. lib. 17. cap. 4. Quum cauſam apud Cenſores ageret.

Cenſuram inter aliquos, pro Exercere. Sen. Epiſt. 67.

Cenſura agitur. Ovid. 6. Faſt. 647.

Circum agere. i. e. In circuitu. Virg. 1. Æn. 117.

— aſt illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum & rapidus vorat æquore vortex. [Anaſtrophe eſt, pro Circumagens.

Civem mirificum. Cic. 8. Fam. Epiſt. ult. Dum mirificum civem agis, amici officium neglexiſti. i. e. dum te præſtas civem mir.

Coliculum agit olus. Columel. lib. 12. cap. 56. h. e. Emittit, producit.

Communiter aliquid. Cic. 3. de Fin. 9. Sic equidem diligentius ſæpiusque iſta loquemur inter nos, agemusque communiter. i. e. tractabimus.

Conſilia. Liv. 10. Conſilia ſecreta agunt. i. e. Tractant.

Conſulem. Plin. in Paneg. 127. & Valer. Max. Sic, Agere Tribunitiam poteſtatem. Liv. 4.

Contagia late. Ovid. 7. Met. 551. h. e. Corruptionem longe ſpargunt & immittunt.

Contentione magna. Liv. 1. Decad. lib. 3. V. ORO.

Conventus. Cæſ. 6. Bell. Gall. 44. Græc. Interpr. συνόδους ποιεῖσθαι. V. CONVENTUS. Conf. & infra Forum.

Convivam lætum, Læte convivari. Hor. 2. Serm. 6. 111.

Crimen, idem quod Tractare crimen. Cic. 6. Verr. 48. Hic nolite exſpectare dum ego hoc crimen agam oſtiatim. i. e. Nolo omnes familias, quas hoc crimine vexarit Verres, recenſere.

Cum aliquo re aliqua, fere declaratur per verbum Utor, aut per verbum quod ſignificationem habeat convenientem rei de qua agitur. Cic. 9. Fam. 21. Veruntamen quid tibi ego videor in epiſtolis? nonne plebeio ſermone agere tecum? Idem 1. Q. frat. 4. Non enim gladiis mecum, ſed litibus agetur. i. e. Ille non utetur (vel illi non utentur) gladiis adverſum me, ſed litibus. Aut, Non tractabor gladiis, &c.

Cum aliquo, pro De re aliqua tractare. Cæſ. 1. Bell. Gall. 14. Is ita cum Cæſare egit, ſi pacem populus Rom. cum Helvetiis faceret, in eam partem ituros, atque ibi futuros Helvetios &c.

Cum aliquo; in alia ſignificatione, pro eo quod eſt, Eum de re aliqua ſolicitare: ſive, ut alii interpretantur, Rogare, petere, ſuadere. Cic. pro Planc. 92. Res vero ipſa publica ſi loqui poſſet, ageret mecum, ut quoniam ſibi ſerviſſem ſemper, nunquam mihi: jam mihi ſervirem, conſulerem meis. Sic

Cum Tribuno plebis. Cic. 7. Attic. 7. de Curione Tribun. pl. Nunquam enim Curio ſuſtinuiſſet, ſi cum eo agi cœptum eſſet.

Cum aliquo, additis adverbiis, per verbum Tractare declaratur: ut, Pacifice egit mecum. i. e. Pacifice me tractavit, Non acerbe egit mecum, non inimice, &c.

Cum aliquo, item alio modo. Terent. Heaut. 4. 1. 29. Quid cum illis agas, qui neque jus, neque bonum, atque æquum ſciunt? i. e. Quod jus ab illis obtineas?

Cum aliquo, in alia ſignificatione. Plaut. Nihil ago tecum. h. e. Nihil rei mihi eſt tecum. Indocte dicitur, Nihil habeo ad faciendum tecum.

Cum Patribus. Cic. 3. de Legib. 31. Cum populo Patribusque agendi jus eſto Conſuli.

Cum populo. Gell. lib. 13. cap. 14. Cum populo agere eſt, Rogare quid populum, quod ſuffragiis ſuis aut jubeat, aut vetet. Concionem autem habere, eſt Verba facere ad populum ſine ulla rogatione. V. Gell. 13. 15. extr. conf. Manut. ad Kalend. Rom. p. 102. Cic. 5. Fam. 2. 22. & Nep. 7. 8. 2. Ibique præſente vulgo agere cœpit. i. e. loqui, verba facere.

Cuniculos ad ærarium. Cic. 3. Off.

Curam. Liv. 2. Valer. lib. 1. cap. de Religione, Magna conſervandæ religionis apud majores noſtros cura acta eſt. i. e. Magna adhibita eſt diligentia. Agere curam, nihil aliud eſt quam Curare: quod & Gerere curam dicitur. ut, Age curam rerum tuarum: quod eſt, Cura res tuas.

Curam de ſe. Livius.

Currum, ut Agere Carpentum. Livius: 1. 48. Amens, agitantibus furiis ſororis ac viri Tullia per Patris corpus carpentum egiſſe fertur. H. St.

Curſum. Plin. lib. 5. cap. 24. Euphrates curſum ad occaſum ſolis agit. Pro eo quod eſt, Labitur.

Cuſtodiam urbis, Urbem diligenter cuſtodire, Ad ejus cuſtodiam excubare. Liv. 5.

Agere de. Cic. 1. Fam. 2. De cæteris rebus quicquid erit actum, ſcribam ad te. Niſi ad v. Scribam refertur potius.

De pace, & ſimilibus, eleganter pro Tractare. Liv. 2. Bell. Maced.

De re aliqua ad fidem, eſt Ita componere actionem, ut fidem faciat, agentique credatur. Liv. 3. Bell. Maced. Antiochus miſſis ad Quintium legatis, qui ad fidem de ſocietate agerent, omnia Aſiæ legens pervenit in Lyciam, &c.

De re aliqua ſevere. Cic. 16. Att. 14. De ſumma autem, agi prorſus vehementer & ſevere volo.

De loco ſuperiore. Cic. 6. Verr. 49. Atque hæc agebantur in conventu palam de ſella, ac de loco ſuperiore.

Agitur caput, fama, exiſtimatio, fides, officium, fortunæ meæ. i. e. In periculo verſatur: nunquam autem agitur de capite, de fama, &c. nam Agere de aliqua re, eſt Verba facere: ſermonem, aut conſilium habere. Proinde in Lælio apud Cic. locus ille corruptus eſt, Et quæ fortuna acciderit, ut minus juſtæ amicorum voluntates ſint adjuvandæ, in quibus eorum, aut de capite agatur, aut fama, &c. legendumque ut ſcriptum reperi in cod. antiq. Aut caput agatur. & ita A. Gell. lib. 1. cap. 3. Ex Lambino in illud Horatii, Nam tua res agitur, &c. Cic. pro Planc. 79. Agitur ſtudium tuum. Cic. 7. Philipp. 27. Agitur libertas Pop. Rom. Cic. 6. Verr. 13. Aguntur injuriæ Sociorum. Cic. pro Lege Manil. 6. Agitur gloria Pop. Rom.

Delectum. Plin. lib. 7. cap. 29. Ingeniorum gloriæ quis poſſit agere delectum per tot diſciplinarum genera, & tantam rerum operumque varietatem? Pro, Diſcernere ingenia, vel inter ingenia.

Deſiderio alicujus rei agi. Liv. 9. Bell. Pun. i. e. Moveri, impelli, accendi.

Diem vitæ extremum agere, Cic. 2. de Fin. & Ultimum diem, Liv. 9. Hæc ſignificant quempiam Eſſe in extremo vitæ die.

Diem feſtum. Cic. 6. Verr. 106. Ubi ad hoc usque tempus Syracuſani feſtos dies anniverſarios agunt. Sic, Agere diem natalem. Agere diem feſtum, & Feſtum diem obſervare: ſive, ut vulgus loquitur, Solennizare, vel Facere feſtum. Sic, Agere ferias, i. e. Feriari, apud Plautum.

Diem unum bene agere ex philoſophiæ præceptis. Cic. 5. Tuſc. 5. Eſt autem unus dies bene & ex præceptis tuis actus, pene toti immortalitati anteponendus.

Diris agere aliquem. Hor. Epod. 5. 89.

Diligenter aliquid agere. Cic. 15. Fam. 4. Quod quum ab illo diligenter eſſet actum, ego in caſtra ad ſeptimum calendas Septembres veni.

Diligenter omnia a nobis agentur. Cic. 1. Fam. 5.

Enſis agit plurima bello navali. Lucan. lib. 3. 570.

Equum agere in viam. Liv. 3. Bell. Pun.

Error agit aliquem. Ovid. 3. Faſt. 555.

Ex æquo agere. Tacit. 4. Hiſt. 64. Aut ex æquo agetis, aut aliis imperitabitis.

Ex animo res agitur. Author ad Heren. lib. 3. Hoc ſcire tamen oportet, pronuntiationem bonam id perficere, ut res ex animo agi videatur. h.e. Non ficte, non ſimulate. [Sic ex animo facere Ter. Andr. 4. 5. extr.

Ex diverſo agere. Quintil. lib. 5. cap. 11. Aut adverſarii, aut ejus qui ex diverſo agit.

Ex fide bona agere. Cic. 3. Off.

Ex inſidiis. Cic. 1. de Off. 109. i. e. Inſidioſe ſive per inſidias.

Ex ſponſo ſive ex ſponſu agere. Quod recentiores dixerunt, Agere ex ſtipulatu. Cic. pro Quint. 2. Sponſionem facere maluit: fecit. te judicem C. Aquili ſumpſit: ex ſponſo egit. Serv. Sulpitius apud Gellium, Sed ſi poſt eas ſtipulationes uxor non dabatur, aut non ducebatur, qui ſtipulabatur, ex ſponſu agebat.

Ex ſyngrapha cum aliquo. Cic. pro Muren. 35. Pergitisne vos, tanquam ex ſyngrapha, agere cum populo? i. e. Populum veluti ex ſyngrapha obligatum quaſi in jus vocare, & cogere?

Exemplis agere. i. e. collatis utrinque exemplis. Plin. lib. 10. cap. 75. Et ſi exemplis agatur, profecto paria fiant.

Experimenta agere. Plin. lib. 29. cap. 1. Diſcunt periculis noſtris, & experimenta per mortes agunt. i. e. Artis ſuæ periculum faciunt, atque ita eam approbant & confirmant. De medicis loquitur.

Fabulam, comœdiam, tragœdiam. Cic. 11. Philipp. 19. Quorum alter commentatus eſt mimos, alter egit tragœdiam. Videtur Cicero de authore tragœdiæ hic intellexiſſe, ut ſit EGIT, pro FECIT. Nam poeta comœdiam ſive tragœdiam facit, qui componit eam: ut ſæpe apud Plautum & Terentium. Hiſtrio vero comœdiam agit, qui eam populo voce ac geſtu repræſentat: quod Ludere vulgo dicitur. Unde appellata eſt Actio: & qui agunt, Actores dicti. Ter. prol. Eun. 22. Nunc quam acturi ſumus Menandri Eunuchum. In agendis autem fabulis, alius aliam perſonam agit. ut agit hic Simonem, ille Davum, alius Pamphilum, aut Thaidem, &c.

Fama agit aliquem. Hor. 2. Carm. 2. 7.

Vivet extento Proculeius ævo,
Notus in fratres animi paterni:
Illum aget penna metuente ſolvi
Fama ſuperſtes. Acron, i. e. Ducet per notitias omnium.

Familiariter agere. Cic. 15. Fam. 4. Agam tecum familiariter.

Folia agit ficus. h. e. Emittit. Columel. lib. 5. cap. 10. Sic Frondem, Gemmas.

Fortuna noſtra agitur per adverſas procellas. Ovid. 5. Triſt. 13.

Forum. Cic. 5. Att. 16. In ultimam provinciam ſe conjecit, Tarſum usque: ubi forum agit. i. e. Jus dicit. V. Conventum.

Frigora agunt venti. Virg. 1. Georg. 352.

Æſtusque, pluviasque & agentes frigora ventos.

Frondem dicitur arbor. Plin. lib. 18. cap. 6. V. Folia ſupra.

Fugam, Fugere. Liv. 5. Bell. Pun.

Fundamenta. i. e. Ponere, vel Ducere. Cic. pro Milon. 76. Qui parietem ſic per veſtibulum ſororis inſtituit ducere, ſic agere fundamenta, ut ſororem non modo veſtibulo privaret, ſed omni aditu & lumine.

Gemmas agit vitis, aut arbor. Varro 1. de R. R. cap. 30. h. e. Emittit. V. Folia.

Geſtum in ſcena. Cic. 2. de Orat. 233.

Genialiter agere feſtum. Ovid. 11. Met. 95.

Gnaviter aliquid. Hor. 1. Epiſt. 1. 24.

Gradus agere præcipites. Val. Flac. 8. Argon. 106.

Gradus agere tacitos. Val. Flacc. 3. Argon. 441. i. e. Tacite.

Grates, poëticum magis quam oratorium. Cic. de Somn. Scip. 1. Et grates (inquit) tibi ago ſumme Sol, vobisque reliqui Cœlites.

Gratias furtive, In angulo ad aurem. Sen. de Benef. lib. 2. c. 23.

Gratias remotis arbitris. Sen. lib. 2. cap. 23. Ingratus eſt, qui remotis arbitris agit gratias.

Gratias alicui apud alium. Cic. 13. Fam. 66. Nero meus mirificas apud me tibi gratias egit, prorſus incredibiles.

In aliqua re. Cic. 2. Att. 24. Bibulus Pompeium fecerat certiorem, ut caveret inſidias; in quo ei Pompeius gratias egerat. pro, Qua de re.

Graviter, leniter, priſce, remiſſe, ſevere, urbane agere cum alio. Cic. pro Cœlio 33. Sed tamen ex ipſa quæram prius, utrum me ſecum ſevere & graviter & priſce agere malit, an remiſſe ac leniter & urbane.

Hoc age. Præco in ſacris faciendis dicebat, Hoc age. quod ſignificat, Ad hoc ſolum attende animumque adverte, Author Plutarchus in Coriol. Plaut. in Perſ. Hoc age. opusne eſt hac tibi empta? h. e. Animadverte, & intentus eſto in hanc rem.

Hoc age. Ter. Phorm. 2. 3. 88. Te oblectet, tibi habe. P. minue vero iram. D. hoc age. Ubi donatus, Hoc age, annuentis eſt

Hoc agite. Ter. Eun. 1. 2. 50. Hoc agite amabo. Ubi Donatus, Hoc agite, pro adverbio corripientis eſt poſitum: aut certe pro adhortatione audientiæ præbendæ. Sic Plaut. Hoc agite ſultis ſpectatores. Et convenit velut nutu audientiam ſignificantis, & geſtu hoc ipſum adjuvantis.

Hortatione, pro Hortari aliquem. Cic. 1. Q. frat. 1. Ac jam hoc loco, non hortatione neque præceptis, ſed precibus tecum fraternis agam.

Hyemem agere ſub tectis, i. e. Tranſigere. Liv. 5. Sic æſtiva agere ſub tectis. Liv. 7. Bell. Pun.

Ictum, pro Impellere. Liv. 5. Decad. lib. 2.

Id agere, ut &c. Elegans formula qua studium, consilium, & conatus significatur, præsertim clandestinus. Cic. 4. Catil. 12. Qui id egerunt, ut gentem Allobrogum in vestigiis hujus urbis collocarent. Nepos 2. 5. 1. Certiorem eum fecit, id agi, ut pons dissolveretur.
Idus agendæ sunt tibi mecum. Hor. 4. Carm. 11. 14. Acron: i. e. Celebrandæ. Diem vero natalem Mæcenatis significat, nimirum Idus Apriles.
Imperium agere. Plin. lib. 7. cap. 28.
Impetus agit aliquem. Ovid. 2. Met. 203.
Agere in, pro Esse. Virg. 5. Æn. 51.
Nunc ego Getulis agerem si syrtibus exul. Ubi Servius, Si in Getulis syrtibus agerem. i. e. Essem. Plin. lib. 8. cap. 25. Dies in terra agit, noctes in aqua.
In furore, pro Furiosum esse. Ulpian. in l. Patre furioso. D. De iis qui sui, vel alie. juris sunt.
In admirationem animum agit. Plin. lib. 25. cap. 1. i. e. Impellit, & quasi Rapit atque trahit.
In arma. Liv. 6.
In crucem. i. e. Tollere. Cic. 7. Verr. 162. & 5. de Fin. 84.
In cruciatum & crucem. Cic. 7. Verr. Non tu hoc loco Gavium, non unum hominem nescio quem civem Romanum, sed communem libertatis & civitatis causam in illum cruciatum & crucem egisti.
In exilium. Plin. lib. 7. cap. 30. Et Liv. 5. Bell. Pun.
In fraudem. Virg. 10. Æn. 73.
In fugam, Fugare. Liv.
In furorem, in rabiem. Horat. Ep. 1. 19. 25.
— Numeros animosque secutus
Archilochi; non res & agentia verba Lycamben. H. St. Subaudiri nempe innuit τὸ In furorem.
In hoc agam, ut eum deleget mihi. Ulp. in l. Idemque. §. Si cui. D. Mandat.
In orbem agi. Virg. 2. Georg. 401.
In bona spe. Tacit. 12. Ann. ad fin. Crebroque vulgabat, ire in melius valetudinem principis, quo miles bona in spe ageret.
Inconsiderate & negligenter. V. NEGLIGO.
Incuriosius. Tacit. 4. Hist. 28. Cæsæ cohortes eorum in vico Marcoduro incuriosius agentes.
Inquisitio agitur. Plin. lib. 29. cap. 1. Inquisitio per parietes agitur.
Inter bonos bene agier. Cic. 7. Fam. 12. Ubi porro erit illa formula fiduciæ, Inter bonos bene agier? Hæc formula pertinet ad omnes contractus bonæ fidei. Monet autem viros bonos multa debere præstare, quæ etiam non sunt lingua nuncupata.
Iracunde. Cic. 8. Philipp. 17. Vehementer me agere fateor, iracunde nego.
Iter agere. Ovid. 2. de Arte Am. 84. de Icaro.
Judicium agi. Plin. lib. 9. cap. 35. Postero die quo judicium agebatur.
Judicio agere cum aliquo. Scævola l. penult. D. de acquir. hæredit.
Jure summo agere. Budæus, Summo jure agere dicebant antiqui, pro eo quod est, Non ex æquo & bono, sed iniquiore quodam jure & præfracto. Cic. pro Cæcin. 34. Non enim minus laborat Cæcina, ne summo jure egisse, quam ne certum jus obtinuisse videatur.
Laudes & grates diis. Liv. 7.
Legationem apud aliquem. pro Exequi legationis munus. Asconius.
Legati agere dicuntur. pro eo quod est, Legationis munus exequi. Liv. 9.
Lege agere. Ter. Phorm. 5. 7. 91. Lege agito ergo. Ubi Donatus, Lege agito, dicebatur ei, cujus intentio contemptibilis adversario videbatur. Cic. 1. de Orat. Agerent enim tecum lege primum Pythagorei omnes. V. Lege agere in LEX.
Lege agere in hæreditatem paternam. Cic. 1. de Orat. 175.
Leniter, V. supra, Graviter.
Lente agere, V. LENTUS.
Limes agendus. Ovid. 3. de Arte Am. 558.
Nec stabiles animos annis, viridemque juventam
Ut capias, idem limes agendus erit. h. e. Non iisdem artibus fefelleris senem & juvenem. Proverbium.
Mandata agere, idem quod Mandata exequi. Cic. 9. Att. 8.
Mecum agit fortuna secundis rebus. i. e. Favet. Lucan. lib. 1. 310.
Mecum agit duris legibus. Non verbis posthac, sed verberibus agam tecum. Summo jure egit cum illo, & similia.
Mensis agitur. Plin. lib. 14. cap. 1. A Virgilii vatis obitu xc aguntur anni. Ter. Hec. 3. 3. 34. Tum postquam ad te venit, mensis jam hic agitur septimus.
Mensuram alicujus rei agere. Plin. lib. 15. cap. 3. Amurcæ mensuram nemo agit. i. e. Nemo amurcam metitur, sive ad mensuram redigit.
Morem. Sallust. Primum omnium, omittendum morem hunc, quem agitis impigræ linguæ.
Metus mortis est foras agendus. Lucret. lib. 3. 37.
Et metus ille foras præceps Acherontis agendus
Funditus, humanam qui vitam turbat ab imo. h. e. Expellendus omni ex parte.
Minerva pingui agere. Cic. in Lælio, 19. Agamus igitur pingui Minerva, ut aiunt. h. e. Omissa omni obscuritate & nimia subtilitate, hanc rem tractemus crassius: sive (ut imperiti loquuntur) Loquamur grosso modo. Proverbiale est.
Modeste agere. Quintil. lib. 5. cap. 6.
Modice agere quippiam. Cic. pro Cœlio. Nunc agam modice, nec longius progrediar, quam me mea fides & causa ipsa coget. V. MODUS.
Multum agit sexus, ætas, conditio: ut in fœminis, senibus, &c. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Non multum egerit. Cic. 7. Fam. Quod quidem si inter vos senes venale proscripserit, egerit non multum. i. e. Non multum profecerit.
Multum acti. Quintil. l. 7. c. 1. p. 592. Burm. Jam multum acti est. Posset aliquis non adfuisse & hæres esse. [Sunt qui gen. putant ab ACTUM. ti, Alii Archaïsmum, Acti pro Actûs. Forte Actum legendum.
Negotium suum. i. e. Rem privatam curare. Nam agere suum negotium dicitur, qui sic in propriis rebus est occupatus, ut nihil curet aliena. Cic. 1. Off. 29. Sunt etiam qui aut studio rei familiaris tuendæ, aut odio quodam hominum, suum se negotium agere dicant.
Nihil agere. V. NIHIL.
Nihil aliud agit, nisi. Cic. 4. Acad. 7. Neque nostræ disputationes quicquam aliud agunt, nisi in utranque partem dicendo & audiendo eliciant, &c.

Nimbos agens Eurus. Hor. 2. Carm. 16. 23.
Noctem inter gaudia agere. Virg. 6. Æn. 514. i. e. Ducere.
Nugas agere, pro Nugari. Plaut. Cistel. 2. 3. 39.
Orbum agimus & naufragum & periclitantem: quorum induere personas quid attinet nisi affectus assumimus? Quintil. Inst. 6. 2. extr.
Orationem. Cic. de Senect. Agere orationem, non est eam componere aut scribere, sed orationem palam habere, sive pronuntiare. Nam in priore significatu, Facere orationem, sicut Facere carmen, dicimus.
Oscitanter. V. OSCITANTER.
Otia, i. e. In otio & tranquillitate vivere, vel otiari. Virg. 3. Georg. 377.
Ipsi in defossis specubus secura sub alta
Otia agunt terra.
Pacem. Sallust. Liceatne tum pacem agere.
Pacem, pro Quiescere. Sil. Ital. lib. 7.
Pacem nocte datam mortalibus orbis agebat.
Partes aliquas, sive aliquam Personam. Cic. 7. Fam. 6. Et quando Medeam agere cœpi, illud semper memento, Qui ipse sibi sapiens prodesse nequit, necquicquam sapit. Idem, Quum tibi prope necesse esset, eas agere partes. h. e. Suscipere inimicitias cum inimicis meis. Sed hoc traxit Cicero a fabularum personis: ut in comœdia, Agere partes lenonis, est Lenonem agere. Ubi etiam Agere primas partes ea persona dicitur, quæ præcipua est in ipsa comœdia. Ter. prol. Phorm. Quia primas partes qui aget, is erit Phormio. Cic. in Bruto, Quum Cotta princeps adhibitus esset, priores tamen agere Hortensium. h. e. Superiorem esse.
Partes alicujus vicissim. Ter. Phorm. 5. 5. 7. Vicissim partes tuas acturus est. interpretatur Donatus, Mutuas operas tradere.
Partes lenitatis & misericordiæ. Cic. pro Muren. 6. Ego autem has partes lenitatis & misericordiæ, quas me natura ipsa docuit, semper egi libenter: illam vero gravitatis severitatisque personam non appetivi, sed ab Republica mihi impositam, sustinui.
Plebem. Liv. lib. 3. His fere agere plebem, plebisque animos. i. e. Exercere & vexare.
Pœnas alicujus sceleris a se agere. Liv. 5. Bell. Pun. pro Exigere.
Pœnitentiam agere dicitur, quem facti pœnitet: qui dolet se aliquid fecisse: qui rem factam, infectam cupit. Plin. in Epist.
Præ se agere aliquid. Stat. 3. Theb. Liv. 29. 28. 3. Pecora quoque præ se agrestes agebant.
Præcipitem ex. Cæs. 3. Bell. Civil. 46. 5. Et ex inferiore loco adversus clivum incitati cursu, præcipites Pompeianos egerunt, & terga vertere coëgerunt. h. e. Eos a superiore loco expulsos, in fugam verterunt.
Præcipitem de fundo. Cic. pro Cæcin. 60. Si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem de fundo præcipitem egeris. i. e. dejeceris de possessione.
Præcipitem, per metaphoram. Cic. 13. Philipp. Difficile est credere, eos qui me præcipitem egerint, æquissimas conditiones ferentem. i. e. De statu ac dignitate dejecerint, deturbarint.
Præcipitem eum agunt pœnæ civium. Cic. 3. Verr. 7. Agunt eum præcipitem pœnæ civium Rom. quos partim securi percussit, partim in vinculis necavit &c. Hoc Sallustius dixit, Agitari conscientia scelerum.
Prædam & prædas. Liv. lib. 1. 17. Inde eos collecta juvenum manu hostilem in modum prædas agere. Agere prædas, est Prædari. h. e. Agros, vicos, aut loca alia populari, ut abigendo pecora, & auferendo quidquid pro libidine prædantium auferri potest.
Prædam, ad furtum etiam refertur. Plaut. Aul. Næ illic pulchram prædam agat, si quis illam invenerit aulam onustam auri.
Prisce, V. supra, Graviter.
Properato agi ad mortem. Tacit. 13. Ann.
Quercus agere carmine. Virg. 4. Georg. 510. de Orpheo,
Mulcentem tigres, & agentem carmine quercus. Servius: i. e. Moventem. [Ducere Horat. 1. Carm. 12. 12.
Quid ages? Ter. Phorm. 2. 2. 8. Quid ages? P. quid vis, nisi ut maneat Phanium, &c. Ubi Donatus, Non interrogantis, sed metuentis hoc dictum est.
Quid agis? Ter. Phorm. 1. 4. 39. Ah, quid agis? quo abis, Antipho? Ubi Donatus, Perturbati intercessoris est dicere, Quid agis? ut alibi, Mea Glycerium, quid agis? cur te is perditum? Oratio illa, Quid agis, est prohibentis, aut revocantis: quasi tu dicas, Quid agere paras? Quid vis facere?
Quid agas vide, Modus est loquendi, quo admonemus eos qui magna aut periculosa aggrediuntur. Ter. Eun. 2. 1. 18. Hui! Universum triduum? vide quid agas. Idem Phorm. 2. 2. 72. Senex adest, vide quid agas. Ubi Donatus, Non terrentis, sed excitantis est.
Quod agitur agamus. Cic. 11. Philipp.
Radicem deorsum agere. Columel. lib. 2. cap. 10. extr. Sed tenuem radicem deorsum agunt. [Cels. de Med. 5. 28. 1. Idque vitium subter, actis quibusdam radicibus serpit. Ibid. §. 14. de Myrmeciis: Quæ radices altius exigunt, majoremque dolorem movent. i. e. Defigunt.
Radices agit vera gloria, per metaphoram dixit Cic. 2. Off. 43. Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur. h. e. Corroboratur & stabilitur, manetque diu, nec facile evertitur.
Remissius cum subjectis agere. h. e. Eos tractare remissius. Columel. lib. 11. cap. 1. V. supra, Graviter.
Res alias. Ter. Eun. 2. 3. 56. Desine, jam conclamatum est. CH. alias res agis. P. Istud ago quidem. Ubi Donatus, Recte, quia dixit ille, Jam conclamatum est. Alias res agis: aut non attendis ad id quod dico, significat: ut nulla sit in eo attentio. Aut nugatorias res agis: hoc est, jocaris. nam hinc natum est, Hoc agite, amabo. quasi dicat, Vanas res agis. Cic. pro Cluent. 179. Ut hunc Oppianicum aliud agentem, ac nihil ejusmodi cogitantem, ad hanc accusationem detraheret.
Res alicujus. h. e. Curare. Cic. 12. Att. 33. Tuam in agendis nostris rebus diligentiam mirifice diligo.
Agi res dicitur, de qua in foro ac judicio disceptatur: & alius quidem jus suum persequitur, alius judicat. Hinc Agi dicebantur Res, cum judicia celebrarentur; qui dies ἀγοραῖοι dicebantur Græcis, ut Casaubonus ad Theophrasti Characteres observat. V. infra ACTUS Rerum.
Retro aliquid. Plin. lib. 36. cap. 5. Quod si quis horum familiam ad proavum usque retro agat, inveniet artis ejus originem cum Olympiadum origine cœpisse. Retro agere, hic significat Ordine (ut dicitur) retrogrado recensere, sive numerare. Sic, Retro agere carmen, aut orationem, est A fine incipiendo pronuntiare aut recitare. Sic loquitur Quintilianus. quod etiam dicitur Ordine præpostero fieri.

Reum.

Reum. Plin. lib. 2. cap. 7. Una accufatur, una agitur rea. Dictum de Fortuna.
Rimas. Cic. 14. Att. 9. Tabernæ mihi duæ corruerunt: reliquæ rimas agunt. h. e. Diffinduntur ac diffolvuntur.
Scintillas. Lucret. lib. 2. 674.
Scintillasque agere, ac late differre favillam, i. e. Spargere.
Se agere proprie dicitur, qui Ægre fe movet, aut gravate incedit. Virg. 6. Æn. 337.
Ecce gubernator fefe Palinurus agebat. Idem 9. Æn. 696.
— is enim fe primus agebat. Ter. And. 4. 2. 25. Quid tu, quo hinc te agis? Ubi Donatus, Quo te agis: ut tarditatem difcedentis oftendat. Agere enim fe, tardi & triftes dicuntur
Se pro equite Romano: i. e. Gerere fe, &c. Suet. in Claud. cap. 25. Libertinos qui fe pro equitibus Romanis agerent, publicavit.
Aguntque fe propugnatores fceleris, cujus turpe erat alios vindices fuiffe. Juftin. l. 8. c. 2. Aliter agere fe pro eq. & Agere fe ap. Terent. H. St.
Secula vitæ aguntur. Ovid. 3. Met. 444.
Secretum agere. i. e. Solum effe. Suet. in Tiber. cap. 60. Pifcatori, qui fibi fecretum agenti, grandem mullum inopinanter obtulerat, perfricari eodem pifce faciem juffit.
Secum aliquid. Cic. 1. Off. 4. Nulla enim vitæ pars, neque publicis, neque privatis in rebus, neque fi tecum agas quid, neque fi cum altero contrahas, vacare officio poteft. i. e. Si folus agas negotium tuum.
Senatus agitur. i. e. Habetur. Suet. in Cæf. Dict. cap. 88. extr.
Senectutem honoratam agere. Liv. 4. Bell. Maced. Et quietam, Cic. 14. Att. 3. Tolerabilem, Cic. de Senect. 7. Hæc & fimilia, per Exigere quoque & Tranfigere & Traducere efferuntur.
Severe, V. fupra, Graviter.
Sapienter agendum. Ovid. 13. Met. 377.
Silentium, pro Silere. Ovid. 1. Met. 349.
Simpliciter. Cic. 4. Acad. 112. Cum fimplici homine fimpliciter agerem.
Solute agere, Leniter, & ofcitanter. Cic. in Bruto, 276.
Spumas. Cic. 6. Verr. 148. Nam quum fpumas ageret in ore, arderent oculi. pro, Spumas ore emitteret, videlicet ex iracundia & furore.
Spumas ore. h. e. Emittere. Virg. 3. Georg. 203.
— & fpumas aget ore cruentas.
Stationem. Tacit. 1. Hift. 28. Stationem in caftris agebat Julius Martialis tribunus.
Stationes, Effe in ftationibus. Liv. 3.
Tabellis obfignatis, h. e. Aliquem convincere teftimonio fuarum literarum. Cic. 5. Tufc. 33.
Sic Agere teftibus. V. Jocus Martialis: Summis teftibus ifta res agetur. Ex ambiguo. H. St. Lapfus memoriæ. Nam v. eft in Priap. Carm. 14. Magnis teftibus &c.
Tempora. Ovid. 3. Faft. 402.
Quum croceis rorare genis Tithonia conjunx
Cœperit, & quintæ tempora lucis aget. h. e. Quum aurora quintum diem faciet, vel adducet.
Tempora belli, i. e. Tranfigere. Ovid. 13. Epift. 42.
Triumphum, idem quod Triumphare, five Triumphum ducere. Cic. 14. Philipp. 13. Pharfalicæ vero pugnæ ne triumphum quidem egit.
Triumphum ex aliquo populo. Liv. 6.
Triumphum de aliquo. quod frequentius. Plin. lib. 34. cap. 3. Qui de Perfe rege navalem triumphum egit. Cic. 7. Verr. 98. In portu Syracufano de claffe pop. Rom. triumphum agere piratam. Metaphorice, h. e. De capta Romanorum claffe, triumphantis more gloriari.
Velis tumidis agimur. Hor. 2. Epift. 2. 201.
Ventis agi. Ovid 1. Trift. 2. 40.
Ver agit orbis. Virg. 2. Georg. 338.
— ver illud erat, ver magnus agebat
Orbis & hybernis parcebant flatibus Euri.
Verberibus agitur navis. Lucan. l. 3. 536. h. e. Ordinibus remorum impellitur.
Cellior at cunctis Bruti prætoria puppis
Verberibus fenis agitur, molemque profundo
Invehit, & fummis longe petit æquora remis.
Verfum agere. Cic. 3. de Orat. 233. Nunquam agit hunc verfum Rofcius eo geftu, quo poteft.
Vehementer, V. Iracunde.
Urbane, V. Graviter.
Vi. Liv. 4. Bell. Maced. & Cic. 1. Q. frat. 2.
Viam. Virg. 3. Æn. 695.
— Alpheum fama eft huc Elidis amnem
Occultas egiffe vias fubter mare.
Vigilias noctu ad ædes facras. pro, Vigilare ad earum cuftodiam. Cic. 6. Verr. 93. Sic in portu vigilias agere. Liv. 10.
Vitam fine decretis. Cic. 4. Acad. 27. Agere vitam ruri. Liv. 7. Agere vitam graviter & fapienter. Cic. 4. de Fin. 14.
Victimarii verbum. Nam Agere dicebantur, qui Mactabant hoftiam feu jugulabant: non quod antiquis ἄγειν fuerit mactare, (ut fentit Laurenbergius Antiquar. voce Agonalia p. 18.) fed quia latiffime patet agendi vocabulum generale. Popæ enim feu Victimarii, five Miniftri, non nifi juffi feriebant victimas. Itaque cum jam accincti quærerent, an agere deberent partes fuas & fuo defungi munere, Agon? dicebant, ex quo diei Agonali factum nomen, qua de re Ovid. 1. Faft. 317. ubi v. 319.
Nominis effe poteft fuccinctus caufa minifter,
Hoftia cœlitibus quo feriente cadit:
Qui calido ftrictos tincturus fanguine cultros
Semper (agone?) rogat, nec nifi juffus agit. V. & Varr. de L. L. 5. 5. & e recentioribus Politianum cap. 60. Mifcell. Alex. Neapol. 4. Gen. Dier. 17. p. 225. Briffon. 1. Form. p. 12. Rofin. 4. Antiq. 10. Porro vox folemnis Præconis adftantes ad filentium hortantis, ubi Magiftratus rem divinam faciebat, Hoc age! vel etiam Hoc agite! V. Torrent. ad Suet. Calig. c. 58. Galb. c. 20. Briffon. l. c.
Agens, entis. Partic. [ἐνεργῶν] Cic. in Bruto 317. Acrem enim oratorem, incenfum & agentem, & canorum, concurfus hominum forique ftrepitus defiderat.
Agentes imagines. Cic. 2. de Orat. 358. Utendum eft imaginibus agentibus, acribus, infignibus.
Agentes in rebus: quorum in Codice fæpius & alibi etiam mentio fit, Officii erat genus fub Imperatoribus, qui mittebantur per provincias, ut curfui publico & vehiculariæ rei, importandisque frumentis, quæ vel ex canone, vel indictione præftabantur, præeffent: rimatique fecreta domorum, & fpeculantes omnia ad principes, quæ reperiant, referrent: Frumentarii dicti ante. V. Salmaf. ad Spartian. Hadrian. f. 28. & Cafaub. f. 22. Itemque Turneb. Adverf. 13. 10. Cujacium ad Tit. Cod. de Agentibus in rebus; & Panciroll. in Notit. Imper. Orient. c. 64. E veteribus Hieronymus in Obad. v. 18. Eos, ait, quos nunc Agentes in rebus vel Veredarios appellant; veteres Frumentarios nominabant. Hofce Curiofos appellat Lex Cod. 13. de Curfu publ. de quo infra fuo loco. Ufus eorum & in exequendis refcriptis Imperatoriis. V. Ambrof. de Off. 2. 9.
Actus, a, um. Partic. [πεπραγμένος] ab Agor. Virg. 6. Æn. 236.
His actis propere exequitur præcepta Sybillæ. i. e. Perfectis, & abfolutis. Cic. 6. Fam. 8. Actis his rebus, literæ a te mihi funt redditæ.
Acta ætas, pro Exacta. Plaut. Trin. 2. 2. 38. Mihi quidem ætas acta eft, tua iftuc refert maxime. Sic, Actum tempus, vita, dies, Hor. in Arte Poët. 173. Cic. pro Cluent. 17. Vos ne hujus honeftiffime actam vitam matris crudelitati condonetis, rogamus. Idem 5. Tufc. 5. Eft autem unus dies bene & ex præceptis tuis actus.
Acta honefte fuperior ætas, i. e. In rebus honeftis transacta. Cic. de Senect. 62.
Actus, Appulfus, Virg. 3. Æn. 708.
Sive errore viæ, feu tempeftatibus acti. Idem 6. Æn. 532.
— pelagine venis erroribus actus? Nonius.
Actus, Coactus, territus. Virg. 6. Æn. 379.
Prodigiis acti cœleftibus offa piabunt. Nonius.
Actus, Collifus. Virg. 7. Æn. 224. — quibus actus uterque
Europæ atque Afiæ fatis concurrerit orbis. Servius.
Actus, Compulfus. Liv. 7. Bell. Pun. Elephanti quoque commiffo jam certamine in prælium acti.
Actus multis cafibus. i. e. Agitatus, vexatus. Virg. 1. Æn. 240.
Actum augurium. Cic. 1. de Divin. 32. Id poffetne fieri, confuluit. Ille augurio acto, poffe refpondit. Pro hoc ufitatius eft, Captare augurium. Hic ergo videtur Acto, pro Peracto, i. e. Finito pofitum.
Imber actus cœlo. Virg. 2. Georg. 334.
Actum, Admotum. Virg. 9. Æn. 505.
Accelerant acta pariter teftitudine Volfci. Nonius. V. Agere, Applicare &c.
Acti jucundi labores. Adagium eft. Unde dictum ab Juven. 12. Sat. 82.
— gaudent ubi vertice rafo
Garrula fecuri narrare pericula nautæ. Hoc proverbio ufus eft Cic. 2. de Fin. 105. Quid fi etiam jucunda memoria eft præteritorum malorum, ut proverbia nonnulla veriora fint, quam veftra dogmata? Vulgo enim dicitur, Jucundi acti labores. Nec male Euripides (concludam fi potero Latine, Græcum enim hunc verfum noftis omnes) Suavis eft laborum præteritorum memoria. Erafm. in Chiliad.
Actus reus criminis. Ovid. 1. de Arte Am. 324. V. Agere reum.
Sitis acta omnibus venis. h. e. Calor fitim generans, per omnes venas diffufus. Virg. 3. Georg. 482.
Sed ubi ignea venis
Omnibus acta fitis, miferos adduxerat artus.
In parietes palus. Columel. lib. 8. cap. 3.
Retro actus. Ovid. 12. Met. 253. i. e. Verfus.
Actum eft, Proverbiale genus loquendi apud veteres, quo etiam hodie Defperationem fignificamus. Ter. And. 3. 1. 7. Quid ego audio? actum eft, fiquidem hæc vera prædicat. Ubi Donatus; Hæc res fecundum jus civile dicitur, in quo cavetur nequis rem actam apud judices repetat. Idem Adel. 3. 2. 27. Actum eft. Ubi idem Donatus, Actum eft inquit, verba funt defperationis. nam Actum eft dicitur in ea re, de qua jam lata fit fententia. Cic. 14. Fam. 3. Nunc fpes reliqua eft in novis Trib. pleb. & in primis quidem diebus: nam fi inveteraverit, actum eft. Quum judices de concilio dimittebantur, præco pronuntiabat, ACTUM EST: ILICET. i. e. Ire licet.
Actum eft de. Cic. 12. Att. 25. Nam quod fcribis ἐγγήραμα, actum jam de ifto eft, alia magis quæro. Liv. 2. Actumque de exercitu foret.
Actum habere quod quis egerit. Cic. 3. Tufc. 30. h. e. Ratum
Actum agere, i. e. Fruftra laborare, proverbialis fermo eft. Sim. Bofius ad Cic. 9. Att. 18. p. 123. Tu, (malum!) inquies, actum ne agas. Actum agere, inquit, apud hunc auctorem eft, ea de re faciendo c[illegible], quam ante factam oportuit, & cujus gerendæ tempus jam præ[illegible] Ter. Phorm. 2. 2. 72. Actum, aiunt, ne agas. & Cic. in Lælio, [illegible] is utimur confiliis, & acta agimus, quod vetamur veteri proverbio.
Actum eft: folet hodieque fubfcribi tabulis, quibus, quæ fuper re [illegible] tractata conftitutave funt, comprehenduntur. In Teftamento Galli [illegible] vonii Jucundi fculpto in lapide; ACTUM VI K. QVINTILES SER. GALBA L. AVRELIO COSS. In alio lapide: ACTVM P. ROMVLIO CIT. HISPAN. PROC. ET DOMITIANO VESPAS. F. ORBI IMPERANTE. [Conf. Suet. Iul. c. 20. 25.
Acta, orum. n. pl. Tabulæ feu Commentarii Imperatorum, fenatus, populi, quibus perfcribebantur, quæ fingulis diebus acta, gefta, judicata effent: item nativitates, matrimonia, mortes, &c. Seges atque materia eorum, qui conduturi Hiftorias; qui horum Actorum non raro mentionem faciunt. His conficiendis qui erant præpofiti, Ab Actis & Actuarii appellati. De illis plura Lipf. ad Tacit. 5. Ann. Idem erant quodammodo, quod hodie, quæ vocantur, Novellæ. [Erant autem alia Populi, alia Senatus Diurna Acta. Illorum pulcherrimum fragmentum exhibuit ad Suet. Jul. c. 20. Græv. q. V. & plenius Dodwell. in Prælect. Cambden. Male vero confundunt multi cum Actis Senatus, unde nec fatis fibi conftat Fabric. Bib. Lat. l. 4. c. 5. extr. & in Supplem. Hæc enim parum difcrepaffe a Protocollis, quæ vocantur, ex Suet. Aug. c. 5. apparet.] Hanc publicam diligentiam privatim quoque æmulati viri induftrii ac frugi, habere folebant commentarios, in quibus, quicquid per dies fingulos dicerent, facerentve, annotabant. Quo refpicit Sen. de Benef. 2. 9. Beneficium in acta non mitto. Sueton. Diurnos commentarios, Aug. c. 64. Diurna, Tacit. 13. Ann. 31. & 16; 22. 6. Quotidiana, Vopifc. vocat in Aurel. c. 1. puta Acta, quod hic fubaudiendum eft. V. plura in DIURNUS. Vellei. 2. 60. 4. Actorum commentaria; Appianus ὑπομνήματα. V. Bernegg. ad Suet Cæf. 20. 1. Bœcler. de Actis Civitatis. Cic. 12. Fam. 8. & fæpius Cœlius l. 8.
Acta belli & domus. Neftor apud Ovid. 12. Met. 186.
Vitæ acta. Ovid. 4. Trift. 9. 92.
Forenfia. Lucan. ad Pifon.
Fortia. Val. Flacc. 6. Argon. 128.
Horrifica, i. e. Horrorem incutientia, nempe magica. Val. Flacc. 3. Argon. 423.
Imma-

Immania Cæsaris acta condere, Grandia & præclara Cæsaris gesta describere. Ovid. 2. Trist. 335. & 9. Met. 247.
Ingentia acta recensere. Stat. 2. Theb. 706.
Mortalia. Ovid. 1. Trist. 2. 97.
Nocturna. Ovid. 2. de Arte Am. 625.
Patriis actis superbire. Ovid. 8. Epist. 43.
Propiora. Stat. 5. Theb. 120.
Canere acta longi temporis. Ovid. 1. Fast. 104.
Circunducere acta. i. e. Antiquare & delere. Paulus l. 45. D. de Re judicata, Acta apud se habita, si partes consentiant, judex potest ea die jubere circunduci: nisi vel negotium, vel lis terminata est.
Cognoscere de alicujus actis. V. COGNOSCO.
Communicare acta sua cum aliquo. Ulysses apud Ovid. 13. Met. 239.
Comprobare. Ovid. 5. Trist. 46.
Condere. Ovid. 2. Trist. 335.
Convellere. V. CONVELLO.
Loqui acta. Ovid. 3. Fast. 370.
— mira quidem, sed tamen acta loquor.
Obligare se in acta alicujus, & in in acta alicujus jurare. Suet. in Tiber. cap. 26.
Referre in acta, V. REFERO.
Rescindere acta. Cic. 1. Philipp. 23.
Tollere acta. Cic. 6. Att. 1.
Vincere. Ovid. 11. Met. 223.

ACTUS, ûs. m. [πρᾶξις] plerunque actionem significat. h. e. Omne quod agitur. Quintil. l. 2. c. 18. Quum ab actu, hoc est opere, recesserunt. Cic. in Sallust. 1. Quod si de vita mea atque actibus huic conviciatori respondero. Idem 1. de Legib. 31. Nec solum in rectis, sed etiam in pravis actibus.
Actus, pro Dispensatione, administratione. Scæv. in l. 40. §. 3. D. de statu lib. Stichus servus meus actor, si rationem omnem actus sui hæredi meo reddiderit, liber esto.
Actum gerere, pro Dispensatorem esse, dispensationem administrare. Martian. in l. interdum. D. de publican. Cum is servus qui actum domini gessisse diceretur, in commissum cecidisset, venire non debuisse.
Actus. h. e. Gesta & præclara facinora. Lucan. lib. 8. 807.
Adde actus tantos, monumentaque maxima rerum.
Sceleris actus. i. e. Perpetratio sceleris. Lucan. lib. 8. 668.
Septimius sceleris majus scelus invenit actu.
Herculei actus. Claud. 1. in Ruff. 284.
Humanos actus digerere. Stat. 5. Sylv. 8.
Actus placiti diis. i. e. Grati. Val. Flacc. 2. Argon. 5.
Priores actus. Claud. 8. Paneg. 145.
— actusque priores
Commendat repetitus honor.
Rapidus actus; Festina impulsio, Propera persequutio. Lucan. l. 9. 31.
Actus vitæ. Quintil. l. 11. c. 1. Etiam in cæteris actibus vitæ, non idem in foro, curia, campo, theatro, domi facere convenit.
Actus rerum, Suet. Aug. c. 32. Claud. c. 15. & c. 22. itemque Ner. c. 17. & Plin. 9. Epist. 25. sunt actiones Causarum & ipsi Judiciarii dies, sive cum habentur Judicia, sive aguntur res: qui Græcis ἀγόραιοι: de quibus Casaub. ad Theophrast. Charact. c. 6. & Torrent. ad Suet. Aug. c. 32. Sic,
Actus forensis. Quintil. lib. 10. cap. 1.
Actus modo significat in comœdiis & tragœdiis Certa spatia canticorum: modo iter inter vicinos, Quatuor pedum latum: modo in Geometrica Minorem partem jugeri, id est, centum viginti pedum: modo Motum corporis, ut histrionum & saltatorum, qui etiam ex hoc ipso Actuosi dicuntur. Author Festus. Varro de L. L. 4. 4. Actus, Iter in agris, quod agendo teritur. Idem 1. de R. R. c. 1. Actus quadratus qui & latus est pedes centum viginti, & longus totidem. Plin. l. 18. c. 3. 1. Actus vocabatur, in quo boves agerentur, quum aratur, uno impetu justo: [Hard. agerentur cum aratro] Hic erat CXX. pedum: duplicatusque in longitudinem jugerum faciebat.
Actus, in fabulis. Quintil. l. 5. c. 10. Nam & fabulæ ad actus scenarum compositæ, argumenta dicuntur. Cic. de Senect. 69. Neque enim histrioni, ut placeat, peragenda est fabula, modo, in quocunque fuerit actu, probetur.
Actus & actiones. Cic. 5. Fam. 12. Secernas hanc quasi fabulam rerum eventorumque nostrorum: habet enim varios actus, multasque actiones & consiliorum & temporum.
Actus hominis, pro Partibus vitæ hominis, per translationem a fabularum actibus. Cic. pro Marcell. 28. Hæc igitur tibi reliqua pars est, hic restat actus: in hoc elaborandum est, ut Rempub. constituas. Idem 3. Verr. Itaque primum illum actum istius vitæ turpissimum prætermittam.
Actus est Genus servitutis apud Jurisconsultos, in prædiis rusticis, cum vicino per fundum vicini agere jumentum licet, nec non vehiculum. Modestinus in l. inter actum. D. de Servit. rust. præd. Iter est qua quis pedes vel eques commeare potest: actus vero ubi & armenta trajicere, & vehiculum ducere liceat.

ACTUARIUS Limes est, qui primus actus est & ab eo quintus quisque: quem si numeres cum primo, erit sextus: quoniam quinque centurias sex limites cludunt. Actuarii autem extra maximos, Decumanum & Cardinem latitudinem habent ped. XII. Per hos iter populo, sicut per viam publicam debetur. ita enim cautum est lege Sempronia, & Cornelia, & Julia. Quidam ex his latiores sunt XII. pedibus, ut hi qui sunt per viam publicam [militarem] acti. habent enim latitudines viæ publicæ. Hæc Hyginus in libro de Limitibus constituendis. p. 152. Goes.

ACTĪVUS, a, um. [ἐνεργητικὸς] denom. a nomine Actus: nomen est fictum a Grammaticis: ut, Activa significatio. Et, Verbum activum, quod, teste Prisciano, semper actum significat, & faciat ex se passivum. Plura vide apud eundem l. 8. cap. de Generibus verborum, a princ.

ACTŌRIUS, a, um. Idem quod Activus, ut, Ingenium actorium, Tertul. de Anim. cap. 14.

ACTUALIS, e. [πρακτικὸς] ut, Actualium vigor virtutum. Macrob. Somn. Scip. 2. 17. Philosophia actualis, Isidor. 2. 24.

ACTUOSUS, a, um. [ὑποκριτικὸς] denom. a nomine Actus: active & passive significat. Passive, est Res laboriosa, quasi in qua plurimum agendum & laborandum est: ut, Actuosa comœdia. Donatus in Terentium, Hæc scena actuosa est, magis in gestu quam in oratione constituta. Active, ut, Actuosa virtus, Actuosus ignis. i. e. Semper agens, nunquam cessans. Cic. 1. de Nat. Deor. 3. Virtus autem actuosa & deus vester nihil agens.
Actuosa vita, quæ in actione & labore versatur, non autem in studio & contemplatione. vulgo Activa dicitur: qualis est Opificum & mercatorum, & eorum qui in Reipubl. administratione versantur. Apud Valerium.
Actuosi dicuntur, Qui motu corporis maxime exercentur, ut Histriones & Saltatores. Author Festus. V. ACTUS.

ACTUŌSE, [ἐνεργῶς] Adv. qualitatis. Cic. 3. de Orat. Quid petam præsidii? quam leniter? quam remisse? quam non actuose?

ACTIO, ōnis. f. [πρᾶξις]
Actio de pace. Cic. 9. Att. 11. Dispersione enim Consulum actio de pace sublata. i. e. Pacificatio.
Gratiarum actio gratulatioque. Cic. ad Brut. 3.
Actio, quam vulgo dicimus Operationem. Cic. 1. Off. 19. Virtutis enim laus omnis in actione consistit.
Privat deos omni procuratione atque actione Epicurus. Cic. 2. de Nat. Deor. 44. i. e. Deos agere aliquid negat Epicurus.
Spoliare deos motu & actione divina, est Deos nihil agere asseverare. Cic. 2. de Nat. Deor. 102.
Mentis actio atque agitatio. Cic. 1. de Nat. Deor. 46.
Actiones corporis naturales. Cels. l. 1. Naturales corporis actiones appellant, per quas spiritum trahimus & emittimus, cibum potionemque & assumimus & concoquimus: itemque per quas eadem hæc in omnes membrorum partes digeruntur. Vulgo Functiones.
Consentaneæ appetitionibus actiones. Cic. 2. de Nat. Deor. 58.
Dare curas & actiones honestas alicui. Cic. 9. Fam. 8.
Actio vitæ, pro vivendi ratione, seu modo. Cic. 5. Tusc. 66. Si vitæ modum actionemque quærimus.
Actio Tragica seu scenæ, est Ipsa per gestus repræsentatio. Cic. in Orat. 86. Accedit actio non Tragica, nec scenæ, sed modica jactatione corporis: vultu tamen multa conficiens: non hoc quo dicuntur os ducere, sed illo, quo significant ingenue, quo sensu quidque pronuntient.
Actiones pro Actis. Cic. 3. Fam. 10. Qua denique facilitate, qua humanitate tulit contentionem meam pro Milone, adversante interdum actionibus suis.
Mandare scriptis actiones suas. Cic. 2. Off. 3.
Monitores actionum. Cic. in Sallust. 12. Quos ego habui omnium mearum actionum monitores.
Actio habet item alia significata. Valla l. 4. Actio dicitur tum ipsa pronuntiatio, tum oratio quæ habetur, tum oratio scripta.
Actio, de oratoris pronuntiatione, gestuque dictum. Cic. in Orat. 55. Est enim actio quasi corporis quædam eloquentia, quum constet e voce atque motu. Idem 3. de Orat. 219. Est enim actio quasi sermo corporis. Idem de Clar. Orat. 239. Actio Cn. Pompeii habebat & in voce magnum splendorem, & in motu summam dignitatem.
Ardentior actio. Cic. in Bruto.
Brevis & concisa actio. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Clamosa, V. CLAMO. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Facilis & favorabilis. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Liberalis. Cic. in Bruto.
Varia, vehemens, plena animi, plena spiritus, plena doloris, plena veritatis. Cic. 2. de Orat. 73.
Claudicat actio. V. CLAUDICO, in CLAUDUS.
Dominatur actio in dicendo. Cic. 3. de Orat. 212. Actio inquam in dicendo una dominatur: sine hac summus orator esse in numero nullo potest, mediocris, hac instructus, summos sæpe superare.
Actio, pro Oratione, sive quum habetur, sive quum scripta est: ut Actiones Ciceronis in Verrem. Suet. Jul. c. 49. Prætereo actiones Dolabellæ & Curionis patris &c. Easdem c. 9. Orationes appellat.
Actio, pro Auctione. Ulpian. in tit. Qui hæred. instit. poss. Pro hærede gerit, qui rebus hæreditariis tanquam dominus utitur, velut qui actionem rerum hæreditariarum facit, &c. i. e. Auctionem. Item in l. 2. § tutor. §. procurationem. D. pro empto. l. Si existimans. D. de usucap. & l. 2. §. fin. de collat. bon. Cujacius. [Forte ex errore natum.
Actio apud Jurisconsultos dicitur Jus persequendi in judicio quod sibi debetur. Hæc Justinianus libro quarto. Ulpianus autem in lege vigesimaquinta, D. de actionibus & obligationibus, duo actionum genera esse scribit: in rem, quæ dicitur Vindicatio: & in personam, quæ Condictio appellatur. In rem actio est, per quam rem nostram quæ ab alio possidetur, petimus. In personam actio est, qua cum eo agimus qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid, dandumve. Erat autem nihil aliud quam formula, quasi quis dicat rerum privatim agendarum modus, & forma jurisconsultorum, & pragmaticorum ingeniis excogitata. Itaque vulgo Legis actiones vocabantur, quoniam earum rerum de quibus Lex XII. tab. scripta erat, agendarum formam ritumque præscribebant. Hæc ex Hotomani lexico descripsimus, quemadmodum & ea fere omnia quæ de actionum generibus sequuntur.
Actio ædium incensarum est in duplum ex XII. tabul. ut ex Julii Pauli senten. tit. 3. apparet. Incendiarii, qui consulto ignem inferunt, summo supplicio afficiuntur. Quod si per incuriam eorum ignis evaserit, dupli compendio damnum ejusmodi sarciri placuit. Hæc ille. Cæterum ista est actio, quæ incensarum ædium dicitur in l. Jurisgentium. D. de pact. de qua etiam in l. Qui ædes. l. pen. D. de incend. ruin. & naufr.
Pro accusatione. Pap. in l. 1. de crimin. stell. Actio stellionatus neque publicis judiciis, neque privatis actionibus continetur.
Bonæ fidei actiones, concisa loquutione dicuntur, in quarum formulis Prætor adjiciebat, Ex bona fide. Cic. in Topic. 66 Stricti autem judicii sunt, in quibus prærracte judicium a Prætore definitur, & quasi ad vivum resecatur, ut Judici a verbis formulæ, ne tantillum quidem recedere liceat. Cic. pro Rosc. Com. 24.
Actiones arbitrariæ dicuntur, in quibus qui judex datus est, non ad certam formulam ac summam, ut in strictis judiciis, astringitur, sed, ut ait Imperat. §. 30. de Act. ei permittitur ex bono & æquo secundum cujusque rei, de qua actum est, naturam, æstimare, quemadmodum actori satisfieri oporteat.
Commodati, est personalis actio, per quam id quod gratis alicui utendum dedimus, reddi nobis postulamus. Imper. §. 2. Quib. mod. re contr. obligat.
Communi dividundo dicitur, quæ datur his, qui res quas vel voluntate, vel fortuna inter se communes habent, per arbitrum dividi, & si quid alter alteri debeat, præstari postulant. Paul. l. 1. D. comm. dividund.

Conducti, ſive ex conducto, eſt actio in perſonam, per quam is qui vel rem utendam, vel opus faciendum conduxit, ſive recepit, ut vel re farta tecta utatur, vel operis perfecti mercedem conſequatur, poſtulat.

Confeſſoria eſt, per quam rem noſtram, ab alterius poſſeſſione, in dominium noſtrum vendicamus. Imp. §. 2. de act.

Conſtitutoria eſt, qua cum eo agitur, qui vel pro ſe, vel pro alio ſoluturum ſe, ſine ulla ſtipulatione conſtituerit. Imp. §. 8. & §. 9. de action. & tot. tit. de conſt. pec. in D.

De albo corrupto eſt, qua quivis de populo agere adverſus eum, qui Prætoris edictum corrupit, poteſt, ut quinquaginta aureorum pœna multetur. Ulp. l. 7. D. de Juriſd. omn. jud.

De arboribus ſuccifis ex 12. tab. eſt actio in perſonam, per quam qui alienas arbores ceciderit, æris vigintiquinque damnatur. Hanc enim pœnam conſtitutam fuiſſe Plin. lib. 17. cap. 1. teſtatur. Paul. l. 28. §. 6. D. de jurejur.

De effuſo, dejecto, ſuſpenſo, eſt actio in perſonam, quæ adverſus eos intenditur, qui eum in locum, qua vulgo iter ſit, aliquid effuderint, dejecerint, ſuſpenderint, cujus caſus alicui nocuerit, nocereve ſuſpenſum potuerit. l. 1, & 5. D. de his qui dejecer.

De in jus vocato vi exempto, eſt qua cum eo agitur, qui in jus vocatum exemerit, dolove eximendum curaverit, ut quanti ea res ab actore æſtimabitur, damnetur. l. 1. & 5. D. Ne quis eum qui in jus voc. eſt vi exim.

De in rem verſo, eſt actio in perſonam, per quam pater, dominusve, cujus filius ſervusve cum aliquo, ſine ipſius voluntate, contraxit, ſiquid in rem ipſius verſum erit, totum præſtare cogitur: aut ſi quid non ſit verſum, quatenus peculium patietur. Imper. §. 4. Inſt. Quod cum eo qui in alien.

De jurejurando eſt, per quam is qui adverſarii poſtulatu deberi ſibi pecuniam juravit, ita eum damnari poſtulat, ſi planum faciat ſe illius poſtulatu juraſſe. Imp. §. 12. Inſt. de act.

De paſtu pecoris ex l. 12. tab. eſt, cum in meo fundo pecus tuum depaſtum eſt. l. Qui ſervandarum. §. ult. D. de præſc. verb.

De patre, patronove in jus vocato, eſt per quam filius emancipatus, aut libertus, qui patrem patronumve ſine Prætoris venia in jus vocavit, pœna quinquaginta aureorum damnatur. l. pen. D. de in jus voc.

De peculio, eſt per quam is qui cum filio fa. ſervove contraxit, contra patrem dominumve ita agit, ut quoad peculium ferre poſſit, ſolvere damnetur. Imp. §. 10. inſt. de act. & tot tit. D. de pecul.

Depoſiti directa, eſt perſonalis actio, per quam id quod apud aliquem depoſuimus, reddi nobis poſtulamus. §. 3. Inſt. Quib. mod. re contrah oblig. Contraria vero eſt, per quam qui depoſitum recepit, quod in eo tuendo aſſervandoque impendit, poſtulat. D. in tit. Depoſ. vel contra.

De tigno juncto eſt, qua utitur dominus adverſus eum qui ipſius tignum, ædibus vineisve ſuis adjunxit, per quam non ipſum tignum, ſed duplum conſequitur. Ulp. l. 1. D. de tig. juncto.

De æſtimato ſive æſtimatoria, eſt actio in perſonam, per quam qui rem aliquam vendendam accepit, vel rem ipſam incorruptam reddere debebit, vel ipſius æſtimationem. Ulp. in l. 1. D. de Æſtimat.

Empti, ſive Ex empto, eſt actio in perſonam per quam qui rem quampiam emit, venditorem, & quæ lingua nuncupata ſunt, præſtare, & ſi nominatim nihil convenit, rem tradere, eamque vel emptoris facere, vel evictionis nomine obligari, cogit. l. 2. D. de act. empt.

Exempta dicitur, cum agi poſſe deſiit. Ulp. l. 26. §. 4. D. Ex quibus cauſis majores.

Exercitoria, eſt actio in perſonam, per quam navis exercitor, aut cauponæ, aut ſtabuli, dolum, aut furtum, quod in navi, aut caupona, aut ſtabulo non per ipſum, ſed per aliquem eorum, quorum utitur opera factum erit, præſtare cogitur. tot tit. D. de Exercit. actio.

Ex ſtipulatu eſt actio quæ ei competit, qui ſibi aliquid incerti dari fierive ſtipulatus eſt, veluti Quicquid vini hoc anno ex vineis tuis colligetur. Inſtit. de verb. oblig. in princ.

Ex ſtipulatu doti exigendæ, eſt actio in perſonam, per quam uxor dotem ſuam ſoluto matrimonio a marito condicit. l. penul. C. de jure dot. l. unic. C. de rei uxor. act.

Familiæ ereiſcundæ dicitur, quæ datur cohæredibus poſtulantibus, ut & hæreditas dividatur, & ſi quid alter alteri debeat, præſtetur. Ulp. in l. 22. §. 3. D. Fam. Erciſc.

Finibus regundis eſt, quæ confinibus conceditur, poſtulantibus, ut quod cujusque proprium ſit, ab arbitro definiatur, & ſi quid ab alterutro commiſſum ſit, reſarciatur. Paul. in l. 1. D. finium regund.

Funeraria, eſt actio in perſonam, per quam is qui pro officio ſuo, veluti delectus a teſtatore, vel hæres ſcriptus, vel ſuo ordine cognatus, funerandi defuncti cauſa ſumptus fecit, eos ab eo, ad quem ea res pertinet, recuperat. l. 12. §. 2. de Relig. & ſumpt. funer.

Furti actione concepti tenetur is, apud quem furtum quæſitum, & inventum eſt. Paul. l. 2. ſent. tit. 11. §. 4. Inſt. de oblig. quæ ex delict.

Furti manifeſti eſt, qua quadrupli pœna, ab eo qui manifeſtus fur eſt, exigitur. Nec manifeſti autem, qua a non manifeſto dupli. §. 5. Inſt. de oblig. quæ ex delict.

Furti non exhibiti adverſus eum datur, qui furtivam rem apud ſe quæſitam, & inventam non exhibuit. §. 4. Inſt. de oblig. quæ ex delict.

Furti oblati competit ei cui res furtiva oblata eſt, ut apud eum potius quam eum qui obtulit, conciperetur. §. 4. Inſt. de oblig. quæ ex delict.

Furti prohibiti adverſus eum eſt, qui furtum quærere teſtibus præſentibus volentem, prohibuerit. §. 4. Inſt. de oblig. quæ ex delict.

Furti, ope, conſilioque facti, adverſus eum datur, cujus ope conſilioque furtum factum eſt. §. 9. Inſt. de oblig. quæ ex delict.

Hæreditatis, eſt actio in rem, quæ in illos, qui jus pro hærede, vel pro poſſeſſore habent, vel rem hæreditariam, licet minimam, poſſident, intenditur. l. 9. D. de petit. hæred.

Hypothecaria, quæ & quaſi Serviana, & utilis Serviana, interdum Serviana & pignoratitia vocatur, eſt actio in rem, per quam creditores, quibus res aliqua immobilis oppignerata eſt, rem illam, ſi forte in alterius poſſeſſionem inciderit, ſibi vendicant. §. 7. Inſt. de action.

Injuriarum actio. Cic. pro Cæcin. 35. Actio enim injuriarum non jus poſſeſſionis aſſequitur, ſed dolorem imminutæ libertatis, judicio pœnaque mitigat. Add. Quintil. l. 7. c. 4.

Inſtitoria, eſt actio in perſonam, per quam, qui inſtitoris opera utitur, i.e. Ejus qui quæſtuariæ negotiationi præfectus eſt, ex contractibus cum eo factis, tenetur. l. 1. & tot. tit. D. de Inſtit. actio.

Internecini, de qua in l. Qui vel internecini. C. de accuſat. Iſidor. l. 5. Etymolog. Internecini judicium in eum dabatur qui falſum teſtamentum fecerat, & ob id hominem occiderat, & accuſatorem ejus bonorum poſſeſſio ſequebatur. Feſtus etiam lib. 9. Internecinum, inquit, teſtamentum eſt, propter quod dominus ejus necatus eſt. Quidam ſcribunt Internecivum.

Locati, ſive Ex locato, eſt actio in perſonam, per quam, qui quempiam vel in prædio colendo, vel in opere faciendo locavit, ea, quæ in contrahendo convenerunt, illum ex æquo & bono præſtare cogit. l. 2. & 17. C. locat.

Mandati directa, eſt actio in perſonam, per quam qui alicui mandatum dedit, quanti ſua intereſt, ob id quod alter vel non confecit, vel non tempeſtive renunciavit, ab ipſo poſtulat. l. 2. §. 11. & l. 27. §. 2. D. Mandat. Contraria autem eſt, per quam, qui alterius mandatum ſuſcepit, quod in eo conficiendo de ſuo impendit, ab altero poſtulat. tot. tit. D Mandati, vel contra. Quintil. l. 7. c. 4.

Negatoria eſt, per quam actor negat adverſario id licere, quod niſi ſibi ſervitus deberetur, ei liceret. Imp. §. 2. Inſt. de act.

Negotiorum geſtorum, eſt actio in perſonam, qua qui alterius negotium ſine mandato, ac ſua ſponte geſſit, quicquid eo nomine illi vel abeſt, vel abfuturum eſt, a domino repetit, viciſſimque illi actus ſui rationem probare, & ſi quid, vel non ut oportuerit geſſerit, vel ex his negotiis retinet, præſtare cogitur. Caius l. 2. D. de Neg. geſt.

Noxalis, eſt actio in perſonam, per quam is cujus ſervus noxam aliquam commiſit, aut litis æſtimationem ſufferre, aut ipſum hominem noxæ dedere cogitur. Imp. tit. de noxa. actio. Inſt.

Noxalis de pauperie, eſt actio in perſonam, per quam is, cujus quadrupes, quæ cicurûm numero ſit, alicui damnum dederit, aut litis æſtimationem præſtare, aut ipſam quadrupedem noxæ dedere cogitur. l. 1. D. Si quadrupes.

Oneris averſi, erat actio in perſonam, quæ adverſus nautam intendebatur, cujus in nave onus (id eſt, ſarcina aliqua) interverſum, ac ſurreptum eſſet. Alfen. l. 31. D. Locat.

Pauliana, eſt qua creditor, cui bonorum debitoris damnati poſſeſſio data eſt, ſi quid in ſuam fraudem alienatum eſſe contendat, adverſus poſſeſſorem utitur, ut ſi planum faciat rem in ſuam fraudem alienatam eſſe, adverſarius de poſſeſſione decedat. Paul. l. 38. §. 3. D. de uſur.

Perduellionis. V. Intendere actionem, infra.

Pigneratitia (ut ex verbi notatione intelligitur) actio eſt ad pignus perſequendum inſtituta. Uſurpatur aut proprie de ea, quæ debitori adverſus creditorem, cui ſua pecunia ſoluta eſt, repetendi pignoris cauſa conceditur, itaque ſumitur ſub tit. de Pigner. act. lib. D. 13. Improprie vero, pro Hypothecaria uſurpatur, ut apud Modeſt. in l. Titius. 9. D. Quib. mod. pig. vel Hypoth.

Pœnariæ actiones dicuntur a Fabio, quæ a Juriſconſultis vulgo Pœnales, quibus pœnam commiſſam perſequimur, ut Furti, rapinæ, legis Aquiliæ. Fab. lib. 4. cap. 3.

Popularem actionem dicimus, quæ ſuum jus populo tuetur, inquit Paulus in l. 1. D. de Popul. act.

Pro ſocio, eſt actio in perſonam, per quam, qui non fortuna, ſed voluntate res communes habent, dirempta communione, quod ex dolo, culpave inter ſe debent, poſtulare poſſunt. l. 31. & ſequent. D. pro Soc.

Publiciana duplex eſt, & altera alteri ex adverſo reſpondet. Prior eſt, qua recuperamus rem, juſta ex cauſſa aliquandiu a nobis poſſeſſam & ante uſucapionem amiſſam, tanquam ſi ea a nobis uſucapta eſſet. Poſterior eſt, qua recuperamus rem ab alio abſente uſucaptam, tanquam ſi uſucapta non eſſet. §. nanque. & §. ſeq. Inſtit. de actionib. l. 1. & paſſim. D. de public. in rem. act.

Quod juſſu (inquit Theophilus) eſt qua de negotiis cum ſervo geſtis agitur. §. 1. Inſt. Quod cum eo qui in alien.

Quod metus cauſa, eſt in perſonam, per quam is, a quo per vim, vel metum res extorta eſt, quadruplum ab eo qui rem extortam poſſidet, conſequitur. §. 26. Inſt. de action.

Rei uxoriæ, erat olim actio in rem, per quam uxor dotem ſuam ſoluto matrimonio repetebat. Hodie vero in actionem ex ſtipulatu omnino transfuſa eſt. l. unic. C. de rei uxor. act.

Reſciſſoria, eſt in rem actio, quam Prætor ei, cujus rem adverſarius, dum ex juſta cauſa abeſſet, uſucepit, reſciſſa pro imperio, & pro nihilo habita uſucapione, concedit. §. 5. Inſt. de action.

Revocandæ donationi dicitur, qua utitur is, qui rem quampiam donavit, adverſus eum cui donavit, ſi eum ingratum probaverit. l. ult. C. de revoc. Donat.

Serviana eſt, per quam dominus prædii, ejus rei quam ei colonus pro mercedibus oppigneravit, poſſeſſionem, ab eo qui eam tenet, vendicat. Pap. in l. 66. D. de Evict.

Servi corrupti competit in eum, cujus hortatu, conſiliove ſervus alienus fugerit, contumax factus erit, luxurioſe vivere cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus erit. Imperat. §. 21. Inſtit. de actionib.

Sequeſtraria, eſt actio in perſonam, quam is qui rem aliquam litigioſam apud ſequeſtrum depoſuit, eam, impleta depoſitionis conditione, ab ipſo repetit. l. 9. §. 2. D. de dol.

Subſidiaria eſt ea quæ contra magiſtratum inſtituta eſt, qui aut omnino a tutoribus, vel curatoribus ſatisdari non curavit, aut non idonee paſſus eſt caveri. l. 1. & 4. C. de Magiſt. conven.

Tributoria, eſt actio in perſonam, per quam is cujus ſervus in merce peculiari ſciente domino negotiatus contraxit, in tributum, id eſt, ut merces æquabiliter creditoribus diſtribuat, vocatur. l. 1. & tot. tit. de Tribut.

Tutelæ, & rationibus diſtrahendis, eſt quæ adverſus tutorem in duplum datur, qui pupilli pecuniam intercepit, abſtulit, furatus eſt. l. tres tutores. 55. D. de adminiſt. tutor. Quintil. l. 7. c. 4.

Vectigalis, eſt actio in rem, qua utitur is qui vectigalem fundum conduxit,

duxit, adverſus poſſeſſorem, & eos a quibus eum fundum conduxit. l. 1. D. Si ager vectig.
Venditi, ſive ex vendito, eſt actio in perſonam, per quam, qui rem vendidit, pretium, ejusque poſt rei traditionem, quanvis precariam, uſuras, itemque ſumptus in rem factos, & quod inter contrahendum pactum ſit, poſtulat. l. 13. §. 17. D. de actio. empt.
Vi bonorum raptorum eſt, per quam, ab eo qui rem eripuit, quadruplum intra annum exigitur, in quo ſimplum ineſt: poſt annum, ſimplum duntaxat. Imp. Inſt. vi bon. rapt. in princ.
Actionis nomen ſæpe in jure deſideratur, Græco dicendi modo, ut titulo De tutelæ, & ration. diſtrahendis, Item de aqua, & aquæ pluviæ arcendæ, Item Depoſiti, mandati, & ſimilia, in quibus De actione addendum eſt. V. plura apud Ant. Auguſt. lib. 2. Emend. cap. 1.
Actio & concio. Cic. 14. Att. 23. Dolabellæ & prima illa actio, & hæc contra Antonium concio.
Contentio atque actio. Cic. 10. Fam. 28. Hic dies meaque contentio atque actio.
Formulæ atque actiones. Cic. pro Muren. 9. Gloria militaris veſtris formulis atque actionibus anteponenda eſt.
Actoris actio. Cic. pro Cæcin. 34. Quid denique ad jus civile, aut ad actoris actionem & animadverſionem ages?
Actio eſt in authorem præſentem his verbis, Quandoquidem te in jure conſpicio. Cic. pro Cæcin. 54.
Adhibere actionem. Cic. 1. Off. 17.
Cauſæ actio maxime debilitatur loco. Cic. pro Deiot. 17.
Civili actione aliquid repetere. Cic. 1. Verr. 18. Nam civibus quum ſunt ereptæ pecuniæ, civili fere actione, & privato jure repetuntur.
Competit actio in eum. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Componere actiones. Cic. 6. Att. 1. Nec vero pauci ſunt authores, Cn. Flavium Scribam faſtos protuliſſe, actionesque compoſuiſſe. Conf. Exponere.
Concipere, V. CONCIPIO.
Conſtituere. Cic. 9. Philipp. 11. Neque conſtituere litium actiones malebat, quam controverſias tollere. de Sulpitio loquitur.
Dictare, V. Dicto, in DICO.
Dare actionem & poſtulare: dicitur & Judicium dare, in l. 14. v. 66. de Negot. geſt. Cic. 4. Verr. 61. Admonitu iſtius inſimulare cœperunt Epicratem literas publicas corrupiſſe. Actionem ejus rei poſtulant. Ibidem, Edixit ſeſe judicium injuriarum non daturum, quicquid ab eo peteretur, judicem de ſua cohorte daturum, ipſi autem nullius actionem rei ſeſe daturum.
Excludere. Cic. de Invent. 57. Prætoriis exceptionibus multæ excluduntur actiones.
Excludere aliquem actionis jure. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Eximere actionem. Ulp. in Tit. Ex quib. cauſ. major.
Exponere actiones. Cic. 1. de Orat. 186. Expoſitis a Cn. Flavio primum actionibus, nulli fuerunt qui illa artificioſe digeſta generatim componerent. V. Componere.
Habere actionem. Cic. pro Cæcin. 34. Si qui me exire domo mea coegiſſent armis, haberem actionem: ſi qui introire prohibuiſſent, non haberem?
Inferre actionem cum aliquo, V. INFERO.
Inſtituere actionem. Cic. pro Muren. 22. Tu actionem inſtituis, ille aciem inſtruit. V. INSTITUO.
Intendere actionem perduellionis. Cic. pro Milon. 37. Diem mihi, credo, dixerat, multam irrogarat, actionem perduellionis intenderat.
Integram actionem relinquere. Cic. pro Roſc. Com. 35. Qui de ſua parte decidit, reliquis integram relinquit actionem.
Mutare actionem. Cic. pro Cæcin. 140. Quare aut muta actionem, aut noli mihi inſtare ut judicem.
Poſtulare, V. paulo ante, Dare actionem.
Præſcribi in actionibus. Cic. 5. de Fin. 8. Quæ quum Zeno didiciſſet a noſtris, ut in actionibus præſcribi ſolet, de re eadem fecit alio modo.
Reſtituere actionem. Tranquillus. Claud. c. 14. Nam & iis qui apud privatos judices plus petendo formula excidiſſent, reſtituit actiones. ubi V. Torrent.
Suſcipere. Cic. 14. Att. 11. Ego non dimitto iſtam curam, ſed ſuſcipiam omnem iſtam actionem.

ACTIŌSUS, a, um. Obſoletum. Varr. 6. de L. L. Ut ab una faciendo, Factioſæ dictæ ſunt: ſic ab una agendo, Actioſæ. V. Not. Gothofr.

ACTIUNCŬLA, æ. f. dimin. Plin. 9. Epiſt. 15. Retraho actiunculas quasdam.

ACTOR, ōris. m. [πράκτωρ] Qui agit. Cic. pro Sext. 61. Dux & author & actor illarum rerum fuit.
Actor ſervus dicitur, idem qui Diſpenſator, nimirum, qui pecuniæ domini tum exigendæ, tum diſpenſandæ præeſt. Ulp. in l. 37. D. de leg. 1. l. 5. §. 3. D. de dol. except.
Actor, Qui ad judicium provocat. l. 13. D. de Judic. Cui opponitur Reus.
Actorem fruſtrare, h. e. Litem calumnioſe differre. Afric. in l. ult. D. de Procur.
Actor, pro eo quem vulgus vocat Directorem, ſive Superintendentem. Ulp. ad fin. l. 1. de ſer. corr.
Actor comœdiæ, [ὑποκριτὴς] Qui comœdiam agit: ut fit in theatro. Cic. 1. Q. frat. 1. Tanquam poetæ boni & actores induſtrii ſolent: ſic tu in extrema parte & concluſione muneris ac negotii tui diligentiſſimus ſis.
Actor, [δικολόγος] ut ait Valla lib. 4. dicitur Orator qui agit cauſam, quique geſtum vultus & corporis agit. Cic. 3. de Legib. Actor enim & moderator effingit non modo mentem ac voluntates, ſed pene vultus eorum apud quos agit.
Infirmus actor. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Mediocris actor cauſarum. Hor. de Arte Poet. 369.
— Conſultus juris, & actor Cauſarum mediocris.
Summus. Cic. in Brut. Eodem anno etiam Moloni Rhodio Romæ dedimus operam, & actori ſummo cauſarum & magiſtro.
Actor dicitur qui & Syndicus, i. e. Qui univerſitatis vel collegii alicujus cauſſam agit. Caius, l. 1. §. 1. D. quod cujusque univerſ. Quibus autem permiſſum eſt corpus habere collegii, ſocietatis, ſive cujus alterius eorum nomine: proprium eſt ad exemplum Reipub. habere res communes, arcam communem & actorem ſive ſyndicum: per quem tanquam in Republica quod communiter agi, fieri oporteat, agatur, fiat.
Actor publicus dicitur a Tacito, pro Servo publico 2. Ann. 30. Mancipari, inquit, ſingulos actori publico jubet. Item a Plinio l. 7. Epiſt. 18.
Actor, pro Villico. Columel. lib. 1. cap. 7. Ita fit ut & actor & familia peccent, & ager ſæpius infametur.

ACTRIX, īcis. f. Quæ agit, actionem judiciariam inſtituit. Lege 41. Cod. de Liberali cauſa: Jubemus omnes epiſtolas actricis inanes ac vacuas eſſe: Forenſis vox, Sicut ACTOR, qui actionem intendit.

ACTUARIUS, ii. m. [γραφεὺς] Qui acta publica, actionesve cauſidicorum in judicio velociter excipit: qui & Notarius a Quintiliano dicitur. Sueton. in Cæſ. cap. 55. Orationes aliquas reliquit, inter quas temere quædam feruntur, ut pro Q. Metello: quam non immerito Auguſtus exiſtimabat, magis ab actuariis exceptam, male ſubſequentibus verba dicentis, quam ab ipſo editam.
Actuarius, adjectivum eſt aliquando. Unde Actuariæ naves, Celeres dictæ, quod cito agi poſſent, ait Nonius. Budæus vero, Actuariæ (inquit) naves a Latinis dicuntur, quæ remis aguntur, non velis tantum Liv. 25. 30. In hoc tumultu actuariæ naves inſtructæ. V. NAVIS.
Actuaria navigia, pro Navibus actuariis. Cæſ. 1. Bell. Civil. 27. Atque iis expedito loco actuaria navigia reliquit. Hinc
Actuarium, abſolute in neutro genere, videtur Cicero accepiſſe pro Navibus actuariis: ut 10. Att. 11. Quid duro tempore anni actuaria fore cenſes? Emendati codd. Actuariolo.
Actuaria minuta, pro Actuariolis. Cic. 5. Att. 9. Actuariis autem minutis Patras accedere ſine his impedimentis, non ſatis viſum eſt decorum.

ACTUARIŎLUM, dimin. ab Actuarium. Cic. 16. Att. 3. extr. Hæc ego conſcendens e Pompeiano tribus actuariolis decem ſcalmis: i. e. Remigibus earum navicularum, quæ vocantur actuaria vel actuariola. Conf. ibid. Ep. 6. V. & CORBITA.

ACTĬTO, [ἐνεργοῦμαι] āre. Gell. lib. 9. cap. 6. Ab eo quod eſt Ago & egi, verba ſunt quæ appellant Grammatici frequentativa, Actito & actitavi. Et paulo poſt, Actito producte in prima ſyllaba pronuntiandum: quoniam ex eo fit quod eſt Ago, & actus. Cic. de Clar. Orat. 246. Etiam M. Potidius municeps noſter multas privatas cauſas actitavit.

AGĬTO, [δονέω, ἀνακινέω, ἐλαύνω] āre. ſignificat Concutere, commovere. Virg. 1. Georg. 356.
Continuo ventis ſurgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumeſcere. Sic Agitata ventis maria apud Cic. 2. de Nat. Deor.
Agitare verbis faſtidia alicujus. Hor. Epod. 12. 13.
Ciere & agitare. Cic. 3. de Nat. Deor. 23. Naturæ iſta ſunt, Balbe, naturæ non artificioſe ambulantis (ut ait Zeno) ſed omnia cientis & agitantis motibus & mutationibus ſuis.
Pulſari & agitari impulſione ſempiterna. Cic. 1. de Nat. Deor. 115. Nec tamen video quomodo non vereatur iſte deus beatus ne intereat, quum ſine ulla intermiſſione pulſatur agiteturque atomorum incurſione ſempiterna.
Agitari & perterreri. Cic. pro Roſc. Amer. 67. Nolite putare quemadmodum in fabulis ſæpenumero videtis, eos qui aliquid impie ſceleratque commiſerint, agitari & perterreri furiarum tædis ardentibus. Sua quemque fraus, & ſuus terror maxime vexat: ſuum quemque ſcelus agitat, amentiaque afficit: ſuæ malæ cogitationes, conſcientiæque animi terrent.
Agitare & inſectari. Cic. 1. de Legib. 40. Ut eos agitent inſectenturque furiæ.
Agitare, Perſequi, ait Servius. Virg. 3. Georg. 415.
Galbaneoque agitare gravi nidore chelydros.
Agitare, Vexare. Virg. 3. Æn. 609.
— quæ deinde agitet fortuna, fateri. Ubi Servius, Hortamur fateri, quæ eum fortuna vexet.
Agitare, pro Agere, vel Litigare. Paul. in l. 73. D. de fidejuſſ. Poſtea victo eo, dominus reverſus iterum de ea re agitabat.
Agitare, pro Adminiſtrare, Gubernare. Salluſt. in Catil. c. 9. de Romanorum moribus loquens: In pace vero beneficiis magis quam metu imperium agitabant. Non deſunt qui Turbare interpretentur. [Inepte. V. ibi Cort.
Agitare, etiam pro moderari, ſenſu Maroniano, i. e. quo poeta dixit 3. Georg. 287. Lanigeros agitare greges. Sic Salluſt. Jugurth. cap. 60. Agitare tela, quod Temperare dixit Apuleius. V. Barth. Adverſ. 122. 3. & ad Stat. 4. Theb. p. 935.
Agitare, pro Habitare, Incolere vel Vivere. Salluſt. in Jugurth. c. 19. Super Numidiam Getulos accepimus, partim in tuguriis, partim incultius vagos agitare.
Agito, cum infinitivo. Valer. Flac. 2. Argon. 164.
— totam inde per urbem
Perſonat, ut cunctas agitent expellere Lemno. i. e. Conſultent, Conſilia ineant.
Agitare, translatum ad animum, pro Cogitare, commentari, reputare, tractare, interdum per ſe ponitur: ſæpius tamen cum adjecto: ut, Agitare ſecum, agitare animo, &c. Cic. 5. Verr. Quod ſi ille hoc unum agitare cœperit.
Agitare & exquirere rationes. Cic. 5. Tuſc. 64. de Archimede, Alterius mens rationibus agitandis exquirendisque alebatur cum oblectatione ſolertiæ: qui unus ſuaviſſimus paſtus animorum.
Agitare facile. Ter. Adel. 3. 4. 56. Quam vos facillime agitatis. Belliſſime eſt dictum (inquit Turnebus) loquutione honeſta & antiqua. nam Facile agitare dicuntur divites, quibus facile nulloque negotio omnia ad vitam degendam ſuppeditant. Eodem modo apud Porcium in vita Terentii.
Tres per idem tempus, qui agitabant nobiles facillime.
Sic & dii, quibus nihil deeſt ῥεῖα ζῶντες a Græcis poetis, i. e. Facile viventes, dicuntur: unde, ut ſuſpicor, emanavit illud loquendi genus. Hæc ille.
Agitare, abſolute. Tacit. 11. Ann. 21. Poſtquam adolevit, ſectator Quæſtoris cui Africa obtigerat, dum in oppido Adrumeto vacuis per medium diei porticibus ſecretus agitat, &c.
Animo agitare aliquid vel animis. Liv. 6. Bell. Pun. Nihil enim parvum, ſed Carthaginis jam excidia agitabat animo. Cic. pro Fonteio, Vos & ſæpius eandem rem animis agitare, & diutius uno quoque de teſte cogitare poteſtis.
Animo formidines. Liv. 10. Bell. Pun.

Animo menſuram alicujus rei. Plin. lib. 2. cap. 1. Furor eſt menſuram ejus animo quosdam agitaſſe. De mundo loquitur.
Cum animo aliquid. Salluſt. ad Cæſarem, de Rep. Ord. Itaque mihi multa cum animo agitanti, conſilium fuit, famam modeſtiamque meam poſt tuam dignitatem habere.
In corde aliquid. Plaut. Truc. 2. 5. 3.
Mente aliquid. Liv. 7. Nunc quæ mente agitem, audite.
In mente aliquid. Cic. 1. de Nat. Deor. Habet enim nihil aliud quod agitet in mente.
Secum, idem ſignificat. Ther. Phorm. 4. 3. 9. Ego quoque id quidem agitans mecum ſedulo, inveni, opinor, remedium huic rei.
Agitare rem aliquam ſecretis imaginationibus, h. e. Animo verſare, & ſecum conſultare. Tacit. 15. Ann. 36.
Agitare ævum. Virg. 4. Georg. 154. de apibus,
— magniſque agitant ſub legibus ævum. h. e. Vitam tranſigunt.
Animum curis agitare. Liv. His curis cogitationibusque animum agitaverat ab ineunte ætate. i. e. Exercuerat.
Agitare caput. Columel. lib. 6. cap. 6.
Choros, i. e. Choreas exercere. Virg. 4. Georg. 533.
Cœtus. Salluſt. Nequis in urbe cœtus nocturnos agitarit.
Conſilia, idem quod Tractare conſilia. Liv. 4. Ibi ſecreta conſilia agitare: queri ſe a plebe adeo ſpretos.
Convivium. Ter. Hec. 1. 2. 18. Agitarem inter vos libere convivium. Ubi Donatus, Agere, eſt aliquid vel neceſſarium facere: Agitare, voluptarium. Plaut. Aſin. 5. 1. 7. Hoc agitemus convivium vino & ſermone ſuavi.
Cuſtodiam, i. e. Cuſtodire. Plaut. Rud. 3. 6. 20.
Diem. Plaut. Perſ. 5. 1. 17. Age accumbe, hunc diem ſuavem meum natalem inter nos agitemus amœnum. Hoc etiam dicitur per verbum Agere.
Feſtos dies, Conſumere dies feſtos in ludis, compotationibus, & aliis ejusmodi rebus voluptariis. V. Agere diem feſtum. Cic. 4. Verr. 154. Cujus nomine apud Siculos dies feſti agitantur.
Agitari diverſum. Salluſt. in Jugurth. Primo commotus, metu atque libidine diverſus agitabatur. i. e. Modo huc, modo illuc impellebatur in diverſas ſententias.
Equum calcaribus. Plaut. Aſin. 3. 3. 118. Calcari quadrupedem agitabo adverſus clivum. Allegoria eſt; quaſi dicat, Eum perinde vexabo atque equum, qui montem adſcendens agitatur calcaribus.
Feras, Curſu fatigare: ut fit in venatu. Cic. 3. Off. 68. Suntne igitur inſidiæ, tendere plagas, etiamſi excitaturus non ſis, nec agitaturus? Ipſæ enim feræ nullo inſequente ſæpe incidunt.
Fugam, i. e. Fugere. Virg. 2. Æn. 640. Vos agitate fugam.
Gaudium & lætitiam. Salluſt. in Catil. c. 48. Ciceronem ad cœlum tollere, veluti ex ſervitute erepta, gaudium atque lætitiam agitabat.
Ingenium per ſtudia, pro Exercere. Sen. Epiſt. 109. Quia hoc tempus idoneum eſt laboribus, idoneum agitandis per ſtudia ingeniis.
Jocos. Perſ. 6. Sat. 5. Mox juvenes agitare jocos. h. e. Juveniles ſive juvenum amores deſcribere.
Juſtitiam agitare. Plin. Epiſt. Mihi autem egregium in primis videtur, ut foris, ita domi: ut in magnis, ita in parvis: ut in alienis, ita in ſuis agitare juſtitiam. i. e. Aſſidue exercere.
Latrocinia. Tac. 12. Ann. 39.
Mentionem de re aliqua. Liv. 1. Decad. lib. 7.
Moras. Salluſt. Ne moras agitando, aliud quam bellum mallet. i. e. Cunctando, differendo.
Noctem apud aquam Marius Syllam cum equitibus agitare jubet. Salluſt. in Jugurth.
Pacem agitare. Salluſt. in Jugurth. cap. 14. Læti pacem agitabamus. i. e. Pace utebamur. V. Cort. ad c. 109.
Plebem ſeditionibus. Plin. lib. 14. cap. 4.
Præcepta alicujus. Salluſt. in Jugurth. c. 14. in oratione Adherbalis; Quæ præcepta patris mei quum agitarem. [Verba hæc, Præcepta patris mei merito ſuſpecta.
Præſidium. Salluſt. in Jugurth. Cohortes cum omni equitatu præſidium agitabant.
Pulmonem agitare riſu perpetuo, i. e. Aſſidue ridere. Juven. 10. Sat. 33.
Perpetuo riſu pulmonem agitare ſolebat Democritus.
Quæſtionem. V. QUÆSTIO.
Rem aliquam ſermonibus, pro Tractare. Liv. 3. Verſarent in animis ſecum unamquamque rem, agitarent deinde ſermonibus, atque in medium quid in quaque re plus minusve eſſet conferrent.
Rempublicam, pro Turbare. Salluſt. in Catil. c. 38.
Sacra, pro Agere, vel Frequenter agere. Catul. de Berecynth. & Aty. 24.
Spes inanes. Ovid. 7. Met. 336.
Vias. Sen. Hippol. 3. 964. Cur tibi tanta eſt cura, perennes Agitare vias ætheris alti? &c. Naturam alloquitur.
Vigilias. Plaut. Trin. 4. 2. 27. i. e. Totam noctem vigilare.
Vitam. Salluſt. in Catil. c. 2. Et jam tum vita hominum ſine cupiditate agitabatur. pro, Agebatur.
Agitatur, num hæc regula longius producenda ſit. Paulus in l. 1. §. Veteres. D. de acquir. poſſeſſ.
Agitandum eſt corpus levi geſtatione. Celſ. lib. 3. cap. 6. Oppoſitum ibid. Concutere vehementibus geſtationibus corpus.

AGITANS, Partic. [ἀνακινῶν] Cic. 2. de Fin. 45. Quod ſi rationem habeant a natura menti datam, & acrem & vigentem, celerrimeque multa agitantem, &c.

AGITATUS, Partic. ut, Agitatus & exercitatus curis animus [ἐληλαμένος] Cic. in Somn. Scip. 21. Sunt autem optimæ curæ de ſalute patriæ: quibus agitatus & exercitatus animus, velocius in hanc ſedem & domum ſuam pervolabit.
Agitatum & fluitans; cujus contrarium, Tranquillum & quietum. Cic. de Univerſ. 7. Nam quum conſtituiſſet Deus bonis omnibus explere mundum, mali nihil admiſcere, quoad natura pateretur: quicquid erat quod in cernendi ſenſum caderet, id ſibi aſſumpſit, non tranquillum & quietum, ſed immoderate agitatum & fluitans: idque ex inordinato in ordinem adduxit.
Jactatus atque agitatus injuriis. Cic. pro Quint. 10. Orat atque obſecrat ut multis injuriis jactatam atque agitatam æquitatem, in hoc tandem loco conſiſtere & confirmari patiamini.
Tractatus & agitatus. Cic. 3. de Orat. 51. Verum enim oratori, quæ ſunt in hominum vita, omnia quæſita, audita, lecta, diſputata, tractata, agitata eſſe debent.
Adoptio Theophanis agitata eſt. Cic. pro Balb. 57.
Res agitata in concionibus, jactata in judiciis, commemorata in Senatu. Cic. pro Cluent. 4.
Sententia agitata. Cic. pro Domo ſua, 9.

AGITATIOR, compar. ut, Agitatior animus, pro Agilior. Sen. Epiſt. 109. Agitatiorem mihi animum eſſe credebam. Loquitur de eo tempore, quo abſtinebat a carnibus.

AGITATUS, ûs. m. Macrob. 2. 14. Spontaneo ferri agitatu. Idem 7. Saturn. 8. extr. Aër liquidior ſe factus agitatu flatus efficitur. conf. 1. 20. & 2. 16. Varro 5. de L. L. 5. Actio ab agitatu facta.

AGITATIO, ōnis. f. [δόνησις] Motus ſive Commotio. Cic. 2. de Nat. Deor. 26. Nec enim ille externus & adventitius habendus eſt tepor: ſed ex intimis maris partibus agitatione excitatus.
Agitatio & motus. Cic. 2. de Nat. Deor. 35. Agitatione & motibus linguæ cibus detruditur depelliturque.
Agitationes fluctuum. Cic. pro Muren. 35. Quod enim fretum, quem Euripum, tot motus, tantas, tam varias habere putatis agitationes fluctuum?
Agitatio terræ. Columel. lib. 2. cap. 2. Actionem ſignificat, & quaſi exercitationem; non qua ſe exercet terra, ſed qua exercetur ab agricolis. Nam & Virg. dixit 1. Georg. 99.
Exercetque frequens tellurem.
Agitatio mentis, eſt Aſſiduus ille motus animi in rebus variis cogitandis, & quaſi mentis ipſius exercitatio. Cic. 1. Off. 19. Tum agitatio mentis, quæ nunquam acquieſcit, poteſt nos in ſtudiis cogitationis, etiam ſine opera noſtra continere. Quintil. lib. 1. cap. 1. Sicut aves ad volatum, equi ad curſum, ad ſævitiam feræ gignuntur: ita nobis propria eſt mentis agitatio, atque ſolertia.
Agitatio ſpiritus. Plin. lib. 20. cap. 5. de cæparum purgamentis loquens, Et ſi jejuni quotidie edant, firmitatem valetudinis cuſtodiri: ſtomacho utilia eſſe ſpiritus agitatione.
Agitatio ſtudiorum, quæ ſtudiorum Exercitatio dicitur. Cic. de Senect. 23. An non in omnibus his ſtudiorum agitatio vitæ æqualis fuit?

AGITĀTOR, ōris. m. [ἐλατὴρ] Hoc nomen fere, apud autores relatum invenio ad equorum curruumve rectorem. Cic. 13. Att. 21. Ut bonus ſæpe agitator. Hic metaphorice. Idem 4. Acad. 94. Ego enim ut agitator callidus, prius quam ad finem veniam, equos ſuſtinebo. Virg. 1. Æn. 476. — & equorum agitator Achillis
Armiger Automedon. Hic etiam Auriga dicebatur, ſicut & in ſacris certaminibus, qui bigas, aut quadrigas regebant. Virg. 1. Georg. 273.
Sæpe oleo tardi coſtas agitator aſelli
Vilibus aut onerat pomis. h. e. Agaſo, ab agendo.

AGITĀTRIX, īcis. f. Gubernatrix. Apul. de Dogm. Plat. 1. p. 6. Anima agitatrix aliorum, quæ natura ſua immota ſunt atque pigra. Arnob. 4. p. 141. Silvarum agitatrix Diana.

AGITABĬLIS, e. Adj. [δονητὸς] Quod facile huc atque illuc agitatur & impellitur. Ovid. 1. Met. 75.
Terra feras cepit, volucres agitabilis aër.

AGOCE, es. Nomen urbis Æthiopiæ, quæ eſt ſub Ægypto. Plin. lib. 6. cap. 29.

AGŌGÆ, [ἀγωγαὶ, ἢ ἀγωγοὶ] Foſſæ ſunt in metallis aurariis, per quas aqua aurum trahens ducitur, ulice frutice, qui illis inſterni ſolet, aurum retinente. Plin. lib. 33. cap. 4. Hermol. Inlices vocari tradit.

AGOLUM, Paſtorale baculum quo pecudes aguntur. Feſtus. V. ibi Dacer.

AGON, Nom. Viri propr. V. AGNON. Sic enim Scribendum.

AGON, ōnis. m. [ἀγὼν] Certamen, ſtudium contentionis. Cic. 1. Att. 16. Remoto illo ſtudio contentionis, quem ἀγῶνα vos appellatis. Frequentiſſime hoc nomine appellabantur certamina ludicra, ut apud Græcos Olympia, Pythia, Iſthmia, Nemea: apud Romanos, Actiaca, Albana, Capitolina, Neroniana, de quibus vid. Pitiſci Lexicon Rom. Ant.

AGONES, [Ἀγῶνες] dicti ſunt apud Romanos, Qui percutiebant victimam, quod ex more prius quam ferirent, populum rogabant, Agon? i. e. Agone? Agonum meminit Lactantius Statii enarrator. Quadrabit hæc vox in cunctatores, qui ſemper deliberant, neque quicquam aggrediuntur. Eraſm. in Chiliad.

AGONALIA, Feſta quotannis celebrata in honorem Jani. Ovid. 1. Faſt. 317. V. ſupra in AGERE. ſub fin.

AGONALIS, e. Ovid. 1. Faſt. 318.
Janus Agonali luce piandus erit.

AGONAX, Zoroaſtris fuit præceptor. Plin. lib. 30. cap. 1. Hunc tamen alii Azonacem vocant.

AGONIA, Hoſtia mactata in agonalibus. Feſtus.

AGONIS, idis. Mulier Lilybætana, liberta Veneris Erycinæ. Cic. 1. Verr. 55.

AGONIUM, [ἀγώνιον] Dies appellabatur, quo rex hoſtiam immolabat. Feſtus.

AGONIUS, Deus qui rebus agendis præſidebat. Idem.

AGONENSIS, e. Adj. ut, Porta Agonenſis, i. e. Collina, apud Feſtum. Saliorum cognomen Agonenſium apud Varr.

AGONĪZO, [ἀγωνίζειν] āre. Certare. Vulg. Sirac. 4. 27. Pro juſtitia agonizare.

AGONISTA, æ. m. [ἀγωνιστὴς] Concertator, peritus certandi. Hinc

AGONISTICUS, a, um. [ἀγωνιστικὸς] Ad agonas pertinens. Tertull. de Coron. Mil. cap. 13. Numquid & agoniſticæ cauſæ diſputabuntur? Et Cyprian. Exhort. Mart. Agoniſtica corona.

AGONOTHĔTA, ſive AGONOTHĔTES, æ. m. [Ἀγωνοθέτης] Erant autem, Agonothetæ, Agonum moderatores, præſidesque & judices. Decemviri erant ſacrorum certaminum præſides ſinguli e ſingulis tribubus. Horum lictores dicebantur Maſtigophori, i. e. Flagriferi, ad ſummovendam turbam, & cohibendas ſeditiones. Spartian. in Hadrian.

Multa

Multa in Athenienses contulit, & pro Agonotheta resedit. Budæus. [Plenius de horum munere Van Dale Diss. 7.

Agonothesia, æ. f. [ἀγωνοθεσία] Certaminis designatio. Theod. Cod. l. 12. tit. 1. Nec cogi ad agonothesiam volumus invitos. [Præsidis officium est, sive præsidium ipsum in certaminibus. Quod multi, ob sumptus faciendos defugiebant.

Agonothĕtĭcus, a, um. [ἀγωνοθετικὸς] ut, Fundi agonothetici juris, i. e. Qui sumptibus certaminum deputati erant. l. 14. Cod. de fund. patrim. Agonotheticæ possessiones, L. 5. C. de div. prædiis Urbanis.

Agoracritus, Parius Statuarius, Phidiæ discipulus; ei ætate gratus. Itaque e suis operibus pleraque nomini ejus donasse fertur. Condiscipulum habuit Alcamenem Atheniensem. Certavere autem inter se ambo discipuli in Venere facienda: vicitque Alcamenes, non opere sed civitatis suffragiis, contra peregrinum suo faventis. Quare Agoracritus ea lege signum suum vendidisse traditur, ne Athenis esset, & appellasse Nemesin. Id positum est Rhamnunte pago Atticæ: quod M. Varro omnibus signis prætulit. Est & in Matris magnæ delubro in eadem civitate Agoracriti opus. Hæc Plin. lib. 36. cap. 5.

Agoræus, [ἀγοραῖος] non ab Ago deducitur, ut quidam falso existimavere; sed Græca vox est, & a nostris Nundinarius dicitur.

Agoræus apud Gellium pro Illiterato sumitur. Sic enim ait lib. 17. cap. 3. Riserunt hoc ad illudendum, ex iis qui ibi aderant, unus atque alter, male homines literati, quod genus Græci ἀγοραίους appellant.

Agoræus panis, i. e. Forensis, & venalitius & Atticus vocari solet. Hic etiam Encryphias dicitur. Ruell. lib. 2. cap. 14.

Agoræa Minerva, i. e. Forensis, a Lacedæmoniis culta. Author Pauf. & Cæl. lib. 18. cap. 5.

Agoræus quoque Mercurius dicitur, quod ejus statua in medio esset foro. Itemque Agoræus Jupiter, eadem de causa.

Agoranŏmus, i. m. [ἀγορανόμος] Ædilis dicitur. Plaut. Capt. 4. 2. 24. Mirumque adeo est, nisi hunc fecerunt sibi Ætoli Agoranomum. Sic dictus ab ἀγορᾷ & νέμω, quasi qui fori jus habeat. Habebat enim curam annonæ forensis, copiæque cibariorum, ut scribit Dionys. Halicar. lib. 5. Budæus in Annotat. Ædiles vocant Latini.

A G R

Agra, æ. [ἄγρα] Mordacissimi serpentis genus, quo nomine vulgo Demosthenem vocabant, scurrilem quandam mordacitatem in eo notantes.

Agra, [Ἄγρα] Regia Leanitarum Arabiæ Populorum. Plin. lib. 6. cap. 28. Hinc Agræi, populi, Ἀγραῖοι Stephano.

Agradatus, Persarum rex, postea Cyrus a Cyro fluvio nuncupatus, Strabo lib. 15. V. Palmer. ad l.

Agræ, [ἄγραι] vel ut alii Ἥγρα, Locus Athenis extra urbem. Ubi Ilissum trajeceris (ait in Atticis Pausanias) locus occurrit, qui Agræ dicitur: & Dianæ Venatricis templum. quo loco primum Dianam venationem exercuisse, quum ex Delo venisset, fama est, qua ratione ejus simulachrum arcum habet.

Significatur & Militum quoddam genus hoc nomine.

Est & Agræ, arum. [Ἄγραι] Oppidum Mediterraneum Arcadiæ. Plin. lib. 4. cap. 6.

Agrăgas, [Ἀκράγας] Mons est Siciliæ, muro cinctus, in cujus summa parte oppidum ejusd. nom. Unde & Cic. 4. Verr. 123. ait, Ad mare intra mœnia ante oppidum expectabat. Virg. 3. Æn. 703.

Arduus inde Agragas ostentat maxima longe Mœnia.

Oppidum celebratur Ptolemæo, Straboni, Plinio, quod & Agrigentum Latinis frequentius dicitur: unde Empedocles philosophus, & Phalaris tyrannorum sævissimus, originem duxerunt. Scribitur a nonnullis Acragas, V. Supra. Vulgo *Gergenti*.

Agragantīnus, sive Acragantīnus, [Ἀκραγαντῖνος] Adj. Idem quod Agrigentinus. Lucret. lib. 1. 717.

Quorum Agragantinus cum primis Empedocles est. V. ibid. & mox in agrigentum.

Agrammătus, i. m. [ἀγράμματος] Illiteratus. Vitruv. 1. 1. Non debet nec potest esse Architectus Grammaticus, uti fuit Aristarchus, sed non Agrammatus. Cassiod. de Div. Lect. 1. 28. Multi agrammati ad rerum intellectum proveniunt. conf. Græce Modest. JCt. l. 6. §. ult. D. de Excusat.

Agrani, Oppidum Mesopotamiæ maximum, a Persis dirutum. Plin. lib. 6. cap. 26.

Agrarius, V. agrr.

Agraulos, [Ἄγραυλος] Nom. propr. uxoris & Filiæ Cecropis fuit, & Minervæ item cognomen. Harpocration. Latini videntur legisse Aglaurus, ut apud Ovid. 2. Met. 560.

Populus etiam Athenis tribus Erechtheidis fuit Ἀγραυλὴ, teste Stephano: qui & sine α aliquando Ἀγρυλὴ vocatur.

Agre, [Ἄγρη] Civitas est Lydiæ, apud Stephanum.

Agrestis, V. in ager

Agreus, [Ἀγρεὺς] Apollinis & Cyrenes Hypsæi filiæ filius fuit. Quatuor enim filios Apollinem ex Cyrene sustulisse produnt, Aristæum, Nomium, Eustochium, & Agreum. Justinus ex Trogo lib. 13.

Agria, æ. [ἀγρία] Species scabiei, quæ asperior est, magisque prurit, & eo difficilius tollitur. Celsus lib. 5. 28. 16. interpretatur Feram scabiem. [Substantive nusquam sumitur hoc vocabulum sed subintelligitur vox ψώρα. V. infra agrius.

Agriam, sive Ariam appellat Theophrastus, sempiternæ frondis arborem, inter robur & ilicem mediam. Theodorus aquifolium sive aquifoliam intellexit. Ruell. lib. 1. cap. 88.

Agriacantha. [ἀγριάκανθα, ἢ ἄκανθα ἀγρία] Spina est sylvestris, carduo similis, densis horrens spinis. Author Dioscor. & Ruell. lib. 1. cap. 6.

Agricola, V. ager.

Agricola, Cognomen Virile Rom. Cn. Iulius Agricola Forojuliensis, Cornelii Taciti socer: cujus vitam ipse Tacitus descripsit.

Agricola, & Vitalis ejus servus, Martyres sub Maximiano Bononiæ passi, & a beato Ambrosio sepulti.

Agrifolium, Planta est Paliuro Africanæ similitudine respondens. Constat autem foliis perpetuis, lauri, latioribus tamen, subpinguibus, & per ambitum aculeatis, cortice viridi, ramis lentis, ac flexilibus. Fructus ei rotundus, lucidus, ruber, ruscum & cedrum baccis æmulans. Hujus radicum cortice incolæ viscum parant, quo etiam modo ex viburno conficiunt. Mathiolus in lib. 1. Dioscoridis.

Agrigentum, V. agragas.

Agrigentinus, [Ἀκραγαντῖνος] possess. Plin. lib. 31. cap. 7. Sal Agrigentinus ignium patiens, ex aqua exilit.

Agrigentini luxuriæ nomine, pariter ac Tarentini, male audiebant apud antiquos. V. Diog. Laërt. lib. 8. S. 63. & ibi Menag. Ælian. V. H. 12. 29. & ibid. Periz. Cæl. Antiq. Lect. lib. 13. cap. 11.

Agrii appellantur, qui & Cynamolgi. Strabo lib. 16.

Agrimensores, [ἀγρομέτραι] Cassiod. lib. 3. Ep. 52. Var. Lect. Agrimensor (inquit) more vastissimi fluminis, aliis spatia tollit, aliis rura concedit. Unde apparet censitores, sive agrimensores fluminum vice, ut hæc illorum vice, ex publico in privatum, & ex privato in publicum, & ex uno in alium addicere. l. ergo. §. flumina. D. de acquirend. rer. domin. [Plenius de horum officio Gœsius Antiq. Agrar. c. 4.

Agrimonia, Herba vulgo vocitata, verum est Eupatorium Græcorum. Ruell. lib. 3. cap. 95. Græce ἀργεμώνη.

Agriocardamum, & Lepidium Paulus tradit appellari herbam quæ Hiberis existimatur. Ruell. lib. 2. cap. 105.

Agriŏdos, Unus ex canibus Actæonis. Ovid. 3. Met. 224.

Agrion Nardum, [ἀγρία νάρδος] Herba est folio oleris atri, quam Dioscorides Phu, φοῦ: nonnulli etiam Nardum Creticum appellarunt. Recentiores vocant Valerianam majorem.

Agrionia, Festa erant Dionysii apud Bœotios quotannis celebrata. Plutarch. in Problem.

Agriŏpe, es. f. Uxor Orphei. Alii constanter Eurydicen vocant, sed Agriopen Hermesianax Poëta, versibus, quibus Orphei descensum ad inferos describit, apud Athenæum lib. 13. fol. 597. Scripsisse hoc idem (quod nempe Orpheo Uxor fuerit Agriope) Mimnermus citatur, inquit Cerda ad Virg. 4. Georg. fol. 516. Sane Mimnermum hic nominant Car. Steph. Dictionar. Voce Agriope, & Jos. Scalig. ad Virg. Cul. p. 27. Sed natus error est ex male inspecto Athenæo, qui proxime ante Hermesianactem etiam Mimnermi mentionem injicit, sed de alia re.

Agriophăgi, Populi Æthiopum versus Occidentem, qui teste Solino c.43. solas pantherarum & leonum carnes edunt. Plin. l. 6. c. 39.

Agryophillon, [ἀγριόφυλλον] Herba est, quæ alio nomine Peucedanum appellatur. Dioscor.

Agriorigănos, i. m. [ἀγριορίγανος] Sylvestre origanum. Diosc. 3. 34.

Agrioselinum, [ἀγριοσέλινον] Herba est eadem cum Hipposelino Dioscorides.

Agripeta, V. ager.

Agripalma, Urtica fœtida, Urtica mortua vulgo dicitur officinis, quæ a multis putatur esse Galeopsis: optime cognita mulieribus quas sæpe strangulans uterus opprimit. Nanque suo gravi odore revocat, & velut exanimes recolligit. Ruell. lib. 3. cap. 119.

Agrippa, [Ἀγρίππας] Olim prænomen, postea cognomen Ro. Gell. lib. 16. cap. 16. Quorum in nascendo, non caput sed pedes primi extiterant, qui partus difficillimus ægerrimusque habetur, Agrippæ appellati vocabulo, ab ægritudine & pedibus. [Sic quidem antiquiores illi, sed inter Juniores artis obstetricandi peritos, secundum eum, quo capite partus procidit, facillimum esse constat.] Plin. l. 7. c. 8. ab Ægro partu, i. e. Difficili, Agrippas dictos putat. Sic enim ait, In pedes procedere nascentem contra naturam est: quo argumento eos appellavere Agrippas, ut ægre partos. Ex casu nascentium Quintil. lib. 1. cap. 4. brevius. Conf. Gloss. Philox. Aliter tamen Salmas. in Solin. f. 23. q. V.

Agrippæ plures memorantur in Ro. historia. Agrippa Silvius, Tiberini filius, Romuli, (sive Aremuli) Silvii pater, qui Albæ regnavit ab Ascanio IX. Liv. lib. 1. cap. 3. Agrippa Menenius Lanatus, cum P. Postumio. A. V. 251. cos. qui dissidentem a Patribus plebem, cum in Montem Sacrum secessisset, fabella de membrorum corporis cum ventre dissidio proposita, reduxit, ac cum novarum tabularum, tum Tribunorum plebis creandorum auctor fuit, cui mortuo adeo exiguæ copiæ familiares fuerunt, ut sumptus funeri deesset. Liv. lib. 2. cap. 16. 32. 33. Agrippa Furius cum T. Quintio Capitolino Cos. A. V. 309. qui Æquos & Volscos vicit: & iterum A. V. 364. (nisi alius forte est) tribunus militum Cos. potestate creatus, Salpinates ad inducias petendas adegit. Liv. lib. 3. cap. 66. seq. & l. 5. cap. 32. Dion. Halic. lib. 5. & 6. Ant. Ro. Flor. lib. 1. cap. 23. ubi Camert. V. Nec minus illustris memoria M. Vipsanii Agrippæ, L. F. principis amicorum Cæs. Augusti. Cujus & gener factus est, ducta Julia, cum prius Pomponiam T. Pomponii Attici, defunctaque ea, Marcellam Sororis Aug. filiam in matrimonio habuisset. Urbem operibus, amplissimis ornavit, operam non solum adversus Antonium bello Perusino, verum etiam adversus S. Pompejum bello Siculo & adversus M. Antonium Actiaco bello Cæsari egregiam navavit, atque externa quoque bella pari successu confecit. Quare ab Augusto ad tertium consulatum provectus, cum alios honores, & in his triumphum etiam sibi oblatum detrectasset, id quoque præcipue obtinuit, ut nummi cum imagine ejus, coronæ navalis insigni decorata, S. C. cuderentur. Decessit Ao. Jul. 34. Æt. L. egressus, relictis Cajo & Lucio Cæss. & M. Agrippa Posthumo, Agrippinaque & Julia liberis. Ex quibus Agrippa minime tanti patris memoriæ respondit. Hæc ex Vellejo Pat. Seneca, Plinio, Plutarcho, Suetonio, Dione. De Duobus Agrippis Judæor. regibus V. in herodes.

Agrippa, cognomento Castoris, vir in primis doctus: contra XXIIII. Basilidis hæretici volumina, quæ contra Evangelium ille scripserat, acerrime disseruit. Author Hieronymus.

Agrippenses, Bithyniæ populi. Plin. lib. 5. cap. ult.

Agrippēum, [Ἀγριππεῖον] in Ceramico theatrum, meminit in Alexandro sophista Philostratus. Cæl. lib. 7. cap. 19.

Agrippias, ădis. Urbs quæ prius Anthedon dicebatur, ab Herode postea dicta Agrippias. Josephus Antiquit. lib. 13. cap. 19. Idem tamen belli Judaici, lib. 1. cap. 16. sic ait, loquens de Herode; Anthedona quoque renovatam, quam bella subverterant, Agrippium vocavit.

AGRIPPINA. Cognom. Fœm. Ro. ab Agrippa deductum. Ejus nominis tres celebrantur. Duæ M. Agrippæ filiæ, altera ex Pomponia, Attici neptis, quæ Tiberio Cæſari primum, deinde Aſinio Gallo nupta fuit; altera ex Julia, Auguſti neptis, quæ Germanico Cæſari nupta fuit, Caligulæ mater, a Tiberio relegata & ad mortem denique tædio ærumnarum adacta; Tertia hujus & Germanici filia, neptis M. Agrippæ, quæ ex Domitio Ahenobarbo priore marito Neronem Cæſarem genuit, dein Criſpo Paſſieno, ac tertiis nuptiis Ti. Claudio Cæſari juncta, eodemque veneno necato, poſtremo a Nerone F. inſidiis præventa, crudeli morte periit.

AGRIPPINA, [Ἀγριππίνη] Inſignis urbs Germaniæ Inferioris, metropolis, & colonia olim Romanorum. Hæc Pomponius. Colonia Agrippina (inquit Volaterranus) M. Agrippæ monumentum, qui hos populos a ſe victos ac volentes in citeriorem ripam Rheni traduxit. Cornelius Tacitus tamen 12. Ann. 27. Rem ita prodidit: Agrippina, quo vim ſuam ſociis quoque nationibus oſtentaret, in oppidum Ubiorum, in quo genita erat, veteranos coloniamque deduci impetrat, cui nomen inditum ex vocabulo ipſius. Ac forte acciderat, ut eam gentem Rheno transgreſſam avus Agrippa in fidem acciperet.

AGRIPPINENSIS, e. Adj. ut Colonia Agrippinenſis. Tacit. 1. Hiſt. 56. 4. &c. Et Agrippinenſes, Incolæ, olim Ubii; Tacit. de Germ. 28. 8.

AGRIPPUS, [ἄγριππος] Laconibus dicitur Olea ſterilis. Hinc illud vulgi ſermone tritum, Sterilior agrippo, de iis qui extremæ ſunt paupertatis, neque quicquam facultatum poſſident. Quadrat & in ignavos, nulliusque induſtriæ homines. Auth. Zenodotus & Suidas.

AGRISIS, Herba & dulcedine præcipua, & hominibus ac jumentis utilis: qua potiſſimum veſcebantur Ægyptii. Diodor. Sicul. lib. 2. cap. 1.

AGRIŬS, a, um. Adj. ex Gr. ἄγριος Ferus, agreſtis. Tribuitur Animalibus, plantis, rebus naturalibus. Sic Agrium Nitrum, Plin. lib. 31. cap. 10. de Nitri generibus loquens. Minus etiam fit in Thracia, juxta Philippos, ſordidum terra, quod appellant Agrium. Tribuitur & morbis, ulceribus &c. V. Supra AGRIA.

AGRIUS, [Ἄγριος] Parthæaonis, Martis filii, filius, qui ut vidit Oeneum fratrem orbum liberis factum, egentem regno expulit, atque ipſe regnum poſſedit. Hyginus Fab. CLXXV. Hinc corrigitur locus Ovidii in Heroïd. Epiſt. 9. 153. qui in omnibus exemplaribus, quæ mihi videre contigit, corruptus eſt, & a nemine interpretum intellectus. Locus autem ille eſt:

Heu devota domus! ſolio ſedet acrior alto. Ubi pro Acrior, reponi debet Agrius, & hoc modo legi, — ſolio ſedet Agrius alto. Quo & verſus planus eſt, & ſententia poetæ clara. Hic pater fuit Therſitæ Græcorum turpiſſimi, Ovid. 3. ex Ponto, 9. 9. Fuit etiam Agrius Puer, de quo Stat. 9. Theb. 266.

AGROLA & Hyberbius ad arcis Athenienſis radices domicilia habuerunt omnemque ambitum murorum arcis fecerunt, præter eam particulam quam Cimon Miltiadæ filius conſtruxit. Pauſan. in Att.

AGRON, Primus qui inter Heraclidas Sardis regnavit, ut ſcribit Herodot. lib. 1.

Agron, Medicus. V. ACRON.

Agron, Nini filius, a Græcis dictus, quod in agris natus eſſet. V. Cæl. Rhod. lib. 23. cap. 5.

Agron Illyriorum rex, Pleurati F. ob ferociſſimos Ætolos a ſe domitos, temulentiæ indulgens pleuritide morbo correptus, interiit. Author Polybius l. 2. c. 2. ſeq.

AGROSPI, [Ἀγρόσποι] Populi Arabiæ. Plin. lib. 6. cap. 33.

AGROSTE, es. [ἀγρώστη] Phalangii ſpecies apud Nicandrum.

AGROSTIS, [ἄγρωστις] Herba eſt geniculatis per terram ramulis ſerpens, folia habens oblonga & acuminata in modum parvæ arundinis, qua boves jumentaque paſcuntur: Latini Gramen appellant. V. Dioſcor. lib. 4. cap. 26. 30. 31.

AGROSUS, a, um. Agris abundans. Varro 4. de L. L. 1. extr. Si ab Agro ad Agroſum hominem & Agricolam pervenero.

AGROSUS, Mons eſt, ubi nunc Roma, quem Faunus rex Evandro ex Arcadia pulſo conceſſit, eumque ille poſtmodum Palatinum appellavit. Calep.

AGROTĔRA, [Ἀγροτέρα] Dianæ cognomen eſt, quod templum ejus Agræ (vel in Agris) fuerit quæ eſt regiuncula terræ Atticæ, prope Iliſſum fl. ubi ferunt Dianam primum venationem exercuiſſe, quum ex Delo illuc veniſſet. Pauſan. in Attic. pag. 17. & Cæl. lib. 8. cap. 7.

AGRYPNIA, æ. f. [ἀγρυπνία] Pervigilium, inſomnia. Mart. Capell. lib. 2. p. 27.

A G U

AGUMENTUM, teſte Varrone, Quod ex immolata hoſtia deſectum in jecore imponendo agendei cauſa. Hæc ille lib. 4. de L. L. 22. Sed apud Arnob. 7. p. 230. eſt Augumen, teſte in Not. Gothofr. Vide AUGUMENTUM.

AGUNCŬLA, æ. f. Parva imago ſive puppa: ut, Aguncula puellaris. Suet. Ner. cap. 56. ut vult Pareus Lex. Crit. p. 66. pro Icuncula. Ubi & Ciceroni 6. Att. 1. extr. vindicare conatur, Quinque Agunculæ, ubi alii Plangunculæ. Caſaub. ad Suet. l. c. conjecit leg. Acuculæ.

AGUNTUM, [Ἄγουντον Ptolemæo] Oppidum eſt Norici, quod & a Plin. recenſetur lib. 3. cap. 24.

AGURIUM, V. AGYRINI.

A G Y

AGYIEUS, Græce Ἀγυιεὺς, trium ſyllabarum vox, Apollinis epitheton, teſtibus Pauſan. in Att. & Macrob. 1. Saturn. cap. 9. Steph. de Urb. v. ἀγυιά, quaſi viis præpoſitus urbanis. Erat item eo nomine Columna faſtigiata, atque in acutum deſinens, prope januas erecta, Apollini ſacra. Nam veteris moris fuit, Apollinem ut alexicacum colere ante januam. Cui etiam ſacræ erant Agyiatides aræ, quas quidam Therapnas nuncupant. Hæc. Cæl. lib. 6. cap. 18. V. etiam Lex. Pitiſc. Hor. 4. Carm. 6. 28.

Phœbe, qui Xantho lavis amne crines,
Dauniæ defende decus Camœnæ
Lævis Agyieu.

Ubi Acron, Agyiæ vero Athenienſi lingua Vici dicuntur: quo nomine ideo Apollo vocatus eſt, quia ex oraculi reſponſo in vicis publicis urbis ſuæ, ſtatutis altaribus, ei ſacrificia inſtituerant, unde Agyieus dictus eſt.

AGYLLA, quæ nunc Cære [Ἄγυλλα] dicitur, urbs eſt Tuſciæ, a nomine conditoris, quem Virg. 8. Æn. 479. ex Lydia veniſſe oſtendit, quum ait,

Haud procul hinc ſaxo colitur fundata vetuſto
Urbis Agyllinæ ſedes: ubi Lydia quondam
Gens bello præclara, jugis inſedit Hetruſcis.

Ubi Servius, Agylla civitas eſt Tuſciæ, a conditore appellata, cui ex inſcitia Romana aliud eſt inditum nomen. Nam quum Romani euntes per Tuſciam, interrogarent Agyllinos quæ diceretur civitas: illi, utpote Græci, quid audirent ignorantes, & optimum ducentes ſi prius eos ſalutarent, dixerunt Χαῖρε. quam ſalutationem, Romani nomen civitatis eſſe putaverunt, & detractata aſpiratione, eam Cære nominaverunt, ut ſcribit Hyginus in lib. de Urbibus Italicis. Conf. Plin. lib. 3. cap. 5. Strabo lib. 5. V. CÆRE.

AGYLLÆUS, [Ἀγυλλαῖος] Qui ex Agylla eſt. Virg. 7. Æn. 652.

— Agyllæa necquicquam ex Urbe ſecutos. Codd. emend. Agyllina.

AGYLLEUS Herculeus, h. e. Herculis filius. Stat. 10. Theb. 243.

Inſuper Herculeum ſibi jungit Agyllea vates.

Agylleus, luctator Cleonæus, ſtaturæ prægrandis, nec minor Hercule, palæſtra tamen a Tydeo victus. Stat. 6. Theb. 834.

— levat ardua contra
Membra, Cleonææ ſtirpis jactator Agylleus, &c.

AGYLLINUS. V. AGYLLA & AGYLLÆUS.

AGYRINI, ſive AGYRINENSES, [Ἀγυριναῖος] ab urbe Siciliæ AGYRIO. Abeſt vero Agyrium, ſive quod idem eſt, Agurium, a Centuripis XII mil. paſſ. ex Antonino. Stephanus Agyrinam vocat. Hermol. in Plin. lib. 3. cap. 8.

AGYRTÆ, Athletæ ſic dicti. V. Lex. Pitiſc. De Agyrtis & Metragyrtis, ſive mendicabulis & ſcurris per ſpeciem religionis cum cymbalis & crotalis, ac ſimulachro Matris Magnæ diſcurrere ſolitis V. Van Dale Diſſ. 1. cap. 11.

AGYRTES, [Ἀγύρτης] Patrem interfeciſſe ſcribitur. Ovid. 5. Met. 148.

— & cæſo genitore infamis Agyrtes. adde Stat. 9. Theb. 281.

A H

AH, [ἆ, ἆ] Interjectio, ſæpius dolentis eſt: interdum tamen ad alios affectus explicandos accommodatur. Itaque pro ſenſus & materiæ conditione, particula hæc accipienda erit. Fit autem ab A-ha, teſte Priſciano, per apocopen: interdum vero geminatur: ut, ah ah.

Ah, dolentis. Virg. 1. Ecl. 15.

— ah, ſilice in nuda connixa reliquit.

Ah, flentis, aut lamentantis, inquit Donatus. Ter. Adel. 3. 2. 11. Ah me miſeram. Legitur & Ah ah, hoc loco.

Ah, indignantis ſibi ipſi, & ſe ipſum arguentis. Ter. And. 3. 1. 12. Ah vix tandem ſenſi ſtolidus.

Ah, deſiderii. Plaut. Aſin. 3. 3. 2. Ah, quanto amplius valerem, ſi hic maneres.

Ah, indignantis & ſtomachantis alteri, cum reprehenſione. Ter. And. 1. 5. 18. Nam quid ego dicam de patre? ah, tantamne rem tam negligenter agere?

Ah, leniter arguentis, ſive reprehendentis. Plaut. Bacch. 1. 1. 31. Ah, nimium ferus es. Ter. And. 5. 2. 27. Ah, ne ſævi tantopere.

Ah, objurgantis. Ter. And. 2. 1. 8. Ah, quanto ſatius eſt, te id dare operam, qui iſtum amorem ex animo amoveas tuo, &c.

Ah, abnegantis. Ter. And. 3. 3. 11. Ah, ne me obſecra.

Ah, increpantis cum indignatione. Ter. Eun. 2. 1. 3. Satne hoc mandatum eſt tibi? P. Ah, rogitare? quaſi difficile ſit.

Ah, quaſi corrigentis alterius dictum. Ter. Eun. 5. 2. 50. Tamen ſi pater. C. quid? ah volet, certo ſcio.

Ah, reclamantis, aut contradicentis. Ter. Hec. 5. 1. 17. Meum receptas filium ad te Pamphilum. B. ah. L. ſine dicam. Cic. 2. de Orat. 185. Ah, Patres conſcripti, non ego mihi illum iniquum ejero, verum omnibus.

Ah ah, inclamantis. Plaut. Moſt. 3. 1. 50. Scio te bona eſſe voce: ne clama: D. hercle ego vero clamabo. TR. ah ah, morem mihi gere.

Ah ah, ſuſpirantis. Plaut. Mil. 4. 8. 48. Habe bonum animum. PA. ah ah, quum venit in mentem mores ut mihi mutandi ſient.

A H A

AHA, [ἆ ἆ] Interjectio indignantis alteri, & ipſum arguentis. Plaut. Bacch. 4. 7. 11. Aha Bellerophontem jam tuus me fecit filius.

Aha, abnegantis. Plaut. Bacch. 1. 1. 54. Manum da, & conſequere. B. aha minime.

AHALA, non Hala, Serviliorum cognomen teſte nummo vetere, ſuffragantibus etiam faſtis Capitolinis, & antiquis Inſcriptionibus. Cic. etiam & Liv. in editionibus accuratioribus. Vide etiam Lex. Pitiſc.

AHARNA, Oppidum Hetruriæ, cujus meminit Liv. lib. 10. Decad. 1.

A H E

AHĒNUM, i. n. [χαλκεῖον] Paul. in l. Quum de lanionis. D. de inſtruct. & inſtrum. legat. Nec multum refert inter cacabos & ahenum quod ſupra focum

focum pendet. Hic aqua ad potandum calefit: in illis pulmentarium coquitur. Virg. 1. Æn. 217.

Littore ahena locant alii. Ubi Servius, Ahena, quibus utebantur non ad elixandas carnes, sed ad se lavandos. Heroicis enim temporibus carne non vescebantur elixa.

Ahenum dicimus, per h interpositam inter a & e: non Aënum; ut sonus sit vividior, vegetiorque: teste Gell. lib. 2. cap. 3.

Ahenum sæpenumero habetur pro Amplissimo vase, in quo tingitur purpura. Unde multa habet epitheta ex iis locis in quibus claruit usus purpuræ. Ut,

Agenoreum ahenum. i. e. Tyrium, vel Sidonium. Agenor quippe rex fuit Phœniciæ, in qua fuerunt Tyros & Sidon urbes purpura nobiles. Martial. lib. 10. in Caium, 16.

Quicquid Agenoreo Tyros improba cogit aheno.

Amyclæum, ab Amyclis urbe Laconiæ, in qua plurimus fuit usus purpuræ. Ovid. de Rem. Amor. 707.

Assyrium, i. e. Tyrium. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 24. 164.

Getulum. Sil. Ital. lib. 16. h. e. Purpura quæ apud Getulos tingebatur.

Sidonium. Seneca.

Tænareum, i. e. Laconicum, a Tænaro Laconiæ promontorio. Val. Flacc. 5. Argon.

Tyrium. Stat. 1. Sylv. 2. 151.

Ardens. Juven. 15. Sat. 81.

— nec ardenti decoxit aheno,
Aut verubus. h. e. Nec elixavit, nec assavit.

Calidum. Ovid. 7. Met. 279.

Cavum. Ovid. 6. Met. 645.

Fervens. Seneca. Thyest. v. 1061.

Parvum. Ovid. 8. Met. 645.

Spumans. Sen. in Thyest. v. 60.

Tepidum. Virg. 1. Georg. 296. Servius legit Trepidi. nec aliter Pier. ex MSS.

Undans. Virg. 6. Æn. 463.

AHĒNEUS. vel AENEUS, Adj. [χάλκεος] Poëticum pro Æreus: ut, Ahenea proles pro Ærea ætate. Ovid. 1. Met. 125. Hor. 1. Epist. 60.

— hic murus aheneus esto,
Nil conscire sibi: nulla pallescere culpa. h. e. Fortissimum ac tutissimum animi munimentum. Gellius tamen usus est lib. 16. cap. ultimo ad finem, Simulacra duo ahenea, &c.

Jugum aheneum. Hor. 3. Carm. 9. 11. i. e. Forte, ut ait Acron & Porphyr.

Signa. Hor. 2. Epist. 1. 248.

Turris. Hor. 3. Carm. 16. 1. & Ovid. 2. Amor. 19.

AHĒNUS, Adj. [χάλκεος] Idem quod Æreum, i. e. Ex ære factum: sed hoc proprie poëticum est.

Acus ahena. Ovid. 2. Fast. 577.

Cadus. Virg. 6. Æn. 228.

Cassis. Stat. 6. Theb. 226.

Cor. Stat. 3. Theb. 280.

— sed scopulos, & ahena precando
Flectere corda paro.

Cornu arietis militaris ahenum. Propert. lib. 4. 10. 33.

Crateres. Virg. 9. Æn. 165.

Fores. Virg. 1. Æn. 453.

Forma. Propert. lib. 4. 2. 61.

At tibi, Mamuri, formæ cælator ahenæ,
Tellus artifices ne terat Osca manus.

Jugum. Val. Flacc. 7. Argon. 595.

Labrum. Virg. 4. Æn. 22.

Lux. Virg. 2. Æn. 470. i. e. Splendor armorum.

Manus. h. e. Fortis & dura, teste Acrone. Hor. 1. Carm. 25. 19.

Massa, pro Disco æreo. Stat. 6. Theb. 648.

Moles, pro Clypeo laminis æreis gravi. Stat. 4. Theb. 47.

Porta. Stat. 10. Theb. 257.

Postes. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 33. 74.

Signa. Lucret. lib. 1. 318.

Thoraces. Virg. 7. Æn. 633.

Trabes ahenæ. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 33. 242.

AHĒNIPES, sive AËNĬPES, ĕdis. Duras ungulas habens. ut, Ahenipedes boves, Ovid. 6. Epist. 32. Tauri, 12. Epist. 93. V. Heinsium ad utrumque locum. Nam vulgo leg. Æripes. q. V. ut & AËRIPES. totidem modis enim scribitur.

AHENOBARBUS cognomen fuit Domitiorum, quod primus tulit L. Domitius, & ad posteros suos propagavit. Caussam autem & originem hujus cognominis persequitur Suetonius in Nerone, cap. 1. cujus verba adscribere supervacuum arbitror. Quidam scribunt sine aspiratione Ænobarbus, & nonnulli Æneobarbus. Sed in antiquis lapidibus & monumentis semper est Ahenobarbus. Ita in nummis gentis Domit. & lapidibus capitol. V. Pitisc. Lex. & Fulv. Ursin. Fam. Rom.

AHŌRUS, i. m. [ἄωρος] Præcoci morte præventus. Tertull. de Anima, cap. 57.

A J A

AJAX, [Αἴας] Telamonis filius ex Hesione filia Laomedontis, fortissimus Græcorum post Achillem. Sed Achille occiso, quum illius arma peteret, ab Ulysse eloquentia in judicio superatus, præ dolore insania correptus, in pecora Græcorum sæviit, credens Ulyssem & Atridas esse, deinde ubi ad se rediit, pudore & indignatione adductus seipsum gladio transfixit. Hinc, Ajacis risus, In eos qui temere ac vecorditer rident: id quod apposite dicetur in homines mortiferis voluptatibus gaudentes, brevi perituros: aut qui malefactis gaudent, mox pœnas daturi. Nec intempestive torquebitur in eos quibus risus oboritur nulla de causa: quem vulgo dicunt aut insaniæ, aut stultitiæ argumentum esse. Erasm. V. Sophoclis Ajax Mastigophorus Tragœdia.

Alter fuit Ajax Oilei filius rex Locrensium, velox pedibus, & peritus hastæ vibrandæ. Hic capta Troja Cassandram virginem & vatem in templo Palladis violavit: quam ob causam domum repetens, fulmine a Pallade exustus est in mari cum sua navi, ut testatur Virgilius 1. Æn. 45.

Turbine corripuit, scopuloque infixit acuto. Ovid. in Ibin. Sen. in Agamemn. Philost. lib. 2. Iconum.

Ajax acerrimus. Virg. 2. Æn. 414.

Fortis, Fortissimus in furore. Cic. 4. Tusc. 51. & 464.

Heros ab Achille secundus. i. e. Virtute & fortitudine post Achillem primus. Hor. 2. Serm. 3. 193.

Impatiens contumeliæ. Cic. 1. Off. 114.

Impatiens iræ. Ovid. 13. Met. 194.

Invictus. Ovid. 13. Met. pr.

Moderatior Ajax. de Oilei filio: nam Telamonius erat ferocior. Ovid. 13. Met. 356.

Narycius heros, Ajax Oilei filius. Naryx enim, sive Narycium, urbs fuit Locridis: Ajax autem Locrensium rex. Ovid. 14. Met. 468.

Oileus Ajax. Ovid. 12. Met. 622.

Oilides. Propert. lib. 4. 1. 117.

Stolidum Ajacem Telamonium vocat Ulysses apud Ovid. 13. Met. 327.

Telamone creatus. Ovid. 12. Met. fin. & 13. 266.

Telamonius ab Jove tertius. Ovid. 13. Met. pr.

Telamoniades, Telamonis filius. Ovid. 13. Met. 231.

Telamonius, Jovis pronepos. Ovid. 13. Met. 142.

Telamonii Ajacis cruor in florem hyacinthum. Plin. lib. 21. cap. 11. Hyacinthum comitatur fabula duplex, luctum præferens ejus quem Apollo dilexerat: aut ex Ajacis cruore editi, ita discurrentibus venis, ut Græcarum literarum figura AI legatur inscripta. Meminit & Ovid. 13. Met. fin.

Telamonii Ajacis sepulcrum. Plin. lib. 5. cap. 30. & Strabo lib. 13.

Telamonius heros, pro Ajace. Virg. in Culice,

Hinc erat appositus contra Telamonius heros.

Ajax, Tragœdia, quo nomine inter Sophocleas, quæ extant, prima, Αἴας μαστιγοφόρος. Ejusdem argumenti cum tragœdiam Augustus Cæsar scribere exorsus esset, non succedente stylo, abolevit, quærentibusque, quid Ajax ageret, respondit; Ajacem suum in spongiam incubuisse: respiciens ad mortis genus quo Telamonius Ajax periit. V. Suet. Aug. cap. 85.

Ajax, Unus e regis Antiochi elephantis. Plin. lib. 8. cap. 5. Antiocho vadum fluminis experienti renuit Ajax, alioquin dux agminis semper.

AIDŌNEUS, [Ἀϊδωνεύς] Pluto seu Orcus appellatus est, & tempore Lyncei regis Argivorum, atque Erechthei regis Atheniensium regnavit, ut scribit Eusebius. V. Animadv. Scalig. p. 39. Fuit autem rex Molossorum, cujus filiam nomine Persephonem, Theseus conatus fuit rapere, non procul ab Acheronte fluvio: unde factus est locus fabulæ, Theseum ad inferos descendisse, & Persephonem Ditis uxorem rapere voluisse. Plutarch. in vita Thesei.

AIGLEUCOS, [ἀειγλεῦκος] ab ἀεὶ, semper, & γλυκὺς, dulcis. Ruell. l. 1. Inter dulcia vinum est, quod Græci Aigleuces vocant: h. e. Semper mustum. Id evenit cura, quoniam fervere prohibetur. Sic enim appellant musti in vina transitum. Ergo mergunt protinus e lacu in aqua cados, donec bruma transeat, & consuetudo fiat algendi. Plin. lib. 14. cap. 9.

AILA, [Αἴλα] Civitas est, in Arabici sinus recessu sita, de qua Strabo lib. 16.

AINUS, i. m. [Αἶνος] Æon Valentini apud Tertull. adv. Valent. cap. 8.

AIO, [φημὶ] Verbum anomal. & defect. sic declinatur, Aio, ais, ait. Plur. aiunt.

Imperfect. Aiebam, integrum est. Quintil. lib. 6. cap. 4. Siculi aiebant in Delphico sedisse.

Perfect. Aisti. Plur. Aistis.

Imperat. Ai. Plaut. Vel ai vel nega. Nævius ap. Priscian. lib. 10. pr. An nata est sponsa prægnans? vel ai, vel nega.

Præs. subjunct. Aias, aiat. Plur. Aiamus, aiant. Cic. de Fin. 70. Quasi ego id curem, quod ille aiat, aut neget. Gell. lib. 16. Sive aias, sive neges, hærebis in captione. Priscianus aiamus dixit lib. 1. de Construct. Plaut. Rud. 2. 4. 14. Vel tu mihi aias, vel neges.

Partic. Aiens. Cætera non sunt in usu: licet quidam ponant, Aiam, aies, aiet. Cic. in Topic. 49. Contraria aientibus, inquit, negantia.

Aio & loquor. Cic. 2. de Divin. cap. 32. Quid ergo Aius iste loquens, quum eum nemo norat, & aiebat & loquebatur, & ex eo nomen invenit: posteaquam & sedem, & aram, & nomen invenit, obmutuit?

Aio & Nego, contraria sunt. Nam Aio, proprie Fateor significat. Ter. Eun. 2. 2. 21. Negat quis, nego: ait, aio. Cic. 3. Off. 91. Diogenes ait, Antipater negat.

Ait. Ter. Eun. 1. 2. 59. Ait, si fidem habeat, se iri præpositum tibi. Ubi Donatus, Semper AIT dicimus, quum vel invisa nobis & audientibus, vel vana dicta narramus alicujus.

Ais, pro Inquis. Hor. 2. Serm. 72. Non sum mœchus, ais.

Aiunt. Ter. And. 1. 2. 21. Omnes qui amant, graviter sibi dari uxorem ferunt. D. Ita aiunt. Ubi Donatus, Aiunt: hæc credunt, & loquuntur universi. Et est trepida confessio, & quasi inviti responsio.

Aiunt. Ter. Phorm. 2. 3. 72. Actum, aiunt, ne agas. Ubi Donatus, Aiunt dicimus, quum proverbium significamus.

Ut aiunt. Cic. 2. de Orat. 233. Et docebo sus (ut aiunt) oratorem, &c. Idem pro Flacco, Vos oro & obtestor, Judices, ut totam causam quam maxime intentis oculis (ut aiunt) contemplemini.

Quomodo aiunt. Cic. in Pison. 69. Iste claudus (quomodo aiunt) pilam retinere.

Ain', pro Aisne; sicut Viden', pro Videsne, & similia. Ter. And. 5. 3. 4. Ain' tandem, civis Glycerium est? Ubi Donatus, Ain', percontativum verbum est. Idem Phorm. 2. 2. 26. Ain tandem carcer? Ubi Donatus, Ain', ἀπόστροφος nota est, quæ separat e ab n, & intermit s literæ sonum. Est enim integrum Aisne.

Ain' tu? Ter. Hec. 3. 4. pr. Ain' tu tibi hoc incommodum evenisse iter? Ubi Donatus, Ain' tu, pro Aisne tu. Et sic jam aliquid dixisse magni in præcedenti oratione, ex respondentis sermone demonstratur. Cic. 6. Att. 1. Ain' tu? Scipio hic Metellus proavum suum nescit Censorem non fuisse? Loquutio est ad ostendendam admirationem usurpata.

Ain' tu! Indignantis vox & stomachantis, atque adeo comminantis. Plaut. Asin. 4. 2. 3. Ain' tu, apud amicam munus adolescentuli fungare? Verba sunt Diaboli Demænetum absentem, tanquam adesset, præ furore, nec citra comminationem alloquentis.

Ain' tandem? Cic. 3. de Legib. 14. Ain' tandem? etiam a Stoicis ista tractata sunt?

Ain' vero, V. VERO.

AIENTIA, æ. f. [καταφάσις] Mart. Capell. lib. 4. p. 115. Opponitur Aientia negationi. Idem p. 119.

AISCŌPES, [ἀεισκῶπες] Aves sempasiones: omnibus enim anni temporibus conspiciuntur. Sic Gaza vertit in Aristotele. V. de his Cæl. Antiq. Lect. lib. 12. cap. 14.

AĪTHĂLES, n. [ἀειθαλὲς] Herba, q. d. Semper virens. V. Apul. de Herb. cap. 123. alias Aizoon .q. V.

AJUGA, V. ABIGA. & Voss. Etym. p. 15.

AIUS LOQUENS Deus Romanis creditus, de quo hæc Cic. 2. de Divin. cap. 32. At paulo post audita vox est, monentis, ut providerent ne a Gallis Roma caperetur: ex eo, Aio Loquenti aram in nova via consecratam. Quid ergo? Aius iste Loquens, quum eum nemo norat, & aiebat & loquebatur, & ex eo nomen invenit: posteaquam & sedem, & aram, & nomen invenit, obmutuit? Meminit & Cic. 1. de Divin. 101. cap. 45. Plutarch. in lib. de Fortun. Roman. Liv. 1. Decad. lib. 5. 50. Loquutium appellans. Templum Aio Locutio fieri. Sed ibi, Aio Locuto, legendum Sigonius suspicatur ad Epit. Liv. 5. V. etiam Gell. lib. 16. cap. 17.

AJULLIUS Larinas, homo nequam. Cic. pro Cluent.

A I Z

AĪZOON, [ἀείζωον] Herba sic dicta, quasi Sempervivum. Ideo Græci sic appellant, quoniam sempiternum sit fronde. Romani, Jovis oculum & Sedum nominant. Duplex est Aizoon: Majus hodie Galli Joubarbam, quasi Jovis barbam appellant: Minus vulgo Vermicularis, & Cauda muris, dicitur. V. Ruell. lib. 3. cap. 16. & Plin. lib. 25. cap. 13.

A L A

ALA, æ. f. [πτέρυξ] Qua aves volant. Virg. 1. Æn. 397.
Ut reduces illi ludunt stridentibus alis. De cygnis loquitur.

Ala, [μασχάλη] Pars hominis concava subter brachium, quæ & Axilla dicitur. Plin. lib. 21. cap. 20. Halitus oris commanducata abolet, alarumque vitia. Hor. Epod. 12. 5. & 1. Epist. 13. 12.

Ala, etiam in brutis. Plin. lib. 11. cap. 30. Elephas tantum sub armis duas nec in pectore, sed citra, in alis occultas.

Ala in herbis dicitur, Cavus inter caulem & ramulos anfractus, unde sinuatim nova proles egreditur, facta ab humanis alis translatione. Plin. lib. 25. cap. 5. de Mercuriali herba, Alarum cavis multis.

Alæ foliorum. Plin. lib. 22. cap. 18. Quibusdam in locis viscum gignit album sub alis foliorum.

Ala, de ranis marinis. Plin. lib. 9. cap. 51.

Ala, derivatur ab Axilla per contractionem, fuga literæ vastioris, inquit Cic. in Orat. 153. h. e. Ut litera illa vastior x, quæ vim duarum consonantium habet, & sonum quendam agrestem, fugeretur.

Alas hominis vellere. Juven. 11. Sat. 157.

Alæ, pro Velocitate, figurate, ab effectu: quia scilicet alæ avibus velocitatem faciunt. Virg. 5. Æn. 319.
— & ventis & fulminis ocyor alis.

Alæ, ārum. [ἴλαι] vocantur ab alarum similitudine, Equitum ordines, ut docet Cincius apud Gell. lib. 16. cap. 4. quod circum legiones dextra sinistraque, tanquam alæ in avium corporibus, locabantur. Liv. 6. Bell. Pun. Plusque aliquanto damni hæc ala equitum amissa Annibali, quam Salapia fuit. Virg. 4. Æn. 121.
Dum trepidant alæ, saltusque indagine cingunt. V. Serv. in loc. & Lips. 2. de Militia Rom. Dial. 6. & 7.

Alæ de pedestribus Copiis aliquando, Sociorum viz. usurpantur. V. H. Rab. Schelium ad Hygini Gromat. de Castrametat. Rom. p. 66. sq.

Alæ dicuntur etiam Columnarum ordines ad latera ædis apud Vitruv. 6. 4. conf. Salmas. in Solin. p. 857.

Conamen alarum. Lucret. lib. 6. 835.
Remi alarum. Ovid. 5. Met. 558.
Remigio alarum volare. Virg. 1. Æn. 305. de Mercurio. Idem 6. 19.
Verbera alarum. Virg. 12. Æn. 876.
Alæ atriorum. Vitruv. lib. 6. cap. 3.
Fati alas tardare. i. e. Mortem. Hor. 2. Carm. 17. 25.
Fulminis alæ. Virg. 5. Æn. 319.
Legionum. Cic. 11. Att.
Mortis, V. Atræ.
Sagittæ alæ. i. e. Pennæ. Virg. 9. Æn. 578.
— ergo alias allapsa sagitta. Servius.
Somni, V. Molles, infra.
Velorum. Virg. 3. Æn. 520. — & velorum pandimus alas.
Ventosior alis suis Cupido. Ovid. 2. Amor. 9. 49. ad Cupidinem.
Aĕriæ alæ. Virg. in Cyri, v. 487.
Aëriis potius sublimem sustulit alis.
Ambiguis alis volat hora. Sen. in Hippol. 11.
Assiduis alis circumvolare. Stat. 1. Theb. 51.
Atræ alæ mortis. Hor. 2. Serm. 1. 58.
Audaces. Ovid. 17. Epist. de Dædalo.
Bibulæ. Ovid. 1. de Arte Am. 233.
Vinaque cum bibulas sparsere Cupidinis alas.
Celeres alas commovere. Virg. 5. Æn. 217.
Deficientes. Stat. 10. Theb. 460.
Densæ. Virg. 1. Georg. 382.
Frenigera. Stat. 5. Sylv. 1. 98. de Equitum ala viz.
Fulvæ Somni. Tibul. lib. 2. 1. ad finem. [legendum ex MSS. *Fuscæ.* cum Brœckh.
Grandes. Juven. 14. Sat. 171.
Hirsutæ. h. e. Pilosæ brachiorum axillæ. Hor. Epod. 12. 5.
— an gravis hirsutis cubet hircus in alis. Hircum appellat alarum fœtorem hircino similem.
Humentes. Stat. 10. Theb. 142.
Infernæ. Claud. 2. in Eutrop. 231. Nisi potius ad v. Tenebris pertinet adj.
Insignes. Virg. 4. Georg. 82. de apibus loquitur.
Lassatæ. Ovid. 1. Met. 308.
Loquaces. Claud. 2. Paneg. 22. 408.
Madidis cantat quæ Sostratus alis. Juven. 10. Sat. 178. Ubi Schol. V.
Madidis Notus evolat alis. Ovid. 1. Met. 264.
Molles alæ somni, i. e. Suaves. Sil. Ital. lib. 10.
Nigrantes. Ovid. 2. Met. 535.
Novæ. Ovid. 7. Met. 401.
Olorinæ. Ovid. 10. Met. 718.
Pares. Ovid. 2. Met. 708.
Pendentes, V. PENDEO.
Pernices. Virg. 4. Æn. 180. de Fama.
Plantares alæ Mercurii. Stat. 1. Theb. 304.
Plausæ. Ovid. 14. Met. 577. Particip. V. in PLAUDO.
Præpes. Stat. 2. Theb. 39.
Rapidæ. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 36. 254.
Recentes. Ovid. 11. Met.
Roseæ alæ Pavonum. Claud. 1. in Eutrop. 21. 87.
Rutilantes. Claud. 1. Paneg. 29. 72.
Spatiantes. Ovid. 4. Met. 364.
Teneræ. Stat. 3. Theb. 541.
Trepidæ. Stat. 9. Theb. 840.
Veloces alæ. Ovid. 4. Met. 723.
Ventosæ. Virg. 12. Æn. 848.
— ventosasque addidit alas. De Diris.
Viscatæ. Ovid. 1. de Arte Am. 391.
Volucris. Valer. Flacc. 7. Argon. 186.
Accommodare alas humeris. Ovid. 2. de Arte Am. 209. de Dædalo.
Addere alas alicui, dicuntur figura proverbiali, qui verbis alicui addunt animum, & in spem bonam erigunt. Erasm. in Chiliad.
Assumere alas humeris. Ovid. 11. Met. 789.
Atterere alas in duris cotibus. Virg. 4. Georg. 203. de apibus.
Concutere. Claud. in Ruff. lib. 1. 3. 122.
Eripere regibus apum. Virg. 4. Georg. 107.
Everberabat alis. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Everberare alis aliquid. Virg. 12. Æn. 866. Clypeumque everberat alis.
Exuere alas, i. e. Deponere. Virg. 1. Æn. 689. de Cupidine loquitur.
Formare alas fulminis horrifici. Valer. Flacc. 2. Argon. 97.
Frenatæ alæ signa moderari. Stat. 4. Sylv. 7. 47. i. e. Equestris.
Increpare alis. Stat. 10. Theb. 456.
Instigare alas vocibus. Virg. 11. Æn. 730.
Fertur equo, variisque instigat vocibus alas,
Nomine quemque vocans.
Insistere alis. Lucret. lib. 6. 836.
Imitari alas avium. V. IMITOR.
Movere. Sen. Hippol. 3. Ovid. 8. Met. 216.
Niti alis. V. NITOR.
Pandere alas ad solem æstivum. Virg. 4. Georg. 27. de apibus.
Plaudere alis. Virg. 5. Æn. 515.
Porrigere alas. Ovid. 8. Met. 544.
Portare alis sublimem. Virg. 4. Æn. 240.
Quatere alas. Virg. 3. Æn. 226. de Harpyis.
Scissæ alæ velorum. Claud. 4. Paneg.
Spargere alas coloribus. Virg. 7. Æn. 191. De Pico in avem mutato.
Strepitantes alæ. Tibull. l. 2. 2. 17. [Trepidantes meliores libri, quos sequitur Broekh.
Stridentes. Ovid. 4. Met. 615.
Sumunt alas pedes. Ovid. 11. Met. 337.
— jam tum mihi currere visus
Plus homine est: alasque pedes sumpsisse putares.
Sumptis alis effugere. Ovid. 5. Met. 287.
Supervolitare tecta alis. Virg. 6. Ecl. 81.
Tardare alas fati. V. Fati alas, &c.
Trepidantes alæ. Ovid. 7. Met. 382.
Verberare alis æthera. Virg. 11. Æn. 576. de aquila.
Vertere alas ad aliquem. Sil. Ital. lib. 15.

Alas lupi quærere. De iis qui quærunt ea quæ nusquam sunt. Aut ubi quis verbo duntaxat territat, alioqui re nunquam facturus quod minatur: neque enim fieri potest ut lupus alatus inveniatur. Proverbium recensetur a Suida.

ALARIS, e. [ἰλαῖος] denom. ab Ala: &

ALARIUS, Adj. pro eodem; ut Equites alarii, & Cohortes alariæ. Liv. 10. 40. Cum cohortibus alariis. Idem 5. Bell. Maced. Qui præerat alariis equitibus; & 35. 5: 40. 40. Cæs. 1. Bell. Gall. 51. Omnes alarios in conspectu hostium pro castris minoribus constituit, quod minus multitudine militum legionariorum, pro hostium numero valebat, ut ad speciem alariis uteretur. [Ubi Græcus Int. ἱππεῦσι, Inscite. V. Lips. u. s. Idem 1. Bell. Civil. 73.
Alarii Transpadani. Cic. 2. Fam. 17. Quod autem meum erat proprium, ut alariis Transpadanis uti negarem, id etiam populo se remisisse scribit. V. Græv. in loc.

ALATUS, Adj. [πτερυγωτὸς] Alas habens: Sic Mercurius a poetis inducitur alatis pedibus, propter talaria quæ illi attribuuntur. Virg. 4. Æn. 259.
Ut primum alatis tetigit magalia plantis.
Alati equi Solis. Ovid. 3. Fast. 416.

ALÆ, arum. Urbs Ciliciæ. Hermol. in Plin. 5. 27. Aliter Alæsa, vel Halesa. q. V.

ALATA CASTRA, Regia Scotiæ. Ptolem. 23. V. infra.

ALĬFER. i. Adj. [πτερυγοφόρος] Alatus. Ovid. 4. Fast. 562.
— & alifero tollitur axe Ceres. i. e. Curru alato.

ALĬGER, Adj. ex Ala & Gero; Alatus. Plin. lib. 12. cap. 19. Aligerisque serpentibus. Et lib. 36. cap. 5. Aligerosque ludentes cum ea Cupidines. Proprie tamen est poeticum. Virg. 1. Æn. 663.
Ergo his aligerum dictis affatur amorem.

Agmen aligerum, i. e. Aves. Virg. 12. Æn. 249.

Aliger Arcas, pro Mercurio. Stat 3 Sylv. 3. 80.

Summi Iovis aliger Arcas Nuntius.

Genus aligerum. Sen. in Hippol. v. 338. Ignes ſentit genus aligerum. h. e. etiam aves ſentiunt flammas amoris.

ALĬPES, ĕdis. [πτερυγόπους] ex Ala, & Pes. Hinc Alipes currus, i. e. Velox. Sil. Ital. lib. 7. 700. Alipedem planta currum premit.

Alipedes equi, i. e. Veloces. Virg. 12. Æn. 484.

Alipedumque fugam curſu tentavit equorum. Sic Ovid. 2. Met. 48. de equis Solis verba faciens.

Alipedes, pro Equis velocibus. Virg. 7. Æn. 277.

Inſtratos oſtro alipedes, pictiſque tapetis. Sic, Alipedes turmæ apud Sil. Ital. lib. 15. 554.

Cervi, i. e. Veloces. Lucret. lib. 6. 765.

Citus. Stat. 11. Theb. 198.

Alipes deus, Mercurius alatos pedes habens. Ovid. 5. Faſt. 100. & 11. Met. 312.

ALĬPĬLUS, i. [μασχαλοτίλτης] Qui alarum pilos in balneis manu aut volſellis vellit. Sen. Epiſt. 56. Alipilum cogita, tenuem & ſtridulam vocem, quo ſit notabilior, ſubinde exprimentem, nec unquam tacentem niſi quum alas vellit, & alium pro ſe clamare cogit. Cæl. lib. 30. cap. 19. & 16. 46. In Gloſſis eſt ALIPILARIUS, δρωπακιστὴς, qui dropace, i. e. unguento e pice pilos vellit. V. DROPAX.

ALABA, Oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis. Sunt enim tres urbes in Tarraconenſi, Alaba, Alabon ſive Alabona, & Labana. Ptolem. author. Hermol. in lib. 3. Plin. cap. 3.

ALABENSES, ab Alaba: ALABONENSES, ab Alabone oppido non procul Cæſarauguſta. Hermol. in l. 3. Plin. c. 3. [legendum Alabanenſes.

ALABANDA, æ, ſive ALABANDA, orum. n. pl. [Ἀλάβανδα] Urbs Cariæ, Stephano in Comm. de urbibus, ab Alabando, Euippi (al. Caris) filio, quem ex Callirhoë Mæandri filia ſuſcepit, conditore, nomen ſortita eſt. Siquidem is poſtquam in equeſtri prælio ſtrenue navaſſet operam, Alabandus eſt dictus: i. e. Equo vincens. Cares enim ſua lingua *Ala* vocant equum, *Banda* victoriam. Eamque vocem, ait Steph. Romanis in uſu fuiſſe, ut Bandam victoriam dicerent. Hinc durat & Germanis ea vox, qua præpotentem & antiquæ nobilitatis principem, *Banderum* vocant, ut qui victor olim hoc honoris virtute bellica ſibi pepererit. Alabandæ quoque alterius in eadem Caria Stephanus meminit. [Quanquam alii Geographi unius mentionem faciant.

Alabandam, recenſet Juven. 3. Sat. 70. inter urbes barbaricis deliciis ac luxu perditas,

Hic alta Sicyone, aſt hic Amydone relicta,
Hic Andro, ille Samo, hic Trallibus aut Alabandis. Stephanus quoque admonet, olim Alabandam inter Cariæ civitates opulentiſſimam ac florentiſſimam fuiſſe, ut proverbio locum fecerit: Alabanda Carum fortunatiſſima. Quod quadrabit, ubi volemus intelligi Fortunam amplam, & vitæ genus voluptarium, a literis & virtutis ſtudio alienum. Veluti ſi dicat aulicus aut negotiator quiſpiam: Alii ſe in literis macerent, alii cum paupertate philoſophentur, Alabanda Carum fortunatiſſima. Poterit & per irriſionem uſurpari: veluti ſi joceris in quempiam parum egregium, qui tamen in gente vehementer barbara craſſaque præcellere videatur. Eraſm. in Chiliad.

ALABANDUS, [Ἀλάβανδος] de quo paulo ſupra, pro Deo cultus eſt ab Alabandenſibus. Cic. 3. de Nat. Deor. 50. Alabandenſes quidem ſanctius Alabandum colunt, a quo eſt urbs illa condita, quam quenquam nobilium deorum: apud quos non inurbane Stratonicus, quum quidam ei moleſtius Alabandum deum eſſe confirmaret, Herculem negaret: Ergo, inquit, mihi Alabandus, tibi Hercules ſit iratus.

ALABANDENSIS, & ALABANDEUS, Adj. Cic. 13. Fam. 56.

Alabandenſis Apollonius. Cic. 1. de Orat. 75.

Alabandenſem illum Meneclem, & ejus fratrem Hieroclem. Cic. 2. de Orat. 95.

Qualis in hiſtoria Timæus, in dicendo autem pueris nobis Hierocles Alabandeus, magis etiam Menecles frater ejus fuit. Cic. in Bruto, 325.

ALABANDĬCUS, poſſeſſ. Alabandici libelli, pro Barbaris & ineptis a Græcis capiuntur. Hermol. in Plin. V. Chil. p. 372.

Alabandicos carbunculos vocat Plin. lib. 37. cap. 7. in Orthoſia caute naſcentes, ſed qui perficiantur polianturque, Alabandis.

Alabandicus lapis terræ ſuæ nomine, quanquam & Mileti naſcens, niger eſt, ad purpuram tamen magis aſpectu declinante. Idemque liquatur igni, ac funditur ad uſum vitri. Plin. lib. 36. cap. 8.

ALABANDIĂCUS, Adj. Idem quod Alabandicus. Hermol. in Plin. ex Steph.

ALABASTER, m. ſive ALABASTRUS, f. & ALABASTRUM, n. [ἀλάβαστρος, ἀλάβαστρον] Vas unguentarium ex alabaſtrite factum. Cic. 2. Acad. Quibus etiam alabaſter plenus unguenti putêre videtur. Merc. Putre eſſe. ap. Non. 15. 17. Adnotavit h. l. H. St. Alabaſtrus pléna, Sic ap. Eraſm. citatur in Adag.

Quod Coſmi redolent alabaſtra, focique deorum. Martial. lib. 11. 9.

Unguenta optime ſervantur in alabaſtris: odores in oleo. Plin. 13. 2. V. ALABASTRITES.

Alabaſtri figuram nonnihil exprimit Plin. lib. 9. cap. 35. de unionibus loquens. Elenchos (inquit) appellant faſtigiata longitudine, alabaſtrorum figura in pleniorem orbem deſinentes.

Alabaſtrum, ait Maſſarius in Plin. erat Vas unguentarium forma turbinata, ſine anſulis, quod ex lapide alabaſtrite fiebat, quoniam optime in eo ſervantur incorrupta.

Alabaſtrus, f. per metaphoram dicitur Calyx roſæ antequam ſit expanſa. Plin. lib. 21. cap. 4. ubi de roſa, Germinat omnis primo incluſa granoſo cortice, quo mox intumeſcente, & in virides alabaſtros faſtigiato, paulatim rubeſcens dehiſcit, ac ſeſe pandit, in calycis medio ſui ſtantes complexa luteos apices.

ALABASTRUS, fluvius Æolidis. Plin. lib. 5. cap. 30.

ALABASTRĪTES, æ. m. [ἀλαβαστρίτης] eſt genus marmoris, alio nomine Onyx: de quo ſic Plin. lib. 36. cap. 7. Onychen etiam tum in Arabiæ montibus, nec uſquam alibi naſci putavere noſtri veteres. Deinde capite ſequenti ita ſubjungit, Hunc aliqui lapidem Alabaſtriten vocant, quem cavant ad vaſa unguentaria: quoniam optime ea incorrupta ſervare dicitur. V. Georg. Agricolam de hujus nomine.

Alabaſtrites etiam Gemma eſt, naſcens in Alabaſtro Ægypti, & in Syriæ Damaſco, candore intercincto variis coloribus: quæ cremata cum foſſili ſale ac trita, gravitates oris & dentium extenuare dicitur. Plin. lib. 37. cap. 10.

ALABASTRUM, Oppidum Ægypti. Plin. l. 5. c. 9. Idem l. 37. c. 8. Recentiſſimi autores & circa Thebaidis Alabaſtrum oppidum naſci dicunt Topazium. V. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 169. &c.

ALABETÆ, Piſces in Nili lacu naſcentes. Plin. l. 5. c. 9. Alabes hic piſcis Straboni dicitur l. 17. p. 566. quem & in Nilo naſci tradit. Muſtela hic piſcis fluvialis forte eſt: niſi ſit Lampetra. V. Geſner.

ALABON, V. ALABA. [ALABON Sive Alabus oppidi & Fluvii nomen in Sicilia, Alabis Silio. 14. 228. V. Geographos.

ALABURION, [Ἀλαβούριον] Syriæ oppidum Stephano.

ALACHROÆ, Populi, qui & Lotophagi dicuntur. Plin. l. 5. c. 4.

ALĂCER, cris, cre. vel ALACRIS, cre. [φαιδρὸς, πρόθυμος] Virg. 5. Æn. 380.

Ergo alacris, cunctoſque putans excedere pugna. Ter. Eun. 2. 3.
Quid tu es triſtis? quidve es alacris?

Alacris, ſive Alacer (utrunque enim dicitur) is eſt qui viget ſenſibus univerſis: quod eſt indicium erecti animi atque ſublimis. Nam e contrario Lacer dicitur, amputatis in corpore ſenſuum membris: hoc eſt, auribus, oculiſve: quæ ad animum ſæpe transferuntur. Sicut enim plerunque ſit, ut afflicto animo ſenſibus non utamur erectis: ſic alacer dicitur is cui omnis ſenſus in ſuo quiſque loco degat: Ex quo illud intelligitur, aliud eſſe alacrem, aliud eſſe lætum. Sunt qui alacrem feſtinantem & properum putant, quaſi alis acrem. Hæc Aſconius in Divinationem Ciceronis.

Alacer & erectus. Author ad Heren. l. 2. 29. Nam quum feras beſtias videamus alacres & erectas vadere, ut alteri beſtiæ noceant, &c. Addidit Erectas, quaſi exponens Alacres.

Alacer atque lætus Catilina. Cic. pro Muren. 49. Iſte repente ex alacri atque læto ſic erat humilis atque demiſſus. Proprie Lætitia, animi eſt: Alacritas autem, corporis: quam 4. Tuſc. vocat lætitiam geſtientem. Itaque hominis propria Lætitia, quippe quæ opinione conſtet: Alacritas autem communis omnium animantium. Idem 2. de Divin. 56. Galli gallinacei victores alacritate & quaſi lætitia ad canendum excitantur.

Alacer & promptus. Cic. 1. de Orat. 184. Erectum & celſum alacri & prompto ore ac vultu huc atque illuc intuentem.

Alacer animo ſum. Cic. 5. Fam. 12. Illa nos cupiditas incendit feſtinationis, quod alacres animo ſumus, ut & cæteri, viventibus nobis, ex libris tuis nos cognoſcant.

Monitu. Sil. Ital lib. 13.

Odio. Stat. 1. Theb. 425.

Alacer animus ad aliquid. Cæſ. 3. Bell. Gall. 19. Nam ad bella ſuſcipienda Gallorum alacer & promptus eſt animus.

Ad maleficia. Author ad Heren. 29. Si huic ſit remiſſum, multos alacriores ad maleficia futuros.

Ad tutandam rempublicam. Cic. in Somn. Scip. 4.

Animus alacer. Salluſt. in Catil.

Certamen alacre. Sil. in Ital. lib. 1. 184.

Annibalem voce, atque alacri certamine poſcit. i. e. Studio & contentione.

Enſes. Claud. in Eutrop. lib. 2. 281.

Equum alacrem lætus aſpexit. Cic. 1. de Divin. 73.

Legiones alacres. Cic. 1. Tuſc. Quum legiones ſcribat Cato ſæpe alacres.

Sylvæ. Virg. 5. Ecl. 58.

Ergo alacres ſylvas, & cætera rura, voluptas,
Panaque, paſtoreſque tenet, Dryadaſque puellas. Al. Alacris, rectius.

Tauros. Claud. 2. de Laud. Stil. 21.

ALACRIMONIA, æ. f. Cathol. Idem ac Alacritas.

ALACRĬTAS, [φαιδρότης, προθυμία] Vigor, & animi erectio, nec non & Lætitia geſtiens, quæ ſecundum Donatum, proprie eſt mutatio quædam vultus geſtientis in ſpem aliquam: & media eſt inter lætitiam, atque triſtitiam. Cic. in Tuſc. Vir igitur temperatus, conſtans, ſine metu, ſine ægritudine, ſine alacritate, nulla libidine vexatus. V. Nonium 6. 49.

Alacritas & lætitia. V. Alacer atque lætus.

Alacritas & cupiditas belli gerendi Cæſ. 1. Bell. Gall. 41. Summaque alacritas & cupiditas belli gerendi innata eſt.

Canum alacritas tanta in venando, quid ſignificat aliud, niſi ſe ad hominum commoditates eſſe generatos? Cic. 2. de Nat. Deor. 159.

Alacritas laboris in Laconicis canibus. Plin. lib. 10. cap. 63.

Egregia alacritas animi. Cic. 1. Fam. 9.

Inanis. Cic. 4. Tuſc. 36. Cupiditas avide ſemper aliquid expetens, & inanis alacritas, id eſt lætitia geſtiens, non multum differunt ab amentia.

Ingens. Liv. l. 3. Poſtquam ingenti alacritate clamor eſt ſublatus.

Innata. Cæſ. 3. Bell. Civil. 92. Eſt quædam animi incitatio atque alacritas naturaliter innata omnibus, quæ ſtudio pugnæ incenduntur.

Additis mihi ſcribendi alacritatem. Cic. 16. Att. 3.

Affert mihi alacritatem ſummam Reipub. defendendæ frequentia veſtrûm incredibilis. Cic. 4. Philipp. 1.

ALACRĬTER, [φαιδρῶς] Adv. qualitatis. Plin. l. 20. c. 12. Sequuta ætas alacriter défendit. Hic pro Acriter poſitum eſt; ut pleríque libri habent. At. Iuſtin. 1. 6. 10. Repetito alacrius certamine. Ammian. Marc. 14. 8. In certamen alacriter conſurgere.

ALĂCRE, [προθύμως] pro Alacriter. Plaut. Amph. Verum quidem e loco compellemus alacre. Poetice nomen poſuit pro adverbio.

ALALCOMENAS, [Ἀλαλκομένας] Urbicula Cephaleniæ inſulæ. Strab. lib. 9. Alalcomeniam Minervam vocat, & urbem ipſam Alalcomenas.

ALALIA, [τὰ Ἀλάλια] Urbs inſulæ Cyrni, Phocenſium colonia. Herod. lib. 1.

ALAMENES, V. ALCAMENES.

ALANITICUS, Sinus maris Rubri, qui & Ælaniticus & Læaniticus dicitur. Hermol. in Plin. l. 5. c. 11. Meminit & Plin. l. 6. c. 28.

ALANUS [Ἄλανος] Scythiæ fluvius, a quo Alani populi Plin. l. 4. c. 12. dicti ſunt, juxta quos Roxalani. Ammianus 31. 6. ſcribit Alanos dici, quos priſci Maſſagetas dixerunt. Hi carnibus veſcuntur, & panem non manducant. Alanos Ptolemæus in parte Scythiæ ponere videtur: Capitolinus in parte Daciæ: Marcellinus, Plinius, & Dionyſius poeta in Sarmatia Europæ. V. Euſtath. ad Dionyſ. v. 305. Joſephus lib. ult. ait inter Tanaim & Mæotidem habitare, ac inita cum Hyrcanis ſocietate Medos ſuo tempore fuiſſe depopulatos. Hi demum fuere, qui uno fere tempore cum Vandalis Gallias, deinde Hiſpanias petierunt: ſed brevi & ipſi a Gothis, cum quibus eandem fere gentem & linguam eſſe Procopius dicit, ex-

pulsi regnum amiserunt. Author Volaterr. Alanorum amplissime meminit Egesippus de Excid. Hierosol. lib. 5. cap. 50. V. etiam Barth. ad Briton. Aremor. p. 29. 30. 31.

Ardentes Alani. Valer. Flacc. 6. Argon. 42.

Duri. Lucan. lib. 8. 223.

Et sequerer duros æterni Martis Alanos. i. e. Semper pugnaces.

Feri. Sen. Thyest. 8.

Incauti Alani calor. Claud. de Sext. Conf. Hon. 224.

Miseri. Valer. Flacc. 6. Argon. 648.

Patiens ditionis Alanus. Claud. de. Bell. Get. 581.

Gens Alana. Claud. de Bell. Get. 583.

Alanus, Author vetustus; scripsit parabolas quasdam versibus indoctis, quæ jam exstant. Cognominari solet Insulensis, ab Insulis oppido Flandriæ ubi natus est. Titulus etiam Doctoris universalis ipsi tribuitur ob omnigenam eruditionem. De eo V. Henr. Gandav. de Script. Ecl. & ibi Miræum, f. 166. Trithem. de Script. Ecl. p. 99. Voss. de Poet. Lat. pag. 75.

Ălăpa, æ. Idem quod Colaphus. Sed hoc Græcum [κόλαφος] Valla in Raudensem. Juven. 8. Sat. 192.

— Ridere potest qui
Mamercorum alapas.

Alapæ, mimorum. Martial. lib. 5. 62.

O quam dignus eras alapis Mariane Latini!
Te successurum credo ego panniculo.

Mimi in Theatralibus spectaculis, quum dabantur, alios mimos ad risum excitandum alapis cædere solebant, quod & Septimius Florens significat quum scribit, Insuper contumeliis alaparum sic objicit, quasi de præcepto domini ludat. Phædr. 2. 5. 25. Multo majoris Alapæ mecum veneunt, i. e. Libertas carius a me redimitur. De hac Alapa manumissionis V. Barth. ad Briton. Aremor. p. 406. Et Burm. ad Petron. cap. 38. p. 164. [Wilh. a Loon. de Manumissione. 1. 3. 2. Mirari tamen se ait Bentlejus tot egregios viros ita Phædrum interpretatos esse. Sane miramur nos aliter Bentlejum interpretari.

Ălăpo, āre. Gloss. Gr. Lat. ῥαπίζω, Expalmo. Etiam pro illo quod dicimus Alapam impingere, Glossatori veteri est Alapari; Vox scriptoribus probis ignota. Alapare aliquem non dixero, inquit Vossius de Vit. Serm. p. 653. Sed colaphum alicui ducere, vel infringere. Usus est sequioris ævi scriptor Bonaventura voce passiva, Part. 1. Stim. Div. Amor. cap. 13. de Salvatore. Sustinet alapari qui mundum plasmaverat.

Alapātor, ōris. m. Qui colaphos aliis gaudet incutere. Gloss. Lat. Gr. Alapator, κονδυλιστής.

Alapus, i. m. Parasitus propter mercedem Alapas ferens, in Gloss. Isidor. V. Barth. Advers. 19. 22.

Alapista, æ. m. Idem. Hinc Alapistarum strepitus apud Arnob. 7. p. 239. pro Mimis & ludionibus qui, finito spectaculo, ut loquitur Tertull. de Spectac. cap. 23. faciem suam contumeliis alaparum objiciunt: his enim alapis sibi invicem inflictis spectatores ad risum commovebant. Ita locum Arnobii restituit Scaliger pro Salapitarum strepitu.

Ălăpăthus, [ἀλάπαθος] Herba purgatoria, quam Lapathon Dioscorides, & Latini Rumicem appellant. Græci enim ἀλάπαθα, purgationes vocant. Ruell. lib. 2. cap. 49.

Ălărīcus, [Ἀλάριχος] Nomen Gothorum regis, qui Romam obsedit, destruxitque. V. Zosim. 5. 38. Fuit & alter Alaricus, Gothorum rex quartus, creatus anno 854. qui etiam Romam urbem cepit: sed postmodum per fraudem in die Paschæ occisi sunt Gothi. Claud. de Bell. Get. 546.

Rumpe omnes Alarice moras: hoc impiger anno
Alpibus Italiæ ruptis penetrabis ad Urbem.

V. Aimonium 1. 20. seq.

Alaris, V. Ala.

Alarodii, [Ἀλαρόδιοι Stephano] Populi sunt circa Pontum, de quibus Herodotus lib. 3.

Alarum, i. n. Herba floribus cassiæ similibus. Isidor. 17. 9.

Alasi, Oppidum Africæ Cyrenaicæ. Plin. lib. 5. cap. 5.

Alastor, Plutonis equorum unus. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 286. his versibus quatuor complectitur, cum alii tantum tres esse existiment:

Orphnæus crudele micans, Æthonque sagitta
Ocyor, & Stygii crudelis gloria Nycteus
Armenti, Ditisque nota signatus Alastor.

Alastor, Unus e sociis Sarpedonis Lyciæ regis, ad Trojam occisus ab Ulysse: id quod ipse testatur apud Ovid. 13. Met. 257.

Alastor, Nelei filius fuit, Nestoris frater. Author Asclepiades apud Parrhasium.

Alata, [Ἀλάτα] Civitas est in Arabia felici, apud Ptolemæum lib. 6. cap. 7. Item altera ejusdem nominis in Arabia deserta, apud eundem lib. 5. cap. 19.

Alata Castra [Ἀλάτα κάστρα Ptolemæo] alio nomine Castrum puellarum, vulgo *Edenburg*, Scotiæ regia.

Alāternus, i. f. Arbor sive Frutex, nullum semen aut fructum ferens: cui sunt folia inter ilicem & olivam. Author Plin. lib. 16. cap. 26. & Columel. lib. 7. cap. 6.

Alatium, [Ἀλάτιον] Oppidum Hierapolis juxta Emesam, quod & Elatium dicitur. Hermol. in Plin. lib. 5. cap. 23. & 26.

Alatii, ab Alatio oppido. Hermol. in Plin. lib. 5. cap. 23.

Alatrium, Urbs Hernicorum. Hernici autem populi fuerunt, saxosa Campaniæ loca incolentes. Volaterr. Vulgo *Alatro*. V. Lex. Pitisc. Scribitur & Aletrium. q. V. Hinc

Alatrinates, Hernicorum populi. Liv. 1. Decad. lib. 9.

Alatus, V. Ala.

Alauda, æ. [κορυδαλὸς] Avis est, quæ teste Plin. lib. 11. cap. 37. Galerita dicitur: quod apicem habeat, hoc est cristam in capite ad similitudinem galeri. Varro appellat Galericum: & a Græcis dicitur Corydalus. Gellius 2. 29. Cassitam appellat. Ante Cæsarem Latinis hoc vocabulum incognitum erat, sed postea admissum. V. Bernegg. ad Cæs. Suet. cap. 24. 2. & Lex. Pitisc.

Alauda, Legio quædam erat Romana. Plin. lib. 11. cap. 37. Atque ab illo (Apice) Galerita appellata quondam, postea Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat Alaudæ. Cic. 13. Philipp. 3. Huc accedunt Alaudæ, cæterique e veterani seminarium judicum tertiæ decuriæ, qui suis rebus exhaustis, beneficiis Cæsaris devoratis, fortunas nostras concupierunt. V. etiam Cic. 16. Att. 8. Meminit & Sueton. Cæs. cap. 24. V. Casaub. ad loc. Torrent. item & Bernegg.

Alaudium, ii. n. Vox barbara, a Laudando, id est nominando authore, profecta esse videtur, quod qui prædia eo jure habeant, laudare authorem suum nemini teneantur, ut qui nullum soli dominum agnoscant nec patronum. Budæus. Alii scribunt Allodium. Sunt autem Allodium & Feudum verba contraria a Gothis derivata: quibus Ortensius in libris de Feudis frequenter utitur. Allodium enim vulgo appellant, quod ab omni clientela liberum & solutum est, vel cujus caussa nemini possessor fidem atque obsequium debet. Hotoman.

Alaunus, [Ἀλαῦνος] Duorum fluviorum nomen est in Britannia, quorum alter est in orientali ejus insulæ plaga: alter in meridionali. Ptolem.

Alazia, [ἀλαζία] Oppidi nomen Straboni lib. 12.

Alazon, ŏnis. Fluvius est Albaniam ab Iberia disterminans, in Cyrum amnem e Caucasiis montibus defluens. Plin. lib. 6. cap. 10. Alazonius vocatur Straboni lib. 11. Val. Flacc. 6. 102.

— Tota non audit Alazona ripa.

Alazonīa, æ. f. [ἀλαζονεία] Jactantia, ostentatio. Ulpian. Interp. Demosth. ait, Alazoniam eorum esse qui plura promittunt quam præstare possunt.

A L B

Alba, [Ἄλβα] Urbes hoc nomine duæ in Italia fuere. Condita ab Ascanio, filio Æneæ, Alba Longa dicta sub monte Albano, ab alba sue imposito nomine, Albanorum regum sedes seu Latii regia, quam Tullus Hostilius rex Romanus evertit. Virg. 6. Æn. 766. & 8. 43. Liv. lib. 1. 3. Ascanius abundante Lavinii multitudine, florentem jam, ut tum res erant, atque opulentam urbem matri, seu novercæ, reliquit: novam ipse aliam sub Albano monte condidit, quæ a situ porrectæ in dorso urbis Longa Alba appellata. Hæc

Celsa. Lucan. lib. 1. 198. Et residens celsa Latialis Jupiter Alba.

Dardania, quia a Dardanis condita. Stat. 3. Sylv. 1. 61.

Iliaca. Ab iis enim condita est, qui ex Ilio profecti sunt. Lucan. lib. 5. 400.

Trojana, a Trojanis condita. Stat. 5. Sylv. 2. 118.

Alba, altera fuit in Marsis ad lacum Fucinum, a qua Albenses dicuntur. Varro de L. L. 7. 18. Plin. 3. 12. quamvis etiam Albani quandoque vocentur. Meminit & tertiæ in agro Piceno sitæ ex Procop. 2. Goth. 7. Cellarius Geogr. Ant. T. 1. p. 610. sed de qua minus constat. His addi potest in Liguria Alba Pompeja ad Tanarum fl. Vulgo *Alba di Monferrato*.

Extra Italiam, in Hispania Alba Urgao, in Dacia Provincia Alba Iulia vulgo *Weissenburg*. In Gallia Narbonensi Alba Helviorum Helvia & Alba Augusta dicta, quæ nunc *Viviers*. Recentioris appellationis est Alba Græca, vulgo *Griechisch Weissenburg* & *Belgrad*, quondam Taurunum in Pannonia Inferiori; & Alba Regalis, *Stulweissenburg*, in Hungaria Inferiori. Est & Alba Hispaniæ Fl. de quo Plin. 3. 3. qui Melæ Clodianus.

Albānus, Adj. Quod est ab Alba Latii urbe: unde Albani patres.

Columnæ Albanæ. Suet. Aug. cap. 72. [i. e. Ex lapide Albano rubro ac molli, de quo Vitruv. 2. 7. Plin. 6. 21.

Forum Albanum Capuæ fuisse, Val. Max. author. est l. 9. 1. 1. ext. Hermol. in Plin. lib. 34. cap. 11. [Nihil de foro Valerius ut nec Cic. 2. Agr. cap. 34. extr. Videtur potius Albana, æ. f. dicendum, ut Seplasia. q. V.

Lacus Albanus, apud Val. Max. lib. 1. cap. 6. 3.

Mons Albanus. Liv. 1. 3.

Secures Albanæ. Hor. in Carm. Secul. v. 54. Ubi Schol. Cruquian. Romanos magistratus, ab Albanis descendentes ut:

Albanique patres, atque altæ Mœnia Romæ.

Addit de Alba civitate morem esse traditum, ut damnati primo virgis cæderentur, deinde securi ferirentur.

Tumuli Albani. Cic. pro Milon. 31.

Vinum Albanum, de quo sic Athenæus: Nascitur autem in agro Cumano, qui est in Campania, vinum Albanum quod appellatur, ad potionis usum accommodatum, & læve ab annis quinque. Hor. 2. Serm. 8. 16.

Albensis, ab Alba. [Ἀλβεσιεὺς] Quintil. lib. 1. cap. 6.

Albensium & Albanorum meminit. Plin. lib. 3. cap. 5.

Alba Spina, [ἄκανθα λευκὴ] Herba est aculeata, folia habens chamæleontis albi similia. quam officinæ Bedegarim appellant. Vid. supra Acanthaleuce. Et infra post Albor.

Albāna, [Ἄλβανα] Ptolemæo, Urbs felicis Arabiæ.

Albania, [Ἀλβανία] Regio ab Oriente sub mare Caspium surgens, per oram Oceani Septentrionalis usque ad Mæotidas paludes per deserta extenditur. In ea Albania civitas, & Albanus fluvius. Apud hanc habentur canes ferocissimi, qui tauros & leones occidunt. Plin. lib. 8. cap. 40. Hæc Nomadico generi proxima est inter Iberiam & mare Caspium, ab ortu solis mari conjuncta, ab occasu Iberiæ finitima. Boreale latus munitur Caucaseis montibus, Australe Armeniam contingit. Ab his Albani orti sunt, quorum pars hodie in Peloponneso, pars in Macedonia sedet, juxta Dyrrachium, quorum dux fuit Georgius Scanderbech, qui multa adversus Turcas strenue ac feliciter gessit.

Albaniam Orientalem describit Plin. lib. 6. cap. 10.

In Albania tradit Isigonus Nicæensis quosdam gigni glauca oculorum acie, a pueritia statim canos, qui noctu plusquam interdiu cernant. Plin. l. 7. c. 2. Ob hoc forte dicta est Albania. Meminit & Gell. l. 9. c. 4. Solinus c. 25. Albani, qui posteros se Jasonis credi volunt, albo crine nascuntur. Canitiem habent auspicium capillorum. Ergo capillorum color genti nomen dedit. Justinus lib. 42. dicit eos ab Albano Italiæ monte nomen retinere, quod inde sequuti fuerint Herculem, quum extincto Geryone armenta ejus per Italiam duceret.

Albanus, [Ἀλβανὸς] ut, Albana porta, qua itur in Albaniam. Val. Flac. 3. Argon. 497.

Albanus tyrannus. i. e. Styrus rex Albaniæ. Val. Flac. 5. Argon. 258.

Albanenses, Populi in conventu Cluniensi. Plin. l. 3. c. 3.

Albanos, [Ἀλβανὸς] Flumen est in Armenia, quod per Albaniam una cum Cassio fluvio decurrit. Plin. l. 6. c. 13.

ALBANOPOLIS in Macedoniæ finibus civitas: unde Albani populi ſunt in eadem Macedonia, Ptolemæo authore. Strab. & Lex. Pitiſc.

ALBARIUM, V. ALBUS.

ALBATENIUS, vel Albategnius, Galeni libros primus in Arabicum convertit idioma, teſte Joanne Serapione. c. 192. Idem ſcripſit commentarios in Ariſtotelem.

ALBATUS, V. ALBUS.

ALBEGMINA, Partes extorum, quæ diis immolabant. Feſtus. Scaliger Ablegmina legit. q. V.

ALBEDO, ALBEO, ALBESCO. V. ALBUS.

ALBEOLUS, V. ALBEUS.

ALBESIA, Scuta dicebantur, quibus Albenſes, qui ſunt Marſi generis, uſi ſunt. Hæc eadem Decumana vocabantur, quod eſſent ampliſſima, ut Decumani fluctus. Feſtus. V. Dempſter. ad Roſin. Ant. Rom. 10. 10.

ALBEUS, & dimin. ALBEOLUS, Sic perperam quidam ſcribunt & pejus alii ALBIUS, pro ALVEUS & ALVEOLUS q. V. de confuſis literis V & B. Suo loco.

ALBI Montes, in Idæis Cretæ inſ. unde nives nunquam abſunt. Plin. 6. 33. & 31. 3.

ALBIA, Fluvius, V. ALBIS.

ALBIA, Regiuncula eſt montana Carnis finitima. Strab. l. 7. [Error videtur.

ALBIANUS, a, um. Adj. ut, Albianum judicium. Cic. pro Cæcin. 28. Albianum negotium. Idem 14. Att. 18. & 20. Quod ad Albium pertinet.

ALBICERA Oliva, inter ſpecies olivarum, ſive olearum. Plin. lib. 15. c. 5. Eadem ALBICERIS Catoni de R. R. cap. 6. & Varroni 1. de R. R. cap. 124.

ALBICERATA Ficus, [λευκεριvὸς] Pediculo minimo, latiſſima. Plin. lib. 15. cap. 18. Rationem nominis reddit Colum in Hort.
Albaque, quæ ſervat flavæ cognomina ceræ.

ALBICI, [Ἄλϐικοὶ] Populi Maſſilienſibus vicini. Cæſ. 1. Bell. Civil. 34. Albicos barbaros homines, qui in Maſſilienſium fide antiquitus erant, montesque ſupra Maſſiliam incolebant, ad ſe vocaverant. Strabo lib. 4. p. 140. Poſt Sallyes tenent Albienſes, & Albici, & Vocontii montana in Septentrionem vergentia.

ALBICO, ALBIDUS. V. ALBUS.

ALBIENSES, V. ALBICI.

ALBIGAUNUM, [Ἀλϐίγαυνον] Ptolemæo Liguriæ urbs, hodie Albinga, vulgo Italis *Albenga*. Albingaunum vocatur Plinio lib. 3. cap. 5. [vel plenius potius Albium Ingaunum. V. mox ALBIUM Intemelium.

ALBIGERIUS Carthaginenſis, Viri proprium, qui ſic in vaticinii generibus omnibus excelluit, ut quid quisque egiſſet, aut omnino cogitaviſſet, dæmonibus afflantibus reſponderet. Hæc ex Auguſtino refert Cæl. Antiq. Lect. lib. 13. cap. 6.

ALBINIMINIUM, [Ἀλϐινιμίνιον] V. mox Albium Intemelium.

ALBINOVANUS, Cognomen viri proprium. Hor. 1. Epiſt. 8. 1.
Celſo gaudere & bene rem gerere Albinovano
Muſa rogata refer comiti ſcribæque Neronis. V. Torrent. Ovid. 4. de Ponto, 10. 4.
Duritiæ confers Albinovane meæ?
C. Pedo Albinovanus, Poeta erat Heroicus, ut ex Quintil. 10. 5. Et Senecæ Suaſ. 1. cognoſcimus. Martial. Epigrammatum ſcriptoribus accenſet in epiſt. præf. lib. 1. Epigr. conf. lib. 2. 77. & lib. 5. 5. Seneca Philoſophus Epiſt. 122. Fabulatorem elegantiſſimum vocat. Magni ſpiritus fuiſſe Ovidius innuit, Sidereum appellans, i. e. ſublimem. Vixit enim ejus ætate, hoc eſt Auguſto Imp. nec alius eſt ad quem Eleg. 10. lib. 4. de Ponto, directa eſt. Unde cognoſcimus & Theſei geſta Albinovanum, præter alia ſcripſiſſe. Condidit & de navigatione Cæſ. Germanici carmen. V. Senecæ Suaſ. 1. Huic & illas Elegias duas quæ vulgo cum Ovidio edi ſolent, quarum altera in obitum Mecænatis; altera de morte Druſi ad Liviam, ſcripta eſt, Scaliger tribuit: repugnante tamen, de ultima imprimis, Paſſeratio. De qua re V. J. H. Meibomii Mecænas cum notis in Pedonis Carmen. Alius fuit ab iſto Celſo Albinovano, quem Horatius familiarem habuit.

ALBINUS, Cognomen fuit gentis Poſtumiæ, factum ex alio ejusdem gentis, Albus. Utrunque autem a colore corporis impoſitum eſt. V. Lex. Pitiſc. & Fulv. Urſin. in Fa. Ro.
L. Albinus, Gallos fugiens, ex rheda uxorem filiosque deſcendere juſſit: & Veſtales, quæ cum ſacris ipſæ pedibus fugitabant, impoſuit. Author Liv. 5. 40. & Florus lib. 1. cap. 13. Valer. 1. 1. 10. [Plerique tamen codd. habent L. Albinius.
Albini duo, A. & SP. inter oratores referuntur a Cicerone de Clar. Orat. 21. & 25. A. Poſthumius Albinus, qui conſul cum Lucullo fuit, res Romanas Græco ſermone ſcripſit. V. Gellius, 11. 8. ex Cornel. Nepot. de Vir. Ill. Suidas, Macrobius. 1. Sat. Spurius A. V. C. 644. cum Q. Minucio Rufo Coſ. Numidiæ præfuit. Sall. Jug.
D. Clodius Albinus, Cæſaris appellatione a Septimio Severo accepta, imperii conſors factus eſt, Sed ab eodem mox, ex Oriente poſt ſuperatum Peſcennium Nigrum reverſo, inſidiis petitus, belli fortuna vario ſucceſſu tentata, poſtremo voluntaria morte periit. Capitolin. Herodian. &c.

ALBINUS, i. [κονιάτης] dicitur, Qui calce pura parietem illinit. l. 1. C. de excuſat. artific. V. ALBARIUS.

ALBIOLUS, V. ALBEUS.

ALBIONA, Ager trans Tiberim dicitur, a luco Albionarum: quo loco bos alba ſacrificabatur. Feſtus.

ALBION & Bergion, [Ἀλϐίων καὶ Βεργίων] Gigantes, Neptuni filii, contra quos dimicavit Hercules, ut teſtatur Pomp. Mela, lib. 2. in Galliæ deſcriptione, & Diodorus Siculus. Meminit & Plin. lib. 4. cap. 16.

ALBION, Britannia inſula, ſic dicta ab Albis rupibus, quas mare alluit. V. ANGLIA.

ALBIS, [Ἄλϐις] Fluvius eſt Germaniæ celebratiſſimus, in Oceanum defluens. Nunc vulgo Germanorum lingua dicitur, *die Elbe*. Oritur ex Boemiæ montibus, ejusque oſtia hodie *Thiethmarſi* & *Wilſermarſi* tenent. Suſcipit autem Muldam flumen, Pragenſem præterlabens civitatem: deinde Egram: poſtea Salam atque Elſteram, demum civitatem Hamburgum præterfluens, in Oceanum Germanicum

vaſto evolvitur ore. Itaque manifeſto falſus eſt Tacitus, qui in Hermunduris (in quibus poſt Marcomanos, ſive Bohemos, Miſnenſes fuerunt primi) oriri ſcribit, de Germania, cap. 41. Quem recte Velleius 2. 106. 2. Semnonum Hermundorumque fines præterfluere notat. De hoc Lucan. lib. 2. 51. & Plin. lib. 4. cap. 14.

ALBITUDO, V. ALBUS.

ALBIUM Intemelium, [Ἄλϐιον Ἰντεμέλιον] Oppidum Liguſticum. Nam cum Ligures partim Ingauni, partim Intemelii dicerentur, eorum coloniæ ad mare deductæ, altera Albium Intemelium, quaſi Alpium Intemelium, altera Albingaunum vocitatæ ſunt. Strab. lib. 4. Plin. lib. 3. cap. 4. & 5. Ptolemæo Albiniminium. Hodie Vintimiglia.

ALBIUS Mons ultimus Alpium in finibus Illyrici & Pannoniæ. Vide Cellar. Geogr. Ant. l. 2. c. 8. 101.

ALBIUS, Nomen Gent. Rom. Hor. 1. Serm. 4. 28.
— ſtupet Albius ære. h. e. Inſano tenetur amore vaſorum ſignorumque ære Corinthio factorum.
Albius Tibullus, Poeta elegiographus, facile omnium princeps, Horatio & Ovidio familiariter cognitus ac dilectus, natus eſt Romæ, ut quidam putant, Hirtio & Panſa coſſ. equeſtri genere, Meſſalam Corvinum in expeditione Syriaca ſecutus æger Corcyræ ſubſtitit, uti ipſe lib. 1. El. 3. teſtatur, deinde, refecta valetudine, Ciliciam, Syriam, Ægyptum perluſtravit. Major Propertio, Junior Gallo. De tempore, quo diem obiit, omnia incerta, V. Jani Douſæ Sched. Succid. Brouckhuſ. ad lib. 3. El. 5. 17. Petr. Crinit. de Poët. Lat. Gyrald. de Poët. hiſt. Dial. 4. p. 163. ed. Baſ. Ejus mortem elegantiſſima Elegia deflevit Naſo, quæ eſt Amor. 3. 9. Hor. 1. Epiſt. 4. 1.
Albi noſtrorum ſermonum candide judex.

ALBO, āre. V. ALBUS.

ALBOGALERUS, [λευκοπίλεον] a Galea nominatus: eſt enim Pileum capitis, quo Diales flamines, i. e. Sacerdotes Jovis, utebantur. Fiebat enim ex hoſtia alba Jovi cæſa, cui affigebatur apex virgula oleagina. Feſtus. conf. Ruben. Elect. 2. 25. & Lex. Pitiſc. Scalig. ad Feſt.

ALBONENSES, Liburniæ populi, in conventu Scardonitano. Plin. lib. 3. cap. 21.

ALBOR, oris. V. ALBUS.

ALBOSIA, V. ALBESIA.

ALBUCILLA, Deminutivum ab Albucia. Mulier multorum amoribus famoſa, cui matrimonium cum Satrio Secundo conjurationis in Tiberium indice fuerat, delata eſt impietatis in principem. Tacit. 6. Ann. 47. & 48.

ALBUCUM, i. n. [ἀσφόδελος] Herbæ genus: vulgo *Amphodillo*. Plin. lib. 21. cap. 17. Aſphodeli mentionem & Homerus fecit. Radix ejus napis modicis ſimilis eſt, neque alia eſt numeroſior, LXXX. ſimul acervatis ſæpe bulbis. Theophraſtus & fere Græci, principesque Pythagoras caulem ejus cubitalem, & ſæpe duûm cubitorum, foliis porri ſylveſtris, Anthericon vocavere: radicem vero, i. e. Bulbos, Aſphodelon. noſtri illud Albucum vocant, & aſphodelon Haſtulam regiam. Ea eſt & caulis acinoſi, ejus duo genera faciunt. Albuco eſt ſcapus cubitalis, & amplus, purus, lævis.

ALBUELIS, Uvæ genus eſt. Plin. lib. 14. cap. 2. Albuelis ſummis arboribus fertilior eſt, viſula imis. Quamobrem circa easdem ſatæ, diverſitate naturæ locupletant. V. Columel. 3. 2.

ALBUGO, inis. f. [λεύκωμα, λεύκωσις] Macula in oculo. Plin. lib. 20. cap. 5. Idem lib. 21. cap. 26.
Albugo, Cicatrix eſt oculorum altiuſcula, ſicut utique in ſummo nubecula. Hermol. in Plin. 20. 5. & 24. 5.

ALBULA, [Θύμϐρις] Fluvius Italiæ, ex Apennino Romam fluens, alio nomine Tiberis. Virg. 8. Æn. 331.
A quo poſt Itali fluvium cognomine Tibrim
Diximus: amiſit verum vetus Albula nomen. Plin. lib. 3. cap. 5. & Liv. lib. 1. 3. Dictus autem eſt hic fluvius Albula ab albo aquæ colore: Tiberis autem a Tiberino Sylvio rege Albanorum, quod is in eo extinctus eſt. Feſtus.
Videtur Albus & Albulus generale Epitheton fuiſſe aquarum, earum præſertim quibus vel ſpuma vel ſulphur album colorem adderet. Vide Cerd. ad Virg. 7. Æn. 83. & 517. Ita forte capiendus locus Martialis infra citatus.
Albula, F. protulit Ovid. 4. Faſt. 68.
— & tanto eſt Albula pota deo. At m. Martial. lib. 12. ult.
Quem Bromius, quem Pallas amat, cui rector aquarum
Albula navigerum per freta pandit iter.
Albulæ, Aquæ medicatæ agri Tiburtini. Juxta Romam Albulæ aquæ vulneribus medentur: egelidæ hæ. Plin. lib. 31. cap. 2. ubi V. Hard. & Strabo lib. 5. Itaque in hoc ſignificato dicimus Albula, æ; & Albulæ, arum. Stat. 1. Sylv. 3. 75.
Illic ſulfureos cupit Albula mergere crines.

ALBULATES, Fluvius eſt in quinta regione Italiæ. Plin. lib. 3. cap. 13.

ALBUM, Promontorium Africæ, V. M. paſſ. freto a Mellaria Hiſpaniæ vico diſcretum, Plin. in procem. lib. 3. Eſt & alterum ejusdem nominis promontorium in Phœnice, non procul a Tyro, de quo Idem lib. 5. cap. 19.
De Albo Decurionum, Prætoris, Judicum, & Senatorum. V. infra ALBUS.

ALBUMEN, inis. n. [λεύκωμα] Albus liquor ovi. Dicitur & ALBUM ovi & ALBOR ovi, Vitellus vero quod in ovo croceum eſt. Plin. lib. 28. cap. 6. & 20. 13.

ALBUMENTUM, i. Idem. P. Veget. de Re Vet. 2. 57. V. Rhod. in Lexico ſcribon.

ALBUNEA, æ. [Ἀλϐούνεα] Nomen fontis & ſylvæ in Tyburtinis montibus. Virg. 7. Æn. 82. Servius: Albunea eſt in Tyburtinis altiſſimis montibus, dicta ab aquæ qualitate quæ in illo fonte eſt. Unde etiam nonnulli ipſam Leucotheam volunt.
Albunea, decima Sibylla, Tyburti colitur ut dea, juxta ripas amnis Anienis, cujus in gurgite ſimulacrum inventum eſſe dicitur, tenens in manu librum. Lactant. lib. 1. cap. 6. Eam videtur Albunam appellare. Tibul. lib. 2. 5. 69.
Quasque Albuna ſacras Tiberis per flumina ſortes
Portarit, ſicco perluetitque ſinu. Alii Albana legunt. Librum autem quem portavit, puto ſortes fuiſſe, quas etſi aqua perluebat, ſiccas & ſicco pectore geſſerat. Turneb. Adverſ. 11. 26. Gloſſæ Cyrilli, Albunea Mater, Λευκοθέα. Ergo, Albuna, Albunea, Leucothea, quæ & Matuta,

eadem Dea: quod confirmant aliæ Gloſſæ Philoxeni. Λευκοθέα, Albunea Mater, Matuta. V. Taubm. ad Virg. p. 764.

Albunea reſonans. Hor. 1. Carm. 7. 12. Ubi Acron: Albunea delectabile nemus eſt, conſecratum Albuneæ nymphæ, a qua & nomen accepit.

Alburnum, i. [σέαρ δένδρυ] quid ſit declarat Plin. lib. 16. cap. 38. his verbis, Humor & cortici arborum eſt: qui ſanguis earum intelligi debet, non idem omnibus. Et paulo poſt, Atque in toto corpore arborum, ut reliquorum animalium cutis, ſanguis, caro, nervi, venæ, oſſa, medullæ. Item paulo poſt, Proximi plerisque adipes. Ii vocantur a colore alburnum: mollis ac peſſima pars ligni, etiam in robore facile putreſcens, teredini obnoxia: quare ſemper amputabitur.

Alburnus, Lucaniæ mons a candore verticis dictus. Virg. 3. Georg. 146.

Eſt lucos Silari circa, illicibusque virentem
Plurimus Alburnum volitans, cui nomen Aſilo.

Similiter loci hujus Deus Alburnus dictus eſt. Tertull. contra Marc. 1. 18.

Alburnus, Nomen piſcis apud Auſon. in Moſella, v. 126.

Quis non & virides vulgi ſolatia Tincas
Norit? & Alburnos prædam puerilibus hamis?

Albus, Adj. [λευκὸς, ἀργεννὸς, ἄργυφος] Nomen eſt coloris notiſſimi. Sunt qui Album a Candido ſic diſtinguant, ut album pallori conjunctum ſit, quale eſt linteum: candidum ſplendori, ut videmus in nive. Et certe hæc eſt utriusque propria ſignificatio: ſed ab authoribus ſæpe confunditur. Albo opponitur Atrum: Candido Nigrum. Feſtus, Album quod nos dicimus, a Græco quod eſt ἄλφον eſt appellatum. Sabini tamen Alpum dixerunt. Unde credi poteſt nomen Alpium a candore nivium vocitatum. [Ap. Feſt. ἀλφὸν ſcribendum. V. Heſych. & Suid.

Color deterrimus albis.

Virg. 3. Georg. 81. De equis loquitur. V. Serv. ad loc. Plaut. Capt. 3. 4. 115. Albo corpore & oculis nigris. Quod nos Album, Hebræi *Labon* dicunt. Unde fieri poteſt ut ex Hebræa voce per primarum literarum transpoſitionem facta ſit Latina.

Album vinum. Plaut. Album, an atrum vinum potas?

Albus, pro Pallido, interdum accipitur. Perſ. Sat. 3.

Turgidus hic epulis, atque albo ventre lavatur:

Horat. 2. Carm. 2. 15.

— & aquoſus albo Corpore languor.

Albus, pro eo quod vulgo *Beretinum* vocant, ut eſt Pilus aſinorum. Perſ. 1. Sat. 59.

Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas.

De auribus enim aſini loquitur.

Albus an ater ſis, neſcio. Solet dici de homine vehementer ignoto. Cic. 2. Philipp. 16. Et quidem vide, quam te amarit is, qui albus aterve fueris ignorans, fratris filium præteriit. Eraſmus.

Alba, dicimus Felicia: ſicut Infames, Nigros: propterea quod Pythagoras aiebat id quod eſſet colore candido, ad boni naturam pertinere; quod atro, mali. Plutarchus in Vita Pericl. Univerſam multitudinem partitus in octo partes, ſortibus utebatur: & cui contigiſſet alba faba, huic cæteris pugnantibus permittebat in conviviis atque otio agere: quapropter etiam aiunt eos quibus res aliquæ ſuaviter ſuccedunt, eum diem album vocare, nimirum ab alba faba. Eraſm. in Chiliad. 1. 5. 54. Prov. Creta notare &c.

Albas pro Unionibus Lampridius & Venantius & alii mediæ Latinitatis ſcriptores abſolute dixerunt. V. Lamp. Elagab. cap. 21. & ibi Salmaſ. Item pro Veſtimentis talibus. Unde & in veteri Eccleſia Septimanam in albis appellarunt, quæ proxime Paſchalem ſequitur. nam baptizandis Catechumenis Paſcha olim deſtinata fuit, & Baptizati veſte candida induebantur. De Diaconorum Alba adminiſtratione Cœnæ V. Pignor de Servis. pag. 50. ſeq. Du Freſne in Gloſſ.

Album & nigrum novit. Duplicem in ſententiam accipi poteſt. Aut, Novit diſcrimen recti, pravique: aut, Novit id quod nemo vel indoctus ignorat. Nam evidentius eſt albi nigrique diſcrimen, quam ut quisquam non videat. Videtur eſſe tractum a priſcis illis mortalibus, qui duos tantum naturales colores noverant, Album & Nigrum, teſte Pompeio. Eraſm. in Chiliad.

Alba avis, pro Re nova atque auſpicata dixit Cic. 7. Fam. 28. Fit hoc etiam frequentius quam ſolebat, quod quaſi albam avem videntur, bene ſentientem civem videre.

Album calculum addere. i. e. Approbare. Inde ſumptum, quod antiquitus miſſis in urnam calculis, ita ferebantur a judicibus ſententiæ, ut albis abſolverent, nigris damnarent. Qui ſi forte fuiſſent æquales, tamen liberabatur reus, ejusque rei cauſam Ariſtoteles copioſiſſime reddit in Problematibus. De calculorum more meminit Ovid. 15. Met. 44. Plin. 1. Epiſt. 2. Confitebor & ipſum me & contubernales ab editione non abhorrere, ſi modo tu fortaſſe errori noſtro album calculum adjeceris. i. e. Si noſtrum hunc errorem tuo judicio comprobaris. Eraſm. in Chiliad.

Albæ gallinæ filius. h. e. Feliciter natus. Juven. 13. Sat. 141.

— quia tu gallinæ filius albæ.

Vel quod Læta atque auſpicata Latini Alba vocant: vel quod proverbium alludit ad Fatalem illam gallinam, de qua Suetonius in Galba, his quidem verbis: Liviæ olim ſtatim poſt Auguſti nuptias Veientanum ſuum reviſenti, prætervolans aquila, gallinam albam, ramulum lauri roſtro tenentem demiſit in gremium. Quumque nutriri alitem, ac pangi ramulum placuiſſet, tanta pullorum ſoboles provenit, ut hodie quoque ea villa Ad gallinas vocetur. Convenit igitur adagium in eos qui rara & fatali quadam felicitate ſucceſſuque rerum utuntur. Huic diverſum eſt illud apud eundem Juvenalem, Nati infelicibus ovis. Eraſmus in Chiliad.

Albus Lucifer. Ovid. 3. Triſt. 5. 57.

Pallor. Hor. Epod. 7. 15.

Quadrigæ. Plin. lib. 7. cap. 30. Platoni ſapientiæ antiſtiti Dionyſius tyrannus, alias ſævitiæ ſuperbiæque natus, vittatam navem miſit obviam: ipſe quadrigis albis egredientem in littore excepit.

Senecta. Propert. lib. 3. 5. 24.

Sparſerit integras alba ſenecta comas.

Albæ ſententiæ, apud Senecam dicuntur, quæ Apertæ erant, faciles, non obſcuræ, non tenebricoſæ, quod quæ alba ſunt nihil atrum, nihil caliginoſum habeant, ſed clara quadam luce ſuffuſa pelluceant. Ejus verba ſunt; Sententiæ, quas optime Pollio Aſinius albas vocabat. Id Græco more factum eſſe ſuſpicor, cum præſertim apud Euſebium ſæpenumero legamus λευκότατον, pro clariſſimo & faciliimo. Turneb.

Stella Caſtoris & Pollucis. Hor. 1. Carm. 12. 27.

Dicam & Alciden, puerosque Ledæ,
Hunc equis, illum ſuperare pugnis
Nobilem, quorum ſimul alba nautis
Stella refulſit.

Acron: Alba, Serena. Nam frequentius dum oritur, tempeſtates facit, ſed hic proſperum poſuit. Porphyrius, Alba nautis ſtella, nunc candida & benigna.

Album i, n. abſolute poſitum pro colore albo. Virg. 2. Ecl. 41. & 3. Georg. 56.

Album oculi. Celſ. lib. 7. cap. 7. Ubi albo ipſius oculi palbebra inhæſit. Idem lib. 2. cap. 8.

Album ovi pro Albumine, abſolute dicitur. Plin. lib. 20. cap. 11. 3. Cum ovi albo illitum. Sic idem ſæpe alibi. Celſ. lib. 6. cap. 6. Ovi & album, & vitellus. V. ſupra ALBUMEN & ALBUMENTUM.

Album, abſol. ac ſubſtantive poſ. pro Alba tabula, in qua atramento ſcribebatur: quod ex Cic. 2. de Orat. 12. intelligitur; Res omnes (inquit) ſingulorum annorum mandabat literis Pontifex Max. referebatque in album, & proponebat tabulam domi, poteſtas ut eſſet populo cognoſcendi. Ex quo loco & illud facile intellectum eſt, non literas (ut Theophilus exiſtimavit) ſed tabulas ipſas albas fuiſſe: quod etiam ſuſpicari licet ex Plauti Perſ. 1. 2. 22.

Si id fias, ne iſti faxim usquam appareant,
Qui hic albo rete aliena oppugnant bona.

Ut autem pontifices res geſtas, ſic prætores edicta ſua in album referebant, & proponebant tabulam in publico, poteſtas ut eſſet populo cognoſcendi, quemadmodum anno quisque ſuo jus dicturus eſſet. Paul. lib. 9. D. de Juris. Si familia alicujus album corruperit, non ſimiliter hic edicitur ut in furto. Album autem Latini dixerunt ut Græci λεύκωμα. Nam & Græci in albo leges ſcribebant, ut ex Demoſthene contra, Timocratem intelligitur. Hotom. De Plautino loco non multum abit Eraſm. in Chil. 3. 7. 18. V. ad l. I. F. Gronov. Aliter Scalig. ibid. Jan. Guil. Veriſ. 3. 13. Voſſ. Inſt. Or. 4. p. 194.

Ad album adverſarium producere. lib. 1. D. de eden. Eum quoque edere Labeo ait, qui producat adverſarium ſuum ad album. i. e. Qui adducit eum ad album prætoris.

Ad album ſe transferre. Quintil. Inſt. lib. 12. C. 3. Quorum alii ſe ad album ac rubricas tranſtulerunt, & formularii, ac (ut Cicero ait) legulei eſſe maluerunt. Hic Album dixit pro Jure prætorio, & Rubricas pro Jure Civili: ut & Formularios ad prætorias retulit formulas: Leguleios ad Jus Civile & XII. tabul. leges Turnebus.

Eſt etiam Album Decurionum, unde tit. in D. De albo ſcribendo, in quo præcipitur quo ordine ſcribi debeant Decuriones. Ulpian. l. 1. D. de albo ſcrib. Decuriones in albo ita ſcriptos eſſe oportet, ut l. municipali præcipitur. Ibidem: in ſententiis quoque dicendis idem ordo ſpectandus eſt, quem in albo ſcribendo diximus.

Album citharœdorum. Suet. in Nerone, cap. 21. Sine mora nomen ſuum in albo profitentium citharœdorum juſſit adſcribi.

Album judicum, Suet. in Claudio, cap. 16. Album judicum appellat, in quo eorum nomina deſcripta erant, qui earum erant Decuriarum, quæ unoquoque tempore judicabant. Hæc Budæus.

Album judicum, per metaphoram dictum a Plinio in præfatione lib. 1. Quum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo. Alluſit enim ad morem eorum, qui cauſas acturi in foro, aut declamaturi, auditores corrogabant, quaſi futuros judices eloquentiæ aut facundiæ. Budæus.

Mittere in album judicum. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 7.

Album Senatorium, in quo Senatorum nomina a Cenſoribus perſcribebantur. Albo ſenatorio eradere aliquem. Tacit. 4. Ann. 42. 5.

Per iſtud Philoſophiæ ſunt nigræ & turpes, infamesque, etiam ad album ſedentibus exceptiones. Seneca Ep. 48. extr. H. St.

Albŭlus, dimin. Adj. Catul. 27. v. 8. in Julium Cæſarem.

Ut albulus columbulus Dionæus.

vulgo Albulus Columbus aut Adoneus.

Albarium, ſive Opus albarium [κονίαμα] dicitur Quod illinitur tectorio, quum paries pingendus non eſt: & ex pura calce fit. Plin. lib. 35. cap. 16. Eademque lacte diluta, & tectoriorum albaria interpolantur. h. e. Tectoria quibus propter vetuſtatem color albus induci ſolitus exoleviſſet, exalbantur renovanturque. V. Vitruv. 7. 2. & Pallad. 1. 14.

Albarium opus. Plin. lib. 36. cap. 23. Contra in albario opere, ut macerata calx ceu glutinum hæreat. conf. 35. 16.

Albarius, ii. m. Qui albarium facit. Leg. 2. Cod. Theod. de excuſ. artif. V. ALBINUS.

Albātus, Adj. [λευχειμονῶν] ab Albo. Varr. de L. L. 4. 14. ut, Albatus homo, i. e. Veſtibus albis ornatus: cui contrarium eſt, Atratus. Hor. 2. Serm. 2. 60.

Ille repotia, natales, aliosve dierum
Feſtos albatus celebret.

Veteres albati convivia publica inibant, ut declarat locus Cic. in Vatin. 30. Atque etiam illud ſcire cupio, quo conſilio, aut qua mente feceris, ut in epulo Q. Arii familiaris mei cum toga pulla accumberes: quem unquam videris, quem audieris, quo exemplo, quo more feceris, &c. Quis unquam cœnavit atratus? &c. cum ipſe epuli dominus Q. Arius albatus eſſet, tu in templum Caſtoris te cum C. Fidulo atrato cæterisque furiis tuis funeſtum intuliſti: quis tum non ingemuit? &c. hunc tu morem ignorabas? nunquam epulum videras? Et cætera quæ ſequuntur.

Albedo, ĭnis. f. Bœthius lib. 2. de Differentiis topicis. Quæratur enim an albedo ſubſtantia ſit: hic quæritur an albedo ſubſtantiæ velut generi ſupponatur, &c. Apud veteres, Ciceronem & æquales, aut paulo minores, hæc vox non reperitur. Sever. demum Sulp. Hiſt. Sacr. 1. 16. de Manna; Glaciali albedine erat. Onomaſt. vet. Albedo, λευκότης, λευκόν.

Albegmĭna, V. ABLEGMINA.

Albelio, onis. f. Tegumentum capitis apud Juven. Schol. ut viſum Rutgerſio Var. Lect. 6. 18. & Voſſio de Vit. Serm. 1. 16. [Adducit quidem Voſſius Scholiaſtæ, unde hanc lectionem exſculpſit, hæc verba: Aut albedine

albedine cadurco cucullo. tanquam ad Sat. 9. v. 102. Ego vero nihil invenio ejusmodi. Sed ad v. 30. legitur: Veneti, ut albidum cadurcum cucullo. Nec aliter ex Schedis suis Schurzfl.

ALBELIUNCULUS, i. m. dimin. apud eund. Juven. Schol. [ad Sat. 8. 145. Sed editum est, Ardeliunculo. Hennin. conjiciebat Bardo cucullo.

ALBEO, ui, [λευκαίνομαι] ēre. a nomine Albus; significat Album esse. Virg. 12. Æn. 36.

— campique ingentes ossibus albent. Plin. lib. 12. cap. 19.

Damnatur inprimis molle cinnamomum, aut cui albet cortex.

Comæ albentes. Ovid. 4. de Ponto, 12. 30. & 2. de Arte Am. 666.

Equi. Plin. in Paneg.

Oliva. Ovid. 11. Epist. 14.

Rosæ. Ovid. 3. de Arte Am. 182.

Spumis albentibus frena oblita. Ovid. 15. Met. 519.

Villi albentes. Ovid. 11. Met. 176. de villis interioribus auricularum asininarum Midæ.

Vitta.. Ovid. 5. Met. 110. & 15. 676.

ALBESCO, [λευκαίνομαι] ĕre. Album fieri, aut Album esse. Cic. 4. Acad. 33. Quodque nunc quia a sole collucet, albescit & vibrat. Virg. 1. Georg. 367.

Flammarum longos a tergo albescere tractus.

Albescit fluctus in undis fractis. Sil. Ital. lib. 8.

Albescit lux. Virg. 4. Æn. 586.

Regina e speculis ut primum albescere lucem. Vidit, &c. Ubi Servius: Hypallage est. Luce enim albescunt omnia, non lux albescit.

Albescit messis aristis maturis. Ovid. 5. Fast. 357.

ALBESCENS, Partic. [λευκαινόμενος] ut, Albescens capillus, h. e. Senectus. Hor. 3. Carm. 14. 25.

Albescentes undæ. Sil. Ital. lib. 8. 452.

ALBĬCO, [ὑπολευκαίνομαι] āre. Albere, sive Album esse: sed Albere est rarissimum, Albicare frequentius. Plin. lib. 27. cap. 5. Mutat colorem, sed ex nigro albicare incipit. Hor. 1. Carm. 4. 4.

Nec prata canis albicant pruinis.

Albicatur, Candidatur & albescit. Varro, Cave canem. Ubi [forte Uti] rivus præcipitatur in nemore, deorsum rapitur, atque offensus aliquo a scopulo lapidoso albicatur. Author Nonius. Ex cujus interpretatione videtur Albicari esse passivum: sed quia Albicare neutrum est: malim interpretari Albicatur pro Albicat, ut sit deponens.

ALBICANTER, Adv. unde Compar. Solinus cap. 43. de Hyacinth. Aut nubilo obducitur, aut albicantius in aquaticum eliquescit.

ALBICASSO, ĕre. antique pro Albicare. Matius apud Gell. 15. 25. Jam jam albicassit Phœbus. Alii legunt Albicascit. [Rectius.

ALBĬCŎLOR, oris. ut Albicolor campus. Corippus 17. 329.

ALBĬCŎMUS, a, um. ut, Albicomi flores, apud Ven. Fortunatum.

ALBĬDUS, [ὑπόλευκος] Aliquantulum albus. Columel. lib. 2. cap. 9. Granum quod extrinsecus albidum, intus etiam conspicitur candidum, leve, &c. Plin. lib. 8. Epist. 20. Color cæruleo albidior, viridior & pressior.

Albidum ulcus. Celsus lib. 5. cap. 26. Ulcus quod aut pallidum, aut albidum, aut lividum, aut nigrum est, id purum non est.

Spuma. Ovid. 3. Met. 74.

ALBIDŬLUS, dimin. ut, Color albidulus. Palladius in Februario, ubi de liquamine ex pyris.

ALBINUS, V. supra.

ALBITŪDO, [λευκότης] Idem quod Albor. Plaut. Trin. 4. 2. 32. Ubi habitet, & item alterum ad istam capitis albitudinem. Antiquum est, teste Nonio.

ALBO, [λευκαίνω] āre. Album facio, Priscian in Perieg. cujus passivum,

ALBOR, āri. Albus fio. Hæc Calep. Obsoletum. Usitatum magis compositum Dealbo & partic. Albatus.

ALBOR, ōris. m. [λευκότης] ab Albeo, sicut Candor a Candeo, est quod vulgo dicitur Albedo. Varro, Qui vident alborem ejus admirantur. Conf. Lexic. Scribon. Rhodii h. v.

ALBUCIUS. V. ALBUTIUS.

ALBUS Spinus, Arbor est aculeata, pruni magnitudine, flore albo, odorato, acinis quum pubescunt viridibus, quum maturuerunt, rubris, ligneo intus nucleolo. Sunt qui tradant hanc stirpem fulmine non ici, nec unquam de cœlo tangi. Aiunt quoque pisces marinos floris odore perculsos, confestim corruptionis sentire contagia. Vulgus deturbandis calculis utitur acino, singulari remedio ex vino, quem peculiari vocabulo Senellam nominat. Ruell. lib. 3. cap. 12.

ALBŪTIUS, vel potius ALBUCIUS Hor. 2. Serm. 2. 48. & 2. 2. 67. Albuti senis, pro Albutii, Porphyr: Hic est Albutius, qui & avarus, & elegans conviviorum apparator, sævus est habitus in servos: qui ob cupiditatem nimiam habendi alienam uxorem, suam veneno necavit.

T. Albutius, cujus M. Varro meminit, dicitque scripsisse Satyras Luciliano stylo. Nam & Lucilius eum ut Græca miscentem notat his verbis,

Græcum te Albuti quam Romanum, atque Sabinum, &c. V. reliqua apud Cic. 1. de Fin. 3. & 5. Tusc. 37.

Albutium alium Seneca in Declamationibus dicit suo tempore fuisse nobilem declamatorem. [Idem ac seq.

Albutius Silus, Novariensis orator Romam venit, receptus in Planci oratoris contubernium. Jam vero senior ob vitium vomicæ Novariam rediit: convocataque plebe caussis propter quas mori destinasset, in concione redditis, abstinuit cibo. V. Suet. Clar. Rhet. n. 6.

Albutius, philosophus, Cic. 1. de Nat. Deor. 93. Fuerunt & alii plures eodem nomine apud Romanos, de quibus Cic. 3. de Orat. 171. de Provinc. Consf. 15. in Pison. 92.

A L C

ALCÆA, æ. [ἀλκαία] Cauda, proprie leonis. Plin. lib. 8. cap. 16. Nec in leone tantum intelligitur alcæa, sed in equo item, & bove, & id genus aliis quæ utuntur cauda ut adjutorio. Callimachus absurde etiam in musca alcæam posuit. Cælius lib. 7. cap. 29.

Alcæa, Herba etiam ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, ob insignem vim. Vulgus Bismalvam vocat, & Malvam silvaticam: malvæ hortensi similis est; V. Plin. lib. 27. cap. 4. Scribitur & Alcea.

ALCÆUS Atheniensis, Poeta Tragicus. Domitius Calderinus in Sappho Ovidii.

Alcæus, [Ἀλκαῖος] Poeta Lyricus, patria Mitylenæus de quo Ovid. 15. Epist. 29.

Nec plus Alcæus, consors patriæque, lyræque,

Laudis habet: quamvis grandius ille sonet. De hoc meminit his verbis Quintil. l. 10. c. 1. p. 896. Burm. Alcæus in parte operis aureo plectro merito donatur, quia tyrannos insectatur: multum etiam moribus confert: in eloquendo quoque brevis, & magnificus, & diligens: Homero similis: sed in lusus & in amores descendit, majoribus tamen aptior. Cic. quoque 4. Tusc. 33. Fortis vir in sua Republica cognitus, quæ de juvenum amore scribit Alcæus? Idem 1. de Nat. Deor. 79. Nobis qui adolescentulis delectamur, etiam vitia sæpe jucunda sunt. Nævus in articulo pueri delectat Alcæum. At est corporis macula nævus: illi tamen hoc, lumen videbatur. Strab. lib. 13. Alcæi poemata στασιωτικὰ esse dicit, quod bella civilia & seditiones in iis pertractaret. quem militiam quoque exercuisse ipse testatur, & Hor. 1. Carm. 32. 6. Eum vocans Ferocem bello, quia res bellicas gessit adversus tyrannos, & Pittacum Mitylenæum victum expulit, ut aiunt Acron & Porphyr. Proinde Pugnax dicitur Politiano.

Alcæi Camœnæ minaces. Hor. 4. Carm. 9. 7. Ubi Acron & Porphyrius, Minaces Alcæi Camœnæ dictæ sunt, quoniam adeo amarus fuit, ut austeritate carminis sui multos de civitate ejiceret.

Alcæus sonans aureo plectro. Hor. 2. Carm. 13. 26.

ALCÆUS ab ortu vocatus est Alcmenæ filius, cui post Herculis cognomen est inditum: non quod propter Junonem sit gloriam adeptus, sicut Matris ait, sed quia virtutem prisci illius Herculis Ægyptii imitatus. Diodor. Sicul. lib. 1. cap. 2.

Alcæus item fuit Amphitryonis pater, avus Herculis: unde Alcides dictus est.

Alcæus, Omphales & Herculis filius. Domitius Calder. in Sappho Ovidii. V. etiam Herodot. 1. 7.

ALCAICUM Metrum, [Ἀλκαϊκὸν ἔπος] ab Alcæo poeta Lyrico dictum est. Testis Acron in Hor. 2. Carm. 13. Constat autem Alcaicum ex Epitrito secundo, Choriambis duobus, & Bacchio. quale est illud Hor. 1. Carm. 8. 4.

Oderit campum, patiens pulveris atque solis.

ALCAMENES Telecli F. & Successor in regno Laconico, ex genere Agidarum, sub quo Messeniacum bellum exarsit, Clarus justitiæ & innocentiæ laude. V. Pausan. Lac. & Mess. Plut. in Apophtegm.

ALCĂMĔNES, [Ἀλκαμένης] Nobilis statuarius fuit, Phidiæ discipulus, qui Agoracritum Parium condiscipulum in facienda Venere, populi Atheniensis suffragiis superavit. Plin. lib. 36. cap. 5. & 34. 8. Pausan. passim.

ALCANDER, dri. [Ἄλκανδρος] Unus ex comitibus Sarpedonis Lyciæ regis, ab Ulysse ad Trojam occisus. Ovid. 13. Met. 257.

ALCANNA, officinis, Ligustrum Latinis, Gallis Troena vocatur. Ruell. lib. 1. cap. 94.

ALCĀNOR, Viri proprium, cujus meminit Virg. 10. Æn. 338.

ALCAQUENGI, officinæ Mauritanos sequutæ, vocant Halicacabum, rura nostra Cocretum. Sunt qui Vesicariam appellent, quod folliculi speciem vesicarum imitentur, vel quod vesicæ calculis medeatur. Cocretinum quippe vinum propinatum magnam arenularum vim deturbat. Ruell. lib. 3. cap. 109.

ALCIMENES, [Ἀλκιμένης] Poeta tragicus, Megarensis. Suidas.

ALCARMES, & Carmes lingua Punica, (an Arabica? H. St.) vocatur Coccus infectorius, seu Vermiculus, ex quo fit elegans ille rubor & coccineus color, quem inde Carmesinum dicimus vulgo *Cramoisi*. Ruell. lib. 2. cap. 136. Frequentius scribitur ALKERMES seu ALCHERMES.

ALCĂTHŎE, Urbs fuit ut quidam putant, eadem cum Megara, de qua Ovid. 7. Met. 443. & 2. de Arte Am. 421.

ALCĂTHOUS, Pelopis filius, qui cædis Chrysippi fratris suspectus, Megaram venit, occisoque leone, qui Cytheronius a loco dicebatur, multosque & in iis Megarei regis filium Euripppum necaverat: ascitus Megareo gener, in regno successit. Author Direchidas. De hoc Alcathoo plura Pausanias in Atticis.

Epigr. Græc. lib. 4. p. 351. Εἰς τὸν ἐν Μεγάροις κιθαριστὴν λίθον.

— ὅτε γὰρ πύργον ἐπεχείρει

Ἀλκάθοος, τότε Φοῖβος ἐπωμάδιον ἦγε δομαῖον

Λᾶα, λυκωρέην ἐνθέμενος κιθάρην. H. St.

Alius Trojanus, qui Anchisæ filiam, Hippodamiam uxorem habuit, occisus ab Idomeneo. Homer. 13. Il. conf. Virg. 10. Æn. 747.

ALCE, [Ἄλκη] Urbs Hispaniæ, quam Gracchus post debellatos Celtiberos oppugnatam, ad deditionem compulit. Liv. 4. Decad. lib. 10. 40. 48.

ALCĒ, [Ἀλκὴ] Canis nomen apud Xenophontem περὶ κυνηγ. & Ovid. 3. Met. 217. & Columel. lib. 8. cap. 12.

ALCE, Nomen meretricis. Gell. lib. 4. cap. 11.

ALCĒDO, inis. [ἀλκυὼν] Avis est sic dicta quasi Algedo, quod frigidissimis temporibus nidificet. (Imo puto a Græco Ἀλκυὼν, sive ἀλκυδὼν. H. St.) Dicitur a Græcis Halcyon. V. suo loco. Plaut. Pœn. 1. 2. 142.

Jam hercle tu peristi: nisi illam mihi tam tranquillam facis,

Quam mare est olim, quum alcedo pullos educit suos. V. Taubm. Festus, Alcedo dicebatur Antiquis pro Halcyone. conf. Varr. 4. de L. L. 13.

ALCEDONIA, pl. [ἀλκυονίδες] dicuntur ab Alcedine, sicut ab Halcyone, Halcyonides, h. e. Tranquilli dies, quibus nidificant halcyones. Plaut. Casin. prol. v. 26. Tranquillum est, alcedonia sunt circa forum. Ubi interpres, Alcedonia, tranquilla tempora, vel tranquilli dies. V. HALCYON.

ALCENOR, [Ἀλκήνωρ] Vir Argivus fuit, qui ea in pugna, qua trecenti Argivi cum totidem Lacedæmoniis de finibus certarunt, solus cum Chronio ex suis superfuit, hostibus quoque omnibus, uno Othryade excepto, ad internecionem deletis. Herod. lib. 1.

ALCES, Bithyniæ fluvius. Plin. lib. 5. cap. ult.

ALCES, is; seu ALCE, es. [ἄλκης] Græcorum more (ut ait in Plin. Hermol.) Animal est in Septentrionalibus regionibus nascens, ut author est Plin. l. 8. c. 15. Cæsar, ubi de feris Hercyniæ sylvæ, 6. Bell. Gall. 27. Sunt item quæ appellantur alces: harum est consimilis capreis figura, & varietas pellium: sed magnitudine paulo antecedunt, mutilæque sunt cornibus, & crura sine nodis articulisque habent: neque quietis causa procumbunt:

neque si quo afflictæ casu conciderunt, erigere sese aut sublevare possunt. His sunt arbores pro cubilibus, ad eas sese applicant; atque ita paulum modo reclinatæ quietem capiunt. quarum ex vestigiis, quum est animadversum a venatoribus quo se recipere consueverint, omnes eo loco, aut a radicibus subruunt, aut abscindunt arbores, tantum ut summa species earum stantium relinquatur. Huc quum se ex consuetudine reclinaverint, infirmas arbores pondere affligunt, atque una ipsæ concidunt. Plin. lib. 8. cap. 15. Septentrio fert & equorum greges ferorum, sicut asinorum Asia & Africa: præterea alcen, ni proceritas aurium & cervicis distinguat, jumento similem. conf. Spanhem. de Usu & Pr. Num. Diss. 4. p. 196.

Alceste, [Ἀλκέστη] sive Alcestis, filia fuit Peliæ Thessalorum regis: quæ persuasis a Medea sororibus, ut Peliam patrem jugularent, sola tantam impietatem abnuit. Hanc Jason mortuo Pelia nuptui dedit Admeto regi Thessaliæ, ut testatur Diodorus Siculus lib. 5. cap. 3. quæ pro viri salute se morti tradidit. Nam rege ægrotante responsum fuit ab oraculo brevi moriturum, nisi quis amicorum pro eo morti se traderet. Quod quum omnes recusarent, ipsa promptissimam se obtulit. Lege Euripidis tragœdiam ejus nominis. Meminit & Juven. 6. Sat. 651. V. Admetus.

Alceste Pagasæa, a Pagasa urbe Thessaliæ. Ovid. 3. de Arte Am. 19.

Alceste Thessala. Claud. in Laudib. Seren. 22. 13.

Alcetas, Tharypi filius, a quo in Pyrrhum usque Achillis filium, quindecim virorum generationes sunt. Pausan. in Attic.

Alcetas Macedo, inter magnos vini potatores refertur, ab Æliano V. H. 2. 41. ubi V. Periz.

Alcetes, Arymbæ filius, Æacida fratre natu major, Epirotarum rex, sed impotentis iracundiæ vir, atque idcirco a patre expulsus, quum in Epirotas quoque sævire ac furere inciperet, noctu conspiratione facta, una cum liberis de medio sublatus est. Cui interfecto Epirotæ Pyrrhum Æacidæ filium substituerunt. Pausan. in Atticis.

Alchidas Rhodius, Cupidinem nudum Praxitelis manu factum adamavit, atque in eo amoris vestigium reliquit. Plin. lib. 36. cap. 5.

Alchimilla, æ. f. Herba Tabern. p. 248.

Alchione, [Ἀλχιόνη] Mons Macedoniæ. Plin. lib. 4. cap. 10.

Alchymia, V. Archymia.

Alcibiades, [Ἀλκιβιάδης] Patre Clinia natus, matre Dinomache, ut Plutarchus, vel ut Plinius appellat, Demarate: Vir Atheniensis pulcherrimus, nobilissimus, & rei bellicæ peritissimus. Sed linguæ fuit balbutientis, & proinde taxatus ab Aristophane Comico duobus his versiculis,

Εἶτ' Ἀλκιβιάδης εἶπε πρός με τραυλίσας·
Ὁλᾷς Θέωλον, τὴν κεφαλὴν κόλακος ἔχει.

Author Plutarch. Omni vitiorum genere deformatus; nisi quantum eum ab illis retraxit disciplina Socratis, cui se erudiendum tradidit. Vitam ejus copiose scripsit Plutarchus Græce, Latine perquam eleganter Cornelius Nepos. Multa de eodem historici passim, Thucyd. lib. 5. seq. Xenoph. hist. lib. 1. & de Dict. & Fact. Socr. Ælian. Var. Hist. Plutarch. in Apophtegm. Plin. lib. 34. cap. 8. & cap. 22.

Alcibiadis Sileni, in proverbium abierunt: quo licebit uti vel de re quæ cum in speciem, & prima (quod aiunt) fronte vilis ac ridicula videatur, tamen interius ac propius contemplanti sit admirabilis: vel, de homine, qui habitu vultuque longe minus præ se ferat, quam in animo claudat. V. Erasm. Chil. 3. 3. 1.

Alcibiadion, [ἀλκιβιάδιον] duas hoc nomine plantas memorat Dioscor. lib. 4. cap. 24. & 27.

Alcibion, [ἀλκίβιον] Herba adversus serpentium morsus remedium habens. Plin. lib. 27. cap. 5.

Alcida, [ἀλκίδα] Fera stupenda, ex terra nata, plurimum ignis ex ore vomens, primum in Phrygia apparuit, regionem quandam comburens, quæ hucusque exusta Phrygia dicta est. Deinde ad montem Taurum transcendens, sylvas continuas usque ad Indos incendio vastavit. Postmodum per mare in Phœniciam reversa, sylvas Libani incendit: perque Ægyptum in Libyam profecta, ad loca pervenit occidua. Postremo sylvis circa Ceraunia destructis, omnique incensa patria, quum homines partim flamma absumpti essent, partim timore patriam linquentes ad remotiora diffugerent loca, Minervam ferunt tum sapientia tum fortitudine ac viribus fretam, eam necasse, pellemque pectori circumdedisse, tum vestitus tutelæque corporis gratia, tum ad virtutis partæque gloriæ memoriam ostendendam. At vero Alcidæ mater Terra commota, deorum hostes, gigantes peperit: quos postmodum Jupiter Minervæ Dionysiique ac cæterorum deorum ope delevit. Author Diod. Sic. lib. 4. cap. ult.

Alcidamas, Luctator insignis. Stat. 10. Theb. 500. & Ovid. 7. Met. 369.

Alcidamas Eleates, Philosophus, & Rhetor inprimis nobilis Isocratis æqualis ac discipulus Gorgiæ Leontini. Hunc inter scriptores Rhetoricæ numerat Quintil. lib. 3. cap. 1. Meminit Laertius in Empedocle & Protagora. Is mortis laudationem scripsit, authore Cic. 1. Tusc. 48. Extant ejus aliquot Orationes in Volumine Orationum Rhetorum Aldino. A nonnullis perperam vocatur Alcidamus. V. Fabr. Bibl. Græc. Vol. I. p. 900. not.

Alcides, [Ἀλκείδης] Hercules dictus ab Alcæo avo, patre Amphitryonis, Servio authore: Sane Alciden (inquit) volunt quidam dictum, ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, i. e. a Virtute. quod non procedit: quia a prima ætate hoc nomen habuit ab Alcæo patre Amphitryonis. De quo Charon apud Virg. 6. Æn. 123.

Nec vero Alciden me sum lætatus euntem
Accepisse lacu, &c.

Clarus Alcides. Sen.

Clusus Alcides tempora hiatu Cleonæo. i. e. Habens caput tectum pelle leonis Cleonæi. Val. Flac. 1. Argon. 34. Tale est illud Senecæ in OEth.

Vallantque feri tempora dentes.

Deus. Sen. Octav. 4.
Ferus. Stat. 8. Theb. 5.
Insanus. Ovid. 9. Epist. 133.
Lætus. Valer. Flac. 3. Argon. 633.
Magnanimus. Lucan. lib. 4.
Magnus. Virg. 5. Æn. 123.
Mortalis. Sen. OEth. 15.
Pius. Stat. 6. Theb. 282.
Trux. Martial. lib. 9. 26. in Afrum.

Alcimachus, Pictor nobilis. Plin. lib. 35. cap. 11. Alcimachus pinxit Dioxippum, qui pancratio Olympia citra pulveris tactum (quod vocant ἀκονιτὶ) vicit: κονιτὶ Nemeæa.

Alcimede, Phylaci filia.

Fuit & Alcimede uxor Æsonis, & Jasonis mater, ut tradit Pherecydes. Quanquam Homeri enarrator Æsonem, ex Polymela Jasonem genuisse scribit. Val. Flacc. 1. Argon. 317. & Stat. 5. Theb. 235.

Alcimedes, Poeta tragicus, Megarensis, ut scripsit Suidas.

Alcimedon, Proprium nobilis artificis cælatoris, cujus meminit Virg. 3. Ecl. 37.

— pocula ponam
Fagina, cælatum divini opus Alcimedontis.

Alcimus, Orator omnium qui in Græcia tum florebant, eminentissimus, Stilponis Auditor. Diog. Laert. lib. 2. in Vita Stilp. S. 114. [Si modo locus sanus est, Cum altum sit apud Antiquos de hoc tanto oratore silentium.

Alcimus Lydorum rex, præcipua insignis pietate ingenioque mitissimo fuit. Proinde universo ejus tempore Lydis altissima contigit pacis tranquillitas, & divitiæ affluentissimæ: & ita quidem, ut intrepide ageret unusquisque, omninoque citra insidiarum ullum metum. Cæl. lib. 10. cap. 69.

Alcimus, Æaci filius, memoratur a Theocriti Scholiaste.

Alcimus, Historicus, Siculus genere, qui, ut Athenæus auctor est lib. 10. scripsit Historiam Italicam, cujus etiam Festus Pompeius meminit in v. Roma. conf. Martial. lib. 1. 89.

Alcimus Rhetor, a Sidonio Apollinari, nominatus 5. Epist. 10. & 8. Epist. 11. V. Voss. c. 5. de Poet. Lat. p. 63. Inter Professores Burdigalenses memoratur ab Auson. Carm. 2. & ab Hieronym. in Chron. Euseb. laudatur ad Ann. Christi CCCLX.

Junior eo fuit Alcimus Ecdicius Avitus Archiepiscopus Viennensis qui Zenonis & Anastasii temporibus claruit, Poeta Christianus. Ut adeo inter Alcimum Rhetorices Professorem, & Alcimum Episcopum ac Poetam totius sit seculi intervallum. Hujus Poemata quære in Geor. Fabricii Poetis Christianis. Seorsim edidit Joach. Zehnerus, & emendatissime una cum Epistolis ejus Jac. Sirmondus.

Alcinous, [Ἀλκίνοος] Nausithoi filius, teste Homero 7. Odyss. rex Phæacum in Corcyra insula justissimus, dicente Orpheo in Argonaut.

— κραίνεσκεν δικαιότατος βασιλεύς.

Fuitque diligens hortorum cultor. Quamobrem dixit Virg. 2. Georg. 87.

Pomaque, & Alcinoi sylvæ. i. e. Arbores pomiferæ. Hujus meminit Ovid. 12. Met. 565. Ferunt horum pomariorum tantam fuisse fertilitatem, ut maturis fructibus novi statim succederent. Stat. 1. Sylv. 3. 81.

Quid bifera Alcinoi laudem pomaria? vosque
Qui nunquam vacui prodistis in æthera rami?

Meminit & Plin. lib. 19. cap. 4.

Alcinoi mensam vocat Gregorius Theologus ad Basilium, Mensam luxu redundantem. Non ad Lotophagorum inopiam, sed Alcinoi mensam. Erasm. in Chiliad.

Alcinoi apologus. dicitur de longis & anilibus fabulis. Refertur a Diogeniano, & Julio Polluce, lib. 6. Sumptum ex Homeri Odyssea, ubi Ulysses in convivio Alcinoi Phæacum regis, prodigiosas ac ridiculas fabulas, & portentosa mendacia commemorat de Lotophagis, Lestrigonibus, Circe, Cyclopibus, atque id genus aliis plurimis miraculis, fretus videlicet Phæacum inscitia: ut sit Alcinoi apologus, ficta narratio apud Alcinoum habita. Hoc proverbio usus est Plato de Repub. lib. 10. Haud tibi sum narraturus Alcinoi apologum. Erasm. in Chiliad.

Alcinous Corcyræus, ab insula Corcyra, in qua regnavit. Martial. lib. 8. 68.

Alcinous munificus. Ovid. 2. de Ponto 9. quod Ulyssem hospitio susceperit.

Fuit item Alcinous philosophus Platonicus, qui epitomen composuit decretorum Platonis: sed hujus libelli verum parentem esse Arium Didymum, non, ut suspicabatur Præfatione in Alcinoum Jac. Carpentarius, Didymum Alexandrinum, docet Theoph. Raynaud. Theol. Nat. Dist. 1. n. 42. p. 61.

Alcion, [Ἀλκίων] Medicus, de quo Joseph. Antiq. Judaic. lib. 19. cap. 1. Scribitur Ἀλκύων, Alcyon.

Alciphron, [Ἀλκίφρων] Magnesius, Alexandri temporibus Philosophus. Suidas.

Alcippe, [Ἀλκίππη] Una ex Halcyonei gigantis filiabus, quæ Halcyonides dictæ sunt. Suidas.

Alcippe, [Ἀλκίππη] Martis filia. De hac vide Pausan. in Att. f. 19. Gr.

Alcippe, Mulier quæ elephantum peperit. Plin. lib. 7. cap. 3. i. e. Puerum cum capite elephantino, ut forte portentum illud sit, quod Livius 27. 11. & Val. Max. 1. 6. 5. narrant.

Alcippe, Nomen est rusticæ mulieris proprium, cujus sæpe meminit Theocritus, & Virg. 7. Ecl. 14.

Alcippus, [Ἄλκιππος] Civis Lacedæmonius, qui ex uxore Damocrita duas suscepit filias. Is quum & optime civitati consuleret, & ea ageret quæ e Republica esse intelligeret, eorum invidiam in se concitavit qui adversas ei partes in Republica fovebant. Quorum falsis sermonibus persuasi Ephori, velle Alcippum leges dissolvere, exilio virum multarunt. Itaque exivit ille Sparta. Damocrita vero uxor, quæ se viro comitem una cum filiabus præbere vellet, prohibita est. Quin & ejus bona publicarunt, ne dos virginibus superesset. Sed quum nonnulli puellas sibi ob paternam virtutem uxores postularent, Senatusconsulto ab inimicis prohibiti sunt uxores illas accipere: quippe qui de ipsarum matre votum dicerent auditum, ut sibi quam ocyssime liberi ex filiabus orirentur, qui patrem vindicarent. Quum igitur undecunque Damocrita impugnaretur, communem quandam totius populi celebritatem observavit, ad quam mos erat, ut una cum virginibus domesticisque omnibus atque infantibus mulieres convenirent. Quæ vero ex nobilitate essent, seorsum ipsæ a cæteris in magno quodam androne pernoctabant. Ibi illa gladio sub veste accincta, comites secum filias educit, noctuque in templum proficiscitur: observatoque tempore, quo omnes mysteriis intenti essent, quum occlusæ fores essent, magnam lignorum vim juxta eas consti-

constipavit: quippe quæ ad manum præstoque forent, ad sacrorum usum convecta. Tum ignem immisit. Accurrentibus autem auxilio viris, filias ipsa suas, tum sese ipsam Damocrita gladio interfecit. Quapropter quum minime haberent, in quos iram effunderent, extra fines corpora Damocritæ filiarumque projiciunt. Quamobrem irato deo, ingens ille traditur Lacedæmone terræ motus extitisse. Plutarch. in Narrat. Amator.

Alcis, is. m. Numen apud Naharvalos, Germanicam gentem, cultum, quod Castorem ac Pollucem Romana interpretatione memorabant. Vide Tacit. de Germ. cap. 43.

Alcisthĕne, Pictricis nomen apud Plin. lib. 35. cap. 11.

Alcisthenes Sybarita, præ deliciis vestem hujusmodi composuit, ut proposita ea ad spectandum in Lacinio promontorio, quo universa Italia, in Junonis panegyri, seu festo, concurrebat, maxime omnium quæ proposita sunt, admirationi cunctis fuerit: quam Dionysius Major nactus Carthaginensibus centum & viginti talentis vendidit. Athen. Deipnos. lib. 12. ex Aristotele.

Alcithŏe, [Ἀλκιθόη] Mulier Thebana, Minei filia, quæ Bacchum esse Jovis filium negabat: aliisque Thebanis mulieribus sacra Bacchi celebrantibus, lanificio una cum sororibus & ancillis operam dabat. Ira itaque Bacchi earum telæ in hederam & vitem mutatæ, domoque incensa, ipsæ in vespertiliones sunt conversæ. Ovid. 4. Met. Fab. 1.

Alcmæon, [Ἀλκμαίων] Amphiarai vatis & Eriphyles fuit filius. Huic Amphiaraus ad bellum Thebanum proficisci coactus, nequitiam Eriphyles in se aperuit, eique futuræ mortis suæ vindictam reliquit: qui defuncto patre memor præcepti, ut in patrem pietatem servaret, impius in matrem factus est, eamque necavit. Ex Boçatio. Huic fabulæ a cæteris additur, Quum postea ob matris cædem Alcmæon furiis agitaretur, venisse eum ad fluvium Phlegeum, (al. Phegeum) a quo lustratus est. Et quum filiam ejusdem Alphesibœam amasset, donato illi monili, quod matris Eriphyles fuerat, uxorem illam duxisse. Cæterum, quum aliquando ad Acheloum fluvium post ea tempora forte venisset, placuissetque ipsi Callirhoë Acheloi filia, monile quod superiori conjugi dederat, etiam huic nuptiarum spe pollicitum esse. Ad quod repetendum quum proficisceretur, a fratribus Alphesibœæ, Temeno, & Axione occisum esse: qui tamen & ipsi ab eodem mutuis vulneribus petiti, perierunt. Vel, ut Ovid. 9. Met. 18. Fab. tradit, a filiis Callirhoës, quos Jupiter natos, statim viros fecerat, in ultionem patris occisi sunt. V. etiam Hygin. Fab. 73. & 245.
Amphiaraides Alcmæon, Amphiarai filius. Ovid. 2. Fast. 43.
Amphilochi frater. Ovid. de Rem. Amor. 455.
Crudelis. Virg. 6. Æn.
Alcmæon Crotoniates, Pirithi filius, Pythagoræ auditor, plurimum tamen in medicina versatus, videtur primus de naturæ ratione scripsisse, ut Phavorinus in omnimoda tradit historia. Animam dixit immortalem, moverique modo Solis. Diogenes Laert. l. 8. S. 83. & Aristot. 1. de Anim. 2. Alia ejus dogmata refert Aristoteles, l. c. & 1. Metaph. 5. ipsi alias parum consentiens, siquidem, ut est apud Laert. l. 5. adversus Alcmæonis dicta librum scripsit. A nonnullis dicitur Alcman, & confunditur cum Poëta de quo infra. [Alioquin utrunque nomen idem sonare, cum Alcman Doricum sit, Alcmæon vulgare, docuit Faber in Vit. poët. Gr.
Alcmæon Sophista, quem Crœsus tanto auro donavit, quantum ille corpore suo efferre posset, quam lepidam Historiam Herodotus scripsit 6. 125.

Alcmæonius, a, um. Adj. ut Alcmæoniæ furiæ. Propert. l. 3. 4. 41.

Alcman, [Ἀλκμὰν] Poeta lyricus Lacon, secundum alios Sardus, Damante patre genitus, vixit circa Olymp. 27. inventor amatorii carminis, scripsit lingua Dorica, author Suidas. Is morbo pediculari periit, ut scribit Heraclides de Polit. qui & eum dicit fuisse Agesidis servum, sed propter ingenium libertate donatum. Quod autem ad morbum pedicularem attinet, testatur & Plin. l. 11. c. 33. & Aristot. 5. Hist. Anim. 31. V. Diodor. Sicul. l. 5. c. 6. Observa e Vossio c. 3. de Poët. Gr. p. 13. duos hoc eodem nomine poetas fuisse Lyricos, unum Lacedæmonium, qui lingua scripsit Dorica, Messenium alterum. [Idem olim Suidas monuit. Sed junioribus quibusdam non persuasit.
Alcman, Tibicen apud Ælian. Varr. Hist. 12. 50. Sed V. ibi Periz.

Alcmanes, Lege ALCAMENES.

Alcmena, [Ἀλκμήνη] Electrionis filia, & Amphitryonis uxor, ex qua Jupiter dolo compressa genuit Herculem. Ovid. 9. Met. Fab. 5. V. Diod. Sicul. 4. 9. Hygin. F. 29. Plaut. in Amphitr. Comœdia. Archaice Alcumena. Imago ejus a Zeuxide picta. Plin. 35. 9.
Alcmene Argolis. i. e. Alcmena Argiva. Ovid. 9. Met. 276.
Genitrix Alcidæ. Sil. Ital. lib. 8.
Mater Herculea. Stat. 10. Theb. 106.

Alcomenæ, [Ἀλκομεναὶ] Ithacæ insulæ civitas est, a qua Ulysses Alcomenæus a poetis appellatur. Stephan. Altera Illyriæ ibid.

Alcon, [Ἄλκων] Nomen viri proprium. Stat. 9. Theb. 121.
— sequitur Sicyonius Alcon.
Alcon, Faber argentarius, a patria Myleus cognominatus. Ovid. 13. Met. 683.
Alcon, Cretensis sagittarius, comes Herculis, cujus quum filium draco invasisset, tanta arte direxit sagittam, ut ea currens in serpentis deficeret vulnere, nec transiret in filium. Hæc Servius enarrans illud Virg. 5. Ecl. 11.
Aut Alconis habes laudes, aut jurgia Codri.
Alcon Saguntinus, insciis Saguntinis, qui tum obsidione premebantur, precibus aliquid moturum se ratus, quum ad Annibalem noctu transiisset, postquam nihil lacrymæ movebant, conditionesque tristes, ut ab irato victore, ferebantur, transfuga ex oratore factus, apud hostem mansit: moriturum affirmans, qui sub conditionibus his de pace ageret. Liv. l. 21. c. 12. ubi reliqua V.

Alcorānus, i. m. Vox Arabica notans lectionem, sive collectionem, scil. Scripturæ, qua Mahumedes cum Sergio monacho & quibusdam Judæis, ex Gentilismo, Judaismo, & Christianismo mixtas leges & summa religionis Turcicæ capita concinnavit.

Alcothous, Lege ALCATHOUS.

Alcuīnus, i. m. Caroli M. præceptor, qui apud Parisios primus literarum ludum aperuit. V. Voss. de Hist. Lat. 2. 30.

Alcumena, æ. f. Tragœdia Euripidis. Plaut. Rud. 1. 1. 4. V. ALCMENA.

Alcyone, [Ἀλκυόνη] Atlantis filia ex Pleione, ut scribit Bocat. de Geneal. Deor. lib. 4.
Alcyone, uxor Cæycis. V. HALCYON.

Alcyoneus, [Ἀλκυονεὺς] Antigoni filius, Diog. Laert. lib. 4. in Arcesilao. & lib. 7. in Zenone Cittieo.
Alcyoneus, [Ἀλκυονεὺς] Gigas fuisse traditur, Porphyrionis frater, ab Hercule telis confossus: cujus & filiæ, quas septem numerant, ob patris mortem in mare præcipitantes se, ab Amphitrite in alcyones (ut quorundam opinio est) sunt mutatæ. Harum nomina sunt, Phostonia, Anthe, Methone, Alcippe, Pallene, Drymo, & Asterie. Ex Suida. Alii scribunt Halcyoneus.

Alcyonium, ii. [ἀλκυόνιον] Plin. l. 32. c. 8. Fit in mari (inquit) ex nidis, ut aliqui existimant, alcyonum: alii ex sordibus spumarum crassescentibus: alii e limo, vel quadam maris lanugine. Hæc ille. Sunt tamen qui sic dictum putent, quod alcyones super illud marinis undis simul congestum nidificent. V. latius apud Dioscorid. & ejus interpret. Mathiol. lib. 5. & Cels. 5. 6.

A L E

Ălea, [πεττεία, πεσσεία, κυβεία] est omnis ludus majori ex parte in fortunæ varietate consistens, & complectitur omnes lusus, tam simplices quam mistos, ut sunt Tesserarum, talorum vel taxillorum, cuborum, scruporum, astragalorum, chartarum vel foliorum, latrunculorum, equorum ligneorum. Sed proprie dicitur de Tesseris. V. Lex. Pitisc. Cic. in Catil. 2. 10. Quod si in vino & alea comessationes solum & scorta quærerent, essent illi quidem desperandi, sed tamen ferendi, Martial. l. 14. 18. de Nucibus,
Alea parva nuces, & non damnosa videtur:
Sæpe tamen pueris abstulit illa nates.
De Alea & universa ejus ratione plurima collegit & observavit Salmasius ad Vopisci Proculum f. 468. & Gonsal. ad Petron. cap. 33. Romanis legibus vetitam fuisse, Hor. 3. Carm. 24. 58. & Dig. Tit. de Aleatoribus, ostendunt. Attamen festis Diebus, qui ludo & otio destinati, probro caruisse aleæ lusum videtur suadere Suet. locus Domit. cap. 21. Christianis primum in commune, dein seorsim Clericis interdictam fuisse Canon. Apost. 43. & Can. Syn. 6. Item Novella Justinian. 123. docent.
Aleam Palamedes in castris Græcorum contra Trojanos reperit, dum otia miles ageret, ut author est Philost. in Heroicis. Volaterr. lib. 29. Philolog. Cælius tamen lib. 2. cap. 14. & aleæ & tesserarum, & pilæ lusuum Lydis inventionem tribuit, sequutus Herodoti authoritatem.
Alea pro Fortuna & casu. Liv. Nec tam celerem aleam universi certaminis cernens. Cic. de Divin. Non perspicitis aleam quandam inesse hostiis deligendis?
Alea non modo pro Fortuna, sed etiam pro Dubitatione & Periculo ponitur. Plin. in præf. l. 1. Utitur illa & M. Tullius, extra omnem ingenii aleam positus. h. e. Extra omnem dubitationem, & extra omne periculum ut aliquis ei ingenio præferatur. Budæus lib. 1. de Asse: Extra omnem ingenii aleam, id est extra omne discrimen judiciorum. Varro 1. de R. R. c. 4. Quare si salubritas non est, cultura non aliud est, quam alea domini vitæ, ac rei familiaris. Columel. in præf. l. 1. Maris & negotiationis alea.
Alea fati. i. e. Periculum & casus incertus. Lucan. lib. 6. 7.
Aleae ludo similem esse vitam humanam dixit Plato, teste Plutarcho. Ad quod respexisse videtur Ter. in Adel. 4. 7. 21. Vitam hominum perinde dicens esse, quasi quum ludas tesseris: ut quod jactu non cecidit, id arte ut corrigas.
Blanda. Ovid. 1. de Ponto, 5. 45.
Damnosa. Juven. 14. Sat. 4.
Fallax. Ovid. 4. de Ponto, 2. 41.
Festiva & honesta alea lusitare. Gell. lib. 18. cap. 13.
Periculosæ plenum opus aleæ. Hor. 2. Carm. 1. 6.
Pernox, in qua aviditate lucri pernoctatur. Juven. 8. Sat. 10.
Præceps. Hor. 1. Epist. 18. 21.
Turpis. Juven. 11. Sat. 175.
Vetita legibus. Hor. 3. Carm. 24. 58.
Adire aleam. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 11. Itaque ut æquiore animo adirent aleam, danda illis aliqua potestas fuit.
Decoquit alea. Pers. 5. Sat. 57.
Hic campo indulget, hunc alea decoquit. Pro hujus bona, H. St.
Emere aleam. h. e. Incertum rerum eventum: quod fit quum captus piscium, vel avium, vel missilium emitur. Pomp. in l. Nec emptio. D. de contrahen. empt. & vendit. Aliquando tamen & sine re venditio intelligitur, veluti cum quasi alea emitur, quod fit cum captus piscium, vel avium, vel missilium emitur. Emptio enim contrahitur etiam si nihil inciderit: quia spei emptio est. Usus est quoque hac loquutione Paul. in l. quum hæreditatem. D. de Hæred. vel act. vend.
Jacere aleam, est Rem periclitari, fortunæque arbitrio committere: siquidem Alea, fortunæ ludus est magis, quam artis. Erasmus. Cæs. apud Suet. c. 32.
Sequi aleam. Varro: Sequentes aleam, non rationem. i. e. Eventus ancipitis expectationem.
Subire aleam. V. SUBEO.
Ire in dubiam servitii imperiique aleam. Liv. 1. i. e. Anceps fortuna est, dubiusque eventus, utrum dominaturi, an servituri simus.

Aleārius, a, um. Idem quod Aleatorius. Ammian. 28. 4. Amicitiæ Romæ aleariæ solæ, &c.

Alearium, ii. n. Locus ubi luditur. Cathol.

Aleātor, ōris. m. [κυβευτὴς] denom. ab Alea; Qui ludum aleæ, quasi artem quandam exercet. Cic. in Catil. In his gregibus omnes aleatores, omnes adulteri, omnes impuri, impudicique versantur. Idem 2. Philipp. 27. Domus erat aleatoribus referta, plena ebriorum.

Aleatorius, Adj. [κυβευτικὸς] Quod ad aleam pertinet. Cic. 2. Philipp. 27. Suggerebantur etiam sæpe, non enim semper iste felix, damna aleatoria.
Forum aleatorium, apud Suet. in Aug. cap. 71. Lusimus per omnes dies, forumque aleatorium calfecimus. Verba sunt Augusti.
Ritus aleatorius, apud Gell. lib. 18. cap. 13.

Aleatorium, ii. n. erat Locus ubi aleatores alea ludebant & pilæ ludo fessi vires integrabant. Erat prope Sphæristerium. Sidon. Epist. 11. 2. Atque illic aleatorium lassis consumpto sphæristerio faciat. Buleng. de Lud. Prolus. pag. 4. & cap. 58. Savar. in Sidonium.

ALEO, onis, m. Idem quod Aleator, teste Festo ex Nævio, Pessimorum pessume, audax ganeo, lurco, aleo.
ALEOLA, dimin. parva Alea. Cathol.
ALEA, [Ἀλέα] Nomen oppidi in Arcadia, dictum ab Aleo conditore. Plin. lib. 4. cap. 6. & Stephan.
Item Minervæ cognomen, quæ circa hanc urbem colebatur, ut videre est apud Herodot. lib. 1. & Pausan. Arcad. Verum in duabus hisce postremis significationibus primam corripit, quam alioqui producit. Statius in Sylvis,
Aut Aleæ lucis vidit Tegæa sacerdos. Et 4. Theb. 288.
ALĒBAS, æ. m. [Ἀλήβας.] Nomen proprium viri, qui apud Larissam Thessaliæ urbem crudelissime regnans, satellites adhibuit, a quibus tandem est interfectus. Ovid. in Ibin. 323.
Quosque putas fidos, ut Larissæus Alebas,
Vulnere non fidos experiare tuo. Ibid. 511.
ALEBECERII, Galliæ Narbonensis populi. Plin. lib. 3. cap. 4.
ALEBRIA, Veteres dixerunt pro Bene alentibus. Festus. Et Gloss. Lat. Gr.
ALEC, V. HALEC.
ALECTO, us. [Ἀληκτὼ] Una est ex tribus Furiis. Tres enim a poetis describuntur, Alecto, Megæra, & Tisiphone. Porro Furiæ dicuntur a poetis filiæ Acherontis, & Noctis, ut notant Virgilii interpretes. Orpheus in hymnis canit eas esse Plutonis & Proserpinæ filias. Alecto significat idem quod Irrequieta, Non desinens, ab α privativa particula, & λήγω, quiesco, desino, cesso, quod nullum scelus inultum prætereat. Alecto facie torva & membris furialibus. Virg. 7. Æn. 415.
Atra Alecto. Virg. 7. Æn. 329.
Sata nocte. i. e. Noctis filia. Virg. 7. Æn. 324.
Atrox. Claud. 1. in Ruffin. 3. 25.
Cocytia. Virg. 7. Æn. 479.
Dea. Virg. 7. Æn. 346.
Erinnys. Virg. 7. Æn. 447.
Infecta venenis. Virg. 7. Æn. 341.
Invisa. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 33. 279.
Luctifica. Virg. 7. Æn. 324.
Sæva. Virg. 7. Æn. 84.
Torquata colubris. Ovid. 2. Epist. 119.
Tristis. Virg. 7. Æn. 617.
Cincta facibus atris. Claud. 1. in Ruffin. 49.
Mugit cruentum. Claud. in Ruffin. 65.
Alæ Alectus stridentes anguibus. Virg. 7. Æn. 561.
Alæ Stygiæ Alectus. Virg. 7. Æn. 773. Idem eas appellat Fuscas, lib. eod. 408.
Oculi flammei Alectus. Virg. 7. Æn. 448.
Os rabidum Alectus. Virg. 7. Æn. 451.
Voces rabidæ Alectus. Claud. in Ruffin. 1. 44. Alectus, hic in præcedentibus, est genitivus casus, Græce Ἀληκτοῦς, quartæ contractar.
ALECTOR, [Ἀλέκτωρ] Filius Anaxagoræ, Iphim genuit & Capaneum, qui fuit unus ex septem ducibus Argivorum apud Thebas. Volaterr.
ALECTORIA, æ. Lapis qui in ventriculo galli invenitur. Gallus enim, ἀλέκτωρ dicitur. Plin. l. 37. cap. 10. Alectorias vocant in ventriculis gallinaceorum inventas crystallina specie, magnitudine fabæ: quibus Milonem Crotoniensem usum in certaminibus, invictum fuisse videri volunt. Solino vocatur Alectorius lapis. cap. 4. ad finem.
ALECTOROLOPHOS, [ἀλεκτορόλοφος] Herba est tussientibus utilis, foliis galli gallinacei cristæ similibus, caulem tenuem, semenque nigrum in siliquis habens. Latinis Crista dicitur, teste Plin. lib. 27. cap. 5. Alii Alectorolophen vocant.
ALECTRYON, [Ἀλεκτρυὼν] Adolescens fuit, Marti adeo familiaris, ut adulterii quo Veneri ille commiscebatur, conscius adhiberetur, foribusque custos apponeretur, ne Solis interventu deprehenderetur adulter. Verum cum ille somno oppressus, negligentius excubias ageret, amantes, ejus fiducia in utranque aurem dormientes, a Sole deprehensi sunt, & apud Vulcanum delati, adamantinis catenis sunt impliciti. Qua de causa indignatus Mars, Alectryonem in avem sui nominis transformavit, quem Gallum Latini appellant: qui etiam hodie veteris negligentiæ memor, Solis adventum cantu suo prænuntiat. Lucian. in Micyllo.
ALECTRYŌNES, um. pl. Cristati Carum milites dicti a Persis, ut ex Plutarcho referunt Casaub. & Bernegg. ad Suet. Cæs. 24. 2.
ALECULA, V. HALECULA.
ALEGENOR, Unus fuit filiorum Boethi: quatuor enim fuerunt, Hippodamus, Electrion, Archilycus, Alegenor, teste Diod. lib. 5.
ALEIOS Campos, [Ἀλήϊα πεδία] Strabo prope Mallum & Magarson constituit. Meminit & Plin. in Ciliciæ situ. Mentionem facit in Bellerophontis fabella Homerus. Exposuit Eustathius, & ab errore quidem nuncupatos interpretatur, quia ἀλᾶσθαι Græcorum lingua, errare sit: quoniam per eos aberrarit primum excussus Pegaso Bellerophontes. Sunt qui Campos vacuos Latine sint interpretati. Nec desunt ex Græcis, qui Aleios dici campos putent non ab errore, sed ab oppido quod Alas nuncuparetur: adduntque inter Pinarum & Cydnum amnes collocari. Cælius l. 9. c. 47.
ALEMANNIA, [Ἀλαμανία] Regio Alemannorum, pars Germaniæ quondam, quod nomen postea universæ tributum fuit, atque etiam nunc ab exteris tribuitur. Claud. de 4. Cons. Honor. 449.
Imploratque tuum supplex Alemannia nomen. Ita occurrit in pluribus nummis, quod ideo præfert Spanhem. Sed ALAMANNIA in uno nummo aureo, quem Nic. Heinsius exponit ad Claud. l. c. conf. eund. de laudib. Stil. 1. 234. & Inscript. Gruteri, p. 159. & 160. [In omnibus, quæ quidem viderim, monumentis antiquis gentis istius & regionis nomen cum simplici, non geminata, litera in prima Syllaba scribitur, id quod liquido apud Claudianum & Sidonium metri quoque ratio postulat: Si Mediobarbo Co. fidere licet in nummis sæpius, licet negaverit Oiselius, ALAMANNIA scribitur. Græcis perpetuo Ἀλαμανοὶ vocantur. Ceterum de origine nominis Virorum doctorum conjecturis, quas magno numero jam protulerunt, non multum sane tribuerim. Præter eas, quæ mox proponuntur, alias V. apud Cellar. Geogr. Ant. 2. 5. 4. & 70. Guillim. de Reb. Helvet. l. 1. c. 3. Plantin. Helv. Ant. extr.
ALEMANNI, [Ἀλαμανοὶ] sunt iidem qui Germani: dicti (ut quidam putant) a Manno Teutonis dei filio. Absurdum autem est quod alii existimant, dictos esse Alemannos a Lemano lacu. Nam constat eos qui ad lacum Lemanum consederunt, non Alemannos, aut Germanos, sed Helvetios semper dictos esse a veteribus, neque inter Alemannos aut Germanos ab iis unquam numeratos. Non minus absurdum videtur quod scribit Asinius Quadratus Italus, Alemannos esse ex varia gentium colluvie collectos, & eam ob causam Alemannos dictos, quasi ἀλήμονες, hoc est errantes. Nam versimile non est, gentes quæ longe meliores regiones possidebant, in Alemanniam, terram olim incultam & asperam confluxisse, ut recte Tacitus de Morib. Germanorum c. 2. disputat, qui contra, indigenas esse Germanos scribit, minimeque aliarum gentium adventibus & hospitiis mixtos. Itaque rectius multo nominis origo ex eorum lingua petitur. Illis enim AL, totum significat, & MAN, virum: ut Alemanni dicti sint quasi Toti viri & bellatores fortissimi. Cui rei & alia appellatio convenit. Nam quod inferiores Germani dicunt AL, hoc superiores dicunt GAR: Utrisque autem MAN, virum significat: ita ut vocabula Germani & Alemanni, eandem vim habeant. Non tamen & hoc ineptum est, Alemannos dictos esse ab usitata ad virtutem & fortitudinem adhortandi formula, *Alsmanner*: hoc est, Ut viri, Ut viros decet, quomodo etiamnum in præliis sese mutuo cohortantur. Germanos autem, quasi Heermannos. i. e. Viri exercitus, viri militares, mutatione h, in g; quæ est etiam origo veteris appellationis Hermionum, quæ est apud Plin. l. 4. c. 14. Qui Tacito Herminones. [Falsum est, Asinium Quadratum Alemaniæ nomen a variarum gentium colluvione arcessere, cum is tantum de origine gentis locutus sit, de nomine quod additur ab Agathia profectum; tametsi video Guillimannum quoque sic accepisse.
Alemanni etiam vocabantur Teutones & Teutoni, a Teutone sive Tuiscone. V. suo loco.
ALEMANNĬCUS, a, um. Adj. ut, Tentoria Alemannica. Amm. Marcell. 27. 3. Tributum Alemannicum. Nicet. Alex. 1. V. Buleng. de Vectig. cap. 84. Gruteri Inscr. ubi supra.
ALEMANNUS, Fluvius apud Rysios, originem a Rubro castro (*Rotenburg*) trahens. Hic ad *Kelheim* oppidum jungitur Danubio. Vulgo *Atmola* vel *Atmyl* appellatur. Calepin.
ALEMBĬCUM, i. n. vel ALEMBĬCUS, i. m. Vas distillatorium. Vid. Reines. Varr. Lect. 3. 18. p. 668.
ALĒMON, ŏnis. m. Pater Myscelli qui Crotonem condidit. Hinc
ALEMONĬDES, æ. m. ipse Myscellus. V. Ovid. 15. Met. 19. & 26.
ALĒMŌNA, æ. f. Dea, de qua Tertull. de Anim. c. 37. Superstitio Romana Deam finxit Alemonam, alendi in utero fœtus.
ALEMUSII, Atticæ populi, apud quos est Cereris legiferæ ac Proserpinæ templum. Pausan. in Attic.
ALEO, onis. V. ALEA.
ALEON, Fluvius. Plin. lib. 5. cap. 29.
ALEOPETRA, Insula in Mæotide. Calepin.
ALEOS, Amnis est Erythris urbe Græciæ inter Megaram & Thebas, qui pilos gignit. Plin. lib. 31. cap. 2.
ALERIA, Corsicæ colonia a Sylla dictatore deducta. Plin. lib. 3. cap. 6.
ALES, ĭtis. absolute posit. [ὄρνις, οἰωνὸς] Avis dicta ab alarum magnitudine. Sunt enim Alites proprie majores aves: ut Gallinæ, anseres, cornices, corvi, grues. Plin. l. 10. c. 19. Nunc de secundo ordine dicamus, qui in duas dividitur species, oscines & alites. Illarum generi cantus oris, his magnitudo differentiam dedit. Hoc nomen proprie fœmininum est. Martial. l. 14. 67.
Alitis eximiæ cauda superba fuit. i. e. Pavonis. Sic ubique Plin. quantum quidem observare potui. Poetice tamen & in masculino legitur. Virg. 12. Æn. 247.
Nanque volans rubra fulvus Jovis ales in æthra. i. e. Aquila.
Alituum, genit. pl. per epenthesim, pro Alitum. Virg. 8. Æn. 27.
Alituum, pecudumque genus sopor altus habebat.
Ales & avis. Cic. 1. de Divin. Eademque efficit in avibus divina mens, ut tum huc tum illuc volent alites. Idem 2. de Nat. Deor. 64. Aves quasdam & alites, & oscines, ut nostri Augures appellant, rerum augurandarum causa natas esse putamus.
Palladis ales, pro Noctua. Ovid. 2. Fast. 89.
Pandionis ales. Lucan. ad Pison. v. 255. Hirundinem intelligit, aut Lusciniam. Progne siquidem & Philomela filiæ fuerunt Pandionis.
Phasidis, pro Phasiano. Stat. 4. Sylv. 6. 8.
Cyllenius, pro Mercurio. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 440.
Cythereia, pro Columba. Sil. Ital. lib. 3. Est enim Veneri dicata.
Daulias ales, pro Philomela sive Luscinia, a Daulide oppido. Sen. OEth. 3. v. 192.
Gangeticus, pro Phœnice. Ausonius in Ternario.
Phœbeius, pro Corvo. Ovid. 2. Met. 544.
Tegeaticus, pro Mercurio. Stat. 5. Sylv. 1. 102.
Titanius, pro Phœnice. Claud. Epigr. in Phœnic. v. 7.
Argentea. i. e. Alba. Ovid. 2. Met. 536.
Ales avida, pro Vulture jecur Tityi jugiter exedente. Sen. Herc. fur. 13. & Agam. 1.
Canorus, pro Cygno. Hor. 2. Carm. 20. 15. 16.
Cristatus, pro Gallo. Ovid. 1. Fast. 455.
Flammiger, pro Aquila quæ Jovis fulminibus servit, ut exponit Lactantius. Stat. 8. Theb. 675.
Impiger, pro Mercurio. Stat. 1. Theb. 202.
Interritus. Sil. Ital. 5.
Longæva, pro Phœnice. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 33. 217.
Lugubris, pro Malo & infelici auspicio, ut interpretatur Acron. Hor. 3. Carm. 3. 61.
Matutinæ. Propert. lib. 1. 16. 46.
Miserabilis. Ovid. 11. Met. 733.
Potiore alite aliquid facere. i. e. Meliori auspicio. Hor. 4. Carm. 6. 23.
Regia, pro Aquila. Ovid. 4. Met. 362.
Sæva. Sen. OEdip. 12.
Secunda alite aliquid facere. i. e. Prospero auspicio, ut interpretatur Porphyrio. Hor. Epod. 16. 24.
Secundis alitibus procedere. i. e. Felici & prospero auspicio. Claud. Paneg. 7. 9.
Vasta ales, pro Struthiocamelo. Claud. 2. in Eutrop. 134.
Delata pennis ales in aliquem locum. Lucret. lib. 6. 821.
Lapsa ales ab aëre, pro Ave deorsum volante. Virg. 1. Æn. 394.
Alites volatu auspicia facientes istæ putabantur: Buteo, Sanqualis, Immusculus, Aquila, Vulturius, Festus. V. eundem in Oscines.
ALES, Adj. omn. gen. [ὠκὺς, πτερόεις] ponitur a poetis pro Veloci. Sil. 12. 67.
Alite vectus equo. Virg. 8. Æn. 430. — Alitis austri.

Ales,

Ales, item adjective positum pro Alatus, i. e. Alas habens. Cic. 1. de Invent. Angues ingentes, alites, juncti jugo. Poeticum est.

Ales avis. Cic. 2. de Nat. Deor. 44.

Inde est ales avis lato sub tegmine cœli.

Currus. Sen. in Medea.

Deus, pro Mercurio. Ovid. 2. Met. 714.

Equus. Ovid. 3. Amor. 11. 24. pro Pegaso.

Passus, Velox. Ovid. 10. Met. 587. — passu volat alite virgo.

Pegasus, Hor. 4. Carm. 11. 26.

Planta, h. e. Velox. Sil. Ital. lib. 4.

Plumbum ales, pro Glande plumbea, quæ funda emittitur in hostem. Sil. Ital. lib. 3. 623.

ALESA, Civitas est Siciliæ, Ptolemæo. Hinc Alesinus, a, um. Cic. Fam. In Alesina urbe, &c. V. & Strab. lib. 6.

Alesa item oppidum est Ciliciæ, Straboni lib. 40. al. Halesa.

ALESCO, [πληθύνομαι] ĕre. Antiquum verbum ab Alo, alis; idem quod Nutricari, crescere. Unde fit Coalescere, usitatum verbum pro Concrescere. Varro 1. de R. R. cap. 44. Quæ nata sunt (inquit) in fundo alescunt, adulta concipiunt.

Alescendo roborari. Varr. 2. de R. R. cap. 4.

Alescendi cacumen tangere. Lucret. lib. 2. 1128. [Lamb. Olescendi. Sed quicquid dicunt Grammatici, ab hoc v. derivanda videntur, quæ illi ab inusitato Olesco derivant, Adolesco, subolesco, exolesco &c. a, in u primum deinde in o mutato.

ALESIA, V. ALEXIA.

ALESIUM, vel Aleisium est quod nunc Alesiæum vocant, Locus ad Amphilochidem proximus, in quo omnibus mensibus accolæ forum congregant. Jacet autem in via montana, qua ex Elide ad Olympiam commeatur. Prioribus autem seculis agri Pisæi civitas fuit, alias alio modo variatis locorum terminis propter Imperiorum permutationes. Strab. lib. 8.

Alesium, Oppidum Peloponnesi, ab Alesio filio Silleantis, Σιλλεῦντος Steph. unius e procis Hippodamiæ.

Est & Alesius campus in Epiro, & mare Alesium, & promontorium, & fluvius.

ALESIUS, [Ἀλήσιος] Mons Arcadiæ prope Mantineam, sic ab errore Rheæ nuncupatus. Pausan. apud Cæl. lib. 9. cap. 47.

ALĒSUS, Nomen viri proprium. V. ALSIUM & HALESUS.

ALĒTHES, Nomen fuit proprium viri Trojani, quasi ἀληθὴς, i. e. verax fuerit. De quo Virg. 1. Æn. 125.

— & qua grandævus Alethes. Et 9. 246. Item primus Rex Corinthiorum, de quo Pausan. lib. 2.

ALĒTHĪA, æ. f. [ἀλήθεια] i. e. Veritas: Æon hæreticorum apud Tertull. adv. Valent. cap. 12.

ALETIDES, [ἀλητίδες] Sacrificia quædam Atheniensium, pro Icario & Erigone, quæ oscillis agebantur. Cum enim in finibus Atheniensium multæ virgines sine causa suspendio sibi mortem consciscerent, propter Erigonem, habito ab Apolline oraculo, sacrificium solenne instituerunt, quod publice privatimque faciebant, & id Aletides appellabant, quod Erigone cum cane ignota & solitaria patrem Icarum mendica persequuta sit, quas Græci ἀλητίδας nominant: & ἀλήτης, Mendicus, vagus, & erro dicitur. V. Hyginus. Fab. 130. & P. A. 2. 4.

ALETIUM, Oppidum Salentinorum in Italia, authore Ptolemæo, & Plin. lib. 3. cap. 11.

ALETINI, Salentinorum populi. Plin. lib. 3. cap. 11.

ALETRINATES, Italiæ populi, ab oppido ALETRIO. quod & Alatrium scribitur. V. Supra h. v. Plin. lib. 3. cap. 5. ALETRINI, apud eundem lib. 3. cap. 11. Fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinati. Cic. pro Cluent. 20.

ALETTRINENSIS, Cic. pro Corn. Balb. 22.

ALERŪDO, ĭnis. f. Corporis pinguedo. Author Festus, ab Alendo, sed obsoletum.

ALEU, Insulæ nomen in Arabia, Plin. lib. 6. cap. 28.

ALEURON, i. n. Farina, proprie tritici: Alphiton vero, hordei. hinc Aleurites panis apud Ruellium lib. 2. cap. 14.

ALEUS, Aphidantis filius, qui Minervæ templum condidit apud Tegeam Arcadiæ urbem, authore Pausania.

ALEUS, Adj. [Ἀλεὸς] ut Alea Minerva. Stat. 4. Theb. 288. Cæl. Rhodig. lib. 9. cap. 47. vocat Haleam.

ALEX, ēcis. f. sine plur. Genus est liquaminis, quod Plin. Muriæ vitium, & imperfectam nec colatam fæcem appellat lib. 31. cap. 8. conf. Lister. ad Apic. 7. 2. p. 188. & 7. 6. p. 196. Scribitur & Alex. q. V.

ALLECULA, vel ALECULA, dimin. Columel. l. 6. c. 8. & 8. 15.

ALECATUS, a, um. ut, Jus alecatum. Apic. 7. 6.

ALEX, [Ἄληξ] Fluvius Rheginum agrum a Locrensi disterminans, per vallem profundam cursum habet. Strabo l. 6. apud quem scribitur Alex, Alecis: apud Theocritum vero Ales, Aletis. Hic fluvius Plin. Carcinas appellatur: Pausaniæ & Æliano Cæcinus Volaterr. V. Cellar. Orb. Ant. p. 738. Periz. ad Æl. 8. 18.

ALEXAMENUS Ætolus, Nabidis tyranni Lacedæmonii interfector, mox ab Lacedæmoniis ipsis in regia obtruncatus. Liv. 4. Decad. l. 5.

ALEXANDER, Ἀλέξανδρος nom. viri propr. Alexander Molossorum rex. Tarentinis, a quibus invocatus fuerat, infensus, publicum Græcorum conventum tractus illius, eorum compulsus odio, ad Thuriorum agrum traducere conatus est, cum in Herculea Tarentinæ telluris æde celebrari mos esset. Author Strab. lib. 6.

Alexander Aphrodisiensis, [Ἀφροδισιεύς] sub Severo & Antonino Caracalla philosophiam professus, primus omnium Aristotelem antea viris doctis magis laudatum, quam intellectum, commentariis enarravit: e cujus schola viri docti emanarunt, Themistius, Ammonius, Simplicius, Philoponus, Olympiodorus, Aristotelis omnes commentatores. Volaterr.

Alexander Ægeus, interpres Aristotelis, Præceptor Neronis. Franc. Patric. Tom. 1. Disc. Perip. lib. 3. f. 32.

Alexander Ætolus, ex civitate Pleuronis, Grammaticus, idemque Poëta Tragicus, inter septem tragœdiæ scriptores numeratus, qui cognominati sunt Pleias, tempore Ptolemæi Philadelphi. Suidas & Volaterr. Ejus meminit & Strabo lib. 14. Gell. 15. 20. Macrob. Sat. 5. 22.

Alexander Ephesius, qui Lychnus est cognominatus, Orator magnus est habitus, & in Republica versatus, & historiam scripsit, & carmina, in quibus de cœlestibus tractat, & terras continentes describit. Author Strabo l. 14.

Alexander Epicureus. Plutarch. 2. Sympos. Q. 3.

Alexander Epirotes, seu Rex Epiri. Liv. 8. 24.

Alexander Grammaticus, Asclepiadæ filius, ex Cotiæo Phrygiæ oppido,

de varia Historia sive materia vigintiquatuor scripsit volumina, peritissimus ætatis suæ vir. Hermol. in Plin. lib. 5. cap. ult.

Alexander e Seleucia Ciliciæ, Magister epistolarum Græcarum M. Antonini principis, Herodis æqualis, docuit Romæ & Athenis, cognominatus Πηλοπλάτων. Volaterr.

ALEXANDER MAGNUS, Philippi Macedonum regis & Olympiadis filius, forma fuit supra hominem augusta, cervice celsa, lætis oculis, & illustribus, malis ad gratiam rubescentibus, reliquis corporis lineamentis non sine majestate quadam decorus. Præceptoribus Aristotele & Callisthene usus, terrarum orbem victor peragravit. Subegit Asiam, Iberiam, Albaniam, Cappadociam, Syriam, Ægyptum. Taurum, Caucasumque montes transgressus, Bactros domuit: Medis, & Persis imperavit. Cepit Indiam, emensus omnia ad quæ Liber & Hercules accesserant. Victor omnium, vino & ira victus, morbo vinolentiæ apud Babylonem exemptus est. Solinus c. 14. Seneca Epist. 83. Quanquam plures sint qui veneno extinctum censeant. lege Plutarch. in ejus Vita, & Curt. l. 10. extr. Haud sufficere sibi unum orbem existimavit: ob eam causam Græci ἀλεξανδρῶδες pro θαυμαστὸν, admirabile, dixerunt, ut ad l. 3. Silii Heinsius observat. Memorabile est quod refert Polyænus 4. 3. 1. eum decrevisse homines omnes, non homines, sed Alexandros appellare. Ejus gesta multi præter Plutarchum & Arrianum apud Græcos scripsere: apud Latinos Q. Curtius.

Alexandri Ferula quid sit, docet his verbis Strabo l. 13. Alexander Homeri studiosus fuit: unde etiam Homericæ poëseos emendatio quædam fertur, quæ ex Alexandri ferula seu Narthecio dicitur, posterior Callisthenis & Anaxarchi correctione. Is enim quædam adnotavit, quæ postea in ferulam conjecit, quam in Persica gaza invenerat sumptuose instructam. Eandem sententiam habet Plin. lib. 7. cap. 37. & Cic. 5. Fam. 12.

Fortis Alexander. Hor. 2. Epist. 1. 241.

Magnus. Hor. 2. Epist. 1. 232.

Alexander Milesius Polyhistor cognominatus, libertus Cornelii Lentuli, Grammaticus, Romæ docuit. Syllæ temporibus extinctus est ex incendio domus apud Laurentes, Suidas & Volaterr. V. etiam Hieron. Quæst. Ebr. cap. 25.

Alexander Myndius, scriptor ὀνειροκριτικῶν. Artemidor. 2. 71. Ælian. de Animal. 3. 23.

Alexander Pheræus in Thessalia tyrannidem apud Pheræos exercuit. De hoc Cic. 2. Off. 25. Quid Alexandrum (inquit) Pheræum quo animo vixisse arbitramur? qui quum uxorem Theben admodum diligeret tamen ad eam ex epulis in cubiculum veniens, barbarum & eum quidem compunctum notis Threiciis, districto gladio jubebat anteire: præmittebatque de stipatoribus suis, qui scrutarentur arculas muliebres, & ne quod in vestimentis telum occultaretur, exquirerent. O miserum, qui fideliorem & barbarum & stigmaticum putaret, quam conjugem! Nec eum fefellit opinio: ab ea enim est ipse propter pellicatus suscipionem interfectus. Ovid. quoque meminit in Ibin, v. 321.

Inque tuo thalamo juguleris more Pheræi,
Qui datus est leto conjugis ense suæ.

Et Val. Max. lib. 9. cap. 14. Plutarch. & Nepos in Pelopid. cap. 5.

Alexander Priami filius, qui postea Paris fuit appellatus. V. PARIS.

ALEXANDER SEVERUS, vel potius M. AURELIUS SEVERUS ALEXANDER, a Senatu Ro. occiso Macrino, cum Diadumeniano F. Cæsar appellatus, deinde ab Elagabalo consobrino suo, Mæsæ aviæ artibus adoptatus, post ejus cædem Imperator salutatus est. Omni laudum genere inclytus, dum tuendis ac propagandis Imperii Ro. finibus intentus est, devictis jam Parthis, in expeditione Germanica, Maximini scelere ac dolis, cum Matre Mamæa ad Moguntiam A. Æt. XXIX. Imp. XIV. occisus est.

ALEXANDRA, quæ & Cassandra dicta est, Priami filia, ac vates. Ejus nomine Lycophronis inscribitur poëma de Alexandra Paride. Volaterr. V. CASSANDRA.

Alexandra, Alexandri Judæorum regis uxor, cui vir moriens administrationem regni reliquit. Hegesippus l. 1. c. 12. de Excidio Hierosolym.

ALEXANDRĪA, [Ἀλεξάνδρεια] Nomen est trium urbium ab Alexandro Macedone conditarum. Siquidem una est in Ægypto, ad ostium Nili sita, quod a nonnullis Canopicum dicitur, ut scribit Solinus cap. 45. Hanc describit amplissime Strabo lib. 17. Arrian. lib. 3. Ammian. lib. 22. Curt. lib. 5. Plin. lib. 5. cap. 10. Egesipp. 4. 27. confer etiam, qui in laudem ejusdem plura collegit, Barth. not. ad Zach. Mitylenæum p. 285. seqq. & Lex. Pitisc. Hodie *Scanderick* vulgo dicitur a Turcis. Aliam eodem nomine condidit in Asia, aliam item in Scythia super Tanaim. Dicitur item Alexandrēa. Propert. lib. 3. 9. 33.

Noxia Alexandrea, dolis aptissima tellus. Sic. Hor. 4. Carm. 14. 35.

Est præterea Alexandria, Urbs Liguriæ ab Alexandro Pontifice condita.

Alexandria, Civitas est in Margiane regione, qua diruta a barbaris, Antiochus Seleuci filius eodem loco restituit Syriam, interfluente Margo, qui corrivatur in Zotale. Is maluerat illam Antiochiam appellari. Hæc Plin. lib. 6. cap. 16.

Alexandria, Urbs est ab Alexandro condita ad Tigrim fluvium, ubi milites inutiles reliquisse fertur. Alias Charax. Plin. lib. 6. cap. 27. Est & hoc nomine alia in finibus Sogdianorum, de qua Plin. eod. lib. cap. 16.

Alexandria, Ariorum cognominata, quam præfluit Arius fluvius. Plin. lib. 6. cap. 23.

Alexandria, Urbs Troadis, Romanorum colonia, olim Troas Antigonia dicta. Plin. lib. 5. cap. 30.

Alexandria, Nomen est agonis. Strabo lib. 14. Chalcidibus lucus imminet, Alexandro Philippi filio dicatus. Hoc in loco certamen Alexandria nuncupatum, ab universa Ionia celebratur.

ALEXANDRĪNUS, Adj. [Ἀλεξανδρεύς] Quintil. lib. 1. cap. 2. Ne Alexandrinis quidem deliciis verba permittenda risu & osculo excipimus. V. paulo infra de his Deliciis, quo pertineant.

Alexandrina Laurus, V. DAPHNITIS.

Alexandrinæ Naves. Suet. cap. 98. & Sen. Epist. 77. pr. quæ supportando frumento maxime, quanquam & aliis mercibus, in Italiam ab Augusto instituta classis fuit, de qua Lips. in Electis 1. 8. Niliacum Cataplum vocat Martial. lib. 12. 75. Eo interpretanda & Pharia Puppis apud Stat. 5. Silv. 5. 66.

Lasciva autem & corruptissima ea Natio fuit. Unde Alexandrina vita atque licentia apud Cæs. 3. Bell. Civil. 110. pro corruptela militiæ proponitur. Alexandrinæ Deliciæ tamen apud Quintil. supra, non de Mollitie gentis ἁπλῶς interpretandæ sunt, verum proprie, de pueris Ale-

xandrinis, qui ob dicacitatem Romanis in deliciis erant. V. ibi Burm. Ep. 27. & ad Petron. cap. 31. 119. & Barth. ad Stat. Sylv. p. 107. seqq.

ALEXANDRIDES, æ. m. Historicus qui res Delphicas descripsit. Confunditur quandoque cum Anaxandride, nisi hoc unicum diversorum virorum nomen est. V. Kuster. ad Aristoph. Plut. Schol. 926. & Casaub. in Athenæum 6. 18.

ALEXANDRIUM, [Ἀλεξάνδριον] Judææ oppidum apud Josephum lib. 14. Antiq. Judaic. cap. 6. Meminit & Strab. lib. 16. Vulgo *Alexandrin.*

ALEXANDRŎPŎLIS, Parthorum civitas, sic dicta ab Alexandro Magno conditore, ut author est Plin. lib. 6. cap. 25.

ALEXETERIUS, a, um. [ἀλεξητήριος] Depulsorius, depellendi vim habens, ab ἀλέξω, arceo. Ut Alexeteria arma. Plin. 32. 8.

ALEXETERIUM, ii. n. Remedium, amuletum apud Medicos. V. Cæl. Rhod. 6. 12.

ALEXIA, Ptolemæo Regiacum [Ὀελγίακον] Alesiam appellat Diodorus Siculus Bibl. lib. 4. & 5. ab Hercule conditam, totius Celticæ metropolim. Meminit Strabo lib. 4. & Florus 3. 10. 23. Hodie vicus est in Duc. Burgundiæ. *Alise* vocant. Eam Cæsar longa obsidione oppugnavit, ut apperet ex ejus lib. 7. de Bell. Gall. 68. conf. Plutarch. in Cæs. Vellei. 2. 47. Tacit. 11. Ann. 23. 3. V. Lex. Pitisc.

ALEXICĂCUS, [Ἀλεξίκακος] In malis adjutor, defensor, malorum aversor ac depulsor, hominum defensor. Alexicaci Dæmones a veteribus dicebantur, qui noxas & diras arcere amolirique existimabantur: qui & ἀποπομπαῖοι & ἀποτρόπαιοι: necnon λύσιοι, & φύξιοι appellabantur. Bud. & Cælius lib. 1. cap. 32. Contra dii mala inferentes, his nominibus vocabantur, ἀλιτήριοι, προστρόπαιοι, παλαμναῖοι, authore Polluce, 5. 26. Proprie tamen tribuebatur Epitheton istuc Herculi & Apollini. Pausan. in Attic. Alexicaci Apollinis simulacrum effinxit Calamis. Id deo nomen inditum aiunt, quod pestilentia, quum bello Peloponnesiaco in Attica grassaretur, oraculo Delphis reddito, populum liberavit. De Hercule V. Lactant. 5. 3. Varro 6. de L. L. 5. Cæl. Rhod. 16. 19. & Lex. Pitisc.

ALEXIO, ōnis. Medicus, Ciceroni familiaris, cujus meminit Att. 15. 1: 2. & 7. 2: 13. 25.

ALEXIPHARMĂCON, i. n. [ἀλεξιφάρμακον] est Genus pharmaci: quod nomen verti potest Auxiliare medicamentum, sive Remedium cum auxilio. Plin. lib. 21. cap. 20. Nec magis alia herba convenit medicamento, quod alexipharmacon vocant. De Polio.

ALEXĬRHŎE, es. f. Nympha quæ peperit Æsacon, Priami filium. Ovid. 11. Met. 763. al. Alixothoe. [Locus admodum vexatus.

ALEXIS, quem dicunt Alexandrum, Asinii Pollionis servus, sic dictus quasi sine responsione, ac superbus: quem Virgilius rogatus ad prandium, quum vidisset in ministerio omnium pulcherrimum, dilexit, eumque dono accepit. Hæc Servius enarrans illud Virg. 2. Ecl. 1.

Formosum pastor Corydon ardebat Alexin. Apuleius, Apolog. p. 279. Elm. Quanto modestius tandem Mantuanus, inquit, Poëta, qui itidem ut ego, puerum amici sui Pollionis bucolico ludicro laudans, & abstinens nominum, sese quidem Corydonem, puerum vero Alexin vocat? Alexin autem nominavisse suspicatur de nomine illius pueri, quem epigrammate Plato laudarat, cujus initium est, Νῦν ὅτε μηδὲν Ἄλεξις, &c. Turnebus. Adv. 29. 13.

Alexis, Statuarius nobilis, Polycleti discipulus. Plin. lib. 34. cap. 8.

Alexis, Amanuensis Attici. Cic. 7. Att. 2. Alexin humanissimum puerum, nisi forte dum ego absum, adolescens factus est (id enim agere videbatur) salvere jubeas velim.

Alexis Thurius, [Ἄλεξις Θούριος] qui prius Sybaris dicebatur, Poëta Comicus ante Menandrum. Reliquit plures fabulas, habuit filium Stephanum, poëtam & ipsum Comicum. Suidas. Meminit Gell. lib. 2. cap. 23. adde Vossium de Poëtis Græcis cap. 8.

A L G

ALGA, æ. [φῦκος θαλάσσιον] Herba quæ nascitur in aquis marinis. Dicta ab Algore aquæ, vel quod crassitie pedes alliget. Plin. (locum non rep.) Littus non arenosum, sed alga & fluviorum sordibus plenum. V. Virg. 7. Æn. 590. Hor. 2. Serm. 5. 8.

Et genus & virtus, nisi cum re, vilior alga est. Virg. Ecl. 7. 42.

Alga inutilis. Hor. 3. Carm. 17. 10.
Marina. Palladius.
Mollis. Val. Flacc. 1. Argon. 252.
Rubra. Claud. de Magnete. v. 15.
Viridis. Claud. in 1. Ruffin. 387.

ALGENSIS, e. denom. ab Alga. Plin. lib. 9. cap. 37. Lutenses & algenses purpuræ. Quæ in limo & alga enutriuntur.

ALGIANUS, a, um. Idem. ut, Olea algiana. Columel. lib. 5. cap. 8.

ALGŌSUS, [φυκώδης] Plin. lib. 32. cap. 9. Purgant & myaces: quorum natura tota in hoc loco dicetur. Acervantur muricum modo, vivuntque in algosis. h. e. In locis alga abundantibus. Auson. Epist. 7. v. 42. Algosum littus.

ALGEBRA, æ. f. Arabica numerorum scientia. V. Casp. Schotti Curs. Mathem. p. 527.

ALGEO, si, [κρυμώω] ēre. Idem quod Frigere. Videtur tamen esse Frigere vehementius. Algeo, inquit Festus, ex Græco ἀλγῶ dicitur, i. e. Doleo: ut sit Frigus, Dolor quidam membrorum rigore conjectus. [Collectus conjiciebat Vulcan. forte, *Rigori conjunctus.*] Cic. 2. Tusc. 34. Itemque Lycurgi leges, laboribus erudiunt juventutem, venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, æstuando. Hor. in Arte Poët. 413.

Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit, fecitque puer, sudavit & alsit. Juven. 1. Sat. 74.
— Probitas laudatur & alget. h. e. Friget virtus: quia

pauci eam exercent. [Immo Alget inopia.

Algentes [κρυμώντες] pruinæ. Stat. 3. Theb. 469.

ALGESCO, ēre. Prudentius Apotheos. v. 142.

— rabiem flammarum algescere cogit.

ALGĬDUS, Adj. [κρυμῶν, κρυοεις] Idem ac Algens, gelidus. Catul. 58. de Berecynthia & Aty, 14. nivem vocat algidam.

ALSIUS, [κρυωδέστερον] compar. ab Alsus, unde & Alsiosus. Cic. 4. Att. 8. Nihil quietius, nihil alsius, nihil amœnius. Idem 3. Q. frat. 12. Jam apodyterio nihil alsius, nihil muscosius.

Alsia corpora, Quæ frigus ferre non possunt. Lucret. lib. 5. 1014.

Ignis enim curavit, ut alsia corpora frigus
Non ita jam possent cœli sub tegmine ferri. V. Giphan. & Interpp. in loc.

ALSIŌSUS, Adj. [κρυώδης] Quod naturæ est frigescentis, & facile a frigore læditur. Plin. lib. 20. cap. 13. Alsiosisque crudam dederunt in cibo. Idem lib. 21. cap. 10. Abrotonum & adonium alsiosa admodum sunt. Sic Alsiosum pecus. Varro 2. de R. R. 3.

Quæque Aventinum tenet, Algidumque.

ALGIFĬCUS, [κρυμοποιός] Gell. lib. 19. cap. 4. Quod timor sit omnibus algificus. i. e. Frigus inducit, algorem facit.

ALGOR, ōris. m. [κρυμός, ψῦχος] ab Algeo, sicut Calor a Caleo; Idem quod Frigus, sive potius Frigus vehementius. Plin. lib. 14. cap. 2. Æstu magis, quam algore vexantur.

Patiens algoris. Sallust. in Catil. c. 5. Corpus patiens inediæ, vigiliæ, algoris.

ALGUS, ûs. Idem quod Algor. Plaut. Rud. 2. 7. 24. Tu vel suda, vel peri algu. Idem, Paupertatem, algum, famem. Lucret. lib. 3. 733. — morbis, alguque, fameque. Nomen obsoletum, sine plurali. Nonius 2. 28. legit Algo, sed vel usus est corruptis libris, vel ipse mendosus est, atque apud eum legendum Algu pro Algore, & loci omnes qui ab eo proferuntur, sic sunt restituendi, ex Prisciano, & Charisio antiquis grammaticis. V. Lambin. in Lucret. & Lex. Parei.

ALGĬDUM, [Ἄλγιδον] Italiæ oppidum, non procul a Tusculo in alto monte situm, ex aëris algore propterea dictum, nunc *Roca di papa* ex veteris situ descriptionis existimatur, sylvaque proxima adhuc Alii sylva cognominatur. Volaterr. lib. 6. Strabo lib. 5. dicit Algidum esse oppidulum post montes Tusculanos, ad quos descendebat via Latina. Hor. in Carm. Secul. 69.

ALGIDENSIS, Adj. [Ἀλγιδεύς] Plin. lib. 19. cap. 5. Algidense raphani genus a loco, longum atque translucidum.

ALGĬDUS, [Ἄλγιδος] Mons ab Urbe XII. passuum millibus distans: ab assiduo frigore sic dictus. Et ab hoc quoque sylva Algida dicta est, huic monti subjacens. Cic. in Orat. c. 45. Vos qui accolitis Histrum fluvium atque Algidum. Plin. lib. 18. cap. 13. Eutrop. 1. 15.

Algidus ferax. Hor. 4. Carm. 4. 58.
Gelidus. Hor. 1. Carm. 21. 6.
Nivalis. Hor. 3. Carm. 23. 9.
Nam quæ nivali pascitur Algido. V. Lex. Pitisc.

ALGOR, V. ALGEO.

ALGOROR, in versibus quibusdam, qui afferuntur in regulis Grammaticalibus:

Gratulor & Lætor, Delector & Algoror, adde
Glorior, Expergiscor, Contentor quoque, Tristor
Atque Verecundor &c. Paulo post in seq. Regula:
Hæc solum casum non Deponentia poscunt. H. St.

ALGOSUS, V. ALGA.

ALGUS, V. ALGEO.

A L I

ALIA, ALIAS, ALIBI. V. ALIUS.

ALIARTUM, Bœotiæ oppidum, a M. Lucretio Prætore expugnatum. Liv. 5. Decad. lib. 2.

ALIBANTES, [ἀλίβαντες] Mortui dicuntur, παρὰ τὸ μὴ ἔχειν λιβάδα, h. e. Eo quod humido illo naturali destituti sint. Cæl. Antiq. lib. 3. cap. 12.

ALIBILIS, V. ALO.

ALĪCA, æ. [χόνδρος] Potio: dicta quod corpus alat, ut ait Festus. Pultis genus esse videtur intelligi posse ex Plin. l. 18. c. 11. ubi ejus conficiendi multas rationes commemorat. Alica (inquit) fit e zea, quam semen appellavimus: tunditur granum ejus in pila lignea: ne lapidis duritia conterat. Et paulo post, Alica adulterina fit maxime quidem e zea, quæ in Africa degenerat. Latiores ejus spicæ nigrioresque, & brevi stipula, pinsunt cum arena, & sic quoque difficulter deterunt utriculos, fitque dimidia modii mensura. posteaque gypsi pars quarta inspargitur: atque ut cohæsit, farinario cribro subcernunt. Quæ in eo remansit Exceptitia appellatur, & grandissima est, &c. Idem Plin. pro Frumenti genere posuit lib. 18. cap. 7. ubi frumentorum genera & eorum sationem commemorat. Aliqui (inquit) verna, milium, panicum, lentem, cicer, alicam appellant. Ibid. Tunicæ frumento plures. Hordeum maxime nudum & alica, sed præcipue avena. V. quoque Ruell. lib. 2. cap. 26. & Palladium in Junio, cap. 12. Item Cels. 2. 18. 20: 3. 6. 7. & 4. 7. & Plin. 2. Epist. 1. 15.

ALICARIÆ Meretrices appellabantur in Campania, solitæ ante pistrina alicariorum versari, quæstus gratia: sicut hæ quæ ante stabula sedebant, dicebantur Prostibula. Festus.

ALICARII, [χονδροπῶλαι] Qui alicam conficiunt, venduntve. Lucil. Sat. 15. apud Charis. lib. 1. p. 75.

ALICULA, [χονδρίδιον] dimin. ab Alica. Martial. lib. 12. 83.

Mittebat Umber aliculam mihi pauper:
Nunc mittit alicam: factus est enim dives.

ALICASTRUM, Genus farris est, ea forma ab Alica derivatum, qua Siliquastrum a Siliqua. Columel. lib. 2. cap. 26. Semen trimestre, quod dicitur Alicastrum, idque pondere & bonitate præcipuum est.

ALICUBI, ALICUNDE. V. ALIUS.

ALID, pro Aliud. V. ALIUS.

ALICULA, æ. f. sive ALLICULA. Alliculæ recensentur ab Ulpiano inter Pueriles vestes, in 34. ff. t. 2. l. 23. §. 2. D. de aur. & arg. ubi tamen in vulgatis libris legitur Alicubi. Legendum putat Hotomannus Alliculæ, ut manicatæ tunicæ intelligantur, quæ pueris decoræ, grandioribus autem minus honestæ apud Romanos erant: ut patet ex Gell. lib. 7. cap. 12. Nam ἄλλιξ (ut inquit Hesychius) χιτὼν χειριδωτός est. Id est, Allix, est Tunica chirodota, id est, manicata. Velius Longus. Aliculam existimant dictam, quod alas nobis injecta contineat. Petron. cap. 40. f. Fragm. Trag. p. 12. Alicula Subornatus. Vid. Schefferi Not. p. 83. Burm. p. 179. & Turneb. Adverf. 18. 23. & 28. 5.

ALIENATIO, ALIENATUS. V. post Alieno in ALIUS.

ALIENĬGĔNA, æ. com. g. (vel om. secundum Probum) [ἀλλόφυλος] significat

significant Externum, vel Alieni generis, vel Inter alienos genitum. Gell. lib. 2. cap. 24. Neque vino alienigena, sed patrio usuros. Hic & in similibus Priscianus ait figurate neutro generi junctum esse. Cic. pro Font. 22. Iniquos æquis, alienigenas domesticis.

Alienigenarum multitudo. Livius l. 39. pag. ima. Jam tum multitudine alienigenarum Urbem onerante. H. St. Est cap. 3. extr.

Alienigenæ dii. Cic. pro Cornel. 25.

Hostes. Cic. 4. in Catil. 10.

ALIENIGĔNO, āre. Legitur in veteri Inscript. apud Fabrettum, p. 69. Cum monumentum vendere aut alienigenare voluerit. pro Alienare.

ALIENIGĔNUS, a, um. Adj. [ἀλλόφυλος] Columel. l. 8. c. 16. Ne nos alienigeni pisces decipiant. Val. Max. 1. 5. ext. 1. Adjici nostris duo ejusdem generis alienigena exempla non absurde possunt. Hoc in loco ita sentit Priscianus declinandum esse. Probus tamen diceret esse a primo declinatu.

Alienigena justitia, pro Justitia externorum. Valer. l. 6. c. 5. de Justitia.

Ligna alienigena. Lucret. lib. 1. 873. i. e. Ex elemento diversæ naturæ.

Membra Centaurorum. i. e. Humana & equina. Lucret. l. 5. 878.

Mores. Val. Max. 226.

Res. i. e. Alienorum geniorum, sive naturarum diversarum. Lucret. lib. 1. 866.

Studia. Val. Max. 2. 1. prope fin.

Terræ. Lucret. lib. 1. 870.

ALIENO, ALIENUS. V. ALIUS.

ALIFA, [Ἀλίφα] Samnitum urbs Ptolemæo, V. infra. ALIPHE.

ALIFER, ALIGER. V. ALA.

ALIGMON, ōnis. Nomen fluvii. Claud. de Bell. Get. 17. 41.

Et frustra rapidum damnant Aligmona Bessi.

ALII, Populi sunt Elienses, vel ELEI aliter vocati: quos gessisse bellum cum Ætolis ex Polybio cognoscimus. Plaut. Capt. 1. 1. 32. Pater Captivos commercatur Alios. i. e. Eleos mercatur. Eodem modo in prologo, 27. Cœpit captivos commercari hic Alios. Sic restituit Turnebus.

ALIMA, [ἄλιμα] Medicamenta dicuntur, quæ famem aut sedant, aut prohibent obrepere. V. supra in dictione ADIPSA.

ALIMALA, [Ἀλίμαλα] Stephano, Locus est in Lycia.

ALIMENTUM. &c. V. ALO.

ALIMODI, V. ALIUS.

ALIMON. n. Auro, herba quæ gustantes esurire non patitur. Theodorus aliquando vocat Aleram, Albucium. Dicitur & Alimos. Plin. l. 17. c. 24. Nec viscum prodest & cytisus: nec auro, quod alimon vocant Græci. Sed. V. Hard. ad l.

ALIMONTIA Mysteria, apud Arnob. l. 5. p. 176. Quæ sint incertum est, cum & lectio sit incerta.

ALIMUS, [ἀλιμὸς] Frutex est sepimentis idoneus, similis rhamno, sine spinis, foliis oleæ, sed latioribus. De hoc Dioscor. l. 1. cap. 105. Ubi Halimus cum aspiratione rectius scribitur. Plin. lib. & cap. 22. & Galen. lib. 6. Simplic. Medicam.

ALINDA, [Ἄλινδα] Urbs Cariæ, in qua regnavit Ada filia Hecatomni regis Cariæ, auxilio Alexandri magni. Strab. lib. 14.

ALINDOIA, [Ἀλίνδοια] Civitas Macedoniæ. Stephanus.

ALIO, &c. id genus, V. ALIUS.

ALIPHÆNÆ vel ALIPANTA, Emplastra quæ constant ex medicamentis non pinguibus. Cels. lib. 5. cap. 19. Sane λιπαίνω id significat quod Impinguo: α vero particula est privativa. [Antiquiores editiones Alipenæ exhibent, Jo. Cæsarius ex conjectura Aliparæ, Guil. Pantin. ex Aëtio ἀλίπαντα reposuit, probante Ronsseo. Henr. Steph. ἀλιπῆ, quanquam in Thes. Gr. ἀλίπαινα agnoscit.

ALIPES, V. ALA.

ALĪPHĀNI, vel ALLIFĀNI, [Ἀλιφανοὶ] ab Aliphe urbe. Plin. lib. 3. cap. 5. Hinc Aliphana, Pocula grandiora apud Hor. 2. Serm. 8. 39.

Invertunt Aliphanis vinaria tota. V. Sil. lib. 12. 526. Liv. 22. 13.

Alifanus ager. Cic. 2. de Lege Agr. 65.

Tractus Alifanus. Cic. pro Planc. 22.

ALĪPHE, es. [Ἀλίφη] Strabo lib. 5. Æsernia & Aliphe, Samnitica sunt oppida: alterum bello Marsico deletum, alterum superstes adhuc. Sil. Ital. lib. 8. 536.

Allifæ, & Clanio contemptæ semper Acerræ.

Sic enim scribendum nomen ejus oppidi ex lapidibus antiquis docuit Cellar. G. A. l. 2. c. 9. 110. V. Liv. 8, 25. 9, 38.

ALIPHIRÆI, Populi Arcadiæ, authore Plin. lib. 4. cap. 6. ab Aliphira oppido, cui nomen dedisse Lycaonis filius creditur, ut tradit Hermolaus in Plin. Cic. 6. Att. 2. Arcadiæ censebat esse Lepreon quoddam maritimum. Tene autem, & Aliphera, & Tritia νεόκτιστα ei videbantur. Idque τῷ τῶν νεῶν καταλόγῳ confirmabat, ubi mentio non fit istorum.

ALIPILUS, V. ALA.

ALIPTERIUM, [ἀλειπτήριον] Locus erat in balneis, in quo loti ungebantur. Cæl. lib. 16. cap. 48.

ALIPTES, æ. m. [ἀλείπτης] Unctor, qui athletas certaturos ungebat, & magister ac præceptor athletarum dicebatur. Juven. 3. Sat. 76.

Grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes. Idem 6. 421.

Cic. 1. Fam. 9. Sed vellem non solum salutis meæ, quemadmodum medici: sed etiam ut aliptæ, virium & coloris rationem habere voluissent. V. Mercurial. de A. Gymnastica. Et Petr. Fabr. Agonistico. De aliptis inter balnearios servos V. Pignor. Plenius Van Dale Diss. 8. c. 8.

ALIQUA, V. ALIQUIS.

ALIQUAMMULTI, ALIQUANDIU. V. ALIQUANTUS.

ALIQUANDO, [πώποτε, ἐνίοτε] Adv. temporis, antep. acuit, sicut cætera ex Quando composita, teste Prisciano l. 15. p. 169. b. Ald. & significat, In aliquo tempore. Plin. lib. 3. cap. 11. Aliquando Syris vocitata.

Aliquando, pro interdum. Cic. 3. Off. 3. Liceret ei dicere, honestatem aliquando cum utilitate pugnare.

Aliquando, pro Tandem. Cic. pro Cluent. Collegi me aliquando.

Aliquando tandem, vel Tandem aliquando. Cic. in 2. Catil. pr. Tandem aliquando Quirites, &c. Idem pro Quint. 94. Spes est & hunc miserum atque infelicem aliquando tandem posse consistere.

Aliquando, de tempore præterito. Cic. pro Cluent. 67. Ut etiam bestiæ fame dominante, plerunque ad eum locum, ubi pastæ aliquando sint, revertantur.

Nonnunquam & aliquando. Cic. pro Cæcin. 14. Voluntarius amicus mulieris, &c. magis opportuna opera nonnunquam, quam aliquando fideli. [i. e. Semel, unquam, ullo tempore. Ceterum Aliquando & Unquam quomodo differant pulcre docet Priscianus l. 17. p. 186. a. Aldin.

Aliquando & sero. Cic. pro Quint. 43. De rationibus & controversiis societatis vult dijudicari. Sero. Verum aliquando tamen. Idem in Orat. 166. Aliquando, idque sero, &c.

Aliquando fore. Cic. 1. de Orat. 95. Non despero fore aliquem aliquando, qui, &c.

ALIQUANTUS, Adj. [πόσος] ex Aliquis & Quantus, Idem pene quod Mediocris vel Modicus significat. Sallust. Jugurth. cap. 105. Timor aliquantus, sed spes amplior, quippe victoribus. Quasi dicat, Aliquantum quidem timuerunt, &c. Idem, Romani signorum & armorum aliquanto numero, hostium paucorum potiti sunt.

Aliquanti, æ, a. plur. pro Aliquot: ævi inferioris, ut Barthius Adversſ. 25. 12. observavit. Eutrop. 4. 11. 6. Aliquanta oppida. Palladius 1. 19. Aliquantis diebus. Oros. 3. 13. pr. V. Cur. poster. Cellarii p. 201.

ALIQUANTO, [πόσον τι] Adv. quantitatis, ex ablativo Aliquanto factum, Idem significat quod Aliquantum: sed comparativis proprie jungitur. Plin. lib. 21. cap. 6. Folio aliquanto latiore. Cic. 6. Verr. Aliquanto amplius quam ferre possent.

Aliquanto ante, Aliquanto post. Cic. 1. Off. 23. Et aliquanto ante constituere quid accidere possit. Idem pro Cæcin. 4. Aliquanto post argentaria dissoluta.

ALIQUANTUM, [ἐπίπεσον] Adv. quantitatis, positivo, aut verbo proprie jungitur. Plaut. Bacchid. Credo timida es aliquantum soror. Cic. 5. Fam. 13. Aliquantum labefactata atque convulsa.

Aliquantum, cum comparativo. Ter. Eun. 1. 2. 51. Ejus frater aliquantum ad rem est avidior. Liv. 1. Habitum formamque viri aliquantum ampliorem, augustioremque. In quibusdam exemplaribus habetur Aliquanto.

Aliquantum cum verbo. Cic. 2. de Fin. Quod quale sit, non tam definitione, qua sum usus, intelligi potest, (quanquam aliquantum potest) quam communi omnium judicio. Idem ibid. lib. 3. 48. Qui processit aliquantum ad virtutis aditum.

Aliquantum cum genitivo. ut, Aliquantum nummorum. Cic. pro Cluent. 126. Aliquantum agri in medio relictum est. Idem 1. Off. Aliquantum spatii.

Aliquantum animi videtur nobis attulisse Labienus. Cic. 7. Att. 13.

Aliquantum jam etiam noctis assumo. Cic. 5. Fam. 26.

Aliquantum noctis, i. e. Obscuritatis. Ovid. in Ibin, 63.

ALIQUANTŬLUM, dimin. [ὀλίγον] Ter. And. 2. 6. 16. Subtristis visus est esse aliquantulum.

Aliquantulum deflectere. Cic. in Læl. 40. Deflexit enim jam aliquantulum de spatio curriculoque consuetudo majorum.

Aliquantulum, interdum est nomen: ut, Aliquantulum frumenti, aliquantulum fimi. Plin. lib. 17. cap. 8. Et hic etiam potest esse adverbium, sicut Aliquantum. Cic. pro Quint. 15. Aliquantulum æris alieni.

ALIQUANTULO, Idem. Vopisc. Aurel. cap. 34. Etsi aliquantulo tristior.

ALIQUANTILLUM, [ἐπὶ μικρὸν] Adv. quantitatis dimin. ab Aliquantulum dimin. Plaut. Capt. 1. 3. 34. Foris aliquantillum etiam quod gusto, id beat.

ALIQUANDIU, [ἐπὶ χρόνον] Adv. temporis; Aliquo tempore, non autem longo admodum: quasi tu dicas, Aliquantum diu. Cic. 1. Acad. Aristum Athenis audivit aliquandiu. conf. Liv. 3. 70. Cæs. 1. Bell. Gall. 40.

ALIQUAMMULTI, Rarissimum, pro Aliquot, i. e. Neque multi admodum, neque pauci. Cic. 6, Verr. 56. Sunt vestrúm, judices, aliquammulti qui L. Pisonem cognoverunt. Alia exemplaria habent, Sunt vestrúm Judices, quam multi, qui L. Pisonem cognoverunt. Apul. 1. Met. p. 113.

Apud Suet. in Claud. c. 20. princ. pro Quam multa fortasse legendum est, Quammulta, aut, Et Quammulta. H. St. unica voce. scil. V. Casaub. ad l.

ALIQUAMMULTUM, Adv. Apul. Apol. 1. p. 276. Hæc defensio aliquammultum a me remota est. Aldus legit Aliquomultum.

ALIQUAMPLURES, Tertull. Apol. cap. 12. Senecam aliquampluribus & amarioribus de vestra superstitione perorantem probatis.

ALIQUANTISPER, [ὀλίγον χρόνον] Adv. temporis, Ad temporis brevitatem refertur, ut ait Valla lib. 2. Plaut. Pseud. 1. 5. 158. Aliquantisper concedere hinc mihi intro lubet. Ter. Heaut. 3. 3. 11. Concedas aliquo, ab ore eorum, aliquantisper. [Quod barbare dicitur, Pro aliquo tempore. Non est plane idem, ac Paulisper, ut plerique exponunt.

ALIQUAPIAM, V. Aliquispiam in ALIQUIS.

ALIQUATENUS, V. ALIQUIS.

ALĬQUIS, a, od vel id. [τὶς, ἔνιος, ἑκάτερος] ex Alius & Quis est compositum. Donatus, Aliquis vim habet pluralem, quamvis singulariter dicatur: non enim est aliquis, nisi de multis. Plaut. Merc. Aperite hoc aliquis. Ter. Adelph. 4. 4. 24. Aperite aliquis actutum ostium. Figuratæ sunt orationes, pro Aperiat aliquis.

Aliquæ, f. pro Aliqua legitur apud Lucret. lib. 4. 264.

— fierique perinde videmus
Corpore tum plagas in nostro, tanquam aliquæ res
Verberet, &c. Alii Aliqua res legendum putant, aiuntque a ultimam vocalem esse longam, etiamsi sit recti casus. Quidam docti legendum censent, Tanquam aliqua re, in sexto casu. Verberet autem, nempe Ventus. Ex Lambino.

Aliquis, incertam personam significat: & est idem quod Quispiam. Unde quemadmodum dicimus, Si aliquis: ita, Si quispiam. Ter. And. 4. 6. 18. Simul arbitror jam esse aliquem amicum & defensorem ei.

Aliquis de nobis. Cic. 3. de Legib. 7. Puto posse, & quidem aliquem de tribus nobis. Idem pro Cæcin. Aliquis de familia.

Aliquid de. Cic. 1. Att. Ego tibi aliquid de meis scriptis mittam.

Aliquis ex. Plin. lib. 13. cap. 3. Aliquem ex privatis audivimus jussisse.

Aliquis cum genitivo. Plin. lib. 13. cap. 4. Ex palmis, gentium aliquibus panis. Cic. 13. Att. 51. expectabam aliquem meorum.

Aliquis certus homo. Cic. 1. de Invent. 7. Demonstrativum genus est, quod tribuitur in alicujus certæ personæ laudem aut vituperationem.

Is aliquis. Cic. pro Ligar. 22. Aliquem se imperatorem esse maluisse: atque is tamen aliquis, Ligarius non fuit.

Unus aliquis. Cic. 4. Verr. 129. Examinant unum aliquem diem. Idem 2. Off. 41. Nam quum premeretur in initio multitudo ab iis qui majores opes habebant, ad unum aliquem confugiebant virtute præstantem. Unum aliquem nominare. Cic. pro Cluent. 185.

Tres aliqui. Cic. 2. de Fin. 62. Tres aliqui aut quatuor.

Aliquis, venuste subauditum ante relativum Qui, quæ, quod. Cic. 2. Off. 7. Præmittebatque de stipatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres. i. e. Quosdam, sive Aliquos. Hor. 2. Serm. 1. 1.

Sunt, quibus in satyra videar nimis acer. Εἰσὶν οἱ. H. St.

Aliquorum res dicuntur, etiamsi non sint communes, sed alia unius, alia alterius. l. littus. §. fin. de verb. signif.

Aliqui, pro Aliquo: vel pro Quocunque. sicut pro Quo, dicitur Qui. Plaut. Most. 1. 3. 18. Te, Scapha, donabo ego hodie aliqui. Aul. prol. v. 24. Aut ture, aut vino, aut aliqui semper supplicat. & Truc. 5. 7. 30. Hoc vetustum est.

Aliqui Manutius in Epistolam Cœlii antique dici aït, pro Aliquis V. nostrum PseudoCiceronem. H. St.

Aliquo modo. Plaut. Stich. 4. 2. 41.

Aliquo pacto. Ter. And. 5. 3. 13. Ubi Donatus; Aliquo pacto, Quoquo modo.

Aliqua ex parte. Cic. 5. de Fin. 38. Idem pro Cluent. 67. Si modo velint aliqua ex parte liberaliter vivere.

Aliquid, subst. ut, Insigne aliquid lucri. Aliquod vero adj. ut, Aliquod donum. Plaut. Capt. 3. 4. 54. Profecto jam aliquid pugnæ edidit. Cic. 2. Fam. 5. Grave est enim homini pudenti petere aliquid magnum ab eo, de quo se bene meritum putet.

Aliquid loci. Plaut. Rud. 2. 7. 13. Da mihi aliquid loci ubi condormiscam parum. pro Aliquem locum.

Aliquid fessus, pro Aliquantum fessus. Plin. l. 5. c. 9. adverbialiter.

Aliquid monstri alunt. Ter. And. 1. 5. 15. Ubi Donatus, Duplex contumelia, & MONSTRI, & ALIQUID: minus enim esset, Aliquod monstrum. Sic, Quid mulieris uxorem habes?

In aliquo referam gratiam. V. IN.

Aliquid alium juvare. i. e. In re aliqua. Virg. 10. Æn. 84.

Nos aliquid Rutulos contra juvisse, nefandum est.

Est aliquid, pro Non prorsus contemnendum est. Ovid. 13. Met. 241.

Est aliquid, de tot Graiorum millibus unum
A Diomede legi. Idem 6. Fast. 27.
Est aliquid nupsisse Jovi, Jovis esse sororem.

Aliquem, vel Aliquid esse, pro eo quod est Existimatione præditum esse, In aliquo numero haberi. Cic. 1. Verr. 45. Ut tu tum aliquid esse videare. Ibid. Et Cæcilius tum denique se aliquid futurum putet. Idem 3. Att. 15. Itaque fac ut me velis esse aliquem: quoniam qui fui, & qui esse potui, jam esse non possum. i. e. Velis esse me non prorsus obscurum & abjectum.

ALIQUILIBET, Cæl. Aurel. Chron. 1. 4. 70. Aliqualibet causa.

ALIQUISPIAM, Nomen inventu rarum, pro Quispiam, Aliquis. Cic. pro Sext. 29. Atque ille etiam, si aliquapiam vi pelleretur. Alia exemplaria habent, Alia quapiam vi expelleretur ex hac urbe, facile pateretur. Idem 3. Tusc. 9. V. etiam Gronov. ad Liv. 41. 7.

ALIQUISQUAM, Idem Liv. 41. 7. Cic. 2. de Divin. 56. V. Gronov. Davis.

ALIQUA, [πῆ] Adv. per locum; Per aliquam partem, aut locum. Cic. 3. Verr. 67. Cuperet aliqua evolare si posset.

Aliqua evadere. Liv. 6. Bell. Pun. Siqui evasissent aliqua.

Aliqua, Aliquo pacto, aliquo modo. Ter. Phorm. 4. 1. 19. Vereor ne uxor aliqua hoc rescifcat mea. Virg. 3. Ecl. 13.

Et, si non aliqua nocuisses, mortuus esses. [In omnibus his exemplis subintelligitur Via.

ALIQUATENUS, [μέχρι τινὸς] Adv. quantitatis; Usque ad aliquam partem, sive Aliqua ex parte. Usque ad aliq. finem. Plin. l. 27. c. 12. Caulibus pluribus ab una radice aliquatenus rubentibus.

Aliquatenus se confirmavit. Columel. l. 4. c. 3.

Aliquatenus lucidior. Quintil. l. 10. c. 1.

Aliquatenus novare rem aliquam. Quintil. l. 3. c. 9.

Aliquatenus novæ. Quintil. ibid.

Aliquatenus culpæ reus est. Caius in l. Ex maleficio. §. ultimo. D. de action. & oblig.

ALIQUO, [ποῖ] Adv. Ad vel In aliquem locum. Ter. Heaut. 3. 3. 11. Aliquo profugiet militatum.

Aliquo, quum significet In aliquem locum: interdum tamen additur ei accusativus cum præpositione In. Ter. Adelph. 3. 3. 32. Credo abductum in ganeum aliquo. pro In aliquod ganeum. Ibid. 5. 2. 11. In angulum aliquo abeam.

Abigere aliquo. V. ABIGO.

Abjicere aliquo. V. ABJICERE.

ALIQUOD, V. ALIQUIS.

ALIQUORSUM, Versus aliquem locum. Adv. ex Aliquo, & Versus compositum. [Si uspiam legitur, pro Aliquo vorsum positum est, per Syncopen.

ALIQUOVERSUM, Plaut. Cas. 2. 4. 8.

ALIQUOSECUS, Ulpian. l. 1. de Off. Proconf. [Ex Thes. Lips. susp.

ALIQUOT, [τινὲς, ἔνιοι] Nomen numerale, pl. tantum num. indecl. ex Alii & Quot compositum; id significat quod vulgo dicitur, Nescio quot. Ter. And. 3. 3. 2. Aliquot me adiêre. Ubi Donatus, Aliquot, h. e. Nec multi, nec pauci.

Aliquot anni sunt, quum, &c. Cic. 9. Att. 11. Liv. 21, 11. Virg. 1. Ecl. 10.

ALIQUOTFARIAM, [ἐνιαχοῦ] Aliquot locis. Varro 1. de R. R. c. 2. In eo agro aliquotfariam in singula jugera dena culea vini fiunt. Vox inusitata.

ALIQUOTIES, sive, ut alii scribunt, ALIQUOTIENS, [ἐνιάκις] Adv. numeri. Cic. 4. Verr. 24. Aliquoties ad socios literas de istius injuriis miserat.

ALIQUOUSQUE, Adv. Usque ad aliquem locum, vel Usque ad aliquod tempus.

ALIS, pro Alius, V. ALIUS.

ALISARNA, [Ἀλίσαρνα] Oppidum est Troadis apud Stephanum, a quo fit gentile Alisarnæus.

ALISMA, ătis. n. ἄλισμα Dioscoridi 3. 160. Herba est, quam alii Damasonion, alii Lyron appellant. Plin. l. 25. c. 10. Ruell. l. 3. c. 73. tradit eam a recentioribus Pastoralem fistulam vocari, quod singulari scapo rudis fistulæ & longitudinem & effigiem quandam videatur imitari. Officinæ, herbarii, rura, a similitudine & natalibus Plantaginem vocant aquaticam: est enim arnoglossi folio, sed angustiore; amatque situs aquosos.

ALĬSONTIA, æ. m. Amnis qui in Mosellam delabitur: hodie contractius *die Eltz.* apud Auson. Edyll. 10. v. 371. ut Freher. ad l. legit, *Die Alf*, vel *Alb*, ut statuit Scaliger. Aus. Lect. 1. 2. Sed incerta omnia, judice Cellario. q. V. Tom. I. p. 218.

ALISTA, Herbam appellat Hetruria: Latium, Paradisi florem: Galli, Dei oculum: Rura nostra, *Cocolurdas* nominant. Ruell. l. 2. c. 135.

ALISTA, [Ἄλιστα] Insulæ Corsicæ urbs, in latere Meridionali. Ptolem. Hodie *Amassa.*

ALISTUS, [Ἄλιστος Ptolemæo] Oppidum Germaniæ, in tractu maritimo Saxoniæ.

ALĪSUM, [Ἄλισον Ptolemæo] Oppidum in Septentrionali plaga Germaniæ, non procul a Sicambris.

ALITER, V. ALIUS.

ALITURA, V. ALO.

ALIUBI, ALIUNDE. V. post Aliter in ALIUS.

ALĬUS, a, ud; gen. alĭus, dat. alii. [ἄλλος] Priscianus 6. p. 717. Alīus, & Alii & Aliæ in gen. invenitur. Cæcil. l. 5. Nullius aliæ rei, nisi amicitiæ eorum causa. Gell. l. 4. Erat enim jus senatori, ut sententiam rogatus, diceret ante quicquid vellet alius rei, & quoad vellet. Hic casus raro admodum legitur. Idem l. 17. c. 5. Neque alius modi isti sunt, quam cujus esse eos supra docuimus. V. Priscian. l. 6. f. 66. b. Ald.

Aliæ, genit. f. Cic. 2. de Divin. 30. Sed si eadem hora aliæ pecudis jecur nitidum atque plenum est, aliæ horridum & exile, quid est quod declarari possit habitu extorum & colore? Gell. l. 17. c. 9. Inscriptio alia, aliæ locum & nomen teneret. ita Plaut. Mil. 3. 1. 204.

Alii, in dativ. Quintil. l. 9. Non enim nescio cui alii prius: nec postea sibi uni, sed omnibus præcipit. V. Alius geminatum. col. seq.

Alius vocativo caret, & ex eo composita: ut, Aliquis, Aliquantus.

Alius, pro Alter, sive Secundus. Cic. 6. Verr. 28. Tam te has phaleras a Philarcho Centuripino abstulisse dicebant, quam alias item nobiles ab Aristo Panormitano, quam tertias a Cratippo Tyndaritano.

Inter Alter & Alius. Alter, de duobus dicitur; Alius, de multis. hoc est, Alter, unus est e duobus; Alius, ex tribus aut pluribus. ut, Annibal in transitu Apennini amisit alterum oculum. Non alium velim, quam teipsum, judicem. Nævius, Cui cæpe edendo, oculus alter profluit. Sallust. in Catil. c. 1. Animi imperio, corporis servitio magis utimur. Alterum nobis cum diis, alterum cum belluis commune est. Sed hæ duæ voces sæpe confunduntur, ut videre est paulo infra.

Alius Lysippo, pro A Lysippo, sive Quam Lysippus: idque poetice. Hor. 2. Epist. 1. 240.

Edicto vetuit nequis se præter Appellem
Pingeret, aut alius Lysippo duceret æra,
Fortis Alexandri vultum simulantia.

Idem. 1. Epist. 16. 20. & Sall. Jugurth. cap. 81. Aliud Bello mallet. ex Jani Palmerii emendatione quam adfert Spicileg. in Sallust. in Face Crit. Gruteri. Tom. 4. p. 649. (quanquam plerique libri, Quam Bellum, habent) Ac ita Liv. 5. 54. Expertis alia experiri. & Phædrus 3. 1. 41. Si accusator alius Sejano foret. conf. Curt. 5. 4. 9. Agnoscas autem in his locutionibus absorptionem electivæ particulæ, illi similem quæ in comparativis est locutionibus. Ea nimirum vis est ablativi ut absorbeat particulas, Quam, Ac, Atque. Frequentius exprimitur præpositio a. Cic. 11. Fam. 2. Nos ab initio spectasse otium, nec quicquam aliud a libertate communi quæsisse exitus declarat.

Aliorum sit judicium. Cic. 1. Off. 1. Nos autem quantum in utroque profecerimus, aliorum sit judicium.

Alius, dictum de duobus, ubi sine conjunctione hoc nomen geminatur. Dubitatur uter excellat, Sallustius an Livius: & alius alium præponit. Loquendi compendium est, pro eo quod est, Alii præponunt alterum, alii alterum. Nec tamen hic liceat dicere Alius alterum, auctore Valla. Sallustius in Catil. ubi de Cæsare & Catone, Genus, ætas, eloquentia, prope paria fuere, magnitudo quoque animi & gloria: sed alia alii. i. e. Diversa utrique. alia Cæsari, alia Catoni.

Alius geminatum cum verbo aut adj. plur. Plaut. Stich. 2. 2. 46. Alius alium percontamur, cuja est navis? Sallust. in Catil. Alius alio more viventes.

Aliud equo, aliud bovi. Cic. 5. de Fin. 26. Sed naturas esse diversas, ut aliud equo sit natura, aliud bovi, aliud homini, & tamen in omnibus summa communis.

Alius alium. Ter. And. 4. 5. 39. Fallacia alia aliam trudit.

Alius alium, pro Alii alios. Quintil. lib. 1. Præstat tamen ingenio alius alium. Sallust. in Catil. Alius alium hortari.

Alius alio cum comparativo. Cic. 7. Att. 2. Venio ad epistolas tuas, quas ego sexcentas uno tempore accepi aliam alia jucundiorem. Cic. 7. Fam. 25. Habes Sardos venales, alium alio nequiorem.

Aliud alio. Cic. 1. de Divin. 76. Simia, quam rex Molossorum in deliciis habebat, & sortes ipsas, & cætera quæ erant ad sortem parata disturbavit, & aliud alio dissipavit. i. e. Varios in locos disjecit.

Alius alio modo. Cic. 2. de Divin. 89. Vim quandam esse aiunt signifero in orbe, qui Græce ζωδιακὸς dicitur, talem, ut ejus orbis unaquæque pars alia alio modo moveat, immutetque cœlum.

Aliud alio tempore. Cic. 3. Q. frat. 1. 7. Quod multos dies epistolam in manibus habui propter commorationem tabellariorum, ideo multa conjecta sunt, aliud alio tempore.

Alii aliis. Cic. 1. Off. Ut ipsi inter se, alii aliis prodesse possent.

Alii sæpius repetitum, Aliquos significat in priore, vel in primo loco. Cic. in Lælio 6. Divitias alii præponunt: bonam alii valetudinem, alii potentiam, alii honores, multi etiam voluptates.

Alia Leucon, alia Leuconis asinus portat. subauditur verbum Dicit, ut sit sensus, Alia Leucon dicit. In eos dicetur, quorum oratio dissentit a factis. Ex Zenod. & Diog.

Aliud stans, aliud sedens. Sallust. in Cic. Aliud stans, aliud sedens de Repub. sentis.

Alius geminatum, interposita conjunctione Varietatem significat. Liv. 7. Bell. Pun. Aliæ atque aliæ religiones. i. e. Multæ religiones, eædemque diversæ.

Alius atque alius. Cic. in Orat. 72. Eadem res sæpe aut probatur, aut rejicitur, alio atque alio elata verbo.

Alio atque alio loco exoritur. Plin. lib. 2. cap. 10.

Alius, pro Diversus: ut, Aliud est anima, aliud corpus: vel sic, Alia res est anima, alia corpus. h. e. Anima & corpus res sunt diversæ inter se. Ter. And. 1. 2. 18. Nunc hæc dies aliam vitam affert, alios mores postulat. Ubi Donatus, Aliam vitam, pro Diversam & contrariam.

Alius, pro Diversus, venuste jungitur adverbio Longe, & adverbiis in o,

more

more comparativorum: ut, Alius es multo, quam foles. Salluft. in Catil. Longe alia mihi mens eft. Author Valla lib. 1.
Alius, pro Diverfus, fequente ET. Cic. pro Cæcin. 57. Non enim alia caufa eft æquitatis in uno fervo, & in pluribus. Idem 2. Off. 62. Alia caufa eft ejus qui calamitate premitur, & qui res meliores quærit nullis rebus fuis adverfis.
Alius & diverfus. Cic. 2. de Invent. 12. Quum communiter quædam de omnibus præcipi poffint, feparatim quoque aliæ funt cujusque generis & diverfæ præceptiones.
Alius geminatum, itidem pro Diverfus, & fere in diverfis cafibus fine conjunctione: ut, Alia alios delectant. Compendium fermonis eft, pro Alia delectant alios: alia item alios. Salluft. in Catil. Sed in magna copia rerum, aliud alii natura iter oftendit. Virg. 1. Georg. 276.
Ipfa dies alios alio dedit ordine Luna.
Idem & Aliud, contraria. Cic. in Topic. 8. Comparationum duo genera funt: unum de eodem & alio: alterum de majore & minore. Rurfum ibid. Huic generi finitimum eft illud quod appellavi de eodem & altero diximus.
Alius ab illo, pro Diverfus ab illo, venufte dicitur. Idem in propria fignificatione, Alius fum ab illo quem putas. i. e. Non is, quem putas. Cic. 11. Fam. 2. Nos ab initio fpectaffe otium, nec quicquam aliud a libertate communi quæfiffe, exitus declarat.
Alius ac, vel atque, pro Alius quam, eleganter dicitur: & in hoc genere loquendi pro Diverfus quoque accipitur. Ter. Phorm. 4. 4. 3. Aliud mihi refpondes, ac rogo. Cic. in Orat. 237. Poteft enim non folum aliud mihi ac tibi, fed mihi ipfi aliud aliàs videri. Idem 1. Fam. 9. Non alius effem atque nunc fum.
Aliud ex alio, nonnulli exponunt per Poft: ut fit, Aliud poft aliud. Cic. 9. Fam. 9. Me quotidie aliud ex alio impedit. quafi dicat, Sine intermiffione & requie. Virg. 5. Æn. 494.
— Nos alia ex aliis in fata vocamur. Sic Alia fuper alia mox.
Rerum caufas alias ex aliis aptas & neceffitate nexas videt. Cic. 5. Tufc. 70.
Ut aliud ex alio. Cic. 16. Att. 13. Tamen vide, fi forte in Tufculano recte effe poffum, ne id melius fit: (ero libentius: nihil enim ignorabo,) an hoc, quum Antonius venerit. Sed, ut aliud ex alio, mihi non eft dubium, quin quod Græci καθῆκον, nos officium. Compendium eft fermonis, in quo fubauditur verbum aliquod præfenti fermoni conveniens. h. l. incidit, vel in mentem venit.
Ex alio in aliud viciffitudo atque mutatio. Cic. 5. Tufc. 69.
Aliud in alio peccare. Cic. 9. Att. 12. Vidi Pompeium plenum formidinis. Illo ipfo die fenfi quid ageret. Nunquam mihi poftea placuit, nec unquam aliud in alio peccare deftitit.
Alia fuper alia, fignificat Plura eodem ferme tempore, & quafi acervatim aut fieri aut evenire. Plin. l. 7. Epift. 8. Aliis fuper alias epiftolis egit mihi gratias. Ubi V. Thomaf.
Alia fuper alia audere. Liv. 3. Quæ impie nefarieque per biennium alia fuper alia es aufus.
Aliter dicimus, Alii fuper alios ceciderunt, & fimilia. Liv. 1. ab Urbe, Super alium alius, vulneratis tribus Albanis, expirantes corruerunt. Ubi tamen de duobus loquitur. Ibidem, Alios fuper alios trucidare.
Alii menfes, pro Alia cœli temperie & conftitutione. Nam locis calidis & frigidis non iidem videntur effe menfes, fed diverfi. Manil. lib. 5.
— totumque volet tranare profundum
Claffibus, atque alios menfes, aliumque videre. Phafin.
Alius, partitivum nomen eft, & genitivo jungitur. Plin. lib. 11. cap. 37. Terreftrium aliis denticulatæ afperitatis venter.
Alius, relativum eft, ut Grammatici loquuntur, fubftantiæ. Virg. 2. Ecl. 49.
Tum cafia, atque aliis intexens fuavibus herbis. Ex quo fequitur, cafiam fimiliter herbam fuavem effe. Sic Salluftius citante ibidem Servio, Leonem atque alias feras. Jug. c. 6.
Inter Alii relativum & Cæteri, five reliqui. Alii, indefinite fignificat aliquos ejusdem generis de quo agitur, non autem omnes: Cæteri, fine exceptione omnes alios fignificat. Ter. Eun. 4. 7. 6. Cedo alios. Ubi Donatus, Non reliquos dixit: fed alios, quafi multi fint. Salluft. in Catil. Omnes homines qui fefe ftudent præftare cæteris animantibus. Hinc dicimus omnia alia, & cuncta alia pro cæteris. Virg. 1. Æn. 347.
— fcelere ante alios immanior omnes. Plin. lib. 7. in procemio, Principium in jure tribuetur homini: cujus caufa videtur cuncta alia genuiffe Natura. Interdum tamen ornatus gratia OMNES cum CÆTERI conjungitur. Cic. Fam. 1. Cæteris fatisfacio omnibus: mihi ipfe nunquam fatisfacio. Satis erat cæteris: fed durior ac minus plena fuiffet compofitio.
Alius nemo, elegantius dicitur, quam Nemo alius: licet ordo naturalis exigat ut dicamus, Nemo alius. Sic, Aliud nihil, alius quidam, alius quisquam, alius ullus.
Quicquam aliud. Cic. 11. Fam. 2. Non ab initio fpectaffe otium, nec quicquam aliud a libertate communi quæfiffe, exitus declarat.
Alius quidam. Ter. Adel. 5. 2. 4. Eft alius quidam parafitafter parvolus. Gell. Alius quidam veterum poëtarum.
Quis alius, infinite pofitum pro Aliquis alius. Cic. 1. Off. 10. Si verum eft Q. Fabium Labeonem, feu quem alium, &c.
Alius quisquam. Plaut. Amph. 1. 1. 244. Nec nobis, præter me, alius quisquam eft fervus Sofia. Sic, Nemo quisquam, apud Terentium.
Alius eleganter ap. Plaut. Epid. 2. 2. 28. in diftributione. Tum captivorum quid ducunt fecum? E. pueros, virgines, Binos, ternos, alius quinque.
Alius aliter. Cic. 2. de Divin. 146. Quomodo autem diftingui poffunt vera fomnia a falfis, quum eadem & aliis aliter evadant, & iisdem non femper eodem modo?
Longe alius. V. LONGUS & fupra hac col.
Aliud, fequente particula NISI. Cic. de Senect. 5. Quid eft aliud gigantum more bellare cum diis, nifi naturæ repugnare? Idem in Lælio, Amare autem nihil aliud eft, nifi eum ipfum diligere, quem ames. In hoc genere nihil refert utrum QUAM fequatur, an NISI: fublato autem nomine Aliud, non recte per QUAM fic dixeris: licet recte per NISI. Author Valla, lib. 3.
Alia, partim. Salluft. in Orat. Cottæ Conf. ad pop. Multa mihi pericula domi, militiæ; multa adverfa fuere: quorum alia toleravi, partim repuli deorum auxiliis & virtute mea. Dicere poterat, Alia toleravi, alia repuli.

Alias res agere. V. AGO.
Alia Omnia cenfere; Ire, Difcedere, vel Tranfire, in alia omnia, modus loquendi ex formula tralaticia petitus, qua magiftratus Ro. Quibus more majorum fenatum habere licuit, cum Senatus confultum per difceffionem faciebant, utebantur. Qui hoc cenfetis, illuc tranfite, qui alia omnia in hanc partem. His verbis præit, (*is, quem diximus fcil. magiftratus*) ominis videlicet caufa; ne dicat, qui non cenfetis. Verba funt Fefti l. 15. Negativa enim particula δύσφημος habita, ob eandemque rationem & Nonæ infauftæ. Fufius de eodem more Plin. Jun. l. 8. Ep. 14. q. V. Cic. Fam. 1. 2. Poftulatum eft, ut Bibuli fententia divideretur. Quatenus de religione dicebat, cuique rei jam obfifti non poterat, Bibulo affenfum eft; de tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia. Idem l. 10. Ep. 12. de Sententia Servilii: Frequens eum fenatus reliquit, & in alia omnia difceffit. Hirt. l. 8. de Bell. Gall. c. 53. Sententiisque dictis, difceffionem faciente Marcello, fenatus frequens in alia omnia tranfiit. V. Pitifci Lex. v. ALIA.
Alis, pro Alius: & Alid, pro Aliud veteres dicebant. Lucret. l. 1. 263.
Quando alid ex alio reficit natura. Idem lib. 5. ad fin.
Nanque alid ex alio clarefcere corde videbant. Sic 3. 984. & alibi frequenter. Catullus de Coma Berenices, 66. v. 27.
An'ne bonum oblita es facinus, quum regium adepta es
Conjugium, quod non fortior aufit alis. Sic enim eft legendum. i. e. Audeat alius. Charif. l. 2. Veteres non tantum alius dixere fed etiam alis, Prifcian. lib. 15. cap. de Adverbio, Alia vero affumunt dativo TER, penult. corrept. ut, Fortis, forti, fortiter; Utilis, utili, utiliter. Paulo poft, Aliter, quoque ab eo quod eft Alis, alis, ali; pro Alius, alius, alii, fecundum fupradictam analogiam profertur.
ALIA, Adv. loci, Per locum fignificans. Donatus in Hec. Ter.
ALIAS, [ἄλλοτε] Adv. temporis; Alio tempore. Hoc autem adverbium præter Latinam regulam accentum habet circumflexum in ultima, tefte Prifciano. Cic. in Lælio 1. Sed de hoc aliàs. fubaud. Agemus.
Aliâs, Alio loco vel modo. Ulp. in l. palam. D. de ritu nupt. Si qua in taberna, caupona, vel aliâs pudori fuo non parcat.
Aliâs, pro Aliter, vel Alioqui. Plin. l. 8. c. 25. de crocodilo, Unum hoc animal terreftre linguæ ufu caret: unum fuperiore mobili maxilla imprimit morfum: aliâs terribile, pectinatim ftipante fe dentium ferie. Sic idem fæpiffime. Licet Valla fecundo in Poggium dialogo neget. Vir aliâs doctiffimus. Macrob. 5. Saturn. cap. 19.
Aliâs, pro Alibi. Plin. lib. 24. cap. 14. Idæus rubus appellatus eft, quoniam in Ida, non aliâs nafcitur.
Aliâs, geminatum, pro Interdum geminato. Cic. in Orat. 256. Sed aliâs ita loquor: ut conceffum eft: aliâs, ut neceffe eft.
Aliâs, triplicatum. Plin. lib. 7. cap. 55. Alias immortalitatem animæ, aliâs transfigurationem, aliâs fenfum inferis dando.
Aliâs, quadruplicatum. Cic. 1. de Invent. 99. Atque hic item ut in noftra perfona licebit aliâs fingillatim tranfire omnes argumentationes, aliâs ad partitiones fingula genera referre, aliâs ab auditore quid defideret quærere, aliâs hæc facere per comparationem fuarum & contrariarum argumentationum.
Interdum & Aliâs. Cic. 3. de Orat. 204. Geminatio verborum habet interdum vim, lepôrem aliâs.
Aliâs aliud. Cic. 2. de Orat. 30. Itaque & illi aliâs aliud iisdem de rebus & fentiunt & judicant.
Quum fæpe aliâs, tum. Cic. in Bruto, 144. Idque quum fæpe aliâs, tum apud Centumviros in M. Curii caufa cognitum eft.
Sæpe aliâs & maxime. Cic. 1. de Orat. 38. Quorum pater & fæpe aliâs, & maxime Cenfor faluti Reipublicæ fuit.
ALĬBI. [ἀλλαχοῦ, ἄλλοθι] Adv. In loco fignificans: i. e. Alio in loco. Virg. 1. Georg. 55.
Hic fegetes, illic veniunt felicius uvæ:
Arborei fœtus alibi. Plin. l. 2. c. 3. Præterea vifus probatione alibi plauftri, alibi urfi, tauri alibi, alibi literæ figura, candidiore medio fuper verticem circulo. Idem 13. 1. & 34. 14.
Alibi, pro In re alia. Cic. 4. Acad. 103. Illud fit difputatum, non ineffe in his propriam, quæ nusquam alibi effet, veri & certi notam. Plaut. Bacch. Atque ego fi alibi plus perdiderim, minus ægre habeam.
Alibi de Perfona. Ter. Hec. 3. 1. 14. Habebam alibi animum amori deditum.
Alibi quam. Quintil. lib. 11. cap. 1. Pleraque quæ natura non funt reprehendenda, atque ideo interim funt neceffaria, alibi quam mos permiferit, turpia habentur. Aliquando QUAM omittitur. Ulp. l. 2. §. ignominiæ. D. de his qui not. infam. Ignominia miffis, neque in urbe, neque alibi, ubi imperator eft, morari licet. [Immo nihil videtur omiffum.
ALĬCŬBI, [ἐνιαχοῦ] Adv. fignificat Aliquo in loco. Cic. 9. Att. Ita ut fi falvus fit Pompeius, & conftiterit alicubi.
Hic alicubi. Cic. pro Flac. 71. Omnino mallem, & magis erat tuum, fi jam te craffi agri delectabant, hic alicubi in Cruftumino aut in Capenati paraviffes.
ALICUNDE, [ἀμόθεν] Adv. i. e. Ex aliquo loco. Ter. And. 2. 4. 3. Venit meditatus alicunde, ex folo loco. Idem Adelph. 2. 2. 35. & Phorm. 1. 5. 75.
Alicunde, non femper Locum fignificat, fed fæpe ad Rem aut Hominem refertur. Plaut. Perf. 1. 1. 44. Alicunde exora mutuum. i. e. Ab aliquo homine.
Procul alicunde. Cic. 4. Verr. 48. Non quæfivit procul alicunde.
ALIĒNUS, [ἀλλότριος, ἀλλόκοτος.] dicitur Quod eft aliorum, i. e. Quod noftrum non eft. Ovid. 1. de Arte Am. 349.
Fertilior feges eft alienis femper in agris.
Alienus cibus. Ter. Eun. 2. 2. 34.
Alienæ domi effe. Cic. 1. Tufc.
Alienum forum. Martial. in præf. lib. 12. Videor mihi litigare in alieno foro.
Alienus, Qui non eft de noftris domefticis aut familiaribus. Plaut. Stich. 3. 2. 31. Apud me cœnant alieni novem.
Item, Alieni homines, Qui nobis propinqui non funt, nec ulla cognatione aut affinitate conjuncti. Cic. in Lælio 5. Itaque cives potiores funt, quam peregrini: & propinqui, quam alieni. [Jungitur Extrario fynon. ap. Ter. Phorm. 4. 1. 13. & 16.
Alieno more vivere. Ter. And. 1. 1. 125. Contrar. Suo modo.
Aliena oratio. Plaut. Milit. 3. 1. 51. Et meam partem itidem tacere, quum aliena eft oratio. i. e. Quum alius loquitur.

Orbis. Plin. lib. 12. cap. 1. Sed quis non jure miretur, arborem umbræ gratia tantum, ex alieno petitam orbe? i. e. Non noſtro, ſed peregrino & longinquo.

Res. Cic. in Lælio. & 1. Off. 30.

Alienum, abſolute, pro Re aliena. Salluſt. in Catil. 5. Alieni appetens, ſui profuſus.

Aliena jacis. Quoties res parum ex animi ſententia cadit. Translatum ab iis qui ludunt alea, quibus jacientibus interdum ea cadunt quæ minime ſunt ad victoriam accommodata. Proinde ſiquando fruſtratur nos ſpes, recte dicemur, Aliena jacere. Adagium refertur a Diogeniano.

Largiri ex alieno. Cic. 3. Fam. 8. Quum & natura ſemper ad largiendum ex alieno fuerim reſtrictior.

Alienus, pro Alienigena, ſive eo qui non eſt noſtrâs. Plin. lib. 7. cap. 1. Tot gentium ſermones, tot linguæ, tanta loquendi varietas, ut externus alieno pene ſit hominis vice.

Alienus & Conjunctus atque amicus contraria. Cic. 3. Fam. 6. Ut tuum factum alieni hominis, meum vero conjunctiſſimi & amiciſſimi eſſe videatur.

Alienus, pro Alienato. Ter. Hec. 1. 2. 83. Poſtquam hunc alienum ab ſeſe videt. At in Phormione, 3. 3. 12. Quid? ego vobis, Geta, alienus ſum? i. e. Vos me alienum putatis, negligitis, ut alienum.

Alienus, Corruptus. Scribonius Largus Comp. 201. Si os ſcabrum, aut putre vetuſtate vitii factum eſt, expurgat & educit quantum ejus alienum eſt. V. ALIENO.

Alienum, cum Negatione, q. d. Præter inſtitutum. Cæſ. 6. Bell. Gall. 10. Non alienum eſſe videtur, de Galliæ Germaniæque moribus, & quo iſtæ nationes differant inter ſe, proponere. V. Nep. 1. 6. 1.

Aliena loqui dicuntur, qui vehementer ægrotantes aut mente capti delirant, neſcientes quid dicant. Ovid. 3. Triſt. 3. 19. ad uxorem,

Quin etiam ſic me dicunt aliena loquutum,
Ut foret amentis nomen in ore tuum. Eodem ſenſu

Alienus, Qui aliena loquitur, vel mente captus. Firmic. lib. 3. cap. 6. Si cum Sole Mars & Saturnus fuerint inventi, facient alienos, deliros, cardiacos, aut phreneticos.

Alienum, quod alias dicunt Contrarium, Celſus ſæpius Inimicum i. e. Inſalubre & noxium. Celſ. lib. 4. cap. ult. Equitare, podagricis quoque alienum eſt. conf. Salluſt. Bell. Catil. cap. 56.

Alienus cibus ſtomacho. Celſ. lib. 4. cap. 5. Sumendi cibi faciles, & ſtomacho non alieni. [Idem plenius l. 2. c. 25. de toto genere, cui opponuntur ſtomacho Apta & Idonea.

Alienum, cum genitivo. Cic. 1. de Fin. 11. Quis alienum putet ejus eſſe dignitatis, quam mihi quiſque tribuit, &c. Lucret. lib. 6. 68.
— alienaque pacis eorum. Idem 6. 1063. & 3. 832.

Aliena conſilii domus. Salluſt. in Catil. c. 40. Ille eos in domum D. Bruti perducit, quod foro propinqua erat, neque aliena conſilii propter Semproniam.

Alienus, cum dativo. Quintil. in procem. lib. 1. cap. 5. Ego autem quum exiſtimem nihil arti oratoriæ alienum. Cic. pro Cæcin. 24. Quod illi cauſæ maxime eſt alienum. V. Tacit. 2. Hiſt. 74. 2. & Sen. præf. 4. Nat. Quæſt.

Alienus, cum ablativo. Alienum amicitia noſtra. Cic. 11. Fam. 27. Sum admiratus te, quicquam a me commiſſum quod eſſet alienum noſtra amicitia, credidiſſe.

Alienum dignitate. Cic. de Provinc. Conſ. 1. Sed alienum ſibi videri dignitate imperii. V. mox a Dignitate.

Alienum ingenio ſuo. Plaut. Capt. 1. 1. 31.

Alienum inſtitutis meis. Cic. 5. Fam. 17. Non putavi eſſe alienum inſtitutis meis, hæc ad te ſcribere.

Alienum majeſtate. Cic. 1. de Divin. 83. Neque hoc dii alienum ducunt majeſtate ſua.

Alienum meis rationibus. Salluſt. in Catil. c. 56. Alienum ſuis rationibus exiſtimans, videri cauſam civium cum ſervis fugitivis communicaſſe.

Alienus ſanguine regibus. Liv. l. 29. 29. Extitit quidam Mezetulus nomine, non alienus ſanguine regibus. i. e. Conjunctus ſanguine regibus.

Alienus locus, pro Iniquo, Adverſo, Incommodo. Cæſ. 1. Bell. Gall. 16.

Alieno animo eſſe ab aliquo. Cic. pro Deiot. 24.

Alienum animum ab aliquo habere. Cic. in Lælio 8. Ab altero, propter probitatem ejus, non nimis alienos animos habemus. Sic pro Roſc. Amer. 136.

Alienum tempus, Minime aptum, vel opportunum tractandæ aut gerendæ rei de qua agitur. Cic. 15. Fam. 14. Sin majora, conſidera ne in alieniſſimum tempus cadat adventus tuus.

Alienum fortunæ ſuæ vultum gerere. i. e. Male convenientem. Sen. de Vita beata.

Alienum a dignitate. Cic. 9. Fam. 14. Eſt tamen non alienum a dignitate, quod ipſi Agamemnoni regi regum fuit honeſtum, habere aliquem in conſiliis capiundis. Idem 4. Fam. 7.

A literis. Cic. 4. Verr. 64. Letilius quidam, homo non alienus a literis.

A ſapiente. Cic. 4. Acad. 132. Si Polemoneus peccat Stoicus, rei falſæ aſſentiens, num quidem nihil eſſe dicitis a ſapiente tam alienum?

A vita alicujus. Ter. Adel. 5. 8. 21. Abſurdum atque alienum a vita mea videatur.

Alienus ab ætate noſtra labor. Cic. 16. Att. 3. Movet etiam navigationis labor; alienus non ab ætate ſolùm noſtra, verum etiam a dignitate.

Ab amore noſtro. Cic. de Petit. Conſ. 1.

Alienus in re aliqua. Cic. 1. de Fin. 17. Epicurus in phyſicis, quibus maxime gloriatur, totus eſt alienus. i. e. longe aberrat.

Alienior, pro Alienus. Ter. Adel. 1. 2. 30. Alieniore ætate poſt faceret tamen.

Alienior hæres, Qui nulla neceſſitudine conjunctus eſt ei, cui ſuccedit. Cic. pro Cluent. 162. P. Ælii teſtamento propinquus exhæredatus quum eſſet, hæres hic alienior inſtitutus eſt.

Alienior eſt a me. Cic. 2. Fam. 16. Sin a me eſt alienior, nihil tibi meæ literæ proderunt. i. e. animo a me abalienato.

Alieniſſimi homines a Clodio. i. e. Minime & conjuncti & propinqui. Cic. pro Domo ſua, 170. Quam legem eſſe homines alieniſſimi a P. Clodio judicarent, Piſo & Gabinius: eam nullam eſſe frater P. Clodii judicavit.

Alieniſſimum Reipub. tempus. Cic. de Clar. Orat. 2. Augebat etiam moleſtiam, quod magna ſapientium civium, bonorumque penuria, vir egregius conjunctiſſimusque mecum conſiliorum omnium ſocietate, alieniſſimo Reip. tempore extinctus, & authoritatis & ſapientiæ ſuæ triſte nobis deſiderium reliquerat.

Alieniſſimus ruſticæ vitæ, pro eo quod eſt, A vita ruſtica. Columel. l. 3. cap. 21.

ALIENĬTAS, ātis. f. Alienatio, Aliena rerum conſtitutio. ut, Alienitatis obtruſio. Cæl. Aurel. Tard. 5. 4. Idem de excrementis, Acut. 3. 3. Manens alienitas gravat, &c. Idem Acut. 2. 39. Ad mentis alienitatem detrahendam.

ALIENO, [ἀλλοτριόω] āre. Alienum facere: verbum ex nomine Alienus. Plin. lib. 20. cap. 18. Sacopenium quod apud nos gignitur, in totum transmarino alienatur. h. e. Propter transmarinum fit alienum, & ab uſu removetur. [Immo longe diſcrepat a transmarino, ut Hard. exp.

Vendere & alienare. Cic. 6. Verr. 134. Pretio parvo ea quæ accepiſſet a majoribus, vendidiſſe atque alienaſſe. Rem quampiam alteri. Ulp. in l. Item de alienat. judic. mut. cauſ. fact. Item ſi res fuerint uſucapatæ ab eo, cui alienatæ ſunt.

In perpetuum alienare: i. e. Ita ad alium transferre, ut nunquam ad nos redeat. Cic. de Lege Agr. 54. Venire veſtras res proprias, & in perpetuum a vobis alienari. In his idem ſignificare videtur quod Abalienare.

Alienare vectigalia. Cic. de Lege Agr. 33. Permittitur infinita poteſtas innumerabilis pecuniæ conficiendæ de veſtris vectigalibus non fruendis, ſed alienandis.

Alienari mente. V. ALIENATIO & ALIENATUS. Plin. l. 28. c. 8.

Aliquem ſententiis dicendis. Cic. 7. Att. Eſt ſententias dicendo aliquem a favore avertere.

Quempiam a ſe, eſt Ab amicitia noſtra, vel conſuetudine disjungere, ſeparare, & removere. Cic. 1. Att. Mirum in modum omnes a ſe bonos alienavit.

Ab aliquo voluntatem. Cæſ. 7. Bell. Gall. 10. Cic. 3. Fam. 6. Conabantur alienare a te voluntatem meam.

Alienare ſibi animum alicujus. Paterc. lib. 2. cap. 112. extr. Agrippa mira pravitate animi atque ingenii in præcipitia converſus, patris atque ejusdem avi ſui animum alienavit ſibi.

Alienare & Reconciliare, contraria. Cic. de Provinc. Conſ. 21. Nonne uno tempore cum ſuis inimiciſſimis in gratiam rediit, quibus cum omnibus eadem Reſpublica reconciliavit quæ alienarat?

Alienare & immutare. Cic. 5. Fam. 8. Sed quædam peſtes hominum laude aliena dolentium, & te nonnunquam a me alienarunt, & me aliquando immutarunt tibi.

Plane alienari a Senatu. Cic. 1. Att. Summum erat periculum, ne ſi nihil impetraſſent, plane alienarentur a Senatu.

Ab interitu, hisque rebus quæ interitum videantur afferre. Cic. 3. de Fin. 16. i. e. averſari, defugere interitum &c.

Alienari, pro Corrumpi, quod vulgo dicunt Alterari. Celſ. lib. 7. cap. 16. Si vero adhuc ea ſui coloris ſunt, cum magna feſtinatione ſuccurrendum eſt. Momento enim alienantur, externo & inſueto ſpiritu circundata. Loquitur de inteſtinorum vulneratorum curationibus. [Gangræna vitiatas & corruptas partes hoc verbo denotare conſuevit.

ALIENĀTUS, Partic. [ἠλλοτριωμένος.] Qui alienus eſt factus. Feſtus. Plaut. Merc. 3. 4. 26. Alienata eſt abs te mulier. Cic. in Lælio, cap. 21. Propter diſſenſionem autem quæ erat in Repub. alienatus eſt a collega noſtro Metello.

Alienatus ad libidinem animus. h. e. A virtute ad libidinem abductus. Liv. 3. 48.

Alienatus mihi eſt uſus ædium. h. e. Mihi ablatus. Plaut. Merc.

Alienatus mente. Plin. lib. 28. cap. 8.

Senſu animus. i. e. Sic immutatus, ſic dimotus ac dejectus a ratione, ut nihil rectum ſentiat. Liv. 2. 12.

Senſibus. Liv. 5. Bell. Pun. 39.

ALIENATIO, ōnis. f. Cic. in Orat. 144. An quibus verbis ſacrorum alienatio fiat, docere honeſtum eſt: quibus ipſa ſacra retineri, defendique poſſint, non honeſtum eſt? Hic poſitum eſt pro Abalienatione & venditione: in qua ſignificatione frequens eſt hæc vox apud Juriſconſultos. Dicitur & Alienatio in alia ſignificatione, quaſi Separatio atque disjunctio cujuspiam ab alio: h. e. Quum ab alio quis alienat animum, ſtudium, amorem, aut voluntatem. Cæſ. 2. Bell. Civil. 31. Caſtrorum autem mutatio quid habet, niſi turpem fugam, & deſperationem omnium, alienationem exercitus? Cic. in Lælio, 78. Ut non ſtatim alienatio disjunctioque facienda ſit.

Alienatio ab aliquo ad alium. Cic. 1. Philipp. 1. Tuamque a me alienationem ad cives impios tibi gloriæ eſſe putaviſti.

Alienatio mentis, eſt Tanta commotio perturbatioque rationis, ut homo non ſit compos ſui. Plin. lib. 21. cap. 21. Celſ. lib. 4. cap. 2.

Alienatio, pro Mentis alienatione. Firmic. lib. 4. cap. 1. Luna alios facit caducos, aliis alienationis decernit incommoda, aliis plerunque decernit inſanias.

De ſenſibus variis v. Alienationis inter. JCtos V. Lex. Pitiſc. in voce

ALIENATOR, oris. m. Imp. Cod. 1. t. 5. l. 10. Orthodoxæ fidei venditor, vel quocumque modo alienator.

ALIMODI, pro Aliusmodi, apud Feſtum.

ALIO, [ἄλλῃ] Adv. loci, Ad alium locum ſignificans. Plaut. Mil. Alio miſſus ſum. Ter. Eun. 2. 2. 49.

Alio conferre animum. i. e. Ad aliam rem ſe convertere. Ter. Heaut. 2. 4. 10. conf. eund. 2. 2. 49.

Alio reſponſionem ſuam derivavit. Cic. 3. Verr. 139. h. e. Aliud reſpondit quam quod interrogabatur.

Alio ſervare aliquid. Cic. 2. de Fin. 27. Appellet hæc deſideria naturæ, cupiditatis nomen ſervet alio. i. e. Ad aliud.

Alio transferre ſermonem: i. e. Ad aliam (ut dicunt) materiam. Cic. 1. de Orat. 133. Sed (ſi placet) ſermonem alio transferamus.

Alio me vocat veſtra expectatio. Cic. pro Cluent. 63. Vocat me alio jamdudum tacita veſtra expectatio. h. e. Ad aliud tractandum dicendumque.

Quo alio. Cic. 9. Att. 20. Ex illius ſermone ſtatuam, Arpinumne mihi eundum ſit, an quo alio. i. e. In aliquem alium locum.

ALIŌQUI, ſive ALIŌQUIN, [ἄλλως, εἰ δὲ μή, ἢ γὰρ ἄν] Conjunctio ſignificat Aliter, ſive Alio modo, vel Quod ſi non, vel Præter hoc. Cic. in Orat. 48. Quorum ab Oratoris judicio delectus magnus adhibitus alio-

quin

quin quonam modo illé in bonis hærebit & habitabit ſuis? Idem 2. de Legib. 62. Credo minimam olim ſepulcrorum fuiſſe cupiditatem: alioqui multa extarent ampla majorum.

Alioqui, ſine n, ſcribi debere; ut, Atqui pro Sed, tradit Caper Grammaticus in lib. de Orthographia & Latinitate. Ejus hæc ſunt verba: Atqui careat n, ſimiliter Alioqui. Baptiſta Pius in illud Lucretii ex l. 3. 415.

Incolumis quanvis alioqui ſplendidus orbis, &c. ſic præcipit: Sequente vocali, imitatione Græcorum, dicimus Alioquin. Sequente vero conſonante, ut ſervetur euphonia, Alioqui. Quod tamen perpetuum non eſt. Sic Curt. 4. 2. 5. Alioquin potens. & 7. 4. 8. Alioquin moderatus. & Cic. paſſim. Item Alioqui ante vocalem. Plin. 8. Epiſt. 11. & 12. 2. Alioqui in ſummo diſcrimine. V. Burm. ad Quintil. præf. pr.

Aliorsum, [ἀλλαχόσε] Adv. loci, Verſus alium locum ſignificans, & eſt dictum per ſyncopen pro Alioverſum. Plaut. Truc. 2. 4. 49. Ancillas jubet, quoniam jam decimus menſis adventat prope, aliam aliorſum ire.

Aliorſum, In aliam partem, ait Donatus. Ter. Eun. 1. 2. 1. Miſeram me, vereor ne illud gravius Phædria tulerit: neve aliorſum atque ego feci, acceperit. Conf. Feſt.

Alioversum, [ἀλλαχόσε] Adv. loci, idem quod Aliorſum: ſed hoc minime uſitatum.

Alioverſum, In aliam partem. Plaut. Aul. 2. 4. 8. Atqui ego iſtuc, Anthrax, alioverſum dixeram, non iſtuc quod tu inſimulas. Lactant. 1. 17. Stoici alioverſus deos interpretantur.

Alĭter, [ἄλλως] Adv. qualitatis: i. e. Alio modo. Cic. 7. Verr. Aliter decernere in eadem cauſa non potuiſti.

Aliter, geminatum. Plaut. Epid. Aliter catuli longe olent, aliter ſues. Cic. 3. Off. 68. Sed aliter leges, aliter philoſophi tollunt aſtutias.

Aliter atque aliter numen erumpens. Plin. lib. 2. cap. 93. h. e. Variis modis.

Aliter, pro Contra, Donato interprete. Ter. prol. And. 4. Verum aliter evenire multo intelligit. Virg. 2. Æn. 428. Diis aliter viſum.

Aliter ac, pro Aliter quam. Ter. Phorm. 3. 2. 45. Ego iſti nihilo ſum aliter ac fui. Cic. 1. Off. Aliter de illis ac de nobis judicamus.

Aliter atque, idem quod Aliter ac. Ter. Adel. 4. 3. 6. Nunquam te aliter atque es, in animum induxi meum.

Aliter atque ut. Cic. 16. Att. 13. De Antonii itineribus, neſcio quid aliter audio atque ut ad te ſcribebam.

Longe aliter, V. longus.

Multo aliter, V. multus.

Non aliter niſi. Ulp. in l. extraneo. D. de vent. in poſſeſſ. mittend. Extraneo poſthumo hærede inſtituto, non aliter venter in poſſeſſionem mittitur, niſi mater aliunde ſe alere non poſſit. Niſi, hoc loco ponitur pro, Quam ſi.

Aliter quam. Plaut. Stich. 1. 1. 42. Atque aliter nos faciant, quam æquum eſt.

Sin aliter. Plaut. Amph. 1. 1. 54. Sin aliter ſint animati. Ter. Adel. 3. 5. 5. Sin aliter de hac re eſt ejus ſententia.

Aliter, ſequente et. Cic. 10. Att. Quod de puero aliter ad te ſcripſit, & ad matrem de filio, non reprehendo.

Aliter, pro Alioqui. Cic. in Lælio 76. Qui negligendi quidem non ſunt, ſed alio quodam modo colendi. Aliter enim amicitiæ ſtabiles permanere non poſſunt.

Aliŭbi, [ἀλλαχόθι] Adv. loci, pro Alibi. Plin. lib. 10. cap. 30. Nec uſquam aliubi candidæ naſcuntur. Idem 34. 14.

Aliubi geminatum. Varro 1. de R. R. cap. 44. Ut ex eodem ſemine aliubi cum decimo redeat, aliubi cum quintodecimo.

Aliubi atque aliubi. Plin. lib. 9. cap. 54. Aquatilia genera aliubi atque aliubi meliora. Sen. de Benef. lib. 5. cap. 6.

Aliubi, ter repetitum. Plin. lib. 11. cap. 14. Aliubi enim favi cera ſpectabiles gignuntur, ut in Pelignis, Sicilia: aliubi mellis copia, ut in Creta, Cypro, Africa: aliubi magnitudine, ut in Septentrionalibus.

Aliunde, [ἀλλαχόθεν, ἄλλη] Adv. Ex alio loco. Plin. lib. 13. cap. 16. Radice nihil criſpius, nec aliunde pretioſiora opera. i. e. Ex nulla alia Trogetes arboris parte, quam ex radice.

Aliunde, ad hominem relatum. Cic. 10. Att. 1. Quod ſcribis, non quo aliunde audieris, ſed teipſum putare, me attractum iri.

Aliunde ſe alere. Ulp. in l. extraneo. D. de ventre in poſſeſſ. mittendo.

Aliunde aſſumpto bono uti, non proprio, nec ſuo. Cic. 2. de Orat. 39.

Aliunde factum verbum. Cic. in Orat. 80.

Aliunde nota. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Aliunde pendêre. Cic. 5. Fam. 13. Quam quidem laudem ſapientiæ ſtatuo eſſe maximam, non aliunde pendêre, nec extrinſecus aut bene aut male vivendi ſuſpenſas habere rationes.

Aliunde petere copiam dicendi. Cic. 2. de Orat. 38. Hic niſi domeſticis ſe inſtruxerit copiis, aliunde dicendi copiam petere non poſſit.

Aliusmŏdi, [ἀλλοῖος] quaſi Alterius modi. Cæſar. In Anticat. 1. teſte Priſciano lib. 6. p. 66. b. ed. Aldi. Uno enim excepto, quem aliusmodi atque omnis natura finxit, ſuos quisque habebat charos. Adj. eſt indecl. om. gen. ſicut Ejusmodi, & cætera eo modo compoſita. Cic. de Inv. Rhet. l. 2. c. 6. ubi V. Camerar. & ſupra in alius.

Aliuta, Antiqui dicebant pro Aliter. Hinc eſt illud in legibus Numæ Pompilii, Siquis aliuta faxit, ipſos Jovi ſacer eſto. Feſtus.

Alkermes. V. alcarmes.

A L L

Allābor, ĕris, apſus ſum, [ἐπιῤῥέω, καταπίπτω] ābi. Juxta labi, ſive fluere. Cic. 2. de Divin. 58. Et humor allapſus extrinſecus, ut in tectoriis videmus. Interdum ad alia refertur: ſicut ſimplex Labi. Liv. 5. Bell. Pun. 16. Ad exta ſacrificio perpetrato angues duo ex occulto allapſi edêre jecur. Virg. 9. Æn. 578.

— ergo alis allapſa ſagitta.

Allabi, de navigatione dictum. Virg. 6. Æn. 2.

Et tandem Euboicis Cumarum allabitur oris.

Allapſus genibus. i. e. Ad genua proſtratus, qualiter ſolent ſupplicabundi. Sen. Hippol. 667.

Allapsus, ûs. [ἐπίῤῥευσις] ab Allabor. Hor. Epod. 1. 20.

Ut aſſidens implumibus pullis avis
Serpentium allapſus timet.

Allaboro, V. adlaboro.

Allacto, āre. Idem quod Lactare. Marc. Emp. cap. 8. Mulier, quæ puerum allactat.

Allævo, [ἐπιλεαίνω] āre. Idem quod Lævigare, læve facere. Columel. lib. 4. cap. 25. de falce vinitoria loquens, Nam quum in adverſum preſſa manu deſecare quid debet, cultro utitur: quum autem retrahere, ſinu: quum allævare, ſcalpro: quum incavare, roſtro. Ibid. Nam ea plaga quæ ſic efficitur, uno veſtigio allævatur.

Allalia, [Ἀλλαλία] Corſicæ inſulæ oppidum, Phocenſium opus, teſte Herodoto. Gentile eſt Allalìæus, Ἀλλαλιαῖος. Steph.

Allambo, [περιλιχμάω] ĕre. Idem quod Lambo: & per metaphoram, Leniter attingo. Quintil. in Sepulcro incantato, Scitis ipſi quo exequiarum die labore extracta ſit, quandiu filium tenuerit allambentibus flammis.

Allante, [Ἀλλάντη] Duorum oppidorum nomen eſt, quorum alterum in Arcadia, in Macedonia alterum collocatur. Inde Allantii, qui & Allantenſes dicuntur a Plin. l. 4. c. 10.

Allantopoei, [ἀλλαντοποιοὶ] ſunt Qui farcimina faciunt, quæ ἄλλαντες Græcis appellantur, ſive ex cruore & adipe, ſive ex carnium conciſarum itemque adipis mole, ipſorum fartura conſtet, inteſtinis excepta. [Lat. Fartores q. V.

Allapsus, V. Allabor.

Allasson, ontis. c. [ἀλλάσσων] Verſicolor. ut, Calices allaſſontes. Vopiſc. Saturn. cap. 8. V. Salmaſ. ad loc.

Allātro, [προσυλακτέω] āre. Adverſus aliquem latrare: & ad canes proprie pertinet, ſicut ſimplex Latrare. Dicimus enim allatraverunt eum canes: &, Allatratus eſt a canibus.

Allatrare aliquem, per metaphoram, eſt Per invidiam criminari. Liv. 38. 54. Qui vivo quoque eo allatrare ejus magnitudinem ſolitus erat. Columel. in præf. lib. 1. Sed ne caninum quidem (ſicut dixere veteres) ſtudium præſtantius, locupletiſſimum quenque allatrandi. Sil. Ital. lib. 8. — nigro tunc allatraverat ore

Victorem invidia & ventis jactarat iniquis.

Allatrant maria oram aliquam per metaphoram. Plin. l. 4. c. 5. Tot ſinus Peloponnenſem oram lancinant, tot maria allatrant. Hoc, pro Undique alluunt poſuit: ſed ad fluctuum ſonitum reſpexit: quaſi ſit canum latratibus comparandus.

Allatus, Partic. V. afferor.

Allaudo, āre. Poëticum verbum, pro Laudare, vel Valde laudare. Plaut. Merc. prol. 84. Agit gratias mihi, atque ingenium allaudat meum.

Allaudabilis. Plaut. Perſ. 4. 5. 1. Dediſti operam allaudabilem.

Allecto, **Allector**. V. allicio.

Allectus, V. allego, is.

Allēgo, [πέμπω, ἐπιπρεσβεύομαι] āre. (Placet Adlego, ut apud Livium, ut opponatur Ablego. H. St.) eſt proprie Gravioris negotii cauſa quempiam mittere interceſſorem, interpretem, ſequeſtrem, internuncium: ſed hoc in privatis rebus, ſicut Legare in publicis. Plaut. Caſin. prol. 52. Pater allegavit villicum, qui poſceret ſibi iſtam uxorem.

Amicos allegare. Cic. 3. Verr. 149. Petit a me Rabonius, & amicos allegat: facile impetrat.

Ad aliquem. Cic. 15. Fam. 10.

Aliquem ad aliquod negotium, pro Mittere. Plaut. Epid. 3. 3. 46. Livius l. 36. (c. 11. a princ.) Quum patrem primo Adlegando, deinde coram ipſe rogando fatigaſſet. Videtur eſſe pro Accerſendo. H. St. [Immo pro Submittendo, qui rogarent, ut in reliquis fere exemplis.

Aliquem alicui rei. Plaut. Amph. 2. 2. 42. Alium ego iſti rei allegabo, ne time.

Aliquem alicui. Cic. pro Roſc. Amer. 25. Chryſogonus & ipſe ad eos accedit, & homines nobiles allegat iis, qui peterent ne ad Syllam adirent.

Allegare. Budæus [δικαιολογεῖσθαι] ſua jura allegare, & in jure diſceptare; quod cauſificari Plaut. dixit: Cic. etiam & cauſari, & proferre: Quintil. & Juriſconſulti allegare appellant.

Allegare, pro Poſtulare in judicio. Ulp. in l. 1. §. his igitur. D. de poſtulan. His igitur perſonis: quæ non virtutis cauſa cum beſtiis pugnaverunt, pro ſe Prætor permittit allegare, pro alio prohibet.

Allegare, Afferre, adducere, citare. Plin. in Epiſt. 3. 15. Adhibes preces, allegas exemplum. Stat. 2. Achill. 225.

Allegantque ſuos utroque a ſanguine divos.

Litigatoris dignitatem. Quintil. l. 4. cap. 1. Nam tum dignitas ejus allegatur, tum commendatur infirmitas &c. V. Schulting. ad Decl. Quintil. 1. p. 1. ſeq. Huc pertinet Plin. l. 8. c. 1. de elephantis. Herbas ſupini in cœlum jacientes veluti tellure precibus allegata. Harduino non diſplicet Alligato, quod vetuſtiores edd. exhibent.

Dicitur etiam Preces allegare alicui. Apul. de Deo Socr. p. m. 61. Cui igitur preces allegabo? V. Deſ. Herald. ad Tertull. Apol. Digreſſ. 2. 4. p. 278.

Allegare, Significare, nuntiare. Plin. Paneg. cap. 70. Hoc Senatui allegandum putanti. Symmach. 7. Epiſt. 89. & 9. 127.

Cauſam allegare. Ulp. in l. Tutor qui repertorium. D. de adminiſtr. tutor. Tutor qui repertorium non fecit, quod vulgo Inventarium appellatur, dolo feciſſe videtur: niſi forte aliqua neceſſaria & juſtiſſima cauſa allegari poſſit, cur id factum non ſit.

Allegans. Plin. Epiſt. 3. 4. Allegantes patrocinii fœdus.

Allegatus. Ter. And. 5. 3. 28. Ne credas, a me allegatum hunc ſenem. ubi Donat. Adhibitum. Cic. 2. Q. frat. 3.

Allegatio, ōnis. f. [ἐπιπρέσβευσις] quaſi Privata quædam legatio. Quod facilius intelliges ex interpretatione ipſius verbi Allegare. Cic. 3. Verr. 44. O dii immortales, quanta iſte cupiditate, quibus allegationibus illam ſibi legationem oppugnavit! Id eſt, Amicorum interceſſionibus, & velut legationibus. Ibid. 1. 6. Quum ſibi omnes ad iſtum allegationes difficiles, omnes aditus arduos ac potius interclusos viderent.

Allegatus, ûs. Idem. Plaut. Trinum. 5. 2. 18. Allegatu meo venit. conf. Gell. 13. 19. al. 20.

Allegamen, ĭnis. n. Guil. Brit. Philipp. 2. 37.

At comes hæc contra dabat allegamina regi.

Allĕgo, ēgi, ectum, [προσκαταλέγω] ĕre. In cœtum adjungere, aſcribere, & cooptare. Nam & Legi dicebantur, qui in ſenatorum numerum aſcribebantur: ut Sublegere, in locum demortui legendo ſubſtituere: quibus verbis Juriſconſulti uſi ſunt. Suet. in Cæſ. cap. 41. Senatum ſupplevit, Patricios allegit.

Allegere in ordinem. Ulp. in l. 3. D. de Decurionibus, Spurios quoque poſſe in ordinem allegi, nulla dubitatio eſt.

Allecti in corporibus. Calliſtratus in l. Semper. D. de jure immunit. Eos qui in corporibus allecti ſunt quæ immunitatem præbent, ut naviculariorum, ſi honorem decurionatus agnoverint, compellendos ſubire publica munera accepi.

In decurias. Suet. in Tiber. cap. 57. Inſtanti ſæpe ut civitate donatum in decurias allegeret, negavit ſe allecturum.

Allegere inter Prætorios. Plin. l. 1. Epiſt. 14. Allectus enim a divo Veſpaſiano inter Prætorios, honeſtam quietem huic noſtræ, ambitioni dicam, an dignitati? conſtantiſſime prætulit.

ALLECTUS, [προσκατειλεγμένος] Partic. Allecti dicebantur apud Romanos, Qui propter inopiam ex equeſtri ordine in Senatorum ſunt numerum aſſumpti. Nam Patres dicuntur, qui ſunt Patricii generis: Conſcripti, qui in Senatu ſunt ſcriptis annotati. Feſt. Suet. in Auguſt. c. 2. Ea gens a Tarquinio Priſco rege inter Romanas gentes allecta in Senatum, mox a Servio Tull. in patricias transducta. V. & Alex. ab Alex. 4. 11.

Adlecti ſcenæ. Adjuncti Comœdorum numero. Marm. Præneſt. FORTUNAE PRIMIG. ET ARNENO ADLECTO. V. Ferret. Muſ. Lap. p. 208. Turneb. Adverſ. 11. 9. Iidem etiam dicuntur Paraſiti Apollinis.

ALLECTIO. f. Tertull. adv. Hæret. cap. 43. Cura & allectio explorata. Allectio in clerum. Idem de Monogam. cap. 13. V. Capitolin. in Pertin. cap. 6.

ALLEGORIA, æ. [ἀλληγορία] Inverſio a Quintil. l. 8. c. 6. dicitur. Cic. in Orat. 95. Jam quum fluxerunt plures continuæ translationes, alia plane fit oratio. Itaque genus hoc Græci appellant ἀλληγορίαν, nomine recte, genere melius ille qui iſta omnia translationes vocat. Idem 2. Att. 20. De Republica breviter ad te ſcribam: jam enim charta ipſa ne nos prodat, pertimeſco. Itaque poſthac ſi erunt mihi plura ad te ſcribenda, allegoriis obſcurabo. Allegoria vero fit continuatis non ſolum metaphoris, ſed quibusvis aliis ejusdem generis tropis.

ALLEGORĬCUS, Quod ſignificatum eſt per allegoriam. Arnob. 5. p. 183. Lex Allegorica tenebroſis ambiguitatibus explicata. Et p. 186. Sidon. 7. 6. In hac allegorica verſamur Ægypto.

ALLEGORĬCE. Adv. Idem Tertull. adv. Marc. 3. 5. extr. Duo argumenta allegorice cucurriſſe. Arnob. 5. p. 183. Auguſtin. de Geneſi ad tit. 4. 28. pr.

ALLEGORĪZO, are. Per allegoriam dicere. Tertull. adv. Marc. 4. 7. Quæ Chriſtus in homines allegorizavit. conf. de Reſurr. Carn. cap. 27. & 30.

ALLELU-IA, Duæ ſunt dictiones Hebraicæ, quæ ſignificant, Laudate Dominum. ALLELU enim Hebraice eſt imperativi modi: IA autem unum eſt ex nominibus Dei. V. Iſidor. 6. 19. Sidon. 2. Epiſt. 10. v. 26. Sirmond. ibi. Rectius Hallelujah.

ALLELUIA, Herba eſt, quam Trifolium acetoſum, & Panem cuculi vulgus & officinæ appellant. Plin. & doctis vocatur Oxys. Ruellius lib. 2. cap. 144.

ALLEVIO, āre. Levem facere. Vulg. Interp. Act. 29. 38. & Sariſb. 1. 5. Curarum gravium pondus alleviare. Cic. 1. de Invent. 78. Reprehenſio eſt per quam argumentando adverſariorum confirmatio diluitur aut infirmatur aut alleviatur. Alii, Allevatur. Camer. rectius Elevatur. Adnotarat H. St. Alleviare puto eſſe apud Vet. Interp. Bibl. aut ſaltem apud aliquem ex Eccleſiaſticis. Hinc Galli *Alleger*, ut Abbreviare *Abbreger*.

ALLEVIATUS, ut, Alleviata Terra Zabulon. Vulg. Jeſ. 9. 1.

ALLĔVO, [ἐπαίρω ἐπικουφίζω] āre. In altum tollere, vel De imo, & ubi quid jacet, atque projectum eſt, ſurſum tollere. Quintil. Vidi multos, quorum ſupercilia ad ſingulos vocis conatus allevarentur. Idem, Homini in aquam lapſo, atque ut allevaretur oranti. Hæc Valla lib. 5. cap. 81.

Manu allevare, dixit Curt. 3. 12. 17 Ovid. 6. Met. 249.

Evolat, ut gelidos complexibus allevet artus.

Allevare afflictum. Quintil. in Pariete palmato. c. 1. Translate.

Allevatur animum Artabanus. Tacit. 12. Ann. 51. i. e. Animo. Helleniſmus.

Dictis ærumnam aliorum. Cic. 3. Tuſc. 71.

Onus. i. e. Onus alicui levius facere. Cic. pro Roſc. Amer. 10. Hoc onus ſi vos aliqua ex parte allevabitis, feram ut potero, ſtudio & induſtria, Judices.

Solicitudines. Cic. de Clar. Orat. 12. Quod aliqua ex parte ſolicitudines allevaret meas.

Allevor, quum loquor tecum abſens. Cic. 12. Att. 39.

Allevatum corpus, per translationem. Dicitur, quum eſt imminuta corporis ægritudo. Cic. 7. Att. 1. Quod cum febre Romam veniſſes: bono tamen animo eſſe cœpiſſe, quod Acaſtus ea quæ vellem de allevato corpore tuo nuntiaſſet.

Naves turribus atque tabulatis allevatæ. Flor. 4. 11. 5. i. e. in altitudinem expreſſæ.

Idem tranſtulit ad ambitionem: 4. 2. 10. C. Cæſar eloquentia, & ſpiritu, ecce jam & conſulatu allevabatur.

ALLEVATIO, ōnis. f. [ἔπαρσις] Quintil. I. O. 11. 3. Humerorum raro decens allevatio atque contractio eſt.

Translate Doloris mitigatio, diminutio [ἐπικούφισις] Cic. 1. de Fin. 40. Dolor in longinquitate levis, in gravitate brevis ſoleat eſſe: ut ejus magnitudinem celeritas, diuturnitatem allevatio conſoletur.

ALLEVAMENTUM, i. n. [ἐπικουφισμὸς] Idem quod Allevatio. Cic. pro Sylla, 66. Et in adverſis ſine ullo remedio, atque allevamento permanere.

ALLEVATOR, ōris. m. Qui allevat. Tertull. adv. Marc. 4. 36. Deſtructor ſuperborum, allevator humilium.

ALLEVĀTĬTIUS, Vet. Interp. Irenæi 1. 34. In ſuperiora allevatitius abreptus.

ALLEX, Plaut. Pœn. 5. 5. 31. Tune cuiam amator audes eſſe, allex viri? Hoc loco Allex viri, Fæcem & ſordes quidam interpretantur: quod alex fœculentus ſalſamentorum liquor ſit, authore Plin. lib. 31. cap. 8. Vitium (inquit ille) hujus eſt alex, imperfecta nec colata fæx. Alii ab Allicio deductum volunt: i. e. Quæ allicere ad te viros ſoles. Secundum priorem ſententiam ſubſtantivum eſt, & declinatur Alex, alĕcis, ſcribiturque unico l. ut ſupra monſtratum eſt. ſecundum poſteriorem, adjectivum eſt Allex, allĭcis, Ab allicio, quod longe melius. [Conf. derivata ab ILLICIO. PELLICIO. &c. Hallex. Salm. q. v.

ALLIA, [Ἀλλίας] Fluvius qui a Cruſtuminis montibus prælto defluens alveo, Tiberino amni miſcetur. Ubi magna ſtrage Romani a Gallis duce Brenno profligati ſunt. V. Liv. 5. 37. ſeq. & 6. 1.

Lucan. lib. 7. 409.

— cedant feralia nomina Cannæ,
Et damnata diu Romanis Allia Faſtis.

Allia flebilis. Ovid. 1. de Arte Am. 413.

Gravis. Ovid. in Ibin, 219.

Infauſtum nomen. Virg. 7. Æn. 717.

populique Latini,
Quosque ſecans infauſtum interluit Allia nomen.

Servius: Allia fluvius haud longe ab Urbe eſt: juxta quem Galli Brenno duce, XV. Calendarum Auguſtarum die, deleto exercitu, poſt triduum deleverunt etiam Urbem excepto Capitolio.

ALLIENSIS, Adj. ut, Allienſis pugna. Cic. 9. Att. 5. Allienſis dies ex clade ſc. funeſtus & inter nefaſtos relatus 15. Kal. Sext. ut apud Liv. 6. 1. & Aurel. Vict. cap. 23. Malo ergo omine Vitellius allienſi die pontificatum maximum cepit, Suetonio obſervante in Vita cap. 11.

Deinde ad alios dies lugubres transfertur, Cenot. Piſan. v. 26. DIEM EVM QVO DIE C. CAESAR OBIT QVI DIES EST A. D. VIII K. MARTIAS, PRO ALLIENSI LVGVBREM MEMORIÆ PRODI. V. DIES.

ALLIARIA, æ. [σκορόδιον] Herba eſt quædam, juxta ſepes, & in agrorum marginibus naſcens, quæ & odore & ſapore ita abunde allium refert, ut merito ſic vocitetur. Hujus deſcriptionem vide apud interpretem Dioſcoridis Mathiol. lib. 3.

ALLIATUS, V. ALLIUM.

ALLĬCIO, exi, ectum, [ἐπάγομαι, ἐφέλκομαι, ἐπισύρομαι] ĕre. ex Ad & Lacio antiquo verbo compoſitum; eſt Blanditiis attrahere, ſive potius inducere, atque invitare. Cic. de Amicit. 8. Allicit homines ad diligendum virtus.

Allicere & attrahere ad ſe. Cic. de Amicit. 28. Nihil eſt quod ad ſe rem ullam alliciat, & tam attrahat, quam ad amicitiam ſimilitudo.

Allicere & excitare ſtudia hominum. Cic. 2. Off. 20. Dicendum eſt quonam modo hominum ſtudia ad utilitates noſtras allicere atque excitare poſſimus.

Permulcere atque allicere auditorem. Cic. 2. de Orat. 315. Prima eſt enim quaſi cognitio & commendatio orationis in principio, quæ continuo eum qui audit, permulcere atque allicere debet.

Allici & teneri. Cic. de Petit. Conſul. 42. Excelle dicendo: hoc etiam tenentur Romæ homines, & alliciuntur.

Allicere & trahere ferrum, dicitur magnes. Cic. 1. de Divin. 86.

Animos ad benevolentiam. Cic. 2. Off. 48.

Aures. Lucret. lib. 6.

Allici beneficiis in aliquid, & compelli injuriis. Cic. 1. Fam. 9. Quum vero in hunc ſenſum & alliciar beneficiis hominum, & compellar injuriis: facile patior, &c.

Benevolentiam alicujus. Cic. 7. Verr. 81.

Delectatione. Quintil. lib. 5. cap. 14.

Juventutem ad ſtudia. Quintil. lib. 3. cap. 1.

Delectatione aliqua. Cic. 1. Tuſc. 6.

Mentes hominum. Cic. 1. de Orat. 30.

Opes ad miſericordiam. Cic. pro Lege Manil.

Peſtem. Lucan. lib. 9. 847. — calidoque vapore
Alliciunt gelidas nocturno frigore peſtes.

Somnum, aut Allicere ſomnos; quod etiam dicitur Somnum invitare, & conciliare. Plin. l. 21. c. 18. & l. 9. c. 13. Ovid. 6. Faſt. 681.

Alliciunt ſomnos tempus, motusque merumque.

Voluntates alienas populi. Cic. pro Planc. 11. i. e. Alienatas.

ALLECTUS, Partic. [ἐπαχθεὶς] ut Allectus conſuetudine peccandi. Quintil. l. 7. c. 3. An etiam conſuetudine peccandi ſit allectus.

ALLECTOR, ōris. m. [ἐπαγωγεὺς] ab Allicio; Qui allicit. Columel. lib. 8. cap. 10. Qui ab aucupibus in hunc uſum nutriti, quaſi allectores ſint captivorum. De turdis loquitur.

ALLECTO, [ἐπάγω] āre. frequent. ab Allicio eſt; Frequenter allicere, h. e. blandimentis ad aliquid inducere, ſeu invitare. Columel. l. 2. c. 3. Ad aquam duci boves oportet, ſibiloque allectari, quo libentius bibant.

Allectare & invitare. Cic. de Senect. 58. Ad quem fruendum non modo non retardat, verum etiam invitat, atque allectat ſenectus.

ALLECTATIO, ōnis. f. [ἐπαγωγὴ] Quintil. lib. 1. cap. 10. Et Chryſippus etiam nutricum, quæ adhibentur infantibus, allectationi ſuum quoddam carmen aſſignat.

ALLICEFĂCIO, ēci, actum, [ἐπάγομαι] ĕre. Idem quod Allicere. Suet. in Vitell. c. 14. Nobiles viros, condiſcipulos & æquales ſuos, omnibus blanditiis tantum non ad ſocietatem imperii allicefactos, vario genere fraudis occidit. Verbum eſt dure compoſitum ex Allicere & Facio: ſicut Calefacio, frigefacio, & ſimilia: ſi tamen verum eſt ita ſcripſiſſe Suetonium, quod vix crediderim. Hæc R. Steph. [Mihi dubitandi cauſa non videtur. Dicitur enim eadem forma, ac Commonefacere, Condocefacere &c.

ALLĪDO, īſi, īſum, [ἐδαφίζω, καταφέρω, προσαράσσω,] ĕre. compoſitum ex Ad, & Lædo; eſt Ad aliquid impingere: ut, Alliſit caput oſtio, vel ad oſtium. Cæſ. 3. Bell. Civil. 27. Et ex magno remigum propugnatorumque numero pars ad ſcopulos alliſa interficeretur. Lucret. l. 4. 298.

Sic eliditur, ut ſiquis prius, arida quam ſit,
Cretea perſona, allidat pilæve, trabive. Catul. 65. 67.
Ipſius ante pedes fluctus ſalis allidebant. Verſus eſt ſpondaicus.
Immo ibi legitur Alludebant. Et ita Mur. H. St. Sic & Iſ. Voſſ.

Allidi aliquis dicitur per metaphoram. Columel. l. 1. c. 3. Quippe acutiſſimam gentem Pœnos dixiſſe convenit, imbecilliorem agrum quam agricolam eſſe debere: quoniam cum ſit colluctandum cum eo, ſi fundus prævaleat, allidi dominum. Pro, Affici damno poſuit: ſed perſeveravit in translatione a luctantibus: quorum victus a victore proſtratus, allidi humi ſolet. Adde Cic. 2. Q. frat. 6. Sed hoc incommodum conſolantur quotidianæ damnationes inimicorum, in quibus me perlubente Servius alliſus eſt, cæteri conciduntur. i. e. Læſus, quaſi dicat, Aliquam fecit rerum ſuarum jacturam.

ALLĪSIO, ōnis. f. Treb. Pollio in Tyr. Mario, cap. 8. Multa duorum digitorum alliſione contrivit. conf. vulg. Interp. Jeſ. 25. 11.

ALLIENUS, Nomen proprium viri, qui Siciliam obtinuit cum Cæſar in Africa bellum gereret. Hirt. de Bell. Afr. Meminit & cujusdam Allieni Cic. 11. Philipp. ubi ſuum familiarem vocat, & eum ſcribit Dolabellæ fuiſſe legatum.

ALLĬGO, [προσδέω, πελάζω] āre. Ad aliquid ligare: ut, Alligare vitem palis, vel ad palos. Columel. l. 4. c. 13. & 20. Unde & jocus ille Ciceronis apud Macrob. Quis alligavit generum meum enſi?

Alligare

Alligare caput lana. Martial. lib. 12. 91.
Alligat naves anchora morsu. Virg. 1. Æn. 169.
Alligare vulnus, quod & Ligare, & Colligare dicitur. Cic. 2. Tusc. 39. Liv. 7. 24. V. Gronov. ad loc.
Ad rem aliquam. Cic. 6. Verr. Ad statuam Siculi te prætore alligabantur.
Ad palum alligare. Cic. 7. Verr. 71. V. PALUS.
In rem aliquam. Cic. 1. Tusc. 63. & 5. 64. Archimedes Lunæ, Solis, quinque errantium motus in sphæram alligavit.
Alligare, pro Impedire. Virg. 4. Æn. 480.

Fata obstant, tristique palus inamabilis unda
Alligat, & novies Styx interfusa coercet.

Alligare iter. Stat. 4. Sylv. 3. 47. De Via Dom.

Tunc umbonibus hinc & hinc coactis,
Et crebris iter alligare gomphis. V. GOMPHUS.

Impediri in re aliqua atque alligari. Cic. 8. Att. epist. ult. Cedendum enim celeriter est, ne forte qua in re impediar atque alliger. h. e. Sic astringar, ut cedere non liceat. Ita plus esse voluit Alligari, quam Impediri.
Aliquem. Ter. Adel. 5. 3. 58. Eo pacto prorsum illis alligaris filium. Ubi Donat. Quis dicitur alligari ad aliquid, sine quo esse non possit. Ergo proprie ad amicam alligari adolescentem dixit amatorem.
Aliquem stipulatione. Cic. pro Rosc. Com. 35.
Alligari beneficio. Cic. pro Planc. 81. Equidem nihil tam proprium hominis existimo, quam non modo beneficio, sed etiam benevolentiæ significatione alligari: nihil porro tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quam committere ut beneficio non dicam indignus, sed victus esse videare.
Nova lege. Cic. pro Cluent. 148.
Sacris, pro Obstringi. Cic. 2. de Legib. 51.
Alligare se hæreditati. Pompon. in l. Duo. D. de Acquir. hæred.
Alligare se crimini alicui. Cic. pro Flacc. 41. Ne L. Flaccus nunc se scelere alliget, quum jam testem illum effugere non possit. Ter. Eun. 4. 7. 39. Audin' tu? hic furti se alligat. Ubi Donat. Alligat, astringit, illaqueat, & obnoxium facit. [v. Crimine subauditur.
Ad præcepta. Quintil. lib. 2. cap. 13. Eleganter pro Accuratissime observare. V. Schulting. & Burman. ad Quintil. decl. 1. p. 13.
Ad pœnam. Quintil. lib. 10. cap. 3.
Alligare vitem. Columel. de Arb. 16. extr. Arbustivam vitem quum putare, tum alligare diligenter oportet. [Sic legendum.

ALLIGATUS, Partic. [προσδεδεμένος.]
Alligatus, pro Obligatus; ut Alligata fœdere civitas. Liv. 5. Bell. Maced.
Alligatus nuptiis: i. e. aut Propter nuptias impeditus, aut Illi matrimonio obnoxius. Cic. pro Cluent. 35.
Alligatus Cæsaris actis teneretur. Cic. pro Domo sua, 41.
Alligatus & Solutus, contraria. Cic. 3. de Orat. 174. Ut verba neque alligata sint, quasi certa aliqua lege versus: neque ita soluta, ut vagentur.
Alligatus, Crimini obnoxius, & affinis. Cic. 2. Q. frat. 3. Sed idem Nerius index edidit ad alligatos Cn. Lentulum Vacciam & C. Cornelium. Legendum existimo, Edidit alligatos, nisi quis Adalligatos uno verbo legendum censeat, quod & mihi magis probatur, cum Plin. Adalligare usurpet. Cuipiam tamen melior Isidori sententia videbitur, Alligatos ita explicantis: Testes sunt a quibus quæritur veritas in judicio: quos quisque ante judicium sibi placitis alligat, ne cui sit postea liberum, aut dissimulare, aut subtrahere se: & alligati appellantur. Ex Turneb. In codd. correctioribus legitur, Edidit ad allegatos.

ALLIGATIO, ōnis. f. [πρόσδεσις] Columel. lib. 11. cap. 2. Arbustorumque sive putatio, sive alligatio finienda est. adde Vitruv. 7. 3. & 8. 7.

ALLĬGĀTOR, ōris. m. [προσδετὴς] Qui alligat. Columel. l. 4. c. 13. Deinde sequitur alligator: cujus officium est ut rectam vitem producat in jugum. Gloss. Gr. Lat. δέτης.

ALLIGATŪRA, æ. f. [ἐπίδεσις] Columel. de Arboribus, cap. 8. Infra insitionem & alligaturam falce acuta leviter vitem vulnerato. Usus hac voce sæpius Ambrosius.

ALLIGĀMEN, ĭnis. n. Gloss. Gr. Lat. ἀπόδεσμος.

ALLIGAMENTUM, i. n. Idem. Gloss. eædem δῆμα.

ALLĬNO, ĭni ĭvi & ēvi, ĭtum, [ἐπιχρίω] ĕre. ex Ad & Lino, is; idem quod simplex Linere. Plin. Sunt qui leporino coagulo mel addant, & hoc sæpe allinant dentem.
Adlino scribunt nonnulli. Hor. in Arte Poët. 445.

Vir bonus & prudens versus reprendet inertes,
Culpabit duros, incomptis allinet atrum
Transverso calamo signum. Acron. i. e. Apponet.

Allinere sordes alicui sententiæ. Cic. 2. Verr. 7. Nulla nota, nullus color, nullæ sordes videbantur his sententiis allini posse.
Allinere vitia sua alteri, pro Linere vel Aspergere aliquem suis vitiis, dixit Sen. Epist. 7. pr. Dicitur etiam Allinire, uti simpl. Linio & Lino. In unum corpus omnia redacta curabis adlinire. Pallad. Maj. tit. 8.

ALLIUM, ii. [σκόροδον] Genus oleris quo vescimur. Plin. lib. 19. cap. 6. Allium ad multa ruris præcipue medicamenta prodesse creditur: tenuissimis, & quæ separantur in universum velatur membranis, mox pluribus coagmentatur nucleis, & his separatim vestitis: asperi saporis: & quo plures nuclei fuere, hoc est asperius. Tædium huic quoque halitu, ut cæpis, nullum tamen coctis. Virg. 2. Ecl. 11.

Allia, serpillumque herbas contundit olentes.

Ne allii quidem caput: subaudi Dedit, vel Apposuit, aut aliquid simile. Proverbialis est hyperbole, qua utitur Aristophanes in Vespis. Conveniet in sordidum & valde parcum. Huc refer Plaut. Pers. 2. 3. 15. De avaris, Qui allium servo obsignant cum sale. al. Salinum. V. Taubm. ad loc.
Allii caput. Pers. 5. Sat. 189.

Incussere deos inflantes corpora, si non
Prædictum ter mane caput gustaveris alli.

E superstitione antiqua dictum est (inquit Turneb.) alliorum enim capita ad multarum noxarum depulsionem valere animis vetustas imbiberat. Columella quidem etiam ovis, quæ incubantur, substerni utiliter adversus tonitrua putat.
Allia ne comedas & fabas. Paroem. ap. Suid. h. e. Ne bellis neve in judiciis adsis. Erasmus putat referendum ad calculos fabarios, quibus antiquitus ferebantur suffragia.
Allium in retibus. De sordido commeatu dicebatur: hinc natum, quod Attici quoties navigationem aut expeditionem adornabant, commercabantur allia, eaque retibus imposita secum ferebant. In obsidionibus quoque urbium in pretio erat allium: unde illud apud Suidam, Perdo allia in obsidione. Locus erit adagio, si quem admoneas, ut philosophiæ studium aggressurus, paret sese ad frugalem victum, ad vigilias ac labores, sine quibus non paratur eruditio.
Allium sylvestre [ὀφιοσκόροδον] ubique, in montibus præsertim, & collibus nascitur, nullis divisum nucleis, sativo longe minus, sed odore & sapore illi persimile: foliis angustioribus, gracili caule, in cujus cacumine flos emicat, ex rubeo purpurascens, a quo nigrum gignitur semen. Hæc Mathiol. ad Dioscor. lib. 2.

ALLIĀTUS, Adj. [σκοροδωτὸς] Plaut. Most. 1. 1. 45. Sine me alliato fungi fortunas meas. Sed ibi forte legendum in accusativo, Alliatum: ut sit sensus, Sine me alliatum fungi fortunas meas. h. e. Permitte me, quem allium olere, & fœtere dicis. Quidam tamen malunt istud Alliatum esse substantivum n. g. ut sit Moretum cui allium admixtum est. Ad hoc cibi genus Terentius respexit cum scripsit; Tute hoc intristi, tibi est omne exedendum. quod annotat Donatus a rusticis de alliato mortario dici solere: ubi mortarium cibum ipsum, i. e. Moretum vocat. V. Turneb. Advers. 16. 17. & 19. 13. Gronov. ad Plaut. p. 494. & Taubm. p. 517. & ad Virg. p. 19. Add. Barl. ad Luciani Tim. p. 161.

ALLOBRŎGES, [Ἀλλόβρογες] Populus Galliæ juxta Rhodanum, nunc Sabaudienses & Delphinates, victoria Fabii & Catilinæ conjuratione noti, ad tractum Lugdunensem siti, Ptolemæo authore.
Allobroges infideles rebus novis, id est conjuratione Catilinæ, cui pene consenserant, nec fidem tamen servarunt. Hor. Epod. 16. 6.

Novisque rebus infidelis Allobrox. Cic. 1. de Divin. 21.
At clades patriæ flamma ferroque parata,
Vocibus Allobrogum Patribus Populoque patebat.

Conjurationem quippe Catilinæ detexerunt.

ALLOBROGĬCUS, Adj. [Ἀλλοβρογικὸς] ut, Allobrogicum vinum, apud Cels. lib. 4. cap. 5.
Allobrogica uva, apud Plin. lib. 14. cap. 2.
Fuit etiam triumphale Cognomen Q. Fabio Maximo Æmiliani F. Paulli N. ob victoriam de Allobrogibus & Arvernis partam datum. Vellej. l. 2. c. 10. conf. Val. Max. 3. 5. 2. & 6. 9. 4. & Juven. 8. Sat. 13.

ALLODIUM, V. ALAUDIUM.

ALLOEOTHĔTA, [ἀλλοιόθετα] Fig. Gramm. Latine dici potest, Aliter posita, aut Alia positio: a Prisciano lib. 18. dicitur Variatio. Confundit autem numerum, ut Virgilius, Pars in frustra secant. Casus, Tu mihi quodcunque hoc regni, pro Hoc regnum. Genus, Virg. 3. Ecl. 83.

Dulce satis humor, depulsis arbutus hœdis,
Lenta salix fœto pecori, mihi solus Amyntas.

Ad dulce enim, quod est neutrum, tam masculina quam fœminina reddidit.

ALLOEOTICUS, Adj. [ἀλλοιωτικὸς] Allœotice Virtus seu Facultas est quæ cibum in aliud ex alio mutat. Macrob. 7. Saturn. cap. 4. Hæc virtus cibum mutat in succum ut ibidem ipse testatur.

ALLOPHȲLUS, [ἀλλόφυλος] Latine dicitur Alienigena, Alterius generis, Diversæ nationis, ab ἄλλο aliud, & φῦλον, gens, natio. contrar. ὁμόφυλος. Ita LXX. Interp. & Vulg. & Sulpit. Sever. vocant Philistæos, s. Palæstinos. V. Tertull. adv. Jud. cap. 4. adv. Marc. 4. 13. & Prudent. Hamartig. 500. qui ubique contra naturam Græcæ vocis corripuit penultimam: quod etiam a Paulino factum est Natal. 8. 71.

ALLŎQUOR, [προσφθέγγομαι, προσαυδάω] ŏqui. ex Ad, & Loquor, verbum notissimum. Varr. 5. de L. L. Alloquutum mulieres ire aiunt, quum eunt ad aliquam loquutum consulendi causa. Alii (in quibus & H. St.) legendum censent Consolandi. Pro quibus facit Catulli carmen paulo post citatum in ALLOQUUTIO.
Alloqui familiariter cum aliquo. Curt. lib. 6. [Non extat ap. Curt. Nisi fortassis in Amyntæ oratione l. 7. 1. 31. ubi hæc leguntur: Quia pridie familiariter & sine arbitris locutus est nobiscum; in mendoso codice Allocutus est lectum fuit: Quod plane ἄκυρον.
Perparce. Plaut. Amph. 1. 1. 232. Alloqui te perparce liceat obsecro.

ALLOQUIUM, [πρόσφθεγμα] i. e. Alloquutio. Plin. lib. 6. cap. 22. Hospitali regis clementia sex mensium tempore imbutus alloquio.
Alloquium, pro Solatio: ut, Ægritudinis alloquia. i. e. (ut Latini loquuntur) Solatia. Græci enim solatium παρηγορίαν, & παραμύθιον nominant: i. e. (verbum de verbo) Alloquium. Hor. Epod. 13. extr.

Illic omne malum vino cantuque levato
Deformis ægrimoniæ Dulcibus alloquiis. Lambin.

Benignum alloquium. Liv. 1. 34. Et ipse quoque fortunam benigno alloquio, comitate invitandi, beneficiisque quos poterat sibi conciliando adjuvabat.
Blandum. Plin. Epist. 1. 8. Medici salubres, sed voluptate carentes cibos blandioribus alloquiis prosequuntur.

ALLOQUUTIO, ōnis. f. [προσφώνησις] Venustius & usitatius est Alloquium. Plin. Epist. ult. lib. 2. Mutat personam, vertit alloquutionem. i. e. Sermonem.
Alloquutione solari aliquem Catul. ad Cornif. 36. 5.

Quem tu (quod minimum, facillimumque est)
Qua solatus es alloquutione?
Irascor tibi, sic meos amores
Paulum quidlibet alloquutionis
Mœstius lacrymis Simonideis.

V. Pet. Victor. Var. Lect. 8. 23. & Muret. 2. 4.
Adloquutio Augg. in Numis celebratur, i. e. Conciones militares. V. Spanh. diss. 13. p. 627. seq.

ALLORIA, [Ἀλλωρία] Urbs Cretæ, ut ex Polyhistore refert Stephanus. Gentile est ALLORIATES.

ALLOTRIGES, [Ἀλλότριγες] Populi in tractu Septentrionali Hispaniæ Straboni lib. 3.

ALLŬBET, seu ADLUBET unde

ALLUBENTIA, æ. f. Apul. 1. de Aur. Asin. post princ. Jam Allubentia proclivis est sermonis & joci.

ALLUBESCO, ubui, ubĭtum. [ἐπαρέσκω] ĕre. Antiquum verbum pro Placere. Et est ab impersonali verbo Lubet, pro Libet. Plaut. Mil. 4. 2. 13. Nimisque nitida fœmina hercle vero jam mihi allubescit primulum. Apul. 9. Met. Si aquis allubescerem. Idem 7. Met.

Allūceo, xi, ēre. Sen. Epiſt. 92. Niſi aliquis igniculus alluxerit. Plaut. Perſ. 4. 3. 46. Tibi fortuna faculam allucere vult. [V. ADLUCEO. utroque enim modo recte ſcribitur, nec debuit ſupra in verborum ſuſpectæ Latinitatis numerum referri. Conf. Suet. Vitell. c. 8.

Allucens, entis. Aug. Conf. 11. 23. Dilucescant allucente miſericordia tua, Domine.

Allucĭnor, **Alucinor** vel **Hallucinor**, [παραβλέπω] āri. Gell. lib. 16. cap. 12. Cloatius Verus in libris quos inſcripſit Verborum a Græcis tractorum, non pauca hercle dicit curioſe & ſagaciter conquiſita, neque non tamen quædam futilia & frivola. In his ponit Gellius, quod Alucinari factum ſcripſit ex eo quod dicitur Græce ἀλύειν. Unde Elucum quoque eſſe dictum putat, A litera in E converſa, tarditatem quandam animi & ſtuporem, qui allucinantibus plerunque uſu venit. Nonius, 2. 406. Allucinari, aberrare, & non conſiſtere atque diſſolvi, obſtupefieri, atque tardari, honeſte veteres dixerunt. Feſtus, Alucinatio, erratio. Columel. l. 7. c. 3. Nec fur aut beſtia allucinantem paſtorem decipiat. Becman. in Origin. Hallucinor (ita enim potius ſcribendum, ut ait Gell. 2. 3. & a Nonio inter aſpiratas ponitur, a Feſto tamen non item,) ab Hallax ſive Hallus i. e. Maximus pedis digitus, formatur, ut a Balbus, Balbucinor; a Sermo, Sermocinor. Aliud (ut Scaligero viſum eſt) videtur Allucinor. i. e. Videndo fallor, a luce aberro. V. de notione hujus vocis præter laudatos G. J. Voſſ. in Etym. & If. Voſſ. ad Catull. p. 90. Mercer. ad Non. Pric. ad Apul. Apolog. p. 140. Salmaſ. Ex Plin. p. 1279. Fulgent. de Priſco Serm. 54.

Allucinor aliquid. Cic. 1. de Nat. Deor. 82. Iſta enim a vobis quaſi dictata redduntur: quæ Epicurus oſcitans allucinatus eſt. i. e. Effutivit tota via veritate aberrans. Allucinari (inquit Marſus) eſt Errare, ac niti ad lucem pervenire, ſed non poſſe. Ille igitur aliquid allucinatur, qui lucem veritatis non attingit, ſed errat.

Dicitur etiam de rebus inanimatis. Cic. 2. Q. frat. 10. Sed quemadmodum coram cum ſumus, ſermo nobis deeſſe non ſolet: ſic epiſtolæ noſtræ debent interdum allucinari.

Allucinatio, ſeu **Hallucinatio**, ōnis. f. Error. Sen. de Vita Beat. cap. 26. Veſtras hallucinationes fero, quemadmodum Jupiter optimus maximus poetarum. Arnob. 6. p. 134. Feſt. Nonius l. c.

Allucinator ſ. **Hallucinator**, ōris. m. Nugarum amator. Feſt.

Allucitæ, Animalcula quædam; Hallucinari, inquit Fulgent. l. c. tractum ab Allucitis, quos nos κώνωπας dicimus, ſicut Petronius Arbiter aſſerit, Nam centum vernales me allucitæ moleſtabant. Voſſ. tamen l. c. Allucitas (ſive ut ſcribi ſolet, Alucitas) interpretatur illos qui officia lucis noctiſque pervertunt, qui in tenebris vivunt & interdiu ſtertunt, quos Cato ap. Sen. Epiſt. 122. Antipodas vocat.

Alluctor, āri. Idem quod Luctari. Apul. 10. Met. Edit. Elemenh. p. 247. Me quidem menſam accumbere ſuffixo cubito, dein alluctari & etiam ſaltare ſublatis primoribus pedibus perdocuit.

Alludio, āre. Plaut. Stich. 2. 2. 58. Quando adbibero, alludiabo. Et Pœn. 5. 4. 64.

Allūdo, ſi, ſum, [προσπαίζω] ĕre. quaſi Ad aliquem ludere. Sic enim dicimus Alicui aliquem alludere, ut Arridere cuipiam. Alludunt parvuli parentibus & nutricibus. Plin. lib. 9. cap. 8. Hominem non expaveſcit, ut alienum: obviam navigiis venit: alludit exultans. Et paulo poſt, Et alludens natantibus, impoſitoſque portans. De delphinis loquitur.

Alludere, eſt (inquit Valla lib. 4.) quum Aliud dicimus, & ad aliud ſententiam latenter referimus. ut Virg. 7. Æn. 117.

Nec plura alludens, ea vox audita, laborum
Prima tulit finem. Serv. Alludens, aut certe ludentem ſignificat: aut Alludens: i. e. Ad reſponſi fidem verba componens. Cic. 2. de Orat. 240. Galba autem alludens, varie & copioſe multas ſimilitudines afferre.

Alludere ad mulierem. Ter. Eun. 3. 1. 34. Forte habui ſcortum: cœpit ad id alludere.

Ad notam alludere. Juſtin. lib. 1. de Cyro infante: Quem ut in manum mulier accepit, veluti ad notam alluſit.

Alludere philoſophiæ, pro quaſi Per luſum & non ſerio tractare philoſophiam. Sen. Epiſt. 73. Adhuc eſt tertium genus, qui philoſophiæ alludunt, & nondum quidem eam attigerunt.

Alludere, Favere, blandiri. Sen. Quum tibi alludit hujus vitæ proſperitas.

Alludit unda. Plin. lib. 26. cap. 7. In ſaxis ubi alludit unda.

Alludentes undæ. Ovid. 4. Met. 342. h. e. Quæ alludere videbantur & blandiri. Quintil. Littus eſt qua fluctus alludit. V. Heinſ. ad Ovid. loc.

Allusio, ōnis. f. Arnob. 7. p. 229. Si manu viperam mulceas, nihil iſta proſit alluſio. Vulgo eſt Ornatus in dicendo qui ex ſimilitudine cujusdam rei quæritur.

Alluo, [προσκλύζω] ĕre. ex Ad & Lavo. lavis, ut veteres declinabant. Fluvii dicuntur urbes alluere, qui eas præterlabuntur. ſic & Maria terras alluunt. Cic. 2. de Legib. Diviſus æqualiter in duas partes, latera hæc alluit.

Alluit gentes Mæotis. Sen. OEdip. 5.

Alluuntur a mari mœnia. Cic. 7. Verr. 95.

Flumen Sidenum quo alluitur oppidum Polemonium. Plin. lib. 6. cap. 4. V. lib. 3. cap. 1. & 4.

Allŭvies, ēi. f. [πρόσκλυσις] Immoderata aquarum violentia, vel pluvialium, vel fluvialium, ſimiliumque: quæ non tantum agros confundit, ſed quandoque eripit, & nonnunquam funditus deſtruit. Columel. l. 3. c. 11. Vel etiam valles quæ fluminum alluvie & inundationibus concreverint.

Alluvies item dici videtur Locus aquæ inundatione factus, vel quem fluvius alluit. Liv. 1. 4. In proxima alluvie, ubi nunc vicus ruminalis eſt, (quam Romularem vocatam ferunt) pueros exponunt.

Alluvio, ōnis. f. [ἐπίκλυσις] Idem quod Alluvies. Cic. 1. de Orat. 17. Alluvionum, circumluvionum jura.

Alluvio, eſt Incrementum latens, quod ita paulatim adjicitur, ut intelligere non poſſimus quantum quoquo momento temporis adjiciatur præterea. Inſtit. de rer. diviſ.

Alluvionum, quæ contingi ſolent in prædiis, quæ ripis quorundam fluminum terminantur, ea natura eſt ut ſemper incerta poſſeſſio, incertum ſit ejus dominium, quod poſſeſſori per alluvionem adcreſcet. nam quod hodie poſſidemus, nonnunquam altero die vicini fundi dominio in alteram fluminis ripam tranſlatum adquiritur. nec tamen, apud quem accreſcit, remanet, ſed plerunque redit ad priorem dominum cum augmento: ſæpe nec ad poſteriorem manet, nec redit ad priorem, ſed in arena fluminis inundatione ſolvitur, ideoque ſuggeſtione culminis tui admittitur, ut judicio agri menſoris finiatur. non de Ægyptiis ſolis, nec de limi tantum alluvionibus loquimur, ſed, quod ſalubre eſt orbi terrarum, atque omnibus provinciis, promulgamus, ut ea quæ per alluvionem poſſeſſoribus acquiruntur, neque ab ærario vendi, neque a quolibet peti, nec ſeparatim cenſeri, vel functiones exigi, perpetua lege valitura ſancimus: ne alluvionum ignorare vitia, vel rem noxiam poſſeſſoribus indicere videamur. Similiter nec quidem quæ paludibus antea, vel paſcuis videbantur adſcripta, ſi ſumptibus ac laboribus poſſeſſorum nunc ad frugum fertilitatem tranſlata ſunt, vel vendi, vel quaſi fertilia ſeparatim cenſeri, vel functiones exigi concedimus: ne hi doleant diligenter operam ſuam agri dediſſe culturæ, ne diligentiam ſuam ſibi damnoſam intelligant. Hæc ex Frontino de Limitibus agrorum: quæ ille recitat ex epiſtola Theodoſii & Valentiniani imperatorum. Aggenus autem & ipſe in libello de Limitibus agrorum ſic inquit, De alluvione obſervatio eſt, ſi in occupatoriis agitur agris: quidquid vis aquæ abſtulerit, repetitionem nemo habet. quæ res neceſſitatem ripæ muniendæ injungit, ita tamen, ut ſine alterius damno quidquam fiat. Si vero in diviſa & aſſignata regione tractabitur, nihil amittet poſſeſſor: quoniam formis per centurias certus cuique modus aſcriptus eſt: circa Padum autem cum ageretur, quod flumen torrens, & aliquando tam violentum decurrit, ut alveum mutet, & multorum late agros trans ripam, ut ita dicam, transferat: ſæpe etiam inſulas efficit. At Caſſius Longinus, vir, prudentiſſimus, juris author, hoc ſtatuit, ut, quidquid aqua lambendo abſtulerit, id poſſeſſor amittat: quoniam ſcilicet ripam ſuam ſine alterius damno tueri debet. Si vero majore vi decurrens alveum mutaſſet, ſuum quiſque modum agnoſceret: quia non poſſeſſoris negligentia, ſed tempeſtatis violentia abreptum apparet. Si vero inſulam feciſſet, a cujus agro feciſſet id poſſideret: at ſi ex communi, quiſque ſuum reciperet. Scio enim quibusdam regionibus cum aſſignarentur agri, adſcriptum aliquid per centurias & flumini. hoc autem providit author dividendorum agrorum: ut quoties tempeſtas fluvium concitaſſet, non per regionem excedens alveum vageretur, ſed ſine injuria cujusquam deflueret, &c. hos tamen agros, id eſt, hunc omnem modum qui flumini adſcriptus eſt, reſp. quibusdam vendidit. hæ quæſtiones maxime in Gallia tota moventur, quæ multis contexa fluminibus immodicas Alpium nives in mare tranſmittit, & ſubitarum regelationum repentinas inundationes patitur. Aliquibus locis impetraverunt poſſeſſores a præſide provinciæ, ut aliquam latitudinem flumini daret. nam & in Italia Piſauro flumini latitudo eſt aſſignata eatenus, quousque alluebat.

Alluvius ager, Quem paulatim fluvius efficit, &c. libello de Limitibus. conf. Hotoman. Comm. verb. juris.

Alluvium, i. n. pro Alluvione ſ. Alluvie dixit Sidon. 2. Epiſt. 2. 2. conf. Iſid. 14. 8.

Allus, vel **Hallus** cum aſpirata. Pollex, proximum digitum ſcandens, quod velut inſiluiſſe in alium videatur: quod Græce dicitur ἀλλέσθαι. Feſtus. ποδὸς μέγας δάκτυλος Gloſſ. Allex etiam ſcribitur.

A L M

Alma, Mons eſt in Mœſia ſuperiore, prope Sirmium, & Aureum, quem Probus imperator, Eutropio teſte, opere militari vineis conſevit. V. Cæl. Antiq. Lect. l. 18. c. 21. [Varie ſcribitur nomen montis iſtius, qui in Pannonia Inferiore, Almus, Gr. ἄλμος ap. Eutrop. l. 9. c. 11. Nec Aureo junctus, qui in Mœſia Superiori. V. Cellar. O. A.

Almēne, [Ἄλμηνη] Oppidum eſt ad Pontum Euxinum, a quo fiunt gentilia Alminius & Almenites, Stephanus.

Almĭtas, ātis. f. Gloſſ. Lat. Gr. ἀναστροφή.

Almĭtĭes, ēi. f. Habitus almarum rerum. Feſt. Gloſſ. Gr. Lat. αὔξησις ἀρχῆς. Apud Chariſ. l. 1. p. 25. Almities eſt ἀπειρεια.

Almo, ōnis. m. [Ἄλμων] Fluvius, vel potius Rivus ante portam Capenam, urbi Romæ vicinus, apud quem Romani olim ſacra Cybeles faciebant eodem ritu quo Galli in Phrygia. V. CYBELE.

Almo Italus. Stat. 6. Sylv. 1. Claud. de Bell. Gild.

Lubricus. Ovid. 4. Faſt. 337.

Parvus. Lucan. lib. 1. 600.

Sacer. Val. Flac. 8. Argon.

Tepidus. Sil. Ital. lib. 8. 364. Prudent. in Romano 160. Rivulum vocat quod arguit parvum & exiguum amnem eſſe. adde Fr. Lindenbrog. ad Marc. p. 127. Auguſt. de Civ. Dei, 2. 4. Weitz. ad Prudent. p. 609.

Almo etiam Deus illius fluminis, pater Laræ Nymphæ ex qua Mercurius Lares genuit. Ovid. 2. Faſt. 599. fabulam narrat.

Almon, [Ἄλμων] Oppidum Theſſaliæ, Plin. 4. 8. Elmon alii vocant, & Bœotiæ civitas Steph.

Eſt etiam Almon apud Virg. 7. Æn. 532. Paſtoris nomen, filii Tyrrhæi, regii pecoris magiſtri.

Almopia, æ. Macedoniæ pars, ſic dicta ab Almope gigante, Neptuni, & Athamantidos Helles filio. Hinc Almopes, & Almopii, ejus regionis incolæ. Plin. lib. 4. cap. 10.

Almops, opis. Gigas, Neptuni & Athamantidos Helles filius. Plin. l. 4. c. 10.

Almus, [Ἄλμος] Siſyphi filius (ut inquit Scholiaſtes Apollonii) frater Porphyrionis, ex cujus filia Chryſogone, & Neptuno natus eſt Minyas rex Orchomeni. Idem tamen alio loco Minyæ matrem Hermippen Bœoti filiam appellat.

Almus mons V. ALMA Supra.

Almus, a, um. [ζάδωρος] Adj. ab Alendo dictum. Unde Feſtus, Alma, inquit Sancta ſive Pulcra: vel Alens, ab alendo ſcilicet. Item Clarus, Inclytus. Vet. Gloſſ. Almus, κλυτὸς, ἔνδοξος. Item alma, κλυτὴ, ἁγνὴ, ὡραία, θρεπτῆρα. Utramque ſignificationem dabunt loca citata. Plaut. Curc. 2. 3. 79. Invoco almam meam nutricem.

Adorea alma. i. e. Gloria quæ altrix virtutum. Hor. 4. Carm. 4. 41.

Ager almus. Virg. 2. Georg. 330. Parturit almus ager. Ubi Serv. Almus, ab eo quod nos alat.

Carthago alma, Sil. Ital. lib. 13. 11.

Ceres. Virg. 1. Georg. 7.

Dies. i. e. Clariſſimus. Virg. 8. Ecl. 17.

Naſcere, præque diem veniens age lucifer almum. Servius. Hor. 4. Carm. 7. 22.

Fauſtitas. Hor. 4. Carm. 5. 18. Nutrit rura Ceres, almaque Fauſtitas.

Fides. Cic. 1. Off. 104. ex Ennio, O Fides alma.

Jubar. i. e. Dies. Val. Flacc. 5. Argon. 311.

Liquor. Lucret. lib. 2. 390.

Lux. Virg. 1. Æn. 306.

Ut primum lux alma data est. Alma lux dicta, quod alat universa: nam physici dicunt omnia per diem crescere. Servius.
Maiæ almæ filius, pro Mercurio. Hor. 1. Carm. 2. 43.
Musæ almæ. Hor. 3. Carm. 4. 42.
Nereides. Cic. in Arat.
Hanc illi tribuunt pœnam Nereides almæ.
Nox. Sen. Agam. 2. Idem in Troad. 6.
Nutrix. Lucret. lib. 5. 231.
Pallas. Lucret. lib. 6. 750.
Alma parens, pro Venere. Virg. 2. Æn. 591. Martial. lib. 8. 21.
— vigilat Memnonis alma parens. i. e. Aurora. Virg. 10. Æn. 252.
Alma parens Idæa deûm. Ubi Servius, Alma proprie est Tellus, ab eo quod nos alat: abusive etiam aliis numinibus hoc epitheton datur.
Pax. Tibul. lib. 1. 10. 69. Pacis simulacrum fingebatur manu spicam gerens: ideo Alma. nam pacis tempore agricultura floret. unde illi & spicæ & poma & hujusmodi reliqua offerebantur.
Sibylla alma. Virg. 6. Æn. 74. Quia scilicet virgo fuerit.
Sol. Hor. in Carm. Secul. 9.
Tellus. Columel. lib. 3. cap. 21. Quibus alma tellus annua vice velut æterno quodam puerperio læta, mortalibus distenta musto demittit ubera.
Venus. Virg. 1. Æn. 622.
Vites. Virg. 2. Georg. 233. — pecorique, & vitibus almis
Aptius uber erit.

A L N

Alnus, i. f. [κλήθρα] Arbor fluvialis, sive palustris, notissima, quæ neque fert fructum, neque semen. De hac multa Vitruvius lib. 2. cap. 9. Meminit & Plin. lib. 16. 18. & 31.
Alta alnus. Sen. Hippol. 1.
Alnus amica fretis. Stat. 6. Theb. 106.
Electrifera. Claud. in Epithal. Hon. & Mar. 14.
Fluminea. Sil. Ital. lib. 3.
Longa. Ovid. 13. Met. 790.
Procera. Virg. 6. Ecl. 63.
Viridis alnus. Virg. 10. Ecl. 74. Dicunt enim alnos in Padi ripis primum visas, illicque spectatissimas & magna copia virere, ut ait Pausanias, ex historia quam narrat Ovid. 2. Met. Nam quum Phaëthon impetratos a patre currus male regeret, fulmine Jovis in Padum s. Eridanum præcipitatus est. Quumque Phaëthusa, Phœbe, & Lampetie, ejus sorores, ad hujus fluvii ripas, eum menses quatuor impatientissime flevissent, tandem Jovis misericordia in populos arbores versæ sunt, vel (ut mavult in Argonaut. Apollonius) in alnos: earum autem lacrymæ in electra. Virg. 6. Ecl. 63. In alnos mutatas tradit hoc carmine,
Tunc Phaëthontiadas musco circumdat amaræ
Corticis, atque solo proceras erigit alnos. Idem tamen 10. Æn. 189. alteri subscribit opinioni,
Nanque ferunt luctu Cycnum Phaëthontis amati,
Populeas inter frondes, umbramque sororum
Dum canit, &c.
Alnus, pro Navigiolo: quia ex trunco alni excavatæ fiebant hujusmodi scaphæ. Claud. præf. 1. de Rapt. Proserp. 3.
Qui dubiis ausus committere flatibus alnum,
Quas natura negat, præbuit arte vias. Virg. 1. Georg. 136.
— alnos primum fluvii sensere cavatas.
Levis alnus. Virg. 2. Georg. 451.
Alnus apta fluctibus. Lucan. lib. 3. 441.
Sylvaque Dodones, & fluctibus aptior alnus.
Alneus, Adj. ab Alnus; Quod fit ex Alno. Vitruv. 3. 3. Locus palis alneis configatur.
Alnētum, [κληθρεών] ut, Quercetum, Dumetum, Esculetum; Locus alnis consitus. Gu. Brito 8. 303.
Difficiles ubi densa vias alneta tenebant.

A L O

Alo, ui, itum & altum, [τρέφω] ĕre. est Rebus ad victum cultumque necessariis sustentare: quod vulgus dicit, *Intertenere:* ut, Alere familiam. Cic. Parad. 8. Multi ex te audierunt quum diceres, Neminem esse divitem, nisi qui exercitum alere posset suis fructibus.
Copias militum alere. Cic. pro Deiot. 22.
Inter Alere & Educare. Nonius, Alere & Educare hoc distant: Alere est victu temporali vitam sustentare. Educare autem ad satietatem perpetuam educere. Accius in Andromeda, Alui, educavi: id facite, gratum ut sit seni.
Inter Alere & Pascere. Idem Nonius alio loco, Pascere & Alere hoc distant, authoritate Varronis γεροντοδιδάσκαλος, ut sit Alere, sufficiendi generis curam habere: Pascere, natos cibo saginare. Ter. Andr. 1. 1. 29. Aut equos alere.
Alere & Nutrire, pro eodem. Nutriri est parvulorum ut crescant (unde nutrices dicuntur, nutritiique qui curam infantium habent, habueruntve) & adultorum, ut vivant. Ali quoque in eodem significato. Unde lex illa XII tabularum, Liberi parentes alant, aut vinciantur. At in rebus incorporeis frequentius ut crescant. Quintil. in præf. lib. 1. Sed alere facundiam, vires augere eloquentiæ possit. Perinde est ac si dixisset, Augere facundiam, augere vires eloquentiæ possit. Virg. 5. Æn. 231.
Hos successus alit. i. e. quasi Horum animos successus augescere facit. Hæc Valla lib. 5. cap. 46.
Alere quempiam de bonis alterius. Paulus in l. Nesennius. D. de negot. gestis. E contrario dicebatur: hoc recte dici, cum de suo aluisse mater probaretur. at in proposito aviam, quæ negotia administrasset, verisimile esse, de re ipsius nepotis eum aluisse.
Alit binos fœtus ubere. Virg. 3. Ecl. 30.
Alunt rhombos æquora. Hor. 2. Serm. 2. 48.
Aluere victum mortalium glandiferæ arbores. Plin. in procem. lib. 16.
Aluntur asperitate aquarum arbores. Plin. l. 12. c. 9. i. e. aqua salsa.
Tellus alit saxa. Lucret. lib. 2. 1155.
Nec mare, nec fluctus plangentes saxa crearunt,
Sed genuit tellus eadem, quæ nunc alit ex se.

Alere aliquid & majus facere. Cic. 2. de Invent. 162. Consuetudine jus est, quod aut leviter a natura tractum, aluit & majus fecit usus, &c.
Alere & sustentare. Cic. 2. de Nat. Deor. 301. Spiritus ductus alit & sustentat animantes.
Ali & augeri. Cic. in Læl. 104. Sed nec illa extincta sunt, aluntur que potius & augentur cogitatione & memoria. Cic. 3. in Catil. 26. Memoria vestra res nostræ alentur, sermonibus crescent.
Ali & augescere. Cic. 2. de Nat. Deor. 51. Multaque a luna manant & fluunt, quibus & animantes alantur, augescantque & pubescant, maturitatemque assequantur quæ oriuntur e terra.
Ali & crescere. Cic. 2. de Nat. Deor. 23. Sic enim res se habet, ut omnia quæ alantur, & quæ crescant, contineant in se vim caloris, sine qua neque ali possent nec crescere.
Ali & sustineri. Cic. 5. Verr. 11. Re frumentaria ex Sicilia alimur ac sustinemur.
Ali, apud Lucretium non est Nutriri plerunque, sed Altum, & adultum evadere. Itaque crescunt apud eum res, deinde aluntur. Nec vero præpostera ordinis perturbatione videre potest id dicere, cum perspicue in ea notione quam dixi verbum illud ab eo usurpetur: ut, l. 2. 1129.
Donec alescendi summum tetigere cacumen. V. ALESCO. Iterum lib. 2. 946.
— neque quod superest procrescere alique. Rursum lib. 1. 192.
Quæque sua de materia grandescere, alique. Monuit Turneb.
Ali ab. Lucret. lib. 1. 812. — atque alimur nos
Certis ab rebus.
Viduitate & solitudine alicujus ali. Cic. pro Cæcin. 13. Æbutius iste, qui jam diu Cesenniæ viduitate ac solitudine aleretur, &c.
Cibus alit. Lucret. lib. 1. 859.
Diditur in venas cibus omnes, auget, alitque
Corporis extremas quoque partes, unguiculosque.
Agellus quum eum non satis aleret, ludimagister fuit. Cic. 1. de Nat. Deor. 75.
Ali victu. Lucret. lib. 4. 634.
Pax aluit vites. Tibul. lib. 1. 11. 47.
Usus alit aliquid. V. Alere & majus facere.
Alere se consumptione & fenio sui. Cic. de Univers. 16.
Amor alitur divitiis. Ovid. de Rem. Amor. 746.
Audaciam alere. Cic. 2. de Invent. 4. Dicendi assiduitas aluit audaciam.
Bellum. idem quod Bellum fovere. Liv. 31. 15. extr.
Capillum. Plin. lib. 24. cap. 15. Infantibus illita capillum alunt.
Cogitatione ali. V. Ali & augeri.
Consuetudo alitur. Cic. 14. Att.
Controversiam alere. Cæs. 7. Bell. Gall. 32.
Copiam verborum alere. Cic. in Orat. 27.
Culpam. Propert. lib. 4. 4. 70.
Flammas. Ovid. 10. Met. 173.
Furor effrenatus alitur impunitate diuturna. Cic. pro Sext. 82.
Gloriam alere. Cic. in Bruto 32. Isocrates forensi luce caruit, intraque parietes aluit eam gloriam, quam nemo est postea consequutus.
Ira leones alit. Stat. 12. Theb. 740.
Memoria ali. V. Ali & augeri.
Mens hominis alitur discendo. Cic. 1. Off. 105.
Monstrum alere. Proverbium ubi quid occulti vitii latére significamus. Ter. And. 1. 5. 15. Aliquid monstri alunt.
Sitim alere. Ovid. 3. de Ponto, 1. 18.
Spem alere. Cic. 1. in Catil. 80.
Spe ali. Ovid. in Ibin, 128.
Staturam, Vires alere. Cæs. 6. Bell. Gall. 21. de Germanorum moribus, Qui diutissime impuberes permanserunt, maximam inter suos ferunt laudem. Hoc ali staturam, ali hoc vires, nervosque confirmari putant.
Vitium alitur. Virg. 3. Georg. 454.
— alitur vitium, vivitque tegendo.
Vulnus alere. Virg. 4. Æn. 2.
At regina gravi jamdudum saucia cura,
Vulnus alit venis: & cæco carpitur igni.
Ali formidine mortis vulnera vitæ, i. e. vitia. Lucret. lib. 3. 64.
Vitam alicujus alit posteritas. Cic. pro Marcell. 29. Illa vita est tua, Cæsar, quæ vigebit memoria seculorum omnium, quam posteritas alet.
Alere mollius more nutricum. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Plenius alit viva vox. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Pluribus minore fastidio alitur stomachus. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Altus, & **Alĭtus**, [τεθραμμένος] Plin. Ovillo lacte altus. Cic. pro Planc. 81. Cui non locus ille mutus, ubi ipse altus aut doctus est, &c.
Natus & altus. Cic. in Bruto 50. Videsne igitur ut in ea ipsa urbe in qua & nata & alta sit eloquentia, quam ea sero prodierit in lucem?
Altus & renovatus. Cic. 2. de Nat. Deor. 118. Stellæ vaporibus aquarum aluntur his, qui a Sole ex agris tepefactis & ex aquis excitantur: quibus altæ renovatæque stellæ atque omnis æther refundunt eadem, & rursum trahunt indidem. Sed contractum hoc est ex Alitus quo usus est Liv. 30. 28. Alito atque educato inter arma. Val. Max. 7. 2. 7. Et Curt. 8. 10. 8. Similiter in optimis Cic. codicibus.
Alendus, [θρεπτέος] Ovid. 2. de Arte Am. 152.
Dulcibus est verbis mollis alendus amor.
Altellus, i. m. dimin. Fest. an Paulus? Altellus Romulus dicebatur, quasi Altus in tellure, vel quod tellurem suam aleret, sive quod aleretur telis: vel quod a Tatio Sabinorum rege postulatus sit in colloquio pacis & alternis vicibus audierit, locutusque fuerit. Sicut enim fit diminutive a Macro Macellus a Vafro Vafellus, ita ab Alterno Altellus. Ubi Scalig. & Dacer. V. [Sic sane ab Ager Agellus, a Sacrum sacellum, a Culter Cultellus, a Lucrum Lucellum, Pulcher Pulchellus, aliaque similiter formantur a similibus, ab Altero igitur potius, quam ab Alterno deducendum fuit, ut pro Gemello dictum videatur. Sed mallem Grammaticus veteris alicujus auctoris locum protulisset, unde de nomine isto Romuli satis constaret, quam ut tam anxie in etymon inquireret.
Altus, ûs. m. Nutricatio. Macrob. 1. Saturn. 2. Rerum naturæ altu nutritur universitas.
Alĭtus, ûs. m. Idem. Donat. in Vita Virgilii; Parentibus quotannis aurum ad abundantem alitum mittebat.
Altĭlis, e. [θρεπτὸς] ex supino Altum, ab Alo. Sunt autem Altilia, Animantia quæ inclusa aluntur: sive aves in corte aut aviario, sive quadrupedes

des in roborario, sive pisces in vivario. Valla lib. 1. Altilis avis, altilis quadrupes, altilis piscis, qui sagina altus sive alitus est, atque saginatus. Plin. l. 10. c. 50. Præter unam gallinam quæ non esset altilis.
Aper altilis. Juven. 5. Sat. 115.
Cochleæ altiles, apud Plin. lib. 9. cap. 56.
Altilia. pl. n. subst. Satur altilium. Hor. 1. Epist. 7. 35.
Altilis, active, pro Alibili Macrob. 7. Saturn. c. 4. In venis & arteriis, quæ sunt receptacula sanguinis & spiritus, tertia fit digestio. Nam acceptum sanguinem quodammodo defæcant: & quod in eo aquosum est, venæ in vesicam refundunt: liquidum vero purumve & altilem sanguinem singulis totius corporis membris ministrant.
Altile, non solum Pingue ab alendo: verumetiam Opulentum. Plaut. Clitell. p. 572. ed. Gronov. in fragm. Prohibet divitiis maxumis dote altili atque opima. Nonius.

Altiliārius. i. m. Qui altilia curat. Gloss. Lat. Gr. Altiliarius ὀρνιθοτρόφος.

Altor, ōris. m. [τροφεὺς, τροφὸς] Qui alit. Cic. 2. de Nat. Deor. 86. Omnium autem rerum quæ natura administrantur, seminator & sator & parens, ut ita dicam, atque educator, & altor est mundus. Sen. Herc. fur. v. 1247.

— sive me altorem vocas, Seu tu parentem. Lactant. 1. 21.

Ovid. 11. Met. 101. Gaudens altore recepto.

Altrix, īcis. [τιθὴ, θρεπτήρια] Quæ alit. Plin. lib. 10. cap. 64. Altricemque habere per se vitam illam quæ satis, arboribusque contingat.
Altrix terra. Cic. pro Flacco 62. Et eorum eadem terra parens, altrix patria dicatur.
Altrix Apulia. Hor. 3. Carm. 4. 10.
Altrix bellorum Numidia. Sil. lib. 1. 218.
Romani nominis altrix. i. e. Lupa, quæ Romulum & Remum lacte aluit. Cic. 1. de Divin. 20.
Altrix nix. Valer. 6. Argon. 325. conf. Plin. Paneg. cap. 28. Ovid. 11. Met. 683. & Apul. de Mundo cap. 57.

Alĭbĭlis, e. [θρεπτικὸς] Quod facultatem habet alendi. Varro 2. de R. R. cap. 11. Est enim lac omnium rerum quas cibi causa capimus liquentium, maxime alibile. Rursum ibidem paulo post, Casei quum molles sunt, magis alibiles, in corpore non resides, veteres & aridi, contra. Compar. Idem. 3. 9. Pulli alibiliores.

Alumnus, i. m. [τρόφιμος] & Alumna, æ. f. dicitur sicut Filius & Flia. Est autem Alumnus, Qui ab aliquo alitus est, & est nomen ad aliquid dictum. Refertur enim proprie ad nutricium, nutricemve: ut, Alumnus meus, quem educavi. Cic. 4. Verr. 66. de suppliciis, Italia autem alumnum suum servitutis extremo summoque supplicio fixum videret. Varro, Et ecce de improviso ad nos accedit cana veritas, Atticæ philosophiæ alumna. V. Nonium 4. 25. Serv. ad Virg. 4. Æn. 72. Caper. de Orthograph. Isidor. 10. in Apr.
Agrestis ille alumnus evertet domum. Senec. in Agamem. 7. de Ægistho nutrito in agris.
Dulcis alumnus. Hor. 1. Epist. 4. 8.
Indecores. Stat. Theb.
Juvenis. Ovid. 11. Met. 99.
Parvus. Hor. 3. Carm. 18. 4.
Artis alumnus. Stat. 6. Theb. 178.
Pacis. Cic. 7. Philipp. 8. Ego itaque pacis (ut ita dicam) alumnus.
Pietatis. Ovid. 14. Met. 443.
Ruris. Ovid. 3. Amor. 15. 3.
Nemorum. Stat. 10. Theb. 362.
Alumnus disciplinæ meæ. Cic. 9. Fam. 14.
Alumna bene constitutæ civitatis eloquentia. Cic. de Clar. Orat. 45. Pacis est comes, otiique socia, & jam bene constitutæ civitatis quasi alumna quædam, eloquentia.
Alumnus ponitur interdum & active, pro Eo qui alit. Plin. l. 3. c. 5. Terra omnium terrarum alumna, eadem & parens, numine deûm electa. De Italia loquitur. Licet tamen hic passive capere. Provinciæ enim Africa præsertim & Ægyptus alebant Italiam. Sed active [si dis placet] Curt. 9. 2. 28. Alumnum commilitonemque vestrum. Sic Stat. 1. Silv. 3. 6.

— Nemees frondentis alumnus. Flor. 3. 21. 12. Cliens & alumna Urbis Ostia. quæ alit Romam commeatibus ex aliis regionibus eo convectis. conf. eund. 1. 4. 3. Virg. 11. Æn. 33.

— Caro datus ibat alumno. i. e. domino, auct. Nonius. conf. Taubm. ad loc. Valla Eleg. l. 6. c. 1. [Cujus procul dubio sententia verior est, semper id nomen Passive sumi, ut vel ex hic adductis locis liquere puto; quanquam video Nonni sententiæ etiam in Lipsiensi Thesauro calculum adjectum, ubi perperam Servius ad Virg. 4. Æn. 72. pro Taubmanno adfertur. Verum prolixius hæc adstruere alterius loci est.

Alumnari, [τροφιμοῦσθαι] Alere & Nutrire significat. Apul. l. 8. de Asino, p. 209. Quos ad tutelæ præsidia curiose fuerant alumnati. Hinc Alumnatus, Educatus. Puellæ in penetralibus virginis alumnatæ. Mart. Capell. l. 9. p. 302. Sed utrumque non satis receptum Latinis.

Alimentum, [τροφὴ, διατροφὴ] Nutrimentum. Cic. de Univers. 16. Nec vero desiderabat mundus alimenta corporis.
Alimenta & Cibaria differunt. Nam illorum nomine ea omnia continentur, sine quibus ali corpus non potest: horum vero tantum quæ ad cibum pertinent. Itaque Jabolenus Alimentorum legato & cibaria, & vestitum, & habitationem contineri tradit. l. 6. D. de alim. & cibar. Ulp. autem Cibariorum legato ea contineri negat. l. 21. D. eod. ex Hotomanno.
Largum alimentum. Plin. l. 11. c. 14. Hoc quidem attingi vetant: ut largo alimento valida exeat soboles.
Liberalius alimentum. Cels. l. 8. c. 10. Liberalius alimentum, longa a vino abstinentia.
Alimenta mitia. Ovid. 2. Met. 288.
Alimenta perpetua. V. perpetuus.
Alimenta flammæ vel ignis. Ovid. 15. Met. 532. Plin. l. 14. c. 20. Fæx vini siccata recipit ignes, ac sine alimento flagrat per se.
Alimenta ignis arida. Sil. Ital. lib. 17.
Alimenta lactis dare puero. Ovid. 3. Met. 315.
Alimenta nubium. Ovid. 1. Met. 271.
Vitiorum. Ovid. 2. Met. 769.
Alimentum virtutis honos. Val. Max. 2. 6. 5.
Alimenta arcu expedire, Victum sibi arcu & sagittis quærere. Tacit. 6. Ann. 43. Artabanus in Hyrcanis repertus est, illuvie obsitus, & alimenta arcu expediens.
Alimenta reponere in hyemem. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Subministrare. Cels. lib. 8. cap. 1. Interque ea venæ discurrunt, quas his alimentum subministrare credibile est.

Alimentarius, Adj. Quod ad alimentum pertinet: ut Lex alimentaria, quæ providebat ut filii alerent parentes ad inopiam redactos. Cic. 8. Fam. 6. [Immo V. Manut. ad loc.
Alimentaria causa. Ulpian. in l. Quum hi. §. si eidem. D. de transact.
Alimentaria ratio. Martian. in l. 4. D. Ad leg. Juliam peculat.
Alimentarius, Cui alimenta legata sunt: sæpe legitur in jure civili, V. Leg. 8. §. 9. & 24. D. de Transact.
Alimentarii pueri, sunt Qui publice aluntur. Jul. Capitol. in Antonino Pio, cap. 8. Puellas (inquit) alimentarias in Faustinæ honorem Faustinianas constituit. Gruter. Inscript. MXXII. 6. PVERI ET PVELLAE ALIMENTAR.

Alĭmōnia, æ. [διαθρέψις] Victus necessarius. Utitur frequenter Macrob. Saturn. c. 4. & 5. Plaut. Pers. 1. 2. 1. Quæstus alimoniæ. Gell. 17. 15. Naturalis alimoniæ fundamentum. adde Suet. Calig. c. 42. Prudent. Cathem. 5. 19. Plur. numero usus est Apul. 2. Met. a pr. Non modo sanguinis verum etiam alimoniarum socia.

Alimonium, i. n. Nutrimentum. Varro 1. de R. R. c. 8. Ubi enim natura humida, ibi altius vitis tollenda, quod in partu & alimonio vinum, non ut in calice, quærit aquam, sed solem. Idem l. 3. c. 16. Hæc omnia vocant a mellis alimonio, alvos.

Alitūra, [θρέψις] Nutricatio. Gell. lib. 12. cap. 1. Non partionem solam, sed alituram quoque feram, & sævam criminatus est.

Alŏe, es. f. [ἀλόη] Herba est amarissimi succi. Unde per metapohoram dixit Juvenalis, 6. Sat. 180. Plus aloės quam mellis habet. h. e. Plus amaritudinis quam dulcedinis. De hac herba sic habet Plin. lib. 27. cap. 4. Aloë scillæ similitudinem habet, major & pinguioribus foliis ex obliquo striata. Caulis ejus tener est, rubens medius, non dissimilis antherico: radice una, ceu palo in terram demissa, gravi odore, gustu amara, laudatissima ex India affertur: sed nascitur & in Asia, &c.

Alōeus, per ω diphthongum [Ἀλωεὺς] fuit Gigas Titanis & Terræ filius, cujus uxor Iphimedia a Neptuno compressa, Otum & Ephialtem peperit, gigantes maximos, qui novem digitis per singulos menses crescebant. Hi Aloidæ dicti sunt: quorum meminit Virg. 6. Æn. 582.

Hîc & Aloidas geminos immania vidi
Corpora, qui manibus magnum rescindere cœlum
Aggressi: superisque Jovem detrudere regnis.

Aloeus impius. Lucan. lib. 6. 410.

Impius hanc prolem superis immisit Aloeus. V. Apollod. l. 1.

Hygin. F. 28. Serv. ad loc. Virg.

Alogia, [ἀλογία] Latine Irrationalitas (ut ita dicam) interpretari potest, cum scilicet vera ratio non subjungitur. Senec. de morte Claudii. Citius mihi verum dicito, ne tibi alogias excutiam. Ubi Interpp. V. Aug. ad Cusulan. Epist. 86. Alogian Immodicum conviviorum luxum appellat. Dicitur etiam Alogia, [vel potius ἀλόγιον. V. H. St. Thes. Gr.] cum principis liberalitate, gratiaque, necessitas reddendarum rationum cuipiam remittitur. Hinc

Alogii Crimen, Cum rationem quispiam reddere neglexerit eorum quæ in magistratu gesserit. Cælius lib. 8. cap. 3.

Alogistia, [ἀλογιστία] Est (ut docet Cælius lib. 7. cap. 6.) cum Reddendarum rationum necessitas remittitur, quæ & Alogia dicitur.

Alogista, [ἀλογίστης] Rationibus reddendis liber & solutus. Ut Alogistæ tutores dicuntur qui administrationis suæ rationes non reddunt, in l. 5. §. 5. D. de admin. tut. Ita enim in vulgatis exemplaribus legitur: Quidam decedens suis filiis dederat tutores, & adjecerat, Eosque Alogistas esse volo. In exemplaribus autem Florentinis legitur, Eosque Aneclogistos esse volo.

Alŏgus, Irrationalis. Aliter Lineæ alogæ, Spatia aloga, Pedes alogi, ap. Mart. Capell. lib. 6. p. 232. & lib. 9. p. 321. & 329.

Alogiani, [ἀλογιανοὶ] Hæretici fuerunt, sic vocati tanquam sine Verbo, propterea quod ἐν τῷ λόγῳ, h. e. Dei filio, qui patris Verbum appellatur, divinitatem non agnoscerent, Joannis Evangelium respuentes. Cæl. lib. 16. cap. 17.

Aloidæ, V. supra Aloeus.

Aloite, [ἀλοίτη] Herba est vim habens soporificam, quæ alio nomine Mandragora dicitur. Calep.

Alone, Insula inter Lebedum & Teon repente enata. Plin. lib. 2. cap. 87. Est & Alone, Oppidum Hispaniæ ad sinum Illicitanum, ut apud Melam legitur, qui vulgo *Golfo d'Alicante*.

Alonesus, V. Halonesus.

Aloni, Populi Mesopotamiæ, Gordyæis juncti, per quos Zerbis fluvius in Tigrim cadit. Plin. lib. 6. cap. 26.

Alontigiceli, Hispaniæ populi in conventu Hispalensi. Plin. l. 3. c. 1.

Alontium. V. Aluntium.

Alope, Græcis Ἀλόπη, fuit Cercyonis filia, ut testatur Pausan. in Atticis, a cujus nomine cognominata Alope Thessaliæ civitas: de qua mentionem facit Hom. 2. Iliad. Meminit & Strabo lib. 9. & Plin. lib. 4. cap. 7. conf. Steph. Byzant.

Alopece, Insula est in Ponto Euxino, ut author est Plin. lib. 4. cap. 12. & lib. 5. cap. 31. Straboni l. 11. Alopecia.
Alopeces, medicis Carunculæ sunt lumbis circunjectæ, quas item ψύας dixit summus ejusdem artis author Hippocrates: etiamsi psyas Hieronymus Renes interpretatur. Cæl. Antiq. Lect. lib. 19. cap. 1. extr.

Alopecia, Insula, V. alopece.

Alōpĕcia, æ. [ἀλωπεκία] Morbus in capite humano & barba, ex vitio humorum, qui fit cum profluvio capillorum. Dicta a vulpe, quam Græci vocant ἀλώπεκα, quod ea crebro id genus morbi patiatur. Plin. lib. 24. cap. 19. Lingua herba est, quæ circa fontes nascitur: cujus radix combusta & trita, alopecias emendat. Idem lib. 29. cap. 6. & lib. 13. cap. 22. Item Galen. apud Hippocrat. lib. 6. Sentent. Item Paul. Ægin. lib. 3. Sunt tamen qui a proprietate urinæ ejus animalis, hoc nomen ductum velint. Ubi enim id lotium fuerit affusum, e vestigio infructuosus efficitur locus, arescentibus herbis, nec succrescentibus novis. Cæl. lib. 10. cap. 41. & 19. 8.

Alopecias, Piscis marini genus, apud Plin. lib. 32. cap. 11.

Alopecides, [ἀλωπεκίδες] Canum genus, ex cane & vulpe prognatum. Pollux.

Alopecis, Uva caudas vulpium imitata. Plin. lib. 14. cap. 3. & 7.

Alopeconesus, Urbs Asiæ, circa quam nobilissima nascuntur tubera. Plin. lib. 19. cap. 3.
Est præterea ejusdem nominis Insula ante Thraciæ Chersonesum, non procul a Cœlo ejusdem Chersonesi portu. Plin. l. 4. c. 12. [Deceptum fuisse nomine, & Insulam pro Oppido posuisse Plinium Cellarius docuit Orb. Ant. Vol. I. p. 1065.

Alōpĕcūrus, f. Herba. Plin. lib. 21. cap. 17. Alopecurus spicam habet mollem, & languinem densam, non dissimilem vulpium caudis, unde ei & nomen. V. Gesner.

Alōpĕciōsus, Defluvio capilli laborans. Octav. Horatian. 1. 6.

Aloros, [Ἄλωρος Ptolemæo,] Macedoniæ urbs, autore Pomponio l. 2.

Alōsa, [θρίσσα] Piscis est, sic dictus a Gallis & Campanis, quem Hispani *Savalos* appellant. In Italia vulgo *la Chieppa*. Apud Aristotelem vero, Strabonem, Ælianum, Oppianum & Athenæum Thrissas legere est: quam vocem Alosam interpretatur Gaza. Ausonius in Mosella, v. 127.

Stridentesque focis obsonia plebis alosas.

Alŏsanthus, i. m. [ἁλὸς ἄνθος] rectius Halosanthus, Flos sali qui & Ambra nonnullis dicitur colligitur in mari, Sperma ceti seu balænæ vulgo vocant. V. Matthiol. Commentar. in Diosc. 5. 88

Alosanthĭnus, Flore sali conditus. ut, Vinum Alosanthinum. Diosc. 5. 76.

Alpes, Alpium. [Ἄλπεις, τὰ Ἀλπεινὰ ὄρη] A candore nivium dictæ sunt: quia perpetuis fere nivibus albescunt. Sabini enim, Festo teste, pro Album dixerunt Alpum, unde credi posse, idem ait, nomen Alpium a candore nivium vocitatum. Cluverius Celticum vocabulum existimat. Lege eum lib. 1. Germaniæ Vet. item in peculiari libro de Vindelicia & Norico. V. Serv. ad Virg. 3. Georg. 474. & ad 4. Æn. 442. Sunt montes excelsi Italiam separantes a Gallia & Germania. V. Strab. lib. 4. Cic. de Provinc. Consul. 34. Alpibus Italiam munierat ante natura. Has cum exercitu primus Hercules Graius transiit, unde & Graius saltus appellatæ: deinde Hannibal Pœnus, qua de causa Pœninas vocatas nonnullis visum, quos redarguit Livius 21. 38. qui potius a summo montis jugo quod Pennium Incolæ vocabant sic dictas asserit. A tertio Cæsaris transitu Julias Alpes, appellatas vult Gonsal. ad Petron. cap. 121. p. 204. De Alpium altitudine Rupert. ad Flor. p. 344. Barth. ad 2. Theb. Stat. p. 269. De nivibus Alpinis ipsisque Alpibus Polyb. 3. 55. Herodian. 2. 11. & 8. 1. & ad loc. pr. Bœcler.

Alpes, Alpis. sing. num. Claud. in Sec. Conf. Stilich. 285.

— extemplo frondosa fertur ab Alpe. Lucan. lib. 3. 299.
Agmine nubiferam capto super evolat Alpem. Eodem numero dixerunt Ovid. 3. de Arte Am. 150. Lucan. 1. 688. Juven. 10. Sat. 152. Sidon. 16. 95. & alibi.

Alpium juga. Hor. Epod. 1. 11.

Murus Alpium. Cic. 5. Philipp. 37. Ut ejus furorem ne Alpium quidem muro cohibere possemus.

Vallum Alpium. Cic. in Pison. 81. Alpium vallum contra ascensum transgressionemque Gallorum objicio & oppono.

Aeriæ Alpes. Ovid. 2. Met. 226. Item Virg. 3. Georg. 474.

Altæ. Catullus. 11. 9.

Celsæ. Sil. lib. 1.

Devexæ. Lucan. lib. 2. 429.

Edomitæ. Claud. 2. in Ruff. 1.

Gelidæ. Lucan. lib. 1. 183.

Geminæ. Sil. 2. 333. i. e. Pyrenææ & Italicæ.

Hybernæ. Hor. 2. Serm. 5. 41.

Inexuperabiles Alpes. V. inexuperabilis.

Infames frigoribus Alpes. V. infamis.

Latebrosæ. Ovid. ad Liv. 15.

Maritimæ. Tacit. 2. Hist. 12.

Nubiferæ. Claud. de Quart. Conf. Hon. 441.

Patulæ. Sil. lib. 15. h. e. Perviæ & apertæ.

Rhæticæ. V. rhætia.

Sævæ. Juven. 10. Sat. 166.

Trepidæ. Claud. Bell. Get. 194.

Ventosæ. Ovid. 2. Amor. 16.

Laxare Alpes. Claud. de Sext. Conf. Hon. 266.

Reclusæ Alpes. Claud. de Bell. Get. 197.

Madidis Euri resolutæ flatibus Alpes. Lucan. lib. 1. 219. propter nives liquefactas.

Tremuerunt Alpes. Virg. 1. Georg. 475.

Armorum sonitum toto Germania cœlo
Audiit insolitis tremuerunt motibus Alpes.

Tremendæ Alpes. Hor. 4. Carm. 14. 12. Prudentius Pass. Laurent. v. 438. etiam Pyrenæos montes Alpes appellavit: Sidonium montem Atho quem Xerxes perfodit, Carm. 2. 510.

Turgida Silvosam currebant vela per Alpem.

Et Carm. 9. 44. Juxta frondiferæ cacumen Alpis. Unde & Vet. Gloss. ὄρη ὑψηλὰ interpretatur. V. Scalig. Lect. Auson. 2. 16. p. 133.

Alpīnus, [Ἀλπεινὸς, Ἀλπινὸς] Adj. Alpinæ gentes, Liv. 21. 43. Item venti Alpini, flantes de Alpibus.

Alpina arbor. Plin. lib. 16. cap. 81.

Alpina bella. Lucan. lib. 8. 808.

Alpinum dorsum. Stat. 1. Sylv. 4. 58.

Alpina gesa. Virg. 8. Æn. 661.

— duo quisque Alpina coruscant
Gesa manu. Alpina dixit, bonitatem materiæ demonstrans. Constat enim materiam campestrem esse molliorem & teneriorem: montanam duriorem atque rigidiorem, & hastilibus aptiorem. Nam & montium siccior & aridior habitus, lignum magis durat & adstringit, & ventis ibi ad soliditatem & firmitatem tunduntur arbores. Turneb.

Glacies. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 176.

Alpina Juga pro ipsis Alpibus. Claudian. de IV. Conf. Honor. 105.

Mures. Plin. 8. 37. V. mus.

Pruinæ. Claud. in Conf. Prob. & Olyb. 255.

Rigor. Ovid. 14. Met. 794.

Alpicus, Qui in Alpibus habitat. Nep. Hannib. 3. 4. Alpicos conantes prohibere transitum concidit. Lambin. tamen ibi Alpinos. Inscript. Vet. apud Spon. Miscell. p. 84. PER MONTES ALPICOS.

Alpha, Nomen primæ Græcorum literæ.

Alpha penulatorum. Martial. lib. 5. Epig. 27.

Quod alpha dixi, Codre, penulatorum. Te nuper. conf. 2. 57.
Videtur significare Codrum fuisse primum penulatorum: h. e. Inter plebeios & pauperes primum tenuisse locum.

Alphabētum, i. n. [ἀλφάβητον] Dictum ab α, β, primis duabus literis. Tertull. de Præscript. c. 50. Hieron. 1. Epist. 32. Plin. 37. 10.

Alphabetarius, i. Tiro, Abecedarius. q. V.

Alphabētĭcus, a, um. Secundum ordinem alphabeti.

Alphēæa Diana, [Ἀλφειαία Ἄρτεμις] Culta & nominata ab Eleis, ut docet Pausanias. in Eliac. Aiunt enim Alpheum Dianæ amore captum, eam precibus ad nuptias deflectere nequivisse. Quare ad insidias conversus, noctu ei vim inferre tentavit, una cum Nymphis ejus comitibus: quas insidias quum Diana sensisset, luto sibi ac Nymphis faciem illevit. Ingressus Alpheus, quænam Diana esset minime discernere potuit: quare illusus discessit. Hinc Letrinæi Dianam Alpheam nominarunt. Alphioë [Ἀλφειώη] etiam dicitur, ut apud Pindarum notant interpretes in Pythiis. Alpheæ Dianæ meminit & Strab. lib. 8. quo tamen loco Alpheonia legitur, cujus lucum ait ad ostium Alphei fuisse.

Alpheias, [Ἀλφειάς] dicitur Arethusa apud Ovid. 5. Met. 487.

Tum caput Eleis Alpheias extulit undis.

P. **Alphenus** Varus Jurisconsultus cos. fuit Anno U. C. 754. cum P. Vinutio, quem Pomponius l. 2. Dig. de Orig. Jur. §. 44. Servii Sulpitii discipulum fuisse scribit, plurimumque ex ipsius auditoribus authoritatis habuisse. Meminit hujus & Gell. lib. 6. cap. 5. Hor. urbane hunc deridet lib. 1. Serm. 3. 130. Quod abjecta sutrina Romam venerit, ubi magistro usus Sulpitio tantam sibi Juris scientia existimationem peperit, ut Consulatum adipisceretur. Plura V. in Doctissimo ad eand. l. comment. C. A. Ruperti. l. 3. c. 10. Alphenum item alterum ab hoc Lampridius inter Alexandri Imp. consiliarios numerat, Ulpiani, Pauli, Pomponii æqualem.

Alphesiboea, Phegei filia, Alcmæoni nupta, qui detractum occisæ a se matri Eriphylæ monile nuptiale donum ei dedit. Quod cum postea, ut Callirrhoæ donaret, ab ea repetitum venisset, a fratribus illius occisus est. V. Propert. lib. 1. 15. 15. Conjunge Pausan. in Arcad. Ita etiam vocatæ omnes elegantioris formæ puellæ. V. Muret. ad Propert. p. 152. & Gilb. Cognat. Adag. 327.

Alphesiboeus, Pastor quidam, cujus meminit Virg. 8. Ecl. 1.

Alphēus, [Ἀλφειὸς] Fluvius est Elidis civitatis Arcadiæ juxta Pisas (ubi colitur Olympicus Jupiter) defluens, longo tandem cursu in Achaia demergitur, & ibi a terra absorptus, atque subter mare defluens, ex Græcia in fontem Arethusam apud Syracusas in Sicilia se attollit, inde in mare Siculum cadit. unde Virg. 3. Æn. 694.

— Alpheum fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse vias subter mare: qui nunc
Ore Arethusa tuo Siculis confunditur undis. Servius: Elis & Pisa civitates sunt Arcadiæ, in qua est fons ingens, qui ex se duos alveos creat, Alpheum & Arethusam. Unde fit ut fingantur conjungi in exitu, quos origo conjunxit. Meminit & lib. 6. & lib. 8. Strab. Alpheum dictum existimans, quod ἄλφους, i. e. Maculas albas & impetigines curet. Vide seq. quibus hunc Virgilii locum Servius exposuit, & Plin. 2. 103. Sen. Nat. Quæst. 3. 26. Barth. ad 2. Theb. Stat. p. 575. Heins. & Drakenb. ad Sil. 14. 54. Pausan. Eliac. l. 1. p. 153.

Alpheus celer. Sen. Hippol. 4.

Alpheus æstuat. Ovid. 2. Met. 250.

Alpheus sacer. Sen. Med. 121.

Alpheus, Adj. ut Pisæ Alpheæ. Virg. 10. Æn. 179.

Alphion, Lacus in Pyrrhea, vitiligines tollit. Plin. lib. 31. cap. 2.

Alphius, Nomen viri proprium. Hor. Epod. 2. 67. extr. Vel ut in vetustis membranis est, teste Torrentio, Alfius. Proculdubio idem qui, ut Columel. 1. de R. R. 7. auctor est, dixisse fertur, Vel optima nomina non appellando fieri mala. Flavi cujusdam Alfii mentio fit apud Plin. 9. 8. unde veritas scripturæ quam Torrentii membranæ præferunt, egregie stabilitur.

Alphos quid sit, docet his verbis Cels. l. 5. c. ult. Vitiliginis tres species sunt: ἄλφος vocatur, ubi color albus est, fere subasper & non continuus, ut quædam quasi guttæ dispersæ esse videantur. V. vitiligo.

Alpinus, V. alpes.

Alpinus, Malus quidem poeta fuit, qui Memnonis auroræ filii bella descripsit: sed tam male, ut ab Horatio, 1. Serm. 10. 36. dicatur, Memnona suis carminibus jugulare,

Turgidus Alpinus jugulat dum Memnona, &c.

A L S

Alsa, Fluvius est Venetiæ Aquileiam præterfluens. Plin. lib. 3. cap. 18.

Alsia Nomen villæ, de qua sic Andreas Alciatus in Annot. in Corn. Tacit. Cæcilius Plinius vicina Como urbe genitum Virginium Rufum tradidit, (l. 2. Ep. 1.) quapropter secum habuisse conjunctas possessiones, tum suæ villæ nomen Alsiam: ut dubio procul Virginius Mediolanensis fuerit, quod ostendunt frequentia marmora quæ passim hic occurrunt Virginii nomine inscripto. Sed & Alsia adhuc servat nomen in Varisiensi præfectura: unde & familia est mea. Hactenus ille. Plin. lib. 6. Ep. 10. ad Albinum, Quum venissem in socrus meæ villam Alsiensem, quæ aliquando Ruffi Virginii fuit, &c. [Alsienus villa, & Alsiense ab Alsio dicitur, de quo infra.

Alsine, es. [ἀλσίνη] Herba est quam alii Myosota, Italia Muris auriculam vocat: quod nomen invenit a foliis, quibus aures musculorum imitatur. Hanc vernaculo sermone Centonem & Paverinam appellant, eo quod anseribus gratum pabulum subministret. Ruell. lib. 2. cap. 113. Dicta est Alsine, quod in lucis nascatur quos Græci ἄλση vocant, & nemorosis opacitatibus gaudeat. Nanque magna ex parte umbrosa sequitur, & maxime parietes hortorum adamat. V. Plin. l. 27. 4. Apul. de Herb. cap. 81. Dioscor. 4. 87.

Alsiosus, &c. V. algeo.

Alsium, [Ἄλσιον] Urbs Tuscorum Ptol. vulgo *S. Severina*. Plin. lib. 3. cap. 5. Hard. *Palo* q. V.
Alsium Plinius & Ptolemæus in littore ponunt, ubi nunc *S. Severa*: esseque nonnulli arbitrantur ipsum ex conjecturis, cum aliis, tum propinquitatis. Nam Strab. XIIII. miliaria distare dicit. Volaterranus. Sil. Ital. lib. 8. 475.

Necnon Argolico dilectum littus Aleſo

Alſium. Ab hoc Aleſo conditore dictum putant, & ſubindicat poeta, Alſium, quaſi Aleſium. Hinc Alſienſis Villa. V. ALSIA. & ALSIENSE apud Cic. pro Milon. 55. & Alſia tellus Rutil. Itiner. v.223.

ALSUS, V. ALGEO.

ALSUS, Nomen eſt paſtoris apud Virg. 12. Æn. 304.

— Podalirius Alſum
Paſtorem, primaque acie per tela ruentem,
Enſe ſequens nudo ſupereminet.

A L T

ALTĀNUS, [ἀπόγειος] Genus venti ſive flatus e terra conſurgens. Plin. lib. 2. cap. 43. Nanque & e fluminibus ac ſinubus, & e mari videmus, & quidem tranquillo, & alios quos vocant altanos, e terra conſurgere. Flatus omnis (inquit Servius) i. e. & qui ripæ eſt & qui pelagi, qui altanus vocatur, Hæc ille in illud Virg. 7. Æn. 27. Quum venti poſuere. [Ubi planiſſime Ventum ab Alto ſive Pelago ſurgentem Altanum appellatum docet, contra ac Plinius, niſi forte trajectione hic laborat, ſcribendumque: *tranquillo, quos vocant altanos, & alios e terra conſurgere.* Servii certe ſententiam pulcre Iſidorus confirmat l. 13. c. 11. q. V. locus enim prolixior eſt. Harduinus Servii verba male truncata ad Plin. exhibet, ſicut hic quoque antehac legebantur. V. & Vitruv. l. 1. c. 6. Ubi Altanum inter Auſtrum & Libonotum collocat.

ALTĀRE, is. n. [βωμὸς] Feſtus, Altaria, ſunt in quibus ignis adoletur. Idem, Altaria ab Altitudine dicta ſunt: quod antiqui diis ſuperis in ædificiis a terra exaltatis ſacra faciebant: diis terreſtribus in terra: diis inferis, in effoſſa terra. Virg. 2. Æn. 515.

Hic Hecuba & natæ necquicquam altaria circum. Ubi Servius, Superorum & aræ ſunt & altaria: inferorum tantum aræ. Plin. l.15. c.30. Ut ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria aræque debeant.

Feſta altaria. Sil. lib. 12.

— ſed enim ante omnes altaria fument, . Feſta Jovi.

Fumida. Ovid. 12. Met. 258.

Religioſiſſima. Cic. de Aruſp. Reſp. 9. Ab altaribus religioſiſſimis fugatus.

Thurea. Stat. 4. Theb. 412.

Admotus altaribus. Liv. 21. 1. Fama eſt, Annibalem annorum ferme novem, pueriliter blandientem patri Amilcari, ut duceretur in Hiſpaniam, quum perfecto Africo bello exercitum eo trajecturus ſacrificaret, altaribus admotum, tactis ſacris jurejurando adactum, ſe quum primum poſſet, hoſtem fore populo Romano.

Altaria adolere donis. Lucret. lib. 4. 1230.

Altaria tædis caſtis adolere. Virg. 7. Æn. 71.

Impoſitis ardent altaria fibris. Virg. 3. Georg. 490.

Altaribus numerum divorum augere. Virg. 7. Æn. 211.

Altaria cumulari donis. Virg. 11. Æn. 50.

Altaria molli vitta cingere. Virg. 8. Ecl. 64. ubi improprie & ψυχαγωγικῶς; Nam ſacra magica deſcribit quæ inferis fiebant.

Altaria culta. Claudian.

Cultaque jam tumidis lucent altaria flammis.

Dicata altaria. Sen. Med. 1.

Facere altaria pinguia thure. Ovid. 2. de Ponto, 3. 99.

Altaria fumant. Ovid. 1. Epiſt. 25.

Argolici rediere duces, altaria fumant.

Pateris altaria libant. Virg. 12. Æn. 174.

Struere altaria donis. Virg. 5. Æn. 54.

Vaporata altaria. Stat. 1. Theb. 556.

Aliquando Altare eſt Aræ cacumen ſeu ſummitas. Solin. cap. 9. Ed. Salmaſ. Ara eſt, cujus altaribus ſiqua de extis inferuntur. Prudentius Altare cum Ara conjungit Hymn. Jejun. 203. & in Rom. 49. ubi Iſo Magiſter Aram planitiem interpretatur. Vet. Gloſſ. Altarium, ἐπιβωμίς.

Metonymice apud Plin. 15. 40. Ne propitiandis quidem numinibus accendi ex lauro altaria aræve debent. conf. Virg. 8. Æn. 285.

ALTAR, pro Altare Prudent. poſuit. V. Barth. Adverſ. 8. 12. Prudentium imitatus Alcuinus Poëm. 241. f. 1735.

ALTARIUM, pro Altare. Sulp. Sever. Hiſt. Sacr. 1. 19. Hieron. Epiſt. 83. ad Ocean. ſub fin. Paul. Warnefred. 2. de Geſt. Longob. 13. Supra in ALTARE. ex Vet. Gloſſ.

ALTARIOLUM, Parvum altare. Cath.

ALTERAS, Antiqui dicebant pro Aliâs. Feſtus.

ALTER, ĕra, ĕrum; [ἕτερος] erĭus, ĕri. V. ALIUS. Vocativo caret: ſicut ex eo compoſitum Alteruter: proprie de Duobus dicitur, ut Alius de Multis.

Alterius ſors. Hor. 1. Epiſt. 14. 11.

Cui placet alterius, ſua nimirum eſt odio ſors.

Alteræ in dativo protulerunt veteres. Ter. Heaut. 2. 3. 30. Hoc ipſa in itinere alteræ dum narrat, forte audivi. Columel. lib. 5. cap. 11. Ut alteræ delibratæ parti conveniat. Plaut. Rud. 3. 4. 4.

Alter, partitiv. ideoque conſtruitur cum genitivo: ut, Alter noſtrûm fallitur. Aut cum ablativo cum præpoſitione: ut, Alter ex nobis fallitur. Cic. Duæ ſunt ex opinione boni: quarum altera voluptas, altera cupiditas.

Alter in plurali eleganter uſurpatur, non modo cum iis nominibus quæ carent ſingulari numero, verum etiam cum aliis. Curt. 3. 7. 5. Alteris caſtris pervenit ad oppidum. Cic. 13. Att. 22. Alteris jam literis nihil ad me de Attica. Idem 5. Tuſc. extr. Ad Brutum noſtrum hos libros alteros quinque mittemus. Virg. 3. Ecl. 71.

Aurea mala decem miſi: cras altera mittam. i. e. Altera decem quæ mihi reſtant. Cic. 4. Fam. 14. Binas a te accepi literas Corcyræ datas: quarum alteris mihi gratulabare: alteris dicebas te velle, quæ egiſſem, bene & feliciter evenire. In priore quoque loco potuit recte dici Quarum unis. ut, Idem 3. Fam. 9. Nam quas ex itinere antequam ex Aſia egreſſus es, ad me literas miſiſti, unas de legatis a me prohibitis proficiſci, alteras de Apameorum ædificatione impedita, legi perinvitus.

Alter bis poſitum ſi ad præcedentia duo referatur capi plerumque ſic debet ut eodem ſervato ordine prius priori, poſterius poſteriori reſpondeat. Cic. 1. Off. 90. Philippum quidem Macedonum regem rebus geſtis & gloria ſuperatum a filio, facilitate & humanitate video ſuperiorem fuiſſe. Itaque alter (Philippus) ſemper magnus, alter (Alexander) ſæpe turpiſſimus fuit. Plerumque dixi. Nam ſi quis putat ubique hoc obſervari, facile is errabit. V. Cic. pro Quint. init. & infinitos alios.

Alter, pro Alius, poſt NEMO. Quintil. lib. 2. cap. 9. & lib. 7. cap. 1. Qui tantum inter ſe diſtant genere dicendi, ut nemo ſit alteri ſimilis.

Alter pro Aliis, aut pro Quovis alio. Cic. ad Brut. 4. Non ſoleo mi Brute (quod tibi notum eſſe arbitror) temere affirmare de altero. i. e. De aliis affirmare. Idem in Læl. 67. Aperte enim vel odiſſe alterum, magis ingenuum eſt, quam fronte occultare ſententiam. Sic legi in vetuſtis codicibus: licet recentes immutarint, Alium pro Alterum ſcribentes. Plaut. Truc. 1. 2. 58. Qui de altero obloquitur, ipſum ſe contueri oportet. Cic. 3. Off. 13. Detrahere autem alteri ſui commodi cauſa. In hoc genere præcipuam habet elegantiam genitivus Alterius. Cic. 2. Off. 22. Atque etiam ſubjiciunt ſe homines imperio alterius, & poteſtati pluribus de cauſis.

Alteri dimicant: alteri victorem timent. Cic. 6. Fam. 3.

Alter etiam de duobus dictum, nonnunquam incertam perſonam ſignificat: licet proprie ad certam perſonam referri debeat. Cic. in Læl. 8. Quanto id magis in homine fit natura, qui & ſe ipſe diligit, & alterum anquirit, cujus animum cum ſuo commiſceat?

Alter de duobus quando dicitur, de iis maxime dicitur qui ſunt pares: Secundus enim dicitur qui impar eſt atque inferior. Nep. Pelop. cap. 4. 3. Hæc fuit altera perſona Thebis, ſed tamen ſecunda ita ut proxima eſſet Epaminondæ. Eumenius, Paneg. Conſtantii, cap. 14. Itaque Fronto Romanæ eloquentiæ non ſecundum ſed alterum decus. h. e. Quod dixit Hor. 1. Carm. 12. Simile aut ſecundum. i. e. Alterum aut ſecundum. V. In ſequentibus.

Unus & alter, venuſte pro Duobus dicitur. Cic. pro Cluent. 38. Unus & alter dies interceſſerat, quum, &c. i. e. Duo dies interceſſerant. Idem, Nihil ſuſpicari: dies unus, alter, plures, non refertur. Quaſi tu dicas, Unus, duo, tres, deinceps. Idem 14. Att. 21. Ut rem geſtam Dolabellæ tantopere laudarem, adductus ſum tuis & unis & alteris literis. Virg. 3. Æn. 356.

Jamque dies, alterque dies proceſſit. Hic ſubauditur Unus. In hoc genere, teſte Valla, accipitur Alter pro Secundo ex duobus, pluribusve: ut, Unus, alter, tertius, quartus: unæ, alteræ, tertiæ, quartæ literæ.

Alter, Differens, diſſimilis, mutatus ab hoc, qui nunc eſt. Hor. 4. Carm. 10. 6.

— quoties te ſpeculo videris alterum. Sic Græci ἕτερον uſurpant: ut author eſt Feſtus. Ex Lambino.

Alter pro Secundus. Columel. lib. 5. cap. 6. Usque in alteram vel tertiam gemmam. Cic. in Orat. 175. Hæc & multa hujusmodi dicens, fidem faciebat: quod eſt e tribus officiis oratoris alterum.

Altero quôque die: h. e. Secundo quôque die. Celſ. lib. 4. cap. 12 Altero quôque die vinum vel aquam bibere.

Alter & Neuter. Quintil. lib. 1. cap. 1. Ita fiet, ut quum æquali cura linguam utramque tueri cœperimus, neutra alteri officiat. i. e. Sibi invicem non officiant. Cæſ. 1. Bell. Civil. 35. Quare paribus eorum beneficiis, parem ſe quoque voluntatem tribuere, & neutrum eorum contra alterum juvare.

Alter poſt Uterque. Quintil. Quum enim uterque alteri objiciat: palam eſt utrunque feciſſe. Cic. in procem. Off. Eodemque modo de Ariſtotele & Iſocrate judico: quorum uterque ſuo ſtudio delectatus, contempſit alterum.

Alter & altera. Cic. 3. de Nat. Deor. 51. Non vides Solem deum eſſe, Lunamque: quorum alterum Apollinem Græci, alteram Dianam putant.

Primus & alter. Cato cap. 157. Prima eſt lævis, altera eſt criſpa.

Unus & alter. Auth. ad Herenn. l. 3. 33. Duplices ſunt ſimilitudines, unæ ſunt rerum, alteræ verborum.

Alteri & utrique. Cic. pro Syl. 61. Ita charus utriſque eſt atque jucundus, ut non alteros demoviſſe, ſed utroſque conſtituiſſe videatur.

Alteræ menſæ. Hor. 4. Carm. 5. 31. — & alteris

Te menſis adhibet deum. Senſus eſt, Romani tui, Auguſte, pro deo te colunt, & in menſa ſecunda, in qua ſolet libatio fieri, & deorum precatio, te ut deum obſecrant, & tibi ut Laribus libant. Turneb.

Alter geminatum ſine conjunctione. Liv. 1. Uterque vociferari: & certatim alter alteri obſtrepere. Sic dicimus, Alter alteri invidet, Alter alterum accuſat, & ſimilia.

Altera alteram non minuit. Ulp. in l. Neratius. D. De ſervo corrupt. Nec ſufficit alterutra actione egiſſe: quia altera alteram non minuit.

Alter item geminatum, ſed de pluribus dictum pro Alius. Suet. in Calig. cap. 56. Nec ceſſavit ex eo alterum alteri criminari, atque inter ſe omnes committere. Plin. lib. 11. cap. 30. de formicis, Et quoniam ex diverſo convehunt, altera alterius ignara.

Alter præterea in ejusmodi geminatione cum verbo plurali figurate jungitur: ſicut Alius, Quisque, Uterque. Cic. 3, de Fin. Quum alter alterum videremus. Pro eo quod eſt, Quum uterque noſtrum alterum videret. Eadem figura uti poſſumus in verbo ſecundæ perſonæ: ut, Alter alterum docetis. i. e. Docetis vos mutuo. Sed hoc de duobus dictum intellige. Nam de pluribus, haud ſcio an loqui ſic liceat, Alter alterius onera portare. pro Alii aliorum.

Alter citra geminationem cum verbo quoque plurali legitur. Plaut. in Truc. 2. 4. 30. Quondam fuit, quum inter nos ſorderemus alteri. Hoc duriſcule dici, pro eo quod erat, Quum alter alteri ſorderemus.

Altera die quam. Liv. 1. Bell. Maced. Navibusque ex claſſe COS. Cornelii lectis, altera die quam a Brunduſio ſolvit. i. e. Secundo die, vel Duobus diebus poſtquam, &c. V. QUAM.

In altera jura cedere. Hor. 2. Epiſt. 2. 174.

Alter, junctum numeralibus iis quæ ordinalia dicuntur, pro Primus accipitur. Cic. 12. Fam. 25. Liberalibus literas accepi tuas, quas mihi Cornificius altero & viceſimo die (ut dicebat) reddidit. h. e. Viceſimoprimo. Alii acriter contendunt idem valere quod Secundus: ut ſit, Altero & viceſimo, idem quod Viceſimo ſecundo. V. Manut. Auctor Dial. de Orat. cap. 34. Alterum & Unum opponit in hac formula. Uno & viceſimo anno Cæſar Dolabellam: altero & viceſimo Aſinius C. Catonem iis orationibus inſecuti ſunt. Virg. 8. Ecl. 39.

Alter ab undecimo jam tum me ceperat annus. Super quo pariter ſunt diverſæ eruditorum ſententiæ. Alii Duodecimum intelligendum contendunt: ut Signon. 1. Emend. 16. Perizon. Animadv. cap. 7. p. 282. V. Burman. ad Petron. cap. 108. p. 497. Alii Tertiumdecimum. Quæ ſententia non tantum Manutii atque Scalig. ad Manil. 1. 548. ſed ex Vett. etiam Servii eſt. Alter enim, inquit, de duobus dicitur. Et ita Donatus illud Ter. And. 1. 1. 50. Unus & item alter. de Tribus interpretatur. Poſt unum, inquit, duo: ex quibus alter, ut ſint tres. Inquit

quit enim post, Nam hi tres tum simul amabant: ut Alter ab undecimo, ergo alter non est secundus, sed tertius. Sed ut indubitatum est isthoc. Ter. loco Alter tertium designare ita est extra controversiam dari alia ubi secundum notet. Cic. pro Milon. fin. Centesima lux est hæc ab interitu Clodii &, ut opinor, altera. de quo tamen loco consulas Manut. & Græv.

Alter, alter, tertius. Cic. 3. de Divin. 53. Joves tres numerant ii qui theologi nominantur, ex quibus primum & secundum natos in Arcadia: alterum patre Æthere: ex quo etiam Proserpinam natam ferunt, & Liberum: alterum patre Cœlo, qui genuisse Minervam dicitur: quam principem & inventricem belli ferunt. tertium Cretensem Saturni filium.

Primus, alter, tertius. Cic. in Partit. In primo conjectura valet, in altero definitio, in tertio ratio.

Proximus, alter, tertius. Cic. 1. Philipp. 32. Proximo, altero, tertio, denique reliquis consequutis diebus, &c.

Unus, alter, tertius. Cic. Unum, alterum, tertium annum Sassia quiescebat.

Alter quisquam, pro Quisquam alius. Plaut. Asin. 2. 4. 85. Neque me Athenis est alter quisquam, cui credi recte æqueque putent.

Ille alter. Ter. Eun. 2. 3. 8. Ludum jocumque dices fuisse illum alterum, præut hujus rabies quæ dabit. Cic. De illo altero, quem scribis tibi visum esse non alienum.

Ecce autem alterum. Ter. Eun. 2. 3. 5. Ecce autem alterum, nescio quid de amore loquitur. Ubi Donat. Sic dicimus, quum propter alterum, de altero venit in mentem.

Alter ab altero adjutus. Cic. in Brut. 13. Liv. 5. 11. Noxii ambo alter in alterum causam conferunt. Atque hac ratione Alter bis positum idem valet ac Invicem, mutuo.

Alter ex duobus. Quintil. in procem. lib. 6. Prior. alterum ex duobus eruit lumen.

Alter pro altero. Cic. in Læl. 84. Omniaque alter pro altero suscipiet. De duobus amicis loquitur.

Altera ætas, Horatio, pro Grandi & amplo pretio ponitur: in quo Homerum est imitatus: apud quem Iliad. 1. Phœnix negat Achilli se ulla conditione passurum, ut ab eo distrahatur, non, si deus ipse promittat senectute absterſa atque ablata, adolescentiam & pubertatem. Hor. 1. Epist. 18. 18.

— pretium ætas altera sordet. Hæc Lambin.

Alterum tantum. Liv. 8. 8. Alterum tantum ex Latino delectu adjiciebatur. i. e. Tantundem. Rursus lib. 10. 46. Militibus ex præda centenos binos asses, & alterum tantum centurionibus atque equitibus divisit. Cic. in Orat. 188. Pes qui adhibetur ad numeros, partitur in tria; ut necesse sit partem pedis aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto, aut sesqui esse majorem. Plaut. Bacch. 5. 2. 65. Alterum tantum auri non meream. Idem Epid. 3. 4. 8. Etiamsi alterum tantum perdendum est. Nep. 18. 8. 5. Altero tanto longior anfractus.

Alter quasi abundat. Plaut. Epid. 1. 1. 24. Quem dices digniorem esse hominem hodie Athenis alterum?

Alter ab illo. Virg. 5. Ecl. 49.

— tu nunc eris alter ab illo.

Alter, pro Similis eleganter ponitur. Liv. 1. Bell. Pun. Sed pater ipse Amilcar, Mars alter, ut isti volunt. Cic. 7. Verr. 87. Alter Verres luxuria & nequitia. Idem 5. Fam. 8. Me sicut alterum parentem observat. Idem de Senect. 35. Alterum lumen civitatis. Sic altera patria, altèra Roma. Flor. 2. 6. 42. & 3. 5. 15.

Alter ego. Cic. 4. Att. 1. Pompeius ad omnia me alterum se fore dixit. Sic 2. Fam. 14. Dicerent iniqui, non me plane post annum de provincia decessisse, quoniam alterum me reliquissem. Et 7. Fam. 5. Vide quam mihi persuaserim, te, me esse alterum.

Alter idem. Cic. in Læl. 82. Est enim is amicus quidem, qui est tanquam alter idem.

Alter pro Alteruter. Non potest uterque sapiens esse quoniam tantopere dissentiunt, sed alter. Cic. 2. Acad. 132. Hos tanquam medios nec in alterius favorem inclinatos miserat rex Philippus. Liv. 11. 20.

Alter & pro Non bono ponitur: ut in auguriis altera quum appellatur avis, quæ utique prospera non est. Sic Alter nonnunquam pro Adverso dicitur & malo. Festus. Hinc P. Syr. Ames parentem si æquus est: si alter, feras.

ALTERNUS, Adj. [ἀμοιβαῖος] Quod fit (alternatim, seu alternatis) vicibus, seu invicem, alterum post alterum. Cic. pro Arch. 25. Quod epigramma in eum fecisset, tantummodo alternis versibus longiusculis. Virg 7. Ecl. 18.

Alternis igitur contendere versibus ambo
Cœpere. i. e. Dicere versus alternis vicibus.

Alternum, pro Vario. Virg. 5. Ecl. 14.

Carmina descripsi, & modulans alterna notavi. Ubi Servius, Alterna, varia: propter musicam, cujus sonus varius invenitur ex pedum dissimilitudine.

Alternum, pro Mutuo. Catull. 107. 6.

Alternum hoc sanctæ fœdus amicitiæ. i. e. Mutuum fœdus inter nos.

Alternus, pro Secundo. Virg. 12. Æn. 233.

Vix hostem alterni si congrediamur habemus. i. e. Secundus quisque. Sic, 12. Æn. 389. dixit,

Alternos longa nitentem cuspide gressus. Pro Passus alterius vulnerati pedis hastili sustentantem & fulcientem. Turneb.

Alternas ripas Statius dixit pro Ambas, 1. Silv. 3. 25. Quem ad loc. Gevart. 1. Lect. Papin. 24. p. 78. hanc interpretationem aliis exemplis adstruit. V. & Barth. ad Claud. p. 64.

Alternum, absolute positum. Virg. 3. Ecl. 59.

— amant alterna Camœnæ. Ut puta, versus alternos, aut cantus.

Alterna loqui. Hor. 1. Serm. 8. 40.

Annis alternis: i. e. Altero semper ex duobus: Seu Altero quoque anno. Alternis annis ægrotat. Cato de R. R. cap. 59.

Brachia jactat alterna. Virg. 5. Æn. 376.

Civitates alternæ rejectæ. Cic. 4. Verr. 2. Quod privatus a populo petit, aut populus a privato, Senatus ex aliqua civitate, qui judicet, datur: quum alternæ civitates rejectæ sunt. i. e. Alternatim a privato & a populo: quum privatus nunc hanc, nunc illam rejecit: populus similiter illam ac illam.

Consilia alterna rejecta. Cic. in Vatin. 27. Et quoniam crebro usurpas, legem te de alternis consiliis rejiciendis tulisse: ut omnes intelligant te ne recte quidem facere sine scelere potuisse: quæro, &c.

Die quoque alterno. Cels. lib. 3. 21. Utilis quotidianus, aut alterno quoque die post cibum vomitus. Altero quoque exhibent libri emendati.

Diebus alternis. Plin. lib. 8. cap. 16. Raros in potu, vesci alternis diebus. Loquitur de leonibus.

Judicum alternorum rejectio. Cic. pro Planc. Neque enim quicquam aliud in hac lege nisi edititios judices es sequutus. quod genus judiciorum si est æquum nulla in re, nisi hac tribuaria, non intelligo quamobrem Senatus hoc uno in genere tribus edi voluerit ab accusatore, neque eandem editionem transtulerit in cæteras causas: de ipso denique ambitu, rejectionem fieri voluerit judicum alternorum.

Manu alterna periere. Ovid. 5. Trist. 234. de fratribus qui se mutuo occiderunt; alter alterius manu.

Morte alterna fratrem redemit Pollux. Virg. 6. Æn. 121.

Pedem alternum facere, apud Papinium esse videtur Claudicare: nam sic de elegia, cujus alter versus longior, alter brevior, dixit,

Quas inter vultu petulans elegia propinquat
Celsior assueto divasque hortatur, & ambit,
Alternum factura pedem. Turneb.

Pede alterno terram quatere, pro Saltare. Hor. 1. Carm. 4. 7.

Pedibus alternis insistere. Plin. lib. 10. cap. 2. de gruibus loquitur.

Pulsus Alternus. Plin. lib. 2. cap. 82.

Quies alterna. Quintil. lib. 1. Nam quæ sensu & anima carent, ut servare vim suam possint, alterna quiete retinentur. Ovid. 4. Epist. 89.

Quod caret alterna requie, durabile non est.

Sermonibus alternis aptus Iambus. Hor. de Arte Poet. 81. i. e. Dramatico generi.

Tempore alterno. Lucret. lib. 5. 976.

Verbis alternis. Liv. 1. Decad. lib. 8. i. e. Altero quôque verbo, sive secundo quôque verbo.

Vice alterna. Columel. lib. 3. cap. 2. Utraque candidi musti alterna vice annorum plus aut minus afferunt.

Vices per alternas ire. Ovid. 4. de Ponto, 2. 6.

Vicibus alternis. Senec. in Hippol. 1028. Vomitque vicibus alternis aquas.

Alternis, [ἀμοιβαίως, παραλλάξ] quidam Adv. putant: sed verius est Adj. in quo interdum subauditur subst. V. ALTERNUS Adj.

Alternis ablativus repetitus, interdum cum subst. interdum sine subst. Plin. lib. 8. cap. 30. Hyænis utranque esse naturam, & alternis annis esse mares, alternis fœminas fieri, parere sine mare vulgus credit. Sen. Epist. 121. Alternis Catones, alternis Vatinii. i. e. Nunc Catones, nunc Vatinii De iis qui sibi non constant, sed moribus sunt variis. Videtur subintelligi, Vicibus, aut aliquid simile. Pin. Jun. ad Apollinar. Epist. 101. accipit pro Vario & alterno ordine. Sic enim ait, Alternis viticulæ surgunt, alternis inserta sunt poma.

In ablativo Alternis, interdum subst. subauditur. Virg. 3. Ecl. 59. Altertemis dicetis. subaud. Vicibus aut Versibus. Idem 1. Georg. 71.

Alternis idem tonsas cessare novales. subaud. Annis: i. e. Alternatim, ut Servius interpretatur. q. V. Alibi, ut sensus exiget, accipiendum erit.

Alternis facilis labor. Virg. 1. Georg. 79. i. e. Intermissis, subaud. Agris. Servius. Eadem porro ratione. Apul. 10. Met. p. 524. Ciliis alterna connivens. i. e. Alterna vice, alternatim.

ALTERNO, [ἀμείβω, παραλλάττω, ἐπαμφοτερίζω] āre. Verbum ex nomine Alternus; est E duobus modo unum, modo alterum facere: & quasi alternis vicibus variare. Plin. l. 7. c. 13. Alii aliæque fœminas tantum generant, aut mares: plerunque & alternant. Columel. l. 5. c. 6.

Alternare, quum ad animum refertur, est Nunc hoc, nunc illud animo agitare. Virg. 4. Æn. 287.

Hæc alternanti potior sententia visa est. Ubi Servius, Alternanti, varia mente tractanti. Hinc Alternare sententiis dicitur. Qui subinde variat: & nunc unum, nunc aliud dicit: cujusmodi est Testis vacillans & parum sibi consentiens. Ex Budæo.

Alternare cibum, pro Vicissim distribuere. Plin. l. 10. c. 33. de hirundinibus loquens, In fœtu summa æquitate alternant cibum.

Alternat fertilitas arborum. Plin. lib. 16. cap. 6. Arborum fertilitas omnium fere alternat, sed maxime fagi.

Alternant spesque metusque fidem. Ovid. 6. Epist. 38.

Alternat fructus. Plin. lib. 15. cap. 3. de olea, Sic quoque alternare fructus cogitur decussis germinibus.

Alternant fructus quædam arbores. Plin. lib. 16. cap. 38.

Alternare vices. Ovid. 15. Met. 409.

Alternare vices, & quæ modo femina tergo
Passa marem est, nunc esse marem miremur hyænam.

Alternante aqua. Propert. lib. 2. 26. 54.

Alternantes, [ἀμείβοντες] Virg. 3. Georg. 220.

Illi alternantes multa vi prælia miscent.

ALTERNĀTUS, Partic. [ἐπηλλαγμένος] Plin. l. 29. c. 4. Canis unguibus adalligatis cervino corio, nervisque cervi alternatis & dorcadis.

Alternata conditio, quæ vulgo Alternativa dicitur. Ulp. in l. Quæ sub conditione. D. de condition. institut. Sed si sub jurisjurandi conditione sit institutus, aut si decem dederit: hoc est, alternata conditione: ut aut pareat conditioni, aut juret, &c.

Alternatus ex diversis rebus. Sen. Epist. 44. Ex splendidissimis sordidissimisque alternata series. i. e. Conserta.

ALTERNATIO, onis. f. [ἐπάλλαξις] Per vices successio. Festus. Apul. 10. Met. p. 243. Pedes incertis alternationibus commovere. Idem in Trismeg. p. 95. Ordo & tempus innovationem omnium rerum quæ in mundo sunt per alternationem faciunt. conf. Macrob. 7. Saturn. 5.

Jurisconsulti pro Disjunctione usurpant, quum dicitur illud aut illud. l. 7. §. quod autem. D. de injur. l. 2. §. 2. D. quod cert. loco Usurpatur etiam improprie pro rerum complexione, & ambarum rerum conjunctione: ut l. 9. D. de ser. corrupt. Qui cum extraneo agit, sive recepit, sive corrupit, agere potest: qui cum socio sine alternatione, hoc est, extraneus utroque casu tenetur, socius hoc uno duntaxat, si corrupit. Hotom.

ALTERNAMENTUM, i. n. Idem. Claud. Mamert. de Statu, An. 3. 8. Sine alternamento reciproci aëris.

ALTERNĀTIM, [ἀμοιβαίως] Per vices. Quadrigarius Annalium l. 3. Item gaudium atque ægritudinem alternatim sequi. Nonius. V. ex Servio in ALTERNIS. H. St.

ALTERNE, [ἀμοιβαίως] Adv. Idem. Plin. lib. 11. cap. 37. Supercilia homini & pariter & alterne mobilia. adde Sen. Quæst. Nat. 7. 12. Scrib. Larg. Comp. 181.

ALTĔRO, [ἑτεροῶ] āre. Variare, & quasi Alterum facere. Ovid. 1. Fast. 373.
Ille suam faciem transformat, & alterat arte. Sed quum Alterare Heinsio vix latinum videatur, quanquam in glossis occurrat, reponit ille fide præstantissimorum Codd.
Ille sua faciem transformis adulterat arte. Lectionem receptam tueri voluit Pincier. Parerg. Otii. 2. 50. sed frustra. V. Burman. ad loc. Ovid. & Quintil. 10. 1. p. 882.

ALTERATIO, ōnis. f. [ἑτέρωσις] Philosophi definiunt esse Progressionem ab una qualitate in alteram. Locus adducitur ex Quintil. 10. 1. sed perperam. V. Burman.

ALTERORSUS. Adv. In alterum locum. Apul. 9. Met. p. 230. Pudicissima uxore alterorsus disclusa. Alii legunt Altrorsus.

ALTERPLEX, Duplex. Festus.

ALTERTRA, Alterutra. Festus.

ALTERŬTER, īus. [ὁπότερος] de Duobus dicitur: & est Unus ex duobus, Alter. Cic. 8. Att. 12. Si vobis videretur, alteruter vestrûm ad me veniret.
In alterutram partem. Cic. pro Rosc. Com. 17. Dabit enim nobis jam tacite vita acta, in alterutram partem firmum & grave testimonium. Nep. 25. 2. 2.
Alterutrum latus. Plin. lib. 2. cap. 17.
Alteruter modus. Cels. l. 2. c. 12. Id quod infunditur, neque frigidum esse oportet, neque calidum, ne alterutro modo lædat.

ALTERUTRINQUE, Adv. [ὁποτέρωθεν] Plin. lib. 20. cap. 7. de lactucæ facultatibus, Nec ulla res in cibis aviditatem incitat, inhibetque eadem: in causa alterutrinque modus est. Quidam legunt ex vetusto codice, In causa alterutraque modus est

ALTRINSĔCUS, [ἑτέρωθεν] Adv. E regione, vel Ex altera parte. Plaut. Mil. 2. 5. 36. Quid illic astas? quin retines altrinsecus? Idem Pseud. 1. 3. 123. Pseudole, assiste altrinsecus, atque onera hanc maledictis.

ALTROVERSUM, Adv. obsoletum. Plaut. Casin. 3. 2. 25. Verum autem altroversum quum eam mecum rationem puto, ejus esset mecum postulatio. i. e. In alteram partem, vel Ex altera parte.

ALTERCANGENUM, sive ALTERCUM, Herba est apud Arabas, quæ a Græcis ὑοσκύαμος, Hyoscyamus dicitur: i. e. Faba porcina. V. Plin. lib. 25. cap. 4.

ALTERCOR, [ἐρίζω] āri; & antique ALTERCO, āre. Cum aliquo rixari sive litigare: quod proprie fieri dicitur, quum aliquid pertinacius contra alterum defendimus. Cæs. 3. Bell. Civil. 19. Qua ex frequentia T. Labienus prodiit, summissa oratione loqui de pace, atque altercari cum Vatinio incipit. Ter. And. 4. 1. 29. Cum patre altercasti dudum. Ubi Donatus, legitur & Altercatus es; non enim Alterco dicimus.
Altercantur inter se mulierûm ritu. Liv. 3. 68. Hor. 2. Serm. 2. 57.
Altercante libidinibus tremis ossa pavore. i. e. Timore rixante cum libidinibus: quia scilicet pavor inde retrahit, quo libido trahit. Apul. 2. Met. p. 115. extr. Dum hunc & hujusmodi sermonem altercamur. i. e. Alternamus. V. Indic. Elm.

ALTERCATIO, ōnis. f. [ἔρις] Jurgatio, ut ait Festus. Liv. 1. Inde cum altercatione congressi. Idem 5. Bell. Maced. Altercatio inde, non sermo fuit. Cic. 1. Fam. 2. & 4. Att. 12.
Altercatio, Litigandi genus in judicio. Cic. 1. Att. Clodium præsentem fregi in senatu cum oratione perpetua, plenissima gravitatis, tum altercatione ejusmodi, ex qua licet pauca degustes. Hujus altercationis artem & præcepta latissime docet Quintil. l. 6. c. 4. Et l. 10. c. 1. Altercationibus atque interrogationibus oratorem futurum optime Socratici præparent. Altercationibus velociter occurrere. Quintil. l. 2. c. 4.

ALTERCĀTOR, ōris. m. [ἐριστὴς] Patronus qui in judicio utitur altercatione. Quintil. lib. 6. cap. 4. Bonus altercator vitio iracundiæ careat. Altercator turbidus & clamosus. Quintil. ibid.

ALTERCĀBĬLIS, e. ut, Altercabilem sermonem conserere. Arnob. l. 5. p. 156.

ALTERCŬLUM, i. n. dimin. Idem quod Altercum, apud Apul. de Herb. cap. 4.

ALTERNATIM, ALTERNATUS, ALTERNATIO, ALTERNE, ALTERNO, ALTERNUS. V. ALTER.

ALTHĒA, [Ἀλθαία] Thestii filia OEnei Calydoniæ regis uxor, Meleagri mater. Ovid. 8. Met. 447.
Quum videt extinctos fratres Althea referri. Hujus scelere Meleager filius extinctus est. Cujus facti postea pœnitens, laqueo vitam finivit, ut tradit amplissime Diod. Sicul. l. 5. c. 2. Ovid. tamen occubuisse, aït Acto per viscera ferro. V. MELEAGER. Sen. in Med. v. 779.
Piæ sororis impiæ matris facem. Ultricis Altheæ vides.
Althea, OEnei regis Ætoliæ uxor fuit, & mater Tydei, ut scribit Servius enarrans illud Virg. 6. Æn. 479.
Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis
Parthenopæus.

ALTHÆA, [ἀλθαία] Genus malvæ sylvestris, ab excellentia effectus a quibusdam ἀριστολοχεία appellata, teste Plin. lib. 20. cap. 21. Hæc & Hibiscus vocatur Virg. 2. Ecl. 30.
Hœdorumque gregem viridi compellere hibisco. Vulgo Bismalvam appellamus, Malvaviscum.

ALTHĔMĔNES, [Ἀλθαιμένης] Cissi filius, qui Argos ædificavit, quo tempore Patrocles Spartam condidit. Strab. lib. 10.

ALTHEPUS, Neptuni filius fuit, qui, ut author est Pausanias in Corinth. post Orum regnavit apud Troezenios, a quo & Althepia sit terra cognominata. Ex Cæl. Antiq. Lect. lib. 12. cap. 9.

ALTILIA, Oppidum Liguriæ a Tranquillo commemoratum; hodie quoque *Alteiola* vulgo appellatur. Volaterr. l. 4. in Liguriæ descriptione. [Verum ubi hujus Suetonius meminerit ipse viderit. Tiguliam forsan intelligit, quanquam de hac quoque altum apud Suet. silentium.

ALTILIS, V. ALO.

ALTINUM, [Ἄλτινον] Venetiæ oppidum ad Ostium Silis fluvii. Meminit Plin. lib. 3. cap. 18. Strab. lib. 5. Altinum in palude est, similem Ravennæ situm habens.

ALTĪNUS, Adj. ut, Altinæ vaccæ. Columel. lib. 6. cap. 24.

ALTINĀTES, Altini incolæ. Plin. lib. 3. ad Maxim. Epist. 46. Arrianus Maturius Altinatium est princeps.
Altinates lanas in tertio bonitatis ordine censet Martial. lib. 14. 155.
Velleribus primis Appulia, Parma secundis
Nobilis: Altinum tertia laudat ovis.
Altinates oves laudantur Columel. lib. 7. cap. 2.

ALTIS, Lucus. V. Altius Juppiter.

ALTISONUS, ALTITONANS, ALTITUDO, ALTIVOLANS, ALTIVOLUS, ALTO. V. ALTUS.

ALTOR. V. ALO.

ALTRINSECUS. V. ALTER.

ALTRIX. V. ALO.

ALTROVERSUM. V. ALTER.

ALTUS. V. ALO.

ALTUS, a, um. [ὑψηλὸς] Adj. notæ significationis: ut, Alta maceria pedes quinque. Cato de R. R. cap. 15. Et Virg. 12. Æn. 295.
Desuper altus equo graviter ferit.
Alti colles attolluntur. Plin. lib. 12. cap. 12.
Acervus altus. Lucret. lib. 3. 198.
Cœlum. Virg. 4. Georg. 227. Ovid. 2. Met. 64.
— & qua vix mane recentes
Enituntur equi: medio est altissima cœlo.
Cervices. Virg. 2. Æn. 219.
Gradus altos evadere. Virg. 4. Æn. 685.
Humus alta. Hor. Epod. 16. 52.
Iter altum ire. Virg. 4. Georg. 107.
Iter altius egit, tactus cœli cupidine. Ovid. 8. Met. 225.
Juba alta. Sen. Hippol. 10.
Montes. Virg. 3. Georg. 412.
Lunam altam suspiciens. Virg. 9. Æn. 403.
Nemora. Virg. 3. Georg. 393.
Nix. Hor. 1. Serm. 2. 104.
Præsepes. Virg. 7. Æn. 275.
Pedum quinquagenûm altus. V. LATUS cum genitivo.
Torus altus. Virg. 2. Æn. 2.
Via alta atque ardua. Cic. 1. Tusc.
Via alta ad Argos collibus ruptis. Sen. Hippol. 10.
Altissimus a nobis cœli complexus. Cic. 2. de Nat. Deor. 101. Restat ultimus, & a domiciliis nostris altissimus, omnia cingens & coercens cœli complexus, qui idem Æther vocatur.
Editus in altum. Cic. 5. Verr. 98. Sic est hic ordo quasi propositus, atque editus in altum: ut ab omnibus ventis invidiæ circunflari posse videatur. De ordine Senatorio loquitur.
Ex altissimo dignitatis gradu præcipitari. Cic. pro Domo sua, 98.
In altissimo amplissimoque gradu dignitatis locati. Cic. 1. Philipp. 14.
In altissimo gradu positus alienis opibus. Cic. pro Sext. 20.
Altus, Præclarus & excellens.
Altus Æneas. Virg. 7. Æn. 568. Hor. 2. Serm. 5. 62.
Apollo. Virg. 6. Æn. 875.
Carthago. Virg. 4. Æn. 97.
Jupiter. Ovid. 2. de Arte Am. 38.
Mente alta præditus. Cic. pro Milon. 21.
Oratio alta & exaggerata. Cic. in Orat. 192.
Roma alta. Virg. 1. 7.
Spiritus altior. Ovid. 4. Trist. 1. 44.
Tapeta alta. Virg. 9. Æn. 325.
Vir altus & excellens. Cic. 3. de Fin. 29.
Vir altus & magnus. Cic. 5. Tusc. 31.
Vultus altus. Hor. 4. Carm. 9. 42.
Excelsus, altus, & humana despiciens. Cic. 2. Tusc. 11. Te natura excelsum quendam videlicet, & altum, & humana despicientem genuit.
Altus, Profundus. Cæs. 8. Bell. Gall. 18. Altissimo flumine velut indagine munitum. Servius in 1. Æn. Altum, inquit, & superiorem & inferiorem altitudinem significat. nanque mensuræ nomen est altitudo.
Cupido. Tacit. 3. Ann. 52.
Enipeus. Virg. 4. Georg. 368.
Flumen. Virg. 4. Georg. 359. Curt. 7. 4. 13.
Fundamenta theatri. Virg. 1. Æn. 427.
Gemitus. Virg. 11. Æn. 633.
Gurges. Virg. 6. Ecl. 76. Transl. Plin. l. 10. c. 48. Apicius nepotum omnium altissimus gurges.
Mare altum. Virg. 7. Æn. 799.
Mente alta repostum. Virg. 1. Æn. 26.
Otium. Plin. Epist. 180.
Pavor. Tacit. 16. Ann. 29. 1.
Puteus. Plaut. Men. 4. 4. 14.
Quies. Virg. 6. Æn. 522.
Radicibus altissimis defixa virtus Cic. 4. Philipp. 13. Virtus est una altissimis defixa radicibus, quæ nunquam ulla vi labefactari potest, nunquam dimoveri loco.
Silentia. Virg. 10. Æn. 63.
— quid me alta silentia cogis
Rumpere? i. e. ut inquit Nonius, Ea quæ pressa & obscura sunt. Senec. ad Marc. cap. 5.
Somnus. Hor. 2. Serm. 1. 8.
Somnus altissimus. Liv. 7.
Sopor. Virg. 8. Æn. 27.
Spelunca. Virg. 6. Æn. 237.
Stirpes stultitiæ. Cic. 3. Tusc. 13.
Voce alta, idem est ac Canora, pleniore. Sen. Troad. 194. Hæc fatus alta voce dimisit diem. Et Catull. 43. 18. Conclamate iterum altiore voce.
Altum, Secretum, reconditum, ait Servius. Virg. 10. Æn.
Dolor altus. Virg. 1. Æn. 209.
Mens alta, & placida. Quintil. lib. 6. in procem.
Pectus altum. Virg. 6. Æn. 600.
Altiores literæ, pro Majore doctrina. Sen. de Benef.
Altiora studia. Plin. Epist. 16. lib. 5.
Altissime Princeps. Claud. Epigr. 17. v. 11. De Muner. Honor. Imp.
Altum, absolute, pro Cœlo. Virg. 1. Æn. 301.
Hæc ait, & Maia genitum demisit ab alto.

Jupiter

Juppiter ex alto perjuria ridet amantum. Ovid. 1. Art. Am. 633. pro E Cœlo, poterat dicere E Cœlo. H. St.
Altum, [τὸ πέλαγος] Profundior maris pars, & a terra remotior, ſive ipſum mare. Salluſt. Et piſcatoria ſcapha in altum navigat. Virg. 1. Æn. 34.
Vix e conſpectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti. Cic. 1. Off. c. 42. extr. Ut ſæpe ex alto in portum, ex ipſo portu ſe in agros poſſeſſionesque contulerit.
Alto jactatus. Virg. 1. Æn. 3.
Altum tenere. Virg. 3. Æn. 192.
Ab alto urget in brevia & ſyrtes. Virg. 1. Æn. 111.
Ex alto emergere. Cic. 4. de Fin. 64. i. e. E mari. Quis enim ignorat, ſi plures ex alto emergere velint, propius fore eos quidem ad reſpirandum, qui ad ſummam aquam jam appropinquent?
In altum abſtrahere aliquem. Cic. 3. de Orat. 143. Repente te quaſi quidam æſtus ingenii tui procul a terra abripuit, atque in altum a conſpectu pene omnium abſtraxit.
In alto tempeſtas magna eſt, i. e. In mari. Cic. 2. de Invent. 98. Quum magna in alto tempeſtas eſſet, vis ventorum invitis nautis Rhodiorum in portum navem coegit.
Per altum ire. Virg. 3. Æn. 374.
Alte, [ὑψηλῶς] Adv. modo Excelſe, modo Profunde ſignificat. Liv. 1. Ferrum haud alte in corpus deſcendiſſe. i. e. Non profunde.
Altius cui opponitur Inferius. Ovid. 2. Met. 136.
Alte cadere non poteſt. Cic. in Orat. 78.
Alte cinctus. Hor. 2. Serm. 8. 10. Alte cinctum antiqui vocabant Strenuum, fortem, virilem, minime mollem: credo quod genus illud cincturæ hominum non eſſet delicatorum. Nam præcinctura ut fluxior & laxior in Cæſare argumentum habuit mollitudinis: & diſcincti quoque effœminati habebantur. Sen. lib. 4. Epiſt. de Mæcenate, Alte cinctum putes dixiſſe. habuit enim ingenium & grande & virile, niſi illud ipſe diſcinxiſſet. Ex Turneb. l. 15. c. ult. Conjunctim extulit Phædr. 2. 5. 11. Ex alticinctis unus atrienſibus. [Gloſſ. H. Steph. ἀνεζωσμένος Alticinctus: Expeditum, & ad officium præſtandum habilem denotat, veſte altius ſuccincta, uti Dianam Venatricem deſcribit Minuc. Felix C. XXI. 14: & Nummi quoque veteres repræſentant apud Oiſel. T. 50.
Altius cogitare aliquid. Cic. in Orat. 82.
Altius efferre caput. Virg. 3. Georg. 553.
Altius exaggerata oratio. Cic. in Brut. 192.
Alte extollere pugionem. Cic. 2. Philipp. 28.
Alte extulit dextram. Virg. 5. Æn. 444.
Altius imprimere ſulcum. Cic. 2. de Divin. 50. Quum terra araretur, & ſulcus altius eſſet impreſſus.
Altius ingredi. Virg. 3. Georg. 76.
Continuo pecoris generoſi pullus in arvis
Altius ingreditur.
Altius ordiri. V. ORDIOR.
Altius penetrare. Celſ. l. 5. c. 27. De fiſtulis & earum generibus loquitur.
Altius ad vivum perſedit. Virg. 3. Georg. 442. i. e. Oſſa & medullas penetravit. Servius.
Altius perſpicere. Cic. 2. Verr. 19. Indignum videbatur iis qui altius perſpiciebant.
Altius aliquid proſequi. Plin. lib. 2. cap. 23.
Alte petitum prooemium. Cic. pro Cluent. 58. Incipit longo & alte petito prooemio reſpondere.
Altius repetere narrationem ſæpe legitur, quod Salluſtius Catil. c. 5. Supra repetere dixit. In eo ſenſu eſt illud Virg. in 4. Georg. 286.
— altius omnem
Expediam, prima repetens ab origine, famam.
Altius cura ſerpit. Plin. lib. 14. cap. 11.
Alte ſubjectare arenam. Virg. 3. Georg. 241.
Altius tollere ſe a terra. Cic. 5. Tuſc. 37. Itaque & arbores, & vites, & ea quæ ſunt humiliora, neque ſe tollere a terra altius poſſunt: alia ſemper virent, alia hyeme nudata, verno tempore tepefacta frondeſcunt.
Verbum altius transferre. Cic. in Orat. 82.
Alte oculis veſtigare. Virg. 6. Æn. 145.
Alte, Jugiter, diu, authore Servio. Virg. 4. Æn. 444.
— it ſtridor, & alte
Conſternunt terram, concuſſo ſtipite, frondes.
Alte, pro Longe. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 51.
Invalidum dextro portat Titana lacerto
Nondum luce gravem, nec pubeſcentibus alte
Criſtatum radiis. i. e. Longe fulgentibus: Sic enim exponit Parrhaſius, citans & illud Stat. in 1. Theb. 28.
— ignipedum moderator equorum
Ipſe tuis alte radiantem crinibus arcum, &c.
Superl. Plin. 8. Epiſt. 4. Ingenium altiſſime aſſurgit. Apul. 2. Met. p. 129. Colluctantem altiſſime demergo.
Alticinctus, V. ſupra in ALTE.
Alticŏmus, Tertull. de Judic. Dom. cap. 8. Alticoma umbra criſpata cupreſſus.
Altigrădus, vel Altegradius, Alte gradiens. Tertull. de Vel. Virg. c. 17. Beſtia quædam magis quam avis altegradia.
Altilŏquus, Qui alte loquitur. Cathol.
Altilŏquium, i. n. Meſſala Corv. ad Auguſt. p. 7. Te perſæpe altiloquio tuo differentem dubitare animadverti.
Altipĕta, æ. Paulin. Epiſt. 20. Levitas altipeta.
Altipĕtax, ācis. Strabo Gallus, Altipetax cucurbita.
Altipŏtens, entis. ut, Altipotens Mercurius. Mart. Capell. l. 2. p. 32. Altipotens puto dictum fuiſſe, quod poſſit conferri cum τῷ ὑψιμέδων, H. St.
Altispex, ſive Alitispex, icis. Augur, vel Aruſpex. Nonius 4. 330. ex Accio v. Obſcænum. [In editis & codicibus MSS. Altaiſpinem vel Aicaiſpinem legitur, vox ſine dubio corrupta. V. Mercer.
Altisŏnus, [ὑψηλόφωνος] Nomen poeticum, Quod ex alto ſonat. Cic. 3. Tuſc. 44. Septum altiſono cardine templum. ex Vet. poet.
Altiſonus Jupiter. Cic. 1. de Divin. 106.
Hic Jovis altiſoni ſubito pinnata ſatelles
Arboris e trunco.
Altiſoni mariti prælia referens. Claud. Epiſt. ad Seren. 27. adde Juven. 11. Sat. 179.
Altithrŏnus, apud Fortun. & Juvenc.

Altitŏnans, [ὑψιβρεμέτης] Poeticum ad Jovem pertinens, quia ex alto tonat. Cic. 1. de Divin. 19.
Nam pater altitonans ſtellanti nixus Olympo.
Altitŏnus, Varro apud Prob. in Virg. 6. Ecl. 31. Quam quinque altitonæ flammeæ zonæ cingunt.
Altitūdo, inis. f. Sublimitas.
Arboris altitudo, ad quinque pedes. Plin. lib. 12. cap. 15.
Altitudo ædium. Cic. 3. Off. 66.
Immenſitas altitudinum. Cic. 1. de Nat. Deor. 54.
Altitudinem aſſumere. Cic. de Univerſ. 42. Id fit, quum ſpeculorum lævitas hinc illincque altitudinem aſſumpſit, &c.
Altitudo, Profunditas. Plin. lib. 10. cap. 33.
Altitudo fluminis, apud Cæſ. 4. Bell. Gall. 17. & alibi.
Altitudo maris. Cic. 9. Att. 17.
Concavæ altitudines ſpeluncarum. Cic. 2. de Nat. Deor. 99.
Infinita altitudo. Cic. 1. de Divin. 97. Delata etiam ad Senatum labes agri Privernatis, quum ad infinitam altitudinem terra deſediſſet. i. e. Profunditatem. Idem 6. Verr. 107. Spelunca altitudine infinita.
In altitudinem mirandam depreſſus. Cic. 5. Verr. 67. de Lautumiis Syracuſanis.
In profundam altitudinem maris ſe immittere. Sen. Epiſt. 71.
Altitudo plagæ. i. e. Profunditas. Celſ. lib. 7. cap. 7.
Elatio atque altitudo orationis. Cic. in Bruto, 66.
Altitudo animi, pene idem ſignificat quod Animi magnitudo. Cic. 1. Off. 88. In liberis vero populis, & in juris æquabilitate exercenda, eſt etiam facilitas & altitudo animi quæ dicitur. Idem 3. Fam. 10. & 4. 13. & in Partit. 77. Altitudo animi in capiendis incommodis.
Addendus in noſtro locus Livii, qui hic omittitur, ubi tamen eſt exemplum aptius. H. St. [Eſt autem is locus l. 4. c. 6. extr. Tribunos enim omnes patricios creavit populus, contentus eo, quod ratio habita plebeiorum eſſet. Hanc modeſtiam, æquitatemque & altitudinem animi, ubi nunc in uno inveneris, quæ tunc populi univerſi fuit?
Altitudo ingenii, apud Salluſtium Jug. 95. 3. non eſt, quæ a Cicerone Animi altitudo dicitur, quædam ſcilicet animi excelſitas & magnitudo in magnis rebus gerendis, & incommodis capiendis, & fortiter ferendis; ſed eleganti novitate, eſt Profundus quidam alteque demerſus animi ſenſus, neque aliis patens, notusve, ſed penitus reconditus, quæ (niſi fallor etiam a Græcis βαθύτης dicitur. Ejus autem verba ſunt, Ad ſimulanda negotia altitudo ingenii incredibilis. Turneb. 3. Adv. 15. Adde Cort. ad loc. & Græv. ad Cic. pro Mil. 21.
Altĭvŏlans, [ὑψιπέτης] Nomen poeticum, dicitur Quod in altum volat. Cic. 1. de Divin. 107. ex Ennio,
— at Romulus pulcher in alto
Quærit Aventino, ſervans genus altivolantum. i. e. Avium.
Rota Solis altivolans. Lucret. lib. 5. 434.
Hic neque tum Solis rota cerni lumine largo
Altivolans poterat, &c. Sic enim ex Macrobio legendum eſſe contendit Lambinus.
Altĭvŏlus, Adj. idem ſign. Plin. l. 10. c. 19. Sunt fere omnes altivolæ præter nocturnas. Et c. 47. Graviores omnes fruge veſcuntur: altivolæ, carne tantum.
Altiuscŭlus, dimin. Sueton. Aug. cap. 53. Altiuſcula calceamenta.
Altiuscŭle, Adv. Apul. 2. Met. p. 117. Faſciola prænitente altiuſcule.
Alto, āre. Verb. inuſit. Inde
Altatus, a, um. Sidon. 2. Epiſt. 2. Sol per lineas altatus extremas in axem Scythicum porrigitur. Annotarat h. l. H. St.
Altius, Jupiter [Ἄλτιος Ζεὺς] cognominatus eſt (ut Pindarici expoſitores interpretantur) quod Altis, lucus ſit ſacer Jovi. Ariſtodemus vero locum circa Olympiam hoc nomine vocari prodidit, unde ſit Jupiter vocatus Altius.

A L V

Alūcus, i. m. in Gloſſ. Philoxen. νυκτικόραξ. V. Serv. ad Virg. 8. Ecl. 55.
Alveus, i. m. [πόρος, χάραγμα] Continens fluminis inter utranque ripam. Virg. 7. Æn. 33.
Aſſuetæ ripis volucres, ac fluminis alveo. Plin. lib. 7. cap. 2. Alveus navigabilis.
Alveo pleno fluit. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Alveus, pro Vaſe ligneo concavo. Liv. 1. 4.
Alveus, pro Navi, ſeu fundo navis. i. e. Carina. Propert. 3. 7. 16.
Portabat ſanctos alveus ille viros.
Alveo accipit ingentem Æneam. Virg. 6. Æn. 412. Liv. Decad. 3. lib. 3. Ibique (adeo non armamenta modo, ſed etiam alvei navium quaſſati erant) ſubductæ naves dum reficiuntur, aliquantum temporis triverunt. Salluſt. in Jugurth. cap. 18. Hique alveos navium inverſos pro tuguriis habuere.
Alveus, Solium vel Labrum balneare, apud Capitolin. in Albino, cap. 5. quod & Deſcenſio dicebatur. Auth. ad Herenn. lib. 4. 14. In alveum deſcendere. conf. Cic. pro Cœlio, 67. & Sen. Epiſt. 123. V. SOLIUM.
Alveus, Vas in quo apes continentur & mellificant. Plin. lib. 11. cap. 16. Hoc alveis ex cornu laternæ tranſlucido factis, expertum eſt.
Alveus fagineus. Ovid. 8. Met. 653.
Alveus vernus. Tibull. lib. 2. 1. 49.
Alveus, pro Ipſis apibus. Plin. lib. 11. cap. 16. Feruntque ſocietate fraudata alveos mori.
Alveus luſorius. Plin. lib. 37. cap. 2. Tranſtulit alveum cum teſſeris luſorium e gemmis duabus, latum pedes tres, longum pedes quatuor.
Alveolus, i. [κυθος] dimin. πελύσημον itidem. Primo Fluminis Curt. 6. 4. 4. deinde Vas eſt ligneum concavum. Liv. 8. Bell. Pun. Secures, falces, alveolos, molas. Columel. lib. 8. cap. 5. Totum ovorum numerum in alveolum ligneum conferat.
Alveolum pignerare. Juven. 7. Sat. 73.
Cujus & alveolos, & lenam pignerat Atreus. De poëta intelligitur, qui dum Atreum tragœdiam ſcribit, oppreſſus paupertate cogitur alveolos, i. e. Lances ſuas & paropſides, & lænam pignerare, i. e. Pignori opponere. Turneb.
Alveolus, Tabula luſoria. Cic. 5. de Fin. 56. Aut alveolum poſcere, aut quærere quempiam ludum.
Alveoli etiam in balneis ſunt. Vitruv. lib. 5. cap. 10.
Alveolum neutro genere, Feſto.

Alvear, five Alveare, & Alvearium. [σίμβλον, κυψέλη] ab Alveo denominatum, tametfi dici poteft Locus ubi funt alvei apum: tamen potius accipitur pro Copia alveorum eodem in loco pofitorum, ac apum mellificantium. Sic Valla lib. 1. Columel. lib. 9. cap. 11. Quum vetus alveare numero apium deftituitur. Cic. apud Charif. p. 82. Apes in alvearium conceſſerant. Varro 3. de R. R. 16. Circum villam totam alvearium fecerunt.

Alvearia pro Ipfis alveis, i. e. Vafis in quibus apes continentur, & mellificant. Plin. lib. 21. cap. 14. Circunlini alvearia fimo bubulo utiliffimum. Sic Idem alibi fæpius. Virg. 4. Georg. 34.

— alvearia vimine texta. V. Sofip. p. 82.

Alveātus, Adj. [κυβωτὸς] In modum alvei cavatus. Cato cap. 43. Sulcos, fi locus aquofus erit, alveatos effe oportet. i. e. Deorfum faftigiatos.

Alveŏlātus, Adj. [κοιλωτὸς] Vitruv. lib. 3. cap. 3. de Columnarum faciendarum ratione, Stylobatam ita oportet exæquari, uti habeat per medium adjectionem per fcamillos impares. Si enim ad libellam dirigetur, alveolatus oculo videbitur.

Alvinus, V. alvus.

Alus, i. V. halus.

Alūmen, ĭnis. n. [στυπτηρία] Res eft vulgo notiffima. Plin. lib. 35. cap. 15. poft fulphuris tractationem fic infert, Nec minor, aut ab eo diffimilis eft aluminis opera: quod intelligitur Salfugo terræ. Plura & ejus genera. In Cypro candidum & nigrum, exigua coloris differentia, &c. De etymo V. Ifid. 16. 2. Voff. Etym. p. 21.

Alumĭnātus, [στυπτηριωτὸς] ficut Sulphuratus a Sulphure: ut, Aqua aluminata, Quæ tranfit per venas aluminis. Plin. lib. 31. cap. 6. Marc. Empir. cap. 25.

Alumĭnōsus, [στυπτηριώδης] Idem quod Aluminatus. Plin. lib. 31. cap. 3. Vitruv. 8. 3.

Alumĭnārius, Aluminis foffor. Gruter. Infcript. dcxlii. 9.

Alumnus, & Alumna. V. alo.

Aluntium, five Alontium, Ἀλόντιον Ptolemæo, Oppidum Siciliæ, non procul a Lilybæo promontorio. Inde Aluntini, five Alontini, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 8.

Alvona, Ἀλούονα Ptolemæo, quæ & Albona: vulgo *St. Angelo*, Oppidum Liburniæ. Inde Alvonenfes, five Albonenfes populi, quorum meminit Plin. in defcriptione Liburniæ.

Alusiæ, Specus facer in Thalamo Thuriæ monte, ab Alufio proximo amne cognominatus, ut fcribit Lycus. Janus Parrhaf. in Claud.

Alusius, Fluvius in Thuriæ monte, unde Alufiæ fpecus.

Alūta, æ. [δερμάτιον] Pellis mollior, calceis cæterisque operibus faciendis concinnata. Cæf. 3. Bell. Gall. 13. Pelles pro velis, alutæque tenuiter confectæ. Plin. lib. 23. cap. 7. Produnt etiam fiquis inclinata arbore, fupino ore aliquem nodum ejus morfu abftulerit nullo vidente, atque in aluta illigatum licio e collo fufpenderit, ftrumas & parotidas difcuti. Utitur & hoc vocab. Lucil. apud Nonium 2. 635. Item Aufon. Idyll. 4. 30. Nomen eft ex Alumine quo fubigebantur pelles & perficiebantur ut & tenuiores fierent. Vet. Gloff. στυπτηριακὸν δέρμα, Aluta. Fuit autem coloris varii. Martial. lib. 2. 29.

Coccina non læfum cingit aluta pedem. Idem lib. 7. 34.

— fuccinctus nigra tibi fervus aluta.

Alutācius, Marc. Empir. cap. 23. Alutacia pellis.

Alutarius, Coriarius; pellium, & coriorum concinnator. Plaut. Hic alutarius cerdo. Proprie tamen Alutarii, tenuiorum pellium dicuntur: Coriarii, craffiorum. Alutarium emplaftrum dixit Marc. Empir. c. 15.

Alutatio, corrupte (ut opinor) legitur apud Plin. lib. 33. cap. 4. Nam ipfemet lib. 34. cap. 16. dicit Elutia. & Hermol. fuper hoc loco legit Alutia. quanquam mihi diverfa videntur fiquis Plinii locos diligenter conferat. V. elutia. & Hard. ad utrunque loc.

Alutamen, vel Alutamentum, a veteribus dicebatur Opus ex concinnatis pellibus factum.

Alvus, i. f. [κοιλία] eft, inquit Servius, Æn. 3. & Ifid. 13. 1. Quo defluunt fordes: ut Salluft. Simulans fibi alvum purgari. In utroque genere reperiri teftatur Sofipater p. 61. Prifcian. p. 654. & Nonius 3. 21. Item Columel. de horto, lib. 10. cap. 146.

Florida quum foboles materno pullulat alvo.

Alvus, inquit Feftus, Venter fœminæ, ab Alendo dicta eft. Unde, Geftare alvum, pro Gravidam effe. Voffio eft ex Abluus, five Abluendo.

Alvus, Venter qui apparet. Columel. lib. 7. cap. 10. Nifi obefam illuviem, atque diftentam pabulis alvum demerferit.

Alvum Accius mafculino genere protulit, Annal. 1.

Mala nemus retinens gravido concepit in alvo. Sic multi alii, tefte Prifciano lib. 6. Id nunc obfoletum eft.

Alvi caufa dare aliquid. Plin. lib. 22. cap. 24. h. e. Ad molliendam alvum.

Dolores alvi cohibere. Plin. lib. 23. cap. 8.

Ductio alvi. Celf. lib. 2. cap. 12. Dejectionem antiqui variis medicamentis, crebraque alvi ductione, in omnibus fere morbis moliebantur.

Purgatio alvi. Cic. 3. de Nat. Deor. 57. Æfculapius tertius, primus purgationem alvi, dentisque evulfionem, ut ferunt, invenit.

Refolutio alvi. Celf. lib. 2. cap. 7.

Vitia alvi detrahere. Plin. lib. 20. cap. 7.

Alvus atra. Ovid. 13. Met. 732.

Aftrictior. Celf. lib. 1. cap. 3.

Avida. Ovid. 12. Met. 17.

Biliofa. Celf. lib. 2. cap. 8.

Cita. Plin. lib. 27. cap. 4: 23. 7. fin. 24. 10. & 13. & Celf. 1. 6.

Coacta, V. infra. Pejor.

Cruda, vel non confiftens. Cato cap. 125. Alvus cruda, quæ cibos non conficit: Alvus non confiftens, quæ non continet, nempe ex profluvio.

Curva. Virg. 2. Æn. 51.

In latus, inque feri curvam compagibus alvum.

Dura. Hor. 2. Serm. 4. 27.

Fufior. Celf. lib. 1. cap. 3. Melior eft autem in juvene fufior, in fenectute aftrictior. Idem. lib. 1. cap. 35.

Gravida. Ovid. 6. Epift. 61.

Inanis. Juven. 5. Sat. 7.

Latam trahens alvum. Virg. 4. Georg. 94. loquitur de regibus apum.

Liquida. Celf. lib. 2. cap. 12. Sic lib. 4. cap. 19.

Longa. Ovid. 4. Met. 574. Virg. 3. Georg. 427.

Mala. Celf. lib. 2. cap. 4. Alvus autem mala eft, ex toto fuppreffa.

Melior, V. Alvus fufior.

Multiplex & tortuofa. Cic. 2. de Nat. Deor. 136. Sed quum alvi natura fubjecta ftomacho, cibi & potionis fit receptaculum: pulmones autem & cor extrinfecus fpiritum ducant: in alvo multa funt mirabiliter effecta, quæ conftant fere e nervis. Eft autem multiplex & tortuofa natura, arcetque & continet, five illud arridum eft, five humidum quod recepit, ut id mutari & concoqui poffit: eaque tum aftringitur, tum relaxatur: atque omne quod accipit, cogit & confundit, ut facile & calore, quem multum habet, exterendo cibo, & præterea fpiritu omnia cocta atque confecta, in reliquum corpus dividantur.

Nigra. Celf. lib. 2. cap. 6.

Pallida. Idem ibid.

Pejor cita alvus eft; fed ne hæc quidem terrere protinus debet, fi matutinis temporibus coacta magis eft: aut fi procedente tempore paulatim contrahitur, & rufa eft, neque fœditate odoris fimilem alvum fani hominis excedit. Celf. lib. 2. cap. 3.

Periculofa eft, Quæ inter febres fluens, conquiefcere hominem in cubili non patitur. Celf. lib. 2. cap. 4.

Perniciofa. Celf. lib. 2. cap. 8. ad fin. Alvus nigra fanguini atro fimilis repentina, five cum febre, five etiam fine hac eft, perniciofa eft. Hic pro Excrementis accipitur. ut & fupra fæpius, ac deinceps.

Peftifera. Celf. lib. 2. cap. 6.

Pinguis. Idem ibid.

Rufa alvus, V. Pejor cita alvus eft.

Soluta. Celf. Plin. lib. 14. cap. 18.

Tenera. Celf. lib. 3. cap. 18.

Tumens. Plin. lib. 2. cap. 5.

Tuta. Celf. lib. 2. cap. 8.

Varia. Celf. lib. 2. cap. 6.

Alvum aftringit labor, fedile, &c. Celf. lib. 1. cap. 3. Idem 2. 30.

Ciere alvum, i. e. Solvere. Plin. lib. 20. cap. 9. & lib. 33. cap. 1. Humorem alvi ciet radix labrufcæ decocta in aqua.

Cohibere alvum Plin. lib. 23. cap. 1.

Commoveri alvo. Plin. lib. 2. cap. 41.

Compefcere alvum. Plin. lib. 24. cap. 13.

Comprimere & Movere alvum, contraria. Celf. lib. 1. cap. 10.

Concita. Plin. lib. 21. cap. 12.

Conquiefcit alvus. Celf. lib. 4. cap. 19.

Non confiftens alvus. V. paulo ante, Cruda, &c.

Continere alvo filium. Cic. 1. de Divin. 39. Quum prægnans hunc ipfum Dionyfium alvo contineret, fomniavit fe peperiffe Satyrifcum. Eodem modo dicitur Continere fpem alvo. Idem pro Cluent. 34. Spem illam, quam in alvo commendatam a viro continebat.

Contrahitur alvus. Celf. lib. 4. cap. 19. i. e. Supprimitur.

Dejicere alvum, idem quod Alvum folvere. Cato cap. 156. Alvum fi voles dejicere, fuperiorem fumito cymam brafficæ.

Defcendit alvus. Celf. lib. 2. cap. 7.

Detrahere alvo aquam. Plin. lib. 24. cap. 8. de Sambuco.

Ducere alvum. Celf. lib. 2. cap. 12. & lib. 4. cap. 3. & lib. 6. cap. 14. pr.

Elicere alvos. Plin. lib. 19. cap. 5. de Raphano, Sapor autem afper & medicamenti inftar ad eliciendas alvos.

Emendare. Plin. lib. 24. cap. 19.

Emollire alvum. Plin. lib. 20. cap. 2. Pepones qui vocantur, refrigerant maxime in cibo, & emolliunt alvum.

Evacuare alvum. Plin. lib. 20. cap. 6.

Extrema alvus. Celf. lib. 2. cap. 8. i. e. Id quod extremum excernitur.

Exhibet alvus plurimum negotii. Plin. lib. 26. cap. 8. Plurimum tamen homini negotii alvus exhibet, cujus caufa major pars mortalium vivit. Alias enim cibos non transmittit, alias non continet, alias non capit, alias non conficit. Eoque mores venere, ut homo maxime cibo pereat. Peffimum corporum vas inftat ut creditor, & fæpius die appellat.

Exinaniri alvum. Plin. lib. 22. cap. 21. Et fi decocti fuccus bibatur, efficaciffime exinaniri. V. Inanire.

Facere bonam alvum. Cato, vinum fi voles concinnare ut alvum bonam faciat, &c.

Fertur alvus. Celf. lib. 4. cap. 19. Ubi & liquida alvus, & fæpius quam ex confuetudine fertur.

Firmare alvum. Plin. lib. 14. cap. 18. Thafiam uvam Ægyptus vocat apud fe prædulcem, quæ folvit alvum. Eft contra in Lycia quæ folutam firmat. Celf. lib. 1. cap. 35.

Fluit alvus. V. Alvus ducitur, & apud. Celf. lib. 4. cap. 19.

Fluens alvus. V. Alvus periculofa.

Impofuit folia alvo, epiphoris, ftranguriæ, & veficæ. Plin. lib. 25. cap. 5.

Inanire alvum. Plin. lib. 24. cap. 16. Alvum inaniunt ex fale & aceto fumpta. V. Exinanire.

Inhibere alvum. Plin. lib. 19. cap. 8. de beta. V. inhibeo.

Injicienda alvus eft aqua. Celf. lib. 2. cap. 12. Tum injicienda alvus eft, fi levi medicina contenti fumus, puta aqua: fi paulo valentiori mulfa: fi reprimendi caufa, ex verbenis. [Ita legitur in editis antiquioribus. At Rob. Conft. Pantin. ac Cæteri omnes codd. & Stephani quoque Dejicienda. Linden. ex conjectura Jo. Cæfarii, Immittenda in Alvum. Legendum fufpicor, Injicienda alvo eft, mutatione leviffima.

Levare alvum. Plin. lib. 23. cap. 7. ad finem, Invenio apud authores, fiquis matutino cerafa rofcida cum fuis nucleis devoret, in tantum levari alvum, ut pedes morbo liberentur.

Liquanda alvus, interdum etiam ducenda, quibus extenuatum corpus incipit fpiritum trahere commodius. Celf. lib. 4. cap. 7.

Mollire. Plin. lib. 20. cap. 9. Alvum modice mollientem. Idem lib. 23. cap. 7.

Movere. Plin. lib. 20. cap. 20. ad finem. Idem 13. 23.

Movens alvum vinum. id est, Quod alvum citat & mollit. Cato cap. 115.
Purgare. Plin. lib. 20. cap. 7. Idem fuccus alvum purgat.
Reddit alvus fatis quotidie alicui. V. Liquida alvus.
Reddere cum multo fpiritu. Celf. lib. 2. cap. 7.
Reddere alvo. Celf. lib. 7. cap. 23. Urgent enim febres ardentes, & aut virides, aut nigri vomitus: præter hæc ingens fitis, & linguæ afpritudo, fereque a die tertio fpumans bilis alvo cum rofione redditur.
Reprimere, V. Alvus injicienda.
Siftitur alvus ladano utroque. Plin. lib. 26. cap. 8.
Siftere alvum. Plin. lib. 20. cap. 7. Lactucæ copiofiores alvum folvunt, modicæ fiftunt.
Solvere. Plin. lib. 23. cap. 8. Siliquæ recentes, ftomacho inutiles, alvum folvunt; Eædem ficcatæ fiftunt. Idem lib. 14. cap. 18.
Subducere. Celf. lib. 3. cap. 4.
Subftitit alvus. Celf. lib. 6. cap. 11.
Subtrahere. Celf. lib. 3. cap. 4. Deinde eam materiam quæ lædere videbatur, ducendo, fæpius alvum fubtrahebant. [Sed diftinguendum eft poft *alvum*, ita ut id verbum ad v. *materiam* referatur.
Succurrere alvo. Plin. lib. 20. cap. 23.
Supprimere. Celf. lib. 4. cap. 19. Alia via eft, ubi velis alvum fupprimere.
Suppreffa alvus. Celf. lib. 2. cap. 4. Alvus ex toto fuppreffa.
Trahere. Plin. lib. 25. cap. 5. Trahit alvum, & bilem pituitasque.
Trahere alvum, Aliter. V. TRAHO.
Turbare. Plin. lib. 22. cap. ult. de Ervo.
Ductio alvi. Celf. lib. 3. cap. 18.
Refolutio. Idem lib. 2. cap. 6.
Ex alvo matris natura profudit in oras luminis. Lucret. lib. 5. 226.
In alvum congerit. Ovid. 6. Met. 651.
In alvo obliqua. Stat. 5. Theb.
In alvum delabuntur cibi. Plin. lib. 11. cap. 37.
In alvo proficere. Plin. lib. 22. cap. ult. de cicere & cicercula; Cicer fi largius fumatur, alvus folvitur. Cicercula etiamnum magis in alvo proficit.
Per alvum purgari fi libeat. Plin. lib. 26. cap. 8.
Per alvum trahit bilem & pituitam. Plin. lib. 26. cap. 8.
Alvus, pro Excrementis alvi. Celf. lib. 2. cap. 6. de indiciis mortis; Alvus quoque varia, peftifera eft. Paulo poft, Sed hæc quidem poteft paulo diutius trahere. In præcipiti vero jam effe denuntiat, quæ liquida: eademque vel nigra, vel pallida, vel pinguis eft. Plin. lib. 21. cap. 18. Lilii radices e mulfo potæ, inutilem fanguinem cum alvo trahunt. [Plura exempla ex Celfo fupra occurrunt.
Alvus, pro Fluxu ventris. Columel. lib. 6. cap. 7. Alvus, corpus ac vires carpit, operique inutilem reddit. fubaud. Bovem.

ALVUS, pro Alveo, i. e. Vafe in quo apes mellificant. Varro 3. de R. R. cap. 16. Alvos ubi fint, alii faciunt ex viminibus rotundas, alii e ligno ac corticibus, alii ex arbore cava, alii fictiles, alii etiam ex ferulis quadratas longas pedes circiter ternos, latas pedem, fed ita uti cum parum fit qua compleant, eas coangustent: ne in vafto loco & inani defpondeant animum. Hæc omnia vocant a mellis alimonio, alvos: quas ideo videntur facere anguftiffimas, ut figuram imitentur earum. Ab alvo cavo fagi demiffus exercitus. Claud. 2. de Rapt. Proferp. 126. loquitur de apibus. Promifcue dici Alvum & Alveum notat Gronov. ad Plin. lib. 21. cap. 12. & Gud. ad Phædr. 3. 13.

ALVĪNUS, Adj. [κοιλιακός] Qui alvo languefcit. Plin. lib. 25. cap. 7. Adverfaturque alvinis. Idem lib. 21. cap. 27. Alvinis impofita multum prodeffe dicitur. Verum Cornarius ex vetufto codice primum exemplum fic legit, Ac verfatur alternis. fecundum fic, In aluta impofita, &c.

ALVŬLUS, i. m. Parva alvus. Cathol.

A L Y

ALYACMON, Fluvius Macedoniæ. Claud. de Bell. Get. 176.
Et fruftra rapidum damnant Alyacmona Beffi.

ALYATTES, [Ἀλυάττης] Crœfi regis pater ditiffimus. Strabo lib. 9. Ejus tumulus eft apud Sardos ingens, fuper crepidine excelfa, factus a multitudine civitatis, cujus maximam partem ancillæ perfecerunt, quæ (ut ait Herodotus) omnes meretricantur. Nonnulli hanc fepulturam meretricis monumentum dicunt. Idem Strabo lib. 13. conf. Herodot. 1. 16. & 26.

ALYATTĬCUS, Adj. ap. Hor. tamen Subft. 3. Carm. 16.41. vel pro Alyatte ipfo vel filio Crœfo. Sed receperunt Bentl. & Cuningam. Alyattei: ut Ulyffei, Achillei.

ALYBA, [Ἀλύβη] Regio non longe a Myfia, ubi argentifodinæ effe ab Homero traduntur. V. Strab. lib. 12.

ALYBAS, antis, Italiæ oppidum. gent. ALYBANTIUS, Qui ex Alybante eft oriundus. Hinc proverbium, Alybantii hofpitis munera, feu Alybantii amici xenia, quod Euftathius Homeri interpres putat recte dici poffe, quoties fit ut aliquis falfo jactet fe magna largitum effe: feu verbis duntaxat, non re præftet beneficium. Nam apud Homerum ult. Odyff. lib. v. 301. Ulyffes ignoto habitu cum Laerte patre colloquens, adfimulat fe Alybantium effe Aphidantis opulentiffimi viri filium, & quondam Ulyffem exceptum hofpitio, muneribus ampliffimis donatum a fe dimififfe. Erafm. Chiliad.

ALYPON, [ἄλυπον] Cauliculus eft molli capite, non diffimilis betæ, acre guftatu ac lentum, mordensque vehementer & accendens. Plin. lib. 27. cap. 4. Paulus Alypiam vocat. Actuarius tamen Alypiam vocat Turpet candidum. Auth. Ruell. lib. 3. cap. 151.

ALYSŌNII, [Ἀλυσώνιοι] Populi funt Scythiæ Afiaticæ, ut docet Herodotus lib. 4.

ALYSSON, [ἄλυσσον] Plin. lib. 24. cap. 11. diftat a rubia, foliis tantum ramifque minoribus. Quippe nomen accepit, quod morfos a cane rabiem fentire non patitur potum ex aceto alligatumque. Mirumque eft quod additur, infaniam confpecto eo frutice fanari. Vulgo Rubia minor. V. Diofc. 3. 89.

ALYSSOS, five ALYSSUS, Fons eft Arcadiæ in agro Cynethenfium, cujus aqua pota morfos a rabida cane liberat, ob idque Alyffos vocatur. Hermolaus ex Paufania & Polybio.

ALYTARCHES, [Ἀλυτάρχης] Præfectus Maftigophoris, qui ad fummovendam turbam, & cohibendas feditiones in facris certaminibus adhibebantur. Alytarcharum autem fit mentio in l. ult. de expenf. ludor. in Cod. Theod. l. 12. de jur. fifc. eod. l. 2. de cupreff. lib. 10. C. V. Ant. Vandale Diff. 7. cap. 1. fub fin.

ALYTARCHIA, æ. f. Ipfum munus ad editionem ludorum pertinens. l. 1. C. off. Com. or.

ALYTIS, is. f. Herba perdicalis. Apul. de Herb. cap. 81.

ALYXŎTHŎE, [Ἀλυξόθοη] Mater Æfaci, filia Dymantis, ut teftatur Ovid. 11. Met. 763. Sed variant codd. V. not. ad loc.

ALYZIA, [Ἀλυζία] Acarnaniæ civitas, a mari quindecim diftans ftadiis: ad quam dicatus Herculi portus eft, & cum luco fanum Herculis certamina continens, e quo dux quidam Lyfippi opera Romam tranftulit, Herculis labores, eo loco propter folitudinem abjectos, Strabo lib. 10. Cic. 16. Fam. 4. Tertio die abs te ad Alyziam accefferamus. Is locus eft citra Leucadem ftadia centum viginti.

A M

AM. Amicus. AM. N. Amicus nofter. AM. P. Amabilis perfona: vel, Amicus principis.

AM, Accufativa olim præpofitio, nunc autem extra compofitionem obfoleta. Prifcian. lib. 14. p. 1002. Am (inquit) περὶ Græcam præpofitionem fignificat. i. e. Circum. Verum quando componitur cum dictione incipiente ab a, e, i, u, interponitur b, euphoniæ caufa: ut, Ambages, ambio, ambefus, ambigo, amburbium, ambarvalis, ambuftus. Si vero cum e, h, f, q, mutatur m in n: ut, Ancifus, anhelo, anfractus, anquiro. V. Becman. de Orig. L. L. p. 215. Cum p, remanet integra: ut, Amputo. Feftus, Am præpofitio loquelaris, fignificat Circum. Varro, Am pro Circum ponere folebant: ut Cato in Originibus, Oratorum an terminum, i. e. Circum terminum. Quem locum tamen Scalig. ad Feftum, voce Amtermini, legit Amterminum, ab Amtermines. Et Scaligeri fententiam probat Voff. Etym. f. 21. & 516. Pontan. ad Macrob. Sat. 1. 14. Verifimile eft Latinos Ambi fuum (unde contracte Am) Græcorum ἀμφὶ debere: eadem elementorum permutatione qua ducitur ambo ἀπὸ τοῦ ἄμφω. V. AMBE.
Non dubito, quin facta effet e Græca ἀμφὶ per apocopen. V. & in AN quæ notavi & ANQUIRO. AMBAGES & alia. H. St.

A M A

AMA, æ, [ἄμη] Falx mefforia, farculum. Item Inftrumentum fofforium, quod Galli lingua vernacula *Lucheum* vocant, quo foffores aggerarii utuntur, ἀπὸ τοῦ ἀμᾶν, quod eft κόπτειν καὶ θερίζειν. Eft & Hama cum afpiratione, fed aliud inftrumentum fignificat. Amarum meminit Ulpianus in l. quæfitum eft. D. de inftructo & inftrumento legato. V. HAMA. & AMULA.

AMABILIS, AMABILITAS, AMABILITER, AMABO. V. AMO.

AMADOCA, five AMADOCI, orum. [Ἀμάδοκα] Montes funt in Sarmatia Europæa, a quibus & accolæ Amadici dicuntur. Ptolem.
Eft item Amadoca, Civitas in Sarmatia, ut idem Ptolemæus author eft.

AMADRYADES, V. HAMADRYADES.

AMÆA, apud Trœzenios Ceres appellata fuit: Proferpina Azefia, authore Didymo. Inde proverbium, Amæa Azefiam reperit, de re diu multumque quæfita defiderataque. Nota eft fabula de Proferpina a Plutone abducta ad campos Elyfios, & Cerere toto orbe quærente filiam. Refertur a Plutarcho.

AMAFANIUS. Philofophus. Cic. 1. Acad. 5. AMAFINIUS Codd. alii. uti occurrit 4. Tufc. 6.

AMALCHIUM, apud Plin. lib. 4. cap. 13. maris Oceani feptentrionalis portio eft. Scytharum lingua fignificat hæc vox Congelatum.

AMALOCIA, & AMALUSTA, æ. f. Herba chamæmelon. Apul. de Herb. cap. 23.

AMALTHEA, [Ἀμάλθεια] Nutrix fuit Jovis infantis. Nam Meliffus rex Cretæ duas filias habuit, Amaltheam & Meliffam, quæ Jovem caprino lacte & melle nutriverunt, tefte Lactant. lib. 1. Inftit. Alii dicunt Capram illam appellatam effe Amaltheam, ut Parthenius poëta Græcus, idemque fabularum fcriptor: quæ propterea in cœlum fublata, inter fidera cum geminis hœdis fuit collocata. In ejus autem ortu & occafu maximæ fiunt pluviæ. Hinc eft illud Ovid. 5. Faft. 113.
Nafcitur Oleniæ fignum pluviale capellæ. Porro Olenia dicitur, quia in Oleno urbe Bœotiæ, vel Achaiæ (ut alii volunt) nutrita eft. Fuit autem traditum, ex altero Amaltheæ cornu fluere ambrofiam, ex altero nectar, cibum & potum deorum.
Amaltheæ cornu, idem quod Copiæ cornu. Utimur quoties affatim omnia fupereffe fignificamus. Translatum a fabula, quæ varie narratur apud authores. Quidam ad hunc modum narrant: Rhea Jovem enixa, metu Saturni patris liberos recens natos devorare foliti, infantem in Creta occulit, nutriendum a duabus nymphis, Adraftea & Ida, Meliffi filiabus. Hæ nutricaverunt illum lacte cujusdam capræ, cui nomen erat Amalthea: quam Jupiter jam adultus ob acceptum beneficium in fidera retulit. Hujus alterum cornu nymphis nutricibus dedit, videlicet officii præmium, hanc adjiciens facultatem, ut quicquid optaffent, id illis ex eo cornu largiter fuppullularet. Ovid. 5. Faft. 116. paulo diverfius fabulam narrat,
Nais Amalthea Cretæa nobilis Ida, &c. Aliter narrat Diod. Sicul. lib. 4. cap. 5. Et rurfum aliter lib. 5. cap. 2. Vide locos ipfos. V. etiam Strab. lib. 10. Philoftratus Dionem fophiftam appellat Amaltheæ cornu, velut omni genere virtutum expolitum. Plutarchus irridens paradoxa Stoicorum, qui fuo fapienti tribuunt univerfa, divitias, libertatem, fanitatem, regnum, Qui Stoicam (inquit) acceperit Amaltheam.
Eft & AMALTHEA Sibylla, de qua Lactant. 1. 6. Tibull. lib. 2. 5. 67.
Quicquid Amalthea quicquid Marpefia dixit.

AMALTEA, & AMALTHEUM, Villæ Attici in Epiro, ftudiis & libris dicatæ, nomen, quemadmodum Academia Ciceronis, inter Puteolos & Avernum lacum, in litore. Cic. 1. Att. 13. Velim ad me fcribas cujusmodi fit ἀμαλθεῖον tuum, quo ornatu, qua τοποθεσία: & quæ

quæ poemata, quasque historias de ἀμαλθείᾳ habes, ad me mittas. Atticus vel a copia librorum id nomen indidit gymnasio, vel quod legendis in eo libris animum pasceret suavissimo cibo, sicut suo prædulci lacte Capra Amalthea Jovem pavit: vel ab utraque causa. Gymnasium & ipse Cicero extruxit, Amaltheæ nomine, Attici exemplo, 2. Att. 1. Amalthea mea te expectat, & indiget tui.

AMANA, [Ἄμανα] Civitas Mediæ. Ptolem.

AMANDO, [ἀποπέμπω, ἀποσκεδάζομαι] āre. Ablegare, aliquo mittere, ut a nobis amoveamus. Cic. 7. Verr. 68. Denique Syracusas totas timet, amandat hominem, quo? Lilybæum fortasse.
Amandare in aliquem locum. Cic. 7. Att. 13. Itaque de Ciceronibus nostris dubito quid agam, nam mihi interdum amandandi videntur in Græciam.
Amandare procul a. Cic. 2. de Nat. Deor. 141. Sic natura res similes procul amandavit a sensibus. i. e. Procul amovit, vel removit.

AMANDATUS, [ἀποπεμφθεὶς] Cic. pro Domo sua, 66. Me expulso, Catone amandato. i. e. Misso & quasi Relegato in Cyprum.

AMANDATIO, ōnis. f. [ἀπόπεμψις] Cic. pro Rosc. Amer. 44. Tamenne hæc attenta vita & rusticana, relegatio atque amandatio appellabitur?

AMANDRA, Regio ad Indum fluvium, in quatuor divisa populos, Peucolaitas, Arsagalitas, Geretas, & Asoos. Plin. lib. 6. cap. 20.

AMANIDES Portæ, [Ἀμανίδες πύλαι] Fauces, in quas Amanus mons definit a Tauro descendens. Strab. lib. 14. Aliter Amanicæ pylæ.

AMANIENSIS, Incola Amani. Cic. 2. Fam. 10. Vexavi Amanienses, hostes sempiternos.

AMANITA, æ. [ἀμανίτης] Fungus, vel fungi species. Ægineta lib. 1. cap. 11. & Galen. lib. 2. de Alim. Facult. cap. 69.

AMANOIDES, Ciliciæ promontorium, Pomponio sic dictum, quod formam effigiemque Amani circumnavigantibus exhibet, ut auctor est Hermolaus.

AMANS, AMANTER. V. AMO.

AMANTES, Populi. V. AMANTINI.

AMANTHES, Populi sunt in Africa, Troglodytis proximi, apud quos tum salis, tum carbunculorum, gemmarumque copia est, adeo ut ex sale domos sibi struere dicantur. Author Solinus.

AMANTIA, Civitas Macedoniæ, authore Ptolemæo. Meminit Cic. 11. Philipp. 26. Amantia dicta est, quasi Abantia, quoniam Abantes populi, redeuntes a bello Trojano, hic constitêre. Volaterr. in descript. Macedoniæ.

AMANTINI, [Ἀμαντινοὶ Ptolemæo,] Amantes Plinio, Populi sunt Pannoniæ inferioris, quæ hodie Hungaria dicitur. V. Plin. lib. 4. cap. 25.

AMANUENSIS, [ὑπογραφεὺς] Servus cujus opera & manu in scribendo utimur. Suet. in Neron. cap. 44. Ne dispensatoribus quidem, aut amanuensibus exceptis. Dicitur & A manu. V. A.

AMANUM, [Ἄμανον] Portus, ubi nunc Flaviobriga in Hispania citeriore. Plin. lib. 4. cap. 20. Vulgo, *Porto dalle Crune.*

AMĀNUS, Portio montis Tauri ad Ciliciam, authore Ptolemæo. Amanus mons Syriam a Cilicia aquarum divortio dividit. Cic. 5. Att. 20. & Plin. lib. 5. cap. 22. Amanum montem hinc dictum putant, quod Orestes cum Iphigenia & Dianæ simulacro illuc veniens, a mania & furore ibi sit liberatus. Nam Amanus apud Græcos Sine insania dicitur. Volaterr. Nunc vulgo vocatur *Monte negro*, sive *Monte nuovo*. Lucan. lib. 3. 244.
— duri populus nunc cultor Amani
Amanus, Viri proprium. Sil. lib. 17.
Vergilio Caudinus, acerbo Sartis Amano
Sternitur.
Amanus, Anaitis, & Anandatus, Persarum sunt numina, in quorum templo annua festa celebrabantur, quæ dicebantur Saca. Strab. lib. 11. & 15.

AMĀRĂCUS, i. m. vel AMĀRĂCUM, [ἀμάρακος, σάμψυχον] Herba quam Sampsuchum aliàs dicimus vulgo *Majorana*. Plin. lib. 21. cap. 22. Sampsuchum sive amaracum in Cypro laudatissimum & odoratissimum, scorpionibus adversatur ex aceto & sale illitum. Amaracum & Sampsuchum idem esse constat Plinii Dioscoridisque decretis. Verum Galeno & Paulo Amaracus ea est herba, quam majores dixere Parthenium, nunc officinæ vocant Matricariam. Ruell. lib. 3. cap. 34. Matthiolus Senensis putat non Parthenium esse, sed Marum, quanvis opinionem Ruellii non improbet.
Mollis amaracus. Virg. 1. Æn. 696. — in altos
Idaliæ lucos ubi mollis amaracus, &c.
Olens suave amaracus. Catull. 59. 7.
Cinge tempora floribus
Suave olentis amaraci.

AMĀRĂCĬNUS, Adj. [ἀμαράκινος] Quod ex amaraco factum est. ut, Amaracinum oleum. Plin. lib. 21. cap. 22. ubi de Sampsucho, seu amaraco, Fit ex eo oleum quod Sampsuchinum vocatur, aut amaracinum, ad excalefaciendos emolliendosque nervos.
Amaracinum. n. Absolute. Unguentum ex amaraco factum. Gell. in præf. Noct. suarum: Vetus adagium est: Nihil graculo cum fidibus, nihil cum amaracino sui. Lucret. lib. 6. 973.
Denique amaracinum fugitat sus: & timet omne
Unguentum. V. Erasm. Chil.

AMARANTI, [Ἀμάραντοι] Populi apud quos Phasis fluvius oritur: unde Amarantius a quibusdam appellatur. Steph.

AMĀRANTUS, i. m. [ἀμάραντος] Flos, ab immortalitate nomen trahens, quia non marcescit, ex α priv. & v. μαραίνω Marcesco. Scribi debet sine aspirata. Plin. lib. 21. cap. 8. Amaranto non dubie vincimur. Est autem Spica purpurea verius quam flos aliquis, & ipse sine odore: mirumque in eo, gaudere decerpi, & lætius renasci. Provenit Augusto mense, durat in autumnum. Alexandrino palma, qui decerptus asservatur, mirumque, postquam defecêre cuncti flores, madefactus aqua reviviscit, & hybernas coronas facit. Summa ejus natura in nomine est, appellato, quoniam non marcescit. Hæc Plin. Tibull. 3. 4. 33.
Ut quum contexunt amarantis alba puellæ
Lilia.

AMARDI, Populi sunt Hyrcaniæ ad sinum Scythicum Strab. lib. 11. p. 350. Hermol. in Plin. lib. 6. cap. 13. & 17.

AMARDUS, Mediæ fluvius Ptolemæo, 6. 2.

AMARE, AMARĒSCO, AMARITIES, AMARITUDO, AMAROR, AMARULENTUS. V. AMARUS.

AMARIACÆ, Populi Hyrcanis vicini, latere Mediæ. Hermol. in Plin. lib. 6. cap. 16.

AMARICE, [μυρίκη] dicitur & Erice, & Tamarice. Hermol. in Plin. lib. 10. cap. 16. Porro Tamaricen tradit Ruellius lib. 1. cap. 99. fruticem illum esse notissimum, qui Myrice vocatur. Vulgo *Bryaria*, *Bru*, *ere*.

AMĀRĬCO, [πικρίζω] Amarum, i. e. Asperum facio, & quasi Exacerbo. Augustinus, Ipsi amaricaverunt Deum, qui peccando in eam ægritudinem devenerunt. Vox est barbara, & Latinis auribus inaudita.

AMARISPUS, legi debet ARIMASPUS, de quo vide suo loco.

AMĀRUS, Adj. [πικρὸς] Id quod est Dulci contrarium. Virg. 1. Ecl. 79.
— & salices carpetis amaras. Plin. lib. 12. cap. 9. Facilius hoc & crustosius, amariusque.
Amarus & Dulcis, contraria. Cic. 3. de Nat. Deor. 31. Omne animal sentit & calida & frigida, & dulcia & amara.
Amara curarum, pro Amaris curis, seu potius Amaritudine (si dicere liceat) curarum. Hor. 4. Carm. 12. 19.
Spes donare novas largus, amaraque
Curarum eluere efficax.
Amaros amores experiri. Virg. 3. Ecl. 110.
Apium. Virg. 6. Ecl. 68.
Baccæ amaræ. Virg. 2. Georg. 86. i. e. Asperæ. Nonius.
Calices amariores ingerere. Catull. 25. 2.
Casus. Ovid. 5. Trist. 4. 15.
Fert tamen, ut debet, casus patienter amaros.
Cortex. Virg. 6. Ecl. 62.
Dicta. Ovid. 3. Trist. 11. 31.
Dies. Tibul. lib. 2. 4. 11.
Doctor. Prudent. de Cassiano Martyre Hym. 9. 27.
Doctor amarus enim discenti semper ephebo
Nec dulcis ulla disciplina infantiæ est.
Fibræ. Virg. 1. Georg. 120.
Folia. Virg. 2. Georg. 314.
Fumus. Virg. 12. Æn. 588. Ovid. in Ibin, 239.
Historia. Hor. 1. Serm. 3. 88.
Hostis. Virg. 10. Æn. 900.
Inulæ. Hor. 2. Serm. 8. 51.
Lacus, qui dicantur in Ægypto. V. Strab. lib. 17.
Leges. Val. Max. lib. 7. 6.
Lingua. Ovid. 2. de Arte Am. 151.
Luctus. Ovid. 14. Met. 465.
Lues. Ovid. de Pulice.
Messis. Ovid. 3. de Ponto, 1. 24.
Monitus. Ovid. 18. Epist. 115.
Mors. Propert. lib. 1. 19. 20.
Mulier. Ter. Hec. 4. 4. 88.
Noctes amaras exercet in me Venus. Propert. lib. 1. 1. 33.
Os amarum dicitur Corn. Celso lib. 1. cap. 3. quum Amarorem quendam sentimus in lingua & palato.
Pericula ponti. Ovid. 5. Trist. 2. 29.
Rumores amari, i. e. Acerbi, authore Nonio. Virg. 4. Æn. 203.
Isque amens animi, & rumore accensus amaro.
Sales. Quintil. lib. 10. cap. 1. in mentione Cassii Severi, Præterea ut amari sales, ita frequenter amaritudo ipsa ridicula est.
Scripta. Ovid. 4. de Ponto, 14. 37.
Sermo. Hor. 1. Serm. 4. 7.
Sonitus. Stat. 10. Theb. 547.
Succus. Ovid. de Rem. Amor. 227.
Umbra noctis amarior. Tibul. lib. 2. 4. 11.
Amara risu lento temperare. Hor. 2. Carm. 16. 16. Al. Læto.
Amariorem me facit senectus. i. e. Acerbiorem, austeriorem: & (ut vulgus loquitur) rudiorem. Cic. 14. Att. 24.

AMĀRE, Adv. [πικρῶς] Acerbe. Caius in l. Si quid. D. de Ædilit. edict. Hæc omnia videntur eo pertinere, ne id quod affirmavit venditor, amare ab eo exigatur, sed cum quodam temperamento. Plaut. Truc. 1. 2. 77.
Corda amare facitis amantes. V. AMAREFACIO.
Compar. Tertull. adv. Marc. 2. 10. Diabolus amarius punitur.
Superl. Sueton. Aug. cap. 70. & Tiber. cap. 54. & Lactant. 1. 21.

AMĀRĬTER, Idem. Hieron. ad Marcell. Epist. 23. init. Petrus amariter flens.

AMĀRUM, Idem. Apul. Met. 6. p. 178. Contortis superciliis subridens amarum. conf. Ammian. 21. 9.

AMĀRŬLUS, Dimin. Apul. Flor. 4. Crateram bibi dialecticæ amarulam, Elmen. legit Austerulam. p. 363.

AMARESCO, [πικραίνομαι, πικρίζω] ēre. Amarum fieri. Palladius Januar. cap. 15. Amygdalus si rodatur, amarescit.

AMĀRĬTAS. ātis. f. πικρία, Glossæ Philoxeni. Rei amaræ sapor, qui Dulcedini opponitur. Amaritas succi. Vitruv. 2. 9.

AMĀRĬTIES, ēi. Idem. Catul. 66. 18.
Multa satis lusi, non est dea nescia nostri
Quæ dulcem curis miscet amaritiem.
Amarities ex Vitruvio in Lexico Constant. in πικρία. H. St.

AMĀRĬTŪDO, inis. f. [πικρότης] Idem. Plin. lib. 11. cap. 37. Ideo tantam habent amaritudinem, ut a canibus non attingantur.
Ingrata amaritudo. V. INGRATUS.
Tralate ad alia refertur, & conviciandi acerbitas est. Attendas ne in bilem aut amaritudinem vertat injuria. Plin. 6. Epist. 8.
Amaritudo animi. Lamprid. in Alex. Sever. cap. 20.
Carminum. Plin. lib. 36. cap. 5.
Iamborum. Auctor de Causis corruptæ eloquentiæ, cap. 10.
Studiorum. Quintil. Instit. 1. 1.
Temporum. Ammian. 21. 16.

AMĀRO, āre. Amarum facere. Avienus Epist. ad Flav. Myrmecium,
Hæc ut amice petam cogunt fastidia longis
Nata malis, & quod penitus fellitus amarans
Ora sapor nil dulce meo sinit esse palato.

AMĀROR, ōris. m. [πικρότης] Idem quod Amaritudo. Virg. 2. Georg. 248.

Ora

Ora Triſtia tentantum ſenſu torquebit amaror.
Amaror tangit. Lucret. lib. 4. 225.
Quum tuimur miſceri abſynthia, tangit amaror. adde lib. 6. 930.
AMAROTĬCUS, apud Theod. Priſc. de Diæt. cap. 9.
AMARŬLENTUS, Adj. [πικρὸς] Valde amarus. Per metaphoram, Animi dolor in invidiam aut malevolentiam exacerbatus. Gell. lib. 3. cap. 17. Amarulentus librum maledicentiſſimum conſcripſit.
AMARŬLENTIA, æ. f. [πικρότης] Vox nova.
AMARĔFACIO, ĕre. Nonnullis eſt compoſitum apud Plaut. Truc. 1. 2. 77. V. ſupra in AMARE. [Id ſane, ut ex Plauti conſuetudine, placet.
AMARUSIA, [Ἀμαρουσία] Dianæ cognomen eſt, tractum (ut Pauſaniæ in Att. videtur) ab Amaryntho Eubœæ vico, ubi ſumma cum veneratione colebatur Diana.
AMARYLLIS, ĭdis. [Ἀμαρυλλὶς] Nomen fuit puellæ ruſticæ, de qua Virg. 2. Ecl. 14. Amarylli, vocativus Græcus eſt, qui brevis eſt quotiescunque in IS terminatur nominativus, ut Pieris apud Hor. 4. Carm. 3. 18.
Dulcem quæ ſtrepitum Pieri temperas. Virg. 1. Ecl. 37.
Mirabar quid mœſta deos Amarylli vocares.
Tenera. Ovid. 2. Triſt. 537. V. Heinſ. ad loc.
AMARYNCEUS, Epeorum rex, in Bupraſio ſepultus. Strab. lib. 8.
AMARYNTHUS, [Ἀμάρυνθος] Fluvius in Alpheum labens, Arcadiam terminans. Strab. lib. 8.
Amarynthus, Vicus eſt Eubœæ inſulæ, juxta Eretriam, in quo Diana colebatur. Strabo lib. 10. Pauſan. V. AMARUSIA.
AMASCO, āre. Amare cupio. Gloſſ. Iſidor. Diomed. p. 334. Ab Amo vett. inchoativo modo dixerunt Amaſco. Inde
AMASCUS, i. m. Amator. Plaut. Truc. 3. 1. 13. Iſtos mundulos amaſcos.
AMASĒNUS, [Ἀμάσηνος] Fluvius Volſcorum. Eſt & alius in Sicilia eodem nomine: de quo Ovid. 15. Met. 280. Virg. 11. Æn. 542.
AMĀSIA, æ. f. ab Amaſius. q. V.
AMASIA, [Ἀμασία] Germaniæ civitas eſt, authore Ptolemæo, hodie Marpurgum. vulgari lingua Germanica *Marpurg.* [Immo Mattium ſive Mattiacum caput Cattorum vocabatur.
AMASIA, ſive AMASIAS, V. AMISIUS.
AMASĪA, [Ἀμάσεια] Oppidum Cappadociæ, quod Iris fluvius præterfluit. Strabonis Geographi patria, ut idem Strabo teſtatur lib. 12. Vide Steph. Plin. 6. 3. Spanh. de Uſu & Præſt. Num. diſſ. 9. p. 600.
AMĀSIS, [Ἄμασις] Rex Ægyptiorum, cujus tumulus fuit una pyramidum, docente Lucano lib. 9. 155.
Non mihi pyramidum tumulis evulſus Amaſis.
Ante quem, Pomponio Mela teſte 1. 9. triginta ſupra trecentos reges in Ægypto fuere: quare vetuſtiſſimos hominum prædicant Ægyptios. Hic legem condidit, ut quisque quotannis apud præſidem rationem vitæ redderet, demonſtraretque unde viveret, aut quo quæſtu ſuſtentaretur, qui hoc non faceret, morte afficeretur. Hanc legem Solon ab Ægyptiis tranſtulit ad Athenienſes.
Fuit etiam Amaſis peditum Darii dux contra Cyrenenſes miſſus. author utriusque Herodotus. V. etiam Diodor. Sicul. lib. 2. cap. 1. & 2.
AMASIUS, Germaniæ fluvius, Ptolemæo, qui Plinio Amiſius dicitur, & Pomponio Melæ. Vide infra, AMISIUS. vulgo *Ems.*
AMASIUS, [ἐρώμενος] Amator. Plaut. Caſin. 3. 3. 27. Miſerrimum hunc hodie ego habeo amaſium. Gell. lib. 19. cap. 9. Audite, ac diſcite noſtros quoque antiquiores poetas amaſios ac venerios fuiſſe.
AMASIO, ōnis. Idem. Apul. 7. Met. p. 197. Feſtivus hic amaſio.
AMASIUNCULUS, i. m. dimin. Petron. fragm. Trag. p. 25. Burm. cap. 45.
AMASIUNCŬLA, æ. f. dimin. Petron. fragm. pag. 70. Burman. cap. 75.
AMASTRIS, Uxor fuit Dionyſii Heracliæ tyranni, & filia Oxyathris fratris ejus Darii qui cum Alexandro bellum geſſit. Ea e trium urbium incolis unam confecit civitatem, nimirum e Seſamo, Cytoro, & Cromna. eamque de nomine ſuo appellavit. Strab. lib. 12. Hæc eſt
AMASTRIS, [Ἄμαστρις] Urbs Ponti, ſive Paphlagoniæ, ut idem docet poſita in peninſula, portus habet ex utraque Iſthmi parte. Seſamum olim nuncupatam docet Plin. lib. 6. cap. 2. Sil. lib. 14. 268. & Catull. 4. 13. Hodie *Semaſtro.* Inde
AMASTRIĂCUS, ut, Amaſtriacæ oræ. Ovid. in Ibin, 329. &
AMASTRIANUS, [ἀμαστριανὸς] Strab. l. c. & Steph.
AMĀTA, [Ἀμάτα] fuit uxor Latini regis, & ſoror Veniliæ deæ, ut author eſt Servius ad Virg. 6. Æn. 90. Hic 7. Æn. 343.
Celſa petit, tacitumque obſedit limen Amatæ.
Amata, omnis virgo Veſtalis, quæ a Pontifice max. capitur, ut veſtalis fiat, appellatur: quoniam quæ prima capta eſt, hoc fuiſſe nomine traditum eſt. Gell. lib. 1. cap. 12.
AMATHA, ōrum. [Ἄμαθα τὰ] Regio Arabiæ: unde
AMATHÆI, Arabiæ populi. Plin. lib. 6. cap. 28. Horum meminit Joſeph. lib. 1. Antiquit. cap. 12. & Steph.
AMATHE, es. [Ἀμάθη Stephano] Oppidum eſt Phœnices, & alterum Siciliæ.
AMATHUS, i. [Ἄμαθος] Fluvius Pylon urbem Neſtoris patriam præterlabens, a cujus nomine Pylos ipſa Amathoeſſa videtur appellata. Hic etiam Pamiſus vocatur. Strab. lib. 8. Idem aliquanto poſt, tradit hunc nominari & Mamaum & Arcadicum.
AMĂTHUS, untis. [Ἀμαθοῦς] Urbs eſt Cypri inſulæ maris Ægæi, Veneri ſacra, unde tota inſula Amathuſia dicebatur, ut eſt apud Ptolemæum. Virg. 10. Æn. 51.
Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos, atque Cythera, &c.
Amathus urbs, ab aquis calidis vocabulum ſumpſit, quod aquarum vapor Syro ſermone Amathus dicitur. Thermæ ergo Græce dicitur, eo quod calidum fontem habeat intra muros. Hegeſip. de Excid. Hieroſol. lib. 4. cap. 16.
Amathus fœcunda metallis. Ovid. 10. Met. 22.
Gravida metallis. Ovid. 10. Met. 531.
AMATHUNTĒUS, Adj. [Ἀμαθούντειος] ut, Amathunteæ bidentes. Ovid. 10. Met. 227.
— mactatos crederet illic
Lactantes vitulos, Amathunteasque bidentes.

Alia exemplaria habent Amathuſiacas, ab Amathuſia: & Amathuſiadas.
AMATHUSIA, [Ἀμαθουσία] Inſula in mari Cilicio, ab Amathunte urbe ſic appellata, quæ nunc Cyprus dicitur. Plin. lib. 5. cap. 31. Inde & Venus Amathuſia, ab urbe in qua colebatur. Tacit. 3. Ann. 62. 4. Delubra Paphiæ Veneri auctor Aërias: poſt filius ejus Amathus Amathuſiæ Veneri, & Jovi Salaminio Teucer poſuerunt. adde Catull. 61. 51. & Ovid. 3. Amor. 15. 15. a quibus abſolute Amathuſia vocatur.
AMATHUSII, [Ἀμαθούσιοι] Cyprii ſunt, ab Amathunte urbe. Strab. lib. 8.
AMATHUSIĂCUS, & AMATHUSIAS, f. V. AMATHUNTEUS.
AMATIO, AMATOR, AMATORIUS, AMATRIX, V. AMO.
AMAURŌSIS, [ἀμαύρωσις] Obfuſcatio, Viſus in oculis impedimentum. Dioſc. lib. 7. cap. 17.
AMAXA, [Ἄμαξα Stephano] Bithyniæ locus, a quo gentilia Amaxæus, & Amaxites.
AMAXIA, [Ἀμαξία] Ciliciæ urbs eſt, materia ad fabricandas naves maxime abundans, quam Cleopatra ab Antonio dono accepit. Strabo lib. 14.
AMAXĪTIS, is. f. Herba eadem quæ Agroſtis. Apul. de Herb. cap. 77.
AMAXITOS, [Ἀμάξιτος] Urbs Doridis, Plin. lib. 5. cap. 29.
AMAXITUS, Urbs Phrygiæ, quæ continue Lecto promontorio ſubjacet. Juxta Amaxitum ara eſt duodecim deorum, quam Agamemnon conſtruxit. Hinc Amaxitani dicuntur, Amaxiti incolæ. Strab. lib. 13. Steph. Amaxitenſes: Apollodoro, Amaxiteni. Hermol. in Plin. lib. 5. cap. 30.
AMĀZŎNES, [Ἀμαζόνες] Scythicæ erant fœminæ primum juxta Tanaim fluvium habitantes, unde ſe poſtea ad Thermodonta fluvium Thraciæ tranſtulerunt; quod etiam Salluſtius teſtatur: Dein (inquit) campi Threiſſi quos habuerunt Amazones, ab Tanai flumine, incertum quam ob cauſam digreſſæ. Hæc Salluſtius. Dicuntur porro Amazones, quaſi ἅμα ζῶσαι, quod ſimul vivant ſine viris: vel quod unam mammam exuſtam habent, quaſi ἄνευ μαζῶν. Hæc Servius ad Virg. 1. Æn. 490. Amazonas tradunt Metrodorus Sceptius & Hypſicrates, ſeptentrionem verſus, Gargarenſibus eſſe finitimas, ſub radicibus montium Caucaſiorum, qui Ceraunia vocantur: & earum alias operari quæ ad arationem inſitionemque pertinent: ſed præcipuam paſcendorum equorum curam habere: robuſtiores vero, in equis venationes ac bella exercere, omnes ab infantia dextram mammillam exuſtas, ut habilius liberiusque ad omnem uſum brachio uti poſſint: ſed in primis ad jaculationem uti arcu, ſecuri, & pelta: e ferarum pellibus conficere galeas, ſubligacula, & alia operimenta: menſes duos veris eximios habere, quibus montem proximum conſcendunt, qui eas diſtinguit a Gargarenſibus, quo & illi more quodam pervetuſto conſcendentes ſacrificant, & prolis gratia cum mulieribus coëunt, idque obſcure inter tenebras, in quamcunque inciderint: quas poſtquam prægnantes fecerint, remittunt illas. Eæ ſi fœminam pepererint, ſecum retinent: ſi marem, illis tollendum reddunt. Tradunt Gargarenſes cum Amazonibus ex Themiſcyra in hæc loca conſcendiſſe: poſtea ab illis diſciſſos, cum Thracibus & Euboiis quibusdam errabundis adverſum eas bellum geſſiſſe: quo compoſito, iis inter ſe conditionibus conveniſſe, ut in filiorum prole communicarent, viverent autem utrique ſeparatim. Hæc & plura Strab. lib. 11. Juſtin. lib. 2. Diodor. quoque Sicul. lib. 3. cap. 11. Rurſum lib. 5. cap. 2. Curt. 6. 5. Dionyſ. lib. 4. Plin. 6. 7: 14. 8. & 36. 5. Sex. Empir. lib. 3. Pyrrhon. Hypot. p. 155. Euſtath. ad Hom. Il. γ. v. 189. Herodot. Melpom. 110. Inter Recentiores conferatur Goropius Becanus libro qui Amazonica inſcribitur, & Petit. in Sing. Diatrib. de Amazonibus. Diodor. Sicul. etiam lib. 4. præter has Scythiæ Amazonas ad Thermodontem fluvium habitantes, alias quoque facit in Libya, Heſperam Tritonidis paludis inſulam habitantes.
Anus amazon fulgens pharetra. Claud. in Eutrop. 1. 240.
Bellatrix. Lactant.
Ferox Argolicas turmas ſtravit. Sen. Troad. 6. i. e. Pentheſilea. Sic interpres.
Mavortia. Val. 5. Argon. 89. — qualem Mavortia vidit Amazon. i. e. Bellicoſa; vel potius ad id reſpexit poëta, quod Amazones generatas ſe Marte prædicabant, ut tradit Juſtin. lib. 2.
Peltata. Sen. Agam. 217. Martial. lib. 9. 104.
Peltifera. Stat. 12. Theb. 761.
Non cum peltiferis atque hæc tibi pugna puellis.
Primas mortalium amazonas equum ſcandere auſas, Lyſiæ oratori creditur. Hermol. in Plin. lib. 36. cap. 5.
Sævæ. Claud. Feſcen. 32.
Securigeræ. Virg. de Laborib. Hercul. 6.
Threiciam ſexto ſpoliavit Amazona balteo. h. e. Hippolytam Amazonem, cui bello victæ balteum detraxit, quemadmodum ei mandatum fuerat ab Euriſtheo. V. Diodor. Sicul. lib. 3. cap. 11.
Amazones bellantur pictis armis. Virg. 11. Æn. 660.
Amazones, pro Pauperioribus & tenuiori promiscuoque victu utentibus apud Græcorum ſcientiſſimos reperiuntur, veluti qui Mazam, i. e. Panem, non habeant. Sed & Amazones ipſæ poſſent videri inde appellationem ducere, quod nec Euſtathio diſplicet, quoniam lacertis ac teſtudinibus & id genus feris alerentur. Quamobrem etiam Sauromatidas, ſive Sauropatidas nuncupatas volunt, quia σαῦρας, i. e. Lacertas conculcent, ac eis veſcantur: quanquam alii quod in Sauromatica Scythia habitarent, dictas ita opinantur: quod Stephanus tradit. Cæl. lib. 5. cap. 31. Et Hermol. in Plin. lib. 6. cap. 7.
AMAZONĬDES, [Ἀμαζονίδες] i. e. Amazones. Virg. 1. Æn. 494.
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis,
Pentheſilea furens. Ubi Servius; Amazonidum derivatio eſt pro principalitate: ſicut Scipiadas duros bello, pro Scipionibus.
AMAZONĬCUS, [Ἀμαζονικὸς] Adj. ut Amazonica parma. Plin. lib. 3. cap. 5.
Secures peltæque. Sueton. Neron. cap. 44.
Mons. ſc. Pars Tauri. Plin. lib. 5. cap. 27. Mela 1. 19.

Amazōnius, Adj. Idem.
Amazonio auro cælatus balteus. Ovid. Epiſt. ult. 119.
Genus. Sen. Hippol. 332.
Pelta latus intercludere. Stat. 5. Sylv. 1. 131.
Amazoniam pharetram victor habeto. Virg. 5. Æn. 311.
Amazonio ritu. Claud. in Eutrop. 1. 499.
Securis. Hor. 4. Carm. 4. 20.

Amazonium, Amazonum caſtrum. Mela 1. 19.

A M B

Ambactus, i. apud Ennium (inquit Feſtus) ſignificat Servum. Cæſ. 6. Bell. Gall. 14. Ut quisque eſt genere copiisque ampliſſimus, ita plurimos circum ſe ambactos clientesque habet. Ab Ambigendo dictus, quia mercedis gratia huc illuc circumageretur. Servum conductitium Vet. Gloſſ. δοῦλον μισθωτὸν, interpretatur. V. Salmaſ. ad Vopiſc. Carin. cap. 16. Cluver. Germ. Antiq. 1. 8. Scalig. ad Feſt.

Ambadedo. V. AMBEDO.

Ambāges, f. [περιπλοκὴ, περιαγωγὴ] Circuitus. De hoc nomine apud veteres tantum legi has tres voculas, Ambage, Ambages, & Ambagibus. Liv. 9. 11. extr. Et vix pueris dignas ambages ſenes & conſulares fallendæ fidei exquirere. Ibid. Sexto ubi quid vellet parens, quidve præciperet, tacitis ambagibus patuit. Idem. lib. 19. cap. 8. Sanguinarium illud reſponſum hac facti ambage reddidit.
Vide unde ſit hic locus, Ex Plinio affertur, Multiformi ambage. H. St. [Nimirum prior locus per errorem Livio adſcribitur, cum ſit Plinii, alter Ejuſd. eſt l. 2. c 9. a princ.
Ambages fallacioſæ. Gell. lib. 14.
Flexa ambage. Stat. 4. Theb. 645.
Labitur, & flexa dubios ambage reſolvit.
Multiformi. Plin. lib. 2. cap. 9. Multiformi hæc ambage torſit ingenia contemplantium.
Ambages obſcuræ. Ovid. in Ibin, 377. de Sphinge.
Nexæ. Stat. 1. Theb.
Affore quos nexis ambagibus augur Apollo.
Succinere ambages. Perſ. 3. Sat. 20. — quid iſtas
Succinis ambages?
Ambage longa morari aliquem. Ovid. 7. Met. 520. — ſine ullo
Ordine nunc repetam, neu longa ambage morer vos.
Ambage verborum obſcurum carmen magico demurmurat ore. Ovid. 14. Met. 57. de Circe loquitur.
Horrendas canit ambages. Virg. 6. Æn. 99. de Sibylla.
Longæ ambages. Virg. 1. Æn. 345.
Miſſis ambagibus. Hor. 2. Serm. 5. 9.
Poſitis ambagibus vera loqui. Ovid. 10. Met. 19.
Non abdita ambage. Tacit. 6. Ann. 46. 4. V. ABDITUS.
Ambage remiſſa. i. e. Miſſis ambagibus. Ovid. 7. Epiſt. 149.
Hos populos potius in dotem ambage remiſſa Accipe.
Remota ambage. Ovid. 3. Faſt 337.
Per ambages fatigare. Quintil. lib. 3. cap. 11.
Per ambages tenere. Virg. 2. Georg. 45.
— non hic te carmine ficto
Atque per ambages, & longa exorſa tenebo. Quint. 61. b. Nec diſcentem per ambages fatigabit.
Per ambages aliquid tegere. Liv. lib. 1.
Ambage variarum viarum ducit in errorem. Ovid. 8. Met. 161. de Dædalo.
Ambages æquoris remotæ. i. e. Longinquæ. Claud. Paneg. 1. 35.
Ambages tecti reſolvit. Virg. 6. Æn. 29. de Dædalo & Labyrintho.

Ambago, inis. Idem. Vet. Gloſſ. Manil. 4. 304.
Et verum in cæco eſt multaque ambagine rerum.

Ambāgio, ōnis. f. Idem ac Adagio. Varr. 6. de L. L. 3.

Ambagiōsus, Adj. [περίπλοκος] Gell. l. 14. c. 1. ſub fin. Non enim comprehenſa (inquit) neque definita, neque percepta dicunt: ſed lubrica atque ambagioſa conjectatione nitentes, inter falſa atque vera pedetentim quaſi per tenebras ingredientes eunt. [Niſi Ambaginoſus ſcripſit.

Ambantæ, Populi ſunt Aſiæ, Ptolemæo.

Ambar, V. AMBARUM.

Ambarri, a Cæſare inter Galliæ Celticæ populos numerantur, 1. Bell. Gall. 11.

Ambarvāles, Hoſtiæ appellabantur, quæ pro arvis a duobus (vel potius a duodecim, ut notat Ant. Auguſtinus) fratribus ſacrificabantur. Feſtus. Servius, Ambarvale ſacrificium dicitur, quod arva ambiat victima. Ambarvalia, Sacra Romanis erant, cum per agrorum fines luſtro quodam hoſtia ducebatur; hinc illud Maronis, Ecl. 74.
Hæc tibi ſemper erunt, & cum ſolennia vota
Reddemus Nymphis, & cum luſtrabimus agros. Neque vero id a ruſticis tantum fiebat, ſed & a Romanis fines agri Romani luſtrantibus, qui inter quintum & ſextum lapidem (ut author eſt Strabo) erant, quod ſacrum Ambarvalia (ut inquit) vocabant, quod (ut opinor) circum agri Romani terminos ſacrum fieret. Hæc Turnebus.

Ambărum, i. [ἤλεκτρον] Odoramenti genus, quod nos vulgo vocamus, *Ambracane*. Hoc in maris alveo non ſecus atque in terra fungos oriri, ac deinde ſævientibus procellis e profundo elici, & in littus expui quidam tradunt. Nonnulli vero referunt piſcem azelum nomine, Ambarum hoc avidiſſime proſequi, ejusque eſu necem ſibi ſtatim conſciſcere. Quod cum ſciant piſcatores, hujus rei periti, piſcem hunc mortuum, undisque fluctuantem, conjectis uncis, & funibus extrahunt, & Ambarum, ſciſſo animalis ventre, eruunt. Alii aliter hiſtoriam recenſent: de quibus vide Matthiol. ad Dioſcorid. lib. 1. cap. 20.

Ambastæ, Populi ſunt Aſiæ. Et

Ambastum, Fluminis nomen in Aſia, Ptolemæo authore.

Ambaxioqui, pl. Feſto ſunt Circumeuntes catervatim. Scaliger putat legendum Ambaxiqui. Voſſius Ambaxitioſi vel Ambaxies.

Ambe, Varro 6. de L. L. 3. Profectum verbum ab ambe. Quem locum enarrans Turnebus, Hoc verbi, inquit, ſollicitos & anxios habet Grammaticos. Ego Ambe puto eſſe Circum, quod diminutum dicitur An, ut in Aquiro. Integrum eſt incolume in explicatione Ancilium in libris antiquis. Nam editionum cenſores eum quoque locum violarunt, atque læſerunt, Ancilia dicta ab Ambeciſu. Dicitur & Ambu, ut in Ambubajis. Hæc ille. V. Voſſ. de Arte Grammat. 2. 18. conf. AM.

Ambĕdo, ēdi, ēſum, [περιέδω] edĕre vel eſſe. ex Am, & Edo; i. e. Circumedere. Tacit. 15. Ann. 5. 4. Vis locuſtarum ambederat quicquid herbidum aut frondoſum. Et l. 38. ff. de adquir. rer. domin. Flumen ambedit agrum. Plaut. Merc. 2. 1. 15.
Dicit capram, quam dederam ſervandam ſibi,
Suæ uxoris dotem ambediſſe, oppido
Mihi illud videri mirum, ut una illæc capra
Uxoris Simiæ dotem ambederit.
In noviſſimis edd. expreſſum Ambadediſſe, & Ambadederit, ita ut verbum ſit decompoſitum Ambadedo. V. Acidal. ad loc.

Ambedens, & **Ambens**, ab Ambeſſe. Tralate Lucret. lib. 5. 397.
Ignis enim ſuperavit, & ambens multa peruſſit.

Ambēsus, [περιεδηδεσμένος] Partic. ut, Ambeſæ menſæ. Virg. 3. Æn. 256.
Quam vos dira fames, noſtræque injuria cædis
Ambeſas ſubigat malis conſumere menſas.
Ambeſa flammis robora. Virg. 5. Æn. 752.
Ambeſum multo vulnere. Sen. Hippol. 12.

Ambest, Tertiæ perſonæ verbum eſt, ut nullam aliam habeat declinationem. Author Feſtus. Hoc autem verbum potius videtur eſſe a Sum, es; quam ab Edo, es. [Contra cenſet Dacer. Nec ſane video quid ſignificet, ſi a Subſtantivo verbo derivetur.

Ambestrix, īcis. Ammian. Marcellin. 29. 17. (cap. 3. Valeſ.) Cum duas haberet urſas ſævas hominum ambeſtrices.

Ambegni, Bos & Vervex appellabantur, quum ad eorum utraque latera agni in ſacrificium ducebantur. Feſtus. Ambegnæ oves. Bæb. Macer, qui faſtos dies ſcripſit, ait, Junoni, eas quæ geminas parerent oves, ſacrificari cum duobus agnis altrinſecus alligatis, quas oves ambegnas vocari, quaſi ex utraque parte agnos habentes. Ex Nonio. V. Varr. 6. de L. L. 3. & Voſſ. Etym.

Ambiāni, [Ἀμβιανοὶ] Galliæ Belgicæ populi, Plinio 4. 16. Ptolemæo, Cæſari 2. Bell. Gall. 4. & Pomponio. Vulgo *Amiens*.

Ambidens, ſive **Bidens**, [δυοδοὺς] Ovis dicitur quæ ſuperioribus & inferioribus eſt dentibus. Feſtus.

Ambidexter, m. Qui ſiniſtra æque ut dextra utitur. ἀμφιδέξιος, & ἀμφοτεροδέξιος Græcis, περιδέξιος Syneſio, Pro Ambiguo in Dion. p. 32. Appellatur etiam Ambimanus in Vet. Gloſſ. Symmachus Æquimanum dixit 9. Epiſt. 105. adde Iſid. 10. 1.

Ambifarius, Duplex. ut, Ambifariæ fabulæ. Arnob. 5. p. 181. Ambifaria obtentione. Idem 182.

Ambifāriam, Adv. Apul. Apol. p. 276. Ambifariam diſſolvere. & 4. Florid. p. 360.

Ambifarie, Idem. Claud. Mamert. de Statu An. 1. 3. Ambifarie ſubditum propoſuit.

Ambiformiter, Adv. ut, Ambiformiter dictum. Arnob. p. 183. h. e. Ambigue.

Ambĭga, æ. f. [ἄμβιξ] Vaſculi ſpecies. Apic. 67. Aves in ambigas ſublatæ. Cæl. Aurel. Tard. 4. 7. V. Athen. 9. 8. [Utrique Cœlio falſo v. Ambiga, æ, affingitur, cum ſit Accuſat. pl. nominat. Ambix, gis, vel cis.

Ambigatus, Galliæ Celticæ Rex, virtute & fortuna præpollens, de quo Liv. 1. Decad. lib. 5.

Ambigo, [ἀμφισβητέω] quaſi Circumago, vel, In ambas tanquam partes ago.
Ambigere, Litigare & controverſiam habere. Liv. 21. 31. Regni certamine ambigebant fratres. Ter. Heaut. 3. 1. 33. Vicini noſtri hic ambigunt de finibus.
Ambigendi. Cic. 3. de Orat. 109. Omnis igitur res eandem habet naturam ambigendi, de qua quæri & diſceptari poteſt. Hic Ambigendi, videtur accipi paſſive. Non enim res ambigit, ſed ambigitur & controvertitur.
Ambigitur aliquid ex contrariis ſcriptis. Cic. 2. de Orat. 110. Ex contrariis ſcriptis ſiquid ambigitur, non novum genus naſcitur, ſed ſuperioris generis cauſa duplicatur. i. e. In controverſiam vocatur.
Ambigere cum aliquo. i. e. Controvertere. Cic. 1. de Invent. 122. Ambigunt agnati cum eo qui eſt ſecundus hæres. Vide totum locum.
Ambigere patriam. Tacit. 6. Ann. 15. extr. Deviis plerunque itineribus ambigens patriam & declinans. h. e. Ambiens, & non ingrediens.
Ambigere verbis. Liv. 3. Decad. lib. 1. Et id de quo verbis ambigebatur.
Ambigitur aliquid inter homines. Cic. 2. de Orat. 104. Nihil eſt enim quod inter homines ambigatur, in quo non aut quid factum ſit, aut fiat, futurumve ſit, quæratur, aut quale ſit, aut quid vocetur.
Ambigitur, imperſ. Plin. lib. 16. cap. 40. de ipſo ſimulacro deæ ambigitur. Cic. 3. Verr. 117. Si de hæreditate ambigitur.
Ambigitur ſæva de morte. Stat. 12. Theb.
Ambigitur aliquid idcirco quod. Cic. 2. de Orat. Quum idcirco aliquid ambigitur, quod aut verbum, aut verba ſint prætermiſſa.
Ambigitur jus aliquod inter peritos. Cic. 1. de Orat. 142. In eo autem jure quod ambigitur inter peritiſſimos. i. e. Quod controverſum eſt inter Juriſperitos.
Ambiguntur cauſæ propter ſcriptum. Cic. 2. de Orat. 110. Ita fit ut unum genus in iis cauſis quæ propter ſcriptum ambiguntur, relinquatur, ſi eſt ſcriptum aliquid ambigue.
Theodorus Gaza pro Participare, & Jam ad hujus, jam ad illius naturam accedere. Homo autem (inquit lib. 4. de Generat. Anim) cum omnibus generibus ambigit. Nam & uniparum animal, & pauciparum, & multiparum interdum eſt, &c. Idem de urtica piſce, Urtica (inquit) eſt ambigens & plantæ & animalis.
Vide an hic Plinium imitetur Gaza. H. St.

Ambiguus, Adj. [ἀμφίβολος] Dubius. Feſtus, Ambiguum eſt, quod in ambas agi partes animo poteſt. Ter. Hec. 4. 4. 26. Ambiguum hoc mihi jamdudum fuerat.
Ambiguus cum genitivo. Tacit. 2. Ann. 40. 2. Ambiguus pudoris ac metus. Futuri. Idem. 1. Ann. 7. Tiberius cuncta per Conſules incipiebat, tanquam vetere Republica, & ambiguus imperandi. h. e. Incertus an imperare deberet.
Ambiguus vitæ jacuit. Claud. 1. in Eutrop. 53.
Ambiguis alis volare. Sen. in Hippol. 11. Volat ambiguis mobilis alis hora.
Aquæ. i. e. Diverſa natura prædita. Ovid. 15. Met. 333.
Eſt lacus Arcadiæ, Pheneum dixere priores,
Ambiguis ſuſpectus aquis, quas nocte timeto:
Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur.

Dictis ambiguis animi sententia prætentanda mihi erat. Ovid. de Byblide, 9. Met. 587.
Domus ambigua. Virg. 1. Æn. 661.
Quippe domum timet ambiguam. Ubi Servius, Domum ambiguam, in qua habitat mutabilis fœmina.
Error ambiguus. Stat. 5. Theb. 437.
Favor. Liv. 21. Per ambiguum favorem haud dubie gratiam victoris spectantes.
Fidei ambiguæ vir, i. e. Lubricæ, qui se modo huc, modo illuc inclinat. Liv. 4. Bell. Pun.
Fides. Liv. 6. 2. Per annos prope centum nunquam ambigua fide in amicitia populi Romani fuerant.
Hæres tanti certaminis ambiguus. Ovid. 13. Met. 129.
Infans. Sen. Hippol. 5. Scelusque matris arguit vultu truci ambiguus infans. Minotaurum intelligit.
Ingenium. Plin. 4. Epist. 2. Erat puer acris ingenii, sed ambigui.
Iter. Pers. 5. Sat. 34.
Labor ambiguus ignotæ sortis. i. e. Dubii exitus. Sen. Hippol. 7.
Lapsu ambiguo refluitque, fluitque. Ovid. 8. Met. 163. de Mæandro fluvio Phrygiæ.
Mares ambigui. Claud. 1. Eutrop. lib. 462.
Eunuchi vestros habitus, insignia sumunt
Ambigui Romana mares.
Ambiguus modo vir, modo fœmina. Ovid. 4. Met. 280. de Scythone.
Nomen. Cic. 3. Tusc. 20. Ab Invidendo autem Invidentia recte dici potest, ut effugiamus ambiguum nomen invidiæ.
Proles. Virg. 3. Æn. 180.
Agnovit prolem ambiguam, geminosque parentes. Servius: Ambiguam: Non incertam, sed duplicem: ut in sequentibus probat, dicens, Geminosque parentes.
Proteus. Ovid. 2. Met. 9. quia in varias se mutat formas, modo ursi, modo leonis, modo aquæ, modo ignis.
Rem ambiguam primum videre, deinde distinguere. Cic. de Clar Orat. 152.
Scriptum. Cic. in Topic. 96. Id autem contingit, quum scriptum ambiguum sit, ut duæ differentes sententiæ accipi possint.
Sensu ambiguo. Claud. 1. in Ruff. 19.
Vates. i. e. Qui rem obscuris verbis involvit. Sil. Ital. lib. 7.
Verba ambigua distinximus. Cic. in Orat. 102. vulgo Æquivoca dicunt.
Verba ambigua perplexa voce jacis. Sen. Hippol. 5.
Virginis. Ovid. 3. Amor. 12. 28. Ambiguæ captos virginis ore viros.
Voces ambiguas in vulgum spargere cœpit Ulysses. Virg. 2. Æn. 98.
Vultu ambiguo. Hor. 2. Carm. 5. 24.
Ambiguum relinquere. Virg. 5. Æn. 326.
Transeat elapsus prior, ambiguumque relinquat. Ubi Servius: Ambiguum, minus firmum ad celeritatem. Turnebus hunc locum melius exponit: Ambiguum (inquit) id est, Parem & ambigentem cum eo de cursus palma & victoria; & Relinquere hic est Præterire; quasi dicat, Prætereat eum qui cum eo juris est futurus ambigui, cum simul ad metam pervenerint.

AMBIGUUM, i. n. [ἀμφίβολον] Cic. 2. de Orat. 102. Statim occurrit animo quæ sit caussa ambigui.
Ambiguum est. Ovid. 1. Met. 765.
Ambiguum est, Clymene precibus Phaëthontis, an ira
Mota magis dicti sibi criminis.
Non habeo ambiguum. i. e. Non dubito. Cic. 11. Fam. 11.
In ambiguo esse. Tacit. in Vita Agric. 5. 4. Non sane aliâs exercitatior magisque in ambiguo Britannia fuit. h. e. In majore defectionis & rebellionis periculo. V. IN.
In ambiguo servat. Hor. 1. Epist. 16. 28.
In ambiguo verbum relinquere. Lucret. lib. 4. 1130.
Ex ambiguo dicta, vel argutissima putantur: sed non semper in joco, sæpe etiam in gravitate versantur. Cic. 2. de Orat. 150.

AMBIGUĬTAS, ātis. f. [ἀμφιβολία] dicitur, Quum de re aliqua ambigitur. Cic. 2. de Invent. 74. Sed nobis ambiguitate nominis videntur errare. Ambiguitas nominis, est quæ minus docte Æquivocatio dicitur.
Ambiguitates exquisitæ. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Ambiguitatem explicare. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Solvere. Quintil. lib. 7. cap. 3.

AMBIGUE, Adv. [ἀμφιβόλως] Dubie. Cic. 4. Acad. Quid ambigue dictum sit.
Ambigue agere. Tacit. 1. Hist. 3.
Ambigue certare. Tacit. 2. Ann. 21. 5. h. e. Varia fortuna.
Ambigue positum verbum. Cic. pro Cæcin. 81. i. e. Quod in eodem loco dupliciter aut varie potest accipi.
Ambigue scriptum. Cic. 2. de Orat. 110.

AMBĬMĂNUS, Gloss. Vet. περιδέξιος. V. supra, AMBIDEXTER.

AMBIO, ivi, itum, (penult. longa, propter crasin vocalium ex Ambi, præter morem compositorum ex Eo) [κυκλόω, περιβάλλω] Ire. al. ex Am, & Eo, b interposita; significat Undique cingere, circundare. Cic. de Univers. 26. Ut terram lunæ cursus proxime ambiret. Virg. 10. Æn. 243.
— atque oras ambiit auro. De clypeo loquitur.
Ambire maximo circulo. Plin. lib. 2. cap. 8.
Ambit terram aquis Oceanus. Ovid. 5. Fast. 82.
Ambire baculum nexibus. Ovid. 15. Met. 659.
Muros mare ambiebat. Curt. 4. 2. 9. Ovid. 5. Met. 361. Ambibat. Vid. Freinshem.
Littora natatu. Stat. 3. Sylv. 2. h. e. Circuire.
Ambire torrentibus. Virg. 6. Æn. 550.
Ambibat fundamina Siculæ terræ. Ovid. 5. Met. 361.
Vallum armis. Tacit. 1. Ann. 68. 1.
Ambire, [μετιέναι, φιλοτιμεῖσθαι] Ambitionibus appetere, ut ait Nonius: vulgo *Brigare* dicunt: h. e. Magistratum vel honorem petere, & ad eam rem omni studio incumbere. Cic. 11. Philipp. 19. Quod si comitia placet in Senatu habere, petamus, ambiamus. Virg. 4. Æn. 283.
— quo nunc reginam ambire furentem
Audeat affatu? Ubi Servius, Ambire, blanditiis circumvenire. Nonius interpretatur Interpellare.
Ego ambio, ego periclitor. Plin. Epist. lib. 6. 6.
Ambire palmam histrionibus. Plaut. Amph. prol. 69.
Ambit vocibus variis, i. e. Ambitiose circumvenit. Valer. 7. Argon. 256.

Ambire, cum Inf. pro Cupere. Stat. 2. Sylv. 1. 254.
— hunc ipse choro plaudente Philetas,
Callimachusque senex, Umbroque Propertius antro,
Ambissent laudare diem.
Ambit vitulam mater, pro Affectatur, & studiose comitatur. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 127.
Ambitur signis augustior infans. Claud. Paneg. 3. de Honor. August. 150.

AMBIENS, Partic. Curt. 7. 16. Sedes ambientibus ramis contecta est. Sueton. Cæs. c. 18. Cum ambienti ut legibus solveretur multi contradicerent.

AMBIENTER, Adv. Sidon. 7. Epist. 9. Ambienter expetere.

AMBĪTUS, Partic. Ovid. 1. Met. 37.
Jussit & ambitæ circundare brachia terræ. Cic. pro Planc. Populus Ædiles facit eos a quibus est maxime ambitus. Tacit. 3. Hist. 93. 3. Integris quoque rebus a Cæcina & primoribus partium jam Vitellium aspernantibus ambitus.

AMBITIO, ōnis. f. [φιλοτιμία] Ipsa actio ambientis, ait Festus. Circuitus, ambitus. Solin. c. 48. Nam fuliginem intrinsecus favillaceam ambitio tantum extimæ cutis cohibet. Idem c. 35. Navigant autem vimineis alveis, quos circundant ambitione tergorum bubulorum.
Item Affectatio dignitatis aut honorum, ut Cic. 1. Off. 87. Miserrima est omnino ambitio, honorumque contentio. Hoc per epexegesin addidit Cic. Nam Ambitio, nihil aliud est quam Immoderata cupiditas honorum, aut gloriæ: sicut Avaritia, Cupido pecuniæ. Quod utrumque Sallustius multis verbis persequitur in Catilina, ubi de Corruptis Romanorum moribus agit.
Ambitio, duplex. Cic. in Sallust. 6. Cedo si fuerim in honoribus petendis nimis ambitiosus, non hanc dico popularem ambitionem, cujus me principem confiteor: sed illam perniciosam contra leges, cujus primos ordines Sallustius ducit.
Ambitio nutrix avaritiæ. Claud. 1. in Cons. Stilich. 114.
Ambitione metiri omnia. V. METIOR.
Ambitione labi. Cic. in Bruto, 244. Non puto, inquam, existimare te, ambitione me labi, quippe de mortuis.
Cretata ambitio. Pers. 5. Sat. 177.
Demens. Claud. 2. Paneg. 186.
Impatiens. Stat. 1. Theb. 129.
Impotens. Sen. Thyest. 4.
Inanis. Hor. 2. Epist. 2. 207.
Levis. Ovid. 1. Fast. 303.
Mala. Hor. 2. Serm. 6. 18.
Misera gravique solutus. Hor. 1. Serm. 6. 129.
Prava. Hor. 1. Serm. 6. 51.
Solicita. Ovid. 4. Trist. 10. 38.
Timida. Cic. pro Milon. 43. Scio enim quam timida sit ambitio, quantaque & quam solicita cupiditas Consulatus.
Ambitio nostra nititur in Domitio. Cic. 1. Att. 1. Sane sum perturbatus, tum ipsius Satyri familiaritate, tum Domitii, in quo uno maxime ambitio nostra nititur.
Ambitio mortis. Claud. in Seren. Regin. 166.
Ambitio exarserat. Liv. 4. Decad. lib. 5. In exitu jam annus erat, & ambitio magis quam unquam aliâs exarserat Consularibus comitiis.
Ambitionis manifestus aliquis. Tacit. 14. Ann. 29. Magna dum vixit severitatis fama, supremis testamenti verbis ambitionis manifestus.
Ambitione relegata dicere possum, i.e. Sine ambitione. Hor. 1. Serm. 10. 84.
Ambitiones. Cic. 4. 132. Ut studia cupiditatesque honorum, atque ambitiones ex omnibus civitatibus tolleret. Idem 2. Tusc. 62.
Ambitio præter notum significatum, Obsequium gloriosum significat. Sueton. in Othon. cap. 4. Nullo officii aut ambitionis in quenquam genere omisso. Budæus. [Cur gloriosum? conf. Sall. Jug. 45. & 86.
Ambitio, pro Aucupatione gratiæ. Cic. 1. Q. frat. 1. præsertim quum ii mores tantum jam ad nimiam lenitatem & ambitionem incubuerint. Tacit. 1. Hist. 1. 4. Sed ambitionem scriptoris facile averseris: obtrectatio & livor pronis auribus accipiuntur.
Ambitio, Contentio & flagitatio. Cic. 13. Fam. 5. Nam quum multi a me petunt multa, quod de tua erga me voluntate non dubitent, non committo ut ambitione mea conturbem officium tuum.
Ambitione summa a populo contenditur magistratus. Cic. 4. Verr. 131. Et propter magnitudinem potestatis hic magistratus a populo summa ambitione contenditur. i. e. Petitur: de Censura loquitur. Nonnunquam est Officii ostentatio quædam Nep. 10. 2. 2. Magna eum ambitione Syracusas perduxit.

AMBITIŌSUS, Adj. [περισκεπτικός, φιλότιμος] propr. Qui multum ambit, multaque amplectitur. ut, Amnis ambitiosus. Plin. l. 5. c. 15. de Jordane loquens; Amnis amœnus, & quantum locorum situs patitur, ambitiosus. i. e. Magni ambitus, sive Multa ambiens. Lascivis hederis ambitiosior. Hor. 1. Carm. 36. 18. Ambitiosa oppida dixit. Solin. c. 17. pro Oppidis quæ magni sunt ambitus.
Ambitiosus, & qui ambit, & qui ambitur dici potest, inquit Gell. l. 9. c. 12. [Sed vellem, ut in aliis, sic in hac quoque voce ancipitis hujus significationis exempla protulisset.
Ambitiosus, Ambitione laborans. Cic. pro Flacc. 42. qui ita sit ambitiosus, ut omnes vos, nosque quotidie persalutet. Hor. 2. Serm. 3. 165.
— verum ambitiosus & audax.
Amicitiæ ambitiosæ, Quæ plurimum ostentationis, nihil aut parum rei habent: cujusmodi nunc sunt inter aulicos. Cic. 1. Att. 13. Nam illæ ambitiosæ nostræ, fucosæque amicitiæ, sunt in quodam splendore forensi, fructum domesticum non habent.
Atria. Martial. lib. 12. ad Client. 69.
Atria si sapias ambitiosa colas.
Amor. Ovid. 2. Amor. 4. 48.
Ars. Plin. lib. 29. cap. 1. De arte medica loquitur.
Casa. Martial. lib. 12. 67.
Et casa divitiis ambitiosa latet.
Colus. Claud. Quart. Cons. Hon. 593.
Decreta ambitiosa vocantur, Quæ per gratiam & favorem facta sunt. Ulpian. l. 3. ff. De minor. D. Severus hujusmodi Consulum vel Præsidum decreta, quasi ambitiosa esse interpretati sunt.
Diligentia. Ulpian. l. Si bene collocatæ. D. De usur. & fruct. Nam inter insolentiam curiosam, & diligentiam non ambitiosam multum interest. Diligentia non ambitiosa est, justa & accurata, nec nimia, nec affectata, nec famæ aucupatrix. Budæus.

Dux.

Dux. i. e. Gratiæ aucupator. Liv. 4. Decad. lib. 9. Carminaque a militibus ea in Imperatorem dicta, ut facile appareret, in ducem indulgentem ambitiosumque ea dici: triumphumque esse magis militari favore quam populari celebrem.
Festinatio. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Gloria. Stat. 6. Theb. 435.
Homo. Cic. 13. Fam. 1.
Honor ambitiosus. Ovid. 8. Met. 277. i. e. Qui ambitiosos facit: ab effectu: vel Quem ambitiose sectantur ambitiosi. Heins. edidit Invidiosus q. V.
Imperator. Cic. pro Muren. 20.
Ornamenta. Hor. in Arte Poet. 447. De versibus loquitur.
Pauper. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Rogationes. Cic. 6. Fam. 12.
Sententia judicis. i. e. Per gratiam & favorem lata. Suet. in Domit. c. 8.
Ambitiosus in malis. Quintil. lib. 6. Non sum ambitiosus in malis, nec lacrymarum augere causas volo. & Ovid. 3. de Ponto, 1. 84.
Pro nostris ut sis ambitiosa malis.
In honoribus petendis. Cic. in Sallust. 6.
In laude. Martial. lib. 1.
In aliquem. Cic. 1. Q. frat. 2.
Ambitiosum etiam, Enixum dicunt, & Affectatum, quod Græci κατασπουδασμένον dicunt, i. e. Ingenti studio factum. Tacit. 2. Hist. 49. de Othone loquens, Ambitiosis id precibus petierat, ne amputaretur caput, ludibrio futurum. Budæus. Cic. Valent tamen apud Cæsarem non tam ambitiosæ flagitationes, quam necessariæ. Ita Amicitiæ ambitiosæ, Rogationes supra. Præceptor ambitiosis utilia præferet. Quintil. 1. 2. Idem 6. 5. Ambitiosum declamandi sudorem.
Ambitiosus pro Gratiosus posuit Justin. 17. 2. 6. Ambitiosus apud populares. Et 30. 2. 2. Ambitiosæ pulchritudinis scortum. [Potest tamen & his locis accipi, pro Favorem captante & Valde blandiente. Videsis & tute expende utrumque locum.
AMBITIOSE, Adv. [φιλοτίμως] Per ambitionem. Liv. 1. Isque primus & petiisse ambitiose regnum, & orationem dicitur habuisse, &c.
Ambitiose agere. Cic. 7. Att. 3. Utrunque vero simul agi non potest, & de triumpho ambitiose, & de Repub. libere.
Ambitiose corrigere orationem. Cic. 15. Att. 1. Brutus noster misit ad me orationem suam habitam in concione Capitolina, petivitque a me, ut eam ne ambitiose corrigerem ante quam ederet. Ambitiose autem corrigere dicitur is qui in amici scriptis pauca mutat, quod vereatur ne eum offendat, ambitiosus in ejus gratia retinenda. Alii aliter exponunt.
Ambitiosius quam honestius defendere. Tacit. 4. Hist. 40.
Ambitiosius facere aliquid. Cic. 3. Fam. 7. Quum in isto genere multo etiam ambitiosius facere soleam, quam honos meus, & dignitas postulat.
Ambitiose fovere aliquem. Liv. Decad. 4. lib. 8.
Ambitiosissime petere provinciam. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Ambitiose pro aliquo scribere. Cic. 13. Fam. 69.
Ambitiose tristis. Martial. lib. 1. præfat. Siquis tamen tam ambitiose tristis est, ut apud illum in nulla pagina Latine loqui fas sit.
AMBĬTUS, ûs. m. [περίβολος] Varro 4. de L. L. Ambitus iter, quod circueundo teritur, nam Ambitus Circuitus: ab eoque XII. tab. interpretes, ambitum parietis, circuitum esse describunt. Festus, Ambitus proprie dicitur inter vicinorum ædificia locus duorum pedum & semipedis ad circumeundi facultatem relictus, ex quo etiam honoris ambitus dici cœptus est a circumeundo, supplicandoque. Ambitus proprie dicitur Circuitus ædificiorum, patens in latitudinem pedes duos & semissem, in longitudinem idem quod ædificium. Sed & eodem vocabulo, crimen avaritiæ vel Affectati honoris appellatur. Hactenus Festus. Nisi posteriora Pauli sunt descriptoris.
— lethalisque ambitus Urbi,
Annua venali referens certamina campo.
Ambitus ædium. Cic. in Topic. 14. Quoniam P. Scævola id solum esse ambitus ædium dixerit, quantam parietis communis tegendi causa tectum projiceretur.
Aquæ. Hor. de Arte Poet. 17.
Molli ambitu omenta pingues viscerum obtendunt sinus. Sen. OEdip. 370.
Navigationis. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Nominum. Plin. lib. 15. cap. 30. i. e. πολυωνυμία.
Operis totius ambitus. Curt. 5. 1. 26. conf. 4. 8. 2.
Rotundus ambitus. Cic. de Univers. 23. Sic animus a medio profectus, extremitatem cœli a suprema regione rotundo ambitu circunjecit.
Stellarum rotundi ambitus cognoscuntur. Cic. 2. de Nat. Deor. 49.
Metaph. Ambitus facere circa aliquam rem. Liv. 27. 27. extr.
Ambitu suo adstringere. Sen. Epist. 12.
Ambitus verborum. Columel. lib. 2. cap. 2.
Ambitus verborum, pro Periodo. Cic. in Bruto, 162. Comprehensio, & ambitus ille verborum (si sic περίοδον appellari placet) erat apud illum contractus & brevis. Cic. 2. de Orat. 184. Quæ si in extremo breviora sunt, infringitur ille quasi verborum ambitus: sic enim has orationis conversiones Græci nominant. Cic. in Orat. Perfecto completoque verborum ambitu gaudent aures meæ, & curta sentiunt, nec amant redundantia. Idem ibid. Arguti, certique & circunscripti verborum ambitus conceduntur.
Ambitus, pro Affectati honoris, s. malis artibus petiti crimine. Lucan. l. 1. 179.
Ambitus & largitio. Cic. 2. de Orat. 105. Et de ambitu raro illud datur: ut possis liberalitatem ac benignitatem ab ambitu atque largitione sejungere.
Ambitus acrior. Tacit. de Germ. 37. V. ACER.
Immanis. Cic. 2. Q. frat. epist. ult. Ambitus redit immanis: nunquam fuit par.
Accusari ambitus. Cic. pro Cœl. 16.
Damnari ambitus. Cic. de Clar. Orat. 180.
Judicium ambitus. Cic. pro Cluent. 114.
Lex ambitus: Quæ de ambitu vindicando lata est: quales fuerunt multæ: de quibus consule Ant. Augustin. de Legg. & Senatuscons.
Ambitus, pro Aucupatione gratiæ, & vitiosa emerendæ famæ cupiditate, a Quintil. ponitur, lib. 4. cap. 1. Est enim (inquit) nonnunquam pravis judicibus hic ambitus adversus amicos. Idem lib. 12. cap. 7. Summovendum vero est utrunque ambitus genus, vel potentibus contra humiles venditandi operam suam, vel illud etiam jactantius minores utique contra dignitatem attollendi.

Ambitus item Quævis contentio nimia & dedita opera navata. Sen. Med. 399. — Segnis hic ibit dies
Tanto petitus ambitu tanto datus. Tacit. 1. Hist. 19. 5. Ambitu remanendi aut eundi, ut quemque metus vel spes impulerat. Flor. 1. 16. Gemmeis & argenteis armis, discolori veste usque ad ambitum ornatam gentem. i. e. usque ad ostentationem exquisito luxu.
AMBITŪDO, inis. f. Circuitus. Apul. in Asclep. Tempus per alterius ambitudinem rediens.
AMBĬTOR, ōris. m. Qui ambit. Paulin. Epist. 13. sect. 16. Æternæ laudis ambitor. conf. Lamprid. in Alex. cap. 28. & Salvian. lib. 5. de Gubern. p. 118. Baluz.
AMBIVIUS, Nomen gent. Roman. ut L. Ambivius Turpio, actor comicus qui plerasque Terentianas fabulas docuit. Meminit autor Dialog. de Orat. cap. 20. & Symmachus 10. Epist. 2.
AMBIVIUM, Idem quod Bivium. Varro apud Nonium 6. 15. Hic in ambivio navem conscendimus palustrem.
AMBLADA, æ. f. Pisidiæ Urbs. Steph. & Strab. lib. 12. Hinc Ambladense vinum. Strab. l. c. p. 392.
AMBO, æ, o. [ἄμφω] Nomen est collectivum de duobus. Cic. 1. de Divin. 70. Quorum amborum generum una ratio est. Fit a Græco ἄμφω, ut ait Festus.
Uterque & Ambo, differunt. Utrumque fecisse dicimus, si & hic & ille fecerit divisim; ut, Uterque fecit domum: ergo duæ domus factæ sunt. Ambos fecisse dicimus, si duo conjunctim aliquid fecerint; ut, Ambo sibi monumentum constituerunt: h. e. Unum monumentum comune. Ter. prol. And. 10. Qui utramvis recte norit, ambas noverit. [Sed aliud Utervis, ac Uterq;.
Ambo (ait Sosipater lib. 1.) non est dicendum, nisi de iis qui uno tempore quid faciunt: ut puta, Eteocles & Polynices ambo perierunt: quasi dicas, Una. Romulus autem & Africanus non Ambo triumphaverunt, sed Uterque, quasi Diverso tempore. Ex Parrhasio in Claudianum. [Sed hanc differentiam neglexisse optimos auctores satis appareret vel ex illo Tibulli 3. 5. 18. quod totidem verbis Ovid. 4. Trist. Eleg. 10. v. 6. expressit, si fides MSS: Cum cecidit fato consul uterque pari.
Ambo & uterque. Cic. in Orat. 11. Vicinus amborum, in neutro excellens, utriusque particeps; vel utriusque (si verum quærimus) potius expers.
Ambo una. Ter. Eun. 4. 4. 35. Una ambo abierunt foras.
Ambo, m. in accus. Hor. 2. Serm. 3. 180.
Præterea ne vos titillet gloria, jure
Jurando obstringam ambo. Plaut. Rud. 3. 5. 7. Jube dum recedere istos ambo illuc modo.
Ambo iter peragunt. Hor. 2. Serm. 6. 99.
Ambo convenimus. Virg. 5. Ecl. 1.
Ambo florentes ætatibus. Virg. 7. Ecl. 4.
Ambæ una feruntur junctis frontibus. Virg. 5. Æn. 158. de Centauro & Pristi navibus loquens.
Ambas buccas iratus inflat. Hor. 1. Serm. 1. 21.
Ambas palmas ad cœlum tendit. Virg. 10. Æn. 596.
Ambabus manibus proverbiale est pro Sedulò, toto conatu. Ambobus pedibus fugere, Celeriter.
ĂMBO, ōnis. m. [ὁ ἄμβων] Suggestus aut Cathedra unde verba fiunt. V. Bebel. de Abus. L. L. p. 50. ἀπὸ τοῦ ἀμβαίνειν, i. e. ἀναβαίνειν. V. Spelm. Gloss. in verb. & Voss. Etym. fol. 22. Phavorin. Lexic. in verb. Utuntur hac voce Scriptores Ecclesiastici. Priscis Latinis ignota est. Bebel. in Facet. de Sacerdot. Cathedra illa concionatoria, quam indocti ambonem vocant.
AMBRACIA, [Ἀμβρακία] Nobilis est civitas Thesprotiæ Epiri, ab Ambrace Thesproti filio, hodie vulgo *Larta* appellari dicunt, quod negat Hard. ad Plin. lib. 4. cap. 1. Qui *Ambrakia* potius vocari docet hodieque. Aliquando dicta est Epuia & Paralia. Hermolaus ex Steph. Meminit Plaut. Stich. 3. 2. 35. Hanc diu oppugnatam in deditionem accepit M. Fulvius Consul. Roman. Liv. lib. 38. 9.
AMBRACIUS, [Ἀμβράκιος] Adj. Qui ex Ambracia est.
Frondes. Stat. 2. Sylv. 2. 8.
Ora. Lucan. lib. 5. 652.
Pontus. Stat. 4. Theb.
Sinus, quo mersa est Acarnania, ut testatur Plin. lib. 2. cap. 90. Hodie *Le golfe de Larta.*
AMBRACIENSES, Ambraciæ cives & incolæ. Liv. 4. Decad. lib. 8. Ut Ambracienses compelleret ad deditionem. Sic ibidem iterum ac sæpius.
AMBRACIOTÆ, Iidem qui Ambracienses. Aurel. Vict. in Fulv. Nobiliori c. 52. Consul Ætolos Ambraciotasque in deditionem accepit. Plin. 14. 7. Apollodorus Medicus in volumine quo suasit Ptolemæo regi quæ vina biberet, laudavit Leucadium, Ambrocioten & Peparethium. Græcum tamen potius, quam Latinum est.
AMBRĬCES, Tegulæ, quæ transversæ, asseribus & tegulis interponuntur. Festus. Turnebus Adv. 14. 12. Regulas non Tegulas legit, id quod sensus, inquit, ipse declarat: sed & Francorum lingua, quæ articulo addito tabellas quibus lacunaria texuntur, aut ædes obducuntur *Lambris* vocat: quod cum fit, ædes *Lambricari*, pro Ambricari dicit. [Forte tamen Festus Ambrices, antique pro Imbricibus posuit, quod est tegularum genus. Illud enim ex Gr. ὄμβρος facilius, quam posterius deflectitur, unde placet arcessere Grammaticis.
AMBRONES, fuerunt Gens quædam Gallica, qui subita inundatione maris quum amisissent sedes suas, rapinis & prædationibus se suosque alere cœperunt. Eos, & Cimbros, Teutonesque C. Marius delevit. Ex quo tractum est ut turpis vitæ homines Ambrones dicerentur. Festus. Ita Isidor. Ambro, Devorator, decoctor, luxuriosus, profusus. V. Chiliad. & Scalig. ad Fest.
AMBRONĪNUS, a, um. Adj. Autor. Anon. apud Cathol. Tu habes lurconinam buccam & ambronina labia.
AMBROSIA, [ἀμβροσία] Herba quam alii Botryn, alii Artemisiam vocant, teste Dioscor. & Plin. lib. 27. cap. 4.
Poetæ fabulantur Ambrosiam appellari cibum, idemque Unguentum deorum: quemadmodum Nectar, potum. Hinc etiam dictam aiunt ex ἀ στερητικοῦ & βροτὸς, mortalis: interposito μ, vocalitatis gratia: vel quod mortales eam non edant: vel quod qui eam ederint, immortales evadant. Ovid. 1. de Ponto, 10. 11.
Nectar & ambrosiam latices epulasque deorum.
Ambrosia alendus, proverbiali figura dicitur, Qui est egregius & velut diis æquandus. Usus est Cic. 2. de Orat. 234.

Ambrosia

Ambroſia dulci dulcius. Catul. 9. 6. 2.
Ambroſia ſalubris. Virg. 12. Æn. 419. — ſpargitque ſalubris
Ambroſiæ ſuccos,& odoriferam panaceam. [Niſi accuſ.pl.eſt Salubris h.l.
Ambroſia, Antidoti nomen, quod Zopyrus Ptolemæo regi compoſuit. Celſ. lib. 5. cap. 23. 2.
Ambroſia, Dionyſi feſtum, apud Iones in primis, quæ Lenæa & Choæ dicebantur. Cæl. lib. 28. cap. 25.

AMBROSIUS, [Ἀμβρόσιος] Proprium nomen, quod interpretatur Divinus, ſeu Immortalis. In primis clarus hoc nomine epiſcopus Mediolanenſis, qui floruit ſeculo Chriſtiano quarto, temporibus Valentiniani, Gratiani, Theodoſii & Honorii Impp. Numeratur inter 4. patres Latinos, quos, quia cæteros antecellunt, Cardinales vocamus. 3. reliqui ſunt Hieronymus, Auguſtinus, Gregorius M. Cum Ambroſius ab Juſtina imperatrice perſecutionem pateretur, inſtituit hymnos & pſalmos more Orientalium decantari, ne populus mœroris tædio contabeſceret. Durand. l. 5. Rational. p. 82. ex Auguſtin. quem vide 9. Confeſſ. 7. Ipſe quoque Ambroſius (V. Caſſandr. Epiſt. ded. in Hymn. Eccl.) haud paucos hymnos venuſtiſſime conſcripſit: quorum hæc fere ratio eſt, ut quarto quoque verſu ſententiam abſolvant, ut alternis vicibus cantari poſſint. Qui canendi mos mire eccleſiis placuit. Hinc Hymni omnes hac rationi compoſiti, quorum in eccleſiis uſus eſt, dicuntur AMBROSIANI, quemcunque tandem auctorem habeant. Tales multi ſunt qui a nonnullis Ambroſio tribuuntur, nec vero ab illo compoſiti ſunt, ſed ab aliis ad illius modulum. v. g. qui incipit, Magnæ Deus potentiæ, &c. item, Conditor, alme ſiderum, &c. inprimis, Te Deum laudamus, &c. Ambroſianus Hymnus dicitur.

AMBROSIUS, a. um. Adj. [ἀμβρόσιος] i. e. Ex ambroſia, vel Ad ambroſiam pertinens. Martial. lib. 4. 8.

Temperat ambroſias quum tua cura dapes. Virg. 1. Æn. 403.

Ambroſiæque comæ. Ubi Serv. Ambroſiæ comæ, aut deorum unguento oblitæ. h. e. Ambroſiæ: aut certe abuſive dixit, Divinæ comæ.
Color ambroſius Apul. Mileſ. 10. p. 254. Corpus. 8. p. 205. Pedes 11. p. 258. pro Pulchris, quales eorum ſunt qui paſcuntur ambroſia.
Liquore ambroſio membra ſpargit. Stat. 9. Theb.
Sinu ambroſio puerum complexa. Claud. Epit. 22. v. 110. V. Barth. Adverſ. 24. 22.
Succus Ambroſius. De Vinis. Sil. Ital. lib. 7. 210. Columel. lib. 10. c. 39.

AMBROSIĂCUS, alterum Adj. [ἀμβροσιακός] ut, Ambroſiaca vitis. Plin. lib. 14. cap. 3. Sed ſunt etiamnum inſignes, uva non vino, ambroſiaca, duracina.

AMBRŸSUS, vel AMBRYSSUS Nomen duarum urbium, quarum unam Strabo locat in Phocide, alteram in Bœotia. Quidam Amphryſum rectius dici affirmant. V. Steph.

AMBŪBAIÆ [Ἀμβουβάιαι] ſunt, Porphyrione authore, Mulieres impudicæ, vagæ ac viles: quibus nomen hoc caſu vanorum & ebrietate balbutientium verborum videtur eſſe inditum. Acron vero ſic: Ambubaiæ dicuntur mulieres tibicinæ lingua Syrorum. Etenim lingua eorum, tibia ſive ſymphonia, *Ambūbaia* dicitur. Dicta ab *Ambub*, quo vocabulo Syri αὐλὸν ſignificant. Inde *Ambubaia*, ἡ αὐλητρίς, ut docet Scaliger. Conject. ad Varr. p. 54. & comment. in Copam. Virg. p. 256. Alii dictas putant, quod AM, i. e. Circum BAIAS, Locum amœniſſimum, & voluptatibus plenum, verſarentur. V. Hadr. Turneb. 11. Adverſ. 23. & Læv. Torrent. Comm. in Suet. & Lex. Pitiſc. Suet. in Neron. c. 27. Inter ſcortorum totius urbis ambubaiarumque miniſteria. V. ibi Caſaub. qui Scaligeri & Caninii, qui puram putam Syram tradidere hanc vocem, opinionem laudat ac confirmat. conf. Steph. le Moyne in notis ad Varia Sacra, p. 471. Hor. 1. Serm. 2. 1.

Ambubaiarum collegia, pharmacopolæ,
Mendici, mimi, balatrones, hoc genus omne.

AMBUBEIA, [κιχώριον] vel (ut aliis placet) AMBUGIA, Ægyptio nomine nobilior eſt quam Latino. Cichorium enim nemo neſcit. Dicitur & Erraticus Intubus, flore cœruleo, qui nubilo etiam die panditur, & cum eo circumagitur in occaſum, nocta ſemper compreſſus. Hæc Ruell. l. 2. c. 120. Idem l. 1. c. 20. Erraticum vel agreſtem intubum, cichorium, ambubeiam, & Græcis picrida, eandem eſſe herbam cenſebit, qui bonos authores evolverit. Ambugiam apud nos quidam appellavere Intubum erraticum. Plin. l. 20. c. 8. Ubi Hermolaus docet eam a Cornelio Celſo vocari Ambubeiam. 2. 30. Alii putant Celſi codices, unius literæ perverſione, ex Ambuleia in Ambubeiam deflexiſſe, nomine videlicet ducto ab Ambulando: quod mire convenit cum voce Pliniana Erraticum. Vetus Budæi codex membranaceus in illo Plinii loco habet Ambubulam. Sex alii codices Pliniani, & ipſi vetuſti, atque adeo membranacei, qui apud nos ſunt, habent Ambulam. V. Harduin. ad Plin. l. 20. c. 8. Conf. Lud. Non. de Re Cib. l. 1. c. 12.

AMBULACRUM, V. AMBULO.

AMBULO, [περιπατέω] āre. ab Ambio deducitur, quod eſt Circuire; ſignificat autem huc atque illuc ire, proprie tamen exercitationis, aut animi cauſa: quod & Deambulare dicimus. Plaut. Men. 2. 2. 4. Convivæ ambulant ante oſtium.
Ambulare, [πορεύεσθαι, βαδίζειν] Ire, gradiri, incedere. Plin. lib. 10. cap. 65. Mures Ægyptii bipedes ambulant, ceu Alpini. Plaut. Bacch. 4. 8. 55. Cum illa neque cubat, neque ambulat.
Ambulare pedibus. Plaut. Truc. 2. 6. 46.
Ambulare paſſus quingentos, aut ſeptingenta millia paſſuum. Plin. l. 20. cap. 2. Cic. pro Quint. 79.
Ambulant aves. Plin. lib. 10. cap. 38. Ambulant aliquæ, ut cornices: ſaliunt aliquæ, ut paſſeres, merulæ, &c.
Ambulant naves. Cato de R. R. cap. 1. Amnis, qua naves ambulant.
Ambulare maria. Cic. 2. de Fin. 112. Quum Xerxes tantis claſſibus, tantiſque equeſtribus & pedeſtribus copiis, Helleſponto juncto, Athoque perfoſſo, maria ambulaviſſet, terramque navigaſſet, &c. Ubi nota ambulare ἐνεργητικῶς (active) uſurpari.
Ambulavit poſſeſſio per multos. Ulp. in l. Sed & ſi §. Perinde D. de petit. hæred. i. e. Sæpius poſſeſſio mutata eſt, & ab uno ad alterum translata: qua in ſignificatione ſæpe hoc verbo JCti utuntur. Nam & Emptiones eodem modo per plures perſonas ambulaſſe dicuntur in l. ſed ubi 15. D. de minor.
Ambulare foro transverſo. Cic. 3. de Orat. 131. M. vero Manlium nos etiam vidimus transverſo ambulantem foro.
In littore. Cic. in Bruto, 96.
In ſole. Cic. 2. de Orat. 60.
Cum aliquo. Cic. 4. Acad. 5.
Recte. Cic. 9. Att. 5. Si enim recte ambulaverit qui hanc epiſtolam tu-

lit, in ipſum tuum diem incidit.
Eo modo autem ambulat Cæſar. Cic. 8. Att. 22. Eo modo autem ambulat Cæſar, & iis diariis militum celeritatem incitat, ut timeam ne citius ad Brundiſium, quam opus ſit, acceſſerit.
Ambulat demiſſis tunicis. Hor. 1. Serm. 2. 25.
Ambulat libera per tutas vias. Ovid. 1. Faſt. 122. de Pace loquitur.
Ambulet ante noctem cum facibus. Hor. 1. Serm. 4. 51.
Ambulat erecto pectore. Claud. in Eutrop. 1. 307.
Ambulare ſuperbum. Hor. Epod. 4. 5.

Licet ſuperbus ambules pecunia,
Fortuna non mutat genus.

Ambulare in jus. Plaut. Curc. 5. 2. 23. Ambula in jus. Ter. Phorm. 5. 7. (al. 8.) 43. In jus ambula. Ubi Donatus, Ad judicem eamus ſcilicet: nam Jus pro Loco eſt. Sed in quo Prætor jus reddit: Itaque in jus ire & ambulare, non eſt Ad judicem ire (ut putat Donatus) ſed Ad Prætorem. [Quid ſibi velit hæc correctio Donati interpretationis non aſſequor. Ipſe Donatus quidem paulo infra ad v. 88. In jus eamus. Ad prætoris, inquit ſellam. Sed minus recte, ut equidem cenſeo, in Fabula Græca ſeu Palliata Prætoris mentio injicitur. Poterat melius verbis ipſius Terentii Ad judices. V. Act. 1. Sc. 3. v. 79. & 2, 1, 52. Pertinebat enim Actio ἀγαμίου, ſeu Neglectarum nuptiarum ad Heliaſtarum dicaſterium Athenis.
Ambulat hoc caput per omnes leges, Plin. lib. 10. cap. 50. quaſi dicat, Pervagatum eſt, utpote in legibus paſſim repetitum.
Bene ambulato. Plaut. Capt. 2. 3. 92. & ibid. 4. 2. 119. Bene ambula & redambula: formulæ ſunt bene precandi abituris.
Dionyſii Catonis præceptum eſt: Cum bonis ambula, i. e. Converſare, ut Boxhornius in Quæſt. Rom. interpretatur. Quæ ratio loquendi veteri Bibliorum interpreti frequenter uſurpata.
Ambulari, paſſ. in tertiis perſ. Plin. l. 23. c. 1. Si ſtatim bina ſtadia ambulentur. Et imperſonaliter. Varro 5. de L. L. 1. Sed…tur, ambulatur. Conf. Gell. l. 2. c. 2. Ambulatum deducebantur milites ordine velut dimicationis cauſa. Veget. 1. 27. Exercitium militare de quo V. Lex. Pitiſc. in voce AMBULATUM.
Ambulans cœna. i. e. Ambulatoria. Martial. lib. 7. 47.

Pro menſis habet Annius miniſtros:
Transcurrunt gabatæ, volantque lances
Has vobis epulas habete lauti,
Nos offendimur ambulante cœna.

Ambulans fluvius. Plin. lib. 5. cap. 9.

AMBULATIO, ōnis. f. [περίπατος] Cic. 5. de Fin. 1. Conſtituimus inter nos, ut ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia.
Ambulatione cibos perficere Athletas malunt. Plin. lib. 11. cap. 73.
Ventum eſt in ambulationem. Cic. 1. de Orat. 28.
Ambulatio, Locus ad ambulandum, idem quod Ambulacrum. V. Lex. Pitiſc. Vitruv. lib. 5. cap. 9. Circa theatra ſunt porticus & ambulationes: quæ videntur ita opportere collocari, ut, &c. Columel. lib. 1. cap. 6. Ambulationes meridiano æquinoctiali ſubjectæ ſint, & ut hyeme plurimum ſolis, & æſtate minimum recipiant. conf. Catull. 56. 6. & Buchn. ad Plin. Epiſt. n. 513.

AMBULATIUNCULA, dimin. [περιπατίδιον] Cic. 2. Fam. 12. Cum una mehercule ambulatiuncula, atque uno ſermone noſtro omnes fructus provinciæ non confero.
Ambulatiuncula, Parva ambulatio. De loco dictum. Cic. 13. Att. 29. Tecta igitur ambulatiuncula addenda eſt.

AMBULATOR, ōris. m. [περιπατητικός] Qui huc & illuc ſæpe ambulat. Cato cap. 5. Villicus ne ſit ambulator. Columel. lib. 1. cap. 8. Villicus enim (quod ait Cato) ambulator eſſe non debet. Martial. lib. 1. 42.

AMBULĀTRIX, īcis. f. [περιπατήτρια] Cato cap. 143. de villicæ officio loquens, Ad cœnam ne quo eat, neve ambulatrix ſiet.

AMBULATORIUS, Adj. [πορευτικός] ut, Turris ambulatoria, quæ rotis & machinis admovebatur muris, ad urbes oppugnandas: ut meminit Veget. 4. 17. Hirt. Bell. Alex. lib. 4. cap. 2. Præterea ambulatorias totidem tabulatorum confixerant. ſubaud. Turres. V. Vitruv. 10. 19.
Ambulatoria porticus. Ulp. in l. ſicuti. §. Competit. D. Si ſer. vind.
Ambulatorius, JCti ponunt pro Mutabilis & inconſtans, quemadmodum & Ambulare pro Mutare, ut ante diximus. Hinc
Ambulatoria actio, i. e. Mutabilis, a perſona in perſonam tranſiens. L. fin. C. de furt.
Conditio in l. ſervus 34. D. de ſtatu lib.
Poteſtas legis. L. erit, 10. D. de fund. dot. i. e. Mutabilis ad permittendam alienationem.
Voluntas teſtatoris uſque ad mortem. l. quod ſi 4. D. de adim. leg.
Ambulatoria voluntas. Cæl. Calcagn. in Orat. pro Alphonſo duce Ferr. p. 533. H. St.
Ambulatorium operculum. Plin. lib. 21. cap. 14. de alveariis loquens. i. e. Quod facile huc & illuc moveatur.

AMBULATORIUM, i. n. Locus aptus ad ambulandum. Cathol.

AMBULĀCRUM, i. n. [περίπατος] Locus in ædificiis ad deambulandum accommodatus. Feſtus, Ambulacra, ambulationes. Perottus dicit Xyſtum Græce dici locum exercitationi corporis accommodatum, Latine autem Ambulationem vel Ambulacrum. Plaut. Moſtell. 3. 2. 69. Gynæceum ædificare vult hic in ſuis, & balneas, & ambulacrum, & porticum.
Longa ambulacra. Gell. lib. 1. cap. 2. Propulſabamus caloris incommoda lucorum umbra ingentium, longis ambulacris & mollibus ædium poſticum refrigerantibus lavacris nitidis.
Luculentum, V. LUCULENTUS.

AMBULATĬLIS, Adj. [πορευτικός] hinc Ambulatiles funduli Vitruvio lib. 10. cap. 13.

AMBULATŪRA, æ. f. Veget. de R. Vet. 2. 5. Ambulaturæ gratiam perdere.

AMBULĀTUS, ûs. m. Idem. Arnob. lib. 1. p. 28. Chriſtus ſcitur ambulatum dediſſe contractis. i. e. Ambulandi facultatem.

AMBULII, cognominati ſunt a Laconibus Caſtor & Pollux, quorum etiam ara fuit eo in loco ubi & Jupiter & Pallas eodem cognomine colebantur. Pauſanias.

AMBURBALE, vel AMBURBIUM, dicitur Sacrificium, quo urbem circuit & ambit victima, ut ait Servius in Virg. 3. Ecl. 77. Feſtus vero, Amburbiales (inquit) hoſtiæ dicebantur, quæ circum terminos urbis ducebantur. V. Salmaſ. in Vopiſcum p. 361.
Amburbalia erant quæ & Robigalia, feriæ illæ, quibus ſupplicabatur ad urbis, agrorum & ſegetum calamitates avertendas, quarum exemplum fere

jam ſupereſt apud Catholicos. Veterem hunc ritum ſolennem deſcribit Lucanus lib. 1. 592. &c. V. Lex. Pitiſc.

AMBŪRO, ſſi, ſtum, [περιφλέγω, περικαίω] ĕre. Circum urere. Plaut. Epid. 5. 2. 9. Quaqua tangit, omne amburit.
Amburi, de cadavere dictum. Cic. pro Milon. 87. Sine funere, oblitus cruore & luto, ſpoliatus illius ſupremi diei celebritate, quam concedere etiam inimici ſolent, ambureretur etiam abjectus. h. e. Imperfecte cremaretur. De Clodio loquitur.
Amburere ponitur etiam pro Comburere. Plin. lib. 10. cap. 33. Hirundinum pulli ad cinerem ambuſti, multis morbis medentur. i. e. Combuſti. [Quomodo fortaſſis legendum eſt. conf. l. 30. S. 12. Celſ. l. 4. c. 4. Adſcripſerat H. St. Immo non idem eſt.

AMBUSTUS, a, um. [περιπεφλεγμένος, περικεκαυμένος] Vet. Gloſſ. Circum. uſtus, inquit Feſtus.
Ambuſtæ fortunarum reliquiæ. Cic. pro Domo ſua, 113. Qui denique ambuſtas fortunarum mearum reliquias ſuas domos comportari juberent.
Apud Valerium Caput eſt De Ambuſtis. Livius l. 22. (c. 35.) Tum experta nobilitas, parum fuiſſe virium in competitoribus, L. Æmilium Paullum, qui cum M. Livio conſul fuerat, & damnatione collegæ & ſua prope ambuſtus evaſerat, infeſtum plebi, diu ac multum recuſantem, ad petitionem compellit. Idem: (c. 40. in oratione Paulli) Se populare incendium priore conſulatu ſemiuſtum effugiſſe. Idem h. l. Semiuſtus, (quod priore loco Ambuſtus.) Tracta metaphora, inquit B. ab invidia criminum, qua flagrare dicitur, vel a fulmine accuſationis. H. St. [Ego vero potius, a fulmine Damnationis dixiſſem, quam Accuſationis, ut hic Beroaldus, hunc enim intelligi velle auctorem hujus animadverſionis Stephanum arbitror. Quanquam Livius loc. poſter. a judicii quaſi incendio arceſſit. Apud Val. Max. quidem lib. 8. cap. 1. de Judic. Publ. occurrit lemma, Ambuſtæ, his Verbis præpoſitum: Atque ut eos quoque referamus, qui in diſcrimen capitis adducti, neque damnati, neque abſoluti ſunt: Verum quum non his proprie competat id verbi, ſed omnibus, qui ægre damnationem effugerunt, ut vel Paulli exemplo conſtat, ab ipſius Valerii manu eſſe non puto.
Juga taurorum. Claud. de Bell. Get. 24.
Sude ambuſta truncus. Sen. Hippol. 10.
Fervoribus ambuſta Ariana regio. Plin. lib. 6. cap. 23.
Incendio. Cic. 3. Verr. 70. Hic ſociorum ambuſtus incendio.
Fulminibus. Plin. lib. 3. Epiſt. 11.
Pruinis lumina. Valer. 4. Argon. 70. de Prometheo.
Aggere ambuſto flagrantis ripæ. Claud. 1. in Ruff. 120.
Aquis ambuſta, ſi ſtatim ovo occupentur, puſtulas non ſentiunt. Plin. lib. 29. cap. 3.
Sonipes. Claud. de Sext. Conſ. Hon. 344.
Illinere ambuſta. Plin. lib. 24. cap. 10.
Illinitur ambuſtis cruda cannabis. Plin. lib. 20. cap. 23.
Oſſibus ambuſtis arva premit Iliaca. Ovid. ad Liviam, 434.
Igni ambuſta vel frigore. Plin. lib. 24. cap. 8. Tacit. 13. Ann. 35. 5.

AMBUSTUS, Cognomen eſt Fabiorum. Primus hoc geſſit Fabius Eburnus, quod fulmine eſſet ambuſtus, qui & Pullus Jovis ideo dicebatur, ut ſcribit Feſtus. V. Sigon. de Nom. Rom. cap. 5. Ab hoc Fabio tanquam hæreditarium ejus poſteri retinuerunt. V. Lex. Pitiſc.

AMBUSTULĀTUS, a, um. Plaut. Rud. 3. 4. 65. Te ambuſtulatum objiciam magnis avibus pabulum.

AMBUSTIO, ōnis. f. Plin. 23. 4 Myrteum oleum medetur ambuſtionibus.

AMBURVO, āre. eſt Corpus ſaltu reciprocare, prout Salii facere ſolebant, de quibus apud Feſt. & Non. Lucilius.

Præſul & amburvat, ſic volgu redumptruat inde. Ita emendat locum Scaliger. V. Voſſ. Etym. p. 568.

A M C

AMCÆSA, dicuntur Vaſa quæ Cælata appellamus, quod circumcædendo talia fiant. Feſtus. Buleng. de Conviv. 4. 11. Grapald. de Part. Dom. 11. 3. 10.

A M E

AMECUM, & AMECAM, pro Amico & Amica, antiqui dicebant. Laberius in lacu Averno mulierem fuiſſe amecabundam ſcripſit. h. e. Amantem. Nonius. Feſtus in Amicitia: Ab antiquis Ameci & Amecæ per e literam efferebantur. Tribuitur ſic Plauto, & Amicus ſive Amecus videtur per Syncopen eſſe pro Animæcus, quaſi qui erga alium Animo æquo eſt: apud Voſſ. Etym. in Amo, p. 25. & Scalig. ad l. Nam & in Gloſſ. Philoxeni Animecus, ἰσόψυχος. Mulierem autem amantem Laberius non Amecabundam, ut nonnulli exiſtimant, ſed Amorabundam dixit apud Gell. lib. 11. cap. 15. V. AMICUS.

AMELETIDES, V. ANALECTIS.

AMELIUS, Philoſophus Apamienſis, diſcipulus Plotini, magiſter Porphyrii. Volaterranus. Verba ejus quibus Johannem Evangeliſtam barbarum vocat, deſcripſerunt Theod. 2. de Cur. Græc. Affect. Lud. Viv. ad 10. Aug de Civ. Dei 29. & alii. [Tuſcus fuit, cognomine Gentilianus, condiſcipulus Porphyrii, teſte Eunap. in ejus vita, ubi Fabric. V.

AMELLUS, i. Herba eſt, cujus meminit Columel. lib. 9. cap. 4. De ea ſic ſcribit Virg. 4. Georg. 271. &c.

Eſt etiam flos in pratis, cui nomen Amello
Fecere agricolæ: facilis quærentibus herba:
Nanque imo ingentem tollit de ceſpite ſylvam
Aureus ipſe: ſed in foliis quæ plurima circum
Funduntur, violæ ſublucet purpura nigræ:
Sæpe deûm nexis ornatæ torquibus aræ:
Aſper in ore ſapor: tonſis in vallibus illum
Paſtores & curva legunt prope flumina Mellæ.

In quem locum ſic ſcribit Servius. Mella (inquit) fluvius Galliæ eſt, juxta quem herba hæc plurima naſcitur, unde & Amello dicitur, ſicut populi habitantes juxta Lemannum fluvium Alemanni dicuntur. Hermolaus in Corollar. c. 59. Amellum, inquit, de quo & Virg. & Columel. frutices fert apibus gratiſſimos, aureo & luteo colore, ab imo folioſos, floribus purpureis, aſpero guſtu. Cujus radicis ſuccus ægroto exanimi cum aminæo vino dari præcipitur. Valerius Cordus in Dioſcoridem putat eandem eſſe herbam cum Chelidonio minore.

AMEN, [ἀμήν] Dictio Hebræa, quæ Vere aut Veritas ſignificat: particula ſerviens cum aliquid confirmandum eſt, ut Num. cap. 5. Et dicebat mulier, Amen, amen, i. e. Veritas: aut Verum hoc erit: aut Sit ita. Suidas exponit per ἀληθῶς, πεπιστωμένως. Gr. ἀμὴν in V.T. paſſim Septuaginta reddunt γένοιτο, fiat. Particula eſt Aſſeverandi, approbandi & optandi. Fortun. de P.V. v. ult. primam corripit, eandem producit Auſon. Ephem. Orat. v. 85.

AMEN, ĭnis. n. ab ἅμμα, vinculum, nexus, extrito altero m. ab ἅπτω, necto. Tribuitur Arnobio l. 7. p. 230. ſed lectio variat. V. Heraldi Animadv. p. 271. Hinc Amentum, de quo mox.

AMĔNĀNUS, i. m. Fluvius Siciliæ, Ætnæ monti propinquus. Strabo l. 5. p. 166. Eundem reſcribendum eſſe apud Ovidium pro Amaſenus & Amiſenus evicere dudum Fulv. Urſinus, & Phil. Cluverius. Verſus eſt 15. Met. 279.

Necnon Sicanias volvens Amenanus arenas. Ubi vulgo Amaſenus legitur, cujus nominis in Sicilia nullus eſt fluvius Amenanum per aliquot annos aquis deſtitui, & iterum fluere tradit & Strabo V. Heinſ. & Burm. ad l. Ovid.

AMENS, entis. Adj. [ἄνους, ἀνόητος, ἔκφρων] Idem ac Demens. Qui a mente ſua diſceſſit: ut ait Varro 5. de L. L. Eſt enim amens, non Qui mente caret, ſed Qui aliqua perturbatione ſic mente motus eſt, ut ob rationem turbatam, quid agat, quidve dicat, cernere non poſſit. Ter. And. 1. 3. 13. Nam inceptio eſt amentium, haud amantium. Cic. 2. de Fin. An me (inquis) tam amentem putas, ut apud imperitos iſto modo loquar?
Vecors & amens. Cic. in Piſon. 21.
Homo amentiſſimus, atque omnibus conſiliis præceps & devius. Cic. 5. Philipp. 17.
Conſilium amentiſſimum. V. CONSILIUM.
Amens animi. Virg. 4. Æn. 203.
Amens dolore, ſemianimis procubuit. Ovid. 1. Triſt. 3. 92. Burm. Gravis. q. V.
Amenti furore cæca. Catull. 62. 197.
Amens metus incubat. Lucan. lib. 2. 27.
Amens terror. Claud. in Ruff. 256.

AMENTIA, æ. f. [ἄνοια, εὐήθεια] denom. ab Amens. Cic. 3. Tuſc. 9. Nec minus illud acute, quod animi affectionem lumine mentis carentem, nominaverunt amentiam, eandemque dementiam. His verbis ſatis oſtendit Amentem & Dementem pro eodem accipi.
Amentia gravis. Ovid. 5. Met. 511.
Confligit ſana mens cum amentia. Cic. 2. in Catil. 25.
Flagrare amentia. Cic. pro Cluent. 12.
Incidere in amentiam. Cic.
Præditus amentia. Cic. 4. Verr. 104.
Rapi amentia. Cic. 16. Fam. 12.
Tenere amentiam aliquem. Author ad Herenn.
Verſat amentia. Hor. 2. Serm. 3. 249.

Ludere par impar, equitare in arundine longa,
Si quem delectat barbatum, amentia verſet. i. e. Agitet.

AMENTO, āre. Gloſſ. Gr. Lat. ἀπτοῶ, amento.

AMENTUM, i. n. [ἅμμα] Lorum quo aliquid retinetur, aut ligatum eſt: ut, Solearum corrigiæ, & lora in quibuſdam jaculis. Plin. l. 34. c. 6. Corneliæ Gracchorum matri ſedens poſita ſtatua eſt, ſoleiſque ſine amento inſignis. Feſtus, Amenta (inquit) ſunt quibus, ut mitti poſſint, vinciuntur jacula, ſive ſolearum lora: ex Græco quod eſt ἅμματα, ſic appellata: vel quia aptantes, ea ad mentum trahunt. V. Dacer. Vel quaſi apimentum, ab apere quod eſt ligare, jungere. Servius, Amentum eſt lorum quo media haſta religatur & jacitur. Virg. 9. Æn. 665.

Intendunt acres arcus, amentaque torquent. Liv. 5. Bell. Maced. 41. Et jaculorum amenta emollierat. Plin. l. 7. c. 56. Jaculum cum amento ferunt inveniſſe Ætolum Martis filium. Sen. Hippol. 6. Amentum digitis tende prioribus, Et totis jaculum dirige viribus. V. etiam Ovid. 12. Met. 321. & Lex. Pitiſc.
Amentum, etiam Cachryn roboris ſignificat. Ruell. lib. 1. cap. 86. Hermol. in Plin. lib. 16. cap. 8.

AMENTĀTUS, Adj. ſive Partic. ab Amento, eſt Quod amentis ligatum eſt: ut, Amentatæ ſoleæ, quibus ſcilicet utuntur mulieres: aut quod amento retinetur.
Amentatum jaculum. Cic. de Clar. Orat. 270.
Amentatæ haſtæ oratoris. Cic. 1. de Orat. 242. In eo autem jure quod ambigitur inter peritiſſimos, non eſſe difficile oratori ejus partis quamcunque defendet, autorem aliquem invenire: a quo quum amentatas haſtas acceperit, ipſe eas oratoriis lacertis viribuſque torquebit. Metaphorice dixit pro Argumentis aliunde petitis, quibus quaſi telis, utitur orator.

AMENTO, [ἀμματίζω] āre. Lucan. lib. 6. 221.

Quum jaculum parva Lybis amentavit habena. i. e. Aut Jaculum amentatum contorſit: aut ut torqueret, munivit amento, quaſi habena.

AMENTATIO, ſive ADMENTATIO, ōnis. f. Actus amentandi, item Actus jaculandi: deinde Jacula ipſa, ſive Tela. Tertull. ad Nation. 1. 10. Quo machæris veſtris admentationibuſque cadatis.

AMEOS, V. AMMIUM.

AMERIA, [Ἀμερία] Oppidum eſt Umbriæ, patria Roſcii Amerini quem defendit Cicero: vulgo *Almelina*. Ameriam Cato ante Perſicum bellum conditam annis nongentis ſexaginta quatuor prodidit. Plin. lib. 3. cap. 14.

AMERĪNUS, Adj. [Ἀμερῖνος] ut, Amerina ſalix apud Plin. lib. 24. cap. 9.
Amerina retinacula, pro Viminibus, per periphraſim. Virg. 1. Georg. 265.

Atque amerina parant lentæ retinacula viti. Ubi Servius; Amerina retinacula, Virgas de quibus vites religantur. Quæ virgæ abundant circa Ameriam oppidum Italiæ, cujus crebram in Roſciana fecit Cicero mentionem.

AMERĪNA, ōrum. n. pl. Subſt. Genus pyrorum. Stat. 1. Sylv. 6. 18.

Et maſſis Amerina non peruſtis. Plinius inter ſeriſſima Pyrorum genera numerat, quem V. lib. 15. cap. 15.

AMERIAS, æ. m. Grammaticus fuit antiquiſſimus, Athenæo & Sophoclis, atque Apollonii veteri Scholiaſtæ laudatus non raro. V. Caſaub. cap. 1. Lect. Theocr. p. 9.

AMERICA, æ. f. Terra illa nova, ab inventore ſecundario Americo Veſputio dicta, non ſine injuria Chriſtophori Coloni; quem alii corrupta voce Columbum vocant. Quandoquidem is A. C. 1492. primo inſulas Hiſpaniolam, Cubam & Jamaicam detexit: quinquennio demum poſt, viz. A. C. 1497. Americus Veſputius Florentinus ulterius eſt progreſſus, quippe janua per priorem illum patefacta, viaque monſtrata. An veteribus fuerit cognita diſquirit Bernegg. quæſt. ad Tacit. qu. 188. Barlæus in Braſilia p. 40. 41. Rupertus ad Val. Max. 4. 6. diſſert. 2. pag. 296. ſeq.

296. ſeq. Aliique qui de origine gentium Americanarum ſcripſerunt, v. g. Hornius, Zieglerus. Dapper. [Columbi nomen non corruptum eſſe apparet ex Vitæ ipſius deſcriptione, a Filio ejus Ferd. Columbo Hiſpanice edita, & Italice ab Alf. Ulloa reddita. 8. Venet. 1571.

AMERIMNON, [ἀμέριμνον] Herba eſt quæ alio nomine Aïzoon majus appellatur. Plin. lib. 25. cap. 13.

AMERIOLA, Oppidum in Latio. Plin. lib. 3. cap. 5.

AMES, itis. m. Feſtus; Amites, Perticæ aucupales. Hor. 2. Epod. 33.

Aut amite levi rara tendit retia. Amites (inquit Porphyrio) hodie appellantur quoque Furculæ quibus retia in venatione vel in aucupio ſuſpenduntur. Pallad. l. 10. c. 12. Nunc in amitibus apparetur aucupium noctuæ, cæteraque inſtrumenta capturæ. Idem l. 7. c. 2. Vet. Gloſſ. amites, ἰξευτικοὶ κάλαμοι: item Amites στάλικες. Quæ in Gr. Lat. Gloſſ. στάσεις δικτύων interpretantur. Varos Lucanus appellat.

AMESTRATUS, [Ἀμήστρατος] Siciliæ oppidum, cujus incolæ dicuntur Ameſtratini Author. Steph. Horum meminit Cic. 5. Verr.

AMESTRIS, Regina fuit Perſarum, uxor Xerxis, de qua multa Herodotus.

AMĔTHYSTUS, i. m. [ἀμέθυσος] Gemma, quæ purpurea eſt, colore violæ, dicta Amethyſtus, quaſi Minime ebria, ἀπὸ τοῦ α priv. & μεθυσὸς, ebrius. Cauſam nominis (inquit Plin. l. 37. c. 9.) afferunt, quod usque ad vini colorem accedens, prius quam eum deguſtet, in violam deſinit: fulgorque quidam in illa purpuræ non ex toto igneus, ſed in vini colorem deficiens. Perlucent autem omnes violaceo colore, ſcalpturis faciles. Indicæ abſolutum purpuræ colorem habent: ad hancque tingentium officinæ dirigunt vota.

Amethyſtus, Uvæ genus. Columel. lib. 3. cap. 2.

Amethyſtus purpureus. Ovid. 3. de Arte Am. 181.

Amethyſtum herbam qui exiſtimant contra ebrietatem pollere, plane hallucinantur: & qui gentilem huic gemmam ita nominari, quod vinolentiæ refragetur: utraque enim a colore ſibi nomen aſcivit. V. Plutarchum qui hujus opinionis authorem oppugnat Ariſtotelem. De calculo ſatis convenit. Cæterum amethyſti herbæ folium meracioris vini colorem æmulatur. Ruell. lib. 1. cap. 14. & cap. 20.

AMETHYSTĬNĀTUS, [ἀμεθύστινα φορῶν] Nomen duriuſcule derivatum ab Amethyſtinus. Martial. lib. 2. 57. in fictum divitem.

Hic quem videtis greſſibus vagis lentum,
Amethyſtinatus media qui ſecat ſepta.

Hominem dicit amethyſtino colore ornatum, ſicut Purpuratum dicimus. [Dicendum potius Amethyſtina geſtare aſſuetum, ſicut Purpuratus ὁ τὴν πορφυρίδα φορῶν, qui Purpura fulgens incedit. Amethyſtina enim neut. pl. ſubſtantive uſurpabant, ut Coccina & Ianthina apud Martial. 2. 39. V. mox ſubjecta. Unde porro apparet nihil in hac derivatione durum ineſſe.

AMETHYSTĬNUS, Adj. [ἀμεθύστινος] Juven. 7. Sat. 135. Cauſidicum vendunt amethyſtina. i. e. Veſtes ex colore amethyſtino. Hoc autem dicit: Ideo purpurati, aut amethyſtinati incedunt cauſidici, ut ſuas operas carius vendant. Hic enim color maximo pretio, qui miſtus ex purpura. Plin. lib. 9. cap. 41. Martial. Apophoret. Ep. 152. Inde cum Tyrio prohibitus a Nerone, Suet. cap. 32. De pretio violaceæ purpuræ, ſive Amethyſtini coloris Nepos apud Plin. lib. 9. cap. 39. De tribus præcipuis purpuris V. Lex. Pitiſc. in voce AMETHYSTINA.

Amethyſtinus color. Plin. l. 21. c. 8. Amethyſtinum colorem dicimus, qui in viola micat: & ipſe in purpureum, quemque Ianthinum appellavimus.

AMETHYSTIZONTES [ἀμεθυσίζοντες] carbunculi. h. e. Quorum extremus igniculus in amethyſti violam exit. Plin. lib. 37. cap. 7.

AMĒTOR, ŏris. [ἀμήτωρ] Matrem non habens, apud Tertull. de Præſcript. c. 53.

A M I

AMIA, æ Piſcis marinus Pelamydi vel ſcombro corporis ſpecie, pinnis & cauda ſimilis; roſtro acuto, ventre craſſo, cauda tenui, in figuram lunæ in cornua curvatæ pinnis ejus conformatis, dorſo cœruleo eoque ſplendente dum vivit, ventre argenteo. Dictus ab α & μία quod nunquam ſolus conſpiciatur. Hoſtis Delphinis ut tradit Oppian. Halieut. 2. 553. &c. ubi pugnam eorum deſcribit. conf. Plin. 5. 15. Incrementum ejus ſingulis diebus percipitur ſecundum Plin. 9. 15. V. Rondeletium.

AMIANTUS, [ἀμίαντος] Lapis eſt friabilis in modum lanæ, alumini ſciſſili adeo ſimilis, ut pro eo a ſeplaſiariis ſupponatur. Vulgus Gallorum vocat Alumen plumeum, falſo exiſtimans ſpeciem eſſe aluminis. Ex hoc lapide tenuiores conficiunt ellychnia, propterea quod ab igne non conſumatur. Texitur quoque in veſtes & mappas: quæ ſordidatæ, igni purgantur. Diſcernitur ab alumine ſciſſili, quod hoc aquæ innatet: amiantus autem mergatur. Guſtu quoque dignoſcitur: nam alumen ſciſſile, ſubſtantiæ tenuitate linguam mordet, & tandem exulcerat: amiantus vero, acrimoniæ omnis mordacitatisque expers eſt. Adhæc, Amiantus in ignem conjectus, perpetuo durat: alumen autem liqueſcit, bullasque excitat. V. Plin. l. 35. c. 15. & l. 36. c. 19.

AMICA; V. paulo poſt, ante AMICUS ſubſt.

AMICABILIS, AMICE. V. AMICUS adj.

AMĬCĪMEN, inis. n. Idem quod Amictus. Apul. 11. Met. p. 261. Mulieres candido ſplendentes amicimine. Et eodem lib. p. 268. Linteo & rudi contectus amicimine. Deerat h. v. in ed. Lugd. & ab H. St. adjecta fuerat, ſed ex Beroaldi Comm. in Suet. Veſp. p. 294. b. nullo Vet. auctore adducto.

AMICĪNUM, Utris pediculus, ex quo vinum diffunditur. Feſtus.

AMĬCIO, ivi & ixi, ictum, [ἀμπέχομαι] ire. Veſtire, operire. V. infra in AMICTUS. Suet. in Veſp. c. 21. Dum ſalutabatur, & calciabat ipſe ſeſe, & amiciebat.

Amicibor, vetuſte dictum pro Amiciar. Plaut. Perſ. 2. 5. 6. Subnixus alis me inferam atque amicibor glorioſe. conf. Diomed. p. 364.

Amicitur in fulvis alis. Ovid. 5. Met. 546.

Amicitur chartis. Hor. 2. Epiſt. 1. 270.

Amicitur vitibus ulmus. Ovid. 3. de Pont. 8. 13.

Amicire item & Induere apud veteres criticos ita differunt; ut hoc de veſte interiore, illud de exteriore ſemper accipiatur. Ferrar. Anal. de Re Veſt. cap. 26. V. AMICTUS.

AMICTUS, Partic. [ἠμφιεσμένος] Idem quod Veſtitus vel opertus. Cic. 2. Philipp. Sedebat in roſtris collega tuus; amictus toga purpurea; in ſella aurea coronatus.

Nube candentes humeros amictus. Hor. 1. Carm. 2. 31.

Amicta oſſa lurida pelle. Hor. Epod. 17. 22.

Amicta loca nive. Catull. de Berec. & Aty, 64. 71.

Velis amictos, non togis. Cic. in Catil. 2. 22.

Amicta vitibus ulmus. Hor. 1. Epiſt. 16. 3.

AMICTUS, ûs. [ἀμπεχόνη, ἀμφίεσμα, ἐπίβλημα] Quicquid, quo quis amictus,

ſive opertus eſt: ſicut Veſtitus, quo veſtimur. Eſt enim utrunque generale nomen. Cic. 5. Tuſc. Mihi amictui eſt Scythium tegmen. Tibull. l. 1. 8. 13.

Fruſtra jam veſtes, fruſtra mutantur amictus.

Amictui dictum, quod Amjectum. i. e. Circumjectum, a quo etiam quod veſtitu ſe involvunt, Circumjectui appellant. Varr. 4. de L. L. 30. Amictui autem & Circumjectui more veteri a Varrone dictum elegantiſſime cenſet Turnebus: cujus elegantiæ ignari has exterminaverunt loquutiones, & ſeculi noſtri balbutiem invexerunt, Ad amiciendum &c.

Obſervat. Brœkh. ad Tib. 1. 9. 3. Veſtes eſſe indumenta interiora, amictum, quicquid veſtibus ſuperinjicitur. V. etiam Lex. Pitiſc. Conf. in AMICIRE ad fin.

Aurato amictu velatur. Ovid. 14. Met. 263.

Cœli amictus. Lucret. lib. 6. 1131.

Croceo amictu velatus Hymenæus. Ovid. 10. Met. 1.

Duplex. Virg. 5. Æn. 421.

Hæc fatus, duplicem ex humeris rejecit amictum.

Ferrugineus. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 275.

Glauco amictu caput contexit. Virg. 12. Æn. 885.

Lineus. Tacit. 3. Hiſt. 74.

Levis. Catull. Argon. 62. 64.

Multo amictu nebulæ circumfudit dea gradientes. Virg. 1. Æn. 412.

Perlucens. Ovid. 4. Met. 313.

Purpureus. Hor. 1. Epiſt. 17. 27.

Sordidus. Virg. 6. Æn. 301.

Deponere amictus. Juven. 1. Sat. 142.

Laceſſere ſummos amictus. Stat. 2. Sylv. 1.

Lapſus ex humeris amictus. Ovid. 3. de Arte Am. 268.

Tectus plebeio amictu. Lucan. lib. 2. 18.

Tenues amictus laniavit. Ovid. 4. Met. 104.

Amictu erepto nuda. Propert. lib. 2. 1. 13.

Oneratus madido amictu. Claud. de Bell. Get. 351.

Palleſcit refugo amictu nox afflata rotis coruſcis. Claud. de Phœn. 6.

Evitare amictu tela alicujus. Proverbiali figura dictum eſt a Catull. 113. 7.

Contra nos tela iſta tua evitamus amictu. h. e. Non armis, non clypeo, ſed facile depellimus, non ſecus quam muſcarum inſultus.

Exoleverunt Græci amictus. Tacit. 14. Ann. 21.

Velavit amictu fœmineo. Stat. 2. Achill.

Amictus, pro Modo & ratione veſtiendi corporis, & decore veſtitus. Quintil. lib. 11. cap. ult. Eſt aliquid in amictu, quod ipſum aliquatenus temporum conditione mutatum eſt. Iterum, & Negligentior amictus, & ſoluta ac velut labens undique toga.

AMĬCŬLUM, [ἐπιβλημάτιον] Feſtus; Amiculum, genus veſtimenti a circumjectu dictum. Cic. 2. de Divin. 143. Viſus eſt in ſomnis amicæ, eſſe amictus amiculo.

Amicula exuere. Curt. l. 5. 1. 38. Fœminarum convivia ineuntium in principio modeſtus eſt habitus: deinde ſumma quæque amicula exuunt, paulatimque pudorem profanant. ad ultimum ima corporum velamenta projiciunt.

Amiculum purpureum. Liv. 27. 4. & 34. 7.

Amiculum videtur appellare Curtius, Veſtem quam Darius ut inſigne regni geſtabat. Sic enim de Dario fugiente ait l. 3. 12. 5. Inſignibus quoque imperii, ne fugam proderent, indecore abjectis. Aliquanto vero poſt ſic, Unus nanque e captivis ſpadonibus amiculum quod Darius, ſicut paulo ante dictum eſt, ne cultu proderetur, abjecerat, in manibus ejus qui repertum ferebat, agnovit. V. Lex. Pitiſc.

AMICULĀTUS, a, um. Amictus, veſte tectus. Solinus cap. 65. (al. 52.) de India, Pars nudi, pars obſcœna tantum amiculati.

AMICTORIUM, [ἀμπεχόνιον] Veſtimentum puellare, candidum & ſubtiliſſimum ex lino, de quo Martial. in diſtichis, lib. 14. 149.

Mammoſas metuo, teneræ me trade puellæ,
Ut poſſint niveo pectore lina frui.

Hujus enim diſtichi lemma eſt Amictorium. Gloſſ. Gr. Lat. ἐπιβόλαιον, amictorium, opertorium.

AMĪCA, æ. [φίλη, ἑταίρα] Amaſia, vel Quæ amatur inhoneſte, Hor. 1. Epiſt. 1. 20. — ut nox longa, quibus mentitur amica.

Uxor & Amica opponuntur. Ter. And. 1. 3. 10. Sive uxor eſt, ſive amica eſt, gravida eſt e Pamphilo.

Culta amica. Ovid. 2. de Arte Am. 175.

Dura. Ovid. 1. Amor. 9. 19.

Fallax. Ovid. 2. Amor. 9. 38.

Me modo decipiant voces fallacis amicæ.

Formoſa. Ovid. 5. Faſt. 339.

Magna. Juven. 4. Sat. 20.

Mollis. Ovid. 3. Epiſt. 114.

Tenera. Ovid. 1. de Arte Am. 465.

Venales amicæ ad munus. Propert. 2. 13. 21.

Inſinuare ſe ad amicam alterius. V. INSINUO.

AMĪCŬLA, [ἑταιρίδιον] dimin. ab Amica. Plin. lib. 3. Epiſt. 9. Miſerat etiam epiſtolas Romam ad amiculam quandam. Cic. 2. de Orat. 240. Cum eſſet cum eo Tarracinæ de amicula rixatus.

AMĪCUS, i. m. [φίλος] ex Am & Æquus, i. e. Utrinque æquus: vel q. Animæquus. V. AMBCUS. vel ab Amando. Paulus in l. 223. D. de verb. ſignif. Amicos appellare omnes debemus. non levi notitia conjunctos, ſed quibus fuerint jura cum patref. honeſtis familiaritatis quæſita rationibus.

Amicus & Amator diff. Cic. 5. Verr. 145. Si hoc doceo, poteritne te Alba tuus antiquiſſimus non ſolum amicus, verum etiam amator abſolvere? V. AMATOR.

Amicus, neceſſariusque communis. Cic. pro Cluent. 86.

Amicus ac perneceſſarius alicujus. Cic. pro Flacc. 14.

Valde amicus alicui. Cic. 1. Fam. 8. Pompeium tibi valde amicum eſſe cognovi.

Amicus æquævus. Virg. 5. Æn. 452.

Bonus. Tacit. 4. Hiſt. 7. Nullum majus boni imperii inſtrumentum, quam bonos amicos.

Certus, V. CERTUS.

Chari amici. Hor. 4. Carm. 9. 51.

Communis. Manil. lib. 5. 66.

Indelaſſato properantia corda vigore,
Inſtar erit populi, totaque habitabit in urbe
Limina pervolitans, unumque per omnia verbum
Mane Salutandi portans communis amicus.

Sic restituit Turnebus: cum antea nullo sensu legeretur,
Inde relaxato properantia corde videre. Communem autem amicum vocat sane perquam suaviter, Eum hominem qui solet obire multa civium potentium limina, quotidianoque officio eos salutare.
Discolor amicus infido scurræ. Hor. 1. Epist. 18. 4.
Dulcis. Hor. 1. Serm. 3. 69.
Ex animo amicus. Cic. 11. Philipp. 34. Pompeius unum Deiotarum in toto orbe terrarum ex animo amicum vereque benevolum, unum fidelem populo Romano judicavit. [Hic Amicus adject. videtur, ut & in sequenti exemplo.
Hercule amico dives. Hor. 2. Serm. 6. 12. i. e. favente, propitio.
Fidus. Hor. 1. Epist. 5. 24. — ne fidos inter amicos
Sit, qui dicta foras eliminet.
Ordinis inferioris amici. V. ORDO.
Inops. Pers. 6. Sat. 28.
Intentatus & novus amicus. V. INTENTATUS.
Jucundus. Hor. 1. Serm. 3. 93.
Lector. Ovid. 3. Trist. 1. 2. [Et hic est Adj.
Purus. Hor. 1. Serm. 6. 69.
Sterilis. Juvenal. 12. Sat. 96.
Tenuis amicus. Lucan. ad Pison.
Rara domus tenuem non aspernatur amicum.
Verus amicus est tanquam alter idem. Cic. in Læl. 82. Hor. in Arte Poët.
Amici Principum, dicebantur proceres, Consiliarii Principum, eorumque domestici, familiares & ministri, V. Exempla in Nepote 1.3.2. & 21.3.1. Curt.4.1.19.&c. Et in Notis J.G. Grævii ad Justin.1.4. & ad Cic.15. Fam. 2. Hi ævo sequiori & Comites appellati, a Comitando. Quod cum faciebant, hoc est, procedenti principi aderant officii causa, præcedere solebant; nam servi & minus honorata ministeria sequebantur: unde & Pedissequi dicti. Illi enim Anteambulones, item Antipedes appellati, ut notat Salmasius ad Treb. Poll. f. 336. & erant Amici isti seu Comites principum in diversas classes distincti pro ratione honorum quos sustinebant. qua de re Lips. ad Ann.6. Tacit. Not.29. & Comm. ad Senec. de Benef. 6.3.n.229. Salmas. ad Spartian.f.307. Marcil. ad Hor.1. Epist.9. videndi. V. COMES. Ita Amicos Cæsarum se vocabant Reges minores. V. Spanh. de Usu & Præst. Num. diss. 8. p. 525. Sed & Potentes & Magni amici principum sunt, Qui gratia apud eos florent aulici, & primæ admissionis purpurati; *mignons*. V. Burm. ad Quintil. 5.12. p.454. Sic & ipsi Patroni & quibus præstamus obsequia, Amici sæpe dicuntur. Hor. Epod.1.1. Idem 2. Carm.18.12: & 1. Epist.18.44. Juven.3, Sat.57.&6.312.& Sen. de Brev. Vitæ c.7.V. Lex. Pitisc.
Adscribi aliquibus amicum. Cic. 5. Tusc. 62. Utinam ego (inquit) tertius vobis amicus adscriberer.
Exornare amicos. i. e. Honoribus augere. Plin. lib. 2. Epist. 13.
Facere amicos alicui. Cic. 1. Off. 35. Illud enim honestum quod sæpe dicimus, etiamsi in alio cernimus, tamen nos movet, atque illi in quo inesse videtur amicos facit. [Hic quoque Adjectivum videtur.
Fungi munere propioris amici. Hor. 1. Epist. 9. 5.
Plorare squalorem causam dicentis amici. Juven. 15. Sat. 134.
Remanens amicus in duris rebus. Ovid. 1. Trist. 8. 23.
Rodere amicum absentem. Hor. 1. Serm. 4. 82.
Spoliari amicis charis. Claud. 1. Epist. 24.

AMĪCUS, Adj. [φίλος, φίλιος] Cæs. 2. Bell. Civil. 18. Quas Cæsar esse amicas civitates arbitrabatur. i. e. Amicitia conjunctas.
Amicus consiliarius. V. CONSILIUM.
Amicas vires acquirit bello. i. e. Amicorum vires. Ovid. 7. Met. 459.
Amicus, si cum re inanimata jungatur, significat Utile vel Gratum, ut, Amicus pratis humor, Amica frugibus æstas. Virg. 2. Æn. 255.
— tacitæ per amica silentia lunæ. Ubi Servius; Amica, Sibi grata.
Amicus Musis. Hor. 1. Carm. 26. 1.
Amicum agmen. i. e. Amicorum. Ovid. 1. Epist. 45.
Animus. Ter. Hec. 3. 3. 29. Hor. 4. Carm. 7. 19.
Arvum. Ovid. 4. de Ponto, 15. 21.
Aures. Hor. in Carm. Secul. 71.
Dictis fatur amicis. Virg. 2. Æn. 147.
Manus. Ovid. 10. Epist. 122.
Numen male amicum. Virg. 2. Æn. 735.
Opes. Virg. 5. Æn. 41.
Pondus levant amicum. Stat. 10. Theb. 374.
Portus amicos intramus. Virg. 5. Æn. 57.
Quies amica. h. e. Grata, jucunda, placida. Claud. in præf. Sext. Conf. Hon. 2.
Sidus apparere amicum. Hor. Epod. 10. 9.
Sus amica luto. Hor. 1. Epist. 2. 26.
Tempus agit amicum sol. Hor. 3. Carm. 6. 43. h. e. Gratum laborantibus, nimirum quando occidit. Tunc enim dant se quieti.
Tempus fraudibus amicum. Stat. 5. Sylv. 2. 39. i. e. Opportunum.
Vento amico navem ferri. Ovid. 1. Trist. 4. 17.
Vultu amico promittere spem. Ovid. 3. Met. 457.
Vultus amicos veneratur. Claud. Conf. Mall. Theod. 133.
Amicum est, pro Placet. Loquutio Græca. Sic enim illi τὸ φίλον usurpant. Hor. 2. Carm. 17. 2.
Nec diis amicum est, nec mihi, te prius
Obire Mæcenas, &c. Lambin.
Immo φίλον ἐστὶ dicunt, non τὸ φίλον ἐστί. H. St. [Videtur cavillatio, cum sæpissime Græci omisso v. substantivo efferant, articulus autem cur adjectus sit nemo non videt. V. ipsius Steph. Thes. Gr. Ling.
Amicus sibi, is intelligendus est, non qui sit φίλαυτος (est enim hoc nomen odiosum, & in vitio locum habet: nisi ita accipias, ut eleganter explicat Aristoteles, pro eo qui optimam sui partem, i. e. mentem colit) sed qui suaviter & jucunde vivat, qui sibi faciat bene. Hor. 1. Serm. 2. 20.
— hic vix credere possis
Quam sibi non sit amicus. Idem 1. Epist. 2. 101.
Quid minuat curas, quid te tibi reddat amicum. Lambin.
Compar. Cic. 8. Att. Neque enim ego amicior C. Cæsari unquam fui, quam illi: neque illi amiciores Reip. quam ego. Amicior undis fraxinus. Stat. 9. Theb. 493.
Superl. Cic. 3. Fam. 3. Successor conjunctissimus & amicissimus.

AMĪCŬLUS, i. m. [φιλίσκος] dimin. ab Amicus. Cic. 5. Verr. 79. Hor. 1. Epist. 17. 3.
Disce docendus adhuc quæ censet amiculus.
Amiculus dulcis. Catul. ad Alphenum 31. 2.
Jam te nil miseret dure tui dulcis amiculi.

AMĪCE, [φιλικῶς, προσφιλῶς] Adv. i. e. Amici amore; quod est, cum amore & benevolentia. Cic. in Læl. 97. Facis amice. Ibid. Et hæc accipienda amice.
Amice & benevole. Cic. 1. de Fin. 34. Quos tu paulo ante, cum memoriter tum etiam erga nos amice & benevole collegisti.
Familiarissime & amicissime vivere cum aliquo. Cic. 1. Verr. 29.
Amice, cum dativo. Cic. 1. Off. 29. Hæc præscripta servantem licet graviter, magnifice animoseque vivere, atque etiam simpliciter, fideliter, & vitæ hominum amice.
Amicissime. Cic. 5. de Fin.

AMICĬTER, Adv. pro Amice. Plaut. Pers. 2. 3. 3. Quia meo amico amiciter hanc commoditatis copiam danunt argenti minuti. & Pacuv. apud Nonium 11. 12.

AMICABĬLIS, e. [φιλικός] Ut, Opera amicabilis, Affectio amicabilis. i. e. Amica. Plaut. Mil. 4. 4. 8. Vos modo porro, ut occœpistis, operam date amicabilem. Alii legunt Adjutabilem.
Affectio amicabilis. Ulp. in l. idemque 10. D. Mandati. Et est verum, eum qui non animo procuratoris intervenit, sed affectionem amicabilem promisit in monendis procuratoribus & actoribus mandati non teneri. Haloander & Pandectæ Florentinæ habent Amicalem. Scamnis amicabilibus deputari. Sidon. 1. Epist. 3. de quibus V. Lex. Pitisc. vel Chimentell. de Honor. Bisell. cap. 22.

AMICALIS, e. Idem. Ulp. lege 10. Dig. Mandat. vel contra §. Si quis ea. Qui adfectionem amicalem promisit. Apul. de Mundo, p. 75. in Divinis nominibus Hospitalis & Amicalis recenset. adde Sidon. 1. Epist. supra.

AMICĀRIUS, i. m. Qui amicas præbet. Diomed. 1. p. 313.

AMICOSUS, Qui multas amicas habet. ibid.

AMĪCO, [φιλόω] āre. Stat. 3. Theb. 470.
Ac prior Æclides solita prece numen amicat. i. e. Amicum sibi facit, propitiat, placat, conciliat.

AMĪCĬTIA, [φιλία, συζυγία] ab Amicus dicitur. Cic. in Læl. 20. Est autem amicitia, nihil aliud, nisi omnium divinarum humanarumque rerum cum benevolentia & charitate summa consensio. Idem 2. de Invent. 166. Amicitia, est voluntas erga aliquem, rerum bonarum, illius ipsius causa quem diligit, cum ejus pari voluntate.
Amicitiai, pro Amicitiæ genit. usus est Lucret. lib. 3. 83.
Hunc vexare pudorem, hunc vincula amicitiai Rumpere.
Amicitia adjutrix virtutum. Cic. in Læl. 85.
Amicitia, etiam inter res inanimas. Plin. l. 19. c. 8. Amicitia est rutæ cum fico. Id. in prooem. l. 20. Odia amicitiæque rerum surdarum ac sensu carentium.
Amicitiæ ambitiosæ. V. AMBIO.
Amicitiæ pudicæ sanctus amor. Stat. 2. Sylv.
Charitas & amicitia hominum, gratuita est. Cic. 1. de Nat. Deor. 123.
Communes amicitiæ. Cic. in Læl. 79.
Conciliatrix amicitiæ, virtutis opinio. Cic. in Læl. 37.
Condimentum amicitiæ haudquaquam mediocre, suavitas sermonum atque morum. Cic. in Læl. 68.
Dignus amicitia. Cic. in Læl. 81.
Exercita amicitia cum aliquo. Tacit. 15. Ann. 62.
Fautrix. ut Amicitiæ non modo fautrices fidelissimæ, sed etiam effectrices sunt voluptatum tam amicis quam sibi. Cic. 1. de Fin. 67.
Fideles in amicitiis. Cic. 2. de Fin. 81.
Fines in amicitia qui sint, & quasi termini diligendi, constituendi sunt. Cic. in Læl. 56.
Fons amicitiæ a natura constitutus bonorum inter bonos benevolentia. Cic. in Læl. 50.
Graves principum amicitiæ. Hor. 2. Carm. 1. 4.
Gloria amicitiæ excellens Lælius. Cic. in Læl. 5.
Immortales amicitias, Inimicitias mortales esse debere, vulgi dictum & Proverbii loco fuisse Livius docet 40. 46. V. etiam Quintil. Declam. 257.
Infaustæ amicitiæ gravis exitus imminebat. Tacit. 4. Ann. 74.
Jus amicitiæ in eo est, ut unus quasi animus fiat ex pluribus. Cic. in Læl. 94
Justæ veræque amicitiæ vetus est lex illa, ut idem amici semper velint. Cic. pro Planc. 5.
Leves amicitiæ. Cic. in Læl. 100.
Locus amicitiæ ubi esse potest, aut quis amicus esse cuiquam quem non ipsum amet propter ipsum? Cic. 2. de Fin. 78.
Mediocres amicitiæ. Cic. 2. de Fin. 84.
Necessitudo amicitiæ conjunctionisque. Cic. in Læl. 71.
Nomen amicitiæ sanctum & venerabile. Ovid. 1. Trist. 7. 15.
Novis amicitiis indulgere. Cic. in Læl. 54.
Officiosam amicitiam nomine inquinas criminoso. Cic. pro Planc. 46.
Ornamentum amicitiæ verecundia. Cic. in Læl. 84.
Par amicitiæ Consularis. Cic. pro Domo sua, 27.
Partæ amicitiæ. Cic. 1. de Fin. 67. Ratio ipsa monet amicitias comparare, quibus partis confirmetur animus.
Pestis in amicitiis nulla major quam adulatio, blanditiæ, assentatio. Cic. in Læl. 93.
Præsidium amicitiæ firmissimum. Cic. 1. de Fin. 68.
Prætextata amicitia. V. Prætexta, in PRÆTEXO.
Pyladea amicitia. i. e. Summa, & qualis fuit inter Pyladem & Orestem. Cic. 2. de Fin. 84.
Satietates amicitiarum esse non debent. Cic. in Læl. 69.
Sempiternæ amicitiæ. Cic. pro Rabir. Posth. 32. Neque me vero pœnitet mortales inimicitias, sempiternas amicitias habere.
Simulatio amicitiæ. Cic. in Læl. 26.
Stabiles amicitiæ permanent. Cic. in Læl. 76.
Strictæ amicitiæ. Firmic. lib. 5. cap. 10. Qui similium sibi principum strictas amicitias necessitudinesque concilient.
Suavis amicitia. Lucret. lib. 1. 142.
Validus amicitiæ alicujus. Tacit. 12. Ann. 18.
Venenum amicitiæ, odium. Cic. in Læl. 81.
Vera amicitia mihi ditior & affluentior videtur esse. Cic. in Læl. 58.
Veræ amicitiæ sempiternæ sunt. Cic. in Læl. 32.
Vetusta amicitia puer puero vinctus. Ovid. 4. de Ponto, 3. 12.
Vinculum amicitiæ nullum est certius quam consensus & societas consiliorum & voluntatum. Cic. pro Planc. 5.
Vis amicitiæ. Cic. in Læl. 15.
Usus amicitiæ varius est & multiplex. Cic. in Læl. 90.
Vulgares amicitiæ. Cic. in Læl. 78.
Accedere ad amicitiam. V. ACCEDO.

Accipere aliquem in amicitiam. Liv. 4. Decad. l. 4. 12. V. ACCIPIO.
Adjungere sibi amicitias aliquorum. Cic. 5. Fam. 20.
Adrepere ad amicitiam. V. ADREPO.
Adscribere aliquem ad amicitiam. Cic. 3. Off. 45.
Allicit & attrahit ad amicitiam similitudo. Cic. in Læl. 50.
Amplecti amicitiam alicujus. V. Exuere amicitiam.
Aperire fores amicitiæ. Cic. 13. Fam. 10.
Appetere amicitias. Cic. in Læl. 46. V. APPETO.
Applicare se ad amicitiam alicujus. V. APPLICO.
Avertere se ab amicitia alicujus. V. AVERTO.
Carere naturali amicitia. Cic. in Læl. 82.
Cernuntur amicitiæ, charitate & amore. Cic. in Partit. 88.
Claudicare amicitia videtur. Cic. 1. de Fin. 69. V. CLAUDICO.
Cœptæ amicitiæ perenne fœdus. Stat. 4. Sylv. 6.
Colere amicitias. Cic. in Læl. 53.
Comparare amicitias. i. e. Acquirere. Cic. 1. de Fin. 67.
Complecti se concordi amicitia & charitate. Cic. de Univerſ. 13.
Conciliat amicitias & conſervat virtus. Cic. in Læl. 100. V. CONCILIO.
Conferre ſe ad amicitiam alicujus. Cic. in Bruto 280. Quum Craſſus initio ætatis ad amicitiam ſe meam contuliſſet.
Confirmari poteſt ſtabilitas amicitiæ. Cic. in Læl. 84.
Conglutinare amicitias. Cic. in Læl. 32. Si utilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata diſſolveret.
Conjungere. ut, Ad conjungendas amicitias quantam vim habeat ſtudiorum ac naturæ ſimilitudo, ſcitis omnes. Cic. pro Cluent. 46.
Conjugare. ut, Jucundiſſima ea eſt amicitia, quam ſimilitudo morum conjugavit. Cic. 1. Off. 58.
Connectitur amicitia cum voluptate. Cic. 1. de Fin. 67.
Connectere amicitias. Plin. lib. 4. Epiſt. 15.
Conſtituere amicitiam & Tollere, contraria. Cic. 2. de Fin. 78. Si utilitas amicitiam conſtituet, tollet eadem.
Conſequi amicitiam. Cic. in Læl. 84.
Conſtituit amicitiam utilitas. V. CONSTITUO.
Continere amicitiam. V. CONTINEO.
Contrahit amicitiam virtus. Cic. in Læl. 49.
Converterant ſe amicitiæ in graves inimicitias. Cic. in Læl. 80.
Convertere aliquem in amicitiam. V. CONVERTO.
Dare terga amicitiæ. Ovid. 3. Triſt. 5. 6.
Dat cenſus amicitias. Ovid. 1. Faſt. 218. — dat cenſus honores,
Cenſus amicitias: pauper ubique jacet.
Depoſitæ amicitiæ. Cic. in Læl. 79.
Deſerere jus amicitiæ. Cic. in Læl. 35.
Detrahere perſonam amicitiæ dicimur, quum Aperte quæ ſentimus animo, tum facimus, tum loquimur apud amicos. Vultus enim ab animo diſcrepans, perſona verius eſt quam vultus. Eraſm. in Chiliad.
Dimittere amicitias. Cic. in Læl. 76.
Dirumpere amicitias. Cic. in Læl. 87.
Diſcindere. Cic. in Læl. 76.
Diſſociat amicitias diſſimilitudo morum. Cic. in Læl 76.
Diſſolvere. Cic. in Læl. 32.
Diſſuere amicitias. Cic. 1. Off. 120. Læl. 76.
Gratia diſſuitur, puto Horatius. H. St. [Immo Diſſiluit. Ep. 1. 18. 42. At potius hunc locum, memoria lapſus, indicare cupiebat. 1. Ep. 3. 31.
— An male ſarta,
Gratia necquicquam coït, ac reſcinditur?
Divelli amicitiam a voluptate non poſſe. Cic. 2. de Fin. 82.
Durant amicitiæ firmiſſime. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Elevare amicitias remiſſione uſus. Cic. in Læl. 78.
Eſſe in amicitiam & in amicitia alicujus. V. IN.
Eſt mihi amicitia cum eo. Cic. pro Cluent. 117.
Evertere funditus amicitiam. Cic. 2. de Fin. 80.
Exardeſcit amicitia. Cic. in Læl. 200.
Excludere fideles amicitias. Cic. in Læl. 54.
Expetenda amicitia. Cic. 2. de Invent. 167.
Expletum eſt amicitiæ munus. Cic. in Læl. 69.
Extinctæ amicitiæ. Cic. in Læl. 80.
Exuere amicitiam alicujus. Tacit. 6. Ann. 8.
Faciunt quidam, moleſtas amicitias quum ipſi ſe contemni putant. Cic. in Læl. 74.
Fingere amicitias utilitatis cauſa. Cic. in Læl. 51.
Frui amicitiæ recordatione. Cic. in Læl. 15.
Gerere amicitiam. Cic. 3. Fam. 8. Doctiſſimis hominibus authoribus, quorum ſunt de amicitia gerenda præclariſſime ſcripti libri.
Habere laxiſſimas amicitiæ habenas, quas vel adducas cum velis, vel remittas. Cic. in Læl. 45.
Impediri amicitiæ rationem ſi ſummum bonum in voluptate ponatur. Cic. 1. de Fin. 71.
Incœpta amicitia a parvis. V. INCIPIO.
Incidere in amicitias malorum. Cic. in Læl. 42.
Increpuit amicitias muliebres. Tacit. 5. Ann. 2.
Indeclinata amicitia. Ovid. 4. Triſt. 5. 24.
Teque (quod eſt rarum) præſta conſtanter ad omne
Indeclinatæ munus amicitiæ.
Indulgere amicitiis novis. V. INDULGEO.
Injunxit amicitiam cum eo. V. INJUNGO.
Inſtituere amicitiam cum aliquo. V. INSTITUO.
Inſtituendarum amicitiarum conſuetudo. Cic. 1. de Fin. 70.
Jungere ſibi pares amicitias. Ovid. 3. Triſt. 4. 44.
Jungere amicitias & conſuetudines cum aliquo. Cic. pro Deiot. 27.
Manere amicitiam difficile eſt, ſi a virtute defeceris. Cic. in Læl. 37.
Manere in amicitia. V. MANEO.
Metiri. ut, Si metiare amicitiam ſua charitate, nihil eſt præſtantius. Cic. 2. de Fin. 85.
Naſci amicitiam quidam volunt ab inopia. Cic. in Læl. 29.
Oppreſſæ amicitiæ. Cic. in Læl. 80.
Orta amicitia mihi videtur a natura potius, quam ab indigentia. Cic. in Læl. 27.
Ortus amicitiæ generoſus. Cic. in Læl. 29.
Peperit amicitiam natura ipſa. Cic. in Læl. 19.
Pepigerat amicitiam cum ea gente. Liv. 4. Decad. lib. 8.

Permanet amicitia uſque ad extremum vitæ diem. Cic. in Læl. 33.
Permanet amicitiarum ſua cuique ſtabilis & certa poſſeſſio. Cic. in Læl. 55.
Petere amicitiam propter utilitatem. Cic. 2. de Invent. 68.
Præcurrit amicitia judicium. Cic. in Læl. 63.
Probat amicitias utilitate vulgus. Ovid. 2. de Ponto, 3. 8.
Profectæ amicitiæ ab noſtro beneficio. Cic. 2. de Invent. 168.
Provecti in amicitia longius. Cic. in Læl. 34.
Quæſita amicitia utilitatis cauſa. Cic. [illegible] de Fin. 83.
Quærere præſidia amicitiarum. Cic. in Læl. 46.
Recipere aliquem in amicitiam. Cic. 2. Att. 20.
Removere ſe ab amicitia alicujus. Cic. in Læl. 79.
Renovata amicitia ac ſocietas. Liv. 4. Decad. lib. 4.
Renuntiare amicitiam alicui. i.e. Diremptam ſignificare. Tacit. 2. Ann. 70.
Reperiri omnino inſtitutionem amicitiæ non poſſe. Cic. 1. de Fin. 70.
Repudiare amicitias gratioſorum. Cic. pro Planc. 46.
Rogatus per amicitiam divoſque. Hor. 2. Serm. 4. 88.
Rumpere amicitiæ vincula. Lucret. lib. 3. 84.
Serpit amicitia neſcio quo modo per omnium vitam. Cic. in Læl. 88.
Spernere veteres amicitias. Cic. in Læl. 54.
Tollere amicitiam funditus e vita. Cic. in Læl. 48.
Tollere amicitiæ nodum amabiliſſimum. Cic. in Læl. 51. Idem ibid. 61. Ad tollendam amicitiam valet hoc præceptum.
Tueri amicitiam. Cic. 1. de Fin. 67.
Vacillat ſtabilitas amicitiæ. Cic. 1. de Fin. 66.
Venire in amicitiam alicujus. Liv. 4. Decad. lib. 8.
Violare amicitiam alicujus. Liv. 4. Decad. lib. 4. Veſtram amicitiam ac ſocietatem non violavi.
Vocare amicitiam ad calculos. Cic. in Læl. 58.
Amicitiæ, in plur. quoque dicuntur pro ipſis Amicis. ut Cic. in Lælio 45. Fugiendas eſſe inimicas amicitias. Et ibid. 46. Mulierculæ magis amicitiarum præſidia quærunt quam viri. conf. Suet. Tiber. cap. 51.

AMICITIES, ēi. Idem quod Amicitia. Lucret. lib. 5. 1018.
Tunc & amicitiem cœperunt jungere habentes
Finitima inter ſe.

AMICITIAM Deam, inter ſua numina gentes collocavere; & quanvis ejus aras non legamus, in quibusdam tamen ſcholiis ad Hebræas quasdam ſententias ſic legitur. Apud Romanos (inquit) Amicitiam pictura antiquitus pulchre demonſtrabat. Pingebatur enim juvenis forma, detecto capite, quæ erat tunica rudi induta, in cujus fimbria ſcriptum erat, MORS & VITA: in fronte, ÆSTAS & HYEMS: habebatque latus apertum usque ad cor, & brachium inclinatum, digito cor oſtendens: ibi ſcriptum erat LONGE & PROPE. Ejus explicationem vide apud Gyraldum in lib. de Diis gentium 1. 53. conf. Lex. Pitiſc.

AMĬDA, æ. f. Meſopotamiæ oppidum, cujus mentio apud Ammianum ſæpe fit, qui lib. 18. 14. vocat civitatem Romanorum cladibus inclytam, puta, ſub Conſtantio. V. Sex. Ruf. cap. 27. Hinc

AMIDENUS, i. gentile, Amida oriundus.

AMILCAR, ſ. HAMILCAR. [Ἀμίλκας] Dux Carthaginienſis cognomento Rhodo, al. Rhodanus. facundia ſolertiaque inſignis, de ſententia Carthaginienſium, qui ea tempeſtate creſcentem Alexandri Magni potentiam timebant, in caſtra ad Alexandrum venit; ſeſe exulem fingens, & militem offerens, Parmenione aditum conciliante: atque ita conſiliis ejus exploratis, in tabellis ligneis cera deſuper inductis omnia civibus ſuis perſcribebat: ut author eſt Juſtinus lib. 21. 6.
Amilcar alius, Giſconis F. qui a Syracuſanis arceſſitus fuit contra Agathoclem tyrannum eos obſidione prementem, ut idem author eſt, lib. 32.
Amilcar item cognomento Barchas, pater Annibalis, qui primam ſecundum filium Annibalem inter Pœnos duces gloriam obtinuit. Hic ex Corn. Nepote, Livio, & cæteris hiſtoriæ ſcriptoribus notiſſimus eſt.
Amilcarem alium Liv. lib. 31. memorat, qui dicit L. Furium Prætorem Gallos Inſubres rebellantes, & Amilcarem Pœnum in ea acie viciſſe. Plures occurrunt apud Livium & Polybium.
Penult. gen. Amilcaris longam fuiſſe oſtendit Gellius 4. 7. brevem vide apud Silium, lib. 13. 732.

AMILUS, [Ἄμιλος] Amnis eſt in ſaltibus Mauritaniæ, ad quem, niteſcente luna nova, greges elephantorum deſcendunt: ibique ſe purificantes, ſolenniter aqua circumſperguntur, atque ita ſalutato ſidere in ſylvas revertuntur, vitulorum fatigatos præ ſe ferentes. Plin. lib. 8. cap. 1.

AMINÆUM, Ἀμίναιον Ptolemæo, eſt Italiæ oppidum in Campania, ubi ſunt generoſa vina. Aminæum Ptolemæus Falernum vocat, lib. 3.
Aminææ uvæ. Columel. l. 3. c. 9. Aminææ (inquit Boroaldus in Columel.) nomen eſt uvarum generoſarum, quas Servius ad 2. Georg. 97. tradit Aminæas dici, quaſi Sine minio, id eſt rubore: nam album eſt vinum. Vid. Pierium ad loc. Macrobius vero 2. Saturn. 16. cenſet ab Aminæa regione nominari: fuerunt enim Aminæi populi ubi nunc Falernum eſt. MS. liber Salernum habet, pro Falernum quod probabilius eſt, quia Virg. videtur Amineas uvas a Falernis ſeparaſſe. V. Th. Gataker. in Adverſ. Miſc. Poſth. c. 5.
Aminæum Lyæum, apud Serenum, v. 704.
Aminæum vinum. l. ult. §. j. D. de vin. oleo trit. leg. & apud Cat. de R. R. c. 5.
Amineæ vites. principes ſunt apud Plin. lib. 14. cap. 2.

AMINULA, Urbs parvarum opum fuit in Apulia. Feſtus.

AMIPSIAS, [Ἀμειψίας] Poëta Comicus Athenienſis. Suidas. Meminit & Diog. Laert. illumque ait in Socratem ſcripſiſſe, & ipſum palliatum in fabula induxiſſe. V. Voſſ. de Poët. Gr. p. 35. ſeq. ſcribitur aliquando, Amepſias.

AMISENA, [Ἀμισηνή] Regio Cappadociæ, Strab. lib. 12. V. AMISON.

AMISIUS, [Ἀμίσιος] Fluvius eſt Germaniæ, navigabilis, Pomponio Melæ 3. 3. & Plin. l. 4. c. 14. Strabo Amaſiam vocat, Ptolemæus Amaſium, qui Vidrum tamen alium, neſcio an bene, juxta nominat. Hodie *Ems* vocatur a Germanis, quaſi Emiſus corrupto vocabulo: quanquam verius eſt Latina illa nomina ex Germanis nata deflexaque fuiſſe. Ortus hic Weſtphalis montanis, inter Friſios, & quos hodie Bremenſes vocant, Oceano miſcetur. Hæc Vadianus Pomponii interpres.

AMISON, ſive AMISUS, Ἀμισός Stephano, Oppidum eſt inſigne in confinio Paphlagoniæ & Cappadociæ, diſtans a Sinope CXXX. M. paſſ. Plin. lib. 6. cap. 2. Galatiæ urbs Ptolemæo. Alii rectius Ponto Galatico adſcribunt. Simiſo a Sabellico dicta.

AMISSIO, AMISSUS, &c. V. infra in AMITTO.

AMITA, Pediculorum oppidum eſt. Eſt autem Pediculorum ager Brunduſio conterminus. Plin. lib. 3. cap. 11.

AMĬTA, æ. [πατραδέλφη] Feſtus, Amita patris mei ſoror, quia tertia a me ſit, atque avia videri poteſt. Dicta ex eo, quod ab antiquioribus Avita ſit vocitata: vel Amita, quod a patre mea amata, ut docet ad Feſtum Scaliger. Hinc apud Propert. lib. 2. 6.

Me ſoror, & cum qua dormit amica ſimul. pro Amica quidam legunt Amita, quod eſt in MS. Palat. Videtur enim apud veteres ſecundam habuiſſe productam. Cic. pro Cluent. 30. Qui uxori ſuæ Cluentiæ, quæ amita hujus Aviti fuit, &c.

Amita magna, Avi ſoror. Leg. 10. Dig. §. 15. de Grad.

AMITĪNI, & Amitīnæ, [ἀνεψιοὶ, αἱ] Fratrum maris & fœminæ filii. Nonius. Sunt fratris & ſororis filii filiæve. Cajus in l. 1. D. de gradib. affinit. Amitini, amitinæ, i. e. Qui quæve ex fratre & ſorore propagantur.

AMITERNUM, [Ἀμίτερνον] Urbs Veſtinorum in Italia Ptolemæo, hodie Aquila. Vulgo *S. Vittorino.* Natalibus Salluſtii inclytum. Meminit Plin. lib. 3. cap. 5.

AMITERNUS, Adj. ut, Amiterna cohors. Sil. Ital. lib. 8. Virg. 7. Æn. 710. Amiternus ager. Martial. lib. 13. 20. de Napis,

Hos Amiternus ager felicibus educat hortis.

AMITERNĪNUS, Idem. Columel. lib. 10. v. 422.

Quæque Amiterninis defertur Bunias arvis. Eſt autem Bunias idem quod Napus. Amiternina uva, Plin. 14. 2.

Amiternini, Sabinorum populi. Plin. lib. 3. cap. 12.

AMĬTHĀON, V. AMYTHAON.

AMITHOSCUTA, Regio Arabiæ. Plin. lib. 6. cap. 28.

AMITINENSES, Italiæ populi in tractu Hetruriæ. Plin. lib. 3. cap. 5. [Anitienſes reſtituendum putat Hard. AMITINUM in oppidis Latii antiqui occurrit ap. eund. l. c. S. 9.

AMITINI, V. AMITA.

AMITRŎCHITŌNES, [Ἀμιτροχίτωνες] Mitrochitones dicti ſunt Siritæ prope Metapontum, quorum urbs Siris vocatur, cum nominis ejusdem fluvio. Sic autem appellati ſunt ab adjacentibus populis, quod in tantam mollitiem collapſi eſſent, ut floridas illis tunicas geſtare moris fuerit, quas etiam mitris, hoc eſt, cingulis eximii impendii præcingerent. Amitrochitones autem Homero diſcincti nuncupantur. Hæc Cæl. Rhod. lib. 7. cap. 9. V. Henr. Steph. Theſ. v. ΜΙ΄ΤΟΣ.

AMITTO, īſi, iſſum, [ἀποπέμπω] ĕre. Dimittere. Ter. Heaut. 3. 1. 71. Prius proditurum te tuam vitam, & prius pecuniam omnem, quam abs te amittas filium. Ubi Donatus, Amittas, pro Dimittas dixit. Nam quod nos dicimus Dimittere, antiqui etiam dicebant Amittere. Virg. 2. Æn. 148.

Quisquis es, amiſſos hinc jam obliviſcere Graios.

Amittere & Retinere, contraria. Ter. Phorm. 1. 3. 23. Ego in eum incidi infelix locum, ut neque mihi ejus ſit amittendi nec retinendi copia.

Amittere, pro Mittere. Plaut. Capt. Prol. 36. Quo pacto hic ſervos ſuum herum hinc amittat domum.

Amittere, [ἀποβάλλειν] Perdere. Salluſt. Jam pridem equidem nos vera rerum vocabula amiſimus.

Amittere & perdere. Cic. 2. Verr. 13. Claſſes amiſſæ & perditæ.

Amittere quis dicitur id, cujus non ſubſtantiam, ſed uſum perdidit. ut Sil. lib. 4. 242.

Eliſa incuſſis amiſit calcibus ora. i. e. Calcatus ab equo ita eſt ut noſci non poſſit. V. Barth. & Drakenb. ad loc.

Amittere rem de manibus. Cic. 6. Verr. 44. Quod intellexiſti te præda de manibus amiſſa, teſtimonium tamen effugere non poſſe.

Hominem de manibus. Cic. pro Cœl. 66. Cur Licinium de manibus amiſerunt? i. e. Comprehenſum abire permiſerunt.

E manibus. Liv. 9. Bell. Pun. Maſiniſſam faucium prope e manibus inter tumultum amiſit.

E conſpectu. Ter. Eun. 2. 3. 1. Neque virgo eſt usquam: neque ego, qui illam e conſpectu amiſi meo.

Amores. Virg. 3. Georg. 227.

Animam. Plaut. Amph. 1. 1. 85.

Aſpectum. Cic. 1. Tuſc. 13. Quod iis ſæpe uſu venit, qui quum acriter oculis deficientem ſolem intuerentur, ut aſpectum omnino amitterent.

Authoritatem. Cic. 4. Acad.

Cauſam. Cic. 9. Att. 4. i. e. Cauſa cadere, quod etiam Litem amittere dicitur.

Cives. Cic. pro Marcel. 17.

Civitatem. Cic. 1. de Orat. 182. Nam is ad ſuos poſtliminio rediiſſet, & amiſiſſet hanc civitatem?

Colorem. Ovid. 9. Met. 321.

Confidentiam. Plaut. Amph. 5. 1. 2.

Conſilium. Ter. Eun. 2. 2. 10.

Corpus & vires. Cic. 7. Fam. 26.

Decorem. Celſ. lib. 2. cap. 2. Pejus tamen ſignum eſt, ubi aliquis contra conſuetudinem emacuit, & colorem decoremque amiſit, &c.

Dignitatem amittere. Cic. 1. Fam. 8.

Egeſtatem, ærumnas, &c. Salluſt. Jug. cap. 14. §. 23. Non enim regnum, ſed fugam, exſilium, egeſtatem & omnes has, quæ me premunt ærumnas cum anima ſimul amiſiſti.

Exiſtimationem pudoris. Cic. 4. Verr.

Filium. Cic. 4. Fam. 6.

Florem amittit punica roribus nimiis, & pruinis. Plin. lib. 16. cap. 26.

Fugam. Salluſt. V. Egeſtatem.

Honeſtatem omnem. Cic. pro Roſc. Amer. 114.

Humorem. Cic. 3. de Nat. Deor.

Imperium. Plin. lib. 2. cap. 26.

Impetum. Sen. OEth. 8.

Jus imperii & exercitus. Cic. 10. Philipp. 12.

Laudem. Plin. Epiſt. 177.

Libertatem. Cic. pro Domo ſua 77.

Libidinem omnem. Plaut. Mil. 4. 8. 20.

Litem. Cic. pro Roſc. Com. 10. Ad judicium hoc modo venimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus.

Lumen. Cic. 5. Tuſc. 114.

Memoriam alicujus. Cic. pro Deiot. 12.

Occaſionem. Cic. pro Cæcin. 15. & Ter. Eun. 3. 5. 56.

Oculos. Cæſ. 3. Bell. Civil. 53.

Opes amiſit. Ovid. 21. Epiſt. 66.

Opinionem. Cic. Att.

Oppidum amittere & Recipere, contraria. Cic. de Senect. 1. Salinatori, qui amiſſo oppido fugerat in arcem, glorianti atque ita dicenti, Mea opera Q. Fabi Tarentum recepiſti: Certe, inquit ridens, nam niſi tu amiſiſſes, nunquam recepiſſem.

Ornamenta. Cic. 4. Fam. 6.

Patrem aut liberos. Plin. Epiſt. 84.

Piſcem captum amittere. Cic. 2. de Nat. Deor. 124.

Prædam. Plaut. Mil. 2. 5. 47.

Receptum. Cic. 8. Att. 12. ad Domit. Neque ex omnibus oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam. i. e. Locum in quem poſſim me recipere.

Reverentiam amittere dicitur imperator. Plin. in Paneg.

Salutem. Plaut. Merc. 3. 4. 5.

Senſum humanitatis omnem ex animo. Cic. pro Roſc. Com. 154.

Senſus amiſit. Ovid. 10. Met. 499.

Spiritum. Cic. 3. de Nat. Deor. 35.

Vires. Ovid. 1. de Ponto, 2. 38.

Tempus. Cic. pro Muren. 43. & de Provinc. Conſ. 17.

Virtutem & fidem nunquam amiſerim. Cic. Poſt. red. in Senat. 38.

Vitam. Hor. 1. Serm. 1. 60.

Vitam amiſit Decius, at non perdidit: re enim viliſſima & parva maximam redemit. Author ad Heren. lib. 4. 57.

Vitam per dedecus. Cic. pro Roſc. Amer. 30. & pro Milon. 38.

AMISSIO, ōnis. f. [ἀποβολή] Rei alicujus privatio. Plin. lib. 17. cap. 2. Foliorum amiſſio.

Dignitatis amiſſio. Cic. in Piſon. 43.

Oppidorum turpis amiſſio. Cic. in Piſon. 40.

Senſuum amiſſio. Cic. 3. de Fin. 16.

AMISSUS, Partic. [ἀποβεβλημένος] Virg. 2. Æn. 148.

Quisquis es, amiſſos hinc jam obliviſcere Graios.

AMISSUS, ūs. m. Idem quod Amiſſio. Nepos 7. 6. 2. Siciliæ amiſſum culpæ ſuæ tribuebant.

AMISSIBILIS, e. Auguſt. 5. de Trin. 5. 4. Nihil accidens in Deo, quia nihil mutabile aut amiſſibile. Ibid. 15. 13. ſub fin.

A M M

AMMIANUS MARCELLINUS, Hiſtoricus Latinus, Antiochia oriundus, ſub Impp. Gratian. & Valentin. ſcripſit Hiſtoriam, a principatu Cæſaris Nervæ exorſus usque ad Valentis interitum, libris 31. ex quibus poſteriores 18. ſuperſunt. V. Voſſ. de Hiſt. Græc. 2. 18. & de Hiſt. Lat. 2. 9.

AMMIENSES, Populi Hiſpaniæ, Plin. lib. 4. cap. 22. ab Ammia civitate, cujus meminit Ptolemæus. V. Hermol.

AMMIUM, i. [ἄμμι] Semen eſt exile minus cumino. Plin. lib. 20. cap. ult. de theriaca Antiochi, Anethi & fœniculi ſeminis, & aniſi; & ammii, & apii, &c. Meminit & lib. 20. cap. 15. Quidam cuminum Æthiopicum vocant: notum officinis omnibus ſemen, Ameos nomine. Ruell. lib. 3. cap. 45. Meminit etiam Dioſcor. 3. 63.

AMMOCHRȲSUS, [ἀμμόχρυσος] Gemmæ nomen. Plin. l. 37. c. 11. Arenarum ſimilitudo eſt in ammochryſo, velut auro arenis mixto.

AMMŎDĪTES, [ἀμμοδύτης] Animal magnitudine cubitali, ſimile viperæ. Vipera enim ſubflava eſt. Aetius Sermone 13. cap. 25. conf. Solin. cap. 40. & Lucan. lib. 9. 719.

AMMON, ōnis. [Ἄμμων] dictus eſt Jupiter ab Ammone quodam paſtore, qui primus in Libya Jovi templum ædificavit, authore Pauſania in Meſſeniacis. At Servius Ammonis nomen ab arenis ductum putat. Sic enim ait in illud 4. Æn. 198. Hic Ammone ſatus, &c. Liber quum Indos peteret, & per Libyam exercitum duceret: fatigatus ſiti, Jovis patris ſui imploravit auxilium. Et ſtatim viſo inſequutoque ariete, velut duce fons inventus eſt. Unde factum eſt Jovi Ammoni ab arenis dicto ſimulacrum cum capite arietino. Quod ideo fingitur, quia ſatis involuta ſunt ejus reſponſa. Sane ἄμμος, arena Latine dicitur. De Ammone longe plura vide apud Diod. Sicul. lib. 4. cap. ult. Locum ipſum & Templum & Oraculum Lucan. lib. 9. 511. ſeqq. & Curt. 4. 7. deſcribunt. Et quia Græce ἄμμος juxta & ἅμμος ſcribitur, ex æquo apud Latinos & *Ammon* & *Hammon* invenitur. Alii non ab Arenis nominis rationem petunt, ſed ἀμοῦν per aphæreſin, proprio ab Ægyptiis vocabulo pro θαμοῦν appellatum volunt, quod Occultum ſive Occultationem ſignificat. Plat. in Phædro. conf. Voſſ. de Idolol. 1. 27. & 32. lib. 2. 11. Kircher. in Obeliſc. Pamphil. 4. pag. 270. & OEdip. Ægypt. Tom. 1. Syntagm. 3. At Bochartus in Phaleg. 1. 1. a *Cham*, ſeu *Ham*, Noæ filio deducit. Vid. Lex. Pitiſc.

Ammonis oraculum, in Africa Cyrenaica apud Melam, nunc vulgo dicitur *El cancarron de Mathona*, teſte Oblivario in Melam.

Ammon corniger. Lucan. lib. 3. 297.

Ammonis cornu inter ſacratiſſimas Æthiopiæ gemmas, aureo colore, arietini cornus effigiem reddens, promittitur prædivina ſomnia repræſentare. Plin. lib. 37. cap. 10. Et Solin. cap. 40.

Ammon Garamanticus. Sil. lib. 14.

Marmaricus. Claud. in Eutrop. 180.

Syrticus. Lucan. lib. 10. 38.

AMMONEO, V. ADMONEO.

AMMONIA, [Ἀμμωνία] Regio Mediterranea Libyæ, in qua Jupiter Ammon colebatur, ita dicta ab arenæ copia.

Ammonia Juno, i. e. Arenaria, culta in Græcia ab Eleis, de qua Pauſan. in Eliac. p. 163. & Cæl. Antiq. Lect. lib. 18. cap. 38.

AMMONIA, Civitas. V. AMMONIACUS, Adj.

AMMONII, ōrum. m. pl. Populi Libyæ colentes Jovem Ammonem. Pauſan. in Lacon. p. 100. Aphytæi colunt Ammonem non minus quam Ammonii Libyæ.

AMMONIACUM, [ἀμμωνιακὸν] Vulgo *Armoniago*, Metopii arboris lacryma: de qua ſic Plin. lib. 12. cap. 23. Ergo Æthiopiæ ſubjecta Africa ammoniaci lacrymam ſtillat in arenis ſuis, inde & nomine etiam Ammonis oraculo, juxta quod gignitur arbor, quam metopion vocant: reſinæ modo aut gummi. Latini, ut ait Dioſcor. 3. 98. γύτα, i. e. Guttam vocant. [V. Rhod. Lex. Scrib. Celſo Ammoniacum thymiama. V. in h. v.

AMMONIACUS, Adj. [Ἀμμωνιακὸς] ut, Ammoniacus sal, ab Ammonia civitate, quæ & Parætonium dicitur, authore Strabone, lib. 17. Colu mel. lib. 6. cap. 17. Ovid. de Medicam. Faciei, v. 94.

Cumque Ammoniaco mascula thura sale.

Ammoniacum salem dici tradit Dioscorides, quasi Arenarium: cui subscribit Plin. lib. 31. cap. 7. de salis generibus loquens; Nam Cyrenaici (ait) tractus nobilitantur Ammoniaco, & ipso quia sub arenis inveniatur, appellato. V. Etiam Matthiol.

AMMONIUM, i. n. Nomen coloris subrufi, apud Varr. 3. de R. R. 2. Ubi tamen in correctis codd. rectius legitur Armenium.

AMMONITRUM, i. n. [ἀμμώνιτρον] Massa vitri albi: de qua sic Plin. lib. 36. cap. 26. Jam vero & in Vulturno mari Italiæ arena alba nascens, sex M. P. a litore inter Cumas atque Lucrinum, quæ mollissima est: pila molaque teritur. Dein miscetur tribus partibus nitri pondere vel mensura, ac liquata in alias fornaces transfunditur. Ibi fit massa quæ vocatur ammonitrum: atque hoc recoquitur, & fit vitrum purum, ac massa vitri candidi.

AMMONIANUS, i. m. Grammaticus, Syriani æqualis & amicus, cui asinus fuit sapientiæ auditor. Suidas. f. 206.

AMMONIUS, i. m. [Ἀμμώνιος] Tres hoc nomine Philosophi celebrantur: Quorum primus Ægyptius, præceptor Plutarchi Chæronei, sub Nerone, cujus ipse sæpe meminit: Stoica se imbuerat, sed Platonicæ magis fuit addictus. Secundus fuit nobilis ille Philosophus Alexandrinus, memoratus Ammiano 22. 42. Quem inter alios Origenes & Plotinus audiere, quod in Plotini Præceptoris sui vita scripsit Porphyrius. Commodo imperante relictis saccis, in quibus frumenta circumferebat, philosophicæ vitæ se tradidisse author est Theodoret. lib. 6. de Cur. Græc. aff. Hinc scilicet cognomen ipsi datum est Saccas, Σακκᾶς, ut habet Suidas. Tertius Ammonius Hermiæ filius, Procli discipulus, præceptor Simplicii. Ammonios alios suggerent Martyrologia.

AMMOTHEA, [Ἀμμοθέα] Nympha marina, Nerei & Doridis filia (ut placet Hesiodo in Theog.) ita dicta ἀπὸ τῶ ἄμμω καὶ θέειν, quasi per arenam discurrens.

AMMUDATES, Deus olim apud Romanos, cujus mentio tantum fit apud Commodianum Instruct. 18.

A M N

AMNACUM, i. herba, quæ & Parthenium [περιπόδιμος] Plin. 21. 30.

AMNENSIS, e, Amnenses appellabantur Urbes sitæ prope amnem; ut a Mari, Maritimæ: unde Interamnæ, & Antemnæ dictæ sunt, quod inter amnes sint positæ, vel ante se habeant amnes. Festus.

AMNESTIA, æ. f. [ἀμνηστία] Oblivio injuriarum. Plutarchus in Politicis ait, Athenis communi omnium consensu decretam fuisse amnestiam: i. e. Injuriarum offensionumve quæ triginta viris Rempub. occupantibus ultro citroque illatæ acceptæve essent oblivionem. Val. Max. lib. 4. cap. 1. ext. 4. de Thrasybulo, Plebiscitum interposuit, ne qua præteritarum rerum mentio fieret. Hæc oblivio, quam Athenienses Amnestiam vocant, concussum & labentem civitatis statum, in pristinum habitum revocavit. Nepos in ejusd. v. Præclarum hoc quoque Thrasybuli, quod reconciliata pace, quum plurimum in civitate posset, legem tulit, Ne quis anteactarum rerum accusaretur, neve mulctaretur: eamque illi legem oblivionis appellarunt. Cic. 1. Philipp. 1. In quo templo, quantum in me fuit, jeci fundamenta pacis, Atheniensiumque renovavi vetus exemplum: Græcum enim verbum usurpavi, quod tum in sedandis discordiis usurpaverat civitas illa, atque omnem memoriam discordiarum oblivione sempiterna delendam censui. Per Græcum verbum, ἀμνηστίας vocem intelligendam plerique interpretes consentiunt: dissentiente tamen Mureto Varr. Lect. lib. 2. cap. 15. Tulit hanc legem Thrasybulus, quum civitatem Athenarum oppressam a triginta tyrannis, in libertatem vindicasset. Vopiscus in Aureliano, Amnestia etiam sub eo delictorum publicorum decreta est de exemplo Atheniensium. De Thrasybuli Amnestia sic scribit Orosius lib. 2. cap. 12. Athenienses revocati in unum, hæc prima fundamina recuperatæ libertatis instaurant, proposita jurisjurandi contestatione, uti discordiæ animositatesque præteritæ in oblivionem perpetuam atque in immortale silentium deducantur. Quod pactionis genus, Amnestiam vocaverunt: i. e. Abolitionem malorum. Tale est illud Suet. in Claud. cap. 11. Imperio stabilito, nihil antiquius duxit, quam id biduum, quo de mutando Reip. statu hæsitatum erat, memoriæ eximere. Omnium itaque factorum dictorumque in eo veniam & oblivionem in perpetuum sanxit ac præstitit. Plura in hanc rem Boeclerus in Differt. de Amnestia olim cum Velleio edita. Boxhorn. differt. peculiari. Forstner. in Not. ad Tacit. 12. Annal. 19. Bosius ad Nepot. Thrasyb. cap. 3.

AMNIS, is. m. [ποταμὸς] Fluvius. Festus, Amnis proprie dicitur a Circumnando, quoniam Am, ex Græca præpositione sumptum, quæ est ἀμφὶ, significat Circum: & Nare, fluere. Vel ab Ambitu, quod circumeat aliquid secundum Varr. 4. de L. L. 5. Amnis duabus constat syllabis, quarum prior est A, posterior MNIS. Hoc ex Charisii verbis facile colligitur, lib. 1. cap. De syllabis. Syllabæ, inquit, positione longæ sunt, quum correpta vocalis sequentes habet duas consonantes: hæ autem in eadem syllaba solent esse, ut Ars: aut in proxima, ut Amnis: aut in duas syllabas divisæ, ut Arma.

Amnis, pro Torrente. Virg. 4. Æn. 164.

— ruunt de montibus amnes.

Amnis vetuste positum in fœm. g. Plaut. Merc. 5. 2. 18. Neque ulla mihi obstabit amnis. Nævius Lycurgo, sed quasi amnis cis rapit, sed tamen inflexa flectitur. Varro περὶ πλέτε, lib. 1. Propter hos fluit amnis, quam olim Albulam dicunt vocitatam. Ex Nonio 3. 11.

Alti. Juven. 10. Sat. 177.
Auriferi. Claud. 2. in Eutrop. 260.
Castior bibendus amnis. Stat. 4. Sylv. 7. 12.
Cavus. Auson. Ingerit illa cavos amnes.
Cœruleus. Stat. 1. Sylv. 5. 51.
Circumfluus. Ovid. 15. Met. 739.

Scinditur in geminas partes circumfluus amnis.

Clamatus sacris ululatibus. Stat. 9. Theb.
Clementissimus. Ovid. 9. Met. 116.
Concitus imbribus. Ovid. 3. Met. 79.
Frigidus. Claud. de Ter. Conf. Hon. 99.
Fumidus. Virg. 7. Æn. 465.

Fumidus atque alte spumis exuberat amnis.

Gelidus. Claud. Epigr. 5.
Gratissimus cœlo. Virg. 8. Æn. 64. loquitur de Tibride.
Inflatus aquis. Liv. 3. Bell. Pun.
Lethæus. Virg. 6. Æn. 705.
Liquidissimus. Ovid. 6. Met. 400. De Marsya Phrygiæ amne loquitur.
Lubricus. Ovid. 3. Amor. 6. 81.
Magnus. Ovid. 1. Met. 574.
Maligno amne radit arenas. Sen. Hippol. 1. v. 16.
Mitissimus. Stat. 1. Sylv. 3. 24.
Nubigena. Stat. 1. Theb. 365.
Obliquus. Lucan. lib. 1. 220.

Primus in obliquum sonipes opponitur amnem.

Oceani amnes. Virg. 4. Georg. 233. Sunt Aquæ Oceani terram ambientes.
Papyrifer. Ovid. 3. Trist. 10. 27. Nilum intelligit.
Peregrinus. Ovid. 8. Met. 836.
Perlucidus magis vitro. Ovid. 15. Epist. 157.
Phaethontius. Sil. Ital. lib. 7. Padus intelligitur.
Piscosus. Ovid. 3. Fast. 581.
Placidus. Ovid. 1. Met. 702. Sic vocat amnem Ladonis.
Pronus. Virg. 1. Georg. 283.

Atque illum in præceps prono rapit alveus amni.

Putus. Hor. 2. Epist. 2. 120.
Quietus. Claud. Epigr. 46.
Rapidus. Sen. Med. 411. Lucret. lib. 1. 15.

Et rapidos tranant amneis.

Refluus. Claud. Epigr. 22.
Rigidus. Val. Flac. 4. Argon. 345.
Riguus. Virg. 2. Georg. 485.
Sedatus amnis. Cic. in Orat. 19. de Herodoto & Thucydide, Alter enim sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit: alter incitatior fertur.
Severus. Virg. 3. Georg. 37. de Cocyto amne.
Solutus. Lucan. lib. 2. 492.
Sonans. Catul. 32. 12.
Spumans. Valer. 4. Argon. 195.
Spumeus. Virg. 2. Æn. 496.
Spumosus. Virg. 12. Æn. 524.
Subactus. Claud. Epig. 5.
Taciturnus. Hor. 1. Carm. 31. 8.
Torpens. Stat. 4. Theb. 172.
Tortuosi amnis sinus flexusque. Liv. 7. Bell. Pun.
Tumidus. Lucan. lib. 1. 204.
Turbidus. Lucret. lib. 1. 287.
Vadosus. Virg. 7. Æn. 728.
Vagus. Claud. in Ruff. 2. 121.
Vagi amnis ripæ. Sen. Hippol. 4.
Vastos congerit. Val. 4. Argon. 717.
Viridis. Sil. Ital. lib. 4.
Vorticosus. Liv. 21. 5.
Deducunt amnes undas in mare. Ovid. 1. Met. 582.
Defluit amni secundo. Virg. 3. Georg. 447.
Eliso amne pellitur vapor spumeus. Claud. Epigr. 5.
Epoti amnes arebant. Claud. 1. de Laudib. Stilich. 171.
Evanuisse amnes & exaruisse quosdam videmus. Cic. 1. de Divin. 38.
Exhausti amnes solibus. Stat. 3. Theb. 259.
Incurrit amnis validis cum viribus. Lucret. lib. 1. 970.
Ruunt amnes. Virg. 4. Æn. 164.
Rumpuntur amnes. Virg. 3. Georg. 428.
Sedatis amnibus septem altus surgens Ganges. Virg. 9. Æn. 31.
Solutis amnibus jam nare juvat. Stat. 5. Theb. 15.
Sonant amnes balatu & crebris mugitibus. Virg. 3. Georg. 154.
Sonuerunt Amnes tectis cursibus. Lucan. 4. 299.
Trajicere amnem. Liv. 21. 27.
Tranare amnes. Virg. 6. Æn. 671.

AMNICULUS, i. m. dimin. Liv. 36. 22.

AMNICOLA, [παραποτάμιος] Ovid. 10. Met. 96.

Amnicolæque simul salices, & aquatica lotos.

AMNICUS, Adj. [ποτάμιος] ut, Amnica insula. Plin. l. 3. c. 25. Insula in Sao Matubarris, amnicarum maxima.
Amnicæ herbæ, Solin. cap. 20. Amnicus liquor, Prudent. Peristeph. 11. fin. Amnica terga, Auson. Mosell. v. 205.

AMNIGENUS, a, um. In amne genitus. Auson. Mosell. v. 116. Et Val. Flacc. 5. 584.

AMNISUS, i. m. Fluvius Cretæ, ut Callimachi Scholiastes tradit ad Hymn. Dianæ v. 15. & Steph. ex Holstenii emendatione. Inprimis Spanh. ad Callim. l. c.

AMNISIADES, Nymphæ eidem Steph. sive Amnisides, ut Call. l. c. brevius vocem formavit, — Ἀμνισίδας εἴκοσι νύμφας.

AMNIUM, [ἀμνίον] Interior membrana appellatur ab Empedocle, qua fœtus in utero inclusus obtegitur, a mollitie agnorum deducto nomine: exterior vero chorium Polluci: quanquam alii diversum tradant. Volaterr. & Galen. lib. de Fœtuum Formatione.

AMNUS, Insulæ Dolicæ in Arabia fluvius. Plin. lib. 6. cap. 28.

AMO, [φιλέω, ἐράω, ἀγαπάω, στέργω] are. Ex μάω per metath. vel ex contracto μῶ, i. e. Vehementer cupio, & a epitar factum videtur, & significat Charum habere. Plus est quam Diligere. Cic. 9. Fam. 14. Quis erat qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? tantum tamen accessit, ut mihi denique nunc amare videar, antea dilexisse. Idem, Sed tamen ut scires eum non a me diligi solum, verum etiam amari. conf. Nonium 5. 3. Factum hinc ut Amicitia quoque plus esse quam benevolentia censeatur. Illa est amantis, hæc diligentis inquit Auson. Pomp. 1. de Diff. Verb. p. 31. Catullo tamen minus est Amare quam Bene velle, Epigr. 72. ad Lesb. ubi Muretum vide p. 228. Amare item ac Diligere sæpe confunduntur, ut

Amare

Amare nihil aliud eſt, niſi eum ipſum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla utilitate quæſita. Cic. in Læl. 100.

Amare plus quam Diligere, ut φιλεῖν plus eſt, quam ἀγαπᾷν. V. in Theſ. locum Dionis: καὶ ἐφιλήσατε αὐτὸν ὡς πατέρα, καὶ ἠγαπήσατε ὡς εὐεργέτην. de Cæſare. H. St. [Habentur p. 175. ed. Gr. Pariſ. 1548. in M. Antonii Oratione. Hæc eadem fortaſſis Græco Theſauro ſuo adleverat, nam in impr. non leguntur.

Amare ex animo aliquem. Cic. 1. Q. frat. 1. Te autem ament ex animo, ac non ſui commodi cauſa ſimulent.

Amare ſe ſine rivali. Cic. 3. Q. frat. 8. O dii, quam ineptus, quam ſe ipſe amans ſine rivali!

Amo Phyllida ante alias. Virg. 3. Eclog. 78.

Amat nos, charoſque habet Pompeius. Cic. 2. Att. 20.

Diligere, amplecti, amare aliquem. Cic. 1. Att. 8.

Amari & diligi. Cic. 6. Verr. 51. Archagathus homo nobilis, qui a ſuis & amari & diligi vellet.

Amare corde vel animo, pro Ex corde, ſive Ex animo. Plaut. Capt. 2.3.60.

Certa fide. Ovid. 3. de Arte Am. 544.

Certatim aliquem. Cic. 3. Philipp. 18. Quem ego & frater meus certatim amamus: omnibus horis in oculis, auribus, complexu tenemus.

Mutuis animis. Catull. de Acme & Sept. 46. 20.

Amorem tuum, pro Gratum habere. Cic. 9. Fam. 16. Delectarunt me tuæ literæ, in quibus primum amavi amorem tuum.

Amare amore. Cic. 15. Fam. 20. Cura ut valeas, meque ames amore illo tuo ſingulari.

Amat nemus, ſcriptorum chorus, & fugit urbes. Hor. 2. Epiſt. 2. 77.

Quippiam plus ſuis oculis. Catull. 3. 4. & Ter. Adel. 5. 7. 5.

Otia. Virg. 5. Ecl. 61.

Amare ſylvas. Ovid. 2. Met. 819.

Ita me dii ament. Formula confirmantis, vel obteſtantis. Ter. Eun. 3.2.21.

Amare ut cum maxime. Ter. Hec. 1. 2. 40. Bacchidem amabat ut cum maxime, i. e. ut barbari dicunt, Sicut unquam. Latinius, Ut cum eam maxime amaret.

Amare in matrimonium. Quintil. lib. 11. cap. 1. Pater ex meretrice natum, quod amet meretricem in matrimonium, abdicat.

Amare, abſolutum: pro Amore captum, vel potius amori meretricio implicitum eſſe. Ter. And. 1. 2. 20. Omnes qui amant, graviter ſibi dari uxorem ferunt. Ibid. 1. 2. 14. Meum gnatum rumor eſt amare. V. Cort. ad Sall. Catil. 11. 6.

Amare, pro Frui amore. Ter. Eun. 4. 2. 12. Certe extrema linea amare, haud nihil eſt. Ubi Donatus, Amare, modo frui amore dicit. Turnebus vero ſic, Amare extrema linea, eſt amare impenſiſſime, ducta translatione a curriculis, vel ſtadiis, in quibus prima linea curſus erat in carceribus, ultima in fine, quæ & calx dicebatur, quod ſcilicet calce vel creta notaretur. Ultra autem calcem nihil ſupereſt, quo curſus tendatur, ſpatiaque palæſtrarum & curriculorum lineis erant incluſa. Tertull. adv. Hermog. Adjiciam & ego propter non intelligentes, quorum Hermogenes extrema linea eſt. Hæc ille. Alii hunc in modum. Quamvis abſim ab amica & videndi tangendique copia non ſit, tamen ex longinquo etiam amare haud nihil eſt: h. e. Non extra ſpem potiundi poſitum. Extrema enim linea, unde inſtituebatur Curſus: primam autem & principem habebat alteram ad metam, a qua extrema iſta longiſſime diſtabat. Hinc, Extrema linea amare, eſt Ex longinquo.

Amare ſe in re aliqua. Cic. 4. Att. 16. Dices tu, Ergo hæc quomodo fers? Belle me hercle, & in eo me valde amo.

Amare ſeipſum: h. e. Se mirari, ſibi placere. Cic. de Aruſp. Reſp. 19. Quam volumus licet P. C. ipſi nos amemus, tamen nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos ſuperamus.

Credo igitur hunc me non amare, at ego me amavi, quod mihi jampridem uſu non venit. Cic. 9. Att. 21. h. e. Feci quod magis ex animo meo fuit. quod jampridem non feceram: quia potentibus in Republica poſt exilii tempora inſervivi.

Amas te quod, pro Places tibi quod. Hor. 2. Serm. 7. 31.

— Ita te felicem ducis, amasque,
Quod nusquam tibi ſit potandum.

Amo te ex. Plin. lib. 3. Epiſt. 9. Quem ego quum olim mutuo diligerem, ex hac officii ſocietate amare ardentius cœpi.

Amo te quod. Cic. 1. Att. 2. Te multum amamus, quod ea abs te diligenter parvoque curata ſunt.

Amo te de hac re, pro eo quod eſt, Ob hanc rem habeo tibi gratiam. Ter. Eun. 3. 2. 3. Ecquid nos amas de fidicina hac? Ibid. 1. 2. 106. Cic. 7. Att. 2. De Rauduſculo Numeriano multum te amo.

Amo te, Generalis eſt forma qua uti ſolent auctores, cum & gratiæ agendæ ſunt, quod impetravimus optatum, & oſtendendum eſt id multo gratiſſimum & jucundiſſimum nobis eſſe, eaque de re ad omnia amoris & benevolentiæ officia nos eſſe obſtrictos, ut Ter. Heaut. 2. 2. 119. Adel. 5. 8. 23. & ſæpius locutus eſt. & Plaut. Merc. 4. 8. 52. Pœn. 1. 2. 41. Sic Cic. 5. Fam. 21. V. Caſaub. ad Cic. 1. 1. f. apud Quintil. 6. 3. Jocus Dom. Afri legitur qui huc pertinet. Nam cum is quem Dom. defenderat, conſpectum ejus vitaſſet, ubi poſtea convenit, Amas, inquit, me, quod te non vidi. i. e. Gratiam mihi habes. Sic in præterito Cic. 13. Fam. 62. pr. Etſi in Atilii negotio te amavi.

Amant conſociari. Hor. 2. Carm. 3. 9. i. e. Conjungi. Similiter 3. Carm. 16. 9.

Amant jacêre inter pulvillos ſericos. Hor. Epod. 8. 16.

Amat bibere toto anno palma. Plin. lib. 15. cap. 4.

Amare nimis, pro Indulgere. Cic. 5. Att. 8. Nimis in iſto Brutum amaſti.

Amat, pro Solet. Tacit. 4. Ann. 9. 3. Memoriæ Druſi eadem quæ in Germanicum decernuntur, pleriſque additis, ut ferme amat poſterior adulatio. Tractum a Græcis, qui φιλεῖ γίνεσθαι, h. e. Amat fieri, pro Solet fieri, uſurpant. Hujus locutionis meminit Quintil. lib. 9. cap. 3. Salluſt. Jug. c. 34. Terrebat eum clamore, vultu, ſæpe impetu, atque aliis omnibus, quæ ira fieri amat. Ubi Cort. V. & Vechner. Hellen. 2. 2.

Caute amet pauper. Ovid. 2. de Arte Am. 167.

Crudelius amavit. Ovid. 3. Met. 442.

Invitus amabo. Ovid. 3. Amor. 11. 35.

Occulte amet. Ovid. 3. Triſt. 4. 72.

Patienter amare. Ovid. 18. Epiſt. 4.

Sapienter. Ovid. 21. Epiſt. 57.

Tuto. Ovid. 2. Amor. 2. 65.

Valde. Cic. 6. Att. 2. Mihi videtur matrem valde, ut debet, amare, teque mirifice.

Unice amare patriam & cives ſuos. Cic. 3. in Catil. 11.

Si me amas. Cic. 2. Q. frat. 10. extr. Amabo te, advola: conſolabor te, & omnem abſtergebo dolorem: & adduc, ſi me amas, Marium: ſed approperate.

AMASSERE, Futurum infinitivi modi uſitatum priſcis, nobis inſolitum, pro Amaturum eſſe. Sic Expugnaſſere, pro Expugnaturum eſſe. quæ eo putavi notanda, quod a Grammaticis præterita neglectaque intelligam. Turnebus. V. EXPUGNO.

AMĀBŌ, [πρὸς θεῶν] Interj. blandientis & amantis. Cic. 7. Fam. 32. Urbanitatis poſſeſſionem, amabo, quibusvis interdictis defendamus. Ter. Eun. 4. 4. 7. Habeſne hominem, amabo? Idem 1. 2. 50. & 70.

Amabo te, & Ama me, in eadem ſignificatione. Cic. 5. Att. 17. Amabo te, incumbe in eam rem, & ad me ſcribe. Idem ad eund. lib. 6. epiſt. 1. Ama me, non libenter vidi: ſed modo ſuccenſet, modo gratias agit. i. e. Mihi crede, vel certe. Hæc vox Amabo licet aliquando ſine caſu ponitur, ſemper tamen eſt verbum, & ex Adverbiorum numero, in quem vulgo refertur, expungendum. Hoc enim verbo major amoris cumulus promittitur ſi id quod petitum eſt impetretur. Ter. Plaut. & Cic. paſſim. V. Voſſ. de Analog. l. 1. c. 2. Jani Douſæ Plaut. Expl. l. 3. c. 6.

AMANDUS, a, um. Ter. Adelph. 4. 5. 75. Hic non amandus? Ovid. 1. de Arte Am. 615. — ſibi quæque videtur amanda.

Amanda vox. Hor. 4. Carm. 11. 34.

Amandi præceptor. Ovid. 2. de Arte Am. 161.

Amando perdere. Hor. 1. Carm. 8. 2.

Amando ſuperare aliquem. Ovid. 14. Met. 641.

AMANS, Partic. [ἐρῶν] Qui vel Quæ amat, ſeu pudice, ſive impudice. Virg. 3. Georg. 315. — amantes ardua dumos.

Amantes littora myrtos. Virg. 4. Georg. 124.

AMANS, [ἐραστὴς] Nomen ex partic. Plaut. Aſin. 5. 2. 7. Continentem, amantem uxoris maxime. Cic. 9. Att. epiſt. ult. Boni cives amantes patriæ.

Studioſus, amans, obſervans. Cic. pro Rabir. Poſth. 43. Veterem amicum ſuum, ſtudioſum, amantem, obſervantem ſui, labentem excepit, corruere non ſivit, fulſit & ſuſtinuit, re, fortuna, fide.

Amans cruoris. Ovid. 2. de Ponto, 9. 46.

Amantes doloris. Cic. 2. Tuſc. 36. Itaque induſtrios homines, illi ſtudioſos, vel potius amantes doloris appellant: non potius laborioſos.

Amantior tui. Cic. 1. Fam. 5. Item, Amantior domini famulus. Columel. lib. 7. cap. 12.

Amantiſſimus tui. Cic. 16. Fam. 7.

Uxor amantiſſima. Tacit. Vit. Agric. 45. 8. Quod autem Amantiſſimus quandoque idem ſit ac Intime amatus, contra Voſſium oſtendit Ol. Borrich. Cogit. de L. L. p. 45.

Amans, pro Amatore, Ter. And. 1. 1. 49. Sed poſtquam amans acceſſit, pretium pollicens, unus & item alter. Ovid. 1. Amor. 9. 1.

Militat omnis amans.

Cic. tamen 4. Tuſc. 27. Aliud eſt (inquit) amatorem eſſe, aliud amantem. [Ubi Amatorem τὸν ἐρωτικὸν intelligit, Amantem τὸν ἐρῶντα. V. AMATOR.

Amantum ardor. Lucret. lib. 4. 1070.

Fluctuat incertis erroribus ardor amantum.

Amantis nutus. Tibull. lib. 1. 8. 1.

Cupidus amans. Ovid. 3. Epiſt. 26.

Firmius ô cupidi tandem coeamus amantes.

Fictus. Ovid. de Rem. Amor. 755.

Imprudens. Propert. lib. 1. 20. 3.

Sæpe imprudenti fortuna occurrit amanti.

Incautum amantem cepit dementia. Virg. 4. Georg. 488.

Inſomnis. Valer. 7. Argon. 23.

Miſer. Ovid. 1. Amor. 9. 28. & Virg. 4. Æn. 429.

Neglectus. Ovid. 3. Amor. 8. 65.

Oblitos amantes melioris famæ. Virg. 4. Æn. 221.

Palleat omnis amans. Ovid. 1. de Arte Am. 731.

Pallidus color aptus amanti. Ovid. 1. de Arte Am. 729.

Pallor amantium viola tinctus. Hor. 3. Carm. 10. 14.

Perjuri amantes. Propert. lib. 2. 16. 47.

Perjuria amantum ridet Juppiter. Tibul. lib. 3. 7. 17.

Teneri amantes. Tibul. lib. 1. 2. 29.

Amantium iræ. Dicitur ubi qui non ex animo indignantur invicem: aut de iracundia neutiquam duratura. Ter. And. 3. 3. 23. Amantium iræ, amoris redintegratio eſt.

Ardet amans. Virg. 4. Æn. 101. Ardet amans Dido.

Deludere amantem. Ovid. 2. Amor. 19. 32.

Deſerere. Ovid. 3. Met. 478.

Excludere. Ovid. 1. Amor. 6. 31.

Fallere. Virg. 4. Æn. 296. — quis fallere poſſit amantem?

Flectere amantem. Ovid. 11. Met. 450.

Fraudare ſpe. Ovid. 14. Met. 715.

Ludere vana ſpe. Virg. 1. Æn. 352.

Meminerunt amantes omnia. Ovid. 15. Epiſt. 43.

Perdere amantem. Ovid. 9. Met. 546.

Præcurrere amantes omnes una dies potuit. Propert. lib. 1. 13. 25.

Recedere ab amante. Ovid. de Rem. Amor. 619.

Solvat eo amantem. i. e. Ab eo. De Ænea loquitur Dido. Virg. 4. Æn. 479.

Somnia ſibi fingunt amantes. Sumptus ex Virg. in Pharmac. Servius admonet proverbialiter dictum a poëta. Nam quod quisque ſperat, facile credit. — & tarde, quæ credita lædunt,
Credimus. ut ait Ovid. 2. Epiſt. 9.

Lumina amantia. Ovid. 19. Epiſt. 25.

Nomen amantius indulgentiusque. Cic. pro Cluent. 12. Quo enim eſt ipſum nomen amantius indulgentiusque maternum: hoc illius matris quæ multos jam annos filium interfectum cupit, ſingulare ſcelus majore odio dignum eſſe ducetis.

AMANTER, ius, iſſime. [φιλικῶς] Adv. qual. i. e. Amice & cum amore. Cic. 12. Fam. Sed neque vehementer & amanter. Plin.

Epiſt.

Epist. 111. Ut nos amicos paternos & amanter & modeste complectebatur. Cic. in Læl. 2. Quicum conjunctissime & amantissime vixisset.
Amanter diligenterque aliquid conficere. Cic. 2. Att. 4.
Amanter expectare adventum alicujus. Cic. 5. Fam. 19.
Amantissime obsecrare aliquem. Cic. 6. Att. 1.

AMANTIA, æ. f. Amor. Plaut. Truc. 4. 2. 4. Prome venustatem, amantiam, gaudia, copes amores. Ita Lambinus cum Scaligero: alii aliter.

AMĀTUS, Partic. [ἠγαπημένος] Ovid. 5. Met. 636.
— sed enim cognoscit amatas Amnis aquas.
Amate mihi non minus quam frater fratri. Ovid. 4. de Pont. 12. 22. Hor. 3. Carm. 27. 47. & Epod. 17. 20.

AMATĬO, ōnis. [ἔρωσις] Amor venereus. Plaut. Pœnul. 5. 2. 136. Acerba amatio est. Odiosa, Cas. 2. 5. 20. Plural. Merc. 4. 4. 54. Cum tua hac amica, cumque amationibus. Nomen duriuscule fictum.

AMĀTOR, ōris. m. [ἐραστὴς] & in bonam & in malam partem accipitur.
In bonam. Cic. 14. Att. Amator pacis. Idem 7. Fam. 33. Vivamque tecum multum, & cum communibus nostris amatoribus. [Gronov. Nostri. Sic & Att. 1. 20. Vir bonus amatorque noster. al. nostri. At Fam. 9. 15. Amatorem tuum, familiarem meum.
In malam. Ter. Eun. 4. 3. 23. Amatores audieram esse mulierum eos maxumos. Idem And. 1. 1. 49. & 4. 3. 3. Amicum, amatorem, virum in quovis loco paratum. Ubi Donatus Amicus animi est, Amator vero corporis. Idem Donatus alio loco; Aliud est Amator, alud est Amicus: Amator, qui ad tempus: Amicus, qui perpetuo amat. Idem & alibi, Amator fingere potest: Amans vere amat. Cic. 5. Verr. 48. Poteritne te Alba tuus antiquissimus non solum amicus, verumetiam amator, absolvere?
Amator & Amans differunt. [Cic. 4. Tusc. 27. Ut inter Ebrietatem & Ebriositatem interest: aliudque est, Amatorem esse, aliud Amantem. Hæc differentia tamen confunditur, isque est Amans vel Amator, qui aut probanda animi inductione amat, aut amore Venereo ardet. conf. AMANS.
Acer, V. ACER adj.
Blandus. Propert. lib. 2. 3. 16.
Cæcum amatorem decipiunt vitia turpia amicæ. Hor. 1. Serm. 3. 38.
Magnus amator mulierum. V. MAGNUS.
Manifestus fiam amator. Ovid. 1. Amor. 4. 39.
Pauper. Ovid. 1. Amor. 8. 68.
Plenus. Hor. 1. Epist. 20. 8.
Pulcher. Propert. lib. 2. 17. 4. pro Egregio scilicet ac fideli. Ironia est.
Uxorem ille tuus pulcher amator habet.
Ruris amatores. Hor. 1. Epist. 10. 2.
Tener. Juven. 6. Sat. 547. Spondet amatorem tenerum.

AMATORCŬLUS, dimin. Plaut. Pœn. 1. 2. 27. Vix ægre amatorculos invenimus.

AMĀTRIX, īcis. f. [ἐράστρια] Quæ turpiter amat. Plaut. Asin. 3. 1. 8. Satis dicacula es amatrix.
Amatrices aquæ. Martial. lib. 7. 14.
Sappho amatrix. Idem 7. 68.

AMATRICŬLA, æ. f. Parva amatrix. Cathol.

AMATORIUS, [ἐρωτικὸς] Adj.
Amatorium, Quod ad amoris insaniam impellit: ut, Amatorium poculum. Sic Amatorium virus, apud Plin. lib. 8. cap. 22. & lib. 13. cap. 25. Efficacem in amatoriis. Quintil. lib. 7. cap. 9. An amatorium venenum sit necne.
Imitatio amatoria. Plin. lib. 28. cap. 2.
Levitates. Cic. 1. de Fin. 61.
Poesis. Cic. 4. Tusc. 71.
Sermo. Cic. 2. Tusc. 72.
Voluptate amatoria. Cic. 4. Tusc. 72.

AMATORIE, Adv. [ἐρωτικῶς] Cic. 2. Philipp. 77. Erat enim amatorie scripta epistola. i. e. More amatorio. Plaut. Merc. 3. 3. 20.

AMABĬLIS, e. [ἐράσμιος] Adj. Quod amari dignum est. Plaut. Asin. 3. 3. 84. Nimis bella es, atque amabilis. Cic. 5. Att. 19. Filiolam tuam tibi jam Romæ jucundam esse gaudeo, eamque quam nunquam vidi, tamen & amo, & amabilem esse certo scio.
Amabilis, pro Grato. Cic. 11. Fam. 15. Mihi autem nihil amabilius officio tuo & diligentia. V. AMO.
Amabiles mores oratoris. Cic. in Partit. 22.
Amabile frigus. Hor. 3. Carm. 13. 10.

AMABILIOR, ssimus. Cic. in Læl. 51. Amabilissimum nodum amicitiæ tollere videntur.

AMABILĬTAS, denom. [ἐράσμιον] Plaut. Stich. 5. 4. 51. Si amabilitas tibi nostra placet, si tibi ambo accepti sumus. i. e. Ea gratia quæ nos facit amabiles.
Amabilitas, pro Amore videtur poni a Plaut. in Pœn. 5. 4. 1. Qui amabilitati animum adjiceret. conf. Stich. 5. 4. 58.

AMBILĬTER, [ἐρασμίως] Adv. Cic. 14. Att. 13. Sed mehercule si humaniter, & sapienter, & amabiliter in me cogitare vis, facilem te profecto præbebis. Hor. 2. Epist. 1. 148.
Libertasque recurrentes accepta per annos
Lusit amabiliter donec, &c.

AMASSO, pro Amavero, scripsit Laberius. Item Plaut. Cas. 5. 4. 22. Curc. 4. 4. 22. Mil. 4. 2. 16. V. supra post AMO.

AMASCO, āre. Amare, cupere. in Gloss. Isidor. & Diom. p. 334. Ab Amo veteres inchoativo modo dixerunt Amasco. Unde &

AMASCUS, i. Amator. ut, Plaut. Truc. 3. 1. 13. Istos mundulos amascos. Inde vero

AMASIUS, i. m. [ἐρωτικὸς] Poëtæ amasii & Venerii. Gell. 19. 9. & 7. 8. & Plaut. Cas. 3. 3. 27. Miserrimum hodie ego hunc habebo amasium.

AMASIO, ōnis. m. Idem. Apul. 7. Met. p. 197. & Prudent. Peristeph. in Rom. v. 182. [Vulgo utraque voce pro eo Qui amatur, qui Græcis ἐρώμενος, utuntur; Sine vett. auctorit.

AMASIUNCŬLUS, i. m. dimin. Petron. Fragm. Trag. p. 25. Burm. c. 45.

AMASIUNCŬLA, æ. f. Fragm. ejusd. Petron. p. 70. Burm. c. 75.

AMATŬRIO, īre. Amare, cupere. Cathol.

AMŎDO, [ἀπὸ τούτου] significat Posthac. Apuleius, Nemo me amodo tam mane egredientem solum videbit. Quidam Grammatici citant, & illud Ausonii in Mosell.
Nobilibus repetenda nepotibus amodo cœptum
Detexatur opus. At hi vehementer falluntur: puncto enim distinguendum est post Nepotibus. Deinde legendum, At modo, &c.

AMOEBÆUS, Adj. [ἀμοιβαῖος] Servius; Amœbæum carmen est, quoties ii qui canunt, & æquali numero versuum utuntur, & ita se habet ipsa responsio, ut aut majus, (al. malum) aut contrarium aliquid dicat. ad h. Virg. 3. Ecl. 28.
Vis ergo inter nos, quid possit uterque, vicissim
Experiamur, &c. De hoc genere Carminis V. Scalig. Poët. 1. 6.
Amœbæus & Antamœbæus, pedes sunt pentasyllabi: Prioris exemplum est – – ⏑ ⏑ – ut incredibiles: posterioris ⏑ ⏑ – ⏑ ut manifestaret. Explicat Diomed. lib. 3. de Pedibus.

AMOEBEUS, ei. m. [Ἀμοιβεὺς] Nomen proprium Citharœdi Atheniensis celeberrimi apud Polyæn. 4. 6. 1. Athen. lib. 14. Hinc Ovid. 3. de Arte Am. 399.
Tu licet & Thamyran superes, & Amœbea cantu.

AMOENIA. V. in AMOENUS ad fin.

AMOENUS, Adj. [εὔφρων] dicitur Quod sine fructu jucundum aspectu est: sed proprie dicitur de locis quæ naturalem jucunditatem afferunt. Servius, ad 5. & 6. Æn. Amœna, sunt loca solius voluptatis plena, quasi Amunia: hoc est, sine fructu, ut Varro & Carminius docent. Festus, Amœna dicta sunt loca, quæ ad se amanda alliciant: id est, attrahant. Aliis dicta videntur ab ἀμείνων, melior, jucundior. Virg. 6. Æn. 638.
— & amœna vireta
Fortunatorum nemorum. Cic. 7. Verr. 79. Amœno sane, & ab arbitris remoto loco.
Agros per amœnos. Hor. de Arte Poët. 17.
Concilia piorum amœna. Virg. 5. Æn. 734.
Cultus amœnior Postumiæ Virg. Vest. ap. Liv. 4. 44. pro Cultu corporis elegantiori.
Domibus amœnis. Claud. in Prim. Cons. Stilich. 189.
Facies hortorum amœna. Cyprian. lib. 2. Epist. 2. ad Donatum.
Fluvius amœnus. Virg. 8. Æn. 31.
Fontem propter amœnum assidet. Lucret. lib. 4. 1018.
Portu amœno. Stat. 4. Sylv. 7. 28.
Prædiola nostra satis amœna. Cic. 16. Att. 3.
Rosæ amœni flores. Hor. 2. Carm. 3. 14.
Rosaria amœna. Ovid. 5. Trist. 2. 23.
Ruris amœni rivos. Hor. 1. Epist. 10. 16.
Salicta amœna. Cic. 1. de Divin. 40.
Surrentum amœnum. Hor. 1. Epist. 17. 52.
Voluptas amœnissima. Cic. 4. Acad. 127.
Amœna. pl. n. Substantive. Tacit. 3. Ann. 7. Per amœna Asiæ atque Achaiæ. Idem 3. Hist. 76. Noctu dieque fluxi, & amœna littorum personantes, de bello tantum inter convivia loquebantur. Vet. Gloss. Amœnia αἱ ἀκταί. Ubi tamen alii Amœna legunt.

AMOENĬTAS, ātis. f. [ψυχαγωγία, εὐφροσύνη] Jucunditas illa quæ ex rebus amœnis percipitur. Cic. 2. de Legib. 3. Præsertim hoc tempore anni & amœnitatem & salubritatem hanc sequor.
Fontis gelidi amœnitas. Plin. lib. 12. cap. 1.
Loci. Cic. de Provinc. Cons. 29.
Studiorum amœnitates quærere. Plin. in præfat. 6.
Pro Munditie & Elegantia usus est Plautus Men. 2. 3. 6. & in Blanditiis amantum. Cas. 2. 3. 13. conf. Pœn. 1. 2. 152. & 176.

AMOENE, Adv. [εὐφρόνως] Plaut. Mil. 2. 5. 2. Apul. 10. Met. p. 254.
Compar. Gell. lib. 14. cap. 1.
Superl. Plin. 4. Epist. 23. Habitare amœnissime.

AMOENITER, Adv. Idem. Gell. lib. 20. cap. 7. Annianus poëta in fundo suo, quem in agro Falisco possidebat, agitare erat solitus vindemiam hilare atque amœniter.

AMOENO, [εὐφραίνω] āre. Delectatione afficio. Cyprianus ad Donat. 2. c. 1. Et dum in arbores & vites quas videmus, oblectante prospectu, oculos amœnamus, animam simul & auditus instruit, & pascitur obtutus. Ad de Casiod. 2. 40. de Musæo. Sidon. 1. Epist. 9. Jo. Sarisb. 8. Polycr. 8.

AMOENATUS, a, um. Salvian. lib. 7. p. 249.

AMOLIOR, [ἀπωθέω, ἀποσκεδάζω] īri. ex Ab & Molior, quod est a Mole. Amoliri autem (inquit Donatus) dicuntur ea quæ cum magna difficultate & molimine summoventur & tolluntur e medio. Plin. l. 11. c. 10. Amoliuntur omnia e medio. Ter. And. 4. 2. 24. Proinde hinc vos amolimini. In his exemplis passive significat, sicut & Donatus superius interpretatur. Ergo Amolimini, dixit Ter. quod Plaut. Pseud. 1. 5. 144. Amovemini. [Nihil prohibet tamen, quo minus transitive accipias dictum, quod & elegantius puto, eo modo quo Sc. seq. v. 16. Move ocyus te. & Phorm. 3. 3. extr. Modo te hinc amove.
Amoliri periculum. Plin. lib. 32. cap. 2.
Amolior & amoveo nomen meum. Liv. 8. Bell. Pun.
Amoliri, pro Refellere. Quintil. lib. 5. cap. 13. Videndum etiam an simul nobis plura aggredienda, an amolienda singula. Et lib. 7. Si omnia amoliri non poteram, tamen plura amoliebar.

AMOLITIO, ōnis. Gell. 12. 1. V. CONSILESCO.

AMOLITUS, a, um. Apul. de Deo Socr. p. 117. & passim.

AMOMETUS de Seribus privatim condidit volumen, sicut Hecatæus de Hyperboreis. Plin. lib. 6 cap. 17. V. Voss. de H. G.

AMŌMIS, [ἀμωμὶς] Herba est, teste Plin. Amomo similis, minus tamen venosa, & durior, minusque odorata. V. l. 12. c. 13. & Dioscorid. l. 1. c. 14.

AMŌMUM, [ἄμωμον] est (inquit Dioscor.) Exiguus frutex ex ligno uvæ modo in seipsum convolutus. Exiguum quendam habet florem candidæ violæ similem, folia vero labruscæ viti, quam bryoniam dicunt. Probatissimum ex Armenia affertur, colore ad aurum inclinato, rubescente ligno & odoratissimum. Plin. l. 12. c. 13. Amomi uva in usu est, Indica vite labrusca: ut alii existimavere, frutice myrtuoso, palmi altitudine, capiturque cum radice manipulatim leviter componitur, protinus fragile. Laudatur quam maxime punici mali foliis simile, nec rugosis, colore rufo. Secunda bonitas pallido. Herbaceum pejus, pessimumque candidum, quod & vetustate evenit.
Amomum, Gesnerus putat esse Piper hortense, ab olitorum gente sic dictum. Salmas. ad Solin. p. 284. observat videri veteres omne Aroma sincerum & inculpatum ἄμωμον appellasse (quod ἄμωμον Græce sit καθαρὸν καὶ ἀκηράτιον) ut in Evang. νάρδος πιστική, quæ sine dolo & minime adulterata. Sic ἄμωμον λιβάνιον Thus sincerum; & ἄμωμον simpliciter, sic κιννάμωμον quasi κίνναμον ἄμωμον. unde Amomum pro Cinnamomo Avienus aliique posuerunt: similiter & Cardamomum dicitur. Amomum pro Unguento quolibet ponitur apud Ovid. 1. de Pont. 9. 52. Stat. 3. Sylv. 3. 133. Martial. lib. 5. 65. V. Lex. Pitisc.

Affyrium. Virg. 4. Ecl. 25.
Craffum. Perf. 3. Sat. 104.
Ferat & rubus afper amomum. Virg. 3. Ecl. 89. de impoffibili dictum.
Flagrans amomum. Sil. lib. 15.
Mitis amomi feges. Claud. in Nupt. Hon. 93.
Pingue. Stat. 1. Sylv. 2. 111.
— nec pingui crinem deducere amomo.
Pulvis amomi. Ovid. 3. Trift. 3. 69.
Spirans amomum. Lactant. in Phœnice,
Cinnama dehinc auramque procul fpirantis amomi
Congerit.
Spiffum. Ovid. 21. Epift. 166.
Succo amomi vivit. Ovid. 15. Met. de Phœnice.

AMOMIA, æ. f. Ita recentiores vocaverunt illud omne quo defunctorum corpora medicabantur & condiebantur. Quod vulgo detruncato vocab. Momiam, vel Mumiam appellant. V. Salmaf. ad Solin. p. 285. & Quenftedt de Sepult. Vet. p. 75.

AMOR, ōris. [ἔρως, ζῆλος, ἵμερος] Eft veluti Nodus & vinculum amicitiæ: & parum videtur differre a Benevolentia. Cic. 1. de Nat. Deor. 123. Charum eft ipfum verbum amoris, ex quo amicitiæ nomen eft ductum. Amor (inquit Valla l. 4.) genus eft: Charitas, fpecies. Illud ad omnia pertinet: hoc autem ad homines demum, & quidem pro dignitate ac qualitate perfonarum. Maxima quidem charitas debetur parentibus, proxima filiis, & deinceps reliquis.
Amor & Cupido, inquit Nonius, idem fignificare videntur: & eft diverfitas. Cupido enim inconfideratæ eft neceffitatis: Amor judicii. Plaut. Bacch. Fragm. 3. 35. Cupido te conficit, anne amor? Idem Curc. 1. 1. 3. Difcrevit, & vim ejusdem diverfitatis expreffit dicens, quod Venus, Cupidoque impetrat, fuadetque amor.
Pietas & amor in patriam, Cic. pro Flacc. 96.
Charitas & amor, Cic. in Partit. 88. Amicitiæ autem, charitate & amore cernuntur. Idem 5. Tufc. 58. Conjuges autem, & liberi, & fratres, & alii quos ufus familiaritasque conjunxit, quanquam etiam charitate ipfa, tamen amore maxime continentur.
Amore & charitate præftare aliquid. Cic. 12. Fam. 16. Filio tuo nos & charitate & amore tuum officium præftaturos non debes dubitare.
Acer amor. Amor gloriæ nimis acer. Cic. pro Arch. V. ACER. adj.
Ægrum amorem folans teftudine. Virg. 4. Georg. 464.
Amari amores. Virg. 3. Ecl. 110. opp. Dulces.
Anxius. Cic. 2. Att. 24. Non ignoro quam fit amor omnis folicitus & anxius.
Ardentes amores excitaret fui, fapientia, fi videretur. Cic. 2. de Fin. 52.
Advena amor multos torfit. Ovid. 1. de Arte Am. 176.
Avidus, i. e. Cupidus explendæ voluntatis. Catull. 66. 83.
Aureus. Ovid. 2. Amor. 18. 36.
Blandum amorem incutiens. Lucret. 1. 20. Venerem intelligit.
Cæcus. Claud. 2. in Eutrop. 50. Virg. 3. Georg. 349.
Cæcus fui. Hor. 1. Carm. 18. 14. V. Erafm. in Proverb. Suum cuique pulchrum.
Cafto amori confuluit deus. Ovid. 1. Epift. 23.
Caftus. Ovid, 13. Epift. 30.
Certus amor non eft in hofpitibus. Ovid. 16. Epift. 30.
Civilis & opinabilis, Naturali oppofitus. Gell. lib. 12. cap. 1. Quicquid ita educati liberi amare patrem atque matrem videntur, magnam fere partem non naturalis ille amor eft, fed civilis & opinabilis.
Clandeftinus. Plaut. Curc. prol. 49. Malus clandeftinus eft amor.
Conceffus. Ovid. 3. Amor. 19. 52.
Confuetus, V. CONSUESCO.
Defecto amori vires reddere. Ovid. 9. Met. 154.
Diffimulatus. Ovid. 15. Epift. 236.
Dubius. Claud. de Nupt. Honor. & Mar. 26.
Dulcis. Martial. lib. 8. 3. & Virg. 3. Ecl. 109. V. Amari fupra.
Dulci amore affatus. Virg. 6. Æn. 455.
Dubitatus. Ovid. ad Liviam.
Durus. Virg. 6. Æn. 259.
Hic quos durus amor crudeli tabe peredit.
Effrenus. Ovid. 6. Met. 465.
Externus. Ovid. 16. Epift. 102.
Facilis. Propert. lib. 1. 13. 22.
Fallax. Sen. Hippol. 5.
Ferus. Ovid. 1. Amor. 2. 124.
Feftivus. Claud. Paneg. 7.
Fictus. Lucret. lib. 4. 1186.
Nec mulier femper ficto fufpirat amore.
Fidus. Ovid. 2. Epift. 21.
Fœdo amore afflictantur. Lucret. lib. 4. 1151.
Fœmineus. Ovid. 3. Amor. 2. 40.
Fraternus amor in aliquem. Cic. 1. Q. frat. 1.
Fugitivus. Ovid. de Rem. Amor. 2.
Furtivus. Ovid. 6. Faft. 573.
Gratus. Ovid. 2. Trift. 160.
Gravi amore perculfus. Hor. Epod. 11. 3.
Ignavus. Stat. 3. Sylv. 2. 99.
Immaturus, V. IMMATURUS.
Impii amoris flammas compefce. Sen. Hippol. 2.
Impotens. Catull. 33. 12.
Inceftus. Hor. 3. Carm. 6. 23.
Incredibilis amor in te meus cogit me, &c. Cic. 2. Fam. 1.
Incuftoditus. Sil. lib. 8.
Indigno amore perire. Virg. 10. Ecl. 10.
Infeftus. Aufonius.
Inficiandus. Ovid. 2. Amor. 17. 26.
Ingeniofus. Ovid. 19. Epift. 28.
Ingenuus. Hor. 1. Carm. 27. 16.
Iniquus. Propert. 1. 19. 22.
Inops. Lucret. lib. 4. 1136.
Infanus. Virg. 10. Ecl. 44.
Iratus. Sen. OEth. 4.
Jucundus. Catull. 106. 1.
Lafcivi amoris præceptor. Ovid. 2. de Arte Am. 43.
Legitimus. Ovid. 13. Epift. 30.
Lentus me torret. Hor. 3. Carm. 19. 28.

Libidinofi amores. Cic. 4. Tufc. 72.
Longus, V. LONGUS.
Luxuriofus. Ovid. de Rem. Amor. 746.
Magnoque animum labefactus amore. Virg. 4. Æn. 395.
Mali amoris folamen mors. Sen. Hippol. 12.
Manfuetus. Propert. lib. 1. 9. 12.
Medicabilis nullis herbis. Ovid. 1. Met. 523.
Meretricius, V. CONGLUTINO & MEREO.
Merus. Catull. 13. 9.
Mirus. Virg. 7. Æn. 298.
Mifero amore periturus. Ovid. de Rem. Amor. 21.
Moderatus. Ovid. 5. Met. 73.
Mollis. Ovid. 21. Epift. 179.
Muliebris. Cic. 4. Tufc. 71.
Mutuus. Hor. Epod. 15. 10. V. MUTUUS.
Mutuis amoribus bene fidum pectus. Hor. 2. Carm. 12. 15.
Naturalis. Cic. 4. Tufc. 76.
Novus. Cic. 4. Tufc. 74. Etiam novo quodam amore veterem amorem tanquam clavo clavum ejiciendum putant.
Occultis in amoribus felix index. Ovid. 2. Faft. 81. de Delphino.
Patrius. Virg. 1. Æn. 643. V. PATRIUS.
Perditus. Catull. in Gell. 882.
Peregrinus. Ovid. 9. Epift. 47.
Perfidus. Claud. Epig. 25.
Perpetuus, V. PERPETUUS.
Peftifero amore vinctus. Sen. Theb. 1.
Pinguis. Ovid. 2. Amor. 19. 25.
Pius. Valer. 4. Argon. 2.
Placidus. Tibull. lib. 2. 1. 80.
Felix cui placidus leniter afflat amor.
Placito amori pugnare. Virg. 4. Æn. 38. i. e. Repugnare, vel, Cum amore placito pugnare. Servius.
Polluto amore duri dolores. Virg. 5. Æn. 6.
Præreptus matri, pro a matre. Virg. 4. Æn. 516. Carunculam intelligit in fronte pulli equini nafcentem, quam ftatim nato adimit mater, alioqui fœtum ofura. V. Servium, & infra HIPPOMANES.
Primus. Ovid. 1. Met. 452. Primus amor Phœbi Daphne, &c.
Properatus ferri. Stat. 2. Achill. 393. Ferri, genitivus eft.
Proprius. Lucret. lib. 4. 1135.
Atque in amore mala hæc proprio, fummeque fecundo
Inveniuntur.
Pudendus. Ovid. 5. Epift. 44.
Sceleratus habendi. Ovid. 1. Met. 131.
Simulatus. Ovid. 1. Amor. 8. 71.
Singularis amor tuus erga me. Cic. 9. Fam. 11.
Socii amoris defertor. Ovid. 19. Epift. 157.
Solicitus. Ovid. 2. de Rem. Amor. 196. Virg. 10. Ecl. 6.
Sterilis. Ovid. 1. Met. 496.
Strictus. Ovid. 7. Met.
Stultus & improbus. Hor. 1. Serm. 3. 24.
Suavis. Lucret. lib. 1. 923.
Sufpectus. Ovid. 22. Epift. 84.
Tacitus. Stat. 1. Sylv. 2. 271.
Tener. Ovid. 2. Amor. 18. 69.
Timidus. Ovid. 18. Epift. 172.
Tolerandus. Claud. in Epigr.
Turpis meretricis. Hor. 1. Serm. 4. 111.
Tutus. Ovid. 5. Epift. 89.
Veri amoris non diffimulator. Ovid. 5. Epift. 61.
Vefanus. Propert. 2. 15. 29.
Errat qui finem vefani quærit amoris.
Vetus, V. Novus amor.
Vilis. Claud. 1. in Ruff. 282.
Vivus. Virg. 1. Æn. 721.
Amor, pro Rei venereæ appetitu. Virg. 3. Georg. 242.
— pecudes, pictæque volucres,
In furias, ignemque ruunt, amor omnibus idem.
Col. præcedente, Fœdo amore, & alia. H. St.
Amor, pro Cupidine, quem poëtæ amoris deum effe fingunt, fæpe ufurpatur. Virg. 1. Æn. 663.
Ergo his aligerum dictis affatur Amorem. Propert. lib. 2. 11. 1.
Quicunque ille fuit puerum qui finxit Amorem.
Apertus. Ovid. 1. Amor. 10. 16.
Et nullas veftes, ut fit apertus, habet.
Aridus. Propert. lib. 2. 2. 34.
Aridus argutum fternuit omen amor. Sed Aureus Broeckh. q. V.
Domitus. Ovid. 3. Amor. 11. 5.
Gemini amores Veneri tribuuntur. Ovid. 4. Faft. 1.
Alma fave vati, geminorum mater Amorum.
Inermis erret. Tibull. lib. 2. 5. 106.
Infamis deus. Tibull. lib. 2. 4. 38.
Infidiofus. Ovid. 1. de Rem. Amor. 148.
Levis. Ovid. 3. Epift. 42. Amorem alloquitur,
Tu levis es, multoque tuis ventofior alis.
Nudus Amor. Ovid. 1. Amor. 10. 15.
Pharetratus. Ovid. de Rem. Amor. 379.
Pinniger. Lucret. lib. 5. 1074.
Pulcher. Ovid. 3. de Pont.
Purpureus. Ovid. 2. Amor. 1. 38.
Rebellis. Ovid. de Rem. Amor. 246.
Sagittifer. Stat. 4. Sylv. 3.
Sævo Amore faucia Medea. Cic. pro Cœl. 18.
Sævus. Ovid. 7. Epift. 190.
Teliger. Seneca, Metuende matri teliger fævè puer.
Vagus. Seneca.
Ventofus. Ovid. 2. Amor. 9. 49.
Volitans. Tibull. 2. 5. 39.
Impiger Ænea, volitantis frater Amoris. Id eft Cupidinis, quia uterque Veneris filius fuit. V. Brœkh. ad l.
Volucer. Claud. de Nupt. Hon. 153.

Agmen Amorum. Stat. 1. Sylv. 2. 54.
Amores, pl. ad voluptatem pertinent, ut ait Servius. Virg. 1. Æn. 350.
Clam ferro incautum ſuperat, ſecurus amorum
Germanæ.
Amores, pro Amico, vel Amica. Cic. 6. Philipp. 12. Sed redeo ad amores deliciasque noſtras L. Antonium. Idem 16. Att. 6. Piliæ ſalutem dices, & Atticæ, deliciis atque amoribus meis. Eſt autem metonymiæ tropus Amorem, vel Amores dicere eos quos impenſe amamus. Sic Tit. Veſp. Amor ac deliciæ generis humani, audit Suet. in vita ejus, c 1. Sic Curio eſt mihi in amoribus, Cic. 7. Fam. 32. V. Addicere am. & Eſſe in amorib.
Noſter amor. Virgil. H. St. Ecl. 7. 21.
Nymphæ, noſter amor, Libethrides.
Amor amicitiæ. Cic. 4. Tuſc.
Argenti. Hor. 2. Serm. 3. 78.
Auri cæcus. Virg. 1. Æn. 353.
Edendi. Lucret. lib. 4. 867.
Famæ venientis incendit animum. Virg. 6. Æn. 890.
Flagitii & levitatis autor. Cic. 4. Tuſc. 69.
Habendi ſeneſcit. Hor. 1. Epiſt. 7. 85. V. ſupra Sceleratus.
Lactis. Virg. 3. Georg. 394.
Laudum perculſus. Virg. 9. Æn. 476.
Sanguinis amor pro Crudelitate. Sil. lib. 1. 148.
Æſtus amoris. Ovid. 3. Amor. 5. 30.
Ardor. Cic. 1. Off. 47.
Boni conjugator amoris. Catul. in Epith. Jul. 59. 44
Calcaribus ictus. Lucret. lib. 5. 1074.
Certamen peragere. Ovid. 3. de Pont. 89.
Flammæ. Sen. Hippol. 2.
Fœdera. Cic. pro Cœl. 34.
Fructu egens. Propert. lib. 3. 20. 30.
Furor amoris. Cic. 4. Tuſc. 75. Maxime autem admonendus, quantus ſit furor amoris.
Irritamen munus. Ovid. 9. Met. 133.
Pabula. Lucret. lib. 4. 1057.
Pignus. Virg. 5. Æn. 538.
Plagæ amoris, i. e. Retia amoris. Lucret. lib. 4. 1140.
Poculum. Hor. Epod. 5. 38. h. e. Potio amatoria, philtrum.
Studium & ardor quidam amoris. Cic. 1. de Orat. 134.
Vincla amoris arctiſſima cum aliquo. Cic. 6. Att. 2. De iſto hactenus dixerim, me vel plurima vincla tecum ſummæ conjunctionis optare, etſi ſunt amoris arctiſſima: tantum abeſt ut ego ex eo quo aſtricti ſumus, laxari aliquid velim.
Vulnere æterno devictus. Lucret. lib. 1. 35.
Abjicere amorem ab aliquo. Cic. 2. Philipp. 77. Omnem ſe amorem abjeciſſe illinc, atque in hanc transfudiſſe.
Abſtulit amores meos. Virg. 4. Æn. 28.
Abundare amore. V. ABUNDO.
Accedere nihil poteſt ad amorem. V. ACCEDO.
Addere amores. Ovid. 9. Epiſt. 47.
Addicere amores. Ovid. 1. Met. 617.
Quid faciat? crudele, ſuos addicere amores:
Non dare, ſuſpectum. h. e. Puellam ſibi amatam.
Adjutus amor fatis. 3. Epiſt. Sabin. 21.
Adoleſcit amor. V. ADOLESCO.
Æquare amorem. Virg. 4. Æn. 474.
Alendus amor verbis dulcibus. Ovid. 2. de Arte Am. 152.
Amittere amores. Virg. 3. Georg. 227.
Amplecti amore. V. AMPLECTOR.
Appetit me amor. V. APPETO.
Ardebat amore illius hoſpitæ. Cic. 4. Verr. 116.
Ardebat amore fœmineo. Virg. 11. Æn. 782.
Arſit amore vetito fratris. Ovid. 1. de Arte Am. 283.
Aſtrictum in amore eſſe. Lucret. lib. 4. 1180.
Attenuatus amore liquitur. Ovid. 3. Met. 489.
Auferre amorem ab. V. AUFERO.
Auget amorem timor. Ovid. 12. Epiſt. 61.
Bibere amorem. Virg. 1. Æn. 749.
Captus amore. Virg. 6. Ecl. 10.
Cecidit amor. Catull. 11. ad Fur. & Aurel. 22.
Celare amorem. Ovid. 12. Epiſt. 37.
Cernere amorem. V. Cernere hæreditatem, in CERNO.
Commendo amores meos tibi. Catull. 16. 1.
Commiſſo amori officium ſpondet. i. e. Promittit auxilium ſi ſuum amorem revelet. Ovid. 10. Met. 418.
Committere amores alicui. i. e. Revelare. Ovid. 1. Amor. 12. 21.
Componere amores. i. e. Verſus de amore. Ovid. 2. Triſt. 361.
Denique compoſui teneros non ſolus amores
Compoſito pœnas ſolus amore dedi.
Concedere alicui. Ovid. 8. Epiſt. 52.
Quem ſibi permiſit, genero concedet amorem.
Conciliare amorem alicui. Cic. 2. de Orat. 207.
Conciliat amores forma. Ovid. 6. Epiſt. 94.
Conciliatur amor auro. Propert. 3. 13. 49. Et Ovid. 2. de Arte Am. 278.
Conciliari amorem ſentimus. Cic. 2. de Orat. 206. Ibid. Hæc res amorem magis conciliat, illa virtutis defenſio charitatem.
Concinnat amorem conſuetudo. Lucret. lib. 4. 1278.
Concipere. Ovid. 10. Met. 249.
Conferre. V. CONFERO.
Conjicere aliquem in amorem. V. CONJICIO.
Conjuncti amore. Cic. 5. Tuſc. 58.
Connexus amore. Stat. 1. Achill. 174.
Contexere amores. Catull. 59. in Argon.
Dare ludum amori. Hor. 3. Carm. 12. 1.
Miſerarum eſt neque amori dare ludum.
Defigere amorem. Sen. OEth. 524. — Hoc, inquit, magæ
Dixere amorem poſſe defigi malo. Ubi interpres, Defigi, i. e. Aut fortiter figi, aut Reſolvi a pectore in quo fuerat fixus. [Nugæ. Verbum magica ſuperſtitionis eſt, de quo vide ſ. l.
Defuncta amore levi. Sen. Hippol. 2.
Deludet amorem ſuſpenſum fallax rumor. Claud. in pr. Conſ. Stilich. 199.

Demere amores. Ovid. de Rem. Amor. 557.
Deponere amorem. Catull. de Lesb. 74. 13.
Deſertus amor. Catull. 59. 129.
Ducere amores in longum. Virg. 9. Ecl. 56.
Durat amor. Ovid. 1. de Arte Am. 38.
Effugere amorem. Ovid. 13. Met. 744.
Eſſe in amore alicui. Cic. 6. Verr. 3. Unde igitur potius incipiam, quam ab ea civitate, quæ tibi una in amore atque deliciis fuit?
Eſſe in amoribus alicui. Cic. 6. Att. 1.
Videtur hic annotaſſe quædam H. St. de origine hujus loquendi formulæ, ſed ea cultro ablata fuerunt, reliqua hæc tantum leguntur: Potius de amore Venereo, ſeu cupidineo; Amores autem & hæ deliciæ quæ vocantur. Cic. pro Cœlio, 500. edit. Lamb. (S. 44. Verb.) At vero in amore ac delitiis tibi ſint. Cic. alibi. V. indicem Lambini. Lingua Gall. olim *Amours* dicebant, pluraliter itidem.
Eſſe in amore, ſine dativo. Cic. pro Flacc. 18. Summo autem in amore eſſe propter nomen ipſum imperii non potuerit?
Excitare mirabiles amores. Cic. 1. Off. 14.
Exhauritur amor. V. EXHAURIO.
Exit corde amor. Stat. 4. Sylv. 4. 102.
Exorare amorem. Ovid. 3. Amor. 11. 43. — facies exorat amorem.
Exponere amores. i. e. Recenſere. Ovid. 10. Met. 433.
Extitit tanto in me amore frater, &c. Cic. Poſt red. ad Quir.
Facere amorem. Ovid. 1. Met. 469. cujus contrarium, Fugare amorem.
Eque ſagittifera prompſit duo tela pharetta,
Diverſorum operum: fugat hoc, facit illud amorem.
Fallere amorem infandum. Virg. 4. Æn. 85.
— Aſcanium genitoris imagine capta
Detinet, infandum ſi fallere poſſit amorem.
Fallit amor. Ovid. 3. Amor. 4. 20.
Ferire amorum fœdera turpiſſimorum. Cic. pro Cœl. 34.
Fixus amor medullis. Sen. OEth. 4.
Flagrans amor. Hor. 1. Carm. 25. 13.
Flagrare amore. Hor. Epod. 5. 81.
Flagrat amor in molli pectore. Ovid. 15. Epiſt. 124.
Frenare amores. Sen. Medea, 11.
Fugandus amor omni parte. Ovid. de Rem. Amor. 358.
Habere amorem in vel erga aliquem. Cic. pro Domo ſua, 103. Pro amore quem habetis in Rempublicam, & ſemper habuiſtis. Idem 9. Fam. 14. Quis erat qui putaret ad eum amorem quem erga te habebam, poſſe aliquid accedere?
Habendus eſt amor alter. Ovid. 7. Epiſt. 17.
Hæret amor. Ovid. 13. Met. 395.
Jaciamur amoris in plagas. Lucret. lib. 4. 1140. h. e. In retia.
Igneſcit amor. V. IGNIS.
Impulſus amore hæc ad te ſcribenda putavi. Cic. 10. Fam. 3.
Incenſus amore alicujus. Catull. 62. 19.
Incidere in amorem. V. INCIDO.
Inducere aliquem in amorem. Catull. 28. 8.
Indulgere amori. Ovid. 9. Met. 594.
Inflammare amore animum. Virg. 4. Æn. 54.
Inflammati eſſe debemus amore in patriam. Cic. 1. de Orat. 96.
Ingenerare amorem. V. INGENERO.
Inhæreſcere amoribus erraticis. Firmic. lib. 5. cap. 16.
Innatus in nobis amor cognitionis. V. INNASCOR.
Inſanire amore alicujus. V. INSANIO.
Inſanit amoribus nuptarum. Hor. 1. Serm. 4. 27.
Inſitus menti amor cognitionis. V. INSERO.
Inſpirat amorem tacitum. Stat. 1. Sylv. 2. 194.
Intendere amorem pignoribus ſuis. Claud. Epig. 22.
Interrumpere iter amoris. V. INTERRUMPO.
Irritare. Ovid. 1. Met. 461.
Lædere. Ovid. 4. Met. 192.
Largiri amori pluſculum. V. LARGIOR.
Latuiſſet amor quem tegi volumus. Ovid. 17. Epiſt. 14.
Levare amorem. Ovid. 14. Met. 13.
Manet amor perennis conjugis caſtæ. Sen. Octav. 4.
Manſit amor. Ovid. 11. Met. 13.
Marcet amor ſegnis. Claud. Laud. Seren. Regin. 227.
Mederi amori. Ovid. 9. Met. 774.
Mentiri amorem. Ovid. 20. Epiſt. 183.
— ſi non mentiris amorem. i. e. Fingis.
Miſcendus pudor amori. Ovid. 4. Epiſt. 9.
Miſſum facere amorem. V. MITTO.
Modus nullus adeſt amori. Virg. 2. Ecl. 68.
Morem gerere amori. Ovid. 2. Amor. 2. 13.
Nutrire amorem. Ovid. 1. Met. 496.
Objicere amores alicui. Sen. Medea, 7.
Oblitus amorum. Virg. 5. Æn. 334.
Oſtenderem meum amorem. Cic. 10. Fam. 3.
Partiri amorem. Stat. 2. Sylv. 1. 207.
Perdidit te amor infelix. Ovid. 4. Met. 108.
Præ ſe ferre amorem. Cic. 2. Fam. 1. Perſpectum mihi quidem, ſed tamen dulcem & optatum amorem tuum præ te ferres.
Potiri amore. Ovid. 10. Met. 428.
Præſentit amorem aliquem mente. Ovid. 10. Met. 404.
Præſtare amorem verum. Ovid. 4. de Ponto, 6. 23.
Raptat me amor per deſerta ardua. Virg. 3. Georg. 292.
Reddere amorem fratribus. Sen. Theb. 2. 451.
Reduxit amorem. Lucan. lib. 4. 236.
— ſceleſumque reduxit amorem.
Reparare. Sen. Agam. 3.
Reſidet in aliquo amor erga alium. Cic. 5. Fam. 5. Siquid in te reſidet amoris erga me, id omne in Pomponii negotio oſtendas.
Reſpectare amorem alicujus. Catull. 11. 21.
Reſpondere alicui in amore. Cic. ad Brut. 1.
Reſurgens amor. Virg. 4. Æn. 531.
Revincire mentem amore. Catull. 59. 33.
Sævit amor. Virg. 4. Æn. 532.
Saturare amorem. Catull. 66. 83.

Servare. Ovid. 4. Met. 270.
Servire amori aliorum flagitiosissime. Cic. 2. Catil. 8.
Solvere amores cantibus, aut herbis. Tibull. lib. 1. 2. 62.
Spernere. Hor. 1. Carm. 9. 16.
Spirare. Hor. 4. 13. 19.
Sublevare. Cic. 4. Tusc. 73.
Submittere animos amori. Virg. 4. Æn. 414.
Succensus amore. Ovid. 15. Met. 167.
Suscipere amorem. Cic. 10. Fam. 1.
Tenet me amor. Stat. 5. Theb. 70.
Tentari amore. Ovid. 1. Amor. 2. 5.
Testari amorem. Virg. 3. Æn. 487.
Torqueri amore. Hor. 1. Epist. 2. 37.
Torret me amor. Hor. 3. Carm. 19. 28.
Transgredi amores. Stat. 1. Sylv. 2. 90.
Translatos alio amores. Hor. Epod. 5. 23.
Vacat metu amor. Ovid. 1. Amor. 6. 60.
Vinci didicimus feros amore. Sen. Hippol. 2.
Vincit omnia amor. Virg. 10. Ecl. 69.
Vitare amorem. Lucret. lib. 4. 1066.
Vitiare. Stat. 5 Sylv. 1. 57.
Urit amor. Virg. 2. Ecl. 68.
Usa amoribus dementer. Ovid. 4. Met. 259.

AMORABUNDUS, Gell. lib. 11. cap. 9. Laberius mulierem amantem verbo inusitatius ficto Amorabundam dixit.
Utitur Beroaldus in Epist. præfixa Comm. in Sueton. Sed puto non aliunde quam hinc sumpsit. Sic ille Insonus dicit in principio Comm. in vit. T. Vesp. Suetonii, puto ex Apulejo. Sic passim antiqua consectatur. H.St.

AMŌRĬFER, a, um. Amorem concilians. Ven. Fortun. Epithal. Sigib. Reg. 6. 2.

AMORIFĬCUS, a, um. Idem. Herba amorifica. Apul. de Herb. cap. 123.

AMORGE, V. AMURCA.

AMORGES, [Ἀμόργης] fuit ex Darii ducibus unus, qui a Caribus insidiis circumventus, una cum Daurise, & Sisamace, & Myrse Gygis filio, fuit obtruncatus. Herod. lib. 5.

AMORGINE, [ἀμοργίνη] Herba est, quæ notiore nomine Helxine dicitur. Dioscor. lib. 4. 37.

AMORGIS, dis. [ἀμοργὶς] Lini species tenuissima, bysso non dissimilis. Hinc Amorgina vestimenta, pro pretiosis & splendidis, multæque impensæ: quorum meminit contra Timarchum Æschines, & Athen. lib. 6. Non autem satis constat utrum ea vox lini speciem, an colorem, an utrumque significet. V. Ferrar. de Re Vest. 11. 4. 3.

AMORGOS, [Ἀμοργὸς] Insula una ex Sporadibus. Strab. lib. 10. & Plin. lib. 4. cap. 12.

AMORRHÆI, [Ἀμοῤῥαῖοι] Populi dicti sunt ab Amor vel Hemor patre Sichem, vel ab Amorrhæo filio Chanaan.

AMOTUS, V. infra in AMOVEO.

AMŎVEO, ōvi, ōtum, [ἀποκινέω, ἀποσοβέω, ἀπαμύνω] ēre. est De loco movere. Ter. Adelph. 4. 2. 14. Age, tamen ego hunc amovebo. Ubi Donatus, Proprie amovetur saxum de loco. Cic. 1. Att. 9. Et nebulonem illum, siquo facto potes, ex istis locis amove. In eodem significatu legitur etiam Removeo.
Amovere & Admovere, contraria. Auth. ad Heren. lib. 3. 32. Sive nimis procul amoveris, sive vehementer prope admoveris.
Ætas. Lucret. lib. 1. 226.
Præterea quæcunque vetustate amovet ætas.
Animum studio puerili. Plaut. Merc. prol. 41. h. e. Dimovere, abstrahere a studio, &c.
Aliquem ab officio aliquo. Cic. de Arusp. Resp. 43. Saturninum Quæstorem a sua frumentaria procuratione Senatus amovit, eique rei M. Scaurum præfecit.
Assentationem. Cic. in Læl. 91.
Crapulam. Plaut. Pseud. 5. 1. 35. Inde huc exii, crapulam dum amoverem.
Culpam a se. Liv. 4. 42.
Culpas amovit. Hor. 4. Carm. 15. 11.
Custode amoto. Propert. lib. 1. 11. 15.
Jurgia amovere. Cic. 2. de Legib. 19.
Libidinem, odium, invidiam, metum, cupiditatesque omnes. Cic. pro Cluent. 159.
Ludo amoto quæramus seria. Hor. 1. Serm. 1. 27.
Metum. Ter. And. 1. 2. 10.
Molestiam a foribus. Plaut. Amph. 1. 2. 2.
Opinionem. Ter. And. 3. 2. 30. & 1. 2. 16.
Segnitiem a se. Plaut. Asin. 2. 1. 6.
Sensum doloris amovere. Cic. de Provinc. Consul. 2. Præcipuum illum & proprium sensum doloris mei, a sententia dicenda amovebo, ad ulciscendi tempora reservabo.
Somnum ex pectore. Plaut. Pseud. 1. 2. 11.
Suspicionem ab aliquo. Plaut. Trin. 3. 3. 54.
Tactus impudicos a casto corpore. Sen. Hippol. 5.
Virgas amovit ab omnium civium Romanorum corpore lex Porcia. Cic. pro C. Rabir. 12. i. e. Vetuit ne virgis cæderentur cives Romani per carnificem.
Amotus per dolum. Hor. 1. Carm. 10. 10.
Amoveri in insulam, i. e. Deportari vel relegari. Tacit. 4. Ann. 31. At P. Suillium amovendum in insulam censuit.
Amovere, pro Auferre, intervertere. Ulp. in l. rei communis. 45. D. pro socio. Rei communis nomine cum socio, furti agi potest, si per fallaciam dolove malo amovit, vel rem communem celandi animo contractet. Idem in l. Si ego. D. de jure dotium. Agetur rerum amotarum, si amoventis animo maritus eas retineat: aut ad exhibendum, si non amovere eas connisus sit. Idem in l. Tutor. D. de furtis, Tutor siquid furandi animo amoverit, furtum facit. Administrationem enim rerum pupillarium habet: intercipiendi autem potestas ei non datur.

AMOTIO, ōnis. f. ut, Amotio doloris. Cic. 2. de Fin. 9. Augendæ voluptatis finis est, doloris omnis amotio.

A M P

AMPE, [Ἄμπη] Oppidum Arabiæ, non procul a mari rubro, cujus meminit Herod. lib. 6. Gentile est Ampæus. Steph.

AMPECHONIUM, [ἀμπεχόνιον] Vestimentum commune virorum & mulierum, ut tradit Pollux lib. 7. cap. 13. ubi Gualtherus vertit, Palliolum.

AMPEDICES dicebantur ab antiquis, quod circum penderent, quos nunc Appendices appellamus. Festus. Sed ibi ex MSS. legendum potius Ampendices. V. APPENDIX.

AMPELA, Civitas est Cretæ insulæ, apud Plin. lib. 4. cap. 12. Est item Macedoniæ oppidum. lib. 4. cap. 10.

AMPĔLĪTIS, dis. [ἀμπελῖτις] Terra est bitumini similis, circa Seleuciam Syriæ nascens, qua rustici vites illinere solent ad necandos vermiculos, oculos illarum depascentes, quos Ipas, sive Scinipas vinitores Græci appellant. V. Plin. 35. 16.
Eadem & Pharmacitis dicitur, quod vitium morbo medeatur. Dioscor. lib. 5. & Galen. lib. 9. Facult. Simpl. medic.

AMPĔLĬUS, i. m. Inter viros ingenio, doctrina & eloquentia celebres apud Sidon. Apollin. Carm. 9. v. 305. Idem esse putatur cujus Librum Memorialem Cl. Salmasius subjecit Floro. Cujus Præf. V.

AMPELOCARPUM, Herba Aparine. Diosc. 3. 95.

AMPELODESMON, [ἀμπελόδεσμον] vocant Siculi herbam, ex qua vincula molliora fiunt alligandis vitibus. Plin. lib. 17. cap. 23.

AMPELOESSA, Oppidum est in Decapolitana regione, quæ Syriæ proxima est. Plin. lib. 5. cap. 18.

AMPELOPRĂSON, [ἀμπελόπρασον] Herba est foliis porri, sed angustioribus, flore candido, radice bulbosa. Nascitur in vinetis, unde & nomen accepit. Plin. lib. 24. cap. 15. Vulgus Porrum vinearum vocat.

AMPELOS, [Ἄμπελος] Nomen pueri, qui quum a Baccho amaretur, ab eodem post mortem inter sidera relatus est. Fabulam habet Ovid. 3. Fast. 409. Item Macedoniæ oppidum. Plin. lib. 4. cap. 10.

AMPĔLOS Agria, [ἄμπελος ἀγρία] Vitis sylvestris, ea mihi videtur, quam rura modo Viornam, modo Hardeam vocant, quod ramorum fasces ea perinde quasi vinculo ligantes distringant. Hanc Plinius credit esse potius quam Uvam Taminiam vocant. Ruell. lib. 3. cap. 153. Ampelos agria vocatur herba foliis duris, cineracei coloris, &c.

AMPELOLEUCE, es. [ἀμπελολεύκη] Plin. lib. 23. cap. 1. Vitis alba est, quam Græci Ampeloleucen, alii Ophiostaphylon, alii Melothron appellant. Omnibus officinis & herbariis Bryonia & Vitis alba dicitur: vulgus, quod per dumos serpat, Colubrinam vocat: dicitur & Ampelos leuce. Ruell. lib. 3. cap. 153.

AMPELOS Melæna, [ἄμπελος μέλαινα] Vulgo *Tomaro*, Latine Vitis nigra. Hanc Matthiol. Senens. putat esse Uvam Taminiam, quanvis Plin. contrarium sentiat, qui eam proprie Bryoniam vocari scribit, l. 23. c. 1.
Ampelos Chironia, eadem Plin. ibid. & 25. 4.

AMPELUS, [Ἄμπελος] Insula, sive Promontorium in Samo, authore Strab.

AMPELUSIA, [Ἀμπελουσία] Nomen est promontorii in ea Africæ parte, qua Atlantem alluit Oceanus, a vitium copia impositum. Plin. l. 5. c. 1. Vulgo hodie *La punta alcasar*. Aliis dicitur *Capo de cantero*.

AMPHAMIOTÆ, [ἀμφαμιῶται] in Creta vocabantur Servi privati, qui jure belli in servitutem venissent, quamvis indigenæ forent. Cæl. l. 18. c. 26.

AMPHAPALIA, Locus est Cretæ, apud Strab. in ipsius insulæ descriptione.

AMPHEMERINOS, i. [ἀμφημερινὸς] Plin. lib. 28. cap. 16. ubi de febribus disserit: Est (inquit) Genus febrium, quod Amphemerinon vocant. Hoc liberari tradunt, siquis e vena auris asini, tres guttas sanguinis in duabus heminis aquæ hauserit.

AMPHERICUM, est Navigiolum quod impellitur ab utroque latere, remigibus quibusque duos simul concitantibus remos. Scheffer. de Mil. Nav. 11. 2.

AMPHI, [ἀμφὶ] Latine Circum significat. V. AM.

AMPHĬĀNACTES, m. pl. Poetæ Dithyrambici, frequentissime hoc carminum procemio usi. ἀμφί μοι Ἄναξ, i. e. Adsis mihi rex Musarum Apollo. Quin & ἀμφιανακτίζειν idem est ac προοιμιάζεσθαι. V. Suidam in hac voce, & Cæl. Rhod. 4. 5.

AMPHĬĂRĀUS, [Ἀμφιάραος] OEclei, vel (ut alii) Lyncei & Hypermnestræ filius, Argivus vates & augur. Cic. 1. de Divin. 88. Amphiaraum sic honoravit fama Græciæ, deus ut haberetur, atque ut ab ejus solo, in quo est humatus, oracula peterentur. Historiam Amphiarai latissime describit Diodor. Sicul. lib. 5. cap. 5. Pausan. quoque in Att. & Stat. 7. Theb. V. ALCMÆON. De Amphiarai fano & loco ubi periit, qui ἅρμα, i. e. currus dictus, V. Salmas. in Solin. p. 103. seq.
Amphiaraus sublimis. Stat. 6. Theb. 327.
Doctus futuri. Stat. 1. Theb. 398.

AMPHIARAIDES, Ovid. 2. Fast. 43. Amphiaraï Fil. Alcmæon, ab Acheloo expiatus.

AMPHIAS, [Ἀμφίας] Tharsius fuit, qui quum ex hortulano potens esset, & in amicum quasi degenerem nonnulla dixisset, mox subjecit, Sed & nos de iisdem seminibus sumus. Quo dicto omnes pariter lætos fecit. Macrob. 7. Saturn. cap. 3.

AMPHĬBĂLUS, i. m. sive AMPHIBALUM, i. n. Vestis genus quo exterius amiciebantur, apud Sulp. Sever. Dial. 2. de Vit. B. Martini c. 1. & Fortunat. de Vita ejusd. 3. 1. Ἀμφίβαλος corruptum ex Ἀμφίβολος ab ἀμφιβάλλω.

AMPHĬBĬUM, [ἀμφίβιον] Animal in terra, & aqua vivens. Varro 4. de L. L. 13. Græci ea quæ in aqua & in terra possunt vivere, vocant Amphibia. Columel. lib. 8. cap. 12. Venio nunc ad eas aves, quas Græci vocant ἀμφίβια, quia non tantum terrestria, sed aquatilia quoque desiderant pabula: nec magis humo, quam stagno consueverunt: ejusque generis anser præcipue, rusticis gratus est. Amphibia Cic. 1. de Nat. Deor. 37. vocat Ancipites bestias. V. ANCEPS.

AMPHIBOLIA, AMPHIBOLOGIA, sive AMPHIBOLON, [ἀμφιβολία, ἀμφιβολογία, ἀμφίβολον] Dubium sive ambiguum dictum. Cic. 2. de Divin. 116. Illa amphibolia, quæ Crœsum decepit, vel Chrysippum potuisset fallere. Quintil. lib. 7. cap. 10. ubi dicit Amphiboliæ species esse innumerabiles, Figura est Grammaticis, quæ fit vitio compositionis quum in ambiguo posita est sententia. Latine dicitur Æquivocatio. Et modo fit per accus. ut, Aio te Æacida Romanos vincere posse. Ter. And. 5. 3. 25. Ego me amare hanc fateor. Ubi Donatus: ἀμφιβολία est.
Modo per verbum commune: ut quum dicimus, Cato injuste criminatur: incertum est enim an ipse ab alio criminetur, an ipse alium.
Modo per partic. ut, Vidi statuam auream hastam tenentem.
Modo per homonyma: ut siquis dicat aciem, nec exprimat oculi, vel gladii, vel exercitus.
Potest etiam fieri aliis modis. Virg. 4. Æn. 371.
Quæ quibus anteferam? Ubi Servius, Amphibologia est, Quid prius, quid posterius dicam? Idem 1. Æn. 492.
Aurea subnectens exertæ cingula mammæ. Ubi Servius, Amphibolon

bolon est hoc loco, utrum ipsa aurea, an aurea cingula. Idem 4. Æn. 178.

— terra parens ira irritata deorum Ubi Servius, Amphibolon est utrum sua ira, propter extinctos gigantes: an ira deorum irritata, quæ extinxerat gigantes. Quintil. lib. 7. cap. 9. Alii in scripto & voluntate amphibologiam esse. adde Aur. Vict. cap. 35. Isidor. 1. 33. & Mart. Capell. 5. p. 149.

Lamb. in Cicer. Rhet. ad Her. p. 11. (2. c. 11.) Amphibologiarum, & Amphibologias in omnibus fere libris fuisse testatur suis, in Annot. H. St. Ubi excus. Amphiboliarum &c.

AMPHĬBRĂCHYS, is, [ἀμφίβραχυς] Pes est ex prima & ultima brevibus, media producta. Sic dictus, quod in utraque parte brevem habeat. βραχὺς enim brevis dicitur, ut Cŭpīdŏ. V. Quintil. lib. 9. cap. 4.

AMPHICARPA, [ἀμφίκαρπα] dicuntur Quæ geminum & utraque parte fructum ferunt. Ruell. lib. 2. cap. 123.

AMPHICAUSTIS, [ἀμφικαυστὶς] Hordeum montanum, quod & εὔστρον Græcis dicitur. Ruell. lib. 2. cap. 16.

AMPHICEPHALUS, [ἀμφικέφαλος] fuit Lectus cubicularis qui utrinque habuit pulvillum reclinando capiti. Etymol. V. Buleng. de Conviv. 1. 29.

AMPHĬCRĂTES, is. m. [Ἀμφικράτης] Historicus, de viris illustribus scripsit teste Laertio in Aristippo. S. 101. Idem Rhetor, qui vitam voluntaria inedia finiit, de quo Plutarch. in Lucullo, ut visum Jonsio.

AMPHICTYO, [Ἀμφικτύων] Deucalionis & Pyrrhæ fil. vel ut alii tradunt, ex Hellene nepos, qui pulso Cranao socero tertius Athenis regnavit, easdemque Minervæ consecravit. Hunc a Baccho quem hospitio acceperit, modum vini aqua temperandi accepisse auctor est Philochorus ap. Athen. l. 2. Ab Erichtonio denique regno deturbatus creditur. Eundem Amphictyonum concilium, de quo mox dicetur, instituisse & a nomine suo appellasse cum Græcorum scriptorum plerorumque, tum Marmoris Arundel. auctoritate constat, quanquam aliter Androtion statuerit, ap. Pausan. in Phoc. si Palmerio credimus Exerc. in Auct. Græc. p. 434.

AMPHICTYONES, [Ἀμφικτύονες] (inquit Suidas) Consessus quidam fuit Græcus, apud Thermopylas convenire solitus, ab Amphictyone Deucalionis filio sic dictus, qui & ipse quum populos regeret, ad conventus convocasse dicitur. A primo loco dicitur σύνοδος Πυλαία, Strab l. 9. p. 289. & in Marmore Arundel. v. 9. & ab Livio 33. 5. conventus Pylaicus appellatur. Deinde etiam Delphis erat nonnunquam congregatus, ut Strabo l. c. & Pausan. in Att. p. 231. observant. Judicatum fuit bis in anno de rebus publicis, inquit Strabo, qui addit initio 12. tantum civitates hujus concilii fuisse participes, postea plures accessisse. Plura apud Budæum in Annot. prior. V. Strab. l. 9. 69. Item Erasmi Chil. Cic. 2. de Invent. 69. Accusantur apud Amphictyonas, i. e. Apud commune Græciæ concilium. Plenius de hoc concilio ex Junioribus Ant. van Dale Dissert. Sexta, & Marsham. ad Secul. 9. ubi plura fuisse docet. q. V.

AMPHICTYONICUS, a, um. Adj. Dion. Halicar. 4. 229. & Strab. ibid.

AMPHICYPELLUM, i. n. Poculum utrinque ansatum. V. Cæl. Rhod. 15. 6. & Alex. ab Alex. 3. 10. Vel duos habens fundos. Buleng. de Conviv. 4. 11. Tiraquell. in Alex. Gen. Dier. 3. 10.

AMPHICYRTOS, [ἀμφίκυρτος] Utrinque declivis & gibbosus. Sic Luna dicitur, quum in Solis triquetro semiambitur orbe. Hermol. in Plin. l. 3. c. 5. Amphicyrtos est luna, cum supra diametrum dichotomi est, antequam orbis conclusione cingatur, vel de orbe jam minuens inter medietatem ac plenitudinem insuper mediam luminis curvat eminentiam. Hæc Macrob. Somn. Scip. 1. 6. V. Gassend. l. 2. Inst. Astr. c. 16.

AMPHĬDĂMAS, [Ἀμφιδάμας] Busiridis filius fuit, quem Hercules, quod paternæ crudelitatis in mactandis hospitibus se ministrum præberet, una cum patre interemit.

Amphidamas alter, Argonautarum in Colchica expeditione comes. Val. Flacc. 1. 376.

AMPHIDEÆ, [ἀμφιδέαι] Ornamenta juncturarum manuum, apud Pollucem l. 5. c. 16. ubi etiam dicit eas pertinere & ad brachia, & ad pedes. & l. 7. c. 22. ad finem, ubi Gualtherus vertit, Redimicula. V. Th. Bartholin. de Armillis Vet. Sched. §. 1.

AMPHIDROMIA, æ. f. [ἡ ἀμφιδρόμια] Apud Hesych. & Suid.

AMPHIDROMIA, orum. n. pl. [τὰ ἀμφιδρόμια] apud Plat. in Theæt. & Athenæum l. 2. & 9. V. etiam Lex. Pitisc. Dies erat familiæ festus, quo natum puerum circum focum ferebant, & propinqui, amici, & familiares dona dabant; quas ferias Ter. in palliata fabula intellexisse crediderim, quum inquit in Phorm. Porro autem Geta ferietur alio munere ubi hera pepererit. Turneb.

Amphidromiam agis. Adagium, ad varios usus poterit accommodari, vel ad eos qui pueros ostentant, ac circunferunt, ac munuscula captant, ambiuntque. Sumptum a prisca consuetudine, qua mulieres quæ in partu adfuissent, & in obstetricando juvissent, quinta post die manus abluere solebant, ac puerum cursu laribus circunferre: quo die munuscula missitabantur a cognatis. Erasm. in Chiliad. V. & Turnebi Advers. 3. 6. & 7. 21. [Quintus, vel 9. vel 8. vel 7. ab edito partu dies, Lustricus ideo dictus, quod eo lustrabantur cum puero fœminæ, quæ manus puerperio adhibuerant. Docent plenius Th. Bartholin. de Puerp. Vet. p. 136. Stuck. Antiq. Conviv. l. 1. c. 16. Lomejer. Epimenid. c. 27. a princ.

AMPHIGENĪA, [Ἀμφιγένεια] Oppidum Peloponnesi, in tractu Messeniaco, cujus meminit Stat. 4. Theb. 178.

Huic parere dati, quos fertilis Amphigenia,
Planaque Messene, montanaque nutrit Ithone.

Meminit & Hom. 2. Il. v. 593.

AMPHILOCHUS, [Ἀμφίλοχος] Amphiarai & Eriphyles filius in Oropo Atticæ pro deo vates cultus, ut Liv. l. 45. 27. scribit, templumque vetustum fontibus rivisque amœnum habuit, ad quod visendum Paulus Æmilius victor prodiit.

Amphilochus & Mopsus Argivorum reges fuerunt, iidemque augures. Cic. 1. de Divin. 88. Plenius Strabo l. 14. Pausan. in Attic. Lucian. Dial. Mort. p. 266. ed. Græv. & in Deor. Concil. p. 713. Ab hoc conditore dicti AMPHILOCHI, Acarnaniæ populi, Argos Amphilochicum incolentes. Strab. lib. 7. & Regio AMPHILOCHIA. Thucyd. l. 2.

Amphilochus, Atheniensis philosophus, & agriculturæ scriptor, ut testis est M. Varro lib. 1. de R. R.

AMPHĪLYTUS, [Ἀμφίλυτος] Ariolus ex Acarnania, qui Pisistrato tertio Athenarum tyrannidem repetenti author fuit ut noctu Athenienses invaderet. Herod. l. 1. c. 62. Ἐνθαῦτα θείῃ πομπῇ χρεώμενος παρίσταται Πεισιστράτῳ Ἀμφίλυτος ὁ Ἀκαρνὰν, χρησμολόγος ἀνὴρ, ὅς οἱ προσιὼν χρᾷ ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ τάδε λέγων,

Ἔρριπται δ' ὁ βόλος, τὸ δὲ δίκτυον ἐκπεπέτασται,
Θύννοι δ' οἰμήσουσι σεληναίης διὰ νυκτός.

i. e. Hic divino instinctu actus Amphilytus Acarnan, ariolus, Pisistrato affuit, & ad eum accedens, hexametro carmine vaticinatus est, inquiens,

Verriculum jactum est, expansaque retia, nocte,
Mox aderunt thynni claro sub sidere Lunæ.

AMPHIMACHUS, [Ἀμφίμαχος] Cteati filius, unus ex quatuor ducibus Epeorum. Author Homer. in Catal. Nav. v. 127.

AMPHĬMĂCRUS, sive AMPHĬMĂCER, [ἀμφίμακρος] Pes ex tribus syll. constans, prima & ult. long. med. corr. ut Pāllĭdī. Sic dictus, quod utraque parte longam habeat syllabam: Et est contrarius Amphibrachi. Quintil. l. 9. c. ult. Ejus nomen frequentius est Creticus, ut idem testatur.

AMPHIMALLA, & Amphitapa idem significat. Plin. l. 8. c. 48. V. AMPHITAPA.

AMPHIMALIS, [Ἀμφιμαλὶς] Sinus est Cretæ insulæ, ut testis est Ptolemæus.

AMPHIMASCHĂLA, [ἀμφιμάσχαλα] Vestes erant liberorum, duas habentes manicas: Heteromaschala autem, quæ servorum vestes erant, unam tantum habebant manicam. Utraque nomen accepit a manicis, quæ a Græcis vocantur μασχάλαι. Alex. ab Alex. l. 5. c. 18. V. etiam Poll. 7. 13. & Lex. Pitisc.

AMPHĬMĔDON, [Ἀμφιμέδων] Nomen Libyci cujusdam Centauri, qui in aula Cephei regis adversus Perseum pugnans, occisus est. Ovid. 5. Met. 75.

Ecce Syenites genitus Methione Phorbas,
Et Libys Amphimedon, avidi committere pugnam.

Amphimedon alter, Procus Penelopes a Telemacho occisus. Homer. Odyss. 22.

AMPHĬNŎME, [Ἀμφινόμη] Nympha, a circumpascendo, quod proprium est aquarum, quæ ripas & litora circunquaque depascuntur. Calep. V. Il. σ. Amphinome alia, Mater Jasonis, quæ se ipsam gladio transfixit. V. Natal. Com. 6. 7.

AMPHINOMUS, [Ἀμφίνομος] Unus procorum Penel. ab Ulyssis filio occisus Hom. Odyss. 22. Alius ejusd. nom. Scriptor Geometricus. Vid. Voss. de Mathemat. cap. 57. n. 17. V. ANAPIAS.

AMPHĪON, ŏnis. m. [Ἀμφίων] Jovis & Antiopes, vel secundum aliquos, Mercurii filius, a quo accepta lyra, adeo dulciter canebat, ut saxa ad struendos muros Thebanos traxisse dicatur. Hor. in Arte Poet. v. 394. Quod ideo fictum, quia eloquii suavitate homines rudes & incultis moribus, ad obsequii civilis pellexit disciplinam. Ferunt hunc invenisse Musicam. De Amphione lib. 1. Apoll. Rhod. in Argon.

Amphiona, accus. Græc. Stat. 8. Theb. 233.

Amphionis arces. Ovid. 15. Met. 427. Thebas intelligit.

Amphion & Zethus gemini fratres. Hor. 1. Epist. 18. 41. Pausan. l. 2. Corinth. Suid. v. Antiope. Hygin. F. 7. Apollod. l. 3. Propert. V. infra.

Acer. Stat. 10. Theb. 382.

Docilis. Hor. 3. Carm. 11. 2.

Dircæus. Virg. 2. Ecl. 24.

Extinctus cum stirpe Ovid. 6. Met. 402.

Ferus. Stat. 10. Theb. 443.

Mollis lacrymis. Propert. lib. 3. 15. 29.

Et durum Zethum, & lacrymis Amphiona mollem.

Vindex justissimus Matris vocatur ab Ovid. 3. de Arte Am. 323. quia Lycum Theb. Ægypt. regem, qui eam ob adulterii suspicionem repudiaverat, interfecit. V. Boccat. Geneal. Deor. 5. 30. De eodem, V. Nat. Com. 9. 15. Solin. cap. 12. & Clem. Alex. Protrept. pr.

Amphion alter, unus ex Argonautis. Val. Flacc. 1. Argon. 367.

Amphion, Q. Catuli libertus, e sanguine Quiritium, & proscriptionum licentia ditatus, ut & plures alii ejusdem farinæ homines. V. Plin. l. 35. c. 18.

Fuit & hoc nomine quidam pictor nobilis, cui Apelles cedebat de dispositione, ut idem Plin. author est lib. 35. cap. 10.

AMPHIONIUS, Adj. [Ἀμφιόνιος] ut, Amphionia lyra. Propert. lib. 1. 9. 10. Canes, Sen. OEdip. v. 178.

AMPHIPHONES, vel potius AMPHIPHONTES, [ἀμφιφῶντες] Placentæ genus est, cui circumponebant affigebantque cereos circunquaque accensos, teste Pausan. apud Eustath. in Iliad. 10. Has autem placentas Dianæ offerebant Munychiæ, ut refert Cæl. Rhod. l. 9. c. 16. V. Suid. Poll. 6. 11. Athen. l. 14.

AMPHIPŎLIS, [Ἀμφίπολις] Civitas in ea parte, qua Thraciam Macedonia contingit: dicta quod eam Strymon amnis circunfluat. V. Plin. 4. 10. Liv. 45. 9. & 19.

AMPHIPPI, Plinio Desultores. V. Lex. Pitisc. Ælian. in lib. de Instruendis aciebus, verba faciens de phalange quæ Antistomos dicitur: Valet (inquit) hoc instruendi genus potissimum contra barbaros, qui loca Histro amni vicina incolunt, quos Amphippos cognominant, a mutatione equorum: ex aliis enim equis in alios transilire consueverunt. V. Cæl. Rhod. 11. 64. & 21. 30. Scalig. in Manil. v. 85.

AMPHIPRORÆ, erant Naves quæ utrinque proras habebant. Calcagn. de Re Naut. cap. 12.

AMPHIPROSTYLUS, [ἀμφιπρόστυλος] Ædificii species, omnia habens ea quæ prostylos: prætereaque habet in postico ad eundem modum columnas, & fastigium. Vitruv. lib. 3. 1. & Bald. p. 6.

AMPHIPYROS, [Ἀμφίπυρος] Dianæ cognomen est apud Sophoclem in Trach. ea videlicet causa, quod utraque manu facem gestet. Eadem & Hecate existimatur. Author Cæl. l. 11. c. 26. Add. Ovid. Fast. 4. 493. Oisel. Thes. Num. tab. 51.

AMPHIRROE, [Ἀμφιρρόη] Nympha ab undecunque fluendo. Hesiod.

AMPHIRREUSIS, is. f. [ἀμφίῤῥευσις] Tympanum, sive rota in machina tractoria. Vitruv. 10. 4.

AMPHIS, ĭdis. m. Poeta Græcus, cujus est illud apud Stob. Serm. 33. οὐκ ἔστι κρεῖττον τοῦ σιωπᾶν οὐδὲ ἕν. i. e. Nihil est quicquam præstantius quam tacere.

AMPHISBÆNA, [ἀμφισβαινα] vel AMPHISIBÆNA, æ. Genus serpentis. Plin. l. 20. c. 20. & l. 8. c. 23. Solin. c. 40. Ruell. in Veterin. dicit eam vocari & Cæciliam, nomenque habere a cæcitate. Vulgo *Envoye*.

Amphisibæna gravis. Lucan. 9. 719.

Et gravis in geminum surgens caput amphisibæna.

Dicta Amphisbæna, quod ex utraque parte progreditur. V. Matthiol. & Dioscor. 6. 48.

AMPHISCII, [ἀμφίσκιοι] appellantur Hi qui sub æquinoctiali habitant circulo, eo quod quadruplici verberentur umbra. Nam sole existente in alterutro punctorum æquinoctialium, h. e. In principio Arietis, aut Libræ, umbra eorum matutina jacitur versus occidentem, vespertina versus orientem. Sole autem Cancrum aut aliud quoddam ex cæteris signis septentrionalibus perambulante, umbram habent australem: contra vero septentrionalem, sole sub Capricorno aliquove australium signorum iter faciente.

AMPHISPHYRA, [ἀμφίσφυρα] Genus calceamenti muliebris, Polluci lib. 7. cap. 22.

AMPHISSA, [῎Αμφισσα] Urbs est in Locris, qui Ozolæ vocantur, ab Amphissa Macaris & Apollinis filia nomen habens. Hermol. in Plin. l. 4. c. 3.

AMPHISSA, Urbs Phocidis. Lucan. lib. 3. 172.

AMPHISSIUS, a, um. Adj. ut, Amphissia saxa. Ovid. 15. Met. 703.

AMPHISTRATUS, [᾿Αμφίστρατος] Statuarii nomen apud Plin. l. 36. c. 5.

AMPHISTRATUS, & Rhecas, [᾿Αμφίστρατος καὶ ῾Ρέκας] Laconum duces fuere, qui Heniochiam inhabitarunt: quam sic dictam scribunt, quod hi aurigæ Castoris & Pollucis essent, qui Græcis ἡνίοχοι dicuntur. V. Strab. l. 11. & Justin. 42. 3. 3. At Plin. Amphitus & Telchius. l. 6. c. 5. ubi Hard. V.

AMPHITANE, [ἀμφιτανή] Gemma, quæ alio nomine dicitur Chrysocolla. Invenitur in ea Indiæ parte, in qua formicæ eruunt aurum, colore auri, figura quadrata, traditurque natura ejus eadem quæ magnetis, nisi quod aurum quoque trahere dicatur. Hæc Plin. lib. 37. cap. 10.

AMPHITĂPA, [ἀμφίταπος, ἀμφίμαλλος] Amphitapæ vestes dicuntur utrinque habentes villos. Lucil. Sat. lib. 1. Psilæ atque amphitapæ villis ingentibus molles. Idem lib. 6. Pluma, atque amphitapæ, & siquid aliud deliciarum. Varro Manio, Alterum bene acceptum dormire super amphitapa bene molli. Ex Nonio 14. 24. Dicitur & ἀμφίταποι. Idem autem significant Amphimallum & Amphitapum, sive Amphitapa. Utitur hac voce Ulp. in l. 23. §. 2. Vestis. D. de auro & argent. leg. V. etiam Ferrar. de Re Vest. 1. 18. & 2. 14. & Lex. Pitisc.

AMPHITHĂLĂMUS, Cubiculi genus. Vitruv. lib. 6. cap. 9. conf. Bald. Lex. p. 6. V. THALAMUS.

AMPHITHEATRUM, i. n. [ἀμφιθέατρον] Ædificium fuit, spectaculo gladiatorum potissimum destinatum, forma rotunda, & veluti ex duobus constans theatris: unde amphitheatri nomen impositum. Per Synecdochen etiam Arena & Cavea nominabatur, Cum illud proprie aream seu imam partem i. e. fundum, ejus, ubi gladiatores pugnabant, hoc ambitum, ubi spectatorum sedilia erant denotet, pariter atque in Theatro. V. de singulis s. l. Quanquam autem nomen ipsum Græcum sit, satis constat tamen a Romanis primum Amphitheatra fuisse ædificata, & quidem lignea primum, e lapide sub Augusto demum principe a Statilio Tauro. In iisdem & Venationes editæ, ut in Circo, unde Dioni θέατρον κυνηγετικὸν i. e. Venatorium theatrum dicitur l. 43. nonnunquam & noxiorum traductorum supplicia exhibita ibidem fuerunt. V. Isidor. 18. 52. & Lips. de Amphitheatro. cap. 2. & præcipue Lex. Pitisc. Omnium munificentiam supergressus est Vespasianus cum Tito filio, extructo in Urbe media Colossæo amphitheatro stupendæ magnitudinis, cujus imaginem ex nummo Titi exhibet Oisel. tab. 101. De quo Martial. de Spect. 1. v. 7.

Omnis Cæsareo cedat labor amphitheatro.

Translate usurpat in Descriptione villæ suæ Tusculanæ Plin. Sec. l. 5. Ep. 6. Regionis forma pulcherrima, imaginare amphitheatrum aliquod immensum, & quale sola rerum natura possit effingere. Lata & diffusa planities montibus cingitur, &c.

AMPHITHEATRĀLIS, Adj. [ἀμφιθεατρικὸς] Quod ad amphitheatrum pertinet: ut, Amphitheatrales ludi, qui in amphitheatro fiebant. Sic Amphitheatrale spectaculum. Plin. l. 11. c. 24. i. e. amphitheatro dignum. Amphitheatralis pompa. Claud. Cons. Mall. Theod. 293.

AMPHITHEĀTRĪCUS, Idem. unde

Amphitheatrica charta, ita dicta a loco confecturæ. cui quartus locus tribuitur a Plin. lib. 13. cap. 12. Spectaculum. Symmach. 4. Ep. 8.

AMPHITHĔTUM, [ἀμφίθετον] erat Poculi genus ita factum, ut quavis ex parte positum staret, nullumque certum haberet fundum. Hesychius dicit Amphithetum esse poculum quod ob magnitudinem tollitur ac reponitur. Id nautæ Hollandi vocant *Busam*. Hinc figura proverbialis, Ex amphitheto bibisti, in eum qui meracius ac largius potarit. Erasm. Amphitheti meminit & Cælius lib. 14. cap. 60. & Hom. ψ. Il. v. 270.

AMPHITHOE, es. [᾿Αμφιθόη] Nympha marina, Nerei & Doridis filia, ut post Hesiodum tradit Hyginus in Præf. fabular. poeticar. [Sed Amphitrite apud Hyginum legendum probabiliter suspicatur Scheff. Sic enim apud Hesiod. V. mox, & apud Apollod. Alia est *Amphithea* uxor Adrasti ap. eund.

AMPHĬTRĪTE, [᾿Αμφιτρίτη] Oceani & Doridos filia, quæ fingitur a poetis esse uxor Neptuni, & significat mare, a τρεῖν quod est terrere. Mare enim circum se navigantes pereundi terrore insequitur. alii a τρίζω strido vel τρίβω, derivant. V. Apollod. Hygin. & Hesiod. in Theog. v. 243. Ovid. 1. Met. 13. pro Mari posuit, quod non rarum apud poëtas:

— nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitrite.

Amphitrite dives aquis. Ovid. 5. Fast. 731.

Amphitrite Nereia. Claud. in Rapt. Proserp. 1. 104.

Amphitriten rudem prima imbuit cursu. Pallas scilicet. Catull. in Argon. 11.

AMPHĬTRȲO, [᾿Αμφιτρύων] Princeps Thebanus Alcei Fil. Alcmenæ Herculis matris maritus. a τρύζω, i. e. Gemo, vel τρυχῶ Vexo: quoniam hæc incurrit. Ovid. 9. Ep. Her. 44.

Nec pater Amphitryon, nec puer Hyllus adest. Plaut. prol. 98. tamen Amphitruo scribit, quia vetustissimi Romani peregrinas literas non admittebant, ut Phruges, pro Phryges. Unde & patronym.

AMPHITRYONIDES & per Epenthesin Amphitryoniades, Sic a poëtis dicitur Hercules.

Amphitryoniadæ. Ovid. 15. Met. 49.

Amphitryoniades falsiparens. Catul. 69. 112. Falsiparens dicitur propter fabulam Jovis Amphitryonem simulantis.

Amphitryoniades vidit cum vinceret Hydram. Lucan. lib. 9. 644.

AMPHITUS, [῎Αμφιτος] Alter ex Castoris & Pollucis aurigis. Vid. AMPHISTRATUS.

AMPHŎRA, [ἀμφορεὺς] Genus vasis vinarii, ex ἀμφὶ & φέρω quod utrinque ferretur duabus ansis. Latine Quandrantal appellabatur, ut Festus & Volusius Mæc. JCtus docent. Fictiles fuisse ostendit illud Horatii in Arte Poet. v. 21. — Amphora cœpit

Institui currente rota, cur urceus exit? Vino condendo eas maxime inserviisse ex Cic. Hor. & JCtis constat: quanquam ad alios usus sæpe transferebantur. V. Julian. l. 206. D. de V. S. Nepot. 23. 9. 13. & Lex. Pitisc. Budæus l. 5. de Asse, sic ait, Hac ratione usus, comperisse me arbitror (nec temere, ut spero) amphoram esse octavam partem ejus vasis, quod modium vini dicimus. Modium vini Parisinum tricenos senos sextarios nostros capit. Sextarius autem octonas eas, quas pintas dicimus. In aridis autem pro amphora quadrantem sextarii habemus, id est ternos bossellos: pro quibus vas trimodium habemus, dimidiatum medimnum. Hactenus Budæus. Cic. pro Font. 9. Itaque Titurium Tolosæ quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegisse.

Amphoram in cervicem gracilescere solitam, ex Catone intelligimus, quum inquit c. 88. Amphoram defracto collo puram impleto aquæ puræ.

Amphora mellis. Cic. 4. Verr. 183. Amphora nardini, apud Plaut. Navis trecentarum amphorarum. Liv. 1. Bell. Pun.

Amphoram cessantem. Hor. 3. Carm. 28. 8. Cui opponitur Prompta. Hor. 1. Carm. 36. 11.

Amphora Læstrygonia. Hor. 3. Carm. 16. 34. i. e. Formiana.

Mamertina. Martial. lib. 13. 117.

Pretiosa. Martial. lib. 1. 19. 8.

Amphora non meruit tam pretiosa mori.

Amphoris puris condit mella. Hor. Epod. 2. 15.

AMPHORĀLIS, Adj. [ἀμφορεαῖος] ut, Amphorale vas: h. e. Unius amphoræ capax. Plin. l. 37. c. 2. Idem Xenocrates author est, vas amphorale visum, & aliqui ex India crystallum sextariorum quatuor. V. Lex. Pitisc.

Amphorarium vinum, Quod e doliis in amphoras diffusum est. l. ult. §. 1. D. de tritic. vin. & oleo legat. V. Lex. Pitisc.

AMPHORITES, Certamen fuit in Ægina Æaci, quo laudes Dionysii canebant, descriptum Nat. Com. 5. 4.

AMPHOTIDES, ἀμφωτίδες a Græcis appellantur, quæ Aurium ligamenta vertit Fabius, quæ in Græcia pugilibus tribuebantur & luctatoribus. Ejus verba sunt: Palliolum sicut fascias quibus crura vestiuntur, & focalia, & aurium ligamenta, sola excusare potest valetudo. Ex Turneb. Advers. 7. 10. Poll. 2. 17. conf. Cæl. Rhod. 2. 29. Casp. Bartholin. de In aurib. Vett. p. 18.

AMPHRȲSUS, [῎Αμφρυσος] Fluvius Thessaliæ, juxta quem Apollo pavit armenta regis Admeti. Lucan. lib. 6. 2.

Pastor ab Amphryso. Virg. 3. Georg. pr. Apollinem invocat, qui apud Amphrysum Thessaliæ fluvium divinitate spoliatus a Jove irato, ob occisos Cyclopas, Admeto regi armenta pavisse dicitur. Unde & Nomius vocatus fuit. ex Serv. ad loc. & 6. Æn. 398.

Amphrysus lenis. Ovid. 1. Met. 580.

Amphrysi gramina. Ovid. 7. Met. 229.

AMPHRȲSIĂCUS, Adj. [᾿Αμφρυσιακὸς] ut, Amphrysiacum gramen. Stat. 1. Sylv. 4. 105.

AMPHRYSIUS, Adj. [᾿Αμφρύσιος] ut, Amphrysia saxa. Ovid. 15. Met. 703. Amphrysia vates. i. e. Apollinea. Virg. 6. Æn. 398. de Sybilla. & est longe petitum epitheton, ut ait Serv.

AMPHRYSUS, Urbis nomen. V. AMBRYSUS.

AMPĪRA, [ἄμπειρα] Primum certandi periculum in batuitione puerorum qui bellicos motus in pompa Circensi agitabant. Argol. in Panvin. de Lud. Circ. 11. 2. V. ANACRUSIS.

AMPIRUARE, Veteri verbo præsul Saliorum dicebatur, cum in saltatione motus edebat, girumque aut saltum dederat, cui mox alii, qui in choro erant, eodem gestu motus reddebant, quod redantruare dicebant. Hinc versus ille,

Præsul ut ampiruat, sic vulgus redantruat ipsum. Lingua Gallica vocabulum habet Piruetare, quod veterem redolet originem. Turnebus Adv. 17. 8. V. AMTRUARE.

AMPIUS, i. m. Nomen Gent. Romanum. Cic. 6. Fam. 12. Ampii Balbi familiaris sui studium in virorum fortium factis memoriæ prodendis commemorat. Ampiæ etiam filiæ ejus ibid. mentionem facit.

AMPLE, V. AMPLUS.

AMPLECTOR, exus sum, [ἀμφιβάλλω, περιπτύσσομαι, περιλαμβάνω, περιπλέκω] ecti. ex Plecto compositum teste Prisciano: & est verbum notæ significationis. Plaut. Rud. 1. 5. 16. Amplectimur tibi genua egentes opum.

Amplecti circum. V. CIRCUM.

Amplecti pro Tenere. Virg. 3. Æn. 351.

— Scææque amplector limina portæ. Ubi Servius, Amplector pro Teneo: ut, 2. Æn. 490.

Amplexæque tenent postes, atque oscula figunt. Et postes domorum, & portarum limina amplecti solebant, qui profugi exulatum ibant, aut peregrinatum, diu absfuturi domo. Quod & faciebant in patriæ imagine & assimilatione, ut in coloniis, ut apud Maronem Æneas, Turnebus. l. 22. c. 28.

Amplecti artem cui contr. Repudiare. Cic. 1. de Orat. 110. Tum Antonius vehementer se assentire Crasso dixit, quod neque ita amplecteretur artem, ut ii solerent, qui omnem vim dicendi in arte ponerent, neque rursum eam totam, sicut plerique philosophi facerent, repudiaret. Idem 2. de Orat. 234. Nec quod jus civile, Crasse, tam vehementer es amplexus. h. e. Quod tanto studio animum ad eam rem appulisti.

Amplecti pro Complecti, sive Comprehendere. Virg. 2. Georg. 42.

Non ego cuncta meis amplecti versibus opto. Ubi Servius; i. e. Non sum universa dicturus. Cic. pro Rosc. Com. 36. Quod ego pluribus verbis amplecterer, si non &c.

Amplecti aliquid, pro Cognoscere & intelligere. Cic. 4. Verr. Verum ut totum genus amplectamini judiciorum, prius jura Siculorum, deinde istius instituta cognoscite. Hoc & Complecti, & Animo complecti dicitur: i. e. Animo comprehendere, seu percipere.

Amplecti cogitationem aliquam toto pectore. Cic. 12. Att. 15.

Amplectitur cognitionem mens nostra. Cic. 4. Acad.

Amplecti consilio. Cic. pro Font. 15. Quæ judex non amplectatur omnia consilio. i. e. Comprehendat, vel non percipiat.

Amplecti, Recipere. Cic. 2. Tusc. Quod honestum, quod rectum, quod decorum appellamus, quod idem interdum virtutis nomine amplectimur. Idem 5. Fam. 19.

Amplecti aliquem, pro Vehementer amare. Sallust. in Jugurth. C. 7. extr. Igitur Imperator omnes fere res asperas per Jugurtham agere, in amicis habere, magis magisque eum in dies amplecti. Cic. 6. Fam. 6. Me amicissime quotidie magis Cæsar amplectitur. Pro eodem Complecti, & Complecti amore dicimus.

Amplecti se. Hor. 1. Serm. 2. 53. — Verum hoc se amplectitur uno,

Hoc amat, hoc laudat.

Diligere, amplecti, amare aliquem. Cic. 1. Att. 10.

Amplecti amore. Cic. 7. Att. 1. Omnem tuum amorem quo me es amplexus.

Tanto amore suas possessiones amplexi tenebant, ut ab his membra divelli citius ac distrahi posse diceres. Cic. pro Syll. 59.

Amplecti plebem. Cic. pro Milon. 73. Qua nimis amplecti plebem putabatur. i. e. Fovere, ad demerendum videlicet ejus favorem.

Amplecti virtutem alicujus. Cic. 10. Philipp. 18. Quæ (malum) eſt iſta ratio ſemper optimis cauſis veteranorum nomen opponere? quorum etiamſi amplecterer virtutem, ut facio: tamen ſi eſſent arrogantes, non poſſem ferre faſtidium.
Nobilitatem, dignitateſque hominum amplecti. Cic. 4. Fam 8. Favet ingeniis, nobilitatem vero & dignitates hominum amplectitur.
Amplecti alicujus amplitudinem officiis. h. e. Demereri, proſequi. Cic. 5. Fam. 8. De me ſic exiſtimes, ac tibi perſuadeas velim, non me repentina aliqua voluntate, aut fortuito, ad tuam amplitudinem meis officiis amplectendam incidiſſe, ſed &c.
Amplecti memoriam, fidem, religionem. Cic. pro Roſc. Com. 7. Hæc parvi temporis memoriam, illæ perpetuæ exiſtimationis fidem & religionem amplectuntur.
AMPLECTO, act. Uſus eſt Plautus Rud. 3. 5. 36. Amplectitote crura fuſtibus. Hinc
AMPLECTENS, Virg. 10. Æn. 523. Ovid. 6. Met. 99. conf. Propert. 2. 9. 9.
AMPLEXUS, Partic. ut, Amplexa jugerum ſoli quercus. Plin. l. 16. c. 31.
Amplexi habent, pro Amplexi ſunt. Lucret. lib. 1. 1068.
Amplexi quod habent perverſe prima viai. i. e. Quia amplexi ſunt, & tenent perverſe prima elementa, & primas vias naturæ inveſtigandæ. Simile eſt illud ejuſdem lib. 6. 899.
Semina habent ignis tedæ, ſtuppæque tenentes. Phraſis eſt Græca.
Simulacra. Virg. 2. Æn. 517.
— Divum amplexæ ſimulacra tenebant. Hoc ex more veteri, quo in magno diſcrimine & metu deſperationeque ſalutis ſolebant amplecti, deorum ſimulacra.
Amplexus, paſſ. apud Priſcian. l. 8. p. 791. Petron. in fragm. Burm. p. 671.
Animam noſtro amplexam in pectore. περιπλεχθεῖσαν Priſc. l. c. q. V.
AMPLEXOR, [περιπλέκομαι] ari. frequent. ab Amplector, fere pro primitivo ponitur. Cic. 1. Acad. 33. Quas mirifice Plato amplexatus erat. De Ideis loquitur.
Amplexari aliquem, & in manibus habere ac fovere. Cic. 1. Fam. 9. Erat hoc mihi dolendum, ſed multo magis illud, quod inimicum meum (meum autem? imo vero legum, judiciorum, otii, patriæ, bonorum omnium) ſic amplexabantur, ſic in manibus habebant, ſic fovebant, &c.
Amplexari ac tueri judicium alicujus. Cic. ad Brut. 11.
Authoritatem Cenſoris. Cic. pro Cluent. 124.
Otium. Cic. pro Sext. 98. Neque enim rerum gerendarum dignitate, homines ita efferri convenit, ut otio non proſpiciant: neque ullum amplexari otium, quod abhorreat a dignitate.
Virtutem. Cic. 2. de Fin.
Voluptatem. Cic. 3. de Orat. Nec voluptatem tuentur, quam amplexari poſſunt. [Ubi Nonius Amplexare legiſſe videtur, ſi Merceri ἔκδοσιν ſequimur p. 470. tametſi ea quoque Amplexari exhibeat. V. loc.
Totum me amplexatur Appius. Cic. 2. Q. frat. 14.
Amplexari inter ſe. V. INTER.
AMPLEXO, vetuſte pro Amplexor. Accius Alcmæone, Poſtremo amplexa, fructum quem dii dant cape. Ex Nonio 7. 14. Plaut. Pœn. 5. 4. 60. Hanc amabo atque amplexabo. conf. Petron. cap. 63. & Parei Lex. Plaut. p. 84. Hinc paſſ. Lucilius apud Priſcian. 8. p. 791. Quin amplexetur (περιπλεκέσθω) qui velit, ego non ſinam me amplectier.
AMPLEXUS, ûs. [περιπλοκή] Plin. lib. 10. cap. 72. Dracones amputata ovi parte ceu ferro, reliquam quæ amplexu tenetur, ſorbent.
Avidi amplexus. Ovid. 7. Met. 143.
— avidiſque amplexibus hærent.
Denſis amplexibus. Valer. 4. Argon. 325.
Mollis. Virg. 8. Æn. 388. Cunctantem amplexu molli fovet.
Mutuo amplexu jungi. Plin. 2. 65.
Pudici. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 277.
Rapidi. Sil. 17.
— & rapidis amplexibus arma viroſque Corripit.
Turpis amplexus. Claud. Epigr. 22.
Accipere amplexus. Ovid. 13. Epiſt. 154. Contr. Dare. q. V. mox.
Arcet ab amplexu charo cuſtodia. Ovid. 9. Met. 750.
Dare amplexus. Virg. 1. Æn. 687. Et ultimum, vel ſupremum amplexum dare. Sen. Medea, 7.
Diſſipare. Stat. 3. Sylv. 2. 57.
Diſſipat amplexus, atque oſcula fida revellit.
Excutere. Ovid. 9. Met. 52.
Hærere. V. Avidi amplexus.
Ire in amplexus. Ovid. 16. Epiſt. 86.
Jungi amplexu. Plin. lib. 2. cap. 65. al. Implexu.
Occupat amplexibus longis. Ovid. 3. Met. 48. de Serpente loquitur.
Occupare amplexu. Ovid. 3. Faſt. 509.
Petere amplexum. Ovid. 14. Met. 69.
Perfrui amplexu. Ovid. 16. Epiſt. 214.
Ruit in amplexus. Sen. Hippol. 5. v. 705.
Satiari amplexu petito. Stat. 1. Sylv. 2. 36.
Serpentis amplexus. Cic. 1. de Divin. 79. Puerum dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu.
Solvere amplexus. Valer. 1. Argon. 351.
Subtrahere amplexu ſe. Virg. 6. Æn. 698.
Tenere dulci amplexu. Lucret. lib. 5. 320.
Tendite ad amplexus dulces parentum. Valer. 1. Argon. 237.
De concubitu hæc vox interdum adhibetur. V. Drakenb. ad Sil. 11. 399.
AMPLIFICARE, AMPLIO, AMPLITER, AMPLITUDO, AMPLIUS, AMPLO. V. AMPLUS.
AMPLUS, [μεγαλεῖος, εὐρύς] Adj. authore Victorino, dicitur Quod late patet, & per multa diffunditur: ut Ampla domus.
Ædes amplæ. Claud. 4. Paneg. 1. v. 3.
Atria. Virg. 1. Æn. 726.
Porticibus amplis. Virg. 3. Æn. 353.
Magnitudo ampla. Plin. lib. 12. cap. 26.
Locus amplus, opponitur Anguſto. Auth. ad Heren. lib. 3. 31. Loci præter modum ampli vagas imagines reddunt: & nimis anguſti ſæpe non videntur poſſe capere imaginum collocationem.
Theatrum magnitudine ampliſſimum. Cic. 1. Q. frat. 1.
Ampliſſimum magnitudine avellanæ nucis. de ſaccharo. i. e. Quo majus non invenitur. Plin. lib. 12. cap. 8.
Amicitia, i. e. Magnifica & honorifica. Cic. 3. Fam. 10.
Ampla atque potens civitas. Cic. 2. de Invent. 165. Cæſ. 4. Bell. Gall. 3.
Quorum fuit civitas ampla atque florens.
Decora. Stat. 6. Theb.
Divitiæ. Hor. 2. Serm. 2. 101.
Familia ampla & honeſta. Cic. pro Muren. 15.
Funus. i. e. Magnificum. Cic. 4. Fam. 12. Funus C. Marcello ſatis amplum faciendum curavi.
Gloria amplus. Cic. 8. Att. 11. Huic moderatori Reip. beata civium vita propoſita eſt, ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit.
Homines. Cic. 3. Philipp. 20. Convenerunt corrogati & quidam ampli homines, ſed immemores dignatis ſuæ.
Honores. Hor. 1. Serm. 6. 11.
Munus. Ovid. 3. Triſt. 8. 21.
Occaſio ampla, pro Maxima. Cic. 4. Verr. 61.
Orator amplus & grandis. Cic. in Orat. 30.
Oratione Pompeius ſatis amplus. Cic. in Bruto, 239.
Pignora. Epiſt. 2. Sabin. 55.
Pœna. Propert. lib. 3. 6. 32.
Præmiis parum amplis afficere aliquem. Cic. pro Milon. 8.
Res pecuaria ampla. Cic. pro Quint. 12.
Seſtertium amplum. Solinus c. 40. Denique baſiliſci reliquias amplo ſeſtertio Pergameni compararunt. Amplum ſeſtertium, pro Magna nummorum ſumma poſuit, haud vulgari celebrique dicendi formula, credo, vel quia ſeſtertium n. g. nummus eſt omnium apud Romanos maximus, vel potius quod ſummas ad ſeſtertiorum rationem revocare ſolebant: unde & centum millia ſeſtertium, & decies ſeſtertium dicebant: ut proinde amplum ſeſtertium, pro immenſa ſumma, a poſteriore hac cauſa manaſſe ſuſpicio ſit. Verba ſunt Turnebi. Adv. l. 19. extr.
Signum admodum amplum & excelſum cum ſtola. Cic. 6. Verr. 74.
Spolia. Virg. 4. Æn. 93.
Spes. Propert. lib. 3. 22. 41.
Status. Cic. 3. Att. 10.
Magnum & amplum. Cic. 6. Fam. 7. Si quid rogatus fueris, ut facias (quanquam id magnum & amplum eſt) perficies.
Magna negotia, & ampla & expedita. Cic. 1. Fam. 3.
Magna & ampla pars. Cic. 1. de Invent. 6.
Chara & ampla. Cic. de Lege Agr. 10. Omnia quæ vobis chara atque ampla ſunt, in fidem & patrocinium mei Conſulatus collata eſſe video.
AMPLIOR, US, Comp. Quod latius patet, atque diffuſius.
Ampliorem eſſe per aliquem, i. e. Studio & induſtria ejus honoratiorem. Cic. in Læl. 71. Suos omnes per ſe eſſe ampliores volebat.
Ampliorem honorem alteri tribuebat Pompeius, quam ipſe erat conſequutus. Cic. de Provinc. Conſ. 2.
Amplior patrio decore. Sil. lib. 3.
Animus amplior. Sall. Catil. c. 59. a princ. Quo militibus, exæquato periculo, animus amplior eſſet. i. e. major animi fiducia. Conf. c. 49. extr.
Iræ ampliores. Ter. Hec. 3. 1. 9. i. e. Majores.
Morbus amplior. Ter. Hec. 3. 1. 50. Si forte morbus amplior factus ſit. pro Auctus ſit.
Munus ædilitatis amplius aut gratius. Cic. 3. Verr. 14.
Præmiis amplioribus ad perdiſcendum commoveri. Cic. 1. de Orat. 13.
Victima amplior. Sen. Herc. fur. 11.
AMPLIUSCULUS, a, um. dimin. Apul. Apol. p. 322. Ampliuſcula fortuna devolutus.
AMPLIUSCULE, Adv. Sidon. Apoll. 8. Epiſt. 16. Ampliuſcule ſcribi depopoſciſſet.
AMPLISSIMUS, Quod latiſſime patet. ut, Ampliſſima inſula. Plin. l. 6. c. 20.
Ampliſſimum aliquem alicui videri. Cic. pro Roſc. Amer. 83. Is mihi videtur ampliſſimus, qui ſua virtute in altiorem locum pervenit, n. qui aſcendit per alterius incommodum & calamitatem.
Arbor ampliſſima. i. e. Latiſſime patens, & maxime diffuſa. Plin.
Civitas ampliſſima. Cic. 6. Verr. 108.
Cives ampliſſimi. Cic. 7. Att. 15. i. e. qui in ſummo ſplendore ſunt.
Collegium Decemvirale ampliſſimum. Cic. 6. Verr. 108.
Curia ampliſſima. Cic. 6. Verr. 119.
Dona ampliſſima Imperatorum. h. e. Maxima & honorificentiſſima. Plin. lib. 18. cap. 3.
Familia ampliſſima, & Ampliſſimo loco natus: pro Nobiliſſima familia, aut Nobiliſſimo loco. Cic. 6. Att.
Fortunas ampliſſimas amittere. Cic. 7. Verr. 18.
Gymnaſium. Cic. 6. Verr. 119.
Locus ad agendum ampliſſimus, ad dicendum ornatiſſimus. Cic. pro Lege Manil. 1.
Loco ampliſſimo natus. Cic. 7. Verr. 108.
Ordo ampliſſimus κατ' ἐξοχὴν vocabatur Ordo Senatorius: nempe omnium maximus & nobiliſſimus. Cic. pro Domo ſua, 7. Quid quum Senatum pro me non modo propugnare, ampliſſimum ordinem, ſed etiam plorare & ſupplicare mutata veſte prohiberent, ne tum quidem vis erat? Abſol. Suet. Veſp. c. 2. extr. Egit & gratias ei apud ampliſſimum ordinem, quod ſe honore cœnæ dignatus eſſet.
Pecuniam ampliſſimam poſſidere. Cic. pro Roſc. Amer. 86.
Sedes. Claud. de Conſ. Mall. Theod. 23. i. e. Conſeſſus Senatus.
Teſtimonium. i. e. Graviſſimum & magni ponderis. Plin. l. 7. c. 30.
Vir ampliſſimus & ornatiſſimus. Cic. pro Roſc. Amer.
Virtute cognita & ſpectata fide ampliſſimus. Cic. pro Cæcin. 104.
AMPLE, [μεγαλείως] Adv. Cic. 2. de Fin. Si ne hæc quidem ſatis ample, ſatis honeſte dici putas.
Elate & ample loqui non eſt auſus, quum humiliter demiſſeque ſentiret. Cic. 5. Tuſc. 24.
Sublate ampleque dicens orator. Cic. in Brut. 201.
Exornat ample magnificeque triclinium. Cic. 6. Verr. 62.
AMPLIUS, [πλέον] compar. In ea ſignificatione qua ipſum vulgo uſurpamus. Virg. 3. Æn. 192. — nec jam amplius ullæ
Apparent terræ. Plin. l. 12. c. 14. Feruntque tria millia non amplius eſſe familiarum. Cic. 4. Acad. 81. At amplius non deſideramus.
Amplius morando. i. e. Diutius. Salluſt. in Jugurth. cap. 25. Ne amplius morando Scaurum, quem plurimum metuebat, incenderet.
Hoc amplius, pro Etiam, vel Ultra, ſeu Præterea. Cic. ad Brut. 5. Cui quum eſſem aſſenſus, decrevi hoc amplius, ut tu, &c. Idem pro Cæcin. 24. Etiam hoc amplius. Idem. 9. Fam. 25. Obtemperare cogito

gito præceptis tuis. hoc amplius, navicularum habere aliquid in ora maritima.
Ne amplius. Lucret. lib. 4. 872.
Urere ne possit calor amplius aridus artus.
Nihil amplius. Cic. 7. Verr. 127. Sese ipsum abs te repetit, nihil amplius. Idem pro Planc. 17. Nihil dico amplius.
Nihil amplius quam. Cic. 2. de Nat. Deor. 33. Quibus natura nihil tribuit amplius, quam ut ea alendo atque augendo tueretur.
Quid vis amplius? quid insequeris? Cic. pro Rosc. Amer. 145. Idem 32. Quid vultis amplius?
Quidnam amplius desideratis, Judices? Cic. 1. de Invent. 160.
At ego amplius dico, H-S quadringenties accepisse te arguo. Cic. 4. Verr. 29.
Amplius deliberare. Ter. Phorm. 2. 3. 17. Ego amplius deliberandum censeo. Verba sunt advocati sententiam dicentis.
Amplius pro Plus, eleganter usurpatur: & eandem vim constructionemque habet. nominativo enim adjungitur. Cæs. Amplius octingenta. Cic. pro Rosc. Com. 8. Amplius sunt sex menses. Ibidem 8. Amplius triennium est. Viginti amplius authores Græci veteres prodidere. Plin. l. 2. c. 45.
Genitivo. Plaut. Cist. 5.4. Gaudeo tibi mea opera liberorum esse amplius: pro, Plures liberos.
Accusativo. Virg. 1. Æn. 687. — noctem non amplius unam
Falle dolo. Cic. 7. Verr. 95. Qui quum amplius centum cives haberet ex conventu Syracusarum. Cæsar de B. G. 4. 37. Amplius horas quatuor fortissime pugnaverunt. Al. Horis. Ceperunt amplius tria millia hominum. In singulis subaudis Quam: pro Plus quam.
Ablativo. Liv. Pugnatum amplius duabus horis est.
Aliquanto amplius amplexus sum animo. Cic. 4. Verr.
Amplius opinione morabatur. h. e. Diutius quam putabatur. Sallust. in Jugurth. c. 53.
Judiciorum formula est, cum judices AMPLIUS pronunciabant; significantes Amplius de ea re deliberandum esse. Cic. in Brut. 86. Cum consules, re audita, Amplius de consilii sententia pronuntiavissent. Idem 3. Verr. 26. Verum (ut opinor) Glaucia primus tulit ut comperendinaretur reus: antea, vel judicari primo poterat, vel amplius pronuntiari. Hinc & Reus & Causa Ampliari dicitur. V. AMPLIO.
NON AMPLIUS SE PETITURUM, Stipulationis formula, de qua Brisson. lib. 5. V. Lex. Pitisc.
AMPLISSIME, [ἀξιώτατα] ut, Amplissime gerere honores. h. e. Cum summa amplitudine ac dignitate. Cic. 4. Verr. 112.
Amplissime dati militibus agri. Cic. 5. Philipp. 54.
Amplissime decernere de alicujus salute & dignitate. Cic. pro Domo sua, 74.
Cum amplissime ac honestissime ex Prætura triumphasset. Cic. pro Muren. 15.
AMPLĬTER, Adv. [ἀξίως] pro Ample, ap. Plaut. & antiquiores. V. Non. 11. 19.
Ampliter acceptus. i. e. Cum magno apparatu & copia. Plaut. Merc. Prol. 98.
Ampliter apponere in cœna, Copiose & abundanter. Plaut. Mil. 3. 1. 163.
Sumptum facere, pro Maximum sumptum facere. Plaut. Stich. 5. 4. 10.
Ampliter fient faturi, pro Abundanter. Plaut. Pseud. 1. 3. 162.
Ampliter mentiri. Plaut. Merc. 4. 2. 12. quod Cic. dixit Admodum mentiri.
Ampliter testis. Plaut. Amph. suppos. v. 58. sc. Di. vostr.
Ampliter occupatus, pro Occupatissimus, vel Maxime occupatus. Plaut. Cist. 2. 3. 54.
AMPLITŪDO, ĭnis. f. [μεγαλειότης, τὸ μεγαλεῖον] denom.
Amplitudine stadiorum sexaginta. Plin. lib. 6. cap. 26.
Amplitudo corporis. i. e. Crassitudo ac latitudo ad proportionem proceritatis. Plin. Epist. 102.
Amplitudo corporis, pro Altitudine seu statura Plin. l. 7. c. 16. Orestis corpus oraculi jussu, refossum septem cubitorum fuisse, monumentis creditur: Et paulo post, Nævii Pollionis amplitudinem annales non tradunt.
Amplitudo modica simulacri. Cic. 6. Fam.
Amplitudo urbis, Late patens magnitudo. Plin. lib. 6. cap. 16.
In amplitudinem adolescere. Plin. lib. 12. cap. 1. Platanos non potuisse in amplitudinem adolescere, apud authores invenitur. Pro Dilatari, extendi, crescere in latitudinem.
Amplitudine opum nulli provinciarum postferenda. Plin. lib. 3. cap. 4.
Amplitudo, est (ut scribit Cic. 2. de Invent. 166.) Potentiæ, aut Majestatis, aut aliquarum rerum magna abundantia.
Amplitudines bonorum. Cic. 4. de Fin. Amplitudines quædam bonorum excitabantur.
Amplitudinem suam retinere. Cic. 4. Fam. 4. Possum confirmare, te & senatus & pop. Rom. studio amplitudinem tuam retenturum. i. e. Dignitatem.
Τὸ ἀξίωμα, vel τὸ ἀξιωματικὸν verterem. Hemmingus male τὸ πληρωματικὸν, in Libello de Lege Nat. H. St.
Amplitudo animi. Cic. 2. Tusc. 64. Hoc igitur tibi propone, amplitudinem animi, unam esse omnium rem pulcherrimam.
Honores & amplitudo alicujus. Cic. 4. Verr. 112.
Authoritas & amplitudo. Cic. pro Rosc. Amer. 2. Isti in quibus summa authoritas est atque amplitudo.
Nobilitas & amplitudo. Idem ibid.
Amplitudinem civitatis detrimento afficere. Author ad Heren. l. 2. 14.
Amplitudinem ac gloriam alicujus amplificare. V. AMPLIFICO.
Amplitudinem nominis dare posteris suis. Cic. pro Muren. 16.
Illustrabit tuam amplitudinem hominum injuria. Cic. 1. Fam. 6.
Ad summam amplitudinem pervenire. Cic. in Brut. 280.
Amplitudine summa dignus. Cic. pro Muren. 16.
Ad amplitudinem tuam conferimus omne nostrum consilium, studium, officium, operam, laborem, diligentiam. Cic. 10. Fam. 1.
Ad claritatem amplitudinemque aptior est eorum vita, qui se ad Rempublicam & ad res magnas gerendas accommodaverunt. Cic. 1. Off. 70.
Splendor omnis & amplitudo harum rerum duarum, &c. Cic. 1. Off. 67.
AMPLIO, [μεγαλύνω] āre. Amplius reddere, Augere. ut, Ampliare ætatis spatium. Lucan. lib. 3. 276.
Nunc huc, nunc illuc, qua flectitur, ampliat orbem.
Ampliare dotem. Julianus in l. Si servo. D. de jure dot. & Florentinus in l. Si inter D. de pact. dotal.
Plagam. Cels. lib. 7. cap. 5. Amplianda scalpello plaga est.
Rem. Hor. 1. Serm. 32.
Servitia. i. e. Augere numerum servorum. Tacit. 2. Hist. 78.
Virtus ampliatur. Quintil. lib. 8. Annibalis bellicis laudibus ampliatur virtus Scipionis.
Ampliare, [ἀναβάλλεσθαι] Verbum est ad judicia pertinens, i. e. AMPLIUS pronunciare, ut supra. Unde
Ampliati rei sunt, Quorum damnatio differtur, aut quia coram sistendi testes sunt, & cum illis committendi: aut quia nondum plane liquet aut de crimine, aut de pœnæ modo. Cic. 3. Verr. 26. Ut etiamsi lex ampliandi faciat potestatem. Author ad Heren. lib. 4. 48. Quid fuit Judices, quare istum hominem nefarium ampliaveritis? Valer. lib. 8. Scipio Æmilianus Cottam apud populum accusavit: cujus causa gravissimis testimoniis erat confossa, septies ampliata, & ad ultimum octavo judicio absoluta est. Budæus. V. & Liv. 43. 2. & 4. 44. & Lex. Pitisc. & mox AMPLIATIO.
Ampliatus, item Auctus. Vet. Gloss. ἐνέχυρος.
Ampliatus honor. Hirt. Bell. Hisp. cap. 42.
Solum. Marm. Ancyr. p. 81.
Vulnus. Cels. 7. 5. 6.
AMPLIATIO, ōnis. f. [ἀναβολή] Actus ipse ampliandi, qui fit in judicio. Ampliationis nota a judicibus in tabella scribebatur N. L. i. e. Non liquet. Author Asconius de Præt. Urb. p. 76. Sen. Controv. 1. 3. Apud Philosophos est tanquam Extensio termini, & opponitur Restrictioni. Tertull. de Bapt. cap. 13. & de Resurr. cap. 58. De sensu verbi judicialis & distinctione inter Ampliationem & Comperendinationem, V. Lex. Pitisc. & supra Diffindere diem, in DIES.
AMPLIFĬCO, [μεγαλύνω] āre. Amplum facere, Valde augere; & quasi Dilatare: ut, Amplificare ædem, vel urbem. Liv. 1. 44.
Augere & amplificare. Cic. 1. de Orat. 143. Ea quæ pro nobis essent, amplificanda & augenda: quæque essent pro adversariis, infirmanda atque frangenda.
Amplitudinem ac gloriam alicujus amplificare. Cic. Anteq. iret in exil. 6.
Amplificare & Minuere, contraria. Cic. 4. Acad. 5. Vereor interdum ne talium personarum, quum amplificare velim, minuam etiam gloriam.
Authoritatem amplificare. Cæs. 2. Bell. Gall. 2. 14. Cic. 1. de Invent. Virtute amplificata authoritas.
Ornare aliquem & amplificare. Cic. 5. Fam. 2.
Dignitatem amplificare. Cic. 11. Fam. 5.
Dolorem, quod & Exaggerare dicitur. Cic. 2. Tusc. 50.
Facultatem disserendi amplificavit tibi Academia. Cic. 2. de Nat. Deor. 168.
Fortunam. i. e. Conditionem & vitæ genus. Cic. in Læl. 59.
Gloriam alicujus. Cic. 4. Acad. 5.
Orator amplificat atque ornat dicendo, ea quæ vulgo expetenda atque obtabilia videntur. Cic. 1. de Orat. 221.
Orationem exaggerare & amplificare. Cic. 3. de Orat. 103.
Pretium. Cic. pro Domo sua, 23. Gabinio pretio amplificato, Syriam nominatim dedisti.
Rem ornando. Cic. 2. de Orat. 202. Summa autem laus eloquentiæ est, amplificare rem ornando: quod valet non solum ad augendum aliquid & tollendum altius dicendo, sed etiam ad extenuandum atque abjiciendum.
Rem familiarem amplificare. Cic. 1. Off. 25.
Remp. amplificare. Cic. 2. de Nat. Deor. 8. Quorum exitio intelligi potest, eorum imperiis Remp. amplificatam. Conservare atque amplificare Rempublicam. Cic. pro Lege Manil. 49.
Sonus amplificatur. Cic. 2. de Nat. Deor. 144.
Verbis, aut dicendo aliquid amplificare. Cic. 1. de Orat. 221.
Virtutem laudibus amplificare. Cic. 5. de Fin. 72.
AMPLIFĬCANS, Partic. [μεγαλύνων] Cic. 5. de Fin. 72. Et virtutem ipsam suis laudibus amplificantis.
AMPLIFICĀTUS, Partic. [μεγαλυνθεὶς] Cic. pro Domo sua, 8. A populo Romano semper defensus, amplificatus, ornatus.
Amplificatus honore. Cic. 3. de Legib. 32. Gratia. Cæs. 2. Bell. Gall. 14.
AMPLIFICATIO, ōnis. f. [μεγάλυνσις] Ampla & copiosa rei alicujus dilatatio: sive, ut vulgus dicit, Augmentatio. ut, Amplificatio pecuniæ. Cic. 2. de Divin. 33.
Amplificatio honoris & gloriæ. Cic. 2. Off. 41.
Amplificatio rei familiaris. Cic. 1. Off. 25.
Amplificatio apud Rhetores, dicitur Ubi argumenta ipsa, cum verbis tum rebus amplissime dilatantur, ad ipsos magis afficiendos auditores. Vid. Quintil. diffuse de Amplificatione tractantem, lib. 8. cap. 4. & Cic. in Partit. 17. & Auth. ad Heren. lib. 3. 23.
AMPLIFICĀTOR, ōris. m. [μεγαλυντής] Cic. 3. Tusc. 10. Nec vero Pythagoras nominis solum inventor, sed rerum etiam ipsarum amplificator fuit.
Amplificator dignitatis. Idem 2. Fam. 9.
AMPLIFICATRIX. Pacat. Pan. Theod. cap. 8.
AMPLIFĬCE, Adv. [μεγαλείως]
Amplifice decorata vestis. i. e. Magnifice Catul. Argon. 62. 265. Sed ibi Græv. legit Amplificæ.
AMPLIFLUUS, a, um. Strab. Gall. Hort. præf.
AMPLIVAGUS, a, um. [πολυπλανής] Quod in amplum vagatur. Cic. 3. ad Heren. 31. Amplivagas imagines reddunt.
AMPLO, vetuste pro AMPLIO vel AMPLĬFICO. Pacuvius Teucro, Ubi poëtæ pro sua parte falsa conficta canant, qui causam humilem dictis amplant. Ex Nonio, 10. 14.
AMPLUSTRE, V. APLUSTRE.
AMPRŌN, [ἄμπρον] Funis inter utrunque bovem vel equum temonis vice protensus: funis qui per juga jumentorum trahitur, aut quo trahi ferrive solent a jumentis onera. Hermol. in Plin. l. 8. c. 44. V. H. St. Thes. Gr.
AMPSAGA, [Ἀμψάγα Ptolem.] Fluvius est Mauritaniæ Cæsariensis, cujus meminit & Plin. lib. 5. cap. 2.
AMPSALIS, [Ἀμψαλὶς] Civitas Sarmatiæ in Asia. Ptolem.
AMPSIVARII: Forte legendum ANGRIVARII aut ANSIBARII. Nerone imperante Frisiorum agros occuparunt: Ex his collecti milites. V. Panciroll. Not. Dign. Imp. Occid. cap. 21.

Ampulla, æ. f. [πομφόλυξ, λήκυθος] Vas eſt vitreum, aut ex alia materia, maxime tamen vitreum, ventre amplo, & quaſi inflato: cujus olim fuit uſus tum in balneis ad oleum, tum in menſa ad aquam, vel potionem: item ad res alias. V. Lex. Pitiſc. Caſaub. ad Theophr. Char. c. 6. Turneb. Adv. 4. 1.
Ampulla, in balneis. Cic. 4. de Fin. 30. Si ad illam vitam quæ cum virtute degatur, ampulla aut ſtrigilis accedat, ſumpturum ſapientem eam vitam potius, quo hæc adjecta ſint. Plaut. Stich. 1. 3. 78. Rubiginoſam ſtrigilem, ampullamque rubidam. Conf. Perſ. 1. ℣. 44.
Ampullæ quibus non hians nec ſtatim patens exitus. Plin. Epiſt. 30. l. 4.
Ampulla, in menſa. Suet. in Domit. cap. 21. Prandebatque ad ſatietatem, ut non temere ſuper cœnam, præter Matianum malum, & modicam in ampulla potiunculam ſumeret. Martiali lib. 14. 110. Potoria in lemmate dicitur.
Ampulla, ad alios uſus. Plin. l. 20. c. 14. Cum ſurculis ſuis in ampullas vitreas aceti utriſque dejectis. Quod Vitreas adjecit, ſatis oſtendit eſſe & ampullas ex alia materia. Sic & Martial. lib. 6. 35. 3.
Ampulla per translationem. Hor. in Arte Poet. 96.
Projicit ampullas, & ſeſquipedalia verba. Ubi interpres, Acron, Ampullas, inflata & ſuperba verba; adhuc enim ampullas vocamus, quaſi inflata vaſa. Planius Commentator Cruquianus: Irata verba, inflata, grandia omittit & orationem tumidam arrogantemque. ac p.p. Faſtuoſa, pompatica. metaphora ab ampullis, quæ vaſa ſunt ventricoſa. Conf. Turneb. l. 9. c. 3. V. AMPULLOR.

Ampullaceus, a, um. [πομφολυγώδης] Adj. Quod ex ampulla eſt: ut, Fruſtum ampullaceum. Columel. l. 8. c. 2. extr. Impedienda eſt itaque procacitas ejus ampullaceo corio: quod cum in orbiculum formatum eſt, media pars ejus reſcinditur, & per exciſam partem galli pes inſeritur.
Ampullaceam videtur Plaut. Men. 5. 2. 50. vocare Mulierem magnifice cultam. Carmen ſic fertur, Quando te auratam & veſtitam bene habet, ampula ſpem. Ampullaceam & metro congruit & ſenſui. Eraſm. in proverb. Ampullacea. [Sed emendatiores libri exhibent: b. habet, ancillas, penum Recte præhibet &c.
Ampullacea pira; ſic a collo nuncupata. Plin. lib. 15. cap. 15.

Ampullarius, i. m. [ληκυθοποιὸς, πομφολυγοποιὸς] Ampullarum artifex. Plaut. Rud. 3. 5. 51. Poſtea aſpicito meum, quando ego tuum inſpectavero, Ni erit tam ſincerum, ut quivis dicat ampullarius optimum eſſe opere faciundo corium, & ſinceriſſimum. Quo ex loco apparet, Ampullas etiam ex corio fieri ſolitas. V. ibi Wouwer. Inſcript. Grut. p. 643. n. 10.
C. LVCIVS PHILOMVSVS AMPVLLARIVS.

Ampullarius, Adj. ut, Ampullariæ unctiones. Plaut. Stich. 1. 3. 74. Vel unctiones Græcas ſudatorias, vel alias malacas ampullarias. Ubi interpres, Ampullarias: i. e. Quibus in balneis, fruaris ubi ampullæ & ſtrigiles adhibentur corporibus. Sed emendatum legitur Crapularias.

Ampullor, [ληκυθίζω, πομφολυγόω] āri. Turgere & inflari in genere ſcribendi. Hor. 1. Epiſt. 3. 14.
An tragica deſævit & ampullatur in arte? Grandiloquentiam ſignificat. [Apud Polluc. 4. S. 114. Ληκυθίζων ὑποκριτὴς, Ampullans actor. Quanquam illud ad vocis clangorem & boatum pertinet. V. Turneb. l. 27. c. 26. extr. Suid. & Heſych. & ſupra in AMPULLA.

Ampullesco, [πομφολυγίζω] ĕre. Cælius Rhodig. l. 30. c. 24. ut novum quibusdam annotavit, quod tanquam ab Ampullo derivant. [Verum nec quid ſignificet verbo explicuit, neque analogiæ ſatis reſpondet, quæ Ampullaſcere poſceret, V. Priſcian. de Specieb. Verb. l. 8.

Ampullagium, ii. n. Flos mali punici cum parvulo fructu a ſimilitudine ampullæ. Cæl. Aurel. Tard. 4. 3.

Ampulliger, [ληκυθοφόρος] Ampullam ferens. ut, Ampulligeri ſervi, de quibus Turnebus Adverſ. 4. 1. Pollux 3. S. 154. Unde liquet Miniſtrum fuiſſe balnei.

Ampŭto, [ἀποκόπτω, περιαιρεῖσθαι, ἀποτέμνω] āre. Proprie eſt Circumcidere, quaſi Circumputare. ſæpe tamen accipitur pro Abſcindere vel Reſecare: ut, Amputare ramos arborum. Feſtus, Amputata, i. e. Circumputata dicuntur, ab eo quod antiqui Putum pro Puro dicebant. Cic. 5. de Fin. 39. Quæ ſit ſcientia atque ars agricolarum, quæ circumcidat, amputet, erigat, extollat, adminiculetur.
Amputat artus fractos rigor. Sil. lib. 3.
Amputat humeros trunco tenus. Sen. Thyeſt. 759.
Circumcidit & amputat multitudinem quæſtionum. Cic. 4. Acad. 138.
Amputare ramos miſeriarum. Cic. 3. Tuſc. 13.
Amputata circumciſaque inanitas, pro Sublata. Cic. 1. de Fin. 44.
Amputandæ narrationes, i. e. Superflua quæque ex eis reſecanda: ut ſint breves, & nihil redundet.
Amputa longa colloquia. Sen. in Med. 7.
Amputare quicquid eſt peſtiferum. Cic. 8. Philipp. 15. In corpore ſiquid ejusmodi eſt quod reliquo corpori noceat, uri ac ſecari patimur, ut membrorum aliquod potius, quam totum corpus intereat: ſic in Reipublicæ corpore ut totum ſalvum ſit, quicquid eſt peſtiferum amputetur.
Infracta & amputata loquuntur, & eos vituperant qui apta & finita pronuntiant. Cic. in Orat. 172.

Amputatio, ōnis. f. [ἀπόκοψις] Ipſe amputandi actus. Cic. de Senect. 53. Propagatio vitium ſarmentorumque ea quam dixi, aliorum amputatio & aliorum immiſſio.

Amputatorius, a, um. Theod. Priſcian. de Diæta, cap. 10. Origanum eſt amputatorium, & ſiccatorium, & extenuatorium.

Ampycus, [Ἄμπυκος] Titanoris filius, qui ex Chloride, ut ait Apollonii Commentator ad 1. 65. Mopſum augurem ſuſcepit. Ovid. 12. Met. 450. dicitur AMPYX.
Ampyca quid referam, qui quadrupedantis Oëcli, &c. Idem 5. 185.
[Sic & Pauſaniæ vocatur in Eliac. Sed Ampycus Hygino conſtanter, quem V. F. 14. 173. & 128. Ubi perperam Scheff. Elati filium facit, & quidem falſo Pauſaniam adducens, ex quo Æpytus potius ap. Hygin. pro Amycus, quam Ampycus legendum eſt. V. in Arcad. p. 238. extr. Sylb. Alius Ampyx Peliæ fil. ap. eund. in Achaïc. p. 224.

Ampycĭdes, [Ἀμπυκίδης] Mopſus Ampyci filius. Ovid. 8. Met. 316.
Ampycidesque ſagax.

Ampyx, -cos. [ἄμπυξ] Proprie eſt Capitis obligamentum, ac auro & lapillis ſplendicans lorum, capiti circumjectum fœmineo. Verum metaphorice auro litum ſic nominant frenum: ex quo & χρυσάμπυκας ἵππους Homerus appellat. Significat & Operculum lagenæ apud Ariſtoph. vel (ut alii) Catenam auream a fronte protenſam, qua comæ colliguntur, παρὰ τὸ ἀμπέχειν τὰς τρίχας. V. Cæl. lib. 13. cap. 17.

Amsanctus, [Ἀμφόσιος] ut ait Vibius Sequeſter, Fons eſt Lucaniæ, ab inferis erumpens, ut hominum fert opinio. Cic. 1. de Divin. 79. Quid enim non videmus quam ſint varia terrarum genera? ex quibus & mortifera quædam pars eſt, ut & Amſancti in Hirpinis, & in Aſia Plutonia quæ videmus. Virg. 7. Æn. 565.
Eſt locus Italiæ in medio ſub montibus altis
Nobilis, & fama multis memoratus in oris:
Amſancti valles, &c. Addit & nominis rationem Servius, Loci (inquit) Amſancti, i. e. Omni parte ſancti. Locum nos aliquando ſpectavimus (ait Janus Parrhaſius in Claud.) quum Daunios & Salentinos, quibus tum jus dicebamus, Neapoli peteremus. Incolæ, Mephitim vocant, a Fregento non procul. Nec abeſt a vero Donatus, qui ſtatuit ad Calorem. Nam Calor amnis, qui Samnitas interſecat, illac præterfluit. Ut vero Canuſio proximum diceret, urbis illius nobilitas effecit, quum cætera proxima regione oppida obſcura ſint, nec ejus generis unde locorum notitia peti debeat. conf. Claud. de Rapt. Proſerp. c. 2. 350. Plin. l. 2. c. 93. Sidon. 3. Epiſt. 13.

Amsegetes, dicuntur quorum ager viam tangit. Feſtus. Leg. 12. Tab. Amſegetes viam muniunto, ſi via immunita eſcit, qua volet jumentum agito. Hennin. ad Bergier. de Viis Milit. 11. 8. §. 2. & Auctor. Miſc. defenſ. pro Salmaſ. ad Jus Att. & Roman. p. 815.

Amstelrodamum, Amstelodamum, vel Amsterodamum, i. n. Urbs Belgii fœderati primaria & emporium toto orbe celeberrimum. Nomen habet ab Amſtela fluvio qui per eam labitur. Maximis alni lignis innituntur pleraque ejus ædificia. Miraculum mundi ob pulchritudinem opesque vocat Morerius.

A M T

Amtermini, (inquit Feſtus) Qui circa terminos provinciæ manent. Unde Amiciri, Amburbium, Ambarvalia, Amplexus dicta ſunt. V. Dacer. ad l.

Amtestor, V. ANTESTOR.

Amtruo, vel interpoſ. p. Ampțruo, are. ab Am, circum, & Truo, moveo: idem ac Motus edere, qualiter factum in Saliorum exultationibus, ubi præſul Amptruare dicitur. Unde Lucil. apud Feſt. uti Scaliger reſtituit?
Præſul ut amtruat, inde & vulgu' redamtruat olli. Vel ut P. Merula,
Præſul ut amptruet hinc & vulgu', redamptruet inde. V. And. Dacer. Emend. in Feſt. p. 427. Aliis placet Ampiruo. V. Turneb. Adverſ. 17. 8. & 25. 18. & Voſſ. Etym. in TRUA, p. 533. conf. Andruare apud Feſt. V. Lex. Pitiſc.

A M U

Amula, æ. [περιρραντήριον] Vaſculi genus ad aquam geſtandam: quod religionis & expiandorum malorum cauſa geſtabatur, dictum quaſi Amola, ab Amoliendis periculis. *Un Benoiſtier.* vel eſt Dimin. ab Hama pro Hamula. utroque enim modo ſcribitur. V. Hierol. Macri & Gloſſ. du Freſne v. AMA. & infra HAMA.

Amulētum, i. [ἀλεξιφάρμακον, περίαμμα] Omne genus remedii, quod geſtatum, ſuſpenſum, plantatumve alicubi adverſum mala medicamenta, & præſertim contra veneficia putatur valere: ab Amoliendo dictum. Plin. l. 25. c. 9. de cyclamini radice loquens, Naſcitur in umbroſis, a noſtris tuber terræ nominatur, in omnibus ſerenda domibus, ſi verum eſt, ubi ſata ſit, nihil nocere mala medicamenta: amuletum vocant: narrantque & ebrietatem repræſentari, addita in vinum. Idem l. 37. c. 3. Infantibus ſuccinum alligari amuleti ratione prodeſt. V. infra PHYLACTERIA. & Barth. ad Script. Ven. p. 135. ſq. conf. Lex. Pitiſc.

Amulius, [Ἀμούλιος] Procæ filius & Numitoris frater, qui pulſo eo Albæ regnavit, Romuli & Remi major patruus, a quibus etiam obtruncatus eſt. V. Liv. 1. 3.
Amulius trajectus enſe Romuleo cadit. Ovid. 3. Faſt. 67.
Amulius, Pictor quidam. Plin. lib. 35. cap. 10. Fuit & nuper gravis ac ſeverus idemque floridus, humilis rei pictor Amulius. Hujus erat Minerva, ſpectantem aſpectans quacunque aſpiceretur.

Amurca, æ. f. vel ut MSS. Amurga. [ἀμόργη] Olei ſordes quæ præcedunt. Virg. 1. Georg. 194. — & nigra perfundere amurca. Ubi Serv. Amurca, ex olei ſordibus: ſed iis quæ præcedunt: nam ſordes quæ oleum ſequuntur, fæces [an Fraces?] vocantur. Et Amurca per c ſcribitur, & per g pronuntiatur ut C. Gaius: Cn. Gneus. Columel. lib. 12. cap. 50. Eſt inimiciſſima oleo amurca. Scabiei medetur ſec. Cat. de R. R. cap. 96.
Amurca Palladia, ab Oliva arbore, quæ ſacra eſt Palladi. Columel. lib. 10.
Palladia ſine fruge ſalis conſpergere amurca.
Amurca & fæces. Columel. l. 12. c. 50. Villica debet adhibere curam, ut ſi quæ fæces aut amurcæ in fundis vaſorum ſubſederint, ſtatim emundentur.
Amurca & fraces. Cato cap. 64. Oleum quam diutiſſime in amurca & in fracibus erit, tam deterrimum erit. De amurca condenda, Vide Varr. 1. de R. R. 61.

Amurcaria [ἀμοργηρικὰ] Dolia, In quæ amurca infunditur. Cato cap. 10. Dolia queis vinacea condat decem, amurcaria decem.

Amusium, vel Amussium, Ventis repetiendis excogitatum organum, ut ait Cælius lib. 20. cap. 24. Eſt autem Deformata tabula, cujus ad regulam & libellam ſummum libramentum ſit lævigatum & politum, exactis etiam (ſi ita videbitur) ad normam angulis. Vitruv. lib. 1. cap. 6. Collocetur ad libellam marmoreum amuſium mediis mœnibus: aut locus ita expoliatur ad regulam & libellam, ut amuſium non deſideretur. Vide Plin. lib. 18. cap. 34. & Voſſ. Etym. f. 27.

Amussis, is. f. [ϛάθμη] ex Am & Aſſis, vel Aſſer. Filum eſt quod fabri materiarii rubrica oblinunt, aut alio colore. ſic Budæus. Feſtus autem v. Amuſſim Regulam vocat, ad quam aliquid exæquatur. Ex quo videtur innuere Amuſſim & Normam idem eſſe. Idem. v. Examuſſim, alios docet Ferramentum fabrorum, quo in poliendo utuntur interpretari. Utramque expoſitionem affert Nonius 1. 28.
Ad amuſſim aliquid facere, frequens eſt apud authores, pro eo quod eſt Exquiſita diligentia, atque exactiſſima cura. Gell. lib. 1. cap. 4. ut judicium factum eſſe ad amuſſim diceres. Translatum a fabris lapidariis aut lignariis, qui funiculo illo regulari, operis æqualitatem explorant. Eraſmus.
Ad amuſſim lapis eſt applicandus, non amuſſis ad lapidem. h. e. Vita noſtra ad leges eſt corrigenda, non leges ad mores noſtros trahendæ. Id faciamus quod honeſtum ſit: non id rectum exiſtimemus quod facimus. Utitur Plutarchus in commentariolo cui titulus, Quo pacto quis intelligere poſſit ſe profeciſſe.
Numerus ad amuſſim. Varro 2. de R. R. 1. i. e. Quum nihil nec ſupereſt, nec deeſt. Budæus.
Alba amuſſi. h. e. Nullo delectu, ac citra diſcrimen. Nonnulli ſic eſſe-

runt

runt adagium, In albo lapide, amuſſis alba. Utitur Plato in Charmide, ubi Socrates ait ſe erga formoſos adoleſcentes perinde eſſe ut albam amuſſim in albo lapide, propterea quod neque diſcerneret ſatis inter formas, & omnes ex æquo amaret. Hinc.

AMUSSITATUS, a, um. [ſταθμηθεὶς] i. e. Exactiſſimum. Plaut. Mil. 3. 1. 38. In hoc amuſſitata ſua ſibi ingenua indoles. Ex Nonio.

AMUSSIM, Adv. [κανονικῶς] Feſtus, Amuſſim, Regulariter. Tractum a regula ad quam aliquid exæquatur, quæ Amuſſis dicitur. Quidam Amuſſim eſſe dicunt Tacite, quod Mutire interdum dicitur, loqui. q. V. Conf. ADAMUSSIM & EXAMUSSIM.

AMŪSUS, [ἄμουσος] Inelegans & indoctus, & a Muſis alienus. Antiquitus enim nihil eruditum habebatur ſine muſica. Unde apud Comicos qui literas ſe didiciſſe negant, aiunt ſe non didiciſſe muſicam. Hæc Eraſmus. Vitruv. l. 1. c. 1. Nec muſicus, ut Ariſtoxenus: ſed non amuſos. Vid. Symmach. 1. Epiſt. 14. & Agreſtes Muſæ, in MUSÆ.

A M Y

AMYCLA, [Ἀμύκλη] Una ex filiabus Niobes, quam tradit Pauſanias in Corinth. cum Melibœa ſorore ſervatam, implorata Latonæ venia. Homerus tamen omnes interiiſſe tradit. Hermol. in Plin. lib. 36. cap. 5.

AMYCLÆ, [Ἀμύκλαι] Oppidum inter Cajetam & Tarracinam conſtitutum, a Laconibus, qui comites Caſtoris & Pollucis fuerunt, & cum Glauco Filio Minoïs in Italiam venerant & miſti cum Auſoniis, ab Amyclis provinciæ Laconicæ civitate nomen ei indiderunt. Quum autem ſecundum Pythagoream ſectam a cæde omnium animalium abſtinerent, & ex vicinis paludibus natas ſerpentes occidere nefas putarent, ab iiſdem interempti ſunt. Unde Amyclas tacitas dicit poeta, id eſt, Pythagoreas: Nam Pythagorica virtus eſt, quinquennale ſilentium. Cicero propter nimiam modeſtiam periſſe illos aït, dum a finitimis accipiunt injurias & tacent eas. Eſt & alia expoſitio: Quum frequenter falſo nuntiarentur hoſtes adeſſe, & inani terrore civitas concuteretur: lata lege cautum eſt, nequis unquam hoſtis nuntiaret adventum. Poſt quam cum vere hoſtis veniret, nullo nuntiante, ex improviſo civitas capta eſt. Unde tacitæ Amyclæ dictæ ſunt, quod periere ſilentio. Lucilius, Mihi neceſſe eſt loqui: nam ſcio Amyclas tacendo periiſſe. vel Tacitis, de quibus taceatur, i. e. ignobiles & non dignæ aliqua opinione: vel Hypallage eſt, pro ipſe Tacitus. Hactenus Servius in illud 10. Æn. 563. — & tacitis regnavit Amyclis. Ubi vide & Cerd. Adde Pervig. Ven. extr. ibique And. Rivin. not. Hinc proverbium, Amyclas perdidit ſilentium, ad varios uſus accommodare licebit, veluti ſicubi quis pecuniam creditam perdidiſſet, quod non appellaſſet debitorem, aut jure præſcriptionis excidiſſet a poſſeſſione, Amyclarum ſilentium appellet: aut ſiquis audacius agens cauſam ſuam, juſſuſque tacere, reſpondeat, Amyclas perdidit ſilentium. Eraſm. Chiliad.

AMYCLÆ, arum, Peloponneſi civitas, Tyndari regia, Caſtoris & Pollucis patria, una ex iis urbibus quas olim Lacedæmonii centum tenuerunt, inſtitutis etiam communibus ſacris pro ſingularum ſalute, quæ Hecatombas ab earum numero memorabant. Author Euſtath. Nomen indidit Amyclas Lacedæmonis filius, Hyacinthi pater & Daphnes puellæ, quorum matrem Diomeden interpres Nicandri nominat.
Amyclis (ut in tota fere Laconica) ſumma veneratione Apollo colebatur. Hinc
Amyclæ Apollineæ. Stat. 4. Theb. 223.
Armiferæ. Ovid. 2. de Arte Am. 5.
Antiquæ. Ovid. 8. Met. 314.
Ledææ. Stat. 7. Theb. 163. & Sil. lib. 2. 434. V. Meurſ. Miſc. Lacon. 4. 2. 3. T. 10. Theſ. Gronov.
Tetricæ. Stat. 5. Sylv.
Therapnææ, a Therapnis urbe Laconica. Martial. lib. 9. 106.
Trepidæ. Claud. Bell. Get. 193.

AMYCLÆUS, Adj. [Ἀμυκλαῖος] Ita dictus Apollo ob Fanum ei Amyclis dicatum. Strab. 8. p. 250.
Amyclæa ahena. Ovid. de Rem. Amor. 707. i. e. Laconica. V. PURPURA.
Arenæ. Stat. 1. Sylv. 2. 223. i. e. Laconicæ.
Canis. Virg. 3. Georg. i. e. Laconicus. Serv.
Olores. Stat. 1. Sylv. 2. 142.

AMȲCUS, [Ἄμυκος] Filius fuit Neptuni & nymphæ Melies: qui a Polluce victus eſt pugilari certamine. Serv. in 5. Æn. 373. — qui ſe
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat. Bebrycia autem, Bithynia eſt, ut ibidem teſtatur Servius.
Amycus inops. Valer. 4. Argon. 296.
Amyci portus. Plin. lib. 16. cap. 44. in Ponto portus eſt, Amyco Bebrycum rege interfecto clarus.

AMYCTĬCUS, a, um. [ἀμυκτικὸς] ab ἀμύσσω lancino, vellico, vexo. Exulcerans, vellicandi vim habens. ut, Amyctica malagmata. Oct. Hor. 2. 5. Sic & Medicamina vocat Cæl. Aurel. Tard. 2. 6.

AMȲDON, ōnis. [Ἀμυδὼν] Pæoniæ civitas, quæ Trojanis auxilia miſit, ut tradit Homerus 2. Iliad. Juven. 3. Sat. 69.
Hic alta Sicyone, aſt hic Amydone relicta.

AMYGDĂLA, æ. [ἀμυγδαλέα, ἀμυγδαλῆ] Arbor eſt, cujus fructus Nux Græca, & Nux Thaſia, & Amygdala, ſive Amygdalum dicitur. Macrob. 2. Saturn. 14. Columel. l. 5. c. 10. Amygdala ſi parum ferax erit, forata arbore lapidem adjicito. Plin. l. 16. c. 25. Floret prima omnium amygdala menſe Januario. Plur. Amýgdalæ, arum. Columel. l. 11. c. 2. [Eandem Latine Nucem longam vocari & Nucidam, quaſi minorem nucem; auctor eſt Iſid. l. 17. c. 6. V. omnino Lud. Nonium de re Cib. l. 1. c. 44. Inf. v. NUX.

AMYGDALUM, [ἀμυγδαλὶς] i. n. plur. Amygdala, pro Fructu. Pallad. 2. 15. Græci aſſerunt naſci amygdala, &c.

AMYGDALACEUS, [ἀμυγδαλώδης] Adj. Plin. l. 26. c. 11. Amygdalaceo folio, flore roſaceo. h. e. amygdalæ folium referenti.

AMYGDĂLEUS, a, um. [ἀμυγδάλεος,] Idem quod Amygdalinus. Pallad. l. 14. Quin & Amygdaleos ſubeunt piſtacea ramos.

AMYGDĂLĬNUS, Adj. [ἀμυγδάλινος] Id quod eſt, vel fit ex amygdalis: ut, Amygdalinum oleum. Plin. lib. 23. cap. 4.
Nux. Seren. Samon. Carm. 26. 12.
Amygdalina pruna. Plin. l. 15. c. 13. Nuper in Bætica, Malina appellari cœperunt, malis inſita, & alia Amygdalina, amygdalis. His intus nucleus amygdalæ eſt, nec aliud pomum ingenioſius geminatum eſt.

AMYGDALĪTES, Plin. lib. 26. cap. 8. Idem quod AMYGDALOĪDES, [ἀμυγδαλοειδὴς] Apuleio de Herb. cap. 108. Dioſcor. 4. 159. Herba ex genere tithymali, a ſimilitudine amygdali, quæ & Corymbites dicitur, & Platyphyllos a latitudine foliorum.

AMȲLUM, i. n. [ἄμυλον] Quid ſignificet, Cato c. 86. docet hic verbis, Amylum ſic facito, Siliginem purgato bene: poſtea in alveum indat: eo aquam addat bis in die. Die decimo aquam exſiccato, extergeto bene, in alveo puro miſceto bene, facito tanquam fæx fiat. Id in linteum novum indito, exprimito cremorem in patinam novam, aut in mortarium: id omne ita facito & refricato denuo. Eam patinam in ſole ponito, ut areſcat: ubi arebit, in patellam novam indito, inde facito cum lacte coquat. Columel. l. 12. c. 55. Amylum, hinc appellatur, quod ſine mola fiat. Siquidem μύλη Latine mola eſt. Officinis hodie, mutata litera, communiter *Amydum* vocatur. Ruell. lib. 2. cap. 31.

AMYLO, are. Idem ac Amylum infundere, amylo obligare ut loquitur Apicius 2. 2. & 8. 2: 7. 5. & 7. 6. conf. eund. 7. 7. & 8. 3. Hinc

AMYLATUS, a, um. Partic. Amylo confectus, ut Iſicia amylata Apic. 2. 2. Lac amylatum Cæl. Aurel. Tard. 2. 13.

AMYLATUM, i. n. Idem 2. 2.

AMYMON, ŏnis. [ἀμύμων] Latine Inculpatus dici poteſt, & ſignificantius, qui nihil unquam riſu & ſubſannatione dignum admiſit: quaſi ἀμύγμων, ac ſi dicas, in quem nihil obtrectatoribus aut cavillatoribus licet. Budæus.

AMYMŌNE, es. [Ἀμυμώνη] Danai regis filia fuit, quæ dum in ſylvis jaculando ſe exerceret, Satyrum percuſſit imprudens, qui impetu in eam facto, vim ei voluit inferre. Quapropter implorato Neptuni auxilio, id ab eo paſſa eſt quod a Satyro formidarat. Itaque prægnans facta Nauplium peperit. Hanc in Smaragdo Alexander ſculpi voluit. Amymonias aquas interpretatur Argivas Cæl. l. 14. c. 38.
Amymone triſtis. Stat. 6. Theb. 288.
Amymone, Fons apud Argos, ab Amymone Danai Argivorum regis filia, in quem converſa fuiſſe dicitur, appellatus. Ovid. 2. Met. 239.
— quærit Bœotia Dircen,
Argos Amymonen, Ephyre Pyrenidas undas.
Amymones & mulieris & fontis mentionem facit Strabo l. 8.

AMYNTAS, [Ἀμύντας] Pater Philippi Macedonis, Nep. 21. 2. 1. Fuit & plurium Macedoniæ regum, & ducum Alexandri M. nomen, quod paſſim legitur apud Diodor. Juſtin. & Curt. item
Nomen paſtoris. Virg. 3. Ecl. 28.
At mihi ſeſe offert ultro meus ignis Amyntas.
Amynta, vocativ. Virg. 3. Ecl. 73.
Quid prodeſt quod me ipſe animo non ſpernis Amynta?

AMYNTERIA, [ἀμυντήρια] Arma tutoria: quod genus ſunt thorax, galea, gladius, machæra, quibus vim propulſamus, & pugnantes hoſti reſiſtimus. Hoc nomine etiam dici poſſunt in navi malus, roſtrum, antenna, carcheſium, clavus, anchora, &c. Item, in feris dentes, ungues, aliaque quibus vim propulſant. Budæus.

AMYNTICUS, [ἀμυντικὸς] Depulſorius. ut, Emplaſtra amyntica. Th. Priſc. 2. 26. V. Reineſ. Var. Lect. 3. 12. p. 555.

AMYNTOR, [Ἀμύντωρ] Dolopum Rector. Ovid. 12. Met. 364.

AMYNTOR, Pater Phœnicis, Hom. Il. 9. Ovid. 8. Met. 307. Hinc,

AMYNTŎRĬDES, æ. m. Phœnix, præceptor Achillis. Ovid. in Ibin, 259.

AMYRIS, [ἀμυρὶς] Genus arboris eſt (ut inquit Hieronymus) quod Latini putantes Myrrham dictum, Unguentum interpretati ſunt. De cujus arboris notitia hoc ſolum ad nos pervenire potuit, quod odorem ſolum habeat ſuavem, nullum tamen offerat fructum.

AMYRIS, Civitatis Sybaris incola, de quo hæc narrantur. Quum Sybaritæ florerent opibus, quendam Delphos amandarunt qui de rerum ſuarum ſucceſſu ſciſcitaretur oraculum. Reſponſum eſt, Evertendam Sybaritarum fortunam, ubi plus honoris habere cœpiſſent hominibus quam diis. Evenit deinde ut ſervus a domino vapulans, necquicquam ad deorum aras confugiſſet: poſt ad heri monumentum confugiens, liberaretur a plagis: Quod ſimulatque conſpexit Amyris, collectis rebus ſuis in Peloponneſum demigravit, reliquis interim Sybaritis hominem velut inſanum ridentibus. Inde proverbiali figura dici cœptum Amyris inſanit, ubi quis ſub inſaniæ prætextu rebus ſuis conſulit: Aut ubi quis ſolus periculum proſpiciens, in tempore ſibi cavet, creditus interim vulgo deſipere: deinde rerum eventus docet illum unum ſapuiſſe. Citatur ab Euſtathio Iliad. 2. V. Eraſm. Adag.

AMȲRUS, i. m. Theſſaliæ fluvius. Val. Flacc. 2. 11.

AMYSTI, [ἀμυστὶ] i. e. Hauſtim: quaſi dicas Citra ſuctum, non occluſo ore, aut contractis labris. Vel quaſi ἀπνευστὶ, ſine reſpiratione, ut qui inter bibendum ſpiritum non reciprocent, ſed potum in alvum non ſecus atque in dolium infundunt. Unde etiam producitur verbum ἀμυστίζειν, eo modo bibere, quod nos Latine, nec inepte, Amyſtizare dixerimus. Ex Cæl. l. 7. c. 26. & Eraſm. Chiliad. V. etiam Parrhaſ. de Rebus per epiſtolam quæſitis. Ep. 26. (Tom. 1. Lamp. Crit. Grut. p. 754.) & Petr. Crinit. in Ep. Politian. l. 12. p. 501.

AMȲSTIS, ĭdis. [ἄμυστις] Genus erat potandi, quo ſe magnis & meracis poculis mutuo invitabant, quod dicebant ἀμυστίζειν, quod cum facere ſolerent Thraces, idcirco πρόποσιν Θρᾳκίαν appellabant. Hor. 1. Carm. 36. 14.
— nec multi Damalis meri
Baſſum Threïcia vincat amyſtide.
Alii Amyſtim gemmam volunt eſſe, quæ præſenti uſu Amethyſtus dicitur. Meminit Cæl. Rhod. lib. 7. cap. 26. & lib. 28. cap. 6.

AMȲTHĀON, ŏnis. [Ἀμυθάων] Melampodis pater, Crethei filius, Æſonis frater; qui Pyli habitavit uti tradit Apollodor. Bibliothecæ l. 1. c. 9. Stat. 3. Theb. 452. — Iuxtaque Amythaone cretus
Jam ſenior, ſed mente virens, Phœboque, Melampus Aſſociat paſſus.

AMYTHAONIUS. Adj. [Ἀμυθαόνιος] ut, Amythaonia domus Propert. 2. 2. 18.
Mox Amythaonia nupta futura domo.
Amythaonius Melampus. Virg. 3. Georg. 550. & Tibull. 4. 1. 120. V. & MELAMPUS.

AMYTHAONIA, [Ἀμυθαονία] Elidis pars eſt, teſte Stephano, ita dicta ab Amythaone Crethei filio.

AMYZŌN, [Ἀμυζὼν] Cariæ oppidum eſt, cujus meminit Plin. 5. 29.

A N

AN. M. Actionem mandat. ANN. vel AN. Annis, vel Annos. ANT. Ante, Anteor. ANT. T. C. Ante terminum conſtitutum.

AN, [ἢ, μὴ] Adv. interrogat. & ſemper duplicem interrogationem denotat, etiamſi tantum ſemel ponatur, quia tunc ſecunda ſubauditur interrogatio cum particula negativa. Ter. Adelph. 1. 2. 48. An ego toties de eadem re audiam? ſubaudi, An non: quæ eſt ſecunda pars quæſtionis. Sic in cæteris. Idem Eun. 5. 5. 21. Obſecro an is eſt?
An, dubitandi. Ter. Adel. 4. 5. 33. Haud ſcio an illam nunc miſere amat. Ibid. 2. 1. 41. Vide utrum vis, argentum accipere, an cauſam meditari tuam.
An, primo loco poſitum. Cic. 2. Philipp. 34. An tu Narbonæ in menſas hoſpitum quum vomeres, Dolabella pro te in Hiſpania dimicares?

An, secundo loco positum. Cic. 5. Verr. 28. Erravit, an potius insanivit Apronius? Et hic, & in similibus subaudis An vel Utrum. Et in hoc genere loquendi, posterior pars affirmatur; est enim correctionis species.
An, ter repetitum. Cic. in Orat. In quo quæsitum est, in totone circuitu illo orationis, an in principiis solum, an in extremis, an in utraque parte numerus tenendus sit.
An, quater repetitum. Cic. 3. de Orat. 209. Refert etiam qui audiant: Senatus, an populus, an judices: frequentes, an pauci, an singuli.
An, sæpius repetitum interrogatione, sic, Es tu Stoicus, an Epicureus, an Peripateticus, an Academicus? Recte per An sic interrogatur, si constet illi te esse philosophum ex aliqua illarum sectarum, sed cujus sis ignorans, de ipsa interroget: & ad singulas particulas binæ interrogationes sunt. Ex Valla. Cic. 4. Verr. 17. Postulo mihi respondeat qui sit iste Verrutius; mercator, an arator, an pecuarius.
An, præcedente Utrum. Cic. 1. Fam. 7. Multum enim interest, utrum laus imminuatur, an salus deferatur. Idem 7. Fam. 16. Id utrum Romano more loquutus sit, an quo modo Stoici dicunt, postea videro.
An, pro Aut, interdum videtur accipi. Cic. in Bruto, 89. Summa senectute M. Cato legem suadens, in Galbam multa dixit: quam orationem in Origines suas retulit, paucis antequam mortuus est, an diebus, an mensibus? Genus est loquendi, quod in re parum certa veteres usurpabant. Figura est, qua utimur, quum ex duabus rebus utra sit, incerti sumus. Idem 1. Att. 2. Nos hic te ad mensem Januarium expectamus, ex quodam rumore, an ex literis tuis ad alios missis? Et alibi frequenter.
An & Ne conjungi solent pro An. Ter. And. 5. 2. 10. Anne est intus Pamphilus? Cic. In Pison. 1. Nam quid ego de Consulatu loquar? parto vis, anne gesto? Idem pro Corn. Balb. 54. Anne de nobis trahere spolia fœderatis licebit, de hostibus non licebit?
Anne, dubitandi. Cic. 4. Acad. 48. Non internoscat vera illa visa sint, anne falsa. Idem lib. eod. 35. Quum interrogetur, tria pauca sint, anne multa.
An & Ne, interpositis aliquot dictionibus. Cic. 1. de Fin. 12. An partus ancillæ sitne in fructu habendus.
An & Non juncta, primo loco ponuntur pro Nonne. Ter. And. 3. 5. 15. Annon hoc dixi esse futurum?
An Non, dubitandi. Plaut. Mil. 4. 8. 26. Tentabam spirarent an non auræ. pro Necne.
An non, in secundo membro positum, Tarditatem increpat. Ter. And. 1. 2. 15. Hoccine agis, an non?
An nondum. Ter. And. 1. 2. 30. Intellextin? an nondum etiam ne hoc quidem? Idem Heaut. 3. 3. 36. Reperisti tibi quod placeat, an nondum etiam?
An vero. Cic. 1. de Orat. An vero si de re ipsa, si de finibus controversia est, &c.
An, pro Circum veteres ponere solebant: ut Cato in Originibus oratorum, An terminum, i. e. Circum terminum. Ita Macrob. 1. Saturn. cap. 14. Scribendum certe Am per m, non per n.
V. Am. In verbis quibusdam AN, non AM, ut Ancisus, Anquiro, Anfractus. V. ANCÆSA. H. St.

A N A

Ana, [Ἄνας] Fluvius Hispaniæ, Bæticam a Lusitania dividens. V. Plin. l. 3. c. 1. & l. 4. & c. 22. Vulgo dicitur *Guadiana*, vocabulo Saracenico: Nam *Gua* lingua Arabica sonat Aquam: testis Olivarius in Melam. V. etiam Prudent. Perist. 9. 188. appellatur etiam Anas.
Ana, [ἀνά] Vox medica & pharmaceutica. Omnium parem modum, ut Celsus 3. 27. loqui amat, indicans. V. Rhodii Lex. Scrib. voce Singulorum p. 442.
Anabaptista, æ. m. [ἀναβαπτιστής.] Rebaptizator, qui baptismum iterat. notæ Sectæ nomen. V. Suic. Thes.
Anabasis, [ἀνάβασις] Herba quæ Equisetum Latine dicitur, a Græcis Hippuris. Plin. l. 26. c. 13. Recentiores Caudam equinam vocant.
Anabasius, [ἀναβάσιος] Qui emittitur in exteras regiones, rumorem aliquem disseminaturus, qualem Triptolemum fuisse in fabulis legimus, quem femina per orbem sparsurum, Cererisque beneficia annuntiaturum, a dea rapidissimo curru emissum fabulantur. Hieronymus contra Rufin. Idcircone Cereales, & Anabasii tui per diversas provincias cucurrerunt, ut laudes meas legerent?
Anabathrum, [ἀνάβαθρον] Pulpitum, scala, gradus scansiles, subsellia. Juven. 7. Sat. 46.
Et quæ conducto pendent anabathra tigillo. [Ubi Schol. A Græco tractum; i. e. Subsellia, super quæ altius sedeatur, gradus superiores scansiles. Simplex est βάθρον, uti docet Pollux q. omnino V. l. 3. S. 90. Miror cur V. C. ad calcem Valesianor. p. 208. Anabethra legendum putet.
Anabis, [Ἄναβις] Oppidum Hispaniæ, in tractu Tarraconensi. Ptolemæus.
Anabolagium, [ἀναβολάγιον] vel Anaboladium, Sindonis genus est, quo humeri operiuntur. Solebant enim mulieres in negligentiori cultu hoc ornamento pectus & humeros protegere, & quum visum esset rejicere. Calep. V. Isidor. 19. 25. [Vox Anabolagium nec Græca, nec Latina est, dicendum potius Anabolæum, ἀναβολαῖον, quod ab Anabole, ἀναβολή, de quo mox. Hieronym. in c. 4. Esaj. Mutatoria, inquit, & pallia, quæ Significantius Symmachus transtulit ἀναβόλαια, ornamenta sunt mulierum, quibus pectora & humeri proteguntur. In Gloss. Latino Græc. Amiculum redditur. Hinc Dimin. Anaboladium, ἀναβολάδιον, quod est ap. Isidor. sicut a σπήλαιον formatur σπηλάδιον ap. Polluc. ab ἔλαιον ἐλάδιον &c.
Anabole, [ἀναβολή] Amictus, pallium. Hujus meminit in supervacuo fœminarum ornatu Ælianus l. 7. Var. hist. ubi Perizon. V. & quos ibi laudat præter Ferrar. Voss. in Etym. G. H. Ursinum Obs. Philol. c. 1. Synes. Epist. 52. Est & ἀναβολὴ πράγματος Dilatio. sc. rei gerendæ in aliud tempus rejectio. V. Suid. Polluc. &c.
Anaboleus, [ἀναβολεύς] vocatur, Qui apud reges eo fungebatur munere, ut eos in equum sustolleret: Strator, a sternendis equis, Latine dicitur. Plutarchus in Crasso, & Budæus.
Item ferrum illud pendulum, cujus ope in equum commodius ascenditur ἀναβολεύς dicitur, quod Stapedem non inepte dixit quidam. [Quod antiquioribus temporibus incognitum fuisse satis constat.
Anabolicus, a, um. [ἀναβολικός] Vestiarius, ad amictum pertinens; ut anabolicæ species. Vopisc. Aurel. c. 45. V. Salmas. p. 368. Turnebus Advers. 18. 17. legit Embolicas, & interpretatur Certum tributi genus ex Ægypto transvecti.
Anabula, Herba quæ & Lactoris dicitur, & Lactaria, oleæ folio, sed minore, flore luteo. Ruell. lib. 3. cap. 121.

Anabura, [Ἀνάβουρα] Pisidiæ oppidum, apud Strab. lib. 12.
Anacacabea, [ἀνακακαβέα] Arbor quæ & Lotus dicitur, Vet us. Galli *Aysam* & *Alysium* appellant. Ruell lib. 2. cap 95.
Anacalypteria, plur. [ἀνακαλυπτήρια] Dies festus fuit post nuptias, quum sponsa revelabatur, ut ab omnibus conspiceretur: tametsi Munera etiam significant, quæ eodem die sponsæ exhibebantur, non his dissimilia quæ Repotia a nostris dicta sunt. Vide Girald. in lib. De diis gentium. & Cæl. l. 11. c. 60. Alex. ab Alex. 2. 5. Ez. Spanh. ad Callim. p. 180.
Anacamperotis, Herba cujus omnino tactu redeunt amores vel cum odio depositi. Plin. lib. 24. cap. 17. ad finem.
Anacardium, [ἀνακάρδιον] Arbor Indis familiaris, fructu, aviculæ corculo non dissimili, unde nomen putant inditum, rubente intus cruore, quo veluti sanguine scatet. Nomen Anacardi officinis retinuit. Ruell. lib. 1. cap. 37. V. Matthiol. in Diosc. 1. 141.
Anace, [Ἀνάκη] Oppidum Achaiæ apud Stephanum.
Anacephalæosis, [ἀνακεφαλαίωσις] Figura est, qua rerum capita summatim repetuntur. Sic vocant oratores, quum ea quæ sparsim ac fusius dicta sunt, paucis repetuntur, ut simul judici renoventur. Eademque fere partem constituit Perorationis vel Epilogi. Quintil. l. 6. c. 1. Rerum repetitio & congregatio, quæ Græce dicitur ἀνακεφαλαίωσις, a quibusdam Latinorum Enumeratio, & memoriam judicis reficit, & totam simul causam ponit ante oculos, & etiamsi per singula minus moverat turba valet. Vulgus imperitum Recapitulationem vocat.
Anaces [Ἄνακες ἢ Ἄνακοι] Jovis filii appellati sunt. Cic. 3. de Nat. Deo. c. 21. Dioscuri etiam apud Grajos multis modis nominantur. Primi tres qui appellantur Anaces Athenis, ex Jove rege antiquissimo & Proserpina nati, Tritopatreus, Eubuleus & Dionysius. Secundi Jove tertio nati ex Leda Castor & Pollux. Tertii dicuntur a nonnullis Alio & Melampus, Emolus, Atrei filii, qui Pelope natus fuit. Hæc Cic. Satis constat autem id nomen potissimum Castori & Polluci a Græcis tributum. De cujus etymo, cum inter ipsos Græculos parum conveniat, disputare hoc loco nihil attinet. V. Henr. Steph. Thes. Gr. & Victor. ad Cic. Barl. ad Luciani Tim. p. 79. & ibid. Scholiast. De his plura Theocrit. in Idyllio Dioscuris inscripto, & Plutarch. in Theseo. Eorum ædes Athenis Ἀνάκειον dicta, de qua Lucian. d. l. & Suid. Et festum Ἀνάκεια. De quo Meurs. in Græcia Feriata
Anacharsis, [Ἀνάχαρσις] Philosophus ex Scytharum genere, sapientiæ admirandæ, ut scribit Cic. 5. Tusc. Floruit Solonis temporibus. Cujus imaginibus inscriptum est, Lingua, ventre, pudendis, abstinendum esse. Plin. tradit Anacharsin invenisse rotam figuli, cujus circuitu vasa formantur. Sed si (ut inquit Seneca) apud Homerum longe antiquior inveniatur figuli rota, non video quomodo Anacharsis esse author hujus rei potuit. V. Fabric. Bibl. Gr. 2. 8. p. 371. Ibat nudis pedibus, dormiebat in terra, & famem pro pulmento habebat. Hic leges aranearum telis quam simillimas esse dicebat. Interrogatus autem quo pacto abstemius quis fieret, respondit, si ebriosorum motus sibi ante oculos ponat. conf. Laert. Clem. Alex. Strom. 1. p 308. & Sidon. Carm. 2. 165.
Anachis, Deus genius Ægyptiis. Illi enim quatuor fuisse putant, quos simulatque in lucem editus fuisset homo, illius pervigilem curam agere opinabantur, quorum nomina sunt Dymon, Tychis, Heros, & Anachis. Ex Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 4.
Anachites, [ἀναχίτης] Plin. lib. 3. cap. 4. ad fin. Adamas & venena irrita facit, & lymphationes abigit, metusque vanos expellit a mente, & ob id quidam eum Anachiten vocavere.
Anachoresis, [ἀναχώρησις] Eremus, secessus: unde Monachi, eremum incolentes, & quicunque procul ab hominibus secesserint, ἀναχωρῆται vocantur. Cassian. in Col. Cujus sectatores Anachoretæ: i. e. Secessores merito nuncupantur, eo quod nequaquam contenti hac victoria, qua inter homines occultas insidias diaboli calcaverunt, aperto certamine ac manifesto conflictu dæmonibus congredi cupientes, vastos eremi recessus penetrasse non timeant. V. Hieron. Epist. ad Eustoch. 22. cap. 15. Sidon. Epist. 7. p. 191. & Sulp. Sever. Dial. 1. de Virtutibus Monach. cap. 9. & 17.
Anacœnosis, [ἀνακοίνωσις] Communicatio Latine. Schema est, quum aut ipsos adversarios consulimus, aut cum judicibus deliberamus. Julius Rufinianus.
Anaclasis, [ἀνάκλασις] Reverberatio, reflexio. Numeratur & apud P. Rutilium Lupum inter figuras sententiarum. [Nisi fortassis Antanaclasis est, de q. V. C. T.
Anaclinterium, [ἀνακλιντήριον] quasi Accubitum; Lectulus est super quo quiescimus interdiu, qualia celebrantur Florentiæ Tuscanica, & apud Lampridium in Heliogabalo Accubita. ab aliis Stibadia. V. Casaub. ad Spartian. in Ælio Vero cap. 5. p. 45. & Salmas. ad eund. p. 63. V. Supra Accubitum.
Anacœliasmus, i. m. [ἀνακοιλιασμός] Medicamentum ventrifluum, Cæl. Aurel. Tard. 2. 14. n. 213.
Anacollema, ătis. n. [ἀνακόλλημα] Cataplasma restringens. Veget. 2. 17.
Anacoluthos, i. [ἀνακόλουθος] Inconsequens. Vocant autem Grammatici ἀνακόλουθον, vitium orationis, quando non redditur quod superiobus respondeat. Virg. 2. Æn. 331.
Millia quot magnis nunquam venere Mycenis. Ubi Servius, Subaudi TOT. & est anacoluthon. nam dixit QUOT, quum non præmiserit TOT. Idem 3. Æn. 541.
Sed tamen iidem olim curru succedere sueti. Ubi Servius, Sed tamen, anacoluthon: nam QUANQUAM non præmisit.
Anacreon, ontis. [Ἀνακρέων] Poeta Lyricus, ex Teo urbe Ionum, a quo genus carminis Anacreontium dictum. Hor. 4. Carm. 9. 9.
Nec, siquid olim lusit Anacreon, Delevit ætas.
Anacreon poeta, acino uvæ passæ strangulatus est. V. Plin. lib. 7. cap. 7. Valer. Max. lib. 9. cap. 12. Ælian. Hist. Var. 9. 4. Voss. & Tan. Faber de Poët. Græcis, Fabric. Bibl. Gr. 2. 15. 12. p. 567.
Anacreon Teius. Hor. Epod. 14. 10.
Anacreontius, Adj. [Ἀνακρεόντειος] Quintil. lib 9. cap. 4. Anacreontium protinus colon efficias. Gell. 19. 9.
Anacreontius versus ut plurimum recipit Iambum vel Anapæstum, vel Spondeum in prima regione: in secunda & tertia Iambum: postremo loco syllabam Catalecticam. ut,

Θέλω λέγειν Ἀτρείδας.	Canam libens Atridas.
Ἐπὶ μυρσίναις τερείναις.	Teneris superque myrtis.
Χαίρετε λοιπὸν ἡμῖν.	Nobis valete posthac.

Inveniuntur quidem alii pedes, sed non videntur legitimi.

ANACREONTICUS, a, um. Idem

ANACRISIS, [ἀνάκρισις] Quæſtio de reo habita, ſive ea per tormenta fieret, ſive ſine tormentis. Item Interrogatio teſtium, quam vulgus Informationem vocat. l. Divus Adrian. D. de cuſtod. & exhibit. reor. Vide Bud. in comment.

ANACRUSIS, [ἀνάκρουσις] Certaminis præludium: Ampera primum certandi periculum: Cataceleuſmus, certamen ipſum. Ex Cæl. lib. 16. cap. 19. & Bud. V. ſupra AMPIRA.

ANACTES, [ἄνακτες] unde, & cur ſic dicantur Reges, docet Cæl. Antiq. Lect. lib. 17. cap. 20. Sed & Anactes apud Cyprios dicebatur Magiſtratus honorificus, ad quem referebatur quotidie ab exploratoribus quibusdam quicquid audiſſent, idque in Reip. commodum fuerat inſtitutum. Euſtath. Iliad. ». annotat.

ANACTORIUM, [Ἀνακτόριον] Stephano, Oppidum eſt Acarnaniæ, ad ſinum Ambracium. Plin. lib. 4. cap. 1. Anactoria Civitas.
Fuit item hoc nomine appellata quondam Ioniæ Civitas nobiliſſima Miletus, ut teſtatur idem Plin. lib. 5. cap. 29.
Anactorion, [ἀνακτόριον] etiam Herba eſt, quæ notioribus nominibus ξίφιον Græcis, & Latinis Gladiolus appellatur. Dioſcor. lib. 4. Apul. de Herb. cap. 10. & 78.

ANACTORIUS, a, um. Idem quod Acarnanius. ut, Anactoria ora. Sil. lib. 15 299.

ANACTORON, [Ἀνάκτορον] ut ſcribit Heſychius, fuit templum Cereris in Eleuſine. Pollux 1. S. 17. & 9. 15. Anactorum ἀνάκτορον pro Adyto accipit, vel potius pro loco oraculo conſecrato. V. Henr. Steph. Theſ. Gr.

ANĂDĒMA, vel ANADESMA, ătis. n. utrunque enim reperitur [ἀνάδημα] Lucret. lib. 4. 1122.
Et bene parta patrum, fiunt anademata, mitræ. h. e. Quæ bona magno labore a majoribus parta ſunt & acquiſita, ex iis venditis anademata comparantur emunturque. Paul. in l. 26. quanvis. D. de aur. & arg. legat. Ornamentorum eſſe conſtat, quibus uti mulieres venuſtatis & ornatus cauſa cœperunt: neque referre, ſi quædam eorum alium quoque uſum præbeant, ſicuti mitræ & anademata: quanvis enim corpus tegant: tamen ornamentorum, non veſtis eſſe. Suidas p. 228. dicit eſſe capitis ornamentum. Ducitur ab ἀναδέω verbo, quod corono, ligo, redimio, ſignificat. [V. & Polluc. Heſych. & Interprett. ad Virgil. 9. Æn. v. 616. Qui rectius Latina voce Redimicula mitræ dixit.

ANADENDROMALĂCHE, [ἀναδενδρομαλάχη] Malva arboreſcens, quam Galen. 4. Therapeuticæ eandem facit cum Althæa. Dicitur & Hibiſcus. Apul. de Herb. cap. 38.

ANADIPLŌSIS, f. [ἀναδίπλωσις] Dici poteſt Reduplicatio. Eſt enim congeminatio dictionis in ultima parte verſus, & prima ſequentis. Virg. 8. Ecl. 55.
Certent & cygnis ululæ: ſit Tityrus Orpheus,
Orpheus in ſylvis, inter delphinas Arion. V. Item 6. Ecl. 20. & 10. Æn. 180.

ANĂDYŎMĔNE, [Ἀναδυομένη] Plin. l. 35. c. 10. Venerem exeuntem e mari divus Auguſtus dicavit in delubro patris Cæſaris, quæ Anadyomene vocatur, verſibus Græcis tali opere dum laudatur victo, ſed illuſtrato: cujus inferiorem partem corruptam qui reficeret, non potuit reperiri. Verum ipſa injuria ceſſit in gloriam artificis. Conſenuit hæc tabula carie: aliamque pro ea Nero principatu ſubſtituit ſuo, Dorothei manu

ANÆA, [Ἀναία] Urbs Cariæ, a qua Adj. Anæus. Oppidanos ejus loci Thucydides Anaitas pronuntiat, dicta ab

ANÆA, Una Amazonum, quæ nomen urbi dedit, teſtis Steph. & Hermolaus in Plin. lib. 26. cap. 36.

ANAITICA, [Ἀναϊτικὴ] Regio majoris Armeniæ, quæ ab Euphrate alluitur. Plin. lib. 5. cap. 24. Dicta ab Anaitide Dea & Ejus cultu.

ANAITICUS, a, um. gent. Plin. l. 16. c. 36. Calami probatiores Gnidii, & qui in Aſia circa Anaiticum lacum naſcuntur.

ANAITIS, idis [Ἀναῖτις] Dea ab Armeniis obſcœna religione culta.
Anaitidem deam colunt in primis Armenii, ita more condito, ut vel nobilitate præſtantes ejus miniſterio dedicent filias, quæ inibi corporis pudicitia in vulgus data, velut inde auguſtiores factæ, mox traduntur viris, nemine non conjugia id genus alacriter admittente. Hæc Plin. lib. 33. cap. 4. conf. Strabo lib. 11. & 12. & 15.

ANĂGALLIS, ĭdis. f. [ἀναγαλλὶς] Herba eſt quæ in duo genera dirimitur. Fœmina flore cœruleo conſpicitur, mas puniceo. Hodie *Morgelina*, ſive *Gallinæ morſus* vulgo nominatur. Ruell. lib. 2. cap. 109.

ANAGLŸPHA, ōrum. n. [ἀνάγλυφα] dicuntur Vaſa cælaturis eminentibus & expreſſis ornata, quæ & Toreumata vocantur. Plin. lib. 33. cap. 11. Nunc anaglypha, in aſperitatemque excisa, circa linearum picturas quærimus. Hujus generis ſunt illa fagina pocula de quibus Virg. 3. Ecl. 37. ſeqq. Idem 5. Æn. 267. ubi Serv. V. mox ſubjecta.

ANAGLYPTA, orum. [ἀνάγλυπτα] Idem. Martial. lib. 4. 39.
Nec menſis anaglypta de paternis. [Et apud Plin. Harduinus Anaglypta legit. Ovid. 5. Met. 81. Altis Extantem ſignis cratera. & 12. v. 235.
Forte fuit juxta ſignis extantibus aſper
Antiquus crater. Juven. Sat. 1. 75.
Argentum vetus, & ſtantem extra pocula caprum.
Ubi Schol. Emblematicum opus, indicante Schurzfl. ex MSS.

ANAGLYPTES, æ. [ἀναγλυπτὴς] Sculptor dicitur talium operum.

ANAGLYPTICE, es. [ἀναγλυπτικὴ] Ars eadem ſculpendi. V. Cæl. Rhod. 29. 24.

ANAGLYPTICUS, a, um. i. e. Cælatus. Sidon. 13. Epiſt. 9. Geruli caput plicantes anaglyptico metallo.

ANAGNIA, [Ἀναγνία Ptolemæo,] Civitas Hernicorum in Latio, ubi Antonius ſorore Auguſti contempta, & Cleopatra in uxorem ducta, monetam feriri juſſit. Virg. 7. Æn. 684. — quos dives Anagnia paſcit, &c. conf. Sil. Ital. lib. 8. 393. & lib. 2. 533. & Cic. 16. Att. 8.

ANAGNĪNUS, a, um. Adj. Plin. 3. 5. Cic. 12. Att. 1. & 15. 26.

ANAGNOSTES, æ. m. [ἀναγνώστης] Nep. 25. 13. 3. In familia erant pueri literatiſſimi, anagnoſtæ optimi. Obtinuit apud veteres, qui in re aliqua eſſent, & paulo elegantiorem vivendi rationem inſtituiſſent, ut inter alia miniſteria haberent pueros, qui cœnantibus legerent eruditorum hominum, quos vellent, libros. Hos Anagnoſtas ex re ipſa vocabant Græco vocabulo. Lectores Latine appellavit Suetonius Aug. c. 78. (ex quo loco cognoſces non tantum in Cœna, ſed noctu etiam, cum expergefactis ſomnus recuperari ſtatim non poſſet, fuiſſe adhibitos) itemque Plin. 8. Epiſt. 1. & 3. 5. Iterum Nepos 25. 14. 1. Nemo in Convivio ejus aliud acroama audivit, quam anagnoſten, neque unquam ſine lectione cœnatum eſt, ut non minus animo, quam ventre delectarentur convivæ. Ubi habes, quæ ratio fuerit pulcherrimi hujus inſtituti. Anagnoſtas in theatris apud Græcos legiſſe Poetas ex Gellio 18. 5. cognoſcere eſt. V. Pignor. de Servis. & Meurſ. Auct. Philolog. cap. 4. ſupra v. ACROAMA & infra LECTOR.

ANAGNUTES, Populi ſunt Galliæ Aquitanicæ. Plin. lib. 4. cap. 19.

ANAGŌGE, es. f. [ἀναγωγὴ] Receſſus ſubtilis, ſive Excelſa, aut ſuperior intelligentia. Figura, quaſi Subductio, quum ſenſus ad altiora tollitur. utitur Hieronym. prol. in Nahum. V. de hoc & ſeq. vocab. Suiceri Theſ.

ANAGOGICA, [ἀναγωγικὰ] Myſtica ſunt, quæ hominem mortalem ſublimia divinaque meditando in cœlum ſubvehunt. Et ſenſus anagogicus dicitur, quum ſenſus literalis (ut vocant) in ſpiritualem vertitur. Bud.

ANAGRAMMA, ătis, & ANAGRAMMATISMUS, i. m. Ingenioſa permutatio, vel transpoſitio literarum, in una pluribusve dictionibus, unde alia ſententia generatur. ut Laudator per Anagr. Adulator. Galenus per Anagr. Angelus. V. Voſſ. Etym. p. 240.

ANAGRAPHE, [ἀναγραφὴ] Perſcriptio & acta. Sic etiam appellatur Commentarius & breviarium, & liber cenſus peracti. Budæus Comment. Ulp. in l. ult. D. de reb. authorit. judic. poſſ. Anagraphen vocat, quod alibi Inventarium, & Repertorium, & Synopſin appellat.

ANAGYRIS, [ἀνάγυρις] Herba quæ odore tetro proverbium peperit, in eos jactari ſolitum, qui obfutura ſibi commovent. Vulgo *eghelo*. Meminit Dioſcor. lib. 3. V. Matthiol. in Dioſc. 3. 149. V. & Eraſm. in proverbio, Anagyrin commoves.

ANAITIS, V. paulo ante ANÆA & ANAITICA. & ſeq.

ANALPHABĒTUS, [ἀναλφάβητος] A Græcis dicitur, Qui ne elementarias quidem literas novit, quas Fulgentius Abecedarias appellat in tertio Mythologicôn. V. ABECEDARIUM.

ANALECTA, ōrum. n. [ἀνάλεκτα] Reliquiæ ſub menſa, quæ quod colligi debeant, id ſunt ſortitæ nomen. Cæl. l. 13. c. 31. Martial. l. 14. 82.
In pretio ſcopas teſtatur palma fuiſſe;
Sed pretium ſcopis nunc analecta dabunt. V. Voſſ. Etym. p. 27.
Translate hinc inde excerpta & in unum confarcinata librum Analecta dicunt: alii lat. vocab. Collectanea.

ANALECTES, æ. [ἀναλέκτης] Qui colligit aut verrit analecta. Sen. Epiſt. 27. per translationem, Suaſit illi ut Grammaticos haberet analectas. De Calviſio loquens, qui ſervos literatos in conviviis ad pedes habebat, ut verſus quos referret, ſuggererent. Sed quid ſunt Grammatici analectæ? Quidam interpretantur Doctiſſimos, qui omnia ad manum & in numerato habeant, alii eos qui minutiſſima quæque colligunt ex authoribus. Ego (inquit Turnebus) neutris aſſentior: quid enim eſſet in eo ſenſu leporis & argutiæ? Potius exiſtimaverim ſanna quadam deriſum ab eo Sabinum fuiſſe. Ut enim analectæ ſervi dicebantur, qui reliquias cœnæ, aut ea quæ ceciderant de menſa, colligere ſolebant (ea autem analecta dicebantur) ſic cum ipſe Sabinus inter cœnandum in verſibus, quos ſubjectos referebat, ſubinde excideret, Quadratus feſtive dixit, ei grammaticis analectis opus eſſe, qui colligerent eum cadentem, & verba quoque ei excidentia inter cœnam redderent. Hæc ille. conf. Cæl. Rhod. 7. 52. & Wowerium cap. 13. Polymath.

ANALECTĬDES, [ἀναλεκτίδες] dicuntur, Quibus e xylino lino, vel quavis materia, puellæ tanquam pulvillis conſtipant ſcapulas prominentes, ut videri habitiores poſſint. Ovid. 3. de Arte Am. 273.
Conveniunt tenues ſcapulis analectides altis:
Anguſtum circum faſcia pectus eat. Cæl. l. 13. c. 31. Apud Ovidium corrupte legitur Ameletides. Varia Monſtra lectionum profert. Heinſ. qui Analectrides tuetur, eum V. Scaliger Omeletides & Turneb. Adverſ. 4. 23. Ometides.

ANALEMMA, [ἀνάλημμα] eſt Ratio conquiſita Solis curſus, & umbræ creſcentis, a brumæ obſervatione inventa, e qua per rationes architectonicas circinique deſcriptiones eſt inventus effectus in mundo. Vitruv. l. 9. c. 4.

ANALEPSIS. V. EPANALEPSIS. H. St.

ANALEPTĬCE, es. f. [ἀναληπτικὴ] Reſtauratio virium. V. Turneb. Adverſ. 16. 15. Cælio Aurel. Reſumptio.

ANĂLĪMŌTĬCUS, a, um. [ἀναλιμωτικὸς] Famem pellens; ut cibi analimotici. Th. Priſc. 2. 24.

ANALITÆ, [Ἀναλῖται] Populi Arabiæ, Plin. lib. 6. cap. 28.

ANALOGETICI. V. poſt ANALOGISTA.

ANALŎGIA, æ. [ἀναλογία] Proportio. Cic. de Fin. 3. 21. Quod Analogiam Stoici, nos appellemus Convenientiam, ſi placet. Sed hic alii legunt Homologiam. Quintil. l. 1. c. 6. & 10. Analogia præcipue quamproxime ex Græco transferentes in Latinum proportionem vocaverunt. Ejus hæc vis eſt, ut id quod dubium eſt, ad aliquid ſimile, de quo non quæritur, referat, ut incerta certis probet. Cic. de Univerſ. 12. Id optime aſſequitur quæ Græce ἀναλογία, Latine (audendum eſt enim, quoniam hæc primum a nobis novantur) Comparatio, Proportiove dici poteſt.
Analogia, eſt Verborum ſimilium declinatio ſimilis, non repugnante conſuetudine communi. Varro lib. 3. de Analogia.
Analogiam facere. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Analogia tueri dictum. Quintil. ibid.
Analogia apud Euclidem eſt Similitudo rationum: ſed geometrica tantum ibi definitur. ut ſi dicas, Ut ſe habent quatuor ad duo, ſic octo ad quatuor: &, Quanto eſt longior pes Herculanus alterius alicujus pede, tanto item ſtadium Herculano pede ſexcenties commenſum, longius eſt eo ſtadio quod alterius pede toties transmiſſum eſt.

ANĂLŎGUS, a, um. [ἀνάλογος] Conſentaneus, proportioni reſpondens, a Philoſophis & Grammaticis uſurpatur. Vulgo Proportionalis.

ANALOGĬCUS, a, um. [ἀναλογικὸς] Idem. ut, Libri analogici Cæſaris, apud Gellium 4. 16. intelligit Libros II. de Analogia. de quib. Suet. c. 56. in vita. Senarius analogicus. Mart. Capell. 7. p. 240.

ANALOGISMUS, [ἀναλογισμὸς] E ſimilitudine argumentum: de quo Galenus in optima ſecta, & in Empiricæ ſectæ compendio.

ANALOGISTA, [ἀναλογιστής] Tutor dicitur qui rationibus reddendis liber eſt, qui adminiſtrationis ſuæ rationes non reddit. in l. 5. §. 5. D. de admin. tutel. Sic enim legitur in exemplaribus vulgatis: in Pandectis Florent. eſt Aneclogiſtus, [ἀνεκλόγιστος] probe. Iidem plerunque dicuntur ἀνυπεύθυνοι. Analogiſtæ de iis qui analogia nituntur, & eam ſequuntur ac defendunt. Notis in libr. ſeptimum Varr. de L. L. Vertranius Maurus. H. St.

ANALOGETICI, [Ἀναλογητικοὶ] Philoſophi quidam appellabantur apud Laertium lib. 1. S. 17. Ubi Menag. V.

ANALYSIS, [ἀνάλυσις] Reſolutio, Retexio complexionis ad ipſius principia. Quum compoſitum aliquid in ſuas ſimpliciſſimas partes, vel in ſua principia reſolvitur, ut Ariſtoteles oſtendit primo Analyt. ut patet item in elementis Euclidis 13. p. 1. 2. 3. 4. 5.

Analytĭcus, a, um. [ἀναλυτικὸς] Reſolutorius : unde Analytice, & n. pl. Analytica. quo nomine inſcribuntur quatuor libri Ariſtotelis in Organo.

Anamaschalistēr, [ἀναμασχαλιστὴρ] Ornamentum pectoris vel capillorum, apud Pollucem lib. 5. cap. 16. ex Philippide comico ἐν ἀδωνιαζούσαις.

Anamnēsis, is. f. [ἀνάμνησις] eſt Commemoratio ejus rei quam oblitos fuiſſe nos fingimus. V. Iſidor. 2. 21. Quintil. lib. 9. cap. 2.

Anancæum, Urnale poculum interpretatur Turnebus, Adverſ. 21. 12. Nam cum ἀνάσκη ſit urna judicialis, quidni Urnale poculum Anancæum dicatur? Plaut. Rud. 2. 3. 33. Credo hercle anancæo datum quod biberet. Hoc vocabulum reperitur in Varrone apud Nonium, 15. 36. Ad Sybaritanam prædam, in qua ſunt tripodes, crateræ, anancæa pocula nobilium Tarentinarum. V. Taubm. ad Plaut. l. c. [Ita quidem Canterus legit. Sed Gothof. Anancæa populo, Mercer. Anancæ a pop. ad Pollucem provocans, cui l. 8. S. 17. ἀνάγκη eſt Vas forenſe, Clepſydram judicis exp. Heſych.

Anancæus, [Ἀναγκαῖος] Lelegum rex fuit, qui quum Ioniæ partem quandam tenerent, ab Ionibus demum ejecti, in Cariam evaſerunt. Author Strabo lib. 14.

Ananchītis, Gemma : de qua ſic Plin. lib. 37. cap. 11. Ananchitide in hydromantia dicunt evocari imagines deorum. Anancitis ſcribi debere cenſet Turnebus, nomenque eſſe adeptam a neceſſitate, quod deos cogebat, eorumque evocabat imagines : ut Synochitis a continendo. quia ea evocatæ inferorum tenebantur umbræ. Hæc ille.

Anantapodŏton, [Ἀνανταπόδοτον] Schema Græcum, Atticæ linguæ proprium, Oratio ſcilicet uno membro defecta. Hoc autem ſchema tribus modis uſurpatur, in principio, in medio, & in fine, ut docet interpres Ariſtophanis. Exemplum ejus quod fit a fine, invenimus & apud Cic. 7. Att. 36. Reſponſa Pompeii grata populo & probata concioni eſſe dicuntur. Ita putaram; Quæ quidem ſi ille repudiarit, jacebit! ſi acceperit. Utrum igitur (inquies) mavis? Reſponderem, ſi quemadmodum parati eſſemus ſcirem. Quorum verborum hæc ferme ſententia eſt, Cæſar in bello civili ad Pompeium, & ad Senatum legatos miſerat. His Pompeius pacis conditiones tulit ad Cæſarem referendas : quod factum Pompeii gratum populus habuit, ut in concione declaravit : hoc autem ita futurum Cicero prævidiſſe ſe dicit, Si igitur (inquit Cicero) Cæſar conditiones latas non acceperit, nihil reſpondebit, ſed rem armis geret : ſin acceperit, legatos iterum mittet. Quam clauſulam, aut aliam non abſimilem Cicero figurate reticuit. Bud. in prioribus Annotationibus. Atqui hæc nota vitandi vitii eſt, non imitandæ laudis forma, nec ideo rhetoricæ eloquutionis figura. Hæc Ramus.

Anăpæstus, [ἀνάπαιστος] Pes ex duabus ſyllabis brevibus, & tertia longa: ut Vĕnĕrī. Cic. 2. Tuſc. 36. Nec adhibetur ulla ſine anapæſtis pedibus hortatio. Idem 3. de Orat. 182. Ubi etiam pes herous a Cicerone dicitur.

Anapæstum, i. n. & **Anapæstus**, i. m. pro Genere carminis. Cic. 4. Tuſc. 57. Nec ſiletur illud potentiſſimi regis Anapæſtum. Idem in Orat. 190. Elegit ex multis Iſocratis libris triginta fortaſſe verſus Hieronymus, Peripateticus in primis nobilis, pleroſque ſenarios, ſed etiam anapæſta. Anapæſtus Ariſtophaneus : Axena ponti per freta Colchos denique delatus adhæſi. Recipit pedes quaternorum temporum. Omnes implet pedes, præter ſemipedem. Anapæſtus octonarius : Ore beato lumine volitans : qui per cœlum candidus equitas. Recipit eoſdem pedes, præter ſemipedem. Auctor fragm. quod Cenſorino tribuitur, p. 162. ed. Lindenbr.

Anapæstĭcus, Adj. ut, Anapæſticus verſus, qui conſtat ex Anapæſtis. Cic. in Orat. 190.

Anapavŏmĕnos, m. [ἀναπαυόμενος] Quieſcens. Plin. lib. 35. cap. 10. Satyrus hic eſt, quem Anapavomenon vocant, nequid deſit temporis ejus ſecuritati, tibias tenens.

Anapavomenos, Fons eſt in Dodone Jovi ſacer, de quo Plin. l. 2. c. 103. ſic ſcribit, In Dodone Jovis fons quum ſit gelidus, & immerſas faces extinguat, ſi extinctæ admoveantur accendit. Idem meridie ſemper deficit : qua de cauſa Anapavomenon vocant. Mox increſcens ad medium noctis exuberat : ab eo rurſus ſenſim deficit. q. d. Interquieſcens.

Anapavomene, f. [Ἀναπαυομένη] Mortuam denotat apud Plin. l. 35. c. 10. Pinxit & currentes quadrigas, & ſupplicantem pene cum voce. Et venatores cum captura. Et Leontionem pictorem. Et Anapavomenen propter fratris amorem. [Quid ſi Apanchomenen, ἀπαγχομένην;

Anaphe, [Ἀνάφη] Inſula eſt una Sporadum, inter Theraſiam & Aſtypalæam, quam Plin. l. 2. c. 8. enumerat inter eas quæ diu aquis tectæ tandem emerſerunt. Ammian. 17. 7. Ovid. 7. Met. 461.

Anaphŏra, ſeu **Epanaphŏra**, [ἀναφορὰ] Figura quam nos Relationem ſeu Repetitionem dicere poſſumus : quæ fit quoties per ſingula membra eadem pars orationis repetitur, hoc modo, Verres calumniatores apponebat, Verres adeſſe jubebat, Verres cognoſcebat, Verres judicabat. Cic. 3. Verr. 27. Virg. 1. Æn. 665.

Nate, meæ vires, mea magna potentia ſolus:
Nate patris ſummi qui tela Typhoëa temnis. Idem 4. Æn. 369.

Anaphoræ etiam & Epanaphoræ, Scanſiones ſeu Aſcenſiones ſignorum cœleſtium vocantur ab Oriente circumactu mundi quotidiano factæ : quia non æquales ubique aſcenſiones ſunt, ex inclinatione cœli varia, nunc majores, nunc minores. Firmicus, Sed iſtis tandiu vitiis laborabit, quoad ſigni ejus fuerit anaphora completa. Plin. l. 7. c. 49. Negavere illi quenquam xc partium exortivam menſuram (quod anaphoras vocant) tranſgredi, & has ipſas incidi occurſu maleficorum ſiderum, aut etiam radiis eorum, Soliſque?

Anaphoricus, a, um. [ἀναφορικὸς] i. e. Relativus. ut, Prologus anaphoricus. Vitruv. 9. 9. Anaphorica Horologia : ita legit Baldus in Lex. Vitr. p. 7. Al. Anaporica.

Anaphorici, [ἀναφορικοὶ] dicuntur apud Paulum Æginetam, Ægri pituitam craſſiorem rejectantes e pectore. Nam ἀναφέρεσθαι, Surſum ferri ſignificat. Cæl. Antiq. Lect. l. 16. c. 3. Firmic. l. 3. c. 13. Mercurius cum Marte anaphoricos faciet, cardiacos, oligochronios, & infelices.

Anaphoron, [ἀνάφορον] Lignum utrinque cavum, quo onera geſtantur. Inſtrumentum quo aliquid portatur, ac surſum a terra tenetur, cujusmodi eſt quo mulieres in quibusdam locis aquam e flumine geſtitant. Hoc Allactum etiam dici, a tralatione quæ fieret a fatigatis de humero in humerum. Cæl. lib. 16. cap. 3. & Bud.

Anaphysema, [ἀναφύσημα] Evaporatio, de qua ſic Cæl. lib. 26. cap. 19. Terræ autem anaphyſema : hoc eſt, cum tumore efflatio, ex imo flatus eſt, vel effractiore vomitu terræ ſeſe, eruptione facta, attollens. Et Apuleius, Anaphyſemata (inquit) Græci eos nuncupant ſpiritus, qui de fundo vel hiatibus terræ exploſi, ad ſuperna maris ſolent devenire.

De mundo p. 242. V. plura apud Cæl. l. c.

Anapias & Amphinomus fratres, de quibus Sen. 3. de Benef. Vicêre (inquit) Siculi juvenes : quum Ætna majore vi peragitata, in urbes, in agros, in magnam inſulæ partem effudiſſet incendium, vexerunt parentes ſuos : diſceſſiſſe creditum eſt ignes : & utrinque flamma recedente, limitem adapertum, per quem tranſcurrerent juvenes, digniſſimi, qui magna tuto auderent. Meminit Val. Max. l. 5. c. 4. ext. 4. Anapum vocans. Cæl. quoque l. 6. c. 39. & Claudian. Epigr. 35. [Meliores codd. Valerii Anapius vel Anaphius. V. ibi Coler. Oiſel. ad Sel. Num. tab. 76. ubi eandem hiſtoriam ex Pompejæ gentis denario, poſt Fulv. Urſinum, illuſtrat.

Anāpis, [Ἄναπις] Siciliæ fluvius, leniter decurrens, decem ſtadiis a Syracuſis in mare defluens. Ovid. 5. Met. 417.

Præterit & Synanen, & fontes lenis Anapis. V. 2. de Pont. 10. 26. & 4. Faſt. 469. conf. lib. 14. 516.

Anaplērōsis, is. f. [ἀναπλήρωσις] Repletio chirurgica. Hinc

Anaplerotĭcus, a, um. ut, Anaplerotica medicamenta, quæ alta vulnera carne complent. Veget. de Re Vet. 2. 26.

Anapŏrĭcus, a, um. [ἀναπορικὸς] i. e. Regrediens. ut, Horologia hyberna anaporica. Vitruv. 9. 9. V. ANAPHORICUS.

Anarchus, i. m. [ἄναρχος] Principio carens, ut Ambroſ. lib. Hexaem. interpretatur. Sed & Anarchus dicitur Qui ſine imperio eſt.

Anarchia, æ. f. Status ſine rectore : item Subverſio imperii ordinumque confuſio.

Anariacæ Straboni, Anariaci Plinio, Ἀναριάκαι Stephano, Populi ſunt ad mare Caſpium, ad ortum incolentes, quorum oppidum Anariace commemoratur a Stephano.

Anarrhinum, [ἀνάῤῥινον] quod & ANTIRRHINUM, Herba eſt Anagallidi ſimilis, radice nulla, aut perexigua, ſemine vitulinas nares imitante : unde & nomen habet. Galenus Bucranion appellat : Galli, *Oculum cati*. V. Plin. l. 25. c. 10. & Ruell. l. 3. c. 131. conf. Apul. de Herb. c. 86.

Anartes, ium. m. pl. Ptolemæo Anarti, Ἄναρτοι. 3. 8. Populi Dacis vicini; nunc Walachi, Servii, Bulgari. V. Cæſ. 6. Bell. Gall. 25.

Anas, ătis. f. [νῆττα] Avis a natando dicta, authore Varr. 4. de L. L. 14. Plaut. Capt. Aut anates, aut coturnices dantur quibuscum luſitent. Martial. lib. 13. 52.

Tota quidem ponatur anas, ſed pectore tantum,
Et cervice ſapit, cætera redde coco. Cic. 2. de Nat. Deor. 124.

Anatum ova gallinis ſæpe ſupponimus. Anates Ponticæ edundis vulgo venenis victitant: Et proinde ſolitus erat Mithridates earum ſanguinem miſcere medicamentis quæ digerendis venenis valent, ut ſcribit Gell. l. 17. c. 16.

Anaticŭla, dimin. [νηττάριον] Aut eſt Parva anas, aut potius Aquatilis avicula vulgo nota, anati forma perſimilis, ſed multo minor. (Mergum poterat ſuo nomine appellare.) Plaut. Aſin. 3. 3. 103. Dic igitur me anaticulam, columbam, vel catellum. Cic. 5. de Fin. 42. Serpere anguiculos, evolare merulas, nare anaticulas, cornibus uti videmus boves.

Anaticulus Pontanus 161. in Dial. H. St.

Anatīnus, Adj. denom. [νηττινὸς] Plaut. Rud. 2. 6. 49.

Utinam fortuna nunc ego anatina uterer,
Ut poſtquam exiviſſem ex aqua, arerem tamen.

Subſtantive Petronius, cap. 56. Mihi jubent ſæpe anatinam parari, i. e. carnem anatinam. V. ibi Not. Burm. p. 275.

Anatārius, Adj. [νηττοκόμος] Cuſtos anatum. Item, Anatariæ plumæ : &, Anataria aquila, quæ anates circa lacus venatur. De Anataria aquila, Plin. lib. 10. cap. 3.

Anatem, Morbum anuum dicebant : i. e. Vetularum : ſicut Senium, Morbum ſenum. Feſtus. [Si locus ſanus eſt.

Anas, pro Fluvio, V. ANA.

Anasa, [Ἄνασα] Oppidum Carmaniæ. Plin. lib. 6. cap. 28.

Anasarca, æ. f. [ἀνάσαρκα] Hydrops toto corpore diffuſus, apud Medicos. [Τὴν ὑπὸ σάρκα vocat Celſus l. 3. c. 21. Sic enim ibi ſcribendum eſt, & λευκοφλεγματίαν.

Anascēve, es. f. [ἀνασκευὴ] Deſtructio rei propoſitæ, cui opponitur Cataſceve. V. Iſidor. 2. 12. & Quintil. 2. 4.

Anasphoros, [ἀνάσφορος] A quibusdam vocatur herba, quam Græci πτέριδα, Latini Filicem appellant. Legitur hoc nomen in quibusdam Dioſcoridis exemplaribus : quod tamen nonnulli, ut pleraque alia herbarum nomina apud eundem, inter notha referre malunt.

Anassum, [Ἀνασσὸν] Flumen eſt in decima regione Italiæ, quo Varramus defluit. Author Plin. lib. 3. cap. 18.

Anastasis, is. f. [ἀνάστασις] Reſurrectio. Lactant. 7. 23. De anaſtaſi Philoſophi quoque dicere aliquid conati ſunt. Medicis Anaſtaſis eſt Exſurrectio, cum æger ad egerendum ſurgit.

Anastomōsis, f. [ἀναστόμωσις] Apud medicos vocatur Apertio venarum, ſive Sanguinis rejectio, quæ fit alicujus venarum ore patefacto. Hermol. in Gloſſem. Celſ. l. 4. c. 4. de Tuſſi. Meminit & Cælius l. 7. c. 22.

Anastomotica, dici videntur Cibaria quæ appetentiam conciliant, & edendi prolubium excitant, cujusmodi ſunt ſale conditæ olivæ, quas colymbadas nuncupant. Cæl. Antiq. Lect. l. 13. c. 1. ex Athenæo. At Celſo 5. 18. 25. Ἀναστομωτικὰ malagmata vocantur, quæ aperiendi vim habent. Conf. c. 4. ejuſd. lib. Cæl. Aur. Acut. 3. 4. S. 40.

Anastrŏphe, es. f. [ἀναστροφὴ] Inverſio dicitur. Eſt enim (ut docet Diomedes) Duorum verborum ordo præpoſterus, ut, Italiam contra, pro Contra Italiam. Saxa per &c. Virg. 3. Georg. 276.

Anaſtrophe, inverſionis vitium. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Anatarius, V. ANAS.

Anathēma, ătis. n. [ἀνάθημα] Anathemata dicuntur Donaria : h. e. Dona quæ dicata diis, ſuſpenduntur in parietibus & columnis templorum: cujusmodi nunc viſuntur potiſſimum juxta monumenta divorum ſtatuæ argenteæ, equi aurei, pocula gemmata : dicta ab ἀναθῆναι, h. e. A ſeponendo, ſive ſuſpendendo : aut quod nefas eſſet ea movere loco. Hoc vocabulo etiam Statuæ ſignificantur, templa, baſilicæ, porticus, & alia urbis ornamenta. Eraſm. in 21. cap. Lucæ.

Anăthĕma, ătis. [ἀνάθεμα] Anathemata, dicti ſunt Homines ſacri, quorum capita diis inferis dicata ſunt, & devota : quemadmodum Latini veteres SACRUM etiam in malum ſenſum uſurpabant. Budæus. Divus Hieronymus in 1 caput Epiſt. ad Galat. Anathema dicit verbum eſſe proprie Judæorum : interpretaturque Deteſtationem. Idem ad Algaſium quæſt. 9. tradit interdum ſignificare quod Occiſionem. Idem Zachar. Proph. cap. 14. interpretatur Maledictionem & Abominationem. V. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 767. Suiceri Theſaur.

ANATHEMATIZARE, [ἀναθεματίζειν] Devovere, deteſtari. Hieron. Epiſt. 75. Si hæc quotidie non anathematizarem. i. e. Deteſtarer. Salmaſ. in Tertull. de Pallio, p. 225. teſtatur in priſcis libris etiam Anathemare & Anathematus reperiri pro Anathematizare &c. quod ex Gloſſis & exemplis confirmat C. du Freſne.

ANATHYMIASIS, is. f. [ἀναθυμίασις] Vapor & exhalatio. Petron. c. 47. Anathymiaſis ſi in cerebrum it, in toto corpore fluctum facit. Sic Octav. Horat. 2. 1. Quibus ex Anathymiaſi caput fuerit inquietatum.

ANATINUS, V. ANAS.

ANATIS, apud Perſas Diana dicta eſt. Ejus templum Ecbatanis fuit, cujus ſacerdotes procul a virili contagio in perpetua virginitate degunt. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 12.

ANATIS, ios. Fluvius eſt in Africa, de quo Plin. lib. 5. cap. 1.

ANATOCISMUS, i. m. [ἀνατοκισμός] eſt Uſuræ anniverſaria renovatio, & quas uſuras uſurarum vocant. Cic. 5. Att. 21. Interim quum ego in edicto translatitio centeſimas me obſervaturum haberem cum anatociſmi anniverſario, ille ex ſyngrapha poſtulabat IIII. Ibidem, Clamare omnes qui aderant, nihil impudentius Scaptio, qui centeſimis cum anatociſmo contentus non eſſet. Budæus, Anatociſmus, uſurarum in ſingulos annos quaſi regeneratio.

ANATOLE, [ἀνατολή] Locus unde exoritur ſol, & Ipſe ſolis exortus. item Una horarum, quarum diverſa nomina apud Hyginum Fab. 183. Polluci l. 2. eſt Candidus ille ſemicirculus, qui in unguium radicibus emicat.

ANATOME, [ἀνατομή] Græcis, Inciſio Latinis dicitur in Celſo. Aliis Diſſectio, conſectio, maxime corporum membrorumque humanorum, quam medici faciunt. Gell. 10. 10. De inventione Anatomes V. Plinii Valer. locum apud Barth. Adverſ. 3. 4. Vulgo Anatomia dicitur.

ANATOMICE, es. & ANATOMICA, æ. f. Idem. Macrob. 7. Saturn. 15. Plato nec anatomica quæ Medicinæ propria eſt, abſtinuit.

ANATOMICUS, [ἀνατομικός] Anatomiæ peritus. Macrob. 7. Saturn. cap. 13. Sed libris anatomicorum poſtea conſultis, verum reperi. Ammian. 28. 26.

ANATONUS, a, um, [ἀνάτονος] Surſum tendens. ut, Capitula altiora, quæ Anatona dicuntur. Vitruv. 10. 15.

ANAUDOMA, ătis. [Ἀναύδομα] Oppidum eſt Syenitarum, Plin. l. 6. c. 29.

ANAUROS, [Ἄναυρος] Fluvius Theſſaliæ, quaſi Abſque aura dictus. Lucan. lib. 6.

Quique nec humentes nebulas, nec rore madentem
Aera, nec ventos tenues ſuſpirat Anauros.

Fluit ex Pelio, Theſſaliæ monte. Sunt qui etiam Nilum hoc nomine vocent, quod nullas expiret auras: ut teſtatur Plin. lib. 5. cap. 9. De hoc fluvio ſive potius torrente vide plura apud Apollonium Argon. lib. 6.

ANAUSIS, [Ἄναυσις] Alanorum Heniocharumque rex, procus fuit Medeæ: Sed pater virginis Æetes, Styro Albaniæ regi repudiato illo, filiam deſpondere maluit: a quo Anauſis poſtea quum forte fortuna ſe rivali obtuliſſet, interfectus fuit. Hiſtoriam habet Valer. Flac. 6. Argon. 44.

ANAX, [Ἄναξ] Proprium viri nomen, qui fuit Cœli & Terræ filius: a quo Miletus olim dicta fuit Anactoria. Cæl. lib. 5. cap. 1.

ANAXAGORAS, [Ἀναξαγόρας] Clazomenius philoſophus fuit, in phyſicis præcellens. Hic non modo generis gloria & divitiis, verum animi quoque magnitudine clariſſimus fuit: quippe qui totum patrimonium ſuis ſponte reliquit. Et quum ab eis negligentiæ inſimularetur, Quid ergo (inquit) non vos iſta curatis? Mox abſcedens ad ſpeculationem rerum naturæ ſe contulit, ſtudio doctrinarum flagrans, rei & privatæ & publicæ omnino negligens & incurioſus, adeo ut cuidam ipſum ita compellanti, Nullane tibi patriæ cura eſt? dixerit, Mihi vero patriæ cura & quidem ſumma eſt, digitum in cœlum intendens. V. Laert. Hic quum poſt diuturnam peregrinationem in patriam reverti ſſet, poſſeſſioneſque deſertas vidiſſet: Non eſſem, inquit, ego ſalvus, niſi iſtæ periiſſent. V. Val. Max. 8. 7. ext. 6.

Anaxagoras nivem nigram dixit eſſe: ferres me, ſi ego idem dicerem? Cic. 4. Acad. 72.

Anaxagoræ ὁμοιομέρεια. Lucret. lib. 1. 830.

Nunc & Anaxagoræ ſcrutemur ὁμοιομέρειαν. h. e. Similares particulas, eandem cum toto rationem obtinentes, quas principia eſſe rerum Anaxagoras docuit. Laudatur a Lactantio 1. 5. quod Deum eſſe dixit infinitam mentem quæ per ſe ipſam moveatur. Lampſaci obiit; ubi rogantibus eum principibus, numquid fieri mandaret, juſſiſſe ferunt ut pueri quotannis eo quo deceſſiſſet menſe ludere permitterentur, qui mos Lampſaci diu eſt ſervatus. Periclis præceptor fuit, itaque pluſcula de eo habet Plutarch. in illius Vita. p. 295. item p. 308. adde Fabric. Bibl. Gr. 2. 23. 7.

ANAXANDER, [Ἀνάξανδρος] Pictor non ignobilis, apud Plin. l. 35. c. 11.

ANAXANDRIDES, [Ἀναξανδρίδης] Poeta Græcus, comœdiarum ſcriptor, patria Rhodius, qui tempore Philippi Macedonis floruit. Docuit fabulas ſexagintaquinque, vicit una. Suidas. V. Voſſ. de Poet. Gr. cap. 7. p. 48. & Kuſter. ad Ariſtoph. Plut. p. 926.

ANAXARCHUS, [Ἀνάξαρχος] Nomen proprium philoſophi Abderitæ, ſectatoriſque Democriti. Hic habuit inimicum Nicocreontem Cypri tyrannum, a quo comprehenſus, conjectuſque in pilam ptiſanæ, ſive mortarium ſaxeum, quod Græci ὅλμον vocant, ibique ferreis malleis contuſus, adeo toleranter pertulit aſperrimos illos cruciatus, ut verbum illud memorabile conduplicaverit, Tunde tunde Anaxarchi follem: Anaxarchum enim non tundis. Ovid. in Ibin 571.

Aut ut Anaxarchus pila minuaris in alta.

V. Diog. Laert. in Vita ejus, Cic. 3. de N. D. c. 33. & 2. Tuſc. 22. Ad ultimum amputationem linguæ minitante tyranno, protinus dentibus abſciſſam & commanducatam linguam in os ejus ira patulum conſpuiſſe dicitur. Teſtis Val. Max. 3. 3. ext. 4.

ANAXARETE, [Ἀναξαρέτη] Puella fuit Cypria, ex Salamine oppido, forma inſignis, & regia ſtirpe ſuperba, quam quum Iphis, infimæ ſortis juvenis perditiſſime amaret, & ab ea ludibrio haberetur, doloris impatientia, ſeſe ad fores ejus ſuſpendit: cujus funus quum Anaxarete ſiccis immotiſque oculis intueretur, in ſaxum eſt converſa. Ovid. 14. Met. 699.

ANAXENOR, [Ἀναξήνωρ] Citharœdus fuit, quem Magneſia civitas valde extulit, ſed magis M. Antonius, qui quatuor civitatum ei tributa legenda præbuit. Author Strabo lib. 14.

ANAXILAS, [Ἀναξίλας] Poetæ comici nomen, cujus meminit Suidas. V. Voſſ. de Poet. Gr. p. 49. [Anaxilas idem nomen ac ſeq. Anaxilaus.

ANAXILAUS, [Ἀναξίλαος] Meſſenius, qui Meſſanam in Sicilia condidit, fuit Rheginorum tyrannus. Is quum parvos relinqueret liberos, Mycitho ſervo ſuo commendaſſe contentus fuit. Is tutelam tam ſancte geſſit imperiumque tam clementer obtinuit, ut Rhegini a ſervo regi non dedignarentur. Perductis deinde in ætatem pueris, & bona & imperium tradidit: ipſe parvo viatico ſumpto profectus eſt: & Olympiæ cum ſumma tranquillitate conſenuit. Macrob. 1. Saturn. cap. 11. Juſtin. 4. 2. 4. adde Spanh. de Uſu & Præſt. Num. diſſ. 8. p. 553.

Alius ejus nominis Medicus laudatus. Plin. 19. 1: 25. 13. & 30. 8.

Item Hiſtoricus. V. Dion. Halicarn. Ant. Rom. pr.

Fuit præterea Anaxilaus quidam ex Lacedæmoniorum principibus, qui una cum Lycurgo in vincula conjectus fuit, & paulo poſt cum eodem abſolutus. V. Plutarch. in Alcibiade.

ANAXILIDES, [Ἀναξιλίδης] Nomen philoſophi, de quo Hieronymus contra Jovinianum ſcribit, quod in libro ſecundo philoſophiæ aſſerat Potonam matrem Platonis phantaſmate Apollinis fuiſſe oppreſſam, quodque ſapientiæ principem non aliter arbitretur, niſi de partu virginis editum. V. & Laert. l. 3. S. 2.

ANAXIMANDER, [Ἀναξίμανδρος] Praxiadis fil. Mileſius philoſophus, Thaletis ſodalis, primus terræ mariſque circuitus deſcripſit, & ſphæram inſuper conſtruxit, ut inquit Laertius. Hic dixit infinitatem rerum omnium generationis atque corruptionis cauſam eſſe. Præterea ſphæræ formæ eſſe terram aſſerit in centro mundi collocatam. V. Fabric. Bibl. Gr. 2. 23. 8.

ANAXIMENES, [Ἀναξιμένης] Philoſophus fuit, Euriſtrati filius, Mileſius: Anaximandri diſcipulus, ſucceſſorque, qui eo die obiit, quo Sardes captæ fuerunt. Hic principium rerum aëra opinatus eſt, quem genere infinitum, qualitatibus finitum ait, cujus condenſatione ac rarefactione cuncta gigni putavit. Motum vero ab æterno eſſe dixit: terram ex aëre conſtipato primum omnium factam latam, magnam, ideirco non abſque ratione ſuper aerem contineri: Solem, Lunam, cæteraſque ſtellas a terra ortum habere. Calep. V. Diog. Laërt. l. 2. & ad eum V V. D D. notata. Fabr. Bibl. Gr. 2. 23. 9. Qui alios ejuſdem nominis duos memorat, ſed Lampſacenos, Oratorem unum, Hiſtoricum alterum, priōris e ſorore nepotem: quanquam dubium eſt annon prior ſimul fuerit Hiſtoricus; qui, ut e Suida diſces, diſcipulus fuit Diogenis Cynici, præceptor Alexandri magni. V. Voſſ. 1. de Hiſt. Gr. 10. p. 75.

ANAXO, [Ἀναξώ] Ancæi cujuſdam filia fuit, quam quidam Alcmenes matrem faciunt, non Lyſidicem ſororem Pitthei, e Pelope & Hippodamia, ut habet Plutarch. [Imo Alcæi & Hipponomes filiam facit Apollod. l. 2.

ANAXYRIDES, [ἀναξυρίδες] Veſtes ſunt, & braccæ longis femoralibus auro pictæ, intonſæ, & varii coloris, quas Gallis familiares eſſe ſcribit Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 10. conf. Polluc. 7. 13. & 22. & 10. 40.

ANAXYRIS, ĭdis. f. [ἀναξυρίς] Genus quoddam Lapathi ſeu rumicis, ita dictum quod folia ejus certum calceorum genus imitentur; alias Oxalis. V. Dioſc. 2. 106.

ANAZARBA, Ἀνάζαρβα Stephano, Oppidum eſt Ciliciæ, Dioſcoridis patria. Inde

ANAZARBENI, Populi de quibus Plin. lib. 5. cap. 27. V. Spanh. de Uſu & Præſt. Num. diſſ. 9. p. 55.

ANCÆSA, (niſi potius Amcæſa) Dicta ſunt ab antiquis Vaſa quæ Cælata appellamus: quod circumcidendo talia fiant. Ipſum quoque Cælare verbum eadem cauſa eſt dictum, d, litera cum l permutata. Feſtus.

ANCÆUS, [Ἀγκαῖος] ut ſcribit Ariſtomenes, fuit agriculturæ ſtudioſus: quum autem vineam plantaret, nimium gravi labore ſervos premebat: quare illorum quidam dixit, dominum ex illa vinea fructum nunquam percepturum. Ancæus vero poſteaquam uva fuit matura, lætus vindemiabat: ſervumque juſſit vinum ſibi fundere. Poculum igitur quum ori apponeret, dictum illius in memoriam revocavit. Cui ſervus,

Multa cadunt inter calicem, ſupremaque labra.

His vero dictis quidam accurrit, nuntians quam maximum aprum vineam ingreſſum, illam pervertere totam. Tunc Ancæus poculum quum abjeciſſet, ad aprum feſtinavit, a quo percuſſus interiit. Unde natum eſt proverbium in eos quibus præter ſpem aliquid evenit. quod ſic e Græco in Latinum Cato vertit, Multum intereſt inter os & offam. Apud Gell. 13. 17. V. Eraſm. Chil. 1. 5. 1. De Ancæo Ovid. 8. Met. 407.

Ancæus Parrhaſius. Ovid. 8. Met. 315.

Ancæi vulneta. Ovid. 8. Met. 518. de Meleagro,

Mœret, & Ancæi felicia vulnera dicit.

ANCALE, es. f. [ἀγκάλη] Poples. Cæl. Aurel. Tard. 5. 1. Ad ancaleri perveniens atque ſuram.

ANCARIA, vel ANCHARIA, Dea ab Aſculanis populis colebatur, ut patria & tutelaris, ne hoſtium vaſtarentur incurſu. V. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 4. Et Burm. ad Quintil. 4. 1. p. 315.

Ancarius. Lucilius, apud Nonium 1. 78.

Hæc eadem rudet e roſtris atque ejulitabit
Concurſans velut Ancarius, clareque quiritans.

conf. Turnebi Adverſ. 17. 24. Quem tandem hic Ancarium intelligimus? Ancara urbs Italiæ fuit (ait Turnebus) in qua, vel aliqui patresfamilias fuerunt operoſi & quæſtuoſi, qui ſervorum familias habuerunt: vel urbs ipſa, quod ex eo ſuſpicor, quod a familia Ancariana lib. 9. Varenum ſcribit Fabius interfectum fuiſſe. Servi autem illi opifices & operarii ſæpe concurſabant, & per urbem, aut agros re aliqua amiſſa, aut ipſiam relicta, conſternati & quiritabundi vagabantur, quod illis verſibus ſignificare voluit poeta Lucilius. Tertull. tamen in Apolog. c. 24. Ancariam Aſculanorum deam ſcribit fuiſſe. ut Ancarios putare poſſimus eſſe furioſos, ab illa dea errore immiſſo correptos. Nam ut de furioſo loqui videtur Lucilius, poſſet & Ancarius intelligi, aliquis de familia Ancariæ ſacra. Hæc ille. adde Voſſ. in Pomp. Melam, p. 48.

ANCEPS, ĭtis. [ἀμφίβολος] Adj. a Capite derivatum, abl. eſt ancipite vel i. Plur. ancipites, & ia; gen. ium & per ſync. um. Feſtus, Anceps ſignificare videtur Id quod ex utraque parte caput habeat, ut Secures & bipennes. Sed magis a Capiendo, quod ex utraque parte æque capiatur, appellatum eſt. Chariſ. lib. 1. Ancipes veteres cum ratione dixerunt, ne genitivo ancipitis duabus videretur ſyllabis creſcere. V. Priſcian. lib. 7. p. 754. Plaut. Rud. 4. 4. 114. Poſt altrinſecus eſt ſecuricula ancipes.

Anceps, Acutum ex utraque parte. Lucil. lib. 29. Vecte atque ancipiti ferro effringam cardines. Nonius 4. 32.

Anceps mucro. Lucret. lib. 2. 519.
Anceps securis. Ovid. 8. Met. 397.
Ancipiti imagine. h. e. Duplici forma. Ovid. 1. Fast. 95. De Jano, qui bifrons fuit.
Anceps, Duplex. Lucil. l.29. Nemo hos ancipites [f. Ancipiti] ferro effringet cardines. Varro de Vita Pop. Rom. l. 4. Anceps bellum. Nonius. l. c.
Ancipites bestiæ, quæ Græce Amphibia dicuntur. Cic. 1. de Nat. Deor. 104. Bestiarum autem terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quasi ancipites, in utraque sede viventes. V. AMPHIBIUM.
Anceps, Dubius. Virg. 5. Æn. 654.
At matres primo ancipites, oculisque malignis
Ambiguæ, spectare rates.
Anceps & incertus. Cic. pro Marcell. 15. Quum esset incertus exitus, & anceps fortuna belli. Idem in Orat. 98. Ancipites dicendi incertosque casus non extimescit.
Anceps & varius. Cic. 5. Fam. 12. At viri sæpe excellentis ancipites variique casus habent admirationem.
Animus anceps. Liv. 4. Bell. Pun.
Ancipites animos tenere. Lucan. lib. 9. 46.
Bonum. Sen. Hippol. Anceps forma bonum mortalibus. i. e. Incertum: quia propter formam alii perierunt, alii gratiam & favorem invenerunt.
Casus. Plin. lib. 28. cap. 2.
Casus anceps belli. Lucan. lib. 9. 585.
Causa. Cic. 2. de Orat. 86.
Cibus, Dubius & periculosus: nempe in cujus esu vita periclitatur. Plin. lib. 22. cap. 23. Voluptas tanta ancipitis cibi. De fungis loquitur.
Contentio. Cic. pro Lege Manil. 9.
Cura anceps propter incertos exitus præliorum. Cic. 12. Fam. 10. & 1. Off. 9.
Disputationes ancipites, in quibus de universo genere in utranque partem disserere copiose licet. Cic. 2. de Orat. 205.
Formidine ancipiti. Virg. 3. Æn. 47. Ab effectu: reddit enim formido dubios & incertos.
Fortuna pugnæ. Virg. 4. Æn. 603. & Stat. 6. Theb.
Fortuna belli. Cic. pro Marcell. 15.
Favore vario ancipites. Lucan. lib. 2. 448.
Lapsus rerum ancipites. Claud. in Pr. Cons. Stilich. 142.
Marte ancipiti. Liv. 21. 1. Bellum ancipiti Marte gestum est. i. e. Dubio utrinque prælio: quia videlicet incertum fuit utra pars victrix esset.
Morbi ancipites. Plin. lib. 7. cap. 45.
Pavor. Valer. 3. Argon. 74. Ab effectu: reddit enim dubios & incertos pavor.
Prælium. Liv. 3. Bell. Pun.
Via. i. e. Incerta, quæ scilicet huc vel illuc ducat. Cic. in Somn. Scip. 2.
Jus. Hor. 2. Serm. 5. 34. Acron: Jus anceps. i. e. Controversum vel obscurum: quod potest utrique parti prodesse, pro ingenio interpretantis.
Vocabula ancipitia, quæ & in bonam & in malam partem accipi possunt. Gellius lib. 12. cap. 9. Est plurifariam videre atque animadvertere in veteribus scriptis pleraque vocabula, quæ nunc sermonibus vulgi unam certamque rem demonstrant, ita fuisse media & communia, ut significare & capere possent duas inter sese res contrarias. Ex quibus quædam satis nota sunt, ut tempestas, valetudo, facinus, dolus, gratia, industria. Hæc enim fere jam vulgatum est ancipitia esse, & utraque versus dici posse.

ANCHĀTES, Nomen ducis in exercitu Persæ contra Æetem Colchorum regem, fratrem Persæ. Valer. 6. Argon. 132.
Doctus & Anchates, patulo vaga vincula gyro
Spargere, & extremas laqueis adducere turmas.

ANCHĔMŎLUS, [Ἀγχέμολος] Rhœti Marrubiorum regis filius fuit: qui cum Casperiæ novercæ stuprum intulisset, a patre ad supplicium petitus, ad Turnum in militiam profugit. Hæc Serv. in Virg. 10. Æn. 389.
Hinc Sthenelum petit, & Rhœti de gente vetusta
Anchemolum, thalamos ausum incestare novercæ.

ANCHESITES, Ventus ab Anchisa portu Epiri spirans, cujus mentio est apud Halicarnass. Cic. 7. Att. 2. Flavit ab Epiro lenissimus Anchesites. Antea legebatur Anches mitis: sed sic restituit Turnebus Adv. 20. 16. Sed V. ONCHESMITES.

ANCHESMUS, [Ἀγχεσμὸς] Mons Atticæ, in quo est Jovis Anchesmii statua. Pausan. in Attic.

ANCHIALE, [Ἀγχιάλη] Civitas Ciliciæ, de qua Strabo lib. 14. p. 462. Post Zephyrium (inquit) Anchiale supra mare, Sardanapali opus. Ex hac urbe fuit Athenodorus, qui non a Sardanapalo, sed ab Anchiale Japeti filia conditam vult, Cydni matre, a quo nomen vicino flumini. Ex Steph. q. V.

ANCHIALOS, [Ἀγχίαλος] Urbs Thraciæ, sita in intimo sinu, atque ubi pontus alterum sui flexum angulo finit, non procul a magna Apollonia. Hæc Pompon. 2. 2. Ovid. 1. Trist. 9. 36. Ammian. 22. 19.

ANCHIALUS, Nomen divinum Judæorum putatur esse apud Martial. lib. 11. 94. Scalig. Emend. Temp. Prolegom. Salmas. de Hellenist. p. 205. conf. Sam. Petit. Var. Lect. 1. 16. p. 73. & Is. Voss. ad Melam, p. 48. & præcipue Cl. Spenceri Differt. de hac voce & Mart. loco, qui servi nomen esse statuit.

ANCHILŌPS, ōpis. [ἀγχίλωψ] Tumor est in majore oculi angulo consurgens, atque humoris collectionem habens, curatu difficilis, antequam rumpatur. Dicitur autem ab ἀγχι, quod est prope, & ὢψ oculus, quod prope oculum sit. Galen. lib. de Finit. medic. qui illi adscriptus est, ut quidam putant. [V. ÆGILOPS, nam vitium idem est, aut gradu tantum ab eo differt, si Paulum audimus: l. 3. c. 22. conf. Gorrhæi Def.

ANCHIMOLUS, [Ἀγχίμολος] Sophista apud Elidem fuit, aquæ potor, ac ficis modo solitus vesci, nec tamen aliis imbecillior habebatur. Ex Cæl. lib. 6. cap. 4.

ANCHĪSES, [Ἀγχίσης] Pastor Trojanus, filius Capyos, Assaraci nepos, ex Veneris concubitu pater Æneæ.
Ex Fabio colligi videtur, dictum fuisse Anchisas & in recto. Vide quæ in Appendice ad Varronem dixi c. 24. H. St. Locus Fabii l. 1. Inst. c. 5. p. 67. extr. Burm. ubi & hunc V.
Anchisæ, genit. Virg. 5. Æn. 535.
Ipsius Anchisæ longævi hoc munus habebis.
Anchisa, vocat. Virg. 3. Æn. 475.
Conjugio Anchisa Veneris dignate superbo.
Anchisa, abl. Virg. 6. Æn. 322.
Anchisa generate, deum certissima proles. Sibylla Æneam alloquitur.
Dardanius. Virg. 1. Æn. 494.
Magnanimus. Ovid. 14. Met. 118.
Magni anchisæ animam vocabat. Virg. 8. Æn. 98.
Phryx. Ovid. 16. Epist. 197.
Pius. Ovid. 13. Met. 640.

ANCHISÆUS, Adj. [Ἀγχισαῖος] Virg. 5. Æn. 761.
— tumuloque sacerdos
Et lucus late sacer additur Anchisæo.

ANCHĪSĬĀDES, patronym. [Ἀγχισιάδης] Virg. 8. Æn. 521.
Æneas Anchisiades & fidus Achates.
Anchisiades magnanimus. Virg. 5. Æn. 407.
Anchisiade, vocat. Virg. 6. Æn. 348.
Dux Anchisiade, nec me deus æquore mersit, &c.

ANCHISTRUM, i. n. Gloss. Gr. Lat. ἄγκιστρον hamus, uncus. Isidor. 4. 11. inter instrumenta medica refert & Angistrum vocat. Cæl. Aurel. Tard. 5. 1. Anchistris ex utraque parte cutem prætendunt. Hamulum Celsus vocat.

ANCHOLIA, [ἴον πορφυροῦν] vulgo dicta Viola cœrulea. Ruell. Calathianam putat esse, lib. 2. cap. 129.

ANCHOA [ἀγχόη] V. ANICHIA.

ANCHOMANES, is. f. Herba, quæ & Dracontea. Apul. de Herb. c. 14.

ANCHŎRA, vel ANCORA, [ἄγκυρα] Dens ferreus, quo firmantur ac retinentur naves. Virg. 1. Æn. 169.
— hic fessas non vincula naves
Ulla tenent, unco non alligat anchora morsu. Ubi Servius, Hoc nomen quum in Græco, unde originem ducit, aspirationem non habeat, in Latino aspiratur, quod est contrarium: nam magis Græcorum est aspiratio. sed hoc in paucis nominibus invenitur. MORSU autem de anchoris bene dixit, quum alio loco inveniamus 6. Æn. 3.
— tum dente tenaci Anchora fundabat naves.
Anchoris solutis, de phaselo. Cic. 1. Att. 10.
Anchoræ, inquit Nonius, Vincula quibus antennæ tenentur. Lucilius, Armamenta tamen, malum, vela, omnia servo: Funis enim præcisus cito, atque anchora soluta. Quo loco Turnebus his verbis, Anchoras in Nonio legimus vincula esse, &c. sed vel (ut apud Isidorum est) Anquina scribi debet, ut in Cinnæ versu, vel (ut suspicor) utrobique Angina. Quia enim ille funis angit & adstringit, ideo (ut conjicio) Angina dicebatur: quod innuere videtur Isidorus, qui Funem interpretatur, quo antenna constringitur. Hæc ille. [Videtur potius pro Antennæ apud Nonium Anchoræ scribendum, ita ut nihil aliud indicare voluerit, quam id nomen etiam funi tribui anchorario, quod cum ex versibus Lucilii liquere puto, tum ex gemino Cic. loco hic adjecto, ne alia addam. Penultimam autem in Anchora more Græcorum produxit. S. in in *præcisus* more vett. elisum ultimam brevem relinquit. Solet autem ejusmodi καταχρήσεις diligenter Nonius excerpere.
Anchora figitur. Ovid. 1. Met. 297.
Jacere Anchoras ante portum. V. JACIO.
Anchora de prora jacitur. Virg. 6. Æn. v. ult.
Anchora pacta littoribus. Ovid. 2. Epist. 4.
Littoribus nostris anchora pacta tua est. i. e. Promissa. Pollicitus es te ad nostra littora renavigaturum.
Præcidere anchoras: i. e. Funes anchorarios. Cic. 7. Verr. 87.
Sidunt anchoræ. Plin. lib. 6. cap. 22.
Solvere anchoram. Cic. 1. Att. 10.
Stare in anchoris, vel ad anchoras. Cæs. 5. Bell. Gall. 10. Et Flor. 2. 27.
Sublatæ anchoræ sunt. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Sublatis anchoris digressus. Cæs. 4. Bell. Gall. 33.
Vellere. Liv. Decad. 3. lib. 2.
De anchora in nummis Regum Seleucidarum V. Spanh. de Usu & Præst. Num. diss. 7. p. 404. seq.
Anchora metaphorice ponitur pro Refugio, Præsidio, Munimento, & non semel pro Fundamento apud Plin. Apul. Solin. Ita pro Patrocinio amici. Ovid. 5. Trist. 2. 41.

ANCHORĀGO, vel ANCORĀGO, ĭnis. f. Nomen piscis. Cassiodor. 12. Ep. 4. V. SALMO, idem enim esse creditur. Voss. de Orig. Idol. 4. 29.

ANCHORALIS, e. [ἀγκυρωτικὸς] Adj. Apuleius lib. ult. Met. p. 265. Navis absoluta strophiis anchoralibus, pelago redderetur.

ANCHORĀLE. n. subst. Funis cui alligata est anchora. Plin. lib. 16. cap. 8. Liv. 7. Bell. Maced. & 22. 19.

ANCHORARIUS, Adj. aliud [ἀγκυραῖος] Quod ad anchoram pertinet, ut Anchorarii funes. Cæs. 2. Bell. Civil. 9.

ANCHORARIUS Mons. Plin. lib. 13. cap. 15. Anchorarius mons vocatur citerioris Mauritaniæ, qui laudatissimam dedit cedrum, jam exhaustus.

ANCHURUS, Midæ filius, de quo sic Plutarch. in Parallelis cap. 9. p. 306. Circa Celænon Phrygiæ oppidum terræ hiatus cum aqua domos complures ipsis cum mortalibus absorpsit in profundum. Midas rex oraculo monitus ut res eo pretiosissimas conjiceret, ita enim futurum ut terra coiret: auro & argento injecto nihil opis attulit. Anchurus regis filius quum nihil in vita humana pretiosius anima secum ipse versasset, datis genitori complexibus & Timotheæ uxori, equum ascendit, inque hiantem locum concitato equo se conjecit. Postquam in unum terra rediit, auream Jovis Idæi aram eo in loco dedicavit. Hujus rei testis est Callisthenes 2. Metam.

ANCHŪSA, [ἄγχουσα] Herba; de qua sic Plin. lib. 2. cap. 20. Et anchusæ radix in usu est, digitali crassitudine. Finditur papyri modo, manusque inficit sanguineo colore: præparat lanas pretiosis coloribus.
Anchusam hodie Gallia *Orchanetam* vocat, mulieribus non ignotam quæ colorem faciei nativum fuco mentiuntur, quæque vernaculum genarum pallorem hoc infectu occulunt. Certe malas eleganti commendat purpurisso. Ruellius lib. 3. cap. 88. V. Dioscor. 4. 65.

ANCHYLE, es. V. ANCYLE.

ANCĪLE, is. n. [ἀγκύλιον] Plutarch. in Numa cap. 25. Scutum breve. Virg. 7. Æn. 188. — lævaque ancile gerebat. Ubi Servius, Ancile, Scutum breve. Regnante Numa, cœlo hujusmodi scutum lapsum est: & data responsa sunt illic fore summam imperii ubi illud esset. Quod ne aliquando posset auferri, aut ab hoste agnosci, per Mamurium fabrum multa similia fecerunt: cui & diem consecrarunt, quo pellem virgis feriunt ad artis similitudinem. Dicimus autem hoc Ancile, & hæc Ancilia, pluraliter. Anciliorum vero usurpavit Horat.
Idem

Idem Servius l. 8. v. 664. Ancile autem dicitur aut quaſi undique circumciſum, aut quaſi ἀμφίχειλον: h. e. Undique labrum habens. Hactenus Servius. Varr. 6. de L. L. 3. Ancilia dicta ab Anciſu, quod ea arma ab utraque parte, ut Thracum, inciſa. Liv. 1. Salios item duodecim Marti Gradivo legit, tunicæque inſigne dedit, & ſuper tunicam æneum pectori tegumen, cœleſtiaque arma, quæ ancilia appellantur, ferre. Hiſtoriam ſive fabulam de lapſis cœlo Ancilibus, habes apud Dionyſ. Halic. 2. Ant. Rom. Ovid. 3. Faſt. 372. ſeq. Plutarch. d. l, Lactant. 1. 21. extr. Vet. Gloſſ. Ancilia Διοπετῆ. Figuram eorum habes apud Guther. de Jure Pontif. 1. 11. Roſin. Ant. R. l. 3. c. 20. Oiſel. Theſ. tab. 111. Car. Neap. ad Faſt. Ovid. 3. 377. conf. Camerar. Cent. 1. H. S. c. 60. & Cent. 2. p. 41. adi etiam Mureti Var. Lect. 13. 17. de vocis derivatione.
Ancilia lapſa cœlo. Virg. 8. Æn. 664.
Anciliorum oblitus. Hor. 3. Carm. 5. 10.
Arma ancilia. V. in ARMA.

ANCILLA, [δμωὴ, οἰκέτις, θεράπαινα, θεραπαινὶς] Mulier ſerva. Dictæ autem (inquit Feſtus) Ancillæ ab Anco Martio rege, quod is bello magnum fœminarum numerum ceperit. Sive ideo ſic appellantur, quod antiqui Anculare dicebant, pro Miniſtrare: ex quo dii quoque ac deæ quos ancillæ colunt, appellantur Anculi & Anculæ. conf. Voſſ. Etym. p. 28. [Veteres Ancillus, a, um. adjective dixiſſe ſuſpicatur haud injuria Cortius ad Sall. Jug. c. 12. 5.
Mulier ancilla. V. MULIER.
Terra mortalium ſemper ancilla. Plin. lib. 2. cap. 63. Cic. 5. Verr. Hunc ſervi ancillæque amant.
In ancillam delinquere. Ovid. 2. Amor. 8. 9.
Ancillæ etiam Viri vocati. ſane Fufidius, apud Salluſt. Fragm. c. 5. quod prenſaret populum & adularetur ſerviliter, acerrimo convicio ancilla turpis a M. Æm. Lepido appellatur & honorum omnium dehoneſtamentum. Quæ verba mirifice confirmant Lectionem veterum Codicum, in quibus quidam Treb. Poll. locus ita conceptus eſt, in Vita Claud. c. 5. Gallus Antipater, ancilla honorum & hiſtoricorum dehoneſtamentum, &c. Nemo enim non videt hæc Pollionis verba ex Salluſtiano loco expreſſa eſſe. Quod neque Salmaſius neque Caſaubonus adverterunt; qui eam lectionem protulerunt primi: Salmaſius autem præcipue interpretatus eſt p. 327. [Qui hanc animadverſionem Lipſienſi theſauro adſperſit, unde huc deſcripta eſt, Ancillam honorum, Aſſentatorem ſummarum poteſtatum exponit, quod cum ſane durum ſit atque inſolens loquendi genus, neque ſatis, Aureoli laudum buccinatori conveniat, ſuſpicari quis poſſit, aliter diſtinguendum: Ancilla, honorum & hiſt. Sed ne ſic quidem locus ſanus videri poteſt, epitheton enim, quod Sall. adjecit, deſideratur nec ſatis apte Honores & hiſtorici deinceps conjunguntur. Quare cum in editis omnibus, atque etiam in Cl. Obrechti codice expreſſum ſit: Ancillariorum, docto & cordato lectori dijudicandum relinquo, an fortaſſe ſcripſerit Pollio, Ancilla vitiorum; Cæterum hæc & ſimilia, quæ ad l. Sall. Cortius congeſſit per Sarcaſmum dicta ſunt, quibus illud Virgilii addendum fuit ex 9. Æn.
O vere Phrygiæ, neque enim Phryges, ite per alta Dindyma.

ANCILLŬLA, dimin. [θεραπαινίδιον] Ter. Eun. 1. 2. 85. Nonne ubi mihi dixti cupere te ex Æthiopia ancillulam? Cic. 1. de Orat. 55. Juris ſcientiam eloquentiæ tanquam ancillulam pediſſequamque adjunxiſti. Adde Sen. Controv. 21. Plaut. Rud. Prol. 73. & Ovid. de Rem. Amor. 639.

ANCILLĀRIS, Adj. [θεραπαινιδικὸς] Quod ad ancillam pertinet. Cic. 5. Tuſc. Sordido, Ancillarique artificio. Ancillaris adulatio Ammian. 26. 17. Salluſt. in Cic. ſub fin. Cui inſidias in civitate feciſti ancillares? Apparet ex adverſaria oratione legendum eſſe — feciſti, ancillaris &c. cum in ea ſcribatur, Nulli privatim ancillatus ſum: idque de Pompejo intelligendum arbitror, cui inſidiatum Ciceronem fuiſſe opinio fuit, quod & Pompeium a Cicerone abalienarat; ut ab eo deſtitutus fuerit, cum armis pulſus a Clodio eſt: reverſus tamen ab exilio modis omnibus ſibi Pompeium colendum, & ei inſerviendum eſſe putavit, quod hic ei objicitur. Ex Turnebo. Paul. quoque Manutius Ancillaris legendum cenſet. Ut & Cort. q. V.

ANCILLARIUS, ii. in Vet. Gloſſ. δουλοπρεπής. V. in ſeq.

ANCILLĀRIŎLUS, [δουλαρειομανὴς] Nomen joco fictum a Martiale l. 12. 58. Non eſt fictum, inquit H. St. quum in Seneca dicantur matronæ illo uſæ. [Nimirum Dimin. ab Ancillarius, quod Ancillarum amori deditum denotat & obnoxium.]
Ancillariolum tua te vocat uxor, & ipſa
Lecticariola eſt: eſtis Alauda pares.
Sic & apud Sen. lib. 1. de Benef. 9. Siquis nulla ſe amica fecit Inſignem, nec alienæ uxori annulum præſtat: hunc matronæ humilem, & ſordidæ libidinis, & ancillariolum appellant. [Errant enim qui hic id nominis pro Uxorio poſitum putant, & repugnat analogia in his quæ ſimiliter terminantur adjectivis. V. Muret. ad l. Docet Philoſophus, Matronas luxu perditas hac voce exprobrare maritis ancillarum amorem conſueſſe, ſi non adulteriis & meretriciis amoribus foris infames fuerint, perinde quaſi ea fama delectarentur ipſæ.

ANCILLATRUM, i. n. Humilis ſubmiſſio. Arnob. 7. p. 221. Salutet acclivis, ancillatrum ſervuli pavibundis trepidationibus imitatus. conf. Salmaſ. ad Solin. p. 833. [Probabili conjectura emendat V. C. Ancillatum, in Theſ. Lipſ.

ANCILLOR, [δουλεύω] āri. Dicitur quum viri ancillarum more præter dignitatem ſervitio alicujus ſe ſubjiciunt. Cic. in Salluſt. cap. ult. Non enim uni privatim ancillatus ſum, neque me addixi. Titinius Prælia, Verum etiam dotibus deliniti ultro etiam uxoribus ancillantur. Non.
Dicitur etiam de inanimatis rebus quæ aliis ſerviunt. Plin. lib. 2. cap. 97. Nec unquam eodem tempore, quo hodie reflui, ut ancillante ſidere, trahenteque ſecum avido hauſtu maria.
Vet. Gloſſ. Ancillor. κολακεύω. Aliam etiam notionem veteres Gloſſæ ſuggerunt, cum Ancillare (ita enim legendum, non Antillare) θηλεύεσθαι, παλλακεύεσθαι, interpretantur. Itaque Ancillari etiam pro Pellicem eſſe & libidinis cauſa ſe viro addicere ſignificat. Nempe quia has vices ancillæ & famulæ ſuſtinere ſolebant fere. Sed quid eſt θηλεύεσθαι? Utrumne θῆλυ aut θῆλυς non fœminam tantum quamlibet, ſed & aliquando ancillam notat? Et ita θηλεύεσθαι eſt ancillam agere ſeu famulari? An pro θηλεύεσθαι δουλεύεσθαι reſcribendum? [Hæc quoque ex Lipſienſi Theſauro tranſcripta. Sed miror V. C. non vidiſſe legendum potius θηλύνεσθαι, dictumque de Mollibus & effœminatis. V. Cæl. Aur. Tard. paſſ. 4. 9.

ANCILLATUS, us. ſubſt. V. ANCILLATRUM.

ANCIPES, V. ANCEPS.

ANCISUS, ûs. m. Varro 6. de L. L. 3. Ancilia dicta ab Anciſu.

ANCISŪS, a, um. i. e. Amputatus: nam An ſive Am eſt Circum. Lucret. lib. 3. 660.
Omnia jam ſeorſum cernes anciſa recenti
Vulnere tortari.

ANCLA, æ. f. contracte pro Ancula; Inſtrumentum quo aqua miniſtratur; alias Antlia, ſc. Hauſtrum. Vetus de Ancla Epigramma producitur a Salmaſio in Vopiſci Bonoſum p. 478. In Suet. Tiber. cap. 51. Ancliam legit Pareus Lex. Crit. p. 445.

ANCLABRIA, orum. apud Feſtum ſunt Vaſa ænea quibus utuntur ſacerdotes in ſacrificiis.

ANCLABRIS, eſt (inquit Feſtus) Menſa miniſteriis apta divinis: Idem alio loco, Anclabris, ex qua in ſacrificando diis anclatur, q. e. Hauritur, miniſtraturque.

ANGLACÆ, Populi circa Mœotim, Plin. lib. 6. cap. 7.

ANCLO, āre. ſecundum Feſtum in Ancilla, antiqui dicebant pro Miniſtrare, & quia idem qui haurit miniſtrat Anclare etiam Feſtus exponit pro Haurire. Turneb. (Idem & Muret. H. St.) Multi cenſent pro Anclare & Exanclare, dicendum eſſe Antlare & Exantlare, a verbo Græco ἀντλεῖν, a quibus diſſentio: & Anclare puto eſſe Anculare: i. e. Haurire. Unde & Ancillarum nomen. Liv. Andron. Florem anculabant liberi ex carcheſiis. Quod ſi ab ἀντλεῖν deducitur (ut Feſto videtur) certe litera mutatur. Hæc ille. Adverſ. 2. 10. V. Voſſ. Etym. p. 28.

ANCON, ōnos. m. [ἀγκὼν] Locus ubi oſſa humeri & brachii componuntur, Latine Cubiti flexura.
Eſt & eo nomine Nili pars deſtinata navigantibus. Eo etiam nomine ſinum maris appellat Lucanus lib. 1. 421. Tarbellicus Ancon. ex emend. Scalig. Auſ. Lect. 1. 5. V. tamen Cellar. N. O. A. 2. 2. 1.
Item urbs agri Piceni, Græcis ἀγκὼν, Latine ANCONA, quæ eſt terminus Galliæ Ciſalpinæ & Italiæ. Mela l. 2. c. 4. Illa in anguſto duorum promontoriorum ex diverſo coëuntium, inflexi cubiti imagine ſedens, ac ideo a Graiis dicta Ancon, inter Gallicas Italicasque gentes quaſi terminus intereſt.
Eſt item in foribus pars, quam alio nomine παραθυρίδα vocant. Vitruv. 4. 6.
Dulcis Ancon eſt etiam Abominantis ſermo. V. Eraſm. Adag. p. 164. Ex Plat. Suid. & Athenæo, ex cujus l. 12. oſtenditur Anconem locum Sardis fuiſſe voluptatum miniſteriis paratum, ſed in eo complures naufragium feciſſe, &c.
Erat poſtremo hoc nomine perobſcurum Carthaginenſibus domicilium, in quod detrudebantur quibus iratior factus eſſet tyrannus.
Ancona Vitruv. appellat Conflexum qui rectum angulum deſcribit: l. 8. c. 6. de chorobate loquens quo aquæ perlibrantur, Ea (inquit) regula habet ancones capitibus extremis, æquali modo perfractos, inque regulæ capitibus ad normam coagmentatos, & inter regulam & ancones a cardinibus compacta tranſverſaria.
Ancones, [ἀγκῶνες] Calices ſunt non rotundi, ſed in cubitum flexi, & angulum habentes, unde & illis nomen tributum. Nam pocula variis formabantur figuris. Paul. in l. 13. D. de inſtr. vel inſtr. leg. ut dolia, vaſa, ancones, calices, &c. adde Turneb. Adverſ. 18. 23.
Sunt & Ancones, Ferramenta ex quibus retia aliaque ſuſpenduntur. Gratius Cyneg. v. 87.
Lineaque ex tritis lucent anconibus arma.
Ita Ferrei Ancones apud Vitruv. 10. 13.

ANCONISCI, [ἀγκωνίσκοι] Inſtrumenta tortoria: Item Ferramenta oneribus ſuſtinendis idonea, quæ a Gallis corrupte *Angones* vocantur, cujuſmodi in cellarum vinariarum columnis videmus, quibus incumbunt ligna quæ dolia ferunt. Dicta a ſimilitudine cubiti, quem Græci ἀγκῶνα vocant. Nam ut plerique dormientium cubitis, ita hiſce ferramentis onera innituntur. Dimin. Græc. eſt ab ἀγκῶν.

ANCTERES, [ἀγκτῆρες] Vincula ſunt, quibus vulnerum labra conſtringuntur, ne latior fiat cicatrix. Galen. 3. Therapeut. Item pars colli, ſuffocationi maxime obnoxia. V. Cæl. Rhodig. lib. 4. cap. 2.

ANCTITO, āre. frequent. ab Ango [ἀγχονίζω] Budæus.

ANCTUM, V. ANGO.

ANCULARE, [ὑπηρετεῖν] pro Miniſtrare dixerunt antiqui, authore Feſto. V. ANCILLA.

ANCULI & ANCULÆ, Dii deæque ancillarum putabantur. Feſtus.

ANCUNULENTÆ, Fœminæ menſtruo tempore appellantur: unde trahitur Inquinamentum. Feſtus.

ANCUS, appellatur, Qui aduncum brachium habet, ut exporrigi non poſſit. Feſtus. Ab Ancone, i. e. Cubito incurvo.

ANCUS MARTIUS, Numæ Pompilii nepos ex filia, & quartus Romanorum rex. Virg. 6. Æn. 815.
— quem juxta ſequitur jactantior Ancus. Hor. 4. Carm. 7. 15.

ANCȲLA, æ. f. [ἀγκύλη] Contractio articulorum. Celſ. lib. 5. 18. & 28. Item Amentum. V. Suid. & Cæl. Rhod. 11. 52. Galen. lib. de Finit. Medic. Dicitur & Acyloſis. V. Rhod. ad Scrib. 11. 255. Gorr. Def.

ANCYLOBLEPHARON, i. n. [ἀγκυλοβλέφαρον] Vitium in oculis. Celſ. lib. 7. 7. 6. V. ANCYLOSIS.

ANCYLOGLOSSUM, [ἀγκυλόγλωσσον] Vitium linguæ, cum quis non expedite loqui poteſt, propter id quod vulgo Filetum vocant non inciſum, Paulus Ægineta.

ANCYLOSIS, [ἀγκύλωσις] Vitium eſt, quo cohæreſcunt palpebræ cum albo oculi, vel nigro, exulceratione. Et ſi nigro cohæreant, viſus omnino prohibetur: ſi albo, minus. Ex Iſagog. Gal. adſcripta. Sic & Aet. l. 7. c. 66. Sed Ægineta. 4. 55. Synonymum τῇ ἀγκύλῃ junxit. Vid. & ANCYLOBLEPHARON.

ANCYLOTOMUM, [ἀγκυλοτόμον] vel Ancylotomus, m. Inſtrumentum chirurgicum, quo vinculum nervoſum, quod Filum vulgo vocant, in pueris hæſitantibus eximitur, Bud. Annot.

ANCYRA [Ἄγκυρα] Tectoſagum, qui quondam Galatiæ partem, Phrygiam majorem verſus tenuerunt, caſtellum erat, poſteaquam ab Auguſto Cæſare colonis frequentata eſt, caput gentis; Sub Chriſtianis Impp. ſedes Metropolitani. Strab. l. 12. Hinc ſynodus Ancyritana in jure Pontificio ſæpe nominatur. Urbem memoratam videas a Curtio, 3. 1. 22. & Plin. lib. 5. cap. ult. ubi V. Harduin. Hodie *Anguri*.
Alterum quoque fuit ejuſdem nominis Lydiam verſus, circa Blayrum Magnæ Phrygiæ oppidum. Strab. lib. 12. Plin. l. 5. c. ult. Hæc quoque Epiſcopi ſedes.

ANCYRANUS, Adj. [Ἀγκύρανος] ab Ancyra, quæ ſecundum Ptolemæum & alios, Metropolis eſt Tectoſagum Bithyniæ populorum. Claud.

Claud. 2. in Eutrop. 416. — Ancyranique triumphi. Omitti mentio non debet luculenti illius monumenti Ancyrani, sive lapidis antiqui, in quo Coloni conditoris sui Augusti rerum gestarum Indicem sive breviarium perscribi curarunt, cujus etiam nunc insigne extat fragmentum, quod certatim VV. DD. illustrarunt. V. Fabric. Bibl. Lat. l. 4. c. 5. Plura de Ancyra Is. Casaub. in præf. Animadv. ad idem Monum. Suetonio adject.

NCYROMACHUS, [ἀγκυρομάχος] Genus navigii est, ita dictum quod anchoris, & reliquis navigii instrumentis vehendis sit aptum. Calep.

A N D

ANDĂBĂTA, [ἀναβάτης] Cic. locus est in 7. Epist. Fam. 10. qui unius literæ abundantia obscuritatem habere videtur: eum ita ut in libris vulgo circumfertur subscribam, Qui neque in Oceano natare volueris, studiosissimus homo natandi: neque spectare essedarios, quem antea ne andabatam quidem defraudare poteramus. Ego (inquit Turnebus Adversf. 19. 8.) dictione ea diutius perpensa, tandem in hanc sententiam discessionem feci, ut putem andabata auferendi casu legendum esse. Dicit enim (ut opinor) Tu, qui ita studiosus eras Romæ spectaculorum Circensium, ut in multam noctem spectator sederes, ut andabatas pugnantes in tenebris videres, noluisti in Britanniam trajicere, ut Britannorum videres essedarios, qui andabatis similes sunt e curru pugnantibus. Olim autem post curricula Circensia, sero noctisque tenebris depugnabant interdum homines e curru, Heroum antiquorum more: qui interpolato verbo Græco, pro Anabatis Andabatæ dicebantur a Latinis. Duo autem homines sedebant in curru (ut Græci scribunt) auriga & παραιβάτης, qui idem etiam ἀναβάτης, i. e. Ascensor dicebatur, & (ut plerunque fit) corrupta & degenerante voce, Andabata. Cum autem noctu pugnarent, nec se prope viderent, ut ludicrum etiam augeretur, interdum oculis clausis dimicare cogebantur. Hæc ego eo adscripsi, quod eruditissimos viros hac velut in salebra hærere videam, adeo ut non defuerit qui conjiceret populos fuisse, qui clausis oculis pugnare soliti sint. Tam amentes habere hostes, ut cæci dimicare velint, nemo est (ut opinor) qui non optaturus sit. Sed plenius & accuratius de hoc gladiatorum genere Just. Lips. Sat. 2. 12. conf. Alex. Gen. Dier. 6. 22. Cæl. Rhodig. 11. 11. Schott. Nod. Cic. 4. 19. Thys. de Glad. p. 227. Laurent. Polym. 4. 9. Erasm. Chil. 2. 4. 33.

ANDACOQUA, Afris planta est eadem quæ Dioscoridi Ægyptia lotus: è cujus semine, quod papaverum modo capitibus quibusdam includitur, Arabes sibi oleum conficiunt, quod miris laudibus efferunt, illudque oleum de Andacoqua appellant. Ex Mathiol. in Dioscor. lib. 3. cap. 106. extr.

ANDALUSIA, æ. f. Regio Hispaniæ, regno Castellæ annexa, olim Vandalitia dicta, cujus primaria urbs Hispalis. In hac provincia poëtæ constituerunt campos Elysios.

ANDANIA, [Ἀνδανία Stephano] Oppidum est Peloponnesi, in tractu Messeniaco, cujus meminit & Strab. lib. 8.

ANDANIS, [Ἄνδανις] Fluvius est Carmaniæ regionis, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 23.

ANDARÆ, [Ἀνδαραι] Populi Indiæ, plurimis vicis, & xxx oppidis, quæ muris turribusque muniuntur. De his vide apud Plin. l. 6. c. 19.

ANDEGAVI, [Ἀνδεγαυοὶ] Galliæ populi, V. ANDES.

ANDEGAVUM, i. n. Andegavorum urbs præcipua, olim Juliomagus, hodie *Angers*.

ANDELUS, [Ἄνδελος] Civitas est Hispaniæ, non procul a Pompeiopoli, quæ vulgo *Pampilona* appellatur, metropolis regni Navarræ. Calep.

ANDES, [Ἄνδες] Populi inter Celtas Carnutibus & Turonibus finitimi, ac ducatui Bituricensi, Oceanoque proximi, quos Ligeris flumen alluit, Andos Lucan. l. 1. v. 438. Andegavos appellat Plin. l. 4. c. 18. Andecauos Tac. Ann. 3. 41. Andes vocat. Cæs. 2. Bell. Gall. 35. & 3. 7.

Andes, Vicus non procul a Mantua, Virgilii patria, teste Donato in Vita.

ANDĪNUS, Adj. [Ἄνδινος] unde Virgil. Andinus.

Andinus cantus. Sil. lib. 8. 594.

> Mantua musarum domus, atque ad sidera cantu
> Evecta Andino. i. e. Virgiliano.

ANDIGISTA, [Immo AGDISTIS] Matris deûm nomen est apud Pessinuntios, ubi templum maximum habet magnæ venerationis. Strab. l. 12.

ANDIRĪNA, æ. [Ἀνδειρήνη] Mater deûm cognominata a loco, de quo Strab. l. 13. Sub Andira (inquit) templum est matri deûm Andirinæ sacrum, & subterraneum antrum Palæan usque. Est autem Palæa, habitatio quædam sic appellata, quæ ab Andiris distat stadiis centum & 30. Subterraneum hunc meatum torrens [Immo hircus V. Cas.] quidam in os ejus incidens aperuit: qui postera die a pastore apud Andiram fortuito repertus fuit. Hæc Str.

ANDIZETII, [Ἀνδιζήτιοι] Populi sunt Pannoniorum, ut refert Strab. l. 7.

ANDOCIDES, [Ἀνδοκίδης] Unus ex decem præcipuis Atheniensium rhetoribus, Leogori filius, qui fuit ex Telemachi, & Nausicaæ posteris, ut ex Hellanici sententia tradit Suidas. V. Fabr. Bibl. Gr. 2. 26. 3.

ANDRACHNE, [ἀνδράχνη] Herba est, quæ a Latinis Portulaca dicitur. Plin. lib. 13. cap. 22. Columel. 10. 376. Apul. de Herb. cap. 103.

Andrachne agria, [ἀνδράχνη ἀγρία] Herba est majori Sempervivo similis, sed foliis minoribus, quæ a Latinis Illecebra appellatur, & Portulaca sylvestris. Ruell. lib. 2. cap. 140. Plin. 25. 13.

ANDRAMIS, itis. [Ἄνδραμις] Rex Lydorum fuit, qui primus castravit & eunuchas fecit mulieres. Author Alex. ab Alex. l. 2. c. 25.

ANDRAPODON, [ἀνδράποδον] Latine Mancipium. Sunt enim servi tanquam pedes dominorum, qui capitis rationem habent. Diog. Laert. de Diogene Cynico sic scribit: Rogatus cur mancipia Andrapoda dicerentur: quia Pedes (inquit) habent virorum, animum autem, quem tu nunc habes, qui hoc interrogas.

ANDRAPODISTA, [ἀνδραποδιστὴς] Plagiarius. Dicitur autem andrapodista (ut interpres Aristophanis ait) ab eo quod homines vendat: nec solum (ut idem interpres author est) andrapodista est, qui liberos per imposturam, vel circumveniendo in servitutem conjicit, verum etiam quisquis ministros aut servos a suis heris ac dominis abstrahit, ut alio deducat, divendatque.

ANDREMON, Nomen est ejus qui Colophonem ædificavit. Strab. l. 14.

ANDRIA, [Ἀνδρεία] Phrygiæ oppidum, apud Plin. l. 5. c. ult. Stephanus præterea Andriam in Elide collocat, & alteram in Macedonia.

ANDRIA, Terentii Fabula cui ab occasione Andriæ cujuspiam mulierculæ nomen est. Exemplum est honestæ educationis & obedientiæ liberorum.

ANDRIACA, [Ἀνδριακὴ] Oppidum est in Media: & alterum in Lycia, Ptolemæo. Rursum aliud in Thracia, Straboni.

ANDRICUS, Ciceronis servus. Cic. 16. Fam. 20.

ANDRĬCUS, [Ἄνδρικος] Ciliciæ mons, Strab. lib. 14.

Quo etiam nomine dictum est Flumen quoddam ejusdem regionis, non procul ab Amani portis apud Plin. l. 5. Apud Strab. Andriclus legitur.

ANDRIMACHIDÆ, [Ἀνδριμαχίδαι] Populi sunt in Africa, apud quos per multa secula viguit usus, ut virgines nupturas regi in primis offerrent, ut illarum pudicitiam ante solennia nuptiarum delibaret. Alex. ab Alex. l. 1. c. 24.

ANDRIUS, i. [Ἄνδριος] Fluvius est, qui ex quadam Carisenæ montana regione, quæ Dardanicæ adjacet, influit in Scamandrum. Strab. lib. 13.

ANDROBIUS, [Ἀνδρόβιος] Nobilis pictoris nomen, qui Scyllin (urinatorem) pinxit, anchoras classis Persicæ incidentem. Plin. l. 35. c. 11.

ANDROBULUS, i. [Ἀνδρόβουλος] Sculptoris nomen. Plin. l. 34. c. 8.

ANDROCLEUS, Philosophus fuit, Porphyrii discipulus, cujus ipse Porphyrius mentionem facit, ut refert Volaterranus. [Videtur vitioso codice usus Volat. ac scribendum Androcydes, quem in Pythagoricorum Catal. memorat Fabric. quanquam locum Porphyrii prætereat.

ANDROCLUS, [Ἄνδροκλος] Nomen proprium filii Codri, Atheniensium regis, qui Ephesum condidit, & Ionum regiam ibi constituit. Strab. l. 14. V. mox ANDRODUS.

ANDROCOPUS, [Ἀνδρόκοπος] Nomen ejus qui Lebedum condidit, loco quodam occupato nomine Arta. Strab. lib. 14.

ANDROCLAS, ANDRŎCLUS, V. ANDRODAS, ANDRODUS.

ANDROCYDES, [Ἀνδροκύδης] Medicus fuit sapientia clarus, cujus extat epistola quædam ad Alexandrum magnum scripta, apud Plin. his verbis, Vinum potaturus, rex, memento te bibere sanguinem terræ: sicut cicuta homini venenum est, sic cicutæ vinum. Plin. lib. 14. cap. 5.

Fuit & hoc nomine Pictor quidam nobilis, de quo idem Plin. l. 35. c. 9. V. & ANDROCLEUS.

ANDRŎDĂMAS, [ἀνδροδάμας] Lapis est ex genere hæmatitarum, colore nigricante, pondere ac duritia insignis, qui attritus coti succum reddit sanguineum. Plin. lib. 36. cap. 20.

Est præterea Androdamas, Gemmæ nomen, quæ argenteum nitorem habet ut Adamas, quadrata, & semper tessellis similis: cui Magi putant nomen impositum ab eo quod impetus hominum & iracundias domet. Plin. lib. 37. cap. 10. Solin. cap. 36.

ANDRODAMUS, Rheginus, qui leges condidit Chalcidensibus, qui sunt in Thracia, ut scribit Aristoteles.

ANDRODAS, Annus sexagesimus tertius. Firmic. l. 4. c. 14. Septeni anni, ac noveni, per omne vitæ tempus multiplicata ratione currentes, naturali quadam & latenti ratione, variis hominem periculorum discriminibus semper afficiunt. unde & sexagesimus tertius annus, quia utriusque numeri summam pariter excipit, Androdas appellatus est. Novies enim septem anni, sexaginta tres fiunt: & rursus septies novem, simili modo sexaginta tres. Quia itaque utriusque numeri cursus, in hoc anni æquata ratione concurrit, grande semper periculi discrimen imponit. Si enim septeni & noveni anni, qui hebdomatici a Græcis, atque enneatici appellantur, gravia semper hominibus indicunt pericula, quid annus faciet sexagesimus tertius, qui utriusque numeri multiplicatam, & invicem sibi obligatam perficit summam? Hac igitur ex causa Androdas (alii leg. Androclas V. Rigalt. Observ. ad Tertull. de Idol. f. 203) ab Ægyptiis dictus est, quod omnem vitæ substantiam frangat, atque debilitet. Hæc Firmicus.

ANDRODUS, Dacus servus, Romæ in circo maximo agnitus, a leone, cujus pedem vulneratum aliquando curaverat in sylvis. Ejus historiam lectu dignissimam V. ap. Gell. l. 5. c. 14. Forte ad hunc ipsum narratio similis pertinet apud Sen. 2. de Benef. 19. Cæterum rectius Androclus vocatur hic servus in melioribus Gellii editionibus, & apud Ælian. Hist. An. 7. 48. Ἀνδροκλῆς. V. Panvin. de Lud. Circ. 11. 3.

ANDRŎGEUS, [Ἀνδρόγεως] Præclaræ indolis adolescens, Minois Cretensium regis filius fuit, qui ab Atheniensibus & Megarensibus per invidiam occisus est, quod palæstra cæteros superaret. Quapropter suscepto a Minoe adversus hos populos bello, primo Megarenses subegit, deinde Athenienses sibi tributarios fecit, & in Androgei memoriam pueros Athenienses Minotauro cœpit objicere.

Androgeos, ult. prod. nomin. Græcus & Atticus, declinatur enim, ὁ Ἀνδρόγεως, τοῦ Ἀνδρόγεω, &c. Virg. 2. Æn. 370.

> Primus se Danaûm magna comitante caterva
> Androgeos offert nobis, &c.

Androgeo, genit. Atticus. Virg. 6. Æn. 20.

> In foribus, lethum Androgeo, &c.

Androgei, genit. Latinus. Virg. 2. Æn. 392.

> — sic fatus: deinde comantem
> Androgei galeam, clypeique insigne decorum Induitur.

Androgeona, accus. a nomin. Androgeon. Propert. lib. 2. 63.

> Et deus extinctum Cressis Epidaurius herbis
> Restituit patriis Androgeona focis. V. MINOTAURUS.

ANDROGEONÆUS, Adj. [Ἀνδρογεωναῖος] ut Androgeonæa cædes. Catul. Argon. 77.

> Androgeonææ pœnas exsolvere cædis.

ANDRŎGY̆NUS, [ἀνδρόγυνος] Qui utrunque habet sexum, fœminæ scilicet ac masculi. Cic. 1. de Divin. 98. Quid ortus androgyni? nonne fatale quoddam monstrum fuit? Plin. l. 7. c. 2. Androgynos esse utriusque naturæ Calliphanes tradit. Gell. l. 9. c. 4. Gignuntur homines utriusque sexus, quos Hermaphroditos vocamus, olim Androgynos vocatos, & in prodigiis habitos, nunc vero in deliciis. Liv. 7. Bell. Pun. 11. Sinuessæ natum ambiguo inter marem & fœminam sexu infantem, quos Androgynos vulgus, ut pleraque faciliore ad duplicanda verba Græco sermone appellat.

Androgyna femina dicta Amæsia, quia virilem animum gerebat. V. Valer. Max. 8. 3. 1.

ANDROGYNI, [Ἀνδρόγυνοι] Populi sunt in Africa supra Nasamonas, ut l. 7. c. 2. Plin. scribit, utriusque naturæ, inter se vicibus coeuntes, dextera mamma his virilis, læva muliebris. Quidam Androgynæ scribunt.

ANDROLEPSIA, æ. [ἀνδροληψία, ἀνδρολήψιον] Personarum pigneratio est. Moris autem antiquissimi fuit, ut qui cædem perpetrassent, si cum in externam urbem profugissent, ad pœnam exposciti non dederentur iis ad quos facinus admissum pertinebat, ipsis ut permitteretur pignerandi potestas, quam Androlepsiam, & neutro genere Adrolepsium Græci, Hermolaus Barbarus Clarigationem, Juris interpretes Repressalia vocant. Ex Budæo.

ANDRŎMĂCHE, [Ἀνδρομάχη] Hectoris Trojani uxor, quæ a virili pugna nomen sortita est. Fuit enim virili animo septa, & quædam veluti virago.

Andromaches, genit. Virg. 3. Æn. 486.

> — & longum Andromaches testentur amorem. legitur etiam Andromachæ.

Andromacha Nomen, Tragœdiæ ab Ennio ſcriptæ. Cic. 1. de Divin. 13. conf. Varr. 6. de L. L. 5. Hinc proverbialis locutio, Nihil ad Andromacham. Tertull. de Pudic. cap. 8.

Andromachus, [Ἀνδρόμαχος] Adulator Craſſi, a quo tamen Craſſus ipſe Parthis proditus eſt. Author Plutarch.
Fuit & Andromachus ſophiſta, e Neapoli Syriæ, filius Zonæ, qui Grammaticam docuit Nicomediæ, Diocletiani principis tempore. Suidas.

Andromas, [ἄνδρομας] Vocare ſolent Aurum illud quod appellant Democritii alcumiſtæ peculiatum. Hermol. in Plin. lib. 26. cap. 22.

Andrŏmĕde, [Ἀνδρομέδη] Cephei & Caſſiopes filia, a Perſeo amata, & in uxorem ducta, quæ Minervæ beneficio inter aſtra collocata dicitur, propter Perſei virtutem, quod eam ceto expoſitam a periculo liberarat. Oritur in parte Piſcium duodecima. V. Cic. 2. de Nat. Deor. 43. Manil. 5. 533. ſeq. Hygin. Fab. 64. & Aſtr. 2. 11. Plin. 5. 31. & Salmaſ. in Solin. p. 401. ſeq.
Andromede Cepheia. Propert. lib. 1. 3. 4.
Andromedes, genit. Hor. 3. Carm. 29. 17.
Jam clarus occultum Andromedes pater Oſtendit ignem.
Andromedæ, genit. Latinus. Propert. lib. 3. 21. 29.
Non hic Andromedæ reſonant pro matre catenæ.

Andromon, Nomen eſt ejus qui Colophonem ædificavit.

Andron, ōnis. m. [μεσοτοίχιον] eſt Spatium illud quod eſt inter duos parietes in quod pluvia deſcendit. Plin. lib. 2. Epiſt. 17. Tam alti, abditique ſecreti illa ratio, quod interjacens andron parietem cubiculi hortique diſtinguit, atque ita omnem ſonum media inanitate conſumit.
Andron, [ἀνδρῶν, ἀνδρεὼν] Locus domicilii appellatur anguſtior longitudine, in quo viri plurimum morabantur: ut Gynæceum a mulieribus Hæc Feſtus. Vitruv. l. 6. c. 10. Inter hæc periſtylia & hoſpitalia, itinera ſunt, quæ Meſaulæ dicuntur, quod inter duas aulas media ſunt interpoſita. Noſtri autem eas Andronas appellant. Sed hoc valde eſt mirandum, nec enim Græce nec Latine poteſt id convenire. Græci enim ἀνδρῶνας appellant οἴκους, ubi convivia virilia ſolent eſſe, quod eo mulieres non accedant. Hæc Vitruvius. Patavini hodie Viam arctiorem Andronem vocant. conf. & Cæl. Rhod. 27. 24. [Androna Plinius Romano more dixiſſe videtur pro Meſaula, vel potius Meſaulio, quæ pars ædium tecta, an ſub dio fuerit non ſatis conſtat. Cæterum apud Græcos videtur Andron duobus modis accipi, modo videlicet pro parte ædium privatarum, quæ & Andronitis dicitur, conviviis virorum potiſſimum deſtinata, modo pro ædificio publico, virorum conventibus frequentato. Id colligere licet ex collatis invicem locis Pollucis l. 1. S. 79. & 6, 7. & 9. 46. Apud Vitruv. ſuſpicor Meſaula vel Meſaulia legendum, quomodo Græci efferunt.

Andron, Nom. Vir. propr. Andron Catanæus, ut ſcribit Theophraſtus, tibiis incinens primus omnium motiones corporis, & rhythmos excogitavit: unde σικελίζειν, i. e. Siciliſſare, poſitum invenias pro Saltare. Ex Cæl. l. 5. c. 4. Multos alios ſic appellatos docent Voſſ. 3. de Hiſt. Gr. p. 321. & Jonſius 1. de Script. Philoſ. Hiſt. p. 40. ſeq. E quibus ſunt Alexandrinus, Halicarnaſſenſis, Teius, Medicus item & Muſicus. V. Fabric. in Elencho Medicor. Bibl. Gr. Vol. 13.

Andronīcus, [Ἀνδρόνικος] Rhodius, Philoſophus Peripateticus, cujus meminit Strabo.
Fuit & alius Pompilius Andronicus, Grammaticus deſidioſior in profeſſione Grammatica ex quo minus idoneus ad tuendam ſcholam fuit, ut refert Sueton. c. 8. de Ill. Gram. V. & Voſſ. de Hiſt. Lat. 1. 10. p. 47.
Andronicus item alius fuit, Hiſtoricus, qui Alexandri res ſcripſit, Author Volaterr.
Fuit item Livius Andronicus cognomento, poëtarum Latinorum vetuſtiſſimus, cujus vitam vide apud Crinitum. V. etiam Gyrald. Dial. 8. de Poët. Hiſt. f. 297. Fuit & alter Andronicus Poëta tempore Juliani Cæſ. Imp. Vid. Idem f. 298. Etiam inter Græcos orientis Imperatores 4. Andronici memorantur ſeculis Chriſt. 12. & 14.

Andronītis, ĭdis. f. [ἀνδρωνῖτις] Idem ac Andron Locus in domo ubi ſoli viri ſolent verſari. Vitruv. l. 6. c. 10. Hæc autem periſtylia domus, andronitides dicuntur, quod in his viri ſine interpellationibus mulierum verſantur.

Andronium, Medicamentum eſt uvæ inflammationi curandæ utile: ab Androne auctore. Ejus confectionem vide apud Celſum l. 6. c. 14.

Andronodorus, [Ἀνδρονώδορος] Legislator fuit Chalcidenſium, eorum qui in Thracia ſunt. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 10.

Andros, [Ἄνδρος] vel Andrus. Inſula, una cycladum, inter Eubœam & Tenon, cum oppido ejuſdem nominis, de qua Ovid. 13. Met. 661.
Et totidem natis Andros fraterna petita eſt. Hæc primo dicta fuit Cauros, poſtea Antandros, & aliis nominibus, ut tradit Plin. 4. 12. Nunc vulgo dicitur *Andro*, aliis *Andria*.

Andrius, a, um. Adj. Gentile. V. andria.

Androsaces, [ἀνδρόσακες] Herba eſt in maritimis Syriæ locis copioſiſſime proveniens, alba, carens foliis, folliculos in cirris habens, & in his ſemen. V. Plin. lib. 27. cap. 4. & Dioſcor. 3. 133.

Androsæmon, [ἀνδρόσαιμον] Herba eſt ſimilis hyperico, cauliculis tamen majoribus, ac magis rubentibus. Florem habet lutei coloris, qui digitis attritus, ſuccum emittit ſanguini ſimilem. Unde & nomen habet. Plin. lib. 27. cap. 4.

Androsphinx, ingis. [ἀνδρόσφιγξ] Nomen ab Homine & Sphinge deductum, quod pro Admodum verſipelli, cujuſque ambages diſſolvere ne perſpicaciores quidem poſſint, ſumitur. Budæus Curiam ſic appellavit, ut a qua ſe explicare nulli ſit facile.

Andruare, i. e. Recurrere, a Græco verbo ἀναδρᾶν. Hinc & Drua vocata eſt. Feſtus. V. amtruo.

A N E

Anecdŏtus, i. m. [ἀνέκδοτος] Ineditus. Cic. 14. Att. 17. Librum meum anecdoton nondum perpolivi. Idem 2. Att. 6. abſolute Anecdota ſua dixit.

Aneclogistus, i. m. [ἀνεκλόγιστος] Liber & ſolutus a ratione reddenda, ut Tutores aneclogiſti l. 5. §. 7. ff. de Admin. Tut. V. alogista.

Anellus, V. annulus.

Anemo, Fluvius eſt in octava regione Italiæ, apud Plin. lib. 3. cap. 15.

Anemōne, es, f. [ἀνεμώνη] Herba: de qua ſic Plin. lib. 27. cap. 12. Othone in Syria naſcitur, ſimilis erucæ, perforatis crebro foliis, flore croci: quare quidam anemonen vocaverunt.
Anemonen Nicander ex Adonidis cruore natam prodidit. Theocritus in Bucolicis, lacrymis Veneris Adonidem lugentis prodiiſſe finxit, eique dicavit epitaphium carmine hoc,
Quotque cruoris agit guttas hic cæſus Adonis,
Tot Venus effundit lacrymas: quæ ſingula flores
Ceſpite demittunt: lacrymæ pariunt Anemonen,
Sed cruor ille roſam creat. Flos nunquam ſe aperit, niſi vento ſpirante, unde & nomen accepit. Ejus multæ ſunt ſpecies. Ruell. lib. 2. cap. 107. & Cæl. lib. 19. cap. 4. V. Plin. 21. 11. 16. & 23. Apul. de Herb. cap. 53. V. phenion & adonis.

Anemorea, Homero [Ἀνεμώρεια] Oppidum Phocidis, quod poſtea Anemoleam appellarunt. Strab. lib. 9.

Anemosphoros, [ἀνεμόσφορος] Herba eſt ex naporum generibus, quæ receptiore nomine Bunion appellatur. Galepin.

Anemotis Minerva, [Ἀνεμῶτις Ἀθηνᾶ] i. e. Ventoſa. colebatur in civitate Methone, ubi & templum & ſimulacrum habuit, quod Diomedes dicaſſe fertur, ut Pauſan. docet: dicta, quod ibi dea moleſtum ventum ſedarit. V. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 22.

Anemurium, i. [Ἀνεμούριον] Ciliciæ promontorium, ubi continens Crommyo Cypri promontorio appropinquat ad ſtadia cccl. Strab. l. 14.

Anemytas, [Ἀνεμύτας] apud Tarentinos Aſinus erat qui ventis ſacrificabatur. Etym.

Anenaoetos, Æon hæreticorum. Tertull. adv. Val. cap. 35.

Aneo, ēre. Vetulam fieri, ejus mores imitari, Philox. Gloſſ. γηρᾷ anet. & Flav. Caper. lib. de Orthogr. Sordet, acet, anet, &c.

Anesco, Idem. ibid.

Anerinastus, [ἀνερίναστος] Incaprificatus, proprie de ficu, cui non adhibiti ſunt ἐρινοί, h. e. Caprifici fructus, ut ad maturitatem perveniat. Proverbio dici ſolet in inutilem, & a quo nihil frugis expectandum ſit. de quo Eraſm. in Chil.

Anethematici Tripodes. V. in Æthones tripodes.

Anēthum, [ἄνηθον] Herba boni odoris. Plin. lib. 20. cap. 18. Anethum quoque ructus movet, & tormina ſedat, alvum ſiſtit. V. Columel. 11. 3. Pallad. Febr. t. 24. Apul. de Herb. cap. 121.
Anethum bene olens. Virg. 2. Ecl. 48.
Narciſſum, & florem jungit bene olentis anethi.

Anethātus, a, um, Anetho conditus. ut, Anethatus pullus. Apic. 6. 9. Anethatum jus. Idem 7. 6.

Anethĭnus, a, um. [ἀνήθινος] ut, Unguentum anethinum. Dioſc. 1. 52. Vinum anethinum. Idem 5. 41.

Anĕtĭcus, a, um. [ἀνετικός] Vocab. Medicum, i. e. In remiſſione: ut, Aneticis temporibus, & Per intervalla anethica. Th. Priſcian. 3. 3. & 2. 25. V. Reineſ. Var. Lect. 3. 11.

Anetis, Dea quædam in Armenia. Armeniis autem lex erat ut virgines in fano vetuſtiſſimo & ſanctiſſimo Anetidis deæ proſtituerentur: ubi ipſius ſtatua ex ſolido auro ſita erat, quam Antonius expilavit: quibus emeritis, cujusvis præcipui hominis conjugium ſortiri fas erat, nemine abnuente, aut tale conjugium detrectante. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 24.

Aneurisma, [ἀνεύρισμα] Tumor ex arteriæ dilatatione cauſſam trahens. Fit autem cum vulnerata arteria pellis non ſuperinducitur, ſed ſerpit iterum materia, ac redit eodem. In lib. de Fin. Galen. adſcript. hoc pacto definitur, ἀνεύρισμα eſt Venoſi vaſculi; h. e. venæ, dilatatio, aut ſpiritus materiæ per carnem diſſipatio, quæ deſiliens ſpargitur: ſoletque hæc conſequi, ubi caro eum locum qui eſt circa præciſam arteriam non implevit, ſed vacuum reliquit. Galen. 1. Ther. Sed V. Juniores Chirurgos.

Aneurismus, [ἀνευρισμός] Dilatatio quæ reſeratis arteriis fit cute integra ac conglutinata, Galen. & Paulo teſt.

Anexetastus, [ἀνεξέταστος] Rationibus reddendis, ſive ſubducendis ſolutus. Scæv. in l. 23. §. 2. D. de pecul. legat.

A N F

Anfractus, ûs. m. vel Anfractum, ſive Amfractum, i. n. [περίοδος, ἀνάκαμψις] Sinuoſus quidam reflexus: cujus figuram videmus in teſtis cochlearum, in cochlide, & fere in arietum cornibus. Plin. lib. 11. cap. 37. Convoluta (inquit) in anfractum cornua arietum generi. Varro 6. de L. L. 2. Anfractum eſt ab origine flexum duplici: dictum ab Ambitu & Frangendo. Ab eo leges jubent in directo pedum viii. eſſe: in anfracto xvi. i. e. in Flexu. Nonius 3. 16. Anfractum maſculino genere dici putat: Neutro Accius Euryſace, Super Oceani ſtagna alta patris terrarum anfracta reviſam. Varro Parmenone, Cavo fonte ut quum irrigavit cavata aurium anfracta in ſylvam vocans.
Anfractus, Viarum flexus. Cæſ. 7. Bell. Gall. 46. Oppidi murus ab planitie atque initio aſcenſus, recta regione, ſi nullus anfractus intercederet, mcc paſſus aberat. Cic. 2. de Nat. Deor. 47. Quid enim pulchrius ea figura quæ ſola omnes alias figuras complexa continet? quæque nihil aſperitatis habere, nihil offenſionis poteſt, nihil inciſum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunoſum? Loquitur de figura cœli, quæ ſphærica eſt.
Anfractus annui. Cic. 2. de Legib. 19. Itaque, ut ita cadat in annuis anfractibus, deſcriptum eſto.
Curvi. Claud. in Conſ. Prob. & Olybr. 105.
Anfractus Solis. Cic. in Somn. Scip. 3. Quum ætas tua ſeptenos octies Solis anfractus reditusque converterit.
Anfractus infinitos habere. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Metaphorice, ut Anfractu non longo circumſcripta oratio, ſed ad ſpiritum vocis apto. Cic. in Partit. 21.
Circuitio & anfractus. Cic. de Divin. 127. Jam vero quid opus eſt circuitione & anfractu, ut ſit utendum interpretibus ſomniorum, potius quam directo?
Anfractus judiciorum. Cic. pro Cluent. 159. Et vitam illam tranquillam & quietam, remotam a procellis invidiarum, & hujuſcemodi judiciorum anfractu ſequi maluiſſe.
Anfractus, pro Circuitu. Lucan. lib. 1. 600.
Dumque illi effuſam longis anfractibus urbem
Circumeunt. Loquitur de ſupplicatione in qua populus longo & reflexo ambitu urbem circumibat.
Anfractus littorum flexuoſus. Plin. lib. 3. cap. 1.
Mollis equi levioris. h. e. Circumactio & flexus equi modo hac, modo illac. Valer. 6. Argon. 240.
Torti. Claud. de Sext. Conſ. Hon. 519.
Anfractu blando ſinuoſo littora. Valer. 2. Argon. 452. Blando, i. e. Molli, nec difficili.

Anfractu opaco. Lucan. lib. 4. 160. i. e. Flexu & circuitu umbroso.
Anfractu riparum incurvus Helissos. i. est. Flexu. Stat. 4. Theb.
Immensi. Valer. 7. Argon. 523.

ANFRACTUS, Adj. [περικαμπής] Circum fractus. Varr. 6. de L. L. Ut signum cadens in pectore, quod est terrarum anfractarum visum. Anfracta undique spatia. Ammian. 29. 5.

ANFRAGOSUS, a, um. Gloss. Gr. L. περιοδόσπασ τόπος, Amfragosus locus.

A N G

ANGĂRIA, æ. [ἀγγαρεία] Coactio, servitus. Suid. indicat vocem esse Persicam: quod apud illos regii nuntii ἄγγαροι dicerentur. Unde & qui literas invicem tradunt perferendas (nam certis itinerum spatiis mutabantur) ἄγγαροι dicuntur, quos eosdem ἀστάνδας appellant. Velocius ire credebantur nuntii hujusmodi, quam sit gruum volatus. Deinde translata vox est ad quosvis, qui servorum aut jumentorum ritu onera bajulant. Erasmus & Cælius. Budæus, Apud Persas erat ἀγγαρήιον δρόμημα, cursus pernicissimus equitum, ut scribit Herodotus in octavo. Unde nomen Angariæ & Parangariæ (V. in PARANGARIÆ, ubi huc remittit. H. St.) in libris juris lectitatum manavit. Est enim nomen Persicum: nostrates, postas, quasi positos collocatosque certis in locis & semper in procinctu excubantes appellant. Jacob. Micyll. in med. syl. Angarum, lingua Persarum, servum significare, & operarium scribit. V. Salmas. ad Capitol. in Pio. cap. 12. necnon Stewech. ad Veget. 1. 3. & 2. 8. Usus est ea voce Nigidius Ciceroni æqualis apud Gell. 19. 14. Scribitur & Engaria. V. Scheffer. de Re Vehic. cap. 26. & Pitisci Lex. Antiq. in voce.

Angariarum exhibitio. l. Sunt munera. 11. D. de Vacat. & excusat. muner. Sunt munera, quæ rei proprie cohærent: de quibus neque liberi, neque ætas, neque merita militiæ, nec ullum aliud privilegium jure tribuit excusationem: ut est prædiorum collatio, viæ sternendæ, angariarumve exhibitio, hospitis suscipiendi munus. Meminit & Cæl. l. 18. c. 8.

Angariarum præstatio, & recipiendi hospitis necessitas & militibus, & liberalium artium professoribus inter cætera remissa sunt. Paulus in l. 10. D. de Vacat. & excusat. muner.

ANGARIO, [ἀγγαρεύω] āre. Adigere, compellere, cogere. Peregrinum est verbum. Ulp. in l. Viæ sternendæ. D. de Privil. veter. Nec a contributionibus quæ in possessionibus fiunt, veteranos esse excusatos palam est. Sed & naves eorum angariari posse Ælio Firmo, & Antonino Claro veteranis rescriptum est. V. Panciroll. de Magistr. munic. c. 23. & Beza ad Matth. 5. 41.

ANGARIALIS, e. Theod. Cod. l. 8. tit. 5. Angarialem habere copiam.

ANGARIS, Mons est Idumææ, apud Plin. lib. 5. cap. 13.

ANGELIA, [Ἀγγελία] Mercurii filia, ut apud Pindarum in quodam Olymp. hymno legitur, quod & interpretes notant. V. Cæl. lib. 18. cap. 6.

ANGELICA, Radix vulgo herbariis nota, Laserpitium est Gallicum. Ruell. lib. 3. cap. 52.

ANGELUS, [ἄγγελος] Græca dictio, Latine Nuntium significat usus est hac voce Sen. Epist. 20. Ego angelus Epicuri. V. Lipsium. Nos utimur pro Spiritibus bonis quos Deus ad sui ministerium creavit, eam ob caussam dicti Angeli, quod Deus ad bonos & pios eos mittere consuevit ut illos a malis & periculis conservent. Exempla apud Script. Eclesiast. passim. V. Suiceri Thes.

ANGĔLĬCUS, a, um. ut, Angelicæ excubiæ. Paulin. Epist. 28. p. 1. Carmen angelicum. Alcim. Avit. 1. 190. i. e. Angelorum.

Angelicum metrum Diomedi, celeritate nuntiis aptum.

Angelicus versus numeros & syllabam coarctat hexametro: ut
Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia servas? Fragm. Anonymi Censorino de Die Natali subject.

ANGERONA, [Ἀγγερώνη] Silentii dea, cui sacrificabatur ad diem XII Calend. Januarii, ore obligato obsignatoque simulacrum habebat. Plin. l. 3. c. 5. Angeroniam vocat Macrob. 1. Saturn. c. 10. Divæ (inquit) Angeroniæ pontifices in sacello Volupiæ sacrum faciunt: quam Verrius Flaccus Angeroniam dici ait, quod angores ac animorum sollicitudines propitiata depellat. Masurius adjicit, simulacrum ejus deæ ore obligato atque obsignato in ara Volupiæ propterea collocatum, quod qui suos dolores anxietatesque dissimulant, perveniant patientiæ beneficio ad maximam voluptatem. Julius Modestus, & Festus, Angeronæ deæ sacra a Romanis instituta fuisse dicunt, quum angina omne genus animalium consumeretur: cujus festa Angeronalia dicebantur. V. Pitisci Lex. in vocibus iisd.

ANGINA, V. ANGO.

ANGINA, Funis. V. in ANCHORA, & ANQUINA.

ANGIPORTUS, [στενωπός, στενωπός] Priscianus, a portu compositum tam m. quam n. gen. invenitur, & 2dæ decl. hic Angiportus, & hoc Angiportum, his Angiportis. Sic Plin. in primo Artis Gramm. Ter. quoque in Adel. 4.2.39. Id quidem angiportum non est pervium. Idem Phorm. 5.6.52. Sed hinc concedam in angiportum hunc proximum. Hactenus Priscianus l. 6. Angiportus (inquit Festus) Iter compendiarium in oppido, eo quod sit angustus portus, i. e. Aditus in portum. Varro 4. de L. L. 32. Angiportum & id angustum, ab angendo & portu. Donatus in Adel. Ter. 4. 2. 39. Angiportum, id est, angusta & curva via: quasi anguiportus: ut Angitia, aut anguitia. Alii quod inter portus sit locus angustus. h. e. Inter domos. Nam domos, vel portus, vel insulas veteres dixerunt. Cic. 4. Verr. 41. Ut omnibus in angiportis prædonis improbissimi statuæ ponantur. Idem 1. de Divin. 69. Ex horreis direptum effusumque frumentum vias omnes angiportusque constraverat.

Angiportu. Hor. 1. Carm. 25. 10.
Flebis in solo levis angiportu.

ANGITIA [Ἀγγιτία] vel ut alii legunt ANGUITIA. Æetæ filia, & soror Medeæ, quæ prima Martis remedia contra venena fertur ostendisse. Silius lib. 8. 449.
Æetæ prolem Angitiam mala gramina primam
Monstravisse ferunt, tactuque domare venena. V. Heins. & Drakenb.

ANGLIA, [Βρεττανία] quæ Britannia ab eruditis dicitur; Insula insignis in Oceano, quæ undique a circumfuso mari complexa est, nusquam juncta continenti, sed ab omni orbe nostro divisa: quæ quondam ab albis rupibus, quas mare abluit, Albion dicebatur. Hanc primum Troës incoluerunt, qui Troja disjecta fugerunt excisam patriam, Palladisque oraculo classe in hanc insulam migraverunt, atque gigantes tunc insulam tenentes, multis victos præliis expugnaverunt. Hanc postmodum longo temporum tractu, Saxones, qui sunt illustres Alemanniæ populi, oppressere, agrosque & opes inter legatos Saxonum regina Angela divisit. Atque ut linguæ pariter & gentis memoria in devicta insula sempiterna foret, ab Angela, cujus ductu victa est, Angliam tellurem illam vocaverunt. Quanquam plerique Angliam veluti nostri orbis Angulum, prædicent dictam. Situs ipsius est, ut contra aspectum Galliæ & Hispaniæ sita sit. Ejus ambitus quadragies octies, & septuagintaquinque millibus passuum constat. De hac celeberrima insula V. in Britonum historia, & in dictione BRITANNIA. [Multo verisimilius Angliæ nomen ab Anglis, Germaniæ populo, qui se in occupanda hac insula Saxonibus junxerunt, arcessitur. V. ANGLUS.

ANGLIA NOVA, hodie dicitur Regio Americæ septentrionalis inter Novam Franciam & Novum Belgium, a Richardo Grenvilio detecta Ann. 1585. quam in honorem reginæ Elizabethæ dixerunt VIRGINIAM.

ANGLUS, ANGLICUS, & ANGLICANUS, a, um. Geographis usitæ voces.

Anglorum Germaniæ populorum Tacit. Germ. 40. 2. meminit, quos habitasse ad Albim Ph. Cluv. Germ. Vet. 3. 27. scribit.

ANGO, is, xi, [ἄγχω] ctum, teste Prisciano, quod exolevit, Angere. Proprie significat Præfocare, sive Strangulare, ut author est Diomedes, lib. 1. p. 361. unde & Angina dicta est. Gell. lib. 1. Ea res animum ejus anxit. Lucan. lib. 6. 107. — nec inertibus angitur undis.

Angunt oculos spongiarum stirpes præfractæ, & quasi excæcant, nec patiuntur asparagum emittere. Columel. lib. 11. cap. 3.

Ardeolæ in coitu anguntur. Plin. lib. 10. cap. 60.

Angi (ἀδημονεῖν) per metaphoram, est Dolere, aut Cura, aliave animi ægritudine premi, torqueri, cruciari. Cic. 1. Att. 15. Multa sunt enim quæ me sollicitant, anguntque. Idem de Senect. 66.

Angere sese animi. Plaut. Epid. 3. 1. 6.

Angi aliqua re, ut animo, curis, &c. Cic. 16. Fam. 14. & de Clar. Orat. 4.

Angere aliquem incommodis. Plaut. Casin. 2. 1. 11.

Incommodis angi. Cic. in Læl. 10. Suis autem incommodis graviter angi, &c.

Angebatur ad impensas regis animus. Liv. 1. ab Urbe.

Angi de re aliqua, i. e. Ob, sive Propter. Cic. 2. Att.

ANGŎR, ōris. m. [ἀδημονία] Cic. 4. Tusc. 18. Angor, est Ægritudo premens. Festus, Angor, i. e. Animi vel corporis cruciatus proprie a Græco συνάγχη, i. e. Strangulatione dictus. Unde & Faucium dolor, Angina vocatur. Cic. 1. de Fin. 49. Sic robustus animus & excelsus omni est liber cura & angore, quum & mortem contemnit.

Angor me afficit de. Lucret. lib. 3. 865.
— nec jam de illis nos afficit angor.

Capere angorem. Cic. in Læl. 48. Quamobrem angor iste qui pro amico sæpe capiendus est, &c.

Confici angoribus. Cic. 2. Att. 37.

Dedere sese angoribus. Cic. 2. Off. 2.

Dissolvit se animus angore. Lucret. lib. 3. 916.

Implicatus angoribus & molestiis. Cic. 5. Tusc. 3.

Levandi angoris & doloris causa aliquid perscribere. Cic. lib. 6. Epist.

Levare curam & angorem animi sermone. Cic. 1. Att. 15.

Vacuitas ab angoribus. Cic. 1. Off. 73.

Angor, pro Angina. Plin. l. 8. c. 27. Pantheras perfricata carne aconito (Venenum id est) barbari venantur. Occupat illico fauces earum angor: quare Pardalianches id venenum appellavere quidam. Angor, i.e. Angina.

ANGĪNA, æ. f. [συνάγχη, κυνάγχη] Genus morbi ... quo fauces anguntur ac strangulantur: alio nomine Tonsillæ. Medicorum vulgus *Squinantiam* vocat, quum Hippocrates ac Galenus Synanchen appellarint. Plin. l. 20. c. 1. Illitum anginas & arterias cum melle & oleo vetere sanat. Plaut. Trin. 2. 4. 13. Sues moriuntur angina acerrime. conf. Most. 1. 3. 60.

Anginam vinariam habere dicuntur, qui vino suffocantur. Festus.

Anginæ perunguntur intus palimpissa liquida. Plin. lib. 24. cap. 7.

Ad anginas utuntur herbarii polygono. Plin. lib. 23. cap. 12.

Abolet anginas mænarum salsarum ex capitibus cinis ex melle illitus. Plin. lib. 32. cap. 8.

Adversatur anginæ pix. Plin. lib. 24. cap. 7.

Adversus anginas succo præcipuo. Plib. lib. 24. cap. 19.

Curari anginam eximie tradunt herba proserpinaca. Plin. l. 27. c. 12.

Finita est si subito in pulmonem id malum transit. Cels. l. 2. c. 7.

Discutiunt anginas violæ ex aqua potæ. Plin. l. 21. c. 19. & 23. 2.

Gargarizatur laser in angina. Plin. lib. 22. cap. 23.

Hebetant anginam nuces juglandes cum ruta & oleo. Plin. l. 23. c. 8.

Illini efficacissime anginam tradunt hominis sanguine ex quacunque parte emisso. Plin. lib. 28. cap. 4.

Medetur anginis suum. Plin. lib. 25. cap. 5.

Pollet efficacissime contra anginas herba quæ gignitur supra fimeta ruris. Plin. lib. 24. cap. 19.

Angina toto anno non periclitari, si quis pullum hirundinis ederit. Cels. lib. 4. cap. 4.

Prodest anginis omphacium. Plin. lib. 23. in præfat.

Profuisse contra anginas oxymeli calidum gargarizatum fatentur. Plin. lib. 23. cap. 2.

Salutaris est contra anginas herba quæ vocatur Britannica. Plin. l. 25. c. 3.

Suum anginas sanat peculiariter sideritis. Plin. lib. 26. cap. ult. ad fin.

Sedat anginas anisum cum melle & hyssopo ex aceto gargarizatum. Plin. lib. 20. cap. 17. Sic lib. 32. cap. 4.

Strangulari angina. Cels. lib. 2. cap. 10.

Succurritur anginis citissime felle anserino cum elaterio & melle. Plin. lib. 30. cap. 4.

Utile est contra anginas misy. Plin. lib. 34. cap. 12.

Utilissimum anginis est mel. Plin. lib. 22. cap. 24.

ANGONES, [ἄγγωνες] Tela magnitudinis mediæ. De his sic Agathias apud Cæl. l. 18. c. 21. Francis (inquit) tela sunt, quæ angonas vocant ipsi, quibus res magnas ubi opus fuerit gerunt: eorum pars major obducta ferro est: in parte superna, circa ferri aciem ipsam, recurvæ extant utrinque, tanquam hami, laminulæ quædam arcuatæ præacutæque, sed pronæ ac in ima reclinatæ.

ANGRUS, [Ἄγγρος] Fluvius est ex Illyricis, versus Boream fluens. Herod. lib. 4. Quin ex Illyricis in Aquilonem tendens Angrus, planitie Triballiam interfluens, Brongum intrat: Brongus iste, Istrum.

ANGUĬS, ANGUESCO, ANGUICOMUS, ANGUICULA, ANGULUS, ANGUIFER, & ANGUIGENA. V. ANGUIS.

ANGUILLA, æ. f. [ἔγχελυς] Piscis: de quo sic Plin. lib. 9. c. ... Anguillæ atterunt se scopulis, ea strigmenta vivescunt, nec ali... procreatio. Et sine mare subeunt tamen sunt fluviatiles. Buleng. de ... 11. 30.

Anguillis binæ pinnæ vice pedum. Plin. lib. 9. cap. 20.

Non fluitant anguillæ exanimes. Plin. lib. 9. cap. 21.

Pascuntur noctibus anguillæ. Plin. ibid.

Anguillæ exemptæ aquis diutius vivunt. Plin. lib. 9. cap. 57.

Anguilla est, elabitur. Plaut. Pseud. 2. 4. 57. Dictum per metaphoram. Qua figura etiam dicunt Anguillam cauda tenere, in eos scil. qui lubrica sunt fide. V. Chil. V. & Luciani Timona p. 114.

Anguillis crassius tergus, eoque verberari solitos tradit Verrius prætexatos. Plin. 9. 23. Ubi Harduinus laudat Isidor. in Gloss. 5. 27. Anguilla est, qua coercentur in scholis pueri, quæ vulgo Scutica dicitur.

ANGUILLARIUM, ii. e. Locus ubi anguillæ abundant. Cathol.

ANGUILLARIUS, Adj. ut, Anguillarius lacus, in quo aluntur anguillæ. Procul. in l. Rutilia Polla D. de contrah. empt. V. ANGULARIUS.

ANGUIS, is. [ὄφις] abl. e vel i. tam m. quam f. gen. sæpius tamen m. Est autem Serpentis genus vulgo notum.

De masc. Plaut. Amph. Devolant angues jubati deorsum in impluvium duo. Virg. 3. Ecl. 93.

Frigidus, ô pueri fugite hinc, latet anguis in herba.

Servius: Angues, aquarum sunt: Serpentes, terrarum: Dracones, templorum. Idem, Delubra ad summa dracones. Sed hæc significatio plerunque confunditur.

De fœm. Varro Atacinus, ap. Non. 3. 9.

Cujus ut aspexit torta caput angue revinctum.

Val. Max. lib. 1. cap. 6. Subito ab una parte aræ prolapsam anguem prospexit: qua visa, &c. Tacit. 11. Ann. 11. Unam omnino anguem in cubiculo visam narrare solitus est.

Angue & angui. Stat. Angue ter excusso. Hor. 1. Epist. 17. 30.

Alter Mileti textam cane pejus & angui
Vitabit chlamydem.

Priscianus.

Aliger anguis. Valer. 1. Argon. 224.
Ater. Ovid. 4. Met. 453.
Atrox. Stat. lib. 6. 156.
Avidus. Ovid. in Ibin, 288.
Cœruleus. Virg. 4. Georg. 482.
Cristatus. Sen. Herc. fur. 4.
Cristis præsignis. Ovid. 3. Met. 32.
Ferus. Ovid. 11. Met. 56.
Frigidus. Virg. 3. Ecl. 93.
Gorgonius. Ovid. 3. de Arte Am. 504.
Intortus capillis Eumenidum. Hor. 2. Carm. 13. 36.
Lethifer. Stat. 5. Theb. 628.
Lubricus. Virg. 5. Æn. 84.
Lucidus. Virg. 1. Georg. 205. De Sidere.
Maculosus. Virg. 3. Georg. 427.
Martius. Ovid. 3. Met. 32.
Minax. Stat. 4. Theb. 96.
Purpureus. Claud. 2. in Ruff. 177. de Dracone militari signo.
Salutifer. Stat. 3. Sylv. 4. 25.
Squalens. Sil. Ital. lib. 13.
Squameus. Virg. 2. Georg. 154.
Terribilis. Ovid. 3. Amor. 6. 14.
Teter. Claud. Laud. Herc. 42.
Tortus. Ovid. 2. Met. 138. & Virg. 3. Georg. 38.
Torvus. Virg. 6. Æn. 571.
Trux. Ovid. 4. Trist. 7. 14.
Tumidus. Ovid. 5. Trist. 2. 14.
Venenatus. Ovid. in Ibin, 481.
Venenosus. Ovid. in Philom.
Viridis. Claud. 2. in Eutrop. 186.

Anguis abundat spumatu. Papinius. Sylv. 1. 4. 102. —quoque anguis abundat Spumatu. De saliva anguium Æsculapii intelligendum, qui lingendo ægros sanabant sua spuma. Meminit Aristophanes. Turneb.

Emersit anguis ab infima ara. Cic. 1. de Divin. 73.

Anguium senectus [γῆρας ὄφεως] est Anguium sese verno tempore exspoliantium pellis & exuvium. Diosc. lib. 2. cap. 17. Senectus anguium (inquit) in vino decocta, dolori aurium, infusu: & dentium, collutione, auxilio est. De hac differit Arist. lib. 8. de Hist. Animal. c. 17. & Galen. lib. 11. Simplic.

Angues senectutem exuunt, eamque protinus devorant. Plin. l. 8. c. 31. Utitur sæpius eadem voce, ut 29. 6. V. Indicem Hard.

Anguis hiberno situ membrana corporis obducta, fœniculi succo impedimentum illud exuit, nitidusque vernat. Plin. lib. 8. cap. 27.

ANGUEUS, a, um. ut visentibus procul Angueos lapsus mentiatur. Solin. cap. 24. Vulg. 37. de Libyæ æstuario.

ANGUESCO, ĕre. i. e. Anguium ritu juvenescere. Tertull. de Pall. c. 3. Serpente pastus veneno anguescit in juventutem. Ita Scaliger. pro Languescit, Sed nihil mutandum contendit Salmas.

ANGUĬCŌMUS, a, um. [δρακοντόκομος] Angues loco crinis habens. Ovid. 4. Met. 698. Gorgonis anguicomæ.

ANGUĬCŬLUS, [ὀφίδιον] dimin. ab Angui. Cic. 5. de Fin. 15. Serpere anguiculos, nare anaticulas.

ANGUICULA, Græce ὄφις dicta, Ornamentum junctarum manuum apud Pollucem lib. 5. cap. 16. V. OPHIS.

ANGUĬFER, Subst. [ὀφιοῦχος] Sidus est cœleste: de quo sic Columel. lib. 11. cap. 2. Anguifer qui a Græcis dicitur ὀφιοῦχος, mane occidit, tempestatem significat. V. ANGUITENENS.

ANGUIFER, a, um. Adj. Angues ferens, ut Anguifera cauda Cerberi. Sen. Herc. fur. 812.

Anguifera domus. Stat. 2. Sylv. 2.

Anguifera Lerna. Stat. 2. Sylv. 1. 181.

Anguiferum caput. Prudent. Hamart. 131.

ANGUIGĔNA, æ. [ὀφιογενὴς] Ovid. 3. Met. 531.

Quis furor anguigenæ, proles Mavortia, vestras
Attollit mentes?

i. e. Aufert. Verba sunt Penthei conantis deterrere Thebanos a sacrificiis Bacchi celebrandis. Thebanos autem vocat Anguigenas, & prolem Mavortiam, quod a draconis dentibus, qui in tutela Martis erat, originem ducant; ut lib. 7. Met. fabulatur Ovid.

ANGUIGENÆ. [ὀφιογενεῖς] Populi quidam non procul ab agro Priapensi, quos antiqui finxerunt cognationem quandam cum serpentibus habere. Proditum enim est mares serpentum morsibus remedio esse, si eos continuo attigerint, quemadmodum incantatores, ac primo livorem transferre, postea tumorem ac dolorem sedare. De his plura apud Strab. l. 13.

ANGUINEUS, Adj. [ὀφιεῖος] ut, Pellis anguinea.

Anguineus cucumer, dicitur a Columel. lib. 2. cap. 9. 8. i. e. Oblongus, & ad anguis similitudinem contortus. Erraticus Plinio dicitur, lib. 20. cap. 2.

Anguineæ comæ Medusæ. Ovid. 4. Trist. 7. 11.

Capillus Eumenidum. Catul. in Argon. 65. 193.

ANGUĪNUS, [ὀφιώδης] aliud Adj. ut, Anguina cervix. Cic. 2. de Divin. cap. 64. extr.

Anguina vernatio, pro Pelle quam verno tempore angues exuunt. Plin. lib. 30. cap. 3.

ANGUINUM, Subst. Plin. lib. 29. cap. 3. Angues innumeri æstate convoluti, salivis faucium corporumque spumis, artifici complexu glomerantur: Anguinum appellatur.

ANGUĬMĂNUS, [ὀφιόχειρος] Anguimani vocati sunt elephantes: quia proboscis eorum, quæ manus vocatur, in omnem partem anguium more, facile flectitur & vertitur. Lucret. lib. 5. 1302.

Anguimanos belli docuerunt vulnera Pœni
Sufferre, & magnas Martis turbare catervas.

Idem lib. 2. 536.

Sic uti quadrupedum cum primis esse videmus
In genere anguimanos elephantos.

adde Lactant. de Opif. Dei cap. 5. sub fin. V. MANUS.

ANGUĬPĔDES, [ὀφιόποδες] a poetis dicti sunt Gigantes, quasi Loripedes: propterea quod pedes tortuosos habuisse finguntur, sicut angues sese tortuosos faciunt. Ovid. 1. Met. 184. [Immo Anguineis pedibus ferebantur. V. Apollodor. l. 1. Macrob. Sat. 1. 20. Nonni Dionys. l. 2. a princ. de Typhœo.

ANGUĬTĔNENS, entis. [ὀφιοῦχος] Sidus cœleste, quod & Anguifer dicitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 42. Atque hæc quidem a tergo: propter caput autem anguitenens,

Quem claro prohibent ὀφιοῦχον nomine Graii:
Hic pressu duplici palmarum continet anguem.

Dicitur & Serpentarius. V. Hygin. Poët. Astr. 2. 14. & 3. 13.

ANGUĬTIA, V. ANGITIA.

ANGŬLUS, [γωνία] est Magnitudo in communi sectione terminorum: ut Superficiarius in communi sectione linearum quibus terminatur: ut Solidus, in communi sectione superficierum quibus terminatur. Vide Euclid. 8. d. 1. & 11. d. 11. Angulus dictus est (ait Varro 1. de L. L.) quod in eo locus angustissimus sit cujus loci is est angulus. Vel dicitur ab eo quod est ἐγγὺς, i. e. prope: quia ex diverso coacta, faciunt anguli formam. Festus.

Angulum mihi aliquem eligas provinciæ, reconditum ac derelictum. Cic. 5. Verr. & 2. in Catil. 8.

Devius angulus. Claud. 2. de Laud. Stil. 179.

— quis devius esset
Angulus, aut regio, quæ non pro numine vultus
Dilectos coleret.

Extremus. Ovid. 13. Met. 883.
Intimus. Hor. 1. Carm. 9. 22.
Obtusus. Lucret. lib. 4. 356.

Angulis nihil incisum habens figura. Cic. 2. de Nat. Deor. 47.

Ad omnes literarum angulos aliquem revocare. Cic. pro Cæcin. 84.

Anguli oculorum bini sunt, uni ad nares: alteri ad tempora pertingunt. Ex Plin. lib. 11. cap. 37.

Translate in Angulo, i. e. in Occulto esse, ut Plato in Gorgia βίον βιῶναι ἐν γωνίᾳ. Vitam in angulo degere. Ita Cic. 1. de Orat. 13. Ut de his rebus omnibus in angulis consumendi otii causa differant. V. Interprett. ad Actor. 26. 26.

Pro Secessu usurpavit Hor. 2. Carm. 6. 14.

Ille terrarum mihi præter omnes
Angulus ridet.

ANGELLUS, dimin. [γωνίδιον] Parvulus angulus. Lucret. lib. 2. 428. Angellis prostantibus. Quidam legunt Angūlis: alii Angululis.

ANGULĀRIS, Adj. [γωνιαῖος] est Quod undique angulos habet, cujusmodi est Forma quadrata, aut triangularis. Cato de R. R. cap. 14. Pilas ex lapide angulari. i. e. Quadrato, ut existimat Budæus.

Angulares ordines. Columel. lib. 5. cap. 3. Extremos ordines, quos vocant angulares. De mensura agrorum loquitur.

ANGULARIS, is. Vasis coquinarii genus, a forma angulari sic dict. apud Apic. 5. 3. 6. & 7. 4.

ANGULARIUS, Adj. pro Angularis. i. e. Quadratus, vel Triangularis. Procul. in l. 69. D. de contrah. empt. Rutilia Polla emit lacum Sabatenem angularium, & circa eum pedes decem. [Anguillarium. Haloand. Vid. Cellar. N. O. A. 2. 9. 2. 200.

ANGULO, āre. Apud Fortunat. lib. 4. Carm. Passive Ambrosius Epist. 42. Tom. 3. Op. f. 144. de serpente; Tortuosis angulatur anfractibus.

ANGULĀTUS, [γωνιατὸς] Adj. Cic. 1. de Nat. Deor. 66. Esse corpuscula quædam lævia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata. conf. Lactant. de Ira Dei 10. 8.

ANGULATIM, Adv. Apul. 3. Met. p. 130. Idem 9. p. 237. Sidon. 7. Epist. 9.

ANGULATILIS, e. Auth. de Limit. Goes. p. 303. [Imo Quatuorangulatilis, voce composita.

ANGULŌSUS, [γωνιώδης] aliud item Adj. i. e. Plurimos habens angulos. Plin. lib. 37. cap. 12. Figura oblonga maxime probatur, deinde quæ vocatur lenticula, postea cycloeides & rotunda, angulosis minima gratia.

Angulosa hæderæ folia rotundantur. Plin. lib. 16. cap. 23.

Angulosi recessus maris Ægæi. Plin. lib. 4. cap. 4.

Angulosus urbis procursus. Plin. lib. 5. cap. 10.

ANGUSTUS, Adj. [στενὸς] ab Angulus, inquit Perottus: h. e. Arctus, quod anguli semper coarctentur: sive (quod improprie dicitur) Strictus. ut, Angusta domus. Cic. 1. de Fin.

Angustioribus foliis herbæ. Plin. lib. 13. cap. 21.

Angustum & Latum, contraria. Cic. 4. Acad. 92.

Aditus angusti. Virg. 4. Georg. 35.

Animi angusti & parvi est, amare divitias. Cic. 1. Off. 68.

Animi angusti & demissi est, triumphi honorem contemnere. Cic. in Pison.

Aqua angusta. Ovid. 3. Trist. 10. 42. de Freto.

Clavus angustus, Equestris ordinis erat: ut, Latus clavus Senatorii: quod

quod sic confirmat Lampridius in Alex. c. 27. Tum satis esse constituit, ut Equites Romani a Senatoribus clavi qualitate discernerentur. Addam & Paterculi testimonium de Mæcenate, qui in Equestri ordine semper mansit, sic scribentis, Quippe vixit angusto clavo pene contentus, nec majora consequi potuit, sed non tam optavit. l. 2. c. 88. V. mox ANGUSTICLAVIUS & infra CLAVUS.
Dies angusta. Stat. 1. Theb.
Differentia angusta. Plin. lib. 21. cap. 5.
Disputationibus angustis & concisis illigari. Cic. 2. de Orat. 61.
Fauces angustissimæ. Cæs. 1. Bell. Civil. 25.
Habenis angustis equum compescere. Tibull. lib. 1. 4. 11.
Interrogatiunculis angustis pungere. Cic. 4. de Fin. 7.
Littus angustum. Virg. 3. Æn. 419.
Mensa. Sen. Thyest. 5. Tutusque mensa capitur angusta cibus.
Nox. Ovid. 3. Amor. 7. 25.
Odoris angusti rosa. Plin. lib. 21. cap. 4. i. e. non late se spargentis.
Oratio angusta. V. COLLATO.
Pauperies angusta. Hor. 3. Carm. 2. 1.
　Angustam, amici, pauperiem pati
　Robustus acri militia puer
　Condiscat.
Pace angusta frui. Ovid. 2. de Ponto, 5. 18. emend. codd. Angusta.
Pectore angusto ingentes animos versant apes, ait Virg. 4. Georg. 83.
Rebus angustis. Hor. 2. Carm. 10. 21. i. e. Adversis.
　Rebus angustis animosus atque
　Fortis appare.
Saxum angustius. Lucan. lib. 8. 862.
Semitæ angustissimæ. Cic. 2. de Lege Agr. 95.
Temporis angusti mansit concordia discors. Lucan. lib. 1. 98.
Umbræ imum angustissimum. Plin. lib. 2. cap. 11.
Adducere in angustum. Cic. de Amicit. 20. Contracta res & adducta in angustum.
Claudi in angustum. Ovid. 13. Met. 407.
Concludi in parvum & angustum locum. Cic. 1. Off. 53.
Contrahere, in angustumque concludere perturbationes animi. Cic. 4. Acad.
In angustum oppido nunc meæ coguntur copiæ. Ter. Heaut. 4. 2. 2.
Tenuari in angustam subtilitatem venas, adeo ut sanguis penetrare non possit, tradit Plin. lib. 11. cap. 37.
In angustum venire. Cic. pro Planc. 54.
In angusto noxa est. Cels. lib. 8. cap. 4. Si in angusto noxa est, duo: si latius patet, tria.
Angusta viarum. Virg. 2. Æn. 332. Ubi Servius, Angusta viarum, Vicos angustos: ut est, Et strata viarum. Tacit. 4. Hist. 35. Qui pontes & viarum angusta insiderent.
Angustus, pro Paupere: ut Legatarius angustus, in l. penult. D. de Usu habitation.

ANGUSTE, Adv. Arcte: sive (ut ita dicam) Stricte: ut Anguste sedere, apud Macrob. 2. Saturn. 3.
Angustius diffunduntur radices. h. e. Minus late diffunduntur. Varro 1. de R. R. cap. 37.
Anguste uti aliqua re. Cæs. 3. Bell. Civil. 16. Ad rem frumentariam expediendam, qua anguste utebatur.
Anguste scriptum. i. e. Tenuiter, arcte, exiliter: cui contraria sunt, Late, diffuse, copiose. Cic. pro Muren.
Brevius & angustius concludere; cui contrarium est, Uberius & fusius disputare. Cic. 2. de Nat. Deor. 20.
Anguste & exiliter dicere, est Atticorum. Cic. de Clar. Orat. 288.
Presse & anguste rem definire. Cic. in Orat. 117.
Angustius pabulari, est Minus habere spatii locorum ad pabulandum: veluti quum milites ita premuntur ab hostibus, ut late pabulatum ire non liceat. Cæs. 1. Bell. Civil. 59.
Ut angustissime Pompeium contineret. i. e. Ut eum premeret atque arctaret intra angustos limites. Cæs. 3. Bell. Civil. 45.

ANGUSTICLAVIUS, Dignitatis nomen, Equestri ordini conveniens: ut Laticlavius Senatorio. Hinc patrem suum tribunum angusticlavium fuisse Othoniano bello Suetonius dicit, Oth. cap. 10. V. CLAVUS & paulo supra in ANGUSTUS.

ANGUSTO, [στενόω] āre. Angustum seu Arctum facere. Lucan. l. 5. 233.
　Qua maris angustat fauces saxosa Caristos. Sen. in Consolat. ad Albinum. Si desiderabit servorum turbam, quæ domum quanvis magnam angustet.

ANGUSTANS, [στενῶν] atus, & andus. Partic. Catul. Argon. 65. 357.
　Cujus iter cæsis angustans corporum acervis. Cic. in Somn. Scip. 15. Omnis enim terra quæ colitur a vobis, angustata verticibus, lateribus latior. Plin. lib. 17. cap. 8. Puteis ore angustatis. Sen. de Tranquil. vitæ, lib. 1. cap. 8. Angustanda certe patrimonia sunt, ut minus ad injurias fortunæ simus expositi.

ANGUSTIA, æ. [στενότης, στενοχωρία] frequentius pl. ANGUSTIÆ, arum. Sunt Loca adeo angusta & difficilia, ut vix transiri queant: quales sunt viæ in quibusdam montibus. Cæs. 5. Bell. Gall. cap. 49. Castra angustiis viarum quam maxime potest, contrahit.
Angustiæ locorum. Ulp. l. 2. §. ult. D. Quemad. testam. aperiant.
Angustia orationis. Cic. 2. de Nat. Deor. 26. Angustia autem conclusæ orationis non facile se ipsa tutatur.
Angustia ærarii, Quum pauca admodum pecunia esset in ærario. Cic. 2. de Lege Agr. 36. Sic, Angustiæ pecuniæ publicæ, Idem 14. Fam. 29.
Rei familiaris angustia. Cic. in Partit. 112.
Ex suis angustiis, alterius sustentare tenuitatem. Cic. 16. Fam. 21.
Pectoris angustiæ. Cic. in Pison. 24. Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna majestas Consulis: non capiunt angustiæ pectoris tui, non recipit levitas ista, non egestas animi, non infirmitas ingenii sustinet, non insolentia rerum secundarum tantam personam tam gravem, tam severam.
Angustiæ & fauces. Cic. 2. de Lege Agr. 26. In angustiis atque faucibus Græciæ Corinthus est posita. Isthmi periphrasis.
Angustiæ temporum, Ubi difficilia, & quasi maligna sunt tempora aut propter bella, aut famem & rerum penuriam, aliudve incommodorum genus. Cic. 1. de Orat. 3. Sed tamen in his vel asperitatibus rerum, vel angustiis temporis, obsequar studiis nostris. Idem 3. Verr. 148. Diem præstituit operi faciundo Calend. Decemb. locat circiter Idus Septemb. angustiis temporis excluduntur omnes. Hoc ad temporis brevitatem referendum.
Angustia temporis, dicitur etiam singulariter. Paul. in l. Non enim. D. ex quib. caus. major.
Verborum angustiæ. Cic. pro Cæcin. 84. Et me ex hoc (ut ita dicam) campo æquitatis: ad istas verborum angustias, & ad omnes literarum angulos revocas.
Angustiæ etiam dicuntur, Quum quis tantis difficultatibus premitur, ut nesciat quo se vertere debeat. Cic. de Fato 17. Angustiis urgeri.
Adductus in summas angustias. Cic. pro Quint. 19.
Angustia videtur dictum pro Angore a Vopisco. V. in FAMILIARIS. H. St.

ANGUSTĬTAS, [στενότης] Vetustum nomen pro Angustiis. Accius Alphesibœa, Sed angustitatem inclusam ac saxis squalidam. Idem in Pæona, Saxum id facit angustitatem. Nonius 2. 38.

A N H

ANHĒLO, [ἀσθμαίνω, ἰσθμαίνω] āre. ex Am & Halo compos. m in n mutata. Est quum ex cursu, aut alio quovis labore vehementi, crebris quasi singultibus spiratur ac respiratur. Columel. lib. 2. cap. 3. Sed ante ad præsepia boves relegari non expedit, quam sudare atque anhelare desierint. Ovid. de Rem. Amor. 394.
　Principio clivi noster anhelat equus.
Anhelare, pro Emittere. Cic. 2. de Nat. Deor. 111.
　Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans.　De Capricorno loquitur.
Amnis anhelat vapore. Plin. lib. 5. cap. 9. Phialam appellari fontem ejus, mergique in cuniculos ipsum amnem, vapore anhelantem, fumidis cautibus ubi conditur.
Anhelans campus. Stat. 11. Theb. 17.
　— & anhelantem cœlesti sulphure campum.　h. e. Odoris vaporem sulphurei exhalantem post vibratum e cœlo fulmen. Virg. 5. Æn. 254.　Acer anhelanti similis.
Anhelare prælium. h. e. Anhelitum ducere frequentiorem præ lassitudine contracta in prælio. Stat. 11. Theb. 7. de Jove,
　— Phlegræ seu fessus anhelet
　Prælia, & Encelado fumantem impresserit Ætnam.
Anhelare scelus, per translationem. Cic. 2. in Catil. 1. Tandem aliquando, Quirites, Catilinam furentem audacia, scelus anhelantem, pestem patriæ nefarie molientem, &c. h. e. Ad scelus omni conatu aspirantem. Author ad Herenn. lib. 4. 68. Anhelans ex infimo pectore crudelitatem.

ANHELATUS, Partic. Ovid. 12. Epist. 15.
　Isset anhelatos non præmedicatus ad ignes.
Anhelata verba. Cic. 3. de Orat. 38. Nolo exprimi literas putidius, nolo obscurari negligentius, nolo verba exiliter exanimata exire, nolo inflata & anhelata gravius. Sil. lib. 14. 380.

ANHELANTER, Adv. Cum anhelitu; item Festinanter, cupide. Ammian. 16. 15. (Vales. 10.) Anhelanter avido flatu. ita Lindenbrogius aliique legunt.

ANHELATOR, ōris. m. [ἀσθματικός] Suspiriosus: quod vitium consistit in spirandi difficultate. Plin. lib. 22. cap. 23. Anhelatoribus, & in tussi vetusta cum porro ex aceto datur.

ANHELATIO, ōnis. f. [ἄσθμα] Spirandi difficultas. Plin. l. 21. c. 21. Prodest & orthopnoicis, & anhelationi. Idem lib. 23. cap. 1. Anhelationibus, luxatis, in succida lana impositum. V. Harduin.

ANHĒLĬTUS, ûs. m. [ἆσθμα] Ipse spiritus anxie actus.
Æger anhelitus. Virg. 5. Æn. 432.
　— vastos quatit æger anhelitus artus.
Aridus. Ovid. 10. Met. 663.
　Aridus a lasso veniebat anhelitus ore.
Creber. Virg. 5. Æn. 199. — tum creber anhelitus artus
　Aridaque ora quatit.
Sublimis. Hor. 1. Carm. 15. 31.　Sublimi fugies mollis anhelitu.
Captare anhelitum. Ovid. 4. Met. 72.
Movere anhelitus. Cic. 1. Off. 131. Ne in festinationibus suscipiamus nimias celeritates: quæ quum fiunt, anhelitus moventur, vultus mutantur.
Recipere anhelitum. Plaut. Epid. 2. 2. 21.
Reddere & recipere anhelitum. Plin. lib. 9. cap. 7. Nec piscium branchias habentes, anhelitum reddere, ac per vices recipere existimant.
Anhelitus terrarum, Spiritus vehementer impulsus. Cic. 1. de Divin. 114. Credo etiam anhelitus quosdam fuisse terrarum, quibus inflatæ mentes, oracula funderent.
Anhelitus vini, Spiritus fœtidus, crebro eructatus ex nimia vini potatione. Cic. Post red. in Senat. 15. Non te illius unguentorum odor, non vini anhelitus, non frons calamistri notata vestigiis, in eam cognitionem adducebat?

ANHĒLUS, Adj. [ἀσθματικός] Quicquid anhelat. Virg. 2. Georg. 135.
　— & senibus medicantur anhelis. i. e. Suspiriosis. Idem 12. Æn. 790. — Martis anheli. i. e. Belli, quod anhelos sive anhelantes facit. Idem 1. Georg. 250.
　Nosque ubi primus equis oriens afflavit anhelis.　Ubi Servius; Anhelis, Cursu anhelantibus.
Febres anhelæ. Ovid. 1. de Ponto, 10. 5.
Sitis anhela. Lucret. lib. 4. 873.
Tussis anhela ægros quatit sues. Virg. 3. Georg. 497.

ANHȲDROS, i. m. [ἄνυδρος] Herba, notiori nomine Narcissus. Apul. de Herb. cap. 55. In Lugd. cod. Anæydros editum.

A N I

ANIATROLOGĒTOS, [ἀνιατρολόγητος] dicitur Rationis medicæ imperitus. Vitruvius, Neque vero debet, nec potest architectus esse grammaticus velut Aristarchus, sed non agrammatos: nec musicus ut Aristoxenus, sed non amusos: nec pictor ut Apelles, sed graphidos non imperitus: nec plastes quemadmodum Myron seu Polycletus, sed rationis plasticæ non ignarus: nec denuo medicus ut Hippocrates, sed non aniatrologetos: nec in cæteris doctrinis singulariter excellens, sed in his non imperitus. Ex Budæo. V. Baldi Lex. Vitruv. p. 8.

ANICĒTUM, i. V. ANISUM.

ANICHIA, [Ἀνιχία] Oppidum est Græciæ juxta Cephissum amnem. Plin. lib. 4. cap. 7. [Sic extat in corruptis Plinii codd. Sed vera lectio Anchoa. V. Hard.

ANICIUS, ii. m. Nom. gent. Rom. Hujus nominis plures claruisse ex Cicerone aliisque constat. In his Anicius Ædilis curulis de quo Plin. 33. 1.

ANICIANUS, a, um. Adj. ut Anicianæ lapicidinæ. Plin. 36. 22. Aniciana lectica. Cic. 2. Q. frat. 10. Aniciana pyra. Columel. l. 5. c. 10.

ANICULA, ANICULARIS. V. ANUS.

ANIEN, V. ANIO.

ANIENSIS Tribus. Cic. pro Planc. 54. Et 8. Fam. 8. V. TRIBUS.

ANIENUS Deus, qui Anieni præest, ut Tiberinus qui Tiberi. Stat. 1. Sylv. 3. 70.

Illis ipse antris Anienus fonte relicto
Nocte sub arcana glaucos exutus amictus. Sic enim legendum censet Turnebus, non Anieni, neque Anien.

ANIGRIADES vel potius Anigrides Nymphæ, [Ἀνιγρίδες νύμφαι] ab Anigro flumine nuncapatæ, test. Strab. & Pausan. in Eliac. Anigridum nympharum in Samico specus fuit, haud procul a flumine Anigro, in quem ingressi vitiliginibus laborantes, hujuscemodique cæteris morbis, si nymphis his sacra spopondissent, Anigrumque fluvium innatassent, sanabantur. De his plura apud Pausan. V.

ANIGRUS, [Ἄνιγρος] Fluvius Thessaliæ, in quo Centauri ab Hercule vulnerati laverunt vulnera sua: quamobrem quum primo habuisset aquas dulces atque potabiles, habuit postea fœtidas atque turpes. Pausan. l. c. Ovid. 15. Met. 282.

ANILIS, ANILITAS, ANILITER. V. ANUS.

ANĬMA, [ψυχὴ, πνεῦμα] ut ait Nonius, est secundum consuetudinem, Spiritus quo vivimus. Virg. 4. Georg. 238.

— animasque in vulnere ponunt. Idem Nonius alio loco, Animus, est quo sapimus: Anima, qua vivimus. Accius Epigon. Sapimus animo, fruimur anima: sine animo anima est debilis. Cic. 1. Tusc. 19. Animum autem alii animam, ut fere nostri declarant nominari; nam & Agere animam, & Efflare dicimus: & Animosos, & Bene animatos, & Ex animi sententia. Ipse autem Animus ab Anima dictus est. Anima, dicta est a nomine Græco ἄνεμος, i. e. Ventus. Putabant enim nonnulli veteres Animum nihil aliud esse quam ventum. Lambin. Philosophorum doctrinas de anima V. in Lex. Pitisc.

Animaï, pro Animæ; antiqua diæresis, frequens Lucretio.

Anima dum ægroto est, spes esse dicitur. Cic. 9. Att. 12.

Anima purpurea. Virg. 9. Æn. 349. Purpuream vomit ille animam. Ubi Servius, Purpuream, secundum eos qui animam dicunt esse sanguinem.

Recens, i. e. Quæ nunc primum exiit e corpore. Ovid. 15. Met. 846.

Curvæ animæ. Pers. 2. Sat. 61.

O curvæ in terras animæ, & cœlestium inanes!

Vivax anima, Quæ difficulter e corpore discedit. Ovid. 12. Met. 508.

Anima pro Vita ut plurimum accipitur. Juven. 8. Sat. 83.

Summum crede nefas animam præferre pudori. de testibus loquitur. Sallust. in Catil. Denique quid reliqui habemus præter miseram animam?

Animam absumere letho. Virg. 3. Æn. 654.

Animam hanc accipite. Virg. 4. Æn. 652.

Adimere alicui animam, pro Occidere. Plaut. Mil. 3. 1. 137.

Agere, pro Mori. Cic. 8. Fam. 13.

Amittere, Mori. Author ad Herenn. lib. 4.

Anima avellitur infans. Stat. 5. Sylv. 5. 9.

Auferre animam alicui, Occidere. Virg. 9. Æn. 443.

Carere anima. Quintil. lib. 1. cap. 3.

Carent morte animæ. Ovid. 15. Met. 158.

Clausit animam dolor. Lucan. lib. 8. 59. h. e. Interclusit anhelitum.

Claudere animam laqueo. Ovid. 7. Met. 604. h. e. Strangulare.

Colligere in orbes æternos. Lucan. lib. 9. 9.

Concedere alicui, Sinere eum vivere. Ovid. 5. Met. 222.

Condere sepulcro. Virg. 3. Æn. 67.

Credere animam non uni morti. Lucan. lib. 3. 751. h. e. Non esse contentum uno genere mortis. Gladio enim transfixus in mare etiam se præcipitem dedit.

Dare. Virg. 4. Georg. 204.

Diffunditur anima e corpore dissoluto, quemadmodum humor e vase quassato. Lucret. lib. 3. 438.

Dimissa anima, corpus caret undique sensu. Lucret. lib. 3. 357.

Divisitque animam. Lucan. lib. 3. 591.

Ducere de cœlo. Cic. pro Rosc. Amer. 72.

Edere. Cic. pro Sext. 83.

Efflare. Cic. pro Milon. 49.

Effringere. Sen. OEth. 11.

Effundere. Virg. 1. Æn. 98.

Elidere. Ovid. 12. Met. 508.

Eripere alicui. Ovid. 6. Met. 540.

Exhalare. Ovid. 6. Met. 247.

Expellere. Ovid. ibid. 618.

Expirare. Ovid. 5. Met. 106.

Exprimere. Sen. OEdip. 4.

Extinguere alicui. Ter. Adel. 3. 2. 16.

Exturbare. Ovid. 15. Met. 175.

Exuere. Ovid. 14. Met. 777.

Ferire. Lucret. lib. 4. 885.

Finire. Ovid. 7. Met. 591.

Fundere. Lucret. 3.

Inspirare animam dicitur Deus. Lucan. lib. 7. 769.

Interclusa anima, creditus est mortalitatem explevisse. Tac. lib. 6. 50. de Tiberio.

Linquebant dulces animas. Virg. 3. Æn. 140.

Mittere, pro Mori. Lucret. lib. 6. 1232.

Mittere sub tartara. Virg. 4. Æn. 243.

Nasci animas cum corporibus, & item cum corporibus extingui, putabant Epicurei. Lactant. de Opific. Dei, cap. 4.

Negotiantur medici animas nostras. Cato apud Plin. lib. 29. cap. 1. Nec dubium est, omnes istos famam novitate aliqua aucupantes, animas statim nostras negotiari.

Objectare periclis. Virg. 12. Æn. 230.

Profundere per vulnera. Ovid. 1. Epist. Sabin. 77.

Projicere. Virg. 6. Æn. 436.

Reddere animas ademptas dicitur Æsculapius; i. e. Vitæ restituere. Ovid. 2. Met. 644.

Relinquam animam potius, quam illas deseram. Ter. Adel. 3. 4. 52.

Resumere. Sen. OEth. 1.

Seducere artus ab anima dicitur mors. Virg. 4. Æn. 385.

Singultare animam. Stat. 5. Theb.

— positique patrum super ora gementum
Semineces pueri, trepidas in limine vitæ Singultant animas.

Spoliare ferro animam. Sil. lib. 13.

Subducere morti. Ovid. 1. Trist. 3. 129.

Tradere funeri. Sen. Troad. 5.

Trahere. Tacit. 1. Ann. 42. Meque precariam animam inter infensos trahere.

Animam debet. Ter. Phorm. 4. 3. 56. Quid si animam debet? Donatus proverbium esse admonet de eo qui immodico ære alieno teneatur, ut plus quam omnes facultates debeat, ac denique seipsum debeat. Sic Erasmus.

Animæ. plur. i. e. Homines. Cic. 16. Fam. 14. Vos meæ charissimæ animæ quam sæpissime ad me scribite. Hor. 1. Serm. 5. 41.

— animæ, quales, neque candidiores
Terra tulit, &c. Sic loquuntur Græci, ψυχαί. Lambinus.

Animæ meæ pars, sive Animæ meæ dimidium. Sic dicimus de illis quos privato quodam & singulari amore prosequimur. Hor. 2. Carm. 17. 5.

Ah, te meæ si partem animæ rapit
Maturior vis, quid moror altera?

Anima, Halitus oris, sive spiritus. Virg. 2. Georg. 134.

— animas & olentia Medi
Ora fovent illo, & senibus medicantur anhelis. Plaut. Asin. 5. 2. 44. An fœtet anima uxori tuæ? Ter. Phorm. 5. 6. 28. Animam compressi, aurem admovi.

Animam puram conservare. Cic. 5. Verr. 139. Quæ non modo animum integrum, sed ne animam quidem puram conservare potuisset. Notat anhelitum Verris fuisse putidum.

Spiritus & anima. Cic. 1. de Orat. 261. Deinde quum spiritus ejus esset angustior, tantum continenda anima est assequutus, ut, &c.

Interclusio animæ, atque angustiæ spiritus attulerunt clausulas, atque interpuncta verborum. Cic. 3. de Orat. 179.

Attrahens atque reddens animam pulmo spirandi officina. Plin. lib. 11.

Animam tenere, Spiritum continere. *Retenir son haleine.* Ovid. 1. Fast. 425.

Surgit amans: animamque tenens, vestigia furtim
Suspenso digitis fert taciturna gradu.

Anima putei, pro Aqua. Plaut. Amph. 2. 2. 41. Ni ego illi puteo, si occepso, animam omnem intertraxero. Fortasse pro Halitu & vapore prodeunte ex puteo. Nam si pro Aqua, Plautinum certe, & nimis dure figuratum est.

Si Plautinum, tanto magis illi convenit, ideo amplectenda hæc expositio. H. St.

Anima, Ventus: ut, Anima follis. Plaut. Aul. 2. 4. 26. Lucret. l. 5. 237. Animæ aurarum leves. Et apud Hor. 4. Carm. 12. 2.

Impellunt animæ lintea Thraciæ. Usitatum poëtis est (ait Acron) animas flatus ventorum dicere: ut Virg. 8. Æn. 403.

Quantum ignes animæque valent. h. e. Venti, Servius.

Animas secundas prece quærere. i. e. Ventos propitios. Lucret. l. 5. 1229.

Anima, Aër. Varr. de R. R. cap. 4. ex Ennio, Aqua, terra, anima & sol. Virg. 6. Ecl. 31.

Nanque canebat, uti magnum per inane coacta
Semina, terrarumque, animæque, marisque fuissent. Servius. Varro, Anima ut conclusa in vesica, quando est arcte ligata, si perculeris, aëra reddet. Lucret. lib. 6. 129.

— plena animæ vesicula parva.

Animas, pro Corporibus posuit Virg. 11. Æn. 24.

Ite (ait) egregias animas, quæ sanguine nobis
Hanc patriam peperere suo: decorate supremis Muneribus. In quo etiam hoc unum est, quod patriam posuit pro Regione, vel Terra, cum patria sit civitas vel urbs parentum. Nonius.

Animam pro Animali quovis usurpavit. Lactant. 3. 8. Ab hisne igitur præcepta vivendi petemus, qui hoc idem sentiunt quod animæ rationis expertes. De Aristippo loquitur & similibus qui summum hominis bonum in corporis voluptate ponebant.

Goclenius, lib. 3. Controv. & Schol. Gram. p. 55. dat. & abl. plur. Animabus, Ciceronianum esse negat: Ita enim Cic. 14. Fam. 14. Tullius Terentiæ & Pater Tulliolæ, duabus animis suis. V. Voss. de Anal. 2. 4.

ANIMŬLA, æ. dimin. [ψυχάριον] Sulpic. ad Cic. 4. Fam. 5. In unius mulierculæ animula si jactura facta est, tantopere commoveris? De filia Ciceronis mortua. Cic. 9. Att. 7. Quæ mihi quiddam quasi animulæ restillarunt. ex conj. Lamb. nam codd. valde inquinati. Spartian. in Vita Hadrian. Imp. cap. 25. Animula vagula, blandula, &c.

ANĬMAL, ālis. n. [ζῶον] ab Anima est: & est (ut philosophi definiunt) Substantia animata sensibilis. Plin. lib. 10. cap. 63. Bipedum solus homo animal gignit. Ovid. 1. Met. 84.

Pronaque quum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cœlumque tueri Jussit.

ANIMANS in eodem, ponendum convenit sub eadem radice, sub qua & Animal. H. St.

Animal providum & sagax, homo. Cic. 1. de Legib. 22.

Deus animal unum aspectabile, in quo omnia animalia continentur, effecit. Cic. de Univers. 9. de mundo loquitur.

Unum animal est Alexander. V. UNUS.

ANIMĀLIS, e. Adj. [ψυχικὸς] Quod est ex animali, aut quod habet animam. Lucret. lib. 1. 127.

Unde animale genus generatim in lumina vitæ
Redducit Venus.

Animalia corpora. Lucret. lib. 2. 726.

Animales dii. Servius in 3. Æn. ex Labeone: Labeo in libris qui appellantur de Diis animalibus, ait esse quædam sacra, quibus animæ humanæ vertan-

vertantur in deos, qui appellantur Animales, quod de animis fiant. Hi autem sunt Dii penates & viales. conf. Herald. ad Arnob. p. 154. Salmaf. Exerc. Plin. p. 64. Kirchman. de Fun. Rom. 4. 13. & Lex. Pitisc.

Hostia animalis, dicebatur, quod ejus anima tantum sacratur, opponiturque Consultatoriæ. V. Macrob. l. 3. cap. 5. & Lex. Pitisc.

Intelligentia. Cic. 4. Acad. 119. Erit enim persuasum etiam solem, lunam, stellas omnes, terram, mare, deos esse: quod quædam animalis intelligentia per omnia permeet & transeat.

Animalis res, cujus contrarium est Inanimum. Quintil. lib. 8. 17.

Animales, Spirabiles. Cic. 1. Tusc. 40. de Animis: Sive illi sint animales, id est Spirabiles, sive ignei.

Spiritus. Plin. lib. 8. cap. 42. Equas Favonio flante obversas, animalem concipere spiritum: idque partum fieri.

Animalis sonus. Cic. 2. de Divin. 133.

Animalia vincula, pro Nervis. Cic. de Univers. 20.

ANIMALCŬLUM, i. [ζωΐδιον] dimin. Parvum animal. Erasm. in Proverb. Ut herba solstitialis: De ephemero animalculo nobis alias dictum est. Vossius de Vitiis L.S.3.1. mavult cum Classicis scriptoribus Bestiola, vel in ratione præditis Homullus. Ipse tamen sæpe hac voce usus est, ut de Idol. lib. 4. cap. 72. & 6. 4. Aliique recentiorum, viz. Salmas. in Solin. f. 177. Freinshem. Suppl. Liv. 90. 1. [Adjectiva in *alis*, *e*. Deminutiva non habent. *Animal* autem per apocopen, pro *Animale*, *is*. unde & n. g. servat.

ANIMALITER. Adv. August. 1. Retract. cap. ult. n. 67.

ANIMABILIS, V. ANIMUS.

ANIMADVERTO, ti, sum; [διανοέω, ἐπινοέω, σκοπέω, φράζομαι] ĕre. est Animum ad rem aliquam advertere, aspicere: h. e. De improviso quippiam intueri. Unde pro Considerare, curare, observare, & advertere ponitur. Plaut. Animadverto hominem subalbidum, tremulum. i. e. Aspicio. Cic. 1. de Divin. 79. Experrecta nutrix animadvertit puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu.

Animadvertere rem aliquam, Curare, observare. Ter. Phorm. 3. 1. 3. Cic. 8. Att. 19. Non enim pro tua prudentia debes illud solum animadvertere.

Curare & animadvertere. Cic. 1. de Nat. Deor. 3. Nec omnino curant, nec quid agamus animadvertunt.

Attendere & animadvertere. Cic. 1. in Catil. 20. Quid est, Catilina, ecquid attendis? ecquid animadvertis horum silentium?

Cognoscere & animadvertere. Cic. 1. de Nat. Deor. 14. Sed ut adsint, cognoscant, animadvertant.

Vigilare & animadvertere. Cic. 6. Att. 1. Deinde me obsecras amantissime, ne obliviscar vigilare, & ut animadvertam quæ fiant.

Animadvertere & æstimare aliquid. Liv. in præf.

Animadvertere, Attendere, attentum esse ad audiendum spectandumque. Ter. prol. Eun. 44. Cum silentio animadvertite.

Animadvertitur in. Cic. de Amicit. 27. Quod quidem quale sit, etiam in bestiis animadverti potest.

Animadvertuntur sues a facie, & progenie, & regione cœli. i. e. Considerantur. Varro 2. de R. R. cap. 4.

Inter Intelligere & Animadvertere: Intelligitur aliquid argumentis: Animadvertitur sensibus præsenti animo utentibus. Plerunque enim advertimus rem aliquam oculis, aut quovis sensu corporis, absque animi intentione. Asconius.

Animadvertere, & discere. Cic. 3. Fam. 5. Animadverti enim & didici ex tuis literis, &c.

Animadvertere in aliq. [κολάζω] est Punire: sed cum hac differentia, quod Punire, est quorumcunque, sive jure, sive injuria: Animadvertere, est ejus qui in alterum habet potestatem ordine ac rite: i. e. Cum animadversione puniendi: sed hoc proprie refertur ad personas Animadverto pro Intueor, & personam, & rem dicimus. Hæc Valla lib. 3. c. 69. V. Lex. Pitisc. Cic. 5. Verr. 110. Potestas erat isti homini integro atque innocenti data, ut in Apronium quum animadvertisset, sese gravissima levaret infamia.

Animadvertere injuriam, facinus, peccatum. Ter. And. 1. 1. 129. Ea primum ab illo animadvertenda injuria est. Ubi Donatus, Nota participium a passivo. Animadvertenda, castiganda, vindicanda est.

Facinus animadvertendum. Ter. And. 4. 5. 28.

Peccata. Cic. pro Rosc. Amer. 116. Atqui ea sunt animadvertenda peccata maxime, quæ difficillime præcaventur. Utrum observanda, an punienda? nam hic utroque modo potest intelligi.

Animadvertere gladio in aliquem. Ulpian. in l. aut damnum. D. de pœnis. Vita adimitur: utputa si damnatur aliquis, ut gladio in eum animadvertatur. sed animadverti gladio oportet, non securi, vel telo, vel fuste, vel laqueo.

Verberibus in aliquem. Sallust. in Catil. cap. 51.

Ultimo supplicio animadvertendum est in servos, qui spadones fecerint. Ulpian. in l. 4. D. ad leg. Corn. de sicariis.

Animadvertere, absolute positum. Cic. 3. Verr. 44. In Achaia magistratum Sicyonium nummos poscit: ne sit hoc crimen in Verrem, fecerunt alii. Quum ille non daret, animadvertit.

ANIMADVERSIO, ōnis. f. Consideratio & judicium: ut, Res animadversione digna. Cic. 1. de Fin. 30. Interesse enim inter argumentum conclusionemque rationis, & inter mediocrem animadversionem atque admonitionem: alterâ, occulta quædam & quasi involuta aperiri, alterâ prompta & aperta indicari.

Animadversio, pro Studio. Cic. pro Arch. 16. Et si ex his studiis delectatio sola peteretur, tamen (ut opinor) hanc animadversionem humanissimam atque liberalissimam judicaretis. Budæus.

Notatio naturæ, atque animadversio peperit artem. Cic. in Orat. 183.

Excitare animadversionem. Cic. 1. Off. 103. Ex quibus illud intelligitur, appetitus omnes contrahendos sedandosque esse, excitandamque animadversionem & diligentiam, ut nequid temere ac fortuito, inconsiderate negligenterque agamus.

Animadversio, Punitio, [κόλασις] ut, Animadversio in sceleratos servos. Cic. 1. Philipp. 5. Idem 3. Verr. 55. Improbum, sed non inauditum genus animadversionis videte.

Animadversio & castigatio. Cic. 1. Off. 88. Omnis autem animadversio & castigatio contumelia vacare debet.

Extraordinaria animadversione temeritatem aliquorum coercere. Ulp. l. ult. D. de Furt.

Si quid erit quod majorem animadversionem exigat. Venuleius l. Si quid erit, D. de Offic. Proconf. Hæc autem gravior & major animadversio, est punitio infamiæ.

Nocentes qui duriore animadversione indigent. Modestin. l. Custodias. D. de public. judiciis.

Graviore animadversione indigent. Ulpian. in l. 1. D. de Offic. Præfect. Urb.

Capitali animadversione puniri Justin. sub fin. Inst.

Animadversionem & supplicium remittere alicui. Cic. 5. Fam. 10.

Animadversionem effugere. Cic. in Orat. 195.

Animadversio pro Multa & condemnatione, ut interpretatur Budæus. Cic. pro Cluent. 129. Majores nostri nunquam judicium nominaverunt, neque perinde ut rem judicatam observaverunt animadversionem & authoritatem censoriam. V. Lex. Pitisc. in voce.

ANIMADVERSUS, Partic. [διανενοημένος] Perspectus, cognitus, intellectus. Cæs. 8. Bell. Gall. 77. Hac re animadversa, Cæsar jubet signa converti. Virg. 3. Georg. 123. His animadversis. i. e. Cognitis, intellectis.

Animadversa ac notata a peritis. Cic. 1. de Orat. 109.

Animadversa flagitia. i. e. Punita. Sueton. in Neron. cap. 16. Multa sub eo & animadversa severe, & coercita.

Animadversus, Qui supplicio affectus est. Paulus l. ult. D. de cadav. punit. Corpora animadversorum quibuslibet petentibus, ad sepulturam danda sunt. i. e. Supplicio affectorum.

ANIMADVERSOR, ōris. m. [διανοητὴς] Observator. i. e. Qui diligenter considerat, & expendit ut aliquid sciat, cognoscat, & discernat. Cic. 1. Off. 146. Itaque, ut in fidibus musicorum aures vel minima sentiunt: sic nos, si acres ac diligentes esse volumus, animadversoresque vitiorum, magna sæpe intelligemus ex parvis.

ANIMADVERSUS, ûs. m. Lamprid. in Sever. cap. 75. In animadversibus asper. V. Salmas. in H. A. p. 205.

ANIMAL, V. ANIMA.

ANIMANS, V. Animare in ANIMUS.

ANIMATIO, ANIMATUS, V. Animo in ANIMUS.

ANIMO, as; ANIMOSUS, V. ANIMUS.

ANIMULA, V. ANIMA.

ANIMULUS, V. ANIMUS.

ANĬMUS, i. [ψυχὴ, θυμὸς, ἦτορ] V. ANIMA. Animus, (teste Servio) consilii est: Anima, vitæ. Sallust. Catil. cap. 51. Haud facile animus verum providet, ubi illa officiunt. Ter. Adel. 4. 5. 21. Animo male est. Ibid. 4. 4. 3. Animus timore obstupuit.

Animus, pro Anima, fere a Cicerone dicitur. ut in Catone, Qui si in hoc erro, quod animos immortales credam, libenter erro.

Immo hac in re utrumque dicitur. H. St.

Animum vel Animam cum multis Verbis ἀδιαφόρως dicere possumus, at non & Animam accendere, incendere, inflammare, ut dicitur Animum accendere &c. Idem. [Immo cum paucissimis verbis promiscue utimur. conf. utriusque v. exempla.

Animus, pro Memoria. Virg. 9. Eccl. 51.

Omnia fert ætas, animum quoque. Servius. Ubi notas vide Jac. Pontani f. 200.

Animi, pro Cogitationibus. Plaut. Epid. 1. 1. 43. Quot illic homo animos habet? Ter. Heaut. 3. 3. 9. Novi ego amantium animos, advertunt graviter quæ non censeas.

Animus, Voluntas. Ter. And. 1. 1. 137. Mala mens, malus animus. Id. Heaut. 1. 2. 15. Timet omnia: patris iram, & animum amicæ se erga ut sit suæ.

Animus ac voluntas. Cic. 7. Verr. 181. Ita diffident a nobis animo ac voluntate. Animus, hic ad appetitum refertur: Voluntas ad rationem.

Statutum cum animo ac deliberatum habere. V. DELIBERARE. Apud animum meum V. APUD. Animo & spe confidere. V. Confidere animo infra. Videndum, quo animo quis illud fecerit, Benevolo, an Infenso aut Infesto. V. BENE. V. INFEN. INFEST. Vulgo Ea intentione. Facile animo gratificandi uti. V. item Sic animatus, Hoc animo in nos esse. Habere in animo, i. e. Proponere V. HABEO. H. St.

Ægrotatio animi. V. Ægroto, in ÆGER.

Æstus animi. V. ÆSTUS.

Amplitudo animi, & quasi quædam exaggeratio quam altissima. Cic. 2. Tusc. 64.

Ardor animi consedit. V. ARDEO.

Ardor animi lacrymas siccaverat. Ovid. 8. Met. 469.

Asperitatem animi sive animæ dulciore succo mitigari. Plin. l. 22. c. 24.

Candor animi. Ovid. 3. Trist. 6. 7.

Commotio animi. Cic. 5. Tusc. 42.

Conjectura animi. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Constantia animi. Ovid. 11. Met. 293.

Curas animi levare. Catul. ad pass. Lesb. 2. 10. Vel, E pectore solvere. Lucret. lib. 4. 906. Et, Alio traducere. Lucret. lib. 4. 1065.

Defectio animi. Cic. 3. Att. 18. Omnia mittit spei plena, metuens (credo) defectionem animi mei.

Excelsitas animi & magnitudo. Cic. 3. Off. 24.

Firmitas, vel Firmitudo animi. Quintil. l. 6. in prooem. Et Cic. 5. Fam. 13.

Fluctus animi pellere. Sen. Herc. fur. 12.

Gravitas & altitudo animi. Cic. 4. Fam. 13.

Habitum animi semel constitutum difficile est nobis mutare. Quintil. l. 4. c. 2. Et Tacit. 1. Hist. 8. Habitus animorum.

Impetu animi in aliquid incumbere. Cic. 10. Fam. 5.

Imago vultus animi, indices oculi. Cic. 3. de Orat. 219.

Incendia animorum restincta. V. INCENDO.

Ingenium animi. V. INGENIUM.

Magnitudo animi. Cic. 1. Fam. 9.

Magnitudinem inflectere animi. Cic. 1. Fam. 7. Magnitudinem animi tui ne unquam inflectas cujusquam injuria.

Medicina animi, philosophia. Cic. 3. Tusc. 1.

Mens animi mœrore perturbata. Lucret. lib. 6. 1181.

Morbi animi. Cic. 3. Tuscul. 5.

Motus animorum. Virg. 4. Georg. 86.

Nervi atque robur animi. Cic. 6. Fam. 1.

Nubes animi. Ovid. 1. Trist. 3. 13.

Oblectatio animi. Cic. 1. de Orat. 118.

Partes animorum. Cic. in Orat. 15. Gnarum quibus orationis modis quæque animorum partes impellerentur: h. e. Appetitus & ratio. De quibus ipse Cic. 1. Off. 101. sic ait, Duplex est enim animorum vis atque natura. Una pars in appetitu posita est, quæ ὁρμὴ Græce, quæ hominem huc illuc rapit: altera in ratione, quæ docet & explanat quid faciendum fugiendumque. Ita fit, ut ratio præsit, appetitus obtemperet.

Pax animi. Ovid. 11. Met. 624.

Permotio animi. Cic. 2. de Orat. 216.

Pertur-

Perturbationes animi. Cic. 5. Tuſc. 43.
Pravitas animi atque ingenii. Paterc. lib. 2.
Præſtantia animi. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Rectum animi ſervare. Hor. 2. Serm. 3. 201.
Remiſſio ac diſſolutio animi. Cic. 2. de Orat. 22.
Robore incredibili animi ſeptus. Cic. pro Milon 102.
Sanitas animorum. Cic. 3. Tuſc. 8.
Prætentare animi ſententiam. Ovid. 9. Met. 587.
Splendor animi. Cic. in Bruto, 267. P. Lentulo inſtrumenta naturæ deerant: ſed tantus animi ſplendor, & tanta magnitudo, ut ſibi omnia quæ clarorum virorum eſſent, non dubitaret aſciſcere. Lentulum commendat a liberalitate, & animi magnitudine: quas illi virtutes l. 1. Fam. ſæpe tribuit.
Sublimitas animi. Plin. lib. 7. cap. 25.
Subtilitas animi. Plin. lib. 11. cap. 39.
Tenor animi. Plin. lib. 7. cap. 19.
Terrorem & tenebras animi diſcutere. Lucret. lib. 1. 147.
Vigor animi. Ovid. 16. Epiſt. 51.
Vis animi. Lucret. l. 3. 451. Conſilium quoque majus, & auctior eſt animi vis.
Vitio ægrotare animi. Hor. 2. Serm. 3. 307.
Vulnus animi grave habere. Ovid. 9. Met. 539.
Animus acclivis falſis. Hor. 2. Serm. 2. 6.
Acer & præſens animus. Cic. 2. de Orat. 84.
Acri & attento animo intueri. Cic. 1. de Fin. 57.
Acres animi incaluere. Ovid. 2. Met. 87.
Acres animos convertere ad aliquem. Virg. 11. Æn. 800.
Acrior animus. Quintil. lib. 1. cap. 3. V. ACER.
Acerbis animis ſævire. Virg. 5. Æn. 462.
Adverſis animis accipere. Tacit. 3. Ann. 29.
Æger animus, Animi, Animo, vel Ab animo. V. ÆGER.
Æquus. Hor. 1. Epiſt. 11. 30. V. ÆQUUS.
Æquo animo. Lucret. lib. 1. 43.
Æquis animis. Hor. in Arte Poet. 250.
Alienus animus vel alienatus. V. ALIENO.
Alienum animum habere ab re aliqua. Cic. de Amicit. 28.
Altiore animo eſſe. Cic. 5. de Fin. 57. Qui altiore animo ſunt, capeſſunt Remp. honoribus, imperiiſque adipiſcendis.
Altiſſimi animi. Cic. 1. Tuſc. 34. Idque in maximis ingeniis, altiſſimiſque animis & exiſtit maxime, & apparet facillime.
Amicus. V. AMICUS.
Amplus, & excelſus, & patiens incommodorum. Cic. 1. de Invent.
Ancipites. Lucan. lib. 9. 46.
Anguſtus atque demiſſus. Cic. in Piſon. 57. V. ANGUSTUS.
Anxius. V. ANXIUS.
Apertus & ſimplex. Cic. 1. Fam. 9.
Aſper. V. ASPER.
Atrox. Hor. 2. Carm. 1. 24.
Attonitis animis hærere. Virg. 5. Æn. 529.
Attonitis animis inhiare. Virg. 7. Æn. 814.
Avarus laudis. Hor. 2. Epiſt. 1. 179.
Avari animi irritamen opes. Ovid. 13. Met. 434.
Audax. Liv. Decad. 4. lib. 3.
Averſiſſimus. V. AVERTO.
Benevolus. V. BENEVOLUS.
Benigno animo & clementi. Ter. Hec. 3. 5. 22.
Bilinguis. V. Bilinguis, in BIS.
Bonus. V. BONUS. Quare bono animo es: video enim, &c. Cic. 5. Att. 20.
Cæcus. V. CÆCUS.
Capax ad præcepta. Ovid. 8. Met. 243.
Capaci animo majora concipere. Ovid. 15. Met. 5.
Celer. Virg. 4. Æn. 285.
Celſior. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Certus & confirmatus. V. CERTUS.
Clementi animo ignoſcere. V. CLEMENS.
Cœleſtis ex alto domicilio depreſſus. Cic. de Senect. 77.
Commotior. V. COMMOVEO.
Communi animo eſſe. V. COMMUNIS.
Commutabilis. Cic. de Amicit. 94.
Compos. V. COMPOS.
Conſcius animus ſe remordet. Lucret. lib. 4. 1129. V. CONSCIUS.
Conſtantior. Ovid. ad Piſon.
Credulus. Sen. in Troad. 1.
Cupidus animus litium & rixæ. Hor. 3. Carm. 14. 26. V. CUPIO.
Degeneres animos timor arguit. Virg. 4. Æn. 13.
Delibatos habemus animos ex divina mente. Cic. de Senect. 78.
Demiſſus. Vide paulo poſt, Timido animo, & ſupra Anguſtus.
Dociles. Hor. in Arte Poet. 336.
Duriores animos ad pleraque robur ipſum facit. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Animos nil magnæ laudis egentes 5. Æn. 751. de turba bello inutili.
Excelſus. V. paulo poſt, Magnus & excelſus animus.
Exiguus. V. paulo poſt, Minutus, &c.
Expertus bellis animus. Tacit. in Vita Agric. 41.
Faciliore animo abuti. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Faciles juvenum animi. Virg. 3. Georg. 165.
Felix. Juven. 14. Sat. 119.
Ferax. Lucan. ad Piſon.
Ferox. Sen. in Medea, 12.
Fidelis. Ter. Hec. 3. 5. 22. Quam fideli animo & benigno in illam & clementi fui.
Fortis atque obfirmatus. Plaut. Amph. 2. 2. 15. Perferam usque ejus abitum animo forti atque obfirmato.
Fractus. V. paulo poſt, Timido animo, &c.
Generoſior celſiorque. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Gravior natu. V. NASCOR.
Hoc animo ſum. Cic. 3. Fam. 5. Quod quibus adhuc non ſatis eſt perſpectum, ii mihi nolle magis hoc animo nos eſſe, quam non intelligere videntur.
Hoſtilis. Sen. in Octav. 1.
Humani animi. i. e. Hominum animi. Hor. 1. Serm. 8. 20.
Humilis & Pertinax, contraria. Cic. 4. Fam. 7.
Jacens. Quintil. lib. 6. cap. 4. V. JACEO.
Idem animus omnibus. Virg. 3. Æn. 60.

Jejuno animo. V. JEJUNIUM.
Impatiens animus. Ovid. de Rem. Amor. 124.
Impotens. Ter. And. 5. 3. 8. Et Sen. Hec. fur. 6.
In animo alicujus validum eſſe. Tacit. 4. Ann. 12. Priſca in animo Auguſtæ valida.
Inanis. Virg. 2. Georg. 285.
Incertus. V. INCERTUS.
Infenſo atque inimico animo. V. INFENSUS.
Infeſto animo. V. INFESTUS.
Infirmus. V. paulo poſt, Minutus, &c.
Infirmior rebus dubiis animus, deſperatis eſt confirmatus. Cic. 5. Fam. 21.
Infixus animus in patriæ charitate. V. INFIGO.
Inflatus. V. INFLO.
Infractus animus. V. INFRINGO.
Infragilis. Ovid. ad Liv. 354.
Ingentes tollere animos. Virg. 3. Georg. 206.

— nanque ante domandum
Ingentes tollent animos.

Ingentes animos anguſto in pectore verſant. Virg. 4. Georg. 83.
Inimicus. V. paulo ante, Infenſo atque, &c.
Iniquo animo. Ter. Eun. 2. 1. 6.
Iniquis animis. Virg. 10. Æn. 7.
Inſatiabilis. V. INSATIABILIS.
Intacti religione animi. V. INTACTUS.
Inſtabiles annis animi. Ovid. 3. de Arte Am. 557.
Intemperans. V. INTEMPERANS.
Intractabilis. V. paulo poſt, Triſtis, &c.
Invictus. Plin. lib. 7. cap. 25.
Iracundus. V. IRA.
Lætus in præſens animus, quod ultra eſt, Oderit curare. Hor. 2. Carm. 16. 25.
Latens. Juven. 9. Sat. 18.
Leniſſimi vir animi. Paterc. lib. 2.
Liber religione. V. LIBER adj.
Liber terrore. V. LIBER adj.
Liquidus & tranquillus. V. LIQUOR.
Lubenti animo. V. LUBET.
Magnus animo. V. MAGNUS.
Magnus & excelſus. Cic. 1. Fam. 9.
Magnus & fortis. Cic. 8. Att. 19. Magno fortique animo. Idem 6. Fam. 14.
Magni animi plenum pectus. Ovid. 5. Met. 184.
Maximi homo animi. Cic. pro Font. 31. & Liv. 8. Bell. Pun.
Mares animi, h. e. Viriles & fortes. Hor. in Arte Poet. 402.
Meliore animo aliquid ferre. Ovid. 9. Met. 432.
Memori animo notare. Ovid. 9. Met. 777.
Meo quidem animo, vel Animo meo. Cic. 1. de Invent. Quare meo quidem animo nihilominus eloquentiæ ſtudendum. Ter. Adelph. 5. 6. 4. Hominem maximi pretii eſſe hodie te judicavi animo meo. h. e. Secundum animi mei ſententiam.
Minaces. Ovid. 6. Met. 688.
Minacem animum in aliquo frangere. Juſtin. lib. 1. de Cyro puero.
Minutus. V. MINUO.
Minutus, infirmus, & exiguus. Juven. 13. Sat. 190.

— quippe minuti
Semper & infirmi eſt animi, exiguique voluptas Ultio.

Mitis. Juven. 14. Sat. 15.
Mobiles. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Mollis. V. MOLLIS.
Muliebris. V. MULIER.
Multiplex. Cic. de Amicit. V. MULTUS.
Mutabilis vulgi. V. MUTO.
Mutuus animus. Hor. 4. Carm. 1. 30.
Mutuis animis amare. Catull. 43. 20.
Obfirmatus. V. paulo ante, Fortis, &c.
Obnoxius. V. Obnoxium & trepidum agere, in OBNOXIUS.
Obſtinatus. Liv. 6. Decad.
Omiſſus. Ter. Heaut. 5. 2. 9. Te vidi animo eſſe omiſſo: i. e. Negligenti. Donatus.
Otioſus. Ter. And. 5. 2. 1. Animo jam nunc otioſo eſſe impero. h. e. Volo eſſe animo ſecuro, ſine cura & ſolicitudine.
Parvus animus. Hor. 1. Serm. 2. 10.
Parvo & pravo animo. Cic. 1. Att.
Perattentus. V. PERATTENTUS.
Pertinax. V. paulo ante, Humilis.
Placidioribus animis. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Plenus culpa. Sen. in Hippol. 2.
Præſens. Ter. Eun. 4. 6. 32. Fac animo hæc præſenti dicas. Hæc non dicerentur a Thaide, niſi in illius vultu pavor nimius appareret. Donatus.
Præſens animus & acer. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Præſens animus in pectore. Virg. 5. Æn. 363.
Pravus. Cic. 1. Att.
Promptus & alacris ad defendendam Rempub. Cic. 3. Fam. 11.
Pudicus. Ovid. 7. Epiſt. 5.
Puſilli animi homo. Hor. 1. Serm. 4. 18.
Reſides animi. Virg. 1. Æn. 722.
Robuſtus & excelſus. Cic. de Fin. 49.
Robuſtior annis animus. Stat. 5. Sylv. 2.
Rudis. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Rudes atque agreſtes. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Sagax. Lucret. lib. 1. 403.
Segnes animos provocare. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 30.
Stabili animo & firmo & magno. Cic. 3. de Fin. 29.
Stomachoſus. V. STOMACHUS.
Studioſus animus. Plin. lib. 6. Epiſt. 16. Non vertit ille conſilium: & quod ſtudioſo animo inchoaverat, obit maximo.
Subdolus ac verſutus. Paterc. lib. 2.
Supinus animus. Catull. 18. 25.
Suſpicacem animum perſtrinxere. Tacit. 1. Ann. 13.
Sylveſtrem animum exuere. Virg. 2. Georg. 51.
Teneriore animo videri. Cic. 6. Fam. 21.
Timido animo, humili, demiſſo, fractoque aliquid facere. Cic. 3. Off. 115.

Toto

Toto animo dedere ſe alicui. Cic. 5. Tuſc. 111. Huic diſcendi, quærendique divinæ delectationi toto ſe animo dedidiſſent.
Tortor animus quatit occultum flagellum. Juven. 13. Sat. 195. V. VERBER.
Tranquilliſſimus. Cic. 7. Att. 7.
Triſtis & intractabilis. Sen. Hippol. 2.
Truces animos cupido involat eundi in hoſtem. Tacit. 1. Ann. 49.
Turpificatus animus. V. TURPIFICATUS.
Vacuo animo eſſe. Cic. in Brut. 20. Nunc vero, ſi es animo vacuo, expone nobis quod quærimus. Subaudiri poteſt, A curis. V. VACUUS.
Vagus. Catull. 61. 4.
Valentes. Virg. 7. Æn.
Velox. Hor. 1. Epiſt. 12. 13.
Virides auſis. Silius lib. 1.
Virilis. Ovid. 13. Met. 165. Viriles animos gerere. Sen. Agam. 13.
Vividus. Tacit. 13. An. 3.
Æger animi. Tacit. 3. Hiſt. 58.
Sic cum Genet. Felix animi, Infelix animi, Præſtans animi, Diſcrucior animi, Angi animi V. ſ. I. H. St.
Amens animi. Virg. 4. Æn. 203.
Equus juvenis calidus animis. Virg. 3. Georg. 119.
Captus animi. Tacit. 3. Hiſt. 73.
Diverſus animi. Tacit. 4. Hiſt. 84. Qui diverſus animi, modo numen pavefcere, modo minis adverſantis populi terreri, ſæpe, &c.
Dubius animi. Virg. 3. Georg. 289.
Ferox animi. Tacit. 1. Ann. 32.
Fidens animi. Virg. 2. Æn. 61. Tacit. 4. Ann. 59.
Immodicus animi. Tacit. 1. Hiſt. 53. Corpore ingens, animi immodicus.
Incertus animi. Tacit. 6. Ann. 46.
Infelix animi. Virg. 4. Æn. 529.
Ingens animi fœmina. Tacit. 1. Ann. 69.
Inops animi. Virg. 4. Æn. 300.
Integer animi, i. e. Sanus mente. Hor. 2. Serm. 3. 220.
Largus animo. Tacit. 2. Hiſt. 59. Genere illuſtri, largus animo, & par opibus.
Maturus animi. Virg. 9. Æn. 246.
 Hic annis gravis, atque animi maturus Alethes.
Maturus animo & ævo. Ovid. 8. Met. 617.
Mitior animo. Hor. 3. Carm. 10. 18.
Præſtans animi. Virg. 12. Æn. 19.
Promptus animi. Tacit. 2. Hiſt. 23.
Turbidus animi. Tacit. 4. Hiſt. 48.
Validus animi, & corpore ingens. Tacit. 15. Ann. 53.
Victus animi. Virg. 4. Georg. 492.
Aberrat animus a ſententia. V. ABERRO.
Abhorrere animo ab aliqua re. Cic. 7. Philipp. 4. Ex quo intelligi poteſt, animo illos abhorruiſſe ſemper ab optimo civitatis ſtatu, non voluntate fuiſſe populares.
Abjicere animum, pro Animum dejicere ac deprimere, & pene deſperare. Unde Abjectus animus, & Homo abjecto animo. V. ABJICIO. Quintil. lib. 3. cap. 10.
Accendunt hæc animos. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Acceſſit animus nobis. Cic. 5. Att. 20. Rumore adventus noſtri & Caſſio qui Antiochia tenebatur, animus acceſſit, & Parthis timor injectus eſt.
Accinctus animus in magnos uſus. V. ACCINGO.
Accipere animis dicta alicujus. Virg. 3. Æn. 304.
Accipere animum quietum in aliquem. Virg. 1. Æn. 303.
Accipere animo. V. ACCIPIO.
Accommodare animum literis. V. ACCOMMODO.
Accommodare animum quum lugemus & iraſcimur. Quintil. 6. 2.
Addere animos alicui. Cic. 7. Att. 2. Sed hæc, opinor, ſunt in his libris, quos tu laudando, animos mihi addidiſti.
Additus furor animis. Virg. 2. Æn. 355.
Adeſt animus. V. ADSUM.
Adeſſe animo, vel Animis. V. ADSUM.
Adhibete animos. Ovid. 15. Met. 239.
Adjicere animum ad virginem. Ter. Eun. 1. 2. 62.
Adjicere animum alicui rei. Liv.
Adjicere animos. i. e. Audaciam addere. Ovid. 7. Met. 121.
Adjungere animum, & animos. V. ADJUNGO.
Adjungere animum ad aliquod ſtudium. Ter. And. 1. 1. 29.
Adlevatur animum. Tacit. 6. Ann. 43.
Adrepere animis. Tacit. 3. Ann. 50. Nec quicquam grave ac ſerium ex eo metuas, qui ſuorum ipſe flagitiorum proditor, non virorum animis, ſed muliercularum adrepit.
Advertere animum. Ter. prol. And. 8. Nunc quam rem vitio dent, quæſo animum advertite. Antique dictum, pro Animadvertite. Tacit. 13. Ann. 49. Qui animum etiam leviſſimis adverterent.
Advertere animos monitis. Ovid. 15. Met. 141.
Advertite animis veſtris quæ dicam. Virg. 2. Æn. 712.
Advocare animum. V. ADVOCO.
Æquare animos Olympo. Virg. 6. Æn. 783.
Æſtimare animo. Curt. lib. 6. Bucephalum Alexander non eodem quo cæteras pecudes animo æſtimabat.
Affectus animo. V. AFFICIO.
Afferre animum. Cic. 12. Att. 7.
Affigere animo ſuo quod compoſuerimus. Quintil. l. 2. c. 7. 2. de ediſcendo.
Agere animum. V. AGO.
Agi animis in funera. Virg. 7. Æn. 42.
Agitare animum ſpe & metu. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Agitare aliquid animo. i. e. Cogitare. Cic. 6. Fam. 1. V. AGITO.
Alienare judicum animos. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Allevare animum. Sen. Troad. 10.
Allevare a mœrore. Curt. lib. 4.
Allicere ad benevolentiam. V. ALLICIO.
Amovere. V. AMOVEO.
Angere animum, & animo angi. V. ANGO.
Angere animum curis mordacibus. Lucan. lib. 2. 681.
Aperire animum. V. APERIO.
Apparare. V. APPARO.
Appellere ad ſcribendum. Ter. prol. And. 1.
Applicare. V. APPLICO.
Ardet mihi animus. V. ARDEO.
Ardentibus animis ſonare jurgia. Juven. 15. Sat. 52.
Arrigere animos. Virg. 12. Æn. 251.
Arrecti ad bellandum animi. Liv. lib. 8. ab Urbe, fin. V. ARRIGO.
Ne tanta animis aſſueſcite bella. Virg. 6. Æn. 833.
Attendere animum & animos. V. ATTENDO.
Attendere animo æquo. V. ATTENDO.
Attento animo intueri. V. ATTENDO.
Avertere tædio animum diſcentis. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Avertere animum ab. V. AVERTO.
Auferre animum ad contemplationem. V. AUFERO.
Augere animos & adjicere. Ovid. 7. Met. 121. V. AUGEO. Tacit. 2. Hiſt. 4. Titus auctus animo ad patrem pervectus.
Cadunt animi. Ovid. 11. Met. 537.
Cadere animis. Cic. 6. Fam. 1.
Cadit animus, vel Cadere animo. V. CADO.
Cæcare animos. V. CÆCO.
Caligante animo. V. CALIGO.
Capere animos aliquorum. Cic. pro Lege Manil. 66. Quæ civitas in Aſia quæ non modo unius Imperatoris aut Legati, ſed unius Tribuni militum animos ac ſpem capere poſſit?
Capere animum. V. CAPIO.
Cepit animum dementia. Virg. 5. Æn. 465.
Cernit animus. V. CERNO.
Circumſpicere animo. V. CIRCUMSPICIO.
Coercere animos. Sen. Hippol. 2.
Cogitare animo, vel In animo ſecum. Ter. Adel. 3. 4. 55. Hoc tu facito, tecum animo cogites. Satis erat, Tecum cogites: ſed vel ornatus vel majoris emphaſeos gratia addidit Animo.
Cohibere animum. V. COHIBEO.
Colligere animo & animum. V. COLLIGO.
Commiſcere animum alterius cum ſuo. V. COMMISCEO.
Commotus animus metu. Ter. And. 5. 4. 35.
Commoveri animo. V. COMMOVEO.
Complecti aliquid animo. Cic. 5. Fam. 17.
Complere animum voluptate. V. COMPLEO.
Componere animos. V. COMPONO.
Comprehendere aliquid animo. Cic. 1. de Nat. Deor. 115.
Comprimere animos. Cic. pro Flacc. 53. Remittant ſpiritus, comprimant animos ſuos, ſedent arrogantiam.
Concidere animo vel animis. V. CONCIDO.
Conciliare animum ſibi. V. CONCILIO.
Concipere aliquid animo. Ovid. 2. Met. 77. Tacit. 2. Ann. 39. Et fraude aut vi raptum Agrippam ferre ad exercitus Germanicos non ſervili animo concepit.
Concipere imagines animo. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Concipere iras animo. Ovid. 1. Met. 166.
Conferre animum alio. V. CONFERO.
Confidere animo. V. CONFIDO.
 Tamen non deterrebatur, Animoque & ſpe confidebat. Cæſ. H. St. vel potius Hirt. de Bell. Afr. cap. 1. extr.
Confirmare animum. Sen. Octav. 4. V. CONFIRMO.
Confirmare animum trepidum. Juven. 13. Sat. 106.
Confundere ac fatigare animum. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Conſiderate cum veſtris animis. Cic. 5. Verr. 29.
Conſiderare ſecum in animo, & cum animis. V. CONSIDERO.
Conſiſtere animo tranquillo. V. CONSISTO.
Conſternare animos, & animo conſternari. V. CONSTERNO.
Conſulere animum ſuum, ne quid dicamus naturæ adverſum. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Contemplari animo. V. CONTEMPLOR.
Contendere animum in curas. Ovid. 1. de Ponto, 5. 11.
Contrahere animum, aut demittere. Cic. 1. Q. frat. 1.
Contundere arte animos. Ovid. 1. de Arte Am. 12. V. CONTUNDERE.
Converſi animum. Tacit. 1. Hiſt. 85. Animum vultumque converſi.
Convertere animum. V. CONVERTO.
Convertere ſe aliquo animo & cogitatione. V. CONVERTO.
Corrumpere animum. V. CORRUMPO.
Credere animum ſuum alicui. V. CREDO.
Creverunt animi. V. CRESCO.
Debilitare animos. V. DEBILITO.
Deditus amori animus. V. DEDO.
Deducere curas animo. Hor. 1. Epiſt. 2. 49.
Defecerat eam animus. Plaut. Mil. 4. 6. 47.
Defectus animo. Plin. lib. 20. cap. 14.
Deficere animis. Curt. lib. 4.
Deficiunt animi. Hor. in Arte Poet. 27. V. DEFICIO.
Defigere & intendere animum in aliquam rem. Cic. 4. Acad. 46. Adverſantur enim, primum quod parum defigunt animos & intendunt in ea quæ perſpicua ſunt.
Defuit illis animus. Cic. 7. Verr. 134. Animum illis non copias defuiſſe.
Deluſit animum hoc uno reſponſo. Virg. 6. Æn. 344.
Demittere animum. Tacit. 16. Ann. 24. & Cic. 5. de Fin. 42.
Deſpondere animum. Plaut. Milit. 1. 1. 6.
Deponere curas animo. Virg. 4. Georg. 531.
Deprendere animum furtim blanditiis. Ovid. 1. de Arte Am. 619.
Derivare a curis animum. Lucret. lib. 2. 365.
Deſtruit longius ævum ingentes animos. Lucan. lib. 8. 27.
Detegere. Lucan. lib. 5.
Diffundere, i. e. Lætos reddere. Ovid. 1. de Arte Am. 218.
Dimittere. Curt. lib. 5. Ne milites deſides otio dimitterent animos.
Dimovere loco. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Diſtendit ea res animos Samnitium. V. DISTENDO.
Dabit ſpes animum. Lucan. ad Piſon.
Dant animos vina. Ovid. 12. Met. 242.
Dare majorem animum alicui. Cic. 11. Fam. 9. Abjectiore animo me futurum, quum Reſp. majorem etiam mihi animum, quam unquam habuiſſem, daret.
Dare in luctus animum. Ovid. 2. Met. 384.
Domare rigentem animum. Sen. Hippol. 4.

Ducere animo. Virg. 6. Æn. 690.
Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum.
Ducere animos solent Æsopi fabulæ, præcipue rusticorum, & imperitorum. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Efferre animos insolentia dominatus. Cic. pro Domo sua, 141.
Ejicere animum de aliquo. Ter. Heaut. 5. 2. 2. — Ut pater
Tam in brevi spatio omnem de me ejecerit animum patris?
Emendare animum. Propert. lib. 3. 21. 25.
Enervatus amore animus. Paterc. lib. 2.
Erigere animum. V. ERIGO.
Error animi resanuit. Ovid. 1. Amor. 10. 9.
Esse alacrem animo. Cic. 5. Fam. 12.
Esse bono animo. Ter. Adelph. 4. 2. 4. Cic. 5. de Fin. 69. Tamen ex illa investigatione naturæ consequi volebat, ut esset bono animo.
Est eo animo in me. Cic. 11. Att. 13. Quod certiorem te vis fieri quo quisque in me animo sit, aut, &c.
Est male animo. Plaut. Amph. 2. 2. 92. Ter. Adelph. 4. 5. 21.
Est animus, Cum Inf. Virg. 4. Æn. 639.
Perficere est animus, finemque imponere curis.
Est animus reditus, i. e. Animus est redeundi. 2. Epist. Sabin. 106.
Est mihi animus ad aliquid faciendum. Curt. lib. 5. Paucis ad moriendum, pluribus ad fugam animus fuit. Liv. 3. Decad. lib. 1.
Est animus in navi meus. i. e. De navi cogito. Plaut. Pers. 4. 6. 27. Sic, Animus est in hortis. Cic. 12. Att. 20. Est animus in patinis. Ter. Eun. 4. 7. 46.
Exacuere versibus animos in bella. Hor. de Arte Poet. 403.
Exasperare animum. V. EXASPERO.
Excidere animo. Virg. 1. Æn. 26.
Excitare animum. Sen. Herc. fur. 5.
Excolere. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Exercere in armis animos. Ovid. 1. Amor. 8. 41.
Eximere onus animis. Hor. 1. Epist. 5. 18.
Expedire metu animum. Hor. 3. Carm. 24. 8. Liv. lib. 8. Et expedire tela animosque equitibus jussit.
Explere. Virg. 2. Æn. 586. Ter. And. 1. 2. 17.
Explorare. Ovid. 1. de Arte Am. 456. Tacit. 1. Hist. 15. Secundæ res acrioribus stimulis animum explorant: quia miseriæ tolerantur, felicitate corrumpimur.
Exuitur animus. Stat. 10. Theb.
Facere animum judicis mitem. Quintil. lib. 3. cap. 9.
Facere animos. Liv. i. e. Addere.
Fateri animum clamore. Ovid. 1. de Arte Am. 115.
Fatigare. Hor. 2. Carm. 11. 12.
Favere linguis & animis. Ovid. 1. Fast. 71.
Ferre vel pati aliquid iniquo animo. V. INIQUUS.
Fingere animos audientium concitandis componendisque affectibus. Quintil. lib. 3. cap. 4.
Firmare animum præsenti pignore. Virg. 3. Æn. 611. Ovid. 9. Met. 744. Tacit. 15. Ann. Animum adversum suprema firmat.
Flagrans animus. Juven. 1. Sat. 152.
Flectere animum. Virg. 4. Georg. 516. Et Quintil. lib. 4. cap. 2.
Flectere ab ira animum. Sen. Medea 4.
Formare puerorum animos. Quintil. lib. 1. in Procem.
Frangere animum. Ovid. 8. Met. 508.
Fractiore esse animo. Cic. 11. Att. 12.
Fractus animus. Cic. 1. Fam. 9.
Generatus a deo animus. Cic. de Divin. 82.
Gerere animum infirmum. V. INFIRMUS.
Gerere morem animo. Ter. And. 4. 1. 17.
Gerere anim. in aliq. Nec unus in te ego hos animos gessi. i. e. Talem affectum. Liv. 2. ab Urbe.
Habe bonum animum. Plaut. Aulul. 2. 2. 15. Et Liv. 4. Bell. Maced.
Habere fortem animum. Cic. 6. Fam. 13.
Habere magnum animum. Cic. 11. Fam. 23. Tamen tribus tantis exercitibus propriis Reipublicæ valentibus, magnum animum habere debebas, quem & semper habuisti.
Habere animum eundem in difficultatibus suis, quem &c. Cic. Anteq. iret. in exil. 11.
Habere statutum cum animo & deliberatum. Cic. 5. Verr. 95.
Hilarare animum. Catul. 61. 18.
Horret animus meminisse. Virg. 2. Æn. 12.
Imbibere animo opinionem. V. IMBIBO.
Imbuere animos errore. V. IMBUO.
Imminere animis in rem aliquam. V. IMMINEO.
Impellere animos in spem metumque. V. IMPELLO.
Impellere animum ad aliquid faciendum. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Imperare animo nequeo. V. IMPERO.
Implere veris animum. Virg. 3. Æn. 434.
Imprimitur animo oratio. V. IMPRIMO.
Incaluere animi. Ovid. 2. Met. 87.
Incendere animum amore famæ. Virg. 6. Æn. 890.
Incendere animos bonorum. V. INCENDO.
Inclinare animum ad rem aliquam. V. INCLINO.
Inclinatior ad pacem animus. V. INCLINO.
Inculcare animis. V. INCULCO.
Indipisci animo. V. INDIPISCOR.
Inducere animum. Ter. And. 3. 3. 40. Si istuc animum induxti esse utile. h. e. Si tibi persuasisti. Cic. 4. Fam. 8. Tu quoque animum inducas, si sit aliqua Resp. in ea te esse opportere.
Inducere animum cantare. Hor. 1. Serm. 3. 2.
Inducere in animum. Ter. Adel. 4. 3. 6.
Indulgere animis. Ovid. 7. Met. 566.
Induere animum bonis artibus. Tacit. 15. Ann. 45.
Induere magnum animum. Tacit. 11. Ann. 7.
Infamare mitem animum vano timore. Ovid. 3. de Ponto 6. 43. Timore scil. sævitiæ ejus.
Infestare rudes animos superstitione. V. INFESTUS.
Infigere animis. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Inflammare animum alicujus. V. INFLAMMO.
Inflat animos rumor. V. INFLO.
Inflectere animum. Cic. 1. Fam. 7.
Influere in animos. V. INFLUO.

Informatus animus bene a natura. V. INFORMIS.
Infringere animos. V. INFRINGO.
Infundere animos. Ovid. 1. Met. 364.
Inhabitat animus in oculis. V. INHABITO.
Inscribere in animo orationem. V. INSCRIBO.
Insculptum in animo. V. INSCULPO.
Insidere in animo. V. INSIDEO.
Insinuare aliquem animo alterius. V. INSINUO.
Insistere mente & animo in rem aliquam. V. INSISTO.
Insitum & innatum animis. V. INSERO.
Inspirare animum. Virg. 6. Æn. 12.
Instaurati animi. Virg. 2. Æn. 451. V. INSTAURO.
Instituere ad cogitandum. Ter. Phorm. 1. 5. 10.
Intendere animo. Tacit. in Vita Agric. 18. Monam insulam redigere in potestatem animo intendit.
Intendere animum ordini rerum. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Intendere animum studiis & rebus honestis. Hor. 1. Epist. 2. 36.
Intendere animum in rem aliquam. Quintil. l. 2. c. 2. & 3. 11. Conf. INTENDO.
Intento intueri animo quidpiam. V. INTUEOR.
Intravit animos pavor. Tacit. in Vita Agric. 5. Intravitque animum militaris gloriæ cupido.
Invasit in animum. V. INVADO.
Invigilant animo curæ. Stat. Theb.
Invitare pretiis animos. Virg. 5. Æn. 292. V. INVITO.
Involat truces animos cupido. Tacit. 1. Ann. 49.
Irrumpunt in animos extrinsecus imagines. V. IRRUMPO.
Judicare animo suo. V. JUDICO.
Juvandis animis natum poema. Hor. in Arte Poet. 377.
Labant animi. V. LABO, as.
Labantes animos confirmare. Lucan. lib. 4. 249. Curt. lib. 5.
Labefactus vulnere animus. Ovid. 10. Met. 375.
Laborare animo. V. LABOR, oris.
Lactare animos. Ter. And. 5. 4. 9. Solicitando & pollicitando eorum animos lactas.
Lætanti animo. V. LÆTUS.
Lapsus animi. V. LABOR, eris.
Latentes animi sub vulpe. Hor. in Arte Poet. 437.
Laxare animum a laboribus. V. LAXO.
Lenire animum. Hor. 3. Carm. 14. 25.
Levantur animi exercendo. Cic. de Senect. 36.
Levare animum mutationibus. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Liberare animos errore. V. LIBER, eri.
Linqui animo. Curt. lib. 4. 6. 20. Linqui deinde animo, & submitti genu cœpit. De Alexandro, ob sanguinem e vulnere latius manantem debilitato.
Linquente animo, in eum a quo tenebatur, incubuit. Curt. lib. 6. 9. 33.
Linquentem revocavit animum, & nudum hostis latus subjecto mucrone hausit. Curt. lib. 9. 5. 11.
Lustrare animos. V. LUSTRUM.
Mandare animis. Cic. 1. in Catil. 27. Penitus animis vestris mentibusque mandate.
Marcet animus. V. MARCEO.
Metiri animo. Ovid. 2. Met. 188.
Micat animus. V. MICO.
Ministrat animum Deus. Virg. 5. Æn. 640.
Minuere animos. Sen. Medea, 3.
Miscere animum alterius cum suo. Cic. de Amicit.
Mitigare animum. Sen. Medea, 6.
Mollire animos. Virg. 1. Æn. 57.
Movere animum. Virg. 3. Georg. 521.
Movere multa animo. Virg. 3. Æn. 34.
Mulcere animos admiratione. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Mutare animum. V. MUTO.
Natus animo leni. V. NASCOR.
Noscere animum alicujus. V. NOSCO. Noratis animos ejus ac spiritus tribunicios. Cic. pro Cluent. 109.
Nudare animos. V. NUDUS.
Obrepere in animo. V. OBREPO.
Occæcare animum. V. OCCÆCO.
Occupare animum vel animos. V. OCCUPO.
Obfirmare animum. V. OBFIRMO.
Oblectare animum. Lucret. lib. 2. 363.
Obstare animis. Stat. 11. Theb.
Obstupuere animis Rutuli. Virg. 9. Æn. 123.
Occupare animum in re aliqua. Ter. prol. Hec. 5.
Occupare animos judicum. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Offendere animum alicujus. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Omissus animus. V. OMITTO.
Parare animos. Ovid. 1. de Arte Am. 237. V. PARO.
Parati animis. Virg. 2. Æn. 799.
Pascere animum. Virg. 2. Georg. 285.
Pascere animum pictura. Virg. 1. Æn. 464.
Pendere animi. V. PENDEO.
Peragere secum animo aliquid. Virg. 6. Æn. 105.
Perculso & abjecto esse animo. Cic. 3. Att. 2.
Percutere animum. Lucret. lib. 2. 885. i. e. Percellendo solicitare. V. PERCUTIO.
Perfundere animum religione. V. PERFUNDO.
Pergere animo forti. V. PERGO.
Perire ab animo. V. PEREO.
Permovere animos. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Permulcere animos. Lucret. lib. 5. 21.
Perseverare animo. Quintil. lib. 4. in procem.
Perspicere animum alicujus. Cic. 1. Fam. 9. Quorum quidem animum tu non perspexisti solum, quum de me ageres, sed etiam confirmasti atque tenuisti.
Ponere animos. Sen. Troad. 8.
Possidere judicum animos. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Præcipere animo. Tacit. 3. Ann. 57. Præceperant animis orationem Patres.
Prægravat animum corpus hesternis vitiis onustum. Hor. 2. Serm. 2. 78.
Præstare animum. Cic. 1. Fam. 9.
Premitur ratione animus, vincique laborat. Pers. 5. Sat. 39.
Prohibere ludo animum. Virg. 4. Georg. 105.

Promere

Promere animos & vires. Virg. 5. Æn. 191.
Proſpicere animis. Cic. 5. Verr. 218.
Pulſare animum. Lucret. lib. 4.
Quatere ſtabilem animum. Paterc. lib. 2. Tantus hujus belli motus fuit, ut ſtabilem illum & firmatum tantorum bellorum experientia Cæſaris Auguſti animum quateret, atque terreret.
Recipere. Ter. Adelph. 3. 2. 26. Quid feſtinas mi Geta? animum recipe.
Recolligere animum alteri, pro Abalienatum in gratiam reſtituere. Cic. 1. Att. 5. Quod ſcribis, etiam ſi cujus animus in te eſſet offenſior, a me recolligi oportere, quid dicas: neque id neglexi.
Recurſabant animo vetera omina. Tacit. 2. Hiſt. 78.
Reddere alicui animum. Hor. 1. Carm. 16. 28.
Reddere animum finitis amoribus. Hor. 1. Carm. 19. 4.
Rediit animus. Ovid. 6. Epiſt. 31.
Referre animum a parvis ad majora. Ovid. 3. de Arte Am. 499.
Reficere animos. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Refringit & abjicit animum pudor vapulantibus juvenibus. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Regere. Hor. 1. Epiſt. 2. 62.
Regere dictis animos. Virg. 1. Æn. 153.
Relevare. Ter. Adelph. 4. 3. 11.
Reliquerat animus hanc modo, i. e. Defecerat eam animus. Plaut. Mil. 20.
Reſtituere animum. Sen. Hippol. 8.
Retardare animos alicujus, atque impetus. Cic. 1. Verr. 33. Sunt alia magis occulta furta, quæ ille, ut iſtius (credo) animos atque impetus retardaret, cum Quæſtore ſuo benigniſſime communicavit.
Revocate animos, mœſtumque timorem mittite. Virg. 1. Æn. 202.
Revocare a metu animos perterritos. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Revocare ab ira. Ovid. 2. Triſt. 557.
Sævire animis. Sen. Herc. fur. 6.
Sedet animo fixum immotumque. Virg. 4. Æn. 15.
Solari animum dolentis. Sen. Octav. 2.
Solicitare. Celſ. lib. 3. cap. 22.
Solvere arctum animum. Hor. 2. Serm. 6. 83.
Spernere animo aliquem. Virg. 3. Ecl. 74.
Stare animo, i. e. Sanum eſſe animo. Hor. 2. Serm. 3. 213.
Stimulatus animus furenti rabie. Catull. 61. 4.
Subibunt animos juvenum majora intellectu, velut parum aptos. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Subigere animum. Hor. 2. Carm. 1. 24.
Submittere animos. Stat. 4. Theb. V. SUBMITTO.
Sumere animum. Ovid. 1. Faſt. 147. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Sumere obſequium animo ſuo. V. OBSEQUIUM.
Surrexerat intentio animis. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Suſcipere animum. Cic. Videte quem vobis animum ſuſcipiendum putetis. Pro L. Manil. 11.
Suſpendere animos. Ovid. 7. Met. 308.
Suſtentare. ut, Animus, qui in ardore pugnæ corpus ſuſtentaverat, liquit. Curt. lib. 8. 2. 38.
Tangit honor animum. Virg. 12. Æn. 58.
Tenere animos incertos. Sen. Thyeſt. 8.
Tenere animos novitate. Ovid. 4. Met. 284.
Tentare precando. Virg. 4. Æn. 113.
Terrere. Virg. 2. Æn. 755.
Terrificare. Virg. 4. Æn. 210.
Tollere animos. i. e. Superbire. Plaut. Truc. 2. 8. 10.
Tollere dictis. Virg. 9. Æn. 127.
Torpere animo. Hor. 1. Epiſt. 6. 14.
Defixis oculis, animoque & corpore torpet. i. e. Hebet. Vel potius Stupore hæret & deficit. exp. Vet. Schol.
Tremere animo. Cic. 1. Q. frat. 1.
Tumere animis. Sen. Troad. 12.
Turbare animos. Virg. 1. Æn. 515.
Valere animo. Cic. 7. Fam. 1. Sin hæc quæ cæteri mirantur, contemnenda duxiſti: & quum per valetudinem poſſes venire, tamen noluiſti: utrunque lætor, & ſine dolore corporis te fuiſſe, & animo valuiſſe, quum ea quæ ſine cauſa mirantur alii, neglexeris.
Verſare animum in omnes partes. Virg. 4. Æn. 286.
Verſare aliquid animo. Tacit. 2. Hiſt. 78.
Vertere animum ad jura civilia. Ovid. 15. Met. 832.
Vexare animos. Sen. Agam. 2.
Alia ex aliis cura fatigat
Vexatque animos nova tempeſtas.
Videre animo. Ovid. 16. Epiſt. 37.
Vince animos iramque tuam, qui cætera vincis. Ovid. 3. Epiſt. 85.
Vocant animum in contraria curæ. Virg. 12. Æn. 487.
Volutare animo eventus. Virg. 6. Æn. 157.
Uti animo ſuo. Curt. lib. 7. 7. 18. i. e. Animi ſui impetum ſequi.
Animus, pro Libidine a ratione averſa, more Græco, qui ψυχὴν ita accipiunt. Plaut. Trin. 2. 2. 24. &c. Si animus hominem perculit, actum eſt. Ter. Adelph. 1. 1. 8. Uxor, ſi ceſſes, aut te amare cogitat, aut tete amari, aut potare, aut animo obſequi. Sic & apud Horat. 4. Carm. 7. 19.
Cuncta manus avidas fugient hæredis, amico
Quæ dederis animo. i. e. Quæ in curando corpore, & explenda libidine conſumpſeris. Lambinus.
Animi, Vocabulum ad Beſtias quoque tranſlatum legas apud Cic. 1. Tuſc. 80. Quarum animi ſunt rationis expertes. Et Apul. de Deo Socr. p. 54. Equum ipſum nudum & ſolum corpus ejus & animum contemplamur. V. ſupra Calidus animis.
Animus ad aliquid. Cic. 5. Verr. 130. Quum ejus animum ad perſequendum non negligentia tardaret, ſed conſcientia ſceleris, avaritiæque ſuæ refrenaret.
Apud animum. V. APUD. Certum apud animum conſtat. V. CONSTO.
Cum, vel In animo cogitare. V. COGITO.
Ex animo & Simulate, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 168. Ex animo aliquid facere. Cic. 9. Fam. 16. Ter. Eun. 1. 2. 95. Et Adelph. 1. 1. 47. & Cic. 11. Fam. 22.
Bene velle alicui ex animo V. in BENE. Videtur autem intelligi Ex toto animo. H. St.

Ex animo ſuo colligere aliquid. Ovid. 11. Epiſt. 88.
In animo habere. Cic. 8. Att. 10. Et pro Roſc. Amer. 91.
In animo inſtituere. V. INSTITUO.
Ut mihi eſt in animo facere, i. e. Ut decrevi, ut propoſui. Cic. 5. Att. 14. V. IN.
In animis & judicio alicujus eſſe. V. IN.
Multum animi habere ad maledicendum. Cic. 2. de Orat. 84.
Sine animo miles. Cic. 1. Att.
Animo procuratoris non intervenit, ſed affectionem amicalem promiſit. Ulpian. in l. Idemque. D. Mandati. i. e. Non tanquam procurator, ſed ut amicus.
Animo uxoris habere mulierem. i. e. Tanquam uxorem. Ulp. in l. Si uxor. §. Sed & in ea. D. ad leg. Jul. de adult.
Animi cauſa. Cic. 7. Philipp. 18. Et qui illud animi cauſa fecerit, hunc prædæ cauſa quid facturum putatis? Plaut. Epid. 1. 1. 43. Cur eam emit? T. animi cauſa.
Anime mi. Vox blandientis. Plaut. Aſin. 3. 3. 74. Da meus ocellus, mea roſa, mi anime. Ter. And. 4. 2. 2. Anime mi, noli te macerare.
ANIMŬLUS, [ψυχάριον] dimin. ab Animo, blandiendi cauſa. Plaut. Caſin. 1. 1. 46. Mi animule, mi Olympio, mea vita. Et Men. 2. 3. 11.
ANĬMO, [θαρσύνω] āre. Addere animum, incitare, accendere. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 386. — animare ad crimina taxos. Animare, Ut animet: h. e. accendat. Nam Zenoni Stoico animus ignis videtur, ut inquit Cicero. Hactenus Janus Parrhaſius.
Animare aliquid, Animam ei dare. Ovid. 4. Met. 619.
Gorgonei capitis guttæ cecidere cruentæ,
Quas humus exceptas varios animavit in angues. h. e. In ſerpentes vivos formavit, ſeu mutavit. Sic
Animari [ζωοποιεῖσθαι] dicuntur in utero corpora: tuncque ab Anima formatur v. ſive ab Animo, quum pro anima capitur. Columel. lib. 8. cap. 5. Diebus quibus animantur ova, & in ſpeciem volucrum conformantur. h. e. Animam vitalem accipiunt. Plin. lib. 7. cap. 15.
Animari atque formari. Cic. 2. de Divin. 89. Perinde utcunque temperatus ſit aer, ita pueros orientes animari atque formari.
ANĬMANS, antis. [ἔμψυχον] Nomen ex partic. abſolute poſitum pro Animali, nunc in f. nunc in n. rarius in m. legitur. De f. Cic. 1. de Legib. 26. Nam quum cæteras animantes abjeciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit. De m. Hor. 2. Serm. 1. 40. Quenquam animantem. Cic. de Univerſ. 15. A quo enim animante omnes reliquos contineri vellet animantes, hunc ea forma figuravit, qua una omnes reliquæ formæ concluduntur. In n. Cic. de Univ. 32. Nullius profecto eorum quidem quæ ſunt nobis nota animantia.
Lactantius fœm. genere paſſim, ut Cæteræ animantes 69. Alias animantes 293. H. St. [V. Voſſ. de Analog. 1. 6. & 33.
ANIMÆQUUS, a, um. [εὐγνώμων] Moderatus, tolerans, minime querulus in adverſis, denique omnia æquo animo ferens. Calep. Gloſſ. Lat. Gr. Animæquus ἰσόψυχος. V. ÆQUUS & ÆQUANIMUS.
ANIMĀTUS, a, um. [ἔμψυχος] Partic. Cic. 1. Tuſc. 54. Animatum quod eſt, id motu cietur interiore & ſuo. Apud Claud. de 3. Conſ. Hon. 114. Saxa Orpheis animata modis. Lucret. lib. 5. 146. Vitaliter animata.
Animatus, [διακείμενος] Aliqua voluntate, aut animo affectus. Cic. 11. Fam. 28. Ita paratus atque animatus eſſe debes: i. e. Sic animo affectus: & (ut ita loquar) diſpoſitus. Plaut. Amph. 2. 2. 130. Ita animatus fui, itaque nunc ſum, ut ea te patera donem.
Infirme animatus. Cic. 15. Fam. 1. His rebus allatis, etſi intelligebam ſocios infirme animatos eſſe, novarum rerum expectatione ſuſpenſos: ſperabam tamen, &c.
Animatu[...]ius, quam paratus. Cic. 6. Fam. 6.
Hoſtili a[...] adverſus Rempublicam, vel principem animatus. Ulp. in l. ult. D. ad leg. Jul. majeſt.
Animatus erga, vel in aliquem. Cic. 15. Att. 12. Videbaturque erga noſtros ἥρωας ita fore, ut nos vellemus, animatus. In hac ſignificatione ſæpius ponitur cum adverbio Bene vel Male.
Male animatus erga aliquem. V. MALUS adj. Suet. in Vitel. cap. 7. Male animatus erga principem exercitus.
Animatus ſum, cum infin. Plaut. Pſeud. 5. 2. 25. Nempe ita animati eſtis, vos vincere hoc duritia tergi. Idem Trucul. Siquid animatus eſt facere.
ANIMATIO, ōnis. f. [ἐμψύχωσις] Cic. de Univerſ. 31. Erant autem animantium genera quatuor, quorum unum divinum atque cœleſte, alterum pennigerum & aereum, tertium terreſtre, quartum divinæ animationis. h. e. Animam habens divinam, ſeu divino animo præditam. Hominem ſignificat.
ANIMATOR, ōris. m. Qui vitam dat. Tertull. adv. Herm. cap. 32. Prudent. in Rom. 788.
ANIMATRIX, Tertull. adv. Gnoſt. cap. 12.
ANIMATORIUS, a, um. Gloſſ. Gr. Lat. χύτρα πετρημένη, olla animatoria, i. e. Pertuſa.
ANIMĀTUS, ûs. m. Idem quod Animatio. Plin. lib. 11. cap. 3. Volare quidem aliqua, & animatu carere in ipſo ſpiritu viventia docuimus.
ANIMABĬLIS, e. Adj. Cic. 2. de Nat. Deor. 91. Principio enim terra ſita in media parte mundi, circumfuſa undique eſt hac animabili ſpirabilique natura, cui nomen eſt aer. Dictione Spirabili interpretatur quid ſignificet Animabile: ut enim Spirabilis aer dicitur, unde poteſt duci ſpiritus, ſic Animabilis, unde anima.
ANIMĬTUS, [ψυχόθεν] ſignificat Animo tenus, vel tanquam ipſum animum, quemadmodum Oculitus & Medullitus. V. Nonius 2. 608.
ANIMŌSUS, a, um. Adj. [θυμοειδής] Magno animo præditus, Habens in ſe animi vehementiam. Cic. 2. Tuſc. 11. Videremus quid eſſet fortis & animoſi viri. Idem 1. Tuſc. 19. Animum autem alii animam, ut fere noſtri declarant nominari. Nam & agere animam, & efflare dicimus, & animoſos, & bene animatos. Idem de Senect. 72. Ex quo fit ut animoſior etiam ſenectus ſit quam adoleſcentia, & fortior. Fortes & animoſi. Cic. pro Milon. 93.
Bella animoſa gerebant juvenes. Ovid. 5. Faſt. 59. i. e. Animoſe, vel magno animo, vel ipſi animoſi, vel cum laude magnanimitatis & fortitudinis.
Colla animoſa præbere ſecuri. Ovid. 4. Triſt. 2. 45.
Corruptor. Tacit. 1. Hiſt. 24.
Contentio. Plin. lib. 10. cap. 29.

Equus. Ovid. 4. Trist. 6. 3.
Euri. Virg. 2. Georg. 441. i. e. Vehementes.
Frigus. Stat. 6. Theb. 395.
Leones. Claud. de Bell. Gild. 423.
Pectus. i. e. Nodosum & eminens. Virg. 3. Georg. 81.
Luxuriatque toris animosum pectus. De equis. Servius. [Imo Animosi i. e. generosi pulli. V. ANIMUS.
Pericula. Martial. lib. 12. 14. Audaciæ plena.
Vento animoso impulsa janua. Ovid. 1. Amor. 6. 51. i. e. Vehementi. Allusit ad ventos, qui & animæ dicuntur.
Animosus in armis. Ovid. 13. Epist. 91.
Animosus rebus angustis. Hor. 2. Carm. 10. 21. i. e. In rebus adversis magnanimus.

ANIMOSE, [θυμοειδῶς] Adv. Magno animo. Cic. 4. Philipp. 6. Nec solum id animose & fortiter, sed considerate etiam sapienterque fecerunt. Idem 3. Tusc. Animose defendere.
Graviter, magnifice, animoseque vivere. Cic. 1. Off. 62.
Animosissime aliquid comparare, seu emere. Suet. in Cæs. cap. 47. Gemmas, toreumata, signa, tabulas operis antiqui, semper animosissime comparasse. i. e. Sine ullius pretii respectu. V. Torrent. & Casaub.

ANIMOSĬTAS, ātis. f. [θύμωσις] est Vehementia & impetus animi, sedem habens in corde, quam Speusippus definit esse Impetum violentum partis animæ irrationalis, absque ratione & ordine mentis. Firmic. l. 8. c. 12. Ad saltandum aptus, & qui scenicas artes studiosa animositate perdiscat. Macrob. Somn. 2. 12. in plur. Animositates dixit, & August. Epist. 162. Equi animositas. Sidon. 4. 3. conf. 7. 1. Et Arnob. 3. p. 100.

ANIO, ōnis, vel ANIEN, ēnis. [Ἀνίων] Fluvii nomen in Tiberim influentis: quem dictum putant ab Anio Hetruscorum rege ibi sepulto. Plin. lib. 3. cap. 12. Anio in monte Trebanorum ortus, lacus treis amœnitate nobiles, qui nomen dedere Sublaqueo, defert in Tiberim. Strabo lib. 5. Anio ex Alba decurrens, præter Latinam Marsorum urbem, & propinquum illi campum, quousque Tiberim intret. Ibid. paulo post. In Romæ conspectu sunt Tibur, Præneste, & Tusculum. Tibur quidem Herculeum est, & catarrhacta, id est Descensus, est quam facit Anio, ubi navigabilis esse incipit, quum e sublimi profundam in vallem præceps defertur, & per urbi ipsi vicina nemora. In hac planitie Anio fluit, &, quas nuncupant Albulas, aquas frigidas multis e fontibus edentes, varios ad morbos salutares cum potu, tum insessionibus admissas. Hæc Strabo. Ex Aniene duo aquarum ductus Romam perducebantur: quorum alter Anio vetus, alter Anio novus nuncupabatur. De quibus Frontinus lib. 1. de Aquæduct. Vid. Etiam Lex. Pitisci.
Gelidus Anio. Virg. 7. Æn. 682.
Quique altum Præneste viri, quique arva Gabinæ
Junonis, gelidumque Anienem, & roscida rivis
Hernica saxa colunt. Anio (inquit Servius) fluvius haud longe ab urbe est: sed hic euphoniam sequutus est. Nam Ennius Anionem dixit juxta regulam.
Pomifer. Propert. l. 4. 7. 81. Ramosis Anio qua pomifer incubat arvis. Pomosis & Spumifer Broekh. q. V.
Præceps. Sil. Ital. lib. 12.
Præceps ad ripas immani turbine fertur,
Sulphureis gelidus qua serpit leniter undis,
Ad genitorem Anio labens sine murmure Tibrim. Præcipitem vocat propter catarrhactam quam facit. Hor. 1. Carm. 7. 13.
Et præceps Anio, & Tiburni lucus, & uda
Mobilibus pomaria rivis. Præceps Anio, (ait Acron) aut per devexa cadens, aut rapidus.
Anien etiam dicitur. Stat. 1. Sylv. 5. 25.
Quas præceps Anien, atque exceptura natatus
Virgo juvat.

ANIĒNUS, i. Ejusdem fluvii nomen. Propert. lib. 4. 7. 86.
Hac Tiburtina jacet aurea Cynthia terra,
Accessit ripæ laus, Aniene, tuæ. conf. Stat. 1. Sylv. 3. 70.

ANIĒNUS, a, um. Adj. [Ἀνιάνειος] ut, Aniena fluenta. Virg. 4. Georg. 369.
Unde caput Tiberinus, & unde Aniena fluenta.
Lympha Aniena. Propert. lib. 3. 15. 4.
Nox media, & dominæ mihi venit epistola nostræ,
Tibure me missa jussit adesse mora.
Candida qua geminas ostendunt culmina turres,
Et cadit in patulos lympha Aniena lacus.

ANIENĬCŎLA, æ. [Ἀνιάνοικος] Qui accolit Anienen. Sil. 4. 225.
Quosque sub Herculeis taciturno flumine muris
Pomifera arva creant, Anienicolæque Catilli.

ANIENSIS, e. Adj. Ut Aniensis tribus. Cic. pro Planc. 22. & 8. Fam. 8. V. TRIBUS.

ANISOCYCLA, ōrum. [ἀνισόκυκλα] Organa ex multis inæqualibus circulis. Vitruv. 10. 1. V. Bald. Lex. p. 8.

ANISTIUS Lacon & Philonides, Alexandri magni cursores, a Sicyone Elin usque mille ducenta stadia uno die transierunt. Solinus cap. 6.

ANĪSUM, i; & ANISUS. (Th. Priscian. de Diæt. c. 10.) [ἄνισον, καὶ ἄνισος] Herba. Plin. l. 20. c. 17. Et anisum adversus scorpiones ex vino bibitur. Pythagoræ inter pauca laudatum, sive crudum, sive decoctum. Item, Viride omnibus quæ condiuntur, quæque intinguntur, desideratum. Et paulo post: Quin ipsum oris habitum jucundiorem facit, fœtoremque tollit manducatum, matutinis cum smyrneo & melle exiguo, mox vino collutum. Et paulo post: Ob has causas quidam Anicetum vocavere. conf. Cels. 2. 71. Columel. lib. 12. cap. 15. Pallad. Febr. t. 14.

ANĬSUM, [Ἄνισον] Urbs esse videtur Siciliæ, Ovid. 4. Fast. 467.
Jamque Leontinos, Anisenaque flumina cursu Præterit. Ut flumina Anisena, aut Anisum flumen quod Aniso præterlabitur. Nisi flumen Anisenum dicat, pro Aniso flumine. [ANISUS vel Anasus fl. Norici, de quo Geogr. V. hodie *Ens*. Apud Ovid. autem Amenana legendum. V. Supra AMENANUS.

ANITIUS, Viri Prænestini nomen, qui una cum Cn. Flavio Appii Cæci scriba, ædilis curulis fuit, eo anno quo usus annulorum etiam plebi permissus est, quum antea soli Senatores & Equites annulos gestarent. V. Plin. lib. 33. cap. 1.

ANIUS, Apollinis fuit filius, & rex in Delo, qui habuit Andrum filium. Virg. 3. Æn. 80.
Rex Anius, rex idem hominum, Phœbique sacerdos.
Plura de eo Diod. Sicul. lib. 5. p. 229. Filiæ ejus ex Dorippe fuere tres, de quibus Ovid. 13. Met. Fab. 4. & Serv. ad Virg. V.

A N N

ANNA, [Ἄννα] Dea, ab Annis quibus præsidebat, vocata est, & illi mense Martio privatim & publice sacrificabant, quo eis annare & perennare liceret. Fuit enim Beli filia, soror Didonis, quæ postquam mortuam sororem vidit, & Carthaginem ab Hiarba Gætulorum rege occupatam, relicta sede pristina ad Battum regem, qui Melitæ insulæ imperabat, cursum arripuit. A quo jure veteris hospitii benigne suscepta, duos, & ultra, annos ibi mansit. Sed quum Pygmalionem fratrem jam cum armis adventare didicisset, Battus veritus potentiam illius, Annam ut inde abiret hortatus est. Mox igitur mare ingressa, dum Cameram navigare contenderet, vi tempestatis acta in Laurentem oram pervenit, ubi jam Æneas pacatis rebus, & ducta uxore Lavinia, imperabat. Hic tum forte solo Achate comitatus, in littore nudis pedibus ambulabat. Qui quum errantem Annam aspexisset, & vix sibi persuadere posset eam esse, tandem agnitam compellat. Timuit illa principio, sororis casum ante oculos ponens: postea vero ab illo benigne invitata, in regiam cum eo profecta est. Cui mox Lavinia amorem conjugis suspectum habens, tendere insidias cœpit. Sed Anna in somnis a Didone monita, ut infaustam domum relinqueret, statim per fenestram exiliit. Quumque citato cursu ad Numicium amnem pervenisset, in eum se præcipitem dedit. Orta deinde luce, magno clamore eam quæritantes per Laurentem agrum proficiscuntur. Apparent vestigia pedum usque ad Numicium amnem, ultra nihil videtur. Quod dum admirandis secum animis volutant, ipsa loqui visa est:
— placidi sum nympha Numici:
Amne perenne latens, Anna Perenna vocor. Ovid. 3. Fast. 146. & 523. 543. & seq. Quapropter læti convivia celebrarunt, eam pro dea venerantes: quem ritum postea longissimo tempore servarunt. V. Sil. 8. 85. & Macrob. 1. Saturn. 12. & Lex. Pitisc.

ANNÆUS. Nomen Gentis Ro. Ex qua multi illustres viri extiterunt. Inter ingenia quidem Seneca, Lucanus, Florus, de Quib. V. s. l. Ap. Tac. 16. Ann. Annæus Mella Lucani pater. & 13. Annæus Serenus, Præfectus vigilum Neronis, qui fungi quodam genere usus in cibo, interemptus est, Ut tradit Plin. lib. 22. cap. 23. Memoratur præterea Annæus Gallio, Statius Senecæ notus medicus, aliique. Scribitur & ANNEJUS.

ANNALES, ANNALIS, ANNARIA. V. ANNUS.

ANNARUS, [Ἄνναρος] Babyloniorum satrapes, qui inter cæteros helluones tanti luxus fuisse proditur, & tam profundæ gulæ, ut stola muliebri amictus, mero & unguento madens, centum & quinquaginta psaltriis simul accubantibus, velut officina nequitiæ, magnis effusionibus cœnitaret. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 22.

ANNASCOR, V. ADNASCOR. & AGNASCOR.

ANNATO. V. ADNATO.

ANNAVIGO, ANNAVIGATIO. V. ADNAVIGO.

ANNECTO, xui, xum, [προσάπτω] ĕre. Simul nectere, alligare. Plin. lib. 10. cap. 37. Epistolas annexas earum pedibus. Idem lib. 4. cap. 1. Insulam continenti annectens. i. e. Conjungens.
Mentum annectere pectori, & caput scapulis. Cels. lib. 4. cap. 3. Morbus qui modo caput scapulis, modo mentum pectori annectit.
Annecti ad. Cic. 2. de Nat. Deor. 135. Paulo supra quam ad linguam stomachus annectitur. Pro eo quod est, Linguæ annectitur.

ANNEXUS, a, um. ut, Annexus in re aliqua. Plin. lib. 28. cap. 8. Cor annexum in lana ovis nigræ.
Annexam scapham puppi funiculus trahebat. Cic. 2. de Invent. 154.

ANNEXUS, ûs. Tacit. 3. Hist. 34. Igitur numero colonorum, opportunitate fluminum, uber agri annexu connubiisque gentium adolevit, floruitque.

ANNELLUS, V. ANNULUS.

ANNĬBAL, vel HANNĬBAL, ălis. Juven. 6. Sat. 169. ālis. Gell. 4. 7. [Ἀννίβας] Nomen Ducis Carthaginiensis præstantissimi. Qui a pueritia cum Hamilcare patre in castris versatus, quum minor vigintiquinque annis esset imperator electus, Hispaniam bello subegit, Alpes transivit, quæ inviæ videbantur, Romanorum duces tribus præliis vicit, Romanosque maxima clade apud Cannas affecit. De hujus ingenio, V. Liv. 21. 4. De auctoritate, Idem 28. 12. de morte 39. 51. & 56.
Alius Annibal vel Hannibal, Gisconis filius fuit, quem nonnulli Asdrubale natum & seniorem appellatum tradunt, sed falso, uti docuit Casaub. ad lib. 1. Polyb. p. 186.

ANNIBALIS Castra, dicitur Portus quidam magnæ Græciæ, in ea peninsula quam Terinæus sinus efficit. V. Plin. lib. 3. cap. 10.

ANNICERIS, [Ἀννίκερις] Philosophi nomen Cyrenensis, Aristippi discipuli, apud Strab. lib. 17. Qui Cyrenaicam sectam emendavit, & ab ea Anniceriam introduxit. V. plura apud eund. Et Cic. 3. Off. 33. Et Laert. in vita Aristippi. Idem an alius fuerit, qui Platonem a Dionysio venundatum redemit, de quo Laert. in Plat. ambigitur, equorum agitatione ac curruum nimio plus sibi placens, ac sæpenumero ejus rei molestus ostentator. De hoc, & Platonis de eodem judicium vide apud Cæl. Antiq. Lect. lib. 17. cap. 31. Ælian. V. H. 2. 27. ubi V. Periz.

ANNICULUS, ANNIFER, V. ANNUS.

ANNIHILĀTOR, Gloss. Gr. Lat. ἐξουδενωτής.

ANNITOR, ANNISUS, & ANNIXUS, ANNISURUS, & ANNIXURUS, V. ADNITOR.

ANNIVERSARIUS, V. ANNUS.

ANNIUS, Nomen gentile Romanorum cujus nominis multi apud Cic. occurrunt. V. Fulv. Urs. Familias.
Annia Romana vidua, quam cum propinqui monerent, ut alteri viro nuberet, negavit se facturam, ne si bonum nacta esset, perdere, ut priorem, timeret, sin malum, amissi desiderium augeret. Ex Erasmi Apopht.

ANNO, V. ANNUS & ADNO.

ANNOMINATIO, Ciceroni dicitur, quæ παρωνομασία Græcis. V. Voss. Rhet. 5. 5. 1.

ANNONA, ANNOSUS, V. ANNUS.

ANNOTINUS, V. Annona, in ANNUS.

ANNŎTO, [ἐπισημειοῦμαι, ἐπισημαίνω] āre. est proprie Notam aliquam adjicere: ut quum in libris nostris aliquid signamus, ut inveniatur facilius. Author Corn. Fronto, scribitur & Adnoto.

Annotare etiam dicitur, qui memoriæ cauſa aliquid refert in commentarium ſuum. Columel. lib. 12. cap. 3. Sciret unde daret, & meminiſſet, atque annotaret, quid, & quando, & cui dediſſet. Quintil. lib. 1. De quibus in Orthographia pauca annotabo.
Annotare dicuntur ſcriptores, quum aliquid memoriæ produnt. Plin. lib. 7. cap. 48. Qua in re & illud annotare ſuccurrit. Legere, adnotare, excerpere aliquid ex libro. Plin. Epiſt. 5. lib. 3.
Annotare aliquid curſim. V. CURRO.
Annotatum eſt. Plin. lib. 2. cap. 25. Breviſſimum quo cernerentur ſpatium, ſeptem dierum annotatum eſt. pro, Obſervatum eſt ac deprehenſum, aut a ſcriptoribus memoriæ proditum. Utroque enim modo verbum accipitur. Sic idem lib. 28. cap. 2.
Annotari. Plin. lib. 3. cap. 5. Hæc littora fontibus calidis rigantur: præterque cætera in toto mari conchylio & piſce nobili annotantur: i. e. Notabilia ſunt, vel inſignia.
Annotare, pro Decernere. Suet. in Calig. 27. Quum ad ſaginam ferarum muneri præparatarum carius pecudes compararentur, ex noxiis laniandos annotavit. Budæus.
Annotari reus dicitur, qui abſens in reos refertur. Nam in gravioribus criminibus, Magiſtratus, qui abſentem in reos recipiebat, edicta proponebat, quibus illi denuntiabat fore, ut niſi intra annum adeſſet, ejus bona publicarentur, uti Martianus docet l. 1. & 2. D. de requir. reis.
Annotare quoque eſt, quum præſes notat qua quemque pœna damnatum cenſeat dignum, idque ad Imperatorem reſcribit. l. 1. D. quando appell. & l. 6. §. præſides. D. de interdict. & relegat. Hotomanus.

ANNOTATUS, a, um. Plin. 2. 25. Spatium ſeptem dierum annotatum.
Annotatus cenſibus, idem quod Aſcriptitius, Cenſibus adſcriptus. in l. Si quis. & l. Quisquis. C. de epiſc. & cleric.

ANNOTATIO, ōnis. f. eſt Notæ ad aliquam rem adjectio, Obſervatio. Annotationes facere. Gell. Præf.
Annotatio item eſt, Abſentis in reos relatio. Macer. in l. 4. D. de requir. reis. Dicitur etiam Principis reſcriptum ſua manu ſubnotatum. l. jubemus. 10. C. de ſacroſ. eccleſ. Hotom.

ANNOTATIUNCULA. Gell. lib. 17. extr. Quum finem propoſuerimus annotatiunculis iſtis bellum P. ſecundum.

ANNOTĀTOR, ōris. m. [ἐπισημαντὴς] Qui aliquid annotat. Plin. in Paneg. cap. 49. Non enim ante medium diem diſtentus, ſolitaria cœna ſpectator annotatorque convivis tuis immines? h. e. Obſervator, ut videlicet notes, & obſerves quantum quisque aut edat, aut bibat.

ANNOTATUS, ûs. m. Val. Max. 9. 12. ext. 1. Mortes dignæ annotatu.

ANNOTAMENTUM, Idem quod Annotatio. Gell. 1. 7. Veterum locutionum copiam his annotamentis inſperſimus.

ANNUATIM. V. ANNUS.

ANNŬLUS, i. m. [δακτύλιος] Notæ ſignificationis. Cic. 5. Verr. 185. Sæpe enim noſtri imperatores, ſuperatis hoſtibus, optime Republica geſta, ſcribas ſuos annulis aureis in concione donarunt. Annulus aureus, inſigne erat equeſtris ordinis. Hor. 2. Serm. 7. 53.

— Projectis inſignibus, annulo equeſtri,
Romanoque habitu.

Annulus ſignatorius. Valer. lib. 8. cap. 14. 4. de L. Sylla
Convertere annuli palam ad palmam. Cic. 3. Off. 38. V. PALA.
Detrahere annulum & Induere, contraria. Cic. 3. Off. 38.
Fulget annulus ingens. Juven. 7. Sat. 140.

— Ciceroni nemo ducentos
Nunc dederit nummos, niſi fulſerit annulus ingens.

Imprimere annulo ſigilla. Cic. 4. Acad. 85.
Induere digitis annulum. Plin. lib. 33. cap. 1.
Annuli etiam ſunt Criſpati in orbem crines. Martial. lib. 2. 66. Sumuntur & pro Vinculis ſive Compedibus. Idem lib. 3. 29. Et l. 11. 38. conf. Colvii Not. in Apul. p. 130. & Kirchm. de Annulis, c. 1. & Pitiſci Lex. in voce.

ANNELLUS, dimin. [δακτυλίδιον] Hor. 2. Serm. 7. 9.

— ſæpe notatus
Cum tribus annellis.

V. Lambin. p. 217. Cic. 5. de Fin. 3. Epicuri imaginem non modo in tabulis noſtri familiares, ſed etiam in poculis, & in annellis habent. Sic legit Nonius: nunc Annulis legitur. Vid. Laurenb. Antiq. p. 28.

ANNULARIUS, i. m. [δακτυλιογλύφος] Annulorum artifex. Cic. 4. Acad. 85. An tibi erit quærendus annularius aliquis, quoniam gallinarium inveniſti Deliacum illum qui ova cognoſceret?

ANNULARIUS, a, um. Adj. ut, Annulariæ ſcalæ, apud Suet. in Aug. cap. 72. Scalas annularias dici ſuſpicatur Beroaldus, quæ in cochleæ formam figurantur, & orbiculata figura inſtar annulorum rotundantur.

ANNULĀTUS, a, um. [δακτυλιωτὸς] i. e. Annulis ornatus. Plaut. Pœn. 5. 2. 21. Quia incedunt cum annulatis auribus. De iis loquitur, qui in perforatis auriculis annulos geſtant. V. INAURIS.

ANNULĀRIS, e. [δακτυλικὸς] ut, Annularis digitus. Gell. l. 10. c. 10. Macrob. 7. 13. Annulare coloris genus candidum ex Creta, &c. Vide Plin. 35. 6. extr.

ANNUMĔRO, [προσαριθμέω] āre. Proprie ſignificat Numero aliquid addere, vel Ad numerum adjungere. Cic. 2. de Divin. 3. Atque his libris annumerandi ſunt ſex de Repub. Ovid. 4. de Pont. 16. 4.

— & mihi nomen
Tunc quoque, quum vivis annumerarer, erat.

i. e. Nominarer.
Annumerare, interdum ſignificat idem quod ſimplex Numerare. Cic. 1. de Nat. Deor. 2. Ut eorum moleſtum ſit annumerare ſententias.
Computare & annumerare literas. V. LITERA.
Verba lectori. Cic. de Opt. Gen. Orat. 14.
Annumerare, dictum de pecunia. Plaut. Merc. Prol. 88. Talentum mihi argenti ipſe annumerat ſua manu. Cic. 5. Verr. 195. Quum tibi Senatus ex ærario pecuniam prompſiſſet, & ſingulos tibi denarios annumeraſſet.
Annumerari cum aliquo. Cic. in Salluſt. 4. Una cum illis annumeratus eſſes.
Annumerare in. Cic. pro Roſc. Amer. 89. Verum ego forſitan propter multitudinem patronorum, in grege annumerer. Ovid. 5. Triſt. 4. 20.

Se quoque in exemplis annumerare ſolet.

ANNUMERATUS, a, um. Macrob. in Somn. Scip. 1. 6. Varr. 2. de R. R. 2.

ANNUMERATIO. ōnis. f. Modeſt. JCt. l. 13. §. 2. de Excuſat. Annumeratio dierum.

ANNUNTIO, [προσαγγέλλω] āre. Idem quod Nuntio. Cic. 5. Att. 11. Quæ mihi annuntiabantur. V. OBNUNTIO.
Annuntiare e longinquo. Plin. lib. 7. cap. 52. V. LONGINQUUS.
Annuntiare ſalutem alicui, pro Salutem dicere. Cic. 12. Att. 1. Eique interea (ut ſcribis) ſalutem annuntiabis.

ANNUNTIATIO, ōnis. f. Cic. de Fato cap. 12. Hæc annuntiatio vera eſſe non poteſt.

ANNUNCIATOR, ōris. m. Tertul. adv. Marc. 4. 7. Auguſtin. Tom. 10. Serm. 14. de Sanctis.

ANNUO, ui, [νεύω] ĕre. proprie Nutu (i. e. ſigno capitis) aſſentiri. Virg. 9. Æn. 106.

Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.

Annuvi, præteritum antiq. Ennius,

Annuvit ſeſe mecum decernere ferro.

i. e. Annuit Turneb.
Annuere toto capite aliquid. Cic. 2. de Orat. 285.
Vellere ſigna annuunt ſuperi. Virg. 11. Æn. 20.
Annuere, Affirmare. Plaut. Bacch. 2. 2. 9. Ego autem venturum annuo. Poteſt hic accipi pro eo quod eſt; Promitto.
Annuere, Verbo ipſo aſſentiri. Ter. Eun. 4. 5. 31. Ne abſcedam imperat: in interiore parte ut maneam ſolus cum ſola. annuo.
Annuere, pro Nutu ſciſcitari. Tacit. 15. Ann. 58. Idem Subrio Flavio aſſiſtenti annuentique an inter ipſam cognitionem diſtringeret gladium, cædemque patraret, renuit, infregitque impetum. Budæus.
Inter Annuere & Innuere. Innuere eſt facie ſignificare. Ter. Adel. 2. 1. 20.

Non innueram: verum in iſtam partem potius peccato tamen.

Annuere, Concedere. Virg. 12. Æn. 841.

Annuit his Juno, & mentem lætata retorſit.

Verum hæc differentia ſæpe confunditur. Nonius.
Inter Nutare, & Annuere, & Nictare veteres hoc intereſſe voluerunt; ut, Nutare capitis: Annuere vel Innuere, narium vel labiorum: Nictare, oculorum ſignificantiam eſſe decreverint. Plaut. Aſin. 4. 1. 39. Nec illa ulli homini nutet, nictet, annuat. Ex Nonio.
Annuere alicui, Promittere. Virg. 1. Æn. 250.

Nos tua progenies cœli quibus annuis arcem.

Annuere aliquem, Nutu ſignificare. Cic. 3. Verr. Erepta eſt facultas eorum quos iſte annuerat.
Significare & annuere. Cic. 5. Verr. 213. Hoc enim mihi ſignificaſſe & annuiſſe viſus eſt.
Annuere, i. e. Favere. Virg. 1. Georg. 40.

— atque audacibus annue cœptis. Ovid. 7. Met. 178.
— & præſens ingentibus annuat auſis.

Supereſt ut promiſſis Deus annuat. Plin. Epiſt. 22.
Si Deus annuerit, i. e. Faverit, vel dederit quod optamus. Plin. Ep. 144.
Ore ſereno vel facili annuere. Martial. lib. 2. 24.

— quod ſi Deus ore ſereno
Annuerit, felix Candide ſolus eris.

Quibus facili Deus annuet ore. Propert. lib. 1. 1. 31.
Annuere, Concedere. V. ABNUERE.
Annuere victoriam. Virg. 12. Æn. 187.

Si noſtrum annuerit nobis victoria Martem.

pro, Si Mars annuerit victoriam.
Annuere nutum. Liv. 7. 30. Annuite P. C. nutum numenque veſtrum invictum Campanis, & jubete ſperare incolumem Capuam futuram. Hoc eadem figura dictum eſt, qua Vivere vitam, & Servire ſervitutem. [Qua Latini rarius, Græci frequentiſſime, præſertim Attici utuntur.

ANNUTO, vel ADNUTO, [προσνευστάζω] āre. frequent. Feſt. Plaut. Merc. 2. 3. 100.

ANNUTANS, Apul. 10. Met. extr.

ANNUS, i. m. [ἐνιαυτὸς, ἔτος] Quid ſit, vulgo notum eſt. Feſtus, Annus ex Græco venit, quem illi ἔννον dicunt. & quod nos Triennium, illi dicunt τρίετες, τριέννον. Servius, Annus dictus eſt quaſi Anus: unde Anulus, quod in ſe redeat: ut eſt,

Atque in ſe ſua per veſtigia volvitur annus.

Vel ἀπὸ ἀνανεώσεως, i. e. Ab Innovatione: quod videlicet aſſidue innovetur & alter fiat. Tria ſunt genera annorum: aut enim lunaris annus eſt XXX. dierum, aut ſolſtitialis XII. menſium. Aut ſecundum Tullium, lib. 2. de Nat. Deor. Magnus, qui comprehendit 12554. annos. ad Æn. 1. v. 269. V. Voſſ. P. 4. Inſt. Orat. p. 196. & Pitiſc. Lex.
Novitas anni. Ovid. 1. Faſt. 160.
Series annorum & fuga temporum. Hor. 3. Carm. 30. 5.
Spatia annorum. Propert. lib. 3. 21. 31.
Tempora vertuntur annorum. Lucret. lib. 5. 1183.
Via anni, ſoliſque. Virg. 6. Æn. 797.

— jacet extra ſidera tellus,
Extra anni ſoliſque vias.

Vices annorum. Sen. OEth. 11.
Fortior annis. Ovid. 3. Amor. 7. 42.
Gravis annis. Virg. 9. Æn. 246.
Integer annorum. Stat. 1. Theb. 415.
Juvenilior annis. Ovid. 14. Met. 639.

Silenusque ſuis ſemper juvenilior annis.

h. e. Quam pro ætate. Qui quum ſit ſenex, agit tamen juvenem.
Maturior annis Remulus. Ovid. 14. Met. 617.
Maximus. Virg. 2. Æn. 339. i. e. Annoſiſſimus.
Obſcurior annis. Virg. 7. Æn. 205. h. e. Res minus nota propter temporis longinquitatem.
Pharius annus. Claud. de Bell. Gild. 57.
Phrygius. Stat. 5. Theb. 752.
Extremo anni. Tacit. 6. Ann. 27. Extremo anni mors Ælii Lamiæ funere Cenſorio celebrata.
Exitu anni. Tacit. 5. Ann. 11.
Fine anni. Tacit. 15. Ann. 47. Fine anni vulgantur prodigia.
Initio ſtatim anni. Liv. Decad. 1. lib. 2.
Principio anni. Liv. Decad. 1. lib. 2.
Anni apti luſibus. Ovid. 15. Epiſt. 21.
Alternis annis. V. ALTERNUS.
Bellicoſior annus, in quo plus bellorum geritur. Liv. 10.
Bini anni. V. BINI.
Breves. Hor. 4. Carm. 13. 23.
Celeres. Stat. 3. Sylv. 3. 20.

Climactericus. V. CLIMAX.
Consumptus. Sil. lib. 15.
Dissimiles annos solertia temperat artis. Claud. de Piis Frat. 23.
Emeriti. Ovid. 15. Met. 226. i. e. Senectutis anni.
Extremus. Virg. 3. Georg. 304.
— extremoque irrorat Aquarius anno.
Faustus. Ovid. 1. Fast. 63.
Fertilis. Propert. lib. 4. 8. 14.
Festior annus eat. Claud. de 3. Conf. Hon. 3.
Florentes. Stat. 3. Sylv. 5. 23.
Fœcundus. Ovid. 3. Amor. 10. 37.
Formosissimus. Virg. 3. Ecl. 57. de Vere.
Fugaces labuntur anni. Hor. 2. Carm. 14. 1.
Gravissimus & pestilentissimus. Cic. 5. Fam. 16.
Hybernus. Hor. Epod. 2. 29. h. e. Hybernum tempus anni. Porphyr.
Ignavi. Ovid. 1. Amor. 15. 1.
Immunes. Lucan. lib. 8.
Impubes. Ovid. 9. Met. 416. — facietque viros impubibus annis.
Incipientis anni primum diem, lætis precationibus invicem faustum ominamur. Plin. lib. 28. cap. 2.
Iners annus, Inertia, vel inerter & nihil agendo consumptus. Ovid. 1. Fast. 168.
Imbellem annum agere. V. IMBELLIS.
Infamis annus pestilentia. V. INFAMIS.
Insequens annus. V. INSEQUOR.
Intercalaris. V. INTERCALARIS.
Judicialis. In quo multa, & quidem severa judicia facta sunt. Cic. in Bruto, 243. Q. Arius quum omni jam fortuna prospere functus, labores etiam magnos excepisset: illius judicialis anni severitatem, quasi solem non tulit.
Justos annos peragere. Ovid. 10. Met. 36.
Juveniles. Ovid. 8. Met. 632.
Lethifer. Virg. 3. Æn. 139.
Locuples frugibus. Hor. 2. Epist. 1. 137.
Longus. Ovid. 1. Met. 273. Idem 4. ex Pont. 4. 23.
Luctifer. Val. Flac. 3. Argon. 454.
Magnus. V. MAGNUS. Dicitur hic etiam Vertens. V. VERTO.
Magnum sol circumvolvitur annum. Virg. 3. Æn. 284.
Melioribus natus annis. Virg. 6. Æn. 649.
Magnanimi heroes, nati melioribus annis.
Minor annus geminis mensibus. Ovid. 3. Fast. 100.
Molles. Ovid. 1. Epist. 11. i. e. Pueriles.
Nitidissimus. Ovid. 5. Fast. 207.
Novus incipit. Ovid. 1. Fast. 149.
Nubiles. Ovid. 14. Met. 335.
Par annus diversis quatuor temporibus. Virg. 1. Georg. 258.
Piger. Tarde procedens, Diu durans. Hor. 1. Epist. 1. 21.
Plenus. Hor. 3. Carm. 18. 5. h. e. Completus.
Plenis annis nubilis virgo. Virg. 7. Æn. 53.
Pomifer. Hor. 3. Carm. 23. 8.
Præceps. Sen. OEth. 8.
Primis annis eximenda vitia. Quintil. l. 1. c. 1. Et Virg. 8. Æn. 511.
Proni. Hor. in Arte Poet. 60.
Pubescentes. Stat. 1. Theb. 21.
Pueriles. Quintil. lib. 1. cap. 11. Ovid. 5. Epist. 157.
Robustior. Ovid. 15. Met. 206.
Romanus. Ovid. 3. Fast. 75.
Rudes. Sen. Thyest. 3.
Rudibus annis aliquid percipere. Quintil. lib. 1. cap. 1. & 15.
Seniles. Ovid. 7. Met. 163.
Seri. Ovid. 9. Met. 434.
Sidereus. Valer. 3. Argon. 401.
Sitiens. Plin. lib. 13. cap. 4.
Steriles annos transmittere. Stat. 4. Sylv. 2. 12.
Teneri. Ovid. 4. Epist. 25. Et Persius 5. Sat. 36.
Turbulentior. V. Turbulentus, in TURBA.
Velox in terga revolvitur annus. Stat. 5. Theb. 460.
Absolutus perfectusque. Cic. de Univers. 29.
Accessit annus tertius desiderio & labori. V. ACCEDO.
Accessio annorum. V. ACCEDO.
Addere annum labori. Cic. 1. Q. frat. 1.
Addere annos. Ovid. 7. Met. 168.
Addere duos annos ad duo lustra. V. ADDO.
Adolere ter senos annos. V. ADOLEO.
Æquare annos. Ovid. 15. Met. 838.
Affluentes. Hor. 4. Carm. 11. 20.
Agere annos. Ovid. 9. Met. 430. V. AGO. Cic. de Senect. 32.
Aperit annum Taurus auratis cornibus. Virg. 1. Georg. 217.
Cedere annis dicuntur vina. V. CEDO.
Circumagit se annus. V. CIRCUMAGO.
Colligere annos. V. COLLIGO.
Complevit annos centum. V. COMPLEO.
Conficere annum, i. e. Transigere. Cic. de Clar. Orat. 176.
Crescentibus annis. Ovid. 1. de Arte Am. 61.
Defecti anni. Ovid. 1. Epist. Sab. 83.
Egressus quintum annum. Quintil. lib. 6. in procem.
Esse annis æqualem alicui. Ovid. 1. Met. 750.
Eunt anni more fluentis aquæ. Ovid. 3. de Arte Am. 62. & Hor. 2. Ep. 2. 55.
Excedere annos centenos. V. CENTENI.
Exeunte anno. Cic. 1. de Divin. 53. Quinto autem anno exeunte ad Syracusas occidit.
Exigere annum cum aliquo. Virg. 1. Æn. 75.
Expectat annum millesimum. Proverbium in illos dici solitum, qui felicitatem concipiunt nunquam futuram. Natum autem sic ferunt; Taciti & Floriani Imperatorum statuas Interamnæ disjectis fulmine, ab aruspicibus responsum tulerunt, ex eorum familia proditurum Imperatorem post annos mille qui terram omnem quæ Oceano ambitur, suam faceret, moxque Senatui resignaret imperium, antiquis legibus victurus, ac post centum & viginti annos moriturus hærede nullo. Diuque sic a posteris expectatum hoc, ut in proverbii vicem versum sit, Annum millesimum expectat. Ex Cæl. l. 2. c. 12.

Expleto anno ætatis undevigesimo. Quintil. lib. 6. in procem.
Extendere suos annos. Sen. Troad. 6.
Exuberat annus pomis. Virg. 2. Georg. 516.
Ferre annos dicuntur vina quædam, & vetustate proficere. Quintil. l. 2. c. 4.
Fessi. Sen. Hippol. 2. Solamen annis unicum fessis hera.
Fracti. Sen. Hippol. 12.
Habere annos. Cic. pro Cæcin. 54. Isque jam annos viginti haberet.
Implere annum. Ovid. 9. Met. 338.
Implet annum Luna mensibus. Ovid. 3. Fast. 657.
Sunt quibus hæc Luna est, quia mensibus impleat annum.
Impleverat jam annum quinquagesimum. Quintil. lib. 3. cap. 1.
Incipit annus vicesimus. V. INCIPIO.
Indefessi anni. Sil. lib. 13.
Insignire annum cladibus. V. INSIGNIS.
Intercessit annus. V. INTERCEDO.
Interfuerunt anni decem. V. INTEREST.
Irrorat annum flatibus Zephyrus. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 75.
Labuntur anni. Hor. 2. Carm. 14. 1.
Eheu fugaces, Posthume, Posthume, Labuntur anni.
Labens annus cœlo. Virg. 1. Georg. 6.
— labentem cœlo quæ ducitis annum.
Labens annus tacite. Ovid. 1. Fast. 65.
Marcet corpus annis. Lucret. lib. 3. 959.
Metiri annum longum. Ovid. 4. Met. 226.
Natus annos decem. V. NASCOR.
Obire annum petitionis. V. OBEO.
Perfecti anni. Ovid. 15. Met. 817.
Referre alic. annos præteritos. Virg. 8. Æn. 560.
O mihi præteritos referat si Juppiter annos. i. e. Reddat.
Recolligere annos primos. Ovid. 7. Met. 216. i. e. Recipere.
Recurrentes anni. Hor. 2. Epist. 1. 147.
Rediens. Hor. 2. Serm. 2. 83.
Relinquere annos. Stat. 2. Sylv. 1. 109.
Renovare annos. Ovid. 9. Met. 424.
Resumere annos virides. Stat. 3. Sylv. 1. 161.
Servare annos. Ovid. 8. Met. 459.
Silentes anni. Claud de Conf. Mall. Theod. 157. Annos quinque intelligit, quos totos silebant novi discipuli Pythagoræ, solum ea quæ dicerentur audientes.
Superare annos memores. Stat. 10. Theb. 440.
Tacitis annis senescimus. Ovid. 6. Fast. 771.
Venientes anni & Anni recedentes, contraria. Hor. in Arte Poet. 175.
Multa ferunt anni venientes commoda secum,
Multa recedentes adimunt.
Vergere annis. Tacit. 13. Ann. 19. Sextium Africanum nobilem juvenem a nuptiis Silanæ deterruerat Agrippina, impudicam & vergentem annis dictitans. i. e. Senescentem.
Vertit se annus. Juven. 7. Sat. 242. — quum se verterit annus.
Vertens annus. Cic. 13. Philipp. 12. Apparuisse numen deorum intra finem anni vertentis. Non toto vertente anno. Suet. Calig. c. 37. i. e. Nondum finito & converso anno. Vertens annus quid sit, ostendit his verbis Vitruvius l. 9. c. 4. Sol autem signi spatium, quod est duodecima pars mundi, mense vertente vadens transit. ita duodecim mensibus duodecim signorum intervalla pervagando, quum redit ad id signum unde cœperit, perficit spatium vertentis anni. Eadem figura Plautus mensem vertentem dixit in Perf. 4. 4. 76. Si hanc emeris, nunquam hercle hunc mensem vertentem, credo, servibit tibi.
Vivere annos bis centum. Ovid. 12. Met. 188. — vixi
Annos bis centum, nunc tertia vivitur ætas.
Volvitur annus in se. Virg. 2. Georg. 402.
— redit agricolis labor actus in orbem:
Atque in se sua per vestigia volvitur annus.
Volvens annus. Ovid. 5. Met. 565.
Juppiter ex æquo volventem dividit annum.
Volventibus annis. Virg. 1. Æn. 234.
Certe hinc Romanos olim volventibus annis. i. e. Volubilibus. & est participium pro nomine. Volvens enim est, Qui volvit: Volubilis autem, Qui volvitur. Servius.
Ante annos occidere. Ovid. 2. Amor. 2. 46.
In annum, & In hunc annum. V. IN.
In annum decimum durare. Ovid. 12. Met. 76.
In annos singulos. V. IN.
In annum venientem curas extendere. Virg. 2. Georg. 405.
In annos patrios inquirere. Ovid. 1. Met. 148.
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
In nonum annum premere opus aliquod. Hor. in Arte Poët. 388.
Inter tot annos. V. INTER.
Intra quatuor annos. V. INTRA.
Per annos longos deservire. Ovid. 1. Amor. 3. 5.
Per annos durare. Virg. 2. Georg. 100.
— aut totidem durare per annos.
Per annos mille. Virg. 6. Æn. 748.
Per annos ferre. Virg. 3. Georg. 47.
Cæsaris, & nomen fama tot ferre per annos.
Sub annis primis. Ovid. 12. Met. 183.
Annus meus, noster, vester, &c. Annus quo mihi aut vobis per leges licet Consulatum aut alium magistratum petere. Cic. 1. Att. 1. Nemo est enim ex iis qui nunc petunt, qui si in nostrum annum reciderit, firmior candidatus fore videatur. Contra Rull. 2. 4. Est illud amplissimum, Quirites, quod honore ex novis hominibus primum me, multis posthabitis, affecistis: quod prima petitione, quod anno meo. Porro ad petendum Consulatum legitimus erat annus ætatis quadragesimus tertius. Cic. 5. Philipp. 48. Quid Macedo Alexander, quum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nonne tertio & trigesimo anno mortem obiit? quæ est ætas nostris legibus decem annis minor, quam Consularis.
Aliquando Annus, Proventum anni, sive Annonam significat. Stat. 3. Sylv. 2. 22. — Pharium gravis intulit annum. Nam Annus Pharius, Ægyptiacum frumentum est. Lucan. lib. 3. 450.
— curvoque soli cessantis aratro
Agricolæ raptis annum flevere juvencis. conf. v. 70. Tacit. de

de Germ. 14. 7. Nec arare terram & expectare annum tam facile perſuaſeris, quam provocare hoſtem. conf. Dempſter. ad Roſin. 7. 38. p. 734.

ANNĀLIS, is, m. Nomen ab Annus derivatum. Gell. lib. 2. cap. 1. Poſuimus igitur verba ipſa Quadrigarii ex annali ejus VI. tranſcripta. Sic idem ſæpe alibi. Cic. 12. Att. 24. Quibus COSS. Carneades & ea legatio venerit Romam, ſcriptum eſt in tuo annali. Plin. lib. 7. cap. 28. Q. Ennius T. Cæcilium Teucrum, fratremque ejus præcipue miratus, propter eos ſextum annalem adjecit. Subauditur nimirum Liber. Quod & addit Quintil. loco, qui infra allegabitur. Frequentius tamen

ANNĀLES, ium. pl. [χρονικὰ] Servius: Inter Annales & Hiſtoriam hoc intereſt: Hiſtoria eſt eorum temporum quæ vel vidimus, vel videre potuimus; dicta ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν, i. e. Videre. Annales vero ſunt eorum annorum & temporum, quæ ætas noſtra non novit. Unde Livius ex Annalibus & Hiſtoria conſtat. Hæc tamen confunduntur licenter. ut, Virg. 1. Æn. 373.

Et vacet annales noſtrorum audire laborum. pro Hiſtoria inquit Annales. Hactenus Servius. Gell. lib. 5. cap. 18. Hiſtorias quidam eſſe aiunt rerum geſtarum vel expoſitionem, vel demonſtrationem, vel quo alio nomine id dicendum eſt: Annales vero eſſe, quum res geſtæ plurium annorum obſervato cujuſque anni ordine, deinceps componuntur. V. plura ibid. & ad eundem loc. Phil. Carol. Animadv. Voſſ de Hiſt. Lat. 5. p. 21. & de Arte Hiſt. a princ. J. F. Gronov. Obſ. ad Scriptt. Eccleſ. c. 9. & princ. Notar. ad Tacitum, qui Servii opinionem in operis gemini inſcriptione ſecutus eſt. Quo alludere videtur Juven. 2. Sat. 102.

Res memoranda novis annalibus atque recenti
Hiſtoria.

Annales Pop. Rom. & monumenta vetuſtatis. Cic. pro Domo ſua 86.
Annalium monumenta. Quint. lib. 2. cap. 4.
Annalium ordo. Cic. 5. Fam. 12.
Ex annalibus cognoſcere. V. COGNOSCO.
Ex annalium vetuſtate eruenda eſt memoria nobilitatis tuæ. Cic. pro Muren. 16.
Annales priſcos volvere. Claud. in 2. Conſ. Stilich. 184.
Annales, pro Faſtis, i. e. Pontificum monumentis, dierum & totius anni deſcriptionem & ordinem continentibus: quum tamen hæc duo inter ſe differant. Ovid. 1. Faſt. 7.

Sacra recognoſces annalibus eruta priſcis.

ANNALIS, e. Adj. [ἐτήσιος, ἐνιαύσιος, ἐνιαυσιαῖος] Annale tempus. Varr. 1. de R. R. cap. 27. Et quoniam tempora duorum generum ſunt: unum annale, quod ſol circuitu ſuo finit: alterum menſtruum, quod luna circumiens comprehendit. De anno & menſe intelligit. Inde Legem annalem dixerunt, Quæ præſcribebat legitimam ad petendum magiſtratum ætatem, quæ & Annaria dicebatur. Cic. 3. de Legib. 8. Civitatem annali lege ſervanto. Idem 2. de Orat. 52. Ut olim Ruſca quum legem ferret annalem.
Annalis, cognomen familiæ Romanæ. Liv. 40. 44. Eo anno rogatio primum lata eſt ab L. Villio Trib. plebis, quot annos nati quemque magiſtratum peterent caperentque. Inde cognomen familiæ inditum, ut Annales appellarentur. V. Gronov. Hinc jocus Cic. ap. Quintil. lib. 6. cap. 3. de riſu, Diſſimulavit, inquit, Cicero quum Sextus Annalis teſtis reum læſiſſet, & inſtaret identidem accuſator ei, Dic, M. Tulli, nunquid potes de Sexto Annali? Verſus tunc dicere cœpit de libro Ennii Annali ſexto,

Qui potis ingentis cauſſas evolvere belli? V. Burm. ad loc.

ANNALIA, n. pl. Vota ſolennia. Grut. p. 116. n. 2. AVGVSTORVM ANNALIA FELICITER. Conf. DECENNALIA, QUINQUENNALIA &c.

ANNARIUS, a, um. ut Annaria lex, dicebatur ab antiquis, Ea qua finiuntur anni magiſtratus capiendi. Hæc Feſtus. Eadem Annalis & a latore Villia.

ANNICŬLUS, [ἐνέτειος] Adj. eſt, non autem dimin. i. e. Unius anni. ut, Anniculus puer, Anniculus taurus. Varro 2. de R. R. cap. 5. Habeo tauros totidem quot Atticus, ad matrices ſeptuaginta, duo: unum anniculum, alterum bimum.
Anniculus etiam de inanimatis dicitur. Plin. Jun. Ergo plantaria inſtituunt, anniculaſque transferunt, & iterum bimas. Plin. l. 9. c. 41. Anniculo grano languidus ſuccus: Idem a quadrimo evanidus. de Cocco. Sic Semen. 18. 24.
Annicula ætas. Columel. lib. 7. cap. 9. Quam ſalaciſſimos oportet eſſe mares, qui & annicula ætate commode progenerant.

ANNĬFER, Adj. [ἐνιαυτοφόρος] Plin. l. 16. c. 26. Cedrus & juniperus & ilex anniferæ habentur, novuſque fructus in his cum annotino pendet.

ANNIVERSARIUS, [ἐνιαύσιος, ἐτήσιος] Adj. Quod ſingulis annis fit. ut, Anniverſaria ſacra. Cic. 6. Verr. 84.
Anniverſariis armis aſſueſcere. Liv. 4. 45.
Anniverſaria febris, quæ ſingulis annis ſtato tempore recurrit. Cic. 2. de Nat. Deor. 97.
Anniverſarii vicini. Varro 1. de R. R. cap. 16.

ANNIVERSARIE, Adv. Vertente quovis anno. Auguſtin. Epiſt. 118. extr.

ANNO, [πέρυσι] Adv. Ante annum: cui opponitur Horno. Plaut. prol. Amph. 91. Hiſtriones anno cum in proſcenio Jovem invocarunt. Et Truc. 2. 4. 38. Quaſi uxorem me habebat anno, dum hic fuit. conf. Id. Men. 1. 3. 22. & V. Gronov. p. 9. Taubm. p. 15. 701. & 1415. Parei Lex. Crit. p. 95.

ANNO, āre. Macrob. 1. Saturn. 12. Annare perennareque commode.

ANNŌNA, æ. [σιτηρέσιον, σιτονομὴ] Anni alimonia eſt: nec frumenti ſolum, ſed etiam aliarum rerum. Columel. lib. 9. Vel lactis annona. Cic. 2. Off. 57. In caritate annonæ, aſſe modium dedit. Idem 2. de Divin. 59. At ſi Epicuri de voluptate liber corroſus eſſet, putarem annonam in macello cariorem fore.
Acris annona. Tacit. 4. Ann. 6. Plebes acri quidem annona fatigabantur.
Arctior. Suet. Claud. 10. Arctiore autem annona ob aſſiduas ſterilitates, detentus quondam medio foro a turba, &c.
Annona ſalaria. V. Salarium, in SAL.
Compreſſam annonam vocat, Liv. lib. 8. Decad. 4. quum pretium per coemptionem eſt auctum.
Difficultas annonæ, ſummaque inopia rei frumentariæ. Cic. pro Domo ſua, 12.
Facta durior annona. Cic. pro Domo ſua, 115.
Fœcundæ annonæ provincia. Tacit. 1. Hiſt. 11.
Gravi annona conflictari. V. CONFLIGO.
Gravitas annonæ. Tacit. 6. Ann. 13.

Incendium annonæ. Quintil. in Paſtu cadav. p. 244. Burm. Etiam ſiquid reſidui erat, ut carius quidam venderent, ad annonæ incendium ſuppreſſum eſt. i. e. Ad annonæ pretium augendum. Romani magnam caritatem annonæ eloqui ſtudentes, ab incendio igneque (quo nihil vehementius & acrius eſt) mutuo verba ſumebant. Turnebus. V. mox Incendere annonam.
Laxior annona. Liv. 1. Decad. lib. 2. Urbi cum pace laxior etiam annona rediit, ex advecto ex Campania frumento.
Moderatior annona. Paterc. lib. 2. 26.
Utilitas nec opinata conſequuta eſt annonam cariſſimam. Cic. pro Domo ſua, 4.
Ex ſumma inopia & caritate rei frumentariæ conſequuta eſt annonæ vilitas. Cic. pro Lege Manil. 45.
Attentare annonam, & vexare vel maxime Dardanarii ſolent. Ulp. in l. Annonam attentare. D. De extraordin. crimin.
Commutata annona. Cic. pro Domo ſua, 115.
Convaleſcit annona. Suet. in Aug. 42. i. e. Vilior facta eſt.
Creſcit annona. Cæſ. 1. Bell. Civil. 52. His tamen omnibus annona crevit, &c. Jamque ad denarios quinquaginta in ſingulos modios annona pervenerat.
Excandefacere annonam. V. EXCANDEFACIO.
Flagellare annonam. Plin. lib. 33. cap. 13. Pretia rerum, quæ uſquam poſuimus, non ignoramus alia in aliis locis eſſe, & omnibus pæne annis mutari, prout navigationes conſtiterint, aut ut quiſque mercatus ſit, aut aliquis prævalens manceps annonam flagellet.
Incendere annonam. Varro 3. de R. R. cap. 2. h. e. Cariorem facere. V. ſupra Incendium.
Inferre caritatem annonæ. Plin. lib. 18. cap. 28.
Ingraveſcit annona. V. INGRAVESCO.
Laxat annona. V. LAXUS.
Levare populum in annonæ caritate, frumento ſuppeditato. Liv. 26. 40.
Levare urbis annonam. V. LEVIS.
Non habet pretium annona. Cic. 5. Verr. 227.
Onerant annonam etiam ſtateræ adulterinæ. Ulp. in l. Annonam. D. de extraord. criminibus.
Prodeſſe annonæ. Hor. 1. Epiſt. 16. 72.
Urit populum annona. Paterc. l. 2. 77. 1. Tum expoſtulante conſenſu populi, quem gravis urebat infeſto mari annona, cum Pompeio quoque pax inita.
Annona, pro Menſtrua vel Annua mercede ac ſtipendio. Veget. de Re Milit. 1. 13. Torques aureus ſolidæ virtutis præmium fuit: quem qui meruiſſet, præter laudem, duplas conſequebatur annonas. V. Meurſ. Auct. Philol. cap. 29. p. 161. & Lex. Pitiſc.
Annonæ civiles. l. 14. C. de ſacroſan. eccl.

ANNONARIUS, a, um. Adj. [σιτηρεσιακὸς] Quod ad annonam pertinet. Veget. 3. 3. Ante igitur, quam inchoetur bellum, de copiis expenſiſque ſollers debet eſſe tractatus, ut pabula, frumentum, cæteræque annonariæ ſpecies, quas a provincialibus conſuetudo depoſcit, maturius exigantur.
Annonaria cauſa. Hermog. in l. Aufertur. D. de jure fiſci. Ut debitoribus fiſci, quod fiſcus debet, compenſetur, ſæpe conſtitutum eſt: excepta cauſa tributaria, & ſtipendiorum, & item pretio rei a fiſco emptæ, & quod ex cauſa annonaria debetur.
Annonaria proviſio. Trebell. Poll. de 30. Tyrann. cap. 18. Annonaria regio. Idem cap. 24. extr. ubi V. Caſaub.

ANNONOR, āri. Capitol. Gordian. cap. 29. Loca in quibus milites annonari non poſſunt. V. Salmaſ. p. 266.

ANNŌSUS, Adj. [πολυετὴς] Qui multos habet annos. ut, Annoſa anus. Ovid. 2. Faſt. 571.

Ecce anus in mediis reſidens annoſa puellis.

Ævo annoſo degit gens Hyperboreorum. Plin. lib. 4. cap. 12.
Brachia ulmi annoſa. Virg. 6. Æn. 282. Et 10. 766. Annoſa ornus.
Falernum annoſum. Martial. lib. 6. 27.
Merum. Tibul. lib. 3. 7. 26.
Mundus. Sen. OEdip. 5.
Palatum. Hor. 2. Serm. 3. 274.
Robore annoſo lucus. Sil. lib. 3. Et apud Virg. 4. Æn. 441.
Senex. Ovid. 1. de Arte Am. 14.
Senectus. Ovid. 7. Met. 237.
Vetuſtas. Ovid. 5. Triſt. 2. 11.
Volumina vatum. Hor. 2. Epiſt. 1. 26.

ANNOSĬTAS, ātis. Antiquitas. Cathol.

ANNOTĪNUS, Adj. [περυσινὸς] ab Annus; Quod eſt unius, (vel potius ſuperioris) anni. Columel. l. 4. c. 24. Ungues cuſtodum annotinos reſecato. Al. Hornotinos legunt, ut indicat Beroald. conf. Plin. 16. 26. V. ſupra in ANNIFER.

ANNOTINUS, Adj. ab Annona; Quod ad annonam pertinet. ut, Naves annotinæ, Quibus annona comportatur. Cæſ. 5. Bell. Gall. 8. Multitudine navium perterritæ, quæ cum annotinis privatiſque, quas ſui quiſque commodi cauſa fecerat, amplius octingentæ uno erant viſæ tempore. [Male hæc disjunguntur, quaſi Cæſar hanc vocem alio ſenſu uſurpaverit, ac reliqui auctores utuntur, & origo ejus liquido indicat. Derivatur enim ab Adv. Anno, quo de ſupra V. ut ab Horno hornotinus, a Sero ſerotinus. Itaque naves Annotinas recte Græcus interpres τὰς τοῦ πρόσθεν ἔτους convertit. i. e. Anno ſuperiori confectas. Duas enim claſſes Cæſar duobus annis deinceps ædificaverat.

ANNUUS, Adj. [ἐτήσιος, ἐνιαύσιος] Quod unius anni ſpatium continet. Plaut. Aſin. 5. 2. 36. Vita uxoris annua.
Annuum eſt aliquid fieri. Plin. lib. 11. cap. 39. Quadrupedibus pilum cadere atque ſubnaſci annuum eſt.
Annuæ vices. Plin. de Viris illuſt. 1. Quibus regnum annuis vicibus habendum reliquit, & ut alternis imperarent. Plin. lib. 10. cap. 20. Cauda pavonis annuis vicibus miſſa cum foliis arborum.
Annua vice, pro Annuis vicibus. Plin. l. 2. c. 39. Quis enim æſtates & hyemes, quæque in temporibus annua vice intelliguntur, ſiderum motu fieri dubitet?
Annua dies: pro Unius anni tempore. Cic. 12. Att. 5. Perdere malo (etſi præter ipſam turpitudinem hoc ipſum puto perdere) aut delegatione in mancipe annua die. quis erit, cui credat? &c. Idem 7. Fam. 24. Sic apud Juriſconſultos legitur, Annua, bima, trima die, pro anno, biennio, triennio. Pomp. in l. 8. §. 3. D. de pignor. action. & l. 3. D. de annuis legat.
Annuæ copiæ. Tacit. in Vita Agric. 22.
Interdicta annua, & Judicium annuum. Paulus in l. Ex quibus. D. De interdict. ſeu extraord. crimin.

Tempus.

Tempus. Cic. 6. Att. 5. Etsi annuum tempus, prope tamen emeritum habebamus (dies enim XXXIII. erant reliqui) solicitudine provinciæ tamen vel maxime urgebamur.

Usus annuus. Africanus in l. Cum quæreretur. D. de leg. 3. Quod ad usum annuum opus esset.

Annuum, Quod singulis annis fit: dictum quasi Anniversarium, ut Annua sacra. Virg. 1. Georg. 338.

Annua febris. i. e. Anniversaria. Valla lib. 4. Sic Propert. lib. 3. 3.

Annua certamina. Lucan. lib. 1. 180.

Cultura. Hor. 3. Carm. 24. 14.

Cura annua milio venit. Virg. 1. Georg. 216.

Liba annua. Ovid. 1. Fast. 670.

Sumptus. Cic. 15. Att. 29.

Orbis. Virg. 5. Æn. 46.

Annuus exactis completur mensibus orbis. Ubi Servius, Annuus orbis, quia menses in se recurrunt & annum faciunt.

Annuum, absolute positum significat Salaria seu Mercedem, vel Alimenta in singulos annos. Ulp. D. de Annuis leg. & fideicommiss. l. Si cui annuum fuerit relictum sine adjectione summæ, nihil videri huic relictum Mela ait. Sueton. in Tiber. 50. Peculio concesso a patre, præbitisque annuis fraudavit, per speciem publici juris. Idem Vesp. cap. 18. Plin. 10. Epist. 40. Atque etiam ut publici servi annua accipiunt. V. ANNONA.

ANNUALIS, e. Ad annum spectans: ut, Annualibus causis. Arnob. 1. p. 22.

ANNUATIM, Adv. Per singulos annos. Valla lib. 6. citat locum Plin. lib. 12. cap. 18. in quo sic nunc legitur, Herodoto teste, qui tradit singula millia talentûm annua thuris Arabes pensitasse regibus Persarum. Ubi Valla fuisse mendum subdubitabat. In Onomast. vet. κατ' ἔτος exponitur.

ANNUTRIO, V. ADNUTRIO.

A N O

ANŌDЎNON, [ἀνώδυνον] Anodyna vocantur, Quæ levationem doloris somnum arcessendo moliuntur, ut ait Hermolaus in Plin. Cels. lib. 5. cap. 25. Anodyna vocant, Quæ somno dolorem levant. Idem lib. 6. cap. 6. Si tantum mali est, ut somnum diu prohibeat, eorum aliquid dandum est quæ ἀνώδυνα Græci vocant.

ANOMALIA, æ. [ἀνωμαλία] Latine dicitur Inæqualitas, & est Analogiæ contraria. Gell. lib. 2. cap. 25. In Latino sermone sicuti in Græco, alii analogiam sequendam putaverunt, alii anomaliam: ἀναλογία, est similium similis declinatio, quam quidam Latine Proportionem vocant: ἀνωμαλία, est inæqualitas declinationum consuetudinem sequens.

ANŌNIS, is, vel ĭdis, f. [ἀνωνὶς] Herba est quæ & Onōnis, dicitur, vulgo *Arresta bovis*, vel Remora aratri, *Arestebœuf*, quod in opere arantes boves subinde sistat, durisque & altis radicibus aratrum remoretur. Plin. lib. 27. cap. 4. Anonin quidam Ononida malunt vocare, ramosam, similem fœnogræco, nisi fruticosior hirsutiorque esset.

ANONЎMUS, [ἀνώνυμος] Sine nomine: ut ἀνώνυμος herba apud Plin. lib. 27. cap. 4. Anonymos a non inveniendo nomine nomen invenit: affertur e Scythia, &c.

ANONYMI, Populi in Africa, Atlantes dicti sunt, quia propriis nominibus nullis inter se distinguuntur. Meminit Plin. lib. 5. cap. 8. Solin. cap. 44. Mela. 1. 8. [Omnes tamen Atlantes eos appellant, Anonymos, quoad scio, nemo.

ANOPÆA, [ἀνόπαια] ap. Homer. Od. λ. Avis ex aquilarum genere, fulicæ similis, Item Tegula perforata, quæ infumibili spiraculo imponitur, & conspectum excedens, sublimis, quam visu assequi nequeas, ab Eustath. exp. V. H. Steph. Thes. Gr.

ANORMIS, e. [ἀγνώμων] quasi Sine norma: h. e. Ab aliorum norma remotus. Hor. 2. Serm. 2. 3.

Rusticus, anormis sapiens, crassaque Minerva. i. e. Ultra normam philosophiæ peritus. Aut abnormi, recta. Sic Acron interpres. Sed poeta videtur potius eum significare, Qui austeritate vitæ & inconditis moribus ab aliorum vita sit alienus, & ab omni civilitate abhorreat. Loquitur enim de quodam philosopho. [Conf. ABNORMIS. Sic enim scribendum. Ap. Acr. legendum Ab norma recta. Schol. Cruquianus: Non ultra modum & normam sapientiæ Stoicæ. Legendum *intra* pro *ultra*. Sed qualem intelligi Sophum velit Flaccus, satis, ipse explicuit, dum adjecit, Crassaque Minerva.

A N Q

ANQUINA, æ. Funis navis, quo ad malum antenna constringitur. Isidor. 19. 4. Cinna poeta,

Atque anquina regit stabilem fortissima cursum. Angina legendum putat Turnebus. V. in ANCHORA.

ANQUĪRO, sivi, situm, [ἀναζητέω] ĕre. Antiquum est verbum. Liv. 2. Bell. Pun. 52. Seu legibus, seu moribus mallet, anquireret. i. e. deest linea (ut vulgo loquimur) Faceret inquisitionem sive informationem: quod Cicero tum Quærere, tum Inquirere in aliquem dicit. Ex Budæo.

Anquirere de aliquo crimine. i. e. Quærere & judicare. Liv. 6. ab Urbe, Sunt qui Duumviros, qui de perduellione anquirerent, creatos, authores sint.

Anquirere capite: quod indocte dicitur, Criminaliter contra aliquem procedere. Liv. 8. 33. Capite anquisitum ob rem bello male gestam de imperatore nullo ad eam diem esse. Ex Budæo.

Capitis anquirere, idem quod Capite anquirere. Liv. Decad. 1. lib. 2. In mulcta temperarunt Tribuni: cum capitis anquisissent, duo millia æris damnato mulctam edixerunt.

Anquirere pecunia. Liv. 6. Bell. Pun. Bis est accusatus, pecuniaque anquisitum. Ex Budæo.

Anquirere, pro Exquirere, sive Diligenter quærere. Cic. de Fato, 17. Sed ad illam Diodori contentionem, quam περὶ δυνατῶν, appellant, revertamur: in qua quid valeat id quod fieri possit, anquiritur.

Anquirere, est Circum quærere. Festus.

ANQUĪSĪTUS, a, um, ut, Pecunia anquisitus. Liv. 26. 3.

ANQUISITE, Adv. ut, Anquisite satis, satisque solicite aliquid quærere. Gell. 1. 3.

ANQUISITIO, ōnis. f. Varr. 5. de L. L. 9. In eodem commentario anquisitionis. V. Pitisci Lex.

A N S

ANSA, æ. [λαβὴ, κώπη] est Qua vas, aut quidvis aliud manu teneri solet. Virg. 6. Eccl. 17.

Et gravis attrita pendebat cantharus ansa.

Dura ansa. Ovid. 8. Met. 653.

Panda urcei ansa. V. URCEUS.

Tortilis. Ovid. 16. Epist. 232.

Ansa, Qua constringuntur calcei. Tibull. 1. 8. 14.

Ansaque compressos alligat arcta pedes.

Ansa per metaph. pro Occasione. Cic. pro Planc. 84. Si locus habet reprehensionis ansam aliquam.

Dare ansam, Præbere occasionem. Cic. pro Sext. 22. Deinde etiam sermonis ansas dabat.

Ansam dare ad reprehendendum. Cic. in Læl. 60.

Ansam contentionum retinere. Cic. pro Cæcin. 18. V. Lex. Pitisci.

ANSŬLA, æ. dimin. [λαβίδιον] Ansulas videtur posuisse Valerius pro Corrigiis crepidarum lib. 8. cap. 13. Mirifice & ille artifex, qui in opere suo moneri se a sutore de crepida & ansulis passus, de crure etiam disputare incipientem, supra plantam ascendere vetuit.

ANSĀTUS, Adj. [κωπήεις] Quod ansam habet. ut, Vas ansatum. Columel. lib. 9. cap. 15.

Ansatus homo. Plaut. Pers. 2. 5. 7. Ansatum hominem joco dixit, Qui incedit utroque brachio in ansarum modum ad latera applicato: sive (ut ipsemet loquitur) Qui subnixis alis sese infert.

ANSATÆ, Subst. Jaculamenta cum ansis, inquit Nonius. 18. 30. Ennius lib. 5. Ansatas mittunt e turribus.

ANSANCTUS, V. AMSANCTUS.

ANSEGETES, V. AMSEGETES.

ANSER, ĕris. m. [χὴν] Avis notissima. Anserum autem alii domestici, alii agrestes. De utrisque Plin. lib. 10. cap. 22. Virg. 1. Georg. 119. Improbus anser. i. e. Insatiabilis, Nulli probandus, inquit Servius.

Anseris medulla. Author obscœni carminis,

Quidam mollior anseris medulla. Et Catull. 23. 2. Vel anseris medullula. Quem locum quidam de molissima anserum pluma accipiunt, quæ interior est, & corpori proxima: sed cum intelligam anseres in deliciis olim Romanis fuisse, quos altiles saginatosque tenerioris ætatis apponere solebant, quorum tenerrimis pulpis etiam tenerior esset medulla; inducor ut credam anseris medullam, pro mollissima & tenerrima re usurpari solitam esse, cum Rom. judicio teneritatem carnis longe superaret mollitudo medullæ. Turneb. V. Pitisc. Lex.

Anseres plumigeri. Plin. lib. 10. cap. 22.

Argutus. Martial. lib. 3. 58.

Sagax. Ovid. 11. Met. 599.

Sollicitive canes, canibusve sagacior anser.

Strepit anser. Virg. 9. Ecl. 35.

— argutos inter strepere anser olores.

Velluntur anseres quibusdam locis bis anno. Plin. lib. 10. cap. 22.

Anseribus cibaria publice locabantur Romæ, & canes alebantur in Capitolio, ut significarent si fures venirent. Cic. pro Rosc. Amer. 56.

ANSER, Cognomen poetæ, quem Ovid. Procacem vocat lib. 2. Trist. 435.

Cinna quoque his comes est, Cinnaque procacior Anser.

Meminit & Propert. 2. 34. 84.

ANSERARIUS, i. m. Columel. 8. 14. De anseribus educandis & anserario constituendo. Gloss. Lat. Gr. Anserarius, χηνοβοσκός. [Apud Colum. Anserarium, ii. n. g. χηνοβοσκεῖον, ut ipse docet, h. e. Locum custodiæ anserum denotat. In Gloss. Anserarius est Anserum custos.

ANSERCŬLUS, dimin. [χηνίδιον] Columel. lib. 8. cap. 14. Ne noceri possit excussis anserculis quos enecant urticæ.

ANSERĪNUS, Adj. [χήνειος] Quod est anseris: ut, Jecur anserinum, Adeps anserinus, apud Plin. sæpissime, lib. 20. cap. 6. & Columel. lib. 8. cap. 5.

Anserina lana. Ulp. in l. Si cui lana. D. De leg. 3.

ANSIBARII, orum. Populi Germaniæ inf. Tacit. 13. Ann. 55. 1. & 56. 4. quos Ammianus 20. 10. Ansuarios vocat. V. ibi Lindenbr.

ANSULA, V. ANSA.

A N T

ANTACÆI, [ἀνταχαῖοι] Pisces sunt delphinos magnitudine æquantes, quos ad Mæotin & Borysthenis ostia in glacie effodi author est Strabo l. 7. Eorum naturam vide apud Ælianum lib. 13. cap. 7. Hist. Anim.

ANTACHĀTES, [ἀνταχάτης] Gemma ex Achatæ generibus, myrrham redolens cum uritur, & ob id mulieribus grata. Plin. lib. 37. cap. 10.

ANTACĪTES, [Ἀντακίτης] Amnis, Asiæ latere, ad Tyrambem oppidum: & ab eo pisces Antacæi, salsamentum Athenæo, cæterisque nobile: nam & in hodiernum usque diem a Mæoti lacu præstantissimi quotannis invehuntur. Amnem hunc Ptolemæo corrupte Atticitum, pro Antacite legimus. Importantur & Antacæi ex Borysthene, ut inquit Herodotus. Hæc Hermol. in Plin. lib. 6. cap. 7.

ANTÆ, ārum. plur. [παραστάδες] Festus, Antes sunt Extremi ordines vinearum. Unde etiam nomen trahunt Antæ, quæ sunt Latera ostiorum. Idem, Antes sunt quadraturæ: unde & Antæ dictæ sunt Quadræ columnæ. V. Pitisc. Lex. in voce. Dacer. ad Fest.

Anta in singulari legitur apud Vitruvium: ut Anta fixa.

ANTARIUS, Adj. ut, Antarius funis. Vitruv. lib. 10. cap. 3. His explicatis antarii funes ante laxi collocentur. Sunt qui Antani legunt.

Antarium bellum veteres appellabant, auctore Festo, Quod ante urbem geritur. V. Bernegg. ad Suet. Aug. cap. 1. 2. Dacer. ad Fest.

ANTÆA, æ. Dea quæ Antii colebatur, eadem quæ Fortuna. de qua Hor. 1. Carm. 35. 1. V. Antium & D. Heins. ad Hesiod. Op. & Dies. p. 236.

ANTÆAS, æ. [Ἀνταίας] Scytharum rex, Ismeniam tibicinem bello captum jussit super cœnam canere. Omnibus autem admirantibus, & præ voluptate plaudentibus, jurejurando affirmavit, suavius se interdum equum hinnientem audisse; usqueadeo aures habebat a musis abhorrentes, animumque in præsepiis. Hæc Plutarch. in lib. de Alexand. fortun. & virt.

ANTÆOPOLIS [Ἀνταιόπολις] Ægypti oppidum, cujus incolæ dicuntur Antæopolitæ. Steph.

ANTÆUS, [Ἀνταῖος] Gigantis fuit nomen, Neptuni ex Terra filii, magno ac procero corpore: quippe qui cubitis quadraginta adoleverit in Libya, apud Lixum oppidum, a flumine Mauritaniæ ejusdem nominis ita vocatum, qui locus Antæi regia dicitur, robore ac fortitudine nemini cedentis. Hic hospites secum luctari cogebat, & delassatos certamine interficiebat, cum ipse, quoties membra labore defessa essent, tactu terræ matris,

terræ matris vires reſumebat. Quod cum animadvertiſſet, Hercules, pectori adſtrictum expirare eum coegit. Scribit Plutarchus in vita Sertorii, hunc apud Tingin oppidum Libyæ, effoſſo ſepulcro, Antæi cadaver inveniſſe. Euſebius lib. de Temp. ſcribit Antæum palæſtricæ artis fuiſſe periliſſimum, & quoruncunque certaminum. Sen. OEth. v. 24. Nullus Antæus Libys Animam reſumit. Hunc Stat. 7. Theb. Terrigenam Libyn dicit,

— Herculeis preſſum ſic fama lacertis
Terrigenam ſudaſſe Libyn. V. Lucan. 4. 590. & Sil. 3. 40.

Alium Antæum memorat Pindari ſcholiaſtes ad Pyth. 9. Stroph. 5.

ANTAGONISTA, æ. m. [ἀνταγωνιστὴς] Adverſarius in certamine quocunque. Dicitur & Antipalus ἀντίπαλος. V. ſ. l.

ANTAGORAS, [Ἀνταγόρας] Poeta quidam fuit non ignobilis, cujus feſtiviſſimum fertur reſponſum. Hic enim gulæ nonnihil impartiendum ratus, congrum intentius coquebat: admonitus ſuper ea re Antigonus, illique aſſiſtens retro, leniter retractum interrogavit, Putaſne, inquit, ô Antagora, Homerum Agamemnonis & Græcorum rebus carmine celebrandis diſtentum, quo pacto congri melius ſaperent, penſitaſſe? Huic ille, An opinaris (inquit) ô rex, Agamemnonem, cui tantarum rerum onus incumberet, ſolicitius perſcrutatum, ecquis in exercitu congrum coqueret? Cæl. Rhod. lib. 7. cap. 8.

ANTALCIDES, [Ἀνταλκίδης] Nomen fuit proprium viri Lacedæmonii, qui præ cæteris viſus eſt honore præſtitiſſe. Plutarch. in vita Pelopidæ.

ANTANACLASIS, [ἀντανάκλασις] Figura eſt: de qua ſic Quintil. Antanaclaſis, ejuſdem verbi contraria ſignificatio. Quum Proculeius quereretur de filio, quod is mortem ſuam expectaret, & ille dixiſſet, ſe vero non expectare: Imo (inquit) rogo expectes. Non ex eodem, ſed ex diverſo vicinum accipitur, quum ſupplicio afficiendum dicas, quem ſupplicatione dignum judicaris. Hæc Quintil. lib. 9. cap. 3. Hic tamen ex ambiguo locus quidam eſt, at nulla eſt figura. Ramus.

ANTANDROS, [Ἄντανδρος] Teſte Strab. lib. 13. Phrygiæ urbs ad Meridiem poſita, quam habitavere Leleges, finitimi Cilicibus. De qua Plin. lib. 5. cap. 30. Rurſus in littore Antandros, Edonis prius vocata, deinde Cimmeris, & Aſſos, eadem Apollonia. Virg. 3. Æn. 5.

— claſſemque ſub ipſa
Antandro & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

Cauſam nominis reddit Mela 1. 18.

ANTANDRUS, [ἄντανδρος] Qui in alterius locum ſuccedit, quem Latini Succedaneum vocant. Ulp. l. 3. §. 8. D. de admin. tutor. Nec patiuntur ſuccedaneos ſe eſſe alieni periculi.

ANTAPOCHA, V. APOCHA.

ANTAPODOSIS, [ἀνταπόδοσις] Latine dicitur Retributio. Figura, quæ fit quoties commemorantur ea quæ non ſunt ante prædicta. Virg. 9. Æn. 454.

— & primis una tot cæde peremptis
Serranoque Numaque.

Neque enim Numam induxit occiſum. Servius. Quintil. lib. 8. cap. 3. Antapodoſin interpretatur Redditionem contrariam in comparatione: idque rectius quam Servius: nulla enim hic figura eſt. Ramus. [ap. Serv. videtur Anantapodoſis legendum. V. ANANTAPODOTON.

ANTARADOS, [Ἀντάραδος] Oppidum eſt, & Inſula ejuſdem nominis in ora Libano monti ſubjecta, de quibus Plin. lib. 5. cap. 20.

ANTARCTICUS, [ἀνταρκτικὸς] Polus eſt auſtralis, Arctico videlicet oppoſitus, qui terræ objectu a nobis cerni non poteſt. V. Varr. 8. de L. L. 18. & Hygin. Poet. Aſtr. 1. 6. & ARCTICUS. ſ. l.

ANTARIUM Bellum. V. ſupra ANTARIUS, poſt ANTÆ.

ANTAXON, [ἀντάξων] dicitur Plaga illa mundi & pars, quæ eſt ſub contrario axe, unde & nomen habet. Cic. enim 1. Tuſc. 68. Globum terræ eminentem e mari, fixum in medio mundi univerſi loco, duabus oris diſtantibus habitabilem & cultum, quarum altera, quam nos incolimus, ſub axe poſita ſit ad ſtellas ſeptem, unde horrifer Aquilonis ſtridor gelidas molitur nives: altera auſtralis, ignota nobis, quam vocant Græci ἀντάξονα. Turneb. Ἀντίχθονα Ciacc. & Urſin. cum omnib. Græcis & Latinis Geographis & Aſtronomis legendum contendunt, quomodo jam VV. DD. ediderunt.

ANTE, [πρὸ, πρόσθε, πρόσθεν, ἔμπροσθεν] Præp. accuſ. notæ ſignificationis. Jungitur autem accuſativo temporis, loci, perſonæ & rei. ut, Ante duos annos, Ante templum, Ante judicem, (i. e. Coram judice) Ante muros, Ante Romulum, & ſimilia, pro Ante Romuli tempora, ſive regnum. Virg. 1. Georg. 125.

Ante Jovem, nulli ſubigebant arva coloni.

Sic in 2. Georg. 536.

Ante etiam ſceptrum Dictæi regis.

Præterea dicimus, Ante me venit, Ante me natus eſt, Ante me fecit, h. e. Antequam venerim, &c. Virg. 11. Æn. 424. —cur ante tubam tremor occupat artus? i. e. Antequam tuba ſonet. Plin. in Præf. Hoc ante me fecit in literis noſtris Valerius Soranus. Tale eſt illud proverbium, Ante victoriam canere triumphum.

Ante cœnam. Macrob. Sat. 2. 9. Ex indice Metelli pontificis: Cœna hæc fuit: Ante cœnam, echinos, oſtreas crudas quantum vellent &c. Mox ſequitur, In cœna, ſumina, ſinciput aprugnum, patinam piſcium &c. Cœnæ quædam pars olim Ante cœnam vocabatur: ea erat tanquam primi cœnæ miſſus, primuſque guſtus, & tanquam prima menſa: altera cœna, quæ erat ſecunda menſa, in ſecundis ferculis poſita, non tamen in bellariis. Turneb.

Ante cibum: cui Pranſus, vel Cœnatus opponitur. Hor. 1. Serm. 10. 60.

Ante hoc factum. Plaut. Mil. 4. 8. 64.

Ante lucem, & Ante noctem. Ante lucem: i. e. Diluculo, melius quam ante diem dicimus. Nam ante diem, pro Ante tempus dici ſolet: præterquam ſi de certo die loquamur. ut, Ante diem decimum: vel, ante ſextum Calend. Novembr. i. e. Sexto die ante Calendas Nov. Rurſus Ante noctem pro Crepuſculo dicitur potius, quam Ante tenebras. Author Valla, lib. 4. Plaut. Trin. 4. 2. 43. Cic. 2. de Invent. 15. Multo ante lucem ſurrexit.

Ante diem tertium. i. e. Nudiustertius, inquit Budæus. Videtur compendioſa loquutio, pro Ante diem tertium finitum: Sicut, Poſt diem tertium, pro Poſt diem tertium cœptum. Sic, Ante diem octavum Idus Novemb. i. e. VIII. Idus Novemb. Cic. 16. Fam. 5. Inde ante lucem proficiſcentes, ante diem VIII. Idus Nov. has literas dedimus. ſubaud. Finitum. i. e. Octavo Idus Nov. Plin. l. 15. c. 18. de ficorum generibus, Quum inter omnes recens eſſe conſtaret, Atqui, tertium (inquit) ante diem ſcitote decerptum Carthagine, tam prope a muris habemus hoſtem.

Ante diem certam, pro Ad certam diem. Cic. 6. Att. 21. Statim dedi literas, ut ex Cypro equites ante certam diem decederent.

Ante diem XVI. Calend. Maii. Cic. 2. Att. 8. Puta (inquit) Paulus Ma-

nutius) dictum XVI. Cal. Maii. Nam idem ſignificat quaſi Decimoſexto die ante diem Cal. Maii: ut tamen includantur Kalendæ Maii. Itaque 16. Fam. 3. Poſt diem Nonas Nov. conſtituit ante diem VIII. Idus Nov. i. e. VIII. Idus Nov. Eſt enim conciſa loquutio, cum dicimus VIII. Idus, quum vero, ante diem VIII. Idus plenior. Nam eſt ante diem Idus octauo die: ut & qui primus Iduum eſt dies, & qui extremus, intra numerum recipiantur. Ante diem III. Non. veteres dicebant, i. e. Die tertio ante Nonas. Nam cum dicitur, III. Non. conciſa loquutio eſt, quæ integra eſſet ſi diceres, III. die ante Nonas. qua non admodum utebantur antiqui, ſed ejus loco ante diem III. Nonas.

In ante diem. Cic. 2. Att. 21. Comitia Bibulum cum Archilochio edicto in ante diem XV. Calend. Novemb. diſtulit.

Ex ante diem Non. Jun. Cic. 3. Att. 17. De Quinto fratre nobis nuntii triſtes, nec varii venerant ex ante diem Non. Jun. Idem erat acſi dixiſſet, Ex Nonis Juniis: ſed figura uſus eſt qua & M. Varro 1. de R. R. Conf. ſupra A. D. in A litera.

Ante, cum accuſ. loci Virg. 5. Ecl. 70.

Ante focum, ſi frigus erit.

Ante, cum accuſ. perſ. Cic. 6. Verr. Ante hoſce deos erant tabulæ. Idem 2. Verr. 9. Cauſam interea ante eum diceret.

Ante ora. Virg. 1. Æn. 96.

Queis ante ora patrum, Trojæ ſub mœnibus altis
Contigit oppetere.

Ante oculos. Cic. 14. Fam. 2. Nam mihi ante oculos dies noctesque verſaris. Virg. 2. Æn. 773.

Et per metaph. ad animum refertur, Cic. 1. de Orat. 192. Omnia enim ſunt poſita ante oculos.

Ante Oculos & Ora, idem ſignificant: ſed hæc duo per auxeſin conjunguntur. Virg. 2. Æn. 531.

Ut tandem ante oculos evaſit, & ora parentum
Concidit.

Ante oculos coram. Ter. Eun. 4. 7. 24. Quæ mihi ante oculos amatorem coram adduxiſti tuum? Ante oculos minus eſt quam Coram. nam Coram propinquitatem ſignificat: Ante oculos poteſt etiam de remotiore loco intelligi, modo extra conſpectum non ſit.

Palam ante oculos. Cic. 7. Verr. 64. Quam libenter eum palam ante oculos omnium eſſe patiatur.

Ante pedes eſſe dicitur, Quod nobis eſt præſens. Et eſt loquutio proverbialis. Ter. Adelph. 3. 3. 33. Iſthuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt, videre, ſed etiam illa quæ futura ſunt proſpicere. Cic. pro Roſc. Amer. 12. Ut non modo clam, verum etiam hic in foro ante tribunal tuum M. Fanni, ante pedes veſtros Judices, inter ipſa ſubſellia cædes futuræ ſint.

Ante alios, vel Ante alios omnes: Comparationem ſignificat, ſive potius Excellentiam: & (ut ita dicam) Superlationem: ut ſit, Ante alios, i. e. Cæteris aliqua re præferendus. Et proprie, teſte Valla, poſitivo gaudet. Plin. lib. 12. cap. 16. Sembracena ante alias hilaris. Hic ſubauditur, Omnes. Virg. 11. Æn. 416.

— ante alios fortunatus.

Idem 3. Æn. 321.

O felix una ante alias Priameia virgo.

Ante alios, compar. junctum. Virg. 1. Æn. 351.

Pygmalion ſcelere ante alios immanior omnes.

i. e. Præ cæteris omnibus immanis.

Ante alios, cum ſuperl. Virg. 4. Æn. 141.

— petit ante alios pulcherrimus omnes
Turnus.

Plaut. Aſin. 5. 2. 8. Scito illum ante omnes minimi mortales pretii. hic Alios ſubaudiendum.

Ante alios, citra ullum gradum compar. Plaut. Trin. 4. 1. 5. Tibi ante alios deos gratias ago atque habeo ſummas.

Ante cunctos claritate Peneus. Plin. lib. 4. cap. 8.

Ante me illum diligo. i. e. Plus quam me. Cic. 8. Att. 24. Cave putes hoc tempore plus me quenquam cruciari, quod eum quem ante me diligo, video in Conſulatu quidvis potius eſſe, quam conſulem.

Ante omnia, In primis, præcipue. Quintil. lib. 1. Ante omnia ne ſit vitioſus ſermo nutricibus. Virg. 2. Georg. 475.

Me vero primum dulces ante omnia Muſæ
Accipiant.

ANTE, Adv. temp. [πρότερον] Plaut. Trin. 5. 2. 17. Neque eum ante uſquam conſpexi prius. Cic. 14. Att. 22. Idipſum quod me mones quatriduo ante ad eum ſcripſeram.

Ante & Poſt, contraria ſunt. Cic. 4. Acad.

Ante & Retro, ſimiliter contraria. Cic. 5. de Fin. 35.

Ante interdum vacat in oratione. Ter. And. 1. 5. 4. Nonne oportuit præſciſſe me ante? adde Liv. 40. 4.

Ante, ſicut & Poſt proprie jungitur adverbiis in o deſinentibus: ut, Paulo ante, Multo ante. Ter. Eun. 4. 5. 7. Sed Thais multo ante venit? V. MULTUS.

Longe ante videre mala venientia. Cic. 3. Tuſc. 28. V. LONGUS.

Ante, cum genit. ut, Ante malorum. Virg. 1. Æn. 198.

O ſocii neque enim ignari ſumus ante malorum.

Ubi eſt advertendum, Ante malorum, compendio orationis dictum, velut deſiderato articulo, aut ſubaudito: etſi articulorum ſupplementa Latinus ſermo recuſat. Sed profecto dictum eſt ac ſi Græce diceres, οὐκ ἀμνήμονες ἐσμὲν τῶν πρότερον κακῶν. Id igitur valet, malorum quæ ante perpeſſi ſumus. Simile eſt illud Ovidii, 1. Met. 20.

Frigida cum ſiccis, ſine pondere habentia pondus.

i. e. τὰ βάρος ἔχοντα τοῖς ἄνευ βάρους. Turnebus.

Ante, cum abl. aut eſt Præpoſitio antique poſita, aut potius Adverbium. Author Servius. Plin. lib. 4. cap. 16. Reperta multis ante ſeculis. i. e. Reperta multis ſeculis ante illud tempus. Cic. 1. Tuſc. 7. Et paucis ante diebus quum facile poſſet educi e cuſtodia, noluit. In hoc loquendi genere interponi ſolet ipſum Ante, ut exempla demonſtrant: aut certe poſtponi. Livius, Quis igitur neſciat novam iſtam legem eſſe XX. annis ante latam?

Ante adverbialiter numerandi vim habens ſignificat primum. Celſ. lib. 7. cap. 29. Id agendum eſt ut ante caput, deinde reliqua pars auferatur. Idem lib. 5. cap. 26. Ante dicam de his, &c. tum de his. conf. 6. 6. & 18. & Plin. 34. 13.

Ante, compoſitionem ingreditur: ut, Antecedo, antefero, antepono.

ANTEA, Adv. temp. [πρότερον, πρὸ τοῦ, πρὶν] Ante, id, ſive, Ante illud tempus: quaſi Ante ea. Hor. Epod. 11. 2.

Petti,

Petti, nihil me, ſicut antea, juvat
Scribere verſiculos, amore percuſſum gravi.

Nunc primum & Antea, contraria ſive relativa. Cic. 5. Verr. 135. Non hoc nunc primum audit privatus de inimico, reus ab accuſatore: jam antea in ſella ſedens Prætor.

Antea quum. Cic. 15. Att 17. Antea quum per literas Attici noſtri, de tua ſumma, &c. certior factus eſſem.

Antea quam, pro Ante quam. Cic. 3. Att. Antea quam ad me ſcripſiſſetis.

Antea & Poſtea, tanquam Relativa aut Reciproca interdum leguntur. Cic. 1. Fam. 9. Appius in ſermonibus antea dictitabat, poſtea dixit etiam in Senatu palam.

Ante & prius. Cic. 15. Att. 13. Quod ad te antea, atque adeo prius ſcripſi.

ANTEACTUS, [προδιαχθεὶς] Partic. ſine verbo, ex Ante & Actus; Præteritum ſignificat: ut, Anteacta vita. Cic. 5. Verr. 146. Nihil putas valere in judiciis conjecturam, nihil ſuſpicionem, nihil anteactæ vitæ exiſtimationem.

Anteacta ætas. Lucret. lib. 1. 234.

Vetuſtas. Lucret. lib. 3. 985.

Ex anteacta vita facere judicium. Cic. 2. de Invent. 36.

Anteactis male credere. Ovid. 12. Met. 115.

ANTEAMBŬLO, ōnis. m. [προπομπὸς] ab Ante & Ambulare, Qui aliquem ſuperiorem honoris cauſa præcedens comitatur. Martial. lib. 10. 74.

Anteambulones & togatulos inter
Centum merebor plumbeos die toto.

Anteambulo alicujus. Martial. lib. 2. 18.

Sum comes ipſe tuus, tumidique anteambulo regis. Suet. in Veſp. cap. 2. Dum eum identidem per contumeliam anteambulonem fratris appellat.

Anteambulones Atrati dici poſſunt, qui Græce Codonophori, i. e. Tintinnabula geſtantes: quod honoratiorum funera præcedant cum tintinnabulis. Ex Budæo. V. Pitiſc. Lex. Hier. Mag. de Tintinn. c. 10. extr.

ANTEBASIS, Id quod Baſi opponitur. apud Vitruv. 10. 15. & 17.

ANTEBELLO, are. Gloſſ. Gr. Lat. προπολεμῶ, Antebello.

ANTECĂNIS, [προκύων] Nomen ſideris. Cic. 2. de Nat. Deor. 114.

Antecanem, Procyon Graio qui nomine fertur.

ANTECANTAMENTUM, i. n. Quod ante canitur, ſive præcinitur. Apul. 11. Met. p. 261. Interim majorum antecantamenta votorum. Beroaldus: Ut, Anteloquia dicuntur præfamina, ſic & Antecantamenta ſunt illa quæ præcinuntur ante vota & preces legitimas. V. Jul. Flor. p. 370. Pricæus, p. 245. legit Antecantamina.

ANTECĂPIO, cēpi, captum, [προλαμβάνω, φθάνω] ĕre. Prævenire, occupare. Tacit. 4. Hiſt. 66. Quia pontem Moſæ fluminis anteceperat. Salluſt. in Catil. cap. 55. Conſul optimum factu ratus noctem quæ inſtabat antecapere, nequid eo ſpatio novaretur. Ibid. cap. 13. Non famem aut ſitim, neque frigus, neque laſſitudinem opperiri: ſed ea omnia luxu antecapere.

Antecapere multa. Salluſt. Cat. c. 32. Ac prius quam legiones ſcriberentur, multa antecapere, quæ bello uſui forent. ☞ Multa expunxit Cort.

Tempus. Salluſt. Jugurth. cap. 21. Maximeque feſtinans tempus legatorum antecapere. i. e. Legatos prævenire.

ANTECAPTUS, Partic. [προληφθεὶς] Liv. 5. 38. Non loco caſtris ante capto, non præmunito vallo. V. Gruter. & Gronov.

Anteceptus, etiam legitur, ſi locus mendo vacat. Cic. 1. de Nat. Deor. cap. 16. Quam appellat πρόληψιν Epicurus. i. e. Anteceptam animo rei quandam informationem.

ANTECĒDO, ſſi, ſſum, [προέρχομαι] ĕre. Idem quod Præcedere, h. e. Ante aliquem incedere. cum dat. vel accuſ. conſtruitur. Columel. lib. 7. cap. 6. Ut antecedat gregem. De magiſtro pecoris loquitur.

Antecedere aliquem biduo. Cic. 11. Fam. 13.

Ad explorandum. Liv. 2. 6. Brutus ad explorandum cum equitatu anteceſſit.

Antecedere quempiam itinere. Cæſ. 7. Bell. Gall. 33. Ne contra ſuam voluntatem dimicare cogeretur, magnis itineribus anteceſſit.

Antecedere, per metaph. pro Antecellere, ſuperare, excellere. Cic. 1. Off. 105. Quantum natura hominis pecudibus reliquiſque beſtiis antecedit. Cæſ. 3. Bell. Gall. 8. Et ſcientia atque uſu nauticarum rerum cæteros antecedunt. Cic. de Senect. 59. Neque enim ſolum honore antecedentibus.

Antecedere alteri, vel alterum ætate. Cic. de Clar. Orat. 82.

Aliquem ætate & uſu rerum. Cic. 6. Verr. 138.

Pretio. Plin. lib. 16. cap. 4. Cedunt his murales vallareſque, & aureæ, quanquam pretio antecedentes. i. e. Pretioſiores. De coronis militaribus loquitur.

Antecedere [προέχειν] quia excellentiam ſignificat, ideo conſtruitur cum adv. quæ compar. aut ſuperl. adjungi ſolent: qualia ſunt, Ut & Ita, Multo & Longe. Cic. 6. Verr. 143. Ut quiſque honore & ætate antecedit: ita primus ſolet ſua ſponte dicere, & longe antecedere.

Antecedere, cum accuſ. rei. Plaut. Pſeud. 1. 5. 118. Virtutem regis Agathocli anteceſſeris.

Antecedere, dictum de tempore. Ter. Phorm. 3. 2. 40. Jamne ea præteriit? D. Non, verum ei hæc anteceſſit. Loquitur de præſtituta die. Plin. lib. 13. cap. 8. Pomo antecedentis anni detracto.

Cibum ſemper antecedere debet exercitatio, ait Celſ. lib. 1. cap. 2.

ANTECĒDENS, Partic. [προέχων] ut, Antecedens annus. Plin. lib. 13. cap. 8. Hor. 3. Carm. 2. 31.

Antecedens dignitate. Cic. 2. de Invent. 66.

Antecedens & Inſequens, contraria. Cic. ad Octav. Et quæ non inſequens hora antecedente calamitoſior, Pop. Rom. illuxit?

Antecedens, Præcedens. Cic. de Partit. 7. Alia ex antecedentibus, alia ex conſequentibus.

ANTECESSUS, ûs. m. [πρόληψις] pro Anticipatione poni videtur a Sen. Epiſt. 119. Bene credi tibi ſcio: itaque in anteceſſum dabo. i. e. Antequam debeatur. Idem de Benef. lib. 4. 32. Aliis poſt longam diem repono, aliis in anteceſſum. Item Epiſt. 7. extr. Ex quibus duo tibi in debitum ſolvuntur: tertium in anteceſſum accipe.

ANTECESSUS, a, um. Petron. cap. 17. Ubi anteceſſa latrocinia didiciſtis. al. Anteceſſura.

ANTECESSOR, ōris. m. [πρόδρομος] Qui antecedit. Hirt. de Bell. Afr. cap. 12. Interim quum jam Cæſar progreſſus eſſet e caſtris circiter millia paſſuum tria, per ſpeculatores & anteceſſores equites nuntiatur ei copias hoſtium haud longe a ſeſe viſas. Suet. in Vitell. cap. 17. Irruperant jam agminis anteceſſores & ſingula rimabantur. [Iidem qui infra Antecurſores vocantur.

Anteceſſor, Prior magiſtratus, cui alter ſuccedit, qui alibi Deceſſor dicitur. Paul. l. 55. D. de Judic.

Anteceſſores in edicto Juſtiniani, quo juris authoritas confirmatur, Homines legum peritos & juris (etiamſi non ſint profeſſores) dici exiſtimo, ab honore, quod aliis qui jus non didicere antecedant. Sic Apoſtolorum principes Tertull. vocat Anteceſſores, ut lib. 5. adv. Marc. Quam Paulus ſciret ſe non in vacuum cucuriſſe, quam dexteras ei darent anteceſſores. & lib. 1. Tunc primum cum anteceſſoribus Apoſtolis conferebat. Nec vero eos laudo qui Antecenſores eſſe legendum contendant, quæ vox Latinis hominibus inſolens & inaudita eſt. Nam Heſychium, in quo ἀντικένσωρ ſcribitur, non ſatis locupletem & idoneum teſtem arbitror, cum præſertim verba Latina ore Græco plerunque corruptius concipi ſciam. Turnebus. V. Lex. Pitiſc.

ANTECESSIO, ōnis. f. [πρόβημα] Cic. 1. Off. 11. Conſequentia cernit, cauſas rerum videt, earumque progreſſus & quaſi anteceſſiones non ignorat.

Anteceſſio in locis. Cic. in Topic. 53. Quum tripertito igitur diſtribuatur locus hic, in conſecutionem, anteceſſionem, repugnantiam.

ANTECESSIVUS, a, um. Tertul. de Virg. Veland. cap. 4.

ANTECELLO, ui. [ὑπερέχω] ĕre. Præſtare, excellere.

Antecello tibi hac re. Cic. 1. Off. 11. Omnes participes ſumus rationis, præſtantiæque ejus, qua antecellimus beſtiis.

Antecello illum hac re. Cic. pro Corn. Balb. 1. Qui eloquentia cæteros antecellis.

Antecellere aliis in re aliqua; quod & Præſtare dicitur. Cic. 1. de Invent. 5. Quare præclarum mihi quiddam videtur adeptus is qui, qua re homines beſtiis præſtent, ea in re hominibus ipſis antecellit.

Antecellere cum adv. ſicut dictum eſt de Antecedere. Cic. 1. de Senect. 64. Quod ut quiſque ætate antecellit, ita ſententiæ principatum tenet. Cic. 6. Verr. 118. Quæ longe cæteris antecellunt. Idem pro Lege Manil. Facile omnibus terris antecellat.

Antecellere longe vel multum alicui rei ad honorem. Cic. pro Muren. 29. Non ſolum illa gloria militaris veſtris formulis atque actionibus anteponenda eſt, verumetiam dicendi conſuetudo longe & multum iſti veſtræ exercitationi ad honorem antecellit.

Antecelli. Auth. ad Heren. lib. 2. cap. 30. An ad pares, hoc eſt in eiſdem partibus animi, corporis, fortunarum poſitos: an ad inferiores, qui omnibus his rebus antecelluntur?

ANTECELLENS, Partic. [ὑπερέχων] Cic. pro Muren. 36. Q. Catulum humanitate, ſapientia, integritate antecellentem.

ANTECOENIUM, [πρόδειπνον] quaſi, Ante cœnam: Cibus inter prandium & cœnam ſumptus: alio nomine Merenda. Apul. 2. Met. p. 121. Prorſus gladiatoriæ Veneris antecœnia. V. Lipſ. Miſc. 1. Ep. 65. & Lex. Pitiſc. V. & Iſidor. l. 20. c. 2. & Lud. Nonnium de Re Cib. l. 1. c. 4.

ANTECURSOR, ōris. m. [προτρέχων, πρόδρομος] ab Ante & Curſor. Cæſ. 1. Bell. Civil. 16. Ibi cum antecurſoribus Cæſaris prælio commiſſo. Idem 5. Bell. Gall. 45. Hora circiter tertia ab antecurſoribus de Craſſi adventu certior eſt factus.

ANTĔCURSORIUS, a, um. ut, Antecurſoria potio. Apul. 9. Met.

ANTEDEXTRA, una voce dicebantur & Aves & fulmina. Jo. Bapt. Bellus de Part. Templ. Augur. cap. 7. V. Et Lex. Pitiſc. in ANTICA.

ANTEDĪCO, xi, ctum, [προερέω] ĕre. Prædicere. Cic. 2. de Divin. 17. Hæc qui antedicunt, quam rationem ſequantur, vides. Idem 1. Philipp. 26. Atque ego hoc dico de futuris: quod eſt augurum, (al. Amicorum) antedicere ea quæ vitari poſſunt. [Emendati tamen codices diviſim ſcriptum exhibent, ut & Ante expectatum ap. Virgil. Ante factis ap. Liv. &c.

ANTEDICTUS, a, um. ut, Antedictus perfuga. Ammian. 16. 12.

ANTEEO, īvi, [πρόειμι] īre. Præcedere, ſive Antecedere. Cic. 2. Off. 112. Barbarum diſtricto gladio jubebat anteire.

Anteire vehiculo. Suet. in Auguſt. cap. 65.

Anteire ventos. Sil. lib. 16.

Anteire, per metaph. pro Antecellere & anteponi. Hor. 1. Epiſt. 2. 70. Strenuus anteis. Plaut. Amph. 2. 1. 18. Virtus omnibus rebus anteit profecto. Virg. 2. Æn. 84.

Qui candore nives anteirent, curſibus auras.

Anteire cæteris virtute. Cic. 2. Off. 37.

Anteire claritudine generis. Tacit. 12. Ann. 6.

Anteire ætate, i. e. Ætate præcedere, majorem natu eſſe. Cic. 9. Philipp. Sed quum Servius Sulpitius ætate illis anteiret.

Anteiri ab aliis. Tacit. 2. Hiſt. 101. Æmulatione etiam, invidiaque, ne ab aliis apud Vitellium anteirentur, perverteſſe ipſum Vitellium videntur.

ANTE-EXPECTATUM [πρὸ τοῦ προσδεδοκημένου] Adv. temp. Virg. 3. Georg. 348.

Anteexpectatum poſitis ſed in agmine caſtris. Ubi Servius, Anteexpectatum, Dicto citius: i. e. Ante quam ejus expectetur adventus. Et eſt una pars orationis. h. e. Adverbium. V. Pier. & ſupra ANTEDICO.

ANTEFACTUM, i. n. [προπεπραγμένον] Liv. 7. Bell. Maced. 53. Vos modo id dicere & conveniens eſſe antefactis, dicent. Videtur eſſe ὄντι, ut legatur ſic, Ante-factis. Vitruv. 9. 7. Antefacta & futura ex ratiocinationibus aſtrorum explicare.

ANTEFACTUS, a, um. Gell. 17. 7. Utrum ne in Poſtfacta modo furta lex valeret, an etiam in antefacta.

ANTEFĔRO, tŭli, lātum, ferre. Virg. 6. Æn. 677.

Dixit, & antetulit greſſum. V. ANTEGREDIOR.

Anteferre, Præferre, anteponere. [προτιμάω] Cic. 3. Tuſc. 46. Tenuem victum anteferre copioſo.

Anteferre alterum alteri de re aliq. Cic. pro Corn. 45.

ANTELĀTUS, [προτετιμημένος] Partic. ab Anteferor. Cic. de Provinc. Conſ. 27. Quum ipſe cæteris omnibus eſſet omni honore antelatus.

ANTEFERENDO. Hor. 2. Epiſt. 1. 19.

Te noſtris ducibus, te Graiis anteferendo.

ANTEFIXUS, a, um. Vitruv. 10. 15. Antefixa latitudo foraminis. Liv. 26. 23. Quæ in antefixis erant. & 34. 4. Antefixa fictilia deorum. V. Gronov.

Antefixa, Quæ ex opere figlino tectis affiguntur ſub ſtillicidio. Feſtus. V. Lex. Pitiſc.

Antegenitālis, e. Adj. [προγεννητικὸς] quaſi ab Ante genitus factum. Plin. lib. 7. cap. 55. At quanto facilius certiusque ſibi quenque credere, ac ſpecimen ſecuritatis antegenitali ſumere experimento? h. e. Sumpto ab iis qui ante nos geniti ſunt.

Antegestum, Paulus in l. quoties D. de pecul. Non tantum autem quivis creditor cum venditore ex antegeſto agere poteſt, ſed & ipſe emptor.

Antegredior, eſſus, ſum, [προβαίνω, προηγέομαι, προκατάρχω] ēdi. ex Ante & Gradior: ſignificat Præcedere. Cic. 2. de Nat. Deor. 54. Lucifer Latine dicitur, quum antegreditur Solem: quum ſubſequitur autem, Heſperos. Idem de Fato 19. Sed intereſt inter cauſas fortuito antegreſſas. Idem 1. Off. 94. Quicquid enim eſt quod deceat, id tum apparet, quum antegreſſa eſt honeſtas.

Antehăbeo, ui, ĭtum, [προκρίνω] ēre. Præferre. Tacit. 4. Ann. 11. extr. Peteremque ab iis quorum in manus cura noſtra venerit, ne divulgata atque incredibilia avide accepta, veris, neque in miraculum corruptis antehabeant.
Ut Posthabeo. Cajum ſe, ejusque ſorores ſe ipſis & liberis ſuis antehabituros. Xyl. apud Dion. p. 395. l. 59. Germ. H. St. [Sic reddidit Gr. προθυμεῖν.

Antehac, [πρὸ τοῦ] Adv. temp. i. e. Ante hoc tempus: quaſi Ante hæc Cic. 1. Fam. 7. Atque antehac quidem ſperare ſaltem licebat: nunc etiam illud ereptum eſt. Ter. And. 1. 2. 16. Nam quod antehac fecit, nihil ad me attinet. Ubi Donatus, Antehac, pro Ante hæc, conſuetudine magis quam ratione dicitur.
Usque antehac. V. usque.
Antehac nunquam. Ter. And. 5. 4. 14.
Antehac, pro Ante illud tempus. Salluſt. in Catil. cap. 25. Libidine ſic accenſa, ut ſæpius peteret viros, quam peteretur. Sed ea ſæpe antehac fidem prodiderat, creditum abjuraverat.

Antēlius, rectius **Anthelius**, i. m. [Ἀνθήλιος] Idolum Athenis ad ædium fores erectum verſus ſolem. Heſych. Plur. Antelii Dæmones, Oſtiorum præſides. Tertull. de Idol. cap. 15. & de Cor. Mil. cap. 13.

Antella, æ. f. quaſi Anteſella, ſicut & Poſtellam, quaſi poſt ſellam. Iſidor. 20. 16. Conf. antilena.

Antelogium, i. n. Vox neque plane Latina, nec Græca: pro eo quod Procemium. Plaut. Men. prol. 13. Huic argumento antelogium hoc fuit. conf. Auſon. præf. Ep. 16.

Anteloquium, [πρωτολογία] Primus in loquendo locus, ſeu Principatus loquendi. Macrob. 7. Saturn. cap. 4. Hic aſſenſi omnes, Prætextato anteloquium detulerunt. i. e. Primas loquendi vices, ait Budæus. Idem 1. Saturn. cap. ult. Sed & Euſtathius, & poſt hunc Nicomachus meminerint, craſtina diſſertatione ſervari ſibi anteloquii functionem. conf. Symmach. 1. Epiſt. 71. & 8. Epiſt. 23.

Antelucānus, a, um. [λυκαυγὴς, ἀμφίλυκος] Quod eſt vel fit ante lucem. Cic. 15. Fam. 4. Eranam autem &c. ex antelucano tempore usque ad horam diei decimam magna multitudine hoſtium occiſa, cepimus. Sic Varro 1. de R. R. cap. 13. Antelucanis temporibus.
Antelucanæ cœnæ. Cic. 2. in Catil. 22. Quorum omnis induſtria vitæ & vigilandi labor in antelucanis cœnis expromitur. Antelucanas cœnas invidioſe dixit, pro cœnis quas a principio noctis ad ortum fere ſolis producebat Catilina cum ſociis.
Antelucana induſtria. Cic. 4. Tuſc. 43. Cui non ſunt auditæ Demoſthenis vigiliæ? qui dolere ſe aiebat, ſiquando opificum antelucana victus eſſet induſtria.
Antelucana lucubratio. Columel. lib. 11. cap. 2.
Antelucana officia. Plin. l. 3. Epiſt. 12. pro his, qui ante lucem officium ſalutationis obibant.

Anteluco, āre, ſive **Antelucor** [ὀρθρίζομαι] ſignificat Ante lucem vigilo. Calep. ſine auth.

Antelucio, vel **Anteluco**, & **Anteluculo**, Adv. quaſi, Ante lucem. Apul. Mil. 9. p. 223. Optimum itaque factu viſum eſt anteluculo furtim evadere. Idem 1. p. 107. 108. &c.

Anteludium, i. n. Apul. lib. 11. poſt pr. Ecce pompæ magnæ paulatim procedunt anteludia, &c. Eleganter (inquit Beroaldus) anteludia pompæ ſacrificalis appellat ea præludia, quæ in hujuſcemodi ſpectaculis præmitti ſolent, quibus oculi ſpectatorum mirum in modum capiuntur. Apud nos hodieque in pompa ceremoniali quæ deo noſtro quotannis peculiariter ſuperſtitioſe dedicatur, ſolent id genus anteludia præcedere, & oblectationes ludicræ vagari, in quibus Prophetæ & Apoſtoli repræſentantur, alati pueri concinunt, fœminarum chorus inducitur, pegmata obambulant, & hiſtoria Judaica conviſitur: in qua hic Herodem agit, ille reginam fingit, alii ſatellites regios repræſentant. Hæc ille. V. Lex. Pitiſc.

Ante-mala [πρὸ τῶν κακῶν] Figurate dictum, pro eo quod eſt, Mala anteacta, i. e. Præterita: ſicut apud Ter. And. 1. 2. 4. Semper-lenitas, pro Perpetua lenitate. Virg. 1. Æn. 202.
— neque enim ignari ſumus ante-malorum. Ubi Servius, Ante-malorum, ὑφ' ἓν eſt: Ut alibi, Cœli ſubter-labentia ſigna.

Antemeridiānus, [προμεσημβρινὸς] Adj. Quod eſt vel fit ante meridiem. Plin. lib. 36. cap. 15. Antemeridiano ludorum ſpectaculo edito.
Antemeridianis tuis literis heri ſtatim reſcripſi. h. e. Quæ mihi ante meridiem redditæ fuerant. Cic. 13. Att. 23.
Antemeridianus ſermo. Cic. 3. de Orat. 21.

Antemitto, ĕre. Solin. cap. 38. de Elephantis. Flumen tranſituri minimos antemittunt. [Ita Salmaſ. Alii tamen hoc & ſeq. Cæſ. l. dividunt. V. ad Cæſ. Cellar.

Antemissus, a, um. Cæſ. 1. Bell. Civil. 51. Imprudentes antemiſſis equitibus aggreditur. Apud Sic. Flacc. Frontin. & alios, Arbores antemiſſæ ſunt, quæ obſervationem finium præſtant. V. Script. Gromat. Gœſii, p. 4. 10. 40. 45. 254. &c.

Antemnæ, arum. [Ἀντέμναι] Urbs Italiæ: de qua ſic Virg. 7. Æn. 631.
Quumque adeo magnæ poſitis incudibus urbes
Tela novant, Atina potens, Tiburque ſuperbum,
Ardea, Cruſtumerique & turrigeræ Antemnæ. Ubi Servius, Turrigeræ, Bene muratæ. Antemnæ autem dictæ ſunt quod eas amnis præterfluit, quaſi Ante amnem poſitæ. V. Lex. Pitiſc.

Antemonens, entis. Conjuncte quidam legunt apud Val. Flacc. 5. 259.
Interea auguriis monſtrisque minacibus urbem
Territat antemonens ſemper deus. Sed diviſim Heinſ. & Burm.

Antemūrāle, is. n. Exterius propugnaculum. Vulg. Interp. Thren. 2. 8. Hieron. Hom. 2. in Cant. an apud antiquiores extet non conſtat.

Antemuranus, a, um. Ammian. 21. 22. (Valeſ. p. 280.) Antemuranum vallum.

Antemus, untis. [Ἀντεμοῦς] Fluvius eſt Colchidis, Coraxos urbem præterfluens. Plin. lib. 6. cap. 5.

Antenna, æ. [κεραία] Lignum per transverſum in malo poſitum, in quo velum alligatur. Plin. lib. 7. cap. 56. De rerum inventoribus. Vela Icarus, malum & antennam Dædalus. Liv. 10. Bell. Pun. Malis antennisque de nave in navem trajectis.
Antemna alii per mn. H. St.
Antennam demittere. Ovid. 3. Triſt. 4. 9.
Disjectare. Lucret. lib. 2. 553.
Gemunt antennæ. Hor. 1. Carm. 14. 6.
Preſſæ antennæ. Sen. OEdip. 11.
Subnectere velum antennis. Ovid. 11. Met. 483.
Velatæ antennæ, & Antennæ cornua obvertere. Virg. 3. Æn. 549.
Cornua velatarum obvertimus antennarum. Vet. Gloſſ. Antenna κέρας πλοίου. V. Deſcriptionem in Lex. Pitiſc. Scheff. de Mil. Nav. l. 2. c. 5. p. 142.

Antēnor, ŏris. [Ἀντήνωρ] Trojanus heros, qui patriam prodidiſſe exiſtimatur: quia & auctor reddendæ Helenæ fuerat, & legatos qui propterea venerant, ſuſcepit hoſpitio, & Ulyſſem habitu falſo cognitum, non indicavit. Hinc, capto Ilio, incolumis dimiſſus Venetiam venit, urbemque in ea condidit Antenoream primo dictam: poſtea Patavium, hodie *Padova*. Ovid. 4. Faſt. 75. Adjice Trojanum ſuaſorem Antenora pacis.
Virg. 1. Æn. 242.
Antenor potuit mediis elapſus Achivis
Illyricos penetrare ſinus. Idem 247.
Hic tamen ille urbem Patavi ſedesque locavit. V. Serv. ad loc.
Liv. a princ. & Docta diſſ. *L'Antenore Di L'orenzo Pignoria*. 4. Pad. 1625.

Antenŏrĕus, a, um. Adj. Martial. lib. 1. 77.
Flacce Antenorei ſpes & alumne laris.

Antenoridæ, arum. m. Filii Antenoris. Virg. 6. Æn. 484. Item Incolæ urbis Antenoreæ. Meſſ. Corv. p. 7. Utramque gentem Italicos & Phrygios Antenoridas cognominari ſtatuit.

Anteoccŭpo, [προλαμβάνω] āre. Præoccupare. Cic. in Orat. 138. Ut anteoccupat quod putat opponi. In codd. emend. rectius legitur ſejunctim.

Anteoccupatio, ōnis. f. [πρόληψις] V. occupatio. Cic. 3. de Orat. 205. Hic quoque dividitur rectius, Ante occupatio.

Antepagmenta. V. antipagmenta.

Antepanni, erant Faſciæ vel Lora, quibus anterior pars veſtis prætegebatur. V. Pitiſc. Lex.

Antepăro, āre. Propert. 1. 8. 36.
Et quas Elis opes antepararat equis.

Antepartus, a, um. Næv. apud Chariſ. p. 189. Anteparta patria peregre prodigere. Plaut. Trin. 3. 2. 17. Virtute majorum anteparta prodigere.

Antepēdes, um. Anteambulones. Juven. 7. Sat. 143. Togati antepedes. ubi Vet. Schol. tamen dividit. Salmaſ. in Treb. Claud. c. 14. p. 390. conjungit.

Antepĕndŭlus, a, um. ut, Antependuli crines. Apul. 2. Mileſ. p. 125.

Antepenultimus, a, um. Mart. Capell. 3. p. 60. Vox trita Grammaticis.

Antepilāni, plur. Liv. 8. 8. Hoc triginta manipulorum agmen Antepilanos appellabant: quia ſub ſignis jam alii quindecim ordines locabantur, ex quibus ordo unusquisque tres partes habebat: earum unamquanque primum pilum vocabant, tribus ex vexillis conſtabat: vexillum centum octoginta ſex homines erant. Idem, Nam & rorarii procurrebant inter antepilanos. V. Lex. Pitiſc.
Metaphorice Antepilanum Ammian. 28. 10. pro Inſigni paraſtata & auxiliatore dixit. Incruento certamine cum Maximino, velut antepilano ſuo contendens.

Antepolleo, ui, ēre. Apul. 1. Met. p. 104. Quæ civitas cunctæ Theſſaliæ antepollet. Idem cum 4to caſu 7. Met. p. 189. Toto vertice cunctos antepollebat.

Antepono, ſui, ſĭtum, [προτίθημι] ĕre. Ante aliquem apponere. Plaut. Curc. 1. 1. 73. Quid antepones Veneri a jentaculo. Item Men. 2. 2. 2. Anteponere, per metaph. Præferre, præponere. Cic. in Læl. 23. Ut amicitiam omnibus rebus humanis anteponatis.

Antepositus, a, um. ut, Antepoſita propugnacula. Tacit. 12. Ann. 56. 3. Antepoſitæ vigiliæ. Idem 1. Ann. 50. 5.
Prælatus. Idem 12. Ann. 69. 5. Antepoſitus filio privignus.

Antĕquam, [πρὶν ἂν, πρὶν ἢ] Adv. temp. quod modo junctum legitur, modo disjunctum, aliquo ſcilicet v. interjecto. Junctum, conſtruitur cum ſubjunctivis. ut, Antequam veniſſes. Cic. 1. Philipp. Antequam de Rep. p. c. dicam. Disjunctum cum finitivis, id eſt, Indicativis. Virg. 4. Æn. 27.
Ante pudor quam te violo, aut tua jura reſolvo. Author eſt Diomedes; & ita legendum illud Virgilianum contendit Pierius. Illa tamen differentia (niſi forte corrupta ſunt authorum loca) non ſemper obſervatur. Nam & conjunctim Indicativo etiam, & ſeparatim Conjunctivo additum quoque legitur. Cic. pro Muren. Antequam pro Murena dicere inſtituo. Idem ad Att. Antequam diſcedimus. Virg. 4. Georg. 306.
Ante novis rubeant quam prata coloribus.
Cic. pro Rabir. Quæ cauſa ante mortua eſt, quam tu natus eſſes.
Nunquam, antequam. Cic. in Parad. 6. Nunquam eris dives, antequam tibi ex tuis poſſeſſionibus tantum reficiatur, ut eo tueri ſex legiones, &c.

Anteridion, i. n. [ἀντηρίδιον] Fulcimentum. Vitruv. 10. 17.

Antēris, ĭdis. f. [ἀντηρὶς] Lignum, vel Pila ſtructuram inclinatam fulciens, Tibicen Latine dicitur: ut,
Nos urbem incolimus tenui tibicine fultam. Vid. Bald. Lex.
Sunt etiam Anterides, Structuræ lapideæ, ædificia editiora utrinque fulcientes, qui Arcus obnitentes vulgo vocantur. Sublica vertitur a Valla. Bud. & Cæl. l. 16. c. 11. Eriſmæ etiam Vitruvio dicuntur lib. 6. cap. ult. Galli vocant *Arc boutant*, vel *Pilier boutant*. V. Pitiſc. Lex.

Anterior, us, [ἐμπρόσθιος] Compar. teſte Priſciano ab Ante formatum, ſine Superl. Significat autem Quod ante eſt, ſive Quod præcedit. Unde & nonnunquam pro Priore accipitur. Cæſ. 3. Bell. Civil. 63. Milites in anteriorem vallum tela jaciebant. [Ita Faërn. Sed Ciacc. ex MSS. Exteriorem. Quæ lectio etiam a Gronovio Obſ. l. 3. c. 18. ſub fin. firmatur.] Juſtin. 8. Cod. t. 18. l. 1. Anterius tempus. Sulp. Sever. 1. 52. Ammian. 16. 8: 25. 3. & 30. 5. ſæpe eo uſus eſt Sidonius. V. Cellar. Antibarb. p. 101. Et Cur. Poſt. p. 174.
Anterius, adverbialiter. Breviar. Fidei adv. Arian. ed. Sirmond. p. 82. Ceſſit

Quæſtio de Patre anterius nominato. Onomaſt. vet. Anterius, ἔμπροσθεν.

ANTERMINI, V. AMTERMINI. Nam rectius prima per m ſcribitur.

ANTĔRŌS, ōtis. [ἀντέρως] Gemma eſt e genere Jaſpidum, ad viciniam cryſtalli deſcendens, albicante purpuræ defectu. Has quidam malunt Pæderotas vocari, multi Veneris gemmam, quod maxime videtur decere & ſpecies & colos. Hæc Plin. lib. 37. cap. 9. V. Harduin.

ANTĔROS, ōtis. [Ἀντέρως] Veneris & Martis filius. Cic. 3. de Nat. Deor. 60.

ANTES, ium. m. plur. tant. Virg. 2. Georg. 417.
Jam canit effœtos extremus vinitor antes. Ubi Servius, Antes, alii Extremos vinearum ordines accipiunt: alii Macerias, quibus vineta clauduntur. Dicuntur autem Antes, a lapidibus eminentioribus, qui interponuntur ad maceriam ſuſtinendam. Nam proprie Antes ſunt Eminentes lapides, vel Columnæ ultimæ quibus fabrica ſuſtinetur, & appellantur Antes ἀπὸ τοῦ ἀνθίστασθαι: ad quam Etymologiam etiam extremos ordines vinearum poſſumus trahere, quia anteſtant. V. etiam Sidon. 8. Epiſt. 8. Translate uſurpatur hæc vox a Catone, in fragmento quod afferunt Servius & Philargyrius ad ſuperius Virg. Carm. ex lib. 1. Rei Milit. Pedites quatuor agminibus, equites duobus antibus ducas. i. e. Pedites quadrato agmine ducas, cujus agminis latera equites tegant, veluti duæ lineæ quæ etiam alæ dicuntur. Antes cum Antis & Anteridibus confundit Iſidor. lib. 15. ut & Servius ſupra. V. Salmaſ. Exerc. Plin. f. 1216. & Lex. Pitiſci.
Ab ἀνθίστασθαι, Scribendum eſſet Anthes. H. St. V. ANTERIS.

ANTESCHOLĀNUS, i. m. Petron. 81. Veritus ne Menelaus anteſcholanus ſolum me in diverſorio inveniret. V. Burm. & Gonſal.

ANTESIGNĀNUS, [πρόμαχος] Perottus, Anteſignani dicti ſunt milites, Qui ante ſigna in acie conſtituuntur. Cæſ. 1. Bell. Civil. 43. unius legionis anteſignanos præcurrere atque occupare eum tumulum jubet. Cic. 2. Philipp. 71. Fueras in acie Pharſalica anteſignanus. V. Lex. Pitiſc.

ANTESINISTER, tra, trum. indiviſe legendum apud Virg. 9. Ecl. 15. V. Serv. ad l. & Pitiſc. Lex. Emendati tamen codd. dividunt.

ANTESTIUS. V. ANTISTIUS.

ANTESTO, ſtĕti, [προΐσταμαι] āre. proprie Stare ante: ſed per metaph. pro Antecellere accipitur. Cic. 2. de Invent. 2. Etenim quodam tempore Crotoniatæ multum omnibus corporum viribus & dignitatibus anteſteterunt. Claritudine vocis & venuſtate alicui anteſtare. Gell. lib. 2. cap. 7. Hiſtrio in terra Græca fuit fama celebri; qui geſtus & vocis claritudine & venuſtate cæteris anteſtabat.
Anteſtare cum accuſat. Apul. Qui robore cæteros anteſtabat. adde Barth. Adverſ. 34. 6. V. ANTISTO.

ANTESTOR, [μαρτύρομαι] āri. dep. ex Ante & Teſtor compoſ. Eſt autem ex more antiquo Romanorum ejus verbi hæc ſignificatio. Qui adverſario manum injicere volebat, ut in præſentia illum in jus traheret videlicet quia ipſi eum vadanti non paruiſſet: prius aliquem de præſentibus anteſtabatur: hoc eſt teſtem capiebat, ejus auriculam tangens, & ſic interrogans, Licetne anteſtari? Si ille reſponderet, Licet; tum injecta manu adverſarium ad prætorem pertrahebat. Et niſi ſic anteſtatus eſſet, qui manus injicere adverſario volebat, injuriarum poterat accuſari. Ex Acrone & Porphyr. in Hor. cujus verba hæc ſunt 1. Serm. 9. 76.
— Et quo tu turpiſſime? magna
Exclamat voce, & licet anteſtari? ego vero
Oppono auriculam, rapit in jus, &c. Sic Plaut. Pœn. 5. 4. 59. &c. Ite in jus, ne moramini, anteſtare me atque duce. AG. ego te anteſtabor: poſtea hanc amabo atque amplexabor. i. e. Me voca teſtem (inquit Budæus) & advocatum. V. Parei Lex. p. 98. & Pitiſc. Lexic. Nonnulli ANTESTARI & ATTESTARI pro eodem accipiunt. q. V.

ANTEVĔNIO, ēni, entum, [προφθάνω] īre. Idem quod Aliquem prævenire. Salluſt. in Jugurth. c. 48. Magnis itineribus Metellum antevenit.
Antevenire, eſt etiam Alicui malo nobis imminenti occurrere. Plaut. Mil. 2. 2. 66. Viden' hoſtes tibi adeſſe? Et paulo poſt, Anteveni aliqua. Salluſt. Jugurth. cap. 88. Explorare itinera regum: conſilia & inſidias eorum antevenire.
Antevenire, abſolute poſitum. Plaut. Trin. 4. 2. 66. Tempori huc hodie anteveni.
Antevenit beneficium. Tacit. 4. Ann. 18. 3. Nam beneficia eo usque læta ſunt, dum videntur exſolvi poſſe: ubi multum antevenere, pro gratia odium redditur.
Antevenire, per metaph. pro Antecellere, præſtare. Plaut. Caſ. 2. 3. pr. Omnibus rebus ego amorem credo, & nitoribus nitidis antevenire. Salluſt. in Jug. c. 4. Etiam homines novi, qui antea per virtutem ſoliti erant nobilitatem antevenire.

ANTEVENTUS, a, um. Cato apud Nonium 2. 143. Quod compluries uſu venit, omni tempore anteventum eſt.

ANTEVENTULUS. Adj. Crines Anteventuli & propenduli. Apul. 1. Florid. p. 342.

ANTEVERTO, ti, ſum, [φθάνω] ĕre. Præcedere. Cic. pro Milon. 40. Vidit neceſſe eſſe Miloni proficiſci Lanuvium illo ipſo quo profectus eſt die: itaque antevertit.
Antevertere alicui. Ter. Eun. 4. 5. 12. Miror ubi ego huic anteverterim.
Antevertere, per metaph. pro Prævenire. Cæſ. 7. Bell. Gall. 7. Qua re nuntiata, Cæſar omnibus conſiliis antevertendum exiſtimavit, ut Narbonem proficiſceretur. Tacit. 13. Ann. 30. 3. Damnationem veneno antevertere. Mœrores mihi antevertunt gaudiis. Plaut. Capt. 4. 2. 66.
Antevertere, Præferre, præponere. Plaut. Bacch. 3. 5. 1. Rebus aliis antevortam Bacchis quæ mandas mihi. Sed in Ed. Gronov. Antevortar depon.
Antevertere, etiam relatum ad ſermonem. Cic. in Læl. 16. Atque idipſum quum tecum agere conarer; Fannius antevertit.

ANTEVERSIO, ōnis. f. Ammian. 21. 5. Expertus quid in rebus tumultuoſis anteverſio valeat & prægreſſus.

ANTEVŎLO, [προΐπταμαι] āre. Stat. 3. Theb. 427. Fama
Antevolat currum. Virg. 9. Æn. 47.
— antevolans tardum præceſſerat agmen. Sil. lib. 12. 600.
Fulvius antevolans agmen.

ANTEVORTA, Dea Romanorum, dicta quod futura proſpiceret. Vide Macrob. 1. Saturn. 7. & Lex. Pitiſc.

ANTEURBĀNUS, Adj. [προάστειος] ut, Anteurbana prædia, Urbi propinqua. Feſtus. [Frequentius Suburbana.

ANTEUS. V. ANTÆUS.

ANTEZEYGMENON, n. [ἀντεζευγμένον] Sic enim ſcribendum eſt, a præt. Perf. non ut vitioſe in Lexic. Lipſienſi extat, ἀντιζευγμένον. Nam ſi a præſenti foret ἀντιζευγνύμενον potius dicendum eſſet. Eſt autem figura, qua plura diverſa in uno membro conjungimus. apud Mart. Capell. l. 5. p. 176.

ANTHALIUM, [ἀνθάλιον] Malum eſt rotundum, magnitudine meſpili, in locis Ægypti arenoſis naſcens, non procul a Nilo, quod bellariorum vicem in ſecundis menſis apud Ægyptios obtinet. Plin. lib. 20. cap. 15. Theophr. Anthali malum vocat, ab Anthalo planta, in qua naſcitur, quam Plinius Cyperi folia habere tradit.

ANTHARIS, Rex Longobardorum, Theolindæ maritus, cum ſex regnaſſet annos, inſidiis domeſticorum apud Ticinum extinctus eſt, venenato poculo. Author Paul. Diacon. de Reb. geſt. Longobard.

ANTHĒDON, ŏnis. f. [ἀνθηδὼν] Meſpili arboris genus, pomum ferens minus cæteris, ſed odore præſtantius, & quod diutius ſervetur. Flos amygdalæ flori ſimilis, folium magna ex parte fiſſum, quod antequam decidat, valde rubeſcit. Plin. lib. 15. cap. 20.

ANTHEDON, [Ἀνθηδὼν] Urbs eſt Bœotiæ, habitata quondam Thracibus, de qua Pompon. & Strabo lib. 9. Sita eſt in extremo litore Bœotiæ, e regione Eubœæ inſulæ. Unde Homerus Ἀνθηδόνα ἐσχατόωσαν, h. e. Ultimam, vel extremam Anthedonem appellat. Ovid. 7. Met. 232. & 13. 905. Item Portus Peloponneſi. Plin. lib. 4. cap. 5.

ANTHEDONIUS, a, um. Stat. 9. Theb. 291.

ANTHEMA, [ἄνθεμα] Saltatio quædam idiotarum erat, quam ſaltantes ſic fere pronuntiabant, Ubinam mihi roſæ? ubi violæ? ubi apia florentia? Cæl. Rhod. lib. 5. cap. 4. ex Athen. Deipnoſ. 14. 7.

ANTHĔMIS, ĭdis. f. [ἀνθεμὶς] Aliquibus Eranthemon vocatur, quoniam vere floreat: aliis Chamæmelon, quoniam odorem habeat mali, vulgo *Camomilla*. De hac multa Plin. lib. 22. cap. 21.

ANTHEMIS, [Ἀνθεμὶς] Inſula eſt Thraciæ adjacens, quæ & Imbraſus aliquando vocata fuit, & Parthenia a Parthenio fluvio. Notiore nomine Samothracia appellatur. Strab. lib. 10.

ANTHEMUM, i. n. [ἄνθεμον] Herba. Plin. lib. 26. cap. 8. V. Hard.

ANTHEMUS, untis. [Ἀνθέμους] Flumen eſt in Colchica regione, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 5.

ANTHEMUSIA, [Ἀνθεμουσία] Oppidum eſt Meſopotamiæ, ad Aborrham flumen ſitum. Strab. lib. 16.

ANTHĒRA, æ. f. ἀνθηρὰ ſcil. βοτάνη. i. e. Herba florida. Ita dicitur Semen croceum & rubrum in quibusdam floribus, ut roſis, croco, liliis. V. Reineſ. Var. Lect. 3. 12. p. 541. Medicamenta etiam quædam arida Antheras vocant, de quibus Plin. 24. 9. Celſ. 6. 11.

ANTHERON Dicendi genus floridum [ἀνθηρὸν] appellari docet Quintil. 12. 10.

ANTHERICUS, [ἀνθέρικος] Scapus eſt, ſive Caulis Aſphodeli herbæ, quam Haſtulam regiam quidam hodie appellant. Plin. lib. 22. cap. 22.
Anthericum metere, Proverbiali figura dicebantur, qui laborem inanem ac ſterilem caperent. Anthericus enim herbæ genus eſt quod meti non poteſt, ſed velli manibus neceſſe eſt, velut & linum. Eraſm. Chiliad.

ANTHERINUS, i. Sculptor inſignis fuit, e Chio inſula, cujus filii Bupalus & Antherinus clariſſimi in ea ſcientia fuere. Plin. lib. 36. cap. 5.

ANTHES, [Ἄνθης] Proprium viri nomen, qui (ut author eſt Strabo l. 8.) condidit Halicarnaſſum.

ANTHESPHŎRIA, orum. n. pl. [ἀνθεσφόρια] Feſta Proſerpinæ, ſic dicta quod Pluto eam flores legentem rapuiſſet. qua de re Ovid. 5. Met. 591. ſeq. & Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 137. ſeq. conf. Cæl. Rhod. 14. 21. Latine Florifertum. q. V.

ANTHESTĒRIA, orum. n. pl. [ἀνθεστήρια] Feſta floralia, ſive eadem Græcis, quæ Latinis Saturnalia, quibus domini ſervis miniſtrarunt. Vid. Heſych. Hinc Prov. οὐκ ἔτ' ἀνθεστήρια, non amplius Antheſteria. Vide Chil. Macrob. 1. Saturn. 12. ſcribit Athenienſes Aprilem ἀνθεστηριῶνα ab Antheſteriis vocaſſe, quod hoc tempore cuncta floreſcant.

ANTHEUS, Antenoris fuit filius, quem Paris amavit, & imprudens interfecit. Quo nomine dictus eſt & unus e ducibus Æneæ: de quo Virg. 1. Æn. 510. Anthea, Sergeſtumque videt.
Fuit & hoc nomine Statuarius quidam ſatis probatus, Olympiade centeſima quinquageſima quinta. author Plin. lib. 34. cap. 8.
Item alter Medicus, qui ex calvaria ſuſpendio interempti catapotia fecit contra canis rabidi morſus. Plin. lib. 38. cap. 1.

ANTHĪA, [Ἄνθεια] Urbs fuit propinqua Pylo, ſub ditione Agamemnonis, una earum quas ille Achilli obtulit ut ſecum in gratiam rediret. Author Homer. 9. Iliad.

ANTHIAS, [ἀνθίας] Piſcis nomen eſt, qui circa Chelidonias Aſiæ inſulas capitur, cujus naturam vide apud Plin. lib. 9. cap. 59. Conſt. Land. in Numiſm. p. 130. & Caſp. Schott. Phyſ. cur. 10. 6.

ANTHIUS, [Ἄνθιος] i. e. Floridus Bacchus: Athenis cultus fuit. Patrenſes quoque Anthei Dionyſii ſimulacrum habuere: ut Pauſan. docet. Catullus,
At pater ex alia florens volitabat Iacchus. Unde & illi Anthinæ veſtes, ut Phurnutus & Diodorus notant, adſcribuntur.

ANTHĪNUS, a, um, [ἄνθινος] i. e. Floreus. ut, Anthinum mel [ἀνθινὸν μέλι] vocatur, quod Vere factum eſt, quoniam ex floribus favi conſtruuntur, quos Græci ἄνθη appellant. Mel vero æſtivum vocatur ὡραῖον, quod Græci omnes fructus æſtivos nominant ὡραίους. Plin. l. 11. c. 14.

ANTHIS, idos & Stagonion, Meretriculæ quædam fuerunt Aphyæ cognominatæ, quod minutulæ forent, albæque, ac oculis grandioribus, ut ex Apollodoro refert Cæl. lib. 8. cap. 19.

ANTHIUM, [Ἄνθειον] Oppidum Thraciæ, de quo ſic Plin. in Thraciæ deſcriptione. Aſtice regio (inquit) oppidum habuit Anthium, nunc eſt Apollonia.

ANTHOLŎGĬCA, ōrum. n. [ἀνθολογικὰ] Libri de floribus tractantes. Plin. lib. 21. cap. 3. De floribus extra ſupradictos ſcripſit Theophraſtus apud Græcos. Ex noſtris autem inſcripſere aliqui libros anthologicôn.

ANTHORA, æ. f. Herba. Tabernæm. p. 321. V. ANTURA.

ANTHŌRES, Nomen eſt proprium viri, de quo Virg. 10. Æn. 778.
Egregium Anthorem, latus inter & ilia figit,
Herculis Anthorem comitem, &c.

ANTHRAX, ăcis, & Græce ăcos. [ἄνθραξ] Carbo accenſus ſeu Pruna. Sic vocatur item Abſceſſus quidam ex atra bile, rubore ſublivido, quo non aliud pejus. Latini Carbunculum, quin & Carbonem vocant. Ex Lexico Græco. Vitruvio 7. 8. Minii gleba eſt.

ANTHRĂCĬNUS, Adj. [ἀνθράκινος] a nomine Anthrax derivatum: antiqui pro Atro dixerunt. Unde Anthracinæ veſtes, i. e. Lugubres. Varro de Vita Pop. Rom. l. 3. Propinquæ adoleſcentulæ etiam anthracinis, proximæ amiculo nigello, capillo demiſſo ſequerentur luctum. Ex Nonio 16. 14. Anthracina fortuna. Plaut. Rud. Rectius Atratina. q. V.

ANTHRĂCĪTES, æ. m. [ἀνθρακίτης] Gemma ſcintillans. Plin. lib. 37. cap. 11.

cap. 11. Eadem Anthracias Solin. cap. 37. extr. Ed. Salmaſ. Eſt & alius lapis Anthracites in Theſprotia foſſilis, Plin. 37. 7. inter carbunculorum genera referendus. Et rurſus alius hæmatites lapis ſic dictus, eodem Plin. auctore 36. 20. V. Salmaſ. in d. l. Solin. p. 541.

Anthriscum, [ἀνθρίσκον] Herba eſt ſcandici adeo ſimilis, ut eadem videri poſſet, niſi tenuioribus & odoratioribus foliis ab ea diſtingueretur. Peculiaris ejus laus eſt, quod fatigato Venere corpori ſuccurrat, jamque ſenio marceſcentes coitus excitet, & alba fœminarum ſiſtat profluvia. Plin. lib. 21. cap. 15. & 22. 22.

Anthrōpos, [ἄνθρωπος] Latine Homo, Æon hæreticorum apud Irenæum 1. 1. Hinc

Anthropogrăphus, i. m. [ἀνθρωπογράφος] ita Dionyſius nil aliud quam Homines pingens cognominatus eſt. Plin. 35. 10.

Anthropomorphitæ, [ἀνθρωπομορφῖται] dicti ſunt, Qui ſimplicitate ruſtica, Deum ἀνθρωπόμορφον eſſe, h. e. humanam formam & membra habere arbitrabantur. Unde & Anthropomorphitica hæreſis. Vide Cæl. lib. 8. cap. 19. & Iſidor. 8. 5.

Anthropomorphon, [ἀνθρωπόμορφον] a Pythagora dicta eſt Herba quædam ſomnifera, quam alio nomine Mandragoram appellamus, ab humana nimirum forma impoſito nomine, quam radix ejus utcunque videtur imitari.

Anthropophăgi, Populi Scythiæ [ἀνθρωποφάγοι] qui carne humana veſcebantur. Plin. 4. 12: 6. 17. & 30. 7. 2. Strabo lib. 4. Gell. 9. 4. Piſces etiam pretioſi Anthropophagi Athenæo & Euſtathio dicti ſunt, quod lurconum & prodigorum opes abſumant.

Anthropothysia, æ. f. [ἀνθρωποθυσία] Crudelitas pro hoſtia mactandi homines, de qua V. Plut. de Superſtit. p. 297. ſeq. & qui laudantur a Drakenb. ad Sil. 4. 767. Et a Marshamo in Can. Chron. plur. loc.

Anthus, [ἄνθος] Avis eſt, quæ adventu equorum herbæ pabulo pulſa, ut injuriam ulciſcatur, hinnitum irridendo imitatur. Plin. 10. 42. conf. 10. 74.

Anthyllion, [ἀνθύλλιον] Herba eſt lenti ſimillima, quæ in vino pota, veſicam vitiis liberat, & ſanguinem ſiſtit. Plin. 26. 8. & 15.

Anthyllis, [ἀνθυλλίς] Herba eſt chamæpityos ſimilitudine, flore purpureo, gravi odore, radice intubi. Plin. lib. 26. cap. 8. Et 21. 29. Eadem eſt herba cum priori ut quibusd. placet. Vid. etiam Dioſc. 3. 153.

Anthypŏphŏra, æ. f. [ἀνθυποφορά] Figura ſententiæ, Objectio, oppoſitio, cum tacite occurrimus rationi. Ut Virg. 4. Æn. 603.

Verum anceps belli fuerat fortuna; fuiſſet. conf. Quintil. 9. 2. & 3. Sen. Controv. 1. 7. Deinde Anthypophoram ſumpſit. V. Rufinian. de Schematt.

Antia, Leontino teſte, Filia fuit Amphianaſſæ, & uxor Prœti Argivorum regis, Abantis filii. V. Bocat. lib. 2. cap. 31.

Antia Lex, V. antius.

Antiădes, um. f. pl. Gr. ἀντιάδες. Tonſillæ induratæ. Celſ. 7. 12. & l. 14. §. 8. ff. de Ædil. Edict.

Antiæ, arum. [προκόμιον] Muliebres capilli demiſſi in frontem, appellati ex Græco videntur, quod enim nos contra, illi ἀντὶ dicunt. Feſtus. V. Apul. in Florid. de Apoll. p. 342.

Antias, atis. V. antium.

Antibacchiæ, Inſulæ ſunt in ſinu Æthiopico, Bacchiis oppoſitæ, quarum meminit Plin. lib. 6. cap. 29.

Antibacchīus, [ἀντιβακχεῖος] Pes metricus, Bacchio contrarius: conſtat enim duabus longis, & ultima brevi, ut audītĕ. Alio nomine Palimbacchius dicitur. Vide Quintil. 9. 4. & Iſidor. 1. 16.

Antibasis, Idem quod Antebaſis. V. ſupra.

Antiboreum, i. n. Horologium, alias Æquinoctiale dictum quod in plano Æquatoris boream reſpicit. Vitruv. 9. 9.

Antīcus, a, um. Unde Pars antica, Servius in Virg. 9. Ecl. 15. Augures deſignant ſpatia lituo: & eis dant nomina: ut prima pars dicatur antica, poſterior poſtica: item dextra & ſiniſtra. Varro 6. de L. L. Ejus templi partes quatuor dicuntur, Siniſtra, ab Oriente: Dextra ab Occaſu: Antica ad Meridiem: Poſtica ad Septentrionem. Loquitur de templo augurali. Cic. de Univerſ. 32. Quod in anticam partem pelleretur. V. Lex. Pitiſc.

Anticum Veteres etiam pro Janua poſuere. Feſt. Vel potius pro oſtio anteriore. V. eund. v. Poſticum.

Anticanis, V. antecanis.

Anticantharus, [ἀντικάνθαρος] A quibusdam appellatur flos, quem Romani Lilium agreſte vocant.

Anticategorĭa, [ἀντικατηγορία] Latine dici poteſt Recriminatio, ſive Mutua accuſatio: & eſt genus controverſiæ judicialis. Quintil. lib. 3. cap. 12. Adjecerunt quidam numero mutuam accuſationem, quæ ἀντικατηγορία vocatur. Et paulo poſt, Duo erunt genera ejus, alterum quo litigatores idem crimen invicem intentant: alterum, quo aliud atque aliud. conf. Mart. Capell. 5. p. 152.

Anticato, [Ἀντικάτων] Liber Cæſaris contra Catonem. Quintil. lib. 1. Plut. in Cæſ. & Suet. c. 56. Juven. 6. Sat. 337.

— duo Cæſaris Anticatones.

Anticellium, Herba eſt lenti ſimillima, quæ & Anthyllion dicitur. Plin. lib. 22. cap. 29.

Antichir, [ἀντίχειρ] V. pollex.

Antichresis, [ἀντίχρησις] Mutuus uſus. Sic enim is contractus dicitur, quo pignus ita datur, ut quoad debitor ſatisfaciat, creditor eo utatur, fruatur uſuræ nomine. Martian. in l. 33. D. de pignorat. action. V. Lex. Pitiſc.

Antichristus, i. m. Qui ſe Chriſto opponit vel pro Chriſto venditat. Tertull. de Præſcr. cap. 4. conf. cap. 33. & de Anima cap. 50. & adv. Marc. 1. 20. Lactant. de Mort. Perſ. 2. 8. Prudent. Cath. 6. 102.

Antichthon, ŏnis. f. [ἀντίχθων] Orbis terræ toto globo noſtro oppoſitus in Cœlo Figmentum fuit Pythagoreorum, qui cum ob denarii numeri perfectionem crederent decem quoque hujus univerſi orbes numerari oportere, neque notos tamen plures haberent quam novem (viz. ſeptem Planetarum, in quibus ſolem putarunt mundi Centrum obtinere immobilem; octavus Stellarum, quas fixas vocant; nonus terræ, ſeu Elementaris naturæ) decimum ab ingenio finxerunt, nomen illi dederunt ἀντίχθονα, quæ terræ ſit noſtræ plane poſita ex adverſo, ſic, ut illam viſui noſtro Sol interpoſitus ſemper adimat. Intelligi hæc poſſunt ex Ariſtot. de Cœl. 2. 13. & 1. Metaph. 5. Fallitur Cæl. Rhod. qui 22. Lect. Ant. 14. per Antichthonem eos ait intellexiſſe Lunarem ſphæram: tametſi hanc illi opinionem Simplicius præiverat. (De quo V. Philoſoph. Altorf. pag. 470.) Quod autem Clem. Alex. 5. Strom. f. 447. Ed. Heinſ. Antichthonem hanc de Cœlo beatorum interpretatur, in eo mori ſuo eſt obſecutus gentilium doctrinas flectendi ad ſenſum Relig. Chriſtianæ. Meminerunt ἀντίχθονος alias Plutarchus 3. de Plac. Phil. 9. & 11. item Porphyr. in Vita Pythag.

Antichthŏnes, [Ἀντίχθονες] Plin. cap. 22. lib. 6. Populi ad Taprobanem inſulam habitantes: in zona hyemali. Dicti ab ἀντὶ quod eſt Contra: & χθὼν, id eſt Terra: quod contraria parte adverſis veſtigiis ſtent contra noſtra veſtigia. Alio nomine Antipodes appellantur. Petron. fragm. pag. 674. Alucitas vocat. conf. Cæl. Rhod. 5. 32. Martianus tamen Antichthones ſeparat ab Antœcis & Antipodibus. Qua de re Macrob. 2. de Somn. Scip. & Plin. cap. 65. lib. 2. V. & Schotan. Bibl. H. S. de 2da Mundi ætat. fol. 154. Sunt vero nonnulli qui credant fabuloſa eſſe omnia quæ de Antipodibus ab aliis ſunt relata: ut Auguſtinus cap. 9. lib. 16. de Civit. Dei: & Lactant. cap. 24. lib. 3. Iis aſſentitur Lucret. lib. 1. Alii altius intelligunt (ut inquit Servius in 6. Æn. 532.) qui ſub terra eſſe inferos volunt, ſecundum Chorographos & Geometras, qui dicunt terram σφαιροειδῆ eſſe, quæ aqua & aere ſuſtentatur. quod ſi ita eſt, ad Antipodes poteſt navigatione perveniri: quia quantum ad nos ſpectat, inferi ſunt, ſicut nos illis. Hinc eſt quod terram eſſe inferos dicimus: quanquam illud ſit, quia novem cingitur circulis. Tiberianus etiam inducit epiſtolam vento allatam ab Antipodibus, quæ habet, Superi Inferis ſalutem. Sunt (ut etiam Strabo retulit lib. 1.) qui Orientis extremi, & maxime ad Occaſum inclinatæ regionis incolas, quales ſunt Indi atque Hiſpani, Antipodas eſſe contendant. Ratione conſimili Antipodas eſſe, qui tum extremam Meridiei, tum Septentrionis partem ultimam incolunt. De his & Cic. Acad. lib. 4. 123. Nonne etiam dicitis eſſe e regione nobis, e contraria parte terræ, qui adverſis veſtigiis ſtent contra noſtra veſtigia, quos Antipodas vocatis? Declinatur autem Antĭpus, odis, vel odos. V. Apul. Met. 1. p. 106. Et. Iſ. Voſſ. Obſerv. ad Melam p. 2.

Anticĭpo, [προκαταλαμβάνω, προλαμβάνω] āre. Poſuerunt veteres pro Prævenire: h. e. Antecapere. Cic. 8. Att. 14. Quid igitur proficis, qui anticipes ejus rei moleſtiam, quam triduo ſciturus ſis?

Anticipare mortem. Suet. in Tiber. cap. 61. Quum audiſſet unum ex reis T. Carnulium, anticipaſſe mortem, exclamavit, Carnulius me evaſit.

Anticipare uno die. Plin. lib. 2. cap. 47.

Anticipātus, a, um. Suet. in Claud. cap. 21. Fecit & ſeculares ludos quaſi anticipatos ab Auguſto.

Anticipatum mentibus humanis. Cic. 1. de Nat. Deor. Primum quod ita ſit informatum, anticipatum mentibus noſtris, ut homini quum de Deo cogitet, forma occurrat humana.

Anticipatio, ōnis. f. [πρόληψις] Cic. 1. de Nat. Deor. 76. Quæ eſt enim gens, aut quod genus hominum, quod non habeat ſine doctrina anticipationem quandam deorum, quam appellat πρόληψιν Epicurus: i. e. Anteceptam animo rei quandam informationem: ſine qua nec intelligi quicquam, nec quæri, nec diſputari poteſt?

Anticipatio a Servio dicitur figura, quæ Græce Prolepſis. Hanc alii Præſumptionem appellarunt. V. prolepsis.

Anticipator, ōris. m. Auſon. Ephemer. v. 9.

Ipſe Dei verbum, verbum Deus, anticipator
Mundi quem facturus erat.

Anticlea, æ. [Ἀντίκλεια] Mater fuit Ulyſſis, quæ cum duceretur ad Laërtæ nuptias, ab Siſypho latrone Æoli filio, capitur & conſtupratur. Alii dicunt, cum Laërtæ jam nupſiſſet, & ad oraculum pergeret conſultura, captam a Siſypho latrone, (& ut multi putant) ex eo Ulyſſem concepiſſe. Quod Ajax apud Ovid. 13. Met. 31. vitio vertit Ulyſſi,

— & ſanguine cretus   Siſyphio.

Anticragus, [Ἀντίκραγος] Mons Lyciæ, Crago oppoſitus, teſte Strab. lib. 14.

Anticum, V. antica.

Anticȳra, [Ἀντίκυρα] Inſula ad ſinum adjacens Maleacum & OEtam montem, cujus meminit Strab. lib. 9. ubi authore Plin. helleborum tutiſſime ſumitur. Ovid. 4. de Ponto 3. 54.

I, bibe, dixiſſem, purgantes pectora ſuccos,
Quicquid & in tota naſcitur Anticyra.

Unde quoties Inſanum hominem ſignificare voluerunt, Anticyra egere ſcribunt. Hor. 2. Serm. 3. 166.

— verum ambitioſus, & audax,
Naviget Anticyram.

Idem ibid. 82. & Arte Poet. 300. V. Gell. 17. 15. Eſt & Anticyra, vel Anticirrha Civitas juxta Cirrham in Phocide regione, in Corinthium converſa ſinum, ab Anticyreo quodam Herculis ætate; Capariſſus ab Homero dicta. Meminerunt Strabo, Steph. Livius l. 32. c. 18.

Anticyricon, [ἀντικύρικον] Seſamoidis herbæ ſpecies, ſimilis Erigeronti, quæ in Anticyra inſula creſcit. Plin. lib. 22. cap. 25.

Antidea, Adv. Liv. lib. 32. Si antidea Senatus fieri juſſit. De h. & ſeqq. V. in litera D.

Antĭdeo, īre. pro Anteire, apud antiquos. Plaut. Perſ. 5. 2. 2. Qui ſunt, qui fuerunt, quique futuri ſunt poſthac, ego ſolus omnibus antideo facile miſerrimus hominum ut vivam. conf. Ciſt. 2. 1. 3. Et Trin. 2. 4. 145.

Antidhac, Adv. Plaut. Aul. 2. 8. 26. Jam ſubveniſti antidhac. conf. Pſeud. 1. 1. 14. &c. V. Parei Lex. Plaut. p. 99.

Antidōrum, i. [ἀντίδωρον] Latine Remuneratio: quo nomine Ulpianus uſus eſt in l. 25. §. 8. D. de petit. hæred. Plane (inquit) ſi antidora acceperunt, dicendum eſt eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt velut genus quoddam hoc eſſet permutationis.

Antidŏtus, i. [ἀντίδοτος] Remedium, compoſitio ex variis medicinis, quæ datur contra venena, alioqui nocitura. Et perinde ſonat ac ſi dicas, Contra datum: ab ἀντὶ & δίδωμι. Quintil. lib. 7. cap. 3. Ille datum ei venenum dixit: ſed ſe antidotum daturum.

Dare aliquid pro antidoto. Plin. lib. 32. cap. 4. Pro antidoto dari dicuntur. Gell. lib. 17. cap. 16. Hujus regis antidotus celebratiſſima eſt, quæ Mithridatios vocatur.

Antidotus, [Ἀντίδοτος] Pictor fuit nobilis, Euphranoris Iſthmii diſcipulus, qui maxime inclaruit diſcipulo Nicia Athenienſi: cui fuit peculiare diligentiſſime mulieres pingere. Plin. lib. 35. cap. 11.

Antigĕnes, [Ἀντιγένης] Puer fuit rusticus. Virg. 5. Ecl. 89.

At tu sume pedum, quod me cum sæpe rogaret
Non tulit Antigenes.

Antigenīdes, [Ἀντιγενίδης] Authore Suida, Thebanus musicus tibicen, Philoxeni discipulus. V. Gell. lib. 15. cap. 17. & Valer. lib. 3. cap. 7. ext. 2. Apul. Flor. lib. 1. p. 342.

Antigerio, Veteres pro Valde & pro Statim utebantur, quasi, Antequam res gereretur. Festus. V. Voss. Etym. p. 32. Inter obsoleta refert Quintil. 1. 6. extr. conf. 8. 3. p. 687. Burm. & ad Fest. VV. DD. not.

Antigŏne, es. [Ἀντιγόνη] Filia Laomedontis & Priami soror: quam ob superbiam formæ Juno convertit in ciconiam. Ovid. fabulam describit 6. Met. 93.

Fuit & alia Antigone, OEdipi regis Thebanorum ex Jocasta, uxore eadem ac matre, filia, quæ patri cæco & a Creonte in exilium acto viæ dux extitit, ut Sen. in OEdip. & Stat. in Theb. 12. 350. seq. memorant. Quam quum postea jugulari fecisset Creon, Hæmon amator ad mortuæ tumulum se interfecit. Sophocles in Antig. & Propert. lib. 2. 8. 21. conf. Hygin. Fab. 67. & 72.

Antigonīa, [Ἀντιγόνεια] Oppidum Troadis, Romanorum colonia, quæ & Troas, & Alexandria dicta est. Plin. l. 5. c. 33. & Strab. l. 13.

Est præterea ejusdem nominis, Oppidum in Arcadia, non procul a Tegea. Plin. lib. 4. cap. 6.

Antigŏnus, i. [Ἀντίγονος] Nomen proprium Ducis Macedonum, & Alexandri Magni ex pellice fratris, qui primus post obitum Alexandri M. in Asia regium nomen assumpsit, & duodeviginti annis regnavit, multisque bellis varia fortuna gestis, postremo ad Ipsum Phrygiæ oppidum in prælio adversus Seleucum, Cassandrum & Lysimachum occubuit, relicto filio Demetrio Poliorcete. Ao. ult. olymp. 119. Mundi 3683.

Fuit Antigonus alter cognomine Gonotas, huic nepos ex filio Demetrio Poliorcete, pulsis Epirotis Rex Macedoniæ. obiit Ao. tertio olymp. 134. Mundi 3742.

Antigonus hoc nomine tertius, Macedoniæ rex, secundi nepos, cognomento Doson, (quasi cunctatorem in repræsentando promisso dicas quod subinde petentibus quippiam δώσω responderet) tutor fuit Philippi ejus quem Romani debellarunt, post etiam vitricus & in regno antecessor. Hunc Servatorem Græci & Benefactorem vocarunt, in Achaïcum fœdus receptum. Plura de eo V. in Arato, & Cleomene Plutarchi, & apud Polybium, ac Justinum. l. 28. Obiit ineunte olymp. 139.

Antigoni duo in Judaïca historia clari, alter Jo. Hyrcani F. a fratre Aristobulo occisus, alter Aristobuli II. filius, qui a Pompeio cum patre Romam abductus, mox Parthorum ope in regnum restitutus, deinde ab Herode superatus, M. Antonii jussu capitali supplicio affectus periit.

Est & hoc nomine Author quidam apud Plin. l. 35. c. 10. qui de pictura scripsit. V. Voss. de Hist. Gr. 1. 13. p. 63. Fabric. Bibl. Gr. 3. 27. 8.

Antigrăphum, i. [ἀντίγραφον] Quod ex archetypo effictum est, de tabula ad imitationem alterius depicta.

Antĭgrăphus, i. [ἀντίγραφος] Inter notas criticas Semicirculus qui dextram spectat & punctum infra se habet. Significat in translationibus vel inter ipsos translatores diversum sensum haberi. V. Isidor. 1. 20.

Antigrapharius, i. m. Idem quod Antigrapheus. V. Justinian. de Confirm. Digest. Ep. 2. §. 9.

Antigrăpheus, quatuor syll. [ἀντιγραφεὺς] Antigraphei dicebantur a Græcis observatores illi, quos vulgo Galli *Contrarotulatores* dicunt: actaque eorum ἀντίγραφα, quasi Contra scripta. Nos Antigrapharios appellare possumus. Hos Cicero Custodes appellat in oratione de Lege Agr. & de Reditu suo: & Ulpian. l. 3. D. de Administrat. tutor. Budæus. V. Wolff. Annot. ad Demost. Tom. 5. p. 363.

Antilegŏmĕna, ōrum. n. [ἀντιλεγόμενα] Latine quasi dicas, Contradictiones. Plin. lib. 20. cap. 8. Petronius Diodotus, qui Antilegomena scripsit. [Sed Hard. ex MSS. Ἀνθολογούμενα i. e. Florilegia exhibet.

Antilēna, æ. [προστηθίδιον] Qua pectus equi, aut jumenti, sive alterius animalis cingitur: sicut Postilena, quæ sub cauda ponitur. Perottus. In Gloss. Isid. Antella q. V. V. etiam Lex. Pitisc.

Antilepsis, [ἀντίληψις] Græcis dicitur, quam Latini Intercessionem vel Interjectionem nominant. Immo V. H. Steph. Thes. Græcum.

Antilibanus, [Ἀντιλίβανος] Mons est Libano oppositus, non procul a Sidonio mari incipiens, & ad montes Arabiæ desinens, qui sunt supra Damascum. V. Strab. lib. 16.

Antĭlŏchus, [Ἀντίλοχος] Nestoris ex Eurydice filius interfectus in bello Trojano a Memnone Auroræ filio, ut tradit Homerus. & Ovid. 1. Epist. 15. Juven. 10. Sat. 252. Hor. 2. Carm. 9. 13.

Antilochus, Amphiarai filius, celebris in Cilicia præstigiator, de quo Lucian. Pseudom. p. 759. ed. Græv. T. 1.

Antilogia, [ἀντιλογία] dici potest Contradictio, refragatio, vel quasi Contraria oratio.

Antĭmăchus, i. m. [Ἀντίμαχος] Colophonius poëta Græcus. Is quum poëma quoddam obscurum in auditorio recitaret, atque omnes præter Platonem (quod minime illud intelligerent) discessissent, Legam, inquit, nihilominus: Plato enim mihi unus instar est omnium. Author Cic. de Clar. Orat. 191. Catul. 96. 10.

At populus tumido gaudeat Antimacho. De eodem Plutarch. in Lysandro: Antimachus (inquit) Colophonius, & Niceratus Heracleotes, Lysandria poemata certatim agebant: e quibus quum Nicerato Lysander coronam donasset, Antimachus dolore percitus, scriptum a se carmen abolevit. Tunc juvenis adhuc Plato Antimachi poeticum admiratus ingenium, qui superatum sese moleste ferebat, revocatum mitigabat, ignaris ignorantiam malum esse præfatus, quemadmodum cæcitatem non videntibus. Hæc ille. Colophonius etiam a Suida & Athenæo appellatur. Clarium tamen facit d. l. Cicero: Nec enim (ait) posset idem Demosthenes dicere, quod dixisse Antimachum Clarium poetam ferunt, &c. ubi quidam legunt, Clarum poetam. Atqui Ovid. 1. Trist. 5. sic de eodem canit,

Nec tantum Clario Lyde est dilecta poetæ. Qui locus ut de Antimacho intelligatur, facit Plutarchus in Consolatoria ad Apollonium, sic inquiens, Usus est hujusmodi inductione & Antimachus poeta. Lyde enim uxore sua defuncta, quam vehementer diligebat, doloris solamen sibi fecit Elegiam Lyden denominatam. Nam cum heroicas calamitates recensuisset, alienis malis suum sibi minorem reddidit dolorem. [Huc pertinet Lyda Antimachi sive Solamen in adversis, colligente J. L. W. 1669. in 8vo ed. libellus.] Nicander quoque (quem Suidas Colophonium fuisse dicit) in fine Theriacôn de seipso sic ait,

— τὸν θρέψε Κλάρου νιφόεσσα πολίχνη, quem Clari nivale oppidum educavit. Vicina sane admodum fuerunt Colophon & Clarii Apollinis oraculum: imo vero & in ipsa Colophone fuit Apollinis Clarii templum. Plin. l. 2. c. 103. Colophone in Apollinis Clarii specu lacuna est, cujus potu mira redduntur oracula. Plin. quoque lib. 12. Epist. 23. hoc ipsum multorum testimoniis confirmat.

Antimachos quoque alios duos Suidas ponit, alterum Ægyptium, patria Heliopolitanum, alterum poetam Melicum cognomento Psecadem.

Fuit item præter hos, etiam alius Antimachus Trojanus, qui donis Alexandri auroque corruptus, impedimento fuit quominus Helena redderetur, quin pro concione Trojanos hortatus est ne Menelaum, quum legatus in urbem venissem cum Ulysse, redire ad suos sinerent, sed in urbe retinerent trucidarentque. Author Hom. Il. 11.

Antimēlon, [ἀντίμηλον] Herba est Dioscor. quam alio nomine Mandragoram appellamus.

Antimĕnides, idæ. [Ἀντιμενίδης] Mytilenæus, Alcæi poetæ frater, cujus ille virtutem carminibus suis celebravit, testis Strabo lib. 13.

Antimetabole, [ἀντιμεταβολή] Latine dici potest Ex adverso mutatio. Figura, qua verba declinata repetuntur: ut, Non ut edam vivo, sed ut vivam edo. apud Catonem. V. Quintil. 9. 3. Isidor. 2. 21. & Voss. Rhet. P. 2. p. 404.

Antimonium, i. n. Ita Stibium appellant Officinæ. V. stibium.

Antinaulum, erat Quod a nautis exigebatur, Moscopulus. qui vectigalia e mari & antinaula exigunt. Buleng. de Vectig. cap. 86.

Antinoe, [Ἀντινόεια Stephano] Urbs Ægypti, ad Nilum sita, ita dicta ab Antinoo Adriani Amasio, ut scribit Hieronym. in Jovinian. Dicitur & Antinou vel Antinoopolis. V. infra antinous.

Antinomĭa, æ. f. [ἀντινομία] Inquit Budæus, Non est quum lex legi contraria est ipso jure, quia altera alteram tolleret: sed quum duæ leges casu colliduntur, & eventu. Quintil. l. 7. c. 8. Proximum est de legibus contrariis dicere, quia inter omnes artium scriptores constat, in antinomia duos esse, scripti & voluntatis, status, &c.

Appellant ita & Dogma eorum qui negant ad Ecclesiam Christianam pertinere Moralis V. T. legis usum: quorum seculo 16. princeps fuit Johannes Agricola Islebius: ipsi vero appellati Antinomiani.

Antĭnŏus, i. [Ἀντίνοος] Bithynicus adolescens eleganti forma, ab Adriano principe, adeo amabatur ut templum ei mortuo apud Mantineam constituerit, ut scribit Pausan. in Arcad. Cum antea jam ab Ægyptiis in urbe de nomine ejus appellata, fuisset consecratus. V. Spartian. in ejus vita cap. 14. quæque Casaub. Salmasiusque annotarunt. Item Spanh. de Usu & Præst. Num. diss. 11. p. 329. seq.

Fuit quoque alius hoc nomine, Penelopes procus, de quo multa Homer. in Odyss. & Propert. lib. 4. 5. 8.

Penelopen quoque neglecto rumore mariti
Nubere lascivo cogeret Antinoo. Add. Ovid. 1. Epist. Sabin. 47.

Antiŏchīa, æ. f. sive Antiochēa. [Ἀντιόχεια] est Syriæ pars, ut author est Plin. in Syriæ descriptione, & item Pomponius. Quæ & Antiochene ac Seleucis dicitur.

Antiochia, totius Syriæ metropolis erat, ad Orontem fl. posita, prius Reblata dicta. Eam servos Abraham ædificasse, sacra docent volumina. Postremo Justiniani principis tempore, Theopolis est dicta. Hic, ut quidam perhibent, prima sedes episcopalis Petri apostoli, Christianique primum appellati, qui Christi Dn. disciplinam amplexi fuerant. Act. 11. 26. Meminit & Cic. pro Archia.

Est præterea Insula maris Mediterranei, Strongylæ insulæ proxima, authore Plin. lib. 6. cap. 13. De aliis ejusdem nominis urbibus Geographos consule.

Antĭŏchus, [Ἀντίοχος] Hor. 3. Carm. 6. 35.

Pyrrhumque, & ingentem cecidit
Antiochum, Hannibalemque dirum. Nomen fuit regum Syriæ: fere enim hoc nomine omnes vocati sunt, ut Antiochus Soter, Theos, Hierax, Magnus, Eusebes, Epiphanes, Philopator, Grypus, Sidetes, Cyzicenus, Asiaticus, &c. de quibus Appianus copiosius in Syriaca.

Fuit præter hos Antiochus Ascalonita, ex vetere Academia, dicendi peritissimus, Luculli præceptor, de quo Plutarchus in Lucullo: Ciceronis item & Bruti.

Item Antiochus Syracusanus Xenophanis filius, historicus: librum de Italia edidit qui sæpe allegatur a Strabone, ac Diodoro lib. 12. Vid. Voss. de Hist. Gr. p. 456. & 504.

Denique Antiochus litteratus T. Pompon. Attici servus de quo Cic. 13. Att. 33.

Antiochensis, e; & Antiochēnus, a, um. gentilia. Tacit. 2. Hist. 82. 1. Apud Antiochenses aurum argentumque signatur. conf. Cæs. 3. Bell. Civil. 102. Gell. 7. 19. Antiochena pecunia: quanquam hæc ab Rege potius quam urbe ibidem denominatur.

Antiŏchis, ĭdis. f. gentile. [Ἀντιοχίς.] Steph. Byzant. etiam Proprium reginarum nomen.

Antiochicus, a, um. Adj. ut, Bellum Antiochicum. Paterc. l. 2.

Antĭŏpa, æ. [Ἀντιόπη] Nyctei regis filia, & uxor Lyci Thebanorum regis, authore Lactantio. Hæc, ut ferunt fabulæ, propter formam a Jove adamata est, ex quo Zethum & Amphionem suscepit. Propert. lib. 1. 4.

Antiopa, Tragœdia Pacuvii. Pers. 1. Sat. 77.

Sunt quos Pacuviusque, & verrucosa moretur
Antiopa, ærumnis cor luctificabile fulta.

Antios, i. e. Excruciatos. Festus. Anctos legit Scalig. ex Vet. Gloss. Lat. Gr.

Antipagmenta, Valvarum ornamenta, quæ antis appanguntur: i. e. Affiguntur. Hæc Festus. Alii Antepagmenta scribunt. Et quia Ante pangantur, dici volunt. Plaut. Interp. Asin. 2. 4. 20. & Salmas. Exerc. Plin. f. 1217. V. etiam Vitruv. 4. 6. & Lex. Pitisc. Cato de R. R. c. 14. Pilam fullonicam unam, antepagmenta, vasa torcula duo.

Antiparastasis, [ἀντιπαράστασις] Figura Rhet. est quibusdam, habens confessionem quandam conjunctam cum majori inficiatione. V. Voss. Inst. 1. 9. p. 145.

Antĭpăter, [Ἀντίπατρος] Iolai filius fuit e Paliura civitate Macedoniæ, miles Philippi, deinde inter Alexandri duces, & regni successores, discipulus & ipse Aristotelis, vir præter scientiam rei militaris, literatissimus, ut tradit Suid. De hoc Antipatro scribit Plutarch. multa in Phocione & Alexandro.

Antipater alius Sidonius poeta nobilis, qui ex tempore innumerabiles pene versus faciebat, ut testantur Cic. 3. de Orat. 50. & Quintil. 10. 7.

Item Antipater Tyrius, Philosophus Stoicus, & Catonis Uticensis præceptor, ut author est Plutarchus in Catone.

Alius item Tarsensis Philosophus, ut idem author est.

Fuit

Fuit item Sculptor egregius, qui Satyrum in phiala gravatum somno collocavisse verius quam cælasse dictus est. Plin. lib. 33. cap. 12.

Fuit præterea Antipater Herodis regis pater, Ascalonita, vir maximus, & potentia præditus, de quo Volaterr. in Hist. Hierosol.

Fuit & Antipater Hierapolitanus, Sophista nobilis, præceptor liberorum Severi principis, cujus etiam res gestas scripsit, ac magister epistolarum fuit, ut est author Philostratus.

ANTIPATER, [Ἀντίπατρος] Jovis epitheton, apud Theocritum in Fistula, v. 3. quod hostili animo patrem regno exuerit, & ad inferos detruserit, ut apud Æschylum innuit Prometheus. V. Græc. Schol.

ANTIPATRI dicebatur Collegium eorum qui Antipatri memoriam celebrabant. Buleng. de Conviv. 1. 15.

ANTIPATRIS, idis. f. Oppidum Palestinæ juxta mare mediterraneum, ab Herode in memoriam patris, inter Hieros. & Cæsaream conditum. V. Act. Apost. 23. 31.

ANTIPATHES, [ἀντιπαθὴς] Gemmæ nigræ species, non translucentis, idque in lacte decocta, myrrhæ simile facit. Plin. lib. 37. cap. 10. Diosc. 5. 140. Corallii genus est. Apul. Apol. p. 294. pro Philtro usurpat.

ANTIPATHĪA, æ. [ἀντιπάθεια] Plin. lib. 32. cap. 2. Quod ad repugnantiam rerum attinet, quam Græci antipathiam vocant, nihil est usquam venenatius, quam in mari pastinaca. Idem 24. 9. Mirabilis antipathia. De causis Antipathias lege Sext. Empir. lib. 1. Pyrrhon. Hypotyp. p. 10. Antipathia etiam est Quædam temperatura ferri rubigini resistens apud Plin. lib. 34. cap. 15. A rubigine vindicatur cerussa & gypso & liquida pice. Hæc est temperatura, a Græcis Antipathia dicta.

ANTIPELARGIA, [ἀντιπελάργησις] est Mutua acceptorum beneficiorum compensatio. Græci enim ἀντιπελαργεῖν vocant, de nobis benemeritis officiorum vicissitudine respondere. Sumpta est metaphora a Ciconiis, quas illi πελάργους vocant. Illis enim naturalis quædam pietas insita est, qua parentes senio defectos alunt, & cum sub hyemem mutanda sedes est, eos inter se medios recipiunt, & deficientes alis sustinent. Quod etiam Latini quidam ad imitationem Græcorum Ciconiare vocaverunt.

ANTIPERISTASIS, [ἀντιπερίστασις] Latine dicitur Circumobsistentia, reciprocatio, compressio undique circumfusa. Dicitur etiam Antiperistasis in humano corpore, cum e loco superiore spiritus infra coercetur, & vice versa. idque fit per consensum & cognationem partium, & hoc per συμπάθειαν. Ex Lex. Græc.

Alii, sic Antiperistasis dicitur, per quam ubi calidum est, inde frigus expellitur: ubi frigidum est, inde calor extruditur. Hinc putei per hybernum tempus calent: quia illo se calor contulit, cedens frigori superiora possidenti.

ANTĬPHĂNES, is. m. [Ἀντιφάνης] Græcus Medicinæ professor, ex quo dictum Clemens Alex. lib. 2. Pædag. retulit. viz. Una morborum causa est ciborum varietas.

Alius Olymp. 93. mediæ Comœdiæ Poeta. Voss. de Poet. Gr. p. 41.

Alius, Scriba equitum Alex. Mag. Curt. 7. 1. 15.

ANTĬPHĂTES, [Ἀντιφάτης] Fuit filius nothus Sarpedonis, ut est apud Virg. 9. Æn. 696.

Fuit item Antiphates rex Læstrygonum, a quibus Ulysses, ejusque socii ad unum discerpti essent nisi funibus anchorarum præcisis quamprimum e portu solvissent, seseque in altum recepissent: quo ex periculo tamen non omnes naves servatæ sunt, sed aliquot cum vectoribus perierunt. Narrantur hæc ab Ulysse Odyss. κ. Meminit Hor. de Arte Poet. V. etiam Sil. 8. 531. & quæ ibi adnotavit Cellar.

ANTIPHELLOS, [Ἀντίφελλος] Urbs est, quæ quondam Habessus, atque in recessu Phellus nuncupata est. Plin. lib. 5. cap. 27.

ANTIPHERNA, [ἀντίφερνα] dicuntur Ea quæ maritus constante matrimonio uxori suæ quasi remunerandæ dotis causa largitur. l. ult. C. de donat. ante nupt. Hottom. de Vet. Rit. Nupt. cap. 6.

ANTĬPHĔRON, ontis. m. [ἀντιφέρων] i. e. Obviam se ferens; qualem ex Aristot. describit Seneca Nat. Quæst. 1. 3. Qui hoc genere valetudinis laborat ut ipse sibi videatur occurrere, ut ubique imaginem suam cernat.

ANTIPHILUS, [Ἀντίφιλος] Pictor nobilis, in Ægypto natus, qui a Ctesidemo didicit artem pingendi Gryllos, quos vocant, ridiculo habitu. De hoc Plin. lib. 35. cap. 10. V. GRYLLUS.

Fuit & Apellis quidam æmulus, qui, cum apud Ptolemæum Apellem esset calumniatus quod cum Theodota consensisset, qui in regem conspirationem fecerat, & a quodam conjurationis conscio regi innotuisset, Apellem iniquei nsimulari, Ptolemæus posito furore, Apellem talentis centum donavit, eique in servitutem calumniatorem Antiphilum addixit. Author Lucianus περὶ διαβολῆς.

ANTĬPHON, ontis. m. [Ἀντιφῶν] Rhamnusius orator antiquus. Quintil. lib. 3. cap. 1. Hoc neminem melius oravisse causam capitis, quum se ipse defenderet, locuples est author Thucydides. Hujus meminit Cic. in Bruto. Sciendum ex Hermogene de Form. Orat. 2. 2. p. 496. cum plures fuerint Antiphontes ex his duos Athenienses fuisse, quanquam confundi passim eos videas, quos Suidas distinguit, qui & tertium videtur adjicere. Ab utroque distinguendus est & ille Antiphon qui Philippi magni, sive Platonis ætate (ut habet Voss. cap. 54. de Scient. Math. p. 327.) quadraturam circuli invenire studuit. Mentio ejus apud Aristot. 1. Soph. Elench. 2. & 1. Phys. 2. forte & 2. Phys. 1. conf. de illo & novem aliis Fabr. Bibl. Gr. 2. 26. 2.

ANTĬPHŌNA, æ. f. Scil. Cantio. [ἀντίφωνος] Vox reciproca, duobus choris alternatim psallentibus, interprete Isidoro 6. 19. De antiphonarum origine & progressu V. Spelmanni Gloss.

ANTIPHRĂSIS, f. [ἀντίφρασις] Figura est quum per contrarium verba dicuntur: ut Parcæ, quia nemini parcant: sic Manes, quia non sunt boni. Manum enim, antiqui Bonum dicebant. Ex Donato & Servio. Vid. plura exempla apud Quintil. lib. 8. cap. 6. Gell. 11. 1. & 19. 7. Sed in his caute agendum ne fingamus Antiphrasin ubi nulla est: uti factum in Luco, Ludo, Dis, &c. ostendit atque ridet Quintil. 1. 6. p. 80. Imo sunt eruditi qui negent ullum vocabulum esse per antiphrasin dictum, ut Luc. Joann. Scoppa, 1. Collect. 18. Quem secutus Vossius ἀντίφρασιν vocat inane Grammaticorum commentum f. 196. Etymol. voce Lucus.

Item ap. Rhett. est Figura sententiæ, cum quædam negamus nos dicere, & tamen dicimus: ut apud Lucilium,

Non tango quod avarus homo est: quodque improbus, omitto.

Et apud Virg. 2. Georg. 161.

Quid memorem portus, Lucrinoque addita claustra? Latine dicitur Omissio. Hæc Jul. Rufin. in lib. de Schematis.

ANTIPHUS, [Ἄντιφος] Priami filius ex Hecuba, quem Agamemnon una cum suo fratre, sed illegitimo thoro nato, in bello Trojano interfecit. Apollod. l. 3.

Fuit & Antiphus alter, filius Thessali, [Hygin. F. 97. Corrupte Mnesyli] & nepos Herculis, qui cum fratre Phidippo dux triginta navium cum aliis Græcis ad Trojam navigavit, ut est apud Homer. Il. 2. v. 185. Alius Pylæmenis Fil. ibid. v. 371.

ANTĬPŎDES, um. [Ἀντίποδες] V. ANTICHTHONES.

ANTĬPŎLIS, is. f. [Ἀντίπολις] Galliæ Narbonensis urbs, Ptolemæo. vulgo *Ragni*. V. Plin. 3. 4. Tacit. 2. Hist. 15. 3. est etiam Transtiberina Regio in parte Romæ, quæ nunc Janiculum. Plin. 3. 5.

ANTIPOLITANUS, a, um. Adj. ut, Antipolitani thynni. Martial. lib. 4. 89. & 13. 103.

ANTIPTŌSIS, is. f. [ἀντίπτωσις] Figura est grammatica, poetis permissa, quum casus pro alio casu ponitur. ut, It clamor cœlo, pro In cœlum.

ANTIPYRGUS, [Ἀντίπυργος] Ptolemæo urbs Marmaricæ. Straboni Tetrapyrgia. vulgo *Lucho*.

ANTĪQUUS, a, um. [ἀρχαῖος, παλαιὸς] ior, issimus. Virg. 1. Georg. 209. Antiquasque domos avium. Ubi Servius, Aut revera antiquas, aut charas. V. infra.

Quidam statuunt idem significare ac Vetus; aliis videtur Antiquum majus, Vetus minus esse. Aiunt nempe Veteres esse qui paullo ante nos vixerunt; Antiquos, qui ante veteres vixere. Distinctionem etiam petunt a Plauto, qui hæc duo conjungens, vetus, uti minus, priore loco ponit. Trin. 2. 2. 99. Historiam veterem atque antiquam hæc mea senectus sustinet. Quod tamen contra se habet in Bacch.

Antiquum, & jam obsoletum. Cic. 3. Verr. 56. Vereor ne hæc forte cuiquam nimis antiqua & jam obsoleta videantur.

Antiquo opere ac summa arte perfecto. Cic. 6. Verr. 72. Item 2. Verr. Affabre atque antiquissimo artificio factus deus.

Cedrus antiqua. Virg. 7. Æn. 178.

Antiquissimæ cuique epistolæ respondere. Cic. 9. Att. 9. Tres epistolas tuas accepi postridie Idus. erant autem illæ tertiæ pridie Idus datæ. Igitur antiquissimæ cuique primum respondebo.

Antiquior dies adscripta literis. Cic. 3. Q. frat. 1. Nam mihi uno die tres sunt redditæ, & quidem, ut videbantur, eodem abs te datæ tempore: una pluribus verbis, in qua primum erat quod antiquior dies in tuis fuisset adscripta literis, quam in Cæsaris.

Censu antiquo dives. Hor. 2. Serm. 3. 169.

Inter Senes, Veteres, & Antiquos. Senes, vocantur quantum ad privatam ipsorum vitam, quod usque ad senilem ætatem vixerunt. Veteres, quantum ad publicum tempus, quod alia ætate vixerunt, etiamsi ad senium non pervenerint: unde quidam juniores, fuerunt seniores veteribus. Antiqui, utrique dicuntur: sed magis veteres quam senes. Hæc Valla lib. 4. Cic. in Læl. 20. Plus apud me antiquorum authoritas valet.

Nobilibus antiquis ortus. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Stirps antiqua. Virg. 1. Æn. 626.

Antiqui officii homo, pro Sincero & minime fallaci. Cic. pro Quint. 56. Quid tum? tu aliquem patronum invenies hominem antiqui officii, qui splendorem nostrum & gratiam negligat? Idem pro Rosc. Amer. In qua muliere etiam nunc, quasi exempli causa, vestigia antiqui officii remanent. Quasi exempli causa. i. e. Ut quasi testimonio sit, olim fuisse homines tanto officio & probitate præditos. De antiquis fere ita loquimur, quasi omnes æquabiliter essent viri boni. Eodem modo dicuntur Antiqui homines, qui præditi sunt moribus antiquis. i. e. Optimis & probatissimis, quales scilicet antiquorum fuerunt. Cic. pro Rosc. Amer. 26. Homines antiqui, qui ex sua natura cæteros fingerent. V. Pitisc. Lex.

In eodem sensu dicitur, Homo antiqua virtute ac fide. Ter. Adelph. 3. 3. 89.

Antiqui mores. Plaut. Capt. 1. 2. 20. Ille demum antiquis est adolescens moribus. Et apud Ennium.

Moribus Antiquis res stat Romana virisque. Adscripsit H. St. puto est ap. Cic. Nimirum affertur ex hujus l. 5. de Rep. ab August. l. 2. c. 21. de C. D.

Antiqua disciplina V. in Disciplina. V. in Nizolio didascalo, ubi de Nizolio dicente, Bonis temporibus a Cicerone dici pro Antiquitus. V. MORES. H. St.

Antiquus etiam dicitur, Qui nobis ex longo & diuturno tempore conjunctus est. ut, Antiquus amicus, Antiquus hospes. Plaut. Bacch. 2. 3. 27.

Antiquus, qui verbis antiquis & priscis utitur. Dicitur & Antiquarius. Cic. in Brut. 137. Fuerunt etiam in oratorum numero mediocrium L. & Sp. Mummii fratres, quorum extant amborum orationes: simplex quidem Lucius & antiquus, Spurius autem, &c. Sic Lælius dicitur Vetustior in eodem Bruto. V. Vetustus, in VETUS.

Antiquum pro Pristino. Ter. Adel. 5. 3. 26. Eandem illam rationem antiquam obtine.

Antiquum, absolute. Plaut. Mostel. 3. 2. 102. Antiquum obtines hoc tuum, tardus ut sis. Ter. Andr. 4. 6. 22. Optime hospes pol Crito antiquum obtines. i. e. Quod antiqui solebant. Aut certe est ellipsis, ut subaudiamus Ingenium, vel animum, vel morem, vel institutum. Ex Donato. [Immo puto laudat simpliciter ab Ante. H. St.

Antiquum, Nobile. Virg. 1. Æn. 531.

Terra antiqua, potens armis. Ubi Servius, Antiqua: i. e. Nobilis.

Antiquum, Magnum. Virg. 2. Georg. 174.

— res antiquæ laudis & artis. Ubi Servius, Antiquæ laudis, vel Magnæ, vel quod apud majores in ingenti honore fuerat agricultura.

Antiquum, pro Charo. Virg. 2. Æn. 137.

Nec mihi jam patriam antiquam spes ulla videndi. Turnebus vero existimat cum transfugam simulet, qui jam solum mutarit & patriam, velut novam novasque sedes exilio quæsierit, eum appellare patriam Antiquam, patriam Pristinam, cujus solum verterit, & cujus amiserit jus. Est enim Antiqua patria, a qua demigratum est vel a colonis, vel exulibus, vel transfugis. Sic Tyrus Didus antiqua patria dicitur Virg. 4. Æn. 670.

Antiquus amicus. Ovid. 2. de Ponto 93.

Antiquius, non modo Vetustius, sed etiam Potius ac Venerabilius significat. Tractum ab honore qui senectuti exhibebatur. ut, antiquior cura, Quintil. lib. 4. Cic. 10. Att. 8. Itaque qui nunquam id egit ut Hispaniæ per se tenerentur, navalis apparatus ei semper antiquissima cura fuit. i. e. Potissima, & cordi in primis fuit. Budæus.

Nihil antiquius judicare salute & libertate Reipubl. Cic. 10. Fam. 34.

Nihil habere antiquius, Nihil sibi esse antiquius. Cic. 11. Fam. 33. Nec habui quicquam antiquius, quam ut Pansam statim convenirem.

Nihil antiquius vita existimare, & omnia libertate posteriora ducere. Cic. 13. Philipp.

Antiquissimum sit nobis, &c. Cic. Att. Non possum commodius scribere quam tu scribis. officium sit nobis antiquissimum. i. e. Potissimum, singulare, præcipuum.

De Tullia mea tibi antiquissimum esse video: idque ita ut sit: te vehementer rogo. Cic. 12. Att. 5.

Antiquissimum habere. Cic. 2. Q. frat. 1. Isque judiciorum causam suscepit, antiquissimamque se habiturum dixit.

Carius & antiquius. Cic. 1. de Invent. 69. Quid hunc tanta Thebanorum gloria, tam claro atque exornato trophæo carius atque antiquius habere convenit?

Sanctius & antiquius est hoc mihi. Cic. 12. Att. 20.

ANTIQUARIUS, a, um. Adj. [φιλάρχαιος] unde Antiquarii homines dicti sunt, Qui voces priscas & jam diu desitas curiose consectantur. Quo verbo Suetonius usus est in Augusto, cap. 86. Cacozelos & antiquarios, ut diverso genere vitiosos, pari fastidio sprevit. Budæus.

Antiquarii etiam dicuntur antiquitatis nondum exoletæ studiosi peritique: quorum scripta jucunda quadam redivivaque interdum antiquitate veluti distincta sunt: qualis fuit olim Sallustius, & nuper Theodorus Gaza. Juven. 6. Sat. 454.

Ignotosque mihi tenet antiquaria versus. Budæus.

Antiquarius etiam dicebatur, Qui bibliothecæ Codices vetustos scripsit. Lomej. de Biblioth. cap. 13. Sidon. 9. Epist. ult. & Theod. Cod. l. 2. de Stud. Liberal. &c. V. Guther. de Off. Dom. Aug. 3. 7. & Scalig. Lect. Auson. 2. 11. & 13.

ANTIQUE, Adv. Hor. 2. Epist. 1. 66. Nimis antique dicere.

Compar. Tacit. de Germ. 5. 6. Simplicius & antiquius.

Superl. Solin. cap. 17. Titanas in ea antiquissime regnasse.

ANTIQUĬTAS, [παλαιότης] denomin. Vetustas.

Antiquitatis authoritas. Quintil. lib. 1. cap. 6.

Ultima antiquitas. Cic. 1. de Fin. Quod quam magnum sit, fictæ veterum fabulæ declarant: in quibus tam multis, tamque variis ab ultima antiquitate repetitis, tria vix amicorum paria reperiuntur.

Desiderare antiquitatem generis. Cic. Frag.

Antiquitas generis ex clarissimo municipio profecta. Cic. pro Font. 31.

Antiquitas, pro Ipsis antiquis. Plin. lib. 12. cap. 19. Cinnamomum & casias fabulosa narravit antiquitas. adde Curt. 7. 3. 22. Cic. 2. de Divin. 33. & 1. Tusc. 12.

Antiquitas, in alia significatione. Sallust. teste Servio, Tantum antiquitatis curæque majoribus pro Italica gente fuit. i. e. Antiqui & præcipui amoris sive charitatis: ab eo quod est Antiquum pro Charo. V. J. F. Gronov. ad Liv. 1. 32. pr. qui hunc locum Sallustii confirmat.

ANTIQUĬTUS, Adv. temp. i. e. Ab antiquo tempore. Cæs. 1. Bell. Civil. Qui in eorum fide antiquitus erant. Idem 2. Bell. Gall. 4. Antiquitus transducti. Et 6. 4. V. ad ANTIQUUS H. St. not.

Antiquitus duravit hic mos usque ad nostra tempora. Quintil. lib. 1.

Antiquitus factitatum. Plin. lib. 18. cap. 18.

Antiquitus institutum. Aurelius in princip. D. De offic. Præf. Prætor.

Jam inde antiquitus. Plin. in Paneg. cap. 31. Video enim jam inde antiquitus maritos dearum.

Non adeo antiquitus placuit. Plin. lib. 2. cap. 2.

ANTĪQUO, [ἀπαρχαιόω, καταργέω] āre. Abrogare, abolere, sive (ut Nonius interpretatur) Obsolefacere & e memoria tollere: ut, Antiquare legem. Cic. 3. de Legib. 38. Vos item, ut video, legem antiquastis sine tabella. Sic, Antiquare rogationem, idem Cic. 1. Att. 11.

Antiquare, est In morem pristinum reducere. Festus. i. e. Ut nihil innovetur. V. Not. Dacerii.

Antiquare & Abrogare, inter se differunt. Antiquatur enim lex, quum populus eam perferri non patitur, suffragiis improbans. Abrogatur autem vetus lex, quam scilicet antea latam populus suffragiis tollit. Hoc exempla declarant, siquis utriusque verbi vim suis locis accurate perpendat. Hæc Paul. Manut. in Calep. [Utebantur autem Solenni ac tralatitio hoc verbo, quum Rogationem rejiciebant, quod in tabulis litera A notabant, Antiquo. V. A lit.

Antiquari pass. Liv. 4. Sic Cic. 2. Off. 73. Quum legem Agrariam ferret, quam tamen antiquari facile passus est.

ANTIQUATIO, ōnis. f. Abolitio, abrogatio. Gellius, Facta mox est antiquatio legis. Et Cod. 6. t. 56. l. 4.

ANTIQUATUS, a, um. Adj. ut, Antiquata lex. Liv. 5. 55. Antiquorum antiquata dilectio. Sidon. 5. 9.

ANTIRRHINUM, V. ANARRHINUM.

ANTIRRHIUM, [Ἀντίῤῥιον] Promontorium est Ætoliæ, situm ad ipsum sinus Corinthiaci ostium, e regione Rhii, quod est Achaiæ promontorium, ab Antirrhio septem tantum stadiorum freto divisum. Thucydides utrunque Rhium appellat, cognominibus tantum ea distinguens. Nam quod in Peloponneso est, Achaicum cognominat: alterum Molycricum, a vicina urbe Molycria. Strab. lib. 8.

ANTISCII, [Ἀντίσκιοι] Populi sunt apud Meroën Æthiopiæ partem, æquinoctiali proximam circulo, ubi illud dicitur evenire, ut per nonaginta dies umbræ nostræ in contrarium cadant, unde & nomen sortiti sunt. Cæl. lib. 1. cap. 22. Et Ammian. 22. 15. V. Astronomos.

ANTISCIUM, i. & ANTISCIA, orum. [ἀντίσκια] Sunt (ut inquit Pontanus lib. 1. cap. 20. de Reb. Cœlest.) Mutuæ partium Zodiaci consensiones, cum gradus unius signi, gradui alterius contrariam umbram jaciat. Hinc est quod Trapezuntius, in lib. de Antisciis, scribit, ἀντίσκια recte Contrarias umbrationes appellari posse.

ANTISCORODON, [ἀντισκόροδον] Herba est ex generibus Allii, quæ & Ulpicum & Allium Cyprium appellatur. Plin. lib. 19. cap. 6.

ANTISIGMA vocabatur qui ex altera parte ponebatur Semicirculus, sive semirotundus suggestus, ut Apulejus loquitur, qui media interposita rotunda mensa integrum efficiebat circulum. Ursin. Append. ad Ciaccon. de Triclin. p. 256. V. SIGMA.

ANTISOPHISTES, æ. m. Quintil. lib. 11. cap. 3. p. 1026. Burm. Urbaneque Virginius interrogavit de quodam suo antisophiste, quot millia passuum declamasset. Antisophistes igitur ut Antagonistes dicitur. Vide Suet. Tiber. cap. 11. & de Illustr. Gram. cap. 9.

ANTISPASTUS, i. m. [ἀντίσπαστος] i. e. in contrarium abstractus. In Poetica est Pes constans prima & quarta brevibus, secunda & tertia longis: ut ălēxāndĕr. V. Grammat. Antispastum bene in clausula poni docet Diomedes, p. 467.

ANTISPASTICUS, a, um. Adj. ut, Antispasticum metrum, Diomed. p. 505. & Victorin. p. 2533. &c.

ANTISPODA, sive ANTISPODIA, ἀντίσποδα Dioscoridi, ἀντισπόδια Galeno. Vocantur a medicis Omnia ea quæ eandem cum spodio habent facultatem quæque in spodii inopia pro eo possunt supponi. Diosc. lib. 5. cap. 43. & Plin. 34. 13.

ANTISSA, [Ἄντισσα Stephano.] Oppidum in Lesbo insula: Sunt enim in ea insula oppida quinque, Antissa, Pyrrha, Eressos, Cirava, Mitylene. Verba sunt Pomponii. 2. 7.

ANTISTASIS, [ἀντίστασις] Schema, quod Latinis Intentio dicitur, cum idem repetitur in contrario sensu: ut,

Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis. Jul. Rufinian. V. Quintil. 7. 4.

ANTISTES, itis. c. [προεστώτης] Ab antiquo verbo Antisto, pro Antesto, quod cæteris antestet, id est antecellat. Erant autem Antistites apud antiquos Primarii singulorum templorum sacerdotes, qui sacris præerant, & de futuris atque agendis responsa dabant consulentibus. V. Pitisc. Lex. in voce. Liv. 1. Potitii ab Evandro edocti, antistites sacri ejus per multas ætates fuerunt. Loquitur de sacris Herculis. Cic. pro Domo sua, 2. Antistites deorum.

Antistes, f. Valer. lib. 1. cap. de Servata Relig. Ne deæ vetustis ritibus perita deesset antistes. V. Pitisc. Lex.

Antistites ceremoniarum & sacrorum, Præfecti ceremoniis. Cic. pro Domo sua. 104. Juven. 2. Sat. 113.

Antistes, per transl. dicitur, Qui in re aliqua excellit, atque principatum tenet. Unde Serv. Sulpitius, teste Quintil. lib. 11. cap. 1. Juris antistes appellatus est. Et Plato, Sapientiæ antistes, apud Plin. lib. 7. cap. 30.

Antistes artis. Cic. 1. de Orat. 202.

ANTISTĬTA, æ. Gell. lib. 13. cap. 19. Sacerdotes quoque fœminas M. Cicero antistitas dicit, non secundum grammaticam legem antistites. Nam quum insolentias verborum a veteribus dictorum plerunque respueret: hujus tamen verbi in ea parte sonitu delectatus, Sacerdotes (inquit) Cereris, atque illius fani antistitæ. Cic. 6. Verr.

Ictave barbarico Cybeles antistita buxo. Virg. in Ciri, 166. & Ovid. 13. Met. 410. — tractisque comis antistita Phœbi.

ANTISTITIUM, i. n. [προεστασία] Excellentia, & apex, & quasi Antistitis dignitas. Mart. Capell. lib. 2. Antistitio præminebat Athanasia.

ANTISTATUS, ûs. m. Idem. Tertull. adv. Valent. cap. 13. Angelorum comparatitius antistatus.

ANTISTHĔNES, [Ἀντισθένης] Socraticus philosophus, acutus magis quam eruditus, præceptor Diogenis, & proïnde Cynicæ Sectæ dux atque auspex, patientiam & duritiam in Socratico sermone adamavit, ut scribit Cic. 3. de Orat. 59.

Fuere item alii tres, unus de schola Heracliti, alius Ephesius, tertius Rhodius historicus, ut tradit Diogenes Laertius.

ANTISTIUS, In Nummis ANTESTIUS, Nomen Gentis Romanæ Plebejæ. V. Fulv. Ursin. Ex hac memoratur L. Antistius disertus homo L. Matrinii Spoletini accusator. Cic. pro Corn. Balb. 48. Fuit & alius Antistius Piso orator. Cic. in Brut. 308.

C. Antistius Vetus, qui Consul est creatus nono Tiberii principatus anno, quo anno in unitatem venit equester ordo, annulorumque authoritati forma constituta est. V. Plin. lib. 33. cap. 2. & Fast. consular.

ANTISTO, [προΐσταμαι] āre. Veteres dixerunt pro Antestare, i. e. Antecellere. Cato de R. R. 156. Brassica est, quæ omnibus oleribus antistat. Lucret. lib. 5. 22.

Herculis antistare autem si facta putabis, &c. Tacit. 2. Ann. 33. Sed ut locis, ordinibus, dignationibus antistent. Q. Claudius apud Gell. 9. 13. Nepos 3. 1. 2. adde Barth. Adversf. 34. 6.

ANTISTANS, antis. Catull. 9. 1.

— omnibus e meis amicis,

Antistans mihi millibus trecentis. [V. ANTESTO, quæ verior Scriptura videtur.

ANTISTOECHON, n. [ἀντίστοιχον] Figura dictionis est quum litera ponitur pro litera. ut, Magalia pro Magaria; Sella pro Seda; & Melitor pro Meditor. Quidam scribunt Antistichon. Exempla pluscula V. ad singulas fere Alphabeti literas hujus operis. Conf. ANTITHESIS.

ANTISTRĔPHON, ontis. n. [ἀντιστρέφον] Quoddam argumentationis genus quod Reciprocum latine dicitur auctore Gellio 5. 10. & 11. Vide Gesner. Chrestom. Cic. p. 77. [Vitium potius argumentationis, & nominatim quidem Dilemmatis, quam peculiare genus argumentationis est.

ANTISTROPHA, qua Lyrici carminis authores utuntur, est, quum ab lævis in dextra obvertuntur, cujusmodi errantium vertigo, ab occasu in ortum: Stropha vero, ubi a dextris in lævum fieret conversio, qui & mundi intelligitur motus ab exortivis partibus ad occiduas: at Epodus, ubi in uno consistentes loco carmina concinunt. Ex Cæl. Antiq. Lect. l. 8. c. 8. V. Mar. Victorin. p. 2501.

ANTISTRŎPHE, es. f. [ἀντιστροφὴ] Latine Conversio: species est repetitionis, quum in eandem partem orationis sæpius desinitur. Cujusmodi est hoc pro Fonteio, Frumenti maximus numerus e Gallia, peditatus amplissimæ copiæ e Gallia, equites numero plurimi e Gallia. Huic figuræ contraria est Epanaphora. Ex Aquila Romano, de Figuris. conf. Mart. Capell. p. 175.

ANTITAURUS, [Ἀντίταυρος] Mons Tauro oppositus. De quo Strabo lib. 11. Taurus itaque Septentrionem versus in multos quasi ramos discinditur, quorum unus est Antitaurus: sic enim is appellatur. Is Sophenam comprehendit in convalle quadam, quæ inter eum jacet, atque Taurum ultra Euphratem. Denique ut idem lib. 12. refert, in eo valles sunt profundæ & angustæ, in quibus sita sunt Comana civitas memoratu digna, & Bellonæ fanum, quod illi Comana vocant. Sunt qui Auritaurus legi debere contendant. [Inscite satis.

Antithei, [Ἀντίθεοι] Quidam mali dei, quos a Magis confingi ait Arnobius 4. p. 134. Hique ſpiritus eſſe dicuntur qui in actionibus humanis ſæpe obrepant, ſeque deos fingant, & inſcios mendaciis & ſimulationibus deludant. V. Lactant. 2. 9.

Antithĕsis, is. f. [ἀντίθεσις] Oppoſitio. Figura eſt dictionis, quum una litera pro alia ponitur: ut. Olli pro Illi. V. Iſidor. 1. 34. & ſupra ANTISTOECHON. Nam eadem fig. videtur. Alii Metalepſin vocant Grammatici.
Eſt & antitheſis, ſive Syncriſis, Figura Rhetorica apud Julium Rufin. quum res atque perſonæ inter ſe contrariæ comparantur. V. voc. ſeq.

Antithĕton, i. n. [ἀντίθετον] Latine Oppoſitum, ſive expreſſius, Contrapoſitum. Quintil. 9. 3. Ovid. 1. Met. 19.
Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis, &c. Perſ. 1. Sat. 86.
— Crimina raſis
Librat in antithetis. Cic. in Orat. 166. Semper hæc quæ Græci antitheta nominant, quum contrariis opponuntur contraria, numerum oratorium neceſſitate ipſa efficiunt. V. Iſidor. 1. 25. & Mart. Capell. 5. p. 175.

Antitypum, [ἀντίτυπον] Exemplar ſimilis formæ, vel contrarium. a Theologis dicitur Id quod per typum ſignificatur. V. Suic. Theſ.

Antivestæum, Promontorium Britanniæ, quod etiam dicitur Bolerium apud Ptolemæum. Diodoro Bellarium. vulgo *S. Burien*, vel *The Land's-End*: in Cornubia ſeu Cornvallia.

Antium, [Ἄντιον] Oppidum vetus in Latio juxta mare, cujus meminit Ptolemæus, nunc penitus dirutum: vulgo *Nettuno*. Caput quondam Volſcorum, deinde colonia P. R. Erat ibi antiqua religione nobile templum Fortunæ, ut Hor. refert 1. Carm. 35. 1.
O diva, gratum quæ regis Antium. Huc ſe nobiles Romanos animi cauſa contuliſſe, tradit Strabo lib. 5. Aberat autem Roma Antium ſtadiis CCCVII, h. e. Milliariis XXXVIII, cum dimidio. V. Strab. Hujus oppidi captarum navium roſtris ſuggeſtus in foro Romano adornatus, templumque id Roſtra appellatum. Liv. 8. 14. extr. V. Lex. Pitiſc. & infra ROSTRA. Hinc

Antias, atis. Gentile, quod nobili Hiſtorico Valerio cognomen hæſit, de quo Voſſ. de Hiſt. Lat. l. 1. c. 10. Pl. ANTIATES. Hos plurimum claſſe valuiſſe, & ſæpius belli fortunam cum P. R. tentaſſe docent rerum Romanarum ſcriptores. Victi tandem ac triumphati fuerunt a C. Duillio cos. de quo V. in DUILLIUS.

Antianus derivat. ap. Plin. l. 3. c. 6. Sueton. in Calig. c. 57. Monuerunt & ſortes Antianæ, ut a Caſſio caveret. Sed codd. variant, emendatique ANTIATINÆ exhibent. Ubi Torrent. V. Conf. Macrob. Sat. 1. 23.

Antius Nom. gent. Ro. plebej. de qua V. Fulv. Urſ. Antii clari extiterunt, Sp. Antius Legatus Romanus a Veientum rege interfectus cui ſtatua in roſtris fuit poſita. Cic. 9. Philipp. c. 2. Antius Senator in dicenda ſententia liberrimus, Cic. 4. Att. 16. C. Antius Reſtio qui legem tulit ne quis magiſtratus temere foris cœnaret, quam ne contemnere videretur nunquam ipſe foris cœnare voluit. Macrob. 3. Saturn. 17. conf. Gell. 2. 24. & Lex. Pitiſc. in voce LEX.

Antizeugmĕnon, V. ANTEZEYGMENON.

Antlia, æ. [ἀντλία] Machinula ad hauriendam aquam excogitata. Martial. lib. 9. 14. 3.
Curta laboratas antlia tollit aquas. In antliam condemnari Suet. Tiber. c. 51. eſt Ad exhauriendam ſentinam, vel aliam aquam damnari: de quo ſupplicii genere locus eſt apud Artemidor. Oneirocrit. 1. 50. De re ipſa conſule Lipſ. Elect. 2. 15. & Pithœum Adv. ſubſec. 2. 16. vel quod omnium obſervationes continet, Lex. Pitiſc. Hodie a Phyſicis Guerickiana exhauriendo aëri machina vocatur Antlia pneumatica. V. ANCLA ſupra.

Antlo, āre. Haurire, a Græco ἀντλῶ deſcendit. Liv. Andronic. Florem antlabant Liberi ex carcheſiis. Feſtus. V. ANCLO.

Antobroges, Populi ſunt Aquitaniæ, Narbonenſi provinciæ contermini, non procul a Cadurcis populis. V. Plin. lib. 4. cap. 19.

Antocĭdes, is. m. Orator Atticus antiquiſſimus. Quintil. 12. 10.

Antoeci, [Ἄντοικοι] m. pl. ſunt Qui trans æquinoctialem parallelum, æqua latitudine ab eodem diſtantem nobis in hemiſpherii ſui conformi latere ſunt ſiti quibus noſtri Antipodes Periœci ſunt. Antœci autem dicuntur quod non contrariam, ut Antipodes, ſed diverſam Auſtrini lateris terram habitent: cum quibus nobis convenit in unitate diei, imo Meridiei propter unitatem Meridiani: verum cum apud nos longiſſimus eſt dies, apud illos eſt breviſſimus propter contrariam latitudinem.

Antoninopolis, Urbs in Meſopotamia. Ammian. 18. 9.

Antonīnus, i. m. Cognomen aliquot Rom. Imperatt. Inter quos duo celeberrimi, T. Aurelius Fulvus Boionius Antoninus ab Hadriano adoptatus, a clementia & lenitate Pius appellatus, quique illi ſucceſſit M. Aurelius Ant. Philoſophus: qui ſanctitate vitæ omnibus principibus antecelluit, ut de eo ſcribit Capitolinus. qui utriusque vitam exſequutus eſt. Poſterior de ſe ipſo libros 12. Græce ſcripſit magna refertos ſapientia: qui ad nos pervenerunt. V. Voſſ. Hiſt. Gr. p. 226. Cæterum Commodo, Caracallæ, Diadumeniano & Elagabalo, aliisque tributum eſt hoc idem cognomen, quoniam populo ac militibus pergratum putabatur. V. Spanh. de Uſu & Pr. Numm. Diſſ. 12. p. 506.

Antoninianus, a, um. ut, Thermæ Antoninianæ. Eutrop. 8. 10. Sodales. Capitol. in Marc. cap. 15. V. Pitiſc. Lex.

Antonia, Gens antiquitatem ſui generis ad Antonem Herculis filium retulit, ut author eſt in Antonio Plutarchus: quod ipſum apud Appian. lib. 3. de Bell. Civil. confirmat Auguſtus, his verbis: Adoptaſſet (inquit) te Cæſar, Antoni, ſi ſciviſſet æquo animo ex Heraclidarum gente tranſitum ad Æneadas. Secunda hæc Aboriginum patricia gens eſt, nec præterea ullam apud antiquos reperio. Familiæ vero hujus gentis duæ ſunt. Una Merendarum: altera (quod equidem ſciam) cognomine caret, & hæc plebeia fuit. Tribunatum enim plebis M. Antonium geſſiſſe Plutarchus ſcribit: & C. Antonium Ciceronis in conſulatu collegam, Pædianus in ea contra Catilinam, plebeium nobilem appellat. Unum tamen eundemque ortum habent, & tanquam ex eodem fonte fluxerunt. Fieri enim facile potuit, ut hæc familia ad plebem tranſierit, ut Octavia & aliæ complures. Hæc ex R. Streinii l. de Stemm. Gent. & Famil. Rom. V. etiam Lex. Pitiſc.

M. **Antōnius** Orator, bello civili Mariano occiſus eſt: ut author eſt Plutarchus in Mario. Cic. 3. de Orat. Paterc. lib. 2. Florus lib. 3. cap. 21. Hic duos reliquit filios, M. & C. quorum hic collega fuit Ciceronis in Conſulatu. Catilinam prælio vicit: inde in Macedoniam profectus, ibi a Dardanis oppreſſus, amiſſo exercitu profugit. Romam reverſus repetundarum damnatus eſt. Epitom. Liv. 103. Salluſt. in Catil. Flor. l. 4. Appian. l. 1.

Ille conſtitutus fuit curator tuendæ totius oræ maritimæ, & quum in eo imperio bellum Cretenſibus inferret, turpiſſime victus interiit. Epit. Liv. 79. & 97. Vell. l. 2. Flor. l. 3. c. 7. Hic tres reliquit filios, M. L. & C. Marcus, Magiſter equitum C. Cæſare Dictat. & tandem conſul cum eodem. Interfecto Cæſare hoſtis a Senatu judicatus, ad Mutinam victus ab Hirtio & Cæſare Octavio in Galliam confugit: M. Lepidum cum legionibus ſibi junxit, ac Triumvir R. P. Conſtituendæ in quinquennium cum Cæſare & Lepido factus proſcriptionis Syllanæ revocandæ in primis auctor fuit, & acerbiſſime exercuit. Brutum & Caſſium apud Philippos vicit. Deinde ad Orientem ordinandum profectus, Parthis bellum intulit: Verum duabus legionibus amiſſis, re male geſta, in Armeniam reverſus eſt. Ab Auguſto ad Actium claſſe victus Alexandriam profugit, ibique ſeipſum interemit. Hæc ſummatim ex Plutarcho. Epit. Liv. 116. & ſeq. Dione, Floro, Suetonio & Cicerone.

L. Antonius triumviri frater, Ao. U. C. 712. cum P. Servilio Vatia Iſaurico conſulatum adeptus, cum ejus honoris ac fraternæ potentiæ fiducia, adjutrice Fulvia M. fratris uxore, res novas moliretur, ab Octaviano Cæſare Peruſiæ obſeſſus, ac fame ad deditionem compulſus, noviſſime per ſpeciem honoris ab eodem in Hiſpaniam amotus, incertum quem finem vitæ habuerit. Ex iiſd. auctoribus & Freinsh. ſuppl. Livian.

Antonius Julianus, Rhetor Romæ perquam fuit honeſti atque humani ingenii: doctrina quoque iſta utiliore ac delectabili, veterumque elegantiarum cura & memoria multa fuit. Adhæc ſcripta omnia antiquiora tam curioſe ſpectabat, aut virtutes penſitabat, aut vitia rimabatur, ut judicium ab eo factum examuſſim diceres. Gellius 9. 15.

Antonius Gnipho, ingenuus in Gallia natus, ſed expoſitus, & a nutritore ſuo manumiſſus, Romæ docuit rhetoricam, & poemata in domo Julii Cæſaris pueri adhuc. Cujus etiam ſcholam Cicero & clari viri frequentaſſe dicuntur. Fuit alioquin miti facilique natura: nec unquam aliquid de mercedibus pactus, eoque plura ex diſcentium liberalitate conſequutus eſt. Vixit annos 50. Suet. de Illuſtr. Gramm. cap. 7.

Antonius Caſtor, Rei herbariæ peritiſſimus Plinii temporibus. Is centeſimum excedens ætatis annum, nullum corporis malum expertus, ac ne ætate quidem memoria aut vigore concuſſis, hortulum habebat, in quo herbæ plurimæ alebantur, & diverſi generis, ut teſtatur Plin. l. 25. c. 2.

Antonius Muſa, [Ἀντώνιος Μοῦσας Dion. 350. in fine H. St.] Medicus fuit Auguſti excellens, cujus meminit Hor. 1. Epiſt. 15. 3. & Plin. lib. 19. cap. 8: 29. 1: & 30. 13. Huic ſtatua ænea collocata fuit juxta ſignum Æſculapii, ut ſcribit Suet. in Aug. cap. 59. Medico (inquit) Antonio Muſæ, cujus opera ex ancipiti morbo convaluerat, ſtatuam ære collato, juxta ſignum Æſculapii ſtatuerunt.

Antonius Eremita, ſec. 3. natus vitam ultra centeſimum annum extendit. Moriens juſſit corpus componi loco occulto qui ab Ægyptiis ignoraretur ne proni ad ſuperſtitionem ejus reliquias colerent. Ejus vita deſcripta tribuitur Athanaſio. V. Barth. Adverſ. 57. 1. & Voſſ. Hiſt. Gr. 3. 18.

Antonios alios V. apud Lex. Pitiſc. Extant Antonii Sanderi de Claris Antoniis libri 3. Halæ in 4. 1714.

Antoniaster, tri. m. dimin. Ex Antonio, ut Priſcianus p. 617. refert ex Cic. Orat. pro Var. extr. p. 3891. ed. Fragm. Cic. Verburg. ubi V. not.

Antonianus, a, um. ab Antonio deductum. Cic. 12. Fam. 14. Antoniano latrocinio liberata Reſpub. Vellei 2. 74. 3. Antonianæ partes.

Antonomasia, [ἀντονομασία] Figura eſt, quæ fit quoties pro nomine proprio id ponitur quod poteſt eſſe cum proprio nomine, & epitheton dici. Ut, Saturnia, pro Junone. Virg. 1. Æn. 23. ex Servio. Quintil. autem lib. 8. cap. 6. Antonomaſia eſt, quæ aliquid pro nomine ponit: ut, Pelides, pro Achille. At in exemplo Quintiliani ſynecdoche eſt, & in exemplo Servii neque figura neque tropus. Ramus. V. Quintil. 9. 1. & Voſſ. Rhet. qui ad Synecdochen rejicit.

Antor, [Ἄντωρ] Centauri cujusdam nomen. Val. Flac. 1. Argon. 146.
— ardenti peragit Claris Antora quercu. Al. Actora.

Antorides, [Ἀντορίδης] Pictor, Ariſtippi, filii Ariſtidis Thebani, diſcipulus: de quo Plin. lib. 35. cap. 10.

Antræ, ārum. Convalles, vel Arborum intervalla. Feſtus. Ubi Scalig. V.

Antronia, [Ἄντρων] Pomponio Melæ, Civitas eſt Magneſiæ, regionis Theſſaliæ, quæ a Stephano & Strabone Antron dicitur: ab Antris nimirum utroque nomine deducto, quorum magnam circa hanc urbem copiam fecerant molarium lapidum fodinæ. Circa hanc urbem proceriſſimi gignebantur aſini: unde factum eſt ut Antronius aſinus, proverbio dicatur de Homine corpulento & robuſto, in quo tamen ingenium & animi vigor deſideretur.

Antronis Aſinus, [Ὄνος Ἄντρωνος] Caſtellum in Pthiotica plaga, de quo ſic Strabo lib. 9. Ad Antronem vero munitum caſtellum eſt, in tranſitu in Eubœam, quod Antronis aſinum vocant.

Antrum, i. n. [ἄντρον Græce] Latine autem Caverna dicitur. Virg. 6. Æn. 42.
Excifum Euboicæ latus ingens rupis in antrum. Mart. l. 13. 60.
Gaudet in effoſis habitare cuniculus antris.
Antrum pro ſubſt. Cavum. Virg. 4. Georg. 44.
— exeſæque arboris antro. De apibus loquitur repertis.
Abdita antra. Ovid. 13. Met. 47.
Cæcum. Lucan. lib. 4. 301.
Cavum. Virg. 3. Æn. 641.
Curvum. Sil. lib. 6.
Frigida. Ovid. 5. Met. 349.
Furva. Ovid. 5. Met. 541.
Gelida. Virg. 4. Georg. 509.
Immania. Virg. 6. Æn. 11.
Inferna. Propert. lib. 3. 5.
Nigrantia. Claud. in Conſ. Prob. & Olyb. 42.
Obſcura. Ovid. 4. Met. 100.
Opaca. Sen. Hippol. 4.
Rorantia fontibus. Ovid. 3. Met. 177.
Vaſta. Virg. 1. Æn. 56. & 3. 431.
Uda. Martial. lib. 10. 35.
Viridia. Virg. 1. Ecl. 76.
Occulit ſe antro. Val. Flacc. 8. Argon. 315.
Subire antra. Ovid. 1. Met. 121. & 12. 417. Antra ſimul ſubeunt.
Succedere antro. Virg. 5. Ecl. 19.
In antra claudi. Ovid. 14. Met.
Antra celeberrima apud antiquos V. in Lex. Pitiſc.

Antruo, āre. in Gloſſ. vet. redditur per σπηλαδίσαι, i. e. in antro ſive ſpelunca verſari. Sed V. Feſtum, ubi Dacerius pro σπηλαδίσαι legit σπ..ύσαι, i. e. citato curſu ferri, motus edere, ut conveniat cum AMTRUO q. V. ſupra.

ANTURA, æ. f. Herba, forte eadem quæ fupra ANTHORA. Marcell. Emp. cap. 8. Tura & antura herbæ.

ANTUS, V. ANTHUS.

A N U

ANUBIAS, adis. [ἀνουβιὰς] A quibusdam dicitur herba, quæ notiore nomine Conyza appellatur, & vulgo *Cimicaria*, feu *Pulicaria*. Legitur hæc vox in quibusdam Diofcoridis exemplaribus, quam tamen a peritioribus inter nomenclaturas nothas, falfoque Diofcoridi attributas fcio numerari.

ANŪBIS, is, & ĭdis. [Ἄνουβις] Ægyptiorum deus, qui canino capite pingitur. Hunc volunt effe Mercurium, quia nihil eft cane fagacius. Author Servius enarrans illud Virg. 8. Æn. 698.

Omnigenumque deûm monftra, & latrator Anubis. Ovid. 2. Amor. 13. 11.

Per tua facra precor, per Anubidis ora verendi. Propert. lib. 3. 11. 41.

Aufa Jovi noftro latrantem opponere Anubin.

ANULUS, V. ANNULUS.

ANULUS, Fluvius Mauritaniæ, apud Plin. lib. 8. cap. 1. Legitur in MSS. Amilus. V. Hard.

ĂNUS, ûs. f. [γραῦς] Vetulam fignificat. Feftus, Anus dicta eft ab annorum multitudine: quoniam antiqui non geminabant confonantes: vel quod jam fit fine fenfu, qui Græce dicitur νοῦς. Cic. 1. Tufc. 48. Quæ eft anus tam delira, quæ timeat ifta? Ovid. 3. Faft. 668.

Pauper, fed multæ fedulitatis anus.

Anuis, genitivus antiquus pro Anûs. Varr. Cato, vel de Liberis Educand. Eam nutricem oportet effe adolefcentem. Anuis enim ut fanguis deterior, fic lac. Ex Nonio. V. Gell. lib. 4. cap. 16. ubi abunde.

Annofa anus. Ovid. 2. Faft. 571.

Curva. Ovid. 1. de Arte Am. 766.

Delira anus. Cic. 2. de Divin.

Frigida. Ovid. 3. de Arte Am.

Grandæva & defecta. Sen. OEth. 15.

Tremens. Ovid. 8. Met. 660.

Vivax. Ovid. 13. Met. 519.

Anus, plur. Hor. Epod. 17. 60. & 1. Serm. 4. 38.

Sumitur & adjective: ut, Amphora anus. Martial. lib. 6. 27.

Charta anus. Catull. 69. 45.

Fama anus. Idem 79. 10.

Ficus anus. Plin. 15. 19.

Terra anus. Idem 17. 5.

Eft & Anus, Cutis fuperans umbilicum, cujus rugæ fenii indicium faciunt.

Tralate fignificat Emafculatum, deformem, inutilem: ut obfervat Barthius in Comm. ad Claud. in Eutrop. 1. 9.

— trabeata per urbes

Oftentatur anus, titulumque effœminat anni.

ANICŬLA, æ. [γραΐδιον] dimin. Cic. pro Flacc. Aniculæ minime fufpiciofæ purgat fe. Ter. Phorm. 1. 2. 48. & And. 1. 4. 4. Hoc. dimin. per contemptum dicitur, ficut Muliercula, Meretricula, Pauperculus: quafi Anus abjectiffima.

Ab anu Anicula, Anicella. Varro l. 8. p. 116. meæ edit. poftr. H. St.

ANICLA, æ. f. pro Anicula, Prudentius Perift. 10. 149.

ANICELLA, æ. f. Aliud dimin. apud Varr. 8. de L. L. 45. & Sen. Ep. 77.

ANĬLIS, e. [γραώδης, γραϊκὸς] Adj. ut, Anilis ætas. Columel. lib. 2. cap. 2.

Curæ aniles. Virg. 9. Æn. 489.

Fabulæ. Quintil. lib. 1. cap. 8. Hor. 2. Serm. 6. 77.

Cleomedes l. 2. de Epicuro: ἀλλὰ γὰρ μυθικῷ γραώδει πιστεύσας. Nugæ aniles, γραώδεις λῆροι. V. in Regiftro in Lunæ defectus, de aniculis credentibus lunæ defectum contingere, ὅτι φαρμακίδες εἰσὶν, αἱ καθαιροῦσαι αὐτήν. H. St. Incertum quem auctorem refpexerit. Apud Cic. 1. Tufc. 93. Ineptiæ aniles. V. & Erafm. in Prov. Anicularum deliramenta. Add. 1. Timoth. 4. 7.

Paffus. Ovid. 14. Met. 533.

Quæftus. Ovid. 9. Met. 276.

Rugæ. Ovid. 14. Met. 96.

Superftitiones. Cic. 2. de Divin. 125. Codd. emend. Superftitionem imbecilli animi atque anilis.

Studium. Virg. 4. Æn. 641.

— illa gradum ftudio properabat anili.

ANILĬTAS, ātis. f. [τὸ γεραιὸν] Sicut a Sene fenectus, ita ab Anu anilitas nominata eft. Ifid. 11. 2. Cana anilitas. Catull. 62. 102. & 59. 162. In Gloff. Ifidor. Anilia eft Amentia, fatuitas. Malim ibi Anilitatem effe Anuum delirium. ex Thef. Lipf.

ANĬTAS, ātis. f. Idem. Gloff. Gr. Lat. γερότης, Anitas. V. Feft. qui Anatem exhibet, nifi vox mendofa eft: Anatem morbum anuum dicebant, i. e. Vetularum, ficut Senium morbum fenum. Add. Elmenh. Indic. in Apul. v. Anilitari.

ANEO, ēre. Vetulam fieri. Philox. Gloff. & Flav. Caper. de Orthogr. pr.

ANESCO, ĕre. Caper. ibid.

ANILĬTOR, āri. Idem. apud Apul. de Mundo, p. 67. extr. Elmenh.

ANILĬTER, Adv. [γεραικῶς] Cic. 3. de Nat. Deor. 92. Neque id dicitis fuperftitiofe atque aniliter: fed phyfica, conftantique ratione. i. e. Secundum aniles fuperftitiones.

ANICULARIS, e. Idem quod Anilis. Auguftinus, Quum hæc loquor, anicularia tibi videntur hæc verba.

ANICULOSUS, a, um. Idem. in Cathol. Jo. de Janua.

ĀNUS, i. m. [σφιγκτὴρ, ἕδρα] eft Exitus five Foramen per quod evacuatur alvus: alio nomine Podex. Cic. 9. Fam. 22. Anum appellas alieno nomine: cur non fuo potius? Celf. lib. 7. cap. 30. Ne anus ipfe fuppuret.

ANITERGIUM, i. n. P. Damian. 1. Epift. 9.

A N X

ANXA, Oppidum in ora Senonum, quæ ante Gallipolis dicebatur, ut fcribit Plin. lib. 6. cap. 11.

ANXIUS, a, um. [περιαλγὴς] ab Ango, is; pro Solicito aut Mœfto fere accipitur. Proprie tamen quid fit Cic. 4. Tuf. 27. oftendit his verbis, Itaque dicimus gravedinofos quofdam, quofdam torminofos: non quia femper fint, fed quia fæpe fint: alii ad metum: alii ad aliam perturbationem proclives. Ex quo in aliis anxietas, unde anxii: in aliis iracundia dicitur, quæ ab ira differt. Eftque aliud iracundum effe, aliud iratum: ut differt Anxietas ab Angore. Neque enim omnes anxii qui anguntur aliquando, neque anxii femper anguntur.

Anxiæ ægritudines & acerbæ. Cic. 4. Tufc. 34.

Anxio animo effe. Cic. 2. de Fin. 15.

Anxius fum de aliqua re. Quintil. lib. 5.

Anxia cura, Quæ nos facit anxios. Plin. lib. 6. cap. 8.

Oratio, i. e. Curiofius elaborata. Gell. lib. 15. cap. 7.

Senes. Cic. de Senect. 65.

Anxius, cum gen. Plin. l. 15. c. 18. Nepotumque fecuritatis anxius. h. e. De fuorum nepotum fecuritate folicitus. Silius, Anxia fati. Ovid. 1. Met. 623. — & fuit anxia furti. i. e. Fuit folicita ne fibi furto auferretur. Idem 19. Epift. 39.

Anxia funt vitæ pectora noftra tuæ. i. e. De tua vita folicitus eft meus animus.

Anxius gloriæ alterius. Liv. 5. Bell. Pun.

Anxius mentis. Ovid. ad Liviam, 398.

Tu quibus auditis anxia mentis eras. h. e. Animo anxia.

Anxia potentiæ. Tacit. 4. Ann. 8. Et 2. Ann. 75. Anxia fui.

Anxius, cum accuf. Liv. Decad. 1. lib. 8. Stupentes Tribunos, & fuam jam vicem magis anxios, quam ejus cui auxilium ab fe petebatur, liberavit onere confenfus populi Romani.

Anxius, cum abl. ut Anxius curis. Liv. 7. Bell. Pun. Ovid. 9. Met. 275.

Anxium habere aliquem dicitur res. Hirt. lib. 5. Mirifice hoftium levis armatura anxium ac folicitum habebat.

ANXIE, [περιαλγῶς] Adv. qual. Solicite, curiofe, & cum anxietate. Salluft. in Jugurth. neque tam anxie laturum fuiffe. Plin. lib. 11. cap. 52. Ne in fe quisque & auguria anxie quærat.

Vir tam anxie doctus. V. Doctus, in DOCEO.

Anxie diligens. Macrob. 6. Saturn. cap. 7. Dicas volo, quid fit, quod quum Virgilius anxie femper diligens fuerit in verbis pro caufæ merito vel atrocitate ponendis, incuriofe & abjecte, &c.

ANXIĔTAS, ātis. f. [ἄλη] Plin. lib. 7. cap. 53. Quem eventi anxietate diximus mortuum. Juven. 13. Sat. 211. Perpetua anxietas.

Anxietas animi. Ovid. 1. de Pont. 5. 8.

ANXITŪDO, ĭnis. [ἀδημονία] pro Anxietate. Cic. 2. de Repub. Quartaque anxitudo, prona ad luctum, & mœrens, femperque ipfa fe folicitans. Accius Armorum judicio, Ubi cura eft, ibi anxitudo. Nonius, 2. 32. Paul. Nolan. Ep. 14. Ed. Parif. n. 3.

ANXĬFER, [ἀληφόρος] Adj. poet. quafi Ferens, five Afferens anxietatem. Cic. 2. Tufc. 21. Nunc dolorum anxiferi torquent vertices.

Anxiferæ curæ. Cic. 1. de Divin. 22.

Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas.

ANXIO, āre. pro Angere. Anxietatem adferre. Apul. 4. Met. p. 155. Ed. Elmenh. conf. Vulg. Pf. 60. 3. & 142. 4.

ANXIŌSUS, a, um. Cæl. Aurel. Tard. 3. 7. Quod eft dormituris anxiofum.

ANXUR, ŭris. tam m. quam n. Urbs eft Italiæ, quam nunc *Tarracinam* dicunt, vel *Terracinam*. Martial. lib. 5. 1.

Sive falutiferis candidus Anxur aquis. Candidus, a candore faxorum, inquit Domitius. Hor. 1. Serm. 5. 26.

Impofitum faxis late candentibus Anxur. Mons (inquit Porphyrio) in quo Tarracina conftituta erat, faxa habet calci coquendæ aptiffima: ergo a calce videtur candida dixiffe. Plin. l. 3. c. 5. A Circeis palus Pontina eft, quem locum viginti trium urbium fuiffe Mutianus ter Conful prodidit. Dein flumen Ufens, fupra quod Tarracina oppidum, lingua Volfcorum Anxur dictum. Servius in 7. Æn. fub fin. Circa hunc tractum Campaniæ colebatur puer Jupiter, qui Anxurus dicebatur, quafi ἄνευ ξυροῦ, id eft, Sine novacula, quia barbam nunquam rafiffet: & Juno virgo, quæ Feronia dicebatur. Eft autem Fons in Campania juxta Tarracinam, quæ aliquando Anxur dicta eft. Hæc ille. Scaliger ad Feftum monet in vet. Ed. Hor. l. c. effe Axur, pro Anxur, quæ lectio ipfi placet. Nam, inquit, certiffimum eft ex Servio veteres ita dixiffe ob Jovem imberbem, five ἄξυρον, qui ibi colebatur: & in nummo argenteo Panfæ, ab uno latere IOVIS AXVR. VIBIVS C. F. C. N. ab altero PANSA. Quare & pro

ANXŬRUS, i. m. quod Jovis eft Epitheton. Virg. 3. Æn. 799.

Circæumque jugum queis Jupiter Anxurus arvis

Præfidet. Axurus dicere jubet ad illum locum Cerda, f. 140. Favetque etymologia quam fuppeditat fupra Servius. Nam ἄξυρον citius dicerent Græci quam ἄγξυρον. Barbatum Jovem reprefentat numifma quoddam cui infcriptum IOVIS AXVR, unde Conftant. Landus, p. 83. numifm. Servium hic deceptum fufpicatur. De varietate MSS. circa has voces V. Drakenb. ad Sil. 8. 391. V. etiam Lex. Pitifc. H. St. hic & ad Enarratorem Horatii a Cruquio editum lectorem remittit p. 361, 362. qui Servio adftipulatur.

A N Y

ANYGER, five ANYGRUS. V. ANIGRUS.

ANŸPARXIA, f. [ἀνυπαρξία] i. e. Facultatum abfentia, opum defectus. Ita ex MSS. elicit Opfopæus apud Sen. Epift. 87. pro ἀπορία.

ANYTUS, Vir Athenienfis, Socratis inprimis inimicus & accufator, de quo Plato, Plutarch. Lucian. Diog. Laërt. Ælian. aliique, qui de Socratis morte fcripferunt.

A O I

AOI Dei, [Ἄωοι θεοὶ] Dicebantur ex curfu trajicientes in Samothracem ftagnum, & Cilices, ab Aoo Cephali præterfluentis fluvii. Authores Hefychius & Phavorinus.

A O N

AON, ŏnis. m. ut dicit Lactantius, fuit Neptuni filius, & ab eo dictam affirmat Aoniam, quæ quidem pars eft Bœotiæ. Inde & populi Aones dicti, & Aones montes. Virg. 6. Ecl. 65. Addit Perottus Aonem filium reliquiffe Dymantem, qui patri in imperio fucceffit.

AONIA, [Ἀονία] Pars montana Bœotiæ, ab Aone Neptuni filio, ut dicit Lactantius: in qua eft fons Aganippe, qui dicitur Aonius fons. Item Aonides vocantur Mufæ, quibus ille fons dicatus eft. Unde Juven. 7. Sat. 58. Fontem Aonidum vocat.

AONIUS, a, um. [Ἀόνιος] i. e. Bœotius, ut placet Servio ad Virg. 3. Georg. 11.

Aonio rediens deducam vertice Mufas.

Deus Aonius. Ovid. 1. de Arte Am. 312.

Lyra Aonia. Ovid. 1. Amor. 1. 12.

Urbes Aoniæ. Idem 3. Met. 339. & 2. 380.

Aŏrătus, i. m. [Ἀόρατος] i. e. Inviſibilis : Æon hæreticorum. Tertull. contra Val. cap. 35.

Aoristus, i. m. ἀόριστος, i. e. Indefinitus, ſcil. χρόνος, tempus incertum, atque adeo indefinitum ſignificans apud Græcos gramm.

Aornos, [Ἄορνος πέτρα] fuit Petra apud Indos præceps & invia, monumentis hiſtoricorum celebrata. Ita dicta ob admirandam altitudinem, quaſi ipſis etiam avibus inacceſſa. Scribit Plutarchus Alexandrum, quum intellexiſſet hanc petram teneri ab homine meticuloſo, dixiſſe, Nunc locus iſte facillimus eſt captu. V. Curt. 8. 11.

Eſt & Aornos, Locus in Epiro, ita dictus a peſtifera avibus exhalatione, teſte Plin. in procem. lib. 4.

Hoc etiam nomine dictus fuit Lacus inter Puteolos & Baias, qui poſtea Avernus eſt appellatus. Virg. 6. Æn. 242. q. V. infra.

Aŏros, [Ἄορος] Cretæ civitas ab Aora nympha ita appellata, quæ alio nomine Eleuthera dicitur, ab Eleuthere uno ex Curetibus. Ex Stephano.

Aōrus. V. ahorus.

Aorsi, [Ἄορσοι] Populi, teſte Ptolemæo lib. 6. cap. 14. non procul a Jaxarte fluvio, qui in Hyrcanum mare influit.

Alios Plin. lib. 4. cap. 12. in Europa collocat. Strab. lib. 11. Aorſos dicit Tanaim fluvium accolere.

Aorta, [ἀορτὴ] Arteria eſt omnium maxima, ex ſiniſtro cordis ventriculo exoriens, ſpiritum vitalem in totum animantis corpus deferens, nativumque calorem per diaſtolen & ſyſtolen temperans, ut tradit Galenus de Diſſect. arter. & lib. 16. de Uſu partium. Sed aliter Juniores Anatomici. q. V.

Aōti, [Ἄωτοι] Populi ſunt in finibus Thraciæ, Getis finitimi, non procul ab Iſtro. Meminit horum Plin. lib. 4. cap. 11.

Aōus, [Ἀῷος] Fluvius eſt in ea parte Macedoniæ quæ Mari Adriatico adjacet, non procul ab Apollonia in mare illabens. Sunt qui Æantem appellent, teſte Plin. lib. 3. cap. 23. V. Liv. 32. 5.

A P

AP. Apud. AP. IVD. Apud judicem. APP. Appius, vel Appellat.

Apæi [Ἀπαῖοι] Populi in Æthiopia ſub Ægypto, Memnonibus ad Auſtrum proximi. de quibus Ptolem. lib. 4. cap. 8.

Apăge, [ἄπαγε] tractum (ut quidam volunt) a verbo Græco ἀπάγω, quod eſt, Abduco, abigo. Nonnulli dicunt eſſe Verbum imperat. ſec. perſ. ſing. alii Adv. alii vitantis Interj. volunt. Utcunque eſt, vox eſt apud Comicos uſitatior, qua modo ut adverbio, modo ut verbo utimur, ſignificantes ſcilicet Rei alicujus faſtidium. Ejus igitur uſus clarius patebit exemplis. [V. Primitivum age, cui quodammodo contrarium eſt, nec dubitare licet quin ſit ex Græco ἄπαγε, de quo V. Henr. Steph. Theſ.

Apage, abſolute poſitum. Plaut. Amph. 1. 1. 154. s. Apage, non placet me hoc noctis eſſe, cœnavi modo. Quaſi dicat, Abſit a me iſtud.

Apage te a dorſo meo. Plaut. Caſin. 2. 8. 22. i. e. Te remove, vel procul eſto. Apage illum a me, Idem Caſ. 2. 8. 23.

Apage te. Ter. Eun. 5. 2. 65. ſubaud. A me. i. e. Hinc, vel a me recede. Cic. 5. Fam. 10. Apage te cum noſtro Sexto Servilio.

Apage iſtiusmodi ſalutem, cum cruciatu quæ advenit. Plaut. Merc. 1. 2. 33.

Apage, apage te a me. Plaut. Moſtel. 3. 2. 8. Apage a me, apage. Plaut. Bacch. 1. 1. 40.

Apagĕsis, h. e. Apage ſi vis : ita dicitur, ut Ageſis, Videſis, Caveſis, & alia verba ejusmodi. Ter. Eun. 4. 6. 19. Num formidoloſus obſecro es mi homo? c. Apageſis, ego formidoloſus? Cic. 2. Tuſc. 42. De exercitatione & conſuetudine & commentatione dixi. Apageſis, nunc de ratione videamus. Quaſi dicat, Faceſſant iſta. in codd. emend. legitur Ageſis, Ant. Auguſtin. Atageſis. Plaut. Pœn. 1. 2. 15.

Apala Ova, [ἁπαλὰ ὠὰ] apud Apic. 7. 17. & Scrib. Larg. Comp. 164. Marc. Empir. Statim dare debes lentem & betam coctam vel alicam vel ova apala. [V. Rhodii Lexic. Scrib. Etiam Celſo tribuunt hanc vocem l. 4. c. 6. Ubi tamen Lindenius, E pullis, mollibusve jus, edidit, qui locus vix ſanus videtur. Illud ſatis conſtat, Celſum alias Latina voce Mollia vocare & a Sorbilibus diſtinguere, quæ Mollia vulgo Germani vocant. V. lib. 2. c. 18. & 26.

Apalæstri, [ἀπάλαιστροι] Ab antiquis dicti ſunt Qui palæſtram, i. e. decentiam illam, qua ſtatus, motus, flexusque corporis, ac omnes omnino habitus venuſtatem quandam leporemque præ ſe ferunt, non didicerunt. Cic. in Orat. 229. Itaque qualis eorum motus, quos Apalæſtros Græci vocant, talis horum mihi videtur oratio, qui non claudunt numeris ſententias. Budæus. V. Quintil. 9. 4. [Apud Cic. etiam in Verburgiana, vitioſe ſcribitur ἀπαλαίστους, id enim Invincibiles ſeu Ineluctabiles ſignificat, ut δυσπάλαιστος, Qui difficulter ſuperatur : At ἀπάλαιστρος Expers palæſtræ, ſive in arte palæſtrica non exercitatus, ſeu qui palæſtram non attigit.

Apalar, Apalare, is. n. Idem fere quod Cochlear, vel Patina, in quo ova aliaque obſonia apponuntur. Iſidor. Gloſſ. Apalare Cochlear. Auſon. in Epiſt. 21. ad Paulin.

Majorum menſis apalaria ſuccus inundet. Sic Salmaſius legit. Hiſt. Aug. p. 340. contracte legitur Applaria apud Scaliger. Lect. Auſon. 2. 28.

Apamea, vel Apamīa. [Ἀπάμεια] Inſula eſt Tigri fluvio circunfuſa : ſic dicta (ut ſcribit Plin. lib. 6. cap. 27.) ab Antiochi matre. Alias Apamia Meſenes.

Eſt & Apamea Bithyniæ oppidum, quam Nicomedes cognomento Epiphanes, Bruſiæ regis filius, de matris Apames nomine, Apameam vocari voluit : quæ Myrlea, a Myrlo Colophoniorum duce dicebatur, ut tradit Plin. lib. 5. cap. 32. al. Apamena col. V. Lex. Pitiſc. Hodie *Aman* vocatur. V. Strab. 12. 397. & Cic. 5. Att. 20.

Tertia eſt Apamia Urbs minoris Aſiæ & una Phrygiarum urbium maxima, quondam Celænæ dein Cibotus dicta teſte Plin. l. 5. c. 29. a Seleuco Nicatore condita. Idem l. eod. c. 30. Hinc

Apamæi, m. pl. Apamiæ Incolæ. Plin. 10. Epiſt. 57. &

Apamenus, a, um, ut, Vinum Apamenum. Plin. 14. 7. V. & Avien. Perieg. v. 1093.

Apameste, Oppidum in ea Italiæ parte quæ olim magna Græcia dicta eſt. Hujus incolæ dicuntur Apameſtini, quorum meminit Plin. l. 3. c. 11.

Apanare, i. e. Panem præbere, barbarum eſt : ex quo fonte etiam Apanagium, & Apanagiatus. V. Gloſſ. du Freſne.

Apanthismus, [ἀπανθισμὸς] Linea exilis, & viſum effugiens apud pictores, Galen. teſte, lib. de Diſſect. venar. cujusmodi lineæ a Protogene & Apelle ductæ ſunt, apud Plin. lib. 35.

Aparctias, [Ἀπαρκτίας] Ventus ab Arcto flans : h. e. a Septentrione. Plin. lib. 2. cap. 47. Gell. 2. 22. Apul. de Mundo, p. 241.

Aparine, [ἀπαρίνη] Ramis multis & parvis fruticat, aſperis, quadrangulis, per intervalla orbiculato foliorum ambitu, ut in Rubia : flos albus, ſemen durum, rotundum, concavum, album, umbilici figura, aſperitate veſtium tenaci. Ea alio nomine Philanthropon dicitur. Galli vocant *Grateron*. V. Dioſc. lib. 3. cap. 88. Plin. 27. 5.

Aparni, [Ἄπαρνοι] Scythiæ populi, ex Nomadum gente, Hyrcanis, & eorum mari proxime adjacentes : de quibus plura apud Strabonem lib. 11.

Aparthenii, Populi ſunt circa Mæotin. Plin. lib. 6. cap. 4.

Apartilogia, æ. f. [ἀπαρτιλογία] Ratio eſt qua ſumma impendiorum juſtorum ſubducitur cum pecunia quæ in numerato habetur. Velut qui domum ædificare inſtituit, rationem impenſæ futuræ cum pecunia ſua colligit, ut ex eo videat quatenus exædificare poſſit : quod ſi ſummæ adæquent inter ſe, jam ſecurus eſt operis. Hanc rationem Cicero Quadrantem appellat, quum nihil nec excurrit, nec deeſt. Nos lingua noſtra vernacula, Latinæ linguæ imitatione, *Rotundam rationem* vocamus. Hor. 1. Ep. 6. 34.

Mille talenta rotundentur, totidem altera, porro
Tertia ſuccedant. Ex Budæo.

Apate, [ἀπάτη] Genus intubi apud Theophraſtum, quam Theodorus Fraudem vertit, eo quod guſtantes amaritudine decipiat.

Apăthes, [ἀπαθὴς] Latine dicitur Sine affectionibus. Plin. l. 7. c. 19. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, torvitatemque naturæ duram & inflexibilem, affectusque humanos adimit, quales ἀπαθεῖς Græci vocant, multos ejus generis experti.

Apăthīa, æ. f. [ἀπάθεια] dicitur Vitium illud naturæ, quo immobiles & intrepidi ſe ad omnia præbent homines. Uſus eſt Gell. l. 19. c. 12. ubi ait, Sic iſti apathiæ ſectatores, qui videri ſe eſſe tranquillos, & intrepidos, & immobiles volunt, dum nihil cupiunt, nihil dolent, nihil iraſcuntur : omnibus vehementioribus animi officiis amputatis, in corpore (melius torpore, Lipſ. n. 39. ad Tacit. de Germ.) ignavæ, & quaſi enervatæ vitæ conſeneſcunt. Seneca Gr. vocem reddit Impatientiam. Epiſt. 9.

Apator, oris. m. [ἀπάτωρ] dicitur Sine patre. Tertull. de Præſcript. cap. 53. de Melchis. quo nomine a poetis Vulcanus dicitur, quem illi fingunt a Junone ſine patre eſſe editum. Dicuntur etiam Apatores, qui incerto patre nati ſunt, quos Latini Spurios vocant. V. Plutarch. in Problem. & §. 12. Inſtit. de Nupt.

Apaturia, orum. n. pl. [Ἀπατούρια] Feſtivitas Athenis celebrabatur, in qua Sitalci Thracum regis filius civitati adſcriptus eſt. Quatuor autem dierum ea fuit : primum diem δορπίαν appellabant, quod ſodales ad veſperam in unum coacti epularentur : ſecundum ἀνάῤῥυσιν, a ſacrificando : (nam Jovi ſodali, & Palladi ſacra faciebant :) tertium κουρεῶτιν, i. e. Puellarem, vocabant (quod ſcilicet pueros & puellas ſodalitati adſcriberent : quartus dies ἐπίβδη dictus eſt. Ex Suida ; apud quem vide latius quæ cauſa horum feſtorum fuerit, & apud Euſeb. in lib. de Temp. ibique Scalig. Animadv. p. 56. extr.

Apaturias Venus, [Ἀπατουριὰς Ἀφροδίτη] De hac ita in undecimo ſcribit Strabo, ubi de Phanagoria agit. Phanagoriæ eſt (inquit) inſigne Veneris Apaturiæ templum. Id nomen interpretantur, fabulam quandam afferentes, quod quum gigantes Venerem adorirentur, illa Hercule invocato, tandiu in latebris quibusdam latitavit, donec gigantes ſigillatim excipiens dolo, Herculi occidendos exhibuit. Hinc eſt Apaturium templum ipſum Veneris nuncupatum, ut prodit Stephanus & Strabo eod. lib. 11. p. 341. Hinc

Apaturos oppidum Ponti. Phanagoria & pene deſertum Apaturos. Plin. lib. 6. cap. 6. Ubi de oppidis in aditu Boſphori.

A P E

Ape, apud antiquos dicebatur Prohibe, compeſce. Feſtus. Ape κώλυσον, Gloſſ.

Apeliōtes, æ. m. [Ἀπηλιώτης] Nomen venti. Plin. lib. 2. cap. 7. Ab Oriente æquinoctiali, Subſolanus, ab Oriente brumali, Vulturnus : illum Apelioten, hunc Græci Euron appellant. Catull. ad Furium, 26. 3.

Nec ſævi Boreæ, aut Apeliotæ. Gell. lib. 2. cap. 22. Sen. Nat. Quæſt. 5. 16.

Apella, æ. m. [λειπόδερμος] Nomen fictum ab A priv. & Pellis. Dicitur de Judæis : qui circuncidi ſolent. Hor. 1. Serm. 5. 100.

— credat Judæus appella. Alcim. Avit. 5. 361. Becmannus de Orig. p. 976. Sed nomen peregrinum ἀπελλᾶς ſive ἀπελλῆς ſervile Romanis fuit. Hinc Cic. 7. Fam. 25. 4. Ne Apellæ quidem liberto tuo dixeris. conf. Idem 10. 17. 5. & 12. Att. 19. Videtur ergo rectius Apella nomen proprium ſtatui, quo natus Horatii tempore Judæus quidam Romæ fuerit. Nam græcis nominibus etiam tunc nuncupatos Judæos bene notum eſt. V. Salmaſ. Oſſileg. L. Helleniſt. p. 384. & ad Hor. Lambin. atque Xylandr.

Apelles, is. [Ἀπελλῆς] Pictor eximius, patria Cous. Ovid. 3. de Arte Am. 401. & teſte Quintil. lib. 12. de Inſtit. Orat. ingenio & gratia, quam in ſe maxime jactabat, præſtantiſſimus. Nam (ut ait Plin. l. 35. c. 10.) omnes prius genitos futurosque poſtea ſuperavit, & picturæ plura ſolus prope, quam cæteri omnes contulit, voluminibus etiam ad Perſeum diſcipulum ſuum editis, quæ doctrinam eam continerent. Is moriens Coam Venerem inchoatam reliquit, quam nemo pictor inventus eſt qui perficere auderet. Meminit & Cic. 1. Fam. 9. Hor. 2. Epiſt. 1. 238. V. Sext. Empir. 1. Pyrrh. Hypoth. cap. 12.

Fuit & Apelles alter e ſectatoribus Marcionis, de cujus hæreſi ſcribit Euſeb. Hiſt. lib. 5.

Apellēus, Adj. [Ἀπέλλειος] ut, Apelleo colore ſignatus. Sat. 5. Sylv. 1. 5.

Apellicon, ōnis. [Ἀπελλίκων] Proprium viri nomen. Strab. l. 13. E Scepſi fuere philoſophi Socratici, Eraſtus, Coriſcus, & Neleus Coriſci filius, qui Ariſtotelem & Theophraſtum audivit, & ſucceſſor fuit bibliothecæ Theophraſti, in qua Ariſtotelica inerat : quam, quum poſteri Nelei (ad quem pervenerat) in foſſa quadam occuluiſſent, tineis & humiditate labefactos, tandem Apelliconi Teio tradiderunt, magno emptos argento. Apellicon (ut qui magis librorum ſtudioſus eſſet quam ſapientiæ) volens corroſiones emendare, eos tranſcribendos dedit, ſcriptura non recte ſuppleta : quapropter libros edidit erroribus plenos. Hujus bibliothecam Sylla poſtea, quum Athenas cepiſſet, Romam advexit. De hoc plura Strab.

Apellinem antiqui dicebant pro Apollinem. Feſtus.

Apello id eſt Amoveo, ut quidam ex recentioribus Grammaticis. An is eſt Deſpauterius? H. St. Immo aspello. q. V.

Apeneste, Ptolemæo, Apuliæ urbs, vulgo *Manfredonia*.

Apeniautismus, i. [ἀπενιαυτισμὸς] Latine Abannatio dici poteſt, quaſi Annuum, vel in plures annos exilium ob cædem non voluntariam. Tradunt

dunt enim morem fuiſſe apud vetuſtiſſimos, ut qui non voluntariam cædem admiſiſſet, is exularet patria: ad ædesque locupletis hominis ſe conferens, ibi opertus ſederet in limine, oraretque, & poſtularet admiſſæ cædis expiamentum. Cauſa autem exilii voluntarii erat, quod viros homicidas, ut impuros & deteſtandos exiſtimabant, ideoque vitandos & averſandos. Hujus expiationis exemplum videre licet apud Herodot. lib. 1. quo in loco Crœli meminit, nuptias filii ſui celebrantis, qui Adraſtum Midæ Phrygis filium, a cæde fraterna expiavit. Ex Budæo in annot. in Pand.

Apennīnus, [Ἀπέννινον ὄρος Strabo] Mons eſt qui ab Alpibus proficiſcens, univerſam Italiam usque in Siciliam dividit. M. Cato Pœninum montem eum nominare videtur, per quem Annibal exercitum trajecit in Galliam. Hinc Apenninus dictus, quod radices ſub Pœnino tranſitu Annibalis habeat. Hæc Vadianus Pomponii interpres ad l. 2. c. 4. Hujus montis meminit Lucan. lib. 2. [Sed longe diſtat ab Alpibus Pœninis, vel Penninis potius, Apenninus, quippe qui ab Alpibus Maritimis orſus totam pene Italiam perpetuo jugo dividit.
Celſus Apenninus. Hor. Epod. 16. 29.
Longus. Perſ. 1. Sat. 95.
Nivalis. Claud. de 4. Conſ. Honor. 105.
Nubifer. Ovid. 2. Met. 226.

Apenninĭgĕna, [Ἀπεννινιγενὴς] Qui Apenninum inhabitat, aut in Apennino verſatur. ut, Apenninigenæ paſtores. Claud. 4. de Sext. Conſ. Hon. 505.
Apenninigenis cultas paſtoribus aras.

Apenninicola, æ. [Ἀπεννινίων] Idem. Virg. 11. Æn. 700.
Apenninicolæ bellator filius Auni.

Apepsia æ. f. [ἀπεψία] Ventriculi vitium eſt, quod Latini Cruditatem appellant, quum ſcilicet cibi in ventriculo non immutantur, ſed tales fere egeruntur, quales ſunt ingeſti. Gal. lib. de Sympt. differ.

Aper, ri. m. [κάπρος] Porcus ferus, ſive ſylveſter. Juven. 1. Sat. 141.
— quanta eſt gula, quæ ſibi totos
Ponit apros, animal propter convivia natum. Varro 4. de L. L. Apri ab eo quod in locis aſperis: niſi a Græcis, quod hi κάπροι.
Aper acer. Virg. 10. Ecl. 56.
Cruentus & indomitus, apud Claud.
Durus. Propert. lib. 2. 13. 54.
Frendens. Ovid. 1. de Arte Am. 46.
Fulvus. Ovid. 2. de Arte Am. 373.
Hirtus. Ovid. 1. de Arte Am. 762.
Hiſpidus. Sen. Agam. 1.
Milliarius. V. Milliarius, in MILLE.
Nemorivagus. Catull. 61. 72.
Setoſus. Virg. 7. Eccl. 29.
Sævus. Virg. 3. Georg. 248.
Spumans. Virg. 1. Æn. 324.
Timendus dente. Ovid. 4. Epiſt. 104.
Torvus. Ovid. 2. de Arte Am. 190.
Trux. Ovid. 10. Met. 715.
Vaſtator. Ovid. 9. Met. 192.
Violentus. Ovid. 9. Met. 338.
Agitare aprum latratibus. Sil. lib. 16.
Ferire aprum. Ovid. 3. Met. 715.
Figere apros. Ovid. 2. de Arte Am. 190.
Habent apri fulmen in dentibus. Ovid. 10. Met. 550.
Iraſcitur aper. Ovid. 7. Met. 545.
Immittere fontibus apros. Virg. 2. Ecl. 59. V. Eraſmi Chiliad.
Prædator aprorum. Ovid. 12. Met. 360.
Premere curſum apri. Virg. 1. Æn. 328.
Sectari apros. Virg. 3. Ecl. 75.
Superare viribus aprum. Hor. 1. Epiſt. 19. 51.
Turbare aprum latratibus. Virg. 3. Georg. 412.

Aper, Piſcis apud Ennium. V. Heſſelii not. p. 147.

Aper, Nomen etiam proprium Romanis: v. g. M. Aper celeberrimum fori ingenium ut auctor Dial. de Orat. cap. 2. laudat. & Apri Conſulis Rom. in Commodo Lamprid. ſæpe fit mentio. cap. 2. cap. 12. &c. Vide etiam Lex. Pitiſc.

Aprarius, a, um. ut, Retia apraria. Paulus in l. 22. fundo legato. D. de fund. inſtruct.

Apricŭlus, ſive Aperculus, i. m. Parvus aper. Cathol. Item Piſcis; ex Ennio apud Apul. Apol. 1. p. 158. & 162.

Aprīnus, a, um. [κάπρινος] Sic dici debet ſecundum analogiam: ut a Caper vel capra dicitur Caprinus. Antiqui tamen, (ut apparet ex vetuſtis codicibus) per u vocalem in ſecunda, & per g in tertia ſcripſerunt, Aprugnus. Plinius utroque modo promiſcue uſurpat.
Aprugnum callum, Plin. lib. 8. cap. 51. Jam Catonis Cenſoris orationes aprugnum exprobrant callum. In tres tamen partes diviſio, media ponebatur, lumbus aprugnus appellata. Plaut. Perſ. 2. 5. 4. Quæ dixi ut nuntiares, ſatin' ea tenes? SO. magis calleo, quam aprugnum callum callet. Feſtive ſic reſpondet, ludens homonymia hujus dictionis Calleo: quæ & ſcire, & calloſum eſſe ſignificat. Eandem habet in Pœn. 2. 2. ſententiam, & pene verba eadem.
Aprinum vel ſuillum fel. Plin. lib. 28. cap. 16.
Fel aprugnum. Plin. lib. 28. cap. 19.
Fimum. Plin. lib. 28. cap. 13. & cap. 17.
Lumbus aprugnus. Plin. lib. 8. cap. 51.
Pulmo. Plin. lib. 28. cap. 16.
Veſica. Plin. lib. 21. cap. 15. Urinæ incontinentiam cohibet veſica aprina, ſi aſſa mandatur.
Aprugna: ſubaud. Caro. Spartian. in Æl. Ver. cap. 5. Capitol. in Max. Jun. cap. 2. Cibi avidus, maxime ſylveſtris: ita ut nonniſi aprugnam, anates, grues & omnia captiva ederet H. St.

Aprineus, a, um. Idem. Hygin. Fab. 69. Unus aprinea pelle opertus, alter leonina.

Aperimetros, [ἀπερίμετρος] Propr. Ambitu nullo circumſcriptus, Incomprehenſibilis: ut, Deus aperimetros. Apul. de Dogm. Platon. p. 49.

Apĕrio, ui, tum. [ἀνοίγω, πετάννυμι, ἀναπτύσσω] ire: ex Ad & Pario, teſte Priſciano: i. e. Patefacere. ut Aperire oſtium. Ter. Adelph. 2. 1. 13.
Aperi fores. Sic Aperire ærarium. Cæſ. 2. Bell. Civil. 14.
Literas. Cic. 3. Att. 10. Sic, Aperire teſtamentum. Plin. l. 7. c. 52.
Aperire & Claudere, contraria. Cic. 2. Off. 54.
Aperire cavernas. Ovid. 15. Met. 345.
Aperire, Declarare, oſtendere: ut, Aperire ſententiam ſuam alicui. Cic. in Orat. 84. Plin. l. 2. c. 11. Certior ex utroque vaſtitas ſolis aperitur: ut non ſit neceſſe amplitudinem ejus oculorum argumentis atque conjectura animi ſcrutari.
Argumentum aperire. Ter. Adel. prol. 23.
Conjurationem. Cic. 2. Catil. 6.
Conſuetudinem. Cic. pro Marcel.
Dolum. Plaut. Mil. 2. 6. 47. Si hic non videbit mulierem, aperitur dolus.
Naturam vel mores. Salluſt. in Catil. c. 53. extr.
Aperire & explicare. Cic. 1. de Fin. 52. Totam rem aperiam: eaque ipſa quæ ab illo inventore veritatis, & quaſi architecto beatæ vitæ dicta ſunt, explicabo.
Aperire animum. Cic. 11. Fam. 28. Trebatio noſtro magnas gratias ago, quod tuum erga me animum ſimplicem atque amicum aperuit.
Se. Ter. Andr. 4. 1. 8. Poſt ubi tempus promiſſa jam perfici, tum neceſſario ſe aperiunt.
Aperire, pro Efferre arcanum, prodere, & denuntiare. Liv. Rem Annibali aperit.
Fontes Cic. ad Brut. Ep. 10. Nec in Senatu ſceleratiſſimorum conſiliorum fontes aperire dubitavi. i. e. Demonſtrare. Alioquin & Fontes aperire dicetur is, qui recludit, emittit. V. infra Aperire fontes Philoſophiæ.
Aperire de re aliqua. Cic. ad Herenn. 250.
Aperire, Solvere, explicare: ut, Aperire ænigma. Plaut. Sic Aperire res occultas. Cic. 1. de Fin. 30.
Dubia. Cic. 4. de Fin.
Futura. Virg. 6. Æn. 12.
Involuta. Cic. 1. de Fin. 30.
Aperire, Nudare, detegere: ut, Aperire caput, aut aliam partem corporis. Cic. 2. Philipp. 77. Homo miſericors ferre non potuit, caput aperuit, in collum invaſit. Idem 1. Off. 129. Verentur enim ne ſiquo caſu evenerit, ut partes corporis quædam aperiantur, aſpiciantur non decore.
Aperuit aciem dies. Tacit. 4. Hiſt. 30.
Aperire caput, pro Vulnerare. Juven. 9. Sat. 98.
Fuſte aperire caput, candelam apponere valvis. i. e. Caput frangere.
Aperire, Mitigare, placare. Virg. 1. Æn. 150.
Et vaſtas aperit ſyrtes, & temperat æquor. Nonius.
Aperire, Oſtendere. Virg. 6. Æn. 406.
— aperit ramum qui veſte latebat. Idem 3. Æn. 205.
Quarto terra die primum ſe attollere tandem
Viſa: aperire procul montes, ac volvere fumum. Hæc Nonius, & Servius. [Sed Syrtes aperit eodem modo dicitur, ac Aperire montes. i. e. in conſpectum proferre, Obrutas enim fluctibus Neptunus in apertum produxiſſe intelligitur ſyrtes.
Delitefcere & Aperire ſe, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 53.
Occultare & Aperire, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 52. Tum occultantur, tum rurſus aperiuntur.
Aperire viam, Dare aditum. Virg. 11. Æn. 864.
Nec ſociis aperire viam, nec mœnibus audent.
Aperire viam incendio, Dare aditum ad faciendum incendium. Liv. 6. 2.
Aperire curſum alicui ad laudem. Cic. 14. Philipp. 17.
Aperire reditum ad. Cic. 6. Fam. 11. Quando tibi virtus & divinitas tua reditum ad tuos aperuit.
Fugam aperire incluſis. Claud. de Bell. Get. 97.
Aperire iter alicui in aliquam regionem. Liv. 7. Bell. Pun.
Claudere & aperire rem familiarem. Cic. 2. Off. 54. Quam ob rem nec ita claudenda eſt res familiaris, ut eam benignitas aperire non poſſit: nec ita reſeranda, ut pateat omnibus.
Aperire iter ferro. Salluſt. Cat. c. 58. Quocunque ire placet, ferro iter aperiendum eſt.
Aperiri cœlum dicitur a poetis matutino tempore, quum fit dies: Claudi vero noctu, quum finitur. Ex Servio in illud Virg. 10. Æn. 1.
Panditur interea domus omnipotentis Olympi.
Aperire diem. Liv. 2. Bell. Pun. Quum caleſcente ſole diſpulſa nebula aperuiſſet diem.
Aperire locum ſuſpicioni aut crimini, Dare occaſionem ſuſpicionis aut criminis. Cic. 7. Verr. 103.
Aperire feneſtras, ſive feneſtram. V. FENESTRA H. St.
Occaſionem. Liv. 9. ab Urbe.
Occaſionem ad invadendum. Liv. 4. ab Urbe.
Aperire fores amicitiæ. Cic. 13. Fam. 10. Sed tamen in omnibus novis conjunctionibus intereſt, qualis primus aditus ſit, & qua commendatione quaſi amicitiæ fores aperiantur.
Aperit florem ſuum arbor, ſive herba. Plin. l. 12. c. 11. Quem (florem) noctu comprimens, aperire incipit ſolis ortu, meridie expandit.
Aperire fontes philoſophiæ, tranſlate. Cic. 1. Tuſc. 6. Multo ſtudioſius philoſophiæ fontes aperiemus. Quod Virg. 2. Georg. 175. Recludere fontes dixit. V. ſupra, Aperire fontes.
Aperire ludum docendi. Sueton. de Clar. Rhet. c. 4. Ad id tempus Epidius calumnia notatus ludum docendi aperuit. Cic. 9. Fam. 18. Quod ut Dionyſ. tyrannus, quum Syracuſis expulſus eſſet Corinthi dicitur ludum aperuiſſe.
Aperire & Operire contraria. Plaut. Capt. 3. 3. 9. Operta quæ fuere, aperta ſunt.
Aperire parietem dicitur qui feneſtras vel januas in eo facit. l. pen. & ult. §. ult. D. de ſervitut. urban. præd.
Aperibo, Futurum antiquum, pro Aperiam. Pompon. Vernionibus, Aperibo, non poſſum civem pati: orcus eſt quem amare cœpi, pinguis non pulcher puer. Nonius 10. 15.

Apertus, Partic. ſive Nomen ex Partic. unde Apertior & Apertiſſimus: ſignificat, Patens, manifeſtum, evidens. Cic. in Læl. 97. In qua niſi (ut dicitur) apertum pectus videas, tuumque oſtendas.
Aperta pericula. Virg. 11. Æn. 360.
Cœlum. i. e. Purum & ſerenum, inquit Servius. Virg. 1. Æn. 587.
— cœloque invectus aperto. Sic Apertus aer ſive æther. Ib. 591.
Scindit ſe nubes, & in æthera purgat apertum.
Serenum. Virg. 1. Georg. 587.
Nec minus ex imbri ſoles & aperta ſerena. Ubi Servius, Aër enim denſatur nubilo, & rareſcit ſereno.
Æquora, Lata planities. Virg. 3. Georg. 333.
Campus; Planiſſimus, & latiſſime patens. Virg. 2. Georg. 280. Liv. 9.
Bell.

Bell. Maced. Sic Apertum mare, apud eundem 5. Bell. Pun. opponitur Clauſo mari, de quo ſ. l.
Aperta & Dubia, contraria. Lucret. lib. 4.
Apertæ ſimultates, & Obſcuræ contraria. Cic. pro Lege Manil. 71.
Apertæ naves. V. Conſtratæ naves, in NAVIS, & in CONSTERNO.
Apertum omnibus. Cic. 2. Fam. 2.
Aperta res, & ſimplex. Cic. pro Cæcin. 5.
Quis apertior in judicium adductus eſt? Cic. pro Cluent. 48.
Apertus dolor, & Hebes, contraria. Cic. 8. Att. 3. Invite cepi Capuam: non quo munus illud defugerem, ſed ſine cauſa, in qua nullus eſſet ordinum, nullus apertus privatorum dolor, bonorum autem eſſet aliquis, ſed hebes.
Apertum & perſpicuum. Cic. 2. de Nat. Deor. 4.
Aperta interrogatione concludere. Cic. 4. Acad. 27.
Apertum, Quod fraude vel inſidiis caret. Virg. 11. Æn. 904.
— ſaltus ingreſſus apertos. Sic Apertum pectus. Vide paulo ante APERTUS.
Aperti & ſimplices homines, ἀκίβδηλοι, Qui nihil habent ſimulatum, qui ſunt minime fraudulenti. Cic. 1. Off.
Apertum, Patefactum. Virg. 8. Æn. 585.
Jamque adeo exierat portis equitatus apertis. Nonius.
Apertum, abſolute. Liv. Et caſtris in aperto poſitis: i. e. In loco undique patenti.
Per apertum fugere. Hor. 3. Carm. 12. 10.
In apertum proferre. Cic. in Parad. 1. Hoc tamen opus in apertum ut proferas nihil poſtulo. V. IN.

APERTA, æ. m. Apollinis cognomen, quia patente ſeu aperta cortina reſponſa ab eo dentur. Feſt. & Pacuv. Apertai fatur dictio. V. Dacer.

APERTE, ius, iſſime. Adv. qual. Evidenter, manifeſte. Cic. in Læl. 99. Aperte enim adulantem nemo non videt, niſi qui admodum eſt excors.
Dicere aperte. Ter. Eun. 5. 1. 3. Non tu iſtuc mihi dictura aperte es?
Explicare. Cic. 4. Verr. 156.
Dolorem ferre, vel lætitiam. Cic. 14. Att. 13.
Falſum. Cic. 2. de Orat. 306.
Odiſſe. Cic. in Læl. 67. Aperte enim vel odiſſe alterum magis ingenuum eſt, quam fronte occultare ſententiam.
Aperte palamque dicere. Cic. 2. Verr. 18.
Aperte mentitur. Cic. 4. Acad.
Aperte, ita ut res ſeſe habet, narrato. Ter. Heaut. 4. 3. 24.
Apertiſſime inſanire. Cic. 4. Acad. Aut ita ſi ſentit, non apertiſſime inſaniet?
Aperte & palam, & Ex inſidiis, contraria. Cic. in Brut. 6.
Aperte & Tecte, contraria. Cic. 1. Att. 11. Et tamen ab illo aperte & tecte quicquid eſt datum, libenter accepi.

APERTĬO, ōnis. f. [ἄνοιξις] Varr. 1. de R. R. cap. 63. Sub terra qui habent frumentum in iis quos vocant σειροὺς, quo cum periculo introitur recenti apertione, ita ut quibusdam intercluſa ſit anima, aliquanto poſt promere quam aperuerint, oportet. Pallad. 1. 6. Apul. 11. Met. p. 266.

APERTOR, ōris. m. Tertul. ſeu Cyprian. l. 2. Carm. adv. Marc. v. 108.
Quem viſum Johannes Baptiſmi primus apertor.

APERTORIUM, i. n. Conſt. Afer. 4. 17. Apertorium intus & extra habere.

APERTIBILIS, ſeu APERIBILIS, e. Cæl. Aurel. Acut. 3. 3. Idem 3. 4. Al. Appetibile.

APERITIVUS, ſive APERTIVUS, a, um. Idem. Conſt. Afer. 5. 3. & Cæl. Aurel. Acut. 3. 4.

APERTO, āre. frequent. Plaut. Men. 5. 5. 12. Quæſo cur apertas brachium. Et Arnob. lib. 2.

APERTULĀRIUS, i. m. Iſidor. Effractor, ſive Qui operta aperit. Vet. Gloſſ. Apertularius, θυρεπανοίκτης.

APERTŪRA, æ. [ἄνοιξις] quaſi Os quoddam in ædificiis. Vitruv. lib. 5. cap. 5. Contraque eas cellas relinquantur aperturæ. Idem lib. 10. cap. 9. Circa frontem ejus figuntur tabulæ, relictis ſemipedalibus aperturis ad aquam intro concipiendam.

APES, is, vel APIS, is. f. [μέλισσα] Animal volucre, de inſectorum genere vulgo notiſſimum: cujus eſt mellificare proprium. Unde illud Virg. ex vita ejus, Sic vos non vobis mellificatis apes.
Apes ab eo dictæ, quod ſine pedibus naſcantur. Unde Virg. Georg. 4. 30.
Trunca pedum primo. Author Probus, & Priſcianus.
Apis in nom. Columel. lib. 9. cap. 3. Nam quanto grandior apis, atque rotundior, tanto pejor. Ovid. 5. Triſt. 4. 30. — dulcior illo
Melle quod in ceris Attica ponit apis.
Apes cur putentur Muſis dicatæ, V. Muſarum volucres in MUSA.
Apium in gen. plur. Juven. 13. Sat. 68.
Examenque apium longe conſederit una. Sic bis aut ſæpius Varro 3. de R. R. cap. 16. Columel. modo uno, modo altero: ſed frequentius Apum dicit; lib. 9. ubi de apibus.
Feræ apes. Paulus in l. 26. D. de furtis. Si apes feræ in arborem fundi tui apes fecerint, & quis eas vel favum abſtulerit: eum non teneri tibi furti, quia non fuerint tuæ.
Florilegæ. Ovid. 15. Met. 366.
Fœtæ. Virg. 4. Georg. 139.
Melliferæ. Ovid. 15. Met. 389.
Leves. Tibul. lib. 2. 1. 49.
Parcæ. Virg. 1. Georg. 4.
Populatrices Hyemetti. Martial. lib. 13. 104.
Sedulæ. Ovid. 12. Met.
Abortus apium. Plin. lib. 11. 16.
Aculeum apis ſine clamore ferre non poſſumus. Cic. 2. Tuſc.
Bombus apum. Plin. lib. 11. cap. 10.
Aggerunt flores pedibus, & comportant. Plin. lib. 11. cap. 6. & 10.
Condunt examina apes. Virg. 2. Georg. 452.
Fingunt apes favos. Cic. 1. Off. 157. Vel Confingunt, aut Conſtruunt, Plin. lib. 11. cap. 5.
Incubant, & abortiunt. Plin. lib. 11. cap. 16.
Inſidunt floribus. Virg. 6. Æn. 708.
Moliuntur examen. Claud. de Bell. Get.
Mellificant. Plin. lib. 11. cap. 10.
Revocare apes tinnitu. Claud. de Sext. Conſ. Hon. 261.
Stridunt apes. Virg. 4. Georg. 556.
Quæ ex apibus omina ceperint, V. apud Interpretes Sil. lib. 8. 637.

APICŬLA, æ. f. [μελισσάριον] dimin. Plin. lib. 7. cap. 21. & Plaut. Curcul. 1. 1. 10.

APIĀNUS, a, um. [μελισσήρατος] ab Apes. ut, Apianæ vites, quæ ab apibus dictæ ſunt: quia earum uvas apes maxime infectantur. Apiana uva, vulgo *le muſcadeau*. Plin. lib. 14. cap. 2.

APIARIUM, i. n. [μελισσών] denom. ab Apes; Locus ad nutriendas apes proprie accommodatus. Columel. lib. 8. cap. 14. Nos ſimiliter appellamus apum cubilia, apiaria. Sic idem lib. 9. cap. 3. & 5. & aliis. Gell. lib. 2. cap. 20. Apiaria quoque vulgus dicit loca, in quibus ſunt ſiti alvei apum. V. ALVEAR.

APIARIUS, i. m. [μελιττουργός] Qui cuſtodiendis curandiſque apibus præfectus eſt: ſicut Aviarius, qui avibus. Plin. lib. 21. cap. 10. Proventum enim ſperant apiarii, large florente eo. Sic Columel. lib. 9. Hunc autem Varro Mellarium vocat lib. 3. cap. 16.

APIATUS, a, um. [μελισσωτὸς] ut, Menſa apiata. Plin. lib. 13. cap. 15. de menſis cedrinis loquens, Magna vero poſt has gratia extra prædictas criſpis, denſa veluti grani congerie: quas ob id a ſimilitudine apiatas vocant. i. e. Quæ ſtercoribus apum infectæ videntur. Alii hoc Adj. in quibus & Harduinus in notis ad l. ad Apium referunt, cujus ſeminis ſimilitudinem referant maculæ.

APIASTER, tri. m. ſeu potius APIASTRA, æ. f. Avis apum avida. Gaza virili genere uſurpavit, fœmineo alii, ut Servius ad verba, Virg. 4. Georg. 14. — meropeſque aliæque volucres. Meropes, inquit, aves ſunt virides, & vocantur apiaſtræ, quia apes comedunt. Onomaſt. Vet. Apiaſtra μελισσοφόνος.

APIASTRUM, i. n. [μελισσόφυλλον] Herba eſt apibus gratiſſima: quam nonnulli Apium ſylveſtre eſſe dicunt. Plin. lib. 20. cap. 11. Apiaſtrum Hyginus quidem meliſſophyllon appellat. Varro 3. de R. R. cap. 16. Et cytiſo obſeviſſe, & apiaſtro: quod alii meliphyllon, alii meliſſophyllon, quidam melinon appellant.

APESUS, V. APHESAS.

APEX, ĭcis. m. [κεραία] proprie dicitur Virga in ſummo Flaminis pileo lanata: h. e. In cujus extremitate modica lana eſt, quod primum conſtat apud Albam Aſcanium ſtatuiſſe. Hæc Servius in 2. Æn. 664. Item 8. Æn. 683. Apices lanigeri. Feſtus, Apex, qui eſt ſacerdotum inſigne, dictus ab eo quod comprehendere vinculo, antiqui Apere dicebant. Valer. lib. 1. cap. 1. De Obſervata religione, ex. 4. At Sulpitio inter ſacrificandum apex e capite prolapſus ſacerdotium abſtulit. Poteſt tamen hic accipi pro Ipſo pileo Flaminis: ut ſit pars pro toto. V. Scalig. in Varronem p. 124. Ed. A. 1573. p. 133. Soler. de Pileo, Philip. Ruben. Elect. l. 2. c. 25.
Apex, de Summo vertice in homine. Virg. 2. Æn. 682.
Ecce levis ſummo de vertice viſus Iuli
Fundere lumen apex. [V. Serv. ad l. Apex h. l. eſt Ignea ligula, ſeu flammula. Sic. Actor. 2. 3. διαμεριζόμεναι γλῶσσαι πυρὸς, ſunt apices, ſeu flammulæ, quæ apoſtolorum capitibus inſidere viſæ ſunt. Sic
Flammeus apex exarſit comis. Ovid. 6. Faſt. 636.
Lucidus apex. Ovid. 4. de Pont. 54.
Apicem ducere. Ovid. 10. Met. 279.
Apex, Cujuſcunque rei ſummitas. ut, Apex falcis, qui Mucro dicitur. Columel. lib. 4. cap. 25. de figura falcis, Ejuſque velut apex pronus imminens, mucro vocatur.
Montis apex. Sil. lib. 12. 709.
Micuere coniferi apices. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 398.
Apex, Avium criſta, ut in pavone, galerita, upupa, & gallinaceo genere. Plin. lib. 11. cap. 37. In capite paucis animalium, nec niſi volucribus, apices diverſi quidem generis. Phœnici plumarum ſerie, e medio eo exeunte alio: pavonibus, crinitis arbuſculis, &c.
Capitis apex. Claud. de Locuſt. Frag. v. 1.
Apex, Accentuum nota, quæ vocalibus ſuperponitur. Quintil. l. 1. c. 7. Ut longis ſyllabis omnibus apponere apicem ineptiſſimum eſt: quia plurimæ natura ipſa verbi, quod ſcribitur, patent: ſed interim neceſſarium: quum eadem litera alium atque alium intellectum, prout correpta vel producta eſt, facit. Ut, Malus, utrum arborem ſignificet, an hominem non bonum, apice diſtinguitur. Aut flexa pro gravi, aut gravis pro apice circumducta ſequetur.
Hinc, Apices ipſæ aliquando Litteræ ſunt. Prudent. Periſt. 3. v. 136.
Scriberis, ecce, mihi Domine:
Quam juvat hos apices legere,
Quia tua, Chriſte, tropæa notant! conf. 9. v. 33. Sic, De apicibus juris diſputare, l. 29. §. 4. ff. mand.
Apices quoque dicuntur imperatorum Evocatoriæ literæ, reſcripta & mandata. Hor. 3. Carm. 21. 19.
Iratos tremens regum apices. Sed hic forte ſimplicius cum Lambino, Apices de Majeſtate faſtigioque intelliges. Dignitates exp. & Schol. Cruquian. Huc vero pertinet omnino Sidon. Epiſt. 1, 5. Mihi publicus curſus uſui fuit, utpote ſacris apicibus accito. Etiam pro Quavis epiſtola Sidon. 6. Epiſt. 8: Apicum oblator, Qui adfert litteras.
Apex per metaphoram, pro Culmine & decore. Cic. de Senect. 60. Apex autem ſenectutis eſt authoritas: quanta fuit in M. Cæcilio Metello, quanta in Attilio Calatino. i. e. Summa dignitas, & quaſi honoris faſtigium.
Apex etiam pro Epiſcopatu & Epiſcopo utitur Sidon. Apoll. 4. Pro ſui ſtatus apice, h. e. Epiſcopatu Tholoſano. [Immo pro Epiſcopatus dignitate & faſtigio.

APICULUS, i. m. dimin. [κεραία] Parvus apex, quod & Apiculum dicitur. Feſtus, Apiculum, filum eſt quo Flamines velatum apicem gerunt.

APICĀTUS, a, um. Apice, i. e. Pileo tectus. Ovid. 3. Faſt. 369.
His etiam conjux apicati ſancta Dialis
Lucibus impexas debet habere comas.

APEXĂBO, ōnis. f. Genus farciminis. h. e. Fartum quoddam inteſtinum. Varro 4. de L. L. 22. Quod in hoc farcimine ſummum quiddam eminet, ab eo quod in capite apex, Apexabo dicta. V. Ludov. Nonn. de Re Cibar. 2. 14. extr.

APHACA, æ. f. [ἀφάκη] Herba eſt in arvis naſcens, paulo altior lente, tenuibus foliis: ſiliquas lenticula majores fert, in quibus terna quaternave ſemina nigra lente minora continentur, quæ adſtringendi vim habent. Dioſcor. lib. 2. cap. 142. & Plin. lib. 27. cap. 5.

APHACE, vel APHACA, ōrum. n. pl. [Ἄφακα] Locus inter Heliopolin & Byblum, urbes Ægypti. Hinc

APHACITIS, ĭdis. f. [Ἀφακῖτις] Venus, ibi templum habens. V. Zoſim. 1. 58. cum Not. Cellar. & Caſſiod. in Tripart 2. 20. adde Selden. de Diis Syris 2. 3. ubi etiam apud Macrob. 1. Saturn. 21. pro Architide legi vult Aphacitida, & huc refert Phacetin filiam Veneris.

Aphæa, æ. f. Nomen Dianæ, sub quo apud Æginetas culta fuit. Virgilius, (vel quisquis auctor est) in Ciri v. 303. ad Dianam,
— nomen Aphææ Virginis adsignant, &c. consule, quæ Scaliger adnotavit, cui etiam hujus nominis, perperam in libris depravati, restitutionem debemus.

Aphannæ, [Ἀφάνναι] Locus erat, ut Stephanus tradit, Siciliæ, vehementer obscurus & ignobilis, unde & nomen adductum apparet. Hinc natum proverbium, ἢ εἰς ἀφάννας, Aut in Aphannis: de incertis, & quæ nusquam sunt. V. Erasm. Chiliad.

Aphærĕsis, f. [ἀφαίρεσις] verti Latine potest Abscissio: Figura est dictionis, de qua sic Diomedes, Aphæresis, est ablatio de principio dictionis, contraria Prothesi, quum aut litera amputatur: aut syllaba aufertur. Litera; ut, Ruit omnia late, pro Eruit. Syllaba; ut Temnere divos, pro Contemnere; &, Linquere castra, pro Relinquere.

Aphăreus, trisyll. [Ἀφαρεὺς] Pater Lyncei, a quo Adj.

Aphareĭus, ut, Aphareïa proles. Ovid. 8. Met. 304.

Aphareus, ei. m. Pinnula est sub ventre thynni fœminæ, quæ masculo deest. Author Aristot. lib. 5. de Hist.

Aphedantes, sive Aphidantes, [Ἀφείδαντες] Populi in Molossis (inquit Stephanus) ab rege cui Aphidas nomen fuerit.

Aphĕsas, antos, anta, in accusat. [Ἀφεσὰς] Montis nomen qui Nemeæ superjacet, ubi Theseus Jovi primum operatus creditur. Dictus ab heroe cui Aphesas nomen erat. Statius 3. Theb.
Mons erat audaci seductus in æthera dorso,
Nomine Lernæi memorant Aphesanta coloni,
Gentibus Argolicis olim sacer.

Aphetæ, [Ἀφεταὶ] Civitas est Magnesiæ juxta Pagasas, Pheræ pelasgicæ emporium: sic dicta, quasi Emissa, quia hinc emissi fuerint Argonautæ. Strabo lib. 9. Steph.
Aphetæ astrologis sunt Annorum distributores, &c. V. Cæl. Rhod. 21. 5.

Apheteria, [ἀφετήρια] Græci dicunt Carceres unde equi emittuntur ad cursum. Sunt & Apheteria, ut (inquit Suidas) Organa ad expugnandas urbes accommodata.

Aphetes, æ. m. [ἀφέτης] Signum dans in circo emittendis quadrigis. V. Salmas. in Solin. f. 516. b.

Apheticus, a, um. [ἀφετικὸς] ut, Loca aphetica in cœlesti templo, unde vitalem auspicamur decursum. Cæl. Rhod. 21. 5.

Aphetor, [Ἀφήτωρ] Delphis quinque pontifices per omnem vitam sacri erant, qui Ὅσιοι dicti, quorum primus qui hostiam immolabat, Hositer: qui vero edebat oraculum, Aphetor nuncupati sunt: qui una cum phrophetis sacra obibant, divinasque prædictiones & ceremonias, & quo cultu, quibusque exemplis fierent sacra, prædicebant. Hæc Alex. ab Alex. l. 2. c. 8.

Aphidantes, V. aphedantes.

Aphidnæ, arum. [Ἄφιδναι] Vicus celebris Atticæ. Sen. Hippol. v. 20.
Parvas alius Calcet Aphidnas. Est & hoc nomine Lacedæmoniorum vicus: Lacedæmonias Aphidnas Avienus vocat, Arat. v. 372. adde Steph. de Urbibus.

Aphnēus Mars [Ἀφνειὸς Ἄρης] cognominatus est in Arcadiæ monte Cresio. Inde vero denominationem sortitus (ut Tegeatæ memorant) quod cum Aëropen Cephei filiam Mars compressisset, ipsa ex partu interiit: nihilo tamen minus infans defunctæ matri inhærebat, & copiose manans ex maternis mammis lac utcunque exsugebat, quod ex Martis nutu fiebat. Qua ex re Mars Aphneus, i. e. Dives, cognominatus fuit, & puer, Aeropus a matris nomine nuncupatus. Author Pausan. in Arcad. Meminit Cæl. Antiq. Lect. lib. 20. cap. 25.

Aphorismus, i. m. [ἀφορισμὸς] est Plurium rerum summatim facta traditio, quasique ad regulam exacta rerum doctrina. Galen. ait Aphorismum doctrinæ genus esse, quod omnes rei proprietates brevissimis verbis circumscribit.
Aphorismus item, vel Diorismus, Figura Rhetorica apud Julium Rufinianum, emendationis species, quæ temere dixeris, Reprehendens: ut, Quanquam illa non pœna, sed prohibitio sceleris fuit. Cic.

Aphorme, [ἀφορμὴ] dicitur Pecunia quæ apud argentarios illos & mensularios deponebatur, qui non tam pecuniarum permutationem quam majorem negotiationem exercebant, quibusque olim moris erat pecunias custodiendas dari, fœnerato interdum, interdum gratuito. Budæus in Annot. ad Pand.

Aphractum, i. n. [ἄφρακτον] vel Aphractus, m. est Genus navigii oblongum, undique apertum: i. e. neque septum, neque tectum: quo maxime utebantur Rhodii. Cic. 6. Att. 8. Nos Rhodiorum aphractis, cæterisque longis navibus tranquillitates aucupaturi eramus. Eidem, Nosti aphracta Rhodiorum: nihil est quod minus fluctum ferre possit. Eidem lib. 5. 13. Navigavimus sine timore, & sine nausea, sed tardius propter aphractorum Rhodiorum imbecillitatem.
Aphracta, [ἄφρακτα] a Polluce lib. 7. cap. 22. Calcei muliebres dicti. Forte ab harum navicularum similitudine.

Aphratum, i. n. Lat. Spumeum, genus eduli, Isidor. 20. 2.

Aphrica, V. africa.

Aphrissa, æ. f. al. Dracontea. Apul. de Herb. cap. 14.

Aphrodes, æ. m. [ἀφρώδης] Papaver spumeum, sive silvaticum. Plin. l. 27. c. 12. Peplos, quam aliqui sycen, alii meconion aphrodes vocant, ex una radice tenui fruticat, foliis rutæ paulo latioribus, semine sub foliis rotundo, minore quam candidi papaveris. V. Apul. de Herb. cap. 53.

Aphrodisiace, es. [ἀφροδισιακὴ] Gemma est. Plin. lib. 37. cap. 10. Aphrodisiace ex candida rufa est.

Aphrodisiacum, i. n. Medicamentum Veneris œstrum excitans.

Aphrodisias, [Ἀφροδισιὰς] Insula est in mari Persico, ubi Persis a Carmania dispescitur: sic dicta quod in ea Venus quam religiosissime coleretur. Alio nomme Κωλιὰς dicta. Insulæ hujus meminit Plin. lib. 6. cap. 25.
Est præterea Aphrodisias Ciliciæ oppidum, teste Stephano.
Est item Insula in Oceano Hispanico, non procul a Gadibus, de qua Plin. lib. 4. cap. 22.
Aphrodisias herba dicitur acorum. Apul. de Herb. cap. 6.

Aphrodisius, a, um. [Ἀφροδίσιος] Venereus, Adj. ut, Juramentum aphrodisium pro Vano, & nullius momenti; Aphrodisia opera pro Lascivis, amatoriisque. Videatur Taubm. ad Plaut. p. 1050. Scip. Gentil. ad Apolog. Apulei p. 400. Cæl. Rhod. 16. 18.

Aphrodisium, [Ἀφροδίσιον] Imaguncula, item templum Veneris.

Aphrodisia, Plur. [τὰ ἀφροδίσια] Sacrificia Veneris, & Res Venereæ. Item festum Veneris. Plaut. Pœn. 1. 1. 63. Ego in ædem Veneris eo: nisi quid vis Milphio: Aphrodisia hodie sunt. conf. 1. 2. 45. &c.

Aphrodisium, Cariæ promontorium est Pomponio, quod Aphrodisias Plinio appellatur.
Est & Aphrodisium Ptolemæo, Urbs Africæ, quæ vulgo *Africha* dicitur.
Est præterea Aphrodisium, Hispaniæ Tarraconensis promontorium, eodem authore.
Nec non & Cypri urbs, ubi Venus colebatur.

Aphrodīte, es. Venus dicta est: quod e maris spuma sit nata. Græce Ἀφροδίτη. Aristoteles putat Venerem idcirco Aphroditen dici quod spermatis natura sit spumosa, h. e. ἀφρώδης, spuma enim alba est. Didymus vero παρὰ τὸ ἁβρὸν τῆς διαίτης, i. e. A vitæ mollitie.

Aphrŏgăla, æ. f. Spuma vel Flos lactis.

Aphron, ōnis. m. Plinio Herba est ex generibus papaveris, foliis (si propius intuearis) passerum speciem repræsentantibus, radicem habens in summa terræ cute, semine spumeo. Hæc Plin. sed fortasse perperam, lib. 20. cap. 19. A Dioscoride vocatur μήκων ἀφρώδης, hoc est Spumeum papaver, lib. 4. 62.

Aphronĭtrum, i. n. [ἀφρόνιτρον] Spuma nitri est: de qua Plin. lib. 31. cap. 10. & Martial. lib. 14. 58.
Rusticus es, nescis quid Græco nomine dicar:
Spuma vocor nitri, dicor & aphronitrum. Stat. 4. Sylv. 9. 37.
Aut panes viridantis aphronitri. Illo in balneis antiqui cutem detergebant. Baccius de Therm. Vet. cap. 16. Voss. Lex. Etymol.

Aphroscorodon, [ἀφροσκόροδον] Genus est allii majoris incrementi, quod a Plinio Ulpicum vocatur, lib. 19. cap. 6. Ulpicum quoque in hoc genere Græci appellaverunt allium Cyprium, præcipue Africæ celebratum inter pulmentaria ruris, grandius allio. Tritum in oleo & aceto mirum quantum increscat spuma.

Aphroselenus, i. m. [ἀφροσέληνος] Lapis alio nomine Selenites dictus, quoniam nocte invenitur lunæ imaginem reddere, quæ cum ea quidem augetur, & decrescit. Nascitur in Arabia, candidus, translucens, levis. Hujus ramenta comitialibus in potum dari jubent. Dioscorid. lib. 5. cap. 116.

Aphthæ, arum. f. [ἄφθαι] Exulcerationes sunt in summo ore, infantibus peculiares vitio lactis calido humore corrupti, quanquam & adultis id accidit. V. Cels. 6. 11.

Aphthiphus, i. m. [ἄφθιφος] Quem oris vexat affectio prædicta. V. Cæl. Rhod. 20. 9. ex l. 10. §. ff. de Ædil. edict. [Analogia Aphthicus, ἀφθικὸς, postulare videtur, quod miror non animadversum Henrico Stephano in Thes. Gr. Sed V. viris doctis cum ad hanc l. D. tum ad A. Gell. 4. 2. notata.

Aphthonius, i. m. [Ἀφθόνιος] Sophista, qui scripsit Progymnasmata, i. e. præexercitamenta, in artem Hermogenis, quæ Græc. Lat. exstant.

Aphya, æ. f. [ἀφύη] Piscis genus, minimum & inutile: quod admotum igni protinus decoquitur. Unde proverbium, Aphya ad ignem: In ea quæ celeriter intereunt aut consumuntur, sive quæ facile ac statim conficiuntur. Latine Apua dicitur. Plinius. V. apua. Cic. 4. Att. 11. Aphyam populi vocat Sentinam & sordes populi. Quare (inquit) ut homini curioso ita perscribe ad me quid primus dies, quid secundus, quid Censores, quid Appius, quid illa populi aphya, denique etiam quid a te fiat, ad me velim scribas. Etiam meretriculæ quædam Aphyæ, i. e. Apuæ cognominatæ. Cæl. Rhod. 5. 19. Ap. Cic. in emendatis codd. excusum Apuleja. V. not. ad l.

Aphydna, V. aphidnæ.

Aphysēmon, ŏnis. [ἀφυσήμων] Casiæ genus, Diosc. 1. 12.

Aphythacoras, Ctesias referente Plinio, arbores quasdam esse voluit juxta Hypobarum Indiæ fluvium, electrum ferentes: voceque hac prædulcem suavitatem significari tradidit. Author Plin. lib. 37. cap. 2. sub fin. Harduinus legit Siptachora.

A P I

Apia, Plin. lib. 4. cap. 4. Peloponnesus, Apia ante appellata, & Pelasgia, peninsula haud ulli terræ nobilitate postferenda, &c. Hæc ille. Ubi V. Hard.

Apianus & Apiarium. V. apes.

Apiastellum, i. n. dimin. ab Apiastro, quod deriv. ab Apio. Herba scelerata & Brionia Apul. de Herb. cap. 8. & 66.

Apiastrum, Apiatus. V. apes, & apium.

Apīca, æ. f. [ἄπικος] dicitur Ovis quæ ventrem glabrum habet, ut ait Festus. Plin. lib. 8. cap. 48. In ipsa ove satis generositatis ostenditur brevitate crurum, ventris vestitu. quibus nudus esset, apicas vocabant damnabantque. Idem scribit Varro 2. de R. R. cap. 2.
Apicæ erant Vestes sine villis. Calcagn. Quæst. Epist. 3. 1.

Apicius, i. m. Eo nomine tres fuerunt Romæ, omnes gulæ studio infames, & artis coquinariæ studiosi. Primus vixit anno ab U. C. 649. Alter sub Tiberio vixit. Senec. ad Helv. cap. 10. Hic ille est, qui cum HS millies (duos milliones & semis) in culinam congessit, neque plus centies HS de patrimonio superesse intelligeret, veneno vitam finiit, metuens ne sibi esuriendum deinceps esset. V. Dio Cassius lib. 57. & Martial. lib. 3. 22. Scientiam popinæ professum infecisse seculum disciplina sua, Seneca ibidem prodit. Quæ eum aliquid de coquinaria scripsisse non obscure arguunt. Vetus Schol. Juvenalis de Juscellis scripsisse ad Sat. 4. v. 23. notat. Extat de Re culinaria liber ipsius nomine, dignus lectione ob singularia, quæ habet; sed qui vel alterius Apicii est, vel alienis interpolatus accessionibus; quia in libro suo encyclorum Commodianorum meminit. V. Lamprid. Heliog. cap. 18. & 20. & ibi Casaub. Casp. Barth. Advers. 34. 18. & 26. 16. Voss. de Analogia 1. 14. Tertius Apicius sub Trajano vixit, ut Casaub. ad Athenæum 1. 6. observat.
Apicius pro Quovis guloso, apud Juven. 11. Sat. 3. & Martial. lib. 10. 73.

Apicius, a, um. Adj. ut, Uvæ Apiciæ. Cat. de R. R. cap. 24. Vinum Apicium, Idem cap. 6. & Varr. 1. de R. R. 25.

Apicianus, a, um. Idem. ut, Apiciana coctura. Plin. lib. 19. cap. 8. Apiciana condimenta. Tertull. de Anima, cap. 33.

Apicula, V. apes.

Apiculus, V. apex.

Apidănus, i. m. [Ἀπιδανὸς] Fluvius unus e præcipuis Thessaliæ qui tarde fluere dicitur, quosque illi commiscetur Enipheus, ut scribit Herodotus, lib. 7. Ovid. 7. Met. 228.

Multa quoque Apidani placuerunt gramina ripis. Val. Flacc. 1. 357. & Lucan. lib. 6. 373.

Apilas, [Ἄπιλας] Flumen est in ora Heraclea, Plin. lib. 4. cap. 10.

Apilascus, ūdis. Plin. lib. 33. cap. 4. Nam aurum quod ad pilas cudunt, Apilascudem vocant. Ita codd. vulgat. Sed V. Hard. qui hanc vocem non invenit in MSS.

Apĭna, æ. (vel Apinæ, ārum. pl. tantum) Urbs Apuliæ. Tricas & Apinas vulgo res futiles ac nugatorias dicebant. Martil. lib. 1. 114.

Quæcunque lusi juvenis, & puer quondam,
Apinasque nostras. Idem lib. 14. 1.
Sunt Apinæ, Tricæque, & siquid vilius istis.

Tractum est proverbium ab Apina urbe Apuliæ. Plin. lib. 3. cap. 11. Diomedes ibi delevit gentes Monadorum Dardorumque, & urbes duas, quæ in proverbii ludicrum vertêre, Apinam & Tricam.

Apiola, Oppidum Latinorum, captum a L. Tarquinio rege, ex cujus præda Capitolium inchoavit. Plin. lib. 3. cap. 5.

Apios, i. m. [ἄπιος] Herba est, Ischas etiam dicta, quæ folio constat rutaceo, brevi, caulibus ternis aut quaternis humi prostratis, radice qua asphodelus, verum squamosa. Nascitur in montibus: legitur Vere. Datur ad expurgandum corpus, quod altera radicis parte superius, altera inferius purget. Hæc ex Theophrast. l. 9. c. 10. de Plant. histor.

Apīrŏcălus, i. m. [ἀπειρόκαλος] i. e. Decoris expers, ineptus. Gell. 21. 7. V. H. St. Thes. Gr.

Apis, is. V. apes.

Apis, idis, vel is. [Ἆπις] Qui etiam dictus est Serapis, a quibusdam Osiris. Augustin. lib. 18. cap. 5. de Civit. Dei, Rex Argivorum Apis navibus transvectus in Ægyptum, quum ibi mortuus fuisset, factus est Serapis omnium maximus Ægyptiorum deus. Cur non Apis etiam post mortem, sed Serapis appellatus sit, rationem Varro reddit. Quia enim arca in qua mortuus ponitur (quod omnes jam sarcophagum vocant) σορὸς dicitur Græce, & ibi eum sepultum venerari cœperant, priusquam templum ejus esset exstructum; velut Soros & Apis, Sorapis primo, deinde una litera (ut fieri assolet) commutata, Serapis dictus est. Hæc Aug.

Apud Ægyptios etiam Apis, Bos dicitur, & pro numine colitur. Cic. 1. de Nat. Deor. 82. Quid igitur censes Apin illum sanctum Ægyptiorum bovem, nonne deum videri Ægyptiis? Ovid. 2. Amor. 13. 14.

Et comes in pompa corniger Apis erat. Lucan. lib. 9. 160.
Et sacer in cineres Magni mactabitur Apis.

Hunc enim mirabili vanitate decepta Ægyptus, in honorem ejus divitiis affluentibus, alebat: quoniam eum sine sarcophago vivum venerabatur, Apis, non Serapis vocabatur. Quo bove mortuo, quoniam quærebatur & reperiebatur vitulus coloris ejusdem, mirum quoddam, & divinitus sibi procuratum esse credebant. V. Strab. lib. ult. & Plin. l. 8. c. 46. Macrob. Sat. 1. 21. e Junioribus Marsham. Can. Chron. ad Sec. 4. Conf. osiris, & serapis.

Est etiam Apis, Vicus in Africa, quia nobilis religione Ægypti locus esset.

Apiscor, ĕris, aptus sum, [δέχομαι] isci. Antiquum verbum, unde fit Aptus, a, um. Nonius, Apisci, Invenire. Sisenna Hist. lib. 4. Itaque postero deligato signinum redeuntis apiscitur. Junius sic legit, itaque postero die legatos Signiam redeuntes apiscitur. Mercer Iguvium. Ex eo composita in usu sunt, Adipiscor & Indipiscor.

Apisci, Indipisci. Lucil. lib. 26. Ut ego effutiam, quod ego te inprimis cupere apisci intelligo. Nonius.

Apisci, pro Adipisci. Festus. Lucret. lib. 1. 448.

Nec ratione animi quam quisquam possit apisci.

In hac significatione sæpe apud JCtos ponitur. Ulp. l. 25. §. 3. de hæred. pet. Quod si ab initio quidem justam caussam habuit apiscendæ possessionis.

Apision, i. n. Herba alias Isatis. Apul. de Herb. cap. 69.

Apistos, lege Apsyctos, & V. suo loco.

Apium, i. n. [σέλινον] Herba cujus multæ sunt species. Plin. l. 19. c. 7. Contra, plura genera sunt eorum quæ diximus, dicemusque inprimis de apio. Deinde sic subjungit capite proximo, Id enim quod sponte in humidis nascitur, heliofelinum vocatur, uno folio, nec hirsutum. Rursus in siccis, hipposelinum, pluribus foliis simile heliofelino. Tertium est oreoselinum, cicutæ foliis, semine anethi, minutiore tamen, &c.

Apio coronobantur victores in Nemeæo certamine. Plin. lib. 19. cap. 8. Ab æquinoctio verno seritur apium. Et paulo post, Honos ipsi in Achaia, coronare victores sacri certaminis Nemeæ. Juven. 8. Sat. & Pitisc. Lex.

Amarum apium. Virg. 6. Ecl. 68.
Udum. Hor. 2. Carm. 7. 24.
Vivax. Hor. 1. Carm. 36. 16.
Gaudent apio ripæ. Virg. 4. Georg. 121.

Opus est apio. Plutarch. in Sympos. Ita loquebantur quoties morbum capitalem innuebant, & vitæ periculum imminere. Nam olim monumenta defunctorum apio coronabantur. Inde Proverbium, Apio indigere, de iis qui desperate decubabant. de quo Suid. & Plutarch. in Sympos. & vita Timoleontis. Horatius tamen & ad conviviorum coronas Apium adhibet, 1. Carm. 36. 15. & 4. Carm. 11. 3. ubi Vid. Interpretes. Hinc

Apiacius, a, um. Ex Apio confectus; ut, Apiacia corona. Hygin. Fab. 74. Hinc & apiastrum & apiastellum & apiatus derivata, de quibus V. supra.

A P L

Aplănes, is. [ἀπλανὴς] dicitur Non vagus, inerrabilis. Macrob. lib. 2. cap. 4. in Somn. Scip. Prima illa stellifera sphæra, quæ proprio nomine cœlum dicitur, Aplanes apud Græcos vocatur, arcens & continens cæteras. & lib. 1. passim.

Apluda, V. applud a.

Aplustre, & Aplustrum, pl. ria, & ra. Navium ornamenta. Quæ quia erant amplius, quam essent necessaria usu, etiam Amplustria dicebantur, ut tradit Festus. Ergo ab Amplius, Amplustre dictum, volunt Grammatici, sed verius ex græco ἄφλαστον, aplustre & aplustrum: pro quo vetustissimi Amplustrum dixerunt. Erat Tabula affixa ad summitatem puppis ornamenti causa, interdum in scuti aut clypei modum, de cujus apice pinnæ ac cristæ eminebant. Addebantur aliquando & teniæ, aut vela parva. Vetus scholiastes Juven. 10. Sat. 136. Ubi Victæ triremis aplustre memoratur, Tabulatum exponit, ad decorandam superficiem navis appositum. Plura Salmas. Exercit. Plin. p. 404. Rutil. Itinerar. 1. 513. adde Dan. Heins. & Drakenb. ad illud Silii lib. 10. 325.

— laceroque aplustria velo.

conf. Lucan. lib. 3. 586. V. Scheff. de Mil. Nav. l. 2. c. 6.

Aplysia, æ. f. [ἀπλυσίαι] Illotarias vertit Theodorus. Spongiarum genus vilissimum, maximas habens fistulas & reliquam partem admodum spissam: ita dictum quod elui non possit. V. Plin. lib. 9. cap. 45.

A P N

Apnoea, [ἄπνοια] Affectio quædam est, nulla, ut visus indicat, spiratione facta: quod tamen fieri nequit, aut ea quæ per universum fit corpus, transpiratio, tunc sufficere potest. Cæl. l. 4. c. 2. Galen. l. 4. de Locis affect.

A P O

Apobate, es. [Ἀποβάτης] Atheniensibus Ludus erat equestris, quo Phocionis filius sæpissime lusit, & victor fuit. Alex. ab Alex. l. 3. c. 21.

Apobatæ Cursores quinam fuerint. V. Pitisc. Lex.

Apocalo, āre. [ἀποκαλεῖν] i. e. Avocare: ut, Ego me apocalo, i. e. Recedo, abeo. Petron. cap. 67. Apocalemus nos. Idem cap. 62. Ita Nodot. legit. & explicat, Alii legunt Apoculo & Apoculanius. V. Interprett. ed. Burm. [Videtur Aboculo legendum priori loco, ut sit jocularitor dictum Aboculare se, pro subducere ex oculis. De altero loco V. quæ infra in V. argus dicemus. Miror quid hæc sibi velint in Cangii Glossario: Aboculo librum legere, clausis oculis in Petronii Fragmento. Locus est c. 75. Ubi puer, ceu frugi laudatur, qui Librum aboculo legit, pretium sibi de diariis fecit. Aboculus vox imæ plebeculæ, cujusmodi quam plurimæ apud Petronium, Cœcum denotans, unde sine dubio Gallorum *aveugle* manavit, quod ipsemet Cangius agnoscit. Nodum igitur in scirpo quærunt, qui hunc locum alienis interpretamentis, vel conjecturis tentant, cum sententia plana sit: Diurna enim mercede puer cœco librum legisse narratur, indeque sibi pretium, i. e. lucellum, peculium fecisse, etsi & Pretium facere alibi eadem notione frustra quæsiveris.

Apocalypsis, is. f. [ἀποκάλυψις] Lat. Revelatio. Sic autem inscribitur Liber revelationum divinarum de statu ecclesiæ Novi Testamenti, quas Johannes Theologus accepit in insula Pathmo. August. de S. Trin. cap. 49. Apocalypsis eos laudat, in quorum ore non sit inventum mendacium. conf. idem de Civ. Dei 20. 17. Tertull. adv. Marc. 4. 5. Apocalypsin Johannis Marcion respuit. conf. Isidor. 6. 2.

Apocalypticus, a, um. [ἀποκαλυπτικὸς] Adj. ut, Apocalypticus liber.

Apocarterēsis, is. f. [ἀποκαρτέρησις] Propositum & electio mortis per inediam & famem. Tertul. Apol. cap. 46. Lycurgus apocarteresin optavit, quod leges ejus Lacones emendassent. V. Quintil. 8. 5. & ibi interpretes.

Apocatastasis, is. f. [ἀποκατάστασις] Restitutio in pristinum statum; item Circuitus solis, lunæ & astrorum. V. Columel. 3. 6. & Apul. Asclep. p. 84.

Apocatasticus, a, um. i. e. Redintegratus. V. Sidon. 8. Ep. 11. & Mart. Capel. lib. 7. p. 240.

Apŏcha, æ. f. [ἀποχὴ παρὰ τὸ ἀπέχειν] a Recipiendo; est Scriptura sive Cautio, in qua creditor se pecuniam accepisse testatur. Ulp. in l. Si accepto latum. 19. D. de acceptil. Inter acceptilationem & apocham hoc interest: quod acceptilatione omnimoda liberatio contingit, licet pecunia soluta non sit: apocha non alias quam si pecunia soluta sit. Apocha igitur schedula est quam vulgo *quitanciam* vocant: Antapocha vero est quam debitor dat creditori.

Apocho, āre. in Cod. Theodos. l. 1. & 3. de Tribut. in ipsis spec. inferendis; ibi apochandi licentia notatur; hic præsumptio apochandi damnata est. Videtur autem idem esse quod Species adærare, pecuniam pro speciebus dare.

Apocŏpe, es. f. [ἀποκοπὴ] Latine dici potest Abscissio, amputatio, Grammatica figura est dictionis, quum ab ejus fine detrahitur aut litera aut syllaba. ut, Cura peculi, pro Peculii. Huic contraria est Paragoge.

Apocŏpus, i. m. [ἀπόκοπος] Exsectus, spado, cui amputata est virilitas. Firm. l. 3. c. 14. In octavo ab horoscopo loco, Mercurius cum Venere, si vespertini ambo, inefficaces & apocopos reddent, & qui nihil agere possint. [conf. Suid. Videtur potius a v. κόπος, ut ὑπόκοπος, ὑπέκοπος & similia, quam a v. ἀποκόπτω, cum H. St. in Thes. Gr. derivandum. Ineptum enim ad opus virile seu Frigidum duntaxat denotat.

Apocrisiarii, erant Responsales magistrorum præsentalium, qui illorum nomine causas Palatinorum judicabant. Panciroll. Not. Dign. Imp. Orient. Buleng. de Imp. Rom. 4. 21. Item pro Pontificis aut Episcopi legato Apocrisiarius usurpatur a medii ævi scriptoribus. Beda Hist. Eccl. 2. 1. & Constit. Novell. 123. 25. V. Glossaria Mediæ Latinit.

Apocrŏtus, a, um. [ἀπόκροτος] Durus, asper, rigidus; ex ἀπὸ & κροτέω, pulso, crepo. Firmic. Matth. 7. Miseri, apocroti, oligochtonii, infelices.

Apocynon, i. n. [ἀπόκυνον] Ossiculum, quod canum impetus cohibet, in ranæ sinistro latere. Plin. l. 32. c. 5. Et aliud esse (ossiculum) in sinistro latere, quo dejecto (in aquam) fervere videatur, apocynon vocari. Canum impetus eo cohiberi &c.

Est item Apocynon (Cynocrambe, vel Cynomorum a quibusdam dicta) Brassica canina, longis viticulis constans, male olentibus, lentis, vitiliumque modo obsequiosis, fractu fere invictis: canes celerrime interimit, hominibusque est venenum. Ex Diosc. l. 4. c. 76. & Galen. l. 6. simplic.

Apodes, um. V. apus.

Apodermus, a, um. [ἀπόδερμος] i. e. Ex nucibus amygdalis decorticatis confectus: ut, Apodermum isicium. Apic. 2. 2.

Apodixis, is. f. [ἀπόδειξις] Quintil. l. 5. c. 10. Apodixis est evidens probatio; ideoque apud Geometras γραμμικαὶ ἀποδείξεις dicuntur. Plura ibid. Gell. l. 17. c. 5. Latine Petronius scripsit c. 132. Rogo te, mihi apodixin defunctoriam redde, quod Cujacio est Remissio senilis ætatis, seu Liberatio, Pithœo Apocha; Wouwerio Libellus, quo ostendit quispiam se defunctum esse: oppido ridicule, ut quidem forte aliud agens protulit Wouwerius, quasi vero mortuus bona se fide mortuum esse scripto testari cavereque possit. Luculenter ostendit Gronov. Observ. 4. 13. significare hoc loco Leve tantum specimen, velut ceremoniæ causa editum. Ut adeo formula in re nequissima a Petronio adhibita ad alia multa honeste transferri possit

Apodicti-

Apodictĭcus, a, um. [ἀποδεικτικὸς] i. e. Demonſtrativus. V. Gell. 17. 5. & Mart. Capell. lib. 5. p. 152.

Apodŏsis, is. f. [ἀπόδοσις] Figura oratoria, quæ τῇ προτάσει reſpondet. Latine Redditio dicitur. Ter. And. 1. 5. 43. Adeon' me ignavum putas, adeon' porro ingratum, aut inhumanum, aut ferum, ut neque me conſuetudo, neque amor, neque pudor commoveat, neque commoneat ut ſervem fidem? Ubi Donatus, Ut neque me conſuetudo, &c. Apodoſis ad ſuperiora: Conſuetudo adverſus feritatem: Amor adverſus inhumanitatem: Pudor adverſus ingratum animum.

Apodyterium, i. n. [ἀποδυτήριον] quaſi Latine dicas Exutorium; erat enim Locus ante balnei ſive hypocauſti ingreſſum, ubi loturi ſe exuebant: h. e. veſtimenta deponebant. Cic. 3. Q. frat. 1. In balneariis, aſſa in alterum apodyterii angulum promovi, propterea quod ita erant poſita, ut eorum vaporarium, ex quo ignis erumpit, eſſet ſub tectum cubiculi. Plin. l. 5. Epiſt. 6. Inde apodyterium balnei laxum & hilare excipit cella frigidaria.

Apoenninus, V. apenninus.

Apogæus, i. m. [ἀπόγαιος] Ventus a terra flans. Plin. lib. 2. cap. 43. V. Harduin. Aſtronomis Apogæum locus planetæ altiſſimus, & a terra quam maxime disjunctus.

Apographum, i. [ἀπόγραφον] Exemplum & deſcriptio libri, & imago tabulæ. Latine deſcriptum & Exſcriptum dicitur. Unde Cic. 12. ad Att. 52. extr. libros ſuos philoſophicos Apographa vocat: quaſi Scriptorum Græcorum imagines & exempla. Plin. l. 35. c. 11. Hujus tabulæ exemplar, quod Apographon vocant, L. Lucullus duobus talentis emit. Barbare Copia. V. Du Freſne.

Apolactizo, [ἀπολακτίζω] āre. Calcibus invadere. Unde per translationem ſignificat Parvifacere, parvipendere. Plaut. Epid. 14. Ἀπολακτίζω inimicos omnes.

Apolaustus, i. m. [ἀπολαυστὸς] Voluptati ſerviens. Capitol. in Vero, cap. 8. Habuit & Agrippam hiſtrionem, quem apolauſtum nominavit. conf. Lamprid. in Commodo, cap. 7.

Apolectus, i. m. [ἀπόλεκτος] Delectus, ſive Selectus, a verbo Græco ἀπολέγω, quod Deligo ſignificat. Apolecti igitur, Delecti, eximii, ſelecti. Liv. 36. 28. extr. Ubi quum in concilio delectorum, quos apolectos vocant, Phaneas, & quæ imperarentur, & quæ ipſis prope accidiſſent, expoſuiſſet. Idem 35. 34. Concilium quidem univerſæ gentis Ætoli poſt dimiſſos Romanos non habuerunt. Per apolectos autem (ita vocant ſanctius concilium, quod ex delectis conſtat viris) id agitabant, quomodo res in Græcia novarentur. Gronov. habet Apocletos.

Apolectus, [ἀπόλεκτος] Genus piſcis ex pelamidum genere. Plin. lib. 9. cap. 15.

Apŏlis, c. [ἄπολις] Latine Eum ſignificat qui jus civitatis amiſit. Martianus in l. Quidam. 17. D. de pœn. Item quidam ἀπόλιδες ſunt, hoc eſt, ſine civitate, ut ſunt in opus publicum perpetuo dati & in inſulam deportati.

Apollo, ĭnis; & Apollos, o. ſec. Gr. declinationem: [Ἀπόλλων] creditus fuit Deus, quem Græci etiam Φοῖβον, h. e. Solem, appellant. Cui (ut Macrobius inquit) variæ fuerunt poteſtates. Nam fuit author carminis, præſes vaticinii, ſagittandi peritiam habuit, artem medicinæ percalluit, & chordæ vocalis. Idem dicitur Liber, quod libere vagetur per aërem. Dictus Apollo ab α, ſine, & πολλοὶ, multi: quod ſolus ipſe luceat. Porphyrius ait eundem eſſe Solem apud ſuperos: Liberum patrem in terris: Apollinem apud inferos. Unde etiam tria inſignia circa ejus ſimulacrum videmus, Lyram, quæ nobis cœleſtis harmoniæ imaginem monſtrat: Grynæum, quod terrenum numen oſtendit: Sagittas, quibus infernus deus judicatur & noxius. Unde & Apollo dictus eſt ἀπὸ τοῦ ἀπολλύειν. [Hæc ex Serv. ad Ecl. 5. Virg. v. 66. Pro v. Grynæum vero Griphenæum legitur in Servii codd. Quod monſtrum vocabuli eſt, niſi forte Gryphineum pro Gryphe ſ. Grypho poſuit. Hoc enim Apollini ſacrum fuit fabuloſum animal, ut ipſe Servius ad Ecl. 8. v. 27. docet, ac teſtatur nummus Gallieni ap. Oiſel. Tab. 87. 7. conf. Spanhem. de Pr. & Uſ. Numiſm. Diſſ. 5. 30.] Euſeb. de Evang. præparat. Apollo vocatur quod ἀπαλλάττει, i. e. Ægrotationibus homines ſalvat atque liberat: quamobrem ardentiſſimum etiam Solem Apollinis nomine appellant. De Apolline multa apud Cic. 2. de Nat. Deor. 68.

Actiacus Apollo. Ovid. 13. Met. 715.

Augur. Virg. 4. Æn. 376.

Belenus Apollo, Deus fuit patrius Aquilejenſibus Italiæ. V. Capitolin. Herodian. & Pitiſc. Lex.

Delius. Virg. 4. Æn. 162.

Flavus. Ovid. 1. Amor. Eleg. ult. 35.

Formoſus. Virg. 4. Ecl. 57.

Grynæus. Virg. 4. Æn. 345.

Palatinus. Hor. 1. Epiſt. 3. 17. Quia templum ei excitavit, dedicavitque Cæſar Auguſtus in Palatio, ut ſcribit Sueton. eodemque loco bibliothecam libris omnis generis inſtructam.

Pulcher. Virg. 3. Æn. 119.

Pulſator citharæ. Val. Flacc. 5. Argon. 693.

Tymbræus. Virg. 4. Georg. 323.

Vates. Val. Flacc. 4. Argon. 445.

Apollineus, a, um. Adj. ut, Apollinea ars, pro Arte medica. Ovid. 3. Triſt. 3. 10.

Apollinea ars, etiam pro Arte vaticinandi accipitur ab Ovid. in Ibin, 264.
— Apollinea clarus in arte ſenex. Tireſiam vatem intelligit.

Cantus Apollinei. Ovid. 11. Met. 155.

Crinis. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 310.

Frater Apollineus, Cupido. Ovid. 9. Met. 454.

Teſtudo. Lucan. ad Piſon. 155.

Vates, Orpheus. Ovid. 11. Met. 8.

Apollinaris, e. Adj. ut, Ludi Apollinares, qui in honorem Apollinis fiebant: de eorum origine V. Liv. 25. 12. Macrob. 1. Saturn. 17. & Spanheim. de Uſu & Præſt. Num. diſſ. 10. p. 123. & Pitiſc. Lex.

Apollinaris, [Ἀπολινάριος] Nom. Viri propr. De claris Apollinaribus V. Fabric. Bibl. Gr. Vol. 7. p. 659. ſeq.

C. Sulpitius Apollinaris, qui argumenta fabularum Terentii pauciſſimis verbis expoſuit, Pertinacis imperatoris præceptor fuit, teſte Capitol. c. 1. a Fabricio d. l. omiſſus.

Apollĭnar, ātis. n. pro Fano vel Loco Apollinis, ita Gronovio legi placet apud Liv. 3. 63. Ubi nunc ædes Apollinis eſt, jam tum Apollinar appellabant. Vulgo Circum jam tum Apollinarem. Sed Apollinar forte ut Lupanar & ſimilia.

Apollinaria, æ. f. Herba, quæ & Strychnos, Apul. de Herb. c. 74. Apollinaris dicitur Plin. 10. 26. 14.

Apollinaristæ, arum. m. [Ἀπολιναριστανοὶ] Hæretici ab Apollinari Alexandrino ejusque filio homonymo dicti, horum heterodoxian amplexi. V. Iſidor. 8. 5. Reineſ. Var. Lect. 2. 17. p. 278. quo ipſo loco, quem Ἀπολινάριον Græce laudaverat, Latine Apollinarem vocat

Apollodorus, i. m. [Ἀπολλόδωρος] Athenienſis Pictor inſignis nonageſima tertia Olympiade, de quo Plin. lib. 35. cap. 9.

Fuit & alter hoc nomine Statuarius, eidem Plin. lib. 34. cap. 8.

Item Medici duo, quorum Cittiens unus, alter Tarentinus dictus eſt. Plin. lib. 20. cap. 4.

Fuit & Athenienſis Grammaticus Aſclepiadis diſcipulus, Panætii Rhodii philoſophi diſcipulus, & Ariſtarchi grammatici. Is primus genus metri Triambici invenit, ut teſtatur Suidas. Scripſit quoque Hiſtoriam Athenienſium usque ad reditum Heraclidarum, ut eſt author Diodorus Siculus.

Fuit & alius Apollodorus Athenienſis Grammaticus: cujus libri bibliothecæ, ſive de origine Deorum extant, de quibus multa Salmaſ. Exercit. Plinian.

Apollodorus item alius Tarſenſis, Tragicus, cujus tragœdias Suidas recenſet.

Apollodorus item Athenienſis Poëta comicus, tempore quo & Menander, fuit: Fabulas ipſius nonnullas commemorat Suidas.

Præter hos, Apollodorus Pergamenus extitit Cæſaris Auguſti præceptor & familiaris: ſcripſit de arte Rhetorica.

Apollonia, [Ἀπολλωνία] Nomen fuit plurium urbium, quarum una fuit in Epiro. Plin. lib. 4.

Alia, eodem teſte, fuit in Creta.

Alia item in Syria, ut idem Plin. lib. 5. docuit.

Alia præterea, teſte Herodoto, lib. 4. fuit in Thracia. Apollonia Syriæ, hodie *Bonandria*. Apollonia autem Epiri, hodie *Velona*, *La Valone*, ex qua in Italiam trajectus brevis.

Apollonia item Inſula eſt Europæ.

Item eſt Inſula in Ponto quæ Thynnias dicta eſt, ut ab alia quæ eſt in Ponto diſtingueretur.

Apolloniātæ, arum. m. [Ἀπολλωνιάται] Cives Apolloniæ, qui varii ſunt, prout urbes hujus nominis diverſæ. Plin. 5. 30. & alibi. Apolloniatûm oppidum. Idem 3. 11. de Epiro.

Apolloniaticus, a, um. Adj. ut, Bitumen Apolloniaticum. Plin. lib. 35. cap. 15.

Apolloniensis, e. Adj. [Ἀπολλωνιάτης] Cic. 3. Verr. 103. conf. Tacit. 2. Ann. 47. 4.

Apollōnis, idis. f. Urbs Aſiæ minoris prope Pergamum & Sardes. Unde,

Apollonidenses, Aſiæ populi. Cic. pro Flacc. 71. 79.

Apollonides, Gemmarum ſculptor. Plin. lib. 37. cap 1.

Apollonius Rhodius, dictus quod in Rhodo agitaret, Alexandriæ autem natus, Callimachi diſcipulus, æqualis Eratoſthenis grammatici, cujus etiam ſucceſſor in præfectura bibliothecæ apud Ptolemæum Evergeten. ſcripſit Argonautica verſu hexametro.

Fuit item Apollonius Alexandrinus, cognomento Dyſcolus, pater Herodiani grammatici, nobilis & ipſe grammaticus, filiumque erudiit. Scripſit de Compoſitione partium orationis, & alia complura in arte grammatica,

Apollonius Aphrodiſeus hiſtoricus ſcripſit res varias de Trallibus, de Orpheo, ejusque myſteriis.

Apollonius Molo Rhodius, Præceptor Ciceronis, Romæ docuit, quo legatus venerat de præmiis Rhodiorum, Dictatore Sylla, orator unus in cauſis, ſcriptorque præſtantiſſimus, & in adnotandis animadvertendisque vitiis, & inſtituendo docendoque præſtantiſſimus, ut ait Cic. in Brut. V. Suet. Cæſ. cap. 4. & ibi Caſaub.

Apollonius item fuit Alabandenſis (Alabanda autem oppidum eſt minoris Aſiæ) dicendi magiſter: qui quum mercede doceret, tamen non patiebatur eos quos judicabat non poſſe oratores evadere, operam apud ſe perdere, dimittebatque quemque ad quamcunque artem putabat eſſe aptum, ut ſcribit Cic. 1. de Orat.

Ad hos, Apollonius quidam fuit Nyſæus Panætii Stoici familiaris. Strab. l. 14.

Apollonius, præterea Herophilius appellatus, quod Herophili diſcipulus fuit, ſcripſit de Unguentis, ut eſt author Athenæus. Apud Plin. tamen Apollodorus ſcribitur.

Philoſtratus præter hos, duos ponit inter ſophiſtas Apollonios, Naucratitam unum: alterum Athenienſem, qui ambo M. Antonini principis tempore concurrentes, docuere Athenis.

Apollonius item Tyaneus philoſophus, cujus vitam Philoſtratus ſcripſit, & ante hunc Damis Apollonii ipſius peregrinationis comes.

Apolōgus, i. m. [ἀπόλογος] Latine Fabula dicitur, in qua inducuntur muta animalia loquentia: cujusmodi fabulæ Æſopicæ ſunt, & de Caſſita apud Gell. lib. 2. cap. 29. Et apud Hor. 1. Epiſt. 73.

Olim quod vulpes ægroto cauta leoni Reſpondit, &c.

Cic. 2. de Orat. 264. Et ad hoc genus aſcribamus etiam narrationes apologorum. Quintil. lib. 5. cap. 11. circiter medium.

Apologum agere. V. ago.

Apolŏgo, [ἀπολογέω] āre. Convicio notare, rejicere, repudiare. Sen. Epiſt. 47. Ipſe illum invicem apologavit, & non judicavit domo ſua dignum. In ed. Theſ. Lugd. additur: Gallice *Brocarder*, Italice *Mottegiare*. Adſcripſit H. St. ζητ. quis ita exponat. [Vox ſuſpecta, V. Lipſ. & Grut. not. ad l.

Apologatio, ōnis. f. [ἀπολόγησις] Quintil. l. 5. c. 11. Noſtrorum quidam non ſane recepto in uſum nomine Apologationem vocant. De fabulis loquitur.

Apolŏgia, [ἀπολογία] Latine dicitur Defenſio vel excuſatio, purgatio & oratio qua ſe quis defendit, ſive illud apud judicem ſit, ſive non. V. Apul. Apol. 119. Cur Defenſiones Apologiæ dictæ V. apud Scalig. l. 3. Poët. c. 83.

Apologetĭcus, a, um. [ἀπολογητικὸς] Defenſorius, ad defenſionem pertinens. Quo titulo extat Tertulliani liber ad Scapulam, quo Chriſtianam religionem defendit.

Apologismus, [ἀπολογισμὸς] Idem quod Apologia. Cic. 16. Att.

Apŏnus, i. m. [Ἄπονος] Vicus ad Euganeos colles in Italia prope Patavium, ubi & aquæ calidæ variis morbis aptæ Claudiani elegiaco carmine laudatæ, & a Theodorico Gotthorum rege mœnibus cinctæ, teſte Caſſiodoro. Ejus aqua non modo ſalubris, ſed & fatidica credita. Idem Claudian. principio carminis,

Fons Antenoreæ vitam qui porrigis urbi. Et v. 4.
Quum tibi Phœbeus carmina dictet honos. Adde Sil. l. 12.

219. Unde conſultans Tiberius ſortes in eum fontem conjecit. V. Suet. Tiber. cap. 14. Videturque huc reſpexiſſe Lucanus lib. 7. 192. cum neſcio

nescio quem augurem de Pompeii clade ad Aponi fontem prædicere facit.

Aponinus, a, um. Adj. ut Aponinæ sortes, quomodo Casaubonus & Gruterus legunt in Vopisci Firmo, cap. 3. ubi vulgo legitur Apenninis: id quod idem Casaubonus etiam in Claudio Pollionis, cap 10. ad hunc modum correxit, Quum in Aponino de se consuleret, non Apennino; & interpretatur in Aponi fonte.

Apopemptici, [ἀποπεμπτικοὶ] Hymni sunt, qui peregrinationem dei alicujus complectuntur, ut apud Bacchylidem. Hymnorum multiplices variasque species V. apud Cæl. Antiq. Lect. lib. 7. cap. 5.

Apophăsis, is. f. [ἀπόφασις, ἀπὸ τοῦ ἀπόφημι] Latine dicitur Negatio. Figura Rhetorica, de qua sic Quintil. lib. 9. cap. 2. Quædam vero genera hujus figuræ nullam cum tropis habent societatem: ut illa statim prima, quæ dicitur a negando, quam nonnulli vocant ἀπόφασιν. Hujus autem figuræ ipse hoc ponit exemplum, Non agam tecum jure summo: non dicam quod forsitan obtinerem.

Apophasis, ἀπὸ τοῦ ἀποφαίνεσθαι, est Annotatio bonorum & commentarius, & recensio, indexque eorum quæ reperta sunt. ICti *Inventarium* vocant & *repertorium*: quod ἀπογραφὴ proprie dicitur. Budæus.

Apophasis, Sententia, dictum, responsio. Ulp. in l. 1. §. 1. D. de appellat.

Apophlegmatismus, i. m. [ἀποφλεγματισμὸς] est Remedium quod in ore retentum vel manducatum, aut linguæ subditum, noxios quosque humores ex capite detrahit. Horum confectionem vide apud Galen. l. 2. de Compos. medic.

Apophlegmatizo, āre. Verbum est apud Th. Priscian. 2. 3.

Apophorēta, ōrum. n. [ἀποφόρητα] erant Munera Saturnalitia, & proprie illa quæ pro xeniis remittebantur. Suet. in Vespas. c. 19. Sicut Saturnalibus dabat viris apophoreta, ita & Calend. Martii fœminis. Turnebus vero hoc nomine significari existimat Munera quæ convivis dantur, ut ea domum referant, unde & Apophoreta sunt appellata: Hoc ex Martiale lib. 14. 1. 6. probat, ubi ait,

Præmia convivæ det sua quisque suo. Hic enim versus Apophoreta explicat. Sed luculentissime omnium D. Ambrosius in Exhortatione ad virgines ita scribens; Qui ad convivium magnum invitantur, apophoreta secum reportare consueverunt. Ego ad Bononiense invitatus convivium, ubi sancti martyris celebrata translatio est, apophoreta vobis plena sanctitatis & gratiæ reservavi.

Apophoreta quoque dicta fuisse, Quæ Ludorum aut Spectaculorum editores post ea finita mitterent amicis, docebit Lipsius Saturnal. 1. 16. e Symmachi locis quibusdam, qui & Apophoretica vocat. conf. Petron. cap. 40. 56. 60. Isidoro est Vas escarium, quo poma, vel tale quid, erat enim planum, ferebatur. V. Voss. Lex. Etymol.

Apophthegma, ătis. n. [ἀπόφθεγμα] Sunt (inquit Erasmus) Dicta acuta quædam, & brevia, non cujuslibet quidem, sed Oratorum, Ducum, Legatorum, Imperatorum, ac, ut semel dicam, Illustrium virorum. Cic. 1. Off. 104. Multaque multorum facete dicta, ut ea quæ a sene Catone collecta sunt, quæ vocant ἀποφθέγματα.

Apophthegmaticus, a, um. [ἀποφθεγματικὸς] ut, Genus dicendi apophthegmaticum. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Apophўgis, is. f. ex ἀποφυγὴ, est Effugium sive Remedium columnæ, annulus, scil. ferreus affixus, ne ad pondus findatur. Vitruv. 4. 7. conf. Bald. Lex. p. 11. Hodie fere sub eo nomine venit mollis & cava membrorum in columnis commissura superior vel inferior.

Apoplănēsis, is. f. [ἀποπλάνησις] i. e. Aberratio, quæ est hujusmodi dicendi ratio, Qua differendo, obscurando, tergiversando Judicem in errorem trahimus. Quod Cicero fecit in causa Cluentii, qui reus erat veneficii. V. Turneb. ad Quint. 2. 17. p. 194. Burm.

Apoplexĭa, æ. [ἀποπληξία] Alii Stuporem corporis & mentis, alii Subitam perculsionem interpretantur. Genus est morbi, de quo sic Cels. lib. 3. cap. 26. Attonitos quoque raro videmus, quorum & corpus & mens stupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo, ἀποπληξίαν hunc Græci appellant. Idem cap. proxime sequenti, At resolutio nervorum frequens ubique morbus est: sed interdum tota corpora, interdum partes infestat. Veteres authores illud Apoplexian, hoc Paralysin nominaverunt: nunc utrunque Paralysin appellari video.

Apoplexis, is. f. [ἀπόπληξις] Idem sonat. Capitolinus de L. Vero c. 9. Morbo, quem Apoplexin vocant, correptus Lucius. Et in vita Marci c. 14. Lucius apoplexi arreptus periit, ut Palatinus habet, quamvis Regius Apoplesia, quod ex Apoplexia est. De eodem Eutropius 8. 5. Obiit subito sanguine ictus, casu morbi, quem Græci ἀπόπληξιν vocant. conf. Tertull. de Anim. cap. 53.

Apoplectici, [ἀποπληκτικοὶ] sunt Quorum videlicet & corpus & mens stupet ictu fulminis aut morbo. Cels. l. 3. c. 26. vocat Attonitos. Jul. Firmic. l. 3. c. 5. Sed mortem nihilominus decernit biothanatam, aut repentinam, sicut apoplectici interire consueverunt.

Apopompæi Dæmones. V. in **Alexicaci** Dæmones.

Aporia, æ. [ἀπορία] Indigentia, vel dubitatio, & consilii inopia. Cic. 7. Att. 21.

Aporiatio, onis. f. Idem. Tertull. de Præscript. cap. 49. De aporiatione conceptus atque prolatus.

Aporon, [ἄπορον] Controversiæ genus inexplicabile: cujus exemplum proponitur a Gellio lib. 9. cap. 15.

Aposcŏpeyon, ontis. m. Scopum intuens: ab ἀποσκοπέω, i. e. scopum considero. Plin. l. 35. c. 11. Antiphilus laudatur nobilissimo satyro cum pelle pantherina, quem aposcopeuonta appellant. Ita Hard. Alii ἀποσκοπεῦντα.

Aposiopēsis, is. f. [ἀποσιώπησις] Figura est Rhetorica. Quintil. l. 9. c. 2. Aposiopesis, quam Cicero Reticentiam, Celsus Obticentiam, nonnulli Interruptionem appellant: est Figura sententiæ, qua sententia inchoata sic interrumpitur, ut ejus tamen intermissa pars intelligatur. Virg. 1. Æn. 135.

Quos ego: sed motos præstat componere fluctus. Cic. pro Milon. An hujus ille legis, quam Clodius a se inventam gloriatus, mentionem facere ausus esset vivo Milone, ne dicam Consule? De nostrûm enim omnium, non audeo totum dicere.

Apospasmatia, n. pl. [ἀποσπασμάτια] Fragmenta, reliquiæ. ut, Apospasmatia legis agrariæ. Cic. 2. Att. 1.

Aposphragisma, ătis. n. [ἀποσφράγισμα] Forma sigilli expressa. Plin. 10. Epist. 16. Signata est annulo meo, cujus aposphragisma quadriga. Signum insculptum interpretatur ibi Buchnerus.

Aposplēnos, i. m. Rosmarinus dicitur, Apul. de Herb. cap. 79.

Apostasia, æ. f. [ἀποστάσια] Latine Defectio, cum quis a suo duce, a sua religione, aut a suo vitæ instituto deficit, & aliud ingreditur.

Apostasium, i. n. [ἀποστάσιον] Edictum vocabatur apud Athenienses, quo cautum erat ut contumax ingratusque libertus sub mancipio esse & servire cogeretur, quoniam liber esse nescisset. Alex. ab Alex. l. 3. c. 20.

Apostăta, æ. m. [ἀποστάτης] Qui abscedit ab eo quod tuendum susceperit, i. e. Transfuga & defector. Unde Apostatas dicunt Dogmatis Evangelici proditores. Budæus.

Apostaticus, a, um. ἀποστάσιος reus, aut ad apostatam pertinens. Sedul. 5. 374. in Joan. c. 20. 1. — formidine rursus

Plebis apostaticæ, Dominum quæ cæca negasset.

Augustinus eleganter ad Lapsum humani generis transtulit Enchirid. c. 99. Universum, inquit, genus humanum tam justo judicio divino in apostatica radice damnatum.

Apostatice, Adv. Justin. 1. Cod. 1. Epist. §. 1. Contradicere Judaice & apostatice ausi sunt.

Apostăto, [ἀποστατέω] āre. Rebello, absisto, & oppugno quod antea defendebam. Cyprian. ad Corn. Eos qui velut apostataverunt, & ad seculum, cui renuntiaverunt reversi, gentiliter vivunt, vel ad hæreticos transfugæ facti, contra ecclesiam pernicialia arma suscipiunt.

Apostēma, ătis. n. [ἀπόστημα] Latine Abscessus, Suppuratio: quæ fit ex concursu mali humoris in aliquam partem corporis. Plin. l. 20. c. 33. Caro ejus interior sine semine, clavis pedum, & suppurationibus, quæ Græci vocant apostemata. Cels. lib. 2. cap. 1. Abscessus corporis, quæ apostemata Græci nominant.

Apostema, item proprie Spatium seu intervallum, quo res distant inter se significat.

Apostŏlus, i. m. [ἀπόστολος] Latine sonat Missus aut Legatus, a verbo Græco ἀποστέλλω, quod est Cum mandatis emitto.

Apostoli item dicuntur Libelli, sive Literæ dimissoriæ, quæ ab eo a quo appellatum est, ad eum qui de appellatione cogniturus est, testandæ appellationis causa dantur. l. dimissoriæ. D. de verbor. signif. & l. 1. D. de libel. dimiss.

Apostoli κατ' ἐξοχὴν vocantur viri illi duodecim, quos Evangelii per orbem universum prædicandi causa Christus ablegavit. Tertull. de Præscript. c. 20. Horum nomina recenset Lucas Act. 1. 13. omisso Juda, quibus post electum in locum istius Matthiam, tertius decimus accessit Paulus, cui ipsi quoque id nomen, præcipue tribuitur. V. Suic. Thes. Fabric. Bibl. Antiquar. c. 13. 10

Apostole, fuit Tributum, quod ad Imperatorem mittebatur a Judæis. Julian. Epist. ad Judæos. Melius vobis fieri cupiens fratrem Julium Patriarcham monui, ut missio tributi quæ vocatur Apostole, vobis remitteretur. Exactor tributi dicebatur Apostolus. l. 14. & 18. C. Theod. de Judæis. Buleng. de Vectig. cap. 54.

Apostola, æ. f. Fœmina Christum prædicans. Radulphus Ardens Homil. in die S. Pasch. p. 367. & in Vet. Chronico quod describit Silvester de Prier. in aur. ros. ser. 5. infra Oct. Paschæ, Magdalena sic loquens inducitur: Ego prædicatrix & apostola fui.

Apostolicus, a, um. Adj. ut, Symbolum apostolicum. Prudent. Hamartig. v. 522. Oris apostolici testis sententia prodit.

Apostolici viri, & interdum simpliciter, quasique substantive, Apostolici vocabantur Apostolorum fideles & constantes in Evangelio prædicando discipuli, atque adjutores. Tertul. de Præscript. adv. Hæret. cap. 32.

Apostolicus etiam usurpatur pro Papa, vel etiam pro Episcopo. Scriptor appendicis ad Eutropium, p. 163. & in epitaphio Trophimi primi Arelatensium episcopi:

Trophimus hic colitur, Arelatis præsul avitus,
Gallia quem primum sensit Apostolicum. V. Glossar. Lat. medii ævi.

Apostolatus, ûs. m. Officium apostoli. Tertul. adv. Marc. 1. 20. Petrum cæterosque columnas apostolatus, a Paulo reprehensos opponunt. Et pro Officio summi Romanorum Pontificis. Paulus Warnefr. 4. Longob. c. 30. Gregorii in locum ad apostolatus officium Sabinianus est ordinatus.

Apostrŏphe, es. f. [ἀποστροφὴ] Lat. Conversio: Figura Rhetorica est, quum sermo a recto & instituto ordine in diversum ac contrarium vertitur. Virg. 2. Georg. 170.

Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar. Idem 2. Æn. 55.
Impulerat ferro Argolicas fœdare latebras:
Trojaque nunc stares, Priamique arx alta maneret. Ex Rufin. Quint.

l. 4. 1: 9. 2. & 3. Sermo a persona judicis aversus, qui ἀποστροφὴ dicitur.

Apostrophus, i. m. [ἀπόστροφος] Lat. Aversio. & est Circuli pars dextera, sed ad summam literam consonantem apposita, cui vocalis subtracta est, & fit ita '. Hac nota deesse ostendimus parti orationis ultimam vocalem, cujus consonans remanet: ut, Tanton' me crimine dignum, pro Tantone. Sic, Ain', viden', pro Aisne, Videsne, & similia. Ex Diomede lib. 2.

Apotelesma, ătis. n. [ἀποτέλεσμα] Effectus horoscopi, h. e. Quicquid cœlum ex astrorum compositione & aspectu mutuo affectum, in natali hora cujusque efficit.

Dicuntur etiam Apotelesmata, Mathematicorum seu astrologorum responsa. Latini Prædictiones, vel Judicia vocant. Firmic. lib. 1. cap. 1. Nobis fidem suam astrologia, responsionum apotelesmatumque divinis ac manifestissimis authoritatibus comprobavit. Hinc.

Apotelesmatici post Homeri ætatem dicti sunt, qui nunc Mathematici & Chaldæi vocantur, quorum curiositas nihil reliquit quod planetarum non subjiceret potestati, ut in 1. lib. Iliad. annotavit Eustathius. Vide Voss. de Mathem. Scient. p. 203.

Apothēca, æ. f. [ἀποθήκη] Latine Repositorium: sed apud Latinos privatim pro Cella vinaria poni solet. Plin. l. 23. c. 1. Vinum si sit fumo inveteratum, insaluberrimum est, mangones ista in apothecis excogitavere. Sic idem sæpe alibi. Videtur tamen a Cella differre: ut sit Apotheca Majus quoddam repositorium: Cella vero Minus, ad usum scilicet quotidianum. Columel. l. 1. c. 8. Pars autem fructuaria, dividitur in cellam oleariam, torculariam, cellam vinariam, defrutariam, fœnilia, paleariaque & apothecas, & horrea. Cic. in Vatin. 12. Quum omnium domos, apothecas, navesque furacissime scrutarere.

Apotheca est etiam Librorum, qui commercii, aut alterius rei causa habentur, non usus, l. 12. §. 34. ff. de instr. vel instr. leg. ubi a Bibliotheca distinguitur. V. Bynckersh. Obs. Jur. Rom 3. p. 228. [Apotheca Græcis locum denotat, ubi quid, cujuscunque generis ἀποτίθεται, i. e. reponitur, conditur. V. Henr. Steph. Thes. Græc. Unde & in N. T. apud Matth. & Lucam pro Horreo frumentario ponitur. Et apud hunc quidem XII. 24. Græca, οἷς οὐκ ἔστι ταμεῖον οὐδὲ ἀποθήκη; Vulg. reddit: Quibus non est cellarium, neque horreum. An similiter ac Columella, majus repositorium a minori

nori diſtingueris. Sequiori demum ævo pro Mercatorum, ac præcipue Pharmacopolarum tabernis uſurpari cœpit. V. Du Freſne Gloſſ. Voſſ. de Vit. Serm. l. 1. c. 32.

Apothеco, āre. Fortunat. lib. 4. Carm. Quod iſte torcularet in fletu, iſte apothecaret in fructu.

Apotheōsis, is. f. [ἀποθέωσις] Latine Conſecratio, ſive (Servio interprete) Relatio inter deos, aut in divorum catalogum, quæ quibus ceremoniis apud Rom. fieri conſueverit, eleganter ſcribit Herodianus in principio lib. 4. τῆς μετὰ Μάρκον βασιλείας. V. Plin. Paneg. c. 10. 11. & Pitiſc. Lex. &, qui auctores plures indicat, Fabric. Biblioth. Antiquar. c. 8. 24. Conf. consecratio.

Apothermum, i. n. Iſicium ex nucleis & amygdalis depilatis, apud Apic. 2. 2. Ita autem dicitur, quoniam ad iſtos fructus decorticandos calida opus eſt. Sed Humelbergius legit Apodermum, quod ſit excoriatum iſicium.

Apothēsis, is. f. [ἀπόθεσις] Depoſitio, abſceſſus. Quod apud Vitruv. 4. 1. in columnis apotheſis dicitur, ibid. c. 7. Apophygis nominatur. q. V.

Apotropæi Dæmones. V. in alexicaci Dæmones.

Apoxyomĕnos, [ἀποξυόμενος] Diſtringens ſe, ἀποξύομαι enim, Diſtringor ſignificat Latine. Signum fuit, Lyſippi opus, ante thermas Agrippæ, de quo Plin. lib. 34. cap. 8.

Apozema, æ. f. [ἀπόζεμα] Decoctum, ſive Decoctionem ſignificat, a verbo ἀποζέω, fervefacio, decoquo. Sic Apozema apii, Macer. lib. 1. cap. 13. & 21. ubi Cornarius annotat, male olim lectum Apoxima. conf. Iſidor. 20. 3.

Apozymo, vel potius Apozĕmo, āre. Decocto curare. Octav. Hor. 1. 29. Vulnus tam diu apozymandum eſt, vel infundendum donec ſanguinem eliciat.

A P P

Apparatus, V. apparo, as.

Appāreo, ui, ĭtum, [φαίνομαι] ēre. Videri. Virg. 1. Æn. 118.

Apparent rari nantes in gurgite vaſto. Ubi Servius, Aliud (inquit) eſt Parêre, & aliud Apparêre. Parêre enim eſt Obedire: ut, Paret amor dictis. Apparere autem, Videri: ut 1. Georg. 404.

Apparet liquido ſublimis in aëre niſus. Et hæc obſervatio diligenter cuſtodiri debet: licet eam authores metri cauſa vel clauſulæ plerunque corrumpant. Cic. pro Flacc. 29. Siqua uſpiam navicula prædonum apparuiſſet.

Apparere, Manifeſtum & evidens eſſe. Plin. in præf. lib. 11. Quo apparuit ſummam artis ſecuritatem authori placuiſſe. Ter. Adel. 5. 9. 6. Docui, monui, bene præcepi ſemper quæ potui omnia. D. Res apparet. Dictum per ironiam.

Opera apparet. Plaut. Pſeud. 3. 2. 60. Pro pretio, facio ut opera appareat.

Promiſſa apparent. Ter. Eun. 2. 3. 18. Fac ſis nunc promiſſa appareant.

Eminere & apparere: cui contrarium Occultari, opprimi & abſcondi. Cic. pro Roſc. Amer. 121. Eſt quiddam quod occultatur: quod quo ſtudioſius ab ipſis opprimitur & abſconditur, eo magis eminet & apparet.

Apparet & Obſcurum eſt, contraria. Cic. 5. Fam. 19. Quid rectum ſit, apparet: quid expediat, obſcurum eſt.

Apparet aperte. Lucret. lib. 2. 140.

Ut apparet. Cic. pro Flacc. 38. Sive hoc Romæ confictum eſt, ut apparet: ſive miſſum domo eſt, ut dicitur.

Quum appareat. Cic. 4. Fam. 7. Quid ſentiam nihil attinet dicere, quum appareat ipſe quid fecerim.

Apparent data eſſe ut ad, &c. Cic. 3. de Fin. 23. Membra nobis ita data ſunt, ut ad quandam rationem vivendi data eſſe appareant. Appareat. H. St. emendat, quomodo & alii codd. exhibent.

Apparet atque extat utrum ſimus earum rerum rudes, an didicerimus. Cic. 1. de Orat. 72.

Ne veſtigium quidem eloquentiæ apparet in eo. Cic. de Orat. 37.

Nihil apparet in eo ingenuum, nihil moderatum. Cic. 3. Philipp. 28.

Apparet, cum præpoſitione Ex, aut ſine ea. Cic. 5. Verr. Ex quo facile apparet, quæ merces Decumani, quæ Prætoris præda eſſe videatur. Plin. l. 12. c. 2. Myrobalanum commune eſt, naſcens unguento: ut ipſo nomine apparet.

Apparet, cum oratione infinitivi modi. Ter. Eun. 3. 2. 33. Apparet ſervum hunc eſſe domini pauperis. Hic autem accuſativus ſic verti poteſt in nominativum, Hic apparet eſſe ſervus domini pauperis. [Judicium docti lectoris eſto.

Apparet ad. Varro l. 1. de R. R. c. 40. Illud quod apparet ad agricolas, id videndum diligenter. Figurate, pro eo quod eſt, Apparet agricolis.

Apparere domi. Plaut. Capt. 2. 3. 97. At ego mox apparebo domi. i. e. Adero.

Apparere in aliquo loco. Cic. pro Sylla 5. An vero in quibus ſubſelliis hæc ornamenta ac lumina Reipub. viderem, in his me apparere nollem?

Apparet, pene in eadem ſignificatione, etiam de re inanimata dictum legitur. Plaut. Amph. 2. 2. 161. Hic patera nulla in ciſtula eſt. AM. Quid ego audio? S. Id quod verum eſt. AM. At cum cruciatu, niſi apparet, tuo. h. e. Niſi extat patera. Deinde reſpondet Alcmena, Hæc quidem apparet. quaſi dicat, En adeſt ipſa.

Apparere, Adventum repentinum videtur interdum ſignificare. Cic. 10. Fam. 20. Quum equites Antonii apparuiſſent.

Apparere in ejus nomine etiam dicitur liber, Cui dedicatus publicatur. Cic. in Parad. 1. Accipies igitur hoc parvum opuſculum lucubratum jam his contractioribus noctibus, quoniam illud majorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit. Jam enim & libros de Finibus bonorum & malorum, & Quæſtiones Tuſculanas Cicero dicaverat Bruto.

Apparere, Adeſſe, præſto eſſe: dicitur de miniſtris qui magiſtratibus ſemper in conſpectu ſunt, ut de lictoribus, accenſis, &c. Cic. pro Cluent. 147. Quid ſibi autem illi ſcribæ, quid lictores, quid cæteri, quos apparere huic quæſtioni video, volunt?

Apparere alicui, eſt quod Suet. de Clar. Gramm. c. 9. dicit Apparituram facere. Liv. 2. Quatuor & viginti lictores apparere conſulibus. Valer. lib. 1. cap. 2. Proximo lictori, ut ſibi appareret, imperavit.

Apparere ad locum. Virg. 12. Æn. 851.

Hæ Jovis ad ſolium, ſævique ad limina regis
Apparent. i. e. Præſto ſunt ad obſequium. Unde etiam Apparitores conſtat eſſe nominatos. Servius.

Appāresco, ĕre. Idem. Ennod. 7. cap. 19. Appareſcere in foribus.

Apparentia, æ. f. Tertull. adv. Marc. 1. 19. extr. Ab apparentia Chriſti usque ad audaciam Marcionis. V. Firmic. 5. 8.

Apparitio, ōnis. f. [φαντασία] Viſio, viſum aliquod.

Apparitio pro Præſtatione officii, [δορυφόρησις] ſeu Præſentia ad obſequendum: cujusmodi ſolet eſſe apparitorum erga magiſtratus. Cic. 13. Fam. 54. extr. & Ulp. in l. 23. D. quod met. cauſſ. V. apparitura.

Apparĭtor, ōris. m. [κλητὴρ, δορυφόρος, ταξεώτης] Miniſter magiſtratus: ut, Lictor, Viator, Accenſus, &c. Cic. 5. Verr. 61. Apparitores a Prætore aſſignatos habuiſſe Decumanum. Idem 2. Philipp. 82. Quis unquam apparitor tam humilis, tam abjectus?

Apparitor regis. Liv. 1. 48. Fit fuga, regis apparitorum atque comitum.

Apparitoris autem nomine, Omnes intelliguntur qui magiſtratui apparere ſolent, ejusque imperio præſto eſſe, veluti Scribæ, Accenſi, Interpretes, Lictores, Viatores, Præcones. De Scribis quidem, Cic. 5. Verr. 184. Tu ex pecunia publica H-S tredecies ſcribam tuum permiſſu tuo quum abſtuliſſe fateare, reliquam tibi ullam defenſionem putas eſſe? Paulo poſt, In eadem civitate apparitori tuo eſſe conceſſum, ut H-S uno nomine tredecies auferret? De interpretibus, teſtis eſt epiſtola 55. Fam. l. 13. Quum multa mihi grata ſunt, quæ tu adductus mea commendatione feciſti: tum in primis: quod M. Marcilium amici atque interpretis mei filium liberaliſſime tractaviſti. In fine, Ego quum ante ſtudioſe commendabam Marcilium, tum multo nunc ſtudioſius, quod in longa apparitione ſingularem & prope incredibilem patris Marcilii fidem cognovi. De Lictoribus autem, 1. ad Q. frat. 1. Sit lictor non ſuæ ſed tuæ lenitatis apparitor; majoraque præferant faſces illi ac ſecures dignitatis inſignia, quam poteſtatis. Et apud Gell. lib. 2. cap. 2. ex libro Quadrigarii, Quod poſtea quam lictor ille qui apparebat, cito intellexit, Maximum Proconſulem deſcendere juſſit.

Apparitores etiam Pontificum Lictores ſunt. Fragmentum marmoris in via Appia,

APPARITORI
PONTIFICVM
PARMVLARIO.

Iidem Pontificum Calatores dicti, qui & comitia calabant, & a Pontificibus ſacra facturis præmittebantur. V. Guth. de Vet. Jur. Pontif. 11. 13. & Pitiſc. Lex.

Apparitūra, æ. [δορυφορία] Apparitio, Actus ipſe alicui apparendi. nomen ſic formatum ut Scriptura. Unde, Apparituram facere dicitur Qui eſt apparitor. Suet. de Clar. Grammat. c. 9. Orbilius apparituram magiſtratibus fecit.

Appăro, [διασκευάζω, παρασκευάζω, κατασκευάζω, ἐξαρτύω] āre. Valla lib. 5. Præparare & Apparare ita differunt: quod Præparare, eſt Ante parare ſibi quæ utilia ſunt, aut fore credit: Apparare, Ad dignitatem quandam, ac verius pompam. Ideoque oratores præparant, quibus obtinere cauſam poſſint. Cic. 3. Off. 58. Erat opipare a Pythio apparatum convivium.

Aggerem apparare. Cæſ. 7. Bell. Gall.

Bellum. Cic. pro Lege Manil. 35. Pompeius extrema hyeme bellum apparavit.

Cœnam. Ter. Heaut. 1. 1. 74.

Convivium. Ter. Adel. 5. 9. 8. Et Cic. 6. Verr. 44. Ornare & apparare convivium.

Crimina apparare in aliquem. Cic. 2. Q. frat. 3.

Crimina inſonti. Sen. Hippol. 6.

Fabricam. Plaut. Pœn. 5. 2. 139. Nunc hoc conſilium capio: & hanc fabricam apparo. i. e. Hanc fallaciam paro. quaſi magno cum molimine & apparatu.

Fugam. Hirt. de Bell. Alex.

Iter. Cic. pro Milon. 29. Qui illud iter ad cædem faciendam apparaſſet.

Ludos. Cic. 3. Q. frat. 8, Ludos apparat magnificentiſſimos: ſic inquam, ut nemo ſumptuoſiores.

Nuptias. Ter. And. 4. 1. 43.

Prandium. Plaut. Men. 2. 1. 13.

Apparare, pro Parare. Plaut. Epid. 3. 2. 18. Nunc iterum ut fallatur pater, tibique auxilium apparetur. Sic, Apparare præſidium apud eund. in Rud. 3. 3. 21.

Apparatus ſum, ut videtis. Plaut. Merc. 5. 2. 10.

Apparare, cum infinitivo. Plaut. Aſin. 2. 4. 28. Vah delenire apparas. pro Paras.

Apparare animum, pro Præparare. Ut, Cic. 1. ad Heren. 4. Per quod animus auditoris vel judicis conſtituitur, vel apparatur ad audiendum.

Apparatur, imperſ. Ter. Eun. 3. 5. 35. Dum apparatur, virgo in conclavi ſedet. i. e. Dum fit ejus rei apparatus. De balneo loquitur.

Apparatus, a, um. Partic. [παρασκευαστός] Unde Apparatior, & Apparatiſſimus. Cic. 7. Fam. 1. Ludi apparatiſſimi, ſed non tui ſtomachi.

Domus inſtructa & apparata omnibus rebus. Cic. 1. de Invent. 58.

Apparatus & meditatus. Cic. 1. de Legib. Atque ad illam cauſarum operam, ad quam ego nunquam niſi apparatus & meditatus accedo.

Oratio apparata, & apparata verba. Cic. 1. ad Heren. 11. Ut non apparata oratio eſſe videatur. Ibid. Item vitioſum eſt, quod nimium apparatis verbis compoſitum eſt. Utrobique loquitur de Exordio ſeu Procemio vitioſo.

Apparate, [παρεσκευασμένως] ius, iſſime. Adv. qualitatis. Cic. 13. Att. 50. Itaque & edit & bibit ἀδεῶς, & jucunde: opipare, ſane, & apparate. Liv. 1. Bell. Maced. Ludi magnifice apparateque facti. Plin. lib. 1. Epiſt. 15. ad Erutium, Potes apparatius cœnare apud multos, nusquam hilarius, ſimplicius, incautius. ſubaud. Quam apud me.

Apparātus, ûs. m. [παρασκευὴ] Cic. 3. de Orat. Illa quæ in apparatu fori, appellantur inſignia.

Apparatus, & ornatus. Cic. in Vatin. 31. Sed omitto epulum, Pop. Rom. feſtum diem, argento, veſte, omni apparatu ornatuque viſendo.

Magnifici apparatus. Cic. 1. Off. 25. V. magnus.

Minorem apparatum habentia præcepta dicendi. Cic. de Clar. Orat. 263.

Nullo apparatu, pure & dilucide dicere. Cic. 1. de Orat. 229.

Apparatus Perſicus. V. PERSIA.
Belli apparatus. Cic. 4. Acad. 3. De hoc autem Valla lib. 5. Apparatus (inquit) videtur interdum ſignificare & apparatum ipſum, & præparationem: ut Apparatus belli, quaſi Præparatio.
Epularum apparatus. Cic. in Brut.
Triumphi apparatus. Cic. 6. Att. Dices nummos mihi opus eſſe ad apparatum triumphi.

APPARATIO, ōnis. f. [παρασκευή] Idem. Cic. 2. Off. 56. Eſt enim multus in laudanda magnificentia, & apparatione popularium munerum. Idem 1. de Invent. Propterea quod ex his ſuſpicio quædam apparationis, atque artificioſæ diligentiæ naſcitur.

APPARATOR, ōris. m. ut, Apparatores ludi. Liv. 44. 9.

APPARATORIUM, i. n. Inſcriptio vetus, HOC ADPARATORIVM PERTINET AD MONVMENTVM C. AQVILI DIONYSI, &c. apud Reineſ. p. 818. quem hic interpretantem invenies, de Loco ubi rogus apparatus fuit. Huic contrarius Fabrettus Inſcript. p. 232. aſſerit, Apparatorium Ædificium aliquod ſepulcro annexum fuiſſe, ad luſtrationem ſepulcri & cœnas ſociales paratum.

APPELLO, [προσαγορεύω, κλήζω] āre. ex Ad, & Pello, is; mutata conjugatione: proprie ſignificat Nominare, i. e. Nomen imponere. Cic. pro Cæcin. 54. Utimur eodem jure in ædibus, quæ in lege non appellantur.
Appellare nutu & ſignificatione. Cic. 1. Fam. 9. Quidam homines, & iidem illi, quos ſæpe nutu ſignificationeque appello.
Appellare, Dicere. Cic. in Læl. Nec dubitare illum in omni ſermone appellare ſapientem.
Appellare & exiſtimare. Cic. in Læl. Unum te ſapientem appellant, & exiſtimant.
Appellare, Vocare. Plaut. Trin. 4. 2. 82. Si appellaſſes, reſpondiſſet nomine.
Appellare nomine vel nominatim. Cic. 7. Verr. 63. Appellabantur a multitudine mulieres nominatim. Cic. 4. Acad. 1. Me autem nomine appellabat. Idem 9. Fam. 22. Placet Stoicis ſuo quamque rem nomine appellare.
Appellare nomine, aliter. Cic. pro Cæcin. 55. Servos non numero diſtinguunt, ſed appellant uno familiæ nomine.
Appellare nomine, adhuc aliter. Cic. pro Cæcin. 55. De liberis quisquis eſt, procuratoris nomine appelletur.
Nomen appellare. Cic. de Univerſ. 29. Cæterorum ſiderum ambitus ignorantes homines præter admodum paucos, neque nomen appellant, neque inter ſe numero commetiuntur.
Nomen mortui viri cum lacrymis identidem appellare. Cic. 2. de Invent. 78.
Appellare authores. Plin. lib. 28. cap. 1. Fides tantum authores appellet. h. e. Fides ſit penes authores. Non enim hic fidem meam obſtringo, ſed ad authores relego lectorem.
Appellare, Alloqui, & verba cum aliquo facere. Plaut. Pœn. 5. 2. 30. Vin' ut appellem hunc Punice? i. e. Punico ſermone eum alloquar. Eſt autem ejus qui verba prior facere incipit. Cic. 1. Philipp. 31. Te autem M. Antoni abſentem appello. Ex Budæo.
Appellare, Familiariter reſpondere, interprete Nonio. Lucil. lib. 27. Quum mei me adeunt ſervuli, non dominam ego appellem meam?
Appellare & interpellare. Cic. 2. Q. frat. 9. Tu vero ut me & appelles & interpelles, & obloquare & colloquare velim.
Appellare blande. Plaut. Caſin. 2. 3. 12. Blande hæc mihi (mala res) appellanda eſt uxor mea, Mea amœnitas, quid tu agis? Cic. pro Cluent. 72. Appellat hilari vultu hominem Balbus, ut blandiſſime poteſt.
Aſperius aliquem. Cic. contra Rull. 62.
Comiter unumquemque appellare. Cic. 13. Philipp. 4.
Honorificentiſſime aliquem. Cic. 6. Fam. 6.
Superbius aliquem. Cic. pro Lege Manil. 11.
Appellare de re aliqua, in eodem ſignificatu. Plaut. Aul. 2. 2. 23. Eſt quod te volo de communi re appellare mea & tua. quaſi dicat, Tecum agere.
Appellare literis quempiam, quaſi Alloqui per literas. Cic. 15. Fam. 20. Quo tolerabilius feramus igniculum deſiderii tui, crebris nos literis appellato. i. e. Sæpe ad me ſcribito.
Appellare, interdum eſt Nomen alicujus efferre & prodere. Cic. 3. Verr. De quo judicio ſi velim dicere omnia: multi appellandi, lædendique ſunt. i. e. Nominatim prodendi.
Appellare, pro Interpellare: ut Tacitum aut legentem appellare. Hor. 1. Serm. 3. 63.

Simplicior ſiquis, (qualem me ſæpe libenter
Obtulerim tibi Mæcenas) ut forte legentem,
Aut tacitum appellet: quovis ſermone moleſtus, &c.

Cic. in Brut. 18. Videor enim jam te auſurus appellare, quoniam longo intervallo modo primum animadverti paulo te hilariorem. Lambin. Quidam Impellat legunt in Horatio, ſed mendoſe.
Appellare aliquem, pro In judicium vocare. ut, Appellare aliquem de aliqua cauſa. Cic. 1. Off. 89. Cavendum eſt etiam ne iiſdem de cauſis alii plectantur, alii ne appellentur quidem.
Appellare aliquem in litibus æſtimandis. Cic. pro Rabir. Poſth. 9. V. loc.
Fœminam appellare de ſtupro. Quintil. lib. 4. cap. 2. p. 343. Burm.
Appellare virginem vel matremfamiliâs, eſt Blanda oratione pudicitiam ejus attentare. Ulp. l. Item apud Labeonem. D. de injuriis.
Appellare, cum infinitivo. Liv. 1. Decad. l. 3. Virgini, &c. manum injècit, ſerva ſua natam, (ſervamque appellans) eſſe. [Si ſic diſtinguas, non eſt cum inf.
Appellare, Creditoris eſt debitum flagitantis a debitore. Cic. pro Quint. 39. Biennio jam confecto fere, appellas. Idem 1. Att. 6. Tulliola deliciæ noſtræ tuum munuſculum flagitat: & me ut ſponſorem appellat. [V. mox quæ ex Quintil. H. St. attulit. Translate eleganter Plin. de Alvo l. 26. c. 8. Peſſimum corporum vas, inſtat ut creditor, & ſæpius die appellat.
Appellare de pecunia aliquem. Cic. 2. Philipp. 71. Appellatus es de pecunia quam pro domo, pro hortis, pro ſectione debebas.
Appellarre ad diem & horam. Sen. 1. de Benef. cap. 2. Nec avarus exactor ad horam & diem appellat.
Appellari pecunia. Quintil. l. 5. c. 13. Eras hæres & pauper, & magna pecunia appellabaris creditoribus. [H. St. addit præpoſitionem h. l. De pecunia. Fortaſſis ſcripſit Fabius Magnæ pecuniæ, ut Nomine ſubaudiatur, ſitque conſtructio ſimilis, ac in Arceſſo, aliisque id genus verbis, Græcorum imitatione, cum genet. Idem quædam ex Seneca in ſumma p. annotarat, quæ bibliopegi cultro ablata fuerunt, duobus duntaxat his vocabulis reliquis: De Benef. c. 22. Suſpicor, ex duobus ſubjectis locis alterutrum fuiſſe. Senec. de Benef. l. 5. c. 22. Segnes & tardi, lenta nomina, non mala. Hos ego non appellabo, ſed commonefaciam, & ad officium aliud agentes educam. forte Reducam. Idem l. 7. c. 22. Quod debes, quære cui reddas: Et ſi nemo poſceret, ipſe te appella. Adſcripſit & hæc verba: Appellare Declam CCLXXXIII. Puto Quintiliani Decl. 273. indicare voluiſſe, ubi de Debitore ac Sponſore appellato. Vis ſcire, quam ſponſorem appellare non poſſis? debitorem appellare non potes.
Appellare ſolum. Plin. l. 16. c. 33. h. e. Terram, velut debitricem, cultura ſolicitare, ut fructum pariat. Emicat illa vero, etiam non appellato ſolo, ac ſponte. de Cupreſſu.
Appellare, Auxilii gratia quempiam implorare. Cic. pro Milon. Vos, vos appello fortiſſimi viri, qui multum pro Repub. ſanguinem effudiſtis: vos in viri, & in civis invicti appello periculo, centuriones, vosque milites.
Appellare, & implorare. Cic. pro Quint. 94. Quid agendum eſt? qui deus appellandus eſt? cujus hominis fides imploranda eſt?
Aliquem vultu appellare. Cic. pro Flacc. 106. Me vultu appellat, meam quodammodo flens fidem implorat.
Deum uſurpare & appellare. Cic. de Univerſ. 35. Jovem atque Junonem reliquos fratres inter ſe, agnatosque uſurpare atque appellare ſolemus.
Deum appellare, Teſtari deum. Cic. ad Octav. Nam per deûm immortalium fidem (niſi forte fruſtra eos appello, quorum auris, atque animus a nobis abhorret) perque Fortunam populi Romani, &c.
Appellare aliquem victorem, Pronuntiare. Virg. 5. Æn. 540.

Et primum ante omnes victorem appellat Aceſten.

h. e. Eum victorem pronuntiat.
Regem. Cic. 5. Att. 17. Deiotarus filius, qui rex ab ſenatu appellatus eſt. [Morem ſolennem reſpicit, quo bene meriti de pop. Ro. dynaſtæ, Reges & Amici ac Socii a S. P. Q. R. vel per provinciarum præſides, vel per propterea miſſos legatos, appellari conſueverunt. Quem honorem multi quoque reges ingenti pecunia ab Romanis principibus redimebant V. Liv. l. 31. c. 11. ſub fin. Cæſ. de Bell. Gall. 1. c. 43. pr. & Civ. 1. 4. Sall. Jug. c. 65. Cic. de Har. Reſp. 29. ad Fam. 2, 17. & 15, 2. Pro l. Manil. 12. ibidemque Urſin. &, qui unus omnium inſtar eſſe poteſt, Ez. Spanhem. de Præſt. Num. Diſſ. 8. S. 4. Infra APPELLATIO. Sicut autem regibus hoc ipſo Regio nomine patrocinium ſuum & amicitiam Romani deferebant, ita liberos populos Socios & Amicos, itemque Fratres ac Conſanguineos appellare honoris cauſa conſueverant, fœdere antiquitus junctos V. Cæſ. de Bell. Gall. l. 33. Strab. l. 4. de Æduis, Tac. 11. Ann. 25. Eumen. Paneg. Flav. nom. c. 2. & Interprett. ad ſing. loca. conf. FRATER.
Appellare literas ſuaviter, i. e. Literas neque putidius neque obſcurius, ſed dulci ſono exprimere, ita ut neque expreſſæ nimium, neque oppreſſæ ſint. Cic. in Brut. 133. Fuit in Catulo ſermo Latinus: quæ laus dicendi non mediocris, ab oratoribus plerisque neglecta eſt: Nam de ſono vocis, & ſuavitate appellandarum literarum, quoniam filium cognoviſti, noli expectare quid dicam. Idem de Catulis ambobus ſcribit Cic. 1. Off. 133.
Appellare, eſt A ſententia inferioris judicis ad ſuperiorem provocare: aut etiam extra judicium implorare ſuperiorem poteſtatem in injuria, quæ fit nobis ab inferiore magiſtratu. Ulp. l. 1. D. de appellation. Qui appellat, majorem judicem debet appellare. Semper autem conjungitur accuſativus, idque vel ſine præpoſitione, vel ea interveniente. Cic. pro Planc. 24. Appellavi populum: tribubus ſubmiſi me. Liv. 2. 55. Ad Voleronem lictor miſſus eſt a Conſulibus. Volero appellat Tribunos.
Appellare ad Tribunos. Cic. 13. Att. Ad tribunos quod appelles, valde probo. Aliquando additur ejus perſona, a qua appellatum eſt. Cic. pro Quint. 64. Cujus procurator a Prætore ad Tribunos appellare auſus. Veteres libri non agnoſcunt Ad. Quintil. l. 11. c. 1. Modo & apud eos, a quibus appellatum erit, ſi forte ad eosdem remittentur, adjicienda ratio. V. & PROVOCARE ſ. l. & mox APPELLATIO.
A literis pridem ſibi editis appellare. Macer in l. ult. D. quando appelland.
A ſententia appellare. Paulus in l. ult. D. Quæ ſenten. ſine appellat. reſcin.
Ab exſecutore ſententiæ appellare non licet. ſed ab eo qui male ſententiam jam interpretari dicitur, appellare licet. Macer l. 4. D. de appellation.
Adverſus aliquem appellare. Paulus l. 1. D. An per al. cau. appell. red. poſſ.
Alieno nomine appellare. Ulp. l. 1. §. Tutores. D. quando appellan.
Contra adverſarium appellare. Ulp. l. 3. D. de appellation.
Contra prolatam ſententiam injuſtam appellare. Modeſtinus in l. præſes, D. de re judicat.
Ex ſententia aliqua appellare. Modeſtinus in l. Si expreſſum. D. de appellation.
Fruſtra appellare. Ulp. l. 1. §. ſiquis tutor. D. quando appell.
In aliena cauſa ei, qui in judicio expertus non eſt, appellare non liceat. Macer in l. 2. D. quando appellan.
Non juſte appellare. Papyrius in l. imperatores. D. de appellation.
Per procuratorem appellare. Macer l. 4. D. de appellation.
Procuratorio nomine appellare. Macer in l. 2. D. quando appellan.
Pro hac cauſa appellare. Macer in l. 1. in fine. D. quæ ſentent. ſine appellat. reſcin.
Viva voce apud acta appellare. Macer l. 2. D. de appellation. & Martianus in l. A ſententia. eod. tit.
De tempore appellandi a jure antiquo conſtituto V. Piciſc. Lex.
Appellare pro Applicare, apud vetuſtiſſimos. Afranius apud Nonium, 4. 12. V. APPELLO, ĕre.

APPELLATUS, a, um. ut, Rex appellatus. Nepos 18. 13. 2.

APPELLATIO, ōnis. f. [προσηγορία] Sæpius idem quod Nomen ſignificat. Plin. l. 7. c. 13. Metellus Macedonicus quum ſex liberos relinqueret, undecim nepotes reliquit: nurus vero generosque, & omnes qui ſe patris appellatione ſalutarent, viginti ſeptem.
Ignominioſa. V. IGNOMINIA.
Probroſa appellatio. Gell. lib. 1. cap. 5. Maledictis appellationibusque probroſis jactatus eſt.
Appellationes navium & telorum vocabula. Gell. 10. 25. ubi vides, Appellationem & Vocabulum ſynonyma haberi; cum tamen alii inter hæc duo diſcrimen fecerint, dixerintque Vocabula nomina eorum eſſe, quæ corpus & ſpeciem habeant: Appellationes contra, quæ non habent; de quo Quintil. 1. 4. p. 46. & ibid. p. 49. Appellationes verbi ſunt nomina a verbis derivata. Et exiſtimavit Heraldus, ut Caſaubonus notat huc reſpexiſſe Cæſarem illo dicto, quo, Nihil eſſe temp. appellationem modo, ſine corpore & ſpecie, pronuntiavit, ut Sueton. in ejus vita cap. 77. refert.
Regum appellationes venales erant: ſervorum omnium vicatim celebrabatur tota Urbe deſcriptio. Cic. pro Domo ſua, 129. Ubi Græv. V. & paulo ſupra Appellare Regem.
Appellatione eadem ſignare. Quintil. lib. 4. 1.

Appellatio item eſt, Provocatio a minore judice ad majorem. Plin. l.6.c.22. Nec niſi plurium ſententia quenquam capite damnari: ſic quoque appellationem eſſe ad populum. V. in ipſo verbo paulo ſupra.

Appellatio Tribunorum. Cic. pro Quint. 65. Videturne interceſſiſſe appellatio Tribunorum, non more, ſed auxilii cauſa? Quo loco Turnebus, Appellantur Tribuni (inquit) more & inſtituto, & exemplo, quum eorum interceſſio poſtulatur, ſiquid inique a Prætore, verbi gratia, decernatur: at quum auxilii cauſa appellantur, id vero non fit more in cauſis: quia qui id facit, de cauſa ſua cognoſci non vult. Qui autem auxilii cauſa Tribunos appellabat in litibus, is ſe æquo judicio certare non poſſe clamabat. Objicit Vatinio Cicero quod appellarit Tribunos, ne cauſam diceret. Aſconius Antonium dicit appellaſſe Tribunos ne cauſam diceret, juraſſeque ideo ſe ejerare, quod æquo jure uti non poſſet.

Admittetur ejus appellatio. Ulp. in l. Si cujus. D. de appellation. recipiend.

Cognoſcere de appellatione. l. unic. D. de libel. dimiſſor.

Denegare auxilium appellationis. Scævola in l. ult. D. de appellation.

Exſequi appellationem, i. e. Perſequi. Scævola in l. negotiorum. D. de appellation.

Explicare appellationem. Scævola in l. negotiorum. D. de appellat.

Evaneſcit appellatio. Macer D. Si penden. appellat. Appellatore defuncto, ſiquidem ſine hærede, cujuſcunque generis appellatio fuerit, evaneſcit.

Fiat ab ipſo appellatio. Ulp. 1. §. Sed etſi. D. quando appellan.

Interponere appellationem. Scævola in l. ult. D. de appellation. & Ulp. in l. Quum ex cauſa. eod. tit.

Pendet appellatio, & Pendente appellatione. Papyrius in l. Imperatores. D. de appellation.

Peragere appellationem, i. e. Perſequi. Macer D. ſi penden. appellat. Quod ſi appellatori hæres extiterit: cogendus non eſt peragere appellationem.

Perſequi cauſam appellationis. Paulus in l. penult. D. de appellat.

Probare merita appellationis. in l. penult. D. de appellation.

Pronuntiare de appellatione. Ulpian. D. nihil innova. appellation. interpo.

Recipere appellationem alicujus. Macer l. 4. D. de appellat. recip.

Reddere cauſas appellationis. Scævola in l. ult. D. de appellation.

Remittitur neceſſitas appellationis, quum contra ſacras conſtitutiones judicatur. Macer in l. 1. D. quæ ſentent. ſine appellat. reſcin.

Uti auxilio appellationis. Macer in l. Servi. D. de appellation.

APPELLATIVUS, a, um. [προσηγορικός] Adj. eſt fictum a Grammaticis: ut quum dicunt Appellativum nomen. Priſcian. l. 2. Appellativum nomen naturaliter commune eſt multorum, quos eadem ſubſtantia, ſive qualitas, vel quantitas generalis vel ſpecialis jungit. Generalis; ut, Animal, corpus, virtus. Specialis; Ut, Homo, lapis, grammaticus, albus, niger, magnus, brevis.

APPELLATOR, ōris. m. [ἐπικεκληκὼς] Qui appellavit: h. e. Qui ab aliquo judice ad alium provocavit. Cic. 6. Verr. 145. Quæſtor Prætorem appellat. Et paulo poſt, Quo quidem die nihil ægrius factum eſt multo labore meo, quam ut manus ab illo appellatore abſtinerentur.

APPELLATORIUS, a, um. Adj. Quod ad appellationem pertinet. ut, Libelli appellatorii. Ulp. l. 1. §. ult. D. de appellat.

Tempora appellatoria. Tempora illa dicuntur intra quæ appellatio interponi poteſt. l. ſi cujus. D. de appell. recipiend.

APPELLĬTO, [ἐπικαλέομαι] āre. Feſtus, Appellitaviſſe (inquit) pro Appellaviſſe. Apul. Apol. p. 270.

APPELLO, ŭli, ulſum, [ὁρμίζω, προσορμίζω, κατάγω] ĕre. Proprie dicitur, Quum ex pelago aut freto quis ad littus acceſſerit, ait Donatus. Eſt autem verbum activi generis: & proprie dicimus, Navis appulſa eſt, non autem appulit: ſed, Homo aut ventus navem appulit. Author Laur. Valla in Poggium. Cic. 7. Verr. 86. Poſteaquam paulum provecta claſſis eſt, & Pachynnum quinto die denique appulſa eſt. Ibid. Appellitur navis Syracuſas.

Appellere navem aut claſſem ad locum aliquem. Cic. 3. de Nat. Deor. Qui quum ad Peloponneſum claſſem appuliſſet.

Appellere, interdum videtur abſolute poni. Liv. 8. Eo anno Alexandrum Epiri regem in Italiam claſſe appuliſſe conſtat. Quintil. l. 7. c. 4. Pater ejus a transmarina peregrinatione, quum ad littus idem appuliſſet: lecto nomine ſuſpendit ſe. In priore poteſt ſubaudiri Se accuſativus: in poſteriore vero Navem aut Se. Sed utcunque eſt, honeſta eſt hujuſmodi loquutio. V. omnino Perizon. ad Sanctii Minerv. l. 4. c. 4. n. 73.

Appellit ſe homo. Ter. And. 4. 6. 12. Haud auſpicato huc me appuli. Verba ſunt Critonis, qui navi Athenas venerat.

Appellere aliquem alicui loco. Virg. 3. Æn. 715.

Hinc me digreſſum veſtris deus appulit oris. pro Ad veſtras oras.

Ad ſcopulos, dictum per metaphoram. Cic. pro C. Rabir. 25. Nec tuas unquam rationes ad eos ſcopulos appuliſſes, ad quos Sexti Titii afflictam navem, & in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres.

Ad aliquem. Cic. 1. de Divin. 44. Viſus eſt in ſomnis paſtor ad me appellere. ſubaudi Gregem.

Appellere, Applicare, admovere. Cæſ. 1. Bell. Civil. 26. Contra hæc Pompeius naves magnas onerarias, quas in portu Brunduſino deprehenderat, adornabat. Ibi turres cum ternis tabulatis erigebat: eaſque multis tormentis, & omni genere telorum completas, ad opera Cæſaris appellebat: ut rates perrumperet, atque opera diſturbaret.

Ad aquam animalia, i. e. Potum agere. Varro 2. de R. R. cap. 5. Æſtate ad aquam appellendum bis, hyeme ſemel. i. e. Appellendæ ſunt. Sic enim fere Varro loquitur. Eſt autem illud de vaccis dictum.

Appellere animum ad aliquid. Ter. prol. And. 1. Animum ad ſcribendum appulit. h. e. Adhibuit, adjunxit, applicuit: quod eſt Se ad ſcribendum contulit.

Ad uxorem animum appulit. Ter. And. 2. 6. 15.

Mentem ad philoſophiam. Cic. 2. de Orat. 154. Timide tanquam ad aliquem libidinis ſcopulum, ſic tuam mentem ad philoſophiam appuliſti.

Aliquem ad aliquem vel aliquid. Plaut. Rud. 4. 3. 104. Ad ignotum arbitrum me appellis. Videtur antique dictum pro Cogis, compellis, adducis. Idem Aſin. 2. 3. 43. Argenti viginti minæ, me ad mortem appulerunt. quaſi dicat, Pene ad mortem uſque me compulerunt.

APPULSUS, a, um. Partic. [προσορμισθεὶς] ut, Appulſæ aquæ. Cic. 7. Verr. 51. Ut eos qui eſſent appulſi navigiis interficere poſſent.

APPULSUS, ûs. m. [προσόρμισις] eſt Acceſſus qui fit navigio. Liv. 7. Bell. Pun. Ut Attalum, quem claſſe Eubœam petiturum audierat, portubus ab littorum appulſu arceret. i. e. Ut prohiberet eum, ne ad portus aut littora claſſem appelleret.

Appulſus Solis, per metaph. pro Solis acceſſu, cui opponitur Abſceſſus Solis. Cic. 1. de Nat. Deor. 24. Atque terræ maximas regiones inhabitabiles incultaſque videmus: quod pars earum appulſu ſolis exarſerit, pars obriguerit nive, pruinaque, longinquo ſolis abſceſſu. Sic, Appulſus caloris & frigoris.

APPENDO, di, ſum, [ἀρτάω, προσαρτάω, ἐξαρτάω, κρεμάζω] ĕre. Verbum activi generis; Suſpendere. Plin. Atque uvas jam maturas ad Solem appendere. Valla lib. 5. Appendere, eſt tum Suſpendere (ut notum eſt) ut Appendi uvas: tum ad Lancem, ſtateramve ponderare.

Appendo aurum vel pecuniam. [ταλαντεύω, ἵστημι] Cic. 6. Verr. 56. Aurificem juſſit vocari in foro, ad ſellam Cordubæ: & ei palam appendit aurum. Idem 2. Philipp. 97. Ut jam appendantur, non numerentur pecuniæ.

Annumerare & appendere. Cic. pro Roſc. Amer. 114. Tibi optima fide ſua omnia conceſſit, annumeravit, appendit.

Appendere mutuo, pro Dare mutuo. Plin. lib. 9. cap. 55. Sex millia numero murænarum mutuo appendit.

Appendere per metaphoram translatum ad incorporea. Cic. de Opt. Gen. Orat. 14. in prooemio orationum Æſchinis ac Demoſthenis, quas ipſe tranſtulit. Non enim verba me annumerare lectori putavi oportere, ſed tanquam appendere. Ex Valla, lib. 5.

APPENSUS, Partic. [προσηρτημένος] Suſpenſus. Cic. 5. Tuſc. 62. In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari ſeta equina appenſum demitti juſſit. alii legunt Aptum.

Appenſum aurum. Liv. 5. 38.

APPENSUS, ûs. m. Apul. de Mundo, p. 235. Ætheris menſu appenſuque diſtincta eſt natura.

APPENDIX, ĭcis, al. īcis. f. [ἀποφυὰς, προσθήκη] proprie Ædificium quod alteri adjungitur, & quaſi appenditur: cujuſmodi formam ante ædium Tabernas, aut Officinas videmus. Feſtus, Ampendices dicebantur ab antiquis, quod circumpenderent: quas nunc Appendices appellamus.

Appendix per metaphoram dicitur, Quod alii eſt adjunctum, quaſi ex alio pendeat. Cic. in Hortenſ. Vidit enim, quod videndum fuit, appendicem animi eſſe corpus: nihilque eſſe in eo magnum. Hæc Nonius. Budæus, Appendix dicitur quicquid ita accedit rei, ut pars ejus ſit, aut rei hæreat, ut uva in vite. Varro primo de R. R. cap. 16. Relinquitur altera pars, quæ extra fundum eſt: cujus appendices vehementer pertinent ad culturam, propter affinitatem.

Appendix, dictum in acie militari. Liv. 21. 5. In ripa elephantos ante quadraginta diſpoſuit. Carpetanorum cum appendicibus Olcadum Vacceorumque centum millia fuere. Appendices dixit, quaſi Milites additos ad juſtum aliorum numerum.

Appendix, Spina. Plin. l. 24. c. 13. Spina eſt appendix appellata, quoniam baccæ puniceo colore in ea appendices vocantur. Plura apud eundem.

De quantitate penultimæ in obliq. caſib. V. Borrich. in Cogit. p. 310. & Analect. part. 2. p. 30. ſeq. qui producendam eſſe contra vulgarem uſum contendit.

APPENDICŬLA, æ. f. [προσθηκίδιον] Cic. pro Rabir. Poſth. 8. Eſt enim hæc cauſa, quo ea pecunia pervenerit, quaſi quædam appendicula cauſæ judicatæ, atque damnatæ.

APPĔTO, īvi, & ii, per ſync. ītum, [ὀρέγομαι, ἐφίεμαι, ὀργάω] ĕre. Vehementer aliquid cupere, deſiderare. Stat. 1. Theb. 235.

— & immeritæ gremium inceſtare parentis Appetiit.

Cupide appetere agros alienos. Cic. pro Roſc. Amer. 50.

Nihil ſibi appetit præcipue Pompeius. Cic. 2. contr. Rull. 60.

Appetere & depoſcere: cui Recuſare contrarium eſt, vel Abnuere. Cic. 3. Philipp. 33. Id non modo non recuſem, ſed appetam etiam atque depoſcam. Sen. Thyeſt. 5. Nec abnuendum, ſi dat imperium Deus: nec appetendum.

Appetere & Declinare, vel Refugere, contraria. Cic. 3. de Nat. Deor. 33. Appetuntur autem quæ ſecundum naturam ſunt, declinantur contraria: & omne animal appetit quædam, a quibuſdam refugit.

Appetere alicui, & Reſervare, veluti oppoſita. Cic. 6. Verr. 121. In hac partitione ornatus, non plus victoria Marcelli Populo Romano appetivit, quam humanitas Syracuſanis reſervavit. Appetivit, h. e. Acquiſivit. [Immo potius Acquirere ſtuduit, cupivit.

Amicitiam appetere. Cæſ. 1. Bell. Gall. 40.

Bona. Cic. 4. Tuſc. 13. Quoniamque ut bona, natura appetimus: ſic & a malis, natura declinamus.

Inimicitias. Cic. pro Milon. 101. Ego inimicitias potentum pro te appetivi.

Laudem. Cic. 6. Verr. Non alienam mihi laudem appeto. Sic, Appetere gloriam, apud eundem.

Mortem. Cic. de Senect. 62.

Regnum. Cæſ. 7. Bell. Gall. cap. 4. Et eam ob cauſam, quod regnum appetebat, ab civitate erat interfectus. Cic pro Domo ſua 101.

Voluptatem. Cic. 1. de Fin. 51. Omne animal, ſimul atque natum eſt, voluptatem appetit.

Appetere ad. Cic. 2. de Legib. 152. Qui ſit quod ad jus pontificium, civile appetatis, quæro.

Appetere ſibi aliquid de. Cic. 3. de Orat. 126. Quantum illi ipſi oratores de præclariſſimis artibus appetiverint.

Appetere quidpiam in aliqua. Martial. lib. 1. 11.

Adeone pulchra eſt? imo fœdius nil eſt:
Quid ergo in illâ appetitur, & placet? tuſſit.

Appetere, pro Deſiderare. Hirt. de Bell. Alex. 39. Neque ſe tuto diſceſſurum arbitraretur: ſi conditiones quas rejecerat, rurſus appeteret.

Appetere per avaritiam. Cic. pro Roſc. Com. 55. Et Roſcium quicquam per avaritiam appetiſſe.

Europam appetere conatur. h. e. Pervenire in Europam. Cic. Ep. ad Brut. 2. Adeone copiis abundat, ut is qui ex Aſia fugere dicebatur, Europam appetere conetur? [i. e. Invadere, occupare, vel potiri.

Appetere, ad alterius perniciem interdum refertur, quod uſitatius dicitur Petere, invadere, aggredi: ut, Appetere vitam hominis: i. e. Conari eum perdere, ſeu interficere. Cæſ. 2. Bell. Civil. c. 35. Humerum apertum gladio appetit. Liv. 7. ab Urbe, Sed quotieſcunque certamen initum eſt, levans ſe alis, os oculoſque hoſtis, roſtro & unguibus appetit.

Appetere dextram oſculis, Oſculari. Plin. lib. 11. cap. 45. Ineſt & aliis partibus quædam religio, ſicut dextra oſculis adverſa appetitur, in fide porrigitur.

Appetere aliquid manibus, eſt Conari aliquid manibus apprehendere. V. APPETITIO.

Mammam Cic. 2. de Divin. 85. Puer Juppiter cum Junone in gremio Fortunæ ſedens, mammam appetens, &c. Sic

Mare

Mare terram appetens. Cic. 2. de Nat. Deor. 100.
Appetere genas ungue. Ovid. 3. de Arte Am. 568.
Nec dominæ teneras appetet ungue genas.
Oculos. Tibull. lib. 1. 6. 70.
Appetere, neutral. relatum ad tempus, pro Appropinquare, instare, adventare Liv. 5. Bell. Pun. Comitiorum consularium jam appetebat tempus.
Dies judicii appetebat. Plin. lib. 5. Epist. 1.
Fata Veiorum appetebant. Liv. 5. alii Veios: Gronov. Veiis.
Meridies appetit. Plaut. Most. 3. 1. 119.
Nox appetit. Liv. 5. Tacit. 2. Hist. 19.
Propinqua partitudo cui appetit. Plaut. Aulul. 1. 1. 36. i. e. pariendi tempus.
Appeti, pass. Cic. de Senect. 63. Salutari, appeti, decedi.

APPĔTENS, Partic. [ὀρεγόμενος] Salust. in Catil. Alieni appetens, sui profusus.
Edendi appetens. Gell. lib. 16. cap. 3.
Gloriæ appetentes. Cic. pro Lege Manil. 7.
Homo non cupidus, neque appetens. Cic. 2. contr. Rull. 20.
Luce adpetente, i. e. appropinquante, sub lucem. Tacit. 4. Ann. 5. 11.
Homo hominum appetens. Cic. 2. de Fin.
Homo tui appetentissimus, i. e. Cupientissimus. Plin. Epist.
Appetentissimus alic. rei. Cic. 2. Tusc. 58. Sumus enim natura studiosissimi, appetentissimique honestatis.

APPETENTER, Adv. Cic. 1. Off. 33. Ut ne cupide quid agerent, ne appetenter. al. Nec appeterent. conf. Turneb. 26. 32. Apul. 7. Met. p. 192. Appetenter sumere. [Ap. Cic. legend. Neve appetenter.

APPETENTIA, æ. [ὄρεξις] Idem quod Appetitus: sed Appetitus frequentius est: & in quibusdam videntur habere usum diversum. Nam cibi Appetentiam potius dixeris quam Appetitum. Cic. 4. Tusc. 5. Ut ægritudo quasi morsum aliquem doloris efficiat: metus recessum quendam animi & fugam: lætitia profusam hilaritatem, libido effrenatam appetentiam efficit.
Artium liberalium appetentia. Plin. lib. 23. cap. 19.
Ciborum appetentia invitatur vino. Plin. lib. 23. cap. 1.
Ciborum appetentiam præstat hæc herba, vel facit. Plin. l. 20. c. 17. Idem, Cibi appetentiam faciunt lactucæ. [Celsus fere Cibi cupiditatem dicit.

APPETITIO, ōnis. f. [ὅρμησις] Conatus quidam aliquid apprehendendi. Cic. 1. de Divin. 46. Nam quum dormienti ei Sol ad pedes visus esset, ter eum scribit frustra appetivisse manibus, quum se convolvens Sol elaberetur & abiret. Ei magos dixisse, ex triplici appetitione Solis xxx. annos Cyrum regnaturum esse portendi. h. e. Ex triplici conatu apprehendendi Solem.
Appetitio, [ὁρμὴ] pro Appetitu vel Appetentia. Cic. 4. Acad. 24. Nam aliter appetitio (eam enim esse volumus ὁρμὴν) qua ad agendum impellimur, & id appetimus quod est visum, moveri non potest.
Alieni. Cic. 3. Off. 30.
Animi. Cic. in Topic. 62. Atque etiam est causarum dissimilitudo: quod aliæ sunt, ut sine ulla appetitione animi, sine voluntate, sine opinione suum quasi opus efficiant.
Ciborum appetitio. Gell. lib. 16. cap. 3. Quod quum antehac semper edundi fuerit appetens, nunc post imperatam inediam tridui, omnis ejus appetitio pristina elanguerit.
Principatus appetitio. Cic. 1. Off. 13. Huic veri videndi cupiditati adjuncta est appetitio quædam principatus.

APPETITOR, ōris. m. Qui appetit. Lamprid. Alex. Sever. Boni linteaminis appetitor fuit. Ammian. 25. 5. Laudum intemperans appetitor. Item Arnob. 4. p. 136. & August. Serm. 1. feria 2. Pentec. de Christianis.

APPETITUS, a, um. Desideratus. Cic. in Pison. 68. non fugit ejus amicitiam, cum esset præsertim appetitus.
Idem ac Invasus. Cic. pro Quint. 98. Ignominiis omnibus appetitus. conf. eund. pro Rosc. Amer. 30. & pro Domo sua 13. Eutrop. 7. 12. de Vitellio: Stercore in vultum & pectus ab omnibus obviis appetitus.

APPETITUS, ûs. m. est Immensa & immoderata cupiditas. Sic Valla. Cic. 1. Off. 101. Duplex est animorum vis atque naturæ. Una pars in appetitu posita est, quæ est ὁρμὴ Græce: quæ hominem huc atque illuc rapit. Altera in ratione, quæ docet & explanat quid faciendum, fugiendumque. Ita fit, ut ratio præsit: appetitus obtemperet. Et paulo post, Efficiendum autem est ut appetitus rationi obediant: eamque neque præcurrant propter temeritatem, nec propter pigritiam aut ignaviam deserant: sintque tranquilli, atque omni animi perturbatione careant. In singulari numero Appetitum dixit, pro illa parte animi, quæ Rationi opposita est, & vulgo Sensualitas appellatur. In plurali vero Appetitus vocantur Animi affectus sive etiam affectiones: quæ non satis Latine Passiones dicuntur.
Contrahere & sedare appetitus. Cic. 1. Off. 103.
Animi appetitus reguntur, remittuntur, continentur. Cic. 2. de Nat. Deor. 33. Addidit rationem qua regerentur animi appetitus, qui tum remitterentur, tum continerentur.
Voluptatis appetitus. Cic. 1. Off. 105.

APPETIBILIS, e. [ἐπιθυμητὸς] Desiderabilis, Apul. 2. Dogm. Plat. p. 19. Solicitudinem & laborem appetibiles ducebat esse. Macrob. 1. Saturn. 1. Venustate appetibilis.

APPETISSO, ĕre. i. e. Appetere. Accius apud Nonium 4. 8. Cur vetera tam ex alto appetissis dissidia?

APPETONES, ab Appetendo dicti. Laberius Virgine, Alienum appetonibus viæ perditæ diverticulas. Antiquum. Nonius, 2. 40.

APPIA Via, [Ἀππία ὁδὸς] est a Roma in Campaniam, & ad mare usque Brundusium, quam Appius Claudius consul lapidibus stravit, ut author est Cic. pro Milon. Appia, pro Via Appii vel Appiana. Hor. 1. Serm. 5. 6.
— minus est gravis Appia tardis. Et in Epod. 4. 14.
Et Appiam mannis terit. V. Liv. 9. 29.
Fuit etiam Aqua Romæ quæ appellabatur Appia, quod ab eodem App. Claudio in Urbem esset introducta. Meminit Cic. pro Cœl. 34.
Appia Phrygiæ, de q. V. in APPIANI.

APPIAS, patronym. f. unde, Appiades deæ. Ovid. 3. de Arte Am. 452.
Has Venus e templis multo radiantibus auro,
Læta videt lites, Appiadesque deæ. Et rursum de Rem. Amor. 660.
Turpe vir & mulier, juncti modo, protinus hostes:
Non istas lites Appias ipsa probat. Appiades deæ sunt (ut Grammatici putant) Pallas, Pax, Concordia, Vesta, Venus, quarum templa prope forum Cæsaris erecta sunt. Sic autem appellatæ ab aqua Appia, quæ in idem forum deducta esset. Turnebo vero non videtur satis esse causæ in aquæductu, ut tot vicinorum templorum numina inde nomen mutuentur. Sed nec Venus in Appiadibus numeranda videtur quum ab iis diserte a poeta separetur. Dein subjungit, Ego putem, quum eo in loco saliret aqua Appia, ac sub Veneris templo ejus lacus ac saliens esset, vel Musarum, vel Nympharum potius, quæ in aquæductibus solent ore & mammis aquam evomere, vel aliarum certe dearum, quarum nomina nescimus, signis, aquæductum illic ornatum fuisse. Quum autem Venus præsit fœderibus amorum, Appiades autem illæ deæ sub templo Veneris positæ essent, eas quoque velut Veneris contubernales & ejusdem templi consortes, amorum fœderibus ceu feciales præesse voluisse Ovidium, nec talia jurgia litesque probare dixisse. Illud autem ita se habere ut dixi, apparet e versibus Ovid. 1. de Arte Am. 82.
Subdita, qua Veneris facto de marmore templo
Appias expressis aëra pulsat aquis. Hic locus fidem facit sub templo Veneris fuisse aquæ Appiæ salientem: illudque Appii monumentum, ut credibile est, dearum signis, & (ut reor) Nympharum, ornatum erat, quæ Appiades deæ sunt. Hæc Turnebus. Huc allusit Cic. 3. Fam. 1. quum dixit, Non solum Pallada sed etiam Appiada nominabo. V. Heins. & Burm. ad Ovidii priorem locum.

APPIANUS, a, um, Adj. ab Appius ut Appiana mala. Plin. lib. 15. cap. 14. ubi de malorum generibus, Ergo, (inquit) habent originem a Matio, Gestioque & Manlio, item Claudio. Quibus cotoneo insito ab Appio e Claudia gente, Appiana sunt cognominata. Odor est his cotoneorum, magnitudo quæ Claudianis, color rubeus.

APPIANUM, i. n. est Pigmenti, sive Coloris genus, cujus meminit Plin. lib. 35. cap. 7.

APPIANI populi, ab APPIA, Phrygiæ oppido, in conventu Synnadensi. Plin. 5. 29. & Cic. 3. Fam. 7. & 9. Appiani legati ibid.

APPIANUS, [Ἀππιανὸς] Nomen celebris historici Alexandrini, qui XXIV. libros historiæ Romanæ composuit: quorum novem tantum ad nos pervenere. vixit autem Adriani principis temporibus, ut ipse author est in Syriaca.

APPINGO, [προσγράφω] ĕre. Cic. 2. Att. 9. Epistolam superiorem restitue nobis: & appinge aliquid novi. h. e. Adde, adscribe. Hor. de Arte Poet. 30.

APPION, pel potius APION [Ἀπίων] fuit Grammaticus celebris, cogn. Plistonices, Posidonii filius, cui nomen & Mochthus, genere Ægyptius Oasitanus, quanquam Alexandrinus audire mallet, qui (ut Seneca Epist. 88. scribit) sub C. Cæsare tota circulatus est Græcia. Hunc Tiberius Cæsar per contemptum Cymbalum mundi appellabat, quoniam publicæ famæ tympanum potius videri posset. Immortalitate a se donari scripsit, ad quos aliqua componebat. Josephus scribit, fuisse malum & indoctum, totiusque vitæ temporibus importunum calumniatorem omnium, cor asini habuisse. Floruit temporibus Dionysii Halicarnassei & Josephi. Facili atque alacri facundia fuit, ut est author Gell. lib. 6. cap. 8. Is de laudibus Alexandri Macedonis quoque scripsit. V. Voss. de Hist. Gr. l. 2. c. 7. & Append.

APPIUS, Prænomen est gentis Claudiæ, introductum ab Actio, vel Atta Clauso. Nam quum is Regillo Sabinorum oppido a seditiosis hominibus pulsus, Romam cum magna clientum manu profectus esset, Appius Claudius est appellatus. quod prænomen apud ejus posteros deinceps mansit: de quibus vide in dictione CLAUDIA. De Atta Clauso vel Claudio, Claudiæ gentis principe, V. Torrent. & Casaub. ad Suet. Tiber. c. 1.
— Censorque moveret
Appius, ingenuo si non essem patre natus.
Horat. 1. Serm. 6. 21.

APPIĔTAS, ātis. f. Cic. 3. Fam. 7. Illud idem Pausania dicebat te dixisse, Quid ni? Appius Lentulo, Lentulus Appio processit obviam, Cicero Appio noluit. Quæso, etiamne tu has ineptias, homo (mea sententia) summa prudentia, &c. Ullam Appietatem aut Lentulitatem valere apud me plus, quam ornamenta virtutis existimas? Quum consequutus nondum eram, quæ sunt hominum opinionibus amplissima, tamen ista vestra nomina nunquam sum admiratus: viros eos, qui ea vobis reliquissent, magnos arbitrabar. Paulo post. Tu si aliter existimas, nihil errabis, si paulo diligentius (ut quid sit εὐγένεια, quid sit nobilitas intelligas) Athenodorus Sandonis filius quid de his rebus dicat, attenderis. Videtur Cicero his fictis nominibus intelligere vel Nominum celebritatem, vel potius Familiarum nobilitatem.

APPLAUDO, si, sum, [ἐπικροτέω] ĕre. est Manuum plausu favorem ostendere. Plaut. Pseud. 5. 2. 32. Si vultis applaudere, atque approbare hunc gregem & fabulam, in crastinum vos vocabo.
Applaudere alicui, Idem ac Plaudere, Cic. pro Sext. 115. Quid ego nunc dicam, quibus viris, aut cui generi civium maxime applaudatur? Imperf. est. Antiqui per o in secunda scribebant, Applodo, sicut & Plodo, quod nunc Plaudo scribimus.

APPLAUSOR, ōris. m. [ἐπικροτητὴς] Qui applaudit. Plin. in Panegyr. c. 46. 4. Idem ergo populus ille aliquando scenici imperatoris spectator & applausor.

APPLAUSUS, a, um. Partic. [ἐπικεκροτημένος] ut, Applausum corpus. Ovid. 4. Met. 352.
Ille cavis velox applauso corpore palmis
Desilit in latices. h. e. Percusso. Sil. lib. 16. de Camphaso equo,
Camphasus ipse asper, nec qui cervicis amaret
Applausæ blandos sonitus, &c.

APPLAUSUS, ûs. m. [ἐπικρότησις] Cic. 2. de Divin. 104. Ennius qui magno applausu loquitur, assentiente populo, &c. Legitur & Plausu.

APPLĬCO, āvi & ui, ātum & ĭtum, [προσάπτω, προσορμίζω, παραβάλλω] āre. Cic. 4. Acad. 65. Ad hanc potissimum philosophiam me applicavi. In Bruto 316. Meque ad Molonem applicavi. Pro Cluent. 46. Oppianicus se ad Staleni familiaritatem applicavit. Idem 2. Philipp. 26. Si ille ad eam ripam quam constituerat, non ad contrariam navim applicuisset. Ovid. 4. Fast. 851.
Oscula que applicuit posito suprema feretro.
De navigatione dictum, idem quod Appellere significat. Virg. 1. Æn. 616.
— quæ vis immanibus applicat oris? subauditur Te, accusativus.
Ubi Servius dicit aut per d, aut per duplex p indifferenter scribi posse.
Classem in locum aliquem. Liv. 7. Bell. Maced.
Naves applicare ad terram. Cæs. 3. Bell. Civil. 101.
Naves terræ. Liv. 8. Bell. Pun.

Appli-

Applicare, absolute positum. Justin. lib. 2. Igitur quum Hercules ad litus Amazonum applicuisset. Hirt. de Bell. Hisp. 37. Item quarto die navigatione confecta, insequuntur: qui imparati a Carteia profecti sine aqua fuissent, ad terram applicant. In his potest accusativus Se vel Naves subaudiri: ut in verbo Appellere diximus.

Applicare [ἐπέχειν, προσορμίζειν, προσάπτειν] pro Admovere, cum dativo. Liv. 2. Bell. Maced. Cornelius eidem flumini castra applicuit. i. e. Prope flumen posuit.

Arma corporibus. Liv. 3.

Aures vocibus. Hor. 3. Carm. 11. 8. Votis Idem Carm. Secul. 72.

— Votis puerorum amicas Applicet aures.

Catulos applicare stomacho ac pectori. Plin. lib. 30. cap. 7.

Remos vadis. Ovid. 3. Trist. 9. 10.

Scalas applicare. subaudi Muris, vel Ad muros. Liv. 6. Bell. Pun.

Se ad aliquem. Cic. in Læl. 8. Deinde ut requirant atque appetant ejusdem generis animantes, ad quas se applicent. i. e. Adjungant. Ter. And. 5. 4. 21. Tum ille egens forte applicat primum ad Chrysidis patrem se. i. e. Ex naufragio ad illum se recipit.

Aliquo. Vet. poet. ap. Cic. 3. Tusc. 44.

Quid petam præsidii, aut exsequar? quove nunc auxilio aut fuga
Freta sim? arce & urbe orba sum: quo accedam? quo applicem?

Quasi dicat, Quo me vertam? quo confugiam auxilii gratia?

Applicare se, & propius admovere, sive adjungere ad aliquid. Cic. in Læl. 31. Facta significatione probitatis: quam qui appetiverint, applicant sese & propius admovent. subaud. Ad eam. Ibid. 49. Siqua significatio virtutis eluceat, ad quam se similis animus applicet & adjungat.

Se ad amicitiam fidemque populi Rom. applicuit. Cic. 4. Verr. 2.

Se ad arborem applicare. Cæs. 6. Bell. Gall. 26.

Se ad ductum alterius applicare. Cic. 3. Fam. 21.

Se ad familiaritatem alicujus. Cic. pro Cluent. 46. Qui se ad hominis egentis, &c. familiaritatem applicavit.

Se ad flammam. Cic. 5. Tusc. 77. Cumque adflammas se applicaverint, sine gemitu aduruntur.

Se ad aliquod studium, quod etiam Appellere dicitur. Cic. 1. Off. 115. Itaque se alii ad philosophiam, alii ad jus civile, alii ad eloquentiam applicant.

Se ad convivia. Cato apud Gell. 11. 2. Si quis in ea re studebat, aut sese ad convivia applicabat: grassator vocabatur.

Se ad doctorem. Cic. in Bruto 316. Meque ad eundem, quem Romæ audiveram, Molonem applicavi. Paulo ante dixerat, Eodem anno etiam Moloni Rhodio dedimus operam.

Servum applicare rei communi, i. e. Præficere. Pompon. in l. si id quod. D. fam. ercisc. Dolus quem servus hæredis admisit in judicium familiæ erciscundæ non venit, nisi domini culpa in hoc erat quod non idoneum servum rei communi applicuerit.

Applicare, Ad aliquem usum quidpiam accommodare. Columel. lib. 11. cap. 2. Sarmenta quoque atque arbustorum ramos e segetibus, aut rubos nunc egerere, & ad sepem applicare oportet. Cic. 2. de Fin. 37. Ut ad honestatem applicetur.

Sic & cum dativo. Columel. lib. 3. cap. 10. Qui nullum alium laborem ferre queat, huic officio applicatur.

Animum ad frugem. Plaut. Trin. 2. 1. 34.

Animum ægrotum ad deteriorem partem. Ter. And. 1. 2. 22.

Applicuit sibi ea animus. Sen. 1. de Benef. c. 11. Posthæc habebimus conjunctione ac sanguine, usuque & consuetudine longa, chara, ut liberos, conjuges, cæteraque quæ usque eo animus sibi applicuit, ut ab illis quam a vita divelli gravius existimet.

Applicare annum. Martial. lib. 6. 28.

Bis senis modo messibus peractis,
Vix unum puer applicabat annum.

i. e. Vix ad tertium decimum annum accedebat.

Applicātus, a, um. Partic. [προσορμισθείς] Cæs. 3. Bell. Civil. 101. Applicatisque nostris ad terrram navibus. Plin. lib. 30. cap. 5. Stomachi dolorem sedant applicati sæpius.

Applicatæ aures. Varro 2. de R. R. cap. 7. Si est oculis nigris, naribus non angustis, applicatis auribus. Quasi dicat, Brevibus, non oblongis & pendentibus. De equo dictum.

Fistulæ per quas aqua ducitur applicatæ ædibus. Pompon. in l. si fistulæ. D. de servit. urb. præd.

Ferrum applicatum. Columell. l. 4. c. 24. Pressius enim si abnodes applicato ferro, aut tota tollitur, aut convulneratur.

Applicatus, & occupatus. Cic. 4. de Fin. 14. Quid enim dicis, omne animal simulatque sit ortum applicatum esse ad se diligendum, esseque in se conservando occupatum.

Applicĭtus, a, um. alt. Partic. [προσηρμοσμένος] Sil. lib. 15.

Proximus applicito saxosis aggere sylvis Tendebat.

Plin. l. 2. Ep. 17. Applicitum est cubiculo hypocaustum perexiguum. i. e. Junctum.

Applex, ĭcis. ut, Complex, Supplex, ĭcis.

Compar. Apul. 10. Met. p. 249. Appliciore nexu adhærebat. pro Applicatiore.

Applicatio, ōnis. f. [πρόσρησις] Ipse applicandi actus. Cic. in Læl. 27. Quapropter a natura mihi videtur potius, quam ab indigentia orta amicitia: applicatione animi magis cum quodam sensu amandi, quam cogitatione quantum illa res utilitatis esset habitura.

Applicationis jus fuisse videtur, ut qui peregrinus sese in civis alicujus Romani quasi patroni fidem & clientelam ita dedisset, si is intestato mortuus esset, ejus hæreditatem patronus obtineret. Cic. 1. de Orat. 177. Quid quod item in Centumvirali judicio certatum esse accepimus? qui Romam in exilium venisset, cui Romæ exulare jus esset, si se ad aliquem quasi patronum applicuisset, intestatoque esset mortuus, nonne in ea caussa jus applicationis, obscurum sane & ignotum, patefactum in judicio, atque illustratum est a patrono?

Applōdo, si, sum, [ἐπικροτέω] ĕre. Collidere. Spartianus in Get. c. 3. Allatum ovum applosum ad terram fregit. Conf. Hygin. fab. 126. Apul. 6. Miles. p. 184. V. APPLAUDO.

Applōro, [προσκλαίω] āre. ex Ad, & Ploro; Deponere apud aliquem suos fletus. Hor. Epod. 11. 17.

Contraque lucrum, nil valere candidum
Pauperis ingenium, querebar applorans tibi.

Applorare, Aliquem vel juxta aliquem deflere. Sen. 4. Nat. Quæst. Quum jam apploraveris, mersosque atque obrutos tanta mole credideris, longe ab eo, in quem ceciderant, loco navigant.

Applūda, æ. Genus est minutissimæ paleæ, frumenti, sive panici: de qua Nævius, Non hercle appluda est hodie, quam tu, nequior. Sunt qui Appludam Sorbitionis liquidissimæ genus putent; quod flatu dejiciatur, & quasi applodatur. Hæc Festus. Gell. l. 11. c. 7. Legerat autem ille, appludam veteres rusticos frumenti furfurem dixisse. Plin. l. 18. c. 10. Milii & panici & sesamæ appludam vocant purgamenta, alibi aliis nominibus Nonius, Appludas frumenti furfures dicunt rustici veteres. Antiquum.

Applumbo, [προσμολυβδόω] āre. Idem quod simplex Plumbare. Ulp. in l. 2. D. de sepul. viol. Idem quærit si statua neque applumbata fuerit neque affixa, an pars monumenti effecta sit, &c.

Appluo, ui, ūtum, [προσομβρίζω] ĕre. ex Ad, & Pluere: Idem quod Pluere, vel Juxta pluere. Plin. l. 9. c. 16. Quippe & harundines quamvis in palude prognatæ, non tamen sine imbre adolescunt: & aliàs ubicunque pisces in eadem aqua assidui, nisi appluat, exanimantur.

Appōno, sui, sĭtum, [προστίθημι, παρατίθημι, προσάπτω, προσβάλλω, ἐπιπάττω] ĕre. Ovid. 1. Amor. 5. 2.

Apposui medio membra levanda toro.

Proprie significat, Prope vel juxta ponere.

Apponere ante. Ter. And. 4. 4. 4. Accipe a me hunc ocyus atque ante nostram januam appone. De puero loquitur.

Ad aliquam rem notam apponere. Cic. in Pison. 73.

Ad ignem. Plaut. Men. 2. 2. 55. Ire hercle melius est te intro, atque accumbere, dum ego hæc appono ad Vulcani violentiam. Metonymia, pro Ad ignem.

Ad os manum. Cic. 8. Fam. 1.

Ad nares reticulum. Cic. 7. Verr. 27.

Apponere, cum dativo. Liv. 4. Bell. Maced. Non sustinuit impetum eorum statio, quæ portæ apposita erat.

Machinam apponere. Cic. 3. Verr. 145. Omnes illæ columnæ, quas dealbatas videtis, machina apposita, nulla impensa dejectæ sunt. i. e. Admota, adhibita, applicata.

Notam apponere alicui rei. Cic. 13. Fam. 6. Reliquis epistolis tantum faciam, ut notam apponam eam quæ mihi tecum convenit.

Apponere de suo. Plaut. Mil. 3. 3. 31. Ad tua præcepta: de meo nihil his novum ipse apposui. pro Addidi.

Postulare gratiæ apponi sibi. Ter. And. 2. 1. 33. Neutiquam officium esse liberi puto, quum is nihil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi.

Apponere aliquid lucro. Hor. 1. Carm. 9. 15.

Apponere cibis aliquid, i. e. Indere, immittere, imponere, addere. Plaut. Pseud. 3. 2. 25. Non ego item cœnam condio ut alii coqui. Et paulo post, Indunt coriandrum, fœniculum, allium, atrum olus: apponunt rumicem, brassicam, betam, blitum.

Apponere mensam. Plaut. Asin. 5. 1. 2. Pueri, mensam apponite. Cic. 14. Att. 6. Hæc ad te scripsi apposita secunda mensa. Sic cum adverbio in loco. Plaut. Mostel. 1. 3. 150. Cedo aquam manibus puer: appone hic mensulam.

Mensam alicui. Plaut. Pers. 3. 1. 26. Mensa inanis si nunc apponatur mihi.

Aliquid epulandum mensis. Virg. 4. Æn. 602.

Appositas mensas instruere. Ovid. 8. Met. 570.

Alicui. subaud. Cibos. Cic. 5. Tusc. 92. Xenocrates adduxit legatos ad cœnam in Academiam: iis apposuit tantum quod satis esset nullo apparatu.

Pocula. Ovid. 5. Trist. 3. 50.

Ampliter. Plaut. Mil. 3. 1. 160. Sed iidem homines nunquam dicunt (quanquam appositum est ampliter) Jube illud demi, tolle hanc patinam.

In vasis. Cic. 6. Att. 1. Quid te in vasis fictilibus appositurum putem?

In epulis. Plin. 8. 51. Solidum aprum Romanorum primus in epulis apposuit P. Servilius Rullus. Sic, Apponere in cœnis, Idem lib. 36.

In epulis, non modo vinum aut cibus apponi dicitur, sed etiam vasa, & alia supellex necessaria. Cic. 6. Verr. 48. Apposuit patellam, in qua sigilla erant egregia. Ibid. 49. Cœnabat apud eum: argentum illi cæterum purum apposuerat. i. e. Vasa ex argento puro.

Annos apponere, & Demere, contraria. Hor. 2. Carm. 5. 15.

— & illi, quos tibi dempserit, Apponet annos.

Apponere modum vitiis. Cic. 4. Tusc. 41. Qui enim vitiis modum apponit, is partem suscipit vitiorum. i. e. Qui dicit vitia posse esse moderata: ut Moderata injustitia, moderata intemperantia.

Accusatorem apponere alicui. Cic. 3. Verr. 74. Apponitur his tamen accusator. i. e. Ex composito adhibetur.

Calumniatorem. Cic. 3. Verr. 27. Dionem evocavit: calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illam hæreditatem Veneri Erycinæ commissam esse dicerent.

Custodem apponere alicui, pro Adhibere. Cic. 1. Verr. Custodem, inquit, Tullio me apponite.

Licitatorem. Cic. 3. Off. 61. Non licitatorem venditor, nec qui contra se liceatur, emptor apponet. Idem l. 3. in Verr. 99. Appositus erat ab isto Venuleius quidam qui emeret. Is liceri non destitit.

Mancipem. Cic. 3. Verr. 141. Si res abiret ab eo mancipe, quem ipse apposuisset, sibi nullam prædam esse.

Prævaricatorem sibi. Cic. 2. Philipp. 25. Jam vereor P. C. ne, quod turpissimum est, prævaricatorem mihi apposuisse videar.

Apponere, interdum pro simplici accipitur. Cic. 2. de Invent. 14. Gladium prope appositum e vagina eduxit.

Apponere etiam pro Deponere usurpatur. Plaut. Pœn. 4. 2. 35. SY. At onus urget. MI. At tu appone & respice ad me. Ter. Heaut. 1. 1. 36. At istos rastros interea tamen appone. [Quasi ex Ab & Pono. potest tamen pro Sepone, juxta pone, accipi, vel item pro simplici, Pone.

Appositus, a, um. Partic. [προστεθειμένος] Cic. 1. de Divin. 79. Noctu lumine apposito experrecta nutrix animadvertit puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu. i. e. Admoto, adhibito.

Appositus ad Plin. lib. 8. cap. 28. Aure ad glaciem apposita.

Appositus, cum dativo. Plin. lib. 12. cap. 1. Nunc est clara in Lycia gelidi fontis socia amœnitate, itineri apposita. [Et pro Partic. & pro Nomine adj. haberi potest.

Appositus in locorum descr. est Adjacens. Tacit. 2. Ann. 7. 1. Castellum Luppiæ flumini adpositum. & Curt. 4. 1. 20. Apposita urbi regio. Adde 10. 10. 4. & V. Gronov. ad Sen. Epist. 4.

Appositus ac propinquus. Cic. 2. de Inv. 165. Fidentiæ contrarium est Diffi-

Diffidentia, & ea re vitium eſt: Audacia non contrarium, ſed appoſitum eſt ac propinquum, & tamen vitium eſt.

APPOSITUS, Adj. nom. ex partic. [ἰνάρμοσ@] Idem ac Aptus & accommodus ad aliquid: ut, Homo appoſitus. Cic. 7. Verr. 107. Homo bene appoſitus ad iſtius audaciam.
Compar. Cic. 6. Verr. 126. Ut multo appoſitior ad deferenda quam ad auferenda ſigna eſſe videatur.
Ager appoſitus ad vitem. Varro 1. de R. R. c. 73. Nam ut alius eſt ad vitem appoſitus, alius ad frumentum: ſic de cæteris, alius ad aliam rem.
Locus ad tolerandam calamitatem. Cic. 3. Att. 13. Ab ipſo loco minime appoſito ad tolerandam in tanto luctu calamitatem.
Tempus appoſitum ad agendum. Cic. 3. Verr. 30. Menſes mihi tres quum eripuiſſetis, ad agendum maxime appoſitos.
Appoſitus aptus, cui aliquid fiat. Varro 2. de R. R. c. 7. Quod qui hujusmodi ſit, & cum eſt æger ad medendum eſt appoſitus. i. e. Aptus curationi. Nam gerundi verbum hic paſſive poſitum eſt.
Cum dativo. Quintil. lib. 4. Quo loco tamen judicis natura noſcenda eſt, juri magis, an æquo ſit appoſitus. i. e. Accommodatus.

APPOSITUM, i. n. abſolute dictum. Cic. 2. Q. frat. Sed habet profecto quoddam Sardinia appoſitum ad recordationem præteritæ memoriæ. Si legeris Quiddam, quod abſolutum eſt, alterum erit adjectivum.
Pro Repoſito. Sen. de Benef. 4. ut multa etiam ex appoſito & acquiſito perdenda ſint.
Pro Epitheto Quintil. 8. 6. Ornat enim ἐπίθετον, quod recte diximus Appoſitum. Idem 5. 10. V. EPITHETON.

APPOSITUS, ûs. m. [παράθεμα] Plin. l. 24. c. 5. Abortus non exeuntes trahit appoſitu vel ſuffitu. i. e. Si apponatur. Quod ipſe alibi Admotu dicit.

APPOSITE, Adv. qualit. [ἁρμοζόντως] Apte, accommodate, convenienter. Cic. 8. Att. 7. Cætera appoſite tibi mandabo.
Appoſite ad. Cic. 1. de Invent. 6. Dicere appoſite ad perſuaſionem. Et paulo poſt, Curare appoſite ad ſanandum.

APPOSITIO, ōnis. f. [παράθεσις] Cic. in Parad. 1. Sed hæc videri poſſunt obſcuriora, quum ſine appoſitione exemplorum lentius diſputantur. Pro eodem dicitur Exemplorum poſitio.
Appoſitio, Figura conſtructionis apud rece ntiores Grammaticos. quam veteres Epexegeſin (id eſt, expoſitionem, ſive interpretationem) vocabant. ut, Urbs Roma: quaſi tu dicas, Urbs quæ eſt Roma, i. e. Quæ Roma dicitur. Sic, Fluvius Tiberis, Menſis Januarius, &c. At hic figura nulla eſt, quum ordinaria oratio ſit, nec intereſt utrum ſpeciale nomen generali præponatur. Ramus. Liv. 1. Super Numicum flumen. Idem, Prope Tiberim fluvium.

APPOSITITIUS, a, um. ut Coma appoſititia, κόμη ἐπίθετος, Vide in CORYMBION. H. St.

APPORRĬGO, exi, ectum, [παρατείνω] ĕre. Juxta porrigere. hinc

APPORRECTUS, a, um. Ovid. 2. Met. 561.
Infantemque vident, apporrectumque draconem.

APPORTO, [προσφέρω] āre. ex Ad, & Porto; Idem quod Afferre ſignificat: & ei contrarium eſt, Aſportare. Sæpius tamen pro Advehere accipitur. Plaut. Stich. 3. 1. 11. Magnaſque apportaviſſe divitias domum.
Apportare ad locum. Cic. 5. Verr. 190. Qui inſtituerunt ſemper ad ultima ac difficillima loca apportandum frumentum imperare.
Ab aliquo. Cic. 7. Verr. 126. Quod ſignum, quæ tabula picta eſt, quæ non ab hoſtibus victis capta atque apportata ſit?
De, vel Ex aliquo loco. Varro 3. de R. R. c. 14. Genera cochlearum ſunt plura: ut minutæ albulæ, quæ afferuntur e Reatino: & maximæ, quæ de Illyrico apportantur: & mediocres, quæ ex Africa afferuntur.
Undique. Cic. 1. Off. 151. Multa undique apportans. De mercatura loquitur.
Aliquid machina, aut alio inſtrumento. Cic. 3. Verr. 147. Lapis aliquis cædendus, & apportandus fuit machina ſua. Sic Apportare vehiculo, & ſimilia, dicere poteris.
Apportare, Nuntiare. Ter. And. 5. 2. 17. Quidnam apportas? i. e. Quid nuntias, quid affers novi?
Bonum apportare, & afferre gaudium. Plaut. Stich. 2. 1. 23. Tantum a portu apporto bonum, tantum gaudium affero grande.
Nuntium. Ter. Heaut. 3. 1. 58. Nuntium apporto tibi, cujus maxime te fieri participem cupis.
Rem novam. Plaut. Moſt. 2. 2. 35.
Res apportat aliquid novi. Ter. Adel. 5. 4. 2. Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit, quin res, ætas, uſus ſemper aliquid apportet novi.
Apportare, pro Afferre in alia ſignificatione: ut, Apportare damnum. Ter. Heaut. 4. 4. 25.
Malum. Ter. And. 1. 1. 46. Hei! vereor, nequid Andria apportet mali.
Morbos. Lucret. lib. 5. 221.
— cur anni tempora morbos
Apportant?
Apportare vitia dicitur ſenectus. Cic. de Senect. 25.

APPORTATIO, ōnis. f. Vitruv. 2. 9. Cujus materiei ſi eſſet facultas apportationibus ad urbem &c.

APPOSCO, appopoſci, [προσαπαιτέω] ĕre. ex Ad, & Poſco; Inſuper poſcere. Ter. Heaut. 4. 7. 10. Porro hæc, talenta dotis appoſcent duo. V. ADPOSCO.

APPOSITUS, V. APPONO.

APPŌTUS, [ἐπιπεπωκὼς] ex Ad, & participio Potus dicitur, pro Valde potus: i. e. Qui multum potavit. Quod ſi Appotare lectum fuerit, dicemus ab eo factum Appotus. Plaut. Curcul. 2. 3. 75. Poſtquam cœnati atque appoti, talos poſcit in manum. Idem Rud. 2. 7. 8. Si probe appotus ſiem. Scribitur & per d, Adpotus.

APPREHENDO, di, ſum, [ἐπιλαμβάνω] ĕre. ex Ad, & Prehendo; quaſi Ad ſe prehendere: ut, Apprehendere manum alicujus, aut Aliquem manu apprehendere. Cic. pro Quint. 97. Ipſius Sexti Nævii lacrymans manum apprehendit.
Manu apprehendere aliquid. Plaut. Amph. 5. 1. 64.
Morſu. Plin. lib. 11. cap. 24.
Apprehendere, per metaphoram. Cic. pro Cluent. 62. Sed ut quidque ego apprehenderam, ſtatim accuſator extorquebat e manibus.
Regionem. Cic. 10. Att. 7. Neceſſe eſt enim, aut (id quod maxime velim) pelli iſtum ab Hiſpania, aut trahi id bellum: aut iſtum (ut confidere videtur) apprehendere Hiſpanias.

Apprehendere, ad menſuram relatum. Plin. l. 20. c. 15. Siſtit & vomitionem, nauſeaſque ex vino, quantum apprehenderint tres digiti. Vulgo Pugillum vocant, Gr. δράκιον.
Apprehendere aliquem, pro Capere. Ulpian. l. 3. ad leg. aquil. D. Sin autem (ait) quum poſſet apprehendere, maluit occidere, magis eſt, ut injuria feciſſe videatur.
Apprendere, per contractionem legimus in verſu. Stat. 3. Sylv. 4. 43.
— & apprenſa traxiſſet fortius urna. Sil. lib. 16.
— niſuſque apprendere primos. Sic Prendere q. V. ſ. l.

APPREHENSIO, ōnis. f. ut, Varia paſſionis apprehenſio, i. e. Cognitio Cæl. Aurel. Acut. 1. 8. 57. Sic, Apprehenſio, ſcil. aræ. Macrob. 3. Saturn. 2.

APPREHENSIBILIS, e. Cæl. Aurel. Acut. 3. 15. 123. Manifeſto eſſe apprehenſibile. Et Tertul. adv. Valent. cap. 11.

APPREHENSO, vel ADPRENSO, āre. Gratius Cyneg. v. 239.
— Celſaſve adprenſat naribus auras.

APPRETIO, are. Pretio æſtimare, ſive Pretioſum reddere, & hinc

APPRETIATUS, a, um. apud Eccleſiaſticos authores.

APPRĪMUS, [πρώτιστος] Adj. ſive per D, ADPRIMUS, i. e. Longe primus. L. Livius in Odyſſea, Ibi denique vir ſummus, adprimus Patroclus. Ex Gell. l. 7. c. 7. Virg. 2. Georg. 134. — flos apprima tenax. Ubi Servius, Apprima, i. e. Maxime. at Joſ. Scaliger, & Giffanius Apprime legendum dicunt. Eſt nomen pro adverbio, ſicut, — & pede terram Crebra ferit. pro Crebro. [Imo Ad prima Serv. ut In primis, diviſe.

APPRĪME, ſive per D, ADPRĪME, [ὡς τὰ πρῶτα] Adv. intenſivum: i. e. Epitaſin (quam intentionem dicimus) ſignificans. Fit autem ab antiquo nomine Apprimus, teſte Gellio l. 7. c. 7. qui dicit non ſatis commode AD in hac dictione, ſicut neque in Adpotus accentu acuto pronuntiari. Ter. And. 1. 1. 34. Nam id arbitror apprime in vita eſſe utile, ut nequid nimis. Ubi Donatus, Adjectio (inquit) eſt confirmationis Apprime.
Apprime doctus homo. Varr. 3. de R. R. cap. 2. Sic Apprime nobilis, Apprime probus, & ſimilia apud Ter. Eun. 5. 5. 10. Plaut. Ciſt. 1. 2. 6. & Rud. 3. 4. 30.
Apprime, cum ſuperl. Cic. 3. de Fin. 32. Id apprime rectiſſime dicitur. Gruterus ex Palatino Cod. Adprimo legit.

APPRĬMO, eſſi, eſſum. [προσπιέζω] ĕre. ex Ad, & Premo. Plin. lib. 24. cap. 11. Sedare ventris dolores aſſeveravit impoſitam, ita ut tunica cinctuque corpori apprimeretur. i. e. Ad corpus premeretur. Idem l. 8. c. 36. Fœtus rigentes apprimendo pectori fovent, non alio incubitu quam ova volucres. De urſis dictum.
Apprimere carnem ad oſſa. Plin. lib. 26. cap. 1. hinc

APPRESSUS, a, um. Tacit. 2. Ann. 21. 1.

APPRŎBO, [δοκιμάζω, ἀποδοκιμάζω, ἐγκρίνω] āre. Idem quod ſimplex Probare, aut etiam Vehementer probare. Approbamus autem proprie quæ placere aut rata habere oſtendimus. Ovid. 1. de Pont. 6. 62.
An verear ne non approbet illa Getes? Cic. 4. Acad. 14. Nec tamen ego is ſum. qui nihil unquam falſi approbem.
Aſſenſu omnium approbatum. Cic. 3. de Fin. 29.
Authoritate approbare aliquid. Cic. pro Deiot. 30.
Conſenſu & una voce approbavit populus. Cic. in Piſon. 9.
Clamore approbare aliquid. Cic. pro Archia, 24.
Approbare & laudare. Cic. pro Sext. 74. Cn. Pompeius approbata, laudataque Cottæ ſententia, dixit, &c.
Approbare & Improbare, veluti contraria. Cic. 4. Acad. 96. Hoc negas te poſſe nec approbare nec improbare.
Facere aliquid Muſis approbantibus. Cic. 7. Fam. 24. Idem 1. Fam. 9. Diis hominibuſque approbantibus.
Dii approbent. Cic. 6. Att. 6. Id quidem dii approbent ita velim, teque ita cupere certe ſcio.
Approbare, eſt Efficere ut probum rectumque judicetur id quod quis facit aut dicit. Hoc tamen Cicero fere Probare dicit. Ut in Verrem, Non vereor ne hoc meum officium P. Servilio judici non approbem. Plin. in præfat. lib. 4. Quum Tribunos appellaret L. Scipio Aſiaticus, inter quos erat Gracchus, hoc atteſtabatur vel inimico judici ſe approbare poſſe. V. ſimpl. PROBO.
Approbari opus, ſive Probari dicitur, quum ex lege, & pactione redemptionis factum eſſe judicatur. Paulus in l. ſi in leg. 27. D. locati. Si in lege locationis hoc comprehenſum eſt, ut arbitratu domini opus approbetur: perinde habetur ac ſi viri boni arbitratu comprehenſum eſſet. Vitruvius, Redemptor ad tempus opus manu factum ſubtiliter regi approbavit: & ad ſacôma pondus coronæ viſus eſt præſtitiſſe. Unde Probatum ſive Approbatum opus dicitur, Quod magiſtri opificiorum evocati inſpectum, retulerunt eſſe idoneum, & recte factum.
Approbare, eſt etiam Dicta noſtra rationibus, aut alio modo confirmare: ut fieri ſolet in argumentatione, quod & Probare dicitur. Cic. 1. de Invent. 90. Hoc quia perſpicue verum eſt, nihil attinet approbari.

APPROBATIO, ōnis. f. [δοκιμασία] Catul. 43. 9.
— amor ſiniſter ante,
Dextram ſternuit approbationem. Cic. 2. Tuſc. 3. Effectus eloquentiæ, eſt audientium approbatio. i. e. Aſſenſio & applauſus.
Movere approbationem, i. e. Excitare. Cic. 1. Off. 89. Sic hoc decorum quod elucet in vita, movet approbationem eorum quibuſcum vivitur.
Approbatio, Probatio. Cic. 1. de Invent. 67. Approbatio eſt per quam id quod breviter expoſitum eſt, rationibus affirmatum probabilius & apertius fit.
Approbatio, aliter item acceptum. Cic. 4. Acad. 52. Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt, qua ſobrii Dubitant, hæſitant, revocant ſe interdum. i. e. Non tali mentis firmitate, certitudine, conſtantia.

APPROBĀTOR, ōris. m. [δοκιμαστὴς] Cic. 6. Att. 7. Quamvis non fueris ſuaſor & impulſor profectionis meæ: approbator certe fuiſti.
Subſcriptores approbatoreſque habere. Gell. lib. 5. cap. 21.

APPRŎBUS, ſive per D, ADPROBUS, Adj. [προσδόκιμος] pro Valde probus, lectum eſt apud veteres. Cæcilius Triumpho, Herocles hoſpes eſt mihi, adoleſcens adprobus. Ex Gell. lib. 7. cap. 7.

APPRŎBE, Adv. qual. [προσδοκίμως] pro Valde probe. Gell. l. 7. c. 7.

APPRŎBRO, āre. Apul. Apol. p. 275. Approbrare crimen alicui. al. Opprobrare.

Appromitto, ſive per d, Adpromitto, ĭſi, iſſum. [ἐπεγγυάω] ĕre. eſt Quod quis promiſerit, idem promittere: quaſi Alienum promiſſum ſimiliter promittendo confirmare. Cic. 5. Att. 1. De Oppido factum eſt ut volui: & maxime quod dccc appromiſiſti: quæ quidem ego utique vel verſura facta ſolvi volo. Idem pro Roſc. Amer. 26. Quum id ita futurum T. Roſc. Capito, qui in x legatis erat, appromitteret, crediderat. Prius dixerat, Et omnia Chryſogonum quæ vellent, eſſe facturum pollicerentur.

Appromissor, ōris. m. [ἐπεγγυητὴς] eſt Qui quod ſuo nomine (alter) promiſit, idem pro altero quoque promittit. Hæc Feſtus. Ulpianus Appromiſſorem vocat Fidejuſſorem. l. in omnibus, D. Solutio. In omnibus (inquit) ſpeciebus liberationum etiam acceſſiones liberantur: puta adpromiſſores, hypothecæ, pignora, præterquam quod inter creditorem & adpromiſſores confuſione facta reus non liberatur.

Apprōno, āre. Apul. 1. Mileſ. p. 111. (Pric. 14.) Complicitus in genua appronat ſe. i. e. Proſternit.

Apprŏpĕro, ſive per d, Adpropero, [ἐπισπεύδω] āre. Idem quod Propero, aut Valde propero, accelero. Ter. And. 3. 1. 17. Poſtquam ante oſtium me audivit ſtare, approperat. Cic. 4. Att. Quare appropera & vale.
Gradum approperare. Plaut. Trin. 4. 3. 3. Stultitiam abde: gradum appropera.
Mortem. Tacit. 16. Ann. 14. Interciſis venis mortem approperavit.
Approperare ad cogitatum facinus. Cic. pro Milon. 46.

Approperatus, a, um. ut, Approperato opere. Liv. 27. 26. Opus adeo approperatum eſt. Idem 4. 9.

Appropinquo, [προσεγγίζω] āre. eſt aut Loco, aut Tempore propinquum fieri: quod & Propinquare dicitur apud poetas. Suet. in Neron. cap. 49. Jamque equites appropinquabant. Cæſ. 2. Bell. Gall. 10. Heduos finibus Bellovacorum appropinquare cognoverant.
Venire & appropinquare. Cic. 3. Q. frat. 8. Sed ejus rei maturitas nequedum venit, & tamen jam appropinquat.
Impendêre, inſtare, appropinquare. Cic. 2. in Catil. 11. Quibus ego confido impendere fatum aliquod, aut inſtare jam plane, aut certe jam appropinquare.
Appropinquare ad ſummam aquam. Cic. 4. de Fin. 63. Quis ignorat ſi plures ex alto emergere velint, propius fore eos quidem ad reſpirandum, qui ad ſummam aquam appropinquent? Hirt. de Bell. Hiſp. Ad quos celerius quam ipſi opinati ſunt, appropinquavit.
Appropinquat tempus, ut Hyems, æſtas, nox, &c. Cæſ. 3. Bell. Civil. 9. Jamque hyems appropinquabat. Val. Max. lib. 4. cap. 7. de Damone & Pythia, Appropinquante definita die.
Appropinquare etiam res aliqua dicitur, cujus tempus appropinquat. Cic. 2. Fam. 5. Sed tamen quum appropinquare tuus adventus putaretur.
Judicium appropinquat. Cic. pro Cluent. 19. i. e. Dies judicii.
Mors illi appropinquat. Cic. 5. de Fin. 31.
Occaſus urbis appropinquat. Cic. 3. in Catil. 19.
Appropinquare alicui honori, aut dignitati. Cæſ. 5. Bell. Gall. 43. Erant in ea legione fortiſſimi viri Centuriones, qui jam primis ordinibus appropinquarent. h. e. Quibus inſtabat tempus ut primos ordines ducerent in exercitu.
Appropinquat ut videat. Cic. 3. de Fin. 48. Nec catulus ille qui jam appropinquat ut videat, plus cernit quam is qui modo eſt natus, i. e. Cui appropinquat cernendi tempus.

Appropinquatio, ōnis. f. [προσέγγισις] Cic. de Senect. 66. Quarta reſtat cauſa, quæ maxime angere, atque ſolicitam habere noſtram ætatem videtur, appropinquatio mortis. Idem 5. de Fin. 32. Et angantur appropinquatione mortis confecti homines ſenectute.

Apprŏpio, āre. &
Approximo, āre. utuntur Scriptores eccleſiaſtici.
Appulia, & Appulus. V. apulia.
Appulsus, V. appello, is.

A P R

Aprarius, a, um. Adj. ab Aper: ut, Retia apraria, l. 22. ff. de inſtr. leg.

Aprīcus, a, um. Adj. [προσήλιος, εὐήλιος] Duobus modis dicitur: aliter enim Locum apricum dicimus, aliter Hominem, aut Avem. Virg. 5. Æn. 128.

— & apricis ſtatio gratiſſima mergis.

i. e. Sole gaudentibus. Sane Apricus locus dicitur Sole calens, quod eſt Opaco & abdito contrarium: & Apricos dicimus, Locis apricis gaudentes. Virg. 9. Ecl. 49.

Duceret apricis in collibus uva colorem.

Perſ. 5. Sat. 179.

— noſtra ut Floralia poſſint
Aprici meminiſſe ſenes.

Hæc Servius in 5. Æn. Eſt autem ſciendum Apricum non dici niſi reſpectu frigoris. Nam in æſtivo calore nihil proprie Apricum dicitur.
Apricus locus, a Sole apertus, a Græco vocabulo φρίκη appellamus, quaſi ἄνευ φρίκης, i. e. ſine horrore, videlicet frigoris. Unde etiam putatur Africa appellari. Author Feſtus. V. africa. Idem quoque ſentit Servius in 5. Æn.
Campus apricus. Hor. in Arte Poet. 162.
Colles. Virg. 9. Ecl. 49. & Plin. lib. 35. cap. 4. & lib. 6. cap. 17.
Dies. Columel. lib. 9. cap. 14.
Flatus. Columel. lib. 1. cap. 5. Ædificium fere peſtilens habetur, quod eſt remotum ac ſiniſtrum ſoli, & apricis flatibus.
Flores necte apricos. Hor. 1. Carm. 26. 7.
Littora. Martial. lib. 1. 50.
Pratum. Hor. 1. Epiſt. 14. 30.
Receſſus montium. Plin. 10. cap. 24.
Terræ. Virg. 6. Æn. 312.
In apricum proferre. Hor. 1. Epiſt. 6. 24.

Quicquid ſub terra eſt, in apricum proferet ætas.

Spatiari in aprico. Hor. 1. Serm. 8. 15.
Apricum & Opacum, veluti contraria. Cic. in Partit. 36. In locis autem & illa naturalia: maritimi an remoti a mari, plani an montuoſi, leves an aſperi, ſalubres an peſtilentes, opaci an aprici.
Apricior, [προσηλιώτερος] Columel. lib. 11. cap. 3. Nonnulli hanc eandem locis apricioribus a Calendis Martiis deponunt. Apriciſſimus, Idem l. 9. c. 14. Dum adhuc Autumni reliquiæ ſunt, apriciſſimo die purgatis domiciliis.

Aprīcor, [ἐλληθερίομαι, ἡλιάζομαι] āri. In aprico eſſe. Varro Myſteriis, Licet videre multos quotidie hyeme in Sole apricari. Ex Nonio. Cic. 5. Tuſc. 92. Alexandro roganti ut diceret ſiquid ſibi opus eſſet, Nunc quidem paululum (inquit) a Sole abſis. Offecerat videlicet apricanti. Columel. lib. 8. cap. 4. Paulinus Iambo activa forma poſuit, atque etiam Palladius 1. 38.

Apricatio, ōnis. f. [ἡλιασμὸς] Cic. 7. Att. 11. Sibi habeat ſuam fortunam. unam mehercule tecum apricationem in illo Lucretino tuo ſole malim, quam omnia iſtiusmodi regna.
Apricatione caleſcere, vel igni, apud Cic. de Senect. 57. Quo in loco dicit Nonius Marcellus, Apricationem poſitum pro Apricitate.
Ad apricationem egredi. Columel. lib. 8. cap. 8. Et recipiat ad apricationem egredientes columbas.

Aprĭcĭtas, ātis. f. [τὸ εἰληθερὲς] eſt Hybernus ille tepor in locis apricis. Columel. lib. 8. cap. 15. Quum apricitate diei geſtiunt aves. Idem lib. 7. cap. 4. Si diei permittit apricitas.
Apricitatis inclytæ regio. Plin. lib. 6. cap. 16.

Apries, [Ἀπρίης] Pſammis Ægypti regis filius, cui in regno ſucceſſit. Hic ab Ægyptiis, qui ab ipſo ad Amaſim defecerant, ſtrangulatus eſt, & ſepultus in paternis monumentis. Quærit H. St. an Pſammidis dicendum ſit. Quod miror, cum Herodotum ſæpius legerit, ap. quem ψάμμιος genet. in Euterpe bis occurrit, cæterum varie ſcribitur nomen. Syncello & Africano Pſammuthis, Euſebio Pſammites & Pſammus. Sic & qui Apries Herod. & Diod. Sic. Africano eſt Vaphris, Euſeb. & Sync. Vaphres, Vulgat. Hieremiæ Ephreæ. V. Marſh. Can. Chron. ad Sec. 18. de Clade Ægypti.

Aprīlis, is. m. abl. Aprili. [Ἀπρίλιος, Θαργηλιὼν] Menſis nomen. Sic autem dictus (teſte Servio) ab Aperiendo, quaſi terras tepore aperiens. Alii (ut Varro ſcribit) quia Veneri dicatus eſſet, quæ dicitur Aphrodite. Hor. 4. Carm. 11. 16.

— idus tibi ſunt agendæ,
Qui dies menſem Veneris marinæ
Findit Aprilem.

Hic menſis habuit primum ex conſtitutione Romuli triginta dies: mox Numa eum ad novem & viginti redegit; Cæſar ad triginta reſtituit. Habet Nonas 5, & Idus 13.
Aprilis, Adjective quoque accipitur: ut quum dicimus Calendis Aprilibus. Tametſi etiam pro menſe nonnulli, ſicut & cætera menſium nomina, adjectivum eſſe volunt: ut ſubaudiatur abſolutum Menſis, ſi expreſſum non fuerit. Cic. 1. Fam. 9. Quinetiam Marcellino & Philippo Conſulibus Nonis Aprilibus mihi eſt Senatus aſſenſus.

Aprinus, ſive Aprugnus. V. Aper.

Apronia, [ἄμπελος μέλαινα] Herba eſt, quam aliqui Nigram bryoniam vocant, foliis hederæ, ſmilaceis proximis, ſed majoribus: caules habet cognatos: capreolis ſuis arbores, quaſi adminicula comprehendit: fructus racematim cohærent, qui inter principia virent, & poſt maturitatem nigreſcunt: radix foris nigra, intus buxeo colore nitet. Dioſcor. lib. 4. cap. 177. & Plin. lib. 23. cap. 1.

Aproxis, Herba eſt, cujus radix e longinquo concipit ignes, ut naphtha. Plin. lib. 24. cap. 17.

Aprūco, ōnis. f. Herba, alias Saxifraga. Apul. de Herb. cap. 97.

A P S

Apsis, ĭdis. f. [ἀψὶς] (Gaza tamen lib. 3. Gramm. contendit ſcribendum ἁψὶς cum aſpiratione) Curvatura rotæ, i. e. Lignum ſupra rotas, tenens ſcalas, vel in quo figuntur radii, Ligneus rotæ circulus.
Homer. Iliad. ε, pro Foramine retis ſeu plaga uſurpat.
Apſides, etiam dicuntur Circuli in ſtellis, teſte Plin. lib. 2. cap. 15. his verbis, Plurimis de cauſis hæc omnia accidunt, prima circulorum eſt, quos Græci apſidas in ſtellis vocant.
Apſis, Fornicis curvatura, ſeu Teſtudo & camera. Plin. lib. 2. Epiſt. 17. Adnectitur angulo cubiculum in apſida curvatum.
Apſides argenteæ. Ulpian. in l. cum aurum. §. idem Pomponius. D. de aur. & arg. legat. Sed nec aurea emblemata, quæ in apſidibus argenteis eſſent. Apſides autem. Lances ſunt rotundæ, ut ait Turnebus, quæ & Parapſides etiam dicuntur. Dicitur etiam Apſida, æ. quod ad Spartianum Salmaſius obſervat p. 148.

Apsorus, [Ἄψωρος] Urbs Ponti Cappadocii, Ptolem. lib. 5. cap. 6. Hodie *Arcavi.*

Apsorus, [Ἄψορος] Inſula in mari Adriatico, adjacens Liburniæ, in qua civitas eodem nomine. Ptolem. lib. 1.

Apsus, [Ἄψος] Fluvius eſt in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico incumbit, non procul a Dyrrhachio, de qua Strab. l. 7. Lucan. l. 5. 462.

Tellus quam volucer Genuſus, quam mollior Apſus
Circumeunt ripis.

Apsyctos, [ἄψυκτος] Gemma eſt nigra, & ponderoſa, rubentibus venis diſtincta: ita dicta, quaſi Irrefrigerabilis. Nam ſemel igni excalfacta, ſeptem diebus calorem ſervat. Author Plin. 36. cap. 10.

A P T

Aptĕra, ōrum. n. [Ἄπτερα] Civitas eſt Lyciæ regionis, Stephano: & oppidum in Creta, a Syrenibus vocatum, quod victæ ibi cantu a Muſis, præ mœrore exutæ pennis in mare deſiluiſſent, ἄπτερος enim dicitur Implumis Latine. Apteron vocat Plin. lib. 4. cap. 12.

Apte, & Apto, as. V. poſt aptus.

Aptōtum, i. n. [ἄπτωτον] Sine caſu. Sunt enim Aptota, Nomina quæ neque per caſus, neque per numeros declinantur: ut Frugi, nihili, nequam, fas, nefas. Author Donatus in ſecunda editione. Hæc Latine dicuntur Indeclinabilia.

Aptuchi, [Ἀπτούχου] Fanum in Cyrenaica regione. Ptolem. l. 4. c. 4.

Aptus, a, um. [ἐπιτήδειος, ἁρμοστός, προσφυὴς] Partic. ab antiq. verbo Apiſcor. Unde eſt adj. Aptus, aptior, aptiſſimus. Cic. in Læl. 2. Catonem induxi ſenem diſputantem: quia nulla videbatur aptior perſona, quæ de illa ætate loqueretur. i. e. Accommodatior, & convenientior: ſive, ut dici ſolet, Magis propria. Idem de Senect. 9. Aptiſſima omnino ſunt, Scipio & Læli, arma ſenectutis, artes, exercitationesque virtutum. Alluſit ad Arma militum, quæ Apta dicuntur, quum bene connexa & cohærentia ſunt. V. Apta arma.
Sæpe uſus eſt cum Ad & accuſativo, ut, Actio congruens & apta ad animos permovendos, Cic. in Partit. 54.

Animi

Animi ad percipiendum apti. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Calcei habiles & apti ad pedem. Cic. 1. de Orat.
Caſtra erant ad bellum ducendum aptiſſima. Cæſ. 2. Bell. Civil. 37.
Commiſſuræ aptæ ad ſtabilitatem. Cic. 2. de Nat. Deor. 119.
Homo aptus ad dicendum. Cic. 1. Tuſc. 5.
Verba apta ad noſtram conſuetudinem. Cic. de Opt. Gen. Orat. 14.
Timarchides natus atque aptus ad Verris flagitioſas libidines. Cic. 4. Verr. 134.
Etiam cum præpoſitione In, ut, In aliquid aptus. Liv. 8. Bell. Maced.
Aptus cum infinit. paſſ. Ovid. 1. de Arte Am. 10.
　　Sed puer eſt, ætas mollis, & apta regi.
Aptus huc. Celſ. lib. 5. cap. 19. Rubrum quoque emplaſtrum, quod etheſium (Lind. Epheſium) vocatur, huc aptum eſt.
Aptum eſſe, & decere. Cic. 3. de Orat. 208. Nunc quid aptum ſit, hoc eſt quid maxime deceat in oratione, videamus.
Conſtruitur frequenter cum dativo, ut,
Æger curationi aptus. Celſ. lib. 2. cap. 12.
Ætas hæc apta meis moribus. Ovid. 3. de Arte Am. 122.
Anni luſibus. Ovid. 2. Amor. 3. 21.
Aquæ remigio. Ovid. 2. de Arte Am. 126.
Cibus ſtomacho: cui contrarium eſt, Alienus. Celſ. l. 2. c. 24. Synon. Idoneus ibid. jungitur.
Color pallidus amanti. Ovid. 1. de Arte Am. 729.
Dies quartus aptiſſimus eſſe conſuevit in pluribus ad initium cibi. i. e. Plures ægri die quarto recte comedere incipiunt. Celſ. lib. 3. cap. 4.
Ingenium aptius flammis. i. e. Amoribus. Ovid. 14. Met. 25.
Locus aptus equis. Hor. 1. Epiſt. 7. 41.
Lycium aptiſſimum medicinæ quod eſt ſpumoſum. Plin. l. 12. c. 7.
Naves aptæ inſtructæque remigio. V. NAVIS.
Palus remis. Hor. in Arte Poët. 65.
Puella oculis. Ovid. 1. de Arte Am. 44.
　　Quærenda eſt oculis apta puella tuis.
Papaver ſomno. Celſ. lib. 2. cap. 32.
Tempus precibus. Ovid. 2. de Pont. 2. 69.
Tempus inſidiis aptum. Tacit. 2. Hiſt. 16.
Uber aptius. Virg. 2. Georg. 234.
　　　— pecorique & vitibus almis
　　Aptius uber erit. 　Agri ſcilicet.
Verba joco. Ovid. 15. Epiſt. 48.
Vinum frigidum aptiſſimum eſt potui. Celſ. lib. 4. cap. 5.
Umbra paſtoribus apta. Ovid. 1. Met. 681.
Aptum, Neceſſarium, Nonio. 4. 3. Cic. de Repub. lib. 4. 3. Eademque objectu ſuo umbram noctemque efficiat, cum ad numerum dierum aptetum ad laborum quietem. [Sic legendum videtur cum Merc. Sed cur Neceſſarium exp. Nonius non aſſequor.
Aptum, Conjunctum. Virg. 4. Æn. 482.
　　Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum. 　Ubi Servius, Satis perite loquitur. Nam Aptum Conjunctum dicit, ἀπὸ τοῦ ἅπτεσθαι, non autem ſtellis inſignitum. Axis enim non habet ſtellas, qui eſt medius inter Septentriones. Idem Servius in 6. Æn. hoc ipſum pro Vicino interpretatur. Idipſum quoque eſt quod Nonius Marcellus Aptum, i. e. Connexum & colligatum exponit. Budæus autem Conſertum, coagmentatum, & compactum. Lucr. lib. 3. 857. 　— conjugioque
　　Corporis atque animæ conſiſtimus uniter apti.
Aptum ex aliqua re. Cic. de Fato 34. Quod ſi concedatur nihil poſſe evenire niſi cauſa antecedente: quid proficiatur ſi ea cauſa non ex æternis cauſis apta ducatur?
Aptus ex ſeſe is dicitur, Qui nullius ope indiget, ſed qui omnia apud ſe habet. Cic. in Parad. 2. Nemo poteſt non beatiſſimus eſſe, qui eſt totus aptus ex ſeſe, quique in ſe uno ſua ponit omnia.
Apta illi omnia ex ſeſe. Cic. 5. Tuſc. 36. Nam cui viro ex ſeipſo apta ſunt omnia, quæ ad beate vivendum ferunt.
Apta & Diſſoluta, contraria. Cic. 1. Off. 129. Nec vero hiſtrionibus, oratoribusque concedendum eſt, ut his hæc apta ſint, nobis diſſoluta.
Apta diſſolvere & Diſſipata connectere, contraria. Cic. in Orat. 235. Facilius eſt apta diſſolvere, quam diſſipata connectere.
Inter ſe apta. Cic. 2. de Invent. 46. Hoc modo ſi diligenter attendamus, apta inter ſe eſſe intelligimus hæc quæ negotiis, & illa quæ perſonis ſunt attributa.
Connexa inter ſe & apta. Cic. 2. de Nat. Deor. 99. Quis enim hunc hominem dixerit, qui quum tam certos cœli motus, tam ratos aſtrorum ordines, tamque inter ſe omnia connexa & apta viderit, neget in iis ullam ineſſe rationem?
Aptum aliquo vinculo. Cic. 5. Tuſc. 62. Fulgentem gladium e lacunari, ſeta equina aptum demitti juſſit.
Aptus validis nervis. Lucret. lib. 5. 926.
Apta arma. Salluſt. lib. 3. Hiſt. apud Nonium, Quod ubi fruſtra tentatum eſt, ſocordius ire miles, obrepere non aptis armis, ut in principio laxiore agmine. i. e. Male conjunctis, non bene cohærentibus, & quaſi diſſolutis.
Aptus, Concinnus, aſtrictus, expeditus. Cic. 1. Acad. 8. Nihil definiunt, nihil partiuntur, nihil apta interrogatione concludunt. h. e. (enarratore Turnebo) Nulla rationis concluſione utuntur, quæ in diſputationibus Dialecticorum interrogatione efficitur: quam aptam, i. e. Concinnam eſſe vult: in quo ineſt etiam expediti & aſtricti ſignificatio: ut apud Livium, Profectus apto exercitu. Simile eſt illud Hor. 1. Carm. 12. 43. 　— & avitus apto
　　Cum lare fundus. 　Et illud Catull. 26. 2.
　　　Aptis ſarcinulis & expeditis. 　Significat enim Horatius Parvum & concinnum larem: Catullus Curtam & aſtrictam ſarcinam.
Aptus mihi homo, Commodus, opportunus, jucundus, & ſuavis: cui opponitur Ineptus. Cic. ad Cornific. O hominem ſemper illum quidem mihi aptum, nunc vero etiam ſuavem!
Aptus, pro Adeptus apud Feſtum & Nonium legitur, ex Pacuvio & Lucilio.

APTE, [ἐπιτηδὲς] Aptius, Aptiſſime. Adv. qualitatis. Convenienter & accommode. Cic. 1. de Fin. 29. Quum inciderit ut id apte fieri poſſit. Plin. lib. 16. cap. 25. Ratio aptius reddetur ab hoc tertio volumine. Idem lib. 19. cap. 5. Parilibus tamen aptiſſime.
Convenit apte ad pedem cothurnus. Cic. 3. de Fin. 36.
Dicere. Cic. 1. Off. 4. Quod eſt oratoris proprium apte, diſtincte, ornate dicere.
Apte dicere ad tempus. Cic. in Partit. 30. Siquando tempus ipſum, aut res, aut locus in perorando dederit occaſionem nobis aliquam ut dicamus aliquid ad tempus apte, ne derelinquamus.
Docere. Ovid. 1. Amor. 8. 88.
Apte fieri, cui opponitur Diſcrepare ab officio. Cic. 1. Off. 146. Sed facile judicabimus quid eorum apte fiat, quid ab officio naturaque diſcrepet.
Apte locare. Liv. 4.
Apte, Conjunctim: & (ſi licet dicere) Connexe. Cic. in Hortenſ. apud Nonium, Altera eſt nexa cum ſuperiore, & inde apteque pendens.

APTITUDO, ĭnis. f. [κομψότης] eſt Convenientia, pulchritudo, elegantia. author Calepin. Improbat Voſſius de vit. L. L. 3. 1.

APTO, [ἁρμόζω, ἀρτύω, προσαρτύω, ῥυθμίζω] āre. Accommodare ſignificat. Dicimus autem Aptare alicui rei, & ad rem aliquam. Virg. 3. Æn. 472.
　　Interea claſſem velis aptare jubebat. 　Celſ. lib. 1. cap. 11. Ei rei commode aptatur. Cic. 3. de Orat. 161. Hoc verbum eſt ad id aptatum, quod ante dixerat. i. e. Apte accommodatum.
Claves aptare foribus. Martial. lib. 9. 47.
Ad fidei commiſſa eam ſtipulationem aptari debere. Ulpian. in l. 1. §. 1. D. Uſufr. quemad. caveat.
Aptari virtutibus. Cic. 4. de Fin. 4.
Apta quædam ad naturam aptare. Cic. 4. de Fin. 46.
Aptanda ad vitam fuerant quæ dicuntur. Quintil. lib. 3.
Aptare, Componere, parare, teſte Nonio. Virg. 10. Æn. 588.
　　　— projecto dum pede lævo
　　Aptat ſe pugnæ.
Aptare, pro Parare. Pompon. apud Nonium, Heus aptate pueri munde atque ampliter convivium.
Idonea aptare bello. Hor. 2. Serm. 2. 111.
Quidpiam aptare in re aliqua. Columel. lib. 8. cap. 10. Sed in eo tranſverſæ perticæ perforatis parietibus adverſis aptantur.
Aptare, abſolute poſitum. Columel. lib. 12. cap. 54. Quum autem eam tabulam ſic aptaveris, gravia pondera ſuperponito.
Aptare, Apte locare. Virg. 11. Æn. 8.
　　　— aptat rorantes ſanguine criſtas. 　Servius.
Aptare opportune. Quintil. lib. 6. cap. 3.

APTĀTUS, a, um. [ἡρτημένος] Plin. lib. 28. cap. 13. Sanguis hircinus cibo aptatus.
Ad authoritatem oratoriam aptatus. Sen. lib. Controverſ. 6.
Ad delectationem aptatus. Quintil. lib. 2. Sunt hæc ad popularem aptata delectationem.

APTATUS, ûs. m.

APTATIO, ōnis. f. Idem. Gloſſ. Cyrill.

APTATOR, ōris. m. Eædem gloſſæ.

APTABILIS, e. hinc

APTABILITER, Adv.

APTABILITAS, ātis. f. uſi ſunt Eccleſiaſtici ſcriptores.

A P U

APUA, Plin. lib. 31. cap. 8. de garo loquens ſic ait, Cœpit tamen & privatim ex inutili piſciculo minimoque confici: Apuam noſtri, Aphyen Græci vocant: quoniam is piſciculus e pluvia naſcitur. Vide APHYA.

APUANI, vulgo *Geneveſi*, Ligures ſunt, teſte Liv. 39. 32. Sempronius (inquit) a Piſis profectus in Apuanos Ligures, vaſtando agros &c. aperuit ſaltus. Add. 40. 41.

APUD, [παρὰ, πρὸς] Præpoſitio accuſativa, proprie Juxta ſignificat. Unde Nonius, Error (inquit) conſuetudinis Apud pro In utitur. Itaque vitioſe dicimus quum in foro nos fuiſſe: dicamus, apud forum fuiſſe: quum Apud Juxta ſignificet. Turpilius Leucadia, Utinam nunc apud ignem aliquem magnum aſſidam. Cic. 3. de Rep. Apud focum ſedens. Idem 2. de Orat. 12. Quum etiam tum in lecto Craſſus eſſet, & apud eum Sulpicius ſederet. Hæc ex Nonio.
Apud Mutinam, pro Ad. i. e. In obſidione. Suet. in Auguſt. cap. 77. Meminit & Nonius.
In veteri inſcriptione Romæ: VT ET EGO POSSIM DVLCIVS ET CELERIVS APVD EVM PERVENIRE, ubi Apud manifeſte pro Ad ponitur.
Apud, unam habet ſignificationem in loco, ut Apud Numantiam. Adjungitur tamen etiam perſonis: ut, Apud amicum, apud Athenienſes, & ſignificat παρὰ Græcum, quando locum apud illos demonſtrat. Ea autem præpoſitio in compoſitione non invenitur. Priſcian. l. 13.
Apud, mutuam loci & perſonæ conjunctionem ſignificat. ut quum dicimus, Cœno apud amicum. Author Feſtus.
Apud pro In, etiam dictum invenimus, ut Ter. And. 2. 1. 7. Apud forum modo e Davo audivi. Marcus Tullius de ſignis, Cœnam iſti dabat apud villam in Tyndaritano. Idem 6. Verr. 149. Qui nunc apud exercitum cum L. Lucullo eſt, pro In exercitu.
Apud me domi, pro eo quod eſt, Domi meæ. Ter. Heaut. 3. 1. 21. Sic in Eun. 5. 2. 1. Apud Antiphonem domi.
Apud ſe ruri. Cic. 1. de Orat. 214. Quem non longe ruri apud ſe eſſe audio.
Apud, junctum accuſativo perſonæ, quandoque Locum ſolum notat. Cic. 5. Att. 7. Ego quum triduum cum Pompeio, & apud Pompeium fuiſſem, proficiſcebar Brunduſium, &c. i. e. Domi ejus. Sic apud quempiam cœnare, aut eſſe poſſum, eo tamen abſente.
Apud me in mei generi Craſſipedis hortis cœnavit. Cic. 1. Att. 9.
Tecum apud te. Cic. 4. Att. 9. Tecumque apud te ambulare, quam cum eo, quocum video eſſe ambulandum, malo ſcilicet.
Secum & apud ſe. Cic. 5. Att. 6. Pomponius a me petierat, ut ſecum & apud ſe eſſem quotidie.
Rurſus hæc præpoſitio conſtructa cum accuſativo perſonæ ſæpenumero Solam perſonam ſignificat. Ter. Eun. 1. 2. 10. Aut quia ſum apud te primus. i. e. Tecum, vel in amore tuo, vel tibi primus. Item ibid. 1. 2. 7. Sine illum priores partes hoſce aliquot dies apud me habere.

Nonnunquam per Inter, vel per In. Cic. pro Font. 32. Studiis militaribus apud juventutem obsoletis. h. e. Inter juvenes: aut In juvenum moribus. Tale est quum dicimus, Mos fuit apud Romanos. Sic de similibus dicendum. Cic. 4. Verr. 48.

Apud majores vel patres nostros, pro Temporibus majorum vel patrum nostrorum. Cic. 2. Off. 85. Apud majores nostros factitata. i. e. A nostris majoribus. Idem in Læl. 6. Scimus L. Acilium apud patres nostros appellatum esse sapientem.

Apud posteros. Tacit. 1. Ann. 32. Memoriam apud posteros adeptus.

Apud Platonem, Agathoclem &c. scriptum esse dicimus, Quod Plato vel Agathocles scriptum reliquit. Cic. 5. Tusc. 34. Hujus sententiæ gravitas a Platonis authoritate repetitur, apud quem sæpe hæc oratio usurpata est. Idem 1. de Divin. 50. Apud Agathoclem scriptum est.

Apud te, pro Tibi. Plaut. Pœn. 1. 1. 24. Cur ego apud te mentiar? Cic. in Læl. 89. Apud quem evomat virus acerbitatis suæ.

Apud, pro In, cum accusativo personæ. Plaut. Mil. 3. 1. 43. Quum apud te exemplum experiundi habeas. i. e. In te ipso.

Apud illum fuit usus juris, vel in illo. Cic. in Bruto 158. Sic enim existimo juris civilis magnum usum & apud Scævolam, & apud multos fuisse, artem in hoc uno.

Apud duas civitates relinquam. Cic. 6. Att. 7. Ut confectas rationes lege Julia apud duas civitates possim relinquere.

Apud Achaiam, Apud Asiam. Tacit. 4. Ann. 13. Ut civitati Cibyraticæ apud Asiam, Egicensi apud Achaiam motu terræ labefactis subveniretur.

Apud matrem recte est, eaque nobis curæ est. Cic. 1. Att. 4. & 3. Q. frat. 7. i. e. Recte habet, recte valet.

Apud me minimum valet. Cic. 1. Fam. 9. Non modo non præmiis quæ apud me minimum valent, sed ne periculis quidem compulsus ullis.

Apud me qui amicitia & beneficiis & dignitate plurimum possunt. Cic. pro Rosc. Amer. 4.

Apud aliquem dicere, Accusare, verba facere, idem quod Coram. Cic. 5. Philipp. 12. Pavet animus apud consilium illud pro reo dicere. Sic 2. de Invent. 69. Thebani accusantur apud Amphictyones. Et 4. Att. 2.

Apud aliquem gratias cuipiam agere. Cic. pro Sext. 9. Conventus ille huic apud me P. Sextio maximas gratias egit.

Quum aliquem apud te laudaro tuorum familiarium. Cic. 2. Att. 25.

Quum de me apud te loquor. Cic. 1. Att. 3. h. e. In literis quas tibi mitto.

Queritur apud me per literas. Cic. 5. Att. 21.

Apud nos imperium tuum est, Poëtice dictum, pro In animo meo, vel in memoria. h. e. Memoria teneo id quod imperasti. Plaut. Mil. 4. 4. 60.

Apud animum meum. i. e. Mecum vel In animo meo. Sallust. Equidem ego sic apud animum meum statuo.

Cum animo statutum & deliberatum. V. ANIMUS. H. St.

Apud se esse, non tantum significat Esse domi suæ, quod notum est: (Quæritur exemplum hujus signific. H. St.) sed per metaphoram longe aliter accipitur. Ter. And. 2. 4. 5. Proin tu face, apud te ut sies. i. e. Præsenti & minime turbato animo. Ter. Heaut. 5. 1. 47. Præ iracundia, Menedeme, non sum apud me. Idem Hec. 4. 4. 85. Num tibi videtur esse apud sese? Idem in And. 5. 4. 36. Vix sum apud me: ita animus commotus est metu, spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono.

Apud, hoc præcipue ab Ad, differt, quod post verba motus nunquam adhibetur. Nemo enim recte dicat, Eo apud patrem: sed Ad patrem. V. AD.

Inter Apud & Penes: Apud, personam cum loco significat; Penes, personam ac potestatem. Author Festus. In eandem sententiam Ulpianus in l. Penes. de Verb. & rerum signif. Penes te (inquit) amplius est quam apud te. Nam apud te est, quod qualitercunque a te teneatur: Penes te est, quod quodammodo possidetur.

Apud, aliquando postponitur suo casui. Tacit. 6. Ann. 31. Ripam apud Euphratis. Et 4. Ann. 5. Misenum apud, & Ravennam.

In Lapidibus Aput interdum scribitur per t. ut Set pro Sed. V. Cellar. Orthogr. p. 88.

APULEIUS, sive APPULEJUS, i. m. Multi hoc nomine fuerunt, quod Onomasticon Glandorpii docebit, sed in his maxime celebris L. Apuleius Madaurensis, Orator & Philosophus, qui floruit sub Antoninis Imperatoribus. fuit & alius Tiberii ævo Apuleius Celsus, Medicus celebris.

APULEIUS, a, um. Adj. ut, Apuleia lex. Cic. 2. de Orat. 107. & 201.

APULIA, sive APPULIA, [Ἀπουλία] Italiæ regio, mari Hadriatico contermina, inter Dauniam & Calabriam. Hujus descriptionem vide apud Plin. lib. 3. cap. 11. Cic. 1. de Divin. 97. Apulia maximis terræ motibus conquassata. vulgo *Le pays de Pouille.*

Siticulosa Apulia. Hor. Epod. 3. 16.

Apulia, primam frequentius producit, secundam semper. Martial. 14. 155.

Velleribus primis Apulia, Parma secundis.

Interdum primam corripit. Hor. 3. Carm. 4. 10.

Altricis extra limen Apuliæ. Versus est Alcaicus dactylicus.

APŬLUS, sive APPŬLUS, a, um. Adj. [Ἄπουλος] ab Apulia, primam semper producit, secundam corripit. Lucan. lib. 5. 380.

Apulus Hadriacas exit Garganus in undas. Martial. lib. 8. 28.

Appula Ledæi tibi floruit herba Phalanthi.

APUS, odis. f. [ἄπους] dicitur ab α privativa particula, & πούς, ποδός, quod Latine est Pes, quasi Sine pede: Nomen est aviculæ. Plin. lib. 10. cap. 39. Plurimum volant quæ apodes vocantur, quia careant usu pedum. Ab aliis Cypseli appellantur, hirundinum specie.

A P Y

APYRĔTUS, i. m. [ἀπύρετος] Febri carens. Th. Prisc. l. 2. Si apyreti fuerint.

APYRI Tripodes. V. in ÆTHONES.

APYRĪNUS, Adj. Rectius APYRĒNUS [Ἀπύρηνος] ut Apyrinus fructus, & Apyrina mala. Martial. lib. 13. 42.

Non tibi de Libycis tuberes, & apyrina ramis. Genus est dulce mali Punici, cui lignosus non est nucleus. De quo Plin. lib. 13. cap. 19. & lib. 23. cap. 6. Sen. Epist. 26. Quo modo apyrina dicuntur, non quibus nulla inest duritia granorum, sed quibus minor.

Dulcis & apyrinus fructus. Columel. lib. de Arboribus cap. 23. Sic idem lib. 5. cap. 10. V. Henr. Steph. Tes. Gr.

APYROS, g. c. & n. ON, [ἄπυρος, ον] Quod ignem non expertum est, ut, Vivum alumen, quod Græci apyron vocant. Plin. lib. 35. cap. 15. Cels. lib. 5. cap. 18.

APYRŌTOS, i. f. [ἀπύρωτος] Nomen gemmæ, quæ alio nomine Carbunculus dicitur. Plin. lib. 37. cap. 7. Principatum habent carbunculi, a similitudine ignium appellati: quum ipsi non sentiant ignes, ob id a quibusdam Apyroti vocati.

A Q U

AQUA, æ. f. [ὕδωρ] Unum est e quatuor elementis: de quibus Plin. lib. 2. cap. 5. V. AER.

De aquarum natura, & mirabilibus, notatu dignissima, lectuque jucundissima invenies apud Plin. 31. Item lib. 2. cap. 103.

Aqua dicta est, quod Æqua summa, authore Varr. 4. de L. L. Festus autem; Aqua, inquit, dicitur A qua juvamur.

Aqua pedibus, & manibus. Illud attendendum (inquit Turnebus) aquam, qua manus initio cœnæ vel prandii lavamus, vel pedes abluimus, aquam eleganter pedibus & manibus a veteribus appellatam fuisse, ut reor, quod aquam pedibus cum poscerent, & manibus, tantum dicere solebant, Aqua pedibus, Aqua manibus, nullo adjecto verbo. Meminit Caper Grammat.

Aquāi, genitivus, quo utuntur poetæ, dividentes diphthongum per Diæresin. Cic. 1. de Divin. 15. Apud Lucret. sæpe, lib. 1. 284. & alibi.

Agmen aquarum. Virg. 1. Georg. 322.

Arcus aquarum. Ovid. 11. Met. 569.

Ecce super medios fluctus niger arcus aquarum
Frangitur, & rupta mersum caput obruit unda.

Augur aquæ cornix. Hor. 3. Carm. 17. 12.

Corpus udum aquæ. Lucret. lib. 2. 232.

Cumulus aquarum. Ovid. 15. Met. 508.

— cumulusque immanis aquarum
In montis speciem curvari & crescere visus.

Cursus aquarum frenare glacie, dicitur hyems. Virg. 4. Georg. 136.

Decursus aquæ ex montibus. Lucret. lib. 1. 284.

Dominus aquarum. Sic se appellat Achelous apud Ovid. 9. Met. 17.

Ductor aquarum. Tybris. Stat. 3. Sylv. 5. 111.

Haustus aquarum. Virg. 4. Georg. 229.

Humor aquæ dimittit sæpe saporem. Lucret. lib. 2. 197.

Imbrium aqua. Plin. lib. 31. cap. 3.

Incursus aquarum. Ovid. 11. Met. 730.

Limes aquarum. Ovid. 18. Epist. 133.

In margine aquæ sedere. Ovid. 2. Fast. 464.

Mons aquæ. Virg. 1. Æn. 109. de fluctu ingenti.

— insequitur cumulo præruptus aquæ mons.

Motus aquarum ingens. Virg. 4. Georg. 365.

Odor aquæ nullus esse debet. Plin. lib. 31. cap. 3.

Pauper aquæ fluvius. Sic Horatius Daunum vocat fluvium Apuliæ, ob ingentes calores exhaustum fere semper. 3. Carm. 30. 11.

Potores aquæ. Hor. 1. Epist. 19. 3.

Rex aquarum Neptunus. Ovid. 13. Met. 656.

Rivus puræ aquæ. Hor. 3. Carm. 16. 29.

Splendor aquæ. Lucret. lib. 4. 212.

Strata aquarum. Lucret. lib. 6. 1262.

Sulcus aquæ, i. e. Sulcus aqua repletus. Ovid. de Nuce, 66.

Temperies aquarum. Ovid. 4. Met. 344.

Vis aquæ subita. Lucret. lib. 1. 287.

Adversa aqua. V. ADVERTO.

Amara. Plin. lib. 31. cap. 3.

Ambiguæ, i. e. Diversa præditæ natura & vi. Ovid. 15. Met. 333.

Avernalis. Hor. Epod. 5. 26.

Bituminata. V. BITUMEN.

Blandæ. Ovid. 4. Met. 344.

Brevis. Ovid. 18. Epist. 174.

Cœlestis, i. e. Pluvia. Hor. 3. Carm. 10. 19. V. COELUM.

Cœrulea. Ovid. 8. Met. 229.

Calda. V. CALDUS.

Cana. Ovid. 2. Epist. 16.

Cisternina. V. CISTERNA.

Collina. V. COLLIS.

Concordes aquæ. V. CONCORS.

Crassæ. Ovid. 3. Amor. 6. 8.

Curva. Stat. 5. Theb.

Decocta. Plin. lib. 31. cap. 3. V. DECOQUO.

Deterrima. Columel. lib. 1. cap. 5.

Dulces. Virg. 4. Georg. 61.

Egelida. Plin. lib. 31. cap. 2.

Exilis. Plin. lib. 31. cap. 3.

Eximia. Columel. lib. 1. cap. 5.

Ferraria. Plin. lib. 28. cap. 16. Quidam urinam equi aquæ ferrariæ ex officinis miscent.

Fluvialis aqua, i. e. A fluvio petita. V. FLUVIUS.

Fœtida. Plin. lib. 31. cap. 3.

Fontana. V. FONS.

Gelida. Ovid. 21. Epist. 220.

Hybernæ. Ovid. 2. Fast. 206.

Incertæ, Quæ nulla certa via feruntur. Ovid. 8. Met. 166.

Intercus, [ὕδερος, ὕδρωψ] Aqua inter cutem, Celso l. 3. c. 21. Vide HYDROPS. Lucil. lib. 28. Aquam te in animo habere intercutem. Cic. 3. Off. 92. Siquis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem. Ex Nonio. Sunt autem duæ dictiones, quarum Intercus nomen est adjectivum q. V. unde & Morbum intercutem dicimus. Qui morbus vocatur Aqua subter cutem fusa. Plin. lib. 7. cap. 18.

Invitis aquis ire, vel navigare. Ovid. 12. Epist. 126.

Irriguæ. Ovid. 2. Amor. 15. 2.

Jugis. V. JUGUM.

Lethæis

Lethæis aquis ſcripta dare. Ovid. 3. de Arte Am. 340. i. e. Oblivioni.
Limoſa. V. LIMUS.
Manans. Columel. lib. 1. cap. 5.
Marina. V. MARE.
Medicæ aquæ, Quibus ad medendum utimur. Claud. Eidyl. Aponus, 86.
Mediocris aquæ lacus. Ovid. 6. Met.
Mollis. Ovid. 1. de Arte Am. 476.
Mulſa aqua, Quæ ex melle ad potum, præſertim ægrotantium conditur. De hac Plin. lib. 22. cap. 24. V. MULSUS.
Nitroſa. Plin. lib. 31. cap. 3.
Nivalis aqua, i. e. Ex liquefacta nive. olim delicatorum menſis apponebatur, ut ſcriptores interdum meminerunt. Gell. lib. 19. cap. 5. Is nos aquam multam ex diluta nive bibentes coercebat, ſeveriusque increpabat. Et paulo poſt, Qui aquam nivalem frugibus ſane & arboribus fœcundam diceret: ſed hominibus potu nimio inſalubrem eſſe. De hoc etiam Plin. lib. 19. cap. 4.
Olens jucunde. Plin. lib. 3.
Paluſtris. V. PALUS.
Peſtilens. Columel. lib. 1. cap. 5.
Pigra. Plin. lib. 31. cap. 3.
Pieriis aquis rigantur ora vatum. Ovid. 3. Amor. 9. 26.
Pluvia aqua, & Aqua cœleſtis, pro eodem ſæpe dicitur apud Plinium. Cic. pro Muren. 22. Ille tenet & ſcit, ut hoſtium copiæ, ut aquæ pluviæ arceantur. Sic idem in Topic. 19. Ovid. 3. de Arte Am. 174.
Pluvialis. Ovid. 8. Met. 335.
Maxime probabilis aqua. Plin. lib. 31. cap. 3.
Probatiſſima potui. Columel. lib. 1. cap. 5.
Puteana & Putealis. V. PUTEUS.
Quieta. Hor. 1. Carm. 31. 8.
Quotidiana aqua ab Æſtiva uſu tantum differt, non jure. Quotidiana, Ea eſt quæ duci aſſidue ſolet, vel æſtivo tempore, vel hyberno, etiamſi aliquando ducta non eſt. Ea quoque dicitur quotidiana, Cujus ſervitus intermiſſione temporis diviſa eſt. Æſtiva autem ea eſt qua æſtate ſola uti expedit, ſicut dicimus Veſtimenta æſtiva, ſaltus æſtivos, caſtra æſtiva, quibus interdum etiam hyeme, plerunque autem æſtate utamur. l. 1. §. 1. De aqua quotid. & æſtiva.
Rapida. Catull. 68. 4.
Raucæ. Ovid. 18. Epiſt. 26.
Recens. Virg. 6. Æn. 635.
Reſes. V. RESES.
Reſipiens aliquid. Plin. lib. 31. cap. 3.
Roſacea aqua, Quæ fit ex roſis, apud Plinium ſæpiſſime. Sed ſuppreſſo nomine Aquæ, ſæpius dicitur Roſacea. [Immo Roſaceum, & ſubauditur Oleum, quod & Roſa. V. utramque v.
Sacra aqua. Hor. 1. Carm. 1. 22. Aquam ſacram dixit, vel Numini alicui conſecratam, vel quod perpetuum fere apud poetas, fontium epitheton ſit, Sacros appellari. Ex Acrone & Porphyrione. Vel dicta eſt Sacra, quod Aquæ rem ſacram Perſæ faciebant hoc modo: Ad lacum, vel flumen, vel fontem accedebant, & ſcrobem faciebant, ibique hoſtiam jugulabant, caventes ne quid proxime aquam ſanguine contingeretur, ac ſi id accideret, omnia polluerentur: poſtea immolatis carnibus ſuper myrto lauroque impoſitis, eas Magi virgis ſubtilibus cremabant, & imprecationibus quibusdam factis, oleum lacte & melle mixtum inſpergebant, non in ignem, neque in aquam, ſed ſuper terram. Imprecationes per multum tempus faciebant faſciculum virgarum myricinarum tenuium tenentes. Hæc Strab. lib. 15.
Salmacidæ. V. SALMACIS.
Salubres. Hor. Carm. Sec. 31.
Serena. Lucret. lib. 4.
Servam aquam bibere: i. e. Aquam quæ ſervis propinatur. Ovid. 1. Amor. 6. 26.
Simplex. Ovid. 2. Amor. 6. 32.

Pellebatque ſitim ſimplicis humor aquæ.

Stagnans. Plin. lib. 31. cap. 3.
Tenues. Virg. 3. Georg. 335.
Tepidæ. Ovid. 8. Met. 684.
Tumidarum aquarum victor. Ovid. 19. Ep. 181. Sic Hero Leandrum vocat.
Turbidus imber aqua. Virg. 5. Æn. 696.
Vadoſæ. V. paulo poſt, Jactari vadoſis aquis.
Vaſtæ. Ovid. 19. Epiſt. 164.
Uberibus aquis fœcundus ſpecus. Ovid. 3. Met. 31.
Viliſſima rerum. Hor. 1. Serm. 5. 88.
Virides. Ovid. 1. de Arte Am. 402.
Vitioſa. Plin. lib. 31. cap. 3.
Vitreæ. Stat. 1. Sylv. 3. 74.
Volubilis. Hor. 4. Carm. 1. 40.
Addere aquam flammæ, pro Extinguere ignem. Tibul. 2. 4. 42. V. ADDO.
Aſpergere aquam. V. ASPERGO.
Aſtrictis aquis torpent fluvii. Claud. in præfat. 2. de Rapt. Proſerp. 18.
Aſſilientis aquæ vereri tactum. Ovid. 6. Met. 107.
Aſſueſcere aquis. Ovid. 3. Triſt. 3. 7.
Canet aqua. Ovid. 5. Epiſt. 54.
Cedo aquam manibus. V. CEDO.
Coercere aquas. V. paulo poſt, Quatere aquas.
Concipere. Ovid. 1. Met. 271.

Concipit Iris aquas, alimentaque nubibus affert.

Concitare everſas aquas dicuntur venti. Ovid. 7. Epiſt. 42.
Conſiſtit aqua. V. CONSISTO.
Deducere. Cic. 2. de Divin. 69. Aqua Albana deducta ad utilitatem agri ſuburbani.
Ducere. V. DUCO.
Eluctari aqua dicitur, quum vi expreſſa, veluti ab uvis, lente egreditur. Virg. 2. Georg. 244.

Ad plenum calcentur: aqua eluctabitur omnis
Scilicet, & grandes ibunt per vimina guttæ.

Eruta remis aqua. Ovid. 5. Epiſt. 54.
Expreſſæ aquæ dicuntur, Quæ vi impulſæ loco aliquo erumpunt. Ovid. 1. de Arte Am. 82.
Frangere aquas: i. e. Dirimere ſeu dividere dicimur, quum innatamus. Claud. Nupt. Hon. 133.

Fumat aqua de ſulphure. Ovid. 1. de Arte Am. 256.
Fundere aquas dicuntur fluvii. Ovid. 15. Met. 282.
Fundere aquas in mare. Ovid. 3. Amor. 2. 34. Paroemiam ſapit.
Hæret aqua. Cic. 3. Off. 118. Dicit ille quidem multa multis locis: ſed aqua hæret, ut aiunt. Significat Epicurum parum ſecum in diſputando conſtare, ſeque ipſum involvere. Idem 2. Q. frat. 7. In hac cauſa mihi aqua hæret. Translatum a clepſydris ad ipſos oratores. V. HÆREO.
Haurire aquas. Ovid. 3. Met. 188.
Haurire aquam turbatam limo. Hor. 1. Serm. 12. 59.
Jactari vadoſis aquis. Lucan. lib. 8. 698.
Immori aquis. Ovid. 7. Met. 570.
Implorare aquas cœleſtes. Hor. 2. Epiſt. 135.
Inclinantur aquæ ad littora. Ovid. 11. Met. 208.
Incoquere cum aqua. V. INCOQUO.
Infeſtare aquas. Ovid. 2. Amor. 11. 18.

Quas Scylla infeſtet, quasve Charybdis aquas.

Inficere. Ovid. 9. Epiſt. 142.
Infuſcata aqua abſcondi. V. INFUSCO.
Innare aquæ. V. INNO.
Inquinata cadaveribus aqua. Cic. 5. Tuſc. 97.
Interdici aqua & igni ſolet damnatis, quia videlicet hæ duæ res humanam vitam maxime continent. Itaque funus proſequuti, ignem ſupergrediebantur aqua aſperſi: quod purgationis genus vocabant Suffitionem. Hæc Feſtus. De hoc autem per multa eleganter ſcribit Lactantius Divinarum Inſtit. lib. 2. c. 10. extr.
Interdictis aquis imminet æger. Ovid. 3. Amor. 4. 18.

Nitimur in vetitum ſemper, cupimusque negata,
Sic interdictis imminet æger aquis.

Interponere aquam vino. V. INTERPONO.
Intrita facta aqua. V. INTERO.
Involvere aqua. Virg. 6. Æn. 336.
Irrigare aquam. V. IRRIGO.
Jungere ignibus aquas. Sen. Hippol. 4. De re impoſſibili.
Labuntur altis ripis aquæ. Hor. Epod. 2. 25.
Laceſſere cautes dicuntur aquæ, poetica phraſi, Quum illas aſſiduo fluctuum impulſu verberant. Sen. Hippol. 4.
Mergere aqua. Ovid. 3. Amor. 1. 58.
Mergere aliquem in aquam. V. MERGO.
Mergi aquis. Ovid. 5. Met. 595.
Mollire ferventibus aquis. Ovid. 1. Met. 228.
Perdere aquam. Quintil. l. 11. c. 3. de pronuntiatione, Temporibus præfinitis aquam perdit: i. e. Tempus. Sumptum ab horologiis quæ aqua olim fiebant, ad quæ tempus orandi dabatur. V. CLEPSYDRA.
Perfluunt aquæ fertile Tybur. Hor. 4. Carm. 3. 10.
Permiſceri dulci aqua. V. PERMISCEO.
Petere & Sumere aquam verecundus ſermo eſt, pro Ventrem ac Veſicam exonerare; Nam id qui feciſſent lavabant manus, ut & poſt omne nequam facinus. V. Scalig. ad Propert. 4. 3. 36. & Grut. ad Mart. 1. Epigr. 109.
Plaudere aquas natatu. Stat. 1. Sylv. 3. 74. h. e. Percutere.
Poſcere aquam & terram apud Græcos idem eſt, ac Bellum alicui inferre. Hinc Liv. 35. 17. Perſæ aquam & terram a Lacedæmoniis petierunt. V. Chiliad. Eraſmi.
Poſtulare aquam a pumice; proverbialiter utitur Plaut. Perſ. 1. 1. 42. Significat Fruſtra petere vel ab egente, vel tenace & avaro.
Præbere aquam. Hor. 2. Serm. 2. 68.
Præcipitari in aquas, a poetis dicuntur ſidera quum occidunt. Ovid. 4. Faſt. 164.

Scorpius in virides præcipitatur aquas.

Præcipitari aquis dicitur lux, & aquis nox exire, quum adveſperaſcit aut nocteſcit. Ovid. 4. Met. 92.
Prætervehi aquis rectis. Stat. 5. Theb. 473.
Properantis aquæ ambitus. Hor. de Arte Poet. 17.
Quatere aquas & coercere Neptunus dicitur. Ovid. 18. Epiſt. 48.
Refrenare. Ovid. 6. Epiſt. 87.
Refundit arcus aquas alio de fonte raptas: i. e. Iris. Stat. 4. Theb. 834.
Retorquet in ſe lapſas aquas Mæander. Ovid. 9. Epiſt. 56.
Secare. Ovid. 3. Amor. 12. 34.

Aut ſecat impoſita virgine taurus aquas. De Europæ vectore.

Siſtere. Ovid. 3. Amor. 6. 2. Virg. 4. Æn. 489.

Siſtere aquam fluviis. Dativus eſt Fluviis.

Sorbere. Ovid. 2. de Arte Am. 352.

Terraque cœleſtes arida ſorbet aquas.

Sternere aquas dicuntur dii æquoris vel fluviorum, quum tranquillitatem inducunt. Valer. 2. Argon. 591.
Sternere aquas æquor. Virg. 8. Æn. 89.
Subeunt lucos aquæ & auræ amœnæ. Hor. 3. Carm. 4. 8.
Succedere aquæ. Ovid. 11. Met. 142. Rex juſſæ ſuccedit aquæ: i. e. Sub aquam ſe demittit.
Temperare aquam ignibus. Hor. 3. Carm. 19. 6.
Truncare aquas ſocias. Claud. in Bell. Gigant. 70.
Turbare. Ovid. 3. Met. 475.
Verſare aquas dicitur navis. Ovid. 13. Epiſt. 98.
Vertendis aquis apta ſidera. i. e. Commodum tempus navigationi. Ovid. 1. Amor. 9. 14.
Volvere aquas in mare dicuntur flumina. Ovid. 1. Amor. 15. 10.
Unctam aquam convivis præbere. Hor. 2. Serm. 2. 68.

— nec ſic ut Nevius, unctam
Convivis præbebit aquam. In avaros & ſordidos dici poterit.

Scribere in aqua. Proverbiale. Catull. 68. 4.

— ſed mulier cupido quod dicit amanti,
In vento, & rapida ſcribere oportet aqua. h. e. Oblivioni dare.

Aqua in ſingulari ponitur frequenter antiquis pro Aquæ ductu, cujusmodi inter Romanæ magnificentiæ opera celebrantur, a P. Victore de Reg. Vrb. Ro. XXIV. Aqua nempe Albudina, Alexandrina, Algentiana, Alſia; (quæ & Alſietina, Halſietina & Auguſta) Amnia ſeu Annia, Anio novus, Anio Vetus, Antoniniana, Appia, Aurelia, Cærulea, Cimina, Claudia, Crabra, Damnata, Herculea ſ. Herculanea, Julia, Marcia (quondam Aufeja,) Sabatina, Septimiana, Severiana, Tepula, Trajana, Virgo. V. & S. Jul. Frontin. de Aquæd. U. R & plenius de ſingulis in Lexico Pitiſci. De Marcia ac Trajana in Nummis Oiſel. Tab. 108.

Aquas in plurali cum dicunt, Aquas calidas & medicatas intelligunt, ut Baianas & Puteolanas. Cic. pro Planc. 65. Deſtiti ſtomachari, & me unum ex iis feci qui ad aquas veniſſent. Idem 15. Fam. 24. Puto utrunque ad aquas. Varro l. 2. de Analog. Sic & aquæ calidæ, a loco, & aquis quæ ibi ſcatent, quum ut colerentur veniſſent in uſum noſtris, quum aliæ ad alium morbum idoneæ eſſent: hæ quum plures eſſent, ut Puteolis, & in Tuſcis, quibus utebantur, multitudinis potius quam ſingulari vocabulo appellarunt. Hinc nomen inventum variis locis propter aquas nobilibus. Ut

AQUÆ Auguſtæ, [Ὕδατα Αὐγοῦστα] Ptolemæo, Tarbellicæ Antonino, Urbs Aquitaniæ in Gallia, vulgo *Baiona.*

Aquæ calidæ, Urbs inſulæ Britanniæ, Ptolemæo, Aquæ Solis Ant. It. vulgo *Bath.* eſt & urbs ejusdem nominis Ptolemæo, Vicus aquarius aliis dictus, vulgo *Vich*, *Vique.*

Aquæ mortuæ, Oppidum Galliæ Narbonenſis opere C. Marii, centum paſſus a Rhodani oſtiis deductæ, ut ait Plin. Vulgo *Aigues mortes.*

Aquæ Sextiæ Salyum, ſive Salyorum, vel Salviorum, Galliæ Narbonenſis urbs, nunc Aquenſis civitas, quam C. Sextius Procos. redactis in poteſtatem Salyibus ædificavit, nomen a conditore & aquis calidis adepta. Author Strab. Vulgo *Aix en Provence.* Plin. lib. 3. cap. 4.

Huc pertinent præterea in Italia Aquæ Apollinares, Aqua viva, Aquæ Cumanæ, Aquæ Cutiliæ, Aquæ Sinueſſanæ, Aquæ Statiellorum, Aquæ Taurini; In Hiſpania Aquæ Bilbilitanæ, Aquæ calidæ, Aquæ Celeniæ vel Cilinæ vel Quintianæ, Aquæ Flaviæ, Aquæ Querquernæ, Aquæ Voconiæ; In Gallia Aquæ convenarum, Aquæ Helvetiæ Vulgo *Baden*; In Dacia Aquæ Dacicæ, in Mœſia Mœſicæ, in Pannonia Pannoniæ; In Epiro Aquæ Regiæ; In Africa item eodem nomine oppidum, & alterum Aquæ Calidæ. de quibus ſingulis Cellarium adi.

AQUŬLA, æ. f. dimin. [ὑδάτιον] pro Rivulo vel Piſcinula, ad differentiam fluminis. Cic. 1. de Orat. 28. Platanus mihi videtur non tam ipſa aquula, quæ deſcribitur, quam Platonis oratione creviſſe. Plaut. Curcul. 1. 3. 3. Mane ſuffundam aquulam.

AQUULA, Oppidum Hetruriæ. Unde Aquulenſes & Aquenſes Plinio & Ptolemæo dicti.

AQUÆDUCTUS, ûs. m. [ἀγωγὸς, ὑδροχόη, ἀμάρα] nomen ex genitivo & nominativo compoſitum, dictumque ab Aqua ducenda. Eſt enim Aquæductus, Aquarum deductio. h. e. Quum alicunde aqua derivatur, ut per cuniculos impoſitis canalibus alio inducatur, ſive ad bibendum, ſive ad irrigandum. Extat Julii Frontini liber de Aquæductibus Urbis Romæ. q. V. & quæ ſupra in AQUA.

Aquæductus JCtis eſt jus aquæducendæ. Ulpian. l. 1. D. de Servit. ruſtic. præd. Servitutes ruſticorum prædiorum ſunt hæ: Iter, actus, via, aquæductus. Et paulo poſt, Aquæductus, eſt jus aquæ ducendæ per fundum alienum. Rectius diviſe ſcribitur. Nam & Aquarum ductus legimus.

AQUÆDUCTIO, ōnis. f. Significat non Jus aquæ ducendæ, ſed Ipſam ductionem. in l. Si autem. 10. D. de aqua pluv. arc. In melioribus libris hoc quoque diviſe ſcriptum invenitur, ut & ſeq.

AQUÆHAUSTUS, ûs. m. eſt Jus hauriendi aquam, & portandi per agrum, fundum, ſeu prædium alterius, ratione ſervitutis. Differt autem ab Aquæductu, quod Hic fiat in fiſtulis & meatibus ſubterraneis: Ille vero per animalia, portando. l. ſi prius. §. 1. & 2. D. de aqua pluv. arcend.

AQUÆLIBRATOR, ōris. m. Idem ac Aquilex, Librator, q. V. Cod. Theod. l. 13. t. 4. Aquælibratores, vitriarii, eborarii. [Videtur diviſe legendum Aquæ lib. Alioquin Aquilibrator dixiſſent, ut alia ejusmodi, quæ infra ſequuntur.

AQUÆLICIUM, ii. n. [ὑδραγωγία] dicitur, Quum aqua pluvialis remediis quibusdam elicitur: ut quondam (ſi creditur) manali lapide in urbem ducto. Hæc Feſtus. Hoc fiebat in magnis ſiccitatibus.

AQUAGIUM, ii. n. [ἀγωγὸς] quaſi Aquæ agium, i. e. Aquæductus, appellatur. Hæc Feſtus. Pomponius, l. Hoc jure. D. de aqua quotid. Is qui jus aquæ quotidianæ habet, vel fiſtulam in rivo ponere, vel aliquid aliud quidlibet facere poteſt, dum ne fundum domino, aut aquagium rivalibus deterius faciat.

AQUALĬCUS, i. m. [γαστὴρ] Alvus, quo ſordes defluunt.
Item genus quoddam Lati inteſtini, ex quo farcimina fieri ſolent. Apicius, Reple aqualicum ſic, ut laxamentum habeat, ne diſſiliat in coctura.

AQUALICŬLUS, i. m. [γάστρων] ab Aqua dicitur: & proprie Vas eſt in quo porci ſorbent. Per metaphoram vero Inferiorem ventris partem in quam ſordes confluunt. Perſ. 1. Sat. 57.

— quum tibi Calve
Pinguis aqualiculus propenſo ſeſquipede extet.

V. Caſaub. ad Perſii loc. & Mercurial. Var. Lect. 1. 1. qui & 6. 1. monſtrabit nonnunquam pro Toto ventre accipi Aqualiculum.

AQUALIS, e. Adj. Idem ac Aquaticus. Sidon. 8. Epiſt. 6.

AQUĀLIS, is. m. [ὑδρία] Varro 4. de L. L. Et ab Aqua Aqualis dictus. Vas eſt aquarium, quo aqua & manibus datur, & menſæ infertur. Ejus autem accuſativus melius per tertiam vocalem in im deſinit. Plaut. Curcul. 2. 3. 33. Datin' iſti ſellam, ubi aſſideat cito, & aqualim cum aqua?

AQUANUS, a, um. Idem ac Aqualis. Tertull. de Carne Chriſti, c. 9.

AQUARIUM, & per dimin. AQUARIŎLUM, i. n. [ὑδροδοχεῖον] Locus in quem ſordida aqua jactatur: qui & Lavatrina a lavando appellatur. Nec in culina tantum fiunt ejusmodi aquaria, ſed in tricliniis quoque & cubiculis, & cœnationibus cum dignitate & elegantia.

Aquarium, Locus in flumine aut alia quavis aqua, ad quem animalia potum aguntur. Cato de R. R. cap. 1. Si poteris, ſub radice montis ſiet, in meridiem ſpectet, loco ſalubri, operariorum copia ſiet, boumque ibi aquarium.

AQUARIUS, a, um. [ὑδατικὸς] quod ad aquam pertinet, ut, Cotes aquariæ. Plin. lib. 18. cap. 28. Italia aquarias cotes dedit, limæ vice imperantes ferro.

Aquarius ſulcus, Qui fit ad aquas ex agris educendas. Columel. l. 12. c. 8. Cavebitur tamen ut patentes liras, crebrosque ſulcos aquarios, quos nonnulli Elices vocant, faciamus: & omnem humorem in colliquias, atque inde extra ſegetes derivemus.

Aquaria provincia. i. e. Onus aquæ ducendæ. Cic. in Vatin. 12. In eo magiſtratu, quum tibi magno clamore aquaria provincia ſorte obtigiſſet. Cæl. Rhodig. l. 18. c. 40. Aquaria (inquit) provincia in Cicerone adverſus Vatinium, cura eſt Quæſtoris, præfecti mercibus quæ vel mari vel omnino aquis ſubvehuntur, nequid exportetur. Sed & publicis aquis præfici ſolitos quosdam ſcimus: de quibus quandocunque ſit ſenatusconſultum factum, ut quum ejus rei cauſa extra urbem forent, lictores binos, & ſervos publicos ternos, architectos ſingulos, & ſcribas, & librarios, accenſos & præcones totidem habere liceret. Hoſce dici quandoque Aquarum curatores animadverto, interdum & Aquarios. Julius Frontinus, Ille aquariorum tollendus reditus, quem vocant Punctam. Et mox docet, fuiſſe quendam qui appellatur A punctis. Alibi Frontinus Aquariorum fraudem nominat, quos aquas ex publicis ductibus in privatorum uſum derivare deprehendiſſet. Super qua re Cælii Rufi edita quoque legebatur oratio, cui titulus fuit De aquis, ubi aquariorum dolo, irriguos agros, tabernas, cœnacula perpetuis ſalientibus coarguebat inſtructa. Hæc Cælius.

Aquarii moduli. V. Modulus in MODUS.

AQUARIUS, i. m. ſubſt. pro Aquilege, ut videtur. Cæl. ad Cic. 8. Fam. 6. Niſi ego cum tabernariis & aquariis pugnarem, veternus civitatem occupaſſet.

Aquarii item ſunt Aquarum cuſtodes: de qua re vide paulo ante in Aquaria provincia. V. Tacit. 15. Ann. 43. & Lipſ. ad loc.

Aquarii etiam appellabantur, Qui in lupanaribus impuris mulieribus aquam miniſtrabant. Juvenal. Sat. 6. 332. Veniat conductus aquarius. V. Turneb. Adv. 14. 12. extr. & AQUARIOLUS.

De Aquariis hæreticis, qui Aqua pro vino in Sacro calice utebantur, Cyprian. Ep. 63. Epiphan. Hæreſ. 46. Cœl. Rhodig. 18. 40.

Aquarius, [Ὑδροχόος] eſt & Cœleſte ſignum in Zodiaco circulo, de quo multa ſcribit Hyginus. Servius ad 1. Æn. 23. dicit ſecundum fabulas hunc fuiſſe Ganymedem, qui ab Jove raptus, & inter ſidera collocatus, Aquarii nomen accepit. Plin. l. 18. c. 26. Hor. 1. Serm. 1. 36. Aquarius levis. Ovid. 2. Faſt. 457.

Jam levis obliqua ſubſedit Aquarius urna.

AQUARIŎLUS, i. m. Meretriculæ miniſter per diminutionem ad contemptum ſic dictus. Feſtus. Aquarioli dicebantur mulierum impudicarum ſordidi aſſeclæ. Talem deſignat Lampridius Commodo cap. 2. V. ibi Caſaub. & Salmaſ. ad Vopiſc. p. 515. Iidem & Lenonum vices fungebantur & conditiones meretricibus conciliabant. Tertull. Apol. cap. 43.

Aquarioli præterea dicuntur, Qui uxoris ſuæ ſtupra æquo animo patiuntur. Apul. in Magiæ Apolog. p. 323. extr.

AQUATĬCUS, a, um. Adj. [ἔνυδρος, ἐνυδρόβιος] eſt Quod in aquis, aut circa aquas vivit: aut aquas, ſive aquoſa loca frequentat: ut, Avis aquatica. Plin. lib. 10. cap. 11. Uti anſeres, & aquaticæ fere aves.

Aquaticum, dicitur etiam, Quod in aquis aut prope aquas naſcitur. Plin. l. 16. c. 40. Frigidiſſima, quæcunque aquatica. Dictum de arboribus.

Aquatica lotos. Ovid. 9. Met. 341.

Aquaticus etiam dicitur Auſter, quod pluviam inducat. Ovid. 2. Met. 853.

AQUATĬLIS, e. Adj. [ὑδατηνὸς] Idem quod Aquaticus. ut, Beſtia aquatilis, Degens in aquis. Cic. 1. de Nat. Deor. 151. Beſtiarum autem terrenæ ſunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quaſi ancipites in utraque ſede viventes.

Humor aquatilis, pro eo quod vulgo Humor aqueus dicitur. Varro 1. de R. R. cap. 64. Amurca quum ex olea eſt expreſſa, qui eſt humor aquatilis, ac recrementum, &c.

Muſculi, i. e. Parvi mures in aquis naſcentes. Plin. lib. 2. cap. 103.

Pecus aquatile, duriuſcule dictum per metaphoram pro Piſcibus. Columel. lib. 8. cap. 17. ubi loquitur de poſitione piſcinæ, Hac ratione ſtabulis ordinatis, aquatile pecus inducemus.

Abſolute Aquatilia, [ἔνυδρα] ſubaudi Animalia; Plin. lib. 9. cap. 12. Aquatilium tegumenta plura ſunt, &c. Ibidem cap. 52. Aquatilium omnium fœtus inter initia viſu carent.

AQUILENTUS, a, um. Plenus humoris. Varro apud Nonium 4. 318. de Luna: Tum contremula aquilenta apud alta littora oriris. V. Turneb. 29. 28.

AQUOR, ātus ſum, [ὑδρεύω, ὑδροφορέω] āri. ſive AQUO, āre. Aquam haurire, petere. Virg. 4. Georg. 193.

Sed circum tutæ ſub mœnibus urbis aquantur.

Ubi Servius: Aquam hauriunt ex vicino. Liv. 44. 40. Cæſ. 8. Bell. Gall. 41. Nec ſine periculo poſſent aquari oppidani.

Aquatum egredi. Salluſt. in Jugurth. cap. 93. Quidam Ligus miles gregarius caſtris aquatum egreſſus, haud procul ab latere caſtelli animadvertit repentes inter ſaxa cochleas.

AQUATIO, ōnis. f. [ὑδρεία] Aquandi actus. Cæſ. 4. Bell. Gall. cap. 11. Tamen ſeſe non longius millibus paſſuum quatuor aquationis cauſa proceſſurum eo die dixit.

Aquatio, Aquarum pluvialium abundantia. Plin. lib. 32. cap. 7. Et hoc utebatur in multis variisque per aquationes Autumni naſcentibus.

Aquationem etiam pro Irrigatione Palladius Febr. 4. 7. uſurpat. Annotavit & Rhodiginus.

AQUATINIUM, ii. n. quaſi Aquam tenens, Poculi fictilis genus in ſacrificiis. Ubi apud Feſtum eſt Atanuvium, ita corrigit Barth. Adverſ. 40. 11.

AQUĀTOR, ōris. m. [ὑδροφόρος] Qui aquandi miniſterium, præſertim in exercitu, facit. Liv. 41. 1. Cæſ. 1. Bell. Civil. 73. Hæc conſultantibus, eis nuntiatur aquatores ab equitatu premi noſtro.

AQUĀTUS, a, um. eſt, Quod aquatilem humorem natura miſtum habet. Ex quo formatur comp. Aquatior. Plin. lib. 28. cap. 9. Omne autem vernum aquatius æſtivo. De lacte dictum.

Aquatum, pro Diluto. Sen. 1, Nat. Quæſt. Intereſt quomodo ſit macerata purpura, craſſius medicamentum, an aquatius traxerit. Ubi Craſſum medicamentum opponitur Aquato.

Aquatus ovi liquor. Scribon. Larg. 23. Cum ovi aquato liquore.

Superl. idem 26. Cum ovi albo, id eſt Aquatiſſimo.

AQUIDŪCUS, a, um. [ὑδραγωγὸς] Cæl. Aurel. Tard. 3. 8. Aquiduca medicamenta, quæ Græci Hydragoga vocant.

AQUĬFŬGA, æ, c. Hydrophobus. Cæl. Aurel. Acut. 3. 9.

AQUIGENUS, a, um. Natus in aquis. Tertull. adv. Marc. 2. 12.

AQUILEGIUM, i. [τέναγος] Collectio aquæ. Plaut. Si pluet, aquilegio me juvabo. In vet. onomaſt. χερνός. [Plauti locum non invenimus.

AQUĬLEX, ĕgis. ab Aquis legendis dictus eſt, ut author eſt Marcellus: Artifex inveniendorum fontium, aquarumque colligendarum ad aquæductus: Idem videtur cum eo qui Librator vocatur in l. 1. C. de Excuſat. artificum, ab aquis librandis dictus. Plin. ad Trajanum de aquæductu Nicomedenſium loquens, lib. 10. Epiſt. 38. In primis neceſſarium eſt mitti a te vel aquilegem, vel architectum, ne rurſus eveniat quod accidit. Vide AQUÆLIBRATOR, & LIBRATOR.

AQUILICIA Feſta dicebantur, quibus Jovi pro aqua e cœlo elicienda ſacra faciebant. Horum meminit Tertull. in Apologet. cap. 40.

AQUŌSUS, a, um. [ὑδατώδης, ὑδαρής] Quod copiam aquæ habet: ut

Aquoſus

Aquosus campus. Liv. 9. Plin. lib. 18. cap. 17.
Crystallus aquosa. Propert. lib. 4. 3. 52.
Crystallusque tuas ornet aquosa manus. Aquosam dixit, vel ob similitudinem & perspicuitatem, vel quia re vera crystallus ex aquæ concretione fit, ut habet Plin. lib. 37. cap. 2.
Languor, de hydrope. Hor. 2. Carm. 2. 15.
Nubes. Virg. 6. Æn. 52. Ovid. 4. Met. 621.
Orion. Virg. 4. Æn. 429.
Piscis. Virg. 4. Georg. 234. Ubi Servius, Australem Piscem significat, qui Aquarii undam suscipit: unde & Aquosi addidit. Tunc etiam Piscis hic oritur, quo tempore Pleiades occidunt.
Aquosior. Plin. l. 18. c. 17. In cretoso & rubricoso & aquosiore agro adoreum.

AQUICELUS, i. m. Vocem hanc suggerit Plin. lib. 15. cap. 10. In melle decoctos nucleos (pineos) Taurini aquicelos vocant.

AQUIFOLIA, æ; & AQUIFOLIUM, ii. n. quasi Acufolia, ab Aculeis foliorum, Arbor sylvestris, habens aculeata folia, quæ non decidunt, ferensque baccas sine succo. Plin. l. 24. c. 13. Aquifolia arbor in domo aut villa sata, veneficia arcet. Dicitur & Aquifolium in neutro genere pro eodem. Plin. l. 16. c. 25. Cæteræ Vere conceptæ, aquifolium, terebinthus, paliurus, castanea, glandes.

AQUIFOLIUS, a, um. Plin. 16. 43. Cato vectes aquifolios, laureos, ulmeos fieri jubet. V. Cat. de R. R. cap. 31.

AQUILA, Urbs Brutiorum, ex ruinis Furconii antiquissimi oppidi, a Longobardis ædificata, ut scribit Volaterr.

AQUILA, [Ἀκύλας] Nom. Viri propr. in N. T. Aquila Philos. qui Dialecticos commentarios conscripsit de Syllogismo. Alius item Grammaticus, Musicus. Suid. Notior his Aquila Sinopensis Ponticus, cujus extabat Græca bibliorum versio. V. Fabric. Bibl. Gr. Vol. 2. p. 332.

AQUĬLA, æ. [ἀετὸς] Avis olim Jovi sacra. Ejus sex sunt genera. Vid. Plin. lib. 10. cap. 3.
Aquila unde dicatur, V. AQUILUS.
Anataria aquila apud Plin. i. e. Anatum insectatrix, quam Aristoteles Nessophonon appellat, & Leporaria, quam ille Lagophonon: a necandis leporibus & anatibus inditis nominibus. Budæus.
Feroces aquilæ. Hor. 4. Carm. 4. 32. — nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Fulva. Virg. 11. Æn. 752.
Aquilæ clangunt. In elegia de Philomela.
Aquila etiam fuit Signum singularum legionum Romanarum, isque Aquilifer dicebatur qui eam gestabat. q. V. Cic. 2. in Catil. 24. Quum Aquilam illam argenteam (cui etiam sacrarium scelerum domi suæ fecerat) scirem esse præmissam. Ovid. 5. Fast. 586.
Romanæque aquilæ signifer hostis erat. Lucan. lib. 1. 6.
— infestisque obvia signis
Signa, pares aquilæ. Idem lib. 1. 244
Ut notæ fulsere aquilæ, Romanaque signa. Cic. 10. Fam. 30.
Aquilæ duæ, signa sexaginta sunt relata Antonii.
Aquila est etiam Sidus cœleste. V. Plin. 18. 27. & 29. & Kepler.
Aquilæ sunt & in ædificiis, Summæ videlicet partes, quæ fastigium constituunt, quod aquilarum alas referant. Tacit. 3. Hist. 71. 7. Inde lapsus ignis in porticus oppositas ædibus: mox sustinentes fastigium aquilæ vetere ligno traxere flammam alueruntque. V. Lipsium ad locum, & Schol. Aristoph. ad Aves, v. 1110.
Aquila etiam Piscis ex genere planorum. Plin. lib. 9. cap. 24.
Aquilæ senectus, Proverbium quod in senes dicebatur bibaces magis quam edaces. Nam Plin. l. 10. c. 3. refert aquilas neque senio, neque ægritudine oppetere, sed fame, in tantum superiore accrescente rostro, ut aduncitas aperiri non queat: eoque aquilam tantum in senecta bibere, aut de præda sanguinem sugere, quum nullæ fere aves aduncis unguibus, potu utantur, præter tinunculum & milvum: quanquam ii quoque perquam raro bibant. Author Aristot. lib. 8. de Nat. Animal. Ter. Heaut. 3. 2. 10.
— Visa vero est, quod dici solet, Aquilæ senectus.
Aquila non captat muscas. Proverbii faciem habet: pro, Summi viri negligunt minutula quæpiam: Animus excelsus res humiles despicit. aut, Egregrie docti nonnunquam in minimis labuntur; &, Maximis negotiis occupati, ad pusilla quædam comivent. Erasm.

AQUILĪNUS, a, um. [ἀέτειος] Quod ad aquilam pertinet, aut Quod est aquilæ simile; ut, Aquilinus nasus, i. e. Aduncus, instar rostri aquilini: & Aquilinæ ungulæ, h. e. Rapaces. Plaut. Pseud. 3. 2. 63. An tu invenire postulas quenquam cocum, nisi sit milvinis, aut aquilinis ungulis?

AQUILĬFER, ĕri. [ἀετοφόρος] dicebatur Signifer primarius in Romana legione, ab Aquila, quam (ut ait Plinius l. 10. c. 4.) Romanis legionibus Marius in secundo consulatu suo proprie dicavit. V. l. Cæs. 5. Bell. Gall. 37. Ex quibus L. Petrosidius aquilifer, quum magna multitudine hostium premeretur, aquilam intra vallum projecit.

AQUILEGIUM, AQUILEX, AQUILICIUM. V. post AQUA. f. l.

AQUILEIA, [Ἀκυληΐα] urbs a Gallis condita in Italia, a Romanis dein capta & munita ut incumbentibus Barbaris opposita esset: emporium Illyricarum gentium. Liv. 10. Bell. Maced. Aquileia colonia Latina eodem anno in agro Gallorum, est deducta. Hactenus Livius. Hæc urbs non prius caput extulit, quam subactis Pannoniis, ex quibus tanquam claustris ad Danubium patefactis, tutum id cœpit esse iter, quod (teste Tranquillo) Augustus sæpe frequentavit. Aquileiensium fides probata est Maximinorum patris & filii bello, ut scribit Capitolinus. Aquileia, hodie *Algar* castellum vulgo. Sil. lib. 8. 605.
Necnon cum Venetis Aquileia perfurit armis. Superfluit Drakenb. q. V. Martial. 4. 25.
Et tu Ledæo felix Aquileia Timavo.

AQUILIFER, AQUILINUS. V. AQUILA.

AQUILINA, vel AQUILEGIA, [χελιδόνιον μέγα] Herba est eadem cum Chelidonio majori, paulo tamen rotundioribus foliis ac mollioribus, caule cubitali, recto & tenui, &c. Reliqua vide apud Matthiol. in Diosc. l. 2. c. 176.

AQUILLIA, sive uno L, AQUILIA, Gens fuit Romæ Patricia, ab Aquilo, i. e. Nigro colore, ita dicta. Hæc familia paucos habuit viros claros. Prodierunt tamen ex ea nonnulli Consules, ut C. Aquillius Tuscus, qui Consul fuit cum T. Sicinio Sabino, anno ab U. C. CCLXVI, ut author est, Dionys. l. 8. & Liv. l. 2. Item M.' Aquillius Gallus qui COS. fuit cum C. Mario anno DCLII, ut author est Cassiodorus. Hujus filius fuit C. Aquillius Gallus, Ciceronis in pretura collega, ut ipse author est in oratione pro Cluent. & 3. Off. 60. Summus hic fuit Jurisconsultus, teste Cicerone pro Quint. & pro Cæcin. & Pomponio in l. 2. D. de orig. Jur. Ubi V. Rupert. conf. AGILIUS.

AQUĬLO, ōnis. m. [Βορέας] Ventus est (inquit Servius) qui de alto flat, i. e. a Septentrione, & tempestates gravissimas facit. Festus, Aquilo ventus a vehementissimo volatu ad instar aquilæ appellatur. Plin. l. 2. c. 47. A Septentrionibus Septentrio, interque eum & exortum solstitialem Aquilo, Aparctias dicti & Boreas. Cic. 6. Verr. 107. Spelunca quædam conversa ad Aquilonem.
Aquilonis vim pulchre describit Ovid. 3. Trist. 10. 17.
Densus Aquilo ab oris Hyperboreis. Virg. 3. Georg. 196.
Frigidus. Virg. 2. Georg. 404.
Impotens. Hor. 3. Carm. 30. 3. h. e. Valde potens. Acron. & Porphyr.
Nivosus. Sen. OEth. 7.
Aquilone atri fluctus: i. e. Quos Aquilo flans atros fecit. Virg. 5. Æn. 2.
Secundo aquilone agi, pro Aura secunda. Hor. 2. Epist. 2. 201.
Non agimur tumidis velis Aquilone secundo:
Non tamen adversis ætatem ducimus Austris. h. e. Non sumus in summa felicitate & prosperitate, sed nec in summa calamitate.
Insurgit Aquilo. Hor. Epod. 10. 7.
Radit terras Aquilo. Hor. 2. Serm. 6. 25.
Aquilones. Cic. 2. de Nat. Deor. 26. Itaque & Aquilonibus reliquisque frigoribus adjectis, durescit humor, & idem vicissim mollitur tepefactus, & tabescit calore. V. Plin. lib. 2. cap. 47. Aquilones hic dicuntur venti, qui octo ferme diebus exortum Caniculæ antecedunt, & perflant diebus XL, quos vocant Etesias & Prodromos.
Aquilonibus objicere aliquem. Hor. 3. Carm. 10. 4.
Aquilonibus mediis per altum ire: i. e. Media hyeme, vel In tempestatibus quibus crebrior hic ventus est & vehementior, per æquor navigare. Virg. 4. Æn. 310.
Quinetiam hyberno moliris sidere classem,
Et mediis properas Aquilonibus ire per altum.

AQUILONĀLIS, e, Borealis. Cic. de Nat. Deor. 2. 50. Regio Aquilonalis. Sed hanc lectionem respuit Victorius, & ex MSS. mutat in Aquilenta. Sed Davisius suspicatur saniorem esse lectionem, Aquilonia. V. Notas ejus in loc.

AQUILONĀRIS, Adj. [βόρειος] Vitruv. 9. 6. Piscis aquilonaris. de Sidere.

AQUILONIUS, Adj. [βόρειος] ut, Aquilonia loca, in quibus flat Aquilo: i. e. Frigida. Plin. lib. 27. cap. 13. Omnes vero herbæ, vehementiores effectu viribusque sunt in frigidis locis, ut in Aquiloniis.
Hyems Aquilonia. Plin. lib. 17. cap. 2.
Luna, Quæ digressa est in Aquilonem. Plin. lib. 2. cap. 97.
Proles. Propert. lib. 1. 20. 25. Et, Aquilonia pignora, idem. h. e. Filii Aquilonis. Stat. 5. Theb. 432.
Situs. i. e. Aquiloni expositus. Plin. lib. 15. cap. 19.

AQUILONIA, æ. Oppidum Hirpinorum in Italia. Liv. 10. 38.

AQUILONI, Populi in sexta regione Italiæ, quorum meminit Plin. l. 3. c. 11.

AQUILONIGENA, æ. c. Poëtica septentrionalium cognominatio. Auson. Mosell. v. 407. Aquilonigenasque Britannos.

AQUĬLUS, a, um. [ἀετοειδὴς] Festus, Aquilus color est Fuscus & subniger: a quo Aquila dicta esse videtur: quamvis eam ab Acute volando dictam velint. Aquilus autem color ab Aqua est nominatus. Nam quum antiqui duos omnino naturales nossent, id est, Album & nigrum, intervenerit autem is quoque qui ita neutri similis est, ut tamen ab utroque proprietatem trahat, potissimum ab aqua eum denominaverunt, cujus incertus est color. Hactenus Festus. Plaut. Pœn. 5. 2. 152. Statura autem magna, corpore aquilo. i. e. Fusco & subnigro. Suet. in Aug. cap. 79. Nasum & a summo eminentiorem, & ab imo deductiorem, colorem inter aquilum candidumque. Varro apud Non. 10. 2. Atque Ægeus fluctu quam lavit ante aquilo. Hinc Aquili Dii quidam dicti quasi Nigri, de quibus Arnob. 3.

AQUIMINALE, is. [ὑδρεία] Vas aquarium. Paul. l. 3. in princ. D. de supell. legat.

AQUIMINARIUS, vel AQUIMINARIUM, i. [ὑδρεία] Vas potorium. Pompon. in l. in argento. D. De aur. & argent. legat. De Aquiminario Cassius ait, consultum se respondisse: quum alteri argentum potorium, alteri escarium, legatum esset, escario cedere. Idem in l. Cum aurum. §. Si cui. D. de auro & argento leg. Sicui forte escarium argentum legatum sit, id solum debebitur quod ad epulandum in ministerio habuit: id est, Ad esum & potum. Unde & de aquiminario dubitatum est: & puto contineri. nam & hoc propter escam paratur. Paulus genere neutro enuntiavit in l. 3. D. de supellect. legat. Supellectile (inquit) legata hæc continentur, mensæ, trapezophora, vasa aquaria, pelves, aquiminaria, candelabra, &c. Paulo post, Nam & pelves argenteas, & aquiminaria argentea in supellectili esse non dubitatur. Alciat. Parerg. lib. 8. cap. 4. putat fuisse scutellæ certam speciem, potioni quidem aptam, sed quæ tamen magis cibo capiendo usui esset.

AQUINIUS, Malus quidam poeta fuit, de quo sic Cic. 5. Tusc. 63. Adhuc neminem cognovi poetam, & mihi fuit cum Aquinio amicitia, qui sibi non optimus videretur. Hinc apud Catullum, Cæsios Aquinos, male scriptum arbitror, pro Cæsios Aquinios: etsi in modulando versu vocales conjungendæ sunt, ut earum cœtu una comprehendatur syllaba. Turneb.

AQUINAS, ātis. Adj. gentile ab Aquinum. Sil. lib. 12. 528.
— mox & vicinus Aquinas. Sic aquinatem fucum vocat Hor. 1. Epist. 10. 27.

AQUĪNUM, [Ἀκυΐνον] Latinorum oppidum, quod Melpha fluvius alluit, ut author est Strabo. vulgo *Aquino*. Cic. 2. Philipp. 106. Quum Romam proficiscens, ad Aquinum accederet, obviam processit magna sane multitudo.

AQUIPENSER, V. ACIPENSER.

AQUISGRANUM, Germaniæ nobilissima civitas, prius Vegerra dicta: Caroli Magni sepulcro nobilitata. vulgo *Aix en Alemagne*, Germani *Aachen* vocant.

AQUITĀNIA, [Ἀκυϊτανία] Tertia pars Galliæ, de qua sic Plin. lib. 4. scribit, Gallia (inquit) omnis Comata uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur, amnibus maxime distincta: a Scalde ad Sequanam, Belgica: ab eo ad Garumnam, Celtica, eademque Lugdunensis. inde ad Pyrenæi montis excursum, Aquitania, Aremorica ante dicta. vulgo *Guienne*, quasi *Aquienne*.

AQUITĀNUS, Adj. ut Aquitanæ gentes, apud Tibull. lib. 1. 8. 3.
Hunc fore Aquitanas posset qui vincere gentes.
Aquitani Subst. Cæs. l. 1. c. 1. de Bell. Gall. & passim.

AQUITANICUS, [Ἀκυιτανικός] Adj. Idem. ut, Aquitanicæ gentes, apud Plin. lib. 4. cap. 19.

Aquĭtes, Sacerdotis nomen apud Phaſidem. Valer. Flacc. lib. 6.
— magnique ſacerdos
Phaſidis, Arctois Aquites errabat in agris.

Aquor, aris; Aquosus, Aquula. V. aqua.

Ar me, pro Ad me antique dictum. Plaut. Truc. 2. 2. 17. At me advenias. V. in arferia.

Ará, æ. [βωμὸς] Servius, Novimus aras & diis eſſe ſuperis & inferis conſecratas: Altaria vero eſſe ſuperorum tantum deorum, quæ ab altitudine conſtat eſſe nominata. Macrob. 3. Saturn. c. 2. Multifariam legimus quod litare ſola non poſſit oratio, niſi is qui deos precatus, etiam aram manibus apprehendat. Inde Varro Rerum Divin. l. 5. dixit Aras primum Anſas dictas, quod eſſet neceſſarium a ſacrificantibus eas teneri. Anſis autem teneri ſolere vaſa quis dubitet? Commutatione ergo literarum, aras dici cœptas, ut Valeſios & Fuſios dictos prius, nunc Valerios & Furios dici. Hæc omnia illo Poeta exequutus eſt verſu, 4. Æn. 219.
Talibus orantem dictis, arasque tenentem
Audiit omnipotens. Hæc Macrob. Varro 4. de L. L. Ubi frumenta ſecta terantur, & areſcant, Area, propter horum ſimilitudinem, loca in urbe pura, Areæ. a quo poteſt etiam Aradeum eſſe, quod pura: niſi potius ab ardore. Serv. in 2. Æn. Ara dicitur a precibus, quas Græci ἀρὰς dicunt: ut contra Imprecatio κατάρα dicitur.

Ara V. Hara. Unde Aruſpex. H. St.

In aram confugere, Salutis aſylum petere, quam Canonici Immunitatem Eccleſiæ appellant. Galli autem *Franchiſiam*. Cic. 1. Tuſc. 85. Primum autem tanta progenie orbatum quum in aram confugiſſet, hoſtilis manus interemit.

Aram tangere pellex, lege Numæ vetabatur: ſi tetigiſſet, ſolutis crinibus agnum cædere jubebatur: tum ſacerdos verſus ad Orientem, meditato & ſolenni precationis carmine, verbis priſcis ex annalium vetuſtate erutis, numina & deos precatus, vota effundebat: quam precationem plerumque ter repetebat. Ex Girald. in lib. de Diis Gent. Syntag. 17.

Usque ad aras eſſe amicum, Periclis apophthegma, quo admonemur nonnunquam quo conſulamus amicorum commodis, eorumque voluntati morem geramus, fas videri paulum a recto deflectere: verum eatenus, ne propter hominem amicum, numinis reverentiam violemus. Olim enim jurantes, aram manu contingebant, ut oſtendit Cic. pro Flacc. 90. Meminit Plutarch. & Gell.

Aras veteres tenebant quum a diis aliquid peterent. Virg. 6. Æn. 124.
Talibus orabat dictis, arasque tenebat. Quo loco Servius, Rogabant enim deos, ararum anſas tenentes.

Ab aris pulvinaribusque detrahere. Cic. de Aruſp. Reſp. 28.

Ab aris focisque innocentem projici, & vitam degere in exilio. Cic. Anteq. iret in exil.

Pro aris focisque certare. Cic. 3. de Nat. Deor. 95. Eſt mihi tecum pro aris & focis certamen, & pro deorum templis atque delubris.

Ara, Cœleſte ſidus. Ovid. 2. Met. 139. Cic. 2. de Nat. Deor. 114.
Inde Nepæ cernes propter fulgentis acumen
Aram, quam flatu permulcet ſpiritus Auſtri. V. & Manil. 1. 416.

Aræ dicuntur Saxa quæ inter Africam & Sardiniam medio mari eminent. Aræ dictæ propterea quod ibi Afri & Romani fœdus inierunt, fineſque imperii ſui illic eſſe voluerunt. Hæc fere Serv. in illud Virg. 1. Æn. 108.
Tres Notus abreptas in ſaxa latentia torquet,
Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus, aras.

Aræ cœlitum. Sen. Agam. 6.

Aræ deorum ignotorum Epimenidis vatis Cretenſis ſuaſione in Attica erectæ fuerunt: de quibus vide Pauſan. Diog. Laert. Suid. & pleroſque alios. Meminit etiam harum D. Lucas in Actis Apoſt. c. 17.

Ara interdum idem eſt ac Urna, Baſis ſeu Cippus funebris. Fabrett. Inſcript. p.76. QVI HANC ARAM LAESERIT. Et p.107. SI QVIS EI ARAE SIVE SEPVLTVRAE MANVS INFERRE VOLVERIT.

Aram legum, Cic. 4. Verr. 72. vocat Prætoris tribunal, & judicum ſubſellia.

Frigida ara, i. e. Sine ignibus. h. e. In qua non ſacrificatur. Valer. 2. Argon. 98.

Fumida. Ovid. 3. Triſt. 13. 15.

Fumoſæ. Ovid. 2. Amor. 13. 23.

Gramineæ. Virg. 12. Æn 119. Romani enim moris fuerat, ceſpitem aræ ſuperimponere, & ita ſacrificare. Gramineas autem ideo, quia & de bello res agitur, & Marti ſacrificatur, cui gramen eſt conſecratum, quod ſecundum Plinium in Nat. Hiſt. ex humano cruore procreatur. Hæc Serv.

Herboſæ. Ovid. 15. Met.

Mœſtæ. i. e. Quæ mœſtos reddant: utpote deſtinatæ alicujus morti, aut peragendo funeri. Virg. 5. Æn. 63.
Ex quo relliquias, divinique oſſa parentis
Condidimus terræ, mœſtasque ſacravimus aras.

Sacrificæ. Valer. 8. Argon. 243.

Sanctæ. Ovid. 3. Met. 733.

Sepulcrales. Ovid. 8. Met. 480.

Sita alicui. Tacit. 2. Ann. 8. Et aram Druſo ſitam disjecerat. Ut 3. Ann. 18. Urbs Philippopolis a Philippo Macedone ſita.

Sopitas aras ignibus excitare. Virg. 8. Æn. 549.

Sylveſtres. Stat. 5. Theb. 512.

Teſtibus aris aliquid agere. Stat. 1. Achil. 349.

Thuricremæ. Lucret. lib. 2. Ovid. 3. de Arte Am. 393.

Thuriferæ. Stat. 1. Achil. 520.

Adolere aras. Tacit. 14. Ann. 30. Nam cruore captivo adolere aras, & hominum fibris conſulere deos fas habebant.

Adorare. Sen. Agam. 6.

Calent aræ thure. Virg. 1. Æn. 417. Claud. in Pr. Conſ. Stil. 12.

Cingere aram coronis. Ovid. 3. Triſt. 13. 21.

Colere victimis. Sen. Herc. fur. 11.

Dare thura aris. Ovid. 2. Amor. 13. 23.

Deſtinare aliquem aræ. Virg. 2. Æn. 129.

Exhalat odores ara. Lucret. lib. 2. 417.

Exorare aras. i. e. Deos exorare, quos ante aras ſtantes, manuque illas tenentes, rogabant. Ovid. 7. Met. 591.

Facere honorem aris. Virg. 5. Æn. 762.

Imbuere aram. Virg. 1. Ecl. 8. — illius aram
Sæpe tener noſtris ab ovilibus imbuet agnus. V. imbuo.

Imponere dona aris. Virg. 1. Æn. 453.

Imponere honorem aris. Virg. 1. Æn. 49.

Incendere aras votis. Virg. 3. Æn. 279. Votis, i. e. Rebus quas voveramus. Serv. id eſt vota facientes. [Videtur tertius caſus Votis, pro Ad vota facienda. conf. v. 543. ſeq. ejusd. libri.

Inceſtare aras. i. e. Polluere. Stat. 5. Sylv. 5. 4.

Inferre dapes aris. Valer. 3. Argon. 120.

Inquinare aras. Sen. OEth. 13.

Mactare aris honores. Virg. 3. Æn. 118. Honores, i. e. Victimas honori deorum, aut honorandis diis convenientes. Niſi Mactavit ad Taurum potius referre velis, & poſtea, Honores meritos, per appoſitionem (quam vocant) inferre.

Ornatæ torquibus aræ. Virg. 4. Georg. 276. i. e. Coronis, ſertis.

Placare aras odoratis ignibus. Ovid. 15. Met. 574.

Ponere aras. Hor. 2. Epiſt. 1. 157.

Promittere aris. i. e. Vovere aliquid. Stat. 6. Theb. 610.

Spargitur cæde ara. Ovid. 4. Triſt.

Succendere aras. Sen. OEth. 7.

Tangere. Virg. 12. Æn. 201.
Tango aras, medioſque ignes, & numina teſtor. V. Macrob. in ara, paulo ante.

Tenere. V. paulo ante Aram tenere.

Tinguere ſanguine votivo. Ovid. 21. Epiſt. 93.

Verbenis ara vincta. Hor. 4. Carm. 11. 6.

Violare aras. Sil. lib. 17.

Vovere Aras & ſacrare. Sil. lib. 16.
Forſan ſacraſſet, Zephyro quas voverat, aras.

Ad aras libare. Virg. 7. Æn. 245.

Aſtare ante aras. Ovid. 8. Met. 489.

In aris animam finire. Ovid. 7. Met. 591.

De ararum variis generibus V. Pitiſc. Lex. Rom. Antiq.

Arabarches, [ἀραβάρχης] Extat Impp. Val. Grat. Theod. conſtitutio in l. 9. C. de Vectig. & commiſſ. in hæc verba, Uſurpationem totius licentiæ ſubmovemus, circa vectigal Arabarchiæ, per Ægyptum atque Auguſtaneam conſtitutum: nihilque ſuper transductione animalium quæ ſine prohibitione ſolita minime permittenda eſt, temerarie per licentiam vendicari concedimus. Quæ verba indicant Arabarchen, præfectum fuiſſe exigendo vectigali de pecuariis quæ ex Arabia in Ægyptum devehebantur: ut ſit illud nomen officii publicanorum. Merito ergo Juven. 1. Sat. 130. T. Alexandrum natione Ægyptium, ut Tacitus 1. Hiſt. 3. ſcribit, taxans, Arabarchen appellat:
Atque triumphales, inter quos auſus habere
Neſcio quis titulos Ægyptius, aut Arabarches. Ut non immerito damnandi ſint qui ſimpliciter Mollem accipiunt. Quapropter & Cic. 2. Att. 17. appellat Arabarchen M. Antonium, quaſi Ægyptium publicanum. Extorquebat enim ab illis ingentia vectigalia, unde pecuniam conflaret, quam deinde prodigeret: ut eſt apud Plutarchum. Alciatus lib. 1. Prætermiſſorum. Paulus Manutius non Antonium ſignificari putat, ſed Pompeium. V. Cn. Pompeius in pompeii.

Arabia, [Ἀραβία] Aſiæ regio eſt. Ea autem triplex eſt, Petrea, Deſerta, Felix. Petrea ſic dicta a Petra vetuſtiſſimo oppido, Ægypto Judææque confinis eſt, authore Ptolemæo: Straboni autem ac Plinio alio nomine Nabathea dicitur. Poſt Petream Arabia Deſerta Ptolemæo vocata, Straboni autem Scenitis, ubi & Scene urbs. Plinio, ἀπὸ τῶν σκηνῶν dici placet, quod gens vaga & ſine ædificiis in tentoriis habitet. Hæc a Meridie montibus Arabiæ felicis cincta eſt, a Septentrione Meſopotamiam habet: ab Occidente, Petream. Arabia felix Meridiem verſus, inter duos ſinus Arabicum, & Perſicum, veluti peninſula excurrit, quæ (ut Strabo ſcribit) bis ut India, ſeritur ob fœcunditatem, fluminibus ſcatet. de hac vide Plin. l. 6. c. 28.

Arabs, ăbis. Adj. [Ἄραψ] Qui Arabiam incolit. Hor. 1. Epiſt. 7. 36. — nec
Otia divitiis Arabum liberrima muto.

Arabes, vel Arabas, accuſativus pluralis. Catul. 11. 5.
Sive in Hyrcanos, Arabaſque molles, &c.

Arabum beatæ gazæ. Hor. 1. Carm. 29. 1.

Arabas palmiferos dixit Ovid. pro Arabia palmifera, & palmarum ferace, 10. Met. 478.

Arabs mollis. Claud. de 4. Conſ. Hon. 257.

Arabĭcus, Adj. [Ἀράβιος] ut Arabicus odor. Plaut. Mil. 2. 5. 2.

Arabicus Lapis, [λίθος Ἀραβικὸς] teſte Dioſcoride, ebori ſimilis eſt, qui tritus illitus hæmorrhoidas exſiccat, ejusque cinis dentifricio optimus eſt. Hæc ille lib. 5. cap. 106.

Arabicus Sinus, [Ἀράβιος κόλπος] Fluminis inſtar anguſtus eſt, atque prolixus ad ſtadia decem millia usque ad oſtium, eo prorſus anguſto exiſtente. Hæc Strab. lib. 2.

Arabius, Adj. [Ἀράβιος] ut Arabius odor. Plaut. Pœn. 5. 4. 6. Propert. lib. 2. 2. 25.
Nec ſiqua Arabio lucet bombyce puella. i. e. Serico quod in Arabia bombyces texunt. Sed hic Arrabio legendum eſt, productionis cauſa.

Arabus, Adj. Idem. Virg. 7. Æn. 605.
— Hyrcaniſve Arabiſve parant.

Arabĭce, Adv. [Ἀραβικῶς] ut Arabice olêre: i. e. Ex odoribus Arabicis. Feſtus.

Arabica, [ἀραβικὴ] Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10. Arabica ebori ſimillima eſt, & hoc videretur, niſi abnueret duritia. Putant contra dolores nervorum prodeſſe habentibus.

Arabilis, V. aro.

Arabis, Fluvius. V. arbis.

Arabis, ſive Draba, [ἄραβις ἢ δράβη] Herba eſt ad cubiti altitudinem aſſurgens, foliis lepidio non fere diſſimilibus, & umbella ſambuci. Hæc in campeſtribus præſertim, & agrorum marginibus naſcitur. Plura vide apud Dioſcor. lib. 2. cap. 151.

Arabis, [Ἄραβις] Oppidum a Nicanore præfecto Meſopotamiæ conditum. Plin. lib. 6. cap. 26.

Arabus, [Ἄραβος] Apollinis fuit filius ex Babylone (ut inquit Plin. lib. 7. cap. 66.) quem medicinæ artis quidam voluerunt extitiſſe repertorem.
Eſt & Arabus Lapis, quem Dioſc. Arabicum vocat. V. in arabicus.

Arachne, Puella Lydia lanificii peritiſſima, ægre ferens opus ſuum a Pallade quacum certamen ſuſceperat, confractum, laqueo gulam ſibi fregit: quam Pallas in araneam mutavit. Author Ovid. 6. Met. A Græcis ἀράχνη, a Latinis Aranea dicitur. Virg. 4. Georg. 247.

In

In foribus laxos suspendit aranea casses. & (ut notat Servius) Araneus etiam ab antiquis dicebatur. V. Plin. 7. 56. & mox ARANEA.

ARACHOSIA, [Ἀραχωσία] Una est a Satrapiis ultra Indum fluvium, cujus meminit Plin. in descriptione Indiæ. & Strab. lib. 11. Scribitur & Aracosia sine aspiratione.

ARACHTHUS, [Ἄραχθος] Fluvius est Epiri, non procul a Nicopoli, in sinum Ambracium influens. Meminit hujus fluvii Plin. lib. 4. cap. 1. & Ptolem. lib. 3. cap. 14.

ARACIÆ Ficus, dicuntur Albæ, pediculo minimo, latissimæ, de quibus Plin. lib. 15. cap. 18.

ARACIDNA, Planta est sponte nascens, quæ cum sit radicibus ramosis ac multiplicibus, nec folium nec herbam ullam, aut quidquam aliud supra terram habet. Plin. lib. 21. cap. 15. Codd. emendd. Arachidna.

ARACOS, Herba est sponte proveniens, de qua Plin. lib. 21. cap. 15.

ARACYNTHUS, [Ἀράκυνθος] Mons est Minervæ sacer: quem quidam in Attica regione esse dicunt, quod Virgilium tetigisse asserunt, quum ait 2. Ecl. 24.

Amphion Dircæus in actæo Aracyntho. Alii in Bœotia esse dicunt: & more pastorali Virgilium esse loquutum, qui locum unum pro altero sæpe ponunt: ut similiter apud Theocritum sæpe conspicitur. Nonnulli vero in Arcadia esse dixerunt. Solinus vero & Plin. lib. 4. Acarnaniæ montem dicunt: unde existimo & in Attica, & in Bœotia, & in Arcardia, & in Acarnania ejusdem nominis montes fuisse.

Aracynthi rupes. Propert. lib. 3. 15. 42.

ARADII, [Ἀράδιοι] Phœnicum populi, ab Arado civitate, qui cum cætera Phœnicia, Syriacis regibus ut amicis obtemperabant. De his plura Strab. lib. 16.

ARADUCA, [Ἀράδουκα] Urbs Lusitaniæ, quæ vulgo ab Hispanis *Arzua* dicitur. Ptolem. lib. 2. cap. 5.

ARADUS, [Ἄραδος] Phœniciæ civitas Tripoleos, non procul a Tyro & Sidone. Tripolis enim maritimum oppidum sic dictum est a tribus oppidis, Tyro, Sidone, atque Arado, ut authores sunt Plinius & Strabo. Arado opposita est Antaradus in Meridiem, quæ hodie *Tortosa* dicitur, amœnissima civitas, sita non procul a Damasco. Ptolem. in Tab. Asiæ 4. Apud Melam Insula est & Oppidum. Sic enim ait lib. 2. cap. 7. de Mediterranei maris insulis: Arados etiam in Phœnice est parva, & quantum patet tota oppidum, frequens tamen, quia etiam subter aliena tecta sedem ponere licet. Olivarius dicit eam nunc vulgo vocari *Ar*.

ARÆ FLAVIÆ, Germaniæ urbs ad Danubium Ptolemæo, vulgo *Nordlingen*.

ARÆTHYREA, [Ἀραιθυρέα] Regiuncula est Achaiæ proprie dictæ, postea Asophis dicta, urbem habens ejusdem nominis, quam Homerus in Catalogo ab amœnitate commendat. De hac Plin. lib. 4. cap. 5. & Strab. lib. 8.

ARAGUS, [Ἄραγος] Fluvius, de quo Strab. lib. 21. Sed præcipue Aragum dicunt in partes multas divisum, regionem Massagetarum alluere, aliis ostiis in aliud mare exeuntem, Boream versus, uno aut solo Hyrcanium sinum versus.

ARAMÆI, [Ἀραμαῖοι] dicti sunt Scythæ, alio nomine Sacæ a Persis appellati. Plin. lib. 6. cap. 17.

ARANEA, æ. [ἀράχνη] Tela quam araneus facit. Ovid. 4. Met. 178.

— non illud opus tenuissima vincant
Stamina, nec summo quæ pendet aranea tigno. Catull. 13. 8.
— nam tui Catulli
Plenus sacculus est aranearum.

Aranea, pro Ipso animali etiam accipitur. Ovid. 6. Met. 145.

Stamen & antiquos exercet aranea casses. Virg. 4. Georg. 247.
In foribus laxos suspendit aranea casses. Ubi Servius, Virg. quidem confundit: tamen sciendum majores Animal ipsum masculino genere appellasse, hic araneus: Retia vero quæ faciunt, fœminino. [Immo & n. pl. Araneus, a, um, veteres Adjective usurpasse verisimile est. Vid. viris doctis not. ad Phædri 2. 8. 23. & quæ hic sequuntur.

Arida aranea. Juven. 14. Sat. 61.

Aranea, pro Lanugine illa, qualis in virgultorum summitatibus enascitur, eaque corrumpit. Salicis fructus ante maturitatem in araneam abit. Plin. lib. 24. cap. 9. h. e. In lanuginem araneæ similem.

ARANEUS, i. m. ipsum insectum. Catull. 23. 2.

Nec cimex, neque araneus, neque ignis.

Aranei tenuia fila. Lucret. lib. 3. 384.

Araneorum genera & naturam leges apud Plin. lib. 11. cap. 24.

Est & Araneus, Marinum animal. Plin. lib. 32. cap. 11.

Araneus mus, Animal in Italia frequens, de quo Plin. l. 8. c. 58. In Italia muribus araneis venenatus est morsus. Columel. lib. 6. cap. 17. Musque araneus, quem Græci μυγαλῆν appellant, quamvis exiguis dentibus, non exiguam pestem molitur. V. MUS.

ARANEUM, i. n. Pl. ARANEA, Tela araneorum. Phædr. 2. 8. 23.

— Tollere hæc aranea
Quantum est laboris? Item vitium peculiare olivis & vitibus, quum veluti telæ involvunt fructum & absumunt: authore Plin. lib. 17. cap. 24.

ARANEOLA, æ. f. dimin. [ἀραχνίδιον] Parva aranea. Cic. 2. de Nat. Deor. 113. Data est quibusdam bestiis etiam machinatio quædam atque solertia, ut in araneolis.

Araneolus etiam masculino genere dicimus. Virg. in Culice, 2.

Atque ut araneoli tenuem formavimus orsum.

ARANEOSUS, Adj. [ἀραχνώδης] ut, Situs araneosus, Locus aranearum telis plenus. Catull. 25. 3. ad Thallum, quem vocat molliorem situ araneoso.

Araneosa lanugo. Plin. lib. 12. 1. Foliis araneosa lanugine obductis.

Araneosus, Aranearum faciem habens: ut, Araneosus caulis. Plin. lib. 21. cap. 15. In Ægypto nobilissima est colocasia, quam cyamon vocant aliqui. Hanc e Nilo metunt, caule, quum coctus est, araneoso in mandendo. h. e. Habente fila frequentissima, telam aranearum repræsentantia.

Vomitus. Plin. lib. 29. cap. 4. Pejor utroque est cœruleus, lanugine nigra caliginem concitans, & vomitus araneosos. h. e. In quibus telæ araneæ conspiciuntur.

ARANIUM, [Ἀράνιον] Oppidum in Æthiopico sinu. Plin. lib. 6. cap. 29.

ARAPENNIS, V. AREPENNIS.

ARAR, sive ARARIS, [Ἄραρ] Fluvius est Galliæ, atque ex eodem ex quo Rhodanus, monte exiens, in quem ipsum juxta Lugdunum immergitur: qui adeo lenis fluit, ut nescias in utram partem descendat: clarus ponte Cæsaris uno die militum opere fabricato. Lucan. lib. 6. 475.

— Rhodanumque morantem
Præcipitavit Arar.

Araris dicitur, sed per Apocopen Arar, ut testatur Priscianus in septimo. hodie Sagona, vulgo *La Saone*. Virg. 1. Ecl. 63.

Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

Arar pigerrimus undæ. Sil. lib. 15. 501.

ARARICUS, Adj. ut, Araricus nauta. Gruter. Inscr. p. 375. n. 3.

ARARAUCELES, Populi in Cyrenaica regione. Plin. lib. 5. cap. 5.

ARARENA, [Ἀραρηνή] Nomadum regio est, ex magna parte deserta, cujus Sabus rex fuit, ut author est Strab. lib. 16.

ARARUS, [Ἄραρος] Fluvius Scythiæ Europææ, in Istrum influens, cujus meminit Herodot. lib. 4.

ARATIA, [Ἀράτεια] Insula est contra Persidem, cum monte præalto, Neptuno sacra. Plin. lib. 6. cap. 25.

ARATIO, ARATOR, ARATRO, ARATRUM. V. ARO.

ARATOR, Poëta Christianus, Romanus subdiaconus fuit, qui Apostolorum acta hexametro versu composuit, ut notat Volaterranus.

ARATTHUS [Ἄρατθος] Fluvius est Epirotarum, qui præter Tolgum urbem labitur. Oritur autem ex monte Stympheo, ab illius radice. Strab. lib. 7.

ARATUS, [Ἄρατος] Poëta Græcus antiquissimus, qui optime de Astrologia, judicio Ciceronis scripsit, cujus Phænomena ipse Cicero vertit adolescens, ut scribit lib. 2. de Nat. Deor. Hujus meminit Stat. 5. Sylv. 3. 23. & Ovid. 1. Amor. 15. 16.

ARATEUS, Adj. Cinna apud Isidor. 6. 12.

Hæc tibi Arateis multum invigilata lucernis Carmina.

Absolute. Cic. 2. de Divin. 14.

ARATIUS, Adj. Idem. ut, Aratium carmen. Cic. 2. de Legib.

ARAVISCI, [Ἀραουίσκοι] Pannoniæ populi. Plin. lib. 3. cap. 25.

ARAURIUS, [Ἀραύριος] Fluvius est Galliæ Ptolemæo: Straboni Rauraris, Melæ Arauraris appellatus. Is etiam prope Massiliam Petrosus vocatur, quod lapidibus sit maxime refertus. V. interpretes Pomponii ad 2. 5.

ARAUSIO, [Ἀραυσίων] Oppidum Galliæ ad Rhodanum, nunc *Orange* dictum.

ARAURACA, Urbs Armeniæ minoris.

ARAXES, is. m. [Ἀράξης] Armeniæ fluvius, ex eodem monte ex quo Euphrates nascitur, contrario tamen ei cursu, versus Orientem tendens, usque ad Atropatiam: deinde in Boream conversus, Azaram præterlabens, in mare desinit Hyrcanum, ut author est Strabo. Herodoto tamen secus visum est. Porro Araxem ἀπὸ τοῦ ἀράσσειν vocari, quod opera & labore Jasonis, instar Penei Thessalici, montium continuationem disrupit, Stephanus & item Strabo l. 11. authores sunt.

Armenius Araxes. Lucan. lib. 7. 188.

Barbarus. Lucan. lib. 1. 19.

Gelidus. Sen. Hippol. 1.

Pontem indignatus Araxes. Virg. 8. Æn. 728. non ab re dictum est: nam (ut refert Isidorus) cum Alexander eum transgredi vellet ponte fabricato, tanta vi inundavit, ut pontem dirueret. Servius notat id Xerxem conatum fuisse facere.

Potare Araxis aquam. Propert. lib. 3. 11. 8.

Potabis galea fessus Araxis aquam.

Pharetratum Araxem dixit Stat. 5. Sylv. 2. 32. pro Populis Araxem accolentibus. h. e. Armeniis.

ARAXINUS Campus, [Ἀραξινὸν πεδίον] Armeniæ convallis quædam est, per quam Araxes fluens, ad extrema Albaniæ, & in mare Caspium egreditur. Strab. lib. 12.

ARAXUM Plinio, Ἄραξον Ptolemæo, Promontorium in occidua parte Peloponnesi, non procul a Patris. Vid. Plin. lib. 4. cap. 8. & Ptolem. lib. 3. cap. 6.

A R B

ARBA, [Ἄρβη] apud Plin. lib. 3. cap. 21. Insula est ante Illyricum. Ptolem. vero lib. 2. cap. ult. Arbam, Civitatem esse tradit Scardonæ, quæ est insula Illyrico adjacens.

ARBACES, Medorum primus Rex. Justin. 1. 3. V. Interpp.

ARBELA, [Ἄρβηλα] Oppidum Assyriæ inter Capron fl. & Lycum, ubi Darium Alexander debellavit. Strabo lib. 16. Curt. 4. 9. 9.

Arbela item vicus Galil. & Siciliæ oppidum. V. Geographos.

ARBELITIS, [Ἀρβηλῖτις] Regio circa Arbela Assyriæ. Plin. lib. 6. c. 13.

ARBII, [Ἄρβιοι Stephano] Populi sunt Indis finitimi, non procul ab Arianis & Gedrosiis: ita dicti ab Arbi vicino fluvio. Plin. lib. 6. cap. 23.

ARBILLA, Arvina, i. e. Pinguedo corporis. Festus. ubi Scal. V.

ARBIS, [Ἄρβις] Fluvius est in finibus Carmaniæ, non procul ab Arianis & Gedrosiis. Plin. lib. 7. cap. 2. Unde forte Arbii populi dicti, de quibus paulo ante.

ARBITER, tri. [διαιτητής, διαγνώμων, ἐπικριτής] Festus, Arbiter dicitur Judex, quod totius rei habeat arbitrium & facultatem: ut, Arbiter pugnæ, apud Hor. 1. Carm. 3. 11.

De discrimine Arbitri & Judicis. V. Cic. pro Rosc. Com. c. 4.

Arbitri & testes legum & judiciorum, Castor & Pollux. Cic. 7. Verr. 186.

Capere arbitrum. Ter. Heaut. 3. 1. 94.

Cedo quemvis arbitrum. V. CEDO.

Sumere, pro Eligere & accipere. Cic. pro Rosc. Com. Eundemne tu arbitrum & judicem sumebas?

Arbitrum in aliquam rem esse. Cic. pro Rosc. Com. 12. Quis in hanc rem fuit arbiter? utinam is quidem Romæ esset.

Ad arbitrum. V. AD præpositionem.

Uti aliquo arbitro. Cic. 13. Fam. 26. Sic præscripsimus iis quibus ea negotia mandavimus, ut omnibus in rebus, quæ in aliquam controversiam vocarentur, te arbitro uterentur.

Adeo ad arbitrum. V. ADEO.

Arbiter datus quibusdam de re aliqua. Cic. 1. Off. 33. Nec noster quidem probandus est: si verum est, Q. Fabium Labeonem arbitrum Nolanis & Neapolitanis, de finibus a Senatu datum.

Datus arbiter inter aliquos. Cic. 1. de Legib. 53. Ego plane vellem me arbitrum inter antiquam Academiam & Zenonem datum.
Postulare arbitrum. Cic. pro Cæcin. 19.
Dicere aliquem arbitrum, pro Statuere. Hor. 2. Carm. 7. 23.
— quem Venus arbitrum dicet bibendi? Arbitrum bibendi vocat, quem prisci Modiperatorem dicebant.
Annonæ arbiter. Stat. 4. Sylv. 9. 18.
Formæ arbiter. Ovid. 15. Epist. 14. 69.
Statuere arbitrum. Cic. 15. Att. 13. Hirtius arbitrum me statuebat, non modo hujus rei, sed totius Consulatus sui.
Adigere arbitrum. V. ADIGO.
Sine arbitris aliquid facere. i. e. Sine teste, Nemine vel vidente vel audiente. Plaut. Capt. 2. 1. 17. Unum exorare vos sinite nos. L. id quidnam est? C. ut sine hisce arbitris, atque vobis, nobis detis loquendi copiam. Liv. 1. 41. Tanaquil inter tumultum claudi regiam jubet, arbitros ejicit. i. e. Multitudinem populi admirantem quid rei accidisset Tarquinio moribundo, ejicit, nequid de re cognoscerent.
Remotis arbitris de novo consilio agere. Liv. 2.
Inferre se in locum sine arbitris. i. e. Sine comitibus. Liv. 1. 21. Lucus erat, quem medium ex opaco specu fons perenni rigabat aqua: quo quia persæpe Numa sine arbitris, velut ad congressum deæ se inferebat, Camœnis eum lucum sacravit.
Ab arbitris remotus locus: &, Loca ab arbitris libera. i. e. Interpellatoribus creoris carentia. Cic. 7. Verr. 185. Amœno sane, & ab arbitris remoto loco. Idem. 15. Att. 1. Hæc loca venusta sunt, abdita certe: & siquid scribere velis, ab arbitris libera.
ARBITRA, æ. f. Hor. Epod. 5. 49. — ô rebus meis
Non infideles arbitræ Nox & Diana.
ARBITRĀLIS, e. [διαιτητικὸς] ut, Arbitralis judicatio. Macrob. 7. Saturn. cap. 1. Ut ergo inter te & Vectium vel arbitrali judicatione componam, aperiam quidem philosophiæ tricliniorum fores.
ARBITRAMENTUM, [δίαιτα] Quidam pro Arbitrio, h. e. Arbitri sententia usurpant.
ARBITRARIUS, a, um. [διαιτητικὸς] ut, Pœna arbitraria, Quæ non lege statuta est, sed judicis arbitrio relicta. Plaut. Amph. 1. 1. 216. Hoc quidem profecto certum est, non est arbitrarium. Gell. 18. 10. Remissio naturalis, non arbitraria.
ARBITRARIO, Adv. [διαιτητικῶς] Plaut. Pœn. 3. 5. 42. Nunc pol ego perii certo, haud arbitrario. Ubi interpres, Haud arbitrario, Non dubie, quasi jam dato arbitrio: i. e. Sententia arbitri. Nam Arbitrarium dicitur, quum adhuc res apud arbitrum geritur. Dum autem agitur, in dubio est: quia ante arbitrium potest arbiter pro opinione judicare, quum totius rei habeat facultatem.
ARBITRĀTUS, ûs. [ἡγημα] Voluntas, sententia arbitri. Cic. in Læl. 3. Cujus disputationis sententias memoriæ mandavi: quas in hoc libro exposui meo arbitratu.
Fieri aliquid alicujus arbitratu. l. 43. D. de verb. signif.
Loquar meo arbitratu. Cic. 2. de Orat. 102.
Responde arbitratu meo. Cic. 4. de Finib. 2.
Vendere arbitratu suo. Cic. 6. Verr.
In ditionem & arbitratum alteri se dedere. Plaut. Amph. 1. 1. 103.
Deduntque se, divina humanaque omnia, urbem & liberos,
In ditionem atque in arbitratum, cuncti, Thebano populo.
ARBITRIUM, i. n. Idem quod Arbitratus. Cic. 2. Verr. 38. Ad nostrum arbitrium libidinemque adversariorum minas eludemus.
Navigare ad suum arbitrium. Cic. 7. Verr. 96.
Ponitur etiam pro Nutu & Voluntate. ut, Sub arbitrio dei esse. Ovid. 5. Trist. 4. 18.
In arbitrium alicujus venire. Ovid. 5. Epist. 36.
Ad arbitrium suum adducere. V. ADDUCO.
Ad arbitrium suum scribere. Cic. 1. de Fin. 6.
Conferre omnia ad arbitrium alterius. V. CONFERO.
Arbitrium, quod vulgo Placitum & Appetitum dicimus. Cic. 6. Verr. Ne mulierum nobilium & formosarum gratia, quarum iste arbitrio Præturam per triennium gesserat, &c.
Vivere ad aliorum arbitrium, non ad suum. Cic. pro Muren. 19.
Ad nostrum arbitrium libidinemque eludere judicii expectationem. Cic. 2. Verr. 30.
Ad arbitrium suum movere mentes auditorum. Cic. 2. de Orat. 70. Sic, Ad arbitrium alterius perorare. Idem in Vatin. 26.
Homo sui arbitrii. Budæus. Sueton. in Tiberio cap. 18. Semper aliâs sui arbitrii, contentusque se uno, tunc præter consuetudinem cum pluribus de ratione belli communicavit.
Arbitrio meo transponantur verba. Lipsius in Tacit. 324. pro, Me auctore. H. St.
Ad arbitrium & nutum alterius totum se fingere & accommodare. Cic. in Brut. 24.
Nutu & arbitrio Dei omnia reguntur. Cic. pro Rosc. Amer. 131.
Secundum arbitrium tuum testes dabo. Cic. 7. Verr. 163.
Arbitrium tuum sit. Cic. 15. Att. 13. Orationem tibi misi: ejus custodiendæ & proferendæ arbitrium tuum sit.
Arbitriis dispensare omnia. Ovid. ad Liviam 371.
Arbitrium suum est de Rep. Cic. ad Brut. 16. Quod autem tibi cum Antonio privatim odium? nempe quia postulabat hæc, salutem ab se peti, precariam nos incolumitatem habere a quibus ipse libertatem accepisset: esse arbitrium suum de Rep.
Arbitrium, Potestas. Liv. 4. Bell. Maced. Scilicet si legem Oppiam abrogaveritis, non vestri arbitrii erit.
Arbitrium urbis Romulus habet. Ovid. 4. Fast. 818.
Arbitrium secreta loquendi eripere alicui. Ovid. 4. Met. 224.
Arbitrium rei alicujus esse penes aliquem. Ovid. 3. Epist. Sabin. 27.
Te penes arbitrium nostræ vitæque necisque.
Arbitrium honorarium, i. e. Prætorium. Cic. pro Rosc. Com. 15. Perinde ac si in hanc formulam omnia judicia legitima, omnia arbitria honoraria, omnia officia domestica, conclusa & comprehensa sint.
Arbitrium, Facultas judicandi arbitro data. Unde, Arbitrium recipere. Ulp. l. 14. D. de receptis arbitris. Recipisse autem arbitrium videtur (ut Pedius lib. 9. dixit) qui judicis partes suscepit, finemque sententia sua controversiis impositurum pollicetur. Atque in hac significatione ponitur toto titulo Digest. & Codicis de Receptis arbitris.

Inter Arbitrium autem & Judicium differentiam ostendit Cic. in Orat. pro Rosc. Com. 10. Causam perdidisti, propterea quod aliud est judicium, aliud arbitrium. Judicium, est pecuniæ certæ: arbitrium, incertæ. Ad judicium hoc modo venimus, ut totam litem aut obtineamus, aut amittamus. Ad arbitrium hoc animo adimus, ut neque nihil, neque tantum quantum postulavimus, consequamur.
Arbitrium tamen apud bonos anthores, & ipsum quoque Ciceronem etiam pro Judicio ponitur: præsertim in iis caussis, in quibus Ex fide bona solebat addi: veluti Tutelæ, Mandati, Fiduciæ, Pro socio, Rei uxoriæ, & si quæ sunt generis ejusdem. Non quod idem sit Judicium & Arbitrium, sed quod hæc judicia proxime ad naturam arbitriorum accedant. In his enim judiciis, quemadmodum & in arbitrio, Prætor nullam certam formulam præscribit, sed omnem potestatem ex æquo & bono judicandi judicibus liberam relinquit. Cic. 3. Off. 70. de Q. Scævola: Summam vim dicebat esse in omnibus iis arbitriis, in quibus adderetur Ex fide bona. Hæ autem caussæ aliâs semper fere Judicia appellantur. V. 3. Off. 61.
Arbitrio pro socio condemnare. i. e. Judicio. Cic. pro Quint. 13. Quasi ii qui magna fide societatem gererent, arbitrio pro socio condemnari solerent. Est autem hæc concisa locutio, quæ integra sic effertur: Condemnari arbitrio sive judicio, quod adversus socium pro socio constitutum est.
Arbitria facere de aliquo. i. e. Judicare. Hor. 4. Carm. 7. 22.
Cum semel occideris, & de te splendida Minos
Fecerit arbitria. i. e. Quum de te splendide ac digne judicaverit Minos. Porphyr.
Arbitrium litis in omnes trajicere. Ovid. 12. Met. 627.
— & arbitrium litis trajecit in omnes.
Arbitrium item ponitur pro Sententia quam arbiter electus pronuntiat. Festus. Arbitrium dicitur sententia quæ ab arbitro statuitur: Arbitrarium autem, cum adhuc res apud arbitrum geritur. Et in hac significatione accipitur in l. societatem. 77. D. pro socio. & in l. idem Pomp. 14. & passim D. de recept. arbitr.
Arbitrium, pro Præmio. Cic. in Pison. 21. Eodem in tempore, eodem & loci vestigio & temporis, arbitria non mei solum, sed patriæ funeris abstulisti. Idem post Red. in Senat. 17. Quum tibi arbitria funeris solvebantur. Idem pro Domo sua 98. Complorata arbitria petentes funeris. V. Græv. ad loc.
Liberum arbitrium dixit Liv. ut vides in dictione LIBER adjectivo: pro quo Voluntatem liberam dicit Cic. de Fato, 20. Qui introducunt caussarum seriem sempiternam, hi mentem hominis voluntate libera spoliatam necessitate fati devinciunt.
Arbitrio suo carere. Cic. in Parad. 5. Si servitus sit (sicut est) obedientia fracti animi & abjecti, & arbitrio carentis suo, quis neget omnes leves esse servos?
ARBITERIUM, i. Idem quod Arbitrium. Ponitur in l. 9. D. qui satisd. cog. In Pan. Flor. in vulgatis est Arbitrium.
ARBITRĀTIO, ōnis. f. Idem. Gell. 13. 19.
ARBITRATOR, ōris. m. Publ. Victor. V. Reines. Ep. 559.
ARBITRATRIX, icis. f. Tertullian. adv. Marc. 2. 12.
ARBITROR, [διαιτάω] āri. Statuere, judicare, existimare. Ulp. in. l. Diem proferre. §. si quis litigatorum. D. de recept. arbit. Siquis litigatorum defuerit, quia per eum factum est quo minus arbitretur, pœna committetur.
Arbitror, Verbum testis jurati. Cic. pro Font. 26. Credo hæc eadem Induciomarum in testimonio timuisse aut cogitasse, qui primum illud verbum, consideratissimum nostræ consuetudinis, Arbitror (quo nós etiam tunc utimur, quum ea dicimus jurati, quæ comperta habemus, quæ ipsi vidimus) ex toto testimonio suo sustulit, atque omnia se scire dixit.
Arbitrabo, futurum ab Arbitro, as; antiquum. Plaut. Stich. 1. 2. 88. Probiores vero arbitrabunt, si probis narraveris. Nonius.
Arbitrari, [ἡγεῖσθαι, λογίζεσθαι] (inquit Perottus) est Existimare: & Arbitri officium est Judicare, non prout juris sit, sed prout id æquum esse existimet. Cic. 6. Verr. 81. Si hoc quod abs te postulo, minus ad officium tuum pertinere arbitrabere: succedam ego vicarius tuo muneri, suscipiam partes, quas alienas esse arbitrabar.
Ut arbitror, per parenthesin positum. Cic. 1. de Divin. 4. Hæc (ut ego arbitror) veteres rerum magis eventis moniti, quam ratione docti probavere.
Arbitrari & Censere, idem apud antiquos. Nonius, Censere & Arbitrari veteres cognatione quadam, socia ac similia esse verba voluerunt. Varro de Vita Pop. Rom. lib. 2. Itaque quod hos arbitros instituerunt populi, censores appellarunt. Idem enim valet censere & arbitrari. Ter. Hec. 4. 1. 13. Ex quo censes, nisi ex illo cui data est nuptum obsecro? P. credo, neque adeo arbitrari patris est aliter.
Arbitror, de re incerta. Ter. Eun. 1. 2. 30. P. Civemne? T. arbitror.
Arbitrari, Observare & respicere quid agatur aut dicatur. Plaut. Aulul. 4. 1. extr. Hinc ego huc & illuc potero, quid agant, arbitrarier.
Arbitrari, aliquando est Constituere, modumque & rationem, quasique formam operis statuere & præscribere. Proculus in l. 113. D. de verb. obl. Quum stipulatus sim a Proculo si opus arbitratu meo ante Cal. Junias effectum non sit, pœnam, &c. Et paulo inferius, Quoniam mortuus (inquit) arbitrari non potuisset.
Arbitrari, in passiva significatione, pro Æstimari. Cæcil. apud Priscian. p. 792. Ex scriptis eorum, qui veri arbitrantur. Ulp. l. 12. §. 3. D. de relig. & sumpt. Sumptus funeris arbitrantur pro facultatibus, vel dignitate defuncti. Hotomanus.
Fidem arbitrari alicui, i. e. Habere. Plaut. Bacchid. 3. 6. 14.
ARBITRANS, antis. Partic. Justin. 1. 9. 10. Nemine arbitrante.
ARBITRATUS, Idem. Sallust. Jugurth. cap. 69. Jugurtham esse arbitrati procedunt. Invenitur & in significatione passiva apud Gell. 1. 13. Anceps quæstio a prudentibus arbitrata est.
ARBOR, Piscis est in Oceano Gaditano, tam vastis dispansus ramis, ut fretum nunquam ingressus credatur. Author Plin. lib. 9. cap. 4.
ARBOR, ŏris. f. [δένδρον, καὶ δένδρος] Generale nomen est, & appellatione ejus Vites quoque & Hederas, & Arundines, & Salictum contineri, JCti existimant. Plin. procem. lib. 12. Summumque munus homini datum, arbores sylvæque intelligebantur. Virg. 2. Georg. 278.
— nec secius omnis in unguem

Arboribus

Arboribus positis secto via limite quadret. Ubi Servius, Arboribus positis, Vitibus ordinatis.
Arbor, quod a Robore derivatum, illius declinationem servans corripuit penultimam genitivi. Priscian. lib. 6.
Arbor a Frutice ita differt, ut Frutex ab Herba, authore Valla lib. 4.
Arbos etiam in nomin. dicitur. Hinc Festus, Arbosem pro Arbore antiqui dicebant, & Robosem pro Robore. Virg. 4. Georg. 24.
Obviaque hospitiis teneat frondentibus arbos. De apibus. Idem 2. Georg. 150. — bis pomis utilis arbos. Vid. Quintil. 1. 4. Virg. 3. Ecl. 56.
Arbor fici. Cic. pro Flacc. 41. Homini enim Phrygi, qui arborem fici nunquam vidisset, fiscinam ficorum objecisti. Sic, Arbor mori. V. MORUS.
Arbore soles defendere. Stat. 3. Sylv. 1. 70.
Ad arboris umbram se conferre. Ovid. 4. Met. 116.
Arbor, pro Malo navis. Juven. 12. Sat. 32.

Quum plenus fluctu medius foret alveus, & jam
Alternum puppis latus evertentibus undis
Arboris incertæ, &c.

Et Virg. 5. Æn. 504. ad quem V. Erythræi Indicem ad voc. Mali.
Arborem pro Remo posuit Virg. 10. Æn. 207.

It gravis Auletes, centenaque arbore fluctum
Verberat assurgens.

i. e. Centum remis. Sed Arbore dixit, ut ostendat magnitudinem navis, ait Servius.
Arbores, in torculari Cato c. 12. & 18. vocare videtur, quas vulgo Gemellas posteriores solemus dicere; ut Stipites, Anteriores gemellas. Turnebus.
Abortus & pumiliones arborum. Plin. lib. 12. cap. 2.
Conceptus arborum, Partus educatio. Plin. lib. 16. cap. 25.
Proceritas arborum. Cic. de Senect. 59.
Truncus, rami, folia arborum. Cic. 3. de Orat. 177.
Æmula gummi arbor. V. ÆMULUS.
Afflicta senio, vel tempestate. V. AFFLIGO.
Ampla. V. AMPLUS.
Bifera. V. Bifer, in BIS.
Bruta. V. BRUTUS.
Cælebs. V. CÆLEBS.
Crassa pedes tres. V. CRASSUS.
Cædua arbor dicitur, Quæ excisa repullulat, sive ab eodem stipite, sive ex stirpibus: ut Salix, arundo, cornus, fraxinus, æsculus, quercus, laurus, almus, bætula, sambucus, populus, multæque id genus species. Alciat. De verb. signif. V. CÆDUUS.
Cremiales, [Δένδρεα φρυγανα] Ad cremandum deservientes. Inde Cremium dicitur, ad differentiam arborum quæ structuris ædificiorum aptæ, majoris sunt æstimationis. l. fructus. §. Si fundum viro. D. Solut. matr.
Exesæ arboris antrum. Virg. 4. Georg. 44.
Fertilis pomis aureis. Sen. Agam. 9.
Felix, Fœcunda & ferens fructum. Ovid. 3. de Pont. 1. 19. V. Macrob. 2. Saturn. cap. ult. & Gell. 10. 15. & mox Infelix. Liv. 5. 24. Nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum.
Frugiferæ. in l. 13. §. fructuarius. D. de usufr. & Fructiferæ apud Paulum, lib. 5. senten. tit. 20.
Inanis arbor, i. e. Excavata vel Exesa. Ovid. 3. Fast. 743.
Incurva. V. INCURVUS.
Indocilis nasci. V. INDOCILIS.
Infelix. Plin. lib. 24. cap. 9.
Infelix arbor, pro Furca & cruce: ut, Infelici arbori suspendito, apud Liv. 1. 26. & Cic. pro C. Rabir. 13. Ubi Turneb. V. & supra Felix.
Jovis arbor. i. e. Quercus. Ovid. 1. Met. 106.
Lanigeræ. Plin. lib. 12. cap. 10.
Mites. Plin. lib. 16. cap. 19.
Novella & Vetula, contraria. Cic. 5. de Fin. 39.
Odora. sic Ovid. vocat arborem Myrrhæ, 1. de Arte Am. 287.
Opaca comas. Ovid. 3. Trist. 1. 40. Virg. 6. Æn. 136.
Patula. Stat. 3. Sylv. 1. 70.
Peregrinæ, V. PEREGRINUS.
Pomiferæ. l. 45. §. pen. D. de Jur. fisc. Plin. in proœm. lib. 16.
Sylvestres. Plin. lib. 16. cap. 19.
Terminales, Quæ pro terminis & finibus observantur, quales olim habebantur Arbores antemissæ, & peregrinæ, quæ & Finales appellantur. Vid. Sicul. Flacc. Hygin. & alios authores de Limitibus.
Turpis sine frondibus. Ovid. 13. Met. 847.
Uberrima pomis. Ovid. 4. Met. 89.
Vetula. V. paulo ante, Novella.
Viduas arbores, Non adjunctas vitibus, dicit Hor. 4. Carm. 5. 30.
Umbrosa coronæ Herculeæ. i. e. Populus. Virg. 2. Georg. 66.
Urbanæ. Plin. lib. 16. cap. 19.
Cædere arbores. Ovid. 9. Met. 230.
Cædere arbores exiccatas. Cic. 2. de Divin. 13.
Canescit arbor. V. CANESCO.
Castrare arbores. V. CASTRO.
Circumcidere. V. CIRCUMCIDO.
Cludere restibus. V. CLUDO.
Collocare se in arborem. V. COLLOCO.
Collucare arborem. Columel. lib. 2. cap. ult. V. COLLUCO.
Contorquet arbores Eridanus. V. CONTORQUEO.
Culta arbor. V. COLO, is.
Decerpere arbore fœtus. Virg. 6. Æn. 141.
Decidunt arboribus folia. V. DECIDO.
Defringere ex arbore plantas. Virg. 2. Georg. 300.
Demittere arbores. Columel. lib. 5. cap. 9.
Deponere. Columel. lib. de Arboribus, cap. 16.
Detrahere arboribus poma. Tibul. lib. 1. 5. 32.
Excisa, non evulsa est arbor: itaque quam fruticetur vides. Cic. 15. Att. 4.
Florere dicuntur arbores. Cic. 1. de Divin. 16.
Inarare arbores. V. INARO.
Induerat se pomis arbor. Virg. 4. Georg. 142.
Inhæret collibus arbor. Hor. Epod. 12. 20.
Inscendere in arborem. V. INSCENDO.
Inserere arborem. Columel. lib. 6. cap. 11.
Legere ex arbore mala. Virg. 3. Eclog. 51.
Luxuriantur arbores. V. LUXUS.
Maritare arborem. V. MARITUS.
Nutant arbores. V. NUO.
Procumbit arbor. Lucan. lib. 3.
Recreari. ut, Arbor æstiva recreatur aura. Hor. 1. Carm. 22. 18.
Comæ arboribus redeunt. i. e. Frondes. Hor. 4. Carm. 7. 2.
Senescentes cum Luna arbores. Cic. 2. de Divin. 13.
Serere arbores, & Satæ arbores. Cic. de Senect. 24. & 59. Hor. 1. Carm. 18. 1.
Sustollere se dicitur arbor, dum crescit. Virg. 2. Georg. 57.
Vellitur solo arbos. Virg. 3. Æn. 27.
Vigere, & Senescere dicitur arbor. Cic. 5. de Fin. 39.
Vivere arbor & Mori dicitur. Idem ibid.

ARBOR FELIX oppidi in Helvetiis nomen, cujus in Itin. Anton. mentio fit. V. Guillim. de Reb. Helvet. l. 1. c. 11.

ARBORARIUS, Adj. ut, Arborarius picus, Qui in arboribus nidificat. Plin. lib. 30. cap. 16. Eosque qui arborarii pici rostrum habeant, & mella eximant, ab apibus non attingi. Conf. ARBORIUS.

ARBORĀTOR, ōris. m. [δενδροτόμος] significat Putatorem arborum. Plin. lib. 18. cap. 33. Frondem medio die arborator ne cædito. Columel. lib. 11. cap. 1. Nam & arator reperitur aliquis bonus, & optimus fossor, aut fœnisector, nec minus arborator, & vinitor.

ARBORESCO, [δενδρόομαι] ĕre. In arborem crescere, ait Perottus. Plin. lib. 19. cap. 4. Namque tradunt authores in Arabia malvas septimo mense arborescere, baculorum usum præbere extemplo.

ARBORĒTUM, i. n. [δενδρῶν] Idem quod Arbustum. Gell. lib. 17. cap. 2. Convalles (inquit) & arboreta magna erant. Arboreta ignobilius verbum est, Arbusta celebratius.

ARBOREUS, Adj. [δενδρινός] Quod est arboris. Virg. 1. Georg. 55.
Arborei fœtus alibi. i. e. Poma, ut ait Servius.
Arborea coma. Propert. lib. 3. 16. 28.
Cornua cervorum. Virg. 1. Æn. 190. Quæ sunt velut arbores.
Arborea amplitudo arundini Indicæ. i. e. Arboris amplitudinem habens. Plin. lib. 16. cap. 36.
Arboreum ebenum, pro Ebeno arbore. Plin. lib. 12. cap. 4.
Frondes. Ovid. 4. Met. 408.

ARBORIUS, Adj. ut, Arboria falx, Cædendis arboribus apta, apud Catonem de R. R. cap. 11. In quibusdam leg. Arboraria.

ARBUSCŬLA, æ. [δενδρύδιον] dimin. ab Arbore. Varr. 3. de R. R. c. 15. In eo arbusculas esse oportet, quæ ferant glandem. Columel. l. 11. c. 2.
Arbusculæ crinitæ pavonum. Plin. lib. 11. cap. 37.
Veluti arbusculæ vites. Columel. lib. 4. cap. 4. Vinearum provincialium plura genera esse comperi: sed ex iis quas ipse cognovi, maxime probantur veluti arbusculæ, brevi crure, sine adminiculo persistentes.
Arbuscula, præter notam significationem, Machinulam significat quæ ἀμφιξόπυς dicitur Græce. Vitruv. lib. 10. cap. 17.

ARBUSCULA, Proprium nomen mulierculæ cujusdam mimæ, quæ quum a populo exploderetur, ab equite autem laudaretur, contentam se esse dixit bonorum testimonio. sic habent interpretes. Hor. 1. Serm. 10. 77. Hujus meminit & Cic. 4. Att. 15. Quæris nunc de Arbuscula, &c.

ARBUSTUM, i. n. [δενδρῶν] Valla in Raud. Arbusta sunt arbores multæ ad fructum consitæ, ut olivetum, avellanetum, amygdaletum: vel vites arboribus applicitæ. V. Plin. lib. 17. cap. 23. Columel. lib. de Arboribus, cap. 16. Igitur qui arbustum constituere volent, ante annum quam deponant arbores, scrobes faciant quatuor pedum quoquo versus. Ibidem plura.
Arbusta alta. Lucret. lib. 6.
Arbusto consitus ager. Columel. lib. 2. cap. 2.
Resonant arbusta cicadis. Virg. 2. Ecl. 13. Et arbusta cantu rumpunt cicadæ. Virg. 3. Georg. 328.
Invenustum. V. INVENUSTUS.
Læta. Lucret. lib. 2. 343.

ARBUSTIVUS, Adj. ut, Arbustivæ vites, Quæ arboribus applicantur. Columel. de Arborib. cap. 16.
Arbustivus locus, pro Arbusto. Columel. lib. 3. cap. 13. Sic Arbustiva positio. Idem lib. 4. cap. 1.
Arbustivum genus. Columel. lib. 12. cap. 41. Mustum lixivum de lacu statim tollito: hoc autem erit quod destillaverit, ante quam nimium calcetur uva. sed de arbustivo genere quod sicco die legeris, id facito.

ARBUSTUS, Adj. etiam dicimus. Plin. lib. 10. cap. 29. Transpadana Italia juxta Alpes Larium lacum appellat, amœnum arbusto agro, ad quem Ciconiæ non permeant. Sic enim reposuit Beatus Rhenanus, ad exemplaris Murbacensis recognitionem.
Comparativo usus est Tertullianus in fine lib. 2. adversus Marcionem scribens, Deum res suas arbustiores in primordiis procurasse, bona ac rationabili æmulatione maturitatis. Arbustiores, h. e. Luxuriantiores.

ARBUSTO, [δενδροφυτεύω] āre. Agrum arboribus conserere ad maritandas vites. Plin. lib. 17. cap. 23. Transpadana Italia præter supra dicta, corno, populo, tilia, acere, orno, carpino, quercu arbustat agros.

ARBŬTUS, i. f. [κόμαρος] Valla in Raudentem, Arbutus est arbor illa quæ poma, instar cerasorum seu fragorum fert: Arbutum vero ipsum pomum. Servius, Arbutus est genus arboris frondibus raris. Idem alio loco, Arbuta sunt rubra poma sylvarum, quæ Plinius unedones vocat: quod asperitate sua plura edi non possunt. Plin. lib. 15. cap. 24. Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri eorum unedoni: quod solum pomum simile fructui terræ gignitur. Arbor ipsa fruticosa, fructus anno maturescit, pariterque floret subnascens, & prior coquitur. Mas sit, an fœmina sterilis, inter authores non constat. Pomum inhonorum, ut cui nomen ex argumento sit unum tantum edendi. Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci, comaron & mimæcylon. Ex quo apparet totidem esse genera & apud nos. Alio nomine arbutus vocatur. V. Harduin. Dioscorides l. 1. 175. Comarus, (seu Arbutus, sive Unedo,) arbor est Coroneæ malo non dissimilis, tenui folio: cujus fructus pruni magnitudinem implet, nullo intus nucleo. huic memæcylo nomen est. Maturus autem flavet, aut rubescit: in esu acerosus. Gr. [illegible] Acerosus, Hermolaus vertit, In ore commanducantis in acus [illegible] solvitur. Sunt qui Arbutum & Unedonem diversas putent arbo[illegible] que ex Theophrasto & Galeno. V. Hermol. Corol. cap. 185. & [illegible] narium in cap. 1. lib. 2. Galeni De compositione Pharmacorum secundum

dum locos. Matthiolum quoque & Amatum Lusitanum in Dioscoridem. Columel. lib. 5. cap. 8. Virg. 7. Ecl. 46.

Et quæ vos rara viridis tegit arbutus umbra. Et 2. Georg. 148.
Dant arbuta sylvæ.

Horrida arbutus. Virg. 2. Georg. 69.

ARBUTEUS, Adj. [κομάρινος] Ex arbuto factum. Virg. 1. Georg. 166.

Arbuteæ crates, & mystica vannus Iacchi.

Arbuteos fœtus legere. Ovid. 1. Met. 104.

A R C

ARCA, Syriæ Cœles urbs, antiquum adhuc retinens nomen inter Barbaros. Ejus meminit Joseph. 5. Antiq.

ARCA, æ. [κιβωτὸς, λάρναξ] In qua includuntur quæ celata & abscondita volumus. Dicta (ut inquit Varro lib. 4. de L. L.) quod ab ea clausa arceantur fures. Cic. in Parad. 6. Animus hominis dives, non arca, appellari solet.

Arcam habere dicebatur veteribus, Qui bene nummatus erat: cui vero nihil nummorum erat, is arcam non habere dicebatur: sed multo is pecuniosior, cui arcæ plures. Catull. 21. 1. de paupere,

— cui neque servulus, neque arca. Et Cic. 1. Att. 7. Confidito arcæ nostræ. Hinc quod apud eundem, 9. Fam. 20. legitur, Nos jam ex areis tantum habemus, ut Verrium, &c. Turnebus Arcis reponendum esse contendit, levi mutatiuncula & ferenda.

Arca, pro Monumento vel loculo in quo mortui conduntur in terra. Plin. lib. 13. cap. 13. Hemina vetustissimus author annalium prodidit Terentium scribam agrum suum in Janiculo repastinantem, offendisse arcam in qua Numa qui Romæ regnavit, situs fuisset.

Arca, Locus est arctior in carcere. Cic. pro Milon. 61. Subito arrepti in quæstionem, tamen separantur a cæteris, & in arcas conjiciuntur: nequis cum iis colloqui possit.

Arcas appellat Vitruvius Tabulationes intra aquam circundatas. ab Arcendis aquis ab opere. Alii Aquaria septa vocant.

Ærata multus in arca fiscus. Juven. 14. Sat. 259.

Ferrata arca. Idem. 11. Sat. 26.

Lapidea. Plin. de Viris illustr.

Patula. Juven. 13. Sat. 74.

Vestiaria, In qua reponuntur vestes.

ARCARIUS Servus dicitur, Cui arcæ, in qua pecunia domini condita est, procuratio commissa est. Idem qui Actor aut Dispensator, [οἰκονόμος] Scævola l. 41. D. de fideicom. libert. Stichus arcarius probante domino nomina fecit, & rationes a domino scriptas exhibet, nec postea nomen ullum fecit.

ARCŬLA, æ. f. dimin. [λαρνάκιον] Parva arca. Cic. 2. Off. 25. Præmittebatque de stipatoribus suis, qui perscrutarentur arculas muliebres, & ne quod in vestimentis telum occultaretur, exquirerent.

Arculæ fagineæ vel tiliaceæ. Columel. lib. 12. cap. 45. Itaque possunt alia genera malorum, sicut orbiculata, sestiana, melimela, mariana, hoc liquore custodiri: sed quia videntur in melle dulciora fieri sic condita, nec proprium saporem servare, arculæ fagineæ, vel etiam tiliaceæ, quales sunt in quibus vestimenta forensia conduntur, huic rei paulo ampliores præparari debent.

Arculæ loculatæ pictorum, ubi diversi sunt colores. Varr. 3. de R. R. cap. 17. Et cæteri pictores ejusdem generis loculatas magnas habent arculas, ubi diversi coloris sint ceræ. [Sic legendum videtur.

Arcula, item dicebatur Avis, quæ in auspiciis vetabat aliquid fieri. Festus. Fulv. Ursin. ex MSS. Arciva, probantibus Scalig. & Dacer.

ARCULUS, i. m. Putabatur Deus, qui tutelam gereret arcarum. Festus.

ARCULARIUS, i. m. Qui arculas conficit & vendit. Plaut. Aulul. 3. 5. 45. Textores, limbolarii, arcularii ducuntur.

ARCELLA, æ. aliud dimin. [λαρνακίδιον] teste Festo. Videri potest diminutivum ab Arcera plaustri genere: unde Arcella vitis, quæ in formam arceræ disposita est. Columel. lib. 3. cap. 21. de distinctis generibus vitium loquens, Hinc pares his heluolæ respondent, illinc arcellæ, rursus illinc spioniæ, basilicæve conveniunt.

Arcelatam vitem legimus apud eundem l. 3. c. 2. his verbis, Unam etiam præcocem vitem nobis ante hoc tempus incognitam Græca consuetudine dracontion vocitari comperimus, quæ fœcunditate, jucunditateve arcelatæ, basilicæque & bituricæ comparari possit, generositate vero amineæ. Fortasse ab Arcus similitudine Arculatam vitem dixit. Lapsus enim facilis fuit literæ U in E. Aut Arcellatæ legendum ut ab Arcella veniat. Paulo ante hæc Columellæ verba, Arcelaca major legitur: pro quo Arcellata major aut Arculata legendum fortasse est.

ARCADIA, [Ἀρκαδία] Peloponnesi regio & Achaiæ pars, a mari undique remota: ab Arcade Jovis filio ex Calistone Lycaonis Arcadiæ regis filia sic appellata. Hæc (ut Eustathius docet) aliquando dicta est Pelasgia, a Pelasgo rege magno & sapiente viro, qui vitæ cultioris author eis fuit, & victum ex stirpibus herbarum, arborumque frondibus transtulit ad glandem, maximeque ad fagineam. Aliquando etiam Lycaonia, aliquando Gigantida, & aliquando Parrhasia vocata fuit. Arcas autem quum Pelasgos in deditionem redegisset, eorum regionem Arcadiam nominavit. Scribit Plinius hanc totam montosam, in qua sunt asini cæteris majores ac præstantiores. In ea Erymanthus fluvius, Lernea palus, & lapis asbestos, ut ait Plin. lib. 13. cap. 10.

Arcadiam me postulas. Notat hoc proverbium Cic. 10. Att. 5. Quod mihi mandas de quodam regendo, Ἀρκαδίαν: tamen nihil prætermittam. Diogenianus hujus adagii duplicem ostendit usum. convenire enim vel in magna, vel inutilia petentem. Unde sit natum, non indicat. V. Erasm. Id ortum est ex eo quod Lacedæmonii, quum præstantissimos se Peloponnesiorum arbitrarentur esse, seque adeo dignos judicarent qui in cæteros imperium haberent, Apollinem Pythium consuluerunt, an tota Arcadia, quæ erat præcipua Peloponnesi pars, si eam bello appeterent, potiri possent. Quibus respondit Apollo illud oraculum quod extat apud Herodotum lib. 1. Ἀρκαδίην μ' αἰτεῖς, &c. quo negavit se posse ipsis concedere Arcadiam.

ARCADĬCUS. Adj. [Ἀρκαδικὸς] Quod est ex Arcadia, ut Arcadici mores.

Arcadicus juvenis. Juven. 7. Sat. 160. — culpa docentis
Scilicet arguitur, quod læva in parte mamillæ
Nil salit Arcadico juveni. i. e. Obtuso, tardo, & asinino.

Apollonius apud Philostratum lib. 3. Rudes sunt Arcades, & suibus similimi, cum ob alia multa, tum quod arborum fructibus utplurimum turgent. Fulgentius lib. 1. Mythologicôn in fine Epist. sensus Arcadicos dixit, pro Pinguibus, rudibus, & subrusticanis. Varr. lib. 2. cap. 1. Asini Arcadici in Græcia nobilitati. Idem tradit Plin. lib. 8. cap. 43. In summa, Arcades olim male audierunt propter stuporem ingenii. Qua de re vide Erasmum in adagio, Arcadicum germen. Præterea notum est illud Pers. 3. Sat. 9.

— Arcadiæ pecuaria rudere credas. h. e. Asinos.

ARCAS, ădis. n. propr. [Ἀρκάς] Filius Jovis & Calistonis, a quo Arcades denominati sunt: quos, quia vetustissima gens est, fabulantur ante Solem & Lunam ex arboribus esse natos. Ovid. 1. Met. 468.

ARCAS, ădis, vel ădos. n. gent. [Ἀρκάς] Ovid. 5. Fast. 643.

Arcadis Evandri nomen tibi sæpe refertur.

Arcada, accusativus Græcus. Stat. 6. Theb. 561.

Arte cantandi fuerunt celebrati a Virg. 10. Ecl. 30.

— soli cantare periti Arcades.

ARCADIUS, aliud Adj. [Ἀρκάδιος] ut, Arcadius deus, Pan. Propert. lib. 1. 18. 20. Et Arcadium sidus, Ursa vel Arctos. Sen. OEdip. 5. Nemora. Sen. Herc. fur. 4.

ARCADIUS, [Ἀρκάδιος] n. propr. Theodosii filius Romanorum imperator fuit cum Honorio fratre, quo tempore Gothi Romam ceperunt.

Fuit præterea hoc nomine Grammaticus Antiochenus, qui librum de Orthographia, & alterum de Syntaxi conscripsit. Suidas.

ARCANUM, i. n. [ἀπόῤῥητον] Nonius, Arcanum dicitur Secretum vel Absconditum: quod quæ in arcis sunt, celata sunt & abscondita. Festus, Arcani sermonis significatio trahitur sive ab arce, quæ tutissima pars urbis est: sive a genere sacrificii, quod in arce fit ab auguribus, adeo remotum a notitia vulgari, ut ne literis quidem mandetur, sed per memoriam successorum celebretur: sive ab arca, in qua quæ clausa sunt, tuta manent: cujus ipsius origo ab arcendo pendet.

Arcana & occulta. Cic. 2. de Fin. 85.

Arcanum prodere. Juven. 9. Sat. 115.

Arcanorum celantissimi Persæ. Curt. 4. 6. 5.

Arcana fatorum volvere. Virg. 1. Æn. 262.

Arcanum alterius scrutari. Hor. 1. Epist. 18. 37.

ARCANUM, nomen villæ Quinti Fratr. Cic. 7. Att. 5. & 10. 2.

ARCANUS, a, um. [ἀπόῤῥητος] Adj. ut, Arcana popina. Martial. l. 5. 85.

Arcana cubilia. Plin. in Paneg. 49.

Nox. Ovid. 9. Epist. 40.

Præcepta. Plin. lib. 29. cap. 1.

Arcanus, Qui quæ audit, tacet & continet optime. Plaut. Trin. 2. 4. 154.

Arcanæ salivæ. Propert. 4. 7. 37.

Aut Nomas arcanas tollat versuta salivas,
Dicet damnatas ignea testa manus.

Sensus est, Quæstionem habe de Lygdamo, aut de Nomade, quæ te amatorio veneficio nunc delinivit. Ea si arcanas suas removerit salivas, quas clam ad incantandam mentem cibo immixtas tuo adhibet, & ignea testa uratur, de scelere veneficii perpetrati confitebitur. [Exegesis ipso contextu obscurior. *Ducat* edidit rectius Brœkhus. Legendum puto Ut pro Aut. Quippe de Ancilla loqui videtur, quæ necem dominæ indigne ferens, screatu vafra novæ dominæ subinde artes prodebat, & propterea variis cruciatibus ab eadem frivolis de causis torta fuit.

Sensus, Secretus & absconditus. Virg. 4. Æn. 422.

Tabellæ, Quibus secreta nostra committimus. Ovid. 2. Amor. 15. 15.

ARCANE, [ἀποῤῥήτως] Adv. arcanius, arcanissime. i. e. Secrete.

Arcanius aliquid judicare. Columel. lib. 3. cap. 2.

ARCANO, Adv. [ἀποῤῥήτως] i. e. Secrete, seorsum. Cæs. 1. Bell. Civil. 19. Ipse arcano cum paucis familiaribus suis colloquitur.

Cic. ad Attic. l. 16. Ep. 3. Lege arcano convivis tuis: Sed si me amas hilaris & bene acceptis. H. St. V. Lamb. & Popm. ad loc.

ARCARIUS, V. ARCA.

ARCATUS, V. ARCUS.

ARCEBION, Herba quam alii Enchusam, alii aliter: parvo frutice, flore purpureo, asperis foliis & ramis, radice messibus sanguinea, cætero nigra, in sabulosis nascens, efficax contra serpentes, maximeque viperas, & radice, & foliis, æque cibo ac potu. Verba sunt Plin. lib. 22. cap. 21.

ARCELLA, V. ARCA.

ARCĔO, ui, ēre, sup. caret. [ἀπείργειν] proprie Abigere, vel A loco expellere.

Arcere, ut ait Valla lib. 6. Vetare ne accedant ii qui veniunt. Virg. 1. Æn. 31. Arcebat longe Latio. de Junone.

Recipere & Arcere, contraria. Cic. 5. Philipp. 37. D. Brutus non ut Consulem recepit, sed ut hostem arcuit.

A limine aliquem. Ovid. 6. Fast. 482.

A tectis ac mœnibus urbis arcebis Catilinam. Cic. 1. in Catil. 33.

A progressu. Cic. 11. Philipp. 4. Brutus Antonium in Galliam invadentem a progressu arcuit, a reditu refrenavit, &c.

Aditu. Liv. 1. Bell. Maced. Non terra modo adeuntes aditu arcebant, sed navium quoque stationem infestam hosti faciebant.

Aquam arcere. h. e. Curare ne influat: Paulus in l. 2. sub finem. D. de aqua pluv. arcend.

Aquas pluvias. Cic. pro Muren. 22.

Furorem arcere. Lucan. lib. 2.

Frigora pellibus. Ovid. 3. Trist. 10. 19.

Finibus suis externos. Ovid. 4. Met. 647.

Ferro contumeliam. Liv. 1. ab Urbe, Ferro igitur eam arcere contumeliam statuunt.

Finibus otii arcere scelus aliquod. Cic. de Arusp. Resp. 4.

Homines ab injuria. Cic. 1. de Legib. 40.

Reditu. Cic. 2. Tuscul. 89. Arcens eum reditu tyrannum, quem ipse expulerat.

Sacris. Plin. lib. 7. cap. 28.

Solem. Plin. lib. 12. cap. 1. Commendatio platani non alia major est, quam solem æstate arcere, hyeme admittere.

Veterno aliquem. Hor. 1. Epist. 8. 10.

Arcere transfertur ad incorporea, & dicimus Arcere homines a scelere, & Arcere scelus. Cic. in Parad. Quæ vis enim est quæ magis arceat homines ab improbitate, quam si senserint nullum in delictis esse discrimen? Virg. 8. Æn. 73.

Accipite Ænean, & tandem arcete periclis,

Arcere, ſignificat Continere, ut ait Feſtus. Ovid. 9. Met. 750.
— e terra corpus relevare volentem
Arcuit. Cic. 2. de Nat. Deor. 136. de alvo. Eſt multiplex & tortuoſa, arcetque & continet, ſive illud eſt aridum, ſive humidum, quod recipit. Idem in Somn. Scip. 9. Summus ipſe Deus arcens & continens cæteros.
Arcere, pro Repetere, & arceſſere, quaſi Arciere, i. e. Adciere. Feſtus, Sagmina, vocantur verbenæ, i. e. Herbæ puræ: quia ex loco ſancto arcebantur. i. e. (ut interpretatur Turnebus) Petebantur. Et alio loco, Noverca dicitur, quam quis ſublatis liberis novam uxorem ducit, arcendæ familiæ gratia: ubi tamen videtur interpretari Coercere Feſtus. Ab illo autem Arceo Arceſſo deduci exiſtimo. Turneb.
ARCĔRA, æ. [ὄχημα ἀγροικὸν] Nonius, Arcera, Plauſtrum eſt ruſticum, tectum undique quaſi arca. Hoc vocabulum & apud Varronem & M. Tullium invenitur. Gell. lib. 20. cap. 1. Arcera autem vocabatur plauſtrum tectum undique & munitum, quaſi arca quædam magna veſtimentis inſtrata, qua nimis ægri aut ſenes portari cubantes ſolebant.
ARCERANEUS, Adj. ut, Fulmina arceranea, Quæ in occulto fiunt. Sen. 2. Nat. Quæſt. 49. al. Atterranea.
ARCESĪLAS, vel ARCESILAUS, [Ἀρκεσίλας, Ἀρκεσίλαος] Polemonis diſcipulus (non Crantoris, ut ſcribit Baſil. Faber) ſecundæ ſive mediæ academiæ conditor. Fuit in diſputando pertinacior, & magno ingenii acumine, ut ſcribit Cic. 5. de Fin. 94. Idem. 4. Acad. 15. Is conſtitutam philoſophiam, ut Gracchus Rempublicam, evertit. Et paulo poſt, Conatus eſt clariſſimis rebus tenebras obducere. Lactantius hunc appellat Ignorantiæ magiſtrum, ut qui conſtituerit novam non philoſophandi philoſophiam. Lactant. 3. 4. & 6. Vocatur a Diog. Laertio, Arceſilaus. [Arceſilam cum nominatim Crantoris auditorem faciat Diog Laërt. l. iv. S. 28. Quanquam Cic. l. 3. de Or. 67. & 5. de Fin. 94. Polemonis diſcipulum aſſerat, non erat Faber, vel potius Lipſienſis lexici concinnator reprehendendus. V. Aldobr. ad Laërt. & Jonſ. de Script. H. Ph. l. 1. c. 10. Fabric. in Catal. Platonicor. & Peripateticorum.
Arceſilaus, Unus fuit e quinque ducibus Bœotorum, qui ad Trojam cum quinquaginta navibus advenerunt, ut oſtendit Homer. 2. Iliad.
Fuit & Plaſtes, ſive Sculptor eximius. Plin. lib. 35. cap. 12. de Varrone loquens, ſubjungit: Idem celebrat Arceſilaum L. Luculli familiarem, cujus proplaſmata pluris venire ſolita artificibus ipſis, quam aliorum opera. Hæc ille.
Fuit item Sculptor Arceſilas nomine fama nobilis, præſertim Dianæ ſimulacro, in quod extat Simonidis epigramma.
Fuit item alius Arceſilas, Tiſicratis filius, Pictor, de quo Plin. 35. 11.
Fuit item Arceſilaus Parius encauſticæ picturæ peritus, de quo Plin. lib. 35. cap. 11. Videtur idem cum antecedente.
ARCESIUS, [Ἀρκείσιος] Jovis fuit filius, Laertis pater, Ulyſſis avus. Ovid. 13. Met. 144.
Nam mihi Laertes pater eſt, Arceſius illi,
Juppiter huic, &c.
Fuit & alius, cujus meminit Homer. Odyſſ. λ.
ARCESSO, īvi, ītum, [μεταπέμπω] ĕre. ſignificat Ad vocandum ire, vel Vocare. Plaut. Capt. 5. 4. 30. Eamus intro, ut arceſſatur faber.
Arceſſere ab aratro. Cic. pro Roſc. Com. 50. Quum ab aratro arceſſebantur qui Conſules fierent.
Ad ſocietatem. Cic. Att. Si erit pugnandum, arceſſam ad ſocietatem laboris.
Arceſſere, [ἐκκαλεῖν] Evocare. Virg. 6. Æn. 119.
Si potuit manes arceſſere conjugis Orpheus. Servius.
Arceſſere ventos. Ovid. 2. Amor. 2. 37.
Arceſſere, Aſciſcere, & attrahere. Valer. lib. 4. cap. 7. de C. Volumnio, Ut nimia pietate cauſam ſibi mortis arceſſeret. Hæc Budæus. Plaut. Amph. 1. 1. 71. Illic homo a me ſibi malam rem arceſſit jumento ſuo. i. e. Sibi ipſe malorum eſt author.
Arceſſere a capite. Cic. in Topic. 39. Quum autem a genere ducitur argumentum, non erit neceſſe id usque a capite arceſſere. A capite arceſſere argumentum, his verbis Cicero ſignificat, A capite & origine rei argumentum eruere: ut 5. de Fin. A capite ducere. Budæus. Idem 2. de Orat. 117. Et tardi ingenii eſt, rivulos conſectari, fontes rerum non videre: & ætatis eſt, uſusque noſtri a capite quod velimus arceſſere, & unde omnia manant videre. Tranſlatio eſt ab aquæductibus.
Arceſſere res ex medio, pro, Res ſumere & petere de medio, non ex longinquo aliquo aut grandi vitæ genere. Hor. 2. Epiſt. 1. 168.
Creditur, e medio quia res arceſſit, habere
Sudoris minimum, &c. De Comœdia. In quibusdam legitur Acceſſit, plane corrupte. Lambin.
Arceſſere, interdum Accuſare ſignificat, & ablativo jungitur cum genitivo. Cic. pro Deiot. 30. Non ficto crimine inſectari, non expetere vitam, non capitis arceſſere.
Judicio capitis arceſſere. Cic. 2. Off. 51.
Aliquem judicio. Cic. pro Flacc. 14. Sermo eſt tota Aſia diſſipatus Cn. Pompeium quod L. Flacco eſt vehementer inimicus, contendiſſe a Lælio patrono amico ac perneceſſario, ut hunc hoc judicio arceſſeret. i. e. Deferret & poſtularet. Budæus.
Arceſſere crimine aliquo in periculum capitis. Cic. pro C. Rabir. reo, 26. An non intelligis, primum quos homines, & quos viros mortuos ſummi ſceleris arguas? Deinde quot ex iis qui vivunt, eodem crimine in ſummum capitis periculum arceſſas?
Arceſſere, pro Jubere afferri. Hor. 1. Epiſt. 5. 6.
Sin melius quid habes, arceſſe, vel imperium fer.
Sic utitur Cic. 16. Att. 11. Ego autem & ejus librum arceſſivi, & ad Athenodorum Calvum ſcripſi, ut ad me τὰ κεφάλαια mitteret. Quod autem verbo Accerſere, pro Arceſſere vulgus utitur, errat. nam vitioſa ſcriptura eſt, & ubicunque Accerſere ſcriptum eſt, Arceſſere reſtituendum. Ex Lambino.
Imo non idem ſignificat, quod Accerſo. Apud Acronem, aut Pſeudo-Acronem & apud Commentatorem anonymum Horatii, in hunc locum Ep. 2. 1. 227. — Commodus ultro
Arceſſas, & egere vetes & ſcribere cogas. Inter Accerſo & Arceſſo hoc inter eſt, Accerſo i. e. Voco, & venit a verbo Accio, accis, quod eſt quartæ conjugationis: Arceſſo autem idem ſignificat, quod & primitivum ejus, a quo derivatur, i. e. Arceo. Secundum Priſcianum Arceſſo venit ab Arcio, quod nunc dicimus Adcio, & eſt compoſitum ex Ar præpoſitione & Cio verbo, quod eſt voco, quia antiqui dicebant Ar pro Ad. H. St. V. ACCERSO, & ARCIO.

ARCESSIO, īre. Idem. Cæſ. 5. Bell. Gall. 11. Alios arceſſiri jubet.
ARCESSĪTUS, Partic. [μεταπεμφθεὶς] ut, Arceſſitum dictum. Cic. 2. de Orat. 256. Cavendum eſt ne arceſſitum dictum putetur. Hor. 2. Serm. 3. 261.
Quo rediturus erat non arceſſitus. Suet. Claud. 21. Frigidi & arceſſiti Joci. Propert. 3. 15. 13. Bacchi donis arceſſitus ſomnus. Vid. Burman. ad Petron. cap. 37.
ARCESSĪTUS, ûs. m. Plaut. Stich. 2. 2. 3. Tuo arceſſitu huc venio. Cic. 1. de Nat. Deor. Ad eum ipſius rogatu arceſſituque veni.
ARCESSĪTOR, ōris. m. Qui arceſſit. Plin. 5. Epiſt. extr. Nemo arceſſitor ex proximo.
ARCTO, vel ARTO, [στενόω, στενοχωρέω] āre. ſignificat Conſtringere. Columel. lib. 12. cap. 43. Nonnulli adjecto defruto, contenti ſunt tranſverſas perticas arctare.
Arctare, Anguſtius facere. Martial. lib. 2. 90.
Atriaque immodicis arctat imaginibus.
ARCTATUS, Partic. [στενωθεὶς] Anguſtus. ut, Arctatus pontus. Lucan. l. 5. Arctata navis. i. e. Anguſta. Cic. pro Rabir. 39. Quibus quum multæ naves refertæ fuiſſent, una non patuit, parva arctata
ARCTUS, a, um, Adj. [στενὸς] Scribitur & ARTUS.
Animum arctum ſolvere. i. e. Anguſtum & ſolicitum. Hor. 2. Serm. 6. 82.
Catena arcta. Ovid. 3. Faſt. 306.
Cavus. Hor. 1. Epiſt. 7. 33.
Compages. Virg. 1. Æn. 297.
Convivia. Hor. 1. Epiſt. 5. 29. dixit, ob numerum diſcumbentium, quod anguſte illis ſedendum eſſet.
Fames arcta urgebat. Sil. lib. 5.
Freno arcto equum compeſcere. Tibull. lib. 4. 1. 91. Arctato al.
Fortuna arctior impenſis. Stat. 5. Sylv. 3. 118.
Leges. Plin. lib. 16. cap. 4. Et apud Lucret. lib. 5. 1146. Arcta jura.
Parietes. Virg. 4. Georg. 297.
Arcta propinquitate complecti, Item Arcta familiaritate. Utrumque ex Plinio Jun. V. in COMPLECTOR & in PROPINQ. H. St.
Rebus in arctis opem ferre. Ovid. 3. de Pont. 2. 25.
Res arctæ dicuntur, Quum in periculo & diſcrimine verſamur. Sil. lib. 7.
Somnus arctior. Cic. de Somn. Scip. 1. Ut cubitum diſceſſimus, me & feſſum de via, & qui ad multam noctem vigilaſſem, arctior quam ſolebat, ſomnus complexus eſt.
Theatrum arctum vocat Hor. 2. Epiſt. 1. 60. hominibus refertum. Et apud Stat. 11. Theb. 273. Arcta civibus urbs.
Turba arcta circunſtare aliquem. Tibul. lib. 1. 2. 99.
Vincula arctiſſima. Cic. 6. Att. 2. Arctiſſimum ſocietatis vinculum.
ARCTĒ, ius, iſſime. Adv. [στενῶς] i. e. Stricte. Columel. lib. 2. cap. 2. Igitur in opere boves arcte junctos habere convenit. Sic apud eund. l. 6. c. 2. Arcte religare ad ſtipites.
Accubare arcte poteris. Plaut. Stich. 4. 2. 39. i. e. Anguſte.
Complecti arctius. Cic. 1. de Divin. 103. L. Paulus arctius puellam complexus, Accipio omen, inquit, mea filia.
Continere arctius. Cic. 2. de Nat. Deor. Ob eamque cauſam calorem inſitum in terris contineat arctius.
Diligere arcte. Plin. lib. 2. Epiſt. 13.
Dormire arcte & graviter. Cic. 1. de Divin. 59.
Premere arcte. Lucret. lib. 4. 1173.
Serere arctiſſime. Plin. lib. 12. cap. 3.
Tenere aliquid arcte, & defendere. Cic. in Parad. 1. Illud arcte tenent, accurateque defendunt, voluptatem eſſe ſummum bonum.
ARCHÆANAX, [Ἀρχαιάναξ] Mitylenæi cujusdam nomen, qui ex lapidibus vicinarum urbium devaſtatarum, Sigeum conſtruxiſſe dicitur, quod poſtea Athenienſes miſſo Phrynone olympionice occuparunt, quum Leſbii de univerſa fere Troade diſceptarent. Sic Strabo lib. 13.
ARCHÆOPŎLIS, ĭdis. [Ἀρχαιόπολις] Civitas Mæoniæ, ſubſtituta Sipylo, quæ caput illius regionis erat. Plin. lib. 5. cap. 29.
ARCHÆUS. V. ARCHIACUS.
ARCHAGATHOS, [Ἀρχάγαθος] Medicus ex Peloponneſo, Lyſaniæ filius, qui primus e medicis Romam venit, L. Æmylio, & M. Livio COSS. anno urbis DXXV. cui & jus Quiritium datum eſt, & taberna in compito Acilio. Hic primo Vulnerarius cognominatus eſt, mireque gratus adventus ejus initio fuit: mox a ſævitia ſecandi, urendique, Carnifex appellatus. Hæc Plin. lib. 29. cap. 1.
ARCHAICUS. V. ARCHIACUS.
ARCHAISMOS, f. [ἀρχαϊσμὸς] Latine Antiqua loquutio dicitur. Figura eſt grammaticis, vetuſte aliquid dictum ſignificans.
ARCHANDER, [Ἄρχανδρος] Phthii Achæi filius, & Danaï gener: de quo Herodot. lib. 2.
ARCHEDEMUS, [Ἀρχέδημος] Stoicus philoſophus fuit, ab Alexandria oriundus, ut refert Strab. lib. 14.
ARCHEDICUS, [Ἀρχέδικος] Poëta comicus. Scripſit contra Democharem Demoſthenis propinquum. Fabulæ ipſius Theſaurus & Diamartanon. Author Athenæus in Dipnoſophiſtis.
ARCHELAIS, [Ἀρχελαΐς] Colonia Claudii Cæſaris in Cappadocia, quam præfluit Halys fluvius. Plin. lib. 6. cap. 3.
ARCHELĀUS, [Ἀρχέλαος] Mileſius, Anaxagoræ diſcipulus fuit, ut ſcribit Cic. 5. Tuſc. & Socratis præceptor. Primus Phyſicam philoſophiam Athenas invexit: quapropter appellatus Phyſicus fuit. Hic vitia & virtutes, non natura, ſed lege conſtare dixit.
Fuere item tres alii: unus, Chorographus, qui omnem ab Alexandro peragratam terram deſcripſit. Alius, qui Phyſicen carmine ſcripſit. Tertius, qui de Oratoria ſcripſit, ut eſt author Diogenes Laertius.
Jungatur his Archelaus ſummus Aſtrologus, Panætii æqualis, qui Aſtrologiam judiciariam contemſit, teſte Cic. de Div. l. 2. c. 42.
Archelai item in Cappadocia regnaverunt: ex his ille qui ſuperatus a Sylla eſt, quod Mithridati auxilium tuliſſet: alterum Romæ retinuit Tiberius.
Item Archelaus Herodis, de quo in hiſtoria Hieroſolymitana.
Præter hos, Archelaus Macedoniæ rex Perdiccæ filius, ſuo tempore fortunatiſſimus judicatus, ut ſcribit Cic. 5. Tuſc. 35.
Archelaus item, Mithridatis regis Præfectus fuit, qui quum in terra

Attica ex Piræo adversus Syllam propugnaret, turris quædam lignea defendendi gratia structa, quum ex omni latere circumplexa igni foret, ardere nequivit, quod ab eo alumine oblita fuisset. Hæc Gell. ex veteri historia lib. 15. cap. 1.

Archelaus item fuit Præsul Mesopotamiæ, qui librum disputationis contra Manichæum Syro sermone composuit sub Probo imperatore. Author Hieronymus.

ARCHEMŎRUS, [Ἀρχέμορος] Lycurgi regis Nemeæ filius, a serpente infans necatus, dum nutrix, quæ sitientibus Argivis fontem ostenderet, eum dimisisset in gramine. In cujus honorem instituti sunt ludi Nemæi, ut author est Archias poeta lib. 1. Epig. Græcorum.

ARCHETYPUS, i. m. [ἀρχέτυπος] Prima forma est, ex qua exprimuntur simulacra. ab ἀρχὴ, Principium, & τύπος, Figura & umbra, & veluti imago & symbolum veritatis. Plin. lib. 5. Epist. 10. ad Antonium, Ut pictores pulchram absolutamque faciem raro, nisi in pejus, effingunt, ita ego ab hoc archetypo labor & decido. Sic, Pocula archetypa apud Martialem, lib. 13, 14. Varro 3. de R. R. cap. 5. In quo dixeris longe vicisse non modo archetypon inventoris nostri ὀρνιθοτροφεῖον. Cic. 16. Att. 13. Idem σύνταγμα mihi ad te retractatius, & quidem ἀρχέτυπον ipsum crebris locis inculcatum & refectum.

Decidere ab archetypo. V. DECIDO.

Archetypæ nugæ. Martial. l. 7. 10. De libellis suis manu sua emendatis.

Archetypi amici, per metaphoram pro Veris & germanis. Martial. l. 12. 70. Et jubet archetypos pluteum servare Cleanthas. Juven. 2. Sat. 7. Imagines.

ARCHEZOSTIS, ἀρχέζωστις Dioscoridi, Herba est, quam Latini Vitem albam vocant. De qua V. Plin. l. 23. c. 1. & Ruell. l. 3. c. 153.

ARCHIAS, [Ἀρχίας] Poëta Antiochenus, Romæ fuit in amicitia multorum clarorum oratorum, præsertim Lucullorum: & a nonnullis Græcis populis honoratus, & eorum civitatibus donatus: Ciceroni in primis familiaris. Hic quum discederet e Sicilia, cum L. Lucullo Heracleam venit, & adscribi in eandem fœderatam Romanis civitatem voluit; quod & sua virtute, & Luculli amicitia facile impetravit. Deinde ei lite mota de civitate Romana, quam lege Plautia, ut fœderatæ civitati adscriptus, usurpare potuit, Cicero ipsum defendit, ubi multa de laudibus poeticæ dixit.

Fuit item Archias, qui condidit Syracusas, ut scribit Volaterranus.

Rursum Archias, fuit Hyblæus quidam, Præco celeberrimus: qui præconio vicit tribus deinceps Olympiadibus & Pythico certamine. Pollux lib. 4. S. 92.

Item Artifex quidam, qui breves lectos studuit facere. V. hic subjecta.

ARCHIACUS, denom. ab Archia ultimo memorato: ut, Archiaci lecti. Hor. 1. Epist. 5. 1.

Si potes Archiacis conviva recumbere lectis, &c. Quo loco Turnebus Adv. 1. 18. putat Archiacos lectos, esse Humiles, parvos, inelegantes, non sumptuosos, ab Archia artifice sic vocatos, ut Seneca ap. Gell. 12. 2. vocat lectos Soterici, de artificis nomine, rudes, impolitos inelegantes, antiquos. Lambinus vero Archaïcis legit, id est, Antiquo modo & more fabricatis, sed perperam; ut fuse ostendit Bentleius in locum.

Lectus archaïcus, ad vetustum morem ex ligno compositus, non ex argento vel ebore concinnatus, Cruquius p. 530. Sed male ab illo dicitur: ἀρχαῖος enim & ἀρχαϊκὸς idem Græcis notant, nimirum antiquarium, simplicitatis antiquæ studiosum. Sed magis mirum, quod ipse Enarrator Archæas comœdias dicit, utens voce illa ARCHÆUS, tanquam & ipsa Latinis usitata, in Sat. 4. libri 1. princ. Hi primi, inquit, Archæas comœdias scripserunt. Id est quæ tandem dictæ sunt Archææ. H. St.

ARCHIĀTER vel ARCHIATRUS, i. [ἀρχίατρος] Latine dicitur Primus & princeps medicorum. Alciatus Codice de Comitibus & Archiatris, interpretatur Medicum principis. ἀρχὸς enim principem, ἰατρὸς medicum significat. V. Marsil. Cagnat. Var. obs. l. 2. c. 15. To. 3. Fac. cr. Grut. Hier. Merc. Var. lect. 4. 1. Cang. in Gloss. Voss. de Vit. Serm. 1. 33. inprimis I. H. Meibomii Comment. in Cassiod. formul. Comitis Archiatrorum. 4. Helmst. 1668.

ARCHIBIUS, [Ἀρχίβιος] Alexandrinus grammaticus, qui docuit Romæ sub Trajano principe.

Fuit etiam alter ejusdem nominis Grammaticus, qui commentarios conscripsit in Callimachi epigrammata. Utriusque meminit Suidas.

ARCHIBUCŎLI, Antistites Dei Liberi. Guther. de Vet. Jur. Pontif. 1. 7.

ARCHIDĂMUS, [Ἀρχίδαμος] IV. memorantur hoc nomine reges Lacedæmoniorum, quorum clarissimus Zeuxidami F. qui Messenios Peloponneso expulit, & impressione in Atticam facta Peloponnesiaci belli fundamenta jecit. V. Paus. & ex Juniorib. Meurs. de Reg. Lac.

ARCHIDAMIUS, [Ἀρχιδάμειος] Adj. Hinc, Archidamium bellum, quod proverbio olim dicebatur de Bello sævo crudelique, epitheto sumpto ab Archidamo duce Lacedæmoniorum, qui Atticam decem annis vexavit, & Acarnensibus gravissimam noxam inflixit, succisis omnibus arboribus, ut testatur Synesius in Encomio calvitii. Suidas. Memorat Archidami sævitiam Pausanias in Laconicis.

ARCHIDICASTES, æ. [ἀρχιδικαστὴς] Inter municipales magistratus dicitur, qui judicibus præest. Budæus ex Strabone.

ARCHIGALLUS, [Ἀρχίγαλλος] Sacerdotum Cybeles magnæ matris deorum dicebatur antistes. Plin. lib. 25. de picturis Parrhasii: Pinxit (inquit) & Archigallum: quam picturam amavit Tiberius princeps, atque (ut author est Decius Eculeo) LX. H-S æstimatam, cubiculo suo inclusit. Est item Archigalli mentio apud Jul. Firmicum, lib. 3. cap. 6. Meminit & Tertullian. in Apologetic. V. Ant. Van Dale Diss. 1. de Sacr. Taurobol. sub fin.

ARCHIGĔNES, [Ἀρχιγένης] Medicus fuit ex Apamia Syriæ civitate, Agathini discipulus, qui rem medicam Romæ exercuit Trajani temporibus. Hæc Suidas. In hunc Archigenem, tanquam in hominem imperitum sæpissime invehitur Galenus. Meminit ejusdem & Juven. 7. Sat. 235.

— tunc corpore sano
Advocat Archigenen, onerosaque pallia jactat.

[Sic enim legendum Græca terminatione, ne in metri leges peccetur.

ARCHIGERONTES, [ἀρχιγέροντες] Principes seniorum, seu summi senes. Alciatus in l. 5. C. de episc. audient. Sunt qui legi velint Archigetontes, ut pro Eo qui principatum fabrorum tenet sumatur, sicut in opificiis, regiis, & publicis adhibentur.

ARCHIGRAMMATEI, [ἀρχιγραμματεῖς] dicuntur Scribarum principes. Unde scribit Plutarch. Eumenem Cardianum fuisse archigrammatea Alexandri magni. Vulgo Cancellarii vocantur.

ARCHIGUBERNUS, [ἀρχικυβερνήτης] Princeps gubernator, omnium gubernatorum primus. Javolenus in l. 46. D. ad S. C. Trebell.

ARCHILŎCHUS, [Ἀρχίλοχος] Poëta Græcus iambicus, qui persequutus est Lycamben socerum suum, quod ei filiam Neobulen pactam alii locaverat, eumque una cum filia ad laqueum, ob jamborum petulantiam in eos scriptorum compulit. Acron. in Hor. Epod. 6. 13. Ex quo Hor. in Arte Poët. 79.

Archilochum proprio rabies armavit iambo. Quintil. l. 10. c. 1. Archilochus primus inter eos qui iambos scripsere: summa in hoc vis eloquutionis, cum validæ, tum breves vibrantesque sententiæ, plurimum sanguinis atque nervorum, adeo ut videatur quibusdam, quod quoquam minor est, materiæ esse, non ingenii vitium. Emicuit regnante Romulo. Cic. 16. Att. 1. Et ut Aristophani Archilochi iambus, sic epistola longissima quæque optima videtur.

Fuit item Archilochus, Nestoris & Eurydices filius, ut docet Homer. in Odyss.

ARCHILOCHĪUS, Adj. [Ἀρχιλόχιος] Cic. 2. Att. 21. Archilochia in Pompeium edicta Bibuli populo ita sunt jucunda, ut eum locum ubi proponuntur, præ multitudine eorum qui legunt, transire nequeamus. Item in fine superioris epistolæ. Archilochia, i. e. Acerbissima: quales Archilochi poëtæ iambi.

ARCHIMAGĪRUS, [ἀρχιμάγειρος] Princeps & magister coquorum, qui præest coquinæ. Juven. 9. Sat. 109.

Finxerunt pariter librarius, archimagiri,
Carptores.

Conf. Sidon. l. 2. Ep. 9. Macri Hierolex.

ARCHIMANDRĪTA, [ἀρχιμανδρῖται] Id significat quod dicimus Abbatem. Prisci enim illi monachi eremos colentes ἐν ταῖς μάνδραις, id est in speluncis & cavis montium, habitabant. Alciatus. Utitur Sidonius Apollinaris hac voce. V. Macri Hierolex. & Cangii Gloss. conf. MANDRA.

ARCHIMĒDES, [Ἀρχιμήδης] Syracusanus, Geometra nobilissimus tanta in ipsa scientia dulcedine dicitur versatus, ut sæpenumero invitus ad balnea ductus, dum perungendus in cratere constitueretur, per corporis unguenta, figuras ac lineamenta digito inscriberet. Multa in Mathesi invenit præclara. Primus ostendit quomodo argenti auro admisti per fraudem mensura deprehendi possit. Vitruv. 9. 3. Sphæram, in qua motus siderum spectabantur, confecit. Cic. 1. Tusc. 63. De quo plura apud Plutarchum in vita Marcelli. V. Polyb. lib. 7. & Fabricii Bibl. Gr. l. 3. c. 22.

Fuit & alter Archimedes Grammaticus, genere Trallianus, qui commentarios in Homerum & Mechanica scripsit. Author Suidas.

ARCHIMEDEUS, Adj. Cic. 12. Att. 4. Ἀρχιμήδειον πρόβλημα est. de Re difficili.

ARCHĒMIA, seu ALCHEMIA, seu ALCHYMIA, [ἀρχημεία] est Auri vel Argenti conficiendi scientia. Sic dicta quasi ἀργύρου χημεία, i. e. Argenti præparatio. Unde Jasonis χρυσόμαλλον δέρας, i. e. Aurei velleris pellem, intelligi librum voluere philosophi, veterum more in pelle conscriptum, quo auri præparandi ars (quæ χημεία vocatur) contineretur. Hujus autem artis libros quum diligenter conquisisset Diocletianus, exussit, ne amplius Ægyptii ex hujusmodi artificio ditescerent, rebusque innovandis studerent. Cæl. l. 7. c. 3. De Origine & progressu hujus artis extant Ol. Borrichii & Herm. Conringii scripta amœbæa. Scientia Alchymiæ ap. Firm. 3. 15. V. & Scalig. ad Manil. p. 293. ed. Arg. & ad Cul. Virg. p. 43. Voss. Etym. Salmas. Exerc. Plin. p. 772. Lambec. de Bibl. Cæs. l. 6. p. 174.

ARCHIMĪMUS, [ἀρχιυποκριτὴς] Latine dicitur Princeps histrionum. Tranquillus in Vespasiano, cap. 19. Favor archimimus personam ejus ferens, imitansque (ut est mos) facta ac dicta viri, interrogatis palam procuratoribus quanti funus & pompa constaret, ut audivit sestertiûm centies, exclamavit, centum sibi sestertia darent, ac se vel in Tiberim projicerent. Verba sunt histrionis significantis extremam principis parsimoniam. Bud.

ARCHINUS, [ἄρχινος] Summus magistratus, & Magister populi dicebatur apud Thebanos, cujusmodi erat Dictator Romanis, Diœcetes Ægyptiis, & Pœnis Sufetes. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 23.

ARCHIPELAGUS, hodiernum nomen Maris Ægæi.

ARCHIPIRĀTA, [ἀρχιπειρατής] Prædonum dux. Cic. 7. Verr. 63. Archipiratam ipsum videt nemo, de quo supplicium sumi oportuit. Idem 2. Off. 40. Ille qui archipirata dicitur, nisi æquabiliter prædam dispertiat, aut occiditur a sociis, aut relinquitur.

Archipirata quisquam vel latronum ductor, si suos ad grassandum cohortetur. Lactant. de Falsa sap. l. 3. p. 165. edit. Plant. H. St. Legitur cap. 17. sub fin.

ARCHIPPE, [Ἀρχίππη] Marsorum oppidum, a Marsya Lydorum duce conditum, quod lacu Fucino haustum scribit Plin. lib. 3. cap. 12.

ARCHIPPUS, [Ἄρχιππος] Philosophi nomen, qui Thebis scholas habuit, ut scribit Hieronymus, & Pythagoræ auditor fuit. V. Fabricii Bibl. Græc. l. 2. c. 13.

Fuit & alius Archippus, Poëta comicus, quem memorat Vossius de Poëtis Græcis.

ARCHIPPOCŎMUS, [ἀρχιπποκόμος] Hippocomorum præfectus. Hippocomi autem sunt Homines equorum curæ præfecti, quales Scutarii in comitatu regis vocantur. Budæus.

ARCHITECTUS, i. Is est (inquit Budæus) quem Græci ἀρχιτέκτονα vocant, quasi Structorum (qui Græce τέκτονες dicuntur) princeps. Plin. l. 34. c. 14. de magnete, Eodem lapide Dinocrates architectus Alexandriæ Arsinoes templum concamerare inchoaverat; ut in eo simulacrum ejus e ferro pendere videretur. Cic. 1. de Orat. 62. Philonem illum architectum, qui Atheniensibus armamentarium fecit, constat perdiserte populo rationem operis sui reddidisse.

Architectus, per translationem; ut, Architectus deus. Plaut. Amph. Prol. 45. Deûm regnator, architectus omnibus.

Architectus, quasi Machinator & fabricator. Cic. 1. de Lege Agr. 11. Nunc quisnam tam abstrusus usquam nummus videtur, quem non architecti hujus legis olfecerint?

Architectus beatæ vitæ. i. e. Inventor. Cic. 1. de Fin. 52. Eaque ipsa quæ ab ipso inventore veritatis, & quasi architecto beatæ vitæ dicta sunt, explicabo.

Princeps & architectus sceleris. Cic. pro Cluent. 60. Ipsum principem atque architectum sceleris absolverent.

Architectus & machinator. Cic. pro Rosc. Amer. 132. Ex iis quæ nunc maxime fiunt, nonne quis potest intelligere omnium architectum & machinatorem unum esse Chrysogonum?

Architectus verborum. Cic. de Clar. Orat. 118. Ut omnes fere Stoici prudentissimi in disserendo sunt, & id arte faciunt, suntque architecti pene verborum: iidem traducti a disputando ad dicendum, inopes reperiantur.

ARCHITECTIO, ōnis. f. Plin. l. 10. c. 71. In quo vel præcipua naturæ architectio. Sic Stephanus. Sed Harduinus ex MSS. reponit, Architectæ vis.

ARCHITECTON, ōnis. [ἀρχιτέκτων] Idem quod Architectus. Plaut. Pœnul. 5. 2. 150. Me dolis jam ſuperat architectonem. Per translationem dictum.

ARCHITECTONĬCE, es. f. Ars ædificandi. Quintil. 2. 21. Aliæ quoque artes habent multiplicem materiam, ut architectonice.

ARCHITECTONĬCUS, Adj. [ἀρχιτεκτονικὸς] Ad architectonem pertinens. Vitruv. lib. 9. cap. 4. E qua per rationes architectonicas, circinique deſcriptiones eſt inventus effectus in mundo.

ARCHITECTOR, ōris. [ἀρχιτέκτων] i. e. Architectus. Plaut. Moſtel. 3. 2. 73. Nam ſibi laudaſſe ædeis ait architectorem, &c.

ARCHITECTOR, [οἰκοδομέω] āri. Conſtruere, fabricare. Vitruv. lib. 9. cap. 4. Namque in his locis naturalis poteſtas ita architectata eſt, collocavitque cardines, tanquam centra.

Situm loci ad ſuum arbitrium architectari & fabricari. Author ad Heren. lib. 3. 32. Cogitatio enim quamvis regionem poſſit amplecti, & in ea ſitum loci cujusdam ad ſuum arbitrium fabricari atque architectari.

Architectari voluptates, per metaphoram. Cic. 2. de Fin. 52. Cur tandem ſapientia tantopere laudatur? an quod ita callida eſt, ut optime poſſit architectari voluptates? Id eſt, formam & rationem fruendarum voluptatum comminiſci & præſcribere. Budæus. Nonius, in hunc locum interpretatur, Componere.

ARCHITECTŪRA, æ. f. [οἰκοδομική] Idem quod Architectonice. Cic. 1. Off. 151. Quibus autem artibus aut prudentia major ineſt, aut non mediocris utilitas quæritur, ut medicina, ut architectura, eæ ſunt iis quorum ordini conveniunt, honeſtæ.

Architectura Ipſum ædificium & opus interdum ſignificat. Plin. lib. 11. cap. 24. Specus ipſe qua concameratur architectura?

ARCHITRICLĪNUS, Magiſter convivii, ſive Arbiter bibendi, [ἀρχιτρίκλινος] dictum ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῶν τρικλινίων. h. e. A principatu vel ductu tricliniorum: quod tricliniis præeſſet. Hujusmodi munus obiit ille qui convivio præfuit in nuptiis, ubi Chriſtus interfuit, cum aquam in vinum convertit. Valla lib. 3. cap. 34. Triclinium a tribus toris menſisve appellatum eſt. Ibi enim comedebant, præcipue in convivium accepti, quum res ipſa poſtularet tres toros menſasve extrui. Qui autem huic miniſterio præerat, architriclinum vocabant. V. TRICLINIUM ſ. l. Petr. Ciacc. de Tricl. p. 104. & Fulv. Urſ. in Append. p. 344. ed. Amſt. Macri Hierolex.

ARCHIUM, [ἀρχεῖον] proprie Domus principis, Palatium. Hinc factum, ut Cella in qua inſtrumenta publica, quaſi in principis cuſtodia reconduntur, Archium appelletur. Ulp. l. 9. §. 1. D. de pœnis. Solet & ſic ne eo loci ſedeant, quo in publico inſtrumenta deponuntur, archio forte, vel grammatophylacio. Hinc interpoſito Digammate (more antiquorum) dicitur

ARCHIVUM, Chartophylacium, in quo ſcribæ & actuarii acta publica condunt. Corrupte Arcivum, Arcivium, Arcibum. V. Macri Hierolex. & Cangii Gloſſ. Lat.

ARCHON, ontis. [ἄρχων] Magiſtratus Athenienſis, præſes eorum qui jus dicerent, Prætori ſimilis apud Romanos. Vell. Paterc. 1. 2. Codri filius Medon primus Archon Athenis fuit: ab hoc poſteri apud Atticos dicti Medontidæ. Idem cap. 8. Archontes perpetui Athenis eſſe deſierunt, cum fuiſſet ultimus Alcmæon, cœperuntque in duos annos creari; quæ conſuetudo in annos LXX. manſit; ac deinde annuis magiſtratibus commiſſa eſt Reſpublica. Suidas novem fuiſſe Archontes author eſt, & inter eos numerat Theſmothetas: idem ſentire videtur enarrator Demoſthenis: quippe qui Archontas etiam Theſmothetas appellet. Sed unus erat princeps collegii & præfectus, qui Hegemon & Prytanis vocabatur Athenis. Prytanes autem erant numero quinquaginta, decimam partem concilii & curiæ quinquagenariæ efficientes, in orbem πρυτανεύοντες, in ſingulos menſes vices mutantes. Verum is Archon, qui inter Archontas peculiarem appellationem retinuit, etiam Prytanis dictus eſt. Quemadmodum autem Romæ Prætor judicibus præerat, atque ideo Quæſtionis judex dictus eſt, & Quæſitor: ita hic Archon Athenis τοῖς δικαστοῖς λεγομένοις præſidebat. Hæc Budæus in comment. Græcis. Cic. de Fato 19. Morietur Epicurus quum duos & ſeptuaginta annos vixerit, archonte Pytharato. De Archontibus Athenienſium extant libri IV. Jo. Meurſii, 1621. Lugd. Bat. edit. & auct. in Tom. 4. Ant. Græc. Jac. Gronovii. De Prytanibus infra ſ. l.

ARCHȲTAS, [Ἀρχύτας] Tarentinus philoſophus, cujus meminit Cic. 3. de Orat. 6. Pythagoricus fuit, Tarentinorum Rempublicam rexit, exercitus ductando, nec unquam ſuperatus, ut author eſt Ariſtoxenus: ſcripta ejus non feruntur, niſi quædam ad Platonem epiſtola, ejus in Geometria diſcipulum. Cic. 5. Tuſc. hunc vocat Doctum & plane ſapientem. Ejus vitam exhibet Laërt. l. 8. S. 79. ſeq.

Archytæ cujusdam Geometræ & Aſtrologi meminit Hor. 1. Carm. 28. 2. qui naufragio tandem periit. [Idem cum ſuperiore, ut cenſet Menag. ad Laërt. & plerique Horatii interpretes.

Fuit item Archytas alius, Mitylenæus muſicus: cui quum probro daretur quod non exaudiretur; reſpondit, inſtrumentum pro me loquitur.

Fuere præterea alii duo: Unus qui de agricultura ſcripſit, alter poeta epigrammatum. Author Diogenes. l. c.

Archytæ crepitaculum. Proverbium in hominem vehementer garrulum & obſtreperum jaciebatur. Siquidem Archytas crepitaculi genus æreum excogitavit, quod pueris luſitantibus daretur, nequid interim ex vaſis domeſticis contingerent. Ejus autem organi Tarentinum philoſophum fuiſſe opificem conſentaneum eſt, utpote qui fertur in mechanicis mire præcelluiſſe: cujus & columba lignea celebratur, ita ratione mathematica librata ut volaret. Meminit Ariſtot. lib. 8. Politic. Gell. 10. 12.

ARCIFINALIS, e. Sic Flaccus de Cond. Agr. p. 3. Agri dicuntur occupatorii, quos quidam Arcifinales vocant. Ut quisque virtute colendi occupavit, arcendo vicinum arcifinalem dixit. Adde Rigaltii Obſerv. & Gloſſas agrim. & Goeſium, p. 127.

ARCIFINIUS, Idem, Varro apud Frontin. Ager arcifinius ab arcendis hoſtibus appellatur.

ARCILALIS, Oppidum Hiſpanicum in tractu Bætico. Ptolem.

ARCIMA. V. ARCIRMA.

ARCINNA, [Ἄρκιννα] Oppidum eſt Daciæ. Ptolem.

ARCIO, īvi, ītum, īre. pro Indere & adigere accepiſſe videtur Cato, cap. 40. Sed emendati codd. Artito pro Arcito exhibent. Cæterum de Arcio V. in ARCESSO.

ARCION, Herba eſt, radice alba & grandi, folia habens majora cucurbitis, & hirſutiora, nigrioraque & craſſiora. Plin. lib. 25. cap. 9.

ARCIPOTĒNS, tis. Val. Flaccus 5. 17. Arcipotens Apollo.

ARCIRMA, [ἁμάξις] V. Gloſſ. Scribitur & ARCIMA, & ARCIRNA & ARCUMA. q. V.

ARCISELLIUM, i. n. Sella in arcus ſimilitudinem. Petron. cap. 75. Vid. Burman. ad loc.

ARCITENENS, tis. Adj. [τοξοφόρος] pro Apolline, ab arce ſ. Acropoli in qua colebatur. Virg. 3. Æn. 75.

Quam pius Arcitenens oras & littora circum, &c. Vel potius ab Arcu tenendo: quod ſemper cum arcu & pharetra pingeretur Apollo. Nævius 2. Bell. Pun. Deinde pollens ſagittis, inclytus, arcitenens, ſanctusque Delphis prognatus Pythius Apollo.

Arcitenens, Sagittarius. Cic. in Arato, v. 181. de cœleſti ſidere.

ARCĪVUS, Adj. Aves arcivæ, quæ in auſpiciis aliquid fieri vetabant. Feſtus. V. ARCULA.

ARCOPHTHALMON, [ἀρκόφθαλμον] A quibusdam appellatur herba quæ Chryſogonon Dioſcoridi dicitur.

Eſt autem hæc nomenclatura ex iis, quæ inter notha Dioſcoridis a doctoribus numerantur.

ARCOPHYTON, [ἀρκόφυτον] ex iis nomenclaturis, quæ becchio ſeu tuſſilagini herbæ in quibusdam Dioſcoridis exemplaribus tribuuntur.

ARCTE, Adv. V. Arctus in ARCEO, ſupra.

ARCTICUS, V. ARCTOS, infra.

ARCTION, [ἄρκτιον] Galen. Herba eſt verbaſco ſimilis, radice tenera, candida, dulci: caule oblongo & molli: ſemine cymino ſimili: facultatis eſt admodum tenuiorum partium, & ob id exſiccantis extergentisque: tamen modice. Hæc Galen. lib. 6. Simplic. V. & Plin. l. 27. c. 5.

ARCTO, as. V. ARCEO, ſupra.

ARCTŎMYS, [ἀρκτόμυς] Animal habens ſimilitudinem muris & urſi.

ARCTONNĒSUS, [Ἀρκτόννησος] Oppidum eſt Mileſiorum, ad Propontidem ſitum, quod alio nomine Cyzicum appellatur. Plin. lib. 5. cap. ult.

ARCTON, [Ἄρκτων] Mons qui imminet Cyzico, ita dictus a Jovis nutricibus, quas illic in ἄρκτους, i. e. in urſas, migraſſe tradunt.

ARCTOPHYLAX, ăcis. m. [Ἀρκτοφύλαξ] h. e. Cuſtos Urſæ: ſtella quæ & Arcturus, h. e. Cauda Urſæ, ſive Bootes dicitur. V. ſ. l. Cic. 2. de Nat. Deor. 109.

Arctophylax, vulgo qui dicitur eſſe Bootes,
Quod quaſi temone adjunctam præ ſe quatit Arctum. conf. Manil. 1. 315.

ARCTOS, vel ARCTUS, i. f. [Ἄρκτος] Latine Urſa dicitur, Signum cœleſte.

Arcti, duæ ſunt, quæ Septentrionali polo nixæ vehuntur, Arctico circulo clauſæ, & ita collocatæ ut utraque reſupinata, alterius contegat caput; ſed caput ejus quæ ſuperior eſt, ad caudam inferioris contendat: alteram, majorem urſam ſive Helicen: alteram minorem Urſam, ſive Græcorum lingua, Cynoſuram, i. e. Canis caudam, nominant. Illam Græciæ populi notare ſoliti, hanc Sidonii aſpicientes aſſidue navigant. Ovid. 3. Faſt. 106.

Eſſe duas Arctos, quarum Cynoſura petatur
Sidoniis, Helicen Graia carina notat. Helicen ſcribit Heſiodus Caliſto, Lycaonis Arcadiæ regis filiam fuiſſe. de qua V. ſ. l. Cic. 2. de Nat. Deor. 105. ex Arato:

Extremusque adeo duplici de cardine vertex
Dicitur eſſe Polus.
Hunc circum arctœ (al. Gr. ἄρκτοι) duæ feruntur, nunquam occidentes.
Ex his altera apud Grajos Cynoſura vocatur;
Altera dicitur eſſe Helice;
Cujus quidem clariſſimas Stellas totis noctibus cernimus, &c.

Arcti geminæ, i. e. Urſa major & minor. Ovid. 3. Met. 45. Et Virg. 1. Georg. 245.

Gelidæ. Virg. 6. Æn. 16.

Sicca. Ovid. 1. Triſt. 2. 29. quod æquore non tinguitur. Virg. d. l.

Arctos, Claudianus dixit pro Illis qui Septentrionalem regionem inhabitant ſub Arctis poſitam, Conſ. Hon. 6. 336.

Atque indignantes in jura redegerit Arctos.

ARCTĬCUS, Adj. [Ἀρκτικὸς] ut, Polus Arcticus: i. e. Septentrionalis, ſive Borealis. Cui oppoſitus eſt Antarcticus polus. h. e. Meridionalis.

ARCTŌUS, Adj. [Ἀρκτῷος] ab Arcto, Idem quod Septentrionalis. Martial. lib. 10. 6.

Felices quibus urna dedit ſpectare coruſcum,
Solibus Arctois, ſideribusque ducem.

Arctous orbis. Lucan. lib. 1. 53.

Polus. Sen. OEth. 8.

Sedes. Sen. 1. Herc. OEth. 12.

ARCTŪRUS, [Ἀρκτοῦρος] Stella eſt (inquit Servius) poſt eandem majoris Urſæ poſita: unde Arcturus dicta eſt ἀπὸ τῆς οὐρᾶς, καὶ ἄρκτου. Virg. 1. Georg. 204.

At ſi non fuerit tellus fœcunda ſub ipſum
Arcturum, &c. Idem Servius, Arcturus, Stella eſt in ſigno Bootæ poſt Septentrionem, cujus ortus & occaſus tempeſtates graviſſimas facit. Plin. l. 13. c. 8. Cic. 2. de Nat. Deor. 110. Huic enim Booti
— ſubter præcordia fixa videtur
Stella micans radiis Arcturus nomine claro. Hor. 3. Carm. 1. 27.
Nec ſævus Arcturi cadentis
Impetus, aut orientis Hœdi. V. ARCTOPHYLAX & BOOTES.

ARCTUS, V. ARCEO, ſupra.

ARCUARIUS, ARCUATUS, Adj. V. ARCUS, infra.

ARCUBIÆ, Qui excubabant in arce. Feſtus. eadem forma ac Excubiæ.

ARCULA, & ARCULARIUS. V. ARCA.

ARCULATA & ARCULUM. V. ARCUS.

ARCUMA, inquit Feſtus, Genus eſt plauſtri modici, quo homo geſtari poſſit. χειραμάξιον Chiramaxion Petron. q. V. & ſupra ARCIRMA.

ARCUO, as. V. infra.

ARCUS, ūs. m. [τόξον] quo ſagittæ emittuntur. Virg. 11. Æn. 575.

Spiculaque ex humero parvæ ſuſpendit, & arcum
Pro crinali auro, pro longe tegmine pallæ.

Aduncus. Ovid. 4. Epiſt. 39.

Corneus. Ovid. 1. Met. 697.

Flexibilis. Ovid. 3. Amor. 3. 29.

Laxus, pro Non tenſo. Sil. lib. 3.

Lethifer. Virg. 10. Æn. 169.

Minax. Hor. 3. Carm. 26. 8.

Sinuatus. Ovid. 8. Met. 381.
Sinuosus. Ovid. 1. Amor. 1. 23.
Sonans. Virg. 5. Æn. 521.
Trux. Stat. 3. Sylv. 1. 34.
Vastus. Sen. Herc. fur. 11.
Adducere arcum. Virg. 5. Æn. 507.
Cohibere cervos arcu. Hor. 4. Carm. 6. 34.
Compescere arcum, i. e. Continere ne jaculetur. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 232.
Contentus, i. e. Tensus. Ovid. 6. Met. 286. Et 2. de Arte Am. 191.
Corripere manu arcum. Virg. 1. Æn. 187.
Curvare. Stat. 1. Achil. 487.
Curvatur in arcum portus. Virg. 3. Æn. 533. i. e. in formam arcus, seu hemicycli.
Dirigere tela arcu. Hor. 4. Carm. 9. 18.
Dirigere arcum in aliquem. Pers. 3. Sat. 60.
Emittere arcu sagittam. Plin. lib. 9. cap. 8.
Expedire alimenta arcu. Tacit. 4. Ann. 28. Illuvie obsitus & alimenta arcu expediens. Significat illum venatu toleraſſe vitam.
Expellere sagittam arcu. Ovid. 8. Met. 381.
Fallit arcus dexteram. Sen. OEth. 13.
Flectere arcum coactis cornibus. Sen. Herc. fur. 11.
Fugam dat sagittis arcus. Sen. OEth. 13.
Intendere arcum. Sen. OEth. 4. V. INTENDO.
Intentus arcus. Cic. pro Sextio, Fuerat ille annus tanquam in Reip. magno metu & multorum timore arcus intentus in me unum.
Lentare arcum, pro Curvare. Stat. 1. Achill. 436.
Librat telum arcus. Sen. OEth. 13.
Lunare arcum, i. e. In Lunæ speciem cornua contrahere. Ovid. 1. Amor. 1. 23.
Minatur arcus, & ferit. Hor. in Arte Poët. 350.
Non semper feriet quodcunque minabitur arcus.
Obvertere arcum in aliquem. Ovid. 12. Met. 605.
Petere aliquem arcu. Stat. 5. Theb. 380.
Porrigere arcum, Fateri se victum. Ovid. 2. Fast. 227.
Nunc petit Armenius pacem; quum porrigit arcus
Parthus eques, timida captaque signa manu.
Protendere arcum ab alto. Sil. lib. 13.
Remissus arcus, pro Non tenso. Hor. 3. Carm. 27. 68.
Retendere arcum lentum. Ovid. 2. Met. 419.
Retendere arcum, pro Tensum laxare. Stat. 4. Sylv. 4. 30.
Retentus arcus. Ovid. 3. Met. 166.
Sinuare patulos arcus. Ovid. 8. Met. 30.
Stringere aliquem arcu. Stat. 1. Sylv. 2. 80.
Sumere manu arcum. Ovid. 2. Met. 414.
Suspendere humeris. Virg. 1. Æn. 318.
Temperare nervis. Ovid. 10. Met. 107.
Tendere. Hor. 2. Carm. 10. 19.
Tendere aliquo. Pers. Sat. 3. 60.
Tensus arcus. Stat. 3. Sylv. 1. 51.
Arcus transfertur ad structuram & ædificii fornicem. Ovid. 3. Met. 30.
Efficiens humilem lapidum campagibus arcum. Tacit. 2. Ann. 64. Structi & arcus circum latera templi Martis ultoris. Sed Cicero Fornicem, non Arcum, plerumque scribit. [Arcus Tacitus marmoreos intelligit, qui proprie Triumphales vocantur, de quibus infra. Conf. Suet. Claud. 1. & 11. Aliter Fornices ap. Ciceron.
Arcus dicitur in nubibus, quam Irim poëtæ appellant. Cic. 3. de Nat. Deor. 51. Cur autem arcus species non in deorum numero reponatur?
Bibit ingens arcus. Virg. 1. Georg. 380. Ovid. 1. Met. 271.
Concipit Iris aquas, alimentaque nubibus affert. Veterum opinio fuit arcum, qui Iris appellatur, aquam suis cornibus haurire e fontibus, & bibere. Turneb.
Cœlestis arcus. V. COELUM.
Coloratus quodammodo arcus ex nubibus. Cic. 3. de Nat. Deor. 51.
Colores varios trahit arcus. Virg. 5. Æn. 88.
Imbrifer. Tibul. lib. 1. 4. 44.
Ingens arcus sub nubibus. Virg. 9. Æn. 15.
Pluvius. Hor. in Arte Poët. 18.
Rubens arcus variata luce. Claud. Eidyll. Nilus, 4.
Veteres scribebant Arquus. Lucret. 6. 525.
Tum color in nigris existit nubibus arqui. Hunc versum profert Nonius 5. 14. ut ostendat Arquum, dici Irim; Arcum, Suspensum fornicem.
Priscianus lib. 6. Arcus, arci, pro Iride declinari docet. Cic. 3. de Nat. Deor. c. 20. Cur autem arci species non in Deorum numero reponatur? Sic scriptum legimus in Ed. Davis. Sed omnes fere libri, & vulgati & MSS. habent, Arcus.
De arcu triumphali V. Pitisc. Lex. Rom. Antiq. Oisel. Tab. 96.

ARCUARIUS, ii. m. Arcuum militarium artifex. Aurel. Arcad. in l. ult. D. de jur. immunit. Veget. de Re Milit. 2. 11.

ARCULĀTA, Vocabant antiqui Circulos, qui ex farina in sacrificiis fiebant. Festus.

ARCŬLUM, i. n. appellabant Circulum, quem capiti imponebant ad sustinenda commodius vasa, quæ ad sacra publica capite portabantur. Festus.

ARCULUS, Deus qui tutelam gereret arcarum. Festus.

ARCUO, [καμπυλιάζω] āre. In modum arcus curvare. Plin. lib. 29. c. 6. Illam autem quæ non arcuatur, sepa Græci vocant, alii scolopendram. De multipedis terræ vermibus loquitur.

ARCUĀTUS, ARCUATILIS, V. ARQUATUS &c.

ARCUĀTIM, Adv. In modum arcus. Plin. lib. 29. cap. 6. Millepeda, ab aliis centipeda aut multipeda dicta: animal est e vermibus terræ pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tractuque contrahens sese.

ARCUATIO, ōnis. f. Frontin. de Aquæduct. Rom. 1. p. 228.

ARCUBALISTA, æ. f. Veget. 2. 15. Ad arcubalistas dirigere sagittas. Gallis *Arbaleste.*

ARCUBALISTARIUS, i. m. Veget. 4. 21. Arcubalistarii sagittis submovent hostes.

A R D

ARDACHA, [ἀρδάχη] Herba est quæ nascitur in Gallia, locis humidis, circa calamos; quibus adhæret. De hac vide latius apud Galenum, lib. de Simplicib.

ARDALIDES, Musæ cognominatæ sunt ab Ardalo Vulcani filio, qui quum ad Trœzenios tibiam & musas detulisset, eas ita appellavit. Plutarch. in Symp. & Steph. Addit Pausanias, apud Trœzenios veterem fuisse aram, super quam Musis & Somno rem sacram faciebant, quod scilicet Somnum esse deum Musis præcipue amicum arbitrabantur.

ARDANIUM, [ἀρδάνιον] Vas figlinum est (inquit Pausanias) unde potant bruta, quod ante januam proponebatur. ab ἄρδω, quod est, Rigo. Sed & Vas, unde aspergimur aqua templum ingressi, dici Ardanium potest. Hæc Cæl. lib. 5. cap. 2.

ARDEA, [Ἀρδέα] Urbis nomen in Latio: a fervore regionis sic dicta, quæ decem & octo milliaria ab Urbe est posita. Martial. 4. 60.
Ardea solstitio, Pestanaque rura petantur,
Quique Cleonæo sidere fervet ager. Vel forsan a Situ ardue dicta est; ut vult Servius in Virg. 7. Æn. 411.
— locus Ardua quondam
Dictus avis, & nunc magnum tenet Ardea nomen.
Dicta quoque est Daunia, a Danaë Persei matre. Vel a Dauno Pilumni filio, qui eam condidit, ut quidam existimant. Vide fabulam apud Ovid. 14. Met. 573.

ARDEAS, ātis; vel ARDEATINUS. Adj. [Ἀρδεάτης] Cic. 3. de Nat. Deor. 47. Cui in agro Ardeati rem divinam facere solemus. Legitur & Ardeatinus ager. Columel. 3. 9.

ARDEA, [ἐρωδιὸς] vulgo *Heron*, ut quidam putant. Avis est, sic dicta quasi Ardua, inquit Servius: quæ quum altius volaverit, significat tempestatem. Virg. 1. Georg. 364.
Atque altam supra volat ardea nubem.

ARDEŎLA, dimin. ab eodem.

ARDELIO, ōnis. m. [πολυπράγμων] ab Ardeola deducitur, sicut a stella stellio, a tabella tabellio. Est autem Ardelio, Homo inquietus, & huc atque illuc semper volitans, saliens, manus jactans, togam modo dejiciens, modo reponens, & omnibus negotiis sese immiscens, qualem fuisse Attalum legimus, ad quem sic scribit Martial. lib. 2. 7.
Nil bene quum facias, facis attamen omnia belle:
Vis dicam quid sis? magnus es ardelio.
Pulchre hæc natio describitur a Phædro, 2. Fab. 6.

ARDEO, si, sum, [πυρέσσω, καίομαι, αἰθαλόω] ēre. ut author est Nonius, Ignescere & concremari. Virg. 2. Æn. 311.
— jam proximus ardet Ucalegon. Plin. l. 12. c. 14.
Thus probatur carbone, ut statim ardeat. Virg. 4. Georg. 426.
Jam rapidus, torrens sitientes Sirius Indos, Ardebat.
Arsi, præteritum. Hor. 1. Serm. 8. 44. — largior arserit ignis.
Ardere in immensum. Ovid. 2. Met. 220.
Ardent altaria, impositis fibris. Virg. 3. Georg. 490.
Incendere, & ardere. Cic. 2. de Orat. 188. Tanta vis animi, tantus impetus, tantus dolor, oculis, vultu, gestu, &c. ut mihi non solum te incendere judicem, sed ipse ardere videaris.
Ardere incendio: per translationem. Cic. in Orat. 34. Omnibus terris, una Gallia communi non ardet incendio. Quod Conflagrare alio loco dicit.
Ardere, Fulgorem & splendorem emittere. Virg. 4. Æn. 262.
— Tyrioque ardebat murice læna. Columel. l. 9. c. 3. de apibus, Virgilius (4. Georg. 99) maxime probat parvulas, oblongas, leves, nitidas.
Ardentes auro, & paribus lita corpora guttis. Virg. 11. Æn. 602.
— campique armis sublimibus ardent. Idem 7. Æn. 644.
— Quibus Itala jam tum
Floruerit terra alma viris, quibus arserit armis. Ubi Servius, Aut splenduerit, aut amore flagraverit. [Inscite. Quis enim nescit Bella Incendia vocari, atque ignibus comparari, omniaque hinc verba illuc transferri? V. mox Ardere bello, Ard. incendio supra.
Ardent oculi. Cic. 6. Verr. 148. Quum spumas ageret in ore, arderent oculi.
Ardere, Festinare veluti cum ardore quodam. Virg. 12. Æn. 71.
Ardet in arma magis. Nonius. Idem 1. Æn. 423.
Instant ardentes Tyrii. Ubi Servius, Ardentes, multum festinantes.
Ardeo abire. Virg. 4. Æn. 281.
Ardet abire fuga. Cupiditate scilicet. Sic
Avidi conjungere dextras Ardebant. Virg. 1. Æn. 515. & 584.
— Jam dudum erumpere nubem Ardebant.
Ardere aliquem, pro Impatienter amare, Servius. Virg. 2. Ecl. 1.
Formosum pastor Corydon ardebat Alexim.
Ardere aliquo, sive aliqua. Hor. Epod. 14. 9.
Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo Anacreonta Teium.
Ex æquo ardere, pro Se invicem amore complecti. Ovid. 4. Met. 62.
Ex æquo captis ardebant mentibus ambo.
Ardet in illa. Ovid. 8. Met. 50. Et 9. 724. Ardere in virgine.
Feliciter ardere. Ovid. de Rem. Amor. 13.
Siquis amat quod amare juvat, feliciter ardet.
Ardebat amore illius hospitæ. Cic. 4. Verr. 116.
Ardere, Furere, vel irasci. Virg. 10. Æn. 514.
Ardere, Accensum esse. Virg. 9. Æn. 652.
Atque his ardentem dictis affatur Iulum. Ubi Servius. Ardentem desiderio dimicandi.
Animus mihi ardet. Cic. pro Cœl. 37. Nunc enim demum mihi animus ardet: nunc meum cor cumulatur ira.
Animus ardet ad ulciscendum. Cæs. 6. Bell. Gall. 33.
Ardere in arma. Virg. 12. Æn. 71.
Amore ardere. Ter. Eun. 1. 1. 27.
Avaritia. Cic. 3. de Fin. 36.
Bello, pro Accensum esse & oppressum. Cic. 6. Att. 5. Quum arderet Syria bello.
Conscientia. Cic. 2. de Legib. 43. i. e. Animo turbatum esse ob scelerum a se perpetratorum scientiam.
Cupiditate. Cic. de Clar. Orat. 302. Ardebat autem cupiditate sic, ut in nullo unquam flagrantius studium viderim. h. e. Vehementer cupiebat.
Cura. Varro 3. de R. R. cap. 17.
Curis flagrantius. Sil. lib. 16.
Desiderio. Cic. 4. Tusc. 37.
Dolore. Cic. 2. Att. 19. Ardet dolore & ira noster Pompeius.
Doloribus podagræ. Cic. 5. de Fin. 94. h. e. Consumi arthritide.
Flagitio. Plaut. Cas. 5. 3. 1.

Infamia. Plin. lib. 4. Epiſt. 11. Ardebat ergo Domitianus & crudelitatis, & iniquitatis infamia.
Invidia ardet, cui invidetur. Liv. 5.
Invidia ardet res. Cic. 2. Q. frat.
Iracundia. Ter. And. 3. 2. 12. V. in EXARDESCO. H. St.
Odio. Cic. 4. Philip. 4. Ardens odio veſtri, cruentus ſanguine civium Romanorum.
Odia ardent in illum. Cic. pro Milon. 40. Omnia in illum odia civium ardebant deſiderio mei.
Studio belli. Cic. pro Deiot. Studio hiſtoriæ. Cic. 16. Att. 13. Studio & amore alicujus. Cic. 1. Q. frat. 2. Studio veri reperiendi. Cic. 4. Acad. 65. Studio equorum. Hor. 2. Epiſt. 1. 95.

ARDENS, Partic. [αἴθων] Quod ardet.
Apes ardentes auro. i. e. Aureo colore elucentes. Virg. 4. Georg. 99.
Clypei ardentes, Fulgentes. Virg. 2. Æn. 734.
Color ardentiſſimus. Plin. lib. 21. cap. 4. De roſa in coronis.
Equi ardentes. Virg. 1. Æn. 472. Ubi Servius, Ardentes, & candidos ſignificat & veloces: ut Pernicibus ignea plantis. Si Ignea velox eſt ſine dubio & Ardens.
Febris ardens. Plin. lib. 20. cap. 20. Ardentibus febribus imponitur cum polenta.
Horæ diei ardentiſſimæ. Plin. lib. 31. cap. 3.
Literæ. Cic. 14. Att. 10. Ardentes in eum literas ad me miſit.
Nubes ardens. Virg. 7. Æn. 142. Ubi Servius, Ardentem nubem, alii Fulmen, nubem ardentem dicunt: Ut Lucan. 10. 503.
— atque ardens aere ſolo. quos hoc loco ſequutus eſt. Alii fulmen dicunt aeris ſciſſione ardentem rimam, quos alibi ſequitur dicens,
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos. Hæc Servius.
Oculi ardentes, i. e. Fulgentes. Virg. 3. Georg. 505.
Oratio. Cic. in Orat. 132. Nec unquam is qui audiret incenderetur, niſi ardens ad eum perveniret oratio.
Papulæ, i. e. Carbunculi, ut ait Servius: vel Furunculi ex aduſta bile inflammati. Virg. 3. Georg. 564.
Studio quidem ardenti hoc fortaſſe efficiam. Cic. 2. Q. frat.
Studio ardentiore petere, pro Vehementiore. Cic. 2. de Fin. 61.
Virtus, Excellens & maxima. Virg. 6. Æn. 130.
Ardentes & erectos vos ad libertatem recuperandam adhortabor. Cic. 4. Philipp. 11.

ARDENTER, ardentius, ardentiſſime. Adv. [καυστικῶς] Plin. l. 12. c. 19. Auſtros ibi tam ardenter flare, ut æſtatibus ſylvas accendant, invenimus apud authores.
Ardenter cupere. i. e. Vehementer. Cic. 4. Tuſc. 39. Sic Ardentius appetere. Cic. 4. de Fin. 16.

ARSURUS, Partic. [καυσούμενος] Ovid. 14. Met. 747.
Luridaque arſuro portabat membra feretro.
Comæ arſuræ. Virg. 11. Æn. 77.

ARDESCO, [φλέγομαι, αἴθω] ĕre. Inchoativ. vel idem quod Ardere. Virg. 1. Æn. 717.
Expleri mentem nequit, ardeſcitque tuendo. Plin. l. 33. c. 3. Primum autem bonitatis auri argumentum eſt, quam difficillime accendi. Præterea mirum, prunæ violentiſſimæ igni indomitum, palea citiſſime ardeſcere.
Ardeſcere in iras. Ovid. 5. Met. 41.
Ardeſcunt cæde. Ovid. 12. Met. 240.
Ardeſcere facile, i. e. Facile flammam concipere. Lucret. l. 6. 898.
Ardeſcere lyæo, i. e. Incaleſcere mero. Sil. lib. 11.
Ardeſcit dira cupidine pectus. Lucret. lib. 4. 1084.
Ardeſcere venere. Lucret. lib. 5. 895.
Ardeſcere in inceſtas nuptias. Tacit. 11. Ann. 25.
Ardeſcere mucronem juſſit. Tacit. 15. Ann. 54.

ARDOR, ōris. m. [καύσων] Vehemens calor & incendium. Cic. 4. Acad. 119. Fore tamen aliquando ut omnis hic mundus ardore deflagret. Plin. lib. 14. cap. 16. Singulare remedium habent ad refrigerandum in morbis corporum ardores.
Amoris ardor. Cic. 1. de Orat. 134. Craſſus arridens, quid cenſes, inquit, Cotta, niſi ſtudium & ardorem quendam amoris?
Animi ardor conſedit. Cic. in Orat. 93. Ardor animi non ſemper adeſt: isque quum conſedit, omnis illa vis, & quaſi flamma extinguitur.
Belli ardor. Liv. 4. Bell. Maced. In medio ardore belli.
Cœli ardor ut fulminum jactus. Cic. 3. in Catil. 18.
Cupiditatum omnium ardore reſtincto. Cic. 1. de Fin. 43.
Flammæ ardor fervidus. Lucret. lib. 5. 205.
Nubium ardor conflictu expreſſus. Cic. 2. de Divin. 44.
Oculorum ardor. Cic. pro Corn. Balb. 49.
Vultuum atque motuum ardor. Cic. 1. de Divin. 80. Vidi ſæpe in Æſopo familiari tuo tantum ardorem vultuum atque motuum, ut eum vis quædam abſtraxiſſe a ſenſu mentis videretur.
Flammeus ardor exederat ſylvas ab radicibus. Lucret. lib. 5. 1251.
Generoſus. Sen. Octav. 2.
Inſatiatus ardor. Stat. 6. Theb. 306.
Trux ardor. Sil. lib. 17.
Conflagrare ardore flammæ. Cic. Anteq. iret. in exil. 1.
Defendere nimios ſolis ardores. Cic. de Senect. 53.
Dehiſcit ardore terra. Virg. 3. Georg. 432.
Diſſimulare ardorem. Tibul. lib. 4. 12. 6.
Diſſipat ardorem in omnes partes. Lucret. lib. 2. 210.
Edendi ardor. Ovid. 8. Met. 828.
Fugare ardorem vetitum de corde. Ovid. 9. Met. 501.
Habet omnes idem ardor. Virg. 4. Æn. 581.
Intendebant exercitus ardorem. Tacit. 12. Ann. 35.
Iniit eum magnus laudis ardor. Stat. 12. Theb. 73.
Injicere ardorem. V. INJICIO.
Micare ardore ſtellarum. Cic. 1. de Divin. 18.
Torreri ſolis ardore. Cic. in Somn. Scip. 15.
Ardor idem ſonat ac Dolor. Lucret. lib. 2. 252.
Sive voluptas eſt, ſive eſt contrarius ardor.

ARDETTUS, [Ἀρδηττός] Loci nomen Athenis, ſic dicti ab Ardetto heroe, ubi ſacramento ſe obſtringebat populus. Etym.

ARDIÆI, [Ἀρδιαῖοι] Illyriæ populi, de quibus ſic Strabo lib. 7. Poſteritas autem Ardiæos vocavere Varalios: verum rejecerunt illos Romani in interiora terræ, longius a mari, quum latrociniis cuncta vaſtarent, & agris incumbere colendis coegêre. Plura vide apud eundem.

ARDICES, [Ἀρδίκης] Corinthius pictor fuit, cujus meminit Plin. lib. 35. cap. 3.

ARDISCOS, [Ἀρδίσκος] teſte Ariſtarcho, Fluvius Scythiæ, cujus meminit & Herodotus lib. 4.

ARDUENNA, Galliæ maxima ſylva, [Ἀρδουέννα ὕλη] Cæſ. 6. Bell. Gall. 29. Ipſe quum matureſcere frumenta inciperent, ad bellum Ambiorigis profectus per Arduennam ſylvam, quæ eſt totius Galliæ maxima, atque ab ripis Rheni, finibusque Trevirorum, ad Nervios pertinet, millibusque amplius quingentis in longitudinem patet, L. Minucium Baſilum cum omni equitatu præmittit.

ARDUUS, a, um. [δυσχερὴς, χαλεπὸς, ἀναφερὴς] Nonnunquam Sublime, alias Difficile & moleſtum. Salluſt. in Catil. 3. At mihi quidem, tametſi haudquaquam par gloria ſequatur ſcriptorem & authorem rerum: tamen in primis arduum videtur, res geſtas ſcribere. Quod verbum exponens Gell. lib. 4. cap. 15. inquit, Sed Arduum Salluſtius non pro Difficili tantum, ſed pro eo quoque ponit quod Græci δυσχερὲς aut χαλεπὸν appellant: quod eſt cum difficile, tum moleſtum quoque & incommodum & intractabile.
Æther. Ovid. 1. Met. 151. Et Virg. 1. Georg. 324.
Aſcenſus. Cic. 2. de Orat. 261. Et Cæſ. 2. Bell. Gall. 33.
Aſcenſu difficili & arduo erat oppidum. Cic. 6. Verr. 51.
Aditus. Liv. 4. Bell. Pun. Eadem cauſa ad ſubeundum, arduum aditum, inſtabilemque ingreſſum præbebat.
Cedrus. Ovid. 1. Amor. 14. 12.
Cervix equi. Virg. 3. Georg. 79. Hor. 1. Serm. 2. 89.
Clivus arduus in valles. Ovid. 1. Faſt. 264. de profunditate, ad quam via ſit difficilis.
Collis arduus & deruptus. Tacit. 2. Ann. 80.
Mundus arduus. Virg. 1. Georg. 240. Ubi Servius, Arduus, Excelſus, & ſummo vertice artatus.
Operis ardui erat. i. e. Maximi laboris. Plin. lib. 8. cap. 16.
Per arduum ſcandere. Hor. 2. Carm. 19. 21.
Promiſſa ardua. Claud. 2. in Eutrop. 316. i. e. Immenſa & magnifica.
Res arduæ ac difficiles. Cic. 2. de Invent. 163. Patientia eſt honeſtatis, aut utilitatis cauſa, rerum arduarum ac difficilium voluntaria ac diuturna perpeſſio.
Res arduæ, pro Rebus difficilibus, adverſis. Hor. 2. Carm. 3. 1.
Æquam memento rebus in arduis Servare mentem.
Res ardua, pro Arduo, magno, negotio. Ovid. 3. de Ponto, 9. 23.
Ardua res viciſſe alios.
Via. Ovid. 2. Met. 63.
Arduus, Difficilis. ut Solum arduum opere, Quod difficile colitur. Plin. lib. 17. cap. 4. Sed idem ſolum ubicunque arduum opere, difficile cultu, bonis ſuis acrius pene, quam vitiis poſſet, affligit agricolam.
Arduum pro Ardenti & animoſo. Virg. 9. Æn. 53.
Ardua, & Ardua terrarum, pro Sublimibus locis. Virg. 5. Æn. 695. Ubi Servius, Ardua terrarum, periphraſis montium. Liv. 2. 25. Fixis in terram pilis, quo leviores in ardua evaderent, curſu ſubeunt.
Amantes ardua dumi, i. e. Colles. Virg. 3. Georg. 315.
Ardua caſtellorum excindere. Tacit. 11. Ann. 9.
Magnum opus omnino & arduum Brute conamur: ſed nihil difficile amanti putato. Cic. in Orat. 13.
Ardua molimur: ſed nulla niſi ardua vincunt. Ovid. 2. de Arte Am. 537.

ARDUITAS, ātis. [τὸ ἄναντες, χαλεπότης] Varro 2. de R. R. cap. 10. Neque enim ſenes neque pueri collium difficultatem, aut montium arduitatem atque aſperitatem facile ferunt.

ARDYS, [Ἄρδυς] Gygis Lydorum regis filius, cui etiam in regno ſucceſſit. Herodot. l. 1.

A R E

AREA, æ. [δάπεδον] proprie dicitur (authore Feſto) Locus vacuus, quaſi exaruerit, & non poſſit quicquam generare. Varro 4. de L. L. Loca in urbe pura, areæ. Florent. in l. fundi. 211. de verb. ſig. Locus (inquit) ſine ædificio in urbe area, rure autem ager appellatur. Vitruv. lib. 1. cap. 7. Diviſis angiportis, & plateis conſtitutis, arearum electio ad opportunitatem & uſum communem civitatis eſt explicanda ædibus ſacris, foro, reliquisque locis communibus. Et ſi erunt mœnia ſecundum mare, area ubi forum conſtituatur, eligenda proxime portum.
Area in ædibus urbanis dicitur Medium ſpatium vacuum inter parietes. Sic legitur Area Fori, apud Gell. 13. 24. Area Palatina. Idem 11. 10. Area Capitolina. Suet. Calig. 22. Liv. 5. Bell. Pun. Cujus certandæ quum dies adveniſſet, conciliumque tam frequens plebis adeſſet, ut multitudinem area Capitolii vix caperet. Cic. 2. Q. frat. 8. A puero ut diſceſſi, in aream tuam veni. Plin. ſolet addere genitivum Domus, ut lib. 6. Epiſt. 20. Reſedimus in aera domus, quæ &c.
Parvula, ſed feſtiva area. Plin. lib. 2. Epiſt. 17.
Area, Ubi frumenta triturantur & excutiuntur, [ἀλωὰ, ἅλων] Columel. lib. 2. cap. 20. Area quoque ſi terrena erit ut ſit ad trituram ſatis habilis, primum radatur, deinde confodiatur, permiſtisque paleis cum amurca quæ ſalem non accepit, extergatur: nam ea res a populatione murium formicarumque frumenta defendit. tum æquata paviculis vel molari lapide condenſetur, & rurſus ſubjectis paleis inculcetur, atque ita ſolibus ſiccanda relinquatur. Virg. 1. Georg. 178.
Area tum primum ingenti eſt æquando cylindro. Cic. 5. Verr. 36. Nequis frumentum de area tolleret. Hor. 1. Carm. 1. 10.
Quicquid de Lybicis verritur areis. Idem 1. Serm. 1. 45.
Millia frumenti tua triverit area centum.
Nunc teritur noſtris area major equis, i. e. Nunc majus opus aggredimur. Ovid. 4. Faſt. 10.
Areæ in hortis, Quadrata quædam ſpatia, probe ſubacta & coæquata, in quæ mox ſemina jaciantur. Columel. lib. 11. cap. 3. Igitur ſolum quod conſerere Vere deſtinaverimus, poſt Autumnum patiemur effoſſum jacere brumæ frigoribus & pruinis inurendum. Quippe e contrario ſicut calor æſtatis, ita vis frigoris excoquit terram, fermentatamque ſolvit. quare peracta bruma tum demum ſtercus injicitur, & circa Idus Januarias humus refoſſa in areas dividitur: quæ tamen ſic informandæ ſunt, ut facile runcantium manus ad dimidiam partem latitudinis earum perveniant: ne qui perſequuntur herbas, ſemina proculcare cogantur, ſed potius per ſemitas ingrediantur, & alterna vice dimidias areas eruncent. Cic. in Parad. 7. Prata & areas quasdam magno æſtimant.

Informare

Informare areas. Columel. lib. 11. cap. 3.
Area fcelerum, per translationem. Cic. 9. Att. 18. Reliqua, ô dii, qui comitatus: quæ (ut tu foles dicere) νεκύια, in qua erat area fcelerum. Sed in MSS. aliter legitur. V. Victor. ad loc.
Area, Ulceris genus in capite, cum capillorum profluvio. Vid. Celf. arearum genera abunde tractantem, lib. 6. cap. 4.
Areŏla, dimin. ab Area. [ἁλώνιον] Columel. Quum terram bene fubegeris, areolas facito viz. hortorum.
Areola domus. Plin. lib. 5. Epift. 6.
Arealis, e. Ad aream pertinens. Serv. in 1. Georg. 166.
— Et myftica vannus Iacchi. i. e. Cribrum areale.
Areator, ōris. m. Qui aream purgat. Columel. 2. 21. extr. Sed rectius hic leg. Aratoris.
Arecomici, [Ἀρηκόμικοι] Populi in Gallia Narbonenfi, qui & Volcæ dicuntur tefte Strab. lib. 4. quorum portus & emporium Narbo dicitur. V. Plin. lib. 3. cap. 4. Legitur apud Strabonem Aricomifci. Ptol. Οὐόλκαι Ἀρηκόμιοι.
Arefacio, V. areo.
Arēgon, ontis. [Ἀρήγων] Pictoris nomen: de quo Strabo lib. 8. in Alpheoniæ Dianæ templo, Cleanthis & Aregontis picturæ vifuntur, hominum Corinthiorum. Alterius quidem Trojæ captivitas, & Minervæ natalia: alterius eft Dianæ in cunis deportatio: opera laude plurima celebrata.
Arelas, ātis; & Arelate, es. f. Galliæ Narbonenfis urbs juxta Rhodanum. Plinio Colonia Sextanorum dicta, quod e fexta legione milites coloni eo deducti fint. Strabo Arelatem juxta Rhodanum fitam, ampliffimo emporio infignem effe fcribit. Vulgo *Arles*. Aufonius in urbium catalogo, c. 8.

Prode duplex Arelas: quam Narbo Martius, & quam
Accolit Alpinis opulenta Vienna colonis.

Arelatensis, e. Ager Arelatenfis. Plin. 10. 42.
Arelius, celebris Romæ pictor, paulo ante divum Auguftum, nifi flagitio infigni corrupiffet artem, femper alicujus fœminæ amore flagrans, & ob id deas pingens, fed dilectarum imagine. Hæc Plin. lib. 35. cap. 10.
Item Avari cujusdam nomen apud Hor. 2. Serm. 6. 78.
Aremorica, Galliæ regio, quæ Aquitania nunc, partim etiam Britania dicitur. V. Plin. lib. 4. cap. 17. Cæf. 7. Bell. Gall. 75. Univerfis civitatibus quæ Oceanum attingunt, quæque eorum confuetudine Aremoricæ appellantur, quo funt in numero, Curiofolites, Redones, Ambibari, Cadetes, Ofismii, Lemovices, Veneti, Unelli. Legitur Armoricæ in codd. emend.
Arena, æ. [ἄμμος, ψάμαθος, ψάμμος, ἄμαθος] Pulvis minutiffimus, aridus. Virg. 1. Æn. 172.
— optata potiuntur Troes arena. Ubi Servius, Arena: quæritur habeat, necne, nomen hoc afpirationem. & Varro fic definit: Si ab ariditate dicitur, non habet: fi ab hærendo, ut in fabricis videmus, habet: melior tamen eft fuperior etymologia. Gell. lib. 19. cap. 8. Eandem quoque de arena rationem habendam, & in fpecie difpari. nam quum arena fingulari numero dicta, multitudinem tamen & copiam fignificet minimarum ex quibus conftat, partium, indocte & infcite arenæ dici videntur: tanquam id vocabulum indigeat numeri amplitudine, quum ei fingulariter dici ingenita fit naturalis fui multitudo. Hæc Fronto ap. Gellium.
Arena numero carens. Hor. 1. Carm. 28. 1.
Arentes arenæ. Hor. 3. Carm. 4. 32.
Bibula. Virg. 1. Georg. 114. Ovid. 19. Epift. 201.
Flaventes. Virg. 3. Georg. 350.
Fulva. Virg. 5. Æn. 374.
Molles. Ovid. 2. Amor. 11. 47.
Pingues. Columel. 2. 10.
Putres. Idem in præf. lib. 1.
Sicca. Virg. 1. Georg. 389.
Sterilis. Virg. 1. Georg. 70.
Tenuis. Claud. de Bell. Gild. 398.
Adverti arenæ. Virg. 5. Æn. 34. de claffe appellente.
Et tandem læti notæ advertuntur arenæ.
Arcere arena aliquem, A littore prohibere. Virg. 6. Æn. 316.
Acta ventis. Ovid. in Ibin, 314.
Defcendere in arenam. H. St. V. descendo.
Eructare arenam dicitur gurges æftuans. Virg. 6. Æn. 297.
Ejectare arenam dicitur Typhoeus. Ovid. 5. Met. 353. Sub Ætna.
Fundere arenas in littus: In eos proverbialiter dictum, qui ditioribus aliquid dant. Ovid. 5. Trift. 6. 43.

His qui contentus non eft, in littus arenas,
In fegetem fpicas, in mare fundat aquas.

Fufus arena. Lucan. lib. 9. 885.
Summa ducis virtus, qui nuda fufus arena Excubat. h. e.
Non inftrata aut vefte, aut fronde, aut culmis.
Libare arenam pedibus, Celeriter adeo per arenam decurrere, ut illam pedibus vix leviter tangas, nullis veftigiorum notis impreffis. Ovid. 10. Met. 653.

Signa tubæ dederant, quum carcere miffus uterque
Emicat, & fummam celeri pede libat arenam.

Mifcentur arenæ æftu. Virg. 3. Æn. 557.
Potiri arena optata, pro Littore potiri. Virg. 1. Æn. 172.
Potitur claffis arena, pro Ad littus devenit. Ovid. 13. Met. 729.
Impingere aliquem arenæ dicitur fortuna, aut ventus. Lucan. lib. 5. 697.
Sulcare arenas dicuntur pifces, quum in imo fluviorum arenas fupernatant. Claud. de Nupt. Hon. 148.
Spargere arenam pedibus. Virg. 3. Ecl. 87.
Subjectat arenam unda exæftuans. Virg. 3. Georg. 241.
Torquent arenas fluvii. Virg. 3. Georg. 350.
Turbantur Zephyro arenæ. Virg. 2. Georg 106.
Arena interdum Terram aridam fignificat, quæ eft ficut arena, authore Servio. Virg. 1. Georg. 70.
Exiguus fterilem ne deferat humor arenam. Cic. 2. de Lege Agr. 70. Ut vero quum omnes urbes, agros, vectigalia, regna vendideris, tum arenam aliquam, aut paludes emat, id vos poteftis, quæfo, concedere?
Arena, Amphitheatrum: contentum pro continente. Arena enim fpargi amphitheatrum folebat, ne vel pugnantes fœdarentur cruore occiforum, vel cruor fparfus fpectantibus effet horrori, præfertim in gladiatorum dimicatione. Martial. de Spectac. 4.
Tradita Getulis, nec cepit arena nocentes. i. e. Non funt puniti delatores in amphitheatro, fed acti in exilium. V. Lipf. de Amphith. cap. 3.
Arenam meam translate dicit Plin. lib. 6. Epift. 12. Itaque Betitio Prifco quantum plurimum potuero, præftabo: præfertim in arena mea, hoc eft apud Centumviros. In loco in quo exerceri foleo nempe Budæus.
Arena luctatorum palæftritarumque.
Arenaceus, [ἀμμώδης] Adj. Ex materia arenæ.
Arenacea duritia. Plin. lib. 30. cap. 15. Inveniuntur in corniculis cochlearum arenaceæ duritiæ.
Terra. Plin. lib. 17. cap. 7. Eft enim alba, ruffa, columbina, argillacea, tophacea, arenacea. i. e. In qua eft admifta arena.
Arenarius, [ἀμμώδης] Adj. Quod ad arenam pertinet. Ut Arenaria fera, i. e. Amphitheatralis. apud Amm. Marcell. 29. 7.
Arenarius, i. [ψαμμιστικός] dicitur Qui in arenam pugnandi cauffa folet defcendere, qui in arena pugnavit. Califtratus l. 38. D. de oper. libert. Hæ demum impofitæ operæ intelliguntur quæ fine periculo vitæ præftari poffunt. Nec enim arenarius manumiffus tales operas præftare debet. Utitur quoque Arcadius l. 21. D. de teftibus.
Arenariæ, ārum. [ψαμμοθῆαι] Fodinæ in quibus foditur arena. Cic. pro Cluent. 37. In arenarias quasdam extra portam Efquilinam perductus occiditur.
Arenatio, ōnis. f. Calcis & arenæ mixtura. Vitruv. 7. 3.
Arenatus, a, um. Adj. [ψαμμώδης] Quod arena mixtum eft: ut, Calx arenatus. Cato de R. R. cap. 18. Poftea cæmentis minutis, & calce arenato, femipedem unumquodque corium ftruito.
Arenātum, i. n. [ἀμμώδωτον] Quod fit ex calce & arena. Vitruv. lib. 7. cap. 3. non ita procul a fine, Quæ autem tectoria fundata arenati & marmorati foliditate funt, quum fint politionibus crebris fubacta, non modo fiunt nitentia, fed etiam imagines expreffas afpicientibus ex eo opere remittunt. Cato de R. R. cap. 18. Ubi libraveris, de glarea & calce, arenatum primo corio facito. Alii legunt, Arenato primum corium facito. Arenatum hodie Mortarium vocamus. Budæus in primis Annot. Vitruvii locum alii fic legunt, Quæ autem fundata arenationis & marmoris foliditate funt, craffitudine fpiffa, quum fint, &c.
Arenicŏla, æ. c. Arenicolæ colubri. Mantuan.
Arenivăgus, Adj. Lucan. lib. 9. 941.

Bis pofitis Phœbe flammis, bis luce recepta,
Vidit arenivagum furgens fugiensque Catonem. i. e. Vagantem per arenas Libyæ.

Arenōsus, [ἀμμώδης] Adj. Quod arena abundat. Plin. Littus non arenofum, fed alga & fluviorum fordibus plenum. Virg. 4. Æn. 257.
Littus arenofum Libyæ. Ovid. 14. Met. 82. Arenofa terra.
Arenŭla, dimin. [ψαμμάθιον] Plin. lib. 30. cap. 3. Arenulæ quæ inveniuntur in cornibus cochlearum, cavis dentium inditæ, ftatim liberant dolore.
Areo, ui, [ξηραίνομαι] ēre. Aridum & ficcum effe. Plaut. Rud. 2. 6. 56. Utinam fortuna nunc anatina uterer, ut quum exiiffem ex aqua, arerem tamen. Virg. 7. Eccl. 57. Aret ager.
Arentem in fylvam. Virg. 12. Æn. 522. Ubi Servius, Arentem, pro Aridam.
Arere fiti. Sen. 3. de Benef. cap. 8. Beneficium eft, arentibus fiti monftrare fontem.
Arente fauce pocula trahere. Hor. Epod. 14. 4.
Arere pro Sitire dixiffe videtur. Ovid. de Rem. Amor. 617.
Tantalus in media garrulus aret aqua.
Aret fuccis ademptis tellus. Ovid. 2. Met. 211.
Fauces arent. Ovid. 6. Met. 355.
Arenti ore haurire. Ovid. 14. Met. 277.
Arentem fitim levare. Ovid. 4. Epift. 174.
Plaga arens, i. e. Regio calidior. Sen. Herc. fur. 5. Africam intelligit.
Arefacio, ēci, actum, [ξηραίνω, αὐαίνω] ēre. Aridum facere. Cato cap. 69. Poftea amurcam eximito, & arefacito. Plin. lib. 13. cap. 22.
Aresco, [αὐαίνομαι] ēre. fignificat Aridum fieri, exiccari. Plaut. Rud. 2. 7. 17. Da mihi veftimenti aliquid aridi, dum mea arefcunt. Lacryma cito arefcit, præfertim in alienis malis. Cic. in Partit. 57.
Arefcit in gemmas, h. e. Concrefcit. Plin. lib. 8. cap. 38. Lyncum humor ita redditus glaciatur, arefcitve in gemmas carbunculis fimiles.
Arefcit terra calore. Lucret. lib. 6. 841.
Arefio, ēri. Apul. de Herb. cap. 87. Folia arefiant in umbra.
Arefactus, Partic. Plin. 13. 22. Arefactus fuccus.
Arĭdus, [αὖος, ξηρὸς, κατάξηρος] Adj. dicitur proprie (ut ait Feftus) Quod naturalem humorem amifit. ut, Fons aridus.
Aridum & ficcum. Plin. lib. 12. cap. 12. Arida fint potius quam ficca folia. Catull. 21. 13.

Atqui corpora ficciora cornu,
Aut fiquid magis aridum eft, habetis.

Exiccatus atque aridus, Pituitofus & quafi redundans, contraria. Cic. de Fato 7. Inter locorum naturas quantum interfit videamus, alios effe falubres, alios peftilentes, in aliis effe pituitofos, & quafi redundantes, in aliis exiccatos atque aridos: multaque funt alia quæ inter locum & locum plurimum differant. Plin. lib. 12. cap. 17. Ipfum vifu aridum ftatim tactu mollefcere. Virg. 1. Æn. 175.
— atque arida circum Nutrimenta dedit.
Genus fermonis aridum, metaphorice. Cic. 2. de Orat. 59. Nos Stoicus ifte nihil adjuvat: & genus fermonis affert, non liquidum, non fufum ac profluens, fed exile, aridum, concifum, ac minutum.
Aridum fieri. Ovid. 5. Epift. 110.
Aridus anhelitus. Ovid. 10. Met. 663.
Argentum aridum, purum, lucidum. Plaut. Rud. 3. 4. 21. Nonius.
Ariftæ. Catul. 46. 5.

Aſpectu aridus. Plin. lib. 12. cap. 16. & 17.
Aridus viſu. Plin. lib. 12. cap. 17.
Arva arida, Infrugifera. contrarium eſt enim Pingui, quod fertilium eſt epitheton. Ovid. 14. Met. 510. Sic Virg. Arida ſola. 1. Georg. 79.
Calor. Lucret. lib. 4.
Canities. Hor. 2. Carm. 11. 6.
Cinis. Hor. Epod. 17. 34.
Color. Plin. lib. 12. cap. 26.
Crura. i. e. Tenuia nimis, & gracilia. Ovid. 3. de Arte Am. 272.
Febris, Quæ arida efficit corpora. Virg. 3. Georg. 458.
Quum furit, atque artus depaſcitur arida febris. Servius. Sciendum tamen, febrem licet a Fervore dicta ſit, eſſe etiam frigidam: unde modo ad diaſtolen ait aridam.
Ficus aridæ, Quæ non ſunt virides, ſed conditæ ſervantur in uſum totius anni. Plaut. Rud. 3. 4. 59.
Fragor aridus, Sonitus, qualis ſolet fieri ex aridis (quum franguntur) arboribus. Virg. 1. Georg. 357. Servius. Nonius autem Horrificum, Acutum, interpretatur. [V. Sonus infra. Ex Homero ſumptum docet Pierius, ἆυον ἀΰτευν. V. Henr. Steph. Theſ. Gr.
Frondes. Hor. 1. Carm. 25. 19.
Guttur. Ovid. ad Liviam, 422.
Herba. Tibull. lib. 1. 7. 26.
Homo, per metaphoram, pro Eo qui miſere avaritia deperit. Ter. Heaut. 3. 2. 15.
Sed habet patrem quendam avidum, miſerum, atque aridum. [Labore nimirum & parcimonia victus emaciatum.
Jecur. Hor. Epod. 5. 37.
Magiſter. Quintil. lib. 2. cap. 4. p. 138. Quapropter in primis evitandus, & in pueris præcipue, magiſter aridus, non minus quam teneris adhuc plantis ſiccum & ſine ullo humore ſolum. [i. e. jejunus, & intempeſtiva ſeveritate injucundus.
Narratio arida & jejuna. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Nubila arida. Virg. 3. Georg. 197. i. e. Sine pluviis. Serv.
Nutrimenta ignis arida, Ligna ſicciora intelliguntur, aut quodcunque aliud humore carens aptumque recipiendæ flammæ. Virg. 1. Æn. 175.
Ora. Virg. 5. Æn. 200.
Prata, Jam matura. Virg. 1. Georg. 289. Servius.
Pulvis. Propert. 2. 13. 35.
Pumex. Catull. 1. 2.
Sitis. Lucret. 6. 1174.
Sonus, idem quod Virg. 1. Georg. 357. dicit Aridus fragor. q. V. Lucret. lib. 6. 118. ubi de tonitru: Aridus unde aures terget ſonus ille.
Veſtimentum. Plaut. Rud. 2. 7. 16.
Viator, i. e. Ob æſtum, aſſiduoſque peregrinandi labores omni humore exhauſtus, ideoque etiam ſiticuloſus. Virg. 4. Georg. 98.
Victus. i. e. Admodum parcus, durus, aſper, auſterus. Cic. pro Roſc. Amer. 75. In ruſticis moribus, in victu arido, in hac horrida incultaque vita.
Vita, eodem modo dicta ut Victus aridus. Cic. pro Quint. 93. Vitam omnino ſemper horridam atque aridam cordi fuiſſe.
Ardus pro Arido, veteribus dicebatur, teſte Nonio. Lucil. lib. 27. Ardum, miſerrimum, atque infelix lignum ſambucum vocant.

ARIDŬLUS, Adj. dimin. Catull. 65. 316.
Laneaque aridulis hærebant morſa labellis.

ARIFĬCUS, Adj. Cæl. Aurel. Tard. 4. 1. 9.

ARIDITAS, ātis. f. [αὔανσις, ξηρότης] Siccitas. Plin. lib. 11. cap. 35. Sitit enim araneus, & omnem humorem abſorbens ariditatem ampliat.

ARITUDO, ĭnis. f. [ξηρασία] pro Ariditate ponitur. Varro 1. de R. R. cap. 12. Quod & beſtiolæ ſiquæ prope naſcuntur, & inferuntur, aut efflantur, aut aritudine cito pereunt.
Aritudo pro Parſimonia. Plaut. Rud. 2. 6. 40. Laudo fortunas tuas qui ſemper ſervas gloriam aritudinis.

AREOLA, V. AREA.

ARĒOPĂGUS, [Ἄρειος πάγος] Collis vel Tumulus Martis Athenis; non ut (vulgaria Lexica interpretantur) Vicus Martis, nedum Pagus aut Fons. Conſulantur Pauſanias, Heſychius, Suidas, Henr. Stephanus, Voſſius aliique probati Grammatici, qui in loco editiore ſitum fuiſſe affirmant omnes. Quam ob cauſam corripitur ſyllaba penultima, nempe quod eandem ſyllabam in voce πάγος ſemper corripiunt Poetæ Græci. V. Euripidem in Oreſte, & Ennii Senarium apud Varro 6. de L. L. cap. 2. Hoc in loco de rebus capitalibus judicia exercebantur. A Marte autem ideo nomen accepiſſe fertur, quia Mars, qui Græce dicitur Ἄρης, homicidii inſimulatus judicantibus duodecim diis, in eo pago ſex ſententiis abſolutus eſt, ut Stephanus Byzantius docet, & multi alii Græci. Sed hanc celebratiſſimam opinionem rejicit Varro, & aliam amplectitur; ut ſcil. honori deorum conſuleret, a quibus litigia atque judicia hujus generis aliena duxit. Verum quid ageretur in Areopago, Julius Pollux lib. 8. ſcribit de Magiſtratibus Athenienſium, & eorum locis. V. Budæum in Annotat. & Auguſt. de Civit. Dei, lib. 18. cap. 10. & Pauſan. in Atticis. Areum judicium Tacitus dixit, 2. Ann. 55. Apud Sen. de Tranquill. c. 3. Ariopagus religioſiſſimum judicium. Juvenalis Latine interpretatur, Curiam Martis 9. Sat. 101. V. Schol. De Areopago Jo. Meurſii extat Diatriba 1624. Lugd. B. edita, ac To. V. Antiquitt. Græc. Gronovii. auctior exhibita.

AREOPAGITÆ, ārum. [Ἀρεοπαγῖται] Judices erant Athenis, qui de capitalibus cauſis pronuntiabant tanta integritate, ut noctu atque in tenebris, non interdiu neque luce cauſas cognoſcerent, quo non dicentes ſed duntaxat quæ dicerentur ſpectarent. De quibus proverbium, Areopagita taciturnior, de eo qui commiſſum arcanum optime contineat. Eraſmus in Adagiis. conf. Macrob. 7. Saturn. 1. Cic. pro Corn. Balb. 30. Vidi egomet nonnullos imperitos homines noſtros cives Athenis in numero judicum atque Areopagitarum, certa tribu, certo numero. Idem 1. de Divin. 54. Areopagitæ comprehendi jubent eum.
Areopagitæ, pro Severis & incorruptis. Cic. 1. Att. 13. Clamare præclari Areopagitæ ſe non eſſe venturos, niſi præſidio conſtituto. Ironicos de judicibus Clodii inceſtus. Ibid. 1. 9. Senatus ἄρειος πάγος, nihil conſtantius, nihil ſeverius, nihil fortius.

AREOPAGITĬCUS, Adj. Sidon. Apoll. 9. 9. Gymnaſia Areopagitica.

AREOPOLITÆ, [Ἀρεοπολῖται] Qui habitant Areopolim. Areopolis autem civitas eſt Arabiæ, quæ alio nomine dicitur Moab: de qua in dictione MOAB.

AREPENNIS, lingua Gallica Menſura eſt dimidii jugeri. Columel. lib. 5. cap. 1. Galli Candetum appellant in areis Urbanis ſpatium C. pedum, in agreſtibus autem CL. quod aratores Candetum nominant, ſemijugerum quoque & Arepennem vocant. Jac. Capellus legi mallet: Jugerum quoque & Semi arepennem. ſcribitur & Arapennis, Aripennis, Arpennis, Agripennus, Arpennium & Arpentum ſequiori ævo, unde Gall. *Arpent*, cum derivatis. Plura V. in Cangii Gloſſ. & Gœſii Indice in R. A. Scriptt. Daleschamp. ad Plin. 18. 3. ubi contractum putat ex Arvipendium. q. V.

ARESCO, V. AREO.

ARESCON, [ἄρεσκον] Virga eſt quam ferebant ii qui in comœdiis lenonum partes agebant, in ſcenam progreſſuri, amiculo florido induti. Sic Cæl. lib. 7. cap. 29.

ARESCON, ōntis. [Ἀρέσκων] Viri nomen, quem Licinius Mucianus prodidit viſum a ſe Argis, cui nomen Areſcuſæ fuiſſet, nupſiſſe etiam, mox barbam produxiſſe, & ad virilitatem proveniſſe, uxoremque duxiſſe. V. Plin. lib. 7. cap. 4.

ARESCŪSA, Mulier in marem verſa, de qua modo in ARESCON.

ARETALŎGUS, i. m. [ἀρεταλόγος] Porphyrione teſte, Garrulus & loquax dicitur in oſtentatione virtutis, unde nomen deducitur. ἀρετὴ enim Virtus, & λόγος Sermo. Sueton. in Auguſto, cap. 74. Nam & ad communionem ſermonis tacentes, vel ſubmiſſim fabulantes provocabat, & aut acroamata, & hiſtriones, aut etiam triviales e circo ludios interponebat, ac frequentiſſime aretalogos. Ubi Interpp. V.
Aretalogus (inquit Turnebus Adv. 10. 12.) non tam videtur a virtute dici, quæ ἀρετὴ vocatur, quam ab ἀρετὸς, id eſt, Gratus & placens, qui narrationes & fabellas, acroamataque auribus auditorum grata loquitur. Proinde & nugatores eo etiam nomine & garruli cenſentur, cum uſu veniat perſæpe ut ſcurræ illi nugentur & garriant. Aretalogum etiam legiſſe me ita recordor in Auſonio, ut hoc verbum ab Arete uxore Alcinoi deduci videatur, quæ explicationem longiſſimam errorum Ulyſſis (quem Juven. 15. Sat. 15. etiam Aretalogum vocat: Moverat ut mendax aretalogus, &c.) audierat. l. ſeq.

ARĒTAS, æ. [Ἀρέτας] Cujuſdam regionis Arabiæ rex, qui Obodæ affinitate conjunctus erat. Is Gallum Ælii Auguſti Cæſaris ducem, cum Arabiam pertentaret, amice ſuſcepit, & dona ei obtulit. Author Strab. lib. 16.
Nabatæorum Arabum rex. Appian. Mithrid. p. 155. & 160. Pariſ. & in Novo Teſt. H. St. Intelligit locum 2. Cor. 11. 32.

ARĒTE, [Ἀρήτη] ut in Odyſſea ſcribit Homerus, quam Alcinous Phæacum rex duxit uxorem, & ex ea Nauſicaam filiam, & tres filios ſuſcepit. Ad hanc Vlyſſes ductu & conſilio Palladis transformatæ in effigiem Calpis virginis, a Caliſtone Nympha veniens naufragus acceſſit, & multa illi interrogatus expoſuit, & tandem honorifice ab ea ſuſceptus eſt. Ex Bocatio.
Arete, [Ἀρήτη] Ariſtippi philoſophi filia, (Juxta al. Soror) quæ ei ſucceſſit in ſchola, ſummum bonum in voluptate, quæ maxime ſenſum moveret, poſuit.

ARETHŪSA, [Ἀρέθουσα] Fons in Chalcide. Strabo lib. 1. & Plin. lib. 4. cap. 12.
Eſt & Fons in Bœotia, eodem Plinio teſte, lib. 4. cap. 7.
Item Fons in Inſula parte quarta urbis Syracuſarum, quem deſcribit Cic. 6. Verr. 118. Virg. 10. Ecl. 1.
Extremum hunc Arethuſa mihi concede laborem. Ubi Serv. & Emmen. V.
Arethuſa, Virgo venatrix Dianæ comes, ſecundum fabulas, quæ dum ſe in Alpheo poſt laborem lavaret, ab eo adamata eſt: & diu fugiens, deorum miſeratione in fontem mutata, per ſecretos meatus in Siciliam venit. Quod etiam Virgilius oſtendit, 4. Georg. 344.
Et tandem poſitis velox Arethuſa ſagittis. Hæc ex Servio. vide Bocatium lib. 7. cap. 18.
Eſt item Arethuſa, Urbs una Eubœæ, altera Syriæ. Author Volaterranus.
Arethuſa, Oppidum Arabiæ Græcum. Plin. lib. 6. cap. 28.

ARETHŪSIS, ĭdos. [Ἀρεθουσὶς] Ovid. 4. Faſt. 873. Arethuſidas Syracuſas vocat ab Arethuſa fonte, quæ eſt in Inſula parte quarta urbis Syracuſarum.

ARETHUSÆUS, Adj. [Ἀρεθούσιος] ut, Arethuſæi latices. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 60.

ARETHUSIUS, Adj. Idem. ut, Arethuſia proles, i. e. Syracuſana. Sil. lib. 14. 357.

ARETIUM, [Ἀρήτιον] Civitas Tuſciæ mille ac CC a Roma diſtans ſtadiis. Strabo lib. 5. Itali nunc vulgo vocant *Arezzo*. Hinc

ARETĪNUS, a, um. Aliquid teſteum vel argillaceum. Antidamus in Moralibus, Quis averruncaſſit tam aretinas hominum mentes? Aretinas (inquit Nonius) Teſteas, vel Argillaceas. [Fulgentii potius, quam Nonii hæc ſunt. In edit. Merc. legitur Aricinas. Quidſi Arvignas, vel quod idem eſt, Arietinas? Dixerat quippe: Fabre compactum animal hominem quis ferat ſic ire pecuatum? infert deinde: Et averruncaſſit igitur tam &c.
Teſtæ aretinæ. Martial. lib. 1. 54.
Vaſa aretina. Iſid. 20. 4.

AREVA, Fluvius eſt citerioris Hiſpaniæ, a quo nomen ceperunt Arevaci populi. Plin. lib. 3. cap. 3.

A R F

ARFERIA, æ. Aqua quæ inferis libabatur, dicta a Ferendo, ſive Vas vini quod ſacris adhibebatur. Feſtus.
Arferia (inquit Turnebus) aqua, ab Adferendo nomen habet. Nam priſci præpoſitionem Ad in Ar ſæpenumero mutabant: unde & Arceſſo & Arveho apud Catonem. Eſt igitur Arferia, veluti Adferia.

A R G

ARGÆUS, [Ἀργαῖος] Pelopis fuit filius, & Alectoris pater.
Alius fuit Lycimnii, qui ab Hercule abductus, vi morbi peregre periit, cujus crematos cineres Hercules retulit, ut jusjurandum quod dederat ſe illum reducturum, ſervaret. Hunc dicunt primum fuiſſe qui crematus ſit, & ab eo deinde morem ſervatum.
Eſt item Argæus, Cappadociæ mons arduus, & perpetuis pruinis rigens, cui Mazaca civitas, Cappadocum metropolis ſubjacet. Author Strabo, l. 12.

Argæus, a, um. [Ἀργεῖος] denom. ab Argis Peloponneſi urbe, idem ſignificans quod Argivus. Hor. 2. Carm. 6. 5.

Tibur Argæo poſitum colono. [Rectius al. Argeo, quia eſt ex Gr. ἀργεῖος.

Argæi, V. ARGEI.

Arganthon, [Ἀργανθὼν] Mons in Myſia, ubi raptus fuit Hylas. Dictus ab Arganthone Rhœſi conjuge. Steph. Vocatur alio nomine Arganthonius. Quod & poſſeſſivum alias.

Argantonius, [Ἀργαντώνιος] Rex fuit (ut teſtatur Herodotus) in Arna civitate Bœotiæ.

Fuit item Argantonius, Rex in Hiſpania, quem Plinius ait vixiſſe cxx. annos: Silius Italicus autem CCC, qui ejus meminit lib. 3. 396.

Argantoniacos armat Carteia nepotes,
Rex proavis fuit humani ditiſſimus ævi:
Ter denos decies emenſus belliger annos.

Argas, per contumeliam dictus eſt provecta ætate Demoſthenes, ſive quod hoc nomine fuerit quiſpiam malarum author legum: ſive quod (ut exiſtimat Suidas) ſerpentis genus ſit Argas.

Argatilis, (authore Plinio) Avis eſt, cui nidus ex ligno ita abſoluta intexitur pila, ut inveniri non poſſit aditus. l. 10. c. 33. [Acanthyllis ex Ariſt. legit Hard. prælucente Hermolao. Ita ſupra repone, ubi perperam ACANTHILIS excuſum.

Argei, Loca in urbe Romana a Numa conſecrata ubi ſacra fiebant. Liv. 1. 21. Multa alia ſacrificia, locaque ſacris faciendis, quæ Argeos Pontifices vocant, Numa dedicavit. Turneb. Adverſ. 20. 35. Multa fuerunt Argæorum ſacraria. V. Varr. 4. de L. L. 8. Argea Loca Romæ appellantur, quod in his ſepulti eſſent Argivorum quidam illuſtres viri. Feſtus. Ubi interpp. V.

Argeos vocabant ſcirpeas effigies, quæ per Virgines Veſtales annis ſingulis jaciebantur in Tiberim. Feſt. V. eund. in v. Sexagenarios.

Argĕma, æ. f. [ἄργεμα, ατος; τὸ & ἄργεμον, ου; τὸ & ἄργεμος, ου; ὁ] eſt Morbus oculorum, dictus quum ulcus circulum oculi infeſtat; quem Græci Irin dicunt. Plin. lib. 20. cap. 5. Succo & cicatrices oculorum, & albugines & argemas inunxere. Ibid. cap. 19. Folia trita cum oleo, argemas jumentorum ſanant. Quidam legunt Argemata. V. Fœſii Oecon. Hippocr.

Argĕmon, & Argemōne, [ἀργεμώνη] Herba quæ Canaria lappa dicitur. V. Plin. lib. 24. cap. 19.

Argennon, Argentum percandidum. Feſtus. Ἀργεννὸς enim Candidum ſignificat.

Argenon, Gemma eſt ex jaſpidum genere. Plin. lib. 37. cap. 9.

Argentangina, Argenteus, Argentinus & derivata cæt. V. poſt ARGENTUM.

Argentoratum, [Ἀργεντόρατον] Urbs Galliæ authore Ptolemæo lib. 2. 9. Alio nomine Argentina. vulgo *Strasburg*.

Argentum, i. n. [ἄργυρος; ἀργύριον] proprie eſt Ipſum metallum. V. Plin. lib. 33. cap. 6.

Argenti venas ſequi. Lucret. lib. 6. 808.

Argenti rivi. Virg. 2. Georg. 165.

Spumæ. Virg. 3. Georg. 449.

Splendor. Hor. 1. Serm. 4. 28.

Argentum, pro Nummo argenteo. Plaut. Mil. 4. 2. 73. Tum argenti montes, non maſſas habent.

Argenti nummus. Plaut. Pſeud. 1. 3. 65. Nimis ſum miſer, nummum nusquam reperire argenti queo.

Mutuum. Plaut. Pſeud. 1. 1. 78.

Argentum ſuſpicere: i. e. Admirari divitias. Hor. 1. Epiſt. 6. 17.

Argenti pallet amore. Hor. 2. Serm. 3. 78.

Argenti pondus immenſum. Hor. 1. Serm. 1. 41.

Ingens argentum, idem quod Immenſum argenti pondus. Virg. 3. Æn. 466. Immo V. Arg. pro Supellectili & Eſcarium.

Ignotum argenti pondus. Virg. 1. Æn. 359.

Cælata argento bipennis. Virg. 5. Æn. 307. V. CÆLO.

Argento perfecta pocula, Ex argento facta. Virg. 9. Æn. 263.

Circundare auro argentum. Virg. 1. Æn. 593.

Conciſum argentum in titulos facieſque minutas, Juven. 14. Sat. 291. eleganti periphraſi dixit Pecuniam, quæ variis titulis & imaginibus ſignari ſolet.

Abſumere argentum. In ABSUMO.

Circumvertere aliquem argento. In CIRCUMVERTO.

Comparare. In COMPARO.

Conficere alicujus. In CONFICIO.

Cudere. In CUDO.

Decoquere. In DECOQUO.

Invadere. In INVADO.

Invenire. In INVENIO.

Imponere argentum in ſtipendium. In IMPONO.

Locare argentum, & argentum fœnori. In LOCUS.

Penſare argento. In PENSO.

Argentum, pro Supellectili argentea, Crateribus, ſcyphis ſcilicet, Lancibus, paropſidibus, cochlearibus, & aliis vaſis, quale memoratur a Virg. 1. Æn. 640. Ingens argentum menſis, &c. V. ſupra Ingens. Et Argentum pro Supell. paulo ante. Cic. 6. Verr. 33. Quum eſſent triclinia ſtrata, argentumque expoſitum in ædibus. V. Tit. D. de Auro & Argento legato, & ad eum Laz. Bayfii Comment. Tom. IX. Antiquitt. Gronov. recuſ. Interpp. ad Virg. Petr. Ciacc. de Tricl. p. 31. ſeq. ed. Wetſt. Phæd. l. 5. Prol. v. 6.

Si marmori adſcripſerunt Praxitelen ſuo,
Trito Myronem argento. Juven. Sat. 1. 75. Argentum vetus.

Cineraceum, Quod in magna quantitate purgatum, & a plumbo ſeparatum eſt in capaci ſive majori catino.

Cupellatum, Quod a plumbo ſeparatum eſt in minori catino.

Eſcarium, Donat. ad Æn. 1. 640. Vaſa quibus in epulis utebantur.

Factum atque ſignatum. Cic. 7. Verr. 62. Erat navis plena juventutis formoſiſſimæ, plena argenti facti atque ſignati, multa cum ſtragula veſte.

Factum, vocatur Paratum, non rude, ſed elaboratum, cælatumque; & ei opponitur Infectum, quod rudem & non factam argenti materiam ſignificat. in l. cum aurum. D. de auro & argento leg. Diſtinguitur tamen a Signato, quod ex Seneca cognoſcimus de Beneficiis primo: Libentius donabo argentum factum quam ſignatum. Liv. 4. Bell. Maced. Cautum erat, quo ne plus auri & argenti facti, quo ne plus ſignati argenti & æris, domi haberemus. Apud eundem Ærario illatum infectum argentum legimus.

Infectum, Quod eſt adhuc in maſſis. Liv. 34. 52. Infecti argenti fuit 1800. pondo.

Purum putum, Alfen. l. 34. D. ſcribit eſſe Valde purum, ſicut Novum novitium dicimus, & Proprium propitium, augere atque intendere volentes novi & proprii ſignificationem. Hoc tamen Gell. l. 6. c. 5. reprehendit, & ait a Putando dictum, & ob eam cauſam prima brevi ſyllaba pronuntiari. Putum autem argentum eſſe, quaſi Exputatum, excoctumque, omni aliena materia carens, omnibusque vitiis ex eo detractis emaculatum, & candefactum. Hotom. [V. PURUS. & Varr. de L. L. 5. ubi docet antiquos Putum pro Puro uſurpaſſe. Veriſimilis Gronovii ſententia, qui ad loc. Gellii per ἐπεξήγησιν dictum ſtatuit, ut Sacro ſanctum, Sartum tectum, Melius æquius, Æqui boni, Pranſus paratus, Prudens & Sciens, Volens propitius, & ſimilia.

Potorium, non Id tantum eſt in quo bibi poſſit, ſed & Quod ad præparationem bibendi comparatum eſt. l. 21. D. de auro & arg. leg.

Puſtulatum, Infectum ſed & purgatiſſimum. Suet. Ner. 44. Exegit ingenti faſtidio argentum puſtulatum. Martial. lib. 7. 85. 7.

— nulla venit a me Argenti tibi libra puſtulati.

Raſile. Vell. Paterc. l. 2. c. 56. Apparatum triumphi Cæſaris Hiſpanienſis argento raſili conſtitiſſe, dicit.

Scenicum, Quo dominus non temere utebatur, ſed commodare ad ludos, & ad cæteras apparationes ſolebat. Scenici mentio extabat olim Romæ in hortis Carpenſibus. Pignor. de Serv. p. 129. T. AELIVS AVGVSTORVM. LIB. AMEMPTVS. AB. ARGENTO. SCENICO.

Signatum, Quod eſt in nummis. V. Factum.

Viatorium, & Balneare dicimus, Quo in itinere, & balneo quis uti conſuevit. l. ult. in princ. & §. 1. D. de aur. & arg. leg. Lavatio argentea Phædro. 4. 4.

Argentum vivum, [ὑδράργυρος] Duæ dictiones ſunt: alii unicam eſſe contendunt. Plin. lib. 33. c. 6. Eſt lapis in his venis, cujus vomica liquoris æterni, argentum vivum appellatur, venenum rerum omnium. Exeſt ac perrumpit vaſa permanans tabe dira. Omnia ei innatant, præter aurum: id unum ad ſe trahit.

Argentarius, i. m. [ἀργυρογνώμων, ἀργυραμοιβὸς] Argentarii, Nummularii dicuntur, & menſarii, menſulariique; & Græcis verbis trapezitæ, & collybiſtæ: qui & ipſi rurſus duorum ſunt generum. Nam minutuli illi nummularii, id eſt campſores vulgo dicti, quos Græci argyrognomonas vocant, quaſi pecuniæ ſpectatores, & collybiſtas, & ἀργυραμοιβοὺς, publicam cauſam habere non videntur, nec rationem accepti expenſique facere, ut argentarii illi & menſularii: qui non tam pecuniarum permutationem, quam majorem negotiationem exercent: quibus olim moris fuit pecunias cuſtodiendas dari, fœnerato interdum, interdum gratuito. Hos Demoſthenes Trapezitas vocat. Hæc Budæus. Plaut. Perſ. 3. 3. 29. Mirum quin tibi ego crederem, ut idem faceres mihi, quod partim noſtri faciunt argentarii. De Argentariis, V. plura lib. 2. Digeſt. tit. de Edendo.

Argentarii Romæ etiam auctionibus interveniebant. Cic. pro Cæcin. 16. Æbutio negotium datur. Adeſt ad tabulam. licetur Æbutius. deterrentur emptores multi, partim gratia Cæcinæ, partim pretio. Fundus addicitur Æbutio. Pecuniam argentario promittit Æbutius.

Argentarius, Adj. [ἀργυρικὸς] Quod eſt argenti, aut ad argentum pertinet. ut, Argentaria metalla: & Ratio argentaria. Plin. l. 33. c. 5. Laudatiorem eandem in ærariis metallis, & proximam in argentariis fieri compertum eſt. Cato c. 2. Rationes putare, argentariam frumentariam. Vulgo, Audire computum.

Argentarium auxilium: i. e. Auxilium ex re nummaria: Plaut. Pſeud. 1. 1. 103.

Commeatus, Argentum pro commeatu. Plaut. Pſeud. 1. 5. 9.

Cura, i. e. Cura habendi argenti. Ter. Phorm. 5. 7. 62.

Meretrices omnes illecebræ argentariæ. Plaut. Men. 2. 3. 26.

Inopia, Penuria argenti. Plaut. Pſeud. 1. 3. 65.

Tabernæ, Quas argentarii in foro publico conductas habebant. Liv. 26. cap. 11. Ut extemplo vocato præcone tabernas argentarias, quæ circa forum Romanum tunc eſſent, juſſerit venire.

Creta. Plin. lib. 35. cap. 17. Alia creta, argentaria appellatur, nitorem argento reddens.

Menſa. Ulp. l. 4. D. de Edendo. Argentariæ menſæ exercitores rationes quæ ad ſe pertinent edant adjecto die & COS.

Argentaria, æ. Menſa tabernave argentariorum. Plaut. Epid. 2. 2. 15. Per myropolia & lanienas, circumque argentarias.

Argentaria, Functio officiumve argentarii. Ulp. l. 6. D. de Edendo: Sed & quod ſolvi conſtituit argentarius, edere debet: nam & hoc ex argentaria venit.

Argentariam facere, ſive exercere. Ulp. l. 4. D. de Edendo. Is etiam qui deſiit argentariam facere, ad editionem compellitur ubi argentariam exercuit. Cic. 3. Off. 58. Pythius ei quidam, qui argentariam faceret Syracuſis, &c. Et pro Cæcin. 10. Romæ argentariam non ignobilem fecit.

Argentariam diſſolvere. Cic. pro Cæcin. 11. Aliquanto poſt jam argentaria diſſoluta, Fulcinius huic fundo uxoris continentia quædam prædia atque adjuncta mercatur.

Argentaria, (ſubaudi Fodina) Locus ex quo effoditur argentum. Liv. 4. Bell. Maced.

Argentātus, Adj. [ἐπάργυρος] Quod argento inductum tectumve eſt. Unde, Argentata choragia, apud Valer. Max. lib. 2. cap. 1. Et, Argentata ſandalia, in carmine de Obitu Mæcenatis.

Argentata querimonia. Plaut. Pſeud. 1. 3. 78.

Argentati milites. Liv. 9. 40.

Argenteus, Adj. [ἀργυροῦς] Quod eſt ex argento, ut, Argenteus denarius. Plin. lib. 16. cap. 3. Item Phaleræ argenteæ. Idem lib. 8. cap. 5. Vel quod argento ſimile eſt, ut

Color. Ovid. 21. Epiſt. 219.

Folium, Argenti ſplendorem referens. Plin. lib. 16. cap. 18. Sic apud eundem lib. 2. cap. 25. Argenteus crinis.

Fons, Puriſſimus & nitidiſſimus. Ovid. 3. Met. 407.

Amica, Quæ argento vendita eſt. Plaut. Pſeud. 1. 3. 113. Quid ego ex te audio? C. Amicam tuam eſſe factam argenteam.

Argenteus amnis, eſt in colonia Octavanorum, quæ Pacenſis appellatur, & Claſſica, in provincia Narbonenſi. Plin. lib. 3. cap. 4.

Argenteus mons, Straboni lib. 3. [ὄρος Ἀργυροῦν] ita dictus quod in eo ſint argentariæ.

Argenteolus, Adj. dimin. Plaut. Rud. 4. 4. 125. Poſt eſt ſicilicula argenteola, & duæ connexæ maniculæ.

Argen-

ARGENTŌSUS, [ἀργυρώδης] Cui immiſtum eſt argentum. Plin. lib. 33. cap. 5. Ita ferruminatur aurum, quod argentoſum vocant. Cui ibid Æroſum opponitur.

ARGENTIFODĪNA, æ. [ἀργυρεῖον] Ubi foditur argentum: quam Minam argenti vocamus. Plin. lib. 33. cap. 6. Odor ex argentifodinis inimicus omnibus animalibus, ſed maxime canibus.

ARGENTANGĪNA, [ἀργυράγχη] Avaritia. Argentangina laborare dicuntur, Qui pecunia corrupti reticent ea, quæ ad Reip. commoda pertinent. V. Eraſm. Chil.

ARGENTINUS, Deus colebatur ab antiquis, ſicut & Æſculanus, quem patrem illi poſuerunt, quia prius ærea pecunia in uſu eſſe cœpit, poſt argentea. Auguſtinus.

ARGENŪSA, [Ἀργεννοῦσα] Inſula eſt Lesbo adjacens, juxta Argennon promontorium, in qua Alcibiades extinctus eſt. Plin. lib. 5. cap. 31. Arginuſam vocat. [Immo tres inſulæ exiguæ: de quibus Strabo lib. 13. Plin. l. c. quoque plurali numero expreſſit, ſi Hard. ἔκδοσιν ſequimur. Nomen varie ſcribitur, rectius tamen Arginuſſæ, per i, & geminum ſ. quia contractum eſt ex Gr. ἀργινόεσσαι, q. d. λευκογαίους, Cretaceas. Steph. tamen ab Argenno Prom. Argennuſam dictam putat. q. V.

ARGESTES, æ. m. [Ἀργέστης] Ventus ab occaſu ſolſtitiali flans. Plin. lib. 2. cap. 47. Ab occaſu æquinoctiali Favonius: ab occaſu ſolſtitiali Corus: Zephyrum & Argeſten vocant.

ARGI, Civitas in Italia, quam condidit Diomedes. V. ARGIRIPA.

ARGĪA, [Ἀργεία] Filia fuit Adraſti regis Argivorum, & uxor Polynicis: quæ quum viri ſui in bello cæſi funus curaret, a Creonte tyranno necata fuit, cujus meminit Stat. lib. 2.

ARGĪÆ, [Ἀργεῖαι] Inſulæ ſunt numero viginti, Cariæ adjacentes, ut ſcribit Plin. lib. 5. cap. 31.

ARGILĒTUM, [Ἀργιλῆτον] ab Argo dictum, quod is eo venerit, ibique ſepultus ſit. Virg. 8. Æn. 346.

— & lethum docet hoſpitis Argi.

Quanvis aliqui ab Argilla deductum potius velint, quod id genus cretæ ibi eſſet. Hæc fere ex Varr. 4. de L. L.

Erat autem Argiletum, Locus in Urbe prope Palatium, ubi tabernæ opificum erant, præſertimque bibliopolarum, a quo Argiletanæ dicebantur. Martial. lib. 1. 4.

Argiletanas mavis habitare tabernas.

V. Serv. in 8. Æn. d. l.

ARGILLA, æ. [ἄργιλλος] Terra tenax, qua figuli utuntur. Virg. 2. Georg. 180.

Tenuis ubi argilla, & dumoſis calculus arvis.

Ἀργινόεσσα, ubi pro ἀργιλλόεσσα. Dionyſ. de Situ. 1176. H. St. Verſus Dionyſii hic eſt.

Ἠ μὲν γὰρ λευκή τε καὶ ἀργινόεσσα τέτυκται.

Quid ceſſat hic homullus ex argilla & luto fictus Epicureus? Cic. in Piſon. 59. Columel. lib. 12. cap. 44. Sed & idem author eſt creta figulari bene ſubacta recentia mala craſſe illinire, & quum argilla exaruit, frigido loco ſuſpendere. Hic vides rem eandem vocari & Cretam figularem, & Argillam.

Argilla uda aliquid imitari. Hor. 2. Epiſt. 2. 8.

ARGILLACEUS, Adj. [ἀργίλλιος] Plin. lib. 17. cap. 7. Eſt enim alba, (terra) rufa, columbina, argillacea, &c.

ARGILLŌSUS, Adj. [ἀργιλλώδης] Quod abundat argilla. Columel. de Arborib. 17. Olea maxime collibus ſiccis & argilloſis gaudet. Terram argilloſam eſſe convenit. Plin. lib. 12. cap. 14.

ARGĬLUS, [Ἄργιλος] Urbs Æmathiæ non procul ab oſtiis Strymonis fluvii verſus Occidentem. Herod. lib. 7.

ARGINUSA, V. ARGENUSA.

ARGIPHONTES, æ. [Ἀργειφόντης] dictus eſt Mercurius, quod Argum interemerit.

ARGIPPÆI, orum [Ἀργιππαῖοι] Populi ſunt Scythiæ juxta Sarmatas & Thyſſagetas, ab ipſa nativitate calvi, ſimis naribus, & ingenti mento, proprio quodam oris ſono, ex arboribus victitantes. Hi cum arma nulla habeant, a nemine tamen afficiuntur injuria, propterea quod ſacri putentur. Iidem finitimorum controverſias dirimunt, & ad ſe confugientes tuentur ab injuria. Plura de his Herod. lib. 4.

ARGIRIPA. V. ARGYRIPA.

ARGISSA, [Ἄργισσα] Theſſaliæ civitas eſt prope Peneum, condita a filiis Lariſſæ, deinde Arguſa vocitata. Strabo lib. 9.

ARGITIS, ĭdis. Genus vitis. Columel. lib. 3. cap. 2. Minor argitis terræ mediocritate lætatur.

ARGIUS, [Ἄργειος] Nobilis Statuarius fuit, Polycleti diſcipulus, cujus meminit Plin. lib. 34. cap. 8.

ARGIVUS, V. ARGOS, paulo infra.

ARGO, ûs. f. [Ἀργώ] Navis longa, qua Jaſon cum LIIII. heroibus navigavit in Colchum ad auferendum vellus aureum. Dicta eſt autem Argo, vel ab artificis nomine, vel a ſua velocitate, (ἀργὸς enim velocem ſignificat) vel ab Argivis. Unde Cic. 1. Tuſc. 45. Etenim ſi nunc aliquid aſſequi ſe putant, qui oſtium Ponti viderunt, & eas anguſtias, per quas penetravit ea quæ eſt nominata

Argo, qua vecti Argivi delecti viri
Petebant illam pellem inauratam arietis.

Sunt Ennii verſus in Medea.

Argo fatidica. Valer. Flac. 1. 2.

Prima deûm magnis canimus freta pervia nautis,
Fatidicamque ratem, &c.

Sophocles in Trachiniis Dodoneam quercum ſeu fagum πολύγλωσσον appellavit. Ex hac materia conſtructam Argo navis carinam, quæ dubiis in rebus Minyas admoneret, ut canit Apollonius, & Æſchyli teſtimonio refert Hyginus. Po. Aſt. 2. 37. Claud. Bell. Get. 16.

— licet omnia vate
In majus celebrata ferant, ipſamque ſecandis
Argois trabibus jactent ſudaſſe Minervam:
Nec nemoris tantum vinxiſſe carentia ſenſu
Robora, ſed cæſo teneri Jovis augure luco,
Arbore præſaga tabulas animaſſe loquaces.

Unde Lycophron Argo navem Garrulam picam dixit, ab avis ſimilitudine. Hinc eſt illud Senecæ, Ipſaque vocem perdidit Argo. Hujus navis gubernator fuit Tiphys, Phorbantis & Hymanes filius, Bœotius: quo inter navigandum vi morbi abſumpto in Mariandinis in Propontide apud Lycum regem, navem rexit Colchos usque Ancæus Neptuni filius. Author Hyginus fab. 14. Huic navi ædificandæ operam dediſſe Palladem, ſatis indicat Claudianus loco paulo ante citato: & ab eadem inter aſtra collocatam fabulantur Hyginus & Latina commentaria in Aratum.

Argo, Accuſativus Atticus. Ovid. 6. Epiſt. 65.

Tradunt Hiſtorici hanc primam fuiſſe navem longam, quæ inhoſpitalis pelagi vias patefecit. Ædificata eſt circiter annos XL. ante Trojam expugnatam juxta chronologiam cl. Newtoni.

ARGO Navis, [Ἀργώ] Signum cœleſte, oritur pridie Idus Martias. Columel. lib. 11. cap. 2. V. Hygin. Manil. 1. 405.

ARGONAUTÆ, [Ἀργοναῦται] dicti ſunt Viri illi qui in Argo navigaverunt in Colchum, Jaſon videlicet, Caſtor, Pollux, Hercules, Telamon, Orpheus, Atlantes Schinei, Theſpeſii filii, Melampus, Theſeus, Amphiaraus, Teſtor, Eurydamas, Coronus, Iphidamus, & cæteri, de quibus Orpheus in Argonaut. V. Diodor. l. 5. c. 3. & Hygin. fab. 14. Hor. Epod. 3. 9. de Jaſone

Ut Argonautas præter omnes, candidum
Medea mirata eſt ducem.

Argonauta, in ſing. Plin. lib. 34. cap. 8.

ARGONAUTICA, n. pl. Ita poëtæ inſcripſerunt libros, quos de Argonautis ſcripſerunt, ut ex Græcis Orpheus & Apollonius Rhodius, ex Latinis Val. Flaccus, & Varro, cujus præclarum hoc opus periit.

ARGOS, [Ἄργος τὸ] Vetus & nobilis urbs Achaiæ. Servius in 1. Æn. Argos in ſingulari numero generis neutri eſt: in plurali vero maſculini. ut, hi Argi. Cæterum derivatio nominis, Argivos facit, non Argeos. Virg. 1. Æn. 24.

Prima quod ad Trojam pro charis geſſerat Argis.

Puræ Latinitatis eſt pl. Argi. Nam Argos neut. ſing. Græcum eſt, ut docuit Cellar. Geogr. Ant. 2. 13. 17. q. V.

Sumitur aliquando pro Græcia in genere, ut apud Lucan. 10. 60.

— quantum impulit Argos,
Iliacasque domus facie Spartana nocenti.

Argos, Civitas Theſſaliæ. Lucan. lib. 6. 356.

— ubi nobile quondam,
Nunc ſuper Argos erat.

Servius. ad 7. Æn. 286.

Argos, Civitas haud longe ab Athenis, quod a Siti, Argos Dipſion dictum eſt: in quo erat magna ſocietas inter eos qui uno puteo utebantur. Servius in 7. Æn. 286.

Argos, Aliud Amphilochicum, in Acarnania. V. multa apud Strab. l. 8. & Steph. qui Undecim memorat hoc nomine civitates.

ARGĪVUS, Adj. [Ἀργεῖος] i. e. Græcus. Virg. 2. Æn. 254. Argiva phalanx. Cic. de Cl. Orat. 50. Argivus orator.

ARGUS, Adj. antiq. pro Argivus, authore Nonio. Plaut. Amph. prol. 98.

Amphitryo, natus Argus ex Argo patre.

[Sed in emendatis ſic legitur: natus Argis ex Argo patre. i. e. Patre quoque ex Argis, ut recte explicat J. F. Gronov. Obſ. l. 4. c. 19. q. V. & ad l.

ARGOLĬCUS, Adj. [Ἀργολικὸς] Idem quod Argivus, & per Synecdochen pro Græco. ut, Gens Argolica. Virg. 2. Æn. 177.

— Argolicis excindi Pergama telis.

ARGŎLIS, ĭdis. f. [Ἀργολὶς] i. e. Argiva. Ovid. 9. Met. 276.

— at longis anxia curis
Argolis Alcmene.

ARGŌUS, Adj. [Ἀργῷος] Idem quod Argolicus. Hor. Epod. 16. 57.

Non huc Argoo contendit remige pinus.

Argoa auxilia, i. e. Argonautarum. Valer. Flacc. 6. Argon. 731. [Immo Argous non idem, quod Argolicus, vel Argivus. Hoc enim ab Argis, illud ab Argo navi deducitur. V. eund. Gronov. Obſ. l. 2. c. 10. extr.

ARGŌUS PORTUS, eſt in Æthalia, ab Argo navi dictus, ut perhibent. Illo enim Jaſonem adnavigaſſe ferunt, ut Circes domicilia quæreret, quam Medea viſere concupiſcebat. Strab. lib. 5.

ARGUMENTUM, ARGUS, V. poſt ARGUO & ejus derivativa.

ARGUO, ui, ūtum, [ἐλέγχω] ĕre. Proprie eſt Oſtendere, ut ait Perottus. Virg. 4. Æn. 13.

Degeneres animos timor arguit.

Ubi Servius; Arguit, Improbat, & impugnat.

Non ex audito arguere. Plaut. Bacch. 3. 3. 65. Quin ego quum peribat vidi, non ex audito arguo.

Vultu genus arguitur. Ovid. 2. Faſt. 397.

Languor arguit amantem, i. e. Prodit. Hor. Epod. 11. 13.

Arguitur virtus malis. i. e. Declaratur rebus adverſis. Ovid. 4. Triſt. 3. 80.

Arguere, Reprehendere, accuſare: & (ut ait Budæus) Convincere & coarguere. Plaut. Amph. 3. 2. 4. Quæ neque ſunt facta, neque ego in me admiſi, arguit. Cic. pro Cæcin. Non modo, Æbutium, ſed etiam ſeipſum arguit. Suet. de Clar. Gram. 22. In advocatione quadam ſolœciſmum ab adverſario factum usqueadeo arguere perſeveravit, quoad, &c.

Arguere aliquem aliquid feciſſe. Cic. pro Roſc. Amer. 37. Sin autem ſic agetis ut arguatis aliquem patrem occidiſſe, neque dicere poſſitis ante quare, aut quomodo, &c.

Argui confeſſione. Tacit. 1. Ann. 12. Rurſum Gallus non idcirco interrogatum ait, ut divideret quæ ſeparari nequirent: ſed & ſua confeſſione argueretur, unum eſſe Reipublicæ corpus, atque unius animo regendum.

Id quod tu arguis, i. e. Objicis. Cic. pro Sylla 67. De quo etiam ſiquid dubitaſſet antea, non id quod tu arguis, cogitaſſet interfecto patre tuo.

Arguere & Purgare, contraria. Cic. pro Roſc. Amer. 120. Servos ipſos, quod ad me attinet, neque arguo, neque purgo.

Verbo de re aliqua, cui opponitur Negare. Cic. pro Roſc. Amer. 82. De quibus quoniam verbo arguit, verbo ſatis eſt negare.

Ex moribus aliquem. Cic. pro Sylla 69. Omnibus in rebus Judices, quid quisque voluerit, cogitaverit, admiſerit, non ex crimine, ſed ex moribus ejus qui arguitur, eſt ponderandum. [Ex morib. refertur ad v. Ponderandum.

Reum, eſt Demonſtrare, & argumentis probare ab eo commiſſum crimen. Ulpianus l. 197. de Verborum ſignificat. Indicaſſe reum, eſt Detuliſſe, arguiſſe, accuſaſſe, & conviciſſe.

Aliquo crimine. Cic. 7. Verr. 45. Nunc non modo te hoc crimine arguo, ſed ne illa quidem communi vituperatione reprehendo.

De crimine. Cic. 2. de Invent. 37. Negare oportebit de vita ejus & moribus quæri, ſed de eo crimine quo de arguatur.

Arguere, genitivo junctum: ut, Arguere furti, &c. Cic. pro Rabir. 26. Annon intelligis, primum quos homines, & quales viros mortuos ſummi ſceleris arguas? [Ubi abl. Crimine vel Nomine, vel Cauſa ſubauditur. V. Sanctii Minerv. l. 2. c. 3. & l. 4. c. 4. & Periz. not. & Crimine tamen frequentius; Unde & ſæpius additur, ut ap. Phædr. 1. 10.

Lupus arguebat vulpem furti crimine.

Sic

Argui repetundarum. Tacit. 3. Ann. 33.

Arguere regem culpæ. Liv. 1. Decad.

Facinoris reum argui. Cic. pro Cœl. 1. Siquis, Judices, forte nunc adſit ignarus legum, nec dubitet, quin tanti facinoris reus arguatur, ut eo neglecto civitas ſtare non poſſit.

Arguitur patrem occidiſſe Sex. Roſcius. Cic. pro Roſc. Amer. 37.

Quod author injuriæ illius fuiſſe argueretur. Cic. 3. Verr. 85.

Arguor immerito, eſt Injuſte accuſor. Ovid. 2. Triſt. 327.

Arguere, cum ſolo accuſativo, pro Vitioſum demonſtrare. Liv. lib. 5. Decad. Leges Macedoniæ dedit cum tanta cura, ut non hoſtibus victis, ſed ſociis bene meritis dare videretur, & quas ne uſus quidem longo tempore (qui unus eſt legum corrector) argueret.

Arguere, pro Vetare & prohibere, cum Inf. Ovid. 15. Met. 73.

— primusque animalia menſis Arguit imponi. Arcuit alii codd. Sed V. Burm.

Argutum iri, in diſcrimen vocari. Feſtus.

Arguens, [ἐλέγχων] Partic. Plin. lib. 2. cap. 12. Quo in metu fuiſſe Steſichori & Pindari vatum ſublimia ora palam eſt deliquio Solis, & in Luna veneficia arguente mortalitate.

Argūtus, Partic. [ἐλεγχθεὶς] i. e. Accuſatus. Plaut. Pſeud. 2. 4. 56. Ecquid argutus eſt? CH. malorum facinorum ſæpiſſime. Plaut. Amph. 3. 2. 2. Alcmena dedecoris arguta.

Argutus, Adj. [ἀγχίνοος] Qui eſt acuta quadam & accurata ſolertia: quaſi Acute arguens & veſtigans: non autem ab altero acute intellectus & veſtigatus. Hæc Valla lib. 1. Plaut. Truc. 2. 6. 14. Sine virtute argutum civem mihi habeam pro venefica. Cic. de Clar. Orat. 65. Quis in ſententiis argutior? in docendo ediſſerendoque ſubtilior? Idem 2. de Orat. 250. Ex ambiguo dicta, vel argutiſſima putantur.

Argutos vocat Probus, Eos qui celeriter loquuntur & multum: quoniam Græce ἀργὸς, velox dicitur Latine.

Acumen argutum. Hor. in Arte Poët. 364.

Blanditia. Propert. lib. 1. 16. 16.

Calo. h. e. Ingenioſus. Hor. 1. Epiſt. 14. 42.

Dolore arguto queri. Propert. lib. 1. 18. 26. h. e. Clamoſo & ſonoro: ut Ilex Virgilio dicitur arguta. [Immo Ingenioſe malo, ut rectius exponit Brœkh. q. V.

Facunditas. Plaut. Trucul. 2. 6. 13. Facile ſibi facunditatem virtus argutam invenit.

Libellus argutus. i. e. Salſus & acumen habens. Martial. lib. 1. 1.

Literæ quam argutiſſimæ. Cic. 6. Att. 5. Velim obvias mihi literas quam argutiſſimas de omnibus rebus crebro mittas.

Manus. Cic. 3. de Orat. 218. Manus autem minus arguta, digitis ſubſequens, verba non exprimens. Manus ſit minus arguta, h. e. Acuta, citata, mobilis, ne videatur eſſe præſtigiatoris, aut ejus qui micat digitis. Verba ſubſequatur, h. e. Ubi pronuntiata fuerint verba, rem ſignificatam quodammodo ſequatur, non exprimat; ut ea quæ ciconiæ roſtrum vel auriculas aſini imitatur.

Meretrix. Hor. 1. Serm. 10. 40. h. e. Callida. Acron.

Oculi. Cic. 1. de Legib. 27. Oculi nimis arguti, quemadmodum animo affecti ſumus, loquuntur. i. e. Nimis mobiles & agiles. ut Digiti arguti.

Poëtæ. Hor. 2. Epiſt. 2. 90.

Sedulitas. Cic. 8. Fam. 1.

Thaliæ argutæ doctor: i. e. Præceptor artis muſicæ. Hor. 4. Carm. 6. 25.

Argutus de Sono plerumque acutiore, ut

Æs. Sil. lib. 17.

Aves argutæ. i. e. Canoræ. Propert. lib. 1. 18. 30. ob vocem Argutam.

Calami. i. e. Sonora fiſtula. Sil. lib. 1. 13.

Canes. Sen. Hippol. 1.

Fiſtula. Virg. 7. Ecl. 24.

Forum argutum. i. e. Obſtreperum. Ovid. 1. de Arte Am. 80.

Hiſtoriam argutam, pro Loquaci dixiſſe videtur Propert. & quæ in ore ſit omni populo, lib. 3. 19. 18. Sed V. Brœckh.

Ilex arguta, apud Virg. 7. Ecl. 1. Ubi Servius: Arguta; modo canora, ſtridula.

Nemus: i. e. Garrulum, ſtridulum, ait Servius in Virg. 8. Ecl. 22.

Olor. Virg. 9. Ecl. 36.

— argutos inter ſtrepere anſer olores: i. e. Cygnos canoros.

Ora. Stat. 2. Silv. 1. 45.

Paſſer argutus. Martial. lib. 9. 55. V. Aves.

Pecten textorius. Virg. 1. Georg. 294. Sonorus, Stridulus. Serv.

Serra. Virg. 1. Georg. 143. h. e. Stridula.

Valles: i. e. Reſonantes. Columel. lib. 9. cap. 5. Nec minus vitentur cavæ rupes, aut valles argutæ, quas Græci ἠχοῦς vocant.

Arguta exta, Quæ maxime declarant & oſtendunt, quid futurum ſit. Cic. 2. de Divin. 29. Sunt enim qui vel argutiſſima hæc exta eſſe dicant: ſed tauri opimi jecur, aut cor, aut pulmo, quid habet naturale, quo declarari poſſit, quid futurum ſit? De felle gallinaceo loquitur.

Argutum caput, Exile, breve, & quaſi acutum. Virg. 3. Georg. 80. de equis. Nonius Parvum interpretatur.

Argutŭlus, dimin. Cic. 13. Att. 18. Ego interea admonitu tuo perfeci ſane argutulos libros ad Varronem.

Argute, Adv. [ἀγχινόως]

Acute & argute conjicere. Cic. de Clar. Orat. 53. Quis putet celeritatem ingenii L. Bruto defuiſſe, qui de matre ſuavianda ex oraculo Apollinis tam acute arguteque conjecerit?

Acute arguteque reſpondere. Cic. pro Cœl. 19. Si mihi acute arguteque reſponderit, tum quæram denique ex quo iſte fonte Senator emanet.

Breviter & argute judicum animos laxare. Cic. de Clar. Orat. 322. Nemo qui breviter arguteque incluſo adverſario laxaret judicum animos, atque a ſeveritate pauliſper ad hilaritatem riſumque traduceret.

Callide arguteque dicere. Cic. in Orat. 98. Qui in illo ſubtili & acuto elaboravit, ut callide arguteque diceret, nec quicquam altius cogitaret, hoc uno profecto magnus orator eſt, ſi non maximus.

Argutiæ, ārum. [ἀγχινοήματα] Acute dicta & ſubtiliter. Plaut. Moſt. 1. 1. 1. Qui mihi inter patinas exhibes argutias. Cic. 1. de Legib. 7. Nam quid Accium memorem, cujus loquacitas habet aliquid argutiarum?

Multum argutiarum & urbanitatis. Cic. de Clar. Orat. 167. C. Titii orationes tantum argutiarum, tantum exemplorum, tantum urbanitatis habent, ut pene Attico ſtylo ſcriptæ eſſe videantur.

Argutiæ & acumen. Cic. in Orat. 110. Demoſthenes nihil Lyſiæ ſubtilitate cedit, nihil argutiis & acumine Hyperidi, nihil lenitate Æſchini & ſplendore verborum.

Perſequi argutiis. Cic. de Amicit. 45. Quibusdam, quos audio ſapientes fuiſſe habitos in Græcia placuiſſe opinor mirabilia quædam. Sed nihil eſt quod illi non perſequantur ſuis argutiis, partim fugiendas eſſe nimias amicitias, &c.

Digitorum argutiæ. Cic. in Orat. 58. Nulla mollitia cervicum, nullæ argutiæ digitorum, non ad numerum articulus cadens.

Argutiŏla, dimin. Gell. l. 2. c. 7. Argutiola quippe hæc frivola & inanis eſt.

Argūtor, [σοφιστεύομαι] āri. dep. Loquaciter proloqui, ut ait Nonius. Plaut. Amph. 1. 1. 193. Pergin argutari? Nævius apud Non. 4. 34. Quando ad ludos venit, alii quum tacerent, totum diem argutatur quaſi cicada.

Argutari pedibus, Suffilire. Titinnius Fullonibus, Terra hæc eſt, non aqua, ubi tu ſolitus argutari pedibus, cretam dum compeſcis, veſtimentaque lavas. Nonius.

Argūto, [σοφιστεύω] āre. vox infrequentior. Propert. lib. 1. 6. 7.

Illa mihi totis argutat noctibus ignes. i. e. Argute objicit, aut (ut ait Budæus) imputat.

Argutātio, ōnis. f. [λιγυφωνία] pro Strepitu, & ſtridulo ſonitu. ut, Tremulique quaſſa lecti Argutatio. i. e. Sonitus ex concuſſione lecti. Catul. 6. 11.

Argutator, ōris. m. [σοφιστὴς] Gell. lib. 17. cap. 5. Proceſſiſſet autem argutatori iſti fortaſſe reprehenſio. Argutatorem pro Sophiſta argutulo, vel argumentatore accipit. i. e. Artificiali, inquit Budæus.

Argūmentum, i. [ἐπιχείρημα, πίστις, ἔλεγχος] Quo aliquid declaratur. Sic, Arguere dictum eſt pro Declarare. Solet autem accipi pro Concluſionis argumento. Sic definitur Quintil. lib. 5. cap. 10. Eſt ratio probationem præſtans, qua colligitur aliud per aliud: & quæ, quod eſt dubium, per id quod dubium non eſt, confirmat. Sic Cic. in Topic. 8. Argumentum eſt ratio, quæ rei dubiæ facit fidem.

Argumentum pro Arguimentum per Syncopen, hinc u longum. H. St.

Argumentis & rationibus docere, non eventis. Cic. 2. de Divin. 27. Argumentis & rationibus oportet quare quidque ita ſit, docere, non eventis.

Argumenta criminis alicujus. i. e. Rationes quibus crimen illud patratum ab aliquo fuiſſe contendimus. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Accipite argumentum certiſſimum ut intelligatis. Cic. 4. Verr. 18.

Adeſt ei rei argumento. Plin. 3. 16.

Affers omnia argumenta cur dii ſint: remque mea ſententia minime dubiam argumentando dubiam facis. Cic. 3. de Nat. Deor. 10.

Agere argumentis. Cic. pro Cœl. 22. Argumentis agemus, ſignis omni luce clarioribus crimina refellemus.

Arripere argumentum. Cic. 2. de Orat. 214. Argumentum ſimulatque poſitum eſt, arripitur.

Aſtringere breviter argumenta Stoicorum more. Cic. 3. Tuſc. 13. Primo, ſi placet, Stoicorum more agamus, qui breviter aſtringere ſolent argumenta.

Colligere argumentis, i. e. Ratiocinando comprobare. Quintil. l. 3. c. 6.

Colligere ſparſa argumenta. i. e. Argumenta plura diverſaque coacervare. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Commemorare argumenta. Lucret. lib. 1. 401.

Comparare argumenta utriusque partis inter ſe. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Comperiſſe nihil gravi argumento. Cic. pro Cluent. 131.

Componere argumentum. Cic. 15. Att. 4.

Componere adverſarii argumenta cum noſtris. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Confirmat ratio argumentum. Cic. 2. de Orat. 214. Argumentum ratio ipſa confirmat: quæ ſimul atque emiſſa eſt, adhæreſcit.

Confirmare aliquid argumento. Cic. 1. Off. 153. Placet aptiora eſſe naturæ ea officia quæ ex communitate, quam ea quæ ex cognitione ducantur: idque hoc argumento confirmari poteſt.

Congerere argumenta, &

Diſſolvere argumenta, videtur Quintil. veluti contraria invicem oppoſuiſſe, lib. 5. cap. 13.

Defendere viriliter cauſam argumentis. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Dicere argumenta. i. e. Argumenta proferre. Quintil. lib. 2. cap. 20. Idem lib. 5. cap. 14.

Dicere argumenta alicui rei. Plaut. Trinum. 2. 4. 121.

Deprehendere argumentis & oculis. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Deeſt argumentum ad ſcribendum. Cic. 9. Att. 6. i. e. materia, Sic in his quæ ſeq. usque ad Docere arg.

Dabat mihi nihil argumenti ad ſcribendum. Cic. 2. Q. frat. 13.

Dabit argumentum ad te epiſtolæ. Cic. 10. Att. 15.

Dilatare argumentum. Cic. in Parad. 1. Cato perfectus Stoicus, & ea ſentit quæ non ſane probantur in vulgus: & in ea eſt hæreſi, quæ nullum ſequitur florem orationis, neque dilatat argumentum, ſed minutis interrogatiunculis, & quaſi punctis quod propoſuit efficit.

Docere multis argumentis Deum unum eſſe. Cic. 3. de Nat. Deor. 9.

Ducere argumenta ex re aliqua. Cic. 2. de Orat. 167. Ex conjunctis ſic argumenta ducuntur; Si pietati ſumma tribuenda laus eſt, &c.

Ducere argumentum ex adverſario: i. e. A perſona adverſarii. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Ducere rem aliquam in argumentum. i. e. Argumenti loco ſumere. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Exquirere rem aliquam argumentis. Plaut. Rud. 4. 4. 136.

Explicare argumentum. Cic. 1. de Nat. Deor. 53.

Egere argumento epiſtolarum. Cic. 9. Att. 2. i. e. materia. Sic mox in Habere arg.

Excogitare argumenta firma ad probandum. Cic. de Clar. Orat. 271.

Habere ſcribendi argumentum. Cic. 2. Q. frat. 14.

Inſtitui multa argumenta. Plaut. Moſt. 1. 2. 2.

Judicaram id plurimis argumentis. Cic. 3. Fam. 4.

Loqui argumenta. Plaut. Capt. 3. 3. 14.

Niti argumentis. i. e. Conari probare aliquid. Quintil. lib. 5. cap. 12.

Objicere in argumentum. i. e. Ad confirmandam cauſam ſuam opponere aliquid. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Onerare judicem argumentis. Quintil. lib. 5. cap. 12.

Patefacere argumento. Cic. 2. Verr.

Patet argumento. Quintil. lib. 1. cap. 12.

Ponere inter argumenta. i. e. Inter probationes referre. Quintil. l. 4. c. 1.

Refellere argumentis. Cic. 1. de Orat. 88. Menedemus exemplis magis quam argumentis conabatur refellere.

Reſiſtere argumentis. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Solvere argumentum a ſe poſitum. Quintil. lib. 2. cap. 17.

Tractare argumenta. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Trahere argumenta ex cauſa. Quintil. lib. 5. cap. 5.
Uti argumentis ad probandum id quod explanari volumus. Cic. 1. Acad. 32.
Verſari in uno argumento. Cic. 5. Fam. 12.
Argumenta diſtincta ac perſpicua. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Frigidum argumentum. i. e. Infirmum, & non urgens. Quintil. l. 5. c. 10.
Grave. i. e. Urgens, & quod firmis rationibus nititur. Quintil. l. 5. c. 12.
Graviſſimum & firmiſſimum. Cic. pro Roſc. Com. 36.
Horrida & confragoſa argumenta. Quintil. lib. 5. cap. 8.
Parva. i. e. Levia. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Perſuaſibilia. Quintil. lib. 2. cap. 21.
Simplex & breve. i. e. Abſque magno verborum & elocutionum apparatu. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Vanum. i. e. Frivolum, & quod nihil probat. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Sine argumento. Cic. pro Cœl. 8. Quis eſt enim, cui iſta via non pateat? qui iſti ætati non poſſit, quam velit petulanter, etiamſi ſine ulla ſuſpicione, at non ſine argumento maledicere?
Quod argumentum aut rationem, aut Quid argumenti &c. habuit res, quamobrem, &c. Cic. 4. Verr. 115. Vidi argenteum Cupidinem cum lampade: quid tandem habuit argumenti, aut rationis res, quamobrem in eo potiſſimum Stenianum præmium poneretur? Item pro Cœl. 68. Scire cupio quid habeat argumenti iſta manumiſſio. Cic. 2. Off. 88. Tabulæ vero novæ quid habent argumenti, niſi ut, &c.
Argumenta atque indicia ſceleris. Cic. 3. in Catil. 13. Mihi quidem, Quirites, quum illa certiſſima ſunt viſa argumenta atque indicia ſceleris, tabellæ, ſigna, manus, &c.
Argumento oculorum atque conjectura animi ſcrutari amplitudinem Solis. Plin. lib. 2. cap. 11.
Cælum quidem haud dubie Cælati argumento diximus, ut interpretatur M. Varro. Plin. V. in CÆLUM. Sic & alibi utitur Vocis argumento, in afferendo etymo. H. St.
Satis eſt argumenti, nihil, &c. Cic. pro Quint. 41. Satis eſt argumenti, nihil eſſe debitum Nævio, quod tandiu nihil petivit.
Argumento eſſe. Cic. pro Cluent. Quanquam ſatis magno argumento eſſe debet, quod ex tam multis judicibus, abſoluto Falcula, nemo reus factus eſt.
Magno argumento ſit. Cic. 2. Philipp. 40. Quod idem mœſtitiam meam reprehendit, idem jocum: magno argumento ſit me in utroque fuiſſe moderatum.
Maximo argumento eſſe ad. Cic. pro Roſc. Amer. 75. Præterea illud quod mihi maximo argumento ad hujus innocentiam poterat eſſe, in ruſticis moribus, in victu arido, &c. Addit H. St. Scil. probandam.
Argumentum morum. i. e. Indicium. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Pro argumento eſſe. Liv. 5. Bell. Pun.
Argumento, abl. abſ. Plin. l. 10. c. 36. de paſſeribus, Mares negantur anno diutius vivere: argumento quia nulla Veris initio appareat nigritudo in roſtro, quæ ab æſtate incipit.
Argumentum [ὑπόθεσις] interdum Rem fictam ſignificat, quæ tamen ſecundum naturam ſit, hoc eſt veri ſimilis: qualia ſunt Argumenta comœdiarum. Unde per metaphoram Argumentum aliquando pro Materia ponimus. V. ſupra. Quintil. l. 5. c. 10. Argumentum plura ſignificat. Nam Fabulæ ad actus ſcenarum compoſitæ Argumenta dicuntur: & orationum Ciceronis velut thema ipſe exponens Pædianus, Argumentum (inquit) tale eſt. Et ipſe Cicero ad Brutum ita ſcribit, Veritus fortaſſe ne nos in Catonem noſtrum transferamus illinc mali quid, etſi argumentum ſimile non erat. Quo apparet omnem ad ſcribendum deſtinatam materiam ita appellari: nec mirum, quum id inter opifices quoque vulgatum ſit. Unde Virg. 7. Æn. 791. Argumentum ingens. Vulgoque paulo numeroſius opus, dicitur Argumentoſum. Hactenus Quintilianus. Ter. prol. And. 11.

Qui utranvis recte norit, ambas noverit:
Non ita diſſimili ſunt argumento.

Argumentum & ſententia alicujus concionis. Cic. de Aruſp. Reſp. 8. Clodius paulo ante P. C. concionem habuit, quæ eſt ad me tota delata: cujus concionis primum univerſum argumentum ſententiamque audite. quum riſeritis impudentiam hominis, tum a me de tota concione audietis.
Abſque argumento & ſententia epiſtola. Cic. 1. Att. 16. Ad ſummas atque incredibiles occupationes meas accedit, quod nullam a me epiſtolam ad te ſino abſque argumento ac ſententia venire.
Eſt etiam argumentum ſcripturæ, picturæque. Cic. 6. Verr. 144. Ex ebore diligentiſſime perfecta argumenta erant in valvis. Argumenta eodem modo dicuntur ut Signa, quibus res aliqua ſignificatur, & de re quapiam fit exiſtimatio. Suet. in Neron. de ſpectaculis ab eo editis, cap. 12. Inter pyrrhicarum argumenta, taurus Paſiphaën in ligneo juvencæ ſimulacro abditam iniit. Virg. 7. Æn. 789. Turni arma deſcribens,

At levem clypeum ſublatis cornibus Io
Auro inſignibat, jam ſetis obſita, jam bos,
Argumentum ingens, & cuſtos virginis Argus.

Ubi Servius, Argumentum, aut fabula, ut Cic. 6. Verr. 144. Argumenta erant in valvis. Aut revera argumentum, quo ſe Græcum comprobare cupiebat. Ovid. 6. Met. 69.

Illic & lentum filis immittitur aurum,
Et vetus in tela deducitur argumentum.

i. e. Antiqua Fabula.
Argumentum eſſe alicui erroris: i. e. Materia ad ſcribendum. Ovid. 4. de Pont. 15. 26.
Nummorum argumenta. Cic. pro Rabir. Poſth. 35. Alexandriam nunc cognoſcimus: illinc omnes præſtigiæ: illinc (inquam) omnes fallaciæ, omnia denique ab his nummorum argumenta nata ſunt.
Argumentum, pro Hiſtoria & geſtis alicujus dixiſſe videtur Ovid. 5. Triſt. 1. 10. [Vel potius pro Subjecta materia hiſtoriæ.

Integer & lætus, læta & juvenilia luſi;
Illa tamen nunc me compoſuiſſe piget.
Ut cecidi, perago ſubiti præconia caſus,
Sumque argumenti conditor ipſe mei.

ARGUMENTOR, [ἐπιχειρέω] āri. eſt (ut ait Aſconius) Argumentis uti ad rem probandam. Cic. 3. Verr. 150. Nonne argumentamur quo iſta pecunia pervenerit?
Argumentari & conjectura proſequi. Auth. ad Heren. lib. 4. 47. Quæſitoris eſt unumquemque in officio ſuo continere. Quare L. Caſſi, ſi in cauſa teſtem præterquam quod ſciat, aut audiverit, argumentari & conjectura proſequi patieris, jus accuſatoris cum jure teſtimonii commiſcebis.
Argumentari & Diſputare. Cic. pro Milon. 45. Sed quid ego argumentor? quid plura diſputo? te Q. Petili, appello optimum & fortiſſimum civem.
Argumentari & diſſerere. Cic. 1. de Fin. 33. Sed & argumentandum & accurate diſſerendum, & rationibus conquiſitis de voluptate & dolore diſputandum putant.
Argumentari aliquid. Cic. pro Cluent. 64. Ego illa non argumentabor, quæ ſunt gravia vehementer.
Argumentari de aliqua re. Cic. 4. Verr. 119. De quo crimine quid ego diſputem, quum totum poſitum ſit in teſtibus? quid porro argumenter, qua de re dubitare nemo poſſit?
Argumentari de voluntate alicujus. Cic. 2. de Invent. 128. Si aliud ſenſiſſe ſcriptor, aliud ſcripſiſſe dicetur, is qui ſcripto utetur, hoc dicet, non oportere de ejus voluntate nos argumentari, qui ne id facere poſſemus, judicium nobis reliquerit ſuæ voluntatis. Al. Indicium rectius.
Sed quid argumentor? elegans correptio. Cic. 13. Att. 26. Ita male autem audio ipſum eſſe tractatum, ut mihi ille emptor non eſſe videatur. Quid enim pateretur? Sed quid argumentor? V. Argumentari & Diſp.
ARGUMENTATUS. Partic. Vetus author apud Priſc. Omnia argumentata nomina.
ARGUMENTATIO, ōnis. f. [ἐπιχείρησις] Ipſa argumenti diſpoſitio & explicatio. Cic. 2. de Orat. Altera eſt quæ tota in diſputatione & argumentatione oratoris collocata eſt. Ita enim Argumentationis nomine tota diſputatio ipſa comprehenditur, conſtans & argumento & argumenti conformatione.
Perſpicuitas argumentatione elevatur. Cic. 3. de Nat. Deor. 9.
Argumentatione firmare. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Argumentatio firmiſſima. Quintil. lib. 3. cap. 11.
Subtilis & crebra. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Suſpecta. Quintil. lib. 5. cap. 14.
ARGUMENTATOR, ōris. m. Tertull.
ARGUMENTATRIX, īcis. f. Tertull.
ARGUMENTALIS, e. Narratio argumentalis, quæ aliquid probat, apud Aſconium.
ARGUMENTALITER, Adv. Aggen. Urb. Gœſ. Quædam argumentaliter metiri.
ARGUMENTOSUS, Adj. [ἐλεγχώδης] Quintil. lib. 5. cap. 10. Vulgo paulo numeroſius opus, dicitur Argumentoſum. i. e. Quod multam materiam continet. Budæus exponit, *Une choſe de grand devis, longue à eſcrire.* Hinc & veteres Scholaſtici vocantur Argumentoſi.
ARGUS, [Ἄργος] Filius Ariſtoris, de quo ait Ovid. 1. Met. 625.

Centum luminibus cinctum caput Argus habebat,
Inque ſuis vicibus capiebant bina quietem:
Cætera ſervabant, atque in ſtatione manebant.

Huic Juno cuſtodiendam dedit Io Inachi filiam mutatam in vaccam: ſed Mercurius a Jove miſſus dulcedine cantus illum ſopitum occidit. Oculos tamen Argi Juno indidit caudæ Pavonis, quæ dicitur avis Junonia. Virg. 7. Æn. 791.

— & cuſtos virginis Argus.

Cic. 3. de Nat. Deor. 16. Mercurius argentum inveniſſe, & Argum dicitur interemiſſe.
Argus Ariſtorides: i. e. Ariſtoris filius. Ovid. 1. Met. 624.
Argus ſtellatus. Ovid. 1. Met. 664.

Talia dicenti ſtellatus ſummovet Argus.

Stellatum vocat ab oculorum multitudine, inſtar ſtellarum circa caput totum micantium. Stat. 6. Theb. 277.

Spectat in occiduis ſtellatum viſibus Argum.

Argus, oculeus. Argus nomen eſt hominis, qui fuiſſe fingitur oculis plenus. Feſt. [Ubi Oculeum pro Oculato, ſeu perſpicaci poſuiſſe videtur. Argus enim, haud ſecus ac Lynceus in proverbium abiit. Hinc licebit fortaſſis deſperato adhuc Petronii loco Medicinam arceſſere. C. 62. Erat miles fortis, tanquam Argus aboculaneus. Ubi editur, t. Orcus apoculanius. Sententia eſt Fortem militem fuiſſe illum hoſpitem, uti cœcus, Argus eſt. Nam Apoculaneus nihil differre ſermone plebejo videtur ab Aboculus, qui eſt Cæcus. V. quæ in APOCALO diximus.
Argus item alius erat, qui Argo navem exſtruxit.
ARGUTE, ARGUTIÆ, ARGUTOR, ARGUTUS. V. ARGUO.
ARGYNA, [Ἄργυνα] Oppidum eſt Locrorum, qui cognominantur Ozolæ. Plin. lib. 4. cap. 3.
ARGYNNIS, [Ἀργυννὶς] Venus cognominata eſt, ab Argynno pueri nomine, qui (ut Athenæus lib. 13. inquit) ab Agamemnone rege amatus, quum frequentius nataret in flumine Cephiſſo, periit: quo in loco eum ſepelivit Agamemnon, ibidemque Veneris Argynnidos templum conſtruxit. Hinc illud Propertii ſanius intelligitur, lib. 3. 7. 22.

Sunt Agamemnonias teſtantia littora curas,
Qua notat Argynni pœna natantis aquas.

Alii aliter narrant, ſed falſo: & in poſteriori carmine Minantis legunt, loco Natantis. V. Brœkh.
ARGȲRA, [Ἄργυρα] Civitas Siciliæ, unde ſe Diodorus Siculus oriundum facit, a qua Argyrini.
Eſt & Argyra Taprobanæ inſulæ metropolis, cujus incolæ dicuntur Argyritæ, Stephano.
ARGȲRA, [Ἀργύρα] Nymphæ nomen fuit, cujus amore quum Selemnus torqueretur, obiit ejus nimio deſiderio, & a Venere in cognominem fluvium mutatus eſt: cujus aquam amantibus prodeſſe ad amoris remedia, fuit opinio. In ipſo enim amantes flumine abluti, deſiderii oblivionem concipere putabantur. At vero Argyram ipſam & fonti & urbi nomen dediſſe Pauſanias tradit.
ARGYRANCHE, V. ARGENTANGINA.
ARGYRASPIDES, [Ἀργυράσπιδες] dicuntur Qui argentea ſcuta ferunt. Liv. 37. 40. Sic Chryſaſpides, ab Aureis clypeis nominati. Lamprid. in Alex. c. 50. & Plutarch. in Eumene. V. AGLASPIS. Freinh. ad Flor. 1. 16. 7.
ARGYRIPA, [Ἀργύριππα] Apuliæ oppidum, a Diomede conditum, quod primum Argos Hippium, poſt Argyripa, noviſſime Arpi, Ἄρποι dictum eſt. Virg. 11. Æn. 242. ſeq. & ibi Serv. Plin. l. 3. c. 11. Strabo l. 6. Geographi reliq. & Hiſtorici paſſim.
ARGYRĪTIS, is. f. [ἀργυρῖτις] Spuma argenti. Plin. l. 33. c. 6. Fit & iiſdem metallis & quæ vocatur ſpuma argenti. Genera ejus tria: optima, quam chryſitin vocant: ſecunda, quam argyritin: tertia, quam molybditin.
ARGYRODAMAS, [ἀργυροδάμας] Lapillus argenti nitorem habens; ut, Adamas, de quo Plin. l. 37. c. 10. addubitat, ſitne idem cum eo quem Androdamanta vocant, quoniam impetus hominum & iracundias domat.
ARGYROGNOMŎNES, [ἀργυρογνώμονες] Minutuli illi nummularii, Campſores vulgo dicti, quaſi Pecuniæ ſpectatores. Budæus. V. ARGENTARIUS.
ARGYROLOGUS, [ἀργυρολόγος] a Græcis vocatur quem Latini Quæſtorem

ſtorem appellant, cujus officium eſt ut argentum, hoc eſt pecuniam, colligat, & in ærarium ſive fiſcum redigat.

ARGYROPRATÆ, [οἱ ἀργυροπρᾶται] dicuntur Argentarii illi qui auctionibus interveniebant. Sic dicti ab exigendis venditarum rerum pretiis. Hujus rei exemplum invenies in l. filiæ. D. de ſolution. Et pecunias ibi a licitantibus ſtipulantes, auctionantibus repræſentabant. Cic. pro Cæcin. 16. Æbutio negotium datur: adeſt ad tabulam. Licetur Æbutius; deterrentur emptores multi, partim gratia Cæcinæ, partim etiam pretio: fundus addicitur Æbutio: pecuniam argentario promittit Æbutius. Ex Budæo. V. ARGENTARIUS.

ARGYROTOXOS, [Ἀργυρότοξος] Apollinis epitheton; quaſi Argenteum arcum gerens.

A R I

ARIA, [Ἀρία] Regio quam Turqueſtan regnum Haytonus & Marcus Venetus appellant: regia horum Ocerra. Terminatur, inquit Ptolem. l. 6. c. 17. a Septentrionibus Margiana & parte Bactrianæ, juxta expoſita ipſarum meridionalia latera. Ab occaſu Parthia & Carmania deſerta, a meridie Drangiane: ab oriente, Paropamiſidis, juxta meridionalem lineam, jungentem fines expoſitos per occidentales partes Paropamiſi. Non ſatis convenit cademne, an diſtinctæ regiones ſint ARIA & ARIANA. Vid. Cellar. Geogr. Ant. 3. 22. 2. Plinius Arios & Arianos tanquam conterminos diſtinguit l. 6. c. 25.
Item, Inſula eſt in Ponto, Marti ſacra, in qua volucres cum advenis pugnaſſe pinnarum ictu Græci dixerunt. Author Plin. l. 6. c. 12.

ARIA, [ἀρία] Arbor eſt apud Theophraſtum, hyemis initio fructificans materie tam dura ut neceſſe ſit, priusquam terebretur, aqua eam macerare.

ARIABIGNES, [Ἀριαβίγνης] Filius fuit Darii ex filia Gobryæ, qui una cum Prexaſpe & Megabazo præpoſitus fuit claſſi Xerxis. Herodot. l. 7.

ARIADNE, es; vel ARIADNA, æ. [Ἀριάδνη] Filia Minois regis Cretæ, forma eleganti, quæ Theſeum ingreſſurum Labyrinthum adjuvit, & redeuntem in patriam ſequuta eſt. V. Catullus in Epithal. Thetid. & Pel. Eam deinde Bacchus uxorem duxit, ejusque coronam ſtellis ornatam in aſtra retulit: unde eſt cœleſte ſidus, quod Corona Gnoſia dicitur. Propert. lib. 3. 16. 7.

Te quoque enim non eſſe rudem teſtatur in aſtris
Lyncibus in cœlum vecta Ariadna tuis. Bacchum alloquitur.

V. Hygin. in Aſtronom. Poet. lib. 2.

ARIADNÆUS, Adj. [Ἀριαδναῖος] ut, Ariadnæum ſidus. Ovid. 5. Faſt. 345.

Bacchus amat flores, Baccho placuiſſe coronam,
Ex Ariadnæo ſidere noſſe potes. V. Hygin. in Aſtron. Poët. l. 2.

ARIANIS, [ἀριανίς] Herba ignei coloris, cujus tactu magi tradunt ligna oleo peruncta accendi. Naſcitur apud Arianos, quæ eſt Scythica gens, Gedroſiis finitima, a quibus & nomen accepit. Plin. l. 24. c. 17.

ARIARATHES, Cappadociæ rex, ſub quo Cappadoces primum petierunt pop. Rom. ſocietatem: cujus deficiente ſtirpe, lectus rex Ariobarzanes, & a Mithridate ſæpe pulſus, Romanorum armis reſtitutus eſt. Author. Volater. V. & Liv. 38. 39.

ARICANDUS, [Ἀρίκανδος] Fluvius Milyadis (quæ eſt minoris Aſiæ regiuncula, in confinio Pamphyliæ, Cariæ, & Lycaoniæ ſita) qui in Limyram amnem influit. A fluvii hujus nomine vicinum oppidum Aricanda appellatur. Utriusque meminit Plin. l. 5. c. 27. Al. per y. Aryc.

ARICIA, [Ἀρικία] Puella fuit Attica, Hippolyti uxor, poſtquam ille a Diana in Italiam fuiſſet translatus, ut teſtatur Virg. 7. Æn. 762.

ARICIA, [Ἀρικία] Oppidum ab Hippolyto conſtructum a nomine Ariciæ uxoris, quod ad decimum lapidem abeſt ab urbe Roma, ut teſtatur Lucan. lib. 6. 74.

Parva Mycenææ quantum ſacrata Dianæ
Diſtat ab excelſa, nemoralis Aricia, Roma. conf. Hor. 1. Serm. 5. 1.

Hujus meminit Ptolem. l. 3. c. 1. Hodie *Ricia* caſtellum dicitur. In hac Oreſtes oraculo monitus, ſimulacrum Scythicæ Dianæ, quod de Taurica regione tranſtulerat, priusquam Argos peteret, conſecravit. Erat ad hujus templum nemus quod vocabatur Aricinum. Ovid. 3. Faſt. 91.
Nemoralis Aricia. Ovid. 6. Faſt. 59.

ARICĪNUS, [Ἀρικινὸς] ut, Aricinum arvum. Hor. 2. Epiſt. 2. 167. Vallis Aricina. Ovid. 15. Met. 488.

ARICOMISCI, [Ἀρικομίσκοι] Volſcæ, Populi ſunt Galliæ, de quibus Strabo lib. 4. Apud Pomponium tamen & reliquos, Arecomici legitur, & rectius. V. ARECOMICI.

ARIDA, [ἔχιον] Herba eſt, quæ & Echium, & Alcibiadion dicitur. Dioſcor. lib. 4.

ARIDÆUS, Datamis filius, qui contra Piſidas in prælio cecidit. C. Nepos, 14. 6. Item, Alexandri frater ex ignobili matre. Rex fuit perquam ignavus & imperitus. V. Curt. 10. 11.

ARIDICES, Philoſophi nomen. Macrob. 7. Saturn. cap. 3. Quum regis libertus ad novas divitias nuper erectus, [forte Evectus] philoſophos ad convivium congregaſſet, & irridendo eorum minutulas quæſtiones, ſcire ſe velle dixiſſet, cur ex nigra & alba faba pulmentum unius coloris edatur: Aridices philoſophus indigne ferens, Tu nobis (inquit) abſolve, cur de albis & nigris loris ſimiles maculæ gignantur.

ARIDITAS, ARIDUS. V. AREO.

ARIENA, æ. Pomi nomen, ex arbore pala, quo ſapientes Indorum vivunt. Plura apud Plin. lib. 12. cap. 6.

ARIES, ĕtis. m. [κριὸς, κίλλος] In eo differt a Vervece, quod huic exſecti ſunt teſticuli; nam qui ad generandam ſobolem integer tenetur, dicitur aries. Virg. 3. Ecl. 95.

— ipſe aries etiam nunc vellera ſiccat.

Mutilus. V. MUTILUS, & Varro 4. de L. L. 19.
Aries, Bellica machina: de qua ſic Veget. l. 4. c. 14. Materia ac tabulatis teſtudo contexitur: quæ ne exuratur incendio, corio vel ciliciis centonibusque veſtitur. Hæc intrinſecus accipit trabem, quæ adunco præfigitur ferro quod falx vocatur, ab eo quod incurvata eſt, ut de muro lapides extrahat. Aut certe ipſius caput ferro veſtitur, & aries appellatur: vel quod habet duriſſimam frontem qua ſubruat muros: vel quod more arietum retro cedit, ut cum impetu vehementius feriat. Hactenus Vegetius. Cæſ. 7. Bell. Gall. 23. Quod ab incendio lapis, & ab ariete materia defendit. Apud Poëtas litera i metri cauſa interdum fit conſonans. Sic Virg. 2. Æn. 492. — labat ariete crebro Janua. i. e. Crebris ictibus arietis. Hæc machina prius dicebatur Equus. Plin. lib. 7. c. 56. Equum, qui nunc aries appellatur, in muralibus machinis, Epeum ad Trojam ferunt inveniſſe.
Aries præceps. Claud. 4. Conſ. Hon. 329.
Ariete muros pulſare. Virg. 12. Æn. 706.
Aries murum percutit. Cic. 1. Off. 35.
De mole ejus. V. Barth. ad Briton. Aremor. p. 125. Qui plura vult, adeat Pitiſc. Lex.
Aries, unum e XII. ſignis Zodiaci circuli. Plin. l. 18. c. 25. Omnesque hæ differentiæ fiunt in octavis partibus ſignorum. Bruma Capricorni, ab VIII. Cal. Januarii fere, æquinoctium vernum Arietis: ſolſtitium, Cancri. Cic. in Arat. v. 10.
Aries, Piſcis. Plin. lib. 9. cap. 44. Graſſatur aries ut latro: & nunc grandium navium in ſalo ſtantium occultatus umbra, ſiquem nandi voluptas invitet, expectat: nunc elato extra aquam capite, piſcantium cymbas ſpeculatur, occultusque adnatans mergit.
Trux aries. Claud. in Epithal. Honor. & Mar. 163.

ARIETARIUS, Adj. Quod ad arietem pertinet.
Arietaria machina. Vitruv. lib. 10. cap. 19. Conſtituebatur autem in ea arietaria machina, quæ Græce κριοδόκη dicitur: in qua collocabatur taurus perfectus in torno, in quo inſuper conſtitutus aries.

ARIETĪNUS, Adj. Quod eſt ex ariete. Plin. Arietinum jecur ad id utile eſt.
Teſticuli arietini. Auth. ad Heren. lib. 3.
Arietinum cicer, Quod arietino capiti ſimile eſt: unde ita appellatur. Columel. lib. 2. cap. 10.
Arietinum oraculum, quodnam ſit, haud ſatis explicuit Gellius l. 3. c. 3. Noct. Att. adductis his Plautinis verſibus, ex Freto, deperdita ejus fabula:

Quod arietinum reſponſum magnis ludis dicitur,
Peribo, ſi non fecero: ſi faxo, vapulabo.

ARIĔTO, [κυρύπτω, κερατίζω] āre. Aries dicitur arietare, quum capite & cornibus aliquem impetit. Accius in Bruto, apud Cic. 1. de Divin. 44.

Viſus eſt in ſomnis paſtor ad me appellere,
Duos conſanguineos arietes inde eligi,
Pecus lanigerum eximia pulchritudine,
Præclarioremque alterum involare me.
Deinde ejus germanum cornibus connitier
In me arietare, eoque ictu me ad caſum dari.

Arietare, per tranſlationem, In morem arietis percutere, & dejicere. Curt. l. 9. 7. 2. Macedo gladium cœperat ſtringere: quem occupatum complexu, pedibus repente ſubductis, Dioxippus arietavit in terram. i. e. Præcipitavit.
Arietat in primos, obicitque immania membra. Sil. lib. 4. 139.
Arietare ædes, pro Vehementer pulſare, quaſi in modum arietis bellici. Plaut. Trucul. 2. 2. 1.
Arietare in portam. Virg. 11. Æn. 890.

— immiſſis pars cæca & concita frenis,
Arietat in portas, & duros obice poſtes.

Ubi Servius, Quæ in clauſas portas more arietis ruebat: i. e. Bellici machinamenti.
Arietare, neutrum, pro Concuti, Labaſcere. Seneca de Vita Beat. Nihil pravi, nihil ſubiti ſupereſt, nihil in quo arietet aut labet.
Arietare inter ſe dicuntur, Quæ concutiuntur mutuo ictu. Sen. l. 2. de Ira 3. Magno imperatori antequam acies inter ſe arietarent, cor exiluit. Sic Dentes inter ſe arietatos dicit, lib. 3. de Ira. Plin. l. 2. c. 82.

ARIETATIO, ōnis. f. Concuſſio. Sen. 5. Quæſt. Nat. 13.

ARII, [Ἄρειοι] ſunt Aſiæ Scythicæ populi, Herodoto l. 4. V. ARIA.

ARILATOR, Qui etiam Cocio appellatur, dictus videtur a voce Græca quæ eſt αἶρε, i. e. Tolle: quia ſequitur merces, ex quibus quid cadens lucelli poſſit tollere. Hæc Feſtus. q. V. & in Cocio.

ARIMANIUS, [Ἀριμάνιος] Plutonis cognomen apud Perſas. Calep.

ARIMASPI, [Ἀριμασποί] Populi ſunt in Scythia Aſiæ, verſus Septentrionem, unicum tantummodo oculum in fronte habentes, quos Dionyſius Arimaneas, vel Arimannos vocat. Æſchylus vero μονῶπα στρατόν: i. e. Unoculum exercitum: quod ſagittarii quum ſint optimi, alterum inflectunt oculum, ut a parvis aſſueti, altero melius cernant. Unde etiam nomen adepti ſunt Herodoto. Nam *Ari* Scythice, Unum ſignificat; & *maſpos* Oculum. Item dicit idem Herodotus ſupra Arimaſpos gryphes eſſe aurum ſervantes. hos prope, Riphæi ſunt montes. V. Plin. l. 7. c. 2.

ARIMĬNUM, [Ἀρίμινον] Urbs vetus in Flaminia juxta Rubiconem. Livius coloniam dicit in Picenum cum Benevento deductam. Rurſus l. 14. Sempronio Prætori Ariminum provincia obvenit. Hæc primum a Cæſare occupata, initium civili bello dedit. Hodie *Rimino*. Strabo l. 5. Ariminum, colonia Umbrorum, ſicut & Ravenna. Verum utraque Romanos accepit inquilinos. Habet autem Ariminum portum, & ejusdem nominis amnem. E Placentia Ariminum ſtadia ſunt mille CCC. Hactenus Strabo.

ARIMINENSIS, Adj. [Ἀριμινηνὸς] Incola Arimini. Hor. Epod. 5. 42.

ARIMPHÆI, [Ἀριμφαῖοι] ſunt Populi Aſiæ Septentrionalis, Prope Riphæos montes. Habent pro domibus nemora, pro alimentis baccas, & tam fœminæ quam mares comam tondent. De his Ammianus ſic habet: Ubi montes Riphæi deficiunt, Arimphæi inhabitant, juſti homines, & morum placiditate cogniti.

ARIMUS, [Ἄριμος] Rex Myſiæ, ſeu Mæoniæ. Author Strabo, Xanthum citans antiquum rerum ſcriptorem.

ARINCA, æ. [ὄλυρα] Genus frumenti. Ruell. l. 2. c. 21. Olyra Græcis, Latinis (Plinio authore) Siligo, Gallis olim Arinca vocabatur. Frumenti genus eſt, ſpica ſemper erecta, neque rubigini obnoxia, grano candido, levi, ac multipliciter tunicato. Plura apud eundem. V. OLYRA.

ARIOBARZANES, [Ἀριοβαρζάνης] Rex fuit Cappadociæ, qui Pompeio in Pharſalico bello favit. Is a Senatu populoque Romano Rex & amicus appellatus a Cicerone cum toto regno ſervatus eſt, ut ipſe Cicero ſcribit 5. Att. 20. Fam. 2. 17. & 15. 2, 4. Ejusdem nominis duo fuerunt Reges, Pater & Filius.
Alius fuit Ariobarzanes, Lydiæ, Ioniæ, & Phrygiæ Præfectus. C. Nepos, 14. 2. 4. Item alius, militiæ Præfectus in Darii exercitu. Curt. 4. 12.

ARIOLATIO, & ARIOLUS, V. HARIOLATIO, & HARIOLUS.

ARĪON, ŏnis. [Ἀρίων] Methymnæus citharœdus, & poëta Lyricus: emicuit Olympiade XXXVIII. Scripſit cantica circiter verſuum duo millia. Dicitur & Tragici carminis primus inventor fuiſſe, & chorum inſtituiſſe, ac Dithyrambicum carmen ceciniſſe. Author Suidas. Hujus Arionis hiſtoriam referunt Ovid. 2. Faſt. 83. & Gell. l. 16. c. 19. V. Plin. l. 9. c. 8. Servius, Arion Lesbius a Lesbo, citharœdus optimus fuit: qui quum Tarento Corinthum cum multis opibus peteret, & videret ſibi in mari tendi a nautis inſidias: petiit ut cithara paululum caneret: ad cujus ſonum quum Delphini conveniſſent, excuſſit ſe ſupra unum: & ita imminens vitavit periculum. Hactenus Servius in Virg. 8. Ecl. 56.

Orpheus in ſylvis, inter Delphinas Arion.

Hanc

Hanc veram esse historiam non fabulam asserit J. Scalig. Animadv. in Euseb. p. 79. adde Ælian. Hist. Anim. 2. 6. & 12. 45. Clem. Alexandr. Protrept.
Ariona, accus. Ovid. 2. Fast. 83.

Quod mare non novit, quæ nescit Ariona tellus?

Arion vocalis. Ovid. 2. Fast. 91.
Item Pythagoreus quidam Locrensis, a quo didicit Plato. Valer. Maxim. 8. 7. 3. extr. Memoratur etiam a Cic. 5. de Fin. 29. Sed in utroque loco legendum esse Actiona vult Davisius. V. Notas ejus in Cic. l. c.
Fuit & Arion, Equi nomen, de quo Claud. 4. Conf. Honor. 553.

Si dominus tegeretur, equis, tua posceret ultro
Verbera Nereidum stabulis nutritus Arion.

Adrasteus, sive Equus Adrasti. Stat. 4. Theb. 43.
Arion flavus. Stat. 6. Theb. 501.
Præsagus. Stat. 6. Theb. 424.

ARIONIUS, Adj. [Ἀρίονι@-] ut, Arionia lyra. Propert. lib. 2. 26. 18.
Arionium nomen. i. e. Fama Arionis. Ovid. 2. Fast. 93.

ARIOVISTUS, Rex Germanorum, bello a Cæsare in Sequanis victus. Cæs. 1. Bell. Gall. 31. Tacit. 4. Hist. 73.

ARIS, [ἆρις] Herba. Plin. lib. 24. cap. 16. Est & Aris, quæ in eadem Ægypto nascitur, similis Aro, minor tantum minoribusque foliis, & utique radice, quæ tamen olivæ grandis magnitudinem implet. Alba, geminum caulem, altera unum tantum emittens.

ARISARON, [ἀρίσαρον] Herba est exigua, radicem habens olivæ magnitudine, majore acrimonia quam Aron. A Plin. lib. 24. cap. 16. Aris appellatur. Galen. lib. 6. de Simpl. Medic. Facult. Diosc. 2. 158.

ARISBA, [Ἀρίσβη] Troados civitas. Virg. 9. Æn. 264.

Pocula, devicta genitor quæ cepit Arisba. Ubi Servius, Arisba (inquit) secundum Homerum misit auxilium Trojanis, & ab Achille subversa est. V. Strabo lib. 13.

Arisba, In Lesbo civitas fuit, cujus agrum Methymnæi habent. Strabo ibid.

ARISBUS Fluvius quidam in Thracia, prope quem Cebrenii Thraces habitant. Strabo d. l.

ARISTA, æ. f. [ἀθέρη, ἀθήρ] Varro 1. de R. R. cap. 48. Granum dictum, quod est intimum solidum. Gluma, qui est folliculus ejus. Arista, quæ ut acus tenuis, longa eminet e gluma: proinde ut grani theca sit gluma, & apex arista. Et paulo post, Arista dicta, quod arescit prima. Cic. de Senect. 51. E quibus quum emerserit, fundit frugem spicæ ordine structam, & contra avium minorum morsus munitur vallo aristarum.
Graciles aristæ Zephyro vibrantur. Ovid. 14. Epist. 39.
Gravidis aristis canet ager. Ovid. 1. Met. 110.
Jejuna. Claud. 1. in Eutrop. 116.
Maturis albescit messis aristis. Ovid. 5. Fast. 351.
Molli arista campus flavescit. Virg. 4. Ecl. 28.
Teneras aristas lædere. Virg. 7. Æn. 809.
Virides Aristæ: i. e. Seges maturescens. Juven. 14. Sat. 147.
Ignis populatur aristas. Claud. 2. in Ruff. 44.
Arista, pro Spica. Virg. 1. Georg. 111.

— ne gravidis procumbat culmus aristis. Ubi Servius, Gravidas aristas periphrasticos pro Spicis posuit.

Arista, pro Frumento. Virg. 1. Georg. 8.

Chaoniam pingui glandem mutavit arista. Servius. Idem 4. Ecl. 28.
Molli paulatim flavescet campus arista. Ubi Serv. Arista, Seges inculta, quæ a nullo colitur. Supple, Proveniet.

Post aliquot, aristas. Virg. 1. Ecl. 70.

Post aliquot mea regna videns, mirabor, aristas. Ubi Servius, Gradatim dictum ex tropo metalepsi: ut per aristas, messes: per messes, æstates: per æstates, annos numeret. [Inane commentum esse quicquid de Metalepsi tradunt Rhetores, tum hunc inprimis Virgilii locum inscite eo trahi alibi docui. Quippe summo poëtæ inepta ἀκυρολογία affingitur, si per Aristas Annos intelligi velis. Quam enim hinc elicies sententiam: En unquam, longo post tempore, patrios fines, & pauperis tugurii cespite congestum culmen, post aliquot annos, mea regna videns, mirabor? Qui quadrant, En unquam, longo post tempore, & Post aliquot annos? Quæ quum ferri non queant, reliquum est, ut veram poëtæ sententiam eruamus, quæ hæc est. En unquam, longo post tempore, fines patrios, & tugurium meum, cespite congesto in culmine deformatum, cultumque illud novale, mea quondam regna videns, seu revisens, mirabor nihil esse præter aliquot aristas, i. e. pro agro culto olim, sterile & incultum solum. Miseratur enim vicem tugurii & agelli sui Melibœus, si barbaro militi, ejecto priori possessore, tradantur.

Aristas numerare, est Operam inanem sumere, & rem aggredi quam perficere non possis. Ovid. 4. Trist. 1. 57.

Vere prius flores, æstu numerabis aristas. Æstu, pro Æstate & tempore messis.

Aristæ pondus, pro Re levissima. Ovid. 5. Epist. 111.

Et minus est in te quam in summa pondus arista,
Quæ levis assiduis solibus usta riget.

Aristæ nardi. i. e. Spicæ nardi. Ovid. 15. Met. 398.

Quo simul ac casias, & nardi lenis aristas,
Quassaque cum fulva substravit cinnama myrrha,
Se super imposuit. De Phœnice ave loquitur.

Aristas odoratas, Nardi spicas intelligit Stat. 5. Sylv. 3. 43.

— odoratas nec Arabs decerpsit aristas. Plin. l. 12. c. 11. de Nardo, Frutex est gravi ac crassa radice, sed brevi ac nigra fragilique, quamvis pingui, situm redolente ut cyperi, aspero sapore, folio parvo densoque. Cacumina in aristas se spargunt, ideo gemina dote nardi spicas ac folia celebrant.

Aristas Persius pro Pilis mire posuit, quod quoties inhorrescimus, erigantur instar aristarum. Sic enim ait 3. Sat. 115.

Alges quum excussit membris tremor albus aristas. [Nisi potius Aristas pro Surculis posuit, ad magnitudinem pavoris exprimendam ὑπερβολικῶς, ut assolet hic satyricus. Quam hic Aristam appellat, Germani vocant *Ein Spreisse*, vel *spreusse*, Celsus Surculum l. 5. c. 26. §. 35. seq. V. mox Plinii locum, V. ARISTIDA. Ingens autem ex pavore tremor sit necesse est, qui talem effectum præstet. Excutere pilos, pro Erigere, an Latine dici possit, ii viderint qui de pilis explicant.

Aristæ etiam dicuntur in piscibus. Auson. in Mosella,

Squameus herbosas Capito interlucet arenas
Viscere præ tenero fartim congestus aristis.

ARISTIFER, Adj. Prudent.

ARISTÆUS, [Ἀρισταῖ@-] fuit Apollinis ex Cyrene filia Penei regis Arcadiæ filius, hic deinde in Arcadia regnavit, & primus apum & mellis usum lactisque coagulum demonstravit, usumque olei, & alia quamplurima adinvenisse refert Justin. lib. 13. Hic quum Euridicen nympham uxorem Orphei vitiare voluisset, & illa fugiens a serpente fuisset occisa, Nympharum iracundia cunctis animalibus perditis funditus, & cunctis apibus matris auxilium petiit. Hæc Servius in Virg. 4. Georg. 317.

Pastor Aristæus fugiens Peneïa tempe,
Amissis (ut fama) apibus, morboque, fameque, &c. V. Musarum volucres, in MUSA. De Aristæo V. diligenter quæ scribit Diodor. Sicul. lib. 5. cap. 14.

ARISTAGORAS, scripsit Ægyptiaca. Plin. lib. 36. cap. 12.

ARISTALTHÆA, V. in ALTHEA.

ARISTARCHA, [Ἀριστάρχη] Ephesina quædam matrona, quæ Dianæ jussu, una cum Phocensibus navigationem subiit, atque in Massilia, templi Dianæ constructi sacerdos est designata. Strab. lib. 4.

ARISTARCHUS, [Ἀρίσταρχ@-] Grammaticus Alexandrinus lege, oriundus a Samothracia, patre item Aristarcho: floruit Olympiade CLVI, sub Ptolemæo Philometore, cujus etiam filium erudiit. Scripsit commentarios supra mille. Fuit discipulus Aristophanis grammatici. Decessit in Cypro, seipsum cibi abstinentia necans quum laboraret morbo hydropiseos, ætatis anno LXXII. filios reliquit Aristarchum, & Aristagoram, ambos stultos. Author Suidas. Ælianus tradit hunc tam castigato fuisse judicio, ut Homeri versus non putaretur, quem ipse non probaret. Hinc per Antonomasiam Aristarchus fit nomen commune, pro Critico & severo censore usurpatum. Hor. in Arte Poët. 449.

Arguet ambigue dictum, mutanda notabit,
Fiet Aristarchus. De hoc & Cic. 1. Att. 14. Ego varia meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere.

Aristarchus Tegeates poëta Tragicus. Æsculapio, a quo ex morbo fuit liberatus, pro recepta sanitate fabulam vovit. Emicuit tempore Euripidis. Docuit tragœdias LXX, vicit duabus.
Fuit & alius Aristarchus Ephesi tyrannus. Author Suidas.

ARISTARĔTE, [Ἀρισταρέτη] Nearchi filia, & pictrix sui temporis inter nobiles. V. Plin. lib. 35. cap. 11.

ARISTEAS, [Ἀριστέας] patria Proconnesius, Poëta nobilis fuit, qui Crœsi & Cyri temporibus claruit. Scripsit Theogoniam, & tres libros eorum carminum quæ Arimaspea dicuntur. Suidas. Meminit & Gell. l. 9. c. 4. Scribitur etiam Aristæas.

ARISTEREON, [ἀριστερεὼν] Verbenaca herba. Sic citat ex Pausania Eustathius Odyss. ζ, Ἀριστερεὼν, φυτὸν ἐπιτήδειον εἰς καθαρμούς. atque ita scribitur apud Plutarch. lib. 1. Symposiacῶn. Dicitur & περιστερεών.

ARISTIDA, alias Holcus, Herba est quæ aristas habet in cacumine tenues, culmo, quale hordeum restibile. Hæc circa caput alligata, vel circa lacertum educit e corpore aristas. Quidam ob id aristidam vocant. Plin. lib. 27. cap. 10.

ARISTĪDES, [Ἀριστείδης] Cognomento δίκαι@-, i. e. Justus, Athenis cum Themistocle in administranda Republ. dissensit, quum essent diversis moribus. Catoni alter, Cæsari Themistocles comparandus. Nepos vitam ejus Latine, Plutarchus Græce descripsit.
Aristidem alium Eudæmonis filium, inter sophistas Philostratus ponit e civitate Adrianorum Mysiæ, qui Smyrnæ docebat: & advenienti forte M. Antonino principi, unus omnium non processit obviam, eoque modo in cognitionem & amicitiam venit imperatoris. Hic Polemonis discipulorum facile princeps, inter decem Rhetores Atticos juniores a Suida memoratur. Ejus jam extant Orationes LVI. Græce editæ Florentiæ, & Gr. Lat. Parisiis.
Aristides item Thebanus pictor fuit Apellis tempore. Is omnium primus animum pinxit, & sensus expressit omnes, quos Græci vocant ἤθη; item perturbationes, durior paulo in coloribus. Hujus pictura illa præcipue laudatur, Infans adrepens ad mammam matris ex vulnere morientis, ac manu prohibentis: sentire mater & timere videtur, ne emortuo lacte sanguinem infans lambat. Quam tabulam Alexander transtulit Pellam in patriam suam. Plin. lib. 35. cap. 10.
Fuit præterea Aristides Statuarius, Polycleti discipulus. Plin. l. 34. c. 8.
Aristides præterea fuit Atheniensis Philosophus Christianus eloquentissimus sub pristino habitu. Volumen nostri dogmatis rationem continens, Adriano principi tradidit. Author Hieron. de Scr. Eccl. cap. 20.

ARISTIPPUS, [Ἀρίστιππ@-] Cyrenæus, Socratis auditor, primus Socraticorum mercedem docendi exegit, ac quæstu philosophatus est. Cum Xenophonte simultatem gessit: summum bonum in voluptate corporis posuit. Quapropter a Diogene Canis regius est appellatus, quod divitum esset assecla. Jactatum inter eos scomma Horatius perpulchre versibus includit, Epist. 17. 14.

Si pranderet olus patienter, regibus uti
Nollet Aristippus: si sciret regibus uti,
Fastidiret olus, qui me notat.

Alius fuit Aristippus, quem summum divitiarum contemptorem depingit idem Hor. 2. Serm. 3. 100. — quid simile isti

Græcus Aristippus? qui servos projicere aurum
In media jussit Libya, quia tardius irent
Propter onus segnes. [Immo idem, non alius. V. Laërt. l. 2. S. 77.

Idem Philosophus Socraticus, naufragio quum ejectus ad Rhodiensium litus animadvertisset geometrica schemata descripta, exclamasse ad comites ita dicitur: Bene speremus, hominum enim vestigia video. statimque in oppidum Rhodum contendit, & recta in gymnasium devenit: ibique de philosophia disputans, muneribus est donatus, ut non tantum se ornaret, sed etiam eis qui una fuerant, vestitum & cætera quæ opus essent ad victum, præstaret. Quum autem ejus comites in patriam reverti voluissent, interrogarentque eum quidnam vellet domum renuntiari, tunc ita mandavit dicere, Ejusmodi possessiones & viatica liberis oportere parari, quæ etiam e naufragio una possent enatare. Namque ea vera præsidia sunt vitæ, quibus neque fortunæ tempestas iniqua, neque publicarum rerum mutatio, neque belli vastatio potest nocere. Verba sunt Vitruvii in præf. lib. 6.

ARISTIPPĒUS, Adj. [Ἀριστίππει@-] Cic. 2. de Fin. 19. Illud Aristippeum contemneret.

ARISTĪUM, [ἀριστεῖον] Præmium quod dari apud Græcos solebat ei, qui rem optime gesserat in prælio. V. Cæl. lib. 9. cap. 25.

ARISTO, [Ἀρίστων] Chius, Stoicus fuit Philosophus, Zenonis auditor & Ly-

& Lyſiæ, ob facundiam Siren cognomine dictus, cujus meminit Cic. 4. Acad. 130. & paſſim alias. Vitam ejus habet Laërt. lib. 7. S. 160. a quo Sex omnino Ariſtones memorantur: Plures ſubjungit Menag. V. & Fabric. Bibl. Gr. vol. 2. in Elencho Peripateticor. & Stoïcor.
Ariſton Sculptor cujus meminit Plin. lib. 34. cap. 8. & 12.
Eſt item Juᵲeconſultus quidam doctiſſimus apud Gell. lib. 11. cap. 18.

ARISTONEUS, Adj. [Ἀριστώνειος] Cic. 4. de Fin. 40. Si omnino nos negligimus, in Ariſtonea vitia & peccata incidemus, obliviſcemurque quæ virtuti ipſi principia dederimus.

ARISTOBŪLA Diana, i. e. Optime conſulens, nuncupata. Scribit Plutarch. in vita Themiſt. quod quum in eum invidia quadam Athenienſis populus invectus eſſet, ipſe ut eum ad ſaniorem animum mentemque converteret, magis incitaſſe, quum Dianæ templum dedicavit, quam Ariſtobulam appellavit, ut quæ optime civitatis Græcorumque ſaluti conſuluiſſet. In Dianæ tamen templo poſtea Themiſtocli ſtatua poſita eſt, quæ ad noſtram usque permanſit ætatem.

ARISTOBŪLUS, [Ἀριστόβουλος] Judæus ex Paneade, Agathobuli Hebræi diſcipulus, unus fuit ex illis LXXII. interpretibus, qui miſſi fuere ad Ptolemæum, tunc Judææ dominum, ut libros ſacros in Græcum ſermonem converterent. Qui multa ex præceptis Moſeos proponenti regi percontantique reſpondit. Hic commentarios etiam in legem Hebræorum èdidit. Author Euſebius. Joſeph. Antiq. Jud. 13.19. Sed V. Fabric. in Elencho Peripateticor. Bibl. Gr. vol. 2. p. 280.
Ariſtobulus alter Caſſandreus, qui ſcripſit Alexandri Magni hiſtoriam, comesque peregrinationis ejus fuit. De quo Fabric. Bibl. Gr. vol. 2. p. 210.

ARISTŎCLES, [Ἀριστοκλῆς] Philoſophus fuit Meſſanenſis, Peripateticus. Scripſit de Philoſophia libros decem, uter eſſet ſtudio & doctrina prior, Homeruſne an Plato: in quibus philoſophorum omnium catalogum contexuit, opinionesque recenſuit.
Fuit item Ariſtocles Lampſacenus philoſophus.
Item alius Megarenſis ſophiſta, ſub Trajano & Adriano. Scripſit de Rhetorica epiſtolas, & declamationes ad imperatorem. Suidas.

ARISTOCLIA, [Ἀριστόκλεια) Formoſiſſima puella, quæ rem divinam factura, nuda eſt a Stratone viſa, qui in eam exarſit, ante etiam a Calliſthene amata. Hæc vero nuptiarum die in amantum manibus diſcerpta eſt, quorum poſtea alter ſibi manus conſcivit, alter aufugit, nec unquam amplius viſus eſt. Ex Girald. in lib. de Diis Gent.

ARISTOCLIDES, [Ἀριστοκλείδης] Orchomeni tyrannus.
Fuit & pictor quidam Plin. lib. 35. cap. 11.

ARISTOCRĂTES, [Ἀριστοκράτης] Civis quidam Rhodius fuit, qui, quod plurimum dignitatis ſtrenuitatisque præ ſe ferret, civium omnium conſenſu, belli dux delectus eſt, in quo ſpem ſuorum egregie fefellit, utpote qui in rebus gerendis, tanquam adulterinus nummus in igne, degener plane apparuerit. Suidas.
Ariſtocrates alius Spartanorum Rex. Pauſan. lib. 8.
Item alius Hipparchi filius, Hiſtoricus Græcus, Athæneus lib. 3.

ARISTOCRATIA, æ. [ἀριστοκρατία] eſt Reſpublica optimatum imperio adminiſtrata, in qua vulgi nullum eſt arbitrium, cujusmodi eſt hodie Venetiis. Huic opponitur Democratia.

ARISTODĒMUS, [Ἀριστόδημος] Sculptoris eximii proprium nomen. Plin. lib. 34. cap. 8.
Fuit & alius, Niſæus, filius Menecratis Ariſtarchi diſcipuli, quem Strabo dicit ſe juvenem vidiſſe ſenem.
Alius Ariſtodemus, qui Magni Pompeii filios erudiit: mane Rhetoricam, meridie Grammaticam docebat. Author Strabo.
Eſt & actor fabularum apud Gell. lib. 11. cap. 9.

ARISTOGENES, [Ἀριστογένης] Medici Thaſii nomen, qui varios de re medica libros conſcripſit ad Antigonum Macedoniæ regem.
Ariſtogenes alter Cnidius item Medicus, ſervus Chryſippi. Famam adeptus eſt ex curatione Antigoni Gonatæ. Author utriusque Suidas.

ARISTŎGITON, & Harmodius, Liberatores tyrannidis Piſiſtrati, quibus ſtatuæ in foro ab Athenienſibus poſitæ fuerunt. Suidas.
Fuit & alter Ariſtogiton Medicus, de quo Plin. lib. 27. cap. 4.

ARISTOLĀUS, Pictor, Pauſiæ diſcipulus, e ſeveriſſimis pictoribus fuit. ejus opera nonnulla commemorat Plin. lib. 35. cap. 11.

ARISTOLOCHIA [ἀριστολοχία] Herba, cujus (inquit Ruell. l. 3. c. 4.) Græci faciunt tria genera: unum tuberibus radicum orbiculatis, quæ fœmina dicitur, multis a radice germinibus, longioribusque viticulis fruticoſa. Hæc omnibus officinis Rotunda ariſtolochia cognominatur. Alterum maſculæ, radice longa, procerioribus foliis, exilibus ramulis dodrantalibusque, flore purpureo grave virus olente. Utraque fert bacculas velut cappares, colore intus buxeo, amaro guſtu, odore viroſo. Tertium aſſignatur ariſtolochiæ longæ genus, quæ Clematitis, quaſi Sarmentaria, cognominatur, tenuiſſimos fundens ramulos frondoſosque, &c. Plin. l. 25. c. 8. Ariſtolochiæ nomen dediſſe gravidæ videntur, quoniam eſſet ἀρίστη λεχώσαις. Noſtri Malum terræ vocant, & quatuor genera ejus ſervant. Nomen Cicero Ariſtolochiam dicit ex inventore inveniſſe, in quo dentem calumniæ vitare non potuit. Sed quid vetat & ſalubrem eſſe puerperis & ab inventore Ariſtolocho nomen habuiſſe? Equidem puto id Ciceronem in aliquo, qui hodie non extat, ſcriptore legiſſe, non de ſuo commentum eſſe. Sed & Ariſtoteles a muliere inventam eſſe ſcripſerat, ut Nicandri interpres refert: cujus verba ſunt, Ταύτην δὲ φησὶν Ἀριστοτέλης γυναῖκα εὑρηκέναι. Adeo de inventoribus rerum inter authores non convenit, ut alii alia prodant. Hæc Turnebus. Hujus herbæ meminit Cic. 1. de Divin. 16. & 2. 47.

ARISTOMĂCHE, Uxor Dionyſii ſuperioris, Siciliæ tyranni, Dionis generi ejus ſoror.

ARISTOMĂCHUS, Proprium viri Solenſis, qui ſic amore apum culturæ flagravit, ut duodeſexaginta annis nihil aliud fecerit.
Fuit item Ariſtomachus, qui de Arte vini ſcripſit. Author utriusque Plin. lib. 14. cap. 19. & lib. 11. cap. 9.

ARISTOMĔNES, [Ἀριστομένης] Vir fuit Meſſenius fortiſſimus ac juſtiſſimus (ut Hieron. ſcribit) idem dux tanta calliditate fuiſſe fertur, ut ſæpe Lacedæmonios deciperet. Quorum ſæpe urbem ingreſſus eſt, & aliquando captus atque in vincula conjectus, calliditate ſua aufugit, Quod quum ſemel atque iterum & tertio feciſſet, tandem occiſus eſt a Lacedæmoniis, & execto corpore inventum eſt cor ejus piloſum eſſe. V. Plin. l. 11. c. 37. & Belli Meſſeniaci ſcriptores Juſtin. Pauſan. Diodor. Polyæn.

ARISTON, V. ARISTO.

ARISTONĪCUS, [Ἀριστόνικος] Grammaticus Alexandrinus. Scripſit librum in Theogeniam Heſiodi, & de nominibus ſive Conſtructione apud Homerum. Strabo.
Ariſtonicus item Eunuchus Ptolemæi, qui animum ſupra eunuchum gerebat. Dux fuit belli fortiſſimus: præterea liberalis in omnes. De utroque Suidas.

ARISTONĪDAS, Statuarius cujus meminit Plin. lib. 34. cap. 14.

ARISTONĪDES, Pictor, de quo Plin. lib. 35. cap. 11.

ARISTONȲMUS, Poëta comicus ſub Philadelpho: is præfuit regiæ bibliothecæ poſt Apollonium. veniens poſtremo in ſuſpicionem quod ad Eumenem transfugere cuperet, in cuſtodia per aliquot annos fuit: tandem liberatus, mortem non multo poſt obiit. Author Athenæus in Dipnoſophiſtis.

ARISTOPĀTRA, Mater Crateri, qui ſub Alexandro militavit, ut author eſt Strabo l. 15.

ARISTOPHĂNES, [Ἀριστοφάνης] Poëta comicus Rhodius, ſive Lydius genere, lege vero Athenienſis, patre Philippo, inventor tetrametri & octometri verſus, filios habuit Ararota, Philippum, Philæterum, comicos omnes. Docuit fabulas LIIII. Suidas. Hic Atticæ linguæ nobilitate adeo præpolluit, ut Dionyſio roganti Athenienſes aliquem ejus ſermonis eruditum authorem, hunc miſerint. Socratis æmulus fuit, quem exagitat & inſectatur in Nubibus. Hujus meminit Hor. 1. Serm. 4. 1. Eupolis, &c
Ariſtophanes alter Byzantinus grammaticus, Apellis ducis exercitus filius diſcipulus Callimachi, Zenodoti, Dionyſii. Author Suidas.

ARISTOPHANĒUS, Adj. [Ἀριστοφάνειος] ut, Ariſtophaneus verſus, qui anapæſticus factus eſt. Cic. in Orat. 90.

ARISTŎPHON, [Ἀριστοφῶν] Pictoris nomen apud Plin. lib. 35. cap. 11.

ARISTOPHŎRUM, [ἀριστόφορον] Vas in quo prandium defertur, ut Diſcus. Feſtus.

ARISTOR, Crotopi filius, pater Argi. Unde

ARISTORĪDES, [Ἀριστορίδης] Argus dictus eſt, ab Ariſtore patre ſuo. Ovid. 1. Met. 624.

ARISTOTĔLES, [Ἀριστοτέλης] Stagirites philoſophus, Platonis auditor, patre Nicomacho medico, matre Phæſtide, Alexandro Magno diſcipulo non minus quam doctrinæ laude clarus. Cujus id benevolentiæ ſignum vel maximum, quod Stagiram ejus patriam patre dirutam, ipſius precibus reſtituit. A magiſtro Platone mature diſceſſit, Scholamque ipſe in Peripato Lycei habuit, unde ejus Sectam ſecuti Peripatetici dicti ſunt. Exceſſit annorum LXIII, eodem quo Demoſthenes anno: hic in Apulia, ille in Eubœa. ambo profugi, perſequente Antipatro. Author Plutarchus in Sylla. V. plura apud Volaterranum. Ejus vitam deſcriptam habemus a Diogene Laërtio l. 5. & Ammonio ſive Joanne Philopono, & Annonymo Lat. quem pariter cum commentario ſuo edidit Petr. Joan. Nunneſius, tum ab alio Græco, anonymo, quem Menag. ad Laërt. edidit. V. omnino Fabric. Bibl. Gr. 3. 6.
Alius quidam Ariſtoteles, cujus fit mentio a Scholiaſte Theocriti. Vide Eraſmum in Proverbio, Scit quomodo Jupiter duxerit Junonem. Et ſunt fortaſſis illius nonnulla, quæ tribuuntur alteri Ariſtoteli H. St. Ariſtoteles poſt Jonſium 32. recenſet Menag. ad Laërt. 5. 35.
Flumen orationis aureum fundens Ariſtoteles. Cic. 4. Acad. 119.
Admirabili quadam ſcientia & copia Ariſtoteles. Cic. in Orat.
Nervoſus Ariſtoteles in dicendo. Cic. de Clar. Orat. 121.
Ariſtoteles is quem maxime ego admiror, ait Cic. 2. de Orat. 152.

ARISTOTELĬCUS, [Ἀριστοτελικὸς] Adj. ut, Ariſtotelica pigmenta. Cic. 2. Att. 1. Sed rectius al. Ariſtotelia, etſi vulgo altero modo cum ſequioris ævi ſcriptt. efferant.

ARISTOTELIUS, [Ἀριστοτέλειος] aliud Adj. ut, Ariſtotelia vis. Cic. 3. de Orat. 68. Scribitur & Ariſtoteleus, utrumque ex Græco Ἀριστοτέλειος.

ARISTOXĔNUS, [Ἀριστόξενος] Tarentinus philoſophus & Muſicus, Ariſtotelis auditor, qui morienti convicium dixit, quod Theophraſtum ei in ſcholæ ſucceſſione præponeret. Scripſit in omni genere libros, in muſica præſertim. Suidas. Hic Dicæarchi æqualis & condiſcipulus animam dixit harmoniam eſſe, ut tradit Cic. 1. Tuſc. 20.
Ariſtoxeni muſici meminit & Quintil. lib. 1. cap. 10.
Ariſtoxenus alter Cyrenæus, qui adeo delicatus fuiſſe dicitur in hortorum cura, ut veſperi lactucas mulſo irrigaret, ut luxurioſius ſuccreſcerent, & ſaporis eſſent præſtantioris. Author Suidas.

ARISTRĀTUS, [Ἀρίστρατος] Sicyoniorum tyrannus fuit, cujus meminit Plin. lib. 35. cap. 10.

ARISTYLLUS, [Ἀρίστυλλος] Poëta quidam fuit deformis, ore ſemper hiante, quem taxat Ariſtophanes in Pluto, & ejuſdem meminit in Ἐκκλησιαζούσαις. Aliis tamen magis taxatus videtur Ariſtyllus, quod ore paululum diducto loqueretur, ut vox magna ex parte prodiret per nares, ſtridula, qualis eſt porcorum: quod vitium in quorundam pronuntiatione cantuque videmus.

ARITHMOS, [ἀριθμὸς] Græcum. Latine dicitur Numerus: unde

ARITHMETICA, æ. & ARITHMETICE, es. f. [ἀριθμητικὴ] Ars numerandi. Plin. l. 35. c. 10. Pamphilus Macedo natione, ſed primus in pictura omnibus literis eruditus, præcipue arithmetice & geometrice. Cic. 14. Att. 12. Hæc conſcripſi x. Cal. accubans apud Veſtorium, hominem remotum a dialecticis, in arithmeticis ſatis exercitatum. i. e. In ſcientia numerandi. Et hoc ſignificat deditum pecuniæ magis, quam literis Veſtorium.

ARITHMETICUS, Adj. Vitruv. 10. 16. Arithmeticæ rationes. Neutro plur. Cic. 14. Att. 12. Homo in Arithmeticis exercitatus.

ARITHRILLIS, Herba. Apul. cap. 82.

ARITUDO, V. AREO.

ARĪUS, vel ARĒUS, Adj. [Ἄρειος] Quod ad Martem attinet. Sic Areum judicium pro Areopago apud Tacit. 2. Ann. 55. V. AREOPAGUS.

ARĪUS, Philoſophus Alexandrinus. Suet. Aug. cap. 89.

ARĬUS, Hæreſiarcha notiſſimus ſæculi quarti, qui (ut ſcribit Auguſt. de Hær. cap. 49.) Patrem & Filium & Sp. Sanctum negat eſſe unius & ejusdem naturæ atque ſubſtantiæ, aut (ut expreſſius dicatur) eſſentiæ, quæ οὐσία Græce appellatur, ſed eſſe Filium creaturam, Spiritum vero Sanctum creaturam creaturæ.

ARIANUS, Adj. Arii Hæreſin amplectens.

ARIUS, Fluvius Ariæ regionis, quæ Bactrianis contermina eſt, monti ſubjectæ qui Bactrianam continet, ut eſt apud Strab. lib. 11. Hujus etiam meminit Lucan. lib. 3. 281.

A R L

ARLINEUM, Ornamentum capitis muliebris, Feſto Pompeio l. 1. In quibusdam autem codicibus legitur Arſineum. [Forte ab Arſinoe Arſinoeum, ἀρσινόειον.

Arma, orum. n. [ὅπλα, ἔντεα, ἔναρα, τεύχεα] pluraliter tantum: & sunt proprie (teste Servio) Quæ armos tegunt. Varro 4. de L. L. Arma ab arcendo, quod his arcemus hostem. Festus, Arma proprie dicuntur ab armis, id est humeris dependentia: ut, scutum, gladius, pugio, sica: ut ea quibus procul præliamur, tela. Caius in l. armorum. D. de verb. & rer. signif. Armorum appellatio non utique tantum scuta, & gladios, & galeas significat: sed & fustes & lapides.
Ἄνευ τῶν ὅπλων, πλὴν τῶν ξιφῶν. Dio Col. 236. Ubi male Xyl. Sine armis, solosque gladios gestantes. H. St.
Ars armorum. Quintil. lib. 2. cap. An Rhetorica sit ars, 21.
Arma alia ad tegendum, alia ad nocendum. Cic. pro Cæcin. 60.
Fulgor armorum fugaces terret equos. Hor. 2. Carm. 1. 19.
Fulgura armorum. Stat. 5. Theb. 10.
Furiæ armorum dulces. Stat. 1. Achill. 398.
Furiis armorum flammatus. Idem. 1. 398.
Furor armorum ubique sopitus. V. Paterc. 2.
Habitus armorum. Sil. Ital. 17.
Hæres armorum. Sil. Ital. 4.
Horror armorum. Virg. 2. Æn. 301.
Rabies. Lucan. 1.
Armorum tonitru, est Armorum ingens strepitus. Stat. 3. Theb. 423.
Acerrimus armis. Virg. 9. Æn. 176.
Egregius armis. Virg. 6. Æn. 769.
Exercitus armis. h. e. Exercitatus. Tacit. 11. Ann. 16. Ipse forma decorus, & armis equisque in patrium nostrumque morem exercitus.
Expertus armis. Virg. 7. Æn. 434.
Impenetrabilis armis. Stat. 3. Theb. 15.
Inclytus armis. Virg. 6. Æn. 479.
Inscius armorum. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Insignis armis. Virg. 6. Æn. 403.
Invictus armis Annibal. V. INVICTUS.
Magnus armis: i. e. Potens. Virg. 1. Æn. 549.
Rex erat Æneas nobis, quo justior alter
Nec pietate fuit, nec bello major & armis.
Maturus ad arma. Sil. lib. 16.
Mitis armis. Stat. 1. Sylv. 1. 25.
Potens armis terra. Virg. 3. Æn. 164.
Præclarus armis. Stat. 3. Theb. 284.
Promptus ad arma. Ovid. 1. Met. 126.
Sævior ingeniis, & ad horrida promptior arma.
Rudis armorum. Stat. 4. Theb. 840.
Uti armorum viribus. Ovid. 13. Met. 656.
Arma antiqua. Lucan. lib. 5.
Campestria. Hor. de Arte Poët. 379. V. CAMPUS.
Circumfusa militum arma. Quintil. lib. 2. cap. 20.
Crepitantia. Ovid. 1. Met. 143.
Discordia. Virg. 2. Georg. 459. Stat. 11. Theb. 100.
Feralia. Lucan. lib. 2. 374.
Fortia. Ovid. 1. Met. 456.
Fraterna, Arma fratrum. Sen. Theb. 2.
Fulgentia. Virg. 11. Æn. 6.
Funesta. Ovid. 1. Fast. 521.
Furialia. Stat. 11. Theb. 90. Ovid. 6. Met. 591.
Honesta, i. e. Justum bellum. Ovid. 3. Amor. 15. 9.
Hostilia. Virg. 11. Æn. 83.
Ignota, pro Novis & insuetis, ut docet Servius. Virg. 11. Æn. 677.
Inania. Stat. 4. Theb. 70.
Infesta. Ovid. 5. Epist. 91.
Lucida. Stat. 11. Theb. 406.
Mortalia, ut Servius ait, Mortalis possibilitas. Virg. 1. Æn. 546.
Nefanda. In NEFANDUS.
Parva. In PARVUS.
Perfossa. Stat. 2. Theb. 710.
Potentia. Ovid. 3. Amor. 2.
Rigida. Stat. 6. Theb. 777.
Socia, Confœderatorum arma. Sil. lib. 15.
Terrestria: quibus opponuntur Navalia. Ovid. 14. Met. 479.
Torrentia. Sil. lib. 16.
Trunca. Stat. 10. Theb. 336.
Versiculoria. Virg. 10. Æn. 181.
Victricia. Virg. 3. Æn. 54.
Vulcania. Virg. 8. Æn. 535.
Abjicere arma. In ABJICIO.
Abstinere armis. Hor. in Arte Poët. 379.
Accingi armis. Virg. 6. Æn. 184.
Affirmare virtutem armis. Tacit. 4. Hist. 73. Neque ego unquam facundiam exercui, & Pop. Rom. virtutem armis affirmavi.
Amissis armis fugere. Virg. 1. Æn. 478.
Armis aptari: i. e. Armis indui. Stat. 11. Theb. 101.
Cadere sub armis. Ovid. 1. Epist. 17.
Canere arma. Virg. 1. Æn. 5.
Arma virumque cano.
Capere. Cic. pro Rabir. 22. Virg. 2. Æn. 314.
Capere pro salute communi. Cic. pro Rabir. 22.
Capessere. Virg. 3. Æn. 234.
Certare armis. Virg. 12. Æn. 890.
Cingi armis. Virg. 2. Æn. 520.
Cœptare arma. Tacit. 12. Ann. 32.
Concitare ad arma. Cæs. 7. Bell. Gall. 42.
Concutere. Ovid. 1. Met. 143. & 7. 130.
Conferre. Liv. Bell. Pun.
Coire ad arma, Conglomerari ad pugnam & cædem. Ovid. 11. Met. 377.
Conclamare ad arma. Liv. Bell. Pun.
Contendere armis. Stat. 1. Achill. 472.
Consiliis armisque vigil contendat Ulysses.
Dare arma alicui, ut cum bene armato pugnet. Cic. 7. Att. 6.
Descendere ad arma. Cæs. 7. Bell. Gall. 33.
Decernere armis. Cic. 7. Att. 3.
Decertare armis. Cic. 7. Att. 6.
Deponere arma. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Detrahere arma alicui. i. e. Spoliare armis. Sen. OEdip. 5.

Direpta militibus arma. Hor. 3. Carm. 5. 19.
Dirimere ducum arma. Lucan. lib. 1. 104.
Discedere ab armis. Cic. 8. Philipp. 33.
Disponere arma contra aliquem. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Esse in armis. Cic. pro Domo sua.
Excindere urbem armis. Stat. 1. Theb. 261.
Exercet juventus arma. Virg. 4. Æn. 86. i.e. Armis exercetur juventus.
Expedire arma. Tacit. 4. Hist. 62.
Exuere aliquem armis. Virg. 8. Æn. 567. i. e. Spoliare.
Facere arma. Cic. in Pison. 87. i. e. Fabricare.
Ferre obvia arma, In aciem progredi. Virg. 9. Æn. 57.
Ferre arma in medios globos. i. e. Irruere in exercitum medium, & ubi densissimus est militum ordo. Sil. lib. 11.
Fundere armis agmina: i. e. Sternere & profligare. Ovid. 6. Met. 425.
Gerere arma. i. e. Gestare. Virg. 5. Æn. 412.
Immiscere se imparibus armis. Virg. 4. Georg. 245. de Apibus.
Aut asper crabro imparibus se immiscuit armis. i. e. (ut Servius interpretatur) Inæquali consilio. Licebit etiam propriore significatione uti, quum viribus majorem aliquem contra minus fortem contendere indicabimus.
Incessus in armis: i. e. Armati incessus. Hor. 2. Serm. 3. 310.
Imperare arma. V. IMPERO.
Incurrere densis armis. Virg. 2. Æn. 409.
Induere arma. Ovid. 14. Met. 798.
Induere funesta arma: i. e. Armis accingi, quæ mox futura sint tibi causa funeris. Ovid. 1. Fast. 521.
Induere arma juste: i. e. Non temère ad bellum accingi. Lucan. l. 1. 126.
Indutus hostilibus armis. Virg. 11. Æn. 83.
Inferre arma. V. INFERO. Sil. lib. 15.
Injicere arma regnis. i. e. Regnis bellum inferre. Stat. 1. Theb. 241.
Inspicere arma militis, ut probemus armatum. Cic. pro Cæcin. 61.
Instruere aliquem armis. Virg. 3. Æn. 471.
Instructus omnibus armis. Stat. 3. Theb. 357.
Intentare arma alicui. V. INTENTO.
Jungere arma, conjungere copias. Sen. in Medea, 7. Creon Acastusque arma si jungant sua? V. JUNGO.
Laxare arma alicujus. i. e. Dissipare exercitum. Lucan. lib. 6. 72.
Mori in armis. i. e. In bello occumbere. Virg. 2. Æn. 317.
Movere arma pestifera, est Bellum exitiale ciere. Sen. Herc. fur. 11.
Movere aliquem in arma. i.e. Incitare ad capessenda arma. Virg. 6. Æn. 815.
Mittere aliquem in arma. i. e. Militatum aliquo ablegare. Virg. 2. Æn. 87.
Negare arma alicui. i. e. Negare auxilia. Ovid. 13. Met. 255.
Parare arma. Sallust. in Catil.
Pasci imotis armis. i. e. Quiete, & sine tumultu rebus suis frui. Lucan. l. 1. 172.
Perdere arma. i. e. Vinci. Hor. 1. Epist. 16. 67. Metaphoricôs etiam de illo dicit qui vitiis se opprimi passus est. i. e. Qui rationes amiserit, quibus virtutem tueatur.
Polire. Stat. 4. Sylv. 6. 48.
Præesse faciendis armis. Cic. in Pison. 87.
Projicere arma. Stat. 2. Theb. 657.
Protegere aliquem armis. Ovid. 8. Met. 394.
Pugnare armis. Hor. 1. Serm. 3. 102.
Quærere arma. Virg. 2. Æn. 99. Ubi Servius, Arma, modo Fraudes vel dolos. nam arma sunt instrumenta cujuslibet rei. Unde & insidiantis fraudes Arma nominavit.
Recolligere arma. Valer. 6. Argon. 423.
Remoliri instaurata arma. i. e. Bellum redintegrare. Sil. lib. 1.
Reposcere armis aliquid. Ovid. 5. Epist. 91.
Revocare aliquem ab armis. i. e. a Bello. Stat. 10. Theb. 340.
Ruere in arma media. Virg. 2. Æn. 353.
Sequi arma. Tibul. 1. 2. 68.
Sequi impia arma. Virg. 6. Æn. 613.
Spoliata armis. Virg. 6. Æn. 353.
Stat in armis acies. Sen. Theb. 2.
Sterni armis. Sil. lib. 10.
Submittere arma. V. Cedere victoriam, in VINCO.
Sumere arma civilia. Tacit. 4. Hist. 3. Quippe sumpta per Gallias Hispaniasque civilia arma. Cic. 2. Tusc. 58.
Sumere impia arma. Virg. 12. Æn. 31.
Sumere arma professa. Ovid. 2. Fast. 198.
Sumpsit arma imparatus. V. IMPARATUS.
Tenere. Cic. 1. de Orat. 32. Quid tam necessarium quam tenere semper arma, quibus vel tectus ipse esse possis, vel provocare improbos, vel te ulcisci lacessitus?
Tentare arma. Sallust. in Jugurth.
Tractare. Sen. Troad. 8. Non arma tenera parva tractabis manu.
Tueri atque defendere causas armis prudentiæ. Cic. 1. de Orat. 172.
Valere armis. Ovid. 8. Met. 59.
Venire in arma. Stat. 2. Achil. 327.
Venire ad arma propter æs alienum. Cic. 6. Philipp. 11. O fides! quæ potest esse major fides, quam fraudare creditores? domo profugere? propter æs alienum venire ad arma?
Vocare ad arma ex s. c. Cic. pro Rabir. reo, 21. De teipso inquam Labiene quæro, quum ad arma Consules ex s. c. vocavissent, quum armatus, &c. Vel, In arma. Virg. 9. Æn. 22.
Uti armis. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Arma, dicuntur Cunctarum artium instrumenta. ut, Arma rusticorum. Virg. 1. Georg. 160.
Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma. Servius.
Cerealia. Virg. 1. Æn. 181. i. e. Instrumenta quibus ad pistorium opus utimur, ut Pilis, mola, vanno, cribro, &c.
Coquinaria. Plaut.
Belli. Ter. Heaut. 1. 1. 60. — Atque ibi
Simul rem & gloriam armis belli repperi.
Nautarum. Virg. 5. Æn.
Studiosorum. Plin. in Epist.
Tonsoria. Martial. lib. 14. 36.
Arma senectutis, artes, exercitationesque virtutum. Cic. de Senect. 9.
Facundiæ. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Arma, pro Prælio. Virg. 2. Æn. 337. Rursus in arma feror.
Arma, pro Viribus. Virg. 12. Æn. 6.

Tum demum movet arma leo. Ubi Servius, Movet arma, Vires suas experitur. Nam arma sunt uniuscujusque rei possibilitas. Unde est,

— & quærere conscius arma. i. e. Dolos.

Arma, per metonym. pro Bello. Virg. 1. Æn. 5.

Arma virumque cano. Idem 8. Æn. 114.

Qui genus? unde domo? pacemne huc fertis, an arma? Servius. Tacit. 15. Ann. 74. Post arma Julii Vindicis, &c.

Arma, pro Gladio, abusive. Virg. 4. Æn. 495.

— & arma viri, thalamo quæ fixa reliquit. Servius, Arma, gladium dixit abusive. nam & paulo post, Ensemque relictum.

Arma, pro Partibus vel Imperio. Serv. in Virg. 3. Æn. 51.

Arma Vulcania, pro Fortitudine. Cic. 2. Tusc. 33. Sin tectus Vulcaniis armis, id est fortitudine, resiste.

Armis fœta machina: i. e. Plena armatis, & veluti prægnans. Virg. 2. Æn. 238.

Armorum arbiter, epitheton Martis. Ovid. 3. Fast. 73.

Armorum denuntiatio, pro Denuntiatione belli. Liv. 5. Decad. Græcas urbes alias denuntiatione armorum terreret. De Perseo rege Macedonum loquitur.

Arma ancilia, pro Ancilibus dixere veteres. Valer. Sex lictoribus præcedentibus arma ancilia tulit. Ex Turnebo.

Arma, pro Sublimi genere dicendi. Cic. in Brut. 3. Phalereus successit eis senibus adolescens, eruditissimus ille quidem horum omnium, sed non tam armis institutus (alii, instructus) quam palæstra. Itaque delectabat magis Athenienses, quam inflammabat. Paulo post, Et suavis, sicut fuit, videri maluit quam grandis: sed ea suavitate, qua perfunderet animos, non qua perfringeret. Armis, h. e. Gravi & sublimi genere dicendi: in quo qui florent, grandiloqui, vehementes, varii, copiosi, graves, & ad permovendos ac convertendos animos instructi & parati dicuntur in Oratore. Demetrius vero Phalereus parum vehemens orator l. 1. de Off. appellatur. Et est translatio ab hominibus armatis; qui terribiliores videntur. Unde Graves Oratores Fulgurare, & tonare, & omnia permiscere dicuntur. V. Palæstra, pro Medio dicendi genere, in v. PALÆSTRA.

Arma, imitatione Græcorum Virgilius dixit, pro Armamentis velisque navium, ubi ait, 5. Æn. 15.

Colligere arma jubet validisque incumbere remis. Sic Theocritus ὅπλα usurpat. V. ARMAMENTA.

Armorum etiam nomine veniunt Insignia gentilitia, quia plerumque hæc armis insculpi solebant. Negat se ea notione hoc vocabulum inter posteriores ante 400. abhinc annos reperisse Spelmannus. q. V.

Armûm, genitivus pluralis usurpatus antiquis, pro Armorum. Accius ἐπιναυσιμάχῃ.

Ab classe ad urbem tendunt, neque quisquam potest
Fulgentium armûm armatus ardorem obtui. Nonius.

ARMATURA, æ. [ὁπλισμὸς, πανοπλία] Cic. 6. Att. 1. Habet autem cohortes quadringenarias, nostra armatura XXX. i. e. Iisdem & similibus, quibus nos utimur, armatas armis. Veget. lib. 3. cap. 14. Tertius ordo disponitur de armaturis velocissimis, de sagittariis juvenibus.

Armaturæ duplices, Quæ binas consequebantur annonas. Simplices, Quæ singulas, inquit Veget. lib. 2. cap. 7. Armaturam autem, pro Hominibus armatis, accipit.

Armatura gravis. Veget. 11. 15. Hæc erat armatura gravis, qui habebant cassides, cataphractas, ocreas, scuta, gladios majores, &c.

Armatura levis. Veget. l. 3. c. 14. Quartus item ordo construitur de scutatis expeditissimis, de sagittariis junioribus, de iis qui acriter verutis, vel martio barbulis, quas plumbatas nominant, dimicant, qui dicebantur levis armatura. Cic. 10. Philipp. 14. Nostræ sunt legiones, nostra levis armatura, nostri equitatus, maximeque noster est Brutus. [Græci Gravis armaturæ milites ὁπλίτας, addito rarius epitheto βαρεῖς, Levius armatos ψιλὰς & πελταστὰς vocant. Illa Legionarii militis, hæc Alariorum armatura fuit. Utramque describit Lipsius de Mil. Rom. l. 3. & in Analect. q. V.

Varia armatura. Cic. 7. Fam. 1. Quid enim habent delectationis sexcenti muli in Clytemnestra? aut in equo Trojano craterarum (Cetrarum Græv.) tria millia? aut armatura varia peditatus & equitatus in aliqua pugna? quæ popularem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attulissent.

Levis armaturæ excursio, per translationem. Cic. 2. de Divin. 26. Sed hæc fuerit nobis tanquam levis armaturæ prima orationis excursio.

ARMIDOCTOR, ōris. m. [ὁπλοδιδάσκαλος] Gloss. vet. Idem ac Campi doctor q. V. male excusum Armiductor.

ARMIFACTOR, ōris. m. in Novella 85. cap. 1.

ARMĬFER, [ὁπλοφόρος] Adj. Arma ferens. Sil. lib. 4. 45.

Armifera dea, periphrasis Minervæ. Ovid. ad Liv. 22.

Armiferæ Amyclæ, Bellicosæ. Ovid. 2. de Arte Am. 5.

Labores. Stat. 1. Sylv. 2. 96.

— armiferos poterat memorare labores,
Claraque facta virûm. i. e. Labores bello exhaustos.

Armiferum arvum Sen. in Med. 7. dixit, quod armatos tulisset satos ab Jasone. Stat. 9. Theb. Campus armifer, Ubi armati congrediuntur.

ARMĬGER, i. m. & f. ARMIGERA. Subst. est (ut ait Valla) Qui in prælio gerit tela domini sui, ut scutum, ut arcum, lanceam, & cætera hujusmodi. Virg. 2. Æn. 477. Cic. pro Domo sua, 13. Quid est Sergius? armiger Catilinæ, stipator tui corporis, signifer seditionis.

Quam illi servo nequam des armigero. Plaut. Cas. 2. 3. 39.

Armiger teli. Plin. lib. 2. cap. 55. Quoniam hoc solum animal ex marinis non percutiat, sicut nec e volucribus aquilam, quæ ob hoc armiger hujus (fulminis) teli fingitur. Hinc f.

Aquila armigera Jovis. Plin. 10. 3. de Diana. Ovid. 3. Met. 166.

— Nympharum tradidit uni
Armigeræ jaculum, pharetramque, ar usque retentos.

Imperiti Armigerum dicunt, pro Aurato equite. V. tamen Spelmanni Glossarium h. v.

ARMĬGER, Adj. ut, Armigera cohors, Quæ fert arma. Sil. lib. 10. 97.

Armiger deus. i. e. Deus armatus. periphrasis Martis. Sil. lib. 7. 87.

Armiger equus, Indutus armis. Propert. lib. 3. 3. 8.

Iras armigeras dixit Stat. 6. Theb. 828. Quod facile nobis arma suppeditent, sintque velut armigeræ nostræ. Ut Virg. 1. Æn. 154.

— furor arma ministrat. Et Ovid. in Met. Telum ira dabat.

ARMIPŎTENS, Adj. [ὁπλοκράτης] Qui armis valet. Unde & Pallas (sive Bellona) dicitur Armipotens. Cic. Anteq. iret in exil. 24. Nunc ego te Jupiter Opt. Max. cujus nutu ac ditione sola terrarum gubernantur: teque particeps connubii, socia regni, regina Juno, teque Tritonia, Armipotens, Gorgophora, Pallas Minerva.

Armipotens Ausonia. Stat. 3. Sylv. 2. 20.

ARMIPOTENTIA, æ. Ammian. 18. 20.

ARMISŎNUS, [ὁπλόκτυπος] Palladis epitheton. Virg. 3. Æn. 544.

Armisonum antrum. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 67.

ARMĪTES, Armati milites. ὁπλῖται. Gloss. Gr. Lat.

ARMO, [ὁπλίζω, καθοπλίζω, θωρύσσω, κορύσσω] āre. Armis instruere. Virg. 8. Æn. 397.

Tum quoque fas nobis Teucros armare fuisset. Cic. 10. Fam. 23. Qui quidem quum in fraudem se deductum videret, manus quas justius in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est.

Armari contra Rempub. Cic. pro Milon. 68.

Armabantur servi in dominos. Cic. pro Planc. 86.

Armare temeritatem concitatæ multitudinis authoritate publica. Cic. pro Milon. 2. Me recreat & reficit Cn. Pompeii sapientissimi & justissimi viri consilium: qui profecto nec justitiæ putaret esse, quem reum sententiis judicum tradidisset, eundem telis militum dedere: nec sapientiæ, temeritatem concitatæ multitudinis authoritate publica armare.

Armare religione deorum perditos magistratus. Cic. pro Domo sua, 2. Vobis hodierno die constituendum est, utrum posthac amentes ac perditos magistratus improborum ac sceleratorum civium præsidio nudare, an etiam deorum immortalium religione armare malitis.

Ausoniam armabat Fabius. Sil. lib. 7.

Ad omnia te summum atque excellens tuum armavit ingenium. Cic. 6. Fam. 7.

Armavit eum spes. h. e. Commovit ad accipienda arma. Liv. 2.

Armare aliquem, pro Potestatem facere. Cic. 2. Att. Quum diceret, in summa se perfidiæ & sceleris infamia fore, si mihi periculum crearetur ab eo quem ipse armasset. i. e. Potentia & authoritate provexisset.

Accusatorem re aliqua. Cic. pro Cluent. 191.

Aliquem in Remp. Cic. 8. Att. 3. Omitto illa vetera, quod istum in Remp. aluit, auxit, armavit. h. e. Honoribus & potentia sic erexit, ut sit ausus bellum contra Remp. suscipere.

Se spoliis. Virg. 2. Æn. 395.

Armat se eloquentia. Cic. 1. de Invent.

Armantur equi bello, pro Ad bellum. Virg. 3. Æn. 540.

Armare naves. i. e. Ad bellum instruere. Cæs. 5. Bell. Gall. 1. [Immo Armamentis instruere. V. ARMAMENTA.

Armare Veneno ferrum, pro eo quod est Veneno ferrum tingere, imbuere, ut præsentius vulneret. Virg. 9. Æn. 773.

ARMANDUS, [ὁπλιστέος] Ovid. 13. Met. 215.

ARMATUS, Partic. [ὡπλισμένος] Armis indutus. Cic. pro Cæcin. 60. Armatos, si Latine loqui volumus, quos appellare vere possumus? opinor eos qui scutis telisque parati ornatique sunt.

Incredibili armatus audacia. Cic. pro Domo sua, 41. Quanquam & insolentia damnatus extulerat animos, & erat incredibili armatus audacia. i. e. Munitus & instructus.

Armata dolis mens. Sil. lib. 1.

Armatum fide pectus. Sil. lib. 11. 6.

Armati animis. Cic. 7. Philipp. 25. Quid legati egerint, nondum scimus: at vero erecti, citati, parati, armati animis jam esse debemus.

Urbs armata muris. Cic. 2. contra Rull. 86. Deleta Carthago est, quod cum hominum copiis, tum ipsa natura ac loco succincta portibus, armata muris, excurrere, &c.

Armatos Absol. & substantive dixisse videtur, pro Hominibus armatis, Virg. 2. Æn. 328.

Arduus armatos mediis in mœnibus astans,
Fundit equus. [Apud historicos melioris ævi nihil frequentius hac ellipsi. V. Cort. ad Sall. Catil. c. 27. 2.

Superl. Cic. pro Cæcin. 61. Non. enim reperies quenquam judicem, aut recuperatorem, qui, tanquam si arma militis inspiciunda sint, ita probet armatum: sed perinde valebit, quasi armatissimi fuerint, si reperientur ita parati fuisse, ut vim vitæ aut corpori potuerint afferre.

ARMATA, a v. ARMUS. V. in h. v.

ARMĀTUS, us. [ὁπλισμὸς] Idem quod Armatura. Liv. 37. 40. Inde Neocretes mille, & eodem armatu Cares & Cilices mille & quingenti. i. e. Paribus & similibus armis induti.

ARMAMENTA, orum. [ἐργαλεῖα, σκεύη, σκευάσματα] dicuntur (authore Perotto) Quæ ad instruendum aliquid pertinent: ut in navibus armamenta sunt non solum arma, sed remi, vela, antennæ, rudentes, clavus, & alia ejusmodi. Plaut. Merc. 1. 62. Salva est navis, ne time. C. quid alia armamenta? A. salva & sana sunt. Columel. l. 4. c. 3. Nonnulli strenue fabricant navigia, nec consummata perinde instruunt armamentis, ministrisque. Barbari Utensilia vocant. [V. Scheffer. de Mil. Nav. 1. 4. p. 35. & in Addend. p. 333. Ubi docet & Arma simpliciter vocari, uti Græcis ὅπλα, V. Homeri Hymn. in Apoll. v. 405, 406. collat. cum 457. 503. & supra in ARMA sub fin.

Navium armamenta. Plin. lib. 19. cap. 2. Cic. in Arato.

Vinearum armamenta. Plin. lib. 17. cap 21.

ARMAMENTARIUM, i. n. [ὁπλοθήκη] Ubi reponuntur armamenta & arma, ait Valla l. 1. Liv. 6. Bell. Pun. Hæc illis arx, hæc horreum, ærarium, armamentarium, hæc omnium rerum receptaculum est. Cic. 1. de Orat. 62. Philo architectus Atheniensibus armamentarium fecit. Juven. 13. Sat. 83.

Addit & Herculeos arcus, hastamque Minervæ,
Quicquid habent telorum armamentaria cœli.

ARMARIUM, i. n. [σκευοθήκη] Ubi reponuntur libri vel quarumcunque artium instrumenta, teste Valla, l. 1. Item cibaria & pecuniæ. Plaut. Capt. 4. 4. 10.

Cellas refregit omnes intus, reclusitque armarium. Cic. pro Cœl. 52. Tune aurum ex armario tuo promere ausa es?

Adhærentia membro domus armaria, vel affixa. Ulp. in l. Librorum. §. Sed si. D. D. leg. tertio.

Armarium promptuarium, apud Catonem cap. 11.

Armarium, Machina ad supplicium comparata. Gell. l. 6. c. 4. Idque ubi Romæ cognitum est, nobilissimos Pœnorum captivos liberis Reguli a Senatu deditos, & ab iis in armario muricibus præfixo destitutos, eademque insomnia cruciatos interiisse. Ferreis scil. muricibus. V. MUREX.

ARMARIŎLUM, i. n. [σκευοθήκιον] Parvum armarium. Plaut. Truc. 1. 1. 35. Aut lectus dapsilis, aut armariola Græca.

ARMALCHAR, Fluvius Euphrates, sic ab Assyriis appellatus, & significat Regium flumen. Plin. lib. 6. cap. 26.

Armenia, ['Ἀρμενία] Regio Asiæ, inter Taurum & Caucasum montes sita, & a Cappadocia ad Caspium mare usque protensa, ab Armenio Thessalo Jasonis comite, inquit Strabo, dicta. Et (ut Plin. lib. 6. author est) duplex est, major scilicet & minor. Major post Mediam ad Occidentem occurrit. Ea, ut ait Ptolemæus, a Septentrione Colchidem habet, Iberiam & Albaniam: ab Occasu magnum Euphratis cursum, qui Cappadociam, minorem Armeniam, & Syriam Comagenam relinquit a dextris: ab Oriente partem Hyrcani maris ac Mediam, qua montes Caspii adsurgunt: A Meridie Mesopotamiam atque Assyriam. Regio utraque montibus altissimis undique clausa est, unde flumina maxima, Cyrus, Araxes, Phasis, Lycus, Tigris, Euphrates oriuntur. Armeniam Hebræi *Arab* vocant. In ea civitas Artaxata gentis caput.

Armenius, Subst. ['Ἀρμένιος] Aliquis ex Armenia. Hor. 1. Epist. 12. 27. Fugax. Ovid. ad Liv. 389.

Armenius, Adj. ut. Armenias curru subjungere tigres. Virg. 5. Ecl. 29. Armenius lapis, [λίθος Ἀρμένιος] Plin. lib. 35. cap. 6. Armenia lapidem mittit, qui ejus nomine appellatur. Lapis est hic quoque Chrysocollæ modo infectus, optimusque est, qui maxime viridis est, communicato colore cum cœruleo. De hoc Dioscorid. lib. 5. cap. 65. & Galen. lib. 9. Simplic.

Armeniăcus, Adj. ['Ἀρμενιακὸς] ut, Armeniaca mala, [μῆλα Ἀρμενιακά] Ex Armenia advecta. Columel. lib. 5. cap. 9. Et lib. 11. cap. 2. Quæ Latini Præcocia appellant. Poma sunt, quæ parum genere & naturæ dotibus a Persicis dissident: paulo tamen minora sunt, & quum maturuerint, aureo colore splendent. Maturescunt autem ineunte æstate, mense Junio ante alios fugaces fructus: unde merito Præcocia dicta. Ex Galen. lib. 2. de Aliment. facultat. & Dioscor. lib. 1. cap. 131. Gallice *Des Abricots.*

Armeniacus Cognomen triumphale occurrit in veteri inscriptione apud Gruter. p. 253. n. 2. IMP. CAESARI L. AVRELIO VERO AVG. ARMENIAC. MED. PARTHIC. & in Nummis Neronis, M. Aurelii, L. Veri, ap. Mediob.

Armentum, i. n. [ἀγέλη] Festus, Armentum, id genus pecoris appellatur, quod est idoneum ad opus armorum. Invenies tamen fœminei generis Armentas, apud Ennium positum. Hactenus Festus. Armorum vocat, quorumvis instrumentorum.

Inter Armentum & Gregem quid intersit, Valla explicat his verbis, Ipsi cameli, boves, muli, lupi armenta faciunt: licet quidam velint tantum esse boum, quasi ab Arando aramenta dicta: deinde sublata tertia litera, Armenta. Præterea, ovis quæ marem fœminamque significat: capra, cum qua caper, sive hircus: porcus, cum quo porca intelligitur: unde fiunt Greges: ut, Grex ovium, grex caprarum; grex porcorum. Ovid. 4. Met. 634.

Mille greges illi, totidemque armenta per herbas
Pascebant. Virg. 3. Georg. 286.
Hæc satis armentis: superat pars altera curæ,
Lanigeros agitare greges, hirtasque capellas. Idem tamen de cervis, 1. Æn. 189. dixit, — hos tota armenta sequuntur A tergo. Ut non sit mirandum, si de bobus Gregem dixerit, ibi,
Aut aliquam in magno sequitur grege: Tamen ad distinctionem addidit Magno, sicut Hor. adjecit Mugientium in Epod. 2. 13.
Aut in reducta valle mugientium
Prospectat errantes greges. Quasi Grex sit generalius nomen, Armentum vero specialius: & illud sine apposito de pecoribus minutis intelligatur, cum apposito possit etiam ad majora transferri, ut Cic. in 3. Philipp. 31. Cædit greges armentorum. Hactenus Valla lib. 4. Cic. 7. Att. 7. Quid ergo (inquis) acturus es? Idem quod pecudes, quæ dispulsæ, sui generis sequuntur greges: ut bos armenta, sic ego bonos viros.

Armenta boum. Virg. 2. Georg. 195.
Immania. Virg. 4. Georg. 395. de monstris marinis.
Læta. Virg. 2. Georg. 144.
Muta armenta. Stat. 5. Theb. 334.
Regale armentum, Regis armentum. Ovid. 2. Met. 842.
Mugitus armentorum. Ovid. 5. Met. 165. de bobus tantum intelligi potest.
Stabulis armenta tenere. Virg. 1. Georg. 355.
Sortiri armento sobolem. Virg. 3. Georg. 71. i. e. Substituere & subministrare. Verbumque est judiciorum: Nam Subsortiti dicuntur judices, qui occupatorum funguntur officio. Servius.
Armenta a gregibus separavit significatione Stat. 10. Theb. 818.
— eunt præter secura armenta, gregesque.
Pascuntur virides armenta per herbas. Virg. 3. Georg. 162.
Armentis incurrunt ursi. Ovid. 7. Met. 546.
Armenti dux, pro Tauro. Ovid. 8. Met. 882.
Armenti custos. Ovid. 11. Met. 348.
Armentorum magistri. i. e. Bubulci. Ovid. 3. Fast. 61.
Armenta agere dicitur pastor. Ovid. 5. Epist. 79.
Montana armenta, In montibus errantia. Ovid. 1. de Arte Am. 305.
Armentorum grex. Varro 2. de R. R. cap. 5. Qui gregem armentorum emere vult, observare debet, primum ut sint eæ pecudes ætate potius ad fructus ferendos integræ, quam jam expertæ.
Armenti reges vocantur Tauri, tanquam Rectores. Stat. 1. Achill. 471.
— septemque Ajax umbone coruscet
Armenti reges. Ubi perperam legitur Greges. Accipit autem Armenti reges, sive tauros, pro Taurorum tergoribus, ex quibus confectus erat Ajacis clypeus.

Armentālis, e. [ἀγελαῖος] Quod est ex armento. Virg. 11. Æn. 571.
Hinc natam in dumis, interque horrentia lustra
Armentalis equæ mammis & lacte ferino, &c.

Armentarius, [ἀγελάρχης] Armenti sive pecudum, sive boum custos. Virg. 3. Georg. 344. — omnia secum
Armentarius Afer agit. Varro 2. de R. R. cap. 5. fin. de bobus & vaccis, Armentarium meum crebro ut aliquid legat, curo.
Armentarius cognomine dictus Galerius Maximianus, qui a Diocletiano & Maximiano Herculio Cæsar factus est, teste Vict. Schotti c. 39. 24.

Armentōsus, Adj. [ἀγελαῖος] Armentis abundans, apud Plin. Gell. lib. 11. cap. 1. Quod Italia tunc esset armentosissima.

Armentīnus, Adj. [ἀγελαῖος] Quod est ex armento. Plin. lib. 28. cap. 17. Fimi cervini maxime subulonis, sed & bubuli (de armentinis loquor) cinis cochleariorum trium in mulsi hemina, &c. Sed hoc in loco, vulgarem lectionem reprobat Harduinus, & Armentivus saniorem esse contendit.

Armentitius, Adj. [ἀγελαῖος] ut, Armentitium pecus, & Armentitius grex. Varro 2. de R. R. cap. 10. Qui greges sequuntur, præsertim armentitios ac caprinos.

Armifer, **Armiger**. V. arma.

Armilausa, Vulgo vocata est Vestis, quæ ante & retro divisa atque aperta est: in armos tamen clausa, quasi Armiclausa, c litera ablata. Hæc Isidor. 19. 2. Utitur Paulinus.

Armilla, æ. [βραχιονιστὴρ, ψέλλιον] Brachii ornamentum, in circuli modum efformatum. Festus, Armillas ex auro, quas viri militares ab imperatoribus donati gerunt, dictas esse existimant, quod antiqui humeros cum brachiis armos vocabant: unde arma ab his dependentia sunt vocata. Plin. lib. 28. cap. 4. Pueri qui primus ceciderit dens, ut terram non attingat, inclusus in armillam, & assidue in brachio habitus, muliebrium locorum dolores prohibet.
Armillæ, Ornamenta fœminarum in brachiis, & etiam virorum. Plaut. Men. 3. 3. 13. Ubi hercle armillæ sunt, quas una dedi.
De variis armillarum generibus. V. Pitisc. Lex. Rom. Antiq. & Thomæ Bartholini de eo argumento libellum, ed. Amst. 1676.

Armillatus, Adj. [ψελλιοδέτης] Proprie dicitur Armillis ornatus: ut, Miles armillatus. Propert. abusive ad canes transtulit, lib. 4. 8. 24.
Atque armillatos colla molossa canes.
Armillatos cursores Budæus vocat, quos Postas dicimus: videlicet quia id insigne gerunt, quod (ut ipse sentit) potest Armilla aut Spinter dici. Nostrates caduceatores, inquit, spintere hodie utuntur, (nam Græca vox est σπινθὴρ) quæ Armilla etiam dici potest, *Blasonum* lingua vernacula vocant. V. Thom. Bartholin. p. 4. 23. 66.

Armille, vel **Armile**, is. n. Instrumentum & apparatus versutiarum, ab Armis, pro dolis & fraudibus. Apul. lib. 6. Met. p. 182. Ad armille redit. V. armillum.

Armillum, i. n. (ut ait Festus) Vas erat vinarium in sacris, dictum, quod armo, id est humero, deportaretur. Nonius, Armillum, Urceoli genus vinarii, Varro de Vita Pop. Rom. lib. 1. Etiam nunc pocula, quæ vocant capulas & capides, quod est poculi genus: item armillum, quod est urceoli genus vinarii. Et alio loco. Armillum, Lucil. lib. 28. Hinc ad me, hinc licet anus rursus ad armillum. [V. Scalig. ad Fest. & Gloss. Isid. Ceterum ab Armo Armale rectius, quam Armile formares, cujus Deminutivum est Armillum. Et sic fortassis apud Apulej. scribendum.

Armilustrium, i. n. [ὁπλοκαθαρμὸς] Exercitus lustratio apud Romanos dicebatur, a Servio Rege primum instituta cum in campo Martio exercitus instruebatur, & sue, aut hirco, ove & tauro lustrabatur. Milites ipsi lauro coronati, rem divinam faciebant sub divo. Alii hanc exercitus lustationem ita peragebant, suem, ovem, taurum, qui puri essent, ter circum acies instructas præcedente pompa ducebant, Martique deo immolabant. Vide Liv. 1. 28. Armilustrium dictum est ab eo quod in armilustrio sacra faciunt. Nisi locus potius dictus ab his, sed quod de his prius. Id ab luendo, aut lustro, id est, quod circumibant ludentes ancilibus armati, ut ait Varro 5. de L. L. 3. [ubi In armilustro legendum. Plenius de hoc sacrificio Lomeier. in Epimenide c. 31. q. V.

Armilustrum, i. n. Locus in quo annuum hoc festum celebrabatur. Liv. 27. 37. In armilustro visum est lapidibus pluere. Armilustrum, inquit Varro 4. de L. L. 32. ab ambitu lustri locus. Erat autem, teste P. Vict. xiii. regione Urbis in Aventino.

Armipotens, **Armisonus**, **Armo**. V. arma.

Armon, Raphani genus sylvestre. Plin. lib. 19. cap. 5. Ruell. Officinæ Rapistrum vocant.

Armoracia, Raphani genus sylvestre, quod Armon Pontici vocant. Plin. lib. 19. cap. 5. Apud Columel. lib. 6. cap. 17. Armoracea per secundam vocalem legitur. Hoc idem

Armoracium, n. g. vocat Columel. lib. 12. cap. 9.

Armoricæ Civitates. V. aremorica.

Armus, i. m. [ὦμος] Festus, Antiqui humeros cum brachiis armos vocabant. Unde Arma ab iis dependentia sunt vocata. Servius, Armi proprie sunt quadrupedum. Plin. lib. 11. cap. 39. Pili equis in juba largi: in armis leoni. Hor. 2. Serm. 4. 44.
Fœcundi leporis sapiens sectabitur armos.
Armos equi calcaribus fodere. Virg. 6. Æn. 881.
Hasta per armos acta. Virg. 11. Æn. 497.
Armos ulcerare. Hor. 1. Serm. 6. 106. — nunc mihi curto
Ire licet mulo, vel si libet, usque Tarentum,
Mantica cui lumbos onere ulceret, atque eques armos. Armos ulceret, calcaribus scilicet, aut corporis gravitate: ut priorem dorsi partem intelligamus.
Nec tamen hæc vox ita propria est quadrupedibus, ut de hominibus non liceat usurpare. Virg. 11. Æn. 644.
— latos huic hasta per armos
Acta tremit. Manil. 1. 795.
— matrisque sub armis Miles Agrippa suæ.

Armata dicebatur Virgo sacrificans, cui lacinia togæ in humerum erat rejecta. Festus. Armus enim humerum denotat. V. loc.

Armosus, a, um. Validis humeris præditus. Mantuan.
Reddit, & armoso dividit arva bove.

Armuzia, Regio in ora Carmaniæ, in qua vineæ & arva coluntur ad Andanim fluvium xxv. m. spatio. Plin. lib. 6. cap. 23.

A R N

Arnacis, ĭdis. [ἀρνακὶς] Genus vestium puellarum. Varr. de Liber. Educand. Ut puellæ habeant potius in vestitu chlamydas, encombomata, ac arnacidas, quam togas. Nonius. Ἀρνακίδος meminit & in Symposio Plato, ut e genere coactilium, quo pedes includantur.

Arnæ Caput, Agni caput. Festus.

Arnarion, [ἀρνάριον] Achæis Commune concilium dicebatur, quod unam in curiam cogebant, in quo de repub. senatusconsulta edebantur. Strabo lib. 8.

Arnātes, Populi sunt in Italia, ab Arna Umbrorum. Plin. lib. 3. cap. 14.

Arne, es. [Ἄρνη] Civitas est juxta sinum Maliacum, primum a Bœotiis inhabitata, deinde a Thessalis occupata est, ut est author Thucyd. lib. 1. Bell. Pelopon.
Sunt & aliæ ejusdem nominis civitates, quæ recensentur a Stephano.

Arnoba, ut habet Plin. Abnoba, [Ἄυνοβα] ut Ptolem. Mons, ex quo Danubium oriri ferunt. V. abnoba & danubius, quem tamen ex monte oriri negant juniores Geographi, & in his ipse Munsterus, q. V.

Arnobius, Chriſtianus Philoſophus ſeculi tertii, cujus ſeptem jam extant libri adverſus gentes.
Arnōdi, [ἀρνῳδοὶ] Qui carmina apud antiquos recitabant, ita dicti, quod victori præmium contribueretur agnus. Cæl. lib. 7. cap. 29.
Arnoglossa, æ. [ἀρνόγλωσσον] Latine Plantago. V. plantago.
Arnus, [Ἄρνος] Fluvius eſt rapaciſſimus Hetruriæ, Florentiam alluens. Author Plin. lib. 3. cap. 5. vulgo *Arno*.

A R O

Aro, [ἀρόω, ἀροτριάζω] āre. eſt Terram aratro quovis modo vertere & proſcindere. Plin. lib. 18. cap. 19. In arando magnopere ſervandum eſt Catonis oraculum. Quid eſt primum? Agrum bene colere. Quid ſecundum? Bene arare. Quid tertium? Stercorare.
Arare, Foſſione colere: ut, Arare olivetum. Columel. lib. 5. cap. 9. Nam veteris proverbii meminiſſe convenit, Eum qui aret olivetum, rogare fructum: qui ſtercoret, exorare: qui cædat, cogere.
Arare ex agro frumentum, pro Percipere ex aratione. Cic. 5. Verr. 113. Quod ſi fieri non poterat, ut plus quam decem medimna ex jugero ararent.
Arare in ſingulis jugis. Cic. 5. Verr. 27. Quid, qui in ſingulis jugis arant, qui ab opere ipſi non recedunt, &c. Videtur Juga pro Jugera poſuiſſe. ut ſit, Qui arant ſingula jugera. Niſi forte per Singula juga intelligat Singula boum paria. [Immo Jugum quid ſit docent ex Varrone & Plinio ad loc. Viri DD. V. jugum. ſ. l. Magis tamen arridet poſterior expoſitio hujus loci. Sed præpoſitio delenda videtur. De pauperrimis enim loquitur qui non niſi ſingulis jugis arant. His enim opponuntur, qui pluribus jugis arant, ut in eadem oratione, 120. Neque id ſolum accidit, uti minus multis jugis arent, ſi qui in agris remanſerunt; ſed etiam, ut permulti locupletes homines, magni & gnavi aratores, agros lætos ac fertiles deſererent, totasque arationes derelinquerent. Noſtri Aratra ſimiliter pro cujusque facultatibus numerare conſueverunt.
Arat Falerni mille fundi jugera. Hor. Epod. 4. 13.
Aratur, imperſ. Plin. lib. 18. cap. 3. Actus vocabatur in quo boves agerentur, quum aratur, uno impetu juſto.
Aratur, perſ. paſſ. Ovid. 2. Triſt. 328.

— tenuis mihi campus aratur.

Mille jugis Campania pinguis aratur. Propert. lib. 3. 5. 5.
Arare æquor, Navigare ſignificat apud poetas. Virg. 3. Æn. 495.

Vobis parta quies, nullum maris æquor arandum. Ovid. in Triſt. 2. 76.

Latum mutandis mercibus æquor aro.

Arare aquas, pro eodem. Ovid. 3. Triſt. 12. 36.
Littus, Terram vicinam mari vel Infertilem. Serv. Virg. 4. Æn. 212.
Arare littora, pro Inanem operam ſumere. Ovid. 5. Epiſt. 116.
Terram arare, & ſulcum altius imprimere. Cic. 2. de Divin. 50.
Arare, aut colere agrum. Cic. 2. de Lege Agr. 66.
Arandi præceptor. Ovid. 6. Faſt. 13. Heſiodum intelligit.
Arando manſueſcit tellus. i. e. Dum aratur. Virg. 2. Georg. 239.
Arando enectus bos. i. e. Dum arat: vel, Præ nimio arandi labore. Hor. 1. Epiſt. 7. 87.
Aratus, Partic. [ἠροτριασμένος] ut, Arati agri. Ovid. 7. Met. 122.
Arata terra. Ovid. 1. Faſt. 703.
Araturus, Partic. Tibull. 1. 11. 46.

Interea pax arva colat, pax candida primum
Duxit araturos ſub juga curva boves.

Aratio, ōnis. f. [ἄρωσις] Valla, Nomina quæ poſitionem habent in io, latius ſignificare ſolent, nec actionem modo, ſed rem etiam ac corpus. Cic. 2. Philipp. 101. Hæ quondam arationes Campani & Leontini agri in pop. Romani patrimonio glandiferæ & fructuoſæ ferebantur. i. e. Agri ad arandum idonei. Hactenus Valla lib. 4. Cic. 5. Verr. 27. Quum dederint Apronio quod popoſcerit, relinquent arationes? relinquent larem familiarem ſuum? Arationes deſertæ, ac relictæ a dominis. Cic. 5. Verr. 228. Plin. lib. 27. cap. 8. Naſcitur in arationibus.
Aratio fructuoſa. Cic. 5. Tuſc. 86. Hic eſt Actio arandi.
Arātus, ûs. Idem. Dict. Cret. de Bell. Troj.
Aratiuncŭla, æ. dimin. [ἀρούδιον] Plaut. Trucul. 1. 2. 44. Male vortit res pecuaria mihi apud vos: nunc viciſſim volo habere aratiunculam pro copia apud vos.
Arātor, ōris. m. [ἀροτρεὺς] Qui terram arat. Cic. 7. Verr. 99. Siculosne milites, aratorumne liberos? quorum patres tantum labore ſuo frumenti exarabant, ut populo Romano, totique Italiæ ſuppeditare poſſent. Plin. lib. 18. cap. 19. Arator, niſi incurvus, prævaricatur.
Arator curvus. Virg. 3. Ecl. 42.
Bos. Suet. Veſp. cap. 5.
Durus. Virg. 4. Georg. 512.
Peronatus. Perſ. 5. Sat. 102.
Robuſtus. Virg. 4. Ecl. 41.
Taurus. Ovid. 1. Faſt. 698. — cedebat taurus arator equo.
Ex aratore orator factus. Cic. 3. Philipp. 22.
Aratores, qui proprie a Cicerone vocentur, pauci explicant. Turneb. Ager aliquis (inquit) decumanus eorum a quibus colebatur proprius non erat, ſed publicus pop. Rom. cenſebatur, ac decumarum conditione, & penſitatione agricolis erat attributus, qui Aratores dicebantur, agrique quos colebant Arationes: ſed & omnis ager vectigalis & decumanus, qui arabatur, frumentariusque erat, ſic vocabatur. Cic. 5. Verr. 119. Pulſatos aratores eſſe dico, agros vectigales vexatos, atque exinanitos a Verre. Iterum, Magni ac navi aratores agros latos ac fertiles deſererent, totasque arationes derelinquerent. Nec vero Aratores Domini erant, nec Domini cenſebantur: eosque a Dominis Cic. in Verr. perſpicue diſtinguit, ſic ſcribens, Tamen incolumis numerus manebat dominorum, atque aratorum. Non me latet tamen Aratoris vocem latius etiam patere: ſed & Aratorem agri vectigalis interdum Dominum vocari.
Arabĭlis, e. [ἀροτὸς] Quod arari poteſt. Plin. lib. 17. cap. 5. Contra, in Byzacio Africæ illum centena & quinquagena fruge fertilem campum, nullis, quum ſiccus eſt, arabilem tauris.
Aratorius, Adj. ut, Bos aratorius. Cod. Theod.
Arātro, [ἀροτριάζομαι] āre. quaſi Arando iterare: quod eſt, Segetes jam natas rurſus arando proſcindere. Plin. lib. 18. cap. 20. At illæ meſſes duplicatæ docuere quod nunc vocant artrare, i. e. aratrare (ut credo) tunc dictum. Hoc fit vel incipiente culmo, quum jam is bina ternave emiſerit folia.

Arātrum, i. [ἄροτρον] Inſtrumentum quo aratur. Virg. 7. Æn. 539.

— & terram centum vertebat aratris. Cic. 5. Verr. 128.

Quibus aratrum ſaltem aliquod ſatelles iſtius Apronius reliquum fecit.
Aratrum inducere moris fuit Romanis, cum urbem aliquam evertiſſent, ut eam funditus delerent. Modeſt. in l. 21. D. Quib. mod. uſusfr. amittat.
Aduncum aratrum. Ovid. 2. Met. 286.
Aſſiduo ſatiatus aratro agricola. Tibull. 2. 1. 51.
Curvum. Virg. 1. Georg. 170.
Depreſſum. Virg. 1. Georg. 45. Ovid. 15. Met. 618.
Durum. Hor. 1. Serm. 1. 28.
Emeritum palo ſuſpendere aratrum. Ovid. 1. Faſt. 665.
Grave. Hor. in Arte Poët. 66.
Incurvo aratro terram moliri. Virg. 1. Georg. 494.
Inflexum. Virg. 1. Georg. 162.
Patiens. i. e. Durum, & quod labores aſſiduos ferre poſſit. Ovid. 1. Amor. 15. 31.
Ruricola aratrum. Ovid. 4. Triſt. 6. 1.
Vertentia glebas aratra. Ovid. 5. Met. 477.
Uncum. Virg. 1. Georg. 19. — uncique puer monſtrator aratri.
Ab aratro arceſſebantur qui Conſules fierent. Cic. pro Roſc. Amer. 50.
Circumducere aratrum. Cic. 2. Philipp.
Detrectat aratra taurus. Propert. 2. 3. 47.
Extrahere aratrum. Cic. 2. de Nat. Deor. 159. Tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda.
Imprimere aratrum muris dicitur hoſtis. Hor. 1. Carm. 16. 21.
Incumbere aratris. Virg. 1. Georg. 213.
Moliri terram aratro. Virg. 1. Georg. 494.
Preſſis terram proſcindere aratris. Lucret. lib. 5. 210.
Relinquere aratra defixa in medio opere. Virg. 3. Georg. 519.
Scindere terram aratro. Sil. lib. 15.
Ruſtica paulatim taurus aratra ſubit. Ovid. 2. de Arte Am. 184.
Arōma, [Ἄρωμα] Lydiæ ſive Mæoniæ oppidum eſt, cujus meminit Strabo lib. 14.
Arōmata, [ἀρώματα] in plurali (nam Aroma raro dicitur) Quarundam herbarum fructus, odoris & ſaporis admodum grati, quibus utimur vel ad excalfaciendum ventriculum, vel ad appetentiam provocandam, ut ſunt Zingiber, piper, ſaccharum, & hujuscemodi, quas vulgus Species vocat. Columel. lib. 12. cap. 20. Deinde quum videbitur mediocriter calere defrutum, reliqua aromata contuſa & cribrata paulatim inſperges, & jubebis rutabulo ligneo agitari quod decoxeris, eousque dum defrigeſcit. Quod ſi non ita ut præcipimus, permiſcueris, ſubſident aromata, & adurentur.
Aromatarius, i. m. [ἀρωματοπώλης] Qui aromata vendit. Budæus.
Aromatĭcus, Adj. [ἀρωματώδης] Quod odorem aromatum habet. Plin. lib. 14. cap. 13. Ideo quidem aromaticis delectatos maxime credunt.
Arōmatītes, æ. m. [ἀρωματίτης] Gemma quæ in Arabia gignitur: ita dicta quod myrrhæ odorem habeat. Plin. lib. 37. cap. 10.
Aromatites vinum cum dicitur, maſculinum figurate neutro generi jungitur, Vinumque ſignificat factitium, cinnamomo & ſaccharo conditum. Plin. lib. 14. cap. 16.
Aron, vel Aros, i. [ἄρον] Bulbi genus; vulgo per totam Hetruriam vocatur *Cigaro*. ex cujus radice mulieres aquam faciunt, ad faciem illuſtrandam. Plin. lib. 19. cap. 5. de Aro plenius.
Aron, Spinagium ſylveſtre appellatur a folii ſimilitudine: vulgo corrupte *Iaron* vocant. Pedem vituli etiam Pharmacopolæ appellant. Quin & a flore genitali canino ſimili, quidam Genitale caninum vocaverunt.

A R P

Arpandes, [Ἀρπάνδης] Fuit Ægypti pro Cambyſe præfectus, qui poſtea a Dario interfectus eſt. Author Herodot. lib. 3.
Arpi, orum. V. argyripa.
Arpīnum, [Ἀρπῖνον] Oppidum Volſcorum in Latio, quod M. Ciceronis & C. Marii natalibus gloriatur: ex quo Arpinates hodie ob honorem tanti municipis tres literas, m. t. c. pro ſigno publico uſurpant.
Arpīnas, ātis. Adj. [Ἀρπινάτης] Cic. 3. de Lege Agrar. 8. Meus paternus aviduſque fundus Arpinas.
Arpinus, aliud Adj. Arpinæ chartæ, i. e. Scripta Tulliana. Martial. lib. 10. 19.

A R Q

Arquatus, [καμπύλος, ἰκτερὸς] Adj. dicitur Quicquid ſpeciem arcus gerit. Scribitur & Arcuatus. Ovid. 11. Met. 590.

Iris & arquato cœlum curvamine ſignans.

Currus. Liv. 1. 21. Ad id ſacrarium flamines bigis curru arcuato vehi juſſit.
Arquatus Morbus eſt, quem Regium nominant: ſic dictus a colore cœleſtis arcus, quem poëtæ Irin vocant. Nam antiqui per qu Arquus ſcribebant, quod nos per c, Arcus. Celſ. lib. 3. cap. 14. Æque notus eſt morbus, quem interdum arquatum, interdum regium nominant. Plin. lib. 22. cap. 24. Varro regium cognominatum morbum arquatum tradit, quoniam curetur mulſo. Regius autem dicitur, ut ait Ovid.

Molliter excelſa quoniam curetur in aula.

Arquati (inquit Nonius) Quibus color & oculi virent, quaſi in arqui ſimilitudinem. Varro Eudæmonibus, Nam ut arquatis & veternoſis quæ lutea non ſunt, æque ut lutea videntur: ſic inſanis ſani, & furioſis videntur eſſe inſani. Hactenus Nonius. Plin. lib. 27. cap. 12. Radicum decoctum potum, ſanat arquatos.
Arquatum pecus Col. l. 7. c. 5. Quæ ipſa remedio eſt etiam pecori arquato.
Arquatilis vel Arcuatilis. Idem quod Arcuatus. Sidon. 2. Epiſt. 2.
Arquites, [τοξόται] Arcu præliantes, qui nunc dicuntur Sagittarii. Feſtus.
Arquus, i. V. arcus.

A R R

Arrectarius. V. arrigo.
Arrepo. V. adrepo.
Arrepto, [προσέρπω] āre. Idem quod Adrepo. Plin. lib. 35. cap. 10. Item nobiles Bacchas arreptantibus Satyris.
Arreptitius, [ἀναρπαστὸς] Qui a dæmone rapitur, qui etiam Abreptitius

reptitius dicitur. Veteres Arreptitium dicebant Larvatum, quasi a larvis arreptum. Perottus.

ARRHA, [Ἄῤῥα] Oppidum Arabiæ felicis, apud Ptolemæum.

ARRHA, æ. [ἀῤῥαβὼν] est, Quod pretii numerandi quasi pignus datur. Arrhæ autem institutæ videntur in auctionibus, cum æris aliquantulum daretur, quod plaustra gravis æris eo vehi incommodum fuisset. Nam quod Arrhæ nomine datur, argumentum est emptionis & venditionis contractæ, ait Imp. tit. De empt. & vend. Ex Hotom. Plin. lib. 33. cap. 1. At sponsiones etiamnum annulo exiliente, ab eo tempore quo nondum erat arrha velocior: ut plane affirmare possimus, nummos ante apud nos cœpisse, mox annulos.
Arrha & Arrhabo quomodo differunt, tradit Isidorus 5. 25. Gell. 17. 2. V. mox ARRHABO.

ARRĀLIS, e. Ad arram pertinens. Dioclet. l. 3. C. de Act. Empt. & Vend.

ARRILĀTOR, ōris. m. Qui quiddam, data arrha, emit. V. Scalig. ad Festum. Gellius ex Laberio, 16. 7. scribit Arulator.

ARRHĂBO, ōnis. m. Idem quod Arrha. Verbum est Græcum ἀῤῥαβὼν, quo tanquam Latino Plaut. & Ter. utuntur. Plaut. Rud. prol. 46. Minis triginta sibi puellam destinat, datque arrhabonem, & jurejurando alligat. Idem in Mil. 4. 1. 11. Hunc arrhabonem amoris a me accipe. Hæc dictio videtur potius esse Hebræa, quam Græca. Hebræi enim ערבון *Arabon*, dicunt Pignus, a verbo ערב *Arab.* i. e. Oppigneravit.
Arrhabo, pro Obsidibus. Gell. lib. 17. cap. 2. M. Cato in L. Veturium, Quum tantus (inquit) arrhabo penes Samnites pop. Romani esset: Arrhabonem dixit, DC obsides: & id maluit quam pignus dicere, quoniam vis hujus vocabuli in ea sententia gravior acriorque est. Sed nunc Arrhabo in sordidis verbis haberi cœptus: ac multo rectius videtur Arrha: quanquam Arrham quoque veteres sæpe dixerint.
Arrhabo, pro Pignore. Ter. Heaut. 3. 3. 42. Et relicta huic arrhaboni est pro illo argento.

ARRHENICUM, sive ARRHENICE, [ἀῤῥενικὸν] Vocat Galen. lib. de Simpl. Medic. Facult. quod aliis Arsenicum. Sic & Plin. 28. 15. At l. 34. extr. Arsenicum, q. V.

ARRHENOGONON. V. ARSENOGONON.

ARRHĒTOS Æon hæreticorum. Tertull.

ARRHOSTĒMA, ătis. n. [ἀῤῥώστημα] Latine vertitur a Cicerone Ægrotatio, 4. Tusc. 23. Deinde ægrotationes, quæ appellantur a Stoicis ἀῤῥωστήματα, hisque item oppositæ contrariæ offensiones.

ARRIA. V. ARRIUS.

ARRIANUS, [Ἀῤῥιανὸς] Poëta, cujus Suidas commemorat Metaphrasin Georgicorum Virgilii & Alexandriada, poema videlicet de rebus gestis Alexandri Macedonis, libris 24. & alia multa opera.
Arrianus alius Nicomediensis, Historicus & Philosophus Xenophontis æmulus & propterea Xenophon junior cognominatus. Sicut ille de Socrate quippe, ita hic de Epicteto philosopho ejusque dissertationibus opus edidit, & sicut ille Cyri ἀνάβασιν VII. libris, hic quoque historiam Alexandri Magni totidem libris persecutus est. Denique ad ejusdem imitationem Historiam, Tactica item & Cynegetica scripsit, & Martem cum Musis conjunxit. Emicuit Romæ sub Adriano & M. Antonino principibus, a quibus ob eruditionem non solum civitate donatus, sed & honoribus usque ad consulatum evectus. Plura V. apud Fabric. Bibl. Gr. Vol. 3. p. 269. ubi & Arriani alii recensentur.

ARRĪDEO, īsi, īsum, [προσγελάω] ēre. ex Ad, & Rideo; significat alicui lætitiam animi ridendo ostendere. Ovid. [ubi?]
Arrisit paries adveniente dea. Ter. Eun. 2. 2. 19. Hisce ego non paro me ut rideant, sed iis ultro arrideo. Ubi Donatus, Quid est, iis arrideo? Aut veluti pareo, id est, obsequor, aut veluti dictis delector.
Arridere ridentibus. i. e. Simul ridere. Hor. in Arte Poët. 101.
Leniter arridere. Cic. de Somn. Scip. 2. extr. Leniter arridens Scipio, Quæso (inquit) ne me e somno excitetis.
Arridere res dicitur, Quæ placet. Cic. 13. Att. 21. Inhibere illud tuum, quod valde mihi arriserat, vehementer displicet.
Arrideri & Derideri, contraria. Cic. de Opt. Gen. Orat. 11. Quoniam nonnullorum sermo jam increbuit, partim seipsos Attice dicere, partim neminem nostrûm dicere: alteros negligamus, satis enim his res ipsa respondet, quum aut non adhibeantur ad causas, aut adhibiti derideantur: nam si arrideantur, esset id ipsum Atticorum.

ARRISIO, ōnis. f. Author ad Herenn. 1. Interpellatio & arrisio.

ARRĪSOR, ōris. m. Qui alicui subridet, aut arridet. Sen. Epist. 27. Suasit illi Satellius Quadratus, stultorum divitum arrosor, & (quod sequitur) arrisor, & (quod duobus his adjunctum est) derisor, ut Grammaticos haberet analectas. [De hujus farinæ Græculo Juvenal. Sat. 3. v. 100. — Rides? majore cachinno Concutitur.

ARRĬGO, exi, ectum, [ἵστημι, ὀρθόω] ĕre. ex Ad, & Rego compositum; significat Erigere. Virg. 10. Æn. 726. — comasque arrexit.
Arrigere aliquem, sive alicujus animum, per metaphoram. Sallust. Eos non paulum oratione sua Marius arrexerat. i. e. Erexerat, excitaverat.
Arrigere aures. Ter. And. 5. 4. 31. Aurige aures Pamphile. Ubi Donatus, Arrige aures, translatio a pecudibus, quibus verbis intendit accipiendam esse vocem.
Arrigere aures alicui sermone aliquo. Plaut. Rud. 5. 2. 6.

ARRECTUS, Partic. [ὀρθοστατὴς] ut
Arrectæque horrore comæ. Virg. 4. Æn. 280.
Arrectisque auribus adstant. Virg. 1. Æn. 152.
Arrecta hasta. Virg. 4. Æn. 465.
Arrectum pectus. Virg. 11. Æn. 639.
In digitos arrectus uterque. Virg. 5. Æn. 426.
Lumina arrecta. Virg. 2. Æn. 173.
Arrectæ mentes, stupefactaque corda. Virg. 5. Æn. 643.
Laudum arrecta cupido. Virg. 5. Æn. 138.
Arrecti animum dictis. Virg. 1. Æn. 583.
Animus ad bellandum. Liv. 8.
Compar. Liv. 21. 35. extr. Ut pleraque Alpium ab Italia, sicut breviora, ita arrectiora sunt. [Al. Arctiora. Sed alteram lectionem non spreverim. Sequitur: Omnis enim via præceps, angusta, lubrica erat. An Asperiora? ut hoc deinde paraphrasi explicet.

ARRECTARIUS, Adj. a Partic. Arrectus, [ὀρθοστάσιος] Quod est arrectum. ut, Asser arrectarius in cratitio pariete, Qui arrectus est: sicut Transversarius, Qui in transversum ponitur. Vitruv. lib. 2. cap. 8. Etiam qui sunt in tectoriis operibus, rimas in iis faciunt arrectariorum & transversariorum dispositione. V. Cratitius in CRATES.

ARRĬPIO, ui, eptum, [προσαρπάζω] ĕre. ex Ad & Rapio compos. Cum impetu quodam & violentia accipere. Cic. in Pison. 84. Familias arripuerunt, pecus abegerunt.
Jam intro arripiere, atque ibi usque ad necem operiere loris. Ter. Adel. 2. 1. 27. Sic Steph. Sed optimi codices Abripiere exhibent.
Ex circulo aliquem arripere. Cic. 1. de Orat. 159. Si quemcunque patremfamiliâs arripuissetis, ex aliquo circulo, eadem vobis percontantibus respondisset.
Arripit dolor. Cic. 2. de Fin. 93. Nisi forte eum dolorem dicis, qui simul atque arripuit, interfecit.
Arripit animus. Cic. 1. de Divin. 26. Duo genera divinandi esse dicebas: unum artificiosum; alterum naturale. Naturale, quod animus arriperet, aut exciperet ex divinitate.
Arripere ad vel in quæstionem. Cic. pro Milon. Subito arrepti in quæstionem, tamen separantur. Idem pro Cluent. 89. Eo tempore ipse ad quæstionem arreptus est.
Arripere terram velis, Invadere. Virg. 3. Æn. 477. Servius.
Arripere, Raptum tenere. Virg. 11. Æn. 531.
Arripere aliquid ad reprehendendum. Cic. 2. de Nat. Deor. 162. Illud vero quod uterque vestrûm fortasse arripiet ad reprehendendum.
Causam ad incendia, cædes, &c. Cic. pro Domo sua, 12. Hunc istum otii & pacis hostem causam arrepturum fuisse ad incendia, cædes, rapinas, nolo Pontifices, suspicemini, nisi videritis.
Causam & tempus. Cic. 5. Fam. 12. Sed ad properationem meam quiddam interest non te expectare dum ad locum venias: ac statim caussam illam totam & tempus arripere.
Occasionem. Liv. 5. Bell. Maced.
Opem ad rem aliquam. Plaut. Mil. 2. 2. 65.
Facultatem lædendi. Cic. pro Flacc. 19. Mirandum vero est homines eos libenter arripere facultatem lædendi, quæcunque detur.
Cognomen sibi arripere ex aliorum imaginibus. Cic. pro Sext. 69. Ex novem Tribunis, quos tunc habueram, unus me absente defluxit, qui cognomen sibi ex aliorum imaginibus arripuit, quo magis nationis ejus esse, quam generis videretur.
Maledictum ex trivio. Cic. pro Muren. 13. Quare quum ista sis authoritate, non debes, M. Cato, arripere maledictum ex trivio, aut ex scurrarum aliquo convicio, neque temere Consulem pop. Rom. saltatorem vocare. i. e. Uti verbis maledicis quæ vulgo in triviis dicuntur.
Verba de foro. Cic. 3. de Fin. 4. Ars est enim philosophia vitæ: de qua disserens, arripere verba de foro non potest. i. e. Uti verbis quibus in foro contenditur.
Similitudinem alicujus, pro Studere illi similem esse. Cic. 1. Tusc. 110. de Fabriciis, Scipionibus, & similibus loquens, Quorum similitudinem aliquam qui arripuerit, non eam fama populari, sed vera bonorum laude metiens, fidenti animo (si ita res fert) gradietur ad mortem.
Sermonem. Cic. 7. Att. 13. V. ABUTOR.
Arripere quod alter submonuit. Ter. Eun. 3. 5. 22. Submonuit me Parmeno ibi servus: quod ego arripui.
Aliquid ex responsione alterius. Cic. 3. de Fin. 14. Aliquid, ut ego suspicor, ex mea brevi responsione arripere cupienti non respondebo ad singula.
Sese foras. Plaut. Curc. 5. 1. 7.
Medium arripere aliquem. V. MEDIUS.
Arripere celeriter, & Tarde percipere, contraria. Cic. pro Rosc. Com. 31. Jam quo quisque est solertior & ingeniosior, hoc docet iracundius & laboriosius. quod enim ipse celeriter arripuit, id quum tarde percipi videt, discruciatur.
Ex natura aliquid arripere. Cic. in Orat. 165. Est hæc non scripta, sed nata lex: quam non didicimus, accepimus, legimus: verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus.
Avide arripere literas. Cic. de Senect. 26. Græcas literas senex didici, quas quidem sic avide arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens.

ARRISOR, V. ARRIDEO.

ARRIUS, Nom. gent. Rom. ut suspicatur Fulv. Ursin. Plebejæ. Ex qua oriundus Q. Arrius. Familiaris Ciceronis, cujus epulum lautissimum commemorat Cic. ipse in Vatin. 30. Horat. quoque 2. Serm. 3. 86.
— atque epulum (ait) arbitrio Arri. De Arriis aliis illustribus V. Fulv. Ursin. & Patin. ad Denarios hujus gentis.
Fuit & Arrius [Ἄῤῥιος] philosophus Alexandrinus, qui Augusto venienti Alexandriam, post victoriam Actiacam se obtulit: tantoque in honore fuit apud eum, ut Augustus ipse palam sit fassus Alexandrinos tribus de causis ab se conservatos esse: ob Alexandri primum memoriam, deinde ob urbis pulchritudinem: postremo propter Arrium philosophum. Author Plutarchus in Antonio.
Arrius item Arrianæ sectæ author. V. ARIUS.

ARRIA, Romana fuit mulier, licet alii Patavinam faciant, quæ damnato Cæcina Pæto marito suo, corpus gladio fodit, quem vulnere educens, ipsi Pæto quærenti dedit; ut idem faceret. Martial. lib. 1. 14.

Casta suo gladium cum traderet Arria Pæto,
Quem de visceribus traxerat ipsa suis;
Si qua fides, vulnus quod feci non dolet, inquit,
Sed quod tu facies hoc mihi, Pæte, dolet.

De hujus feminæ incredibili fortitudine plura Plin. l. 3. Ep. 16. Ex quo potissimum & ex Tacito decerpsit quæ habet Lipsius Cent. 3. ad Belg. Ep. 83. Hujus filia Arria, Pæto Thraseæ nupta, ægre mariti, a Nerone pariter ad mortem damnati, precibus concessit, ne matris exemplum in consciscenda sibi nece sequeretur, teste Tacito Ann. l. 16. c. 34.

ARRŌDO, si, sum, [περιτρώγω] ĕre. Idem quod Rodere, vel Circumrodere significat.
Arrodere Rempublicam, per translationem. Cic. pro Sext. 72. Quoniam id etiam fatum civitatis fuit, ut illa ex vepreculis extracta nitedula Remp. conaretur arrodere.

ARROSUS, Partic. ut, Semina arrosa condunt formicæ. Plin. 11. 30.

ARRŌSOR, ōris. m. V. in ARRISOR.

ARRŎGO, [ἀποδίδωμι, ἀπαιτέω, ἀλαζονεύομαι] āre. ex Ad & Rogo compositum; significat Aliquid temere sibi tribuere. Cic. de Clar. Orat. 291. Est enim & minime inepti hominis, & ejusdem etiam faceti, quum de sapientia disceptetur, hanc sibi ipsum detrahere, eis tribuere illudentem, qui eam sibi arrogant.
Arrogare & Derogare, contraria. Cic. pro Rosc. Amer. 89.
Arrogare sibi nomen insolentissimum. Quintil. in procem. lib. 1.

Sumere & arrogare ſibi. Cic. pro Planc. 3.
Tribuere alteri & ſibi arrogare aliquid. Cic. 4. Fam. 1.
Arrogavit tibi fortuna laudem. Hor. 4. Carm. 14. 40.
Artem ſibi arrogare. Hor. 2. Serm. 4. 35.
Nihil non arrogat armis. Hor. in Arte Poët. 122.
Arrogare pretium rei. Hor. 2. Epiſt. 1. 35.
Arrogare, [ἐσποιεῖσθαι] In filium ac familiam ſibi aſciſcere. A quo Arrogatio, de qua ſic Gell. lib. 5. cap. 19. Quum in alienam familiam, inque liberorum locum extranei ſumuntur: aut per Prætorem fit, aut per populum. Quod per Prætorem fit, adoptatio dicitur: quod per populum, arrogatio. Adoptantur autem, quum a parente, in cujus poteſtate ſunt, tertia mancipatione in jure ceduntur: atque ab eo qui adoptat, apud eum apud quem legis actio eſt, vindicantur. Arrogantur ii qui quum ſui juris ſint, in alienam ſeſe poteſtatem tradunt, ejuſque rei ipſi authores fiunt. Et paulo poſt, Arrogatio autem dicta, quia genus hoc in alienam familiam tranſitus, per populi rogationem fit, &c.
Item Interrogare. Plaut. 5. 2. 4. Accede dum huc: Venus hæc volo arroget te. V. Turneb. in loc.
Arrogare Dictatorem Conſuli. Liv. 7.

Arrogans, [ἀλαζὼν] Partic. Qui ſibi aliquid temere atque inſolenter & falſo tribuit. Cæſ. 3. Bell. Civil. 1. Ne aut ingratus in referenda gratia: aut arrogans in præripiendo populi beneficio videretur. Cic. 3. Verr. 155. Tantum dicam, homines arrogantes hoc adjutore Q. Opimium per ludum & jocum fortunis omnibus evertiſſe.
Arrogans minoribus. i. e. Erga inferiores. Tacit. 11. Ann. 21. Adverſus ſuperiores triſti adulatione, arrogans minoribus, inter pares difficilis.
Minax & arrogans. Cic. pro Font. 26.
Non grata potius, quam arrogans beneficiorum prædicatio. Cic. de Aruſp. Reſp. 16.

Arroganter, ius, iſſime. Adv. [ἀλαζονικῶς] Cic. 2. de Orat. 352. Si aſpere, ſi arroganter, ſi turpiter, ſordide, ſi quoquo animi vitio dictum eſſe aliquid videatur.
Nec vero arroganter hoc dictum exiſtimari velim. Cic. 1. Off. 2.
Audite Conſulem Judices: nihil dicam arrogantius. Cic. pro Muren. 78.
Temere atque arroganter aſſentiri alicui. Cic. 2. de Invent. 10.
Arroganter peto, ſi nemo impetravit. Cic. pro Ligar. 30.
Contumaciter & arroganter ſcribere. Cic. 6. Att. 1.

Arrogantia, æ. f. [ἀλαζονεία] Per quam temeritas atque impudentia vanam ſibi comparat authoritatem. Cæſ. 1. Bell. Civil. 85. Accidiſſe igitur his, quod plerunque hominibus nimia pertinacia atque arrogantia accidere ſoleat, uti eo recurrant, & id cupidiſſime petant, quod paulo ante contempſerint.
Superbia & arrogantia. Cic. 1. de Invent. 52.
Arrogantiæ crimen extimeſcere. Cic. in Orat. 132.
Arrogantiæ opinione laborare. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Sermo plenus arrogantiæ. Cic. pro Muren. 49.
Gravis atque intolerabilis arrogantia. Cic. pro Cluent. 109.
Exuere arrogantiam & avaritiam. Tacit. in Vita Agric. 9.
Minuere arrogantiam. Cic. 3. Q. frat. 6. Et illud γνῶθι σεαυτὸν, noli putare ad arrogantiam minuendam ſolum eſſe dictum, verum ut bona noſtra norimus.

Arrogatio, ōnis. f. Adoptionis ſpecies, V. Gell. 5. 19.
Arrogātor, ōris. m. Qui adoptat. l. 15. digeſt. de adopt.
Arrosor. V. arrodo.
Arrūci, [Ἀῤῥουκὶ] Bæticæ oppidum, in conventu Hiſpalenſi. Plin. lib. 3. cap. 1.
Arrugĭa, æ. [ἀῤῥυγία] Cuniculus ſubterraneus quo extrahitur aurum. Plin. lib. 33. cap. 4. Cuniculis per magna ſpatia actis, cavantur montes ad lucernarum lumina. Eadem menſura vigiliarum eſt, multiſque menſibus non cernitur dies. arrugias id genus vocant. Et ibidem 11. Aurum arrugia quæſitum non coquitur, ſed ſtatim ſuum eſt. Inveniuntur ita maſſæ.

A R S

Ars, artis. f. [τέχνη] Diomed. 2. Ars eſt rei cujuſdam Scientia uſu vel traditione vel ratione percepta, tendens ad uſum aliquem vitæ neceſſarium. Author ad Heren. lib. 1. 2. Ars eſt Præceptio quæ dat certam viam rationemque faciendi. V. plura apud Quintil. 2. 17. Cic. 4. Acad. Ars vero quæ poteſt eſſe, niſi quæ non ex una, aut ex duabus, ſed ex multis animi perceptionibus conſtat? Idem 1. de Orat. 192. Menedemus artem negabat eſſe ullam, niſi quæ cognitis, penituſque perſpectis, & in unum exitum ſpectantibus, & nunquam fallentibus rebus contineretur. Ter. And. 1. 1. 4. Quid eſt quod tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius? SI. Nihil iſtac opus eſt arte ad hanc rem quam paro. ubi Donatus ἀπὸ τῆς ἀρετῆς per ſyncopen deducit.
Artis quoque cujuſdam eſt, æqualiter ſpargere. Plin. lib. 18. cap. 24.
Ars alicubi opponitur Ingenio. Ovid. de Callimacho, quem vocat Battiadem:

Battiades ſemper toto cantabitur orbe;
Quamvis ingenio non valet, arte valet.

Item:

Ennius ingenio maximus arte rudis. H. St. Prior locus extat I. Amor. 15. 13. Alter 2. Triſt. 424.

Ratio, ſive ars. Cic. 2. de Orat. 147. Ad inveniendum in dicendo hæc tria ſint, acumen, deinde ratio, quam licet (ſi volumus) appellemus artem, tertium diligentia.
Ars dux certior quam natura. Cic. 4. de Fin. 10.
Ars (inquit Servius) τῶν μέσων eſt. unde ſine epitheto male ponitur: ut Bonas artes, Malaſque artes dicamus. Virg. 1. Æn. 657.

At Cytherea novas artes, nova pectore verſat
Conſilia.

Ars ordinata præceptis. i. e. Redacta in præcepta. Liv.
Ars, Fraus, dolus. Virg. 2. Æn. 152.

— ille dolis inſtructus, & arte Pelaſga. Ter. Adel. 4. 7. 25.

Nempe tua arte viginti minæ pro pſaltria periere.
Opus artis, Quod artem & induſtriam requirit. Ovid. 2. de Arte Am. 14.

Nec minor eſt virtus, quam quærere, parta tueri:
Caſus ineſt illic, hic erit artis opus.

Armorum ars. Quintil. lib. 2. cap. 7.
Veſtibulum artis ingredi. V. vestibulum.
Clarus arte medicinæ. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Humili arte præditus. Cic. pro Arch. 10. Etenim quum mediocribus multis, & aut nullo, aut humili aliqua arte præditis, gratuito civitatem in Græcia homines impertiebantur, &c. id huic ſumma ingenii prædito gloria noluiſſe?
Ars audax, Quæ animum audacem poſtulat. Ovid. 2. de Arte Am.
Ambitioſa. Plin. 29. 1. de Medica arte loquitur.
Bonæ. V. bonus.
Civiles ac forenſes. Cic. in Brut. Quum duæ civiles artes ac forenſes plurimum & laudis haberent, & gratiæ. Juris ſcientiam & Eloquentiam intelligit.
Doloſa. Ovid. 15. Met. 473.
Graviſſimæ. Cic. 2. de Fin. V. paulo poſt, Inſtructus, &c.
Jejuna. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Ignorata. Hor. in Arte Poet. 262.
Imperatoria. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Indotata, In indotatus.
Iners ars, Inutilis. Ovid. 3. de Arte Am. 208.
Inopi miſerabilis arte. Juven. 12. Sat.
Ingenuæ. Cic. 4. Fam. 3. & Ovid. 3. Faſt. 6.
Ingenuis artibus inſtructus. V. instruo.
Liberales. In liber, liberi.
Ludicra. In ludus.
Magica. Virg. 4. Æn. 493. Et apud Ovid. 3. Amor. 7. 35.
Magiſtræ artes. Ovid. 15. Epiſt. 83.
Magna & glorioſa. Cic. in Orat.
Malæ artes. Martial. lib. 5. 18.
Medentium ars, Medicina. Stat. 5. Sylv. 1. 158.
Medicæ. Ovid. 5. Epiſt. 145.
Mediæ artes, quæ dicantur. In medius.
Mediocris. In mediocris.
Monſtrificæ. Valer. 6. Argon. 153. periphraſis Magiæ.
Mutæ. In mutus.
Novæ. Virg. 1. Æn. 657.

At Cytherea novas artes, nova pectore verſat Conſilia.

Nudæ. Quintil. in proœm. lib. 1.
Nugatoria. Plaut. Trin.
Operoſa. Stat. 5. Sylv. 1. 158. V. operosus.
Oratoria. Quintil. lib. 3. cap. 1.
Præcipua. Ovid. 1. de Arte Am.
Prudens. Ovid. 5. Epiſt.
Paraſitica. Plaut. Capt. 3. 1. 9.
Palæſtrica. Quintil. lib. 2. cap. 21.
Pecunioſa. In pecuniosus.
Pieriæ. Claud. Præf. in l. 3. de Laud. Stilic. 3.

Non ſine Pieriis exercuit artibus arma.

Pulcherrima. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Raras dotata per artes. Ovid. 2. Amor. 4. 17.
Secretæ, Magicæ dicuntur. Ovid. 7. Met. 138.
Sopitæ. Claud. de Conſ. Mal. Theod. 264.
Sordida. V. paulo poſt, Verſari in ſordida arte.
Summa. Quintil. lib. 2. cap. 19.
Tacita. V. paulo poſt, Nocere tacita arte.
Tantæ artis opus, Tanto factum artificio. Ovid. 13. Met. 290.
Tenuis ars. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Vulgatæ. Hor. 4. Carm. 9. 3.
Accingi ad artes magicas. In accingo.
Accipere artes a magiſtris. V. accipio. Ovid. 9. Met. 717.
Addocet artes ebrietas. Hor. 1. Epiſt. 5. 18.
Adhibere artem. In adhibeo.
Adjicere plus artis. i. e. Doctiorem reddere. Hor. 2. Epiſt. 2. 42.
Adipiſci aliquid ſtudiis & artibus. Cic. 1. Q. frat. 1.
Adjuvet artes. Ovid. 8. Met. 866.
Admiſcere artem pretio, & metallum per ſe pretioſum artificio & cælatura pretioſius reddere. Claud. de Nupt. Hon. & Mar.
Advocare artem. In advoco.
Aſſumere. In assumo.
Attribuere aliquid artibus. Cic. 4. de Fin. 76. Omnibus artibus volumus attributam eſſe eam, quæ communis appellatur prudentia, quam omnes qui cuiquam artificio præſunt, debent habere.
Bibere arte. Ovid. 2. de Arte Am. 506.
Bibunt artes ſuccum ingenii. Quintil. in proœm. 1. lib. 18.
Canere arte. Ovid. 2. de Arte Am. 506.
Combibere artes. In combibo.
Commendare ſe arte. Hor. 2. Epiſt. 1. 261. i. e. Oſtentare ſe ob artem.
Concedere alicui artem. In concedo.
Confidere arte. Cic. 5. Tuſc. 8.
Conticeſcunt artes. In conticesco.
Continentur inter ſe artes. In contineo.
Conſummata ars. In consummo.
Continentur artibus liberales diſciplinæ. Cic. 3. de Orat. 125.
Contudit animos feros molli arte. Ovid. 1. de Arte Am. 12.
Decipere aliqua arte. Ovid. 12. Epiſt. 50.
Deſinere artem. In desino.
Deſpicere artes. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. in præfat. 23.
Deſtitui ab arte ſua. Ovid. 5. Epiſt. 150.
Dimittere animum in artes ignotas. Ovid. 8. Met. 188. de Dædalo.
Diſce bonas artes. Ovid. 1. de Arte Am. 459.
Diverti ad artes. Ovid. 9. Met. 425.
Ediſcere paternas artes. Ovid. 2. Met. 638.
Efficere artem, idem quod Redigere ad artem. Cic. 1. de Orat. 186.
Efficiuntur artes ex cognitionibus & comprehenſionibus rerum. Cic. 3. de Fin. 49.
Efficere artem ex obſervatione. Quintil. lib. 3. cap. 2.
Eruditus optimis artibus. Nep. 24. 12.
Excolere vitam per artes. Virg. 4. Æn. 663.
Excudere artes. V. excudo.
Excutere, idem quod Extundere. Ovid. 1. de Arte Am. 242. [Imo non idem. En locum:

Tunc aperit mentes, ævo rariſſima noſtro,
Simplicitas; artes excutiente Deo.

Deus ille Bacchus eſt, qui Artes, i. e. dolos, excutit, i. e. removet.
Exercere. Hor. 1. Epiſt. 14. 44.

Exercer

Exercere ludicram. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Exercere medicas artes. Ovid. 2. Met. 618.
Extitit illi ea ars. Cic. pro Arch. 24. Alexander, quum in Sigeo ad Achillis tumulum aſtitiſſet, O fortunate, inquit, adoleſcens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris! Et vere. nam niſi illi ars extitiſſet illa, idem tumulus, qui corpus ejus contexerat, nomen etiam obruiſſet.
Extundere. Virg. 1. Georg. 133. V. EXCUDO.
Facere arte. Virg. 9. Æn.
Factitare artem. Cic. in Orat. 147. Me autem ſive pervagatiſſimus ille verſus, qui vetat artem pudere proloqui quam factites, diſſimulare non ſinit quin delectet.
Habere artium ſcientiam. Cic. 7. Fam. 3. Vacare culpa magnum eſt ſolatium, præſertim quum habeam duas res quibus me ſuſtentem, optimarum artium ſcientiam, & maximarum rerum gloriam.
Inficere artibus. In INFICIO.
Inſtituere artem, & Artem efficere. Cic. 1. de Orat. 186. Nihil eſt quod ad artem redigi poſſit, niſi ille prius qui illa tenet, quorum artem inſtituere vult, habeat illam ſcientiam, ut ex iis rebus quarum ars nondum ſit, artem efficere poſſit.
Inſtruere aliquem arte. Ovid. 16. Epiſt. 164.
Inſtructus & ornatus plurimis & graviſſimis artibus. In INSTRUO.
Latere ars dicitur, Quum artificis opus non fictum, ſed ab ipſa natura expreſſum videtur. Ovid. 10. Met. 252.
Latet ars, & Ars deprehenditur, contraria. Ovid. 2. de Arte Am. 313.
Si latet ars, prodeſt: affert deprenſa pudorem.
Arte laboratæ veſtes. Virg. 1. Æn. 643.
Ludere aliquem arte, Decipere. Ovid. 17. Epiſt. 142.
Madere arte. Lucret. lib. 4. 793.
Scilicet arte madent ſimulacra, & docta vagantur. Sic enim legendum: non ut in editionibus, Arte valent. Ut enim Arte imbui dicimus, ſic & Arte madere honeſta eademque translatione Romanos veteres dixiſſe defendimus. Hæc Turnebus.
Nocere tacita arte. Ovid. 1. Amor. 2. 6.
Obterere. In OBTERO.
Obtinere. In OBTINEO.
Omittere, Renuntiare arti. Hor. 2. Serm. 5. 26.
Ornari artibus. V. ORNO.
Peperit artem notatio naturæ & animadverſio. Cic. in Orat. 18.
Percipere artem. Cic. 7. Fam. 20. Sin tibi quædam videbuntur obſcuriora, cogitare debebis, nullam artem literis ſine interprete, & ſine aliqua exercitatione percipi poſſe.
Reparabilis arte nulla. Ovid. 5. Epiſt. 103.
Reddere aliquem inſignem multa arte. Virg. 5. Æn. 705.
Redigere ad artem, & Efficere artem, Idem. Cic. 1. de Orat. 186.
Removere, Negare artem eſſe. V. REMOVEO.
Reponere artem. i. e. Uſum artis. Virg. 5. Æn. 484.
— hic victor cæſtus, artemque repono. Ubi Servius, Et arma depoſuit, & arti renuntiavit. i. e. Catalyſin fecit.
Requirere. Cic. 2. de Orat. 110. Artem quidem & præcepta duntaxat hactenus requirunt, ut certis dicendi luminibus ornentur.
Revocare ad artem & ad præcepta. Cic. 2. de Orat. 44. Non omnia quæcunque loquimur, mihi videntur ad artem & ad præcepta eſſe revocanda.
Tendere ad artes aſſuetas. Ovid. 1. de Rem. Amor. 287.
Tradere artem. Cic. 2. de Orat. 57. Videsne Diogenem fuiſſe qui diceret, artem ſe tradere bene diſſerendi, & vera ac falſa dijudicandi, quam verbo Græcò διαλεκτικὴν appellaret?
Tradere artes alicui, Docere. Ovid. 5. Epiſt. 145.
Valere artes. Quintil. in proœm. Illud tamen in primis teſtandum, nihil præcepta atque artes valere, niſi adjuvante natura.
Vacare artibus ingenuis. Ovid. 3. Faſt. 6.
Verſari in ſordida arte. i. e. Exercere. Cic. 2. Off. 130. Sordidi etiam putantur qui mercantur a mercatoribus quod ſtatim vendant. Nihil enim proficiunt, niſi admodum mentiantur. Nec vero eſt quicquam turpius vanitate: opificesque omnes in ſordida arte verſantur.
Verſantur artes in aliqua ſcientia. Cic. 5. de Fin. 26. Omnium artium recte dici poteſt, commune eſſe ut in aliqua ſcientia verſentur, ſcientiam autem ſuam cujuſque artis eſſe.
Victa malo ars. Celſ. lib. 5. cap. 26.
Utendum artibus. i. e. Opus eſt arte ad hanc rem. Sen. Hippol. 426.

ARTIFEX, icis. [τεχνίτης, δημιουργός] Qui quævis artem aliquam exercet. Quintil. lib. 2. cap. 14. Artifex eſt qui percipit artem. Feſtus, Artifices dicti, quod ſcientiam ſuam per artus exercent: ſive quod apte opera inter ſe artent: qua ex cauſa etiam artes appellatæ ſunt. Hactenus ille. [Inſcite ſatis. V. not. ad loc. Apud Quintil. ſunt qui Præcipit corrigunt, ego malim Percepit. V. I.
O artificem probum! Ter. Phorm. 2. 1. 24. Ubi Donatus, Ironia. nam non eſt artifex, cujus deprehenditur jocus.
Artifex mundi, Deus. Cic. de Univerſ. 5.
Artifex & Inſcius, contraria. Cic. 4. Acad. 22. Quam ſi ſubtraxeris, qui diſtingues artificem ab inſcio?
Politus ſcriptor atque artifex. Cic. in Orat. 172.
Artifex alicujus negotii. Salluſt. Jug. 35. Bomilcar mature regis mandata exequitur, & per homines talis negotii artifices, itinera, greſſuſque ejus, poſtremo loca atque tempora cuncta explorat.
Artifex ſuadendi. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Artifex ſtatuarum. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Dicendi artifices & doctores, Græci. Cic. 1. de Orat. 2.
Suavitatis artifex, conſuetudo. Cic. in Orat. 161.
Artifex ad corrumpendum judicium. Cic. 7. Verr. Proinde ſiqui ſunt qui in hoc reo aut potentes, aut audaces, aut artifices ad corrumpendum judicium velint eſſe.
Artifex comparandæ voluptatis. Cic. 1. de fin. & 2. 119.
Artifex monſtrorum. Plin. lib. 28. cap. 1. Tecum enim res erit, everſor juris humani, monſtrorumque artifex, qui primus ea condidiſti.
Sceleris infandi artifex. i. e. Author ſceleris. Sen. Agam. 13.
Scenici artifices, pro Hiſtrionibus. Cic. pro Arch. 10.
Morbi artifex, pro Medico. Propert. lib. 2. 1. 60.
Manus artificum. Virg. 1. Æn. 459.
Ponitur & adjective pro Artificioſo, ſeu Eo, quod arte factum eſt. Plin. l. 10. c. 29.
Sed ex tantæ tamque artifices argutiæ, a xv diebus paulatim deſinunt. Sic Artifex dimicatio, apud eundem lib. 8. cap. 40. Et apud Quintil. lib. 9. cap. 4. Artifex motus. Perſ. 5. Sat. 40. Artifex vultus. Cic. 2. de Nat. Deor. Artifex natura.

ARTIFICIUM, i. n. [τέχνη] Ars & ſcientia ipſa arte aliquid faciendi.
Artificium & ſcientia. Cæſ. 7. Bell. Gall. 29. Neque acie viciſſe Romanos, ſed artificio quodam & ſcientia oppugnationis.
Simulacrum ſingulari opere artificioque perfectum. Cic. 6. Verr. 72. Fuit apud Segeſtanos ex ære ſimulacrum Dianæ, tum ſumma atque antiquiſſima præditum religione, tum ſingulari opere artificioque perfectum.
Antiquo opere, & ſummo artificio facta. Cic. 6. Verr. 46.
Componere artificium de jure civili. Cic. 2. de Orat. 83.
Excogitare artificium. Cic. 9. Fam. 16.
Artificium hoc funditus extinctum & everſum eſt. Plin. lib. 2. Epiſt. 14. ad Maximum, ſub finem.
Artificio fabricare aliquid. Cic. 4. Acad. 30.
Artificii aliquid habere. Cic. 7. Verr. Iſte quod omnes qui artificii aliquid habuerant, aut formæ, removerat, atque abduxerat. i. e. Utcunque peritos & formoſos.
Artificiis aliquem inſtruere. Ulpian. in l. Si ſervos. D. de pignorat. action. Si ſervos pignoratos artificiis inſtruxit.
Sine magno artificio. Cic. 4. Acad. 86. Nonne videtur contra te valere, ſi ſine magnis artificiis; ad quæ pauci accedunt, noſtri quidem generis, admodum nec videre, nec audire poſſumus?
Oblivisci artificium. Cic. pro Roſc. Amer. 49.
Periit hoc artificium. Plin. lib. 2. Epiſt. 14. ad Maximum, ſub finem.
Præeſſe alicui artificio. Cic. 4. de Fin. 76.
Præſtare artificium. Cic. pro Cluent. 57. Niſi forte hæc cauſa eſt, quod medici nihil præter artificium: Oratores etiam authoritatem præſtare debent.
Sine magno artificio. Cic. 4. Acad. 86.
Artificia tollere. Cic. 4. Acad. 144. Quo enim ſpectat illud, quum artificia tolli quereris a nobis, niſi ut opifices concitentur?
Tradere. Cic. 4. Acad. Idemque etiam diſputandi & intelligendi judicium dicas te, & artificium traditurum.
Tueri. Cic. 3. de Fin. 4. Ne opifices quidem tueri ſua artificia poſſent, niſi vocabulis uterentur nobis incognitis, uſitatis ſibi.
Artificium, pro Re quæ arte facta eſt. ut, Artificii cupidus Verres, apud Cic. 6. Verr. 46. Ut intelligatis, in homine intelligentiam eſſe, non avaritiam: artificii cupidum, non argenti fuiſſe.
Artificium dicendi. Cic. 1. de Orat. 74.
Artificium accuſatorium. Cic. pro Roſc. Amer. 49. Non tu in iſto artificio accuſatorio callidior es, quam hic in ſuo.
Intimum. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Artificio ſimulationis eruditus. Cic. pro Planc. 22. Laudanda eſt vel etiam amanda vicinitas retinens veterem illum officii morem, non infuſcata malevolentia, non aſſueta mendaciis, non fucata, non fallax, non erudita artificio ſimulationis, vel ſuburbano, vel etiam urbano.
Artificium coquorum. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Artificium, Fraus, dolus. Cic. 9. Att. 8. Quorum artificiis effectum eſt ut Reſpub. in hunc ſtatum perveniret.
Rem opponit Artificio Seneca Epiſt. 112. Talis eſt verus, & rebus non artificiis philoſophus.

ARTIFICIŌSUS, a, um. [ἔντεχνος, τεχνικός] Qui aliquid via quadam & arte facit. Cic. 2. de Nat. Deor. 59. Zeno igitur naturam ita definit, ut eam dicat eſſe ignem artificioſum ad gignendum progredientem via. Cenſet enim artis maxime proprium eſſe creare & gignere, &c.
Artificioſum, Artificio plenum. Cic. 2. de Fin. 15. Epicurus autem (ut opinor) nec non vult, ſi poſſit, plane & aperte loqui, nec de re obſcura, ut phyſici: aut artificioſa, ut mathematici, &c.
Artificioſum opus, & divinum. Cic. 2. de Nat. Deor. 138.

ARTIFICIŌSE, Adv. [ἐντέχνως, τεχνικῶς] Cic. 1. de Orat. 186. Nulli fuerunt, qui illa artificioſe digeſta, generatim componerent. i. e. Arte quadam diſpoſita. Idem 2. de Nat. Deor. Id multo artificioſius naturam efficere.
Artificioſe ambulare. Cic. 3. de Nat. Deor. 58. Naturæ iſta ſunt, Balbe, naturæ non artificioſe ambulantis.

ARTIFICIĀLIS, e. [τεχνικός, ἔντεχνος] Quod arte factum eſt. Quintil. lib. 5. cap. 1. Probationes artificiales.

ARTIFICIALĬTER, Adv. [τεχνικῶς] Quintil. lib. 2. cap. 17. extr. Sed nec illa omittenda ſunt, qua in re alius ſe inartificialiter, alius artificialiter gerat.

ARTIUNCULA, [τεχνίον] apud Platonem p. 607. edit. nſtr. H. St. De Græco deminutivo nihil dubium eſt. Notum Neronis dictum, ap. Suet. c. 40. in Vit. Τὸ τεχνίον πᾶσα γαῖα τρέφει. Sed Latinæ vocis dolendum eſt cultro abſciſſum fuiſſe exemplum, quod Henricus Steph. incertum ex veteri ne aliquo, an juniore ſcriptore, adſcripſerat.

ARSĂCES, [Ἀρσάκης] fuit primus Perſarum ex Parthis rex, a quo omnes Perſidis reges poſtea ARSACIDÆ dicti ſunt. Nam (ut ait Servius in 6. Æn.) omnes reges Albani ab Sylvio filio Æneæ & Laviniæ, Sylvii ſunt dicti: ſicut Romani Imperatores, Auguſti vocantur: Ægyptii, Ptolemæi: Perſæ, Arſacidæ. Hactenus Servius. Apud Strabonem lib 11. legitur Arſacæ. V. Lucan. lib. 1. 108. Et Juſtin. 41. 5. Arſacidarum hiſtoriam egregie ex nummis illuſtravit Ez. Spanhem. de Pr. Num. Diſſ. 8. Sect. 1.

ARSACIUS, Adj. [Ἀρσάκιος] Martial. lib. 9. 35.
Scis quid in Arſacia Pacorus deliberet aula. Fuit autem Pacorus, Parthorum rex. conf. Claud. 4. Conſ. Hon. 215.

ARSACIA, [Ἀρσακία] prius vocata Aropus, Urbs eſt in Media, ſic a Parthis appellata. Author Volaterr.

ARSAGALITÆ, Populi ad Indum fluvium, Caucaſo monti contermini. Plin. lib. 6. cap. 20.

ARSAMES, ſub Dario ultimo ſatrapa Ciliciæ. V. Curt. 3. 12.

ARSAMŌTE, [Ἀρσαμώτη] Oppidum majoris Armeniæ, Euphrati proximum, de quo Plin. lib. 6. cap. 9.

ARSANCA, [Ἀρσάγκη] Urbs Germaniæ Ptolemæo, vulgo *Cleppern.*

ARSANIAS, [Ἀρσανίας] Fluvius eſt Armeniæ, qui cum Tigri circiter quatuor paſſuum millia fluit: deinde diviſus, in Euphratem illabitur. Meminit hujus fluvii Plin. lib. 4. cap. 24.

ARSENARIA, [Ἀρσεναρία] Mauritaniæ Cæſarienſis colonia Ptolemæo, *Arzé* vulgo. Mela eam aſcribit Numidiæ. Olivarius dicit eam nunc vulgo vocari *Arſen.*

ARSE-

Arsenĭcum, [ἀρσενικὸν] Genus eſt coloris lutei, Plin. 30. 13. & 34.18. Matthiolus ait Arſenicum verum non fieri arte, ut quidam putant, ſed naſci in eisdem cavernis ubi oritur auripigmentum. V. arrhenicum.

Arsenogŏnon, [ἀρσενογόνον] Herba ferens ſemen teſtibus ſimile, ita dicta, quod vino in quo macerata eſt epoto, mares generari credantur, quemadmodum Thelygono, fœminæ. Plin. 26. 15. Dioſcor. 3. 140. ἀῤῥενογόνον Phylli vel Bryoniæ ſpecies.

Arsĕnotheleas, [ἀρσενοθηλεῖς] Deos antiqui eſſe dixerunt, utriuſque ſexus participatione, quaſi Maſculofœminas: quo nomine quædam quoque animalia ab Ariſtotele nominantur, ſemetipſa ineuntia.

Arsenus, [Ἀρσήνη] Lacus eſt in Armenia, quem etiam Thæotin vocant, nitroſus plurimum, unde veſtes dilacerat ac rumpit, & propterea ejus aqua non bibitur. Plura Strabo lib. 11.

Arses, Mandragora mas. Plin. 25. 13.
Item, Perſarum Rex. Diod. 17. 5.

Arseverse, Averte ignem ſignificat. Tuſcorum enim lingua *Arſe*, Averte: *Verſe*, Ignem conſtat appellari. Unde Afranius ait, Inſcribat aliquis in oſtio, ARSEVERSE. Feſtus.

Arsia, Hetruſcorum ſylva fuit, Romanorum cum Veientibus & Hetruſcis pugna celebris.

Arsias, [Ἀρσίας] Italiæ fluvius, Campaniam præterfluens, cujus latitudinem ab uno latere diſterminat, Varo fluvio alterum occupante. Plin. lib. 3. cap. 6.

Arsicina, [Ἀρσικίνα] Urbs Germaniæ Ptolemæo, hodie Brunna, vulgo *Brump.*

Arsicoras, Sardorum rex tempore Annibalis, ut ſcribit Livius.

Arsineum, Ornamentum capitis muliebris. Feſtus. V. arlineum.

Arsinŏe, [Ἀρσινόη] Filia fuit Ptolemæi Lagi filii, qui Ægyptum poſt Alexandrum tenuit, uxor Lyſimachi regis Macedoniæ, forma præſtantiſſima, ex quo Lyſimachum & Philippum peperit, quibus cum regnum, Agathocle privigno veneno necato, deſtinaret, a fratre Ptolemæo Cerauno, cui, poſtquam bello contra Seleucum Lyſimachus occubuit, inceſtis nuptiis juncta fuerat, interfectis duobus filiis, in Samothraciam relegata, parricidii pœnas dedit.
Arſinoe item fuit Soror Cleopatræ, a Jul. Cæſare in triumpho ducta, de qua videantur Dio Caſſius lib. 42. & 43. & Lucan. lib. 10. 519. ſeqq.
Arſinoe prioris ſoror, Ptolemæo Philadelpho fratri nupta, a qua Arſinoe oppidum Cyrenaicæ nomen accepit, teſte Steph. qui Arſinoes nomine oppida præterea decem commemorat. V. Geographos.

Arsis, is. f. [ἄρσις] Latine dicitur Elevatio. Diomed. lib. 3. Pes eſt poeticæ dictionis duarum ampliuſve ſyllabarum, cum certa temporum obſervatione modus: recipiens arſin & theſin, id eſt qui incipit ſublatione finitur poſitione. Hæc ille. Unde & Terentianus ait,

Una longa non valebit edere ex ſeſe pedem,
Ictibus quia fit duobus, non gemello tempore.
Brevis utrinque ſit, licebit: bis feriri convenit.
Parte nam attollit ſonorem, parte reliqua deprimit.
Arſin hanc Græci vocarunt, alteram contra Theſin.

Acutus igitur ſonus eſt ἄρσις, h. e. Elatio vocis: Gravis contra eſt θέσις, h. e. Submiſſio: Inflexus, ex acuto & gravi componitur.

Arsonium, [Ἀρσόνιον] Urbs Germaniæ Ptolemæo. vulgo *Prinſintza.*

A R T

Artaba, æ; ſive **Artabe**, es. [ἀρτάβη] Menſura eſt apud Perſas, capiens Atticum medimnum, & chœnicas tres. Author Herodotus lib. 1.

Artabānus, ultimus Arſacidarum fuit, quem Artaxerxes Perſa ejus miles interfecit, regnumque Perſis reſtituit annis ab ultimo Dario qui victus fuit ab Alexandro DXXXVIII. regeſque deinceps Perſarum, non Parthorum dicti.
Fuit & alius Artabanus, illum alterum tempore longe præcedens, Xerxis, qui ingentes illas copias in Græciam adduxit, patruus: vir ſumma integritate & prudentia. V. Herodot. lib. 7. Xerxem tamen perfide ſuſtulit, ab Artaxerxe Longimano filio ejus ſimili fraude ſublatus. Juſtin. l. 3. a princ. teſte, & Ariſtot. de Rep. 5. 10.

Artabasdes, [Ἀρταβάσδης] Tigranis filius, & Armeniæ rex. Is quandiu manſit in amicitia populi Romani, tandiu fortunatus fuit, poſtquam autem Antonium in Parthico bello Parthis prodidiſſet, perfidiæ pœnas dedit. Nam vinctus ab eo Alexandriam ductus, & contumelioſe per urbem circumlatus, ac primum cuſtodiæ traditus, deinde interemptus eſt. Hæc Strabo libro 11. ad finem. V. mox in artabazus.

Artabazus, [Ἀρτάβαζος] Armeniæ rex, filius Mithridatis: quanquam barbarus, plane doctiſſimus fuiſſe ſcribitur, Appiano in Parthica, & Plutarcho in Craſſo. Imo Artavasden illum Plut. ibi nominat, eſtque totus ille locus ab Appiano ſumptus e Plutarcho, ſicut & præcedentis pag. Sed Artabazus Appiano ubique, qui Ἀρταβάσδης Plut. H. St. Idem igitur cum ſuperio eſt, & inſcite hic Mithridatis filius dicitur.
Fuit & Alter hoc nomine ex ducibus Xerxis, qui re infeliciter adverſus Græcos geſta, cum paucis ſuorum effugit. De hoc Herodot. lib. 9. Alii Artabazen vocant.

Artabicia, [Ἀρταβικία] Inter inſulas Propontidis Stephano numerantur Artabicia, Balcea, Harpagia, ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, unde raptus Ganymedes. Ex Volaterr.

Artăbri, [Ἄρταβροι] Populi Hiſpaniæ: & Artabrum ejus loci promontorium. Plin. lib. 2. cap. 108. & 4. 21.

Artacæon, [Ἀρτάκαιον] Inſula eſt in Propontide: cum oppido ejuſdem nominis. Plin. lib. 5. cap. 32.

Artacana, [Ἀρτακάνη] Oppidum eſt Ariæ regionis, a conditore ſic dictum. Hæc autem tota regio optimi vini ferax eſt, quod in vaſis non picatis, ad generationes tres perdurat. Strabo lib. 11.

Artace, [Ἀρτάκη] Urbs, Mileſiorum colonia in Aſia. Hic locus in Cyzicenorum inſula ſitus adverſus Priapum conſurgit. Author Strabo libro 13.
Eſt & Artace, Caſtellum Bithyniæ authore Ptolemæo: vulgo hodie *Carpi.*

Artacena, Regio eſt Syriæ, ut ſcribit Strabo lib. 16.

Artachæas, Dux fuit in exercitu Xerxis, teſte Herodoto lib. 7.

Artageras, Proprium Syri hominis apud Strabonem in deſcriptione Syriæ.

Artanes Sophenus, Rex Armeniæ qui Auſtrales partes habuit, eas maxime quæ vergunt ad Occidentem. Hic a Tigrane deletus eſt. Author Strabo lib. 11.
Eſt & Artanes, Fluvius in Iſtrum defluens, teſte Herodot. lib. 4.

Artaphernes, Unus fuit e ducibus Darii, & primus Sardium præfectus, qui apud Marathona debellatus fuit, ut ſcribit Herodot. libro 7. Hiſt.

Artaunum, [Ἄρταυνον] Urbs Germaniæ Ptolemæo: hodie Herbipolis: vulgo *Würtzburg.*

Artaxata, n. pl. Metropolis Armeniæ, ſic ab Artaxia rege dicta. Strab. lib. 11.

Artaxerxes, [Ἀρταξέρξης] filius Xerxis, rex Perſarum, cognomento Macrochir, ſeu Longimanus, forma corporis & fortitudine clarus.
Artaxerxes alter cognominatus Mnemon, qui ex pellicibus habuit filios CXV, & ex juſto matrimonio tres, Darium, Ochum, & Ariarathen: quorum Darius a patre rex factus, contra patrem levi de cauſa cum quinquaginta fratribus conjuravit. Qui omnes cum uxoribus & filiis a rege ſunt occiſi. Author Juſtinus poſt Trogum. Et Plutarch. in Artaxerxe. Nepos 21. 1.
Artaxerxes al. ſeu Artaxares, qui ſuperatis Parthis Perſarum reſtauravit imperium. de quo Herodian. l. 6. V. artabanus.

Artaxias, [Ἀρταξίας] Rex Armeniæ, a quo ducebat originem Tigranes. Strab. lib. 11.

Artayctes, [Ἀρταΰκτης] Perſa fuit, Seſti præfectus ſub Xerxe, qui cum multa nefarie in Græcos perpetraſſet, tandem a Xantippo Athenienſium duce captus, vivus palo ſuffixus eſt. Herodot. lib. 7.

Arteatæ, [Ἀρτεᾶται] Gens fuit Perſica, ita dicta ab Artea Perſidis regione. de qua Stephan. & Herodot. lib. 1.

Artembares, [Ἀρτεμβάρης] Vir inprimis clarus inter Medos, cujus filius cum a Cyro adhuc puero, & incognito injuria affectus eſſet, Artembares eum apud Aſtyagem accuſans, occaſionem præbuit ut regius puer, & Aſtyagis nepos agnoſceretur. Herodot. lib. 1.

Artemia, æ. [Ἀρτεμία] Inter Echinadas inſulas fuerat antea, nunc in continenti eſt. Author Strabo lib. 1.

Artemĭdōrus, [Ἀρτεμίδωρος] Gnidius philoſophus, Romæ, Græcæ diſciplinæ præceptor fuit, Bruti familiaris. libellum de conjuratione obtulit Cæſari extremo die ingredienti in Senatum, ut ſtatim legeret: quod ille minime fecit. Author Plutarchus in Cæſare.
Fuit & alter Artemidorus Daldianus (Daldis autem civitas Lydiæ eſt) philoſophus. ſcripſit de Interpretatione ſomniorum, de Auſpiciis, & de Chiromantia. Author Suidas. De hoc & aliis V. Fabric. Bibl. Gr. Vol. 3. p. 402.

Artĕmis, [Ἄρτεμις] Diana (ſive Luna eſt) ſic dicta, quaſi ἀερότομις, id eſt aerem ſecans; ut ſcribit Macrob. 7. Saturn. cap. ult. vel quod integros (ἀρτεμέας) faciat, ut author eſt Strabo lib. 14.

Artemisia, [Ἀρτεμισία] Regina Halicarnaſſi, in auxilium Xerxis contra Græcos venit. Inter primores duces bellum acerrime ciebat, quippe ut in viro muliebrem tunc rem, ita in muliere virilem audaciam cerneres. Hæc extincto viro Mauſolo, ſepulchrum fecit, inter ſeptem orbis miracula connumeratum a Græcis poetis: ad funus quoque ornandum primos Græciæ oratores accerſivit. Authores Gell. lib. 10. cap. 18. & Suidas, & Vitruv. lib. 2.

Artemisia, [ἀρτεμισία] Herba, de qua ſic Plin. lib. 25. cap. 7. Sunt qui ab Artemide Ilithyia artemiſiam cognominatam putent, quoniam privatim medeatur fœminarum malis. vulgo *Armoiſe.*

Artemisium, [Ἀρτεμίσιον] Promontorium eſt Eubœæ, cujus Demoſthenes meminit in orat. pro Cteſiphonte, ut tradit Suidas.
Eſt & Artemiſium, Dianæ ſimulacrum vel Fanum.

Artemisius apud Macedones Maium menſem ſignificat, ut tradit Suidas.
Præterea eſt mons Arcadiæ. Plin. lib. 4. cap. 6.

Artemita, Inſula eſt Epiri, quam Achelous fluvius, aſſiduo terræ invectu continenti adnectit. Plin. lib. 4. cap. 1.

Artemite, [Ἀρτεμίτη] Inſignis civitas eſt, quingentis ſtadiis a Seleucia diſtans, plurimum ad Orientem expoſita. Strab. lib. 15.

Artemius, [Ἀρτέμιος] Romæ fuit Præfectus carceris, qui una cum uxore Candida, & Paulina filia jacent in via Aurelia, martyres ſub Adriano principe. Author Volaterr.

Artemius, [Ἀρτέμιος] Unus ex undecim montibus, qui a Plinio enumerantur in ſinu Argolico, regionis Achaiæ, lib. 4. cap. 5.

Artĕmon, ŏnis. m. [ἀρτέμων] Velum eſt addititium, dirigendæ navis cauſa: cujus Julius Pollux meminit. *Un petit voile de navire qu'on dit autrement Trinquet.* Deducitur a Græco ἀρτάω, quod ſuſpendere ſignificat, & aſſuere. Unde & ἄρτημα, lorum parvum, cui crumena aſſuitur. Jabolenus de Verb. ſignif. Malum, navis eſſe partem, artemonem autem non eſſe, Labeo ait: & verius eſt, quia pleræque naves ſine malo inutiles eſſent. Ideoque pars navis habetur: artemon autem Magis additamentum, quam pars navis eſt. Bayfius putat eſſe majus velum navis: in quem ſenſum dicit accipi Act. 27. Quod nomen etiam nunc Venetiis retinet, vocant enim *Artimon.* At Lilius Gregorius in lib. de Re nautica, falli putat Bayfium. Si enim malus pars navis eſt, velum quoque majus pars eſt navis. Qua enim de cauſa malus in navi, niſi ut vela ſuſtentet? Vela ergo non additamentum, ſed artemon additamentum. Eſt igitur (inquit) artemon, minus illud velum, quod velis majoribus appendi ſolet: unde & illi nomen. Ex hoc anſa eſt præſtita ignaræ plebi, ut velum artemona vocet. V. & Scheff. de Mil. Nav. 2. 5. p. 140. & Add. p. 330.
Eſt & hac ſimilitudine Artemon trochlea, quam Græci ἐπάγοντα vocant, in radice machinæ ſcanſoriæ: ea ingentis oneris lapides tolluntur. Quum enim cæteræ hujuſmodi machinæ duas tantummodo trochleas habeant, ea quæ πολύσπαστος appellatur, etiam tertiam requirit quæ addititia eſt, & ideo artĕmon epagonque dicitur, ut Vitruvius ſcribit lib. 10. cap. 5. Hæc Alciatus.

Artemon, Medicus quem Plin. lib. 28. cap. 1. ex hominis cremati calva, aquam propinaſſe ſcribit adverſus morbum comitialem.
Alius item Pictor nobilis fuit, cujus opera enumerat idem Plin. lib. 35. cap. 11.
Artemon præterea Syrus quidam fuit, ex infima plebe, Antiocho regi adeo ſimilis, ut Laodice, necato Antiocho, regni ſucceſſionem per eum fuerit adepta. Plin. lib. 7. cap. 12.
Eſt & Artemon Machinarii fabri nomen, qui e paupere dives factus, voluptariam vitam agere cœpit, ut eſt apud Athenæum. Hic, quod lectica circumferretur, περιφόρητος, id eſt Circumlatitius, cognominatus eſt.

Artemōna, [Ἀρτεμώνη] apud Plautum dicta eſt mulier quædam: ab ἀρτίζω, perficio, quod perficeret quæ vellet, quia eſſet egregie dotata.

Arteria, æ. [ἀρτηρία] quid ſignificet Plinius docet lib. 11. cap. 37. his verbis, Ubi ſunt nervi, interiores conducunt membra, ſuperiores revocant. Inter hos latent arteriæ, id eſt ſpiritus ſemitæ. His innatant venæ, id eſt ſanguinis rivi. Arteriarum pulſus, in cacumine maxime membrorum evidens, index fere morborum, in modulos certos legeſque metricas, per ætates ſtabilis, aut citatus, aut tardus, deſcriptus ab Herophilo medicinæ vate, miranda arte, nimiam propter ſubtilitatem deſertus. Obſervatione tamen crebri aut languidi ictus, gubernacula vitæ temperat. Arteriæ carent ſenſu: nam & ſanguine, nec omnes vitalem continent ſpiritum, præciſiſque torpeſcit tantum pars ea corporis. Gellius lib. 18. cap. 10. Arteria eſt conceptaculum ſpiritus naturalis, mixti confuſique cum ſanguine, in quo plus ſpiritus eſt, minus ſanguinis. Arteriæ

teriæ autem a corde originem habent, quemadmodum venæ ab hepate, & nervi a cerebro: quamvis aliter sentire videatur Aristoteles in libro de Animalibus. Videtur autem ἀρτηρίας sive arteriæ appellatio facta παρὰ τὸ τὸν ἀέρα τηρεῖν, id est ab eo quod aerem servet.

At veteres, circulari sanguinis motus nondum cognito, omnino de hac re errarunt. Arteriæ enim in corpore animalium sunt Vasa illa conica, quæ sanguinem a corde expulsum ad corporis singulas partes micante quodam motu deferunt & minimis venarum orificiis infundunt.

Vena aliquando confuse pro Arteria ponitur. Pers. 3. Sat. Propterea quod Medici aliqui (ut author est Galenus) venas & arterias confundere solebant. [Immo quod Arteria vox Græca est, & Vena perpetua consuetudine de utroque genere Latinis usitatum fuit. Sic passim Cicero, Ovidius, Celsus & optimi quique auctores. V. VENA.

Arteriæ micant. Cic. 2. de Nat. Deor. 24. Venæ & arteriæ micare non desinunt quasi quodam igneo motu. [Immo Venæ non micant, si ab Arteriis distinguas.

Arteriæ, numero multitudinis pro Arteria aspera. Solent enim Latini quædam efferre interdum non inscito rusticoque sermone numero multitudinis, quæ frequentius singularia sunt. Cornificius ad Herennium, l. 3. 21. Ictus enim fit & vulnerantur arteriæ acuta atque attenuata nimis acclamatione. Sic, Lienes pro Liene; Pulmones pro Pulmone Cato dixit. [De Pulmone non mirum, cum sit in duas fibras, quos λόβους Græci vocant divisus.

Arteria, Genere neutro Lucret. lib. 4. 532. usus est, Quomodo & ap. Cornific. Gronov. l. c. legendum putat: — Facitque

Asperiora foras gradiens arteria clamor.

Aspera arteria. Cic. 2. de Nat. Deor. 136. Sed quum aspera arteria (sic enim a medicis appellatur) ostium habeat adjunctum linguæ radicibus, paulo supra quam ad linguam stomachus annectitur, eaque ad pulmones usque pertineat, excipiatque animam, eam quæ ducta sit spiritu, eandemque a pulmonibus respiret & reddat, tegitur quodam quasi operculo. [Hanc proprie veteres Arteriam appellasse testis est Galen. l. 6. de Hipp. & Plat. Decr. c. 9. Et sic sæpius absolute posuit Celsus. V. l. 4. c. 1.

ARTERIACE, es. f. [ἀρτηριακή] Medicamentum quod & Diacodion vocatur. Plin. lib. 20. cap. 19. Est autem Arteriace, omne medicamentum ad arteriæ (asperæ) vitia faciens. Scribon. Larg. 75. Arteriace qua melior non est, facit ad omnia superius dicta efficacius, & quicquid in arteria vitii est. Plin. lib. 23. cap. 7. Fit ex pomo panchrestos stomatice, eadem arteriace appellata, hoc modo.

ARTHABATITÆ, V. ARTABATITÆ.

ARTHANES, V. ARTANES.

ARTHRICUS, V. mox ARTHRITICUS.

ARTHRITIS, idis. f. [ἀρθρῖτις] Articularis morbus, velut genus quoddam est omnium membrorum articulos ac nervos occupantium: estque nihil aliud quam debilitas articulorum cum longa fluxione, quæ vicinos nervos tendit aut laxat, ac dolore affligit. Quando enim in multis articulis hic affectus hæret, Arthritis appellatur: quando vero in una aliqua coarticulatione sive corporis parte, ab illa fere nomenclaturam sortitur. Sic Chiragra in manibus, Podagra in pedibus, & in coxendicibus Ischias sive Coxendicum morbus appellatur. Cornarius in Galenum. Dicitur ἀπὸ τοῦ ἄρθρου, i. e. ab articulo, sive junctura. Cic. 1. Att. 5. Dolor Articulorum. Hor. 1. Epist. 15. 6. Cessantem nervis elidere morbum. Vitruv. 1. 6. Arthritis inter vitia, quæ difficulter curantur.

ARTHRITICUS, [ἀρθριτικός] Qui laborat morbo articulari. Cic. 9. Fam. 23. Non enim arbitror cocum etiam te arthriticum habere. Quem, Articulorum dolorem appellat ipse Cic. 1. Att. 5. Alia exemplaria habent Arthricum. Arthron enim idem significat quod Articulus, sive Junctura. [Verum ut morbus ipse Ἀρθρικὸς dici recte possit, i. e. Articularis seu Ad articulos pertinens, morbo laborantem sic dici analogiæ repugnat, sicut nec Κεφαλικὸν φάρμακον appellamus eum, qui capitis dolore laborat. At Κεφαλικὸν φάρμακον, quod capiti aptum est, sic & ἀρθρικὸν articulis destinatum. Ἀρθριτικὸς autem non ab ἄρθρον remotiore, sed a morbi vocabulo ἀρθρῖτις derivatur, sicut φρενιτικὸς a v. φρενῖτις, πλευριτικὸς a πλευρῖτις. Conf. Henr. Steph. Thes. Gr. & Fœsii Oecon. Hipp. Accedit Græcor. Medicorum & optimorum codd. Cic. consensus.

ARTIALUM, [ἀρτίαλον] apud Æoles Ornamentum est muliebre, quod Dores σίτλαι vocant, ut tradit Pollux lib. 5. cap. 16. V. infra SITLÆ.

ARTICULUS, ARTICULATIM, &c. V. ARTUS.

ARTIFEX, ARTIFICIUM, &c. V. ARS.

ARTIGIS, [Ἄρτιγις Ptolemæo] Hispaniæ civitas in tractu Bætico, alio nomine Alchama dicta.

ARTIGULA, [Ἀρτιγούλη] Insula in Æthiopia, in qua primum visum est animal Sphingion. Author Plin. lib. 6. cap. 29.

ARTINI, Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 10. Apud Epidaurios centum octoginta Remp. administrabant, ex quibus nobilissimos popularium deligebant senatores, quos Artinos vocabant, & Conipodes.

ARTINIA, Stagnum est juxta Miletopolin, ex quo oritur Rhyndacus fluvius, ante Lycus vocatus Plin. lib. 5. cap. 32.

ARTIO, ivi, ire. pro Arcto, as, are, dixere veteres, teste Nonio.

Artire, apud Catonem, c. 40. est Demittere, adigere, inserere, immittere. Sic enim scribit, Surculum aridum quem artiveras, eximito: eo artito surculum, quem inserere voles. & 41. Eo surculos præacutos artito. Turnebus.

ARTITUS, Bonis instructus artibus. Festus. Plaut. Asin. 3. 2. 18. Ubi sæpe causam dixeris pendens adversus octo artitos viros, valentes virgatores. Sic enim in optimo libro reperisse se scribit Turnebus 24. 25. quod sic intelligas licet, quasi se in judicio defenderit adversus disertos & eloquentes viros. Sed in hodiernis editionibus invenitur Audaces. V. Voss. Etymol.

ARTOCHMES, [Ἀρτόχμης] Unus fuit e Xerxis ducibus, qui Darii filiam uxorem duxit. Herodot. lib. 7.

ARTOCOPUS, i. [ἀρτοκόπος, ἀρτοποιός] Latine Pistor dicitur. Juven. 5. Sat. 72. — dextram cohibere memento,

Salva sit artocopi reverentia. Quo in loco nonnulli Artocopon interpretantur Panem elaboratum, ἄρτος, panis, κόπος, labor. Firmic. lib. 8. cap. 20. Decima octava pars Tauri si in horoscopo fuerit inventa, faciet artocopos vel pistores. Sed verior est loci sensus; Cave lædas existimationem pistoris, qui illum panem domino, non autem tibi præparavit, & tibi e manibus sit excussurus. V. Interp. in loc. Juven. & Henr. Steph. Thes. Gr. hac v. In optimis exemplaribus leg. Artoptæ, non Artocopi; & significat Dispensatorem vel Custodem panis plane, ut dicitur οἰνόπτης qui retia observat, οἰνόπτης vini inspector. V. infra ARTOPTA.

ARTOCREAS, atis. [ἀρτόκρεας] Græca dictio, Cibus est pane & carne constans. Pers. 6. Sat. 50. — oleum, artocreasque popello

Largior: an prohibes? Alii inflectunt Artocrea, æ. f.

ARTOLAGANUS, i. m. [ἀρτολάγανος] Genus cibi a deliciis appellati, ab ἄρτος, panis: & λάγανον, placenta. Fiebat autem ex simila in oleo cocta in patella. Cic. 5. Fam. 20. Dediscendæ tibi sunt sportellæ, & artolagani tui. Plin. lib. 18. cap. 11. Panis ipsius varia genera persequi supervacuum videtur; alias ab obsoniis appellati, ut ostrearii: alias a deliciis, ut artolagani. Athenæus scribit in artolagano poni parum vini cum pipere, lacte, & modico oleo, aut adipe.

ARTOPTA, æ. [ἀρτόπτης] Quidam dicunt Vas esse in quo panis componitur: alii Vas in quo farina subigitur: alii vero Mulierem panem conficientem: alii Clibanum sub quo panis coquitur. ab ἄρτος Panis, & ὀπτάω, coquo, asso, torreo. Plin. lib. 18. cap. 11. Pistores Romæ non fuerunt ad Persicum usque bellum, annis ab urbe condita super DLXXX. Ipsi panem faciebant Quirites, mulierumque id opus erat, sicut etiam nunc in plurimis gentium. Artoptam Plautus appellat, in fabula quam Aulularium scripsit, magna ob id concertatione eruditorum, an is versus poetæ sit illius: certumque fit Attei Capitonis sententia, tostum panem lautioribus coquere solitos: pistoresque tantum eos qui far pinsebant, nominatos. Nec coquos vero habebant in servitiis, eosque ex macello conducebant. Hactenus Plin. Plaut. Aul. 2. 9. 4. Ego hinc artoptam ex proximo utendam petam. Conf. in ARTOCOPUS & ARTOPTITIUS. V. Polluc. l. 10. c. 25. a pr. Turneb. Adv. 14. 5. Unde liquet vasis id nomen esse, in quo panis delicatioribus coquebatur, inde Artoptitius appellatus.

ARTOPTEUM, [ἀρτοπτεῖον] est Coquendi panis officina: item Instrumentum ipsum in quo percoquitur, quod & Artoptam vocant. Cæl. lib. 9. cap. 17.

ARTOPTITIUS, [ἀρτοπτίκιος] Adj. ut, Panis artoptitius, Tostus in artopta vase. Plin. lib. 18. cap. 9. Siligineæ farinæ modius Gallicæ, XXII libras panis reddit. Italicæ duabus tribusve amplius in artoptitio pane. Nam furnaceis binas adjiciunt libras in quocunque genere. Athen. l. 3. ἀρτοπτίκιος vel ut aliis placet ἀρτοπτίκιος. V. & Henr. Steph. Thes. Gr. in utraq. v.

ARTORIUS, Dives & nequissimus Publicanus, apud Juven. 3. Sat. 29.

ARTOTROGUS, i. Parasiti nomen apud Plaut. Mil. 1. 1. 9. ab ἄρτος, panis, & τρώγω, comedo.

ARTRO, V. ARATRO in ARO, aras.

ARTUO, are. ab Artus fit [διαρθρόω] a quo Deartuo, quod est Per artus divido. Hinc etiam

ARTUATUS; Partic. Per artus discerptus & laceratus. Firmic. lib. 6. cap. 31. Intra matris viscera impedito partu, laniatum pecus miseris lacerationibus dissipatur, ut sic artuatis visceris partibus, membra omnia crudelis artificii præsidio proferantur.

ARTUATIM, Adv. Per singulos artus. Firmic. lib. 7. cap. 1. Pecus intra viscera matris artuatim concisum a medicis proferetur. Paulo post, rem eandem aliis verbis sic effert, Conciso infante particulatim prolato, mater ex mortis periculo liberatur.

ARTUS, uum, ubus. m. pl. [μέλος] Partes sunt corporis inter juncturas connexæ: dictæ quod inter se arctentur. Festus, Artus ex Græco appellantur, quos illi Arthra dicunt: sive artus dicti, quod membra membris artentur. Virg. 5. Æn. 422.

Et magni membrorum artus.

Artuum dolorem, vocat Cicero Articularem morbum, de Clar. Orat. 217. Et multis medicamentis propter artuum dolorem delibutus.

Significat autem tam Membra, quam Juncturas membrorum.

Adulti artus, i. e. Ætate jam robustiores. Stat. 3. Sylv. 4. 79.

Collapsi. Ovid. 10. Met. 186.

Exanimes. Ovid. 2. Met. 336.

Extinctos ferrum demittere in artus. Ovid. 4. de Ponto, 16. 51.

Frigidi. Tacit. 15. Ann. 64. Allatumque hausit frustra, frigidis jam artubus & clauso corpore adversus vim veneni.

Gelidi. Ovid. 4. Met. 247.

Graciles. Ovid. 2. Amor. 10. 161.

Infirmi. Lucret. lib. 1. 261.

Laceri. Ovid. 9. Met. 164.

Putres. Stat. 12. Theb. 138.

Semianimes. Ovid. 14. Met. 209.

Semineces. Ovid. 1. Met. 228.

Spirantes. Lucan. lib. 3. 732.

Tumidi. Lucret. lib. 3. 721.

Sitis miseros adduxerat artus. Virg. 3. Georg. 483. i. e. Contraxerat.

Ardent artus. Cic. 2. de Fin. 93. Quos ille, dii immortales, quum omnes artus ardere viderentur, cruciatus perferebat? de Cn. Octavio.

Sopor fessos complectitur artus. Virg. 2. Æn. 254.

Contremiscere tota mente atque omnibus artubus. Cic. 1. de Orat. 121. Equidem & in vobis animadvertere soleo, & in meipso sæpissime experior, ut exalbescam in principiis dicendi, & tota mente, atque omnibus artubus contremiscam.

Defecti sanguine artus. Ovid. 5. Met. 96.

Dilacerare artus suos. Sen. OEth. 7.

Denudare, Pellem detrahere. Sen. Thyest. 8.

Depascitur artus miseros. Virg. 2. Æn. 458. De serpente qui Laocoontem cum filiis amplexos tenebat.

Elapsi artus in pravum. i. e. (ut loquuntur) Dislocati, sive loco moti. Tacit. 4. Hist. Illi elapsos in pravum artus, si salubris vis adhibeatur, posse integrari.

Enervare artus. Ovid. 4. Met. 286.

Exuit mortales artus. Ovid. 9. Met. 268. de Herculis apotheosi.

Fraudare artus anima, E vita auferre aliquem. Ovid. 7. Met. 250.

Fessos sopor irrigat artus. Virg. 3. Æn. 511.

Lassare artus invalidos. Ovid. 20. Epist. 245.

Nudare artus trepidos. Sil. lib. 15.

Obduxit macies artus. Ovid. 11. Epist. 27.

Occupat artus attonitos tremor. Ovid. 3. Met. 40.

Quatit artus anhelitus. Virg. 5. Æn. 199.

Redire in artus natando dicuntur corpora luxata. Plin. lib. 31. cap. 6. i. e. In suas juncturas.

Regit artus spiritus. Virg. 4. Æn. 336.

Remittere artus dicitur corpus. Sen. Thyest.

Remollire artus, Imbecilliores reddere. Ovid. 4. Met. 286.
Reſolvere nexos artus. Virg. 4. Æn. 695.
Seducere artus anima. Virg. 4. Æn. 385.
Suffulcire artus. Lucret. lib. 4. 865.
Suſtinere titubantes artus. Ovid. 4. Met. 26.
Torrentur febribus artus. Ovid. 20. Epiſt. 169.
Tremit artus, pro Artubus tremit, figurate dictum, Servius in illud Virg. 3. Georg. 84.
Stare loco neſcit, micat auribus & tremit artus. Accuſativus eſt.
Metaphorice Robur, ut Cic. Petit. Conſ. Illud teneto, nervos atque artus eſſe ſapientiæ, non temere credere.
Legitur & Artua in neutr. pl. Plaut. Men. 5. 2. 102. Ita mihi imperas, ut ego hujus membra atque oſſa, atque artua comminuam.
Artus, num. ſing. Lucan. lib. 6. 754. — tunc omnis palpitat artus.

ARTICŬLUS, i. dimin. [ἄρθρον] Artus autem (inquit Perottus) Partes ſunt corporis inter juncturas connexæ: dictæ quod inter ſe arctentur. Unde, Minores partes per diminutionem Articulos vocamus: quales ſunt digitorum. Vocantur & Nodi corporum & Juncturæ a Plin. lib. 11. cap. 37. extr. Cic. 1. Att. 4. Terentia tua magnos articulorum dolores habet.
Articulus cadens ad numerum. V. Digitorum argutiæ, in ARGUO.
Molli articulo aliquem excipere. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Articuli ſarmentorum, per translationem. Cic. de Senect. 53. Itaque ineunte Vere in his quæ relicta ſunt exiſtit tanquam ad articulos ſarmentorum, ea quæ gemma dicitur.
Articuli ſegetum. Plin. lib. 18. cap. 17. Si in articulum ſeges ire cœperit. Colum. l. 2. c. 12. extr. i. e. Culmi in genicula ſurgant.
Articulos montium. Plin. lib. 37. cap. 13. per metaphoram dixit, Crebros colliculos, quibus, tanquam gradibus, montes aſcenſu faciliores fiunt.
Articulus item ponitur pro Specie, parte, a Caio in l. 1. D. de rerum diviſio. Summa (inquit) rerum diviſio in duos articulos diducitur.
Articulus, Numerus ab Arithmeticis vocatur, qui intra denarium eſt, quod ea ratione faciunt, quia veteres manuum articulis computare conſueverant, & digitos decem habemus, qui articuli interdum vocantur. Ex Turneb.
Articulus temporis. Cic. pro Quint. 19. Ut eum ſuis conditionibus in ipſo articulo temporis aſtringeret. Sic
Articulus aliquando abſolute pro Momento, & tempeſtiva rerum faciendarum hora, ſive puncto, ſeu alicujus rei aut temporis particula. Ter. Adel. 2. 2. 21. O ſcelera, illuc vide ut in ipſo articulo oppreſſit. Plaut. Men. 1. 2. 31. Commoditatis omnes articulos ſcio.
Articulus item vocatur in oratione, quum ſingula verba intervallis diſtinguuntur, hoc modo: Acrimonia, voce, vultu adverſarios perterruiſti. Item: Inimicos invidia, injuriis, potentia, perfidia ſuſtuliſti. Hæc ex Auth. ad Heren. lib. 4. 27. Græcis hæc figura dicitur ἀσύνδετον.
Oratio ſine nervis & articulis, Quæ fluctuat huc & illuc. Auth. ad Heren. lib. 4. 17. Qui in mediocre genus orationis profecti ſunt, ſi pervenire eo non potuerunt, errantes perveniunt ad confine genus ejus generis quod appellamus fluctuans & diſſolutum, eo quod ſine nervis & articulis fluctuat huc & illuc.
Articulis membriſque diſtincta oratio: cui opponitur Continuata ac producta. Cic. 3. de Orat. 184. Et in Orat. 59. Non ad numerum articulus cadens.
Articulus, Grammaticis, non Qui in grammatica tantum declinatione, caſus aut genera indicat, ſed Quo in ſermone etiam certam rem ſignificamus. Latinum exemplum proponi nullum poteſt: nam Latinus ſermo in univerſum caret articulis. Attamen Grammaticis pronomina Hic, hæc, hoc; vocantur Articuli. V. Varr. 7. de L. L. 23.
Articulus fidei pro Capite fidei male dicitur, ut oſtendit Voſſius de Vitiis L. Lat. 1. 32.

ARTICULĀRIS, e. [ἀρθρικὸς] Quod ad articulum pertinet: ut, Articularis morbus. Plin. lib. 21. cap. 21. & 20. 17.

ARTICULARIUS, Adj. Idem, Quod ad articulos pertinet: ut, Articularius morbus. Plin. lib. 21. cap. 20. & 25. 5. Articularios morbos ſedat, caniſque morſus.

ARTICULARIUS, i. m. Subſt. [ἀρθριτικὸς] Qui articulari morbo laborat. Plaut. Merc. Nec podagricus, nec articularius eſt, quem rus ducunt pedes. V. ARTHRITICUS.

ARTICULĀTIM, Adv. [κατ' ἄρθρους] Per ſingulos articulos. Cic. 3. de Nat. Deor. 67. Puerum interea obtruncat, membraque articulatim dividit.
Articulatim & diſtincte dicere. Cic. 1. de Legib. 36. Quæ fuſe olim diſputabantur ac libere, ea nunc articulatim diſtincteque dicuntur.
Verba articulatim diſcerni. Lucret. lib. 4. 559.
— neceſſe'ſt verba quoque ipſa
Plane exaudiri, diſcernique articulatim.

ARTICULATE, Adv. [κατ' ἄρθρον] Idem. Gell. lib. 5. cap. 9. Plane articulate elocutus eſt.
Articulate ſalutem dicere, pro Clare & aperte, diſtincte. Cic. 6. Att. 5. Valebis igitur, & puellæ ſalutem articulate dices, noſtræque Piliæ. Sed lectio incerta eſt. al. Articulæ. al. Atticulæ ſcribendum eſſe cenſent. Sed vulgatam & receptam ſcripturam tuetur Lambinus. V. Cleric. ad loc.

ARTICULO, āre. ut, Articulare voces, i. e. Diſtincte formare, & figurare per quædam quaſi membra. Lucret. lib. 4. 550.
Has igitur penitus voces, &c.
Mobilis articulat verborum Dædala lingua. Hinc

ARTICULATUS, a, um, Adj. ex Partic. ut
Articulata vox, Apuleio, i. e. Explanata & formata. conf. Priſcian. & Iſid. 1. 14.
Inarticulata vox. ἀδιάρθρωτος. H. St.

ARTICULATIO, ōnis. f. [ἄρθρωσις] Plin. lib. 16. cap. 25. de Germinatione & partu arborum loquens, Tertia eſt earundem ad ſolſtitium breviſſima, nec diutius ſeptenis diebus. Clareque & tunc cernitur excreſcentium cacuminum articulatio. i. e. Quum excreſcunt veluti per nodos: eo modo quo Cic. dixit Articulos ſarmentorum.
Articulatio, Morbus vitium. Plin. lib. 17. cap. 24. Vitibus præter vermiculationem & ſiderationem morbus peculiaris articulatio, tribus de cauſis: Una, vi tempeſtatum germinibus ablatis: Altera (ut notavit Theophraſtus) in ſupinum exciſis: Tertia, culturæ imperitia læſis. Omnes enim earum injuriæ in articulis ſentiuntur.

ARTICULĀTOR, ōris. μελοκόπος, Gloſſ. Gr. Lat.

ARTICULOSUS, a, um. [ἀρθρώδης] Plenus articulis. Plin. lib. 24. cap. 16. Alii radice longa, veluti ſignata, articuloſaque monſtravere, tribus omnino cauliculis.
Articuloſa partitio. Quintil. lib. 4. cap. 5. h. e. Quæ nimium multis diſtinctionibus ſeparata eſt, & breviores habet periodos.

ARTICULAMENTUM, i. n. Scribon. Larg. comp. 206. Ad luxatum omne & ejectum, & repoſitum articulamentum bene facit. Idem 263. Facit & ad dolorem articulamentorum. conf. & Plin. Val. 2. 14.

ARTYNIA, Stagnum eſt minoris Aſiæ, Olympo Myſiæ monti propinquum, & juxta Miletopolin civitatem, ex quo Rhyndacus fluvius, antea Lycus denominatus effluit, Aſiam & Bithyniam diſterminans. Plin. lib. 5. cap. 32.

A R V

ARVALES [Ἀρουάλιοι] fratres, dicti Sacerdotes XII. quos Romulus primus inſtituit, ipſeque inter illos numeratus fuit. Eique ſacerdotio a Romulo in honorem Accæ Laurentiæ (quæ poſtea populum Romanum hæredem inſtituit) nutricis ſuæ inſtituto, tributa eſt infula alba & ſpicea corona, pro religioſiſſimo inſigni: quæ prima apud Romanos corona fuit. Et hic honos non niſi vita finiebatur, exuleſque & captos comitabatur. Dicti ab Arvo, quia Arva luſtrabant. V. Gell. lib. 6. cap. 7. Plin. 18. 2. Feſt. v. Ambarvalis, Varr. de L. L. 4. & Fulgent. de Priſc. Ser. v. Arvales Fratres, e junioribus Lomejer. in Epimenid. c. 29.

ARVERNI, Galliæ populi ſuper Ligerim ſiti, qui multis hominum millibus cum Vercingetorige contra Cæſarem profecti ſunt, quum prius adverſus Maximum Æmilianum, & Domitium Ænobarbum etiam CC hominum millibus conflixiſſent. Verba ſunt Strab. lib. 4. V. Cæſ. l. 7. a pr. Lucan. 1. 427.
Arvernique quaſi Latio ſe fingere fratres
Sanguine ab Iliaco populi.
Eorum caput Auguſta Nemetum, Straboni Nemoſſus, hodie *Clermont*.

ARVIGES Hoſtiæ (ut ait Varro de 4. L. L. 19.) dicebantur, Quæ cornua habebant, & quorum exta coquebantur. Legitur & Arviga. V. Rutgerſ. Var. Lect. 3. 9. & Voſſ. Etymolog. conf. HARUGA.

ARVIGNUS, Adj. Arietinus, ab Arviga apud Varr. d. l.

ARVĪNA, æ. [λίπος] Durum pingue inter cutem & viſcus ſecundum Sueton. in lib. de Vitiis corporalibus. Virg. 7. Æn. 626.
— & ſpicula lucida tergunt Arvina pingui. Servius.

ARVINA, Cognomen fuit Corneliorum Maluginenſium a pinguedine impoſitum, ut ſcribit Alexand. ab Alexand. lib. 1. cap. 9. Quemadmodum Naſica ab adunco naſo, & Columella a proceritate: & cætera id genus.

ARVIPENDIUM, Vet. Gloſſ. χοῖνος γεωμετρικός. V. Dalechamp. ad Plin. l. 18. c. 3. & ſupra AREPENNIS.

ARVISIUM, [Ἀρουσία χώρα Strab.] Promontorium eſt inſulæ Chii, in quo (teſte Plin. lib. 14. cap. 7.) optima vina proveniunt. Virg. 5. Ecl. 30. in Daphnide,
Vina novum fundam calathis Arviſia nectar. Hæc noſtra ætate adjectione unius literæ, Marviſia dicimus, quæ prius e Chio, nunc e Cretæ optima veniunt. Volaterranus. Strab. lib. 14. in Chii deſcriptione, Deinde Arviſia, locus aſper & importuoſus, ſtadiorum trecentorum, quod vinum fert Græcanicorum optimum. Græcus codex habet Ἀρουσία. Servius in carmen illud Virg. ſupra citatum ſic ait, Arviſia, id eſt Chia, a promontorio Chii inſulæ Arviſio.

ARUNCUS, i. m. [ἄρυγγος] Villus mento caprarum dependens. Plin. lib. 8. cap. 50. de capris loquens. Item,

ARUNCI, Populi Latii veteris, Rutulis vicini. Alii rectius ſcribunt Auruncos. q. V. Virg. 7. Æn. 206.
Auruncos ita ferre ſenes.

ARŬNDO, ĭnis. f. [κάλαμος, δόναξ] Aquaticus frutex, omnibus notus Liv. 7. Bell. Pun. 12. Erant autem pleraque ex cratibus aut tabulis facta, alia arundine texta, ſtramento intecta.
Vide in Libro Similitudinum Dadræi fol. 46. b. Arundini, i. e. Carici, quæ a vento movetur, peccatrix & infidelis anima comparatur. Paulo poſt: Sicut carices, quæ fluvios amant, & Ne huic carici ſimilis appareas. Interpres Chryſoſtomi. V. & Carex. H. St.
Arundinem & Calamum, pro eodem accipit Plin. lib. 10. cap. 37.
Arundinem a Canna ſeparat Ovid. 8. Met. 337.
Fluvialis arundo. Virg. 2. Georg. 414.
Glauca. Virg. 10. Æn. 205.
Gracilis, & cannæ ſimilis arundo prodit. Columel. lib. 4. cap. 32.
Procera. Ovid. 13. Met. 891.
Tenera. Virg. 7. Ecl. 12.
Viva. Ovid. 13. Met. 891.
Surgit arundo, pro Creſcit. Ovid. 13. Met. 891.
Arundo, pro Sagitta. Virg. 7. Æn. 499. quia ex arundine fiebant tela. Et 5. 544. Volucris arundo.
Diſtrinxit arundine pectus. Ovid. 10. Met. 526. de Cupidine.
Arundo pro Pertica, qua ſolent pueri equitare. Hor. 2. Serm. 3. 248.
Ludere par impar, equitare in arundine longa.
Arundine captare piſces. i. e. Linea. Tibul. lib. 2. 7. 3.
Tremula arundine piſces captare. Ovid. 2. de Arte Am. 217.
Agreſtem tenui meditabor arundine Muſam, i. e. Carmen ruſticum humili ſtilo ſcribam. Virg. 6. Ecl. 8.
Inæquali modulatur arundine carmen. Ovid. 1. de Rem. Amor. 181. i. e. Inæqualibus arundinibus. erant enim plures, & pro tonorum diverſitate, una erat longior alia. V. ſeq.
Cerata modulatur arundine carmen. Ovid. 11. Met. 154. i. e. Arundinibus cera compactis. erant enim fere ſeptem cannæ in fiſtula paſtoricia.
Interdum mendoſe ſcribitur Harundo.

ARUNDINEUS, Adj. [καλάμινος] Quod eſt ex arundine. Plin. lib. 10. cap. 29. Addita in transverſas labias fronde arundinea. [Suſpect.] Virg. 4. Georg. 265. Arundinei canales.

ARUNDINACEUS, Adj. [καλαμοειδὴς] Similis arundini. ut, Folium arundinaceum. Plin. lib. 18. cap. 7. Frumentis folium arundinaceum, fabæ rotundum, & magnæ leguminum parti.

ARUNDINĒTUM, i. n. Locus conſitus arundinibus. Plin. lib. 10. cap. 32. Minores halcyones in arundinetis canunt. Cato de R. R. cap. 6. Ibi cacumina populorum ſerito & arundinetum. Adde Varr. de R. R. 1. 8. Columel. lib. 11. cap. 2.

ARUNDINŌSUS, Adj. [καλαμώδης] ut, Locus arundinoſus, Arundinibus abundans. Catull. 37. 15.
Quæque Ancona, Cnidumque arundinoſam Colis.

ARUNDĬFER, Adj. [δονακοφόρος] Arundines ferens. Ovid. 5. Faſt. 637.

ARUNGUS Deus. Gell. lib. 5. cap. 12. In his autem diis, quos placari oportet,

oportet, uti mala a nobis, vel a frugibus amoveantur, Arungus quoque habetur & Robigus. Al. Auruncus vel Averruncus.

ARUNS, Vates Thuscus fuit, divinandi scientia insignis. Lucan. lib. 1. 585.

Acciri vates, quorum qui maximus ævo
Aruns incoluit desertæ mœnia Lunæ, &c.

Est item Nomen viri, qui Camillam occidit: de quo Virg. 11. Æn. 759.

Fuit etiam hoc nomine Tarquinii Superbi filius natu maximus, qui in ea pugna quæ ad silvam Arsiam facta est, Junium Brutum interemit, & ab illo vicissim hasta trajectus est. Liv. 2. 6.

ARUNTIUS, L. ARRUNT. L. Arr. tempore Augusti scripsit de Bell. Pun. V. Voss. de H. L.

ARVO, as. V. ARVUM.

ARUPENUM, [Ἀρύπενον] seu ARUPINUS, [Ἀρύπινος] Iapodum, seu Japydum oppidum in confinio Istriæ & Illyrici, cujus meminit Strabo lib. 4. & 7.

ARUSPEX, V. HARUSPEX. Plin. lib. 7. cap. 56.

ARVUM, [ἄρουρα] i. n. ab Arando dicitur. Festus, Arvum dicimus agrum necdum satum. Varro 1. de R. R. cap. 29. Arvum quod aratum nec satum est. Columel. lib. 2. cap. 9.

Cultus arvorum. Virg. 4. Georg. 1.
Ingenia arvorum, Natura. Virg. 2. Georg. 177.
Amicius arvum, Benignius. Ovid. 15. Met. 443.
Arida arva, Infrugifera. Ovid. 14. Met. 510.
Attonsa. Lucan. lib. 6. i. e. Demessa.
Declive, In montis declivitate situm. Hor. 3. Carm. 29. 7.
Dumosa, Dumis obsita. Lucan. lib. 6. 13.
Fallacia, Quod spem agricolæ sæpe fallant, & plus in herba polliceantur quam præstent in messe. Ovid. 1. de Arte Am. 401.
Florentia. Ovid. 2. Met. 791.
Genitale arvum, per metaphoram vocat Virg. Matricem equinam, 3. Georg. 136. In quo Lucretium imitatus est, qui Arva muliebria pro Natura muliebri posuit, lib. 4. 1105.

Atque in eo est Venus, ut muliebria conserat arva.

Ἀνεργηλεια Clemens. H. St.
Hiulca siti, Fissa nimia siccitate. Virg. 2. Georg. 353.
Læta, Probe culta & florentia. Virg. 6. Æn. 744.
Odorifera Arabum arva. Stat. 1. Sylv. 4. 104.
Olivifera, Quæ olivam ferunt. Ovid. 3. Fast. 151.
Operosa, Quod multum operis & laboris exigunt. Ovid. 1. de Arte Am. 399.
Optima pingui arva solo. Virg. 2. Georg. 263. i. e. Arva pinguia, optima. al. Putri.
Pingue. Hor. 3. Carm. 4. 15. Virg. 5. Ecl. 33.
Vasta. Sen. Herc. fur. 6.
Vitifera. Sil. lib. 7.
Credenda Ceres arvis. Ovid. 1. de Arte Am. 401.

Nec semper credenda Ceres fallacibus arvis. per Cererem Semina intelligenda.

Diducta arva jugis. Sil. lib. 1.
Zephyrique tepentibus auris Laxant arva sinus. Virg. 2. Georg. 331. i. e. Vere adventante resolvuntur quæ hyeme, concreta frigoribus, rigebant.
Imperare arvis, i. e. Ita arva colere, ut fruges ferant quantas ipse desiderat agricola. Virg. 1. Georg. 99.

Exercetque frequens tellurem, atque imperat arvis.

Inducere messorem flavis arvis, i. i. Maturis. Virg. 1. Georg. 316. Serv.
Insequi arva jacto semine. Virg. 1. Georg. 104.

Quid dicam, jacto qui semine cominus arva
Insequitur? Cominus, i. e. Statim, sine intermissione. Insequitur, Prosequitur & non finit quiescere. Servius.

Juvare arva, Prodesse arvis. Virg. 1. Georg. 95.
Parere arva colono dicuntur, Quum æquum laboribus fructum exhibent. Virg. 1. Æn. 7. Respondet illi quod 1. Georg. 99. scribit idem, Imperare arvis.
Pascere arvo aliquem, i. e. Frumento, & iis quæ in arvo nascuntur. Hor. 1. Epist. 17. 2.
Populata Marte arva, Vastata bellorum tumultibus. Hor. 3. Carm. 5. 24.
Premere jugo aliena arva, Arare alienos agros. Virg. 10. Æn. 78.
Proterit arva, exuritque herbas. Ovid. 2. Met. 791. de Invidia.
Radit imbribus arva. Hor. Epod. 16. 54.
Renovare arvum. Ovid. 15. Met. 125.
Requiescunt fœtibus arva. Virg. 1. Georg. 82.
Revellere ab arvis arva. Ovid. 8. Met. 584. Achelous fluvius de seipso.
Spatiari lato arvo. Ovid. 4. Met. 87.
Squalent abductis arva colonis: Quia nemo colit ea. Virg. 1. Georg. 507.
Subigere arva, Colere. Virg. 1. Georg. 105.
Urit arva Sol. Ovid. 6. Met. 339.

ARVUS, a, um. Adj. Legitur apud antiquos. Plaut. Truc. 1. 2. 47. Non arvus hic, sed pascuus est ager.

Arvæ Fœminino, Nævius Lycurgo, lib. 2.

Quaque incedunt, omnes arvas obterunt. Pacuvius,
Postquam calamitas plures annos arvas calvitur. Ex Nonio, 3. 5. [Conf. Isid. 14. 13. Nimirum Arvus ager dicitur, pro Aruus, ex Græco, ἀροτὸς, contr. ἀρὸς, adscito Digammate Æolico, ut assolebant Romani.

A R X

ARX, arcis. f. [ἀκρόπολις, ἄκρα] dicta est authore Varrone 4. de L. L. 32. ab Arcendo, quod is sit locus munitissimus urbis, a quo facillime possit arceri hostis. sed verior vocis derivatio est per metathesin ab ἄκρος; nam propria & primaria ejus notio est ἄκρα, sive Summus & excelsus locus. Unde hoc nomen montibus interdum tribuitur. Virg. 1. Georg. 240.

Mundus ut ad Scythiam Riphæasque arduus arces
Assurgit. Et 2. Georg. 534.
Septemque una sibi muro circumdedit arces. nempe Roma, quæ montibus septem superstructa est. Silius de Alpibus loquitur, lib. 3. 496.
Primus inexpertas adiit Tirynthius arces. Et ita pluribus in locis alii authores hac voce utuntur. V. quos laudat Drakenb. ad Sil. 15. 305.

Arx, est Editus in civitate, & munitior ad salutem civium locus: Asconius in Divin. Virg. 2. Æn. 322.

Quo res summa loco Panthu? quam prendimus arcem? Ergo prima spes in muris est, secunda in arce, si in muros hostis irruperit. Hactenus Asconius. Servius, Arx est in civitate Munitus locus: ab Arcano, i. e. Secreto, dicta.

Arx (ut ait Asconius l. c.) interdum Sedes tyranni, id est regis, dicitur, ut sæpe apud Ciceronem. Virg. 4. Æn. 410.

— quum littora fervere late
Prospiceres arce ex summa. Ubi Servius, Regum enim fuit habitare in arcibus propter tutelam. Plin. lib. 4. cap. 11. Intus Byzia arx regum Thraciæ.

Arx, per metaph. est Summum in quaque re, & quasi Apex vel Fastigium. Sic,
Capitis arx, pro Vertice. Claud. 4. Conf. Hon. 235.
Celsa corporis arx, pro Capite. Stat. 2. Sylv. 2. 131.
Arx veri. Petron. cap. 132. Sed V. not.
Arx omnium provinciarum Africa. Cic. pro Ligar. 22.
Arx omnium gentium urbs Roma. Cic. 4. in Catil. 11.
In arce legis præsidia constituere defensionis meæ non licet. Cic. pro Cluent. 156.
Aëriæ arces, Altissimæ. Virg. 3. Æn. 291.
Celsa. Virg. 1. Æn. 56.
Edita, Alta. Sen. Octav. 7.
Festæ Palladis arces, i. e. Templa. Ovid. 2. Met. 713.
Igneas arces Cœlum vocat. Hor. 3. Carm. 3. 10.
Invictissima Capitolii. Tacit. 3. Hist. 78.
Laceræ. Ovid. 11. Met. 509.
Munitissima. In MUNIO.
Potens opibus. Sen. Troad. 6.
Præcipites, Altæ & in præcipitio velut positæ. Lucan. lib. 3. 84.
Prærupta. Sen. Agam. 6.
Prælustris. Ovid. 3. Trist. 4. 6. i. e. Cœlum.
Sacræ, Templa. Hor. 1. Carm. 2. 3.
Summa. Virg. 2. Æn. 166.
Superbæ. Hor. Epod. 3. 6.
Tuta. Virg. 10. Æn. 805.
Attollere arcem tectis. Virg. 3. Æn. 134. i. e. Domos ædificare. Serv.
Concutere arces. Ovid. 11. Met. 509.
Condere. Virg. 2. Ecl. 61.
Construere. Sil. lib. 8.
Erigere. Stat. 3. Sylv. 1. 20.
Evertere. Sil. lib. 17.
Fugere in arcem. Cic. de Senect. 11.
Fundere. Virg. 4. Æn. 260.
Impositæ montibus arces. Hor. 2. Epist. 1. 252.
Invadere in arcem causæ. In INVADO.
Liberare arcem. Cic. Anteq. iret in exil. 9.
Moliri. In MOLIOR.
Moliri arcem. i. e. Factis molibus extollere. Virg. 1. Æn. 428. Serv.
Munire. Cic. in L. Pison. 84. & pro Syll. 79.
Poni in arce. Cic. in Parad. 1. Hoc opus in apertum ut proferas, nihil postulo: non enim est tale, ut in arce poni possit quasi illa Minerva Phidiæ: sed tantum ut ex eadem officina exiisse appareat.
Retinere. Cic. 2. de Orat. 273.
Subruere. Ovid. 3. Trist. 11. 23.
Tradere. Tacit. 3. Hist. 77. Vacuam arcem furtim traditurum.

ARXATA, [Ἀρξάτα] Urbs est Armeniæ prope Araxem fluvium, & juxta fines Atropatiæ. Strab. lib. 11. Alia ab Artaxata.

A R Y

ARYANDES, [Ἀρυάνδης] Ægypti prætor fuit, a Cambyse constitutus, qui aliquanto post tempore, quum æmulari Darium vellet, ab eo est interfectus. Herodot. lib. 4.

ARYTENA, sive ARUTENA, sive ARTENA, Vas ab hauriendo sic appellabant. Festus. Græcum est ἀρύταινα, a v. ἀρύειν. & a Polluce in Balnei instrumento collocatur. l. 7. S. 166. & 10. 2. Latine Trullam dici contendit Casaub. q. omnino V. ad Theophr. Charact. c. 10. περὶ ἀναισχυντίας extr.

A S

AS, vel ASSIS, assis. m. [ἀσσάριον] Varr. 1. de L. L. Assem ab Ære dictum esse putat: As enim & Libra, & Pondo idem significant. Budæus. Erat usque ad Servii Tullii tempora ex ære rudi, & deinde ex signato, & decem asses faciebant Denarium.

As, Libralis nummus erat, quaternos denariolos nostros valens, paulo pluris. Plin. lib. 21. cap. 3. de Scipione cognomento Serapione loquens, Nec ei fuit in bonis funeris impensa. Asses ergo contulit populus, ac funus elocavit. Suet. in August. cap. 91. Ex nocturno visu etiam stipem quotannis die certo emendicabat a populo, cavam manum asses porrigentibus præbens. Hæc Budæus. Cic. 2. Off. 58. Ne Marco quidem Seio vitio datum est, quod in caritate annonæ asse modium populo dedit. Assem appellare possumus quem Duodenarium vocamus, & ita in partes dividere, ut antiqui suum assem dividebant, in sui generis partes, quadrantes, sextantesque dicentes. Budæus.

As f. Assem constitisse docet ex duodecim Unciis. H. St. V. mox de Assis divisione.

Ad assem impendium reddere. V. AD præpositionem.
In assem. V. IN.
In asse, pro In summa, apud Columel. teste Budæo.
Assis libra erat, ejusque partes Unciæ. Donat. ad Phorm. Ter. 1. 1. Assis ab antiquis dicebatur, nunc As. Nam Assis genitivus est.

As etiam pro Integra quacunque re accipitur. Veteres enim volentes aliquid dividere in partes æquales, ut hæreditatem, & quidvis simile, id Assem appellaverunt, & partes Uncias. Cic. pro Cæcin. 17. Testamento facto, mulier moritur: facit hæc heredem ex deunce & semuncia Cæcinam, ex duabus sextulis M. Fulcinium libertum superioris viri, Æbutio sextulam aspergit. Columel. lib. 13. Ad prædictum autem modum musti adjici debent hi odores, myrrhæ quincunx, calami pondo libra, cassiæ selibra, amomi pondo quadrans, croci quincunx. Plin. lib. 13. cap. 15. de cedrinis mensis, Qua in re non omittendum videtur, Tiberio principi mensam quatuor pedes sextante & sicilico excedentem: tota vero crassitudinis sescunciali, operimento laminæ vestitam fuisse. Quibus verbis Plinius mensam eam quatuor pedes longitudinis habuisse significavit, & duos præterea pollices, & pollicis quadrantem: crassitudine vero sesquipollicem æquavisse. Liv. 5. Terna jugera & septunces viritim diviserunt. Septunces dixit pro Dimidiato jugero & duodecima

decima parte jugeri. Hactenus ex Budæo. Justinian. de Hæredib. Instituend. lib. 2. Hæreditas plerunque dividitur in XII. Uncias, quæ Assis appellatione continentur. Habent autem & hæ partes propria nomina ab Uncia usque ad Assem hæc: Sextans, Quadrans, Triens, Quincunx, Semis, Septunx, Bes, Dodrans, Dextans, Deunx.

As Caianus. Stat. 4. Syl. 9. 22.

Emptum plus minus asse Caïano. Hoc loco quid sit As Caianus omnes addubitant. Turnebus suspicatur, quum assis interponeretur coemptionibus nuptialibus, quæ imaginaria venditione celebrabantur, & vir & uxor se mutuo coementes, Caios & Caias vocarent, assem Caianum esse assem illum coemptionalem.

Ex asse hæres dicitur, Qui solus est hæres.

In triviis fixum quum se dimittat ob assem. Hor. 1. Epist. 16. 64.

Non pluris pretio unius assis licuisse. Hor. 1. Serm. 6. 13.

Assem negat sese daturum. Cic. pro Quint. 19.

Ad assem omnia perdere. Hor. 2. Epist. 2. 27. i. e. Usque ad assem, sive omnia. Porphyr.

Redigere ad assem. Hor. 1. Serm. 1. 43.

Venditare asse. Catull. 31.

Assis non facio. Despauterius autem scribit Assifacio: Assifacio i. e. parvi æstimo; compositum verbum est. Sed ubi reperitur compositum? H.St.

De variis assis generibus, V. Pitisc. Lex.

ASSIPONDIUM, ii. n. [μνᾶ] significat Unum pondo. Varro de L. L. l. 4. Quod unum pondo Assipondium dicebatur: Id ideo, quod As erat Libræ pondus.

A S A

ASA, Asa fœtida, vel ut alii proferunt, Assa putrida: vulgo a medicis & pharmacopolis dicitur, quod Latine Laser nuncupatur, Græce σίλφιον. Matthiol. in lib. 3. Dioscor. cap. 79.

Apud antiquissimos Ara dicta est Asa. V. Gell. lib. 4. cap. 3. & Macrob. 3. Saturn. 2.

ASACHÆ, Populi sunt in montibus Æthiopiæ, qui abesse a mari dicuntur dierum quinque itinere, viventes elephantorum venatu. Plin. lib. 8. & lib. 6. cap. 30.

ASACUS, Fluvius est alluens Heracleam civitatem, sitam ad radices montis OEtæ, teste Liv. lib. 5. de bello Macedonico.

ASÆ, [Ἀσαὶ] Vicus est Peloponnesi in agro Corinthio, non procul a Genea vico, ut author est Stephanus.

ASÆA, [Ἀσαία] Montis nomen est proprium. Author Suidas.

ASÆUS, [Ἀσαῖος] Unus fuit ex principibus Græcorum, interfectus ab Hercule. Author Homer. lib. 11. Iliad.

ASAMPATÆ, Populi sunt circa Mæotin, teste Plin. lib. 6. cap. 7.

ASANA, Flumen est in Mauritania, ab Sala CL mill. pass. marino haustu, sed portu spectabile. Plin. lib. 5. cap. 11. Asama Ptol.

ASANDER, [Ἄσανδρος] Viri proprium, apud Strab. lib. 7. qui Tauricam Chersonesum a continente separavit, ducto per ejus Isthmum muro, a sinu Carcinitico, usque ad Mæotin paludem.

ASARŌTON, i. n. [ἀσάρωτον] Pavimenti genus artificiosis picturis elaboratum: sic dictum, quod scopis verri non debeat, ab α, & σαίρω, quod est Verro. Nam ex iis colligebantur purgamenta manibus, & spongiis mundabantur. Vel potius quia sic pictum erat, ut putaretur scopis eversum atque mundatum non fuisse. Apparebant enim hoc in pavimento velut analecta, & reliquiæ, purgamentaque cœnæ, quasi ministri ea non everrissent. Plin. lib. 36. cap. 25. Pavimenta originem apud Græcos habent elaborata arte, picturæ ratione, donec lithostrota expulere eam. Celeberrimus fuit in hoc genere Sosus, qui Pergami stravit, quem vocant asaroton œcon, quoniam purgamenta cœnæ in pavimento, quæque everri solent, veluti relicta fecerat parvis e testulis, tinctisque in varios colores.

Gaudet humus superatque novis Asarota figuris: Stat. 1. Sylv. 3. 56.

ASARŎTICUS, Adj. Sidon. Carm. 23. 57. — aureasque portas
Exornas asaroticis lapillis.

ASĂRUM, i. [ἄσαρον] Herba, de qua sic Plin. lib. 12. cap. 13. Nardi vim habet & asarum, quod & ipsum aliqui silvestre nardum appellant. Est autem hederæ foliis, rotundioribus tantum mollioribusque, flore purpureo, radice Gallici nardi: semen acinosum, saporis calidi ac vinosi. Diosc. lib. 1. cap. 9. Asarum, quod & ipsum aliqui silvestre nardum appellant, Magi sanguinem Martis, Latini perpensam, alii baccar. Matthiolus ait Asarum esse eam herbam, quam nunc officinæ vocant Baccaram, quamvis Baccara apud Dioscoridem vere sit alia herba ab Asaro longe diversa.

A S B

ASBESTĪNUM, i. n. [ἀσβεστινὸν] Genus est lini quod ignibus non absumitur, Vivum id vocant, ardentesque in focis conviviorum ex eo vidimus mappas sordibus exustis splendescentes igni magis, quam possent aquis. Vocatur autem a Græcis Asbestinum ex argumento naturæ. Hæc Plin. lib. 19. cap. 1. Asbestinum dicitur quasi ex Asbesto lapide in fila deducto confectum, quod tamen falsum pronuntiat Hard. ad loc. mox subjectum.

ASBESTOS, [ἄσβεστος] Gemma quæ in Arcadiæ montibus nascitur, coloris ferrei. Plin. lib. 37. cap. 10. Cui nomen est, inquit Solinus c. 7. quod accensus semel extingui nequit. Lat. Inextinguibilis. Scribitur & Asvestus.

ASBŎLUS, [ἄσβολος] Canis nomen. Ovid. 3. Met. 218.

Et niveis Leucon, & villis Asbolus atris. i. e. Pilis nigris.

Nam ἄσβολος dicitur Fuligo Latine.

ASBOTUS, [ἄσβοτος] Urbs Thessaliæ, Steph.

ASBYLUS, Crotoniata, cujus meminit Pausanias & Plato in libris de Repub.

A S C

ASCA, Siciliæ civitas, quam Elymus princeps Trojanorum dicitur condidisse. Servius in 5. Æn.

ASCALABŌTES, [ἀσκαλαβώτης] Animal venenatum, ex genere stellionum, lentigine plenum, acerbi stridoris, diversum ab eo quod Itali *Tarantulam* sua lingua vocant. V. Plin. lib. 29. cap. 4.

ASCALABOTIUM, Dimin. Catul. 54. 5. Dii magni ascalabotium disertum. Hoc vocabulum reposuit Turnebus, quod antea fortasse rusticus diminuerat, & depravarat male pronuntiando, & Salaputium dixerat. V. SALAPUTIUM.

ASCALĂPHUS, [Ἀσκάλαφος] Martis & Astyoches filius, cujus meminit Homer. lib. 2.

Ascalaphus, Acherontis filius & Orphnes nymphæ Avernalis: postea in bubonem mutatus. Fabulam vide apud Ovid. 5. Met. 539.

ASCALINGIUM, [Ἀσκαλίγγιον] Ptolemæo urbs Germaniæ, hodie *Hildesheim.*

ASCALON, ōnis. [Ἀσκάλων] Palæstinæ civitas Idumæorum. Author Strabo: De Ascalone plura Diodorus lib. 1. Al. Ascalonia, hodie *Escalona* dicitur.

ASCALONĪTA, æ. [Ἀσκαλωνίτης] Qui est de Ascalone. Testimonium frequens apud Josephum lib. 6. cap. 1.

ASCALONIA, æ. Cepæ genus, ab Ascalone oppido Judææ nominata. Plin. lib. 19. cap. 16. *Eschallotes.*

ASCALUS, [Ἄσκαλος] Tantali frater fuit, Hymenæi filius, ut scribit Steph. ex Xantho, Ascalonis conditor.

ASCANIA, [Ἀσκανία] Insula est una Sporadum, non procul ab Anaphe, & Astypalæa, de qua Plin. lib. 4. cap. 11.

Est & Ascania Phrygiæ locus, de quo Plin. lib. 5. cap. ult.

Item alius in superiori Mysia, sive Bithynia, juxta Ascanium lacum: quam Mysiacam vocat Strabo ad differentiam superioris, quam Phrygiam appellat. V. ipsum lib. 12. & 14.

ASCANIUS, [Ἀσκάνιος] Æneæ filius ex Creusa regis Priami filia, qui & Julus dictus est, unde Julii ortos se prædicabant, patris fugæ laborumque in quærendo regno socius, teste Virg. 1. Æn. 646. Liv. 1. 3. dubitat utrius fuerit filius, Creusæ an Laviniæ: sed historici ceteri omnes & poetæ cum Virgilio, Creusæ filium fuisse affirmant.

Est & Ascanius Phrygiæ fluvius, a quo Ascanius Æneæ filius dictus est. Hujus fluvii meminit Virg. 3. Georg. 269.

ASCANTICI, [Ἀσκαντικοὶ] Populi circa Mæotin ad montes Ceraunios, de quibus Plin. lib. 6. cap. 7.

ASCAULÆ, [ἀσκαῦλαι] Tibicines, quorum armamentum musicum imitatur utriculum: Latine Utricularios diceres. Meminit Vopiscus in Carino, ubi tamen hactenus Camptaulæ inemendate lectum est. Turnebus. V. UTRICULARIUS.

ASCENDO, di, sum, [ἀναβαίνω, ἄνειμι, ἀνέρχομαι] ĕre. ex Ad, & Scando compositum; significat Ad aliquid scandere.

Ascendere jugum. Cæs. 1. Bell. Gall.

Equo adversam ascendere ripam. Cic. 1. de Divin. 58.

Cœlum. Cic. de Amicit. 90. Et In cœlum, Idem pro Milon. 99.

Equum. Liv. 23. 14. Suet. in Cæsare.

In equum. Liv. 10. Bell. Pun. Cic. de Senect. 34.

Navem. Ter. Adel. 4. 5. 69. Et, In navem. Hirt. Bell. Alex. & Nepos 2. 8.

In ærarium. Liv. 9. Bell. Pun. Item, In Capitolium. Plin. lib. 29. cap. 3.

Vestram ascendisset in urbem. Virg. 2. Æn. 192.

Scalis muros ascendere. Virg. 9. Æn. 507.

In Amanum ascendit. Cic. 15. Fam. 4.

Ascendere in concionem, pro Orationem habere ad populum. Cic. 4. Att. 2. Tum subito ille in concionem ascendit, quam Appius ei dedit. [Quia nimirum in Rostra ascendit verba ad populum facturus. V. seq. & CONCIO f. l. Alioquin & Descendere in concionem dicebant; Quia concio in foro habebatur, parte Urbis depressiore.

In Rostra Idem. Liv. 10. Bell. Pun.

In tribunal. Cic. in Vatin.

Ascendere altiorem gradum. Cic. 2. Off. 61.

Gradum dignitatis. Cic. pro Muren. 55. Qui primum, dum ex honoribus continuis familiæ majorumque suorum unum ascendere gradum dignitatis conatus est, venit in periculum.

Ascendens gradibus magistratuum. Cic. de Clar. Orat. 280.

Altissimum gradum. Plin. lib. 3. Epist. 2.

Ad honores. Cic. do Clar. Orat. 241. Quod quia multis gratum erat, & probabatur, ascendisset ad honores, nisi in facinore deprehensus.

In honorem. Idem. Cic. in Orat. 125. Sed erit duplex omnis ejus ornatus ille admirabilis, propter quem ascendit in tantum honorem eloquentia.

Ascendere gradatim dicitur vox. Cic. 3. de Orat. 225. Hinc gradatim ascendere vocem, utile & suave est.

A minoribus ad majora ascendimus. Cic. in Partit. 12.

ASCENSŪRUS, Partic. [ἀναβησόμενος] Tibull. lib. 4. 1. 12.

Quinetiam Alcides deus ascensurus Olympum.

ASCENSUS, ûs. m. [ἀνάβασις] Ipse ascendendi actus. Cæs. 5. Bell. Gall. 32. Novissimosque premere, & primos prohibere ascensu.

Aditus & ascensus. Cic. pro Domo sua, 54. Homines audaces, ab ejus templi aditu atque ascensu prohibuisti.

Gradus, aditus, ascensus. Cic. de Arusp. Resp. 43. Atque hic ei gradus ad Rempub. hic primus est aditus ad popularem jactationem atque ascensus.

Primus ascensus ad amplioris honoris gradum, is esto. Cic. 3. de Legib. 7.

Difficili ascensu atque arduo oppidum. Cic. 6. Verr. 51.

Ascensu arduo ingredi. Cic. 2. de Orat. 261. Demosthenes conjectis in os calculis, summa voce versus multos uno spiritu pronuntiare consuescebat: neque is consistens in loco, sed inambulans, atque ascensu ingrediens arduo.

Iniquus ascensus. In INIQUUS.

Ascensu superare fastigia. Virg. 2. Æn. 303.

Mollis. In MOLLIS.

ASCENSIO, ōnis. f. Idem. Cic. de Clar. Orat. 137. Quorum quidem quæ fuerit ascensio, & quam in omnibus rebus difficilis optimi perfectio atque absolutio, ex eo quod dicam, existimari potest. Quæ fuerit ascensio, i. e. Quo pacto, & per quos quasi gradus ascenderint oratores. Plaut. Rud. 3. 1. 5. Ad nidum ascensionem facere.

ASCENSOR, ōris. Hieron.

ASCENDIBILIS, e. Cæl. Aurel.

ASCETERIA, [ἀσκητήρια] vocantur Monasteria in codice Justiniani, a verbo ἀσκῶ, quod est Mentem exerceo in contemplatione rerum divinarum. V. Ἀσκέω, ἄσκησις, ἀσκητὴς, in Suic. Thes.

ASCIA, teste Onesicrito ap. Plinium, appellantur Loca Indiæ, in quibus umbræ non sunt, Septentrioque non conspicitur, nec horæ dinumerantur. Hæc ille lib. 2. cap. 73. Sed falsum est, nisi de horis intelligatur, quibus solem habent verticalem. V. Geographos & Astronomos.

ASCIA, æ. [σκέπαρνον] Instrumentum fabrorum, quo ligna dolantur, poliunturve. Plin. lib. 16. cap. 40. Mollissima tilia, eadem videtur & calidissima: argumentum afferunt, quod citissime ascias retundat.

Rogum ascia ne polito. Ex legibus XII Tabul. apud Cic. 2. de Legib. 59. Ne pyra fiat ex dolatis seu politis lignis, lege cavetur. Alii de sepulchris intelligunt, putantque vetari ne quibuslibet artificiosis structuris ea expoliantur. Existimant quoque Asciam ab Abscindendo dictam.

ASCIO, [ξέω] āre. Vitruv. lib. 7. cap. 2. Sumatur ascia: & quemadmodum materia dolatur, sic calx in lacu macerata ascietur.

Asciburgium, Ptolemæo, Urbs Germaniæ. Vulgo *Emerich*. Al. Vicus *Asburg* juxta vetera caſtra ad Rheni ripam in Belgis. Vulgo id nomen tribuitur Arci Franconiæ *Aſchaffenburg*.

Asciſco, īvi, ītum, [ἐπάγομαι, προσάγομαι, προσκαλοῦμαι] ĕre. eſt Remotum aliquid, quaſi ſcite vocatum capere. Cic. 1. in Orat. 25. Itaque Caria, & Phrygia, & Myſia, quod minime politæ minimeque elegantes ſunt, aſciverunt aptum ſuis auribus optimum quoddam, & tanquam adipale dictionis genus. Hæc Valla lib. 5.

Feſtus, Aſciſcere, adjungere, & aſſumere.

Aſcivi, præteritum. Virg. 12. Æn. 37.

Segregare & Aſciſcere, contraria. Cic. pro Arch. 4. Perficiam profecto, ut hunc A. Licinium non modo non ſegregandum, quum ſit civis, a numero civium, verumetiam, ſi non eſſet, putetis aſciſcendum fuiſſe.

Aſciſcitur & Fugitur, contraria. Cic. 1. de Legib. 31. Id enim ut ſuavitate delectans, ſic ab errore mentis tanquam ſalutare aliquid aſciſcitur, ſimilique inſcitia mors fugitur, quaſi diſſolutio naturæ.

Aſciſcere & Reprobare, contraria. Cic. 1. de Fin. 23. Confirmat autem illud vel maxime, quod ipſa natura, ut ait ille, aſciſcat & reprobet, voluptatem & dolorem.

Aſciſcere ſibi laudem. Cic. pro Domo ſua, 59. Nihil enim unquam de me dixi ſublatius aſciſcendæ laudis cauſa potius, quam criminis depellendi.

Sibi nomen regium. Liv. 3. Bell. Maced. Nomen tyranni. Cic. ad Brut. 16. Nonne hoc eſt in eaſdem tenebras recidiſſe, quum ab eo qui tyranni nomen aſcivit ſibi, quum in Græcis civitatibus liberi tyrannorum oppreſſis illis, eodem ſupplicio afficiantur, petitur, ut, &c.

Aſciſcere ſibi ſocios. Cæſ. 1. Bell. Gall. 5. Receptos ad ſe ſocios ſibi aſciſcunt.

Sibi oppidum. Cic. 6. Verr. 21. Et quum ex hiſce ſe locis reciperent, eodem deferrentur, aſciverunt illud ſibi oppidum piratæ, primum commercio, deinde ſocietate.

Aſciſcere ſibi quaſi propinquitate conjunctos atque natuta. Cic. de Amicit. 50.

Aſciſcere ad fœdus aliquem. Cic. 2. in Catil. 8. Nemo non modo Romæ, ſed ne ullo in angulo totius Italiæ oppreſſus ære alieno fuit, quem non ad hoc incredibile ſceleris fœdus aſciverit.

Aſciſcere conſuetudinem. Cic. de Clar. Orat. 209. Idcirco hanc conſuetudinem libenter aſcivimus.

Leges. Cic. pro Corn. Balb. 21. Innumerabiles aliæ leges de civili jure ſunt latæ: quas Latini voluerunt, aſciverunt.

Ritus. Liv. 1. Nequid divini juris negligendo patrios ritus, peregrinoſque aſciſcendo, turbaretur.

Sacra. Cic. de Aruſp. Reſp. 27. Sacra iſta majores noſtri aſcita ex Phrygia Romæ collocaverunt.

Aſciſcere & accipere a Græcis ſacra. Cic. 7. Verr. 186. Quarum ſacra populus Romanus a Græcis aſcita & accepta, tanta religione & publice & privatim tuetur, non ut ab aliis huc allata, ſed ut cæteris hinc tradita eſſe videantur.

Aſciſcere generum. Virg. 12. Æn. 613.

Aſciſci in civitatem, Donari civitate. Liv. 6. Nos ex quo aſciti ſumus ſimul in civitatem, &c.

Aſciſci a civitate. Cic. pro Corn. Balb. 31. Jure enim noſtro neque mutare civitatem quiſquam invitus poteſt, neque ſi velit mutare non poteſt: modo aſciſcatur ab ea civitate, cujus eſſe ſe civitatis velit.

Aſciſcere civem. Cic. pro Corn. Balb. 30. Defendo rem univerſam, nullam eſſe gentem ex omni regione terrarum, ex qua nobis interdictum ſit, ut neque aſciſcere civem, aut civitate donare poſſimus.

Aſciſcere, Appetere. Cic. 3. de Fin. Eas ipſas cognitiones per ſe aſciſcendas arbitramur, quod habeant quiddam complexum & continens veritatem.

Ascītus, Partic. [ἐπαχθεὶς] Ovid. 4. de Ponto, 9. 127.

Tu certe ſcis hæc ſuperis aſcite, videſque Cæſar.

Aſcitum cognomen. Sil. lib. 1.

Nativus & Aſcitus, contraria. Cornelius Nepos in vita Attici, Atticus Græce loquebatur, ut Athenis natus videretur. Tanta autem erat ſuavitas ſermonis Latini, ut appareret in eo nativum quendam leporem eſſe, non aſcitum.

Aſcitus, pro Longe accerſito. Ovid. 6. Faſt. 172.

Nec petit aſcitas luxurioſa dapes.

Ascititius, a, um. [ἐπιβλημαντικός] apud Plaut. & Ovid. 6. Faſt. i. e. Adjectitius.

Puto eſſe illum ipſum locum, qui præcedit, ubi legitur Aſcitas. H. St. Nil verius.

Ascitus, vel **Adscitus**, ûs. m. Appetitus. Cic. 5. de Fin. 17. Alii putant primum adſcitum (n. voluptatis) eſſe vacuitatem doloris.

Asclēpiădes, [Ἀσκληπιάδης] Hiſtoricus Cyprius, quo tempore Pygmalion in Oriente regnabat.

Fuit & Philoſophus cæcus, de quo Cic. 5. Tuſc. 113.

Item alius, genere Pruſienſis, medicorum eloquentiſſimus, Cn. Pompeio familiaris, quum in arte Rhetorica facultates decoxiſſet, medicinam ſectatus eſt, aliam a ceteris viam ingreſſus. Dicebat ſalutem conſtare cibi potuſque abſtinentia: præterea geſtatione, ambulatione, frictione. Summa huic fama fuit, condita nova ſecta, ſpretis legatis & pollicitationibus Mithridatis regis, reperta ratione qua vinum ægris mederetur, relato e funere homine & ſervato: ſed maxime ſponſione facta cum fortuna, ne medicus crederetur, ſi unquam invalidus ullo modo fuiſſet ipſe: & victor ſuprema in ſenecta lapſu ſcalarum exanimatus eſt. Hæc Plin. lib. 7. cap. 37. De eo quoque multa refert Apul. lib. 4. V. Fabric. Elench. Medic. Vett. vol. penult. Bibl. Gr.

Aſclepiades alius fuit Antiochenus martyr.

Asclepiadeus, Adj. Carmen Aſclepiadeum (quiſquis ejus fuit inventor) idem eſt ac Choriambicum; ut in Hor. 1. Carm.

Mæcenas atavis edite regibus.

Asclepias, ădis. [ἀσκληπιὰς] Herba eſt, ramos oblongos, & hederæ folia habens, & radices numeroſas: ita dicta ab Aſclepio i. e. Æſculapio, inventore. Dioſcor. lib. 3. & Plin. lib. 26. cap. 5. & Galen. lib. 6. de Simp. Medicam. Facult.

Asclepiodōrus, [Ἀσκληπιόδωρος] Pictor ætate Apellis, Olympiade CXII, quem in ſymmetria mirabatur ipſe Apelles. Huic Mnaſon tyrannus pro XII diis dedit in ſingulos mnas tricenas, ut ait Plin. lib. 35. cap. 10.

Aſclepiodorus, item fuit Alexandrinus, ſingulari ingenio ad omnia mathematica, ad inquiſitionem cognitionemque herbarum & lapidum. Author Suid. [Immo Aſclepiodotus, Ἀσκληπιόδοτος.

Asclepion, Genus herbæ, quam Panaces vocamus: Ab Æſculapio ſic dictum, quoniam is filiam Panaceam vocavit. Plin. lib. 25. cap. 4.

Ascletarion, [Ἀσκλητερίων] Mathematicus fuit temporibus Domitiani, qui aliquando dixerat ſe diſcerptum iri a canibus. Eapropter a Domitiano juſſus eſt interfici, & acuratiſſime ſepeliri, ut vanitas ejus artis redargueretur. Sed repentina tempeſtate disjecto funere, ſemiuſtum cadaver canes diſcerpſere. Suet. in Domit. cap. 15.

Ascolia, pl. [Ἀσκώλια, τὰ] Feſta erant apud Atticos, quibus inflatos utres caprinos inſiliebant in honorem Bacchi: unde & ab utribus nomina ſumpſere. Meminit Virg. in 2. Georg. 384.

— unctos ſalıere per utres. V. Interpp. ad loc.

Asconius, [Ἀσκώνιος] Pedianus, Patavinus, Hiſtoricus & Grammaticus nobilis, floruit circa Neronis tempora, anno vitæ LXXIII captus luminibus, XII poſtea ſummo cum honore & hominum gratia ſupervixit annos. Author Euſeb. Hujus extant in Ciceronis orationes commentariorum fragmenta.

Ascopēra, æ. [ἀσκοπήρα] Latine dicitur Marſupium, aut ſacculus pelliceus: compoſitum ex ἀσκὸς, quod utrem: & πήρα, quod peram ſive ſacculum ſignificat. V. Suid. Suet. in Claud. Ner. cap. 45. Alterius collo & aſcopera deligata, ſimulque titulus, Ego quid potui? ſed tu culeum meruiſti. Sacculus iſte alligatus collo Neronianæ ſtatuæ, ſignificabat Neronem matricidam culei ſupplicium mereri. Turnebus tamen Adv. 29. 11. legendum ita eſſe cenſet: Alterius collo aſcoma deligata. quum antea Aſcopa eo in loco legeretur. Sed V. Politian. Miſc. c. 20. Torrent. & Caſaub. ad loc.

Ascra, [Ἄσκρα] Bœotiæ vicus ad radices montis Heliconis, Heſiodi poëtæ clariſſimi patria, teſte Ovid. 4. de Pont. 14. 31.

Intumuit vati non tamen Aſcra ſuo. Inde

Ascræus, Adj. Virg. 2. Georg. 176.

Aſcræumque cano Romana per oppida carmen. ubi Serv. Heſiodicum, nam Heſiodus de civitate Aſcra fuit.

Aſcrææ oves. Ovid. 6. Faſt. 14.

Ascrībo, pſi, ptum, [προσγράφω] ĕre. ex Ad & Scribo compoſitum; ſignificat Ad ſcriptum aliquod, nomen, vel ſententiam alicujus, vel etiam diem ſubjungere. Cic. 3. Q. frat. 1. In qua primum erat quod antiquior dies in tuis fuiſſet aſcripta literis, quam in Cæſaris.

Aſcribere, Adjungere, vel etiam addere ſine ſcripto, & quovis modo. Plin. lib. 13. cap. 22. Et ferulam inter externas dixiſſe conveniet, arborumque generi aſcripſiſſe. Cic. de Opt. Gen. Orat. 7. Qui Thucydidem laudavit, aſcribat ſuæ noſtram ſententiam.

Aſcribere ad numerum aliquem. Cic. 1. Q. frat. 1. Hunc ad tuum numerum libenter aſcribito.

Ad amicitiam. Cic. 3. Off. 45. Admiratus eorum fidem tyrannus, petivit ut ſe ad amicitiam tertium aſcriberent.

In legibus. Cic. pro Cæcin. 95. Nam niſi eſſet, hoc in omnibus legibus non aſcriberetur.

In legem. Cic. pro Cæcin. 95. Hoc tibi reſpondeo, aſcripſiſſe eundem Syllam in eandem legem, ſiquid jus non eſſet rogari, ejus ea lege nihilum rogatum.

In civitatem, in civitate, & civitati, Recipi in civem. Cic. pro Arch. 7. Quæ quum eſſet civitas æquiſſimo jure ac fœdere, aſcribi ſe in eam civitatem voluit. Ibid. 10. Præſertim quum aliis quoque in civitatibus fuerit aſcriptus. Ibid. 7. Qui fœderatis civitatibus aſcripti fuiſſent. V. ASCRIPTUS.

In numerum. Cic. 2. Philipp. 24. Tu vero aſcribe me talem in numerum.

Numinibus, pro Accenſeri & annumerari, & ut vulgo loquuntur, Canonizari. Plin. lib. 2. cap. 7. Hor. 1. Epiſt. 19. 4. V. APOTHEOSIS.

Aſcribi facto, pro Adjungi. Plin. lib. 8. Epiſt. 6.

Aſcribere pœnam fœderi. Cic. pro Corn. Balb. 20. Qui hanc pœnam fœderibus aſcribat, ut omnium præmiorum beneficiorumque noſtrorum expertes faciat fœderatos.

Aliquem alteri. Cic. pro Lege Manil. 58. Mea quidem ſententiâ, Quirites, unus A. Gabinius, belli maritimi, rerumque geſtarum author, comes Cn. Pompeio aſcribitur.

Aliquem tutorem liberis ſuis. Cic. pro Cluent.

Tutorem pupillo. Paul. in l. Neſenn. D. de excuſation.

Alicui ſalutem. Cic. 1. Att. 3. Et te ſororemque tuam & matrem maxime diligit, ſalutemque tibi plurimam aſcribit

Aſcribere ſibi, pro Tribuere & imputare. Cic. Neque enim mihi negligentiam velim aſcribas.

Sibi in teſtamento, eſt Sua manu, ejuſve qui in poteſtate eſt, aliquid in rem ſuam alieno in teſtamento ſcribere. l. 15. D. ad l. Cor. de fal.

Aſcribere & attribuere. Cic. 3. de Nat. Deor 89. Nonnunquam bonos exitus habent boni: eos quidem aſcribimus attribuimuſque ſine ulla ratione diis immortalibus.

Ascriptus, Partic. [προσγεγραμμένος] ut, Aſcripta dies literis. Cic. 3. Q. frat. 1.

Aſcriptus Heraclienſis. Cic. pro Arch. 8. Adſunt Heraclienſes legati nobiliſſimi homines, hujus judicii cauſa, cum mandatis & cum publico teſtimonio venerunt, qui eum aſcriptum Heraclienſem dicunt.

Aſcripti dicebantur, Qui in colonias nomina dediſſent, ut eſſent coloni. Feſtus. V. in ipſo v. Aſcribi in civitatem.

Ascriptio, ōnis. f. [προσγραφὴ] Cic. pro Cæcin. 95. Ut ne longius abeam, declarat iſta aſcriptio eſſe aliquid.

Ascriptitius, a, um. [προσέγγραπτος] Qui (ut ait Valla) ad aliquam rem aſcriptus eſt, & Qui ex numero eorum eſt qui ſe in alterius imperium dediderunt. ut, Aſcriptitius civis. Cic. 3. de Nat. Deor. 39. Quos, quaſi novos & aſcriptitios cives in cœlum receptos putant.

Aſcriptitii dicuntur illi quos Villanos vocamus, quod villæ (unde Villici dicti) aſcripti, & colonariæ conditioni addicti, aut ipſi ſint, aut eorum majores fuerint. Quarum rerum veſtigia non obſcura multis in locis extant, quod tamen nomen loquentium inſcitia in contumeliam jam vertit. Villanum enim & Vilem vernacula ſimplicitas confundit. Hæc Budæus. Rurſus idem alio loco, Aſcriptitius non multum a ſervo differebat, qui ſcilicet cum terra & poſſeſſionibus vendi poterat, ut ſervus cum peculio. l. Ne diutius. 20. C. de Agricol. & cenſitis.

Aſcriptitii vocari poſſunt Latine in collegiis magiſtratuum, qui vulgo Creati & extraordinarii vocitantur, ut nonnulli ſunt hodie inter rationales & præfectos ratiociniorum, quos Clericos magiſtroſque computorum appellamus. Budæus.

Aſcriptitii, veluti Quidam ſcripti dicebantur, qui ſupplendis legionibus aſcribebantur. Hos & Adcenſos dicebant, quod ad legionum cenſum

eſſent

essent ascripti. Quidam Velatos, quod vestiti inermes sequerentur exercitum: nonnulli Ferentarios, quod fundis, lapidibusque præliaturi ea modo ferrent, quæ in hostes jacerent: alii Rorarios, quod id genus hominum antequam acies coirent, in modum rorantis tempestatis dimicarent. Festus. V. ACCENSUS.

ASCRIPTOR, ōris. m. [προσγραφεύς] videtur idem significare quod Subscriptor: est autem Subscriptor (ut ait Pedianus in Divin.) Causidicus qui submissa voce adjuvare accusatorem solebat. Cic. pro Domo sua, 49. Denique ille novitius Ligur, venalis ascriptor & subscriptor tuus, quum M. Papirii sui fratris esset testamento & judicio improbatus, mortem ejus se velle persequi dixit. V. SUBSCRIBO.

Ascriptor, pro Fautore & astipulatore. Cic. Post red. in Senat. 26. Itaque extitit non modo salutis defensor, qui ante hoc unum beneficium fuerat inimicus, verum etiam ascriptor dignitatis meæ. Budæus. [Is dicebatur, qui in S. C. perscribendo nomen suum adscripserat. Sic in seq. loco. Conf. Fam. l. 15. Ep. 6. extr. Sunt tamen qui Assertor exhibent Mss.

Author & ascriptor in restituendo. Cic. Post red. in Senat. 9. Quod si Q. Metellus illo tempore consul fuisset unicus, dubitatis quo animo fuerit in me conservando futurus, quum in restituendo authorem fuisse ascriptoremque videatis?

ASCRIPTĪVUS, a, um. [προσγεγραμμένος] Idem quod Ascriptitius. Plaut. Men. 1. 3. 2. Idem istuc aliis ascriptivis ad legionem solet.

Ascriptivi, inquit Varro lib. 6. de L. L. quod olim ascribebantur Inermes, qui succederent armatis militibus, siquis eorum deperisset.

ASCRIVIUM, [Ἀσκρίβιον Ptol.] Dalmatiæ oppidum, hodie *Cattaro*.

ASCŬLUM, [Ἄσκλον] Oppidum est Apuliæ memorandum clade illata Pyrrho a Curio & Fabricio Romanis consulibus, ut late ostendit Plutarch. in vita Pyrrhi. Ab hoc

ASCULĀNUS, Adj. Cic. de Clar. Orat. 169. Barrus Asculanus, cujus sunt aliquot orationes Asculi habitæ.

ASCYRON, [ἄσκυρον] Herba eadem est, quæ Androsæmon, Plin. lib. 27. cap. 4. V. supra in dictione ANDROSÆMON.

A S D

ASDATÆ, Populi sunt Caucasi montis incolæ, apud quos Calais gemma nascitur. Author Plin. lib. 37. cap. 8.

ASDRŬBAL, [Ἀσδρούβας] Gener Amilcaris patris Annibalis: post ejus mortem septem annos imperium tenuit favente factione Barcina, demum a servo barbaro, cujus dominum occiderat, interfectus est. Qui comprehensus a circunstantibus, haud facti pœnitens, inter cruciatus & tormenta, speciem semper ridentis præbuit. Auth. Liv. lib. 21. 2.

Asdrubal item alius fuit Annibalis frater, cognomento Barca, ad Metaurum fluvium a Nerone Claudio & Livio Salinatore coss. insigni clade cæsus, priusquam copias cum fratre conjungere posset. Liv. Valer. Flor. Front. Horat. Sil. De quo vide eum qui Annibalis vitam Latine conscripsit, nam Græce a Plutarcho composita non extat, quæ quidem venerit in lucem cum ceteris Plutarchi vitis. Is est Donat. Acciajolus.

Asdrubal item, Gisconis filius, tertius Carthaginiensium dux in Hispania, Syphacis gener, cujus meminit Plutarch. in Vita Scip. Liv. 24. seq.

Præterea Asdrubal, cui Calvo cognomen erat, eo tempore quo Annibal in Italia erat, in Sardiniam dux classis mittitur: sed tempestate rejectus ad insulas Baleares, ibi tantisper quoad quassas reficeret naves, resedit, de quo plura apud Livium 23. 32.

Asdrubal, præter hos alius fuit Dux tertio bello Punico a Scipione Æmiliano victus facta deditione; & ante currum actus. Ejus uxor quum paucis ante diebus a viro impetrare non potuisset ut ad victorem transfugerent, in medias incensæ Carthaginis flammas sese cum liberis duobus ex arce præcipitavit. Auth. Epit. Liv. lib. 51. Ovid. 6. Fast. 770.

Et cecidit telis Asdrubal ipse suis.

A S E

ASELLI, Stellæ duæ appellantur in signo Cancri, exiguum inter illas spatium obtinente nubecula, quam Præsepia appellant. Plura Plin. lib. 18. c. 35.

ASELLIUS, Sempronius Historicus, & Tribunus militaris sub Scipione Æmiliano apud Numantiam fuit, idque bellum literis mandavit. Citatur sæpe testis a Gell.

Asellius item Claudius, Eques Romanus, Tribunus militum sub Claudio Nerone, apud Lucanos memoranda fortitudine. Hujus meminit Volaterr.

ASELLUS, V. ASINUS.

A S I

ASIA, [Ἀσία] Tertia pars est orbis, magnitudine Europæ & Africæ par. Sic autem dictam volunt ab Asia Japeti conjuge, quæ Oceani & Tethyos filia fuit: vel (ut Herodoto placuit) a Promethei matre. Lydis vero, ab Asiæo Atyis filio, unde & gens quædam Sardis Asia dicitur, ut tradit Eustathius. Est autem Asia duplex: Major, quam diximus, & Minor. Hæc in se continet Phrygiam, Cariam, Lyciam, Lydiam, Lycaoniam, ut est apud Strabonem & Pomponium. Asia hæc minor, hodie vocatur Anatolia seu Turcia. Cic. pro Flacc. 64. Nanque (ut opinor) Asia vestra constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Hujus vocis prima corripitur. Virg. 1. Æn. 389.

Dives Asia. Hor. 1. Serm. 7. 19.

— Bruto prætore tenente.

Ditem Asiam.

Amœna Asiæ. Tacit. 3. Ann. 7. Per Amœna Asiæ atque Achaiæ.

Asia opima. V. OPIMUS.

Asiam curare. Tacit. 4. Ann. 36. Qui proconsul Asiam curaverat. V. CURO.

ASIA, prima prod. [Ἄσιος λειμών] Stephan. Palus est Mysiæ, Caystro fluvio cohærens. Asia vero quum provinciam significat, primam corripit. Hæc ex Servio in illud 7. Æn. 701.

— sonat amnis, & Asia longe Pulsa palus. Et in illud 1. Georg. 383. — & quæ Asia circum

Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri. Quo in loco adjectivum est Asia: ut sit, Asia prata. Sunt tamen, qui Servio non subscribant, negantes usquam esse paludem quæ vocetur Asia: dicentesque in utroque Virgilii versu Asia adjectivum esse, pro Asiatica, seu Asiæ regionis: nam Mysia & Cayster in Asia sunt. adde quod ἄσιος Græcis limosum significat: ἄσις, ἄσιος, limus & cœnum.

ASIUS, [Ἄσιος] Adj. Virg. 4. Georg. 343.

Atque Ephyre, atque Opis, & Asia Deiopea.

ASIĂCUS, Adj. [Ἀσιακός] i. e. Asiaticus. Ovid. 12. Met. 588.

ASIATĬCUS, Adj. [Ἄσιος] ut, Asiaticum orationis genus. Cic. de Clar. Orat. 325. Asiatica hæreditas. Flor. 3. 12.

ASIĀNUS, aliud Adj. [Ἀσιανός] Qui est ex Asia. Quintil. lib. 8. cap. 1. & lib. 12. cap. 10.

Asiani, Asiæ publicani, i. e. Equites Romani. Nam omnes publicanorum societates erant ex ordine equestri. Cic. 1. Att. 14. Asiani, qui de Censoribus conduxerunt, questi in Senatu, se cupiditate prolapsos, nimium magno conduxisse: ut induceretur locatio, postulaverunt.

ASIARCHÆ, [Ἀσιάρχαι] Viri erant communi Asiaticarum civitatum consensu delecti, qui communia negotia curarent: de quibus Strabo lib. 14. [Imo Sacerdotes primi ordinis, & Sacrorum certaminum, quæ a Communi Asiæ celebrabantur, præsides. V. Vandale Diss. 3. c. 3. plenius hæc persequentem.

ASIS, ĭdis. [Ἀσίς] ut, Asis terra, pro Asia. Ovid. 9. Met. 447. V. Steph.

ASIDA, æ. Oppidum mediterraneum, in Bætica Hispaniæ regione. Plin. lib. 3. cap. 1.

ASĪLAS, [Ἀσίλας] Auguris nomen, qui Æneæ in auxilium venit contra Turnum. Virg. 10. Æn. 175.

Tertius ille hominum, divumque interpres Asilas.

ASĪLI, Populi in Italia. Sil. 8. 446.

— a sese (n. Æsi) populos tum dixit Asilos.

ASĪLUS, i. m. [οἶστρος] Insecti genus quod horrisonum strepitum facit. Virg. 3. Georg. 147.

Est lucos Silari circa, ilicibusque virentem
Plurimus Alburnum volitans, cui nomen asilo
Romanum est, œstron Graii vertere vocantes.

Græci itaque οἶστρον vocant a sono vocis: unde poetæ divino correpti furore, œstro concitci dicuntur. V. Chiliad. Erasm. Serv. ait vulgo Tabanum appellari.

ASINE, es. [Ἀσίνη] Urbs est Peloponnesi juxta Messeniam: unde sinus Asineus. Author Strab. lib. 8. Et Pompon. lib. 2. Lucan. lib. 8. 195.

— utque secaret,
Quas Asinæ cautes, & quas Chios asperat undas,
Hos dedit in proram, tenet hos in puppe rudentes.

Asine item, Insula est una ex Sporadibus, quas Electridas nonnulli vocant, in mari Adriatico, cujus meminit Pompon. lib. 2. & ejus interpres Vadian.

ASINIUS Pollio, [Ἀσίνιος Πωλίων] Celebris in primis orator fuit Romæ, Augustique amicus. Is primus omnium Romanorum, advocatis hominibus, scripta sua recitavit. A Quintiliano autem his verbis taxatur, Multa in Asinio Pollione inventio, summa diligentia: adeo ut quibusdam etiam nimia videatur: & consilii & animi satis, a nitore & jucunditate Ciceronis ita longe abest, ut videri possit seculo prior. Hactenus Quintil. lib. 10. cap. 1.

Asinius Gallus, ejus filius, vir etiam doctissimus (ut Seneca testatur in Declamationibus) libros edidit de comparatione patris Pollionis & Ciceronis, in quibus patrem Ciceroni prætulit. Author Cæcilius. Plin. lib. 7. Epist. 4. Contra quos Claudius Cæsar postea Ciceronis edidit defensionem, ut author est Tranquillus in Claudio. c. 41.

Præterea alius fuit Asinius cognomento Capito, doctissimus artis grammaticæ: librum reliquit epistolarum, in primaque ad Pacuvium Labeonem scripta, erat titulus, Pluria & non Plura scribi oportere: rationesque addit. Author Gellius. l. 5. c. 21. Sed emendati codices Sinnius, non Asinius exhibent.

Præter hos Asinius Pollio fuit Trallianus genere, docuit Romæ tempore Pompeii Magni, successit scholæ Timagenis, scripsit bellum civile Cæsaris & Pompeii. Author Suidas.

ASĪNUS, i. m. [ὄνος] Animal notum: cujus fœmininum, Asina. Varro 2. de R. R. cap. 8. Ex equa enim & asino fit mulus: Contra ex equo & asina hinnus.

Ab asinis ad boves transcendere, proverbium, pro eo quod est, Ex humiliore conditione ad ditiorum partes transire. Plaut. Aulul. 2. 2. 58. Erasmus.

Asini homines, pro Stupidis & stolidis. Plaut. Pseud. 1. 2. 4. Neque homines magis asinos unquam vidi, ita plagis costæ callent. Cic. in Pison. 73. Quid nunc te asine literas doceam? non opus est verbis, sed fustibus. Inde Asellus bipes apud Juvenalem. V. Bipes, in BIS. Sic Asinus ad lyram, in stupidos & imperitos. V. Erasm. Chil.

ASINA, æ. f. Ex equo & asina fit hinnus. Varr. 2. de R. R. 8. Columel. 6. 37.

ASELLUS, [ὀνάριον] dimin. Plin. lib. 17. cap. 5. Campum nullis, quum siccus est, arabilem tauris: post imbres, vili asello.

Auritus asellus. Ovid. 2. Amor. 7. 15.
Miserandæ sortis asellus. Ovid. 2. Amor. 7. 15.
Lente gradiens. Ovid. 11. Met. 179. de Mida.
Pandus asellus: i. e. Curvus. Ovid. 4. Met. 27. de Sileno.
Rudens. Ovid. 1. Fast. 433.
Tardus. Virg. 1. Georg. 273.
Agitator aselli: i. e. Agaso. Virg. 1. Georg. 273.
Iniquæ mentis asellus. Hor. 1. Serm. 9. 20.

Demitto auriculas, ut iniquæ mentis asellus,
Quum gravius dorso subiit onus.

Onustus auro. Cic. 1. Att. 16.

Fabulam narrare surdo asello. proverb. Hor. 2. Epist. 1. 199. In eos qui non audiunt, qui non attendunt, qui sermonem negligunt, aut respuunt.

Asellus, Piscis, dictus quod sit colore cinericio: quemadmodum & asini: vulgo Merlusium vocamus. Plin. lib. 9. cap. 17.

Aselli, Stellæ duæ in signo Cancri. Plin. lib. 18. cap. 35.

Item vas recipiendo mulso paratum. Petron. cap. 31. Tegebant asellum duæ lances.

ASELLA, æ. f. Ovid. 3. de Arte Am. 290.

ASELLULUS, i. m. al. Dimin. Arnob.

ASINARIUS, i. m. [ὀνηλάτης] Qui pascit asinos, vel Qui asinos ducit. Cato cap. 10. Operarios quinque, bubulcos tres, subulcum unum, asinarium unum. Suet. in August. cap. 96.

ASINARIUS, Adj. [ὀνικός] Quod pertinet ad asinum: ut Mola asinaria, Quam circumagit asinus. Cato de R. R. cap. 10. Et Plauti Asinaria dicta est Comœdia, quod de asinorum venditione tractet. V. prol. v. 12.

ASININUS, aliud Adj. [ὄνειος, ὀνικός] Quod est asini: ut, Asininus pullus. Varro 2. de R. R. cap. 8. Offa asinina. Plin. lib. 16. cap. 36. Asinina pruna cognominata a vilitate. Idem lib. 15. cap. 13.

ASINA, Cognomen fuit Corneliorum, quod a Cn. Cornelio Scipione ad posteros est propagatum. Hic enim quum sponsores ab eo poscerentur, asinam produxit in forum cum pecuniæ onere, quasi pro sponsoribus præsens

præſens pignus. Eamque ob cauſſam Aſina poſtea dictus eſt, ut ſcribit Macrob. 1. Saturn. c. 6.

Asio, ŏnis. [ὠτὶς] Avis eſt ex genere noctuarum, minor bubone, plumas erectas habens aurium modo. Plin. lib. 10. cap. 23. Otis bubone minor eſt, noctua major, auribus plumeis eminentibus: unde & nomen illi. Quidam Latine Aſionem vocant.

Asisium, [Ἀσίσιον] Italiæ oppidum, cui mons imminet: &

Asisinātes, ejus oppidi incolæ. Plin. & Ptolem.

Asius, [Ἄσιος] Filius fuit Dymantis, ut in Iliade ſcribit Homerus. Hic adverſus Græcos Priamo favit.

Fuerunt & alii Aſii, quorum paſſim meminit Homerus.

Eſt & Aſius Ptolemæo Senonum fluvius in Italia, Æſis aliis, vulgo *Eſino.*

Asius Lapis vel Aſſius, [λίθος Ἄσιος ἢ Ἄσσιος] eſt pumicis inſtar levis, fungoſus, friabilis, lutei coloris, intercurſantibus venis. Hoc, quod carnes abſumat, utebatur antiquitas ad defunctorum ſepulcra, ut author eſt Plin. lib. 36. cap. 17. In Aſſo (inquit) Troadis lapis ſarcophagus fiſſili vena ſcinditur. Corpora defunctorum condita in eo abſumi conſtat intra quadrageſimum diem, exceptis dentibus. Hæc ille. Plura vide apud Dioſcor. lib. 5. cap. 199. Et Galen. lib. 9. Simplic. V. assus.

A S O

Asopæi, [Ἀσωπαῖοι] Populi ſunt gentis Epiroticæ, qui Acarnaniam inhabitant. Strab. lib. 7.

Asophis, V. asopis.

Asopiădes, patronym. maſc. [Ἀσωπιάδης] quod apud poetas accipitur pro Æaco Aſopi nepote, qui pater fuit Æginæ, matris Æaci. Ovid. 7. Met. 484.

Huic Aſopiades, petis irrita, dixit, &c.

Asōpis, ĭdos. [Ἀσωπὶς] Ægina, Aſopi fluvii filia. Ovid. 6. Met. 113.

Aureus ut Danaen, Aſopida luſerit ignis.

Asōpis, ĭdis. [Ἀσωπὶς] Regiuncula eſt Peloponneſi, in tractu Achaiæ proprie dictæ, circa Phliuntem: ita dicta ab Aſopo fluvio cui adjacet. Ab Homero Aræthyrea dicitur, teſte Plin. lib. 4. cap. 5. Strabo lib. 8. etiam Aſopiam appellat.

Asōpus, [Ἄσωπος] Amnis Sicyoniorum, ut ait Strabo. l. c. ab Aſopo Neptuni & Ceglusæ filio nomen ſortitus, teſte Pauſ. in Corinth. Propert. lib. 3. 15. 27.

Sæpe vago Aſopi ſonitu permota fluentis.

Eſt item Aſopus, Fluvius alius Thebas præterfluens. Cui nomen ab Aſopo, antiquiſſimo Platæenſium rege, datum eſt, cujus filia fuit Platæa, quæ urbi nomen dedit. Pauſan. in pr. Bœot.

Item alius in Heraclea Trachinia, latens apud Prigum, quem Praſopios nominant.

Eſt item hoc nomine Fluvius in Paro inſula. Horum omnium meminit Strabo lib. 8.

Asorus, Fluvius eſt, teſte Liv. lib. 6. Bell. Maced. 22. alluens Heracleam civitatem, ſitam in radicibus montis OEtæ. Hunc eſſe conjici poteſt, de quo Plin. lib. 4. cap. 10. In ora Heraclea, flumen Apilas. Hic a Bocatio Aſaſſus, ab aliis Aſurus vocatur. [Aſopus omnino apud Livium legendum cum emendd. codd. V. Strab. l. 8. p. 656. Almelov.

Asōtus, i. [ἄσωτος] Aſoti (inquit Budæus) dicuntur verbo Græco, Qui luxu & ganeæ ſtudio ſunt perditi, & Latine Nequam verbo ſignificantiſſimo: eorumque vitium Aſotia, quam Gell. lib. 17. cap. 10. Luxum, prodigalitatem atque nequitiam interpretatur. de quibus Cic. 2. de Fin. 23. loquens, ita inquit, Nolim enim mihi fingere aſotos (ut ſoletis) qui in menſam vomant, & de conviviis auferantur, crudique poſtridie ſe rurſus ingurgitent, qui Solem (ut aiunt) nec occidentem unquam viderint, nec orientem, qui conſumptis patrimoniis egeant: nemo noſtrum iſtius generis aſotos jucunde putat vivere.

A S P

Aspagones, Populi Indiæ, regionem vitis, & lauri, & buxi, pomorumque omnium in Græcia naſcentium fertilem incolentes. Horum meminit. Plin. lib. 6. cap. 21.

Aspalăthus, [ἀσπάλαθος] Frutex eſt ſurculoſus, multis ſpinis horrens, cujus meminit Galen. lib. 8. Simp. ſic inquiens, Aſpalathus guſtu quidem acris ſimul & aſtringens eſt: facultate vero ex diſſimilibus conſtat, nempe partibus ſuis acribus excalfaciens, partibus vero aliis, auſteris ſcilicet, refrigerans. Hactenus Galen. V. & Dioſcor. lib. 1. cap. 19.

Aſpalathus, Spina eſt candida (teſte Plin. lib. 12. cap. 24.) magnitudine arboris modicæ, flore roſæ, cujus radix unguentis expetitur. Putatur idem eſſe cum eo quod hodie officinæ Lignum Rhodium appellant. V. Ruell. lib. 1. cap. 38.

Asparăgus, i. m. [ἀσπάραγος] Herba: dicta, ut ait Feſtus, quod in aſpero virgulto naſcatur. Varro 4. de L. L. Aſparagi, quod ex aſperis virgultis leguntur, & ipſi ſcapi aſperi ſunt, non læves. Martial. lib. 13. 21.

Mollis in æquorea quæ crevit ſpina Ravenna,
Non erit incultis gratior aſparagis.

Hinc proverbium de re quæ celeriter fit, dicitur, Velocius quam aſparagi coquantur. V. Chiliad. Eraſm. Cujus auctor Auguſtus Cæſar, teſte Suet. c. 87.

Aspargo, ĭnis. [ὑδεργία] Vitium ex pluvia, undave contractum. Calliſt. in l. 4. §. 2. D. ad l. Rhod. de jact.

Aspasia, [Ἀσπασία] Mulier Mileſia fuit magna doctrinæ fama, ſophiſtria & rhetorices magiſtra: Periclem docuit, ſimul & amavit, ab eoque in matrimonium accepta quum eſſet captiva, cauſſa fuit & ipſa duorum bellorum, Samii ſcilicet, & Peloponneſiaci. Auth. Plutarch. in Pericle, & Ariſtophanes in fabula quæ inſcribitur ἀχαρνεῦς. V. Menag. Hiſt. mul. Philoſ.

Aspasius, [Ἀσπάσιος] Sophiſta fuit Ravennas, Demetriani filius: ſub Alexandro Romæ profitebatur, auditor Pauſaniæ & Hippodromi. Scripſit contra Ariſtonem & maledicos diverſas orationes. Hæc Suid. De hoc multa Philoſtratus.

Fuit item Aſpaſius, cognomento Byblius, quoniam de Byblo, i. e. de Papyro librum condidit. Scripſit & artem Rhetoricam, & Panegyricum in Adrianum principem, cujus temporibus floruit. Auth. Suid. [Immo Byblius περὶ Βύβλου, i. e. de Byblo patria ſua, Phœniciæ oppido, ſcripſit.

Præterea Aſpaſius fuit Tyrius quidam hiſtoricus, qui de Continente variam hiſtoriam ſcripſit, ut idem Suidas author eſt. [Immo περὶ Ἠπείρου, de Epiro & hiſtoriis Epiroticis.

Aspathines, [Ἀσπαθίνης] ex Perſis unus, qui cum Dario in Smerdim magum conjurarunt. Herodot. lib. Muſar. 3.

Aspectabilis, Aspecto, Aspectus, V. aspicio.

Aspella, unum ex Cypri inſulæ nominibus, apud Plin. lib. 5. cap. 31.

Aspello, uli, ulſum, [ἀπωθῶ] ĕre. ab Abs & Pello; Pellere a ſe. Plaut. Capt. 3. 3. 4. Neque exilium exitio eſt, neque adeo ſpes, quæ mihi hunc aſpellat metum. Cic. 2. Tuſc. 25. Sed longe a læto numine aſpellor Jovis. adde Plaut. Trin. 3. 2. 46. & Merc. 1. 2. 5. Eſſe qui Apello ſcribant, pro Aſpello ex H. St. not. V. in apello.

Aspendios, Uvæ genus, damnatum aris, quod nec ab ulla alite etiam attingitur, ut author eſt Plin. lib. 14. cap. 18.

Aspendus, [Ἄσπενδος] Pamphyliæ urbs, ab Argivis condita. Hic Veneri ſuibus ſacrificabant, eo quod author ejus generis Mopſus ex Argis huc proficiſcens, primum obvium ſacrificare voverat: occurrit autem ſus. Auth. Stephan. & Pompon. lib. 1. o. 14. Hinc Adj.

Aspendius. C. Nep. 14. 8.

Aſpendius quidam Citharœdus fuit, a quo proverbium, Aſpendii cithariſtæ. V. Intus canere, in cano.

Asper, ĕra, ĕrum. [τραχὺς] a verbo Græco deduci videtur, ἄσπορον. [Cur?] Proprie autem vocamus Aſperum, Quod vel viſu, vel guſtu, vel tactu, aut alio ſenſu inſuave eſt, ut ait Perottus. Hinc, Aſperam arteriam vocat Plin. lib. 20. cap. 62. atque adeo medici omnes, quam Græci τραχεῖαν, propter multorum ſemicirculorum aſperitatem.

Aſperum & Lene, contraria. Cic. 2. de Fin. 36. Senſus judicat dulce amarum, lene aſperum, longe prope, &c. [An Læve?]

Lævis & Aſper, contraria. Cic. in Partit. Orat. 30. In locis autem & illa naturalia, læves an aſperi, ſalubres an peſtilentes, &c.

Maris aſpera. Tacit. 4. Ann. 6. h. e. Aſperitates.

Promptum ad aſperiora ingenium Druſo erat. Tacit. 1. Ann. 29.

Aſperrimo hyemis Ticinum uſque progreſſum. Tacit. 3. Ann. 5. Aut ſubſtantivum eſt, aut ſubauditur, Tempore.

Aſper ſiti, Siticuloſus, admodum ſitiens, & nimia ſiti os aſperum habens. Virg. 3. Georg. 434.

Æquore quovis aſperior. Ovid. 3. Faſt. 580.

Aſper, Iniquus. Virg. 1. Æn. 283. Quin aſpera Juno. Servius.

Aſper natura, & omnibus iniquus. Cic. pro Cn. Planc. 40. Tu deligas ex omni populo aut amicos tuos, aut inimicos meos, aut denique eos quos inexorabiles, quos inhumanos, quos crudeles exiſtimes, &c. Eodemque adjungas, quos natura putes aſperos, atque omnibus iniquos.

Aſper, Aſpernator, faſtidioſus, ingratus. Virg. 8. Æn. 365.

— rebuſque veni non aſper egenis. Servius.

Monitoribus aſper. Hor. in Arte Poet. 163.

Aſper animus. Liv. 9. Bell. Maced. Aſperi proculdubio animi, & linguæ acerbæ, & immodice liberæ fuit: ſed invicti a cupiditatibus animi, & rigidæ innocentiæ.

Aſilus. In asilus.

Bella. Hor. 2. Epiſt. 1. 7. Bella aſperrima. Salluſt. Jugurth. 48.

Bos aſpera cornu, Quæ cornibus ferire ſolet. Virg. 3. Georg. 57.

Capillis aſperis horret. Hor. Epod. 5. 27.

Cœna aſpera. Plaut. Capt. 3. 1. 37. Redibo huc ad ſenem, ad cœnam aſperam.

Crabro. Virg. 4. Georg. 245.

Doctrina aſperior & durior. Cic. pro Muren. 60. Acceſſit his tot, doctrina nec moderata nec mitis: ſed, ut mihi videtur, paulo aſperior & durior, quam aut veritas aut natura patiatur. de Catonis virtutibus.

Dominatio nimia atque aſpera. Pompon. in l. 2. §. & quum placuiſſet. D. de origin. juris.

Facetiæ. Tacit. 15. Ann. 68. Ille ferociam amici metuit, ſæpe aſperis facetiis illuſus.

Gens cultu aſpera. Virg. 5. Æn. 730.

Glacies. Virg. 10. Ecl. 49.

Homo aſper & durus oratione & moribus. Cic. 4. de Fin. 78. Peripatetici verba tenent mordicus, quæ dum ſibi evelli ex ordine nolunt, horridiores evadunt, aſperiores, duriores, & oratione & moribus.

Hyems aſpera creſcit. Ovid. 11. Met. 490. Vell. Paterc. 2. 113.

Jugum. Cæſ. 2. Bell. Civil.

Lapis. Ovid. 3. de Arte Am. 223.

Leo. Hor. 3. Carm. 2. 10.

Lingua. Virg. 3. Georg. 508.

— & obſeſſas fauces premit aſpera lingua. Obſeſſas fauces: i. e. Clauſas. Aſpera, nimia ſiccitate. Servius.

Litera. Ovid. 5. Faſt. 481. De Lemuriis loquitur, quæ Remuria dicta fuerant, r in l mutata.

Loca. Cæſ. 3. Bell. Civil. 42.

Lupus dulcedine ſanguinis. Ovid. 11. Met. 402.

Nubila ramoſa & aſpera, Lucret. lib. 6. 133.

Nummus, Recenter cuſus & ſignatus. Suet. in Neron. cap. 44. Perſ. 3. Sat. 69.

Odia. Virg. 2. Æn. 96.

Oratio aſpera & horrida. Cic. in Orat. 20. Et grandiloqui, ut ita dicam, fuerunt cum ampla & ſententiarum gravitate, & majeſtate verborum, vehementes, &c. quod ipſum alii aſpera, triſti, horrida oratione, neque perfecta, neque, concluſa, &c.

Patronus aſper & maledicus. Cic. de Clar. Orat. 129. C. Fimbria temporibus iiſdem fere, ſed longius ætate provectus, habitus eſt ſane, ut ita dicam, luculentus patronus, aſper, maledicus, genere toto paulo fervidior atque commotior.

Pelles. Hor. 2. Carm. 20. 9.

Piper. Plin. lib. 12. cap. 7.

Pocula ſignis aſpera, i. e. Sculptura eminente. Virg. 5. Æn. 267. Servius. conf. 9. Æn. 263. & Sil. Ital. 11. 279. V. anaglypha.

Pugna. Virg. 12. Æn. 124.

Rubus. Virg. 3. Ecl. 89.

Sapor. Virg. 4. Georg. 277. De flore amello.

Saporis aſperrimi frutex. Plin. lib. 12. cap. 12. Et lib. 14. cap. 2.

Saxa. Cic. in Piſon. 43. Ovid. 6. Met. 76.

Secula. Virg. 1. Æn. 295.

Sentes. Virg. 2. Æn. 379.

Studiis aſperioribus formare mentem. Hor. 3. Carm. 24. 53.

Sylva. Virg. 1. Georg. 152.

— intereunt ſegetes, ſubit aſpera ſylva. Sylva autem hoc loco de Herbis intelligendum, ut Servius adnotat.

Sylva aſpera & denſa. Cic. 12. Att. 16.

Tempora. Cic. pro Corn. Balb. 21. Summa utilitate ac maximo ſæpe præſidio in periculis atque aſperis temporibus carendum erit.

Terra tractatu aſpera. Plin. lib. 17. cap. 7.

Verba.

Verba. Ovid. 2. de Pont. 6. 8.
Victus. Plaut. Capt. 1. 2. 85. ut Cœna.
Vinum, contr. Lene. Ter. Heaut. 3. 1. 49.
Virtus. Sil. lib. 7.
Urbs ſtudiis belli aſperrima. Virg. 1. Æn. 18.
Aſpri pro Aſperi, Synæreſis uſitata apud poëtas. Virg. 2. Æn. 379.

ASPERĬTAS, ātis. f. [τραχύτης, τραχυσμὸς] contraria eſt Lenitati, authore Donato. Cic. 4. de Fin. 79. Quam illorum triſtitiam atque aſperitatem fugiens Panætius, nec acerbitatem ſententiarum, nec diſſerendi ſpinas probavit.
Aſperitas aceti. Plin. lib. 9. cap. 35.
Loci iniqua aſperitas. Ovid. 4. de Pont. 4. 22.
Aſperitas animi. Plin. lib. 22. cap. 24. de aſperitate meatuum ſpiritus ſeu vocis, Ergo & hæc animi aſperitas, ſeu potius animæ, dulciore ſucco mitigatur. [Immo de Melancholia.
Acris aſperitas. Lucan. ad Piſon. 118. — tu mitis, & acri
Aſperitate carens.
Aſperitas imbricata. V. IMBREX.
Aſperitatem contentionis, humanitate condire. Cic. 2. de Orat. 212. Neque ulla eſt temperatior oratio, quam illa in qua aſperitas contentionis, oratoris ipſius humanitate conditur.
Verborum aſperitas. Ovid. 14. Met. 526. Et apud Liv. 2. ab Urbe, Aſperitas orationis.
Aſperitas viarum. Cic. 9. Philipp. 2. Et Liv. 8. Bell. Pun.
Vocis aſperitas. Lucret. lib. 4. 555.
Aſperitatis & invidiæ corrector. Hor. 2. Epiſt. 1. 129.
Aſperitas agreſtis, & inconcinna. Hor. 1. Epiſt. 18. 6.

ASPERITER, Adv. antiquum. Nævius Pullis, Ubi tu nequaquam cubares aſperiter. Ex Non. 11. 32.

ASPERE, Adv. [τραχέως] pro Dure & inſolenter. Cic. 1. Fam. 5. Poſteaquam Pompeius apud populum ad VIII Idus Februarias, quum pro Milone diceret, clamore convicioque jactatus eſt, in Senatuque a Catone aſpere & acerbe nimium magno ſilentio eſt accuſatus.
Inſigniter atque aſpere vituperare. Cic. 2. de Orat. 349.
Aſpere & vehementer loqui. Cic. 1. de Orat. 227. M. Cato Galbæ gravis atque acer inimicus, aſpere apud populum Romanum, & vehementer eſt loquutus.
Nimis aſpere tractare aliquem. Cic. 2. Q. frat. 3.
Dicta in aliquem aſpere & ferociter & libere. Cic. pro Planc. 33. Publicanorum in Q. Scævolam virum omnibus igenio, juſtitia, integritate præſtantem, aſpere & ferociter & libere dicta commemorem?
Scribere aſperius quam mores patiantur. Cic. 9. Att. 18. Quod ſcribis, aſperius me quam mei patiantur mores, de Dionyſio ſcripſiſſe: vide quam, &c.
Acceptum aſpere. Tacit. 4. Ann. 31.
Aſperrime loqui de aliquo. V. LOQUOR.

ASPĔRO, [τραχύνω] āre. Aſperum facere. Columel. lib. 8. cap. 3. Aſcenſus deinde avibus ad tabulata per utranque cellam datur junctis parieti modicis aſſerculis, qui paulum formatis gradibus aſperantur, ne ſint advolantibus lubrici.
Aſperantur apes. Varro 3. de R. R. cap. 16. Minus valentium ſigna, ſi ſunt piloſæ & horridæ, ut pulverulentæ, niſi opificii eas urget tempus, tum enim propter laborem aſperantur & maceſcunt.
Aſperare undas dicuntur Aquilones a Virg. 3. Æn. 285.
Præceps diſcordia fratres aſperat. Stat. 1. Theb. 138.
Crimina aſperare, contr. Lenire. Tacit. 2. Ann. 29. Ita moderans ne lenire, neve aſperare crimina videretur.
Aſperat hæc fœdata genas. Sil. 4. 776. Ubi vulgatæ Editiones vitioſe legunt, Aſpar ad hæc, &c.
Iram aſperare. Tacit. 2. Hiſt. 48.
Sagittas oſſibus aſperare: i. e. Cuſpidare. Tacit. de Germ. 46.
Saxo aſperare pugionem. Tacit. 15. Ann. 54.

ASPERĀTUS, Partic. ut, Aſperatæ alopeciæ. Plin. lib. 29. cap. 6. Et muſcarum capita recentia, prius folio ficulneo aſperatas. De alopeciis replendis loquitur.

ASPRĒDO, ĭnis. f. [τραχύτης] i. e. Aſperitas, quæ contraria eſt Lævitati. Celſ. lib. 5. cap. 28. Interdum ſimile his quæ vocant Græci κονδυλώματα, aſpredine quadam & magnitudine ſua. De carcinomate loquitur. [Rectius Aſpritudine codd. nonnulli.

ASPRITUDO, ĭnis. f. [τραχύτης] identidem legitur apud Celſ. ut lib. 7. cap. 23. Linguæ aſpritudo. Et cap. 26. Calculi aſpritudo. Et lib. 6. cap. 6. de imbecillitate oculorum, Licet tamen etiam iiſdem medicamentis non inutiliter uti, quæ vel cicatrices, vel aſpritudinem extenuant. Budæus. In Tertull. & quibusdam aliis invenitur Aſperitudo.

ASPRĒTUM, i. Locus aſper & abruptus. Liv. 5. Bell. Maced. Tabernacula ſtatuere in aſpretis & inæquabili ſolo difficile erat.

ASPERGILLUM, V. poſt ASPERGO.

ASPERGO, ſi, ſum, [ῥαίνω, ῥαντίζω] ĕre. ex Ad & Spargo compoſitum; Aliquantulum madefacere ſignificat. Propert. lib. 1. 12. 16.
Nonnihil aſperſis gaudet amor lacrymis.
Aram ſanguine aſpergere. Cic. 3. de Nat. Deor. 88.
Aſpergere aquam dicitur, Qui dicto quopiam reddiderit animum, ac metum ademerit. Mutuo ſumptum ab iis qui in deliquio, quam Græci λειποθυμίαν appellant, aſperſa in faciem aqua, ad ſui ſenſum revocantur. Plaut. Truc. 2. 4. 15. Aſperſiſti aquam, jam rediit animus. Quod Ter. And. 2. 1. 35. ſimpliciter, Reddidiſti animum. Eraſm. in Chiliad.
Aſpergere ſalem carnibus. Plin. lib. 8. cap. 38. Et, Aſpergere ſale carnes. Idem lib. 15. cap. 6.
Minuto & trito ſale carnem aſpergere. Columel. lib. 12. cap. 53. *Saulpoudrer.*
Aſpergi e fonte. Cic. 6. Fam. 6. Eodem fonte ſe hauſturum intelligit laudes ſuas, e quo ſit leviter aſperſus.
Aſperſit ſemina artis. Plin. lib. 30. cap. 1. Primus extat (ut equidem invenio) commentatus de arte magica Otanes, Xerxem regem Perſarum bello, quod is Græciæ intulit, comitatus, ac velut ſemina artis portentoſæ aſperſit, obiter infecto, quacunque commeaverat, mundo. In ſcriptis vetuſtioribus codicibus legitur Sparſiſſe.
Aſpergere moleſtiam, per translationem. Cic. 2. Q. frat. 9. Nunc mihi jucunditatis plena epiſtola hoc aſperſit moleſtiæ, &c.
Gravitati comitatem. Cic. pro Muren. 66. Sed ſi illius comitatem & facilitatem tuæ gravitati ſeveritatique aſperſeris.

Mendaciunculis aſpergere. Cic. 2. de Orat. 241. Quod tamen eſt mendaciunculis aſpergendum.
Labeculam alicui laudatione ſua. Cic. in Vatin. 41.
Labem dignitati alterius. Cic. in Vatin. 15.
Lingua aliquem. Author ad Heren. 4. 63. Iſte quotidie per forum medium, tanquam jubatus draco ſerpit, dentibus aduncis, aſpectu rabido, ſpiritu venenato, circunſpectans huc & illuc ſiquem reperiat; cui aliquid mali faucibus afflare, quem ore attingere, dentibus inſecare; lingua aſpergere poſſit.
Maculis vitæ ſplendorem. Cic. pro Planc. 30. Hunc tu vitæ ſplendorem maculis aſpergis iſtis: jacis adulteria, &c.
Notam alicui. Ulp. in l. divi fratres. D. de jure patronat.
Suſpicione, vel infamia aſpergi. Cic. pro Cœl. 23. Qui iſtius facti non modo ſuſpicione, ſed ne infamia quidem eſt aſperſus.
Sales orationi aſpergere. Cic. in Orat. 87.
Summa arte aſpergi in omni parte orationis. Cic. pro Corn. Balb. 56. Ut aliqui ſermones hominum alienis bonis mœrentium, etiam ad veſtras aures permanarent, & in judicio ipſo redundarent, idcirco illa in omni parte orationis ſumma arte aſpergi videbatis.
Aſpergere aliquid in epiſtolis dicimus, Quum pauca de re aliqua ſcribimus. Cic. 2. Fam. 16. Hæc aſperſi, ut ſcires me tamen in ſtomacho ſolere ridere.
Sextulam Æbutio aſpergit. Cic. pro Cæcin. 17. V. SEXTULA.
Aſpergere, pro Salſis dictis carpere, & vellicare. Hor. 1. Serm. 4. 87.
E quibus unus avet quavis aſpergere cunctos,
Præter eum qui præbet aquam, &c.

ASPERGO, ĭnis. f. [ῥαντισμὸς] Ipſe aſpergendi actus. Plin. lib. 36. cap. 22. Aſpergine & gelu pruinisque rumpuntur in teſtas, nec contra humores & auram maris robuſti. [Videtur in hoc & ſeq. exemplis accipi debere pro Guttis aquarum, vel humiditate undecunque adrorante.
Aſpergines parietum, Guttæ illæ aquarum quæ ex humiditate parietum ſolent decidere. Plin. lib. 22. cap. 21. Virg. 3. Æn. 534.
— ſalſa ſpumant aſpergine cautes. Ovid. 3. Met. 86.
— ſanguis — aſpergine tinxerat herbas. Lucret. lib. 6. 524.
Adverſa fulſit nimborum aſpergine. (n. Sol.)

ASPERSUS, a, um, [ῥαντὸς] Partic. ut, Aſperſus oculis liquor. Plin. lib. 12. cap. 8. Et Hor. 1. Epiſt. 11. 12. Aſperſus imbre lutoque.
Leviter aſperſus laudibus. V. LEVIS.

ASPERSUS, ûs. m. [ῥάντισις] Actus aſpergendi. Plin. lib. 11. cap. 53. Quæ inſecta appellavimus, omnia olei aſperſu necantur.

ASPERSIO, ōnis. f. [ῥάνσις] Idem. Cic. 2. de Legib. 24. Nam illud vel aſperſione aquæ, vel dierum numero tollitur.

ASPERGILLUM, i. [περιρραντήριον] Novum, ſed non inelegans vocabulum: ſignificat autem Inſtrumentum, quo aqua nos aſpergere ſolemus. Perottus. V. Onomaſt. Latino Gr. Figuram ejus exhibet Oiſel. Tab. 110. n. 8. & 9. ut antiqui in ſacrificiis utebantur ex equinæ caudæ pilis confecto. Alias & verbenis utebantur, Lauri, vel olivæ e. g. ramo. V. Lomejer. in Epimen. c. 35.

ASPERITAS, V. ASPER.

ASPERNOR, [καταφρονέω] āri. Recuſare; avertere, non agnoſcere: eſt autem dictum a Sperno. Ter. Phorm. 2. 3. 24. Quam is aſpernatur nunc tam illiberaliter. Hæc Donatus. Virg. 1. Georg. 228.
Nec Peluſiacæ curam aſpernabere lentis. Ubi Serv. Aſpernabere, Contemnes. Cic. 4. Acad. Habeo (inquam) ſententiam tuam, neque eam admodum aſpernor.
Aſpernari crudelitatem alicujus ab aris ſuis dicitur Deus. Cic. pro Cluent. 194. Cujus ego furorem atque crudelitatem deos immortales a ſuis aris atque templis aſpernatos eſſe confido.
Aſpernari, Contemnere ac negligere. Cic. 6. Verr. 113. Ennenſium querimonias nolite per deos immortales aſpernari, nolite contemnere ac negligere, Judices.
Aſpernari ac reſpuere. Cic. 2. de Orat. 97. Quinetiam guſtatus, qui eſt ſenſus ex omnibus maxime voluptarius, quam cito id quod valde dulce eſt, aſpernatur ac reſpuit? quis potione uti, aut cibo dulci diutius poteſt?
Aſpernari literas alicujus. Cic. 7. Att. 16. Non aſpernor Trebatii literas, a quo me unice diligi ſcio.
Rejicere & aſpernari. Cic. pro Roſc. Amer. 153. Hanc vero quæ ad eorum liberos atque ad infantium puerorum incunabula pertinet, niſi hoc judicio a vobis rejicitis, & aſpernamini, videte per deos immortales, quem in locum Rempub. perventuram putetis.
Auribus reſpuere, animo aſpernari. Cic. in Piſon. 45. Nemo denique civis eſt qui non modo ſe civem eſſe meminerit, qui vos non oculis fugiat, auribus reſpuat, animo aſpernetur.
Appetere & Aſpernari, contraria. Cic. 2. de Fin. 51. Simul atque natum animal eſt, gaudet voluptate, & eam appetit ut bonum, aſpernatur dolorem ut malum.
Interdum paſſive. Hirt. Bell. Afr. cap. 93. Intellexit regem vagum a ſuis deſertum ab omnibus aſpernari. Cic. apud Priſcian. Qui habet, ultro appetitur, qui eſt pauper, aſpernatur.

ASPERNANS, Partic. Cic. 15. Fam. 10. Non aſpernante ſenatu. Hinc

ASPERNANTER, Adv. Ambroſ.

ASPERNANDUS, Partic. ut, Minime aſpernandus. Cic. 15. Fam. 6. Quæ etiamſi parum juſta tibi viſa eſt, hanc tamen habet rationem, ut non nimis concupiſcendus homo, ſed tamen ſi deferatur a Senatu, minime aſpernandus eſſe videatur.

ASPERNATUS, Partic. [καταφρονητικῶς] Virg. 3. Georg. 393.
In nemora alta vocans, nec tu aſpernata vocantem.

ASPERNATIO, ōnis. f. [καταφρόνησις] Contemptus. Cic. 4. Tuſc. 31. Quorum omnes morbi & perturbationes ex aſpernatione rationis eveniunt.

ASPERNĀTOR, ōris. m. Tertull.

ASPERNABĬLIS, e. [καταφρονητὸς] Gell. lib. 11. cap. 3. Nonnunquam apud me ipſum ſoleo res ejusmodi parvas quidem minutaſque, & hominibus non bene eruditis aſpernabiles.

ASPERNAMENTUM, i. n. Tertull.

ASPERO, as. V. ASPĔR.

ASPERSIO, ASPERSUS. V. ASPERGO.

ASPERUGO, Herba eſt, Lappaginis ſpecies, ſimilis illi quæ mollugo dicitur, ſed foliis aſperioribus, Plin. lib. 26. cap. 10.

ASPHALTION, [ἀσφάλτιον] Trifolii ſpecies eſt. Dioſcor. lib. 3. Plin. lib. 21. cap. 9. Folio coronat & trifolium. Tria ejus genera, minyanthes vocant, alii aſphaltion, majore folio, quo utuntur coronarii. Alterum

terum acuto, oxytriphyllon. Tertium ex omnibus minutiſſimum. Plura apud eundem.

ASPHALTĪTES, [Ἀσφαλτίτης] Lacus Syriæ, de quo Plin. lib. 5. cap. 16. Aſphaltites nihil præter bitumen gignit: unde & nomen. Nullum corpus animalium recipit, tauri cameliquе fluitant: inde fama nihil in eo mergi. De hoc multa Solin. & Juſtin. lib. 36.

ASPHODĔLUS, i. m. [ἀσφόδελος] Herba de qua ſic Plin. lib. 21. cap. 17. Aſphodelus manditur & ſemine toſto & bulbo. Paulo poſt, Aſphodeli mentionem & Homerus fecit. Radix ejus napis modicis ſimilis eſt. Neque alia numeroſior, LXXX ſimul acervatis ſæpe bulbis. Theophraſtus, & fere Græci, princepſque Pythagoras, caulem ejus cubitalem, & ſæpe duûm cubitorum, foliis porri ſylveſtris, anthericon vocavere: radicem vero, id eſt bulbos, aſphodelon. Noſtri illud albucum vocant, & aſphodelum haſtulam regiam. Hactenus Plin. Noſtri autem pharmacopolæ corrupto vocabulo vocant *Aphrodilorum*.

ASPĬCIO, exi, ectum, [προσβλέπω, ἐφοράω] ĕre. ex Ad & Specio antiquo verbo compoſitum; ſignificat Intueri, ad aliquid oculos intendere. Ovid. 6. Faſt. 605.

Corpus ut aſpexit, lacrymis, &c. Ter. And. 1. 1. 91. Interea inter mulieres quæ ibi aderant, forte unam aſpicio adoleſcentulam.

Vix aſpiciendi poteſtas fuit. Cic. 1. de Orat. 161.

Molli vultu aſpicere. Ovid. 10. Met. 610.

Me huc aſpice. Plaut. Amph. 2. 2. 118.

Reſpicere & aſpicere. Cic. 1. de Divin. 73. Quum autem aliquantulum progreſſus eſſet, ſubito exaudivit, hinnitum, reſpexitque, & equum alacrem lætus aſpexit, cujus in juba examen apum conſederat.

Aſpicere & contueri. Cic. pro Syll. 74. Aſpicite ipſum, contuemini os, conferte crimen cum vita uſque ad hoc tempus explicata: tum crimen recognoſcite.

Aſpicere ad aliquem. Cic. de Aruſp. Reſp. 2. Et ſimul ad Cn. Lentulum COS. aſpexit.

Ad faciem eorum quum aſpicies, haud videntur mali. Plaut. Pſeud. 1. 2. 9.

Aſpicere e loco aliquo. Plin. lib. 17. cap. 4. Ovid. 2. Met. 228.

Tum vero Phaëton cunctis e partibus orbem
Aſpicit. Sen. Herc. fur. 8. Ex alto aſpicit.

Aſpicere in obliquum. Plin. lib. 11. cap. 37. Cancri in obliquum aſpiciunt.

Aſpiciunt inter ſe, i. e. Mutuo. Cic. 3. in Catil. 13. Sic terram intuebantur, ſic furtim nonnunquam inter ſe aſpiciebant: ut non jam ab aliis indicari, ſed indicare ſe ipſi viderentur.

Aſpicere lucem, pro Edi in lucem, & naſci: cui opponitur, Luce privari. Cic. pro Roſc. Amer. 63. Portentum atque monſtrum certiſſimum eſt, eſſe aliquem humana ſpecie & figura, qui tantum immanitate beſtias vicerit, ut propter quos hanc ſuaviſſimam lucem aſpexerit, eos indigniſſime luce privarit.

Aſpicere aliquem, pro Juvare. Virg. 2. Æn. 690.

Juppiter omnipotens, precibus ſi flecteris ullis,
Aſpice nos. Ubi Servius, Aſpice nos: quia intuentes dii adjuvant.

[Immo Simpliciter Aſpice, quia ſequitur:
Hoc tantum: &, ſi pietate meremur;
Da deinde auxilium, pater. H. St.
Oculis ſiquis Deus aſpicit æquis. Virgil. Idem. [Memoriæ lapſus videtur. Nam in 9. Æn. v. 209. extat,
Juppiter, aut quicunque oculis hæc adſpicit æquis. & in 4. v. 372.
Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis.

Aſpicitur. Ovid. 6. Faſt. 29.

Si genus aſpicitur, Saturnum prima parentem
Feci, Saturni ſors ego prima fui.

Aſpici, pro Conſiderari. Sil. lib. 3. Sin ſolo aſpicimur ſexu, &c.

Aſpicere & Accipere ſæpe a Librariis inter ſe commutari notat Drakenb. ad Sil. lib. 5. 573.

ASPICIENDUS, [προσβλεπτέος] Ovid. 6. Faſt. 284.

Tu dea non fueras aſpicienda viro.

ASPECTU, ſupinum paſſivum. ut, Horrendus aſpectu, Qui faciem habet horrendam. [Immo Nomen verbale, ut ſeq. V. Voſſ. de Anal. 3. 8.

ASPECTUS, ûs. m. [ὄψις] Intuitus. Cic. 6. Verr. In qua inauratam C. Verris ſtatuam viderem. Quod poſteaquam dixi, tantus eſt gemitus factus aſpectu ſtatuæ & commemoratione, ut, &c. Virg. 6. Æn. 456.

— teque aſpectu ne ſubtrahe noſtro.

Aſpectum amittere. Cic. 1. Tuſc. 73. Nec vero de hoc quiſquam dubitare poſſet, niſi idem nobis accideret, diligenter de animo cogitantibus, quod iis ſæpe uſu venit, qui quum acriter oculis deficientem ſolem intuerentur, ut aſpectum omnino amitterent, ſic mentis acies ſeipſam intuens nonnunquam hebeſcit.

Aſpectus miſerabilis. Cic. 2. Philipp. 73. Auctionis aſpectus miſerabilis.

Aſpecti, pro Aſpectus, Antique Accius Aſtyanacte, Abducite intro: nam mihi miſeritudine Commovit animum excelſa aſpecti dignitas. Nonius.

Aſpectus mitis. Sil. lib. 8.

Rancidus. Plin. lib. 22. cap. 22. V. RANCIDUS.

Scaber. Plin. lib. 12. cap. 25.

Virilis. Cic. de Aruſp. Reſp. 8. Non mirum ſi hoc vobis ridiculum videtur: etiam ſua concio riſit, hominem illum, qui pulvinaribus Bonæ deæ ſtuprum intulerit: eaque ſacra, quæ viri oculis, ne imprudentis quidem aſpici fas eſt, non ſolum aſpectu virili, ſed flagitio ſtuproque violarit: in concione de religionibus neglectis conqueri.

In aſpectu urbis. Cic. 6. Verr. Et portus habet prope in ædificatione aſpectuque urbis incluſos.

Ad aſpectum præclarus. Cic. 6. Verr. 17. Nam & ſitu eſt communito, tum ex omni aditu vel terra vel mari, præclaro ad aſpectum.

Primo aſpectu. Cic. 7. Att. 3. Ad VIII Id. Decemb. Tuſculanum veni, & ibi tuas literas legi, e quibus hanc primo aſpectu voluptatem cepi, quod erant a te ipſo ſcriptæ.

Primo quaſi aſpectu. Cic. 4. Acad. 35. Nam ſi quod cuique occurrit, & primo quaſi aſpectu probabile videtur, id confirmatur, quid eo levius?

Adducere in aſpectum. Cic. 10. Fam. 23. Copias prope in aſpectum Lepidi Antoniique adduxi, quadragintaque millium paſſuum ſpatio relicto conſedi.

Cadere ſub aſpectum & tactum. Cic. de Univerſ. 13. ut quemadmodum ignis animæ, ſic anima aquæ: quodque anima aquæ, id aqua terræ proportione reddit. Qua ex conjunctione cœlum ita aptum eſt, ut ſub aſpectum & tactum cadat.

Carere aſpectu civium. Cic. 1. in Catil. 17.

Contorquere aſpectum. Cic. 2. de Nat. Deor. 142. Oculi aſpectum quo volunt, facile contorquent.

Convertere. Cic. 2. de Nat. Deor. 142. Natura lubricos oculos fecit & mobiles, ut & declinarent, ſiquid noceret: & aſpectum quo vellent, facile converterent.

Definire. Cic. 2. de Divin. 92. Illi orbes qui cœlum quaſi medium dividunt, & aſpectum noſtrum definiunt, qui a Græcis ὁρίζοντες nominantur, a nobis finientes rectiſſime nominari poſſunt.

Exuere alicujus aſpectum. Tacit. 16. Ann. 28.

Fugere aſpectum alicujus. Sen. Hippol. 5.

Gravari. Tacit. 3. Ann. 59. Sane gravaretur aſpectum civium ſenex Imperator.

Judicare uno aſpectu. Cic. de Clar. Orat. 200. Intelligens dicendi exiſtimator non aſſidens, & attente audiens, ſed uno aſpectu, & prætereiens, de oratore ſæpe judicat.

Obmutuit aſpectu. Virg. 4. Æn. 279.

Poni ſub uno aſpectu. Q. Cic. de Petit. Conſ. 1. Non ut aliquid ex iis novi adjicerem, ſed ut ea quæ in te diſperſa atque infinita viderentur eſſe, ratione & diſtributione ſub uno aſpectu ponerentur.

Privare aſpectu ſuo. Cic. 4. Fam. 9. Nunc vero nec locus tibi ullus dulcior eſſe debet patria: nec eam diligere minus debes, quod deformior eſt, ſed miſereri potius: nec eam multis claris viris orbatam, privare etiam aſpectu tuo.

Proferre in aſpectum lucemque. Cic. pro Arch. 12. Ego vero fateor me his ſtudiis eſſe deditum: ceteros pudeat, ſiqui ſe ita literis abdiderunt, ut nihil poſſint ex his neque ad communem afferre fructum, neque in aſpectum lucemque proferre.

Referre aſpectum aliquo. Cic. de Provinc. Conſ. 38. Sed homines aut propter dignitatem ſuam diffiſi ipſi ſibi, aut propter reliquorum obtrectationem, ab hujus ordinis conjunctione depulſi, ſæpe ex hoc portu ſe in illos fluctus prope neceſſarios contulerunt. qui ſi ex illa jactatione curſu populari, bene geſta Rep. referunt aſpectum in Curiam, atque huic ampliſſimæ dignitati commendati eſſe volunt, non modo non repellendi ſunt, verum etiam expetendi.

Sentiri aſpectu. Cic. 1. Off. 14. Itaque eorum ipſorum quæ aſpectu ſentiuntur, nullum aliud animal venuſtatem, pulchritudinem, convenientiam partium ſentit. Hominem intelligit.

Venire ſub aſpectum. Cic. 2. de Orat. 358. Formis atque corporibus, ſicut omnibus quæ ſub aſpectum veniunt, ſedes opus eſt, etenim corpus intelligi ſine loco non poteſt.

Veſci in aſpectu. Tacit. 13. Ann. 16.

Vitare aſpectum hominum lucemque. Cic. pro Syll. 74. Quis P. Syllam, niſi mœrentem, demiſſum, afflictumque vidit? quis unquam eſt ſuſpicatus hunc magis odio, quam pudore, hominum aſpectum lucemque vitare?

Vitare aſpectum & præſentiam hominum. Cic. 1. in Catil. 17. Tu quum conſcientia ſcelerum tuorum agnoſcas odium omnium juſtum, & jam tibi diu debitum, dubitas, quorum mentes ſenſuſque vulneras, eorum aſpectum præſentiamque vitare?

Aſpectus, Pulchritudo. Virg. 1. Æn. 617.

Obſtupuit primo aſpectu Sidonia Dido,
Caſu deinde viri tanto. Serv.

Aſpectus morum. Plin. lib. 11. cap. 52. Addidit morum aſpectus ſimili modo apud nos Trogus. h. e. Judicium de hominis moribus ex ipſius aſpectu.

Aſpectus quadrantalis, trientalis, triquetrus, quadratus, trinus, nonagenarius, ſextilis, ſexagenarius, ſemiſſis, tetragonus, hexagonus, qui dicantur Aſtronomicis, V. TETARTEMORION.

ASPECTIO, ōnis. f. Idem. V. ex Feſto in SPECTIO.

ASPECTO, [ἐπιβλέπομαι] āre. frequent. Frequenter aſpicere & fixe intueri. Ter. Eun. 3. 5. 11. Quid me aſpectas? quid taces? Cic. pro Planc. 101. Quid me aſpectas? quid mea promiſſa repetis?

Omni exuta æqualitate juſſa principis aſpectare. Tacit. 1. Ann. 4.

Aſpectare aliquid. de inanimis dicitur, pro Ex adverſo poſitum eſſe. Virg. 1. Æn. 424.

Aſpectari, paſſivum. Lucret. lib. 3. 76.

— illum eſſe potentem,
Illum aſpectari, claroque incendit honore. Senſus eſt, Illum eſſe potentem, illum digito monſtrari, atque aſpectari, macerat alios homines invidia: & honore, id eſt propter illius honorem, homines invidos incendit, urit, & cruciat. Hæc eſt vera lectio, & hic ſenſus, authore Lambino. [Al. Incedere, quod ſine dubio præferendum eſt. V. INCEDO.

ASPECTANS, [ἐπιβλέπων] Stat. 3. Theb. 82. Virg. 3. Georg. 228. Stabula aſpectans.

ASPECTABĬLIS, e. [ὁρατὸς] Dignum quod aſpiciatur. Cic. de Univerſ. 9. Deus animal unum aſpectabile, in quo omnia animalia continerentur, effecit.

Corporeum & aſpectabile. Cic. de Univerſ. 11. Corporeum autem & aſpectabile, itemque tractabile omne neceſſe eſt eſſe, quod natum eſt.

ASPICIALIS, e. [ὁρατὸς] Gloſſ. Gr. Lat.

ASPIDELON, Lactuca ſylvatica. Apul. de Herb. cap. 30. Al. Aſpideion.

ASPIDISCI, [ἀσπιδίσκοι] Brevia ſunt ſcuta, & in ſcuti modum orbicularia ornamenta. Cæl. lib. 13. cap. 16.

ASPĪLATES, [ἀσπιλάτης] Gemma eſt ignei coloris, quam Democritus tradit in Arabia gigni, & in avium quarundam nido inveniri: traditque eam ex cameli pilo ſpleneticis alligatam, malo illorum mederi.

Eſt & altera eodem nomine argentei coloris, lymphatis utilis. Utriuſque meminit Plin. lib. 37. cap. 10.

ASPĪRO, [ἐπιπνέω, ἐπουριάζω] āre. ex Ad & Spiro compoſitum; eſt Afflare. Virg. 7. Æn. 8.

Aſpirant auræ in noctem.

Lenius aſpirans aura ſecunda venit. Catul. 66. 64.

Aſpirare ad locum aliquem. Varr. de R. R. 1. 57. Ad quæ granaria nulla aura humida e propinquis locis aſpiret.

Aſpirare vocem. Quintil. lib. 1. cap. 6. [An potius locus eſt 1. 5. p. 57. Burm. Diu deinde ſervatum, ne conſonantibus aſpiraretur, ut in Graccis & Triumpis? Græcis eſt δασύνειν, Nam Spiritus aſper δασὺ τὸ ὑγρ.

Aſpirare, Accedere. Columel. lib. 8. cap. 14. Ne coluber, ne vipera, feliſque, aut etiam muſtela poſſit aſpirare. Quem locum deſumpſit e Varr. 3. de R. R. cap. 10. Neve qua eo accedere poſſint muſtelæ, aliæve beſtiæ quæ noceant.

Propitium aſpirare pravo conſilio. Valer. Maxim. lib. 3. cap. ult. ubi de Phocióne, Blandum animum temeritati caſus facit, ubi pravo conſilio propitius aſpirat: & quo vehementius noceat, inſperatius prodeſt.

Aſpirare ad aliquem. Cic. 5. Tuſc. 27. Omneſque aditus tuos interclufi, ut ad me aſpirare non poſſes. h. e. Pervenire.

Ad aliquem ex bellica laude. Cic. de Clar. Orat. 84. Nam ut ex bellica laude aſpirare ad Africanum nemo poteſt: ſic ingenii, literarum, eloquentiæ, ſapientiæ denique, etſi utrique primas, priores tamen deferunt Lælio.

Aſpirat equis, pro Ad equos. Virg. 12. Æn. 352.
— nec equis aſpirat Achillis. Ubi Servius, Aſpirat, apud majores, Accedit ſignificat.

Aſpirare rei deos dicimus, pro Auxilium aliquod præbere. Virg. 2. Æn. 385.
— aſpirat primo fortuna labori. Idem 9. Æn. 525.
Vos ô Calliope precor aſpirate canenti.

Aſpirat felicitas alicui. Curt.

Aſpirare in curiam. Cic. 4. Verr. 76. i. e. Venire, Contendere.

In campum. Cic. pro Syll. 52. ad Comitia ſcil.

Aſpirare, Inſpirare, vel Impertire. De Domitiano invocato. Quintil. in præf. lib. 4. Ut quantum nobis expectationis adjecit, tantum ingenii aſpiret, dexterque ac volens adſit. Budæus.

Dictis divinum aſpirat amorem Venus. Virg. 8. Æn. 373.

Aſpirare ad rem aliquam, eſt Vehementi conatu in aliquam rem contendere: quia qui ſic enituntur, ſpirant, id eſt anhelant. Cic. 3. Verr.

Ad magiſtratum aſpirare. Ulp. in l. 1. §. Caſum. D. de poſtuland.

Accedere, aut aſpirare. Cic. 1. Verr. 20. In ejusmodi re quisquam tam impudens reperiretur, qui ad alienam cauſam invitis iis quorum negotium eſt, accedere, aut aſpirare audeat? Ubi Aſcon. Aſpirare, eſt In eam partem, qua quid quæſitum eſt, vultum & oculos ac ſpiritum oris advertere. Accedere, eſt Proximum fieri.

Aſpirare aliquo. Cic. 7. Verr.

Ad eam laudem quam volumus, aſpirare non poſſunt. Cic. de Clar. Orat. 139.

Aſpirare, i. e. Illinere. Lucret. apud Quintil. 3. 1.
— prius oras pocula circum
Aſpirant mellis dulci flavoque liquore. In quibusd. Codd. legitur, Aſpergunt; in noviſſimis Lucretii editionibus, Contingunt.

Aspirans, Partic. Cic. 2. de Nat. Deor. 136. Pulmones tum ſe contrahunt aſpirantes, tum ſe ſpiritu dilatant, ut frequenter ducatur cibus animalis, quo maxime aluntur animantes.

Aspiratio, ōnis. f. [ἐπίπνευσις] Actus ipſe aſpirandi: h. e. Inſpirandi, nempe dum aerem in corpus intromittimus. Cic. 2. de Nat. Deor. 83. Animantes autem aſpiratione aeris ſuſtinentur.

Aſpiratio, pro eo quod Influentia dicitur. Cic. 1. de Divin. 130. Nam ſi obſcurior, quaſique caliginoſa ſtella extiterit: pingue & concretum eſſe cœlum, ut ejus aſpiratio gravis & peſtilens futura ſit. Budæus.

Aſpiratio terrarum diſparilis, pro Exhalatione. Cic. 1. de Divin. 79. Et ſunt partes agrorum aliæ peſtilentes, aliæ ſalubres, aliæ quæ acuta ingenia gignant, aliæ quæ retuſa: quæ omnia fiunt ex cœli varietate, & ex diſparili aſpiratione terrarum.

Aſpiratio, Spiritus aſper, pronunciationis nota. Quintil. 1. 5. Per aſpirationem, i. e. Per literam H. Ea veteres nunquam in vocali utebantur, & ſic loquebantur ut Cetegos, triumpos, Cartaginem dicerent. V. Cic. in Orat. 160. V. & H lit.

Habet & Aſpiratio apud Poetas aliquando vim conſonantis. Sic Sen. Octav. 516. Triſtes Philippi: hauſit & Siculum mare.

Aspirāmen, ĭnis. n. Idem. Val. Flac. 6. 465.
Da, precor, artificis blanda aſpiramina formæ.

Aspis, ĭdis. f. [ἀσπὶς] Serpens eſt parvus venenoſiſſimus, cujus naturam multis verbis deſcribit Plin. lib. 29. cap. 4. Cic. pro Rabir. Poſth. 23. Aſpide ad corpus admota vita eſt privatus.

Aſpide cincta comas Io. Val. Flacc. 4. Argon. 418.

Aspis, [Ἄσπις] Inſula eſt, quam nonnulli Arconneſum vocant. Strab. lib. 14.

Eſt & hoc nomine Collis quidam, in Taphitide promontorio, a ſimilitudine appellatus, quem Agathocles Siciliæ tyrannus habitavit, quo tempore Carthaginem navigaſſet. V. Strab. lib. 17.

Eſt item Aſpis locus & portus optimus omnium qui ſunt in Syrte. Ibid.

Asplēdon, [Ἀσπληδὼν] Phocenſium urbs, ut tradit Pauſanias.
Hanc Euſtath. vocatam Apricam dicit, quod hybernationi locus amœnus ſit, tum ad differentiam alterius cujus meminit Homer. in Catal. nav. 2. Iliad.

Asplēnum, i. a Græco ἄσπληνον, quod lienem imminuat: Herba, de qua ſic Plin. lib. 27. cap. 5. Aſplenum, ſunt qui hemionion vocant, foliis trientalibus multis, radice limoſa, cavernoſa, ſicut filicis candida, hirſuta: nec caulem, nec florem, nec ſemen habet. Naſcitur in petris, parietibus opacis, humidis. Interpres tamen Dioſcoridis lib. 3. cap. 152. vertit Aſplenion. Eſt autem quam alii Scolopendrion vel Scolopendram vocant, Arabes *Ceterach*, Itali *Citrach*. Quam autem herbam falſo pharmacopolæ vocant Scolopendram, eſt ea quam Dioſcorides Phyllitin appellat.

Asporēnus, [Ἀσπορηνὸς] Mons eſt Aſiæ Pergamo proximus, ſic dictus quod aſper & ſterilis ſit: & templum quod ibi eſt Matris deorum, Aſporenum dictum: dea quoque ipſa Aſporena dicta eſt. Strab. lib. 13.

Asporto, [ἐκφέρω] āre. Alio portare. Ter. Phorm. 3. 3. 18. Quoquo hinc aſportabitur terrarum, certum eſt perſequi. Cic. in Parad. 1. Multa de ſuis rebus ſecum aſportarent.

Aſportare ad aliquem. Liv. 4. Bell. Pun. Et aſportari Alexandriam juberent, ad virum uxorem, ad patrem filias.

Aliquem ſecum. Cic. 6. Verr. 110.

In aliquem locum. Liv. 7. Bell. Pun. In Macedoniam aſportata fuerat.

Asportātus, Partic. [ἐξηνεγμένος] Cic. 3. Verr. 53. Omnia ex fanis, ex locis publicis, palam, ſpectantibus omnibus ploſtris evecta, aſportataque.

Asportandus, Partic. [ἐξενεκτέος] Cic. 6. Verr. 110. Simulacrum avellendum aſportandumque curavit.

Asportatio, ōnis. f. [ἐξαγωγὴ] Actus ipſe aſportandi. Cic. 6. Verr. 110. His pulchritudo periculo, amplitudo ſaluti fuit: quod eorum demolitio atque aſportatio perdifficilis videbatur.

Asprenas, C. Nonius, Africæ Proconſul ſub Tiberio. V. Plin. 30. 7. Suet. Aug. cap. 43. & 56. ubi V. Torrent. & Burman. vel potius Pareum ad Quintil. 10. 1. p. 883. & Camerar. 1. 5. p. 68.

Aspredo, Aspretum, Aspritudo. V. asper.

A S S

Assa Fœtida, V. asa.

Assa, ōrum. Cella in balneariis, in qua tantum ſudant, non etiam lavant. Sen. Sudatoria vocat. Cic. 3. Q. frat. 1. In balneariis aſſa in alterum apodyterii angulum promovi. V. Hier. Mercur. de Arte Gymn. l. 1. c. 10. p. 46. ed. Amſt.

Assa, (inquit Feſtus) dicebatur Cantus tibiarum. Nonius, Aſſa voce, ſola voce linguæ tantummodo, aut vocis humanæ, non admiſtis aliis vocibus eſſe voluerunt. Varro de Vita Pop. Rom. lib. 2. In conviviis pueri modeſti, ut cantarent carmina antiqua, in quibus laudes erant majorum, & aſſa voce, & cum tibicine. Item Cato de Liberis Educand. Melos alterum in cantibus eſt bipartitum: unum quod eſt in aſſa voce, alterum quod vocant organicon. Aſſum autem exiſtimandum eſt, ut in obſoniis, ſine pigmento ſaporis alieni, quemadmodum merum dicitur ſolum. Hactenus Nonius. Aſconius in Cic. Divin. Cani remigibus celeuſma per ſymphoniacos ſolebat, & per aſſam vocem, id eſt Ore prolatam. Aſſa, Nutrix antiquis. Nonius, Aſſas nutrices difficilis multi exiſtimant intellectus. At vero acri intentione potuimus indagare, ob eam proprietatem officii eo nomine nuncupari, quod aſſint iis quos nutriant, nec vel exiguo divellantur. Unde Aſſeclas ab eo quod aſſint, & omnibus juſſis dominorum præſto ſint, eſſe vocitatos. Hactenus ille. Conf. assura. & assus.

Assabinus, Deus apud Æthiopas, qui vulgo Jupiter. Plin. lib. 22. cap. 19.

Assacani, Indiæ regio eſt, in qua eſt Magoſa civitas, regionis illius caput. Strab. lib. 15.

Assamenta, ōrum. n. pl. [σανιδώματα] Tabulæ ſunt ſectiles, quæ Axes ſive Aſſes alias dicuntur. Plin. lib. 16. cap. 40. Rigorem fortiſſime ſervat ulmus, ob id cardinibus aſſamentiſque portarum utiliſſima, quoniam minime torquetur. Ex Budæo, ſed Harduinus ad hunc locum notat Codices MSS exhibere Craſſamentis. V. asser.

Assarăcus, [Ἀσσάρακος] Trois filius, avus Anchiſæ, & pater Capyos. Virg. 12. Æn. 127. Et genus Aſſaraci. 1. 288. ubi Serv. V. & 6. 778.

Assarius, V. asso, as.

Assarum, V. asarum.

Assĕcla, æ. m. [ἀκόλουθος] Servus, ſic dictus (ut ait Nonius) quod aſſit, & omnibus juſſis dominorum præſto ſit. Cic. 5. Verr. 30. Etenim quod eſt judicium, quum e Verris turpiſſimo flagitioſiſſimoque comitatu, tres Recuperatorum nomine aſſediſſent, aſſeclæ iſtius non a patre ei traditi, ſed a meretricula commendati? Idem, De aſſecla quodam ſervo ſuo quæſivit.

Aſſeclæ patritiorum. Liv. lib. 3.

Aſſeclæ legatorum. Cic. 3. Verr. 65.

Aſſecla menſarum, per metaphoram. Cic. in Salluſt. 21. Sed tu omnium menſarum aſſecla, omnium cubiculorum in ætate pellex, & idem poſtea adulter.

Assector, &c. V. assequor.

Assedeo, Assessio, Assessus, V. assideo.

Assefolium, Herba. Apul.

Assentio, ſi, ſum, [συγκατατίθεμαι, συναινέω, ὁμολογέω] īre. ſignificat Conſentire. Plaut. Rud. 4. 3. 36. Mare quidem commune certo eſt omnibus eſſe. T. aſſentio. Cic. 5. Fam. 2. Sedens iis aſſenſi. Idem. 7. Att. 3. Ex parte magna tibi aſſentio. conf. ex Siſenna. Quintil. 1. 5. Hirt. Bell. Afr. 88. Curtius quoque 4. 13. 7. Omnes ferme Parmenioni aſſentiebant. Sed uſitatius, eſt,

Assentior, enſus ſum, īri. dep. Idem. Cic. 5. Verr. Ut ego aſſentiar orationi, defenſionem tamen non probabo.

Aſſentiri alicujus ſententiæ. Cic. 10. Fam. 16. Ego eam ſententiam dixi, cui aſſenſi ſunt ad unum.

Aliquid alicui. Cic. 3. de Orat. 182. Namque ego illud aſſentior Theophraſto, qui, &c. Idem Att. Timet multa, aſſentitur omnia.

Aſſentiri alicui de aliqua re. Cic. 7. Att. 13. De Vennonianis rebus tibi aſſentior. Idem 1. de Orat. 214. Quum ſæpiſſime tibi Senatus breviter impoliteque dicenti maximis ſit de rebus aſſenſus.

Aſſenſum eſt, imperſ. Cic. 1. Fam. 2. Quatenus de religione dicebat, eique rei jam obſiſti non poterat, Bibulo aſſenſum eſt. & Liv. 24. 45. Fabio aſſenſum eſt.

Assentiens, Partic. [συναινῶν] Cic. 2. de Divin. 104. Ennius qui magno applauſu loquitur, aſſentiente populo.

Assensus, Partic. [ὁμολογηθεὶς] Cic. 4. Acad. 99. Etenim is quoque qui a vobis ſapiens inducitur, multa ſequitur probabilia, nec comprehenſa, nec percepta, neque aſſenſa, ſed ſimilia veri: quæ niſi probet, omnis vita tollatur.

Assensus, ûs. m. [συγκατάθεσις, ὁμολογία] Idem quod Aſſenſio. Cic. 4. Acad. 39. Quare qui aut viſum, aut aſſenſum tollit, is omnem actionem tollit e vita.

Aſſenſu omnium aliquid dicere. Cic. 2. de Nat. Deor. 4. Quod ni ita eſſet, qui potuiſſet aſſenſu omnium dicere Ennius, Aſpice hoc, &c.

Vulgi aſſenſu, & populari approbatione judicari ſolet. Cic. de Clar. Orat. 185.

Vario aſſenſu fremere. Virg. 10. Æn. 97.

Mereri aſſenſum deliberantis. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Obſiſtere viſis, aſſenſuſque ſuos firme ſuſtinere. Cic. 3. de Fin. 31.

Aſſenſum retinere. ἐπέχειν. H. St.

Assensio, ōnis. f. [συγκατάθεσις] Conſenſus. Cic. 4. Acad. Sed adhæc quæ viſa ſunt, & quaſi accepta ſenſibus, aſſenſionem adjungit animorum, quam eſſe vult in nobis poſitam & voluntariam.

Simulata aſſenſio. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Aſſenſio & approbatio. Cic. 4. Acad. 37.

Aſſenſionis retentio. Cic. 4. Acad. 59.

Aſſenſionem captare. Cic. 1. de Invent. 51.

Assensor, ōris. [συγκαταθέτης] Qui aſſentitur. Cic. 6. Fam. 21. Quotidie

tidie commemorabam te unum in tanto exercitu mihi fuiſſe aſſenſorem, & me tibi.

Assentor, [κολακεύω] āri. eſt Inſidioſe & conciliandæ alicujus utilitatis gratia, effuſius, & plerumque falſo quempiam laudare. ut ait Valla. 5. 66. Ter. Adel. 2. 4. 6. Ne id aſſentandi magis, quam quod habeam gratum, facere exiſtimes. Ubi Donatus; Aſſentandi, Adulandi.

Proprie eſt Aſſentiri pæſſim. H. St. [Sane videtur Frequentativum eſſe Aſſentor pro Aſſenſor, a Supino Aſſenſum, v. Aſſentio, permutata ſibilante litera cum cognata, euphoniæ cauſa. V. S. lit.

Niſi forte te amant, & tibi aſſentantur. Cic. 9. Fam. 12.

Aſſentari omnia. Ter. apud Cic. de Amicit. 94. Poſtremo imperavi egomet mihi omnia aſſentari. Locus eſt apud Ter. in Eun. 2. 2. 22.

Assentatio, ōnis. f. Ipſe aſſentandi actus [κολακεία] Liv. 4. Bell. Pun. Inflatus aſſentationibus eorum qui eum non Hieronis tantum, &c. Cic. de Amicit. 98. Semper auget aſſentatio id quod is cujus ad voluntatem dicitur, vult eſſe magnum.

Iſthæc illum perdidit aſſentatio. Plaut. Bacch. 3. 3. 7.

Benevolentiam blanditiis & aſſentationibus colligere, turpe eſt. Cic. de Amicit. 52.

Blanditiis & aſſentationibus ſe in alicujus conſuetudinem immergere. Cic. pro Cluent. 36.

Eruditus ad aſſentationem. Cic. 1. Q. frat. 1.

Assentatiuncula, dimin. Cic. 5. Fam. 12. Vereor ne aſſentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar.

Assentatorie, Adv. [κολακικῶς] Cum aſſentatione. Cic. 2. Q. frat. 14. Dubitare te non aſſentatorie, ſed fraterne veto.

Assentator, ōris. m. [κόλαξ] Qui aſſentatur. Cic. 1. Off. 42. Non benefici, neque liberales, ſed pernicioſi atque aſſentatores judicandi ſunt. Aſſentatoris mulierum. Cic. pro Cæcin. 14. Gulielm. Aſſectatoris.

Assentātrix, īcis. f. Plaut. Moſtell. 1. 3. 100. Nunc aſſentatrix ſceleſta eſt, dudum adverſatrix erat.

Assĕquor, quutus ſum, [ἀκολουθέω, ἐπικαταλαμβάνω, παρακολουθῶ] ĕqui. Pervenire ad eum quem ſequimur. Ter. Phorm. 5. 7. 89. Aſſequere, ac retine. Cic. 3. Att. 5. Si enim es Romæ, jam me aſſequi non potes.

Inſequi, & aſſequi. Cic. 1. Tuſc. 94. Quæ vero ætas longa eſt? aut quid omnino homini longum? nonne modo pueros, modo adoleſcentes in curſu a tergo inſequens, nec opinantes aſſequuta eſt ſenectus?

Aſſequi, [τυγχάνειν] Adipiſci, & quod vulgus Gallorum Lucrari appellat. Cic. pro Roſc. Amer. 95. Qua in re nihil aliud aſſequeris, niſi ut ab omnibus mortalibus audacia tua cognoſcatur & impudentia.

Cogitationem alterius. Cic. 2. de Invent. 139. Sed qui cogitationem aſſequi poſſent & voluntatem interpretari.

Conjectura aſſequi, eſt Conjectando intelligere. Cic. 5. Verr. Credo vos ex veſtris rebus ruſticis conjectura aſſequi poſſe.

Honores & magiſtratus. Cic. in Piſon. 2. Omnes magiſtratus ſine repulſa aſſequutus.

Ingenium alterius, Parem ingenio eſſe alteri. Plin. lib. 4. Epiſt. 8.

Literis, eſt Literis rem explicare, quo modo verbis & dictis. Cic. 15. Fam. 1. Quibus igitur literis tam accurate ſcriptis aſſequi poſſum ſubtilius, ut explicem quæ gerantur.

Maturitatem, Maturum fieri. Cic. 2. de Nat. Deor. 51. Alantur, augeſcantque & pubeſcant, maturitatemque aſſequantur.

Merita alicujus, Par pari referre. Cic. 1. Fam. 4. Quid enim aút me oſtentem, qui ſi vitam pro tua dignitate profundam, nullam partem videar tuorum meritorum eſſe aſſequutus? i. e. Nullam partem tuorum meritorum videar æquaſſe.

Nomen. Plin. in Paneg. Aſſequutus eſt nomen quod ad alium tranſire non poſſit.

Obſcura apertis. Cic. 3. de Nat. Deor. 38.

Propoſitum aſſequi. Cic. 3. de Fin. h. e. Tandem pervenire ad id quod propoſueramus.

Suſpicione non potui conſilium. Cic. 8. Att. 5.

Assector, [παρακολουθοῦμαι] āri. frequent. quaſi Comitatum præſtare non tantum in itinere, aut navigatione, aut militia, ſed fere per urbem, ut Cic. 1. de Orat. 239. Quum ædilitatem Craſſus peteret, eumque major natu & conſularis Sergius Galba aſſectaretur, quod Craſſi filiam Cn. filio ſuo deſpondiſſet. Hæc Valla lib. 5.

Aſſectari aliquem, pro Se inſinuare in gratiam ejus, vel Captare amicitiam. Suet. in Jul. cap. 19. Qua maxime injuria inſtinctus, omnibus officiis Cn. Pompeium aſſectatus eſt, offenſum tunc patribus. i. e. Pompeio ſe adjunxit.

Aſſectari prætextatum aut prætextatam, a Juſtin. lib. Inſtit. 4. dictum eſt pro eo quod eſt Pudorem pueri ingenui aut puellæ ſugillare, & notam infamiæ, tanquam ſcórto maſculo fœmininoque inurere. Solent enim hodie quoque perditiſſimi homines, dum ſugillare volunt puellæ aut matronæ opinionem, improbiore petulantia in publico eis adambulare, quaſi ſcortum ad conſtitutum aſſectantes. Budæus.

Assectatio, ōnis. f. [ἀκολούθησις] Ipſe aſſectandi actus. Plin. lib. 33. cap. 12. Vidimus & ipſi Arellium Fuſcum motum equeſtri ordine ob inſignem cum celebritate aſſectationem adoleſcentium ſcholæ, ex argento annulos habentem.

Aſſectatio cœli. Plin. lib. 2. cap. 20. Latet pleroſque, magna cœli aſſectatione compertum a principibus doctrinæ viris, ſupernorum trium ſiderum ignes eſſe. i. e. Obſervatione diuturna.

Assectator, ōris. m. [ἀκόλουθος] Qui aſſidue comitatum præſtat. Cic. pro Corn. Balb. 62. Cum ducibus ipſis, non cum comitatu aſſectatoribuſque confligant. Conqueritur Cicero quod æmuli, qui magnis viris invidebant, non audebant eos aggredi ob potentiam: ſed minores eorum amicos & quaſi comites vexabant.

Aſſectator dapis cancer. Plin. lib. 9. cap. 42.

Aſſectator, Qui alicujus doctrinam & eloquentiam imitatur. Plin. lib. 24. cap. 17. Adjecit his Apollodorus aſſectator ejus.

Aſſectator eloquentiæ. Plin. lib. 29. cap. 1. Exortus deinde eſt Vectius Valens, adulterio Meſſalinæ Claudii Cæſaris nobilitatus, pariterque eloquentiæ aſſectator. Aſſectator ſapientiæ. Plin. lib. 8. cap. 27. V. assectatio.

Assecūtor, ōris. m. Mart. Capell.

Asser, ĕris; vel, **Assis**, is. m. [σανὶς] Budæus, Aſſes quæ & Axes dicuntur, Tabulæ ſunt ſectiles, non abſimiles ſcandulis, quibus tecta, tegularum vice, in quibuſdam locis teguntur. Plin. Aſſamenta etiam appellat lib. 16. cap. 40. Hactenus Budæus. V. in h. v. Feſtus, Aſſeres dicti, quod aſſideant parieti trabibuſque. Plaut. Aul. 2. 6. 8. Ligna hic apud nos nulla ſunt. str. ſunt aſſeres? sta. ſunt pol. str. ſunt igitur ligna, ne quæras foris.

Aſſeres ab Aſſibus differunt. Sunt enim Aſſeres oblongi trientali circiter materia, latitudine fere ac craſſitudine æquales, vulgo Membraturæ dicuntur. Hæc Budæus. Cæſ. 2. Bell. Civil. 2. Aſſeres enim pedum duodecim cuſpidibus præfixi, atque hi maximis baliſtis miſſi per quatuor ordines cratium in terra defigebantur.

Aſſeres ferreo unco præfixi. Liv. 30. 10. Poſtremo aſſeres ferreo unco præfixi (harpagonas vocant milites) ex Punicis navibus injici in Romanas cœpti. V. harpago.

Roborei aſſes. Columel. lib. 6. cap. 19.

Querni aſſes. Varro 1. de R. R. cap. 52.

Asserc ŭlus, i. m. dimin. [σανίδιον] Cato de R. R. cap. 152. Scopas virgeas, ulmeas, aridas, eas in aſſerculo alligato. Columel. lib. 12. cap. 50. Aſſerculi modici. Columel. lib. 8. cap. 3. Aſcenſus deinde avibus ad tabulata per utranque ſellam datur, junctis parieti modicis aſſerculis.

Aſſercula neutro genere dixit Cato cap. 12.

Assicŭlus, i. m. [σανιδάριον] dimin. ab Aſſis, pro Aſſere, Calepinus citat locum Columellæ ex lib. 7. qui lib. 6. legitur, cap. 19. ubi nunc legitur Axiculus.

Assula, Assulatim, Assulose. V. poſt assis.

Asso, [σανιδόω] āre. Contabulare. Vitruv. lib. 7. cap. 1. Quum aſſatum fuerit, ſuper, altera coaſſatio ſtruatur: clavisque fixa, duplicem præbent contignationi loricationem. Alii codices habent, Quum coaxatum fuerit, &c.

Assĕro, ēvi, ĭtum, [προσφυτεύω] ĕre. comp. ex Ad & ſero, ſevi. Juxta ſerere, vel plantare. Cato de R. R. cap. 32. Arbores facito uti bene maritæ ſint, viteſque uti ſatis multæ aſſerantur.

Assĭtus, Partic. [προσφυτευθεὶς] ut, Aſſitæ arbores, i. e. Juxta ſatæ. Catul. 62. 106.

Lenta qui velut aſſitas Vitis implicat arbores.

Inter Aſſita & Inſita. Inſita eſt arbor, inquit Agretius, Cui inſciſſæ alienum germen includitur: Aſſita, Cui incolumi aliquid quod ſuſtineat adjungitur. Locum Hor. 2. Epiſt. 2. 170. citat,

— qua populus aſſita certis Limitibus, &c. quippe, inquit, quæ vitibus maritatur. Legi & qui præpoſitionis rationem non haberet, & Aſſitam pro Sata intelligeret. ex Turneb. Adv. 6. 15.

Assĕro, ui, ertum, [διαβεβαιοῦμαι] ĕre. ex Ad & Sero ſerui; Affirmare, vendicare. Cic. 3. Off. 55. Quod ſiqui proſcribunt villam bonam (ut ipſi aſſerunt) beneque ædificatam. Correcta exemplaria hic non habent verba illa, Ut ipſi aſſerunt. Quintil. lib. 4. Abſolutum tanquam filium ſuum aſſerit.

Nervoſe aſſerere. V. nervus.

Aſſerere manum, Admovere eſt: quod ea quoque quæ in terram dimittuntur, ſeri dicuntur. Unde etiam Seræ dicuntur, quia foribus admotæ, apponuntur defixæ poſtibus, quemadmodum ea quæ terræ inſeruntur. Feſtus.

Aſſerere manu, pro Manu comprehendere & liberare, ſive libertate donare. Ter. Adel. 2. 1. 39. Nam ego illam liberali aſſero cauſa manu. Ubi donatus. Ordo eſt, Ego liberali cauſa, manu aſſero. Et ſunt juris verba: a quibus etiam Aſſertores dicuntur, Vindices alienæ libertatis. Nam & cauſa ipſa, Liberalis dicitur, Quæ actionem in ſe continet libertatis. Cic. pro Flacc. 40. Quum in cauſa liberali, eum qui aſſerebatur, cognatum ſuum eſſe diceret, non crediderunt.

Aſſerere ſe, Ex ſervo liberum facere. Ovid. 3. Amor. 11. 3.

Scilicet aſſerui jam me, rupique catenas.

Aſſerere in ſervitutem, eſt velut Subjugare in ſervitutem. Liv. 3. ab Urbe, M. Clodio clienti negotium dedit, ut virginem in ſervitutem aſſereret. i. e. Vindiciarum judicio pro ſerva vendicaret.

Aſſerere, Vendicare. Quintil. lib. 12. de Cicerone, Nec ſapientis ſibi nomen, minime ſui contemptor, aſſeruit. Curtius 8. 1. 42. Alexandrum Jovem patrem ſibi aſſeruiſſe ait. Budæus.

Aſſerere ſibi majeſtatem divinam, pro Aſſumere & arrogare. Suet. in Calig. cap. 22. Verum admonitus regum ſe exceſſiſſe faſtigium, divinam ex eo majeſtatem aſſerere ſibi cœpit. Budæus.

Sibi cognomen aliquod. Plin. lib. 7. cap. 43.

Hæreditatis partem dimidiam ſibi aſſerere. Ulp. in l. 1. §. Proinde. D. Si pars hæred. petat. i. e. Contendere eam ad ſe pertinere.

Procurationem ſibi aſſerere. i. e. Ultro aſciſcere, & veluti ſe in eam rem ingerere. Ulpian. in l. Quæ omnia. D. de procurat. Nec ferendus eſt procurator, qui ſibi aſſerit procurationem. Nam hoc ipſo ſuſpectus eſt, quod operam ſuam ingerit invito.

Se ab injuria oblivionis. i. e. Vindicare. Plin. lib. 3. Epiſt. 5.

Se a mortalitate. Plin. lib. 2. Epiſt. 10.

Se ſtudiis, Totum ſe ſtudiis tradere, relictis aliis negotiis. Plin. lib. 1. Epiſt. 3. Quin tu contemnis humiles & ſordidas curas, aliiſque mandas, & ipſe te in alto iſto pinguique ſeceſſu ſtudiis aſſeris?

Aſſerere gaudia utraque manu complexuque toto. Martial. lib. 1. 16.

Aſſerere aliquem cœlo. i. e. Aſcribere. Ovid. 1. Met. 761.

Aſſerere, pro Adhibita ope vindicare. Quintil. 5. Decl. Voluit nos ille mortalitatis artifex Deus in commune ſuccurrere, & per mutuas auxiliorum vices in altero quemque, quod pro ſe timeret, aſſerere. Quintil. lib. 1. in procem. Hæc autem quæ velut propria philoſophiæ aſſeruntur, tractamus omnes.

Assertio, ōnis. f. [διαβεβαίωσις] Affirmatio: vel (ut vult Budæus) Demonſtratio & documentum. Cic. 1. Acad. 44. Quibus de cauſis nihil oportere neque profiteri, neque affirmare quenquam, neque aſſertione approbare. al. Aſſenſione.

Aſſertio pro Vindiciis in libertatem. Fab. lib. 3. cap. 8. Sitne liber qui in aſſertione eſt. Aſſertio prima erat, quum quis aliquem liberum eſſe aſſerebat: qui ſi prima aſſertione liber non fieret, ſecundo aſſerebatur, ac item tertio, ſi ſecundo victus eſſet, & hæc dicebatur ſecunda & tertia aſſertio. Nam aſſertiones, bis, terque apud Priſcos fiebant. Aſſertio ſecunda. Quintil. lib. 5. cap. 2. Aut quum de eadem cauſa pronuntiatum eſt, ut in reis deportatis, & aſſertione ſecunda, & de partibus Centumviralium, quæ in duas haſtas diviſæ ſunt. Rurſus lib. 11. cap. 1. Succurret etiam, ſi apud alios judices agetur: ut in ſecunda aſſertione, aut in Centumviralibus judiciis duplicibus, parte victa. Cæl. lib. 17. cap. 29.

Quæ ſit (inquit) aſſertio ſecunda, perobſcurum eſt. Ego ad veterem manumiſſionum morem ſpectare contenderim. Scribit enim Val. Max. lib. 2. cap. 1. Athenis inſtitutum memorabile ſervatum, ut ingratitudinis convictus a patrono libertus libertatis jure exueretur. Ab eodem quoque ibidem refertur, Maſſilienſes tres in eodem manumiſſiones reſcindi permiſiſſe, ſi ter ab eodem deceptum dominum cognoverint: nec quarto errori ſubveniendum putaſſe. Ni rem malis unam eandemque intelligere apud diverſa tractatam tribunalia.

Et ideo nec aſſertionem denegandam iis, qui ex ejusmodi cauſa in libertatem vindicabuntur. Trajanus ad Plin. lib. 10. Epiſt. 71. Agitur vero inibi de pueris expoſitis. Aſſertionem, h. e. Libertatis vindicationem.

Aſſertio (inquit Priſcianus lib. 18.) tam A ſervitute in libertatem, quam A libertate in ſervitium trahi ſignificat: quod apud Livium in multis legimus locis.

Assertor, ōris. m. [ἐκδικητὴς] eſt (ut ait Donatus) Vindex alienæ libertatis: qui aliquem ex ſervitute in libertatem vindicabat. Item, Qui in ſervitutem vindicat. Liv. 3. c. 44. Jam a vi tuta erat, quum aſſertor nihil opus multitudine concitata ait: ſe jure graſſari non vi. Rurſus ibidem, c. 46. Quum inſtaret aſſertor puellæ ut vindicaret, ſponſoresque daret, &c. Aſſertorem vocat puellæ M. Claudium, qui inſtabat ut Icilius Virginiam vindicaret uſque in poſterum diem, datis ſponſoribus, fore ut ea poſtridie ſiſteretur.

Accommodare ſe aſſertorem veritati. V. accommodo.

Asservio, īvi, ītum, [ἐπιδουλεύω] īre. Idem quod ſimplex Servio. Cic. 2. Tuſc. 36. Toto corpore atque omnibus ungulis (ut dicitur) contentioni vocis aſſerviunt.

Asservo, [προσφυλάττω] āre. Diligenter cuſtodire. Cic. 5. Verr. 55. Dum res judicaretur, hominem ut aſſervarent. Cæſ. 1. Bell. Civil. 21. Muros aſſervari jubet.

Aſſervare magna diligentia. Plaut. Capt. 1. 2. 6.

Aſſervare in carcerem. Liv. 5.

Aliquem domi ſuæ. Cic. 1. in Catil. 19.

Aſſervari cuſtodiis. Cic. 7. Verr. 77.

Sale, vel In ſale aſſervare carnes. Plin. lib. 9. cap. 25.

Ignem in ferula. Plin. lib. 7. cap. 56.

Aſſervare, pro Obſervare. i. e. Oculis aliquid cuſtodire, animoque in modum ſpeculatoris, ne nos ſilentio tacitoque prætereat. Ter. Heaut. 3. 3. 32. Atqui nunc here, hic tibi aſſervandus eſt.

Assesiates, Illyriæ populi in conventu Scardonitano, inter eos qui eo conventu jus habent Italicum, immunesque dicuntur. Plin. 3. 21.

Assessor, Assessio, Assestrix. V. assideo.

Assevēro, [διαβεβαιοῦμαι, διισχυρίζω, ἰσχυρίζω] āre. Inter ipſa argumenta probationesque admiſcere vim animi motumque: quod declarat Quintil. lib. 5. cap. 12. quum inquit, Altera ex aſſeveratione probatio eſt, Ego hoc feci, Tu hoc mihi dixiſti: &, O facinus indignum. Hæc Valla lib. 5. Cic. 4. Verr. 61. Aſſeverat ſe ejus rei in primis actionem eſſe daturum.

Aſſeverare firmiſſime. Cic. 10. Att. 16. Unum illud firmiſſime aſſeverabat, ſi damnati reſtituerentur, in exilium ſe iturum.

Aſſeverare de re aliqua. Cic. de Clar. Orat. 208. Deinde intereſt, coram videre quemadmodum adverſarius de quaque re aſſeveret.

Aſſeverare gravitatem, Conſtanter præ ſe ferre. Tacit. 13. Ann. 18.

Aſſeverare, pro Serio dicere. Cic. in Bruto, 292. Bella ironia, ſi jocaremur: ſin aſſeveramus, vide ne religio nobis tam adhibenda ſit, quam ſi teſtimonium diceremus.

Assevēror, [διισχυρίζομαι] āri. Paſſ. Cic. 4. Verr. 26. Quæ eſt iſta defenſio? utrum aſſeveratur in hoc, an tentatur? [Forma imperſonali.

Asseveranter, ius, iſſime. Adv. [διισχυριζομένως] Cic. 15. Att. 19. Statius ſcripſit ad me, locutum ſecum eſſe Quintum Ciceronem valde aſſeveranter, hæc ſe ferre non poſſe. Idem 4. Acad. 60. Multo etiam aſſeverantius in Syria, quum eſſet mecum, & paulo antequam eſſet mortuus.

Asseverāte, Adv. [διισχυρισμένως] Idem. Gell. lib. 7. cap. 5. Tragœdias poetarum nobilium ſcite atque aſſeverate actitavit.

Asseveratio, ōnis. f. [διισχυρισμὸς] Affirmatio. Quintil. lib. 4. cap. 2. Quum præſertim quorundam probatio ſola ſit in aſſeveratione & perſeverantia, ut ille paraſitus, &c.

Aſſeveratione affirmare. Cic. 13. Att. 23. Omni tibi aſſeveratione affirmo, quod mihi credas velim.

Assicco, [ἐπιξηραίνω] āre. Siccare, vel Diligenter ſiccare. Columel. lib. 12. cap. 15. Tum rurſum in ſole aſſiccavit.

Assiccesco, [ἐπιξηραίνομαι] ĕre. Siccum fieri. Columel. lib. 12. cap. 9. Expreſſos in cratibus pandere, dum aſſicceſcant.

Assiculus, V. asser.

Assidela, V. assideo.

Assĭdeo, ēdi, eſſum, [προσεδρεύω, παρεδρεύω, πάρημαι] ēre. Aſſiſtere, juxta ſedere: ſine aliquo motu. Ovid. 5. Faſt. 45.

Aſſidet inde Jovi, Jovis eſt fidiſſima cuſtos.

Huic aſſident, pro hoc laborant. Cic. pro Planc. 28.

Aſſidere apud aliquam rem. Plaut. Rud. 2. 6. 48. Qui apud carbones aſſident.

Aſſidere in aliqua re. Cic. 7. Verr. 111. Quum lacrymans in carcere mater noctes diesque aſſideret.

Aſſidere judiciis. Tacit. 1. Ann. 75.

Aſſidere magiſtratibus. Suet. Tiber. cap. 35. Unde & Aſſeſſor dictus eſt. V. infra.

Aſſidere gubernaculis, Aſſidere literis; pro Aſſiduum eſſe. Plin. in Paneg. & lib. 3. Epiſt. 5.

Aſſidere inſano, pro Ad inſaniam proxime accedere. Hor. 1. Epiſt. 5. 13.

Parcus ob hæredis curam, nimiumque ſeverus
Aſſidet inſano.

Eſt & vox militaris, Virg. Ciri, — noſtris qui mœnibus aſſidet urbis. Sil. 9. 624. — atque aſſidet arces. al. Obſidet. Curt. 4. 31. Aſſideri urbi. Salluſt. Amiſſumque oppidum aſſideri ſine prælio audiebat.

Assidens, Partic. [παρεδρεύων] Hor. Epod. 5. 94.

Et inquietis aſſidens præcordiis.

Assessio, ōnis. f. [παρέδρευσις] Ipſe aſſidendi actus. Cic. 11. Fam. 27. Quæ tua fuerit aſſeſſio, oratio, conformatio animi mei, &c.

Assessor, ōris. m. [σύνεδρος, πάρεδρος] Cujus officium eſt aſſidere præſidi, atque conſulere. Cic. 1. de Divin. 95. Namque & Athenienſes omnibus ſemper publicis conſiliis divinos quosdam ſacerdotes, quos Mantes vocant, adhibuerunt, & Lacedæmonii regibus ſuis augurem aſſeſſorem dederunt. V. pro Cluent.

Aſſeſſoris nomine in jure, Minorem judicem ſignificamus. Hos in conſiliis adhibere ſolebant. l. penult. & ult. D. de offic. aſſeſſ. & l. 1. C. eod. & his cauſas delegare, quos neſcio an aliquando Pedaneos appellatos putemus, a quorum ordine nihil differre dicuntur Novell. 60. quamvis Pedaneos datos, aut delegatos judices ſignificare exiſtimem ad unam atque alteram cauſam, Aſſeſſores perpetuo ſuis Præſidibus ſervire, quibus cauſæ partem committi Juſtinianus permittit illis totam, Novell. 82.

Aſſeſſores judicum. Jul. Firmic. lib. 3. cap. 5.

Assessorius, Ulp. in l. Lex Cornelia. D. De injur. & famoſ. libell.

Assĕdo, ōnis. antique, Idem quod Aſſeſſor. Nonius 1. 312.

Assessūra, æ. [παρεδρεία] Ulp. in l. 3. D. De proxenetis, Facilius quod Græci ἑρμηνευτικὸν appellant, peti apud eos poterit, ſiquis forte conditionis, vel amicitiæ, vel aſſeſſuræ, vel alicujus alterius hujusmodi proxeneta fuerit.

Assestrix, V. adsestrix.

Assidēla, æ. f. Feſtus, Adſidelæ, menſæ vocantur, ad quas ſedentes flamines ſacra faciunt.

Assīdo, ēdi, eſſum, [καθέζομαι] ĕre. Diff. ab Aſſidēre; quippe illud eſt (authore Vall. lib. 5.) Apud aliquem officii gratia ſedere: utputa ægrotum, aut regem, aut præſidem, hoc, a Sido ductum motum notat. Ter. Heaut. 1. 1. 72. Aſſido, accurrunt ſervi, ſoccos detrahunt.

Aſſidat eo. Cato de R. R. in cap. de braſſicæ medicamentis, Ubi in ſcutra ferveſeceris id lotium, ſub ſellam ſupponito pertuſam: eo mulier aſſidat.

Aſſidere in aliquo loco. Plaut. Aul. 4. 1. 20. In ara hic aſſidam ſacra. Cic. 2. de Divin. 8. Tum in bibliotheca quæ in Lyceo eſt, aſſedimus.

Super. Cic. 2. de Fin. 59. Si ſcieris (inquit Carneades) aſpidem occulte latere uſpiam, & velle imprudentem aliquem ſuper eam aſſidere, cujus mors tibi emolumentum futura ſit, improbe feceris, niſi monueris ne aſſidat.

Et ſimul aſſidamus, inquam, ſi videtur. Cic. 1. Acad. 14.

Aſſidere, cum Accuſativo. Salluſt. in Jugurth. c. 11. Adherbalem dextra aſſedit, ne medius ex tribus, quod apud Numidas honori ducitur, Jugurtha foret.

Assiduus, Adj. [ἀδιάλειπτος, ἀκατάπαυστος, προσλιπαρῶν] Jugis, frequens, continuus. Liv. 5. Bell. Maced. Accedebat, quod alter decimum jam prope annum aſſiduus in oculis hominum fuerat. Chariſius lib. 1. Adſiduus quidam per d ſcribunt, quaſi a Sedendo figuratum: ſed errant. Nam cum a Servio Tullio populus in quinque claſſes eſſet diviſus, ut tributum, prout quisque poſſideret, inferret: ditiores, qui aſſes dabant, Aſſidui dicti ſunt. Et quoniam ſoli negotiis publicis frequenter aderant, eos qui frequenter adſunt, Aſſiduos ab Aſſibus dixerunt. V. infra Aſſiduus, Locuples.

Aſſiduus bella gerit, pro Aſſidue. Propert. lib. 2. 12. 16.

Aſſiduus mecum fuit. Cic. pro Cœl. 10.

Aſſiduus eſt in prædiis. Cic. pro Roſc. Amer. 51.

Cantu aſſiduo reſonat. Virg. 7. Æn. 12.

Febricula aſſidua. Cic. 10. Fam. 21.

Fletu alicujus aſſiduo augetur alterius moleſtia. Cic. pro Cluent. 16.

Frigore aſſiduo uſtus. Ovid. 3. Triſt. 2. 28.

Fructibus aſſiduis laſſa ſeneſcit humus. Ovid. 1. de Pont. 4. 14.

Ignis, Dum meus aſſiduo luceat igne focus. Tibul. 1. 1. 6.

Labor aſſiduus & quotidianus. Cic. 3. de Orat. 55.

Labor aſſiduus, aliter. Martial. de Spect. 1.

Aſſiduus jactet nec Babylona labor. Senſus eſt, ut Turnebus putat, Non eſſe tanto labore, tamque impenſe laudandam Babylonem, ut perpetuo in laudatorum ore verſetur. Is enim eſt Aſſiduus labor, quum Aſſidue laudatur Babylon. Al. Aſſyrius.

Motu aſſiduo labuntur tempora. Ovid. 15. Met. 179.

Noctes. Hor. Epod. 15. 13.

Operam aſſiduam dare ludis. Lucret. lib. 4. 971.

Recordatione aſſidua lætetur. Cic. 1. de Fin. 57.

Venatus aſſiduus. Virg. 9. Æn. 245.

Ver aſſiduum. Virg. 2. Georg. 149.

Vertigine aſſidua rapitur cœlum. Ovid. 2. Met. 70.

Aſſiduus, Qui diligens eſt in re domeſtica curanda. Cic. de Senect. 56. Semper boni aſſiduique domini referta cella vinaria, olearia, & penaria eſt, villaque tota locuples eſt.

Aſſidua ac diligens ſcriptura. Cic. 1. de Orat. 150. Si ſubitam & fortuitam orationem commentatio & cogitatio facile vincit, hanc ipſam profecto aſſidua ac diligens ſcriptura ſuperabit.

Aſſiduus, Locuples. Gell. lib. 16. cap. 10. Aſſiduus in XII Tab. pro Locuplete, & facile munus faciente, dictus ab Aſſibus, id eſt ære dando, quum id tempora Reip. poſtularent: aut a muneris pro familiari copia faciendi aſſiduitate. Cic. in Topic. 10. Tum notatio, cum ex vi verbi argumentum aliquod elicitur, hoc modo; Cum lex Ælia Sentia aſſiduo vindicem aſſiduum eſſe jubeat, locupletem jubet locupleti. Locuples enim aſſiduus (ut ait Ælius) appellatus ab ære dando. Quintil. lib. 5. cap. 10. p. 412. Burm. Feſtus. Aſſiduus dicitur, qui in ea re, quam frequenter agit, quaſi conſediſſe videatur. Alii aſſiduum, Locupletem, quaſi multorum aſſium, dictum putarunt. Alii eum qui ſumptu proprio militabat, ab aſſe dando vocatum exiſtimarunt.

Aſſidui fidejuſſores, dicebantur locupletes, quam *Burgeſiacam cautionem* nunc dicimus. Budæus loco mox adducendo. [Gallis nimirum *Caution Bourgeoiſe* dicitur Fidejuſſor idoneus, qui ſedem in loco & domicilium certum habet. Quo modo ſane ſuſpicor in XII tabulis Aſſiduum vindicem intelligi, οἰκιστὴν, ſive Seſſorem, ut Nepos vocat, i. e. civem, ab Aſſidendo, qui in loco, ut appellari poſſit, reſideat, certa, propriaque ſede, quem Germani quoque ſimiliter *Seſshaft* vocare conſueverunt, ut diſtinguatur a Vagabundo, vel domicilium mutante in horas, ut e medio diſcedere cum lubuit poſſit. Quanquam poſſit etiam Diligens intelligi, ut ad officii aſſiduitatem referatur epitheton. Quam in ſententiam inclinare videtur Gronov. de Pec. Vet. 4. 9. a pr. quem omnino V. Nam quod Grammatici ab eo dictum contendunt, quod Aſſes duit, meræ ineptiæ ſunt, quas Tullius quoque, ut aſſolet, Ælio auctori relinquere, quam ſibi aſciſcere, maluit.

Aſſiduum ſcriptorem, pro Locuplete, & probatiſſimo authore Gellius poſuit, quem Græci ἐχέγγυοι ἢ φερέγγυοι vocant, h. e. ἀξιόχρεων, cujus ſit

tanta

tanta in literis authoritas, ut fidem ejus sequi debeamus, quasi idonei sponsoris alicujus verbi, inquit Bud. in Pand. p. 186. ed. Episc. Gell. lib. 19. c. 8. Ite ergo nunc, & quando forte erit otium, quærite an quadrigam & arenas duxerit e cohorte illa antiquiore, vel oratorum aliquis, vel poetarum, id est classicus, assiduusque aliquis scriptor, non proletarius. Budæus.

Compar. apud Varr. 2. de R. R. cap. 9. Villatico vero gregi in fundum satis esse duos, & id marem & fœminam, ita enim sunt assiduiores.

Superl. Sueton. Aug. cap. 71. Vasa aurea assiduissimi usus conflavit omnia.

Assiduitas, ātis. f. [ἐπιμονή] Diligentia. Cic. 1. Acad. Quam partim exercitationis assiduitate, partim ratione formabant.

Assiduitas & diligentia. Cic. 2. Att 15. Terentiæ pergrata est assiduitas tua & diligentia in controversia Mulviana.

Assiduitas bellorum. Cic. 2. Off. 74.

Assiduitates & vigiliæ. Cic. 1. de Fin.

Assiduitas orationis. Cic. 16. Att. 5. Quintus commutatus est totus, & scriptis meis quibusdam, & assiduitate orationis & præceptis, ut tali animo in Remp. quali nos volumus, futurus sit.

Assiduitas quotidiana. Cic. 2. de Nat. Deor. 99. Assiduitate quotidiana, & consuetudine oculorum assuescunt animi, neque admirantur, neque requirunt rationes earum rerum quas semper vident.

Summa assiduitate quotidiana aliquem tractare. Cic. 1. Q. frat. Quantum Hortensio credendum sit nescio: me summa simulatione amoris, summaque assiduitate quotidiana sceleratissime insidiosissimeque tractavit.

Assiduitatis & operarum harum quotidianarum putat esse Consulatum. Cic. pro Muren. 11.

Assiduitas, pro Jugi officio comitandi aliquem honoris & officii causa. Cic. pro Rosc. Amer. Ut vos facillime potestis ex hac assiduitate ejus vel solicitudine & molestia judicare.

Quotidiana amicorum assiduitas & frequentia. Cic. de Petit. Conf. 3.

Neque Assiduitas aliud est quam Frequentia apud Suet. Aug. 43. Spectaculorum & assiduitate & varietate & magnificentia omnes antecessit.

Assiduitas dicitur illorum, qui quotidie comparent, & ob oculos versantur. Gronov. de Pec. Vet. 4. 9. ubi pluribus adstruit. q. V.

Assiduè, Adv. [ἀδιαλείπτως, διὰ τέλους] Jugiter, continue. Cic. 12. Att. Neque enim ista major admonitio, quam quibus assidue conficior & dies & noctes.

Assidue, pro Sæpius. Virg. 2. Ecl. 4. Assidue veniebat. Servius.

Assiduissime autem mecum fuit Dionysius. Cic. de Clar. Orat. 316.

In marmorea Tabella Romæ apud Grut. p. 950. n. 8. HANC SIC ADSIDUE DEFLET.

Assiduo, [ἀκαταπαύστως] Idem quod Assidue. Plaut. Mil. 1. 1. 50. Dum talem facies qualem adhuc, assiduo edis, communicabo te semper mensa mea.

Assiduo, āre. Vulg. Int. S.S.

Assigno, [σφραγίζω, προστίθημι, διανέμω] āre. Dare & distribuere. ut, Assignare agros. Liv. 2. Cic. 2. Philipp. 43. Duo millia jugerum campi Leontini Sexto Clodio rhetori assignasti, & quidem immunia.

Assignare instrumento, i. e. Subsignare. Scæv. in l. 20. D. de auth. tutor.

Agros assignare, pro Colonias deducere. Hor. 2. Epist. 1. 8.
 — aspera bella Componunt, agros assignant. Porphyrio.

Assignare colonis agros. Cic. 3. contra Rull. 12. Scriptum est enim, quæ in municipia, quasque in colonias Decemviri velint, deducant colonos quos velint, & iis agros assignent quibus in locis velint.

Assignari forte. Cic. 11. Fam. 20. Æqualiter aut forte, agros legionibus assignari puto oportere. V. mox Assignati agri.

Mihi ex agro tuo tantum assignes, quantum meo corpore occupari potest. Cic. 3. Att. 19.

Ordines assignare. Cic. in Pison. 88. Quid? Centuriatus palam venditos? quid? per tuum servulum ordines assignatos?

Assignati a prætore apparitores. Cic. 5. Verr. 61.

Natura avibus cœlum assignavit. Plin. lib. 10. cap. 50.

Assignare aliquid suo loco. Columel. lib. 12. cap. 2. Nam & unumquodque facilius consideratur, quum est assignatum suo loco.

Bonos juvenes famæ. Plin. Epist. 23. lib. 6.

Alicui dignationem principis. Tacit. de Germ. 13. Insignis nobilitas, aut magna patrum merita, principis dignationem etiam adolescentibus assignant.

Morbos certis partibus. Cels. lib. 3. cap. 18.

Assignatum a deo munus humanum defugere. Cic. in Somn. Scip. 7.

Assignare libertum (ut ait Modestinus, l. assignare. 107. D. De de verb. signif.) Hoc est testari, cujus ex liberis libertum eum esse voluit.

Assignare, Imputare, attribuere culpam. Cic. 1. Q. frat. 4. Amabo te, mi frater, ne quod uno meo fato, & tu & omnes mei corruistis, improbitati & sceleri meo potius, quam imprudentiæ, misericordiæque assignes. Sic Assignare civitati, unius amentiam. Liv. 6. Bell. Maced.

Infinitatem deo. Plin. lib. 2. cap. 1.

Culpam fortunæ. Cic. 7. Verr. Sic apud Plin. lib. 2. cap. 7. Astroque suo eventus assignat, & nascendi legibus.

Assignatas res, Annulo signatas accipere possumus, in l. 1. §. ult. D. Naut. caup. [Verisimilius tamen Custodiæ nautæ nominatim demandatas intelligi.

Assignati agri vocabantur, Qui ex hostibus capti veteranis pro præmio assignabantur, & inter eos centuriis actis dividebantur. l. 15. §. 1. D. de rei vendic. V. supra Agros assignare.

Assignatio, ōnis. f. [προσανάθεσις] Attributio. Cic. 13. Fam. 9. Quum Cæsar Syllanas venditiones & assignationes ratas esse velit, quo firmiores existimentur suæ. Sic, Assignatio agrorum apud eundem, 4. Philipp. Et de Lege Agrar.

Assignator, ōris. m. Ulpian.

Assīlio, ui & īvi, ultum, [ἐπιπηδάω] īre. ex Ad & Salio compositum; significat Ad aliquid salire, aggredi. Plin. lib. 9. cap. 42. Eminentia sub oculis cornicula turbato limo exerit, assultantes pisciculos pertrahens, donec tam prope accedant, ut assiliat. Ovid. 11. Met. 526.
 Quum sæpe assili ut defensæ mœnibus urbis.

Assilire in ferrum. Sil. lib. 10. 3.
 Assilit in ferrum & per vulnera colligit hostem.

Assilire a tergo. Sil. lib. 7. 701.

Assiliunt frenis. Sil. lib. 4. 315.

Assilire ad aliquod genus orationis. Cic. 2. de Orat. 213. Nam neque assiliendum statim est ad illud genus orationis: abest enim totum a causa.

Assilire, dicitur de maribus brutis, quum fœminas ineunt. Columel. lib. 6. cap. 37. Nam nisi prius ea marem cognovit, assilientem admissarium calcibus proturbat.

Assiliens, Partic. ut, Assilientia æquora. Ovid. 1. Trist. 9. 7. Et 6. Met. 106. Assiliens aqua.

Assultus, ûs. m. [ἐπιπήδησις] Ipse assiliendi actus. Virg. 5. Æn. 442.
 Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat
 Arte locum, & variis assultibus irritus urget.

Assulto, [ἐπιπηδάομαι] āre. Frequent. Cum impetu aggredi. Plin. lib. 8. cap. 40. Mox ingruit assultans, contraque belluam exurgens, &c.

Assultare cum dativo. Sil. lib. 7. 401.
 Jam cernes Libycum huic vallo assultare leonem.

Cum accusativo. Stat. 11. Theb. 244.
 Portarumque moras frenis assultat & hastis. Conf. Assilio.

Assultim, Adv. [ἐπιπηδητικῶς] Assiliendo. Plin. lib. 11. cap. 24. Phalangia ex his appellantur, quorum noxii morsus, corpus exiguum, varium, acuminatum, assultim ingredientium.

Assĭmĭlis, e. [προσόμοιος] ex Ad & Similis, Prorsus vel Admodum similis. Cic. 2. de Nat. Deor. 136. In pulmonibus autem inest raritas quædam, & assimilis spongiis mollitudo ad hauriendum spiritum aptissima. Ovid. 2. de Pont. 2. 85. Fratribus assimilis.

Assimilemque sui longa assuetudine fecit. Ovid. 1. Trist. 5. 27.

Assimile eleganter consequentem habet particulam Quasi. Plaut. Truc. 2. 7. 12. Nam hoc assimile est quasi de fluvio qui aquam derivat sibi.

Assimilis ratio. Lucret. lib. 2. 492.

Assimiliter, [προσομοίως] Adv. Similiter. Plaut. Bach. 4. 9. 27. Assimiliter mihi hodie obtigit.

Assimĭlo, [ἀφομοιόομαι, ἀπεικάζω, ὁμοιόω, εἰκάζω] āre. Comparare. Ovid. 1. Trist. 5. 28.
 Grandia si parvis assimilare licet. i. e. Comparare, conferre, componere.

Os porcum assimilat. Claud. de Histrice, 6. i. e. Figura oris porcum refert.

Assimilata folio querno. Plin. lib. 3. cap. 5. Est ergo folio maxime querno assimilata, multo proceritate amplior quam latitudine. De Italia loquitur.

Assimilare colores, Similium colorum effici. Ovid. 15. Met. 12. de Chamæleonte.

Assimilandus, Partic. [ὁμοιωθησόμενος] Cic. 1. de Invent. 42. Simile autem ex specie comparabili, comparabile autem ex conferenda, aut assimilanda natura judicatur.

Assimilanter, Adv. Nigid. apud Nonium 1. 190.

Assimŭlo, [ὑποκρίνομαι, προσποιέομαι] āre. Assimulare dicimur, Quum quod non est, fingimus. Ter. And. 1. 1. 141. Nunc tuum est officium, has bene ut assimules nuptias. Cic. 3. Off. 97. Ulysses furere assimulavit, ne quo iret.

Assimulare, quasi. Ter. Eun. 3. 2. 8. Adibo, atque assimulabo quasi nunc exeam.

Assimulare aliquem, est Se similem alicui reddere. Ovid. 14. Met. 661. de Vertumno,
 Ille etiam picta redimitus tempora mitra
 Innitens baculo, positis per tempora canis
 Assimulavit anum.

Assimulare, pro Adumbrare & repræsentare. Quintil. lib. 7. cap. 11. Pictor accepta semel imitandi ratione, facile assimulabit quicquid acceperit.

Aliquem alicui. Tacit. in Vita Agric. 10.

Literas, pro Adulterare & confingere, apud Tacit. 16. Ann. 17.

Assimulari, pass. Ter. Eun. 3. 5. Tum pol ego is essem vere qui assimulabar.

Assimulatio, ōnis. f. [προσποίησις] Plin. lib. 11. cap. 49. Contra mulierum paucis prodigiosa assimulatio. Auth. ad Herenn. 4. Assimulatio sua sponte ad animum auditoris se accommodat.

Assimulatitius, Cod. Theodos.

Assimulatus, Partic. [προσποιηθείς] Cic. pro Cœl. 14. Tum etiam multos fortes viros & bonos, specie quadam virtutis assimulatæ tenebat. h. e. Fictæ.

Familiaritas assimulata. Cic. pro Cluent. 36.

Literæ assimulatæ. Cic. 4. Verr. 189. Tabulas in foro summa hominum frequentia exscribo: adhibentur in exscribendo de conventu viri primarii: literæ, lituræque omnes assimulatæ, expressæ, de tabulis in libros transferuntur.

Assimulata externis miraculis. Tacit. 11. Ann. 11. Favor plebis acrior in Domitium, loco præsagii acceptus est: vulgabaturque affuisse infantiæ ejus dracones in modum custodum, fabulosa & externis miraculis assimulata.

Assiratum, apud antiquos dicebatur Genus quoddam potionis ex vino & sanguine temperatum, quod Latini prisci Assir sanguinem vocarent. Festus.

Assis, is, pro Libra. Assipondium. V. As.

Assis, is. m. [σανίς] Idem quod Asser. V. Asser.

Assŭla, æ. f. [σχινδαλμός] dimin. Plaut. Merc. 1. 2. 20. At etiam cesso foribus facere his assulas? Festus, Assulæ, Quæ sunt securibus excussæ.

Assulātim, Adv. [κατὰ σχινδαλμούς] Minutatim, & in assulas. Plaut. Capt. 4. 2. 52. Priusquam pultando, vel assulatim foribus exitium affero.

Assulōsè, Adv. [σχινδαλαμώδως] Idem significat. Plin. lib. 12. cap. 22. Calamus melior, qui assulose potius, quam raphani modo frangitur. i. e. In longitudinem. Quod sic explicat Cornarius ex Pauli Æginetæ loco cap. 89. lib. 5. ab eo hunc in modum verso: Differentiæ fracturarum plures sunt. Alia enim raphani modo facta dicitur, alia assulose, alia in unguem, alia polentæ modo, alia per defractionem. Et raphani quidem modo facta, est fractura ossis secundum obliquam figuram per crassitudinem (quæ & cucumeris modo, & caulis modo facta quibusdam dicitur, ex similitudine fractorum cucumerum ac cauliculorum.) Assulose vero, est fractura ossis in longitudinem. In unguem autem, est fractura aliqua quidem parte recta, juxta finem vero lunaris (quæ ipsa & calami modo facta dicitur.) Polentæ vero modo, est fractura ossis in multas minutas partes (quæ & nucis modo facta dicitur.) Defractio vero aut abscissio, est ablatio partis ossis secundum diffractionem superficiei, ut ablatum desit.

Assisto, aſtĭti, aſtĭtum, [παρίστημι] ĕre. Aſtare eſt, h. e. Stando præſentem & juxta eſſe. Plaut. Merc. 5. 4. 16. Ego aſſiſtam hinc altrinſecus.
Aſſiſtere, Quieſcere, non moveri. Plin. lib. 36. cap. 16. Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit & patitur mores: trahitur namque a magnete lapide: domitrixque illa rerum omnium materia, ad inane neſcio quid currit, atque ut propius venit, aſſiſtit, teneturque & complexu hæret.
Aſſiſtit rectus. Cic. 3. de Fin. 54. Ita jacere talum, ut rectus aſſiſtat. Ovid. 7. Met. 640.
Ac ſe tollere humo, rectoque aſſiſtere trunco.
Aſſiſtere propter aliquem. Ter. Adel. 2. 1. 15. Hic propter hunc aſſiſte.
Ad fores. Cic. 3. Verr. 66.
Divinis. Hor. 1. Serm. 6. 114.
In armis. Virg. 11. Æn. 710.
Precanti. Ovid. 1. Faſt. Sis prope ſacerdotem precantem.
Aſſiſtere contra aliquem. Cic. 2. de Legib. 10. Nec quia nusquam erat ſcriptum, ut contra omnes hoſtium copias in ponte unus aſſiſteret, a tergoque, &c.
Aſſiſtere, quod Cicero Adeſſe, patrocinari, advocatum eſſe. Ulp. in l. 54. D. de rei vendicat.
Assistens, Partic. [παρεστὼς] Quintil. lib. 11. cap. 1. Vel judici, vel etiam aſſiſtentibus ratio noſtræ moderationis probari debet. Gell. lib. 2. cap. 2. Et cum aſſiſtentibus nobis ſermocinabatur.
Asso, āre. Contabulare. V. asser.
Asso, [ὀπτάω] āre. Coquere. Aſſare jecur. Apic. 2. 1. Inde Partic. Aſſatus, a quo Inaſſatus. q. V. Conf. assus.
Assatura, æ. [ὄπτημα] Carnes aſſæ. Flav. Vopiſcus ſcribit Aurelianum imperatorem convivium de aſſaturis maxime dediſſe. c. 49. extr.
Associo, [συναγελάζω] āre. Socium ſe adjungere.
Aſſociare paſſus, Simul iter facere. Stat. 3. Theb. 454.
Aſſociare, pro Adaptare & conjungere. Claud. de Bell. Gild. 481.
— cornua ſummis
Aſſociant malis.
Aſſociati principali curæ. Aurelius. D. de offic. Præfect. Prætor.
Associús, Adj. Caſſiod. de Salamandra, Animal aſſocium lumbricis.
Assŏlet, [εἴωθε, φιλεῖ] fere imperſonale legitur, idque etiam in hac tantum perſona, pro Fieri ſolet: compoſitum ex Ad & Solet. Liv. 1. 28. Ubi illuxit, paratis omnibus (ut aſſolet) vocari ad concionem utrumque exercitum jubet.
Aſſolent. Ter. And. 3. 2. 1. Adhuc Archillis quæ aſſolent, quæque oportet, ſigna ad ſalutem eſſe, omnia huic eſſe video. Ubi Donatus, Aſſolent conſuetudinis eſt: Oportet, rationis. Cic. 2. de Invent. 122. Si mihi filius genitus fuerit unus, pluresve, is mihi hæres eſto. Deinde quæ aſſolent. Poſtea, &c.
Aſſoleret. Cic. 2. de Nat. Deor. 10. Gracchus ad Senatum retulit. Senatus ad quos aſſoleret, referendum cenſuit.
Assŏno, ui, ĭtum, [προσηχέω] āre. Reſonare, ſive Simul ſonare. Perſ. 1. Sat. 102.
Evion ingeminat, reparabilis aſſonat Echo.
Aſſono, dativo junctum. Ovid. 3. Met. 587.
Planxerunt Dryades, plangentibus aſſonat Echo. h. e. velut Reſpondet.
Assos, V. assus.
Assudesco, ĕre. verbum antiquum. Varro 4. de L. L. 22. Dictum aſſum quod ab igne aſſudeſcit.
Assūdo, āre. Anxium eſſe. Plaut. Caſ. 2. 6. 9. Eo dico, corculum aſſudaſſit jam ex metu. Sed varia eſt lectio. Aſſultaſſit, Salmaſ. Aſſultaſcit, Gronov.
Assuerus, de quo Esdr. 6. 6. & Eſther. 2. 21. ſeq. (ut teſtatur Joſephus) fuit Cyrus Xerxis filius, qui poſt Darium patruum, Perſidis rexit imperium. Hunc Cyrum dixit Artaxerxem apud Græcos vocari, qui Longimanus cognominatus regnavit quadraginta annis. Scaliger Xerxem eſſe contendit. q. V. ad Ann. mccccxcvii. Chr. Euſeb.
Assuesco, ēvi, ētum, [ἐθίζομαι] ĕre. verbum neutrum, ex Ad & Sueſco. Sueſco a verbo antiquo Sueo, ſues, ſuevi. Eniti, Longa conſuetudine aliquid facere. Cic. 4. Acad. 57. Ut mater geminos internoſcit conſuetudine oculorum: ſic internoſces, ſi aſſueveris.
Aſſueſcere a teneris. Virg. 2. Georg. 272.
Al. Conſueſcere in teneris. H. St. Sic in cod. Medic. legi teſtatur Pier. nec aliter in emendatis excuſum.
Aſſueſcere aſſiduitate. Cic. 2. de Nat. Deor. 96. Aſſiduitate quotidiana, & conſuetudine oculorum aſſueſcunt animi, neque admirantur, neque requirunt rationes earum rerum quas ſemper vident.
Imperio. Claud. de Sext. Conſ. Hon. 76.
Aquis. Ovid. 3. Triſt. 3. 7.
Nec cœlum patior, nec aquis aſſuevimus iſtis.
Legibus. Liv. 1.
In hoc aſſueſcat, Hujus rei ſibi naturam faciat. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Aſſueſcere, cum Inf. Cic. 5. de Fin. 5. Quo in loco ad fluctum aiunt declamare ſolitum Demoſthenem, ut fremitum aſſueſceret voce vincere. Virg. 8. Æn. 517.
— tua cernere facta
Aſſueſcat.
Prodeſſe aſſuevit fortibus. Ovid. 3. de Pont. 1. 91.
Votis jam nunc aſſueſce vocari. Virg. 1. Georg. 42.
Pluribus adſuerit mentem, corpusque ſuperbum. Hor. 2. Serm. 2. 109.
Aſſueſcit os vetuſtæ ſedi. Celſ. lib. 8. cap. 10. Atque ita deligando, aſſueſcere iterum vetuſtæ ſedi cogit. Loquitur de oſſe repoſito in ſedem ſuam.
Aſſueſcere cum Acc. ut Bella animis. Virg. 6. Æn. 832.
— ne tanta animis aſſueſcite bella. Ubi Servius, Mire dixit: ab ipſis enim quaſi conſuetudinem fecit Pop. Romanus bellorum civilium. De conſtructione V. Sanct. Minerv. 3. 3. in Aſſueſco & Inſueſco.
Aſſueſcĭtur, imperſ. Liv. 2. 1. Charitasque ipſius ſoli, cui longo tempore aſſueſcitur, animos eorum conſociaſſet.
Assuētus, [συνήθης, σύντροφος, ἐθὰς] Partic. ab Aſſueſcor; Qui longo uſu doctus eſt. Plin. lib. 15. cap. 30.
Aſſuetus labore aſſiduo. Cic. 3. de Orat. 55. Homines labore aſſiduo & quotidiano aſſueti, quum tempeſtatis cauſa opere prohibentur, ad pilam ſe, aut ad talos, aut ad teſſeras conferunt.
Amore prædæ. Ovid. 13. Met. 554.
Bellis. Virg. 9. Æn. 201.
Mendaciis. Cic. pro Planc. 22.
Ripis aſſuetæ volucres, & fluminis alveo. Virg. 7. Æn. 33.
Studiis mollibus. Ovid. 1. Triſt. 4. 74.
Aſſueti longo muros defendere bello. Virg. 9. Æn. 511.
Græcari aſſuetum Romana fatigat militia. Hor. 2. Serm. 2. 11.
Tecto ſuccedere aſſuetus coluber. Virg. 3. Georg. 418.
Non aſſuetas ad ſceptra manus poſt terga dabit. Sen. Troad. 2.
Aſſuetus in jura familiaria a puero. Liv. 4. Bell. Pun.
Parvo aſſueta juventus. Virg. 2. Georg. 472.
In arte aſſueta tempus ponere. Ovid. 1. de Ponto, 6. 36.
De more aſſueto belli, Ut bello fieri conſuevit. Sil. lib. 7.
Geſtamen aſſuetum dextræ. Stat. 6. Theb. 707.
Servitium aſſuetum. Propert. 1. 4. 4.
Longius aſſueto lumina noſtra vident. Ovid. 6. Epiſt. 72.
Cum genitivo. Liv. 38. 17. Romanis Gallici tumultus aſſuetis, etiam vanitates notæ ſunt.
Aſſuetior, compar. Liv. 2. Bell. Pun. Ea aſſuetior montibus, & ad concurſandum inter ſaxa, rupesque aptior ac levior.
Assuetūdo, ĭnis. f. [συνήθεια] Conſuetudo. Ovid. 2. de Arte Am. 345.
— nihil aſſuetudine majus. Liv. 25. 26. Poſtremo ita aſſuetudine mali efferaverant animos.
Aſſuetudo voluptatum. Tacit. 2. Hiſt. 62. Degenerabat a labore ac virtute miles aſſuetudine voluptatum & contemptu ducis.
Assuefăcio, ēci, actum, [ἐθίζω] ĕre. ex Ad præpoſitione, & duobus verbis, nempe Sueo, ſues, obſoleto verbo, & Facio compoſitum. Eſt (authore Perotto) Uſu docere. Cic. de Provinc. Conſ. 33. Imperio Pop. Romani parere aſſuefecit.
Aſſuefacere alicui rei. Plin. lib. 10. cap. 43. Pullus mature ſermoni aſſuefactus.
Diſcere & aſſuefacere ſe. Cic. de Clar. Orat. 7. Quæ didiceram, quibusque me aſſuefeceram.
Aliquem alicui rei. Cic. 4. Fam. 13. Itaque orbus iis rebus omnibus, quibus & natura me, & voluntas & conſuetudo aſſuefecerat, cum ceteris, ut quidem videor, tum ipſi mihi diſpliceo.
Aliquem ad ſupplicia. Liv. 3. Nec ſuo ſanguine ad ſupplicia patrum, plebem aſſuefaciant.
Assuefactus, Partic. [ἐθισθεὶς] Cic. 2. in Catil. 96. Idem ſtuprorum & ſcelerum exercitatione aſſuefactus frigore & fame & ſiti ac virgiliis perferendis, fortis ab iſtis ſuis ſociis prædicabatur. Cæſ. 1. Bell. Civil. 44. Cum Luſitanis, reliquisque barbaris genere quodam pugnæ aſſuefacti.
Assula, Assulatim, Assulose. V. assis.
Assulto, Assultus. V. assilio.
Assum, ades, V. adsum.
Assūmo, pſi, ptum, [παραδέχομαι, προσλαμβάνω, προσδέχομαι] ĕre. ſignificat Accipere.
Artem aſſumere. Cic. 3. de Fin. Artes etiam ipſas propter ſe aſſumendas putamus.
Aliquid authoritatis. Cic. Bruto.
Copiam dicendi. Cic. 1. de Orat. 170.
Generum, vel uxorem. Plin in Paneg. c. 83. 5. Aut inconſultius uxor aſſumpta, aut retenta patientius. Auctor de Viris Illuſt. c. 7. Qui quum adoleviſſet, gener a Tarquinio aſſumptus eſt. Plin. Jun. ad Julium Genitorem, lib. 3. Epiſt. 11. Ut a C. Muſonio ex omnibus omnium ordinum aſſectatoribus gener aſſumeretur.
Genus orationis ad cauſam aliquam. Cic. in Orat. 209. Genus autem hoc orationis, neque totum aſſumendum eſt ad cauſas forenſes, neque omnino repudiandum.
Foris, vel Extrinſecus. Cic. 3. de Orat. 162. Quid enim eſt in quo hæreat, qui viderit omne quod ſumatur in oratione, aut ad probandum, aut ad refellendum, aut ex ſua ſumi vi atque natura, aut aſſumi foris? Idem in Topicis, 8. Ex his locis, in quibus argumenta incluſa ſunt, alii in eo ipſo de quo agitur, hærent: alii aſſumuntur extrinſecus.
Invidiam. Cic. 2. Att. 19. Ego apud improbos meam retinuiſſem invidiam, alienam aſſumpſiſſem.
Laudem. Cic. pro Muren. ut προσφέρεσθαι. H. St.
Noctis aliquantum. Cic. 7. Fam. 26. Atque equidem aliquantum jam etiam noctis aſſumo.
Nonnihil ſibi nitoris. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Robur. Ovid. 15. Met. 421.
Sacra. Cic. pro Corn. Balb. 55. Sacra Cereris quum eſſent de Græcia aſſumpta, &c.
Spem. Tacit. in Vita Agric. 3. Nec ſpem modo ac votum ſecuritas publica, ſed ipſius voti fiduciam ac robur aſſumpſerit.
Vires. Ovid. 13. Met. 886.
Voluptatem. Cic. 1. de Fin. 33. Omnis voluptas aſſumenda eſt, omnis dolor depellendus.
Votum, V. Spem.
Uxorem. V. paulo ante Generum, &c.
Aſſumere aliquem alicui, Hor. 1. Epiſt. 5. 28. Convivam ſcil.
Aliquem in conſilium, Petere ab eo conſilium. Plin. Jun.
In ſocietatem. Liv. 2.
In nomen: pro Adoptare in familiam & jus nominis. Plin. Epiſt. 18. lib. 8. ad Rufin. Quinetiam Domitius Afer, qui illos in nomen aſſumpſit, reliquit teſtamentum, ante octo & decem annos nuncupatum.
In exemplum operis aliquem ſibi aſſumere. Quintil. lib. 5. cap. 12. i. e. Proponere aliquem ſibi quem in opere ſuo imitetur & exprimat.
Aſſumere oratores dicuntur. Quum quid afferunt quod faciat ad oſtendendam propoſitionem. Cic. 2. de Divin. 109. Deinde aſſumunt, Sunt autem dii: quod ipſum non ab omnibus conceditur. V. assumptio.
Authoritati aſſumere. Cic. pro Sylla, 85. Dico illud quod in his cauſis conjurationis non authoritati aſſumo, ſed pudori meo.
Aſſumere ſibi, eſt Multum, & pene nimium ſibi vendicare. Cic. 1. Off. 2. Si id mihi aſſumo, videor id meo jure quodammodo vendicare.
Aſſumi dicitur, Quod præter quam quod oportebat, additur & ſumitur, ut aſcititium & alienum. Author ad Herenn. 1. 1. Inanis arrogantiæ cauſa ſibi aſſumpſerunt. Turnebus.
Suæ laudi. Cic. 3. de Nat. Deor. Tum diis gratias agimus, tum nihil noſtræ laudi aſſumptum arbitramur.

Assumere sibi, & Detrahere alteri, contraria. Cic. 3. Off. 23. Et id quod alteri detraxerit, sibi assumat.
Assumere, pro Edere & cibum sumere. Celsus, l. 1. c. 3. Juvenum minus interest qui assumant, & quo modo curentur.
Assumere semel die cibum, est Semel in die comedere. Cels. lib. 1. cap. 3. Cibum & potionem. Cels. lib. 1. in procem.

Assumptus, Partic. ut, Assumpta lyra. Ovid. 3. de Arte Am. 142.
Extrinsecus auxiliis assumptis factum tueri. Quintil. lib. 7. cap. 5.
Ratione argumentandi a Dialecticis assumpta. Quintil. lib. 2. cap. 4.
In hoc assumpta a nobis subtilitas, &c. Quintil. lib. 3. cap. 11.
Viribus assumptis pleno jam alveo fluit. Quintil. lib. 2. cap. 1.

Assumptio, ōnis. f. [προσέληψις] Acceptio. Cic 3. de Fin. Artes etiam ipsas propter se assumendas putamus, tum quia sit in his aliquid dignum assumptione, tum, &c.
Assumptio, Particula orationis (ut ait Cic. 1. de Invent. 17.) per quam id quod ex propositione ad ostendendum pertinet, assumitur. Idem 2. de Divin. 108. Jam assumptione non concessa, nulla conclusio est.
Assumptionem & Assumptum Dialectici vocant Primam partem syllogismi imperfecti: nempe quum duas tantum habet partes, & est enthymema oratorium. Quintil. Minorem propositionem vocat syllogismi, lib. 5. cap. ult. sicut Propositionem usurpat pro Majore.

Assumptīvus, Adj. Quod assumit. Cic. 1. de Invent. 15. Assumptiva constitutio est, quæ ipsa ex se nihil firmi dat ad recusationem, foris autem aliquid defensionis assumit. Græcos κατ' ἀντίθεσιν vocare docet Quintil. l. 7. c. 4. Etsi variant codd. V. Burm. not. p. 625. Vulgo Status Juridicialis Assumptivus.

Assuo, ui, ūtum, [προσράπτω] ĕre. Suendo annectere. Hor. in Arte Poet. 16.
Purpureus late qui splendeat unus & alter,
Assuitur pannus.

Assumentum, i. [ἐπίβλημα] Vulg. Interp. Marc. 2. 21.

Assura, Assiduitas est & diligentia in nutricando, curando, habendo. Nam Assæ Nutrices dicuntur, quod fere semper assunt iis quos nutriunt. Sic Assa, vox humana est, non organica, quod ea nobis semper assit, non ut organica, quæ non est nobis semper præsto. Varr. cap. de Gallinis, Axius, egoque requiro, sarsuræ, assuræ membra de palumbis, de gallinis, dic sodes Merula. Quorum verborum hic sensus est, Dic sodes Merula de palumbis & gallinis membra illa & partes quas requiro, sarsuræ, assuræ. V. Turneb. Adv. 24. 22. & supra assa.

Assurgo, rrexi, rrectum, [προσανίστημι, προσεγείρομαι] ĕre. Fere idem quod Surgere. Cic. pro Cluent. Quæ dum laudatio recitatur, vos quæso qui eam detulistis, assurgite.
Assurgere ex morbo. Liv. 3. 24. Ex quo semel fuerit æger, unquam non modo visum in publico, sed ne assurrexisse quidem ex morbo.
Ex voraginibus. Liv. Galli neque sustinere se prolapsi, neque assurgere ex voraginibus poterant.
Mollibus assurgit stratis. Claud. in Nupt. Pallad. & Seren. 29. De Venere.
Assurgunt sani ut stent, aut ut obviam eant: assurgunt ægroti ut sedeant, aut ut cubito innitantur: utroque modo in alterius honorem aut officii aut benevolentiæ causa hoc agentes. Ideoque fere adjungitur dativus. Hæc Valla lib. 5. Virg. 6. Ecl. 66.
Utque viro Phœbi chorus assurrexerit omnis. Ubi Servius, Assurrexerit, Honorem præbuerit. Cic. in Pison. An vero reliquo tempore Consulem te quisquam duxit? quisquam tibi paruit? quisquam tibi in curiam venienti assurrexit. Conf. mox Assurgi & Assurrectum est.
Honori alicujus assurgere. Stat. 2. Theb. 60.
Assurgere in arborem. i. e. Crescere in altitudinem arboris. Plin. lib. 24. cap. 4. Major, in arborem, salicis modo assurgit.
Assurgit L millibus passuum mons. Plin. lib. 2. cap. 65. Mihi incerta hæc conjectatio videtur, haud ignaro quosdam Alpium vertices longo tractu, nec breviore L millibus passuum assurgere.
Assurgit in septem ulnas, & in altitudinem. Virg. 3. Georg. 355. Ubi Servius, Septem assurgit in ulnas, Crescit in septem ulnas. Plin. lib. 13. cap. 22. Duo ferulæ genera: nartheca Græci vocant, assurgentem in altitudinem: nartheciam vero semper humilem.
Assurgit insula monte. Plin. lib. 4. cap. 12.
Collis assurgens. Columel. lib. 2. cap. 2. Collem clementer & molliter assurgentem.
Turres assurgunt. i. e. Extruuntur. Virg. 4. Æn. 86.
Tumor assurgit. Cels. lib. 2. cap. 8. Quibusdam etiam in hoc morbo tumores oriuntur, deinde desinunt, deinde rursus assurgunt.
Animus assurgit. Quintil. lib. 1. cap. de lectione pueri, Interim & sublimitate heroici carminis animus assurgat, & ex magnitudine rerum spiritum ducat.
Assurgere animo. Stat. 10. Theb. 221.
Gaudet in adversis, animoque assurgit Adrastus.
Iræ assurgunt. Virg. 12. Æn. 494.
Querelis assurgere. Virg. 10. Æn. 95.
Assurgere dicitur Orion. Virg. 1. Æn. 535.
Assurgere dicitur Orator vel Poeta, qui sublimiter loquitur, ut ait Budæus. Quintil. lib. 10. cap. 1. Raro assurgit Hesiodus.
Assurgi, passivum, sive impersonale. Cic. de Senect. 62. Hæc enim ipsa sunt honorabilia, quæ videntur levia atque communia, salutari, appeti, decedi, assurgi, deduci, reduci, consuli. ubi subaud. dat. Alicui.
Assurrectum est, & assurgitur. Suet. Aug. cap. 56. Eisdem prætextatis adhuc assurrectum ab universis in theatro, & a stantibus plausum gravissime questus est.

Assus, [Ἄσσος] Urbs est Troadis, teste Strab. lib. 13. & natura & arte munita ab ea parte qua mare spectat, arduum & erectum ascensum habens; unde factus est locus vulgatissimæ illi Stratonici sententiæ, Qui celeri passu Assum it, magnum vitæ periculum adit. Circa hanc urbem Sarcophagus dictus lapis effodiebatur, de quo V. in Asius.

Assus, a, um. [ὀπτὸς] ab Areo, ares; vel Ardeo, ardes: h. e. Ad ignem torrefactus. Plaut. Most. 5. 1. 66. Ne faxis: nam elixus esse, quam assus soleo suavior. Cic. 9. Fam. 20. Integram famem ad ovum affero: itaque usque ad assum vitulinum opera perducitur.
Assa & elixa. Cels. lib. 7. cap. 3. Transeundum paulatim ad assa ab elixis. Hor. 2. Serm. 2. 73. — at simul assis
Miscueris elixa.
Assa in balneariis. Item Assus, Solus: ut Assa vox. V. assa.
Item Siccus: ut Assi lapides, Qui nullo arenario conglutinati sunt. Assa nutrix, Quæ lac non præstat infantibus. V. assura & assa.
Assus sol. Cic. 12. Att. 6. Et pro isto asso sole, quo tu abusus es in nostro pratulo, a te nitidum solem unctumque repetemus. Solem assum vocat, Quem cœna non sequatur, quasi Sine succo, ut opsonia sunt assa: Nitidum autem & unctum, Qui cum cœna sit. Sensus est, Domi meæ dum fuisti, in sole per pratulum quod domui adjacet, inambulans, præter siccum solem nihil habuisti: at ego cum ad te domum veniam, non sole tantum contentus ero, non mihi satis erit in sole inambulare, sed cœnam etiam cum sole exigam.

Assarius, Adj. [ὀπτὸς] Quod assatum est. Antiquum vocabulum. Cato de R. R. cap. 132. Vestæ si voles dato, daps Jovi assaria pecuina, urna vini Jovi caste.

Assyria, [Ἀσσυρία] Regio Asiæ majoris, trans Tigrim, olim Orientis totius imperio superbiens, habens ab Ortu Indiam, ab Occasu Tigrim fluvium, a Meridie Mediam, a Septentrione Caucasum: unde Assyrii dicti, qui male cum Syris ab ipsis antiquis scriptoribus confunduntur. V. Cellar. Geogr. Ant. l. 3. c. 17. Dicta est autem Assyria (teste Augustino lib. 15. de Civit.) ab Assur filio Sem. Nunc possidetur a Persarum rege Sophi. Dives Assyria. Tibul. 3. 2. 24.

Assyrius, Adj. [Ἀσσύριος] Qui est ex Assyria: ut, Amomum Assyrium. Virg. 4. Ecl. 25. Et Lucan. lib. 4. 298.
— Assyrii scrutator pallidus auri.
Vestis madefacta veneno Assyrio, i. e. Purpura. Sil. 11. 41. sic quoque Virg. 2. Georg. 465.
Alba nec assyrio fucatur lana veneno.
Assyrii (inquit Cic. 2. de Divin. 2.) propter planitiem magnitudinemque regionum quas incolebant, quum cœlum ex omni parte patens atque apertum intuerentur, trajectiones motusque stellarum observaverunt: quibus notatis, quid cuique significaretur, memoriæ prodiderunt.
Assyria malus, [Ἀσσυρία μηλέα] (quam alii Medicam vocant) Arbor est, cujus folium est unedonis, intercurrentibus spinis. Pomum ipsum alias non manditur: odore præcellit foliorum quoque, qui transit in vestes una conditus, arcetque animalium noxia. V. plura apud Plin. lib. 12. cap. 3.

A S T

Ast, [ἀλλὰ] Conjunctio est discretiva, qua poetæ utuntur pro At, syllabam illam brevem, interjectione s, longam facientes, authore Valla lib. 2. Festus, Ast, significat At, sed, autem. Plaut. Neque eos antiquos servas, ast captas novos. Virg. 1. Æn. 46.
Ast ego quæ divûm incedo regina.
Ast conjunctione etiam Oratores usi sunt, pro particula Sed. Cic. 3. Att. Quid enim vides agi posse, aut quomodo: per Senatumne? ast tute scripsisti ad me, quoddam, &c.
Ast, Asseverantis vox est aliquando. Liv. 10. Bellona si hodie nobis victoriam duis, ast hic ego templum tibi voveo. Hoc loco videtur accipi Ast pro Tum, vel Certe.

Asta, Oppidum Liguriæ antiquum, nomen adhuc retinens, authore Plin. Item Civitas est Bæticæ, inter Sacrum promontorium & Herculeas columnas, de qua idem Plin. lib. 2. cap. 1. & Pomponius lib. 3.
Est & Asta, Insubriæ urbs, non longe a Novaria distans. De hac Claud. de Sext. Conf. Hon. 203.
— nec plus Pollentia rebus
Contulit Ausoniis, aut mœnia vindicis Astæ. Meminit & Plin. lib. 35. cap. 12.

Astabŏras, sive Astabŏres, teste Plin. lib. 5. cap. 9. Alter est ex alveis Nili, qui Meroen insulam a sinistra alluit: ille vero qui a dextera parte est, Astusapes appellatur. Strabo vero Astaboram fluvium esse docet, diversum a Nilo circa Meroen insulam, in Nilum influentem.

Astaces, [Ἀστάκης] Fluvius est in Ponto, Asiæ regione, cujus aquis irrigati campi oves pascunt, nigro lacte accolas alentes. Plin. lib. 2. cap. 103.

Astaci, [ἀστακοὶ] Ex genere sunt cancrorum, apud Plin. lib. 6. cap. 31. Vide & horum descriptionem apud Galen. lib. 3. de Alim. facult. cap. 34.

Astacœni, [Ἀστακηνοὶ] Populi Indiæ, qui Mediam regionem inter Cophen atque Indum habitant. Strab. lib. 15.

Astacum Plinio, sive Astacus, [Ἄστακος Stephano & Straboni] Bithyniæ oppidum fuit, ita dictum ab Astaco quodam Neptuni & Olbiæ nymphæ filio, a quo vicinus sinus, Astacenus appellatus est. Plin. lib. 5. cap. ult. & Strab. lib. 12.
Fuit & altera ejusdem nominis Urbs in Acarnania, quæ & ipsa propinquo sinui Astaceno nomen fecit, teste Strab. lib. 10.

Astăphis, ĭdis. f. [ἀσταφὶς] Uva passa dicitur. Plin. lib. 23. cap. 1. Uva passa, quam astaphida vocant, stomachum, ventrem, interanea tentaret.
Astaphis agria, [ἀσταφὶς ἀγρία] sive Staphis, quam Uvam taminiam aliqui vocant falso (suum enim genus habet) cauliculis nigris, rectis, foliis labruscæ, fert foliculos verius quam acinos, virides, similes ciceri. Hæc Plin. lib. 23. cap. 1. Ruellius lib. 3. cap. 141. Staphis agria Romanis Herba pedicularis dicitur. folium habet labruscæ, divisurisque scissum, cauliculis rectis, &c. Paulo post, Pituitaria quoque dicitur, officinis hodie *Staphis agria*.

Astaphium, Nomen ancillæ apud Plaut. Truc.

Astaphylinos, Pastinaca sylvestris, quæ & Staphylinos dicitur. Ruell. lib. 3. cap. 41.

Astapus, [Ἀστάπους] Fluvius Æthiopiæ, de quo Strabo lib. 16. sic scribit, Circa Meroen Astaboras & Astapas influunt. Hæc flumina Rhizophagi accolunt, qui etiam Elii vocantur, propterea quod ex adjacente palude, evulsis radicibus massulas conficiunt, & ad solem coctis vescuntur. Hæc loca leones alunt, qui sub Canis exortum a maximis culicibus hinc expelluntur. Hactenus Strabo. Meminit & Astapi fluvii idem author, quem Astosabam a nonnullis nominari ait initio lib. 17. in descriptione Ægypti. Plin. tamen lib. 5. cap. 9. de Astapo, sic scribit. Nilus Astapus cognominatus est, quod illarum gentium lingua significat aquam e tenebris profluentem. Scribitur & Astapes.

Astaroth, Antiqua civitas Og regis Basan, in qua habitarunt gigantes, & postea cecidit in sortem tribus Manasses, regionis Bethaniæ. Sunt autem duo castella in Bethania hoc vocabulo, novem inter se millibus separata, inter Aderam & Abelam urbes.

Astarte, [Ἀστάρτη] Dea fuit Syrorum, ut Ælianus author est. Sunt qui

qui putent eam esse quæ Derceto dicitur & Atergatis. Sed eam esse Venerem quartam, quæ Adonidi nupserit, Cicero manifestum facit 3. de Nat. Deor. 59.

ASTEISMUS, f. [ἀστεϊσμὸς] Latine dicitur Urbanitas & civilitas. Tropus est Grammaticis & Rhetoribus, de quo Diomedes lib. 2. cap. de Orationis virtutibus & tropis. Asteismos autem est Urbanitas sine iracundia, ut Atque idem jungat vulpes & mulgeat hircos, inquit Serv. ad. 2. Æn. v. 547. ubi a Sarcasmo distinguit, qui est Jocus cum amaritudine.

ASTER, tri. m. Græce ἀστὴρ, ἄστρον; Latine dicitur Stella.

ASTER Atticus, [ἀστὴρ Ἀττικὸς] Herba est Plinio, quæ quod præsens est inguinum remedium, a Romanis Bubonium dicitur, & vulgo Inguinalis. V. Plin. lib. 26. cap. 5. Meminit & Galen. lib. 6. Simplic.

ASTER Samius, [ἀστὴρ Σάμιος] Species est terræ cujusdam, ad multos medicinæ usus conducentis, quæ in Samo insula effoditur: ita dicta a stellæ imagine, quæ illi imprimi sigillo consuevit. Hujus terræ meminit Galen. lib. 9. Simplic.

ASTER, [Ἀστὴρ] Puer Platonis carminibus celebratus, in quem etiam extant epigrammata lib. 3. Epigrammatôn Græcorum.

ASTERIA, æ. [Ἀστερία] Deli & Rhodi insularum nomen.

ASTERIA, [ἀστερία] Gemma inclusam lucem pupillæ modo quandam continens. Plin. lib. 37. cap. 9.

ASTERIA, [Ἀστερία] Filia fuit Cei Titanis filii, ut Theodontio placet. Hæc autem (ut ait Fulgentius) post vitiatam Latonam a Jove dilecta est, a quo in aquilam verso compressa fuit: eique ex eo concubitu Herculem peperit. Quæ tandem (ut quibusdam placet) adversus Jovem sentiens, & ejus fugiens iras, deorum miseratione in coturnicem versa est, quæ Græce vocatur ὄρτυξ: nomenque dedit insulæ, in quam aufugerat, ubi a Jove in lapidem mutata est, undisque demersa, & ab eisdem huc illuc agitata: tandem ob susceptam Latonam firmata est. Ex Bocatio. De hac Cic. 1. de Nat. Deor. & Ovid. 6. Met. 108. Fabulam multo fusius narrat Servius in illud Virg. 3. Æn. 73.

Sacra mari colitur medio, &c.

ASTERIĂCE, es. f. [ἀστεριακὴ] Genus medicamenti. Plin. lib. 20. cap. 19. Medicamento, quod diacodion & asteriace vocatur, utilissimum. Vetustiora exempla rectius legunt Arteriace. q. V.

ASTERIAS, [ἀστερίας] Avis ex genere ardeolarum, a fulgore astrorum. Plin. lib. 10. cap. 60.

ASTERĬCUM, i. [ἀστερικὸν] Herba est ocymi folio, quæ & Helxine dicitur, & Urceolaris herba, eo quod vitreis urceolis detergendis imprimis sit idonea. Nascitur in tegulis, parietinisque, unde & Parietaria, & muralis vulgo dicitur. Plin. lib. 22. cap. 17.

ASTERIÒN, i. [ἀστέριον] Species est aranei, cujus morsu genua labefactantur, ut tradit Plin. lib. 29. cap. 4.

Item Civitas Thessaliæ, sic dicta, quod in alto sita monte, velut astrum quoddam procul aspicientibus fulgere videatur, ut tradit Stephanus, qui eam sua ætate Pyrelam vocatam asserit.

Est & altera Urbs ejus nominis in Syria.

Est & Fluvius Achaiæ in Nemeæa sylva leniter fluens, & fructuum juxta ripam abundantissimus, ut testis est Lactantius.

Item Mons Peloponnesi, ad sinum Argolicum, de quo Plin. lib. 4. cap. 5.

Est & Asterion, Herba, quæ & Sphondylium dicitur, quod semen habeat Asterii animalculi figura. Dioscor. lib. 3. in descriptione Sphondylii. [ubi?

Est & Herba quædam hoc nomine apud Pausaniam, in agro Argivo nascens, ad ripam fluvii ejusdem nominis, cujus folia Junoni sacra accolæ in coronas nectunt.

Asterion item Cometæ filius, qui Jasonem Colchos navigantem sequutus est, ut habet Apollonius. Valer. 1. Argon. 355.

— Celer Asterion, quem matre carentem
Clenæus gemino fovit pater amne Cometes.

ASTĔRIS, idis, [Ἄστερις] Insula est inter Samum & Ithacam sita. Author Strabo, lib. 1.

ASTERISCUS, [ἀστερίσκος] Stellulam significat. diminutivum ab Aster. Asteriscus, Signum ad stellæ similitudinem parvæ: quo utimur quum aliquid in scribendo omissum esse, hoc modo demonstramus *: qua nota usi sunt veteres scriptores.

ASTERITES, Gemma candida. Isid. 16. 10. V. ASTROITES.

ASTERNO, astrāvi, astrātum, [παραστρωννύω] ĕre. Juxta sternere, cujus passivum protulit Ovid. 2. Met. 343. de sororibus Phaethontis loquens.

ASTERUSIA, [Ἀστερουσία] Mons Cretæ ad meridiem, mare aspiciens, a quo & Asterusia Indiæ urbs nomen habet, quod illic Cretenses coloniam collocarint. Hujus incolæ Asterusiani vocantur, & Asterusii. Stephan.

ASTHMA, [ἆσθμα, δύσπνοια] Difficultas spirandi. V. v. seq.

ASTHMATĬCUS, [ἀσθματικὸς] i. e. Suspiriosus, anhelus, qui difficilem habet respirationem. Nam ἆσθμα difficultatem spirandi significat, & anhelationem sive anhelitum: quam Celsus atque adeo omnes fere medici Græco vocabulo δύσπνοιαν vocant: Anxietatem idem Celsus vocat. [Immo δύσπνοιαν ab Asthmate gradu differre docet Celsus l. 4. c. 7. §. 2. q. V. Plin. & Columellæ Suspiriosi vocantur Asthmatici.

ASTICE, [Ἀστικὴ] Regio est Thraciæ, supra Bosphorum, Ponto Euxino imminens, cujus urbes sunt Apollonia, Thynnias, Almedessus, Develton, & Phinopolis. De hac Plin. lib. 4. cap. 11.

ASTICI Ludi (de quibus Suetonius in Caligula, cap. 20.) qui sint quæritur: ac plerique Actiacos legunt, & ludos ab Augusto intelligunt institutos in honorem Actiacæ victoriæ, sed sine librorum astipulatione, in quibus omnibus partim Attici, partim Astici exaratum reperias. Turnebus Asticos ludos interpretatur Urbanos (quod sint etiam ludi rustici) vel potius Atheniensium ludos, quorum urbs Astu dicebatur. Producitur ab Athenæo Charicles περὶ ἀστικοῦ ἀγῶνος. Quod siquis ludos Atticos malit, e consuetudine Atheniensium explicabit, qui Liberalibus, Lenæis, Chytris, & Panathenæis, id est Quinquatribus, ludos scenicos dabant. Hæc ille. Adv. 18. 5. [Astycos reponit Scalig. de Em. temp. 5. p. 449. & Ludos Græci instituti interpretatur. Selasticos legendum censet J. G. Grævius, eosdemque esse putat qui Iselastici vocantur. de q. f. l. V. Sed cum codd. plerique Hasticos exhibeant, in aliam conjecturam incidi, quæ non minus probabilis videtur, legendo nimirum Sebasticos. Augustales enim ludi, seu Augustalia, σεβαστικοὶ ἀγῶνες & Σεβαστεῖα Græcis dicti, noti sunt ex veterum monumentis, de quorum institutione testatur ipsemet Suetoniusin Aug. c. 59. & 98. & illustravit egregie Ez. Spanhemius Ep. 5. Andr. Morellii Specimini Rei Numm. subjecta. conf. AUGUSTALIS. Unius autem literæ repetitio omissa, & alterius deinde, ut sæpe accidit, elisio causam vitiosæ lectioni præbuit: Syracusis hasticos ludos, pro Syracusis Sebasticos, b litera in similem h mutata.

ASTIGI, Civitas Bæticæ, a qua Astigitanus ager. Plin. lib. 3. cap. 1. *Ecija* nunc vocatur, teste Olivario.

ASTIOCHIA, V. ASTYOCHIA.

ASTIPŬLOR, sive ADSTIPŬLOR, [συγκατατίθεμαι, συγκαταινῶ, προστίθεμαι] āri. Assentiri. Plin. lib. 7. cap. 48. Cui astipulatur Damiates, memorans, &c.

Astipulari (inquit Connanus) dicitur Stipulanti stipulari: ut si petenti tibi decem a Mævio, ego eadem tibi stipulor dari. in quo quia mens est utriusque nostrûm eadem, & idem quod tu, tibi cupio & volo, ideo factum esse arbitror ut Astipulari pro Assentire dicamus.

ASTIPULATIO, ōnis. f. [συγκατάθεσις] Assensus. Plin. lib. 29. cap. 1. Qua de re extat etiam Annei Senecæ astipulatio.

Astipulatio, pro Affirmatione. Quintil. lib. 11. cap. ult. Accedit enim vis & proprietas rebus tali astipulatione, quæ nisi adsit, aliud vox, aliud animus ostendat. quanquam proprie denotat illam gestus cum verbis consensionem.

ASTIPULATUS, ûs. m. [συγκατάνευσις] Assensus vel Attestatio. Plin. lib. 7. cap. 47. Consecratus est vivus, sentiensque, oraculi ejusdem jussu, & Jovis deorum summi astipulatu, Euthymus.

ASTIPULATOR, ōris. m. [συγκάταινος, συνέπαινος] Qui assentitur. Cic. 4. Acad. 67. Falsum esse Stoici dicunt, & eorum astipulator Antiochus.

Astipulator vanæ opinionis. Val. Max. lib. 7. cap. 1.

Astipulator, pro Eo qui testis est vadimonii facti. Cic. pro Quint. 12. Literæ P. Quintii, testes tot (quibus omnibus causa justissima est cur scire potuerint, nulla cur mentiantur) cum adstipulatore tuo comparabuntur. Idem in Pison. 18. Quasi vero non modo ego, qui multis sæpe auxilio fuissem, sed quisquam tam inops fuerit unquam, qui isto non modo propugnatore tutiorem se, sed advocato aut adstipulatore paratiorem fore putaret. Sed origo hujus vocabuli subobscura est: nisi forte quum Adstipulari pro Assentiri vulgo dicatur, argumentemur, Adstipulari proprie idem valere quod Spondere vel Promittere. ut Adstipulatores ii sint, qui alteri antestanti & interroganti, Testesne futuri sint vadimonium ab aliquo promissum, respondeant, Testes. Hæc Hotomanus in orationem Cic. pro Quint.

Astipulator, erat Qui stipulanti accedebat, idemque stipulabatur, ut pacta & conventa essent firmiora, magisque cauta & rata: ac in foro Romano circum argentarias homines erant, qui astipulandi quæstum exercebant, præstoque erant stipulantibus & paciscentibus, cujus generis fuisse dicitur pater Augusti in epistola Ciceronis ad Octav.

Astipulator in antiquo lexico προσεπερωτητὴς exponitur, i. e. Qui præter stipulatorem interrogat atque stipulatur. Turnebus.

ASTITUO, ui, ūtum, ĕre. ex Ad & Statuo compositum; significat In loco collocare. Plaut. Capt. 4. 2. 66. Juben' an non jubes astitui aulas, patinas elui? Author ad Herenn. 3. Reum ad alicujus tectum adstituere.

ASTO, ĭti, ĭtum & ātum, [παρίστημι] āre. Idem significat quod Stare. Virg. 2. Æn. 303.

— arrectisque auribus asto.

Hic patrem astare ajebas? Ter. Heaut. 5. 2. 7.

Accessi, astiti. Ter. Phorm. 5. 6. 27.

Asta, atque audi. Plaut. Trin. 4. 3. 52. Sic in Casin. 3. 6. 13. Mane, atque asta.

Astare in genua. Plaut. Casin. 5. 2. 20. Continuo in genua astanti pectus mihi pedibus percutit.

In latus obliquum tamen astitit. Ovid. 3. Met. 187.

Finis vitæ mortalibus astat. Lucret. lib. 3. 1091.

Astare ad. Cic. pro Arch. 24. Quum in Sigeo ad Achillis tumulum astitisset. Et Lucret. lib. 3. 972. Mors ad caput astitit.

Ante oculos. Virg. 3. Æn. 150.

In conspectu. Cic. 4. in Catil. 3. Expectans hujus exitum diei astat in conspectu meo gener.

In ripa. Ovid. 14. Epist. 89.

Limine divæ astitit. i. e. In limine. Stat. 9. Theb. 607.

Portis sublimibus astant. Virg. 12. Æn. 133.

Juxta præsides astat deos. Sen. Herc. fur. 6.

Præsens astare viritim creditur Jupiter. i. e. Singulis & privatim unicuique præsens esse. Sil. lib. 17.

Supra caput astitit imber. Virg. 3. Æn. 194.

Asto advocatus cuidam. Plaut. Casin. 3. 3. 5.

Astare mensæ domini. Mart. lib. 8. 56.

Astare contra alicui, pro Resistere. Plaut. Capt. 3. 5. 6. At ut confidenter mihi contra astitit. ὀξύμωρον joculare.

ASTANS, Partic. [παρεστὼς] Sil. lib. 17. de Annibale.

Astante atque audiente Italia tota. Cic. Post red. in Senat. 25.

Astante illo. Plaut. Amph. 2. 2. 115. AL. Tute istic, etiam astante hoc Sosia.

Squammæ astantes. i. e. Erectæ. Virg. 3. Georg. 545.

ASTĀTOR, ōris. Inscript. apud Fabrett. p. 164. & 183. DEO MAGNO LIBERO PATRI ET ADSTATORI. conf. Spon. Miscell. Erudit. Ant. p. 27.

ASTŎMI, [Ἄστομοι] Indiæ sunt populi fabulosi, De quibus Plin. lib. 7 cap. 2. Ad extremos fines Indiæ ab Oriente circa fontem Gangis, Astomorum gentem sine ore, corpore toto hirtam vestiri frondium lanugine, halitu tantum viventem, & odore quem naribus trahant. Nullum illis cibum, nullumque potum: tantum radicum florumque varios odores, & silvestrium malorum, quæ secum portant longiore itinere, ne desit olfactus: graviore paulo odore haud difficulter exanimari. Hæc Plinius.

ASTRĂBA, [ἀστράβη] Clitella, sella equestris: unde Comœdia Plautina Astraba seu Clitellaria inscripta est. V. ejus Fragm. & Gell. 11. 7.

ASTRÆA, [Ἀστραία] Filia Astræi gigantis & Auroræ. Alii dicunt fuisse filiam Jovis & Themidis. Hæc pro Justitia sumitur: fingiturque vitiis crescentibus indignata in cœlum evolasse, tandem in signum cœleste, cui Libræ nomen est, conversa. Ovid. 1. Met. 149.

— & virgo cæde madentes,
Ultima cœlestum, terras Astræa reliquit.

ASTRÆUM, [Ἀστραῖον] Oppidum Macedoniæ: & Astræi, Populi sunt ejus urbis incolæ, teste Ptolemæo.

ASTRÆUS, [Ἀστραῖος] Unus fuit ex Titanibus, qui contra deos arma sumpserunt. Hic cum Aurora fertur concubuisse, & ex ea

ventos

ventos generasse, qui ab eo Astræi fratres dicti sunt. Ovid. 14. Met. 545.
Aeraque, & tumidum subitis concursibus æquor
Astræi turbant, & eunt in prælia fratres. ubi Burm. V.

ASTRAGĂLUS, i. f. [ἀστράγαλος] Latine dicitur Talus: V. TALUS, pro Ludo.

Astragalus, Talum pedis significat, παρὰ τὸ ἀσρχὴν ϰαὶ ὀρθὴν φυλάττειν τὴν βάσιν, quod uniat, & rectam servet basin corporis, h. e. Pedes. ἢ, ὁ μὴ πρὸς τὸ μένειν ϰαὶ ὑγιαίνειν γεγονὼς, ἀλλὰ πρὸς τὸ ϰινεῖσθαι, ἀστάγαλός τις ὤν, ϰαὶ πλεονασμῷ τοῦ ρ, ἀστράγαλος. vel quod non ad manendum vel ad standum a natura institutus, sed ad motum, quasi Astagalus, & additione literæ r Astragalus.

Alii Astragalum dici volunt quasi Astrum: quod ita suffragini pedis insertus sit, ut astrum cœlo. Philosophorum enim clarissimi astrum ceu nodum quendam cœlesti hapsidi affixum voluere.

Astragalos Homerus etiam appellat Septem vertebras spinæ, quibus collum incumbit, lib. 11. Odysseæ, de Elpenore, qui lapsu scalarum concidit,
— ἦγεν ϰίονος, ἐϰ δέ μοι αὐχὴν
Ἀστραγάλων ἐάγη. i.e. At mihi lapso fractus ad astragalos jugulus.

Astragali vocantur Partes quædam in columnarum spiris. Vitruv. lib. 3. cap. 3. Astragali faciendæ sunt octavæ partis trochili, projectura erit spiræ pars octava, & sextadecima crassitudinis columnæ. *C'est un membre rond en maſſonnerie, que l'on dit autrement Fuſee avec ſes pezons.*

Astragalus, Herba est Plin lib. 26. cap. 8. Astragalus (inquit) folia habet longa, incisuris multis, obliqua circa radices, caules tres aut quatuor, foliorum plenos, florem hyancinthi, radices villosas, implicatas, rubras, præduras. Nascitur in petrosis, apricis, & iisdem nivalibus. Ruell. lib. 3. cap. 104. Quæ a Dioscoride depingitur, folia non habet crebris incisuris laciniosa, nec radices hirsutas perplexasque: natalibus tamen conveniunt. Galenus & Paulus in Phæneo Arcadiæ plurimam nasci testantur. Astragalus, qui a Dioscoride describitur, frequens est apud nos. Rura nostra Montanum vel Rusticum cicer nominant, fruticem folio & ramis ciceri similem, flore purpureo, parvo, tereti radice, raphani modo grandi, quæ velut adnatas habet appendices prædura, veluti cornua inter sese implicatas, gustu astringentes. Invenitur in petrosis & locis vento perflatis, ciceruculam esse diceres, nisi radix tanta subesset. Vulgus nonnusquam Sylvestres cerras vocat, h. e. Cicerculas. Hactenus Ruellius.

ASTRAMPSȲCHUS, Vetus auctor. V. Suidam.

ASTRAPE, es. f. [ἀστραπή] Fulgur. Plin. 35 10. Apelles pinxit & Astrapen.

ASTRAPIAS, [ἀστραπίας] Gemma est colore partim albo, partim cyaneo, fulminis radios in medio habens discurrentes, unde & nomen accepit. De hac Plin. lib. ult. cap. 11.

ASTRAPOPLECTA, n. pl. [ἀστραπόπληϰτα] ex ἀστραπή & πλήσσω, Loca fulgure percussa. Sen. 1. Nat. Quæst. 15. Ex conjectura Fortunati. In codd. Mss. Asparsoplecta, quomodo & Aldus excudit. V. Grut. not.

ASTRĔPO, ui, ĭtum, [ἐπιϰτυπέω, ψοφέω] ĕre. Simul strepere.
Astrepere aures alicujus. Plin. in Panegyr. 26. Ac plerique irritis precibus surdas principis aures astrepebant. Tacit. 4. Hist. 49. Obvios, & subitæ rei miraculo attonitos ut eadem astreperent hortari.
Astrepere apud Tacit. 11. Ann. 17. cum dativo, pro Strepitu assentire. Astrepebat (inquit) huic alacre vulgus. i. e. Applaudebat. Budæus.

ASTREUS, dictio dissyllaba, [Ἀστρεύς] Unus fuit ex iis, qui in aula Cephei regis Perseo vim inferre conati, ab eodem sunt interfecti. Ovid. 5. Met. 144.
Occidit & Celadon Mendesius, occidit Astreus.

ASTRIFER, V. ASTRUM.

ASTRINGO, inxi, ictum, [πϱοσϕίγγω, ἐπισφίγγω] ĕre. Nihil fere amplius significat interdum quam Stringere.
Astringere & Relaxare, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 136. Eaque tum astringitur, tum relaxatur. De alvo loquitur. Idem 10. Att. 6.
Astringere, Simul aut ad aliquid stringere. Columel. lib. 5. cap. 6.
Astringere ad aliquam rem, pro Alligare. Cic. 6. Verr. Quis est hic qui ad statuam astrictus est?
Arcte astringere. Cic. de Fato, 37. Hoc arctius astringi ratio non potest.
Alvum & ventrem astringere. Corn. Cels. lib. 1. cap. 3. Labor alvum astringit. i. e. Contrahit, ut parum reddat.
Argumenta Stoicorum more breviter astringere. Cic. 1. Tusc. 13. Primo, si placet, Stoicorum more agamus, qui breviter astringere argumenta solent.
Ad temperantiam astringi. Plin. in Epist. Deinde ut in posterum ipse ad eandem temperantiam astringerer, &c.
Conditionibus suis aliquem. Cic. pro Quint. 19.
Eloquentia astricta & contracta. Cic. de Clar. Orat. 309. Tum studiosissime in dialectica exercebar: quæ quasi contracta & astricta eloquentia putanda est. V. mox ASTRICTUS.
Fidem suam alic. Ter. Eun. 1. 2. 22. Verum heus tu, lege hac tibi meam astringo fidem. Ubi Donatus, Astringo fidem, fidem promitto: quia vincula fidei dicuntur.
Frigore astringi. Plin. Epist. Si natare latius, aut tepidius velis, in proximo puteus, ex quo possis rursus astringi, si pœniteat teporis.
Frontem, pro Corrugare. Sen. Epist. 107.
Hæreditati astringere. Ulp. in l. si quis extraneus. §. 1. D. de acquir. hæred. Interdum autem animus solus eum astringet hæreditati: utputa si re non hæreditaria quasi hæres usus sit. Paulus in l. proxime sequenti sic expressit: Placet, non obligari eum hæreditati. Et rursus ibidem: Ut quis pro hærede gerendo obstringat se hæreditati.
Lege vel quæstione astringi. Cic. pro Cluent. 40.
Mercede astricta lingua. Cic. in Pison. 30.
Mores. Fabius, lib. 2. cap. 2. Neque vero satis est summam præstare abstinentiam, nisi disciplinæ severitate convenientium ad se mores astrinxerit.
Necessitate astringi, pro Cogi. Cic. 1. de Nat. Deor. 18. Nulla ejusmodi astrictum necessitate, ut mihi, velim nolim, sit certa quædam tuenda sententia.
Numeris astringere orationem. Cic. 3. de Orat. 171. Et lib. 1. 254. Astrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum.
Se sacris. Cic. 2. de Legib. 48. Quæruntur enim qui astringantur sacris.
Se astringere ad certa verba. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Se astringere ad servitutem alicujus. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Se astringere in jura sacra. Ovid. 12. Epist. 320.
Se furti: subaudi Crimine, aut simile aliquod v. Plaut. Pœn. 3. 4. 27. Homo furti se astringet. [Ut Terent. Eun. 4. 7. 39. Hic furti se alligat.
Se scelere astringere. Cic. 4. Philipp. 9. Quem si consulem illa provincia putaret, neque eum reciperet, magno scelere se astringeret.
Servitutem astringere, per translationem, pro Obligare. Cic. pro Planc. 74. Et hujus tanti officii servitutem astringam testimonio sempiterno.
Venas agrorum hiantes. Virg. 1. Georg. 91.
Vincula. Ovid. 11. Met. 75.
Vinclis sempiternis totam Galliam. Cic. 4. Acad. 61.

ASTRICTUS, Partic. [πϱοσταλθεὶς] contrarium est Relaxato. Plin. Paneg. c. 93. Ita versemur in Rep. ut credamus esse Rempublicam: non consilium nostrum, non operam subtrahamus: nec disjunctos nos & quasi dimissos Consulatu, sed quasi astrictos & devinctos putemus.
Astrictus necessitate. V. NECESSE.
Voluptatibus astricti: i. e. Alligati. Cic. in Parad. 1. Nunquam mehercule ego, neque pecunias istorum, neque opes, neque imperia, neque eas quibus maxime astricti sunt, voluptates, in bonis rebus, aut expetendis esse numerandas duxi.
Arcta & astricta laxare. Cic. in Orat. 220. Nec tamen hæc ita sunt arcta & astricta, ut ea, quum velimus, laxare nequeamus.
Aquæ astrictæ. Ovid. 3. de Pont. 3.
Dolore astrictum pectus. Ovid. 1. de Arte Am. 361.
Frigore gelido astrictum pectus. Ovid. 15. Epist. 112.
Frons astricta, pro Contracta. Martial. lib. 11. 40.
Gelu astrictum. Ovid. 3. Trist. 4. 48.
Glacies. Ovid. 1. Met. 120.
Gustus. Plin. lib. 27. cap. 12.
Orator astrictus. Cic in Brut. 94. Fuerunt etiam in oratorum numero mediocrium L. & Sp. Mummii fratres, quorum extant amborum orationes: simplex quidem Lucius & antiquus, Spurius autem nihilo ille quidem ornatior, sed tamen astrictior. fuit enim doctus ex disciplina Stoicorum. Stoici quippe dicendi genus exile sunt sequuti, ut ibidem tradit ipse Cic. Præterea Stoici dialecticen diligenter sunt persequuti, ut Cic. in Topicis ostendit. Porro dialectica quasi contracta & astricta eloquentia putanda est; sine qua etiam tu Brute, judicavisti te illam justam eloquentiam, quam dialecticam dilatatam esse putant, consequi non posse: Verba sunt Cic. in Brut. 309.
Poeta numeris astrictior. Cic. 1. de Orat. 70. Est finitimus oratori poeta, numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior.
Astricti in amore. Lucret. lib. 4. 1180.
Item Parcus, qui nullos facit sumptus. Cic. 3. Fam. 8. Cum & natura semper ad largiendum ex alieno fuerim astrictior. Propert. 2. 23. 17.
Astrictus ploret sæpe dedisse pater.

ASTRICTE, Adv. [πϱοσεσταλμένως] Arcte.
Astricte facta oratio, cui opponitur Remisse. Cic. 3. de Orat. Qui putat orationem, quæ quidem sit polita, atque facta quodammodo, non astricte, sed remissius, numerosam esse oportere.
Compar. Plin. lib. 1. Epist. 20. ad Corn. Tacit. Non magis servat modum, qui infra rem, quam qui supra: qui astrictius, quam effusius dicit.

ASTRICTIO, ōnis. f. [πίλησις, στύψις] Plin. lib. 27. cap. 10. Gustus amari cum astrictione.

ASTRICTORIUS, Adj. [πϱοσταλτιϰὸς, συσταλτιϰὸς, στυφὸς, ἀυστηρὸς] Quod astringit. Plin. lib. 24. cap. 13. Paliuri folia astrictoriam vim habent.

ASTRIOS, ōtis. f. Gemma crystallo propinqua, quæ si astris opponitur, fulgorem eorum rapit, & regerit. Plin. lib. 37. cap. 9.

ASTROBOLISMUS, [ἀστροβολισμὸς] Arborum vitium est, quum caniculæ æstu (quam Theophrastus peculiariter ἄστρον appellat) humore absumpto arescunt. Latinorum nonnulli Siderationem interpretantur. Transfertur & ad animalia, quum pars aliqua corporis cum ipsis etiam ossibus exarescit: quod mali genus σφαϰελισμὸς a Galeno appellatur.

ASTROĪTES, f. [ἀστροΐτης] Gemma, quæ oculis piscium similis esse perhibetur. Author Plin. lib. 37. cap. 9. [An eadem Isidoro Asterites. 16. 10?

ASTROLABIUM, Instrumentum, ex quo astrorum motus colliguntur. Perottus.

ASTROLOGIA, æ. [ἀστρολογία] Quæ nunc Astronomia, Scientia de sideribus, sive quæ de cursu astrorum tractat. Cic. 1. de Orat. 69. Etenim si constat inter doctos, hominem ignarum astrologiæ, ornatissimis atque optimis versibus Aratum de cœlo stellisque dixisse. sed postea transiit id nomen ad Artem fata hominum prædicendi ex astrorum situ in genitura cujusque, seu hora natali.

ASTROLŎGUS, i. m. [ἀστρολόγος] Qui astrorum scientiam profitetur. Cic. 4. Verr. 129. Novus astrologus, qui non tam cæli rationem, quam cælati argenti duceret. [Iidem cum vanitatem futura prædicendi arti suæ adjungerent, sæpius a loco Babylonii, Chaldæi, ab arte Genethliaci vel Mathematici & Planetarii appellati fuerunt. V. de singulis. f. I.

ASTROMELA, V. MASTROMELA.

ASTROMYOS, Stella est quæ ceteris dominatur, nunc plenior exoriens, nunc defectior, quandoque splendida, quandoque minus. V. Cæl. lib. 5. cap. 12.

ASTRONOMIA, æ. [ἀστρονομία] Scientia est quæ in motus siderum contemplatione versatur, magnaque vitæ commoda, ad temporis mensuram, ad navigationem &c. accommodata, attulit. Videtur veteribus ab Astrologia nihil fuisse diversa.

ASTRONOMUS, i. m. [ἀστρονόμος] Astrorum mensor. V. Gerh. Voss. de Art. Math. Non invenitur in autoribus vetustis Latinis, verum ap. Græcos Astrologum denotabat, qui & verbo ἀστρονομεῖν utuntur.

ASTRŎPHE, es. Una ex Pleiadibus.

ASTRUM, i. n. a Gr. ἄστρον, quod a Latinis Sidus dicitur. Cic. 7. Verr. Quum autem Ver esse cœperat, cujus initium iste non a Favonio, neque ab aliquo astro notabat, &c.
Dominus astrorum, pro Sole. Sen. Troad. 5.
Ignes astrorum. Virg. 3. Æn. 585.
Vices astrorum. i. e. Astra vicissim nunc orientia, nunc occidentia. Stat. 3. Theb. 558.
Æterna astra. Sen. in Herc. fur. 11.
Ætherea. Virg. 5. Æn. 517.
Ardua pennis astra sequi, Ad cœlum subvolare. Virg. 12. Æn. 893.
Ignea. Lucan. lib. 1. 75.
Lycaonia astra sunt, major Ursa & Arctophylax. Claud. de Cons. Mal. Theod. 299.

Prodigioſa. Stat. 3. Theb. 523.
Radiantia. Ovid. 9. Met. 272.
Roſcida. Stat. 6. Theb. 238.
Vaga. Sen. in Octav. 7.
Duodena, Duodecim ſigna Zodiaci. Virg. 1. Georg. 231.
Cadentibus primis aſtris. i. e. Ut primum luceſcere cœperit. Virg. 8. Æn. 59.
Noctem ducentibus aſtris. Virg. 3. Georg. 156.
Ortus inclinat aſtra. Stat. 12. Theb. 2. i. e. Oriente Sole, aſtra occidunt.
Inoffenſos agant aſtra curſus. Sen. in Herc. fur. 11.
Tollere ad aſtra. Virg. 5. Ecl. 51.
Efferre ſe ad aſtra. Sil. lib. 3.
Surgentibus aſtris, pro Accedente nocte. Virg. 1. Georg. 440.
Suſcipere aſtra. Cic. 1. Tuſc. 111. An Suſpicere?

ASTRALIS, e. Auguſt.

ASTREANS, tis. Mart. Capella.

ASTRICUS, Adj. Varro apud Nonium, 6. 16.

ASTROSUS, Adj. Lunaticus. Iſidor. Gloſſ.

ASTRĬFER, Adj. [ἀστροφόρος] Ferens aſtrum. Martial. lib. 8. 28.

An tua multifidum numeravit lana Timavum,
Quem prius aſtrifero Cyllarus ore bibit?

Et apud Stat. 8. Theb. 83. Axes aſtriferi. Flac. 6. Argon. 752. Umbræ aſtriferæ.

ASTRIFICUS, Adj. Mart. Capella.

ASTRIFICO, āre. Idem.

ASTRIGER, Adj. Stat. 10. Theb. 828.

Cominus aſtrigeros Capaneus tollendus in axes. Claud. Bell. Get. 245.
Qua micat aſtrigera ſenior cum conjuge Cepheus.

ASTRILOQUUS, Adj. Mart. Capel. Aſtriloquæ commenta puellæ.

ASTRILUCUS, Adj. Lucens ut aſtra. Mart. Capel. 9. p. 203. Aſtriluci divi.

ASTRISONUS, Adj. Mart. Capel. Aſtriſonus Jupiter.

ASTRUO, xi, ctum, [κατασκευάζω] ĕre. Juxta ſtruere. Columel. lib. 1. cap. 5. Nam novum quum veteri aſtruitur, rimoſoque recens, ædificium quaſi ſurgenti reluctans oneri, cedit.
Aſtruere aliquid magnificentiæ & dignitati, per metaphoram, pro Superaddere. Plin. lib. 9. cap. 35. Quærente eo quid aſtrui magnificentiæ poſſet, reſpondit, una ſe cœna, &c.
Dignitati alicujus aliquid aſtruere. Plin. lib. 3. Epiſt. 2.
Sibi aliquid. Quintil. lib. 8. cap. 3. Non ſolum ipſum os intueri videtur, & locum, & habitum: ſed quædam etiam ex iis quæ dicta non ſunt, ſibi ipſa aſtruit. i. e. Superaddit, vel Affingit de ſuo.
Aſtruere laudem. Plin. in Paneg.
Aſtruere, Affirmare. Plin. lib. 12. cap. 18. Periti rerum aſtruxerunt, non ferre tantum annuo fœtu, quantum, &c. In editis codicibus legitur Aſſeverant. ſed omnes MSS exhibent Adſtruxerunt.
Aſtruitur his. Plin. 8. Epiſt. 6. Additur, ut Pallas (cui ſe omnes pro virili parte obligatos faterentur) ſingularis fidei, ſingularis induſtriæ fructum meritiſſimo ferat: prolatos imperii fines, redditos exercitus Reip. credas. Aſtruitur his, quum Senatui populoque Romano, &c. i. e. Præterea.
Aſtruere auditis. i. e. Augere audita, & plura affingere. Sil. lib. 4.
Adſtrue formæ. Ovid. 2. de Arte Am. 119. Ubi Heinſ. & Burm. V.
In libris emendatioribus ſemper legitur Adſtruo, non Aſtruo.

ASTU, vel potius ASTY, [Ἄστυ] Nomen indecl. Priſcian. lib. 15. Significat Urbem in genere; ſed κατ᾽ ἐξοχὴν Civitas eſt Athenienſium. Ter. Eun. 5. 6. 17. Hem, quid? amat? an ſcit jam ille quid meretrix ſiet? an in Aſtu venit? Ubi Donatus, In Aſtu, In urbem, de Piræo. ſic enim Athenienſes vocabant urbem ſuam: unde Ipſi incolæ Ἀστοὶ vocantur. V. Steph. de Urb. in v. & in Ἀλεξάνδρεια.

ASTYCUS, Adj. Urbanus. V. ſupra ASTICI.

ASTŬPEO, vel ADSTŬPEO, ui, [ἐπιθαυμάζω] ēre. eſt Ad rem vel auditam vel viſam obſtupeſcere. Stat. 2. Theb. 13. ubi Mercurius umbram Laii ad ſuperos educit:

Tum ſteriles luci, poſſeſſaque manibus arva,
Et ferrugineum nemus aſtupet: ipſaque tellus
Miratur. Idem lib. 3. 405.
Aſtupet oranti.

Aſtupere divitiis. Sen. de Tranquil. vitæ, lib. 1. cap. 8. Non pudet quiſquis divitiis adſtupes? Reſpice agedum mundum: nudos videbis deos omnia dantes, nihil habentes.

ASTUR, ŭris. m. Avis prædatitia, vulgo nota. V. FALCO.

ASTŪR, ſive ASTŪRIA, [Ἀστυρία] Civitas Hiſpaniæ in qua Aſturcones equi gignuntur. Sunt & in ea aurifodinæ multæ. V. Ptolemæum lib. 2. cap. 6. Nomen etiam hodie ſervat.

ASTUR, ŭris. [Ἄστυρος] Adj. ut, Aſtur equus, Qui eſt de Aſture oppido. Martial. lib. 14. 199.

Hic brevis ad numerum rapidos qui colligit ungues,
Venit ab auriferis gentibus Aſtur equus.

Sil. lib. 3. 334. Fingit Aſtures Callæcis proximos, originem habuiſſe ab Aſtyre Memnonis armigero, qui poſt domini mortem eo profectus ſit.
Avarus Aſtur. Sil. lib. 1.
Belliger. Sil. lib. 12.
Exercitus. Sil. 1. 252. V. Drakenb. in loc.
Impiger. Lucan. 4. 8.
Pallidus. Claud. Laud. Ser. Reg. 75.
In Marmoribus antiquis habetur Aſtyr, teſte Heinſio in Sil. 3. 334.

ASTURĬCUS, aliud. Adj. [Ἀστυρικός] ut, Aſturica gens. Sil. lib. 16. 584.

ASTURICA AUGUSTA, Hiſpaniæ Terraconenſis urbs Ptolemæo, ejuſdem gentis caput. *Aſtorga* vulgo: olim Roma.

ASTURCO, ōnis. m. [ἱππόδρομος] Equus ab Aſturia oppido Hiſpaniæ. ſed poſtea & aliarum nationum ſic dictus fuerat, ut Aſturco Macedonicus apud Petron. Arbitrum, cap. 87. V. Burman. ad loc. Plin. lib. 8. cap. 42. In eadem Hiſpania, Gallaica gens eſt & Aſturica, equini generis, (hi ſunt quos thieldones vocamus, minori forma appellatos aſturcones) gignunt, quibus non vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio: unde equis tolutim carpere incurſus traditur arte. V. Drakenb. ad Sil. 3. 334.

ASTURA, [Ἄστυρα] Flumen Latii, & inſula in fluvii oſtio. Plin. lib. 3. cap. 5. Antium colonia, flumen Aſtura, & inſula. Et lib. 33. Tenuit & noſtra memoria navem Caii principis ab Aſtura Antium navigantis. Ab aliquibus Stura dicitur: unde Feſtus, Stura flumen in agro Laurenti eſt, quod quidam Aſturam vocant. Etiam Strabo ὁ Στύρας ποταμός.

ASTUS, ûs. m. [πανουργία] Aſtutia: ab Ἄστυ oppido, in quo qui converſati aſſidue ſunt, cauti atque acuti eſſe videntur. Feſtus.
Quod ſi aſtu rem tractavit. Ter. Eun. 5. 4. 2.
Aſtus belli. Sil. lib. 16. 32.

Non ars, aut aſtus belli, vel dextera deerat.

Providus aſtu. Stat. 1. Achil. 542.
Acris aſtus. Valer. 2. Argon. 555.
Callidi. Sen. in Troad. 6.
Adjungere aſtus ferro, eſt Arte dimicare. Sil. lib. 6.
Carere aſtu. Quintil. lib. 9.
Exuberans aſtu. Sil. lib. 1. de Annibale.
Exuere aſtus. Sil. lib. 7.

Tuque dolos Pœne, atque aſtus tandem exue notos.

Verſare dolos aſtu. Virg. 11. Æn. 704. Aſtu, i. e. Malitia, ut ait Servius.

ASTŪTUS, Adj. [πανοῦργος] Callidus, verſutus. Servius. Proprie Aſtutos Malitioſos vocamus. Cic. 3. Off. 57. Certe non aperti, non ſimplicis, non ingenui, non juſti, non viri boni: ſed verſuti potius, obſcuri, aſtuti, fallacis, malitioſi, callidi, veteratoris, vafri. Hor. 2. Serm. 3. 62.

— Pro bene ſano
Ac non incauto, fictum aſtutumque vocamus.

Hominis eſſet & aſtuti & ingrati. Cic. pro Muren. 8.
Aſtutus, Arte tutus. Feſtus.
Aſtutior fallacia. Plaut. Caſ. 5. 1. 67. Nec fallaciam aſtutiorem ullus fecit poeta.
Aſtuta vulpes. Hor. 2. Serm. 3. 186.

ASTUTULUS, Adj. dimin. Apul. 6. Met. Aſtutula anus.

ASTUTIA, æ. f. [πανουργία, κερδοσύνη] Calliditas, malitia. Cic. 3. Off. 68. Sed aliter leges, aliter philoſophi tollunt aſtutias. Ter. And. 4. 4. 2. Nunc opus eſt tua mihi ad hanc rem exprompta memoria atque aſtutia. Ubi Donatus, Aſtutia, ad agendum ſtrenue quæ imperet.
Hem aſtutias. Ter. And. 3. 4. 25. Ubi Donatus, Bona Ironia, pluraliter dixit Aſtutias, quaſi is qui abundat aſtutiis, ut ei una non ſufficeret.
Inſtituere aſtutiam. V. INSTITUO.

ASTUTE, Adv. [πανούργως] Callide, verſute. Cic. 1. Q. frat. 2. Nihil tamen nec temere dicere, nec aſtute reticere debeo. Ter. And. 1. 2. 12. Aſtute.

ASTUSAPES, alter ex Nili alveis, qui a dextra parte eſt. V. in ASTABORAS.

ASTYĂGES, [Ἀστυάγης] Cyaxaris Medorum regis filius, & Mandanæ pater, ultimus Aſſyriorum & Medorum rex. De quo Herodot. lib. 1. & Juſtin. 1. 4. ſcripſere.
Aſtyages item alius, unus ex illis qui a Perſeo viſa Gorgone in marmora mutati fuerunt. Ovid. 5. Met. 205.

Dum ſtupet Aſtyages, naturam traxit eandem,
Marmoreoque manet vultus mirantis in ore.

ASTYALUS, [Ἀστύαλος] Vir fuit Trojanus, a Neoptolemo interemptus, ut ſcribit Homer. lib. 6. Iliad.

ASTYANASSA, [Ἀστυάνασσα] Helenes Menelai uxoris ancilla laſciviſſima, dominamque prorſus ſe dignam nacta, quæ prima de variis concubitus modis librum conſcripſit: cujus exemplum poſtea imitatæ Philænis, & Elephantine, idem argumentum tractarunt. Author Suidas.

ASTYANAX, actis. [Ἀστυάναξ] quaſi Urbis princeps, appellatus autem proprio nomine Scamandrus, Hectoris filius ex Andromacha: qui, cum Troja a Græcis caperetur, a matre abſconditus, ſed ab Ulyſſe repertus, de alta turri præceps eſt datus. Ovid. 13. Met. 415.

Mittitur Aſtyanax illis de turribus, &c.

Aſtyanacta, accuſ. Virg. 2. Æn. 457.
Aſtyanactis, gen. Virg. 3. Æn. 489.

O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago!

ASTYCRATIA, [Ἀστυκράτεια] Filia Æoli, teſte Homer. Odyſſ. lib. 10.

ASTYDAMAS, [Ἀστυδάμας] Athenienſis, & filius ejuſdem nominis, ambo Tragici poetæ fuerunt: pater etiam ſummus philoſophus, & Socratis auditor. Suidas.

ASTYDAMIA, [Ἀστυδάμεια] Ormeni filia, quam Hercules patre prius occiſo rapuit. Ovid. 9. Epiſt. 50.

Nec referam partus Ormeni nympha tuos.

ASTYLIS, ĭdis. [ἀστυλίς] Lactucæ latioris genus ſine caule, quæ ob inſignem frigiditatem, Veneri maxime creditur reſiſtere: unde & Eunuchion, & Spadonion a nonnullis eſt appellatum. Ruell. lib. 1. cap. 20.

ASTYLUS, [Ἄστυλος] Unus fuit ex Centauris: & quoniam augurio valebat, futura prænoſcens, fratres monuerat ne bellum adverſus Lapithas aſſumerent: ſed exorto in nuptiis bello, ipſe ſibi timens, una cum Neſſo Centauro fugam arripuit. De hoc ita Ovid. 12. Met. 307.

Aſtylus ille etiam metuenti vulnera Neſſo,
Ne fuge, ad Herculeos, inquit, ſervaberis arcus.

Aſtylus Crotoniata, tribus Olympicis continuis vicit, ſtadio, & diaulo. Pauſan. Eliac. poſter.

ASTYMEDŪSA, [Ἀστυμέδουσα] OEdipi fuit uxor (hanc enim repudiata matre Jocaſte, quam prius matrimonio ſibi conjunxerat, ſed incognitam, uxorem duxit) quæ ut liberis prioris conjugis infenſum parentem faceret, apud patrem eos accuſavit, tanquam qui ſe de ſtupro appellaſſent. Quapropter OEdipus iratus, regnum cruentum reliquit. Diod.

ASTYNŎME, Filia fuit Chryſæ, quam Homerus Chryſeida nuncupat: ſicuti Briſeida idem author vocat, quæ fuerat Hippodamia. Erant vero Briſes & Chryſes fratres, ex quibus Briſes Pedaſum incoluit, Chryſam vero Chryſes, quorum pater fuit Ardys. Cæl. lib. 24. cap. 5. ex Euſtathio.

ASTYNOMICI, [ἀστυνομικοὶ] dicuntur Papiniano Ædiles, quod curam urbis, viarum & ædificiorum gererent. l. unica. D. de via public. & ſi quid in ea fact. eſſe dicat. [Immo Ulpianus Rhetor hanc differentiam eſſe docet inter ἀγορανόμον & ἀστυνόμον, Athenienſium magiſtratus minores, quod ille rebus venalibus in foro, hic urbis viis, ut puræ ſerventur inſpiciendis conſtitutus ſit, p. 236. Epiſcop. Cujus verba ad Ulpiani legem DD. adducunt, in qua non niſi Ædilium, Romanor. ſcil. mentio fit, quibus utraque cura illa demandata fuit.

ASTYNOUS, [Ἀστύνοος] Princeps quidam Trojanus, quem Diomedes in bello Trojano interfecit, ut ſcribit Homer. 5. Iliad.

ASTYOCHĒA, vel ASTYOCHĪA quin & ASTYOCHE, [Ἀστυόχεια] Actoris filia fuit: quæ quum ſola in cœnaculum aſcendiſſet, a Marte compreſſa, Aſcalaphum & Jalmenum peperit. Pauſan. in Boeot.
Fuit & altera ejuſdem nominis, Phylantis Ephyræorum regis filia, quam Hercules rapuit & Tlepolemum ex ea genuit. de qua Homer. in Catalogo navium. v. 165.

ASTYPALÆA, [Ἀστυπάλαια] Inſula eſt una e Cycladibus, ab Aſtypalæa Ancæi matre denominata. Antea enim a Caribus habitata, Pyrrha primum, deinde Pylæa, mox θεῶν τράπεζα, h. e. Deorum menſa, fuit appellata. Hæc Steph. conf. Plin. lib. 4. cap. 12. & Strab. lib. 10. Vadianus putat Aſticla apud Pomponium l. 2. c. 7. corrupte legi pro Aſtypalæa, aſtipulante Pintiano, quomodo & Schottus edidit. Ovid. 2. de Arte Am. 82.

Dextra Lebynthos erat, ſilvisque umbroſa Pachynne,
Cinctaque piſcoſis Aſtypalæa vadis.

Aſtypalæa, Coorum fuit urbs antiquitus. Strab. lib. 14. V. Steph. qui tres inſuper memorat Aſtypalæas.

ASTYPALEIUS, [Ἀστυπαλαιεύς] Adj. ſex ſyllabarum. Ovid. 7. Met. 461.

Hinc Anaphen ſibi jungit, & Aſtypaleia regna.

ASTYPALÆICUS, Adj. alterum. Plin. l. 30. c. 6. & 14. Aſtypalæïcæ cochleæ.

ASTYPALÆENSES, [Ἀστυπαλαιεῖς] Populi, de quibus ſic Strab. lib. 13. Aſtypalæenſes itaque qui Rhœteum tenuerunt, primi oppidum juxta Simoentem condidere, quod nunc Poliſſina nominatur, in loco non valde idoneo: quapropter cito everſum eſt. Hæc ille.

ASTYR, V. ASTUR.

ASTYRA, [Ἄστυρα] Vicus fuit in regione Trojana, & lucus ipſius Dianæ. Strab. lib. 13. proximus Adramyttio, ut ait idem.
Fuit & urbs Phœnices circa Rhodum, in qua colebatur Minerva Aſtyris.
Eſt & Bœotiæ ad Potnias, ut Charax ſcribit in ſecundo.
Eſt & regio Italiæ, cujus gentile Aſtyrenus. Hinc

ASTYRÊNA Diana, [Ἀστυρηνὴ Ἄρτεμις] Nuncupata fuit ab Aſtyra vico in regione Trojana, ut Strab. placet lib. 13. Stephanus tamen videtur ab Aſtyro Italiæ deducere: & Minervam Aſtyrida, a Phœniciæ civitate circa Rhodum.

A S U

ASVESTUS, ASVESTINUM Lignum, V. ASBESTOS, ASBESTINUM.

ASURA, [Ἀσούρα] Oppidum eſt proxime Philiſcum, ad Euphratem, a quo Seleuciam decem dierum eſt navigatio. Plin. lib. 5. cap. 26.

ASUS, [Ἄσος Stephano] ſive (ut apud Plinium legitur) Aſum, Oppidum eſt Cretæ inſulæ mediterraneum, de quo Plin. lib. 4. cap. 12.

A S Y

ASYCHIS, [Ἄσυχις] Ægyptiorum rex poſt Mycerinum, cujus opus fuit lateritia pyramis apud Memphim, ut teſtatur Herod. lib. 2.

ASȲLA, Herba eſt qua ſibi pecora medentur, ſiquando anagallidem fœminam imprudenter guſtaverint. Latini Ferum oculum appellant. Author Plin. lib. 26. cap. 13.

ASȲLAS, [Ἀσύλας] Proprium vatis cujusdam nomen apud Virg. 10. Æn. 175.

Tertius ille hominum, divûmque interpres Aſylas,
Cui pecudum fibræ, cœli cui ſidera parent,
Et linguæ volucrum, & præſagi fulminis ignes.

ASȲLUM, i. [ἄσυλον] Locus refugii, quem violare nefas. Servius, Poſtquam Hercules migravit e terris, nepotes ejus timentes inſidias eorum quos avus afflixerat, Athenis ſibi primi aſylum, hoc eſt templum miſericordiæ, collocaverunt, unde nullus poſſet abduci, quod etiam Statius dicit: ut, Herculeos fama eſt fundaſſe nepotes. Cic. 3. Verr. 85. Nuper M. Aurelio Scauro poſtulante, quod is Epheſi ſe quæſtorem vi prohibitum eſſe dicebat, quominus e fano Dianæ ſervum ſuum, qui in illud aſylum confugiſſet, abduceret, Pericles Epheſius, &c. Strabo lib. 5. de Collatinis, Antemnatibus, Fidenatibus, & Lavinienſibus, Orta igitur inter eos ſeditione, inter ædificanda mœnia, Remum occiſum fuiſſe traditur. Urbe deinde condita, Romulus mortales convenas aggregat, ſacrum quendam locum aperiens, inter collem & Capitolium, quo perfugientes finitimos civitate donatos deſignat. Liv. 35. 51. Templum eſt Apollinis Delium imminens mari: quinque millia paſſuum a Tanagra abeſt, minus quatuor millium inde in proxima Eubœæ eſt mari trajectus. Ubi & in fano lucoque, ea religione & eo jure ſancto quo ſunt templa, quæ aſyla Græci appellant: & nondum aut indicto bello, aut ita commiſſo, ut ſtrictos gladios, aut ſanguinem uſquam factum audiſſent: quum per magnum otium milites, alii ad ſpectaculum templi lucique verſi, alii in littore inermes vagarentur, &c. Virg. 8. Æn. 342.

Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer aſylum Rettulit.

Aſylus, Statua ad quam confugientibus jus erat aſyliæ, ejuſmodi ſtatuam ſcribit Philoſtratus fuiſſe Tiberii. Budæus.

Aſyli jus firmare. Tacit. 4. Ann. 14. 1. Vetuſtum aſyli jus, ut firmaretur petentibus.

Aſylum, Intemeratum Latine dicitur, quod locus eſſet a quo neminem per vim extrahere licebat.

ASYLI, dicuntur a Græcis Homines a violentia tuti, ut ſunt ſacroſancti, quos attingere ſine piaculo non licet, nec prehendere: quales erant Tribuni plebis apud Romanos. Dicebantur Aſyli & Caduceatores. Budæus.

ASYLIA, [ἀσυλία] ab Aſylo dicta, dicitur pro Eo jure libertatis & veniæ quod quis apud aras conſequitur, quam Immunitatem eccleſiæ vulgo vocant. Ædem igitur aſylam, vel (ut Græci loquuntur) aſylon dicere poſſumus: & ſimulacrum aſylon, id eſt, in qua, vel ad quod jus eſt aſyliæ confugientibus. Budæus in Annot. prioribus.

ASYMBŎLUS, Adj. [ἀσύμβολος] Qui immunis abit e convivio. h. e. Non perſoluta ſymbola, quam Gallice *eſcot* vulgo dicunt, vel partem convivii. Ter. Phorm. 2. 2. 25. Tene aſymbolum venire unctum atque lautum e balneis, &c. Ubi Donatus, Hoc nomen conſtat inter paraſitos confictum atque compoſitum eſſe: contra illud in Andria, Symbolum dedit, cœnavit. V. Gellium lib. 6. cap. 13. SYMBOLA & SYMBOLUM. ſ. l.

ASYNDĔTON, ſive ASYNTHĔTON, [ἀσύνδετον] Figura orationis, qua Poetæ & Oratores nonnunquam utuntur. Latine dici poteſt Incompoſitum. Diomedes lib. 2. Aſyndeton eſt quum aliqua incompoſite & ſimpliciter proferuntur: ut, Veni, vidi, vici. Hæc ab aliis Dialyton dicitur. Julius Rufinianus, Aſyntheton eſt, vel dialyton, quum oratio nulla conjunctione connexa, velut ſolutæ ſententiæ regulam ſervat: ut, Virg. 10. Æn. 330.

Conjiciunt, partim galea clypeoque reſultant. Latine dicitur Diſſolutio vel Inconnexio. Aſyntheton autem modo per ſingula verba fit. Ter. Adelph. 3. 4. 24. Perſuaſit nox, amor, vinum, adoleſcentia. Ubi Donatus, Hæc inferuntur ἀσυνδέτως, ut multa videantur. Modo per plura verba, & per ea quæ Græci vocant κῶλα. Ter. Phorm. 1. 2. 85. Perſuaſit homini, factum eſt, ventum eſt, vincimur, duxit.

Male Aſyntheton, ἀσύνθετον, per θ ſcribi innuit H. St. ſiquidem ad Donati locum adſcripſit: Atqui hic non eſt ἀσυνθέτως, ſed ἀσυνδέτως. [Conf. POLYΣYNDETON, quod ejus contrarium eſt Schema. Ceterum alterum ſine dubio a defectu copulativæ particulæ, quæ Græcis σύνδεσμος dicitur, alterum ab ejusdem abundantia nomen invenit. V. omnino Fabium l. 9. c. 3. p. 813. Burm.

ASYSTATON, [ἀσύστατον] Inconſiſtens, vel parum ſibi conſtans. Refertur inter vitia orationis, ſimile ei quod appellant ψευδόμενον. Fit autem quoties ejuſmodi res proponitur, ut ne poſſit quidem eſſe quod fingitur. Eraſmus. V. Henr. Steph. Theſ. Græc.

A T

AT, [ἀλλά] Conjunctio diſcretiva. Ter. Andr. 5. 4. 38. At mihi unus ſcrupulus etiam reſtat, qui me male habet. Ubi Donatus, At, diſcretivum eſt ſuperiorum dictorum.

At, Principium increpationi aptum. Ter. And. 4. 1. 42. At, tibi dii dignum factis initium duint. Cic. 7. Verr. 72. At quemadmodum ſe induit priore actione.

At, Sed. Cic. 4. Acad. 56. Non cognoſcebantur foris, at domi: non ab alienis, at a ſuis.

At, Differentiam rerum ſignificat: ut quum dicimus, Scipio eſt bellator, at Marcus Cato orator. Feſtus.

At, Tamen, veruntamen. Ter. Andr. 4. 1. 46. Parum ſucceſſit quod ago, at facio ſedulo. Plaut. Perſ. 5. 2. 16.

At, utimur quando cum admiratione laudamus. Ter. Eun. 3. 5. 40. At quem deum! qui, &c. Cic. 9. Fam. 20. Habuiſſes enim non hoſpitem, ſed contubernalem: at quem virum! non eum quem tu es ſolitus promulſide conficere. Vel quum vituperamus, interrogantes. Idem Cic. pro Cluent. 199 Una mater oppugnat, at quæ mater? quam cæcam crudelitate & ſcelere ferri videtis. Idem pro Milone, 40. Itaque antevertit, at quo die?

At, Quum quid oramus. Cic. pro Domo ſua, At videte hominis intolerabilem audaciam.

At, Quum ſimpliciter interrogamus. Cic. in Verr. At per deos immortales quid eſt quod de hoc dici poſſit?

At, Quum quid objicimus, ſtatimque objectioni reſpondemus. Cic. 4. Verr. At mores commodi. quis contumacior? quis inhumanior? quis ſuperbior? At hæc ſine cujuſquam malo. quis acerbior? quis inſidioſior? quis crudelior unquam fuit?

At, pro Saltem. Cato de R. R. Si non eodem die, at poſtridie. Cic. pro L. Flacco, Si non propinquitatis, at ætatis ſuæ: ſi non hominis, at humanitatis rationem haberet. Idem pro Milon. Si mihi Rep. bona frui non licuerit, at carebo mala. 10. Fam. 9. Noſtram ſuffragationem ſi minus potentem, at probatam tamen & juſtam.
Immo eſt Tmeſis, pro Attamen. H. St. V. mox At tamen.

At, pro At vero. Cic. 1. Off. 35. Parta autem victoria conſervandi ſunt ii qui non crudeles in bello nec immanes fuerunt, ut majores noſtri Tuſculanos, Æquos, Volſcos, Sabinos, Hernicos in civitatem etiam acceperunt: at Carthaginem & Numantiam funditus ſuſtulerunt.

At certe, interpoſitis aliis verbis inter At & Certe. Cic. pro Marcell. 25. Itaque illam tuam præclariſſimam & ſapientiſſimam vocem invitus audivi, Satis te diu vel naturæ vixiſſe, vel gloriæ; ſatis, ſi ita vis, naturæ fortaſſe: addo etiam (ſi placet) gloriæ; at quod maximum eſt, patriæ certe parum.

At enim. Ter. Heaut. 4. 3. 21. At enim iſtoc nihil eſt magis Syre meis nuptiis adverſum. Cic. pro Lege Manil. At enim vir clariſſimus Reip. & veſtris beneficiis ampliſſimis affectus, Q. Catulus, &c.

At etiam, Indignantis. Ter. Eun. 5. 7. 10. At etiam primo callidum & diſertum credidi hominem. Cic. 2. Philipp. 86. At etiam miſericordiam captabas.

At jam. Plaut. Trin. 5. 2. 63. At jam poſthac temperabo. CH. dicis, ſi facies modo. Ter. And. 4. 1. 58. Faciam. PAM. at jam hoc opus eſt.

At ita. Ter. Adelph. 2. 1. 7. Leno ego ſum. Æ. ſcio. S. at ita ut uſquam fuit fide quiſquam optima.

At hercule. Plin. lib. 12. cap. 14. At hercule Alexandriæ ubi thura interpollantur. Liv. At hercule in ea controverſia quæ de Argis eſt.

At nunc. Ter. And. 1. 2. 7. Nunquam cuiquam noſtrum verbum fecit, neque id ægre tulit. S. at nunc faciet: neque (ut opinor) ſine tuo magno malo.

At poſtquam. Ter. Adelph. 4. 5. 55. At poſtquam id evenit, cedo, nunquid circunſpexti?

At nos quemadmodum eſt complexus? Caſſium ſibi legavit, &c. Cic. 6. Fam. 6.

At tamen, duæ dictiones: vel Attamen unica dictio. Ter. Andr. 5. 3. 23. Ego audiam! quid ego audiam Chreme? CH. at tamen dicat ſine. Et 4. 1. 13. At tamen ubi fides eſt, ſi roges, nihil pudet. Pro Sed tamen, vel Sed ſi tamen. Cic. 3. de Fin. Sed quanquam negent nec virtutes, nec vitia creſcere, attamen utrunque eorum fundi quodammodo & quaſi dilatari putant. Legitur in quibusdam exemplaribus Et tamen.

At tamen, interpoſitis aliquot dictionibus. Ter. Eun. 5. 2. 26. Nam ſi ego digna hac contumelia ſum maxime, at tu indignus qui faceres tamen. Cic. de Senect. 65. At moroſitas tamen, & ea quæ dixi vitia, habent aliquid excuſationis. Tmeſis eſt. V. ſupra At pro Saltem.

At vero, pro Autem. Cic. 1. de Orat. At vero filii ejus diſerti, &c.

At ut. Ter. Adelph. 2. 4. 15. Reddetur, ne time. SA. At ut omne reddat. Idem Heaut. 4. 1. 4.

Atat, Interjectio ex improviſo aliquid deprehendentis, authore Linacro. Ter. And. 1. 1. 98. Atat, hoc illud eſt, hinc illæ lacrymæ, hæc illa eſt miſericordia!

Atat, Admirantis, Conterriti item & conturbati interjectio, authore Donato. Ter. Eun. 2. 1. 22. Atat! hic quidem eſt paraſitus Gnatho militis: ducit ſecum una virginem huic dono.

Atat, Interjectio paulatim percepti atque intellecti mali. Ter. Eun. 4. 5. 1. Atat data hercle verba mihi ſunt: vicit vinum quod bibi.

Atat, Formidantis interjectio. Ter. Eun. 4. 6. 18. C. Militem ſecum ad te quantas copias adducere? atat. T. num formidoloſus obſecro es mi homo? [Atat ejusdem particulæ geminatio eſt, velut Utut, Quamquam, Jamjam, Ubiubi, & ſimilia Latini ſermonis propria. Itaque cum ſuperioris vocis exemplis hæc conjungenda ſunt, male antehac divulſa.

A T A

Ata, sive Ate, [Ἄτη] Latine dici potest Noxa, detrimentum, nocumentum. Hanc existimavit Homerus esse Dæmonem humano generi noxium. In lib. siquidem Iliad. 9. Grassatur (inquit) Ate per universam terram hominibus infesta. Hanc eandem author est Suidas dæmonem esse humano generi infensum & adversarium, qui Diabolus dicitur, sic enim ait, Ἄτη ὁ διάβολος, ὁ ἀλάστωρ. Ejus lapsum e cœlo, Homer. lib. 19. Iliad. describit. De ea Bessario sic meminit lib. 3. in calumniatorem Platonis, Luciferum vero (inquit) sua culpa ejectum in terram, execrandumque, illi quoque didicerant ab Homero suo theologo, qui sive beneficio quodam naturæ, sive Mosis prophetæ scriptis carmine suo exposuerat lapsum Luciferi, quam ille Aten appellat. Budæus.

Atabŭlus, [Ἀτάβυλος] Ventus in Apulia ferventissimus. Hor. 1. Serm. 5. 78.

Incipit ex illo montes Apulia notos
Ostentare mihi, quos torret Atabulus.

Plin. lib. 17. cap. 24. Vel flatus alicujus regionis proprius, ut est in Apulia Atabulus. Ita dictus, quasi ἀπὸ τοῦ ἄτην βάλλειν, id est, nocumentum pestilentiamque afferre. Sic & Commentator Horatii affert hanc originem, & dicit nunc Atabo (vocatur viz.) Sed quomodo, si a βάλλω, habet βυλος, non βολος? H. St.

Atabuli, [Ἀτάβολοι] Æthiopiæ populi, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 30.

Atabyria, [Ἀταβυρία] Unum ex vetustis insulæ Rhodi nominibus, ductum ab Atabyro rege, ut Plinio placet lib. 5. cap. 31. sive (ut alii malunt) ab Atabyri, editissimo totius insulæ monte.

Atabyris, [Ἀτάβυρις] Mons est editissimus totius Rhodi insulæ, Jovi Atabyrio sacer, cujus meminit Strabo lib. 14. Steph. Atabyrus.

Atabyrius Jupiter, [Ἀταβύριος Ζεὺς] Vocatus a monte Rhodi insulæ Atabyro (ut ait Stephanus) vel Atabyri, ut Strabo. Lactantius lib. 1. Inst. c. 22. non a monte Jovem Atabyrium nuncupatum prodit, sed ab Atabyrio hospite, & adjutore bellorum, sicut & Labradæus.

Atacĭni, [Ἀτακῖνοι] Populi Narbonensis provinciæ, Atacis amnis accolæ, qui circa Narbonem Martium fluit: a quo & nomen acceperunt. Meminit horum Pomponius lib. 2. & Hermolaus in Plinium.

Atagen, V. attagen.

Atalanta, vel Atalante, [Ἀταλάντη] Exigua est Archipelagi insula Eubœæ adjacens, e regione Opuntiorum: cujus meminit Thucydides lib. 2 & Pausan. in Phoc.

Atălanta, [Ἀταλάντη] Virgo venatrix in Arcadia, filia Jasii. Hæc cum proceribus venit ad occidendum aprum devastantem Ætoliam, quem etiam ipsa prima vulneravit. Quare a Meleagro filio regis Ætoliæ ardenter est adamata, ut tradit Ovid. 4. Epist. 99.
Fuit & altera Atalanta filia Schœnei regis, in Scyro insula, cursu nobilis, & poetis cantatissima, cujus omnem fabulam Ovid refert 10. Met. 565. qui unicam facit Atalantam. De venatrice quidem illa sic ait 8. Met. 318.

Venit Atalante Schœnei pulcherrima virgo, &c. & 10. Met. 565.

ill. m cursu nobilem vocat semel & iterum Schœneiam,

Talia dicentem molli Schœneia vultu Aspicit. Propert. lib. 1.

1. 9. Vocat Iasidem, quasi Iasii filiam. Sic enim ait

Milanion nullos fugiendo, Tulle, labores
Sævitiam duræ contudit Iasidos.

Eandem paulo post appellat Velocem puellam.

Atalanta Mænalia. Ovid. 4. Epist. 99.

Arsit & OEnides in Mænalia Atalanta.

OEnidem vocat Meleagrum. [Versum Ovidii ex 8. Met. non agnoscunt codd. MSS. Unde & a Viris doctis, ut spurius ejectus est. Ceterum duas Atalantas, Arcadicam alteram Jasii filiam, a Meleagro adamatam, & ab eodem apri Calydonii exuviis donatam, alteram Bœoticam Schœnei filiam cursu cum procis certare solitam fere confundi ad eundem locum plenius Micyllus docuit. Eandem tamen Venatricem & Cursu nobilem Atalanten facit Pausanias quoque in Arcadicis. V. Apollod. l. 3.

Atalantæus, Adj. [Ἀταλάντειος] Stat. 4. Theb. 309.

Jamque Atalantæas implerat nuntius aures.

Atanuvium, est Poculi fictilis genus, quo in sacrificiis Romani utebantur sacerdotes Potitii. Festus.

Atargata, V. atergatis.

Atarna, [Ἀτάρνα Stephano] Urbs fuit in ora Mysiæ, e regione Lesbi.

Atarnes, [Ἀτάρνης] Darii Persarum regis frater, filius Hystaspis, cujus filiam unicam nomine Phratagunam Darius uxorem duxit, ut testatur Herodot. lib. 7.

Atarnides, Atarnæ tyrannus, de quo Ovid. in Ibin, 319.

Aut ut Atarnides insutus pelle juvenci,
Turpiter ad dominum præda ferare tuum.

Quidam Acharnides legunt, sed Turnebus Adv. 9. 25. sic emendat, & de Hermia Atarnæ tyranno intelligit, Aristotelis necessario & percharo. Locus obscurus & dubiæ lectionis.

Atarnus, [Ἄταρνος] Fluvius est Italiæ, in ora Pherentanorum, per agrum Adrianum in mare Adriaticum illabens. Plin. lib. 3. cap. 12. & 13.

Atat, V. at.

Ataulphus, Gothorum rex fuit, qui, Roma debellata, eo vesaniæ processit, ut quemadmodum Cæsares, sic in posterum Romanos principes Ataulphos cognominari destinarit: a quo instituto, sicut a pluribus aliis, postea desitum est. Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 2.

Atauri, Boves vocabantur in Epiro, intactæ veneris, ut incrementum ampliter caperent, quasi Setauras dicas. Cæl. lib. 6. cap. 7.

Atăvus, i. m. [πέμπαππος] Abavi vel Abaviæ pater. Sic enim majores gradatim ascendendo enumeramus, Avus, proavus, abavus, atavus, tritavus. Festus, Atavus, quia ata (vel atta) est avi, id est pater, ut pueri usurpare solent ubi Abavi cum Dacerio legendum. Ter. Phorm. 2. 2. 47. Primus esses memoriter progeniem vestram usque ab avo, atque atavo proferens. Cic. pro Cœlio, 33. Non patrem tuum videras? non patruum, non avum, proavum, atavum audieras Consules fuisse?

Avis atavisque potens. Virg. 7. Æn. 56. de Turno.

Mæcenas atavis edite regibus. Hor. 1. Carm. 1. 1.

Atavi, proavique. Ovid. 1. Amor. 8 17.

Evocat antiquis proavos, atavosque sepulcris.

Ut Atavus, sic Atnepos. H. St. [Falsus est igitur in etymo Festus, & potius Atavus dicitur, pro Adavus, media in tenuem conversa, (V. in D litera) sicut Atnepos pro Adnepos.

Atax, ăcis. [Ἄταξ] Clarus fluvius provinciæ Narbonensis. Lucan. lib. 1. 403.

Mitis Atax gaudet Latias non ferre carinas.

Atax pro Ipsis populis Atacem accolentibus accipitur a Tibullo, lib. 1. 7. 4.

Quem tremeret forti milite victus Atax.

A T E

Ate, V. ata.

Ateas, [Ἀτέας] Nomadum regis nomen, qui adversus Philippum Amyntæ filium bellum gessit. Strabo lib. 7.

Atechnia, æ. [ἀτεχνία] Ruditas, imperitia. Quintil. lib. 2. cap. 21.

Atella, Atellanus. V. attella.

Ater, Mons in regione Cyrenaica. Plin. lib. 5. cap. 5. Item Cydamum e regione Sabratæ. Ab his mons longo spatio in occasum ab ortu tendit, Ater nostris dictus a natura, adusto similis, aut solis repercussu accenso.

Ater, atra, atrum, [μέλας, ἀνθρακίας] Quod refert colorem carbonum. Plin. lib. 30. cap. 2. Pecudes vero, quibus non nisi ater color esset. Ter. Adelph. 5. 3. 63. Tam excoctam reddam, atque atram, quam carbo est. Albus an ater sis nescio. Proverbiale, De homine plane ignoto. V. albus. Alba & atra discernere non poterat Democritus, luminibus amissis. Cic. 5. Tusc. 114.

Agmen atrum. Virg. 12. Æn. 450. i. e. Densum. Conf. Seges infra.
Bilis atra. Cic. 3. Tusc. 11. Hanc enim insaniam, quæ juncta stultitiæ patet latius, a furore disjungimus. Græci volunt illi quidem, sed parum valent verbo, quem nos furorem, μελαγχολίαν ipsi vocant. Quasi vero atra bili solum mens, ac non sæpe vel iracundia graviore, vel timore, vel dolore moveatur. Festus, Atra bilis, ab atro, id est animi vitio dicta. Est enim atrum, Nigrum: i.e. A candore (animi scil.) remotum.
Calculus ater. Ovid. 15. Met. 44.
Caligo atra. Virg. 11. Æn. 36.
Color. Ovid. 4 Met. 165.
Cruor. Hor. Epod. 17. 31.
Cupressus. Virg. 3. Æn. 64. i. e. Nigra, funesta, nam inferis consecrata est: quia cæsa nunquam revirescit. Hæc Servius.
Curæ. Hor. 3. Carm. 1. 40.
Dies, Funesta. Virg. 6. Æn 429.
Dies atri. Gell. lib. 5. cap. 17. Verrius Flaccus in quarto de Verborum significatione, dies qui sunt postridie Calendas, Nonas, Idus, quos vulgus imperite nefastos dicit, propter hanc causam atros dictos habitosque esse scribit. Hinc, Ater lapillus, quo Nefasti dies signabantur. Ovid. 1. de Arte Am. 418.

Ultima namque dies atro signanda lapillo.

Et Atrati dicti, quos Pullatos Cicero vocat.
Elephas. Sil. 3. 463.
Erinnyes atræ. Ovid. 10. Epist. 103.
Fames. Claudian. 4. Paneg.
Fila Parcarum. Hor. 2. Carm. 3. 16.
Fluctus. Virg. 5. Æn. 2.
Formido. Virg. 12. Æn. 335.
Homo. Catull. 90. 2.
Hyems. Virg. 7. Æn. 214.
Ingluvies, Fœda. Virg. 3. Georg. 430.
Lapilli atri, quibus Nivei opponuntur. Ovid. 15. Met. 41.

Mos erat antiquis, niveis atrisque lapillis
His damnare reos, illis absolvere culpa.

Luctus. Sen. Herc. fur. 9.
Lux. Sen. Hippol. 1217.
Mare, i. e. Turbidum. Hor. 1. Epist. 7. 16.
Nemus. Virg. 1. Æn. 169.

— horrentique atrum nemus imminet umbra.

Ubi Servius, Tropus est, per atrum, nigrum ostendit: per nigrum, umbrosum: per umbrosum, densum; id est frondibus plenum. [Inepte. V. quæ ad v. arista notavimus. Nullus hic tropus est, siquidem Umbra, densioribus in silvis revera atra apparet aspectu.
Nox. Virg. 1. Æn. 89.
Nubes, Altæ. Virg. 10. Æn. 308. Servius, Nisi potius Atras nubes pro Prægnantibus & spissis ac densis accipias. conf. Tempestas.
Odor. Virg. 12. Æn. 591.

Volvitur ater odor.

Ubi Servius, Ater odor, Nove, nam in odore quis color est? sed hoc dicit, Odor ater, fumi scilicet. Ater odor, id est Pessimus; ut ibid. 587. — fumoque implevit amaro.
Olus. Columel. lib. 12. cap. 7. V. olusatrum
Panis. Ter. Eun. 5. 4. 17. Quo pacto ex jure hesterno panem atrum vorent. Ubi Donatus, Panem atrum, hoc est (ut quidam volunt) ex antiquitate mucidum, quasi dicat, Panem mucidum hesterno jure accipientes deglutiunt.
Piscis, i. e. Odiosus. Hor. Arte Poet. 3.
Sanguis, pro Sanie. Virg. 3. Æn. 221.

Visceribus miserorum, & sanguine vescitur atro.

Servius.
Seges, Virg. 7. Æn. 525.

— Atraque late
Horrescit strictis seges ensibus.

[i. e. Densa viris, ut Agmen atrum supra. Fertilem Serv. exponit, inscite.
Signa, Indicium triste futuri mali. Stat. 1. Achil. 129.
Speluncæ. Virg. 1. Æn. 60.
Tempestas. Virg. 5. Æn. 693. Aspectu, viz.
Timor. Virg. 9. Æn. 719. i. e. Turpis, ut placet Turnebo.
Tigris, Sæva. Virg. 4. Georg. 407. Servius.
Venenum. Virg. 2. Æn. 130. Ubi Servius, Atrum venenum, ut Pallida mors, Tristis senectus.
Vinum. Plaut. Men. 5. 5. 17. Album, an atrum vinum potas?
Compar. Plaut. Pœn. 5. 5. 11. Atrior ut multo fiet quam Ægyptii.

Atrātus, Adj. [μελανείμων] ut, Atratus fluvius, Atro colore tinctus. Cic. 1. de Divin. 68. Quid, quod fluvius atratus sanguine fluxit?
Atratus, Veste lugubri indutus. Cic. in Vatin 30. Cedo quis unquam cœnavit atratus? ita enim illud epulum est funebre, ut munus sit funeris, epulæ quidem ipsæ dignitatis. conf. Varro 7. de L. L. 7.

Atricŏlor, ŏris. Adj. Quod atrum habet colorem. Plin. lib. 7. cap. 2. Alios juvenes atque pueros, atricolores, aligeros, claudos, &c.

Atrĭtas,

Atrĭtas, atis. denom. Plaut. Pœn. 5. 5. 11. Ita replebo atritate, ut atrior multo fiet quam Ægyptii. Festus, Atritas, Atri coloris. Inusitatum.

Atritūdo, ĭnis. f. [μελανία] Idem. Gloss. Gr. Lat.

Atror, ōris. [μελανία] pro Atritate. Gell. lib. 2. cap. 26. Rubidus autem est, rufus, atrore nigroreque multo mistus.

Atramentum, i. n. [μελανθηρία] ab Atro colore deducitur: cujus duo genera sunt: atramentum scriptorium, quod & librarium dicitur, & a tectoriis, tectorium, quo in scribendo ac pingendo utimur: & atramentum sutorium, quod inficiendis pellibus sutores usurpant. Hæc Perottus.

Atramentum scriptorium, sive librarium [μέλαν] Cic. 2. Q. frat. 14. Calamo & atramento temperato, charta etiam dentata res agetur. Vitruv. lib. 7. cap. 10. Quæ (fuligo) circa parietem & cameræ curvaturam adhærescit, inde collecta partim componitur ex gummi subacto ad usum atramenti librarii: reliqua tectores glutinum admiscentes in parietibus utuntur. Hor. 2. Epist. 1. 235.

Atramentum sutorium [χάλκανθος] Plin. lib. 20. cap. 12. Verrucas misto atramento sutorio tollit. Cels. lib. 6. cap. 8. Cic. 9. Fam. 21. extr. Jam pater ejus accusatus a M. Antonio, sutorio atramento absolutus putatur. i. e. Judicum corruptela, non citra infamiam: est enim ejusmodi sutorium atramentum, ut neque magnopere atram imprimat notam, neque nullam tamen illinat maculam. Plin. lib. 34. cap. 12. Græci cognationem æris fecerunt nomine & atramento sutorio, appellant enim chalcanthum. Hæc Plin. Colligitur ex ære, unde Græcis nomen χάλκανθος, quasi dicas, Flos æris, vulgo *Vitriol simple*. V. Erasm. in Adag. Sutorium atramentum. [V. & Viris doctis ad Cic. notata. Probabilis videtur P. Manutii sententia, Papirium, chalcantho sumpto voluntaria morte damnationem antevertisse, ut de simili Clodii Quirinalis facto Tacitus loquitur, Ann. 13. 30. Alia exempla in Romana historia obvia sunt, ut in eadem Cic. Ep. C. Carbonis, & C. Licinii Macri apud Valer. l. 9. c. 12. 7. Quamvis enim hæc vera Absolutio non sit, tamen quia pœnam & damnationis infamiam ita reus effugiebat, Absolutus dici potest. Nam quod Cl. Verburgius simplici verbo Solutus legendum putat, id mihi non persuadet. Neque enim, ut Morbo, Senectute, vel Inedia solvi quis dicitur, ita Veneno quoque solutus recte dicetur, qui veneno sumpto mortuus est.

Atramentum [τὸ μέλαν, θολός] Liquor niger Sepiæ piscis, quem pro Sanguine ei esse putat Plin. lib. 9. cap. 19. Cic. 2. de Nat. Deor. 127. Atramenti effusione sepiæ tutantur. V. Rondelet. de Piscib. l. 17. c. 2.

Atramentārium, i. n. [μελανοδοχεῖον] Vasculum quod atramentum continet. Valla 1. 6.

Ateramna, [ἀτέραμνα] A Theophrasto appellantur Legumina coctu contumacia: cujusmodi Plato ea esse tradidit, quæ per boum cornua ferendo in terram ceciderunt. Græcis enim ἀτέραμνος idem est, quod Incoctilis & indomitus. V. Ruell. lib. 2. cap. 38. & Galen. lib. de Cib. bon. & mal. succ.

Ateramnos, [ἀτέραμνος] Herba. Plin. lib. 18. cap. 17. Circa Philippos ateramnon nominant, in pingui solo herbam, qua faba necatur: teramnon, qua in macro, cum udam quidam ventus afflavit. ubi Hard. V.

Atergătis, [Ἀτεργάτις] Dea est Sidoniorum, quæ & Athara, & Atargata, & Derceto, & Dagon appellata est. V. in dictione DERCETO. & plenius hæc disquirentem Seldenum de Diis Syris, Synt. 2. c. 3.

Aterina Lex, Qua constituti sunt in oves singulas æris deni, in boves æris centeni: quo tempore mulcta dicebatur a magistratibus pecoris & armenti. Meminit Gell. lib. 11. cap. 1. Alii Ateriam rectius vocant. V. Hotoman. & ad loc. Gronov. & v. seq.

Aterius, Orator. V. ACHERIUS. [Quanquam rectius hoc modo scribi putem id nomen, vel ut alii, cum adspirata. ap. Sueton. in Tib. c. 29. Q. Haterii mentio fit, ap. Cic. 9. Fam. 18. Atheriani vel Hateriani juris. Quibus addas licet Haterium Agrippam, & alium Antoninum cognomine ap. Tacit. De Ateria lege in d. præced.

Aternus, Fluvius Italiæ inter Ferentanos. Author Plin. Nunc vulgo dicitur Pescaria fluvius. Testis Olivarius in Melam.

Atēsinus, [Ἀτησινός] Fluvii nomen, ut docti censent, corruptum, quem Strabo l. 4. Ex Alpibus Penninis in Istrum delabi docet. Sed V. Casaub. ad l.

Atesis, V. ATHESIS.

Ateste, [Ἀτέστη] Civitas regionis Venetæ, ut tradit Plin.

Atestīnus, Adj. Atestina Sabina. Martial. 10. 93.

A T H

Athamānes, [Ἀθάμανες] Populi sunt Ætoliæ, de quibus Plin. lib. 4. cap. 2. quorum regio ATHAMANIA.

Athămas, antis. [Ἀθάμας] Æoli filius, pater Phryxi & Helles, poetarum carminibus notissimus. Ovid. 4. Met. 420. V. infra in dictione INO.

Athamas, etiam est Thessaliæ mons, ut habet Plin. lib. 4. cap. 8.

Est etiam Fluvii nomen, qui decrescente Luna, ligna sibi admota incendit. Ovid. 15. Met. 311.

Admotis Athamantis aquis incendere lignum
Narratur, minimos cum luna recessit in orbes.

Athamanta, accusat. Ovid. 4. Met. 466.

— Athamanta superbum
Regia dives habet.

Athamas infelix. Stat. 1. Theb. 13.

Torvus Stat. 2. Sylv. 1. 143.

Athamantēus, Adj. [Ἀθαμάντειος] Ovid. 4. Met. 49.

Athamantĭcus, aliud Adj. Plin. lib. 20. cap. 23. Meum in Italia non nisi a medicis seritur, & iis admodum paucis. Duo genera ejus. Nobilius Athamanticum vocant, illi tanquam ab Athamante inventum, hi quoniam laudatissimum in Athamania reperiatur.

Athamantiădes, i. e. Phryxus, Melicertes, & Learchus Athamantis filii.

Athamantis, idos. f. [Ἀθαμαντίς] Ino, vel Leucothea. Propert. 1. 20. 19.

Et jam præteritis labentem Athamantidos undis
Mysorum scopulis applicuisse ratem.

De Argo navi intelligit. Undas autem Athamantidos, Ionium mare intelligit, quoniam in illud Ino cum Melicerta puero ex altissimo scopulo præcipitem se dedit, & a Neptuno in deos mutati, hic Palæmon, illa Leucothea appellata postmodum fuit. conf. Ovid. 4. Met. 120.

Athanasius, [Ἀθανάσιος] Præsul Alexandrinus seculo quarto educatus ab Alexandro ejus civitatis præsule, olim diaconus in concilio Niceno fuit. Arrianorum deinde plurimas perpessus insidias, ad Constantem Galliarum principem aufugit. De quo plura apud Volaterr. Athanasios varios recenset Fabric. Bibl. Græc. vol. 5. p. 298.

Athanatus, [ἀθάνατος] Vir prodigiosarum virium, de quo sic Plin. lib. 7. cap. 20. Nos quoque vidimus Athanatum nomine, prodigiosæ ostentationis, quingenario thorace plumbeo indutum, cothurnisque quingentorum pondo calciatum per scenam ingredi.

Athara, V. ATERGATIS.

Athara, [ἀθάρα] Medicamentum ex olyra, sive siligine, infantibus utilissimum, quo tamen & adultos illinunt. V. Plin. lib. 22. cap. 25. Dioscor. ἀθήραν vocat lib. 2. cap. 85. ut & Galen. lib. 1. de Alim. facult.

Atharrhabite Præfectura, [Ἀθαῤῥαβίτη νόμος] Una est ex Ægypti præfecturis: de qua V. Plin. lib. 5. cap. 9.

Athēna, [Ἀθήνη, ης, ἡ.] ut nonnulli putant, dicta est Minerva, quasi Athrena, ἀπὸ τοῦ ἀθρεῖν, quod Videre significat. Palladem enim intelligunt prudentiam, quæ omnia prospiciat, & intellectualem providentiam. Mythici tamen sic dictam tradunt, quod de Jovis capite prosilierit integræ puella ætatis, nec ubera sugere fuerit necesse (quod θηλάζειν dicunt Græci) ut scribit Eustathius: ut dicta sit ἀθήνη, Athena, quasi Athela, ἀθήλη, quod lactata non sit. Cæl. lib. 14. cap. 18.

Athēnæ, arum. [Ἀθῆναι] Civitas Græciæ celeberrima inter Achaiam & Macedoniam: quæ nomen accepit a Pallade dea sapientiæ, quæ Græce dicitur Ἀθήνη. Varro 7. de L. L. 18. Quum trinæ fuerint Athenæ, ab una dicti Athenæi, ab altera Athenienses, a tertia Athenæopolitæ. [Infra tamen ab Athenis Atticis Athenæus & Atheniensis.] Serv. in illud 1. Georg. 12.

— tuque ô, cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa tridenti,
Neptune.

Quum (inquit) Neptunus & Minerva de Athenarum nomine contenderent, placuit diis ut ejus nomine civitas appellaretur, qui munus melius mortalibus obtulisset. Tunc Neptunus percusso litore, equum animal bellis aptum produxit. Minerva, jacta hasta, olivam creavit, quæ res est melior comprobata, & pacis insigne. Equum autem a Neptuno progenitum alii Scythium, alii Syronem, alii Arionem dicunt fuisse nominatum. Et ideo dicitur equum invenisse, quia velox est ejus numen & mobile, sicut mare. Unde etiam Castor & Pollux, quia eorum velocissimæ stellæ sunt, equos in tutela habere dicuntur. Hæc Servius, qui etiam meminit in Virg. 8. Æn. Sabinus paulo aliter recitat. V. Rhodig. lib. 14. cap. 18. Athenas sex memorat Steph. Byz. q. V.

Bonæ Athenæ. Hor. 2. Epist. 2. 43.

Adjecere bonæ paulo plus artis Athenæ.

Claræ. Ovid. 5. Met. 652.

Doctæ. Ovid. 2. Epist. 83. Propert. 1. 6. 13.

Inventrices omnium doctrinarum. Cic. 1. de Orat. 13. Ut omittam Græciam, quæ semper eloquentiæ princeps esse voluit: atque illas inventrices omnium doctrinarum Athenas, in quibus summa dicendi vis & inventa est & perfecta.

Invictæ. Stat. 12. Theb. 586.

Palladiæ. Ovid. 7. Met. 723.

Pandioniæ. Ovid. 15. Met. 430. a rege Pandione sic dictæ.

Vacuæ, i. e. Otio literarum deditæ. Hor. 2. Epist. 2. 81.

Athenis dimidium licet, Alexandriæ totum. Sen. in Apocolocyntosi, Quare, inquit, quæro tantum sororem suam stulte studere: Athenis dimidium licet, Alexandriæ totum. Proverbialis figura hoc sensu, Alexandriæ quidvis facere licet, & Ptolemæi suas sorores incestarunt: Athenis licet dimidium. Legimus enim apud Athenienses fuisse sorores in matrimonio fratrum. Cimon enim sororem Elpinicen duxerat uxorem: sed hujus incesti major erat & impunitas & licentia apud Alexandrinos. Aut hoc ait, quia Athenis uterinas ducere non licebat, cum liceret germanas eodem patre natas, ut ex Philone patet. Contra Lycurgus incestas nuptias censuit germanarum sororum, uterinarum permisit. Sic illi dimidium concessere. Sed Ægyptii omnium sororum nuptias legitimas habuere. Turneb. Adv. 18. 13.

Atheniensis, Adj. [ἀθηναῖος] Cic. pro Flacc. 62. Adsunt Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, jura, leges ortæ, atque in omnes terras distributæ putantur.

Attica & Atticus. V. s. l.

Athenæus, aliud Adj. Est & Athenæis in mœnibus. Lucret. 6. 749. V. ad Varronis loc. cit. in ATHENÆ supra.

Athēnæum, [Ἀθήναιον] Locus erat Romæ, Minervæ dicatus, ubi Rhethores & poëtæ scripta sua recitabant. Jul. Capitol. in Gordd. c. 3. Postea vero, ubi adolevit, in Athenæo controversias declamavit. V. eund. in Pertin. c. 11. & Lamprid. in Alex. Sever. cap. 35. & Henr. Steph. Thes. Græc.

Athenæum [Ἀθήναιον] Campaniæ promontorium. Strab. Pompeiis contiguum est Campanorum Surrentum: unde Athenæum (id est Minervium) prominet, quod quidam Prenussum nominant promontorium, in cujus extremo Minervæ fanum est ab Ulysse conditum. Hæc ille lib. 5.

Athenæus, [Ἀθήναιος] Philosophus e Seleucia Ciliciæ peripateticus doctissimus, Augusti tempore, princeps aliquandiu patriæ suæ: deinde contracta amicitia cum Muræna, qui contra Augustum conspiraverat, cum illo aufugit captusque ac dimissus, quum insons reperiretur. revertens autem Romam, multis eum salutantibus & interrogantibus, illud Euripidis in Hecuba respondit,

Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπών, i. e. Advenio ab imis atque cæcis inferûm tenebris.

Sed breve tempus supervixit, a ruina domus, ubi habitabat, per noctem oppressus. Hæc Strab. lib. 14.

Athenæus alius, Naucratita grammaticus fuit, M. Antonini principis tempore. Hic librum Dipnosophistarum composuit, varium opus & eruditum, ut Plinius alter Græcus fere dici possit: quod ad nos sane haudquaquam integrum pervenit, ejus epitome ab Hermolao Byzantio tantum relicta. Auth. Suid.

Fuit præterea hoc nomine, Quidam statuarius Olympiade CLV, de quo Plin. lib. 34. cap. 8. Athenæos novem præter Naucratiten memorat Fabric. Bibl. Græc. l. 4. c. 20. §. 5. q. V.

Athenagoras, [Ἀθηναγόρας] e Philosopho gentili Christianus, qui Scholæ Alexandrinæ præfuit & Apologiam pro religione Christiana scripsit, ad M. Aurelium Antoninum & L. Commodum, itemque de Mortuorum resurrectione librum.

Item Græcus, qui in bello Perſico pro parte Darii ſtetit. V. Curt. 4.5.15.
Item Scriptor de Agricultura. V. Varr. 1. 1. R. R.

ATHENAIS, [Ἀθηναΐς] Ex Erythris mulier quædam divinatrix, Alexandri temporibus, ut ſcribit Strabo lib. 14.

ATHENIO, [Ἀθηνίων] Siculus fuit, qui Drepanetis deficientibus, cum capita factionis aſſumeret, interempto domino, & ex ergaſtulis coacta ſervorum manu, & comitibus voluntariis, regnum ſibi aſcivit. Hinc pro ſigno defectionis uſurpari ſolitum eſt, Athenionem vocare. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 2.
Athenion alius, Pictor inſignis fuit, Glaucionis Corinthii diſcipulus, cujus opera memorantur a Plin. lib. 35. cap. 11.

ATHENIS, idis. Statuarius inſignis, Hipponactis jambis laceratus. Suidas in ἱππῶναξ. Plin. l. 36. c. 5. a pr. ex emend. Alciat. cum antea Anthermus vel Anthemus legeretur. V. Hard. ut & Viris Doct. not. ad Ovid. Ibin. v. 525.

ATHENODŌRUS, [Ἀθηνόδωρος] Athenienſis philoſophus Stoicus, præceptor Dionyſii Areopagitæ. Compoſuit opus varium, quod Διάφορα inſcripſit. Emicuit Auguſti temporibus. Auth. Suid.
Fuit item Athenodorus, Sculptor eximius. Plin. lib. 36. cap. 5.

ATHENOPOLIS, [Ἀθηνόπολις] Oppidum Maſſilienſium. Plin. lib. 3. cap. 4.

ATHEOS, i. m. [ἄθεος] Sine Deo, impius, qui nullum credit eſſe Deum, atque a Deo omnem vim divinam tollit. quod convicium in Epicurum & Lucianum jactabatur. Cic. 1. de Nat. Deor. 63. Quid? Diagoras, Atheos qui dictus eſt, poſteaque Theodorus nonne aperte Deorum naturam ſuſtulerunt. Scribitur & Latina terminatione Atheus.

ATHER, ris. [ἀθὴρ] In hordeo dicitur Summa ſpicæ cuſpis, ut ex Galeni authoritate docet Ruell. lib. 1. cap. 2.

ATHERŌMA, ătis. n. [ἀθέρωμα] Tuberculum quod & in cervice, & in alis, & in lateribus oriri ſolet. Celſ. lib. 7. cap. 6.

ATHESÍNUS, V. ATESINUS.

ATHĔSIS, [Ἄθεσις] Fluvius qui ex Tridentinis Alpibus Tridentum alluit, & Veronam dividit. Plin. lib. 3. cap. 16. Virg. 9. Æn. 680.

Sive Padi ripis, Atheſim ſeu propter amœnum
Conſurgunt geminæ quercus.

Apud Claud. 6. Conſ. Hon. 196. legitur Atheſis velox. Germanis *die Etſch*.

ATHLETA, [ἀθλητὴς] Latine Luctator & certator dicitur, a verbo ἀθλέω deductum. Latini hac dictione tanquam nativa utuntur: niſi quod vocativum Græcum nominativi loco uſurpant, Macedonum ac Theſſalorum conſuetudine. Plin. lib. 11. cap. 53. Ideo athletas malunt cibos ambulatione perficere. Cic. 2. Tuſc. 56. Faciunt idem quum exercentur athletæ. Ulp. in l. Athletas. D. de his qui notantur infamia. Athletas autem Sabinus & Caſſius reſponderunt omnino artem ludicram non facere. Virtutis enim gratia hoc eos facere. Hi ſi ter victores extitiſſent, & tribus coronis de publico donabantur, & civilium munerum vacationem conſequebantur, ut apparet ex titulo de Athletis in codice.
Athletæ certo quodam victu utebantur, & neceſſario ad comparandas vires firmitatemque corporis. Unde Athletica habitudo, pro Corpulenta & firma. Budæus.
Vide Dictionem Ἀναγκοφαγία. H. St. in Theſ. viz. Græco.
Subduc cibum unum diem athletæ, &c. Cic. 2. Tuſc. 40.
Athletarum ſtudia. Hor. 2. Epiſt. 1. 95.

ATHLETĬCUS, [ἀθλητικὸς] Adj. ut, Athleticum certamen. In vet. Inſcript. ap. Reineſ. Claſſe 5. n. 44. Unde apparet, Lucta, Pancratio, & Pygme ſeu Pugilatu genus totum conſtitiſſe. V. Hier. Mercurial. de Arte Gymn. & Petri Fabri Agoniſticon.
Athleticus victus, i. e. Ad certam legem adſtrictus, quali athletæ uti ſolebant. Celſ. lib. 4. cap. 6.

ATHLETĬCA, æ. f. [ἀθλητικὴ] pro Arte certandi uſurpatur a juriſconſultis. Plin. lib. 7. cap. 56. Hercules Olympiæ athleticam invenit.

ATHLETICE, Adv. [ἀθλητικῶς] ut, Athletice valere, pro Optime & firmiſſime, authore Budæo. Plaut. Epid. 1. 1. 19. Quid herilis noſter filius valet? T. Pugilice, atque athletice valet. Idem Bacch. 2. 3. 14. Benene uſque valuit? C. Pancratice, atque athletice.

ATHLOTHĔTA, æ. m. [ἀθλοθέτης, βραβευτὴς, ἀγωνοθέτης] Qui ludos præbet, & præmium certantibus proponit. Athlothetæ in gymnicis ludis erant, h. e. Curatores conſtitutoreſque certaminum, iidem qui βραβευταὶ & agonothetæ. Horum erant lictores maſtigophori, id eſt, flagriferi, ad ſummovendam turbam & cohibendas ſeditiones. Budæus. [V. Van Dale Diſſ. 7. qui plenius hoc munus exponit, ubi ſimul docet Athlothetam ab Agonotheta non aliter differre, niſi quod vox prior magis ad Gymnici poſterior ad Muſici certaminis moderatorem pertineat. Dixerim potius hanc latius ad quodvis certamen pertinere, illam ad Athleticum proprie.

ATHOCHARI, [Ἀθωχάριοι] Populi ſunt Scythici in Aſia, apud Herodotum.

ATHŌS, vel ATHŌN, [Ἄθως] Mons eſt Thraciæ, adjacens Lemno inſulæ. Virg. 12. Æn. 701.

Quantus Athon, aut quantus Eryx.

Ubi Servius, Si Athos legeris, os brevis eſt, & verſus non ſtat. Athon autem dici accuſativus indicat. nam hunc Athona facit, ſicut Apollon Apollona. Sed V. Pier. & Cerd. ad loc.
Athos glacialis. Claud. in Bell. Gigant. 68.
Præruptus. Sen. OEth. 2.
Profundus nivibus. Claudian. in pr. Conſ. Stilich. 126.
Vaſtus. Claudian. in Bell. Get. 177.
Velificatus. Juven. 10. Sat. 174.
Atho, accuſat. Atticus, apud Virg. 1. Georg. 332.

— ille flagranti
Aut Atho, aut Rhodopen, aut alta Ceraunia telo
Dejicit.

Hic quoque Athon non nulli codd. V. Pier.

ATHRAX, V. ATRAX.

ATHRULLA, [Ἄθρουλλα] Oppidi Arabiæ nomen, cujus meminit Strabo lib. 16.

ATHYMBRUS, [Ἄθυμβρος] Nomen viri proprium, quem Strabo ſcribit lib. 14. una cum fratribus Athymbrado & Hydrelo Lacedæmone profectum, & quemadmodum fratres, urbem quoque de ſuo nomine condidiſſe.

A T I

ATILIA, Gens Romæ antiqua & nobilis, familias habuit patricias & plebeias. Ex patriciis Longi cognomento memorantur, ex Plebeiis Reguli, Serani vel Sarani, Calatini. V. Fulv. Urſin. Inter Regulos præcipue celebratur ab hiſtoricis M. Atilius Regulus, qui bellum cum Salentinis geſſit, deque eis triumphavit. Florus lib. 1. cap. 20. Qui Conſul iterum cum L. Manlio Vulſone, Amilcare Carthaginienſium duce navali prælio victo, in Africam trajecit, duos Aſdrubales & Amilcarem acie vicit. Proconſul a Carthaginienſibus, Xantippo Lacedæmonio duce, acie victus, captusque eſt, XXX. M. ſuorum cæſis, captis XV. Ab iis de captivis permutandis juratus ad Senatum miſſus, reddi captivos negavit utile eſſe. Ipſe cum Carthaginem rediiſſet, vigilando crudeliſſime eſt necatus. Epit. Liv. 18. Polyb. 1. Appian. in Punicis. Florus lib. 12. cap. 2. Gell. lib. 6. cap. 4. Cic. 2. de Fin. 65. & Off. 1. 39. Valer. lib. 1. cap. 1. & lib. 4. cap. 4. & lib. 9. cap. 2. Liv. lib 28. & 30. Fabulam tamen eſſe quicquid de necato per cruciatus Regulo ſcriptum eſt contendit Jac. Palmerius Exerc. ad Appian. p. 151. q. V.
Ex Calatinis præcipue celebratur A. Atilius Calatinus qui primus exercitum extra Italiam Dictator duxit, authore Dione lib. 36. In hujus ſepulcro Cato apud Ciceronem hoc elogium inciſum fuiſſe refert: UNO ORE CUI PLURIMAE CONSENTIUNT GENTES, POPULI PRIMARIUM FUISSE VIRUM. in 2. de Fin. 116.

ATILIĀNUS, Adj. Prædia Atiliana. Cic. 5. Att. 1.

ATIMĒTUS, [Ἀτίμητος] Libertus Cæſaris, ut ipſe teſtatur in marmore dicato cineribus uxoris Homonœæ, cum epitaphio pulcherrimo, quod ſe legiſſe Romæ Tortellius teſtatur.

ATĪNA, [Ἄτινα] Civitas Latinorum mediterranea, juxta Pontinas paludes. Virg. 7. Æn. 630.

Tela novant, Atina potens, Tiburque ſuperbum.

Cic. pro Planc. 30. Quod dicitur Atinæ factum a juvene, &c. Multa de Atinatibus in hac oratione.

ATINUM, Oppidum Lucanorum in Italia, a quo Atinates populi.

ATINAS, Hujus alterutrius oppidi incola. Virg. 11. Æn. 869.

— fugit acer Atinas.

ATINAS, Adj. ut, Campus Atinas. Cic. 1. de Divin. 59. Plin. l. 2. c. 103.

ATINIA, æ. [πτελέα] Genus ulmi, rariſſimam ferens ſameram (ita enim ulmi ſemen vocant) eamque inter frondes, quas prima germinatione edit, latentem. Columel. lib. 5. cap. 15. V. Plin. lib. 16. cap. 17. Nonnihil enim diſſentit à Columella.

ATIUS. V. ATTIUS.

ATIZOES, [ἀτιζώης] Gemmæ ſpecies, argenteo nitore fulgens, magnitudine trium digitorum ad lenticulæ figuram, odoris jucundi. V. Plin. lib. 37. cap. 10. Al. Atizoë.

A T L

ATLANTIDES, Africæ populi ſunt, cum pietate & religione inſignes habiti, tum & erga advenas, & peregrinos hoſpitalitate commendati. Hi ab ſe deorum genus manaſſe aſſerebant, idque credi volebant. Primum vero deum, Οὐρανὸν, i. e. Cœlum, apud ſe regnaſſe prædicabant, & plures duxiſſe uxores, ex quibus XLV liberos ſuſtulit, præcipueque ex Titea XVII, qui a matre Titanes vocati ſunt. De his vide plura apud Diodorum & Euſebium de Præparat. Evangelica. Videntur iidem qui Atlantes. de q. mox.

ATLANTIS, Inſula contra montem Atlantem, ſic appellata ab ipſo monte. Ab ea quinque dierum navigatione ſolitudines ad Æthiopas Heſperios, & promontorium, quod vocamus Heſperionceras, inde primum circumagente ſe terrarum fronte in occaſum ac mare Atlanticum. Plin. lib. 6. cap. 31.

ATLAS, Mons eſt Mauritaniæ ab Atlante rege ſic nominatus, qui Aſtrologiæ inventor dicitur, ut tradit Plin. Sed duo montes ejus nominis ſunt in Mauritania, authore Herodoto & aliis nonnullis hiſtoricis: Unus quidem proximus columnis Herculis. Alter vero in interiore Libya remotior: cujus ſummitas nunquam videri poteſt, quia nubes ab illo, nec æſtate nec hyeme divelluntur. Quem incolæ (ut idem Herodotus author eſt) cœli columnam eſſe aſſerunt. Et ut poëtæ tradunt, fuit in illum Atlas Mauritaniæ rex converſus. Cui etiam Virgilius formam viri tribuit, 4. Æn. 481.
Eſt item Atlas, Magnus quidam fluvius verſus Septentrionem in Iſtrum fluvium labens, ſic ab Atlante Arcadiæ rege cognominatus, author. Herodot.

ATLANTES, in muris qui dicantur, V. TELAMON.
Atlantes Æthiopiæ populi. V. ANONYMI. videntur iidem ac Atlantides.

ATLAS, antis. [Ἄτλας] Rex Mauritaniæ, qui Aſtronomiam dicitur inveniſſe. Quapropter a poetis cœlicam machinam humeris geſtaſſe fingitur. Martial. in Xeniis, Ep. 2. in detractorem. De hoc Cic 5. Tuſc. 8. Nec vero Atlas ſuſtinere cœlum, nec Prometheus affixus Caucaſo, &c.
Atlas quoniam compoſitum eſt a τλάω, & α particula vehementiæ: rectius τλ ſeparatur a prima vocali. Hæc Eraſmus in Dialogo de Pronuntiatione. τλάω, i. e. tolero. Atlas igitur verti poteſt, Multum tolerans ſive ſuſtinens.
Sciendum Atlantes tres fuiſſe: unum Maurum, qui eſt maximus: alterum Italum, patrem Electræ: tertium Arcadicum, patrem Majæ, unde natus eſt Mercurius. Sed nunc ex nominum ſimilitudine facit errorem, & dicit Electram & Majam filias fuiſſe Atlantis Maximi. Hæc Serv. ad 8. Æn. v. 134.
Atla, Vocativus. Ovid. 4. Met. 643.
Cœlifer Atlas. Virg. 6. Æn. 797.
Durus. Virg. 4. Æn. 247.
Ferreus, i. e. Durus & fortis. Valer. 5. Argon. 410.
Iapetionides, Iapeti filius. Ovid. 4. Met. 632.
Mauruſius. Claudian. 6. Conſ. Hon. 104.
Maximus. Virg. 1. Æn. 737.
Validus. Ovid. 15. Met. 149.
Atlantis nepos, Mercurius. eſt enim ex Maia Atlantis filia natus. Ovid. 5. Faſt. 663.

ATLANTIĂDES, æ. ut, Caducifer Atlantiades, i. e. Mercurius Atlantis nepos ex Maia. Ovid. 8. Met. 627.

ATLANTIAS, ădis. ut, Sorores Atlantiades. Sil. lib. 16. 137. i.e. Pleïades.

ATLANTĒUS, Adj. Hor. 1. Carm. 34. 11.

ATLANTIUS, aliud Adj. ut, Atlantia regna. Sil. 13. 37.

Aᴛʟᴀ́ɴᴛɪᴜs Nodus, Primus ſpinæ articulus vocatur a Plin. lib. 28. cap. 8. Sic enim ait, Quinimo totius domus concordiam, eodem genitali & articulo ſpinæ cum adhærente corio adſervatis, conſtare: quem ſpinæ articulum ſive nodum Atlantion vocant: eſt autem primus. In comitialium quoque remediis habent eum. Loquitur Plinius de eo articulo qui primus eſt in ſpina Hyænæ: qui forte ob id Atlantius dicitur, quia reliquam ſpinam videtur ſuſtinere, quemadmodum Atlas fingitur ſuſtinere cœlum. [Imo quia omnium vertebrarum plurimum oneris ſuſtinet, Atlantem vocarunt Anatomici ultimam colli vertebram, ut docet Pollux l. 2. S. 132. & 178. Hic utrum n. Diminutivum ſit Ἀτλάντιον, an acc. ab Adject. m. Ἀτλάντειος, ut ſubaudiatur σφόνδυλος, non facile dixerim.

Aᴛʟᴀɴᴛĭᴄᴜs, Adj. ut, Atlanticum mare. Cic. de Somn. Scip. 15. Omnis terra quæ colitur a vobis, parva quædam inſula eſt circunfuſa illo mari quod Atlanticum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris. Atlanticum æquor. Hor. 1. Carm. 31. 14.

Aᴛʟᴀɴᴛɪᴀ̆ᴄᴜs, aliud Adj. infrequentius uſitatum. Auſonius Moſell. v. 144.

Aᴛʟᴀɴᴛɪs, ĭdos vel ĭdis. patronym. ab Atlas. Tibull. 4. 1. 77.

— fœcunda Atlantidos arva
Calypſus. Uterque genitivus Græcus eſt.

Aᴛʟᴀɴᴛɪᴅᴇs, Vergiliæ. fuerunt autem (ut fabulantur poetæ) ſeptem filiæ Atlantis, vel Heſperi fratris ejus. unde & Heſperides vocantur & Pleiades.
Eoæ Atlantides. Virg. 1. Georg. 221.

A T N

Aᴛɴᴇᴘᴏs, ōtis. Filius abnepotis, vel abneptis.
Scribitur frequentius Adnepos. V. Gruteri inſcriptiones.
Ut Atavus. Valla apud Herodotum lib. 1. p. 4.
Ἐς τὸν πέμπτον ἀπόγονον Γύγεω, In atnepotem Gygis H. St. V. ᴀᴛᴀᴠᴜs.

Aᴛɴᴇᴘᴛɪs, Filia abnepotis, vel abneptis, apud JCtos.

A T O

Aᴛᴏᴄɪᴏɴ, vel Aᴛᴏᴄɪᴜᴍ, [ἀτόκιον] Medicamentum quod ſterilitatem affert, & conceptum adimit: hoc eſt vim concipiendi. Plin. lib. 29. cap. 4. Vis ea annua eſt, quam ſolam ex omni atocio dixiſſe fas ſit: quoniam aliquarum fœcunditas plena liberis tali venia indiget.

Aᴛŏᴍᴜs, i. f. [ἄτομος] Latine dicitur Individuus, inſecabilis. Servius in Virg. 6. Ecl. 30. Corpus volunt eſſe atomos, id eſt quaſdam minutiſſimas partes, quæ τομὴν, id eſt ſectionem non recipiunt. Unde & atomi dictæ ſunt, quas Lucretius minutiores dixit eſſe illis corpuſculis, quæ infuſis per feneſtram radiis Solis videmus, dicit enim illis nec viſum poſſe accidere. Cic. 1. Acad. 6. Idem 1. de Fin. 17. Ille atomos quas appellat, id eſt corpora individua propter ſoliditatem, cenſet in infinito inani, in quo, &c. ita ferri ut concurſionibus inter ſe cohæreſcant, ex quo efficiuntur ea quæ ſint, quæque cernantur omnia, eumque motum atomorum nullo a principio, ſed ex æterno tempore intelligi convenire.
Atomorum author Democritus. Cic. 4. de Fato, 23.
Innumerabiles atomi volitant. Cic. 1. de Nat. Deor. 54.
Atomus, Species thuris. Dioſc. 1. 81. V. Henr. Steph. Theſ. Gr.

Aᴛᴏssᴀ, Filia fuit Cyri, quæ primum Cambyſi, & poſt ejus mortem Dario nupſit. Herodot. lib. 3.

A T Q

Aᴛǫᴜᴇ, [καὶ] ut ait Gell. lib. 10. cap. 29. particula, Grammaticis conjunctio eſſe dicitur connexiva: & plerunque ſane conjungit verba, & connectit, ſed interdum alias quaſdam poteſtates habet &c. Ter. Adel. 3. 1. 10. Talem tali genere, atque animo, natum ex tanta familia.
Atque, pro Tamen. Ter. And. 1. 3. 20. Mihi quidem hercle non fit veriſimile: atque ipſis commentum placet. Donatus.
Atque pro Statim. Virg. 1. Georg. 203.
Atque illum in præceps prono rapit alveus amni. Servius. & Gell. lib. 10. cap. 29.
Atque, initiis ſententiarum competit. Cic. Atque ceteri imperatores qui de illo triumpharunt. Idem in Partit. 79. Atque ii ſunt quidem fere quaſi quidam habitus animi ſic affecti & conſtituti, ut ſint ſinguli inter ſe proprio virtutis genere diſtincti. Ex Valla lib. 2. & Budæo.
Atque pro Atqui, ſive Sed. Cic. 14. Fam. 4. Sed ſi hoc fuit liberis noſtris gratius nos vivere, cetera quanquam ferenda non ſunt, feramus. Atque ego qui te confirmo, ipſe me non poſſum. Correptio eſt, quaſi dicat, Sed ego qui te confirmo, &c.
Atque, pro Iſque vel Idemque. Cæſ. 1. Bell. Civil. 50. Tum quod ex totis ripis in unum, atque anguſtum locum tela jaciebantur. i. e. In unum, eumque vel eundemque anguſtum locum.
Atque vides? Plaut. Merc. 5. 2. 38. Aſpice nunc ad ſiniſtram huc: atque vides?
Atque audin'? Ter. And. 1. 5. 6. Propera: Atque audin' verbum unum cave de nuptiis.
Atque hoc confiteor, jure obtigiſſe. Ter. And. 3. 5. 1.
Atque id. Ter. Heaut. 4. 1. 24. Atque id omitto, miſericordia, animus maternus, ſino. Cic. 5. Att. 12. Negotium magnum eſt navigare, atque id menſe Quintili.
Atque iſtuc ipſum. Ter. And. 2. 2. 14. Rem tenes. ᴘ. iſtuc ipſum. ᴅ. atque iſtuc ipſum nihil pericli eſt, me vide.
Atque aliquis dicat. Ter. And. 4. 1. 16.
Bellus eſt atque, &c. Plaut. Bacch. 2. 3. 13. Evax, nimis bellus, atque eſſe maxime optabam, locus.
Atque adeo: variis modis accipitur. Plaut. Amph. 4. 4. 34. Pernego, quando Thebis præter me nemo eſt alter Amphitruo. ɪ. Immo præter me nemo: atque adeo tu Blepharo judex ſies.
Atque adeo. Plaut. Curc. 2. 3. 54. Reſpondit mihi paucis verbis, atque adeo fideliter.
Atque adeo habebis. Cic. 7. Att. Cum Philotimo loquere: atque adeo Terentiam habebis Idib.
Atque adeo potius. Cic. 5. Verr. 116. Quid vero iſtæ ſibi quinquageſimæ? quid porro nummorum acceſſiones volunt? quo id jure, atque adeo quo id potius ore feciſti?
Significat, atque adeo aperte oſtendit. V. ꜱɪɢɴɪꜰɪᴄᴏ. H. St. [Nimirum correctiva hæc particula eſt & reſpondet Græcorum μᾶλλον δὲ, Lat. Vel potius, ſive adjectum ſit τὸ Potius, ut in exemplo præced. ſive omittatur, ut ap. Cic. pro Roſc. Amer. Hoc conſilio, atque adeo hac amentia impulſi. conf. ſeq.
Emigrat, atque adeo exit. Cic. 4. Verr. 89. Itaque iſte vehementer Stenio infenſus, hoſpitium ei renuntiat, domo ejus emigrat, atque adeo exit: nam jam ante migrarat. Idem pro Roſc. Amer. 99. Quæ ſi prodierit, atque adeo quum prodierit, (ſcio enim proditurum eſſe) audiet.
Atque adeo, ornatus gratia poſitum. Cic. 4. Verr. 2. Atque adeo antequam de incommodis Siciliæ dico, pauca mihi videntur eſſe de provinciæ dignitate, vetuſtate, utilitate dicenda.
Atque adeo autem. Ter. Eun. 5. 5. 22. Atque adeo autem cur non egomet introeo?
Atque adeo nihil largiatur princeps, dum nihil auferat: non alat, dum non occidat. Plin. in Paneg. 27. 2.
Ædepol. Ter. And. 4. 2. 10. Atque ædepol ea res eſt: propterea que nunc miſera in mœrore eſt.
Eccum. Ter. Eun. 3. 2. 2. Audire vocem viſa ſum modo militis. atque eccum.
Equidem. Ter. Eun. 5. 5. 13. Colligavit primum eum miſeris modis. ᴘ. Hem, colligavit? ᴘ. Atque equidem orante, ut ne id faceret, Thaide.
Etiam. Ter. Adel. 2. 2. 1. Tace, egomet conveniam jam ipſum, cupide accipiat faxo, atque etiam bene dicat ſecum eſſe actum.
Etiam; in principio ſententiæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 33. Atque etiam ſi a primis, inchoatiſque naturis ad ultimas perfectaſque volumus procedere.
Ita, pro Atque ea conditione, vel eo nomine. Plaut. Epid. 3. 2. 34.
Ita, pro Atque ſic. Ter. Eun. 4. 6. 19. Ego formidoloſus? nemo eſt hominum qui vivat, minus. ᴛ. Atque ita opus eſt.
Vero. Plaut. Aulul. prol. 18. Atque ille vero minus, minuſque impendio curare, minuſque me impartiri honoribus.
Atque, variis particulis, pro variis ſignificatis ſuccedit. Nam & comparativis. Plaut. Merc. 5. 2. 56. Amicior mihi nullus vivit, atque is eſt. h. e. Quam is eſt.
Alius atque. Ter. And. 3. 3. 13. Alium cenſes nunc me, atque olim quum dabam? Cic. 2. de Legib. 17. Quid, in aliis rebus, aliiſque ſententiis verſaris atque ille?
Aliter atque. Cic. 3. Verr. 119. Quod iſte aliter atque ut edixerat, decreviſſet. Hic ſignandum, particulam Atque, etiam Ut ſecum accipere. Sic 3. Tuſc. 73. Ter. Adel. 4. 3. 6. Nunquam te aliter atque es, in animum induxi meum.
Æque atque. Ter. And. 4. 2. 19. Miſer æque atque ego. Cic. 3. de Nat. Deor. 45. At hi quidem coluntur æque atque illi.
Contra atque ante. Cic. 3. in Catil. 20. Aruſpices juſſerunt ſimulacrum Jovis facere majus, & in excelſum collocare, & contra atque ante fuerat, ad Orientem convertere.
Contrario motu atque. Cic. de Somn. Scip. 9. Septem planetæ verſantur retro contrario motu atque cœlum.
Ex iiſdem atque. Cic. 2. de Invent. 70. Argumentationes ex iiſdem locis ſumendæ ſunt, atque in cauſam negotialem.
Eundem ad modum atque. Cato de R. R. Pomarium ſeminarium ad eundem modum atque oleaginum facito. h. e. Quemadmodum oleaginum.
Haud eſt mollis atque. Plaut. Caſ. 4. 4. 21. Nebula haud eſt mollis atque hæc eſt.
Item atque. Varr. de L. L. Analogia non item ea definienda, quæ dirigitur ad naturam verborum, atque illa quæ ad uſum loquendi.
Juxta atque. Liv. Trucidant inermes juxta atque armatos.
Minus atque, pro Quam. Hor. 2. Serm. 7. 96.
Qui peccas minus atque ego?
Non magis verum atque. Ter. And. 4. 2. 15. Non Apollinis magis verum, atque hoc reſponſum eſt.
Non diſſimile atque. Cic. 2. Att. 3. Aut quieſcendum: quod eſt non diſſimile atque ire in Solonium aut Antium.
Pariter atque. Plaut. Men. 5. 1. 52. Pariter hoc atque alias res ſoles.
Potius atque. Plaut. Amph. 1. 1. 224. Ita di faciant, ut tu potius ſis atque ego, te ut verberem.
Secus atque. Cic. 3. de Orat. 117. Sed paulo ſecus a me atque ab illo partita atque diſtributa.
Similis atque. Ter. in prol. Phorm. 32. Ne ſimili utamur fortuna, atque uſi ſumus.
Similiter atque. Cic. in Philipp. Neque enim illum ſimiliter atque ipſe eram, commotum vidi. i. e. Ut vel ſicut eram.
Simul atque, ut Et ſimul ac, & eodem modo dicitur ſtatim atque, vide ꜱᴛᴀᴛɪᴍ. Sed alicubi omittitur, & jungitur participio proximi verbi, ut Statim, adeptus imperium, pro Simul atque adeptus eſt. H. St.
Talis atque. Ter. Phorm. 5. 8. 39. Faxo tali eum mactatum, atque hic eſt, infortunio.
Unum & idem videtur eſſe atque id quod de me ipſo nominatim tuliſti. Cic. pro Domo ſua 51.
Atque, ſi gemina fiat, auget, intenditque rem de qua agitur: ut animadvertimus in Qu. Ennii annalibus, niſi memoria in hoc verſu labor,
Atque atque adſcendit muros Romana juventus. Hæc Gell. lib. 10. cap. 29. Nonius Feſtine, intrepidanter hoc loco ſignificare dicit.
Atque geminatum, ut Et. Cic. 5. Verr. 189. Ex hujuſmodi principio atque ex liberalitate atque accommodatione magiſtratuum, conſuetudo æſtimationis introducta eſt.
Atque hæc quidem, atque ejuſmodi ex vetere Græciæ fama collecta ſunt. Cic. 3. de Nat. Deor. 60. Legitur etiam, Et ejuſmodi.
Adque Auguſti ævo non minus frequenter ſcriptum eſt quam Atque. Cellar. Orthogr. Lat. p. 90.

Aᴛǫᴜɪ, [ἀμέλει, ἀλλὰ μὴν, καὶ μὴν, οὐκοῦν, γε μὴν, ἀλλά] Conjunctio eſt diſcretiva, ſignificans Sed tamen. Ter. Eun. 5. 5. 11. Neſcio. ᴘʏ. atqui ſic inventa eſt. Cic. 4. Acad. 114. Vereor ne ſubarroganter facias, ſi dixeris tuam. Atqui ita dicas neceſſe eſt.
Atqui, pro Certe, profecto. Ter. Eun. 4. 6. 2. Atqui ſi illam digito attigerit uno, oculi ilico effodientur.
Atqui certe. Cic. 2. de Nat. Deor. 18. Atqui certe nihil omnium rerum melius eſt mundo.
Atqui, pro Imo. Ter. Hec. 1. 2. 85. Atqui ea res multo maxime disjunxit illum ab illa: poſtquam, &c. Donat. Legitur & Atque.
Atqui, abundat nonnunquam, authore Donato. Ter. Adel. 5. 5. 6. Tibi lubens bene faxim. ꜱ. gratiam habeo. ᴅ. atqui Syre hoc verum eſt.

Atqui

Atqui pro At, & Veruntamen, ſive Attamen. Cic. 5. Tuſc. 57. Dionyſius quum quinque & viginti natus annos dominatum occupaviſſet, qua pulchritudine urbem, quibus autem opibus præditam, ſervitute oppreſſam tenuit civitatem? Atqui de hoc homine a bonis authoribus ſic ſcriptum accepimus, ſummam fuiſſe ejus in victu temperantiam.

Atquin, pro Atqui. Plaut. Rud. 3. 4. 55. Atquin quia vetas.

A T R

Atractylis, ўdis. [ἀτρακτυλὶς] Spinæ ſpecies aculeata, quam Dioſcorides lib. 3. cap. 107. Cnico ſimilem pronuntiat. Vocatur & Fuſus agreſtis, quod caulis ejus fuſum mulieribus præſtet. A Theophraſto vocatur Phonos, id eſt, cædes: quod ſuccum ſanguineum habeat. Matthiolus ait ſe nondum potuiſſe in Italia reperire hanc herbam, & Ruellii opinionem de Atractylide refutat.

Atramentum, **Atratus**. V. ATER.

Atramitæ, Populi Arabiæ felicis. Plin. lib. 6. cap. 28.

Atrani, Populi Hirpinorum in Italia, apud Plin. lib. 3. cap. 11.

Atraphaxis, Herba. V. ATRIPLEX.

Atratinus, Accuſator Cœlii, ut in oratione Ciceronis apparet, qui male a quibuſdam Atracinus ſcribitur, ut tradit Volaterranus.

Atrax, [Ἄτραξ] Fluvius Ætoliæ, a quo Atraces quidam populi cognominati ſunt. Plin. lib. 4. cap. 2.
Eſt item Atrax, Theſſaliæ oppidum.
Fuit & ejuſdem Theſſaliæ Princeps ita cognominatus.

Atracius, Adj. [Ἀτράκιος] ut, Atraciæ oræ. Propert. 1. 8. 25. Theſſalia.
Ars Atracia, Magica. Stat. 1. Theb. 106.
Venenum. Valer. 6. Argon. 447.
Virgo Atracia. Hippodamia, ſeu Hippodame, Atracis regis filia, a quo & fluvius, & populus, & regio nomen ſumpſerunt. Valer. 1. Argon. 141.

Atrăcis, patronym. ab eod. Ovid. 1. Amor. 4. 8.
Atracis ambiguos traxit in arma viros.

Atracĭdes, Cæneus ap. Ovid. 12. Met. 209. conf. Antonin. Liber. F. 17.

Atrebātes, [Ἀτρεβάτιοι] Populi inter Belgas, finitimi Ambianis, Tornacenſibus, & Morinis. Strabo. Vulgo *Artois*. V. Cæſ. 4. Bell. Gall. 27.

Atrebaticæ Veſtes, [χιτῶνες Ἀτρεβατικοὶ] Veſtes erant coloris Xerampelini, h. e. ſiccatis vitium frondibus ſimiles, quæ apud Atrebates optime fiebant. Suidas Atrabaticas vocat. Alii Atrabapticas: a coloris ſcilicet nigredine. V. Cæl. Rhod. lib. 16. cap. 10.

Atreus, diſſyll. [Ἀτρεὺς] Filius Pelopis & Hippodamiæ, rex Mycenarum, frater Thyeſtis, qui quum diſſenſione invicem ſibi nocere non poſſent, in ſimulatam gratiam redierunt: qua occaſione Thyeſtes cum fratris uxore concubuit. Atreus vero ei filium epulandum appoſuit. Quæ Sol abominatus ne pollueretur, aufugit. Sed veritas hæc eſt: Atreum apud Mycenas primum Solis eclipſin inveniſſe: cui invidens frater ex urbe diſceſſit tempore quo ejus probata ſunt dicta. Hæc Servius ad 1. Æn. v. 572.
Atrea accuſativus. Sen. Thyeſt. 5. Vos facitis mihi Atrea timendum.
Nefarius Atreus. Hor. in Arte Poet. 186.
Truculentus. Sen. Thyeſt. 7.

Atrēus, a, um, Adj. [Ἄτρειος] Stat. 8. Theb. 743.
I precor, Atrei ſiquid tibi ſanguinis unquam,
Hippomedon. Hippomedon vocativus eſt.

Atrīdes, æ. [Ἀτρείδης] plur. ATRIDÆ, ārum. i. e. Atrei filii. Agamemnon & Menelaus. Virg. 1. Æn. 462.
Atridas, Priamumque, & ſævum ambobus Achillem.
Atridæ gemini. Virg. 2. Æn. 415.
Superbi. Hor. 1. Carm. 10. 13.
Atrides minor & major. Ovid. 12. Met. 623.
Atrides, quum ſine adjectivo ponitur, Agamemnonem intelligimus. Hor. 2. Carm. 4. 7.
Arſit Atrides medio in triumpho
Virgine rapta.
Trojæ populator Atrides, Agamemnon videlicet. Ovid. 13. Met. 655.

Atria, [Ἀδρία] Oppidum Etruriæ. Plin. lib. 3. cap. 16. Omnia ea, flumina, foſſaſque, primi a Sagi fecere Thuſci, egeſto amnis impetu per tranſverſum in Atrianorum paludes, quæ ſeptem maria appellantur, nobili portu oppidi Thuſcorum Atriæ, a quo Atriaticum mare ante appellabatur, quod nunc Adriaticum. V. mox ATRIUM & ſupra ADRIA.

Atriarius, V. ATRIUM.

Atricapilla, [μελαγκόρυφος] Avis eſt, Feſtus, Melancoryphi, genus avium quæ Latine vocantur Atricapillæ, eo quod ſumma earum capita nigra ſint. *Un Pivoenne.*

Atrici, **Atricilium**, **Atrienſis**, **Atriolum**. V. ATRIUM.

Atrides, V. ATREUS.

Atrĭplex, ĭcis. n. [ἀτράφαξις] Herba, quæ ab Atro dicta putatur, quod homines pallidos faciat. Plin. lib. 20. cap. 20. Atriplex & ſilveſtre & ſativum eſt, Pythagoras, tanquam faceret hydropicos, morboſque regios, & pallorem, coqueretur difficillime, ac ne in hortis quidem juxta id naſci quicquam niſi languidum, culpavit. Addidere Dionyſius & Diocles plurimos gigni ex eo morbos: nec niſi mutata ſæpius aqua coquendum: ſtomacho contrarium eſſe, lentigines & papulas gignere. Hactenus Plin. Alii in fœminino efferunt. V. Macer. 1. 24. Columel. 10. 377. Apud Italos, vulgo appellatur *Treppeſe overo Reppeſe.* apud Gallos vero *Des arroches.*

Atriplexum, Eadem herba quæ nunc Atriplex dicitur. Feſtus. Ubi Dacer. V.

Atritas, V. ATER.

Atrium, i. n. [μέλαθρον, πρόδρομος, προαύλιον] Feſtus, Atrium proprie eſt Genus ædificii ante ædem continens mediam aream, in quam collecta ex omni tecto pluvia deſcendit, &c. *Un avant-logis.* Varro 4. de L. L. 33. Atrium appellatum ab Atriatibus Thuſcis, illinc enim exemplum ſumptum. Gell. lib. 16. cap. 5. Animadverti enim quoſdam haudquaquam indoctos viros opinari veſtibulum eſſe partem domus primorem, quam vulgus Atrium vocat. Virg. 1. Æn. 725.
Fit ſtrepitus tectis, vocemque per ampla volutant
Atria. Ubi Servius, Tangit morem Romanorum. Nam (ut ait Cato) & in atrio & duobus ferculis epulabantur antiqui, unde ait Juven. 1. Sat 94. — quis fercula ſeptem,
Secreto cœnavit avus? Ibi & pecunias habebant, unde qui honoratiores erant, liminum cuſtodes adhibebantur. [an Adhibebant?] Ut, Virg. 9. Æn. 648. — qui Dardanio Anchiſæ
Armiger ante fuit: fiduſque ad limina cuſtos. Ibi & culina erat: unde & Atrium dictum eſt, quod Atrum erat ex fumo. Alii dicunt Atriam Etruriæ civitatem fuiſſe, quæ domos amplis veſtibulis habebat; quæ cum Romani imitarentur, Atria appellaverunt: Alii Atria magnas ſedes [L. *ædes*] & Capaciſſimas dictas tradunt, unde Atria Licinia, & Atrium Libertatis. Hæc ille. Alii ab αἴθριον ducunt, quia ſub dio eſſet. Utrum vero Atrium lacunatum eſſet an apertum, quæſtio eſt haud parum implicita. Vitruv. 6. 4. Lacunaria in Atriis collocat, & videtur atrium laquearibus contectum fuiſſe, quoniam in illo ſervare imagines majorum cereas capſulis conditas Romani ſolebant.
Atrium frugi, i. e. Moderatum, non ſumptuoſum. Plin. 2. Epiſt. 17. Atrium frugi, nec tamen ſordidum.
Alta atria. Virg. 4. Æn. 666.
Ampla. Virg. 1. Æn. 730.
Regalia. Ovid. 5. Met. 3.
Sublimia. Hor. 3. Carm. 1. 46.
Auctionarium. V. AUCTIONARIUS. & dict. ſeq.
Atria Licinia. V. Serv. paulo ante. Cic. pro Quint. 12. Tollitur ab Atriis Liciniis, atque a præconum conſeſſu in Galliam Nævius, & trans Alpes uſque transfertur. Ibid. 25. Tum Nævius ipſe puerum circum amicos dimittit, ipſe ſuos neceſſarios ab Atriis Liciniis & a faucibus Macelli corrogat. Quidam ſignificari putant nobile illud L. Licinii Craſſi oratoris atrium, in quo quatuor Hymettii marmoris columnas, ædilitatis gratia ad ſcenam ornandam advectas, ſtatuit, ut ſcribit Plin. lib. 17. cap. 1. quum publice nondum ullæ eſſent marmoreæ. Et fuiſſe Atria quædam, in quibus auctiones fierent, argumento eſt hic locus primæ contra Rullum orationis, 7. Homines nequiſſimi conſumptis patrimoniis hoc faciunt, ut in atriis auctionariis potius, quam in triviis, aut in compitis auctionentur.
Atrium, Genus ædificii ante ædes ſacras; ut, Atrium Libertatis. Cic. pro Milon. 60. Quæſtiones urgent Milonem, quæ ſunt habitæ in atrio Libertatis.
Quandoque & pro Toto ædificio ſumitur, ut αὐλὴ apud Græcos pro Ipſis regum palatiis. Sic Ovid. 14. Met. 260.
Excipiunt famulæ perque atria marmore tecta
Ad Dominam ducunt. V. & Caſaub. ad Suet. Aug. c. 29.

Atriŏlum, i. n. dimin. [προαυλίδιον] Minus atrium. Vitruv. 6. 4. Cic. 3. Q. frat. 1. Quo loco in porticu te ſcribere aiunt, ut atriolum fiat: mihi, ut eſt, magis placebat: neque enim ſatis loci eſſe videbatur atriolo: neque fere ſolet niſi in his ædificiis fieri, in quibus eſt atrium majus: nec habere poterat adjuncta cubicula, & ejuſmodi membra.

Atriarius, i. m. Idem ac Atrienſis. Ulpian. in l. 1. D. Nautæ, caupones, &c. §. 5. Ceterum ſiquis opera mediaſtini fungitur, non continetur: utputa atriarii, & focarii, & his ſimiles.

Atrici, [προδρομικοὶ] a JCtis dicuntur, Qui excubant ad atrium: & Ad limina etiam vocantur, & Limenarchæ.

Atrienſis, is. m. [προαυλιαῖος] Servus eſt præcipuus in familia, cui cura fuit atrii, qui & Atriarius dictus. Cic. in Parad. 5. Atque ut in magna familia ſtultorum, ſunt alii lautiores (ut ſibi videntur) ſervi, ſed tamen ſervi, atrienſes ac topiarii. Columel. lib. 12. cap. 3. Tum inſiſtere atrienſibus ut ſupellectilem exponant. V. Serv. in Virg. 9. Æn. 648.

Atrilicium, Eam atrii partem ſignificat, in qua olim licia etiam texebantur. Author Aſcon. Pædian.

Atrocitas, V. ATROX.

Atropatia, [Ἀτροπατία] Altera eſt ex partibus Mediæ: ita dicta ab Atropato duce, qui eam a Macedonum vi tutatus eſt. Media enim in duas diſtributa eſt partes, quarum altera Media major appellatur, cujus metropolis ſunt Ecbatana: altera Minor, quæ & Atropatia dicitur. Strab. lib. 11.

Atropatus, V. ATROPATIA.

Atrophĭa, æ. [ἀτροφία] Una eſt ex ſpeciebus tabis: de qua ſic Celſ. lib. 3. cap. 22. Atrophia eſt qua corpus non alitur, & naturaliter ſemper aliquibus decedentibus, nullis vero in eorum locum ſubeuntibus, ſumma macies oritur: & niſi occurritur, tollit.

Atrŏphi, m. pl. [ἄτροφοι] Quibus corpus non alitur. Plin. lib. 26. cap. 11. Eadem datur iis quos atrophos vocant, interpoſitis diebus. Idem lib. 27. cap. 8. Explent ſinus ulcerum, & atropha carnoſiora faciunt.
Atropha appellantur, Quæ cibum non ſentiunt. Plin. lib. 22. cap. 25.

Atrŏpos, i. f. [Ἄτροπος] Una ex Parcis, quæ finem vitæ in poteſtate habere putatur. Dictam volunt ab α & τρέπω, quod ſit inexorabilis, nec ad cujuſquam preces vertatur.
Ignara moveri Atropos. Stat. 3. Theb. 67.
Atropos alba. Stat. 4. Sylv. 8. 18.
His ſenium, longæque decus virtutis, & alba
Atropos, & patrius lauros promiſit Apollo. V. PARCÆ.

Atror, V. ATER.

Atrox, ōcis. Adj. [ἀπηνὴς] Aſper, crudelis: quod qui atro vultu ſunt, aſperitatem ac ſævitiam præ ſe ferunt. Alii Atrocem a Græco potius appellatum cenſent, quod Græci Atrocia [em. ἄτρακτα] appellant quæ Cruda ſunt: vel ab eo quod Atroces nihil de ſe timent, τρεῖν enim timere eſt. Hæc ex Feſto. ubi not. V. Virg. 1. Georg. 408.
Ecce inimicus atrox magno ſtridore per auras
Inſequitur Niſus. Ubi Servius; Atrox, Crudelis & immitis. Ter. Hec. 3. 3. 17. Me inde lacrumans, incredibili re atque atroci percitus.
Atrox & Mitis, contraria.
Æſtas. Claud. 2. in pr. Conſ. Stil. 461.
Anguis. Stat. 6. Theb. 156.
Animal atrox ad conficiendum hominem. Plin. de Polypo.
Animus. i. e. Conſtans. Hor. 2. Carm. 1. 24.
Bellum atrociſſimum. Salluſt. Jugurth. 5.
Cædes atrocior. Liv. 24. 16.
Certamen. Idem, 2. 6.
Facinus. Sen. Troad. 4.
Fama. Tacit. 4. Ann. 11.

Flagran-

Flagrantis atrox hora Caniculæ. Hor. 3. Carm. 13. 9.
Fides. Sil. 6. 377. — quanquam bene cognita & olim
Atrox illa fides. i. e. Constans & inflexibilis. Sumitur in bonam partem, ut in exemplis aliis. V. Animus supra, & Virtus infra.
Genus orationis vehemens & atrox. Cic. 2. de Orat. 204.
Ingenium. Claud. 6. Conf. Hon. 229.
Inimicus. Virg. 1. Georg. 408.
Injuria. Claud. de Bell. Get. 390. Injuriam Atrocem quasi contumeliosiorem, & majorem accipimus. Ulp. l. 7. §. 7. D. de Injur. & famos. lib. conf. Institut. l. 4. T. 4. de injuriis. §. 9.
Literæ. Cic. 9. Fam. 25. Repente perculsus est atrocissimis literis.
Nefas. Sen. Thyest. 3.
Negotium, i. e. Difficile, Asperum. Sallust. Bell. Catil. cap. 29. 2. ut Res, Tempus, q. V.
Pestis atrocissima. Cels. præf.
Rabies. Tacit. 5. Hist. 25.
Res tanta atque atrox non permovit. Sallust. Bell. Catil. cap. 51. 10.
Res scelesta, atrox, nefaria. Cic. pro Rosc. Amer.
Res atroces & miserabiles. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Suspicio atrocissima. Cic. pro Marcell. 35. Nunc venio ad gravissimam querelam, & atrocissimam suspicionem.
Tempestas atrox. Claud. de Bell. Get. 111.
Tempus atrox & difficile Reip. Cic. 6. Verr.
Virtus, Fortitudo quædam immensa nullos hostes, nulla vincula, nullum mortis genus perhorrescens. Sil. lib. 13.
Atrox odii. Tacit. 11. Ann. 22. Iisdem Consulibus atrox odii Agrippina ac Lolliæ infensa, quod secum, &c.
Atrox, Crudum. Næv. Bell. Pun. lib. 3. Simul atrocia proicerent exta ministratores. Nonius.

ATROCĬTAS, ātis. f. [ἀπήνεια] denom. pro Crudelitate. Cic. 6. Verr. 94. Neque tamen finis huic injuriæ, crudelitatique fiebat, donec populus atque universa multitudo atrocitate rei misericordiaque commota, Senatum clamore coegit ut, &c.
Crudeli necis atrocitate deperire. Firmic. lib. 3. cap. 5.
Flebili vitæ atrocitate hominem disperdere. Firmic. lib. 3. cap. 5.
Atrocitate animi moveri. Cic. 4. in Catil. 11. Ego quod in hac causa vehementior sum, non atrocitate animi moveor, (Quis enim est me mitior?) sed singulari quadam humanitate & misericordia.
Levare atrocitatem alicujus rei. V. LEVIS.
Augere atrocitatem peccati. Auth. ad Herenn. lib. 2. 9. In causa conjecturali proprius locus accusatoris est, quum dicit malorum misereri non oportere, & quum auget peccati atrocitatem.
Atrocitas verborum invidiosa. Cic. 1. Q. frat. 2. Hæ literæ abs te per jocum missæ ad C. Fabium (si modo sunt tuæ) quum leguntur, invidiosam verborum atrocitatem habent.

ATROCĬTER, Adv. [ἀπηνῶς] ut, Atrociter minitari. Cic. 7. Verr. 159.
Atrocius accipi. Tacit. 1. Hist. 23. Labores itinerum, inopia commeatuum, duritia imperii, atrocius accipiebantur.
Atrociter omnibus horis aliquid facere. Cic. pro Rosc. Amer. 154. Nam quum omnibus horis aliquid atrociter fieri videmus aut audimus, etiam qui natura mitissimi sumus, assiduitate molestiarum sensum omnem humanitatis ex animis amittimus.
Atrocius paulo. Cic. 4. Verr. 83.
Atrociter invehi. Liv. 3.

A T T

ATTA, [Ἄττα] Civitas Arabiæ felicis, authore Ptolemæo lib. 6. cap. 8.
ATTA item, Cognomen fuit Quintii poetæ a vitio crurum illi impositum. Attæ enim appellantur, Qui propter vitium crurum aut pedum plantis insistunt, & attingunt magis terram, quam ambulant: ut scribit Festus. V. ATTÆ. Meminit Hor. 2. Epist. 1. 79.

Recte necne crocum, floresque perambulet Attæ
Fabula.

In quem locum scribit Acron, Atta esse nomen proprium cujusdam Togatarum scriptoris Comœdiarum, vel Tragœdiarum.
ATTABAS & Numenius, Latrones fuerunt famosissimi, adeo ut proverbio locum fecerint, Convenerunt Attabas & Numenius. V. Erasm. Chil.
ATTACĪNUS, Cognomen Varronis. Unde ductum sit, inter doctos haud convenit. V. Burman. ad Quintil. 10. 1.
ATTACTUS, V. ATTINGO.
ATTACUM, [Ἄττακον] Hispaniæ oppidum, in tractu Celtiberorum. Ptolem. lib. 2. cap. 6.
ATTĂGEN, ēnis. m. [ἀτταγὴν] Avis est Asiatica, quam Francolinum dicimus, inquit Valla in Raudensem. Plin. lib. 10. cap. 48. Attagen maxime Ionius celebratur, vocalis aliàs, captus vero obmutescens, quondam existimatus inter raras aves. Jam & in Gallia Hispaniaque capitur, & per Alpes etiam, ubi & phalacrocoraces, aves Balearium insularum peculiares, sicut Alpium pyrocorax.
Attagen Ionicus. Hor. Epod. 2. 53.
ATTAGĒNA, æ. f. [ἀτταγήνη] Idem. Martial. lib. 13. 61.

Inter sapores fertur alitum primus
Ionicarum gustus attagenarum.

Plin. lib. 8. cap. 58. extr. Item apros & attagenas, herinaceos. [Nisi potius Accus. pl. Græcus est præc. v.
ATTALĪA, æ. [Ἀττάλεια Stephano] Oppidum est Æolidis apud Plin. lib. 5. cap. 30.
Item alterum in Pamphylia, cujus meminerunt Ptolem. lib. 5. cap. 5. & Strabo lib. 14. Vulgo *Satalia*.
ATTĂLUS, [Ἄτταλος] Rex Asiæ, vel Pergami, qui a populo Romano donatus eo regno, quum liberos non haberet, populum Romanum hæredem fecit. V. Serv. in 1. Æn. 701.
Fuit & Attalus, Medicus quidam, de quo Plin. lib. 32. cap. 8.
ATTALĬCUS, Adj. [Ἀτταλικὸς] ut, Attalica vestis. Plin. lib. 8. cap. 48. Aurum intexere in eadem Asia invenit Attalus rex: unde nomen Attalicis. Propert. lib. 3. 18. 19. Vestes Attalicæ. Quapropter etiam Attalicæ conditiones dictæ sunt Hor. 1. Carm. 1. 12. h. e. Opes. Cic. 6. Verr. 27. Quid illa Attalica, tota Sicilia nominata, ab eodem Heio peripetasmata emere oblitus es?
Aulæa Attalica. Propert. lib. 2. 32. 12.

Porticus aulæis nobilis Attalicis.

Attalicus torus. Propert. lib. 4. 5. 24. i. e. Stragulis (quæ Attalica dicuntur) ornatus.

ATTAM, pro Reverentia seni cuilibet: dicimus: quasi eum avi nomine appellemus, inquit Festus.
ATTAMEN, V. AT.
ATTAMĬNO, āre. Fœdare, contaminare. Justin. 21. 3. Ne quis ullam virginem attaminet.
ATTAT, V. AT.
ATTATE, Interj. Vox Plautina. Epid. 3. 4. 21. Merc. 2. 3. 31. & alibi.
ATTEGIÆ, ārum. [ἄγροικα οἰκοδομήματα] i. e. Mapalia & tuguria. Juven. 14. Sat. 196.

Dirue Maurorum attegias, castella Brigantum,
Ut locupletem aquilam tibi sexagesimus annus
Afferat.

ATTEGRARE, seu Adtegrare, est Vinum in sacrificiis augere. Integrare enim & Attegrare minus factum, est In statutum redigere. Festus. Locus obscurus admodum ad quem V. Scalig. & Dacer.
ATTEIUS Philologus, libertinus Athenis natus. Hunc Capito Atteius JCtus ejus patronus inter Grammaticos Rhetorem, & inter Rhetores Grammaticum fuisse ait. Coluit familiarissime Sallustium, quem & in componenda historia adjuvisse Asinius Pollio tradidit, eoque mortuo Pollionem. Author Tranquillus, in ejus vita q. V. de Ill. Gramm. c. 10.
ATTELĂBUS, i. m. Minima locustarum, sine pennis. Plin lib. 29. cap. 4.
ATTELEBUSSA, Insula est in Lycio mari, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 31.
ATTELLA, [Ἀτέλλα Ptol. & Steph.] Oppidum Oscorum, ubi grande & egregium amphitheatrum erat. Sunt qui præcipiant scribi per T simplex: & ita legitur in emendatioribus codicibus.
ATTELLĀNUS, Adj. [Ἀτελλανὸς] ut, Fabulæ Attellanæ. Donatus, in vita Terentii, Attellanas a civitate Campaniæ, ubi actitatæ sunt plurimæ. Idem, Attellanæ salibus & jocis compositæ, quæ in se non habent nisi vetustam elegantiam. Liv. 7. 2. Postquam lege hac fabularum ab risu ac soluto joco res avocabatur, & ludus in artem paulatim verterat, juventus histrionibus fabellarum actu relicto, ipsa inter se more antiquo ridicula intexta versibus jactitare cœpit. quæ inde Exodia postea appellata, consertaque fabellis potissimum Attellanis sunt. quod genus ludorum ab Oscis acceptum tenuit juventus, nec ab histrionibus pollui passa est. Eo institutum manet, ut actores Atellanarum, nec tribu moveantur, & stipendia, tanquam expertes artis ludicræ faciant. Cic. 9. Fam. 16. Nunc venio ad jocationes tuas, quando tu secundum OEnomaum Accii, non ut olim solebat, Attellanam: sed ut nunc fit, mimum introduxisti. V. Val. Maxim. lib. 2. cap. 1. tit. de origin. ludor.
ATTELLANIUS, Adj. aliud. [Ἀτελλάνιος] Cic. 2. de Divin. 25. Totum omnino fatum etiam Attellanio versu jure mihi esse irrisum videtur.
ATTEMPĔRO, [συγκεράννυμι] āre, ut, Attemperare gladium jugulo, pro Aptare, & quasi Dirigere ad jugulum. Sen. Epist. 30. Sic gladiator, tota pugna timidissimus, jugulum adversario præstat, & errantem gladium sibi attemperat.
ATTEMPERĀTE, Adv. [συγκεκραμένως] ab Attemperatus. Partic. quod ap. Vitr. 10. 12. Ter. And. 5. 4. 13. Itane attemperate venit hodie in ipsis nuptiis, ut veniret antehac nunquam?
ATTENDO, di, tum, [προσέχω] ĕre. ex Ad & Tendo; significat Cogitare, & quasi Animum intendere. Verbum est non plenum, sed nudum: Attendi enim Oculos aut Animum subauditur. Ter. Hec. 2. 2. 23. Nam postquam attendi magis, & vi cœpi cogere ut rediret.
Sed non attendimus, neque exaudimus nosmetipsos. Cic. in Orat. 189.
Audi atque attende Laterensis, ut scias, &c. Cic. pro Planc. 98.
Diligenter attendere. Cic. 3. de Fin. 40.
Si paulo diligentius Athenodorus Sandonis filius quid de his rebus dicat, attenderis. Cic. 3. Fam. 7.
Admodum attendere. Cic. 3. de Orat. 47.
Magnopere. Cic. 3. Verr. 27. Quis nos magnopere attendit unquam, in hoc quidem genere causarum, ubi aliquid ereptum aut ablatum a quopiam dicitur?
Bene attendisti, nimis callide agebatur. Cic. 15. Att. 25.
Attendere, cum dativo. Sueton. in Galb. cap. 5. Inter liberales disciplinas attendit & juri. i. e. Studuit, sive Operam dedit juri. In hoc exemplo, dativus est rei. Idem in Calig. 53. E disciplinis liberalibus minimum eruditioni, eloquentiæ plurimum attendit.
Sic & alibi. Videtur autem subaudiri Animum. Attendebat iis, quæ recte in publico fierent. An προσέχει; V. Thes. Sic & Intendere animum. Horatius Ep. 1. 2. 35.

— Si non
Intendes animum studiis & rebus honestis. H. St.

Jungitur etiam dativo personæ. Plin. in Paneg. c. 65. 2. Jurat in legem, attendentibus diis. nam cui magis, quam Cæsari, attendant?
Attendebat iis &c. Plin. lib. 7. Epist. 33.
Attendere, cum accusativo. Cic. 4. Acad. 53. Illud attendimus in hoc omni genere quam inconstanter loquamur. Idem 3. de Fin. 40. Quare attendo te studiose, &c. conf. Magnopere.
Attendere & aucupari verba oportebit: in quo ut ea quæ sint frigidiora vitemus. Cic. 2. de Orat. 256.
Attendere atque intelligere. Cic. 7. Verr. 347. Sed scriptum extat in iisdem literis, quod iste homo barbarus ac dissolutus neque attendere unquam neque intelligere potuit.
Attendere ad. Quintil. lib. 11. cap. 2. Hinc est ex illa arte non inutile, attendere signa ad eos qui exciderunt sensus.
Attendere de aliqua re. Cic. 2. Philip. 26. Animus tamen erit solicitus, ut nihil possit de officiis legationis attendere.
Attendere animum, Advertere. Ter. Phorm. 5. 6. 28. Animam compressi, aurem admovi, ita animum cœpi attendere, hoc modo sermonem captans. Cic. 3. Off. 5. Sed si quum animum attenderis, turpitudinem videas ei rei adjunctam, &c.
Animos ad ea quæ consequuntur, &c. Cic. de Lege Agr. &c. Sed attendite animos ad ea quæ consequuntur.
Animo æquo. Ter. in prol. Hec. 20.
Erigere mentes, auresque, & dicentem attendere. Cic. pro Syll. 33. Adestote omnes animis, qui adestis corporibus, quorum ego frequentia magnopere lætor. Erigite mentes auresque vestras: & me de invidiosis rebus, ut ille putat, dicentem attendite.
Attendere, Perseverare. Accius Diomede, Si unquam perpediar gnato, puer ne attenderis petere a me id quod nefas sit concedi tibi. Ex Nonio.

ATTENDENS, Partic. [προσέχων] Sil. lib. 8. 590.
— nullo attendente deorum
Votis tunc vestris, casura ruistis in arma.

ATTENTUS, Partic. [προσεχόμενος] Ter. And. 2. 3. 4. Ut animus in spe atque in timore usque antehac attentus fuit.
Attento animo intueri. Cic. in Orat. 197. Eaque dum animis attentis admirantes excipiunt.
Attentissimis animis audire. Cic. pro Sext. 9.
Auditorem benevolum sibi facere & attentum & docilem. Cic. 2. de Orat. 82.
Præbere se attentum auditorem. Cic. 3. de Nat. Deor. 1. Præbebo igitur me tibi vicissim attentum contra Stoicos auditorem.
Tenere auditorem attentum. Auth. ad Heren. lib. 4. 17. Non potest hujusmodi sermo tenere attentum auditorem: diffluit enim totus.
Facere auditores attentos. Auth. ad Heren. lib. 1. 7. Dociles auditores habere poterimus, si summam causæ breviter exponemus, & si attentos eos faciemus.
Auris attenta. Hor. 2. Serm. 1. 19.
Diligens & attentus in re aliqua. Cic. 3. Verr. 126. Qui in re adventitia atque hæreditaria tam diligens, tam attentus esset.
Attentus, pro Ad rem attentus, i. e. Frugi, parcus. Hor. 1. Epist. 7. 91.
Durus ait, Vultei, nimis attentusque videris. Idem 2. Serm. 6. 82.
Asper & attentus quæsitis. Ter. Adel. 5. 3. 48. Attentiores sumus ad rem omnes quam sat est.
Attentior circa aliquid. Quintil. lib. 5. cap. 4.
Attenta vita. Curiosa & diligens, quam vulgus Subjectam dicit. Cic. pro Rosc. Amer. 44. Tamenne hæc attenta vita & rusticana, relegatio atque amandatio appellabitur?
Attentus rerum paterfamiliâs. Cic. pro Quint. 11. C. Quintius fuit P. Quintii hujus frater, sane ceterarum rerum paterfamilias & prudens & attentus, una in re paulo minus consideratus.

ATTENTE, Adv. [προσεκτικῶς] ut, Attente audire. Cic. pro Domo, 32. Ter. Heaut. 1. 1. 14. Ita attente illorum officium fungere.
Attente legere. Cic. 7. Fam. 20.
Attentius agere. Cic. 16. Att. 5.
Attentius cogitare. Cic. 5. de Fin.
Attentissime audire. Cic. 1. de Orat. 259. Idem 15. Fam. 4. Scis enim quam attente te audire soleam.
Spectare attentius. Hor. 2. Epist. 1. 197.

ATTENTIO, ōnis. f. [προσοχὴ, φιληκοΐα] Cic. 2. de Orat. 150. Reliqua sunt in cura, attentione animi, cogitatione, vigilantia, &c.

ATTENTO, [πειράομαι] āre. ex Ad, & Tento; Idem quod Tentare. Columel. lib. 1. cap. 4. Simul attentando possessor efficit ut in id formetur, quod maxime præstare possit.
Attentare: Manu invadere, vel Insidiis adoriri. Cic. de Arusp. Resp. 16. Quum ea attententur ejus lingua, cujus antea manu eversa vos mihi & liberis meis manibus vestris reddidistis. Columel. lib. 7. cap. 12. Primum est enim non attentari: secundum est lacessitum fortiter & perseveranter vindicari.
Annonam attentare & vexare vel Dardanarii maxime solent. Ulp. in l. Annonam. D. de extraord. criminib.
Attentari sententia dicitur, Quum per appellationem an justa fuerit discutitur. Ulp. in l. Eleganter. §. Tunc enim. D. de Condict. indeb. Tunc enim rescriptis locum esse credendum est, quum de sententia indubitata, quæ nullo remedio attentari potest, transigitur.
Testamentum attentare, i. e. Conari convellere, labefactare, rumpere. Val. Max. lib. 7. cap. 8. ubi de Metello, Nec hoc testamentum ejus quisquam attentavit.
Urbem. Cic. pro Sext. 9. Capuam propter plurimas belli importunitates ab illa impia & scelerata manu attentari suspicabatur.
Fidem alicujus. Cic. in Orat. 208. Nam quum is est auditor qui non vereatur ne compositæ orationis insidiis sua fides attentetur, gratiam quoque habet oratori voluptati aurium servienti.
Inimicos. Cic. 4. Verr. 135. Omnium inimicos attente cognoscere, colloqui, attentare.
Tempus prosperum. Tacit. 12. Ann. 68.
Bello aliquem, Belli fortunam in aliquo experiri. Stat. 4. Theb. 71.
Lacrymis aliquem. Valer. 4. Argon. 11.
Precibus aliquem. Valer. 4. Argon. 11.

ATTENTATIO, ōnis. f. Symmach. 6. Epist. 9.

ATTENUO, [λεπτύνω] āre. ex Ad & Tenuo compositum, Comminuere, detrahere, exilius facere. Plin. lib. 11. cap. 37. Lingua leonibus ac pardis, omnibusque generis ejus, etiam felibus, imbricatæ asperitatis ac limæ similis, attenuansque lambendo cutem hominis.
Attenuari. Lucret. lib. 1. 318.
— tum portas propter ahena
Signa, manus dextras ostendunt attenuari
Sæpe salutantum tactu.
Attenuatum bellum atque imminutum. Cic. pro lege Manil. 30.
Attenuatæ præliis legiones. Cæs. 3. Bell. Civil. 89.
Attenuatum dicendi genus. Cic. 3. de Orat. 31.
Curas attenuare, i. e. Minuere. Ovid. 4. Trist. 6. 18.
Corpora. Ovid. 1. de Arte Am. 735.
Attenuant juvenum vigilatæ corpora noctes.
Luctus. Ovid. ad Liv. 342.
Manus. Tibull. 1. 4. 48. Nonnullæ editiones habent Atteruisse. V. Broekh.
Opes, Absumere. Ovid. ad Met. 844. de Erisichthone.
Umbram arboris. Catull. 62. 41. pro Frondibus quæ umbram præbent.
Victus Attenuans a medicis vocatur, Quo corpus nostrum gracilescit, & fit tenuius.

ATTENUĀTUS, Partic. [λεπτυνθεὶς] ut, Attenuatus amore. Ovid. 3. Met. 489.

ATTENUATE, Adv. [λελεπτυσμένως] ut, Attenuate presseque dicere. Cic. de Clar. Orat. 301. Oratorum bonorum duo sunt genera, unum attenuate, presseque, alterum sublate, ampleque dicentium. Hic opposuit adverbio Attenuate, aliud adverbium Ample.

ATTENUATIO, ōnis. f. [λέπτυνσις] Ipse attenuandi actus.
Attenuatio suspicionis. Auth. ad Herenn. lib. 2. 3. Defensoris narratio simplicem & dilucidam expositionem debet habere, cum attenuatione suspicionis.

ATTERANEUS, Adj. ut, Fulmina atteranea, Quæ in incluso fiunt. Sen. 2. Quæst. Nat. 49. Sed variant codd. V. Gruteri not.

ATTĔRO, trīvi, trītum, [παρατρίβω] ĕre. est Rem aliquam cum alia, vi quadam conjungere, & quodammodo confricare. ut, Atterere gladium coti, quod barbari Acutiare dicunt. Plin. lib. 9. cap. 51. Anguillæ atterunt se scopulis.
Attrita inter se ligna. Plin. lib. 2. cap. 107.
Asinus atterens se spinetis. Plin. lib. 10. cap. 74. i. e. Affricans.
Atterere, Comminuere, frangere, consumere. Columel. lib. 5. cap. 6. Virg. 4. Georg. 12.
— aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & surgentes atterat herbas. Cels. in procem. lib. 1. Et duce alii Erasistrato atteri cibum in ventre contendunt.
Atterere alveum, pro Terere, seu Calcare. Plin. lib. 8. cap. 5. de elephantibus.
Imbelles atterit hasta manus. Propert. lib. 4. 3. 24. conf. infra Atteruisse.
Atterere aures alicui, per translationem. Plaut. Pers. 4. 9. 11. Cuiquam mortali libero aures atteram?
Atterere item per translationem: ut, Attrita bellis Æthiopia. Plin. lib. 6. cap. 29.
Atterere famam alicujus. Sallust. in Catil. 16. Post ubi eorum famam atque pudorem attriverat, majora alia imperabat. i. e. Postquam ad infamiam & impudicitiam eos adegerat.
Attriverant alteri alteros. Sallust. Bell. Jugurth. 81.
Hostem atterere. Flor. 3. 22. & Justin. 41. 64.
Atteruisse poetice, pro Attrivisse. Tibull. 1. 4. 42.
Aut operi insuetas atteruisse manus. al. Attenuasse q. V.

ATTRĪTUS, Partic. [παρατετριμμένος] Virg. 6. Ecl. 17.
Et gravis attrita pendebat cantharus ansa.
Attritæ opes, sæpius apud Livium, pro Imminutæ.
Patrimonium. Suet. Aug. 40.
Toga attrita. Martial. lib. 14. 125.
Vomer attritus. Virg. 1. Georg. 46.
Atteritus pro Attritus in codice Vaticano Taciti legitur.
Compar. Cic. 6. Verr. 94. Herculis templum est apud Agrigentinos, non longe a foro, sane sanctum apud illos & religiosum. Ibi est ex ære simulacrum ipsius Herculis, quo non facile quicquam dixerim me vidisse pulchrius: tametsi non tam multum in istis rebus intelligo, quam multa vidi: usque eo Judices, ut rictus ejus ac mentum paulo sit attritius, quod in precibus & gratulationibus non solum id venerari, verumetiam id osculari solent.

ATTRĬTUS, ûs. m. [παράτριψις] Plin. lib. 9. cap. 45. Contactos pisces, attrituque petræ scalpentes pruritum, invadit.
Ex attritu facta. Plin. lib. 33. cap. 6.
Attritus arborum. Plin. lib. 8. cap. 32.
Attritus calceamentorum. Plin. lib. 28. cap. 16. & 30. 9.
Sedis vitia & attritus celerrime sanat plantago. Plin. lib. 26. cap. 8.

ATTRITIO, ōnis. f. Mart. Capella.

ATTES, V. ATTIS.

ATTESTOR, [μαρτύρομαι] āri. est (ut ait Perottus) In testimonium adducere. Cic. pro Milon. 69. Is qui ita natus est, & ita consuevit, te Magne tamen attestaretur. Hor. 1. Serm. 9. 76.
— casu venit obvius illi
Adversarius: &, Quo tu turpissime? magna
Exclamat voce: & licet attestari? ego vero,
Oppono auriculam, rapit in jus, &c. Quem ad locum Acron. & Schol. Cruquian. V. & supra ANTESTOR. Plaut. Pers. 4. 9. 11. leno ad Satyrionem parasitum, Nonne attestaris? & parasitus, Tuane ego causa carnifex cuiquam mortali libero aures atteram?
Attestari, pro simplici Testari accipitur. Plin. in præf. lib. 1. Hoc attestabatur vel inimico judici se probari posse.

ATTESTANS, Partic. [μαρτυρούμενος] Qui testimonium reddit. Cic. pro Syll. 82. Sed quia sunt descripti Consulares, de his tantum mihi dicendum putavi, quod satis esset attestante memoria omnium, neminem esse ex illo honoris gradu, qui non, &c.
Attestante Artemidoro. Plin. lib. 2. cap. 108.

ATTESTATIO, ōnis. f. Macrob. 2. Somn. Scip. 9. Describi hoc nostra attestatione non debuit.

ATTESTĀTOR, ōris. m. [ἐπιμάρτυς] Plin. 6. Epist. 17. Quanquam quis uno te reverentior hujus operis, quis benignior attestator?

ATTESTĀTUS, Partic. [μεμαρτυρημένος] Testimonio comprobatus. Plin. lib. 10. cap. 43. Reddatur & corvis sua gratia, indignatione quoque Pop. Romani attestata, non solum conscientia.
Attestata dicebantur fulgura, Quæ iterato fiebant, videlicet significationem priorum attestantia. Festus. Senec. Nat. Quæst. 2. 49. Fulmina attestata sunt quæ prioribus consentiunt.

ATTEXO, ui, tum, [προσυφαίνω] ĕre. Addere, adjungere. Cic. de Univers. 36. Vos autem ad id quod erit immortale, partem attexitote mortalem. conf. Varro 2. de R. R. 5.

ATTĬCA, [Ἀτθὶς, Ἀττικὴ] Regio inter Achaiam & Macedoniam, quæ quibus nominibus antiquitus dicta fuerit infra v. ATTHIS dicetur. Unde

ATTĬCUS, Adj. [Ἀττικὸς]
Aspectus Atticus, i. e. Os impudens. V. Erasm. Chil.
Dialectus Attica apud Grammat.
Eloquentia, i. e. Summa. V. Burman. ad Quintil. procem. lib. 6.
Elegantia. Ter. Eun. 5. 8. 63.
Fides, i. e. Sincera. Velleius, 2. 23.
Lepos. Hieron. de optimo gen. Interp.
Musa; ita nominatus est Xenophon, ob eloquentiam.
Stilus. Cic. de Clar. Orat. 167.
Subtilitas. Idem 67.
Atticus fuit Cognomen Titi Pomponii, quod Attice optime loqueretur, Nepos, 4. 1. in vit. Sic Græce loquebatur, ut Athenis natus videretur: vel quod Athenis diutius commoratus fuit.

ATTICE, Adv. [Ἀττικῶς] ut, Attice loqui, h. e. Lingua Attica. Cic. de Clar. Orat. 290. Nam siquis eos qui nec inepte dicunt, nec odiose, nec putide, Attice putat dicere: is recte nisi Atticum probat neminem.

ATTICISMUS, [Ἀττικισμὸς] Phrasis Attica, vel Attica loquutio, & dicendi genus Atticum. Cic. 4. Att. 17. Quintil. lib. 6. cap. 3.

ATTICISSO, [Ἀττικίζω] āre. Curiosius Attice loqui. Plaut. Men. prol. 12.

ATTIDIATES, Populi sunt in sexta regione Italiæ, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 14.

ATTIGO, sine N a veteribus fuisse usurpatum probat Nonius pro Attingo. Plaut. Asin. 2. 2. 106. Hercle vero tu cavebis, ne me attigas. Idem Most. 2. 2. 37. Abscedite, telis ne attigant. Locus citatus in multis editionibus sic se habet, Abscedite, ædes ne attingite.

Attigas, pro Contingas. Turpil. Leucad. Ne me attigas, atque aufer manum. Accius Erigonis: Age age, amolire, amitte, cave vestem attigas.

ATTIGUUS, [παραφής] ab Attigo antiquo verbo; Quod ita vicinum est ut attingat. Apul. lib. 4. Contra proclive montis attigui fuga me liberavi. Quomodo & Contiguus dicitur.

ATTILIUS, V. ATILIUS.

ATTILA, vel ATTYLA, [Ἀττίλας] Hunnorum Rex, Flagellum Dei dictus, qui totam pene Europam cladibus & vastatione complevit, Bledam fratrem & consortem in regno suo peremit: Unam cladem in campis Catalaunicis a Romanorum, Francorum, Gothorum, Burgundionumque conjunctis copiis passus, Aëtio duce, ceteris partibus victor, Ao. 450. hæmoptoe in thoro nuptiali oppressus periit. Prosper. Chron. V. Pitisc.

ATTĬLUS, Piscis in Pado, inertia pinguescens, ad mille aliquando libras, catenato captus hamo, nec nisi boum jugis extractus. Plin. lib. 9. cap. 15.

ATTĬNEO, ui, [κατέχω] ēre. ex Ad & Teneo: idem significat quod Tenere. Plaut. Capt. 2. 2. 16. Nunc jam cultros attinet. Tacit. 1. Ann. 35. Ni proximi prehensam dextram vi attinuissent.

Attinere aliquem, pro Retinere. Tacit. 2. Hist. 14. Deletæ omnes copiæ forent, ni victorem exercitum attinuisset obscurum noctis. Et Sallust. Bell. Jugurth. 108. Simul Romanos & Numidam spe pacis attinuisse.

Attinere publica custodia. Tacit. 3. Ann. 36. Precabantur Drusum, daret ultionis exemplum, donec accitam convictamque attineri publica custodia jussit.

Attineri vinculo servitutis. Tacit. 13. Ann. 27. Quos vindicta patronus non liberaverit, velut vinculo servitutis attineri.

Defectione attineri. Tacit. 13. Ann. 37. Vologesen defectione Hyrcaniæ attineri, suadet Tyridati precibus Cæsarem aggredi.

Discordiis. Tacit. 1. Ann. 50. Ob amissum Augustum discordiis attinemur.

Domi studiis. Tacit. 14. Ann. 56. Seneca rarus per urbem, quasi valetudine infensa, aut sapientiæ studiis domi attineretur.

ATTĬNET, [προσήκει] fere impersonaliter legitur, pro Pertinet, decet, convenit. Cic. 4. Acad. 37. Nihil attinet de assensione omnino loqui. Nec quæ nihil attinent. Hor. 1. Carm. 19. 12.

Attinet ad vitem colendam. Cic. 4. de Fin. 38. Si igitur illa cultura vitium in vite insit, ipsa cetera, credo, velit, quæ ad colendam vitem attinebunt, sicut antea. &c. h. e. Spectabunt.

Attinet ad me. Ter. Adel. 2. 1. 32. Jamne me vis dicere quod ad te attinet? Ubi Donatus, Quod tibi prodest & commodum est? Hoc ad me attinet, Nihil ad me attinet. Plaut. Bacch. 2. 2. 51. Negotium ad me attinet aurarium. Ter. And. 1. 2. 16. Nihil ad me attinet. Idem. Adel. 3. 3. 82. Illum curo unum, ille ad me attinet.

Quid istuc ad me attinet? Plaut. Epid. 1. 1. 70.

Quod ad me attinet. Cic. pro Rosc. Amer. 120. Servos ipsos, quod ad me attinet, neque arguo, neque purgo.

Quam ad rem dicam hoc attinere somnium? Plaut. Rud. 3. 1. 19.

Quid attinet, &c. Hor. Epod. 4. 17.

Quid attinet tot ora navium gravi
Rostrata duci pondere　　Contra latrones?

ATTINGO, ĭgi, actum, [ἅπτομαι, ἐφάπτομαι, ἐπιψαύω] ĕre. Leviter tangere. Virg. 5. Ecl. 26.

— nec graminis attigit herbam.　　Ter. Adel. 2. 1. 24. Tetigin' tui aliquid? c. si attigisses, ferres infortunium. Ubi Donatus, Plus dixit Attigisses, quam Tetigisses. Est enim multo minus Attingere, quam Tangere. Idem Eun. 4. 6. 2. Atqui si illam digito attigerit uno, oculi ilico effodientur. Ubi Donatus, Digito uno, Moris comminantium est, ad exiguum revocare commissa quæ se ulturos prædicent. V. Digito Atting.

Aquam attingere mento. Cic. 1. Tusc. 10.

Ad rem nihil attingit, pro Nihil attinet. Plaut. Merc prol. 32. Hoc ideo fit, quia quæ nihil attingunt ad rem, nec sumptus videt, tum amator profert sæpe adverso tempore.

Britanniam attigit, pro Pervenit in Br. Cæs. 4. Bell. Gall. 23. Ipse hora circiter diei quarta, cum primis navibus Britanniam attigit.

Doctrinæ aliquid. Cic. 2. de Orat. 1. Opinio fuit L. Crassum non plus attigisse doctrinæ, quam quantum prima illa puerili institutione potuisset.

Forum. Cic. 5. Fam. 8. De me sic existimes, ac tibi persuadeas vehementer velim, me non, &c. sed, ut primum forum attigerim, spectasse semper, ut tibi possem quammaxime esse conjunctus. V. FORUM.

Hæreditatem attingere. Cic. 6. Att. 9. Procura, quantulacunque est, Pretianam hæreditatem, prorsus illam ne attingas.

Leviter aliquid in transitu. Quintil. lib. 7. cap. 4.

Librum aliquem strictim. Cic. 2. Att. 1.

Literas. Cic. 1. de Orat. 82. Namque egomet qui sero ac leviter Græcas literas attigissem. i. e. Parum studuissem Græcis literis.

Legis initium voce tantum attingere. Cic. de Arusp. Resp. 7. Hesterno die quum mihi stanti tacens minaretur, voce tantum attigi legum initium & judicii, consedit ille. Clodium intelligit.

Naturam humanam attingit. Cic. 1. Off. 18. Ex quatuor locis in quos honesti naturam vimque divisimus, primus ille qui in veri cognitione consistit, maxime naturam attingit humanam.

Nomen legis attingere. Cic. 2. de Legib. 13. Quid quod multa perniciose, multa pestifere sciscuntur in populis, quæ non magis legis nomen attingunt, quam si latores aliqua consessu suo sanxerunt? i. e. Non magis sunt leges, &c.

Oram aliquam, sive Regionem attingere, pro Vicinum esse. Cæs. 1. Bell. Gall. 1. Attingit etiam a Sequanis & Helvetiis flumen Rhenum: vergit ad septentriones. Cic. 5. Att. 20. Perrexi in Ciliciam per Cappadociæ partem eam quæ Ciliciam attingit.

Perquam breviter perstringere atque attingere. Cic. de Orat. 2. 201. Ut de lege Apuleia dicerem, ut quid esset minuere majestatem explicarem, perquam breviter perstrinxi atque attigi

Partem aliquam sceleris alicujus. Cic. pro Sext. 68. Quisquis erat, qui aliquam partem in meo luctu sceleris Clodiani attigisset, quocunque venerat, &c.

Rempublicam. Cic. 2. Att. 22. Rempublicam nulla ex parte attingimus in causis: atque in illa opera nostra forensi summa industria versamur.

Rem aliquam, pro Tractare. Cic. 4. de Fin. 76. Priorem autem illi egregie tradiderunt, hi omnino ne attigerunt quidem. i. e. Nullam prorsus mentionem de ea fecerunt. Plin. in præfatione operis, Jam omnia attingenda quæ Græci τῆς ἐγκυκλοπαιδείας vocant.

Rem attingere ad verbum. Cic. pro Cæcin. 49. Potestne detrudi quisquam qui non attingitur? nonne, si verbum sequi volumus, hoc intelligamus necesse est, eum detrudi, cui manus afferantur? necesse est inquam, si ad verbum rem volumus attingere, neminem statu detrusum qui non adhibita vi, manu demotus & actus præceps intelligatur.

Rem unamquamque singulatim attingere. Cic. 1. de Invent. 34.

Senectutem. Columel. lib. 1. Necdum senectutem attigerit. h. e. Nondum senuerit.

Studia. Suet. de Clar. Gram. cap. 9.

De re aliqua attingere. Cic. 1. Q. frat. 1. De his rebus nequid attingat.

Te attingit hæc res. Cic. 2. de Legib. 3. Sed nimirum me alia quoque causa delectat, quæ te non attingit ita.

Pertinet ad, & attingit. Cic. 5. de Fin. 24. Quum animal processit paulum, & quatenus quicquid se attingat, ad seque pertineat, perspicere cœpit, tum sensim incipit progredi, seque agnoscere & intelligere.

Cura attingit. Cic. 9. Att. 13. Siqua de Pompeio nostro tuendo, & tibi ac Reip. reconciliando cura te attingit. i. e. Siqua est tibi cura etiam minima. Vel ut ait Virg. 1. Æn. 265.

— quando hæc te cura remordet.

Digito cœlum attingere dicuntur, Qui longe supra mortalium conditionem, ac diis proximi esse videntur. Cic. 2. Att. 1. Nostri autem principes digito se cœlum putant attingere, si mulli barbati in piscinis sunt, qui ad manum accedant. Erasmus.

Digito attingere. Cic. 5. Tusc. 55. Lælius si digito quem attigisset, pœnas dedisset. i. e. Si vel levissime tetigisset: ita enim levissimum & pene nullum tactum exprimere solebant, ut in epigrammate veteri apud Gellium,

Si digito attigero incendam silvam simul omnem.　　i. e. Si vel levissime tetigero. V. a princ. h. v.

Digitis extremis attingere aliquod genus vitæ, proverbialiter dicitur. Cic. pro Cœl. 28. Et audivi non modo qui primoribus labris gustassent genus hoc vitæ, & extremis (ut dicitur) digitis attigissent, sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent.

Dolore attingi. Cic. 3. de Fin. 30. Id ita esse sic probant, quod antequam voluptas aut dolor attigerit, salutaria appetant parvi, aspernenturque, &c.

Infamia attingit. Liv. 7. Bell. Pun. Sed erant perpauci quos ea infamia attingeret.

Invidia eum attingit. Cic. 3. Fam. 10. Quo studio providit, nequa me illius temporis invidia attingeret.

Labris primoribus aliquid. Cic. 1. de Orat. 87. Hæc autem esse penitus in media philosophia retrusa atque abdita, quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent. V. Digitis extremis atting.

Sanguine, cognatione, affinitate, necessitudine aliquem attingere. Cic. 4. Verr. 27. Quo quisque te maxime cognatione, affinitate, necessitudine aliqua attingebat.

Suspicione. Cic. 3. de Nat. Deor. 24. Deinde quos in Senatu ne tenuissima quidem suspicione attigerat, eos nominavit.

Versibus & inchoare. Cic. pro Arch. 28. Quas res nos in Consulatu nostro vobiscum simul pro salute hujus urbis atque imperii, & pro vita civium, proque universa repub. gessimus, attigit hic versibus, atque inchoavit.

Attingere aliquem, pro Nominare. Cic. pro Rosc. Amer. Usque eo animadverti, Judices, eum jocari, atque alias res agere, ante quam Chrysogonum nominavi. quem simul atque attigi, statim homo se erexit.

Attingere aliquid, aut sensu gustare. Cic. pro Arch. 17. Quod si ipsi hæc neque attingere, neque sensu nostro gustare possemus, tamen ea mirari deberemus.

ATTACTUS, Partic. ut, Attactus telis. Sil. lib. 11. 147.

ATTACTUS, ûs. m. [ἐπαφή] Virg. 7. Æn. 350. de serpente, quem Alecto in sinum Amatæ conjecerat,

Ille inter vestes, & lævia pectora lapsus
Volvitur attactu nullo.　　Ubi Servius, Sine morsu, sine sensu. Varro de R. R. lib. 2. cap. 5.

ATTHIS, ĭdis. [Ἀτθίς] Cranai filia, a qua regio Attica, ut quidam existimant, dicta est, quum prius Acte & Actica ab Actæo rege diceretur: ut Favorino apud Steph. & Lycophroni placet: Sive ab ἀκτή, quod Littus significat: quum ea regio (ut Strabo in principio libri noni scribit) magna ex parte littoralis sit. Plin. l. 4. 7. Pausan. in Attic. conf. ACTA. In hac sunt Athenæ. & Marathon campus, cum oppido ejusdem nominis.

ATTIS, ĭdis. Attica regio. Lucret. lib. 6. 1114.

Attide tentantur gressus, oculique in Achæis
Finibus.　h. e. Athenienses podagra magna ex parte laborant. V. dict. præc.

ATTIS, ĭdis. [ἀτθίς] Luscinia dicitur, quasi Attica. Martial. lib. 1. 5.

Sic ubi multisona fervet sacer attide lucus.　　Alludit ad Philomelæ metamorphosin.

ATTYS, vel ATTIS, vel ATYS. Pausaniæ Attes, Ἄττης, dicitur, Calai Phrygis filius, impotens generandi a matre genitus, adultus in Lydiam migravit, ibique Magnæ matris ceremonias docuit. Usque eo autem Deæ charum fuisse dicit, ut Jupiter æmulatione ductus, immisso apro, eum interimendum curaverit. Hæc ille in Achaïc. ex Hermesianacte. Sed ibidem aliam fabulam subjicit, quam Gallogræci jactarent. Aliter Serv. ad Æn. 9. 116. refert, & aliter rursus Catullus Carm. 60. Ovid. 10. Met. 103. in Pinum conversum docet:

Et succincta comas, hirsutaque vertice pinus,
Grata Deum matri: Siquidem Cybeleïus Attis
Exuit hac hominem; truncoque induruit illo.　　Ubi Interpp. V. & ad Catull. & Ovid. Ibin. v. 457.

ATTITŬLO, āre. Titulum apponere. Rufinus.

ATTIUS, Nom. gent. Rom. Plebeiæ. In nummis ATIUS scribitur, teste Fulv. Ursino q. V. Attii cujusdam Pigmentarii meminit Cic. 15. Fam. 17.

L. Attius, Poeta eximius fuit, multis annis Pacuvio minor, qui dicebatur plus habere magnitudinis & grandiloquentiæ, ut ita dicam, Pacuvius plus doctrinæ. Cic. in Brut. 229. Attius iisdem ædilibus ait se & Pacuvium docuisse fabulam, quum ille octoginta, ipse triginta annos natus esset. Idem Cic. in Orat. pro P. Sextio, 119. seq. multos Attii versus profert, eumque disertissimum poetam appellat. De ætate ejus V. Corrad. ad Brut. Cic. 107. Scribitur interdum Accius sed perperam. [Huc ergo transfer, quæ supra in ACCIUS leguntur.

ATTOLLO, [ἐπαίρω, αἰαίρω, μετεωρίζω] ĕre. ex Ad & Tollo compositum; Erigere significat. Plaut. Cas. 4. 4. 1.
Sensim super attolle limen pedes, nova nupta.
Attollere & levare. Liv. Quumque se quisque attollere ac levare vellet.
Aliquem triviis attollere. Hor. 1. Epist. 17. 58.
Nec semel irrisus triviis attollere curat
Fracto crure planum.
A gravi casu se attollere. Liv. 8. 7. Quem cuspide parmaque innixum, attollentem se a gravi casu, Manlius ab jugulo, ita ut per costas ferrum emineret, terræ affixit.
A terra se attollere. Plin. lib. 24. cap. 10. Item chamæcisson appellant hederam non attollentem se a terra. i. e. Serpentem humi.
Arcadia attollitur in montes sex atque LXX. Plin. lib. 4. cap. 6.
Arcem tectis attollere. Virg. 3. Æn. 134. Ubi Servius, Id est domos ædificare.
Colles alti attolluntur. h. e. Assurgunt & elevantur. Plin. lib. 12. cap. 14.
Gloria se attollit. Virg. 4. Æn. 176.
Humeris attollere. Virg. 4. Georg. 217.
Et sæpe attollunt humeris.
Immensum flumen attollitur. Tacit. 6. Ann. 37. Nuntiavere accolæ, Euphratem nulla imbrium vi sponte & immensum attolli.
In cœlum. Plin. lib. 21. cap. 7.
Iras attollere. Virg. 2. Æn. 185.
Minas attollens serpens. Columel. lib. 8. cap. 2. Quin attollentem minas serpentem, vel aliud noxium animal interficere.
Malos attolli jubet. Virg. 5. Æn 829. Ubi Servius, i. e. Vela per malorum volubilitatem levari: nam cum navigarent non dubium quin olim erexerint arbores.
Muros attollere. Sil. lib. 15.
Nomen alicujus attollitur ad sidera. Lucan. lib. 7. 11.
Oculos attollere, Suspicere. Virg. 4. Æn. 688.
Oculos adversus. Liv. 6. Nec adversus Dictatoriam vim, aut Tribuni plebis, aut ipsa plebs attollere oculos, aut hiscere audebant.
Pallium. Ter. Eun. 4. 6. 31.
Rem parvam. Cels. lib. 5. cap. 26. Histrionis est parvam rem attollere.
Se attollit mundus. Plin. lib. 2. cap. 70. Neque enim (ut dixere aliqui) mundus hoc polo excelsiore se attollit: aut undique cernerentur hæc sidera.
Se attollere urbes ac montes dicuntur, quod e longinquo accedentibus paulatim assurgere videantur. Virg. 3. Æn. 552.
Hinc sinus Herculei (si vera est fama) Tarenti
Cernitur: attollit se diva Lacinia contra. Diva Lacinia, Junonis Laciniæ templum. Servius.
Se attollere venæ dicuntur, Quum dilatant sese in cordis diastole, cui opponitur Submittere. Cels. lib. 1. in proœm. Tum requirunt etiam (inquit) quare venæ nostræ modo submittant se, modo attollant. V. SUBMITTO.
Sermones. Quintil. lib. 1.
Signa. Plaut. Casin. 2. 6. 5. Quid si propius attollamus signa, eamusque obviam?
Attollere, Auferre. Pacuvius Medo, Custodite istum vos, ne eum quis attollat, neve quis attingat. Nonius.
Attollere, pro Tollere, Educare: ut, Attollere partum. Plin. lib. 11. cap. 39.

ATTOLLENS, Partic. [ἐπαίρων] ut, Crura attollens, Altiore gradu incedens. Sil. lib. 16. De equo Panchetis,
— tum mollia crura superbi
Attollens gressus, magno clamore triumphat.

ATTONDEO, di, sum, [ἐπικείρω] ĕre. Omnino tondere. Plaut. Capt. 2. 2. 18. Sed utrum, strictimne attonsurum dicam esse, an per pectinem, nescio.
Attondere ulmos. Plaut. Epid. 2. 3. 6. [Immo Ulmi attondent. V. Interpp. ad l.
Virgulta. Virg. 10. Ecl. 7.
Attondere aliquem auro, per metaphoram, pro Spoliare. Plaut. Bacch. 5. 1. 9. Is me scelus auro usque attondit doctis indoctum dolis. [Ita Græci v. περικείρειν utuntur. V. Barl. ad Luciani Tim. p. 6[illegible] ed. Græv.

ATTONDENS, Partic. [ἐπικείρων] Virg. 2. Georg. 406.
— curvo Saturni dente relictam
Persequitur vitem attondens.

ATTONSUS, Partic. [ἐπικεκαρμένος] Cels. lib. 4. cap. 3. Neque inutile erit caput attonsum habere.
Attonsa arva. Lucan. lib. 6. 84.
Laus. Cic. 5. Tusc. 49. Et est in aliqua vita prædicabile aliquid & gloriandum, ac præ se ferendum: ut Epaminondas,
Consiliis nostris laus est attonsa Laconum.

ATTŎNO, ui, ĭtum, [ἐκπλήσσω, ἐμβροντάω] āre. Verbum rarissime lectum: quod Stupefacere videtur significare. Ovid. 4. Epist. 50.
Aut quas semideæ Dryades, Faunique bicornes
Numine contactas attonuere suo. Hinc

ATTONĬTUS, [ἀπόπληκτος, ἐμβρόντητος, ἐκστατικός] Nomen ex Partic. Virg. 3. Æn. 172.
Talibus attonitus visis, ac voce deorum. Ubi Servius, h. e. Talibus deorum vultibus. unde sequitur, Ac voce deorum. nam & voce se dicit attonitum & visis. Attonitus vero est Stupefactus. Nam proprie Attonitus dicitur, Cui casus vicini fulminis & sonitus tonitruum dant stuporem.
Attonitos quoque (inquit Cels. lib. 3. cap. 26.) raro videmus, quorum & corpus & mens stupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo: ἀποπληξίαν hunc Græci appellant.
Animis attonitis hæsere. Virg. 5. Æn. 529.
Aures attonitæ. Sen. OEth 8.
Arces. Sil. Ital. 4. 7.
Cor. Ovid. 11. Met. 709.
Domus attonitæ. Virg. 6. Æn. 53.
— nec enim ante dehiscent
Attonitæ magna ora domus. Ubi Servius, Attonitæ domus, Stupendæ, non Stupentis. Ergo Attonitæ, Facientis attonitos: ut, Mors pallida, tristis senectus.
Gressu attonito fertur. Sen. in Octav. 7.
Mentis attonitæ stupor. Sen. in Troad. 6.
Oculis attonitis metiri aliquid. i. e. Continuo intuitu nusquam alio versa acie. Claud. 2. Cons. Stilich. 70.
Pectus. Sen. in Herc. fur. 13.
Persuasio. Plin. lib. 29. cap. 1. Simul contra attonitas quorundam persuasiones, qui prodesse nisi pretiosa non putant.
Vates attonitus, Raptus Bacchi numine & Apollinis. Hor. 3. Carm. 19. 14.
Ternos ter cyathos attonitus petet Vates.
Urbes. Flacc. 3. Argon. 209. Juven. 4. Sat. 77. & Claudian. de Bell. Gild. 84.
Attonitus novitate ac miraculo. Liv. 1.
Novitate attoniti pavent. Ovid. 8. Met. 681.

ATTONITE, Adv. [ἐκστατικῶς] Plin. lib. 30. cap. 1. Britannia hodieque eam attonite celebrat tantis cæremoniis, ut dedisse Persis videri possit. De magia loquitur.

ATTRACTYLIS, V. ATRACTYLIS.

ATTRAHO, xi, ctum, [ἐφέλκω, ἐπισπάω] ĕre. Ad se trahere. Cic. 5. Verr. 61. Adducitur a Venereis, atque adeo attrahitur Lollius commode.
Attrahere ad se. Liv. 29. 9. Tribunos attrahi ad se jussit. Cic. in Sallust. 14. Bis ad judicis subsellia attractus.
Attrahere hominem ad aliquod negotium. Cic. 4. Verr. 1. Ea me ad hoc negotium provincia attraxit.
Attrahere & allicere. Cic. de Amicit. 50. Quod si etiam illud addimus quod recte addi potest, nihil esse quod ad se rem ullam tam alliciat, tam attrahat, quam ad amicitiam similitudo, concedatur, &c.
Attrahere in se. Plin. lib. 37. cap. 3. Cæterum attritu digitorum accepta vi caloris, attrahunt in se paleas, & folia arida, ut magnes lapis, ferrum.
Attrahere, & reddere animam, pro Inspirare & expirare. Plin. lib. 11. cap. 37. Sub corde pulmo est, spirandique officina, attrahens ac reddens animam.
Accersere & attrahere. Cic. ad Brut. 17. O magnam stultitiam timoris! id ipsum quod verearis ita cavere, ut quum vitare fortasse potueris, ultro accersas & attrahas.
Attrahere lora. Ovid. de Rem. Amor. 397.

ATTRACTUS, Partic. [ἐφελκυσθεὶς] ut, Attractus spiritus. Virg. 3. Georg. 505.
Tum vero ardentes oculi, atque attractus ab alto
Spiritus, interdum gemitu gravis. Intelligit difficilem respirationem.
Compar. Sen. Benef. 4. 31. Quum Pollionis attractiorem vidisset frontem.

ATTRACTUS, ûs. m. Cels. 7. 29. [Falso. Nam ibi partic. est, & ad v. Uncus refertur.

ATTRACTIO, ōnis. f. [ἑλκισμὸς]
Attractionem apud Quintilianum legimus pro eo positam, quod Donatus Adverbia congregandi vocat, qualia sunt, Summatim, viritim, ostiatim, & hoc genus similia. Ejus verba sunt hæc lib. 1. cap. 4. Nihilominus fuerunt qui ipsum adhuc Vocabulum ab Appellatione diducerent: ut esset Vocabulum, corpus visu tactuque manifestum, Domus, lectus: Appellatio cui vel alterum deest, vel utrunque, Ventus, cœlum, deus, virtus. Adjiciebant & Asseverationem, ut Heu: & Attractionem, ut Fasceatim: quæ mihi non approbantur. Sed lectio incerta est; nam quidam MSS. Codices Tractationem, plerique Attrectationem exhibent. [Forte Adjectionem vel Adjunctionem. i. e. Adverbium. Nam Adverbia notum est Adjuncta dici, quæ Priscianus, verbis loco Adjectivorum esse dicit l. 17. f. 185. b. Ald.

ATTRACTORIUS, Adj. Virtus attractoria. Macer. 4. 19.

ATTRĔBATES, V. ATREBATES.

ATTRECTO, [ψηλαφάω, μεταχειρίζω] āre. ex Ad & Tracto. Liv. 5. Quod id signum more Hetrusco, nisi certæ gentis sacerdos, attrectare non esset solitus. Sic Attrectare contaminatis manibus. Cic. de Arusp. Resp. 26. Attrectare sacra. Virg. 2. Æn. 719.
Alienam rem attrectare. Gell. 11. 18.
Attrectare uxorem alterius, in significatione impudica. Cic. pro Cœl. 20. Est enim dictum ab illis, fore qui dicerent uxores suas a cœna redeuntes attrectatas esse a Cœlio.
Vide in CONTRECTO quæ notavi ex Horatii Commentatore. H. St.

ATTRECTATIO, ōnis. f. Attrectatio violentissima. Sen. Controv. 4. 25. conf. Gell. 11. 18.

ATTRECTATUS, ûs. m. [ψηλάφησις] Cic. 2. Tusc. 150. Nam attrectatu, & quassu sævum amplificatis dolorem.

ATTRĔMO, ui. [ἐπιτρέμω] ĕre. ut, Attremere oranti, Ad vocem alicujus contremiscere. Stat. 8. Theb. 81.
Dixerat, atque illi jamdudum regia tristis
Attremit oranti, suaque, & quæ desuper urget,
Nutabat tellus. De Plutone.

ATTRĔPIDO, āre. Senili gradu accedere. Plaut. Pœn. 3. 1. 41. Attrepidate saltem, nam vos approperare haud postulo. [Verbum Plautinæ licentiæ.

ATTRIBUO, ui, ūtum, [προστάττω, προσνέμω, ἀνατίθημι] ĕre. Verbum notæ ex compos. significationis. Cic. 3. de Nat. Deor. 89. Et 2. Fam. 16. Nam ad Senatum Bibulus quas literas misit quod in iis mihi cum illo erat commune, sibi soli attribuit.
Attribuere causam calamitatis alicui. Cic. 7. Verr. 105. Fit clamor & admiratio populi tantam esse in homine impudentiam atque audaciam, ut aut aliis causam calamitatis attribueret, &c.
Culpam attribuere. Cic. 7. Verr. 134. Aut si uni attribuenda culpa sit, in eo maximam fuisse.
Attribuas illi quod. Cic. 2. Att. 1. Quod Sicyonii te lædunt, Catoni & ejus æmulatori attribuas Servilio.

Ascribere

Ascribere & attribuere. Cic. 3. de Nat. Deor. 89. Nonnunquam bonos exitus habent boni: eos quidem ascribimus attribuimusque sine ulla ratione diis immortalibus.

Attribuere, pro Dare. Cic. pro Rosc. Amer. 9. Huc accedit summus timor, quem mihi natura pudorque meus attribuit.

Attribuere, pro Fideicommittere. Liv. 1. 20. Pontificem deinde Numa Marcium Marci filium ex Patribus legit: eique omnia exscripta exsignataque attribuit.

Curam attribuere. Liv. 6. Bell. Pun.

Enumerationem aut orationem alicui rei attribuere, pro Inducere loquentem. Cic. 1. de Invent. 9. Res autem inducetur; si alicui rei hujusmodi, legi, loco, urbi, monumento attribuetur oratio per enumerationem.

Attribuere alicui equum, mancipium, naves, &c. Cæs. 1. Bell. Civil. 24. Copias undique omnes ex novis delectibus, ad se cogi jubet. servos pastores armat, his equos attribuit. Cic. 12. Att. 27. Lentulum puerum visas, eique de mancipiis, quæ tibi videbitur, attribuas.

Attribuere, Assignare. Cæs. 7. Bell. Gall. 81. Nostri, sicut superioribus diebus, ut cuique erat locus attributus, ad munitionem accedunt.

Attribuere locum tertium alicui rei in re aliqua. Plin. lib. 16. cap. 37. Tertium locum ei in æstimatione ruris Cato attribuit. De Salicto.

Attribui, quandoque significat Tributi nomine statuere. Liv. l. 39. c. 44. de censura Catoniana loquens, In censibus quoque accipiendis tristis & aspera in omnes ordines censura fuit. Ornamenta, & vestem muliebrem, & vehicula, quæ pluris quam quindecim millium æris essent, in censum referre viatores jussit. Item mancipia minora annis viginti, quæ post proximum lustrum, decem millibus æris, aut eo pluris venissent, uti ea quoque decies pluris quam quanti essent æstimarentur, & his rebus omnibus terni in millia æris attribuerentur. h. e. Tributi nomine statuerentur. Volens enim Cato homines a luxu deterrere, pluris decies delicatam vestem & venusta mancipia, quam quanti vendi possent, æstimavit, & in æris singula millia ternos asses tributi constituit. Budæus.

Attributi finitimis municipiis. Plin. lib. 3. cap. 20. Dein Camuni, compluresque similes finitimis attributi municipiis.

Attributa sidera singulis nobis. Plin. lib. 2. cap. 8.

Destinare, attribuere, atque describere. Cic. pro Sext. 66. Qui locus orbis terræ jam non erat alicui destinatus? cujus negotii publici cogitari, optari, fingique procuratio potuit, quæ non esset attributa atque descripta?

Attribuere negotium aliquod alteri. Cæs. 3. Bell. Gall. 14. Neque satis Bruto, qui classi præerat, nec Tribunis militum, Centurionibusque, quibus singulæ naves erant attributæ, constabat quid agerent.

Attributos quod appellas, valde probo. Cic. 13. Att. 22. i. e. Assignatos tibi a me debitores, unde exigeres.

Attributæ pecuniæ, ab antiquis dicebantur, quas nunc Assignationes dicimus. Varro lib. 1. de L. L. Tributum (inquit) dictum a tribubus, quod ea pecunia, quæ a populo imperata erat, tributim a singulis pro portione census exigebatur. Ab hoc ea quæ assignata erat, Attributum dictum. Ab eo quoque quibus attributa erat pecunia ut militi reddant, Tribuni ærarii dicti. Id quod attributum erat, æs militare. Cic. 3. Verr. 34. Ne diutius teneam, pecunia attributa numerata est. profectus est Quæstor in provinciam. Quæ verba exponens Asconius, Pecunia (inquit) Attributa, est Quæ in stipendium militum de ærario a Tribunis ærariis adnumerari Quæstori solet. Cic in Pison. 86. Nonne sestertiûm centies & octogies, quod quasi vasarii nomine in venditione mei capitis ascripseras, ex ærario tibi attributum Romæ in quæstu reliquisti? Erat igitur proprie Attributa pecunia Ea quæ Imperatoribus ad provincias euntibus assignabatur. Sed in quodcunque negotium assignetur, Attributum hodie vocari potest. Tribuni igitur ærarii secundum Asconium, ea munera obibant quæ nunc Receptores generales obeunt, Attributam pecuniam Quæstoribus provincialibus adnumerantes ex ærario promptam. Secundum Varronem ii erant qui militibus ipsis protinus adnumerabant, quæ nunc Thesaurarii sunt bellici. Hæc igitur, diversis temporibus varie constituta fuerunt. Hæc Budæus. Sed a rebus publicis transferri ad privatas, docet illud Cic. 13. Att. 12. Faberius si venerit, videbis ut tantum attribuatur, si modo attribuetur, quantum debetur: i. e. Numeretur, solvatur. Et 16. 1. Ait enim attributionem in Idus, se autem urgeri acriter. i. e. Solutionem pecuniæ quam debebat Quintus filius.

Solvere & attribuere pecuniam. Cic. 9. Philipp. 6. Quantique locarint, tantum pecuniam redemptori solvendam, attribuendamque curent.

ATTRIBUTIO, onis. f. Cic. 15. Att. 13. Tamen ad me ex Phormiano scripsit: quas literas, quum e balineo exissem, accepi, sese de attributione omnia summa fecisse

Attributio nominum, est Debitorum assignatio, Eidem 16. Att. 3.

De attributione conficies, de repræsentatione videbis. Idem Fam. 16. 24.

ATTRIBUTUM, i. n. Idem. Varro 4. de L. L. 36. Pecunia, quæ assignata erat, attributum dictum.

Apud Philosophos est Affectio seu Qualitas substantiæ. [Vulgo Prædicatum. τὸ κατηγορούμενον, quod de altero dicitur. V. Cic. 4. Tusc. 21.

Apud Grammaticos pro Adjectivo nomine ponitur, quod innuebat H. St. his verbis: In Parricidiose dicitur esse adverbium ab Attributo Parricidiosus confictum.

ATTRITUS, In ATTERO.

ATTROPATIA, V. ATROPATIA.

ATTŸLA, V. ATTILA.

A T U

ATUACUTUM, [Ἀτουάκουτον] Corrupte apud Ptolemæum, pro Atuatucum. V. ADUATICA.

ATURA, [Ἄτουρα] Oppidum est Galliæ Aquitanicæ, ad Aturum fluvium. Hodie *Aire*.

ATURUS, [Ἄτουρος. Ptol. Ἄτουρις] Nobilis in Aquitania fluvius e Pyrenæis montibus labens, hodie pene nomen antiquum retinens. Aturnus ab Ausonio appellatur in Mosella, — Tarbellicus ibit Aturnus. [Immo Aturus penult. prod. quam Lucanus corripit, 1. 420. Unde alii Aturrus ap. Auson. geminata litera legunt.

ATURIA, æ. [Ἀτουρία] Assyriæ pars, haud procul a Babylone, cujus meminit Strabo lib. 16.

A T Y

ATŸPUS, i. m. [ἄτυπος] dicitur Qui non satis expedito plectro linguæ utitur, quasi Aerem non feriens; vel quasi Non satis verba exprimens, conformansve. Gell. lib. 4. cap. 2. Balbus autem inquit, & Atypus, vitiosi magis quam morbosi sunt. Ulp. in l. Item Ofilius 10. D. de Ædilit. edict. Quæsitum est an balbus, & blæsus, & atypus, isque qui tardius loquitur, & varus, & vatius sanus sit?

ATYRAS, sive Pydaras, [Ἀτύρας] Atticæ regionis, quæ est in Thracia, fluvius, haud procul a Propontide. V. Plin. lib. 4. cap. 11.

ATYS, [Ἄτυς] Eximia pulchritudine puer a Cybele deorum matre dilectus. V. ATTIS. Sic enim id nomen scribendum, docente Burm. ad Ovid.

Atys vel Attius Sylvius, Albæ Sylvii filius, quem Eusebius Ægypium Sylvium vocat. Hic quum vigintinovem annis regnasset, Capy filio relicto, diem clausit.

Atys vel Athis alius quidam, Filius Limniaces vel Limnatidis nymphæ, Gangis filiæ, a Perseo in tumultu nuptiarum Andromedes occisus. Ovid. Met. 5. 47.

Atys item, Lydorum rex, ex progniatis Herculis & Omphales unus. De quo pluribus Strabo scribit libro 5.

Est & Siciliæ fluvius apud Plin. lib. 3. cap. 8. uti quidem Hermolao visum est, sed aliter MSS. codd. V. Hard.

A U

AVG. Augustus, vel Augur. AVG. LIBER. Augusti libertus. AVGG. Duo vel plures Augusti. AVR. vel AVREL. Aurelius.

AU, [αὖ] Interjectio consternatæ mentis. Ter. And. 4. 5. 12. Dicturane quod rogo? M. au. C. concede ad dextram.

Au, Interjectionem esse silentium injungentis docet Linacer ex Ter. Eun. 4. 4. 14. Au ne comparandus hic quidem ad illum est. Exemplaria quotquot viderim, Hau habent aspiratione præposita: quod & rectius videtur. V. HAU.

A V A

AVANTICI, [Ἀουαντικοί] Populi sunt Galliæ, sic ab Avantico in Alpibus oppido dicti. de quibus Plin. lib. 3. cap. 5. & Ptolem. lib. 3. cap. 5. qui eos inter Sequanos collocat. Avanticos Plinii negat Aventicenses in Helvetiis esse Hard. ad l. q. V. & infra AVENTICUM.

AVARES, Populi putantur, qui hodie Hungari dicuntur.

AVARICUM, [Αὐάρικον] Oppidum Celtarum in finibus Biturigum, flumine & palude perpetua circundatum. Vulgo *Chasteau neuf*, sive *Viarron en Berri*. [vel potius *Bourges*. V. Cellar. Geogr. Ant. 2. 2. 1.

AVARE, AVARITER, AVARITIA, V. AVARUS.

AVĀRUS, Adj. [Φιλάργυρος, φιλοχρήματος, φιλοχρήματος] ab Aveo verbo deductum; dicitur Qui nimium cupidus est æris vel pecuniæ. V. Gell. lib. 10. cap. 5.

Avarum & Avidum ita discernuntur: Avarum enim semper in reprehensione est: Avidum autem ab avendo, quod est etiam honeste cupiendo, & a delectatione intelligi potest, ac per hoc aliquando malis, aliquando bonis adjungitur causis: ut Virg. 2. Georg. 375.

— pascuntur oves, avidæque juvencæ. Sallust. Bell. Catil. Laudis avidi, pecuniæ liberales erant. Non.

Animus laudis avarus. Hor. 2. Epist. 1. 179.

Compar. Cic. 5. Verr. 190. Sequuti sunt avariores magistratus: qui tamen in avaritia sua non solum, &c. Hor. 2. Epist. 2. 157.

Viveret in terris te siquis avarior uno.

Superl. Gell. 5. 5. Satis esse credo Romanis hæc omnia, etiamsi avarissimi sunt. Cic. 5. Verr. Homo avarissime, redde bona sodalis filio. Ulpian. in l. solet. D. de offic. proconf. Nam valde inhumanum est, a nemine accipere: sed passim, vilissimum est: & per omnia, avarissimum.

Adulationes. Plin. in Paneg. 41. Sed ad tuas aures, cum ceteris omnibus, tum vel maxime avaris adulationibus obstructus est aditus. Figurate pro Avarorum adulationibus.

Agricola. Virg. 1. Georg. 47.

Animus. Hor. 2. Epist. 1. 179.

Cædis avarus miles. Claud. de Bell. Get. 606.

Ignis, Propert. 2. 28. 56. Quod omnia corripit.

Intuitus, Inexplebilis cupiditas videndæ rei alicujus. Claud. 1. in Ruff. 165.

Illecebris capitur, nimiumque elatus avaro
Pascitur intuitu. Aut, Avaro intuitu, i. e. Intuitu rerum pretiosarum.

Manus. Ovid. 2. Amor. 6. 39.

Mare, Quod expleri non potest. Hor. 3. Carm. 29. 61.

Opes, Quod avaros reddant. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 21.

Spes. Quibus nimis magna & ardua consequi nos posse speramus. Hor. 4. Carm. 11. 25.

Venter. Hor. 1. Epist. 15. 32.

Vigil. Claud. in præfat. Sext. Conf. Hon. 8.

Et vigil elapsas quærit avarus opes. [Immo hic Avarus substantive positum est, quo nil frequentius, & Vigil vero adjectum est. conf. in DIVES. Hor. 1. Epist. 2. 56. Semper avarus eget.

AVARE, Adv. [Φιλαργύρως] Tenaciter. Cic. 3. Off. 37. Nihil tamen avare, nihil injuste, nihil libidinose, nihil incontinenter esse faciendum.

Acerbe atque avare imperare. Liv. 3. Bell. Pun.

Avarius. Compar. Columel. lib. 1. cap. 7. Comiter agat cum colonis, facilemque se præbeat; & avarius opus exigat, quam pensiones.

Avarĭter, aliud Adv. [φιλοκτεάνως] Plaut. Curc. 1. 2. 35. Hoc vide ut ingurgitat impura in se merum avariter, plenis faucibus.
Avariter escam poscere. Plaut. Rud. 4. 7. 12.

Avaritia, æ. f. [φιλαργυρία, φιλοχρηματία] Habendi cupiditas. Cic. 4. Tusc. 26. Avaritia, est opinatio vehemens de pecunia, quasi valde expetenda sit, inhærens & penitus insita. Ter. Phorm. 2. 3. 12. Quia egens relicta est misera: ignoratur parens: negligitur ipsa: vide, avaritia quid facit. Sallust. Cat. c. 11. Avaritia, pecuniæ studium habet, quam nemo sapiens concupivit.
Ab avaritia laborare. Hor. 1. Serm. 4. 26.
Ex luxuria avaritia existit. Cic. pro Rosc. Amer. 75. In urbe luxuries creatur, ex luxuria existat avaritia necesse est, ex avaritia erumpat audacia, inde omnia scelera ac maleficia gignuntur.
Avaritia & luxuria laborare. V. in vitium. H. St.
Avaritia, alterius bona devorare. Cic. pro Domo sua, 60.
Fœdus & maculosus avaritia. Tacit. 13. Ann. 33. Fuere qui crederent Capitonem ut avaritia & libidine fœdum ac maculosum, ita cogitatione rerum novarum abstinuisse.
Ardens avaritia. Cic. 3. de Fin. 36. Quis est enim, aut quis unquam fuit, aut avaritia tam ardenti, aut tam effrenatis cupiditatibus, ut eandem ipsam rem, &c.
Cæca. V. cæcus.
Cruenta, Quod cædium & bellorum præcipua omnium, utplurimum, causa est. Claud. 1. in Eutrop. 193. — vis nulla cruentam
Castrat avaritiam.
Hiante avaritia homo. Cic. 4. Verr. 134. Nam ipsum Verrem tantum avaritia semper hiante atque imminenti fuisse, ingenio & cogitatione nulla.
Implicata criminibus avaritia. In implico.
Intolerabilis. In intolerabilis.
Profunda. Claud. de Bell. Gild. 164.
Appetere per avaritiam. In appeto.
Ardere in avaritia. In ardeo.
Coarguere avaritiæ. In coarguo.
Immigravit avaritia & luxuria in remp. V. immigro.
Insimulare aliquem avaritiæ. V. insimulo.
Tollere avaritiam. Cic. 2. de Orat. 171. Avaritiam si tollere vultis, mater ejus est tollenda luxuries.
Exuere avaritiam. Tacit. Agric. 30. Et arrogantiam & avaritiam exuerat.
Avaritia gloriæ, pro Cupiditate nimia. Curt. lib. 9. 2. 9.

Avarities, ēi. [πλεονεξία] Idem quod Avaritia. Lucret. lib. 3. 59.
Denique avarities, & honorum cæca cupido,
Quæ miseros homines cogunt transcendere fines Juris.

Avasis, Urbs Ægypti, quam etiam Oasim vocant.

A U C

Auceps, ŭpis. c. g. [ὀρνιθοθήρας] quasi Aviceps; Qui vel Quæ aves captat. Columel. lib. 8. cap. 10. Qui ab aucupibus in hunc usum nutriti, quasi allectores sint captivorum. Ter. Eun. 2. 2. 26. Coqui, fartores, piscatores, aucupes.
Auceps syllabarum, per translationem dictum a Cic. 1. de Orat. 237. Nisi leguleius quidam cautus & acutus, præco actionum, cautor formularum, auceps syllabarum.
Auceps auribus aut sermoni alterius. Plaut. Stich. 1. 2. 45. Nunquis hic est alienus nostris dictis auceps auribus? Idem Mil. 4. 1. 9. Circumspicito dum, nequis nostro auceps sermoni siet.
Aucupibus noti frutices. Ovid. 1. de Arte Am. 47.

Auctor, Auctoritas, &c. V. in augeo.

Aucupium, i. n. [ὀρνιθοθηρία, θήρατρον] Avium captio. Cic. 2. de Fin. 23. Nemo nostrûm istius generis asotos jucunde putat vivere, mundos, elegantes, optimis cocis, pistoribus, piscatu, aucupio, venatione.
Aucupium sagittarum, Quum sagitta figuntur aves. Cic. 5. de Fin. 32. Qui quum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen vitam aucupio sagittarum.
Omne genus aucupium. Catull. 3. 3. i. e. Omne aucupii genus, Nominativus pro genitivo, nisi quis malit genitivum pluralem esse, pro aucupiorum.
Mendacissimum salutatoris aucupium. Columel. in præfat. lib. 1. Quia (ut opinor) non semper sportulam accipiunt, qui mane veniunt potentiores salutatum, sed frequentissime sua spe frustrantur. Nisi forte quis contendat legendum esse Mendicissimum. Sportulas enim sectari, quid aliud est quam Turpiter mendicare?
Plumosum aucupium. Propert. 4. 2. 34.
Aucupia peregrina. pro Captis avibus peregre. Sen. de Provid. c. 3.
Aucupium novum, dixit parasitus Terentianus, qui omnibus omnia assentabatur, ut laute viveret alienis sumptibus. In Eun. 2. 2. 16.
Olim isti fuit generi quondam quæstus apud seculum prius:
Hoc novum est aucupium: adeo hanc primus inveni viam.
Aucupium delectationis. Cic. in Orat. 197. Ne elaborata concinnitas, & quoddam aucupium delectationis manifesto deprehensum appareat.
Aucupium auribus facere. Plaut. Mil. 4. 1. 43. Viden' tu illam oculis mature facere, atque aucupium auribus? Venaturam facere H. St. quomodo in emendatis libris pridem excusum.
Aucupium verborum & literarum. Cic. pro Cæcin. 65. Tum aucupio verborum & literarum tendiculis in invidiam vocant.

Aucŭpor, [ὀρνιθοθηρῶ] āri. dep. Aves capere.
Aucupari, per translationem est Artificio quodam & solertia quærere. ut, Aucupari famam. Plin. lib. 33. cap. 2.
Colligere & aucupari omnia. Cic. 2. Verr.
Delectationem aliquam dicendo. Cic. in Orat. 63.
Errores. Cic. 2. de Orat. 30. Ars dicendi opiniones hominum, & sæpe errores aucupatur.
Famam sibi aucupari obtrectatione alienæ scientiæ. Plin. in præf. totius oper.
Gratiam alicujus assentatiuncula quadam. Cic. 5. Fam. 12. Non vereor, ne assentatiuncula quadam aucupari tuam gratiam videar.
Imbecillitatem alicujus epistolis. Cic. pro Flacc. 92. Cur Albanum venire jubet? cur matri præterea blanditur? cur epistolis & sororis & matris imbecillitatem aucupatur?
Opinionem aliorum errantem. Cic. 2. de Fin. 71. Ita quod certissimum est, pro vera certaque justitia simulationem nobis justitiæ traditis, præcipitisque quodam modo ut nostram stabilem conscientiam contemnamus, aliorum errantem opinionem aucupemur.
Orationem aucupari ex omni genere. Cic. pro Sext. 119. Non sum tam ignarus, Judices, causarum, non tam insolens in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper.
Rumorem inanem. Cic. in Pison. 57.
Rumusculos imperitorum hominum. Cic. pro Cluent. 105.
Similitudinem quandam. Auct. ad Heren. 23. Ex ratiocinatione controversia constat, quum res sine propria lege venit in judicium, quæ tamen ab aliis legibus similitudinem quandam aucupatur.
Tempus observare & aucupari. Cic. pro Rosc. Amer. 22. Quum præsertim tam multi occupationem ejus observent, tempusque aucupentur.
Tranquillitates. Cic. 6. Att. 8. Nos Rhodiorum aphractis, ceterisque longis navibus tranquillitates aucupaturi eramus.
Verba, aut Vim verborum. Cic. pro Cæcin. 12. Sermo hercule & familiaris & quotidianus non cohærebit, si verba inter nos aucupabimur. Ibidem, Vim verborum necessario similitudine rerum aucupamur.
Verba attendere & aucupari oportebit. Cic. 2. de Orat. 256.
Verba alicujus. Sen. in Theb. 2.
Utilitatem. Cic. 2. de Orat. 59. Atqui Catule (inquit Antonius) non ego utilitatem aliquam ad dicendum aucupans, horum libros, & nonnullos alios, sed delectationis causa, quum est otium, legere soleo.

Aucŭpo, [ὀρνιθοθηρῶ] āre. In activa voce sæpe usus est Plaut. Mostel. 2. 2. 42. Circumspice dum, nunquis est sermonem nostrum qui aucupet?
Aucupavi, præteritum. Plaut. Truc. 5. 1. 73. Lepide ecastor aucupavi, atque e mea sententia.
Aucupare ex insidiis quid agatur. Plaut. Asin. 5. 2. 32.

Aucupans, Partic. Cic. 3. de Legib. 35. Aucupans omnes rumusculos populari ratione.

Aucupātus, Partic. pass. Lact. Instit. 5. 23. extr.

Aucupatio, ōnis. f. [ὀρνιθοθηρία] Actus ipse capiendi aves.
Venatio & aucupatio. Quintil. in Apib.
Aucupatio, teste Budæo de Asse, quandoque significat Lucrum. Unde apud Plin. lib. 9. cap. 35. legit, Vidi ipsam confestim paratam aucupationem tabulis probare. Alii autem Nuncupationem legunt.

Aucupātus, ûs. m. Idem. Capitol. Anton. Philos. cap. 4.

Aucupabundus, Adj. Tertull. de Anim. cap. 39.

Aucupatorius, Adj. [ὀρνιθοθηρικός] Quod ad aucupium pertinet. Plin. lib. 16. cap. 36. Quum igitur anno permanserit inundatio, proficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinem. De calamis aquaticis loquitur. i. e. Quæ possint esse usui aucupio.

Aucta, Sæpe aucta. Festus. Voss. Auctata.

Auchetæ, [Αὐχῆται] Populi ad os Bosphori. Plin. lib. 4. cap. 12. A Taphris per continentem introrsus tenent Auchetæ, apud quos Hypanis fluvius oritur, &c. Alii Auchatæ & Anchates scribunt. V. Burman. ad Flaccum, 6. Argon. 152.

Auctarium, Auctio, Auctionarii, Aucto. V. augeo.

Auctolўcus, V. autolycus. Sic enim scribendum.

Auctonus, [Αὔκτονος] Filius Apollinis, & Cyrenes Penei filiæ.

Auctor, Auctus. V. augeo.

Aucula, Tuscorum urbs Ptolemæo, aliis Aquila. Vulgo *Aquapendens.*

Aucupium, Aucupor, Aucupatorius. V. auceps.

A U D

Audacia, Audacter, Audax, Audentia. V. audeo.

Audanii, [Αὐδάνιοι] Iapygiæ, quam & Messapiam Græci vocant, Populi, quorum meminit Strab. lib. 6.

Audēna, Fluvius Italiæ. Liv. 41. 19.

Audeo, ausus sum, [τολμάω, θαρσύνω] ēre. Fidentem esse. Ter. Andr. 3. 2. 25. Nihil jam mutire audeo. Virg. 1. Æn. 497.
— audetque viris concurrere virgo.
Audere, Temere præsumere. Virg. 12. Æn. 814.
Audeo confiteri. Cic. pro Ligar. 8. Vide quæso Tubero, ut qui de meo facto non dubitem dicere, de Ligarii non audeam confiteri.
Audere, cum accusativo, pro Non vereri. Virg. 3. Ecl. 16.
Quid domini faciant, audent quum talia fures?
Aciem audere. Tacit. 12. Ann. 28. Vastati agri, prædæ passim actæ, non ausis aciem hostibus. h. e. Non ausis in aciem descendere, seu confligere.
Capitalia audere. Liv. 6. Bell. Pun.
Facinus. Liv. 10. Bell. Pun.
Feliciter audet. Hor. 2. Epist. 1. 166. i. e. Non sine successu prospero. [Felix est in audendo.
Hostilia. Tacit. 4. Hist. 20.
Longius audere. Tacit. 5. Hist. 11.
Majora viribus. Virg. 10. Æn. 811.
Nihil ultra fremitum & minas ausus. Tacit. 1. Hist. 15.
Oppugnationem. Tacit. 2. Ann. 12. Ausurosque nocturnam castrorum oppugnationem.
Pœnam. Tacit. 2. Ann. 40. Nec Tiberius pœnam ejus palam ausus.
Periculum. Tacit. 3. Ann. 76. Neque periculum in aperto audebant.
Pugnam. Tacit. 13. Ann. 36. Idem 4. 49. 1. Si barbari successu noctis alacres, prælium auderent.
Scelus aliquod. Ovid. 14. Epist. 6.
Ultima. Liv. 3. Et Æquos conscientia contracti culpa periculi, & desperatio futuræ sibi postea fidei, ultima audere & experiri cogebat.

Ultionem ausus dubiis rebus. Tacit. 2. Ann. 62.
Vim in aliquem. Tacit. 12. Ann. 55. Vim cultoribus ac oppidanis, ac plerunque in mercatores & navicularios audebant.
Licentius aliquid aut lætius. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Audendum est, fortes adjuvat ipsa Venus. Tibul. 1. 2. 16.
Audendum dextra. Virg. 9. Æn. 320. Quia audemus & cursu. Servius.
Author audendi, Qui ad perpetrandum facinus aliquod hortatur alios. Virg. 12. Æn. 159.
Audendi majora fidem fecere immensæ vires. Lucan. lib. 1. 462.
Quidlibet audendi potestas. Hor. in Arte Poet. 9.

AUDEOR, pass. Liv. Decad. 4. lib. 9. Multa dolo, pleraque per vim audebantur.

AUDENS, Partic. Minime timidus. Virg. 10. Æn. 283.
Audentes fortuna juvat.
Audentes forsque Venusque juvat. Ovid. 2. Fast. 782. Virg. 6. Æn. 95.
Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.

AUDENDUS, Partic. pass. [τολμητέος] Liv. 21. 4. extr. de Annibale, Nulla re, quæ agenda audendaque magno futuro duci esset, prætermissa. al. Videnda, rectius. conf. 35. 35.

AUDENTIA, æ. f. Tacit. de German. 34. Rara & privata cujusque audentia. Plin. lib. 8. Epist. 4. Si datur Homero vocabula contrahere, extendere, inflectere: cur tibi similis audentia, præsertim non delicata, sed necessaria negetur?

AUDENTER, Adv. [θαρσαλέως] Tacit. 4. Ann. 47. Quidam audentius apertis in collibus visebantur.
Audenter, Temere, impudenter. Ulpian. in l. 1. §. 5. D. Si pars hæred. petat.

AUSUS, Partic. activæ significationis. [τετολμηκὼς] Liv. Exules, obærati, ausi capitalia plerique.
Ausus in aciem. Tacit. 12. Ann. 28. Obvio hosti & in aciem auso plus cladis faciunt.
Ausa atque ausura multa nefanda manu. Ovid. 3. Trist. 9. 15.
Ausus rogare. Cic. 6. Att. 2. Ain' tandem Attice laudator integritatis & elegantiæ nostræ, ausus es hoc ex ore tuo, inquit Ennius; ut equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem, me rogare?
Codicilli ausi. Tacit. 3. Ann. 67. Ausis ad Cæsarem codicillis.

AUSUM, i. n. [τόλμημα] ut, Memoranda ausa. Sil. lib. 6.
Concordia ausa. Sil. lib. 5.
Crudelia. Ovid. 14. Epist. 49.
Fortia. Virg. 9. Æn. 217.
Furialia. Ovid. 11. Met. 14.
Immania. Stat. 3. Theb. 237.
Magna. Ovid. 2. Met. 328.
Excidere ausis dicimur, Quum conatus nostri in rebus nimium arduis successu carent. Ovid. 2. Met. 328.
Indulgere ausis. Ovid. 1. de Arte Am. 379.
Potitus auso. Ovid. 11. Met. 242. Virg. 6. Æn. 624.
Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti.
Ausurus grandia. Ovid. 2. Amor. 18. 4.
Et tener ausuros grandia frangit amor.

AUSUS, ûs. m. apud JCtos.

AUDACIA, æ. f. [τόλμα, θράσος, θρασύτης] est Fiducia & securitas, qua quis aliquid audet, etiam cum periculo. Cic. 1. Off. 63. Animus paratus ad periculum, si sua cupiditate, non utilitate communi impellitur, audaciæ potius nomen habeat quam fortitudinis.
Audacia & Audentia hoc differunt: quod Audentia, fortitudinis sit: Audacia, temeritatis. Sallust. in Catil. c. 58. Audacia pro muro habetur. Et apud veteres sæpe sic. Nonius.
Audaciam ab Avide, i. e. Cupide agendo, dictam esse tradit Festus.
Audacia, consuetudine Temeritas dicitur, inquit Nonius.
Audacia ad colendum. Plin. in præfat. lib. 2. Nobis ad colendum te familiarius audacia sola supereft.
Fretus impudentia atque audacia. Cic. pro Flacc. 3.
Temeritas & audacia stultorum & improborum. Cic. 1. de Invent. 55.
Licentia & audacia. Cic. pro Ligar. 25. Vide quid licentiæ Cæsar nobis tua liberalitas det, vel potius audaciæ.
In vultu est audacia mista pudori. Ovid. 9. Met. 926.
Audacia non videtur sumi semper in malam partem, ut quum Cicero dicit in Præfat. in Paradoxa, se audacius fecisse, quam Catonem.
— Audacia certe
Laus erit, in magnis & voluisse sat est. H. St. [V. infra ad finem. Sic & Sallustii locus accipiendus est, quem in contrarium sensum Nonius adduxit. Conf. Cort. not. ad Catil. 9. 3.
Callida audacia. Cic. pro Cluent. 183.
Felix. Ovid. 17. Epist. 195.
Fortis. Tibul. lib. 1. 4. 13.
Herculea. Justin. in exord.
Immanis ad omne facinus. Cic. 13. Philipp. 10.
Impudens. In IMPUDENS.
Ingens. Ovid. 3. Trist. 9. 17.
Muliebris. In MULIER.
Nova atque integra. In INTEGER.
Petulans audacia, Libido quædam temere audendi. Claud. in Nupt. Honor. 83.
Præceps audacia vultu. Claud. 1. in Ruff. 34.
Provectus audacia. Quintil. lib. 1. cap. 3. pr. Hi sunt qui parva facile faciunt: & audacia provecti, quicquid illic possunt, statim ostendunt.
Singulari audacia homo. Cæs. 6. Bell. Gall. 5.
Titubans. i. e. ut sic dicam, Audacia timida, ubi magnum quiddam aggredimur, sed vereri cogimur interim ne male res cedat. Claud. in Nupt. Hon. 81.
Abundare audacia. V. ABUNDO.
Adhibere audaciam. In ADHIBEO.
Armatus audacia. In ARMATUS.
Cedere audaciæ alicujus. Cic. pro Cæcin. 2. Quasi vero aut in judicio possit idem improbitas, quod in vi, confidentia: aut non eo libentius tum audaciæ cesserimus, quo nunc impudentiæ facilius obsisteremus.
Comprimere audaciam. In COMPRIMO.
Contundere audaciam. In CONTUNDO.

Crevit audacia. Ovid. 8. Met. 82.
Expertæ audaciæ homo. Liv. 4. Dec. lib. 8. Mille ad eam rem ex omni numero audaciæ expertæ delegerunt equites.
Frangere audaciam alicujus. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Imitatur fortitudinem audacia. Cic. in Partit. 81.
Increscit audaciæ. In INCRESCO.
Sumere audaciam. Stat. 10. Theb. 824.
Interdum in bonam partem sumitur, ut Propert. 2. 10. 5.
Quod si deficiant vires, audacia certe
Laus erit, in magnis & voluisse sat est. Et, Sallust. Bell. Jugurth. 99. Ceteris audaciam addere.
Audacias pluraliter Catonem dixisse testatur Festus. Cic. 2. in Catil. 10. Non enim jam sunt mediocres hominum libidines, non inhumanæ audaciæ, ac tolerandæ. Humanæ in emendd. codd. quomodo conjecerat & H. St. Add. 9. Att. 7.

AUDAX, ācis. Adj. [τολμηρὸς, τολμητίας, εὔτολμος, θρασὺς,] Fidentem significat, aut Temerarium. Ter. Eun. 4. 4. 41. O scelestum atque audacem hominem!
Audax & confidens. Plaut. Amph. 1. 1. 1. Qui me alter est audacior? aut qui me confidentior?
Audax, Amens, impudens. Cic. pro Flacc. 105. Verum etiam quod nemo quenquam tam audacem, tam amentem, tam impudentem fore arbitrabatur.
Petulans & audax homo. Cic. 2. Q. frat. 4. Quid quæris? homo petulans & audax Vatinius, valde perturbatus, debilitatusque discessit?
Temerarius & audax. Cic. 1. de Invent. 4. Quum ad gubernacula Reip. temerarii atque audaces homines accesserunt, maxima ac miserrima naufragia fiebant.
Audaces & protervi. Cic. 1. de Fin. 61. Alii petulantes, alii audaces, protervi, iidem intemperantes & ignavi, nunquam in sententia permanentes.
Animi audax. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 4.
Audax animis Spartana juventus. Stat. 10. Theb. 459.
Audax ingenii. Stat. 3. Sylv. 2. 64.
Audax viribus. Virg. 5. Æn. 67.
Quique pedum cursu valet, & qui viribus audax.
Audax omnia perpeti. Hor. 1. Carm. 3. 25.
Caput audax. Sen. Agam. 953.
Hostis parentis, impium atque audax caput. Clytemnestræ verba filiam objurgantis.
Cœpta audacia. Virg. 1. Georg. 40.
Da facilem cursum, atque audacibus annue cœptis.
Facinus. Ter. Eun. 4. 3. 2. Hoccine tam audax facinus facere esse ausum?
Factum. Virg. 11. Æn. 812.
Fiducia. Stat. 6. Theb. 393.
Homo audax venali lingua. Lucan. lib. 1.
Industria. Claud.
Manus. Ovid. 11. Epist. 40.
Mars. Tibul. 4. 1. 98.
Orator. Ovid. 13. Met. 196.
Paupertas. Hor. 2. Epist. 2. 51.
Spes. Plin. lib. 28. cap. 4.
Facere audacem, Addere animum. Ovid. 4. Met. 96.
Compar. ut, Audacior ad facinus. Cic. 2. in Catil. 9.
Superl. Cic. 3. Att. Quod & Achaia prope est, & plena audacissimorum inimicorum. i. e. Temerariorum.

AUDACŬLUS, [τολμηρόσκος] Adj. dimin. authore Festo. Gell. 5. 21. Aderat reprehensor audaculus verborum.

AUDACĬTER, Adv. [τολμηρῶς] a quo Audacter, detractione literæ. Priscianus lib. 15. cap. de Adverbio, Alia vero assumunt dativo, ter, penultima correpta: ut, Fortis, forti, fortiter: Utilis, utili, utiliter: Felix, felici, feliciter: Audax, audaci, audaciter. sed per syncopen in usu est frequentiore Audacter. Sallustius tamen Hist. 2. Audaciter protulit secundum analogiam. Et Cic. pro Rosc. Amer. 31. Multa scelerate, multa audaciter, multa improbe fecisti. Hæc Priscianus. Fabius tamen improbat Audaciter lib. 1. c. 6. ubi de Analogia agit. Vide Append ad Varr. cap. 21. H. St. p. 108. edit. post.

AUDACTER, Adv. per Syncopen pro Audaciter, & eo multo usitatius. [θρασέως] Plaut. Mil. 3. 2. 33. Et minus audacter scelesta facerent facta.
Sic Audacter lædere. Ter. in prol. Phorm. 11.
Blandiri audacter. Ovid. 21. Epist. 1. 95.
Magis audacter quam parate veniebat ad dicendum. Cic. de Clar. Orat. 241.
Minus multo audacter. V. MINOR.
Defendere audacter sua decreta. Cic. 2. de Fin. 28.
Audacter quod scimus deferre ad aliquem. Cic. 15. Fam. 2.
Audacter & libere dicere. Cic. pro Rosc. Amer. 31.
Audacter & aperte dicere. Cic. pro Rosc. Amer. 31.
Jurare audacter. Plaut. Amph. 2. 2. 206.
Loqui audacter aut respondere. Plaut. Capt. 3. 4. 98.
Audacter monere, & familiariter. Ter. Heaut. 1. 1. 6.
Compar. ut, Exultare audacius. Cic. in Orat. 26.
Audacius transferunt verba poetæ. Cic. in Orat. 202.
Superl. ut, Audacissime prorumpere. Cæs. 5. Bell. Gall. 15.

AUDIO, īvi, ītum, [ἀκούω, ἀκροάω, πυνθάνομαι] īre. Auribus accipere. Varro de L. L. lib. 5. Ab auribus videntur dicta [ἴσως ducta] verba Audio & Ausculto. Audio ab Aveo, quod auribus avemus discere semper. quod Ennius videtur etymon ostendere velle in Alexandro, quum ait, Jamdudum ab ludis animus atque aures avent, avide expectantes nuntium. Propter hanc aurium aviditatem theatra replentur. Ab audiendo etiam Auscultare declinamus: quod hi auscultare dicuntur, qui auditis parent: a quo dictum poetæ audio, aut ausculto, literæ commutatione dicitur. Hactenus Varro. Ter. And. 5. 4. 17. Si mihi pergit, quæ vult, dicere, ea quæ non vult, audiet.
Attente, bonaque cum venia audire verba alicujus. Cic. pro Rosc. Amer. 9.
Breviter. Virg. 2. Æn. 11.
Clarissime. Plin. lib. 10. cap. 70.
In majus audiri. Tacit. 4. Ann. 23. Missis levibus copiis, quæ ex longinquo in majus audiebantur.
Latius audiri. Tacit. 1. Hist. 86.

Libenter audire. Quintil. lib. 2. cap. 9. Libentius. Idem lib. 2. cap. 6. Libentiſſime. Idem lib. 4. cap. 1.
Liquidius audiunt talpæ. Plin. lib. 10. cap. 69.
Molliter audire aliquem. Stat. 6. Theb. 51.
Parum auribus audire. Cato de R. R. cap. 157.
Paucis audire. Ter. Eun. 5. 9. 6.
Preſſius audire. In PREMO.
Toties. Ter. Adel. 1. 2. 48. An ego toties de eadem re audiam?
Aure non averſa. Tibul. 3. 3. 28.
Audiente me, ablativus. Cic. 13. Fam. 37. Eidem Dolabellæ, me audiente, Cæſar dixit, nihil eſſe quod de Mega vereretur.
Audias, pro Audire poteris. Cic. 4. Acad. 5. Utinam quidem roget: audias quam nobiſcum male egerint.
Audieris, pro Ubi audieris. Martial. lib. 5. 57.
Audieris, dices eſſe Maronis opus.
Audire Socratem, aut Platonem: pro Diſcipulum eſſe Socratis, &c. Cic. 1. Acad. 34. Jam Polemonem audiverant aſſidue Zeno & Arceſilas.
Audit currus. Audiendi ſenſum etiam iis rebus Virg. tribuit, quæ nec aures habent, nec ſenſum, 1. Georg. 265.
— & fruſtra retinacula tendens
Fertur equis auriga, neque audit currus habenas. Nonius.
Audire; pro Intelligere, vel Accipere ex auditu. Ter. And. 1. 4. 1. Audivi Archillis: jamdudum Lesbiam adduci jubes. Ter. Hec. 1. 2. 3. Audin' quid dicam, Scirte?
Audin' tu illam? Ter. And. 2. 2. 5.
Audivi dicere. Cic. pro Muren. Sæpe hoc majores natu audivi dicere.
Audivi dici. Cic. in Piſon. 68. Audiſtis profecto dici, Philoſophos Epicureos omnes res quæ ſunt homini expetendæ, voluptate metiri.
Audire, ſine addito v. idem ſignificat. Ter. And. 3. 2. 31. Audivi, & credo. Cic. pro Roſc. Amer. Audio præterea non hanc ſuſpicionem nunc primum in Capitonem conferri.
Audivi illud, pro Ex auditu habeo illud, Novi ex auditu. *J'en ay ouy parler.* Cic. in Verr. Act. ult. Latomias Syracuſanas omnes audiſtis: plerique noſtis. *Vous en avez ouy parler.* p. 199. edit. Lamb. H. St. Segm. 68. Verburg.
Audio a, e, ex, & de aliquo. Valla, Audivi a patre meo, & audivi ex patre meo, & audivi de patre meo, idem ſignificare inveniet, qui bonos libros evolvet. Cicero tamen ſic præcipue loquutus eſt. Hactenus Valla lib. 3.
Audivi a vel ab aliquo. Cic. 1. Off. 109. A majoribus natu audivi, &c.
Audire ad. Cic. 9. Att. 1. Audi igitur ad omnes. Scilicet literas.
Audivi de aliquo. Cic. 1. Off. Audivi hoc de parente meo puer, quum, &c. h. e. Pater meus hoc recenſebat.
Audire de aliquo, aliter acceptum. Ter. Adel. 3. 4. 5. De pſaltria hac audivit, id illi nunc dolet. Cic. 3. Verr. 118. Atque etiam illum Aſpendium cithariſtam, de quo ſæpe audiſtis id quod, &c.
Audire alterum de re aliqua. Cic. 7. Fam. 17.
Audire e. Ter. Eun. 1. 2. 35. Mercator hoc addebat, e prædonibus, unde emerat, ſe audiſſe abreptam e Sunio.
Audire ex alio. Ter. And. 5. 4. 25. Ibi ego audivi ex illo, ſeſe eſſe Atticum. Cic. 5. Fam. 17. Hoc te ex aliis audire malo.
Audire aliquem ex re aliqua. Plaut. Mil. 4. 2. 22.
Audire de capite, pro Cognoſcere. Sen. lib. 2. de Benef. de ambitu.
Audire nuntium. Cic. pro Roſc. Amer. 133 Qui in Salentinis, aut in Brutiis habent: unde vix ter in anno audire nuntium poſſunt.
Audio, pro Audita petenti concedo. Cic. in Piſon. 34. In quo dii immortales meas preces audiverunt. Cæſ. 2. Bell. Civil. 42. Neque cohortationes ſuas, neque preces audiri intelligit. Liv. 1. Hæc precatus, veluti, ſenſiſſet auditas preces, Hinc, inquit, Romane, &c.
Precantem placidus audi. Ovid. 8. Met. 597.
Non audio. Cic. 5. Verr. 28: Negabant illi ſibi quicquam eſſe mandatum. non audio; numerate H-S. XVI. quid facerent miſeri?
Audio, ironice, pro Non audio. Ter. Phorm. 1. 3. 8. At non quotidiana cura hæc angeret animum. PH. audio. Ubi Donatus, Audio per εἰρωνείαν dicitur pro Non audio: h. e. Nihil dicis.
Audio, Conſentio. Ter. Eun. 2. 3. 78. Capias tu illius veſtem. CH. Ubi veſtem? quid tum poſtea? P. pro illo te ducam. CH. audio. Ubi Donatus, Audio, i. e. Libenter hoc admitto & conſentio. ut in Phorm. 1. 5. 6. Audio & fateor. Et contra, Non audio. Valla lib. 5. cap. 29.
Audio frequenter accipitur pro eo quod eſt Credo, accedo, pareo præcipienti, ſed fere cum negatione, & frequentius per participium quod tranſit in nomen, quod eſt Audiendus: ut apud Quintil. lib. 3. cap. 3. Nec audiendi quidam, quorum eſt Albutius, qui tres modo primas eſſe partes volunt. Sine participio. Cic. 1. Tuſc. 65. Nec Homerum audio, qui Ganymedem a diis raptum ait propter formam. Sine negatione, Idem in eod. 92. Endymion vero (ſi fabulas audire volumus) neſcio quando in Latmo obdormivit. Sed nonnunquam ſine negatione apte dicitur, ut apud Livium Decad. 3. lib. 2. non ita procul a fine, P. Sempronium civem veſtrum non audiſtis, arma capere, ac ſe jubentem ſequi: Annibalem paulo poſt audiſtis, caſtra prodi, & arma tradi jubentem. Hæc Valla lib. 5. c. 29. Cic. de Amicit. 52. Non erunt homines divitiis affluentes audiendi.
Non ſum auditurus, Non eram Romæ, vel occupatior eram. Illud enim, &c. Plin. l. 2. Epiſt. 2. i. e. Non accipiam excuſationem.
Audiri, pro Credi. Cic. de Senect. 61. Audiretur a pop. Romano vir primarius Eques Romanus L. Flavius.
Audire ſe vel alium. Cic. 2. Fam. 6. Tecum loquere, te adhibe in conſilium, te audi, tibi obtempera. Et 1. de Nat. Deor. Si vos audire vellemus.
Audire bene, eſt (ut ait Donatus) Benedici & laudari. Ter. in prol. Phorm. 20. Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene. Cic. 3. de Fin. 57. Eſſeque hominis ingenui & liberaliter educati, velle bene audire a parentibus.
Bene audire, & rumorem bonum colligere. Cic. 1. de Legib. 50.
Audire male, pro Vituperari. Ter. Phorm. 2. 2. 12. Si herum inſimulabis avaritiæ, male audies. Cic. 6. Att. 1. Hanc nonnulli amici Appii ridicule interpretantur, qui me idcirco putent bene audire velle, ut ille male audiat.

Minus commode audire, pro Non integræ eſſe famæ. Cic. 5. Verr. 48. Quæſtores, Legatos, Præfectos ſuos, Tribunos multi miſſos fecerunt, & de provincia decedere juſſerunt, quod eorum culpa ſe minus commode audire arbitrarentur. Budæus.
Audire, ſubintellecto adverbio Male. Cic. pro Cluent. 12. Neque unquam illa ita de ſuo ſcelere & immanitate audiet, ut naturæ nomen amittat. i. e. Matris.
Audiſti rex, pro Appellatus es & ſalutatus rex. Sic enim & Græci & Latini loquuntur. Hor. 1. Epiſt. 7. 37.
Sæpe verecundum laudaſti, rexque, paterque
Audiſti coram, nec verbo parcius abſens, &c.
Audit arbor arborem: h. e. Admittit, & cum ea quaſi obediens conglutinatur. Plin. lib. 16.
Audibo, pro Audiam, more antiquo. Plaut. Pœn. 1. 2. 97. Nunquam audibis verba tot, tam ſuavia. V. Nonium.
Auditur. Cic. 8. Att. Propterea quod neque Romæ quicquam auditur novi.
Sic auditur. i. e. Intelligitur. Quintil. lib. 8. Budæus.
Auditus eſt magno ſilentio. Cic. 2. Q. frat.
Audita re ex utraque parte. Cic. 1. de Fin.
Audiendi ſenſu carere. Cic. de Somn. Scip.
Audiendi inſolens. Tacit. 15. Ann. 67. Ut faciendis ſceleribus promptus, ita audiendi quæ faceret, inſolens erat.
Audiendum. Cic. pro Flacc. 98. Nemo illorum judicum clariſſimis viris accuſantibus, audiendum ſibi de ambitu putavit.
AUDIENS, Partic. [ἀκούων] Qui audit. Cic. de Clar. Orat. 89. Ad animos audientium permovendos.
Audiens dicto, Qui obedit dictis. Cic. 6. Verr. 88. Quæſivi an miſiſſet: reſpondit id quod neceſſe erat, ſcilicet dicto audientem fuiſſe Prætori.
Cum Dativo. Quidam (puto apud Pontanum) & ipſum verbum Audire junxerunt dativo, haud ſcio quo exemplo. Sic immo Picus Mirandulanus in Apologia p. 115. Hieronymo non audire quis poteſt ſine flagitio. H. St.
Ut audiens dicto eſſet huic ordini. Cic. pro Deiot. 13.
Audiens dicto atque obediens. Liv. lib. 5. Ne plebs nobis dicto audiens atque obediens ſit.
Audiens edicto. Cic. 3. Verr. 114. Al. Dicto.
Audiens nomen. ut, Audiens imperii. Plaut. Truc. 1. 2. 25. Tibi ſervio, atque audiens ſum imperii.
AUDIENTIA, æ. f. [ἀκρόασις] Ipſa (ut ita dicam) auditio. Plaut. Pœn. prol. 11. Exurge præco, fac populo audientiam. h. e. Fac ut populus præſtet aures.
Audientiam ſibi facit improbitas ejus. Cic. 1. Verr. 42. Quantam auditorum multitudinem C. Verris infamia concitatura: quantam denique audientiam orationi meæ improbitas illius factura ſit.
Audientiam ſibi fieri velle. Cic. 2. de Orat. 325. Nam nonnulli quum illud meditati ediderunt, ſic ad reliqua tranſeunt, ut audientiam ſibi fieri velle videantur.
Audientiam facere præconem juſſit. Liv. 43. 16.
Audientiam ſibi facit ſenis oratio. Cic. de Senect. 28. Sed tamen decorus eſt ſermo ſenis, quietus & remiſſus, facitque perſæpe ipſa ſibi audientiam diſerti ſenis compta & mitis oratio: i. e. Audientiam ſuavitate dicendi meretur.
AUDITIO, ōnis. f. [ἀκρόασις, ἀκρόαμα] Actus ipſe audiendi. Cic. 5. de Fin. 42. Dantque ſe ad ludendum, fabellarumque auditione ducuntur.
Rumor atque auditio. Cæſ. 4. Bell. Gall. 5. Et his rumoribus atque auditionibus permoti.
Fama & auditione accipere. In ACCIPIO.
Ut in præced. Rumoribus atque auditionibus. H. St.
Fictæ auditiones. Cic. pro Planc. 56.
Falſas auditiones depellere. Tacit. 4. Ann. 11. 6.
Auditione, pro Ex auditu. Cic. 6. Verr. 102. Hoc ſolum auditione expetere cœpit, quum id ipſe non vidiſſet?
De Auditione teſtimonium dicere. Aſcon. Pæd.
Auditio tenuis. Cic. 8. Fam. 1. Ne tenuiſſimam quidem auditionem de ea re accepi.
Levis. Cæſ. 7. Bell. Gall. 42. Quæ maxime illi hominum generi eſt innata, ut levem auditionem habeant pro re comperta.
Auditioni occupatum ſedere in ſcholis. Plin. lib. 26. cap. 2. Sedere namque in ſcholis auditioni occupatum, gratius erat quam ire per ſolitudines, &c. In vetuſto codice legitur non Occupatum, ſed Operatos.
AUDITIUNCULA, æ. f. dimin. [ἀκροαμάτιον] Gell. lib. 13. cap. 18. Auditiuncula quadam de Catonis familia aſperſus eſt.
AUDĪTOR, oris. m. [ἀκροατὴς] Qui audit. Cic. 16. Att. 2. De Gloria miſi tibi, cuſtodies igitur, ut ſoles: ſed notentur Eclogarii, quos Salvius bonos auditores nactus, in convivio duntaxat legat.
Auditor, pro Diſcipulo. ut, Auditor Platonis Strato, &c. Cic. 1. Acad. 45.
Auditor, pro Lectore. Varro lib. 5. de L. L. Atque ſiqua erunt ex diverſo genere adjuncta, potius cognationi verborum, quam auditori calumnianti, geremus morem.
AUDITORIUS, a, um. [ἀκροαματικὸς] Quintil. V. AUDITORIUM.
AUDITORIUM, i. n. [ἀκροατήριον] Locus in quo quis auditur vel orans vel legens. Quintil. lib. 2. cap. 11. Sed cujus rei gratia plenum ſit auditorium.
Auditorium, Multitudo ipſa audientium. Plin. lib. 4. Epiſt. 7. Ipſe etiam nuper adhibito ingenti auditorio, librum de vita pueri recitavit. Sic Quintil. lib. 5. cap. 12.
Auditorium ponitur etiam pro Foro & Tribunali. Paul. in l. contra. D. de re judicata, Is qui ad majus auditorium vocatus eſt, ſi litem inchoatam deſerit, contumax non videtur.
Auditorium, Scholam proprie ſignificat: atque ita opponitur Foro. Quintil. lib. 10. cap. 1. Sed alia ratio eſt litium & diſputationum, fori & auditorii, præceptorum & periculorum.
AUDĪTUS, Partic. [ἀκουσθεὶς] Cic. 1. de Fin. Reque ex utraque parte audita.
Audita ejus virtus dubitationi locum non dat. Cic. pro Corn. Balb. 16.
Auditus a ſummis montibus Evan. Stat. 5. Theb. 94.
Romæ cuncta in deterius audita Mutianum angebant. Tacit. 4. Hiſt. 68. pr.

Audita recordari. Virg. 3. Æn. 107.
Audita repetere. Ovid. 19. Epiſt. 193.
Audito, ablativus abſolute poſitus. Tacit. 2. Ann. 7. Ipſe, audito caſtellum Luppiæ flumini appoſitum obſideri, ſex legiones eo duxit. i. e. Poſtquam audivit. De iſtiuſmodi Participiis abſolute ſumptis, V. Voſſ. de Conſtr. cap. 49.

AUDĪTUM, i. n. Plaut. Merc. 5. 2. 62. Vidiſtin', an tu audito nuntias?
Ex auditis res petere, i. e. Ex iis quæ audiverunt. Lucret. lib. 5. 1132.

Quandoquidem ſapiunt alieno ex ore: petuntque
Res ex auditis potius, quam ſenſibus ipſis.

AUDĪTUS, ûs. m. [ἀκοή] Idem quod Auditio, vel ſenſus ipſe audiendi. Plin. lib. 10. cap. 69. Auditus cui hominum primo negatus eſt, huic & ſermonis uſus ablatus.
Auditus ſolers. Plin. lib. 8. cap. 28. Vulpes animal alioqui ſolerti auditu.
Tranſitum auditus aperit acetum ſcilliticum. Plin. lib. 2. cap. 2.
Gravitatem auditus diſcutit oleum amygdalinum. Plin. lib. 2. cap. 4.
Auditum auferre. In AUFERO.
Auditus ſemper patet: ejus enim ſenſu etiam dormientes egemus: a quo quum ſonus eſt acceptus, etiam e ſomno excitamur. Cic. 2. de Nat. Deor. 144.
Auditu intelligi. Cic. pro Marcell. 12. Vereor ut hoc quod dicam, non perinde intelligi auditu poſſit, atque ego ipſe cogitans ſentio. [Hic eſt, ut Grammatici quidem volunt, Supinum poſterius.
Brevi auditu quamvis magna tranſibat gravioribus curis impar. Tacit. 2. Hiſt. 59.
Nihil præter auditum habeo. Cic. 1. Off. 33. Nec noſter quidem probandus, ſi verum eſt, Quintum Fabium Labeonem, ſeu quem alium, (nihil enim præter auditum habeo) arbitrum Nolanis & Neapolitanis de finibus a Senatu datum. [Hic & Auditum neutrum abſolute poſitum videtur, ut ſupra.

AUDITURUS, Partic. [ἀκούσων] Lucan. ad Piſon. 74.

Huc etiam tota concurrit ab urbe juventus,
Auditura virum.

AUDIVITAVI, Sæpe audivi. Feſt. Obſoletum. Legendum Auditavi, ut jam viri docti monuerunt, & vetuſtiores codd. exhibent.

AUDUM, Promontorium, & AUDUS, Fluvius nunc *Balaſſa* dictus, ſunt in Mauritania Cæſarienſi.

A V E

AVE, [χαῖρε] Verbum defectivum, nam leguntur tantum, Ave, aveto, avete, avere. Martial. lib. 5. 52.

Exprimere, Ruffe, fidiculæ licet cogant,
Ave Latinum, χαῖρε non poteſt Græcum.

Ave, Salutatio matutina eſt, ut Vale veſpertina. Martial. lib. 1. 56.

Et matutinum portat ineptus ave.

Avēto, in fine epiſtolæ, pro Gaudeto vel Salveto. Salluſt. in Conjur. Catil. c. 35. Nunc Oreſtillam tibi commendo, tuæque fidei trado: eam ab injuria defendas, per liberos tuos rogatus. aveto.
Avere, Salvere. Martial. lib. 9. 8.

Jam ſatis eſt, non vis Afer avere, vale.

A veteribus per H ſcriptum eſt; ut Cic. 8 Fam. 16. Simul atque have mihi dixit. V. Burm. Quintil. 1. 6. Cort. ad Sall. d. l.

AVĔHO, xi, ctum, [ἀπάγω] ĕre. Ex loco aliquo ad alium vehere. Ter. Adel. 4. 5. 19. Is venit ut ſecum avehat. Suet. in Cæſ. 66. Et mox ex præfectura proficiſcens in Hiſpaniam, inter officia proſequentium faſceſque lictorum lectica ſua avexit.
Avehere, ſine præpoſitione. Liv. 1. Equites mercede conductos Ægyptum avexit. i. e. In Ægyptum.
Avehere ab aliquo loco. Plaut. Men. 5. 9. 56. Quot eras annos natus, quum te pater a patria avehit?

AVELLA, [Ἄβελλα] vel AVELLINUM, & antique ABELLINUM, Oppidum Campaniæ: a quo Avellanæ nuces. Servius. Sil. lib. 8. 520. & 545.   — & pauper ſulci cerealis Avella.   V. Strab. lib. 5.

AVELLĀNUM, apud Servium in Virg. 2. Georg. 65. V. ABELLA & ABELLINUM.

AVELLĀNA, æ. f. [λεπτοκάρυον] Nux ex arbore quæ Corylus dicitur. Plin. lib. 15. cap. 22. Ceteris quicquid eſt, ſolidum eſt: ut in avellanis & ipſo nucum genere, quas antea Abellinas patrio nomine vocabant. In Aſiam Græciamque e Ponto venere: & ideo Ponticæ nuces vocantur. Sed & Preneſtinæ dicuntur, ut tradit Macrob. 3. Saturn. cap. 18. conf. ABELLINA.

AVELLO, elli & ulſi, ulſum, [ἀποσπάω, ἀποτίλλω] ĕre. A loco & per vim vellere. Virg. 2. Æn. 165.

Fatale aggreſſi ſacrato avellere templo
Palladium. Ubi Servius, Avellere, oſtendit invitum. Plin. lib. 2. cap. 78.

Cohærens & Avulſus, contraria. Plin. lib. 3. cap. 8. Quondam Brutio agro cohærens, mox interfuſo mari avulſa. De Sicilia loquitur.
Avellere vi. Cic. de Senect. 71. Quaſi poma ex arboribus ſi cruda ſunt, vi avelluntur: ſi matura & cocta, decidunt.
Avellere & abſtrahere. Cic. pro Font. 36. Num etiam de matris hunc complexu lectiſſimæ miſerrimæque fœminæ, vobis inſpectantibus, avellet atque abſtrahet?
Avulſus a ſuis. Cic. pro Domo ſua, 145. Ut perpetuum dolorem avulſus a meis ſuſtinerem.
Avelli fundus emptori non poteſt. Marcell. in l. penult. D. de fund. dotalibus.
E ſigno Cereris hoc avellendum aſportandumque curavit. Cic. 6. Verr. 110.
Avulſus his. Plin. lib. 5. cap. 2. Et horum pars quondam Veſuni, qui avulſi his, propriam fecere gentem verſi ad Æthiopes. i. e. Separati.
Frondes avellere. Ovid. 2. Met. 351.
Avellere rus ab aliquo, pro Vi eripere. Ter. Eun. 3. 3. 14. Credo ei placere hoc: ſperat ſe a me avellere. Ubi Donatus, Bono uſus eſt verbo Avellere; tanquam a pertinaciter retinente.
Avellere ſe a meretrice, vel Avelli. Ter. Hecyr. 4. 1. 39. Avelli, i. e. Abduci, &c. De Præt. Avulſi V. in EVELLO.

AVULSIO, ōnis. f. [ἀπόσπασις] Plin. lib. 17. cap. 10. Aut enim ſemine proveniunt, aut plantis radicis, aut propagine, aut avulſione.

AVULSOR, ōris. m. [ὁ ἀποσπάσας] Plin. lib. 9. cap. 45. Ubi avulſorem ſenſere, contractæ multo difficilius abſtrahuntur.

AVĒNA, æ. f. [βρόμος] Genus eſt frumenti notum. Plin. lib. 18. cap. 17.

Primum omnium frumenti vitium avena eſt, & hordeum in eam degenerat, ſicut ipſa frumenti fit inſtar, quippe quum Germaniæ populi edant eam, neque alia pulte vivant. V. plura ibidem. Cic. 5. de Fin. 91. At enim qua in vita eſt aliquid mali, ea beata eſſe non poteſt. Ne ſeges quidem igitur ſpicis uberibus & crebris, ſi avenam uſpiam videris. De hac multa Ruell. lib. 2. cap. 24.
Avenæ ſteriles. Virg. 5. Ecl. 37. & 1. Georg. 153.

Infelix lolium, & ſteriles dominantur avenæ. Quo loco Servius, Steriles dici a Virgilio ait, ad diſcretionem earum quæ ſeruntur. Atqui ego putarim potius intelligere de Vitio quod in frumentis & avenis creſcere ſolet: Græci αἰγίλωπας vocant: ſpicam habent barbatam in ſpeciem avenæ, ſed multo majores ſunt. Steriles autem vocat Virgilius, quoniam meti non poſſunt, eo quod grana quæ in ſummo ſunt, ante ſint matura, quam quæ in imo. Dicit autem dominari, quia quum non metantur, ſemen vel granum in terram cadens, iterum ſemper renaſcitur. Itali *ſqualam* vulgo appellant, quæ eſt ſimilis avenæ, ut ait Matthiolus.

Avena, pro Vanis culmis & ſtipulis frugem non habentibus. Virg. 1. Georg. 226.

Expectata ſeges vanis deluſit avenis. Divus enim Ambroſius ſic exponit, cujus hæc ſunt verba: Atque utinam hanc ſtipulam in meſſe, hoc eſt inanem avenam fructus mei non abjiciat. Ex Turnebo.

Avena per metonymiam, pro fiſtula, ex culmo ſeu ſtipula avenæ confecta. Virg. 1. Ecl. 2.

Silveſtrem tenui Muſam meditaris avena. Ubi Servius; Avena, Culmo, ſtipula: unde ruſtici plerunque cantare conſueverunt. ut 3. Ecl. 27.

Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen. Dicendo autem Tenui avena, Humilis ſtili genus latenter oſtendit.

Anguſta avena cantare. Martial. lib. 8. 3.
Sed perlucenti cantus moditabor avena. Tibul. lib. 3. 4. 71.
Structis avenis cantare. Ovid. 1. Met. 677.
Fiſtula diſparibus paulatim ſurgit avenis. Ovid. 8. Met. 192.

AVENACĔUS, Adj. [βρόμινος] Ex avena factum. ut, Avenacea farina. Plin. lib. 29. cap. 6. Vel cum farina hordeacea, vel avenacea.

AVENARIUS, Adj. [βρομικός] ut, Avenaria cicada, Quæ apparet frumentis areſcentibus. Plin. lib. 11. cap. 26.

AVENIO, [Ἀυενίων] Urbs Galliæ Narbonenſis, in quam Pontifices Romani jus habent. Eam enim Pontifici Clementi vendidit Johanna Siciliæ regina. Auctor Volaterr. Vulgo *Avignon*.

AVENTĬCUM, totius Helvetiorum gentis caput. Tacit. 1. Hiſt. 68. Hodie Galli id appellant *Avanches*. Germani *Wiflisburg*. conf. AVANTICI. Nam & hoc modo in vetuſtis monumentis ſcriptum nomen oppidi per *a* literam invenitur.

AVENTĪNUS, [Ἀβεντῖνον ὄρος] (inquit Servius) Mons urbis Romæ eſt, quem conſtat ab avibus eſſe nominatum, quæ de Tiberi aſcendentes illic ſedebant: ut in 8. Æn. legimus, 331.

Dirarum nidis domus opportuna volucrum.

Quidam etiam rex Aboriginum Aventinus nomine, illic & occiſus & ſepultus eſt, ſicut etiam Albanorum rex Aventinus, cui ſucceſſit Procas. Varro tamen dicit in gente populi Romani Sabinos a Romulo ſuſceptos, iſtum accepiſſe montem, quem ab Avente fluvio provinciæ ſuæ appellaverunt Aventinum. Conſtat tamen varias has opiniones poſtea ſequutas. Nam a principio Aventinus dictus eſt ab avibus, vel a rege Aboriginum. Unde hunc Herculis filium conſtat nomen a monte accepiſſe, non ei præſtitiſſe. Hactenus Servius, illud Virgilianum enarrans, 7. Æn. 657.

— ſatus Hercule pulchro
Pulcher Aventinus, &c.

AVENTĪNUS, Adj. ut, Aventina ſilva. Ovid. 3. Faſt. 329. Et 6. Faſt. 728. Ars Aventina. Item lib. 3. 329. Aventinum jugum.

AVENTINIENSIS, e. aliud Adj. Val. Max. 7. 3. Aventinienſis Diana.

AVEO, [γλίχομαι] ēre. Verbum eſt defectivum, & Concupiſcere ſignificat. Feſtus; Avere nihil aliud eſt quam Cupere, argumento eſt Avidum, & Aviditatem: ex quibus præcipua cupiditas intelligitur, quum ſignificet & Gaudere. Hor. 1. Serm. 4. 87.

E quibus unus avet quavis aſpergere cunctos. Cic. 1. Off. Itaque quum ſumus negotiis curiſque vacui, tum avemus aliquid audire & diſcere.

AVENS, Partic. [γλιχόμενος] Hor. 2. Serm. 4. 1.

— non eſt mihi tempus aventi
Ponere ſigna novis præceptis.

Adde Avidus, ut a Paveo Pavidus. H. St.

AVENTER, Adv. Ammian. & Sidon.

AVERNI, V. ARVERNI.

AVERNUS, i. m. [Ἄορνος] in pl. AVERNA, orum. n. Lacus Campaniæ prope Baias: quem Plutoni dicatum opinabantur. Hinc ad inferos introitus patere dicebatur. V. Servium in 2. Georg. 164. Item in 3. Æn. 442.
Averna alta. Virg. 5. Æn. 732. i. e. Profunda.
Æſtus Averni. Lucret. lib. 6. 830.
Grave olens Avernus. Virg. 6. Æn. 20.
Latices Averni. Virg. 4. Æn. 512.
Luci averni. Stat. 4. Sylv. 3. 131.
Nigri ſulcator Averni. i. e. Charon. Stat. 11. Theb. 588.
Pallens Avernus. Stat. 5. Sylv. 1. 27.
Peſtiferi limen Averni. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 348.
Sonantia ſilvis. Virg. 3. Æn. 441.

Huc ubi delatus Cumæam acceſſeris urbem,
Divinoſque lacus, & Averna ſonantia ſylvis, &c. Ubi Servius; Divinos lacus, i. e. Conſecratos, Avernum & Lucrinum. Et mox de Averno ſolo loquens, Sane hic lacus (inquit) ſilvarum denſitate ſic ambiebatur ante, ut exhalans inde per anguſtias aquæ ſulphureæ odor graviſſimus ſupervolantes aves necaret. Unde & Avernus dictus eſt, quaſi ἄορνος. Quam rem Auguſtus Cæſar intelligens, dejectis ſilvis, ex peſtilentibus amœna reddidit loca. Hactenus Servius.

Tartareus Avernus. Stat. 3. Theb. 108.
Vacuus. Inferi in quibus habitant defunctorum umbræ tenues & incorporeæ, proindeque locum non occupantes. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 20.

Umbroſus. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 116.

Avernus, Adj. [Ἀορνὸς] Ovid. 10. Met. 51.

Hanc ſimul, & legem Rhodopeius accipit Orpheus,
Ne flectat retro ſua lumina, donec Avernas
Exierit valles.

Æſtus averni. Lucret. lib. 6. 830.
Loca averna. Idem lib. 6. 738.
Freta Averna. Virg. 2. Georg. 164.
Tenebræ. Sil. lib. 15. 76.

Degeneres tenebris animas damnavit avernis.

Avernus pro Pluto. Val. Flacc. 2. Argon. 603. & 5. 348.

— viſo pulſus decor omnis averno.

Avernālis, e. aliud Adj. [Ἄορνειος] ut, Aquæ Avernales. Hor. Epod. 5. 26. Avernales Nymphæ. Ovid. 5. Met. 540.

Averrunco, [ἀποτρέπω] āre. Antiquum verbum ruſticum, quaſi Runca vitium ſarmenta avertere & amputare, vel In vitibus, quod nimium ſuccrevit, runca expurgare. Verbum apud Catonem frequentiſſimum extra compoſitionem.

Averruncare, [ἀποτρέπειν] Avertere & depellere, per metaphoram. Liv. 8. 6. Placuit averruncandæ deûm iræ, victimas cædi. Cato de R. R. cap. 141. Mars pater, te precor, quæſoque uti calamitates intemperiaſque prohibeſſis, defendas, averrunceſque. Cic. 9. Att. 2. Dii, inquis, averruncent. Inde fit Averruncaſſo pro eodem. Lucil. lib. 26. Dii maluerint meliora, atque amentiam averruncaſſint tuam. Hæc ipſa verba ſunt apud Cic. in lib. de Fin. Pacuvius, Poſſum ego iſtam capite cladem averruncaſſere. Ex Nonio.

Averruncare dictum ab Avertendo, teſte Varrone. q. V. l. 6. de L. L. p. 81. Henr. Steph. ed. poſt.

Averruncus, i. m. [Ἀποτρόπαιος] Deus qui mala averruncaret, id eſt averteret. Pacuvius apud Varr. lib. 6. de L. L. 5. Deus qui rebus meis præeſt Averruncus. Itaque (inquit) ab eo precari ſolent ut pericula avertat. Gell. lib. 5. cap. 12. extr. In iſtis autem diis, quos placari oportet, uti mala a nobis, vel a frugibus natis amoveantur, Averruncus quoque habetur, & Robigus.

Aversio, **Aversor**, aris, & **Aversor**, oris, & **Aversus**. V. in averto.

Averta, æ. dicitur ex eo quod Averſa ſit: eſt enim hypomaſchalon: ſunt autem Avertæ, Lora latiora, quæ per terga equi jugalis excurrunt ſub alis ejus ſuccincta. In l. Quoniam, in tractatu de Curſu publico, Sella cum frenis, ſexaginta libras: totidem averta non tranſeat. Hæc Budæus ex interprete Græco. Alciatus Accurſio accedens, equorum pectorale eſſe putat, ut Poſtilenam Plautus dixit, pro eo quod Gallis *Croperia* dicitur. Idem ſic ait, Sed quid ſi capitis ornamentum, quo habenæ figuntur, intellexerimus, ab avertendo, quod equi per eam vertantur prout ſeſſori viſum eſt?

Vide an Gr. ἀορτὴ aut ἀορτὴς apud quemp. Lexicogr. Suid. Ἀορτὴν λέγουσιν οἱ πολλοὶ νῦν ἀβερτήν. Vide in Theſauro in ἀορτή. Apud Horatium Sat. 6. lib. 1. (v. 106.) Mantica, exponitur Pera, Averta, vulgo Biſtacia. Sic apud Commentatorem in edit. Cruquii. Sed lego Biſacia. H. St. V. Cangii Gloſſ. & infra bisaccium. Suidæ locum ex MSS. emendat in Indice Theſ. ſui Henricus Steph. q. V.

Avertarius, i. m. Equus qui impedimenta ſive manticam portat. Bergier. de Viis Milit. 4. Sect. 15. 6.

Averto, ti, ſum, [ἀποτρέπω] ĕre. Alicunde convertere, ſive Aliunde removere. Cic. 5. Philipp. 11. Lepidus, Antonio diadema Cæſari imponente, ſe avertit. Sic, Oculos avertere. Ovid. 2. Met. 770. Et 5. 179. Vultum avertere.

Removere oculos, & ſe totum avertere. Cic. pro Corn. Balb. 11. Fuiſſe judicem ex illis equitibus Romanis, graviſſimis viris, neminem quin removeret oculos, & ſe totum averteret.

Ab aliquo ſe avertere. Plaut. Mil. 2. 2. 48.

Armis repellere, fugare, avertere aliquem. Cic. pro Cæcin. 33.

Ab impudicis dictis averti, pro Abſtinere, & deſueſcere. Plaut. Amph. 3. 2. 45.

Ab oculis hominum quod nolumus videri: & amandare procul. Cic. 2. de Nat. Deor. 141. Atque ut in ædificiis architecti avertunt ab oculis naribuſque dominorum, ea quæ profluentia neceſſario tetri eſſent aliquid habitura: ſic natura res ſimiles procul amandavit a ſenſibus.

Ab urbe. Cic. 3. Fam. 2. Et certe niſi is Antonium ab Urbe avertiſſet. i. e. Prohibuiſſet.

Animum ab aliquo, pro Non cogitare de illo. Cic. de Amicit. 5. Tu velim a me animum parumper avertas, Lælium loqui ipſum putes.

Animum ab aliquo. i. e. Se ab illo alienare. Cæſ. 1. Bell. Gall. 20. Uti totius Galliæ animi a ſe averterentur.

Animum ab aſſiduo mœrore. Liv. 5. Bell. Pun.

Animos omnium, & oculos. Liv. 28. 6. Quum omnium animos oculoſque id certamen avertiſſet, porta maritimæ arcis Plator Romanos accepit.

Caſum aliquem. Virg. 3. Æn. 265.

Cogitationem a miſeriis. Cic. 6. Fam. 1.

Conatus alicujus a Rep. Cic. 6. Philipp. 18.

Culpam in alterum, i. e. Transferre. Liv. 1. Bell. Maced. Excuſantes errorem adoleſcentiamque, & culpam omnem in fraudem Carthaginenſium avertentes. i. e. Avertentes a ſe, & transferentes in Carthaginenſes.

Curas dictis. Virg. 4. Æn. 394.

Equos avertit in caſtra. Virg. 1. Æn. 476.

Ex oculis alicujus ſe avertere, & auferre. Virg. 4. Æn. 289.

Falces laqueis. Cæſ. 7. Bell. Gall. 22.

Fontem, flumen, aut iter. Cæſ. 3. Bell. Civil. 49. Omnia enim flumina atque omnes rivos qui ad mare pertinebant, Cæſar aut averterat, aut magnis operibus obſtruxerat. i. e. Alio derivarat. Cic. 2. de Nat. Deor. 162. Nos flumina arcemus, dirigimus, avertimus.

Furorem alicujus avertere a pernicie Reipub. Cic. 4. Philipp. 3.

Hæreditatem. Cic. 12. Fam. 25. Ne patiare Eroten Turium Q. Turii libertum (ut adhuc fecit) hæreditatem Turianam avertere. i. e. Auferre, eripere, extorquere.

Hoſtem avertere a portis. i. e. Fugare. Cæſ. 6. Bell. Gall. 41.

Hoſtem a cervicibus populi. Cic. ad Brut. 15. Atque omne præſidium eſſet in puero, qui a cervicibus noſtris avertiſſet Antonium.

In fugam. Liv. 2. Bell. Pun. In fugam averterunt claſſem.

Italia avertere, pro Arcere ab, &c. Virg. 1. Æn. 42.

Locus materiæ avertendus per cataplaſmata. Celſ. lib. 5. cap. 27.

Aliquem avertere ab infamia. Cic. 16. Att. 7. Ego vero Auſtro gratias miras ago, qui me a tanta infamia averterit.

Mentem alicujus a defenſione alterius. Cic. pro Sext. 67.

Mercem, Surripere. Ulp. l. Illud. §. ſed etſi. D. de tribut. act. Sed & ſi mercem perire paſſus eſt, aut eam avertit, aut vilioris data opera diſtraxit, vel ſi ab emptoribus pretium non exegerit: dicendum erit teneri eum tributoria, ſi dolus intervenit.

Morbos. Hor. 2. Epiſt. 1. 136.

Oculos omnium in ſe. Liv. 2.

Opinionem populi a ſpe adipiſcendi. Cic. pro Muren. 43.

Orationem. Cic. 3. de Nat. Deor. Equidem attuliſſe rationes mihi videor: ſed eas tu ita refellis, ut quum me interrogaturus eſſe videare, & ego me ad reſpondendum compararim, repente avertas orationem, nec des reſpondendi locum.

Pecuniam publicam. Cic. 3. Verr. 11. Quibus probemus, iſtum in quæſtura pecuniam publicam Cn. Carboni Conſuli datam avertiſſe.

Peſtem ab Ægyptiis avertunt ibes. Cic. 1. de Nat. Deor. 102.

Prædam. Liv. 1. Et Virg. 10. Æn. 78. Item, Avertere prædam domum. Cæſ. 3. Bell. Civil. 99.

Quod omen dii avertant, Precatio eſt, ne id accidat quod imminere videtur. Cic. 10. Fam. 8. Velim deinceps meliora ſint: ſin aliter fuerit (quod dii omen avertant) Reipub. vicem doleo. Item 11. Philipp. 11. Quid Beſtiam qui ſe Conſulatum in Bruti locum petere profitetur? atque hoc quidem deteſtabile omen avertat Jupiter.

Rem aliquam, pro Furari & rapere ad ſe. Cic. 13. Fam. 29. Deinde quum fere conſiſtat hæreditas in his rebus quas avertit Oppia, quæ, &c.

Rem a ſuſpicione. Liv. 2. Bell. Maced.

Regem in cogitationem belli. Liv. 36. 7. a pr. Quum circa hanc fere conſultationem diſceptatio omnis verteretur, Annibal nominatim interrogatus ſententiam, in univerſi belli cogitationem regem, atque eos qui aderant, tali oratione avertit.

Sanguinem vel ſanguinis profuſionem, eſt Ei ceu aliud iter dare, & alio eum convertere. Celſ. lib. 2. cap. 11. Avertere profuſionem ſanguinis. Alias Derivare, Revellere, Retropellere.

Se ab amicitia alicujus. Cæſ. 1. Bell. Civil. 4. Ipſe Pompeius ab inimicis Cæſaris incitatus, quod neminem dignitate ſecum exæquari volebat, totum ſe ab ejus amicitia averterat.

Ab amore. Cic. 9. Att. 12. Me illius fugæ negligentiæque deformitas avertit ab amore.

Se avertere a ſermone alicujus. Cic. 8. Att. 28. Qui ſi paſſus eſſet nos ſecum, ut conſueveramus, loqui, & non ſe totum etiam ab ſermone noſtro avertiſſet, minus miſer, quam ſum, eſſem.

Se avertere in mercatum. i. e. Ab illecebris avertere ſe, & ad mercaturam ſeſe conferre. Plaut. Moſt. 3. 1. 59. Euge Philolaches patrizat, & jam homo in mercatum avortitur.

Senſus magicis ſacris. Virg. 8. Ecl. 66.

Conjugis ut magicis ſanos avertere ſacris
Experiar ſenſus.

Ubi Servius; Avertere, A ſanitate mutare, aut, Avertere ait, pro Convertere, ut ſit mutata præpoſitio.

Sitim avertere fluvio. Sil. lib. 8.

Stimulos cæci amoris avertere. Virg. 3. Georg. 210.

Surda aure averti. i. e. Nolle audire. Stat. 2. Sylv. 1. 7.

Vaginam avertit caſus. Cæſ. 5. Bell. Gall. 44.

In ſenſu activo invenitur Avertor apud Virg. 3. Georg. 499.

Victor equus fontes avertitur.

Et Boethius,

Heu, heu, quam ſurda miſeros avertitur aure.

Aversus, Partic. Qui terga oſtendit, ut ait Valla: cui opponitur Adverſus. Cic. 2. de Orat. 256.

Averſa pars, pro Parte poſteriori. Plin. lib. 11. cap. 37. Canities homini ſemper a priore parte capitis, tum deinde ab averſa.

Averſum collum lynx circumagit. Plin. lib. 11. cap. 47. Vetuſtiora exemplaria legunt, In averſum.

Averſis pedibus pilas volutare. Plin. lib. 11. cap. 28. Lucani e fimo ingentes pilas averſis pedibus volutant. Idem lib. 7. cap. 2. In qua ſilveſtres vivunt homines averſis poſt crura plantis.

Averſis a Sole cornibus. Plin. lib. 2. cap. 14. de Luna.

In averſa charta ſcribere. Martial. lib. 8. 62.

Scribit in averſa Picens epigrammata charta:
Et dolet, averſo quod facit illa deo.

h. e. Tam multa ſcribit epigrammata, ut utramque paginam chartæ impleat: ſed repugnante & non aſpirante Apolline: itaque nihili facienda.

Averſa pecunia publica. Cic. 3. Verr. 11.

Averſus, pro Converſus. Cic. 10. Fam. 30. Ne averſos noſtros equites aggrederentur. [i. e. a tergo.

Averſi a prælio. Cæſ. 2. Bell. Civil. 12. Militeſque averſi a prælio, ad ſtudium audiendi & cognoſcendi feruntur.

A propoſito. Liv. 2. 8. Nihil aliud ad eum nuntium a propoſito averſus, quam ut cadaver efferri juberet.

A vero. Cic. 3. in Catil. 21. Hic quis poteſt eſſe, Quirites, tam averſus a vero, tam præceps, tam mente captus, qui neget hæc omnia quæ videmus?

A ſuis. Cic. 10. Att. 12. Nihil ego vidi tam ἀνηθοποίητον, tam averſum a ſuis, tam neſcio quid cogitans.

Averſus mercaturis, Qui mercaturam odit. Hor. 2. Serm. 3. 107.

Averſus a Muſis. Cic. pro Arch. 20. Neque enim quiſquam eſt tam averſus a Muſis, qui, &c.

Averſus contubernio. Columel. de Villico, lib. 12. cap. 1. Nec averſum contubernio ſuo habeamus. pro A contubernio. h. e. Vagum & ambulatorem. Idem lib. 12. cap. 1. Tum etiam ſit a venereis amoribus averſus.

Averſus, Iratus. Virg. 4. Æn. 362.

Talia dicentem jamdudum averſa tuetur.

Amicos averſos componere. Hor. 1. Serm. 5. 29.

Averſi dii a ſalute Pop. Rom. Cic. ad Brut. 16. Ego mediusfidius non exiſtimo tam omnes deos averſos eſſe a ſalute Populi Romani, ut Octavius orandus ſit pro ſalute cujuſquam civis. Virg. 12. Æn. 647.

— vos ô mihi manes
Eſte boni, quoniam ſuperis averſa voluntas.

Compar. Quintil. lib. 7. cap. 2. Ne illum ſpectans judex, reliquorum defenſioni ſit averſior.

Averſiſſimus animus. Cic. 11. Att. 4. Averſiſſimo a me animo patris fuit.

Aversor, [ἀποστρέφομαι, ἀποσκορακίζομαι] āri. Valla, Adversor tibi, & aversor te. De primo nihil est dubii: secundum sumit significationem a gestu, quoties ab aliqua re quam detestamur, vultum avertimus. Quintil. lib. 11. Aspectus enim eodem semper vertitur, quo gestus, exceptis quæ damnare aut concedere, aut a nobis removere oportebit, ut idem illud videamur vultu aversari, manu repellere. Hactenus Valla lib. 5. Cic. 4. Verr. 187. Quærere incepimus de Carpinatio, quisnam esset is Verrutius, qui tum tantæ pecuniæ rationem haberet. hærere homo, aversari, rubere.

Aversari aliquem, pro Detestari atque abominari, & a quo præ odio vultum avertimus. Liv. l. 8. c. 7. Quod ubi audivit cos. extemplo filium aversatus, concionem classico advocari jussit.

Aversari preces alicujus. Liv. 3. Sed alii aversantur preces, aut verecundia aut metu.

Aversari honorem, pro Aspernari. Ovid. 1. Fast. 5.

Aversatus, Partic. Tacit. 6. Ann. 26. Aversatus sermonem Nerva. Ovid. 1. Fast. 5.

—levem non aversatus honorem.

Et passive Aurel. Vict. Epit. 28. Cachinnantem vultu notaverit aversato. [Forte tamen Averso legendum.

Aversābĭlis, e. Quod omnes aversari debent. Lucret. lib. 6. 389.

Cur, quibus incautum scelus aversabile cunque'st,
Non faciunt, icti flammas ut fulguris halent
Pectore perfixo, documen mortalibus acre?

Scelus aversabile, i. e. Horrendum, fugiendum. V. Lambinum.

Aversatio, ōnis. f. [ἀποστροφίασις] Quintil. lib. 8. cap. 3. Ego certe mihi cernere videor. eorum qui aderant, tacitam aversationem, ac timidam verecundiam.

Aversātrix, īcis. f. Tertull.

Aversor, ōris. m. [ἀποστερητὴς] ut, Aversor pecuniæ. Cic. 7. Verr. 151. Verres ille vetus proditor Consulis, translator quæsturæ, aversor pecuniæ publicæ.

Aversio, ōnis. f. [ἀποστροφὴ] Ipse avertendi actus. Quintil. lib. 9. Sed illa quoque vocatur aversio. Hinc aversione emi dicitur quod ut est emitur: ideoque statim perficitur emptio quum emptor nec deliberandi nec probandi tempus postulaverit, neque ipsi venditor vitia rei præstare cogitur, quia bonitatem ejus aut vitiositatem suo periculo suscepit emptor & ad se avertit. Modest. l. officii. de contrah. empt. Res aversione empta, si non dolo venditoris factum sit, ad periculum emptoris pertinebit. etiamsi res assignata non sit. Ulp. in l. Si quis vina, &c. Si aversione vinum venit, custodia tantum præstanda est. Ibid. Vinc autem per aversionem vendito finis custodiæ est avehendi tempus. Sic, Aversione locare. Florent. in l. Opus locat. Opus quod aversione locatum est, donec approbetur, periculo conductoris est. Vulgus Gallice hoc dicit *in blocco & tacha.* Plaut. in Bacch. 4. 4. Conducere aversione dicit, Fiducia sua conducere: Mea fiducia (inquit) opus conduxi, & meo periculo rem gero. Hæc ex Budæo. Alii ab Adverto faciunt Adversionem. Hotomanus conjectura non aliena ab Averri deduci posse arbitratur, quasi in hac conventione omnia una velut Everriculo everrantur.

A U F

Aufeia Aqua, olim dicta fuit, quæ postea Martia dici cœpit, omnium aquarum toto orbe (Plinio teste) clarissima, frigoris salubritatisque laude ceteris prælata. Oritur in ultimis montibus Pelignorum. V. plura apud Plin. lib. 31. cap. 3. Conf. Aqua.

Aufĕro, aufers, abstuli, ablatum, [ἀφαιρέω, ὑφαιρέω] auferre. ex Ab & Fero compositum, teste Cic. in Orat. 209. significat Tollere. Cic. 3. de Fin. 10. Commentarios quosdam, inquam Aristotelicos, quos hic sciebam esse, veni ut auferrem. Ter. Adel. 2. 2. 14. Verum ego nunquam adeo astutus fui, quin quicquid possem, mallem auferre potius in præsentia.

Inter Tollere & Auferre est diversitas. Tollere, est Levare & erigere: Auferre, Levatum transferre. Virg. 8. Æn. 439.

Tollite cuncta, inquit, cœptosque auferte labores.

Turpil. Philopatro, Simul circunspectat: ubi præter se neminem videt esse, tulit, aufert: ego clam consequor. Ex Nonio.

Quanti vellet, auferret. Cic. 6. Verr. Fore, uti quod quisque vellet, sive esset venale, sive non esset, quanti vellet, auferret.

Auferre & abducere. Cic. pro Quint. 84. Quod ibidem recte custodire poterunt, id ibidem custodiunt: quod non poterunt, id auferre & abducere licebit.

Detrahere, auferre & tollere. Cic. in Orat. 109. Detrahit præterea actionis dolorem, aufert humanum sensum actoris, tollit funditus veritatem & fidem.

Ab janua stercus. Plaut. Asin. 2. 4. 18.

Ab aspectu. Lucan. lib. 9. 1067.

Auferre, sine præp. Fœtus uberibus ablati. Plin. lib. 8. cap. 55.

De conviviis auferuntur asoti. Cic. 2. de Fin. 23.

De ærario pecuniam. Cic. 7. Att. 1.

E conspectu. Plin. lib. 31. cap. 2.

Ex aliquo triginta minas per fallaciam. Ter. Phorm. 5. 9. 49. Cic. 6. Verr. 52. Ab hoc, abaci vasa omnia, ut exposita fuerant, abstulit.

Inter manus auferri. Cic. 7. Verr. 117. Itaque erat exitus ejusmodi, ut alius inter manus e convivio, tanquam e prælio auferretur, alius tanquam occisus relinqueretur. i. e. Asportaretur aliorum manibus.

In ventrem abstulit. Cic. 2. de Orat. 265.

Per vim & metum auferre. Cic. 1. Q. frat. 1. Cogebantur Syllani homines quæ per vim & metum abstulerant, reddere.

Per judicem, est Judicis authoritate & sententia rem assequi. Ulp. in l. apud Cels. §. Quod si is. D. de doli mali & metus exceptione.

Auferre judicio. Cic. pro Quint. 84. Mihi siquid deberetur peterem, atque judicio jam pridem abstulissem. i. e. Vicissem. Ex Budæo.

Auferre opem, &c. Cic. pro Quint. 22. In altera spes esset ad talem tamen virum judicem veniendi, unde eo plus opis auferret, quo minus attulisset gratiæ. i. e. Reportaret. Et 16. Att. 16. Liberalissimum decretum abstulimus. Hæc Budæus.

Auferre, pro Furari & rapere. Plaut. Aul. 4. 4. 7. Quid tibi surripui? E. redde huc sis. S. quid vis reddam? E. rogitas? S. nihil equidem tibi abstuli. E. at illud quod abstuleras, cedo. Ter. Eun. 4. 3. 18. Etiam hoc misera suspicor, aliquid domo abeuntem abstulisse.

Aliquid domum suam. Cic. pro Rosc. Amer. 23. Multa palam domum suam auferebat, plura clam de medio removebat.

Auferre, Impetrare. Ter. Adel. 5. 8. 14. Sine te exorem, mi pater. M. insanis? aufer. Cic. pro Quint. 20. Quintius a Scapulis paucos dies aufert. i. e. Impetrat. V. infra Impetratum auferre.

Aufer, pro Desine. Hor. 2. Serm. 7. 43. —aufer
Me vultu terrere.

Auferre, pro Decipere. Cic. 2. Fam. 7. Ne te auferant aliorum consilia. Ovid. de Rem. Amor. 344. Auferimur cultu.

Academiam auferre. Cic. 13. Att. 13. Commotus tuis literis, quod ad me de Varrone scripseras, totam Academiam ab hominibus nobilissimis abstuli, transtulique ad nostrum sodalem, & ex duobus libris contuli in quatuor.

Æquitati multum aufert fraus impiorum. Quintil. lib. 12. i. e. Nocet.

Amorem ab aliquo. Cic. 15. Att. 27. Atticæ meæ velim me ita excuses, ut omnem culpam in te transferens: & ei tamen confirmes, me minime totum amorem ab ea mecum abstulisse. Legitur in emendatis codicibus, Amorem eo mecum attulisse.

Animam. Sil. lib. 15.

Animum aufert ad contemplationem. Plin. lib. 9. cap. 17.

Auferre auditum. Plin. lib. 6. cap. 29. Ubi Nilus præcipitans se fragore auditum accolis aufert. i. e. Surdos facit accolas.

Auriculam mordicus. Cic. 3. Q. frat. 4. Si cum Æsernino Samnite Pacidianus comparatus videretur, auriculam fortasse mordicus abstulisset.

Caput alicui. Liv. 8. Bell. Pun.

Cavillam aufer, non ego nunc nugas ago. Plaut. Aul. 4. 4. 11. i. e. Remove.

Dies quindecim auferent hi ludi. Cic. 2. Verr. 31. Decem dies sunt ante ludos votivos, quos Cn. Pompeius facturus est: hi ludi, dies quindecim auferent, deinde continuo Romani consequentur. Ita prope XL diebus interpositis, tum denique, &c. i. e. In ludis edendis quindecim dies consumentur. Conf. Noctes.

Dolorem. Tibul. 3. 6. 3.

Dominium alicui. Ulp. in l. Si quis servum. D. de noxal. action.

Dubitationem. Hirt. de Bell. Alex. 7.

Equum calcaribus. Sil. lib. 10.

Fastidium. Plin. lib. 23. cap. 1.

Formam alicui cum nomine. Plaut. Amph. 2. 1. 53.

Fructum voluptatum aufert solitudo. Cic. de Amicit. 89.

Gloriam. Plin. lib. 13. cap. 1. Lucan. lib. 3. 278. i. e. Eripere.

Gloriam sempiternam secum. Cic. pro Milon. 64. Non dubitaturum fortem virum quin quum suo periculo salutem Reipub. attulisset, cederet æquo animo legibus, secum auferret gloriam sempiternam. i. e. Asportaret secum in exilium.

Haud sic auferent. Ter. Adelph. 3. 4. 8. Ni facient quæ illos æquum est, haud sic auferent. [i. e. Non inultum auferent. V. mox.

Impetratum. Plaut. Aul. 4. 7. 15. Ut istuc, quod me oras, efficiam tibi, impetratum ab eo auferam. Sed V. Grut. not.

Inultum aliquid, pro Non puniri. Ter. And. 3. 5. 4.

Judicia auferre a Senatu per ignominiam turpitudinemque. Cic. 3. Verr. Verum vobis dicam id quod intellexi, Judices: homines scitote esse quosdam, quos tantum odium vestri ordinis teneat: ut hoc palam jam dictitent, se istum quem sciant esse hominem improbissimum, hoc uno nomine absolvi velle, ut ab Senatu judicia per ignominiam turpitudinemque auferantur.

Jurgium auferas hinc si sapias. Plaut. Pers. 5. 2. 19. i. e. Omittas.

Jus eripere atque auferre alicui. Cic. 1. Verr. 19. Quod in unaquaque re beneficio Senatus Populique Rom. juris habui, id mihi tu C. Verres eripuisti atque abstulisti.

Aufer abhinc lacrymas, barathro, & compesce querelas. Lucret. lib. 3. 967. ed. Lamb.

Laudem ex aliqua re. h. e. Reportare. Cic. 3. Verr. 20.

Litem. Plaut. Rud. prol. 20.

Lumbifragium. Plaut. Amph. 1. 1. 298. Hodie lumbifragium hinc auferes. Plautino joco fictum est Lumbifragium, veluti, Naufragium.

Mensam. Plaut. Amph. 2. 2. 175. Te dormitare aiebas, mensa ablata est, cubitum hinc abimus.

Metus. Virg. 12. Æn. 316.

Noctes & dies alic. Ovid. de Rem. Amor. 538.

Nomen auferre aliis, & fulgore claritatis tenebras obducere. Quintil. lib. 10.

Nugas. Plaut. Truc. 4. 4. 8. Quid agitur voluptas mea? D. non voluptas, aufer nugas: nihil ego nunc de istac re ago. i. e. Desine.

Oblivio illud abstulit. Sallust. de Rep. ord. 1. 4. 1. An illa, quæ paulo ante hoc bellum in Cn. Pompeium, victoriamque Syllanam increpabantur, oblivio abstulit? i. e. Penitus obliti estis? Sed alii codd. Intercepit.

Opes. Ovid. 20. Epist. 146.

Pecuniam ex edicto. Cic. 6. Att. Illud quidem fatebitur Scaptius, me jus dicente, sibi omnem pecuniam ex edicto meo auferendi potestatem fuisse.

Pignora, est quod nunc dicimus Captionem bonorum. Cic. 3. de Orat. 4. Hic quum homini & vehementi & diserto & in primis forti ad resistendum Philippo, quasi quasdam verborum faces admovisset, non tulit ille, & graviter exarsit pignoribusque ablatis, Crassum instituit coercere. Bud.

Pollicitationes aufer. Ter. Phorm. 5. 6. 17.

Præmium. Plaut. Pseud. 4. 7. 127. S. De improbis viris auferri præmium & prædam decet.

Responsum ab aliquo. Cic. 1. de Orat. 239. Equidem hoc sæpe audivi, accessisse ad Crassum consulendi causa quendam rusticanum: qui quum Crassum seduxisset, atque ad eum retulisset, responsumque ab eo verum magis quam ad suam rem accommodatum abstulisset, ut eum tristem Galba vidit, &c.

Relliquias vitæ membris ex omnibus aufert. Lucret. 6. 825.

Se auferre. i. e. Abire. Plaut. Asin. 2. 4. 63. Aufer te domum, ascende hinc. Ter. Phorm. 3. 3. 26. Aufer te hinc. Virg. 4. Æn. 389.

—seque ex oculis avertit & aufert.

Somnum. Cels. lib. 1. cap. 9. Calor concoctionem prohibet, somnum aufert, &c.

Somnos aufert timor. Hor. 2. Carm. 16. 16.
Spem. Cic. 3. Off. 10. Oris enim pulchritudo, reliqui corporis imitandi spem auferebat.
Spiritum alicui. Cic. 7. Verr. 117. Quid dabis ne diu crucietur? ne sæpius feriatur? ne cum sensu doloris aliquo aut cruciatu spiritus auferatur?
Studium. Hor. 3. Carm. 12. 6.
Tacitum aliquid. Plaut. Asin. 4. 2. 7. Suspendas potius me, quam tacita hæc auferas. i. e. Quam taceam de hac re.
Transversos. Plin. lib. 28. cap. 1. Dictæ erant omnium rerum naturæ, inter cœlum ac terram nascentium, restabantque quæ ex ipsa tellure fodiuntur, si non herbarum ac fruticum tractata remedia auferrent transversos, ex ipsis animalibus quæ sanantur reperta majore medicina.
Vitam. Ovid. 21. Epist. 187.
Voluntatem. Cic. 3. Verr. 20. Ut alter dies amicis istius & defensoribus, non modo spem victoriæ, sed etiam voluntatem defensionis auferret.

Ablātus, Partic. Valer. 6. Argon. 682.
— nec ablatam sequitur, quæritve sororem.
Fœtus ablatus uberibus. Plin. lib. 8. cap. 55.

Ablatio, ōnis. f. Tertull.

Ablativus, Adj. ut, Præpositiones ablativæ. Isidor. 1. 12. Casus ablativus, i. e. Sextus. V. apud Grammaticos.

Ablator, ōris. m. Qui aufert. August.

Aufidēna, [Αὐφιδῆνα] Ptolemæo authore, Urbs Italiæ, Caracenorum, qui sub Ferentanis sunt. hodie *Alfidena*. Liv. 10, 12. Hinc

Aufidenates, Populi, quorum Plin. inter Samnites meminit, lib. 3. cap. 12.

Aufidius, Nom. gent. Ro. ex qua fuit Aufidius, Cognomento Lurco, qui primus pavones saginare aggressus est, ex eo quæstu reditum sexagenorum sestertiorum percipiens. Author Plin. lib. 10. cap. 20.
Aufidius Bassus, Nobilis historicus fuit Quintiliani ætate, qui de rebus Germanicis historiam conscripsit.
Aufidius alius apud Hor. Hor. 2. Serm. 4. 24.
Aufidius forti miscebat mella Falerno.

Aufidianus, Adj. ut, Nomen Aufidianum. Cic. 16. Fam. 19.

Aufĭdus, [Αὔφιδος] Apuliæ Fluvius, quem cruentum ex Cannensi Romanorum clade aliquandiu fuisse Florus scribit. V. & Strabonem lib. 5. In Hirpinis ortus jugis, Canusium urbem præterfluit. Auth. Plin. Vulgo nunc dicitur *Lofanto*.
Acer Aufidus. Hor. 1. Serm. 1. 58.
Anhelans. Sil. lib. 8.
Longe sonans. Hor. 4. Carm. 9. 2.
Tauriformis. i. e. Habens formam tauri. Hor. 4. Carm. 14. 25. Acron & Porphyr. Omnia flumina taurino vultu & cornibus pinguntur propter impetus & mugitus aquarum. ut,
Corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum.
Violens. Hor. 3. Carm. 30. 10.

Aufidus, Adj. ut, Aufida stagna. Sil. lib. 10. 171.

Aufinates, Populi in quarta regione Italiæ, quorum Plinius inter Vestinos meminit lib. 3. cap. 12. Horum oppidum Aufinum, vulgo *Ofena*.

Aufŭgio, ūgi, ugĭtum, [ἀποφεύγω] ĕre. ex Ab & Fugio compositum; idem significat quod simplex Fugere. Ter. Hec. 3. 4. 10. Denique hercle aufugerim potius, quam redeam, si eo mihi redeundum fiet. Cic. 1. Q. frat. 2. Præterea Æsopi tragœdi nostri familiaris, Licinius servus tibi notus aufugit.
Aufugere aspectum alicujus. Cic. 2. de Nat. Deor. 111.
Andromeda aufugiens aspectum mœsta parentis.
Assiduas blanditias. Propert. 1. 9. 30.
Aufugere ex loco aliquo. Liv. 1. Jam aliquantum spatii ex eo loco ubi pugnatum est, aufugerat.
Aufugit aqua. Plaut. Aul. 1. 2. 16. Tum aquam aufugisse dicito, siquis petet.

A U G

Auga, vel Augē, sive Augea, [Αὔγη] Mater Telephi, filii Herculis. Scribit Diodorus lib. 5. hanc a patre Alæo cuidam nauclero ut mergeretur datam, quod crederet ab Hercule compressam, quæ quum duceretur ad mare, in itinere Telephum peperit, & inter virgulta abditum reliquit: quem postea pastores inventum Corytho regi tradidere, qui illum Telephum, eo quod a cerva nutritus fuerat, vocavit. Ipsa vero Auge in Cariam abducta a mercatoribus, quibus illam nauclerus demergere nolens, dono dederat, & Teuthranti (Cilicum & Mysorum regi) donata est, quam quum postea Telephus quæsisset, venissetque ad Teuthrantem in Mysiam, ab eo est honorifice exceptus. Euripides dicit ab Alæo patre (quum ab Hercule corrupta deprehenderetur) in urna quadam cum Telepho filio impositam, & in mari demersam esse: sed Palladis providentia urnam ad Cayci ostia transmissam evasisse. Teuthrantem cum eos excepisset, Augen pro uxore, Telephum pro filio habuisse. Verba sunt Strabonis lib. 13.
Auge, Demetrii liberta, sive potius Pompeii, inter præpotentes libertas enumeratur a Plin. lib. 35. cap. 18.

Augasii, [Αὐγάσιοι] Populi sunt inter Massagetas, apud Stephanum.

Augeas, [Αὐγέας] Atheniensis comicus fuit, ut est author Athenæus. Fuit & Augeas, Eleorum rex, quem Hercules sustulit. V. Augias.

Augeo, xi, ctum, [αὔξω, αὐξάνω, ὀφέλλω, ἐπιλαμβάνω] ēre. Notæ significationis, Majus facere.
Augere & amplificare. Cic. 1. de Fin. 38. Omni autem privatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem, ut postea variari voluptas distinguique possit: augeri, amplificarique non possit.
Augere spectat ad quantitatem, Ampliare ad pretium. l. non intelligitur. §. Divi. D. de jure fisc.
Per gradus augere. Quintil. lib. 2. cap. 4. Nam & genera sunt tria, Sacri, publici, privati juris. Quæ divisio ad laudem magis spectat, siquis eam per gradus augeat, quod lex, quod publica, quod in religionem deûm comparata sit.
Animum inimicorum augere. Cic. 10. Att. 16.
Animos augere, Assumere animum & fiduciam. Stat. 10. Theb. 23.
Aliquem augere, pro Opibus auctum reddere, apud Tacit. legitur.
Aliquem augere, atque honestare. Cic. 2. Off. 21.
Aliquem augere & ornare. Cic. 7. Fam. 17. Semper te non modo tuendum mihi, sed etiam augendum atque ornandum putavi. Et 1. de Orat. 94.

Auxilia augere. Plaut. Cist. 1. 3. 52. Servate vestros socios veteres & novos, augete auxilia vestris victis legionibus.
Aliquid ad infinitum. Plin. lib. 20. cap. 21.
Articulos auxerat macies. Ovid. 8. Met. 807.
Auxerat articulos macies, genuumque tumebat
Orbis, & immodico prodibant tubere tali. i. e. Majores & eminentiores fecerat.
Beneficium magnum magno cumulo augere. Cic. 13. Fam. 63. Magnum beneficium tuum magno cumulo auxeris.
Benevolentiam auxit consuetudo. Cic. de Amicit. 10.
Civitatem augere procreatione liberorum. Plaut. Pers. 3. 3. 15.
Cognomento augeri. Tacit. 12. Ann. 26. Augetur & Agrippina cognomento Augustæ.
Commodis augere. Cic. 11. Philipp. 37. Eos non tueri solum, sed etiam augere commodis debeo.
Alibi Augere, sine adjectione. Ep. 17. l. 7. H. St. V. loc. paulo supra.
Culpam suam augere. Plin. in Epist.
Cursum. Ovid. 4. de Pont. 15.
Augetur remis cursus euntis aquæ. i. e. Citatior fit.
Damno auctus est herus. Ter. Heaut. 4. 1. 15.
Dignitatem augere & nomen alicujus. Cic. 11. Fam. 6. Illud tibi persuadeas velim, me omnia quæ ad tuam dignitatem augendam pertinebunt, quæ est per se amplissima, summo semper studio suscepturum.
Divitiis aliquem. Cic. 2. de Lege Agr. 68.
Dona precibus, i. e. Ultra oblatum munus etiam supplicare. Ovid. 3. Epist. 30.
Exercitationes animi. Cic. 1. Off. 123.
Facta alicujus. Tibul. 1. 7. 56.
Fortius aliquid. Plin. lib. 22. cap. 2. Interim fortius augetur auctoritas.
Gratiam. Plin. lib. 11. cap. 42. Agrigenti maxime eam (casei) augente gratiam fumo, qualis in ipsa urbe conficitur.
Gratulatione populi dies me auxit. Cic. 14. Philipp. 16. Ut idem dies non modo me iniquissima invidia liberarit, sed etiam celeberrima pop. Rom. gratulatione auxerit.
Hæreditatem, gregem, & pecorum partus. l. Sed & si. in fin. D. de petit. hæred.
Honore augeri. Cic. de Arusp. Resp. 56.
Hostias augere. Vox sacror. Cum prima hostia, non litante altera, dein tertia, pluresve addebantur, numerus hostiarum Augeri dicebatur, donec litatum foret. Suet. Aug. cap. 96. Circa Perusiam, sacrificio non litante, cum augeri hostias imperasset. Et vetus inscriptio, SI QVIS HVIC ARAE DONVM DARE AVGEREQVE VOLET, LICETO.
Industriam alicujus augere. Ter. prol. Adel. 25.
Invidiam. Tacit. 12. Ann. 8.
Iracundiam alterius. Ter. Adel. 1. 2. 66.
Lætitia augeri. Cic. 2. de Fin. 14.
Largitione augere. Tacit. 13. Ann. 18.
Liberalitate quempiam. Tacit. 3. Ann. 8.
Liberis augeri. Cic. 1. Att. 1.
Linguam Latinam. Cic. de Fato, 1.
Linguam copia verborum. Cic. 1. Acad. 26.
Memoriam immortalem posteritatis. Cic. 2. de Orat. 8.
Molestiam. Cic. pro Flacc. 28. Minuis, inquit, gloriam Pompeii. Immo tu auges molestiam.
Munifice augere. In Munus.
Munus verbis. Cic. 2. Off. 70. Neque vero verbis auget suum munus, si quo forte fungitur, sed etiam extenuat. Hic Augere & extenuare opposuit.
Muneris largitatem augere. Cic. de Clar. Orat. 17. Ut impendiis etiam augere possimus largitatem tui muneris.
Munus aliquod cumulatius. Cic. in Orat. 54.
Nominibus imperatoriis aliquem. Tacit. 15. Ann. 26. Tiberium Neronem & Claudium Drusum privignos imperatoriis nominibus auxit.
Numerum. Plaut. Amph. 1. 1. 151. Numerum cœlestium, Liv. 1. 7. de Hercule. Virg. 7. Æn. 211.
Numerum divorum altaribus auget.
Opes. Cic. de Amicit.
Opes per scelus. Ovid. 2. Fast. 630.
Opinionem alic. rei. Cæs. 5. Bell. Gall. 55. Timorisque opinionem quibuscunque poterat rebus augebat.
Pecorum partus. V. supra Hæreditatem, &c.
Peculium. Plaut. Most. 4. 1. 7.
Pretia rerum commentis. Plin. lib. 12. cap. 19.
Religione merces. Plin. lib. 12. cap. 14.
Rem. Hor. 1. Epist. 7. 71. Scil. Familiarem. Cic. 2. Off. 87.
Re in augenda festinare & obrui. Hor. 1. Epist. 16. 68.
Rem augere laudando, & Vituperando rursus affligere, contraria. Cic. de Clar. Orat. 47.
Rempublicam & imperium. Cic. pro Rosc. Amer. 50.
Robur florentibus auximus annis. Sil. 16. Verba sunt Scipionis.
Scientia aliquem. Cic. 1. Off. 1.
Spem. Cæs. 2. Bell. Civil. 31.
Spiritu cœlesti augeri. Cic. de Arusp. Resp. 75.
Suspicionem rei alicujus. Cic. 6. Verr. 33. Ejus ipsius cupiditatis cujus insimularetur, suspicionem augeret.
Terram imbribus dicitur aer. Cic. 2. de Nat. Deor. 101.
Terrorem. Cæs. 3. Bell. Civil. 64. & Sallust. Jugurth. 20.
Vectigalia belli. Cæs. 1. Bell. Civil. 35.
Vias fortunæ augere, Augere vias, rationesque excogitare ad divitias opesque acquirendas. Propert. 3. 7. 32.
Vires augentur. Ovid. 9. Met. 787.
Vires auxit fortuna nocendi. Stat. 6. Theb. 763.
Augere, videri possit scriptum neutraliter apud Livium. l. 29. p. 340. edit. Feyr. Ni clamor omnia vana, augente nocturno tumultu fecisset. H. St. [Locus est c. 6. sub fin. Quem si rectius cum Gronovio distinguas, apparebit transitive positum esse hic quoque verbum.

Augesco, [αὐξάνω] ĕre. Idem quod passivum Augeri, nisi quod vim quandam habet paulo majorem, & magis efficacem. Ter. Heaut. 3. 1. 14. Nam mihi quidem quotidie augescit magis de filio ægritudo. Cic. 2. de Nat. Deor. 26. Ea temperatione caloris & oriri & augescere.

Augescere

Augeſcere incrementis. Liv. 27. 17. Aſdrubal quum hoſtium res tacitis augeſcere incrementis cerneret, ſuas, &c.

Augeſcunt & pubeſcunt animantes. Cic. 2. de Nat. Deor. 51. In Lunæ quoque curſu eſt & brumæ quædam & ſolſtitii ſimilitudo, multaque ab ea manant & fluunt, quibus & animantes alantur, augeſcantque & pubeſcant, maturitatemque aſſequantur, quæ oriuntur e terra.

Augeſcunt uvæ, pro, Creſcunt & majores fiunt. Cic. de Senect. 53. Itaque ineunte Vere in his quæ relicta ſunt exiſtit tanquam ad articulos ſarmentorum ea quæ gemma dicitur: a qua oriens uva ſeſe oſtendit, quæ & ſucco terræ, & calore Solis augeſcens, primò eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit.

Augeſcunt corpora dulcibus, atque pinguibus & potu: minuuntur ſiccis &c. Plin. l. 11. c. 54.

Augeſcunt aliæ gentes, aliæ minuuntur. Lucret. lib. 2. 76.

Augifico, āre. Idem quod Augeo. antiquum. Ennius Andromacha, Quid fit ſeditio? tabeſne an numeros augificat ſuos? Nonius 2. 61.

Augens, entis. Partic. [αὔξων] Cic. de Fato, 1. Quia pertinet ad mores quod ἦθος illi vocant, nos eam partem philoſophiæ de moribus appellare ſolemus: ſed decet augentem linguam Latinam nominare moralem.

Muſæ augentes omnia. Claud. de Sext. Conſ. Hon. 475.

Quorum (ſi qua fides augentibus omnia muſis)
Impetus exceſſit Zephyros, candorque pruinas.

i. e. Si poetis credendum eſt, qui veris ſemper aliquid addere conſueverunt.

Augenter, Adv. Frontin. de Lim. 2.

Augendus, [αὐξητέος] Partic. Tacit. 2. Ann. 46. Augendæ dominationi certatur.

Morigera ad fruges augendas atque animantes. Lucret. lib. 5. 81.

Auctus, Partic. [αὐξηθεὶς] ut, Aucta numero acies. Liv. 8.

Animus auctus. Tacit. 2. Hiſt. 4. Titus aucto animo ad patrem pervectus.

Auxilio. Tacit. 3. Ann. 34.

Beneficio. Cic. ad Brut. 1. Clodius auctus Antonii beneficio eſt, ejus ipſius beneficii magna pars a te eſt.

Damno. Ter. Heaut. 4. 1. 15. Joculare. V. Filia.

Divitiis & honoribus. Ovid. 2. Triſt. 9. 43.

Filia. Tacit. Agric. 6. Cic. 1. Att. 1. Auctus filiolo. Sic Liberis.

Fortunæ auctæ & exaggeratæ. Cic. 4. in Catil. 19. Cogitate quantis laboribus fundatum imperium, quanta virtute ſtabilitam libertatem, quanta deorum benignitate auctas exaggeratasque fortunas una nox pene delerit.

Honoribus. Cic. 3. de Nat. Deor. 49.

Labore aucta pabula grandeſcunt. Lucret. lib. 2. 1161.

Lætitia. Cic. 2. de Finib. 14.

Liberis aucta domus. Sen. in OEdip. 10. Tacit. 3. Ann. 29. Auctus liberis. conf. Filia &c.

Mora crevit & aucta eſt. i. e. In longum producta. Ovid. 4. de Pont. 5. 26.

Omine auctus. Tacit. 2. Ann. 14.

Pecunia. Tacit. 11. Ann. 16.

Præda. Cic. 7. Verr. 79.

Societate. Tacit. 4. Hiſt. 64. Civilis, ſocietate Agrippinenſium auctus.

Spoliis. Cic. pro Sex. Roſc. Verumetiam ut ſpoliis Sex. Roſcii hoc judicio ornati auctique diſcedant.

In falſum aucta. Tacit. 3. Ann. 56. Modica de moribus adoleſcentis, neque in falſum aucta, retulit.

Compar. Plaut. Capt. 4. 2. 2. Ægritudo auctior eſt in animo.

Re, fortuniſque auctior. Liv. 3.

Auctior adjecto fulgebat ſidere mundus. Claud. 2. in Ruff. 3.

Auctior animi vis. Lucret. lib. 3. 451.

Auctus, ûs. m. [αὔξησις] Liv. 4. Cujus rei præmium ſit in civitate, eam maximis ſemper auctibus creſcere. Plin. lib. 4. cap. 12. Auctu immenſo aquarum.

Arboris auctus, per periphraſin pro Arbore. Lucret. lib. 6. 168.

Auctus dierum. Plin. lib. 2. cap. 19.

Auctus infinitus corporis. Lucret. lib. 2. 481.

Hilarem grandeſcere ad auctum. Lucret. 2. 1121.

Auctum, i. n. Spatium circi quod ſuper definitum modum victoriæ adjungitur. Feſtus.

Solum olerum omnium contra Lunæ aucta atque damna vices minuendi & augendi habet contrarias. Gell. 20. 8. de Cepe.

Auctivus les bas. H. St. At in ima pagina nihil adlevit, niſi culter id abſtulit.

Auctio, ōnis. f. [αὔξησις] Augmentum. Macrob. 1. Saturn. 14. Modo auctio modo retractio dierum proveniebat. Eſt & Venditio quædam in publico ac celebri loco. [διάπρασις] Plaut. Men. 5. 9. 94.

Vis conclamari auctionem fore quo die? M. SU. die ſeptimi.
ME. Auctio fiet Menæchmi mane ſane ſeptimi.
Venibunt ſervi, ſuppellex, fundi, ædes, omnia
Venibunt, quique licebunt præſenti pecunia.

Auctio, inquit Nonius, dicitur Venditio, quaſi quod & ementem augeat, & vendentem. Plaut. Frag. 3. 29. Auctionem facio paraſiticam. Immo quod ab unoquoque magis ac magis augeatur pretium, ſive quod paulatim augeatur pretium H. St.

Auctio haſtæ. Suet. in Cæſ. 50. i. e. Venditio, quæ haſta poſita per præconem fiebat. In auctionibus ei, qui plurimum auget, res addicitur.

Hæreditaria auctio. Cic. pro Cæcin. 13.

Regia. Plin. lib. 29. cap. 4.

Auctionem facere. Plaut. Men. 5. 9. 91. Auctionem hic faciam, & vendam quicquid eſt mihi. Cic. 6. Verr. 46. Quærendum eſt, credo, Heius iſte num æs alienum habuerit? num auctionem fecerit?

Facturum ſe auctionem, proſcribere. Cic. pro Quint. 15.

Proponere auctionem. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Vendere auctionem, eſt præconis. Cic. pro Quint. 19. Negat ſe alia ratione facturum. quod promiſiſſet non plus ſua referre, quam ſi quum auctionem venderet, domini juſſu quippiam promiſiſſet.

In auctione. H. St. Ex Lambino, q. ad loc. V.

Videre. Cic. 4. Att. 12. Idibus enim auctionem Larini video.

Bona alicujus conſtituta auctione vendere. Cic. pro Roſc. Amer. 32. Idem pro Cæcin. 13. Quum eſſet hæc auctio hæreditaria conſtituta.

Auctiōnor, [κηρύττω, δημιοπρατέω] āri. dep. Publice, & fere ſub haſta vendere, non ea quæ ad eſum ſpectant, ſed ea quæ ad ſupellectilem, atque ad alios uſus: nec fere niſi quæ penes alium in uſu fuerunt. Hæc Valla lib. 4. Vulgo *vendre à l'encant*: quaſi Sub haſta vendere, antiquo illo Romanorum more. Cic. pro Quint. 16. Nævius hominem multis verbis deterret ne auctionetur. Ibid. 23. Ait ſe auctionatum eſſe in Gallia.

Auctiōnans, Partic. [δημιοπρατῶν] Cic. 2. de Lege Agr. 62. Ponite ante oculos vobis Rullum in Ponto, inter veſtra atque hoſtium caſtra, haſta poſita, cum ſuis formoſis finitoribus auctionantem.

Auctionarius, Adj. [δημιοπράσιος] ut, Auctionaria atria, In quibus auctio fiebat. Cic. de Lege Agr. 7. Ut in atriis auctionariis potius quam in triviis aut in compitis auctionentur. V. Licinia atria in ATRIUM.

Auctionariæ tabulæ. Cic. 2. in Catil. 18. Meo beneficio tabulæ novæ proferuntur, verum auctionariæ. Romæ enimvero circum forum, tabernas argentariorum fuiſſe ſatis conſtat. Ad has argentariorum tabernas, auctiones fieri in foro ſolebant, ut cui quæque res addicta eſſet, ei argentarius expenſam pecuniam in tabulas referret, ut oſtendit Cic. pro Cæcin. 17. Pecuniam (inquit) argentario promittit Æbutius. Et paulo poſt, Se autem habere argentarii tabulas, in quibus ſibi expenſa pecunia lata ſit, acceptaque relata. Quintil. lib. 11. cap. 2. Et forſitan in hoc ſunt adjuti, qui auctione dimiſſa, quid cuique vendidiſſent, teſtibus argentariorum tabulis reddiderunt. Quod præſtitiſſe Hortenſium dicunt. Hoc autem Sen. in prol. Decl. commemorat his verbis, Hortenſius a Siſenna provocatus in auctione perſedit diem totum: & omnes res, & pretia, & emptores, ordine ſuo recenſuit argentariis recognoſcentibus, ita ut in nullo falleretur. Ulpianus in l. Item videndum. D. de pet. hær. Item videndum ſi poſſeſſor hæreditatis, venditione per argentarium facta, pecuniam apud eum perdiderit: an petitione hæreditatis teneatur, qui nihil habet, nec conſequi poteſt. Sed Labeo putat eum teneri, quia ſuo periculo male argentario credidit. Ad eaſdem tabernas tabulæ figebantur, in quibus quarum rerum auctio futura eſſet, perſcriptum erat. quæ tabulæ, Auctionariæ dicebantur: ut in Cic. 2. Catil. 18 exemplo. Hinc, Tabula Valeria in epiſtola ad Terentiam, i. e. Valerii argentarii, ad cujus tabernam bona Ciceronis auctione vendebantur. Nam ad me (inquit) P. Valerius homo perofficioſus ſcripſit, id quod ego maximo cum fletu legi, quemadmodum a Veſta ad tabulam Valeriam ducta eſſes. Et 12. Att. 3. Ubi de Scapulanis hortis loquitur, quos emere cogitabat, ut in iis fanum defunctæ Tulliolæ ædificaret: De hortis (inquit) Scapulanis hoc videtur effici poſſe, ut præconi ſubjiciantur: id niſi fit, excludemur: ſin ad tabulam venimus, vincemus facultatem Othonis noſtra cupiditate. Et lib. prox. 13. Quid vis? inquam. At ego ad tabulam. ut ſi recte poſſem, Scapulanos hortos. i. e. Properabam ad tabulam, ad quam Scapulanorum hortorum auctio futura eſt. Idem pro Cæcin. 13. Æbutio negotium datur. adeſt ad tabulam: licetur Æbutius. Deterrentur emptores multi, partim gratia Cæſenniæ, partim etiam pretio: fundus addicitur Æbutio. pecuniam argentario promittit Æbutius.

Aucto, [αὔξομαι] āre, frequent. Plaut. Amph. prol. v. 6. Bonoque atque amplo auctare perpetuo lucro.

Auctare & alere. Lucret. lib. 1. 51.

Unde omnes natura creet res, auctet alatque.

Auctare aliquem ope. Catull. 68. 2.

Auctĭto, [ἐπαύξομαι] āre. ab Aucto. ut, Auctitare pecunias fœnore. Tacit. 6. Ann. 16. conf. Arnob. 7. p. 218.

Auctarium, i. n. [προσθήκη, ἐπίμετρον] dicebant antiqui Quod ſuper menſuram vel pondus juſtum adjiciebatur, ut Cumulus vocatur in modio. Feſtus. Plaut. Merc. 2. 4. 22. Tanti quanti poſcit, vin' tanti emi illam? C. auctarium adjicito vel mille nummûm plus quam poſcet.

Auctor, ōris. m. [αὐξητὴς, αὐθέντης] ab Augeo, ut teſtantur Grammatici veteres, & ipſa ſcribendi ratio oſtendit. Neque enim aliter quam per CT in libris & inſcriptionibus veteribus exaratum invenitur: ideoque potius ſic ſcribere oportet, quam Autor, ut ſcripſit Valla; vel Author, ut alii. Non enim ſunt audiendi, qui ex Græco αὐτὸς, vel αὐθέντης deducunt.

Auctor rerum, apud Salluſt. Cat. c. 3. pro Rerum adminiſtratore geſtoreque, ut Imperator qui bella gerit. Aliter Tacit. 3. Ann. 3. qui Auctorem rerum, Scriptorem hiſtoriæ vocavit. Matrem Antoniam, non apud auctores rerum, non diurna actorum ſcriptura reperio ullo inſigni officio functam. Locus Salluſtii eſt, Ac mihi quidem, tametſi haudquaquam par gloria ſequatur ſcriptorem & auctorem rerum, &c. Nam Imperatorum majorem eſſe gloriam intelligit, quam hiſtoriæ ſcriptorum. Turneb.

Hujus fœm. eſt Auctrix, teſte Servio lib. 12. Æn. 159. cujus verba V. in AUTHENTES. ut, Auctor divitiarum, auctrix patrimonii. Sic & Priſcian. lib. 5. Auctor, fœm. tamen eſt apud Ovid. 5. Faſt. 192.

Ipſa doce quæ ſis, hominum ſententia fallax;
Optima tu proprii nominis auctor eris.

Et Virg. 12. Æn. 159. Juno ait; Auctor ego audendi.

Auctor, communis generis apud antiquos. Feſtus.

Auctor legis dicebatur, Qui quum ea dignitate præditus eſſet, ut ejus oratione commoveri populus poſſet, ab his qui leges ferebant deligebatur, ut eas ſuaderet, ac populo probaret. Cic. 3. de Legib. & in orat. Poſt red. ad Quir.

Auctor alicujus operis. Cic. 3. de Orat. 211. Qui orationem eandem aliam eſſe putaret auctore mutato.

Auctor promiſſi carminis, i. e. Poeta, qui initio ſui carminis profitetur promittitque ſe poema ſcripturum: ut Virg. 1. Æn. 5.

Arma virumque cano, &c.

Hor. de Arte Poet. 45.

Hoc amet, hoc ſpernat promiſſi carminis auctor.

Hortator atque auctor. Cic. in Partit. Orat. 97. Principia in ſententiis dicendis brevia eſſe debebunt. Non enim ſupplex, ut ad judicem venit orator, ſed hortator atque auctor.

Conſiliario & auctore aliquo inire rationem fac. aliquid. Cic. 14. Att. 9. Dii immortales, quam mihi iſta pro nihilo: ſed tamen ea ratio ædificandi initur, conſiliario quidem & auctore Veſtorio, ut hoc damnum quæſtuoſum ſit.

Auctores & magiſtri religionum. Cic. de Aruſp. Reſp. 18. Ego vero primum habeo auctores ac magiſtros religionum colendarum majores noſtros: quorum mihi tanta fuiſſe ſapientia videtur, &c. Sic, pro Planc. 32. Ut poſtea princeps inter ſuos plurimarum rerum ſan-

ctiſſimus & juſtiſſimus judex maximarum ſocietatum auctor, plurimarum magiſter.
Præclarus auctor ſuæ civitatis. Cic. pro Flacc. 36. Nam ut ſignum publicum inſpexit præclarus iſte auctor ſuæ civitatis, ſolere ſuos cives ceterosque Græcos ex tempore, quod opus ſit, obſignare dixit.
Auctor publici conſilii. Cic. 1. de Orat. 211. Sin autem quæreremus, quis eſſet is qui ad Rempublicam moderandam uſum & ſcientiam & ſtudium ſuum contuliſſet, definirem hoc modo, Qui quibus rebus utilitas Reip. pararetur augereturque, teneret, iisque uteretur, hunc Reipublicæ rectorem, & conſilii publici auctorem eſſe habendum.
Graviſſimus auctor dicendi & magiſter. Cic. in Orat. 10. Rerum formas appellat Ideas ille non intelligendi ſolum, ſed etiam dicendi graviſſimus auctor & magiſter Plato, easque gigni negat.
Prædicator & auctor alieni facti apud judices. Cic. pro Corn. Balb 40. Sed mos eſt gerendus non modo Cornelio, cujus ego voluntati in ejus periculo nullo modo deeſſe poſſum: ſed etiam Cn. Pompeio, qui ſui facti, ſui judicii, ſui beneficii, voluit me eſſe, ut apud eosdem vos judices nuper in alia cauſa fuerim, & prædicatorem & auctorem.
Suaſor & auctor deditionis. Cic. 3. Off. 110. Atque hujus deditionis, ipſe Poſthumus qui dedebatur, ſuaſor & auctor fuit. Suet. Tiber. 3. 27. Alium dicentem ſacras ejus occupationes; & rurſus alium auctore eo ſenatum ſe adiiſſe, verba mutare & pro auctore ſuaſorem, pro ſacris laborioſas dicere coegit. Ubi Auctor plus eſt quam Suaſor.
Audendi auctor. Virg. 12. Æn. 159.
Carminis auctor. Tibul. lib. 2. 4. 13.
Conſilii. Cic. 1. de Orat.
Doloris. Cic. pro Flacc. 53.
Generis. Virg. 4. Æn. 365.
Interficiendi alicujus. Cic. 12. Fam. 2.
Legum auctor & Diſſuaſor, contraria. Cic. de Clar. Orat. 96.
Nobilitatis tuæ auctor. Cic. 4. Tuſc. 2. Quibus Junius Brutus patriam liberavit, præclarus auctor nobilitatis tuæ.
Pacis auctor ſemper fui Reip. Cic. 9. Att. 13.
Perſonæ ſuæ auctor. Cic. 2. de Orat. 194. Quare nolite exiſtimare me ipſum, qui non heroum veteres caſus, fictosque luctus vellem imitari, atque adumbrare dicendo, neque actor eſſem alienæ perſonæ, ſed auctor meæ, quum mihi M. Aquilius in civitate retinendus eſſet, quæ, &c.
Profectionis auctor. Cæſ. 5. Bell. Gall. 33.
Reipub. auctor ac dux. Cic. 8. Att. 2. Mihi nihil illa in gente unquam ab ullo auctore Reip. ac duce turpius eſſe videtur factum, quam a noſtro amico factum eſt, cujus ego vicem doleo, qui urbem reliquit, id eſt patriam.
Sermonis hujus auctor eſt Valerius. Cic. 1. Att. 3.
Sanguinis auctor. Virg. 7. Æn. 49.
Veri auctor, Qui vera docet. Hor. 1. Carm. 28. 14. de Pythagora.
Viæ auctor, Qui viam monſtrat, aut Qui ire jubet. Ovid. 3. Met. 18.
Auctor ferendis legibus. Cic. 8. Att. 3. Ille legibus Cæcilii Metelli contra auſpicia ferendis auctor, ille Galliæ ulterioris adjunctor, &c. De Pompeio loquitur.
Auctor his rebus quis eſt. Ter. Adel. 4. 5. 37.
Auctor ad aliquid. Cic. 2. Philipp. 26. Etenim ſi auctores ad liberandam patriam deſiderarentur, illis auctoribus Brutos ego impellerem?
Auctor ceteris ad te juvandum. Cic. 9. Att. 13. Sed ut eo tempore non modo ipſe auctor dignitatis tuæ fui, verumetiam ceteris auctor ad te adjuvandum, ſic me nunc Pompeii dignitas vehementer movet.
Auctor & aſcriptor in reſtituendo. Cic. Poſt red. in Senat. 8. Quod ſi Q. Metellus illo tempore Conſul fuiſſet unicus, dubitatis quo animo fuerit in me conſervando futurus, quum in reſtituendo auctorem fuiſſe, aſcriptoremque videatis? V. Aſcriptor in ASCRIBO.
Auctor tibi ſum profugere. Cic. 9. Att. 12. Ego quidem tibi non ſum auctor, ſi Pompeius Italiam relinquit, te quoque profugere.
Auctor id tibi ſum. Ter. Adel. 5. 8. 16. Idne eſtis auctores mihi? Ubi Donatus; Auctores, hoc eſt Perſuaſores. Cic. 6. Fam. 8. A me conſilium petis, quid ſim tibi auctor, in Siciliane ſubſidas, an ut ad reliquias, &c.
Auctor tibi ſum ut. Plaut. Stich. 1. 2. 71. Mihi auctores ita ſunt amici, ut vos abducam hinc domum. Cic. 15. Att. 13. Sed auctor non ſum ut te urbi committas.
Auctor illi ſum de hac re, ut hoc faciat. Plaut. Mil. 4. 3. 1.
Magnopere auctorem eſſe alicui. Cic. ad Brut. 11. Nam illi ita ſentienti de Repub. magnopere auctor fui, ne differret tempus petitionis ſuæ.
Auctore me, Auctore te. Ter. Eun. 5. 7. 12. An pœnitebat flagitii, te auctore quod feciſſet adoleſcens? Liv. 2. Res tuas tibi non ſolum reddant cives tui, auctore me: ſed ſiquid deeſt, munifice augebunt. i. e. Me ſuadente, conſulente, inſtigante, impellente. Cic. 1. Acad. Audebimus ergo, inquit, novis verbis uti te auctore, ſi neceſſe eſt.
Auctore Clitomacho. Cic. 4. Acad. 91. Explicavi paulo ante Clitomacho auctore, quomodo iſta Carneades diceret. i. e. Ut refert Clitomachus, vel Ex ſententia Clitomachi.
Auctoribus pluribus. Liv. lib. 1. 46. Hic L. Tarquinius Priſci Tarquinii regis filius, neposne fuerit, parum liquet: pluribus tamen auctoribus filium ediderim. i. e. Secundum opinionem plurium.
Iisdem auctoribus cognitum eſt, Æquos, Volſcosque ſumma vi bellum apparare. Liv.
Certis auctoribus aliquid comperire. Cic. 14. Att. 8. Nam quod Cluviam ſcribis moderate & amice ſcriptas literas attuliſſe, mihi dedit Paulus ad ſe a fratre miſſas, quibus in extremis erat, ſibi inſidias fieri, ſe id certis auctoribus comperiſſe. Hoc nec mihi placebat, & multo illi minus.
Ingenioſus poeta, & auctor valde bonus. Cic. pro Muren. 30.
Celeberrimi auctores. Plin. lib. 33. cap. 1.
Certiſſimus. Virg. 1. Georg. 432.
Clariſſimi. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Claſſici. Budæus, Metaphoricôs Gellius auctores claſſicos appellat, quaſi teſtes idoneos Latinæ puritatis, & primæ notæ ſcriptores: quales ſunt Cic. Quintil. Liv. Cæſ. Plin. Virg. Hor. Catull. &c. V. CLASSICUS.

Non dubii. Ovid. 5. Faſt. 601.
Tunc mihi non dubiis auctoribus incipit æſtas. Auctores æſtatis vocat Ortus & occaſus quorundam ſiderum.
Eminentiſſimi. Quintil. lib. 1. cap. 10. & cap. 2.
Evidentiſſimi. In EVIDENS.
Eruditiſſimis auctoribus induci. Cic. pro Muren. 62.
Gravior. Tacit. 3. Hiſt. 43.
Idoneus. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Latini. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Levis. V. LEVIS.
Locuples. In LOCUPLES.
Luculentus. In LUCULENTUS.
Magnus. Juven. 14. Sat. 32. —citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domeſtica, magnis
Quum ſubeant animos auctoribus.
Malus. Cic. 7. Att. 3. Cæcilius malus auctor Latinitatis eſt.
Maximos auctores in diverſa fuiſſe opinione video. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Peſſimus auctor futuri Somnus. Sen. Herc. fur. 1070.
Privatus. Cic. ad Brut. 10. Nunquam enim honore extraordinario potentis hominis, vel potentiſſimi potius accidit, ut nemo Tribunus plebis, nemo alio magiſtratu, nemo privatus auctor exiſteret.
Religioſiſſimus. Cic. de Clar. Orat. 44. Sit ſane inquam ut lubet de iſto, & ego cautius poſthac hiſtoriam attingam te audiente, quem rerum Romanarum auctorem laudare poſſum religioſiſſimum.
Sordidus, Ignobilis. Unde, Non ſordidus auctor Naturæ, verique. i. e. Clarus & celebris. Hor. 1. Carm. 28. 14.
Summi. Quintil. lib. 1. cap. 6.
Validiſſimus. Tacit. 6. Ann. 31.
Appellare auctorem. Plin. lib. 28. cap. 1.
Citare auctorem. In CITO.
Criminari auctores quos prælegimus. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Dare rem. Plaut. Trin. 1. 2. 70. i. e. Re ipſa oſtendere.
Enarrare auctores. Quintil. lib. 1. cap. 9.
Eſt auctor Maſſurius, bis in triumpho ductum. i. e. Dicit aut ſcribit. Plin. 7. 43. Auctores ſunt, omnibus annis advolare Ilium ex Æthiopia aves: i. e. ſunt Qui dicant, aut ſcribant. Idem 10. 26. Item Liv. 4. Sunt qui male pugnatum ab his Conſulibus in Algido, auctores ſint.
Habere aliquem auctorem. Ter. prol. And. 19. i. e. Imitari. Cic. 2. de Orat. 155. Quos quum tu haberes auctores, Antoni, miror cur philoſophiæ, ſicut ille Pacuvianus, prope bellum indixeris. Loquitur de Carneade, Critolao & Diogene.
Habere auctorem idoneum. Cic. 5. Verr. 216.
Habere auctorem rumorem. Cic. 5. Verr. Hæc vos antea Judices audiſtis, verum fortaſſe ita audiſtis, ut auctorem rumorem haberetis, ſermonemque omnium.
In incerto eſt auctor, De auctore dubitatur. Ovid. 12. Met. 419.
Interpretari auctores. In INTERPRETOR.
Invenire apud auctores. In INVENIO.
Laudare auctorem. In LAUDO.
Lectitare auctores. Cic. 12. Att. 19. Etenim habeo nonnullos ex iis quos nunc lectito auctores, qui dicant fieri id oportere, quod &c.
Niti auctore idoneo. Quintil. l. 2. c. 4. extr. Sed ne ii quidem, qui hoc fortiſſime affirmant, ullo ſatis idoneo auctore nituntur.
Mutato auctore. Cic. 3. de Orat. 211. Qui orationem eandem aliam eſſe putaret auctore mutato. Sed forte hic legendum eſt Actore.
Placet auctor. Cic. 6. Att. 2. Quum mihi auctor placeret (etenim erat ἱστορικώτατος, & vixerat in Pelopponneſo) admirabar tamen, & vix aggrediens communicavi cum Dionyſio.
Præbere ſe auctorem & principem bonis omnibus. Cic. 10. Fam. 6.
Prælegere auctores. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Proferre auctores. Cic. 2. de Orat. 290. Non enim vereor, nequis me in iſto genere leviorem jam putet, quoniam quidem tu Fabricios mihi auctores, & Africanos, Maximos, Catones, Lepidos, protuliſti.
Redigere auctores alios in ordinem, alios omnino eximere numero. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Refertur ad auctorem aliquem aliquid. Celſ. lib. 5. cap. 18.
Sequi aliquem auctorem. Plin. 3. Epiſt. lib. 5.
Auctor, Homo in quo eſt vis, poteſtas, & dignitas: unde, Auctoritas dicta eſt. Liv. lib. 1. 17. extr. Decreverunt enim, ut quum populus regem juſſiſſet, id ſic ratum eſſet, ſi Patres auctores fierent. h. e. Auctoritatem (ut aiunt) ſuam, & decretum interponerent, eumque ratum haberent ac comprobarent. V. loc. Et 34. 2. Majores noſtri nullam ne privatam quidem rem agere fœminas ſine auctore voluerunt. Hæc Valla lib. 4. c. 32.
Impero, auctorque ſum, ut me cuivis caſtrandum loces. Plaut. Aul. 2. 2. 73. Idem Pœn. 1. 1. 18. Suſpende, vinci, verbera, auctor ſum, ſino.
Auctor eum ſignificat, a Quo quis jus in re comparavit, aut aliâs quæſivit, ſive a Quo quis emit. Cic. 7. Verr. 45. Tum illi intellexerunt, ſe id quod a malo auctore emiſſent, diutius obtinere non poſſe. Ulpian. in l. 4. D. de Evictionibus: Illud quæritur, an is qui mancipium vendidit, debeat fidejuſſorem ob evictionem dare, quem vulgo auctorem ſecundum vocant. Plaut. Curc. 4. 2. 12. Lenonem alloquens, Nec vobis auctor ullus eſt, nec vosmet eſtis ulli.
Auctor fundi. Cic. pro Cæcin. 27. Duo præterea teſtes, nihil de vi, ſed de ipſa emptione fundi dixerunt: P. Cæſennius auctor fundi, non tam auctoritate gravi, quam corpore: & argentarius Sex. Clodius, cui nomen eſt Phormio.
Auctores pupillorum vocantur, In quorum adminiſtratione infirma ætas, resque eorum ſunt. Ideoque filios regum pupillos, ſub auctoribus fuiſſe legimus. Unde Paul. l. 3. D. de Auctoritate tutorum, Etiam ſi non interrogatus tutor, auctor fiat, valet auctoritas ejus quum ſe probare dicit id quod agitur. hoc eſt enim auctorem fieri. Et Pomponius in l. ſeq. Etſi pluribus datis tutoribus unius auctoritas ſufficiat, tametſi tutor auctoretur, &c.
Sine tutore auctore ſolvere mulieri. Cic. in Topic. 46. Non quemadmodum quod mulieri debeas, recte ipſi mulieri ſine tutore auctore ſolvas: ita quod aut pupillæ aut pupillo debeas, recte poſſis eodem modo ſolvere. Sic pro Cæcin. 72. Quod mulier ſine tutore auctore promiſerit, deberi.

Bonus auctor in Senatu. Cic. de Clar. Orat. 129. C. Fimbria luculentus patronus, asper, maledicus, genere toto paulo fervidior atque commotior, diligentia tamen & virtute animi atque vita bonus auctor in Senatu.

AUCTRIX, icis. f. Tertull. adversus Hermog. cap. 5. Neque enim potest non & materia auctrix omnium deputari, de qua universitas consistit. conf. AUCTOR a pr.

AUCTORITAS, atis. f. [αὐθεντία, ἀξίωμα, ἀξιωματικὸν.] Jus, potestas & dignitas. Cic. 3. Philipp. 13. Tantus autem consensus municipiorum coloniarumque provinciæ Galliæ, ut omnes ad auctoritatem hujus ordinis majestatemque Pop. Rom. defendendam conspirasse videantur.

Auctoritas, alterius Existimatio & opinio, quæ vulgo Reputatio. Cic. pro Lege Manil. Et quoniam auctoritas multum quoque in bellis administrandis atque imperio militari valet, certe, &c.

Auctoritas & amplitudo. Cic. pro Rosc. Amer. 2.

Vis, auctoritas, pondus. Cic. pro Flacc. 9. Totius hujusce rei quæ sit vis, quæ auctoritas, quod pondus, ignorant.

Acies auctoritatis. V. In ACIES. & infra Hebescit auctoritas.

Adulta auctoritas. In ADOLESCO, & mox Comprimi auctoritate.

Æterna adversus hostem auctoritas. Cic. 1. Off. 37. ubi Gronov. V.

Fluxa auctoritas. Tacit. 1. Hist. 21. Proin agendum, audendumque, quum Galbæ auctoritas fluxa, Pisonis nondum coaluisset.

Gravissima. Cic. 1. de Invent. 101. Primus locus sumitur ab auctoritate, quum commemoramus quantæ curæ res ea fuerit aut diis immortalibus, aut iis quorum auctoritas gravissima debeat esse.

Gravior auctoritate. Cic. 2. de Orat. 55. Certe non tulit ullos hæc civitas, aut gloria clariores, aut auctoritate graviores, aut humanitate politiores P. Africano, &c.

Languida auctoritas patrum facta est. V. LANGUOR.

Projecta auctoritas. Tacit. 1. Ann. 42.

Senior. Cic. in Brut. 327. Hortensius erat excellens judicio vulgi, & facile primas tenebat adolescens. Sed quum jam honores, & illa senior auctoritas gravius quiddam requireret, remanebat idem, nec decebat idem.

Tenui auctoritate homo. Cic. 2. contra Rull. 44.

Id auctoritatis, pro Ejus auctoritatis. Tacit. 12. Ann. 18.

Auctoritas est ebori. Plin. lib. 12. cap. 4. Tanta ebori auctoritas erat, urbis nostræ trecentesimo anno. i. e. Tanti fiebat, tanto in honore erat.

Citra auctoritatem Senatus. V. CITRA.

Auctoritas senectutis. Cic. de Senect. 62. Habet senectus, honorata præsertim, tantam auctoritatem, ut ea pluris sit, quam omnes adolescentiæ voluptates.

Tributorum auctoritas. Plin. lib. 12. cap. 4. Ideo fortassis in tributorum auctoritate tertia res fuerit ebenus.

Auctoritas testimonii. Cic. 5. Fam. 12. Non enim me solum commemoratio posteritatis ad spem quandam immortalitatis rapit, sed etiam illa cupiditas, ut vel auctoritate testimonii tui, ut judicio benevolentiæ, vel suavitate ingenii, vivi perfruamur.

Auctoritate nutuque legum domitas habere libidines. Cic. 1. de Orat. 194. Et docemur non infinitis concertationumque plenis disputationibus, sed auctoritate nutuque legum domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates, nostra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus abstinere.

Abjicere auctoritatem. In ABJICIO.

Adducere aliquem ad nostram auctoritatem. In ADDUCO.

Adhibere. In ADHIBEO.

Adjicere. In ADJICIO.

Adjungere auctoritatem & fidem rebus. Cic. 2. de Divin. 113. Auctoritatem quidem nullam debemus nec fidem commentitiis rebus adjungere.

Adjungere se ad auctoritatem Senatus. V. ADJUNGO.

Adolescit auctoritas. In ADOLESCO.

Afferre auctoritatem. In AFFERO.

Amittere. In AMITTO.

Amplexari. In AMPLEXOR.

Amplificare. In AMPLIFICO.

Attribuere alicui. Cic. pro Font. 12. Mihi enim semper unaquaque de re, testis non solum semel, verum etiam breviter interrogandus, & sæpe etiam non interrogandus, ne aut irato facultas ad dicendum data, aut cupido auctoritas attributa esse videatur.

Auferre iis qui profuerunt. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Cedere auctoritati. In CEDO.

Coalescit auctoritas. V. paulo ante, Fluxa auctoritas.

Communire auctoritatem. In COMMUNIO.

Comparare. In COMPARO.

Comprobare alicujus rei. Cic. 1. de Divin. 33. Augur Tib. Gracchus auspiciorum auctoritatem confessione errati sui comprobavit.

Comprimi nondum adulta auctoritate alicujus non posse. Tacit. 1. Ann. 46.

Conferre se ad alicujus auctoritatem. V. CONFERO.

Contemnere auctoritates, ratione pugnare. Cic. 3. de Nat. Deor. 16.

Consistit auctoritas. V. CONSISTO.

Constituere auctoritatem. Cic. 3. Verr. 5.

Contingere aliquam auctoritatem. In CONTINGO.

Dare. Cic. 3. de Nat. Deor. 91. Utrum poetæ Stoicos depravarint; an Stoici poetis dederint auctoritatem, non facile dixerim.

Defugere. Plaut. Pœn. 1. 1. 19. M. Si auctoritatem postea defugeris, ubi dissolutus tu sies, ego pendeam. i. e. Si negaveris postea factum fuisse a me te auctore, suadente & impellente.

Defugere auctoritatem, aliter acceptum. Ter. Eun. 2. 3. 98. Jubesne? CH. jubeo, cogo, atque impero. P. nunquam defugiam auctoritatem: sequere. i. e. Faciam maxime quum ita tu velis & jubeas. Non recusabo facere, dum tu tamen auctor sis facti. Donatus. [Vide Muretum in hunc Terentii locum H. St.] Cic. pro P. Syll. 33. Itaque attende jam Torquate, quam ego non defugiam auctoritatem Consulatus mei. i. e. Quantum non verear aut recusem palam prædicare qua auctoritate sim usus in meo Consulatu: vel certe significat, Se cuncta illa quæ tunc gessit, confiteri ac præ se ferre recte & ordine gesta esse, paratum illa defendere, ac quæcunque quasi jusserit ille ac mandarit, non recusaturum facere.

Detrahere alicui auctoritatem. Quintil. lib. 6. cap. 5. & lib. 7. cap. 2.

Dicere aliquid majore auctoritate. Cic. 2. de Divin. 139. De Democrito, Nec cognovi quenquam qui majore auctoritate nihil diceret.

Esse in auctoritate. Plin. lib. 34. cap. 6. Pedestres sine dubio Romæ fuerunt in auctoritate longo tempore. i. e. In pretio.

Esse in auctoritate alicujus, est Ei obtemperare. Liv. 9. 14. Samnites quum instructos repente ad pugnam Romanos conspexissent, vociferari, se in auctoritate Tarentinorum manere.

Est in auctoritatem scientiæ. V. IN.

Esse magna, pro Auctoritatem magnam habere. Cic. 7. Att. 7.

Excellere auctoritatem. Cic. Pompeii autem auctoritas cum apud omnes est quanta esse debet, tum excellit in Provincia, &c.

Exterminare auctoritatem. Cic. de Provinc. Consf. 3.

Facere aliquid auctoritate & exemplo alicujus. Cic. pro Corn. Balb. 31. Creator hujus urbis Romulus fœdere Sabino, docuit etiam hostibus recipiendis augeri hanc civitatem oportere, cujus auctoritate & exemplo nunquam est intermissa a majoribus nostris largitio & communicatio civitatis.

Facit mecum eorum auctoritas. i. e. Ipsi viri qui plurimi fiunt ab omnibus, & habentur docti gravesque viri, sunt meæ opinionis. Cic. pro Cæcin. 20. Auctoritatem sapientissimorum hominum facere nobiscum, in judicium non venire utrum Cæcina possederit, necne.

Facere auctoritatem. V. FACIO.

Florere auctoritate. Cic. 4. Fam. 3.

Frangere auctoritatem. Cic. 1. Acad.

Gerere magistratum ex auctoritate alicujus. Cic. 4. Fam. 9.

Gliscit auctoritas. Tacit. 4. Ann. 35.

Habere auctoritatem apud aliquem. Cic. pro Flacc. 61. Liceat mihi potius de levitate Græcorum queri, quam de crudelitate: auctoritatem isti habeant apud eos quos esse omnino noluerunt.

Habere parum auctoritatis. Cic. de Clar. Orat. 327. Etsi enim genus illud dicendi auctoritatis habebat parum, tamen aptum esse ætati videbatur.

Habere plus auctoritatis in suadendo. Cic. 8. Att. 9. Nam quod testificor me expertem belli fuisse, etsi id re perspectum est: tamen ea scripsi, quo in suadendo plus auctoritatis haberem, eodemque pertinet, quod caussam ejus probo.

Habere satis auctoritatis. Cic. 2. Off. 34. Ad fidem faciendam justitia plus pollet: quippe quum ea sine prudentia satis habeat auctoritatis: prudentia sine justitia nihil valeat ad faciendam fidem.

Habere eandem vim & auctoritatem. Cic. pro Rosc. Com. 6. Quod si eandem vim, diligentiam auctoritatemque habent adversaria, quam tabulæ, quid attinet codicem instituere, conscribere, ordinem conservare?

Hærere auctoritatem, pro Manere. Cic. De quo si vos severe judicaveritis, auctoritas ea, quæ in vobis remanere debet, hærebit.

Hebescit auctoritas. Cic. 1. Catil. 4. At nos vicesimum jam diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis.

Imminuere suam auctoritatem. V. IMMINUO.

Induere auctoritatem. Quintil. lib. 4. cap. 1. Nam se quoque moneri interim fingit, ut pro Rabir. Posthumo, dum aditum sibi ad aures facit, & auctoritatem induit vera sentientis, quo magis credatur vel defendenti eadem, vel neganti.

Intercessit gravissima auctoritas Senatus. Cic. 1. Fam. 2. De his rebus pridie quam hæc scripsi, Senatus auctoritas gravissima intercesserat. V. mox Perscribere auctoritatem.

Intercessum est auctoritati. V. INTERCEDO.

Interponere auctoritatem. V. INTERPONERE.

Laudare auctoritatem, est In judicio dicere titulum suæ possessionis: & est antiquus sermo Jurisconsultorum. Budæus.

Levare auctoritatem suam inconstantia. V. LEVIS.

Mereri narrantis auctoritatem. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Minuere auctoritatem. In MINUO.

Movet auctoritas. Cic. 8. Att. 9. Tua me hercule auctoritas vehementer movet.

Niti auctoritate. ut Auctore.

Obtinere auctoritatem. Cic. pro Arch. 9. At non est professus. immo vero his tabulis professus, quæ solæ ex illa professione collegioque Prætorum obtinent publicarum tabularum auctoritatem.

Perdere. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Perdita auctoritate homo. Cic. Anteq. iret in exil. 17. Nemo tam perdita auctoritate, tam facinorosa inventus vita, qui quum de scelere fateretur, non tamen sententiis prius judicum convinceretur, quam supplicio addiceretur.

Perscribere auctoritatem. Cic. 8. Fam. 8. Siquis huic Senatusconsulto intercessisset, auctoritas perscriberetur. Et 5. Att. 2. fin. Nondum enim satis huc erat allatum, quo modo Cæsar ferret de auctoritate perscripta. Quum aliquid in Senatu major Senatorum pars decreverat, Senatusconsultum scribebatur, nisi Tribunusplebis aliquis intercederet. Intercedente, Senatusconsultum non erat, sed scribebatur tamen quod Senatus eo die statuisset: eaque Perscripta auctoritas dicebatur. Perscribebantur, inquam, auctoritates, id est eorum nomina quibus auctoribus factum esset Senatusconsultum. Id luculentissime declaratur in 8. Fam. 8. conf. supra Intercedere, Interponere &c. P. Manut. ad 1. Fam. 2.

Petere auctoritatem. Quintil. lib. 1. cap. 6. Peti solet auctoritas ab oratoribus vel historicis.

Pœnitere auctoritatis. Cic. de Arusp. Resp. 45. Et eo fecisse auctore se diceret, cujus auctoritatis neminem posset pœnitere.

Ponere auctoritatem in aliquo. Cic. pro Domo sua, 117. Esto, collegium non adhibuisti. quid? de collegio quis tandem affuit? posuerat enim auctoritatem in uno, quæ est in his omnibus.

Premit aliquem auctoritas. Quintil. lib. 6. cap. 5.

Removere & prætermittere auctoritatem e causa. Cic. pro Muren. 67. Tolle mihi e causa nomen Catonis: remove ac prætermitte auctoritatem, congredere mecum criminibus ipsis.

Residet auctoritas in nutu præclarorum virorum. Cic. de Senect. 61. Quid de Paulo, aut Africano loquar? aut, ut jam ante dixi, de Maximo, quorum non in sententia solum, sed etiam in nutu residebat auctoritas?

Sequi auctoritatem alicujus. Cic. pro Cluent. 140. Ego vero in iſto genere libentius cum multorum, tum hominis eloquentiſſimi & ſapientiſſimi L. Craſſi auctoritatem ſequor.
Superavit auctoritatem conſuetudo. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Suſcipere auctoritatem. Cic. 1. Acad. 19.
Tenere auctoritatem in aliquem. Cic. de Senect. 37. Tenebat non modo auctoritatem, ſed etiam imperium in ſuos.
Tribuere. Cic. 1. de Divin. 5. Quumque huic rei magnam auctoritatem, Pythagoras jam ante tribuiſſet.
Tribuere defenſioni. Cic. pro Syll. 10. Hoc totum ejuſmodi eſt, Judices, ut ſi ego ſim inconſtans ac levis, nec fidem tribui convenerit, nec defenſioni auctoritatem.
Valere auctoritate. Cic. Anteq. iret in exil. 7. Vos, credo, retinebitis veſtram libertatem, qui neque tanta valetis auctoritate, neque tantorum officiorum impenſam egiſtis in patriam?
Valet etiam ſine ratione auctoritas. Cic. 1. de Nat. Deor. 10. Tantum opinio præjudicata poterat, ut etiam ſine ratione valeret auctoritas.
Valet multum apud me auctoritas ejus. Cic. 9. Att. 9. Scribis Peduceo quoque noſtro probari quod quierim, cujus auctoritas multum apud me valet.
Valet plurimum auctoritas in conſiliis. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Verſari in auctoritatibus. Cic. 1. de Orat.
Vincere auctoritate. Cic. 1. de Divin. 62. Carneadem ergo antepones Platoni & Socrati? qui ut rationem non redderent, auctoritate tamen hos minutos philoſophos vincerent.
Vivit mihi ejus auctoritas. Cic. 10. Att. 1. Ejus igitur mihi vivit auctoritas: & ſimillimus ejus filius eodem eſt apud me pondere, quo fuit ille: quem ſalvere velim jubeas plurimum.
Auctoritates publicæ, pro Literis publicis, i. e. Scriptis inſtrumentis ad aliquid probandum. Cic. 2. Verr. 7. Legationes cum publicis auctoritatibus ac teſtimoniis conveniſſe.
Auctoritas, Opinio, & judicium, & conſilium, & ſententia. Cic. pro Cluent. 19. Et illa oratio potius temporis mei, quam judicii & auctoritatis fuit. Idem 2. Philipp. 2. A vobis peto, ut ſi ſequi minus videbitis orationem meam, atque authoritatem meam, benigne me tamen, ut feciſtis, audiatis.
Auctoritatis inſtrumentum: i. e. Venditionis, quod hinc fit, quia is auctor eſt qui vendidit. Scævola in l. ultima. D. de pignorat. action. Pignori creditori locum purum obligavit, eique inſtrumentum emptionis tradidit: & quum eum locum inædificare vellet, mota ſibi controverſia a vicino de latitudine, petiit a creditore ut inſtrumentum auctoritatis a ſe traditum exhiberet. Quidam codices male habent Auctionis pro Auctoritatis.
Auctoritas & ſententia alicujus. Cic. 1. Fam. 7. Quare ea quæ ſcribam, ſic habeto, me cum illo re communicata, de illius ad te ſententia atque auctoritate ſcribere.
Auctoritas, pro Auctore, i. e. Eo qui primus rumorem aliquem ſparſit. Plaut. Trin. 1. 2. 180. Quod ſi exquiratur uſque ab ſtirpe auctoritas, &c.
Auctoritas, pro Exemplo, & loco ſive teſtimonio e ſcriptoribus deſumpto. Cic. 1. de Orat. 180. Num deſtitit uterque noſtrûm in ea cauſa, in auctoritatibus, in exemplis, in teſtamentorum formulis, hoc eſt in medio jure civili verſari? Auctoritatibus, pro Locis & teſtimoniis dixit Cicero: quibus quidem ſcriptorum præſtantia, vilitasve, auctoritatem dare ac adimere ſolet. Quintil. lib. 5. cap. 11. Jam ſententiis quidem poetarum non orationes modo ſunt refertæ, ſed libri etiam philoſophorum: qui quanquam inferiora omnia præceptis ſuis ac literis credunt, repetere tamen auctoritatem a plurimis verſibus non faſtidierunt.
Auctoritas, pro Teſtimonio authentico, probationeque authentica. Cic. pro Cœl. Sed cur diutius vos Judices, teneo? Ipſius jurati religionem auctoritatemque percipite.
Uſus & auctoritas. Cic. pro Cæcin. 54. Lex uſum & auctoritatem fundi jubet eſſe biennium: at utimur eodem jure in ædibus quæ in lege non appellantur. i. e. De quibus lex ſilet. Uſum & auctoritatem vocavit Uſucapiendi conditionem, quæ olim erat biennii in rebus ſoli: ut auctor eſt Juſtinianus in ſecundo Inſtitutionum. Et Cic. in Topic. 23. Budæus.
Auctoritas. Venuleius in l. ult. D. de Evictionibus. Si aliquam rem mihi tradideris, & eandem pro derelicto habuero, amitti auctoritatem (id eſt, actionem pro evictione) placet.
Auctoritatis jure. Cic. de Aruſp. Reſp. 4. Multæ ſunt domus in hac urbe P. C. atque haud ſcio an pene cunctæ: jure optimo, ſed tamen jure privato, jure hæreditario, jure auctoritatis, jure mancipii, jure nexi. Budæus, Auctoritas, nomen eſt unum ex iis quæ dominium rerum perficiunt. Illud Ciceronis, Jure auctoritatis, ſignificat Jure uſucapionis, quam Præſcriptionem vocant, quæſito ab auctore, cujus cauſam ſequitur, qui ab eo rem quæſivit quovis modo legitimo & civili.

AUCTŌRO, [οἰκειόω] āre. Accepta mercede operam ſuam vendere. Dictum eſt inprimis de Gladiatoribus, qui pretio ſe in ludum gladiatorium addicebant. conf. Turneb. Adverſ. 2. 20. Torrent. ad Hor. 2. Serm. 7. 59. A Gladiatoribus translata vox eſt ad alios. ut Sicarios, Proditores &c. Sic Liv. 37. 10. Eo pignore velut auctoratum ſibi eſſe proditorem ratus. Hinc etiam Auctorati milites, Ære ſtipendiario obſtricti, ac jam non ſui arbitrii: Budæus. Plin. lib. 14. cap. 1. de vitibus loquens, In Campano agro populis nubunt: maritasque complexæ, atque per ramos earum procacibus brachiis geniculato curſu ſcandentes, cacumina æquant, in tantum ſublimes ut vindemiator auctoratus rogum ac tumulum excipiat. Quem locum ſic exponit Sabellicus in Annotationibus: Id ſane dicere voluit, ut is qui ad eam vindemiam conducatur, præter diurnam mercedem, rogum etiam & tumulum excipiat, quaſi dicat, Si e tam eminenti arbore lapſus extingueretur, is cui locata erat opera, rogi ac funeris perſolveret impenſam: aut certe funus & rogum mortuo repræſentaret. V. & Hard.
Auctorare ſibi mortem &c. Paterc. 2. 30. Tum M. Perperna Prætorius Sertorium inter cœnam Etoſcæ interemit, Romaniſque certam victoriam, partibus ſuis excidium, ſibi turpiſſimam mortem, peſſimo auctoravit facinore. i. e. Mortem veluti mercedem ſibi quæſivit, & arceſſivit ut debitam. Turneb.
Auctorari, paſſive, Auctorem fieri, auctoritatemque ſuam interponere ſignificat. Pomp. in l. 4. D. de auctor. tutor.

AUCTŌROR, āri. dep. Apul. 9. Met. Mulier execrando metallo pudicitiam ſuam auctorata eſt.

AUCTORĀTUS, [δημιόπρατος] i. e. ut Servus aut gladiator auctione venditus. Auctoratus (ait Acron) Addictus, condemnatus. Qui ſe vendunt ludo Auctorati dicuntur. Auctoratio enim dicitur Venditio gladiatorum. Hor. 2. Serm. 7. 59.

AUCTORAMENTUM, i. n. [οἰκείωμα] Stipendium quoddam, & quaſi Pretium cujuſdam militiæ ac pugnæ, actioniſque: ut Quintil. in Gladiat. Nec difficilem ſane, ſub illo præſertim auctoramento, habuiſſet miſſionem: ſed noluit gladiator vivere. Cic. 1. Off. 150. Illiberales autem & ſordidi quæſtus mercenariorum omnium, quorum operæ, non quorum artes emuntur. eſt enim in illis ipſa merces, auctoramentum ſervitutis. Valla lib. 4. Sueton. Tiber. cap. 7. Rudiariis quoque quibuſdam revocatis auctoramento centum millium. V. Voſſii Etymol.
Funebre auctoramentum. Paterc. 2. 66. in M. Antonium invehens, qui præmium ei propoſuerat, qui ad ſe caput Ciceronis afferret: Nihil, inquit, egiſti, M. Antoni; nihil, inquam, egiſti, mercedem cœleſtiſſimi oris & clariſſimi capitis abſciſſi numerando, auctoramentoque funebri ad conſervatoris quondam Reipub. tantique Conſulis irritando necem. [An Fœnebri?
Conſtituere auctoramentum. Paterc. lib. 2. 28. Sylla primus exemplum proſcriptionis invenit, ut in qua civitate petulantis convicii judicium hiſtrioni exoleto redditur, in ea jugulati civis Reip. conſtitueretur auctoramentum, plurimumque haberet qui plurimos interemiſſet: neque occiſi hoſtis, quam civis uberius foret præmium, fieretque quiſque merces mortis ſuæ. Probabiliter Puteanus legit, Civis Romani publice &c.

AUCTIFICO, āre. Arnob. Auctificat dignitates.

AUCTIFICUS, Adj. [αὐξητικὸς] ut, Motus auctificus, Incrementum corporis quotidiana humorum acceſſione. Lucret. 2. 571.

Nec porro rerum genitales, auctificique
Motus perpetuo poſſunt ſervare creata.

AUGIFICO, āre. Idem ac Augere. Ennius apud Non. 2. 61.

AUGMEN, ĭnis. n. [αὔξημα] Idem quod Auctus ſubſtantivum. Lucret. lib. 3. 269.

— perfectum corporis augmen.

Augmine donare, pro Augere. Lucret. lib. 2. 72.

AUGMENTO, āre. Idem quod Augere. Firmic. lib. 5. cap. 6. Ut theſauros ſuos augmentent, ſemper in prœliis verſabuntur.

AUGMENTUM, i. n. Prudent. Honoris augmentum tui. Frequens vox apud JCtos. Eſt & ſacrorum verbum, ſicut Augeo. Varr. 4. de L. L. 22. Augmentum eſt, quod ex immolata hoſtia deſectum. Scaliger hic legit Augumentum.

AUGĪA, ſive AUGĒA, [Αὐγεῖα Stephano] Nomen eſt duarum urbium, quarum altera in Locride eſt, cujus in Catalogo navium meminit Homer. Altera in Laconia.

AUGIAS, [Αὐγίας] vel Augeas, Solis nomine, re autem ipſa Phorbantis filius ex Hyrmine Nelei, ſeu (ut alii) Nyctei, aut Epochi filius, ex cujus oculis aiunt radios tanquam ſolares micuiſſe. Hic igitur quum Herculi ſtabulum ſuum purgandum collocaſſet, iſque una die purgaſſet, de pacta mercede tergiverſatus eſt. Quapropter Phyleus Augiæ filius arbiter aſſumptus, ſecundum Herculem pronuntiat, quod pater ægre ferens illum ejecit, ejectusque Dulychium venit. Hæc ex commentariis in Homerum. Sunt qui fabulam ſic narrent, Augias Epirorum ſive Elidenſium rex fuit, qui cum Heleo rege Piliorum bellum geſſit, multa etiam armenta habuit, quorum ſtabula quum multo ſtercore eſſent plena, ad ea vacuanda Herculem miſit Euryſtheus. V. Serv. ad 8. Æn. 300. Sen. Herc. fur. 247.

Nec ad omne clarum facinus audaces manus
Stabuli fugavit turpis Augiæ labor.

AUGIFICARE, AUGMENTUM. V. AUGEO.

AUGILÆ, [Αὐγίλαι] Africæ ſunt populi, qui nullos deos putaverunt præter defunctorum manes, a quibus reſponſa petere ſolebant, ſepulcris incubantes, ut Mela aliique prodiderunt.

AUGĪTES, [αὐγίτης] Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10. Augites non multis alia videtur eſſe quam quæ Callais.

AUGUR, ŭris. c. [οἰωνοσκόπος, οἰωνοπόλος] Qui ex avium garritu futura prædicit. Feſtus, Augur ab avibus, gerendoque dictus: quia per eum avium geſtus edicitur. ſive ab avium garritu: unde & Augurium. Servius, Solebant Augures dum divinabant, ita agere: primum deſignabant lituo ſpatia, & eis nomina dabant, ut prima pars diceretur Antica, poſterior Poſtica, item Dextra & Siniſtra, atque ita, ſecundum hæc ſpatia, divinabant. Cic. 13. Philipp. 12. Augur Jovis interpres, & internuntius. V. Roſin. Ant. Ro. l. 3. c. 8. ſq. & Lex. Pitiſc.
In avibus erant tria divinationis genera: nam aliæ quidem volatu, aliæ cantu futura prædicebant: & illæ quidem Præpetes, hæ Oſcines dicebantur. erat & tertium genus ex illarum guſtatu, quum pullis gallinaceis e cavea depromptis eſca porrigebatur, ut tripudium ſoliſtimum inde eſſet, perniciesque portendebatur, ſi eſcam non caperent. De quibus videto multa exempla apud Valer. Max. Cic. 6. Fam. 6. Non igitur ex alitis involatu, nec ex cantu ſiniſtro oſcinis, ut in noſtra diſciplina eſt, nec ex tripudiis ſoliſtimis, aut ſoniviis tibi auguror.
Apollo augur. Hor. 1. Carm. 2. 32.
Phœbeius augur, pro Amphiarao. Stat. 6. Theb. 441.
Simque augur caſſa futuri. Idem 9. Theb. 629. de fœmina augurante.
Aquæ augur cornix. Hor. 3. Carm. 17. 12.
Augur publicus prædicit. Cic. 6. Fam. 6. Quo in bello nihil adverſi accidit non prædicente me. Quare quum ut augures & aſtrologi ſolent, ego quoque augur publicus ex meis ſuperioribus prædictis conſtitui apud te auctoritatem augurii & divinationis meæ, debebit habere fidem noſtra prædictio.
Veri providus augur. Ovid. 12. Met. 18.
Augures obſervant. In OBSERVO.
Augures auſpiciis præſunt. Cic. 1. de Nat. Deor. 124.

AUGURALIS, e. Adj. [οἰωνοσκοπικὸς, οἰωνιστικὸς] Quod ad augures pertinet. ut, Auguralis cœna, quæ & Adjicialis dicitur. q. V. Varr. 3. de R.R. 6.

Primus hos Q. Hortenſius augurali cœna poſuiſſe dicitur. Cic. 7. Fam. 27. In eas quum incidiſſem in cœna augurali apud Lentulum.
Augurales libri. Cic. 1. de Divin. 72. In quibus augurum diſciplina continetur.
Auguralia inſignia. Liv. 10.
Porta auguralis. Tacit. 2. Ann. [Locus in dict. ſeq. affertur. Commentum igitur eſt quod hic de Porta hoc nomine dicitur.
Vir auguralis, ut Vir conſularis. Cic. de Clar. Orat. 267.

Augurale, is. n. [οἰωνοσκοπεῖον] Inſigne augurum, pro Lituo accipi arbitror. Sen. de Tranquill. Vitæ, cap. 12. Quæ dignitas, cujus non prætextam, & augurale, &c.
Item, Locus in caſtris ad dextram Prætorii ubi auguria capiebantur. Tacit. 2. Ann. 13. Nocte cœpta, egreſſus Augurali. & 15. 30. V. Lipſ. ad loc. & qui plenius hæc explicat, Burm. ad Quintil. Inſt. 8. 2. p. 671. ubi pro Prætorio poſitum docet. V. & mox AUGURACULUM.

Augurium, i. n. [οἰωνισμὸς, οἰωνοσκοπία] Ipſa per aves divinatio. Virg. 5. Æn. 523.
— magnoque futurum
Augurio monſtrum.
Ubi Servius, Augurium dictum, quaſi Avigerium: quod aves gerunt. Plin. lib. 7. cap. 56. Auguria ex avibus invenit Car, a quo Caria appellata. adjecit ex ceteris animalibus Orpheus.
Auguria Romana Cicero dicit coacta eſſe, quod augurarentur e pullis in cavea ante fame enectis, & quod ex offa cadere aliquid oporteret, ut tripudium ſoliſtimum fieret: contra libero utebatur augurio Deiotarus, qui libere volantes aves aperto cœlo, non clauſas cavea ſpectabat. De Div. l. 1. c. 15.
Augurium & Auſpicium diſcernuntur: quod ſit Auſpicium avium inſpectio, & quæ ex volatu avium ſignificetur, & vocibus: Augurium autem, rerum omnium conjecturas prudenter ac diligenter amplectitur. Hæc Nonius. [Augurium dici quod petitur & certis avibus oſtenditur, Auſpicium vero quod qualibet avi, demonſtratur, nec petitur, docet Serv. ad Æn. 1. 398.
Augurium, pro Oraculo. Virg. 3. Æn. 89.
Da pater augurium, atque animis illabere noſtris.
Servius. q. V.
Augurium in piſcibus. Plin. lib. 9. cap. 16.
Augurium quoddam futurorum in mentibus inhæret. Cic. 1. Tuſc. 33.
Augurium & divinatio mea. Cic. 6. Fam. 6.
Auctoritas augurio continetur. Cic. de Aruſp. Reſp. 18. Ego vero primum habeo auctores majores noſtros, qui ſtatas ſolennesque cæremonias, Pontificatu: rerum bene gerendarum auctoritates, Augurio: fatorum veteres prædictiones, Apollinis Vatum libris: portentorum explanationes, Hetruſcorum diſciplina contineri putaverunt.
Augurium ſalutis. Divinationis genus, quo probatur concedatne illis Deus, ut populo ſalutem poſtulent, quaſi nefas eſſet eam, priusquam concedatur, petere. V. Dion. 37. Cic. 1. de Divin. 105. P. Claudius Augur Conſuli nuntiavit, addubitato ſalutis augurio, bellum domeſticum, triſte, ac turbulentum fore. V. Torrent. & Caſaub. ad Suet. Aug. c. 31.
Fatale. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 141.
Inane. Val. 6. Argon. 729.
Magnum. Virg. 5. Æn. 523.
Hinc oculis ſubito objicitur, magnoque futurum
Augurio monſtrum, docuit poſt exitus ingens.
Nauticum, Quo nautæ cygnos obſervabant. V. Serv. ad Virg. 1. Æn. 393.
Triſte. Virg. 5. Æn. 7.
Accipere augurium. Valer. 1. Argon. 161.
Agere. Cic. 3. Off. 66. Quum in arce augurium Augures acturi eſſent, juſſiſſentque T. Claudium Centumalum, qui, &c. Varr. 5. de L. L. Augures (inquit) agere augurium dicuntur, quum in eo plura dicant, quam faciant.
Conſtituere apud aliquem auctoritatem ſui augurii. Cic. 6. Fam. 6.
Dare augurium. Virg. 3. Æn. 703.
Auguria aut oblativa ſunt, quæ non poſcuntur: aut impetrativa, quæ optata veniunt. Hoc ergo quia oblativum eſt, ideo dixit forte. Bene autem a columbis Æneæ datur augurium, & Veneris filio & regi. Nam ad reges pertinet columbarum augurium: quia nunquam ſolæ ſunt, ſicut nec reges quidem. Hæc Servius in illud 6. Æn. 190.
Vix ea fatus erat, geminæ quum forte columbæ, &c.
Idem etiam tradit in illud 12. Æn. 246.
— monſtroque fefellit.
& ad 1. 393.
Augura, pro Auguria dixiſſe veteres probat Nonius ex Accio.

Augūro, [οἰωνοσκοπέομαι, οἰωνίζομαι] & **Auguror**, āri. Divinare. Virg. 7. Æn. 273.
— & ſiquid veri mens augurat opto.
Ubi Servius, Auguro dicimus ſecundum Plinium, Quum præſagio mentis futura colligimus. Auguror vero tunc, Quum futura veris captamus auguriis. Cic. 2. de Nat. Deor. 16. Augurandarum rerum cauſa. Plaut. Ciſt. 4. 2. 26. Aſpice, oculis inveſtiga, aſtute augura.
Augurare & divinare. Cic. 1. de Divin. 92. Et in Perſis augurant & divinant Magi, qui congregantur in fano commentandi cauſa, atque inter ſe colloquendi.
Auguror his tua numina flecti. Ovid. 4. de Pont. 9. 133.
Augurari conjectura. Cic. 1. de Orat. 65. Ego enim quantum auguror conjectura, quantaque ingenia in noſtris hominibus eſſe video, non deſpero, &c.
Opinione. Cic. pro Muren. 65. Ac te, quantum ego opinione auguror, jam uſus flectet, ætas leniet.
De aliquo. Cic. in Orat. 41. Sed quid de illo augurer, libet dicere.
Ex avis volatu. Cic. 6. Fam. 6. V. Augur publicus, in AUGUR.
Augurari futura. Cic. 1. de Divin. 64. Idque (ut modo dixi) facilius evenit appropinquante morte, ut animi futura augurentur.
Mortem ſuam. Cic. 1. Tuſc. 96. Vereque ei qui venenum præbuerat, mortem eſt eam auguratus, quæ brevi conſequuta eſt.
Augurare ſibi annos. Valer. 3. Argon. 156.
Sacerdotesque vineta virgetaque & ſalutem populi auguranto. Cic. 2. de Legib. 21.

Auguratus, Partic. [οἰωνισθεὶς] Cic. in Vatin. 4. In illo augurato templo ac loco.

Augurato, Adv. ut Auſpicato [κατ' οἰωνισμὸν] Liv. 1. 18. Accitus Numa, ſicut Romulus augurato in urbe condenda regnum adeptus eſt, de ſe quoque deos conſuli juſſit. Alibi Inaugurato dixit.

Augurātus, ûs. m. [οἰωνικὴ] Augurium, frequentius Sacerdotium, vel munus Auguris publici. Cic. 1. de Divin. 32. Cujus quum tentaret ſcientiam auguratus, dixit ei cogitare ſe quidquam. Cœl. ad Cic. 8. Fam. 3. Quomodo illum putas auguratus tuum competitorem dolere?

Auguratio, ōnis. f. [οἰώνισμα] Augurandi actus. Cic. 2. de Divin. 65. Quæ tandem iſta auguratio eſt, ex paſſeribus, annorum potius, quam aut menſium aut dierum?

Augurātrix, īcis. f. ut, Mulier auguratrix. Feſtus.

Auguraculum, i. n. [οἰωνιστήριον] Auguraculum veteres dicebant quam nos Arcem vocamus: quod ibi augures publice auſpicarentur. Feſt. Scribit Hyginus (in lib. de Caſtris metandis) in caſtris Romanorum fuiſſe Auguraculum, quod Tacitus Augurale vocat. V. Schel. ad loc. p. 53. conf. ſupra AUGURALE.

Augurius, a, um. [οἰωνοσκοπικὸς] Idem quod Auguralis. Cic. 3. Fam. 9. Quum ipſam cognitionem juris augurii conſequi cupio.

Augusta, **Augustalis**, **Auguste** &c. V. AUGUSTUS.

Augustus, a, um, [σεβάσμιος, σεπτὸς] ut, Sedes auguſta. Virg. 4. Georg. 228.
Siquando ſedem auguſtam, ſervataque mella
Theſauris relines.
Ubi Servius, Sedem auguſtam, i. e. Alvearia. Et proprie Auguſtum, eſt Tectum augurio conſecratum. Abuſive, Nobile, quaſi majeſtatis plenum. Stat. 4. Sylv. 2. 18. Ovid. 1. Faſt. 609.
Sancta vocant auguſta patres: auguſta vocantur
Templa, ſacerdotum rite dicata manu.
Caput auguſtum. Ovid. 15. Met. 869.
Fons ſanctus & auguſtus. Cic. 5. Tuſc. 36. Ex hoc igitur Platonis quaſi quodam ſancto auguſtoque fonte noſtra omnis manabit oratio.
Forma viri auguſtior. Liv. 1. 7. de Evandro & Hercule loquens, Habitum formamque viri aliquantum ampliorem, auguſtioremque humana intuens, rogitat qui vir eſſet. i. e. Majeſtatis plenam, ac ſimilitudinem divinitatis habens.
Auguſta gravitate ſedent. Ovid. 6. Met. 73. de XII. Diis.
Locus auguſtus, ab Avium geſtu, i. e. Quia ab avibus ſignificatus eſt, ſic dictus: ſive ab Avium guſtatu, quia aves paſtæ id ratum fecere. Feſt.
Mœnia auguſta. Virg. 7. Æn. 153.
Centum oratores auguſta ad mœnia regis
Ire jubet.
Ubi Servius, Auguſta mœnia, augurio conſecrata. Hinc paulo poſt illud eſt, Tectum auguſtum ingens. Et niſi in auguſto loco Senatus haberi non poterat. Unde templum Veſtæ non fuit augurio conſecratum, ne illuc conveniret Senatus, ubi erant virgines.
Papyrus auguſta, ab Auguſto cognominata. V. Plin. lib. 13. cap. 12.
Sacra auguſta. Ovid. 1. Faſt. 609.
Templa. Ovid. 1. Faſt. 610.
Auguſtiſſimus. Stat. 4. Sylv. 8. 20.
Ergo quod Auſoniæ pater auguſtiſſimus urbis,
Jus tibi tergeminæ dederat lætabile prolis, &c.

Augustus, [Αὔγουστος, Σεβαστὸς] primus cognomine dictus eſt C. Cæſar M. Octavii filius, qui a Majori avunculo ſuo C. Julio Cæſare Dictatore teſtamento adoptatus eidem in principatu ſucceſſit: a quo & ſucceſſores dicti ſunt poſtea Auguſti, quaſi Augurio conſecrati. Suet. in Aug. cap. 7. Poſtea C. Cæſaris, & deinde Auguſti cognomen aſſumpſit: alterum teſtamento majoris avunculi: alterum Munatii Planci ſententia, quum quibusdam cenſentibus Romulum appellari oportere, quaſi & ipſum conditorem urbis, prævaluiſſet, ut Auguſtus potius vocaretur, non tantum novo, ſed etiam ampliore cognomine, quod loca quoque religioſa, & in quibus augurato quid conſecratur, Auguſta dicantur, ab Auctu, vel ab Avium geſtu guſtuve: ſicut etiam Ennius docet ſcribens,
Auguſto augurio poſtquam inclyta condita Roma eſt.
Dubitavit Suetonius de vocis etymologia, ſed utcunque id ſit, Auguſtus proprie eſt Conſecratus.
Vide Dionem, ut Auguſtus ſit Σεβαστὸς pro Σεπτὸς, 344. Par. pa. prima. H. St.
Belliger Auguſtus trepidas laxaverat Alpes. Claud. in Conſ. Prob. & Ol. 74.
Auguſtus Cæſar divûm genus. Virg. 6. Æn. 793.
Auguſtus pater & princeps. Hor. 1. Carm. 2. 50.
Hic ames dici pater atque princeps.
Ideo dicit, quod Auguſtus Pater patriæ appellatus fuit, atque etiam ante hoc cognomen ſenator erat, & nomine Principis Rempublicam ſub ditionem accepit ſuam. Tacit. 1. Ann. 9. Lepidi atque Antonii arma in Auguſtum ceſſere, qui cuncta diſcordiis civilibus feſſa nomine Principis ſub imperium accepit. Nomen autem iſtud ſumpſit eorum imitatione, qui principes (ut reor) ſenatus legebantur, aut quod ſenatores principes dicerentur. Turneb.
Auguſtus menſis, dictus eſt ab Auguſto imperatore, quum prius Sextilis vocaretur: quemadmodum Julius menſis prius Quintilis dicebatur. Suet. in Aug. cap. 31. Annum a divo Julio ordinatum, ſed poſtea negligentia conturbatum atque confuſum, rurſus ad priſtinam rationem redegit: in cujus ordinatione Sextilem menſem e ſuo cognomine nuncupavit, magis quam Septembrem, quo erat natus: quia hoc ſibi & primus Conſulatus, & inſignes victoriæ obtigiſſent.
Adde, Auguſtum & Cæſarem id habere diſcriminis (auctor eſt Ammian. Marcellinus l. 27. c. 6. extr.) ut Auguſti hi dicantur, Qui nunc regnant, & ab ſenatu Imperatoris nomine honeſtati ſunt. at Cæſares dicuntur, Qui ab ipſo Auguſto electi ſunt ad regendam aliquam provinciam cum Cæſaris honore tantum, donec Auguſtus vixerit, poſt ejus mortem ſucceſſuri in imperio. V. CÆSAR.
Ceterum de ipſo C. Cæſare Auguſto, qui primus hoc nomen familiæ & ſucceſſoribus intulit, præſtat nihil quam pauca dicere. conſul. Suet. & Dion.

Augusta, æ. [Σεβαστὴ] Sic primum mariti cognomine dicta eſt Livia Auguſti conjux, poſt mortem tamen ejus, ut cum ex Dionis l. 56. extr. ac Tac. 1. Ann. 8. tum ex nummis apparet, demum hoc honore aucta. Hinc idem Antoniæ, Druſo Germ. nuptæ, a Caligula Nepote primum vivæ, mox & mortuæ a Claudio filio Impertitus fuit, teſte Suet. Cal. c. 15. Claud. c. 11. Idem id nominis primus duabus uxoribus Meſſalinæ & Agrippinæ vivis indulſit. De hac V. Tac. Ann. 12. 26. datum dein a Nerone filiæ, & matri ejus Poppææ. Idem 15. 23. & matri Vitellii a filio, Hiſt. 2. 89. ex quo tempore omnes deinceps Auguſtorum uxores uſurparunt, ut conſtat ex earum nummis ap. Occon. Patin. Vaillant.

Augustæ complures urbes vel Coloniæ potius dictæ ſunt, quæ vox ſine dubio ſemper ſubauditur, ut
Auguſta Cæſarea, [Καισάρεια Αὐγούστα] vulgo *Saragoza*, Urbs eſt Hiſpaniæ citerioris.
Auguſta Trevirorum, Urbs Galliæ Belgicæ, vulgo *Treves*, *Trier*.
Item Auguſta Emerita, Civitas Hiſpaniæ in Luſitania, vulgo *Merida*.

Præterea Auguſta Gemella in Hiſpania. Auctores Strabo & Plin.
Eſt item Auguſta Vindelicorum, vulgo *Augſpurg.*
Auguſta Firma, Bæticæ oppidum. Plin. lib. 3. cap. 1. Singulis fluvius in Bætin, quo dictum eſt ordine irrumpens, Aſtigitanam coloniam alluit, cognomine Auguſtam Firmam, ab ea navigabilis. V. plures ap. Scriptores de Nummis coloniarum & Geographos. Huc pertinent & denominatæ ab Aug. urbes, ut

AUGUSTODŪNUM, [Αὐγουστόδουνον] Heduorum urbs in Gallia. Pomponius auctor. Vulgo *Auſtun.*

AUGUSTORITUM, [Αὐγουστόριτον] Pictonum urbs, Ptolemæo. vulgo *Poictiers.*

AUGUSTE, Adv. [σεβασμίως] ut, Auguſte factum, i. e. Cum augurio, ſive Captato augurio factum.
Auguſte & ſancte conſecratus. Cic. 2. de Nat. Deor. 62. Hunc dico Liberum Semele natum, non eum quem noſtri majores auguſte ſancteque Liberum cum Cerere & Libera conſecraverunt: quod quale ſit, ex myſteriis intelligi poteſt.
Auguſte & ſancte venerari. Cic. 3. de Nat. Deor. 53. Dicamus igitur Balbe oportet contra illos etiam, qui hos deos ex hominum genere in cœlum translatos; non re, ſed opinione eſſe dicunt, quos auguſte ſancteque veneramur.
Dicere de religione auguſtius. Cic. de Clar. Orat. 183.

AUGUSTĀLIS, [αὐγουστεύς] Adj.
Auguſtales, Vegetius Rei militaris lib. 2. c. 7. nuncupatos teſtatur, Eos qui ab Auguſto ordinariis juncti, primos ordines in prœlio ducebant.
Ludi Auguſtales, i. e. In honorem auguſti. V. Tacit. 1. Ann. 15. & 54.
Sodales Auguſtales, Sacerdotes in honorem Auguſti inſtituti. V. SODALIS. Iidem Auguſtales abſolute vocantur a Tacito 2. Hiſt. 95. V. Torrent. ad Suet. Galb. c. 8.

AUGUSTALIS, cognom. Ro. Claudius Auguſtalis, apud Columel. lib. 11. cap. 1.

AUGUSTALE, is. [αὐγουστεῖον] eſt (ut ait Quintil. lib. 8. cap. 2.) Tabernaculum ducis. Sed V. AUGURALE.

AUGUSTALIA, τὰ Αὐγουστάλια, D. 10. Col. 604. H. St. [V. lib. 56. extr. Dion. Sunt Ludi Auguſtales, de quib. ſupra. conf. & in v. ASTICI.

AUGUSTALĬTAS, ātis. f. Inſcriptio vetus apud Gruter. p. 215. n. 2. QVI AD MVNVS AVGVSTALITATIS COMPELLENTVR.

AUGUSTALĬCUS, Adj. Vetus inſcriptio apud Fabrett. p. 486. EX TESTAMENTO EIVS DECVRIONIBVS SING. IIII. AVGVSTALICIS III. PLEBEI INTRA MVRVM HABITANTIBVS DEDERVNT.

AUGUSTĀNUS, Adj. Auguſtani equites. Tacit. 14. Ann. 15.

AUGUSTEUS, aliud Adj. Uſus eſt Frontinus de Colon. p. 119. ubi Limites & terminos rotundos in formam columnæ, Auguſteos vocat. Invenitur etiam in quibusdam Codd. apud Suet. Claud. cap. 11. V. loc. in voce AUGUSTINUS. Adj.

AUGUSTIĀNUS, aliud Adj. Suet. Neron. cap. 25. Sequentibus currum ovantium ritu plauſoribus, Auguſtianos, militesque ſe triumphi ejus clamantibus.

AUGUSTĪNUS, aliud Adj. Suet. Claud. cap. 11. Circenſi pompa currum elephantorum Auguſtino ſimilem decernendum curavit. Alii hîc legunt Auguſteo.

AUGUSTINUS, Nom. propr. Epiſcopi Hipponenſis, haud vulgaris inter patres Latinos: vixit circa medium ſeculum IV, de cujus vita & ſcriptis, quæ plurima extant, V. ejus Retractt. & Editores operum Benedictinos T. XI. *Tillemont. Memoires pour ſervir a l'hiſt. Eccleſ.* Tom. 13.

AUGUSTO, āre. Arnob. lib. 6.

A V I

AVIA, V. AVUS.

AVIA, vel potius Livia, Urbs Hiſpaniæ Ptolemæo, vulgo *Villalon.*
Avia, Fluvii nomen circa Phæneum campum, de quo Strabo lib. 9.

AVIARIUM, AVICULA, AVICULARIUS. V. AVIS.

AVIDIĒNUS, cognomen hominis divitis, ſed ſordidi ac parci apud Horat. 2. Serm. 2. 55. — Avidienus,
Cui canis ex vero dictum cognomen adhæret.

AVĬDUS, [πλεονέκτης, ἐπιθυμητικὸς] Adj. ab Aveo; ut Cupidus a Cupio. Ter. Heaut. 3. 2. 15. Sed habet patrem quendam avidum, miſerum, atque aridum.
Pone poſt AVEO, ut PAVIDUS poſt PAVEO. H. St.
Avidus & Liberalis, contraria. Cic. pro Roſc. Com. 21. Quid eſt hoc? probus improbum, pudens impudentem, perjurum caſtus, callidum imperitus, liberalis avidum. ſubaudi Fraudavit.
Avidus & Avarus quomodo differant, V. in AVARUS.
Avidior ad rem aliquantum. Ter. Eun. 1. 2. 51.
Ut dicitur Attentior ad rem. H. St.
Gens ferox, & ingenii avidi ad pugnam. Livius de Gallis. Sic de parte quadam Hiſpanorum, qui cis Iberum habitant, cum particula In, dicit, Illorum eſſe Inquieta avidaque in novas res ingenia, l. 22. p. 215. Multitudo avida novandi res. V. Indicem. Sic Livius tres conſtructiones dat huic vocab. H. St. Prior locus eſt l. 7. c. 23. alter l. 22. c. 21. tertius l. 35. c. 33.
Avidus in pecuniis locupletum. Cic. 5. Philipp. 22.
Belli mens avida. Ovid. 7. Epiſt. 153.
Cædis avidiſſima propago. Ovid. 1. Met. 161.
Cibi avidus. Ter. Eun. 5. 4. 16.
Cognoſcere avidus. Ovid. 10. Met. 472.
Gloriæ avidior. Cic. 9. Fam. 14. Sum enim avidior etiam quam ſatis eſt, gloriæ. Sic pro Marcell. 26. Avidiſſimus gloriæ.
Interficiendi alicujus avidus. Tacit. 13. Ann. 20.
Novitatis avidus. Plin. lib. 12. cap. 1. Ut eſt natura hominum novitatis avida.
Parandi divitias avidus. Ovid. 1. Triſt. 2. 75.
Non ego divitias avidus ſine fine parandi,
Latum mutandis mercibus æquor aro.
Voluptatis avidæ libidines. Cic. de Senect. 39. Archita Tarentinus nullam capitaliorem peſtem, quam corporis voluptatem hominibus dicebat a natura datam: cujus voluptatis avidæ libidines temere & effrenate ad potiundum incitarentur.
Videndi avidus. Ovid. 10. Met, 56.
Amor avidus. Catull. 66. 83.
Amplexus avidi. Ovid. 7. Met. 143.
Animus appetens & avidus. Cic. 2. de Orat. 82. Siquid perſequare acrius, ut invitus & coactus facere videare, facilitatis, liberalitatis, manſuetudinis, pietatis, grati animi, non appetentis, non avidi ſigna proferri perutile eſt.
Aures avidæ & capaces. Cic. in Orat. 104. Ipſe Demoſthenes, qui quanquam unus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non ſemper implet aures meas: ita ſunt avidæ & capaces, & ſemper aliquid immenſum infinitumque deſiderant.
Auribus avidis captare. Ovid. 3. de Pont. 9. 19.
Canes avidi. Ovid. in Ibin, 170.
Et ſcindent avidi perfida corda canes.
Charybdis avida. Ovid. 14. Met. 75. Avida, quoniam naves devorat.
Convivæ avidi. Hor. 1. Serm. 5. 75.
Corde avido ferre gaudia. Ovid. 3. Triſt. 11. 58.
Dente avido convellere dapes. Ovid. 11. Met. 123.
Deus avidus. i. e. Pluto. Ovid. ad Liv. 440.
Mutarunt avidi triſtia jura dei.
Flammæ. Ovid. 9. Met. 172.
Hæres. Hor. 2. Serm. 3. 151.
Ignis. Ovid. 4. Epiſt. 15.
Leones. Ovid. 9. Epiſt. 37.
Lupus. Ovid. 1. Triſt. 1. 78.
Manus hæredis avidæ. Hor. 4. Carm. 7. 19.
Manus ſubitis avidæ. Tacit. 1. Hiſt. Servorum manus ſubitis avidæ.
Miles avidus eruendæ civitatis. Tacit. 4. Hiſt. 72.
Mores avidi. Plaut. Trin. 4. 1. 6.
Pectus. Ovid. 9. Epiſt. 161.
Porca. Hor. 3. Carm. 23. 4.
Rapina avida. Ovid. 1. Triſt. 11. 31.
Sitis avida. Martial. lib. 1. 50.
Spiritus avidus. Hor. 2. Carm. 2. 9.
Latius regnes avidum domando Spiritum.
Tigris avida. Lucan. lib. 6. 487. Avida, ſcilicet ſanguinis.
Vulcanus. Hor. 3. Carm. 4. 58. Avidus, i. e. Incenſus ad pugnam. Porphyrius, Avidum, inquit, Vulcanum dixit, propter ignis aviditatem.
Avidus, pro Magno, quod avidi ſit plus appetere, nec parvo contentum eſſe. Hinc Avida pars apud Lucret. lib. 5. 202.
Principio quantum cœli tegit impetus ingens,
Inde avidam partem montes ſilvæque ferarum
Poſſedere. Avidam partem, i. e. Magnam, ait Turneb. & V. 471.
Omnia ſic avido complexu cetera ſepſit.

AVIDITAS, ātis. f. [πλεονεξία, ἐπιθυμία, ἐπιθυμητικόν] denomin. Cic. 3. de Fin. 7. Erat enim (ut ſcis) in eo inexhauſta aviditas legendi, nec ſatiari poterat. De Catone loquitur.
Aviditas ad aliquid faciendum. Plin. lib. 17. cap. 18.
Sic etiam Livius, Avidus ad aliquid. H. St. V. AVIDUS.
Aviditas ad cibos. Plin. lib. 20. cap. 16.
Aviditas diripiendi. Plin. lib. 12. cap. 14.
Jejuna aviditas. In JEJUNUS.
Infinita aviditas gloriæ. Cic. 1. Q. frat. 1. Sed me quædam tenet, propter ſingularem amorem, infinita in te aviditas gloriæ.
Aviditates fœminarum. Plin. lib. 20. cap. 21.
Aviditate inflammatus. Cic. 2. Off. 38. Juſtitia eas res ſpernit & negligit, ad quas plerique inflammati aviditate rapiuntur.
Aviditatem incitare. In INCITO.
Inhibere. In INHIBEO.

AVIDE, Adv. [ἐπιθυμητικῶς] Cic. de Senect. 26. Græcas literas ſenex didici: quas quidem ſic avide arripui, quaſi diuturnam ſitim explere cupiens. Verba ſunt Catonis.
Avide appetere. Cic. de Senect. 72.
Edere avide. Ovid. 3. de Arte Am. 659.
Avidiſſime apprehenderat hanc palmam. Plin. lib. 14. cap. 22.
Avide expectare literas amici, Cic. 12. Fam. 4.
Prandere avide. Hor. 1. Serm. 6. 127.
Avide ſum affectus de fano. Cic. 12. Att. 41.
Avide ſe certamini offerre. Liv. 2.

AVIDITER, Adv. Antiquum. Valer. Antias apud Arnobium adverſus gentes lib. 5. ſtatim poſt initium.

AVILLA, Agna recentis partus. Feſt. quaſi Ovilla.

AVINENSE, Oppidum liberum in Africa, de quo Plin. lib. 5. cap. 4.

AVIOLA, Cognomen gentis Aciliæ. Plin. lib. 7. cap. 52. Aviola Conſularis in rogo revixit, & quoniam ſubveniri non potuerat prævalente flamma, vivus crematus eſt. ubi Harduin. V.

AVIS, is. f. [ὄρνεον, ὄρνις] eſt Quæ ova parit, penniſque eſt prædita, præter unum veſpertilionem, qui utroque caret: quatuor enim pedes habet, & ſemimus eſt. Hæc Valla lib. 4. Plin. lib. 10. cap. 1. Sequitur natura avium: quarum grandiſſimi & pene beſtiarum generis ſtruthiocameli Africi.
Cantus avium. Hor. 3. Carm. 1. 20.
Concentus avium. Quintil. lib. 5. cap. 9.
Domus avium frondiferæ. Lucret. lib. 1. 19. Periphraſis eſt Nemorum.
Dulcedo avium ducit ad avium. Annominationis exemplum ap. Auctor. ad Heren. lib. 4. 30.
Grex avium. Hor. 1. Epiſt. 3. 19.
Solatia ruris. Ovid. 1. Faſt. 442. — aves ſolatia ruris,
Aſſuetum ſilvis, innocuumque genus.
Voces avium liquidæ. Lucret. lib. 5. 1378.
Voce avis moneri, i. e. Augurio. Ovid. 1. de Arte Am. 86.
Aëria avis. Ovid. 1. de Arte Am. 26.
Afra. Hor. Epod. 2. 53. Gallinam Numidicam intelligit. Porphyr.
Alba. Cic. 7. Fam. 29. Quum ſalutationi nos dedimus amicorum, quæ fit ex hoc etiam frequentius quam ſolebat, quod quaſi avem albam videntur bene ſentientem civem videre: abdo me in bibliothecam. Proverbii forma de Re nova atque auſpicata dixit Cicero. Ita Juven. 7. Sat. 202.
— corvo quoque rarior albo. Veteres enim pro Feliciſſimo auſpicio & omine Aves albas ducebant, ac pro miraculo fauſtiſſimo habebant. Contra, Inauſpicatæ erant nigræ, Non albæ. Ovid. 3. Amor. 12. 2.
Quis fuit ille dies, quo triſtia ſemper amanti
Omina non albæ concinuiſtis aves?

Candida. Virg. 2. Georg. 320. h. e. Ciconia.
Devia. Ovid. 2. Epist. 118. i. e. Bubo, qui in transversum volans aufertur.
Dira. Claud. 2. in Eutrop. 230.
Fluminea. Ovid. 1. Amor. 3. 22. De cygno, in quem mutatus Jupiter Ledam compressit.
Generosæ. Juven. 14. Sat. 82. h. e. Aquilæ.
Incestæ. Stat. 9. Theb. 28.
Junonia, Pavo. Ovid. 1. de Arte Am. 627.
Laudatas ostendit avis Junonia pennas.
Littoreæ. In LITTUS.
Magnæ aves. Plaut. Rud. 3. 4. 65. Teque ambustulatum objiciam magnis avibus pabulum Magnas aves dixit, Aves rapaces; ut Aquilam & accipitrem. [Quin & Corvos.
Obscœnæ, Turpes, mali ominis. Ovid. 2. Amor. 6, 52. Contrar. Piæ.
Peregrina. In PEREGRINUS.
Perennes. Plin. lib. 10. cap. 25. Temporum magna differentia avibus. Perennes, ut columbæ: semestres, ut hirundines: trimestres, ut turdi & turtures: & quæ quum fœtum eduxere, ut galguli, upupæ.
Querula. Sen. Hippol. 4. Hic aves querulæ fremunt.
Sidereæ Junonis aves, Pavones. Claud. 2. in Eutrop. 330.
Solis avis, Phœnix. Claud. in 1. Conf. Stilich. 419.
Torvæ, Vultures sunt aut Aquilæ apud Stat. 6. Theb. 751.
Vagæ. Hor. 4. Carm. 4. 2.
Varia, Versicoloris plumæ. Propert. 3. 13. 32.
Ali avibus, Avibus vesci. Ovid. 13. Met. 53.
Canunt silvæ avibus. Lucret. lib. 1. 257.
Glomerantur aves. Virg. 6. Æn. 311.
Moliri insidias avibus. In MOLIOR.
Movent aves per aera pennas. Ovid. 15. Met. 99.
Tectæ fronde queruntur aves. Ovid. 15. Epist. 152.
Avis, pro Auspicio & omine. Liv. 6. Veniat in mentem unicuique deos esse, qui secundis avibus Romanos in prælia miserint. Budæus.
Bonis avibus visus. Ovid. 1. Fast. 513.
Adversa avi solvere, pro Omine adverso. Cic. 1. de Divin. 29. Agamemnon quum Achivi cœpissent inter se strepere, aperteque artem obterere extispicum, solvere imperat, secundo rumore, adversaque avi.
Experiri aves. Ovid. 4. Fast. 814. de Romulo & Remo auspicantibus:
Magna fides avium est: experiamur aves.
Aves pascunt, Asconius scribit dici solitum magistratum ineuntibus. Nam si pascerentur, bonum augurium erat: si non pascerentur, malum. Suet. Tiber. 2. Claudius Pulcher apud Siciliam non pascentibus in auspicando pullis, ac per contemptum religionis mari demersis, ut biberent quando esse nollent, prælium navale iniit, superatusque est.
Aves ab Adventu earum dicuntur, quod inde veniant unde quis non suspicetur. Hæc Festus.

AVICULA, æ. f. dimin. [ὀρνιθάριον] Parva avis. Gell. lib. 2. cap. 29. Avicula est parva, nomen est cassita, nidulaturque in segetibus.

AVICELLA tanquam, inusitatum affert Varro, quod tamen tale est, quale Navicella a Navis. Vide caput 25. Appendicis in Varronem. H. St. [Locus est l. 7. extr. p. 99. extr. ed. tert. Steph. Porro hæc vox Avicella vel Aucella sæpius apud Apicium de Ar. Coq. occurrit. Aucilla Apulejo Met. 9. p. 232. in Gloss. Aucellus στρουθίον. Hinc Gallor. *Oyseau*, ut ab Auca *Oye*. conf. Reines. V. L. p. 198. & Cangii Gloss.

AVICULARIUS, V. AVIARIUS.

AUCEPS, quasi Aviceps, pone hic. H. St.

AVIARIUM, i. n. [ὀρνιθὼν] Locus in quo aves domi educantur. Cic. 3. Q. frat. 1. Sed tamen nihil ei restabat præter balnearia, & ambulationem, & aviarium. Columel. lib. 8. cap. 1. Similiter appellamus apum cubilia, apiaria: vel nantium voluorum, quæ stagnis piscinisque lætantur, aviaria; vel etiam pecudum silvestrium, quæ nemoribus clausis custodiuntur, vivaria.
Aviaria, Secreta nemora, quæ aves frequentant. Virg. 2. Georg. 430.
Sanguineisque inculta rubent aviaria baccis. Servius.

AVIARIUS, i. m. [ὀρνιθοκόμος] Qui aviario præest. Columel. lib. 8. cap. 3. Aviarius subinde debet speculari aut incubantis, aut parturientis fœtus.

AVICULARIUS, i. m. Idem. Apic. 8. 7. [Ex conj. Humelbergii. Sed cum prius lectum fuerit, Fistulam aviarii rostro vesicæ alligabis; cur mutaverit miror.

AVITIUM, i. n. Apuleius lib. de Deo Socratis, p. 68. Stew. Florid. extr. Elmenh. p. 366. in fabula de Corvo & vulpe. Tam pulchra ales, quæ ex omni avitio longe præcellit. i. e. Ex omni avium genere, ex omnibus avibus.

AVITUS, V. AVUS.

AVIUS, Adj. [ἀδιέξοδος, ἀκέλευθος] Per quod iri non potest. Plaut. Aul. 4. 6. 8. Silvani lucus extra murum est avius. Virg. 3. Georg. 328.
Avia tum resonant avibus virgulta canoris.
Itinera avia. Sallust. in Jugurth. c. 54. Ipse cum delectis equitibus Metellum sequitur, nocturnis & aviis itineribus ignoratus, Romanos palantes repente aggreditur.
Montes. Hor. 1. Carm. 23. 2.
Nemora. Lucret. lib. 2. 144.
Nubila. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 183. al. Pervia nubila.
Saxa. Sil. lib. 4.
Valles. Stat. 4. Sylv. 3. 73.
Avius, A via & ratione remotus. Lucret. lib. 2. 81.
Avius a vera longe ratione vagaris.
Animus errat avius. Lucret. lib. 3. 465.

AVIA, orum. n. Tacit. 6. Ann. 21. Corpore valido per avia ac derupta (nam saxis domus imminet) præibat eum, cujus artem experiri Tiberius statuisset.
Horrenda avia. Valer. 5. Argon. 475.
Ignota. Claud. de 4. Conf. Hon. 481.

AVIUM Civitas, [Ὀρνίθων πόλις] dicebatur oppidum quoddam inter Tyrum & Sidonem, de quo Strabo lib. 16. [Nisi malis Gallinarum urbem convertere, Plinio l. 5. c. 19. extr. Ornithon oppidum. Apud Strab. ibid. Συκαμίνων πόλις, Βουκόλων π. Κροκοδείλων π. eadem forma.

A U L

AULA, æ. f. [αὐλὴ, ἀρχεῖον, βασίλειον] Principis domus, h. e. Regia. Aula proprie Locus est qui perflatum habeat. Nam hoc nomine apud Homerum Hypæthra, i. e. Subdialia, semper intelliguntur, ubi esset Hercei Jovis ara. Aulos vero (αὐλὸς) dicitur Tibia, per quam item commeat spiritus. Aulas nunc pro Regiis usurpamus, quod ante se Loca habeant subdialia & ampla. Cæl. lib. 12. cap. 5. Aula proprie dicitur, quæ concluditur porticibus quatuor, inquit. Serv. ad 3. Æn. 354.
Aula transl. pro Rege & ejus ministris. Cic. 15. Fam. 4. Perfeci ut e regno ille discederet, rexque sine tumultu ac sine armis, omni auctoritate aulæ communita, regnum cum dignitate obtineret.
Alta. Sen. Octav. 4.
Infida aula. i. e. In qua fides non observatur, cuive non est fidendum. Valer. 7. Argon. 102. & Lucan. lib. 8. 494. — exeat aula
Qui volet esse pius. Virtus & summa potestas
Non coeunt.
Prædives. Claud. 2. in Ruff. 142.
Regalis. Sen. Troad. 8.
Sublimis. Sen. Hippol. 9.
Sanctiorem vocare aulam videtur Martial. Aulam Domitiani, in quam petit suam chartam admitti a Parthenio, lib. 5. 6. [Sic vocat Aulam interiorem, ubi ipse est princeps, ut Sanctius ærarium V. SANCTUS.
Refingere aulas dicuntur apes. Virg 4. Georg. 202.
— aulasque & cerea regna refingunt. i. e. Fingunt. Servius.
Aulai, per diæresin, genitivus apud Virg. 3. Æn. 354.
Aulas Antiqui dicebant, quas nos dicimus Ollas: quia nullam literam geminabant. Itaque Aulicocia exta, Quæ in aulis coquebantur, dicebant, i. e. Elixa. Hæc Fest. V. OLLA. Plaut. Aul. 4. 2. 10. Ædepol næ illic pulchram prædam agat, siquis illam invenerit aulam onustam auri.

AULŬLA, æ. f. [χυτρίδιον] dimin. ab Aula pro Olla. Unde Aulularia Plauti fabula. Plin. lib. 18. cap. 11. Artoptam Plautus appellat, in fabula quam Aulaulariam scripsit. [Lego Inscripsit.

AULĬCUS, [αὐλικός] Adj. Apparatus aulicus, Qualis solet fieri in domibus regum apud Sueton. in Domit. cap. 4.
Luctatores aulici. Idem Neron. cap. 45.

AULICUS, i. m. Qui aulæ sectator est assiduus. Nep. 14. 5. Datames non minorem invidiam aulicorum excepit. Suet. Calig. cap. 19. Causa ab interioribus aulicis prodita.
Vide CURIALIS. H. St.

AULÆA, orum. n. [αὐλαῖα] fere in pl. legitur, & ab Aula derivatur; significat, Ornamenta quibus parietes & aulæ teguntur. Virg. 3. Georg. 25.
Purpurea intexti tollant aulæa Britanni. Ubi Servius, Hoc secundum historiam est loquutus. nam Augustus postquam vicit Britanniam, plurimos de captivis, quos adduxerat, donavit ad officia theatralia. Dedit etiam aulæa, id est velamina, in quibus depinxerat victorias suas. Et paulo post, Aulæa autem dicta sunt ab aula Attali regis Asiæ, in qua primum inventa sunt vela ingentia. Varro tamen dicit aulæa suspendi solere ad excipiendum pulverem, quia usus cameræ ignorabatur. unde Hor. 2. Serm. 8. 54.
Interea suspensa graves aulæa ruinas
In patinam fecere, trahentia pulveris atri Quantum &c.
Aulæum, in sing. Cic. pro Cœl. 55. Mimi ergo est jam exitus, non fabulæ: in quo quum clausula non invenitur, fugit aliquis e manibus: deinde scabella concrepant, aulæum tollitur. conf. Non. 14. 4.
Aulæa in scena in terra (codd. emend. intexta) sternuntur, quod pictus ornatus erat, ex Attalica regia Romam usque perlatus; pro quibus, siparia ætas posterior accepit. Donatus in præfatione extr. Commentariorum suorum in Terentium, de Tragœdia & Comœdia.
Aulæam fœm. genere dixit Curt. lib. 8. 5. si locus mendo vacat, Nec quicquam (inquit) eorum quæ invicem jactata erant, rex ignorabat: quum post aulæam, quæ lectos obduxerat, staret. [Legendum Aulæa, quæ lectis &c.
Aulæa Attalica. V. ATTALUS.
Superba aulæa. Virg. 1. Æn. 697.

AULÆATUS, a, um. Aulæis exornatus.
Aulæata domus, stratis asarota superbis. Mantuan.

AULICOQUUS, Adj. Elixus, ut, Aulicoqua exta. Festus. conf. Turnebi Advers. 22. 2. Al. Aulicocia vel Aulicoctia. V. AULA, sub fin.

AULANIUS Evander, [Αὐλάνιος Εὔανδρος] Sculptor apud Plin. qui signo Dianæ Timothei manu effictæ, quæ erat in Apollinis delubro Romæ, caput reposuit. V. Plin. lib. 36. cap. 5. [Forte Aulonius, Αὐλώνιος, V. AULON.

AULANUS, M. Aulanus Trib. militum, a P. Sextio Capua pulsus. Cic. pro Sext.

AULERCI, [Αὐλέρκοι] Populi Galliæ Lugdunensis apud Cæsarem. *Rouen*. V. Cæs. 7. Bell. Gall. 75. V. EBUROVICES.

AULĒTES, æ. m. [αὐλητὴς] Latine dicitur Tibicen. Cic. pro Muren. 29. Post, quum id assequi non potuissent, istuc potissimum sunt delapsi, ut aiunt in Græcis artificibus, eos auletas esse qui citharœdi fieri non potuerint. Al. hic legunt Aulœdos.
Auletes, Cognomen Ptolemæi Ægypti regis fuit, Cleopatræ patris, qui præter alia flagitia, etiam choraulam exercuit, & adeo in eo gloriabatur, ut non cunctaretur certamina in regia celebrare, ad quæ & ipse cum aliis concertaturus prodibat. Atque hic est quem Alexandrini exegerunt. de quo plura apud Strab. lib. 17.
Auletes dictus, quia tibiis canere, præter dignitatem regiam, solitus esset. Ita scribit, qui scripsit historiam, præfixam primæ Epistolæ Ciceronis, loco argumenti. H. St.
Auletes alius apud Virg. 10. Æn. 207.

AULĒTĬCUS, [αὐλητικὸς] Adj. ut, Auleticus calamus. Plin. lib. 16. cap. 36. Orchomenius est continuo foramine pervius, quem Auleticon vocant. Hic tibiis utilior, fistulis ille.

AULĒTRIS, ĭdos. f. [αὐλητρὶς] Tibicina.

AULICUS, V. AULA.

AULIS, is vel ĭdis. [Αὐλὶς] Portus nobilissimus Bœotiæ oppidi ejusd. nominis, quo convenerunt naves Græcorum ad Trojam proficiscentium. Strabo lib. 9. Aulis lapidosa sane ora, & Anagræorum vicus. Portus sane est quinquaginta capiens naves. quocirca Græcorum classem magno in portu conscendisse simile veri dixerim. Servius, Aulis insula est in Ægæo mari, in qua conjurarunt Græci se non ante reversuros ad patriam, quam Troja caperetur. ad Virg. 4. Æn. 426.
Piscosa Aulis. Ovid. 12. Met. 10. Meminit & Cic. 1. Tusc. 116.

AULOCRĒNE, es. [Αὐλοκρήνη] Regiuncula minoris Asiæ, in conventu Apameno, per quam ab Apamia in Phrygiam itur. Ibi Platanus ostenditur,

tur, ex qua pependit Marsya victus ab Apolline. Plin. lib. 16. cap. 14. & lib. 15. cap. 29.

AULŒDUS, i. m. [αὐλῳδὸς] Latine dicitur Cantor. (Immo non quivis cantor. H. St.) Valla in Raudensem, Aulos Græce, Tibia Latine dicitur: unde apud nos usitatum nomen pro Latino Aulœdus. In Ciceronis exemplo pro Muren. 29. ex antiquioribus exemplaribus legimus Auletas esse, non Aulœdos, tametsi Erasmus in Chiliadibus legat Aulœdos. V. AULETES supra, & Henr. Steph. Thes. Græc. ubi ex Athenæo docet differre Aulœdum ab Auleta, qui Lat. Tibicen.

AULON, [Αὐλὼν] Mons Calabriæ contra Tarentinam regionem, ferax boni vini. Hor. 2. Carm. 6. 18.

— & amicus Aulon
Fertili Baccho, minimum Falernis Invidet uvis.

Aulon, vel Aulona, Corinthiorum colonia in Macedonia, ut tradit Plin. lib. 4. cap. 5. Hodie Velona dicitur, *la Velone*, a qua brevis est in Italiam trajectus. Græci proferunt Aflon; inde lapsus accidit. V. & Steph. de Urb.

AULULA, V. AULA.

AULUS, [Αὖλος] Prænomen erat Romanis olim familiare, quod una litera scribebant, hoc pacto, A. ut A. Gellius. Auli, Qui diis alentibus nascuntur. T. Probus in Epit. de Nominib. An ex Græco αὖλος;

AUMARIUM, diciter Locus secretus publicus, sicut in theatris, aut in circo. Petron. Arbiter, In Aumarium memetipsum conjeci. p. 673. Sunt qui legant Aumatium, alii Armarium, quod malim. V. Nonium.

AUNIOS, Insula est in Hispania citeriori, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 20.

A V O

AVO Pomponio, AVUS Ptolemæo, Fluvius est Hispaniæ citerioris, qui Celerinorum populorum supra Bracaras & Gronios agrum alluit. V. Melam lib. 3 & Ptolem. lib. 2. cap. 6.

AVŎCO, [ἀπαγαγεῖν, ἀποτρέπω] āre. Alienare, removere, & quasi Retrahere atque avertere. Cic. pro Rosc. Amer. 90. Non necesse est omnes commemorare Curtios, Marios, denique Mamercos, quos jam ætas a præliis avocabat.

Abstrahere, Avocare, retardare. Cic. pro Arch. 12. Me autem quid pudeat, qui tot annos ita vivo, Judices, ut ab illis nullo me unquam tempore, aut commodum, aut otium meum abstraxerit, aut voluptas avocarit, aut denique somnus retardarit?

Deterrere atque avocare a religione. Cic. de Arusp. Resp. 18. Neque is sum, qui sicuti forte videor plus, quam ceteri, qui æque atque ego sunt occupati, versari in studio literarum, his delecter, aut utar omnino literis, quæ nostros animos deterrent atque avocant a religione.

Allicere ad recte faciendum, & Avocare a, contraria. Cic. 2. Philipp. 115. Sed si te laus allicere ad recte faciendum non potest, ne metus quidem a fœdissimis factis potest avocare.

Avocare animum a rebus quibusdam ad cogitationem. Cic. 4. Fam. 5. Etiam tu ab hisce rebus animum ad cogitationem tuam avoca: atque ea potius reminiscere, quæ digna tua persona sunt.

Avocat a rebus gerendis senectus. Cic. de Senect. 75.

Avocare milites a signis. Plin. in Epist.

Avocare a contuendis malis. Cic. 3. Tusc.

Avocare se a corpore, & ad cognitionem rerum divinarum, &c. Cic. 1. de Divin. 111. Rarum est quoddam genus eorum, qui se a corpore avocent, & ad divinarum rerum cognitionem cura omni studioque rapiantur.

Avocare a peccatis. Cic. 2. de Legib. 9. Sic, Avocari a vitiis. Cic. de Fato.

Avocant omnino a philosophia. Cic. 1. de Fin. 2.

Avocare intentos Consules a bello. Liv. 5. Bell. Pun.

Avocare philosophiam a rebus occultis. Cic. 1. Acad. 15. Primus a rebus occultis, & ab ipsa natura involutis, in quibus omnes ante eum philosophi occupati fuerunt, avocavisse philosophiam, & ad vitam communem adduxisse, ut de virtutibus, vitiis, omninoque de bonis rebus & malis quæreret.

Avocare comitiatum vel concionem, Impedire ne habeantur, neve concio, vel potius Concionem abducere. Messala apud Gell. lib. 13. cap. 15. Consul ab omnibus magistratibus & comitiatum & concionem avocare potest, &c. Veruntamen a Tribuno avocare, ut ex Livio auguramur, nefas: sic enim dicit, Eo facto avocatam a se concionem Tribunus questus. Turneb. Adv. 16. 21.

AVOCATIO, ōnis. f. [ἀποτροπὴ, ἀπόκλησις] Cic. 3. Tusc. 33. Levationem autem ægritudinis in duabus rebus ponit: avocatione a cogitanda molestia, & revocatione ad contemplandas voluptates.

AVOCAMENTUM, i. n. [ἀπόκλημα] Budæus. Avocamenta sunt Negotia jucundiora, sive solatia, animum a mœrore avocantia, id est revocantia. Plin. lib. 8. Epist. 5. Ero ergo suspensus pro homine amicissimo, dum admittere avocamenta, & cicatricem pati possit. Lactant. lib. de Opific. Dei, cap. 18. Deinde procedit ulterius & sibi avocamenta invenit, ne saluberrimam quietem corporis interrumpat. De mente somniante. Paulo ante dixerat, Avocatur ergo simulacris, donec membra sopore irrigata vegetentur.

AVOCĀTOR, ōris. &c.

AVOCĀTRIX, īcis. Tertull.

AVŎLO, [ἀφίπταμαι] āre. Ab uno loco in alium volare. Caius in l. Naturalem. D. de acquir. rer. domin. Pavonum & columbarum fera natura est: nec ad rem pertinet, quod ex consuetudine avolare & revolare solent.

Per metaphoram usurpatur pro Celeriter discedere. Cic. 1. Att. 12. Experiar certe ut hinc avolem. Idem 1. Tusc. 12. Critoni enim nostro non persuasi me hinc avolaturum.

Avolat voluptas. Cic. 2. de Fin. 106. Fluit igitur voluptas corporis: & prona quæque avolat.

Avolant, Evolant. Festus. ubi Dacer. V.

AUPHIDUS, V. AUFIDUS.

A U R

AURA, æ. f. [αὖρα, πνοὴ] Lenis quidam ventorum flatus & spiritus dulcior, ut Zephyri. Virg. 4. Georg. 417.

Dulcis compositis spiravit crinibus aura.

Aurarum leves animæ. Lucret. lib. 5. 237.

Jucundæ auræ. Catull. 44. 3.

Leves auræ. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 30.

Modica. Juven. 12. Sat. 66.

Rorifera. Sen. in Hippol. v. 11.

Teneræ aeris auræ, Penetrabiles & liquidæ. Lucret. lib. 1. 208.

Tepentes. Ovid. 1. Met. 107.

Divinæ particulam auræ, eleganti periphrasi Animum significavit Hor. 2. Serm. 2. 79. quoniam illum e cœlo demissum cœlestis ignis particulam credebant veteres unde Virg. 6. Æn. 730.

Igneus est ollis vigor, & cœlestis origo. V. quæ præterea annotarunt utriusque poetæ interpretes.

Aura, Ventus. Virg. 3. Æn. 356. — Et auræ
Vela vocant, tumidoque inflatur carbasus Austro. Ovid. 3. Met. 209.
— rapida velocius aura.

Acres auræ, opp. Lassis & Infractis. Plin. lib. 5. Epist. 6. Accipit ab hoc auras quamlibet sereno & placido die, non tamen acres & immodicas, sed spatio ipso lassas & infractas.

Æquatæ spirant auræ. Virg. 5. Æn. 844. Æquatæ, i. e. Prosperæ, inquit Servius.

Cereales. Plin. lib. 15. cap. 19. h. e. Maturitatem frugum facientes.

Facilis aura. V. Movere auram.

Frigida. Lucret. lib. 3. 291.

Gelida. Lucret. lib. 3. 301.

Genitabilis aura Favonii. Lucret. lib. 1. 11. Al. Genitalis.

Glaciales auræ Boreæ. Valer. 4. Argon. 722.

Grandior. opp. Leni. Ovid. de Rem. Amor. 808.

Lenis alit flammam, grandior aura necat.

Læva & dextera. Catul. 4. 20.

Languida. Ovid. 2. de Pont. 1. 2.

Lenis. Catull. 62. 84. V. Grandior.

Levis. Ovid. 1. Met. 502.

Nivales. Hor. 1. Epist. 11. 18.

Petulantes. Lucret. lib. 6. 110. Al. legunt, Petulantibus Euris. V. Lambin.

Rapida. Ovid. 3. Met. 209.

Stridentes. Valer. 2. Argon. 586.

Tumens. Ovid. 5. Trist. 6.

Ventosa. Ovid. de Medicam. Faciei 57.

Verna incertior aura. Ovid. 6. Epist. 109.

Violentior cœli aura. Stat. 6. Theb. 157.

Volucri fugacior aura. Ovid. 13. Met. 807.

Accipere auras follibus. Virg. 4. Georg. 171. Hujus contrarium est Reddere auras follibus apud eundem poetam,

— alii taurinis follibus auras Accipiunt redduntque.

Aspirant auræ in noctem. Virg. 7. Æn. 8.

Colligere auras velis. Lucan. lib. 5.

Dat aura capillos retro. Ovid. 1. Met. 529.

Et levis impulsos retro dabat aura capillos.

Dat aura cursum. Ovid. 15. Epist. 214.

Effluit aura levis. Ovid. 6. Met. 233.

Impelli auris navigia dicuntur, aut quæcunque etiam alia ventis agitata. Lucret. lib. 6. 1031.

Movere auram. Ovid. 18. Epist. 45.

— Facilemque move moderatius auram. Verba Leandri ad Boream.

Respuit auras. i. e. Contemnit ventos. de Delo insula, quæ ante Latonæ partum mobilis fuisse marique innasse credita est. Sen. in Agam. 373.

Æquor summum stringitur aura. Ovid. 4. Met. 136.

Aura, Aër. Virg. 1. Æn. 59.

Quippe ferant rapidi secum, verrantque per auras.

Aëriæ auræ. Ovid. 10. Met. 177. i. e. Sublimes.

Ætheria. Virg. 5. Æn. 291.

Celeres. Virg. 4. Æn. 226.

Communes. Ovid. 7. Met. 127.

Dulcis, Chara, quod omnes illa frui quam diutissime cupimus. Valer. 6. Argon. 473.

Ferventes. Ovid. 2. Met. 229.

Fœda. Stat. 3. Theb. 500.

Liquidæ. Lucret. lib. 5. 213. Sil. lib. 13.

Mota. Ovid. 8. Met. 202. V. Movere auram.

Nocturna. Hor. 2. Serm. 4. 52.

Pingues. Valer. 8. Argon. 247. Nidore scil. victimarum.

Sonantes. Virg. 11. Æn. 863.

Suaves. Lucret. lib. 3. 223.

Vacuæ. Ovid. 3. de Pont. 3. 61.

Vaga. Ovid. 8. Met. 197.

Vanæ. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 98.

Attollere se in auras. Virg. 4. Æn. 688.

Captare nare sagaci auras. Sen. in Hippol. 39. de canibus venaticis. Virg. 1. Georg. 376. de bucula.

Carpere vitales auras. Virg. 1. Æn. 387.

Quisquis es (haud credo invisus cœlestibus, auras
Vitales carpis, Tyriam qui adveneris urbem)
Perge modo. Ubi Servius, Auras vitales carpis. Quibus vivimus. nihil est enim aliud vita, nisi reciprocus spiritus: unde Jupiter, quo constant omnia, vocatur Ζεὺς, ἀπὸ τῆς ζωῆς, id est vita.

Circinat auras. Ovid. 2. Met. 721. De Mercurio in gyrum volante.

Ferre. Virg. 2. Georg. 422. de oleis. Ubi Servius, Ferre auras, proprie est Assuescere aeris varietati, quæ obest rebus teneris nimium.

Fugere in auras. Sen. in Agam. 9.

Haurire auram communem. Quintil. in prooem. lib. 6.

Implere ululatibus auras. Val. 8. Argon. 143.

Prætervolare auras. Sil. lib. 10. de hasta in aerem vibrata.

Reducere naribus auras. Lucret. lib. 4. 990.

Scindere. Sil. lib. 13.

Terebrare auram. Ovid. 6. Met. 260.

Trahere. Sen. in Herc. fur. 13.

Vesci aura ætherea, pro Vivere & superstitem esse. Virg. 1. Æn. 550.

Vitiare auras. Ovid. 7. Met. 548. — vitiantur odoribus auræ.

Per Odores, Fœtorem intelligit ex cadaveribus.

Apud Martialem libro tertio Epigr. ad Diadumenum:

Quod spirat tenera malum mordente puella,
Quod de Corycio quæ venit aura croco.

Aura, inquit, Odor: Nam odor est aër vapore percussus. H. St. [Interpretis, quem adduxerat, nomen cultro ablatum est. Sic & l. 11. Ep. 9.

Ultima

Ultima Corycio quæ cadit aura croco. Et l. 4. Ep. 4. quibus locis Auram pro Odore ipso posuit.

Aura, pro Die. Virg. 1. Ecl. 57.

Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras. i. e. in die, inquit Servius. [Nisi forte In dio legendum.

Aura Splendor. Virg. 6. Æn. 204.

Discolor unde auri per ramos aura refulsit. Ubi Servius; Auri aura, Splendor auri. Hor. 2. Carm. 8. 24.

—tua ne retardet Aura maritos. i. e. Splendor. Hinc & Aurum dicitur a Splendore qui est in eo metallo. Hinc & Aurati dicti, quorum favor splendidos reddit. Hæc ille. Videtur potius esse metaphora, in hunc sensum, Timent novæ nuptæ ne tu aspirando, suos maritos alio abstrahas. [V. Schol. Vet. qui Fallaciam, blanditias exponit, ut 1. od. 5. Nescius auræ fallacis. Cura legit Bentl. Malim cum V. D. Tua ne retardent Ora maritos. Nam Tua cura eo sensu exponi nequit, quo Vir summus alioqui contendit, pro Cura. i. e. amor tui, quod vel ex adductis ab ipso locis liquere puto. Ceterum cum & vitiosa interpunctione locus laboret, quid vetat integrum hic apponi?

Te suis matres metuunt juvencis:
Te senes parci: miseræque, nuper
Virgines, nuptæ, tua ne retardet
Aura maritos.

Aptius enim epitheton ad & Nuptæ, substantive sumptum, & adv. ad Virgines refertur, quam contra. Neque enim sunt Virgines, si Nuper nuptæ sunt, seu νεόνυμφοι.

Aura, pro Favore. ut, Aura popularis. Cic. de Arusp. Resp. 43. Sulpicium ab optima causa profectum, longius, quam voluit, popularis aura provexit. Virg. 6. Æn. 815.

— quem juxta sequitur jactantior Ancus
Nunc quoque jam nimium gaudens popularibus auris. Auris, i. e. Favoribus, ait Serv. unde & Aurarii, Fautores dicuntur.

Vide pag. seq. Huc pertinet Honoris aura, quod habes apud Ciceronem initio col. seq. Vide HONORCULUS ex Vive. H. St. V. seqq.

Auræ popularis homo, Qui studet populo placere. Liv. 5. Dec. lib. 2.

Fallax. Hor. 1. Carm. 5. 12. i. e. Favor.

Mollior aura, Melior fortuna. Ovid. 3. Epist. 44.

Aura honoris. Cic. pro Sext. 101. Q. Catulum neque periculi tempestas, neque honoris aura potuit unquam de suo cursu, aut spe aut metu dimovere.

Aura rumoris. Cic. pro Muren. 35. Dies intermissus unus, aut nox interposita, sæpe perturbat omnia, & totam opinionem parva nonnunquam commutat aura rumoris. Loquitur de ratione comitiorum.

Libertatis auram captare. V. CAPTO.

Auras, genitivus Græcus, pro Auræ. Virg. 11. Æn. 802.

—nihil ipsa nec auras, Nec sonitus memor. V. Serv. Pier. Taubm. ad loc.

Item etiam Aurai pro Auræ. Idem 6. Æn. 747.

AURŬLA, æ. f. dimin. Tertull.

AURARIUS, i. m. Aurarii dicuntur Fautores. V. in AURA, pro Favore ex Serv. ad Virg. 6. Æn. 815. Hoc ejus etiam aurarii fatentur. de Dante loquendo Joan. Picus Mirand. in Epist. p. 349. H. St.

AURAMENTUM, AURARIUS. V. AURUM.

AURANTIA Mala, [μῆλα χρυσοειδῆ] Poma sunt ab auri colore sic dicta. Horum autem tria observantur genera, Dulcia, acida, & vinolenta, sive mista, de quibus omnibus V. Matthiol. in lib. 1. Dioscor. cap. 131.

AURARIA, Vox ab Alciato observata in Codice Theodosiano, functionis nomen est, quæ collatione lustrali exigebatur de rebus promercalibus & venalitiariis. Eam sustulit Justinian. lib. 11. Cod.

AURAS, [Αὔρας] Fluvius ab Hæmo in Istrum defluens. Herod. lib. 4.

AURĀTA, æ. f. [χρυσόφρυς] Piscis est coloris aurei. Martial. 13. 90.

Non omnis laudem pretiumque Aurata meretur,
Sed cui solus erit concha Lucrina cibus. Plin. lib. 32. cap. 5.

Auxilio est piscis aurata in cibo. Vulgus Italorum adhuc vocat *Una Orada.*

AURATILIS, AURATURA, AURATUS, &c. V. AURUM.

AUREA, Frenum quod ad aures equorum religabatur. Fest. Item Aureola Dim. legitur apud Ulp. in l. Quid tamen. D. de contrah. empt. [Immo Viriola. V. f. l.

AUREAX, Auriga. Festus. ab Aurea. V. Scalig. & Dacer. ad l.

AURELIA, Gens plebeia, antiqua tamen & celebris a Sabinis oriunda, a sole primum Auselia dicta est, quod ei publice datus est locus in quo sacra soli faceret. Auct. Festus. Cognomina hujus gentis leguntur tria, Orestes, Cotta, & Scaurus. Fuit ex hac familia C. Aurelius Cotta, cujus meminit Cicero in Lucullo, & Frontinus lib. 4. Stratagem. Hic de Pœnis triumphavit, ut auctor est Orosius lib. 4. cap. 7. Consul fuit cum P. Servilio anno DI, & iterum cum P. Servilio anno DV, ut auctor est Cassiodorus.

Fuit item C. Aurelius Cotta, summus orator, ut patet ex Ciceronis libris de Oratore. Consul fuit cum L. Octavio anno DCLXXVIII, ut auctor est Cassiodorus, & ex Consulatu in Galliam profectus est: & quum illi decretus esset triumphus, ante diem triumphi mortuus est. Cicero & Ascon. in Pison.

Fuit & L. Aurelius Orestes, Consul cum Mamerco Æmilio anno DCXXVII, ut auctor est Cassiodorus. Sardos subegit, teste Epitomatore Livii, lib. 60. & Plutarcho in Gracchis.

Fuit item & alius L. Aurelius Cotta, qui Prætor anno DCXXCIII, judicia ad Equites transtulit, teste Epitomat. Livii, lib. 97. & Asconio in Pisonem.

Fuit & M. Aurelius Scaurus, Quæstor L. Flacci, ut apparet ex Verrina 1. & III. Consul cum Ser. Sulpicio anno DCXLV, teste Cassiodoro & Julio Obsequente. Legatus C. Manilii Cos. a Cimbris captus, quum in consilium ab iis evocatus deterreret eos ne Alpes transirent, Italiam petituri, quod diceret Romanos vinci non posse, a Bolo rege, feroci juvene occisus est. Epitom. Livii, lib. 67. Orosius lib. 5. cap. 16. Aimilium mendose appellat.

Item S. Aurelius Victor, qui sub Constantio floruit, & librum scripsit de Cæsaribus, & viris illustribus Romæ, necnon & libellum de Origine gentis Romanæ, ut docti opinantur.

Fuit & alius ejusdem nominis, qui Epitomen vitæ Imperatorum scripsisse dicitur. V. Voss. de Hist. Lat. 2. 8. & 15.

De M. Aurelio Imperatore dictum est in ANTONINUS. Fuerunt & in Tyrannis nonnulli, qui id nomen usurparunt, de quib. V. Occon. Mediob.

AURELIANUS, Imparator Romanus, obscura origine Sirmii in Pannonia ortus, Quintillo adhuc rerum potiente, Legionum consensu, imperator factus, Barbaros non solum in occidentis sed & in orientis partibus attrivit, & tyrannis etiam oppressis, splendidissimum de Zenobia ac Tetrico triumphum egit, cum in Persas movens per Illyricum iter faceret, apud Cænophrurium Mnesthei cujusdam, qui ipsi a secretis fuerat, fraude circumventus per militares viros interfectus est. Sed mox fraude cognita ab iisdem ac S. P. Q. R. consecratus fuit. Vopisc.

AUREOLUS, unus ex XXX. tyrannis, ab exercitu Illyriciano Imperator in contemptum Gallieni factus, pace cum eo composita, cum Claudio ad pontem ab ipsius nomine postea dictum congressus, qui XIII. pass. mill. a Bergomo distat, occubuit. Treb. Poll.

AUREOLUS, a, um, AUREUS. V. AURUM.

AURICHALCUM, i. n. [ὀρείχαλκον] Æs aurei coloris, quem Metallurgi Cadmia addita efficiunt. Festus, Aurichalcum vel Orichalcum quidam putant compositum ex Ære & Auro: sive quod colorem habeat aureum. Orichalcum sane dicitur, Quod in montuosis locis invenitur. mons etenim Græce ὄρος appellatur, V. eund. in CADMEA. Schol. Hor. de A. P. 202. Plin. lib. 34. cap. 2. Mox vilitas præcipua, reperto in aliis terris præstantiore maxime aurichalco, quod præcipuam bonitatem admirationemque diu obtinuit.

Si quis aurum vendens orichalcum se putet vendere, indicet ne ei vir bonus? Cic. de Off. 3. 92.

Aurichalcum, pro Nummo ex aurichalco facto posuisse videtur Plaut. Mil. 3. 1. 63. Cedo tres mihi homines aurichalco contra cum istis moribus. [Immo per jocum Aurichalcum pro Auro posuit. Conf. Pseud. 2. 3. 22. Curc. 1. 3. 45. Non moror Serv. ad 12. Æn. 87. aliter hæc enarrantem.

AURICOMUS, V. AURUM.

AURICORNU, Promontorium. Plin. lib. 9. cap. 15. de Thynnis loquens: Est (inquit) in Euripo Thracii Bosphori, quo Propontis Euxino jungitur, in ipsis Asiam Europamque separantis freti angustiis, saxum miri candoris, a vado ad summa perlucens, juxta Chalcedonem in latere Asiæ. Hujus aspectu repente territi, semper adversum Byzantii promontorium, ex ea causa appellatum Auricornu, præcipiti petunt agmine. [Legendum Aurei cornus contendit Hard. cum Aureum cornu nomen sinus sit, cujus hoc promontorium, ex Strab. lib. 7. q. V. At cur non Aurei cornu?

AURICULA, AURICULARIS. V. AURIS.

AURICULA Muris, [μυὸς ὠτίον] Herba est caulibus pluribus ab una radice, aliquatenus ab imo rubentibus, & concavis, quæ passim mense Maio floribus ornata visitur, nimirum in pratis, campis, hortis, secus vias, & ubique locorum. De hac Galen. lib. 7. simpl. & Dioscor. lib. 2. cap. 179.

AURIFER, AURIFEX, AURIFODINA, &c. V. AURUM.

AURĪGA, æ. c. [ἡνίοχος] proprie dicitur (ut ait Servius) Qui currum regit. ad 12. Æn. 85. Ovid. 2. Met. 327.

Hic situs est Phaeton currus auriga paterni.

Auriga pro Aureaga ab Aureas agendo dictus, Desp. 403. Sic Bigæ, Trigæ, quasi Biagæ, Triagæ. Tibicen pro Tibiacen. Desp. ibidem. Sed illud Auri unde est? Fortasse dictum fuit olim Petoriga, deinde Auriga. Vide Petoritum. H. St.

Auriga, pro Agasone apud Virg. 12. Æn. 85. Servius.

Aurigam, pro Nauta dixit Ovid. 1. Trist. 4. 16. Al. 3. 118.

Auriga in fœm. gen. apud Virg. 12. Æn. 918.

Auriga, Signum cœleste super Tauri cornua: hunc cum Tauro una clara stella conjungit. Retinet autem Auriga stellas duas in manu, quæ Hœdi vocantur: quorum & ortus & occasus tempestates gravissimas facit. Oriuntur autem cum Scorpio, mense Octobri. Hæc Servius. Cic. 2. de Nat. Deor. 110. Auriga

Sub læva Geminorum obductus parte feretur.

AURĪGO, [ἡνιοχέω] āre. Currum regere. Suet. in Calig. cap. 18. Nec ullis nisi ex Senatorio ordine aurigantibus. Plin. lib. 33. cap. 5. Quum ipse concolori panno aurigaturus esset.

AURIGOR, āri. dep.

Aurigatur (inquit Nonius) honeste positum, pro Moderatur ac regit. Varro Modio, Asse vinum: asse pulmentarium: secundas, quo natura aurigatur, non necessitudo.

AURIGATIO, ōnis. f. [ἡνιοχεία] Gell. lib. 7. cap. 8. Quibus verbis delphini amantis, & pueri non abhorrentis consuetudines, lusus, gestationes, aurigationes refert.

AURIGARIUS, i. m. [ἡνιοχεύς] videtur usurpari a Suet. in Ner. cap. 5. pro Eo qui curam habet instruendi aurigas in spectaculis, auct. Torrent. Perfidiæ vero (inquit) tantæ, ut non modo argentarios pretiis rerum coemptarum, sed & in Prætura mercede palmarum aurigarios fraudaverit.

AURIGDA, [Αὔριγδα] Ptolemæo urbs Cyrenes, vulgo *Zadra.*

AURIGER, V. AURUM.

AURĪGO, ĭnis. f. [ἴκτερος] Morbus regius: a colore auri, quem bilis per totum corpus diffusa repræsentat. Perott. Scribon. Larg. 109. Hoc medicamentum facit ad auriginem, quam quidam regium, quidam arquatum morbum vocant. Auriginem Varro appellari ait a colore auri. Isid. 4. 8. in Vet. Gloss. Aurugo.

AURIGĬNŌSUS, a, um, [ἰκτερικός] Qui morbum auriginis patitur. Perott. Auruginosus in Gloss.

AURIGINO, āre. [ἰκτεριᾶν, ἰκτεριῶ] Morbo hoc laborare. Tertull. de Anim. c. 17.

AURINIA, Fœmina Germanorum fatidica & sacerdos. apud Tacit. in Germ. 8. 5. Sed codd. variant. V. Kirchmaj. ad loc.

AURIPIGMENTUM, [ἀρσενικόν] quid significet, declarat Plin. lib. 33. cap. 4. his verbis, Aurum faciendi est etiam una ratio ex auripigmento, quod in Syria foditur pictoribus, in summa tellure, auri colore, sed fragili, lapidum specularium modo.

AURIS, is. f. [οὖς, οὔας] ab Aura, quam in audiendo recipit. Lactant de Opif. Dei, cap. 8. ab Hauriendis vocibus derivatum existimat. Unde Virg. 4. Æn. 359.

—vocemque his auribus hausi. h. e. Intellexi. Ter. Phorm. 5. 6. 28. Astiti, animam compressi, aurem admovi.

Auris etiam in brutis. ut, Auribus lupum tenere, pro In dubio esse. Ter. Phorm. 3. 2. 21. V. LUPUS.

Arbitrio consilioque auris uti. Gell. lib. 13. cap. 19.

Judicium aurium ſuperbiſſimum. Cic. in Orat. 150. Quamvis enim ſuaves, graveſque ſententiæ, tamen ſi inconditis verbis efferuntur, offendent aures, quarum eſt judicium ſuperbiſſimum. Aurium judicium vocat Superbiſſimum, quoniam ſtatim reſpuunt aures & averſantur quod eſt inconditum & inſuave ſono. Sic Auctor ad Heren. lib 4. 32. Senſum aurium Faſtidioſiſſimum appellat, quia cito ſatietate afficitur. Unde recte præcipere videntur ii qui jubent, ut in componendo noſtras ipſorum aures conſulamus, & orationem quodammodo modulantes advertamus quid reſpuant, & quid probent.

Tarditatem aurium gargarizatione purgat, & tranſitum auditus aperit. Plin. lib. 23. cap. 2. de aceto ſcillino.

Aurium ædes vacuæ, joco dixit Plaut. Pſeud. 1. 5. 54. pro ſurdo. Immo non ita intell. Facere vacivas ædes aurium. H. St. Nunc legitur:

Fac ſis vacivas, Pſeudole, ædis aurium. At ille Faxis legebat.

V. Scalig. not. ad Caſin. Prol. v. 29.

Voluptas aurium. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Acutæ Satyrorum. Hor. 2. Carm. 19. 3. Quem locum enarrans Turneb. Acutas dixit, inquit, non Acute & attente audientes, & Bacchi canticis operam dantes, & arrectas, ſed In acumen faſtigiatas, atque collectas.

Agreſti aure homo, Qui caret aurium judicio. Gell. lib. 13. cap. 19.

Applicatæ, V. APPLICO.

Arrectæ. Virg. 1. Æn. 156.

Attenta auris. Hor. 2. Serm. 1. 19.

Attonitæ aures. V. paulo poſt, Movet fragor, &c.

Avidæ. Cic. in Orat. Claud. in 1. Conſ. Stil. 47.

Bibulæ. Perſ. 4. Sat. 50. i. e. Quæ ita avide bibunt laudes proprias & aſſentationes, quemadmodum arena bibit humorem.

Binæ. Virg. 1. Georg. 172.

Calens auris. Juven. 11. Sat. 187.

Capaces, in CAPAX.

Caſtæ. Claud. 2. in 1. Conſ. Stil. 303.

Ante fretum deleta mihi ne turpia caſtis
Auribus Italiæ factorum exempla nocerent.

Clementes. Claud.

Decepta ambiguis vocibus auris. Ovid. 7. Met. 821.

Deciſæ. Tacit. 12. Ann. 14.

Demiſſæ. Virg. 3. Georg. 500.

Dextra auris. Ovid. 2. Met. 311. Sic Læva, Siniſtra.

Docilis. Claud. de Mul. Gall. 8.

Duræ. Virg. 4. Æn. 428.

Cur mea dicta negat duras demittere in aures.

Eruditæ. Cic. in Orat.

Feſtæ. Claud. de Bell. Get. 206.

Fidæ. Ovid. 10. Met. 382.

Fiſſa. Perſ. 6. Sat. 70.

Geminæ. Ovid. 10. Met. 116.

Gratæ. Claud. in præf. Bell. Get. 17.

Hebetes. V. paulo poſt, Habet aures hebetes.

Hiſpidæ ſtant aures. i. e. Erectæ ſunt. Sen. in Hippol. 1038. de Tauro marino loquitur.

Humana auris. Hor. 2. Serm. 2. 94.

Das aliquid famæ, quæ carmine gratior aurem
Occupat humanam.

Jejunæ aures civitatis. Cic. in Orat. 106. Jejunas igitur hujus multiplicis, & æquabiliter in omnia genera fuſæ orationis, aures civitatis accepimus. Senſus eſt: Ante me civitas noſtra jejunas habebat aures hujus multiplicis orationis. h. e. Nunquam audiverat orationem hanc multiplicem & variam, quæ in omnia dicendi genera funderetur, amplecteretur que & ſummiſſum orationis genus, & temperatum, & ſublime.

Ima auris. in IMUS.

Invitæ. Ovid. 2. de Arte Am. 449.

Laſſæ. i. e. Audiendo defeſſæ. Hor. 1. Serm. 10. 10.

Memor. Ovid. 20. Epiſt. 98.

Miſera. Juven. 9. Sat. 113.

Mutilatæ. in MUTILUS.

Obſeratis auribus fundere preces. i. e. Rogare non auditurum. Hor. Epod. 17. 53.

Odioſæ. Ovid. 1. de Arte Am. 489.

Patiens culturæ auris. Hor. 1. Epiſt. 1. 40. i. e. Quæ ſinat ſe coli ejectis vitiis.

Patulæ. Hor. 1. Epiſt. 19. 70.

Pavidæ. Ovid. 3. Epiſt. 59.

Placidæ. Virg. 4. Æn. 440.

Pronæ. Claud. de Bell. Gild. 426.

Propitiæ, opponuntur Hebetibus, quas habere dicuntur qui non curant quæ audienda ſunt audire. Ulp. in l. Si extran. D. de jur. dotium: Nequaquam enim judex propitiis auribus audiet mulierem dicentem, cur patrem, &c.

Rimoſa. i. e. Quæ nihil ſecretorum tenet. Hor. 2. Serm. 6. 46.

Secreta. Hor. 2. Serm. 8. 78.

Securæ. Ovid. 2. Amor. 2. 53.

Severa. Martial. lib. 6. 82.

Sitientes, pro Audiendi cupidis. Cic. 2. Att. 14. Quantam mihi moves expectationem de ſermone Bibuli? &c. proinde ita fac venias ad ſitientes aures.

Solicitæ, plenæque ſonoribus. Lucret. lib. 6. 1183.

Stolidæ, i. e. Quæ carent judicio. Ovid. 11. Met. 175.

Surdæ. Tibul. 4. 14. 2.

Suſpenſis auribus aliquid bibere. V. SUSPENDO.

Teretes & religioſæ aures Atticorum. Cic. in Orat. 27. Ad Atticorum aures teretes & religioſas qui ſe accommodant, ii ſunt exiſtimandi Attice dicere. Qui bene de aliquo Oratore judicare poſſunt, hi dicuntur a Cicerone teretes aures habere. Idem de Opt. Gen. Orat. 11. Si teretes aures habent, intelligenſque judicium. Teretes, i. e. Rotundas & perfectas: Religioſas, Quæ nihil tolerare poſſunt quod incorruptum non ſit, & quodammodo ſanctum. Videtur Hor. in Arte Poët. 323. expreſſiſſe; quum ait,

Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo
Muſa loqui.

Timidæ. Ovid. 1. Faſt. 699. & 2. de Arte Am. 179.

Trepidæ. Sen. OEth. 16.

Tritæ. Cic. de Clar. Orat. 124. Atqui hæc, inquam de inceſtu laudata oratio puerilis eſt locis multis: de amore, de tormentis, de rumore, loci ſane inanes, veruntamen nondum tritis noſtrorum hominum auribus, nec erudita civitate, tolerabiles.

Vacuæ. Ovid. 4. Met. 41.

Vaporata. Perſ. 1. Sat. 126.

Verberatæ ſermonibus. Tacit. Agric. 41.

Abhorret a nobis auris deorum, atque animus. Cic. ad Octav.

Abuti auribus. In ABUTOR.

Accidit auribus, & ad aures. In ACCIDO.

Accedere alicui ad aurem. In ACCEDO.

Accipere auribus. Quintil. lib. 2. cap. 6.

Accipere mandata auribus. Cic. 8. Philipp. 28. Hæc tu mandata L. Piſo, & tu L. Philippe, principes civitatis, non dico animo ferre, verum auribus accipere potuiſtis?

Accipere auribus multa, oratoris eſt. Cic. 1. de Orat. 218. Quoniam dicendi facultas non debeat eſſe jejuna atque nuda, ſed aſperſa atque diſtincta multarum rerum jucunda quadam varietate, ſit boni oratoris multa auribus accepiſſe, multa vidiſſe, multa animo & cogitatione, multa etiam legendo percurriſſe.

Audire miſerorum vocem, & auribus accipere. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Accipi æquis auribus, pro Benigne & libenter audiri. Plin. lib. 1. Epiſt. 8. ad Saturninum, Alienæ laudes parum æquis auribus accipi ſolent.

Accipi pronis auribus. Tacit. 1. Hiſt. 1.

Accommodare aures pronas. Claud. de Bell. Gild. 426.

Adire aures alicujus. Tacit. 11. Ann. 32.

Admittere auribus. In ADMITTO.

Admonere ad aurem. In ADMONEO.

Admovere aurem. In ADMOVEO.

Advertere monitis tardas aures. Propert. 1. 1. 37.

Afferre aures verbis, i. e. Audire. Ovid. 2. de Arte Am. 159.

Agnoſcere auribus. In AGNOSCO.

Annuere aure facili. Propert. 1. 1. 31.

Arrigere aures, quod Oratores Patefacere dicunt. In ARRIGO.

Aſtare arrectis auribus. Virg. 1. Æn. 156. Metaphora ab animalibus ſumpta.

Audire aure non averſa. Tibul. 3. 3. 28.

Audire parum auribus. In AUDIO.

Bibere aure. In BIBO.

Blandiri auribus. Plin. lib. 1. Epiſt. 2. ad Arrianum, Libelli quos emiſimus, dicuntur in manibus eſſe, niſi tamen auribus noſtris bibliopolæ blandiuntur. i. e. Adulantur.

Calent aures. Cic. in Salluſt. 2. i. e. Plus nimio aſſuefactæ, & quaſi attritæ. Metaphora a calore qui generatur ex frequenti colliſione & attritu duorum corporum.

Canere ſurdis auribus. In CANO.

Cantare in aurem. V. paulo poſt, Garrire in aurem.

Capere auribus ſpolia. Plaut. Mil. 3. 1. 5.

— Nam opus eſt nunc tuto loco,
Unde inimicus nequis noſtris ſpolia capiat conſiliis,
Unde inimicus, nequis noſtra ſpolia capiat auribus.

i. e. Noſtra audiendo conſilia, ne ſibi conſilium capiat, unde poſſit eſſe ſuperior. Jocus Plautinus. Unde proverbium Perſicum, Alienis auriculis colligere eſcas. [ubi extat hoc proverbium?

Capere aurem. Lex eſt XII Tab. apud Porphyrionem Horatii interpretem, quam ſic reſtituit Turnebus, Si in jus vocat, ni it, anteſtatus manum injicito, aurem anteſtanti capito. V. ANTESTOR.

Ceperat aures: i. e. Attentas fecerat. Ovid. 4. Met. 271.

Captare auribus aera. Virg. 3. Æn. 514. i. e. ventos explorare.

Circuit ſonus aures: Stat. 4. Sylv. 4. 26.

Circunſonant aures vocibus. In CIRCUNSONO.

Claudere aures ad voces doctiſſimas. In CLAUDO.

Claudere aures veritati. Cic. de Amicit. 90. Cujus autem aures clauſæ veritati ſunt, ut ab amico verum audire nequeat, hujus ſalus deſperanda eſt.

An Ita clauſæ ſunt? H. St. Non male.

Commodare aures alicui. Sen. in Hippol. 5. & Ovid. 5. Triſt. 12. 53.

Competere auribus dicitur res aliqua. Tacit. 3. Hiſt. 73.

Complere aures ſermonibus. In COMPLEO.

Conciliare ſibi aures. Claud. in præf. Bell. Get. 17.

Concipere aure ſonos. Claud. epigr. de Mul. Gall. 8.

Contingit aures pavidas ſcelus. Ovid. 3. Epiſt. 59.

Dare aures alicui. Cic. 1. Att. 4. Etenim quum multos dies aures meas Acutilio dediſſem, cujus ſermonis genus notum tibi eſſe arbitror, non mihi grave duxi reſcribere ad te de illius querimoniis.

Dare faciles aures. Sen. in Hippol. 4. eſt Libenter audire aliquid.

Dare juſtas vocibus aures. Valer. 7. Argon. 419. ſignificat Verba recte accipere & perpendere.

Dare auribus, pro Aſſentari & blandiri. Cic. 12. Fam. 16. Noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare: nihil, &c.

Dedere poetis ſuas aures. Cic. pro Arch. 26.

Deducit aures niveus lapis, i. e. Unio gravis dependet ab auribus. Sen. Hippol. 390.

Dicere aliquid dignum ſtudiis atque auribus. Cic. pro Cluent. 66. Vos quæſo ut adhuc me attente audiſtis, item, quæ reliqua ſunt, audiatis: profecto nihil a me dicetur, quod non dignum hoc conventu & ſilentio, dignum veſtris ſtudiis atque auribus eſſe videatur.

Dicere in aurem. V. IN.

Dividere aures alio. Catul. 60. 15.

Nos alio mentes, alio diviſimus aures.

Dormire in aurem utramvis. In DORMIO.

Efficere dignum aliquid auribus hominum. Cic. 1. de Orat. 120. Qui nihil poteſt dignum re, dignum nomine oratoris, dignum hominum auribus efficere atque edere, is mihi etiam ſi commovetur, in dicendo tamen impudens videtur.

Erigere aures, & animum attendere. Cic. 3. Verr. 3. Quo tempore igitur aures judex erigeret, animumque attenderet?

Excipere aliquid auribus, pro Audire. Plin. 4. Epiſt. 19. Laudes noſtras avidiſſimis auribus excipit.

Exigi aure. Quintil. lib. 1. cap. 5. Illa vero non nisi aure exiguntur, quæ fiunt per sonos. i. e. auribus dijudicantur.
Ferire aures. Cic. 2. de Orat. 344. Feriunt enim aures hominum, cum illa quæ jucunda & grata, tum etiam illa quæ mirabilia sunt in virtute, laudari.
Ferit sonus trepidas aures. Sen. OEth. 16. Quod Virg. 3. Æn. 40.
Vox reddita fertur ad aures.
Garrire, ridere, cantare, laudare in aurem. Martial. lib. 1. 90.
Garris in aurem semper omnibus Cinna:
Garris & illud, teste quod licet turba.
Rides in aurem, quereris, arguis, ploras:
Cantas in aurem, judicas, taces, clamas.
Adeone penitus sedit hic tibi morbus,
Ut sæpe in aurem, Cinna, Cæsarem laudes? Cinnam arguit, cui tantus in aurem dicendi omnia morbus insederat, ut ne Cæsarem quidem aperte laudaret.
Habere faciles aures. Quintil. lib. 6. cap. 5. Nam & faciles habuit aures, & natura sequebatur, ut meliora probantes pejorum pœniteret. h. e. Nactus est faciles & volentes auditores.
Habere teretes aures. V. Teretes & religiosæ aures.
Habet aures hebetes, Qui negligenter audit, vel non curat audire quæ audienda sunt. Cic. pro Planc. 66. Nam posteaquam sensi populum Romanum aures hebetiores, oculos acres atque acutos habere, destiti quid de me audituri essent homines, cogitare. Sumpta metaphora ab ipsa ratione naturali, atque adeo physiognomia ipsius capitis: quibus enim oblongæ sunt aures, ii quidem optime audiunt: qui autem hebetes habent & minus cavernosas, ii deteriorem audiendi facultatem habent. [Inscite.
Aliquid auris hab. Gell. 13. 19. Si aliquid auris habeas, sentias suavitatem sonitus.
Imbuere aures sermonibus. Tacit. 4. Hist. 7.
Impellere aures. Virg. 4. Georg. 349.
Implere. In IMPLEO.
Implere aures sermonibus. Ovid. 12. Met. 56.
Inculcare se auribus alicujus. In INCULCO.
Influere in aures populi. In INFLUO.
Inservire auribus. Gell. lib. 13. cap. 19.
Interrogare aurem suam. Gell. lib. 13. cap. 19. Aurem tuam interroga, quo quid loco conveniat dicere. quod illa suaserit, id profecto erit rectissimum. Tum is qui quæsierat: Quonam modo (inquit) vis aurem meam interrogem? Et Probum ait respondisse: Quo suam Virgilius percunctatus est, qui diversis in locis, urbes & urbis dixit, arbitrio consilioque usus auris.
Juvare aures cantu. Lucret. 5. 1380. i. e. Delectare, seu Oblectare.
Lacessant voces aures. Lucret. 4. 601.
Micat auribus equus. Virg. 3. Georg. 84.
Movet fragor attonitas aures. Sen. OEth. 8.
Mulcendas natus ad aures, Canor. Ovid. 5. Met. 561.
Obgannire ad aurem, pro Moleste insusurrare & obtundere. In OBGANNIO.
Obstruere aures. Virg. 4. Æn. 440.
Obtundere aures aliqua re. V. paulo post, Præbere aures non obtusas.
Offendere aures. V. supra, Judicium aurium superbiss.
Onerare odio. V. ONERO.
Pandere rumoribus aurem avidam. Claud. 2. in Cons. 1. Stil. 47.
Parcere auribus alicujus, est Non sæpius inculcare illud quod invitus quis audiat. Sen. in OEdip. 14.
Patefacere aures assentatoribus. Cic. 1. Off. 91. Iisdem temporibus cavendum est ne assentatoribus patefaciamus aures, nec adulari nos sinamus, in quo falli facile est.
Patent aures querelis omnium. In PATEO.
Patent aures præceptis omnium monitisque. Cic. 14. Philipp. 20. Memoria tenent, me ante diem XIIII Cal. Jan. principem revocandæ libertatis fuisse: me ex Cal. Jan. ad hanc horam invigilasse Reipublicæ: meam domum, measque aures dies & noctes omnium præceptis monitisque patuisse.
Patent aures ad disputationem. Cic. 3. Fam. 8. Jam non tam mihi videntur injuriam facere ii, qui hæc disputant, quam si cujus aures ad hanc disputationem patent.
Pepulit aures meas fremitus. Sen. Hippol. 7.
Percunctari aurem suam. V. paulo ante Interrogare aurem suam.
Percussit aures murmur. Sen. in Agam. 7.
Peregrinantur aures, Quum non versantur in pervagato civitatis sermone: quum soli ignoramus quæ omnes norunt in urbe fieri. Cic. pro Milon. 13. An vero Judices, vos soli ignoratis, vos hospites in hac urbe versamini, vestræ peregrinantur aures, neque in hoc pervagato civitatis sermone versantur? quas ille leges, &c.
Perfluunt aures dicta. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Permovere aures precibus. Claud. de Sext. Cons. Hon. 368.
Permulcere assistentium aures. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Personant aures. In PERSONO.
Perstringere aures. i. e. Strictim penetrare. Hor. 2. Carm. 1. 18.
Pervellere aurem. Sen. lib. 4. de Beneficiis, cap. 36. Nec tanquam munus dabo, sed verba mea redimam, & aurem mihi pervellam: damno castigabo promittentis temeritatem. Rursus lib. 5. cap. 7. Loquar mecum, & mihi aurem pervellam. h. e. Ero mihi ipsi monitor, ne similiter peccem. V. Vellere. [Bud. legit Provellam. Prævellam ferri posset.
Pervenire ad aures dicitur, quod Auditur. Virg. 2. Æn. 81.
Pervenit ad aures crimen. Ovid. 2. de Arte Am. 449.
Placere auribus. Martial. lib 2. 86.
Scribat carmina circulis Palæmon:
Me raris juvat auribus placere.
Præbere aurem. Ovid. 7. Met. 821.
Præbere aures non obtusas. Cic. Anteq. iret in exil. 13. Nunc si eadem conditio disceptationis proponeretur, æqui auditores adhibebuntur, aures non obtusæ criminatione, sed vacuæ præbebuntur.
Præcludi aures alicui. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Præstare aurem alicui. Martial. lib. 11. 25.
Aurem dum tibi præsto garrienti.
Pulsat aures ululatus. Claud. de Bell. Get. 625.

Quærere auribus effigiem perfectæ eloquentiæ. Cic. in Orat. 9.
Radere aures delicatas. Quintil. lib. 3. cap. 1.
Recipere auribus, pro Audire. Stat. 10. Theb. 765.
Recipere sonum aures dicuntur. Cic. 2. de Nat. Deor. 141. Aures quum sonum recipere debeant, qui natura in sublime fertur, recte in altis corporum partibus collocatæ sunt.
Respirant aures a. Quintil. lib. 1. cap. 8. Quum poeticis voluptatibus aures a forensi asperitate respirent.
Respuunt aures quod durum atque absonum est. Gell. lib. 13. cap. 19.
Sequi aurem. i. e. Judicium auris. Gell. lib. 13. cap. 19. Neque rationem verbi, neque consuetudinem, sed solam aurem sequuti sunt, suis verba modulis pensitantem.
Sonant aures. Cels. lib. 1. cap. 3. Cui sonant aures. Sonant aures intra se ipsas. Idem lib. 6. cap. 7. §. 8.
Stant aures. V. supra Hispidæ aures.
Studere auribus judicum, i. e. Causas agere apud judices. Martial. lib. 10. 19. de Plinio juniore, qui patronus erat apud Centumviros.
Dum centum studet auribus virorum.
Substringere aurem loquaci. Hor. 2. Serm. 5. 95. i. e. Subjungere.
Suscipere aliquid in alteram aurem. h. e. Animo parum securo. Sic suscipere, ut dubites tamen rectene sis facturus, an secus. Cic. 13. Att. 11. Sed quoniam tu suscipis in alteram aurem de retentione, rescripsi ad tuas accurate literas scriptas. Conficies igitur, & quidem sine ulla dubitatione aut retractatione hoc fieri & oportet, & opus est. Alii tamen sic distinguunt, Sed ipsi quam res illa probaretur, magis verebar. Sed quoniam tu suscipis, in alteram aurem. Deinde sequitur alterius epistolæ initium, De retentione rescripsi, &c. Sensus autem est, In alteram aurem: subaudi, Dormio. i. e. Securus sum, nihil vereor.
Susurrat aure. i. e. In aurem. Ovid. 3. Met. 643.
Tangere aurem. Plin. lib. 11. cap. 45.
Terget aures sonus. Lucret. lib. 6. 118.
Tintinant aures. Catul. 49. 11. ex emend. Scalig.
Torquere aurem ab obscænis sermonibus. Hor. 2. Epist. 1. 127.
Vellere. Virg. 6. Ecl. 3.
Quum canerem reges, & prælia, Cynthius aurem
Vellit, & admonuit pastorem. Ubi Servius, Vellit, i. e. Movit: ut alibi, Postesque a cardine vellit. Tractum a more præceptorum, qui dum pueros suos admonent alicujus rei, aurem vellunt ac trahunt, ut in mentem revocent. V. Pervellere aurem.
Venit ad aures fama. Sen. in Octav. 6.
Verminat auris. V. AURISCALPIUM.
Uti auribus alicujus, Ab aliquo audiri. Cic. 7. Fam. 33. Nam & Cassius tuus, & Dolabella noster, vel potius uterque noster, studiis iisdem tenentur, & meis æquissimis utuntur auribus. i. e. Æquissimo judicio aurium meorum utuntur declamantes.

AURICULA, æ. f. Cartilago illa est circum aurium concavitatem, ut ait Valla lib. 1. Sed plerumque usurpatur pro Ipsa aure. dimin. Martial. lib. 5. 78.
Auriculam Mario graviter miraris olere:
Tu facis hoc, garris, Nestor, in auriculam.
Auriculæ albæ, Asini. Pers. 1. Sat. 59.
Auricula infima mollior, hyperbole proverbialis, in homines minime iracundos, lenique ingenio præditos. Cic. 2. Q. frat. 4. Tu quemadmodum me censes oportere esse & in Repub. & in nostris inimicitiis, ita & esse & fore auricula infima scito molliorem. Translata metaphora ab ea auriculæ parte, qua non est aliud in humano corpore mollius, aut flexibilius, lentiusque, ut quæ nec osse rigeat, neque cartilagine durescat, neque nervis intendatur. Erasm. V. AURICILLA.
Auferre auriculam. In AUFERO.
Demittere. Hor. 1. Serm. 9. 20.
Emere deorum auriculas. Pers. 2. Sat. 29.
— aut quidnam est qua tu mercede deorum
Emeris auriculas, pulmone & lactibus unctis? Irrisio est in eos qui muneribus capi deos putant, ut ad nostra inclinentur vota turpia.
Auriculas asini habere. Pers. 1. Sat. 121.
Auriculas asini quis non habet? i. e. Quis non ita judicat de carminibus, sicut Midas de cantu? V. MIDAS.
Opponere auriculam. Hor. 1. Serm. 9. 77. V. ANTESTOR.
Auriculas teneras radere. Pers. 1. Sat. 108.
Sed quid opus teneras mordaci radere vero
Auriculas? Radere, acri & amarulenta reprehensione perstringere. Teneras auriculas, Aures potentiorum & nobilium, quæ ad credendum teneræ & faciles esse consueverunt, atque delatoribus expositæ: quæque blandis assuetæ palpationibus, aversantur mordacem veritatem.
Auriculæ, absolute pro Auditoribus, per metonymiam. ut, Avidi auricularum, i. e. Cupidi auditorum. Lucret. lib. 4. 598.
— ideo jactant miracula dictis,
Aut aliqua ratione alia ducuntur, ut omne
Humanum genus est avidum nimis auricularum. V. Lambin.

AURICILLA vel ORICILLA, alterum diminutiv. Catull. Epigr. 25. 1.
— mollior cuniculi capillo,
Vel anseris medullula, vel imula oricilla.
Ex emend. Scalig.

AURICULARIS, e. & AURICULARIUS, a, um, [ὠτικὸς] Adj. unde, Auricularius clyster, apud Celsum lib. 5. c. 28. §. 12. & 6. c. 7. §. 3. Græce ὠτεγχύτης.
Auricularium specillum eidem ibid. §. 5. Sic & Verminatio auricularis vocatur, Quum putridæ aures vermibus scatent. Et Auricularis digitus, Parvus, quo aures mundantur. Scribitur & ORICULARIUS. q. V.

AURICULOSUS, [ὠτώδης] Gloss. Græco Lat.

AURISCALPIUM, i. n. [ὠτογλυφὶς] Instrumentum quo mundantur aures: de quo sic Martial. lib. 14. 23.
Si tibi morosa prurigine verminat auris,
Arma damus tantis apta libidinibus.

AURĪTUS, [ὠτώεις] Adj. a Magnis auribus dicitur, ut sunt Asinorum & leporum: alias ab Audiendi facultate. Hæc Festus. Virg. 1. Georg. 308.
Auritosque sequi lepores. Ubi Servius, Auritos lepores, Majores aures habentes.
Gryphas aurita aduncitate rostri fabulosos. Plin. lib. 10. cap. 49.

Auritæ quercus, Senſum audiendi habentes, ut interpretatur Servius in loc. Georg ſupra adduct. Hor. 1. Carm. 12. 11.

Doctum & auritas fidibus canoris Ducere quercus.

Auritus populus, qui attente audit. Plaut. Aſin. prol. 4.
Teſtes. Plaut. Truc. 2. 6. 8.

AURITULUS, forma diminutivi. Phæder. 1. 11.

— hic auritulus
Clamorem ſubito totis tollit viribus. i. e. Aſinus. [Ex Rigaltii conjectura, quam res ipſa flagitat, & acutiſſimi quique critici Heinſ. Nevelet. Faber, Scheff. Gudius, Hoogſtr. Burm. Bentl. probant. Ita ut mirer eſſe adhuc, qui veterem lectionem Auriculas retinendam putent.

AURO, ōnis. m. Abrotonum. Plin. lib. 17. cap. 24. Nec auro prodeſt, quod alimon vocant Græci.

AURO, āre. V. AURUM.

AURŌRA, [Ἠώς] Filia fuit Titani & Terræ, quam ſi mulierem volumus arbitrari, eo quod eam Tithoni fratris Laomedontis dicat Ovidius fuiſſe conjugem, poſſumus eam exiſtimare aliquam ingentis potentiæ & admirandi decoris fuiſſe fœminam. Sed veriſimile eſt de ea intellexiſſe poetas, quam omnes dicunt Auroram: Eum ſcilicet matutinum ſplendorem, quo cernimus ante Solem elevatum cœlum albeſcere: quam ideo Titani dicunt filiam, non quia ex Titano natam credant, ſed ex Sole, quem ſæpiſſime ex nomine avi Titanum vocant. Nam ex Sole procedit illa claritas cœli quam auroram dicimus. Terræ autem ideo dicitur filia, quia videtur intuentibus, e terra prodire. Ex Bocatio. Al. Hyperionis & Æthræ, ſive Theæ filiam fingunt, Tithono nuptam, Cephali corruptricem. V. Hygin. Præf. & Fab. 270.

Aurora, Diluculum. Varro 6. de L. L. 5. Aurora dicitur ante Solis ortum, ab eo quod ab igne Solis tum aureo aer areſcit. J. Cæſ. Scaliger. Exerc. 78. Aurora, inquit, eſt tota Græca vox. Cujus poſtrema pars (ὥρα) Græcis adhuc in uſu eſt. Prior autem nobis tantum, Aurum. conf. de cauſ. L. L. c. 91. Ovid. 1. Met. 61.

Eurus ad Auroram, Nabathæaque regna receſſit. Cic. 1. de Divin. 20.
Quum primum gelidos rores Aurora remittet.

Ab aurora. V. AB.
Lutea. Virg. 7. Æn. 26.
Pallida. Virg. 1. Georg. 446.
Prima aurora. Virg. 4. Æn. 585.

Et jam prima novo ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile. Ubi Servius, Prima aurora, Deſignatio temporis eſt, non Diei deſcriptio. Unde infert,
— ut primum albeſcere lucem Vidit.

Purpurea. Ovid. 3. Met. 184.
Roſcida. Ovid. ad Liv. 281.
Vigil. Ovid. 2. Met. 112.
Dimovet aurora humentem umbram polo. Virg. 4. Æn. 589.
Evocat auroram cantibus ales criſtati oris. Ovid. 11. Met. 598.
Fulget aurora. Ovid. 2. Met. 144.
Fulget in roſeis bigis aurora. Virg. 7. Æn. 26.
Luſtrat Phœbæa lampade terras aurora. Virg. 4. Æn. 6.
Patefacit ab ortu purpureas aurora fores. Ovid. 2. Met. 112.
Portat aurora diem croceis equis. Ovid. ad Liv. 282.
Removet aurora nocturnos ignes. Ovid. 4. Met. 628.
Rubeſcit ſtellis aurora fugatis. Virg. 4. Æn. 521.
Surgens aurora relinquit Oceanum. Virg. 11. Æn. 129.
Vehunt auroram Phaëtontis equi. Virg. 5. Æn. 105.
Sub aurora, Circa diluculum. Ovid. 19. Epiſt. 195.

AUROREUS, Adj. Mantuan. — pulchro quibus ora aurorea vultu.

AURUM, i. n. [χρυσὸς, χρυσίον] Feſtus, Aurum dictum, quia præcipue cuſtoditur. Græce enim ὠρεῖν, cuſtodire dicitur, unde & Theſaurus. Hippocrates medicus (immo Hypſicrates Grammaticus V. Interpp.) de nomine inventoris, id dictum putat, quem vocitatum ait Auron. Quidam a ſimilitudine auroræ coloris nomen traxiſſe exiſtimant: nonnulli quia mentes hominum avertat: alii a Sabinis translatum putant, quod illi Auſum dicebant. Hæc ille. Aliis rectius videtur nomen duxiſſe a Fulvo ejus colore, αὖρος enim fulgor eſt, a quo & Aura appellata eſt. Sic Virg. 6. Æn. 204.

Diſcolor unde auri per ramos aura refulſit. V. in AURA.

Aurum quandoque ſumitur pro Ipſo metallo.
Aurum & opes, præcipuæ bellorum cauſæ. Tacit. 16. Ann. 1.
Aurum factum, dicitur Id quod non rude eſt, ſed elaboratum, & ex quo aliquid eſt effectum. Ulpian. l. cum aurum. D. de aur. & arg. legat. Quum aurum vel argentum legatum eſt, quicquid auri argentique relictum eſt legato continetur, ſive factum ſive infectum ſit. Virg. 10. Æn. 527.

— ſunt auri pondera facti,
Infectique mihi. Servius Juriſc. ita exiſtimat, Aurum vel argentum factum id videri, Quo commode uti poſſimus.

Aurum ferro nocentius. Ovid. 1. Met. 141.
Aurum, pro Aureis nummis aliquando accipitur. Cic. pro Flacc. 68.
Aurum, pro Veſtimentis aureis, maxime muliebribus. Plaut. Moſt. 5. 1. 20. Agedum contempla aurum & pallam. Ter. Eun. 4. 1. 3. Interea aurum ſibi clam mulier demit, dat mihi ut auferam.
Acervus auri. Hor. 1. Epiſt. 2. 47.
Amore auri cæcus. Virg. 1. Æn. 349.
Auri ſacra fames. Virg. 3. Æn. 57.
Concolor auro. Sil. lib. 1.
Coruſci auro juvenes, i. e. Aureis induti veſtibus. Virg. 9. Æn. 163.
Divitis auri imperioſa fames. Lucan. ad Piſon. 208.
Fulgor ab auro fuſus. Val. 5. Argon. 242.
Inſignis auro & purpura. V. INSIGNIS.
Pondus auri. Tibul. 1. 9. 32.
Pretioſior auro. Ovid. 8. Met. 79.
Saniem auri interpretatur Plin. quod Græci χρυσοκόλλαν dicunt, lib. 33. Nat. Hiſt. procem. Eruitur aurum & chryſocolla juxta, ut pretioſior videatur nomen ex auro cuſtodiens: parum enim erat unam vitæ inveniſſe peſtem, niſi in pretio eſſet auri etiam ſanies.
Venas auri ſequi. Lucret. lib. 6. 808.
Æſtivum aurum. Juven. 1. Sat. 28.

Ventilet æſtivum digitis ſudantibus aurum,
Nec ſufferre queat majoris pondera gemmæ. De annulis loquitur, qui apud veteres duorum fuerunt generum, æſtivi, & hyberni: ac hybernos putem fuiſſe majoris ponderis: æſtivos autem leviores. Ex Turneb.

Argentoſum aurum. In ARGENTOSUS.
Barbaricum. In BARBARICUS.
Cælatum. In CÆLO.
Coronarium. Gell. lib. 5. cap. 6. Triumphales coronæ ſunt aureæ, quæ imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur, id vulgo dicitur Aurum coronarium. Cic. 1. de Lege Agr. 12. Ex auro coronario, quod neque conſumptum in monimento, neque in ærarium relatum ſit, id ad Decemviros referri jubet. V. Serv. in Virg. 8. Æn. extr.
Coronatum, Corona ex auro. Stat. 3. Sylv. 4. 2.
Diſtinctum. Sen. in Hippol. 3. i. e. Verſicolor.
Dives aurum. Lucan. ad Piſon. 208.
Factum, V. paulo ante, Aurum factum.
Fulvum aurum. V. FULVUS.
Fuſile, Liquidum. Ovid. 11. Met. 126.
Gemmatum, Gemmæ auro incluſæ. Stat. 3. Sylv. 4. 94. & Martial. 14. 109.
Implexum crinibus aurum. Plin. lib. 33. cap. 1.
Infectum. Virg. 10. Æn. 527.
Intextum veſtibus. Ovid. 6. Met. 166.
Læve. Valer. 1. Argon. 290.
Latum. Juven. 6. Sat. 482. i. e. Veſtis auro clavia. Schol.
Lentum. Ovid. 3. de Arte Am. 123.
Micans. Ovid. 2. Met. 2.
Nitidum. Ovid. 9. Met. 688.
Obrizum. Plin. 33. 3. V. OBRIZUM.
Philippeum. Plaut. Curc. 3. 70. V. PHILIPPUS.
Pingue. Perſ. 2. Sat. 53. i. e. Craſſum.
Rutilum. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 183.
Semeſtre aurum. Juven. 7. Sat. 89.

Semeſtri vatum digitos circumligat auro. i. e. Annulis æſtivis & hybernis. Sic enim ſunt Semeſtres. V. paulo ante, Æſtivum aurum.

Solidum. Ovid. 3. Amor. 8. 53.
Subæratum. Perſ. 5. Sat. 106.
Terribile figuris aurum. i. e. Cælatum aurum figuris horrendis. Stat. 6. Theb. 536.
Textile aurum. Plin. lib. 33. cap. 3.
Toloſanum, Proverbium in Eum qui magnis ac fatalibus afficitur malis, novoque ac miſerando exitio perit. Cic. 3. de Nat. Deor. 74. Cognoſce alias quæſtiones, auri Toloſani, conjurationis Jugurthinæ. V. Eraſm.
Abdicare aurum. In ABDICO.
Appendere aurum. In APPENDO.
Ardet auro clypeus. Stat. 2. Achil. 49.
Attondere aliquem auro. In ATTONDEO.
Bibunt ſolicito auro ſuperbi. Sen. in Hippol. 4. Dicit ſolicitum, quia qui auro bibunt, ſoliciti ſunt propter veneni ſuſpicionem.
Captus auro. Hor. 2. Carm. 18. 36.
Cludere auro. In CLUDO.
Commodare aurum. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Conſumere aurum in ludos. In CONSUMO.
Contra auro. Plaut. Rud. 5. 3. 53. Auro contra cedo modeſtum amatorem. Sic. in Epid. 3. 3. 30. Non carus eſt auro contra. conf. AURICHALCUM.
Fluit ignibus aurum. Ovid. 2. Met. 251.
Incubare defoſſo auro. Virg. 2. Georg. 507.
Effingere in auro, Aureis figuris exprimere. Virg. 6. Æn. 32.
Effulgere auro. Virg. 5. Æn. 132. Auro: i. e. Auratis veſtibus aut armis.
Eruere aurum terra. Ovid. 3. Amor. 8. 53.
Flaventes auro ſpicæ. i. e. Aureo colore. Ovid. 9. Met. 688.
Illitum aurum veſtibus. Hor. 4. Carm. 9. 14.
Incenditur auro purpura. i. e. Auro intexitur, quod ex purpura veluti flamma eluceat. Stat. 10. Theb. 60.
Includuntur auro ſmaragdi. Lucret. lib. 4. 1120.
Induitur pedibus aurum. In INDUO.
Micante auro clara regia. Ovid. 2. Met. 2. Clara, i. e. Refulgens.
Radiante auro nitens. Ovid. 4. Met. 636.
Renidens auro domus. Lucret. lib. 2. 27.
Rigentes auro exuviæ. Sil. lib. 15.
Spectatur aurum in ignibus. V. Specto, in SPECIO.
Subducitur aurum terræ. Ovid. 3. de Arte Am. 123.
Vacuare aurum mero: i. e. Aureas pateras. Stat. 5. Theb. 188.
Venire auro, Auro vendi. Hor. 2. Serm. 2. 25.
Revereri ab auro fulgorem. V. A vel AB præpoſitiones.

AURATĬLIS, e. [διάχρυσος] Solin. cap. 25. Fœminis nitor purus eſt: mares punctulis ad gratiam interlucentibus auratilis pulviſculus variat.

AURĀTUS, [διάχρυσος] Adj. Auro tectus. ut, Aurata tecta. Cic. in Parad. 9.
Amictus. Ovid. 14. Met. 263.
Auratus aries Colchorum. Cic. in Orat. 163.
Caſſis aurata. Stat. 7. Theb. 661.
Currus. Cic. Poſt red. in Senat. 27.
Imbres. Claud. in 2. Conſ. Stil. 226.
Milites. Liv. 9.
Monilia. Ovid. 5. Met. 52.
Aurati. V. Aura pro Favore, in AURO.

AURATŪRA, æ. f. [χρύσωσις] Quintil. lib. 8. cap. 6. de hypallage, Sed nomen immuto, ut quum aurata tecta, aurea: puſillum a vero diſcedo, quia non eſt niſi pars auratura.

AURAMENTUM, i. n. videtur Inſtrumentum eſſe effodiendo aut purgando auro accommodatum. Plin. lib. 33. cap. 3. Hiſpania ſtrigiles vocat auri parvulas maſſas, quod ſuper omnia ſolum in maſſa auramento capitur, quum cetera in metallis reperta igne perficiantur. Emendatiora exemplaria legunt, In maſſa aut ramento capitur. V. Harduin.

AURARIUS, a, um. Adj. Quod ad aurum pertinet, ut, Auraria metalla. Plin. 37. 12.
Negotium. Plaut. Bacch. 2. 2. 51.
Aurarii, pro Fautoribus. V. Aura pro Favore.
Aurarium etiam Fabrum dicere poſſumus, qui auro aliquid obducit.
Aurarius m. abſ. in Gloſſ. χρυσωτής, quod hic inquirendum adſcripſerat H. St.

AURARIA, æ. f. [χρυσουργεῖον] Locus ubi aurum effoditur, ſive Aurifodina. Tacit. 6. Ann. 19. Aurarias ſibimet Tiberius ſepoſuit. Fodinas intelligit. Sic Ærariæ, Argentariæ, q. V.

AURATOR, ōris. Vet. Gloſſ. χρυσωτής. Idem qui Aurarius.

AUREATUS, Adj. Sidon. Carm. 9. 292.

In caſtris hedera ter aureatus.

AUREUS,

Aureus, Adj. [χρυσοῦς, χρυσεῖος] Quod eſt ex auro. ut, Aureæ literæ. Plin. lib. 7. cap. 32. Et, Aurea bulla. Plaut. Rud. 4. 4. 127.
Ætas aurea. Ovid. 1. Met. 89.
Barba aurea. Perſ. 2. Sat. 58.
Præcipui ſunto, ſitque illis aurea barba. Hoc Perſiano velut ænigmitate, quod pleriſque non eſt ita obvium, Turnebus ſignificari putat ſummorum deorum, ut Jovis ac Neptuni inſignia & ornamenta: ut pari honore, qui vera miſerint ſomnia heroes & ſemidei afficiantur, ac ſupremus Jupiter. Sueton. id videtur indicare ſic ſcribens in Calig. cap. 52. Plerumque vero (proceſſit) aurea barba fulmen tenens, ac fuſcinam, aut caduceum, deorum inſignia.
Cæſaries. Virg. 8. Æn. 659.
Color, Auri colorem referens. Plin. lib. 11. cap. 15.
— barbæ color aureus: aureaque
Ex humeris medios coma deſcendebat in armos. Ovid. 12. Met. 395.
Conjux aurea. Virg. 7. Æn. 189. de Circe. Sed eſt hoc loco irònia, in diverſamque partem accipiendum, pro Turpi & inamabili. V. Serv. in loc. [Niſi potius Synalœphe eſt, Aurea percuſſum virga. ut in ſuperiori loco Ovidii. Sexto caſu ſcil. V. Erythr. Ind. & Interpp. ad 1. Æn. 698.
Copia aurea, Dives & abundans. Hor. 1. Epiſt. 12. 28. Copia hoc in loco ſignificat Deam ubertatis.
Currus aurei in Horatio leviter audiuntur, nec attendimus tales triumphantium Auguſtorum fuiſſe currus. Sic autem ſcribit in Epod. 9. 21.
Io triumphe, tu moraris aureos
Currus, & intactas boves. Hoc ex Philoſtrato in Dionis vita ſatis apparet, quem vide. Etſi autem certa quædam forma erat triumphalis currus, tamen ea Imperatori ornatior & pretioſior, quam aliis ducibus parabatur. Turnebus.
Dicta aurea, Elegantiſſima & maximæ utilitatis. Lucret. lib. 3. 12.
Funis. Lucret. 2. 1154.
Haud (ut opinor enim) mortalia ſecla ſuperne
Aurea demiſit de cœlo funis in arva. Sed hoc ab Homero ſumptum eſt, Il. θ. 18. apud quem Aurea catena, vel funis (ut interpretatur Lucretius) de cœlo religatur. Plato autem in Theæteto Aureum apud Homerum funem interpretatur Solem eſſe, ut etiam eruditiſſimo viro Lambino placet. Annotavit & Turnebus. V. Fabri Not. in l. c. Lucret.
Gens. Virg. 4. Ecl. 9. i. e. Optima. V. Mores, Secula.
Horæ, Catull. Aureas vocat vel Ob diei claritatem, vel Quia pretioſiſſima res ſit tempus, utpote cujus ſit jactura irreparabilis.
Imago. Ovid. 20. Epiſt. 237.
Luna. Ovid. 10. Met. 448.
Malum. Virg. 3. Ecl. 71.
Aurea mala decem miſi, cras altera mittam. V. malum.
Mediocritas aurea. Hor. 2. Carm. 10. 5. dicitur, Quod ea hominibus chariſſima, optatiſſima, & pretioſiſſima eſſe debeat, & tanti æſtimanda quanti eſt aurum, ut & revera nonnullis eſt expetenda maxime. Turnebus.
Mores aurei, Elegantes & amabiles. Hor. 4. Carm. 2. 22. Acron interpretatur Bonos & ſanctos.
Munera. Tibul. lib. 1. 4. 62.
Nomen. Cic. pro Roſc. Amer. 124. Venio nunc ad illud nomen aureum Chryſogoni, ſub quo nomine tota ſocietas ſtatuitur. Hoc dicit, quia χρυσὸς Græce, Aurum ſignificat Latine.
Nox aurea cingitur aſtris. Valer. 5. Argon. 566. pro, Nox cingitur aureis aſtris.
Partus aureus. Cic. Octav.
Potorium. Plin. lib. 33. cap. 10. & 12.
Ramus aureus olivæ apud Virg. 6. Æn. 187.
Secula. Virg. 6. Æn. 792.
Auguſtus Cæſar, divûm genus, aurea condet Secula.
Sella. Cic. 2. Philipp. 86.
Sol. Virg. 1. Georg. 232.
Sponda. Virg. 1. Æn. 702.
Sidus. Hor. Epod. 17. 41.
Venus. Virg. 10. Æn. 16.
Veſtis aurea, pro Barba aurea. Virg. 8. Æn. 324.
Aurea cæſaries ollis atque aurea veſtis. Servius.
Aureus, i, m. ſubſtantivum, & ſubauditur Nummus. Plin. 35. 10. Immane tabulæ pretium, accepit aureos menſura, non numero. Verum hic locus hodie ſic legitur, Manipretium ejus tabulæ in nummo aureo menſura accepit, non numero. Hard. tantum priorem vocem omiſit. De Aureo nummo vide Bud. lib. 3. de Aſſe, in ipſo principio. Alciatus, Aureus nummus ſeſtertios æris centum valebat, quod in Diſpunctionibus annotavi, hoc eſt denarios argenteos xxv. Sed deinde minoris æſtimationis aureus fieri cœpit, & in Cæſarum conſtitutionibus ſolidus appellari: quorum lxxii auri libram conficiunt. Cic. 12. Philipp. 20.
Aureus Romanus, qui & Solidus dicebatur, quantæ æſtimationis eſſet, ex comparatione duorum locorum Suetonii & Taciti cognoſci poteſt. Nam de Othone ſcribit Sueton. cap. 4. Quoties cœna acciperet principem, aureos excubanti cohorti viritim dabat. Tacit. 1. Hiſt. 24. Cohorti excubias agenti viritim centenos nummos dividebat. Aureus igitur Romanus centum ſeſtertiis nummis taxatur, ſeu Denariis 25.
Aureŏlus, [χρυσοειδὴς] Adj. dimin.
Aureolum collum, Quod prope colorem auri refert. Varro 3. de R. R. 9. de gallis gallinaceis loquens, Roſtro brevi, acuto, oculis ravis aut nigris, palea rubra, ſubalbicanti, collo vario aut aureolo.
Aureolus libellus. Cic. 4. Acad. 135.
Malum. Catull. 2. 12.
Oratiuncula. Cic. 3. de Nat. Deor. 43.
Pedes aureoli. Catull. 59. 167.
Aureolus, m. ſubſt. dimin. ab Aureo. pro Nummo aureo. Martial. lib. 5. 20.
Qui crepet aureolos, forſitan unus erit.
Auratilis, e. Auratilis pulviſculus. Solin. cap. 25. extr.
Auresco, ĕre. Varro 6. de L. L. 5. Aurora dicitur ante ſolis ortum ab eo, quod ab igne ſolis tum aureo aër aureſcit.
Auricŏlor, ōris. Adj. Juvenc. in Matt. v. 357.
Scinditur auricolor cœli ſeptemplicis Æthra.
Auricŏmans, antis. Auſon. Idyll. 6. 11. Crocus auricomans.
Auricŏmus, Adj. [χρυσοκόμης] Auream comam habens. Perott.
Batavus auricomus. Sil. 3. 608.
Sol auricomus. Valer. 4. Argon. 92. conf. Virg. 6. Æn. 141.

Aurĭfer, Adj. [χρυσοφόρος] Quod fert aurum. ut, Aurifera arbor. Cic. 2. Tuſc. 22.
Amnis aurifer Tagus. Catull. 30. 20.
Aqua. Ovid. in Ibin, 300.
Arenis auriferis pallet Tagus. Sil. lib. 16.
Arva Phœnicum. Sil. lib. 16.
Fons Pactoli. Claud. Conſ. Stil. 2. 61.
Nemus. Plin. lib. 5. cap. 1.
Terra. Martial. lib. 10. 78. Et Sil. lib. 2.
Aurĭfex, ĭcis. m. [χρυσοχόος] Faber aurarius. Plaut. Men. 4. 3. 8. Tibi equidem illam, ad Phrygionem ut ferres pauló prius. Et ſpinter, ut ad aurificem ferres, ut fieret novum. Plin. lib. 26. cap. 11. Velut aurificum arte alternis inter folia candicantibus margaritis. Cic. 6. Verr. 56. Quum vellet ſibi annulum facere, aurificem juſſit vocari in foro, ad ſellam Cordubæ, & ei palam appendit aurum.
Aurificīna, æ. f. [χρυσοχεῖον] Aurificis taberna. Gloſſ.
Aurifodīna, æ. f. Locus unde effoditur aurum. Plin. lib. 33. cap. 4. Extat lex cenſoria Ictimulorum aurifodinæ. V. Argentifodina, in argentum.
Aurĭfur, ūris. c. Qui furatur aurum. Plaut. Pœn. 5. 5. 55. Et nihi hic aurifur eſt.
Aurĭger, Adj. ut, Auriger taurus. Cic. 2. de Divin. 63.
Arbor aurigera. Valer. 8. Argon. 110.
Aurĭlegus, [χρυσολόγος] Qui aurum legit. i. e. Furatur.
Auripigmentum, i. n. Auri colore pigmentum. Plin. 33. 4. Aurum faciendi eſt etiam una ratio ex auripigmento. conf. Vitruv. 7. 7. & Iſid. 19. 17. [Videtur hoc vocabulum diviſe rectius pronuntiari Auri pigmentum.
Auro, āre. [χρυσόω] Vet. Gloſſ. a quo Inauro, & Deauro compoſita. Tertull. de Cor. Mil. cap. 12. Hinc auratur lamnulis. Al. hic legunt Inauratur.
Auroclavātus, Adj. Vopiſcus in Tacit. cap. 11. Auroclavatis veſtibus interdixit. [Diviſe rectius ſcribitur, Auro clavatis. Hæ Schol. vet. Juvenal. ad Sat. 6. v. 482. Auroclaviæ. ubi V. Schurtzfl. & ſ. l. clavatus.
Aurosus, Adj. Pallad. 1. 5. Auroſi pulveris lapidoſa macies.
Aurugo, Aurugĭno, Auruginōsus, V. aurīgo.
Aurunca, æ. Latii civitas fuit, ab Auſone Ulyſſis & Calypsûs filio condita: a qua Arunci dicti fuerunt, vetuſtiſſimi Latii populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 1. & 5. V. arunci. Virg. 12. Æn. 94.
Actoris Aurunci ſpolium. Quod Juvenal. Sat. 2. v. 100. arripuit.
Auruncus, ſeu Averruncus Deus. V. arungus.

A U S

Ausa, [Αὖσα] Civitas eſt Hiſpaniæ Ptolemæo.
Auscaripĕda, æ. f. pro Vermiculo piloſo, qui ſolet eſſe in fronde cum multis pedibus, dixerunt veteres, teſte Varr. lib. 6. de L. L. 3.
Ausci, [Αὖσκιοι] Populi ſunt Aquitaniæ in Gallia Plin. lib. 4. cap. 19. vulgo *Aux*. Archiepiſcopatus in Vaſconia.
Ausculor, āri, [καταφιλεῖν] dicebant antiqui pro Oſculari, quod eſt Os cum ore conſerere. Feſtus. Conf. Plaut. Merc. 3. 3. 10. & 4. 4. 5.
Ausculto, [ἀκροάομαι] āre. Audire, quaſi Aure occultare. Veteres enim tam Audes, & Auſes quam Aures dicebant. Auſcultamus igitur, Quæ in auribus defigimus & condimus, i. e. Quæ attente audimus. Quare & plus eſt quam Audire. Cato apud Gell. 1. 15. Itaque auditis, non auſcultatis, tanquam Pharmacopolam.
Auſculto, atque animum advorto ſedulo. Plaut. Stich. 4. 1. 40.
Auſcultare ab oſtio. Plaut. Merc. 2. 4. 9.
Auſcultare ad fores. Plaut. Trucul. 1. 2. pr.
Auſcultemus hinc quid agat. Plaut. Curc. 2. 2. 29.
Auſculta paucis. Ter. Adel. 5. 3. 20.
Jamdudum auſculto. Hor. 2. Serm. 7. 1.
Auſcultare aliquem. Plaut. Pſeud. 1. 5. 38. Te auſcultabo lubens. Ter. Heaut. 4. 5. 23. Auſculta quod ſupereſt fallaciæ.
Populum auſcultare. Catull. 65. 39.
Auſcultare, [πείθεσθαι, προσέχειν] cum dativo, pro Obedire ponitur. Varro 5. de L. L. 8. Ab audiendo etiam auſcultare declinamus, quod hi auſcultare dicuntur, qui auditis parent. Ter. And. 1. 3. 4. Nec quid agam certum eſt, Pamphilumne adjutem, an auſcultem ſeni. Ea ratione qua & Audire dicitur cum dativo, pro Obedire. Cic. pro Roſc. Amer. 104. Mihi auſculta, vide ne tibi deſis.
Auſcultare minus eſt, quam Audire. Pacuvius apud Cic. 1. de Divin. 132.
Nam iſtis qui linguam avium intelligunt,
Pluſque ex alieno jecore ſapiunt, quam ex ſuo,
Magis audiendum, quam auſcultandum cenſeo. [Immo Plus eſt potius, ut modo ex Gellio docuit, quia & Obedire denotat. V. & Non.
Auſcultare, pro Videre, ſpectare. Afran. Privigno,
Videt ludos, hinc auſcultavi procul. Si fides Nonio,
Auſcultabitur, imperſ. Plaut. Merc. 3. 3. 127. Excuſato me feciſſe ſedulo ad portum ne ires, dico jam tibi. c. auſcultabitur.
Auscultatio, ōnis. f. [ἀκρόασις] Auditio.
Auſcultatio, Obeditio. Plaut. Rud. 2. 6. 18. Quid mihi ſceleſto tibi erat auſcultatio? quidve hinc abitio?
Auscultatus, ûs. m. Idem. Apul. Met. 6.
Auscultator, ōris. m. [ἀκροατὴς] Cic. in Partit. 10. Nam aut auſcultator eſt qui audit, aut diſceptator.
Auselii, dicebantur qui nunc Aurelii. Feſtus.
Auser, vel Ausur, [Αὔσερ] Fluvius Italiæ prope Lucam, cujus olim pars rivus ille, qui juxta Piſas nunc labitur, fuit. Straboni corrupte Æſar, αἴσαρ, vocatur.
Ausim, [τολμῴην] Verbum defectivum, pro Auſerim, ut obſervat Voſſius de Anal. 3. 41. indicativo vel optativo futuri temporis, Auſim, auſis, auſit, & pl. auſint. Cæteris caret. i. e. Audebo, vel Utinam audeam. Liv. in Procem. Nec ſi ſciam, dicere auſim. Virg. 2. Georg. 289.
Auſim vel tenui vitem committere ſulco, i. e. Auſus ſum, vel Audebo, teſte Servio. Feſtus, Auſis, i. e. Audeas.
Auſim confirmare. Lucret. lib. 2. 178.
Ausonia, [Αὐσονία] Ea duntaxat pars Italiæ dicta eſt primo, in qua ſunt urbes Beneventum, & Cales. ab Auſone Ulyſſis & Calypſonis filio poſtea tota Italia, quæ Apennino finitur, Auſonia vocitata eſt ab eodem duce. Inde etiam Auſonii Itali dicti ſunt. Feſtus.
Armipotens Auſonia. Stat. 3. Sylv. 2. 20.
Ausonius, Adj. [Αὐσόνιος] Qui ex Auſonia eſt. ut, Gens Auſonia,

Mare Ausonium, pars maris Tyrrheni, a Campania Siciliam versus.
Lingua Ausonia, i. e. Latina. Ovid. 5. Trist. 7. 61.
Terra. Virg. 4. Æn. 349.
Tibris. Virg. 5. Æn. 83.

AUSONĬDÆ, ārum. m. pl. Virg. 10. Æn. 563.
— ditissimus agri,
Qui fuit Ausonidûm. Pro Romanis posuit Lucan. 9. 999.
Usurpatur & Adjective tam de Rebus quam de Personis. Sil. lib. 9. 187.
— pater ipse superbus aquarum
Ausonidûm Eridanus. adde Ovid. 2. Fast. 94.

AUSONIUS, [Αὐσόνιος] Sophista, scripsit epistolas, & alia quædam ad Nonnum, ut ait Suidas.
Fuit & Decimus (vel Decius) Magnus Ausonius, patria Gallus Burdegalensis, Grammaticus Rhetor & poeta clarissimus, Impp. Gratiani & Valentiniani junioris præceptor, & A. V. 1131. cum Q. Olybrio cos. cujus extant Poemata, & Panegyr. Gratiano dict.

AUSPEX, ĭcis. m. [οἰωνοπόλος, οἰωνοσκόπος, οἰωνομάντις] Dictus est ab Avibus aspiciendis, quemadmodum & Aruspex. Transl. Dux cœptorum vel Auctor.
Auspex legis. Cic. 2. Att. 7. Quid quæris? acueram me ad exagitandam hanc ejus legationem: quam si ille contemnit, & si (ut scribis) bilem id commovet, & latoribus & auspicibus legis Curiatæ spectaculum egregium.
Auspices victoriarum pulli gallinacei. Plin. lib. 10. cap. 21. Victoriarum omnium toto orbe auspices.
Musa auspice: i. e. Duce. Hor. 1. Epist. 3. 13.
Phœbo auspice. Stat. 2. Sylv. 2. 39.
Providus auspex. Hor. 3. Carm. 27. 2.
Auspices etiam dicebantur, Pronubi [παράνυμφοι] qui nubentibus aderant. cum consignaretur dos, & nuptiales tabulæ perscriberentur. Cic. pro Cluent. 14. Nubit genero socrus, nullis auspicibus, nullis auctoribus. Plaut. Cas. prol. 86. Ultro ibit nuptum, non manebit auspices.

AUSPICABILIS, e. Arnob. &

AUSPICĀLIS, e. [οἰωνοσκοπικός] Quod ad auspicium pertinet. ut, Auspicalis pisciculus, Qui aliquid portendit, aut significat futurum. Plin. lib. 32. cap. 1. Tenuit & nostra memoria Caii principis ab Astura Antium remigantis, ut res est etiam auspicalis pisciculus. siquidem novissime tum in urbem reversus ille Imperator, suis telis confossus est. De echeneide pisce loquitur.

AUSPICIUM, i. n. [οἰωνισμός, οἰώνισμα] inquit Festus, ab Ave specienda. nam quod nos cum præpositione dicimus Aspicio, apud veteres Specio dicebatur. Valla lib. 6. Auspicium est vel a Pastu avium, vel ab Inspectione avium. Sed quia Consul antequam iret in expeditionem, capiebat auspicium, hinc factum est ut dicamus auspicia ducum atque principum, quæ a solo duce capiuntur. Hæc Valla. Cic. 2. de Divin. 78. Quid est aliud nolle moneri a Jove, nisi efficere ut aut ne fieri possit auspicium, aut si fiat, videri? Ceterum aves eventus significant aut adversos, aut secundos. Plaut. Amph. 2. 2. 58. An te auspicium commoratum est? Scil. adversum. V. Cic. l. eod.
Auspicium & Augurium quid differant V. in AUGURIUM.
Funeris auspicium. Stat. 6. Theb. 222.
Nuptiarum auspicia. Cic. 1. de Divin. 28. Quod etiam nunc nuptiarum auspiciis declarant. Al. Auspices.
Urbs auspiciis condita. Cic. in Vatin. 14. Qui tantus furor, ut quum inaudita ac nefaria sacra susceperis, quum inferorum animas elicere, quum puerorum extis deos manes mactare soleas: auspicia, quibus hæc urbs condita est, quibus omnis Respub. atque imperium tenetur, contempseris?
Addicentia auspicia. Tacit. 2. Ann. 14. Auctus omine, addicentibus auspiciis vocat concionem. V. ADDICO.
Bonum auspicium. Catull. 43. 19.
Bono auspicio promulgare legem. Cic. 1. Att. 14. Lurco autem Tribunus plebis; qui magistratum simul cum lege Ælia iniit, solutus est & Ælia & Fusia, ut legem de ambitu ferret, quam ille bono auspicio claudus homo promulgavit.
Caduca auspicia dicunt, Quum aliquid in templo excidit: veluti virga e manu. Fest. lib. 3.
Consulare auspicium. Cic. pro Muren. 1. Quod si illa solennis comitiorum precatio, Consularibus auspiciis consecrata, tantam habet in se vim & religionem, quantam Reip. dignitas postulat, idem ego precatus sum, ut iis quoque hominibus quibus hic Consulatus me rogante datus esset, ea res fauste, feliciter prosperequе eveniret.
Favens, i. e. Prosperum. Ovid. 3. de Pont. 1. 160.
Ferale. Claud. 2. in Eutrop. 232.
Frivolum. Sueton. Neron. 41.
Grande. Ovid. 2. Trist. 174.
Infelix. Stat. 11. Theb. 340.
Juge. Festus, Juge auspicium est, Quum junctum jumentum stercus fecit. Cic. 2. de Divin. 77. Huic simile est quod nos augures præcipimus, ne juge auspicium obveniat, ut jumenta jubeant disjungere.
Liquidum, Cum fereno cœlo certum quid ostenditur. Plaut. Epid. 11. 2. 1.
Malum. Plaut. Aulul. 3. 2. 33.
Meliore auspicio. Plaut. Men. 5. 9. 88.
Militare. Cic. 2. de Divin. 77. Nam ex acuminibus quidem, quod totum auspicium militare est, jam M. Marcellus ille quinquies Consul totum omisit, idem Imperator, idem Augur optimus.
Mollia. Claud. 1. in Eutrop. 494.
Optimum. Cic. 2. de Divin. 43. Fulmen sinistrum, auspicium optimum habemus ad omnes res, præterquam ad comitia.
Optimis auspiciis. Cic. de Senect. 11. Augurque quum esset, dicere ausus est, optimis auspiciis ea geri quæ pro Reip. salute gererentur: quæ contra Remp. fierent, contra auspicia fieri.
Perenne, Cum quis amnem aut aquam, quæ ex sacro oritur auspicato transit. Festus. V. Scalig. ad l.
Pestiferum, Cum cor in extis, aut caput in jecinore non fuisset. Festus.
Piaculare, Quod sacrificantibus tristia portendebat; ut, Cum hostia ab ara profugisset, aut percussa mugitum dedisset, aut in aliam partem corporis, quam oporteret, decidisset. Festus. V. Virg. 2. Æn. 223.
Regalia. Claud. Cons. Hon. 4. 1.
Secunda. Hor. 4. Carm 14. 16.
Salvis auspiciis. Cic. de Provinc. Cons. 45. Iidem illam proscriptionem capitis mei contra salutem Reip. sed salvis auspiciis rogatam esse dicebant. i. e. Non contra auspicia. Budæus.
Solennia. Claud. 2. in 1. Conf. Stil. 364.
Sinistrum. V. Auspicium optimum.
Utile. Ovid. 1. Fast. 219.
Auspicium, pro Ductu atque dispositione. Virg. 4. Æn. 340.
Me si fata meis paterentur ducere vitam
Auspiciis, & sponte mea componere curas. Ubi Servius, Meis auspiciis, argumentum a necessitate. Et auspiciis ideo, quia majores omnia auspicato gerebant. Ergo Auspiciis, Dispositionibus. Liv. Decad 3. lib. 8. Vos auspicium imperiumque ad Calenum detulistis. Plin. lib. 7. cap. 43.
Imperio atque auspicio alicujus aliquid agere. Plaut. Amph. 1. 1. 37.
Ductu, imperio, auspicio. Plaut. Amph. 1. 1. 41. Ut gesserit Remp. ductu, imperio, auspicio suo.
Virtute atque auspicio alicujus. Plaut. Epid. 3. 2. 45.
Auspicium, pro Potestate etiam summa. Liv. lib. 28. cap. 9. Quoniam in provincia M. Livii res gesta esset, & eo die quo pugnatum foret, ejus forte auspicium fuisset. Et alibi itidem. Budæus. Virg. 4. Æn. 102.
Communem hunc ergo populum, paribusque regamus
Auspiciis. Ubi Servius, Paribus auspiciis, Æquali potestate. Et ab eo quod præcedit, id quod sequitur. Et dictum est a comitiis, in quibus iisdem auspiciis creati, licet simul non crearentur, parem tamen habebant honorem propter eadem auspicia. unde & Consules, pares sunt: quum necesse esset ut unus prior crearetur.
Auspicia majora, Majores honores & magistratus significant. nullus enim magistratus inauspicato creabatur. Budæus.
Dare auspicium. Sil. lib. 13.
Dare signum & auspicium alicui. Sil. lib. 7.
Dirimere auspicia. Plin. lib. 7. cap. 57.
Dissolvere. Cic. in Vatin. 11. An quia tu semper sic egisses, auspicia fueris augur dissoluturus.
Ementiri. Cic. 1. de Divin. 29. Appius collega tuus, bonus augur, ut ex te audire soleo, non satis scienter virum bonum & civem egregium censor C. Ateium notavit, quod ementitum auspicia subscripferit.
Evenerunt auspicia secunda. Cic. 1. de Divin. 27. Cujus quidem hoc præclarissimum est, quod posteaquam a Cæsare tetrachiæ regno, pecuniaque mulctatus est, negat se tamen eorum auspiciorum, quæ sibi ad Pompeium proficiscenti, secunda evenerint, pœnitere.
Facere auspicium. Liv. 1. Circa summum culmen hominis auspicium fecisse.
Facere ratum auspicium. Cic. 2. de Divin. 80. Cur autem aliis a dextra, aliis læva datum est avibus, ut ratum auspicium facere possint?
Mittere auspicia. Liv. 1. 18. extr. Tum peregit verbis auspicia quæ mitti vellet: quibus missis Numa rex declaratus de templo descendit.
Præmonere auspicium. Cic. 2. de Legib. 21. Quique agent rem duelli, quique popularem, auspicium præmonento.
Vetat auspicium. Ovid. 6. Fast. 174.

AUSPĬCOR, [οἰωνοσκοπῶ, κατάρχομαι] āri. Auspicium capere. Cic. 2. de Divin. 76. Illi autem qui in auspicium adhibetur, quum ita imperavit is qui auspicatur, dicito.
Auspicari tripudio. Cic. 1. de Divin. 77. C. Flaminius quum tripudio auspicaretur, pullarius diem prælii committendi differebat.
Auspicari, Incipere. Plin. lib. 7. in procem. Itaque feliciter natus jacet, manibus pedibusque devinctis, flens, animal ceteris imperaturum, & a suppliciis vitam auspicatur, unam tantum ob culpam, quia natum est.

AUSPICO, [οἰωνοσκοπῶ] āre. Utitur Plautus frequenter. Pers. 4. 6. 7. Ego auspicavi in hunc diem.
Auspicare avem, aut aliud quodvis animal. Plaut. Stich. 2. 3. 46.
Certum est mustelæ posthac nunquam credere:
Nam incertiorem nullam novi bestiam:
Quin & ipsa decies in die mutat locum:
Eam auspicavi ego in re capitali mea.
Auspicare alicui rei. Plaut. Rud. 3. 4. 12. Non hodie isti auspicavi rei, ut cum furcifero fabuler. conf. Non. 7. 5. Gell. 3. 2. Auspicaverunt.

AUSPICĀTUS, [αἴσιωθείς] Partic. Boni auspicii, Auspicio captus, consecratus.
Impetus non auspicatus. Hor. 3. Carm. 6. 10.
Auspicatus locus. Cic. pro C. Rabir. 11. Quamobrem uter nostrûm tandem Labiene popularis est? tune, qui civibus Romanis in concione ipsa carnificem, qui vincla adhiberi putas oportere? qui in campo Martio comitiis centuriatis, auspicato in loco, crucem ad civium supplicium defigi & constitui jubes? an ego, &c.
Exordium, Quintil. lib. 10. cap. 1. Itaque ut apud illos Homerus, sic apud nos Virgilius auspicatissimum dederit exordium: h.e Felicissimum.
Arbor, Plin. lib. 13. cap. 22. Nec auspicatior in Lesbo insula arbor quæ vocatur evonymos.
Venus, Catull. 43. 26. Quis ullos homines beatiores
Vidit? quis Venerem auspicatiorem?

AUSPICATO, Adv. [αἰσιωμένως] i. e. Auspicio capto. Cic. 2. de Nat. Deor. 11. Itane vero ego non justus, qui & Consul rogans, & augur, & auspicato?
Auspicato, Feliciter (ut ait Valla) quasi Auspiciis non repugnantibus. Ter. And. 4. 5. 12. Haud auspicato huc me appuli. Ubi Donatus, Haud auspicato, id est inauspicatus, quod non esset auspicatus. Et usitatum veteribus sic dicere, siquid aliquando aliter evenisset quam vellent. Cic. 2. de Divin. 76. Bellicam rem administrari majores nostri, nisi auspicato noluerunt.
Auspicato renuntiare Consulem. Cic. pro Muren. 1. Quæ deprecatus a diis immortalibus sum, Judices, more institutoque majorum illo die quo auspicato comitiis centuriatis L. Murenam Consulem renuntiavi: ut, &c.

AUSRAVIA, vel AUSTRAVIA, Insula Oceani Septentrionalis, a Barbaris sic appellata: a Romanis vero Glessaria, a Glesso i. e. Succino, cum scilicet Germanicus Cæsar ibi res classibus gereret. Auctor Plin. lib. 37. cap. 3. Idem tamen Plin. lib. 4. cap. 13. hanc vocat Austraniam: & ita legit Hermolaus.

AUSTER, tri. [Νότος] Ventus Meridionalis, ab Haurio; nam veteres huic voci aspirabant, scribentes Hauster, quod MSS Codd. testantur. Hæc Erythræus. Auster Græce Νότος dicitur ab humore & nebula, quod νοτὶς Græce, Humor Latina interpretatione dicatur, ac sit is ventus sudoris effector. Nonius. Cæs. 3. Bell. Civil. 26. Nacti Austrum naves solvunt.
Austri sibilus. Virg. 5. Ecl 82.
Austris non adversis ætatem ducere. Hor. 2. Epist. 2. 202.

Non

Non agimur tumidis velis Aquilone ſecundo,
Non tamen adverſis ætatem ducimus Auſtris. h. e. Nec in ſumma proſperitate ſumus, nec in ſumma calamitate.

Aquaticus. Ovid. 2. Met. 853.
Aſpirans. Virg. 5. Æn. 764.
Calidus. Claud. de Bell. Get. 59.
Crepitans. Virg. 3. Æn. 70.
Denſus. Virg. 5. Æn. 696.
Frigidus, Virg. 4. Georg. 261. i. e. (ut exponit Sabinus) Languidus. Auſter enim non eſt frigidus, ſed calidus & humidus. Sed forte Frigidum dixit poeta, quia frigidus eſt in ſua origine: ſed quia per zonam torridam ad nos commeat, calidus pervenit, ut tradit Macrobius in Somnio Scipionis, lib. 2. cap. 5. V. Ariſtot. in Problem. ſect. 26.
Furens. Virg. 1. Æn. 55.
Gelidus. Claud. 4. Conſ. Hon. 428.
Humidus. Virg. 1. Georg. 462. Claud. in 1. Conſ. Stil. 395.
Hybernus. Tibull. 1. 1.
Inexorabilis. Sil. lib. 16.
Lenis. Virg. 3. Æn. 70.
Levis. Valer. 6. Argon. 665.
Madens. Sen. OEth. 1.
Madidus. Claud. 2. Conſ. Stil. 103.
Mitis. Cic. 7. Att. 2.
Nebuloſus. Sen. Med. 8.
Nigerrimus. Virg. 3. Georg. 278. Stat. 5. Theb. 705.
Nocens corporibus. Hor. 2. Carm. 14. 16.
Nubilus. Ovid. 11. Met. 663.
Plumbeus. Hor. 2. Serm. 6. 18. Ab effectu. h. e. Aggravans animos, more plumbi. [Niſi pro Valde gravi, ſenſu translato tamen, poſuit.
Pluvius. Ovid. 1. Met. 66.
Spirans æſtibus. Ovid. 7. Met. 532.
Tepidus. Sen. Hippol. 1.
Turbidus. Claud. Laud. Seren. 203.
Validus. Hor. 1. Epiſt. 11. 15.
Vehemens. Cic. 16. Att. 6.
Cadunt Auſtri. In CADO.
Immiſi Auſtrum floribus. Proverbii ſpecie, Virg. 2. Ecl. 58.

Eheu quid volui miſero mihi? floribus Auſtrum
Perditus, & liquidis immiſi fontibus apros. De vento Auſtro interpretor (inquit Turnebus) cujus aura calida & æſtuoſa ſtatim langueſcunt flores pulcherrimi. Stat. 3. Sylv. 3. 129.
Pubenteſque roſæ primos moriuntur ad Auſtros.

Immurmurat ſilvis Auſter. Virg. 4. Georg. 261.
Increbruit Auſter. V. INCREBRESCO.
Ingeminant Auſtri. i. e. Repetunt ſuos flatus venti. Virg. 1. Georg. 333.
Auſtri pro Ventis, figura apud Virgil. celebrata, & eſt ſpecies pro genere. Virg. 1. Æn. 540. [Synecdoche ſcil poëtica.

AUSTELLUS, i. m. dimin. Lucil. apud Nonium 2. 229.

AUSTRALIS, e. [Νότιος] ut, Auſtralis ora. Cic. 2. de Nat. Deor. Et Auſtrales morbos vocant medici, Qui Auſtro flante generantur. eſt enim ventus admodum peſtifer.
Auſtralis annus. Claud. 1. Eutrop. 403.
Cingulus, i. e. Meridionalis zona. Cic. de Somn. Scip. 15. Duo ſunt habitabiles, quorum Auſtralis ille, in quo qui inſiſtunt, adverſa vobis urgent veſtigia, nihil ad veſtrum genus. Loquitur de quinque terræ zonis.
Latus. Claud. 2. in Eutrop. 242.
Nimbi Auſtrales. Ovid. 4. de Pont. 4. 1.
Polus Auſtralis, i. e. Antarcticus. Sen. OEth. 8. Ovid. 2. Met. 132.

AUSTRĬFER, Adj. Sil. 12. 2.
— Auſtrifero nebuloſam vertice frontem. Immitis condebat hiems.

AUSTRĪNUS, aliud Adj. [νότιος] ut, Auſtrini flatus, Qui flant ab Auſtro. Columel. lib. 7. cap. 3.
Auſtrinum cœlum. Plin. lib. 16. cap. 26. Pyrus & amygdala, etiamſi non pluat, ſed fiat Auſtrinum cœlum atque nubilum, florem amittunt. Auſter enim dum flat, innumeras nubes attrahit. Hinc proverbium (quia & Cæcias dicitur) Attrahit ad ſe mala, ut Cæcias nubes. De homine infelice.
Calores Auſtrini. Virg. 2. Georg. 270.
Auſtrinus dies. Columel. lib. 11. cap. 2. III Cal. Maias mane Capra exoritur, Auſtrinus dies, interdum pluviæ.
Polus. Plin. lib. 5. cap. 19.

AUSTRO, āre. Humectare. Auſtrati ad ignem ſedent. Ex Plauto affertur, [falſo, opinor.

AUSTĒRUS, a, um. [αὐστηρὸς] contrarium eſt Suavi: ſumptum a Græcis, apud quos αὐστηρὸς, Auſterus dicitur. ut Auſteri homines. Cic. 3. de Orat. 96. Quanto molliores ſunt & delicatiores in cantu flexiones, & falſæ voculæ, quam certæ & ſeveræ? quibus tamen non modo auſteri, ſed ſi ſæpius fiunt, multitudo ipſa reclamat.
Curatio auſtera. Plin. lib. 24. cap. 7.
Color. Plin. lib. 35. cap. 6. Sunt autem colores auſteri aut floridi. Utrunque natura, aut miſtura evenit. Floridi ſunt quos dominus pingenti præſtat, minium, armenium, cinnabaris, chryſocolla, indicum, purpuriſſum. Ceteri auſteri.
Guſtus auſterior. Columel. lib. 12. cap. 12.
Homo auſterus & gravis. Cic. in Piſon. 71.
Labor. Hor. 2. Serm. 2. 12.
More ac modo auſtero cum aliquo agere. Cic. pro Cœl. 33.
Muſta auſtera in lacu. Quintil. lib. 2. cap. 7.
Poemata. Hor. in Arte Poet. 342.
Suavitas auſtera, cui Dulcis opponitur. Cic. 3. de Orat. 101.
Vinum auſterius. Columel. lib. 3. cap. 2.
Vir auſterus. Propert. 3. 3. 50.

AUSTERĬTAS, ātis. f. [αὐστηρότης] contraria eſt Suavitati. Quintil. lib. 2. cap. 2. Non auſteritas ejus triſtis, non diſſoluta ſit comitas. Loquitur de præceptore pueris tradendo.
Auſteritas & Frontis remiſſio opponuntur. Plin. Epiſt. 5. lib. 11.
Auſteritas colorum. Plin. lib. 35. cap. 10. Et eadem res nimis floridis coloribus auſteritatem occulte daret.

AUSTERE, Adv. [αὐστηρῶς] Cic. pro Muren. 74. At enim agit mecum auſtere & Stoice Cato.

AUSTRALIS, AUSTRINUS, AUSTRO, as. V. AUSTER.

AUSTRASIA, Francia primum Orientalis ſub Car. M. dicta, Occidentali ſeu Neuſtriæ oppoſita, illam *Oſtrich*, hanc *Weſtrich* appellabant. Deinde Franciæ mediæ, ſeu regno Metenſi id nomen tributum, ex quo tria deinde regna, Lotharingicum, Burgundicum, & Arelatenſe extiterunt. V. Obrechti Prodr. Rer. Alſatic.

AUSTRIA, [Παννονίας ἄνω χώρα] Hodie Provincia Germaniæ. Veterum fuit Pannoniæ ſuperioris regio, ab Auſtro vento Meridionali dicta, quod ad Auſtrum ſita ſit. Nomen dedit Domui Auſtriacæ, ex qua inde ab Alberto I. imperatores Germaniæ, & reges Hiſpaniæ. Dividitur in ſuperiorem, ſeu Ciſdanubianam; & inferiorem, ſeu Transdanubianam.

AUSTRIĂCUS, Adj. Ad Auſtriam pertinens.

AUSTRI Cornu, [τὸ Νότου κέρας] Promontorii nomen eſt in Æthiopia, cujus meminit Strabo lib. 16.

AUSTRUM, V. Hauſtrum in HAURIO.

AUSUS, V. AUDEO.

A U T

AUT, [ἢ] Conjunctio disjunctiva eſt. Cic. 5. Tuſc. 118. Aut bibat, aut abeat. Ter. And. 1. 1. 30. Aut equos alere, aut canes ad venandum, aut ad philoſophos.
Aut, ſæpius repetitum. Cic. in Piſon. 94. Res ipſa & Reip. tempus, aut me ipſum, quod nolim: aut alium quempiam: aut invitabit, aut dehortabitur. Idem 1. de Orat. 36. Cetera (inquit) aſſentior Craſſo, ne aut de C. Lælii ſoceri mei, aut de hujus generi, aut arte aut gloria detraham.
Aut vel. Ulp. in l. 1. §. 1. D. de aleator. Hæc clauſula pertinet ad eum qui compulit ludere: ut aut multa multetur, aut in latumias, vel in vincula publica detur.
Aut poſt Utrum, pro An, in editione Pariſien. in 8vo, lib. 2. de Officiis. Locus mutatus eſt in Lamb. editione p. 384. ubi de Themiſtocle. H. St. En locum: Themiſtocles eſt auctor adhibendus; qui cum conſuleretur, utrum bono viro pauperi, aut minus probato diviti filiam collocaret? Ita MSS.
Aut vero, pro Aut etiam. Cic. 6. Verr 78. Quem tibi aut hominem, invitis diis immortalibus, aut vero deum, tantis eorum religionibus violatis, auxilio futurum putas?
Aut etiam, aut vero. Cic. 1. de Orat. 76. Sed ſiquis eſſet, aut ſi etiam unquam fuiſſet, aut vero ſi eſſe poſſet, tu eſſes unus profecto.
Aut vero, pro Aut etiam, & tamen præcedit Aut etiam. H. St. [παρόραμα videtur H. Stephani. Recte enim hæc habent.
Aut quia, geminatum. Hor. 2. Serm. 7. 25.

Aut quia non ſentis, quod clamas rectius eſſe:
Aut quia non firmus rectum defendis, & hæres.

Aut corrective pro Saltem. Salluſt. Jugurth. 60. Profecto cuncti aut magna pars. [vel potius, pro Aut certe.
Aut certe. Cic. in Brut. 254. Quo enim uno vincebamur a victa Græcia, id aut ereptum illi eſt, aut certe nobis cum illis communicatum.
Aut, cum interrogatione poſitum. Ter. Eun. 1. 2. 75. Aut ego neſciebam quorſum tu ires? Ita Græci ſuo ἢ in interrogando utuntur. Sic Stephanus. Sed error natus eſt ex MSS vitioſis. Alii enim Codd. rectius habent At, ut obſervat Cl. Waſſe in indice ad Salluſtium. [Lindenbrog. exhibet, Haud ego neſciebam. Quod amplector, & quidem ſublata quoque nota interrogationis, quam is reliquit.
De AUT ſic Diomed. lib. 1. Aut conjunctio dubitativa, ſi geminetur, habet poteſtatem quæ dicit, Aut librum volo, aut pretium, utrunque ex æquo deſiderare ſignificat. Aut, ſi ſemel pronuntietur, diminutiva eſt, & gradum habet ad inferiora tendentem: ut dicimus, Eum librum volo, aut pretium. ut ſi liber quem potiſſimum volo, minime reddatur: tu quod ſecundum, pretium.
Aut, modo conjunctiva eſt, quum dicimus, Aut da mihi, aut rapio. Modo hortativa eſt. Ita Virg. 9. Æn. 495.

Aut tu magne pater divûm miſerere. Modo conjunctiva pro Et. ut Virg. 1. Æn. 414.
Molirive moram, aut veniendi poſcere cauſas. Et pro Que. ut Virg. 1. Georg. 411.
Tum liquidas corvi preſſo ter gutture voces
Aut quater ingeminant. pro Quaterque. Modo pro ſeperativa ut Virg. 1. Æn. 438.
Aut onera accipiunt venientum, aut agmine facto. Idem 4. Æn. 62.
— media inter cornua fundit,
Aut ante ora deûm, pingues ſpatiatur ad aras. i. e. Modo funditur, modo ſpatiatur. Hæc ex Diomede, fere ad verbum.

AUTAPODIA, [αὐταπόδια] Calceamenti genus. idem cum iis quæ ἀναξυρίδας alio nomine appellant, ut auctor eſt Pollux lib. 7. cap. 22. [Nomen male fictum ex trium vocum confuſione: ὥσπερ αὖ τὰ πόδεια, ut docuit Kuhnius.

AUTARIATÆ, [Αὐταριάται Stephano] Populi in Illyrico bellicoſiſſimi, qui quum Triballos, & Ardiæos vicinos ſuos debellaſſent, poſtea a Scordiſcis attriti, & tandem a Romanis penitus deleti ſunt. Strab. lib. 7.

AUTEI, [Αὐτέοι] Arabiæ populi. Plin. lib. 6. cap. 29.

AUTEM, [δὲ] Diſcretiva conjunctio, qua ea quæ diſcreta intelligi volumus, connectimus. Valla, Vero & Autem idem ſignificant, & eodem in loco poni poſſunt, antecedente utique aliqua dictione. nunquam enim ab his ſententia incipit. Collocantur autem frequenter, ut nuſquam referantur, ſed tantum diſtinguant ſententiam a ſententia. Hactenus Valla lib. 2. Ter. Adelph. 4. 2. 48. Æſchinus odioſe ceſſat, prandium corrumpitur. Cteſipho autem in amore eſt totus. Cic. 11. Fam. 15. Quod fecit ille diligenter: mihi autem nihil amabilius officio tuo & diligentia.
Quid autem? Ter. Adelph. 3. 4. 16. Salve Demea. D. quid autem? Cic. 5. Tuſc. 16. Qua pulchritudine urbem, quibus autem opibus præditam, ſervitute oppreſſam tenuit civitatem? De Dionyſio Syracuſano.
Quid mea autem? Ter. Eun. 5. 2. 10. Ah quid faciam? quid mea autem? quid faciet mihi, &c.
Autem, pro Etiam. Plaut. Trucul. 4. 3. 64. Agite, abite: tu domum, & tu autem domum. Ter. Eun. 3. 2. 22. Quid tu ais Gnatho? nunquid habes quod contemnas? quid tu autem Thraſo? tacent: ſatis laudant.
Atque adeo autem. Ter. Eun. 5. 5. 22. Atque adeo autem cur non egomet intro eo?
Ecce autem. Ter. Phorm. 1. 5. 34. Ecce autem ſimilia omnia: omnes congruunt. Ubi Donatus, Ecce autem, vox eſt apta his quæ nova & improviſa animo accidunt. Sic Virg. 2. Æn. 203.

Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta.

Autem enim. Plaut. Pseud. 1. 5. 21. Vetus nolo faciat. C. autem enim nequicquam vis. i. e. Profecto: verum inusitatum est.

Neque enim, neque autem. Cic. 5. Fam. 12. Neque enim tu is es, qui quid sis nescias: & qui non eos magis, qui te non admirentur, invidos, quam eos qui laudent, assentatores arbitrere. Neque autem ego sum ita demens, &c.

Pridie autem, in principio orationis. Cic. 9. Att. 9. Pridie autem apud me Crassipes fuerat.

Porro autem. Ter. Adelph. 3. 3. 66. D. Hoc vitio datur. S. probissime. D. porro autem. Ubi Donatus, Porro autem, At vero, & hujusmodi principia narrationum sunt, quibus superiora sequentibus connectuntur. Idem Eun. 3. 5. 63. Nunc metuo fratrem, ne intus sit: porro autem, pater ne rure redierit jam.

Tum autem, pro Præterea. Ter. Eun. 5. 9. 6. Scis sponsam mihi? PA. bene, ita me dii ament factum. G. audin' tu illum quid ait? C. tum autem Phædriæ meo fratri gaudeo amorem esse omnem in tranquillo.

Tum autem, pro Et. Ter. Eun. 2. 3. 20.

Ut illum dii deæque senium perdant, qui me hodie remoratus est.
Meque adeo qui restiterim: tum autem qui illum non floccifecerim.

Ubi Donatus, Tum autem pro Et. duas vult enim causas esse cur seipsum dii perdant: unam, quod restiterit: alteram, quod senem perversitus diu remanserit a persequenda virgine.

Tum obsonium autem? Plaut. Aul. 3. 6. 24. i. e. Et præterea quale mihi obsonium misisti? Idem Bacch. 1. 2. 58. Sumne autem nihili, qui nequeam ingenio moderari meo? Budæus.

Autem vero. Cic. 1. de Orat. 70. Est enim finitimus oratori poeta, numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior, multis vero ornandis generibus socius ac pene par: in hoc quidem certe prope idem, nullis ut terminis circumscribat, aut definiat jus suum.

Vix autem. Cic. 2. Verr. 12. Ut ea restitui in antiquum statum nullo modo possit, vix autem per multos annos.

Autem, inter multas copulativas ponitur, quasi respirationis causa. Cic. 2. de Nat. Deor. 52. Tum autem rursus aperiuntur, tum abeunt, tum recedunt, tum antecedunt, tum autem subsequuntur, tum celerius moventur, tum tardius.

Autem utimur, quum verbum jam dictum repetimus cum interrogatione, corrigentes quod minus nobis dictum videbatur. Cic. 6. Att. Quid tandem isti mali in tam tenera insula non fecissent? fecissent autem? imo quid ante adventum meum non fecerunt? Idem pro Rabir. Posth. 48. Nunquis testis Posthumum appellavit? testis autem? num accusator? Budæus.

Autem, servit præcipue repetitis interrogationibus cum indignatione. Cic. pro Cluent 167. Quod autem tempus veneni dandi illo die? in illa frequentia? per quem porro datum? Ter. Eun. 4. 7. 28. Ego non tangam meam? CH. tuam autem furcifer? Ex Budæo.

Autem, tertio & quarto loco positum. Gell. lib. 19. cap. 1. Noscitandæ probationes autem, &c. Plaut. Amph. prol. 144. Tum meo patri autem torulus inerit aureus. Virg. 2. Æn. 101.

Sed quid ego hæc autem nequicquam ingrata revolvo?

Authe, [Αὔθη] Alcyonei gigantis, qui Herculis telis confossus est, filia. Is enim filias habuit septem, quæ ob patris mortem in mare præcipitantes se, ab Amphitrite in Alcyones mutatæ sunt, ut quibusdam placet. Harum nomina Hegesander ponit hæc, Phosoniam, Authen, Methonen, Alcippen, Pallenen, Asterien, & Drymo. Hæc Janus Parrhasius in Claudian.

Authentes [αὐθέντης] ait Budæus in Commentariis, etiam αὐτόχειρα significat. Paulo post, Theodorus Gaza in libro περὶ μηνῶν ait hoc vocabulum olim tantum significasse τὸν αὐτόχειρα: postea vero & supra mille annos αὐθέντην Græce hoc significare cœpisse, quod apud Latinos Auctor significat. Id quod ideo dicit factum, ut Græci unam dictionem haberent, quæ plane responderet dictioni Latinæ: hoc est, huic nomini Auctor. Inde αὐθεντία, Auctoritas: quod verbum in Pandectis sæpe legitur, & ipse Gaza usus est in Catone. Nam quod ibi Cicero dixit, Tenebat auctoritatem in suos, Gaza vertit αὐθεντίαν. Sed contra Gazam pugnat Ciceronis auctoritas, qui 9. Att. 17. ita scribit, Ubi est illa pax, de qua Balbus scripserat torqueri se? ecquid acerbius? ecquid crudelius? Atque eum loqui quidam αὐθεντικῶς narrabant. Et 10. Att. 9. Etiam illud erat persuasum, Pompeium cum magnis copiis iter in Germaniam per Illyricum fecisse: id enim αὐθεντικῶς nuntiabatur. Utrobique αὐθεντικῶς significat, Non sine certo auctore. Hæc ex Budæo. Alii sic exponunt, Cum auctoritate, Certo auctore, Pro certo. Alciatus lib. 2. Parergôn cap 46. Authenticon pro Re certæ fidei poni constat, non solum apud Julianum Paulumque jurisconsultos, sed etiam apud Cic. 9. Att. 10. Tametsi Gaza libello de Mensibus hanc vocem apud veteres hoc sensu non reperiri scribat, sed eos qui citra mille annos scripsere, hac dictione αὐθέντης uti cœpisse, ut eum exprimerent quem Latini Auctorem dicunt. olim enim idem significabat quod αὐτόχειρ, i. e Propria manu aliquid patrans. Hæc ille. Charis. lib. 1. Auctor siquidem dicitur, quod augeret & generaret: & Auctricem dicemus, quod pariter augere possit. quum vero ad auctoritatem refertur, pro communi accipiendum. Servius in illud 12. Æn. 159. Auctor ego audendi: Nomina, inquit, in tor desinentia, fœminina ex se faciunt quæ in trix terminantur, si tamen a verbo veniant. ut ab Lego & lector & lectrix facit, Doceo doctor & doctrix. Si autem a verbo non venerint, communia sunt: nam similiter & masculina & fœminina in tor exeunt: ut hic & hæc senator, hic & hæc balneator: licet Petronius usurpaverit, Balneatricem dicens. Tale est hic & hæc auctor: sed tunc quum ab Auctoritate descendit, ut hoc loco. Quum autem ab eo venit quod est Augeo, & Auctor & Auctrix facit: ut si dicas, Auctor divitiarum, vel Auctrix patrimonii. Ab Augeo deduci contendit F. Philelphus lib. 7. Epist. V. AUCTOR in AUGEO, quo postrema hæc pertinent.

Authenticus, [αὐθεντικὸς] Adj. Quod factum est ab eo qui auctoritate valet. Hinc Lex authentica, & decretum authenticum, Quod comprobatum est ab iis qui authoritate pollent.

Tabulæ authenticæ, sunt Primariæ unde exempla desumuntur. Ulp. in l. Ceteræ. D. Famil. ercisc. Hæredem enim exemplum debere dare, tabulas vero authenticas ipsum retinere, aut in ædem deponere.

Instrumenta authentica. Paul. in l. 2. D. de fid. instrum Quicunque a fisco convenitur, non ex indice & exemplo alicujus scripturæ, sed ex authentico conveniendus est: ut ita contractus fides possit ostendi.

Rationes authenticæ. Ulp. in l. Pomponius. D. Famil. ercisc. Plerumque enim authenticæ rationes sunt necessariæ actori ad instruenda ea quæ postea emergunt ad notitiam ejus spectantia.

Authepsa, æ. [αὐθέψα] Genus ollæ, cujus meminit Cic. pro Rosc. Amer. 133. his verbis. Domus referta vasis Corinthiis & Deliacis, in quibus est authepsa illa, quam tanto pretio nuper mercatus est, ut qui prætereuntes pretium enumerari audiebant, fundum venire arbitrarentur. Hæc olla videtur fuisse ex ære Corinthio facta, tanto artificio, ut paucissimo & fere nullo igni supposito, elixaret quæ imponebantur. Vas porro fuisse videtur ex ære, duos habens fundos: quorum in superiore elixanda, in inferiore igniculus imponebatur, coquendis quæ suprapposita fuerant, accommodatus. Vocabulum fictum est ex αὐτὸς & ἕψω, elixo, coquo. quasi Quod per se cibos coqueret. V. Schol. & not. ad Cic.

Author, Authoritas, &c. V. Auctor, &c. in AUGEO.

Autini, [Αὔτινοι] Hyberniæ populi sunt. Ptolem.

Autobulus, [Αὐτόβουλος] Pictoris nomen, apud Plin. lib. 35. cap. 11.

Autocanes, [Αὐτοκάνης] Mons ponitur ab Homero in Hymnis.

Autochthŏnēs, [Αὐτόχθονες] Populi, qui non alio referunt originem suam, verum ex ipso solo nati videri volunt. Latini Indigenas vocant. Sic Tacit. Germ. 2. Ipsos Germanos indigenas crediderim, minimeque aliarum gentium adventibus & hospitiis mixtos.

Autogrăphus, a, um. Adj. [αὐτόγραφος] Manu propria scriptus. Suet. Aug. 71. Nec id dubium est autographa quadam epistola. Ibid. 87. Literæ ipsius autographæ ostentant. Sæpe & usurpatur Autographum absolute, subaudita scil. voce Exemplar. Idiographum librum vocat Gellius, lib. 9. cap. 14. quem nos Autographum.

Autolŏles, [Αὐτόλολες] Populi sunt Mauritaniæ ad Atlantem montem. V. Plin. lib. 5. cap. 1. & 2. & Sil. lib. 3. 306.

Nec non Autololes levibus gens ignea plantis,
Cui sonipes cursu, cui cesserit incitus amnis,
Tanta fuga est. Vagi appellantur a Lucan. lib. 4. 677.

Autolўcus, [Αὐτόλυκος] Mercurii seu Deucalionis filius, & maternus Ulyssis avus, furtorum nomine insignis, ut Homerus, Odyss. τ. 394. & Plato in libro de Republica testantur. V. Serv. ad Æn. 2. 79. Columel. lib. 1. cap. 3.

Alius fuit, Conditor Sinopis, & comes Jasonis apud Strabonem.

Tertius, Athleta nobilis pancratiastes, cujus statuam in foro Athenis fuisse auctor est Pausanias. Meminit & Plin. hujus lib. 34. cap. 8.

Automalax Præsidium, [Αὐτομάλαξ φρούριον Ptolemæo] Urbs Cyrenes, quæ alio nomine Pentapolis dicitur a quinque ejus præclaris urbibus, Berenice, Arsinoe, Ptolemaide, Apollonia, Cyrene. Automala Straboni dicta, Steph. Automalaca. vulgo *Estam.*

Automataria, V. post AUTOMATON.

Automate, [Αὐτομάτη] Insula una inter Cycladas: Hiera etiam dicta: de qua Plin. lib. 2. cap. 87.

Automaton, [αὐτόματον] Quod per se movetur. Vitruv. lib. 9. cap. 9. de horologiis. Ergo Ctesibius quum animadvertisset ex tactu cœli & expressionibus, spiritus, vocesque nasci, his principiis usus, hydraulicas machinas primus instituit: item aquarum expressiones αὐτομάτους porrecti, rotundationisque machinas. Αὐτομάτους, i. e. Ultroneas, inquit Phil. spontaneas. Fiunt autem machinis sua sponte versatilibus, & per se motis. Suet. in Claud. cap. 34. Si aut αὐτόματον, vel pegma, vel quid tale aliud parum cessisset. Sunt igitur Automata (ut ait Politianus Miscell. cap. 97.) Quæ ita mechanici fabricantur, ut sua sponte efficere quippiam, nulla apparente causa, videantur: qualia nunc horologia sunt, aut versatiles quædam machinæ, in quibus imagunculas, occulta vi, cursitantes ludibundasque miramur: quales etiam vel fontes, vel ignes, quodam artificioso temperamento, specieque nova, certis intervallis, aquas flammasve jaculantes. Automatum enim, velut Ultroneum & spontale possumus Latine interpretari. Sic Homer. in 2. Rhap. venisse ad dapem Menelaum dicit automaton. Sponte sua significans, non cujuspiam vocatu, quasi A semet impulsum.

Automataria, ōrum. Idem quod Automata, fictum ab Ulpiano in l. 41. §. 7. D. de legat. & fideicom. Sed automataria (inquit) aut si qui canthari, per quos aquæ saliunt, poterunt legari.

Automatia [Αὐτοματία] Hoc nomine Fors Fortuna culta fuit a Siculis. Nam cum Timoleon ex Sicilia tyrannos ejecisset, ideoque ipsi multi inviderent, quod scilicet ab omnibus laudaretur, ipse, ut invidiam vitaret, Fortunæ, quam Αὐτοματίαν vocabant, templum erexit: fassus neque vi, neque prudentia sua, sed Fortunæ auxilio illa se perfecisse. Auctores Plutarch. περὶ ἀμαρτ. & Nepos in Vit. c. 4.

Automatium, i. n. Locus ubi automatia fierent. Petron. Fragm. In automatium me conjeci.

Automĕdon, ontis. [Αὐτομέδων] Auriga Achillis. Virg. 2. Æn. 477.

— & equorum agitator Achillis
Armiger Automedon. Et Ovid. 5. Trist. 6. 10. Huc alludit Cic. pro Rosc. Amer. 98 Non adest iste T. Roscius? non suis manibus in curru collocat Automedontem illum, sui sceleris acerbissimi, nefariæque victoriæ nuntium? ubi Scholiast. V.

Autonŏe, es. [Αὐτονόη] Filia Cadmi & Hermiones, teste Hesiodo, uxor Aristæi, ex qua natus Actæon, qui Autonoëius ab Ovid. vocatur 3. Met. 198. — fugit Autonoeius heros, &c. V. Juven. 6. Sat. 72.

Autophōros, [αὐτόφωρος] Latine dicitur Fur manifestus. Budæus.

Autophyes, [αὐτοφυὴς] Nativum, non adventitium, aut artificiosum. Ulp. l. 70. D. de leg. & fideic. lib. 32.

Autopyron, n. [αὐτόπυρος] Cels. lib. 2. cap. 18. ait esse Panem, cui nihil ademptum est. Cic. 5. Tusc. 97. Cibarium panem vocat. Budæus. [Immo Celso τὸ αὐτόπυρον genus farinæ triticeæ, quod a Cibario pane nominatim distinguit.

Panem αὐτόπυρον Galen. lib. 1. de Aliment. dici vult, quod ὅλος αὐτὸς ὁ πυρὸς, id est totum ipsum triticum, nulla sui parte adempta, in panificium cedit. hunc etiam vocat συγκόμιστον: quoniam in eum συγκομίζεται, hoc est, convehitur seu confertur simul omnis indiscreta farina. Itaque Medius, Autopyros & Syncomistus panis idem erunt.

Autor, &c. V. AUCTOR.

Autricum, Urbs Carnutum, Ptolemæo. vulgo *Chartres.*

Autumnus, i. m. [ὀπώρα, φθινόπωρον] Quarta pars anni, quæ Æstatem sequitur. Festus, Auctumnum quidam dictum existimant, quod tunc maxime augeantur hominum opes, coactis agrorum fructibus. V. & Vossii Etym. Virg. 1. Georg. 311.

Quid tempestates Autumni & sidera dicam?

Autumnum, neutro genere antiquis dictum probat Nonius ex Varr. Ephemeride

meride Navali: Etesiæ (inquit) diutius & uberius flaverant, & Autumnum ventosum fuerat.
Æstus Autumni. Virg. 3. Georg. 479. i. e. Calor.
Flexus Autumni. Tacit. 5. Hist. 23. i. e. Quum Autumnus vergere incipit & inclinari.
Frigora Autumni. Virg. 2. Georg. 321.
Tempestates Autumni. Virg. 1. Georg. 311.
Adultus Autumnus. In ADOLEO.
Dives. Stat. 5. Silv. 1. 50.
Gravis. Hor. 2. Serm. 6. 19. & Cæs. 3. Bell. Civil. 2. V. Lethifer.
Inæquales Autumni. Ovid. 1. Met. 117.
Perque hyemes, æstusque & inæquales Autumnos.
Lethifer. Juven. 4. Sat. 56. Lethiferum vocat, quia medici morbos Autumno ingravescere autumant propter putrefactionem. conf. Gravis.
Maturus. Ovid. 15. Met. 210.
Pampineus. Virg. 2. Georg. 5. h. e. Pampinosum, ut quo tempore, vites foliis & fructibus plenæ sint.
Pomifer. Hor. 4. Carm. 7. 11.
Siccatus frigore Autumnus. Juven. 11. Sat. 76.
Sordidus. Ovid. 2. Met. 29.
Varius Autumnus. Hor. 2. Carm. 5. 11.
Distinguit Autumnus racemos
Purpureo varius colore.
Varios ponit fœtus Autumnus. Virg. 2. Georg. 521.
Autumnus, pro Autumni pictura & imagine, ut apud Lucret. lib. 1. 176.
Vites Autumno fundi sudante videmus. Ubi partem anni accipimus, quum Autumni simulacrum pictum significari credam. Nam Autumnus ita pingebatur, ut aut e vitibus vinum colligeret, aut uvas calcaret, vel ab earum calcatione sordidus esset. Fundi autem vites dicuntur, quæ vinum fundunt, ut arbustum dicitur fluere, quod vinum profundit. Turneb.

AUTUMNĬTAS, ātis. f. [ὀπώρα] Idem significat. Cato cap. 5. Circum oleas Autumnitate ablaqueato. Item Proventus Autumni. Arnob.

AUTUMNUS, a, um. Adj. Idem quod Autumnalis. ut, Æquinoctium Autumnum. Plin. lib. 19. cap. 6. V. Harduin. ad l. 17. S. 25.

AUTUMNĀLIS, e. [ὀπωρινὸς] ut, Autumnale æquinoctium. Plin. lib. 2. cap. 41. Varro lib. 1. cap. 39. Nonne videmus alia florere Verno tempore, alia Æstivo, neque eadem Autumnali quæ Hyberno?
Corna autumnalia. Ovid. 8. Met. 665.
Lumen. Cic. in Arat.
In quo Autumnali atque iterum Sol lumine Verno
Exæquat spatium lucis cum tempore noctis.
Pyra autumnalia, acidulo sapore jucunda, Plin. lib. 15. cap. 15. [Harduinus legit Anicia, postautumnalia, una voce. Et quid ni Postautumnalis dicatur, ut Postmeridianus? Sunt autem hæc, quæ post autumnum leguntur.

AUTUMNAT. Plin. lib. 2. cap. 50. In Italia semper quodammodo vernat vel autumnat.

AUTŬMO, [ὑπολαμβάνω] āre. quid significet, docet Gell. 15. 3. his verbis, Autumo non solum significat, Totum æstimo, sed & Dico, & opinor, & censeo. Cic. in Topic. 55. Bene quam meritam esse autumas, dicis male mereri. Ter. prol. Heaut. 19. Factum hic esse id non negat, neque se id pigere: & deinde facturum autumat. Hor. 2. Serm. 3. 45.
— insanum Chrysippi porticus & grex Autumat.
Autumare, pro Dicere. Plaut. Epid. 5. 1. 37. Di me ex perdita servatam volunt, si vera autumas.

AVULSUS, & AVULSOR. V. AVELLO.

AVUNCULUS, V. AVUS.

AVUS, i. m. [πάππος] Patris & matris pater, inquit Paulus. Festus, Avus, patris, matrisque pater, dictus a Græco vocabulo, quod est apud eos πάππος, mutatis quibusdam literis. Alii volunt, quod ex ea voce appelletur, quod apud eosdem Græcos πάτα appellatur, significatque Magnum, quoniam veluti Magnus pater sit Avus. Alii putant Avum dictum esse, quia ad duos attineat, quasi Adduum, vel quia ad patrem sit additus. Hactenus Festus. Cic. pro Muren. 15. Proavus L. Murenæ, & avus Prætores fuerant.
Ab avo. V. AB.
Maternus avus. Suet. Tiber. 7. & Hor. 1. Serm. 6. 3. Paternus avus. Ibid.
Avi penatibus reddi. Tacit. 1. Ann. 5.
Transcendere avum ætate. Sen. Troad. 6.
Nomen clarum avorum. Ovid. 1. de Pont. 9. 39.
Nobiles avi. Sen. Herc. fur. 6.
Avi numerantur avorum. Virg. 4. Georg. 209.
Despectis ortus avis. Ovid. 20. Epist. 224. His locc. Avi pro Majoribus.

AVUNCŬLUS, i. m. [μητράδελφος, θεῖος πρὸς μητρὸς] Matris meæ frater. Traxit appellationem ab eo, quod æque tertius a me ut avus est, sed non ejusdem juris: ideoque vocabuli facta diminutio est. Sive avunculus appellatur, quod avi locum obtineat, & proximitate tueatur sororis filium. Hæc Fest. adde Stat. 4. Sylv. 8. 12. Paulus, Avunculus is matris est frater. Cic. 3. de Fin. 6. Attendes igitur ut soles, diligenter, eamque controversiam dijudicabis, quæ mihi fuit cum avunculo tuo divino ac singulari viro.
Avunculus major, JCtis est proaviæ frater, patris vel matris avunculus. Magnus, est Aviæ frater. Paulus de Grad. affin. Cic. de Clar. Orat. 222. Drusum, tuum magnum avunculum, gravem oratorem, &c. i. e. Aviæ maternæ fratrem.
Avunculus, pro Avunculus magnus. Suet. Aug. 8. & 10. Idem Major. Aug. 7. & Claud. 3. Pers. 6. Sat. 60. Major avunculus exit. V. MAGNUS.

AVIA, æ. [μάμμη] Patris vel Matris meæ mater. Cic. de Arusp. Resp. 22. Mater Dea, te, te, Cn. Lentule, cujus ab avia manibus esset accepta, spectatorem esse voluit.
Veteres aviæ, pro Anilibus deliriis. Pers. 5. Sat. 92. Budæus. Solent enim anus & vetulæ delirare.
De avia nihil superest, i. e. De bonis aviæ. Pers. 6. Sat. 55.

AVĪTUS, Adj. [παππικὸς] Quod est avi, vel Quod ab avo nobis contigit.
Bona avita. Cic. pro Cœl.
Cella. Hor. 1. Carm. 37. 6.
Fundus. Hor. 1. Carm. 12. 43.
Hospitium. Cic. 13. Fam. 34. Avitum mihi hospitium est cum Lysone Lysonis filio Lilybætano, valdeque ab eo observor.
Honores avitæ laudis. Lucan. ad Pison. 33.
Avitum malum, regni cupido. Liv. 1. 6.
Merum avitum. Ovid. 2. de Arte Am. 695. i. e. Vetus.
Nomen. Ovid. 6. Met. 239.
Opes avitæ. Plin. lib. 9. cap. 35.
Patria & avita philosophia. Cic. 1. Tusc. 45. Hæc enim pulchritudo etiam in terris patriam illam, & avitam (ut ait Theophrastus) philosophiam cognitionis cupiditate incensam excitavit.
Regnum. Cic. pro Lege Manil. & Liv. 1.
Sanguine avito nobilis. Propert. lib. 2. 22. 33.
Solium avitum. Virg. 7. Æn. 169.
Tumulus, Sepulcrum avi. Ovid. 4. Trist. 3. 45.
Umbræ avitæ, pro Majorum umbris. i. e. Animabus. Ovid. 1. Fast. 43.
At Numa nec Janum, nec avitas præterit umbras.

A U X

AUXARIA, [σύνδενδρος τόπος] Secreta nemoris dicta sunt, quod ibi frequentant aves, secundum Isidor. 17. Etymol. cap. 6. Inde venit Impensatio auxaria. C. de fund. patrimon. l. 2. lib. 41.

AUXESIA & Damia, Deæ fuerunt, quas peculiari religione Epidaurii coluerunt, de quibus legimus in 5. lib. Herodot. quod quum infructuosa esset Epidaurus, in calamitate cives oraculum Delphicum consuluerunt, quibus Pythia respondit, eis tum demum bene futurum, si Damiæ & Auxesiæ simulacra erigerent, &c. Reliquum historiæ vide apud ipsum Herodotum.

AUXILIUM, i. n. [βοήθεια, συμμαχία] Adjumentum: Proprie vox militaris, qua denotabantur Sociorum copiæ, & opes, quæ militantibus subsidio essent. Inter Auxilia & Legiones olim hoc interfuit, quod Legiones ex Romanis ipsis scriberentur, Auxilia vero a sociis & fœderatis gentibus mitterentur. Veget. 2. 2. V. Suet. Tiber. 16. & 30. Varr. 4. de L. L. 16. Auxilium appellatum ab auctu, quum accesserant qui adjumento essent, alienigenæ. V. AUXILIARES.
Auxilia, Vide apud Suidam Αὐξίλια. H. St.
Auxilium adversæ valetudinis. Cels. lib. 1. in procem. Verique simile est inter non multa auxilia adversæ valetudinis, plerumque tamen eam bonam contigisse, ob bonos mores: quos neque desidia, neque luxuria vitiarant.
Auxilium esse in re aliqua adversus. Cels. lib. 5. cap. 26.
Auxilium juris, est Suffragium, & beneficium juris; prout dicitur, Contra hæc prodita sunt juris auxilia. V. de hoc Ulp. l. 1. D. ad s. c. Silan. §. quum dominus. & seq.
Auxilium & numen. Cic. Anteq. iret in exil. 25.
Argentarium auxilium. V. ARGENTUM.
Emortuum. Plaut. Epid. 1. 2. 14.
Invalidum. Tacit. 1. Ann. 2.
Magica auxilia. Tibul. lib. 1. 8. 53.
Mutuo auxilio sustinentur. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Mutuis auxiliis stant omnia. Quintil. lib. 3. cap. 4.
Præsens auxilium. Virg. 2. Georg. 130.
Valentissimum. Cels. lib. 4. cap. 22.
Validius. Cels. lib. 3. cap. 22.
Viæ auxilium. i. e. Viaticum. Virg. 1. Æn. 362.
Vitale auxilium, Ad conservandum vitam idoneum. Lucret. lib. 5. 225.
Voluntaria auxilia comparare. In COMPARO.
Accersere auxilia. In ACCERSO.
Accita auxilia. In ACCIO.
Adhibere auxilium. In ADHIBEO.
Auxilium sibi adjungere. In ADJUNGO.
Afferre auxilium alicui malo. In AFFERO.
Arripere auxilium ad. In ARRIPIO.
Cogere auxilia. Colligere auxiliares copias. Virg. 8. Æn. 8.
Collocare auxilia in mediam aciem. In COLLOCO.
Comparare sibi auxilia. In COMPARO.
Concidit auxilium. Ovid. 4. de Pont. 6. 14. i. e. Periit.
Convertere auxilium in perniciem. In CONVERTO.
Dare auxilium, Juvare. Virg. 2. Æn. 691.
Deesse, vel Parcere auxilio; Non uti, vel Parcere auxilio quod nobis offertur ab amico. Cic. pro Cn. Planc. Dixisti enim, non auxilium mihi, sed me auxilio defuisse. Ego vero fateor me hercule, quod viderim, mihi auxilium non deesse: idcirco me illi auxilio pepercisse.
Defendere numine atque auxilio. Cic. 2. in Catil. extr. Sed hic præsentes suo numine atque auxilio, sua templa atque urbis tecta defendunt. Scil. Dii.
Efflagitare auxilium. Cic. Anteq. iret in exil. 10.
Egere auxilio. Ovid. 13. Met. 71.
Eripere auxilium alicui. Virg. 9. Æn. 129.
Facere auxilia. Tacit. 6. Ann. 33.
Ferre auxilium. In FERO.
Ferre opem atque auxilium. Cic. 4. Verr. 9.
Gubernatur ope & auxilio deorum Resp. Cic. pro C. Rabir. 5. Ab Jove Optimo Maximo, ceterisque diis deabusque immortalibus, quorum ope & auxilio multo magis hæc Respub. quam ratione hominum & consilio gubernatur, pacem ac veniam peto.
Habere auxilium ex re aliqua. Cic. 11. Philipp. 26. Decernerem plane sicut multa, Consulem alterum ambosve, &c. non ut ex ea acie auxilium haberemus, sed ut ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum.
Implorare auxilium. Virg. 4. Æn. 617. V. IMPLORO.
Invocare auxilia libertati. Tacit. 15. Ann. 59. Dum auxilia libertati invocat.
Juvare auxilio. In JUVO.
Levare aliquem auxilio. Virg. 2. Æn. 452.
Mittere auxilium alicui. Cic. pro Deiot. 22. Imperatoribus nostris auxilia mitteret.
Mutuari. In MUTUUS.
Negare. Ovid. 15. Met. 649.
Obstare auxilio, Impedire auxilium. Claud. 2. de Rapt. Pros. 235.
Orbari auxilio. Cic. pro Muren. 83. V. ORBO.
Ostendere. Cic. Anteq. iret in exil. 25. Sic nunc in meis miseriis divinum aliquod auxilium & numen ostendite.
Parcere auxilio. In PARCO. conf. Deesse sup.
Perierunt auxilii tempora, i. e. Nulla amplius restat auxiliandi occasio. Ovid. Rem. Amor. 107.
Petere auxilium. Juven. 15. Sat. 150. Virg. 8. Æn. 10.

Petere ab aliquo auxilium. Cic. in Orat. 141.
Petere auxilium capiti & fortunis ſuis. Cic. pro Cluent.
Promittere. Ovid. 13. Met. 325.
Pugnare auxiliis. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Quærere auxilium. Ovid. 1. Met. 368.
Rapere auxilia etiam cum quadam temeritate. Celſ. lib. 3. cap. 7. i. e. Promptiſſime adhibere.
Rogare. Ovid. 7. Met. 90.
Sperare auxilium alicujus. Sil. lib. 7.
Spoliare auxilio. Cic. 3. Verr.
Subire auxilio, Opem ferre. Virg. 2. Æn. 216.
Submittere auxilia. Sil. lib. 8. Idem, Auxilia ſubmiſſa. lib. 12.
Sumere auxilium. Ovid. 7. Met. 507.
Sunt auxilio adjutores mihi, & mecum militant. Plaut. Epid. 5. 2. 11.
Turba futura eſt auxilio. Ovid. Rem. Amor. 582.
Auxilium eſt mihi in patre. Plaut. Amph.
Auxilio mihi & ſuppetiæ ſunt domi. Plaut. Epid. 5. 2. 12.
Auxilio eſſe alicui, Adjuvare aliquem. Plaut. Aul. 4. 9. 4.
Auxilio in paterna injuria ſolent eſſe matres filiis. Ter. Heaut. 5. 2. 39.
Suſtinere auxilium aliquod non poſſe. Celſ. lib. 2. cap. 10.
Tentare auxilium alicunde. Virg. 3. Æn. 146.
Vocare auxilio aliquem. Virg. 5. Æn. 222.
Uti legis auxilio. Quintil. lib. 6. cap. 5.
Auxili, genit. pro Auxilii. Hor. Epod. 1. 21.

AUXĬLIOR, [βοηθέω, συναίρομαι] āri. Adjuvare, opem ferre. Ter. Adel. 2. 4. 9. Ut ſi omnes cuperent, nihil tibi poſſent auxiliari. Ovid. 1. de Pont. 3. 23.

Tollere nodoſam neſcit medicina podagram,
Nec formidatis auxiliatur aquis.

Formidatas aquas Hydropem appellat.
Auxiliari contra aliquid. Plin. lib. 24. cap. 12.
Auxiliari morbis. Plin. lib. 13. cap. 22.

AUXILIO, āre. Idem apud antiquos. Gracchus apud Diomed. lib. 1. p. 395. Quibus ego primus quomodo auxiliem? conf. Priſc. lib. 8. p. 797. & apud eundem Lucilius p. 791. A me auxiliatus ſi eſt.

AUXILIĀTOR, oris. m. [βοηθὸς] Qui auxiliatur. Quintil. lib. 12. cap. 3. Et ipſe litigantium auxiliator egebit auxilio. Tacit. 6. Ann. 37. 4. Haud inglorius auxiliator. Stat. 3. Sylv. 4. 23.

— ubi maximus ægris
Auxiliator adeſt.

AUXILIĀRIS, e. [σύμμαχος] Qui auxilio eſt, ſive auxilium affert: ut, Amicus auxiliaris.
Arma. Ovid. 6. Met. 424.
Cohortes. Cæſ. 1. Bell. Civil. 63.
Copiæ. & frequenter Abſol. ut in Gloſſ. vet. Feſtus, Auxiliares dicuntur in bello Socii Romanorum exterarum nationum, dicti ex Græco vocabulo αὔξησις, quod nos dicimus Rerum creſcentium auctionem. Veget. de Re Mil. lib. 2. 112. 4. Auxiliares conducuntur ad prælium ex diverſis muneribus venientes: nec diſciplina inter ſe, nec notitia, nec affectione conſentiunt. V. Lex. Pitiſc. ad voc. Auxilia.
Dea, Lucina. Ovid. 9. Met. 698.
Duces. Liv. 1. Bell. Pun.
Milites. Cæſ. 3. Bell. Gall. 25.
Vis. Plin. lib. 23. cap. 1.

AUXILIARIUS, Adj. [συμμαχικὸς] Idem. ut, Auxiliaria cohors. Cic. de Provinc. Conſ. 15. Idem 10. Fam. 32. Militem non modo legionarium, ſed ne auxiliarium quidem ullum quoquam miſi. Hirt. Bell. Alex. cap. 62. Salluſt. Jugurth. cap. 46. Liv. 40. 40.

AUXILIĀTUS, Partic. [βεβοηθημένος] Stat. 5. Sylv. 1. 158.

Nil famuli cœtus, nil ars operoſa medentum
Auxiliata malis.

Paſſive, Vitruv. 5. 8. Vox ab imis auxiliata cum incremento ſcandens.

AUXILIATUS, ûs. m. ut Suppetiatus, inquit Nonius. Lucret. lib. 5. 1038.

Alituum porro genus alis omne videmus
Fidere, & a pennis tremulum petere auxiliatum.

AUXILIATIO, ōnis. f. Idem apud Non. 4. 403. & Liv. 2. 33. Quibus auxiliatio adverſus conſules eſſet. al. Auxilii latio.

AUXILIATRIX, īcis. f. Caſſiodor. 2. Epiſt. 40. Muſica pernicioſa odia convertit ad auxiliatricem gratiam.

AUXILIABUNDUS, a, um. Apul. de Deo Socr. p. 48. Edit. Elmenh. Virgiliana Juturna in mediis millibus auxiliabunda fratri converſatur.

AUXILLA, æ. f. dimin. ab Aula, vel Olla; Auxilla, Olla parvula, inquit Feſtus. [Forte Aucilla avicula parvula, vel corrupte Auxilla, ut eſt in Gloſſ. ex Varrone. V. AUCILLA. Vel Axilla, Ala parvula, nam ea litera ſequitur. Quanquam Cic. diſſentiat. V. AXILLA. vel lege Aſſula parvula. Nam & Axis dicebatur, pro Aſſis. in Gloſſ. quoque corrupte Auxis, ἄξων, & Axiculus infra, pro Aſſiculus, inde Axula & alterum dimin. Axilla. Locus certe ſanus non videtur.

AUXIMUM, [Αὔξιμον] Picentum oppidum in Italia, quod belli civilis tempore in poteſtatem Cæſaris venit: a quo Auximates populi dicti ſunt, teſte Strabone. vulgo *Oſimum* dicitur. V. Vellei. 1. 15. 3. Auximon apud Lucan. 2. 466. Vitioſe legitur Oximum apud Liv. 41. & 42. De hoc V. Lex. Pitiſc.

AUXO, Nomen unius e Gratiis apud Pauſan. in Bœot. & Clem. Alex. Protr. p. 16. ed. Pariſ. V. Theoph. Raynaud. Theol. Nat. diſt. 7. p. 31.

A X A

AXAMENTA, dicebantur Carmina Saliaria, quæ a Saliis ſacerdotibus componebantur in univerſos homines; Nam in Deos ſingulos, verſus facti, a nominibus eorum appellabantur, ut Januali, Junonii, Minervii. Hæc Feſt. V. Scalig. Dacer. & Voſſ. Etymol. p. 95. Roſin. Ant. Rom. 3. 20. & Lex. Pitiſc.

AXANTOS, Inſula eſt in Oceano Septentrionali poſt Hyberniam. Plin. lib. 4. cap. 16.

AXATIARA, Oppidum in conventu Hiſpalenſi, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 3.

A X E

AXE AGGLOMERATI, Univerſi ſtantes, id eſt cohortibus aut legionibus. Feſtus.

AXEDO, ōnis. f. Marc. Empir. cap. 33. Axedonem figere ſuper lotium.

AXENUM Mare, [Ἄξενος ἢ ἄξεινος πόντος] olim dicebatur, ab Inhoſpitali accolarum feritate, qui poſtea Euxinus dictus eſt, κατ' εὐφημισμόν. Nam (ut Strabo lib. 7. tradit) ſolebant Scythæ, maris hujus incolæ, hoſpites immolare, eorumque carnibus veſci, & craniis uti loco poculorum. Ovid. 4. Triſt. 4. 56.

Frigida me cohibent Euxini littora Ponti:
Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.

l. ſeq. conf. EUXINUS.

A X I

AXIĂCÆ, [Ἀξιάκαι] Populi ſunt Sarmatiæ Europææ, inter Tyram & Boryſthenem amnes, Peucinis & Carpianis proximi. Ita dicti ab Axiace fluvio, ex Peucinis jugis naſcente, qui Carpatho monti adhæret. Hos autem populos juſtiſſimos fuiſſe tradit Pomponius lib. 2. Meminit horum Plin. lib. 4. cap. 12. & Ptolem. lib. 3. cap. 5.

AXIACES, [Ἀξιάκης] Fluvius eſt qui alio nomine dicitur Hypanis. V. HYPANIS. Axiaces hodie *Neſter* vocatur. Apud Melam lib. 2. cap. 1. Hypanis & Axiaces duo ſunt fluvii diverſi, ſed vicini. [Accuratius de his fluminibus disquirit Cellarius. q. V. de Hodierno nomine parum convenit. Sunt qui *Bugam* eſſe ſtatuunt.

AXICULUS, V. AXIS.

AXILLA, [μασχάλη] Valla in Raudenſem, Poetæ appellant locum illum concavum ſubter brachium, alam: quia in eo pili, quaſi pennæ naſcuntur. Ex Cic. in Orat. 153. collegeris, axilla, maxilla, paxillus, nativa eſſe & integra: quum dicat ex Axilla per contractionem factum eſſe ala: ex Maxilla, mala: ex Paxillus, palus: ex Vexillum, velum: ex Taxillus, talus. idque fuga literæ vaſtioris, hoc eſt ut litera illa vaſtior x, quæ vim duarum conſonantium habet, & ſonum quendam agreſtem, fugeretur. conf. AUXILLA.
Aſcellam dixerunt ævi ſequioris auctores, ut Odo Abbas Cluniac. apud Vincent. Bellovacenſ. Spec. Hiſt. 24. 54.
Axilla etiam eſt Cognomen Serviliorum. Sigon. de Nom. Rom. cap. 5. Vaillant. Numiſm. Ær. Imper. 1. p. 89.

AXIM, [πράξω] pro Egerim. Pacuvius Peribœa, Ut quæ egi, ago, vel axim, verruncent bene. Nonius 10. 7. Axit antiquos dixiſſe pro Egerit manifeſtum eſt. Feſtus. Hinc

AXIES, pl. Mulieres ſive Dii dicebantur una agentes. Feſt. alii legunt Axites. conf. Turneb. Adverſ. 23. 18. Item

AXITIOSUS, a, um. ut, Axitioſa mulier, Quæ curioſe omnia ſatagit. Varr. 6. de L. L. 3. ex Plauto, Axitioſæ annonam caram e vili concinnant viris. V. Taubm. p. 1464. & Feſt. infra.

AXINOMANTĪA, [ἀξινομαντεία] Genus magicæ divinationis per ſecures, quas Græci axinas vocant. Plin. lib. 36. cap. 19. Hoc dicuntur uti magi in ea quam vocant axinomantiam. Idem 30. 2.

AXIOCHUS, [Ἀξίοχος] Nomen philoſophi, cui Plato librum de Morte ſcripſit, & dicavit. [Quem tamen Platonis non eſſe ſatis conſtat. V. Fabric. Bibl. Græc. Vol. 2.

AXIŌMA, ătis. [ἀξίωμα] Dignitas & amplitudo propter honores geſtos, aut magiſtratum: vel etiam Auctoritas, quam δύναμιν Græci vocant. Hinc Axiomatici: Proceres, magnates, qui ſunt in dignitate & functione aliqua publica.
Axioma, eſt item Junioribus philoſophis Communis & per ſe clara & manifeſta ſententia: ut, Quæ eidem ſunt æqualia, ſunt inter ſe æqualia. Has Græci κοινὰς ἐννοίας vocabant.
Axioma, idem quod Enuntiatio. Cic. de Fato, 1. Explicandaque vis eſt ratioque enuntiationum, quæ Græci ἀξιώματα vocant, quæ, &c. Item 4. Acad. 95. Nempe fundamentum dialecticæ eſt, quicquid enuntietur (id autem appellant ἀξίωμα, quod eſt quaſi effatum) aut verum eſſe aut falſum. Axioma, (inquit Donatus in Andriam, 1. 1. 18.) Sententia eſt, vel Enuntiatio uno verbo continens nexam & perfectam intelligentiam: ut, Quin tu uno verbo dic. Id eſt (inquit) ἀξίωμα. Hoc & Verbum a veteribus appellatum idem ad Eun. 1. 2. obſervat.

AXION, [Ἀξίων] Frater fuit Alpheſibϲæ, quæ Alcmæoni nupſit, a quo Alcmæon ipſe interfectus eſſe creditur, vel ut ſentire videtur Ovid. a filiis Callirrhoës.

AXIOTHEA, æ. f. Phliaſia, Platonis diſcipula. Laert. init. lib. 4.

AXIS, is. m. [ἄξων] plures habet ſignificationes: nam & Pars cœli Septentrionalis, & Stipes teres circa quem rota vertitur, & Tabula ſectilis, Axis appellatur, inquit Feſtus.
Axis, Pars Septentrionalis: quem Polum ſive Verticem quidam appellant. Cic. 1. Tuſc. 68. Tum globum terræ eminentem e mari, fixum in medio mundi univerſi loco, duabus oris diſtantibus habitabilem & cultum. Quarum altera, quam nos incolimus, ſub axe poſita ad ſtellas ſeptem, unde — horrifer

Aquilonis ſtridor gelidas molitur nives:

Altera Auſtralis ignota nobis, quam vocant Græci ἀντίχθονα. Manil. 4. 589.

Aſper ab axe ruit Boreas.

Cic. de Univerſ. 32. Jam vero terram altricem noſtram quæ trajecto axi ſuſtinetur diei noctisque effectricem. [Hic accuratius locutus eſt. Nam Axis mundi eſt ipſa dimetiens, circa quam volvitur. V. Manil. l. 1. v. 158. Poëtæ vero abuſive pro Polo ſeu vertice uſurpant, quomodo & Plato viciſſim pro axe Polum poſuit, in verbis, quæ Cic. convertit. V. Henr. Steph. Theſ. Gr. v. πόλος.
Axis, pro Cœlo. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 116.
Axis ætheris. Virg. 2. Æn. 512.

— nudoque ſub ætheris axe
Ingens ara fuit.

Ubi Servius, Sub ætheris axe, h. e. Sub divo, quod impluvium dicitur. Axis autem eſt aut Plauſtrum Septentrionale, aut Pars Septentrionis, aut Spiritus quo mundus movetur, ſicut docet Lucanus. [An Lucretius?] Virg. 8. Æn. 28.

— gelidique ſub ætheris axe.

Ubi idem Servius; Sub ætheris axe, i. e. Sub aëre.
Cœli axis. Stat. 12. Theb. 560.
Æthereus. Ovid. 6. Met. 175. & 2. 297.
Aſtriferi. Lucan. lib. 9. 5.
Aſtrigeri. Stat. 10. Theb. 822.
Aureus. Ovid. 2. Met. 107.
Calidus. Claud. Conſ. Prob. 37.
Candens. Ovid. 2. Met. 297.
Fulgidus. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 116.
Heſperius. Ovid. 4. Met. 214. Sil. 1. 130.

Horrifer. Val. 5. Argon. 517.
Igniferi. Claud. Conf. Mall. Theod. 275.
Nivalis. Valer. 5. Argon. 204.
Noctivagi. Claud. Conf. Prob. 243.
Scythicus. Sen. OEth. 9.
Serenatus. Sil. lib. 12.
Serenus. Stat. 5. Theb. 86.
Stelliger. Stat. 3. Sylv. 3. 77.
Torrentiſſimus. Stat. 3. Sylv. 1. 52.
Ardeſcit axis. Ovid. 1. Met. 255.

— ne forte ſacer tot ab ignibus æther
Conciperet flammas, totusque ardeſceret axis.

Cludere axem. i. e. Occultare aſtra. Sen. OEth. 11.
Axis, pro Regione ſub axe poſita. Sil.
Axis, Lignum teres, circa quod rota vertitur. Virg. 3. Georg. 172.

Poſt valido nitens ſub pondere faginus axis. Plin. lib. 15. cap. 8. Lora etiam ac coria omnia, axesque decocta amurca ungi. Martial. lib. 2. 77.

Utilis ungendis axibus eſſe potes. Perſ. 5. Sat. 72.
Quum rota poſterior curras, & in axe ſecundo.

Axis temone revulſus. Ovid. 2. Met. 316.

— illic temone revulſus Axis.

Axis, pro Toto curru. Juven. 1. Sat. 60. Dum pervolat axe citato. Sic
Citus axis. i. e. Celer. de Solis curru. Ovid. 2. Met. 75.
Everſus. Sil. lib. 16.
Falcati axes. i. e. Currus in quibus erant affixæ falces, ad obvios armatos diſſecandos, quibus etiam Galli adverſus Cæſarem uſi ſunt. Valer. 6. Argon. 387.
Fervens. i. e. Currus celer. Sil. lib. 1.
Fervidus. Virg. 3. Georg. 107. i. e. Currus: nam tam rotæ quam axis curſu caleſcunt. Servius.
Ignifer. Ovid. 2. Met. 59. de Solis curru.
Igneus. Stat. 6. Theb. 526. ut Fervens.
Phœbeus. i. e. Currus Solis. Sen. OEth. 1442.
Pigri. Claud. Idyl Phœnix 61.
Purpureus, Currus Solis. Ovid. 4. Epiſt. 160.
Pruinoſus, i. e. Currus Auroræ. Ovid. 1. Amor. 13. 2.
Rapidus. Stat. 6. Theb. 321. de curru Solis.
Propellere axem. i. e. Currum. Sil. lib. 16. 407.
Sinuare axem. i. e. In gyrum vertere. Sil. lib. 16. 360.
Vellere axem emoto a cardine. Stat. 1. Theb. 349. Axis, h. e. Ferrum illud circa quod cardo januæ vertitur.

Axes, pro Aſſeribus. V. ASSIS, vel ASSER. Gell. lib. 2. cap. 12. In legibus Solonis illis antiquiſſimis, quæ Athenis axibus ligneis inciſæ ſunt.

Axes roborei. Columel. lib. 6. cap. 19. Roboreis axibus compingitur ſolum. *La terre eſt planchée de gros ais de cheſne.*

Axes æſculini, querni apud Vitruv. 7. 1. In fœm. gen. Axes quernas Palladius dixit 1. Tit. 9.

AXĬCŬLUS, dimin. *Une petite cheville, ou govion, qui traverſe la poulie.* Vitruv. lib. 10. cap. 2. In trochleam induntur orbiculi duo, per axiculos verſationes habentes. *En la mouſle ſont miſes deux poulies tournantes à leur aiſe au moyen des govions qui les traverſent.*

Item, Parvus axis, ſeu aſſis, vel aſſer. Columel. lib. 6. cap. 19. Ita ut a poſteriore parte, quæ latior eſt, velut in caveam quadrupes poſſit induci, nec exire alia parte prohibentibus adverſis axiculis.

AXIS, Fera eſt in India, hinnuli pelle, pluribus candidioribusque maculis, ſacra Liberi patris. V. Plin. lib. 8. cap. 21.

AXITIOSI, Factioſi dicebantur, quum plures una quid agerent facerentque. Axit autem antiquos dixiſſe pro Egerit manifeſtum eſt: unde Axies mulieres, ſive dii dicebatur, Una agentes. Feſtus. V. ſupra AXIM.

AXIUM, [Ἀξιόπολις] Ptolem. cap. 10. lib. 3. Civitas Myſiæ inferioris: vulgo *Chilia.* Eadem

AXIUPOLIS, Urbs in Troglodytis, ſecundum Danubium, citra Axium flumen. V. Panciroll. Notit. Dign. Imp. Orient. cap. 142.

AXIUS, Fluvius Mygdoniæ, quæ pars eſt Macedoniæ, dicitur Homero lib. 2. Il. οὗ κάλλιστον ὕδωρ, i. e. cujus pulcherrima eſt aqua. V. Herod. lib. 7. 123. Ptolem. lib. 3. cap. 11. & Plin. 4. 10.

A X O

AXO, ſive ASSO, āre. apud Feſtum, eſt Nominare; proprie ſignificat Ad axem, aſſerem, vel tabellam, decretum aliquod adſcribere, ut publicitus innoteſcat. Gloſſ. Anaxare.

AXON, [Ἄξων] Ionum fluvius in minore Aſia. Plin. lib. 5. cap. 27.

AXON, ōnis. [ἄξων] Lat. Axis. Linea in delineandis horologiis occurrens apud Vitruv. 9. 8. Item, Membrum baliſtæ. ibid. 10. 17.

AXŎNA, [Ἄξονα] Fluvius in extremis Rhemorum finibus, teſte Cæſ. 2. Bell. Gall. 5. *La riviere d' Aiſne.* Auſonius in Moſella non ita procul a fine.

Non tibi ſe Liger anteferet, non Axona præceps.

AXŌNES, [Ἄξωνες] Galliæ populi in finibus Rhemorum, Axonæ fluvii accolæ. Lucan. lib. 1. 423.

Et Biturix, longisque leves Axones in armis.

AXONES, [ἄξονες] Suidæ Leges Solonis, quod inſcriptæ eſſent ligneis axibus. conf. Gell. 2. 12. Lindenbrog. ad Ammian. 16. 5. qui voce hac uſus eſt Latine, Bochart. Geogr. p. 494. ſupra AXIS. & Lex. Pitiſc.

AXOS, [Ἄξος] Urbs Cherrhoneſi Thraciæ.

A X U

AXUNGIA, æ. f. [ἀξούγγιον] Adeps ſuillus inveteratus aut cum ſale, aut ſincerus: qui quanto vetuſtior, tanto utilior eſt. Plin. lib. 28. cap. 9. §. 37. Et per ſe axungiam medici antiqui maxime probabant renibus detractam, & exemptis venis aqua cœleſti fricabant crebro, decoquebantque fictili novo ſæpius, tum demum aſſervantes. Iſidor. 20. 2. & Plin. 23. 33. & Lex. Pitiſc. Medicis eſt cujusvis animalis adeps.

AXUR, & AXURUS, V. ANXUR.

A X Y

AXYLUS, [Ἄξυλος] Phrygis cujusdam nomen eſt, ſingulari benevolentia & humanitate erga hoſpites, quem Diomedes apud Trojam interemit. Homer. Iliad. 6.

A Z A

AZA, æ. [Ἄζα] Oppidum eſt Armeniæ minoris. Plin. lib. 6. cap. 9.

AZADARACHT, Arboris nomen eſt, cujus folia & lignum animalia necant. Hujus Avicenna meminit lib. 4. & Matthiol. apud Dioſcor. lib. 2. cap. 12.

AZALUM, i. n. Ferri genus quod Sericum appellatur. Plin. 34. 14. & Indicum l. ult. §. Species ff. de publ. & vect. V. Panciroll. Rer. Memor. P. 1. t. 13.

AZAN, ānis. [Ἄζαν] Mons Arcadiæ, ubi Cybele mater deorum colebatur. Stat. 4. Theb. 292.

Venit & Idæis ululatibus æmulus Azan.

AZANA, [Ἀζάνη] Æthiopiæ regio, quæ ſinum Rubri maris Arabicum appellatum obtinet. A qua Azanium mare. Plin. lib. 6. cap. 24.

AZANES, [Ἀζᾶνες] Arcadiæ populi, qui inter Græcam nationem vetuſtate præſtare creduntur. Strabo lib. 8.

AZANI, [Ἀζανοὶ Stephano] Oppidum eſt in ea parte Phrygiæ quæ Epictetica cognominatur, de quo Strab. lib. 12.

AZANIA, ſive AZANIUM, [Ἀζανία] Urbs Aſiæ minoris, quæ Herodoto Æzanum dicitur.

Stephanus de Nominibus urbium complures refert Azanias. Unam quæ ſit Arcadiæ pars: in hac fontem quempiam eſſe, cujus aquam qui guſtarit, hunc usqueadeo a vino abhorrere, ut nec odorem ferat. Alteram Maſſiliæ. Tertiam Phrygiæ, cujus etiam mentionem fecit Strabo lib. 12. Azani vocans. V. plura apud Stephanum.

AZAROLUS, i. Arbor eſt e meſpilorum genere, Neapoli frequens, mediocris proceritatis, cortice ac materia pruno haud abſimilis: ſpinis horrida, non tamen admodum acutis: foliis laciniatis, apii æmulis. Hæc Matthiol. ad Dioſcor. lib. 1. cap. 133.

AZARITIUS, [Ἀζαριτία] Fons eſt in Phrygia, quæ Epictetus dicitur, paulum ſupra mare, qui parvos crocodilos nutrit. Strab. lib. 12.

AZESIA, V. AMÆA.

AZIRIS, [Ἀζιρὶς] Civitas eſt Armeniæ minoris. Ptolem.

AZONAX, ăcis. Viri nomen proprium, a quo in magicis inſtitutus eſt Zoroaſtres. Plin. l. 30. c. 1. [Mſſ. Agonacem. An a recto Azonaces? Fortaſſis idem cum Acinace. de quo ſ. l.

AZONI, ōrum. m. pl. Ἄζωνοι, Dii, ut in Gloſſis eſt, qui in τῷ cœli regionibus non continentur. Meminit & diſtinguit Mart. Capell. lib. 1. p. 17. Item Servius ad Virg. 12. Æn. 118. Dii, inquit, communes ſunt, ut aliqui dicunt, Mars, Bellona, Victoria, quod hi in bello poſſunt utrique parti favere. Ut autem altioris ſcientiæ hominibus placet, Dii communes ſunt qui Ἄζωνοι dicuntur, i. e. Qui cœli certas non habent Zonas.

AZOTIOS, [Ἀζώτιος] Nationes quasdam eſſe Phœnicibus immixtas in Syria ſcribit Strab. lib. 16.

AZŌTUS, [Ἄζωτος] Urbs Syriæ inter Aſcalonem & Joppen, quam (ut ait Stephanus) condidit quidam e Mari rubro profugus, ex nomine uxoris ſuæ Azæ. Hæc eſt una e quinque Philiſtinorum urbibus quondam clariſſima.

Eſt & Azotus, Urbs Achaiæ, cujus meminit idem Stephanus.

AZURITANUM, Oppidum in Africa, de quo Plin. lib. 5. cap. 4.

AZȲMUS, [ἄζυμος] Adj. Latine dicitur Infermentatus. ut, Panis azymus. Galen. lib. 1. Aliment. Quod ſi (inquit) caſeus addatur, ceu rura noſtra feſtis diebus facere conſueverunt, quem ἄζυμον nuncupant, præſto quibusvis etiam robuſtiſſimi corporis noxa erit. Hic videtur intelligere per Panem azymum, quas vulgo Flammicas & Placentas appellare ſolemus.





B



Litera secunda in ordine alphabeti, in aliarum literarum locum, teste Quintil. lib. 1. cap. 4. data est aliquando: unde proprium Byrrhus pro Pyrrhus, & Bruges pro Fruges, & Belena pro Helena: fecit quoque ex Duello Bellum, unde Duellios quidam dicere Bellios ausi. V. Burman. in loc. B litera muta est, quæ non in sonum suum, sed in sonum E literæ finitur: gerit virtutem & potestatem mediam inter P & Ph. Quare nos ob literarum affinitatem, dictiones Græcas traducentes, nonnunquam π & φ in illam convertimus, ut quum apud Græcos πύξος scribatur, apud nos Buxus, & quod illi ἄμφω, nos Ambo transcribimus. At e contrario, quod illi per β scribunt, nos in Ph commutamus, ut θρίαμβος, Triumphus. Hujus cum V conson. usus est etiam fere promiscuus; nam ut Græci pro Varro dixere Βάῤῥων, pro Virgilius, Βιργίλιος: ita vicissim Latini a βιοτὴ, Vita, &c. dixerunt. Etiam in vocibus aliquot Latinis mansit hæc soni sive vicinitas, sive indifferentia; ut & Sevum & Sebum diceretur. Transit similiter B in alias cognatas; ut, a Rubeo Rufus, & quod Græci βάσκανον, Latini Fascinum scribunt. Quod Græci μῆλα, Latini Bela; a Glubo fit Gluma; a Scribo, scripsi, scriptum; a Jubeo, jussi. Harum etiam aliquæ vicissim in hanc, ut a Poplicula, Publicola; a Scamnum, Scabellum; a Promuscis, Proboscis, &c. Convertitur quandoque B in U vocalem euphoniæ vel differentiæ causa, idque in duobus tantum verbis, teste Cicerone, Aufero pro Abfero, Aufugio pro Abfugio: Quibus tamen adjungere licet Autumo, ab ἀποτιμῶ quod esset, Abtumo, ut ab ἐστιμῶ, Æstumo. B & C permutantur. Sic indifferenter dicitur Bauca vel Cauca, Bufo vel Cufo, ut ostendit Salmas. in Treb. Claud. cap. 14.

B sequentibus C, F, G. M, P, R, in easdem transit; ut Occurro, Sufficio, Suggero, Summitto, Supputo, Surripio. In mediis vocibus sequitur aliam B, ut Obba; liquidas item præter N, ut Albus, Imber, Orbis: N quippe tunc vertitur in M, ut Imbibo, Combibo. Initio non patitur post se, nisi L & R, ut Blandus, Brutus; nam Bdellium peregrina vox est. Admittit post se in fine S, ut Libs. Servit in dat. & abl. plur. nominum, & imperf. indic. verborum: item in futuris primæ & secundæ, & in derivatorum formis nonnullis: ut, a Fleo, Teneo; Flebilis, Tenebræ.

In antiquis & codicibus MSS. & monumentis B pro V sæpe positum invenitur, & contra; ut, Albei, Atabi, Abita, Abienus, Bictorinus, Bidua, Elbia, Probincia, Serbus, Viba, Urvasius, Vrittiæ, &c. pro Alvei, Atavi, Avita, Avienus, Victorinus, Vidua, Helvia, Provincia, Servus, Viva, Urbasius, Brittiæ. V. Lipsium Var. Lect. 2. 28. Spanh. de Usu & Præst. Num. diss. 2. p. 120. conf. Lex. Pitisc. in litera B. Hinc perpetua fere in verborum quorundam præter. & futur. confusio, præsertim in Pandectis Florentinis, ut viri docti observarunt. B etiam pro F a veteribus usurpari in inscriptionibus demonstrat Guther. de Jur. Man. 11. 24. B pro M permutari a Latinis librariis ostendit Salmas. Plin. Exerc. p. 284. 923. &c. V. plura in Lex. Pitisc. in B init.

B. Beatus, Bustum, Burra, Bonus, Brutus, vel Balbus. B̄ vel B. Bonæ memoriæ. B. A. Bixit annis, vel Bonam actionem. B. AV. Bonis auspiciis, vel Bonis avibus. B. B. Bene bene. B. C. Bonus cessit. B. D. Bonum datum. B. DD. Bonis deabus. B. DE. SE. M. Bene de se meritæ vel merito. B. F. Bonum factum, Beneficiarius, Bona fide vel fortuna, Bona filia vel fœmina, vel Bene fecit. B. F. C. Bona fide contractum. B. F. P. Bonæ fidei possessor. B. G. Bona gratia. B. H. Bonus homo, vel Bona hæreditaria. B. I. Bonum judicium. B. I. I. Bonum judicis judicium. B. L. Bona lex, vel Burræ libertus. B. M. Bonæ memoriæ, Bene merenti, Bene maneat, Bonis manibus. B. M. C. F. Bene merenti curavit faciendum. B. M. D. Bonæ memoriæ dedit. B.M.E. Bonæ memoriæ erexit. B.M.F. Bene merenti fecit. B.M.P. Bene merenti posuit. B.N. Bonum nomen, vel Bona nostra. BN.M. Bene merito. B.O. Bene optime. B. P. Bona possessio, Bonum publicum, Bona paterna, Bivus posuit. B. P. D. Bono publico datum. B. Q. Bona quæsita, Bene quiescat. B. R. Bonorum rector. B. R. P. N. Bono Reipubl. nato. B. S. D. Beleno sacrum dedit. B. S. F. Bene satisfecit. B. T. Bonorum tutor. B. V. Bene vixit, Bonus vir, Bene vale. B. X. Bixit, pro Vixit.

BA! item BAT! Interjectio est avertentis apud Plautum Pseud. 1. 3. 6. & Asin. 1. 1. 24. Sonum esse cornicinis ex ore lituum eximentis dicit Charisius, lib. 2. p. 213. Edit. Putsch.

BAAL, [Βαὰλ Suidæ] ait Augustinus, tom. 4. super Jud. lib. 7. Quæst. 16. est Nomen apud Tyrios, quod datur Jovi. Hieron. lib. 1. in Oseam, Semiramim ait, cum Zoroastrem magum Bactrianorum regem superasset, in tantam pervenisse gloriam, ut patrem suum Belum referret in deum, qui Hebraice dicitur Bel, & in multis prophetis, maximeque in Daniele. Hunc Sidonii (inquit) & Phœnices appellant Baal, qui idem sit qui Belus. Baal autem Græce ἔχων, Latine Habens interpretatur: unde Baalim, Me habens. Vocabulum Punicum est Dominum, vel Dominantem significans. V. Selden. de Diis Syris 2. 1. Voss. de Idolol. Et propter usum poeticum, Sedul. 4. 147. Prudent. Apoth. 393.

B A B

BABBA, Plinio, [Βαβαὶ Stephano, Africæ oppidum est, ad Atlantem montem. Huc ab Augusto colonia translata est, & a nomine avunculi Julia campestris appellata. Plin. lib. 5. cap. 1.

BABACTES, [Βαβάκτης] Unum ex nominibus Bacchi. ἀπὸ τοῦ βαβάζειν, quod est vociferari. Bacchæ enim in Liberi patris orgiis, inconditos quosdam ululatus edebant.

BABÆ, Græca vox admirantis, vel negligentis, vel dicta alterius læte accipientis: [βαβαὶ] pro qua Papæ Latini dixerunt. Plaut. Pseud. 1. 3. 131. Babæ, nunc demum mihi animus in tuto est loco. Stich. 5. 5. 30. Pers. 5. 2. 25. & Petron. cap. 37.

BABANENSES, Populi sunt Hispaniæ citerioris, in conventu Carthaginensi, quos inter celeberrimos stipendiariorum collocat Plin. lib. 3. cap. 3.

BABAS, Homo notissimæ fatuitatis, a Ba vel Bat, voce inarticulata infantibus & blæsis familiari.

BABIGER, a, um. Fatuus; stultus, ineptus. ut BABURRUS, Gloss. Isidor. conf. Isid. Orig. 10. Lit. B.

BABECALUS, vel BABÆCALUS, vel BABÆCUL. i. m. Dicaculum videtur significare. Arnob. 4. p. 141. Ut babecali adolescentes solent. Fragm. Trag. Petron. p. 14. Quemvis ex istis babæculis. conf. ibi Burm. cap. 37.

BABEL, ēlis. Nomen civitatis Assyriæ, quod a confusione linguarum accepit. Transfertur mystice ad Ecclesiam corruptam. August. Civ. Dei 16. 3.

BABILIUS, Homo Romanus, quem Plin. lib. 19. in procem. scribit, a freto Siciliæ, sexta die, adminiculo herbæ cujusdam, Alexandriam pervenisse: quod & quibusdam aliis accidisse commemorat, ibidem.

BABYLAS, [Βαβύλας] Præsul Antiochenus, quem & vita & doctrina præstantissimum Eusebius sæpe in historia commemorat.

BABYLO, Ter. Adel. 5. 7. 17. Dinumeret illi Babylo viginti minas. Quem locum interpretans Turnebus, Babylonem (inquit) ex urbis magnitudine & opibus, & Babyloniorum regum & Persicorum magnificentia & liberalitate Hominem nimium liberalem & profusum vocat, idque ex Atticorum consuetudine, qui Babylonios interdum Barbaros vocabant, id est Medos & Persas. Antiquus interpres verbo hoc transigit, nec satis explicat. [Immo Prodigum nimis interpretatur, ut erant Babylonii, probante Bentl. nisi quod ille, recto casu, legit, quemadmodum & Juvenalis Schol. ad Sat. 3. 221. atque ipsum adeo Donatum legisse apparet. Nam Eugraphii Comment. hic desiderantur. Ceterum cum non dissimulet aquam sibi hærere h. l. Donatus, planeque insolens sit Babylonem pro Babylonio poni, si maxime constaret de ceteris, non dubito, quin vetusto errore locus depravatus sit, nec aliud aptius in mentem venit, quam scripsisse Terentium. Dinumeret illi pupulo XX. minas. Sive jam hoc blandimenti nomine Ctesiphon, sive Æschinus intelligatur.

BĂBȲLON, ōnis. [Βαβυλὼν] Mesopotamiæ urbs est, Chaldaicarum gentium caput, quæ summam claritatem obtinuit in toto orbe: propter quam reliqua pars Mesopotamiæ Assyriæque Babylonia appellata est. Muri ambitum habent trecentorum & octoginta quinque stadiorum: quorum altitudo, pedes ducenti: latitudo, quinquageni: in singulos pedes, ternis digitis mensura ampliore, quam nostra. Via in mœnibus ipsis tam lata, ut quadrigæ sibi invicem occurrentes, facile pertransire possent. Quapropter inter septem orbis miracula numeratur. Hanc urbem Semiramis condidit. Auctor Plin. lib. 6. cap. 26. & Strabo lib. 25. V. Lex. Pitisc. Cic. 1. de Divin. 47. Nam Babylone paucis post diebus Alexander est mortuus.

Acus Babylonis, V. ACUS.

Opes Babylonis. Stat. 3. Sylv. 2. 137.

Antiqua Babylon. Stat. 3. Sylv. 2. 137.

Superba. Lucan. lib. 1. 10.

Babylona, accus. Propert. 3. 11. 21.

Est & Babylon, Ægypti castellum, ut ait Strabo: natura munitum, a Babyloniis illuc commigrantibus conditum. Una illic e tribus erat legionibus quæ Ægyptum custodiebant, ut idem Strabo auctor est. Ptolemæus hanc quoque Babyloniam vocat, hodie vero Cairum vel Alcairum appellant, quæ non castellum est, sed urbs maxima complu-

res

res complexa populos, ut frequentes inde redeuntes Christiani indicant. Volaterr. V. in dictione MEMPHIS.

BABYLONIA, [Βαβυλωνία] Regio est majoris Asiæ, a septentrione Mesopotamiæ partem spectans, ab ortu Susianam, a meridie sinus Persici partem, & ab occasu Arabiam desertam: ita dicta a Babylone urbe splendidissima, quæ olim Assyriorum regia fuit, & Chaldææ totius caput.

Interdum Babylonia, pro Babylone ponitur, e. g. apud Justin. 1. 2. 7. &c. V. Salmas. in Solin. p. 1225.

BABYLONIUS, a, um. [Βαβυλώνιος] Adj. ut
Mœnia Babylonia. Lucan. lib. 6. 50.
Muri. Curt. 5. 1. 16.
Babylonii numeri. Hor. 1. Carm. 11. 1.
— nec Babylonios
Tentaris numeros. i. e. Calculos Babyloniorum. V. mox sq.

Babylonius, i. m. gentile subst. Curt. 5. 1. 37. Hinc Babylonii pro Genethliacis, seu Mathematicis, quia præcipue sideralem scientiam excoluerunt. Cic. 2. de Divin. 97. Quod aiunt CD & LXX. millia annorum in periclitandis, experiundisque pueris quicunque essent nati, Babylonios posuisse, fallunt. Idem 1. de Divin. 36. Contemnamus etiam (inquit) Babylonios, qui ex Caucaso cœli signa servantes, numeris & motibus, stellarum cursus persequuntur.

BABYLONICUS, [Βαβυλώνιος] aliud Adj. ut,
Babylonica doctrina, i. e. Astrologia. Lucret. 5. 726.
Peristromata. Plaut. Stich. 2. 2. 54.
Stragulum Babylonicum, quod Plutarch. in Catone vocavit ἐπίβλημα τῶν ποικίλων βαβυλώνιον.
Picta superbe texta. Martial. lib. 8. 28.
Triclinia Babylonica dixit, de Metello loquens. Plin. lib. 8. 48.
Babylonica vestis, Quæ variis coloribus intexta est. V. Plin. lib. 8. cap. 48.

BABYLONICUM, i. n. Vestis Babylonica. Lucret. 4. 1023. Laberius apud Petron. cap. 55. Ulpian. l. 25. §. 3. de auro arg. conf. Fest. in Solla. & Lex. Pitisc.

BABYLONIACUS, a, um. aliud Adj. Manil. 4. 5. 73.
— Babyloniacas summersa profugit in undas.

BABYLONIENSIS, e. gentile, quo Plautus aliquoties usus est. Truc. 1. 1. 66. & scen. 2. v. 100. Babyloniensis miles.

BABYRSA, [Βαβύρσα] Castellum munitissimum Atropatiæ, regionis Mediæ, prope Artaxatam urbem. Strab. lib. 11.

BABYS, [Βάβυς] Frater fuit Marsyæ, qui non veritus est ipsum Apollinem ad canendi certamen evocare. A quo quum esset victus, ab eodem supinus de pinu suspensus, excoriatus est. Deinde quum Apollo pararet Babyn quoque perdere, intercessit Pallas, admonens hunc usqueadeo infeliciter & indocte tibiis canere, ut omnino negligendus videretur, κάκιον, inquiens, Βάβυς αὐλεῖ. i. e. Deterius Babys tibiis canit, quod & abiit in proverbium, de iis quorum exercitatio semper vergit in pejus. Usurpabitur etiam & per comparationem, ut mentione facta de præceptore indocto, si quis de discipulo percontanti, hoc pacto respondeat, κάκιον Βάβυς αὐλεῖ. Erasm.

BABYTACE, [Βαβυτάκη] Oppidum est, de quo sic Plin. lib. 6. cap. 27. In Septentrionali Tigris alveo, oppidum est Babytace. Abest a Susis CXXXV. M. pass. Ibi mortalium soli, aurum in odio contrahunt: id defodiunt, ne quo cui sit in usu. Hæc ille.

B A C

BACA, est Margarita, vel Unio, ob similitudinem baccarum, quæ proprie sunt lauri, oleæ, myrti, &c. fructus, sic dicta. Appellatio hæc pro Unionibus elucescit ex Virg. 1. Æn. 659.
— colloque monile bacatum. Et ita optima quævis Exemplaria apud Hor. Epod. 8. 13.
Nec sit marita quæ rotundioribus
Onusta bacis ambulet. V. Barth. de Inaur. Vet. cap. 3. & Du Cange Gloss. & mox BACCA. Drakenborch. ad Sil. 8. 134. & Petron. Burm. p. 271.

ACALES, Populi sunt in Lybia juxta mare habitantes, ut scribit Herodotus lib. Hist. 4.

ACALUSIA, æ. f. Vox insolita, a viris eruditis varie tentata apud Petron. cap. 41. Omnes bacalusias consumpsi. Sed M. Nodot. p. m. 200. legit Battologias.

BACAR, Vas vinarium, simile Bacrioni. Festus. Bauar corrupte pro Bacar, ἀγγεῖον εἶδος, in Glossis. dicitur & Bacario, & Bacrio, & Bacarium. V. Salmas. in Treb. Poll. Claud. cap. 14. Scalig. ad Fest. & Voss. Lex. Etym.

BACARIO, ōnis. m. dicebatur a Bacare vel Bacarione vase, Aquariolus, qui hujusmodi munus obibat in domo lenonia; ut lavantibus meretriculis, ministraret in aqua aggerunda & affundenda. Glossæ, Bacario, πορνοδιάκονος. V. Salmas. in Vopisc. Carin. cap. 21. Voss. Lex. Etym. Scalig. in Festum.

BACAUDÆ, vel ut alii, BAGAUDÆ, erant Factiosorum & rebellionum cohors, qui solitudines & castra loci situ munita habitabant, & inde in obvios, latrociniis cædibusque grassabantur. Horum nomen primum in Gallia auditum Dioclet. & Maximian. Impp. Oros. 7. 25. Eutrop. 9. 20. Aurel. Vict. Cæs. 39. 17. Salvian. de Gubern. Dei, 5. p. 19. V. Lex. Pitisc.

BACAUDICUS, vel BAGAUDICUS, a, um. Eumen. Orat. pro Restaur. Schol. cap. 4. Latrocinio Bagaudicæ rebellionis obsessa.

BACCA, æ. f. [ἀκρόδρυον] non a Baccho deducitur, sed primogenium est, & significat Minutiores arborum fructus, ut sunt Lauri & olivæ. Plin. lib. 15. cap. 24. Magna & baccis differentia: aliæ namque sunt olivis, lauris: & alio modo, loto, cornis: alio myrtis, lentisco. Aquifolio enim ac spinæ, sine succo: medioque etiamnum genere inter baccas acinosque cerasis. Pomum his primo candidum, & fere omnibus baccis: mox aliis virescit, ut olivis, lauris: rubet vero moris, cerasis, cornis: deinde nigrescit moris, cerasis, olivis. Cic. 1. Tusc. 31. Ergo arbores seret diligens agricola, quarum aspiciet baccam ipse nunquam.
Fruges & baccæ. Cic. 1. de Legib. 25. Nec solum ea quæ frugibus atque baccis, terræ fœtu profunduntur, sed etiam pecudes, &c.

Bicolor sinceræ bacca Minervæ. Ovid. 8. Met. 644. Periphrasis olivæ quæ & viridis est & nigra.
Cærulea bacca. In CÆRULEUS.
Felicibus baccis floret arbor. i. e. Copiosis & elegantibus. Sil. lib. 15. 535.
Ebuli sanguineæ baccæ. Virg. 10. Ecl. 27.
Lauri baccæ. Virg. 1. Georg. 306.
Olivæ bacca. Hor. 2. Serm. 4. 69.
Silvestres baccæ. Virg. 2. Georg. 183.
Baccas caprinas Palladius facete dixit, Ciborum in capris superfluitates. Ex Cæl. lib. 10. cap. ult.
Baccæ a similitudine, dicuntur etiam Gemmæ & lapilli. Virg. in Culice, 67. — Nec Indi
Conchea bacca maris pretio est a pectore puro. conf. Hor. 2. Serm. 3. 241. Idem Epod. 8. 14.
Nec sit marita, quæ rotundioribus
Onusta baccis ambulet.
Candentes baccæ. Claud. 6. Cons. Hon. 528.
— baccis onerat candentibus aures. V. supra in BACA.

BACCALAUREUS, BACCALARIUS, & BACULARIUS, i. m. Depositi tirocinii insignibus donatus; sive a Lauri baccis, ut significetur spem fieri, quod a baccis ad laurum, seu plenam lauream pertingant; sive a Bacillis, quorum olim collatione creabantur. Raynaud. de Pileo §. 10. B. Rhenanus in Tertul. Schol. p. 119. scribit se in vetustioribus Parisiensis Academiæ codicibus, Bacillarios legisse. V. & Wendelin. lib. 2. Inst. Polit. p. 259. Derivationes a Baccho, & veteri Gallorum voce *Batsala*, diductas consulto omittimus. De quibus V. Fabri Thes. Gesner. & Lex. Pitisc. De Baccalaureis tum Militaribus tum Academicis, consulatur etiam Du Cange in Gloss.

BACCALIA, æ. f. Lauri species est, a Baccarum fertilitate dicta, de qua vide Plin. lib. 15. cap. 30.

BACCANUM, est Semen, vel Nucleus, vel Mucro raphani, ut ex Pauli Silva medicinali observavit Cæl. lib. Antiq. Lect. 27. cap. 28.

BACCĀTUS, Adj. Baccis, i. e. margaritis, ornatus. Virg. 1. Æn. 654.
— colloque monile
Baccatum. Sil. lib. 8. 134. V. BACA & BACCA.

BACCĬFER, Adj. [ἀκροδρυοφόρος] Ferens baccas. Plin. lib. 16. cap. 10. Ex omnibus sola baccifera.
Hedera baccifera. Sen. OEdip. v. 414.
Pallas baccifera. Ovid. 2. Amor. 16. 8.
Dat quoque bacciferam Pallada rarus ager. i. e. Oleam, cujus inventrix fertur Pallas. Bacciferam, Baccas seu olivas ferentem.
Sabinus baccifer. Sil. lib. 3. 596. Quod olivæ ferax ager Sabinorum.
Taxus baccifera. Plin. 16. 10.

BACCĬNA, æ. f. Herba Apollinaris. Apul. de Herb. cap. 22.

BACCŬLA, æ. f. dimin. [ἀκροδρυάριον] Parva bacca. Plin. lib. 25. cap. 8. Omnes colore buxeo, caulibus parvis, flore purpureo, ferunt bacculas parvas, ut capparis.

BACCHA, Vinum in Hispania. Varro de L. L. lib. 6.

BACCHÆ, BACCHANALIA, &c. V. BACCHUS.

BACCHAR, sive BACCAR, ăris; sive BACCHARIS, is. f. [βάκχαρις] Herba, de qua sic Plin. lib. 21. cap. 6. Bacchar quoque radicis tantum odoratæ est, a quibusdam Nardum rusticum appellatum. Unguenta ex ea radice fieri solita apud antiquos, Aristophanes priscæ comœdiæ poeta testis est, unde quidam errore falso Barbaricam eam appellabant. Odor est ei cinnamomo proximus: gracili solo nec humido provenit. Nonnulli putant esse eam quæ vulgo Caryophyllos dicitur. Quinetiam videtur ad hoc accedere Dioscoridis interpretatio, cap. 49. lib. 3. Virg. 4. Ecl. 19.
Errantes hederas passim cum bacchare tellus. Ubi Servius; Bacchar, Herba est, quæ fascinum depellit. V. Virg. 7. Ecl. 27.

BACCHEMON, Lactantio teste, Persei fuit filius & Andromedæ: & (ut ipse idem dicit) apud quosdam populos Orientales imperavit. Ex Bocatio.

BACCHIĂDÆ, [Βακχιάδαι] Populi, qui e Corintho exules, in Siciliam devenerunt, & urbem inter Pachynum & Pelorum ædificantes, Siculi facti sunt. Ovid. 5. Met. 407. V. Strab. 8. p. 260. Hesych.

BACCHIDAS, [Βακχίδας] Proprium viri nomen, qui (ut Athenæus refert) Sardanapalo fuit consimilis, ejusque tumulo ita inscriptum fuisse testatur: πῖν, φάγεν, καὶ πάντα τᾷ ψυχᾷ δίδμεν· κ' ἀγὼ γὰρ ἕστακ' ἀντὶ Βακχίδα λίθος. Hinc autem emendandus est Fabii locus lib. 5. ubi inquit, At vero statuarum artifices pictoresque clarissimi, quum corpora quam speciosissima fingendo pingendoque effingere cuperent, nunquam tamen in hunc inciderunt errorem, ut Bacchiam, aut Megabyzum, &c. Nam Bacchidam legi debere ex Athenæo clarum est.

BACCHĬDES, Ducis cujusdam proprium, qui Sinopen urbem Lucullo prodidit, ut auctor est Strab. lib. 12.

BACCHIS, is. [Βάκχις] Taurus est, qui Soli consecratus colitur hoc nomine in oppido Herminthi, cujus color in horas mutatus, evariat: hi[illegible] sutie mira in primis, in diversum setis abeuntibus, quam sit animant[illegible] ceterarum natura. V. Cæl. lib. 7. cap. 13.

BACCHIUS, [Βάκχιος] Gladiatoris nomen, de quo Hor. 1. Serm. 7. 20.
— Bruto Prætore tenente
Ditem Asiam, Rupili & Persi par pugnat: uti non
Compositus melius cum Bitho Bacchius: in jus
Acres concurrunt. Ubi Acron; Bithus & Bacchius, Gladiatorum nomina celebrata apud Suetonium Tranquillum sub Augusto, qui (ut ait Porphyr.) quum multos interemissent, commissi inter se, mutuis vulneribus conciderunt. V. Chil. Erasm. [Sueton. nusquam meminit. conf. BITHUS.
Fuit & hoc nomine Medicus quidam empiricus, qui Aphorismos Hippocratis exposuit, Galen. teste lib. 7. in Aphorism.

BACCHUS, i. m. [Διόνυσος, Βάκχος] Jovis ex Semele filius: qui fortassis quod vitem primus excoluisse visus est, ideo ab antiquis putatus est deus vini. Hic multinominis fuit, nam primum Dionysus, deinde Liber pater: postmodum quum bellasset in India, Bacchus. Idem Osiris, quandoque Priapus, quandoque Bremius, quandoque Protryges dictus fuit, & Lenæus. Hic orbem fere terrarum peragravit, multas nationes domuit, & Indis debellatis, primus omnium triumphavit, vectus Indico elephanto ut scribit Diodorus:

primus

primus emere ac vendere instituit, & diadema regum ac triumphum inve-
nit. Dictus Bacchus ἀπὸ τοῦ βακχεῖν: id est ebrium esse & clamare, quod
in Bacchanalibus clamores fierent: vel (ut scribit Diodorus) a mulieri-
bus, quæ illum bacchantes, id est furentes sequebantur: vel ab incondito
ululatu, quem lymphatæ mulieres in ejus Orgiis edebant, adjecta c li-
tera, quo vastior ille Mænadum sonus in ipso dei nomine redderetur, in-
quit Eustathius. Cic. pro Flacco, 60. Mithridatem demum, illum pa-
trem, illum conservatorem Asiæ, illum Dionysum, Bacchum, Liberum
nominabant. V. Ovid. 4. Met. 11. sq.

De Bacchi nominibus, vestitu, cultu, imitatoribus V. quos laudat Burm. ad Petron. cap. 4. p. 182. sq. Varios fuisse nominis ejusdem variisque ritibus cultos, late probat Sam. Pitisc. in Lex. Ant. Rom. quem vide.

Clientes Bacchi, Poetæ dicuntur. Hor. 2. Epist. 2. 78. Porphyr. In Bacchi enim tutela poetæ omnes sunt constituti.

Digiti Baccho digni, pro Formosis dixit Ovid. 3. Met. 421.

Humor Bacchi, pro Vino. Virg. 2. Georg. 143. Et, Munus Bacchi, Ovid. de Rem. Amor. 803. Item, Sapor Bacchi, Virg. 4. Georg. 102.

Audax Bacchus. Valer. 5. Argon. 497. ab effectu.

Consitor uvæ Bacchus. Tibul. 2. 3. 35. & Ovid. 4. Met. 14.

Cornu insignis Bacchus. Ovid. 3. de Arte Am. 348. Siquidem vinum petulantes facit & violentos atque truces: vel quia primus boves ad jugum junxit, ideo illum cum cornibus finxerunt. Auctor Diodorus lib. 5.

Corymbifer. Ovid. 1. Fast. 393. Eo quod hedera delectaretur, eaque sacerdotes ejus in Orgiis coronarentur.

Lætitiæ Bacchus dator. Virg. 1. Æn. 738.

Racemifer. Ovid. 15. Met. 413.

Somno & umbra gaudens Bacchus. Hor. 2. Epist. 2. 78.

Bacchus pro vino, ut

Tellus Bacchi ferax. i. e. Vini. Sen. Herc. fur. 697.

Generoso Baccho madeant pocula. Tibul. 3. 6. 5.

Liquidus. Ovid. 13. Met. 639.

Odoratus. Virg. 4. Georg. 279.

Sacer, quod vinum in sacrificiis libatur. Valer. 5. Argon. 192.

Agi Bacchi furiis. Ovid. 4. Epist. 47.

Ducere noctem Baccho pervigili. i. e. Noctem insomnem potando transigere. Sen. Thyest. 5.

Hilarare convivia multo Baccho. Virg. 5. Ecl. 69.

Restituere corpora parco Baccho. Valer. 2. Argon. 70.

Salutare Bacchum & Cererem. Plaut. Amph.

Bacchæ, [Βάκχαι] quæ & Mænades, & Thyades, & Mimallonides audiunt; Mulieres, quæ Baccho sacrificia faciebant. Liv. 39. 13. Cic. 7. Fam. 24. Bacchis vero ubi est apud me locus?

Sævæ Bacchæ. Propert. lib. 3. 22. 33. Hor. 3. Carm. 25. 15.

—— Baccharumque valentium
Proceras manibus vertere fraxinos.

Bacchæ bacchanti adversari, Proverb. Plaut. Amph. 2. 2. 71. Plaut. Mil. 4. 2. 25. proverbialiter item dixit, Cedo signum, si harum Baccharum es.

Baccharum habitum describit Ovid. 6. Met. 592. V. Barth. Adverf. 5. 2. & Lex. Pitisc.

Bacchīdes, [Βακχίδης] patronym. a Baccho formatum, quo significatur Bacchi filius, vel nepos. Suid.

Bacchanalis, e. Adj. ut, Chorus Bacchanalis. Aur. Vict. de Cæs. cap. 3. conf. Epit. cap. 3.

Bacchanal, vel Bacchanale, [Διονύσιον] Locus in quo Bacchi festa celebrantur. Gloss. Isidor. Bacchanal, Sacrarium Liberi patris. Alii legunt, Sacra rituum. V. Lex. Pitisc. & Barth. Adverf. 14. 8. Plaut. Aul. 3. 1. 3. Neque ego unquam, nisi hodie, ad Bacchas veni in bacchanal coquinatum?

Bacchanal, pro Festo quod in Bacchi honorem fieri solebat. Inde Bacchanal facere. Plaut. Mil. 3. 2. 43.

Bacchanal exercere. Plaut. Amph. 4. 2. suppos. v. 18. frequentius

Bacchanalia, orum. pl. n. [Διονύσια, Βακχεύματα] Bacchi festa, quæ & Dionysia dicuntur: in quibus viri per noctem fœminis & teneræ ætati turpiter miscebantur per dolum. Eorum pompam & festivitatem breviter describit Plutarchus περὶ φιλοπλουτ. p. 707. conf. Barth. ad 2. Theb. Stat. p. 294. De antiquitate & origine V. Lex. Pitisc. Cic. 2. de Legib. 37. Quo in genere severitatem majorum Senatus vetus auctoritas de Bacchanalibus, & Consulum, exercitu adhibito, quæstio animadversioque declarat.

Sonus bacchanaliorum. Sallust. Exaudirique sonus bacchanaliorum.

Bacchanalia vivere. Juven. 2. Sat. 3.

Qui Curios simulant, & Bacchanalia vivunt. i. e. Tanquam

Bacchanalia celebrant, quotidie ebrii cernuntur.

Bacchor, [βακχεύω] āri. Bacchanalia exercere. Columel. lib. 10. v. 199.

Nunc amor ad coitus properat, nunc spiritus orbis
Bacchatur Veneri.

Bacchari, per metaphoram, pro Furere. Virg. 4. Æn. 300.

Sævit inops animi, totamque incensa per urbem
Bacchatur. Ibid. 666. Quod idem & Debacchari dicitur.

Furere & bacchari dicuntur oratores, Quorum est actio ardentior. Cic. de Clar. Orat. 275.

Bacchari cum aliquo. Plin. lib. 3. cap. 1.

Bacchari in voluptate. Cic. 1. in Catil. 26. Quanta in voluptate bacchabere? i. e. Furiabere. V. & Hor. 2. Carm. 7. 23.

Ferro bacchari. Claud. de Bell. Get. 156.

Bacchari in aliquem. Ter. Adel. 2. 1. 31. Egone bacchatus in te, an tu in me?

Bacchari venti dicuntur, Dum flant impetuosius. Hor. 1. Carm. 25. 11.

Boreas bacchatur ab Arcto. Ovid. 1. Trist. 2. 29.

Bacchans, [βακχεύων] Partic. Cic. 4. in Catil. 11. Versatur mihi ante oculos aspectus Cethegi & furor in vestra cæde bacchantis.

Ritu bacchantum. Ovid. 7. Met. 258.

Bacchantum voce sonare. Ovid. 3. Met. 703.

Bacchatus, a, um. passiv. ut, Bacchata loca, In quibus est debacchatum. Virg. 2. Georg. 487. Nonius. conf. 3. Æn. 125.

Turba bacchata. Ovid. 4. Trist. 6. 47.

Bacchatio, ōnis. f. [βάκχευσις] ut, Bacchationes nocturnæ. Cic. 3. Verr. 47. Sileatur de nocturnis ejus bacchationibus ac vigiliis.

Bacchātim, Adv. [βεβακχευμένως] More bacchantium. Apul. lib. 1. Milef. 138. Quin igitur, soror, hunc primum bacchatim discerpimus? h. e. Furiose & iracunde.

Bacchabundus, a, um. ut, Bacchabundum agmen incessit. Curt. 9. 10. 27. & Apul. Apol. p. 326. In medio foro bacchabundus.

Bacchēis, ĭdos. f. [Βακχηΐς] Quæ ad Bacchum pertinet. Stat. 2. Silv. 2. 34.

Qualis si subeas Ephyres Baccheidos altum
Culmen, ab Inoo fert semita tecta Lechæo.

Bacchēĭus, [Βακχεῖος] Adj. possess. Virg. 2. Georg. 454.

Quid memorandum æque Baccheia dona tulerunt. Et Auson. Mosella, v. 153. Baccheia munera.

Bacchium, sive Bacchēum, i. n. [βακχεῖον] Genus vasis vinarii, quo in sacrificiis Bacchi utebantur. Quin ipsum etiam Bacchi templum, a Græcis hoc nomine appellatur.

Bacchæus, aliud Adj. ut

Bella Bacchæa. Stat. 12. Theb. 791.

Cornua Bacchæa. Stat. 9. Theb. 435.

Ululatus. Ovid. 11. Met. 17. al. Bacchēus. [Nec aliter apud Stat. legendum, est enim ex Græco Βακχεῖος. Alterum analogia respuit.

Bacchĭcus, [Βακχικὸς] Idem quod Baccheius, possess. Hinc

Serta Bacchica, Serta ex hederis. Ovid. 1. Trist. 6. 2.

Bacchica saltatio conviviis dicata erat, & ebrietatibus, quam in Ponto & Ionia tantæ fuisse voluptati gentibus illis Lucianus scribit, ut statutis temporibus obliti omnium aliorum, desiderent dies totos spectantes Titanas, Corybantes, satyros, bubulcos. Quod vero mireris amplius, exercebant id genus nobilissimi quique, ac civitatum maxime principes, ad præcipuam id opinati gloriam spectare. Ex Cæl. Rhod. lib. 5. cap. 4. V. & Lex. Pitisc.

Bacchia, æ. f. Poculi genus primum a Baccho nominata. Isidor. 20. 5.

Bacchīus Pes, [Βακχεῖος] constat prima brevi, & duabus longis: ut, Quĭrīno. Hoc pedis genere utebantur in carminibus sacrorum Bacchi: cui contrarius est Antibacchius. V. Quintil. 9. 4.

Bacchius, & Bithus, Gladiatores. V. supra.

Bacchus, & Piscis nomen est apud Grammaticos, quem Chellarem vocant & Oniscum, ut auctor est Cæl. Antiq. Lect. lib. 7. cap. 13.

Bacchylĭdes, is. m. [Βακχυλίδης] Poëta Græcus lyricorum præcipuus, cujus pater Milo, patria Iulis Ceæ insulæ oppidulum. Scripsit Hymnos Apopempticos, sive Apodemicos, qui Dei cujusdam peregrinationem continent. Julianus Imp. ejus carminibus adeo delectatus fuit, ut inde vivendi præcepta petierit. Pindaricis ea prætulit Hiero Syracusanus: floruisse dicitur circa Olymp. 81. V. Alex. ab Alex. 5. 5. lib. Gyrald. de Poetarum, Hist. dial. 9. Fabrum de Poët. Gr. & imprimis Fabric. Bibl. Gr. 2. 15. §. 21.

Baccifer, Baccula. V. bacca.

Bacēlus, vel Bacerŏlus, [βάκηλος] pro Stulto ponitur. Suet. in August. cap. 87. Ponit assidue & pro stulto bacelum, & pro pullo pulleiaceum, &c. Quædam exemplaria legunt Blaceolum: nam βλὰξ Græcis stupidus dicitur, & stolidus bardusque.

Baceli etiam dicuntur, Languidi, dissoluto corpore homines, & potius mulieres quam viri. Suidas ait Bacelum proprie Eum significare qui sit exectus atque castratus. Unde adagium, Bacelo similis, & Bacelus es: in Cinædos ac parum viros dictum: aut in magnos quidem corpore, sed animo stupidos. V. Erasm. in proverb. Bacelo similis. & Comment. Petron. cap. 37. extr. p. 160. sq. Ed. Burm.

Bacenis, [Βάκενις Metaphr. Cæs.] Silva est Germaniæ Suevos a Cheruscis dividens. Cæs. l. 6. B. G. c. 10. Volaterr. credit eam esse, quæ hodie Silva nigra vocatur haud procul a Badensi agro.

Bachilitæ, [Βαχιλῖται] Populi in Arabia, mediterraneam regionem incolentes, de quibus Plin. lib. 6. cap. 28.

Bachina, [Βαχίνη] Insula juxta Smyrnam, commemoratur a Plinio lib. 5. cap. 31.

Bacillus, vel Bacillum. V. baculus.

Bacis, ĭdis. Unus ex iis quos χρησμῳδοὺς, Fatidicos, Græci nominant. Hinc inter proverbia, Veriora Bacidis oraculis. V. Chil.

Bacrio, ōnis. m. [χειρόνιπτρον] Genus vasis longioris manubrii, hoc alii Trullam appellant. Hæc Festus. V. bacar & bacario.

Bactes, [Βάκτης] Bacchi nomen, quemadmodum & Babactes, ἀπὸ τοῦ βάζω, id est clamo, vociferor. Solent enim Baccho, hoc est vino, madidi, & mulieres Liberi patris Orgia celebrantes, omnia tumultuario quodam & incondito clamore replere.

Bactra, orum. [Βάκτρα] (sive Bactrum, ut apud Plin. lib. 6. cap. 16.) Caput fuit regionis Bactrianæ, ubi & regia quondam: ita dictum a Bactro fluvio, cum antea Zariaspe appellaretur. V. Curt. 7. 4. 31.

Bactra, pro populo Bactriano apud Virg. 2. Georg. 138.

Regia Bactra. Stat. 3. Silv. 2. 136.

Bactria, æ, f. [Βακτρία] Scythiæ provincia juxta Margianam, a flumine Bactro cognominata, ut v. præc. dictum est.

Bactri, sive Bactriani, [Βακτριανοὶ] Populi Bactrum accolentes, qui sunt, teste Herodoto, lib. 7. Scythis proximi: de quibus omnia notiora sunt, quam ut referri debeant, multarum rerum enim copia divites, & smaragdi cum primis apud eos reperti nobilitate. V. Curt. 4. 6. 3.

Bactrianus, a, um. Adj. ut, Bactriana arx. Curt. 9. 7. 2. Regio, 6. 6. 18. Hinc

Bactrianum, i. n. Regnum seu provincia Bactrianorum. Tacit. 2. Ann. 60. 4. [Sic in Thes. Lips. Sed revera apud Tacitum nomen gentile m. absolutum est, quod per Synecdochen num. sing. pro tota gente ponitur. En verba: Eo cum exercitu regem Rhamsen Libya, Æthiopia, Medisque & Persis, & Bactriano ac Scytha potitum.

Bactriasmus, [βακτρισμὸς] Lasciva quædam saltationis species apud Græcos, per lumborum circumvolutionem, & volubilis: cujus meminit Jul. Pollux lib. 4. cap. 14. & Cæl. lib. 5. cap. 4. adde Buleng. de Theatr. 1. 51. Alex. Gen. Dier. 11. 25. Scalig. de Arte Poët. 1. 18.

BACTRŎPĒRĪTA, æ. m. plur. Bactroperitæ, Philoſophi per jocum ſic dicti, quod præter βάκτρον, baculum, & πήραν, peram, nihil habuerunt. V. B. Hieron. in Matth. 11. 10.

BACTRUS, [Βάκτρος] Fluvius eſt in finibus Scythiæ Aſiaticæ, a quo Bactria ſeu Bactriana regio, & Bactra urbs nomen ſumpſit. Lucan. lib. 3.267.
Errantes Scythiæ populi, quos gurgite Bactros
Includit gelido, &c. V. BACTRA.

BĂCŬLUS, i. m. & BACULUM, i. n. [βακτηρία, βάκτρον] Ovid. 15. Met. 655.
— baculumque tenens agreſte ſiniſtra.
Paſtorale baculum. Sil. Ital. lib. 13. 334.
Tortus baculus. Ovid. 2. Met. 789. Ibid. 681.
Incumbere baculo. Ovid. 1. Faſt. 177.
Inniti baculo. Ovid. 14. Met. 655.
Levare membra baculo. Ovid. 8. Met. 693.
Baculus pro Sceptro. Curt. 9. 1. 30. & Flor. 4. 11. 3.
De more geſtandi baculos ab omnibus fere recepto V. Theophraſt. Char. c. 6. περὶ ἀγροικίας & Caſaub. ad l. De baculis qui a cantoribus hiſtrionibusque geſtabantur V. Lex. Pitiſc.

BACILLUS, i. m. & BACILLUM, i. n. dimin. [βακτηρίδιον] Cic. 2. de Fin. 33. Ut bacillum aliud eſt inflexum, & incurvatum de induſtria, aliud ita natum, &c.
Leviter inflexum a ſummo bacillum, Lituus eſt. Cic. 1. de Divin. 30.
Bacillo alicui oculos tundere. Cic. 7. Verr. 141. Proximus lictor Sextius, converſo bacillo oculos miſero tundere vehementiſſime cœpit. V. Iſidor. 20. 13.

BACUNTIUS, [Βακούντιος] Pannoniæ fluvius eſt, in Saum influens. Plin. lib. 3. cap. 25.

B A D

BADACUM, [Βάδακον] Civitas eſt Noricorum, ſive Bava[illegible]m, hodie Salezaburgenſis, dicta a flumine quod Salezan vocant. Au[illegible]r Volaterranus. contra ſentit Ferrarius. V. Lex. Pitiſc. Cellar. Geog. Ant. 2. 7. 44.

BADANATHA, Oppidum eſt Thamudeorum, qui ſunt populi in Arabiæ locis mediterraneis degentes, teſte Plin. lib. 6. cap. 28.

BADAS, Syriæ fluvius eſt, Memnonis ſepulchro nobilitatus. Strabo lib. 15.

BADIUS Color, [Φοινίκεος] i. e. Phœniceus, ſive ſpadiceus. Inde Equus badius; qui & Baius, & Balius dicitur, &c. Varro ὄνος λύρας: Equi colore diſpares item nati, hic badius, iſte gilvus, ille murinus. Ex Nonio 2. 87.
Badius color vulgo dicitur *Baio*, nam Græci palmarum termitem cum ſuo fructu avulſum vocant βαΐον. Hermol. in Plin. V. etiam Pallad. Mart. t. 13, Conf. BALIUS.

BADIZO, [βαδίζω] āre. ſignificat Ire. Plaut. Aſin. 3.3.116. Demam hercle jam de hordeo, tollutim ni badizas. Græca dictio Latine declinata. De molli equorum inceſſu adhiberi veteres Gloſſæ teſtantur.

B Æ B

BÆBIUS. V. BEBIUS.

BÆBRO, Oppidum eſt Hiſpaniæ Bæticæ, inter Bætim fluvium & Oceani oram in mediterraneo ſitum, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

BÆNACUS, V. BENACUS.

BÆNIS, [Βαῖνις] Fluvius Luſitaniæ, de quo ſic Strab. lib. 3. inquit, Poſtea Bænis, vel (ut alii aiunt) Minius, omnes Luſitaniæ fluvios magnitudine ſuperans. Et hic ipſe ad ſtadia CCC navigabilis.

B Æ O

BÆON, onis. [βαίων] Piſcis quidam Epicharmo ſic dictus, ut refert Athenæus lib. 7. a quo & apud Atticos fuiſſe proverbium narrat hujuſmodi, μή μοι βαιών· κακὸς ἰχθύς. id eſt, Ne mihi bæon: malus piſcis. Nomen inditum videtur a brevitate. Laudantur enim magni piſces. Dicetur in Hoſpitem ingratum ac moleſtum. V. Chil.

B Æ T

BÆTA, æ. f. [βαίτη] Veſtimenti genus apud Suid. & Poll.

BÆTARRENI, Populi ſunt in Cœleſyria, non longe ab Ithuræorum gente, a quibus & oriundi dicuntur. Auctor Plin. lib. 5. cap. 23.

BÆTĬCA, BÆTICATUS, BÆTICOLA, BÆTICUS, BÆTIGENA. V. BÆTIS.

BÆTIRÆ, [Βαιτίρραι] Urbs Galliæ Narbonenſis Ptolemæo. Vulgo *Beſiers*. Mela lib. 2. cap. 5. & Strabo lib. 4. Rectius BETERRÆ, ut a Plin. & Antonin. ſcribitur, & in num. vet. βητηρρατῶν.

BÆTIS, [Βαῖτις] Fluvius Hiſpaniæ, ex iiſdem locis naſcens ex quibus Anas & Tagus: mediæ inter utrumque magnitudinis exiſtens, ab ſui primordio, ſicut Anas, in Occaſum fluitans, inde in Auſtrum deflectens, in idem littus excurrit. Regio ipſa, a flumine Bætica vocitatur. Strab. lib. 2. Meminit & lib. 2. Ptolemæus cap. 4. Hodie vocatur vulgo *Guadalquebir*, ut in Melam ſcribit Olivarius. V. Martial. lib. 12. epig.ult. Hinc

BÆTĬCUS, a, um. [Βαιτικὸς] Adj. ut, Bæticus, ſive Hiſpanus color, Obſcurus & nativus, qui & pullus nominatur: quod nativus color in Hiſpania, ſubnigrior eſt, ideoque minus vilis. [An Rutilus? V. Hard. ad Plin. 8. 48.
Bætica, [Βαιτικὴ] Tertia pars Hiſpaniæ, ſic a Bæti flumine Romanis dicta, ab incolis autem Turdetania. Strab. lib. 3. Subaud. v. Provincia, quam addit Plin. 3. Epiſt. 9.

BÆTICĀTUS, aliud Adj. Pullatus. Martial. lib. 1. 97. Al. 64.

BÆTĬCŎLA, æ. [περίοικος τοῦ Βαίτιος] Accola Bætis fluvii. Sil. lib. 1. 146.
—— & vulgus Iberum,
Bæticolaſque viros ſpatiis agitabat iniquis.

BÆTĬGĔNA, æ. Idem. Sil. lib. 9. 234.
Bætigenæque viri.

BÆTULLO, [Βαιτουλλῶν] Ptolem. lib. 2. cap. 6. Hiſpaniæ Tarraconenſis fluvius: alio nomine Bætholon, *Beſon* vulgo. Meminit & Plin. lib. 3. cap. 3. [Immo Bætulo apud Plin. oppidi, apud Melam Betullo Oppidi & Fluminis, apud Ptolem. Βαιτουλοὶ populi nomen.

BÆTYLUS, [βαίτυλος] dicitur Saxum illud faſciis obvinctum, quod pro Jove devoravit Saturnus, ut teſtatur Heſychius. Hinc factum eſt proverbium, Etiam Bætylum devorares: in Voracem & omnia concoquentem. V. Mich. Apoſt. Centur. 10. Prov. 71. Vocem hanc deducit Etymologus a βαίτη, quæ idem ſit quod διφθέρα, pellis, corium: quoniam Rhea lapidem pelle caprina faſciatum ac involutum dedit Saturno. Voſſius autem Etym. p. 60. & de Idol. Gent. 6. 39. originem ejus ad Jacobi Patriarchæ dormitorium & pulvinar (Geneſ. 28. 18.) refert. Hic lapis, inquit, magna in veneratione Iſraelitis fuit usque dum divino coli honore cœpit. Ab hoc lapide locoque Βαιθὴλ dicto, βαιτύλιος & βαιτύλια vocarunt lapides rudes quos ſive ſymbola numinis crederent divini, ſive etiam animatos & vere deos. De hujuſmodi cultu V. Photii Biblioth. Cod. 242. & Jul. Cæſ. Scalig. Exercit. 271.

B A G

BAGADANIA, [Βαγαδανία] Campus eſt ingens, inter Argæum montem ac Taurum intercidens, in quo perraro fructuoſa enaſcitur arbor: quanquam ad Auſtrum magis quam mare Ponticum tribus millibus ſtadiorum tendat. Hæc Strabo lib. 2.

BAGANUM, [Βάγανον] auctore Ptolem. lib. 2. cap. 9. Nerviorum civitas: alio nomine Tornacum, vulgo *Tournay*.

BAGAUDA, V. ſupra BACAUDA.

BAGISTANUS, [Βαγίστανος] Mons eſt in Media, apud quem Semiramis, cum & lapis deficeret, & majus aliquid concupiſceret quam quod ære poſſet aſſequi, in petra ſtadiorum ſeptem & decem ſuam inſculpſit effigiem, quam viri centum donis venerarentur. Auctor. Cæl. Rhod. Antiq. lect. lib. 29. cap. 25.

BAGOAS, vel BAGOUS, [Βαγώας] commune nomen Spadonibus regiis datur apud Curt. Ælian. Heliodor. Achillem Tat. Sulp. Sever. lib. 2. Hiſt. Sic enim lingua Perſica Spado dicitur. Ovid. 2. Amor. 2. 1. ad ſervum puellæ cuſtodem,
Quem penes eſt dominam ſervandi cura, Bagoe, &c. ubi V. Burm. conf. Freinsh. Ind. Curt. & Hornius ad Sulpic. p. 323. & Plin. 13. 4. Sæpe tamen ſcriptores ut proprium uſurpant. Sic
Bagoas, Curtio, l. 10. c. 1. Eunuchus memoratur, ab Alexandro Magno turpiter adamatus. Hunc Orſines ſatrapes inter Perſas nobiliſſimus, quum Regis amicos omnes muneribus affeciſſet, ſolum præteriit, admonitusque a quodam, eum regi eſſe chariſſimum, reſpondit, Se amicos regis, non ſcorta colere.
Bagoam aliquem, pro Molli & ſpadone dixit etiam Quintil. 5. 11.

BAGOE, es. Nympha fuit, quæ Thuſcis artem fulguritatum ſcripſit, quam quidam Sibyllam putant Erythræam, cui nomen eſſet Herophila. Alii poſt Herophilam vixiſſe contendunt, quam Alexandri temporibus mulierum primam oracula ceciniſſe arbitrantur. V. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 16.

BAGRĀDUS, vel BAGRĂDA, [Βαγράδας] Numidiæ fluvius ex Lybicis montibus longe ductus, prope Carthaginem fluit, ubi ſerpentem Regulus CXX pedum, adhibito exercitu interfecit. Auctores ſunt Plin. lib. 8. cap. 14. & Gell. lib. 6. cap. 3. & Val. Maxim. lib. 1. cap. 8. Sil. Ital. lib. 1. 407.
Flumineaque urna celatus Bagrada parmam. Legitur & Bragada, V. Drakenb. ad lib. 6. 141. Lucan. lib. 4. 588.
Primaque caſtra locat cano procul æquore, qua ſe
Bagrada lentus agit, ſiccæ ſulcator arenæ. Nomen adhuc retinet, teſte Olivario in Melam.

BAHAL, V. BAAL.

B A I

BAIÆ, arum. [Βαΐαι] Campaniæ oppidum eſt juxta Lucrinum ſinum, inter Puteolos & Miſenum montem, dictæ ab Ulyſſis ſocio, Baia nomine, ut inquit Strabo lib. 5. In hujus oppidi agro, aquæ calidæ ſunt, ut idem docet, & ad voluptatem, & ad ſanandos morbos accommodatiſſimæ, quæ quidem reliquas aquarum calidarum nobilitate antecellunt. Fuitque olim hæc urbs, temperie aeris, & Romanorum frequentia, atque ornamentis ædificiorum celeberrima. Hor. 1. Epiſt. 1. 83.
Nullus in orbe ſinus, Baiis prælucet amœnis. Cic. 13. Att. 50. Puteolis ſe aiebat unum diem fore, alterum ad Baias. Loquitur de hoſpite quodam. Idem pro Locis amœnis & voluptariis accipere videtur in oratione pro Cæl. 27. Sed ſi eſſet aliqua diſſimilis iſtius quæ ſe omnibus pervulgaret: quæ haberet palam decretum ſemper aliquem, cujus in hortos, domum, Baias, jure ſuo libidines omnium commearent. Baiæ porro dicuntur Omnes aquæ calidæ. Tibul. 3. 5. 3.
——ſacris Baiarum maxima lymphis. Ad quem loc. V. Scalig. & Brœckh. conf. Martial. 10. 13.
Adjective poſuit Propert. 1. 11. 30.
Ah pereant Baiæ crimen amoris, aquæ. Similia habet ad h. l. Brœckh.
Corruptæ Baiæ. Propert. 1. 11. 27.
Tu modo quamprimum corruptas deſere Baias. Baias corruptas vocat ob juvenum & puellarum turbam, qui quum illuc otii cauſa concederent, interim parum conſulebant pudicitiæ & famæ.
Deſides Baiæ dicuntur, quod commodatiſſima eſſent loca illa agentibus otium. Stat. 4. Sylv. 7. 19.
Liquidæ. Hor. 3. Carm. 4. 24.
—— ſeu Tibur ſupinum,
Seu liquidæ placuere Baiæ.
Vaporiferæ. Stat. 3. Silv. 5. 96.
Sive vaporiferas blandiſſima littora Baias.

BAIĀNUS, Adj. [Βαϊανὸς] ut,
Littora Baiana. Stat. 5. Silv. 3. 169.
Murex Baianus. Hor. 2. Serm. 4. 32.
Oræ Baianæ. Stat. 1. Silv. 5. 60.
Sinus Baianus. Plin. 2. 103.
Sportula Baiana. Martial. 1. 60.

BAIOCA, æ. f. Urbs Normanniæ in Gallia, vulgo, *Bayeux*, Belocaſſes vel Velocaſſes. Cæſ. 7. Bell. Gall. 75. Plin. 4. 18.

BAION, Medicis, Compoſitio eſt, cui reſina inſeritur Zygia, id eſt, acerna. V. Cæl. Rhodig. lib. 24. cap. 22.

BAJONŬLA, æ. f. Lectus portatilis. Iſid. 20. 11.

BAJŬLO, [βαστάζω] āre. Portare ſignificat. Plaut. Aſin. 3. 3. 70.

Eho bajulabo: tu, ut decet dominum, ante me ito inanis. Idem Merc. 3. 1. 10. Quintil. lib. 6. 1. Ego te bajulare non possum.

BAJŬLUS, i. m. [φορτηγὸς] Qui mercedis gratia onera ferre consuevit. V. Lex. Pitisc.

Bajulos dicebant antiqui, quos nunc dicimus Operarios. Hæc Festus. Cic. in Parad. 3. Utrum potius de bonis est quærendum quid bajuli atque operarii, an quid homines doctissimi senserint?

Bajulus orator. Cic. 2. de Orat. 40. Remigem aliquem, aut bajulum nobis oratorem descripseras.

Bajuli etiam dicti, Qui mortuos efferunt. Sic apud Ammian. 14. 7. Bajulorum præcentor dicitur is, qui vespillonibus præcinebat. Chrysol. Serm. 121. Sidon. Epist. 3. 12. Fulgent. Expos. Serm. ant. n. 2. & Gloss. Isidor.

Bajulus etiam dictus Servus qui ad docendos pueros olim adhibebatur. Pignor. de Serv. p. 380. V. in hanc rem testes complures in Lex. Pitisc.

Bajulus sequiori ævo Prætorem notabat, inde enim Gallicum *Baillif.* Ital. *Baglivo*, *Balio.* Hinc Plinio eam vocem restituit Harduinus l. 20. S. 76. Ubi Bavili ante legebatur. Ut adeo dicatur Hispaniæ Bajulus, qui mox vocatur Princeps. V. Not. Maj. 29. Macri, Spelm. & Cangii Gloss.

BAJULATIO, ōnis. f. Gloss. Vet. Hæc bajulatio, βασταγμός.

BAJULATOR, ōris. m. Idem qui Bajulus. βαστακτής. Gloss. Cyrill. Ulp. l. 5. §. 1. Dig. de Usufruct.

BAJULATORIUS, a, um. ut, Bajulatoria sella. Cæl. Aurel. Acut. 1. 11. S. 83. quæ Gestatoria Suetonio, Scamnum Celso.

BAIUS, Servio, Βαῖος, BAIAS, Straboni, Βαίας, Unus ex sociis Ulyssis fuit, a cujus nomine Baiæ appellatæ creduntur. V. BAIÆ.

BAIUS Color, V. BADIUS & BALIUS.

B A L

BAL, Idem quod & Baal, Lingua Punica Deus dicitur, ut inquit Servius in 1. Æn. 733. Apud Assyrios autem Bel dicitur quadam sacrorum ratione Saturnus & Sol. V. BAAL.

BALA, [Βάλα, Joseph. Βάλλης] cognomen Alexandri Syriæ regis, qui se Antiochi Epiphanis filium mentitus, regnum Demetrio Soteri, pugna cæso, eripuerat, quod ipsi quinquennio post a Ptolemæo Philometore socero, & Demetrio Nicanore rursus ereptum fuit. V. Hist. Maccab. l. 1. c. 10. Jos. ἀρχαιολ. l. 13. Justin. l. 35. Epit. Liv. l. 51. Strab. l. 16.

BALÆNA, æ. f. [φάλαινα] Festus, Balænam belluam marinam ipsam dicunt esse pistricem, ipsam esse & cetum. Juven. 10. Sat. 12.

Quanto delphinis balæna Britannica major. Auson. Mosell. v. 144. Plin. lib. 9. cap. 6. De balæna, cui Andromeda fuisset objecta, V. Lex. Pitisc.

BALÆNATUS, Adj. ut, Balænata virga, quæ (ut opinor) e cartilagine balænæ fit, qualia videmus calatorum ecclesiæ commentacula, ut veteres appellabant. Petron. cap. 21. Donec Quartilla balænatam tenens virgam, alteque succincta, jussit infelicibus dari missionem. Hæc Turnebus.

BALANEA [Βαλανέαι Stephano] Oppidum est in confinio Syriæ & Phœnices, cujus meminit, Plin. lib. 5. cap. 20.

BALANISCUS, i. m. [βαλανίσκος] i. e. Balneator. Ita legit Reinesius ad Petron. Fragm. p. 62. & retinet M. Nodot. p. 204. ubi fuit Baliscus. conf. Burm. p. 188. qui proprium nomen putat.

BALANITES, æ. [βαλανίτης] Gemma subviridis, & Corinthio similis æri, secante mediam flammea vena. Plin. lib. 37. cap. 10.

BALANITIS, ĭdis. [βαλανῖτις] Genus castaneæ rotundius, & maxime purgabile, & sponte prosiliens, a rotunda glandis effigie ita appellatum. Plin. lib. 5. cap. 23.

BALANTIUM, [βαλάντιον] Marsupium significat: unde & Balantiotomi apud Aristophanem, Qui de zona propendentes crumenas præcidunt. Auctor Cælius lib. 10. cap. 2.

Est item Balantium, Pondus quoddam, Phollis nuncupatum, donos continens ducentos quinquaginta. Habet vero donus libram unam, uncias duodecim. V. eundem Cæl. lib. 10. cap. 6.

BĂLĂNUS, i. f. [βάλανος] Glandem generali nomine significat. Plin. lib. 17. cap. 20. In quacunque terra seritur, nascitur e balano. De Æsculo loquitur. Specialiter tamen de Palmulis, quas vulgo dactylos vocamus, accipitur. Plin. lib. 13. cap. 4. Nam in alia parte Phœnices, Ciliciæque, populari etiam nomine a nobis appellantur balani. De dactylis, palmarum fructu. conf. Spanh. de Usu Numm. diss. 6. p. 348.

Ex balano exprimebatur unguentum odoratum, quo ab antiquis ungebantur capilli. Martial. lib. 14. 57.

Quod nec Virgilius, nec carmine dixit Homerus,
Hoc ex unguento constat & ex balano. Myrobalanum intelligit poeta: quæ vox ingredi non potest versum heroicum, quales sunt Homerici & Virgiliani. Plin. lib. 13. cap. 1. Constat oleum ex ciliis, balano, calamo, melle, cinnamomo, croco, myrrha, aspalatho. De unguentis. De hoc Hor. 3. Carm. 29. 4.

Pressa tuis balanos capillis. conf. Diosc. 4. 160.

Balanus myrepsice, (inquit Ruell. lib. 1. cap. 56.) h. e. Glans unguentaria, fructus est arboris myricæ similis, magnitudine avellanarum nucum, qua expressa, quemadmodum ex amygdalis amaris, excipitur liquor, quo in pretiosa unguenta vice olei utuntur. Nascitur in Æthiopia, Thebaide, Arabia, & quæ secus Judæam, Petra dicitur. V. plura ibidem. Hinc Myrobalanus dicitur.

Balanus, Piscis marinus. Plin. lib. 32. cap. 11. Plaut. Rud. 2. 1. 8. Ostreas, balanos captamus, conchas, marinam urticam.

Balani, sunt Glandes, & id quod glandis forma ad subducendam alvum, in podicem manu inditur, apud auctores medicinæ. Budæus. Vulgus Suppositorium vocat.

Balani, Castanearum genus excellens. Plin. lib. 15. cap. 23. Sardibus eæ provenere primum. Ideo apud Græcos Sardianos balanos appellant. nam divus Tiberius postea balanum nomen imposuit, excellentioribus satu factis. Hic Balanus, aut est etiam masculinum, aut Sardianas legendum est.

Balanum etiam vocant Græci, Virgæ virilis extremam partem.

BALANĀTUS, [βαλανωτὸς] Adj. Balanino oleo perfusus. Pers. 4. Sat. 37.

Tu quum maxillis balanatum gausape pectas.

BALĂNĪNUS, Adj. [βαλάνινος] Ex balano factum. ut, Balaninum oleum. Plin. lib. 23. cap. 4. Balaninum oleum repurgat varos.

BALANĪTES, æ. m. [βαλανίτης] Gemma. Plin. 37. 10.

BALARI, [Βαλάροι] Populi Montanorum Sardorum, qui speluncas inhabitant, ut inquit Strabo lib. 5.

Balari, Corsis exules dicuntur, teste Pausania: quod nomen Sardiniæ montana incolentibus, adhæsit, cum illuc secessissent a Carthaginensibus deficientes. V. Cæl. lib. 19. cap. 22.

BĂLĂRUS, i. m. Strategi nomen apud Silium, 3. 378.

BĂLĂTRO, ōnis. m. Homo nihili a Balando sic dictus. Varro de R. R. lib. 2. cap. 5. Videbo jam vos, inquit, balatrones, & huc afferam meum corium & flagra. Hor. 1. Serm. 2. 2.

Mendici, mimæ, balatrones, &c. Porphyr. ait Balatrones a Balatu & vaniloquentia dictos. Acron in illud Hor. 2. Serm. 7. 35:

—— cum magno blateras clamore: sic ait, Blateras, Vociferas, clamas sine ratione. Unde Balatrones, quasi Blaterones, Blaterare enim, proprie est Inepte clamare. Galli integrum prope hoc vocabulum retinent. vernacula sua lingua *Belithrones* enim appellant Homines non bonæ frugi, & nihili.

Balatro, etiam proprium viri apud Hor. 2. Serm. 8. 21.

— cum Servilio Balatrone
Vibidius quos Mæcenas adduxerat umbras. Ab hoc aliqui commune Balatronis nomen deducunt. V. Franc. Luisin. Parerg. 1. 6.

Balatrōnes [ἰλύες] & Blateas, Bullas luti ex itineribus, aut quod calceamentorum soleis eraditur, appellabant. Festus.

BALATIO, BALATUS. V. BALO, as.

BALAUSTIUM, i. n. [βαλαύστιον] Flos mali punici. Plin. lib. 23. cap. 6. In hoc ipso cytino flosculi sunt, antequam scilicet malum ipsum prodeat, erumpentes, quos balaustium vocari diximus. Idem lib. 13. cap. 19. Flos balaustium vocatur, & medicinis idoneus, & tingendis vestibus, quarum color nomen inde accepit. De punico malo loquitur. Diosc. & Galen. Balaustium silvestris mali punici florem esse produnt. Columel. 10. 297. Diosc. 1. 132. De Balaustio in nummis Rhodiorum copiose Spanh. de Usu & [illegible] Num. diss. 6. p. 315.

BALAUSTĪNUS, Adj. [βαλαύστινος] ut, Balaustinus color, similis flori mali punici. Plin. 13. 19.

BALAX, ācis. & BALUX, ūcis. Plinio dicitur Minutum ramentum auri, 33. 4. V. Salmas. Exerc. Plin. p. 277. Salmasius scribit Balluca & a βάλλαξ deducit, p. 239. fin. Ed. poster. V. BALUCA.

BALBĪNA, [Βαλβίνη] Virgo Romana & martyr, Quirini filia, liberata a strumæ vitio per Alexandrum pontificem, sepulta in via Appia juxta patrem, qui ambo sub Trajano sunt passi. Auctor Volater.

BALBUS, a, um. [ψελλὸς, τραυλὸς] Qui lingua impeditus est. Cic. 1. de Orat. 260. Quumque ita balbus esset, ut ejus ipsius artis cui studeret, primam literam non posset dicere, perfecit meditando, ut nemo planius eo loquutus putaretur. De Demosthene. Idem 2. Fam. 10. Balbi non sumus, ad rem redeamus.

Balba de nare loqui. Vide NARIS. H. St.

Os balbum. Hor. 2. Epist. 1. 126.

Senectus balba. Hor. 1. Epist. 20. 18.

Verba. Hor. 2. Serm. 3. 274.

BALBUS, Cognomen fuit Aciliorum a balbutie primum uni ex illis impositum, & postea a posteris retentum. [Quin idem & aliorum cognomen fuit, ut Atiæ, Antoniæ, Corneliæ, Næviæ, Thoriæ gentis.

Fuit etiam hoc cognomine Cornelius iste Balbus, pro quo extat Ciceronis oratio, aliique complures. V. Lex. Pitisc.

BALBE, [τραυλῶς] Obscure. Nonius 2. 89. citat exemplum ex Varrone Rer. Human. lib. 20. in quo dictio ipsa Balbe non legitur; unde puto locum esse corruptum.

Balbe significare. Lucret. lib. 5. 1021.

—— cum balbe significarent
Imbecillorum esse æquum misererier omnium.

BALBUCINARI, significat Lingua balba loqui, sicut senes. Calep.

BALBŪTIES, ei. f. Hæsitantia linguæ. Etsi pervulgata sit hæc vox, est tamen barbara. V. Voss. de Vit. L. L. 3. 2. & Cellar. Antibarb. p. 10.

BALBŪTIO, [ψελλίζομαι] ire. est Cum quadam linguæ hæsitatione & trepidatione loqui. Cic. 5. Tusc. 75. Transl. Me quidem auctore etiam Peripatetici, veteresque Academici balbutire desinant aliquando. Idem 1. de Divin. 5. Reliqui vero omnes, præter Epicurum balbutientem de natura deorum, divinationem probaverunt. i. e. Inscite loquentem.

Balbutit & avis, cui Canere opponitur. Plin. lib. 10. cap. 29. Merula æstate canit, hyeme balbutit.

Balbutire Scaurum, i. e. Balbutiendo appellare, active positum cum accus. Hor. 1. Serm. 3. 48.

BALDRACA, [Βαλδράκη] Puella generis obscuri, peregrinæque conditionis, quæ quamvis multarum rerum ob paupertatem esset indiga, noluit tamen corporis sui facere copiam Othoni Imperatori, quamvis multa promittenti, ut scribit Volaterr. Geogr. lib. 3. Ubi de Comitibus Guidis loquitur.

BALĔĀRES, ium. m. pl. [Γυμνήσιαι νῆσοι, Βαλιαρίδες] Insulæ duæ in Hispanico mari funda bellicosæ, ut scribit Diodor. Sicul. in lib. περὶ νήσων: Græci Gymnesias dixerunt, auctore Plin. lib. 3. cap. 5. Nunc Majoricam & Minoricam nominant a dispari quantitate: vulgo *Mallorca* & *Menorca*. Dictas esse constat a βάλλω, quod Mitto sive Sagitto significat. Nonnulli tamen a Baleo, Herculis comite, nomen deducunt. V. Liv. 28. 37. & Epit. Liv. lib. 60. Gymnesiæ vero dictæ, quod incolæ nudi æstatis tempore, jactu fundarum sese exercent. De summa gentis in lapidibus jaciendis peritia, & quomodo eam comparare sibi sint soliti, V. Strab. lib. 14. Polyb. lib. 3. Veget. 1. 16. Flor. 3. 8. Sil. lib. 5. 193.

— & torta Balearis sævus habena Idem 3. 365.

BALEARIS, e. Adj. de Incolis & rebus usurpatum, quando de insulis absolute dicitur (Insularum) vocabulum semper subauditur. Cæs. 2. Bell. Gall. 7. Sagittarios & funditores Baleares subsidio oppidanis mittit.

Balearis funda. Virg. 1. Georg. 309.

Stupea torquentem Balearis verbera fundæ.

Tortor Balearis habenæ. Lucan. lib. 3. 705.

Baleare telum. Sil. lib. 7. 297.

Scribitur & Baliaris, e. V. Drakenb. ad Sil. 3. 365.

BALEĀRĬCUS, [Γυμνησιακὸς] similiter Adj. ut, Balearicæ grues. Plin. lib. 11. cap. 37.

Funda. Ovid. 2. Met. 727.

Mare. Plin. lib. 3. cap. 5. Hispanum quatenus Hispanias alluit: ab aliis Ibericum aut Balearicum.

Regna. Manil. 4. 638.
Vina. Plin. lib. 14. cap. 7.

BALESIUM, Apuliæ oppidum eſt maritimum, non procul a Brundusio. Plin. lib. 3. cap. 11.

BALIARDUS, Philoſophus quidam Gallicus & Peripateticus, Pariſiis prodiit vir doctiſſimus, ab orthodoxis tamen in quibuſdam aberrans, a quibus nec per ſynodum juſſu regis Ludovici hujus gratia coactam, avelli potuit: ſed in quodam loco deſerto, cum ſociis nonnullis, omne ævum abſtinendo exegit. Volaterr. lib. 22.

BALIAS, ſive BALIUS, (nam in Græcis quibuſdam codicibus Βαλίας legitur, in aliis Βάλιος) Unus fuit ex equis Achillis, a Balio colore ita dictus. Commemorat autem Homer. lib. 16. Il. tres Achillis equos, quorum duos Baliam & Xanthum immortales fingit, ex Zephyro vento & Podarge Harpyia prognatos: tertium autem mortalem, nomine Pedaſum. V. mox BALIUS.

BALIMENSES, Populi in Latio, qui alias Trebulani dicuntur. Plin. lib. 3. cap. 5. Rectius Balinienſes al. legunt.

BALINĒUM, & BALINĒÆ, V. BALNEUM.

BALIS, Herba, de qua Plin. 25. 2. Xanthus (inquit) hiſtoriarum ſcriptor, in prima earum tradit, occiſum draconis catulum revocatum ad vitam a parente, herba, quam balin nominat: eademque Thylonem, quem draco occiderat, reſtitutum ſaluti.

BALISTA, ſeu potius BALLISTA, æ. f. Militare tormentum, quo lapides aliaque tela jaciuntur: a βάλλω, jacio, vulnero. Liv. 4. Bell. Pun. Catapultas, baliſtas, tormentaque alia quæ oppugnandæ urbi comparata erant. Cic. 2. Tuſc. 24. Ut enim baliſtæ lapidum & reliqua tormenta telorum eo graviores emiſſiones habent, quo ſunt contenta atque adducta vehementius: ſic, &c.
De baliſtarum rationibus V. Vitruv. lib. 10. cap. 16. & Veget. lib. 4. cap. 22. & Lipſ. Poliorc. Dial. 3. & Lex. Pitiſc.
Baliſtis ingentia etiam ſaxa jaciebantur: unde apud Siſennam lib. 4. Hiſt. legimus Baliſtas talentarias, quibus ſaxa pondo talenti jaci poſſent. & apud Lucilium, Baliſtas centenarias. Ex Non. 18. 22.
Alciatus in Taciti locum lib. 3. Hiſt. ait ſe in commentariis Theodoſii ſchema baliſtæ quadrirotis vidiſſe, cum interpretatione qua oſtenditur, ſagittas ex ea cœptum fuiſſe jaculari,
Torta validis baliſta lacertis. Lucan. lib. 2. 687.
Tenſus baliſtæ turbo. Lucan. lib. 3. 465. &c.
Baliſta, pro Tormenti telo. Plaut. Pœn. 1. 1. 73. Cui jam infortunii intenta baliſta eſt probe, quam ego haud multo poſt mittam e baliſtario. Quanquam fortaſſe pro Tormento non male accipietur, quod mitti etiam dicitur, quum mittuntur ab eo tela. Turnebus. conf. Capt. 4. 2. 16. & Bacch. 4. 4. 58.
Hinc Gall. *Arbaleſte*, q. d. Arcubaliſta, vel Arcuata baliſta. H. St.

BALISTARIUM, i. n. Locus unde baliſtæ mittebantur. Plaut. Pœn. 1. 1. 74. Quam ego haud multo poſt mittam e baliſtario.

BALISTARIUS, i. m. Baliſtarum artifex. Aurel. Arcad. in l. ultim. D. de jur. immunit. V. Lex. Pitiſc. Pro Funditoribus habet Lipſ. Poliorc. 3. Dial. 3. extr.
Balliſtarii, item Numerus & ordo militaris, in notitia Imperii utriusque. Ammian. 16. 2. de quibus late Pitiſc. Lex. in voce.

BALISTEA, vel BALLISTEA, orum. n. pl. a [βαλλίζειν] Carmina ludicra inter ſaltandum cantari ſolita. Vopiſc. in Aurel. cap. 6.

BALITO, as. V. BALO, as.

BALIUS Equus. V. ſupra BALIAS.

BALIUS Color, [βαλία χροιὰ] In equis laudatiſſimus eſt, a quo Homerus Il. 16. v. 149. unum ex equis Achillis Balium ſive Baliam appellavit. Nonnulli Varium interpretantur, maculisque multis diſtinctum. Thyleſius autem in libello de Coloribus, eundem eſſe exiſtimat cum eo qui & Spadiceus, & Baius, & Badius, & Phœniceus appellatur. V. ſupra BALIAS & BADIUS.

BALLARIA, æ. a Romanis appellata eſt Herba, quæ a Dioſcor. λυχνὶς στεφανωματικὴ, h. e. Lychnis coronaria, & a Gallorum vulgo *Candelaria* dicitur. V. Ruell. lib. 3. cap. 57.

BALLIONES, dicuntur Lenones, a Ballione Plautino lenone, Pſeud. 1. 2. 59. Cic. pro Roſc. Com. 20. Ballionem illum improbiſſimum & perjuriſſimum lenonem. & Philip. 2. 6.
Fortaſſe abundat Lenonem. Vopiſcus in Carino: Ne patrimonia ſua, proſcriptis legitimis hæredibus, mimis & Ballionibus deputarent. Ballionibus, id eſt, Lenonibus, inquit Bapt. Egnatius, a Ballione Plautino lenone. Sic & Gnathones dicunt. Vide in GNATHO ex Philipp. 2da. Sed ibi eſt in textu Balatronibus. H. St.

BALLISMUS, [βαλλισμὸς] Saltatio quædam erat, tympanis crepitantibus, vel etiam cymbalis: cujusmodi Parilibus Romæ fiebat, quæ mox Romæa dici cœpere, civitatis fortunæ templum ſtruente Adriano. V. Rhodig. lib. 5. cap. 4.

BALLISTA, vel Baliſta, æ. m. Latro fuit, cui lapidato Virgilius hoc fertur condidiſſe Epitaphium,

Monte ſub hoc lapidum tegitur Balliſta ſepultus,
Nocte dieque tuum carpe, viator, iter. V. Donat. in Vita Virg.

BALLŎNŎTI, [Βαλλονῶται] ſive BELLŎNŎTI, ſunt Burgundiones, Heſi, Baſternæque in Scythia Europæa, ut in Aſiatica plerique eodem nomine. Valer. 6. Argon. 161.

Ibant & geminis æquantes cornibus alas
Ballonoti.

BALLŌTE, es. [βαλλωτὴ] Herba, quæ Latine Marrubium dicitur. Officinis Marrubiaſtrum, aut Nigrum marrubium appellatur. Vulgo Praſium fœtidum. Dioſcorides, Balloten nomine alio nigrum marrubium, aut magnum vocat. V. Plin. lib. 27. cap. 8.

BALLUCA, æ. f. V. infra BALUCA, & Lex. Pitiſc.

BALNEUM, i. n. [βαλανεῖον, λουτρὸν] Locus in domibus, in quo ad lavandum aquæ calidæ & frigidæ diſponuntur. Græcis dictum βαλανεῖον, quod anxietatem ex animo pellat, ut Euſtach. ad Homer. Il. κ. obſervat, ut & Auguſtinus Confeſſ. 9. 12. Alii παρὰ τὸ τὰς βαλάνους αὔειν dictum volunt, Suidas enim glandibus veteres veſci ſolitos fuiſſe, earumque putamina ſuccendiſſe, docet. V. Cæl. Rhod. Lect. Ant. 16. 45. Cic. 14. Fam. 20. Labrum, ſi in balneo non eſt, ut ſit. Martial. lib. 2. 48.

Cauponem, laniumque, balneumque.

Erant autem Balnea publica Romæ, in quibus cuique licebat lavari, quæ frequentius Græca voce Thermæ vocabantur. Sed & Balnea Romanorum

tres habebant regiones ſive domos: ſuperior aeris erat calidi, & Laconicum appellabatur: media erat aquæ calidæ: infima autem aquæ frigidæ. Quod ſupereſt de ſtructura & ædificio ac compoſitione balneorum, videto apud Vitruv. 5. 10. De balneis veterum, V. Oct. Ferrarii Diſſert. & quos laudat Fabric. Bibliogr. Ant. 22. 14. & præcipue Lex. Pitiſc.
Ambulare in balneum. Cic. 13. Att. 50.
Ducere aliquem ex balneo. Cic. pro Deiot. 17.
Laudare balnea. Hor. 1. Epiſt. 11. 13.
Mutare. Idem ibid. 1. 92.
Optare. Idem ibid. 14. 15.
Vitare. Idem Arte Poet. v. 298.
Balnea tuta. Ovid. 3. de Arte Am. 640.
Fallitur egregie Varro, cum plur. num. Balnea dici negat, de L. L. 5. 25. V. mox in BALINEUM.

BALNEÆ, arum. f. pl. [δημοβαλανεῖον] Idem ſignificat, ſed magis publicæ ſunt, quam privatæ. V. Lex. Pitiſc. Cic. pro Cæl. 61. Mulier ingenioſa conſtitui locum juſſit balneas Xenias, ut eo mitteret amicos, qui deliteſcerent. Balneæ Palatinæ. Cic. pro Roſc. Amer. 18.
Viriles. Gell. 10. 3.
Fœminarum. Lampr. Alex. Sever. cap. 23. conf. Nonium 3. 24. V. dict. ſq.

BALINĒUM ex Gr. βαλανεῖον, pen. prod. & BALINĒÆ a veteribus dicebantur, quas nunc Balneas dicimus. Plaut. Pœn. 5. 2. 16. Numnam ita balineis circumductus pallio? Idem Rud. 2. 3. 52. Aſin. 2. 2. 90 Merc. 1. 2. 17. Suet. Neron. cap. 31. Plin. Epiſt. 3. Quid balineum illud, quod plurimus ſol implet, & circumit? Plin. lib. 9. cap. 54. Balineæ penſiles. Cic. 2. Att. 3. Balineum calefieri jubebo.
Intereſt tamen inter Balineum & Balineas: quod illud privatum, hæ publicæ. Varro lib. 8. L. L. 42. Item reprehendunt analogias, quod dicantur multitudinis nomine publicæ balineæ, non balinea: contra quod privati dicunt unum balineum, quod plura, balineas dicant: quibus reſponderi poteſt, non eſſe reprehendenda, quod ita in uſum venerunt. conf. Chariſium p. 76. Ed. Putſch. Voſſ. de Anal. 1. 37. Dict. præced.

BALNEŎLUM, i. n. dimin. [βαλανίδιον] Juven. 7. Sat. 4.

—— quum jam celebres, notique poetæ
Balneolum Gabiis, Romæ conducere furnos
Tentarent. Cic. apud Nonium 3. 24. Primus balneola ſuſpendit.

Apud Nizol. & Gruter. fœm. gen. Balneolas legimus.

BALNEARIUM, i. n. [βαλανεῖον] Pars villæ. Raro tamen in ſingulari uſurpatur. Cic. 13. Att. 29. Balnearia tamen laudat majora: de minoribus ait hiberna effici poſſe. Columel. lib. 1. cap. 6. Balnearia occidenti æſtivo advertantur, ut ſint poſt meridiem, & usque in veſperum inluſtria. Adde Sen. Nat. Quæſt. 3. 24.

BALNEARIUS, Adj. Quod ad balnea pertinet. Unde ſcribit Ulpian. l. 1. D. de furib. balnear. Fures balnearios extra ordinem eſſe puniendos. h. e. Qui in balneis verſantur, & eorum qui lavatum eunt, veſtimenta ſurripiunt. Catul. 34. 1.

O furum optime balneariorum,
Vibenni pater. Hujuſmodi autem fures morte mulctabantur. V.

Ariſtot. ſect. 29. Probl. 14. & Victor. Var. Lect. 7. 17. & Lex. Pitiſc.
Furtum balnearium, In balneis publicis factum. Paulus in l. ult. D. de furib. balnear. Miles qui in furto balneario deprehenſus eſt, ignominia mitti debet.
Inſtrumentum balnearium, Quo in balneis utimur. Paul. in l. Pictoris 17. D. de fund. inſtruct. Inſtrumento balneario legato, dictum eſt balneatorem ſic contineri, quomodo inſtrumento fundi ſaltuarium.

BALNEARIS, e. Adj. ut, Balneare argentum, [βαλανειακὸν ἀργύριον] Quo, qui in balneo lavabant, utebantur. Scævola in l. ult. §. 1. D. de aur. & arg. Semproniæ dominæ meæ hoc amplius argentum balneare: quæſitum eſt an etiam id argentum, quo diebus feſtis in balineo uti conſuevit, legato cedat. Sic Urceus balnearis, Solium balneare, ut Chariſius obſervat lib. 1. p. 59.
Veſtis balnearis ap. Lamprid. in Alex. Severo, Balneari veſte ad Palatium revertens. H. St. V. c. 42.
Balnearia, n. pl. abſolute. Apul. Met. 3. Milonem juſſit cum balnearibus aſſequi.

BALNEO, āre. Barbarum, quo uſus Scribanius de Paſſ. Chriſti cap. 23. Aqua & igni balneandi. Hinc tamen quæ ſequuntur videntur derivata, ſc. [Ut a Vio Viaticum, Viator. &c.

BALNEĀTĬCUM, i. n. Pretium quod pro lotione in balneis ſolvitur. Vet. Gloſſ. Balneaticum, βαλανικόν. Vet. Schol. Juvenal. ad illud 2. Sat. 52. Niſi qui nondum ære lavantur. i. e. Infantes, quia pueri non dant balneaticum.

BALNEĀTOR, ōris. [βαλανεὺς, λουτροχόος] com. gen. licet (ut ait Servius ad 12. Æn. 159.) Petronius uſurpaverit Balneatricem. Dicitur autem Qui curam habet balnearum. Ulpian. in l. 1. D. Depoſiti, Si veſtimenta ſervanda balneatori data perierint. Sic Firmicus, ut ait Budæus. Cic. pro Cæl. 62. Mulier potens, quadrantaria illa permutatione, familiaris facta erat balneatori. Plin. 18. 17. Lamprid. Commodo cap. 1. Plaut. Pœn. 3. 3. 90. Petron. cap. 52. V. Pignor. de Serv. p. 80. & Lex. Pitiſc.

BALNEATORIUS, a, um. Idem quod Balnearis. Sic Martian. JCt. l. 17. §. 2. D. de Inſtruct. & Inſtrum. Leg. æque Balneatorium & Balnearium inſtrumentum dixit.

BALO, [βληχάομαι] āre. Factitium verbum eſt, proprium ovium. Feſtus, Barrire elephanti dicuntur, ſicut oves dicimus balare, utique a ſono ipſo vocis. Cic. 1. de Divin. 42.

Rex ipſe Priamus ſomnio mentis metu
Perculſus, curis ſumptus ſuſpirantibus,
Exſacrificabat hoſtiis balantibus. Ovid. 4. Faſt. 740.
Tactaque fumanti ſulfure balet ovis. Sil. 15. 703. V. Quintil. 1. 5. extr.

Belare etiam in uſu veteribus a *bee*, quod ſonare ovium vox videtur, teſte Varr. de R. R. 2. 1. Hinc facile colligitur quomodo E literam veteres pronunciarint.
Balare, ad hominem tranſlatum. Varr. 2. R. R. 3. Cui Coſſinius, Quoniam ſatis balaſti. i. e. Tractaſti & docuiſti de ovibus, quarum proprium eſt balare.

BALANS, antis. ut,
Agnus balans. Phædr. 3. 15. 1.
Balans abſ. pro Ove, ut Grex balantum. Virg. 1. Georg. 272.

BALȲTO, [βληχάω] āre. Plaut. Bacch. 5. 2. 4. — Paſtor harum
Dormit, quum hæ eunt ſic a pecu balitantes. Emend. Codd. Palitantes.

BALĀTUS, ûs. m. [βληχασμὸς] Plin. lib. 20. cap. 14. Guſtatum a pecore caprisque, balatum concitat. De pulegio loquitur.
Tener balatus. Ovid. 7. Met. 319. i. e. Exiguus, qualis eſt agni adhuc tenelli.
Tremens. Stat. 10. Theb. 46.
Dare balatus, i. e. Balare. Ovid. 7. Met. 541.
Exercent balatum agni. Virg. 9. Æn. 62.
Pecorum balatu ſonant ripæ. Virg. 3. Georg. 554.

BALATIO, vel BALLATIO, ōnis. f. Si quis balationes ante Eccleſiam fecerit, tribus annis pœniteat. Concilium Braccarenſe. Lipen. Stren. Civ. Hiſt. c. 2. æt. quart. §. 19. [Significat Choream vel Saltationem a v. Ballare, quod Italis etiam nunc in uſu. V. Gloſſ. Macri, Spelm. Cang. Errant qui de Balatus imitatione exponunt.

BALSA, [Βάλσα] a Plin. lib. 3. cap. 5. numeratur inter Cyrenaicæ regionis oppida.
Eſt etiam hoc nomine urbs Luſitaniæ, non procul a ſacro promontorio, & Anæ fluvii oſtiis, quæ vulgo nunc *Tavila* dici creditur. Commemoratur a Plin. lib. 4. cap. 22. & Ptolem. lib. 2. cap. 5. Meminit & Pompon. Mela.

BALSAMELÆON, [βαλσαμέλαιον] Succus eſt oleo perſimilis, qui ineunte Autumno, ex imis balſami fruticis partibus ſcarificatis profluit, ut poſt Aëtium refert Ruell. lib. 1. cap. 35.

BALSAMINA, quæ a nonnullis Viticella dicitur, planta eſt quæ prælongis tenuibusque viticulis, ultro citroque reptantibus, proximas tum herbas, tum arbuſculas comprehendit: foliis vitis albæ, aut viniferæ ſimilibus, ſed longe minoribus, magisque per ambitum laciniatis: capreolis tenuibus ex alarum ſinu prodeuntibus, quibus ſeſe implicat appoſitis adminiculis. Florem promit cucumeri ſimilem, colore ſubluteum: fructum utrinque turbinatum, ovi fere faciem repræſentat, cute carnoſa, quibusdam acutis bullis rigente dipſaci modo. Hæc ex Matthiolo cap. 177. in lib. 4. Dioſc. apud quem plura vide.

BALSĂMUM, i. n. [βάλσαμον] Arbuſcula eſt odoratiſſima, in Judæa ſolum naſcens. V. Humfr. Prideaux Hiſt. Jud. ad A. CCLXIII ante C.N. & Spanh. de Uſu & Præſt. Num. diſſ. 6. p. 358. ſeq. Idem eſt quod *Baal ſchemen*, quaſi Dominus olei, ſeu Oleum præcipuum, aut Dominus aromatum. V. D. Geier. de Luctu Ebræorum p. 387. Virg. 2. Georg. 119.
Balſamaque, & baccas ſemper frondentis acanthi? Ubi Servius, Sane Balſamum eſt arbor ipſa: Opobalſamum ſuccus collectus ex arbore. Balſamum proprie quidem de Arbore, ſed ſæpius etiam de Succo arboris dicitur. Sic Claud. Epith. Pallad. v. 121.
Gemmatis alii per totum balſama tectum
Effudere cadis. Et Juſtinus 36. 3. 4. Arbores oppobalſami certo anni tempore balſamum ſudant. De Balſamo copioſiſſime Plin. lib. 12. cap. 25. V. & Solin. cap. 38. & Tacit. 5. Hiſt. 6. 2.
Tarda balſama. Claud. de Nupt. Honor. 96. V. Barth. ad loc. De Balſamo extant commentationes Matth. Lobelii, Nic. Guiberti, & Proſp. Alpini.

BALSAMĬNUS, Adj. [βαλσαμινὸς] ut, Balſaminum oleum. Plin. lib. 23. cap. 4.

BALSAMEUS, a, um. Auctor Carm. Phœnicis, Lactantio a quibusdam tributi; Unguine balſameo condit.

BALSAMŌDES, æ. f. [βαλσαμώδης] Caſiæ genus, ab odore ſimili ſic appellatum apud Plin. 23. 4.

BALTEUS, & BALTEUM dicimus: licet in ſingulari magis ſit in uſu Balteus, in plurali vero Baltea, [ζωστήρ.] Eſt autem teſte Varr. 4. de L.L. 24. Cingulum e corio, bullis ornatum. Quintil. lib. 11. Sinus ille qui ab humero dextro ad ſiniſtrum oblique ducitur, velut balteus, nec ſtrangulet nec fluat. Chariſius lib. 1. Balteus m. gen. ſemper dicitur, ut Clypeus. Plinius tamen vult m. gen. Funiculum ſignificare, n. autem gen. Lora ad alligandum apta. Sed Varro Baltea dixit, & Tuſcum vocabulum ait eſſe, Rerum humanarum 18. Hæc Chariſius. V. Voſſ. de Analog. 1. 36.
Auratus balteus. Sen. in Herc. fur. 7.
Inſignis. Valer. 5. Argon. 139.
Lenta baltea. Propert. lib. 4. 11. 22.
Balteus, dicitur non tantum Quo cingimur, ſed etiam a Quo arma dependent. Virg. 5. Æn. 312.
Alter Amazoniam pharetram plenamque ſagittis
Threiciis, lato quam circum amplectitur auro
Balteus, & tereti ſubnectit fibula gemma. Hæc Servius.
Cæſ. 5. Bell. Gall. 43. Transfigitur ſcutum Pulfioni, & verutum in balteo defigitur. Avertit hic caſus vaginam &c. Liv. Auratæ vaginæ, aurata baltea illis erant. Accius, διδασκαλικῶν lib. 8. Actoribus manuleos, baltea, machæras. Ex Nonio.
Balteus corticis. Plin. lib. 16. cap. 37. De ſalicibus loquitur.
Balteus, in opere piſtorio, ſignificat Id quo cingitur placenta, & ambitur: eſt autem ſolum vel ſoli pars. Nam cum fingitur placenta poſitis tractis ita, ut in ſummo cingula ſint, ſolum quod in imo latum erat, replicatum in metam ſurſum verſus colligitur: unde Cato ſcribit poſtea, Solum contrahito: totaque tracta cingit, & tractarum condimenta complectitur. Hæc Turnebus in Catonem, de R. R. cap. 75.
De ſenſu Baltei tum in Amphitheatro, tum Toga, conf. Lex. Pitiſc.

BALTEŎLUS, i. m. dimin. Capitol. in Maxim. cap. 2. Severus militares dabat ludos, propoſitis præmiis, argenteis id eſt armillis, torquibus, balteolis.

BALTEO, āre. Iſidori Gloſſ. Balteat, cingit.

BALTEATUS, a, um. Cinctus. Mart. Capell. lib. 5. p. 137. Pectus exquiſitiſſimis gemmarum coloribus balteatum. Ita Grotius in Not. pro Baleatum. Alii Cod. Subbaltheatum.

BALTIA, Inſula in mari Germanico vel potius ingens Peninſula, quæ & Scandinavia. Volaterr. lib. 7. Geogr. ex Plin. lib. 4. cap. 13. & 37. 4. Pytheæ Baſilia.

BALTICUS, a, um. ut, Mare Balticum, a Baltia inſula, hodie; Melæ & Plin. dicitur ſinus Codanus, Venedicus Ptolem.

BALŪCA, æ. f. [χρύσαμμος] i. e. Arena aurea. Juſtinian. lib. 2. Cod. 6. tit. l. 1. de Metallariis. Lingua noſtra vernacula Paleolas appellat auri ramenta, quæ alluvione rivorum deferuntur, cujusmodi hodie circa Pyrenen inveniuntur. V. Bud. de Aſſe. Eadem &

BALUX, ucis. Minutior auri particula ab Hiſpanis dicitur, cujuſmodi in arrugiis, aut puteis pene puræ inveniuntur, nullaque opus habentes coctione. Plin. lib. 33. cap. 4. Aurum arrugia quæſitum non coquitur, ſed ſtatim ſuum eſt. Inveniuntur ita maſſæ: necnon in puteis denas excedentes libras. Palacras Hiſpani, alii Palacranas: iidem quod minutum eſt, Balucem vocant. Turneb. 30. 26. apud Martial. 12. 57. corrigit,
Illinc balucis malleator Hiſpanæ. Ubi in vulgatis ſcribitur Paludis.

BALYRA, æ. [Βάλυρα] Fluvius eſt Peloponneſi, ſic dictus quod in calamitate illuc lyram abjecerit Thamyris, qui Philammonis fuit filius, & nymphæ Argiopes, quæ ad Parnaſſum incoluit. Plura vide apud Cæl. lib. 18. cap. 7. Ex Pauſan. Meſſen.

B A M

BAMBACION, i. n. [βαμβάκιον καὶ βαμβακὶς Suidæ] Lanæ genus candidiſſimum, in exiguo naſcens frutice, quem nonnulli Goſſipion, plures Xylon appellant, teſte Plin. lib. 19. cap. 1. Fert hic frutex fructum barbatæ nuci non diſſimilem, quæ dehiſcens velut inculcatum lanæ glomum detegit, ex qua deinde veſtes fiunt, quæ a nonnullis Bambacinæ appellantur. A peritioribus Xylinæ vel Goſſipinæ. Vulgus *Cotonum* vocat, a ſimilitudine fortaſſe illius lanuginis, quæ foris in malo cotoneo gignitur. V. Ruell. lib. 2. cap. 150. Βομβάκιον Nic. Myrepſo.
Vide Suidam in Βάμβαξ. Dicit, Βάμβαξ, ἢ πάμβαξ, καὶ βαμβακὶς, τὸ παρὰ πολλοῖς λεγόμενον βαμβάκιον. Vide & in Theſ. Græco an non facta mentio. H. St. V. in dictione Ἐριόξυλον omnino, & Cangium v. Bombax.

BAMBAGIA, æ. Idem, forte a Bombyx. Bambaginem dixit M. Statilejus in reſponſ. de Fragm. Petron. Tragurien. p. 332. Ed. Burm.

BAMBALIO, Vocabulum eſt ignominioſæ appellationis. Scribit enim Cic. 3. Philipp. 16. Fulviæ Antonii patrem neſcio quem prorſus contemptibilem, fuiſſe cognominatum Bambalionem, ab hæſitantia linguæ, & ſtupore cordis. Cauſam opinamur eſſe, quia denſiorem mutarum in verbis concurſum deteſtantur Græci, propter eum quem vocant Pſelliſmum, ut in præterito medio δέδηχα; ſic & in præterito perfecto medio πέπομπα, veriti cacophoniam, ab uſu id tempus abdicarunt, quia βομβώδη κόμπον efficiat, id eſt bombo perſimilem ſtridoris ſonum: in quem luſit facetiſſime comicus βομβαλοβόμβαξ, unde factum Bambalioni nomen putamus. Cæl. Rhodig. lib. 13. cap. 2. V. Turneb. Adverſ. 7. 23. Victor. V. L. 7. 14. Lud. Carrion. Lect. Ant. 11. 2. qui Bambalo legit.
Bambalio, etiam Avis nomen eſt, Gr. βάμβαλος, eadem quæ ἄρδαλος, ardaleo, vel ardelio dicitur, uti docet Salmaſ. ad Vopiſci Saturn. cap. 8. p. 724.

BAMBATÆ, arum. In aceti ſcillitici confectione, jubet Columella decem bambatas in muſtum mitti: eo nomine intelliguntur ſcillæ quæ aliquo instinctu conditæ ſunt. Romani autem quum Syracuſanorum ſermone hac in re (ut & in multis aliis) uterentur, potius Bambatas, quam Bammatas nominabant, quod Siculi βάμβα pro βάμμα dicere ſolerent. Id eo moneo, nequis verbum adulterinum putet. Turnebus ad Columel. 12. 34.

BAMBOTUM, Flumen Mauritaniæ, crocodilis & hippopotamis refertum, ut ſcribit Plin. lib. 5. cap. 1.

BAMBYCATII, [Βαμβυκάτιοι] Populi ſunt ad Tigrim fluvium, de quibus memoriæ proditum eſt, eos omnem auri aut argenti materiam ita execrari, ut omnia metalli genera coëmentes, illa in profunda terrarum & abditas ſolitudines ſuffodiant, ne pecuniæ commercio enervaretur animi indoles ingeniique. Hæc ex Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 13.

BAMPLUS, i. m. Fulgent. Celocem dicunt genus navicellæ modiciſſimum, quod bamplum dicimus. V. Barth. Adverſ. 13. 11.

B A N

BANACURA, V. BARACURA.

BANASA, apud Plin. lib. 3. cap. 1. Romanorum colonia eſt in Mauritania Tingitana, Valentia cognominata.

BANAUSUS, i. m. [βάναυσος] a βαῦνος caminus, & αὔω incendo. Denotat hæc vox proprie Artificem qui circa caminos & fornaces exercetur, deinde latius ad quaſvis viliores & ſordidiores operas, quæ manuum opificio victum quærunt, extenditur. V. Cæl. Rhod. 8. 38. & 13. 48.

BANAUSUS, a, um. Adj. Mechanicus. Vitruv. 10. 1. Machinarum genus tertium tractorium, id autem Græci βάναυσον vocant. Hieron. lib. 1. adv. Pelag. f. 182.

BANBYCE, [Βαμβύκη Straboni] Meſopotamiæ civitas eſt, ſive (ut Plinio placet) Syriæ Cœles: in qua Atergatis dea colebatur. Hæc alio nomine Hierapolis, hoc eſt Sacra civitas, appellatur, & Edeſſa.

BANCHUS, i. m. Piſcis, aſelli genus alterum, in cujus cerebro lapillos molari forma contineri Plin. ſcribit lib. 32. cap. 9. Vulgo *Merluz*. V. Geſner. Eſt & Banchus inter Mugiles minimus, quem Ariſtoteles Chelonam vocat.

BANCHUS vel BANCUS, Germanica vox, etiam Tribunal eſt apud Anglos. Et Bancorum adhuc uſus eſt in Comitiis Imperii Rom. Germanici. V. Cangii Gloſſ. & Spelm.

BANDA, V. ALABANDA.

BANDOBENA, [Βανδοβηνή] Oppidum eſt in India, quam Cophes & Choaſpes flumina præterfluunt. Strabo lib. 15.

BANDUM, [στρατηγικὸν σημεῖον] Procopius de Bell. Vand. 2. 1. Signum dici militare ab Romanis interpretatur: unde factum conjectamus, ut vulgus inſcitum *Banderias* nuncupet. Nam quod in C. de Epiſc. & Cleric. ſcriptum invenias, Banno ſubjaceant imperiali, aliud eſt: ſiquidem eo nomine recentioribus appellatur Exilii ſpecies, quam Proſcriptionem dicebant veteres: qui uſu togæ carent, quando eſt illis aqua interdictum & igni. Rhodig. lib. 15. cap. 17.
Gall. *Bandiere & Banderets les Roumans.* Vide Suidam in Βάνδον. οὕτω καλοῦσι ῥωμαῖοι, inquit, τὸ σημεῖον, τὸ ἐν πολέμῳ. Bannum vide paulo poſt. H. St. V. Gloſſ. Spelm. Macri, Cangii. Hinc

BANDŎPHŎRI, vel BANDERESII, Qui vexillis in bello utebantur.

BANNANĬCA, æ. f. Genus uvæ, de qua Plin. 14. 3. Bannanica fallax eſt, amant tamen eam.

BANNOMANNA, Inſula ante Scythiam. Plin. lib. 4. cap. 13. Ex quibus ante Scythiam quæ appellatur Bannomanna, abeſſe a Scythia diei curſu, in quam Veris temperie fluctibus electrum ejiciatur, Timæus prodidit.

BANNUM, i. n. & BANNUS, i. m. [ἐξορία] Novum & nuper inventum vocabulum eſt, inquit Oldend. ſed res antiquiſſima. Eſt autem Bannum, Quo omnia humanitatis jura, viciſſitudinesque officiorum & commercia, interdicuntur rebellibus. Ideoque ſoli Cæſari, qui generalem ubique jurisdictionem habet, jure bannum interdicere licet: ceteri magiſtratus non banno, ſed relegationibus aliisque pœnis utuntur. Sumptus eſt banni uſus ab inſtituto Romanorum. Romani enim Draconis Athenienſis duriſſimam legem imitati ſunt, ſimilitudine quadam: quia igni &

aqua interdicere ſolebant: quod ei nihil eſſet reliquum, cui hæc elementa denegarentur. Hinc

BANNIRE, i. e. Proſcribere, aqua & igne interdicere. Et

BANNITUS, a, um. i. e. Excommunicatus. Neoterica plane vocabula. V. Voſſ. de Vit. L. L. 1. 1. & 2. 3. Apud Græcos olim qui homicidium per imprudentiam commiſiſſent, ἀπενιαυτισμῦ, i. e. annui exilii pœnam ſubibant, quæ latine dicenda eſſet Abannatio: & hinc Bannitos dici putat Alciatus Parerg. 2. 2. Rectius autem Zaſius & Gailius deducunt a Germanico vocabulo *ban*, ſive *bahn*, quod ſignificat Viam tritam, publicam & regiam, quam Banniti una cum libero rerum communium uſu, amittunt. Vocem cum multis aliis in Italiam invexere Longobardi.
Vide apud Steph. Βάννον, & puto notatum in Indice edit. Xylandri. Ut quibus interdicebatur aqua & igni. H. St. [Videntur omiſſa quædam in hac annotatione. Ceterum Banni vocabulum apud Scriptt. medii ævi πολύσημον. Ejus ſignificationes non male diſtinxit Spelmannus, cui junge Macr. & Cang.

BANNUS, etiam Hungaris officii nomen eſt, Præſidem vel gubernatorem regni denotans. V. Leuncl. Onomaſt. Turcico-Arab.

BANTIA, æ. f. [Βαντία, Steph. Βαντέα] Oppidum Appuliæ paſcuis abundans. Liv. 27. 25.

BANTINUS, a, um. Adj. ut, Saltus Bantini. Hor. 3. Carm. 4. 15.

BANTĪNUS, m. [Βαντιανὸς] Gentile. Bantini populi ſunt mediterranei Lucanorum, in tertia regione Italiæ, de quibus, Plin. lib. 3. cap. 11.

BANURRI, Getuli ſunt, incolæ Tingitanæ provinciæ, ut ſcribit Plin. lib. 5. cap. 2.

B A P

BAPHEUS, [βαφεὺς] Tinctor; & BAPHE, βαφὴ, Tinctura: utrunque a βάπτω, quod eſt Tingo, colore inficio. Juſtinian. lib. 11. C, tit. de Murileg. Baphei, inquit, per quos & privata noſtra ſubſtantia tenuatur, & ſpecies gynæcii confectæ corrumpuntur, &c.

BAPHĬA, æ. f. [βαφία] Taberna eſt tinctoria. Hinc Lamprid. in Alex. cap. 40. Purpura Alexandrina vulgo Probiana dicitur: idcirco quod Aurelius Probus baphiis præpoſitus, id genus muricis reperiſſet. [Immo a neutr. Plur. Baphia, orum. V. mox BAPHIUM.

BAPHIARIUS, Tinctor. Cod. 11. 7. §. 11. Panciroll. Notit. Dign. Imp. Orient. cap. 75.

BAPHĬCUS, [βαφικὸς] Adj. h. e. Tinctorius. ut, Coccus baphicus, granum tinctorium. V. Dioſcor. & Galen.

BAPHĪUM, i. [βαφεῖον] Officina tinctoria. plural. Baphia, orum. non ſemel in Cod. ſcriptum legitur l. ult. de Veſt. holoſer. Et l. 18. Theodoſiani, de Murilegulis. V. Pitiſc. Lex.

BAPTÆ, [βάπται] Athenis erant Sacerdotes Cotyttûs, impudicitiæ deæ, cui nocturna ſacra peragebant, ſaltationibus, & omni voluptatum genere indulgentes. Dicti autem ſunt Baptæ, ἀπὸ τῦ βάπτειν, quod qui ſacris illis initiabantur, aqua calida tingerentur. Juven. 2. Sat. 91. ſeq.
Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotytto. In hos Eupolis comœdiam conſcripſit, quam ab illorum nomine Baptas appellavit, in qua mollitiem eorum & libidinem depinxit: quam ob cauſam ab illis in mare præcipitatus eſt, & ſubmerſus. Vide plura de his apud Suidam, & Polit. Miſcell. cap. 10. Schol. & Comment. ad Juvenal.

BAPTES, Gemma eſt mollis, ſed præſtantiſſimi odoris. Plin. lib. 37. cap. 10.

BAPTISMUS, i. m. BAPTISMUM, i. & BAPTISMA, ătis. n. [βαπτισμὸς, βάπτισμα] Latine Immerſio vel Intinctio dicitur, a βάπτω, immergo. De Baptiſmate a Chriſto ſacramenti loco inſtituto, Baptiſma (inquit Gregorius) Græco eloquio dicitur, quod Latine Tinctio: quia ibi homo ſpiritu Gratiæ in melius immutatur, & longe alius quam erat efficitur. Primum enim fœdi eramus deformitate peccatorum, in ipſa tinctione reddimur pulchri dealbatione virtutum. V. Lex. Pitiſc. Suic. Theſ. Eccleſ.

BAPTISTERIUM, i. n. [βαπτιστήριον] Perottus, Baptiſteria in domibus ſunt, hoc eſt veluti Lacus quidam ex ligno, aut marmore, aliove genere lapidis ædificati, in quibus lavandi gratia mergimur: dicta ἀπὸ τῦ βαπτίζειν, quod mergere eſt. Hæc in cellis ædificari ſolent: hoc eſt, ſecretioribus locis in hunc uſum factis: quarum aliæ caldariæ ſunt, in quibus calida lavamur: aliæ frigidariæ, in quibus lavamur frigida. Plin. 5. Epiſt. 6. ad Apollinarem, Cella frigidaria, in qua baptiſterium amplum atque opacum. Verti poteſt Lavacrum. V. Lex. Pitiſc. & Suic. Theſ. Piſcina eſt Sidonio 2. Epiſt. 2. [Quin & Celſo, Suetonio, & cui non? Quin & S. S. interpres vulgatus τὴν κολυμβήθραν hac voce reddit.

BAPTIZO, [βαπτίζω] āre. Lavare & immergere.
De forma baptizandi, &c. V. Lex. Pitiſc.

BAPTIZATUS, a, um.
BAPTIZATIO, ōnis. f.
BAPTIZATOR, ōris. m.
BAPTISMALIS, e.
BAPTISTA, æ. m.
} Verba ſunt apud Scriptores Eccleſiaſticos frequentia.

B A R

BARA, Inſula non longe a Brunduſio. Feſtus.

BARACUM, Oppidum Africæ in tractu Cyrenaico. Plin. lib. 5. cap. 5.

BARACURA, Indiæ emporium extra Gangem, auctore Ptolemæo, hodie Bangella, (l. Bengala) civitas fœcundiſſima, & regnum latiſſimum.

BARAGASA, Æthiopiæ oppidum, de quo Plin. lib. 6. cap. 29. Aliqui unum Æthiopiæ oppidum ultra ponunt in littore Baragaſa.

BARAMALACUM, Nabathæorum oppidum non ſpernendum, in ea parte Arabiæ quæ eſt contermina Syriæ, ut auctor eſt Plin. lib. 6. cap. 28.

BARAOMATÆ, [Βαραωμάται] Populi ſunt, qui Indum adverſum accolunt, Gumbrotis proximi, quorum duodecim ſunt nationes, ſingulisque binæ urbes. Auctor Plin. lib. 6. cap. 21.

BĂRĂTHRO, ōnis. m. Gurges & vorago patrimonii: ſic dictus, quod ventri tanquam barathro omnia donet, vel quod dignus ſit qui in barathrum conjiciatur, quæ Scaligeri opinio eſt. Acron vero Grammaticus ad Horatii Balathrones 1. Serm. 2. 2. Legitur, inquit, & Barathrones, qui bona ſua lacerant, id eſt, in barathrum mittunt. conf. Rappolti Comm. p. 65. & Lambin. in Lucret. 3. 968.

BĂRĂTHRUM, i. n. [βάραθρον] Græci (inquit Feſtus) appellant Locum præcipitem unde emergi non poſſit: dictum ab eo quod eſt βαθὺς, id eſt profundus. Virg. 3. Æn. 420.
——atque imo barathri ter gurgite vaſtos
Sorbet in abruptum fluctus. Ubi Servius, Barathrum eſt immenſæ altitudinis nomen, unde ſequitur, Sorbet in abruptum, quod Græce βάραθρον dicitur. Abyſſum quidam vocant.
Barathrum, inquit Diomedes lib. 1. Locus apud inferos: proprie autem apud Athenienſes, in quem noxii præcipitantur. De Foſſis profundiſſimis manu factis uſus eſt Vitruvius 10. 22. V. & Suiceri Theſ.
Barathros vero genere maſculino putat Ammonius Homines dici barathro dignos. conf. Cæl. Rhod. 17. 19.
Barathrum transfertur ad alia, ut ad Meretricem, quæ omnia abſorbet. Plaut. Bacch. 1. 3. 41.
Barathrum, Stomachi ſive ventriculi imus hiatus. Martial. lib. 1. 88.
Extremo ructus quum venit a barathro. Plaut. Curc. 1. 2. 29.
Age, effunde hoc cito in barathrum.
Barathrum macelli, pro Homine majorem in modum edace & belluone. Hor. de Lurcone quodam 1. Epiſt. 15. 31. Calepinus pro eodem dicit Barathro, onis. Sed ſine auctore. V. ſupra in BARATHRO.
Candens barathrum. Claud. de Bell. Get. 345. De faucibus Alpium.
Ferale barathrum. Claud. de Rapt. Proſerp. 1. 37.
Infernum. Valer. 2. Argon. 86.
Barathrum, [βάραθρον] in Mundo muliebri connumeratum ab Ariſtophane in Theſmoph. & a Polluce lib. 5. cap. 16. & lib. 7. cap. 22.

BARBA, æ. f. [πώγων, ὑπήνη] Valla 6. 14. Non eſt barba tantum hominum, neque barbæ tantum quadrupedum: quin & barba quadrupedum, & barbæ hominum, utique multorum dicuntur. Hor. 1. Serm. 8. 42.
Utque lupi barbam variæ cum dente colubræ
Abdiderit furtim terris. Plin. lib. 28. cap. 13. Rabiem hircorum ſi mulceatur barba, mitigari: eadem præciſa, non abire eos in alienum gregem. Virg. 3. Georg. 311.
Nec minus interea barbas, incanaque menta
Cyniphii tondent hirci. Ad multos hircos refertur: perinde ac ſi diceremus Caudas: quum tamen ſingulæ ſingulis hircis ſint, ita & Barbæ. Sunt etiam & barbæ aliorum quam quadrupedum: ut Plin. lib. 30. cap. 11. Quum Geminos tranſit Sol, criſtis & auribus & unguibus gallinaceorum: ſi Luna, radiis barbisque eorum. Hactenus Valla lib. 6. (Contra Servium. Vide quæ in margine notavi paulo poſt. Stulte quidam Barbam a Barbaris deductam putant. Perott. H. St. V. Drakenb. ad Sil. 13. 310. & Burm. ad Petron. cap. 99. p. 467.
De barbis multa Camerar. Hor. Subciſ. 1. 36. p. 165. V. etiam Lex. Pitiſc. in Voce & Dial. Πωγωνίας.
Barba tenus philoſophum, dixit Cic. pro Eo qui nihil habet philoſophi præter barbam. V. Chil. [ubi Cic. dixit?
Barba hominis. Cic. 3. de Fin. 18. Viris mammæ atque barba. Virg. 2. Æn. 277.
Squallentem barbam, & concretos ſanguine crines.
Capræ barbarum villus. Plin. lib. 12. cap. 17. Capræ ſuccum improbo barbarum villo abſtergunt.
Cæſaries barbæ. Ovid. 15. Met. 656.
Virgultorum barba tonſilis. Plin. lib. 17. cap. 23.
Aureus barbæ color. Ovid. 12. Met. 395.
Ardens barba. Juven. 10. Sat. 253.
Aurea. Perſ. 2. Sat. 58. —ſitque illis aurea barba. ut Jovi ſcil. V. AUREUS.
Cana. Plin. 1. Epiſt. 10. de Euphrate philoſopho.
Candidior. Virg. 1. Ecl. 29.
Gravis. Juvenal. 1. Sat. 25. & Ovid. 1. Met. 266.
Hirſuta. Ovid. 13. Met. 766.
Immiſſa. Virg. 3. Æn. 593.
Impexæ. Virg. 3. Georg. 366.
Striaque impexis induruit horrida barbis. Servius de barbis pecudum intelligit, aut de guttis quæ arboribus & tectis dependentes, induruerunt in modum barbarum.
Male Servius putat Barbam hominum, Barbas brutorum eſſe, & a Perotto etiam reprehenditur. H. St.
Incipiens. Ovid. 12. Met. 395.
Ingens. Virg. 12. Æn. 300.
Longa. Ovid. 15. Met. 656.
Madida. Ovid. 1. Met. 339.
Perpexa. V. PERPEXUS.
Prima. i. e. Tenuis lanugo. Sen. Hippol. 5.
Prolixa. i. e. Demiſſa. Virg. 8. Ecl. 34. Servius.
Promiſſa. Nep. 14. 3. 1.
Propexa in pectore barba. Virg. 10. Æn. 838. In pectore, pro In pectus, Archaiſmus eſt. Servius. Sil. 13. 310.
Reſecta. Ovid. 1. de Arte Am. 518.
Sapientem paſcere barbam. Hor. 2. Serm. 3. 35. i. e. Sapientiæ indicem. Agit enim de Stoico.
Stolida. V. Barbam vellere.
Subnixa barba capillis. i. e. Subjecta, ſuppoſita. Ovid. 6. Met. 715.
Torta. Stat. 6. Theb. 539.
Uda. Juvenal. 9. Sat. 4.
Abradere barbam. Plin. lib. 6. cap. 28.
Cadit barba tondenti. Virg. 1. Ecl. 29.
Canet barba gelu. Sil. lib. 1. 205.
Creſcit barba. Lucret. lib. 6. 945.
Deducere barbæ cæſariem: id eſt quod alibi Mulcere barbam dicit. Ovid. 15. Met. 656.
Demere barbam. Cic. 3. de Nat. Deor. 83. Dionyſius Æſculapii barbam auream demi juſſit.
Increſcit barba genis. Lucan. lib. 2. 376.
Metere. Juven. 3. Sat. 186.
Mulcere barbam manu. Ovid. 1. Faſt. 259.
Paſcere. V. paulo ante, Sapientem paſcere, &c.
Ponere, Deponere, reſecare. Hor. in Arte Poet. 298. V. PONO & DEPONO.
Promittere, pro Summittere. Tacit. 2. Ann. 39. Unde Promiſſa barba. Liv. lib. 2. 23. Ad hoc promiſſa barba & capilli efferaverant ſpeciem oris.
Recidere hirſutam barbam. Ovid. 13. Met. 766.
Reſecare. Ovid. 1. de Arte Am. 518.
Riget glacie horrida barba. Virg. 4. Æn. 251.

Tondere barbam. Cic. 5. Tuſc. 58. Sordido ancillarique artificio regiæ virgines, ut tonſtriculæ tondebant barbam & capillum patris.

Vellere barbam alicui proverbialiter ex Hor. 1. Serm. 3. 133. dicimus de eo, Quem per contemptum ludo jocoque habemus. V. Caſaub. ad Perſii 1. Sat. 133. & 2. 28. & Eraſm. Chil.

BARBŬLA, æ. f. dimin. [πωγώνιον] Cic. pro Cæl. 33. Aliquis mihi ab inferis excitandus eſt ex barbatis illis: non hac barbula qua iſta delectatur: ſed, &c.

Barbulæ florum, apud Plin. lib. 27. cap. 11.

Barbula hirci, Planta eſt. V. infra.

Barbula etiam cognomen Romanum. V. Lex. Pitiſc.

BARBAMENTUM, i. n. idem ac Barba. in Gloſſ. Vet. γένειον.

BARBATŌRIA, æ. f. Barbæ raſura. ut, Barbatoriam facere. Petron. cap. 73.

BARBATORIUM, i. n. i. e. Tonſtrina. Gloſſ. Lat. Gr. Barbatoria, πωγωνοκουρεῖα.

BARBĀTUS, Adj. [πωγωνίας, ἐυπώγων] Qui barbam habet. V. Cic. pro Sext. 19. Hor. 2. Serm. 3. 249.

Imberbis & Bene barbatus, contraria. Cic. 2. in Catil. 22. Manut. Pæne. V. BARBATULUS.

Delectare barbatum. Hor. 2. Serm. 3. 249.

Facile eſt barbato imponere regi. Juvenal. 4. Sat. 103.

Apud barbatos ridicula videbantur. Cic. pro Muren. 26.

Barbati mulli in piſcinis ſunt. Cic. 2. Att. 1.

Aquila barbata, quæ & Oſſifraga, generis nomen, a barba avi impoſitum apud Plin. 10. 3.

BARBATUS, item Cognomen eſt Horatiorum & Scipionum. V. Sigon. de Nom. Rom. cap. 5. Fulv. Urſ. Famil. Ro. & Lex. Pitiſc.

BARBATŬLUS, i. m. dimin. [πωγωνιάσιον] ut, Barbatuli Juvenes. Cic. 1. Att. 14. Concurſabant barbatuli juvenes, totus ille grex Catilinæ. Dictum cum laſciviæ nota: nam apud Romanos barbam alere, moris non erat. [Intelligit Prima malarum lanugine, quæ Græcis ἴουλος & χνοῦς, ætatis florem oſtentantes, nondum barba poſita. Itaque nil verius Manutii conjectura in 2. Catil. V. paulo ante.

Barbatulos mullos exceptare de piſcinis. Cic. in Parad. 5.

BARBESCO, ĕre. Cyrill. Gloſſ. Barbeſco, γενειάζω.

BARBIGĔR, Adj. [πωγωνοφόρος] ut, Barbigeræ pecudes. Lucret. lib. 5. 898.

BARBITIUM, i. n. pro Barba. Apuleius Met. 5. p. 162. Idem Met. 11. p. 260. Hircino barbitio philoſophum mentiebantur.

BARBITONSOR vulgo, pro eo qui dicitur *Barbier*. H. St. V. Voſſ. de Vit. Serm. 3. 2.

BARBA Jovis, [Διὸς πώγων] Arbor eſt Plinio, in opere topiario tonſilis, & in rotunditatem ſpiſſa, argenteo folio: quam etiam odiſſe aquas idem Plin. ſcribit, lib. 16. cap. 18.

BARBAGIORAS, V. BARGIORAS.

BARBARALEXIS, [βαρβαρόλεξις] Figura, qua dictionem barbaram & peregrinam Latinæ aut Græcæ admiſcemus orationi, ut Gaza, & Magalia apud Virgil. [Immo nec una vox eſt, nec figura oratoria, Sed duæ voces, Lexis, i. e. dictio, Barbara. V. BARBARISMUS.

BARBARIUM, [Βαρβάριον] Apud Strabon. lib. 3. Promontorium eſt Luſitaniæ, inter Tagi & Chalybis oſtia.

BARBARIUS Philippus, de quo Ulpian. in l. 3. D. de offic. Prætor. qui ſervus licet fugitivus, pro libero ſe gerens, præturam adeptus eſt. Unus e ſodalibus & compotoribus Antonii triumviri fuit, quod verba declarant neſcio cujus antiqui ſcriptoris a Suida relata, qui eum Barbium Philippicum vocat. Turneb. Adverſ. 7. 7.

BARBAROSSA, æ. vel Barbaruſſa, i. e. Ænobarbus, propter barbam rufam ab Italis cognominatus eſt Fridericus I. Imp.

BARBARUS, a, um. [βάρβαρος] quid ſignificet declarat Strabo lib. 14. his verbis, Ego arbitror, ab initio conficto nomine eos barbaros appellatos, qui difficulter, aſpere ac duriter loquerentur, ut blæſos, balboſque dicimus: ſumus enim ad confingenda cognata rebus nomina ingenioſi, qualia apud nos permulta ſunt, ut κελαρύζειν, κλαγγὴ, ψόφος, βοὴ, κρότος. (id eſt, murmur, clangor, ſtrepitus, vox, crepitus) quorum plurima jam proprie proferuntur. Omnes itaque qui craſſe loquuntur, Barbari dicuntur, quales ſunt nationes omnes, præter Græcos. Quare illos proprie Barbaros appellavit, ac in initio quidem per convicium, quaſi duriloquos & craſſilingues: poſtea vero eo nomine abuſi ſumus, tanquam communi ac gentili, diſtinguentes eos a Græcis. Nondum enim multa conſuetudo & commercium erat cum Barbaris: quod ex craſſitudine linguæ, & quadam vocalium inſtrumentorum ineptitudine, & non ex linguarum vernaculis proveniebat. Feſtus, Barbari dicebantur antiquitus omnes populi exceptis Græcis: unde Plautus Nævium, poetam Latinum, Barbarum dixit. Hactenus Feſtus. V. etiam Lex. Pitiſc. Quod ad derivationem vocis attinet, Voſſius de Vitiis Serm. 1. 1. ex Chaldaico *Bar*, quod Extra, foras, ſignificat, deducit. Jul. Cæſ. Scalig. Exercit. 51. ab Arabica voce *bar*, quæ Deſertum ſignificat, deduci vult. & more Ebræo *Barbar*, Valde deſertum, unde Barbaria. Idem in Theophraſt. de Plantis. V. etiam Hotoman. de Ritu nupt. c. v. p. 469. Coquej. ad Aug. de Civ. Dei, 1. 1. p. 6. & Bernegg. ad Suet. Aug. cap. 21. 3.

Barbari a Caribus. Euſtath. [V. Il. 2. extr.] Plutarch. in Alex. (extr.) 227. Ald. a med. οὐ καλῶς ἐν βαρβάροις καὶ πολεμίοις ὑβρίζεσθαι Μακεδόνας. Ibidem, Ἀλλὰ μετὰ βαρβάρων ζῆν καὶ ἀνδραπόδων. A Barbaris diſtinguuntur Macedones ab Appiano (quoque) col. 122. in fine: Πόλεμον δ' ἐπολέμησε πολλοῖς Μακεδόσι καὶ βαρβάροις. Mirum eſt autem eundem quoſdam vocare Barbaros, quos tamen fateatur fuiſſe μιξέλληνας: Πρῶτοι δὲ τῶν βαρβάρων ἀπήντησαν αὐτοῖς δύο μιξέλληνες. In Parth. 103. Puto & μιξοβάρβαροι dici potuiſſent. Dio p. 81. Pariſ. De Seleucia: ἔστι δὲ πόλις ἐν τῇ μεσοποταμίᾳ, πλεῖστον τὸ ἑλληνικὸν καὶ νῦν ἔχουσα. Poterat dici Urbs μιξέλλην. H. St. Hujus obſervationis poſtrema verba cultro ablata fuerunt. Conf. Henr. Steph. Theſ. Gr. in hac voce.

Auxilia barbara. Cic. 11. Att. 7.

Mare Barbarum, pro Indico. Hor. 2. Carm. 19. 17.

Barbari nunc dicuntur, Qui alia lingua utuntur, quam Latina, quod ea mitior ſit & cultior: aut Qui ea Latina loquuntur quidem, ſed contra præcepta Grammaticorum, uſumque linguæ, & depravate.

Barbarus hic ego ſum, quia non intelligor ulli. Sic Paulus Apoſtolus, Ego huic ero barbarus. H. St. Prior loc. Ovid. 5. Triſt. 10. 37. Alter. 1. Cor. 14. 11.

Fuiſſe autem quoſdam e barbaris principibus & quidem regibus, qui ſermonem Græcum callerent, & ita quidem, ut aliqua Græce. H. St. Supple, Componerent, reliqua cultro reſecta ſunt. Videtur autem Orodis & Artabazi exemplo ſupra ſcripta confirmaſſe, quod ex adſcriptis verbis, Vide Appian. col. 104. Pariſ. colligimus.

Barbarus, Agreſtis, durus, ſævus. Plaut. Bacch. 1. 2. 13. O Lyde, es barbarus.

Immanitate barbaræ gentes. Cic. pro Marcell. 8.

Agreſtes ac barbari ſervi. Cic. pro Milon. 26.

Inhumanus & barbarus: cui Commodus & diſertus opponuntur. Cic. 5. Verr. Qui aliis inhumanus ac barbarus: iſti uni commodus ac diſertus videretur.

Conſuetudo immanis ac barbara immolandorum hominum. Cic. pro Font. 21.

Corda barbara. Ovid. 3. Pont. 2. 100.

Gens immanis ac barbara: cui opponitur Humana, atque docta. Cic. 2. de Divin.

Lingua & natione barbarus. Cic. 6. Verr. 112.

Mos. Hor. 1. Carm. 27. 2.

Natura & moribus barbarus. Cic. 6. Verr. 112.

Patria barbara. Virg. 1. Æn. 539.

Sermone barbara (aut barbarus.) Ovid. Rem. Amor. 335.

Species myrrhæ ſordida & barbara. Plin. lib. 12. cap. 16.

Tellus. Ovid. 5. Triſt. 2. 31.

Augere in barbarum cognomentum. Tacit. 5. Hiſt. 2.

Corrupta in barbarum. Tacit. 6. Ann. 42.

Barbarior, & barbarius, compar. Ovid. 3. Pont. 2. 79. conf. 5. Triſt. 1. 72.

BARBARE, [βαρβαρικῶς] Adv. ut, Barbare loqui, Non recte proferre. Cic. 2. Tuſc. 12. Ut enim ſi grammaticum ſe profeſſus quiſpiam, barbare loquatur.

Barbare, Ruſtice. Hor. 1. Carm. 13. 14.

Barbare, Latine, in oppoſitione ad Græcam linguam. Plaut. Aſin. prol. v. 11. Huic nomen Græce eſt Onagos fabulæ; Demophilus ſcripſit, Marcus vortit barbare. Idem Trin. prol. v. 19. Philemo ſcripſit, Plautus vertit barbare.

BARBARIA, Barbarorum regio. Cic. 3. in Catil. 25. Quale bellum nulla unquam Barbaria cum ſua gente geſſit.

Barbaria, cui opponitur Græcia & Italia. Cic. 2. de Fin. 49. Philoſophus nobilis, a quo non ſolum Græcia & Italia, ſed etiam omnis Barbaria commota eſt.

Nulla in Barbaria. Cic. in Piſon. 17. conf. Juſtin. 1. 1. 31. & 12. 1. 3. & Curt. 6. 3. 3. Hor. 1. Epiſt. 2. 7.

Barbaria, Ruſticitas, Inſcitia, duritia, ſævitia.

Barbaria forenſis. Cic. 1. de Orat. 118. Neque enim ſi multitudo litium, ſi varietas cauſſarum, ſi hæc turba & barbaria forenſis, dat locum vel vitioſis oratoribus.

Grandis barbaria. Ovid. 3. Amor. 8. 3.

Ingenium quondam fuerat pretioſius auro:
At nunc barbaria eſt grandis, habere nihil. i. e. Hic agreſtis & rudis habetur, qui pauper eſt.

Inconditæ barbariæ homo. Liv. Decad. 3. lib. 10. de Syphace rege.

Inhumana barbaria. Ovid. 3. Triſt. 9. 3.

Delere barbariam inveteratam ex moribus & diſciplina. Cic. pro Cornel. Balbo. 43. Omitto quantis ornamentis populum iſtum C. Cæſar, quum eſſet in Hiſpania Prætor, affecerit, controverſias ſedarit, jura ipſorum permiſſu ſtatuerit, inveteratam quandam barbariam ex Gaditanorum moribus diſciplinaque delerit.

Reſiſtere immani atque intolerandæ barbariæ alicujus. Cic. pro Fonteio. adde Juſtin. 43. 4. 1: 42. 1. 10. & Quintil. 2. 3. p. 1013.

BARBĂRĬCUS, a, um. [βαρβαρικὸς] Adj. ejuſdem pæne ſignificationis cum Barbaro. Apuleius, Feris ac barbaricis moribus. h. e. Aſperis & incultis.

Alæ barbaricæ. Lucan. 1. 476.

Aurum barbaricum dixit Virgilius pro Multo, vel ex Barbaria advecto, 2. Æn. 504. Servius.

Cor. Sil. lib. 15. 693.

Lege barbarica jus ſuum perſequi. i. e. Romana. Plaut. Capt. 3. 1. 32.

Nomina barbarica. Suet. Calig. cap. 47.

Pavimenta barbarica, ſive ſubtegulanea, primo facta apud veteres ex teſtis tuſis, rudere & calce. Plin. lib. 36. cap. 25.

Ritu barbarico eſſe. Plaut. Caſ. 3. 6. 19.

Supellex barbarica. Liv. 1. Bell. Pun.

Silva. Columel. lib. 11. cap. 2. Tum etiam ſilvam ſi quis barbaricam, id eſt conſemineam velit facere, recte conſeret glandibus, & ceteris ſeminibus.

Veſtes barbaricæ, i. e. Pretioſæ. Lucret. lib. 2. 499. Barbaricariæ veſtes (inquit Turnebus) Phrygiæ intelligendæ ſunt: unde & Barbaricarii in jure civili: nam Barbarum pro Phryge dici eſt frequentiſſimum. V. infra.

Vita. Claud. 2. in Eutrop. 275.

BARBARICA, æ. f. Planta. Plin. 21. 6. Quidam errore falſo barbaricam eam appellabant. De Baccharis radice.

BARBARICUM, i. n. [βάρβαρικὸν] appellatur Clamor exercitus, videlicet quod eo genere barbari utantur. Feſtus.

Aliquando ſignificat regionem aliquam vel Terram nondum Romanæ ditionis. Amm. Marcell. 18. 4. Viſus in barbarico miles per Hortarii regna tranſibat intacta. Eutrop. 7. 5. Albis fluvius in barbarico longe ultra Rhenum eſt. Idem 9. 4. V. Lex. Pitiſc. [Subauditur Solum.

Barbarica, abſolute, Opera ſunt dicta, quæ a barbaris emanarunt. Panciroll. Not. Dign. Imp. Occ. cap. 39. Bergier de Viis Milit. 4. §. 22. 3. Forte per contractionem quaſi Barbaricaria. V. Lex. Pitiſc.

BARBARICUM, uſurpatur etiam adverbialiter. Sil. 12. 418.

Barbaricum atque immane gemens. conf. Barbarum ſupra.

BARBĂRĬCE, Adv. Capitol. in L. Vero cap. 10. Barba prope barbarice demiſſa.

BARBARICARII, Textores artificeſque barbaricæ veſtis, qua ex auro & coloratis filis effigies hominum & animalium exprimuntur. Aliter Phrygiones dicuntur. Alciat. V. Veſtes barbaricæ paulo ſupra. Donat. in Virg. 11. Æn. 777. & Lex. Pitiſc.

BARBARIES, ēi. f. [βαρβαρότης] Incivilitas, ineptia, ruditas. ut, Barbaries

Barbaries domestica. Cic. de Clar. Orat. 258. Sed omnes tum fere, qui nec extra urbem hanc vixerant, nec eos aliqua barbaries domestica infuscaverat, recte loquebantur.

In ipsa barbarie, pro Inter ipsos barbaros. Cic. 2. de Nat. Deor. 88. Quis in illa barbarie dubitet, quin ea sphæra sit perfecta ratione? De Scythis & Britannis loquitur. Ms. Barbaria.

Colligere barbariem. Claud. de Bell. Gild. 432. conf. Val. Max. 5. 5. 3. Flor. 4. 12. 20. Claud. in Ruff. 2. 78. & Lucan. 8. 812.

BARBARISMUS, i. m. [βαρβαρισμὸς] Vitium in communi sermone: in poemate vero Metaplasmus. Item Barbarismus in nostra loquela: in peregrina Barbara lexis dicitur.

Barbarismus autem fit duobus modis: scripto & pronuntiatione. His bipertitis, quatuor species supponuntur: additio, detractio, immutatio, transmutatio literæ, syllabæ, temporis, toni, aspirationis.

Per additionem literæ, fiunt barbarismi: ut Relliquias Donaûm, quum Reliquias per unum l dicere debeamus. Syllabæ: ut, Nos abiisse rati, pro Abisse. Temporis: ut, Italiam fato, quum Italiam, correpta prima syllaba dicere debeamus.

Per detractionem literæ: ut: Infantibu' parvis, pro Infantibus. Syllabæ: ut, Salmentum, pro Salsamentum. Temporis: ut, Unius ob noxam, correpte, pro Unius producte.

Per immutationem literæ: ut Olli, pro Illi. Syllabæ: ut, Pernices, pro Pernicies. Temporis: ut, Fervĕre Leucaten, quum Fervēre sit secundæ conjugationis, & producte dici debeat.

Per transmutationem literæ, ut Evandre, pro Evander. Syllabæ: ut, Displicina, pro Disciplina. Temporis: ut siquis Deos, producta priori syllaba, & correpta posteriori pronuntiet.

Toni quoque similiter, per has quatuor species commutantur: nam & ipsi adjiciuntur, detrahuntur, mutantur, & transmutantur, quorum exempla ultro se offerunt, siquis inquirat.

Totidem etiam modis per aspirationem deprehenditur barbarismus: quam quidam scripto, quidam pronuntiationi indicant ascribendam, propter H scilicet: quam alii literam, alii aspirationis notam deputant.

Fiunt autem barbarismi per hiatus, & collisiones.

Sunt etiam malæ pronuntiationis vitia, quæ nonnulli barbarismos esse putant: in quibus sunt Metacismi, labdacismi, iotacismi, hiatus, collisiones, & omnia quæ plus æquo, minusve sonantia ab eruditis auribus respuuntur. Nos cavenda hic omnia vitia præloquuti, controversiam de nomine, pertinacibus relinquamus. Hæc Donatus. Martial. lib. 6. 16.

> Cinnam, Cinname, te jubes vocari:
> Non est hic, rogo, Cinna, barbarismus?

De barbarismo vide multa apud Quintil. lib. 1. cap. 5. & cap. 10. Cui adde Auct. ad Herenn. 4. 12. Isidor. 9. 1. Voss. de Vitiis Serm. 1. 1. & 2. & Gell. 13. 6. & 5. 20.

BARBATIA, [βαρβατία] Oppidum in Arabia. Plin. lib. 6. cap. 28. Quidam (inquit) & alia duo oppida longis intervallis Tigris prænavigari tradunt, Barbatiam, mox Thumatam, &c.

BARBATUS. V. BARBA.

BARBESULA, Hispaniæ Bæticæ oppidum est, in conventu Gaditano: & Fluvius, qui urbi nomen fecit. V. Plin. lib. 3. cap. 1.

BARBIGER, **BARBITIUM**, &c. V. BARBA.

BARBILOS, [βάρβιλος] dicitur Arbor enata de Persici osse, ut scribit Cæl. Antiq. lib. 9. cap. 4.

BARBĬTOS, i. m. & f. & **BARBITON**, i. n. [βάρβιτος] non a Barbaro deducitur, licet barbarum, hoc est peregrinum vocabulum sit: significat autem Majorem lyram organo similem sono. Quidam Latiorem partem lyræ esse existimant; & tam m. & f. gen. quam n. reperitur. Dicitur quasi βαρύμιτον, quod citharæ genus sit gravius aliquanto sonantis. Turneb. Adversf. 9. 13.

Masc. Hor. 1. Carm. 32. 4.

> —— age dic Latinum, Barbite, carmen.

Fœm. Ovid. 21. Epist. 8.

> Non facit ad lacrymas barbitos ulla meas.

Neut. Ausonius, Epigr. 44.

> Hoc genere & chordas, & plectra, & barbita conde.

Lesboum barbiton Horatius vocat, propter Alcæum Lesbium poetam lyricum, & Sappho poetriam ex eadem Lesbo, eodemque tempore celebrem. Hor. 1. Carm. 1. 34.

> —— nec Polyhymnia
> Lesboum refugit tendere barbiton.

BARBO, ōnis. m. Piscis genus, a Venetis ita dictum, quod gemina barba insigniatur inferiore labro: alio nomine Mullus dicitur: a Græcis autem Trigla. Ex Perotto. Cic. in Parad. 5. Mullum barbatulum. Varro 3. de R. R. c. 17. Barbatum mullum vocat. Quod si ita est, fortassis is est piscis quem aliqui Capum marinum, Galenus Citharum, nostri Galli *Rosfetam* dicunt: quidam etiam *Un jau*. Mullum autem imberbem, Plinius Alutarium vocat. Massarius in lib. 9. Plinii subscribit Perotto. Volater. quoque lib. 25. sic ait, Cicero barbatulos mullos vocat, libro de Paradoxis. Quapropter eum existimaverim, quem hodie Barbum appellant.

BARBŬLA Hirci, [τραγοπώγων] Dioscoridi herba est brevi caule, foliis croci, radice longa, dulci, magno super caulem calyce: e cujus summo semen nigrum dependet, unde nomen inditum est. Herba esui apta est. V. Theophrast. lib. & cap. 7. de Plant. Hist. & Dioscorid. lib. 2. cap. 137.

BARCA, **BARCINUS**. V. BARCHA.

BARCA, æ. f. Scapha vulgo appellatur, nomine Venetis & Gallis non ignoto. Barcæ meminit etiam Isidor. lib. 19. eamque Græca voce βάρις, corrupta, ab oneribus gerendis dictam quidam putant. Barcas naves, lamiis navibus non esse similes Æthicus Ister auctor est. Vide plura apud Isidor. Barth. Adversf. 33. 14. & Lex. Pitisc. Gloss. Vet. Barca, σκάφος. Hoc vocabulo usus est per metaphoram prior interpres Appiani interpretans pag. 98. edit. Paris. Sed non puto illum exemplo alicujus Vet. ita usum esse. H. St. Non satis assequor quorsum hæc annotatio pertineat.

BARCÆI. V. BARCE.

BARCE, [Βάρκη] Urbs Africæ in Cyrenaica regione, alio nomine dicta Ptolemæis. Strabo lib. 17. V. etiam Harduin. ad Plin. 5. 5. De hac sic Servius, Barce civitas est Pentapoleôs, quæ hodie Ptolemais dicitur. Nam Cyrene & Barce reginæ fuerunt: quæ singulis dederunt civitatibus nomina. Sil. lib. 2. 62. & 3. 251. V. & Steph.

Barce, Promontorium in occidua Africæ parte. Plin. lib. 5. cap. 1. Deinde sinum DCXVI. M. passuum includi montis Barce promontorio excurrente in occasum, quod appellatur Surrentinum.

Fuit item Barce, Nutrix Sichæi. Virg. 4. Æn. 632.

> Tum breviter Barcen nutricem affata Sichæi.

BARCÆI, [Βαρκαῖοι] Populi vicini Carthagini, a Barce Urbe. Virg. 4. Æn. 43.

> Hinc deserta siti regio, lateque furentes
> Barcæi.

Sic autem dicti sunt a Virgilio, quod olim plurimum in Africa potuerint, (ut & Cyrenæi) & in re militari floruerint.

BARCHA, [Βάρχα] Cognomen fuit nobilissimæ apud Carthaginenses familiæ, ex qua fuerunt Annibal & pater ejus Amilcar. Inde BARCHINI & BARCHINA factio est, quæ Barcharum potentiæ favebat, & eorum in gerendo bello auctoritatem sequebatur. Frequens ejus mentio est apud Liv. lib. 2. Bell. Pun. Scribitur frequentius sine aspirata Barca & Barcini. V. Liv. l. 28. c. 12.

BARCHÆI, [Βαρχαῖοι] Populi sunt apud Colchos & Iberos, quibus in more est agnatos morbo extinctos, velut ignavos, igni tradere: in bello autem defunctos, tanquam strenuos & fortes, objicere vulturibus.

BARCĬNO, [Βαρκίνων] Colonia Faventia dicta, civitas est Hispaniæ Tarraconensis celebratissima, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 3. in descriptione Hispaniæ citerioris. *Barcelona* vulgo. Ausonius in 3. Epist. ad Paulin. 89.

> Tarraco, & ostrifero superaddita Barcino ponto.

add. Idem v. 69. Plin. 2. 3. & Lex. Pitisc.

BARDÆI, orum. m. pl. Populi Illyrici. Plutarcho in Mario p. 787. ed. H. Steph. Βαρδιαῖοι, Plin. 3. 22. & Cic. 5. Fam. 9. Vardæi. Strab. & Appiano, vel corrupte, vel omisso digamma, Ἀρδιαῖοι. Unde, ut placet Salmas.

BARDĂĬCUS, a, um. Adj. ut, Calceus Bardaicus. Juven. 16. Sat. 13. Martial. 4. 4. 5. Bardaïcus, absol. Cuculli Bardaici. Capitol. in Pertin. cap. 8. V. Salmas. & Casaub. ad Capitol. Turneb. Adversf. 23. 25. & 25. 24. Schurzfl. ad Juven. & fuse Pitisc. Lex.

Nonnulli hanc vocem confundunt cum Bardiacus, de qua infra. ubi V.

BARDERATE, Urbs est Galliæ Togatæ ad Apenninum. Plin. lib. 3. cap. 5.

BARDASANES, [Βαρδησάνης] Mesopotamiæ præsul, Syrorum lingua doctissimus, & vehemens dialecticus, adversus Marcionem patria lingua scripsit: sed & Græce ad Antoninum, sub quo fuit, librum de Fato, aliaque complura, ut ait Euseb. lib. 4. ult. Hist.

BARDESANES, [Βαρδεσάνης] Nomen proprium historici Babylonii, qui in duo dogmata Indos gymnosophistas dividit, quorum alterum appellat Brachmanas, alterum Samaneos: qui tantæ continentiæ sunt, ut vel pomis arborum juxta Gangem fluvium, vel publico oryzæ & farinæ alantur cibo: & quum rex ad eos venerit, adorare illos solitus sit. Hic doctrina rerum cælestium, omnium Chaldæorum excellentissimus fuit, cujus mentionem facit Euseb. lib. 6. Præp. Evang. [Idem est sine dubio cum superiore. V. Fabric. Bibl. Græc. vol. 5. p. 198.

BARDUS, Gallice Cantor appellatur, Qui virorum fortium laudes canit, ita dictus a gente Bardorum. Festus. Meminit & Ammian. 15. c. 9. extr. & ex eo Buleng. de Theatr. 2. 39. V. not. Vales. Erant autem Bardi [βάρδοι] Vates, aut Magi, aut Philosophi in Gallia, de quibus Lucan. lib. 1. 444.

> Vos quoque, qui fortes animas, belloque peremptas,
> Laudibus in longum vates demittitis ævum,
> Plurima securi fudistis carmina Bardi,
> Et vos barbaricos ritus, moremque sinistrum
> Sacrorum Druidæ positis repetistis ab armis.

Strabo lib. 4. Apud Gallos eximio in honore sunt Bardi, vates, Druidæ. Bardi quidem laudationibus rebusque poeticis student. Vates autem sacrificiorum, naturaliumque causarum curæ dediti. Druidæ præter causarum naturalium studia, moralem disciplinam exercent. Diod. Sicul. lib. 6. cap. 6. Sunt & apud Gallos melodiarum poetæ, quos appellant Bardos. Hi cum organis veluti cum lyra cantant, hos laudantes, alios vituperantes. Hinc

BARDĬĂCUS, a, um. Adj. quod cum Bardaïcus sæpe confunditur ut supra innuimus. Bardiacus aliquando ponitur absolute sec. Pitisc. Idem, Per Bardiacum intelliges cucullum crassioris lanæ, quo maxime Galli utuntur. Nam Bardi natio est Galliæ quæ maxime, ut docet Strabo, laudationibus rebusque Poeticis studet. Nonnulli vocem a Bardæis supra memoratis deducunt, sed perperam. [Immo parum liquet, utra lectio verior sit. Hoc tamen notandum puto, si cum Salmasio a v. Bardæus derives, antepenultimam in Bardaïcus contra analogiam corripi, nam Virgilius in Achaïcus & Panchaïcus produxit. At in Judaïcus corripiunt Juven. & Claud. Quare tutius ἐπέχειν.

BARDOCUCULLUS, i. m. Penulæ Gallicæ genus, quæ cucullum habet. Martial. lib. 14. 138.

> Gallia Santonico vestit te bardocucullo:
> Cercopithecorum penula nuper erat.

Idem 1. 54. 4. Ex nonnullorum sententia idem cum Cucullo Bardaico vel Bardiaco de quibus supra. In vilibus servis obtinuisse docet Lips. Elect. 1. 25. V. Raynaud. de Pil. §. 15. Ferrar. de Re Vest. 2. 1. 21. Salmas. Exerc. Plin. p. 392. Voss. Lex. Etymol. & Lex. Pitisc. Unde

BARDOCUCULLĀTUS, a, um. apud Mantuan.

BARDŪLI, [Βαρδύλοι] sunt Cantabrorum in Hispania populi, qui & Turduli, & Tapori dicuntur. Plin. lib. 4. cap. 22. Al. Varduli.

BARDUS, a, um. [βλὰξ] Stultus a tarditate ingenii appellatur. Cæcilius, Nimis audacem, nimisque bardum, barbarum. Trahitur autem a Græco, quod illi βάρδεις dicunt. Hæc Fest. Nonius, Bardum est vi propria & ingenio tardum. Nam Græci βραδεῖς (al. Bardos) tardos dicebant. Plaut. Epid. 3. 3. 40. Ego illic me autem assimulabam quasi stolidum, quum bardum me faciebam. Idem Bacch. 5. 1. 2. Cic. de Fato 10. Stupidum esse Socratem dixit & bardum Zopyrus, quod jugula concava non haberet, obstructas eas partes & obturatas esse dicebat.

BARDUS, i, Subst. V. paulo supra.

BARDYETÆ, [Βαρδυῆται] Populi sunt, qui Boreale Hispaniæ latus terminant, Pletauris, Allotrigibus, Cantabrisque finitimi. Agrestis autem eorum immanitas, non solum ex ipso bellandi usu, verumetiam ex alia locorum longinquitate: cumque nullis commisceantur advenis, omnem exuerunt humanitatem. Ex Strab. lib. 3.

BAREA, oppidum est Hispaniæ citerioris, Bæticæ tamen adscriptum, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 3.

Bărbas, æ. m. vel potius Barea Soranus, Proconſul Aſiæ, a P. Celere falſo teſtimonio circumventus, de quo Tacit. 16. Ann. 23. Juven. 3. Sat. 116. & 7. 91.

Bargasa, [Βάργασα] Civitas eſt Cariæ, ſupra mare poſt Gnidum, & Ceramo oppido contermina, de qua Strabo lib. 14.

Bargeni, Populi ſunt Africæ ex Troglodytis, ut ſcribit Plin. lib. 6. cap. 29. in deſcriptione ſinus maris rubri Troglodytici & Æthiopici.

Barginna, æ. m. Homo gentis vitioſæ, ut exponunt Grammatici. Gloſſ. Vet. Barginna, νεκροφόρος, βάρβαρος, πολυφώνητος βάρβαρος. Unde patet quod Barginna, tum Veſpillonem, tum barbarum, barbari etiam acclamationem ſignificabat. V. Kirchmann. de Fun. Rom. 2. 8. p. 110.

Bargioras. Joannes Bargioras dux factionis Judaïcæ ap. Tacit. 5. Hiſt. 12. Vocabulum Hebraïcum eſt, ſignificans filium Gioræ. Ita corr. exempl. Antea Barbagioras legebatur. conſ. Joſeph. de Bell. Jud. qui Simoni ejus antagoniſtæ id cognomen tribuit.

Bargus, Thraciæ fluvius eſt, in Hebrum cadens. Plin. lib. 4. cap. 11. Flumina (inquit) in Hebrum cadentia, Bargus, Suemus.

Bargylla, orum. [Βαργύλια, τὰ, Stephano] Oppidum eſt Cariæ, ita appellatum a Bargyllo Bellerophontis comite, qui ex Pegaſi ictu interiit. Unde Bargyllitici campi, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

Bargylus, Mons Syriæ, in confinio Phœnices, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 20.

Baria, Locus eſt in Sabinis. V. VARIA.

Barīne, [Βαρίνη] Meretricis nomen apud Hor. 2. Carm. 8. 2.

> Ulla ſi juris tibi pejerati
> Pœna, Barine, nocuiſſet unquam, &c.

Barilis, Menſura Romanorum hodierna, de qua Luc. Pæt. l. 4. a pr. de Menſ. & ex eod. Lex. Pitiſc.

Barippe, V. BAROPTENUS.

Baris, ĭdis. f. [βᾶρις] lingua Ægyptia ſignificat Cymbam, qua vehebantur cadavera ad ſepulcra. Propert. lib. 3. 9. 44.

> Baridos & contis roſtra Liburna ſequi.

V. Brœkhuſ. ad loc. & auctores varios in Lex. Pitiſc.

Baris, locus Piſidiæ in Pamphylia. Plin. lib. 5. cap. 32.

Barium, [Βάριον] Apuliæ oppidum, quod Plin. dicit antea Iapygem vocatum a Dædali filio Iapyge, vulgo *Barri*. Feſtus ſcribit vocari Barium a conditoribus, qui expulſi ex inſula Bara, urbem hanc condiderunt. conf. Tacit. 16. Ann. 9. 2. & Hor. 1. Serm. 5. 97. V. mox BARUM.

Barnichius, [Βαρνίχιος] Fluvius eſt Peloponneſi in Alpheum influens, qui & Enipeus appellatur a Strab. lib. 8.

Barnus, untis. [Βάρνους] Oppidum eſt Macedoniæ, propè Heracleam, ut Strabo auctor eſt lib. 7.

Baro, ōnis. Mulier quædam fuit philoſophiæ dedita, ut ſcribit Suidas: quem P. Manutius allegat. Ex eo Philoſophos, qui ſtolidiores eſſent, non philoſophos, quod eo nomine viderentur indigni, ſed Barones vocabant, ut quaſi mulierculæ per contemptum appellarentur. Cic. 9. Fam. 26. Ille Baro te putabat quæſiturum, num unum cælum eſſet, an innumerabilia? Sic enim ille hunc locum emendavit. conf. 5. Att. 11. & Petron. cap. 53.

Baro item Servus militum. Vet. Schol. ad illud Perſii 5. Sat. 138.

> Baro reguſtatum digito terebrare ſalinum
> Contentus, &c.

hæc habet, Lingua Gallorum Barones vel Varrones dicuntur Servi militum, qui utique ſtultiſſimi ſunt, ſervi videlicet ſtultorum. Vet. Gloſſ. Steph. Baro, βάκηλος id eſt ſec. Suid. & Heſych. Fatuus ſimul & Effœminatus. V. Petron. Pithœum Adverſ. 1. 8. & Iſidor. 9. 4. qui a græco βαρὺς deducunt.

Quidam Codd. Berones in Hirt. Bell. Alex. cap. 5. 3. mutant in Barones. V. ibi Not. Daviſ.

Tandem vox ad Viros nobiles, proceresque traducta, & Barones, Magnates comitibus inferiores, audiunt. V. Spelman. Gloſſ. & Barth. ad Brit. Arem. p. 204.

Barones, pro Viris fortibus, quidam putant eſſe Latinum: citantque locum Cic. 5. Att. 11. Apud Patronem & reliquos Barones te in maxima gratia poſui. Quum tamen variet lectio: ſintque qui legant Patrones. id eſt Epicureos: alii Varrones. V. Interpp. ad loc.

Baroptēnus, i. Baroptis, vel Barippe, Plin. lib. 37. cap. 10. Gemma eſt nigri coloris, ſanguineis & albis diſtincta nodis. l. Notis ex Iſid.

Bārōsus, a, um. Stolidus. Gloſſ. Græc. Lat. βαρὸς, βάκηλος.

Barra, Oppidum quondam fuit Orobiorum in Italia Tranſpadana, unde Bergomates Cato dixit ortos. V. Plin. lib. 3. cap. 17.

Barrīnus, a, um. pro Elephantinus: ut, Aures barrinæ. Sidon. Apol. 3. Epiſt. 13.

Barrio, īre. Barrire elephanti dicuntur; ſicut oves dicimus Balare; utique a ſono ipſo vocis. Ex Feſto. V. Gloſſ. Vet. & Spartian. in Geta cap. 5. & Lex. Pitiſc.

Barrītus, ûs. Vox elephanti. Apul. 3. Flor. p. 357.

Barritus, Romanorum militum clamor. Veget. lib. 3. cap. 18. Clamor autem, quem quidam barritum vocant, non prius debet attolli, quam acies utraque ſe junxerit. Vox non ab Elephantis, ſed a Barbaris deducta. Ammian. 26. 7. extr. Pro terrifico fremitu, quem barbari dicunt barritum. conf. idem 16. 12. & Tacit. Germ. 3. 1. Lipſ. Baritum a verbo Germanico *Beren*, vel *Baeren*, i. e. Clamare, deduci vult, quocum conſentit Cluver. Antiq. Germ. 1. 51. V. Plures ſententias in Lex. Pitiſc.

Barrus, i. m. Sabina lingua, Elephas dicitur. A cujus oſſis ſimilitudine Dentes Barri [an Barrini?] dicuntur. Hor. Epod. 12. 1.

> Quid tibi vis mulier nigris digniſſima barris?

Hinc Ebur dictum putat Servius. ad 1. Æn. 592.

Barrus, [Βάῤῥος] Libidinoſi adoleſcentis nomen apud Hor. 1. Serm. 6. 31. Hic enim magna diligentia comere & ornare ſe ſolebat, atque ita demum in publicum prodire, ut ad ſe amandum puellas alliceret, & ut Hor. inquit,

> Injiceret curam quærendi ſingula, quali
> Sit facie, ſura quali, pede, dente, capillo.

Bartolus, JCtus, e Saxoferrato oppido Piceni, quod nunc Marchia dicitur, Rainerii Forilivienſis diſcipulus, & Cini auditor. Lucernam juris civilis Bartolum appellat Baldi frater, Angelus Peruſinus. Omnium vel calculo interpretum, Bartolus præter omnes juris civilis ſcientiam maxime illuſtravit: quod judicium elegantibus Iambis probavit Alciatus cap. 41. lib. Parerg. 3. Sentini in Umbria genitum perhibet Jovius in ejus Elogio, q. V.

Barum, Gnatia, & Rudium, Pediculorum, id eſt ejus nominis populorum, oppida ſunt, inquit Aſcenſius in hunc Hor. locum, 1. Serm. 5. 97.

> Bari mœnia piſcoſi: dehinc Gnatia lymphis, &c.

Barium vero legunt Ptolemæus & Mela: unde crediderim genitivum eſſe Bari pro Barii, quod poetis non infrequens eſt. Gnatiam vero, Egnatiam illi vocant: ut poetam aphæreſi uſum eſſe hoc loco intelligamus. Deinde non Rudium, ſed Rudias. plur. nec Pediculos, ſed Pediclos; aut Peucetios populum vocant. Barium vero Strabo & Barim & Baretum vocat, & Baretem etiam dictam aliquando aſſerit. Eſt autem urbs maritima, unde inquit, Bari mœnia piſcoſi. [Male Barium Apuliæ, cum Bari, ſeu Vereto, Calabriæ confundit. V. Strab. l. 6. de utroque. de Pediculis ſ.].

Barutus. V. BERYTUS.

Băryca, æ. f. Barycæ pl. apud Vitruv. 3. 2. Ædes latæ, ſed ob raritatem columnarum humiles, ut pondus ſuperimpoſitum facilius columnæ ſuſtineant.

Barycephălæ, f. pl. apud Eund. ibid. Ædes quæ pro paucitate columnarum onus ſatis grave ſuſtinent, a βαρὺς & κεφαλὴ, quaſi Gravicipites. V. Lex. Vitruv. Bald. p. 16.

Bărÿpicron, i. n. [βαρύπικρον] i. e. Nimis amarum. Ita Græcos Abſinthium cognominare dicit Apul. de Herb. cap. 100.

Bărÿthon, ōnis. m. [βαρύθων] alias Sabina. Apul. de Herb. cap. 85.

B A S

Basabocates, Galliæ populi ſunt, teſte Plin. lib. 4. cap. 19. Pictonibus vicini. Cæſari Vocates. V. Hard. ad loc.

Basaltes, æ. m. [βασάλτης] Genus eſt marmoris, ferrei coloris & duritiei, ab Ægyptiis in vicina Æthiopia inventum: cujus generis longe maximum Veſpaſianus Cæſar in templo Pacis dedicavit. Plin. lib. 36. cap. 7.

Basanisæ, [Βασανῖσαι] vel (ut aliis placet) Banisæ per tres ſyllabas, [Βανῖσαι] Populi ſunt Thraciæ. Steph.

Basanites, æ. m. [βασανίτης] Lapis ex quo fiunt cotes. Plin. lib. 36. cap. 20. & 22. Experimentum ejus eſſe in cote ex lapide Baſanite. Dictus Baſanites, ἀπὸ τοῦ βασανίζειν, quod eſt Explorare, vel examinare. Unde & βάσανον dicunt Græci, pro Indice, cujus attritu exploratur aurum.

Bascania, orum. n. pl. Ridicula. Solebant veteres ferrarii fabri ante fornaculam ridicularia quæpiam appendere invidiæ avertendæ gratia; ea dicebantur Baſcania. V. Cæl. Rhod. 11. 30.

Bascauda, æ. f. [βασκαύδα] Vas Britannicum. Martial. lib. 14. 99.

> Barbara depictis venit baſcauda Britannis:
> Sed me jam mavult dicere Roma ſuam.

Juven. 12. Sat. 46.

> Adde & baſcaudas & mille eſcaria.

Ubi Scoliaſtes, Baſcaudæ, inquit, Vaſa ubi calices lavabantur & cacabus. Nonnulli deductum volunt ab Anglica voce *Basket*, quæ Sportam ſive caniſtrum ſonat. V. Voſſ. Lex. Etym. p. 65. & Buleng. de Conviv. 4. 10.

Basculi, Populi Hiſpaniæ. Varr. lib. 2. de R. R. cap. 10. V. Geogr.

Basella, æ. f. dimin. Parva baſis. Pallad. de R. R. 1. 18.

Basēra, [Βάσηρα] Oppidum Phœnices, Steph.

Basiatio, Basiator, &c. V. BASIUM.

Băsĭballum, i. n. vel Basibolum, a βάσις fulcimentum & βάλλω jacio. Vox Petroniana cap. 61. quam retinet M. Nodot. & Baſiballum pulcherrimum accipit de Eo in quod inſinuatur baſis naturæ humanæ. Alii aliter. V. Burm. p. 308.

Basilēa, Non procul a ruderibus Raurici veteris, ſive Col. Auguſtæ Rauracorum, Germaniæ nobilis urbs ad Rhenum flumen ſita, *Baſilia* dicta ab Ammiano 30. 3. Quomodo & in paulo antiquioribus monumentis id nomen legitur. Vulgo *Baſel*. Gall. *Basle*.

Basilia, [Βασιλία] Inſula. V. BALTIA.

Basilĭi, orum. [Βασίλειοι Straboni] Populi ſunt Sarmatiæ Europææ, ad utramque Iſtri ripam incolentes, Iazygibus & Urgis finitimi, maxima ex parte e Nomadibus, hoc eſt paſtoribus, conſtantes. Iidem (opinor) cum his quos Pomponius a Regiis moribus, Baſilidas vocari tradit.

Basilĭca, æ. f. [βασιλική] i. e. Regia: Publica nempe domus in civitate ubi reges, principes, magiſtratus habitent, aut ubi concilia, judicia, conventus publice celebrentur. Cic. 6. Verr. 6. Qui forum ac baſilicas, non ſpoliis provinciarum, ſed ornamentis amicorum, commodis hoſpitum, non furtis nocentium, ornarent.

Baſilicæ primum Juriſdictioni deſtinatæ, deinde & negotiationibus conceſſæ. V. Vitruv. l. 5. c. 1. Ibidemque Philander, & ad quem is lect. remittit, Leo Bapt. Albertus de Re Ædificatoria l. 7. c. 14.

In baſilicis tabernas venalitiarios habuiſſe, patet ex l. 32. §. 3. D. de aur. & arg. legat. ubi mentio fit de argento, quod teſtatrix negotiatrix venale in baſilica propoſitum habebat. Similiter in Curia, librorum tabernas fuiſſe Aſconius in Milonianæ argumento teſtatur.

In baſilicis habebantur etiam olim Orationes. V. Sen. Procem. Controv. 9. Quintil. 9. 5. Plin. 6. Epiſt. 33. & Apulei. Apolog. Chriſtiani poſtea hoc nomen tribuebant ædibus ſacris, quas etiam Eccleſias vocaverunt.

De veteris Romæ baſilicis, quæ potiſſimum a conditoribus ſuis nomen ſortitæ fuerunt, V. late Lex. Pitiſc.

Spatio baſilicæ honeſtari. Cic. pro Muren. 70. Si uno baſilicæ ſpatio honeſtamur, diligenter obſervari videmur & coli.

Baſilicam tegere. Cic. 4. Att. 15.

Basilicŭla, æ. f. dimin. Paulin. Nolan. Epiſt. 32. n. 17.

Basilĭcus, [βασιλικὸς] Adj. Feſtus; Baſilicum, Regale: nam βασιλεύω eſt regno.

Baſilicæ edictiones. Plaut. Capt. 4. 2. 21.

Facinora. Plaut. Trin. 4. 3. 23. i. e. Magnifica.

Status. Plaut. Pſeud. 1. 5. 43.

Victus, Magnificus & plane regius. Plaut. Perſ. 1. 1. 32.

Emplaſtrum. V. TETRAPHARMACUM.

Jactus baſilicus, Plaut. 2. 3. 79. idem eſt qui Venereus. V. Lipſ. Lect. Ant. lib. 3. p. 106. De hoc ritu in conviviis V. fuſe in Lex. Pitiſc.

Nux baſilica, ſive Baſilicon, abſolute [βασιλικὸν κάρυον] Juglandis genus eſt optimum, quod & Perſicum dicitur, quod ex Perſide primum fuerit advectum. Dictum autem videtur Baſilicon, ſive a præſtantia,

præstantia, quod inter nuces principatum obtinere videatur, sive a regibus, qui eas primi e Perside in Græciam transtulerunt, ut non obscure innuit Plin. lib. 15. cap. 22.
Vitis. Plin. lib. 14. cap. 2. Basilicam Dyrrachini celebrant, Hispaniæ cocolobin vocant. Rarior uva, æstus, Austrosque tolerat, capiti inimica, copia larga. Columel. 3. 9.
Uva. Isidor. 17. 5.
Basilicus Sinus, [Βασιλικὸς κόλπος] qui Ioniam Asiæ minoris regionem alluit. Plin lib. 5. cap. 29.
Basilice, [βασιλικῶς] Adv. Regie. ut, Basilice vivere vel salvere; & Basilice ornatus. Plaut. Pœn. 3. 1. 74.
Basilice Eleutheria agere. Plaut. Perf. 4. 2. 1. i. e. Magnifice, proverbiali figura dictum.
Basilice interii. Plaut. Epid. 1. 1. 54. i. e. Vehementer.
Basilicum, Vestimenti genus. Plaut. Epid. 2. 2. 48.
Basilicarius, vel **Basiliciarius**, i. m. Qui in basilica ministrat. Gloss. Lat. Gr. Basiliciarius, μάλαχος, ἀγοραῖος.
Basilidæ, [Βασιλίδαι] Populi sunt Scythiæ Europææ, Gerrho amne a Nomadibus discreti, ab Hercule & Echidna generis originem trahentes: ita dicti a regiis moribus, ut tradit Pompon. lib. 2. 1. Meminit horum & Plin. lib. 4. cap. 12. V. supra BASILEI.
Basilīdes, æ. m. [Βασιλείδης] Nomen proprium cujusdam hæretici, qui trecentos sexagintaquinque cœlos esse credebat, quo dierum numero annus includitur: cujus sectatores dicti sunt Basilidiani. V. Euseb. 4. 8. Iren. 2. 23. & Epiphan. Hær. 23.
Basilides, unus ex primoribus Ægyptiorum, ut narrat Tacit. 4. Hist. 82. a cujus nomine Vespasianus omen regni sive imperii auspicatus est: quandoquidem βασιλεὺς Græcis rex est.
Basilinda, æ. f. [βασιλίνδα] Ludi genus, quo rex quidem quod faciendum est præcipit: qui vero famulus forte factus est, omnia peragit. Pollux lib. 9. cap. 7. Non absimilis erat ludus ille cujus meminit Herodotus in Clio, qui occasionem dedit agnoscendi Cyri, quum obscurus antea inter pastores regios lateret.
Basilis, [Βασιλὶς] Civitas Arcadiæ, Steph.
Basilisca, æ. f. Latine Regula; est Herba illis in locis nascens ubi fuerit serpens basiliscus: ejus virtutes V. apud Apul. de Herb. cap. ult.
Basiliscus, i. m. [βασιλίσκος] Serpentis genus: dictus (ut ait Festus) vel quod in capite habeat album quiddam instar diadematis: vel quod reliqua serpentum genera vim ejus fugiant. V. Plin. lib. 8. cap. 21. Latine dicitur Regulus.
De tribus Basiliscorum generibus V. Apul. de Herb. cap. 128. conf. Voët. p. 1. Disp. Theol. p. 732. Solin. cap. 40. & Lev. Lemn. de Occult. Nat. Mir. 4. 12.
Basilīus Magnus, Neo-Cæsariensis, [Βασίλειος] Gregorii Nysseni frater major natu, Nazianzeni familiaris, cujus, & Jo. Chrysostomi temporibus floruit. Is Cæsareæ Cappadocum primum lector, mox Diaconus & Presbyter, dein relicta patria in Ponti solitudine Monachus, novissime Eusebio, cum quo doctrinæ causa prius dissenserat, vivo primum adjunctus, dein mortuo substitutus, ejusdem Ecclesiæ præsul factus, decessit A. C. 379. Ab eo Monachi Ord. S. Basilii instituti sunt, qui nunc pæne toto Oriente sparsi sunt.
Basilius Ancyranus præsul, arte medicus, scripsit contra Marcellum, de Virginitate librum, & nonnulla alia. Hic etiam imperante Constantino, in parte Macedoniæ cum Eustathio & Sebastiano princeps fuit. Hieron.
Alium quoque ejus nominis Suidas commemorat, præsulem Ciliciæ sub Anastasio principe floruisse: haud absimilem primo & abstinentia & vitæ institutis: scripsisseque contra Archelaum quendam presbyterum Coloniensem. Plures V. ap. Fabric Bibl. Græc. Vol. 8. p. 63. & 347.
Basilii monumentum erat in Via Appia prope Urbem, qui locus latrociniis fuit perquam infamis. Ascon. in Cic. Mil. p. 201. Cic. 7. Att. 9. Quas L. Quintius, familiaris meus cum ferret, ad bustum Basilii vulneratus & despoliatus est. [Alii Basili verisimilius legunt, quod fuit cognomen Ro. V. dict. seq.
Basilius, fluvius inter Euphratem & Tigrim fluens, cujus meminit Strab. lib. 16.
Basīlus, [Βάσιλος] Cogn. Rom. Minutius Basilus, unus ex interfectoribus Cæsaris ponitur ab Appiano Emphyl. 2. extr. ubi scriptum Basillus.
Item alter fuit Pirata infamis. Lucan. 4. 446.
Et Basilum videre ducem, nova furta per æquor.
Orator ejus nominis apud Juven. 7. Sat. 146.
Prætor ejusdem. Idem 10. Sat. 222. conf. dict. præced.
Basinni, [Βασιννοὶ] Populi Arabiæ, Steph.
Basio, as. V. BASIUM.
Băsis, is. f. [βάσις] Sustentaculum & inferior columnæ pars, sicut Epistylium superior. Perott. Cic. 5. Tusc. 65. Animadverti columellam non multum e dumis eminentem, in qua inerat sphæræ figura & cylindri. & p. p. Ad adversam basim accessimus, apparebat epigramma &c.
Bases structiles, sunt velut Sedimenta columnarum, non solido lapide cæsa, sed opere cæmentitio, lateritiove coagmentata: quibus columnæ βεβήκασιν, id est nituntur, ipsæ quidem solido lapide constantes. Pomponius Jurisconf. Statuæ affixæ basibus structilibus. Budæus. V. etiam Lex. Pitisc.
Basis, pro Fundamento & sede alicujus rei: ut, Basis statuæ. Cic. 4. Verr. 160. Hi tamen istius evertere statuam non dubitarunt: qua ablata, basin tamen in foro manere voluerunt.
Basis pro ipsa Columna videtur etiam accipi. Plin. lib. 17. cap. 25. Simili modo Trallibus palma in basi Cæsaris dictatoris.
Basis & statua. Cic. 9. Philipp. 16. Utique C. Pansa, A. Hircius coss. alter ambove, si eis videbitur, Quæstoribus urbis imperent, ut eam basin statuamque faciendam, & in Rostris statuendam locent.
Basis trophæorum. Cic. in Pison. 92. Idemque ut esset quod in basi trophæorum incidi, inscribique posset, &c.
Basis villæ. Cic. 3. Q. frat. 1. 2. Topiarium laudavi, ita omnia convestivit hedera, qua basin villæ, qua intercolumnia ambulationis, ut denique illi palliati topiariam facere videantur.
Basis trianguli. Cic. 2. de Nat. Deor. 125. Basis autem trianguli, quam efficiunt grues, &c.
Basis, [βάσις] Figura etiam vocatur in narrationibus, quum omnia pe-

detentim dicuntur, insinuandi gratia. ut, Ter. in Eun. 1. 2. 28. Ibi tum matri parvulam puellam dono quidam mercator dedit, ex Attica hinc abreptam. Et paulo post, Mater ubi accepit, cœpit studiose, &c. Donatus. [Aliud est βάσις λαοδικείων, clausula Exordii ap. Hermogenem, de qua V. Voss. Rhet. contr.
Basistani, Strab. lib. 3. Populi sunt Hispaniæ, in tractu Bætico, qui & Bastuli dicuntur.
Basium, i. n. [φίλημα] Donat. in Eun. Ter. 3. 2. 3. Tria sunt osculandi genera, osculum scilicet, basium, & suavium: Oscula officiorum sunt: Basia, pudicorum affectuum: Suavia, libidinum vel amorum. Sed hæc discrimina parum observant auctores. Martial. lib. 2. 10.
Basia dimidio quod das mihi, Posthume, labro,
Laudo, licet demas hinc quoque dimidium.
Basiorum multa millia. Catul. 16. 12.
Conturbare basia. Catul. 5. 11.
Da mihi basia mille, deinde centum. Catul. 5. 7.
Basia mala fascinare lingua. Catul. 7. 12.
Jactare basia. Phædr. 5. 8. 28. Manu scilicet ori admota, dein porrecta ad eum, quem colimus. V. Interpp. ad loc.
Basiolum, i. n. dimin. Apul. 10. p. 248. Qualia in lupanari solent basiola jactari. Petron. cap. 86. Basiolis invadere.
Basio, [φιλέω] are. Martial. lib. 7. 94.
Et totam, Line, basiare Romam. conf. Idem 11. 99.
Basiare basia. Catul. 7. 9.
Usque ad millia basiare. Catul. 45. 3. subaud. Basia.
Usus est sæpe Martial. passive. ut, Basianda non es. lib. 1. 95.
Basiātus, Partic. Martial. lib. 12. 59.
Hinc sutor modo pelle basiata.
Basiatio, ōnis. f. Martial. lib. 7. 94.
Hybernas, Line, basiationes. Idem 2. 23. & Catul. 7. 1.
Basiātor, ōris. m. Apud Martial. lib. 12. 59. titulus est. De importunis basiatoribus. V. etiam ejusdem epig. 99. lib. 11. ubi ea bis utitur dictione.
Basoropeda, Regio Medorum Armeniæ contributa, ut tradit Strab. lib. 11.
Bassa, æ. f. Nomen muliebre, ductum, ut apparet, a virili Bassus, apud Martial. 1. 38. & 91.
Bassæ, Locus est in Cotylio monte prope Phigaliam in Arcadia, ubi celebratur Epicurii Apollinis templum. V. EPICURIUS.
Bassăreus, per eu diphth. [Βασσαρεὺς] dictus est Bacchus, ἀπὸ τοῦ βάζω, quod est Declamo, vociferor, ob bacchantium tumultuarium clamorem. Quamvis Bassareum aliqui nominatum velint a genere vestis Baccharum: unde & Bacchæ ipsæ Bassarides dictæ a Bassara veste quæ usque ad pedes demissa est, dicta a Bassara loco Lydiæ, in quo fit: tali enim numina uti volunt. Hæc Perott. Alii βασσάρας aiunt fuisse Calceos quosdam, quibus utebantur mulieres illæ bacchantes. Hor. 1. Carm. 18. 11.
—— non ego te, candide Bassareu,
Invitum quatiam. V. Acron. in loc. & Lambin. ad h. l. & 3. 25. 19. item Broeckh. ad Tibul. 1. 8. 46. & Lex. Pitisc. in Bacchus.
Bassărĭcus, Adj. [Βασσαρικὸς] Propert. 3. 16. 30.
Candida laxatis onerato colla corymbis,
Cinget Bassaricas Lydia mitra comas. i. e. Bacchicas, hoc est tuas, scribit enim ad Bacchum, qui Bassareus vocatur.
Bassăris, idis. [Βάσσαρις] Agave, Bacchi sacerdos. Perf. 1. Sat. 100.
Et raptum vitulo caput ablatura superbo
Bassaris, & lyncem Mænas flexura corymbis. V. Lex. Pitisc. in voce.
Bassiānus, [Βασσιανὸς] patria Syracusanus, Romam studiorum causa missus, ubi Christianus factus, Ravennam insectante patre, fugit. Inde Laudensis præsul electus, ibidem decessit nonagenarius, 14. Calend. Febr. Emicuit Ambrosii temporibus, quem ægrotantem adiit, mortique interfuit. Volaterr.
Hoc nomine vocatus etiam fuit turpissimus ille imperator Rom. Heliogabalus, priusquam imperium adeptus est. V. f. l.
Bassilitas, ātis. f. Gloss. Gr. Lat. παχύτης, bassilitas. a
Bassulus, a, um. dimin. Gloss. Lat. Gr. Bassulus, παχὺς ὑποκοριστικῶς. V. BASSUS, Adj. infra.
Bassus, Cognomen compluribus gentibus Romanis commune. Betilienæ nescio cui familiæ vindicat ex Denario antiquo Patinus. Ceterum notus est Aufidius Bassus historicus, qui Quintiliani temporibus bellum Germanicum scripsit. V. Quintil. lib. 10. cap. 1.
Cæsius Bassus inter Lyricos ab eodem ponitur: de quo sic scribit Probus, Cæsium Bassum poetam lyricum, fama est in prædiis suis ardente Vesevo & late vagantibus ignibus, cum villa sua flagrasse. Quintilianus quoque se eum vidisse ait. Ad eum Persius scribit Sat. 6. & forsan Propert. 1. 4. V. Broeckh. ad loc.
Gabius Bassus, ex cujus scriptis quædam affert Gellius 2. 4. & 3. 9. conf. Voss. Hist. Lat. 1. 22.
Julius Bassus, Orator, cujus meminit Seneca in præf. lib. 5. Controv.
Junius Bassus, Homo dicax, idemque Asinus albus vocatus, teste Fabio 6. 3. conf. Turneb. 28. 35. & Voss. l. c. & Burm. ad Quintil. l. c. p. 545.
Saleius Bassus, poeta Epicus, cujus teste Quintil. lib. 10. cap. 1. vehemens, ac poeticum ingenium fuit, nec ipsum senectute maturum. Præveniente scil. fato, quemadmodum & Valerio Flacco contigit.
Bassus, Cinædorum σοφιστὴς, memoratur a Luciano adversf. Indoct. p. 391. Græv. pr.
Bassus item, & Sextius Niger, Romani homines, de medicina Græce scripserunt. Volaterr.
Præter hos fuit Bassus, Martyr sub Decio clavis ferreis confixus.
Bassus, a, um. Adj. a βάσσων, profundior. Gloss. Lat. Gr. Bassus, παχὺς ἔγχυλος. Isidor. Gloss. Bassus, pinguis, obesus. V. Cang. Gloss.
Bassus, etiam dicitur Imus in Musica vel gravissimus cantus.
Basta, Oppidum in Italia, non procul a promontorio quod Acran Iapygian vocant. Plin. lib. 3. cap. 11.
Bastaga, æ. f. [βαστάγη] Hesych. Onus jumentis impositum, vel Munus trans-

transferendi res publicas aut Principis. l. 3. Cod. de Cohort. Panciroll. Not. Dign. Imp. Orient. cap. 75. Guther. de Off. Dom. Aug. 3. 22. Buleng. de Imp. Rom. 6. 31.

Bastagarii vel Bastangarii, erant Qui neceſſaria militibus portabant, ut quod in bello calones, in privata familia mediaſtini, in militia palatina faciant baſtagarii: a Græco verbo βαςάζω, quod portare ſignificat. Inde etiam vernacula Gallorum & Germ. lingua Clitellam Baſtum, *Baſt*, dicunt, quod onera portet atque ſuſtineat. V. Alciat. in lib. 12. Cod. tit. de Metall. item Panciroll. Guther. & Buleng. ubi ſupra. Cang. Gloſſ.

Bastarnæ, ſive Basternæ, [Βαςάρναι] populi Europæ in Sarmatia: de quibus Strab. lib. 7. Tacit. 2. Ann. 65. & de Germ. cap. 46.
Truces Baſtarnæ. Claud. de 4. Conſ. Hon. 449.
Tumentes. Claud. 1. in pr. Conſ. Stil. 96.
——ſæva Proponti cæde tumentes
Baſternas una potuit delere ruina. V. Cluver. Ant. Germ. 3. 43. & Cæl. Rhod. 16. 3. & 18. 23.

Basterbini, populi Salentinorum mediterranei, in tertia regione Italiæ, de quibus Plin. lib. 3. cap. 11.

Basterna, æ. f. Genus vehiculi Servio in Virg. 8. Æn. 666. Scholiaſt. Juven. 4. Sat. 21. Iſidor. 20. 12. Beroald. in Apul. lib. 6. p. 465. Alex. ab Alex. 2. 30. meminit etiam Ammian. 14. 17. V. auctores complures in Lex. Pitiſc. Scheff. de Re Vehic.

Basternæ, etiam ſunt Tranſennæ vel protecta, quæ habentur in ædibus tranſeundi vel ſpatiandi gratia. V. Cujac. Obſerv. 13. 30.

Basternium, i. n. [βαςέρνιον] Spatium excurrendi cum vehiculis. l. 12. §. 4. Cod. de Ædif. priv.

Basternarius, i. m. Symmachus 6. Epiſt. 15. Baſternarios præbere alicui. ut Lecticarius.

Bastetani, [Βαςητανοὶ] Populi ſunt in Hiſpania, Luſitaniam verſus, qui loco nummorum, gravi admodum ſarcinarum permutatione utuntur, vel extenſi argenti laminæ fruſtum abſciſſum exhibent. Deſtinatos neci lapidibus obruunt: parricidas extra montium confinia, vel ultra flumina ejectos ſaxis opprimunt. Ægrotos vetuſto ritu Ægyptiorum in plateis deponunt, ut qui eo morbi genere tentati ſunt, commonefacere eos valeant. De his Strab. plura lib. 3.

Bastia, æ. Caſtrum eſt in Italia munitiſſimum, Pado adjacens, inſigne ibi accepta clade ex inopinato irruente Alphonſo, de quo Cæl. Antiq. lib. 5. cap. 1.

Bastitania, [Βαςιτανία] Regio eſt Hiſpaniæ Bæticæ, vergens ad mare. Plin. lib. 3. cap. 1.

Bastyli, [Βαςύλοι] Bæticæ Hiſpaniæ populi prope Turdulos, quorum oppida ſunt, Sexi, Abdera, Ilurgis, Obulco, quod & ab Hiſpanis Ubida. Mons item Calpe, circuitu quidem non magnus, cæterum adeo erectus ut procul aſpicientibus columnæ effigiem repræſentet. V. Strab. lib. 3. Ptolem. lib. 2. cap. 5. & Plin. lib. 3. cap. 1. & 3. Quidam legunt Baſtuli.

B A T

Bat! [βὰτ] Vox eſt qua uti ſolemus, quum quempiam corripimus, jubemusque eum tacere. Plaut. Pſeud. 1. 3. 6. Quid opus eſt? P. potin' aliam rem ut cures? C. at. P. bat! crucior. P. cor dura. C. non poſſum. P. fac poſſis. V. ſupra in BA. [Vox joco ficta videtur.

Bata, Aſiæ vicus, & portus, ubi Sinope urbs Auſtrum verſus huic oræ plurimum videtur opponi. Strab. lib. 11.

Batala, Antiquiſſimum Sidicinorum in Italia oppidum, cum aliis eorum oppidis a Livio commemoratum. [Ubi?

Batalus, [βάταλος] Odioſus quidam & turpis, auctore Suida. Virg. in Diris, v. 1.
Batale, cygneas repetamus carmine voces. Quædam exemplaria legunt, Battare, cycneas, &c.
Batalus, Cognomen Demoſthenis, quod Plutarchus oſtendit illi puero inditum fuiſſe, & ab inimicis probro objectum. V. Wolff. t. 5. Op. Demoſth. p. 335. Hinc & proverbium, Batalus es, olim in Effœminatos per contumeliam dicebatur. V. Lucian. adverſ. Indoct. p. 391. Græv. a Batalo, neſcio quo, molli & effœminato tibicine, qui adagio locum dedit. V. Eraſm. Chil. 1. 6. 12. Cæl. Rhod. l. 5. c. 13. Add. Henr. Steph. Theſ. Græc. Append. Scribitur & Battalus.

Batavia, Germaniæ provincia, duobus Rheni alveis bona ex parte incluſa, quæ hodie Hollandia appellatur.

Batavus, pen. comm. [Βαταβὸς] Lucan. lib. 1. 431.
Vangiones, Batavique truces, quos ære recurvo
Stridentes acuere tubæ. Sil. lib. 3. 608.
Jam puer auricomo performidate Batavo.
Batavi, donec trans Rhenum agebant pars Cattorum, ſeditione domeſtica pulſi, extrema Gallicæ oræ vacua cultoribus, ſimulque inſulam inter vada ſitam occupavêre, quam mare Oceanum a fronte, Rhenus amnis tergum ac latera circumluit. Corn. Tacit. 4. Hiſt. 12. V. Idem Germ. cap. 29.
De Inſula Batavorum V. Cæſ. 4. Bell. Gall. 10.

Batavus, a, um. Adj. ut
Batava auris, pro Agreſti & ineleganti, tetricaque. Martial. lib. 6. 82. V. Eraſm. in Chiliad.

Batavodurum, [Βαταυόδουρον Ptolemæo] Batavorum oppidum ad Rhenum fluvium, cujus meminit Tacit. 5. Hiſt. Creditur idem eſſe cum eo quod in agro Trajectino hodie vicum appellant. Idem 5. Hiſt. 20. 1. & 5. Hodie *Duroſtad*. V. Jo. Smith. Oppidum Batavorum, ſeu Noviomagum. ed. Amſt. 1645. in 4to.

Batēa, ſive Batīa, [Βάτεια] Filia Teucri Scamandri fluvii filii, uxor Dardani. Diodor. lib. 5.

Bateni, [Βατηνοὶ] Gentes ſunt ad Caucaſi montis juga, non procul a Bactris populis. Plin. lib. 6. cap. 16.

Bater, [βατὴρ] Paſtoricium nuncupatur baculum, cum quo paſcunt. Latine dicitur Pedum.
Eſt & Bater, Principium caveæ Pentathlorum. Hinc illud elegans apud Græcos, αὐτὸν κέκρουκας τὸν βατῆρα τοῦ λόγου, i. e. Ipſam pulſaſti orationis primam partem, & præcipue tempeſtivam. Hæc Cæl. Antiq. lib. 5. cap. 13. V. Henr. Steph. Theſ. Græc.

Baternæ, arum. pro Baſtarnis Val. Flacc. 6. 96.

Bathycles, [Βαθυκλῆς] Dives quidam fuit hoc nomine, ſibi ſoli vivens, ſibique bibens: ſic dictus, quaſi Profundæ gloriæ. Unde proverbium, Bathyclis poculum, quod in eos dictum videtur qui divitiis ſuis ſoli fruuntur, nemini quicquam impertientes. V. Chil. Meminit Plutarchus in Convivio ſeptem ſapientum. [Nomen contr. eſt ex Βαθυκλέης, ut Ἡρακλῆς, Διοκλῆς, Φιλοκλῆς, Ἐμπεδοκλῆς aliaque id genus. Inde deflexum diminutivum Βάθυλλος, quod ſeq.

Bathyllus, [Βάθυλλος] Samius adoleſcens, quem Anacreon poeta Teius ardenter amavit. Hor. Epod. 14. 9.
Non aliter Samio dicunt arſiſſe Bathyllo
Anacreonta Teium.
Alius fuit Bathyllus pantomimus, hoc eſt geſticulator & ſaltator. Unde Juven. 6. Sat. 63.
——molli ſaltante Bathyllo. Tacit. 1. Ann. 54. Indulſerat ei ludicro Auguſtus, dum Mæcenati obtemperat, effuſo in amorem Bathylli.
Bathyllo duce, ſaltatio pantomimica eſt inducta, quam celebrantes Bathylli omnes appellabantur. V. Scalig. Animadv. Euſeb. p. 155. Salmaſ. in Vopiſci Carin. cap. 19. & plures alios in Lex. Pitiſc.

Bathymi, Populi ſunt quos inter Ichthyophagos enumerat Plin. lib. 6. cap. 28.

Bathynias, [Βαθυνίας] Fluvius eſt ad ſinum Caſthenem, & promontorium quod Chryſoceras vocatur in Thracia. Plin. lib. 4. cap. 11.

Băthȳpicron, i. n. [βαθύπικρον] i. e. Abſynthium. Dioſc. 3. 24.

Bātia, æ. f. Piſcis cujus fel auribus utiliſſimum. Plin. 32. 7. V. BATIS.

Batiaca, æ. f. Poculi genus, quod Nonius Batiolam vocat: ſed ex Athenæo 2. p. 484. Batiaca & Batiacium dici debet. V. BATIOLA, & Lex. Pitiſc.

Batiæ, [Βατίαι] Civitas eſt mediterranea Epiri, cujus meminit Strab. lib. 7.

Batiēa, [Βατίεια] Locus eſt editus in agro Trojano, qui & Ilii tumulus appellatur, teſte Strab. lib. 13. Add. Steph.

Batillum, vel Batillus, i. m. Ferreum inſtrumentum quo pruna colligitur, ad ſimilitudinem palæ. i. e. Batulum, quaſi Patulum primo vocatum: deinde Batillum per diminutionem dictum. Perott. Plin. lib. 33. cap. 8. Batillis ferreis candentibus ramento impoſito, quod candidum permaneat, probatur. Varr. 3. de R. R. cap. 6. Itaque paſtorem earum cum batillo circumire oportet, ac ſtercus tollere ac conſervare: quod & ad agriculturam idoneum eſt. Hor. 1. Serm. 5. 36.
——latum clavum, prunæque batillum. ubi Foculum geſtatilem ſignificat, in quo odores accendebantur, aut qualis hyeme menſis apponitur. V. Caſaub. ad Treb. Poll. in Claud. cap. 14. Legitur nonnunquam etiam Vatillum. V. & Lex. Pitiſc.
Batillum & aliud eſſe inſtrumentum declarat Varro 1. de R. R. cap. 50. Altero (inquit) modo metunt, ut in Piceno: ubi ligneum habent incurvum batillum, in quo ſit extremo ferrula ferrea: hæc quum comprehendit faſcem ſpicarum, deſecat, & ſtramenta ſtantia in ſegete relinquit, ut poſtea ſubſecentur. Al. Bacillum.

Batīna, [Βάτινα] Oppidum Apuliæ. unde Hor. 3. Carm. 4. 15.
——ſaltusque Batinos, & arvum
Pingue tenent humilis Ferenti. [Immo Bantinos. V. BANTIA.

Batinum, [Βατινὸν] Fluvius eſt in quinta regione Italiæ, non longe a Caſtro novo. Plin. lib. 3. cap. 13.

Batiola, æ. f. [βάτιον] Vaſis genus, quo vinum e cado hauſtum ad menſam ferebatur. Plautus in Colace, ut citat Nonius 15. 19. Batiolam auream octopondo habebat. Plaut. Stich. 5. 4. 12. V. Buleng. de Conviv. 4. 16.

Batis, vel Battis, is. f. [κρῆθμον] Genus herbæ aculeatæ, ſponte naſcentis, quæ & hortenſis & marina eſt. Plin. lib. 21. cap. 15. & Columel. lib. 12. cap. 7. ubi Battis ſcribitur. Ruell. lib. 2. cap. 61. Batim duplicem veteres prodiderunt: unam marinam, quam Græci Crethmon, ſive potius Crithmon dicunt. Hæc fruticoſa eſt herbula, cubitum unum alta, naſcitur in maritimis, petroſis, folio copioſo, pingui, albicante veluti portulacæ, ſed craſſiore, latiuſcula & ſalſo guſtu, floribus candidis. Semen ceu libanotidis odoratum, molle, ſiccatum rumpitur. Habet intus tritici modo candidum, radices digiti craſſitudine tres aut quatuor, odorati ſaporis & jucundi. Hanc officinæ ſimul cum vulgo *cretham* vocant *marinam*. Defertur ad nos ſale & aceto condita. Altera Batis hortenſiana, quam Plinius lib. 21. cap. 14. Aſparagum Gallicum quibusdam dici tradit, Columella lib. 12. cap. 13. Holus cordum, caule palmum erecto, folio pingui, &c. Paulo poſt, Hæc apud nos ab olitoribus ad quotidianos uſus conſita nonnuſquam ſpectatur comprehendiſſe. Vulgus noſtrum *bacilas*, quaſi Baticulas, ab Italis appellare didicit. Hæc Ruell.

Batis, idis. [βατὶς] Piſcis mollis & delicatiſſimi ſpecies eſt, quem Plin. lib. 32. cap. ult. enumerat inter eos qui mari peculiares ſunt. Hinc βατιδοσκόποι Homines delicatos & gulæ proceres, Græci appellant. Hujus piſcis fel recens quidem, ſed vino inveteratum, auribus medetur, teſte Plin. lib. 32. cap. 7. Quidam Batus vel Battus ſcribunt, alii Batia. V. Cæl. Rhod. l. 13. c. 1.

Batis, Veſtimentum ſacerdotale. Iſidor. 19. 21.

Bato, [Βάτων] vel Batto, [Βάττων] Hiſtoricus fuit Sinopæus, qui hiſtoriam de rebus Perſicis ſcripſit. Strab. lib. 12. V. Voſſ. de Hiſt. Græc. Jonſ. Hiſt. Philoſ. l. 2. c. 13.

Batos, ſeu Batus, i. m. [βάτος] Frutex ſpinoſus, lenta habens flagella per terram ſparſa, quem Latini Rubum appellant. de quo Dioſc. lib. 4. cap. 37. 38. Diverſas ejus ſpecies vide apud Ruell. lib. 3. cap. 93. conf. Plin. 23. 14. Mac. 4. 8. Feſt. in v.

Batrachion, ſeu Batrachium, V. RANUNCULUS.

Batrachites, [βατραχίτης] Lapis ranæ viridi ſimilis, colore atque effigie. Plin. lib. 37. cap. 10.

Batrachium, [βατράχειον] Coloris ſpecies, quo ante inventas perſonas, faciem obungebant. Suid.
Eſt item Batrachium chymiſtis Chryſocollæ quoddam genus, ex divino quem vocant, latice proveniens, cui tanta ineſt veneni vis, ut vel ſolo halitu incautum interficiat. V. Cæl. Rhod. lib. 28. cap. 9.

Bătrăchos, vel Batrachus, i. m. [βάτραχος] apud Græcos Rana. Dioſc. 2. 25. Mantuan. Ecl. 10. 3. Hinc Comœdia eſt apud Ariſtophanem

ftophanem quæ βάτραχοι, hoc eft Ranæ, infcribitur, quod in ea ranas loquentes introducat.

Batrachomyomachĭa, [βατραχομυομαχία] Ranarum & murium pugna. Titulus eft Homerici poematii, quod ejus operibus fubjici confuevit. Quanquam merito de auctore dubitatur. Meminerunt ejus Herodotus in vita Hom. c. 24. Stat. Præf. ad Stellam. Martial. 14. 183. V. Barth. ad Stat. Silv. p. 5. Henr. Steph. Schediafm. 6. 22. & Nunnef. ad Phryn. dict. Attic. p. 13. & qui hos aliofque memorat Fabric. Bibl. Gr. l. 2. c. 2. Suidæ vocatur Μυοβατραχομαχία.

Batrachus, [βάτραχος] Medicis eft tumor quidam fub lingua nafcens cum inflammatione, quam Ranulam vocat Avicenna.
Eft item Batrachus, Pifcis mari peculiaris. Plin. lib. 32. cap. 11.
Fuit præterea nobilis hoc nomine Statuarius, natione Lacon, qui una cum Saura, Octaviæ templa Romæ ftruxit porticibus inclufa. Plin. lib. 36. cap. 5.

Battălus, V. BATALUS.

Battĭădes, V. poft BATTUS.

Battidoscopi, V. BATIS.

Battillum, V. BATILLUM.

Battis, [Βαττίς] Puella fuit formofiffima, quam Philetas poeta elegiographus adamavit, fuifque carminibus celebravit. Ovid. 1. Trift. 5. 2.
Nec tantum Coo Battis amata fuo.

Battolŏgĭa, [βαττολογία] Multiloquium Latine dicitur: cui opponitur Laconifmos. Sumptum a Batto quopiam inepto poeta, qui in hymnis fuis eadem crebrius iterabat. Copiofius in Chiliad. & in Annot. Erafmi in Nov. Teftam. conf. Cæl. Rhod. 7. 22. Pleniffime Suicerus in Thefauro.

Batton, onis. [Βάττων] Poeta Comicus fuit, cujus tres fabulæ memorantur a Suida.

Battus, Poeta ineptior, qui dum fimulacra & ftatuas verfibus ac hymnis celebraret, modum excedebat legitimum, eandemque fæpicule cantiunculam recinebat. V. fupra in BATTOLOGIA, & Cæl. Rhod. lib. 13. cap. 1.
Battus, proprium illius qui Cyrenen condidit, ut auctor eft Strabo lib. 17. p. 376. Ab hoc & Cyrenenfes Battiadæ dicti funt. V. BATTIADES. Catul. 7. 6. Solinus cap. 40. Lacedæmonium hunc fuiffe fcribit. Plura habet Herodot. lib. 4.
Fuit item Battus, Paftoris nomen apud Ovid. 2. Met. 687. quem Mercurius in lapidem indicem (quem Lydium vocant) commutavit. conf. Drakenb. ad Sil. 3. 253.

Battĭădēs, [Βαττιάδης] Callimachus dictus eft, id eft Cyrenaicus, ut quidam volunt, a Batto, qui Cyrenen condidit. V. Spanh. ad Callim. p. 93. fq. Alii dicunt a patre fuo, cui Batto nomen fuiffe, nefcio qua conjectura ducti, exiftimant. Stat. 5. Silv. 3. 157.
—— tu pandere doctus
Carmina Battiadæ. Ab illo autem Batto, quem prius diximus, omnes Cyrenenfes Battiadæ dicti funt. Sil. lib. 3. 252.
Nec non Cyrene Pelopei ftirpe nepotis
Battiadas pravos fidei ftimulavit in arma. conf. Ovid. 5. Trift. 5. 38. & in Ibin, 53.

Batulum, Caftellum eft Campaniæ, cujus incolæ Turno in auxilium venerunt adverfus Æneam. Virg. 7. Æn. 739.
Quique Rufras, Batulumque tenent, &c. conf. Sil. 8. 566.

Batum, Flumen eft Italiæ, in agro Brutio, prope Blandam urbem, de quo Plin. lib. 3. cap. 5.

Batuo, vel **Battuo**, [ἀλοάω] ĕre. Percutere, verberare. Plaut. Caf. 2. 8. 60. — Qui quæfo potius, quam fculponeas,
Quibus batuatur tibi os, fenex nequiffime?
Batuere ulcera, Comprimere exponunt apud Plin. lib. 31. cap. 9. extr. [Ita Mfs. fed locus vexatus, V. Hard. Ego nil mutem, & de verberato ulcere accipiendum putem. Forte Plinius, vel ejus anagnoftes, pro συφερβῶν τῶν μηρῶν, ut ap. Diofc. l. 5. c. 126. legitur, τυπτομένων legit in Græco auctore, unde hæc defcripfit, quomodo & Marc. Vergilius apud Diofc. legendum fufpicabatur. Quò Celfi opportune auctoritas accedit l. 5. c. 27. §. 1.
Batuere foleas. Apic. 4. 2. i. e. Verberibus molliores reddere.
Batuere fenfu obfcœno. Cic. 9. Fam. 22. Batuit impudenter, depfit multo impudentius. Syracufanis βατεύειν eft Cum fœmina coire. V. Lambin. ad loc.
Batuebat pugnatoriis armis. Suet. Calig. cap. 54. Proprie de Gladiatorum exercitatione, qui rudibus batuere folebant. V. Suet. in Calig. cap. 32. & mox BATUALIA. Hinc

Batuator, ōris. m. Rudibus pugnans. Et

Batualia, orum. Locus ubi ita pugnabant. Gloff. Batualia, γυμνάσια τῶν μονομάχων. V. Scal. Conject. Varr. p. 64. Lipf. Saturn. 1. 15. Voff. de Vit. Serm. l. 4. c. 2. Cang. Gloff. Salmaf. in Hadr. Spart. cap. 26. Victor. Var. Lect. 11. 8. Aliofque in Lex. Pitifc. Batalia dixere recentiores. Hinc hodie Prælium dicitur Gallis *Bataille*, Anglis *Battel*.

Battuarium, i. n. Gloff. Gr. Lat. κοπανιστήριον.

Batus, i. [βάτος] Menfuræ genus liquidorum, apud Hebræos, quæ fextarios feptuaginta duos capit, auctore Jofepho lib. 3. circa fin. Budæus de Affe lib. 8. Scribitur & Bathus & Badus.
Batus, Herbæ genus, V. BATOS.

B A V

Băvărĭa, æ. f. hodie Germaniæ provincia. Quondam Boiaria, a Boiis dicta, ut & Noricum. Unde

Bavari, Populi. Et

Bavaricus, a, um. Adj. Ad Bavariam pertinens. V. Lex. Pitifc.

Baubor, [βαΰζω] āri. dep. Latrare: factitium verbum a voce canum quum latrant. Lucret. lib. 5. 1069.
Et quum deferti baubantur in ædibus. Gloff. Lat. Græc. ubi & Baubo, Act.

Bauca, æ. f. Patera. Anaftafius, Baucæ exauratæ tres. Ex Gloff. V. Salmaf. in Hift. Aug. p. 333. Unde

Baucalis, Vas eft quo æftate utimur refrigerandis in aqua cyathis. Alciatus auctor in prætermiffis. Item

Baucălium, i. n. Vas angufto collo & prælongo ad fugendum. Nunc Bocale vocant. V. Alex. ab Alex. 3. 10. Cæl. Rhod. 15. 6. Buleng. de Conviv. 4. 17. & Lex. Pitifc.

Baucides, Calcei pretiofi & crocei muliebres, Polluci lib. 7. cap. 22.

Baucis, ĭdos. f. [Βαῦκις] Anus pauper, quæ cum viro fuo Philemone, Jovem & Mercurium hofpitio fufcepit. De quibus Ovid. 8. Met. 631. 682. &c. Hi verfi fuerunt in arbores.
Panuncia Baucis, Perf. 4. Sat. 21. pro quavis Muliercula paupere.

Baucismus, i. m. Saltationis quædam fpecies, fed molficula & delicatior, a faltatore Bauco fic dicta: Comon cognominabant. Cæl. Antiq. lib. 5. cap. 4.

Bavius, & Mevius, [Βαύιος καὶ Μαίβιος] Ineptiffimi poetæ fuerunt, qui Virgilio fuam gloriam inviderunt. De quibus ipfe 3. Ecl. 90.
Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Mevi.

Bauli, orum. m. [Βαῦλοι] Vicus inter Baias & Mifenum, ubi boves quondam Herculis, dum juxta Cumas hofpitatus effet, ftabulati effe dicuntur. Hinc Boaulia primum locus appellatus eft: deinde vetuftate corrupto vocabulo, Bauli. Symmach. Epift. 1. 1.
—— corrupta Boaulia Baulos
Nuncupat hæc ætas. Martial. lib. 4. 63.
Dum petit a Baulis mater Cefellia Baias,
Occidit infani crimine merfa freti. Tacit. 14. Ann. 4. 2. Neronem ait matrem elicuiffe Baias, ubi Quinquatrus celebrabat, Et p. p. Excipit manu & complexu, inquit, ducitque Baulos: Id villæ nomen eft, quæ promontorium Mifenum inter & Baianum lacum, flexo mari alluitur. conf. Suet. Neron. cap. 34. & Serv. in 6. Æn. 107.

Bauma, Oppidum eft Æthiopici finus, ex Africæ latere. Plin. lib. 6. cap. 29.

B A X

Baxeæ, arum. f. [κρηπῖδες] Crepidæ & calceamenta, proprie philofophorum. Apul. de Afin. Aur. 11. p. 260. Nec quid pallio, baculoque & baxeis & hircino barbitio philofophum fingeret. conf. Idem 2. Florid. p. 346. & 2. Milef. p. 127. Plaut. Men. 2. 3. 40. Turnebus, Baxea, Calceus philofophicus, philofophica crepida, quam, fi purpuratus eft philofophus, Tyriam & purpuream effe oportet. V. etiam Lex. Pitifc.

B D E

Bdellæ, arum. f. Hirudines. Diofc. l. 6. feu Alexiph. c. 32.

Bdellium, i. n. [βδέλλιον] Arboris genus, de qua Plin. lib. 12. cap. 9. Vicina eft (inquit) Bactriana, in qua bdellium nominatiffimum. Arbor nigra eft magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, naturaque. Hujus arboris Gummi eft id, quod aromatarii Bdellium vocant. Hanc arborem Diofc. 1. 80. & Madelcum, ab aliis Bolchon appellari docet. conf. Plaut. Curc. 1. 2. 7. & Ifidor. 4. 12.
Bdellium, apud nonnullos fignificat Lapidem pretiofum, vel Unionem cum Latinis Patribus, vel Carbunculum cum LXX, vel Cryftallum cum Hebræis R. Salomone in Numer. 11. 7. & Kimchio ad Jef. 3. 19.

B E A

Beatus, [μακάριος, ὄλβιος, εὐδαίμων] Cic. 5. Tufc. 29. Neque ulla alia, huic verbo quum beatum dicimus, fubjecta notio eft, nifi fecretis malis omnibus, cumulata bonorum complexio.
Beatus, pro Divite & opulento. Cic. in Salluft. 19. Unde tu qui modo, ne paternam quidem domum redimere potueris, repente tanquam fomnio beatus, hortos pretiofiffimos, &c. paraveris? Ovid. 1. Amor. 8. 23.
Scis here te, mea lux, juveni placuiffe beato.
Felix & beata. Plin. lib. 12. cap. 13. Prius indicari convenit cauffas, quæ cognomen illi Felicis ac beatæ dedere.
Ab omni parte beatum, Beatiffimum. Hor. 2. Carm. 16. 27.
Auro beatius omni. Ovid. 2. de Pont. 8. 5.
Divitiis beatus. Hor. 2. Serm. 6. 74.
Laudum omni cumulo beatus. Stat. 4. Silv. 3. 158.
Longe beatior. Ovid. 4. Met. 325. al. Potentior.
Palam beatus. In PALAM.
Perfarum rege beatior. Hor. 3. Carm. 9. 4.
Terque quaterque beati. Virg. 1. Æn. 94. i. e. ut Servius ait, Sæpius. Finitus numerus pro infinito. Aut potius, Beatiffimi. fic enim & Græci poetæ τρισόλβιον vocant a numero ternario.
Virtute beatus. Hor. 2. Serm. 6. 74.
Arces beatæ. Hor. 2. Carm. 6. 21.
Arva, Fertilia. Hor. Epod. 16. 41.
Civitas beata & libera. Cic. 6. Fam. 21. In libera & in beata civitate viximus.
Civitas beatiffima & opulentiffima. Cic. 3. de Nat. Deor. 81. Duodequadraginta Dionyfius tyrannus annos fuit opulentiffimæ & beatiffimæ civitatis.
Commoda beata. Catul. 21. 24.
Homines beatiores. Catul. 43. 25.
Mors. Cic. de Amicit. Ex quo illorum beata mors videtur, & horum ita laudabilis.
Nox. Claudian. in Nupt. Hon. & Mar. 40.
Opes. Stat. 1. Silv. 5. 44.
Ora beatior. Ovid. 16. Epift. 175.
Rebus beatis mitior. Sen. Hippol. 5.
Refpublica beata & florens. Liv. 4. Bell. Maced.
Rus beatum, Fertile & amœnum. Hor. 1. Epift. 10. 14.
Sedes beatæ. Virg. 6. Æn. 639. Inferorum fcil.
Terra. Ovid. 16. Epift. 188.
Thermæ. Martial. lib. 9. 77. propter opulentiam ftructuræ.
Vita. Hor. 2. Serm. 4. 41. Cic. 2. de Fin. 95. Nos beatam vitam non depulfione mali, fed adeptione boni judicemus.
Vox beata. Quintil. lib. 11. cap. 3. Cui fuffragatur vox facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis &c.
Urbes. Ovid. 4. de Pont. 8. 33.
Dici beatus. Ovid. 3. Met. 136.
—— ultima femper
Expectanda dies homini eft: dicique beatus
Ante obitum nemo, fupremaque funera debet.
Fruantur beati ævo fempiterno. Cic. de Somn. Scip. 4. Omnibus qui patriam confervarint, auxerint, certum effe in cælo ac definitum locum, ubi fempiterno ævo fruantur.
Numero beatorum eximere aliquem. i. e. Non judicare beatum. Hor. 2. Carm. 2. 18.
Unum beatiorum fe facere alicui. Catul. 10. 17.
Beatos Ecclefia dicit, Pie vita defunctos. Unde formula apud Hieron. Epift. 15. pr. & Epift. 32. Beatæ memoriæ, qua adhuc frequen-

ter utimur. At profani de Viventibus etiam hoc verbo utuntur, maxime Principibus. Gruter. Inscript. p. 283. n. 11. D. N. FL. CONSTANTINO MAXIMO BEATISSIMO, &c. & 284. n. 1. CONSTANTINI ET CONSTANTI BEATISSIMORVM AC FLORENTISSIMORVM PRINCIPVM.

BEATŬLUS, Adj. dimin. Perf. 3. Sat. 103.

—— tandemque beatulus alto
Compositus lecto.

BEATE, Adv. Feliciter. ut, Beate vivere. Cic. 1. Acad. Spoliavit enim virtutem suo decore, imbecillamque reddidit, quod negavit in ea sola positum esse beate vivere.

Bene beateque vivere. Cic. in Parad. 1. Profecto nihil est aliud bene beateque vivere, nisi honeste & recte vivere.

Sit tibi bene ac beate. Catul. 23. 15.

BEATĬTAS, & BEATĬTŪDO, [μακαριότης, ὄλβος] Cic. 1. de Nat. Deor. 96. At ista sive beatitas, sive beatitudo dicenda est, &c. Quintil. citat eadem lib. 8. cap. 3. Utitur & priori Macrobius Somn. Scip. 1. 9. Budæus.

BEO, [ὀλβίζω] āre. Beatum facere. Plaut. Capt. 1. 2. 34. Foris aliquantulum etiam quod gusto, id beat. Ter. Eun. 2. 2. 48. Ecquid beo te? Idem Andr. 1. 1. 79.

Cælo Musa beat. i. e. Ad beatitatem cœlestem evehit. Hor. 4. Carm. 8. 29.

Munere aliquem beare. Hor. 1. Epist. 18. 75.

Semet beare, est Indulgere animo, phrasi quadam Epicurea, qui summum bonum voluptatem aiebant esse. Hor. 2. Carm. 3. 7.

BEATIFĬCO, āre. Augustini verbum, de Trinit. 14. 14. &c.

BEATĬFĬCUS, paulo antiquius est. Apul. de Habit. Mulier. & Doctr. Plat. 1. p. 3. Deus beatus & beatificus.

B E B

BĒBŬLO, ōnis. f. (Harduin. Bebulo) Argentifodinæ nomen. Plin. 33. 6.

BEBIANI, Ligures sunt ita dicti, in secunda regione Italiæ. Plin. lib. 3. cap. 12.

BEBIUS, vel BÆBIUS, cui cognomen fuit Massa, Delator insignis fuit Vespasiani temporibus, cujus meminit Juven. 1. Sat. 35.

— quem Massa timet, quem munere palpat
Carus.

Fuit & Bebius Tamphilus, Consul Romanus cum P. Cornelio, eo anno quo Numæ Pompilii libri in agro L. Petillii effossi sunt. V. Valer. Max. lib. 1. cap. 1. §. 12.

Fuit item alter M. Bebius, in Macedonia jussu L. Pisonis interfectus. Cic. in Pison. c. 36.

Item alius Q. Bebius Tamphilus, Saguntum ad Annibalem a Senatu legatus, de quo Cic. 5. Philipp. c. 10.

BEBRA, æ. f. Pili genus, quo Barbari usi sunt in præliis. Veget. 1. 20.

BĒBRĬĀCUM, [Βεδριακόν] Vicus est inter Cremonam & Veronam, qui vulgo dicitur *Labina*, duabus jam Romanis cladibus notus, infaustusque, inquit Tacit. 2. Hist. 23. 3. Cui tertia accessit clades Othoniani exercitus. Eutrop. 7. 11. Al. Bedriacum, Betriacum & aliis modis. Juven. 2. Sat. 106.

Bebriaci in campo spolium affectare Palati.

BEBRIACENSIS, e. [Βεδριακηνός] Qui est ex Bebriaco vico. Tacit. 2. Hist. 70. 1. Bebriacensibus campis.

Bebriacenses aves. Plin. 10. 49.

BEBRYCIA, [Βεβρυκία] Regio est minoris Asiæ ad Propontidem, postea Mygdonia a Mygdonibus Thraciæ populis, & Bithynia a Bithyno rege appellata. V. Stephan.

BĒBRYX, ycis. [Βέβρυξ] Rex fuit in montibus Pyrenæis, teste Silio, quos etiam a Pyrene illius filia, nomen traxisse idem auctor est. l. 3.

Est item Bebryx nomen gentile, Eum significans qui ex Bebrycia ortus est, de quo vide paulo post in dictione BEBRYCES. Hujus autem nominis obliqui indifferenter efferuntur a poetis, secundam syllabam modo producentibus, modo corripientibus. Val. Flacc. 2. Argon. 649.

Bebrycis & Scythici procul inclementia faxi. Sil. lib. 3. 423.
Possessus Baccho sæva Bebrycis in aula.

BEBRYCES, [Βέβρυκες] Populi Asiæ juxta Pontum. Stephan.

Item Populi apud Iberos in Europa. Sil. lib. 3. 420. Galliæ Narbonensis, a Pyrenæis montibus primi. V. Cellar. Geogr. Ant. 2. 2. 3. 92.

BĒBRYCIUS, [Βεβρύκιος] Adj. Val. Flacc. 6. Argon. 344. & Sil. lib. 3. 423.

Arena Bebrycia. Stat. 4. Silv. 5. 28.

Fretum Bebrycium. Valer. 4. Argon. 743.

Nemus. Stat. 3. Theb. 353.

Regnum. Flacc. 4. Argon. 99.

Proxima Bebrycii panduntur litora regni.

Virgo. Sil. 3. 420. De jugis Pyrenæis.

Nomen Bebrycia duxere a virgine colles: scil. Virgine Pyrene, ab Hercule compressa, in montibus illis a feris discerpta. conf. Virg. 3. Æn. 73.

B E C

BECA, Tegmen capitis. V. Pitisci Lex.

BECABUNGA, æ. f. Herbæ genus, Junioribus Botanicis.

BECARE, Portus est utilissimus gentis Necanidon in Asia, quo piper monoxylis lintribus imprimis invehitur. Plin. lib. 6. cap. 23.

BECCĔSĔLĒNÆ, f. pl. Nugæ antiquæ: nomen compos. ex *Beccus*, vel *Beccos*, voce Phrygia, & Σελήνη Luna. Quippe Phryges ante Lunam se natos jactabant, & Lingua eorum antiquissima comprobari dicebatur, per vocem antedictam: uti fabulam narrat Herodot. lib. 2. princ. conf. Plutarch. 1. de Placit. Philosoph. cap. 7. Hinc veteris ejusmodi nugæ, Beccesilenæ, & Qui referunt, βεκκεσέληνοι sunt dicti. Steph. Vinand. Pigh. Herc. Prodic. p. 2. Ne igitur a Saturniis lemis, aut a beccesclenis Belgarum originibus incipiam.

BĔCHER, ĕris. Natio Scythica bibacissima. Calep.

BĔCHION, i. n. [βήχιον] Herba. Plin. lib. 26. cap. 6. Tussim sedat bechion, quæ & tussilago dicitur. Vide TUSSILAGO. Vulgo dicitur *Farfara*, sive *Farfarella*, sive *Ungula caballina*. V. Ruell. lib. 3. cap. 40.

BECHIRES, Plinio, [Βέχειρες Stephano] Populi Themiscyræ, Asiæ regionis, Cappadociæ contermini: de quibus Plin. lib. 6. cap. 4. Hi quum Attilæ ductu in Italiam venissent, vinumque antea ipsis incognitum gustassent, brevi mortalium omnium bibacissimi evaserunt. Iidem fortasse cum his quos Becheres Calepinus appellat.

B E D

BEDA, [Βήδας] natione Anglus, ob vitæ modestiam Venerabilis cognomentum adeptus, claruit sub Joanne sexto Pontifice, quum Saraceni ex Africa solventes, Hispaniam invaserunt: ex quo Beda literis principes ad eam recuperandam solicitavit, Græce Latineque eruditus fuisse traditur. Scripsit in Acta Apostolorum, & Lucam. Volaterr.

Bedas item, nomen Insignis statuarii. Plin. lib. 34. cap. 8.

BĔDELLA, æ. f. Eadem arbor quæ Bdellium dicitur. Marc. Emp. cap. 19.

Balsama, Peucedanum, Spicam, crocum atque bedellam.

BEDESIS, Fluvius est in regione Sabinorum, ab Ancona CII. M. pass. distans. Plin. lib. 3. cap. 15.

BEDRIACUM. V. BEBRIACUM.

BEDUINI, ex Arabum, ac Saracenorum secta, aliis addicti opinionibus sunt: quapropter hæretici sunt appellati. Ii nulla ratione, inermesque una cum Saracenis in bellum ruunt, dicentes mortem vitari non posse, fatoque omnia referunt. Hircinis amiciuntur pellibus. Solem orientem adorant. Volaterranus.

B E E

BEE, [βῆ] Vox ovium. Varro 2. de R. R. cap. 1. Non enim mee, sed bee sonare videntur oves vocem efferentes. Hinc

BEELO, are. & extrita litera BELO, & tandem BALO. Idem ibid. V. BELA.

BEELPHEGOR, [Βεελφεγώρ] Idolum fuit Moabitarum, nomine Beel, sive Baal, quod in monte Phegor colebatur. Idem creditur cum Saturno, ut annotavit Cæl. Rhod. lib. 13. cap. 23. V. Selden. de Diis Syr.

BEERGIOS, [Βέργιος] Unus ex Neptuni filiis, quem Hercules vicit.

BEELZEBUB, [Βεελζεβούλ] Idolum fuit Accaronitarum, quo nomine Idolum muscæ significatur. Bel (inquit Hieronymus) & Beel, & Baal, idem Hebræis est: nam his vocibus indicatur Idolum. Zebub autem Muscam signat: unde Beelzebub (etiamsi Beelzebul Græci pronuntiant) tanquam Muscæ dicatur idolum. Sed & pro Dæmonarcha (Lactantio) ponitur, hoc est Dæmoniorum principe. Cæl. Rhod. lib. 2. cap. 13. conf. Isidor. 8. 11. Tertull. adv. Marc. 4. 26. & Prudent. Perist. 5. 267. Selden. de Diis Syr.

B E G

BEGERRI, Populi sunt in Gallia Aquitanica, de quibus Plin. lib. 4. cap. 19.

B E H

BEHEN, Officinis (ut Serapio scribit) dicuntur Radices minoris pastinacæ similes, contortæ, odoratæ, & mansu lentæ, quæ in Armenia nascuntur. Avicenna autem radicum lignosa frusta Behen esse ait, in se contracta, & siccitate exoleta. V. Matthiol. in lib. 4. Diosc. cap. 154.

B E L

BEL, seu BELIS. V. BELENUS.

BELA, [Βήλη] Mons est in Æthiopia Hesperia, multis feris & magnis arboribus plenus. Strabo lib. 17.

BELA, [μῆλα] Oves nominaverunt antiqui Latini: unde Belare. Varro 2. de R. R. cap. 1. Unde aurea mala, id est fecundum antiquam consuetudinem capras & oves, quas Hercules ex Africa in Græciam exportavit. Ea enim sua voce Græci appellarunt μῆλα. Nec multo secus nostri ab eadem voce, sed ab alia litera Bela vocaverunt. Non enim Mee, sed Bee sonare videntur oves vocem efferentes: a quo post Belare dicunt, extrita E litera, ut fit in multis.

BELA, Pannoniæ rex, regno per fratris cædem potitus, bonus alioqui princeps habitus, populos a multis vectigalibus immunes fecit. primus Byzantios nummos, argenteamque monetam percussit. Decessit tandem equo lapsus, fractusque membra, post annos regni tres, sepultus in cœnobio S. Servatoris ab eo constituto. Fuere quatuor hujus nominis Pannoniæ reges, ut auctor est Volaterr. lib. 8.

BELBINA, [Βελβίνα] Strabo lib. 9. Insula, e regione Anaphystiorum, apud quos Panos templum est, & aliud Veneris Coliadis.

BELBUS, vel BELBA, quæ & Hyæna, [ὕαινα] Ferarum omnium astutissima, quæ imitatur sub noctem humanos gemitus, ut homines pietate motos, & ad succurrendum egredientes, devoret. Arnob. 7. p. 223. V. Elmenh. Observ. p. 184.

BELENIUM, [βελένιον] Aristot. lib. de Plantis, olim Delibutorium in Perside venenum erat: translatum autem in Ægyptum & Palæstinam, sine periculo mandi cœpit. Putatur idem esse quod Crateias medicus Helenium Ægyptium vocat. V. Ruell. lib. 2. cap. 12. & Scalig. in Not. Auson. p. 28.

BĔLĒNUS, vel BĔLĪNUS, i. m. [Βελήνος ἢ Βελινός] Aquileiensium numen tutelare: idem qui Apollo. Capitol. Max. cap. 22. Herodian. 8. 3. 19. ubi Βέλιν vocat, nisi codd. vitium est. conf. Pigh. Herc. Prodic. p. 181. Phil. a Turre ad Monum. Antiat. Tertull. Apol. adv. Gent.

Gent. cap. 24. & Reineſ. Inſcript. claſſ. 1. 51. p. 98. ſq. & Scalig. Auſon. Lect. 1. 9. extr. ad Carm. 4. ibidemque Vinet. G. J. Voſſ. Theol. Gentil. 2. 17.

BELERIDES, Inſulæ ſunt haud procul a Sardinia, teſte Plinio lib. 3. cap. 7.

BELEUS, [Βήλεος Joſ.] Fluvius eſt, a Ptolemaide civitate Galilææ duorum fere ſtadiorum interſtitio, cujus in propinquo Memnonis eſt ſepulcrum. V. Joſeph. de B. J. 2. 9. Cæl. Rhod. lib. 22. cap. 5. Plin. lib. 5. cap. 19. Belum vocat, ut & Steph. v. Ἀκη.

BELGÆ, arum. [Βέλγαι] Populi tertiam quondam Galliæ partem obtinentes inferiorem ſcilicet Oceano adjacentem, a Germanis Rheno, a ceteris Gallis fluminibus Matrona & Sequana diviſi, ut Cæſar docet Comment. de B. G. l. 1. c. 1. Quibus in Provinciæ formam cum reliquis Gallis ab eodem Cæſare redactis, Auguſtus ſucceſſor etiam ſuperiorem Germaniam ad Alpes usque Belgicæ provinciæ nomine adjecit. Populi proinde in hac continebantur Helvetii, Rauraci, Sequani, Lingones, Leuci, Mediomatrici, Tribocci, Nemetes, Vangiones, Treviri, Ubii, Sicambri, Eburones, Condruſi, Segni, Cæræſi, Pæmani, Batavi, Caninefates, Menapii, Nervii, Tungri, Taxandri, Morini, Atrebates, Ambiani, Bellovaci, Silvanectes, Veromandui, Remi, Sueſſiones, quibus addere licet Caletes, Velocaſſes & Venetos, Lugdunenſi ab Aug. adſcriptos. conf. BELGIUM.

Belga, [Βέλγης] ſing. num. Lucan. lib. 1. 426.

Et docilis rector monſtrati Belga covini.

BELGĬCUS, a, um. [Βελγικὸς] Adj. ut, Eſſeda Belgica. Virg. 3. Georg. 204.

Belgica vel molli melius feret eſſeda collo. Ubi Servius, Belgica eſſeda, Gallicana vehicula.

BELGITES, [Βελγίτες] Pannoniæ populi, apud Plin. lib. 3. cap. 25.

BELGĪUM, Cæſaris cum Belgica Provincia aut ipſis Belgis confundi non debet. Erat autem Bellovacorum civitas magna, & inter Belgas auctoritate atque hominum multitudine præſtans. Ejus mentionem facit ſemel & iterum Cæſ. 5. Bell. Gall. 24. ſq. Hirtius quoque lib. 8. Quibus Atrebates & Ambianos quoque adjiciendos docet Cellar. q. V.

Belgium quod vocant hodie, complectitur 17 Provincias, quarum 7. quas unitas vocant, anno MDLXXXI, ab Hiſpanis defecerunt. Hinc diſtinctio inter Belgium Hiſpanicum & Hollandicum, ſeu Fœderatum, cujus eſt celeberrima Reſpublica. V. Thuan. ab Ann. 1566. conf. Strad. & Grot.

BELGRADUM, ſeu BELLOGRADUM, i. n. Urbs Hungariæ munitiſſima, quæ & Alba Græca, olim Taurinum. V. Panciroll. Not. Dign. Imp. Occident. cap. 79.

BELIAL, [βελίαλ] Spiritus malignus. Iſidor. 8. 11. Belial ſine jugo, idolum Ninivitarum. Tertull. de Habit. Mulier. flectit Belias, æ. Varia eſt Quantitas apud Prudent. qui in Hamart. ſic ſcribit v. 520.

—— ac ſub

Principe Belial rectoribus horret iniquis. & Pſych. v. 714.

Præceptor Belial mihi ſit, domus eſt plaga mundi.

BELĬĀDES, æ. m. pro Diabolo, Prudent. Hamart. 610. Scribitur & Βελίαρ. V. Suic. Theſ.

BELIALIS, e. Adj. Mantuan.

BELIDES, BELIOCULUS, V. BELUS.

BELION, [βέλιον] Herba eſt, quæ a Dioſc. πόλιον ὄρεινὸν, hoc eſt Polium montanum, appellatur. Eſt autem hæc nomenclatura ex his, quæ inter notha Dioſcoridis a doctioribus numerantur. Al. Bellion. V. Apulej. de Herb. c. 57.

BELION, [Βέλιον] quod a quibusdam Lethe, ab aliis Limæa vocitatur, Flumen eſt ex Celtiberis & Vaccæis labens, Callaicæ regioni irrigandæ percommodum. Strabo lib. 3.

BELIPPO, Oppidum Hiſpaniæ Bæticæ in conventu Gaditano, apud Plin. lib. 3. cap. 1.

BELISAMA, in Inſcr. Vet. apud Selden. de Diis Syris 2. 2. p. 246. Regina cæli, vel Aſtarte.

BELISARIUS, [Βελισάριος] Juſtiniani Principis dux, Græcus, Perſas in Oriente vicit: Vandalos vero in Africa, ducto in triumphum Giliſmere, Gothorum in Italia gentem, capto Victige rege, ſuperavit. Poſthæc Africam repetens, Vandalos, redintegratis viribus bella renovantes, Reipublicæ ſubdidit, interfecto eorum rege Guntarit ſub pacis dolo. Victor inde Romam reverſus, crucem auream, ubi res ejus geſtæ cælatæ fuerant, Petri baſilicæ obtulit. Noviſſime falſo, ut quidam perhibent, conjurationis in principem reus, utroque oculo eruto gratiam meritorum reportavit. Plura V. ap. Volaterr. conf. Procop. cap. 18. & Lex. Pitiſc.

BELLARIA, orum. n. [ἐπιδόρπισμὸς, τραγήματα, πέμματα] dicuntur Cibi ad irritandam gulam compoſiti, auctore Donato, ad Ter. Adelph. 4. 2. extr. Gell. lib. 13. cap. 11. Vocabulum bellaria, ſignificat omne menſæ ſecundæ genus. nam quæ τραγήματα Græci, aut πέμματα dixerunt, ea veteres noſtri, Bellaria appellaverunt. Vina quoque dulciora eſt invenire in comœdiis antiquioribus hoc nomine appellata, dictaque eſſe ea, Liberi bellaria. Hactenus Gellius. Plaut. Truc. 2. 5. 27. Fer huc verbenam mihi, thus & bellaria.

Mellita bellaria. Varro apud Gell. lib. 13. cap. 11. & apud Macrob. 2. Saturn. cap. 8. Bellaria, inquit, ea maxime ſunt mellita, quæ mellita non ſunt. πεμμάτων enim cum pepſi ſocietas infida. V. Scalig. ad Feſt. & Lex. Pitiſc.

Bellarium & Bellaria, Res bellis (ſcil. hominib.) aptas appellabant. Feſtus.

BELLATOR, BELLATRIX. V. BELLUM.

BELLATULUS, BELLE. V. Bellus in BONUS.

BELLĔROPHON, ontis, vel BELLEROPHONTES, æ. m. [Βελλεροφόντης] Glauci regis filius, qui & ipſe regnum apud Ephyram tenuit, quo privatus a Prœto Argivorum rege, ab eodemque ſervus domi habitus, ac de ſtupro ab ejus uxore Sthenobœa, quæ Anthia Homero dicitur, ſolicitatus eſt. Qui tale facinus quum averſaretur, ab eadem apud virum falſo accuſatus, cum literis ad Iobatam ſocerum miſſus eſt: quibus ſcribebatur uti ille occideretur. Iobates itaque eum contra Chimæram monſtrum miſit, qui equo Pegaſo aſſumpto, illam e veſtigio ſuperavit. Poſthæc ad Solymorum bellum, poſtremo ad Amazonas miſſus, victor pariter rediit, pro quibus meritis Iobatæ filiam duxit Archimenen, (Al. Philonoen) ex qua liberos ſuſcepit Iſandrum, Hippolochum, & Laodamiam. Homer. Iliad. 6. Hygin. Fab. 57. & P. A. 2. 18. Apollod. l. 2.

Bellerophontis literas affert, Proverbium, quum quis literas velut commendatitias perfert, quæ contra ipſum ſunt ſcriptæ. V. Eraſmi Chiliad.

Eques ipſo melior Bellerophonte. Hor. 3. Carm. 12. 7.

Bellerophon caſtus. Hor. 3. Carm. 7. 15.

BELLEROPHONTĒUS, Adj. [Βελλεροφόντειος] Propert. lib. 3. 2. pr.

Viſus eram molli recubans Heliconis in umbra,

Bellerophontei qua fluit humor equi. Bellerophontei equi, i. e. Pegaſi. Intelligit autem Hippocrenen fontem, quem Pegaſus ungula impreſſa aperuerat.

Morbus Bellerophonteus, ponitur pro Melancholiæ, ſeu conſortium omne fugientis animi morbo, quo Bellerophontem laboraſſe ferunt. V. Scalig. Lect. Auſon. l. 2. c. 16.

BELLERUS, Corinthiorum Dux quidam, a quo interfecto, Bellerophontes dictus eſt, quum ante Hipponus, ἵππονος, diceretur. Cæl. Rhod. l. 13. c. 9. ex Lycophr. Schol. Quidam eundem eſſe cum priore volunt.

BELLIACA, [Βαλλιακὴ] Civitas eſt poſt Apolloniam, non longe ab Orico. Strab. lib. 7.

BELLICOSUS, BELLICREPA, BELLICUS, BELLIGER, BELLIGERO. V. BELLUM.

BELLIENUS, Romanum cognomen eſt, ut Labienus. L. Bellieni cujusdam, cujus domus in funere C. Cæſaris deflagraverit, meminit Cic. 2. Philipp. 91.

Alius L. Bellienus, avunculus Catilinæ, qui Lucretium Aſellam, conſulatum contra voluntatem Sullæ Dict. ad turbandum civitatis ſtatum petentem, juſſu ejus occidit, accuſatus poſtea ac damnatus. Aſcon. Pæd. ad Orat. in toga Cand. Cic.

BELLINUS, Patavii epiſcopus fuit, qui quum pulſus eſſet Patavio, graſſantibus nobilium plerisque, quod ſeverius ſanctiusque quam ab illis probari poſſet, epiſcopum ageret, in quoddam paluſtre ſolum, quindecim millibus paſſuum Rhodigio diſtans, divertit. Plura vide apud Cæl. Antiq. lib. 17. cap. 28.

Bellinus, Britannorum Rex pace belloque vir inclytus, & in omni fortuna Brenno fratri, qui Romam cepit, par, vita privatus rogoque impoſitus, Britannorum Regum primus eſt crematus. V. Moreſtel. Pomp. Feral. 10. 4.

BELLIO, Flos luteus, qui paſtillicantibus LV. barbulis coronatur. Plin. l. 21. c. 8. Bellidem luteam, poëtarum Caltham eſſe putant. V. Hard.

BELLIOR, V. Bellus, in BONUS.

BELLIPŎTENS, V. BELLUM.

BELLIS, idis. Herbula eſt, de qua Plin. l. 26. c. 5. Bellis in Pratis naſcitur, flore albo, aliquatenus rubente. Plura de hoc, & aliis duobus generibus, vide apud Matthiol. in Dioſc. lib. 3. cap. 139.

BELLITANI, Populi Edetaniæ, quæ eſt regio citerioris Hiſpaniæ, ad Iberum fluvium. Plin. lib. 3. cap. 3.

BELLITUDO. V. Bellus, in BONUS.

BELLIUS, i. m. Nomen Familiæ Rom. V. Patin. Spanh. de Uſu & Præſt. Numm. Diſſ. 10. p. 6. [Forte eadem ac Duellia vel Duilia. V. BILIUS, & BELLUM.

BELLO, āre, V. BELLUM.

BELLO, Urbs eſt Hiſpaniæ citerioris ad Beſiponem portum; ut auctor eſt Plin. Meminit & Mela lib. 2. cap. 6. *Tariffa* nunc vulgo vocatur, ut ſcribit Olivarius. Eſt autem Tariffa in Hiſpania Bætica juxta fretum Gaditanum, in ea parte regni Granatæ, quæ eſt Turdulorum.

BELLOCASSES. V. VELOCASSES.

BELLŌNA, æ. f. [Ἐνυὼ] Dea belli, quam alii ſororem Martis, alii Uxorem, alii Aurigam, alii denique eandem ac Pallada eſſe dicunt. V. Lex. Pitiſc. Bellona, inquit Feſt. dicebatur Dea bellorum, ante cujus templum erat columella, quæ Bellica vocabatur, ſupra quam haſtam jaciebant, cum bellum indicebatur. Conf. de eo ritu Serv. ad 9. Æn. 52. P. Victor in Deſcr. reg. IX. Urb. Virg. 8. Æn. 703.

Quam cum ſanguineo ſequitur Bellona flagello.

Gaudens Bellona cruentis. Hor. 2. Serm. 3. 223. V. Acron. in loc.

Bellona vindex. Claud. in Eutrop. lib. 1. 314.

Haſtata Bellona. Stat. 2. Theb. p. 643. V. Barth.

Agitata motu Bellonæ. de ſacerdote Bellonæ femina, vel potius evirato. Tibull. lib. 1. 7. 49. ubi V. Not. Brœckh. [conf. Ter. Eun. 2. 3. 65.

BELLONARII, [Ἐνυάνδοι] Sacerdotes Bellonæ, qui furibundis ſimiles lacertos, humerosque, immo & femora, ſtrictis cultris incidebant. V. Acron. l. c. conf. Lactant. 1. 21. Gyrald. Synt. Deor. 10. p. 321. Lex. Pitiſc. Lomejer, de Luſtrat. Vet. Gent. c. 22.

BELLONARIA, æ. f. Herba, Græci Strychnon vocant. V. Apul. de Herb. cap. 74.

BELLOSUS, V. BELLUM.

BELLŎVĂCUM, i. n. [Immo BELGIUM. V. ſupra.] Civitas eſt in provincia Rhemenſi, ac Francorum regno ſita. Cujus populi,

BELLOVACI, [Βελλόακοι] inter Belgas, olim belli gloria eximii, quos Cæſar eorum duce Correo interfecto, in poteſtatem accepit. Cæſ. 2. Bell. Gall. 4: 7. 59: 8. 6. &c. conf. Cæl. ad Cic. 8. Fam. 1. V. BELGIUM.

BELLOVESUS, V. AMBIGATUS.

BELLUA, [θηρίον] fere uſurpatur de majori fera, cujusmodi ſunt Elephas, Cetus &c. Ter. Eun. 3. 1. 25. Eone es ferox, quia habes imperium in belluas? Cic. 7. Fam. 1. Quinetiam miſericordia quædam conſequuta eſt atque opinio ejusmodi, eſſe quandam illi belluæ cum genere humano ſocietatem. De elephantis utroque loco agitur. Scribitur & BELUA, ſed minus recte.

Edentatæ belluæ. V. EDENTO. Vide EXARMATÆ. H. St.

Fera. Ovid. 13. Met. 917.

Fera & immanis bellua. Cic. 4. Acad. 108.

Quot genera, quamque diſparia partim ſubmerſarum, partim fluitantium & innantium belluarum, partim ad ſaxa nativis teſtis inhærentium? Cic. 2. de Nat. Deor. 100. de Mari loquens.

Ingens. Hor. 2. Serm. 3. 315.

Sæva. Hor. 1. Carm. 12. 23.

Squamoſa. Sen. Hippol. 10.

Tetra. Claud. in Eutrop. lib. 1. 183. Cic. 4. Tuſc. 44. Ut tetra & immanis bellua, fugienda ægritudo.

Belluarum nomine appellare ſingulas ſtellas, ut capram, ut lupam, ut taurum, ut leonem. Cic. 3. de Nat. Deor. 40.

Bellua, per convicium dicitur in Hominem. Ter. Phorm. 4. 2. 11. Sed quid pertimui autem bellua? Idem Eun. 4. 4. 37. Cic. 8. Philipp. 13. Quinetiam de illo homine queri ſolebas, quid te facturum de bellua putas? Non Beſtia, ſed Bellua dicitur de aliquo per convicium. Illa immaniſſima bellua. Plinius Sec. de Domitiano. Vide BESTIA. H.St. Locus eſt in Paneg. c. 48. §. 3.

Fera & immanis bellua, de Homine transl. Cic. 7. Verr. 108. Sed quid ego hospitii jura in hac tam immani bellua commemoro? Ibid. Cum homine enim crudeli nobis res est, an cum fera atque immani bellua?
Feritas & immanitas belluæ in figura hominis. Cic. 3. Off. 32. Sic ista in figura hominis feritas & immanitas belluæ, a communi tanquam humanitate corporis segreganda est.

BELLUĀLIS, e. [θηριώδης] Quod est belluæ. Macrob. 5. Saturn. cap. 11. Plene Virgilius (4. Æn. 367.) non partionem solam, sicut ille quem sequebatur, sed educationem quoque nutricationis tanquam bellualem & asperam criminatur: addit enim de suo;
—— Hyrcanæque admorunt ubera tigres.

BELLUĀTUS, [ζωωτὸς] Adj. ut, Belluata tapetia, In quibus belluæ pictæ sunt. Plaut. Pseud. 1. 2. 14. conf. Is. Voss. Animadv. in Catul. p. 196. & mox BELLUTUS.

BELLUĪLIS, e. Idem quod Bellualis. Gloss. Lat. Gr. Belluile, θηριῶδες.

BELLUĪNUS, aliud Adj. ut, Belluina rabies, Belluinus furor. Voluptates belluinæ. Gell. 19. 2.

BELLULE, BELLULUS. V. BENE.

BELLUŌSUS, a, um. Adj. [κητώεις] Belluis plenum. Hor. 4. Carm. 14. 47.
Te belluosus, qui remotis
Obstrepit Oceanus Britannis, &c. conf. Avien. Or. Maritim. v. 203.

BELLŪTUS, a, um. Bestiæ similis. Festus. [Nisi Belluatus legendum. conf. BELLUTULUS infra.

BELLUUS, a, um. Idem. Gloss. Lat. Gr. Belluus, θηριώδης. & Isid. Gloss. Belluus, Moribus bestiarum.

BELLUM, i. n. [πόλεμος, μῶλος, φύλοπις] est tum ipsa Pugna, tum Totum tempus quo in militia sumus: quam illiterati *Guerram* vocant. Prælium, ipsum tantummodo Armorum certamen. Nam & Pugna certamenque etiam citra arma fit: interdum etiam fit nudis verbis. Hæc Valla lib. 4.
Bellum a Belluis dicitur: quia belluarum sit perniciosa dissensio. Hæc Festus. Servius autem Bellum dici vult per contrarium, Quod minime bellum sit. Sic enim ait in illud 1. Æn. 26.
— sic volvere Parcas. Parcæ dictæ sunt κατ' ἀντίφρασιν, quod nulli parcant: sicut Lucus, a non lucendo: & Bellum, a nulla re bella. V. aliam etymologiam in BELLIGERO. Verius Cicero a Duello per contractionem Bellum dicit factum, in Orat. 153. Quid vero, inquit, licentius, quam quod hominum etiam nomina contrahebant, quo essent aptiora? nam ut duellum bellum, & duis bis: sic Duellium eum qui Pœnos classe devicit, Bellium nominavere, quum superiores appellati essent semper Duellii. Idem tradit Quintil. lib. 1. De literis. Plaut. Amph. 1. 1. 35. Nam cum Telebois est bellum Thebano populo.
Bellum & Pax, contraria. Ter. Eun. 1. 1. 16.
Tumultus & bellum. Cic. 8. Philipp. 3. Potest enim esse bellum sine tumultu: tumultus esse sine bello non potest.
Bellum a Prælio differt; quod Prælia, Partes sunt belli, hoc est in bello congressiones. V. Nonium. Liv. 9. Pop. Rom. etsi nullo bello, multis tamen præliis victus est.
Bellum pro Prælio aliquando ponitur. Sallust. In eo bello trecenti milites desiderati. Florus 1. 18. 8. Actum erat nisi elephanti in spectaculum belli procurrissent. Idem 4. 2. 47. Nec minus admirabilior ille exitus belli. Loquitur de prælio Pharsalico, quo victus fuit a Cæsare Pompeius. Cæsaris Liviique exempla ad Polybium notavit Casaub. p. 120. Justini exempla vide in Indice Bernegg. aut Vorst. Adde Gifanii Observ. p. 25. quare hæc ratio loquendi non demum in Hieronymi ætate fuit recepta; ut animadvertit Scaliger ad Euseb. Chron. p. 94. V. & Cort. ad Sall. Catil. c. 9.
Bellum interdum dicitur de Inimicitiis, & Actione civili. Liv. 3. 24. pr. Hoc bello perfecto, tribunitium domi bellum Patres territat. & cap. 25. pr.
De modo Bellum decernendi ac denunciandi apud Romanos conf. Lex. Pitisc.
Belli, genitivus, qui aliquando ponitur pro adv. in loco. Cic. 2. Off. 85. Præterea quibuscunque rebus vel belli vel domi poterunt, Remp. augeant imperio, agris, vectigalibus. Liv. 3. Ovid. 12. Met. 186.
— inter bellique domique Acta tot. Vulgo Domusque. Sed V. Heins.
Omnibus belli ac togæ dotibus, ingeniique ac studiorum eminentissimus seculi sui P. Scipio Æmilianus. Paterc. lib. 1. c. 12.
Belli vocabulo, Bellatores, Milites, & ea quæ ad bellum pertinent omnia, complexus est Ovid. 11. Met. 24.
Permanet Aoniis Nereus violentus in undis,
Bellaque non transfert. i. e. Maris tempestas trajicere Græcos in Asiam non patitur. Sic Sil. lib. 7. 472.
Sed victæ fera bella deæ vexere per æquor,
Atque excisa suo pariter cum judice Troja est.
Bellum sine hoste, Civile bellum vocavit Lucan. lib. 1. 677.
Acuta belli. V. ACUTUS.
Adjutor belli. V. ADJUTOR.
Æstus belli commovere. Lucret. lib. 5. 1434.
Altrix bellorum tellus. Sil. lib. 1. 218. De Numidia.
Apex bellorum, i. e. Caput & dux. Stat. 5. Silv. 2. 47.
Ille secundus apex bellorum. De Bolano.
Asperrima studiis belli gens. Virg. 1. Æn. 14.
Avida mens belli. Ovid. 7. Epist. 153.
Auctor temerarius belli. Ovid. 5. Met. 8.
Caligo belli. Stat. 8. Theb. 502. Caliginem vocat illum belli Tumultum, quo quid agendum cuique sit, nemo videt, nec amicus amicum, nec fratrem frater agnoscit. conf. Creperum bellum.
Casum belli metuens. Cic. pro Sext. 12.
Causæ bellorum. Tacit. 4. Hist. 19.
Celeritas belli. Cic. 5. Philipp. 2.
Certamina belli. Lucret. lib. 2. 5.
Commercia belli. V. COMMERCIUM.
Communis belli Mars. V. COMMUNIS.
Concitores belli. Tacit. 4. Ann. 28.
Confector belli. Cic. 10 Fam. 20.
Contentione belli magna superatus hostis. Cic. pro Sext. 58.
Durus bello, i. e. Fortis & infractus. Virg. 2. Georg. 170.
Egregia bello gens. Virg. 1. Æn. 445.
Eventus belli varii. Virg. 10. Æn. 160.
Exanimata bello pectora. Stat. 4. Theb. 760. Bello, i. e. Timore belli.
Exercitatus bello. Nep. 15. 5. 4.
Exitus secundi belli. Hor. 4. Carm. 14. 38.
Expers belli. Ovid. 5. Met. 91. Immunis a bello.
Expertus belli, cui opponitur Subitus miles. Tacit. 4. Hist. 76.
Expertus bello & armis. Virg. 7. Æn. 235.
Expertus bellis. Tacit. in Vita Agric. 41.
Extinctor belli. Cic. de Arusp. Resp. 49.
Ferox bello, & ad vim paratus. Ovid. 11. Met. 294.
Fessus bellis. Stat. 1. Silv. 1. 23.
Fortuna belli pendet. Ovid. 8. Met. 12.
Fracti bello ductores Danaum. Virg. 2. Æn. 14.
Fremens bello Italia. Virg. 4. Æn. 229.
Frons bellorum, Acies exercitus. Stat. 12. Theb. 754.
Furiosa bello Thrace. Hor. 2. Carm. 16. 5.
Gravida bellis urbs. Virg. 10. Æn. 87.
Habilis bello ætas. Ovid. 1. Amor. 9. 3.
Immunis belli. Virg. 12. Æn. 559. i. e. Sine officio dimicandi.
Incendia belli. Virg. 1. Æn. 566. Servius, Incendia, Vim interpretatur: Semper enim, inquit, Diluvio aut Incendio comparatur Bellum.
Incerta belli metuere. Tacit. 4. Ann. 23.
Inclyta bello mœnia. Virg. 2. Æn. 241.
Inexpertus belli. Tacit. 1. Hist. 8. 1.
Insolens bellorum. Tacit. 1. Hist. 87.
Insuperabiles bello Getuli. Virg. 4. Æn. 40.
Intractabile bello genus. De Carthaginensibus ait Virg. 1. Æn. 339. i. e. Insuperabile, asperum, sævum. Servius.
Jura belli. Cic. pro Corn. Balb. 47.
Lecta bello juventus. Virg. 8. Æn. 606. i. e. Ad bellum.
Magnus bello. Virg. 1. Æn. 549.
Militia belli. Columel. in præfat. lib. 1. Vera illa Romuli proles assiduis venatibus, nec minus agrestibus operibus exercitata, firmissimis prævaluit corporibus: ac militiam belli, quum res postulavit, facile sustinuit, durata pacis laboribus.
Modo belli. Liv. Decad. 4. lib. 8. i. e. Ritu seu more belli.
Offensiones belli. V. OFFENDO.
Pericula belli tentare. Lucret. lib. 5. 1298.
Præda belli. Stat. 4. Theb. 762.
Præses Mars bellorum. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Præstans bellis, Virtute bellica. Sil. lib. 5. 92.
Regina bellorum virago, periphrasis Minervæ. Stat. 4. Silv. 5. 23.
Reliquiæ belli, Quicquid post bellum peractum superest, & non totum periit. Sil. lib. 15. 541.
Rudis belli, Ignarus belli. Hor. 2. Epist. 2. 47.
Simulacra belli ciere. V. paulo post, Ciere bella.
Spectatus bello. Tacit. 1. Ann. 4.
Strenuus. Nep. 14. 1. 3.
Studium ad bella. Virg. 3. Georg. 179.
Subita belli. Tacit. 5. Hist. 13. Quando impetum & subita belli locus abnueret.
Summa belli. Liv. 4. Decad. lib. 1.
Superbus bello populus. Virg. 1. Æn. 21.
Superstes bellorum. Tacit. 2. Ann. 71. De moribus Germanorum, Multique superstites bellorum, infamiam laqueo finierunt.
Trepidantia bello corda. Virg. 4. Georg. 69. Servius interpretatur, Alacritate pugnandi, non timore.
Tumultus belli. Lucan. lib. 6. 54.
Unius uteri bellum, eleganter dictum a Stat. 11. Theb. 408. pro Bello duorum inter se fratrum.
Vexatus bello. Virg. 4. Æn. 615.
Vices belli. Stat. 9. Theb. 78.
Victoria belli. Stat. 12. Theb. 8.
Victoribus bello ducibus maximus honor datus. Quintil. lib. 2. c. 16.
Virtus bello vivida. Virg. 5. Æn. 754.
Acerbum bellum. Cic. 5. Verr. 45.
Acre bellum. V. ACER. Ovid. in Ibin, 644.
Adversum bellum. Hor. 1. Serm. 7. 11.
Æterna bella gerere. Sen. Herc. fur. 1.
Aspera bella. Hor. 2. Epist. 1. 7. Ovid. 8. Epist. 26.
Bilustre bellum. Ovid. 2. Amor. 12. 9.
Calamitosum. V. paulo post, Exitiabile, &c.
Civile, Quod inter cives geritur. Lucan. lib. 1. 1.
Clausum pectore bellum. Sil. lib. 1. 140. Bellum, i. e. Amor belli.
Creperum, i. e. Dubium. Lucret. lib. 5. 1295. Ita supra Caligo belli.
Crudele & exitiosum. Cic. 9. Att. 4.
Difficile. Cic. Mithridaticum bellum magnum atque difficile.
Diuturnum. Cic. 5. Verr. 45.
Domestica & externa. Cic. de Senect. 12.
Durissimum. Cic. pro Corn. Balbo 5.
Exhausta bella, i. e. Finita. Virg. 4. Æn. 14. Servius.
Exitiabile civibus, & calamitosum. Cic. 10. Att. 4.
Exitiosum. V. paulo ante Crudele, &c.
Externum. V. paulo ante, Domesticum, &c.
Fera. Sil. lib. 7. 472.
Finita triumphis. Ovid. 15. Met. 747.
Fœdum. Cic. 7. Att. 25. Ita perculsa & prostrata fœdissimo bello jacent omnia.
Formidolosum. Cic. in Pison. 58.
Funebre. Hor. 1. Epist. 20. 49.
Furialia. Sil. lib. 8. 411.
Genialia. Bella quæ geruntur inter convivia. Sic Centaurorum & Lapitharum bella vocat Stat. 1. Achil. 113.
Grave & periculosum bellum. Cic. pro Lege Manil. 4.
Horrida. Virg. 6. Æn. 41. Juven. 14. Sat. 242.
Horrificum, nefarium, omni imbutum odio bellum inferre. Cic. pro Domo 60.
Immensum exarserat bellum. Paterc. lib. 2. c. 104. Sub M. Vinicio immensum exarserat bellum: erat & ab eo quibusdam in locis gestum, quibusdam sustentatum feliciter.

Impia bella ciere. Stat. 11. Theb. 349.
Inania bella gerere. Sil. lib. 1. 69.
Indomitum. Sen. in Agam. 604.
Inexpertum. Tacit. 2. Ann. 4. [Immo 2. Hist. 4. Inexpertus belli labor.
Inexpiabile. V. INEXPIABILIS.
Inexpiabilia bella excitare. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Infandum. Stat. 3. Theb. 71.
Infaustum. Stat. 6. Theb. 87.
Ingens. Virg. 1. Æn. 279. & Sil. 15. 656.
Injustum. Ovid. 5. Met. 210.
Internecivum. In INTERNECO.
Intestinum bellum, pro Domestico. Cic. 2. in Catil. 28.
Juratum. Sil. lib. 11. 145. de Annibale;
Juratumque viro bellum puerilibus annis.
Lacrymabile. Ovid. 8. Met. 44.
Lacrymosum. Hor. 1. Carm. 21. 13.
Latrantia. Claud. 2. in Eutrop. 486. —Septi latrantibus undique bellis.
Longinquum. Sil. lib. 13. 359.
Longinqua non finitima bella gerebant. Justin. lib. 1. non procul ab initio.
Longinquis bellis obruti. In LONGUS.
Longum, Diu durans. Ovid. 12. Met. 5.
Luctuosum. In LUGEO.
Lugubre. Hor. 2. Carm. 1. 33.
Magnum bellum. Virg. 2. Æn. 193.
Magnum & periculosum bellum. Cic. 1. Q. frat. 1. conf. Difficile.
Maritimum bellum. Cic. Pro Lege Manil. 13. V. paulo post, Navale, &c.
Martia. Horat. in Arte Poet. 402.
Miserabile. Ovid. 13. Epist. 51.
Mollius bellum gerere. V. MOLLIS.
Mortiferum. Virg. 6. Æn. 279.
Muliebre. V. MULIER.
Naturale quasi bellum est milvo cum corvo. Cic. 2. de Nat. Deor. 125.
Navale bellum & maritimum, Quod navibus fit, & juxta mare. Cic. pro Lege Manil. 28. Ovid. 1. de Arte Am. 171.
Nefandum. Sil. lib. 17. 495.
Nefarium. V. paulo ante, Horrificum, &c.
Nobile, Celebre & notum omnibus. Hor. in Arte Poet. 137.
Operta, Clandestina. Virg. 1. Georg. 465.
Pejerans, Fœdifragum. Stat. 4. Silv. 3. 5. de Annibale.
Pendula. Claud. de Bello Gildon. 474. de Avibus.
Perfida. Sil. lib. 15. 816.
Periculosum. V. paulo post, Teterrimum, &c. & paulo supra, Magnum, &c.
Pestiferum. Cic. 8. Att. 22. Video enim quantum id bellum, & quam pestiferum futurum sit.
Pigmæa. Claud. Epigr. 17.
Ploranda. Stat. 1. Theb. 44.
Puerile. Stat. 6. Theb. 9.
Rapida. Claud. 1. in pr. Conf. Stil. 188. i. e. Celeritate mirabili gesta.
Rediviva. Sil. lib. 10. 257.
Sævum. Stat. 12. Theb. 8.
Sanguineum. Stat. 5. Theb.
Servile. Cic. pro Lege Manil. 28.
Spatiosum. Ovid. 13. Met. 206.
Teterrimum & periculosissimum. Cic. 10. Fam. 19. Pro lege Manil. 30.
Tristia. Virg. 6. Eclog. 7. Sen. Octav. 6.
Trux. Valer. Flacc. 3. Argon. 253.
Violenta. Ovid. 1. Amor. 1. 1.
Virgineum, i. e. Ab Amazonibus virginibus gestum. Valer. 5. Argon. 132.
Absistere bello. Liv. 21. 6. Si Antiochus regno Attali abstineat, belloque absistat. Hor. 1. Serm. 3. 104. V. ABSISTO.
Absolvere bellum. Lucan. lib. 2. 250.
Absolvere bello. Tacit. 4. Ann. 23.
Abstinere bellum ab aliquo. V. ABSTINEO.
Abesse a bello. In ABSUM.
Accendendo bello acer. Tacit. 4. Hist. 1.
Acceptum bellum prono milite. Lucan. lib. 1. 292. i. e. Susceptum milite propenso ad ea quæ imperator volebat.
Administrare bellum. Cic. pro Lege Manil. 61. Idem cum Theutonis bellum administraret, &c.
Admotum bellum. In ADMOVEO.
Adornare bellum. Liv. 10. 38. V. ADORNO.
Affectum, contr. Confectum. Cic. de Provinc. Conf. 19. Bellum affectum videmus, &, vere ut dicam, pene confectum.
Agere bellum. Nep. 23. 8. 3. V. AGO.
Agitare bella. Sil. lib. 10. 307.
Alere bellum. Cic. 10. Fam. 23. Verebar ne cui obtrectatorum viderer & nimium pertinaciter Lepido offensus, & mea patientia etiam alere bellum.
Apparare bellum. In APPARO.
Ardet Syria bello. Cic. 6. Att. 5.
Assuescere bella animis. Virg. 6. Æn. 832.
Attenuatum & imminutum bellum. In ATTENUO.
Cadere in bello. Sen. Herc. fur. 6.
Capere bellum. In CAPIO.
Capessere bella. Sil. lib. 7. 325.
Cauponari bellum. In CAUPONARI.
Cedere bellis. Lucan. lib. 5. 743.
Censere bellum. Liv. 10. 12. pr.
Certare bello. V. CERTO.
Ciere bella. Virg. 5. Æn. 541.
Ciere simulacra belli. Virg. 5. Æn. 674. Vocat Belli simulacra, Belli veluti imaginem quandam, ubi non pro focis & laribus, sed exercitii tantum causa pugnatur.
Cogitare de bello. Cæs. Bell. Gall. 6. 2.
Coire ad bella. Ovid. 9. Met. 42.
Committere bellum. In COMMITTO.
Commotum, & confirmatum bellum. Cic. 9. Fam. 13.
Commovere bellum. In COMMOVEO.
Comparare bellum. Cic. Bellum mari & terra comparat.
Componere bellum, Pacificari. Cic. 1. Fam. 11.
Concidit bellum. Tacit. 2. Hist. 57.
Concipere bella, est Consilium belli inferendi capere. Sil. lib. 1. 109.
Concitare bellum. In CONCITO.
Concurrere bello alicui, i. e. Contra. Virg. 10. Æn. 8. Servius.
Condere bella, apud Virg. 6. Ecl. 7. est Bella describere, & historiam bellorum componere significat.
Conficere bellum. Tacit. 2. Ann. 41.
Confirmatum bellum. V. paulo ante Commotum, &c.
Conflare bellum. In CONFLO.
Considunt bella. Sil. lib. 16. 219.
Consummatum bellum. In CONSUMMO.
Consurgere ad bellum. In CONSURGO.
Consurgit novum bellum. Virg. 8. Æn. 637.
Contendere bello cum aliquo. Virg. 4. Æn. 108.
Contrahere bellum temeritate. In CONTRAHO.
Coortum bellum, & Coortus ad bellum. In COORIOR.
Contractum bellum ex infinito tempore. Lucret. lib. 2. 574.
Coquere bellum. In COQUO.
Crescens bellum in segetem. Claud. de Bell. Get. 26.
Dare bellum, Occasionem belli. Stat. 12. Theb.
Dare bellum alicui, pro Illum bello præficere. Cic. 1. Philipp. 18. Sertorianum bellum a Senatu privato datum est.
Dare operam bellis. Ovid. de Rem. Amor. 165.
Decernere bellum alicui. In DECERNO.
Decertant agmina bello. Stat. 4. Theb. 821.
Defendere muros bello. Virg. 9. Æn. 511.
Delere bellum. Cic. de Amicit. 11.
Depellere bellum. Cic. 6. Fam.
Deponere bellum. Ovid. 8. Met. 47.
Dimittere. Stat. 6. Theb. 514.
Dirimere. Virg. 12. Æn. 79.
Ducere cum aliquo, i. e. Gerere, aut In longum ducere. Virg. 8. Æn. 55.
Ducere, pro Extrahere. Tacit. 12. Ann. 29. Cic. 7. Fam. 3.
Duplicare. Tacit. 4. Hist. 53
Elevare, i. e. Minuere & extenuare. Liv. Decad. 4. lib. 2.
Ire in bella. Ovid. 3. de Arte Am. 3.
Erunt bella, Gerentur bella. Virg. 4. Ecl. 35.
Esse bellum invitis aut cupientibus. Tacit. 1. Ann. 59. Fama dediti, benigneque excepti Segestis vulgata, ut quibusque bellum invitis aut cupientibus erat, spe vel dolore accipitur. Hoc sermonis genus Græcis familiare, dicunt enim ἀχθομένοις, aut ἡδομένοις εἶναι, id est invitis aut lubentibus esse, quum significant, molestum existere quicquam aut gratum.
Exardescit bellum. Cic. pro Ligar. Vellej. 2. 75.
Excitare. Cic. 6. Fam.
Expediri ad bellum. Tacit. 2. Hist. 99.
Extendere bellum. Sil. 17. 364. Producere significat.
Extinguere. Cic. 10. Fam. 25.
Facere bellum alicui. Liv. 1. 38. Nepos 10. 4. 3. & 17. 2. 1.
Facere patriæ. Tacit. 3. Ann. 18.
Fatigare. Sil. lib. 7. 492. De Scip. Afr.
Hic dabit ex sese, qui tertia bella fatiget.
Ferre bella, Movere, aut inferre. Ovid. 8. Epist. 26.
Flagrat bellum. Liv. de Bell. Pun.
Fraudari bellum sanguine dicitur, Quum sine hominum clade & cruento exitu, perficitur. Lucan. lib. 2. 305.
Fugere. Sen. in Troad. 4.
Fulminat bello, inquit Virg. 4. Georg. 561. De Cæsare.
Gerere. Virg. 1. Æn. 47.
Gerere & conficere. Cic. pro Corn. Balb. 47.
Gesta & consummata bella. In CONSUMMO.
Glomerare manum bello. Virg. 3. Æn. 315.
Gubernare bellum. Cic. 5. Philipp. 26. Bellum quod ab opinione plerunque & fama gubernatur.
Habere bellum susceptum cum aliquo. Cic. 2. de Lege Agr. 14. Bellum habet nescio quod susceptum Consulatus cum Tribunatu.
Imbutum odio bellum. In IMBUO.
Imminet bellum ab Tarquiniis. V. IMMINEO.
Imminutum bellum. V. paulo ante, Attenuatum, &c.
Imponere finem bello. Ovid. 8. Met. 68.
Impulsum bellum. In IMPELLO.
Incendere aliquem bello, i. e. Belli cupidine inflammare, aut ad bellum incitare. Stat. 3. Theb.
Inchoare bellum. Cic. de Proconf.
Incidit illis bellum, Bellum inter eos obortum est. Hor. 1. Serm. 7. 16.
Incipere bellum. Sallust. in Catil.
Incumbere ad, vel in bellum. In INCUMBO.
Incutere bellum. Hor. 2. Serm. 1. 39.
Indicere bellum alicui. Ovid. 6. Met. 92.
Indicere bellum philosophiæ. Cic. 2. de Orat. 155.
Indicere bellum nefarium. Cic. pro Deiot. 30.
Indicere atque inferre. Cic. 3. Verr. 79.
Indicere bellum ventri, Jejunare significat apud Hor. 1. Serm. 5. 8.
Indicere bellum voluptatibus, aut sibi. In INDICO.
Inferre. Virg. 3. Æn. 248.
Inflammare. Cic. 11. Fam. 12.
Inire. Liv. 4.
Inire consilium de bello. Cæs. 7. de Bell. Gall. 1.
Insistit in bellum totus & mente & animo. In INSISTO.
Instans bellum. In INSTO.
Instaurare bellum. In INSTAURO.
Instruere. Cic. de Lege Agr. 76. Urbs quæ facere atque instruere bellum possit.
Integrare. Stat. 8. Theb. 656.
Intendere in aliquem. In INTENDO.
Intendere animum ad bellum. Sallust. in Jugurth. 43. 2. i. e. Curam in belli apparatum.
Invadere bellum. In INVADO.

Involutum bellum. In INVOLVO.
Lacessere bello. Cic. pro Lege Manil. 23.
Mandare bellum. Liv. 5.
Minari. Virg. 3. Æn. 540.
Minitari. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Moliri. In MOLIOR.
Movere. Virg. 1. Georg. 509. Hor. 4. Carm. 1. 2.
Mutare bellum pro pace. In MUTO.
Nata gens bellis, & ad bella. In NASCOR.
Navare bellum alicui. Tacit. 5. Hist. 25. i. e. Operam bello.
Objectare bello corpora, pro Belli periculis. Virg. 4. Georg. 218. de Apibus.
Obire bellum. Tacit. 3. Ann. 34.
Obortum bellum. In OBORIOR.
Obruti bellis longinquis. Plin. lib. 7. cap. 54.
Opprimere bello. In OPPRIMO.
Opprimere bellum exortum. In OPPRIMO.
Ortum & patratum bellum. Tacit. 3. Ann. 47.
Ostendere bellum. In OSTENDO.
Parare. Ovid. 7. Met. 456. V. PARO.
Parta bello. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Pascere bellum. V. paulo ante ex Sil. Longinquum bellum.
Patrare, i. e. Conficere, Debellare. Tacit. 2. Ann. 26.
Pavescere. Tacit. 1. Ann. 4.
Pendet belli fortuna. Ovid. 8. Met. 12.
Pendet ex una origine bellum. Ovid. 1. Met. 186.
Perficere. Liv. 22. 38.
Perpetrato bello. In PERPETRO.
Perrumpere bellum. Sen. Agam. 604. Sed aliter disting. Schrœd.
Persequi aliquem bello. In PERSEQUOR.
Petere bella. Sil. lib. 15. 492. — Majora petuntur Rursus bella retro.
Petere aliquem bello. Virg. 3. Æn. 603.
Ponere bellum, Positum bellum. Virg. 1. Æn. 291.
Portat bellum terra. Virg. 3. Æn. 539. V. PORTO.
Præficere bello. Cæs. 5. de Bell. Gall. 11. extr.
Prodit bellum. Ovid. 1. Met. 142.
Profligare bellum. Tacit. 2. Hist. 4.
Prolatare. Tacit. 13. Ann. 34.
Promittere. Stat. 3. Theb. 390.
Prorogare. Cic. 12. Philipp. 13.
Propulsare. Liv. lib. 1. Tamen quum mœnibus bellum propulsare posset, &c.
Pugnata bella. Hor. 3. Carm. 19. 4. & 1. Epist. 16. 25.
Quærere belli consilium. Cæs. 8. Bell. Gall. 47.
Recipere sese ad belli cogitationem. Cæs. 3. de Bell. Civil. 17.
Redintegrare bellum. Cic. 11. Fam. 9.
Redit bellum. Liv. lib. 3.
Renascitur bellum. Cic. 11. Fam. 14.
Renovare belli consilium. Cæs. 8. de Bell. Gall. 1.
Renovare bellum. Cic. 12. Fam. 8.
Repellere bella. Ovid. 3. Trist. 10. 8.
Repens bellum. Liv. 1. Decad. lib. 10.
Resedit bellum, i. e. Acquievit. Hor. 3. Carm. 3. 30.
Restinguere. Cic. 11. Fam. 12.
Ruere in bella. Virg. 7. Æn. 782.
Senescit bellum. Liv. 8. de Bell. Pun.
Sepultum atque discussum bellum. Paterc. lib. 2. 75. Idem 2. 89. Finita vicesimo anno bella civilia, sepulta externa, revocata pax, sopitus ubique armorum furor.
Serere. Tacit. 2. Ann. 21. Ex bellis bella seruntur.
Struere. Cic. 9. Att. 11.
Suadere. Ovid. 6. Fast. 86.
Subacti bello Trojugenæ. Lucret. lib. 1. 465.
Subigere bello. Liv. 5. Decad. lib. 2.
Sumere bellum. Tacit. 3. Hist. 43.
Sumere bellum pro aliquo. Ovid. 16. Epist. 173. al. Ferrum. Sed V. Burm.
Surgunt bella. Virg. 4. Æn. 43. Quid bella Tyro surgentia dicam?
Suscipere bellum cum aliquo. Ovid. 14. Met. 451.
Susceptum bellum æternum cum, &c. Cic. pro Syll. 28. Quare non sum nescius quanto periculo vivam in tanta multitudine improborum, quum mihi uni cum omnibus improbis æternum videam bellum esse susceptum.
Suscitare. Cic. 11. Fam. 3.
Sustentare. V. Immensum exarserat bellum.
Tentare irrita bella. Sen. Herc. fur. 9.
Tentari bellis. Ovid. 7. Epist. 121.
Tractare bellum. Tacit. 5. Ann. 1.
Trahere aliquem ad letum bello. Virg. 5. Æn. 623.
Tument bella. Ovid. 7. Epist. 121. Quoniam Hiarbas bellum Carthaginensibus minabatur.
Tumescens bellum. Paterc. lib. 2. c. 15. Mors Drusi, jampridem tumescens bellum excitavit Italicum.
Venire bello ad mœnia alicujus. Virg. 2. Æn. 193.
Versatur bellum in his terris. Cic. 5. Verr. 47. Nam quum quadriennio post in Siciliam venissem, sic mihi affecta visa est, ut hæ terræ in quibus bellum acerbum diuturnumque versatum est.
Vincere bello. Lucan. 1. 145.
Undantem bello Nilum vocat Virg. 3. Georg. 28. tanquam non undas, sed bella portantem, ut adnotat Servius.

BELLICUS, Adj. [πολεμικὸς] Ad bellum pertinens. ut
Columella bellica. V. in BELLONA.
Corona bellica, Quæ bellatoribus victoribus dabatur. Plin. lib. 16. cap. 4.
Deus bellicus, Romulus. Ovid. 2. Fast. 478.
Dea bellica, Pallas. Ovid. 3. Fast. 814.
Disciplina. Cic. 2. de Nat. Deor. 161.
Equus. Propert. 4. 4. 14.
Hasta. Ovid. 2. Amor. 3. 8.
Laus. Sen. in Troad. 8. Cic. in Brut. 84. Et bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest. Cæs. 6. Bell. Gall. 24.
Manus. Lucan. ad Pison.
Navis. Propert. lib. 2. 15. 43.
Res. Hor. 4. Carm. 3. 6.
Virtus. Cic. pro Muren. 22. Virtutis bellicæ annulus insigne. Plin. lib. 33. c. 1.
Bellicum, subst. [τὸ πολεμικὸν] Soni nomen, ut ait Servius, vel potius Signi militaris, quod sono datur. Unde Bellicum canere, est Sono tubæ ad prælium milites excitare, & accendere ut prælium ineant. Liv. 35. 18. A Macedonia Philippum, ubi primum bellicum cani audivisset, arma capturum: nosse se spiritus ejus, nosse animum. Per translationem posuit Cic. in Orat. 39. Alter incitatior fertur, & de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum.
Bellicum canere, per metaphoram, pro eo quod est Animare sive excitare dissidium. Cic. 7. Philipp. 3. Itaque iidem quasi providi cives & Senatores diligentes, bellicum me cecinisse dicunt.

BELLICŌSUS, [ἀρήϊος, ἀρείφατος, πολεμιστήριος] Ferox. Sallust. in Jugurth. 18. 11. Quia Libyes quam Getuli minus bellicosi.
Annus bellicosior. In ANNUS.
Civitas. Liv. 1. 20. a pr.
Nationes bellicosissimæ. Cic. pro Lege Manil. 28.
Bellicosus rex. Liv. 1. 31.

BELLICOSE, ius, issime. [πολεμικῶς] Liv. 9. 6. Cepisse enim eos non Romam, sicut ante Gallos: sed quod multo bellicosius fuerit, Romanam virtutem ferociamque.

BELLICRĔPA, æ. f. [ἐνόπλιος ὄρχησις] Festus, Bellicrepam saltationem dicebant, Quando cum armis saltabant, quod a Romulo institutum est, ne simile pateretur quod fecerat ipse, quum a ludis Sabinorum virgines rapuit. V. SALII, & PYRRICHA.

BELLĬFER, ĕra, ĕrum. [δαΐφορος] Quod bella fert. Claud. in Eutrop. lib. 1. 429.
—— quid belliferam communibus urunt
Italiam maculis?

BELLĬGER, Adv. [πολεμοφόρος] a Bello gerendo dicitur. ut, Belliger Mars. Stat. 1. Achil. 504.
Belligerum ceu numen amant.
Acies belligeræ. Stat. 12. Theb. 717.
Gentes. Ovid. 3. Trist. 11. 13.
Hasta. Martial. lib. 5. 25.
Labores. Valer. 5. Argon. 617.
Manus. Ovid. 2. de Arte Am. 672.
Mens. Sil. lib. 3. 162.
Ritus belligeri non degener. Qui belli mores, aut laborem & asperitatem militiæ ferre consuevit. Sil. lib. 7. 292.
Trophæis belligeris annumerare. Stat. 10. Theb. 28.

BELLIGĔRO, [πολεμέω, πολεμίζω] āre. Bellare, Bellum gerere. Ennius apud Cic. 1. Off. 38.
Nec cauponantes bellum, sed belligerantes. [Ita quidem distinguunt in omnibus codd. Ego vero existimo potius post v. Cauponantes commate distinguendum, ut nomen posteriori verbo jungatur, Bellum sed belligerantes. Quamvis enim Cauponari bellum videri possit, ut perhibent, Græcorum imitatione dictum, de quo V. in CAUPONARI, non minus tamen Græcorum exemplo confirmare licet nostram distinctionem, quum apud eosdem nihil frequentius sit, quam verbum cum nomine, unde derivatur, acc. casu construere, ut πόλεμον πολεμίζειν, Iliad. β. 121. ubi V. Schol. vel πολεμεῖν, ut Arist. Rhet. 1. 4. Qualia tametsi Latini parcius imitantur, ut Basia basiare, Catull. & (ut ea tantum attingam, quæ propius huc attinent) Certare certamen ap. Interpr. Vulg. 1. Tim. 6. 12. & ap. Cic. Pugnare pugnam, Præliari prælium, sæpius tamen apud antiquiores illos, ut apud Lucretium, similia occurrunt: conf. mox BELLATUS partic. Estque elegantior antithesis in Cauponari ἁπλῶς & Bellum belligerare, quam Cauponari bellum & Belligerare.
Belligerant Ætoli cum Aulide. Plaut. Capt. 1. 1. 25.
Belligerare cum genio suo. Plaut. Truc. 1. 2. 80. de Avaris.
Cum fortuna. Cic. Post red. ad Quir. 19. Non solum cum iis qui hæc delere voluissent, sed etiam cum fortuna belligerandum fuit.
Par alicui in belligerando. Cic. pro Font. 26. Excitandus erit nobis ab inferis C. Marius, qui Induciomaro isti minaci atque arroganti, par in belligerando esse possit.
Belligeret. Lactant. l. 5. Cur autem belligeret, ac se alienis furoribus misceat? p. 296. edit. Plant. H. St. V. c. 17. §. 12.

BELLĬGĔROR, āri. forma deponentis. Hygin. Fab. 274. extr. Belus Neptuni filius gladio belligeratus est, unde Bellum est dictum.

BELLIGERĀTOR, ōris. m. Gloss. Vet. Belligerator, πολεμάρχης. Venantius vita Martini, 3. 369.
Belligeratori valeat ne fœmina jungi. Avienus perieg. v. 55.
Belligeratores nutrit tellus Arimaspas. Idem v. 583.
—— Attica tellus
Belligeratorum genetrix memoranda virorum.

BELLIPŌTENS, Adj. [πολεμοκράτωρ] Qui bello pollet. Ennius apud Cic. 2. de Divin. 116. — stolidum genus Æacidarum,
Bellipotentes sunt magi', quam sapientipotentes.
Diva bellipotens, Pallas. Stat. 2. Theb. 716.
Magnus bellipotens. Virg. 11. Æn. 8. i. e. Mars, estque hoc loco substantive positum. Adde Flacc. 1. Argon. 529.

BELLĬSŎNUS, a, um. [πολεμόκλονος] Paul. Nolan. 8. Nat. Fel. v. 423.

BELLOSUS, [μαχικὸς] Vetustum est nomen, idem significans quod Bellicosus. Cæcil. apud Non. 2. 96. Tantum bellum suscitare conari adversarios contra bellosum genus.

BELLO, āre. Idem quod Belligerare. Cic. pro Lege Manil. 32. Fuit proprium pop. Rom. longe a domo bellare.
Bellare cum diis. Cic. de Senect. 5. Quid enim est aliud gigantum more bellare cum diis, nisi naturæ repugnare?
Bellare alicui, i. e. Contra aliquem. Stat. 8. Theb. 506.
Bellare de re aliqua. Tacit. 14. Ann. 35.
Cæstu bellare. Stat. 6. Theb. 826.
Ense bellare. Sil. lib. 3. 235.
Manu bellare. Sil. lib. 8. 498.
Acies bellant. In ACIES.
Astu bellandum est. Sil. lib. 5. 100.
Bellantur pro Bellant, dixit Virg. 11. Æn. 660. Servius. nam solent verba pro verbis poni. Unde nunc passivam declinationem sub activa posuit significatione. V. Non. 7. 32.

BELLATUS, Partic. Liv. 1. 38. extr. Hoc bellum a COSS. bellatum quidam auctores sunt. Nepos 9. 2. 2. Agesilaum bellatum misissent in Asiam.

BELLANS, antis. Hirt. Bell. Afric. cap. 61. Proprium gaudium bellantibus Fortuna tribuere non decrevit. Hor. Carm. sæc. v. 51.
— Bellante prior, jacentem
Lenis in hostem.

BELLATOR, ōris. m. [πολεμιστὴς, μάχιμος] Qui bellum gerit, vel longa belli exercitatione præstat & excellit. Virg. 12. Æn. 614.
Interea extremo bellator in æquore Turnus.　Cic. 4. Tusc. 42.
Nec vero de bellatoribus solum disputant, &c.
Bellator bellat. Ovid. 3. de Arte Am. 359.
Ensis bellator. Sil. lib. 13. 376.
Equus, Per quem bellum geritur, ut ait Servius. Virg. 2. Georg. 145. & 10. Æn. 891.
Felix bellator. Claud. in sec. Cons. Stil. 12.
Meri bellatores. In MERUS.
Severi bellatores. Claud. in sec. Cons. Hon. 421. conf. Broeckh. ad Tibull. 1. 11. 46. & Burm. ad Quintil. Decl. 306. p. 595.

BELLĀTRIX, īcis. f. [πολεμιστίς] Virg. 1. Æn. 493.
Aurea subnectens exertæ cingula mammæ
Bellatrix.　De Penthesilea Amazonum regina.
Cohors bellatrix. Stat. 6. Theb. 262.
Diva bellatrix, Pallas. Ovid. 1. Trist. 5. 76.
Iracundia bellatrix. Cic. 4. Tusc. 53.
Triremis bellatrix. Claud. in sec. Cons. Hon. 135.

BELLATORIUS, a, um. [πολεμιστικὸς] Plin. 7. Epist. 9. Et quasi bellatorium stilum suaserim. Ammian. 23. 5. Bellatoria jumenta.

BELLATURIO, ut πολεμησείω. Dio p. 367. in fine. Ἐς τὴν Παννονίαν πολεμησείοντα ἐξέπεμψε. Vide an non ibi Xyl. interpres dicat Bellaturientem. Scio & alios interpretes usos esse in reddendo illo. Sic Cœnaturit, Caturit Martial. H. St. V. in posteriori voce s. l. conf. Thes. Græc. Henrici nostri, vol. 3. col. 462.

BELLAX, ācis. Idem ac Bellicosus. Bellaci confisus gente. Lucan. 4. 406.

BELLUNUM, vel BELUNUM, [Βελοῦνον] Venetorum oppidum in Italia, ut Patavium, Opitergium, Vicetia. Plin. lib. 3. cap. 19.

BELLUS, V. BONUS.

BELLUTULUS, est Belluæ similis, ut ait Festus. Hoc cognomen tulit L. Sicinius primus Tribunus pleb. auctore Dionysio & Pædiano. V. Sigon. de Nom. Rom. cap. 5. [In Festi codd. Bellutus expressum, ut & ap. Sigon. V. supra in BELLUA. In Asconii codd. cognomen illud Velutus scribitur, quod Græce Βέλλυτος effertur.

BELOĂCOS, & BELOTŎCOS, Herba, al. Dictamnus. Apul. de Herb. cap. 62.

BELOCULUS, V. in BELUS.

BELO, vel BÆLO, [Βελὼν Strab. Βαιλὼν Ptol.] Nomen urbis & fluvii in Hispania Bætica, Strab. lib. 3. Belon Plin. l. 3. c. 1. & l. 5. c. 1.

BĔLŌNE, es. f. [Βελόνη] Piscis est, qui alias Latine Acus dicitur. Utroque nomine a tenui, recta & oblonga figura deducto, qualem fere in acu sartoris cernimus. Plin. lib. 9. cap. 51. Acus, inquit, sive belone, unus piscium, dehiscente propter multitudinem utero, parit: a partu coalescit vulnus, quod & in cæciliis serpentibus tradunt. Vulgo *Angusigula* dicitur. conf. Plin. 32. 7. & 11.

BELOS, [βέλος] Latine dicitur Telum. Caius de Verborum significatione. Quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant: eoque nomine vulgo quidem Id significatur quod ab arcu mittitur.

BELUA, V. BELLUA.

BELUS, [Βῆλος] Nomen proprium primi regis Assyriorum, & patris Nini, a Sole deductum, qui Assyriorum lingua Bel dicitur.
Belus alius fuit Phœnices rex, & pater Didonis, vir militaris scientiæ peritissimus, qui Cyprios Phœnicum littus infestantes piratica subegit, ut est apud Virg. 1. Æn. 621.
——genitor tum Belus opimam
Vastabat Cyprum, &c.　Alio nomine dicebatur Metres, ut ait Servius.
Beli plures fuerunt, quorum primus Epapho natus est Ægyptio rege, Jovis & Isidis filio: sive, ut placet Eusebio, Isidis & Telegoni cujusdam: cui post Apidis mortem Isis nupsit, regnante Athenis Cecrope, anno mundi MDCCX. Is Priscus dicitur, ad differentiam Beli patris Didonis, & item alterius patris Nini regis, cui templum Babyloniæ ædificatum est. Ex Belo Prisco, Danaus & Ægyptus, unde regio nomen accepit, & Agenor geniti. Danaus quum essent ei quinquaginta filiæ, & Ægypto totidem mares, responsum accepit se a genero interfectum iri, quapropter ut nuptias recusaret fratris, secessit Argos. Tandem quum ad hoc cogeretur, filiæ monitis patris, conjuges noctu omnes interfecerunt, præterquam Hypermnestra, quæ Lynceo viro pepercit: a quo Danaus postquam annos regnasset L, interfectus est. Conjuges vero quæ & Danaides & Belides vocantur, dare criminis pœnas apud inferos feruntur, aqua implere pertusa dolia conantes. de quibus plura Volater. & Lucian. conf. de pluribus Belis, Perizon. Orig. Babyl. cap. 5. & 7.
Hoc etiam nomine dictus Fluvius Syriæ, ubi primo repertum fuit vitrum. Plin. lib. 5. cap. 19. Joseph. lib. 1. Bell. Judaic. stadiis, ait, duobus a Ptolemaide Belum amnem distare, juxta quem sepulchrum Memnonis sit, & vitrea in rotunda valle arena, quam venti ex circumdatis jugis convehant, inexhausta seculis vi, sed ante omnia mirabili natura mutandi alia quoque in vitrum, quæ attigerit, metalla.
Belus Stephano, Oppidum est Hispaniæ, non procul ab Herculis columnis, idem fortassis cum eo quod a Plinio Belon appellatur. [Ipse tamen Steph. distinguit.
Belus item Gemma est, vitrea specie, magnitudine nucis juglandis, in Arbelis nascens, ut ex Democriti sententia refert Plin. lib. 37. cap. 10.
Beli oculus, Isid. 16. 10. Beloculus, Gemma albicans, pupillam cingit nigram, e medio aureo fulgore lucentem. Hæc propter speciem Sacratissimo Assyriorum Deo dicatur. Hæc Plin. l. c. ubi a superiori distinguere videtur. Vulgo Catti oculus dicitur.

BELIAS, ădis. f. Beli neptis, Danai filia. Sen. Herc. OEth. 960. Stricto cruenta Belias ferro stetit.

BELĪDES, [Βηλίδης] patronym. masc. Virg. 2. Æn. 81.
—— si forte tuas pervenit ad aures
Belidæ nomen Palamedis.　i. e. Septimo gradu originem ducentis a Belo. Servius. conf. Sil. 1. 75.

BĒLIS, ĭdis. [Βηλίς] patronym. fœm. unde Belĭdes, Beli neptes dicuntur, quæ & Danaides a patre Danao. V. BELUS. Ovid. 4. Met. 462.
Molirique suis lethum patruelibus ausæ,
Assidue repetunt quas perdant Belĭdes undas.

BELZOINUM, Genus quoddam gummi, a pharmacopolis sic dictum, silphii liquorem ementiens, quum non sit revera. De hoc multa Matthiol. ad Diosc. lib. 3. cap. 78. V. LASER. Borrich. Ling. Pharm. v. Benzoë. Ita enim vulgo vocant.

B E M

BEMARCHIUS, [Βημάρχιος] ex Cæsarea Cappadociæ sophista, qui scripsit res gestas Constantini Magni principis libris decem: præterea declamationes quasdam & orationes. Suidas.

BEMBINADIA, Plin. lib. 4. cap. 6. nomen, quo regio Nemea vocitata est. Hoc autem in loco contendit Hermolaus, Bembinadia, non Bembina legendum. Cujus verba hæc sunt, Legendum est Bembinadia. Fuit enim vicus Nemeæ Bembina, unde Nemæus leo a poetis Bembinites dictus. Sed & in Plautino Milite, 1. 1. 14. ubi dicitur, Bombamatides clutum instar, cogitent legentes an emendandum sit, Bembinatidis beluæ instar, hoc est, Nemeæi leonis instar. Locus Plautinus nunc aliter legitur.

B E N

BEN. Beneficiarius. BEN. ME. Bene merito, vel Bene merenti. BEN. MER. FEC. Bene merenti fecit.

BĔNĀCUS, [Βήνακος] Lacus est Venetiæ, e quo fluvius nascitur Mincius, ut ait Servius in hunc Virgilii locum, 10. Æn. 205.
Hinc quoque quingentos in se Mezentius armat,
Quos patre Benaco velatus arundine glauca
Mincius infesta ducebat in æquora pinu.　Idem 2. Georg. 160.
Ubi idem Servius, Benacus lacus est Italiæ, qui magnitudine sui, tempestates efficit marinas. V. Strab. lib. 4. & Plin. lib. 9. cap. 22. & 3. cap. 19.

BENDIS, [Βένδις] ut scribit Hesychius, lingua Thracum Diana appellatur, unde & Bendidia ejus feriæ Athenis vocabantur. Nam ejus sacra e Thracia ascita Athenienses receperant, illisque feriis disseruit in Piræeo de optimo Reipublicæ statu Socrates, ut a Platone l. 1. extr. Polit. refertur. Liv. 38. 41. Romanorum, inquit, primum agmen extra saltum circa templum Bendidium. Ex Turnebo. Adde Lucian. Jup. Trag. p. 221. Græv. & quos laudat Vossius de Theol. Gent. 2. 57. extr.

BENDIDIA, [Βενδίδεια] Sacra fuisse Dianæ apud Thraces narrat Strabo l. 10. ex quibus Orphica originem sumpsere. Cæl. Rhodig. lib. 18. cap. 23.

BENE, es. [Βήνη] Oppidum Cretæ sub Gortyne sita, cujus incolæ dicuntur Benæi. Steph.

BENE, BENEDICO, BENEFACIO, BENEFICIARIUS, BENEFICIUM. V. Bene, in BONUS.

BENEARNUM, i. n. Galliæ civitas, unde hodie Bearnensis Principatus nomen habet. V. Scalig. Lect. Auson. 2. 7. p. 107.

BENEVENTUM, [Βενεουεντὸν, Strab. Βενεβεντὸς Steph.] Oppidum est Samnitium in Italia, a Diomede conditum fertur: apud quod XXX. millia Samnitium cæsa fuerunt, A. V. 441. C. Sulpicio Longo, M. Pœtelio COSS. Hor. 1. Serm. 5. 71.
Tendimus hinc recta Beneventum.　Festus, Beneventum, inquit, Colonia cum deduceretur, appellari cœptum est melioris ominis causa. Namque eam urbem antea Græci incolentes Μαλόεντον (al. Μαλεοεντὸν) Latini Maleventum appellarunt. V. Plin. l. 3. c. 11. Liv. l. 9. c. 27. extr. Steph.

BENEVENTANUS, a, um. [Βενεβεντῖνος Steph.] ut, Beneventanus sutor. Juven. 5. Sat. 46.

BENEVOLENS, BENIGNUS. V. Bene, in BONUS.

BENNA, [βέννα] lingua Gallica Vehiculi genus appellatur: unde vocantur Combennones, in eadem benna sedentes. Hæc Festus. Cato de R. R. cap. 23. Bennæ emantur: oleæ caducæ saliantur. conf. Lex. Pitisc. Unde Compennones, pro quo Campannones & tandem *Compagnons* dictum fuit. Apud Belgas quibusdam locis *Une benne*, ut a Doi (f. *Douay*) dixit mihi Comelinus, apud Valones. H. St. [Utuntur hac voce etiam nunc Germani, *Eine Benne*. De origine v. *Compagnon* V. tamen Cang. in Compagus.

BENNARIUS, vel potius BENARIUS. Gloss. Lat. Gr. συνήοχος.

BENZOË. V. BELZOINUM.

BEO, āre. V. BEATUS.

B E R

BERBESULA, Oppidum est Hispaniæ Bæticæ, in conventu Gaditano. Plin. lib. 3. cap. 1.

BERBEX, ēcis. m. Antique pro Vervex. Glossæ ἀρέβατον, berbex. Hinc pro Homine stupido Petron. cap. 57. Quid rides berbex? V. ibi Burm. & Salmas. ad Vopisc. Aurel. cap. ult.

BERBECŬLUS, dimin. Reines. in Schol. ad Petron. Fragm. Trag. p. 57. & 97. ubi cap. 37. Babecali.

BERCORCATES, Populi ignoti sunt Galliæ Aquitanicæ. Plin. lib. 4. cap. 19.

BERECYNTUS, [Βερέκυντος] Genetivus, ut Steph. ait, recti ἀρρήτου. Mons Phrygiæ est, & nomen oppidi, in quo mater deûm Cybele priscorum ritu colebatur: unde Berecyntia dicta est. V. dict. seq.

BERECYNTIUS, [Βερεκύντιος] Adj. ut, Cornu Berecyntium, Hor. 1. Carm. 18. 13. i. e. Quo excitantur ad furorem Cybeles Berecyntiæ sacerdotes.
Tibia Berecyntia. Hor. 3. Carm. 19. 18. h. e. Phrygia, & quæ in sacris Berecyntiæ Cybeles adhibetur. Vel forte Buxea. In Berecyntio enim tractu plurima est buxus. Plin. lib. 16. cap. 16. extr.
Berecyntia (inquit Servius) Mater deûm, dicta a monte Phrygiæ Berecynto, cujus ultima syllaba caret aspiratione: quam addimus quoties montem Deli Cynthum dicimus. Est autem tenuis ista discretio, quibus nominibus subtrahi debeat aspiratio. Nam ecce, Ripæi montes Arcadiæ, non scribuntur cum aspiratione: quam addimus quum Riphæos montes Scythiæ significamus. Hæc Servius ad Virg. 9. Æn. 82.
Ipsa deûm fertur genitrix Berecyntia magnum
Vocibus his affata Jovem.　Quicquid tamen dicit Servius, videmus passim ab omnibus aspirari Berecynthus & Berecynthia.
Mater Berecyntia. Virg. 6. Æn. 742. conf. Stat. 4. Theb. 782.
Genitrix. Virg. 9. Æn. 82.

BERECYNTIĂCUS, aliud Adj. ut, Berecyntiacus sacerdos. Prudent. advers. Symmach. 2. 51.

BERECYNTIADES, æ. patronym. Ovid. in Ibin 508. Venator Berecyntiades. i. e. Attis. V. Interpp.

BERENĪCE, vel BERONICE, es. f. [Βερενίκη] Uxor Ptolemæi Lagi, mater Philadelphi, rara mulier forma, & viro summe dilecta.
Berenice item altera, Philadelphi filio, Ptolemæo Evergeti, fratri patrueli suo nupsit: cujus crines in cælum relati putantur, persuasione Cononis mathematici. De quibus elegiam composuit Callimachus, conversam deinde a Catul. Carm. 66. Ejus pater Magas Cyrenes rex, Ptol. Philadelphi & Arsinoës frater.
Alia item Berenice fuit, Costobari & Salomes Herodis M. sororis filia, quæ nupsit Aristobulo Herodis ejusdem filio, quem pater postea interfecit. Josephus 20. 5. Agrippæ Majoris mater, de qua Strabo sic ait, Cæsar Augustus magno honore prosequutus est Herodis li-

beros,

beros, similiter sororem Salomen, ejusque filiam Berenicen. V. l. 16. p. 765. ed. Casaub.

Alia præterea fuit Berenice Herodis III. sive Agrippæ Majoris filia, quæ Marco prius Alexandri Lysimachi filio desponsata, mox Herodi patruo, denique Polemoni nupta, ob Agrippæ fratris & Titi Cæsaris amores vidua male audiit.

Berenice quoque, quam Græci Φερενίκην appellant, fama celeberrima, & filia, & mater, & soror Olympionicarum fuit, ut ait Plin. lib. 7. cap. 41. Pausanias quoque Eliac. 1. 7. hanc dicit cognominatam Καλλιπάτειραν, ac habitu virum dissimulantem ludis interfuisse: ubi Pisidorum filium coronatum vidit: cognitamque, ac quæstione habita, quod ad ludos mulieribus interdictos venisset, meritis suorum absolutam fuisse. Ælian. Varr. Hist. l. 10. c. 1. conf. Perizon. in loc. Jan. Rutgers. Var. Lect. 1. 6. Valer. item lib. 8. cap. ult. extr. qui Pherenicen vocat, & Euclea filium ejus victorem Olymp.

Et ego pro regina Beronice apud ipsam dixi. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Berenices crines, [Βερενίκης πλόκαμος] Septem sunt stellæ ad Leonis caudam, veluti in triangulo collocatæ. V. Strab. l. 1.

BERENICĒUS, [Βερενίκειος] Adj. Catul. 64. 1.

E Bereniceo vertice cæsariem. V. totum hoc Catulli carmen.

BĔRĔNĪCE, sive BERONICE, [Βερενίκη, Βερονίκη] Civitas est Cyrenaicæ, prope Syrtes, juxta lacum Tritonidem, unde Undosa vocatur Sil. lib. 3. 249. Plin. lib. 5. cap. 5. Berenice in Syrtis extimo cornu est, quondam vocata Hesperidum supradictarum, vagantibus Græciæ fabulis, &c.

Beronice, urbs Libyæ, quæ antea dicta fuerat Hesperis. Vide Steph. Ἑσπερὶς πόλις Λιβύης, ἡ νῦν Βερονίκη. H. St.

Urbs item Berenice est ad sinum Arabicum, a Ptolemæo Philadelpho condita, & a nomine matris ita appellata: in qua ipso solstitii die hora sexta, umbras penitus absumi tradit Plin. lib. 6. cap. 29.

Alteram cognomento Panchryson: & item aliam Epidiren dictam, memorat ibidem Plin. in descriptione Troglodytices. Juba, inquit, qui videtur diligentissime prosecutus [lege Persecutus] hæc, omisit in hoc tractu Berenicen alteram, quæ Panchrysos cognominata est, & tertiam, quæ Epidires, [Gr. ἐπὶ Δειρῆς ab opp. Dire] insignem loco. Est enim sita in cervice longe procurrente, ubi fauces Rubri maris VII. mill. D. pass. ab Arabia distant. V. Hard. ad loc.

Duæ præterea ejusdem nominis urbes recensentur a Steph. quarum alteram in Cilicia collocat, alteram Chium olim vocatam asserit.

BERENICIDÆ, [Βερενικίδαι] Ptolemaicæ tribus populi, apud Athenienses. Stephan. q. V.

BERENICIS, idis. [Βερενικὶς] Tractus Africæ Cyrenaicæ, qui est circa Berenicen urbem. Lucan. lib. 9. 523.

—— nam quicquid pulvere sicco
Separat ardentem tepida Berenicida Lepti,
Ignorat frondes.

BERGIDUM, [Βέργιδον] Urbs Hispaniæ Ptolemæo, vulgo *Urgel.*

BERGION, & Albion, Gigantes, filii fuere Neptuni ab Hercule interfecti. Mela lib. 2. c. 5. V. supra ALBION.

BERGOMUM, [Βέργομον] Oppidum Italiæ Transpadanæ, quæ regio est undecima, & Bergomates, ejus oppidi incolæ. Plin. lib. 3. cap. 17. vulgo *Bergomo.*

BERILLUS, V. BERYLLUS.

BĔRĪNUS, a, um. a colore qui Berus, Birrus, vel Burrus dicitur. Berinum vestimentum. Plaut. Epid. 2. 2. 49. Al. Cerinum, aut Melinum.

BERMIUS, Mons est Thessaliæ. Plin. lib. 4. cap. 8. Strab. Excerpt. l. 7.

BERNABA, [Βέρναβα] apud Ptolem. lib. 2. cap. 6. Oppidum est Hispaniæ Tarraconensis, non procul a Cæsarea Augusta, Celtiberis & Bessetanis ad Orientem proximum, vulgo *Benavar.*

BĔRO, onis. m. Saccus, quasi Pero a Pera dictus, qua dictione sunt qui putent usum fuisse Alfenum in l. In nave. D. Locat. ubi alii legunt Centonibus, alii Peronibus. V. priores Budæi annotationes. Plin. lib. 36. cap. 14. de templo Ephesiæ Dianæ, Id consequutus est architectus ille beronibus arena plenis. In emendatioribus codicibus legitur Peronibus.

BERONES, Servi. Hirt. Bell. Alex. cap. 53. Concurritur ad Cassium defendendum. Semper enim Berones compluresque evocatos cum telis secum habere consueverat. Hispaniæ Tarraconensis populos esse dicit Ptolemæus 2. 6. ut & Strabo l. 3. Βήρωνες. Aliqui legunt Barones, Edit. Vet. Verrones.

BERŎE, [Βερόη] Semeles matris Bacchi nutrix. Ovid. 3. Met. 278.

Ipsaque erat Beroe Semeles Epidauria nutrix.

Beroe conjunx Dorycli apud Virg. 5. Æn. 620.

Beroe, nympha Penei, filia Oceani, soror Cliûs. Virg. 4. Georg. 341.

BERŒA, [Βέροια] Oppidum nobile Macedoniæ, cujus meminit Cic. in Pison. 89. Qui quum concursum plorantium, ac tempestatem querelarum ferre non posses, in oppidum devium Berœam perfugisti. conf. Plin. 4. 10. Marcian. Heracl. Lucian. Asin. p. 101. ed. Græv. Actor. 17. 10. sq. Strab. l. 7. Excerpt.

Berœa, alia Syriæ, Antiochiæ ad orientem adjacens, a Macedonibus condita, Dionysio tyranno Heraclionis filio, olim subjecta. Strabo lib. 16. conf. Plin. 5. 26. Hodie *Alepo.* Scribitur utriusque urbis nomen & geminata litera Berrhœa, Βέῤῥοια. V. Steph.

BERŒENSIS, e. [Βεροιεὺς] gentile. Plin. 5. 23.

BERONICE, V. BERENĪCE.

BĔRŌSUS, [Βήρωσος] Chaldæus in Astrologia clarus, cui ob divinas prædictiones, Athenienses in gymnasio statuam inaurata lingua statuerunt, uti refert Plin. lib. 7. cap. 37. conf. Lex. Pitisc. & Voss. Hist. Gr. 1. 13.

Berosus, Collis est Taurorum, tres habens fontes, sine remedio, & sine dolore mortiferos. Plin. lib. 2. cap. 103. MSS. Librosus vel Liberosus.

BERRHESA, [Βέῤῥεζα] Oppidum Æthiopiæ. Plin. lib. 6. cap. 22.

BERSABE, es. Urbs Judææ, quæ Puteum juramenti significat: quia quum ibi habitaret Abraham cum Abimelech. mactatis septem ovibus, in fœdus mutuo juraverunt. Hæc terminus fuit terræ promissionis, possessa a populo Judæorum, postquam reversus est ex Ægypto, & tenditur usque ad Dan, spatio in longum CLX mill. sicut scribit Hieronym. ad Dardan.

BERSANE, es. [Βερσάνη] Vidua fuit Damascena, ab Alexandro Magno adamata. Diodorus.

BERŬLA, æ. f. Herba, Græce Cardamine dicta. Marc. Emp. cap. 36.

BĒRYLLUS, i. m. & f. [βήρυλλος] Lapis pallidus transparens. Plin. lib. 37. cap. 5. Eandem [in] multis naturam, aut certe similem habere berylli videntur, in India originem habentes, raro alibi reperti. Poliuntur omnes sexangula figura artificum ingeniis: quoniam hebescunt, ni color surdus repercussu angulorum excitetur. Aliter enim politi non habent fulgorem eundem. Probatissimi sunt ex iis, qui viriditatem puri maris imitantur. Proximi qui vocantur chrysoberylli, & sunt paulo pallidiores, sed in aureum colorem exeunte fulgore. Curtius 9. 1. 30. Baculum berylli distinguebant. Primam syll. longam habet Propert. 4. 7. 9. & Juven. 5. Sat. 38. eandem corripit Prudent. Psych. v. 855.

BERYLLUS, [Βήρυλλος] Bostrenæ urbis Arabiæ præsul fuit, qui quum plura recte pro religione scripsisset, postremo omnia corrupit, peregrina quædam adducens, & procul a veritate abhorrentia. Quamobrem convocata præsulum non paucorum synodo, maxime adnitente Origene, ad sanitatem reductus est. V. Volaterr. lib. 6.

BERYTOS, [Βηρυτός] post Sidonem est, Civitas Phœniciæ clarissima, haud procul ab Lyci amnis ostiis, quam hodie *Barutum* vocant, omnium ejus littoris nundinario mercimonio clarissima, teste Vadiano. Felix Julia Plinio, Seb. Munstero annotatore. Strabo, qui in Marsya campo collocat, l. 16. a Tryphone dirutam, postea a Romanis instauratam, duabus legionibus a M. Agrippa ibi collocatis docet. Eustath. ut a Volaterr. lib. 6. citatur, etymi hanc rationem assignat, quod *Berum* ex auctoritate Helladii, lingua Phœnicum Robur significet, quasi Urbs in loco inexpugnabili ac robusto sita. Theod. & Valen. AA. metropolitano nomine ac dignitate Berytum exornarunt. l. unic. de metrop. Beryt. lib. XI. C. Vocatur ab Ulpiano colonia Berytensis, in l. 1. D. de censib. & Augustana Colonia, quod Augustus multis beneficiis eam ornaverit. V. Spanh. de Usu & Præst. numm. diss. 9. p. 594. sq. Barth. ad Zachar. Mitylen. p. 244. sq. & Lex. Pitisc. Hinc

BERYTIUS, a, um. ut, Vinum Berytium. Plin. 14. 7. Uva Berytia. Idem 15. 17.

B E S

BES, sive BESSIS, is. m. [διμοίριον] Unciæ octo: ab Asse. Festus, Bes appellatus est, quod bis triens fit: quamvis dura compositio fiat bessis ex triente. Bessis, unciæ octo: triens, quatuor. Hactenus Festus. Potius, quasi Bis assis, id est duæ ex assis partibus. Cic. 1. Att. 14. Fœnus ex triente Id. Quint. factum erat bessibus. Plin. lib. 18. cap. 11. Græci in binos semodios farinæ, satis esse besses fermenti constituere. Unde opinor Venetos traxisse nomen suæ monetæ, quam vocant *Un bezo.* [Nisi potius a Germ. *Bazen.*

Bes in dimensione agrorum pariter, teste Columel. lib. 5. cap. 1. Octo partes jugeri, in duodecim partes æquales divisi.

Bes, Octo cyathorum mensura. Martial. lib. 11. 37.

Quincunces & sex cyathos bessemque bibamus,
Caius ut fiat Julius & Proculus. V. Sextar. Roman. in SEX.

Besses usuræ, Jurisconsultis dicuntur, Quum acceptis centum, post annum octo præstantur: aut menstrui denarii singuli, si sors 150 sit. Bessium usurarum mentio fit in l. Eos qui per exceptionem. §. super usurarum. C. de usuris. V. Salmas. de Mod. Usur. cap. 6. Gronov. de pecun. Vet. 3. 13. Bud. de Asse, p. 16. & 560. conf. etiam Lex. Pitisc.

BESSĀLIS, e. Adj. [διμοιριαῖος] ut, Bessales laterculi. Vitruv. lib. 5. cap. 10. Supraque laterculis bessalibus pilæ struantur, ita dispositæ, ut bipedales tegulæ possint supra esse collocatæ. Idem lib. 7. cap. 4. Bessales dixit laterculos, Qui octo pollicum longitudinem habent. Budæus lib. 1. de Asse. Comula bessalis. Petron. cap. 58. V. Heins. & Burm. Scutula bessalis. Martial. 8. 71. conf. Lex. Pitisc.

BESA, simplici s, [Βῆσα] Fons est Thessaliæ, inter Ossam & Olympum, juxta Cycesium oppidum, de quo Strabo lib. 8.

Est & Besa, Tribus nomen in agro Attico, cujus meminit idem Strabo lib. 9.

BESARO, Hispaniæ Bæticæ civitas est, interque stipendiarias numeratur a Plin. lib. 3. cap. 1.

BESBICUS, [Βέσβικος Stephano] Insula est exigua Propontidis, XIII. M. passuum circuitu, e regione ostii Rhyndaci fluvii. V. Plin. lib. 6. cap. ult.

BESSA, geminato s, [Βῆσσα Stephano] Campus est Locridis, densis arbustis refertus, unde & nomen accepit. βῆσσαι enim saltus a Græcis nominantur. V. Strab. lib. 9.

Est & Bessa, ejusdem regionis Oppidum, apud Steph.

BESSARA, [Βέσσαρα] Civitas est Assyriæ apud Ptolem. lib. 6. cap. 1.

BESSI, [Βέσσοι] Populi sunt Thraciæ ad Strymonem, magna ex parte Hæmum incolentes montem, latrociniis nobiles, ut ait Strabo lib. 7. Cic. in Pison. 84. Tibi magna præsidia & auxilia a Bessis, peditum equitumque polliceretur.

Bessi immanes. Valer. 2. Argon. 231.

Bessus pallens. Claud. Cons. Mal. Theod. 41.

De feritate Bessorum, conf. Ovid. 3. Trist. 10. 5. & 4. 1. 67. De calliditate eorum in agendis cuniculis Veget. R. Mil. 2. 11. & 4. 24.

BESSĬCUS, [Βεσσικὸς] Adj. ut, Bessica gens. Cic. in Pison. 84. Idemque tu Rabocentum Bessicæ gentis principem, quum te trecentis talentis regi Cotto vendidisses, securi percussisti.

BESSIPPO, [Βεσίππω Ptolemæo] Hispaniæ Bæticæ portus est, & oppidum, non procul a Mellaria urbe, patria Pomponii Melæ, ut ipse testatur Geogr. lib. 2.

BESSЎGA, [Βήσυγα, τὰ] Emporium in India, ubi & amnis Bessygas: unde Bessygitæ, populi qui humana carne vescuntur. Steph.

BESTIA, æ. f. [θηρίον] Crudelitatem, [vel potius Feritatem] exprimit. Belua, Magnitudinem, & quasi monstrositatem.

Bestias accipere debemus ex feritate magis, quam ex animalis genere. Ulp. in l. 1. §. bestias. D. de postulando.

Bestiæ, a Cicerone etiam Pisces & Volucres dicuntur, 5. Tusc. 38. Namque alias bestias nantes aquarum incolas esse voluit: alias volucres cælo frui libero: serpentes quasdam esse gradientes.

Inter sidera simulacrum, quod Bestiam astrorum periti nominaverunt. Vitruv. 9. 7.

Mala bestia per convicium usurpatur. Mala tu es bestia. Plaut. Bacch. 1. 1. 21. Idem Pœn. 5. 5. 14.

Incerta bestia. V. INCERTUS.

Mansuetæ bestiæ. In MANSUETUS.

At non dicitur Mansueta bellua. H. St. V. BELLUA.

Mutæ bestiæ pene loquuntur, magistra ac duce natura. Cic. 1. de Fin. 71.

Laniari a bestia, & Venabulo bestiam transverberare. Cic. 7. Fam. 1. Sed quæ potest homini esse polito delectatio, quum aut homo imbecillus a valentissima bestia laniatur, aut præclara bestia venabulo transverberatur?

Ad beſtias damnari dicebantur, Qui in hoc damnabantur, ut beſtiis objicerentur. l. 6. D. ad l. Jul. pecul. l. 8. in fin. D. de teſtam. & apud Tertull. lib. 1. ad Scapul. & Gell. lib. 5. cap. 14. Hoc autem ſupplicium Prudent. ſic explicat, in Hamartig. 371.

Sanguinis humani ſpectacula publicus edit
Conſeſſus, legesque jubent venale parari
Supplicium, quo membra hominum diſcerpta cruentis
Morſibus oblectent hilaram de funere plebem. Inde,

Ad beſtias dari, in l. 12. D. de pœn. & Ad beſtias pronuntiari, apud Tertull. de Reſurr. Carnis. Ceterum qui beſtiis objiciebantur, ad ſtipitem alligabantur, ut ex Vopiſco in Aurelian. c. 37. liquet.
Mittere ad beſtias. Cic. in Piſon. 88. Quid quod populari illi ſacerdoti ſexcentos ad beſtias amicos ſociosque miſiſti? conf. Lex. Pitiſc.

Bestiŏla, æ. f. dimin. [θηρίδιον] Plin. lib. 11. cap. 6. Apes alveum illinunt amarioribus ſuccis contra aliarum beſtiolarum aviditates. Sic Varro lib. 1. cap. 12.

Bestiālis, e. Prudent. Hymn. jejun. 153.
Impexa villis virgo beſtialibus. Sidon. 8. Epiſt. 14. Beſtiale corpus. Idem 4. Epiſt. 1. Beſtiales rigidæque nationes.

Bestiālĭtas, ātis. f. [θηριότης] Vitium quod hominem prorſus ferinum reddit. Nova vox.

Bestiarius, i. m. [θηριομάχος] Beſtiarii dicebantur, Qui ludis publicis in amphitheatro vel circo cum beſtiis depugnabant, ut cum tauris & leonibus. Cic. pro Sext. 135. Præclara ædilitas, unus leo, ducenti beſtiarii. V. Torrent. ad Suet. Claud. c. 34. conf. varios auctores in Lex. Pitiſc.

Bestiarius, a, um. Adj. ut, Ludus beſtiarius, quem Sen. Epiſt. 70. vocat, Spectaculum, in quo beſtiarii cum beſtiis pugnabant. [Al. Ludus beſtiariorum, ubi nempe Beſtiarii ad ſpectacula deſtinati exercebantur, ut Ludus Gladiatorius. V. loc.

Bestia, cognomen gentis Calpurniæ, ex qua familia fuit L. Beſtia, qui inter conjuratos Catilinarios recenſetur a Salluſtio. Præturam petens repulſam tulit, & paulo poſt ambitus damnatus eſt. Cic. 11. Philipp. conf. Lex. Pitiſc.

Bestīni. Suid. Βέστινοι ἔθνος ἐν Ἰταλίᾳ θηριώδες τὸν τρόπον. Quaſi putans a beſtiali quodam vivendi genere. H. St.

B E T

Bēta, n. indecl. [βῆτα] Litteræ nomen apud Græcos. Juven. 14. Sat. 209.
Hoc diſcunt omnes ante alpha & beta puellæ. conf. Martial. 5. 27. & ſupra A & B literam.

Beta, [Βῆτα] Civitas eſt in ſinu Æthiopico, Arābiæ latere. Plin. lib. 6. cap. 29. Harduin. legit Peta.

Bēta, æ. f. [τεῦτλον] Herba quæ in hortis ſeritur. Plin. lib. 19. cap. 8. Beta hortenſiorum leviſſima eſt. Ejus quoque a colore duo genera Græci faciunt, nigrum, & candidius (quod præferunt) parciſſimi ſeminis, appellantque Siculum, candoris ſane diſcrimine præferentes & lactucæ. Noſtri betæ genera faciunt Vernum & Autumnale, a temporibus ſativis, quanquam & Junio ſeritur. Transferuntur autem in planta quoque, & oblini fimo radices ſuas, locumque ſimiliter madidum amant. Plaut. Pſeud. 3. 2. 26. Martial. lib. 13. 13.

Ut ſapiant fatuæ fabrorum prandia betæ:
O quam ſæpe petet vina, piperque coquus! Fatuas betas dixit, quia ſunt inſipidæ: unde proverbium, Beta inſipidior.

Plebeia. Perſ. 3. Sat. 114.
Betæ quoque a Diogene appellabantur Molles & cinædi: unde etiam Betizare dixit Auguſtus pro Languere & effœminari. Suet. Aug. cap. 87. V. Cæl. lib. 15. cap. 11. vel 8. 32.

Betāceus, a, um. Adj. Quod ex beta eſt, ut Betaceus pes. Varr. de R. R. 1. 2. Malo de meis pedibus audire, quam quemadmodum pedes betaceos ſeri oporteat. Idem de L. L. 5. p. 55. ed. tert. Steph. Ut a pede noſtro pes lecti & pes betæ. Hinc apud Apicium 3. 2. de Betaceis Varronis mentio eſt in cibis, qui ex oleribus parantur. Betæ aſparagos ſive cymas exp. Humelb. Radices Liſter. ex Salmaſ. ad Solin. p. 583. ed. Ultr.

Betaceus, i. m. Scribit in cap. de diminutivis Priſcianus, quædam eſſe diminutiva, quæ genere diſcrepant a ſua origine. ut Beta, inquit, & Malva; hic Betaceus, Malvaceus. Mirum mihi videbatur (ait Turnebus 11. Adv. 3.) hæc in ſubſtantivis numerari diminutionis, quum adjectionis nomina videantur. Sed Betaceus abſolute dicitur, quum Pes intelligatur: ita tacito ſubſtantivo in ſubſtantivum migrat, quumque parvulas betas ſignificet, in diminutionum nominibus cenſetur. V. Arnob. 4. p. 133. conf. Voſſ. Analog. 2. 29.

Betālis, e. Mollis inſtar betæ. Comula betalis. Petron. cap. 58. al. legunt bessalis, q. ſ. l. vide.

Betissare, vel Betizare, pro Languere uſurpavit Auguſtus, teſte Suet. in vita ejus cap. 87. ut Græcum λαχανίζειν redderet, quo & proverbialiter uti licebit in Inſulſos & inſipidos. V. Torrent. ad loc. Catull. 68. 21.
Languidior tenera cui pendens Sicula beta, &c. V. beta.

Betarmones, [βητάρμονες] ab Homero Corybantes vocantur Odyſſ. 8. ut etiam Strabo notavit.

Betasi, [Βήτασοι] Populi Galliæ Belgicæ, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 17.

Beterræ, oppidum provinciæ Narbonenſis, de quo Plin. l. 3. c. 5. In mediterraneo colonia Arelatæ Sextanorum, Beterræ Septumanorum. vulgo vitioſe Bliterræ legitur. de varia hujus nominis ſcriptione V. in bætiræ.

Bethacarum, vel Bethcherem, Vicus inter Hieroſolyma & Thecuam, in monte ſitus. Compoſitum nomen ex lingua Syriaca & Hebræa.

Bethania, [Βηθανία] Villa ſecundo milliario ab Hieruſalem in latere montis Oliveti, Marthæ & Mariæ memoria inſignis.
Eſt & altera Bethania trans Jordanem, ubi Joannes quondam baptizabat. Volaterr.

Bethel, [Βηθὴλ] Urbs Samariæ, quam Gebuſæi condiderunt, quæ prius vocabatur Luſa.

Bethlehem, [Βηθλεέμ] Nomen civitatis David, quæ alio vocabulo dicitur Ephrata, Chriſti Servatoris noſtri natalibus inſignis. Nunc viculus eſſe dicitur qui ab Joppe quadraginta millibus diſtat. Ex hac civitate ortus, atque ibidem in regem unctus eſt David. Ibi Rachel occubuit, & ſepulchrum Jeſſe patris David oſtenditur. Eſt autem hic locus in tribu Juda, ſexto ab Hieruſalem milliario poſitus, contra meridiem, in itinere quo itur Hebron. Quando autem Jacob ibi pecora ſua pavit, loco Bethlehem nomen impoſuit, quod Domus panis interpretatur, propter eum panem qui ibi de cælo deſcendit. Stephano Βηθλέεμα appellatur n. gen. & plur. num. Hinc

Bethlehemītæ, Dictæ ſunt ejus incolæ.

Betholene, Una eſt ex decem Judææ toparchiis, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 14.

Bethsaida, [Βηθσαϊδὰ] Galilææ civitas, Petri, Andreæ & Philippi patria, ad lacum Tiberiadis ſita.

Bethsames, [Βηθσαμες] Nomen urbis Galilææ, ubi Dominus perhibetur multa ſigna feciſſe: a qua Bethſamitæ populi.

Bethsūra, & Bethsuræ, tantum plur. num. Munitum fuit Judæorum præſidium, de quo multa lib. 2. Machab.

Betica, Beticus, Beticola, Betis, V. bætis.

Betisso, vel Betizo. V. poſt beta.

Beto, [εἶμι] ĕre. Verbum obſoletum, pro Ire. Varro de L. L. Mulierem, quod parere ea non poterat, foras betere juſſit, Plaut. Curc. 1. 2. 52. Si illa ad me betet? Idem Merc. 2. 3. 127. Ad portum ne betas.

Bētŏnĭca, [κέστρον] Herba Gallis dicitur, quæ ab Italis *Serratula*: teſte Plin. lib. 25. cap. 8. ubi in emendatioribus codicibus legitur Vetonica. V. Ruell. lib. 3. cap. 76. De hac herba exſtat peculiaris libellus, qui Antonii Muſæ, a quo ſervatus fuit Cæſ. Aug. nomen mentitur. V. & PſeudoMacer. 2. 14. 1.

Betula, & Betulla, [σημύδα] Arbor eſt virgis aptiſſima, cortice candidiſſimo, quam Romani ex Gallia in Italiam tranſtulerunt: & ex ea faſces conficiebant, qui Magiſtratibus ſolebant præferri. Plin. 16. 18. & 27. Dicitur vel quaſi πετάλη, i. e. folium, vel a batuendo, i. e. cædendo, vel a Celtica voce *bedu*. V. Voſſ. Etym. p. 70.

Betuli, Gemmæ ſunt e genere Cerauniarum, nigræ, rotundæque, quibus urbes expugnari, & claſſes, ex Sotaco refert Plin. lib. 37. cap. 9.

Betulo, V. bætulo

Beturia, [Βητουρία] Regio eſt Hiſpaniæ. Plin. Quæ autem regio a Bæti ad fluvium Anam tendit, extra prædicta, Beturia appellatur, in duas diviſa partes, totidemque gentes: Celticos, qui Luſitaniam attingunt, Hiſpalenſis conventus: Turdulos, qui Luſitaniam & Tarraconenſem accolunt, jura Cordubam petunt. Hæc ille lib. 3. cap. 1. Hard. ſcribit Bæturia, quomodo & Strabo, Βαιτουρία, & Auctor de Bell. Hiſp. c. 22. extr.

B E Z

Bezahar, Lapis eſt mollis, colore flavo, ſapore nullo, cujus peculiaris vis eſt, ut venenis omnibus adverſetur, antidotumque ſit omnium præſtantiſſimum, utpote qui non modo hauſtus, ſed etiam adligatus, ita ut nudam ſiniſtri lateris carnem contingat, omnia ſuperet venena. Ex Matthiol. apud Dioſc. lib. 5. cap. 73. Al. Bezoar. V. Borrich. de Ling. Pharmac.

B I A

Biæon, [βίαιον] i. e. Violentum, ut Cælio placet, Vini factitii genus erat, valetudinis cauſa excogitatum. Fiebat ex uvis ad ſolem ſiccatis, & aqua marina. Dictum eſt a cura, quia multum in eo condendo laboris adhibebatur: ſive quia violentum eſſet, & efficax contra morbos: ſive a feſtinatione atque impetu. Plin. lib. 14. cap. 8. Apud Græcos jure clariſſimum nomen accepit, quod appellaverunt βίαιον, ad plurimos valetudinis uſus excogitatum. Fit autem hoc modo, Uvæ paulo ante maturitatem decerptæ ſiccantur acri ſole, ter die verſatæ per triduum, quarto exprimuntur, dein cadis inveterantur. V. Not. Dalech. & Rhodig 8. 26. Abion legit Turnebus 25. 26. Sed Bion eſſe in Mſs. docet Hard. q. V. conf. Plin. rurſus l. 23. c. 1.

Biānor, ŏris. m. [Βιάνωρ] cognomento Ocnus, Tiberis & Mantûs fatidicæ filius, dicitur Mantuam condidiſſe, ut eſt auctor Servius, ad illud Virg. 9. Ecl. 60.

Hinc adeo media eſt nobis via, namque ſepulchrum
Incipit apparere Bianoris.

Fuit item unus ex Trojanis principibus qui cum Oileo auriga ab Agamemnone interemptus eſt, teſte Homero, Iliad. 11.

Biarcbus, [Βιαρχός] Panos cognomen eſt, teſte Suida; quaſi Vitæ neceſſaria curans. Utitur Archias in Epigram.

Biarchi, [βίαρχοι] Qui præſunt commeatibus, vitæque neceſſariis comparandis. βίος enim Græcis, non modo Vitam, verumetiam Victum ſignificat. Alias dicti Biarcei, quod vitæ neceſſaria curarent. Alciat. in tit. de Agent. in rebus lib. 11. C.

Biarchia, æ. f. [βιαρχία] Officium biarchi. Leg. 1. Cod. de Off. Magiſtr. Off. Ad biarchiam nemo ſuffragio, ſed labore unusquisque perveniat.

Bias, antis. [Βίας] Prienæus, unus e ſeptem ſapientibus Græciæ, fertur in cauſis orandis acutiſſimus fuiſſe. Quum patriam captam fugeret, nihilque, uti ceteri, exportaret, roganti cauſam, illud vulgatum apud Cic. in Parad. 1. reſpondit, Omnia mea mecum porto. Biantis ex Stobæo multa reſtant ſapienter dicta, quæ revolvi poſſunt. V. Sidon. Carm. 2. 161.

Biatia, [Βιατία] Hiſpaniæ urbs apud Ptolemæum: hodie *Baeza*.

B I B

Bibacitas, Bibaculus, Bibax, Bibosus, Bibulus. V. bibo.

Bibacŭlus, Patria Cremonenſis, ut ſcribit Euſebius, qui inter poetas Iamborum Latinorum ponitur Quintil. 10. 1. Sueton. de Ill. Gram. 11.
Eſt & Bibaculus alter, cujus meminit Cæſ. in Comment. [Immo is eſt P. Sextius Baculus, primi pili centurio. V. 1. de B. G. 25. & 3, 5.
De L. Furio Bibaculo Prætore V. Val. Max. 1. 1. 9.

Bibaga, Inſula eſt Indiæ, oſtreis & conchyliis referta. Plin. lib. 6. cap. 21.

Bibasis, [βίβασις] Laconica quædam ſaltatio erat, cui & brabia propoſita erant, non juvenibus modo, ſed & virginibus. Saltare autem oportebat, pedibusque nates contingere, ſaltusque numerabantur, unde uni harum inſcriptio erat, Mille ſaltantes greſſus. Ex Polluc. lib. 4. cap. 14. Meminit & Rhodig. lib. 5. cap. 4.

Bibesia, æ. Vocabulum eſt a Plauto confictum, pro Nimia bibendi aviditate, quemadmodum & Perediam idem dixit, pro Fame & voracitate. Feſtus. [Immo Perbibeſia, q. V. ſ. l.

Biblia, corrupte pro Bilia. V. bilius & duellius.

Biblia S. V. biblion.

Biblina, æ. [Βιβλίνη] Thraciæ regio, vino generoſo inſignis, quod Biblinum ab ea appellatur: tametſi alii a Biblia vite appellatum malint.

Demus autem Delius Biblinum vinum, Naxium interpretatur, eo quod Biblus Naxi insulæ fluvius sit. V. Steph. & in dictione BIBLUS.

BIBLION, i. n. [βιβλίον] Volumen, libellus: in plur. Biblia, orum Libelli: quo nomine appellantur Libri sacri per excellentiam, τὰ βιβλία absol. quæ alias τὰ θεῖα βίβλια. conf. Suic. Thes.

BIBLIOLATHAS, [βιβλιολάθας] a Demetrio Troëzenio dictus est Didymus grammaticus, quoniam supra ter mille quingentos libros conscripsit. Cæl. Rhodig. lib. 19. cap. 9. V. DIDYMUS.

BIBLIŎPĒGUS, i. m. [βιβλιοπηγός] Librorum concinnator.

BIBLIŎPŌLA, æ. m. [βιβλιοπώλης] Qui libros vendit. Martial. lib. 4. 72.

Exigis ut donem nostros tibi Quinte libellos:
Non habeo, sed habet bibliopola Tryphon. Idem 14. 194.

Lat. Librarius.

BIBLIOPOLĪUM, i. n. βιβλιοπωλεῖον. Gell. 5. 4. Librariam vocat.

BIBLIOTAPHI, [βιβλιοτάφοι] ab eruditis appellantur, Qui ut soli sapere videantur, librorum aliquid insignium nacti, nemini eorum copiam faciunt, sed in arca, velut in sepulchro quodam inclusos asservant. Ex Cæl.

BIBLIOTHĒCA, æ. f. [βιβλιοθήκη] Festus; Bibliothecæ, & apud Græcos, & apud nos tam Librorum magnus per se numerus, quam Locus ipse in quo libri collocati sunt, appellantur. Cic. 7. Fam. 28. Abdo me in bibliothecam. Idem 13. Fam. 77. Dionysius servus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractavit, quum multos libros surripuisset, &c.

Bibliothecam inscripsit Diodorus historiam suam, teste Plin. in Præf. totius operis. V. DIODORUS.

Supplere bibliothecam. Cic. 3. Q. frat. 4. De bibliotheca tua supplenda, libris commutandis, Latinis comparandis, valde velim ista confici.

Assidere in bibliotheca. Cic. 2. de Divin. 8.

De celeberrimis per totum orbem quondam Bibliothecis conf. Lex. Pitisc.

BIBLIOTHECŬLA, æ. f. dimin. Symmach. 4. Epist. 18. Sume ephemeridem C. Cæsaris, decerptam bibliothecula meæ.

BIBLIOTHECĀLIS, e. ut, Bibliothecalis copia, apud Mart. Capell. lib. 4.

BIBLIOTHECĀRIUS, i. m. Qui bibliothecæ præest. Quod muneris Romani fere Grammaticis tribuebant. Ita Hyginus Palatinæ, Melissus in Octaviæ Porticu Bibliothecæ præfuit. V. Suet. de Clar. Gramm. cap. 20. 21. Ipsum tamen Bibliothecarii vocabulum videtur recentius, nec quantum constat ulli veterum usurpatum, nisi quod in Gloss. Isidor. Bibliothecarius sit, Qui codices secat; lege Servat. Tales veteribus dicebantur A bibliotheca alicujus, ut patet ex Inscriptionibus antiquis.

BIBLIS, ĭdis. V. BYBLIS.

BIBLOS, i. f. [βίβλος] Juncum significat, & codicem, quibus veteres in scribendo uti consueverant. Lucan. lib. 3. 222.

Nondum flumineas Memphis contexere biblos
Noverat. Hinc Græcis est Liber.

BIBLUS, [Βίβλος] Naxi insulæ fluvius, a quo nonnulli Biblinum vinum dictum putant. V. supra in dictione BIBLINA.

BĬBO, bibi, bibĭtum, [πίνω] ĕre. Verbum notæ significationis. Martial. lib. 11. 37.

Quincunces, & sex cyathos, bessemque bibamus:
Caius ut fiat Julius, & Proculus. Quincunces, i. e. Quinque cyathos: Bessem, h. e. Octo cyathos. Quinque enim sunt literæ in Caius, Sex in Julius, Octo in Proculus. Solebant autem in amicorum gratiam tot cyathos bibere, quot erant literæ in eorum nominibus. conf. Idem 1. 72.

Ad numerum bibere. Ovid. 3. Fast. 532.

Sole tamen vinoque calent, annosque precantur
Quot sumant cyathos: ad numerumque bibunt.
Invenies illic, qui Nestoris ebibat annos,
Quæ sit per calices facta Sibylla suos. Bibunt ad numerum: quia numerant quoties bibunt, ut numerum teneant. Nestoris ebibit annos, Qui toties bibit, quot annos vixit Nestor, nimirum trecentos. De longa Sibyllæ vita, vide suo loco. De more veterum bibendi certum Cyathorum numerum in Deorum honorem, conf. Lex. Pitisc. p. 274.

Ab octava bibere. i. e. Mature. Juven. 1. Sat. 49.

Exul ab octava Marius bibit. De valde securo.

Aquam turbidam & inquinatam bibere. Cic. 5. Tusc. 97.

Sitiens bibit. Cic. 5. Tusc. 99.

Arte bibere. Ovid. 2. de Arte Am. 506.

Bibere haustibus exiguis. Ovid. 3. Fast. 274.

A fonte Nilum bibere. Lucan. lib. 10. 40.

Gratius ex ipso fonte bibuntur aquæ. Ovid. 3. Pont. 5. 18. Propert. lib. 4. 4. 14.

Ex una aqua bibere. Propert. lib. 2. 20. 32.

In auro bibitur venenum. i. e. Poculis aureis. Sen. Thyest. 453.

Per obscœnitates bibere. Plin. in procem. lib. 33. In poculis libidines cælare juvit, ac per obscœnitates bibere. Huc pertinet illud apud Juven. 2. Sat. 95.

—— vitreo bibit ille Priapo.

Ab summo bibere, Quum magna lætitia convivium agitabatur, lege quadam convivali, siquis quid peteret, id ab summo omnibus dabatur: ut ab summo ad infimum usque vini cyathi in pocula certo numero dabantur. Plaut. Asin. 5. 2. 41.

Da puere ab summo: age, tu interibi ab infimo da suavium. Idem Men. 1. 1. 27.

Standum est in lecto, siquid de summo petas.

Bibere pro summo. Plaut. Stich. 5. 4. 38.

Nolo ego nos bibere pro summo, nulli relerimus postea. i. e. Nolo immani nos poculo & oppleto, quantumque quis ducere potest, bibere, ut facere solent interdum qui ita provocant & poscunt, quasi ultimum sint poturi, neque postea cadum aperturi, sed postrema invitatione usuri: sic enim plerumque fit ut subito exhauriatur totus vini cadus. Hæc Turnebus.

Pocula bibere. Tibull. lib. 1. 6. 14.

Gemma dixit Virg. pro Gemmeo poculo, 2. Georg. 506.

Ore tenero bibit puer lac. Ovid. 3. Amor. 10. 22.

Uvam. Hor. 1. Carm. 20. 10.

Cæcubum, & prælo domitam Caleno
Tu bibes uvam. i. e. Vinum expressum ab uvis.

Damnose. Hor. 2. Serm. 8. 34.

Nos nisi damnose bibimus, moriemur inulti. i. e. ita, ut damnum sentiat, qui convivium præbet. Schol. Cruq.

More Græco. Cic. 3. Verr. 66. Mature veniunt: discumbitur, fit sermo inter eos & invitatio, ut Græco more biberetur hospes hortatur: poscunt majoribus poculis: celebratur omnium sermone lætitiaque convivium.

Aut bibat, aut abeat. Cic. 5. Tusc. 118. Mihi quidem in vita servanda videtur illa lex, quæ in Græcorum conviviis obtinetur, Aut bibat, inquit, aut abeat. Et recte, aut enim fruatur aliquis pariter cum aliis voluptate potandi, aut ne sobrius in violentiam vinolentorum incidat, ante discedat. Hactenus Cicero. Hoc adagio (inquit Erasmus) monemur ut aut tempori locoque nos accommodemus: aut ab hominum consuetudine nos subducamus.

Bibe, si bibis. Plaut. Stich. 5. 4. 28.

Pagus bibit, per metonym. dictum ab Hor. 1. Epist. 18. 105. pro eo quod est, Pagani bibunt.

Bibere morsu dicuntur quædam aves. Plin. lib. 10. cap. 46. Porphyrio solus morsu bibit. Ibid. Bibunt aves suctu.

Bibere recte dicuntur ea omnia quæ haustus habent, ut animalia & terræ. Virg. 3. Ecl. 111.

Claudite jam rivos pueri, sat prata bibere. V. Cerda in loc. Verum auctoritate literata etiam arida aut sicca, & quibus haustus non sit, bibere positum invenimus. Virg. 11. Æn. 804.

Hasta sub exertam donec perlata papillam
Hæsit, virgineumque alte bibit acta cruorem. Nonius 6. 28.

Bibit aquas hortus sitiens. Ovid. 1. de Pont. 8. 60.

Bibunt violaria fontem irriguum. Virg. 4. Georg. 32.

Arcus ingens bibit. Virg. 1. Georg. 380. Irim intelligit, sive arcum cælestem, quem putat vulgus aquam e fluminibus ad se trahere.

Candorem bibere. Plin. lib. 13. cap. ult. De spongiis: i. e. Imbibere & contrahere candorem.

Lana colorem bibit. Plin. lib. 8. cap. 48.

Bibere colorem dicitur æs a Plin. lib. 34. cap. 9.

Amorem bibere. Virg. 1. Æn. 753.

Bibere novum ignem totis ossibus. Stat. 1. Achill. 303.

Bibere malum mœrorem. Plaut. Aul. 2. 3. 12. Gronov. Malum mœrore, vult.

Bibere mores maternos. Claud. de Nupt. Hon. 231.

Bibere nutricem, pro Sugere. Apul. 2. Milef. p. 115.

Sanguinem alicujus bibere. Cic. 11. Philipp. 10. Quid eum non sorbere animo, quid non sorbere cogitatione, cujus sanguinem non bibere censetis?

Bibere aure, pro Studiose audire. Hor. 2. Carm. 13. 32. Virg. Haurire auribus dixit, in 4. Æn. 359.

Suspensis auribus bibere. Propert. 3. 5. 8. V. SUSPENDO.

Bibere mandata, h. e. Præ nimio potu oblivisci quod mandatum fuerat, joco dixit Plaut. Pers. 2. 1. 3.

Bibisse satyrion. Petron. c. 8. Adeo ubique omnes mihi videbantur satyrion bibisse. Bibisse satyrion, pro Ad libidinem esse incitatum & inflammatum dicit e vi illius herbæ. Turnebus 19. 6.

Bibitur, imperf. Cic. 2. Philipp. 104. Ab hora tertia bibebatur, ludebatur, vomebatur.

Bibebatur, passive. Ovid. 15. Met. 334.

Nulla aconita bibuntur fictilibus. Juven. 10. Sat. 25.

Fons bibitur mihi. Ovid. 4. Pont. 2. 47.

Bibitur palus mista cum sale æquoreo. Ovid. 2. Pont. 7. 74.

Bibendum est. Hor. 1. Carm. 37. 1.

Mensura certa bibendi. Ovid. 1. de Arte Am. 589.

Bibendum dare aliquid alicui. Ovid. 4. Fast. 548.

Arbitrum bibendi ab Horatio illum dici credo, qui Græcis συμποσίαρχος, id est, compotationis & convivii princeps dicitur, 2. Carm. 7. 26.

—— quem Venus arbitrum
Dicet bibendi. conf. Lex. Pitisc. in ARBITER.

BIBENS, entis. Partic. Hor. 2. Epist. 2. 9.

Quin etiam canet indoctum, sed dulce bibenti. Martial. lib. 11. 7.
Possum nil ego sobrius, bibenti
Succurrent mihi quindecim poetæ.

BIBĬTUS, a, um. Partic. pass. ut, Bibitum vinum. Macer. 3. 6. 10. E vino bibitus. Plin. Val. 2. 18.

BIBER, infinitivus nominascens pro Bibere, nisi malis subst. n. ad formam Verber, &c. Charis. l. 1. p. 99. ex Fannio Catone & Titinnio, Date illi biber.

BIBAX, ācis. [πολυπότης] Gell. lib. 3. cap. 12. Bibendi avidum P. Nigidius in Commentariis grammaticis Bibacem & Bibosum dicit. Bibacem ego, ut edacem, a plerisque aliis dictum lego: Bibosum, dictum etiam nusquam reperi, nisi apud Laberium. Neque aliud est quod simili inclinatu dicatur. non enim simile est ut vinosus aut vitiosus, ceteraque quæ hoc modo dicuntur: quoniam a vocabulis, non a verbis inclinata sunt. Laber. in Mimo, lib. 1. qui Salinator inscriptus est, verbo hoc ita utitur,

Non mammosa, non annosa, non bibosa, non procax.

BIBĀCŬLUS, a, um. dimin. ut, Bibacula anus. Onomast. vet. Bibaculus, φιλοπότης. Est & nomen propr. de quo supra.

BIBACĬTAS, [πολυποσία] denom.

BIBESIA, V. supra s. l.

BIBĬLIS, e. Adj. Cæl. Aurel. Acut. 2. 4. Cibum dare varium & bibilem. i. e. Sorbilem.

BIBIBILIS, e. Idem. Gloss. Gr. Lat. πότιμον, bibibile. [Nisi vitium scripturæ est.

BIBITOR, ōris. m. Sidon. 1. Epist. 8. Bibitor Araricus.

BIBO, ōnis. Idem quod Bibax. Firmic. lib. 5. cap. 4. sub fin. Vitiosi erunt, epulones & bibones, & qui posthabita omni rei familiaris cura, nihil aliud affectent, nisi Epicureorum more, sine laboribus, in quiete & rerum ubertate vivere.

BIBIONES sunt, qui in vino nascuntur, inquit Isidor. 12. 8. ubi de variis muscarum generibus, adducitque Afranium. V. l.

BIBONIUS, i. m. Vet. Gloss. Bibonius, πολυπότης.

BIBOSUS, V. in BIBAX.

BIBŬLUS, [πότης] Adj. Qui facile sorbet. ut, Bibulus juncus. Plin. lib. 13. cap. 12.

Potores bibuli. Hor. 1. Epist. 18. 91.

Bibulus Falerni, i. e. Bibax Falerni. Hor. 1. Epist. 18. 91.

Alæ bibulæ. Ovid. 1. de Arte Am. 233. de Cupidine.

Arena bibula. Virg. 1. Georg. 114.

Aures bibulæ. Pers. 4. Sat. 50.

Charta

Charta bibula. Plin. lib. 8. Epiſt. 15.
Favilla bibula. Virg. 6. Æn. 227.
Lacunæ bibulæ, Quæ multum in ſe recipiunt aquæ. Stat. 4. Silv. 3. 54.
Lanæ bibulæ. Ovid. 6. Met. 9.
Lapis bibulus, pro Pumice, qui & Arenarius lapis dicitur. V. LAPIS.
Littus bibulum. Ovid. 17. Epiſt. 139.
Nubes bibulæ. Ovid. 14. Met. 368.
Ollæ bibulæ. Columel. lib. 12. cap. 43.
Papyrus bibula. Lucan. lib. 4. 136.
Radix bibula. Ovid. 14. Met. 632.
Veſtes bibulæ. Valer. 1. Argon. 289.

BIBULUS, etiam Cognomen fuit Calpurniorum. In quibus inprimis clarus M. Calpurnius Bibulus, qui Cæſaris in Conſulatu fuit collega, quo de Cic. Sueton. Dion. lib. 38. & Plutarch. in Cæſ. Quum autem in hoc Conſulatu Cæſar, neglecto collega, omnia ad ſuum arbitrium gereret, præbuit cauſſam ut urbanorum quiſpiam, teſte Tranquillo, hoc diſticho in Bibulum jocaretur,

Non Bibulo quicquam nuper, ſed Cæſare factum eſt:
Nam Bibulo fieri Conſule nil memini.

Hic bello Civili a Pompeio claſſi præfectus, ex multis laboribus morbo implicitus, ad Oricum mortuus eſt. Dio lib. 41. Cæſ. 3. Bell. Civil. 18. conf. Lex. Pitiſc.

BIBRACTE, [βίβρακτος vet. Interp.] Heduorum oppidum in Gallia, apud Cæſ. 1. Bell. Gall. 23. vulgo *Beaulne*.

BIBRAX, actis. [Βίβραξ] Oppidum Rhemorum. Cæſ. 2. Bell. Gall. 6.

BIBREVIS, e. Pes bibrevis, Pyrrichius, duas breves habens ſyllabas. Diomed. p. 471.

B I C

BICENSUS, BICEPS, BICHORDULUS, BICIRRIS, BICOLOR, BICOMIS, BICORNIS, BICORPOR, BICOXUM, BICUBITALIS. V. BIS.

BICE, is. Palus, ſeu lacus, Mæotidi paludi junctus. Ptol. Byce, Plin. Buges.

BICLINIUM, [δικλίνιον] Quintil. Inſt. Orat. 1. 5. Aut ex noſtro & peregrino, ut biclinium: aut contra, uti epitogium & Anticato. Plaut. Bacch. 4. 4. 69. & 102. V. Lipſ. Ant. Lect. 3. p. 144. Rhodig. 12. 6. Stuck. Ant. Conviv. 2. 14. Urſin. Append. ad Ciaccon. de Triclin. p. 208. Lex. Pitiſc.

BICURGIUM, [Βικούργιον] urbs Germaniæ Ptolemæo: hodie Erfordia, *Erffort*.

BICUS, [βῖκος] Vas eſt capacius, in quod vinum infunditur. Herodot. lib. 1. ſcribit, Bicos palmeos vino plenos Babylonem apportari ſolitos. Hujus etiam meminit Julius Pollux in Onomaſt. & Cæl. Antiq. lib. 28. cap. 6.

B I D

BIDELLI, Alciatus, Ego (inquit) & gymnaſiorum cuſtodes, quos vulgo Bidellos appellabamus, hoc nomine (epiſcopi) ſignificari poſſe arbitror: idque ex Lucilii poetæ epigrammatis, quæ Mercurium gymnaſiorum Epiſcopum dicunt. V. Alciat. lib. 7. Peri. cap. 22.

BIDENS, BIDENTAL. V. BIS.

BIDINI, Populi ſunt Siciliæ, Cetarinis & Cacyrinis vicini. Plin. lib. 3. cap. 8.

BIDUANUS, BIDUUM. V. BIS.

B I E

BIENDIUM, [Βιένδιον] Citerioris Hiſpaniæ portus eſt, apud Plin. lib. 4. in deſcriptione citerioris Hiſpaniæ.

BIENNIS, BIENNIUM. V. BIS.

BIENNIUS, Jovis nomen, a Bienno urbe Cretæ, ut Stephanus tradit, quam aliqui denominatam putant a Bienno, uno ex Curetibus: vel ab eo quod vis, quæ βία Græce dicitur, facta fuerit Marti inibi, ut ferunt, ab Otho & Ephialte Neptuni filiis.

B I F

BIFARIAM, BIFAX, BIFERUS, BIFESTUS, BIFIDUS, BIFORIS, BIFORMATUS, BIFORMIS, BIFRONS, BIFURCUS. V. BIS.

BIFUR, Pluſquam fur, ſive Qui bis in furto eſt deprehenſus.

B I G

BIGA, BIGÆ, BIGAMUS, BIGARIUS, BIGATUS. V. BIS.

BIGARGITANI, [Βιγαργιτανοί] Populi ſunt Hiſpaniæ, in tractu Tarraconenſi. V. Plin. lib. 3. cap. 3. Rectius ſcribitur Biſgargitani.

BIGEMMIS, BIGENER. V. BIS.

BIGERONES, vel BIGERRONES, Aquitaniæ populi ſunt, apud Cæſ. 3. Bell. Gall. 27. Tarbellis & Sontiatibus vicini. Berones ſunt qui legant, ſed corrupte. Bigerri, ſcribuntur in Paulini Epiſt. 1. ad Auſon. 143. ubi V. Scal. Auſ. Lect. 2. 7. p. 106. Hinc

BIGERRĬCUS, a, um. ut, Bigerricus turbo. Sidon. 8. Epiſt. 12.

BIGERRITANUS, a, um. Idem. Patria Bigerritana. Auſon. Epiſt. 11. extr.

BIGERRA, [Βίγερρα] Hiſpaniæ civitas Ptolemæo, cui vicina eſt Setabis urbs, lino tenuiſſimo nobilitata: unde ſudaria Setaba a Catullo commemorata. Vulgo *Bejar*.

BIGERRICA, æ. f. Veſtis nigra & craſſior, uti exponitur. Hanc nonnulli a Bigerronibus, dictam volunt; alii quaſi Bariegatam, ſeu variegatam. Sed proprie Bigerra eſt quaſi Bicerra, hoc eſt, ex utraque parte villoſa, ἀμφίμαλλος uti docuit Salmaſ. ad Capitol. p. 128. & ad Solin. 659. Cirra enim μαλλὸς ſeu villus eſt. Inde Hirſuta bigerrica, Fortunat. lib. 3. conf. Sulp. Sever. Dial. 2. de Virt. Martin.

BIGLA, Vectigalia. Buleng. Vectig. cap. 86.

BIGNÆ, Geminæ dicuntur, quia bis (Dac. binæ) una die natæ ſunt. Feſtus. pro Bigenæ contr. V. Scalig. ad l.

BIGRADUM, BIHORIUM, BIJUGUS, BILANX. V. BIS.

B I L

BILÆUS, [Βίλαιος] Fluvius Ponti eſt in finibus Paphlagoniæ, non procul ab Heraclea. V. Plin. lib. 6. cap. 1.

BILBILIS, [Βίλβιλις] Civitas eſt Hiſpaniæ Tarraconenſis ferri gloria nobilitata. Plin. lib. 34. cap. 14. Hæc alibi atque alibi utilior, nobilitavit loca gloria ferri, ſicut Bilbilin in Hiſpania & Turiaſſonem, Comum in Italia, quum ferraria metalla in his locis non ſint. A Martiale ſæpe memoratur. lib. 10. 104. & 12. 18. & 4. 55. Hinc

BILBILĬCUS, ſive BILBILITANUS, dicitur Martialis, a Patria ſua Bilbili.

BILBIO, īre. factum eſt a ſimilitudine ſonitus, qui fit in vaſe. Nævius, Bilbit amphora, inquit. Ex Feſto.

BILIA, Mulieris nomen. V. BILIUS.

BILIBRIS, BILINGUIS. V. BIS.

BILIS, is. [χολή] Cic. 1. Tuſc. 56. Nam ſanguinem, bilem, pituitam, oſſa, nervos &c. Plaut. Amph. 4. 2. ſuppoſ. 2. 41. Vetus eſt adagium, Fames & mora bilem in naſum conciunt.
Acri bile tumet. Perſ. 2. Sat. 14.
Atra bilis, dicitur Melancholia. Plaut. Amph. 2. 2. 95. Atra bili percita eſt. Ita quoque Flava bilis, Humor cholericus dicitur. V. ATER.
Difficilis bilis. Hor. 1. Carm. 13. 4. h. e. Implacabilis, inexorabilis. Porphyr. Acron.
Libera. Hor. Epod. 11. 43.
Mediocri bile ferre aliquid. Juven. 13. Sat. 143.
Redundante bile morbi naſcuntur. Cic. 4. Tuſc. 23. Quemadmodum quum ſanguis corruptus eſt, aut pituita redundat, aut bilis, in corpore morbi ægrotationesque naſcuntur: ſic pravarum opinionum conturbatio, &c.
Splendida bilis. Hor. 2. Serm. 3. 141. i. e. Quæ omnia in lucem profert: vel Splendida, Lucida; quia nemo poteſt iraſci ita, ut non appareat ejus iracundia. Acron. V. SPLENDIDUS.
Vitrea bilis turgeſcit. Perſ. 3. Sat. 8. Vitream appellat, i. e. Splendidam & claram, quæ ſe clariſſime e ſplendore prodit. Quidam tamen putant, Quæ ſtatim evaneſcit & frangitur, etſi emicat & ſplendet. Scio & apud medicos eſſe pituitam vitream, quam quis hic bilem a poeta vocari ſuſpicaretur: ſed id nimis longe petitum eſſet. [Diſtingue
— turgeſcit: Vitrea bilis Finditur. i. e. Vitri inſtar, dum inflatur, crepat.
Commota bile fervere. Perſ. 4. Sat. 6.
Effundere bilem. Juven. 5. Sat. 159.
Expellere helleboro. Hor. 2. Epiſt. 2. 137.
Inæſtuat bilis præcordiis. Hor. Epod. 11. 23.
Intumuit maſcula bilis. Perſ. 5. Sat. 144. Maſcula, i. e. Magna, valida, qualis maſculo ſexui convenit.
Movere alicui bilem. Martial. lib. 5. 26. Hor. 1. Epiſt. 19. 20.
Percitus atra bili. V. paulo ante, Atra bilis.
Purgare bilem. Hor. in Arte Poët. 302.
Reddere. Celſ. lib. 7. cap. 18. Nonnunquam ſtomachus quoque affectus, primum rufam bilem per os reddit, deinde viridem, quibusdam etiam nigram.
Subſtringere. V. SUBSTRINGO.
Superans bilis. Lucret. lib. 4. 668.
Tumet bile jecur. Hor. 1. Carm. 13. 4.
Urit bilis jecur. Hor. 1. Serm. 9. 66.

BILIŌSUS, [χολώδης] Adj. Ex bile conſtans, vel miſtum. Celſ. 2. 8. Aut lividum, aut bilioſum. Idem 2. 6. Sputum etiam bilioſum aut purulentum.

BILIUS, antiqua ſcriptura pro Duilius, vel Duillius. In Inſcr. columnæ Roſtratæ: C. BILIOS. M. F. V. Græv. Theſ. Ant. Tom. 4. p. 1942. F. & quæ ſupra v. DUELLUM ac DUELLIUS. [Ubi de Bilia quoque hujus uxore, niſi filia potius ejus fuit, alii nupta, & memoria falſus eſt Hieronymus. Porro ad Gentem Duelliam pertinere videtur Denarius M. BELLII PROC. nomine inſcriptus ap. Patin. in Fam. Rom.

BILIX, īcis. Adj. [δίμιτος] ut, Bilix lorica a Virgilio 12. Æn. 375. dicta, Quæ duo licia & fila in ſummitate haberet ad ornatum,

—— rumpitque infixa bilicem
Loricam.

Conf. TRILIX. & Voſſ. Etym. v. Licium.

BILLIS, apud Afros appellatur Semen humanum humi profuſum. Feſt.

BILUSTRIS, BILYCHNIS. V. BIS.

B I M

BIMARCUS, Nomen Satiræ Varronis fuit, in qua faſtum & arrogantiam ſtolidam & ineptam Romanorum inceſſebat, quod e Romano prænomine, quo ſibi placebant, duplicato indicatur, quaſi quis non ſemel, ſed bis Marcus ſit. [Scribitur & Bimargus & Vimarcus, Græce περὶ τρόπων. Una ex Satyris ejus Menippeis. Vox hybrida videtur ex Lat. Bis & Græco μωρός, quod Stultum denotat, q. d. Bis ſtultum. Sic & Marcopolis ac Margopolis promiſcue inſcribitur alius ex libris ejus Logiſtoricis.

BIMAMMIA, BIMANUBRIATUS, BIMARIS, BIMATER, BIMATUS, BIMEMBRIS, BIMENSIS, BIMESTRIS, BIMETER, BIMULUS, BIMUS. V. BIS.

B I N

BINARIUS, BINIONES, BINOCTIUM, BINOMINIS, BINOMIUS. V. BIS.

BINUS, V. Bini in BIS.

B I O

BIOCŌLYTÆ, [Βιοκωλύται] Officiales quidam a vi prohibenda vocabantur, quorum mentio fit in Novell. conſt. 8. & Novell. 145.

BION, [Βίων] Boryſthenites, Cratetis auditor, ad Cynicam prius ſectam tranſiit, ſumpto pallio & pera: deinde ad Theodorea inſtituta ſe convertit. Reliquit commentarios plures qui non extant. Apophthegmata item plura. Suidas. conf. Laert. l. 4. in ejus vita.
Bioneos ſermones proverbiali figura dictos eſſe ab Horatio, in Chiliadibus ſuis annotavit Eraſmus, ubi proverbium explicat, Dente Theonino rodi. Ait enim ex Acrone, Bionem philoſophum fuiſſe, qui mordaciſſimis dialogis laceraverit poetas, ſic, ut nec Homero parceret. Porphyrion autumat Ariſtophanis comici patrem fuiſſe. Verſus apud Hor. 2. Epiſt. 2. 60. ſunt iſti,

Carmine tu gaudes, hic delectatur Iambis,
Ille Bioneis ſermonibus, & ſale nigro.

Bion, etiam Poeta Græcus Smyrnæus, qui ſcripſit Idyllia.
Bion, Vini ſpecies. de quo Plin. 23. 1. & 14. 8. V. BIÆON.

BIŌNĒUS, a, um. Hor. V. in ſuperiore voce.

BIOTHANATOS, [βιοθάνατος] Violenter mortuus, ut eſt qui ferro, vel alia vi interficitur, & non ſua, id eſt naturali morte moritur, quæ naturaliter contingit: & Mors ipſa Biothanata dicitur, Quæ per vim infertur, de qua intellexit Virg. 4. Æn. 696. quum dixit,

Nam quia nec fato, merita nec morte peribat,
Sed miſera ante diem.

Scribit Lamprid. cap. 33. prædictum fuiſſe Heliogabalo, ipſum Biothanatum futurum. Julius Firmicus, Si Luna (inquit) applicuerit ſe Saturno, deficiens lumine, faciet matres biothanatas interire. Servius ait, biothanatorum animas non recipi in originem ſuam.

Biothanatus vitæ finis. Firmic. lib. 3. cap. 15.

BITHANATUS, Quod eſt Bis mortuus. Iſidor. 10. in B. An Biothanatus, qui eſt Vi mortuus.

B I P

BIPALIUM, BIPALMIS, BIPARTIO, BIPATENS. V. BIS.

BIPEDIMUI, Galliæ in Aquitania populi, de quibus vide Plin. lib. 4. cap. 19.

BIPENNIS, BIPENNELLA, BIPENNIFER, BIPES, BIPEDALIS, &c. V. BIS.

B I R

BIRACELLUM, Urbs Tuſcorum Ptolemæo, hodie Vicarellum.

BIREMIS, BIROTA. V. BIS.

BIRRETUM, i. n. Magiſtrorum & Doctorum in promotionibus inſigne. V. Saubert. prodrom. Philolog. Sacræ p. 46. Dufreſne Gloſſ. & Lex. Pitiſc. Henr. Steph. ad dict. ſq.

BIRRUS, [ἐφεστρὶς] Veſtis erat genus quoddam apud Romanos, quod ex Martiani libro quarto probat Cœlius Rhodig. lib. 16. cap. 10. Martianus: Birrus, inquit, & tunica nomen veſtis habent. V. Salmaſ. ad Tert. de Pall. p. 80. ſq. Idem & Caſaub. in Hiſtoriam Auguſtam, & Lex. Pitiſc.

Suid. βίῤῥον, ἱμάτιον ῥωμαϊκόν. Unde dixerunt Birretum de pileo, hodie *Barette*, ii, qui loquuntur *le Roman*. [Miror qui ab Epheſtride ad capitis tegumen tranſeat, niſi fortaſſis a colore nomen arceſſit. Iſid. 19. 24. extr. Birrus a Græco vocabulum trahit: illi enim birrum librum [lege Rubrum] dicunt. V. BURRUS.

B I S

BIS, Adv. numerandi, ſignificat id quod Græcis δὶς. Cic. de Amicit. Bis una Conſules. Idem de Orat. 153. tradit ex Duis per contractionem factum Bis; ſicut ex Duello, Bellum. Duis autem natum eſt a vocabulo Duo. V. Feſt. in Duis.

Bis anno abſumuntur umbræ. Plin. lib. 2. cap. 73.

Bis æſtas, biſque cucurrit hyems. Ovid. 6. Epiſt. 56. i. e. Duo abierunt anni.

Bis ad decies centum. Plin. lib. 4. cap. 12.

Bis bina. Cic. 2. de Nat. Deor. 48.

Bis centum anni, Ducenti. Ovid. 12. Met. 188.

Bis decies bibis. Martial. 1. 12.

Quum data ſint equiti bis quinque numiſmata, quare
Bis decies ſolus Sextiliane bibis?

Turnebo videtur hoc eſſe de ſportula accipiendum, cui decem nummi erogabantur, vel centum quadrantes. Quum igitur ſportulam decem nummûm unam Sextilianus accepiſſet, duas bibebat tamen potor profligatiſſimus, quum tantum vini exhauriret, quantum duarum ſportularum pretium æquabat.

Bis denæ naves. Virg. 1. Æn. 381.

Bis deni anni. Martial. 9. 78. Propert. 2. 9. 3.

Bis die pariunt. Plin. lib. 10. cap. 53.

Bis mille equi, Duo millia equorum. Hor. Epod. 9. 17.

Bis quinquagenis domus eſt tibi millibus empta. Martial. lib. 12. 67.

Bis quinque viri, Decemviri. Hor. 2. Epiſt. 1. 24.

Bis quinos ſilet ille dies. Virg. 2. Æn. 126.

Bis quina ſeſtertia. Martial. lib. 10. 75.

Bis quinus menſis, pro Bis quintus, h. e. Decimus. Ovid. 3. Faſt. 124.

Bis ſeni dies, Duodecim. Virg. 1. Ecl. 44. Stat. 12. Theb. 811.

O mihi biſſenos multum vigilata per annos.

Biſſenus labor, Duodecim labores. Sen. Agam. 9.

Bis ſepteni. Plin. lib. 8. cap. 36. Primis diebus bis ſeptenis tam gravi ſomno premuntur, ut ne vulneribus quidem excitari queant. De urſis loquitur.

Bis ſex locis thoraca petitum, dixit Virg. 11. Æn. 9.

Bis ſtulte facere. Ter. Hec. 3. 2. 8.

Bis tanto. Plaut. Merc. 2. 2. 26. Bis tanto valeo, quam valui prius.

Bis tantum, quantum. Virg. 6. Æn. 578.

——tum Tartarus ipſe
Bis patet in præceps tantum, tenditque ſub umbras,
Quantus ad ætherium cæli ſuſpectus Olympum.

Bis ter, i. e. Sex. Hor. Epod. 4. 8.

Bis, terque. Martial. lib. 4. 82. Bis, terque expertus fruſtra. Hor. in Arte Poet. 440.

Bis, terve. Hor. Epod. 5. 33.

Bis terni nati, Filii ſex. Sil. lib. 10. 93.

Falli bis. Cic. 8. Philipp. 12. In quo bis falleris: primum quod tuas rationes communibus anteponis: deinde, &c.

Bis gravidæ pecudes. Virg. 2. Georg. 150.

Bis improbus. Cic. 7. Verr. 59. Ita in una civitate bis improbus fuiſti, quum & remiſiſti quod non oportebat, & accepiſti quod non licebat.

Bis perire. Plaut. Trucul. 1. 1. 26. Bis periit amator, ab re atque animo ſimul.

Bis per omnes. Turneb. Proverbium Græcum, inquit, quod e fidium harmonia ſumptum eſt, δὶς διὰ πασῶν, Bis per omnes, ut Chordas ſubaudiamus. De his, quæ multum differunt. V. Chil. Er.

BICENSUS, a, um. Bis cenſum profeſſus: tribuitur Feſto. [Immo Duicenſus q. V. ſ. l.

BICEPS, ĭtis. [δικέφαλος] Adj. a Bis & Caput compoſitum; Quod habet duo capita. Plin. lib. 10. cap. 62. Serpentes coeunt complexu, adeo circunvolutæ ſibi, ut una exiſtimari biceps poſſit. Cic. 1. de Divin. 21. Et ſi puella nata biceps eſſet. Liv. 41. 21. Biceps natus puer.

Janus biceps. Ovid. 1. Faſt. 65.

Biceps, de rebus incorporeis. ut, Civitas biceps. Varro de Vita Pop. Rom. lib. 4. Iniquus equeſtri ordini judicia tradit, ac bicipitem civitatem fecit, diſcordiarum civilium fontem. Nonius, 6. 36.

Parnaſſus biceps, Ovid. 2. Met. 221. improprie dixit, pro Bijugo.

BICEPSOS, antique, aut potius corrupte, pro Biceps, apud Varr. L. L. 4. 8. Mons Biceps̃os, tricepſos, quadricepſos, &c. Sed notat Scaliger in Conject. ad h. l. p. 22. male ſic ſcriptum eſſe, cum ipſe Varro Primiceps dicat, non Primicepſos: ergo & Biceps, &c. V. Turneb. Adverſ. 20. 35.

BICHORDŬLUS, a, um. Apul. Apol. p. 154. Stew. Aureæ ulices, bichordulæ. conf. Elmenh. Emend. p. 337. extr.

BICIRRIS, e. ut, Veſtes bicirres, Quæ ab utraque parte cirros habent. δικρόσσοι, δικροσσοι. Gloſſ. Vet.

BICLINIUM, [δίκλινος] Locus ubi duo lecti ſunt. Plaut. Bacch. 4. 4. 69. & 102. V. Lex. Pitiſc.

BICŎLOR, ōris. g. o. [δίχρωος] Adj. Duorum colorum. Plin. lib. 10. cap. 52. Intus omne ovum volucrum bicolor.

Myrtus bicolor. Ovid. 10. Met. 98.

Bacca Minervæ. Ovid. 8. Met. 664.

BICOLORUS, a, um. formavit Vopiſc. Aurel. cap. 13. V. ibi Salmaſ.

BICŎMIS, e. ut, Equus bicomis. Veget. de Re Vet. 2. 11.

BICORNĬGER, Scil. Bacchus. Ovid. 13. Epiſt. 33.

Ut quas pampinea tetigiſſe Bicorniger haſta
Creditur, &c.

V. BACCHUS.

BICORNIS, e. [δίκερως] Quod habet duo cornua. ut, Bicorne ferramentum. Columel. lib. 10. cap. 15. Plin. lib. 11. cap. 46. cui Unicorne opponitur. Virgil. 1. Georg. 264.

Exacuunt alii vallos, furcaſque bicornes.

Duorum cornuum, Serv.

Caper bicornis. Ovid. 15. Met. 304.

Fauni. Ovid. 4. Epiſt. 49.

Furcæ bicornes. Virg. 1. Georg. 264.

Jugum. Stat. 1. Theb. 62. De Parnaſſo. conf. BICEPS.

Luna. Hor. in Carm. ſecul. 35.

Rhenus. Virg. 8. Æn. 727.

BICORPOR, ŏris. Adj. [δισώματος] Duorum corporum. Cic. 2. Tuſc. 22. Hæc bicorporem afflixit manum.

BICORPOREUS, a, um. Adj. Idem. Firmic. lib. 2. cap. 12. Gemini eſt ſignum in cælo maſculinum, commune, bicorporeum. Paulo poſt, Virgo eſt ſignum in cælo fœmininum, commune, bicorporeum.

BICOXUM, i. n. Gloſſ. Gr. Lat. Bicoxum, διμηρον. [Utramque coxam denotat, nec forma adject. dictum videtur.

BICUBITĀLIS, e. [διπηχυαῖος] Quod duorum eſt cubitorum, ut, Bicubitalis caulis. Plin. lib. 20. cap. 23. pr.

BICUBITUS, a, um. Idem. Herba ramulis tenuibus bicubitis. Apul. de Herb. cap. 72.

BIDENS, entis. f. [διοδὲς] Feſtus; Bidentes ſunt Oves duos dentes longiores ceteris habentes. Virg. 6. Æn. 39.

——totidem lectas de more bidentes.

Ubi Servius; Bidentes, Oves ſunt circa bimatum habentes duos dentes eminentiores, quæ erant aptæ ſacrificiis. V. Scalig. Caſtig. ad Feſtum. Nonius, Bidentes qui exiſtimant ob eam cauſam oves a Virgilio dictas, quod duos dentes habeant, peſſime ac vitioſe intelligunt. Nam nec duos dentes habent, & hoc quidem & genus monſtri eſt, & melius intelligi poteſt, ſi biennes dixerit, auctoritate Pomponii in Atellana, Mars, tibi voveo facturum, ſi unquam redierit, bidenti verre. Laberius Paupertate, Viſus hac nocte bidentes propter viam facere. Et Nigidius Figulus dicit bidental, quod binæ (al. Bimæ) pecudes immolentur. Hactenus ille. V. Gell. lib. 16. cap. 6. & Macrob. lib. 6. cap. ult.

Bidens, pro Ove. Ovid. 2. Faſt. 70.

Cædes bidentium. Hor. 3. Carm. 23. 14.

Intonſa bidens. Virg. 12. Æn. 170. i. e. Parva, aut (ut Servius interpretatur) Brevis.

Lanigeræ. Virg. 7. Æn. 93.

BIDENS, entis. m. [δίκελλα, σμίλη] Inſtrumentum foſſorium ruſticum, quod duos dentes habet. Juven. 3. Sat. 228.

Vive bidentis amans, & culti villicus horti.

Columel. lib. 4. cap. 14. Inſequitur deinde foſſor, qui crebris bidentibus æqualiter & minutim ſoli terga convertat.

Durus bidens. Virg. 2. Georg. 355. Ovid. 4. Faſt. 927.

Pace, bidens vomerque vigent. Tibul. 1. 10. 51.

Frangere glebam bidentibus. Virg. 2. Georg. 400.

Jactare bidentes. Virg. 2. Georg. 355.

Verſare ſolum bidente. Tibul. 2. 3. 6. Hinc

BIDENTATIO, ōnis. f. Gloſſ. Gr. Lat. σκαφητὸς, Foſſura, occatio, bidentatio.

BIDENTAL, [διοδοντεῖον] dicebant antiqui quoddam Templum, quod in eo bidentibus hoſtiis ſacrificaretur. Hæc Feſtus. Hor. in Arte Poet. 471.

——utrum
Minxerit in patrios cineres, an triſte bidental
Moverit inceſtus.

Hoc loco Janus Parrhaſius, Loca tacta fulmine, inquit, acri ſtudio procurabant majores noſtri: ſacerdotem adhibebant, colligebantque diſperſa fulminis veſtigia, terræque, ſacris rite peractis, conſtructa ara, cæſaque bidente, eum locum Bidental appellabant: quem violare piaculum erat.

Evitandum bidental. Perſ. 2. Sat. 27. conf. Quintil. Decl. 274. Lucan. 1. 606.

Bidentale fulgur, &

Bidentales ſacerdotes, V. in Lex. Pitiſc.

BIDUANUS. V. poſt dict. ſq.

BIDUUM, i. n. [δύο ἡμέραι] Spatium duorum dierum. Ter. Eun. 4. 2. 8.

Hem biduum hic manendum eſt ſoli ſine illa?

Illo biduo. Cic. 4. Verr. 64. Venerat ad eum illo biduo Letilius quidam, homo non alienus a literis.

Biduo menſem longiorem facere. Cic. 4. Verr.

Biduum ex menſe eximere. Cic. 4. Verr. 129.

Bidui aut tridui ſolicitudo. Ter. And. 2. 6. 9.

Bidui navigatio. Plin. lib. 6. cap. 28.

Bidui aberant caſtra. i. e. Duorum dierum ſpatio. Cic. 5. Att. 16.

Biduum continens, pro Perpetuum biduum. Suet. in Calig. cap. 19.

Per biduum. Cic. 2. de Orat. 96.

Propius quam tu biduum. Cic. 8. Att. 22. Propterea quod neque Romæ quicquam auditur novi, nec in his locis, quæ a Brunduſio abſunt propius, quam tu, biduum aut triduum.

BIDUANUS, a, um. Raban. Maur. de Inſt. Cler. 2. 26. Biduanus mos jejunii inde ſumptus, quod Apoſtoli jejunaverunt illo biduo, quo Dominus paſſus & ſepultus eſt.

BIENNIS, e. [διετὴς] Duorum annorum.

Vide Quotennis additum. Vide Annum & Triennis. H. St.

Bienne ſpatium. Plin. lib. 2. cap. 82. Utpote quum quidam annuo & bienni ſpatio duraverint.

BIENNIUM, i. n. [διετία] Spatium duorum annorum. Cic. 5. Philipp. 7. Tribuni pleb. tulerunt de provinciis contra acta Cæſaris, ille biennii, iſte ſexennii. Quintil. 1. 12. de Pueris, Intra biennium, quam verba recte formare potuerunt, quamvis nullo inſtante, omnia fere loquuntur.

BIFARIAM, [διχῶς] Adv. in duas partes, aut Duobus modis. Cic. 3. Tuſc. 24. Bifariam quatuor perturbationes æqualiter diſtributæ ſunt. Nam duæ, &c. Varr. 2. de R. R. 4. Natura diviſus earum annus bifariam, quod bis parit in anno, quaternis menſibus fert ventrem, binis nutricat.

BIFARIUS, a, um. Duplex, in utramque partem aptus. Apul. 3. Dogm. Plat. pag. 39. Bifaria ſit ſublata illatio. Ammian. 18. 8. Ratione bifaria. Commodian. Inſtruct. 24. Quid in Synagoga decurris ad bifarios.

BĬFAX, vel DIFAX, Habens duas facies. Gloſſ. Lat. Gr. Bifax, difax, διπρόσωπος. V. Meurſ. Exerc. 2. 4. 15.

BĬFER, a, um. [δίφορος, δίκαρπος] Adj. ut, Bifera arbor, Quæ bis in anno fert fructum. Plin. lib. 13. cap. 22.
Biferæ ficus. Columel. lib. 5. cap. 10. Quod etiam de fructu dixit Suet. Aug. cap. 76. Caſeum bubulum & ficos virides biferas maxime appetebat. V. ibi Torrent.
Biferi Pæſti roſaria. Virg. 4. Georg. 117.

Forſitan & pingues hortos quæ cura colendi
Ornaret, canerem: biferique roſaria Pæſti.

Quod uno anno bis illic naſcerentur roſæ, ut docet Servius.
Ibi nam in foro ſpectantem me ſcitulas puellas cum biferis quaſillis. Pontan. 162. H. St.

BĬFESTUS, a, um. Prudent. paſſ. Petr. & Paul. extr.

Diem biſeſtum ſic colas memento.

BĬFĬDUS, [δίχηλος] Adj. Quod in duas partes fiſſum eſt. Plin. lib. 11. cap. 37. Lacertis bifida & piloſa lingua.
Bifidi pedes. Ovid. 14. Met. 303.

Quo magis illa canit, magis hoc tellure levati
Erigimur, ſetæque cadunt, bifidoſque relinquit
Rima pedes.

Bifidum iter. Valer. 1. Argon. 570.
Bifidæ ridicæ. Columel. 4. ult.

BĬFIDĀTUS, Adj. [διχηλωτὸς] Idem Plin. lib. 13. cap. 4. Folia cultrato mucrone, lateribus in ſeſe bifidatis, bellas primum demonſtravere gemmas. De palmis loquitur.

BĬFISSUS, a, um. Idem. Solin. cap. 51. Bifiſſæ ungulæ.

BĬFŎRIS, e. [δίθυρος] Duplices januas habens.
Bifores feneſtræ. Ovid. 3. de Pont. 3. 5.

Nox erat, & bifores intrabat Luna feneſtras,
Menſe fere medio quanta nitere ſolet.

Valvæ. Ovid. 2. Met. 4.
Biforis cantus. Virg. 9. Æn. 618.

—— ubi aſſuetis biforem dat tibia cantum.

Ubi Serv. Biſonum, imparem. Et ſervavit eis tibiarum ſuarum ordinem. Tibiæ aut Serranæ dicuntur, quæ ſunt pares, & æquales habent cavernas; aut Phrygiæ, quæ & impares ſunt & inæquales habent cavernas. Ergo biforem, diſſimilem, diſſonum; non enim ſunt pari modulatione compoſitæ.

BĬFŎRUS, a, um. Idem. Vitruv. 4. 6. Forium ornamenta non fiunt ceroſtrata, neque bifora, ſed valvata. V. Salmaſ. in Solin. p. 651.

BĬFORMIS, e. [δίμορφος] Quod duas formas habet. Columel. lib. 10. 428.

Inter laſcivos Satyros, Panaſque biformes.

Quo loco quidam legunt Bicornes.
Biformis natura Centaurorum. Claud. 1. in Ruff. 329.
Janus. Ovid. 5. Faſt. 98.
Monſtrum. Ovid. 8. Met. 156. de Minotauro loquitur.
Populus biformis. Centauri. Ovid. 2. Amor. 12. 19.

BĬFORMĀTUS, Adj. [διμορφωτὸς] Cic. 2. Tuſc. 20.

—— non biformato impetu
Centaurus ictus corpori infixit meo.

BĬFRONS, ontis. [διμέτωπος] Adj. Quod geminam frontem ac faciem habet. Virg. 12. Æn. 198.

Latonæque genus duplex, Janumque bifrontem.

Idem 7. 180.

BĬFURCUS, Adj. [δίκροος] Geminas furcas habens. ut, Bifurcum ferramentum. Columel. lib. 3. cap. 18. Bifurci ramuſculi. Idem lib. 4. cap. 11.

BĪGA, æ; & BIGÆ, arum. f. [συνωρὶς, ζεῦγος] Currus duorum equorum jugo actus. Virg. 5. Æn. 721.

Et nox atra polum bigis ſubvecta tenebat.

Budæus; Bigæ, trigæ, quadrigæ, ad curule certamen & ſacra certamina pertinebant. His enim verbis non tam vehiculum, quam equi bijuges, trijuges, quadrijuges ſignificantur.
Bigæ, trigæ, quaſi Biagæ, Triagæ, Deſp. Eſſet, ut Cogito, pro Coagito. H. St.
Anhelantes bigæ. Stat. 6. Theb. 688.
Citæ bigæ. Catul. 53. 26.
Cornutæ. Varro Serrano, ap. Non. v. Rurant. Dum in agro ſtudioſius ruror, aſpicio Triptolemum ſculpineatum bigas ſequi cornutas. Bigas cornutas hic intelligit Turnebus jlocalariter dici Boves duos aratores, quos ad aratrum junxerat Triptolemus, qui frumenti ſementem mortales edocuit. Adv. 15. 4.
Lunares, Quibus Luna vehitur. Stat. 12. Theb. 297.
Nocturnæ, Lunæ. Sen. in Hippol. 3.
Olorina, Veneris. Stat. 3. Silv. 4. 46.
Rorifera, Auroræ. Stat. 1. Theb. 338.
Roſeæ bigæ, Auroræ. Virg. 7. Æn. 26. De Aurora.
Soporiferæ bigæ, Dianæ. Valer. 2. Argon. 295.
Agitare bigas. Lucan. lib. 1. 78.
Raptari bigis. Virg. 2. Æn. 272.
Remeant bigæ. Sen. in Agam. 9.
De Bigarum inventione, V. Lex. Pitiſc.

BĪGĀRIUS, i. m. Ductor bigæ. Cippus marmoreus Aurigæ pueri, Romæ in templo Gregorii in monte Cœlio,

FLORVS EGO HIC IACEO
BIGARIVS INFANS QVI CITO
DVM CVPIO CVRRVS CITO
DECIDI AD V...

Ferret. Muſ. Lapid. 4. Memor. 23. conf. Arnob. 2. ...

BIGĀTUS, Adj. ut, Argentum bigatum, Nummus, qui bigas impreſſas habet. Et Plin. lib. 33. cap. 3. Nota argenti fuere bigæ atque quadrigæ: & inde bigati, quadrigatique dicti
Bigati, ſubſt. ubi ſubauditur aliud ſubſtantivum, Nummi. Liv. 23. 5. Lætoque juveni promiſſis, equum eximium dono dat, bigatoſque quingentos Quæſtorem numerare jubet. V. Alex. ab Alex. 4. 24. Et Berneg. ad Tacit. Germ. qu. 19. & Lex. Pitiſci in Nummus.

BIGĂMUS, [δίγαμος] Qui duxit duas uxores. Inde Bigamia, Ipſa conditio. Perott. Pro vocibus hybridis habentur.

BIGEMMIS, dicitur Vitis quæ habet duas gemmas. Columel. lib. 5. cap. 5. Pro materiis longioribus pollices quaternûm aut quinûm gemmarum relinquuntur: pro cuſtodibus autem bigemmes reſeces fiunt.

BIGĔNER, is. g. o. vel BIGĔNĔRIS, e. [διγενής] Feſtus, Bigenera animalia dicuntur ex diverſo genere nata, ut leopardalis ex leone & panthera, cicur ſus ex apro & ſcrofa domeſtica, mulus ex equa & aſino. Varro lib. 2. de R. R. cap. 8. Nam muli & hinni bigeneres atque inſititii, non ſuopte genere ab radicibus, ex equa enim & aſino fit mulus: contra ex equo & aſina hinnus. Aliter Bigeneri.

BIGRADUM, i. n. Gloſſ. Gr. Lat. δίβαθμον, bigradum.

BIHORIUM, i. n. Tempus duarum horarum. Auſon. Moſell. 87. &c.

BĬJŬGUS, a, um, & BIJŬGIS, e. [δίζυγος] Adj. Bijuges equi dicuntur, quod bini ad unum jugum alligati ſint. Martial. lib. 1. 13.

Geſtatus bijugis regulus eſſet equis.

Albi bijugi. Virg. 10. Æn. 587. de Leucago.
Certamen. Virg. 5. Æn. 144.
Curriculum. Suet. Calig. cap. 19.
Currus. Sil. lib. 2. 82.
Faſces bijuges. Claud. Conſ. Prob. & Olyb. 233.
Leones bijugi. Lucret. lib. 2. 601. De curru Cybeles.
Lynces. Ovid. 4. Met. 24. Hi trahunt currum Bacchi.
Plauſtrum. Auſon. Epiſt. 11. ſub fin.
Serpentes. Valer. 7. Argon. 218.
Temo. Stat. 2. Theb. 723.
Bijugi, interdum ſubſtantive pro ipſis Curribus capiuntur. Virg. 10. Æn. 453.

Deſiliit Turnus bijugis, pedes apparat ire
Cominus.

BILANX, ancis. f. [ζυγὸς] Inſtrumentum quo res cum lancibus ponderantur. Libra alio nomine dicitur. Perottus.
Utitur Pontanus. Illud uſu venit, quod in bilancibus, quarum altera, quo propendeat, eo trahit, præcipitatque ſecum alteram. de Prudentia 289. H. St. fol. 155. Aldi.
Ut Adj. Mart. Capell. 2. p. 42. Sine bilance libra.
De bilance V. Savot. de Numm. Ant. 3. 31. vel Lex. Pitiſc.

BĬLĪBRA, æ. [δίλιτρον] Duarum librarum pondus. Liv. 4. 15. Sp. Mælium, cui tribunatus plebis magis optandus quam ſperandus fuerit, frumentarium divitem, bilibra farris ſperaſſe libertatem ſe civium ſuorum emiſſe. conf. Gronov. in loc. qui legit Bilibris plur. quaſi Binis libris.

BĬLĪBRĀLIS, e. Gloſſ. Cyril. Bilibralis, διλιτριαῖος.

BĬLĪBRIS, e. Adj. [δίλιτρος] Duarum librarum. Martial. lib. 11. 50.

Nunc ut emam grandem lupum, mullumve bilibrem.

Plin. lib. 18. cap. 11. Ex aqua hordeoque bilibres offæ.
Cornu bilibre. Hor. 2. Serm. 2. 61. Vas duas libras olei continens. conf. Lex. Pitiſc.

BĬLINGUIS, e. [δίγλωσσος] Feſtus, Bilingues Brutaces Ennius dixit, quod Brutii & Oſce & Græce loqui ſoliti ſint. Sunt autem Italiæ populi vicini Lucanis. Al. Brutates vel Brutiates, vel Bruttiates. V. Scalig. & Dacer. ad loc.
Bilinguis Canuſinus, Qui loquitur duas linguas. Hor. 1. Serm. 10. 30.

Quum Pedius cauſas exudet Publicola, atque
Corvinus, patriis intermiſcere petita
Verba foris malis, Canuſini more bilinguis?

Canuſinum ideo bilinguem vocat, quia & Græci & Latini apud Canuſium urbem Italiæ non procul a mari ſitam, & a Diomede conditam, habitant, utroque ſermone utentes, Latino & Græco. Ex Acrone. Curt. lib. 7. 5. 29. De Branchidis, Mores patrii nondum exoleverant: ſed jam bilingues erant, paulatim a domeſtico externoque ſermone degeneres. conf. Snakenb. & Freinsh. Ind. ad Curt. & Drakenb. ad Sil. 16. 157.
Bilinguis, Tranſl. Fallax. Virg. 1. Æn. 665.

Quippe domum timet ambiguam, Tyrioſque bilingues.

Ubi Servius; Bilingues, Fallaces: nec enim ad linguam retulit, ſed ad mentem.
Animi bilingues. Firmic. lib. 1. cap. 1. Nec Afrorum malitioſa commenta, & bilingues animos, ſalutare Jovis ſidus impediet.
Bilingues inſidiæ. Claud. de Bell. Gild. 284.

BĬLUSTRIS, e. [δεκαετὴς] ut, Bellum biluſtre, Quod duo luſtra, id eſt decem annos duravit. Ovid. 2. Amor. 12. 9.

BĬLYCHNIS, e. Duos lychnos habens. Petron. cap. 30. Lucerna bilychnis de camera pendebat.

BĬMĂNŪBRĬĀTUS, a, um. Scalprum bimanubriatum.

BĬMĂRIS, e. Adj. [διθάλασσος] Quod eſt inter duo maria. ut, Corinthus bimaris. Hor. 1. Carm. 7. 2.
Iſthmus bimaris. Ovid. 6. Met. 419.

BĬMĀTER, tris. Adj. [διμήτωρ] Qui duas habet matres. Sic Ovid. Bacchum vocat, quoniam ille bis natus dicebatur, primo quidem ex Semele. Sed quum partus ille crudus & præmaturus eſſet, Jupiter aſſutum femori ſuo, & ad juſtum puerperii tempus conſervatum, rurſum edidit. Ovid. 4. Met. 12.

Ignigenamque, ſatumque iterum, ſolumque bimatrem.

BĬMĀTUS, V. BIMUS.

BĬMEMBRIS, e. [δίκωλος] Quod gemina habet membra. ut, Forma bimembris. Ovid. 9. Epiſt. 99.

Et male confiſum pedibus, formaque bimembri.

Centauri bimembres. Sil. 3. 41.
Bimembres, ſubſtantive, pro Centauris. Stat. 12. Theb. 554.

—Offæi

— Offæi bello cecidere Bimembres. Offæi, Offam incolentes montem. Virg. 8. Æn. 293. de Centauris Ixione & nube procreatis:

— tu nubigenas, invicte, Bimembres,
Hylæumque, Pholumque manu, tu Creſſia mactas
Prodigia. Herculem alloquens. Ovid. 15. Met. 283.
— — illic lavere Bimembres
Vulnera, clavigeri quæ fecerat Herculis arcus.

Bimensis, is. [ἡ δίμηνος] Tempus duorum menſium. Liv. lib. 45. 15. Et ad opera quæ locaſſent probanda; anni & bimenſis tempus prorogaretur.

Bimenstruus, a, um. Idem quod ſeq. Gloſſ. Cyrill. Bimenſtruus, διμηνιαῖος.

Bimestris, e. [διμηνιαῖος] Quod eſt bimenſis, vel duorum menſium. ut, Bimeſtre ſtipendium. Liv. 9. Plin. lib. 18. cap. 7. Eſt & bimeſtre frumentum.
Conſulatus bimeſtris. Cic. 10. Fam. 24. Quæ mens eum, aut quorum conſilia a tanta gloria, ſibi vero etiam neceſſaria ac ſalutari avocarit, & ad cogitationem Conſulatus bimeſtris ſummo cum terrore hominum, & inſulſa cum efflagitatione tranſtulerit, exputare non poſſum.
Porcus bimeſtris. Hor. 3. Carm. 17. 15.

Bimeter, a, um. Duobus metris conſtans. ut, Literæ bimetræ. Sidon. 9. Epiſt. 15. Arte bimetra. Idem 9. 13. conf. dimeter.

Bimus, Adj. [διετής] Duorum annorum. ut, Bimæ nuces. Cato cap. 17. Varro 2. de R. R. cap. 5. Habeo tauros totidem quot Atticus, ad matrices lxx. duo, unum anniculum, alterum bimum.
Bima dies, Tempus biennii præſtitutum. Valla lib. 4. cap. 80.
Merum bimum. Hor. 1. Carm. 19. 15.
Anniculum, bimum, trimum. Plin. lib. 18. cap. 24. Semen optimum anniculum, bimum deterius, trimum peſſimum, ultra ſterile.
Bima ſententia. Cic. 3. Fam. 8. De hac quoque ſententia bima decedat. i. e. Qua cenſuit ut per duos annos remanerem in provincia. V. Heinſ. ad Ovid. 4. de Pont. 9. 64.
Legio bima. Cic. 10. Fam. 24. In caſtris Bruti una veterana legio: altera bima: octo, tironum.

Bimŭlus, [διετίδιος] Adj. ejusd. dimin. Tranquillus, Calig. 8. Quo prope bimulus demum perductus ab urbe ſit. Catul. 17. 12.
— nec ſapit pueri inſtar Bimuli.

Bimatus, ûs. m. [διετία] Spatium ſive ætas duorum annorum. (ut Trimatus, Quimatus. H. St.) Varr. 2. de R. R. 5. Caſtrare non oportet ante bimatum. Plin. lib. 9. cap. 30. Neque his bimatu longior vita. De loligine loquitur. conf. Macrob. 2. Saturn. 5.

Binarius, Binio. V. poſt binius.

Binoctium, i. n. Spatium duarum noctium. Tacit. 3. Ann. 71. 4. Ut plus quam binoctium abeſſet. conf. Ammian. 30. 2.

Binomius, [διώνυμος] Cui geminum nomen: ut, Numa Pompilius, Tullus Hoſtilius. Feſtus. Sic & in Vet. Gloſſ. Scalig. Binominis legit.

Binomĭnis, e. [διώνυμος] Idem. Ovid. 14. Met. 609.
Inde ſub Aſcanii ditione binominis Alba,
Resque Latina fuit. Hic Aſcanius, vocabatur & Iulus.
Irus binominis. Ovid. in Ibin, 417. Nam ante Arneus dictus.
Iſter binominis. Ovid. 1. de Pont. 8. 11. Dicitur enim & Danubius.

Binus, a, um. pl. Bini, æ, a. [σύνδυο] Adj. numerale diſtrib. Idem ſignificat quod Duo. Siſenna lib. 3. Ad binûm millium numero, fauciis utrinque factis. Hæc Nonius. Plin. lib. 12. Ergo in utraque gente bina laudavi genera, terrenum & factitium. Idem lib. 7. cap. 16. Bini cubiti. Bini, ſignificat Singulis duo. ut, Creabantur olim bini Conſules. i. e. Per ſingulos annos duo. Ex Valla lib. 3. Ter. Phorm. 5. 3. 6. Nam ex his prædiis talenta argenti bina ſtatim capiebat. Scil. Annua.
Binis annis convertuntur. Plin. lib. 2. cap. 8.
Terna, bina, ſingula verba. Cic. 3. de Orat. 196.
Aeres bini legimus apud Lucret. lib. 4. 292.
Illis quæ reddunt ſpeculorum ex æquore viſum,
Aeribus binis.
Amicas binas habere. Ovid. Rem. Amor. 441.
Aures binæ. Virg. 1. Georg. 172.
Capita bina boum. Virg. 5. Æn. 61.
Caſtra. Cic. 12. Philipp. 27. Inter bina caſtra cum Vectio collocutus eſt. Val. Max. 1. 6. 2.
Cenſores binos in ſingulas civitates deſcribebat. Cic. 4. Verr. 133.
Centeſimis binis fœnerari. Cic. 5. Verr. 165.
Corpus binum. Lucret. lib. 5. 877.
Sed neque Centauri fuerant, neque tempore in ullo
Eſſe queunt duplici natura, & corpore bino.
Damna. Ovid. 3. Triſt. 8. 34.
Facies. Virg. 4. Georg. 95.
Fœtus binos alit ubere. Virg. 3. Ecl. 30.
Freta bina. Ovid. 6. Faſt. 495.
Et ſpatio contracta brevi, freta bina repellit,
Unaque pulſatur terra duabus aquis.
Gladiatores binos ſingulis patribus familiarum diſtribuit. Cic. 7. Att. 14.
Honor binus. Ovid. 4. de Pont. 9. 64. Sic vocat duplicem Conſulatum. Heinſ. Bimus.
Juga. Ovid. 12. Met. 432.
Codice qui miſſo, quem vix juga bina moverent
Juncta, Phonoleniden a ſummo vertice fregit.
Literas binas a te accepi. Cic. 6. Att. 1.
Oratores bini. Cic. in Bruto 333. Nonne cernimus, vix ſingulis ætatibus binos oratores laudabiles conſtitiſſe?
Ludi bini. Cic. 4. Verr. 130. Hoc ſi Romæ fieri poſſet, certe aliqua ratione expugnaſſet iſte, ut dies xlv. inter binos ludos tollerentur, per quos ſolos judicium fieri poſſet.
Lumina bina lucernarum. Lucret. lib. 4. 452.
Paria bina. Jabolenus in l. Qui concubinam. D. de leg. 3. Qui quatuor pocula oleagina habebat; ita legavit: Pocula oleagina duo paria. Reſpondi, unum par legatum eſſe: quia non ita eſſet, Bina paria: neque ita, Poculorum paria duo. [Hic τὸ Paria adjective ſumſit JCtus.
Reges bini. Nep. 23. 7. 4.
Sponſalia bina conſtituere, eſt Unam duobus ſpondere, ut utriusque ſit uxor, & ſic, quod vulgo dici ſolet, Una filia duos generos facere. l. Quid ergo ſi non. §. Si quis alieno nomine. D. de his qui notant. infam.

Supellex bina. Lucret. lib. 4. 453.
Tabellarios per binos miſi Romam literas Cic. 6. Att. 1.
Tabellariis binis & tibi & Octavi ino ſcripſi. Cic. 10. Fam. 33.
Bina die ſiccant ovis ubera. Virg. 2. Ecl. 42.
In bina findere. Lucret lib. 1. 534.
Bini, nonnunquam Rem indicat Veneream. Cic. 9. Fam. 22 Quum loquimur terni: nihil flagitii dicimus. At quum bini, obſcœnum eſt. Græcis quidem, inquies &c. Hæc Cic. Siquidem βινεῖν apud Græcos coire ſignificat. [V. Suid.] Hinc clariſſime apparet inter β Græcum & b Latinum, nullum olim fuiſſe diſcrimen in pronuntiando, quale nunc eſt, ut quidem vulgo pronuntiatur. Notabis præterea in illo altero Bini Ciceronis, eſſe acutum in priore: in altero vero eſſe circumflexum in poſteriore, Bini.

Binarius, a, um. ut, Binariæ formæ, i. e. Nummi binis aureis valentes. Lamprid. Alex. Sever. cap. 39.

Binio, ōnis. Aureus majoris formæ, duplicisque æſtimationis. Egeſipp. lib. 5. Excidii Hieroſol. Egeſſerant aliqui biniones aureos, quos abſorbuerant quum adornarent fugam. In lexico quoque S. Germani invenio Biniones διπλόμμια καὶ διναρια explicari. Turnebus.

Bipalium, i. n. [δίκελλα] Inſtrumentum quo terra foditur, quaſi Bina pala. Columel. 3. 5. Ager bipalio ſubigi debet. conf. Cat. de R. R. cap. 6. & cap. 45. Plin. 16. 36. & Liv. 3.

Bipalmis, e. [δίδωρον] Duorum palmorum. Varro 3. de R. R. cap. 7. Intus ternorum palmorum ex omnibus partibus ſub ordines ſingulos tabulæ fixæ, ut ſint bipalmes, quo utantur veſtibulo, ac prodeant. Liv. 42. 65.

Bipalmus, a, um. Idem. Apul. de Herb. cap. 7.

Bipartior, ſive Bipertior, [διχομερίζω] iri. In duas partes divido. Columel. lib. 11. cap. 2. xi. Cal. Maias ver bipartitur, pluvia, & nonnunquam grando. Cic. 3. Catil. 5.

Bipartītus, a, um. Partic. In duas partes diviſus, ut,
Genus bipartitum. Cic. Topic. 85.
Hiems bipartita. Columel. lib. 3. 2.
Melos bipartitum. Cato apud Non. 2. 10.

Bipartīto, ſive Bipertīto, [διχῶς] Adv. Cic. 2. de Invent. Id fit bipartito. i. e. Duobus modis. Cæſ. 1. Bell. Gall. 25. Romani converſa ſigna bipertito intulerunt. h. e. Duobus locis. conf. Ovid. Rem. Amor. 443.

Bipătens, Adj. [διανοικτος] ut, Bipatentes portæ, pro Geminis. Virg. 2. Æn. 330.
— portis alii bipatentibus adſunt. Idem etiam Bipatentia tecta dixit, pro Aperta, 10. Æn. 5.
Conſidunt tectis bipatentibus. Ubi Servius ait, ſermonem eſſe Ennianum, tractum ab oſtiis quæ ab utraque parte aperiuntur. Bipatentibus, Apertis.

Bipĕda, æ. Duorum pedum lapis, aut ſimile quid. Pallad. 1. 40. Aream bipedis ſternis. Et paulo poſt, Bipedas conſtitues ferreis ancoris colligatas. conf. Idem 6. 11.

Bipedālis, e. [διποδιαῖος] Quod habet menſuram duorum pedum. Cæſ. 4. Bell. Gall. 17. Inſuper bipedalibus trabibus immiſſis.
Bipedalis latitudo. Columel. lib. 8. cap. 3.
Bipedali hiatu aperiri. Plin. lib. 16. cap. 12.
Bipedalis moduli homines, pro Tenuibus & humilis fortunæ homunculis dixit Hor. teſte Eraſmo, lib. 2. Serm. 3. 309.
Vetus Inſcriptio apud Fabrett. p. 500. C. AQVILI APRILIS EX PEDICA ET BIPEDALE DOLIA. Ubi Fabrettus: Bipedale opus, ſunt Lateres ipſi bipedalis exactæ menſuræ.

Bipedaneus, aliud Adj. Idem ſignificans: ut Bipedanea altitudo. Columel. lib. 4. cap. 1. Quippe ſeminibus vineaticis nimium me profundos cenſuiſſe fieri ſcrobes adjecto dodrante ſuper altitudinem bipedaneam, quam, &c.
Latitudo bipedanea. Columel. lib. 11. cap. 2.
Paſtinatus bipedaneus. Plin. lib. 17. cap. 20. V. Lex. Pitiſc.

Bipedānus, Adj. Idem. Columel. lib. 2. cap. 2. Frumentis autem ſat erit, ſi æque bona ſuberit bipedana humus: arboribus altitudo quatuor pedum abunde eſt. al. Bipedanea.

Bipennis, e. [δίπτερος] Quod duabus pennis volat. Plin. lib. 11. cap. 28. Nullum, cui telum in ore, pluribus quam binis advolat pennis. Illis enim ultionis cauſa datum eſt, his aviditatis. Nullis eorum pennæ reviviſcunt avulſæ. Nullum cui aculeus in alvo, bipenne eſt. Quibuſdam pennarum tutelæ cruſta ſupervenit, ut ſcarabeis. conf. Priſcian. lib. 5. p. 652. & Iſidor. 19. 19.
Ferrum bipenne. Virg. 11. Æn. 135. V. dict. ſeq.

Bipennis, is. f. [πέλεκυς] Securis quæ utrinque aciem habet: a Pinna derivatum nomen, quod Acutum veteres dicebant. V. Voſſ. Etym. p. 71. Plin. lib. 8. cap. 8. Ita pendens alterum poplitem dextra cædit: ac præacuta bipenni hoc crure tardato profugiens, alterius poplitis nervos ferit. Adjectivum eſt & ſubauditur ſecuris, quod addit Varro Parmen. apud Non. 11. 82. Ferens ferream humero bipennem ſecurim. V. Lex. Pitiſc. conf. Quintil. 1. 4. p. 42. ibique not. Drakenb. ad Sil. 16. 264. Virg. 2. Æn. 479.
— correpta dura bipenni Limina perrumpit.
Cælata argento. Virg. 5. Æn. 307.
Crebris bipennibus inſtant. Virg. 2. Æn. 627.
Duræ bipennes. Hor. 4. Carm. 4. 57.
Perrumpit limina bipenni. Virg. 2. Æn. 479. De Pyrrho.
Sævam inhibere bipennem. Ovid. 8. Met. 766.
Tonſa bipennibus ilex. Hor. 4. Carm. 4. 57.
Valida bipennis. Virg. 11. Æn. 651.

Bipennĭfer, [πελεκυφόρος] Adj. Bipennem ferens. Ovid. 8. Met. 391.
Ecce furens contra ſua fata bipennifer Arcas. Idem 5. Triſt. 3. 39.

Bipennella, Herba hortenſis, dicta quod in duas pinnas folia per totum cauliculum diducta habeat. Hanc corrupto vocabulo quidam Pimpinellam vocant.

Bĭpes, ĕdis. [δίπους] Adj. Quod habet duos pedes. Sic Equos bipedes, vocat Virgilius Equos Protei, quoniam priore tantum corporis parte equos, poſteriore piſces referebant, 4. Georg. 389.
Bipes, pro Homine. Regulus omnium bipedum nequiſſimus. Plin. lib. 1. Epiſt. 5. ad Voconium. Cic. pro Domo 48. Hoc miniſtro omnium non bipedum ſolum, ſed etiam quadrupedum impuriſſimo.

Bipĭnna, apud Martialem, ex ſententia Turnebi, vocatur Pars ea qua viri ſunt, male craſſa, quæ duarum pennarum tubos, vel cannas duplicis pennæ amplitudine, ſeu craſſitudine non ſuperet. Locus Martial. lib. 11. 73. eſt,
Drauci nata ſui vocat bipinnam,
Collatus cui Gallus eſt Priapus. Alii legunt Pipinnam, & a Pipillando

Pipillando ducunt: alii Vepenem, & Penem intelligunt parvum. [Pro Nata, legendum Natta videtur.

BIPLEX, ĭcis. Gloſſ. Gr. Lat. διπλὰξ, biplex, duplex.

BIRĒMIS, is. f. [διήρης] Navis quæ binis utrinque remorum ordinibus agitur. Cic. 7. Verr. 50. Ne hæc biremis aſcriberetur. Virg. 1. Æn. 185.

—— Anthea ſi qua
Jactatum vento videat, Phrygiasque biremes.

Leves biremes. Liv. 24. 40. pr. Nuntiantes Philippum primum Apolloniam tentaſſe: levibus biremibus CXX. flumine adverſo ſubvectum. Leves biremes ex Appiano Bayſius eas interpretatur, quæ & Liburnicæ dicuntur. Nos vulgo *Galeras* vocamus. conf. Lex. Pitiſc. [Meliores Livii codd. exhibent Lembis biremibus, adjective poſita voce; Quin & perpetuo vocem Navis in Biremis ſubaudiri pridem monuerunt Grammatici. V. Sanct. Minerv. 4. 4.

Fert me biremis. Hor. 3. Carm. 29. 62.

Parva biremis. Lucan. lib. 10. 56.

Remigio biremes aptare. Virg. 8. Æn. 79.

BIROTUM, ſeu BIROTA, Genus vehiculi a duabus rotis denominatum. V. Panciroll. Notit. Dign. Imp. Or. cap. 6. & Guther. de Off. Dom. Aug. 3. 15.

BISACCIUM, i. n. Geminus ſaccus. Petron. cap. 31. In promulſidari aſellus erat Corinthius cum biſaccio poſitus. h. e. Vas Corinthio ære, quod utrinque receptaculum inſtar ſacci habuit, quo ferculorum lances & paropſides in menſa ponebantur. V. Reineſ. in Fragm. Tragur. p. 52. conf. ſupra AVERTA.

BISELLIUM, [δίφρος] Sella in qua duo tantum ſedere poſſunt. Varr. 4. de L. L. 28. conf. Reineſ. ad Petron. p. 114.

BISELLIARIUS, i. m. Qui biſellia fabricabat: de quo & Biſelliis etiam ipſis conf. omnino Lex. Pitiſc. & Val. Chimentellium de Honore Biſellii.

BISETA, Porca dicitur: a cujus cervice ſetæ bifariam dividuntur, quum jam eſſe incipit major (ætate) ſex menſium. Feſtus. V. Pitiſc. in Porca. Scribendum Biſſeta, litera geminata, videtur.

BISSĒNI, æ, a. Auſon. in Monoſyll. Edyll. 112.

Biſſenas partes quis continet æquipares? As.　　adde Prudent. Cathem. 12. 202.

BISSEXTIALIS, e. Adj. ut, Olla biſſextialis. Marcell. Empir. cap. 15.

BISSEXTILIS, e. ut, Annus biſſextilis. V. Pitiſc. Lex. & mox BISSEXTUS.

BISSEXTUM, i. n. Ammian. 26. 2. Biſſextum vitans Februarii tunc illuceſcens. conf. Valeſ. ad loc.

BISSEXTUS ſive BISEXTUS, [ἐμβολισμὸς] Alciatus, Habuere veteres Romani inſtitutum a Romulo annum X menſium, qui erat dierum CCCIIII, incipiebatque Martio menſe, quæ ratio quum neque Solis, neque Lunæ curſui conveniret, Numa duos menſes addidit, Januarium & Februarium: atque ita dies diſtribuit, ut omnino CCCLV eſſent. Sed quia hæc quoque conſtitutio non quadrabat, neceſſario Intercalaris menſis conſtitutus eſt, id eſt menſis interpoſititius, arbitratu pontificum, qui alternis annis nunc XXII dies, nunc XXIII intercalabant. Is menſis addititius erat, & prope finem Februarii, quia is ultimus anni inſerebatur. Sed hunc quoque modum curſui Solis non convenire, quum C. Jul. Cæſar animadvertiſſet, decem dies addidit, intercalariumque menſem ſuſtulit. Et quoniam Solis curſus annuus quadrantem quoque, id eſt ſex horas, occupat, ſingulis quibusque quadrienniis diem inſeruit, qui biſſextus dicitur. Intercalatur enim, id eſt vocato populo inſeritur is dies poſt eum qui ſextus Calendarum Martii eſt: & duo loco unius habentur. Hactenus Alciatus. Celſus in l. 98. D. de Verb. ſig. Quum biſſextus in Calendis eſt, nihil refert, priore an poſteriore die quis natus ſit: & deinceps ſexto Calendas ejus natalis dies eſt. Nam id biduum pro uno die habetur, ſed poſterior dies intercalatur, non prior, Ideo quo anno intercalatum non eſt, ſexto Calendas natus: quum biſſextus Calendis eſt, priorem diem natalem habet.

Biſſextus dicitur, quod biſſexto Calendas dicamus. Perott. Qui plura velit adeat Pitiſcum.

BISOMUM, vel DISOMUM, i. n. [δίσωμον] Sepulchrum duorum corporum. Aring. Rom. Subterr. 1. 26. §. 21. Reineſ. Inſcript. ſect. 20. & Gruter. paſſim. Du Freſne Gloſſ.

BISULCUS, Adj. [δίχηλος] Quod ſulco diviſum eſt, ut Ungula, quæ non ſolida, ſed ſciſſa eſt. Plin. lib. 10. cap. 1. Ungulæ iis cervinis ſimiles, quibus dimicant, biſulcæ, comprehendendis lapidibus utiles. De ſtruthiocamelis. Idem lib. eod. cap. 73.

Biſulca cauda, Sciſſa in duas partes. Plin. lib. 9. cap. 29.

Lingua Biſulca. Ovid. 9. Met. 65. De Acheloo in anguem mutato.

Biſulcus pes. Ovid. 7. Met. 113. De tauris qui vellus aureum cum dracone cuſtodiebant.

Biſulci ſurculi arborum. Columel. de Arborib. cap. 26.

BISULCILINGUA, æ. c. Bilinguis, veterator. Plaut. Pœn. 5. 2. 74. Biſulcilingua, quaſi proſerpens beſtia.

BISULTOR, ōris. m. [Διέκδικος] Mars, ita dictus, a Bis ulciſcendo, cui hoc nomine templum conſecravit Auguſtus. Primo quod adjutus ab ipſo fuerat quum J. Cæſarem a conjuratis interfectum ulciſceretur. Deinde quod ſigna Romana a Parthis erepta, victor ejuſdem beneficio recepiſſet, Craſſique manes ultus eſſet. Hanc hiſtoriam enarrat Ovid. 5. Faſt. 595. & in hos verſus deſinit,

Rite deo templumque datum, nomenque Biſultor,
Emeritus voti debita ſolvit honor.　　Sed Heinſ. ex Mſſ. edidit

Nomenque bis ulto, Et meritus &c. V. Heinſ. & Burm. not.

BIVERTEX, ĭcis. Stat. 1. Theb. 628.

—— ſummaque biverticis umbra
Parnaſſi reſidens.　　conf. Sidon. 9. Epiſt. 15. in Metro.

BIVIRA, V. infra. ſ. l.

BIVIUM, i. n. [ἄμφοδον] Quod duas vias habet. Virg. 9. Æn. 218.

—— locum inſidiis conſpeximus ipſi:
Qui patet in bivio portæ, quæ proxima ponto.

BIVIUS, Adj. [ἄμφοδος] ut, Biviæ fauces. Virg. 11. Æn. 516.

Ut bivias armato obſidam milite fauces.　　i. e. Quæ ad duo loca ducunt.

Bivius agrorum cultus, per metaph. Varro 1. de R. R. cap. 18.

BISALTÆ, arum. m. [Βισάλται] Macedoniæ gens libera, intra Strymonem & Edonicum ſinum, ut ſcribit Plin. lib. 4. cap. 10. ſub fin. Stephanus Biſaltiæ urbis & regionis Macedoniæ meminit. Virg. 3. Georg. 461. de morbis ovium,

Profuit incenſos æſtus avertere; & inter
Ima ferire pedis ſalientem ſanguine venam:
Biſaltæ quo more ſolent, acerque Gelonus,
Quum fugit in Rhodopen, atque in deſerta Getarum,
Et lac concretum cum ſanguine potat equino.　　Ubi Servius, Biſaltæ populi Scytharum, qui fugientes, equorum ſanguine aluntur lacte permiſto. Sed haud dubie errat. Biſaltæ enim ſatis accurate in Æmilii Pauli oratione apud Liv. 45. 29. deſcribuntur, unde eos non longe a Strymone abfuiſſe apparet.

Dicitur etiam Biſalta. Valer. 6. Argon. 49. Proxima Biſaltæ regio. [Synecdoche eſt oratoria, ut, Romanus prœlio victor. Biſalta, pro Biſaltis populo. Quin poteſt & Nominativus pl. eſſe.

BISALTICA Regio, [Βισαλτία] Liv. 45. 29. Ann. Trans Strymonem autem vergentia ad occaſum, Biſalticam omnem cum Heraclea, quam Sinticen appellant.

BISALTIS, ĭdis. f. aut BISALPIS, (utrumque enim invenio) [Βισαλτὶς] nomen eſt Puellæ cujuſdam, quam Neptunus in arietem converſus compreſſit, auctore Ovid. 6. Met. 117.

—— tu viſus Enipeus
Gignis Aloidas, aries Biſaltida fallis.　　conf. Hygin. Fab. 188.

Boccatius lib. 11. cap. 11. ubi de Iarba rege loquitur, natum illum ait, teſte Paulo Peruſino, ex filia Biſalpis regis, quam Jupiter in forma arietis vitiaverat. Si hujus igitur ſententia ſtabimus, Biſalpis non proprium erit puellæ, ſed patronymicum. [Rectius Biſaltis, i. e. Biſalti filia Theophane, patronym. V. Burm. ad Ovid.

BISANTHE, es. [Βισάνθη Stephano] Oppidum eſt Thraciæ, colonia Samiorum, non procul a Melane fluvio, eoque oppido cui μακρὸν τεῖχος, i. e. Longus murus, nomen eſt, teſte Plin. lib. 4. cap. 11.

BISARGIS, [Βισαργὶς] Oppidum Hiſpaniæ, in tractu Tarraconenſi, cujus meminit Ptolem. lib. 7. cap. 6.

BISELLIUM, BISETA. V. BIS.

BISLINGUA, [ἱππόγλωσσος] (ſic enim Hetruſci vocant, alii vero Bonifaciam) Herba eſt folia habens ruſci tenuis figura, & ſpinoſam comam, & in ſummo ceu linguas e foliis exeuntes. Naſcitur frequentiſſima in Liguriæ Alpibus. V. Matthiol. ad Dioſc. lib. 4. cap. 127.

BISON, ontis, & ōnis. m [βίσων] Animal eſt e boum ſilveſtrium genere, cervi figura, media fronte inter aures unum cornu habens excelſius, magisque directum iis, quæ nota ſunt, cornibus. Ab ejus ſummo, ſicut palmæ, rami quam late diffunduntur. Eadem eſt fœminæ, marisque natura, utrique ſunt jubæ, eadem utrique eſt forma, magnitudoque cornuum. Hæc Perott. ex Cæſ. 6. B. G. 26. Martial. lib. 1. 105.

Turpes eſſeda quod trahunt biſontes.　　V. Plin. lib. 8. cap. 15.

Villoſi biſontes. Sen. Hippol. 1. 64. Martial. lib. Spectac. 23. de Carpophoro,

Ille tulit geminos facili cervice juvencos,
Illi ceſſit atrox bubalus, atque biſon.

De hoc animali, V. Spanh. de uſu, &c. Numm. Diſſ. 4. p. 209. ſq. Solin. cap. 20. & Lex. Pitiſc.

BISPELLIO, ōnis. [πολύτροπος] Idem eſt qui Verſipellis: i. e. Veterator, planus. Marcell. l. 72. §. 4. D. de Solut. Num ergo etſi biſpellionem, aut alias turpem dederit hominem, idem ſit? Ulpian. l. 31. D. de eviction. Si ita quis ſtipulanti ſpondeat, ſanum eſſe, furem non eſſe, biſpellionem non eſſe, &c. inutilis ſtipulatio quibuſdam videtur. Ubi tamen Viſpellionem errore in Florentinis libris pervulgato legitur. Item & apud Mæcian. in l. 7. D. ad Senat. C. Trebell. Quid enim ſi morbo applicitus Alexandriæ juſſus fuit adire, vel nomen viſpellionis teſtatoris ferre? Biſpellionis enim legendum utrobique cenſemus: quo nomine hominem duarum pellium ſignificari conſtat. Ejus autem appellationis origo in Arcadum fabula poſita eſt, quam Plin. l. 8. c. 22. exponit, Certos homines ſtagnum quoddam tranſmiſſos in lupos tranſfigurari, & poſt annos novem in eo habitu confectos, idem ſtagnum remeantes, priſtinum habitum recipere, unde Verſipelles dicti, & poſt 9. annor. ſenium eandem recipere veſtem. Ad hanc fabulam alluſit ſine dubio Perſius 5. Sat. 115. his verſibus,

Sin tu quum fueris noſtræ paulo ante farinæ
Pelliculam veterem retines, & fronte politus,
Aſtutam vapido ſervas ſub pectore vulpem,
Quæ dederas ſupra repeto, funemque reduco.　　Biſpellionem igitur ſervum eundem dici puto, qui & Verſipellis; i. e. Perfidioſum, fallacem, fraudulentum. Alii tamen aliter legunt, quod doctiorum judicio relinquo.

BISPELLIONES, vel BISPELLONES, etiam dicuntur Veſpillones in Vet. Gloſſ. νεκροθάπται, κονιταί; Item: Bispello, νεκροφόρος. a binis nempe palliis, ſcil. quod lugubres veſtes ſuis ſuperinducerent. V. Fr. Jun. ad Tertull. de Pallio, cap. 4. p. 15. & ſ. l. VESPILLO.

BISSEXTUS, V. BIS.

BISTON, ŏnis. [Βίστων] Martis & Callirrhoës filius, qui Biſtoniam Thraciæ urbem condidit: unde omnes Thraces, Biſtonios dixere poetæ; ipſamque Thraciam, Biſtoniam, aut terram Biſtonis.

BISTŎNIS, ĭdis. f. [Βιστωνία Steph.] Civitas & ſtagnum in Thracia, Abderæ urbi propinquum, a Biſtone (ut dictum eſt) conditum. Vel Adj. ut,

Biſtonis ora. Ovid. 16. Epiſt. 344.

Biſtonis terra. Ovid. 2. de Pont. 19. 54.

Biſtonis item gentile f. apud Hor. 2. Carm. 19. 20. Bacchus dicitur Nodo coercere crines Biſtonidum, i. e. Mulierum Thracicarum.

BISTŎNES, um. [Βίστονες] Populi ſunt in Thracia teſte Plin. lib. 4. cap. 11. Val. Flacc. 1. Argon. 726.

Biſtonas ad meritos quum cornua ſæva Thyoneus
Torſit.　　Ideo hoc dicit Valerius, quod Lycurgus Thracum rex Liberum contemnens, vites amputaturus, ſibi crura ſecuit, ut ait Servius in illud 4. Æn. 14.

—— acri quondam regnata Lycurgo, &c.

Ultimi Biſtones, i. e. Ultimi Thraciæ populi. Sen. Herc. OEth. v. 1042.

BISTONIUS, Adj. [Βιστόνιος] Thrax. Ovid. 13. Met. 1430.

Eſt ubi Troja fuit, Phrygiæ contermina tellus,
Biſtoniis habitata viris.

Nives Biſtoniæ. Stat. 11. Theb. 194. conf. Sen. Herc. fur. 226.

BISTORTA, Herba eſt rumicis foliis, lævibus, ſuperne rubeſcentibus, & a terra quadantenus cæſiis. Radicem vero habet craſſam, ſerpen-

tis jacentis modo contractam, intortamque, (unde & nomen habet) colore rubro, non (ut Plinius inquit) nigro. Sunt qui eandem esse cum Britannica contendant. V. apud Matthiol. in Diosc. lib. 4. cap. 2.

Bisulcus, Bisultor. V. BIS.

Bisurgis, [Βισουργὶς] Strab. lib. 7. Germaniæ est fluvius, sexcentis a Rheno stadiis distans. Pomponius Visurgim appellat lib. 3. Hodie dicitur vernacula Germanorum lingua, *die Weser*.

B I T

Bithia, [Βιθία] Pharaonis filia, quæ Mosem adoptavit.

Bithon, [Βίτων] Viri nomen proprium, qui tanta corporis fortitudine excelluit, ut, Pausania teste, taurum humeris gestaret: qua admiratione, statua apud Argos dignus est habitus. V. Cæl. Rhod. lib. 11. cap. 13.

Bĭthus, i. m. Nomen gladiatoris. V. BACCHIUS.
Bithus contra Bacchium. Hoc proverbio non intempestiviter utemur, quoties duo æqualiter improbi contendunt inter sese, ita ut neuter alteri velit concedere. Erasm.

Bithyæ, [Βιθύαι] Fœminæ quædam vocantur in Scythia, quæ pupillas binas in oculis singulis habeant. Inest autem his vis ea naturalis, ut visu effascinent, interimantque quos diutius intueantur, iratis præsertim oculis. Plin. lib. 7. cap. 2.
Bithyæ, Populi sunt Thraciæ, apud Steph. quorum auctor fuit Bithys, Martis & Setæ sororis Rhesi filius.

Bithy̆mum, [δίθυμον] Mel dicitur, quod ex utriusque thymi floribus collectum est. Duo enim sunt thymi genera, candidum & nigrum. Hoc genus mellis album non fit, sed est oculis & ulceribus aptissimum. Plin. lib. 11. cap. 16.

Bīthȳnia, [Βιθυνία] Regio minoris Asiæ, adversa Thraciæ, & proxima Troadi, quæ (ut Solinus & Servius scribunt) primum Bebrycia, postea Mygdonia, deinde a Bithyno Bithynia dicta fuit. Hæc etiam, auctore Eusebio, Pontus est dicta. In Bithynia Libyssa est, ubi Annibal sepultus est. Sunt qui scribant Thynos populos transiisse ex Europa, a quibus Bithyni dicuntur, & Bithynia. Claud. lib. 2. in Eutrop. 247.
Thyni Thraces erant, quæ nunc Bithynia fertur. conf. Strab. lib. 12. Herodot. lib. 7. & Dionys. Afrum de Situ orbis. Lex. Pitisc.

Bithȳnĭcus, a, um. [Βιθυνικὸς] Quod est ex Bithynia. Hinc Pompeius dictus est Bithynicus, quod devicta Bithynia, ex ea supellectilem regis Nicomedis deportarit. Festus, inquit Car. Sigon. de Nom. Rom.
Huc etiam Cognomen ejus, ad quem aliquot Epigrammata scripsit Martial. 2. 26: 9. 10. &c.

Bithȳnus, a, um. [Βιθυνὸς] aliud Adj. Juven. 7. Sat. 15.
Quanquam & Cappadoces faciant equitesque Bithyni.
Carina Bithyna. Hor. 1. Carm. 35. 7.
Negotia Bithyna. Hor. 1. Epist. 6. 33.

Bithȳni, orum. Abs. Populi qui incolunt Bithyniam. Tacit. 12. Ann. 22. extr. Accusantibus Bithynis.

Bitias, [Βίτιας] fuit unus ex Carthaginensium principibus. Servius in illud Virg. 1. Æn. 742.
Tum Bitiæ dedit increpitans, &c. ait Bitiam fuisse Præfectum classis Punicæ. conf. Drakenb. ad Sil. 2. 409.
Meminit etiam Bitiæ cujusdam Virg. 9. Æn. 672. qui frater Pandari fuit, ex Alcanore Trojano, & Hiera, qui cum Ænea post Trojæ excidium in Italiam venerunt, & quum, apertis etiam portis, ausi essent Rutulos absente Ænea lacessere, ab iisdem sunt trucidati.

Bitienses, dicuntur Qui peregrinantur assidue. Festus. a Bito, pro Beto, q. V.

Biton, V. infra in CLEOBIS. conf. Martial. 2. 48.

Bĭtūmen, inis. n. [ἄσφαλτος] Genus cretæ, quod siquando accenditur, extingui non potest: & illa natura est sulfuris. Plin. lib. 35. cap. 15. Fulmina & fulgura quoque sulfuris odorem habent, ac lux ipsa eorum sulfurea est. Et bituminis vicina est natura, alibi limus, alibi terra: limus e Judææ lacu, ut diximus, emergens: terra in Syria circa Sidonem oppidum maritimum. Spissantur hæc utraque, & in densitatem coeunt. Est vero liquidum bitumen, sicut Zacynthium, & quod a Babylone invehitur. Gignitur & pingue liquorisque oleacei in Sicilia, Agragantino fonte inficiens rivum. Incolæ id arundinum panniculis colligunt, citissime sic adhærescens. Utuntur eo ad lucernarum lumina olei vice. Paulo post, Calcis quoque usum præbuit, ita ferruminatis Babylonis muris. Plura ibid. V. Virgil. 8. Ecl. 82.
—— & fragiles incende bitumine lauros. Ubi Servius, Incende bitumine lauros, i. e. Lauros divino igne consume. Nam bitumen ex fulmine dicitur procreari. Unde juxta Babyloniam, quia frequentia cadunt fulmina, hac re lacus redundat: adeo ut inde fabricasse muros Semiramis dicatur. Verius dixeris ex bitumine copioso illic fulmina nasci.
Flagrat bitumen ignibus. Hor. Epod. 5. 100.
Fumans bitumen. Ovid. 14. Met. 792.
Nigrum. Virg. 3. Georg. 451.
Pingue. Valer. 3. Argon. 124.
Tenax. Ovid. 9. Met. 659.
Tetro odore. Lucret. lib. 4. 1168.
Incendunt bitumine venas. Ovid. 14. Met. 792.

Bitumĭnātus, [ἀσφαλτώδης] Partic.
Aqua bituminata, Cui est admistum bitumen: vel Quæ per venas terræ bituminosas transit. Plin. lib. 31. cap. 6.

Bitumineus, Adj. [ἀσφάλτινος] ut, Bitumineæ vires. Ovid. 15. Met. 350.
Sive bitumineæ rapiunt incendia vires.

Bituminosus, a, um. Idem. ut, Carbones bituminosi. Conr. Gesner. de Fig. lap. Fontes. Vitruv. 8. 3.

Biturgia, [Βιτουργία] Urbs Tuscorum Ptolemæo teste, Geogr. 2. hodie *Borgo di san sepolcro*. V. Lex. Pitisc.

Bĭtŭrix, igis. [Βίτουριξ] Bituriges, Galliæ Aquitanicæ populi liberi. Plin. lib. 4. cap. 19. Hi uno die viginti urbes incenderunt, ut Cæsarem commeatu & pabulatione prohiberent. Horum oppidum Avaricum, cujus Cæsar in Comm. 7. 5. & 15. meminit. Vulgo hodie *Bourges en Berri*. Lucan. lib. 1. 423.
Et Biturix, longisque leves Axones in armis.

Bituricus, a, um. ut, Vineta Biturici generis. Columel. 3. 9. Vites Bituricæ fructibus optimæ. Idem 3. 21.

B I V

Bĭvĭra, æ. f. [διγάμος] Nonius 2. 83. Bivitas, quas usus viduas appellat. Varro Lege Mænia, Ad biviram venio.

Bivium, V. BIS.

Biumbres, [ἀμφίσκιοι] Populi sunt quicunque intra tropicos habitant. Ad meridiem quandoque enim incidentes habent umbras, quum a meridie sol ad gnomonem accedit rectum, ad subjacens planum: quandoque autem in adversum, quum sol in adversum consistit. Verba sunt interpretis Strab. lib. 2. V. AMPHISCII. Gassend. Inst. 1. 17.

Biūrus, i. m. M. Cicero tradit animalia Biuros vocari, qui vites in Campania erodant. Plin. 30. 15. Alii legunt Byturos.

Bizōne, [Βιζώνη] Thraciæ oppidum fuit, inter Apolloniam & Calatidem situm, magna ex parte terræ motibus haustum. Plin. lib. 4. cap. 11. & Strab. 7.

Bizye, [Βιζύη] Civitas Thraciæ. Stephan. Plin. lib. 4. cap. 11. Bizya (inquit) arx regum Thraciæ, a Terei nefasto crimine invisa hirundinibus.

B L A

Blabĕrūra, [Βλαβέρουρα] Oppidum est Tarraconensis Hispaniæ, non procul a Pyrenæis montibus, cujus meminit Stephanus in voce ἰνδική.

Blaceolus, V. BACELUS.

Blacterare, [βληχᾶσθαι] Vocem esse arietis, ait ille quicunque est auctor carminis quod inter Ovidii opera legitur inscriptum de Philomela, 56.
Blacterat hinc aries, & pia balat ovis. [Idem est ac Blaterare. Quod V. Festus Camelis tribuit, Mart. Cap. Canibus blateratum.

Bladum, pro Frumento, inter ea vocabula quæ usu quodam, sed nimium quamcorrupto, ex Italica lingua sunt desumpta, habenturque vulgo pro Latinis: ut Allodium, Appretiari, Mediare, Appropriare, Liga, Partialitas, & cetera id genus, quorum aliquot apud interpretes juris reperiuntur, pure loquuturo omnino vitanda. Monuit id eruditissimus Insulanus. V. Cang. Gloss.

Blaēna, [Βλαηνή] Ponti regio satis ferax, per quam Amnias flumen illabitur. Hoc in loco Mithridates Eupator Nicomedis Bithyni copias funditus delevit, haud quidem præsens, sed per duces suos, unde ille cum paucis domum fugiens servatus est, & inde in Italiam navigavit. Strab. lib. 12.

Blæsus, [τραυλὸς, βλαισὸς] Adj. Qui lingua impeditus est. Martial. lib. 10. 65.
Os blæsum tibi, debilisque lingua est. Græci etiam hoc nomen ad alia membra transferunt: Blæsosque appellant quibus membrum aliquod solutum est, quos & Paralyticos appellamus, & generaliter eos omnes quibus aliquod est membrum quod actiones suas commode obire non possit, quodve situ aut figura sit deforme, quales sunt qui crura habent in diversa acta, quos Latini Valgios & Vatios appellant. V. Cæl. lib. 8. cap. 1: 13. 1. & Budæum in Annot. in Pandect. & Lex. Pitisc.
Lingua blæsa. Ovid. 3. de Arte Am. 294.
Sonus blæsus. Ovid. 2. Amor. 6. 24. conf. Juven. 15. Sat. 48.

Blæsus, & cognomen fuit Semproniorum, a vitio linguæ impositum, quemadmodum & Balbus. Meminit cujusdam Blæsi Stat. 2. Silv. 191.
Noverat effigiem, generosique ardua Blæsi
Ora puer, &c. conf. Tacit. 1. Hist. 59. &c.

Blanda, Italiæ oppidum in agro Brutio, non procul a Bato flumine, & Parthenio portu. Plin. lib. 3. cap. 5.
Est & Blanda, sive Blande, Hispaniæ Tarraconensis oppidum, in agro Barcinonensi, juxta Larnum flumen. Vulgo *Blanes*, teste Olivario in Melam.

Blande, Fluvius est Hispaniæ Tarraconensis, in agro Barcinonensi, juxta oppidum sui nominis. Plin. lib. 3. cap. 3.

Blandenona, Locus non longe a Placentia. Cic. 2. Q. frat. 14.

Blandior, [ἀρεσκεύομαι, κολακεύομαι] iri. proprie ad tactum pertinet: per abusionem autem nonnunquam ad alios sensus transfertur: ut ait Valla lib. 5. c. 66. Cic. de Amicit. 99. Qui etiam adversando sæpe assentetur, & litigare se simulans blandiatur. De adulatore loquitur. Ovid. 1. Amor. 6. 15.
—— tibi blandior uni.
Quod hic Blandiri proprie ad tactum pertinere dicitur, suspectum fuisse H. St. ex nota adjecta apparet.
Blandimur quoquo modo, Dum placere studemus magis quam vera dicere, quanquam & facto blandimur: veluti Qui pinxerat Venerem deformem, dicitur Blanditus Minervæ. Dicimur & blandiri vitiis nostris, Dum ea excusamus aut attenuamus. Blandimur calamitatibus, Dum eas elevamus. Erasmus.
Blandiri etiam dicuntur animalia. V. mox in BLANDIENS.
Auribus alicujus blandiri. V. AURIS.
Fortuna fallaci blandita vultu. Sen. Octav. 7.
Precibus alicui blandiri. Ovid. 2. de Arte Am. 527.
Audacter blandiri. Ovid. 21. Epist. 195.
Mirifice blandiri. Cic. 2. Q. frat. 11.
Suaviter. Cic. 4. Acad. 139.
Subdole. Plaut. Trin. 2. 1. 12.
Suppliciter. Cic. 1. de Orat. 90.
Blandiri, de inanimatis dictum. Quintil. lib. 4. cap. 2. Quædam partibus blandiuntur, sed in summam non consentiunt.
Umbra blanditur populus. Ovid. 10. Met. 555. De populo arbore.
Blandiendo dulce nutrivit malum. Sen. Hippol. 2.

Blandiens, entis. Partic. Justin. 1. 4. 12. In illo dulcis quidam blandientis risus apparuit. Tacit. Agric. 16. 4. Blandientia vitia. Suet. Neron. cap. 20. Blandiente profectu prodire in scenam concupivit. Plin. de Panthera, lib. 8. cap. 17. Feram vero circumvolutari non dubie blandientem, sese conflictantem mœrore.

Blandītus, [κολακευθεὶς] Partic.
Blandita peregrinatio. Plin. lib. 10. cap. 23. Blanditus tepor. Idem lib. 9. cap. 10. Propert. 4. 6. 72.
Blanditæque fluant per mea colla roſæ.

Blandītus, ûs. m. [ἐπαγωγὴ] pro Blanditiis. Lucret. lib. 2. 173.
Ut res per Veneris blanditum ſecla propagent. Al.

Blanditim, [μειλιχῶς] Adv. i. e. Blandiendo. Blanditim autem dictum eſt, inquit Lambin. ut Exſultim, exſertim, curſim, raptim. ad Lucret. lib. 2. 173.
Ipſaque deducit dux vitæ dia voluptas,
Ut res per Veneris blanditim ſecla propagent. Al. Blanditum.

Blandimentum, i. n. [θελκτήριον] Id quod ad Blandiendum aptum eſt. Cic. pro Cæl. 41. Multa enim nobis blandimenta natura ipſa genuit.
Blandimento radices impetrare dicuntur homines. Plin. lib. 17. cap. 13. Atque hoc blandimento impetratis radicibus, inter poma ipſa & cacumina, &c. Hic blandiri dicitur homo rei inanimæ.
Blandimenta fortunæ pollicentur dentes canini. Plin. lib. 7. cap. 16.
Abrumpere blandimenta. Tacit. 2. Hiſt. 53.
Blandimenta multa plebi ab Senatu data: annonæ in primis habita cura, &c. Liv. 2. 9.
Blandimenta excogitare. Plin. lib. 26. cap. 3. conf. Ovid. 2. Met. 815. & Petron. cap. 141.

Blandus, Adj. [ἄρεσκος, ἤπιος, ἐπαγωγὸς, μείλιχος] Placidus & comis in ſermone, & hilaris. Ter. Hec. 5. 4. 21. Ut unus hominum homo te vivat nunquam quiſquam blandior.
Blanda legentibus. Plin. in præf. Nat. Hiſt.
Large blandus. V. LARGIOR.
Minus blandus. Cic. 12. Att. 3. Unum te puto minus blandum eſſe, quam me.
Precatu blandus. Stat. 11. Theb. 103. i. e. In precando.
Precum blandus. Stat. 2. Achil. 237.
Alea blanda. Ovid. 1. de Pont. 5. 46.
Amator blandus. Propert. 2. 3. 16.
Amicus blandus, cui opponitur Verus. Cic. de Amicit. 95. Secerni autem blandus amicus a vero, & internoſci tam poteſt adhibita diligentia, quam omnia fucata & ſimulata a ſinceris atque veris.
Amor. Claud. in præf. lib. 2. in Eutrop. 63.
Amor patriæ blandus. Ovid. 1. Triſt. 3. 49.
Anni blandi. Propert. 4. 1. 137.
Militiam Veneris blandis patiere ſub annis. Credo, Ætatem juvenilem intelligi. Poteſt & Blandis quaſi Fortunatis & felicibus accipi, ſed vix hoc ferent ſequentia.
Aquarum blandarum temperies. Ovid. 4. Met. 344.
Arte blanda pectora ſubit Venus. Ovid. 1. de Arte Am. 362.
Aſpiramina blanda. Valer. 6. Argon. 447.
Canes blandi. Virg. 2. Georg. 496.
Carmina blandiſſima. Ovid. 15. Epiſt. 27.
Clamor. Ovid. 3. Faſt. 221.
Et quaſi ſentirent, blando clamore nepotes
Tendebant ad avos brachia parva ſuos.
Color lunæ. Plin. lib. 2. 18.
Columba. Ovid. 2. Amor. 6. 56.
Doctores. Hor. 1. Serm. 1. 25.
Doli. Sen. Octav. 4.
Filius blandus & gratioſus. Cic. 2. Verr.
Fluctus. Claud. Paneg. in Conſ. Prob. & Olyb. 191.
Frigus. Claud. in Epith. Pallad. & Seren. 1.
Gaudia. Virg. 5. Æn. 827.
Iaſon. Stat. 5. Theb. 456.
Ignes. Valer. 4. Argon. 353. i. e. Amores.
Iræ. ut, Blandæ ſuperûm mortalibus iræ. Stat. 10. Theb. 830.
Labor. Virg. 3. Georg. 127.
Lacertis blandis tenere colla alicujus. Ovid. 2. Met. 100.
Laudes. Virg. 3. Georg. 185.
Leones. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 209.
Lingua. Valer. 8. Argon. 63.
Linguæ blandæ mendacia. Ovid. 15. Epiſt. 55.
Liquor blandus amaracini. Lucret. lib. 2. 846.
Littora blandiſſima. Stat. 3. Silv. 5. 96.
Manu blanda ſeducere aliquem, i. e. Seorſum ducere. Ovid. 2. Met. 691.
Meretrix. Ovid. 1. Amor. 15. 17.
Modi blandi, Jucundi cantus. Ovid. 1. Epiſt. Sabin. 36.
Obſequium. Sen. in Octav. 3.
Oratione blanda falli. Cic. 7. Philipp. 25.
Os blandum. Valer. 8. Argon. 36.
Os blandum, pro Sermone blando. Ovid. 13. Met. 555.
Otia. V. OTIUM.
Peſtis blanda, luxuria. Sen. in Octav. 7.
Pocula. Valer. 2. Argon. 317.
Prece blanda aliquem ducere. Hor. in Arte Poet. 395.
Propago blanda. Lucret. lib. 4. 995.
Puella. Ovid. 2. Amor. 2. 34.
Puer. Ovid. de Rem. Amor. 11. Sic Cupidinem vocat.
Querelæ. Tibull. 3. 4. 75.
Quies. Stat. 2. Silv. 2. 111.
Sedulitas. Ovid. 2. de Arte Am. 334.
Sermo. Cic. 2. Off. 48. Militesque, blando appellando ſermone, deliniant.
Sinu blando fovens nepotem. Sen. Troad. 2. de Priamo.
Soles. Ovid. 1. Faſt. 157. de Veris tempore.
Sonis blandis precari. Ovid. de Rem. Amor. 332.
Succus blandior. Plin. lib. 12. cap. 1.
Tabellas blandas vocat Ovid. Quibus verba ad amicam ſcripta mittebantur, 14. Met. 787.
Thura. Tibull. lib. 3. 3. 2.
Venenum blandum deſidiæ. Sil. lib. 3. 580.
Verba. Ovid. 1. de Arte Am. 455.
Voluptas. Lucret. 4. 1258. Ovid. 2. de Arte Am. 477.
Vox blanda laſſorum, Submiſſa & quieta, molliorque. Lucret. lib. 6. 1243.
Voces. Virg. 1. Æn. 670.
Blandior hæret parentibus. Valer. 7. Argon. 123.
Solito blandiorem eſſe. Ovid. 2. de Arte Am. 411.

Blandum, adverbialiter Petron. cap. 127. Delectata illa riſit tam blandum.

Blandĭcŭlus, & **Blandicellus**, a, um. dimin. ſunt a Blandus; ſicut ab eo quod eſt Mollis, fit Molliculus & Mollicellus. Nam Blandicus & Mollicus (a quibus nonnulli hæc trahi voluerunt) Latinæ linguæ periti non agnoſcunt. Blandicella verba, inquit Feſtus, blanda per diminutionem ſunt dicta.

Blandicule, Adv. Apul. Met. 10. p. 252. Blandicule reſpondere.

Blandulus, a, um. aliud dimin. Animula vagula, blandula. Spartian. in Hadr. cap. 25.

Blande, Adv. [ἀρεσκοδόρμως] ut, Blande alloqui. Ter. Phorm. 1. 5. 82. Item,
Accipere blande ac benigne hoſpitio. Liv. 1. 22.
Amare blande. Cic. 16. Att. 2.
Appellare blande. Plaut. Trucul. 1. 2. 61.
Colere terram blande. Lucret. lib. 5. 1367.
Compellare blande. Plaut. Pœn. 3. 3. 73.
Dicere blande. Ter. Adel. 5. 4. 24.
Palpari blande. Plaut. Amph. 1. 3. 9.
Rogare blande & concinne. Cic. pro Roſc. Com. 49. Hunc poſteaquam ſalutavit, rogare cœpit, blande & concinne ſcilicet, mentire mea cauſa, &c.
Tentare aliquem blande. Ovid. 1. de Arte Am. 273.
Blandius, compar. Hor. 1. Carm. 24. 13. Cic. 1. de Orat. 112. Id erat petere blandius.
Blandiſſime, Superl. Cic. pro Cluent. 72. Tum appellat hilari vultu hominem Bulbus ut blandiſſime poteſt.

Blandĭter, aliud Adv. [προσηνῶς] Idem quod Blande. Plaut. Pſeud. 5. 2. 3. Magis cogito, ſæviter, blanditerne alloquar. Idem Aſin. 1. 3. 69.

Blandĭdĭcus, [ἡδυλόγος] Qui blandis verbis utitur. Plaut. Pœn. 1. 1. 10. Nunc mihi blandidicus es. Obſoletum.

Blandĭfĭcus, a, um. ut, Fax blandifica. Mart. Capel. 9. p. 301.

Blandifluus, a, um. ut, Blandifluæ uvæ. Fortunat. Carm.

Blandĭlŏquus, [χρηστολόγος] Qui blanda verba loquitur.
Vox blandiloqua. Sen. Agam. v. 289. conf. Plaut. Bacch. 5. 2. 54. & Paulin. 5. 91.

Blandiloquens, [ἡδυεπὴς] apud Macrob. 2. Saturn. cap. 7. ex Laberio. Sic Suaviloquens apud Laurentium Vallam, & ſimilia, lib. 1. cap. 10. Budæus.

Blandiloquentŭlus, [χρηστολογῶν] dimin. Plaut. Trin. 2. 1. 13.

Blandiloquentia, [χρηστολογία, ἡδυλογία] Cic. 3. de Nat. Deor. 66. Nam ut ego illis ſupplicarem tanta blandiloquentia.

Blandiloquium, i. n. Auguſtin. Epiſt. 19. 4.

Blanditia, æ. [κολακεία] Adulatio, blanda exceptio. Cic. pro Planc. 29. Facilis eſt illa occurſatio & blanditia popularis, &c. conf. Propert. 1. 16. 16. Plaut. Bacch. 1. 1. 16. & Truc. 2. 2. 63.

Blandities, ei. f. Idem. Apul. Met. 9. p. 230. Tali ſermonis blanditie cavillatum deducebat ad torum nolentem puerum.

Blanditiæ, arum. pl. [ἀρεσκεύματα] Idem. Cic. de Amicit. 62. Sic habendum eſt, nullam in amicitiis peſtem eſſe majorem quam adulationem, blanditias, aſſentationem.
Inconditæ blanditiæ. V. INCONDITUS.
Malitioſæ blanditiæ. Cic. 3. Off. 74. Mihi quidem etiam veræ hæreditates non honeſtæ videntur, ſi ſint malitioſis blanditiis officiorum, non veritate, ſed ſimulatione quæſitæ.
Molles. Ovid. 2. de Arte Am. 159.
Pueriles. Ovid. 6. Met. 626.
Tutæ. Ovid. 4. Met. 71. i. e. Verba blanda & amatoria ab auditoribus tuta.
Addere blanditias. Ovid. 7. Met. 817.
Adhibere. V. ADHIBEO.
Admovere. Ovid. 6. Met. 631.
Agere blanditiis. Ovid. 6. Met. 685.
Aufugere blanditias. Propert. lib. 1. 9. 30.
Corrumpere blanditiis. V. CORRUMPO.
Corrupti atque deliniti blanditiis præſentium voluptatum. Cic. 1. de Fin. 33.
Dicere blanditias. Ovid. 3. Amor. 7. 11.
Elicere & conquirere aliquem blanditiis ad judicium. Cic. 1. Q. frat. 2. Conquiri vero & elici blanditiis, ut tu ſcribis, ad judicium neceſſe non fuit, eum præſertim hominem.
Emere blanditiis oſcula. Propert. 3. 13. 33.
Exprimere nummulos ab aliquo blanditiis. Cic. 1. Att. 10. Tu ſi tuis blanditiis tamen a Sicyoniis nummulorum aliquid expreſſeris, velim me facias certiorem.
Flecti & capi blanditiis. Ovid. 17. Epiſt. 91.
Immergere ſe blanditiis in alicujus conſuetudinem. Cic. pro Cluent. 36. Qui ut ſe blanditiis & aſſentationibus, in Aſinii conſuetudinem penitus immerſit, Oppianicus continuo, &c.
Legere blanditias. Ovid. 1. de Arte Am. 480.
Parare. Ovid. 2. Amor. 19. 17.
Vendere blanditias dicitur, Qui ſpe muneris alicui blanditur, aut ut donum aliquod eliciat. Tibul. 1. 9. 77.
De Blanditiis in Magiſtratibus petendis conf. Lex. Pitiſc.

Blandifico, āre. Blandum facio. Perott.

Blandŭsia, [Βλανδυσία] Sabinienſis agri regio, in qua fuit ager Horatii poetæ. Perott. Hor. 3. Carm. 13. 1.
O fons Blanduſiæ ſplendidior vitro
Dulci digne mero, non ſine floribus,
Cras donaberis hœdo. Al. Banduſiæ, vel Banduſie.

Blapsigonĭa, æ. f. [βλαψιγονία] Latine dicitur Prolis detrimentum, ἀπὸ τοῦ βλάπτω quod noceo eſt, & γόνος fœtus: eſt Morbus apum, quum deficit alicujus alvei fœtus. Plin. lib. 11. cap. 19. Sunt & operis morbi, quum favos non explent, cleron vocant, item blapſigonian, ſi fœtum non peragant.

Blascon, [Βλάσκων] Inſula in Rhodani oſtio, prope Metinam. Plin. lib. 3. cap. 5. & Strabo lib. 4.

Blasio, Cognomen gentis Corneliæ, in qua Blaſiones patritii generis clari. In nummis argenteis BLAS. V. Fulv. Urſin. Urſat. de Not. Rom. in Græv. Theſ. T. 11. p. 896. conf. Sigon. de Nom. Rom. cap. 5.

Blasphēmĭa, æ. f. [βλασφημία] Execratio, maledictio, vituperatio, convicium, & quaſi nocens dictum, ſacrilega infamatio, vel obtrectatio nefaria. Budæus. Apud Eccleſiaſticos, Dictum, quo Divina majeſtas læditur.
Capti blaſphemia monſtri. Prudent. Pſych. 716.

Blasphemium, Idem, apud Commodian. Inſtr. 31. 7.

Blasphēmo, [βλασφημέω] āre. Maledicere, honorique & dignitati alterius derogare: Execrari, vituperare, conviciis inceſſere. Item Impie de Numine loqui. Hieron. Epiſt. 75. extr. Tertull. contra Jud. cap. 13.

Blasphemans, antis. Hieron. in Eſ. cap. 37.

Blasphematio, ōnis. f. Tertul. de Cult. Fem. cap. 12. pr.

Blasphemābilis, e. Tertull. ibid.

Blasphēmus, a, um. [βλάσφημος] Qui blaſphemat. Blaſphemus ſatelles. Prudent. Hymn. Periſteph. 75.
Subſtantive occurrit apud Tertull. de Reſurr. Carn. cap. 26.

Blaspheme, Adv. βλασφήμως.

Blasta, [βλάσται] a Comicis ponuntur inter Ornamenta aurium mulierium, referente Polluce lib. 5. cap. 16. Gualtherus vertit Germina.

Blastus, i. m. [βλαστὸς] Caſſiæ genus. Dioſc. 1. 12. Niſi lectio mendoſa.

Blateas, antiqui Bullas luti ex itineribus, aut quod de calceamentorum ſoleis eraditur, appellabant. Feſtus, in Balatrones. [ubi pro Bullas, Bolos legendum puto, i. e. glebas.

Blatĕro, [ψέλλω, ψελλίζω] āre. eſt Stulte & præcupide loqui: quod a Græco βλὰξ originem ducit. Sed & camelos quum voces edunt, Blaterare dicimus. Hæc Feſtus. Nonius, Blatis, & Blateras confingis: aut Incondite & inaniter loqueris: ut a balatu. Idem 2. 79. Blaterare, eſt Confingere per mendacia. Item alio loco, Blaterare quaſi Verba trepidantia metu balbutire dixerunt. Gellius lib. 1. cap. 15. De hominibus quoque poſſe dici, ſtulta & immodica blaterantibus, quorum lingua tam prodiga infreniſque ſit, ut fluat ſemper, & æſtuet colluvione verborum teterrima.
Blaterare cum clamore. Hor. 2. Serm. 7. 36. —— ecquis
Audit? cum magno blateras clamore, fugiſque. h. e. Vociferaris, clamas ſine ratione. Unde Balatrones quaſi Blaterones. Blaterare enim proprie eſt, Inepte clamare. Acron.

Blaterans, antis. Apul. Met. 8. p. 213. Hæc & hujuſmodi mutuo blaterantes.

Blateratus, a, um. Idem Met. 4. p. 153. His & his ſimilibus blateratis. Idem Apol. 1. p. 275.

Blaterātus, ûs. m. Sidon. 9. Epiſt. 11. extr. Cujus abundante blateratu. Mart. Capel. p. ult. Canini blateratus.

Blateratio, ōnis. f. Idem. [βαττολογία] Apul. Met. 4.

Blatĕro, ōnis. m. [στωμύλος, ψελλίζων] Gell. lib. 1. cap. 15. Nec minus inſigniter veteres quoque noſtri, hoc genus homines in verba provectos, locutuleios, & blaterones, & linguaces dixerunt.
Scribunt nonnulli duplici T, Blattero, a Blatta vermiculo, ſed inepte. V. Scholiaſten. Hor. 1. Serm. 2. Al. Blactero q. V.

Blato, ōnis. m. Idem. Vet. Gloſſ. Blato, ματαιολόγος. Niſi Blatio, vel Blatero legendum. In Gloſſ. Iſidor. Blato eſt Cubicularius.

Blatio, [ψέλλομαι] īre. Idem quod Blaterare. Plaut. Amph. 2. 1. 79. Qui (malum) intelligere quiſquam potis eſt? ita nugas blatis. conf. Idem Curc. 3. 82. & Epid. 3. 1. 13. Blatire, inquit Nonius 1. 210. eſt Incondite & inaniter loqui. Quidam Blactire ſcribunt.

Blato, ſive Blatto, āre. in Vet. Gloſſ. exponitur φλυαρῶ. In alio Gr. Lat. φλυαρῶ, arguto, garrio, blatto, effutio. Sed ibi forte pro Blatto, legendum eſt Blatio, vel Blatero.

Blatta, æ. [σίλφη] Vermiculus exiguus eſt, lucem fugiens, & tenebrarum alumnus, in balneis maxime humido vapore prognatus. Plin. lib. 29. cap. 6. Plura earum genera fecerunt: molles; quas in oleo decoctas, verrucis efficaciter illini experti ſunt. Alterum genus, mylœcon appellavere, circa molas fere naſcens. Tertium genus & odoris tædio inviſum. Mylœcon vulgo Piſtrinariam vertunt.
Blattæ piſtrinariæ meminit Dioſc. lib. 2. c. 38.
Lucifugæ blattæ. Virg. 4. Georg. 243.
Blattæ libris & veſtimentis inimicæ. Martial. 14. 37. Scrinium loquens inducitur,
Conſtrictos niſi das mihi libellos,
Admittam tineas, truceſque blattas. Idem 6. 60. Hor. 2. Serm. 3. 118. —— age, ſi ſtramentis incubet, unde
Octoginta annos natus: cui ſtragula veſtis
Blattarum ac tinearum epulæ, putreſcat in arca. Inde proverbium de re quæ computruit, ut Cum blattis & tineis rixari dicatur.
Blattam recentiores ſcriptores vermiculum Bombycem intellexerunt, cujus textu veſtes ſericæ conficerentur: unde Blattea veſtis, & Blatteum paludamentum, apud Lamprid. Capitol. & Vopiſc. pro Serico aut alio quovis pretioſo: vel (ut Paulus Ægineta) pro Purpura: quoniam Indicum conchylium vulgo Blatta dicitur. Sic Caſſiodorus Var. 5. Ep. 34. Blatteum pro Purpureo accepit; Chamæleon, inquit, colores ſuos multifaria qualitate commutat: ut modo veneta, modo blattea, modo poſſit cyanea reperiri. A quo colore Blatta etiam Frumentum dicitur, quod rubidum ſit, ſementi accommodatius, in purpuram declinans. [Immo Bladum. V. ſupra.
Blatta Byzantia, quæ Dioſc. lib. 2. vocatur Onyx, Latinis dicitur Unguis odoratus, & conchula Indica. Eſt autem teſta cujuſdam generis conchyliorum non diſſimilis purpuræ: ſed quod in India reperitur, & Dioſcoride teſte aromaticum odorem habet, propterea quod nardo in paludibus iſtic naſcente ea conchylia paſcantur. V. tamen mox BLATTIUM.

Blattarius, a, um. Adj. ut, Blattaria balnea, Sen. Epiſt. 86. In quibus frequentes ſunt blattæ. Ex humido enim balneorum vapore progenerantur, ut Plinius auctor eſt. V. paulo ante BLATTA & Lipſ. in Senec.

Blattaria, æ. f. Herba eſt verbaſco ſimilis, foliis minus candidis, cauliculis pluribus, flore luteo. Hæc abjecta blattas in ſe contrahit, unde & nomen accepit. Plin. lib. 25. cap. 9.

Blatteus, a, um. Purpureus. Eutrop. in Neron. 7. 9. Nero inuſitata luxuria fuit, ut qui exemplo Caligulæ frigidis & calidis lavaretur unguentis, hamis aureis argenteiſque piſcaretur, quæ blatteis funibus extrahebantur. Suet. vocat Purpureos: Piſcatus eſt (inquit) reti aurato, purpura, coccoque funibus nexis. conf. Lampr. Heliog. cap. 33. Tunicæ blatteæ. Vopiſc. Aur. cap. 45. extr. conf. Salmaſ. not. Sidon. 9. Epiſt. 13. & 11. Cod. t. 7. l. 10. tum Lex. Pitiſc.

Blattiarius, i. m. Qui ſericum purpura tingit. Leg. 1. Cod. Theod. de Excuſ. Artif. V. Lex. Pitiſc.

Blattĭfer, a, um. Blatteis veſtitus. Sidon. Apoll. 9. Epiſt. 16. Blattifer Senatus.

Blattium, [βλάττιον] Pallium eſt purpureum vel coccineum, a Blattis & vermiculis, ut quidam putant, qui e *chermes* (ut Arabes vocant) & e cocco ſanguinei coloris erumpunt. Blattium, θρόμβος αἵματος in antiquo lexico explicatum legi, ut ſit Cruor purpuræ, expetitus tingendo velleri Imperatorum. Blattium etiam Byzantium os naris purpuræ dicit Actuarius eſſe, ut inde & Purpureus dicatur color blatteus. Verba ſunt Turnebi. Adv. 18. 17. q. V. conf. Ferrar. de Re Veſt. 1. 2. 7. ut & Lex. Pitiſc. De Blattio Byz. V. Henr. Steph. Theſ. Gr.

Blattosericus, a, um. ut, Pallium blattoſericum. ap. Vopiſc. Aur. c. 45. extr. ut legit Salmaſ. p. 388. Al. Blatteum ſericum.

Blăvia, æ. f. Urbs Galliæ. Auſon. Ep. 12. 6.

Blautæ, [βλαῦται] fuerunt Calcei maxime domeſtici, ſeu genus Sandalii, ut ait Pollux 7. 22. conf. Balduin. de Calc. antiq. cap. 20. vel Lex. Pitiſc.

Blax, ācis. m. [βλὰξ] vox eſt quæ Bardum & ſtupidum ſignificat, ut ait Feſtus in dictione Blitum. V. Dacer. Dictionem autem hanc inflexam tradit Cælius a piſce prorſus inutili, & Siluro perſimili, quem ne canis quidem attingat. V. lib. 9. Lect. Antiq. cap. 11. Gloſſ. Gr. Lat. ἠλίθιος, Blax, ſimplex.

Blayrum, [Βλαῦρον] Oppidum eſt Phrygiæ, cujus meminit Strabo lib. 12.

B L E

Blechnon, [βλῆχνον] Dioſc. 4. 178. Herba eſt notiſſima, quam Græci πτερίδα, Latini Filicem vocant. V. Plin. lib. 27. cap. 9.

Blechon, [βλῆχον] Plinio Silveſtre eſt pulegium, ſimile origano, minoribus foliis quam ſativum, quod a pecore guſtatum balatum excitat. Unde etiam literæ unius commutatione βλῆχον appellatum, ἀντὶ τοῦ γλήχων: ſic enim Græci Pulegium vocant. V. Plin. lib. 20. cap. 14. & Apul. de Herb. cap. 9.

Blemmyes, [Βλέμμυες] ſeu Blemyæ, m. pl. (utrunque enim legitur) Populi ſunt in Æthiopia, Auſtrum verſus, capitibus carentes, ore & oculis pectori affixis, ut ait Plin. lib. 5. cap. 8. conf. Strab. 17. Vopiſc. Prob. cap. 17. & Zoſim. 1. 71. Pompon. 1. 4. & 8.
Blemyæ feri. Claud. in Nilo v. 19. Dicuntur & Bleptæ.

Blemnītes, vox ſpuria, ex Theſ. Lipſ. pro Belemnites, quod nomen lapidis, a figura ſagittæ, quæ Græce βέλεμνον dicitur, apud Conr. Geſn. lib. de Fig. lapid.

Blennius, i. m. Piſcis mugil. Plin. 32. 9.

Blennos, [ἠλίθιοι] Stultos eſſe Plautus indicat in Bacch. 5. 1. 2. ubi ait, Stulti, ſtolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones. Feſtus. Blenni qui dicuntur, ſic vocantur, ut Mucoſi, id eſt, βλεννώδεις. Turnebus 3. 10.
Dentes blenni. V. Taubm. ad Plaut. Curc. 2. 3. 39. ubi J. Gruter. pro Plenis legit Blennos: quos & J. Wower. exponit Jejunio fœtentes. V. eum ad Sidon. 3. Epiſt. 13.

Blephara, æ. f. [βλέφαρα] Flos Nymphææ. Dioſc. 3. 40.
Blephara, item Supercilium. Unde

Blepharo, ōnis. m. [βλεφαρώδης] dicitur Superciliosus homo, qui habet ſupercilia magna. Plaut. in Amph. arg. v. 7. Raptant pro mœchis: Blepharo captus arbiter. & 4. 3. 3. Quidam proprium nomen eſſe putant & a ſuperciliis effictum, quæ opinio verior videtur. V. ibi Gronov.

Bleptæ, [Βλέπται] Populi Africani ſine capitibus, habentes oculos in pectore. De his fabulis V. auctores in BLEMMYES.

Blerani, Italiæ populi in tractu Hetruriæ, Cortonenſibus & Capenatibus vicini. Plin. lib. 3. cap. 5.

Blesinon, Caſtellum Corſicæ inſulæ. Strabo lib. 5.

Bletista, Oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis cui nunc Ledeſmæ nomen. V. Gruter. Inſcript. p. 99. n. 2. vel Pitiſc. Lex.

B L I

Bliteræ, V. BETERRÆ.

Blitum, i. n. [βλίτον] Genus oleris, a ſaporis ſtupore appellatum eſſe ex Græco putatur: quod ab his βλὰξ dicitur ſtupidus. Feſtus. Plin. lib. 20. cap. 22. Blitum iners videtur ac ſine ſapore, aut acrimonia ulla. Unde convicium feminis apud Menandrum faciunt mariti. Plaut. Pſeud. 3. 2. 26. Apponunt rumicem, braſſicam, betam, blitum. Gemino T, a Suida ſcribitur: βλίττος, εἶδος βοτάνης.

Bliteus, Adj. [βλίτος] Inutilis, inſulſus & vecors; a Blito herba nullius uſus. Plaut. Truc. 4. 4. 1. Blitea & lutea eſt meretrix, niſi quæ ſapit in vino ad rem ſuam. Fieri poteſt (inquit Eraſmus Chil.) ut Gallica quoque vox hinc manarit, qua nunc vulgo Contemptiſſimos extremæque notæ homines compellant Bliteros, addita literula *Belitres*. conf. Non. 2. 93. & ſupra BALATRO.

Blucium, [Βλούκιον] Caſtellum eſt Toliſtobogorum, qui Bithynis ſunt finitimi, in quo Deiotharus theſauros habebat. Strabo lib. 12.

B O A

Boa, æ. f. Serpens eſt aquatilis, quam Græci ὕδρον vocant, a qua icti obturgeſcunt. Crurum quoque tumor, viæ labore collectus,

Boa appellatur. Festus. conf. Scalig. & Dacer. Boa (inquit Perott.) sive Bova (utroque enim modo dicitur) Serpentis genus, vel quod primo bubuli lactis succo alatur, vel quod instar bovis turgeat. Faciunt his fidem in Italia appellatæ boæ: in tantam amplitudinem exeuntes, ut D. Claudio principe, occisæ in Vaticano solidus in alvo spectatus sit infans. Plin. lib. 8. cap. 14.

Boa etiam, sive Bova, Morbi genus est, quum corpora papularum multitudine rubent ad similitudinem eorum qui boa serpente icti obturgescunt. Ignoravit hoc Festus Pompeius, qui Boam scripsit esse Tumorem crurum viæ labore collectum. Perott. Plin. lib. 24. cap. 8. Boa appellatur morbus papularum, quum rubent corpora: sambuci ramo verberatur. Idem lib. 26. cap. 11. Ebuli folia contrita, & e vetere vino imposita etiam boam sanant, id est rubentes papulas. Opinor morbum esse hactenus incognitum, qui vulgo *rubella* dicitur.

Boagrius, [Βοάγριος] Locrensium amnis, qui Thronion urbem præterfluit, Strabo lib. 9. Hujus etiam meminit Homerus.

Boalia, Boare, Boarius, Boatim, V. bos.

Boarmia, æ. [Βοαρμία] Minerva a Bœotiis colitur, & cognominatur a coaptatione boum ad aratrum. Cæl. lib. 14. cap. 18.

B O B

Bobion, [Βόβιον] Oppidum ad Apennini juga situm, ubi nobile cœnobium a Theodolinda regina Longobardorum extructum. de quo Volaterr. l. 4. extr.

B O C

Bocalia, [Βωκαλίας] Fluvius est in Salamine insula, qui prius Bocarus est appellatus. V. Strabo lib. 9.

Bocalium, Arcadiæ oppidum est, juxta Megalopolin & Catinam. Plin. lib. 4. cap. 6.

Bocas, inquit Festus, Genus piscis, a Boando, id est clamando appellatum. Hæc ille. Βῶκες (ut ex Speusippo annotavit Hermolaus) sunt Leucomænides: hoc est mænæ candidiores, quas nos *Girros*, sive *Girrulos* vocamus. conf. Isidor. 12. 6. Al. Boca, æ.

Boccatius, Joh. Genealogiam deorum scripsit, de Fluminibus & montibus: præterea Fabulas, pluraque alia vernaculo sermone. Volaterr.

Bocchar rex Maurorum temporibus Masinissæ ac Syphacis. Liv. 29.30. Videtur idem nomen cum seq.

Bocchus, Rex Mauritaniæ fuit & Getuliæ, qui Jugurtham Syllæ tradidit. V. Sallust. Jugurth. cap. 19. Strabo lib. 17. Paterc. 2. 12. De ejus sævitia V. Plin. 8. 5.

Fuit & alter Bocchus historicus, cujus meminit Plin. lib. 16. cap. 40.

Atrox Bocchus. Sil. lib. 3. 285.

Præfuit intortos demissus vertice crines
Bocchus atrox.

Boccho, ōnis. m. Fatuus. Apul. Apol. 2. p. 206. Sed rectius legitur Bucco.

Bocchўris, Nomen viri, qui in Ægypto juste sincereque judicasse fertur adeo ut ejus nomen in proverbium venerit, justissime judicantium. Refertur a Suida.

Τὸν Βόκχοριν, καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ Νεόχαβιν. Athen. lib. 10. p. 207. v. 9. H. St. [Bocchoris. Nec usquam aliter id nomen scribitur. V. Scalig. ad Eusebi p. 68. Marsh. Can. Chron. Sec. 16.

Boccori, qui & Concordienses, Populi sunt Lusitaniæ, teste Plin. lib. 4. cap. 22.

Bocenses, Sardiniæ populi. Plin. lib. 3. cap. 7.

Bochiana, Oppidi nomen Troglodytarum, apud Plin. lib. 6. cap. 29. in descriptione sinus Maris rubri, Troglodytici & Æthiopici.

Bochiri, Oppidum fuit Romanis fœderatum, in Balearibus insulis situm. Plin. lib. 3. cap. 5.

B O D

Boderia, Ptolemæo æstuarium maris Britannici, Tacito Bodotria dictum, in vita Agric. c. 23.

Bodincomagum, [Βοδιγκόμαγον] Oppidum est ad Padum, alio nomine Industria: ita dictum a Pado, qui Ligurum lingua Bodincus fuit appellatus, quasi Fundo carens. Plin. lib. 3. cap. 16.

Bodincus, V. bodincomagum.

Bodones, sive Botones, Lapides illi sunt, sive aliud quid, qui vicem terminorum præstant. Jul. Paulus Recept. Sentent. lib. 5. tit. 22. de seditiosis. Qui terminos effodiunt vel exarant, arboresve terminales evertunt, vel qui convellunt bodones, siquidem id servi sua sponte fecerint, in metallum damnantur, humiliores in opus publicum, honestiores in insulam amissa tertia parte bonorum relegantur. Vox est mensorum, vel eorum qui de agrorum & limitum conditionibus scripserunt. conf. Auct. Rei Agrar. p. 225. 306. & Rigalt. Gloss. Agrim. p. 294.

B O E

Bœa, Oppidum est Peloponnesi in sinu Argolico, non procul ab Epidauro. Plin. lib. 4. cap. 5.

Bœbe, es. f. [Βοίβη] Oppidum Cretæ, non procul a Cortyne. Stephan. Est & Bœbe Thessaliæ oppidum, lacui adjacens, ab eo Bœbeis appellatur. Strabo lib. 9.

Bœbēis, ĭdos. [Βοιβηὶς] Lacus est Pheris urbi Thessaliæ vicinus. Strabo lib. 9. Plin. lib. 4. cap. 8. conf. Lucan. 7. 176.

Præterea Locus est lacui proximus a Bœbo Glaphyri filio dictus. Propert. 2. 2. 63.

Mercurioque Sais fertur Bœbeidos undis,
Virgineum primo composuisse latus.

Sed V. not. ad h. l. Scalig. & Turneb. Adv. 11. 16. conf. Val. Flacc. 1. 449.

Bœbrius, & Bœbicius, a, um. Gentil. Val. Flacc. 3. 543. & Lucan. 6. 382.

Bŏēdrŏmĭa, orum. m. pl. [Βοηδρόμια] Suidas Atheniensium festum scribit, quo die Xuthus summa festinatione Atheniensibus opem tulit, quum ab Eumolpo Neptuni urgerentur, Athenis regnante Erechtheo. Plutarchus vero in Theseum retulit, quum victoriam de Amazonibus reportasset. Nomen est, secundum Hesychium, ἀπὸ τοῦ βοηδρομεῖν, quod est, sublato clamore, ut in pugna fieri solet, succurrere. V. Marsh. Can. Chron. Sec. 18.

Boedromion, nomen Mensis Atheniensis. V. dict. seq.

Boedromius, [Βοηδρόμιος] Apollo ab Atheniensibus cultus fuit. Nam quum bellum inter Athenienses comparatum esset, Ion Eleusinius eis opem tulit, ob cognationem. Inde victores facti Athenienses, de voce currentis exercitus ad urbem, Apollinem Boedromium dixerunt, & mensem βοηδρομιῶνα, qui tertius in ordine anni Atheniensium fuit, & Augusto respondet anni Juliani.

Boemia, [Βοιμία] Mysiæ Europææ regio ultra Danubium sita: sic dicta a Bemis, quos Ptolemæus in ea parte gentem maximam esse dicit. Hujus regionis latitudo longitudini par, trium forte dierum iter. silva Hercynia undique cingitur, albique fluvio media irrigatur. Ab Oriente Moravos, ab Arcto Saxones, ab Occidente Noricum, a Meridie Austriam & Bavariam habet. Regionis metropolis, Praga. Plura Æneas Sylvius, qui Boemorum historiam scripsit. Apud Tacit. de Morib. Germ. c. 28. scribitur Boiemia, apud Paterc. Boiohæmum. De hujus regionis nomine, situ, & habitatoribus, plurima tradit Andreas Althamerus in Tacitum, docens Boiohemiam, seu corrupte Bohemiam dici, quasi Boiorum patriam, seu domicilium. V. Cluver. Germ. Ant. 3. 30.

Bœrebistas, [Βοιρεβίστας] Vir natione Geta, quum gentis ejus præfecturæ insisteret, homines frequentia bellorum & cladibus afflictos, eo magnitudinis extulit, nunc exercitatione corporum, nunc victus sobrietate, nunc edictorum obedientia, ut intra paucos annos latum adeptus sit imperium, plurimosque finitimorum, Getarum ditioni subdiderit: trajectoque audacter Istro, Thraciam diripiens usque in Macedoniam & Illyricum, magnum Romanis terrorem incusserit. Ingentis autem obedientiæ argumentum est, quod ejus suasione inducti, vites excidere, & sine iis vitam agere consensere. Periit vero insurgentibus in eum nonnullis, priusquam Romanus populus adversus eum mitteret exercitum. Strab. lib. 7.

Boēthi, [Βοηθοὶ] dicuntur ab Imperatore, Adjutores scribarum: quos alii Subadjuvas, alii Adjutorios appellant, ut in l. Unicuique. C. de Proximo. sacr. scrin. Βοηθῶ enim idem valet quod Adjuvo. Inde Severinus Boethius dictus, quem alii falsa voce Boetium vocant. Quorum errorem confutat antiquum marmor, quod adhuc Dertonæ extat in divi Martiani cœnobio: ubi tumulus est, quem antiqua inscriptio Boethio & Eutharico Consulibus factum ostendit. Hæc Alciatus in illud 10. lib. Codicis Justiniani, tit. de Tabulariis, scribis, &c. Boethos, logistas, medogrammateos, &c.

Boethus, Stoicus quidam fuit, qui conatus est earum rerum rationem explicare, quæ in mari cælove fierent. Cic. 1 de Divin. 14.

Fuit & alter hoc nomine Aurifex, de quo idem Cic. 6. Verr. 32.

Fuit & Sculptor optimus, cujus opera visebantur apud Lyndiam Minervam. Plin. lib. 33. 12. & 34. 8.

Boethus Flavius, Ptolemaide oriundus, Romæ Consulatum adeptus est & gessit, Antonini Imperatoris temporibus. Hic Galeno perquam fuit familiaris, imprimisque anatomicæ speculationis studiosus, ut ipse Galen. testatur lib. 1. de Anatom. administrat.

Boethus & ineptus quidam poeta fuit Tarsensis, qui Philippensem Antonii victoriam carmine conscripsit, quo nomine præter alios summos honores, quibus ab illo est affectus, gymnasii etiam Tarsensis præfecturam est assequutus. V. Strab. lib. 14.

De aliis Boethis V. Fabric. Bibl. Lat.

Bœōtia, [Βοιωτία] Græciæ regio, tria respicit maria, Peloponnesiacum, Siculum, & Adriaticum: totidemque in partibus colonos habet. Castor & Musæus antiquissimi scriptores scribunt (ut tradit Eustathius) a Cadmo conditore Cadmeæ, id est Thebarum, originem habuisse. qui ex oraculo bovem in sedibus mutandis habuerit ducem. conf. Ovid. 3. Met. 10. Sunt etiam qui ex ingenii pinguedine sic vocatos putent Bœotos, unde Sus Bœotica apud Pindarum, proverbium, de quo mox. V. & Strab. l. 7. Vocabatur porro & Aonia, & Mesapia, & Ogygia, ab Ogyge antiquissimo rege ei regioni primum dominante: & Cadmeis, ut scribit Thucydides, & Hyantis ab Hyante rege. Plin. etiam lib. 4. cap. 7. Bœotos antiquitus Hyantas scribit esse dictos. Bœotorum res copiose Pausanias & Diodorus lib. 5. tradiderunt. Ovid. 2. Met. 239.

——quærit Bœotia Dircen.

conf. Cæs. 3. Bell. Civil. 4.

Bœotius, [Βοιώτιος] Adj. Cic. 1. de Divin. 34. Ovid. 3. Met. 12.

Mœnia fac condas, Bœotiaque illa vocato.

Bœōtus, [Βοιωτὸς] aliud Adj. ut, Tellus Bœota, i. e. Bœotia. Ovid. 12. Met. 8.

Bœoticus, a, um. ut, Auris Bœotica, Sus, Ingenium, & Ænigmata Bœotica. V. Chil. Erasm.

Bœtica Hispaniæ provincia, cui Bœtus fluvius interfluens nomen dedit. Nunc a cocco quod plurimum ibi nascitur *Granata* nominatur. Primum Proconsularis provincia, postea Consularis. V. Panciroll. Not. Dign. Imp. Occident. cap. 66. V. bætica.

Boetius, [Βοήτιος] Anicius Manlius Torquatus Severinus Boetius, cujus extant ingenii monumenta, Zenone imperante ob affectatæ libertatis suspicionem a Theodorico rege exilio damnatur: deinde custodiæ traditus plura conscripsit. Tandem simul cum Symmacho Senatore, socero suo, & in tertio consulatu collega, aliisque præstantibus viris interficitur. V. Euseb. conf. Fast. consul. Ant. Augustin. de Fam. Rom. Aurel. extr. supra boethi.

Bœtus, vox spuria, pro Bætis. q. V.

B O G

Bogadium, [Βογάδιον] Urbs Germaniæ Ptolem. vulgo *Forst in Lausnitz*.

Boges, Vir Persa, ab Atheniensibus obsessus, ubi nihil habuit commeatuum in castris, liberos cum uxore primum, demum seipsum interfecit. Herodot lib. 7.

Bogud, ĭdis. Rex fuit Mauritaniæ Tingitanæ, quæ ab eo Bogudiana vocata est. Plin. lib. 5. cap. 2.

Fuerunt autem plures ejusdem nominis, ex quibus postremus fuit, qui in Actiaco bello Antonii partes sequutus, ab Agrippa supplicio

cio affectus eſt. A Strab. Bogus dicitur lib. 8. conf. Sil. 4. 151. & 5. 402.
BOGUDIANA, Pars Tingitanæ provinciæ in Africa. V. BOGUD.
BOGUS, V. BOGUD.

B O H

BOHEMIA, V. BOEMIA.
BOHILLÆ, Oppidum in Italia: ſic dictum, quod eo bos inteſtina vulnere trahens advenerit. Nonius, in dict. Hillæ. [Sed aut errore nominis deceptus eſt Grammaticus, ſiquidem ejus oppidi nomen conſtanter Bovillæ ſcribitur, vel, permutata ſecunda litera cum digamma Æolico, ut aſſolet, Bobillæ: aut dicendum eſt H literam in V conſonam, ſeu digamma fuiſſe converſam, cum olim Bohillæ diceretur. V. DIGAMMA & H. lit.

B O I

BOIA, æ. f. [κλοιὸς in vet. Gloſſ.] Annulus ſive Circulus quo colla vel pedes delinquentium nodantur. V. Scheffer. de Torquibus cap. 4. Plaut. Capt. 4. 2. 108. Boius eſt, Boiam terit. Sed forſan hic velit Gallum cum Galla cubare, a Boiis infra. V. Taubm. & Gronov. in loc. & Lex. Pitiſc.
Boiæ, arum. pl. Bojæ, id eſt Genus vinculorum, tam ligneæ, quam ferreæ dicuntur, inquit Feſtus. Plaut. Aſin. 3. 2. 5. Carceres, numellas, pedicas, boias, tortoresque acerrimos. V. Voſſ. Lex. Etym. & Barth. Adverſ. 47. 17.
BOIA, æ. f. forte Regio Boiorum in Gallia. Cæſ. 7. Bell. Gall. 14.
BOIATES, um. m. pl. Incolæ Vaſconiæ in Gallia. Hinc promontorium oſtiorum Garumnæ vocatur *Caput Boiatum*, & depravatione Vaſconica *Cap de Butz.* Urbs eſt Baiona, quaſi Boiona. V. Scalig. Lect. Auſon. 2. 7. p. 108. & Tollii Not. ad Auſon. p. 617.
BOII, [Βόϊοι] Populi, qui Noricis & Helvetiis contermini, ut teſtis eſt Strabo. In Italiam cum Senonibus transgreſſi. V. Plin. lib. 3. cap. 17. Liv 5. 35.
Sunt item Boii, Lugdunenſis Galliæ populi. Plin. lib. 4. cap. 18. Quidam Borbonenſes eſſe dicunt. Sil. lib. 4. 159.

—— ſpiſſæque ruunt conferta per arma
Undæ Boiorum.

V. Sigon. de Ant. Jur. Ital. 1. 24. vel Lex. Pitiſc.
BOICUS Ager dicitur, Qui fuit Boiorum Gallorum. Is autem eſt in Gallia citra Alpes, quæ Togata dicitur, in qua ſunt Mediolanenſes. Feſtus.
BOIN, Oppidum Africæ, in tractu Cyrenaico. Plin. lib. 5. cap. 5.
BOIODURUM, i. n. Ptolemæo, Bolodero in Itinerario, urbs eſt Vindeliciæ ad Oſtium OEni, ſeu Æni fluvii, ubi Danubio miſcetur. V. Pancirol. Not. Dign. Imp. Occ. cap. 81. De nominis origine fuſius inter ſe diſputant Velſer. Rerum Boicar. 11. p. 37. & Cluver. Vindel. p. 24.
BOION, [Βοῖον Steph.] Doridis oppidum in Græcia. Plin. lib. 4. cap. 7. Doris (inquit) in qua Sperchios, Erineon, Boion, Pindus, Cytinum.

B O L

BOLA, æ. f. Gemma. V. BOLOE.
BŌLA ſive BOLÆ, ſeu VOLA, [Βῶλα] Oppidum agri Campani in Italia, cujus meminit T. Liv. 4. 49. & Virg. 6. Æn. 775. Unde
BOLANI, ſeu VOLANI, [Βωλανοὶ] Incolæ urbis Bolæ, Coriolanis & Fidenatibus vicini: apud Plin. lib. 3. cap. 5. V. Sigon. ad Liv. u. ſ.
BOLĀNUS, Proprium viri, de quo Hor. 1. Serm. 9. 11.

—— ô te, Bolane, cerebri
Felicem, aiebam tacitus.

Vulgo Bollane.
M. Vectius Bolanus, X legionis legatus, ſub Corbulone militavit in Perſia, de quo Tacit. 15. Ann. 3. Deinde præfuit Britanniæ. Idem 2. Hiſt. 65. & 97. & in Agric. cap. 8. Ejus laudes V. apud Statium, 5. Silv. 2.
BOLBITINUM, [Βολβίτινον] a Plinio lib. 5. cap. 10. numeratur inter oſtia Nili: a Bolbitine oppido. Strabo Bolbiticum appellat lib. 17. V. & Steph.
BOLBĬTUM, i. n. [βόλβιτον] Græcis Fimum ſignificat, & proprie bubulum: unde Imbulbitare dictum putat Feſtus, pro eo quod eſt, Puerili ſtercore inquinare. Plin. lib. 28. cap. 17. Fimi cervini, maxime ſubulonis, ſed & bubuli, de armentinis loquor (quidam Bolbiton vocant) cinis, cochleariorum trium in mulſi hemina bovis fœminæ in mulieribus efficax, & ex altero ſexu in viris.
BOLBULÆ, [Βολβοῦλαι] Inſulæ nomen in mari Ægæo, non procul a Teo, ut refert Plin. in deſcriptione inſularum ante Aſiam, lib. 5. cap. 31.
BOLCHUM, i. n. [βολχὸν] Idem ac Bdellium. Dioſc. 1. 71.
BOLENTIUM, [Βωλέντιον] Pannoniæ urbs ſuperioris Ptolemæo. Vulgo *Regenſpurg.*
BŌLĒTUS, i. m. [βωλίτης] Genus fungi inter omnes optimi: de quo abunde Plin. lib. 22. cap. 22. Juven. 5. Sat. 146.

Vilibus ancipites fungi ponentur amicis,
Boletus domino: ſed qualem Claudius edit, &c.

Boletum condire. Juvenal. 14. Sat. 8. conf. Martial. 1. 21. 3. & 13. 47. & Lex. Pitiſc.
BŌLĒTAR, āris. n. [βωλητάριον] Vaſis nomen, quod & aliis obſoniis quam boletis ſerviebat. Martial. 14. 101. ſub lemmate Boletaria.

Quum mihi boleti dederint tam nobile nomen,
Prototomis (pudet heu) ſervio colliculis.

Boletare etiam in Apicio legitur, ut lib. 2. 1. Et exinanies in boletari. Hinc apud Treb. Poll. Claud. cap. 17. ubi legitur Voletare halieuticum. Turnebus Boletare legendum cenſet: quod & verius eſt, V. Adverſ. 15. 20. & Barth. Adverſ. 38. 2. conf. Voſſ. Lex. Etymol. & Donat. Dilucid. p. 1016. Lex. Pitiſc.
BOLINA, [Βολίνη] Nomen nymphæ virginis, quam Apollo amavit: illa autem amantem deum averſata, ſe in mare projeciſſe fertur. Verum Apollinis beneficio immortalis eſt reddita. Ab hac & urbs & fluvius nomina ſortiti ſunt in Achaia. Pauſan. & Steph.
BOLINE, Vitis eſt in Bithynia, fructu admodum præcoci, racemis tantum non cubitalibus, acinis albis ac pellucidis, cujus meminit Cæl. lib. 11. cap. 16.
BOLINGÆ, Populi ſunt Aſiæ. Plin. lib. 6. cap. 19.
BOLIS, ĭdis. f. [βολὶς] Jaculum, pondus funiculo affixum, quo demiſſo nautæ explorant altitudinem maris: vocatur & Perpendiculum nauticum, dictum ἀπὸ τοῦ βάλλειν, id eſt a mittendo. V. Scheffer. de Mil. Nav. 11. 5.
Bolides, Græcis dicuntur etiam Haſtæ miſſiles.
Bolides, Faces in aere. Plin. lib. 2. cap. 26. Emicant & faces, nonniſi quum decidunt viſæ: qualis Germanico Cæſare gladiatorum ſpectaculum edente, præter ora populi meridiano tranſcurrit. Duo genera earum: Lampades vocant plane faces: alterum bolidas, quale Mutinenſibus malis viſum eſt. Diſtant, quod faces veſtigia longa faciunt, priore ardente parte: bolis vero perpetua ardens, longiorem trahit limitem.
BOLITES, æ. [βολίτης] Radix herbæ Lychnidis vocatur ab Aſianis, qua alligata oculo, albugines tolli dicuntur. V. Plin. 21. cap. 26.
BOLITUS, [βολιτὸς] Aſellorum excrementum proprie dicitur, ut quibuſdam placet: licet & Boum ſuperfluitates ita vocentur. Quod vero Bolitum pronuntiant Attici, reliqua Græcia Bolbiton. V. ſupra in dictione BOLBITON, & Rhodig. lib. 11. cap. 17.
Boliti pœnam, Proverbiali figura dicunt, ubi quis de re frivola nihilique plectitur. Bolitus autem, ut paulo ante diximus, ſignificat Stercus quodvis, ſed proprie bubulum. Porro Solon legem tulit, quæ pœnam minabatur etiam iis qui bubulum ſtercus furto ſuſtuliſſent. Eraſm.
BOLŒ, [βῶλοι] Gemmæ, quæ nimbo inveniuntur, glebæ ſimilitudine. Plin. lib. 37. cap. 10.
BŎLUS, i. [βόλος] Latine Jactum ſignificat.
Bolus, Aleæ quoque jactum ſignificat, vel rete ipſum piſcatorium, quod Fundam vocamus. Plaut. in Rud. 2. 3. 30. O Neptune lepide, ſalve, nec te aleator ullus eſt ſapientior: profecto nimis lepide jeciſti bolum, perjurum perdidiſti. Verba ſunt Trachalionis ſervi ad Neptunum, exiſtimantis lenonem naufragio periiſſe. Perdere autem, Perimere & evertere interdum ſignificat: unde jocus reſultat. Aleatores enim & piſcatores bolum jaciunt. Perdidiſti igitur Neptune hominem perditiſſimum, id eſt lenonem maxime perdendum: propterea Neptune aleam pulchre jeciſti, pulcherrimum jactum feciſti. Bud. in Pandect. Plaut. Curc. 5. 2. 13. Si vis, tribus bolis; ſcil. Ludamus.
Bolo aliquem tangere, eſt Circumvenire, fallere. Plaut. Pœn. prol. v. 101. & Truc. arg. v. 3.
BŌLUS, i. [βῶλος] cujusque rei Fruſtum ſignificat.
Bolus e faucibus eripi dicitur, Quoties commoditas aliqua, quæ jam propemodum tenebatur, præter expectationem ſubito præripitur. Ter. Heaut. 4. 2. 6. Crucior [illegible]tum bolum mihi ereptum tam ſubito e faucibus. Eraſm.
Bolus, per metaph. Plaut. Truc. 4. 3. 70. Verum hoc ego te mulctabo bolo: ſex talenta magna dotis demam pro iſtac inſcitia. Varro 3. de R. R. cap. 2. Sed ut ad hunc bolum pervenias, opus erit tibi aut epulum, aut triumphus alicujus. Idem 3. 14.
Bolus Armenia, [βῶλος Ἀρμενία] Gleba eſt terræ, quæ invenitur in ea Armeniæ parte quæ Cappadociæ contermina eſt, colore ochræ, miram ad deſiccandum vim habens. Hæc hodie apud nos admodum rara eſt inventu: nam quam ſeplaſiarii hodie pro Bolo Armenia vendunt, aut ex Hiſpania, aut ex Normannia advehitur, pene ad rubricam accedens.
Bolus junioribus medicis audit Medicamentum paulo craſſiore quam mellis conſiſtentia, quod quaſi per bolos devorari conſuevit.
BOLONÆ, m. pl. vel BOLONES, Tabernæ cetariorum, a Bolis piſcium. Donat. in Ter. Cetarii (inquit) ſunt qui cete, id eſt magnos piſces venditant, & bolonas exercent. Reperi & in antiquo lexico, Bolonas diſerte explicari μεταπράτας & παλιγκαπήλους, id eſt propolas. Verba ſunt Turnebi.

B O M

BOMBACION. quidam male pro BAMBACION. q. V. H. St.
BOMAREI, Aſiæ populi ſunt, a Caſpiis montibus Orientem verſus incolentes. Plin. lib. 6.
BOMBARDA, æ. Tormentum æneum ſaxa rotunda, globosve plumbeos, immenſi ponderis emittens vi pulveris factitii incenſi: a Bombo & Ardeo, quia bombardarum exploſio tonitruum ſonum refert; uti cenſet Voſſius Inſt. Orat. cap. 13. 7. De Bombardarum inventione, conſtructione atque uſu, conf. Pitiſc. & Theſaurum Lipſienſem Cl. Geſn. ut & Gloſſ. Spelm.
BOMBARDARIUS, i. m. Qui bombardas conficit.
BOMBAX, Adv. negligentis. [βομβάξ] Plaut. Pſeud. 1. 3. 131. Fur. B. babæ. P. fugitive. B. bombax. C. fraus populi. B. planiſſume.
BOMBĬLO, [βομβέω] āre. Bombilare dicuntur apes. Auctor Philomelæ, v. 36.

Bombilat ore legens munera mellis apes.

Legitur hoc verbum & apud Theocritum, teſte Budæo. Al. Bombitat. V. infra.
BOMBOMACHĬDES, fictum Imperatoris nomen. Plaut. Mil. 1. 1. 14.
BOMBOS, [Βόμβος] Ciliciæ fluvius. Plin. lib. 5. cap. 27. Præterea intus flumina, Liparis, Bombos, Paradiſus.
BOMBUS, i. m. [βόμβος] Sonus tubarum raucus, nec valde acutus. Perſ. 1. Sat. 99.

Torva Mimalloneis implerunt cornua bombis.

Tractum a Græco βόμβος, quod crepitum ſignificat, vel ab ipſo ſonitu.
Bombus apum. Varro 3. de R. R. cap. 16. Ex apibus conjecturam capiunt, ſi intus faciunt bombum.
Raucus bombus. Lucret. lib. 4. 548.
Raucisonus. Catul. de Nupt. Pel. 263.
Tonitrui etiam tribuitur, ut obſervat Euſtath. ad Odyſ. ι.
Plauſuum quoque genus Bombos vocavit Nero. Suet. in Vita ejus cap. 20.
BOMBULUS, i. m. dimin. Jo. de Janua in Cath.
BOMBICUS, a, um. Fortunat. lib. 4. de S. Mart.
BOMBOSUS, a, um. Adhelm. de Virgin. cap. 10.
BOMBĬNO, āre. interpretatur Papias, Conviciari.
BOMBINĀTOR, ōris. m. Mart. Capell. 9. p. ult.
BOMBIO, īre. Vet. Gloſſ. βομβῶ, bombio.
BOMBĬTO, āre. Auct. Carm. de Philomela, v. 36. Al. Bombilo. q. V.
BOMBITATIO, ōnis. f. [βομβισμὸς] eſt Sonus apum, ab ipſo ſonitu dictus; ut Mugitus, boum; Hinnitus, equorum. Feſtus. Alii legunt BOMBIZATIO, [Minus recte, opinor.
BOMBYLIS, V. in BOMBYX.

Bombylius, [βομβύλιος] Apum quoddam genus obstreperum, a Bombo quem edit appellatum, ingens quidem, sed ad mellificium inutile. favos sibi nectit e luto. Hinc Bombylius homo, proverbio dicitur Verbosus, multique strepitus, ceterum inutilis. Erasm. V. & dict. seq.
Est & Bombylius, Angustum poculum, inter potandum bombum edens, ut ex Antisthene refert Pollux lib. 6. 9. conf. Buleng. de Conviv. 4. 17.

Bombyx, ўcis. m. [βόμβυξ] Animal ex insectorum genere. Plin. lib. 11. cap. 22. Quartum inter hæc genus est bombycum, in Assyria proveniens, majus quam supra dicta. Nidos luto fingunt, salis specie, applicatos lapidi, tanta duritia, ut spiculis perforari vix possint. In iis & ceras largius quam apes faciunt, deinde majorem vermiculum. Et alia horum origo e grandiore vermiculo, gemina protendente sui generis cornua. Primum eruca fit: Deinde quod vocatur bombylius, ex ea necydalus, ex hoc in sex mensibus bombyx. Telas araneorum modo texunt ad vestem luxumque feminarum, quæ bombycina appellatur. Prima eas redordiri, rursusque texere invenit in Ceo mulier Pamphila Latoi filia, non fraudanda gloria excogitatæ rationis, ut denudet feminas vestis. Martial. lib. 8. Epig. 33. ad Paulum de Phiala,

Nec vaga tam tenui discursat aranea tela,
Tam leve nec bombyx pendulus urget opus.

Bombyx, pro Materia illa unde fiunt vestes bombycinæ, generis est feminini. Unde apud Plin. lib. 11. cap. 23. titulus est, De bombyce Coa. Et ibid. extr. Assyria tamen bombyce adhuc feminis cedimus. Quod si pro materia reperiatur in genere masculino, vel pro veste ex ea materia, respicitur ad vermiculum.
Arabius bombyx. Propert. lib. 2. 2. 25.

Nec siqua Arrabio lucet bombyce puella.

conf. Bayf. de Re Vest. cap. 6. Voss. de Hist. Gr. cap. 22. extr. & Salmas. in Tertull. de Pallio, p. 234. & Exerc. Plin. p. 296.
Bombyces, in Longis tibiis ponuntur ab Aristotele περὶ ἀκουστῶν, quas & difficilius dicit inflari: πάντες γὰρ (inquit) χαλεπῶς πληροῦσι τοὺς βόμβυκας, καὶ μετὰ συντονίας πολλῆς, διὰ τὸ μῆκος τῆς ἀποστάσεως. Calamum quoque huic tibiarum generi idoneum appellat βομβυκίαν Theophrastus. Ex Turnebo. V. bombycius.

Bombycīnus, a, um. [βομβύκινος] ut, Vestis bombycina apud Plinium. Juven. 6. Sat. 260.

—— quarum
Delicias & panniculus bombycinus urit.

Hinc

Bombycina, orum. n. pl. [βομβύκια] Vestes sunt tenuissimæ, ex bombyce confectæ. Martial. 8. 68.

Femineum lucet sic per bombycina corpus.

Harum etiam meminit Ulpian. in l. 23. §. 1. D. de aur. & arg. leg.

Bombўcius, a, um. ut, Bombyciæ arundines. Plin. lib. 16. 36.

Bombycīno, are. Purpuram facere. Gloss. Isidor.

Bombycinātor, ōris. m. Purpuram faciens. ibid.

Bumilcar, Filius Amilcaris ducis Pœnorum, & ipse dux, veniens in suspicionem Carthaginensibus ne & ipse cum Agathocle conspiraret, in medio foro patibulo suffixus est: unde ille magno animo de cruce in Pœnos declamitando, eorum ingratitudinem, atque crudelitatem tam in patrem suum Amilcarem, quam reliquos duces exprobrando, expiravit. Justin. lib. 22. c. 7.

Bomitæ, Oppidi nomen est in Amano monte qui Syriam a Cilicia dirimit. Plin. lib. 5. cap. 22.

Bōmŏlŏchus, i. m. [βωμολόχος] proprie Qui sub aras in sacrificiis sedere consuevit. Ex βωμὸς ara, & λοχάω insidior. Qui etiam in sacrificiis suscipiuntur tibicines & vaticinium profitentes Bomolochi vocabantur. Ex translatione, Ii etiam dicti sunt omnes, qui faciles humilesque omnia lucri gratia perferrent jocando. V. Cæl. Rhod. 10. 6. Buleng. de Theatr. 1. 43. Saubert. de Sacrif. cap. 20. [Frequentius id nomen apud Græcos iis tribuitur, qui ad scurrilitatem ex dicacitate nimia prolapsi, ne de sacris quidem rebus loquentes linguæ vitio temperare norunt. V. Arist. Eth. Nicom. 4. 14.

B O N

Bona Dea, [Ἀγαθὴ θεὸς] quam veteres Faunam sive Fatuam, sive Sentam dixere. Hanc Varro scripsit tantæ pudicitiæ fuisse, ut nullus illam dum vixit, præter virum, mas viderit, nec nomen ejus audierit: propter quod illi in operto sacrificabant mulieres, & Bonam deam appellabant. Hujus Bonæ deæ meminit Cic. de Arusp. Resp. 27. V. auctores complures in Lex. Pitisc. & Lipsiensi.

Bonāsus, [βόνασος] Fera est, quæ (ut scribit Aristoteles) in monte Mesapo, qui Pæoniæ, ac Mœsiæ limes est, invenitur, cujus meminit & Plin. lib. 8. cap. 15. Habet caput taurinum, corpus vero & jubas equi: latiore tamen corpore est quam bos, sed pilo molliore quam juba equina, & compositiore. Color pili totius corporis flavus, juba prolixa, & ad oculos usque demissa: cornua adunca, multo flexu in se recurvata & pugnæ inutilia gerit, magnitudine palmari: vocem similem bovi emittit: caret superiore dentium ordine: crura hirsuta habet, & pedes bisulcos. Ab Æliano Monops appellatur. Meminit ejus & Solinus, qui circa Phrygiam & Lydiam Bonasum nasci tradit.

Bonifacia, V. bislingua.

Bonitas, **Bonitarius**. V. bonus.

Bōnōnia, [Βονωνία] Galliæ togatæ princeps colonia, Felsina vocitata, in octava Italiæ regione. Plin. lib. 3. cap. 15. Vulgo *Bologne la grasse.*

Bononiensis, e. [Βονωνιεύς] Cic. de Clar. Orat. 169. C. Rusticellus Bononiensis, is quidem & exercitatus, & natura volubilis.

Bonosus, Romanorum tyrannus miræ bibacitatis, de quo Aureliani illud celebratur, Non ut viveret illum esse natum, sed ut biberet. Hic quantumlibet bibisset, semper securus erat & sobrius, & nunquam non vino prudentior, & quantum bibisset, tantundem reddebat vesica ad æquilibrium. Hunc ad laqueum quum coegisset Probus imperator, jactatum est militari joco, Amphoram pendere non hominem. V. Cæl. Rhod. lib. 29. cap. 1. conf. Vopisc. in Vita ejus. Buleng. de Conviv. 3. 1. & Donat. Dilucid. p. 950.

Bonus, [ἀγαθὸς, καλὸς] Adj. (antique Benus, unde adverb. Bene, quod a Beo) compar. Melior; & superl. Optimus. Ter. And. 5. 4. 12. Bonus hic est vir. Idem Adel. 5. 7. 74. Nihil enim vidi melius, mi pater.
Animus bonus, pro Sapientia. Plaut. Pseud. 1. 5. 37.

Bonus animus in mala re dimidium est mali.

Frequentius pro Animo forti & obfirmato, ut Animo bono es, vel Bono animo esto. V. animus.
Bono animo transeamus ad oppugnandam Carthaginem. Liv. 6. Bell. Pun.
Bono animo esse jubere. Liv. 5. Bell. Pun. Sic Cic. 1. de Divin. Bono animo te jussisse esse, &c.
Bono animo aliquid facere aut dicere, est quod vulgo dicimus, Facere aut dicere bona intentione.
Animo meliore aliquid ferre. Ovid. 9. Met. 432.
Accusator melior. Cic. 3. Verr. Forsitan meliores illi accusatores habendi sunt qui hæc omnia fecerunt.
Ædes bonæ, pro Novis, & integris. Plaut. Most. 1. 2. 26. Item, Boni postes. Ibid. 3. 2. 140.
Ætas bona. Varro 2. de R. R. cap. 6. Primum videndum, ut mares feminasque bona ætate sumat, utique ut quam diutissime fructum ferre possit, &c.
Ager melior. Ter. Heaut. 1. 1. 12.
Anima melior. Virg. 5. Æn. 483. i. e. Aptior. Servius.
Ars bona. Hor. 2. Epist. 2. 43.
Artes bonæ. Tacit. 4. Hist. 1. Idem 15. Ann. 45. Animum bonis artibus non induerat.
Avibus bonis, aut malis dicimus, quum Rem feliciter aut secus cedere significamus. Ab augurum observatione sumptum. Ovid. 15. Met. 640.

Ite bonis avibus, prolemque accersite nostram.

Idem 1. Fast. 513. Contrarium Mala avi. Hor. 1. Carm. 15. 5. & Epod. 10. 1.
Benevolentia bona hominum. Cic. 13. Fam. 60. 2. i. e. Sincera.
Cælum bonum. Cato cap. 1. In bona regione bene nitere oportebit, & uti eo quum introeas, circumspicias uti inde exiri possit: uti bonum cælum habeat, ne calamitosum siet.
Campi militi Romano ad prælium boni. i. e. Oportuni. Tacit. 2. Ann. 14. 3.
Canor melior. Lucret. lib. 4. 181.
Causa bona. Cic. 3. de Legib. 34. Vi opprimi in bona causa est melius, quam male cedere.
Causa melior. Ovid. 5. Met. 220.

Causa fuit melior meritis tua, tempore nostra.

Causæ melioris dux eris. Lucan. lib. 4. 259. Et 3. Epist. Sabin. 6.
In causa meliore esse. Cic. 3. Off. 100. Itaque tum quum vigilando necabatur, erat in meliore causa, quam si domi senex captivus, perjurus Consularis remansisset. Idem 11. Att. 14. Ita præter Lælium, neminem habeo culpæ socium: qui tamen hoc meliore in causa est, quod jam est receptus.
Chorus melior. Ovid. 11. Met. 86.
Color bonus. i. e. Probatus. Varro 3. de R. R. cap. 7. Parentes eorum Romæ si sunt formosi, bono colore, integri, boni seminis, paria singula vulgo veneunt ducenis nummis. De columbis loquitur. Plin. lib. 7. cap. 6.
Conditio valde bona. Cic. 2. Q. frat. 6. 2. Tusculano emptor nemo fuit: si conditio valde bona fuerit, fortasse non omittam.
Conditione meliore. Cic. 17. Fam. 3. An quia non omnibus horis jactamus Idus Martias, similiter atque ille Nonas Decembres suas in ore habet, eo meliore conditione Cicero pulcherrimum factum vituperabit, &c.
Conscientia bona. Tacit. in Vit. Agric. Procem. Ita celeberrimus quisque ingenio, ad prodendam virtutis memoriam sine gratia aut ambitione, bonæ tantum conscientiæ pretio ducebatur.
Consilium melius. Ter. Eun. 2. 3. 82. Dixti pulchre: nunquam vidi melius consilium dari.
Consilio bono aliquid facere. Cic. 1. Off. 12.
Consulere boni, pro Bonum judicare. Quintilian. lib. 1. cap. 6. Sitne Consul a consulendo, an a judicando: nam & hoc consulere veteres vocaverunt, unde adhuc remanet illud, Rogat boni consulas, id est Bonum judices. Ovid. 3. ex Pont. 8. 23.

Quæ quanquam misisse pudet, quia parva videntur:
Tu tamen hæc quæso consule missa boni.

Boni consulere, cum genitivo. Ulpian. l. 3. D. de Decurionib. Ut qui clementiorem sententiam passus est, ob id quod ad tempus relegatur, boni consulere debeat humanitatis sententiæ, nec Decurionatum accipiat. Per genitivum quasi Græco more dixit. i. e. Existimare clementer secum a judicibus actum esse in animadversione criminis. Budæus.
Copia bona, Abundantiæ dea dicta est, quæ cornu Amaltheæ vel Acheloi gerit: eaque dicitur ratione, ut Bonus eventus: & apud Catonem & Plautum, Bona salus; quæ ad Euphemismum sic ficta sunt. Ovid. 9. Met. 88.

—— divesque meo est bona copia cornu.

(quanquam & Copia sine additamento dicitur, ut Cornu copiæ) Sic ejurare bonam copiam qui solvendo non erant, solebant, ne necterentur, quum jurejurando affirmabant, sibi non esse unde æs alienum dissolverent. Turnebus.
Copia librorum bona. Hor. 1. Epist. 19. 110.
Bona Dea. V. supra s. l.
Dentibus bonis lenam probam esse oportet. Plaut. Truc. 2. 1. 14.
Dictum melius. Plaut. Stich. 2. 2. 75.
Dies. Virg. 3. Georg. 66.

Optima quæque dies miseris mortalibus ævi
Prima fugit.

Dii etiam beneficentiæ causa Boni dicuntur, vel Divi boni. Hor. 4. Carm. 2. 38. Huc refer illud Virg. 5. Ecl. 65.

Sis bonus ô felixque tuis.

conf. Spanh. de Usu & præst. Num. diss. 11. p. 336. sq.
Eventus bonus, Deorum aliquis consentium fuit secund. Varr. R. R. 1. 1. conf. Plin. 34. 8. Vales. in Ammian. 29. 6. infra eventus & Lex. Pitisc.
Exitus bonus. Hor. 4. Carm. 8. 34.
Factum bonum. Suet. in Jul. Cæs. cap. 80. Bonum factum, ut nequis Senatori novo curiam monstrare velit. Veteres boni ominis causa, Bonum factum, præfari solebant in edictis. Tertull. O edictum, cui adscribi non poterit bonum factum! Plaut. Pœn. prol. v. 16. & 45. Bonum factum est, edicta ut servetis mea. Ex Turnebo.

Fama bona. Cic. 7. Att. 25. Bona de Domitio, præclara de Afranio fama eſt.

Famam bonam deperdere. Hor. 1. Serm. 2. 61.

Famæ melioris oblitus. Virg. 4. Æn. 221.

Felicitates bonæ. Ter. Eun. 2. 3. 31. Neque quenquam eſſe ego hominem arbitror, cui magis bonæ felicitates omnes adverſæ ſient. Ubi Donatus; Bonæ, Magnæ, nimiæ, vel novæ.

Fidei bonæ emptor. Modeſt. in l. 109. D. de verb. ſignific. Bonæ fidei emptor eſſe videtur, qui aut ignoravit eam rem alienam eſſe: aut eum qui vendidit, jus putavit vendendi habere, puta procuratorem aut tutorem eſſe.

Fide bona vel optima dicere. Budæus, Antiqui quum fieri aliquid non perfunctorie, nec translative, ſed accurate & enixe, & toto opere intelligi volebant, Bona fide facere dicebant, & ut vulgo dicunt, *A bon eſcian*: hoc eſt citra ullum figmentum. Ter. Heaut. 4. 5. 13. De illo quod dudum? dictum ac factum reddidi. c. Bonan' fide? s. bona hercle. Plin. lib. 7. cap. 25. ad finem, Optima fide dixit, pro Citra omnem prorſus ſimulationem, remiſſionemque. de Cæſare loquens.

Bona fide, apud antiquos Sancta etiam affirmatio & jusjurandum erat: nos tamen hodie, niſi appellato numine ſacramentum non putamus. Plaut. Capt. 4. 2. 112. HEG. Dic, bonan' fide tu mihi iſthæc verba dixiſti? ER. bona. Nam ſequitur mox, An tu dubium habebis, etiam ſancte cum jurem tibi? Turnebus. [Immo & hodie Galli dicunt *En bonne foi? De bonne foi?* eodem modo.

Bona fides proprie dicitur, Quum quod promiſſum eſt præſtatur. Nam is cui quid promittitur, promittentis fidem ſequitur, quam ſi promiſſor liberat, bona: ſin minus, mala nominatur. Plaut. Moſt. 3. 1. 141. TR. De vicino hoc proximo tuus emit ædes filius: TR. bona fide? TR. ſiquidem es argentum redditurus, tum bona: ſi redditurus non es, non emit bona. Suet. Aug. c. 42. Eidem populo promiſſum quidem congiarium repoſcenti, bonæ fidei ſe eſſe reſpondit. Conf. FIDES.

Fides bona, pro Æquo & bono. Tryphon. l. 31. D. depoſit. Bona fides, quæ in contractibus exigitur, æquitatem ſummam deſiderat. Caius l. 5. D. de act. & oblig. Palam eſt inter eos naſci actiones mandati, quibus invicem experiri poſſent de eo quod alterum alteri ex bona fide præſtari oportet.

Fidem bonam præſtare. Procul. l. 68. D. de contrah. empt. Exiſtimo te in exigendo non ſolum bonam fidem, ſed etiam diligentiam præſtare debere: i. e. Non ſolum ut a te dolus malus abſit, ſed etiam ut culpa.

Fide meliore. Ovid. de Rem. Amor. 649.

Forma bona. Ter. Heaut. 3. 2. 13. Synon. Luculenta, ibid.

Forma quam mente melior M. Lepidus juvenis. Paterc. lib. 2. 88.

Genere bono natus. i. e. Bona familia, vel ut vulgus dicit, Bona domo. Plaut. Perſ. 4. 4. 93.

Gladiator melior integer. Ovid. 4. Triſt. 6. 33.

Bona gratia. Plaut. Truc. 2. 7. 14.
Vide GRATIA. H. St.

Bona gratia diſſolvi matrimonium dicebatur, Quod nullius ex conjugibus culpa, & ſine animi ſui ira & offenſa, ſed vel conſenſu mutuo, vel juſta aliqua & rationali ex cauſa ſolvebatur. l. 32. §. ſi divortium. D. de donat. inter vir. & uxor. ut eveniebat, quum propter ſacerdotium, vel ſterilitatem, vel ſenectutem, aut valetudinem, aut militiam ſatis commode retineri matrimonium non poterat: vel quum marito capto ab hoſtibus, & quinquennio a tempore captivitatis elapſo, mulier ad alias nuptias migrabat. His enim cauſſis matrimonium bona fide diſſolvi intelligebatur. l. 60. & l. 61. D. de Donat. inter vir. & uxor. l. 6. D. de divort. Juſt. Novell. Conſt. 22.

Bona gratia finire matrimonium. Ulpian. in l. ſed ſi maritus. D. qui & a quib. manumiſſ.

Gubernator bonus. Cic. 4. Acad. 100. Proficiſcatur Puteolos ſtadia triginta probo navigio, bono gubernatore ac tranquillitate.

Homines boni, pro Divitibus. Plaut. Curc. 4. 1. 14. conf. Græv. in Cic. 9. Att. 3. & V. Cic. 1. Att. 19. extr.

Horas bonas male collocare. Martial. lib. 1.

Imperium bonum. Tacit. 4. Hiſt. 7. 1. Nullum majus boni imperii inſtrumentum quam bonos amicos.

Ingenio bono eſſe. Ter. And. 3. 2. 7. Ibid. 3. 1. 8. Bonum ingenium narras adoleſcentis.

Initiis bonis orſus Tribunatus. Cic. in Brut. 128.

Iter melius. Hor. de Arte Poet. 68.

Judex optimus. Cic. 4. de Fin.

Jure optimo, pro Juſte. Cic. 1. Off. 111. Ne, ut quidam, Græca verba inculcantes, jure optimo irrideamur.

Jure optimo prædia, dicuntur Quæ immunia prorſus ſunt, id eſt (ut nunc loquimur) *alaudialia*. Cic. 3. de Lege Agr. Optimo enim jure ea ſunt profecto prædia, quæ optima conditione ſunt. Budæus.

Lex melior. Hor. 1. Epiſt. 1. 62.

Locus melior. Plaut. Men. 4. 2. 106. Quaſi non habeam, quo intromittar, alium meliorem locum.

Loco meliore eſſe. Cic. 3. Noſtræ res meliore loco videbantur.

Loco meliore, & Deteriore ſtatu, contraria. Cic. de Aruſp. Reſp. 61. Nam ut meliore ſimus loco, ne optandum quidem eſt illo impunito: deteriore autem ſtatu ut ſimus, unus eſt inferior gradus, &c.

Lucrum bonum. Plaut. Amph. prol. 6.

Memoria bona. Cic. 8. Att. 4.

Memoria meliore eſſe. Cic. 1. Tuſc. 13. Ego autem non commemini ante quam ſum natus, me miſerum: tu ſi meliore memoria es, velim ſcire, ecquid de te recordere.

Mens melior, pro Bona & tolerabili, inquit Donatus. Ter. Adel. 3. 3. 79. Nunquid vis? D. mentem vobis meliorem dari.

Modo bono. Cic. 2. Q. frat. 5. Ἀμφιλαφίαν autem illam quam tu ſoles dicere, bono modo deſidero, &c.

Modulator optimus. Hor. 1. Serm. 3. 130.

Mores boni. Sen. Agam. 4. Nam fera nunquam eſt ad bonos mores via.

Mors bona, pro Laudabili & cita. Plin. l. 2. Epiſt. ult. V. MORS.

Optima mors, parca quæ venit apta die. Propert. lib. 3. 5. 18.

Natura bona. Ter. Eun. 2. 3. 24. Siqua habitior paulo, pugilem eſſe aiunt: deducunt cibum, tametſi bona eſt natura, reddunt curatura junceas. Ubi Donatus; Bona, i. e. Plena, magna & pinguis.

Nomen bonum, pro Auſpicato. Cic. 1. de Divin. 102. Itemque in luſtranda colonia, ab eo qui eam deduceret, & quum Imperator exercitum, Cenſor populum luſtraret, bonis nominibus qui hoſtias ducerent, eligebantur. Quod idem in delectu Conſules obſervant, ut primus miles fiat bono nomine.

Bonum nomen, Debitum facile, & idoneum, & quod exigi non difficulter poſſit. Paul. l. inter cauſſas. 2. §. 2. D. mandat. Bonum nomen facit creditor, qui admittit debitorem delegatum. Hinc illud fœneratoris Alfii apud Columellam lib. 1. cap. 7. Bona nomina non appellando fieri mala. Hotom.

Notæ bonæ vinum. Columel. de Arborib. cap. 4. At quæ protinus in terram projecta eſt, multum, ſed non bonæ notæ vinum facit.

De meliore nota. Catul. 63. 28.

Nummus bonus: cui contrarium eſt Adulterinus. Cic. 3. Off. 91. Si ſapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis.

Nuntius bonus. Plaut. Amph. prol. 12.

Operam bonam navare. Auctor de Viris illuſtr. c. 4. Tullus Hoſtilius, quia bonam operam adverſum Sabinos navaverat, rex creatus, bellum Albanis indixit.

Parca meliore. Ovid. 11. Epiſt. 105. i. e. Meliore fato, ſeu felicius.

Pars bona, pro Sat magna. Cic. 2. de Orat. 14. Aiebat bonam partem ſermonis in hunc diem eſſe dilatam. Ovid. 5. Faſt. 150.
Pars bona montis erat. Hor. 1. Serm. 1. 61.
At bona pars hominum decepta cupidine falſo.

Pars melior diei, pro Majore & prima. Virg. 9. Æn. 61. Servius.

Paces bonæ. Hor. 2. Epiſt. 1. 102.
Hoc paces habuere bonæ, ventique ſecundi.

Pater optimus patriæ Cæſar. Ovid. 2. Faſt. 127.

Poeta bonus. Cic. 1. Q. frat. 1.

Ratio bona, cui opponitur Perdita. Cic. 2. in Catil. 25. Poſtremo copiæ cum egeſtate, bona ratio cum perdita, mens ſana cum amentia: bona denique ſpes cum omnium rerum deſperatione, confligit.

Rebus bonis agere lætum convivam. Hor. 2. Serm. 6. 110. i. e. Epulari laute.

Rebus bonis, i. e. Proſperis. Cic. 12. Att. 21. Quod me in forum vocas, eo vocas, unde etiam bonis meis rebus fugiebam.

Grandi pecunia & re bona multa copioſus. Gell. lib. 16. cap. 19.

Salutis bonæ ſiquid. Cic. 9. Fam. 7. 2.

Sanguis melior. Virg. 5. Æn. 415.

Scripta optima Græcorum. Hor. 2. Epiſt. 1. 29.

Sententia melior. Virg. 2. Æn. 35.

Servus bonus. V. Bonum & frugi ſervum, infra.

Somno meliore frui. Ovid. in Ibin, 639.

Spes bona. Hor. Carm. ſec. 74.
Spem bonam, certamque domum reporto. conf. Ratio bona.

Spem bonam habere de aliquo. Cic. 15. Att. 1. Redeamus ad noſtros, de quibus tu bonam ſpem te ſignificas habere.

Spes bona in adoleſcente. Cic. 2. de Fin. 117. Ergo in his adoleſcentibus bonam ſpem eſſe dicemus, & magnam indolem.

Succus melior. Hor. 2. Serm. 4. 13.

Sutor bonus. Hor. 1. Serm. 3. 132.

Tempeſtas bona. V. TEMPESTAS.

Tempus melius. Hor. 1. Serm. 9. 68.

Tempora optima. Cic. 3. Att. 49. Quod optimo tempore facere non licuit, minus idoneo fiet.

Terra bona ad hanc vel illam rem. Varro 1. de R. R. cap. 9. Terra, inquam, cujuſmodi ſit refert, & ad quam rem bona, aut non bona ſit.

Teſtis optimus. Cic. in Topic. Sed dum fuimus una, tu optimus es teſtis quam fuerim occupatus.

Valetudo bona. V. VALETUDO.

Venia bona aliquid expetere. Ter. Phorm. 2. 3. 31.
Adoleſcens primum abs te hoc bona venia expeto:
Si tibi placere potis eſt, mihi ut reſpondeas. Ubi Donat. Sine ira, ſine diſcordia.

Venia tua bona dixerim. Cic. 3. de Legib. 34. Quare frater, bona tua venia dixerim, iſta ſententia, &c.

Venia bona audire. V. VENIA.

Venia bona veſtra liceat ex his rogationibus legere quas ſalubres nobis cenſemus eſſe, antiquare alias. Liv. 6.

Verba bona quæſo: ridentis & ſubſannantis. Ter. And. 1. 2. 33. Ubivis facilius paſſus ſim, quam in hac re me deludier. D. bona verba quæſo. S. irrides, nihil me fallis. Ubi Donatus, Hic in εἰρωνείᾳ eſt εὐφημισμός: quaſi dicat, Meliora loquere, rogo te. Ergo cum admonitione, bona verba, inquit, rogo. Budæus dicit eſſe reprehendentis minantem, & contumelias dicentem.

Verba bona dicere. Tibull. lib. 2. 2. 1. conf. Broeckh.

Vicinus bonus. Hor. 2. Epiſt. 2. 132.

Vina meliora. Hor. 2. Epiſt. 1. 34.

Vir bonus & prudens verſus reprehendet inertes. Hor. in Arte Poet. 445.

Vir bonus pro Juſto. Cic. lib. 1. de Officiis. (20) Juſtitia, in qua virtutis ſplendor eſt maximus, ex qua boni viri nominantur. H. St.

Vir ſane bonus. Cic. 7. Att. 1.

Viri boni, i. e. Nobiles. Cic. 1. Att. 13. V. Græv.

Viribus bonis eſſe. Cic. de Senect. 30. Ita bonis viribus eſſe in extremo tempore ætatis, ut adoleſcentiam non requireret.

Vita meliore aliquid parare. Hor. 2. Serm. 3. 15. conf. Plaut. Perſ. 4. 8. 4. & Caſ. 4. 4. 17.

Vox bona. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Voce bona eſſe. Plaut. Moſt. 3. 1. 49. Scio te bona eſſe voce, ne clama.

Vultus bonus. Ovid. 8. Met. 678.

Vultus melior. Ovid. 7. Met. 862.

Vultu meliore me reſpexit fortuna imperii, inquit Plin. in Epiſt.

Bone vir, per ironiam dictum. Ter. Andr. 3. 5. 10. Ehodum, bone vir, quid ais? & Ibid. 5. 2. 5.

Accuſator bone. Cic. pro Roſc. Amer. 58. Quid mihi ad defendendum dediſti bone accuſator?

Cuſtos bone, defenſorque provinciæ. Cic. 7. Verr. 12. Ironia.

Bonus in. Cato cap. 157. Sed quæ vocatur [illegible], hæc ſeptem habet bona in comeſtura. [Hic Bona neutr. ſubſt. eſt, ſi vera ea lectio eſt. Sed codd. parum ſibi conſtant. V. Interpp.

Bonus ad. Liv. 10. Bell. Pun. Bello quoque bonus habitus ad cetera, quibus nemo ea tempeſtate inſtructior civis habebatur.

Bello

Bello optimus. Lucan. lib. 7. 218.
Bello cornus bona. Virg. 2. Georg. 447.
At myrtus validis haſtilibus, & bona bello
Cornus, Ityreos taxi curvantur in arcus.
Conſilio bonus. Saluſt. H. St.
Jaculo melior. Virg. 5. Æn. 68.
Militia bonus. Tacit. 1. Ann. 3. 1. M. Agrippam ignobilem loco, bonum militia, & victoriæ ſocium, geminatis Conſulatibus extulit.
Bonus cum gen. conſtrui aſſeritur in Theſ. Lipſ. more Græcorum: locus autem quem profert eſt, ut auctor ejus obſervationis ipſe fatetur, perquam dubius. Claud. de 4. Conſ. Hon. 491.
Judicibus notis regimur, fruimurque quietis
Militiæque bonis. [Immo ſine dubio neutrum pl. abſol. eſt.
Moribus hic, meliorque fama. Hor. 3. Carm. 1. 12.
Motu pedum melior. Virg. 5. Æn. 430.
Pedibus melior. Virg. 9. Æn. 556.
Sagittis melior. Hor. 3. Carm. 6. 16.
Simplicitate vera bonus. Martial. 1. 69.
Agere in ſpe bona. Tacit. 12. Ann. 68. extr. Crebroque vulgabat, ire in melius valetudinem principis, quo miles bona in ſpe ageret, tempusque proſperum ex monitis Chaldæorum attentaret.
Ducere pecunias in bonis rebus aut expetendis. Cic. in Parad.
Facere meliorem. Cic. 14. Att. 22. Hircium per me meliorem fieri volunt. Add. Quintil. l. 1. c. 2.
Fieri meliorem plagis. Cic. pro Flacc. 65. Hoc vetus proverbium, Phrygem plagis fieri meliorem. Hor. 2. Epiſt. 2. 211.
Lenior ac melior fis, accedente ſenecta.
Referre in melius conſilia. Virg. 1. Æn. 285.
Regnet melior. Virg. 4. Georg. 90.
Optimum eſt, vel Optimum factu. Plaut. Aſin. 4. 1. 41. Optimum eſt; ita ſcilicet facturam. Cic. 3. Verr. Statuunt id ſibi optimum eſſe factu.
Multum bonus vir. Cic. de Lege Agr. 13.
Bonum ſit, & Bene ſit; abſolute dicere ſolebant antiqui, quum bonum optabant eventum, & ſecundum aliquid proſperumque ominabantur. Virg. 8. Ecl. 106.
Aſpice corripuit tremulis altaria flammis
Sponte ſua, dum ferre moror, cinis ipſe: bonum ſit. Sic & Perſ. 4. Sat. 30.
—— tunicatum cum ſale mandens
Cæpe, & farratam pueris plaudentibus offam,
Ingemit, hoc bene ſit. Turnebus.
Boni, pro Pauci. Ter. Eun. prol. 1. Si quiſquam eſt qui placere ſe ſtudeat bonis, quamplurimis. V. Nonium. [Eugraphii potius, quam Nonii, hæc interpretatio eſt, quia boni ſcilicet pauci ſunt, poëtam Bonis, quam plurimis, [illegible], pro Bonis, maliſque poſuiſſe. Sed meræ ineptiæ ſunt. Tollenda diſtinctio eſt poſt Bonis.
Boni, abſolute, pro Bona exiſtimatione & virtute præditis. Cic. 8. Att. 1. Etſi propediem video bonorum, id eſt lautorum ac locupletum, urbem refertam fore. Budæus. V. ſupra in Vir.
Optimus ille eſt qui minimis urgetur. Scil. Vitiis. Hor. 1. Serm. 3. 68.
Bonus & benignus. Hor. 1. Serm. 2. 51. conſ. Tibull. 2. 4. 45.
Optimus & Deterrimus, contraria. Cic. pro Cluent. 57. Jam hoc quoque prope iniquiſſime comparatum eſt, quod in morbis corporis, ut quiſque eſt difficillimus, ita medicus nobiliſſimus atque optimus quæritur: in periculis capitis ut quæque cauſa difficillima eſt, ita deterrimus obſcuriſſimuſque patronus adhibetur.
Optimus quiſque ita loquebatur. Cic. 2. Verr. Idem pro Sext. 99. Ut ſua conſilia optimo cuique probarentur. V. QUISQUE.
Dignum bono. Hor. 1. Epiſt. 4. 5.
Oderunt peccare boni virtutis amore. Hor. 1. Epiſt. 16. 52.
In bonis, Inter bonos. V. IN.
Inſultare bonos. V. INSILIO.
Bonus, Doctus. Virg. 5. Ecl. 1.
—— boni quoniam convenimus ambo,
Tu calamos inflare leves, ego dicere verſus. Ubi Servius; Boni, Docti: & figurate ait, Boni ambo.
Homerus bonus. Hor. in Arte Poet. 359.
—— quandoque bonus dormitat Homerus. Sic, Optimus Virgilius, apud eundem lib. 1. Serm. 6. 55.
Bonus; & Fortis, & Pius dici poteſt, inquit Nonius. Lucil. lib. 30. Calvus Palantino quidam vir nobilis bonus bello. V. ſupra Militia bonus.
Bonus, pro Propitio. Virg. 1. Æn. 738.
Adſit lætitiæ Bacchus dator, & bona Juno. Ubi Servius; Bona, aut Propitia: id eſt, non irata Trojanis: ut 5. Ecl. 65.
Sis bonus ô, felixque tuis. aut magis bona, Cæleſtis. Eſt enim, & inferna: ut Junoni infernæ dictus facer. V. ſupra in Dii & Eventus. Lib. 12. —— Vos ô mihi, Manes,
Eſte boni, quoniam ſuperis averſa voluntas. H. St.
Bonum & frugi ſervum intelligunt Juriſconſ. apud quos frequens eſt hæc loquutio, Utilem & neceſſarium. Beroald.
BONUM, i. n. abſ. [τὸ ἀγαθὸν] Cic. 3. Fin. 33. Bonum definivit Diogenes, id quod eſſet natura abſolutum.
Pacis bona. Tacit. 3. Hiſt. 81. 1.
Privata bona. Sen. in Thyeſt. 3.
Publicum bonum. Suet. Tit. cap. 7.
Vera bona. Juven. 10. Sat. 3.
Bonum & æquum. Plaut. Perſ. 3. 1. 71. V. ÆQUUS.
Quod erit bonum atque commodum. Ter. Phorm. 1. 2. 81.
Natura boni. Hor. 2. Serm. 6. 76.
Amici bona, quibus Incommoda opponuntur. Cic. de Amicit. 48.
Corporis optima. Hor. 1. Serm. 2. 90. i. e. Optima quæ ſunt in corpore.
Ingenii bona. Quintil. in procem. lib. 1. i. e. Dotes, & commoda quibus eſt ornatum.
Literarum bono uti. Cic. 15. Fam. 14. Id quum non accidit, utemur bono literarum: & eadem fere abſentes, quæ ſi coram eſſemus, conſequemur.
Morum bona. Stat. 5. Silv. 1. 52.
Laudentur proavis, ſeu pulchræ munere formæ,
Quæ morum caruere bonis, falſoque potentes
Laudis egent veræ.
Studii bona. Quintil. procem. lib. 1.
Commune bonum. Lucret. lib. 5. 956.
Excellens bonum. Cic. pro Marcell.
Facile bonum aulæ. Sen. Octav. 35.
Fulgore primo captus & facili bono
Fallacis aulæ quiſquis attonitus ſtupet. Al. Fragili.
Fortuitum bonum. Cic. 3. de Nat. Deor. 87. At vero aut honoribus aucti, aut re familiari, aut ſi aliud quippiam nacti ſumus fortuiti boni, aut depulimus mali, tum diis gratias agimus, tum nihil noſtræ laudi aſſumptum arbitramur.
Fragile bonum. Ovid. 2. de Arte Am. 113. conſ. Facile.
Ingenitum bonum augendum. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Magna & divina bona. Cic. 1. Off. 148. Magnis enim illi & divinis bonis hanc licentiam aſſequebantur.
Maximum bonum. Sen. in Thyeſt. 3.
Naturale bonum. Cic. in Bruto 130. Ut facile cerneres, naturale quoddam ſtirpis bonum degeneraviſſe vitio depravatæ voluntatis.
Summum bonum. Ter. Andr. 4. 3. 2.
Accidunt bona. In ACCIDO.
Apportare bonum. In APPORTO.
Aſſueſcere optimis. Quintil. lib. 2. cap. 7.
Capere bonum cibo. In CAPIO.
Certare melioribus. Hor. 2. Serm. 5. 19. [Dictum potius Græco more, pro Certans cum melioribus, ſcil. viris, i. e. cum optimo quoque virtute certans. V. Schol. Antiq.
Compenſare bona. Hor. 1. Serm. 3. 70.
Dicere bona. Ter. And. 1. 1. 70. Quum id mihi placebat, tum uno ore omnes omnia bona dicere, & laudare fortunas meas. Subaudi de filio.
Bono eſſe alicui. Cic. pro Roſc. Amer. Accuſant ii quibus occidi patrem Sexti Roſcii bono fuit. i. e. Utile fuit. V. SUM.
Facere bonum, cui opponitur Facere malum. Cic. Ep. 15. ad Brut. Nec tamen tantum in ſtatuenda Lepidi ſtatua factum eſt mali, quantum in evertenda boni.
Facere æqui boni. In ÆQUUS.
Facere publico bono. Liv. Accipe quoties id fecerint, & quidem ſemper bono publico. [Sic idem pr. l. 2. Peſſimo publico.
Facere optima quam promittere maluerunt. Quintil. in procem. lib. 1.
Imbui optimis. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Impetrare bonum ac æquum, eſt Budæo exponente, Jus ſuum obtinere, rem ſuam recipere: idque exemplis demonſtrat in Annot. prior. V. ÆQUUS.
Inquinantur bona noſtra permiſtis malis. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Manet te bonum. in MANEO.
Monere meliora. Hor. 1. Serm. 2. 73.
Mutantur facile bona in pejus. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Nata bona. Catul. 66. 158. —— a quo
Sunt primo nobis omnia nata bona.
Numerare in bonis. In NUMERO.
Nuntiare meliora. Cic. 14. Att.
Præcipienda ſunt optima. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Recuſare bona. Ovid. 13. Met. 139.
Sequamur meliora. Virg. 3. Æn. 188.
Sequentur miſeros meliora. Virg. 12. Æn. 153.
Sperare meliora. Cic. 14. Att. 16.
Verſatur ratio faciendi circa bonorum adeptionem. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Uti bonis eloquentiæ male. Quintil. in procem. lib. 1.
Uti bono naturæ bene licet. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Bonum, per Interject. Apul. 10. Met. p. 246. Sciſcitatus quid bonum rideret familia. Sic frequentius Malum. q. V.
Bona, i. e. Subſtantia rerum, dicta ſunt, quæ digna ſint bonis. Feſtus.
Bona, plur tantum, pro Fortunis. Ulpian. de Verb. ſignific. Bonorum appellatione hæ res comprehenſæ videbuntur, quarum proprietas ad hæredem pertinet. Idem in l. Bonorum, Bonorum appellatio aut civilis, aut naturalis eſt. Naturaliter bona ex eo dicuntur, quod beant, hoc eſt quod beatos faciunt. Beare eſt prodeſſe. In bonis autem noſtris computari ſciendum eſt non ſolum quæ dominii noſtri ſunt, ſed & ſi bona fide a nobis poſſideantur, vel ſi ſuperficiaria ſint. Æque bonis annumerabitur, etiam ſiquid eſt in actionibus, petitionibus, perſequutionibus. Nam hæc omnia in bonis eſſe videntur. Africanus de Verb. ſignific. Bonorum appellatio, ſicut hæreditatis, univerſitatem quandam ac jus ſucceſſionis, & non ſingulares res demonſtrat.
Bona caduca in jure dicuntur, Quæ deficiente eo cui jure civili debebantur, in alium ceciderunt: veluti quum lex ei dotem adimit, qui contra ejus interdictum uxorem in provincia ſua ducit, eamque fiſco adtribuit, Caduca dos dicitur a Paulo l. ſi quis. D. de rit. nupt. quemadmodum Caduca glans in l. XII Tabul. dicebatur, Quæ deficiente eo qui legat, ex arbore decidit, l. ſilva. D. de Verb. ſignificat. Hinc ille Craſſi jocus in lib. 3. de Orat. 102. Noſtra eſt, inquam, omnis iſta prudentiæ doctrinæque poſſeſſio, in quam homines quaſi caducam atque vacuam, abundantes otio, nobis occupatis, involaverunt. Caducum tamen proprie, auctore Ulp. dicitur, Quod quis ſibi teſtamento relictum, ita ut jure civili capere poſſit, aliqua ex cauſſa non ceperit: quaſi ab eo ceciderit. Hotoman. conſ. Lex. Pitiſc.
Bona vacantia dicuntur, eadem quæ & Caduca: nimirum quæ illius fuerunt, cujus hæres nullus eſt. l. 1. C. de bon. vacant. Hæc autem olim quidem publicabantur, ſicut Ulpian. cap. Inſt. 18. ſignificat: nunc vero confiſcantur, & quadriennii tempus iis nuntiandis præſcribitur. l. intra quatuor. D. de diverſ. temp. & l. quamvis. D. de uſucap. Hotoman.
Bonorum poſſeſſionem ita recte definiemus, Jus perſequendi retinendique patrimonii, ſive rei quæ cujuſque quum moritur, fuit. Ulpian. de bonor. poſſeſſ.
Bonorum poſſeſſio Unde legitimi dicitur, quæ agnatis ab inteſtato defertur, idque ex l. XII Tabul. Præterea autem quotieſcunque vel

vel lex, vel Senatus defert hæreditatem, ex hac parte eam peti oportet. l. i. 2. & paſſim. D. Unde legit. Hotoman.
Bonorum poſſeſſio contra tabulas, locum habet, quum paterfam. teſtamentum quidem fecit, ſed in eo liberos ſuos præteriit: h. e. Neque nominatim inſtituit, neque nominatim exhæredes fecit. l. quod vulgo. D. de bonor. poſſeſſ. cont. tab. Hotoman.
Bonorum poſſeſſio Unde cognati manumiſſoris eſt, quæ patroni cognatis ab inteſtato liberto defuncto conceditur: quorum jus quoddam ſingulare fuiſſe Juſtinian. non obſcure ſignificat. §. pen. Inſtit. de ſucceſſ. lib. & Ulp. cap. Inſt. 1. & 28. Hotom.
Bonorum poſſeſſio Unde vir & uxor, dicitur quæ viro ab inteſtata uxore, & viciſſim huic ab illo conceditur, quoties deficit omnis parentum, liberorumve, ſeu propinquorum legitima, ſeu naturalis ſucceſſio, fiſco excluſo. l. 1. D. Unde vir & uxor. & l. 1. C. eod. Hotom.
Bonorum poſſeſſio Unde liberi eſt, quæ liberis tum emancipatis, tum ſuis ab inteſtato conceditur, ut parentis inteſtato defuncti bona poſſidere Prætore auctore poſſint. l. 1. Quis ord. in bon. l. 1. §. ſed videndum. D. de ſucceſſ. edict. Hotoman.
Bonorum poſſeſſio Unde cognati dicitur, quæ cognatis proximis ab inteſtato defertur: in quibus agnati emancipati, quibus Unde legitimi non competit, continentur. l. 1. D. Unde cognati, & paſſim. Hotoman.
Bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas eſt ea quam Prætor teſtamenti tabulas ac ſcripturam ſequens, eique obtemperans, inſtitutis hæredibus largitur. l. 1. D. de bonor. poſſ. ſecund. tab. Hotoman.
Bonorum poſſeſſio Unde patronus, patrona, liberi, parenteſque illorum vocantur, eſt quæ ab inteſtato liberto ſuperſcriptis perſonis defertur. §. ſunt autem. Inſt. de bonor. poſſ. & apud Ulp. cap. 28. & 29. Hotoman.
Bonorum poſſeſſio Unde decem perſonæ, dicitur, quæ decem perſonis, quæ manumiſſori præferuntur, conceditur. l. ſi ad patrem. D. de ſuis & legit. Decem autem perſonas intelligimus, filium, filiam, nepotem, neptem, fratrem, ſororem, patrem, matrem, avum, aviam. Hotoman. conf. late Pitiſc. Lex.
De Bonis quæ apud Juriſconſ. dici ſolent Paraphérna, Prædia, Proſcriptorum, Publica, V. Lex. Pitiſc.
Pauperrimus bonorum. Hor. 1. Serm. 1. 79.
Avita bona. Tacit. 14. Ann.
Caduca bona. Stat. 2. Silv. 2. 130. V. paulo ſupra.
Humana bona. Ovid. 3. Amor. 10. 6.
Invidioſa bona. Ovid. ad Liviam, 58.
Paterna bona lancinata. Catul. 27. 17.
Paterna bona conſumere. Quintil. lib. 3. cap. 11.
Patria bona. Ter. Eun. 2. 2. 4. Patria qui abligurierat bona.
Prædia bona. Cic. 3. Verr. 142. de ſartis tectis loquens, Ubi illa conſuetudo in bonis prædibus prædiiſque vendendis omnium Conſulum, Cenſorum, Prætorum, Quæſtorum denique, ut optima conditione ſit is, cuja res ſit, cujum periculum. Quæ verba enarrans Aſconius p. 105. Bona, inquit, prædia dicuntur Bona ſatisdationibus obnoxia, ſive ſint in mancipiis, ſive in pecunia numerata. Idem paulo poſt, Prædes igitur homines ſunt Fidejuſſores, quorum res Bona prædia nunc uno nomine dicuntur. Ex Budæo. conf. Salmaſ. de Mod. uſur. cap. 16.
Proſcriptorum bona. Nep. 25. 12. 3.
Publicata bona. Idem 7. 4. 5. & Cic. 12. Fam. 4.
Vacantia. V. ſupra.
Adedere bona. Tacit. 1. Hiſt.
Addicere bona alicujus. In ADDICO.
Adimere bona. Hor. 1. Epiſt. 16. 75.
Adjudicare bona. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Aggerere bona ad aliquem. In AGGERO.
Cedere bonis. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Comedere bona. Hor. 1. Epiſt. 15. 40.
Conſumere. V. Paterna.
Deſervire bonis caducis. Stat. 2. Silv. 2. 130.
Eripere alicui patria bona. Cic. 3. Verr.
Exuere bonis. Tacit. 4. Ann. 21.
Legare uſumfructum bonorum ſuorum uxori. Cic. in Topic. 17.
Oppugnare bona alicujus. In OPPUGNO.
Perdere bona. Sen. in Hippol. 4. Perdere eſt dignus bona queis neſcit uti.
Poſſidere bona publice aut ex edicto. In POSSIDEO.
BONITARIUS, verbum eſt a Theophilo, & ſimilibus fictum: item ut ejus contrarium Quiritarius. Duplex eſt, inquit, dominium: legitimum, quod jure Quiritium competit, & appellatur dominus jure Quiritario: naturale, quod in bonis eſt, unde Bonitarius dominus dicitur. Cauſſa autem harum appellationum ex Ulpiani inſtit. apparet, ubi inquit, In bonis tantum alicujus ſervus eſt, velut hoc modo, Si civis Romanus a cive Romano ſervum emerit, iſque traditus ei ſit, neque tamen mancipatus ei, neque in jure ceſſus, neque ab ipſo anno poſſeſſus ſit. Nam quamdiu horum quid fiat, is ſervus in bonis quidem emptoris eſt: ex jure Quiritium autem, venditoris eſt. Hotoman.
BONUSCŬLA, orum. n. dimin. Sidon. 9. Epiſt. 6. Quantum de bonuſculis avitis paterniſque abliguriſſet.
BONE, pro Bene adv. apud Lucret. 2. 7: 4. 573. & 6. 996.
BŎNĀTUS, a, um. Idem ac Bonus, placidus. Petron. cap. 74. At ego dum bonatus ago, & nolo videri levis. Sed forſan locus eſt corruptus. [Et hæc ipſo corruptiora.
MELIOR, us. [ἀμείνων] compar. a Bonus. V. in BONUS.
MELIUS, Adv. [ἄμεινον] V. poſt BENE. Hinc
MELIUSCULUS, a, um. dimin. Columel. lib. 9. cap. 3. Alias magis exiguas, nec tam rotundas, ſed obeſas tamen & latas coloris meliuſculi. De apibus. Plaut. Capt. 5. 2. 6. Rem tuam facies ex mala meliuſculam. Idem Curc. 4. 2. 3. Celſ. 3. 22. Qui meliuſculus eſſe cœpit, adjicere debet exercitationes, frictiones, cibos. i. e. Qui melius paulo habere cœpit. conf. Ter. Hec. 3. 2. 19.
MELIUSCULE, Adv. Cic. 16. Fam. 5. Volebam ad te Marionem remittere: quem quum meliuſcule tibi eſſet, ad me mitteres. conf. Plaut. Moſt. 4. 2. 5.
MELIORESCO, [βελτιοῦμαι] ĕre. Meliorem fieri. Columel. lib. 2. cap. 10. Napus devexam amat & ſiccam, tenuique propiorem terram. Itaque glareoſis ſabuloſiſque arvis melioreſcit. Ex vet. cod. legitur Melior exit.
MELIŌRO, [βελτιόω] āre. Melius reddere. Ulpian. in l. ſi cujus rei. §. inde quæſ. D. de uſufruct. & quemadm. quis utatur, &c. Forſitan etiam hæc dejicere poterit, ſiquidem ei permittitur meliorare proprietatem.
MELIORATIO, ōnis. f. Gloſſ. Gr. Lat. ἐπιβελτίωσις melioratio. Adde Juſtinian. l. 2. & 3. de Jure Emphyt. ubi & pl. Meliorationes.
OPTĬMUS, a, um. ſuperl. a Bonus. V. exempla in BONUS. [An ab Opto? H. St.
Optimi principis Trajano cognomen datum a ſenatu. V. Plin. Paneg. cap. 88. n. 8. Idem aliis Imp. conceſſum. Papin. l. 30. de excuſat. tut. conf. Spanh. de Uſu & Pr. Num. diſſ. 12. p. 500.
Optimus Maximus, Jovis titulus. Cic. 2. de Nat. Deor. 64. Sed ipſe Jupiter, id eſt Juvans pater, quem converſis caſibus appellamus a juvando Jovem, a poetis pater divumque hominumque dicitur, a majoribus autem veſtris Optimus maximus: & quidem ante optimus, id eſt beneficentiſſimus, quam maximus, quia majus eſt, certeque gratius prodeſſe omnibus, quam opes magnas habere. conf. Plin. ubi ſupra.
Optimus maximuſque fundus. In MAGNUS.
Optime & dulciſſime frater. Cic. 3. de Legib. 25.
OPTIMĬTAS, ātis. [βελτιότης] Utilitas, commodum. Plaut. Aſin. 2. 2. 16. Maximas optimitates, gaudioque offertiſſimas, ſuis heris ille una mecum pariet. Mart. Capell. 4. p. 109. Ut bonum dicimus a bonitate, non ita optimum ab optimitate.
OPTĬMAS, ātis. c. [ἄριστος] Optimates dicuntur, ut ait Perottus, Qui primum in civitate locum tenent: vel quod opulentiores ſunt, & in majori cenſu, vel quod in primis opem ferre poſſunt oppreſſis. Cic. pro Sext. 98. Duo genera ſemper in hac civitate fuerunt eorum qui verſari in Republ. atque in ea ſe excellentius gerere ſtuduerunt: quibus ex generibus alteri ſe populares, alteri optimates & haberi & eſſe voluerunt. Qui ea quæ faciebant, quæque dicebant, multitudini jucunda volebant eſſe, populares: qui autem ita ſe gerebant, ut ſua conſilia optimo cuique probarentur, optimates habebantur. Priſcian. lib. 5. Optimates ſunt, qui defendunt Senatores: Populares, qui defendunt populum. Cic. 11. Att. 11. Vide, ne dum pudet te parum optimatem eſſe, parum diligenter quod optimum ſit, eligas. i. e. Minus amantem Reipublicæ.
Athenienſium optimates. Cic. in Brut. 306.
Quæ Corinthum arcem altam habebant matronæ opulentæ, optimates. Cic. 7. Fam. 6. ex vet. poeta.
Orba ab optimatibus concio. Cic. pro Flacc. 54. Uſque eo orba fuit ab optimatibus illa concio, ut princeps principum eſſet Meandrius.
Exterminare optimates. Cic. 2. Off. 80. de Lacedæmoniis.
Viam optimatum tenere. Cic. 1. Att. 17. conf. Nepos 19. 3. 1. & 7. 5. 3.
BELLUS, [κομψὸς] Adj. dimin. Idem ſignificat quod Bonus, vel Pulcher. Varro Bimargo, Socius es hoſtibus, ſocius bellum ita geris, ut bella omnia domum feras. Non. 4. 45.
Bellus homo, quem Urbanum & civilem dicimus. Martial. lib. 1. 10.

Bellus homo & magnus vis idem, Cotta, videri:
Sed qui bellus homo eſt, Cotta, puſillus homo eſt.

Bellus & humanus homo. Cic. 2. de Fin.
Bellus & urbanus. Catul. 20. 9.
Gratiſſimæ & bellæ literæ. Cic. 15. Fam. Patri quidem certe gratiſſimæ & bellæ tuæ literæ fuerunt. [Locum non inveni.
Fronte ac vultu bellis aliquid ferre. Cic. 5. Att. 10. Etſi hæc ipſa fero equidem etiam fronte, ut puto, & vultu bellis, ſed angor intimis ſenſibus. Al. Et volo, belliſſime.
Theatrum bellum. Cic. 13. Att. 20. Theatrum quidem ſane bellum habuiſti.
Quam bellum. Cic. 1. de Orat. 247. Quam ſit bellum, cavere malum, ſcire poſſumus.
Civitas bella. Cic. 4. Att. 16. Recordor enim quam bella pauliſper nobis gubernantibus civitas fuerit.
Bellus es arte lyræ, bellus es arte pilæ. Martial. lib. 2. 7.
Bellus, Pulcher. Martial. 1. 65.

Bella es novimus, & puella, verum eſt.

Puella bella. Ovid. 1. Amor. 9. 6.
Bellus locus. Plaut. Bacch. 4. 4. 73. Evax, nimis bellus, atque ut eſſe maxime optabam, locus.
Bellior, compar. i. e. Melior. Varro Teſtamento, περὶ διαθηκῶν, Venio nunc ad alterum genus teſtamenti, quod dicitur phyſicon: in quo Græci belliores quam noſtri. Non. 2. 74.
Belliſſimus, ſuperl. Ter. Adel. 4. 2. 51. Ego jam proſpiciam mihi: atque unumquodque quod erit belliſſimum carpam.
Oſtium belliſſimum & taciturniſſimum. Plaut. Curc. 1. 1. 20.
Subſidium belliſſimum. Cic. 1. de Orat. 255.
Cæciliæ belliſſimæ ſalutem dicas. Cic. 6. Att. 4. Idem 14. Fam. 7. Cicero belliſſimus.
Vinum belliſſimum. Columel. lib. 12. cap. 19.
BELLATŬLUS, a, um. Blandientis vocabulum, idem ſignificans quod Bellulus. Plaut. Caſin. 4. 4. 28. Cur ergo non imus cubitum bella bellatula?
BELLŬLUS, dimin. Plaut. Mil. 4. 1. 42. Ædepol equidem bellula es. conf. Caſin. 4. 4. 22. Pœn. 1. 2. 134.
BELLIATUS, Adj. Plaut. Rud. 2. 5. 6. Hem tibi aquam, mea tu belliata. Ita Mſſ.
BELLĬFĬCOR, āri. Cic. 8. Fam. 10. pro Gratificari: Ne bellificatus alicui dicaris. Alii autem legunt Velificatus. V. Græv.
BELLĬTŪDO, inis. f. Bellitudinem ſicut magnitudinem Verrius dixit. Feſtus.
BELLE, [καλῶς, κομψῶς] adv. Idem quod Bene. Plaut. Truc. 2. 2. 35. Qui iſtas buccas tam belle purpuriſſatas habes.
Diminutivum a Bene. H. St.
Belle aliquem attendere. Cic. 5. de Fin. 8. Mihi quidem Antiochum quem audis, ſatis belle videris attendere.
Cecidit belle. Cic. 13. Att. 13. Horum ego vix attigi penulam, tamen remanſerunt, cecidit belle.
Sumus enim ambo belle curioſi. Cic. 6. Att. 1.
Belliſſime vel mecum vel in noſtris prædiis eſſe poteris. Cic. 14. Fam. 14.
Belle ferre aliquid. Cic. 4. Att. 16. Ergo hæc quomodo fers? belle hercule, & in eo me valde amo.

Aqua non longe a villa belle ſane fluens. Cic. 3. Q. frat. 1.

Belle habere. Cic. 3. Q. frat. 8. Plura ad te vacuo animo ſcribam, quum ut ſpero, ſe Cicero meus belle habebit. Quod ad valetudinem ſcil.

Belle narras, Ironia proverbialis paſſim in comœdia obvia: de Re dictu vehementer abſurda. Eraſmus.

Belliſſime navigare: i. e. Sine infortunio, & ventis ſecundis. Cic. 16. Fam. 19.

Non belle reſpondent verba. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Non belle eſt illi, contrar. Recte eſt. Cic. 14. Att. 16. De Attica pergratum mihi feciſti, quod curaſti ante ſcirem recte eſſe, quam non belle fuiſſe. i. e. Ægrotaſſe.

Cetera belle: ſupple, Se habent. Cic. 7. Fam. 18. Sed ut ad epiſtolas tuas redeam, cetera belle: illud miror, &c.

Belle & feſtive, oppon. Bene & præclare, form. Acclamationis. Cic. 3. de Orat. 99. Bene & præclare quamvis nobis ſæpe dicatur, belle & feſtive nimium ſæpe nolo.

BELLULE, apud Plautum diminutivum adverbium eſt a Bene, quod facit Belle & Bellule. Hæc Feſtus. conf. Apul. Met. 5. p. 173. & 10. p. 246.

BONĬTAS, ātis. f. [ἀγαθότης, ἀγαθωσύνη] i. e. Benignitas vel æquitas. Cic. 1. de Nat. Deor. 122. Quid enim melius, aut quid præſtantius bonitate & beneficentia? Valla, Bonum generale nomen eſt, Honeſta pariter atque utilia complectens: ut Bonum animi, Bonum corporis, Bonum fortunæ. Bonitas vero, non (ut multi opinantur) idem utique quod Bonum, honeſtum: ſed idem quod Benignitas. [Non ſemper. V. ſq. Bonitas, pro Excellentia. V. Ingenii bonitas.

Bonitas ac moderatio. Cic. 2. de Orat. 342. Ut opes & copiæ non ſuperbiæ videantur ac libidini, ſed bonitati ac moderationi facultatem & materiam dediſſe.

Agrorum bonitas. Cic. 2. de Lege Agr. 14. conf. Soli bonit.

Cauſæ bonitas. Cic. pro Domo 57. An eam cauſam probare non poteram, cujus tanta bonitas eſt, ut ea ipſa non modo ſe, ſed etiam me abſentem per ſe probarit?

Dei bonitas. Ovid. 1. de Pont. 6. 46.

Quamvis eſt igitur meritis indebita noſtris,
Magna tamen ſpes eſt in bonitate dei.

Ingenii bonitas, pro Excellentia. Cic. 3. Off. 14. Quæ & ingenii bonitate multi aſſequuntur, & progreſſione diſcendi.

Mellis bonitas. Summa bonitatis, natione conſtat. Plin. lib. 11. cap. 14. ubi de melle.

Naturæ bonitas. Cic. 1. Off. 118. Nonnulli tamen ſive felicitate quadam, ſive bonitate naturæ, ſive parentum diſciplina, rectam vitæ ſequuti ſunt viam.

Prædiorum bonitas. Cic. pro Roſc. Amer. 20.

Soli bonitas, pro Fœcunditate. Quintil. lib. 2. cap. 19. At in ſolo fœcundo plus cultor, quam ipſa per ſe bonitas ſoli efficiet.

Summi cujuſque bonitas. Cic. 2. Off. 63. Eoque eam ſtudioſiſſime plerique laudant, quod ſummi cujuſque bonitas commune perfugium eſt omnium.

Terræ bonitas. Lucret. lib. 5. 1246.

Verborum Latinorum bonitas. Cic. in Orat. 164. Quare bonitate potius noſtrorum verborum utamur, quam ſplendore Græcorum. V. Verborum bonitas, in VERBUM.

Vocis bonitas. Cic. in Orat. 59. Ac vocis quidem bonitas optanda eſt.

Uxoris bonitas ac ſimplicitas. Plin.

Bonitas in herbis. Plin. lib. 12. cap. 13.

Divina bonitas. Cic. 2. de Nat. Deor. 60. Quicquid enim magnam utilitatem generi afferret humano, id non ſine divina bonitate erga homines fieri arbitrantur.

Perennis bonitas. Ovid. 2. Triſt. 5. 27.

Præcipua bonitas. Plin. lib. 12. cap. 19.

Secunda bonitas. Plin. lib. 12. cap. 13. de Amomo.

Singulari bonitate præditus. Cic. pro Domo 110.

Vera bonitas. Cic. poſt Red. in Senat. 25. Quo tempore quantam vim vera bonitas haberet, aut vera nobilitas, intelligere potuiſtis.

Affluere bonitate. Cic. pro Roſc. Com. 27. Largitus eſt ſcilicet homo liberalis, & diſſolutus, & bonitate affluens Fannius Roſcio? ſic puto.

Amittere aliquid bonitate. Cic. pro Roſc. Com. 28. Sic quum Roſcius Fannium fraudaſſe arguatur, utrumque incredibile eſt: & Roſcium quicquam per avaritiam appetiſſe, & Fannium quicquam per ſe bonitate amiſiſſe.

Cognoſcere bonitatem. In COGNOSCO.

Locum non eſſe bonitati. Cic. 3. de Fin. 66. Quod ni ita ſe haberet, nec juſtitiæ ullus eſſet, nec bonitati locus.

Proficere ad bonitatem. V. AD.

BENE, [εὖ, καλῶς] ab antiquo Benus, pro Bonus. Adv. cujus compar. Melius, & ſuperl. Optime. Plaut. Bacch. 1. 1. 6. Quid in conſilio conſuluiſtis? B. bene pol.

Non æque bene, quam. Columel. lib. 5. cap. 5. Eſſe quoſdam agros in quibus non æque bene translata ſemina, quam immota reſpondeant.

Bene, abſolute cum 3° & 4° caſu priſcis erat Hilaritatis indicium & ſolemnis inter pocula bene precandi formula. Plaut. Stich. 5. 4. 27. Bene vos, bene nos, bene te, bene noſtrum etiam Stephanium. Idem Perſ. 5. 1. 20. Bene mihi, vobis, amicæ meæ &c. conf. Tibul. 2. 1. 13. Ovid. 2. Faſt. 637.

Et bene nos, bene te, patriæ pater optime Cæſar. Idem 1. de Arte Am. 600.

Et bene dic dominæ: bene, cum quo dormiet illa. conf. Bene ſit, in Sum bene. q. v. ſubauditur.

Bene, nonnunquam accipitur pro Valde, ut Cic. 2. de Or. 361. Habetis ſermonem bene longum. Valla lib. 2. Ita quoque & Bene longam diſputationem, dixit idem Cic. 5. de Fin. Idem 14. Att. 7. Litteræ bene longæ. V. infra.

Melius, compar. Ter. And. 3. 5. 11. At jam expediam. P. expedies? D. certe Pamphile. P. Nempe ut modo. D. imo melius ſpero. Ubi Donatus, Bene Melius, comparativo eſt uſus, quaſi hoc bonum ſit, illud melius.

Melius adhuc. Plaut. Bacch. 4. 9. 18. Probe ita res ſucceſſit, meliuſque adhuc.

Melius æquius, formula judicialis. Cic. 3. Off. 61. Reliquorum autem judiciorum hæc verba maxime excellunt, In arbitrio rei uxoriæ, Melius æquius, In fiducia, Ut inter bonos bene agier.

Melius, pejus: proſit, obſit: nihil vident niſi quod lubet. Ter. Heaut. 4. 1. 30.

Nil melius turdo. Hor. 1. Epiſt. 15. 41.

Quo melius. Cic. 3. de Orat. 219. In eo autem ipſo dominatus eſt omnis oculorum, quo melius noſtri illi ſenes, qui perſonatum ne Roſcium quidem magnopere laudabant. Plura V. poſtea.

Optime [κάλλιστα] ſuperl. Ter. Andr. 3. 4. 14. Hem quid dixti? D. optime inquam factum. Cic. 2. Q. frat. 9. Si perficiunt, optime: ſin minus, ad noſtrum Jovem revertamur.

Optime, Opportune. Ter. Eun. 5. 2. 66. Adeſt optime ipſe frater.

Optime in tempore advenis. Plaut. Capt. 4. 2. 56. [Immo hic vocativus eſt.

Optime omnium. Cic. 4. Fam. 13. Sed hæc tu melius, vel optime omnium.

Accipit nemo melius. i. e. Nemo lautius tractat. Ter. Eun. 5. 9. 52.

Accipit hominem nemo melius prorſus, neque prolixius. Ubi Donatus, Horum alterum, apparatum: alterum, copiam.

Ædificata villa bene & ratione. Cic. 3. Off. 55. Quod ſi qui proſcribunt villam bonam, beneque ædificatam, non exiſtimant fefelliſſe, etiam ſi illa nec bona eſt, nec ædificata ratione.

Agis bene. Cic. pro Quint. 79. Dic Nævi diem. Ante v. Calend. intercalares. bene agis. [Subjicit, quaſi ſynon. Optime. V. loc.

Agitur bene. Plaut. Milit. 5. 23.

Actum bene cum eo. Ter. Adel. 2. 2. 2.

Tace, egomet conveniam ipſum: cupide accipiat jam faxo: atque etiam.
Bene dicat ſecum eſſe actum. [i. e. Felicem ſe prædicet. V. AGO.

Ambula bene & redambula. Plaut. Capt. 4. 2. 129.

Ambulato bene. Plaut. Merc. 2. 2. 55.

Ament ita me dii bene, Juſjurandum apud Comicos. Ter. Eun. 5. 2. 43. Te quoque jam Thais, ita me dii bene ament, amo.

Ante lucem bene. Cic. 2. de Orat.

Aſſimulare bene. i. e. Recte. Ter. And. 1. 1. 141. Nunc tuum eſt officium, has bene ut aſſimules nuptias.

Audire bene. Ter. in prol. Phorm. 21. Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene. Ubi donatus; Bene audire, eſt Benedici & laudari] Sic Cic. 3. de Fin. 57. Eſſeque hominis ingenui & liberaliter educati, velle bene audire a parentibus, a propinquis, a bonis etiam viris, idque propter rem ipſam, non propter uſum.

Canere melius. Virg. 9. Ecl. 67.

Coctus bene & conditus ſermo bonus. Cic. 13. Att. 52.

Cogitare bene de aliquo. Plin. Hoc tuo ſtudio bene de te cogitantem liberaliorem reddes.

Cognitus bene alicui. Cic. 9. Att. 19. Recte augurarís de me (bene enim cognitus ſum) nihil a me abeſſe longius crudelitate.

Comitatus bene Romam venit. Cic. 3. Q. frat. 1.

Convenit bene inter eos. Ter. Hec. 1. 2. 116.

Curare bene ætatem ſuam, edere, bibere. i. e. Laute vivere. Plaut. 4. 7. 34.

Curata bene cute nitidus. Hor. 1. Epiſt. 4. 15.

Denuntias bene hercle. Plaut. Trin. 1. 2. 14.

Dicere melius. Ter. Adelph. 3. 2. 52. Quid iſtuc? accedo ut melius dicas. conf. infra in BENEDICERE.

Dicere melius & plenius. Hor. 1. Epiſt. 2. 4.

Diſſimulatus bene amor. i. e. Multum; Ter. And. 1. 2. 105. Donato interpr. [Puto pro Scite, Commode, Callide, dictum.

Doctus bene. Plaut. Moſt.

Dormire melius. Hor. 2. Epiſt. 2. 54.

Emere bene. Cic. 1. Att. 10. Cui opponitur Male emere. V. EMO.

Eo. ut, Incipit res melius ire quam putaram. Cic. 14. Att. 15.

Eſt bene. V. infra, in Sum bene.

Eveniat bene ac feliciter, Solennis formula bene precandi in rebus auſpicandis. Plin. in Paneg. c. 72. pr. ubi Lipſ. V. conf. Venire bene.

Facis bene. Ter. Eun. 1. 2. 105. Faciundum eſt quod vis. T. merito te amo. PH. bene facis. Ubi Donatus, In conſuetudinem venit. Bene Facis, & Bene feciſti, non judicantis eſſe, ſed gratias agentis. Huc formula gratulationis Factum bene. Idem And. 5. 6. 5. Conf. Optime ſupra.

Facis ſane bene, i. e. Recte. Cic. 1. Acad.

Fecere auctius & melius di. Hor. 2. Serm. 6. 3.

Ferre bene ætatem vinum, Cic. de Amicit. 69. dixit, Quod nondum maturuiſſet, neque vetuſtatem ſentiret, quæ lenitatem vino adfert. Homines autem, quos longa non lædit frangitque ætas, quique, quam videntur, ſeniores ſunt, Bene dicuntur ætatem ferre, unde metaphora eſt ducta. Macrob. [Ubinam? Apud Cic. de Amic. 67. legitur, Ut ea vina, quæ vetuſtatem ferunt. Itaque vereor ne concinnator horum memoria & in ceteris falſus ſit.

Ferre bene fortunam. Hor. 3. Carm. 27. 74.

Ferre gratiam bene, bene merenti. Plaut. Rud.

Fidum bene pectus. Hor. 2. Carm. 12. 15.

Firmum bene. Cic. 6. Philip. 18.

Fuit melius. V. Sum bene, infra.

Gerere bene ſuum negotium. Cic. pro Roſc. Com. 32.

Gerens bene ſui negotii. Cic. pro Quint. 62. Eques Romanus locuples, ſui negotii bene gerens.

Geſta re bene. Ter. Adel. 5. 1. 12. Potaſti ſcelus, quaſi re bene geſta.

Geſtæ res bene. Virg. 9. Æn. 157.

Geſta Reſpublica bene & feliciter. Cic. 5. Philip. 40. Sæpenumero Reſpub. & bene & feliciter geſta.

Nam bene geſtis rebus, vel potius feliciter. Spartianus in Ælio Vero, (c. 3.) 146. Frob. At Cic. facit Synonyma. Capitol. in principio vitæ Pertinacis, (c. 2.) Poſtea iterum re bene geſta. H. St.

Habere bene, Incolumem eſſe. Plaut. Aul. 2. 8. 2.

Habere bene, Laute vivere. Plaut. Mil. 3. 1. 127.

Qui & rem ſervat, & qui bene habet.

Habet hoc bene. Plaut. Epid. 5. 2. 31. Quod barbare dicitur, Hoc bene vadit. conf. Juven. 10. Sat. 72. & Liv. 6. 35.

Habet bene, jacta ſunt fundamenta defenſionis. ſubaudi, Se & Res. Cic. pro Muren. 14.

Habent bene tibi principia. Ter. Phorm. 2. 2. 82.
Habent hoc melius se, quod, &c. Cic. 11. Att. 7. Extremum est eorum qui in Achaia sunt: ii tamen ipsi se hoc melius habent quam nos, quod & multi, &c.
Habere se quam optime. Cic. 4. de Fin. 38. Ut si cultura vitium, cujus hoc munus est, ut efficiat ut vitis cum partibus suis omnibus quam optime se habeat.
Habitare bene. Nep. 25. 13. 1.
Ire melius dicitur res. Cic. 14. Att. 15. Incipit res melius ire quam putaram.
Juvare aliquem bene. Plaut. Most. 4. 3. 42.
Juvantibus bene diis. Liv. 6. Collegæ imperium se non posse impedire: diis bene juvantibus ageret quod e Republ. duceret.
Longinquus bene dolor, Qui diu durat. Cic. 2. de Fin. 94.
Longus bene sermo, i. e. Valde longa disputatio. Cic. 2. de Orat. 361.
Longæ bene literæ. Cic. 14. Att. 7.
Loqui bene, pro Blande alloqui. Plaut. Truc. 2. 1. 16.
——— male corde consultare,
Bene loqui lingua.
Lugebitis melius ambo. Ovid. 8. Met. 525.
Magna bene caterva. Cic. pro Muren. 69.
Mane bene pro Summo mane. V. MANE.
Mereri bene. V. MEREO. Liv. 10. Bell. Pun. Cic. 3. de Fin.
Meruisse bene de aliquo. Virg. 4. Æn. 317. Si bene quid de te merui.
Mereri bene de Repub. Cic. 10. Fam. 5. Nec quicquam ex omnibus rebus humanis est præclarius aut præstantius, quam de Rep. bene mereri.
Meriti bene de Repub. Cic. 1. Off. 149. Eos autem quorum vita perspecta in rebus honestis atque magnis est, bene de Repub. sentientes, ac bene meritos, aut merentes, sicut aliquo honore aut imperio affectos, observare & colere debemus.
Merentes bene de patria cives. Cic. pro Planc. 80. Qui sint boni cives, qui belli, qui domi de patria bene merentes, nisi qui patriæ beneficia meminerunt?
Multi bene. Cic. 10. Fam. 33. i. e. Valde multi.
Munita bene templa. Lucret. lib. 2. 7.
Narras bene ædepol. Ter. Eun. 5. 3. 7. i. e. Læta narras, & quæ ego libenter audio.
Nata bene, i. e. Generosa. Hor. 4. Carm. 4. 36.
Naviter & bene impudens. Cic. 5. Fam. 12. Sed tamen qui semel fines verecundiæ transierit, eum bene & naviter oportet esse impudentem.
Nosse bene. Cic. 4. Acad. 16. Bene autem nosse Carneadem Stratonicus Metrodorus putatur. Græca est loquutio, quæ aliud significat quam statim ostendit. Significat enim, Carneadis eum discipulum fuisse. Græci autem plerunque solent discipulos appellare γνωρίμους, quod quidem apud eos tam frequens est, ut id exemplis confirmare opus non sit. In eam vero sententiam illud Nosse accipiendum esse, atque adeo significare, A Metrodoro perdiligenter auditum fuisse Carneadem, e lib. 1. de Orat. 45. confirmamus: sic enim scribit Cic. Erat etiam Metrodorus, qui cum illis una, ipsum illum Carneadem diligentius audierat. Turneb.
Novi bene. Cic. 1. de Fin.
Nummatus bene, Qui multas habet pecunias. Cic. 2. de Lege Agr. 56.
Nummatum bene marsupium. Plaut. Amph. 4. 2. suppos. 3. 39.
Olens bene. Virg. 2. Ecl. 48.
Orabunt causas melius. Virg. 6. Æn. 849.
Penitus bene se dare in familiaritatem alicujus. Cic. 4. Verr. 169.
Peritus bene. Cic. de Clar. Orat. 8. Et una Ser. Fabius Pictor, & juris & literarum & antiquitatis bene peritus.
Prospectum est bene a te. Ter. Heaut. 4. 1. 25. Ironia est: quasi dicat Male prospexisti.
Plane bene. Cic. 13. Att. 6. Quod reliquos coheredes convenisti, plane bene. Subaudi Fecisti, quod & MSS. codd. addunt.
Plane bene magnus dolor. Cic. 2. Tusc. 44. Sed si est tantus dolor, quantus Philoctetæ, bene plane magnus mihi quidem videtur, sed tamen non summus.
Poteris bene uti. Cic. 14. Fam. 7. Fundo Arpinati bene poteris uti cum familia urbana, si annona carior fuerit.
Præcipere bene. Ter. Adel. 3. 3. 71.
Promeruit bene. Ter. Adel. 2. 1. 47.
Promittere bene. Cic. 2. de Divin. 38. Quæ autem inconstantia deorum est, ut primis minentur extis, bene promittant secundis?
Bene promittis, multa ex multis, omnia in cassum cadunt. Plaut. Pœn. 1. 2. 147. Alii distinguunt post Multa. [Ordo videtur, Multa ex multis bene promittis, omnia &c.
Putas bene. Ter. Eun. 4. 7. 43. Novi ingenium mulierum, nolunt ubi velis: ubi nolis, cupiunt ultro. THR. bene putas. Ubi Donatus; Bene putas, h. e. Recte putas, sapis vel intelligis.
Robustus bene in clamando. Cic. 1. Verr. 48. In clamando quidem video eum esse bene robustum atque exercitatum.
Sane bene. Ter. Adel. 4. 2. 47. D. Quid ibi facit? S. lectulos in sole iligneis pedibus faciundos dedit. D. ubi potetis vos? sane bene. Ubi Donatus, Hic ironia est, non approbatio. Alii legunt Recte sane.
Sanus bene. Hor. 2. Serm. 3. 74.
Sanæ bene mentis homo. Hor. 1. Serm. 9. 44.
Scribere melius. Hor. 1. Serm. 10. 47.
Sentire optime de Repub. Cic. 14. Philipp.
Sequutus bene. Hor. 3. Carm. 27. 57.
Sperare bene. Plin. lib. 17. cap. 9.
Sperare melius. Ovid. 2. Epist. 61.
Suadere melius. Hor. 1. Epist. 1. 23.
Successit bene. Ter. Adel. 2. 4. 23.
Sum. ut, Bene erat, absolute. Hor. 2. Serm. 2. 120.
——— bene erat, non piscibus urbe petitis,
Sed pullo atque hœdo, &c. Sic Plaut. Men. 4. 2. 39. Si sapiam, hinc intro abeam, ubi mihi bene sit. Lambin.
Bene esse alicui. Hor. 3. Carm. 16. 44.
——— bene est cui deus obtulit
Parca, quod satis est, manu.
Bene esse alicui re aliqua. Plaut. Cas. 2. 3. 36. Rogas super ancilla Casina ut detur nuptum nostro villico, servo frugi: ubi illi bene sit ligno, aqua calida, cibo, i. e. Ubi sit ei copia foci luculenti, balnei, &c.

Bene esse parvo dispendio. Plaut. Men. 5. 2. 20.
Bene hercle est illam tibi bene valere & vivere. Plaut. Trin. 1. 2. 14. h. e. Gaudeo illam recte valere.
Melius est eum adire. Plaut. Men. 5. 9. 32. Postea autem patriam atque patrem memorat: melius nos est adire, atque hunc percontarier.
Optime est, Bene habet. Ter. Adel. 5. 5. 3. Quid fit? quid agitur? S. recte. D. optime est. Quasi dicat, Gaudeo te recte valere.
Bene tibi est. Ter. Adel. 1. 1. 9. Et tibi bene esse soli, quum sibi sit male. Idem And. 2. 5. 15. Verum illud verbum est, vulgo quod dici solet, Omnes sibi melius malle esse, quam alteri.
Melius esse homini nihil potest. Cic. 1. de Fin. 63.
Melius est homini factum, pro Melius habere cœpit. Cic. 1. Tusc. 86. Pompeio nostro familiari quum graviter ægrotaret Neapoli, melius est factum. Budæus.
Melius erit isti morbo. Plaut. Cist. 1. 1. 75. Bono animo es, erit isti morbo melius, i. e. Invenietur morbo isti aliquod remedium. Idem Truc. 1. 2. 87. Immo ædepol melius jam credo fore, ubi te videbit.
Bene sit tibi. Plaut. Merc. 2. 2. 54. Ad portum propero: nam ibi mihi negotium est. D. bene ambulato. L. bene valeto. D. bene sit tibi. h. e. quod quidam dicunt, Prosit.
Fuit melius ire. Hor. 3. Carm. 27. 42.
Fuit melius nescisse. Ovid. 2. de Arte Am. 555.
Transcurrere ad melius. Hor. 2. Serm. 2. 82.
Vale bene. Plaut. Pœn. 5. 6. 21. Bene vale. AG. & tu bene vale. Sic quoque apud Cic. in fine epist. multis in locis.
Valere bene, Melius. Plaut. Trin. 1. 2. 14. Bene sanus. Cic. 1. de Fin. Bene valens. Cic. 15. Att. 1. Ovid. 3. Trist. 8. 33.
Nec melius valeo, quam corpore, mente.
Valere optime. Cic. 2. de Fin. 43. Ut inter optime valere, & gravissime ægrotare, nihil prorsus dicerent interesse.
Velle bene alicui ex animo. Ter. Heaut. 5. 2. 6.
Vendere bene. Plaut. Curc. 4. 2. 34. Conf. Emere supra.
Venire bene velim quod illud feceris. Cic. 5. Fam. 6. Ego tua gratulatione commotus, quod ad me pridem scripseras, velle te bene venire, quod de Crasso domum emissem: emi ipsam domum. i. e. Te optare, ut res mihi prospere succederet. Verum rectius legitur Evenire.
Vero bene, Cic. 2. de Legib. 28. Bene vero, quod Mens, Pietas, Virtus, Fides consecratur manu.
Vero optime. Cic. 1. de Divin. 8. Optime vero, inquam, etenim ipse Cotta sic disputat, &c.
Vertat bene. Virg. 9. Ecl. 6.
Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hœdos. i. e. Quæ res in ejus perniciem vertatur, hoc est, ut malo omine hoc munus accipiat. Tractum autem hoc est ab Hectore & Ajace. Nam Hector Ajaci gladium dedit, quo se Ajax postea interemit. Hector vero balteum accepit ab Ajace, quo circa muros patrios tractus est postea. Inde & illud comicum natum est, Dii bene vortant quod agas. Plerumque enim bona in pejus: mala mutantur in melius. Hæc Servius. Liv. 34. 34. pr. Bene vertat, inquit, obsideamus Lacedæmonem.
Vertant dii bene. Ter. Eun. 2. 3. 97. Nunquam defugiam auctoritatem: sequere: CH. dii vertant bene. h. e. Faxint dii, ut omnia prospere cedant. Plaut. Aul. 4. 10. 58.
Vertere bene comœdias. Ter. in prol. Eun. v. 7.
Vestire bene, & bene pascere, a Catone dictum est, apud Cic. de Off. l. 2. extr. pro Magnam habere servorum familiam, & magnos greges, & armenta. prope poetice: ut & illud Sallustii fere ejusdem generis & notæ, Catil. c. 2. Quæ homines arant, navigant, ædificant, virtuti omnia parent. Id valet; Agros, maria, urbes virtuti parere, & in ejus ditione esse. Quæ dicendi figura, nec obvia est, & novitate quadam non nimis accersita nec nimis affectata, etsi audaci, lectorem delectat intelligentem & studiis humanitatis imbutum. Turneb. Adv. 6. 20. Sed illud Bene vestire, vel vitire, spurium esse contendit Grut. q. V.
Vivere bene, atque fortunate. Plaut. Mil. 3. 1. 111.
Vivitur bene. Hor. 2. Carm. 16. 1. 3.
Vivitur parvo bene.
Vivere melius. Hor. 1. Serm. 4. 135.
Vixis bene. V. Scalig. ad Culic. Virg.
BENEDĪCO, [εὐλογέω, εὐφημέω] ĕre. Prospera precari, laudare. Plaut. Asin. 3. 3. 155. Benedicite, ite intro cito, valete.
Benedicere, interdum divisim legitur, interposita una aut altera dictione, interdum pluribus. Plaut. Mil. 4. 8. 31. Bene, quæso, inter vos dicite, & mi absenti tamen.
Benedicere alicui, pro Bene de aliquo loqui. Cic. pro Sext. 110. Cui bene dixit unquam bono? benedixit? immo, quem fortem & bonum civem non petulantissime est insectatus? Ovid. 5. Trist. 9. 9.
Nec tibi cessaret doctus bene dicere lector. Hor. 2. Epist. 1. 155.
——— vertēre modum, formidine fustis
Ad benedicendum delectandumque redacti. Quintil. Decl. 336.
Ut hoc fratri benediceretur. Gell. 6. 11. Eum indignissimum arbitror cui a viris bonis bene dicatur, tum ne idoneum quidem cui a probis male dicatur.
Ecclesiastici Auctores cum accus. jungunt. Tertull. de Orat. cap. 3. Plane benedici Deum omni loco ac tempore condecet. Apul. ad Asclep. p. 101. Benedicentes Deum orantesque. conf. Lactant. 7. 14. 11. Sic
Altarium, filium, fontem, &c. benedicere frequenter. V. Sulp. Sever. 2. 2. 17. & Vict. Utic. de Pers. Vand. 2. conf. Casaub. Exerc. 16. contra Baron. Theor. 33.
Bene dicere, Apposite loqui. Ter. Eun. 3. 1. 60. Bene dixti, at mihi istuc non in mentem venerat. [Sed hic divise legendum. Sic
Bene dicere, pro Eloquenter. Sallust. Bell. Catil. cap. 3. Pulchrum est bene facere reip. etiam bene dicere haud absurdum est. Qui locus perperam ad superiora exempla rejiciebatur.
BENEDICTUM, i. n. [εὐλόγημα, εὐφημία] Ter. prol. Phorm. 21. Benedictis si certasset, audisset bene. V. CERTO. conf. Plaut. Pers. 4. 3. 24. & Curc. 4. 2. 28.
Mater benedictorum & benefactorum, Philosophia. Cic. in Brut. 322. Nemo qui philosophiam complexus esset matrem omnium benefactorum, beneque dictorum, &c. [ubi tamen recte dividitur in utraque voce.

BENEDICTUS, a, um. [εὐλογητὸς] Vox frequens apud Ecclesiasticos. V. Tertul. ad Mart. cap. 1. Idem de Baptism. cap. 8. & de Anima cap. 27. conf. Hieron. in Vita Hilar.

BENEDICTIO, ōnis. f. [εὐλογία] Vox in sacris usitatissima. V. Apul. Trismeg. p. 92. pro Re consecrata, Paul. Nolan. Epist. 12. n. 8.

BENEDĪCUS, a, um. [χρηστολόγος] ut, Blanda & benedica dicta. V. Taubm. ad Plaut. in Benedice.

BENEDĪCE, [εὐφήμως] Adv. Plaut. Asin. 1. 3. 54. Aliam atque olim, quom illiciebas blande ad te, benedice. i. e. Laudando me. conf. Aulul. 4. 10. 57.

BENEFĂCIO, [εὐποιῶ, ἀγαθύνω] ēre. Ter. Eun. 5. 8. 61. Benefecisti: gratiam habeo maximam. [Rectius divise scribitur, ut reliqua, præter 4. ultima, exempla. conf. in BENE.

Benefacere aliquid. Hor. 4. Carm. 8. 21. —— neque
Si chartæ sileant, quod benefeceris, Mercedem tuleris.

Benefecit qui. Cic. 12. Att. 24. Benefecit A. Silius, qui transegerit.

Benefacis quod. Cic. 7. Att. De animo autem meo erga Rempub. benefacis quod non dubitas.

Benefacis quod. εὖ ποιῶν. In Latino Gall. aliud exemplum. H. St.

Abstitere benefacere. Tacit. lib. 6. [Livius. H. St.] Ne ingratis quidem benefacere abstitam.

Benefacere erga aliquem. Plaut. Trin. 5. 2. 4.

Benefacere alicui. Cic. 1. Invent. extr. Male tractari ab iis quibus benefecerimus. Ter. Adel. 3. 7. 20. Dii tibi benefaciant.

Benefacere, Solerter agere. Gell. 5. 3. Mi adolescens, inquit, cum ingenium benefaciendi habeas, sunt majora melioraque quæ facere mecum possis. [Forsan hic quoque divise scribendum.

BENEFIO, ēri. pass. Plin. Paneg. cap. 70. Quicquid a quoque in Provinciis benefieret, scire. [Rectius Bene fieret. p. p. Recte facta vocat.

Benefit beneficium. Plaut. Capt. 2. 2. 108. Quod bonis benefit beneficium, gratia ea gravida'st bonis.

BENEFACTIO, ōnis. f. Tertul. adv. Marc. 4. 12.

BENEFACTOR, ōris. m. [εὐεργέτης] Coripp. de Laud. Justin. Imp. 1. 12. Communis benefactor alens. V. Sciopp. in Voss. de Vit. Serm. L. p. 9.

Benefactorem suum vertit εὐεργέτην Xyl. apud Dionem initio libri 48. H. St. Deerat h. v. in edit. Lugd.

BENEFACTUM, i. n. [ἀγαθοποιὸν] pro Beneficio. Ennius apud Cic. lib. 2. Off. 61. Benefacta male locata, malefacta arbitror. Virg. 3. Georg. 525.
Quid labor, aut benefacta juvant?

Benefacta mea Reipub. procedunt. Salluſt. Jugurth. cap. 85. & in Fragm.

Adornare verbis benefacta. In ADORNO.

Collocare benefacta in luce. In COLLOCO.

Cumulare benefacta. In CUMULO.

Referre benefacta. Claud. in sec. Conf. Stil. 182.

Tenere benefacta. Claud. in pr. Conf. Stil. 42.

BENEFICUS, a, um. [εὐεργέτης, εὐποιὸς] Qui beneficium præstat. Cic. 1. de Legib. 49. Ubi enim beneficus, si nemo alterius causa benigne facit?

Beneficus in amicum. Cic. 1. Off. 42.

Benefici & liberales. Cic. de Amicit. 30. Ut enim benefici liberalesque sumus, non ut exigamus gratiam, &c.

Civis beneficus & salutaris. Cic. pro Milon. 20.

Dii benefici. Cic. 2. de Divin. 102.

Benefica voluntate benevolentia movetur, etiam si res forte non suppetat. Cic. 2. Off. 32.

Oratione beneficus. In ORATIO.

Beneficentissimus. Cic. 2. de Nat. Deor. 64. Idem de Amicit. Liberalissimi sint & beneficentissimi.

Legitur & Beneficissimus apud antiquos, ut apud M. Catonem, De Ptolemæo rege optimo & beneficissimo. V. Gell. 17. 5. [Docet hic Gell. quis vere Beneficus sit, Catonis nec verbo meminit.

BENEFICE, Adv. Gell. 17. 5. Benefice liberaliterque facimus, non ut exigamus gratiam.

BENEFICENTIA, [εὐεργεσία] est Benignitas, vel Liberalitas. V. BENIGNITAS. Cic. 1. de Nat. Deor. 122. Quid enim melius aut præstantius bonitate & beneficentia? Idem 1. Fam. 7. & 1. Off. 7.

Apud eundem de Offic. lib. 3. Qua (societate) sublata, beneficentia, liberalitas, bonitas, justitia funditus tollitur. Apud Cic. lib. primo de Offic. Justitia &c. Et huic conjuncta Beneficentia. Sed Beneficientia ex v. affertur, ut fit a Benefaciens. Verum dicitur Munificentia, non Munificientia. H. St. Sic & Maleficentia & cetera id genus. V. Vallam 1. 10.

BENEFICIUM, i. n. [εὐεργέτημα, εὐποιΐα, ἀγαθοποιΐα] Meritum. Ter. Eun. 1. 2. 69. Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.

Beneficiorum larga materia. Plin. lib. 2. Epist. 13. ad Priscum, Regis exercitum amplissimum: hinc tibi beneficiorum larga materia.

Accipere beneficium. Ter. Adel. 2. 3. 1. Abs quivis homine, quum est opus, beneficium accipere gaudeas.

Afficere aliquem beneficio. Cic. 10. Fam. 14. Quod si erit factum, & Rempub. divino beneficio affeceris, & ipse æternam gloriam consequêre.

Alligari beneficio. Cic. pro Planc. 81. Equidem nihil tam proprium hominis existimo, quam non modo beneficio, sed etiam benevolentiæ significatione alligari.

Augere beneficium. In AUGEO.

Collocare beneficium. Cic. 13. Fam. 29. Id in me recipio, te ea quæ fecisti Mescinii causa, quæque feceris, ita beneficium collocaturum, ut judices homini te gratissimo fecisse. Emendatiora exemplaria legunt, Ita bene collocaturum.

Comedere alicujus beneficia. In COMEDO.

Complecti aliquem beneficio. Cic. pro Planc. 82. Petamque a vobis Judices, ut eum beneficio complectamini, quem qui reprehenderit, in eo reprehendit, &c.

Concedere per beneficium & gratiam. Cic. 5. Verr. 191. Quæro nunc a te Hortensi, cum utris tandem istius factum collaturus es? cum iis credo qui benignitate adducti per beneficium & gratiam civitatibus concesserunt ut nummos pro frumento darent.

Concedere causa beneficii gratiæque. Cic. 5. Verr. 115. Quod beneficii gratiæque causa concesserat.

Conduplicare beneficium. In CONDUPLICO.

Conferre beneficium in aliquem. Cic. 1. Off. 45. Et mores ejus erunt spectandi in quem beneficium confertur.

Cumulare beneficium. V. CUMULUS.

Dare, pro Conferre. Cic. 13. Fam. 9. Majus mihi dare beneficium nullum potes.

Dare, & reddere. Cic. 1. Off. 49. Nam quum duo genera liberalitatis sint, unum dandi beneficii, alterum reddendi.

Dare & accipere. Cic. 14. Att. 15. Literæ vero tuæ tum amantissime tum honorificentissime scriptæ, sic me affecerunt, ut non dare tibi beneficium viderer, sed accipere a te ita petente, &c.

Dare pro beneficio. Cic. 8. Fam. 8. Quemadmodum tibi pro beneficio dederit.

Debere beneficium alicui. Cic. 8. Fam. 12. Pudet me tibi confiteri, & queri de Appii hominis ingratissimi injuriis, qui me odisse, quia magna mihi debebat beneficia, cœpit: & quum homo avarus, ut ea solveret, sibi imperare non posset, occultum bellum mihi indixit.

Deferre beneficia. Cic. 1. Off. 45. Quæ beneficia æque magna non sunt habenda, atque ea quæ judicio considerate constanterque delata sunt.

Deferre in loco beneficii. Cic. 4. Verr. 29. Etenim revera multo magis est petendum, ab hominibus, si salvi & honesti esse volumus, ut eant nobiscum in provinciam, quam hoc illis in beneficii loco deferendum.

Devincire beneficio. Ter. Heaut. 2. 4. 14. Hoc beneficio utrique ab utrisque devincimini.

Eripere alicui beneficium ab alio concessum. Suet. in Galba cap. 14.

Facere beneficium. Gell. lib. 7. cap. 20.

Facere beneficii sui. Suet. in Claud. cap. 23. Commeatus a Senatu peti solitos beneficii sui fecit. Solebant multi petere a Senatu facultatem abeundi, temporariumque discessum: at Claudius id a se peti & impetrari voluit. *Il en retint a soy le don.*

Aliter Beneficii sui apud eundem in Tiberio, 12. Per quosdam beneficii sui centuriones. ubi Beroaldus, Beneficiarios significat: Namque Beneficiarii eleganti vocabulo veteribus dicti sunt illi, quos imperator beneficio suo promovisset in militia; & citat illum locum Cæsaris, quem habes in BENEFICIARIUS. H. St. conf. infra de Delatis ad ærarium in beneficiis.

Figere beneficium clavo trabali. Cic. 7. Verr. 51. Et ut hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clavo figeret, cum consilio causam Mamertinorum cognoscit. V. Trabalis, in TRABS.

Fœnerari beneficium. Cic. de Amicit. 30. conf. Ter. Phorm. 3. 2. 8.

Beneficia habere alicujus. Cic. Quorum beneficia maxima haberem.

Habere pro beneficio. Cic. 16. Fam. 4. An hoc pro beneficio habendum est, quod se, quam Antonium esse maluerit, a quo ista petenda essent, &c.

Impetrare aliquid in summo beneficio. Cic. 5. Verr. 115. Hoc vix ab Apronio in summo beneficio, pro iis qui etiam incolumes erant, impetratum est.

Inire beneficium. Ter. And. 5. 1. 5.

Interit beneficium. Plaut. Pœn. 3. 3. 22. Malo si bene facias, id beneficium interit.

Manet beneficium in aliquo. In MANEO.

Mittere beneficium in acta. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 10. Si quod præstamus, offendit nisi absconditur, beneficium in acta non mitto. V. ACTA.

Munerare alicui beneficium. Plaut. Capt. 5. 1. 15.

Mutare beneficium. In MUTO.

Obligari beneficio. Cic. 4. in Catil. 22. Quod hostes alienigenæ aut oppressi serviunt, aut recepti beneficio se obligatos putant.

Obstringere beneficiis. Cic. pro Domo 118

Ornare aliquem beneficiis. Cic. Post red. ad Quir. 12. Atque eo die confecta res esset, nisi is Tribunus plebis, quem ego maximis beneficiis Quæstorem Consul ornaram, &c.

Parere sibi beneficium solidum. Ter. Eun. 5. 2. 32. Ut solidum parerem hoc mihi beneficium Chærea.

Petitum in loco beneficii. Cic. 5. Verr. 114. Atque hoc in beneficii loco petitum est ab Apronio.

Placare beneficio inimicum. Cic. 4. in Catil. 22. Qui ante ex numero civium dementia aliqua depravati, hostes patriæ semel esse cœperunt, eos quum a pernicie Reipub. repuleris, neque vi coercere, neque beneficio placare possis.

Ponere beneficium. Cic. 13. Fam. 26. Scriberem quam id beneficium bene apud Mescinium positurus esses, nisi & te scire confiderem, & mihi peterem.

Ponere in beneficii loco. Cic. 13. Fam. 54.

Projicere beneficium. Sen. de Benef. lib. 1. cap. 1. Beneficia sine ullo delectu magis projicimus, quam damus.

Promereri & proferre beneficium. Cic. pro Muren. 70. Homines tenues unum habent in nostrum ordinem, aut promerendi aut proferendi beneficii locum.

Recipi in beneficium. Paterc. lib. 2. c. 20. Itaque quum ita civitas Italiæ data esset, ut in octo tribus contribuerentur novi cives: ne potentia eorum & multitudo veterum civium dignitatem frangeret, plusque possent recepti in beneficium, quam auctores beneficii, Cinna in omnibus tribubus eos se distributurum pollicitus est.

Reddere beneficium. Ter. Phorm. 2. 1. 22.

Remunerare beneficium. Cic. Post red. ad Quir. 22. Etenim ulciscendæ injuriæ facilior ratio est, quam beneficium remunerandi.

Respondere beneficiis. Cic. Post red. in Sen. 22.

Solvere beneficium. Cic. 8. Fam. 12.

Subvertere beneficium. Plin. lib. 3. Epist. 4. Est enim ita natura comparatum, ut antiquiora beneficia subvertas, nisi illa posterioribus cumules.

Sustinere beneficia. Cic. 2. Fam. 5. Sed quia tua in me vel nota omnibus, vel ipsa novitate meorum temporum clarissima & maxima beneficia extiterunt, &c. Neque enim sum veritus ne sustinere tua in me vel innumerabilia non possem: quum præsertim confiderem nullam esse gratiam, quam non vel capere animus meus in accipiendo, vel remunerando cumulandoque illustrare posset. Significat Cicero, Se dignum esse tanto beneficio, non tantum accipiendo, sed etiam referendo gratiam. Hoc enim est Sustinere beneficia.

Tribuere beneficium. Cic. pro Corn. Balb. 37. Beneficiorum virtutis causa tribuendorum potestatem, imperatoribus nostris deferamus.

Tueri suum beneficium. Cic. pro Cæl. 7. Meum erga te parentemque tuum beneficium tueri debeo.

Uti perverse deorum beneficio. Cic. 3. de Nat. Deor. 70. Idem 2. contra Rull. 60. Beneficio isto legis, benignitate Decemvirali nihil utitur.

Beneficium in jure civili pro Privilegio fere dicimus: hoc est pro jure præcipuo quod certæ alicui personæ, vel ætati, vel sexui, vel conditioni proprie attributum est. Personæ: ut in l. 3. Dig. de constit. princip. Beneficium imperatoris, quod a divina scilicet ejus indulgentia proficiscitur, quam plenissime interpretari debemus. Ætati, ut beneficium restitutionis in integrum, quod minoribus XXV annis conceditur. Sexui, ut s. c. Velleiani beneficium, quod mulieribus, quæ pro aliis intercesserint, datur. Certæ conditioni, ut beneficium epistolæ D. Adriani, quod fidejussoribus datur, ut si unus in solidum conveniatur, de sua virili parte excipiat. l. inter. & l. sequent. D. de fidejuss. Item beneficium, ne qui pluris quam facere possint, damnentur: de quibus vide in l. Sunt qui & multis sequentibus. D. de re judic. Item beneficium cessionis, ut iis qui magno ære alieno oppressi, solvendo non fuerint, bonis apud magistratum cedere liceat. l. 1. C. Qui bon. ced. poss.

Beneficium, Largitio aliqua ex ærario, quæ civibus Rom. duntaxat, quorum egregia opera in bello extitisset, commendatione imperatoris Tribunive sui deferebatur. Cic. pro Arch. 11. Testamentum sæpe fecit nostris legibus, & adiit hæreditates civium Romanorum, & in beneficiis ad ærarium delatus est a L. Lucullo Prætore & Consule. De his beneficiis interpretandus est, Hotomani judicio, Cic. locus 5. Fam. 20. Quod scribis de beneficiis, scito a me & tribunos mil. & præfectos, & contubernales duntaxat meos delatos esse, &c. Plura hujus generis exempla notat Lipsius ad 4. Hist. Tacit. cap. 48. [Sed errat vir magnus, quum eosdem esse putat qui Beneficiarii vocentur, vel Beneficii alicujus, & Qui in beneficiis ad ærarium deferebantur. Illi enim, ut supra demonstratum est, non alii intelliguntur, quam qui vel ab ipso imperatore, vel Legato, vel tribuno denique, vel commendatione ejus ordines impetraverant: Hi quinam intelligi debeant, non satis liquet. Gronov. lib. 3. de Pec. Vet. c. 17. Negat emolumentum in ea re fuisse, nec nisi honoris causa S. P. Q. R. commendatos a magistratibus qui ita deferrentur; qua in sententia ante ipsum P. Manutius fuit. Verum id planius probatum vellem. An ideo Ad ærarium deferebantur, ut publice præmia acciperent?

Beneficio alicujus, pro Opera alicujus. Ulpian. l. Ex damni. §. 1. D. de damn. infect. Consequens est dicere, detrimentum hoc, quod beneficio ejus contingit, sarcire eum debere. id est Culpa ejus. Idem l. communi. §. 8. D. communi divid. Quia hæc pars beneficio alterius venditori accessit. Idem l. inter omnes. D. de furt. Competit enim actio non ideo, quia nunc abest, sed quia nunquam beneficio furis absuerit.

Meo beneficio, i. e. Propter me. Cic. 13. Fam. 36. Quem Cæsar meo beneficio in Novocomenses retulit.

Ætatis longissimæ beneficio. Quintil. lib. 3. cap. 1. de Gorgia Leontino loquens.

Ingenii beneficio præstantes. Quintil. lib. 2. cap. 11.

Memoria beneficii. Cic. pro Planc. 2. Cui non sum obstrictus memoria beneficii sempiterna.

Tabula beneficii. Cic. 2. Philipp. 91. Nequa post Idus Martias immunitatis tabula, neve cujusquam beneficii figeretur. V. Abram. not.

Tuo beneficio, i. e. Tua opera. Cic. 10. Fam. 4.

Indignus, aut victus beneficio. Cic. pro Planc. Nihil porro tam inhumanum, tam immane, tam ferum, quam committere ut beneficio, non dicam indignus, sed victus esse videare.

Gratus & memor beneficii. Cic. 2. de Lege Agr. 21. Atque ii ut grati ac memores beneficii esse videantur, aliquid se, &c.

Immortalia beneficia. Cic. 4. Fam. 14. Quibus enim pro meis immortalibus beneficiis, charissima mea salus & meæ fortunæ esse debent, &c.

BENEFICIARIUS, a, um. Adj. ut, Res beneficiaria. Sen. Epist. 90.

BENEFICIARIUS, i. m. [εὐεργετούμενος] Qui beneficium accepit. Valla lib. 1. cap. 6.

Beneficiarius. Festus, Beneficiarii dicebantur Milites qui vacabant muneris beneficio. E contrario, Munifices vocabantur, Qui non vacabant, sed munus Reipub. faciebant. Aliter Veget. lib. 2. cap. 7. Beneficiarii ab eo appellati, quod promoventur beneficio Tribunorum. Cæs. 1. Bell. Civil. 75. Petreius vero non deserit sese, armat familiam: cum hac & Prætoria cohorte Cetratorum, Barbarisque equitibus paucis, beneficiariis suis, quos suæ custodiæ causa habere consueverat. conf. Cæs. 3. Bell. Civil. 88. Plin. 10. Epist. 32. & Gruter. Inscript. p. 51. n. 4. Vulgus, *Vassalos* vocat.

Vide in BENEFICIUM. H. St.

BENEMEREOR, BENEMERENS, BENEMERITUS. V. MEREOR, &c.

BENEPLACITUM, BENESUADUS, BENEVALENS, BENEVELLE. V. PLACEO, SUADEO, VALEO, VOLO.

BENEVŎLENS, [εὐνοῶν] Partic. a Bene volo, quod unica voce non dicitur; Qui bene vult alicui, id est amicus. Plaut. Merc. 4. 5. suppos. 2. 23. Non sum molesta, sed benevolens.

Amicus advenio multum benevolens. Plaut. Merc. 5. 2. 46.

Benevolentes dii. Plaut. Mil. 4. 8. 41.

Spero lætum & benevolentem. Gell. 15. 7.

Aliquando substantive ponitur pro Amico. Plaut. Cist. 2. 3. 42. Illæc se quandam aiebat mulierem suam benevolentem convenire etiam prius. conf. Idem Trin. 1. 2. 7.

BENEVŎLUS, a, um. [εὐνοϊκός, εὔνοος, εὔνους] Idem. Ter. Hec. 5. 1. 35. Facilem benevolumque lingua tua jam tibi me reddidit.

Benevolus erga aliquem. Plaut. Capt. 2. 2. 100.

Benevolus domino servus. Cic. pro Cluent. 176. Sic 2. de Invent. 161. Patriæ benevoli.

Benevolus animus. Cic. 2. Verr. 23. Sive benevolo animo me, ut magnopere caverem, præmonebat.

Judices benevolos efficere. Cic. 2. de Orat. 322. Ex iis autem apud quos agetur, & benevolos, beneque existimantes efficiamus.

Facere benevolum auditorem. Cic. 1. de Invent. 10. Quod eveniet, si eum benevolum, attentum, docilem fecerit.

Benivolus, etiam scriptum invenitur & sic scribi vult Lipsius.

Benevolentior, compar. a Benevolus, sive ab antiquo Benevolens, quo Plautus identidem utitur, ut paulo ante ostendimus suo loco. Cic. 3. Fam. 12. extr. Benevolentior tibi quam fueram, nihilo sum factus. Idem alibi, Nam benevolentior quam semper fui, esse non possum.

Benevolentissimi officio fungi. Cic. 5. Fam. 16. His ego literis siquid profecissem, existimabam optandum quiddam me esse assecutum: sin minus valuissent, officio tamen esse functum benevolentissimi atque amicissimi.

BENEVOLE, [εὐνοϊκῶς] Adv. Cic. 1. de Fin. 34. Quos tu paulo ante cum memoriter, tum etiam erga nos amice & benevole collegisti.

Fideliter, benevoleque præsto esse alicui molestissimis temporibus. Cic. 13. Fam. 22.

Facere aliquid benevole. Cic. de Amicit. 90. Et hæc accipienda amice, quum benevole fiunt.

Benevolentissime, August. ad Hieron. Epist. 28. & Epist. 64. ad Aurel.

BENEVOLENTIA, æ. f. [εὔνοια, εὐγνωμοσύνη, φιλοφροσύνη] Amor, quasi Bona voluntas. Cic. 1. Fam. 9. Quid enim dicam benevolentiam, quum illud ipsum gravissimum & sanctissimum nomen pietatis, levius mihi meritis erga me tuis esse videatur?

Acquirere benevolentiam. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Adimit mors benevolentiam. Cic. pro Sext. 6. Ademit Albino soceri nomen mors filiæ, sed charitatem illius necessitudinis & benevolentiam non ademit.

Adjungere sibi benevolentiam hominum. In ADJU[illegible].

Allicere benevolentiam alicujus. In ALLICIO.

Allicere ad benevolentiam animos. Cic. 2. Off. 48. Præcipiunt ut oratione benigna multitudinis animos ad benevolentiam alliciant.

Captare benevolentiam. In CAPIO.

Colligere benevolentiam. In COLLIGO.

Complecti benevolentia aliquem. In COMPLECTOR.

Conciliare benevolentiam. In CONCILIO.

Conciliare animos ad benevolentiam. Cic. 2. de Orat. 182. Valet igitur multum ad vincendum, &c. animosque eorum, apud quos agitur, conciliari quammaxime ad benevolentiam, cum erga oratorem, tum erga illum pro quo dicet orator.

Consectari benevolentiam largitione. In CONSECTOR.

Consentiens ad benevolentiam erga nos, exercitus. Cic. 5. Att. 18. Parvo exercitu, sed ut spero, ad benevolentiam erga nos consentiente.

Conservare susceptam benevolentiam. Cic. 3. Fam. 7. Hæc ad te scripsi liberalius, fretus conscientia officii tui, benevolentiaque quam a me certo judicio susceptam, quoad tu voles, conservabo.

Deportare benevolentiam provinciæ ex ea. Cic. 6. Att. 1. Si nihil aliud de hac provincia, nisi illius benevolentiam deportassem, mihi id satis esse.

Experiri fidem & benevolentiam alicujus erga se. Cic. 1. Fam. 5.

Habere benevolentiam erga aliquem. Cic. 1. Off. 47. & de Opt. gen. Orat. 19. Atque ita prædicaretur, eum donari virtutis ergo, benevolentiæque quam erga populum Atheniensem haberet.

Navare benevolentiam. In NAVO.

Perspicere benevolentiam alicujus erga se. Cic. 1. Fam. 7.

Petere benevolentiam judicis. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Præstare benevolentiam singularem alicui. Cic. 4. Fam. 11. Tamen hoc mihi multo jucundius est & gratius, quod, &c. te cupidissimum mei, singularemque mihi benevolentiam præstitisse cognovi.

Facere aliquid benevolentiæ gratia. Cic. 2. Off. 21. Quæcunque igitur homines homini tribuunt, ad eum augendum atque honestandum, aut benevolentiæ gratia faciunt.

Fidelis benevolentia. Cic. 2. Off. 23. Malus enim est custos diuturnitatis metus: contraque benevolentia fidelis, vel ad perpetuitatem.

Impar benevolentia. In IMPAR.

Munitus benevolentia. Nepos 10. 5. 4.

Sempiterna benevolentia colere memoriam beneficii alicujus. Cic. Post red. ad Quir. 24. Quapropter memoriam vestri beneficii colam benevolentia sempiterna.

Singularis benevolentia. V. Præstare.

BENIGNUS, [χρηστός, εὐποιός, ἐλευθέριος] Adj. Liberalis, beneficus, clemens. Festus; Benignus proprie dicitur Is qui bonis & dignis aliquid largitur: est autem compositum ex Bono & Gignendo. Hæc ille. [q.d. Bonigenus, ut Malignus pro Maligenus, a Malus, ab Omnis, Omnigenus, a Primus Primigenus &c. Nam talia nomina adjective per tria genera veteres efferebant, tametsi in nonnullis una servata sit terminatio in a, ut Alienigena, Indigena &c.

Benigni & Grati. Cic. Brut. 15. Sed nescio quomodo facilius in timore benigni, quam in victoria grati reperimur.

Beneficus & benignus. Cic. 2. de Nat. Deor. 123. Ut enim omittam vim & naturam deorum, ne homines quidem censetis, nisi imbecilli essent, futuros beneficos & benignos fuisse?

Benignus alicui. Plaut. Trin. 3. 3. 12.

Benignus in aliquem. Ter. Hec. 3. 5. 22.

Ager benignus. Ovid. 1. Amor. 10. 56.

Dapes benignæ. V. DAPS.

Dies benignus. Stat. 5. Silv. 1. 108.

Divi. Hor. 4. Carm. 2. 38.

Nox. Stat. 10. Theb. 220. —— iterum ecce benignæ
Noctis aves sequor.

Numen. Hor. 4. Carm. 4. 74.

Oratio. Cic. 2. Off. 48. Præcipiunt, ut oratione benigna multitudinis animos ad benevolentiam alliciant.

Præda, pro Magna. Ovid. 5. Fast. 174.

Sermo, Jucundus. Hor. 1. Epist. 5. 11. — impune licebit
Æstivam sermone benigno tendere noctem.

Tellus: i. e. Ferax. Plin. de Ægypto, Nulla est benignior tellus, nullus ager feracior, i. e. Quæ plus fructus reddat.

Temperies mentis benigna. Claud. Epithal. Pallad. 64.

Terra, frugifera. Tibul. 3. 3. 6.
Et magnas messes terra benigna daret.

Teste sub benigno vivere. Claud. 2. in pr. Cons. Stil. 124.

Vena ingenii. Hor. 2. Carm. 18. 7.

Verba. Propert. 1. 10. 24. Idem 3. 13. 42.

Vultu ac sermone benigno. Liv. 8. Bell. Pun. 26. Ut per idoneos homines, benigno vultu ac sermone in hospitium invitatos, sopitosque vino vincirent.

Vultum servat fortuna benignum. Hor. 1. Epist. 11. 20.

Benignus vini somnique. Hor. 2. Serm. 3. 3. i. e. Largus vini & somni, sive Vino & somno large indulgens.

Compar. Benigniores quam res patitur. Cic. 1. Off. 14.
Benigniora verba. Liv. 21. 19. conf. Plaut. Trin. 2. 4. 58.
Superl. Benignissimum inventum. Plin. 35. 2. conf. Sen. de Benef 7. 14.
BENIGNE, [φιλοφρόνως, ἐλευθερίως] Liberaliter, sive Large & abunde. Ter. Hec. 5. 2. 1. Nihil apud me tibi defieri patiar, quin quod opus sit, benigne præbeatur. Ubi Donatus; Benigne, Large, hoc enim est gratius, non solum præbere, sed benigne præbere.
Benigne præbet octo partus. Plin. lib. 5. cap. 31.
Benigne, Clementer. ut, Benigne attenteque aliquem audire. Cic. pro Cluent. 8.
Benigne audire legationem alicujus. Liv. 1.
Benigne. Adverb. blande recusantis. Hor. 1. Epist. 7. 62.
—— quid multa? benigne
Respondet. Est enim perinde ac si diceret, Excusatum me habeas: ut apud Aristoph. in Ranis, κάλλιστ' ἐπαινῶ, quod est Laudo, renuentis est: & apud Terentium, Recte. Itaque illud ejusdem Epist. V. 16. in eundem accipiendum sensum esse arbitror,
—— at tu quantumvis tolle: benigne. ut hoc respondentis sit, & belle recusantis. Turneb. Adverf. 5. 13. Lambinus exponit, Benigne, i. e. Liberaliter. conf. Causaub. Lect. Theocr. cap. 16.
Defendere benigne. Cic. pro Flacc. 54. Sed exponam quid in re fit: ut quamobrem ista civitas neque severe Flaccum oppugnarit, neque benigne defenderit, scire possitis.
Dicis benigne. Ter. Phorm. 5. 8. 62. At ego ecastor posthac tibi quod potero, & quæ voles faciamque & dicam. P. benigne dicis. N. pol meritum est tuum. conf. Plaut. Truc. 1. 2. 27.
Facere benigne. Ter. Adel. 5. 4. 24.
Age, age, nunc experiamur contra hæc quid ego possiem
Blande dicere, aut benigne facere, quando huc provocat.
Benigne fieri. Cic. 1. Off. 42. Videndum est enim primum ne obsit benignitas & iis ipsis quibus benigne videbitur fieri, & ceteris. Idem 2. Off. 52. Nam aut opera benigne fit indigentibus aut pecunia.
Invitari benigne. Cic. 3. Att. 4. Adhuc invitamur benigne.
Monstrare viam benigne, cui Gravate opponitur. Cic. pro Balb. 36. Comes, benigni, faciles, suaves homines esse dicuntur,
—— qui erranti comiter monstrat viam.
Benigne, non gravate, *communiter* quidem certe non convenit.
Compar. Hor. 1. Carm. 9. 6.
—— atque benignius
Deprome quadrimum Sabina,
O Thaliarche, merum diota. Benignius, i. e. Liberalius.
Benignius dare operam. Plaut. Merc.
Superl. Benignissime communicare. Cic. 1. Verr. 33. Sunt alia magis occulta furta, quæ ille, ut istius credo, animos atque impetus retardaret, cum Quæstore suo benignissime communicavit.
Benignissime promittere. Cic. 4. Verr. Aliis, si laudarent, benignissime promittere.
BENIGNĬTER, pro Benigne. Titinn. Nimium te patrocinari censeo benigniter. Nonius 11. 9.
BENIGNĬTAS, ātis. f. [χρηστότης, ἐλευθεριότης] Liberalitas & beneficentia. Ter. Eun. 1. 2. 84. Num solus dona dat? nuncubi meam benignitatem sensisti in te claudier? Ubi Donatus, Intelligit se & dona obtulisse, & id benigne sæpe fecisse: nam plerumque ingrata dona sunt, in quibus benignitas non apparet: quæ aut in quantitate rerum est, aut in facilitate præstantis. conf. Hor. Epod. 1. 31. & Nep. 20. 2. 2. Cic. 1. Off. 24. Ne major benignitas sit, quam facultas.
Inter Liberalitatem, Benignitatem, & Comitatem videtur nescio quid interesse, ut ex verbis Ciceronis apparet, lib. 5. de Fin. 65. Justitia (inquit) dicitur cui sunt adjunctæ pietas, liberalitas, benignitas, comitas, quæque sunt generis ejusdem.
Benignitas, Clementia. Plaut. Merc. prol. 15.
Sed ea ut sim implicitus dicam, si opera est auribus,
Atque ad vortendum huc animum adest benignitas.
Adduci benignitate. In ADDUCO.
Audire summa cum benignitate. Cic. pro Sext. 31. Et si me attentissimis animis summa cum benignitate auditis, Judices, &c.
In audiendo benignitas. Cic. pro Domo 32. Vestra in me attente audiendo benignitas provexit orationem meam.
Conferre benignitatem in aliquem. In CONFERO.
Amicorum benignitas exhausta est in ea re, quæ nihil habuit præter dedecus. Cic. 4. Att. 2.
Dei benignitate. Cic. pro Rosc. Com. 33. Nunc deûm immortalium benignitate, omnium fortunæ sunt certæ.
Naturæ benignitas. Cic. 2. de Nat. Deor. 131. Sed illa quanta benignitas naturæ, quod tam multa ad vescendum, tam varia, & tam jucunda gignit?

B O O

BOO, BOARIUS, V. BOS.
BOŎPES, ĕdis. [βοόπης] Cerefolium. Apul. de Herbis, cap. 104.
BOOSCŒTE, [Βοὸς κοίτη] Hellesponti urbs est quæ Helgas & Germanicopolis postea dicta est. Auctor. Plin. lib. 5. cap. ult.
BOOSURA, [Βοὸς οὐρὰ] Latine Bovis cauda; Urbs est Cypri insulæ, cui vicina est Treta & Palæpaphus, quæ antiquum Veneris templum habet. Auctor. Strabo lib. 14.
BOŌTES, is, & æ. sive BOOTUS, i. m. [Βοώτης] a Bove deductum nomen. Lat. dicere possumus Bubulcum: est autem Cæleste sidus, quod Arctophylax vocatur, & more bubulci, sequi plaustrum videtur. Juven. 5. Sat. 23.
Sideribus dubiis, aut illo tempore, quo se
Frigida circumagunt pigri serraca Boetæ. [Circuagunt legendum videtur. Quidni enim, ut Circueo?
Fuit autem Bootes, ut refert Hyginus, Jovis ex Callisto filius, nepos Lycaonis regis Arcadiæ, qui una cum matre in cælum est translatus, & illi velut custos appositus. Cic. 2. de Nat. Deor. 109. Septem autem triones sequitur,
Arctophylax, vulgo qui dicitur esse Bootes;
Quod quasi temone adjunctam præ se quatit Arctum. Aratus,
Tardus in occasum sequitur sua plaustra Bootes.
Axis Bootis. Avien. Perieg. v. 405.

Comes Bootæ. Ovid. 2. de Arte Am. 55.
Sed tibi non virgo Tegeæa, comesque Bootæ,
Ensiger Orion, aspiciendus erit.
Ora Boōtis. Avien. Perieg. v. 846.
Plaga dura Bootis. Idem ibid. v. 456.
Actæus Bootes. Valer. 2. Argon. 68.
—— quo sidere vibret
Ensis, & Actæus niteat qua luce Bootes.
Cadens Bootes. Virg. 1. Georg. 229. Cadens, Occidens: verno scilicet tempore, tunc enim Bootes occidit. Servius.
Iratus Bootes. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 225.
Verna nec iratum timeant virgulta Booten. h. e. Infestum & noxium. Plin. lib. 18. cap. 28. Tempestates, grandines, procellæ, ceteraque similia ab horridis sideribus exeunt, veluti Arcturo, Orione, Hœdis.
Piger Bootes. Claud. lib. 2. de Rapt. Proserp. 190. Ovid. 3. Fast. 405.
Sive est Arctophylax, sive est piger ille Bootes.
Tardus. Ovid. 2. Met. 172.
Te quoque turbatum memorant fugisse Boote,
Quamvis tardus eras, & te tua plaustra tenebant.
Auferre ex oculis Booten dicitur Aurora, quando diescit. Ovid. 5. Fast. 733.
Auferet ex oculis veniens Aurora Booten.

B O P

BOPGȲRUS, i. m. Piscis nomen est, in Ponto nascens, & in scopulis vivens, ut ex Ovid. refert Plin. lib. 32. cap. 11. [Sed pro Bopgyrum Hard. ex Ovid. Bovem, Cercyrum reposuit.

B O R

BORAMA, Phœniciæ urbs est non procul a Beryto, & Byblo, ut auctor est Strabo lib. 16.
BORCANI, Populi Hirpinorum in Italia, non procul a Collatinis. Plin. lib. 3. cap. 11.
BORCOBÆ, Thraciæ oppidum Eumeniæ & Parthenopoli vicinum. Plin. lib. 4. cap. 11.
BOREA, æ. f. Gemma est e Iaspidum genere. Plin. lib. 37. cap. 8. Quarta apud eos vocatur Borea, cælo autumnali matutino similis: & hæc erit illa, quæ vocatur aërizusa. Similis est & Sardæ, imitata & violas. Quidam Boria scribunt.
BOREA, Oppidi Hispaniæ nomen, quod a Sex. Pompeio captum est, ut scribit Cic. 16. Att. 4. Si sana lectio est.
BORĔAS, æ. m. [Βορέας] Ventus Aquilo. Nonius, Boream, hoc est Aquilonem, ἀπὸ τῆς βοῆς, quod sonorus sit & procellosus. Nepos 1. 2. 4. Cum vento Borea profectus eo pervenisset. Quod antiquæ elegantiæ esse tradit cl. Gesner. Virg. 1. Georg. 93.
—— aut Boreæ penetrabile frigus adurat.
Alpini Boreæ. i. e. Flantes de Alpibus. Virg. 4. Æn. 542.
Ac veluti annosam valido quum robore quercum
Alpini Boreæ nunc hinc, nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant.
Arctous. Sen. in Troade 5. Arctoi Boreæ dissipat impetus.
Frigus Boreæ. Virg. 1. Georg. 93.
Furiæ Boreæ. Stat. 9. Theb. 533.
—— Getico qualis procumbit in Æmo
Seu Boreæ furiis, putri seu robore quercus,
Cælo mista comas.
Gelidus. Ovid. 2. Amor. 11. 10.
—— Eurosque timebo,
Et gelidum Boream, præcipitemque Notum?
Gravis. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 70.
Hæmonius. Sil. lib. 10. 10.
—— velocius inde
Hæmonio Borea, pennaque citatior ibat.
Hispidus glacie nivali. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 71.
Horrifer. Ovid. 1. Met. 65.
—— Scythiam, Septemque triones
Horrifer invasit Boreas.
Hybernus. Stat. 5. Silv. 1. 82.
Quid Boreas hybernus agat.
Præceps. Ovid. 2. Met. 185. —— ut acta
Præcipiti pinus Borea.
Sævus. Catul. 23. 3.
Sarmaticus. Sen. Thyest. 127.
Quas quum Sarmaticus tempore frigido
In summis Boreas composuit jugis.
Scythicus. Stat. 5. Theb. 346.
Siccus. Sen. OEth. 8. Et siccus Boreas ferit.
Spirans. Virg. 2. Georg. 316.
Tellurem Borea rigidam spirante movere.
Trux. Virg. 1. Georg. 370.
At Boreæ de parte trucis qui fulminat.
Excludere Boream. Lucan. lib. 4. 61.
Cynthia quo primum cornu dubitanda refulsit,
Exclusit Boream.
Expellere Boream. Sen. OEth. 2. Quum Boream expulit Africus.
Boreas, nomen fuit Thracis cujusdam, Strymonis filii. Hic rapuit Orithyiam Erechthei Athenarum regis filiam. Unde poetis fabulandi occasio est subministrata, Orithyiam a Borea vento fuisse raptam, eique Zethen & Calain peperisse. V. Ovid. Met. l. 6. Fab. 9.
BOREALIS, e. Adj. ut, Borcali fusus ab alto. Avien. Perieg. v. 84.
Arctos Borealis. Avien. Perieg. v. 242.
Cæli Borealis tramite. Idem Arat. 964.
Flamina Borealia. Idem ibid. 951.
Motus Borealis. Isidor. 3. 32. [Immo Axis.
BORĔUS, vel BORÆUS, [Βόρειος] Adj. ut, Polus Boreus, i. e. Septentrionalis, sive Arcticus.
Axis Boreus. Ovid. 4. Trist. 8. 41.
Vita procul patria peragenda sub axe Boreo est. V. Hygin. Astr. 3. 29.
BOREOSTŎMA, ătis. n. [Βορεόστομα] Danubii fluminis unum ex ostiis. Ex eodem alveo & super Istropolin lacus gignitur LXIII. M. passuum ambitu, Halmyrin vocant. Secundum ostium, Naracustoma appellatur. Tertium, Calonstoma juxta insulam Sarmaticam. Quartum, Pseudostoma, & in insula

insula Conopon diabasis. Postea Boreostoma & Spireostoma. Singula autem ora tanta sunt, ut prodatur in XL. M. passuum longitudinis vinci mare, dulcemque intelligi haustum. Verba sunt Plinii de Danubii ostiis, lib. 4. cap. 12.

Borgodi, Asiæ populi in insula Asgilia, teste Plin. lib. 6. cap. 28. in descriptione Arabiæ.

Borion, [Βόρειον] Africæ promontorium, quod majorem Syrtim includit. Plin. lib. 5. cap. 4. Promontorium quod majorem includit, (Syrtim intelligit) Borion appellatur. i. e. Boreale.

Borith, Herba saponaria. De hac herba sic Isidor. 16. 2. Crepitat in aqua, quomodo calx viva, & ipsa quidem disperit, sed aquam lavationi aptam reddit. Jo. Mich. Langius Differt. edidit, & saponem vel smegma esse contendit: sed Ol. Rudbeck. purpuram vel coccum fuisse statuit. conf. Vulg. Interpr. Ierem. 2. 22. & Mal. 3. 2.

Bormannico, Oppidum est Narbonensis provinciæ, in agro Cavarum situm. Plin. lib. 3. cap. 4. Sed Hard. ex Mss. distinguit: Bormanni, Comacina.

Boron, est Troglodytarum oppidum. Plin. lib. 6. cap. 29.

Borru, Arianæ regionis flumen est. Plin. lib. 6. cap. 23.

Borsippa, est Babyloniæ, quæ Mesopotamiæ conjuncta est inter Euphratis conversiones, urbs, Dianæ & Apollini sacra, in qua maximum lanificium est, & maxima vespertilionum multitudo, qui longe majores sunt, quam qui in ceteris locis capiuntur, & in esum condiuntur. Strab. lib. 16.

Borsycites, Plin. lib. 37. cap. 11. Gemma est, in nigro ramosa, candidis aut sanguineis frondibus.

Bŏrussia, æ. f. Germaniæ regio, quæ & Prussia dicitur, & Prutenia. V. Geogr.

Boryptes, Gemma. [Immo Barippe. V. baroptenus.

Borysthĕnes, [Βορυσθένης] Quartus Scythiæ fluvius secundum Istrum omnium maximus: & non modo Scythicorum fluviorum longe uberrimus, sed etiam ceteris uberior præter Ægyptium Nilum, cum quo non licet alium comparare. Ceterum uberrimus est Borysthenes pascua præbens amœnissima & accommodatissima pecoribus, necnon optimorum ac singularium affatim piscium. Idem ad potandum suavissimus, liquidus inter turbidos fluens. In cujus quoque ostio ingens vis salis sua sponte concrescit: præbet idem ingentia cete spinis carentia. Verba sunt Herodoti in Melpomene 53. De Borysthene Plin. Strabo, Solin. sed omnium diligentissime Herodotus. Nunc vulgo vocatur *Neper* a Turcis.

Borysthenes, is. m. Oppidum est, quod Borysthene amne alluitur: unde & nomen accepit. Alio nomine Olbia dicitur, teste Strab. lib. 7. & Ptolem. lib. 3. cap. 5. Pomp. Mela Borysthenidem appellat lib. 2. 1.

Est & Insula ejusdem nominis, ante fluvii hujus ostia sita, cujus etiam meminit Ptolem. l. c.

Lacus quoque est ejusdem regionis, qui & ipse Borysthenes appellatur. Plin. lib. 4. cap. 12.

Borysthenes, Hadriani Equus, cui mortuo sepulcrum struxit, columnam posuit & conscripsit epitaphium. V. Barth. Adverf. 23. Cæl. Rhod. 21. 31. Casaub. & Salmas. in Spart. Hadr. cap. 20. & Lex. Pitisc.

Borysthenidæ, arum. m. Populi ad Borysthenem amnem, Pompon. 2. 1. Tum Borysthenes (inquit) gentem sui nominis abluit. V. borysthenites. Hyberni Borysthenidæ. Propert. lib. 2. 7. 18.

Gloria ad hybernos lata Borysthenidas.

Borysthenius, [Βορυσθένιος] Adj. Ovid. 4. de Pont. 10. 53.

Cumque Borysthenio liquidissimus amne Dyraspes.

Borysthenītes, æ. m. [Βορυσθενίτης] Gentile nomen Bionis. V. Diog. Laert. l. 4. S. 46. [Nec aliud gentis nomen Melam l. c. & Plin. l. 4. c. 12. intelligere puto. Alterum poëticum est.

B O S

Bos, bŏvis, c. [βοῦς] dat. & abl. plur. bobus per syncopen facit, & more veterum bubus. Columel. lib. 2. Nihil dubium quin equis melius, quam bubus res conficiatur. conf. Plin. 38. 45. Plaut. Most. 1. 1. 59. Liv. 22. 10. & Tacit. Germ. 40. 5. Cic. de Senect. 33. Olympiæ per stadium ingressus esse Milo dicitur, quum humeris sustineret bovem vivum.

Bos, nomin. & voc. sing. producitur; sicut Bobus dat. & abl. pl. Nam reliqui omnes casus brevem habent syllabam primam: Servius in Virg. 8. Ecl. 86. Juven. 2. Sat. 123.

Scilicet horreres, majoraque monstra putares,
Si mulier vitulum, vel si bos ederet agnum? Lucret. 6. 1129.
Consimili ratione venit bubus quoque sæpe
Pestilitas. Exempla plura habes infra.

Bos Taurum, Vaccamque comprehendit, præter suum proprium significatum. Valla lib. 4. cap. 42.

Bos, Nummum aliquando significat, quod antiqua pecunia quædam boves signatos haberet, quædam etiam pecudes, unde nomen pecuniæ tractum. Plin. lib. 18. cap. 3. Servius rex, ovium boumque effigie primus æs signavit. Plaut. Persa 2. 5. 16. Boves bini hic sunt in crumena. Unde tractum proverbium, Bos in lingua: In eos qui non audent libere quod sentiunt dicere. Translatum vel a robore animantis, quasi linguam opprimens, non sinat eam loqui: vel hinc quod Atheniensium numisma quondam bovis obtinuit figuram. V. Erasmi Chil. Posterior sententia præferenda, de qua V. Auctores quam plurimos in Lex. Pitisc.

Bos Camurus, Patulus, Lævus, Licinus qui dicatur, docet Jun. Philarg. ad Virg. 3. Georg. 55. V. de singulis s. l.

Bos Cyprius, In brutum ac stolidum jaci solitum, propterea quod Cyprii boves magis bruti ferantur, quippe qui stercore humano pascantur. V. Plin. lib. 28. cap. ult. Refertur proverbium a Suida.

Lucæ boves vocantur Elephanti. Plin. lib. 8. cap. 6. Elephantes Italia primum vidit Pyrrhi regis bello, & boves Lucas appellavit in Lucanis visos, anno Urbis CCCCLXXII. conf. Lex. Pitisc. Sen. in Hippol. 351.

Amat insani bellua Ponti,
Lucæque boves. vendicat omnes
Natura sibi. Merito explodit hic eos qui Luci boves legunt, & Silvestres interpretantur Delrius.

Sescenar bos. V. sescenar.

Arator bos. Suet. Vesp. cap. 5.

Armenta boum. Virg. 2. Georg. 220.

——hinc armenta boum, meritosque juvencos.

Cædes boum. Ovid. 11. Met. 370.

—— n[illegible]e enim jejunia curat
Cæde boum, [illegible]amque famem finire.

Capita boum, pro Bobus ipsis. Virg. 5. Æn. 61.

Bina boum vobis Troja generatus Acestes
Dat numero capita in naves.

Corpora boum. Virg. 4. Georg. 197.

Cura boum. Virg. 1. Georg. 3.

Custos boum. Ovid. 1. Epist. 103.

Labores boum diluit ruens Æther. Virg. 1. Georg. 325.

Et pluvia ingenti sata læta, boumque labores
Diluit.

Labores boum experiri. Virg. 1. Georg. 119.

—— hæc quum sint hominumque boumque labores
Versando terram experti. [Inscite. V. Serv.

Labores boum sternit torrens. Virg. 2. Æn. 306.

—— sternit sata læta, boumque labores,
Præcipitesque trahit silvas.

More bovis. Ovid. in Ibin, 440.

Utque ferox Phalaris, lingua prius ense resecta,
More bovis Paphio clausus in ære gemas.

Mugitus boum. Virg. 2. Georg. 470.

—— at frigida Tempe
Mugitusque boum, mollesque sub arbore somni,
Non absunt.

Pestis acerba boum. Virg. 3. Georg. 419.

Terga boum. Virg. 5. Æn. 405. de Erycis cæstibus.

—— tantorum ingentia septem
Terga boum plumbo insuto, ferroque rigebant.

Usus boum. Virg. 3. Georg. 211.

Sive boum, sive est cui gratior usus equorum.

Æripes bos. Ovid. 6. Epist. 32.

Narrat & æripedes Martis arasse boves. V. æripes.

Agenoreæ boves. Ovid. 24. Epist. 42.

Inter Agenoreas constiteratque boves. de Jove in bovem converso.

Albis bobus venerari deos. Hor. Carm. secul. 49.

Cerebrosus bos. In cerebrum.

Contumaces boves. In contumax.

Cruda bos. Hor. Epod. 8. 6. h. e. Cibum male coquens seu digerens, ob idque alvi fluxum patiens.

Disjunctum bovem curare. Hor. 1. Epist. 14. 28.

Erytheïdes boves. Ovid. 1. Fast. 543.

Ecce boves illuc Erytheidas applicat heros. De Hercule, qui Geryoni in Erythea Hispaniæ insula juxta Gades regnanti, boves abstulit. V. Strab. lib. 3. Plin. lib. 4. cap. 22. Melam lib. 3. supra in erythea.

Fessi boves. Hor. Epod. 2. 63.

Videre fessos vomerem inversum boves
Collo trahentes languido.

Firmius bove. Ovid. 1. de Ponto 5. 11.

Cernis ut in duris (& quid bove firmius?) arvis
Fortia taurorum corpora frangat opus?

Forda. Ovid. 4. Fast. 631.

Pontifices forda sacra litate bove. Dicitur autem Forda bos, Quæ fert in ventre, a ferendo, ut Varro auctor est, 5. 3. conf. Lex. Pitisc. in Fordicidia.

Formosæ. Ovid. 1. de Arte Am. 296.

Invida formosas oderat illa boves.

Iberus bos. Ovid. 14. Met. 12.

Dives ad Oceanum bobus Jove natus Iberis. De Hercule, qui Geryoni in Iberia, id est Hispania regnanti, boves abstulit.

Immunis aratri. Ovid. 3. Met. 11.

Incustoditæ. Ovid. 1. Fast. 545. —— vagantur
Incustoditæ lata per arva boves.

Indigena. Ovid. 3. Amor. 13. 4.

Casta sacerdotes Junoni festa parabant,
Et celebres ludos indigenamque bovem.

Indomita. Valer. 4. Argon. 362.

Insana. Ovid. 14. Epist. 108.

Exuit insanæ pellicis ora bovis. Io Inachi filiam intelligit, quæ ab Jove compressa, subitoque Junonis interventu in vaccam mutata, tandem furiis agitata in Ægyptum pervenit: ubi pristinæ formæ reddita, & mentis compos facta, Isis dea vocata est.

Intacta. Hor. Epod. 9. 22.

—— tu moraris aureos
Currus, & intactas boves. i. e. Quæ jugum non sunt passæ, & indomitæ ad sacrificium triumphi.

Lectus. Ovid. 6. Met. 323.

Impatiensque viæ genitor deducere lectos
Jusserat inde boves.

Macri. Juven. 14. Sat. 146.

Minaces. Ovid. 11. Met. 37.

—— cornuque minaces
Divulsere boves.

Misera. Valer. 4. Argon. 395. De Io Inachi filia loquens,

—— primo vestigia visu
Fugit: & in miseræ rursus bovis ora recurrit.

Mutili. In mutilus.

Omnivoræ boves. In omnivorus.

Opimi boves. In opimus.

Otiosus. Hor. 3. Carm. 18. 12.

Festus in pratis vacat otioso Cum bove pagus.

Passa jugum bos. Ovid. 2. Met. 10.

Bos tibi, Phœbus ait, solis occurret in arvis
Nullum passa jugum.

Patuli. in patulus.

Pavidi. Claud. in sec. Cons. Stil. 332.

Perdomiti. in perdomo.

Piger. Hor. 1. Epist. 14. 43.

Optat ephippia bos piger.

Profu-

Profugæ. Propert. lib. 4. 1. 4.
Ruricolæ. Ovid. 1. Fast. 384.
—— animam quum ponat in aris
Lanigerumque pecus, ruricolæque boves.
Sacri. Ovid. 4. Fast. 476.
Sacrorumque Melan pascua læta boum.
Sarmatici. Ovid. 3. Trist. 10. 34.
Ducunt Sarmatici barbara plaustra boves.
Tardi. Ovid. 1. Amor. 13. 16.
Prima vocas tardos sub juga panda boves.
Torva. Virg. 3. Georg. 51. —— optima torvæ
Forma bovis.
Triumphatus. Ovid. 3. Fast. 732. h. e. In triumphi sacrificio occisus.
Tutus. Hor. 4. Carm. 5. 17.
Tutus bos etenim rura perambulat.
Vetulus. Juven. 10. Sat. 268.
Et ruit ante aram summi Jovis, ut vetulus bos.
Vincti. Ovid. 7. Met. 439.
Amovere boves per dolum. Hor. 1. Carm. 10. 9.
Te boves olim nisi reddidisses
Per dolum amotas, &c.
Arare bobus. Ovid. 5. Epist. 116.
Non profecturis littora bobus aras. h. e. Operam perdis & frustra laboras.
Arat bos. Ovid. 15. Met. 470.
Bos aret, aut mortem senioribus imputet annis.
Cædere boves. Ovid. 3. ex Pont. 4. 82.
Conterere. Lucret. lib. 2. 1161. i. e. Assiduo labore vexare.
Curare. In CURO.
Disjungere. Juven. 5. Sat. 118.
Domitare. Virg. 1. Georg. 285.
Et prensos domitare boves.
Ederet agnum bos. V. supra, Bos, nomin. &c.
Enecare arando. Hor. 1. Epist. 7. 87.
—— bos est enectus arando.
Errant boves. Virg. 1. Ecl. 9.
Fatigare boves. Hor. 3. Carm. 6. 43.
—— & juga demeret
Bobus fatigatis.
Mactare. Ovid. 20. Epist. 181.
Non bove mactato cælestia numina gaudent,
Sed quæ præstanda est, & sine teste, fide.
Pascere. Virg. 1. Ecl. 46.
Pascite, ut ante, boves pueri, submittite tauros.
Pasti. Virg. 5. Ecl. 25.
Non ulli pastos illis egere diebus
Frigida, Daphni, boves ad flumina.
Petere cornu bos dicitur, quo alludens Hor. 2. Serm. 1. 55.
Ut neque calce lupus quenquam, neque dente petit bos.
Placare deos bove. Hor. 1. Epist. 17. 58.
Vir bonus, omne forum quem spectat, & omne tribunal
Quandocunque deos, vel porco, vel bove placat.
Quærere ad sacra. Virg. 3. Georg. 532.
Subjicere boves aratro. Ovid. 15. Met. 618.
Quantum depresso subjectis bubus aratro.
De bove loquente sæpe in prodigiis Jul. Obseq. ut cap. 103. Idem cap. 74. conf. Liv. 3. 10. pr. & 24. 10. extr.

BOALIA, [βυφόνια] Ludi diis inferis consecrati. Perott. V. BUBETIÆ.

BOARIUS, Adj. [βοϊκὸς] Quod ad boves pertinet. ut, Boarium forum. Festus, Boarium forum Romæ dicebatur, quod ibi venderentur boves. Hujus Fori boarii meminit Plin. lib. 28. cap. 2. & lib. 34. cap. 2.
Arva boaria, in quibus Boarium forum Romæ fuit. Propert. 4. 10. 19.
Arvaque mugitu sancite boaria longo,
Nobile erit Romæ pascua nostra forum.
Boaria lappa, Herbæ nomen apud Plin. lib. 26. cap. 11. V. LAPPA.

BOO, [βοάω] āre. est Clamare: & boum est proprium, etiam ab ipsa voce; quemadmodum Baubare, canum: fictitia enim sunt vocabula. Boo autem a Græco descendit βοάω, quod est clamo. Plaut. Amph. 1. 1. 77. Tela frangunt, boat cælum fremitu virûm. Apul. 3. Flor. Tragœdi adeo, ni cotidie proclament, claritudo arteriæ obsolescit: igitur identidem boando purgant ravim.

BOANS, antis. ut, Vox boans. Ovid. 3. de Arte Am. 450.
Redde meum, toto voce boante foro.

BOO, īre. Idem. Pacuvius Medea, Clamore & sonitu colles resonantes bount. Varro Parmenone, Exeunt citi, strepunt, bount. Nonius 2. 80. Antiquum est & inusitatum. [Videtur non Bount, sed Boant apud Non. legendum. Nam jungit ibidem τῷ Reboare.

BOVO, [βοάζω] āre. Bovare dicuntur boves, quum vocem emittunt. Varr. lib. 6. de L. L. 5. Clamore bovantes, ex Ennio. Boare autem magis est in usu.

BOVATIM, Adv. ad similitudinem bovis. Nigid. Figulus apud Non. 1. 190. Sunt etiam assimilanter dicta hæc, Canatim, Suatim, Bovatim, quæ ab animalibus sumuntur.

BOĀTUS, ûs. m. Apul. 3. Miles. p. 130. Præconis amplo boatu citatus accusator.

BŎVĬCIDIŬM, i. n. [βουθυσία] a Bos & Cædo. Solin. cap. 2. Inter ritus sacrorum factis bovicidiis.

BŎVĪLE, is. n. ut, Cervus se bovili condidit. Phædr. 2. 8. 4. V. Charis. p. 81. & mox BUBILE.

BOVILLUS, [βοϊλὸς] Adj. a Bove: ut, Bovilla caro. Oct. Horat. 1. 7. Plin. Bovillæ carnis jure facile curatur. [suspect.] Vulgo Bubulæ.

BOVĪNUS, a, um, ut Medulla bovina ap. Theodor. Priscian. Med. Antiq. de Diæta cap. 15.

BOVĪNOR, āri. proprie est Bovis strigantis in arando; per metaph. de Homine tergiversante dicitur. Bovinatur, conviciatur. Festus.

BOVINATOR, ōris. m. Nonio 2. 84. est idem qui Malitiosus & tergiversator dicitur. Lucil. ibid. Bovinator ore improbus duro. conf. Gell. 11. 7. In Gloss. Isid. Bovinator, inconstans.

BUBĂLUS, i. m. [βούβαλις & ος] a Bove dicitur; Silvestris bos, colore niger, quo nunc passim ducendo currui & vehendis oneribus, ac etiam terræ arandæ utuntur. Apud veteres non erat in usu. Ex Africa primum id animal allatum proditur. Imperitum vulgus Uros quoque Bubalos vocat, a Bovis quadam similitudine, excellenti & vi, & velocitate animal. Perott. ex Plin. lib. 8. cap. 15. Martial. lib. 1. 23.
Illi cessit atrox bubalus, atque bison. Visuntur Romæ permulti bubali. vulgus Italorum adhuc vocat Bufalum, immutata tantum una litera: Galli *Un buffle*.

BUBALĪNUS, a, um. ut, Laridum bubalinum. Vopisc. in Probo cap. 4. conf. Ulp. 34. ff. t. 2. l. 25. §. 5.
Bubalina Stragula, [βυβαλινὰ ῥῆγη] a Jureconsulto dicta sunt, Quæ equis insterni solebant: ex pellibus enim bubalinis fiebant antiquitus stragula ad equos. Hæc Bayfius. Eadem quoque ratione nos Thoracem bubalinum dicere possumus, Qui ex corio bubalino factus est. *Un colet de buffle.*

BUBĂLIS, e. Idem. ut, Bubale frustum. Petron. cap. 35. Sed Bubulæ Docti emendant.

BUBALION, i. n. Cucumis silvaticus. Apul. de Herb. 113.

BUBETIÆ, vel potius Bubetii ludi, quos veteres a bobus pecoreque appellarunt, qui & Boalia, boum gratia instituti. In eo enim festo solennis boum & taurorum venatio fieri solebat, quemadmodum nunc quoque Venetiis & fere per totam Italiam fieri solet eo die qui Quadragesimæ proximus est. Plin. lib. 18. cap. 3. Ludos boum causa celebrantes, bubetios vocabant.

BUBĪLE, sive BOVĪLE, is. n. [βούσταθμον, βουστασία] Locus ubi boves morantur. Plaut. Pers. 2. 5. 18. Enim metuo ut possim in bubile rejicere, ne vagentur. Quædam exemplaria hic legunt Bubilem m. gen. Columel. lib. 1. cap. 6. Domitis armentis duplicia bubilia sint, hyberna, atque æstiva. Cato cap. 4. Bubilia bona; beneque ædificata, bonas præsepes, faliscas habeant clatratas. conf. Varr. de L. L. 7. 30.
Varro negat dici Bovile, sed tantum Bubile. H. St. Et negat quidem duobus locis p. 94. & p. 110. ed. tert. Steph. V. tamen locum Charis. supra in BOVILE adductum.

BUBŌNA, æ. f. Dea boum apud antiquos. August. de Civ. Dei 6. 9. Stuck. de Sacrif. p. 35. Cæl. Rhod. 21. 34. Gyrald. Synt. Deor. 1. p. 55. G.

BUBSEQUA, æ. m. Idem ac Bubulcus. Sidon. 1. Epist. 6. Apul. 8. Met. p. 138. Scribitur & Bobsequa. V. Ind. Elmenhorst.

BUBULCUS, i. m. [βουκόλος, βοώτης] Qui vel bobus arat, vel boves fundi aratorios pascit. Cic. 2. de Divin. 50. Ejus aspectu quum obstupuisset bubulcus, clamoremque, &c. Juven. 11. Sat. 151.
Ferox bubulcus. Ovid. 4. de Pont. 7. 10.
Ipse vides, onerata ferox ut ducat Iazyx
Per medias Istri plaustra bubulcus aquas.
Sauromates bubulcus. Ovid. 3. Trist. 12. 30.
Stridula Sauromates plaustra bubulcus agit.
Tardus. Virg. 10. Ecl. 19.
—— tardi venêre bubulci. conf. Columel. 1. 6. & 9. & Plin. 18. 3. vel Lex. Pitisc. Supra BOOTES.

BUBULCĀRIUS, i. m. Idem. Gloss. Gr. Lat. βοώτης, bubulcarius.

BUBULCĬTOR, [βουκολέω] āri. Bubulci officium facere. Plaut. Mostel. 1. 1. 50. Decet me amare, & te bubulcitarier. Nonius 2. 85. & hoc & aliud Varronis exemplum citat active. Apul. lib. 1. Flor. p. 343. Est apud illos gens, quæ nihil amplius quam bubulcitare novere. Ideoque cognomen illis Bubulcis inditum. Ita legunt Elmenhorst. & Jul. Flor.

BUBULĀRIUS, i. m. Qui offam bubulam parabat. Hieron. in Test. Grun. Porc. Bubulariis intestina. [Meminit quidem hujus Testamenti ludicri Hieronymus Procem. in Jes. & Apolog. in Ruf. Sed auctor ejus falso perhibetur. Ceterum suspicor Bubulariis pro Botulariis scriptum esse, lapsu facili.

BUBŬLUS, [βοϊκὸς] Adj. Idem significat quod Bovinus, Quod est bovis. ut, Lac bubulum. Plin. lib. 28. cap. 13. Stomachum exulceratum lactis asinini potus reficit: item bubuli. Sic Bubul[um] pecus. Varro 2. de R. R. cap. 5.
Caro bubula. Plin. 28. 10.
Caseus bubulus. Suet. Aug. cap. 76.
Corium bubulum. Plaut. Pœn. 1. 1. 11.
Cottabi bubuli. Plaut. Trin. 4. 3. 4.
Monumenta bubula joco dixit Plaut. Stich. 1. 2. 6. pro loro, seu nervo bubulo, qui officii admoneat cessantes.
Bubula, absolute: & subauditur Caro. Plaut. Aul. 2. 8. 4. Agninam caram, caram bubulam. conf. Apic. 8. 5.

BUCERIÆ, [βουκολία] Boum greges. Lucret. lib. 2. 660.
Lanigeræ pecudes, & equorum duellica proles:
Buceriæque greges. Nonius. Videtur adj. idem ac Bucerus, i per epenthesin interposita. [Ex Græco βούκερως formatur βουκερίας, ου, ὁ. pl. βουκερίαι quod adjective usurpatur, ut συμμαχίας, μεγιστίας & alia id genus. Aliter Isidor. Gloss. q. non moror.

BŪCĔRUS, a, um. [βοϊκὸς, βούκερως] Adj. ut, Armenta bucera. Ovid. 6. Met. 395. —— armentaque bucera pavit. i. e. Boves ipsos valde cornutos: βου namque particula est intensiva, κέρας autem dicitur cornu. [Inepte. Nulla est enim intensio. Rectius
Pecus bucerum de bubus dicimus. Festus.
Secla bucera. Lucret. lib. 6. 1240.
Lanigeræque simul pecudes, & bucera secla. h. e. Boves.

BUCÆDA, vel BUCIDA, æ. m. Qui cæditur loris bubulis. Plaut. Most. 4. 2. 1. Illi bucædæ erunt potius, quam ego sim restio.

BŪCĒTUM, i. n. vel pl. BUCETA. Boum pascua. Gell. 11. 1. Buceta in ea terra gigni, pascique solita sunt plurima. V. Gronov. Quidam legunt Bucera. Lucan. 9. 185.
—— calidi lucent buceta Matini. Ita Mss. tres Bersm. sed al. hic leg. Buxeta. Sidon. 2. Epist. 2. Tintinnabulati greges per depasta buceta reboantes. ubi Savaron. V.

BUCITA, orum. Pascua ubi boves cientur. Isidor. Gloss.

BŪCŎLĬCUS, [βουκολικὸς] Adj. ut, Carmen bucolicum, dictum a custodia boum, id est ἀπὸ τῶν βουκόλων, præcipua enim sunt animalia apud rusticos boves. Servius. conf. Isidor. 1. 38. & Voss. 3. Poet. Inst. p. 78. Cæsura Bucolica vocatur, Quæ in quintam regionem in carmine Hexametro incidit.
Milites bucolici pro Rusticis apud Capitol. in M. Antonino Pho. p. 157. H. St. [En locum, c. 21. Cum per Ægyptum Bucolici milites gravia multa fecissent, per Avidium Cassium retusi sunt. Eademque verba in vita Cassii Vulc. auctore, c. 6. leguntur. Unde satis apparet id nomen proprium factionis, seu manus prædonum fuisse, quod ex loco, ubi consederant tractum docuit Casaub. q. V.

Modi bucolici. Ovid. 2. Trist. 5. 8.
Poema bucolicon. Columel. 7. 12.

Bucolica, orum. pl. n. pro Carmine bucolico.

Bucolicon, Species panacis herbæ, quæ panax agrestis dici potest: de qua sic Plin. lib. 25. cap. 4. Id quod e Macedonia affertur, bucolicon vocant, armentariis sponte erumpentem succum excipientibus: hoc celerrime evanescit.

Būcŭla, æ. f. [βοΐδιον, δάμαλις] dimin. Virg. 1. Georg. 376.
——aut bucula cælum
Suspiciens patulis captavit naribus auras. Plin. lib. 34. cap. 8. Myronem Eleutheris natum, & ipsum Ageladæ discipulum, bucula maxime nobilitavit, &c. Et Cic. 6. Verr. 135. Aut ex ære Myronis buculam?
Errans bucula. Virg. 1. Georg. 11.
Perdita bucula. Virg. 8. Ecl. 86. i. e. Amore consumpta. Servius.

Būcŭlus, i. m. [βοιδάριον] Columel. lib. 6. cap. 2. Quum deinde buculos comprehenderis, extra stabulum producito. i. e. Novellos boves & tirunculos.

Bos, Piscis plani genus est, quod pro spina cartilaginem habet, veluti raiæ, pastinacæ, torpedo, & similes. Plin. lib. 9. cap. 24.

Boschis, ĭdis. f. Volucris est quæ clausa pascitur, ut anas, querquedula, &c. Columel. lib. 8 cap. 15.

Bosenses, Populi sunt civium Romanorum, in Sardinia insula, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 7.

Bosgodarisa, Locus est in confinibus majoris Armeniæ situs. Auctor Strabo lib. 12.

Bosmorus, [βόσμορος] Strab. lib. 15. Frumenti religiosi genus est, tritico minus, apud Indos inter amnes proveniens, quod excussum protinus torretur: juramentoque adiguntur messores, non asportaturos prius quam coxerint, ne semen in alias terras transferri possit. Apud Diodorum Bosporum vocatum legimus, corruptis, ut videtur, exemplaribus.

Bosphŏrus, i. m. seu Bosporus, [Βόσπορος] Mare angustum significat: dictus a bovis meabili transitu, propter angustiam freti. Duo autem bosphori sunt: alter juxta Byzantium, qui Bosphorus Thracius dicitur: alter in introitu Mæotidos paludis: de quo Ovid. 3. Trist. 4. 49.
Bosphorus, & Tanaïs superat, Scythiæque paludes.
Bosphorus quasi Mare bovem portans Xyl. in Dionem, quod improbo, ut dixi in Annotationibus nostris. H. St.
Est item Bosphorus Stephano, Duarum urbium nomen, quarum alteram ad sinum Cimmerium, & fretum ejusdem nominis collocat, quæ & Bosphoropolis dicitur: alteram in India constituit.
Bosphorum Cimmerium, quidam ex eo dictum putant, quod Cimmerios populos habeat, qui ejus frigidissimam partem incolant. V. Plin. lib. 4. cap. 12. conf. Curt. 6. 2. 13.
Gemens Bosphorus. Hor. 2. Carm. 20. 14.
Visam gementis littora Bosphori. i. e. Peristrepentis & sonantis. Porphyr.
Insaniens Bosphorus. Hor. 3. Carm. 4. 30. i. e. Aquarum æstu furens.
Perhorrescit Bosphorum navita Pœnus. Hor. 2. Carm. 3. 14.

Bosphoranus, a, um. [Βοσποραvὸς] Adj. ut, Mithridates Bosphoranus. Tacit. 12. Ann. 15. 1. Sic ab Hibero distinguit scil.
Bosphoranus, Accola Bosphori. Cic. pro Lege Manil. 9. Et se Bosphoranis, finitimis suis, bellum inferre simulasset. conf. Sext. Ruf. cap. 16.

Bosphorius, aliud Adj. [Βοσπόριος] ut, Mare Bosphorium. Ovid. 2. Trist. 298.
Egerit Ionio, Bosphorioque mari.

Bostar, Viri proprium apud veteres, Sil. Ital. lib. 3. 647.
Interea voces Jovis, atque oracula portans
Emensis aderat Garamantum lætus arenis
Bostar, & ut viso sti[mu]labat corda tonante. V. Polyb.
Bostar proprium viri, pro Stabulo nusquam inveni, licet Calepinus ponat. Hæc Despaut. Ego puto factum ex βοστασία, seu potius βυστασία, & fortasse erratum erat apud Calepinum. H. St.

Bostra, Phœniciæ urbs ad mare sita, Byblo vicina. Strabo lib. 16. conf. Spanh. de Usu &c. Num. diss. 13. p. 612. & Ammian. 14. 8.

Bostrychus, i. vel Bostryx, ȳcis, m. [βόστρυχος, βόστρυξ] Muliebris capillus, cæsaries, plexi mulierum crines. in vet. Lex. Græco Lat. Cincinnus. Hinc

Bostrychītes, æ. m. [βοστρυχίτης] Gemma crinibus mulierum similis. Plin. lib. 37. cap. 10.

Bostrychus, Adj. Firmicus lib. 4. cap. 12. Spissis capillis, aut molliter flexis, vel gradata pulchritudinis venustate compositis: crispos quoque, aut crinibus bostrychis comatos, &c. βοστρυχίζομαι, calamistror, cincinnatus sum; βοστρυχίζω, comam alo. Meminit & Cæl. lib. 16. cap. 15.

B O T

Bŏtănĭcus, a, um. Adj. [βοτανικὸς] a Gr. βοτάνη, ad herbas pertinens. Hinc

Botanĭce, es. f. [βοτανικὴ] Ars herbaria.

Botanicum, i. n. [βοτανικὸν] Herbarium dicitur, quod ibi herbæ notentur. Isidor. 4. 10.

Botanicus, i. m. Rei herbariæ peritus.

Botanismus, [βοτανισμὸς] Ægyptiorum arandi modus, de quo sic Plin. ubi quid antiquitus inter arandum factitatum esset, prosequutus est, Nunc quoque, inquit, non multo graviore opera, sed tamen inarari certum est abjecta prius semina in limo digressi amnis, hoc est Novembri mense incipiente: postea pauci runcant, quod Botanismon vocant. Hæc ille lib. 8. cap. 18.

Botanomantīa, [βοτανομαντεία] Magiæ species, quæ fit per herbas, qua Circen & Medeam excelluisse poetæ prodiderunt.

Botellus, V. botulus.

Bothria, [βόθρια] pl. diminut. a βόθρος, Cavitates, seu Fossulæ sunt, in quibus dentes infixi sunt. V. Galen. lib. de Ossib. c. 4. extr.

Bŏthȳnus, i. m. [βόθυνος] proprie Fossa, seu fovea, transl. Cometa figuram foveæ habens. Apul. de Mundo p. 58. & 64.

Botiæi, Thraciæ populi, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

Botieum, [Βοτίειον Stephano] Oppidum Phrygiæ, Attæam habens paludem sale fœcundam.

Botōnes, um. & Botonini, orum. Tumores aggesta terra excitati. V. Auct. Rei Agr. p. 225. 306. &c. conf. Rigalt. Gloss. Agr. p. 294.

Botrodius, [Βοτρώδης] Vicus non longe a Segobriga: quondam oppidum, sed a Tiber. Graccho dirutum, ut refert Polybius.

Botrus, i. m. Uva, racemus: a Græco βότρυς, quod παρὰ τὸ βῶ, τὸ πιτῶ Moschopulus deduci arbitratur. Vulg. Interpr. Mich. 7. 1.

Botruosus, a, um. [βοτρυώδης] Apul. de Herb. cap. 67. Botruosum semen.

Botryon, ōnis. m. [βοτρύων] Idem quod Botrus. Martial. lib. 11. 28.
Nec dignam toto se botryone putat. Uvæ condititiæ racemum Hen. Steph. in Gr. Thes. exponit.
Botryon, Medicamentum. Plin. lib. 28. cap. 4. Æschines Atheniensis excrementorum cinere anginis medebatur & tonsillis, uvisque & carcinomatis. Hoc medicamentum vocabat Botryon.

Botrychus, [βότρυχος] Acinorum radix est, quæ ex palmite enascitur, unde acini ipsi pendent. Ex Galen. lib. 2. de Alim. facult.

Botrys, Oppidum est Syriæ Phœniciæ. Plin. lib. 5. cap. 20.

Botrys, [βότρυς Diosc. 5. 76.] Herbæ genus quod alio nomine Ambrosia, & a quibusdam Artemisia vocatur: ita dictum, quod circa imum caulem semen habeat in ramulis uvarum modo dependens, odore vinoso. βότρυν enim Græci racemum vocant. V. Plin. lib. 27. cap. 4. conf. artemisia.

Botrys, sive Botrydion, [βοτρύδιον] Genus ornamenti muliebris apud Pollucem lib. 5. cap. 16. & lib. 7. cap. 22. quod quale sit, non recordor alicubi declaratum. Gualtherus autem utrobique reliquit vocem Græcam.

Botrȳtes, [βοτρύτης] Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10. Botrytes alia nigra est, alia pampinea, incipienti uvæ similis. Rectius scribitur Botryites, βοτρυΐτης.

Botrytis, vel Botryītis, ĭdis. f. [βοτρυΐτις] Cadmiæ species, quæ testudini ærariarum fabricarum uvæ modo adhæret, unde & nomen habet. V. Galen. lib. 9. Simplic. & Plin. lib. 34. cap. 10. & Cels. 6. 6. 6.

Bŏtŭlus, sive Botellus, [ἀλλᾶς, ἄλτος] Farciminis genus e carne suilla: a Bolis, id est frustulis carnis, ut quidam putant, appellatus. Festus; Botulus, Genus farciminis propter connexionem, a Bolis sic appellatur. De his ita scribit Apicius 2. 5. Botulum sic facies, ex ovi vitellis coctis, nucleis pineis concisis. Cepam addes, porrum concisum, thus crudum. Miscebis piper minutum, & sic intestinum farcies. Adjicies liquamen & vinum, sicque coquas. Erat quidem botulus mensis omnibus gratus, sed in Saturnalibus celebrabatur præcipue, dum ex eo corona fieret pulti. Martial. lib. 5. 79.
Et pultem niveam premens botellus. Botellus enim est Parvus botulus. Si diligenter omnia perpenderis, tibi forte persuadebis, Botulum seu Botellum id esse farcimen, quod Galli vulgo *Bodinum* vocant, luxato ut opinor vocabulo. Martial. lib. 14. 72.
Qui venit botulus medio tibi tempore brumæ,
Saturni septem venerat ante dies. conf. Gell. 16. 7. & Pitisc. Lex.

Botularius, i. m. [ἀλλαντοποιὸς] Botulorum venditor confectorque apud Senec. Epist. 57. Botularium, & crustularium, & omnes popinarum institores. Terentio Fartor dicitur q. V. s. l. conf. supra in bubularius.

B O V

Bova, Vas vinarium longum, turgidum & amplum, bovæque serpenti simile. Lucilius, Æs defraudasse cauponem, bovam luto oblevisse, tum portitores terram duxe. Explicatur & in antiquo lexico Bova, νόσος βοῶν. Turnebus. V. boa.

Bovare, Bovatim. V. bos.

Bovianum, [Βουΐανον] Samnitium colonia vetus. Plin. lib. 3. cap. 12. Samnitium, quos Sabellos, & Græci Saunitas dixere, colonia Bovianum vetus, &c. V. Lex. Pitisc. meminit Cic. pro Cluent. 197.

Bovianius, Adj. [Βουιάνιος] ut, Lustra Boviania. i. e. Saltus circa Bovianum. Sil. lib. 8. 565.
Qui Batulum, Mucrasque colunt, Boviania quique
Exercent lustra.

Bovicidium, Bovile, Bovillus. V. bos.

Bovillæ, [Βοΐλλαι] arum. Oppidum in Latio haud procul ab Urbe, via quæ ducit Ariciam, ut indicat Asconius in argum. Milonianæ. Plin. lib. 3. cap. 5. Suet. Aug. cap. 100. Pers. 6. Sat. 55.
——accedo Bovillas
Clivumque ad Virbi.
Suburbanæ Bovillæ. Propert. lib. 4. 1. 33. conf. Ovid. 3. Fast. 667. & Lex. Pitisc. [Conf. bŏhillæ, ut restitui, cum in vulgatis Nonii codd. Bohilla, num. sing. legatur.

Box, bŏcis. [βὼξ] Genus piscis marini, a boando, ut putatur, dictum, cujus meminit Plin. lib. 32. cap. ult. Festo dicitur Bocas. q. V.

B R A

BR. Bonorum. [Immo Bono Reip.] BRIT. Britannicus.

Brabastĕnes, Mons, quem Liv. lib. 4. Bell. Maced. decem millibus passuum a Lacedæmonia propinquum dixit. [Suspecta merito hæc sunt.

Brabeutes, æ. m. [βραβευτὴς] Dispensator præmiorum, seu præfectus gymnicis agonibus: Designator Latine dicitur. V. Ulp. l. Athlet. 4. Suet. Neron. cap. 53. Nec aliter certamina gymnica Græcia tota spectaverat, quam brabeutarum more, in stadio humi assidens. conf. Lips. de Amphith. cap. 20. & P. Fabrum Agonist. 1. 23. sive Lex. Pitisc. [Dicitur & Brabeus, βραβεὺς. Ceterum improprie Suetonium locutum hic docet Vandale Diss. 7. quum non ipsos certaminum judices ac præsides, sed eorum ministros intelligat, qui alias Mastigophori & Rhabdophori.

Brăbīum, seu Brăbēum, i. n. [βραβεῖον] Latine dicitur Victoriæ agonisticæ, seu cujuscunque Certaminis præmium. Brabium dicendum esse Latinis admonet Erasmus, non Bravium; hoc est per b literam, non per v; deinde penultima acuta, aut circumflexa, quemadmodum est apud Græcos βραβεῖον, id est brabium sive brabeum. Qui de Græcarum vocum etymologiis conscripserunt, existimant βραβεῖον, dictum a ῥάβδος, mutatis ac transpositis literulis aliquot, quod est virga, sive sceptrum. Unde qui regalia sceptra gestant, Brabeutæ dicti sunt, quod horum partes essent in certaminibus præmium addicere ei qui vicisset, nequis inter certantes oriretur tumultus. Prudent. Hymn. 5. Perist. 538.
Solus brabei duplicis
Palmam tulisti. conf. Tertull. ad Martyr. cap. 3. & Vulg. Int. 1. Cor. 9. 24.

Brabyla, æ. f. [βράβυλα] Herba est, de qua Plin. lib. 27. cap. 8. Brabyla, inquit, spissandi vim habet, cotonei mali modo, nec amplius de ea tradunt auctores.

Bracara, ſive **Braccara**, & **Bracaraugusta**, [Βρακαραυ-Αὐγούστα Ptolem.] conjuncte, ut Cæſaraugusta. Vulgo hodie *Braga*, cujus præſul metropoliticus, ſimul & primas regni Luſitaniæ appellatur. Volaterr. conf. Auſon. de Urb. 9. 5. Hinc

Bracari, ſive **Braccari**, [Βρακαραῖοι Ptol.] populus Hiſpaniæ, quorum oppidum Bracara. Bracares Plin. &

Bracarus, a, um. Adj. unde

Bracarus Conventus, unus e ſeptem Hiſpaniæ. Univerſa enim provincia Hiſpaniæ dividitur in conventus ſeptem, Carthaginenſem, Tarraconenſem, Cæſaraugustanum, Cluníenſem, Aſturum, Lucenſem, Bracarum. Plin. lib. 3. cap. 3.

Bracca, æ. [βράκκαι] Veſtis fluxa, intonſaque, ac varii coloris: qua utebantur frigidioris plagæ homines. Diodor. lib. 6. cap. 9. de Galatis, ſeu Gallis. Veſtes, inquit, ad terrorem intonſas, ac coloris varii ferunt: quas illi vocant braccas. Sagula gerunt virgata, hyeme quidem craſſiora, æſtate ſubtilia. Alii ſcribunt Brachæ per H, ſed ſine ratione: fit enim a Græco ῥάκκος, & per additionem β, βράκκος, unde Braccæ quaſi ῥάκκεα.

Braccis uſos fuiſſe Scythas docet Ovid. 5. Triſt. 7. 49.

Pellibus & laxis arcent male frigora braccis. Et Pomp. Mela, Braccati ſunt, inquit, totum corpus Sarmatæ, &, niſi qua vident, etiam ora veſtiti.

De Gallis Suet. Cæſ. cap. 80.

Galli braccas depoſuerunt, latum clavum ſumpſerunt. V. Bayſium in libello de Re Veſt. Hieron. in Epiſt. ad Fabiolam, De veſte ſacerdotali, & Ambroſ. lib. 1. de Officiis, Braccas appellant Feminalia, quibus pudibunda velantur, ſicuti vulgariter appellantur. conf. omnino Lex. Pitiſc.

Sic fortaſſe ex Gallico *Gueſtres* factum Segeſtre, niſi illud ex hoc, Vide SEGESTRE. H. St. Gall. enim *Braies*. Lat. & Braca ſcribitur.

Laxæ braccæ. Lucan. lib. 1. 430.

Perſica bracca. Ovid. 5. Triſt. 10. 31. Al. Barbara.

Sarmaticæ. Valer. 5. Argon. 424.

Braccarius, i. m. Braccarum confector. Lamprid. in Alex. cap. 24. Braccariorum, linteonum, vitreariorum, pellionum &c. vectigal pulcherrimum inſtituit.

Braccātus, Adj. Bracca indutus. Cic. pro Font. 23. Sic exiſtimatis eos hic ſagatos, braccatoſque verſari animo demiſſo atque humili, ut &c. Miles braccatus. Propert. lib. 3. 3. 17. i. e. Parthus.

Braccata Gallia, Provincia Narbonenſis, docente Plinio, Narbonenſis, inquit, provincia appellatur pars Galliarum, quæ interno mari alluitur, Braccata ante dicta, amne Varo ab Italia diſcreta, Alpiumque ſaluberrimis Romano imperio jugis. Hæc ille lib. 3. cap. 3. Conſtat autem Braccatam dictam eſſe a veſtium habitu, quum reliqua a nutriendi capilli ſtudio Comata diceretur, quanquam ſunt qui toti id nomen Galliæ falſo tribuant, illo Lucani lib. 1. 438. moniti:

Crinibus effuſis toti prælate Comatæ. Conſtat enim ex lib. 11. Ann. Taciti, 20. 2. Comatam a Narbonenſi aliam eſſe omnino. V. Plin. lib. 4. cap. 17. & Melam. 2. 5. & 3. 1.

Braccara. V. BRACARA.

Brachium, i. n. [βραχίων] Os ulnæ, quod humerum excipit a Celſo l. 8. c. 1. dicitur, & frequentius pro toto membro accipitur, quod eſt ab humero ſummo ad manum. Virg. 5. Æn. 364.

—— & evinctis attollit brachia palmis.

Brachium deducitur, inquit Feſtus, a βραχὺ, quod eſt breve, eo quod ab humeris ad manus breviora ſint, quam a coxis plantæ.

Levi brachio dicimus, quum Indiligentem operam ſignificamus. Cic. 4. Att. 16. Conſules, qui illud levi brachio egiſſent, rem ad ſenatum detulerunt.

Molli brachio aliquem objurgare, h. e. Leviter: tralatione ab iis qui pueros errantes leviter percutiunt. Cic. 2. Att. 1. Quod me quodam modo molli brachio de Pompeii familiaritate objurgas, nolim ita exiſtimes, &c.

Brachia, in piſcibus mollibus. [πλεκτάναι] Plin. lib. 9. cap. 29. de nautilo, Poſtea prima duo brachia retorquens, membranam inter illa miræ tenuitatis extendit, qua velificante in aura, ceteris ſubremigans brachiis, media cauda ut gubernaculo ſe regit.

Brachia in machinis. Vitruv. 1. 1. & 10. 15.

Ferrea, ſcil. Circini. [σκέλη] Ovid. 8. Met. 247.

Brachia in munitionibus. Oppius de Bell. Alex. cap. 5. Liv. 4. 9. extr. Lucan. 3. 385. Curt. 6. 4. 16. conf. Lex. Pitiſc. Sic

Brachia portuum. Suet. Claud. cap. 20.

Extruere brachia valli. Lucan. lib. 3. 387.

—— crudaque extruxit brachia terra. i. e. Aggeres, ſive extrema valli cornua.

Porrecta brachia portus. Juven. 12. Sat. 76.

Tyrrhenamque Pharon, porrectaque brachia rurſum, &c.

Procurrunt brachia ſinus, vel potius portus. Ovid. 11. Met. 230.

Brachium, de mari & fluminibus dictum. Liv. 22. 52. pr. Annibal ad minora ducit caſtra oppugnanda: & omnium primum, brachio objecto, flumine eos excludit. [Sed profecto h. l. ut & in alio ex l. 44. c. 35. extr. qui in Lipſ. Theſauro affertur, Munitionis brachium intelligitur, non Cornu, ſeu Diverticulum fluminis, vel Maris ſinus. De mari quidem Ovid. 1. Met. 13.

—— nec brachia longo

Margine terrarum porrexerat Amphitrite. De Fluminibus, quomodo Germani uſurpant, apud veteres auctores non occurrit, niſi quod in Theſ. Lipſ. ex inedito veteri Geographo, Brachia Nili memorantur. Sed is fortaſſis ſequioris ævi eſt. V. Cang. Gloſſ.

Brachia montium. Plin. lib. 5. cap. 27.

Ardua brachia inſulæ. Claud. Epig. 86. (al. 28.) 4. in Deſcript. Inſulæ.

—— fractaſque per undas

Ardua tranquillo curvantur brachia portu.

Brachia in vitibus ſunt, ut flagella, palmites, duramenta. Columel. lib. 6. [puto, 4.] Nec debemus committere ut brachia pleniora trunco ſint. Budæus. conf. l. 4. paſſim. Virg. 2. Georg. 368.

—— tunc ſtringe comas, tunc brachia tonde.

Annoſa brachia arboris. Virg. 6. Æn. 282.

Nemoroſa taxus fundit. Sil. Ital. lib. 13. 595.

Spatiantia paſſim, arboris. Ovid. 14. Met. 629.

Pandit brachia ulmus. Virg. 6. Æn. 282.

—— annoſaque brachia pandit

Ulmus opaca ingens.

Tendere brachia, dicitur æſculus. Virg. 2. Georg. 296.

—— & brachia tendens

Huc illuc, media ipſa ingentem ſuſtinet umbram.

Abrupta brachia Pindi, i. e. Arbores in monte Pindo creſcentes. Claud. Paneg. 3.

Concava Cancri. [χηλαί] Ovid. 10. Met. 127.

Concavare in arcum. Ovid. 2. Met. 195. de Scorpio. Sic

Contrahere. Virg. 1. Georg. 34.

Curvare. Ovid. 2. Met. 82.

Brachium equo, vel potius Centauro. Ovid. 3. Met.

Contractio & Projectio brachii. contraria. Cic. in Orat. 59. Brachii projectione in contentionibus, contractione in remiſſis. [Remiſſionibus Lamb. Malim Contentioribus legere, ut ſit n. abſol. reſpondens τῷ Remiſſis.

Porrectio brachii. Auct. ad Heren. lib. 3. 27. Sin contentio fiet per diſtributionem, celeri porrectione brachii, inambulatione, pedis dextri rara ſupploſione, acri & defixo aſpectu uti oportet. [Niſi hic quoque Projectione legendum.

Cerea brachia. Hor. 1. Carm. 13. 3. i. e. Mollia, aut Ceræ ſimilia. Acron.

Candida. Stat. 3. Silv. 5. 66.

Captiva. Sen. OEth. 2.

Celeri brachio uti. Auctor ad Herenn. lib. 3. 27. Sin contendemus per continuationem, brachio celeri, mobili vultu, acri aſpectu utemur.

Curva. Stat. 6. Theb. 850. al. Vara.

Defeſſa. Sen. Herc. OEth. 14.

Fluentia ſudore. Ovid. 9. Met. 58.

Fortia. Stat. 1. Achil. 328.

Inertia. Ovid. 5. Met. 548.

Laſſata. Juven. 6. Sat. 420.

Lenta. Sen. Octav. 6.

Libera. Ovid. 13. Met. 668.

Liventia. Ovid. 6. Met. 279.

Livida. Hor. 1. Carm. 8. 11.

Mollia. Lucret. lib. 4. 791.

Nigra Vulcani. Juven. 13. Sat. 45.

Nuda. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 30.

Obliqua. Ovid. 5. Met. 215.

Onerata telis. Ovid. 3. Met. 109.

Operoſa. Stat. 1. Theb. 218.

Pallentia. Ovid. 7. Met. 345.

Recta. Quintil. lib. 2. cap. 11.

Retorta tergo. Hor. 3. Carm. 5. 22.

Sæva. Ovid. 2. Met. 82.

Saucia. Ovid. 1. Amor. 14. 18.

Sopita. Ovid. 14. Epiſt. 69.

Subjuncta lacertis. Ovid. 14. Met. 304.

Temeraria. Ovid. 1. Amor. 7. 3.

Adducta brachia ſolvere. Ovid. 9. Met. 52.

Captantia collum. Ovid. 3. Met. 428.

Conſumpta ferro. Stat. 10. Theb. 165.

Circundare brachia collo. Ovid. 9. Met. 458.

Cohibere. Cic. pro Cæl. 11. Nobis quidem olim annus erat unus ad cohibendum brachium toga conſtitutus, & ut exercitatione ludoque campeſtri tunicati uteremur.

Compeſcere. Ovid. 14. Met. 630.

Dare. Hor. 3. Carm. 9. 2.

Nec quiſquam potior brachia candidæ

Cervici juvenis dabat.

Demittere. Virg. 3. Æn. 535.

Demiſſa brachia. Quintil. lib. 2. cap. 13.

Diducere molli motu. Stat. 3. Silv. 5. 66. de Saltatione.

Efferre. Virg. 5. Æn. 427.

Exerere. Ovid. 2. Met. 270.

Exolvere ferro. Tacit. 15. Ann. 63. i. e. Aperta, ſive ſecta vena mortem ſibi aſciſcere.

Extentum brachium. Cic. 2. de Orat. 241. Per tuas ſtatuas vero quum dixit, & extento brachio paululum etiam de geſtu addidit, vehementius riſimus.

Fatiſcere. Stat. 1. Theb. 218.

—— jampridem Cyclopum operoſa fatiſcunt

Brachia.

Ferire. Sen. in Med. 10. Tibi nudato pectore Mænas ſacro feriam brachia cultro.

Ferre humida. Ovid. 19. Epiſt. 60.

Fidere brachiis. Hor. 3. Carm. 4. 50.

Fidens juventus horrida brachiis.

Frangere brachium. Cic. 2. de Orat. 253. Excuſavit Veſpa Terentius, quod eum brachium fregiſſe diceret. V. FRANGO.

Gerere. Ovid. 5. Met. 455.

—— & quæ modo brachia geſſit,

Crura gerit.

Jactare alterna. Virg. 5. Æn. 376.

Oſtenditque humeros latos, alternaque jactat

Brachia protendens, & verberat ictibus auras.

Excuſſa. Ovid. 5. Met. 596.

Jactare in latus. Quintil. lib. 4. cap. 12.

Implicuit brachia collo materno. Ovid. 1. Met. 762.

Injicere collo. Ovid. 3. Met. 389.

—— ut injiceret ſperato brachia collo.

Intendere remis. Virg. 5. Æn. 829.

—— jubet ocyus omnes

Attolli malos, intendi brachia remis.

Laxare. Stat. 1. Achil. 328.

—— & fortia laxat

Brachia.

Mittere. Lucret. lib. 4. 791.
—— quum alternis brachia mittunt.
Movere. Ovid. 2. Met. 696.
—— & brachia movit in herbis.
Nectere. Stat. 1. Achil. 319.
—— & brachia ludo
Nectere, nate, grave eſt?
Opponere. Ovid. 9. Met. 33.
Præbere ſceleri. Ovid. 7. Epiſt. 126.
Præbueram ſceleri brachia noſtra tuo.
Pulſare brachia. Sen. Herc. OEth. 15. Centum populi brachia pulſent. Scilicet ad planctum Herculi dandum.
Remittere. Virg. 1. Georg. 202.
—— ſi brachia forte remiſit.
Tendere. Ovid. 3. Met. 723.
Tollere in numerum. Virg. 4. Georg. 174. De Cyclopibus.
Illi inter ſeſe magna vi brachia tollunt
In numerum. Ovid. 6. Met. 262.
—— non profectura precando Brachia ſuſtulerat.

BRACHIŎLUM, dimin. Catul. 62. 181.
Mitte brachiolum teres, Prætextate, puellulæ.
Eſt item pars Armo juncta in jumentis, apud auctores Rei veterin. V. BRACHIOLARIS.

BRACHIĀLIS, e. Quod eſt brachiorum. Plaut. Pœn. 5. 4. 99. Condamus alter alterum in nervum brachialem.
Craſſitudo brachialis. Plin. lib. 13. cap. 11. Idem 17. 17.
Torques brachialis. Vopiſc. Aurel. cap. 7.

BRACHIALE, is. n. [βραχιόνιον] Ornamentum brachiorum. Plin. lib. 28. cap. 7. Lais & Salpe, canum rabioſorum morſus, & tertianas, quartanaſque febres, menſtruo in lana arietis nigri, argenteo brachiali incluſo. Armillas etiam vocamus. conf. Plin. 32. 1.

BRACHIARIUM Beroald. ex Priſciano. Vide Ber. Comment. in Suet. 229. Sunt autem Armillæ, ornamenta brachiorum, quæ, ut ait, Priſc. alio nomine Brachiaria appellavit. H. St. conf. DEXTRARIOLUM.

BRACHIĀTUS, Adj. [βραχιωτὸς] Quod brachia habet. ut, Brachiata vinea. Columel. lib. 5. cap. 5. Alii capitatas vineas, alii brachiatas magis probant: quibus cordi eſt in brachia vitem componere.
Brachiata arbor. Plin. 16. 30.

BRACHIŎLĀRIS, e. ut, Muſculi brachiolares. Veget. Mulomed. 2. 25. Ubi & de Brachiolorum poſitu in pectore equino.

BRACHIŌNĀRIUM, i. n. Gloſſ. Gr. Lat. ψέλιον ἀνδρὸς, brachionarium.

BRACHMĀNES, um; & æ, arum. m. pl. [Βραχμᾶναι] Indiæ populi, & philoſophi: quorum philoſophandi genus, ut indicat Strab. lib. 15. non adeo a Pythagoricis præceptis alienum eſt. Plin. lib. 6. cap. 17. Multarumque gentium cognomen Brachmanæ. V. GYMNOSOPHISTÆ.

BRACHODES Extrema, [βραχώδης ἄκρα] Urbs Africæ minoris Ptolemæo. Vulgo *Monexi*.

BRACHYBII, [βραχύβιοι] a Dionyſio vocantur Æthiopes a vitæ brevitate. Siquidem quadrageſimum annum non excedunt.

BRĂCHȲCĂTĂLECTOS, [βραχυκατάληκτος] Breviter terminatus verſus, cui deeſt in fine pes. Dicitur & Brachycatalecticus.

BRĂCHȲLŎGIA, æ. f. [βραχυλογία] Latine Breviloquium dicitur. Quintil. lib. 9. cap. 3. Diſſolutio, figura vocatur apta, quum quid inſtantius dicimus. Nam & ſingula inculcantur, & quaſi plura fiunt. Ideoque utimur hac figura non in ſingulis modo verbis, ſed ſententiis etiam: ut Cicero dicit contra concionem Metelli. Qui indicabantur, eos vocari, cuſtodiri, ad Senatum adduci juſſi, in Senatu ſunt poſiti. Et totus hic locus. Hoc genus βραχυλογίαν vocant, quæ poteſt eſſe Copulata diſſolutio. Contrarium eſt Schema, quod conjunctionibus abundat. Illud ἀσύνδετον, hoc πολυσύνδετον dicitur. Hæc Fabius. conf. Idem 8. 3.

BRACTEA, æ. f. [ἐλασμὸς, πέταλον] eſt Lamina tenuis, & ſponte plicabilis, ut præ tenuitate interdum crepitet. Virg. 6. Æn. 209.
Talis erat ſpecies auri frondentis opaca
Ilice, ſic leni crepitabat bractea vento. Veruntamen ita tenuis nonnunquam bractea eſt, ut crepitare non poſſit, ut illa ex qua fit auratura & argentatura. Plin. lib. 21. cap. 3.
Bracteæ ligni. Plin. lib. 16. cap. 43. Idem 37. 7.
Tenuis bractea. Ovid. 3. de Arte Am. 232.
Inſpice quam tenuis bractea ligna tegat. conf. Martial. 9. 63. Solin. cap. 1. Valla 4. 74. vel Lex. Pitiſc.

BRACTEALIS, vel BRATTEALIS, e. Prudent. Hymn. Rom. v. 1025.
Setaſque fulgor brattealis inficit.

BRACTEAMENTUM, i. n. Subtile figmentum. ut Vet. Gloſſ. exponit. Fulgent. Virgil. Continent. p. 140. Ed. Munker. Aſcræi fontis bracteamento ſaturior.

BRACTEARIUS, i. m. [πεταλουργὸς] Qui aurum malleis tuſum, & in quamvis tenuitatem ductile, rebus inaurandis inducit. Budæus. Ea dictione utitur Arcadius in l. ult. D. de jure immun. Firmic. quoque lib. 4. cap. 15. & 8. 26.

BRACTEĀTOR, ōris. m. Idem. Firmic. 8. 16. Quicunque habuerit horoſcopum in XVII. parte Scorpii, erit aurifex, inaurator, & bracteator.

BRACTEATUS, a, um. Sidon. 2. Epiſt. 10. Bracteatum lacunar. Sen. Epiſt. 115. Bracteata felicitas. Bracteata coma. V. Lex. Pitiſc.
Ex Pontano 253. annotarat H. St.

BRACTEŎLA, æ. [ἐλασμίδιον] dimin. Juven. 13. Sat. 152.
—— qui bracteolam de Caſtore ducat. Arnob. lib. 6. p. 205. Prudent. Pſych. 355.

BRACTIA, Inſula eſt una Illyrici. Inſulas autem Illyrici amplius mille frequentatas, Plin. eſt auctor.

BRADEAS, Præcipuæ nobilitatis vir, Rhegillæ uxoris Herodis ſophiſtæ frater, argumentum generis geſtabat in calceis. Id autem erat epiſphyrion menoides eburneum, quod ſignificat fibulam cornicantem, qualis ferme figura in Luna eſt, quum paulum craſſeſcit. Ab hoc fertur proverbium, Nobilitatem in aſtragalis geſtare: quod in eos recte dicitur, qui generis præſtantia tumentes, nulla ipſi virtute nituntur. V. Cæl. Rhodig. lib. 20. cap. 27.

BRAGADA, Fluvius qui juxta Uticam labitur. Aliis Bagrada vocatur. q. V. ſuo loco.

BRAGÆ, Inſulæ Africæ quædam ſunt deſertæ. Plin. lib. 6. cap. 28.

BRANA, Turdulorum oppidum eſt in Hiſpania, & conventus Cordubenſis. Plin. lib. 3. cap. 1.

BRANCA, æ. f. Idem quod Brachium vel Ungula, [Immo Veſtigium, ſeu Planta pedis] ut Branca lupi, branca urſi. apud Vet. Auct. de Limit. Goeſ. p. 310.

BRANCA URSINA, [ἄκανθος] Herba eſt foliis lactuca latioribus, longioribuſque, erucæ modo laciniatis, nigricantibus, ac molli quodam lævore pinguibus, eadem prorſus cum Acantho, ut videre eſt apud Matthiol. in Dioſc. lib. 3. cap. 17.

BRANCE, Galliæ far eſt. Plin. Galliæ quoque ſuum genus farris dedere: quod illic Brance vocant, apud nos Sandalum, nitidiſſimi grani. Et alia differentia eſt, quod fere quaternis libris plus reddit panis, quam far aliud. Hæc ille lib. 18. cap. 7. ubi Hard. ex Mſſ. Bracem & Sandalem reſtituit.

BRANCHIÆ, arum. f. [βράγχια] dicuntur in piſcibus, ſecundum cervicem follium more hiantes partes, quibus anhelitum reddere, ac per vices recipere exiſtimantur. Plin. 9. 7. & 18. Piſcium alii branchias multiplices habent, alii ſimplices, alii duplices. His aquam acceptam ore remittunt.
Utitur in ſingulari numero, Vulg. Interp. Tob. 6. 4.

BRANCHIDÆ, Apollinis Didymæi ſacerdotes, apud Poſideum oppidum & promontorium Ioniæ, qui locus (inquit Plin. lib. 5. cap. 29.) prius Branchidarum oraculum dicebatur, nunc Didymæi Apollinis, quo in loco de Brancho & Apollinis amore conficta fabula eſt. Auct. Strab. lib. 14. conf. Pomp. Mel. 1. 17. & Lucian. Pſeudoman. p. 719. & 734. Ab his orti

BRANCHIDÆ, Populi Aſiæ. V. Curt. 7. 5. 28.

BRANCHUS, ut ſcribit Lactant. Filius fuit Apollinis ex filia Iaucis & Sucronis conjuge ſuſceptus, qui quum Apollinis malas deoſculatus eſſet, ab eo captus, coronam & virgam accepit, cœpitque vaticinari, & ſubito nuſquam apparuit: poſt hoc ingens templum eſt ei ædificatum, quod Branchiadon nominarunt.
Idem auctor alibi dicit Branchum, quendam Theſſalum fuiſſe, ab Apolline maxime dilectum, cui poſt mortem in ſuo templo ſacra fieri idem juſſit. Hinc Apollo Branchiades dictus eſt, & Branchiadæ communes Apollinis & Branchi ſacerdotes.
Branchi meminit Stat. 3. Theb. 479. Strabo lib. 14. Boccat. de Geneal. Deor. 5. 10. p. 125.

BRANCHUS, vel BRANCHOS, [βράγχος] Raucedo, & aſperæ arteriæ paſſio, quum humor ad guttur deſcendit, ita ut madente interiore pellicula vox rauceſcat: unde & arteriacum hoc vitium appellant, quod aſperam arteriam peculiariter infeſtet. Contingit etiam interdum citra humoris defluxum, nimia vociferatione, vel frigidi aeris inſpiratione, ut & Ægineta aſſerit, & experientia ipſa confirmat. V. Iſidor. 4. 7.

BRANCOSI, Populi ſunt Aſiæ. Plin. lib. 6. cap. 20.

BRANNOVICES, um; vel BRANNOVII, orum. Populi Galliæ Narbonenſis ignoti, de quibus Cæſ. 7. Bell. Gall. 75.

BRASIDAS, dux Lacedæmoniorum, circa Amphipolim ab Athenienſium multitudine numero impar deprehenſus, claudendum ſe præſtitit, ut per longum coronæ ambitum extenuaret hoſtilem frequentiam: quaque rariſſimi obſtabant, erupit. Frontinus, 1. 5. 23.
Braſidas quidem vir bonus, ſed Lacedæmon multos habet præſtantiores. Adverſos eos qui ſe non modo primos, verumetiam ſolos exiſtimant. Natum proverbium ex apophthegmate, quemadmodum docet Plutarchus in Laconicis, & vita Lycurgi.

BRASMA, ătis. [βράσμα] Bulla ſcaturientis aquæ. Hinc
Braſma, Piper atrophum & inane dixit Dioſc. 2. 89. conf. mox BRECHMA.

BRASMATIÆ, arum. f. [βρασματίαι, a βράσσω ebullio] Terræ motus. Ammian. 17. 7. Eoſdem Braſtas vocant Apul. de Mundo p. 256. & Strabo lib. 5. βράσται σεισμοὶ Ariſtot. de Mundo.

BRASSĬCA, æ. f. [κράμβη] a Præſecando eſt dicta, auctore Feſto. Braſſica (inquit Varr. lib. 4. L. L. 21.) ut Præſeca: quod ex hujus ſcapo minutatim præſecatur. Cato de R. R. cap. 156. Braſſica eſt quæ omnibus oleribus antiſtat. Cic. 2. de Nat. Deor. 120. Jam vero vites ſic claviculis adminicula tanquam manibus apprehendunt, atque ſe ita erigunt ut animantes: quinetiam a caulibus braſſiciſque, ſi propter ſati ſint, ut a peſtiferis & nocentibus refugere dicuntur, nec eos ulla ex parte contingere. Cato cap. 157. de braſſicæ generibus, Nunc uti cognoſcas genera earum, prima eſt lævis, quæ nominatur λεία, grandibus & latis foliis, caule magno: validam hæc naturam, & vim magnam habet. Altera eſt criſpa, quæ a ſimilitudine apii σελινοειδὴς vocatur. Hæc eſt & aſpectu & natura bona ad curationem, validiorque eſt quam quæ ſupra ſcripta eſt. Item eſt tertia, quæ κράμβη vocatur, minutis caulibus, tenuioribus foliis, & acerrima omnium eſt iſtarum, tenui ſucco vehementiſſima. Et primum ſcito, de omnibus braſſicis nulla eſt illiuſmodi medicamentoſior. conf. Plin. 19. 8. & 20. 9. & Lex. Pitiſc. Plaut. Pſeud. 3. 2. 26. V. in BLITUM. Braſſicam capitatam, vulgus Gallicum vocat *des choux cabus.*
Macerare braſſicam in aquam. In MACERO.
Vincta junco levi braſſica. Propert. lib. 4. 2. 44.

BRASTÆ. V. BRASMATIÆ.

BRATHY, [βράθυ] Herba Sabina aliter dicta, duorum generum eſt: altera tamarici ſimilis folio, altera cupreſſo. Quare quidam Creticam cupreſſum dixerunt. A multis in ſuffitus pro thure aſſumitur. In medicamentis vero duplicato pondere eoſdem effectus habere, quos cinnamum, traditur. Verba ſunt Plin. lib. 24. cap. 11. conf. Apul. de Herb. cap. 85. & Dioſc. 1. 89.

BRATTIA, Mœſiæ provinciæ, quæ Pannoniis jungitur, inſula eſt, ut ſcribit Plin. lib. 3. cap. ult.

BRAVIUM, V. BRABIUM.

BRAURON, [Βραύρων, ἡ Βραυρὼν] Atticæ Demus, ſeu oppidum, ubi Dianæ Brauroniæ ſacellum erat. Strabo lib. 9. & Plin. lib. 4. cap. 7. Melæ Brauronia oppidi nomen.

BRAURONIA, [Βραυρωνία] Diana cognominata, a Braurone populo, ut ſcribit Stephan. & Strab. l. c. Brauron vero heros fuit, unde loco nomen. Brauroniæ Dianæ fanum Athenis fuit in arce, cujus ſimulacrum Praxitelis opus fuit, ut ait Pauſan. Meminit, & Herodotus.

BRAURONIA, n. pl. [Βραυρώνια] Feſtum erat in honorem Dianæ Athenis celebrari ſolitum, in quo capra ſacra faciebant: ubi & Rhapſodi primum Homeri Iliada decantaverunt. Heſychius.

BRAVUM, [Βραῦον] Urbs Hiſpaniæ Ptolemæo, vulgo *Burgos*, olim *Masburgi*, aliis *Auca*

BRAXEÆ, arum. f. Calceamenta comœdorum. Iſidor. 19. 34. παρὰ τὸ βράξαι, quod crepent inter eundem.

BRECHMA, is. f. Vitium est in piperis arboribus ex cæli intemperie, quo carbunculantur, fiuntque semina cassa & inania, sic Indorum lingua significante arbortum. Ex Plin. lib. 12. cap. 7. Al. codd. Brecma vel Brioma. Diosc. βρέγμα q. v.

BREGETIUM, i. n. Urbs superioris Pannoniæ. Hodie *Bonezhida*, Ptol. Geogr. 11. Gruter. p. 262. n. 8.

BREGI, & Breges, & Phryges, iidem sunt. Strabo lib. 12.

BREGMA, ătis. [βρέγμα] a medicis proprie appellatur Pars anterior capitis, supra frontem capillis tecta, quæ & Sinciput a Latinis dicitur: quanquam etiam frequenter apud Græcos pro Toto capite positum invenitur.

BREGMENTENI, Asiæ populi in Troade. Plin. lib. 5. cap. 30.

BRENDA, a Poetis quibusdam brevitatis caussa dicta fuit Apuliæ urbs Brundusium. Festus. Sed V. Scalig. & Dacer. not.

BRENNI, Norici populi. V. BREUNI.

BRENNUS, [Βρέννος] Senonum Gallorum regulus, & dux: in cujus mentione occupatissimus est Liv. lib. 5. 38. &c.
Brennus sacrilegus. Propert. lib. 3. 13. 51.

BRENNUS, Mons in Germania. V. Philargyr. ad Virg. Georg. 4. & Bernegg. ad Suet. Cæs. cap. 25. p. 47. Ortel. Thes. Geogr.

BRENO, Dux Gallorum, qui Brenonam Venetorum urbem ædificavit; quæ postea literarum mutatione Verona dicta est. Nonnulli scribunt duplici N.

BREPHOTROPHĪUM, i. n. [βρεφοτροφεῖον] Latine Parvulorum hospitium dicitur, domusque est alendis infantibus parata. l. 19. C. de sacrosanct. eccl.

BREPIUM, Promontorium est Achaiæ. Plin. lib. 4.

BRETENA, [Βρέτινα] Urbs Italiæ sub Venetia, Ptolemæo. Plin. Brintum vocat: hodie *Brignano*.

BRETOLÆUM, Ptolem. Lusitaniæ oppidum est, quod hodie Britium dicitur.

BREUCI, teste Plin. lib. 4. cap. 35. sunt Pannoniæ populi, ad Saum fluvium. De his V. Strab. lib. 7. & Ursat. de Not. Rom. Thes. Græv. Tom. 11. p. 581. D.

BRĔVIS, e. [βραχὺς, βαιὸς, σύντομος] proprie Quod opponitur Longo. Cic. 4. Acad. 92. Multa pauca, magna parva, longa brevia, lata angusta. Ovid. 2. Amor. 4. 36.
Conveniunt voto longa, brevisque meo.
Brevia, pro Confectariis. Cic. 4. de Fin. 48. Venio ad illa tua brevia, quæ confectaria esse dicebas, & primum illud quo nihil potest esse brevius. Budæus. conf. 3. 26.
Aliquid contractione brevius fieri, aut productione longius. Cic. 3. de Orat. 194.
Verborum ambitus contractus & brevis. Cic. de Clar. Orat. 162. Et ambitus ille verborum, si sic periodum appellari placet, erat apud illum contractus & brevis.
Vitæ exiguum & breve curriculum. Cic. pro Arch. 28. Quid est quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo & tam brevi, tantis nos laboribus exerceamus?
Cursu brevissimus fluvius, Qui non longe decurrit. Ovid. 14. Met. 329.
Breve vitæ reliquum. Plaut. Merc. 3. 2. 4.
Decurso in spatio breve quod vitæ reliquum est.
Actio brevis atque concisa. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Ævum breve. Hor. 2. Serm. 6. 97. —Quam sis ævi brevis.
Ævum breve & fragile. Plin. Paneg.
Alvus brevis. Virg. 3. Georg. 80. — illi ardua cervix:
Argutumque caput: brevis alvus: obesaque terga.
Anni breves, pro ætate brevi. Hor. 4. Carm. 13. 22.
Aqua, i. e. fretum. Ovid. 18. Epist. 174.
Num minus hoc nobis tam brevis obstat aqua?
Auditu brevi quamvis magna transibat, impar curis gravioribus. Tacit. 2. Hist. 59.
Caput breve. Hor. 1. Serm. 2. 89.
Casus brevis hæc rapiet. Sen. Troad. 273.
Census, pro Exiguo. Hor. 2. Carm. 15. 13. Sic
Cœna brevis juvat. Hor. 1. Epist. 14. 35.
Coluber. Ovid. 2. Epist. 119.
Assuit Alecto brevibus torquata colubris.
Coma. Sen. Hippol. 6.
Commendatio. Plin. lib. 11. cap. 42.
Cura. Hor. 2. Epist. 1. 216. Curam impende brevem.
Cursus brevissimus. Virg. 3. Æn. 507.
Dies brevior. Ovid. 2. de Pont. 4. 12.
Sæpe fuit brevior, quam mea verba, dies. i. e. Brevior visus est.
Dominus. Hor. 2. Carm. 14. 24. i. e. Parvi temporis, ut ait Acron; vel Brevis vitæ, ut Porphyrio interpretatur.
Donum, Non durabile. Sen. Hippol. 6.
Epistola. Cic. 1. Att. 9.
Excursus. Virg. 4. Georg. 194.
Fila breviora. Ovid. 5. Trist. 10. 46.
Flores. Hor. 2. Carm. 3. 13. Sunt qui ad v. Rosæ epitheton referunt.
Foliis brevioribus ornare aliquem. Hor. 1. Epist. 19. 26. Minori corona decores Schol. i. e. Parcius laudes.
Forma. Ovid. 5. Met. 457. de Lacerta.
Fortuna. Sil. Ital. 4. 734.
Pelle moras, brevis est magni fortuna favoris. i. e. Cito transit.
Frons. Martial. lib. 4. 42.
Fructus hic brevis homullis. Lucret. lib. 3. 925.
Furor ira. Hor. 1. Epist. 2. 62.
Gaudium. Sen. Octav. 4.
Gyaræ breves. Juven. 1. Sat. 73. Sunt qui subst. esse putant Brevibus, a recto Brevia. q. V. mox.
Gyro breviore flecti. Sen. Hippol. 3.
Herba lapathi brevis. Hor. 2. Serm. 4. 29.
Ilex brevior. Sen. OEth. 13. Rapit alta flammas pinus, & robur tenax, Et brevior ilex.
Iter. Ovid. 1. de Ponto, 4. 32.
Latus. Hor. 1. Serm. 2. 93.
Lilium. Hor. 1. Carm. 36. 16. i. e. brevi tempore durans. Schol.
Litus. Tacit. 14. Ann. 29. Navesque fabricatur plano alveo adversus breve litus & incertum.
Brevissimi loculi, Repositoria in quibus monilia magnum patrimonium æquantia servantur. Annotavit Rhenan. in lib. Tertull. de Habitu muliebri.
Mensa. Hor. de Arte Poet. 198.
Mensura. Ovid. 9. Met. 788.
Mora. Sen. Troad. 8.
Mus. Ovid. 2. Fast. 574.
Occasio. Ter. Eun. 3. 5. 57. An ego occasionem mihi ostentatam, tam brevem, tam optatam, tam insperatam amitterem?
Opus. Ovid. 15. Epist. 4.
An, nisi legisses auctoris nomina Sapphûs,
Hoc breve nescires unde veniret opus?
Ora. Lucret. lib. 4. 179. —— ut brevis ora teratur.
Pœnæ. Sen. OEdip. 12. Itane tam magnis breves pœnas sceleribus solvis?
Pondus, pro Corpore. Hor. 2. Serm. 2. 37. —— Quia scilicet illis
Majorem Natura modum dedit, his breve pondus.
Præcepta. Cic. 1. de Orat. 145. Nam de actione & de memoria quædam brevia, sed magna cum exercitatione præcepta gustaram.
Sermo. Plaut. Mil. 4. 2. 29.
Sigilla brevia. Ovid. 6. Met. 86. —— Certamina quatuor addit,
Clara colore suo, brevibus distincta sigillis. i. e. Parvis signis, seu imaginibus. de Palladis tela.
Solamen. Sen. Octav. 3. Spes una mihi, totque malorum breve solamen.
Somnus. Sen. Troad. 6. Brevisque fessis somnus obrepsit genis.
Spatium. Lucret. lib. 4. 162.
Et ceu multa brevi spatio submittere debet
Lumina Sol, ut perpetuo sint omnia plena.
Stultitia. Hor. 4. Carm. 12. 27.
Misce stultitiam consiliis brevem:
Dulce est desipere in loco.
Summa. Martial. lib. 12. 67.
Syllaba sive litera brevis, cui contrarium Longa vel producta. Cic. in Orat. 159. Inclytus dicimus brevi prima litera, insanus producta.
Tempus breve. Virg. 10. Æn. 467.
—— breve & irreparabile tempus
Omnibus est vitæ.
Tempore brevi. Cic. 2. Tusc. 5. Atque Oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad summum: ut jam (quod natura fert in omnibus fere rebus) senescat: brevique tempore ad nihilum ventura videatur.
Terra brevissima. Plin. Epist. 282.
Vasculum brevissimum. Pallad. de R. R. 5. t. 8.
Ver breve. Ovid. 1. Met. 117.
Perque hiemes, æstusque, & inæquales Autumnos,
Et breve Ver, spatiis exegit quattuor annum.
Via. Virg. 9. Ecl. 23.
Tityre, dum redeo, brevis est via, pasce capellas.
Via brevior mortis. Tibul. 1. 10. 4. Nep. 18. 8. 5.
Via brevissima. Ovid. 5. Met. 253.
Vipera brevis. Hor. Epod. 5. 15.
Canidia brevibus implicata viperis. conf. Coluber supra.
Vita. Ovid. 3. Met. 124.
Jamque brevis vitæ spatium sortita juventus.
Vitam brevem colere. Plaut. Pseud. 3. 2. 33.
Breve facere aliquid. Cic. in Sallust. 5. Jam dabo operam quam maxime potuero, ut breve id faciam.
Absolute. Cic. 11. Att. 7. Breve faciam.
Brevis esse laboro, obscurus fio. Hor. de Arte Poet. 25.
Ad breve: subaud. Tempus. Suet. Tiber. 68. Erat prægrandibus oculis, & qui, quod mirum esset, noctu etiam & in tenebris viderent, sed ad breve.
In breve cogi. Hor. 1. Epist. 20. 8. —— & scis
In breve te cogi, quum plenus languet amator.
In brevi, scil. Tempore. Cic. ad Octav. O miseram & in brevi tam celerem & tam vanam Reip. commutationem!
Brevi, abl. & subauditur tempore. Cic. 7. Verr. Brevi postea est mortuus. Plaut. Rud. prol. 55. Potesse ibi eum brevi fieri divitem. Brevi non agnoscunt codd. emendati.
Puto de futuro dici frequentius. Quæ diræ brevi ab omnibus diis exauditæ, ut sæviret ipse in suum sanguinem effecerunt. Livius de quodam rege. H. St.
Adesse brevi. Ovid. 3. de Pont. 4. 99. conf. Nep. 2. 4. 4. Liv. 1. 9.
Brevi, adv. sive abl. pro adv. Idem significans quod Paucis verbis, sive Breviter. Cic. pro Cæcin. 94. Tametsi extra causam est, percurram tamen brevi.
Circumscribi & definiri brevi. Cic. pro Sext. 97. Sed genus universum (ut tollatur error) brevi circumscribi & definiri potest.
Complecti brevi. Cic. 1. de Orat. 190. Nunc complectar quod proposui brevi.
Dicere aliquid brevibus, & Brevibus agere; dixit Cicero pro eo quod alii dicunt Uno verbo. [Δι' ὀλίγων. H. St.
Docebo brevi. Phædr. præf. lib. 3. 31.
Proponere brevi, Synon. Breviter. Auct. ad Herenn. 4. 36. Transitio vocatur, quæ quum ostendit breviter quid dictum sit, proponit item brevi quid consequatur.
Respondere brevi. Cic. 3. Fam. 8. Faciendum mihi putavi, ut tuis literis brevi responderem.
Brevi, aliter acceptum. Gell. lib. 13. cap. 17. Fuit autem Æschylus non brevi antiquior Euripide. h. e. Longe antiquior.
Brevis, m. vel Breve, n. substantive pro Libello ponitur aliquando in quo quid scriptum est. l. ult. de con. fisci debitor. in C. Inter chartulas confiscati, brevis quidam asseveratur inventus, qui nomina debitorum contineret. Lamprid. de Alex. cap. 21. Milites suos sic scivit, ut in cubiculo haberet breves & numerum & tempora militantium. Vopisc. in Aurel. cap. 36. Breve, inquit, nominum conscripsit. [Immo Brevem, ut p.p. Ac brevem legit singulis. Sic in Bonoso c. 15. Juxta brevem legendum, quia subjicit, Brevis munerum fuit. Omnino in n. g. exempla desidero.
Brevia speciatim Pontif. Rom. Epistolæ barbaris demum seculis dici cœperunt.
Brevia, um. Vadosa, per quæ possumus vadere. ait Serv. ad Virg. 1. Æn. 115.
In brevia & Syrtes urget. i. e. In brevia Syrtium. Serv. ibid. ubi & reliquos Interpp. V. conf. supra Gyaræ breves.
Brevia littorum nudantur. Tacit. 6. Ann. 33.
Brevia Profundis opponit Tacit. 1. Ann. 70. Neque, inquit, discerni poterant incerta ab solidis, brevia a profundis. conf. Sen. Epist. 22.

Vada brevia. Sen. Herc. fur. 572.

Has inopis undæ brevia comminuunt vada. Scil. naves.

Deprehensus hæsit Syrtium brevibus vadis. Virg. 5. Æn. 221.

Brevio, [ἐπιτέμνω, συντέμνω] āre. Quintil. lib. 1. cap. 9. Qua & breviare quædam, & exornare salvo modo poetæ sensu permittitur. Manil. 3. 461.

Ex illa totidem per partes sic breviantur. conf. Lactant. Epit. 8. 6. Vet. Gloss. βραχύνω, brevio.

Bud. etiam ex Varrone hoc Breviare. H. St.

Breviatus, a, um. ut, Breviatis gradibus ascendere. Sidon. 2. Ep. 2.

Breviatio, ōnis. f. Augustin. Epist. 80. ad Hesych

Breviator, ōris. m. P. Oros. Hist. adv. Pagan. 1. 8.

Breviarium, i. n. [ἐπιτομή] Opus concisum. Græce Epitome fœminino genere. Suet. Aug. cap. 101. Fecit & breviarium totius imperii, quantum militum sub signis ubique esset, quantum pecuniæ in ærario & fiscis & vectigaliorum residuis. conf. Idem Vesp. cap. 21. Galb. cap. 12. ait, Galbam ordinario quidem dispensatori breviarium rationum offerenti, paropsidem leguminis porrexisse. Sic Plin. lib. 18. cap. 26. Ut pariter (inquit) totius culturæ breviarium quoddam peragatur. Pro eo accepit quod vulgo *Borderellum* dicimus. Hæc ex Budæo. V. Plin. lib. 7. cap. 26. Bœcler. ad Tacit. 1. Ann. 11. p. 236. Rupert. ad Flor. p. 114. sq. Olim, ut ait Seneca Epist. 39. pr. vocabatur Summarium. V. Borrich. Cogit. p. 52. conf. Lex. Pitisc.

Elias Vinetus præfatione in Solinum: Antiquus codex, cujus fide Livii, Flori & Eutropii breviaria rerum Rom. restituimus. Vide an ita vocentur. H. St. [Eutropio hanc inscriptionem ex Mſ. vindicat Vinet. cujus V. in eum auctorem præf. ut & quæ Cellarius de eadem.

Breviarius, a, um. Adj. ut, Breviariæ rationes, Quæ in breve contractæ sunt. Scæv. l. ult. D. de pecul. legat. 8. 26. An peculio prælegato, & centum aurei, & usuræ eorum debentur, quum rationibus breviariis & sortem & usuras complexus sit. Ulpian. in l. 3. §. 6. tit. seq. Logarium, opinor, hoc appellat. Hotoman.

Breviculum, i. n. Libellus brevis. Budæus.

Brĕvĭcŭlus, a, um. dimin. ut, Homo breviculus. Plaut. Merc. 3. 4. 54. Grabatulus breviculus. Apul. 1. Miles. p. 107.

Brevigĕrŭlus, i. m. Qui breve gerit. Gloss. Isidor.

Brevilŏquens, entis. Partic. [βραχυλόγος] Qui paucis aliquid scribit, aut dicit. Cic. 7. Att. 20. Breviloquentem jam me tempus ipsum facit.

Breviloquentia, æ. f. [βραχυλογία] Idem quod Breviloquium. Cic. de Repub. Breviloquentiam in dicendo colat. Ex Gell. lib. 12. 2.

Brevilŏquus, a, um. vel **Breviloquis**, e. βραχυλόγος. Gloss. ambo Labbæi: item Gr. Lat. H. Steph. p. 413. ex Apollon. Stob. Serm. 133. βραχυλογώτατος profert.

Brevitas, ātis. f. [βραχύτης, συντομία] Cic. 3. Verr. 103. Multa autem propter rationem brevitatis ac temporis prætermittenda existimem. Idem in Brut. 50. Brevitas autem, laus est in aliqua parte dicendi, in universa eloquentia laudem non habet.

Contractio & brevitas. Cic. in Orat. 193. Quia contractio & brevitas dignitatem non habet.

Imitatio brevitatis. Cic. 1. de Invent. 28. Ac multos imitatio decipit brevitatis, ut quum se breves putent esse, longissimi sint.

Habilis brevitate. Ovid. 2. Amor. 4. 35.

Hæc habilis brevitate sua est. Brevitate, Ob brevitatem.

Ambitus brevitas, & Longitudo ambitus, contraria. Cic. in Orat. 199.

Arboris brevitas. Plin. lib. 12. cap. 2. Namque & chamæplatani vocantur coactæ brevitatis, quoniam arborum etiam abortus invenimus.

Diei brevitas, & longitudo noctis. Cic. 7. Verr. 26. Ita diei brevitas conviviis, noctis longitudo stupris & flagitiis obterebatur.

Horæ brevitas. Sil. lib. 3. 141.

Pedum brevitas, & Proceritas contraria. Cic. in Orat. 211. ubi de Numero oratorio.

Pili brevitas. Plin. lib. 8. cap. 55. Necnon & vestes leporino pilo facere tentatum est, tactu non perinde molli ut in cute, propter brevitatem pili dilabidas.

Temporis brevitas. Cic. 1. Att. 18. Brevitate temporis tam pauca cogerer scribere.

Brevitas in sententia. Cic. 3. de Legib. 40. Nam brevitas non modo Senatoris, sed etiam oratoris magna laus est in sententia.

Judicium brevitatum in sonis. Cic. in Orat. 173. Et tamen omnium longitudinum & brevitatum in sonis, sicut acutarum graviumque vocum, judicium ipsa natura in auribus nostris collocavit.

Acutior brevitas atque velocior in urbanitate. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Concisa brevitas. Cic. 3. de Orat. 202. Et distincte concisa brevitas, &c.

Nuda & inornata. V. inornatus.

Non inornata brevitas esse debet, alioqui sit indocta. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Pura & illustris. Cic. in Brut. 292. Nihil enim est in historia, pura & illustri brevitate dulcius. De Cæsaris commentariis loquitur, in quibus hujusmodi brevitas cognoscitur. Brevitas vero nisi sit illustris, fit illud Hor. Arte Poet. 25.

—— brevis esse laboro,
Obscurus fio.

Brevitas Sallustiana vitanda est. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Brevitatis causa, familia contenti erimus una. Cic. 2. Off.

Brevitate & celeritate syllabarum verba proclivius labuntur. Cic. in Orat. 191.

Brevitate sententiæ non satis apertæ. Cic. in Brut. 66. Nam ut horum concisis sententiis, interdum etiam non satis apertis, cum brevitate tum nimio acumine, &c.

Consequi cum brevitate. Cic. 2. de Legib. 18. Eum morem igitur cum brevitate (si potuero) consequar.

Brevitas pro Parvitate. Cæs. 2. Bell. Gall. 30. Gallis præ magnitudine corporum suorum brevitas nostra contemtui est. conf. Claud. Epig. 20. & Pallad. de Insit. v. 157.

Brevĭter, Adv. [ἐν ἐπιτομῇ, συντόμως] Idem quod Brevi. Cic. de Amicit. 6. Itaque multa ab eo prudenter disputata, multa etiam breviter & commode dicta, memoriæ mandabam.

Affari breviter aliquem. Virg. 4. Æn. 632.

Tum breviter Barcen nutricem affata Sichæi.

Attingere aliquid cursim & breviter. Plin. lib. 1. Epist. 20.

Audire breviter. Virg. 2. Æn. 11.

Sed si tantus amor casus cognoscere nostros,
Et breviter Trojæ supremum audire laborem.

Complecti aliquid breviter & absolute. Auct. ad Heren. lib. 1. 18.

Describere aliquid breviter summatimque. Cic. in Orat. 50.

Dicere & exponere breviter. Cic. 4. Verr. Dicit unus & alter breviter. Et paulo post, Exponam vobis breviter quid hominis sit. Et 1. de Orat. 107. Neque gravabor breviter meo more quid quaque de re sentiam, dicere. conf. Nep. 25. 18. 6.

Dicere aliquid breviter & in transcursu. Plin. lib. 3. cap. 5.

Fari breviter. Virg. 6. Æn. 321.

Compar. Brevius. Cic. 4. Fin. 10. Quod ego pluribus verbis, illi brevius. conf. Idem 3. Fam. 8.

Spe brevius, Citius quam putaras. Ovid. Rem. Amor. 804.

Spe brevius monitis expediere meis.

Superl. Brevissime. [βραχύτατα] Cic. 7. Verr. 13. Tantum brevissime dico, Judices.

Usurpatur & de tempore. ut, Iratum breviter vites, inimicum diu. Publ. Syrus.

Breuni, [Ptol. Βρεῦνοι] Plinio inter Alpinas gentes numerantur. Sic enim ex inscriptione trophæi Alpium lib. 3. cap. 20. Gentes Alpinæ devictæ, Triumpilini, Camuni, Venostes, Vennonetes, Isarci, Breuni, &c. Veloces Breuni. Hor. 4. Carm. 14. 11. Ubi al. Brenni. Sunt qui & Brenci, Breones vel Briones efferunt. Dicitur adhuc val *Bregna*, Germ. *Palenser thal*, teste Schudo de Prisca Alpina Rhætia p. 97. qui negat eosdem esse Breunos Ptolemæi ac Plinii, quod asserit Hard.

B R I

Bria, V. infra in menebria.

Brĭăreus, trisyll. [Βριάρεως] Gigas, Cæli & Terræ filius fuit, alio nomine Ægæon dictus, quem perpulchre his versibus depinxit Virg. 10. Æn. 565. &c.

Ægæon qualis, centum cui brachia dicunt,
Centenasque manus: quinquaginta oribus ignem
Pectoribusque arsisse: Jovis quum fulmina contra
Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses.

Centumgeminus Briareus. Virg. 6. Æn. 287.

Et centumgeminus Briareus, ac bellua Lernæ.

Vastus Briareus. Sen. OEth. 2.

Brĭărēius, a, um. Adj. quinque syllab. Claud. de Rapt. Proserp. 3. 188.

Appetiit centum Briareia turba lacertis.

Brias, adis. Urbs est Pisidiæ regionis in Asia, Strabo, Artemidorum antiquum scriptorem testem citans.

Brigantes, um. pl. [Βρίγαντες] Populi in Septentrionali parte Angliæ. Juven. 14. Sat. 196. Tacit. 12. Ann. 32. & Vita Agric. cap. 17.

Brigantes, Vermiculi qui cilia arare & exulcerare solent. Marcel. Emp. cap. 8.

Brigantia, æ. f. vel **Brigantium**, i. n. [Βριγάντιον] oppidum Vindelicorum juxta Rhenum, ad lacum Acronium. V. Strab. lib. 4. & Ptolem. Ammian. 15. 4. Panciroll. Not. Imp. Occid. cap. 82. Hodie *Bregentz*. Unde,

Brigantii, ejusdem Oppidi incolæ. Strab. p. 142. &

Brigantinus Lacus Rhætiæ, inter Alpes, qui mustelas marinis æmulas generat. Plin. lib. 9. cap. 17.

Brigantium, [Βριγάντιον] Hispaniæ civitas: vulgo hodie *Compostella*, oppidum sancti Jacobi vocatur. Ptolemæo Flavium Brigantium dicitur. Est & Brigantium, Cenomanorum urbs Ptolemæo, vulgo *Briançon*.

Brigiani, Populi inter Alpinas gentes, Plinio numerantur cap. 20. lib. 3. Hard. putat eosdem ac Brigantios Delphinatus.

Brilessus, Ægialeus dictus, Atticæ mons est. Auctor Plin. lib. 4. cap. 7.

Briletum, Mons est Atticæ regionis prope Tharnen: utriusque meminit Plin. lib. 11. cap. 37.

Brīmo, ûs. f. [Βριμώ] Unum est ex Hecates, sive Proserpinæ nominibus, ἀπὸ τοῦ βριμᾶν, hoc est a Terrendo impositum, eo quod nocturna terriculamenta ab ea immitti credebantur, ut ex Apollonii interpretibus annotavit Cæl. Rhodig. lib. 11. cap. 16. Propert. 2. 2. 64.

Mercurio sanctus fertur Bœbeidos undis
Virgineum Brimo composuisse latus. sed varia est lectio. V. bœbeis. conf. Stat. 2. Silv. 3. 38. Micyll. ad Boccat. Geneal. p. 273. Schol. Apollon. ad l. 3.

Brisa, æ. [Βρίσα] Promontorium Lesbi, in quo Dionysus colitur, qui ab eo Brisæus appellatur. Stephan.

Brisa, æ. Uva Latine dicitur, quum pedibus ad exprimendum vinum calcatur. Columel. lib. 12. cap. 39. Tum permiscere & subactam brisam prælo subjicere, passumque secundarium, statim vasis oblinitis includere ne fiat austerius.

Brisæus, i. m. Cognomen Bacchi, vel a Brisa Lesbi promontorio, vel quod uvam invenerit & expresserit. Tribuit illud Pers. 1. Sat. 76. Accio poetæ, vel quia Poetæ tragici in Liberi patris sunt tutela; vel quia scripsit Tragœdiam, Bacchum.

Brisabritæ, Asiæ populi, quorum mentionem facit Plin. lib. 6. cap. 20.

Briseis. V. post dict. seq.

Brises, & **Chryses**, Fratres erant, patre Ardy progeniti. Horum alter Astynomen filiam, ab Homero dictam a Chryse patre Chryseida, suscepit: alter Hippodamiam, quam Homerus quoque a patre Brise Briseida appellat. Eustath. V. Rhodig. lib. 24. cap. 6.

Brisēis, ĭdis. f. [Βρισηΐς] Homero Iliad. 1. Phrygia puella, forma nobilis, quæ capta ex Lyrnesso regia Minetis, Achilli in sortem cessit. Alias Hippodamia appellata, ut ex Eustachio docet Cæl. Rhod. 13. 3. Hor. 2. Carm. 4. 3.

—— prius insolentem
Serva Briseis niveo colore
Movit Achillem. conf. Ovid. 3. Epist. 1. sq.

Formosa Briseis. Propert. 2. 8. 35.

Briseida, accus. Propert. lib. 2. 8. 35.

Omnia formosam propter Briseida passus.

Brisei, voc. Ovid. 2. de Arte Am. 713.

Illis te manibus tangi Brisei sinebas.

Briseide, abl. Ovid. Rem. Amor. 777.

Hoc & in abducta Briseide flebat Achilles.

Britannia, per duplex n. [Βρεττανική] Insula in Oceano Septentrionali omnium per totum terrarum orbem insularum celeberrima: a Britone rege Britannia dicta, quum prius Albion diceretur, ab albis

albis montibus, qui ad eam navigantibus primo apparent. Hæc ab ortu Germanico Oceano, ab occafu Hibernico alluitur, ab omni continente divifa, ut Ptolem. lib. 2. refert. Porrigitur in longum octingentis millibus paffuum. In latum CCC millibus. Plin. lib. 4. cap. 16. conf. Tacit. Agric. 10. 2. & Lex. Pitifc. Inter Septentrionem & Occidentem, ut celebres Geographi tradunt, duæ fitæ funt infulæ: Britannia, & Hibernia paulo minor Britannia, ultra quas funt quadraginta infulæ Orcades appellatæ, modicis fpatiis inter fe diftinctæ. A poetis dicitur Alter orbis. Britannia noftro diducta mundo. Claud. Conf. Mall. Theod. 51.
Dira Britannia. Claud. de Bell. Get. 568.
Sæva. Claud. 4. Conf. Hon. 73.
Secura. Claud. 1. in Eutrop. 393.
Ultima. Catul. Epigr. 27. 4.

Quis hoc poteft videre, quis poteft pati,
Nifi impudicus & vorax & helluo,
Mamurram habere, quod Comata Gallia
Habebat, & cuncta ultima Britannia?

Britannia, Frifiæ regio. V. Lipf. ad Tacit. l. 1. Ann. p. 30. & ex eo Hard. ad Plin. 25. 3.
Britannia, hodie etiam Tractus in Gallia, qui & Normandia audit, olim Armoricus. V. Panciroll. Not. dign. Imp. Occid. cap. 84. Vulgo *Bretagne.*

BRITANNUS, a, um. Adj. ut Caufidici Britanni. Juven. 15. Sat. 111.
Gallia caufidicos docuit facunda Britannos.
Effeda Britanna. Propert. lib. 2. 1. 86.

BRITANNUS, i. Subft. [Βρετανὸς] Incola Britanniæ.
Æquorei. Ovid. 15. Met. 753.
Cærulei. Martial. 11. 54. conf. Picti.
Caledonii Britanni, Qui Caledonem filvam Britanniæ inhabitant. Lucan. lib. 6. 68.
Unda Caledonios fallit turbata Britannos. conf. Martial. 10. 44. Et f. l. CALEDONIUS.
Divifi toto orbe. Virg. 1. Ecl. 67.
Feri hofpitibus. Hor. 3. Carm. 4. 34.
Horribiles & ultimi. Catul. 11. 12.
Infefti. Propert. 2. 14. 25.
Picti. Martial. 14. 99. 1. Caufam hujus Epitheti Vide ap. Cæf. l. 5. de B. G. cap. 14. Conf. Cærulei, Virides.
Remoti, quafi a toto orbe feparati. Hor. 4. Carm. 14. 48.

Te belluofus, qui remotis
Obftrepit Oceanus Britannis.

Virides. Ovid. 2. Amor. 16. 39.
Ultimi orbis. Hor. 1. Carm. 35. 30.
Britannis, prima producta apud Lucret. lib. 6. 1104.
Nam quid Britannis cælum differre putamus?

BRITANNĬCUS, a, um. [Βρετανικὸς] Adj. ut,
Æftus Britannici. Cic. 3. de Nat. Deor. 24. Quid æftus maritimi vel Hifpanienfes, vel Britannici, eorumque certis temporibus vel acceffus, vel receffus, fine deo fieri nonne poffunt?
Balæna. Juvenal. 10. Sat. 14.
Quantum delphinis balæna Britannica major.
Bellum. Cæf. 5. Bell. Gall. 4.
Literæ. Cic. 7. Fam. 8. Ego veftras Britannicas literas expecto.

BRITANNICA, æ. f. [βρεττανικὴ] Plin. lib. 25. cap. 3. Herba eft foliis oblongis & nigris, radice item nigra, nervis & dentibus falutaris, & contra anginas & ferpentum morfus efficax remedium habens. Hujus flores Vibones vocantur, quibus ante tonitrua deguftatis, milites adverfus fulminum ictus prorfus fecuri reddebantur. Scribit Plin. loco cit. promotis a Germanico trans Rhenum caftris, in maritimo tractu fontem fuiffe inventum aquæ dulcis, qua pota, intra biennium dentes deciderent, compagefque in genibus folverentur. Ei autem malo Britannicam herbam auxilio fuiffe, a Frifiis Romano militi commonftratam. conf. Diofc. 4. 2. & Apul. de Herb. cap. 29. Plin. vocem quæ fubauditur ubique addit.

BRITANNICUS, [Βρεττάνικος] Cognomen fuit filii Claudii Cæfaris, ex Meffallina fufcepti, quem primo Germanicum, mox ob partam de Britannis victoriam Britannicum, appellavit: qui quamvis adhuc infans a patre in caftris fæpe circumlatus & militibus commendatus fuiffet, Neroni tamen privigno, Agrippinæ artibus per adoptionem familiæ Cæfarum afferto, poftpofitus, ejusdemque opera veneno fublatus eft. Suet. in Claud. & Ner. Tacit. Ann. lib. 11, 12 & 13.
Britannicus etiam cognominatus Imp. Commodus. Lamprid. cap. 8. itemque Severus. Herodian. 3. 14. 8.

BRĪTO, vel BRITTO, onis. media ancip. Aliud gentile, Incola Britanniæ. Aufon. Epigr. 107. v. 9.

Silvius hic bonus eft. Quis Silvius? ifte Britannus,
Aut Brito hic non eft Silvius, aut malus eft.

Male enim tum audiebant Britanni. conf. idem Epig. feq. Martial. 11. 21. v. 9.
Quam veteres braccæ Britonis pauperis.
Britones, pl. Juven. 15. Sat. 124.
Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones unquam.
[Sunt qui hoc nomen negant infulæ Britanniæ incolis competere, & his proprie vindicant, qui vulgo *Bretones* dicuntur, Populi minoris Britanniæ, quæ eft Galliæ Celticæ regio, ad mare Oceanum fita, Normannis, ac Pictavis contermina. Hi olim Britanniam infulam dicuntur incoluiffe, indeque ab Anglis Saxoniæ populis expulfi, in adverfo litore fedes fixiffe. Verum hi facile refelluntur, cum tranfitus ille multis poft feculis acciderit, ita ut de his antiquiorum auctorum verba interpretari non liceat.

BRITIUM, Lufitaniæ oppidum, apud Plin. lib. 4. cap. 21.

BRITŎMARTIS, [Βριτόμαρτις] Puella fuit ex Gortyne Cretæ civitate, Jovis & Charmes filia, Dianæ in primis cara, alio nomine Dictynna appellata, ἀπὸ τῶν δικτύων, hoc eft a retibus, quorum ufum in venatione traditur inveniffe. [vel potius, ut aliis placet, quia in iisdem delituit, a pifcatoribus excepta] Hanc [enim] Minos Cretæ rex fertur adamaffe, cujus vim quum alioqui effugere non poffet, ex alta fefe rupe in mare præcipitavit. V. Virg. in Ciri 285. conf. ibi Scalig. Diodor. lib. 5. Callimach. Hymn. in Dianam, v. 190. Dicitur Diodoro lib. 6. Britona. Ipfam Dianam fic Cretenfibus appellatam auctor eft Solinus cap. 11. V. & Anton. Liberal. Fab. 40. conf. DICTYNNA.

BRIVAS, vel BRIVATES, Lugdunenfis Galliæ portus, apud Ptolem. lib. 2. cap. 8. hodie *Breft.* V. Scalig. Aufon. Lect. 2. 14. p. 126.

BRIXELLUM, i. n. [Βρίξελλον] Oppidum in ripa Padi fluminis fitum, ab urbe Parma decem millibus paffuum diftans, ubi Otho fibi manus attulit. Plin. 3. 15. Tacit. 2. Hift. 33. 3. Suet. Oth. cap. 9.

BRIXENTES, [Ptol. Βριξάνται] Populi Alpini, Lepontiis finitimi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 20. Eorum oppidum hodie *Brixen.*

BRIXIA, [Βριξία] Urbs eft Tranfpadanæ regionis, quam Cenomani ædificaverunt, qui poft Infubres in Italiam venerunt. Vide Liv. 5. 35. & 32. 30. conf. Lex. Pitifc. Vulgo *Brefcia.*
Eft & Afiæ fluvius. Plin. lib. 6. cap. 27.

BRIZA, [βρίζα] Planta eft typhæ fimillima, in Thraciæ & Macedoniæ agris nafcens, ex cujus femine panis fit gravis odoris, & ater, membranofam fubftantiam habens. Vide plura apud Galen. lib. 1. de Alim. facult.

BRIZO, ûs. f. [Βριζὼ] Dea apud Græcos exiftimata, quæ vaticiniis per fomnia præeffe credebatur: in primis vero Deli culta, cui fcaphas offerre confueverant omnium rerum refertas, pifcibus duntaxat exceptis. Quidam eam dictam exiftimant παρὰ τὸ βρίζω, dormio. V. Cæl. Rhodig. lib. 27. cap. 10. & Athen. l. 8.

B R O

BROCARDICUM, Vox familiaris in Scholis JCtorum. Originem refert Gravina (de Orig. Jur. Civ. 1. 149.) ad Pyleum JCtum Bononienfem Seculi XII fcriptorem. Sunt Brocardica, inquit ille, Enunciata illa quæ ufum habent ancipitem, & in utramque partem flectunt.

BROCCUS, V. BROCHUS.

BROCHON, Idem quod Bdellium, tefte Plin. lib. 12. cap. 9. [Forte Bolchon Diofc. V. BDELLIUM.

BROCHUS, Vas eft vinarium fundendo vino accommodatum, implendis deplendisque culeis & vafis conditoriis, & vino quocunque modo tranfvafando. Dicitur a verbo Græco βρέχω, quod fundo fignificat. Hoc Græci œnophorum ex eo appellant, quod comportando vino aptum fit. Gallica lingua nomen adhuc fervat integrum. V. Lex. Pitifc. in Bofellus. [Gallica vox eft, *un broc*, lagenam majorem denotans, nulli Latino antiquo auctori ufitata, nec proinde hujus loci.

BROCHUS, vel BROCCUS, vel BRONCUS. Adj. [προὀδων] Idem fignificare videtur quod Eminens, exertus, vel procurrens. Ufurpatur proprie de vitio oris prominentioris. Varro de R. R. lib. 2. cap. 7. de Equis; His majores qui funt, intelligi negant poffe, præter quam quum dentes facti funt brochi, & fupercilia cava. Ibid. cap. 9. de Canibus; Et ex eo enatis duobus dentibus, dextra & finiftra paulo eminulis fuperioribus, directis potius quam brochis & acutis. Plinius, Labra, a quibus Brocchi, Labeones dicti. 11. 37. Broncos dixit Lucilius apud Non. 1. 102. & interpretatur Producto ore & dentibus prominentibus. conf. Plaut. Mil. 3. 1. 128. V. Harduin. in Plinii loc. cit. Ubi ex antiquo Furiæ gentis, cujus familiæ id cognomen fuit, denario, BROCCHUS fcribendum docet.

BROCHĪTAS, vel BROCCHITAS, ātis. f. [προοδοντία] Plin. lib. 11. cap. 37. Abfumpta hac obfervatione, fenectus in equis, & ceteris veterinis, intelligitur dentium brochitate, fuperciliorum canitie.

BROMIUS, [Βρόμιος] Bacchi nomen, ἀπὸ τοῦ βρέμειν, id eft a fremendo. fcil. a fragore tonitruum in nativitate ejus. V. Diod. Sicul. Biblioth. lib. 4. Ovid. 4. Met. 11.

Thuraque dant, Bacchumque vocant, Bromiumque, Lyæumque.
Mons Phœbo, Bromioque facer, Parnaffus. Lucan. lib. 5. 73.

BRŌMOS, i. m. [βρῶμος] Semen eft fpicam ferentis herbæ: nafcitur inter vitia fegetis avenæ genere, folio & ftipula triticum imitatur. In cacuminibus dependentes parvulas velut locuftas habet. Hæc Plin. lib. 21. cap. 25. in fine. Idem 18. 11. Vulgo *Avena filvatica.*

BRŌMUS, [βρῶμος] Odor gravis, fœtor. ex Diofc. adducunt.

BRŌMOSUS, a, um. [βρωμώδης] Graveolens. Gloff. Ifidor. Caro bromofa. Cæl. Aurel. Acut. 2. 37. Idem Tard. 3. 2. Legitur & Brumofus. Gloff. Ifidor. conf. Turneb. Adverf. 28. 5.

BRŎMUS, [βρόμος] Centaurorum unus, a Cæneo interfectus. Ovid. 12. Met. 459.

BRONCHŎCĒLE, V. poft feq. dict.

BRONCHUS, vel BRONCUS, V. BROCHUS.
Bronchus, [βρόγχος] appellatur a medicis, docente Galeno, Guttur ipfum & caput afperæ arteriæ. Hinc

BRONCHŎCĒLĒ, [βρογχοκήλη] Celfo 7. 13. Morbus eft, qui tumor gutturis & cervicis, inter cutem & afperam arteriam eft. Creditur gigni hoc vitium affiduo potu aquæ, quæ ex nivibus refolvitur. Unde præcipue eft familiare gentibus Inalpinis, Sabaudis fcilicet & Pedemontanis. Qui hoc vitio laborant, Gutturofi dicuntur.

BRONCIA, V. BRONTIA.

BRONGUS, i. m. [Βρόγγος] Fluvius eft ex Illyrico Boream verfus fluens, & excepto Angro, in Iftrum influens. Herodot. lib. 4. 49.

BRONTÆUS, [Βρονταῖος] Jupiter dictus eft ab Orpheo, & item Phurnuto, quem Tonitrualem Apuleius, ut folet, licenter interpretatus eft.

BRONTES, æ. m. [Βρόντης] dicitur unus Cyclopum, & minifter Vulcani: interpretaturque Tonitrus. Alter Steropes, id eft fulgur. Tertius dicitur Pyracmon, quafi ignita incus. Virg. 8. Æn. 424.

Ferrum exercebant vafto Cyclopes in antro,
Brontefque, Steropefque, & nudus membra Pyracmon.

Hic ab Ovidio vocatur Acmonides lib. 4. Faft. 288.

Hinc mare Trinacrium, candens ubi tinguere ferrum
Brontes, & Steropes, Acmonidefque folent.

Solidus Brontes, i. e. Fortis. Stat. 4. Silv. 6. 4.

Nec folidus Brontes, nec qui polit arma deorum
Lemnius.

V. Barth. ad Stat. Silv. p. 14.

BRONTEUM, i. n. [βροντεῖον] Machina erat fub fcena, æneum habens vas, in quod decidentes calculi & in eo circumacti, tonitrui fonum imitabantur: quod genus Claudiana tonitrua Feftus appellavit, a Claudio Pulchro inventore. V. Rhodig. lib. 8. cap. 8.

BRONTIA, æ. f. [βροντία] Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10. Brontia capitibus teftudinum fimilis, & cum tonitruis cadit (ut putant) & fulmine tacta reftinguit, fi credimus.

BROTEAS, Lapitharum unus, ab Grynæo Centauro injecta ara oppreffus. Ovid. 12. Met. 262.

BROTEAS & AMMON, Gemini fratres fuerunt pugiles clari, qui a Phineo occifi funt in aula regis Cepheniorum. Ovid. 5. Met. 107.

Hinc gemini fratres Broteafque & cæftibus Ammon
Invicti, vinci fi poffent cæftibus enfes,
Phinea cecidere manu.

Bʀᴏ̀ᴛʜᴇᴜs, [Βρόθεος] vel Bʀᴏᴛᴇᴀs item, Vulcani filius, qui propter oris deformitatem illuſus, ſeſe in ignem injecit, vitamque incendio finivit. Domit. Calder. ſine auctore, exp. illud. Ovid. in Ibin, 517.

Quodque ferunt Brotheum feciſſe cupidine mortis,
Des tua ſuccenſæ membra cremanda pyræ. Al. Brotean. conf. Gell. 12. 11. ubi id cognomen Peregrino Philoſopho tribuitur. Viri docti negant ſibi de hac fabula quicquam compertum. V. Interpp. ad loc.

Bʀᴜᴄʜīᴜᴍ, i. n. vel potius Pʀᴜᴄʜīᴜᴍ, [Πρυχεῖον] Locus publicus Alexandriæ, in quo viri docti regum Ægyptiorum liberalitate nutriebantur. V. Comment. in Amm. Marcell. 22. 16.

Bʀᴜᴄʜᴜs, vel Bʀᴜᴄᴜs, [βροῦχος, βροῦκος, κάμπη] Vermiculus haud diſſimilis locuſtæ, herbas erodens, ſine alis tamen. Perott. V. Ariſtot. de Hiſt. Animal. lib. 5. cap. 29. Cæl. lib. 3. cap. 25. Locuſtas rodentes ſata, bruchos appellari, & Attacos, atque item Maſtacas, eſt apud Nicandrum. Alii tamen ſunt, qui univerſim locuſtas dici Maſtacas velint, idque in Ambracia in primis. βροῦχος, παρὰ τὸ βρύκειν, τὸ ἐσθίειν, a comedendo deducitur.
Populator bruchus. Prudent. Hamartig. 229. conf. Alcim. 5. 188.

Bʀᴜᴄᴛᴇʀɪ, [Βρυκτέροι] Populi ſunt in Germania, quos Druſus navali prælio in Amaſia flumine ſuperavit. Strabo lib. 7. conf. Tacit. 1. Ann. 60; 13. 56. & Hiſt. 4. 21. & de Germ. 33. 1. item Claud. de 4. Conſ. Honor. 449. & Pancirol. Not. Imp. Occ. cap. 21.

Bʀᴜʟʟɪᴛæ, Populi, Epheſio conventui tribuuntur a Plin. lib. 5. cap. 29. Epheſum (inquit) alterum lumen Aſiæ, remotiores conveniunt Cæſarienſes, Metropolitæ, Cilbiani, inferiores & ſuperiores Myſomacedones, Maſtaurenſes, Brullitæ, Hypæpeni, Dios hieritæ. Briulitæ, Hard.

Bʀᴜᴍᴀ, æ. f. [τροπὴ χειμερινὴ] proprie dicitur Dies ſolſtitii hyemalis, qui eſt poſt Idus Decembris. Feſtus, Bruma, a Brevitate dierum dicta. Varro L. L. 5. 2. Dicta bruma, quod Breviſſimus dies eſt. Quod antiqui nempe dixerunt Brevima, & contracte Bruma. Iſidor. 5. 35. Vel quaſi βραχεῖα ἡμέρα, vel ab Edacitate dictam vult, quæ Græce ſit Bruma. [Nugæ.] V. & Lex. Pitiſc. Cic. 2. de Divin. 33. Nam & muſculorum jecuſcula bruma dicuntur augeri, & puleium aridum floreſcere brumali ipſo die. Sic
Ante brumam. Cic. 7. Fam. 20. Et
Poſt brumam. Cic. 3. Fam. 7.
Bruma, pro menſe Decembri. Martial. lib. 1. 50. 19.
At quum December canus, & bruma impotens,
Aquilone rauco mugiet. Idem 7. 94. Juven. 6. Sat. 152.
Menſe quidem brumæ.
Bruma, pro Hyeme. Virg. 2. Æn. 472.
Frigida ſub terra tumidum quem bruma tegebat. Bruma, inquit Servius, id eſt Hyems. Dicta autem Bruma, quaſi βραχεῖα ἡμέρα, id eſt brevis dies.
Canæ brumæ frigora. Sen. Hippol. 9.
Ut nunc canæ frigora brumæ
Nudent ſilvas: nunc arbuſtis
Redeant umbræ, &c.
Horrida cano bruma gelu. Virg. 3. Georg. 443.
Hybernæ tempora brumæ. Propert. lib. 1. 8. 9.
Iners bruma, i. e. Quæ inertes & pigros reddit. Hor. 4. Carm. 7. 12.
Innoxia bruma. Claud. lib. 3. de Rapt. Proſerp. 225.
Intractabilis bruma. Virg. 1. Georg. 211.
Mitior. Claud. in Eutrop. lib. 2. 95.
Mitior alternum Zephyri jam bruma teporem
Senſerat, & primi laxabant germina flores.
Nimboſa. Stat. 1. Silv. 3. 89.
Perenni bruma fœdat. Claud. de Rapt. Proſerp. lib. 1. 266.
Riphæa. Valer. 5. Argon. 602.
Sæva. Sen. OEth. 4.
Spirans. Juven. 9. Sat. 67.
—— quid agam bruma ſpirante? quid oro,
Quid dicam ſcapulis ſervorum menſe Decembri,
Et pedibus? pro Borea, aut alio quolibet vento frigido per brumam ſpirante.
Brumæ, plur. Cic. 2. de Nat. Deor. 19. Poſſetne uno tempore florere, deinde viciſſim horrere terra, aut tot rebus ipſis ſe immutantibus, Solis acceſſus diſceſſuſque, ſolſtitiis, brumiſque cognoſci.
Brumæ ter denæ, pro Triginta annis. Martial. lib. 4. 40.
Tecum ter denas numeravi, Poſthume, brumas.

Bʀᴜᴍāʟɪs, e. [χειμερινὸς] Brumale tempus. Cic. 2. de Nat. Deor. 57.
Circulus brumalis. Plin. lib. 2. cap. 70.
Dies. Cic. de Fato 5.
Frigus. Virg. 6. Æn. 205. Martial. lib. 13. 16.
Grando. Ovid. 4. de Pont. 7. 34.
Hirundo. Claud. in Eutrop. lib. 1. 118.
Horæ. Ovid. 4. Met. 199.
Lux, pro Tempore brumali. Ovid. 1. Triſt. 10. 39.
Jactor in indomito brumali luce profundo.
Menſes hyemis brumales. Plin. lib. 10. cap. 53.
Meridies. Columel. lib. 9. cap. 5.
Nix. Ovid. 4. de Pont. 5. 4.
Orbis. Cic. 3. de Nat. Deor. 57.
Polus brumalis. Varro L. L. 8. p. 105. Steph.
Revocatio. i. e. Converſio. Cic. de Univerſ. 30. Aſtra per cælum penetrantia, ſolſtitiali ſe & brumali revocatione convertunt.
Signum. Cic. 3. de Orat. 176. Sol ut circunferatur, ut accedat ad brumale ſignum, &c.
Tempus. Ovid. 3. Amor. 6. 95.
Aut lutulentus agis brumali tempore curſus.

Bʀᴜᴍᴀʟɪᴀ, orum. [Διονύσια] a Romanis dicebantur Bacchi ſacra, quæ & Liberalia vocabantur: quæ bis quotannis celebrabantur, ſemel xi Calend. Martii, atque iterum xvii Calend. Septembris. Plin. Priora & poſteriora Vinalia appellat. Brumalia autem a Brumo dicebantur, quo nomine Romani Bacchum appellabant. V. Rhodig. lib. 28. cap. 25. conf. Rutgerſ. Var. Lect. 4. 8. & Lex. Pitiſc.

Bʀᴜᴍᴀʀɪᴀ, æ. f. Herba alias Leontopodium. Apul. de Herb. cap. 7.

Bʀᴜᴍʙᴇsᴛɪɴɪ, Populi in ſecunda regione Italiæ, quorum mentionem facit Plin. lib. 3. cap. 11.

Bʀᴜᴍᴜs, V. ʙʀᴜᴍᴀʟɪᴀ.

Bʀᴜɴᴅᴜʟᴜᴍ, Portus quem Atheſis amnis ex Tridentinis Alpibus fluens, facit. Plin. lib. 3. cap. 16. Vulgo *Brundolo.*

Bʀᴜɴᴅᴜsɪᴜᴍ, ſive Bʀᴜɴᴅɪsɪᴜᴍ, [Βρεντήσιον] Urbs & portus Calabriæ, quam Græci Meſſapiam vocant, & ante Peucetiam a Peucetio OEnotri fratre, auctore Plin. lib. 3. cap. 11. Brunduſium a forma cervini capitis, quod Meſſapii vernacula lingua ita nominant. Clariſſima eſt hæc urbs, nobili portu, quo tuta jam olim Romanis in Græciam via fuit, tum & fuga Pompeii a Cæſare obſeſſi, & fama Appiæ viæ hucuſque ſtratæ. Hæc Vadian. V. Cæſ. 1. Bell. Civ. 24. Cic. 4. Att. 1. & Lex. Pitiſc. Vulgo *Brunditio.* Gallis dicitur *Brindes.* Sil. 8. 576.
Necnon Brundiſium, quo deſinit Itala tellus. Hor. 1. Serm. 5. v. ult.
Brundiſium longæ finis chartæque viæque eſt. Idem 1. Epiſt. 18. 20.
Brundiſium Numici melius via ducat, an Appi. conf. ibid. 17. 52.
Arces Brunduſii. Lucan. lib. 2. 608.
Brunduſii tutas conſcendit Magnus in arces.

Bʀᴜɴᴅᴜsɪɴᴜs, a, um. ut, Fœdus Brunduſinum. Tacit. 1. Ann. 10. 5. conf. Meibom. in Mæcenat. cap. 9. n. 11.
Nuntii Brunduſini. Cic. 8. Att. 13.
Portus Brunduſinus. Idem 23. 33.

Bʀᴜɴᴏᴘᴏʟɪs, is. f. Urbs a Brunone condita, Brunſwiga.

Bʀᴜsᴀ, [Βρούσα] Urbs eſt Bithyniæ, ab Annibale condita ſub Olympo monte. Plin. lib. 5.

Bʀᴜsᴄᴜᴍ, i. n. Tuber in acere arbore: de quo ſic Plin. lib. 16. cap. 16. Pulcherrimum vero eſt bruſcum, multoque excellentius etiamnum molluſcum. Tuber utrunque arboris ejus. Sed bruſcum intortius criſpum: molluſcum ſimplicius ſparſum. Et ſi magnitudinem menſarum caperet, haud dubie præferretur citro. Nunc intra pugillares lectorumque ſilicios aut laminas raro uſu ſpectatur. E bruſco fiunt & menſæ nigreſcentes. &c.

Bʀᴜᴛᴀ, Arbor eſt ſoli Orienti cognita, cupreſſo fuſæ ſimilis, albicantibus ramis, odore cedri, circa Paſitigrin naſcens in Zagro monte. V. Plin. lib. 12. cap. 17.
Sunt qui hanc arborem hodie in Europa naſci exiſtiment, eandemque eſſe cum ſecundo Sabinæ genere. V. Ruell. lib. 1. cap. 59. & Salmaſ. in Solin. p. 667. & 670.

Bʀᴜᴛᴀᴄᴇs, vel Bʀᴜᴛᴀᴛᴇs. V. ʙɪʟɪɴɢᴜɪs.

Bʀᴜᴛɪᴅɪᴜs, Nomen eſt cujuſdam viri qui tempore Juvenalis poetæ, tractus eſt ad judicium tanquam fautor & amicus Sejani apud imperatorem accuſati. 10. Sat. 83.
—— pallidulus mi
Brutidius meus ad Martis fuit obvius aram.

Bʀᴜᴛɪɪ, vel potius Bʀᴜᴛᴛɪɪ, orum. [Βρέττιοι, Βρούττιοι] Italiæ populi, tractum quem nunc Calabriam vocant, occupant, poſt Laum fluvium incipientes, & in fretum Siculum modo peninſulæ excurrentes. Lucanorum hi paſtores, & transfugæ fuere. lingua enim Lucanorum Brutii rebelles fugitivoſque ſignificant. Strabo lib. 6. V. Lex. Pitiſc.

Bʀᴜᴛɪᴜs, vel Bʀᴜᴛᴛɪᴜs, a, um. Adj. [Βρούττιος] a Brutiis populis Italiæ, ut Pontus Brutius. Sen. Thyeſt. 7. Brutium Pontum feriente Coro. i. e. Quod alluit Brutiorum in Italia oram.
Pix Brutia. Plin. lib. 24. cap. 7. Spiſſarum utiliſſima medicinæ eſt Brutia, quoniam pinguiſſima & reſinoſiſſima utraſque præbet utilitates.
Signa Brutia. Sil. lib. 17. 437.
Sævior his Latios vaſtabat Brutia ſigna
Lælius increpitans.
Tellus Brutia. Sil. lib. 16. 1.
Brutia mœrentem caſus patriæque ſuoſque
Annibalem accepit tellus. conf. Drakenb. ad loc. & Columel. 10. 139.
Brutium Promontorium, Italiæ extimum, ubi Sicilia olim agro Brutio adhæſit. Plin. lib. 3. cap. 1. Primus Europæ ſinus a Calpe extimo Hiſpaniæ monte, ad Brutium uſque promontorium immenſo ambitu flectitur. Ptolem. Scilæum appellat. Vulgo *Burſano in Calabria.* Olivarius in Melam dicit nunc vocari vulgo *Cabo de Sciglio.*

Bʀᴜᴛɪᴀɴᴜs, a, um. aliud Adj.
Brutiani dicebantur, Qui officia ſervilia magiſtratibus præſtabant, eo quod hi primum ſe Annibali tradiderant, & cum eo perſeveraverant uſquedum recederet de Italia. Feſtus. V. Gell. lib. 10. cap. 3. Crinitum lib. 2. cap. 7. & Lex. Pitiſc.
Brutianæ parmæ, dicebantur Scuta, quibus Brutiani ſunt uſi. Feſt.

Bʀᴜᴛᴏʙʀɪᴀ, [Βρουτόβρια Stephano] Oppidum eſt Hiſpaniæ in tractu Bætico, quod & Brutina appellatur. Dicta Brutobria, quaſi Bruti civitas, ea forma qua Selymbria & Poltyobria, in quibus Bria civitatem ſignificat. auctore Steph.

Bʀᴜᴛᴜs, Adj. [ἀναίσθητος, ἄλογος] A terra deductum eſt, cujus epitheton eſt Bruta, hoc eſt, ſine ſenſu, & quaſi obruta. V. Iſidor. l. 10. B. & Non. 2. 75. & Lex. Pitiſc. Dicitur autem Brutum quod tardum, ſtolidum, & ſine ſenſu eſt. quod nomen integrum adhuc retinet vulgus Italorum.
Bruta, tellus dicitur ab Hor. 1. Carm. 34. 9. V. Scalig. ad Feſt. v. Brutum.
Animalia bruta. Plin. lib. 11. cap. 37. Bruta exiſtimantur animalium, quibus cor durum riget: audacia, quibus parvum eſt: pavida, quibus prægrande.
Fortuna bruta. Auct. ad Herenn. lib. 2. 36. Quia dignum atque indignum nequeat internoſcere.
Fulmina. Plin. lib. 2. cap. 43. Bruta fulmina & vana, ut quæ nulla veniant ratione naturæ. [Miror igitur Scaligerum l. c. Gravia exponere.
Gentilitatis brutæ pira. Plin. lib. 15. cap. 15. Lectio ſuſpecta merito. V. Hard.
Brutum, antiqui Gravem dicebant. Feſtus. Quidam legunt Brucum. V. Scal. not.

Bʀᴜᴛᴜᴍ, i. n. ſubſtantive, ſubaudita v. Animal, vulgo uſurpant ſine veterum auctoritate. Ceterum abſolute poſuit Lactant. 2. 8. 38. Senſu præditum ex inſenſibili, ſapiens ex bruto.

Bʀūᴛᴇsᴄᴏ, ĕre. Brutum fieri. Sidon. 4. Epiſt. 1. Secundum belluas ineptit, bruteſcit.
Senſum perdere. Lactant. 2. 5. 40. Animal quia ſenſu præditum eſt, etiam membra ejus habent ſenſum; nec niſi a corpore avulſa bruteſcunt. Ita reſtituit Gronov. pro Putreſcunt. Quam lectionem ex Ms. ſuo codice jam Tornæſius protulerat.

Bʀᴜᴛᴜs, i. m. Cognomen gentis Juniæ. Brutorum præcipue nominantur, Lucius ille Brutus, qui reges ejecit, e ſorore Tarquinii Superbi genitus: qui quod ſtultitiam finxiſſet, ne ab avunculo occideretur, inde Brutus appellatus eſt, V. Liv. 1. 56. Auct. de Vir. Ill. c. 10. Ovid. 2. Faſt. 719.

719. Plura de hoc & aliis Cajo, Decimo, Lucio, Marco, Publio Brutis lege apud Liv. Plin. Plutarch. &c. conf. etiam Lex. Pitifc.
Ultor Brutus. Virg 6. Æn. 819.

Vis & Tarquinios reges, animamque fuperbam
Ultoris Bruti, fafcefque videre receptos?

M. Brutus Prætorius, cujus meminit Cic. 2. de Orat. 223. qui tres de Jure civili libellos confcripfit. Pomponius de O. J. §. 39. ubi Rupert. V.
M. Brutus, qui Marianas partes fequutus, Lepidi legatus Galliam Cifalpinam tenens, Mutinæ a Cn. Pompeio M. interfectus eft. Cujus filius fuit M. Brutus Cæfaris interfector, de quo jam dicetur.
M. Brutus, qui Cæfarem occidit, patricius fuerit, an plebeius prolixe difquirit PaulusManutius in Comment.Ep.ad Q.Frat. Is patre M.Bruto & Servilia Catonis Uticenfis forore uterina genitus, ac difciplina avunculi egregie eruditus,bello civili,privatam fimultatem reip. remittens,Pompejum,licet patris interfectorem fecutus eft,& poft prœlium Pharfalicum in Cæfaris partes,ultro ab hoc invitatus,tranfiit,plurimumque omniumPompejanorum gratia apud ipfum polluit. Quæ res fufpicioni quorundam caufam præbuit, adulterio conceptum fuiffe ex Cæfare, cujus amore Servilia minus bene audiebat. Ab eodem Cifalpinæ Galliæ præfectus, ac Prætor Urbanus factus, nihilominus patriæ liberandæ confilio arrepto, cum C. Caffio ac D. Bruto initæ in eum confpirationis princeps extitit, cædeque patrata vario ac difficili bello implicitus,Cretam primum, deinde Macedoniam provinciam obtinuit, mox rebus præclare in Afia geftis, noviffime in campis Philippicis cum Antonio & Octavio congreffus, defperatis rebus, amici Stratonis Ægeatis implorato ad id minifterio, voluntaria morte occubuit. Hic Ciceroni familiariffimus fuit, ut ex eorum Epiftolis amœbæis apparet, & ex eo, quod ejus ille nomine & Dialogum de claris oratoribus infcripfit, & eidem librum, qui Orator infcribitur, dedicavit. Ejus vitam fcripfit Plutarchus, cui junge Cic. Suet. Dion. Nepot. Appian. Paterc.
Dux militiæ Brutus. Hor. 2. Carm. 7. 2.
Prætor Brutus. Hor. 1. Serm. 7. 18.

—— Bruto Prætore tenente
Ditem Afiam, &c. de eodem v. 24.
Solem Afiæ Brutum appellat, ftellafque falubres
Appellat comites, excepto Rege.

D. Brutus, Marci propinquus, qui C. Cæfari in bello Gallico terra marique egregiam operam præftitit, ab eodem poft bellum civile conful defignatus, in eum tamen pariter confpiravit. Parique fortuna cum reliquis ufus, primum Mutinæ a M. Antonio confule obfeffus, deinde ab Octavio & coff. Hirtio ac Panfa obfidione liberatus, dum Antonium in Galliam fugientem perfequitur, hoc a M. Lepido recepto, defertus a Planco, moxque & fpoliatus exercitu, atque ab omnibus relictus, cum paucis comitibus ad M. Brutum per omnes vias fuga evadere fruftra conatus, in Gallia ab Antonianis occifus eft.
Brutianus, a, um. Adj. ut, Bello civili Brutiano. Lactant. 2. 7. extr. Brutiana caftra, Paterc. 2. cap. 72. & 74. Brutianæ partes.
Brutīnus, a, um. aliud Adj. Cic. ad Brut. 15. Confilia inire cœpi Brutina plane (veftri enim hæc funt propria fanguinis) Reipublicæ liberandæ.

B R Y

Brya, æ. f. [βρυὰ] Fruticis fpecies, gallæ fimilem fructum ferens. Plin. lib. 13. cap. 21. Myricen & Italia fert, quam alii tamaricen vocant: Achaia autem bryan filveftrem, &c.
Bryaxis, Sculptor fuit marmorarius. Plin. lib. 36. cap. 5. Scopas habuit æmulos eadem ætate Bryaxin & Timotheum, & Leocharem, de quibus fimul dicendum eft, quoniam pariter cælavêre Maufoleum, &c.
Bryazon, Amnis Afiæ in Bithynia. Plin. lib. 5. cap. 32.
Bryges, [Βρύγες] Populi Thraciæ fuerunt, qui poftea Phryges dicti funt, a quibus Phryges Afiæ populi originem traxerunt. Strabo lib. 7. Stephan. Brygas in Macedonia collocat.
Brygion, inter urbes Macedoniæ Plinio ponitur lib. 4. cap. 10.
Bryllion, [Βρύλλιον] Propontidis oppidum. Steph. In Myfia minore, non longe ab Afcanio flumine, collocat Plin. lib. 6. cap. 32.
Bryon, i. n. [βρύον] Mufcus in arboribus nafcens, & odoratus: Arabes & vulgus aromatariorum Ufneam vocant. Diofcor. lib. 1. cap. 20. & Plin. lib. 24. cap. 6.
Bryon marinum, [βρύον θαλάσσιον] vulgo herba Corallina. Herba marina, folio lactucæ fimilis, rugofa veluti contracta, fine caule, ab ima radice exeuntibus foliis. Nafcitur in fcopulis maxime, teftisque terra comprehenfis. Plin. lib. 27. cap. 8. [Corallinæ officinarum melius convenit Diofcoridis defcriptio l. 4. c. 99. quam Pliniana.
Eft & Bryon Herba quædam, quam Plin. Lupum falictarium, officinæ Lupulum appellant, cujus flore Galliæ aliquot & Germaniæ populi, cervifiæ fuæ faporem commendant. V. Ruell. lib. 2. cap. 141.
Bryōnia, æ. f. [ἄμπελος λευκὴ, βρυωνία] herba quæ & Vitis alba, & Bryonia nigra dicitur: nam Vitis nigra, Lupulus vocatur. Plin. lib. 23. cap. 1. Eft ergo & nigra, quam proprie etiam bryoniam vocant, alii chironiam, alii gynæcanthen, aut aproniam. Diofcor. lib. 4. cap. 176. Ampelon nigram funt qui bryoniam nigram, qui chironiam vitem, qui peregrinam appellant: Romani vitem albam dicunt. Folia claviculafque fativæ viti fimilia habet, pilofiora tamen omnia. Vulgo *de la couleuree*. V. Columel. 10. 250. & Apul. de Herb. cap. 66.
Brysæ, Thraciæ populi, apud Plin. lib. 4. cap. 11. in defcriptione Thraciæ.
Brysani, Ciconum vicini inter Scythicas gentes Plinio referuntur lib. 6. cap. 17.
Brysea, Civitas Laconiæ, ut fcribit Schol. Hom. ad Iliad. 2. v. 583.
Bryseus, [Βρυσεὺς] dictus eft Bacchus ἀπὸ τοῦ βρύειν, quod eft inundare, madefacere: vel a Bryfea urbe Laconiæ, in qua præcipue colebatur.
Brysiæ, [Βρυσιαὶ] Urbs Elidis, Steph.
Brytia, [βρύτια τὰ] Græcis dicuntur Partes uvarum folidæ, quæ mufto expreffo fuperfunt. Galen lib. 2. de Alim. facult. cap. 8.
Bryton, [βρῦτον] Vinum quoddam eft hordeaceum, quo temulenti retrorfum modo decumbunt, ac fupini, quod in aliis haudquaquam fit. Vinum hoc Ariftoteles in lib. de Ebrietate, Pinon appellat. V. plura apud Cæl. Lect. Antiq. lib. 7. cap. 26.

B U

Bu, [βου] Particulam folebant Græci magnis & amplis rebus præponere: a magnitudine fcilicet bovis. Hinc eft, quod grandes pueros Bupædas appellant, & Marifcam ficum Bufycon. Ex Fefto P. in v. Bulimam. q. V.

B U A

Bua, æ. Potio eft puerorum infantium. Varro de Liberis educandis, Quum cibum ac potionem buas, ac papas vocent, & matrem mammam, patrem tatam. Lucil. lib. 8. Quum vinulentas diceret, Vini buas defignavit. Nonius 2. 97.

B U B

Bubalia, orum. n. [βουβάλια] Ornamenta mulierum, quæ circa manus feruntur, ex Polluce lib. 5. cap. 16. Horum etiam meminit Nicoftratus Comicus, & poft eum Clemens Alexandrinus, Pædag. lib. 2. ubi Gentianus Hervetus vertit Armillas.
Bubalus, Bubalinus, Bubalis, Bubalion. V. bos.
Bubalus, V. bupalus, & hipponax.
Bubastia, bubastites. V. poft feq. dict.
Bubastis, vel Bubastus, [Βούβαστις, ἢ Βούβαστος] Ægypti urbs, in qua Dianæ, quam Bubaftin nominant, clariffimum fuit templum, & inter cetera maxime fpectabile. Herodot. 2. 59. 137. 156. Hæc Straboni, Ptolemæoque vocata eft Heroum civitas. Hinc
Bubastis, Diana cognominata ab Ægyptiis, ex urbis nomine, ubi conventus quotannis agebatur in honorem Dianæ. Herodot. 2. 137. Ovid. 9. Met. 690.

Sanctaque Bubaftis, variufque coloribus Apis.

Bubastia, orum. [βουβάστια] Sacra, quæ in honorem Dianæ quotannis apud Bubaftum celebrabantur. Gratian. Cyneg. 42.

Vix operata fuo, facra ad Bubaftia, lino,
Velatur fonipes æftivi turba Canopi. Hinc &

Bubastites, [βουβαστίτης] inter Nomos, feu Præfecturas regionis illius Ægypti, quæ juxta Pelufium eft, numeratur a Plin. lib. 5. cap. 9.
Būbăsus, alii Bubassus, vel Bubessus, [Βύβασσος Steph.] Regio eft Cariæ. Plin. lib. 5. cap. 28. In defcriptione Cariæ, Sinus Thymnias, promontorium Aphrodifias, oppidum Hyda, finus Schœnûs, regio Bubaffus. Mela lib. 1. c. 16. in defcriptione Cariæ, Sinui id nomen tribuit, Tres funt, inquit, ex ordine finus, Thymnias, Schenus, Bubeffus. Thymniæ promontorium Aphrodifium eft: Schenus ambit Hylam: Bubeffus Cynotum. Stephano urbs eft, Βύβασσος, πόλις Καρίας κ. τ. ἑ.
Bubăsis, idis. Nomen gentile. Ovid. 9. Met. 645.

Byblida, non aliter latos ululaffe per agros
Bubafides videre nurus. i. e. E Bubafo regione.

Bubbatio, V. bullatio.
Bubeium, Natio eft, vel Oppidum Cyrenes. Plin. lib. 5. cap. 5.
Bubessus, V. bubasus.
Bubētani, [Βουβεντανοὶ] Campaniæ populi, Coriolanis vicini. Plin. lib. 3. cap. 5.
Bubiasmum, [Βουβίασμον] Oppidum eft in Hercinia filva, Marobudi cujufdam, qui Suevis imperitavit, regia. Strab. lib. 7. [Corrupta vox eft, pro qua ex Mff. Βουίαιμον i. e. Bojæmum feu Bojohæmum legendum probe monuit Cafaub. q. V. & f. l. boiohæmum.
Bubile, V. bos.
Bubinda, [Βούβινδα] Fluvius Hiberniæ Ptolemæo, hodie vulgo *Slayne*.
Bubino, [βολβίζω] āre. eft Menftruo mulierum fanguine inquinare. Lucilius, hæc inquit, te imbubinat: & contra te imbulbitat. Imbulbitare eft Puerili ftercore inquinare. Dictum ex fimo, quod Græci appellant βόλβιτον, Feftus. Alii a βουβὼν, inguen. In Gloff. Ifidor. eft Buvinare.
Bubleum, eft genus quoddam vini. Feftus.
Bubo, ōnis. m. & f. [βύας, νυκτικόραξ] Avis feralis & facra.
Mafcul. Ovid. 5. Met. 550.

Ignavus bubo, dirum mortalibus omen.

Fem. Virg. 4. Æn. 462.

Solaque culminibus ferali carmine bubo
Sæpe queri. Ubi Servius; Sola bubo, contra genus pofuit.

Ovid. Infandus bubo: & hoc eft in ufu. Sed Virg. mutavit, referens ad avem. Plerumque enim genus, relicta fpecialitate, a generali fumimus: ut fi dicas, Bona turdus, referendo ad avem. Item fi dicamus, Prima eft a, i. e. litera: quum a fit neutri generis. Hactenus Servius.
Bubo, a Bovis quodam mugitu: quem non vocali cantu, fed gemitu potius reddit, funebris avis, & maxime abominata. Plin. lib. 10. cap. 12. Bubo funebris, & maxime abominatus, publicis præcipue aufpiciis, deferta incolit: nec tantum defolata, fed dira etiam, & inacceffa: nocti monftrum, nec cantu aliquo vocalis, fed gemitu.
Funereus bubo. Ovid. 10. Met. 453.
Ignavus. Ovid. 5. Met. 550.
Infeftus. Claud. in Eutrop. lib. 2. 407.
Luctifer. Sen. Herc. fur. v. 687.
Omen dirum mortalibus. Ovid. 5. Met. 550.
Raucus. Ovid. 1. Amor. 12. 19.
Stygius. Ovid. 15. Met. 791.
Bubŭlo, [βυάζω] āre. ut, Bubulat bubo. Auctor carm. de Philomela, apud Ovid. v. 37.

Bubulat horrendum ferali carmine bubo.

Bubo, ĕre. verbum eft fignificans Actum canendi quem reddit butio avis paluftris. Auctor. Philomel. 42.

Inque paludiferis butio bubit aquis. Al. Butit.

Bubo, vel Bubon, (ut eft apud Plin.) Lydorum urbs eft, in mediterraneis, quorum urbes funt tres, Bubon, Balbura, & OEnoandros. Strab. lib. 13.
Bubona, V. f. l. in bos.
Bubōnes, [Βουβῶνες] Abfceffus funt circa inguen maxime: a quo & nomen vitio. Nam & inguina ipfa, Græci bubones vocant. Vulgo quoque noftri collectiones & inflammationes ejus partis inguinarias appellant. Hermol. in Plin.

Bubonium, i. n. [βουβώνιον] Herba, quæ & After alio nomine appellatur. Plin. lib. 27. cap. 5. After ab aliquibus Bubonium appellatur: quoniam inguinum præsentaneum remedium est. Cauliculus fol is oblongis, duobus aut tribus, in cacumine capitula stellæ modo radiata.

Bubonocele, [βουβωνοκήλη] Morbus dicitur quando intestinum usque ad inguen duntaxat eruperit, aut decubuerit. Perott. conf. Cels. 7. 18. extr.

Bubsequa, Bubularius, Bubulcus, Bubulcitari, Bubulus, V. bos.

Bubulum Femur, Herba. V. femur.

B U C

Buca, [Βοῦκα] Oppidum est Frentanorum, in quarta Italiæ regione. Plin. lib. 3. cap. 12. & Strabo lib. 5.

Bucar, Vasis genus. Festus. [Immo Bacar. q. V.

Bucardia, [βουκαρδία] Lapillus bubulo cordi similis, in Babylone tantum nascens. Plin. lib. 37. cap. 10.

Bucca, [γνάθος] Os est. In quo notandum quod Os & Bucca, sive plur. Buccæ, non Exteriorem partem, hoc est labia, significant, ut vulgus existimat, sed Interiorem. Est ergo Bucca, Interior illa concavitas, unde vox prodit, & qua concipitur flatus. Hor. 1. Serm. 1. 27.
Quid causæ est, merito quin illis Juppiter ambas
Iratus buccas inflet? Ambas buccas inquit, h. e. Utrumque latus oris. Plin. lib. 11. cap. 37. Infra oculos malæ, homini tantum, quas prisci genas vocabant, XII tabularum interdicto radi a feminis eas vetantes. Pudoris hæc sedes. Ibi maxime ostenditur rubor. Infra eas, hilaritatem risumque indicantes, buccæ. Hæc Perott. ex Valla lib. 4. cap. 52.
Age jam infla buccas. Plaut. Stich. 5. 6. 7. conf. Horat. supra.
Suffla celeriter tibi buccas, quasi proserpens bestia. Plaut. Stich. 5. 4. 42.
Fluentes buccæ. Cic. Post red. in Senat. 12. Primum processit, qua auctoritate vir? vini, somni, stupri plenus, madenti coma, composito capillo, gravibus oculis, fluentibus buccis, pressa voce & temulenta.
Rumpere buccas tumidas. Pers. 5. Sat. 13.
Purpurissatæ buccæ. Plaut. Trucul. 2. 2. 35.
Quiaque istas buccas tam belle purpurissatas habes.
Vetula bucca. Juven. 10. Sat. 195.
Buccæ suæ noscenda est mensura. Juven. 11. Sat. 34.
Quod in buccam venerit, Proverbium. Cic. 1. Att. 9. Si rem nullam habebis, quod in buccam venerit scribito. Martial. lib. 12. 24.
—— quicquid
In buccam tibi venerit loquaris.
Buccas, pro Tubicinibus dixit Juven. 3. Sat. 35.
Quondam hi cornicines, & municipalis arenæ
Perpetui comites, notæque per oppida buccæ.
Bucca, pro Frusto panis. Martial. lib. 10. 5. in maledicum poetam,
Pontes per Urbis erret exul, & clivos:
Interque raucos ultimus rogatores
Oret caninas panis improbi buccas. Per pontes, ubi sunt mendici. Rogatores, mendicos. Raucos, assiduitate petendi. Buccas caninas, canibus dandas objiciendasque. Panis improbi, non probi, non boni.

Buccula, æ. dimin. [γνάθιον] Apul. 6. Met. p. 182. Tunc Jupiter perpressa Cupidinis buccula, manuque ad os suum relata combasiavit. Idem 3. p. 137. Suet. Galb. cap. 4. Constat, Augustum puero adhuc salutanti se inter æquales apprehensa buccula dixisse, &c.
Buccula, Pars cassidis, per quam mittitur spiritus, quæ buccam tegit. Nam cassis caput: buccula vero barbatas partes armat. Vel in qua desiguntur cristæ in summo galeæ cono, quod buccæ parvæ habeat similitudinem. [Posterior exegesis falsa est. V. Lips. de M. R. 3. 5.] Juven. 10. Sat. 134.
Lorica, & fracta de casside buccula pendens. Unde in Comm. Cæs. legitur Buccarum tegmen.
De Bucculis in Catapultis, V. Vitruv. 10. 15. & Baldi Lex. p. 17.

Buccularius, i. m. Buccularios in jure civili quos tandem accipimus? inquit Turneb. merito enim Bacularios, ut vocem nihili, quamque hac in re non agnosceret jurisconsultus, explosam reor. Ego eos esse interpretor, Qui galeas faciunt, ex ea galearum parte, quæ buccula dicitur, imposito nomine. V. Lips. u. s. & Lex. Pitisc. in Bucellarius.

Buccea, æ. f. [ἔνθεσις, ψωμός] Frustulum alicujus rei esui aptæ, quantum scilicet bucca commode capit. Augustus in epistola ad Tiberium, apud Suet. in vita, cap. 76. Ne Judæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter sabbatis jejunium servat, quam ego hodie servavi, qui in balneo demum post horam primam noctis duas bucceas manducavi, prius quam ungi inciperem.

Buccella, æ. f. dimin. [ψωμίον] vel pro Genere edulii, vel etiam pro Buccea ponitur. Martial. lib. 6. 75.
Quum mittis turdumque mihi, quadramve placentæ,
Sive femur leporis, sive quid his simile:
Buccellas misisse tuas te, Pontia, dicis.
Has ego non mittam, Pontia, sed nec edam. Tuas, i. e. Quas tibi paraveras: nec mittam amicis, nec edam ipse, quia veneni sunt suspectæ.
Buccellæ maceratæ. Apic. 7. 6.
Buccellæ majores. Apic. 7. 11. conf. 8. 6. & 7. 9.

Buccellaris, e. Adj. ut, Buccellaris farina. Plin. Valer. 1. 6.

Buccellare, is. n. Forte vas coquendis Buccellis. Marcell. Emp. cap. 23. In buccellari decoquere.

Buccellarius, i. m. [Βουκελλάριος] Suidas Buccellarios Gallogræcos dictos fuisse scribit: & Buccellariorum regionem, Gallogræciam. Is qui sub Theodos. jun. militiam Roman. descripsit, auctor est, Buccellarios equites fuisse in exercitu Romano, quibus magister militum per Orientem præerat, aliosque juniores dictos, aliis seniorum nomen fuisse: ut existimare libeat, milites hosce, quum missionem accepissent, latrocinari, & rapto vivere solitos. Sed & fortasse gentis vitium hoc fuit. Isauri enim Gallogræcis proximi, cum hujusmodi sociis latrocinia exercebant. Alciatus
Buccellarios, Turneb. Adv. 24. 16. ex Mauricio veteri scriptore, Equites esse scribit armatos zabis (sic ille armaturam loricarum prope talarium appellat) & manicis ferreis, contatos quosdam & sagittarios. In magno autem honore hos equites fuisse ex eo apparet, quod in agmine ante Imperatorem exercitus equitabant, & post sequebantur. conf. Idem 26. 15.
Buccellarius item Assecla & parasitus qui aliena buccella vivit. V. Gloss. Isidor. in Assecla, & Salmas. ad Hist. Aug. p. 238. conf. etiam Lex. Pitisc. in voce.

Buccellatum, i. n. [βουκελλᾶτον] dicitur a Buccea. Quid autem sit Buccellatum, ostendit Ammianus Marc. lib. 17. 8. Firmatoque consilio, viginti dierum frumentum, ex eo quod erat in sedibus consumendum, ad usus diuturnitatem excoctum, buccellatum, ut vulgo appellant, humeris imposuit libentium militum. ubi Vales. & Lindenbr. V. Spartian. in Nigro cap. 10. Pistores sequi expeditionem prohibuit, buccellato jubens milites, & omnes contentos esse. Seneca Epist. 83. Panem siccum vocat. V. Lex. Pitisc. conf. in debuccellatus.
Vide apud Bapt. Egnatium, Annot. in Avidium Cassium Vulcatii. H. St.

Bucco, ōnis. m. Qui amplas buccas habet, fatuus. Plaut. Bacch. 5. 1. 2.
Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones.
Apud Isidor. lib. 10. B. est Garrulus qui ceteros oris loquacitate, non sensu exsuperat.
Buccones, Homines vocantur tardi. Apul. Apol. p. 325. Si cum hac una Rufi fallacia contendantur, macci prorsus & buccones videbuntur. Legi tamen in lexico Latinogræco buccones esse παρασίτους. Turneb. Adv. 17. 21. conf. Nicol. apud Stobæum Serm. 14.

Bucculentus, Adj. [πρόσωπος] ut, Homo bucculentus, i. e. Grandi ore vel malis plenioribus, ut inquit Budæus. Plaut. Merc. 3. 4. 54.
Canum, varum, ventriosum, bucculentum, breviculum,
Subnigris oculis, oblongis malis, pansum aliquantulum.

Buccina, æ. f. [βυκάνη] a Buccis. vel sec. Varr. L. L. 5. 7. a Bo & cano. Manutio Bucina, quasi Vocina, cum Isidor. 18. 4. [Immo a Græco βυκάνη. Ut in quadam Histor. vitarum Cæsarum Francof. est Bucina, uno c. Fortasse ita scribendum uno c, Sed apud Poetas Buccina cum cc H. St.] Instrumentum quo signum datur in hosteis ad pugnam. Veget. lib. 3. cap. 5. Tuba, quæ directa est, appellatur: Buccina, quæ in semetipsam æreo circulo flectitur. Ovid. 1. Met. 335.
—— cava buccina sumitur illi
Tortilis, in latum quæ turbine crescit ab imo:
Buccina, quæ in medio concepit ubi aera ponto,
Litora voce replet sub utroque jacentia Phœbo.
Inflata buccina. Ovid. 1. Met. 340.
—— & cecinit jussos inflata receptus
Buccina.
Rauca. Virg. 11. Æn. 474.
—— bello dat signum rauca cruentum
Buccina.
Turmalis. Claud. de Bell. Gild. 447.
Ad vigilias etiam mutandas olim signum dabat. Propert. 4. 4. 62.
Et jam quarta canit venturam buccina lucem. Sil. Ital. 7. 154.
—— mediam somni cum buccina noctem
Divideret. conf. Liv. 7. 35. & Lex. Pitisc.
Buccina, Pastorale instrumentum, quo oves vel porcos appellare videntur, ut sequantur & sese in gregem recipiant. Columel. lib. 6. cap. 23. Nam id quoque semper crepusculo fieri debet, ut ad sonum buccinæ pecus, si quod in silvis substiterit, septa repetere consuescat. Varro 2. de R. R. cap. 4. Subulcus debet consuefacere, omnia ut faciant ad buccinam.
Pastoris buccina cantat. Propert. lib. 4. 10. 29. ubi V. Brœckh.
Surda nihil gemeret grave buccina. Juven. 7. Sat. 71. Surdum dicitur, non solum quod non audit, sed etiam quod non auditur.
Buccinas a Tubis nonnulli sic distinguunt, quod illæ ex recurvis animalium cornibus: Tubæ ex ære argentove confici soleant, ad animos militum & equorum inflammandos. Apuleius certe lib. 3. Florid. p. 357. Buccinam manifeste a Tuba secernit, quum ait, Siquidem voce hominis & tuba rudore torvior, & lyra concentu variatior, & tibia questu delectabilior, & fistula susurro jucundior, & buccina significatu longinquior. Sæpe tamen Buccinam pro Tuba positam invenimus, aut certe pro Instrumento tubæ simili; eundem in bello usum habente. Cic. pro Muren. 22. Te gallorum, illum buccinarum cantus exsuscitat: tu actionem instituis, ille aciem instruit. [Ego vero nusquam inveni Buccinam pro Tuba positam, nec ex hoc Cic. loco id exsculpseris. V. Bartholin. de Tib. vet. l. 3. c. 7. conf. mox buchianos.
Buccina etiam nomen oppidi in Sicilia, cujus meminit Dionysius: quo nomine etiam dicta est insula, Pontiani Pontificis exilio & morte clara. [Immo V. bucinna.

Buccinum, i. n. dixit Plin. lib. 11. cap. 10. Donec una omnes excitat gemino aut triplici bombo, ut buccino aliquo. De apibus. [Sic Isid. 18. 4.
Buccinum, Genus conchæ. Plin. lib. 9. cap. 36. Concharum ad purpuras & conchylia, (eadem quidem est materia, sed distat temperamento:) duo sunt genera: Buccinum minor concha, ad similitudinem ejus buccini, quo sonus editur: unde & causa nomini, rotunditate oris in margine incisa. Alterum, &c. Vulgus Italorum præsertim apud Venetos vocat *capas longas*.
Buccini purpura. Quintil. Inst. Orat. 12. 10.
Hyacinthum Romani Buccinum vocant. Diosc. 3. 77. Al. Bucinum.

Buccĭnus, i. m. Qui canit buccina. Petron. cap. 74. Hic buccinus signum dedit. Item ipse Clangor tubæ. Barth. Adversf. 39. 6. conf. Vel. Longum de Orthogr. p. 2243. [Vereor ut recte.

Buccĭno, [βυκανίζω] āre. Varro 2. de R. R. 4. Primo quum incluserunt, quum buccinatum est, aperiunt, ut exire possint, &c.
Ter buccinavit. Sen. Controv. 3. præf.
Buccinate domino, in vet. Interpr. puto in Psal. H. St.

Buccinātor, ōris. m. [βυκανιστής] Cæs. 2. Bell. Civil. 35. Qua re animadversa, Varus, & terrore exercitus cognito, buccinatore in castris, & paucis ad speciem tabernaculis relictis, de tertia vigilia silentio exercitum in oppidum reducit. V. Barthol. d. l.
Buccinator, per metaph. ut, Buccinator laudum alicujus. Cic. 16. Fam. 21. Quare quod polliceris te buccinatorem fore existimationis meæ: firmo id constantique animo facias licet.
Buccinator nominum, Minister qui præconem sequebatur. V. Pignor. de Serv. p. 285.

Bucco, V. bucca.

Bucconiatis, Genus quoddam uvæ, in Thurinis collibus nascens, quam non ante demetunt, quam gelaverit. Plin. lib. 14. cap. 3.

Buccula, Buccularius. V. bucca.

Bucea, per simplex c, Folliculus grani fabæ interior, qui albus est.

Bucentaurus, [Βυκένταυρος] Navis magna Venetorum dicta, quasi magnus Centaurus. Veteres enim solebant magnis rebus βου syll. præponere, a magnitudine scilicet bovis. Perott. A Centauro, navi Virgiliana, dictam tradit Nicol. Eryth. Germ. Audeb. lib. 2. Venet. Bucetaurum appellat. V. Janot. de Rep. Venet. p. 257.

Bucentes, [βυκέντης] Tabanus, a pungendis bobus: κεντεῖν enim pungere significat. Latini hoc insecti genus Asilum vocant: Græci alio nomine οἶστρον. Non dissimile est apibus, quamvis majore corpore, armentis præcipue infestum: de quo V. Virg. 3. Georg. 146. Ibidemque Philarg. conf. supra asilus.

Bucentrum, i. n. [βούκεντρον] Stimulus, quo boves agitantur. Cæl. Rhod. lib. 7. cap. 29.

Būcĕphălus, i. m. [Βουκέφαλος] Equus Alexandri Magni, sic a latitudine frontis dictus, quo semper Alexander in certaminibus utebatur. Erat enim bellator optimus. A quo Bucephalia, urbs Indiæ dicta, quam Alexander condidit, appellavitque ex nomine ipsius, eo ipso in loco sepulti. Strabo lib. 15. & Plin. lib. 6. cap. 20. Idem lib. 8. cap. 42. Eidem Alexandro & equi magna raritas contigit: Bucephalon eum vocarunt, sive ab aspectu torvo, sive ab insigni taurini capitis armo impressi. Tredecim talentis ferunt ex Philonici Pharsalii grege emptum. Neminem hic alium quam Alexandrum regio instratus ornatu recepit in sedem, alios passim rejiciens. (Al. recipiens.) Idem in præliis memoratæ cujusdam perhibetur operæ, Thebarum oppugnatione vulneratus in alium transire Alexandrum non passus. Multa præterea ejusdem modi: propter quæ rex defuncto ei duxit exequias: Urbemque tumulo circundedit nomine ejus. Hactenus Plinius. conf. Curt. 9. 1. 6. & 6. 5. 18. Gell. 5. 2. & Lex. Pitisc.

Neque vero tantum Alexandri ille singularis equus Bucephalus est appellatus, sed apud Thessalos omnes illi idem tulere nomen, quibus taurini capitis insigne esset inustum: ut Scholiast. Aristoph. & Hesych. docent. conf. Salmas. Exerc. Plin. p. 893. Voss. 4. Inst. Orat. p. 132. Gronov. ad Stat. Silv. p. 31. & M. Piccart. Peric. Crit. lib. Sing. cap. 1.

Est item Bucephalus, Achaiæ portus, ut idem Plin. scribit cap. 5. lib. 4.

Bucephalus, & Herba est, eadem cum tribulo, ita dicta, quod bubuli capitis imaginem referat, duobus cornibus & rictu. V. Marcel. Virg. in Diosc.

Būcĕras, ătis. n. [βούκερας] Herba, de qua sic Plin. lib. 24. cap. 19. Nec fœno græco minor auctoritas, quod telin vocant, alii carphos, aliqui buceras, alii ægoceras: quoniam corniculis semen est simile: nos siliciam. Galli (inquit Ruell. lib. 2. cap. 32.) primum nomen usurpant: vulgus *Senegren.*

Buceriæ, Bucerus, Bucetum, V. bos.

Buchætium, [Βουχαίτιον] Pusilla civitas est Cassopæorum, non longe a Cichyro, ad sinum Ambracium sita, proxima vero mari: Elatriæ, Pandosiæ, & Battiis in mediterraneis. V. Strab. lib. 7.

Bucheis, idis. Herba est, quæ in Syria reperitur, tantæ vehementiæ, ut ejus contactu ad septuagesimum coitum libido producatur. Hanc & Indicam Satyrion nuncupant. V. Cæl. Rhod. lib. 14. cap. 9.

Buchia, [Βουχία] Ioniæ locus. Steph. de Urb. Buchia, inquit, Glaucia, Sillon, parva Ioniæ loca.

Buchianos, Festus, Buccinam quam nos appellamus, Græci Buchianon a similitudine soni dicunt. [Scaliger Bucanen emendat. Quid si forma diminut. Bucanion, βυκάνιον; Minor enim forte fuit, neque magnitudine Cornu æquabat. Sed Græci βρυχάνην quoque vocarunt, teste Hesych. unde formatur similiter βρυχάνιον. quod est a βρύχω.

Bucida, V. bos.

Bucinna, [Βούκιννα] inter parvas insulas maris Siculi Plinio ponitur lib. 3. cap. 8. V. buccina. conf. Steph.

Būcŏlēsiă, æ. f. [βουκολησία] Inanis & falsus conceptus, vana imaginatio. Ita in Petron. cap. 41. pro Bacalusiis legit Bucolesias Reines. ad Petron. Fragm. p. 60. conf. Burm.

Bucolus, Bucolicus, Bucula, Buculus. V. bos.

Bucra, Siciliæ promontorium, [Βούκρα ἄκρα Ptolem.] hodie Butera. *El capo Longobardo.*

Bucranium, [βουκράνιον] Herba est Galeno, alio nomine Antirrhinum appellata. V. Ruell. lib. 3. cap. 131.

Buculæ, arum. f. Machinarum genus, quarum structores Paternus vocationem munerum habere scribit in l. ult. D. de jur. immunit. Instrumentum illud est, cujus meminit Vitruv. lib. 10. cap. 15. in quo sucula inditur catapultis exercendis parata. Al. Bucculæ. V. bucca.

B U D

Buda, [Κούρτα] Ungariæ metropolis, quæ thermas habet subter urbis mœnia, inter Occasum & Septentrionem, haud ita longe a Danubii ripa, ex humili colle fonte duplici scaturientes: quorum alter frigidissimus odore sulfureo: alter ita calidus, ut digitum immersum tenere nequeas, utriusque uberrimo effluxu. Calidus autem, pisces fere palmares alit non paucos, in ferventibus undis oberrantes: quorum tamen dum coquuntur, sapor nullus extet. Hæc Vadianus Pomponii interpres. Buda vulgo hodie *Ofen*, Curta Ptolemæo dicitur.

Buda, vel Puda, est Papyrus, ut ostendit Voss. ad Melam 3. 9. p. 307. sq.

Budda, Gymnosophistarum apud Indos princeps extitit, quem illi ex virginis latere natum fuisse credi voluerunt. Cæl. Rhod. lib. 14. cap. 1.

Budēa, æ. f. [Βούδεια] Civitas Magnesiæ, a Budeo conditore: unde & Budea Minerva in honore apud Thessalos. Homerus autem Βούδειον protulit.

Est & Budea Civitas Phrygiæ, & Budei seu Budii Medorum populus. Steph.

Budea, [Βουδεία] Minerva ab urbe Magnesiæ dicta, quæ a quopiam Budeo condita fuit, auctore Stephano. Alii putant, quod quum humana prudentia excogitarit boum opera humum colere, inde factum nomen, in qua sententia Cælius est lib. 14. cap. 18.

Budini, [Βουδινοὶ] Populi sunt Thussagetis vicini, a Taphris per continentem introrsus habitantes, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 12. Scythis assignat & Steph.

Budoræ, Insulæ duæ prope Cretam insulam, ut tradit Plin. lib. 4. cap. 12. Harduin. legit Budroæ.

Budorgis, [Βουδοργὶς] Urbs Germaniæ Ptolemæo: hodie Uratislavia, vulgo *Bresslau.*

Budōris, [Βουδωρὶς] Urbs Germaniæ Ptolem. vulgo *Heidelberg*, sub ditione comitis Palatini.

Būdōrum, [Βούδωρον] Promontorium est apud Salaminem. Steph.

B U F

Bufo, ōnis. m. [φρῦνος] Rana terrestris, seu rubeta, majuscula. Virg. 1. Georg. 184.

Aut oculis capti fodêre cubilia talpæ:
Inventusque cavis bufo.

Servius. Hunc undecunque aut quomodocunque obvium in auguriis felicissimum habuerunt. V. Aug. Niph. de Augur. 1. 10.

Bufōnītes, Bufonius lapis, de cujus virtute adversus venenum, Aldrov. de Insect. 4. 4. & 5. 12.

B U G

Bugei, [Βουγαῖοι] Populi a Partheniis oriundi, qui quum ab his expulsi ad Cretam appulissent, & una cum Minoe in Siciliam navigassent, post ejus obitum, quidam ex his pedestri itinere sinum Adriaticum usque in Macedoniam peragrantes, Bugei sunt appellati. Strabo lib. 6.

Bugenes, [Βουγενὴς] Unum ex nominibus Bacchi, sub quo ab Argivis colebatur. Hinc & Græcorum plerique Tauriformem Bacchum, & Tauricipitem effingebant & appellabant, natumque ex Persephone, ut Euseb. in 2. Præp. evang. tradit. Quinimo etiam Taurus dictus est, & illi cornua attributa, unde Ovid. 15. Epist. 24.

Accedant capiti cornua, Bacchus eris.

Cur autem cornutum Bacchum finxerit antiquitas, V. apud Diodor. lib. 5. Phurnut. & Porphyr. in 2. Carm. Hor. 19. 30. super his verbis,

Aureo cornu decorum.

conf. mox bugones.

Buges, Amnis est Scythiæ Europææ, qui flexum Mæotidis secat, ut auctor est Pomponius Mela. Supra Bugen vero amnes sunt Agarus, quem Sagarim Ovidius nominat; & Lycus, clarissimi Ptolemæo.

Bugillo, ōnis. Herba, forte eadem quæ Bugula.

Bugillonis succus. Marc. Emp. cap. 8.

Buglossa, æ. f. vel Buglossum, i. n. [βούγλωσσος] Herba quæ Bovis lingua, sive Bubula lingua Romanis dicitur, ab ipsa forma folii. Plin. lib. 25. cap. 8. Jungitur huic buglossos, boum linguæ similis: cui præcipuum, quod in vinum dejecta, animi voluptates auget, & vocatur euphrosynum. Diosc. lib. 4. cap. 123. Nascitur sabulosis & exæquatis in planitiem locis. Colligitur Julio mense. Et paulo post, Verbasco similia folia habet, & in terram decidua, aspera, nigrioraque, bubulæ linguæ similia. Seren. v. 421.

Capparis atque apium buglossaque, &c.

Primam corripit Macer. lib. 2. cap. 20. v. 1. & 10.

Būgŏnes, um. f. [βουγόνες] quid significet, declarat Varro 2. de R. R. cap. 5. his verbis, de bove loquens; Denique ex hoc putrefacto nasci dulcissimas apes, mellis matres, a quo eas Græci βουγόνας appellant. [Immo βουγενεῖς, ut viris doctis placet, vel potius βουγενέας, quo minus a recepta lectione abeat conjectura.

Bugonia, æ. f. [βουγονία] Apum generatio. Etsi verbum Græcum sit, tamen id in Latina posuit oratione Plautius, qui Bugoniam scribere dixit, qua forma Iliadem Homerum scripsisse dicimus. Varro, l. c. & hinc Plautium locutum esse Latine, quum Hirtium Prætorem renuntiatum Romam in Senatu scriptum habere, Sed bono animo es: non minus satisfaciam tibi, quam qui bugoniam scripsit. Ubi legendum censet Turnebus, In Senatu scriptum averes. Sensus autem sic elicietur, Varro Hirtium senatorem, in senatuque scriptum esse optabat, quem ordinem assequebantur Ædiles & Prætores, aliique magistratus. Quum eum audisset Prætorem renuntiatum Plautius, Varroni dixit, mulsa tibi affero, affero tibi optabilem nuntium: tam tibi satisfaciam quam qui bugoniam, id est apiarium, aut qui de apibus scripsit. Mel erat antiquis in deliciis. unde meum mel, mihi est mellinæ, & illud Comici, mulsa loquitur. Ex Turnebo. Adv. 8. 8. [Sed sanior Scaliger, qui a loco plane desperato manum abstinuit.

B U L

Bulapăthum, i. n. [βουλάπαθον] Herba: de qua Plin. lib. 20. cap. 21. & Ruell. lib. 2. cap. 49.

Bularchus, [Βούλαρχος] Pictor fuit præstantissimus, cujus picturam Magnetum exitii, mediocris spatii, Candaules rex pari rependit auro. V. Plin. lib. 7. cap. 38.

Bulbīne, es. f. [βολβίνη] Plin. lib. 20. cap. 9. Herba est porraceis foliis, rubicundo bulbo, quæ vulneribus mirum in modum utilis est. Officinæ Maurorum vocabulo Bubigerim appellant, teste Ruell. lib. 2. cap. 100. conf. Plin. 19. 5.

Bulbĭto, [βολβιτίζω] āre. Stercore fœdo. V. in bubino.

Bulbus, i. m. [βολβὸς] Bulbus quid sit hodie ignoratur. Matthiol. in Comment. in Dioscor. Cato Megaricos bulbos potissimum serendos, præcipit. Damnavit Ovid. ob venerem, quam mirum in modum stimulant, Rem. Amor. 797.

Daunius, an Libycis bulbus tibi missus ab oris,
An veniat Megaris, noxius omnis erit.

Ad quam commendavit Martial. lib. 13. 34.

Quum sit anus conjunx, quum sint tibi mortua membra,
Nil aliud bulbis quam satur esse potes.

Radice seritur hortensis. V. Columel. lib. 10. 106. & Plin. 20. 9.

Theophrastus auctor est, esse bulbi genus circa ripas amnium nascens, cujus inter summum corticem eamque partem qua vescuntur, esse laneam naturam,

naturam, ex qua mapalia, veſteſque quædam conficiantur. Plin. lib. 19. cap. 2. conf. Idem 19. 5.

Bulbi, apud idoneos auctores ſunt Radices omnes rotundæ, tunicatæ, quales ſunt lilii, croci, narciſſi, colocaſiæ, ſquillæ, & arundinum. Pallad. lib. 3. cap. 21. Nunc & liliorum bulbos ponemus, vel lilia ante habita ſarriemus ſumma diligentia: ne oculos circa radices naſcentes, & minores bulbulos ſauciemus: qui a matre ſubtracti, atque in alios digeſti ordines, nova lilieta formabunt. Plin. de Lilio, lib. 21. cap. 5. Nihilque eſt fœcundius, una radice quinquagenos ſæpe emittente bulbos. Ibid. de Aſphodelo, cap. 17. Radix ejus napis modicis ſimilis eſt neque alia numeroſior, LXXX ſimul acervatis ſæpe bulbis. Idem lib. 17. cap. 20. de Arundine loquens, Seritur bulbo radicis, quem alii oculum appellant, dodrantali ſcrobe, intervallo duûm pedum & ſemipedis.

Tunicæ bulborum. Stat. 4. Silv. 9. 30.

Bulbos quærit, Jocus proverbialis in eos, qui juxta Perſium,
Obſtipo capite & figentes lumina terræ. V. plura apud Eraſm.

BULBACEUS, Adj. Plin. lib. 21. cap. 26. Radix eſt bulbacea. De hyacintho loquitur.

BULBŌSUS, Adj. ut, Radix bulboſa, In qua bulbi conſpiciuntur, quales in radicibus arundinum. Plin. lib. 27. cap. 8. Radice bulboſa, oblonga.

BULBULUS, i. m. dimin. Pallad. lib. 3. cap. 21.

BULCOLACCA, æ. f. vel BURCULACCA, vel etiam BUTHROLACCA, Cadaver excommunicati. Leo Allat. lib. de Græc. opin. §. 12. p. 142. conf. Anton. Leger. apud Hotting. part. 3. Hiſt. Eccl. §. 1. p. 178.

BŪLĒ, es. f. [βουλὴ] Budæus, βουλὴ in civitatibus Græciæ & Aſiæ dicebatur Senatus & conſilium. Unde βουλευταὶ, Senatores & Decuriones. Quæ dictio frequentiſſima eſt apud Demoſthenem. Plin. lib. 10. Epiſt. 117. Solent totam bulen, atque etiam e plebe non exiguum numerum vocare. Idem l. 10. Epiſt. 111. & 113. In bulen legi. conf. Spanh. loco ſeq. dict. not. Hinc

BULÆUS, [Βουλαῖος] Jupiter, & Bulæa Pallas, in nummis apud Spanh. de Uſu, &c. diſſ. 3. p. 133.

BULĒPHŎRUS, [βουληφόρος] vocabatur Summæ rei rationalis. Conſt. Imp. Cod. leg. 7. V. Panciroll. Notit. dign. Imp. Orient. 75.

BULEUTA, æ. m. [βουλευτὴς] Latine dicitur Conſiliarius, Senator, Decurio. Plin. Epiſt. lib. 10. 48. Claudiopolitani quoque in depreſſo loco imminente etiam monte, ingens balineum defodiunt magis, quam ædificant, & quidem ex ea pecunia, quam buleutæ addunt beneficio tuo. V. & Epiſt. 115. Spartian. Sever. cap. 17. Supra in BUIF.

BULEUTĒRION, [βουλευτήριον] Curia, Locus ubi conſilium publicum cogitur. Plin. lib. 36. cap. 15. Cyzici & Buleuterion vocant ædificium amplum, ſine ferreo clavo ita diſpoſita contignatione, ut eximantur trabes ſine fulturis, ac reponantur. Cic. 4. Verr. 50. Deinde ut in curia Syracuſis, quem locum illi Buleuterium vocant, honeſtiſſimo loco & apud illos clariſſimo. &c.

BULEUTICUM, i. n. [βουλευτικὸν] dicitur Theatri pars ſenioribus ad ſpectandum aſſignata; ſicuti Ephebicum, ubi ſpectant ephebi. Cæl. lib. 8. cap. 8. conf. Jul. Pollux 4. Onomaſt. cap. 19. Dempſter. Paral. ad Roſin. 5. 10. p. 480.

BULGA, æ. f. [πήρα] Feſtus, Bulgas Galli Sacculos ſcorteos appellant. Nonius 2. 76. Bulga eſt Folliculus omnis, quem & Crumenam veteres appellarunt, & eſt Sacculus ad brachium pendens. Lucil. Sat. lib. 6.
Cui neque jumentum eſt, nec ſervus, nec comes ullus,
Bulgam & quicquid habet nummorum, ſecum habet ipſe.
Cum bulga cœnat, dormit, lavit: omnis in una
Spes hominis bulga, hac devincta eſt cetera vita. Quiſque noſtrum e bulga matris eſt in lucem editus. Lucil. apud Non. l. c. conf. Elmenh. ad Arnob. p. 111. V. etiam Voſſ. Lex. Etymol. & Argol. de Lud. Circ. 2. 2.

Θυλάκιον, τὸ παρ' ἡμῖν βουλγίδιον. Suid. in Κωρύκιον. Quaſi Bulgula. Puto & Germanos uti. Nomini Bulga contigit, ut nomini Saccus, ut peragraret omnes nationes. H. St. reliqua cultro reſecta fuerunt. Germani revera vocant *Bulgen.*

BULGARI, [Βούλγαροι] Europæ populi in parte Mœſiæ ad Danubium, gens ferox, & quæ multas in Europa clades vicinis intulit. Nonnullis placet non indigenas, ſed advenas eſſe e Scythia egreſſos. Auctor Volaterr.

BULGARIA, [Βουλγαρία] a recentioribus appellatur Europæ regio ſupra Thraciam, inter Danubium & pontum Euxinum ſita, Daciæ & Mœſiæ contermina, ubi Bulgari conſederunt.

BULIMIA, æ. f. [βουλιμία] dicitur Magna fames. Gellius 16. 3. Vim famis intolerabilem interpretatur. V. Feſt. in Bulimam & Scalig. ac Dacer. ibid. & Rhodig. 13. 39. & 14. 1. Bulimiam, medici Caninum appetitum vocant. Eſt & Bulimia, ſive Bulimos, Galen. 2. Aphoriſm. Morbus orificii ventriculi, & caſus appetentiæ, ex frigiditate exteriore, qui a fame quidem inchoavit, ſed non habet eam amplius adjunctam. Et in hoc differt ab appetitu canino, qui perpetuo cibum appetit, ſumptumque ſtatim evomit. V. ſeq.

BULĪMO, āre. [βουλιμιᾶν] Bulimo laborare. Theod. Priſc. 2. 26. Edaces, bulimantes. [Forte ex Græco legendum Bulimiantes.

BULĪMUS, [βούλιμος] Græcis Ingentem famem ſignificat, quæ tamen non uſquequaque perdurat. Nam qui ſic affecti ſunt, repente animo linquuntur, cum extremarum partium perfrigeratione, & ſpiritus defectione. Neque vero idem malum eſt Bulimus & Caninus appetitus. Caninus enim appetitus etiam eſuritionem magnam excitat, ſed ut ſic affecti plurima edant & gravati maxime paulo poſt vomant, atque ſic ſe levent, rurſuſque expleant, ac rurſus ad vomitum revertantur. Bulimo autem affecti, ſi non ſtatim cibum habeant, animo linquuntur, & plerique ipſorum auxilii facultate deſtituti, ex inſtanti pereunt. De utriſque ſeorſum agit Aëtius lib. 9. cap. 6. & 21.

Bulimam, inquit Feſtus, Græci magnam famem dicunt, adſueti magnis & amplis rebus præponere *Bu*, a magnitudine ſcilicet Bovis, &c. V. ſupra BU. [Ceterum incertum, utrum Feſtus Bulimiam ſcripſerit, an, ut doctis viris emendare placuit, Bulimum. conf. Varr. de R. R. 2. 5.

BULIS, [Βοῦλις] Phocidis oppidum maritimum, non procul a Parnaſſo & Helicone ſitum: ita dictum a Bulone conditore. Hinc

BULII & BULIENSES. Cic. in Piſon. 96. Parthenii & Bulienſes illuſi. [Immo Parthini & Bullidenſes, V. BULLIS. Steph. quidem a Bulide gentile facit Βούλιοι, ſed corrupte, puto, pro Βουλίδιοι, Bulidii.

BULLA, æ. f. [πομφόλυξ] Tumor ille inanis, qui viſitur in aquis momento temporis enaſcens ſimul & evaneſcens. Unde proverbium, Homo bulla: quod nos admonet, humana vita nihil eſſe fragilius, nihil fugacius, nihil inanius. Varro in præfatione, quam ſcripſit in libros de Agricultura; Cogitans, inquit, eſſe properandum: quod (ut dicitur) ſi eſt homo bulla, eo magis ſenex. Annus enim octogeſimus admonet me, ut ſarcinas colligam, antequam proficiſcar e vita.

Perlucida bulla. Ovid. 10. Met. 734.
—— ſic ut pluvio perlucida cælo
Surgere bulla ſolet.

Bullam pro Capite clavorum, qui in valvis magnarum ædium honoris gratia affigi ſolent, accepit Plaut. in Aſinaria 2. 4. 20. Juſſine in ſplendorem dari bullas has foribus noſtris? V. ibi Taubm. Cic. 6. Verr. 124. tradit Verrem, bullas aureas ex valvis templi magnificentiſſimis abſtuliſſe.

Bulla, æ. f. [βοῦλλα] Inſigne erat triumphantium, quam in triumpho præ ſe gerebant, incluſis intra eam remediis, quæ crederent adverſus invidiam valentiſſima. [Quis auctor?] Feſtus, Bulla aurea, Inſigne erat puerorum prætextatorum, quæ dependebat eis a pectore: ut ſignificaretur eam ætatem alterius regendam conſilio. Dicta eſt autem Bulla e Græco ſermone βουλὴ, quod conſilium dicitur Latine: vel quia eam partem corporis bulla contingat, id eſt pectus, in quo naturale manet conſilium. Hactenus Feſtus. Plin. lib. 33. cap. 1. Sed a Priſco Tarquinio omnium primo filium, quum in prætextæ annis occidiſſet hoſtem, bulla aurea donatum conſtat: unde mos bullæ duravit, ut eorum qui equo meruiſſent filii, id inſigne haberent, ceteri lorum. Cic. 3. Verr. 152. Neque te tam commovebat, quod ille cum toga prætexta, quam quod ſine bulla venerat. ubi Aſconius, Simul cum prætexta etiam bulla ſuſpendi in collo infantibus ingenuis ſolet aurea, libertinis ſcortea, quaſi bullientis aquæ, ſinus communiens pectuſque puerile. Perottus, Bullam eſſe amulam manifeſtum eſt: dictam a ſimilitudine ejus bullæ, quæ ſpiritu in aqua excitatur, præcipue dum bullit, figura rotundæ. Nam quod aliqui bullam, ἀπὸ τῆς βουλῆς, hoc eſt a conſilio deductam volunt, plenum inſaniæ eſt. De Bulla fuſiſſime differit Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 6.

Plut. in Sertorio, τὰ χρυσᾶ περιδέραια, ἃ ῥωμαῖοι βοῦλλας καλοῦσι. Ex Bullæ ſimilitudine vereſimile eſt dictam fuiſſe. H. St.

Argentea bulla. Ovid. 10. Met. 114.

Aurea. Propert. lib. 4. 1. 131.
Mox ubi bulla rudi dimiſſa eſt aurea collo. ubi V. Brœkh.

Bullæ etiam ſunt Ornamenta balteorum & cingulorum. Virg. 12. Æn. 942.
—— & notis fulſerunt cingula bullis. Bullas has, Nodos appellat Val. Flacc. 5. Argon. 579. ex emendatione N. Heinſii,
Quis procul ille, humerum nodis cui balteus aſper
Subligat?

Bulla etiam erat Tabula penſilis, quæ dies faſtos a nefaſtis diſcriminabat. Petron. cap. 30. Et qui dies boni, quique incommodi eſſent, diſtinguente bulla notabantur. [Ergo Bulla non Tabula, ſed Signum mobile, quo dies illi in tabula notabantur.

BULLĀTUS, a, um. Bullis ornatus. Juven. 14. Sat. 5.
Si damnoſa ſenem juvat alea, ludit & hæres
Bullatus. i. e. Puer.

Bullatæ nugæ. Perſ. 5. Sat. 19. i. e. Argumenta inania.

BULLIO, [ζέω, φλύω, βρύσσω] īre. Fervere ſignificat. Celſ. lib. 5. cap. 19. Aut ſpumæ argenti ſelibra, ex olei hemina, & aquæ marinæ altera, cocta donec bullire deſierit, cui paulum ceræ ſit adjectum.

BULLO, [πομφολυγέω] āre. Bullas facere: hoc eſt tumorem illum excreſcentem, qui ſpiritu in aqua vel urina excitatur. Plin. lib. 28. cap. ult. Item maris ipſius tranquillus ſonitus, ſpumæve diſperſæ, aut aquæ bullantes. Idem lib. 28. cap. 6. non procul a fine, Magna ſigna ſunt urinæ bullantis & craſſæ.

BULLATIO, ōnis. f. Hoc ſubſtantivum Harduinus ex Libris MSS. Plinio reſtituit 34. 14. ſub fin. Lapis hic & in Cantabria naſcitur, non ille magnes verus, caute continua, ſed ſparſa bullatione, ita appellant. h. e. Magneticos lapillos bullarum inſtar per agros ſpargi, non e continua rupe excidi. Vulgo Bubbatione legitur.

BULLULA, æ. f. [πομφολύγιον] diminut. Parva bulla. Celſ. lib. 2. cap. 5. Item ſi urina modo liquida & pura eſt, modo habet quædam ſubſidentia, ſi lævia, atque alba rubrave ſunt, quæ in ea ſubſidunt: aut ſi quaſdam quaſi maculas (al. miculas) repræſentat, aut ſi bullulas excitat.

BULLA Regia, Liberum oppidum Numidiæ in Africa, auctor Plin. lib. 5. cap. 3.

BULLÆUM, [Βουλλαῖον] Urbs inſulæ Britanniæ Ptolem. Vulgo *Witlam.*

BULLATIUS, Viri proprium, ad quem ſcribit Horat. lib. 1. Epiſt. 11. 1.
Quid tibi viſa Chios, Bullati.

BULLIO, ire, V. BULLA. BULLIONES. V. poſt dict. ſeq.

BULLIS, idis. [Βουλλὶς] Oppidum in ea parte Macedoniæ, quæ mari Adriatico adjacet, non procul ab Apollonia, teſte Ptolemæo lib. 3. cap. 13. Hinc dicti

BULLIDENSES, Plin. Bullidenſem coloniam vocat lib. 4. cap. 10. &

BULLIONES, incolæ. Plin. lib. 3. cap. 23. Apollonia, quondam Corinthiorum colonia, VII. M. paſſuum a mari recedens. Cujus in finibus celebre Nymphæum accolunt barbari, Amantes, & Bulliones.

BULLO, BULLULA. V. BULLA.

BULUA, [Βούλουα, Vulgo *Bodova*] Oppidum Liburniæ, non procul a Drilone fluvio. Ptolem. lib. 2. cap. 17.

BULUBA, [Βουλούβα] Libyæ Cyrenaicæ oppidum, apud Plin. lib. 5. cap. 5.

B U M

BUMAMMA, [βούμαστος] Magna mamma, Voce hybrida. Quo nomine dictum eſt genus quoddam Uvæ grandioris: quod tumeat ad ſimilitudinem mammarum bovis. Varro de R. R. lib. 2. cap. 5. Macrob. lib. 3. Saturnalium, cap. ult. Bumammiam appellat. [In ed. Pont. Bumamma. V. BU particulam, & dict. ſeq. An Plinii Bimammia l. 14. c. 3.

BUMASTOS, ſive BUMASTUS, i. f. Græcum eſt, Idem ac Bumamma. Plin. lib. 14. cap. 1. Tument vero mammarum modo bumaſti.

BUMELIA, æ. f. Fraxini ſpecies in Macedonia ampliſſima & lentiſſima, cujus folia contra ſerpentes, ſucco expreſſo ad potum, impoſita ulceribus maxime proſunt. Plin. lib. 16. cap. 14.

B U N

Bunæa Juno, V. bunus.

Bunas, [Βέναϛ] Vir quidam Atheniensis. Quum autem esset controversia inter Calydonios & Eleos, utrique rem ad arbitrium Bunæ detulerunt. Convenerat autem ut a manibus temperarent, donec ille de negotio pronuntiasset. Quod ubi sensisset Bunas, de industria quidem audiebat utramque partem: ceterum per fictas occasiones rem in longum distulit, nec unquam de lite voluit pronuntiare. Hinc natum proverbium, Bunas judicat, ubi lis in longum profertur, nec unquam explicatur. Auctor Mnaseas apud Zenodotum.

Bunias, ădis. f. [Βενιάς] Napi species est, diversa a Bunio. Plin. lib. 20. cap. 4. duas napi species facit, quarum altera Bunion, altera Bunias vocatur. Bunion autem angulosis foliorum caulibus esse tradit, ejusque decoctum purgationibus feminarum, & vesicæ, & urinæ utile esse: idque Dioscorides a Romanis Scopam regiam vocari asserit.
Buniada autem idem Plin. raphano & rapo similem facit, cujus semen antidotis, quæ contra venena fiunt, admisceri tradit. Hodie Bunias napi nomine nulli non cognita est.
Bunion autem id esse, quod vulgus Gallorum *Carpentariam* herbam vocat, plerique suspicantur. Utriusque vero generis appellatio a tumente radicis figura tracta videtur. Nam colles, terræque tumores βϋνες Græci appellant. Napum autem Buniadis nomine ne Columella quidem ignoravit, qui sic scribit lib. 10. 423.
Quæque Amiterninis defertur Bunias arvis.

Bunion, i. n. [Βένιον] Napi genus. V. bunias.

Bunītes, æ. m. Βενίτης, scil. οἶνος. Vinum ex napis. Diosc. 5. 56. V. Plin. 14. 16.

Bunitium, [Βενίτιον] Urbs Germaniæ apud Ptolem. Vulgo *Sund.*

Bunnus, [Βέννος] Illyridis oppidum est: cujus gentile est

Bunnius, [Βέννιος] Stephanus.

Bunus, i. m. [Βῦνος] Mercurii & Alcidamiæ filius fuit, qui in Acrocorintho Junoni sacellum ædificavit, unde Bunææ Junonis cognomen propagatum. V. Pausan. in Corinth. & Rhodig. lib. 15. cap. 17.

B U P

Bupæs, ædis. m. [Βέπαις] Bupædas, Magnos pueros Græci dicunt, Festus, in Bulimam.

Bupalus, vel Bubalus & Athenis, Anthermi Chii filii, Clarissimi sculptores fuêre. Hi quia Hipponacti poetæ notabilis vultus fœditas erat, imaginem ejus lascivia jocorum proposuere ridentium circulis. Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum distrinxit in tantum, ut credatur aliquibus ad laqueum eos compulisse. Unde Horatius in Epod. 6. 3.
Qualis Lycambæ spretus infido gener,
Aut acer hostis Bubalo. Hanc de Bupalo Historiam, vanam arguit Plin. 36. 5. unde superiora excerpta sunt. Pictorem Bupalum facit Scholiastes Horatii d. l. qui Hipponactem, in scena depictum, populo videndum præbuerit. V. hipponax.

Buphagus, i. m. [Βεφάγος] Fluvius est in Arcadia, ab heroe Buphago nomine adoptato, qui Iapeti fuit filius & Thornacis, quemque honesta parum affectantem in monte Pholoe peremit Diana. V. Cæl. Rhodig. lib. 26. cap. 2. vel potius Pausan. Arcad.
Est & Herculis epitheton integros boves comedentis.

Bupharus, i. m. [Βέφαρος] Terra dicitur quæ arari facile potest. Nam pharos aratio est, sed & bovis epitheton. Auctor Cæl. lib. 12. cap. 6.

Buphonia, orum. n. pl. [Βεφόνια] Festum Atheniensium, quod post Mysteria celebrabant per immolationem bovis, quo occiso, reliqua omnia a cæde libera pronuntiabant, gladium vero seu cultrum cædis condemnabant. Vocabatur etiam hoc festum Διϊπόλια, V. Pausan. lib. 1. Ælian. Var. Hist. 8. 3. Aristoph. & scho. Pac. 418. & Nub. 981. V. etiam Rhodig. 12. 6.

Buphŏnum, i. n. [Βεφόνον] Herba, quam alii Chamæleontem, alii Ixium vocant. Dicitur autem ἀπὸ τȣ̃ φόνος, quod est mors, & βȣ̃ς, bos; quod a bobus devorata anginam procreet, eosque necet.

Buphthalmos, i. f. [Βέφθαλμος] Herba similis boum oculis, folio fœniculi, circa oppida nascens, fruticosa caulibus, qui & manduntur decocti. Quidam Cachlam vocant. Hæc Plin. lib. 25. cap. 8. conf. Diosc. 3. 156.
Bupthalmos etiam apud Dioscoridem, in Nothis p. 468. recensetur inter appellationes Sedi, sive Sempervivi majoris. Add. Plin. 25. 13.

Buplanoctisti, [Βεπλανοκτίςοι] Tumuli erant apud Ilium: sic dicti, quod ex Mysia bovem insequutus, Ilus ibi demum urbem condiderit Ilium, ubi interquievisset ea. Meminit Lycophron in Alexandrâ, & Cæl. lib. 26. cap. 2.

Bupleuros, f. [Βέπλευρος] Herbæ nomen, quam sic describit Plin. lib. 22. cap. 22. Bupleuron in sponte nascentium olerum numero Græci habent, caule cubitali, foliis multis longisque, capite anethi, laudatum in cibis ab Hippocrate: in Medicina a Glaucone & Nicandro,

Buprasium, [Βεπράσιον] Civitas & fluvius & regio Elidis, a Buprasio conditore, cujus meminit Homerus. Buprasium negat Strabo l. 8. sua ætate extitisse. Proinde a Plin. lib. 4. cap. 5. inter Achaiæ loca ponitur.

Buprestis, is. f. [Βεπρῆςις, ἡ Βέπρηςις] Animal est rarum in Italia, simillimum scarabeo longipedi. Fallit inter herbas bovem maxime: unde & nomen invenit: devoratumque tacto felle ita inflammat, ut rumpat. Hæc Plin. lib. 30. cap. 4. Jurisconsultus de hoc animali scribit in l. 3. D. ad leg. Cornel. Sicui temere pigmentarii dederint pytiocampas, aut buprestes, quæ ambo venenata sunt, teneri pœna legis Corneliæ de sicariis & veneficis.
Buprestis, & Herbæ genus est. Plin. lib. 22. cap. 22. Buprestim magna inconstantia Græci in laudibus ciborum etiam habuere. Iidemque remedia tanquam contra venenum prodiderunt. Et ipsum nomen indicio est, boum certe venenum esse, quos dissilire degustata fatentur. V. Theophrast. Hist. Plant. 7. 8. & Harduin. ad Plin. loc. cit.

B U R

Bura, [Βȣ̃ρα] Urbs in sinu Corinthio, hausta a mari. Plin. lib. 2. cap. 92. Pyrrham & Antissam circa Mæotin pontus abstulit, Elicem & Buram in sinu Corinthio, quarum in alto vestigia apparent. Al. Buris q. V.

Bura, æ. sive Buris, is. f. [Βȣ̃ρα] quasi Bovis cauda; dicitur Pars aratri posterior, decurvata. Virg. 1. Georg. 170.
Continuo in silvis magna vi inflexa domatur
In burim. Ubi Serv. In burim, In curvaturam: nam buris est curvamentum aratri, dictum quasi βοὸς ȣ̉ρά, quod sit in similitudinem caudæ bovis. Proprie autem Bura est illud Curvamen aratri, quod vomerem excipit. Varro 1. de R. R. cap. 19. Terram duram proscindere, nisi boves magnis viribus non possunt, & sæpe fracta bura relinquunt vomeres in arvo. Varr. de L. L. lib. 4. p. 33. ed. tert. Steph. Bura a bubus. Alii hoc a curvo, Curvum appellant. Sub jugo medio Covum, quod bura extrema addita appellatur. Vocatur covum a cavo. [Sic distinguo.

Buraicus, i. m. [Βεραϊκὸς] Herculis cognomentum, ab Achaiæ urbe Bura, ubi & specus & fluvius eodem nomine extitêre: quo in loco tabella, & talis seu taxillis vaticinia dabantur. Nam qui deum consulebant, primum ante simulacrum dei preces effundebant: deinde quatuor talos, qui multi erant apud deum, super mensam jaciebant. In singulis autem talis, figuræ notatæ inerant: in tabella vero figurarum interpretationes inveniebantur: Itaque vaticinium habebatur. Ex Pausan. Achaïc.

Burchana, [Βεϱχανὶς] Ponti insula nobilissima, Plinio auctore. Sic enim scribit ille lib. 4. cap. 13. Inde insulæ Romanorum armis cognitæ. Earum nobilissima Burchana. Fabaria a nostris dicta, a frugis similitudine sponte provenientis. Item Glessaria, &c.

Burdegăla, vel Burdigala, [Βουρδίγαλα] ut scribit Suidas; Strabo autem Burdigaliam. Civitas est Galliæ, Aquitanorum nobilissimum emporium, cuidam marino incumbens lacui, quem eruptiones faciunt. vulgo *Bourdeaux.* V. Auson. Epist. 24. 79. & in Clar. urbibus, cap. 14.

Burdigalus, i. m. Gentile. Martial. 9. 33.

Burdigalensis, e. Adj. apud Recentiores invenitur.

Burdo, ōnis. Hinnulus est, inquit Valla lib. 4. qui patre equo, matre asina genitus est, quem quidam burdonem nominant. Ulpian. in l. 49. D. de leg. 3. Item legato continentur mancipia, item jumenta, vel lectica, vel sella, vel burdones. Cæl. lib. 23. cap. 5. putat Burdones dici mannos seu mannulos, ut est apud Martialem, equos haud ita magnos, ac præmites: quos vulgus, ut scribit Porphyrio, Burdos vocabat.
Si burdonibus atque asinis agaso nobis præficiendus est. Interpr. Chrysostomi apud Dadræum. 209. 6. H. St.

Burdubasta, æ. m. i. e. Asini stratum, sive Asinus gibbosus. V. Petron. cap. 45. Ubi Schefferus legendum suspicatur Buttuba, & M. Nodot. habet Gurdus atta. V. Burman.

Burgus, i. m. pl. Burgi, in l. 2. §. In Sardinia. C. de Off. Præf. Prætor. Afr. l. pen. de fund. rei privat. lib. 10. C. Luitprandus lib. 3. de reb. per Europam gestis, cap. 12. de Burgundionibus agens: Et quoniam, ait, ipsi domorum congregationem, quæ muro non clauditur, burgum vocant, Burgundiones, quod est burgo expulsi, a Romanis appellati sunt. Isidor. lib. 9. cap. 4. Burgundorum habitacula, burgos dicunt. Unde & Burgundionum gentem per castra dispositam fuerunt. V. Glossaria medii ævi.

Burgarius, i. m. Qui ex Burgo, seu castro est. V. hujus nominis titulus, Cod. Theod. 7. 14. & eadem Gloss.

Burgundi & Burgundiones, [Βεργένδοι] dicti sunt populi, qui eam regionem incolunt, quam olim Hedui & Sequani tenebant. Hi vicini Cimbris, supra Rostochium Germaniæ urbem olim habitarunt. Unde trans Rhenum profecti, quemadmodum sæpe Germanæ gentes fecerunt, ea loca occuparunt, quæ jam tenent. Certe Plin. lib. 4. inter Germanos numerat. Genera, inquit, Germanorum sunt quinque, Vindelici, quorum pars Burgundiones, Varini, Carini, Guttones. De nominis origine V. dict. præced. Hinc

Burgundia, Galliæ Celticæ provincia, a Burgundis, qui eam expulsis veteribus colonis occuparunt, ita dicta. Hodie in Ducatum & Comitatum dividitur fluvio Arari sive Saona, uterque ad regem Galliæ pertinet.

Buris, Posterior pars aratri. V. bura.

Buris, Urbs mediterraneæ Achaiæ, eadem ac Bura, de qua Ovid. 15. Met. 293. ubi Heins. ac Burm. V.

Burnistæ, Plinio ponitur inter civitates Illyrici Liburnorum, lib. 4. cap. 21.

Burnum, [Βȣ̃ρνον] Castellum est in tractu Dalmatiæ, nobilitatum populi Romani præliis. Hujus meminit Plin. lib. 3. cap. 22.

Burra, V. burrum.

Burranīca, æ. Potio a rufo colore, ex lacte commixto sapa. Festus.

Burræ, arum. f. Quisquiliæ. Auson. præfat. ad Latinum Pacatum,
Burras, quisquilias, ineptiasque. Vocem Aquitanicam dicit Scalig. cujus V. Auson. Lect. 2. 13. p. 123.

Burrhanĭcum, Genus vasis. Fest.

Burrio, īre. Apul. lib. 8. p. 211. Formicarum nidificia in carioso stipite burriebant. Alii aliter legunt. V. Pricæum p. 168.

Burrum, [πυῤῥὸν] dicebant antiqui, quod nunc dicimus Rufum, Unde rustici Burram appellant Buculam, quæ rostrum habet rufum. pari modo rubens cibo ac potione ex prandio Burrus appellatur. Festus. conf. birrus.

Bursa, vox Medii ævi, Crumenam denotans, unde bursa pastoris, Herba vulgo notissima, ex refrigerantium, exiccantium & adstringentium genere: de qua plura apud Matthiol. in Dioscorid. lib. 2. cap. 150.

Bursaonenses, Hispaniæ citerioris populi, Calaguritanis & Complutensibus vicini, ut testis est Plin. lib. 3. cap. 3. in descriptione citerioris Hispaniæ.

Burtina, [Βερτίνα] Urbs Hispaniæ Ptolem. vulgo *Balbastro.*

B U S

Busæ, [Βȣ̃σαι] Herodoto lib. 1. Populi sunt Medorum, quos subegit Dioces.

Buselinum, i. n. [Βεσέλινον] Herba est sativo apio similis, folioque caulis brevitate, & rufa radice ab eo differens. Auctor Plin. lib. 20. cap. 12.

Busiris,

Bustris, is, vel ĭdis. m. [Βούσιρις] Neptuni filius ex Libya Epaphi filia susceptus, ut in libro Temporum scribit Eusebius. Hic autem (ut ait Augustinus in lib. de Civitate Dei) regnante Danao Argivis, rex, vel potius tyrannus, suis diis hospites immolabat: sed ab Hercule tandem interemptus est, quum etiam eum voluisset occidere. Hujus laudes scripsit Isocrates. Illaudatus autem dictus est Virgilio: non qui laudatus non sit, sed qui laudari non meruerit, ut ait Servius. Virg. 3. Georg. 5.

——quis aut Eurysthea durum,
Aut illaudati nescit Busiridis aras?

Sævior es tristi Busiride. Ovid. lib. 3. Trist. Eleg. 11. (v. 39.) H. St.
Busiris, & Oppidi nomen est in Ægypto, ad Nilum fluvium, a Busiride conditi, in quo fuit templum magnum Isidis. Hinc, Busiritica præfectura, apud Strabon. lib. 17.

Bustar, Idem quod Bustum. Charisius lib. 1.

Bustum, i. n. [τύμβος] proprie dicitur Locus in quo mortuus est combustus & sepultus; diciturque Bustum, quasi bene ustum. Ubi vero combustus quis tantummodo, alibi vero est sepultus, is locus ab Urendo Ustrina vocatur. Sed modo Bustum, eo quod [an Bustum est quod?] Sepulcra vocamus. Hæc Festus. Servius vero in 12. Æn. 863. Pyra (inquit) est lignorum congeries: Rogus, quum ardere cœperit, dicitur; Bustum vero jam exustum vocatur. Quem ordinem servat poeta dicens, Constituere pyras. Item, Subjectisque ignibus atris, Ter circum accensos decurrere rogos. Item postea, Semustaque servant busta: Cic. 2. de Legib. 61. Nam quod rogum bustumve novum vetat propius sexaginta pedes adjici ædes alienas, invito domino, incendium veretur acerbum. Quod autem Forum, id est vestibulum sepulcri, bustumve usucapi vetat, tuetur jus sepulcrorum. Juven. 3. Sat. 34.
Bustum, Sepulcrum. Cic. 7. Att. 9. Unas video mihi a te non esse redditas, quas L. Quintius familiaris meus quum ferret, ad bustum Basili vulneratus & despoliatus est.
Cava busta. Ovid. 3. Amor. 9. 38.
Coacervatum bustum excelso aggere. Catul. in Argon. 363.
Fumantia. Stat. 5. Silv. 1. 226.
Ingens terreno ex aggere. Virg. 11. Æn. 850.
Horrifico cinefactus busto. Lucret. lib. 3. 918. i. e. In cinerem redactus.
Injusta. Ovid. 2. Met. 627. Immo Justa injusta. V. Heins.
Inania. Stat. 6. Theb. 196. alii Justa legunt.
Miserabile. Ovid. 6. Met. 665.

Flet modo, seque vocat nati miserabile bustum.

De Tereo, qui inscius appositum sibi ab uxore filium comederat: unde seipsum filii sepulturam vocat. Improprie enim Bustum dixit.
Memorabile. Claud. de Bell. Get. 637.
Sacra. Claud. 1. in Eutrop. 451.
Suprema. Stat. 9. Theb. 397.
Teres. Catul. in Argon. 62. 363.
Eruere busta. Sen. Troad. 6.
Facere. Cic. 1. Philipp. 5. Nam quum serperet in urbe infinitum malum, idque manaret in dies latius, iidemque bustum in foro facerent qui illam insepultam sepulturam effecerant, & quotidie, &c.
Incidere in busto. Cic. 5. Tusc. 101.
Mactatus essem in Catilinæ busto, vobis ducibus. Cic. in Pison. 16.
Peragere busta. Ovid. 2. Met. 627. al. Justa. V. supra Injusta.
Piare alicujus. Ovid. 13. Met. 515. i. e. Manes. Sic
Pendere busto piacula: i. e. Persolvere. Lucan. 2. 176. de Mario.
Vertere busta, pro Evertere & devastare. Lucan. lib. 7. 855.
Violare bustum compositum. Lucan. lib. 8. 748.
Bustum legum omnium ac religionum. i. e. Locus, ubi sepelirentur oppressæ. Cic. in Pison. 11.
Bustum aræ. Hieronymus, Non est tantum in eo servitus idoli, siquis duobus digitulis thura comprehensa in bustum aræ jaciat. Bustum autem aræ vocat ejus Focum, ubi ignis accenditur. Turnebus Adv. 19. 21.
Busta Gallica, Locus juxta Æquimelium, ubi Galli defunctorum ex pestilentia corpora usserant. V. Livium lib. 22. 14.

Busticetum, i. n. Arnob. lib. 7. p. 222. Ustrinæ rogi sunt & busticeta.

Bustualis, e. Adj. apud Sidon. 3. Epist. 12. pr.

Bustuarius, a, um. Adj. Bustuarii a Busto dicti sunt Gladiatores. nam quum mos esset in sepulcris virorum fortium captivos necari: idque postea crudele visum foret: placuit ut eo more sublato, introducerentur gladiatores, qui ante sepulchra dimicarent: a quo Bustuarii sunt appellati. V. Serv. ad 10. Æn. 519. Cic. in Pison. 19. Si mihi cum illo bustuario gladiatore, & tecum, & cum collega tuo decertandum fuisset.
Bustuariæ mœchæ, Quæ in bustis & monumentis prostabant. Martial. lib. 3. 93. in Vetustinam,

Quum te lucerna balneator extincta
Admittat inter bustuarias mœchas.

Idem lib. 1. 35. in Lesbiam,

Abscondunt spurcas & monumenta lupas.

Bustuarius, i. m. Libitinarius est Ammiano 28. 4. V. ibi Valesium p. 509.

Bustuarium, i. n. Bustum. Gloss. Gr. Lat.

Bustirăpus, i. m. Nefarius, qui lucri causa nefanda audet, vel qui e bustis & flamma cibum petit. Plaut. Pseud. 1. 3. 127. inter varia convicia, Verbero, Bustirape. [Videtur intelligi Fur bustuarius, qui busta expilaret.

Busycon, Ficus erat præcipuæ magnitudinis, sed fatuo sapore, quæ alio nomine Marisca dicitur. Fest. in Bulimam, & Varro de R. R. 2. 5.

B U T

Butadæ, [Βουτάδαι] Populi Attici ex OEneide tribu Butia, juxta Suid. apud Stephan. Ægeidis tribus.

Buteo, ōnis. m. [τριόρχης] Accipitris genus. Plin. lib. 10. cap. 8. Triorchem a numero testium: cui principatum in auguriis Phœmonoe dedit: Buteonem hunc appellant Romani.
Buteo, item Cognomen fuit Fabii cujusdam, inde illi impositum, quod insidens in navi buteo avis bono auspicio ei, tum temporis duci fuit. Plin. lib. 10. cap. 8. & Flor. 2. 2. 30. & Lex. Pitisc.

Butes, [Βούτης] Filius fuit Amyci Bebryciorum regis, qui ob sævitiam patris ab Argonautis cæsi, regno pulsus, parvo navigio Drepanum in Siciliam confugit, ubi a Lycaste nobili meretrice hospitio susceptus est: a qua quum ob formæ, morumque & ætatis elegantiam diligeretur, ejus concubitu usus, Erycem filium ex ea suscepit: & quoniam Lycaste ob eximiam pulchritudinem Venus vocabatur, datus est locus fabulæ, Buten ex Venere filium Erycem suscepisse. Contra Virg. 5. Æn. 372. Buten a Darete juxta tumulum Hectoris occisum tradit, inquiens,

Idemque ad tumulum, quo maximus occubat Hector,
Victorem Buten immani corpore, qui se
Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat,
Perculit, & fulva moribundum extendit arena.

Alius fuit Butes Trojanus, a Camilla occisus, ut est idem auctor lib. 11. Æn. 691.
Commentarius Apollonii, alterius quoque Butæ meminit, filii Cecropis cujusdam.
Est & Butes, Scytharum fluvius, cui propinqui sunt Agathyrsi & Sarmatæ.
Celerius quam Butes: hoc adagio significabant Aliquid quamprimum absolvi, compendioque explicari, quemadmodum solent ii qui paucis verbis longam sententiam significant. Auctor Zenodotus. V. Erasmi Chiliad.

Buthia, [Βουθία] Ioniæ oppidum, teste Stephano, aut certe regiuncula, ut idem refert ex sententia Theopompi.

Buthrōtum, sive Buthrotium, i. n. [Βούθρωτον, Steph. Βουθρωτὶς] Epiri colonia est non longe ab Ambracio sinu. Auctor Plin. lib. 4. cap. 1. Virg. 3. Æn. 293.

——portuque subimus
Chaonio, & celsam Buthroti ascendimus urbem.

i. e. Buthrotium. Servius. q. V.

Buthrotii, orum. m. pl. [Βουθρώτιοι] gentile. Cic. 16. Att. 16. Causa Buthrotiorum.

Buthus, Athleta quidam fuit, qui vicerat in Pythiis ludis: a cujus vita & moribus tractum est proverbium, Buthus obambulat, de levibus ac stolidis dictum. Hujus meminit Cratinus, teste Zenodoto, & Hesychius, indicans & Aristotelem alicubi de hujus victoria meminisse.

Buthyreus Lycius, Insignis statuarius fuit, Myronis discipulus, qui fecit dignum præceptore puerum sufflantem languidos ignes, & Argonautas. Plin. lib. 34. cap. 8. [Immo Eleuthereus Lycius. V. Hard. ad loc.

Buthȳsia, æ. [βουθυσία] Magnum & solenne sacrificium, quale est Hecatombe, vel etiam Quotiescunque boves immolarentur. Suet. Neron. cap. 12. Gymnico, quod in Septis edebat, inter buthysiæ apparatum barbam primam posuit.

Buticus, [Βουτικὴ] Lacus est, a Buto Ægypti urbe sic dictus, de quo Strab. lib. 17.

Buticus, a, um. Adj. ut, Linum Buticum. Plin. 19. 1.

Butio, ōnis. est Avis circa paludes versans. Auctor Philomelæ, 42.

Inque paludiferis butio butit aquis. *Un Butor.*

Butio, īre, V. bubo, ĕre.

Butoa, Insula est circa Carpathon, & contra Hierapytnam, de qua Plin. lib. 4. cap. 12. In Londinensi editione Butra, bis perperam id nomen scribitur.

Butŏmum, [βούτομον] Frutex est in paludibus nascens, folia ferens iridis proxima, ex una radice non singulos scapos, sed plures veluti virgas emittens, ad vitilium nexus utiles. Frondibus autem boves maxime oblectantur, unde nomen accepit. Vulgus hodie *Juncum cabacinum* appellat, quod ex foliis ejus sportulæ texantur, quibus ficus & uvæ passæ ad nos adferuntur. Vide Ruell. lib. 2. cap. 127.

Butos, i. [Βοῦτος] Oppidum est Ægypti, apud Ptolem. lib. 4. cap. 5. & Plin. lib. 5. cap. 10.
Stephanus alterum ejusdem nominis oppidum in Gedrosia collocat.

Butra, V. butoa.

Butrium, i. [Βούτριον] Oppidum Italiæ, non procul a Ravenna, cujus meminit Strab. lib. 5.

Buttubāta, ōrum. n. pl. Nævius pro Nugatoriis posuit, hoc est nullius dignationis. Fest. ubi Scalig. & Dacer. V.

Butua, [Βουτόα] Plinio inter oppida Liburniæ recensetur, lib. 4. cap. 22.

Butuntinenses, Populi sunt Calabriæ in Italia, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 11.

Butȳrum, aliquando Butўrum, i. n. [βούτυρον] quid sit declarat Plin. lib. 28. cap. 9. his verbis, E lacte fit & butyrum, barbararum gentium laudatissimus cibus, & qui divites a plebe discernat. Plurimum e bubulo, & inde nomen: pinguissimum ex ovibus. Fit & ex caprino, sed hyeme calefacto lacte, æstate expresso tantum, crebro jactatu in longis vasis, angusto foramine spiritum accipientibus sub ipso ore, aliâs præligato. Additur paulum aquæ ut acescat, &c. Deinde vero addit, Naturam ejus esse astringere, mollire, replere, purgare. Sidonius ad Catulinum,

Infundens acido comam butyro.

Phaleucius est. Egnatius,

——mollique subacta butyro.

Nestor quoque testatur a Græcis produci. Valgius,

Lac niveum butyrumque novum cum melle comedit.

Dubitatur, an vetusti illius Valgii sit, quippe in fragmentis ejus a Stephano editis, nequaquam conspicitur. Hunc sequuti sunt Macer & Serenus. V. Borrich. Parnass.

B U X

Buxentum, i. n. [Πυξοῦς] Oppidum Lucaniæ quod Græci Pyxunta vocant in sinu Posidoniæ, a buxo arbore quæ copiosa illic provenit. Plin. lib. 3. cap. 5. Meminit & Mela lib. 2. cap. 4. Nunc vulgo *Belvedere*. Testis Olivarius in Melam.

Buxus, i. f. & Buxum, i. n. [πυξὸς] tam pro Arbore, quam pro Ligno. Virg. 9. Æn. 619.

Tympana vos buxusque vocat Berecynthia.

Ubi Servius, Dicitur & hæc Buxus & hoc Buxum: ut

——& torno rasile buxum.

Unde superfluo quidam arborem generis feminini esse volunt, quum hoc loco etiam de ligno generis feminini habeamus exemplum.
Buxus Græca vox est: πύξον quippe dicunt Græci. Arbor est exigua, natura solida, & quadam ligni duritia, ac frondium pallore commendabilis, fractu facilis, & ad topiaria opera commodissima, virens semper ac tonsilis. Semen ejus cunctis animantibus propter amaritudinem invisum: mel in Corsica amarum reddit: amat frigida quæ sint aprica. In igne duritia ei est, quæ ferro, nec flamma, nec carbone utilis. Hæc fere Plin. lib. 16. cap. 16.
Denso crispata cacumine buxus. Claud. de Rapt. Proserp. 2. 110.

Densum

Densum foliis buxum. Ovid. 3. de Arte Am. 691.
Pallidius buxo. Ovid. 4. Met. 134.
Simillimus buxo pallor. Ovid. 11. Met. 417.
Rasile torno buxum. Virg. 2. Georg. 449.
Virens perpetuo buxus. Ovid. 10. Met. 97.
Undans buxo Cytorus. Virg. 2. Georg. 437.
Buxus, pro quovis opere buxeo, & pro Tibia quidem sæpe legitur apud poetas, juxta eam figuram qua materia ponitur pro re confecta. Stat. 2. Theb. 78.

——tum plurima buxus,
Æraque taurinos sonitu vincentia pulsus.

Horrida Mygdonio cantu. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 268.
Horrisona. Valer. 2. Argon. 584.
Inflati murmur buxi. Ovid. 14. Met. 537.
Idæa. Stat. 5. Theb. 93. Valer. Flacc. 1. Argonaut. 319.
Multifori tibia buxi. Ovid. 12. Met. 158.
Terebratum per rara foramina buxum. Ovid. 6. Fast. 697.
Ferire buxum rauco pectore. Sen. Agamemn. 7. i. e. Tibiam inflare.
Inflare buxos. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 130. i. e. Tibias inspirare.
Premere buxos tacitos. Claud. 2. in Eutrop. 286.
Buxus, pro Trocho e buxo, quo pueri ludunt. Virg. 7. Æn. 382.

—— mirata volubile buxum.

Torquere buxum flagello. Pers. 3. Sat. 51.
Pro Pectine. Ovid. 6. Fast. 229. —detonsos crines depectere buxo.
Buxum vocabatur quoque Fritillus, sive vasculum illud ligneum, per quod tali agitabantur. Auson. Prof. Burdig. 1. 25. V. Barth. Adverf. 35. 10. Senftleb. de Alea vet. cap. 11.

Buxeus, a, um. Adj. [πύξινος] Quod ex buxo est, aut buxi colorem refert. Martial. lib. 2. 41.

Et tres sunt tibi, Maximina, dentes:
Sed plane piceique, buxeique.

Color buxeus. Plin. lib. 12. cap. 7.
Forma. Columel. lib. 7. cap. 86.
Frutex. Columel. lib. 8. cap. 15.

Buxetum, i. n. [πυξεών] Locus buxis consitus. Martial. lib. 3. 58.

Non otiosis ordinata myrtetis,
Viduaque platano, tonsilique buxeto
Ingrata lati spatia detinet campi. conf. bucetum.

Buxōsus, a, um. [πυξοειδής] Adj. significare videtur Quod, maxime buxum refert, buxoque est simile: ut, Lignum balsami buxosum. Plin. lib. 12. cap. 25. Ex hoc buxosum est optimum, quod est odoratissimum.

Buxĭfer, a, um. [πυξοφόρος] Adj. ut, Buxifer Cytorus. Catul. 4. 13.

B U Z

Buzæ, Plinio inter Indicas gentes ponuntur, lib. 6. cap. 20.

Buzēri, [Βύζηρες] Gens Themiscyræ regionis in Asia. Plin. lib. 6. cap. 4. Apud Valer. Flacc. 5. Argon. 152. Byzeres scribitur, quos appellat Vagos, his verbis,

Byzeresque vagi, Philyræque a nomine dicta
Litora. Sic & a Strabone ac Stephano, Dionysioque vocantur. Hinc

Buzericus portus, [Βυζηρικὸς λιμὴν] cujus meminit Stephanus.

Buzygæus, Mons est Thessaliæ Plin. lib. 4. cap. 8.

Buzyges, is. m. [Βουζύγης] Heros quidam Athenis fuit, qui omnium primus junctis bobus arasse terram creditur, sacerdotioque præfuit: unde & ab eo Buzygia familia, sacerdotio prædita, postea dicta est. V. Plin. lib. 7. 56. & Brœckh. ad Tibul. 1. 8. 28.

B Y B

Bybassus, i. m. [Βύβασσος] Cariæ oppidum Stephano, ita appellatum a Bybasso pastore, qui Æsculapium maris tempestate in Cariam delatum servavit. V. bubasus.

Bybe, [Βύβη] Thraciæ oppidum, apud Stephanum, cujus incolæ Bybæi appellantur ab eodem.

Byblesia, Urbs Asiæ, de qua Herodot. lib. 1. Nam quum initium Byblesiæ ex peninsula auspicetur, sintque Cnidii propemodum circumflui: eam partem, qua Boream spectat, Ceraunius claudit sinus, Australem vero Symanum Rhodiumque mare.

Byblis, Parva maris Mediterranei insula est cum oppido, alio nomine Melos dicta. Aristoteles Zephyriam, Callimachus Myrmallida, Heraclides Siphnum & Acyton vocant. Hæc insularum rotundissima est. Verba sunt Plin. lib. 4. cap. 12.

Byblis, idis. [Βυβλίς] Filia fuit Mileti ex Cyane nympha, filia Meandri, quæ fratris Cauni incesto amore capta, & ab eo repulsam passa, tandem lacrymis, ob impatientiam amoris consumpta, miseratione deorum in fontem sui nominis conversa est. Ovid. 9. Met. 663.

Sic lacrymis consumpta suis Phœbeia Byblis
Vertitur in fontem, &c. At idem 1. de Arte Am. 283. Laqueo finisse vitam scribit.

Byblus, i. [Βύβλος] est Syriæ Phœniciæ urbs, Beryto vicina, in qua Adonidis templa sunt. Strabo lib. 16. Hodie *Gibeletto*. Hinc

Byblia, Venus nuncupata, de qua Lucian. in Dialogo, qui est de dea Syria, ita meminit: Vidi (inquit) in urbe Bybli templum ingens deæ Veneris, cognomine Bybliæ, in quo & ritus & cæremonias in Adonim peragunt, ubi & fabulæ reliquum exequitur. Tu illum consule.

B Y C

Bycus, i. m. [Βύκος] Fluvius Sarmatiæ in Europa, Ptolemæo auctore. Hodie *Buges* vocatur. [Byce Ptol. Plinio Buges, Lacus nomen est, qui ad Isthmum in Mæotida paludem fossa emittitur. Val. Flacco 6. 68. Bice. q. f. l. V.

B Y L

Byllīones, [Βυλλίονες] Populi sunt Illyrici, super Epidamnum (sive Dyrrachium) & Apolloniam sedes habentes. Horum meminit Strabo lib. 7. V. bulis & bullis.

Byllis, [Βυλλὶς apud Stephan.] Illyrici oppidum est, quod a Ptolemæo βύλλις appellatur, & in ea parte collocatur Macedoniæ quæ Adriatico mari imminet, in Illyrici confinio. V. bullis.

B Y M

Bymazus, [Βύμαζος] Urbs Pæoniæ, Stephano.

B Y N

Byne, es. f. [βύνη] Hordeum, quod madefactum, posteaquam germinavit, cum ligulis enatis torretur. V. Aetius Serm. 10. 19.

B Y R

Byrsa, [Βύρσα Straboni lib. 17.] Arx fuit in media urbe Carthaginensium, in cujus vertice Æsculapii templum erat, quod Asdrubalis uxor capta urbe secum concremavit. Hujus autem nominis origo cum ex Servio, tum ex aliis talis est: Appulsa ad Libyam Dido, quum ab Hiarba pelleretur, petiit callide ut emeret tantum terræ, quantum posset bubulo corio occupare, quod quum permisisset, corium in tenuissima frusta sectum tetendit, occupavitque stadia xxii. Itaque ostensis thesauris suis sociis, eisque animatis, civitatem construxit, quam postea vocavere Carthaginem. Arcem vero a bubulo corio, quod sic vocitant, Byrsam nuncupavit. Quod & tangit Virg. 1. Æn. 372.

Mercatique solum, facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum possent circumdare tergo. V. Flor. 2. 15. 11.

& Drakenb. ad Sil. 1. 15. & Scalig. Animad. Euseb. n. 803. p. 48.

Byrus, sive Byrrhus, Proprium viri, de quo Hor. 1. Serm. 4. 69.

Ut sis tu similis Cæli, Byrique latronum.

[Cum sit Cæli genitivus a Cælius, videtur & Byrrhi a recto Byrrhius descendere, ut Schol. vet. indicat, qui Adolescentes perditos fuisse dicit. Alias notius cognomen Burri, quomodo fortasse scribendum est, cum hæ litteræ, y & u, sæpissime confundantur.

B Y S

Byssus, i. f. [βύσσος] Genus lini subtilissimi & pretiosi. Reperio & byssum colorem purpureum esse, & byssinum esse hysginum. Ex Turnebo. Adv. 19. 25. Hinc

Byssīnus, a, um. [βύσσινος] Adj. ut, Byssinum linum. Plin. lib. 19. cap. 1.

Byssina verba metaphorice dicuntur, Quæ sublimitatem habeant ac magnificentiam, nitorem quoque ac auctoritatem. Propterea Parysatis, Cyri & Artaxerxis mater dicere solebat: Regem qui prompte, nec animo timidiore concionaturus foret, debere byssinis uti verbis. Hæc ex Cæl. Lect. Antiq. lib. 23. cap. 7. Atqui per Byssina verba videntur potius intelligi verba quæ facile ferant delicatulæ aures, quales fere sunt regum: qui ut byssinis & mollibus induuntur vestimentis, ita verbis byssinis compellari volunt.

Apud Paulum l. 3. sent. tit. 6. 6. supellectile 67. Byssina Bynkershœckius interpretatur Bussina vel Buxina, Græc. πυξινά, i. e. Pyxidas, etiamsi non essent ex buxo, unde nomen, sed ex argento.

Byssicus, a, um. Adj. Idem ac Byssinus. ut, Opus byssicum, l. 16. §. 7. ff. de Public.

Bystones, V. bistones.

B Y Z

Byzacium, i. n. [Βυζάκιον] Libyphœnicum regio est in Africa, quam sic describit Plin. lib. 5. cap. 4. Libyphœnices appellantur, qui Byzacium incolunt. Ita appellatur regio, ccl. m. pass. circuitu, fertilitatis eximiæ, cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra. Hic oppida libera Leptis, Adrumetum, Ruspina, Thapsus.

Byzantium, i. n. [Βυζάντιον] Thraciæ civitas, a Pausania Spartano condita, ut Justinus init. lib. 9. auctor est: ut Eustathius, a Byze Megarensium classis præfecto. Liberæ olim conditionis, & Ligos ante dicta. Plin. lib. 4. cap. 11. Postea a Severo dirutum & in vici formam redactum fuit, a Constantino Magno restitutum, & Constantinopolis, & Nova Roma quoque dicta est. Ex eo tempore imperii Orientalis sedes, expugnata tandem fuit a Mahumete Turca, anno salutis nostræ m. ccccliii. magna Christianæ pietatis jactura. Memorat situm, originem, & opes veteris Byzantii Corn. Tacit. 12. Ann. 63.

Byzantius, a, um. [Βυζάντιος] Adj. ut, Litora Byzantia. Ovid. 1. Trist. 10. 31.

Orca Byzantia. Hor. 2. Serm. 4. 66.

Non alia quam qua Byzantia putuit orca.

Byzantii exules. Cic. pro Domo sua, 52.

Byzantiăcus, a, um. aliud Adj. [βυζαντιακὸς] Stat. 4. Silv. 9. 13.

Aut Byzantiacos colunt lacertos. Lacerti genus piscium hoc loco.

Byzantinus, a, um. [Βυζαντινός, ἢ Βυζαντιακός] aliud gentile; ut, Exitus Byzantinus. Tertull. ad Scapul. cap. 3.

Byzēnus, [Βύζηνος] Neptuni quidam filius fuit, cui mos fuit mira in dicendo libertate uti. Hinc parœmia, Byzeni libertas, ubi quis audacius liberiusque loquitur. Erasm. Affert & aliam ex Stephano originem Parœmiæ, sed falso.

Byzēres, V. buzeres.
Byzia, V. bizye.
Byzon, V. bizone.

C



C



Litera tertia in ordine, ad omnes vocales vim suam perfert. Quintil. lib. 1. cap. 7.

C litera muta est, quæ ante N sequente vocali, in eadem syllaba ponitur, sed profertur sub voce G, ob cognationem literarum; ut Cnidius, Cneus. Transit etiam per compositiones, & derivationes in G; ut Quadringenti, pro Quadrincenti: in S, ut Parco, parsi: In X, ut Duco, duxi; Noceo, noxa.

C pro G a veteribus ponitur. In nummis Oculnius pro Ogulnius scriptum est. confirmat hoc antiquissima C. Duilii rostratæ columnæ Inscriptio: in qua Leciones, Macistratus, Cartaciniensis, Pucnando, Cessit, scribuntur pro Legiones, Magistratus, Cartaginiensis, Pugnando, Gessit.

C & Q permutantur. ut, Cocus, pro Coquus: Cotidie, Quotidie: Cas, Quas: Coque, Quoque, in pervulgato Ciceronis joco. V. COQUUS.

C & S. hinc Catullii pro Satullii: Cotera pro Sotera: Aste pro Acte.

C & T. Ticum pro Titum, Capitolin. in Maximin. cap. 11.

C. Caius notat, Ɔ. inversa, Caia: quia tam Caias esse vocitatas quam Caios, etiam ex nuptialibus sacris apparet. Quintil. lib. 1. cap. 7.

C. Cæsar, Censor, Centum, Centuria, Civis, Civitas, Clarissimus, Collegium, Colonia, Cohors, Comitia, Comitialis, dies scil. Condemno, Consul, Conscriptus, Conjux, Curavit.

CA. Causa. CA. M. Causa mortis, vel Caius Marius. CA. Canis, Cato. CAES. Cæsar. CAES. A. vel AVG. Cæsar Augustus. CAESS. Cæsares. CAM. Camillus. CAR. Carissimus. C. B. Civis bonus, Commune bonum. C. B. M. F. Conjugi bene merenti fecit. CC. Circum, Consilium cessit vel cœpit, Causa cognita, Conjugi carissimæ, Ducentum. C. C. A. Colonia Cæsar Augusta. C. C. C. Censa civium capita. C. C. D. Curatum consulto Decurionum. C. Cl. Caius Claudius. C.C.L. Caiorum libertus. C. C. S. Curaverunt communi sumptu. C. CR. alias C. CT. Contrarium, vel Contractum. C. D. Capite diminutus, vel Caius Dacius alias Drusus, Collegium Decurionum, Comitialibus diebus. C. DM. Comes domesticorum. C. E. Causa ejus. C. E. C. Coloni ejus coloniæ. C. E. D. Convicium esse dicitur. C. F. Caii filius, Curavit fieri. C. F. C. Clam fugiendi causa, vel Clavi figendi causa. C. F. M. Curavit fieri monumentum. C. H. Custos hæredum, vel Curavit hæres. C. H. M. Consecravit hoc monumentum. C. I. Caius Julius, Censor vel Consul jussit, vel Curavit Imperator. C. L. Caii libertus. Ɔ. L. Caia liberta. Ɔ. L. K. Conliberta carissima. C. M. Curavit monumentum. C. N. Caius noster, vel Civis noster. C. O. Civitas omnis, vel Civis optimus. C. P. Civis publicus, vel Curavit ponendum, vel Cinerarium posuit. C. P. R. Consulto populi Romani. C.P.S. Curavit poni sibi, vel pecunia sua, vel proprio sumptu. C. P. T. Causa publici testamenti, vel Curavit ponendum tumulum vel titulum. C. R. Caius Rufus, vel Censor Romanus, Cohors Romana, Consul Romæ, vel Curavit refici. C. R. C. Cujus rei causa. C. R. C. P. Cujus rei causa promittis. C. S. Consulum sententia, vel Communi sumptu. C.S.F. Communi sumptu fecit vel factum, Curavit sibi faciendum, vel Cum suis fecit. C.S.H. Communi sumptu hæredum, Cum suis hæredibus. C.S.L. Curavit sibi locum, vel sepulturæ locum. C. S. S. Curavit sibi sepulcrum. C. T. Certo tempore. C. V. Centumvir, vel Clarissimus vir, vel Consularis, Curatori viarum. C. V. M. P. Contra votum monumentum posuit, vel Curavit vivens monumentum poni. C. V. P. V. D.D. Clarissimus vir Præfectus Urbi dono dedit vel dedicavit, vel Communi voluntate publice votum dederunt. C. V. T. Curavit usus titulo.

C litera, Condemnandi nota erat, quam Prætor in publicis judiciis dare judicibus solebat. in tabella cerata scriptam, ut si reus damnandus videretur, eam in urnam conjicerent, quemadmodum in Verrin 3.26. Pædian. significat. Itaque Tristis a Cicerone appellatur in oratione pro Milone, 15. his verbis: Quod nisi vidisset posse absolvi eum, qui fateretur, neque quæri unquam jussisset, nec vobis tam salutarem hanc in judicando litteram, quam illam tristem dedisset.

CABĂLA, vel CABBĂLA, Scientia Hebræorum est, ut Judæi fabulantur, omnium vetustissima, & verax in primis, quando ab optimo maximo Deo Moysi insinuatam constans opinio est: aliis mox ipsum Moysem, idoneis maxime patefecisse. Initio siquidem in monte accepisse legem duplicem, literalem, spiritualemque. Priorem ex Dei mandato conscripsisse, eamque populo esse impertitum: alteram vero minime, sed sapientibus modo, septuaginta numero, communicasse, a quibus postea ceteris ad id item destinatis voce tantum sit tradita. Unde & Cabalæ nomen exortum, quod gentis illius vocabulo Receptionem signat, quia per successionum gradus, citra literarum omnino monumenta ulla, servaretur incolumis. Ex Cæl. Rhodig. lib. 10. cap. 1. Quantillum autem veræ Philosophiæ in hac Cabalistarum doctrina contineatur, videre est apud Burnet. Archæolog. Philos. lib. 1. cap. 7.

CABALIA, V. post dict. seq.

CABĂLISTÆ, vel CABBĂLISTÆ, a Cabala, in gente Judæorum, Doctores sunt fanatici qui placitis suis retaliationem in futuro seculo sunt complexi. Sed animas in pecudes non præcipitant. Quæ tamen penitus rationem excusserint, pecudes affectui imaginationique relinqui non abnuunt. Ter quoque, nec amplius, huc revolvi animas astruunt, quoniam numerus hic probationi abunde sufficere videatur, ut curabilia expurgentur peccata. Addunt transformationes has mundani motus finem posse pertingere: quem consequuturum sit felicissimum sabbatum, id est quies, & beatitudo bonorum æterna. In quem sensum propheticum illud retorquendum opinantur, Immaculatorum hæreditas in æternum. Hæc de Cabalistis scribit Cæl. lib. 6. cap. 13. Sed de his V. plura & veriora apud Burnet. l. c.

CABALIA vel CABALIS, Asiæ minoris regio, in qua sunt urbes OEnoando (quam vulg. Strabo OEnoandron vocat) Balbura, Bubon. Populi porro hujus regionis incolæ, Cabalii dicuntur, teste Herodoto lib. 3. V. & Plin. lib. 5. cap. 27.

CABALLUS, i. m. [ἵππος] i. e. Equus. proprie vero dicitur de Jumentis dossuariis; seu illis equis, qui onera gestant, aut alia causa viles maxime essent. Lucill. lib. 2.

Succussatoris tetri, tardique caballi. Varro Parmenone, Alius caballum arboris ramo in humili alligatum relinquit. Ex Nonio.

Caballus ab Equo eo distat, quod Caballus fere nunquam sine derisione dicitur, Equus vero semper de apto & probato. Pompon. l. si ita D. de fund. instruct. Caballos, ait, qui in pistrinis essent, quasi dicat, malos. Nebrissen.

Vector Lybici caballi. Martial. lib. 12. 24.

Immeriti caballi. Juven. 10. Sat. 60.

Satureianus caballus. Hor. 1. Serm. 6. 59. i. e. Satureianis agris natus: qui sunt in Apulia fertiles, & equorum nobilium genitores. Acron.

Agere caballum. Hor. 1. Epist. 18. 36.

— aut olitoris aget mercede caballum.

Pascere caballos. Hor. 1. Serm. 6. 103.

Caballus, Cognomentum Romanum: nam Sestium, vel Sextium Caballum apud Martial. legimus lib. 1. 41. Al. 98.

CABALLINUS, a, um. Adj. [ἵππειος] ut, Caballina caro. Plin. lib. 28. cap. 20.

Caballinus fons, in monte Helicone Bœotiæ. Vulgatum est enim fontem erupisse, dum subjectam ibi rupem Pegasus feriret ungula. V. HELICON & HIPPOCRENE.

CABALLARIUS, i. m. Eques. Gloss. Lat. Græc. κέλης, ἱππεύς. Item, Qui equos curat Caballarius in Gloss. Vet. ἱπποκόμος. Firmico etiam sub Equi cælestis sidere nati Caballarii dicuntur. Postea factum Dignitatis seu Ordinis nomen. V. Cang. Gloss.

Caballarii, ut Rhodiginus scribit, Prædia quædam vocantur in Creta, quæ militiæ equestris nomine emeritis contribuebantur. V. eum lib. 7. cap. 18.

CABALLATIO, ōnis. f. [ἱπποτροφία] ad verbum Equorum enutritio. Hæc apud Spartanos inter sævissimas execrationes fuit, eo quod magno staret impendio, & homines suavi captu ad perniciem duceret. Nam morbus alendi equos non pauperes, ut aiunt, sed arva frumentifera sectatur. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 21.

Caballatio, in constitutionibus, Munus alendi equos publicos, a Caballis dicta. Festum auctorem habet Alciatus. V. & Rhodig. lib. 35. cap. 24. & l. 14. C. Inst. de erog. mil. annon. & C. Theod. 7, 4.

CABALLION, i. n. Herba, Splenion Apul. de Herb. cap. 96.

CABALLINUM, [Καβάλλινον] Urbs Galliæ Ptolemæo, Catalaunum alio nomine dicitur. Vulgo *Challon sur Sône.* [Scribitur varie nomen. Strab. Καβυλλῖνον, Cabyllinum, in Tab. Peuting. Cabillio, in Anton. itin. Cabellio, in Not. Imp. Caballodunum. Marcellin. Cabillo. Cæsari 7. de B. G. 42. Cabillonum. Hæc ex Cellar. Sed forte Cabellionem, de quo mox, cum Cabillono confundit.

CABASSUS, [Καβασσὸς] vel CABESSUS, [Καβησσὸς] Homero, Oppidum est Cappadociæ: quod tamen alii trans Hæmum montem collocant. Appion vero Vicum esse ait inter Tarsum & Mazacam. V. Stephan.

CABELLIO, [Καβαλλίων] Narbonensis provinciæ oppidum, Durantiæ fl. adpositum, cui vicina sunt Carcasso, & Carpentoracte oppida. Plin. lib. 3. cap. 4. Straboni scribitur Caballio. Vulgo *Cavaillon.*

CABĒRA, vel CABĪRA, vel CABBIRE, [Καβείρη] Prothei filia, ex Vulcano Cabeiros tres genuit, totidemque nymphas Cabèiridas: quibus omnibus divini honores habiti. Hos alii tradunt eosdem eſſe Curetas, & Corybantes, & Idæos dactylos, & Telchinas. Alii cognatos inter ſe parvo utique diſcrimine. Omnes tamen conſentiunt eſſe Quoſdam ſpiritibus afflatos, & Bacchicos, qui armorum agitatione tumultuoſa, cum ſtrepitu ac fragore, cymbaliſque, tympanis ac tibiis quoque & vociferationibus publica ſacra faciant. Cabiri aliquando Camilli vocabantur. Sunt qui eosdem cum Dioſcuris faciunt. Has & alias plures veterum de diis Cabiris opiniones prolixe refert Strabo l. 10. ubi de Curetibus agit. conf. Lex. Pitiſc. Nomen ex Hebr. *Cabar*, i. e. Magnus & potens, deducit Selden. de Diis Syris Synt. 2. cap. 4. & 16.

CABĪRA, n. pl. [Κάβειρα] Oppidum Ponti, Mithridatis regia nobilitatum, quod Pompejus urbem fecit ac Diopolin appellavit, Pythodoris vero regina auctum Σεβαστὴν, Sebaſten, vocavit. Strabo.

CABIRI, [Κάβειροι] V. CABĒRA.

CABRUS, Deus Phaſelitarum, quæ urbs Pamphyliæ fuit: Suidas etiam Inſulam facit. Huic deo Phaſelitæ rem ſacram faciebant de piſciculis ſale conditis: unde proverbium emanavit, Sacrificium Phaſelitarum, ut Suidas & Zenobius ſcribunt. quanquam Suidas nomen dei Calabrum pro Cabro legat, & Eraſmus Caprum.

CABURA, æ, Fons Meſopotamiæ, præter aquarum omnium naturam egregie odoratus, cujus fabuloſam rationem reddunt, quod Juno eo aliquando fuerit perfuſa. Vide Plin. lib. 31. cap. 3.

CABUS, [κάβος] Frumentaria eſt menſura: unde Cabæſos dicimus, Qui expleri nequeunt. Cabus eſt Decima pars ephi. V. Pitiſc. Lex. Cæl. lib. 17. cap. 20. V. & Lexicon Spiegel.

C A C

CACA, Soror fuit Caci, quam quidam volunt fratris furtum Herculi indicaſſe, & ob id meruiſſe ibidem diu ara, ſacriſque coli. Sed paulo aliter Virg. 8. Æn. & Ovid. 1. Faſt. referunt. V. CACUS.

CACĂBO, [κακκαβίζω] āre. Proprium eſt vocis perdicum. Auctor carminis Philomelæ, quod Ovidio tribuitur,

Cacabat hinc perdix, hinc gratitat improbus anſer.

Ratio, cur voci ejus a Cacando nomen fecerint antiqui, ea eſt, Quod vox hujus avis cacantium, & crepitum ventris emittentium referat ſonum. V. Voſſ. Lex. Etymol. Salmaſ. Exercit. Plin. p. 106.

CACĂBUS, i. m. [κάκκαβος] Vas eſt in quo pulmentarium coquitur. Paulus Juriſc. in l. Cum de lanionis. D. de Instructo & inſtr. leg. Nec multum refert inter cacabos & ahenum quod ſupra focum pendet: hic aqua ad potandum calefit: in illis, pulmentarium coquitur. Dicitur autem a ſono quem facit dum fervet.

Syntheſis caccaborum. geminata litt. Stat. 4. Silv. 9. 45.

Cacabus argenteus. V. Miliarium, ſubſt. in MILIUM.

Cacabi etiam & Fictiles & Ænei. V. Columel. 12. 46. In cacabis cineres mortuorum apud Romanos condebantur. Salmaſ. Exercit. Plinian. p. 848.

CACABŬLUS, i. m. Vaſis genus. Tertull. Apol. cap. 13. Diminutivum eſt a Cacabus, quanquam Lacerda CACABULUM, i. n. dictum putat, & a Cacando derivat. Sed V. Arnob. p. 200. & Apic. 4. 1. & 5. item 6. 9.

CACABACEUS, vel CACABACIŬS, a, um. Adj. Tertull. adv. Hermog. cap. 41. Motus non turbulentus, nec cacabacius.

CACALIA, [κακαλία] ſive Leontice vocatur; Semen margaritis minutis ſimile, dependens inter folia grandia, in montibus fere. Plin. lib. 25. cap. 11. Officinis *Carvi agreſte* dicitur.

CACATURIO, V. CACO.

CACCABE, es. [Κακκάβη] Olim appellata fuit Urbs totius Africæ celeberrima, quæ notiore nomine Carthago dicitur. Significat autem hæc vox proprie Caput equinum, quod omen fuit futuræ magnitudinis. V. Steph. in Καρχηδών. Drakenb. ad Sil. 2. 410.

CACEMPHĂTON, [κακέμφατον] eſt Obſcæna pronuntiatio, vel Compoſitio injucunda; ut, Numerum cum navibus æquet. Et, Arrige aures Pamphile. Donatus. Quintil. lib. 8. cap. 3. Cacophaton, κακόφατον, vocat. V. Illic Cacophati deſcriptionem. Verti poteſt, Deformitas vocis.

CACHECTES, ſeu CACHECTA, æ. [καχέκτης] Qui malo eſt corporis habitu, & cui macie corpus confectum eſt. Plin. 28. 9.

CACHECTICUS, i. [καχεκτικὸς] Idem. Plin. 32. 10. Cachectici, quorum corpus macie conficitur.

CACHEXIA, æ. f. [καχεξία] A medicis Græcis appellatur, Malus corporis totius habitus, quo alimenta corrumpuntur: quod fit, quum longo morbo vitiata corpora, etiamſi illo vacant, alimentum tamen in ſui ſubſtantiam non convertunt. Galen. V. Celſ. l. 3. c. 22. ab init.

CĂCHINNUS, i. m. [κιχλισμὸς, καγχασμὸς] Solutus riſus & immoderatus: a ſono factum vocabulum.

Dulces cachinni. Lucret. lib. 5. 1395.

Perverſus cachinnus. Ovid. 3. de Arte Am. 287.

Rigidus. Juven. 10. Sat. 31.

Tremulus. Perſ. 3. Sat. 87.

Afferre cachinnos omnes. Catul. 13. 5.

Commovere. Cic. de Clar. Orat. 116. Reliqua duo ſunt, agere, & meminiſſe: in utroque cachinnos irridentium commovebat.

Concuti cachinno. Juvenal. 3. Sat. 100.

Diſtorquere ora cachinno. Ovid. 3. de Arte Am. 287.

Reſonant cachinni. Catull. 65. 272. de Undarum ſono.

Ridete quicquid eſt domi cachinnorum. Catul. 29. 14.

Tollere cachinnum. Cic. de Fato 10. Addidit etiam mulieroſum, in quo Alcibiades cachinnum dicitur ſuſtuliſſe. V. Suet. Aug. cap. 98. Horat. de Arte Poet. 113.

CĂCHINNO, [καχάζω, καγχαλάω] āre; & CACHINNOR, āri. dep. Immoderate ridere. Cic. 5. Verr. 62. Ridere convivæ, cachinnari ipſe Apronius. Suet. in Veſp. c. 5. Quare patrem Sabinum ferunt aruſpicio inſuper confirmatum, renuntiaſſe matri, nepotem ei Cæſarem genitum: nec illam quicquam aliud, quam cachinnaſſe, mirantem quod adhuc ſe mentis compote, deliraret jam filius ſuus.

Furtim cachinnare. Lucret. lib. 4. 1169.

Tremulo cachinnare riſu. Lucret. lib. 2. 975.

Cachinnare non de Riſu tantum, ſed & de Sono vehementiore vetuſtas dici voluit. Accius Finidis, Simul & circum magna ſonantibus Excita ſaxis ſæva ſonando Crepitu clangente cachinnant. Ex Nonio.

CACHINNATIO, ōnis. f. [καχασμὸς] Cic. 4. Tuſc. 66. Ut ſi ridere conceſſum ſit, vituperetur tamen cachinnatio.

CACHINNO, ōnis. m. [μῶκος] Qui immoderate ridet, Riſor vel irriſor immodicus. Perſ. 1. Sat. 12.

Quid faciam? ſed ſum petulanti ſplene, cachinno.

CACHINNABILIS, e. Apul. 5. Mileſ. p. 132. Populus riſu cachinnabili diffluens.

CACHINNŌSUS, a, um. Cæl. Aurel. Acut. 1. 3. Hilares natura & cachinnoſi.

CACHLA, Plin. lib. 25. cap. 8. Herba eſt, quæ alio nomine Buphthalmus appellatur. V. ſupra ſuo loco.

CACHRYES, [κάχρυς] ſunt Oblonga paniculárum modo nucamenta, quæ ſquamatim compacta propendent e ramis. Creſcunt hyeme, Vere dehiſcunt in flaventes ſquamulas, & folio prodeunte decidunt: qualia multa in abiete, picea, ceteriſque id genus arboribus conſpiciuntur. V. Plin. lib. 16. cap. 8.

CACIZOTECHNOS, i. m. κακιζότεχνος, a κακίζω improbo & τέχνη ars, quaſi Improbans artificium; ita appellatus Callimachus artifex, ſemper calumniator ſui, nec finem habens diligentiæ, &c. Plin. 34. 8.

CACO, [χέζω, ἀφοδεύω] āre. Ventris onus deponere. Martial. lib. 1. 38. in Baſſam,

Ventris onus miſero, nec te pudet, excipis auro:
Baſſa, bibis vitro: carius ergo cacas.

Nec toto decies cacas in anno. Catul. 21. 20.

Venire cacatum. Horat. 1. Serm. 8. 38.

CACĀTUS, a, um. Adj. [κεχεσμένος] ut, Charta cacata. Catul. 1. 34.

Annales Voluſi cacata charta.

CACATURIO, [χεζέω, χεζητιάω] īre. Deſiderativum verbum a Caco, cacas. Martial. lib. 11. 78. in Vacerram,

Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

CACOCHYMIA, æ. f. [κακοχυμία] Vitium naturalium humorum in corpore, apud Medicos. Tribuitur & cibis, qui malum ſuccum ſuggerunt.

CACOCHȲMUS, a, um. [κακόχυμος] Malum præbens ſuccum. Apud Celſum 2. 19.

CACODÆMON, ŏnis. [κακοδαίμων] Malum genium dicunt Latini. De Cacodæmone meminit Valerius Maximus libro 1. cap. 7. his verbis, Apud Actium M. Antonii fractis opibus, Caſſius Parmenſis, qui partes ejus ſequutus fuerat, Athenas confugit. ubi concubia nocte quum ſolicitudinibus & curis mente ſopita in lecto jaceret, exiſtimavit ad ſe venire hominem ingentis magnitudinis, coloris nigri, ſqualidum barba, & capillo demiſſo: interrogatumque quiſnam eſſet, reſpondiſſe, κακοδαίμονα. Perterritus deinde tam tetro viſu, & nomine horrendo, ſervos inclamavit, ſciſcitatuſque eſt, ſi quem talis habitus aut intrantem cubiculum, aut exeuntem vidiſſent: quibus affirmantibus neminem illuc acceſſiſſe, iterum quieti & ſomno ſe dedit: atque eadem animo ejus obverſata eſt ſpecies. Itaque fugato ſomno, lumen introferri juſſit, pueroſque a ſe diſcedere vetuit. Inter hanc noctem, & ſupplicium capitis, quo eum Cæſar affecit, parvulum admodum tempus interceſſit.

Aſtrologis Cacodæmon duodecimus ab Horoſcopo locus dicitur. V. Jul. Firmic. 2. cap. 20. & 22.

CACOĒTHES, n. [κακόηθες] Malus mos Latine dicitur. Juvenal. 7. Sat. 52.

——laqueo tenet ambitioſi
Conſuetudo mali, tenet inſanabile multos
Scribendi cacoethes, & ægro in corde ſeneſcit.

Cacoethes, Ulceris vel Carcinomatis genus curatu difficillimum. Plin. lib. 22. cap. 25. Stellionum morſibus reſiſtit: item ulceribus quæ cacoethe vocant. Celſ. de Carcinomate, lib. 5. cap. 28. Namque peſſimum id genus eſt, fereque id primum fit, quod κακόηθες a Græcis nominatur. [Sine dubio hoc morbi nomen, a corpore ad animi habitum malignum tranſtulit Juvenalis, cum ſcribendi inſaniam intelligi vellet.

CACOGAMIA & Opſigamia, [κακογάμια καὶ ὀψιγάμια] Judicia dicebantur, quibus apud Lacedæmonios tam cælibi, quam fero & malo marito pœna legibus indicta exequutioni demandabatur. Lycurgus enim legibus mandaverat, ut ſiqui in orbitate & ſolitudine cælibes vixiſſent, ea afficerentur ignominia, ut a ludis arcerentur, per hyemem vero forum nudi circuire cogerentur. Hæc ex Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 8.

CACOPHATON, V. CACEMPHATON.

CACOMEMNON, ŏnis. m. Mimus ita dictus Laberii. Gell. 16. 7.

CACOSTOMĂCHOS, [κακοστόμαχος] Qui malum ac debilitatum ſtomachum habet, hoc eſt ventriculum: os enim ventriculi (qui ſtomachus dicitur) pro ipſo ventriculo ſumi ſolet. Cic. 16. Fam. 4. De medico & tu bene exiſtimari ſcribis: & ego ſic audio: ſed plane curationes ejus non probo: jus enim dandum tibi non fuit, quum κακοστόμαχος eſſes.

CACOSYNTHĔTON, i. n. [κακοσύνθετον] Mala, ſeu deformis compoſitio; ut apud Virg. 9. Æn. 610.

——verſaque juvencum
Terga fatigamus haſta.

Quintil. lib. 8. cap. 3. Quod male collocatum, id Cacoſyntheton vocant.

CACOTECHNIA, æ. f. [κακοτεχνία] Mala ars dicitur. Quintil. lib. 2. cap. 20. & cap. 15. Cacotechniam quidam nominaverunt Artis pravitatem.

CACOZĒLIA, æ. f. [κακοζηλία] Latine dicitur Mala affectatio, Perverſa imitatio, quoties inſcite affectantes virtutem aliquam, in vitium labimur. Veluti ſiquis male affectans Atticiſmum, jejunus evadat & aridus: ſiquis copiam, in futilem incidat loquacitatem. Quintil. in 2. libro, & in fine 8. Sed tum quoque rei ſervetur menſura quædam. Quamvis eſt enim omnis hyperbole ultra fidem, non tamen eſſe debet ultra modum, nec alia magis via in cacozeliam itur.

Cacozeliæ genere peccare. Quintil. lib. 2. cap. 3.

CACOZĒLUS, i. m. [κακόζηλος] Ineptus imitator. Sueton. in Aug. cap. 86. 4. Cacozelos & antiquarios, ut diverſo genere vitioſos, pari faſtidio ſprevit.

CACTOS, i. f. [κάκτος] Herba eſt, teſte Plin. lib. 21. cap. 16. in ſola Sicilia naſcens, quæ caules habet e radice emiſſos, & in terra ſerpentes, quos etiam Cactos vocant. Athenæus eam eſſe credit, quæ Latinis Carduus, Græcis Cinara vocatur.

CACUBALUM, i. n. [κακούβαλον] Herba eſt acinos ferens nigros, quæ a Græcorum nonnullis στρύχνος, a Latinis vero, quod ſtrumis medeatur, ab effectu, Strumum appellatur. Auct. Plin. lib. 27. cap. 8. Alii Cucubulum & Culiculum. Hard. ex Mſſ. Cuculus. q. V.

CACŬLA, æ. m. [ἀκόλουθος] Servus militis. Plaut. Trin. 3. 2. 95. Video caculam militarem me futurum, aut longius, &c. Hinc

Caculatus, ûs. m. Caculatum, ſervitium. Feſtus.

Căcūmen, ĭnis. n. [ἄκρος, κορυφὴ, κόρυμβος] Vertex, ſive Summitas cujuscunque rei. ut, Cacumina arborum. Cæſ. 7. Bell. Gall 73. Itaque truncis arborum aut admodum firmis ramis abſciſſis, atque horum dolabratis atque præacutis cacuminibus, perpetuæ foſſæ quinos pedes altæ ducebantur, &c.
Montium cacumina. Plin. lib. 6. cap. 7.
Ovi cacumen. Plin. lib. 10. cap. 52.
Pilorum cacumina ſua ſponte arſerunt. i. e. Spicula. Hirt. de Bell. Afr. 47. extr. ubi de hoc prodigio V. Daviſ.
Aerium cacumen montis. Catul. 62. 240.
Altum. Virg. 2. Georg. 307. de igne. — perque alta cacumina regnat.
Creſcens, arboris. Ovid. 8. Met. 716.
Fracta cacumina fagi. Virg. 9. Ecl. 9.
Frondens cacumen. Ovid. 8. Met. 256.
— jam tanget frondente cacumine terram.
Matina cacumina. Hor. Epod. 16. 28. i. e. Matini montis Calabriæ.
Montana. Ovid. 1. Met. 310.
Nimboſa montis cacumina aperire. Virg. 3. Æn. 274.
Nudata cacumina ſilvarum, vel arborum. Ovid. 1. Met. 346.
Procera nemoris cacumina. Sil. Ital. lib. 7.
Sublime cacumen. Ovid. 1. Met. 666.
Summum. Sen. Hippol. 10.
Tectum cacumen nubibus. Lucan. lib. 3.
Tremulum. Sil. Ital. lib. 5.
Umbroſa cacumina. Virg. 2. Ecl. 3.
Comprimere cacumina. Sil. Ital. lib. 5.
Frangere. Laberius apud Macrob. 2. Saturn. 7.
Si tibi erat libitum litterarum laudibus
Floris cacumen noſtræ famæ frangere &c.
Mandare cacumen terræ. Virg. 2. Georg. 29.
— ſummumque putator
Haud dubitat terræ referens mandare cacumen. De cacumine virgulti amputati.
Motare cacumina. Virg. 6. Ecl. 28.
Nectere cacumina. Sil. Ital. lib. 5.
Rorat cacumen, expulſo ſale. Sen. Hippol. 1027.
Surgere gemino cacumine. Lucan. lib. 1. 551.
Tangere ſummum cacumen aleſcendi. Lucret. lib. 2. 1129. h. e. Ad metam ſeu finem creſcendi pervenire.
Non ego per præceps, & acuta cacumina vadam. Ovid. 1. de Arte Am. 381.
Venire ad ſummum cacumen. Lucret. lib. 5. 1455. i. e. Ad ſummam abſolutionem & conſummationem. Parœmiam ſapit, ut præced.

Cacumĭno, [ἀκίζω] āre. Acutum reddere. Ovid. 3. Met. 195.
Dat ſpatium collo, ſummaſque cacuminat aures. De Acteone in cervum mutato.

Cacumināṫus, a, um. Adj. [ἀκιδωθεὶς] ut, Ova cacuminata. Plin. lib. 10. cap. 52. Aquatilium ova rotunda: reliqua fere faſtigio cacuminata.

Cācus, [Κάκος] ſecundum fabulas, Vulcani filius fuit, ore ignem ac fumum vomens, qui vicina omnia populabatur. Veritas tamen ſecundum philologos & hiſtoricos hoc habet, Hunc fuiſſe Evandri nequiſſimum ſervum, ac furem. Novimus autem Malum a Græcis κακὸν dici: quem ita illo tempore Arcades appellabant, poſtea tranſlato accentu Cacus dictus eſt, ut Hélene, Heléna. Ignem autem dictus eſt vomere, quod agros igne populabatur. Hunc ſoror ſua ejuſdem nominis prodidit. Unde etiam ſacellum meruit, in quo ei per virgines Veſtæ ſacrificabatur. Hæc Servius enarrans eum Virgilii locum 8. Æn. 193.
Hic ſpelunca fuit vaſto ſubmota receſſu,
Semihominis Caci: facies. Et paucis interjectis,
Huic monſtro Vulcanus erat pater, illius atros
Ore vomens ignes, magna ſe mole ferebat. De hoc Caco ab Hercule, cujus boves furto abegerat, in Aventino monte occiſo, vide Liv. lib. 1. cap. 7. Dionyſ. Halicar. lib. 1. & Solin. cap. 2. Virgil. u. ſ. Ovid. 1. Faſt. 542. ſeq. & ſupra caca.

C A D

Cadára, appellatur Rubri maris peninſula ingens. Hujus objectu vaſtus efficitur ſinus, xii dierum & noctium remigio enavigatus Ptolemæo regi, quando nullius auræ recipit afflatum. Hæc Plin. lib. 9. cap. 3.

Cădāver, ĕris. n. [νεκρὸς, πτῶμα] Corpus quodcunque mortuum: a Cadendo derivatur, vel a Cædendo. [Immo a Cadendo, & omnino reſpondet Græco πτῶμα H. St.] V. Hieron. in Matth. 24. 28. Cæſ. 7. Bell. Gall. 77. Quid hominum millibus octoginta uno loco interfectis, propinquis, conſanguineiſque noſtris animi fore exiſtimatis, ſi pæne in ipſis cadaveribus prælio decertare cogentur?
Cadavera Romanos olim ab ortu urbis humi condere, neque cremare conſueviſſe, illud argumento eſt, quod Numæ Pompilii corpus in arca lapidea poſt multa ſecula a Cn. Terentio in Janiculo inventum, vetuſtiſſimi auctores tradunt. Poſtea quum longinquis bellis defunctos erui cognoviſſent, ut igni cremarentur decreto ſanxerunt. Primus ex patritiis Cornel. Sylla traditur, qui decedens igni ſe cremari voluit, veritus talionem. Nam ipſe corpus Marii, & eruta oſſa ſubvertit, & in Anienem miſit. Inde manſit diu defunctos cremandi conſuetudo: a qua ſequutis temporibus, dum Antonini Cæſares imperitarent, deſitum fuit. V. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 2. [Pæne quot verba, totidem errata ſunt. Nam & Numam regem teſtamento ſe cremari vetuiſſe ex Plutarcho conſtat, cum mos cremandi cadavera tum jam vulgo obtineret; Et Corneliam gentem id præcipuum habuiſſe, ante Sullæ obitum, ne mortuos ſuos cremaret, diſerte Plinius teſtatur, 7. 54. Et ab Antoninorum temporibus cremari mortuos Romæ deſiiſſe temere aſſeritur. Quin ſatis conſtat utrumque ritum perpetuo obtinuiſſe, licet longe major pars mortuorum rogo inferretur, donec Chriſtiana religio veterem humandi conſuetudinem reſtituit. Plura V. in Pitiſci Lexico.
Militiæ cadavera, more Græcorum pactis aliquot dierum induciis ad ſepulturam petebantur, atque id etiam victi impetrabant, quod ex Thucydide percipi poteſt, qui ſæpe νεκροὺς ὑποσπόνδους eſſe datos refert. Id etiam ex Homero notum eſt: quod quidem imitatus eſt Virgil. dum inquit, 11. Æn. 101.
Jamque oratores aderant ex urbe Latina,
Velati ramis oleæ, veniamque rogantes,
Corpora per campos ferro quæ fuſa jacebant
Redderet, &c. Præferebant autem rogaturi ramum oleæ lana involutum, quem Græci ἱκετηρίαν vocant, ut & indicat Virg 7. Æn. 237.
Præferimus manibus vittas & verba precantum. Illam enim lanam, infulas, vittas, velamenta, tum in poetis, tum in hiſtoricis Latinis vocari reperimus. Turnebus.
Cadavera oppidorum, eleganter per tranſlationem dixit Sulpicius apud Cic. 4. Fam. 5. Quum uno loco, tot oppidum cadavera projecta jaceant?
Abjectum cadaver, pro Homine abjecto, ac perdito. Cic. in Piſon. 82. Nec deſpero tamen, &c. futuros aliquos, qui abjectum hoc cadaver, Conſularibus ſpoliis nudare non nolint. Conf. mox Ejectum.
Congeſta cadavera. Lucan. lib. 2. 209.
Conſerta. Lucan. lib. 3. 575. i. e. Denſa [ut mox] & interpoſita.
Crudum. Juven. 15. Sat. 83. — contenta cadavere crudo. De anthropophagia.
Cruentum. Cic. pro Milon. 39. Tu P. Clodii cruentum cadaver ejeciſti domo.
Defunctum ex magna parte. Lucan. lib. 3. 720. De milite gravi vulnere ſaucio.
Denſa cadavera. Juven. 10. Sat. 186.
— ac tarda per denſa cadavera prora. conf. Conſerta.
Dilapſa tabo cadavera. Virg. 3. Georg. 557.
Ejectum. Cic. in Piſon. 19. conf. Abjectum.
Informe. In informis.
Lacerum. Lucan. lib. 5. 669.
Rigidum. Claud. de Bell. Gigant. 103.
Tetra cadavera. Lucret. lib. 2. 415.
— quum tetra cadavera torrent.
Torvum cadaver. i. e. In morte ferociam in vultu retinens. Stat. 9. Theb. 140.
Tremebundum. Sen. OEth. 812. De metu exanimato.
Vivum cadaver. Proverbialiter dicitur in Eum qui nihil agit vita dignum. Apud Apul. 4. Mileſ. p. 145. Buſti cadaver extremum. Convicium in anum decrepitam jactum.
Expirant cadavera vermes. Lucret. lib. 3. 719. i. e. Emittunt ſeu Exhalant vermes.
Luſtrare cadavera. Lucan. lib. 2. 171. i. e. Circumſpicere.
Mordere cadaver. Juven. 15. Sat. 87. V. Crudum.
Spoliare cadavera. Lucan. lib. 3. 675.
Torrere cadavera. Lucret. lib. 2. 415. i. e. Cremare.

Cadaverinus, a, um. Tertull. de Anim. cap. 32.
Cadaverinus apud Deſpaut. abſque exemplo. H. St. Deerat in ed. Lugd.

Cadaverōsus, a, um. Adj. [νεκρώδης] ut, Cadaveroſa facies. Ter. Hec. 3. 4. 27. Ubi Donatus; Cadaveroſa, Sublivida, ac perſonata rubore & livore. Rubicundi enim & craſſam faciem ſæpe habent, quod eſt proprium cadaveris. Poteſt & Pulpoſa intelligi, & craſſa, quaſi cadaveroſa. Hæc ille. Sunt qui cadaveroſam faciem intelligant, quam Hippocraticam vocamus, nempe homini morienti & pæne demortuo ſimilem. eſt autem talis, quæ habet concavos oculos, nares amplas, collapſa tempora, labra demiſſa, prominentes aures: quæ omnia, uno verbo elegantiſſime explicavit Terent. Alii Cadaveroſam exponunt Fœdam & turpem. Dixerat enim hominem eſſe magnum, criſpum, craſſum, cæſium: cæſios autem oculos oderant, ut fœdos, quos in Catilin. Salluſt. notat. Cadaver autem quod pollueret & funeſtaret, etiam averſabantur. Hinc, Cadaveroſa facies, Fœda, inviſa, averſanda. Turnebus. [Bentl. ex conjectura Lentiginoſa. Audacter ſane. In Græco Apollodori procul dubio νεκρώδης fuit. Ego ſuſpicor Parmenonis hæc verba eſſe, quibus ſuperiori deſcriptioni reſpondet, & per ironiam intelligenda. Facies autem, recto caſu, legendum puto.

Cadiscus, dimin. a Cadus. V. cadus.

Cadivus, V. cado.

Cadmea, [Καδμεία] pro Thebis ipſis antiqui uſurpare ſoliti, ut auctor eſt Strabo lib. 9. quum interim Cadmea, arx Thebana eſſet, ut ſcribit Plutarchus in vita Pelopidæ. V. C. Nepos, 15. 10. 3. & 16. 1. 2.
Cadmea victoria, [Καδμεία νίκη] h. e. Thebanorum victoria: proverbii vim habet, quoties ſignificare volumus, Tam magno conſtitiſſe victoriam, ut non ita multum interſit inter victoris ſortem, & victi. Tractum eſt adagium a bello Thebano inter duos fratres geſto. V. Eraſm. in Adag.
Etiam Carthaginem olim Cadmeam fuiſſe appellatam Stephanus in Καρχηδὼν auctor eſt.

Cadmēis, ĭdis. [Καδμηΐς] Regio eſt Achaiæ, e regione Eubœæ ſita, quæ poſtea dicta eſt Bœotia. Auctor Thucyd. lib. 1.

Cadmia, æ. [καδμία, quæ & καδμεία dicitur Dioſcor. lib. 5.] Lapis eſt æroſus, id eſt multum æris habens. Plin. lib. 34. cap. 1. Fit & æs e lapide æroſo, quem vocant cadmiam. Ibid. cap. 10. Metalla æris multis modis inſtruunt medicinam, utpote quum ulcera omnia ibi ocyſſime ſanentur. Maxime tamen prodeſt cadmia. Fit ſine dubio hæc & in argenti fornacibus, candidior ac minus ponderoſa, ſed nequaquam comparanda ærariæ. Plura autem genera ſunt. Namque ipſe lapis ex quo fit æs, Cadmia vocatur, fuſuris neceſſarius, medicinæ inutilis. Hic rurſus in fornacibus exiſtit, aliamque nominis ſui originem recipit. Fit autem egeſta flammis atque flatu tenuiſſima parte materiæ, & cameris lateribuſve fornacum pro quantitate levitatis applicata. Tenuiſſima eſt in ipſo fornacum ore, qua flammæ eluctantur, appellata Capnitis, exuſta, & nimia levitate ſimilis favillæ. Interior optima, cameris dependens, & ab eo argumento Botryitis cognominata. Ponderoſior hæc priore, levior porro ſequuturis. Duo ejus colores: deterior cinereus, puniceus melior, friabilis, oculorumque medicamentis utiliſſima. Tertia eſt in lateribus fornacum, quæ propter gravitatem ad cameras pervenire non potuit. Hæc dicitur Placitis, & ipſa ab argumento, cruſta verius quam pumex, intus varia, ad pſoras utilior, & ad cicatrices trahendas. Fluunt & ex ea duo alia genera: Onychitis extra pene cærula, intus onychis maculis ſimilis. Oſtracitis tota nigra, & ceterarum ſordidiſſima, vulneribus maxime utilis. Omnis autem cadmia in Cypri fornacibus optima. Hæc Plinius. De cadmia ſcripſerunt ampliſſime Dioſcor. lib. 5. & Galen. lib. 9. Simpl. Medicament. Porro, inquit Matthiolus Dioſcoridis interpres, officinæ omnes Tutiam, quæ Pompholyx eſt, Cadmiam perperam nominant: quandoquidem Tutia illis vocata (niſi mea me fallit opinio)

nio) Cadmia est e Botryitis genere. Neque enim mirum esse debet, quod Cadmia proprio amisso nomine, in Pompholygis locum successerit, quum etiam Dioscoridis tempore Spodii loco uterentur medici.

CADMUS, [Κάδμος] Agenoris & Agriopes filius, missus a patre ad inquirendam Europam a Jove raptam, jussusque sine illa non redire, ex responso sequutus bovem, Bœotiam ubi constitit, regionem vocavit: Thebasque ex nomine Ægyptiarum Thebarum, unde originem habuit, civitatem condidit. Socios insuper quum vidisset a dracone absumptos, ejus interfecti dentes sevit, ex quibus orti se mutuis vulneribus confoderunt. Ipse tandem ab Amphione & Zetho pulsus in Illyricum secessit. Nobilissimum illius opus est inventio litterarum Græcarum, quas e Phœnicia vel Ægypto fertur attulisse. V. Fabric. Bibl. Gr. 1. 23. 2. p. 147. ubi etiam de aliis Cadmis. De Cadmi alphabeto Spanhem. de usu & pr. Num. ant. Diss. 2. p. 81.

Soror Cadmi. Ovid. 4. de Pont. 55. i. e. Europa terra, audaci figura.

Nobilis Cadmus. Sen. Herc. fur. 4.

Cadmus, Milesius Pandionis filius, paulo post Orpheum, primus scripsit historiam de Mileto, ac totius Ioniæ regione, libris quatuor. De Cadmo Milesio sic scribit Plin. lib. 5. cap. 29. Miletus Ioniæ caput, Lelegeis ante & Pityusa & Anactoria nominata, super LXXX urbium per cuncta maria genetrix: nec fraudanda cive Cadmo, qui primus prosam orationem condere instituit. Eundem & Historiam primum condidisse l. 7. c. 56. scribit. V. Salmas. Exercit. Plinian. p. 590. Voss. de Hist. Gr. 1. 1. & l. 3. in C. & 4. 1. ubi duos fuisse docet ex Suida.

Cadmus, Carnificis crudelissimi nomen est apud Hor. 1. Serm. 6. 39.

Tune Syri, Damæ, aut Dionysi filius audes
Dejicere e saxo cives, aut tradere Cadmo? Quem locum explicans Scholiastes antiquus, Cadmus, inquit, dicitur eo tempore fuisse carnifex, notæ crudelitatis.

Cadmus, Montis nomen in Asia ad Laodiceam celeberrimam civitatem, ex quo monte Lycus amnis fluit. Auctores Strabo lib. 12. & Plin. lib. 5. cap. 29.

CADMĒIUS, a, um. ut, Æmon Cadmeius. Stat. 8. Theb. 519.

— levius Cadmeius Æmon,
Tela rotat.

CADMĒIDES, patronym. a Cadmo deductum. Ovid. 4. Met. 562.

Æquora distringunt summis Cadmeides alis. i. e. Thebanæ. Sed Heins. Sumptis Ismenides alis. q. V.

Impiæ Cadmeides. Sen. in Herc. fur. 9.

Domus Cadmeis. Ovid. 4. Met. 544. i. e. Cadmea, aut Cadmeia. Patronymicum nomen pro possessivo. [Nugæ. Domum Cadmeïda intelligit Cadmi neptes.

CADMĒUS, a, um. aliud Adj. [Καδμεῖος] ut, Cista Cadmea. Sen. OEth. 594. Nos Cadmeis orgia ferre Tecum solitæ condita cistis. i. e. Thebanis. Thebæ enim a Cadmo conditæ fuerunt, ut dictum est.

Dirce Cadmea. Lucan. lib. 3. 175.

Juventus Cadmea. Stat. 8. Theb. 600.

Limen Cadmeum. Stat. 1. Theb. 123.

Mater Cadmea. Sen. OEdip. 1006. Agaven intelligit, quæ Pentheo filio caput amputavit.

Thebæ Cadmeæ. Propert. lib. 1. 7. 1.

CADMITIS, idis. f. Gemma, quam Ostracitin vocant. al. Calamitis. V. Harduin. ad Plin. 37. 10.

CADO, cecĭdi, cāsum, [πίπτω, ἐρείπω, ἀμύω] ĕre. proprie est Ruere. Ter. Adel. 1. 1. 12. Aut uspiam ceciderit, aut perfregerit Aliquid.

Cadere & Consistere, contraria. Cic. in Orat. 98. Hoc uno perfecto magnus orator est, si non maximus: minimeque in lubrico versabitur, & si semel constiterit, nunquam cadet. [An hoc uno, profecto, &c.

Alte enim cadere non potest. Cic. ibid. h. e. Ex alto.

Gravatim cadunt pappi nimia levitate. Lucret. lib. 3. 388.

Cadere a. Ovid. 3. Fast. 20.

Et cadit a mento languida facta manus.

Ab alto. Plin. lib. 10. cap. 38.

De vel Ex equo. Plaut. Mil. 3. 1. 124. Cecidissetne ebrius, aut de equo uspiam. Cic. pro Cluent. 175. Cecidisse ex equo dicitur.

In classem cadit omne nemus. Lucan. lib. 1. 306. h. e. Cæduntur nemora, quibus construatur classis.

In pectus cadit pronus. Ovid. 4. Met. 578.

In pedes alicujus cadere. Ovid. 2. Fast. 832. de Lucretia,

Et cadit in patrios sanguinolenta pedes.

In plagas cadere dicitur cervus. Ovid. de Arte Am. 428. i. e. In retia.

In plano cadere. Ovid. 3. Trist. 4. 17.

In pontum cadunt flumina. Sen. Med. 6.

In terram cadere. Lucret. lib. 2. 209.

In vulnus. Lucret. lib. 4. 1024. id est quod vulgo dicimus, Ut plurimum offendi partem jam læsam.

In vultus. Ovid. 5. Met. 292.

Inter pericula cadit rara voluptas. h. e. Accidit. Hor. 1. Serm. 2. 40.

Inter verba cadere dicitur lingua. Hor. 4. Carm. 1. 36. i. e. Obmutescere.

Per aquas. Lucret. lib. 2.

Post terga. Lucan. lib. 3. 478.

Deorsum. Lucret. lib. 2. 222.

Mora lenta cadere. Sen. OEth. 13.

Sine ruina partis cadere. Lucan. lib. 7. 119. i. e. Sic cadere ne partium secum ruinam trahat.

Barba cadit. Virg. 1. Ecl. 29.

Candidior postquam tondenti barba cadebat.

Per salebras, altaque saxa cadunt carmina. Martial. lib. 11. 91.

Carmina nulla probas, molli quæ limite currunt,
Sed quæ per salebras, altaque saxa cadunt.

Dentes cadunt. Plaut. Men. 5. 9. 57. Nam tum dentes cadebant primulum.

Folia arborum, vel ex arboribus. Plaut. Men. 2. 3. 24.

Folia arbori. Plin. lib. 16. cap. 22. Legitur Decidunt.

Folia ex arbore. Plin. lib. 17. cap. 20.

Guttæ. Lucret. lib. 2. 222.

Guttæ cadentes in saxa. Lucret. lib. 4. 1281.

Imbres cadunt. Virg. 6. Ecl. 38.

Imber per genas cadit. Ovid. 1. Trist. 3. 18.

Lacrymæ cadunt. Ter. Adel. 4. 1. 20.

Lacrymæ cadunt ubertim. Claud. Laus Seren. Reg. 213.

Lacrymæ genis cadunt. Lucan. lib. 3. 733.

Lacrymæ in ora cadunt. Ovid. 3. Trist. 3. 39.

Lacrymæ cadunt per ora. Sen. Hippol. 4.

Lacrymæ in verba singula cadunt. Ovid. 3. Trist. 5. 14.

Et lacrymas cernens in singula verba cadentes.

Lacrymæ non sponte cadentes. Lucan. lib. 9. 1038.

Lana sponte cadit ovibus ægris. Ovid. 7. Met. 541.

Lapis cadit aure. Martial. lib. 11. 50.

Gemma vel a digito, vel cadit aure lapis. pro Ab aure.

Laus tua cecidit pariter cum Republica. Cic. 2. Off. 45.

Lingua cadente te murmurat. Stat. 2. Silv. 1. 149. De moribundo.

Lumina victa gravi somno cadunt. Valer. 1. Argon. 300.

Membra cadunt corpore. Lucret. lib. 3. 595.

Oculi cadentes. Stat. 11. Theb. 620. Morte scil. Sic idem 3. Silv. 5. 39.

— tenuique oculos jam morte cadentes.

Palpebræ cadunt. Lucret. lib. 4. 950.

Vela cadunt. Virg. 3. Æn. 207. i. e. Demittuntur, Deducuntur.

Via fluminis cadens. Sen. Thyest. 4.

Umbræ cadunt. Virg. 1. Ecl. 84.

Majoresque cadunt altis de montibus umbræ.

Vires cadunt. Lucret. lib. 5. 410.

Urbes cadunt. Lucret. lib. 5. 1236.

Cadit illi animus. Cic. de Amicit. 23. Nec debilitari animos, aut cadere patitur, &c.

Cadere animis. Cic. 6. Fam. 1. Non debemus ita cadere animis, quasi aliquid evenerit quod fieri posse nunquam putarimus.

Animi cadunt. Ovid. 11. Met. 537.

Arma cadere de manibus dicuntur, quando cessatur a prælio vel concertatione. Cic. 14. Philipp. Omnibus istis latronibus auctoritate ipsa Senatus jampridem de manibus arma cecidissent. Cic. 1. Off. 77. Ita consiliis diligentiaque nostra celeriter de manibus audacissimorum civium delapsa arma ipsa ceciderunt. [Forte Arma impia reciderunt.

Austri cadunt, quando desinunt flare, auctore Servio. Virg. 1. Georg. 354.

Quo signo caderent Austri. Contrarium Surgere. q. V.

Auctoritas principum cecidit. Cic. de Arusp. Resp. 60.

Fides cadere dicitur, cui Stare opponitur. Ovid. 2. de Pont. 3. 10.

Et cum fortuna statque, caditque fides.

Impetus amens cadit. Lucan. lib. 4. 279.

Ira cecidit tibi. Liv. 2.

Ira paulatim cadit. Lucan. lib. 4. 284.

Ira metu cadit. Ovid. 2. Amor. 13. 4.

Oculi. Cic. pro Domo sua, 135. Sed tibi tamen oculi, vultus, verba cecidissent.

Spes cadit. Ovid. 2. Trist. 148.

Spes ad irritum cadit. Liv. 2.

Timor cadit. Ovid. 9. Epist. 42.

Verba cadunt singultu. Propert. lib. 1. 5. 14. conf. Oculi.

Verba mea Zephyro cadunt. Propert. lib. 1. 16. 34.

Vultus. V. Oculi.

Cadere causa dicebant eum, Qui plus petebat. Cic. 1. de Orat. 166. Ridens & stomachans Scævola, quum Hypseus maxima voce plurimis verbis a M. Crasso Prætore contenderet, ut ei quem defendebat, causa cadere liceret: Cn. autem Octavius homo Consularis non minus longa oratione recusaret, ne adversarius causa caderet. Quibus verbis inscitia duorum oratorum reprehenditur, qui juris civilis ignorantia non intelligebant quid esset Causa cadere. Quintil. lib. 3. cap. 4. Est enim servitus, ad certa se verba astringendi, idque faciendum in libris Cic. de Orat. vetat M. Antonius. nam est etiam periculosum, quum si uno in verbo sit erratum, tota causa cecidisse videamur. Hæc Budæus.

Cadere causa, pro Litem perdere ab antiquis dicebatur, fortasse quod uti Comœdiæ stare dicebantur, quæ placebant, Cadere quæ displicebant, exigebanturque: sic & Causæ. V. Suet. Vit. Calig. 39. 2. & ibi Pitisc.

Causa simili caderes, qua Spartacus hostis. Lucan. lib. 2. 554. Aliter.

Cadere fabula dicitur, cui Stare opponitur. Ter. in prolog Phorm. Quod si intelligeret quum stetit olim nova, actoris opera magis stetisse quam sua. Et Donatus duobus in locis, Agi, inquit, dicitur fabula, quum recitatur: stare, quum placet. Turneb. Horat. 2. Epist. 1. 172.

Securus, cadat, an recto stet fabula talo. i. e. Displiceat, an placeat fabula, non curat: sed tantum quod nummos acceperit gaudet: magis enim lucrum, quam laudem adipisci gestit. Ex Acrone & Porphyrione.

Cadere formula, dicuntur Patroni in judicio, Quum rem ipsam seu processum, quem vocant, per suas formulas non possunt recte explicare, ut interdum quod magis ad rem suam pertinet, negligentius omittant. Budæus. V. Quintil. lib. 3. cap. 6. p. 256. Burm. Torrent. ad Suet. Claud. c. 14.

Cadere in judicio. Cic. pro Muren. 58. Noluerunt sapientissimi homines, qui tum rem illam judicabant, ita quenquam cadere in judicio, ut nimiis adversarii viribus abjectus videretur.

Arma in media cadere. Stat. 11. Theb. 171. i. e. Incidere.

In causas cadit frequenter ipsa linearis ratio, &c. Quintil. lib. 1. cap. 10.

In cogitationem quod ne quidem cadit. Cic. 2. de Nat. Deor. 21.

In conspectum. 1. Tusc. 50. Casurusne in conspectum videatur animus, &c.

In consuetudinem non cadit id verbum. Cic. 3. Tusc. i. e. Non congrueret consuetudini.

In deliberationem cadere. Cic. 1. Off. 9.

In eam diem cadere nummos, qui a Quinto debentur. Cic. 15. Att. 20. i. e. Eam esse diem solutionis.

In disceptationem quæcunque cadere possunt. Cic. 2. de Orat. 5.

In formam unam neque cadunt omnia orationum genera. Cic. in Orat. 37.

In intelligentiam nostram cadit. Cic. 3. Off. 17.

In legem. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 7.

In cursu cadere. Cic. de Clar. Orat. pro Expetita laude frustrari.

In alium non cadit tam absolutum opus. Plin. lib. 35. cap. 10. i. e. Non potest ab alio tam absolutum opus perfici.

In aliquem cadere vel Non cadere dicitur, quod quis facere vel pati aptus natus est, vel non est. Cic. pro Cæl. 69. Nihil est quod in ejusmodi mulierem non cadere videatur.

In eum cadit hoc scelus. Virg. 9. Ecl. 17.

Heu cadit in quenquam tantum scelus.

In eum cadit fuſpicio. Cic. 13. Att. 10. In quem, ne ſi inſidiis quidem ille interfectus eſſet, caderet ulla ſuſpicio.
In eundem non videtur cadere & contemptus pecuniæ, & cupiditas. Quintil. lib. 7. cap. 3.
In fœminas cadit. Quintil. in procem. lib. 6.
In malos cadunt omnia ſcelera. Quintil. lib. 7. cap. 3.
In naturam rerum cadit, ut duos ſapientes aliquando juſtæ cauſæ in diverſum trahant. Quintil. lib. 2. cap. 17.
In rem. Cic. 1. Acad. Non quod omnia quæ eſſent, in re comprehenderet, ſed quia nihil quod cadere in eam poſſet; relinqueret, &c.
In ſapientem ſi cadit animi dolor; qui profecto cadit. Cic. de Amicit. 48. i. e. Si ſapientis eſt dolere.
In virum bonum cadit mentiri emolumenti ſui cauſa &c. Cic. 3. Off. 81.
In eum cadit hoc verbum maxime, qui, &c. i. e. Convenit. Cic. de Aruſp. Reſp. 56.
In morbum, pro Incidere. Cic. 1. Tuſc. 79. Quod autem in morbum cadat, id etiam interiturum.
In narrationem cadere non abrupte, optimum eſt. Quintil. lib. 4. cap. 1.
In offenſionem alicujus. Cic. 1. de Nat. Deor. 86. Quanquam video nonnullis videri Epicurum, ne in offenſionem Athenienſium caderet, verbis reliquiſſe deos, re ſuſtuliſſe.
In omnes cadit aliquid de his. Quintil. lib. 7. cap. 3. In orationem ut qui maxime cadant, i. e. Conveniant. Cic. in Orat. 188.
In poteſtatem alicujus. Cic. 8. Att. 3. Accedit illud, ſi maneo, & illum comitatum optimorum & clariſſimorum civium deſero: cadendum eſt in unius poteſtatem.
In rem apte cadere fortes. Cic. 1. de Divin. 34. Quæ tamen ductæ, ut in rem apte cadant, fieri credo poſſe divinitus.
In ſenſum cernendi. Cic. de Univerſ. 7. Quicquid erat quod in cernendi ſenſum caderet, id ſibi aſſumpſit.
In ſpeciem ſolœciſmi. Quintil. lib. 1. cap. 5.
In ſuſpicionem. Cic. pro Milon. 50. Multi etiam hæc timentes in ſuſpicionem caderent.
In ſuſpicionem Lacedæmoniorum cadere: pro Suſpectum fieri Lacedæmoniis. Corn. Nep. in Pauſania. c. 2. extr.
In vituperationem. Cic. 14. Att. 12. Sed caſurus in aliquam vituperationem, quod Reip. defuerim tam gravi tempore.
In unam cadere poſſunt plures quæſtiones, quæ velut ſubjacentes, ad illud, quo judicium continetur, referuntur. Quintil. lib. 3. cap. 6.
In alieniſſimum tempus ne cadat adventus tuus. Cic. 15. Fam. 14. i. e. Ne advenias, quum minime erit opus.
In caſſum cadunt promiſſa omnia. Plaut. Pœn. 1. 2. 147.
Sub aſpectum, & ſub oculos cadunt. Cic. de Univerſ. 9. Et omnia quæ ſub aſpectum cadunt, comprehenduntur.
Sub imperium & ditionem alicujus. Cic. pro Font. 2. Multoque ejus ſudore ac labore ſub pop. Rom. imperium ditionemque ceciderunt.
Sub judicium ſapientis illa cadunt. Cic. 3. de Fin. 60. Prima autem illa naturæ; ſive ſecunda, ſive contraria, ſub judicium ſapientis & delectum cadunt.
Sub menſuram aurium cadere. Cic. in Orat. 67. Quicquid eſt enim quod ſub aurium menſuram aliquam cadit, etiam ſi abeſt a verſu (nam id quidem orationis eſt vitium) numerus vocatur.
Sub rationem eandem cadere. Cic. 1. de Invent. 48.
Sub regulam. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 11.
Sub ſenſum. Cic. 4. Acad. 105. Iiſdem ſenſibus reliqua quæ ſub quemque ſenſum cadunt, ſentiet.
Cadere, pro Evenire. Cic. 3. Att. 7. Sane ita cadebat ut vellem.
Quod cecidit forte, id arte ut corrigas. Ter. Adel. 4. 7. 23.
Nihil mihi optatius cadere potuit. Cic. 3. Att. 4.
Gratum cecidit alicui. Cic. pro Milon. 82. Sed tamen ſi minus fortiſſimi viri virtus civibus grata cecidiſſet, magno animo conſtantique cederet ex ingrata civitate.
Incommodi aliquid cecidit ei. Cic. pro Quint. 51.
Irritum cadere. Tacit. 15. Ann. 51. Dum merita erga Neronem ſua, & quam irritum cecidiſſent, aperit. Subauditur præpoſitio In. [Quam & addunt libri emendati.
Honeſta & jucunda ceciderunt mihi a te. Cic. 1. Q. frat. 3.
Augurum prædictis multa incredibiliter vera cecidiſſe. Cic. 2. de Legib. 33. i. e. Vera evaſiſſe, ut de Div. 2. 109.
Promiſſa quo cadant, non curat. Hor. 2. Epiſt. 1. 52. conf. In caſſum cadere.
Res cecidit quoquo modo. Cic. 8. Att. 3. Quoquo modo ea res huic quidem cecidit.
Res quocunque cadent. Virg. 2. Æn. 709.
Belle cecidit. Cic. 13. Att. 13.
Feliciter cecidit alea. proverbium de Re optato adveniente. tractum ab aleatoribus. V. Chiliadas Eraſmi.
Fortuito cecidit. Cic. 2. de Divin. 107. Satis eſt ad confirmandam divinationem, ſemel aliquid ita eſſe divinatum, nihil ut fortuito cecidiſſe videatur.
Male cadere. In MALUS.
Melius quod caderet, nihil vidi. Cic. 8. Fam. 12.
Percommode cadit. Cic. 2. Verr. 5.
Peropportune cecidit mihi hoc. Cic. 2. de Orat. 15.
Perquam venuſte cecidit. Cic. 8. Fam. 4.
Valde optanti cecidit, ut, &c. Cic. 1. de Orat. 96. Hoc loco Sulpicius, Inſperanti mihi, inquit, & Cottæ, ſed valde optanti utrique noſtrûm cecidit, ut in iſtum ſermonem, Craſſe, delaberemini. Sic cum aliis Participiis.
Cadere de Re nummaria, quod Galli dicunt *echoir*. Cic. 15. Att. 20. Equidem video mihi quoque eſſe opus viaticum: ſed id ex prædiis, ut cadet, ita ſolvetur. Conf. In diem cadere.
Cadere, pro Deſinere & terminari. Cic. in Orat. 194. Quod verba melius in ſyllabas longiores cadunt. i. e. Finiuntur.
Cadere ſimiliter. Quintil. lib. 1. cap. de Orthographia, Eundemque in ceteris, quæ ſimiliter cadant, modum tenuit? Idem lib. 9. cap. ult. Illa quoque vitia ſunt ejuſdem loci, ſi cadentia ſimiliter & ſimiliter deſinentia, & eodem modo declinata, multa jungantur. Similiter cadentia vocat, Quæ ſunt ejuſdem terminationis, ut Dicam, faciam.
Articulus cadens non ad numerum. Cic. in Orat. 59. de Geſtu loquens.

Verba quædam fonte Græco cadunt. Hor. in Arte Poet. 53. h. e. A Græco in Latinum derivata. Porphyrius.
Privatim cadere. Cic. 16. Att. 11. Veniendum eſt igitur in ipſam flammam. turpius eſt enim privatim cadere, quam publice. Privatim, i.e. Ære alieno oppreſſum: Publice, Reipublicæ cauſa.
Cadere, Mori. [vel potius Occidi] Cæſ. 3. Bell. Civil. 53. Ad duorum millium numero ex Pompeianis cecidiſſe reperiebamus. Plaut. Amph. 1. 1. 83. Crebri hoſtes cadunt.
Ante diem cadere. Virg. 4. Æn. 620. i. e. Ante fati neceſſitatem, ait Servius.
Fataliter cadere. Ovid. 12. Met. 68.
— & Hectorea primus fataliter haſta,
Proteſilae, cadis.
Acie cadere. Ovid. 7. Met. 142. — per mutua vulnera fratres,
Civilique cadunt acie.
Bipenni. Ovid. 12. Met. 611.
Enſe. Valer. 1. Argon. 812.
Fraude muliebri. Tacit. 2. Ann. 71.
Jaculo. Ovid. 3. Met. 119.
— jaculo cadit eminus ipſe.
Manu alicujus. Sen. Octav. 174.
Manu ſua cadere. Tacit. 15. Ann.
Marte fœmineo. Ovid. 12. Met. 610.
At ſi femineo fuerat tibi Marte cadendum.
Marte ſuo cadunt fratres. Ovid. 3. Met. 123.
Cadere per acies. In ACIES.
Cadere pro patria. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Hoſtia cadere dicitur ante aras. Virg. 1. Æn. 334. i. e. Occiditur, mactatur, immolatur.
Ovis cadit deo Somno. Ovid. 4. Faſt. 895. i. e. Immolatur.
Pleno anno hœdus. Hor. 3. Carm. 18. 5.
Si tener pleno cadit hœdus anno. i. e. Anno completo mactatur, ſeu immolatur.
Stellæ Oriri & Cadere dicuntur. Ovid. 1. Faſt. 295.
Arcturus cadens. Hor. 3. Carm. 1. 27. i. e. In occaſum tendens.
Aſtra cadentia. Virg. 8. Æn. 59.
Bootes cadens. Virg. 1. Georg. 229.
Haud obſcura cadens mittet tibi ſigna Bootes.
Dies cadens. Ovid. 4. Met. 626.
Orion cadit. Hor. Epod. 10.
Phœbus oriens, medius, & cadens. Ovid. 11. Met. 595.
Sidera lapſa cadunt. Propert. lib. 4. 4. 64.
Sidera cadentia. Virg. 4. Æn. 81.
— ſuadentque cadentia ſidera ſomnos.
Sol cadens. Virg. 4. Æn. 401.
Obſcœno intellectu ſumitur in illo Plaut. Perſ. 4. 4. 104. Libera eris, ſi crebro cades. i. e. Viris ſuccumbes.
CADENS, Partic. [πεσών] Cujus plura ſunt exempla in ipſo verbo.
Excipere cadentem. Stat. 1. Silv. 2. 109. Ovid. 15. Epiſt. 179.
Tu quoque, mollis Amor, pennas ſuppone cadenti.
Suſtinere cadentem. Ovid. 8. Met. 148.
CĀSUS, ûs. m. [σύμπτωμα, αὐτοματία, πτῶσις] dicitur maxime Quod fortuito hominibus accidit. Cic. de Amicit. 42. Ut ſi in ejuſmodi amicitias ignari caſu aliquo inciderint, &c. Hor. 1. Serm. 6. 53.
— felicem dicere non hoc
Me poſſum caſu, quod te ſortitus amicum.
Levamen caſus. Virg. 3. Æn. 709.
Heu genitorem, omnis curæ caſuſque levamen
Amitto Anchiſen.
Maris caſuum ignarus. Tacit. 2. Ann. 23. V. Marini caſus.
Mortis duræ caſus. Virg. 10. Æn. 791. conf. Habere caſus.
Pugnæ caſum præbere. Tacit. 11. Ann.
Victoriæ caſum invenire. Salluſt. in Jugurth. cap. 25.
Acerbus caſus. Virg. 5. Æn. 700.
Admirabilis caſus. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Anceps caſus belli. Lucan. lib. 4. 771.
Brevis caſus. Sen. in Troad. 4.
Cæcus caſus. Cic. 2. de Divin. 15. Quo modo ergo id quod temere fit, cæco caſu & volubilitate fortunæ, præſentiri & prædici poteſt?
Durus caſus. Virg. 6. Æn. 377.
Fatalem caſum ferre. Cic. 6. Philipp. 19. Fuit aliquis fatalis caſus, ut ita dicam, quem tulimus.
Fortuiti caſus. V. Oriundus, in ORIOR.
Gravis & miſerabilis caſus. Cic. 2. de Orat. 197. Vim, fugam, lapidationem, crudelitatem tribuniciam, in Cæpionis gravi, miſerabilique caſu, in judicium vocabas. Cic. 4. Fam. 6. Ego vero, Servi, vellem, ut ſcribis, in meo graviſſimo caſu affuiſſes.
Horrendos caſus fari. Sen. Herc. furc. 9.
Incerto caſu pendere res dicitur, cujus exitus in dubio eſt. Sen. Troad. 10.
Infandus caſus. Virg. 8. Æn. 578.
Infeſtus caſus. Cic. pro Syll. 1. Sed quoniam ita tulit caſus infeſtus, ut ampliſſimo in honore, &c.
Iniquus caſus. Cic. pro Domo ſua, 84. At vide quid interſit inter illum iniquiſſimum patris tui, caſum, &c.
Magnus caſus. V. Habere caſum.
Marini caſus. Virg. 2. Georg. 68.
— caſus abies viſura marinos. conf. ſupra Maris.
Mirificum caſum! Cic. 7. Fam. 5.
Nefandus caſus. Sen. in Hippol.
Novi caſus. Cic. pro Lege Manil. 60. Semper ad novos caſus temporum novorum conſiliorum rationes accommodaſſe.
Rariores ceteros caſus habet hæc ipſa fortuna. Cic. 2. Off. 19.
Repentinus caſus. V. paulo poſt, Lugere caſum alicujus.
Siniſter caſus. Stat. 6. Theb. 723.
Subitus caſus. Juven. 3. Sat. 273.
Varii caſus. Virg. 1. Æn. 204.
Varii caſus fefellerunt ſpem. Cic. 1. de Orat. 2. Quam ſpem cogitationum, & conſiliorum meorum, cum graves communium temporum, tum varii noſtri caſus fefellerunt.

Varios tremere casus. Sen. Troad. 4.
Voluntarius casus. Cic. 6. Philipp. 19.
Accipere graviter casum aliquem. Cic. 2. de Orat. 197. Ita quum singuli casus humanarum miseriarum graviter accipiuntur.
Attulit ipse viris optatum casus honorem. Virg. 5. Æn. 201.
Afflictus casu. Cic. pro Syll. 61. In hoc tamen casu, quo afflictus jacet, per vos tutari, conservareque cupiunt.
Agi casibus. Virg. 1. Æn. 244.
Nunc eadem fortuna viros, tot casibus actos, Insequitur.
Avertere casum dicitur Deus. Virg. 3. Æn. 265.
Dii prohibete minas, dii talem avertite casum.
Concuti casu acerbo. Virg. 5. Æn. 700.
At pater Æneas casu concussus acerbo. Idem 5. Æn. 869.
— casuque animum concussus amici.
Concurrunt casu, forte temere nonnunquam somnia. Cic. 2. de Divin. 141. An tu censes ullam anum tam deliram futuram fuisse, ut somniis crederet, nisi ista casu nonnunquam, forte temere concurrerent?
Dat casus tempus locumque. i. e. Fortuna. Sen. Hippol 4.
Dare in casum. Tacit. 1. Ann. 47. Fixum Tiberio fuit non omittere caput rerum, neque se Remque publicam in casum dare.
Demisit me in eum casum fortuna. Cic. 10. Fam. 8. Sed quum in eum casum me fortuna demisisset, ut aut, &c.
Deterritus casu. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Evadere casus. Virg. 4. Georg. 485.
— casus evaserat omnes.
Evenire temere & casu. Cic. 2. de Nat. Deor. 6. Idque evenit non temere, nec casu, sed quod & præsentiam sæpe divi suam declarant, &c.
Exhaustus casibus. Virg. 1. Æn. 599.
Expendere casus. Virg. 12. Æn. 324.
— atque omnes metuentem expendere casus.
Facere aliquid Judicio, & Casu contraria. Cic. 2. Fam. 6. Judicio enim tuo, non casu, in ipsum discrimen rerum contulisti Tribunatum tuum.
Factum casu. Cic. 1. de Nat. Deor. 92.
Fieri casu aut forte fortuna. Cic. 2. de Divin. 8.
Ferre sapienter casus adversos. Cic. 2. de Orat. 346. Magna etiam illa laus & admirabilis videri solet, tulisse sapienter casus adversos, non fractum esse fortuna, &c.
Casus nostros vita apibus tulit. i. e. Natura iisdem casibus addixit, ac nos. Virg. 4. Georg. 251.
— quoniam casus apibus quoque nostros
Vita tulit.
Flere casus alicujus. Ovid. 1. Amor. 12. 1.
Gerere aliquid casu: cui opponitur, Virtute & consilio gerere. Cic. pro Syll. 83. Ego committam, ut ea quæ pro salute omnium gessi, casu magis & fecilitate a me, quam virtute & consilio gesta esse videantur?
Habere varios casus. Cic. de Senect. 67. Quinetiam ætas illa multo plures, quam nostra, mortis casus habet.
Magnum casum habet hæc res. Cic. 10. Fam. 18. Nam quæ res nullam habebat dubitationem, si exercitus Lepidi absit, ea nunc magnam affert solicitudinem, magnumque habet casum.
Jactatus variis casibus. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Imitatur casus veritatem. Cic. 2. de Divin. 49. Potest igitur quod modo negabas, veritatem casus imitari.
Impeditus casu aliquo. Quintil. lib. 2. cap. 18.
Impellere in casum. Cic. In hunc me casum, vos vivendi auctores impulistis.
Incidere in casum. Cic. 10. Fam. 21. Incidit in eos casus, quos vitasset, si is eum nihil fefellisset.
Incidere casum alicui. Cic. 5. Fam.
Si inciderit casus. Cic. 10. Fam. 21. Nec mori, si casus inciderit pro vobis, paratior fuit quisquam.
Indignari casum amici. Virg. 2. Æn. 93.
Insequitur te casus. Virg. 1. Æn. 615.
Insultare casibus alicujus. Ovid. 5. Trist. 8. 4.
Intercedit casus, aut dissensio. In INTERCEDO.
Intervenit mirificus casus. Cic. 7. Fam. 5. Casus vero mirificus quidam intervenit, quasi vel testis opinionis meæ, vel sponsor humanitatis tuæ.
Invehere casum. In INVEHO.
Invenire casu. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Lugere casum alicujus. Cic. pro Sext. 53. Meum illum casum tam horribilem, tam gravem, tam repentinum, non solum homines, sed templa urbis ac tecta lugerent.
Manent eos casus. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Minari casum dicitur fortuna. Virg. 8. Æn. 578.
Sin aliquem infandum casum fortuna minaris.
Miserari casum amici. Virg. 5. Æn. 350.
Me liceat casum miserari insontis amici.
Mœrere casus alicujus. Sil. lib. 16.
Natus casu quodam in silvis. Liv. 1. 3.
Obmutuit casu inopinatæ rei. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Onerare casus suos, Augere mala sua. Sen. Theb. 1.
Pandere suos casus. Ovid. 14. Met. 221.
Perculsus casu iniquo. Virg. 6. Æn. 475.
Perpeti casus. Valer. 3. Argon. 318.
Relevare casum. Cic. 1. Q. frat. 4. Si relevare potes communem casum misericordia hominum, scilicet incredibile quiddam assequêris.
Rotant quanti casus humana? i. e. Volvunt & agitant res humanas. Sen. Hippol. 11.
Renovare casus. Virg. 2. Æn. 750.
Stat casus renovare omnes. i. e. Denuo subire.
Revolvere casus. Virg. 10. Æn. 61.
— iterumque revolvere casus
Da, pater, Iliacos Teucris.
Simulet casum ars. Ovid. 3. de Arte Am. 155. i. e. Quod ex composito deditaque opera factum a nobis est, id casu accidisse simulemus.
Sum. ut, In casu esse. Cic. 2. de Fin. Et quod externum, id in casu est; ita fit beatæ vitæ domina fortuna. Fortem esse casu. Cic. 5. Fam. 2. Quis esset qui me in Consulatu, non casu potius existimaret, quam consilio fortem fuisse?
Sustentare casum. Cic. 4. Fam. 13.
Timere casum aliquem. Lucret. lib. 3. 996.
— casumque timent quem cuique ferat sors.
Timere prælii casum. Cic. 2. de Divin. 114.
Ulcisci casum. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Casus, pro Morbo, vel Symptomate. Cels. lib. 5. c. 23. pr. Antidota raro, sed præcipue interdum necessaria sunt, quia gravissimis casibus opitulantur. Idem 4. cap. 20. Deinde ubi ad se redit, circumcidendum vinum est in totum annum, etiamsi casus idem non revertitur. Idem l. 5. c. 26. S. 34. de Gangræna, In ejusmodi casu primum est, si vires patiuntur, sanguinem mittere. & paulo infra, Præcipueque in hoc casu, petendum non a medicamentis solum, sed etiam a victus ratione præsidium est. Budæus.
Casus pro periculo. Virg. 4. Æn. 560.
Nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos?
Hyemis casus. Virg. 1. Georg. 340.
Extremæ sub casum hyemis. i. e. Circa finem hyemis, antequam ver incipiat. Servius.
Casus urbis, Excidium. Virg. 1. Æn. 627.
Altior casus, Ruina. Juven. 10. Sat. 105.
Excelsæ turris tabulata, unde altior esset — numerosa parabat Casus &c.
Graviore casu celsæ decidunt turres. Hor. 2. Carm. 10. 10.
Casibus Saturnini atque Gracchorum expiata. i. e. Morte. Cæs. 1. Bell. Civil. 7.
Casus, quo infantium corpora toties in terram deferuntur, non eos graviter affligit. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Pro ponderibus casus celerare. Lucret. lib. 2. 231.
Dari ad casum ictu. i. e. Prosterni. Cic. 1. de Divin. 44.
Insistere & ingredi viis adolescentiæ sine casu. Cic. pro Cœl. 41. Interdum multas vias adolescentiæ lubricas ostendit, quibus illa insistere aut ingredi sine casu aliquo, aut prolapsione vix posset.
Manus non timuere casum. Martial. lib. 12. 75.
Et casum tremulæ non timuere manus.
Casu, i. e. Ex inopinato. Hor. 1. Serm. 9. 36.
— & casu tunc respondere vadato Debebat. Cic. pro Cluent. 74. Atque etiam tum casu, quod illud repente erat factum, Stalenus non aderat.
Casus dicimus, non modo Ea quæ fortuita hominibus accidunt, sed etiam Vocabulorum formas: quia in aliam atque aliam cadunt effigiem. Festus. V. Priscianum de Casibus abunde tractantem, & supra Cadere pro Desinere.
Casus, eo significato quo utuntur Grammatici. Cic. in Orat. 160. Quum Phrygum, & quum Phrygibus dicendum esset, absurdum erat, aut tantum barbaris casibus Græcam literam adhibere, aut recto casu solum Græce loqui. tamen & Phryges, & Pyrrhum, aurium causa dicimus. Græca litera est, quæ dicitur ypsilon. Vocat autem Latinos casus, barbaros, Græcorum more: quia Græci statuebant, omnes qui Græci non essent, barbaros esse nominandos.
Sic in Topicis dicit, Ad mutandos casus. Vide in SPECIES. H. St.
Casus a Jurisconsultis dici consuevit, pro Controversia quæ nata est, quasi quæ acciderit, & casu contigerit. V. CAUSA.
CASŪRUS, a, um. Partic. a Cado. Cic. 15. Fam. 1. Quid casurum sit, incertum est. i. e. Eventurum.
Aquæ casuræ. Martial. lib. 12. 29.
Arces casuræ. Ovid. 12. Met. 588.
Fontes casuri in æquora. Lucan. lib. 2. 419.
Mœnia casura. Ovid. 13. Met. 375.
Nomen casurum nullo tempore. i. e. Perpetuum nomen. Ovid. 1. Amor. 15. 20.
Ruina casura. Ovid. 2. de Pont. 3. 59. Conf. in ipso verbo Cadere in conspectum.
CASUĀLIS, e. [τυχὼν] Quod casu fit, sine ratione certa: ut, Casualis conditio, Quæ ab incerto eventu pendet, leg. ult. Cod. de necessar. Serv.
Grammaticis Casus declinationum respicit: ut, Genus casuale. Varr. 7. de L. L. 29. Formæ casuales. Priscian. 5. p. 672.
CASUALITER, Adv. Fortuito. Sidon. 9. Epist. 11.
CASO, [πίπτευμαι] āre. frequent. a Cado. Plaut. Mil. 3. 2. 37. Non hercle tam isthoc valide casabant cadi. i. e. Non tam valide cadebant, quod fecissent, quum sit illic lubricus locus. Legitur fere in omnibus Quassabunt, sed perperam. Ab hoc est &
CASĬTO, āre. alterum frequent. Paulus. D. de servit. urb. præd. l. Servitutes, Si servitus stillicidii imposita sit: non licet domino servientis areæ ibi ædificare, ubi casitare cœpit stillicidium. Si antea ex tegula casitaverit stillicidium: postea ex tabulato, vel ex alia materia casitare non potest. [Formatur Caso regulariter a supino Casum, licet id ipsum inusitatum sit, cum ne in compositis quidem nisi ab Occido Occasum occurrat, de quo ipso tamen inter veteres quidam dubitarunt. Sed ab eodem Casurus, & verbale Casus, & a Composito Occasio, Occasus.
CASABUNDUS, a, um. [πλάσιμος] Adj. Crebro cadens. Festus. Varr. ex antiquo poeta,
Risi egomet mecum casabundum ire ebrium. A verbo antiquo Caso, as, deducitur. Ennio, in libro Juratissimæ Fidei, versus iste tribuitur, ut refert Turnebus.
CADŪCUS, a, um. [πλάσιμος, ἀμυδρὸς] Adj. Quod in ruinam proclive est, & casum minatur. Cic. de Senect. 5. Sed tamen necesse fuit aliquod esse extremum, & tanquam in arborum baccis, terræque frugibus, maturitate tempestiva, quasi vietum & caducum: quod ferendum est molliter sapienti.
Fragile & caducum. Cic. 2. de Fin. 86. Quis enim confidit semper sibi illud stabile & firmum permansurum, quod fragile & caducum sit?
Caduca & incerta sunt, divitiæ, bona valetudo, honores. Cic. de Amicit. 20.
Brevia, fugacia, & caduca. Cic. 10. Fam. 12.
Caducum & infirmum corpus. Cic. 1. de Nat. Deor. 99.
Mortale & caducum. Cic. de Somn. Scip. 10.
Omnia caduca præter virtutem. Cic. 4. Philipp. 13. Quanquam omnia alia falsa, incerta sunt, caduca, mobilia: virtus est una altissimis defixa

fixa radicibus, quæ nunquam ulla vi labefactari potest, nunquam dimoveri loco.

Aqua caduca Frontino dicitur, inquit Budæus, Quæ de lacu abundat. Sic Varro; Caduca aqua, quæ de canalibus defluit: hoc est quæ superfluit, & non continetur, hoc est abundat. Ovid. 2. de Pont. 7. 39.

— utque caducis
Percussu crebro saxa cavantur aquis. i. e. Cadentibus.

Auspicia caduca, auctore Festo, antiquis dicebantur, Quum aliquid in templo exciderat; veluti Virga e manu.

Bona, Hæreditas, Legatum &c. V. paulo infra.

Fama caduca. Ovid. 4. de Pont. 8. 46.

Folia caduca. Ovid. 2. Amor. 16. 45.

Frondes caducæ. Ovid. 3. Trist. 1. 45.

— nec fronde caduca Carpitur.

Fulmen caducum. Hor. 3. Carm. 4. 44. pro Jam immisso dixit.

Glandes caducæ. Lucret. lib. 5. 136.

Lacrymæ caducæ. Ovid. 6. Met. 396.

— madefactaque terra caducas
Concepit lacrymas, ac venis perbibit imis.

Litteræ caducæ a Plinio dicuntur, quasi γράμματα ἐκπεπτωκότα. Scabritia (inquit, lib. 13. cap. 12.) levigatur dente, conchave: sed litteræ caducæ fiunt. i. e. Fugaces, & fugientes, ut Cic. loquitur, διεῤῥυηκότα. Budæus.

Preces caducæ. Ovid. 1. Fast. 181. — nec lingua caducas
Concipit ulla preces, dictaque pondus habent. h. e. Non frustra precantur.

Res humanæ caducæ & fragiles. Cic. de Amicit. 102.

Spes caduca. Ovid. 9. Met. 596.

Tela caduca. Propert. lib. 4. 2. 53. i. e. De manibus cadentia.

Tituli mortales, caducique. Plin. in Paneg. cap. 55.

Verba caduca. Ovid. 15. Epist. 208. — Zephyri verba caduca ferunt.

Vitis quæ natura caduca est, & nisi fulta sit, ad terram fertur. Cic. de Senect. 52.

Caducus, Qui morbo laborat comitiali, Epilepticus. Firmic. lib. 3. cap. 6. Ex humorum stativa perseverantia, qui circa caput collecti fuerint, facient caducos, & lunaticos aut assidua interceptione deficientes.

Caducus, Mortuum significat aliquando, teste Servio. Virg. 6. Æn. 481.

Hic multum fleti ad superos, belloque caduci
Dardanidæ.

Caducum legatum dicitur, Quod vel ad fiscum defertur, velut legatario de medio sublato: vel ad substitutum: ut si is cui relictum legatum est, capere legatum non possit, vel quia ante mortem testatoris mortuus est, vel alia de causa, tunc legatum ad substitutum legatarium defertur: vel ad eum qui in legato conjunctus erat, si forte duobus simul legatum erat factum. Similiter etiam Caduca hæreditas eadem ratione dicitur. Cic. 10. Philipp. 11. de Antonio loquens, Quem nisi in via caducæ hæreditates retardassent, volasse eum, non iter fecisse diceres. Sic etiam Caduca bona dicuntur. Marcellus D. de iis quæ in test. delentur, Proxime in cognitione principis, quum quidam nomina hæredum induxisset, & bona ejus ut caduca a fisco vendicarentur, diu de legatis dubitatum est. Quoniam vero jucundum erat substituto, Legatum caducum accipere, quasi Rem minime speratam: ideo Juven. dixit 9. Sat. 88.

— propter me scriberis hæres,
Legatum omne capis, necnon & dulce caducum.

Cicero translationis auctor fuit in 3. de Orat. 120. Nostra est enim, inquit ille, omnis ista prudentiæ doctrinæque possessio, in quam homines, quasi caducam atque vacuam, abundantes otio nobis occupatis involaverunt. Sic Justinus, 19. 3. Quam prædam, possessione vacua fortuitis dominorum mortibus, sicuti caducam occupaverunt. Budæus. Caducum ex lege Papia legatum erat, sub aliqua conditione relictum: qua deficiente, cadebat, & redibat vel ad testatorem vivum, vel ad substitutum, eo mortuo. Unde est titulus apud Justin. in C. De caducis tollendis. Ulpian. tit. 17 ejus libri qui inscribitur, Tituli ex corpore Ulpiani, Quod quis sibi testamento relictum, ita ut jure civili capere possit, aliqua ex causa non ceperit, caducum appellatur, quia veluti cecidit ab eo. Verbi gratia, si cælibi, vel Latino Juniano legatum fuerit, nec intra dies centum vel cælebs legi paruerit, vel Latinus jus Quiritium consequutus sit: aut si ex parte hæres scriptus, vel legatarius ante apertas tabulas decesserit, vel peræger factus sit. Hodie ex constitutione Imperatoris Antonini, omnia caduca fisco vendicantur, sed servato jure antiquo liberis & parentibus. Hæc ille. conf. Brisson. de Form. l. 3. v. Cadere.

CADUCARIUS, a, um. ut, Lex caducaria. Ulpian. tit. viges. oct. ejus libri, qui inscribitur, Tituli ex corpore Ulpiani, Populo bona deferuntur ex lege Julia caducaria.

CADUCĬTER, Adv. antiquum, pro Præcipitanter. Varro Etratione, Aut frigidos nimbos, aqua ista caduciter ruentes, Pertimuerint aquatiles querquedulæ natantes. Nonius, 2. 172. ed. Gothofr. Sed aliter Mercer.

CADĪVUS, a, um. [πτώσιμος] Adj. Quod per se cecidit. unde, Cadiva poma appellamus. Plin. lib. 15. cap. 16. Colligi mala post æquinoctium Autumnale, neque ante primam horam. Cadiva separari, stramentis, storeis, paleisve substerni. V. Harduin. ad loc.

CADRUSI, Oppidum ab Alexandro conditum ad Caucasum montem, de quo Plin. lib. 6. cap. 23.

CADŪCEUM, i. n. [κηρύκειον] Mercurii sceptrum dicitur, ut quidam putant, (in quibus Ferret. loco mox dicendo) quod Cadere faciat contentiones atque certamina. [Pro Caruceum, καρύκειον Æolice. H. St.] Est autem Virga qua bellum dirimitur. Nam quia Mercurius orationis deus est, & deorum nuntius, merito a diis mittebatur, ut dissidentium animos oratione sedaret. Hinc, Legati pacis, Caduceatores dicti. Sicut enim per Feciales bella indicebantur, ita per Caduceatores finiebantur. Caduceum Ægyptii in speciem draconum, maris ac feminæ conjunctorum figuraverunt, & Mercurio consecrarunt. Hi dracones parte media voluminis sui, nodo, quem vocant Herculeum, invicem obligantur, primæque partes eorum reflexæ in circulum pressis osculis ambitum circuli jungunt. Et post nodum caudæ revocantur ad capulum caducei. Causam autem cur exteræ gentes caduceum in pace tractanda, circumdata anguium effigie fecerint, quidam hanc esse tradunt. Quum Mercurius lyram in Cyllene monte Arcadiæ septichordem ad Atlantidum numerum instituisset, quod Maia mater ejus ex illarum numero esset, ac non multo post deprehensus ab Apolline fuisset boves suas abigere, quo facilius veniam ab eo impetraret, Apollini traditur concessisse, ut lyram a se primo inventam prædicaret: Propter quod Apollinem ferunt virgam quandam Mercurio dono dedisse, quam quum manu tenens in Arcadiam proficisceretur, inventos ab eo fuisse dracones duos simul ligatos, & inter se mutuo pugnantes. Quo viso, virgam interposuisse, & dicto citius prælium diremisse. Eo facto, hujusmodi virgam pacis gratia dixit esse constitutam. Sed hæc fabulosa sunt. Veritas autem historiæ hoc habet. Ovorum genus est in magna Galliarum fama, omissum Græcis. Angues innumeri æstate convoluti, salivis faucium corporumque spumis artifici complexu glomerantur. Anguinum (id ovum) appellatur. Druidæ sibilis id dicunt in sublime jactari, sagoque oportere intercipi, ne tellurem attingat. profugere raptorem equo; serpentes enim insequi, donec arceantur amnis alicujus interventu. Experimentum ejus esse, si contra aquas fluitet, vel auro vinctum. Atque, ut est magorum solertia occultandis fraudibus sagax, certa luna capiendum censent &c. Ad victorias litium, ac regum aditus mire laudatur: tantæ vanitatis, ut habentem id in lite in sinu equitem Romanum e Vocontiis, a divo Claudio principe interemptum non ob aliud sciam. Hic tamen complexus anguium & efferatorum concordia causa videtur esse, quare exteræ gentes caduceum in pacis argumentis circumdata effigie anguium fecerint. Neque enim cristatos esse in caduceo mos est. Hæc Plin. lib. 29. cap. 3. [Hæc est illa, quam consarcinator horum prædicat, si diis placet historiæ veritas.] Liv. 8. 20. Ipsos se in deditionem Consulis caduceum præferentes permisisse. Cic. 1. de Orat. 201. Deinde qui non possit tam caduceo, quam nomine oratoris ornatus, incolumis vel inter hostium tela versari.

Caduceum & hastam simul mittere, erat Optionem facere belli & pacis. Gell. 10. 27.

CADŪCEĀTOR, ōris. m. [κήρυξ] Festus; Caduceatores, Legati pacem petentes. Cato, Caduceatori, inquit, nemo homo nocet. Hactenus Festus. Liv. 26. 17. Asdrubal, ne in arcto res esset, caduceatorem misit, qui promitteret, si inde missus foret, se omnem exercitum ex Hispania deportaturum. [An Emissus?

CADUCEATUS, a, um. i. e. Caduceum ferens. Ita extat Romæ. ABITE HINC VESTRO CVM MERCVRIO PETASATO CADVCEATOQ. vide J. B. Ferretii Mus. Lapid. p. 5.

CADŪCĬFER, [κηρυκειοφόρος] Nomen quo Mercurius vocatus est, propter donatam ei ab Apolline virgam, qua duorum draconum inter se dimicantium, prælium, quum in Arcadiam proficisceretur, diremisse fertur, ut dictum fuit paulo ante in dictione CADUCEUM. Ovid. 2. Met. 708.

Hinc se sustulerat paribus caducifer alis.

Atlantiades caducifer. Ovid. 8. Met. 627.

Venit Atlantiades positis caducifer alis.

CADUCITER, CADUCUS. V. CADO.

CADURCI, [Καδοῦρκοι] Narbonensis provinciæ populi in Aquitania. Auctor Plin. lib. 4. cap. 19. Vulgo *Cahors*.

CADURCUM, i. n. Velum seu Culcitra ex lino candidissimo facta, in quo, ut ait Plin. lib. 19. cap. 1. Cadurci Galliæ populi præcipuam gloriam obtinent. Nam nullum linum est candidius lanæve similius. Juven. 7. Sat. 221.

Institor hibernæ tegetis, niveique cadurci. hic ponitur pro Vili merce. [At cur vili?] V. Ferrar. de Re Vestiar. part. 2. lib. 1. cap. 22.

Cadurcum, Vas illud numerosum, quod ex piscina ac puteo aquam haurit, jumento rotam versante. Solent ex his etiam fieri canales in parietibus domorum, per quos aquæ ex tectis defluant in cloacas: etiam in quibusdam urbibus, per quos aquæ pluviæ cisternas impleant. Hæc Valla in Raudensem.

CADURCUS, a, um. Adj. ut, Natales puer horruit cadurcas. Sidon. Carm. 9. 282. Ita, Cadurcæ fasciæ, Lineæ apud Sulpiciam. V. Lindebrog. ad Catal. Virg. p. 335. & Lex. Pitisc.

CADUS, [κάδος] Genus vasis vinarii, decem congios continens, sicut & Metreta Dioscoridi lib. 5. licet alii cadum duodecim congios continuisse referant. Columel. lib. 12. cap. 28. Si in vetustatem servare voles, in cado duarum urnarum quam optimi vini sextarium, aut fæcis generosæ recentis sextarios tres addito.

Cadi formam turbinatam, i. e. Coni & strobili, hoc est, nucis pineæ similem fuisse ex Plinio intelligimus, qui lib. 27. cap. 4. de aloe loquens, Turbines cadorum dixit; Laudatissima, inquit, ex India affertur, sed nascitur & in Asia: non tamen ea utuntur, nisi ad vulnera recentibus foliis, mirifice enim conglutinat vel succo. Ob id in turbinibus cadorum eam serunt, ut aizoum majus. Hactenus Plinius. Utebantur autem antiqui etiam ad salsamenta condenda. Idem Plin. lib. 32. cap. 8. Quin & testis cadi salsamentarii tusis cum axungia vetere ad parotidas, &c. Quin & ad Ossilegium. V. mox Ahenus.

Cadus est, quem lingua Gallica vernacula, retinens Latinitatis vestigia *Caccum* vocat. Budæus in lib. 5. de Asse.

Chii, vel Falerni cadus. Hor. 2. Serm. 3. 116.

Si positis intus Chii, veterisque Falerni
Mille cadis, nihil est, &c.

Temeti cadus. Hor. 2. Epist. 2. 163.

Ahenus. Virg. 6. Æn. 228.

Ossaque lecta cado texit Chorineus aheno. [Æneo cado ad ossilegium usus est. Alias satis constat id vasis vinarii genus, ut pleraque veterum, fictile fuisse, unde & Græci Κεράμιον vocabant. Nam Ceramion, Cadus, Metreta, unum idemque significant. V. mox Fragiles.

Chius. Hor. 3. Carm. 19. 5.

Quo Chium pretio cadum Mercemur.

Fragiles cadi. Ovid. 12. Met. 243. al. Scyphi.

Fumosus. Ovid. 5. Fast. 518.

Senex. Martial. lib. 11. 37.

— senem poscunt talia vota cadum.

Vaticanus. Martial. lib. 12. 48. pro Pessimæ notæ vino.

Elicere cadum. Hor. 4. Carm. 12. 17.

Onerare vina cadis. Virg. 1. Æn. 199.

Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes
Litore Trinacrio.

Parcere cadis. Hor. 2. Carm. 7. 20.

Potus fæcetenus cadus. Hor. 3. Carm. 15. 16.

Siccati cadi. Hor. 1. Carm. 35. 26. i. e. Ad fæcem usque exhausti.

Versus cadus. Hor. 3. Carm. 29. 2.

CADIALIS, e. Cadis abditus & advectus; ut, Resina cadialis. Cæl. Aurel. Tard. 2. 7. [Nisi ea est, qua cadi oblinebantur.

CADISCUS, i. m. [καδίσκος] dimin. Vasculum quo suffragia colliguntur. Fuerunt autem duo apud veteres cadisci, in quos calculos mittebant judices. Alterum κύριον, in quem condemnationis: alterum ἄκυρον, in quem absolutionis calculos conjiciebant. Ex Bud. Comment. Ling. Gr. ubi plura V.

CADUSII, ōrum. m. pl. Gens juxta mare Caspium in Mediæ finibus. Meminit Nepos 14. 1. 4. & Plin. 6. 7. & Curt. 4. 12. 4.

CADYTAS, [καδύτας] Herba, de qua Plin. lib. 16. cap. ult. Est & in Syria, inquit, herba, quæ vocatur cadytas, non tantum arboribus, sed ipsis etiam spinis circumvolvens sese.

C Æ A

CÆA, CÆOS, CÆUS. V. CEA.
CÆADAS, V. CEADAS.

C Æ C

CÆCIAS, æ. [Καικίας] Ventus flans inter Aquilonem & exortum Æquinoctialem: quem Aristoteles (ut docet Gell. lib. 2. cap. 22.) ita flare dicit, ut nubes non procul propellat, sed ut ad sese vocet. Plin. lib. 2. cap. 47. Narrant & in Ponto Cæciam in se trahere nubes.
Mala attrahens ad sese, ut Cæcias nubes. Proverbium in eos qui sibi ipsis litium ac negotiorum materiam pariunt, arcessuntque. V. Erasm. Chiliad.

CÆCIGENUS, V. CÆCUS.

CÆCILIA, Genus serpentis. Columel. lib. 6. cap. 17. pr. Est etiam mortifer iis serpentis ictus, est & minorum animalium noxium virus: nam & vipera, & cæcilia sæpe quum in pascuo bos improvide supercubuit, lacessita onere, morsum imprimit. V. AMPHISBÆNA.

CÆCILIA, prænomine Caia, Tarquinii Prisci uxor, maximi animi mulier, & lanificii peritissima, quæ prius Tanaquil dicebatur, ut scribit Volaterr. V. Plin. lib. 8. cap. 48. & Fest. in Prædia, Plut. Q. R. 30.

CÆCILIA Gens. De Cæciliæ gentis origine varias & diversas fuisse veterum opiniones, testis est lib. 3. Festus Pompeius. v. Cæculus. Nam alii a Cæculo, qui Præneste condidit, ortos Cæcilios, alii vero a Cæcade Trojano Æneæ comite sic nominatos existimarunt. Idem quoque auctor lib. 11. a Caulis militum servis deducit. Quod si verum est, sine diphthongo Cecilios scribendos existimarem. [Immo de cognomine Cæciliorum Metellus id dicit Festus. V. loc. Scriptionem cum Diphthongo confirmant denarii antiqui apud Fulv. Ursinum, quem omnino de hac gente adi. conf. METELLUS.
Princeps & parens hujus gentis L. Cæcilius, opinor est, qui cum Servilio Consul fuit & Prætor a Gallis una cum exercitu oppressus est. Nemo enim de Cæciliis ante hunc curulem magistratum gessit. Verum hi in tantum deinde maximis amplissimisque honoribus aucti sunt, ut Nævius poeta, fato Metellos fieri Consules dicere non dubitarit, ut est apud Pedianum in 2. Verr. 29. Qua de re sic Paterc. lib. 2. c. 11. extr. scribit, Ut paulo ante Domitiæ familiæ, ita Cæciliæ notanda claritudo est: quippe intra XII ferme annos hujus temporis COSS. fuere Metelli, aut Censores, aut triumpharunt amplius XII.
C. Plinius Secundus Cæcilius, in VALERIUS, ubi de Valerio Corvino, citatur Cæcilius, vide an sit Plinius. H. St. [Cæcilius dictus est, pro cognomento pristino, gentili hoc nomine assumpto, posteaquam a C. Plinio Secundo avunculo suo adoptatus fuit, cum dici debuisset Cæcilianus veteri more, sed tum antiquato. V. Voss. de Analog. 1. 7. Sicut Q. Cæcilius Pomponianus dictus est T. Pomponius Atticus, cujus vita a Nepote Cornelio scripta extat, postquam a Q. Cæcilio, avunculo item suo, adoptatus fuit. Ab hoc patrono dictus
Cæcilius Epirota, Libertus Attici ejusdem equitis Romani, qui ludum grammaticæ, Romæ aperuit; Primusque dicitur Virgilium, & alios poetas novos prælegere cœpisse: quod etiam Domitii Marsi versiculus indicat, Epirota tenellorum nutricula vatum. Ex Sueton. de Illustr. Gram. cap. 16. Hujus etiam meminit Macrobius.
Cæcilius Gallus in disciplina juris, atque legibus Populi Romani noscendis, interpretandisque scientia, usu, auctoritateque illustris fuit tempore Gellii, cujus etiam ipse meminit, dicitque librum scripsisse de Verborum significatione, quæ ad jus civile pertinent. V. Gell. lib. 16. cap. 5. & Macrob. 6. Saturn. cap. 8.
C. Cæcilius item Claudius Isidorus, C. Asinio Gallo, C. Marcio Censorino COSS. a.d. VI Calend. Februar. testamento suo edixit: Quamvis multa civili bello perdidisset, tamen relinquere servorum quatuor millia CXVI, juga boum tria millia DC, reliqui pecoris CCLVII millia: in numerato H-S. DC. Funerari se jussit H-S. XI. Auctor Plin. lib. 33. cap. 10.
Fuit & Cæcilius Callantianus, Callantis autem, civitas Siciliæ est, [Dicendum potius Calactinus ab oppido Calacte] Judæorum religionis sectator, Romæ docuit sub Augusto usque ad Adrianum. Scripsit librum contra Phrygas, Dictionarium ex ordine literarum, Comparationem Demosthenis ac Ciceronis, & alia. Auctor Suidas. De cujus in ea re fide V. Voss. de Hist. Græc. l. 2. c. 4. conf. Casaub. in Athen. l. 6. c. 21.
Præter hos Cæcilius Argivus, Versificator, scripsit de Piscibus. Auctor Suidas. V. Siml. Bibl.
Cæcilius Statius, Poeta Comicus, quem Cic. 7. Att. 3. Malum Latinitatis auctorem vocat. Volcatius tamen Comicorum palmam ei concedit: fuit natione Gallus, & Ennii contubernalis: quidam Mediolanensem faciunt. Decessit anno post Ennium: sepultus in Janiculo. Auctor Euseb. Hor. 2. Epist. 1. 59.
Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte.

CÆCILIUS, a, um. Adj. ut Cæciliæ familiæ claritudo. Vellei. 2. 11. 3.

CÆCILIANUS, a, um. Adj. ut Cæcilianæ lactucæ, de quibus Plin. lib. 9. cap. 8. & Cæciliana cerasa, quæ & Rotunda vocat idem Plin. lib. 15. cap. 24.
Cæciliana fabula. Cic. 1. Att. 16. Ac vereor ne Lucullus, (Al. Lucullis) quoniam Græcum poema condidit, nunc ad Cæcilianam fabulam spectet. Turnebus hoc loco Lucullum legendum contendit, cujus res gestas Archias versibus Græcis illustrarat, qui & Cæcilii Metelli facta pangere parabat, quam Cicero appellat Cæcilianam fabulam, ad Cæcilium comicum alludens. Cic. pro Arch. 21. Mithridaticum vero bellum, &c. totum ab hoc expressum est, qui libri non modo L. Lucullum fortissimum & clarissimum virum, verumetiam pop. Rom. nomen illustrant. [Forte, Ne Luculléis, quo nomine G. p. c. n. ad Cæciliada &c.

CÆCITAS, CÆCO, as. V. CÆCUS.

CÆCŬBUM, i. n. [Καίκουβον] Oppidum est Campaniæ in Italia, quod licet paludibus adjaceat, vineta tamen vini generosissimi præcipue enutrit arboribus. [Non oppidi, sed regionis nomen est, ut ex ipso Strabone, unde hæc desumpta sunt l. 5. cognoscere licet. Dicitur eadem forma ac Picenum, Samnium, Latium &c.

CÆCŬBUS, a, um. Adj. [Καίκουβος] ut, Ager Cæcubus, apud Plin. 2. 95. Hinc

CÆCUBUM, i. n. subauditur Vinum. Horat. 1. Carm. 37. 5.
Antehac nefas depromere Cæcubum
Cellis avitis. Plur. Martial. lib. 13. 115.
Cæcuba Fundanis generosa coquuntur Amyclis. Plin. lib. 16. cap. 37. Licet populi vitibus placeant, & Cæcuba educent. Populum arborem intelligit.
Potare cæcuba. Martial. lib. 12. 17.
Nec nisi post niveam cæcuba potat aquam.
Cæcubi aliud etymon affert ex Galeno Cornarius in cap. 1. lib. 7. Galeni de Compositione pharmacorum secundum locos.

CÆCŬLUS, dimin. CÆCULTO. V. CÆCUS.

CÆCULUS, [Καίκουλος] (inquit Servius) Filius Vulcani, sic dictus, quod minoribus occulis fuerit: quam rem frequenter efficit fumus. Hic collecta multitudine postquam diu latrocinatus esset, Prænestinam civitatem in montibus condidit: & quum ad ludos vicinos populos invitasset, cœpit eos hortari, ut secum habitarent: & pro gloria jactare se filium Vulcani. Quod quum illi non crederent, invocato Vulcano ut eum filium comprobaret, omnis illius multitudinis chorus est flamma circumdatus. Quo facto commoti omnes simul habitaverunt, & Vulcani filium esse crediderunt. Hactenus ille ad Virg. 7. Æn. 681.
Nec Prænestinæ fundator defuit urbis,
Vulcano genitum, pecora inter agrestia, regem,
Inventumque focis, omnis quem credidit ætas,
Cæculus, &c. conf. CÆCILIA gens.

CÆCUS, a, um. Adj. [τυφλὸς, ἀλαὸς, πηρὸς] Qui caret usu luminum, a Cædo, cædis, quod sit oculis concisus. quamvis alii Cæcum quasi Oculis captum: alii quasi Carentem oculis appellatum velint. [Mira profecto etyma, ut alia quamplurima in hoc Thesauro proposita, quæ per se refellet Lector cordatus.
Obscurum & cæcum. Cic. 2. pro Lege Agr. 36.
Futuri cæcus, i. e. Futuri nescius. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 138.
Amore auri cæcus. Virg. 1. Æn. 353.
Animi cæcus. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Animo cæcus. Cic. 5. de Fin. 65.
Cupiditate & avaritia cæcus. Cic. pro Quint. 83.
Fraude & ira cæcus. Liv. 8.
Furore cæcus atque amens. Cic. pro Sext. 17.
Furore amenti cæcus. Catul. 62. 197.
Cogor inops, ardens, amenti cæca furore.
Metu Cæcus. Plin. lib. 10. cap. 33. Perdices tanta rabie feruntur, ut in capite aucupantium sæpe cæcæ metu sedeant.
Acervus. Ovid. 1. Met. 24. Confusus. De Chao loquitur.
Aditus. Sen. Herc. fur. 10.
Amor sui cæcus. Hor. 1. Carm. 18. 14.
— quæ subsequitur cæcus amor sui,
Attollens vacuum plus nimio verticem.
Amator. Hor. 1. Serm. 3. 39.
Amictu cæco terram condit nox. Sil. lib. 12. i. e. Nigro.
Avaritia cæca. Cic. 2. Philipp. At quam cæca avaritia est?
Caligo. Virg. 3. Æn. 203.
Carcere cæco clausus. Virg. 6. Æn. 734. — nec auras
Respiciunt clausæ tenebris, & carcere cæco. i. e. Obscuro.
Casus. Cic. 2. de Divin. 5. Quomodo ergo id quod temere fit cæco casu & volubilitate fortunæ, præsentiri & prædici potest?
Cavernæ. Ovid. 15. Met. 299.
Causæ. Lucret. lib. 3. 317. i. e. Incognitæ, incertæ.
Chaos. Sen. in Med. 10.
Corpus cæcum, Sallustius dixit, Jugurth. 115. de Aversa corporis parte, quod nulli ibi oculi, sicut in adversa, sive anteriore, exstent. V. Wass. in loc. & Lutat. in 7. Theb. Statii, p. 327.
Cupiditas cæca & temeraria. Cic. 1. de Invent. 2.
Cupiditate cæca rapi. Cic. in Pison. 57.
Cupido. Ovid. 3. Met. 620.
— prædæ tam cæca cupido est.
Cursus. Lucan. lib. 2. 567.
Die cæca emere aliquid. Plaut. Pseud. 1. 3. 67. Eme die cæca hercle olivum, id vendito oculata die. i. e. Eme non præsente pecunia, sed in diem pacta: revende pecunia præsente. Vocant & JCti Cæcam diem, & Cæca testimonia, Quæ scripto perhibentur absentibus. Nam Cæca sunt non tantum, Quæ non vident, sed Quæ non videntur & absunt. Erasm. in Chiliad. Conf. similem Catachresin in dict. SURDUS.
Dolores cæci. Plin. lib. 29. cap. 13. i. e. Obtusi, vel Quorum causa latet.
Domus. Ovid. in Ibin, 374. De Labyrintho.
Ensis. Stat. 9. Theb. 198. i. e. Temere retatus.
Error cæcus quo cœpit eat. Sen. Herc. fur. 12.
Eventus. Virg. 6. Æn. 157.
— cæcosque volutat
Eventus animo secum. i. e. Incertos.
Expectatio. Cic. 2. pro Lege Agrar. 65. Nolo suspensam & incertam plebem Romanam obscura spe, & cæca expectatione pendere.
Fata. Hor. 2. Carm. 13. 16. i. e. Improvisa, & quæ videri non possint.
Fluctus cæcus. Liv. apud Senec. Suasor. 6. M. Cicero sub adventum triumvirorum cesserat urbe, &c. Unde aliquoties in altum provectum quum modo venti adversi retulissent, modo ipse jactationem navis, cæco volvente fluctu, pati non posset, tædium tandem eum & fugæ & vitæ cœpit, &c. Græcanicum est: illud enim, Cæco fluctu, ab Homero Il. ξ. 16. scriptum erat κύματι κωφῷ, quod & ante Livium ita Latine Sisenna explicarat, ut apud Nonium reperimus, Subito, inquit, mare subhorrescere, cæcosque fluctus in se provolvere leviter cœpit. Cæcum autem

autem fluctum Nonius idem interpretatur, Occulte malum, latentem & tacitum. Grammatici Græci Fluctum ſine vento ortum, nec murmurantem ſonantemque. Livius quidem intelligere videtur Fluctum vento ſilente, aut non ſtrepente excitatum, quum ſcripſit, Partim ventis reflantibus ſæpius relatum in littus, partim cæco fluctu jactationem navis pati non potuiſſe: nec aliter Siſenna ſentit. Ac Cæcus dicitur fluctus, Cujus non ſentitur nec apparet cauſa, ut quum venti quieſcunt. Quæ enim præter ventum excogitari poteſt maris frementis & fluctuantis cauſa? quo horreſcente, & aere quieto, merito Fluctus cæcus dicitur. Id autem plerunque fit ante ventos coortos, unde & Virg. 1. Georg 356. ſcripſit in prognoſticis venti,

Principio ventis ſurgentibus, aut freta ponti
Incipient agitata tumeſcere, &c. Turnebus.

Fores. Virg. 2. Æn. 153. i. e. Non omnibus notæ. Servius.
Fortuna. Cic. de Amicit. 54.
Foſſæ cæcæ. i. e. Non patentes. Apud Columel. lib. 2. cap. 2.
Furor cæcus. Hor. Epod. 7. 13. i. e. Excæcans.
Hiſtoriæ cæcæ. i. e. Obſcuræ & vulgo ignotæ. Ovid. in Ibin, 55.
Homines cupidine cæci. Lucret. lib. 4. 1146.
Ictus cæcus. Liv. 4. Bell. Maced. Ut non modo ad cæcos ictus, ſed ne ad inferendum quidem ex propinquo telum loci quicquam eſſet.
Ignes. Virg. 4. Æn. 209. — cæcique in nubibus ignes
Terrificant animos. i. e. Quorum origo non apparet. Servius.
Invidia cæca & ira. Liv. 8. Bell. Maced.
Iter cæcum explorat. Ovid. 10. Met. 456.
Limites. Ovid. 14. Met. 371. — cæciſque vagantur
Limitibus comites. i. e. Nebuloſis.
Lituræ. Ovid. 11. Epiſt. 1.
Si qua tamen cæcis errabunt ſcripta lituris.
Loca, pro Sede inferna. Propert. lib. 1. 19. 8.
Lupi cæci. Virg. 2. Æn. 357. — inde, lupi ceu
Raptores atra in nebula, quos improba ventris
Exegit cæcos rabies. Cæcos, h. e. Quibus ad explendas inſidias nox ſeu tenebræ ſunt luce aptiores: aut Qui in cæcis latebris abſcondi ſolent. Donatus in Virgil.
Manu cæca tela mittere. Lucan. lib. 3. 722.
Manu cæca ſpargit munera. Sen. in Hippol. 9. De Fortuna.
Mars. Virg. 2. Æn. 335. i. e. Nocturnum prælium. Servius.
Mens. Ovid. 4. Met. 501.
Metus. Ovid. 2. Faſt. 822.
— & cæco flentque paventque metu.
Morbus, Obſcurus, & cognitu difficilis. Columel. lib. 1. cap. 5.
Motus cæci orientis Auſtri. Hor. 3. Carm. 27. 21.
Mugitus terræ cæcus. Sen. Troad. 171.
Murmur. Virg. 12. Æn. 591. — tum murmure cæco
Intus ſaxa ſonant.
Nox. Cic. pro Milon. 51. Neque cæca nox oſtendiſſet Milonem.
Parietibus cæcis textum iter Labyrinthi. Virg. 5. Æn. 589. h. e. Nullas habentes feneſtras. [Immo Cæcos, ambagibus intelligit cæcantes.
Pavorem cæcum, Tacit. 1. Hiſt. 82. 2. Cui nec ratio, nec modus conſtat, dixit.
Pavores. Valer. 7. Argon. 147.
Pectora. Lucret. lib. 2. 14.
Pericula. Propert. lib. 2. 27. 6.
Plagæ, Quæ ſenſum fugiunt. Lucret. lib. 2. 128.
Multa videbis enim plagis ibi percita cæcis.
Pugna. Valer. 5. Argon. 663.
Pulvis. Virg. 12. Æn. 444.
— tum cæco pulvere campus Miſcetur.
Ramus. Plin. lib. 16. cap. 30. i. e. Qui oculis, ſeu gemmis caret, nec germinat. V. OCULUS. conf. CÆCO.
Ratio, Ignorata. Lucret. lib. 5. 1004.
Improba navigii ratio tum cæca jacebat.
Res cæcæ & ab aſpectus judicio remotæ. Cic. 2. de Orat. 357. Ut res cæcas, & ab aſpectus judicio remotas confirmatio quædam & imago ita notaret, ut ea, quæ cogitando complecti vix poſſemus, intuendo quaſi teneremus.
Saxa. Virg. 5. Æn. 164. i. e. Latentia.
Scelus cæcum retegere. Virg. 1. Æn. 360.
— cæcumque domus ſcelus omne retexit. i. e. Ignoratum.
Sonus. Sen. in Troad. 172. Sed eam lectionem rejecit Gronov. q. V.
Sors. Hor. 2. Serm. 3. 269.
— & cæca fluitantia ſorte, laboret Reddere certa.
Spicula. Virg. 4. Georg. 237.
— & ſpicula cæca relinquunt. i. e. Brevia, quæ poſſunt latere. Servius.
Stimulus. Lucret. lib. 3. 887.
Suſpicio. Cic. 6. Fam. 7. In hac igitur calumnia timoris, & cæcæ ſuſpicionis tormento, &c. i. e. Dubiæ.
Tabes. Ovid. 9. Met. 174. i. e. Occulta.
Tecta. Ovid. 8. Met. 158.
Multiplicique domo cæcis includere tectis. V. Parietes.
Tempus. Cic. 12. Fam. 25. Fuit enim illud quoddam cæcum tempus ſervitutis.
Tenebræ. Lucret. lib. 3. 87.
Timor. Ovid. 1. Amor. 4. 42.
Vada. Virg. 1. Æn. 540. — nimboſus Orion
In vada cæca tulit. i. e. Incognita, latentia. Servius. V. Saxa.
Vallum cæcum dicitur, In quo præacuti pali terræ affixi, herbis vel frondibus occuluntur. Feſtus.
Venenum cæcum. Lucret. lib. 6. 822.
Veſtigia cæca, Latentia, quæ non poſſunt videri. Virg. 6. Æn. 30. de Labyrintho & Dædalo, Cæca regens filo veſtigia. i. e. Incerta ac dubia.
Via cæca. Ovid. 2. Amor. 11. 16.
Undæ cæcæ. Virg. 3. Æn. 200. i. e. Incertæ, quia ſidera non apparebant. Servius.
Vulnus cæcum. Virg. 10. Æn. 733.
— nec jacta cæcum dare cuſpide vulnus. A tergo ſcil.

Apparet cæco; Proverbialis eſt locutio. V. Chil. & apud J iv. 32. & 34. Apparet id quidem cæco.
Clarum ſatis eſt cæcis, ut aiunt, dixit Quintil. 12. 7. p. 1075.
Cæcum crudelitate ferri. Cic. pro Cluent. 199. At quæ mater? Quam cæcam crudelitate & ſcelere ferri videtis.
Cæcum me, & præcipitem ferri confiteor in cauſa, ſi, &c. Cic. pro Planc. 6.
Hypſea cæcior. Hor. 1. Serm. 2. 91. Hypſea matrona fuit vitioſis oculis. Acron.
Cæcum, veteres pro Improvido dixerunt. Varro de vit. Pop. Rom. lib. 4. Neque id cæci conſules feciſſent, quæ mandata arcana T. Ampio ſediſſent, aut dividi centum GN. Magnum. Nonius 12. 29.

CÆCUS, i. m. [τυφλὸς] Cæco reluxit dies. i. e. Cæcus viſum recuperavit. Tacit. 4. Hiſt. 81. conf. Hor. 1. Epiſt. 17. 4.

CÆCULUS, a, um. dimin. Qui parum videt. Plaut. Perſ. 2. 4. 11. Tua quidem, cæcule, cauſa? Quidam Cucule legunt hoc loco. De Cæculo Vulcani filio V. ſupra.

CÆCĬTAS, ātis. [τυφλότης, ἀβλεψία, ἀορασία, πήρωσις] Facultatis viſus orbitas: & eſt proprie corporis; ad animum vero ſæpe transfertur. Cic. 5. de Fin. 84. Bonum incolumis acies: miſera cæcitas.
Libidinis cæcitas. Cic. de Aruſp. Reſp. 38. An tibi luminis obeſſet cæcitas, plus quam libidinis?
Mentis cæcitas. Cic. pro Domo 105. Pœna omnis oculorum, ad cæcitatem mentis eſt converſa.
Cæcitatem inferre. V. INFERO.
Horribilis cæcitas. Cic. 5. Tuſc. 111. Primum horribilis iſta cæcitas, quibus tandem caret voluptatibus?

CÆCITUDO, ĭnis. f. Idem. Gloſſ. Gr. Lat. ἀβλεψία, Cæcitudo. Feſtus in Nuſcicioſus, At P. Opilius Aurelius, Nuſciciones eſſe cæcitudines nocturnas.

CÆCIGĔNUS, a, um. Adj. [τυφλογενὴς] Illum ſignificat qui cæcus natus eſt. Lucret. lib. 2. 740.
Nam quum cæcigeni, ſolis qui lumina nunquam
Aſpexere, tamen cognoſcant corpora tactu,
Ex ineunte ævo nullo contincta colore.

CÆCIGENA, æ. c. Idem. Gloſſ. Gr. Lat. τυφλογενὴς, Cæcigena.

CÆCO, [τυφλόω, πηρόω] āre. Luminibus privare. Auctor de Viris Illuſtr. c. 34. Potitios Herculis ſacerdotes pretio corrupit, ut ſacra Herculea ſervos publicos edocerent: unde cæcatus eſt.
Cæcare animos, per translationem. Cic. 4. Philipp. 9. Sed ſpes rapiendi atque prædandi cæcat animos eorum. Legitur & Occæcat.
Cæcare mentes largitione. Cic. pro Sext. 139.
Cæcari erroribus, aut cupiditate. Cic. 5. Tuſc. 39.
Cæcata celeritate oratio. Cic. de Clar. Orat. 264. Ms. Citata.
Pro Obſcurare utitur Avienus Perieg. v. 500.
— denſo cæcantur ſtipite ſilvæ.
Metaphorice Palladius 1. 6. Foſſorem ſi apertus vitis oculus viderit, cæcabitur ſpes magna [puto Magnæ] vindemiæ: & ideo dum eſt clauſus fodietur. conf. Ramus cæcus. ſ. l.

CÆCULTO, [παραβλέπω] āre. Cæcis proximum eſſe acie obtuſa: ut ait Feſtus. Idem alio loco dicit, Cæcultare, eſt Cæcos imitari. Plaut. Fragment. 2. 8. Numnam mihi oculi cæcultant: Eſtne hic noſter Hermio? [Videtur contractum ex Cæculito, quod a Diminutivo Cæculus, vel a verbo fortaſſis Cæculio, pro quo Cæcutio exhibent Grammatici.
Apud Livium etiam legitur 27. 3. Inter multas magnaſque res, quæ nunc ſecundæ, nunc adverſæ, cæcultabant cogitationes hominum. In emendatis codd. Occupabant.

CÆCUTIO, [ἀμβλυώττω, τυφλώττω] īre. proprie ſignificat Parum videre: & Cæcutientes dicuntur, quaſi Semicæci. Varro, Utrum oculi mihi cæcutiunt, an ego vidi ſervos in armis contra dominos? Ex Nonio, 2. 133.

C Æ D

CÆDES, V. CÆDO.

CÆDĬCUS, i. m. Vir ditiſſimus, cujus meminit Virg. 9. Æn. 362.
Euryalus phaleras Rhamnetis, & aurea bullis
Cingula, Tiburti Remulo ditiſſimus olim
Quæ mittit dona hoſpitio, quum jungeret abſens
Cædicus: ille ſuo moriens dat habere nepoti. Ubi Servius, Cædicus quidam Tiburti Remulo, quum eum ſibi abſens hoſpitio vellet adjungere, miſit phaleras & cingula bullis aureis, hoc eſt clavis inſignita. Remulus moriens nepoti ſuo cognomini hæc reliquit, qui poſtea victus a Rutulis eſt, & occiſus: poſt cujus mortem apud Ramnetem Rutulum ab Euryalo reperta ſunt hæc munera. Hujus meminit & Virg. 10. Æn. 747.

CÆDICIUS, Nomen gent. Ro. Cædicii, ut Judicis ſeveriſſimi meminit Juven. 13. Sat. 197. ubi Schol. vet. Aulicum & Neronis crudeliſſimum ſatellitem perhibet. Facundum vocat tamen Juvenalis, & ut Judicem inducit rurſus Sat. 16. 45.
Q. Cædicius etiam Tribunus militum fortiſſimus fuit, cujus audax, fidum atque providum conſilium, egregiumque factum V. apud Gell. 3. 7.

CÆDICIUS, a, um. Adj. ut, Cædiciæ tabernæ, a domini nomine vocatæ, qui eas in via Appia extruxit. V. Feſt.

CÆDO, cecīdi, cæſum, [κόπτω, δέρω] ĕre. proprie ſignificat Flagellare. Ter. And. 1. 2. 28. Verberibus cæſum te in piſtrinum Dave dedam. Juven. 3. Sat. 278.
Ebrius ac petulans, qui nullum forte cecidit,
Dat pœnas.
Cædi diſcipulos deforme ac ſervile eſt, quanquam id receptum ſit, & Chryſippus non improbet. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Flagellis cædere. Hor. 1. Serm. 2. 42. — ille flagellis
Ad mortem cæſus.
Loris cædere. Cic. 8. Philipp. 24.
Virgis cædere aliquem ad necem. Cic. 5. Verr. 69. Plaut. Pſeud. 1. 5. 98.
Cædere, Percutere. ut, Cædere aliquem calcibus. Plaut. Pœn. 3. 3. 71.
Enſe. Ovid. 3. de Pont. 2. 58.
Advena virgineo cæſus ut enſe cadat.
Ferro. Lucret. lib. 6. 313.
Ferula. Hor. 1. Serm. 3. 120.
Frondem cædere. Cato c. 5. extr. R. R. Frondem populneam, ulmeam, quer-

quercneam cædito. Quo loco Turnebus, Adv. 14. 2. Ego, inquit, Cædere frondem existimo esse Colligere eam, quod quum faciebant, eam stringebant, & ferramento plerumque velut deradebant ex arbore.
J..nuam cædere saxis. Cic. 3. Verr. 69.
Marmor cædere, Excidere. Papin. in l. Divortio. §. Si vir in fundo. D. Soluto matrimonio, Si vir in fundo mulieris dotali lapicidinas marmoreas invenerit, & fundum fructuosiorem fecerit, marmor quod cæsum, neque exportatum, est mariti: & impensa non est ei præstanda.
Pugnis cædere. Plaut. Curc. 1. 3. 43.
Cædere femur, pectus, frontem, mire ad pullatum circulum facit. Quintil. lib. 2. cap. 12. i. e. Manu percutere.
Mens conscia diri facti, cædit hominem verbere surdo. V. SURDUS.
Pluteum cædere. Pers. 1. Sat. 106.
Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit ungues.
Populum saxis cædere. Hor. 2. Serm. 3. 128.
— populum si cædere saxis Incipias.
Cædere, pro Excidere. ut, Cædere arbores. Cic. 2. de Divin. 33.
Comam arborum falce cædere. Tibul. lib. 1. 8. 34.
Hic viridem dura cædere falce comam.
Lapis cædendus aliquis, & asportandus fuit machina. Cic. 3. Verr. 147.
Montes cædere. Plin. lib. 36. cap. 1.
Robora. Ovid. 8. Met. 769.
Saginam. Plaut. Most. 1. 1. 62. Este, effercite vos, saginam cædite. Ut Frondem, ita per translationem Saginam cædere, pro Colligere. Turnebus. u. s. Sed V. Salmas. ad loc.
Silvas. Cæs. 3. Bell. Gall. 29. Reliquis deinceps diebus Cæsar silvas cædere instituit.
Vineta. Hor. 2. Epist. 1. 220.
Cædere, Occidere. Cic. 3. Philipp. 31. Cædit greges armentorum, reliquique pecoris quodcunque nactus est.
Exercitus cæsus & fusus. Cic. 14. Philipp. 1.
Cædere bidentes, Immolare, per metaphoram. Virg. 5. Æn. 96.
Hostias. Cic. pro Cluent. 194.
Victimas. Liv. 8.
Cædi testibus, pro Urgeri & premi. Cic. 3. Q. frat. 3. Quo quidem in judicio odio premitur omnium generum, maxime testibus cæditur, accusatoribus frigidissimis utitur. h. e. Testium auctoritate convincitur.
Cædere, pro Consumere. Lucil. lib. 30.
Lana opus omne perit, squalor, tineæ omnia cædunt. Nonius.
Pignora cædi, lex vetus dixit, pro Ita capi, ut auctione distrahantur & consumantur. Cic. 3. de Orat. 4. V. etiam Pitisc. Lex.
Cædere sermones, pro Colloqui; de duobus aut pluribus sermocinantibus inter se videtur dicendum, quod Ter. Heaut. 2. 2. 1. Græcanica phrasi dixit. Græci enim κόπτειν ῥήματα pro Disserere dicunt.

CÆSUS, a, um. [κεκομμένος] Partic. a Cædo. ut, Cæsis copiis. Cic. ad Brut. 10.
Arbores cæsæ. Plin. lib. 16. cap. 12.
Heliades cæsæ pectora. Ovid. 2. Met. 341.
Victimis cæsis. Cic. 1. Att.
Inter cæsa & porrecta: Adagium. Cic. 5. Att. 18. Et multa, immo omnia, quorum κεφάλαιον, nequid, inter cæsa & porrecta, ut aiunt, oneris mihi addatur, aut temporis. Videtur significare Cunctationem, & ancipitem hæsitationem, ac velut Intervallum illud inter omittendum quod cœptum est, & incipiendum quod novari oportet. Plura apud Erasm. in Chiliadibus. Paulus Manutius sic exponit. Inter cæsa & porrecta, In ipso articulo discessus mei: sumpta similitudine a sacrificiis, quum inter cæsa exta & porrecta sinistri quid accideret, ne litari posset, sed instaurari sacrificium necesse esset. Verebatur Cicero, ne quo tempore discessurus esset, eo tempore ejusmodi quid accideret, ne posset discedere.
Ruta cæsa in venditionibus appellantur, Quæ venditores domuum aut fundorum excipere solent, quæque terra aut opere structili tectoriove non continentur. Cic. Topic. extr. Cum ædes fundumve vendiderint, rutis cæsis receptis, concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi causa apte & loco positum esse videatur. V. Pompon. l. 66. Dig. de contrah. emptione. Fest. & infra in RUO.

CÆSUM, i. n. [κόμμα] Distinctionis nota, apud Mart. Capell. lib. 5. p. 173.

CÆSIO, ōnis. f. [τμῆσις] idem quod Incisio. Columel. lib. 4. cap. 33. Et post quinquennium cæsa, more salicti recreatur, atque in palum formata fere usque in alteram cæsionem perennat.

CÆSOR, ōris. m. Hieron. Epist. 103. cap. 6. conf. Val. Probum Grammat. p. 1458.

CÆSŪRA, æ. f. [τμῆμα] Incisura, cæsio. Plin. lib. 15. cap. 43. Est his autem major ad firmitatem causa tempestivæ cæsuræ, quam immaturæ. Lucret. lib. 4. 651.
— & generatim
Extima membrorum circum cæsura coercet. Alii legunt Textura. Sed V. CIRCUMCÆSURA. Ita enim legendum est una voce.
Cæsura, [τομή] in oratione, a Cædenda voce: quæ definitur, Decora terminatio vocum, in medio versuum notata: ut quando post duos primos pedes superans syllaba invenitur, quæ dictionem terminet. Cæsura est quæ Penthemimeris dicitur: ut, Arma virumque cano. Quum vero id post tres pedes fit, Cæsura est Hephthemimeris: ut, Arma, virumque cano, Trojæ. Hic enim versus utramque cæsuram habet.

CÆSURĀTIM, Adv. [κατὰ τμήματα] Succincte, breviter, per cæsuræ commata. Sidonius 4. Epist. 3. Tota illa dictio sic cæsuratim succincta, quod profluens.

CÆSIM, Adv. [τμηδὸν] significat Cædendo. Valla lib. 6. Cæsim, per incisiones gladii. Liv. 7. Bell. Pun. Projecto læva scuto in advenientis arma hostis, vanum cæsim cum ingenti sonitu ensem dejecit.
Cæsim ac punctim. Liv. 22. 46. Hispano punctim magis, quam cæsim assueto petere hostem.
Cæsim operari in vinea. Columel. lib. 4. cap. 25. Major autem pars operis in vineam ductim potius, quam cæsim facienda est. Et paulo post, Tutior igitur & utilior putatio est quæ ductu falcis, non ictu conficitur.
Cæsim dicere. i. e. Per cola & commata. Cic. in Orat. 225. O callidos homines, ô rem excogitatam, ô ingenia metuenda! Membratim adhuc, deinde cæsim diximus. Rursus membratim, Testes dare volumus. Paulo ante Cicero Incisim dixerat. Quintilian. lib. 9. cap. 4.

p. 868. Burm. Ubicunque acriter erit & instanter, pugnaciterque dicendum, membratim, cæsimque dicemus.

CÆDES, is. f. [φόνος, ἀνδροκτασία, σφαγή] Festus, Cædem putant ex Græco dici, quod apud illos κλάειν significat interficere. Valla in Raudens. Cædes, Mors non fatalis, sed ferro, aut ligno, aut saxo, similibusque illata, præsertim occidere, aut ferire, aut percutere volentis. Inde dicimus aliquem commisisse cædem, & Milo de cæde accusatus est. Plin. lib. 14. cap. 13. Invenimus inter exempla, Egnatii Mecenii uxorem, quod vinum bibisset e dolio, interfectam fuste a marito, eumque cædis a Romulo absolutum.
Occisio & cædes. Cic. pro Cæcin. 41. Tu vim negabis esse factam, si cædes & occisio facta non erit?
Amor cædis. Ovid. 13. Met. 768.
Imago cædis. Ovid. 8. Met. 507.
— modo vulnera fratrum
Ante oculos mihi sunt, & tantæ cædis imago.
Avidissimus cædis. Ovid. 1. Met. 151.
Instructus ad cædem. V. INSTRUO.
Molitor cædis. Tacit. 11. Ann. 29. Et Appianæ cædis molitor Narcissus.
Acerba cædes. Stat. 6. Theb. 146.
Acris. Ovid. 11. Met. 402.
— sed enim irrevocatus ab acri Cæde.
Cruenta. Lucan. lib. 7. 827.
Dira. Ovid. 3. Met. 625.
Exilium, dira pœnam pro cæde, luebat.
Fera. Sen. Octav. 472.
Pulchrum eminere est inter illustres viros,
Consulere patriæ, parcere afflictis, fera
Cæde abstinere.
Feralis cædes. Claud. de Bell. Gild.
Furialis. Ovid. 6. Met. 657.
Sicut erat sparsis furiali cæde capillis Prosiluit.
Hostilis. Sen. in Herc. fur. 11.
Impia. Hor. 3. Carm. 24. 26.
Indignissimæ cædes & maximæ. Cic. pro Rosc. Amer. 11. Quum interea cædes indignissimæ maximæque factæ sint.
Inexhausta. Stat. 10. Theb. 261.
Lethifera. Claud. Cons. Prob. & Olybr. 119.
Manifesta. In MANIFESTUS.
Miserrima. Virg. 11. Æn. 885.
Nefanda. Ovid. 15. Met. 174.
Notabilior. Tacit. 3. Hist. 25. Eo notabilior cædes fuit, quia filius patrem interfecit.
Profunda. Stat. 10. Theb. 832.
Sæva. Ovid. 1. Met. 161. — sævæque avidissima cædis.
Sanguinea. Ovid. 13. Met. 85.
Vasta. Sen. in Troade, 6.
Accumulare cædem cæde. Lucret. lib. 3. 71.
Ardescere cæde. Ovid. 12. Met. 240.
Conducere aliquem ad cædem faciendam. Cic. de Provinc. Cons. 9.
Committere cædem. Ovid. 14. Epist. 59.
Deterrere cædibus. Hor. de Arte Poet. 392.
Edere cædem. Liv. 5.
Efficere cædes. Cic. pro Milon. Magistratuum, privatorumque cædes effecerat.
Facere cædem. Cic. pro Milon. 29. Quum hic insidiator qui iter illud ad cædem faciendam apparasset, cum uxore veheretur. conf. Conducere paulo ante.
Facere cædem. Cic. in Brut. 85. Nam quum in silva Sila facta cædes esset, notique homines interfecti.
Festinare cædes. Tacit. 14. Ann. 33.
Furere cæde. Virg. 2. Æn. 500.
— vidi ipse furentem Cæde Neoptolemum.
Instaurare cædem. V. INSTAURO.
Ire in cædes. Tacit. 13. Ann. 2. Ibaturque in cædes, &c.
Lætari cæde alicujus. Suet. in Vesp. cap. 15.
Madefieri cæde. Ovid. 15. Met. 824.
Madere cæde. Ovid. 1. Met. 149.
Occidi cæde. Cic. pro Milon. 12. Cædem, qua P. Clodius occisus est, Senatum judicasse contra Rempub. esse factam.
Ostentare cædem. Cic. 4. Fam. 14. Quod est difficile in ejusmodi bello, cujus exitus ex altera parte cædem ostentat, ex altera servitutem.
Patrare. Tacit. 2. Ann. 39.
Perimere cæde una. Virg. 9. Æn. 453.
Perpetrare cædem. In PERPETRO.
Quærere cædem. Cic. 12. Fam. 2. Cædem enim gladiator quærit.
Spectat res ad cædem. Cic. 5. Att. 18. Mihi res ad cædem, & eam quidem propinquam spectare videtur.
Sternere cæde viros. Virg. 10. Æn. 119.
Suscitare cædem. Virg. 12. Æn. 498.
Tepere a cæde. Ovid. 4. Met. 163.
Vivere in cæde, atque ex cæde. Cic. pro Rosc. Amer. 78.
Cædes, pro Sanguine. Ovid. 4. Met. 125.
Arborei fœtus aspergine cædis, in atram
Vertuntur faciem. i. e. Sanguinis aspersione.
Locus tepida cæde recens. Virg. 9. Æn. 456.
— tepidaque recentem Cæde locum. i. e. Tepido sanguine. Imitatione Græca factum est, apud quos φόνος, quod vocabulum cædem significat, sanguis quoque dicitur. Turnebus. Al. Tepidumque recenti. V. Serv. & Pier.
Ligni atque frondium cædem facere, dixit Gellius 19. 12. Quia ligna dicuntur cædi a Cicerone & aliis. ubi Gronov. V.

CÆDECULA, æ. f. Parva cædes. Cathol.

CÆDUUS, a, um. Adj. [κοπτικός] ut, Cædua silva, Quæ habetur in eum usum, ut materia cædatur ex ea. Plin. lib. 13. cap. 4. Cæduæ palmarum silvæ. Columel. lib. 3. cap. 3.
Arbores cæduæ. Papinianus in l. Divortio. §. Si fundum. D. Soluto matrimonio, Puto autem si arbores cæduæ fuerunt, vel gremiales, dici oportet, in fructum cedere.
Silva cædua, quæ dicatur, docet Paulus in l. Silva cædua. D. de Verbo-

rum & rerum ſignificatione, Silva, inquit, cædua eſt (ut quidam putant) quæ in hoc habetur ut cæderetur. Servius eam eſſe quæ ſuccifa, rurſus ex ſtirpibus aut radicibus renaſcatur.

Cæduæ naturæ frutex. Plin. lib. 12. cap. 19. Siccitate gaudens, ſterilior imbre, cæduæ naturæ. De frutice cinnamomi.

CÆIX, V. CEYX.

C Æ L

CÆL, pro Cælum dixit Ennius per apocopen. Auſonius in monoſyllabis,
Unde Rudinus ait Divûm domus altiſonum Cæl. V. Do, pro Domus.

CÆLASSIS, Antiquum vocabulum, pro Cælaveris. Feſtus.

CÆLATURA, V. CÆLO.

CÆLEBS, ĭbis. [ἄγαμος, ἤϊθεος] dicitur tam Qui caruit ſemper uxore, quam Qui nunc caret. Et inde Cælibatus. Hæc Valla lib. 4. Cælibem dictum exiſtimant, quod dignam cælo vitam agat. Feſtus. Cic. 3. de Legib. 7. Cælibes eſſe prohibento.

Maritus & Cælebs, contraria. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Cælebs muliere. Plaut. Caſin. 2. 4. 11.

Lectus. Catull. 66. 6.

Vita cælebs. Ovid. 2. Triſt. 163.
Quæ ſi non fuerat, cælebs te vita deceret.

Cælebs, pro Viduo. Martial. lib. 4. 25.
Diceris hac factus cælebs quater eſſe lagena.

Arbor cælebs. Plin. lib. 17. cap. 23. Altera deflexa vite, vel palmite juxta ſuam arborem, aut circa proximam cælibem. Hor. 2. Carm. 15.4.
— platanusque cælebs
Evincet ulmos. Cælibem vocat quod ei, non ut ulmis, vites quaſi matrimonio jungantur. Ovid. 14. Met. 663.
— cælebs ſine palmite truncus.

CÆLIBĀTUS, ûs. [ἀγάμιον] Suet. Galb. cap. 5. Remanſit in cælibatu. Marcian. Capella in libro de Nuptiis Mercurii & Philologiæ, Placuit Minervæ pellere cælibatum.

CÆLIBARIS, e. Adj. Cælibari haſta caput nubentis comebatur, quæ in corpore gladiatoris ſtetiſſet abjecti, occiſique: ut quemadmodum illa conjuncta fuerit cum corpore gladiatoris, ſic ipſa cum viro ſit, &c. vel quod nuptiali jure imperio viri ſubjicitur nubens, quia haſta, ſumma armorum & imperii eſt. Quam ob cauſam viri fortes ea donantur, & captivi ſub eadem veneunt, quos Græci δοριαλώτους καὶ δορυκτήτους vocant. Feſtus. V. Elmenhorſt. in Arnob. p. 102.

CÆLESTINI, Umbriæ populi in ſexta regione Italiæ. Auctor Plin. lib. 3. cap. 14.

CÆLESTIS, CÆLESTUS, CÆLICOLA, CÆLITES, V. CÆLUM.

CÆLIA potus. V. CELIA. CÆLIA familia V. CŒLIA.

CÆLICULUM, CÆLIMONTANUS, CÆLIOLUS, CÆLIUS mons, V. COELIUS.

CÆLO, [γλύφω, διαγλύφω] āre. cum diphthongo, ſignificat Inſculpere. Vide in ANCÆSUS ex Feſto. H. St.

Cælare argento, & in argento. Cic. 1. de Divin. 79. Hanc ſpeciem Praxiteles cælavit argento, & noſter expreſſit Archias verſibus. Virg. 1. Æn. 644. — cælataque in auro Fortia facta patrum.

Libidines in poculis cælare. Plin. in procem. lib. 33.

Æquora cælare, flumina, beſtias, & alia in vaſis. Ovid. 2. Met. 6.

Argentum cælare. Pomponius in l. Etſi non ſunt clavi. §. Quid ergo. D. de Auro & argento legato, Quid ergo ſi cœptum ſit argentum fabricari, &c. Certe ſi jam erat factum, ſed cælabatur, facti appellatione continebitur. An & cælati continebitur quod cælari cœpit? Et puto contineri, ſicui forte cælatum ſit argentum legatum.

Inclaruit in auro cælando. V. INCLAREO.

Craterem cælare longo argumento. Ovid. 13. Met. 684.

Cælare ſcuta auro. Liv. 9.

CÆLATUS, a, um. Aurum & argentum cælatum, pro Vaſis aureis & argenteis cælatis. Cic. 5. Tuſc. 61. Abacosque complures ornavit argento, auroque cælato.

Galeæ æneæ cælatæ opere Corinthio. Cic. 6. Verr. 79.

Scyphus cælatus manu artificis. Plin. 33. 11.

Tecta cælata & laqueata. Cic. 1. Tuſc. 85.

Vaſa pretioſe cælata. Cic. pro Roſc. Amer. 133.

Velamina cælata multa arte. Valer. 5. Argon. 6.

Cælatum novem Muſis opus. Hor. 2. Epiſt. 2. 92. vocat Poema artificioſum & varie quaſi pictum.

CÆLATŪRA, æ. f. [γλυφή] eſt Quæ auro, argento, ære, ferro, opera efficit, inquit Quintil. lib. 2. cap. 21. Plin. lib. 19. cap. 4. Superque piſtrinarum operibus & cælaturis vivere.

Æſtimatio cælaturæ: Paulus in l. Ex argento. D. de Condictione furtiva, Ex argento ſurrepto pocula facta condici poſſe Fulcinius ait: ergo in condictione poculorum etiam cælaturæ æſtimatio fiet.

Non habeamus argentum, in quod ſolidi auri cælatura deſcenderit. Seneca Epiſtola 5ta. H. St.

Cælatura altior rupit tenuem laminam. Quintil. lib. 2. cap. 4. V. ibi Burm. de diſcrimine inter Cælaturam, & Sculpturam, V. Ald. Manut. Quæſt. Epiſt. 3. 9.

CÆLATOR, ōris. m. [γλυπτὴς] Plin. lib. 34. cap. 8. Argenti cælatores. Cic. 6. Verr. 54.

Cælator cælum deſiderat, & pictor penicilla. Quintil. lib. 2. cap. 21.

Cælator curvus. Juven. 9. Sat. 145.

CÆLĀMEN, ĭnis. n. Idem quod Cælatura. Ovid. 13. Met. 291.
— neque enim clypei cælamina novit,
Oceanum & terras, cumque alto ſidera cælo, &c.

CÆLUM, i. [ἐγκοπεὺς, γλυπτήριον, γλυφεῖον] Inſtrumentum quo utuntur argentarii, auctore Servio in primum Æn. 644. ubi per e longum contra veterum monumentorum fidem, ſcribendum contendit. Stat. 4. Silv. 6. 26.
Hic tibi quæ docto multum vigilata Myroni
Æra, laboriferi vivant quæ marmora cælo Praxitelis.

Cælum, [οὐρανὸς, πόλος] ſignificat etiam Mundum. Varro de L. L. lib. 4. p. 9. ed. tert. Steph. Cælum dictum ſcribit Ælius Gallus, quod eſt cælatum: aut a contrario nomine, quod apertum eſt. Et paulo poſt, Ego magis puto a chao cavum, & hinc cælum: quoniam ut dixi, hoc circum, ſupraque quod complexu continet terram, cavum cælum. Itaque dicit Andromacha, Noctique cava cæli ſignitenentibus conficis bigis. Plin. lib. 2. cap. 4. Equidem & conſenſu gentium moveor., nam quem κόσμον Græci nomine ornamenti appellaverunt, eum & nos a perfecta abſolutaque elegantia, mundum. Cælum quidem haud dubie cælati argumento diximus, ut interpretatur M. Varro. Perottus, Cælum quod alio modo dicitur mundus: cujus circunflexu cuncta teguntur, quod cælatum, hoc eſt ſignatum ſideribus ſit. Nam quod Varro a cavo dictum exiſtimat, nimis durum eſt. A Græco vero, hoc eſt ἀπὸ τοῦ κοίλου, quod ſignificat concavum, deduci non eſt putandum: ſiquidem per œ ſcriberetur, quod nuſquam animadvertimus.

Cælum hoc quum ſit neutrum, etiam maſculine veteres dixerunt: ut Ennius, Quem Cælus genuit. Item quoque, Cælus profundus. V. Nonium 3. 44. & Grut. Inſcript. p. 4. n. 12. item

Cæli, orum, in pl. utitur Lucret. 2. 1096. & Varro de L. L. 4. 3. Cæli dicuntur loca ſupera, & ea Deorum, &c.

Cælum, per metaphoram Superius conclavis lacunar dicitur. Vitruv. 7. 3. Cameris diſpoſitis & intextis, imum cælum earum trulliſſetur.

Cælum capitis. Plin. lib. 11. cap. 37. Hoc eſt viſcerum excelſiſſimum, proximumque cælo capitis. De cerebro.

Cælum, Aer etiam dicitur. Virg. 1. Georg. 51.
— & varium cæli prædiſcere morem. Ubi Servius, Cæli, i. e. Aeris. Cic. 1. Tuſc. 60. Ut penetret cælum hoc in quo nubes, imbres, ventique coguntur, quod & humidum & caliginoſum eſt propter exhalationes terræ.

Cælum ſine Luna. Plin. lib. 14. cap. 21.

Cælo hoc ac ſpiritu carere. Cic. pro C. Rabir. 15. Quem non modo foro, ſed etiam cælo hoc ac ſpiritu Cenſoriæ leges, atque urbis domicilio carere voluerunt.

A terra ad cælum. V. A præpoſitio.

Calamitoſum cælo ac loco vectigal. Cic. in 2. Agrar. 80. At vero hoc agri Campani vectigal, &c. nec fructibus varium, nec cælo ac loco calamitoſum eſſe ſolet.

Gravis cælo ac terris, i. e. Diis & hominibus moleſtus. Sen. in Hippol. 2. De Cupidine.

Abrupta cæli. Stat. Theb. 3. 262.

Aperta cæli. Lucret. lib. 6.

Arx cæli. Virg. 1. Æn. 254. — cæli quibus annuis arcem.

Aſpiratio cæli gravis & peſtilens. Cic. 1. de Divin. 130.

Axis cæli. Virg. 6. Æn. 790. i. e. Cælum. Intelligit autem per Cælum, Divinos honores, ut Servio placet.

Bona cæli. Ovid. 2. Met. 96.
Deque tot ac tantis cæli, terræque, mariſque
Poſce bonis aliquid, nullam patiere repulſam.

Commercia cæli. Ovid. 3. de Arte Am. 549.
Eſt deus in nobis, ſunt & commercia cæli.

Converſio cæli. Cic. de Somn. Scip. 9.

Convexa cæli. i. e. Convexum cælum, h. e. Curvatum. Virg. 4. Æn. 451.

Curſus cæli. Cic. de Somn. Scip. 12.

Decus cæli lucidum, Diana. Hor. in Carm. Secul. 2.

Extremum & ultimum mundi cælum. Cic. 2. de Divin. 91. Inde ad cælum ipſum, quod extremum ac ultimum mundi eſt.

Faces noctivagæ cæli. Lucret. lib. 5. 1190.

Fulmen cæli. Lucret. lib. 1. 490.

Gravitas cæli. Cic. 11. Att. 24. Jam enim corpore vix ſuſtineo gravitatem hujus cæli. i. e. aëris noxam.

Hiatus cæli a terris, Diſtantia quæ eſt inter cælum & terram. Lucret. lib. 4. 419.

Honor cæli. Ovid. 1. Met. 194.

Humor cæli mobilis. Virg. 1. Georg. 417.
Verum ubi tempeſtas, & cæli mobilis humor
Mutavere vias. videtur Nubes intelligere.

Inclinatio cæli. V. INCLINO.

Lumen ſpirabile cæli. Virg. 3. Æn. 600. Spirabile, i. e. Vitale, quo ſpiramus. Servius.

Meatus cæli. Virg. 6. Æn. 850.

Menſes cæli & ſidera. Virg. 1. Georg. 335. i. e. Duodecim ſigna, quibus menſes cognoſcimus. Servius.

Meta cæli media. Virg. 5. Æn. 835.
Jamque fere mediam cæli nox humida metam Contigerat.

Minæ cæli pelagique. Virg. 6. Æn. 113.
Pro Ruinis, vide MINÆ. H. St.

Morbus cæli, Corruptus & peſtilens aer. Virg. 3. Georg. 478.

Mos cæli varius. Virg. 1. Georg. 51.

Nubila cæli. Virg. 4. Georg. 166.

Olympus cæli: i. e. Cælum. & eſt Pleonaſmus, quum alterutrum ſufficeret: aut olympus, aut cælum. Virg. 6. Æn. 579.
Quantus ad æthereum cæli ſuſpectus Olympum.

Palatia cæli, Ovid. 1. Met. 176. Regiam Jovis vocat.

Particulæ cæli officere. i. e. Lumini ædium.. Cic. 1. de Orat. 179.

Plaga cæli. Lucret. lib. 1. Plaga priore longa, i. e. Percuſſio, & intelligit tonitrua.

Porta cæli, V. infra Tonat porta cæli.

Prompta cæli. Lucret. lib. 6. 817. i. e. Loca aperta, & auris expoſita.

Rabies cæli mariſque: i. e. Tempeſtas ſæviſſima. Virg. 5. Æn. 802.

Regia cæli. Virg. 1. Georg. 503.

Regio cæli. Virg. 2. Georg. 269.

Rex cæli. Virg. 4. Georg. 152. i. e. Jupiter.

Ruina cæli. Virg. 1. Æn. 133.
Fluctibus oppreſſos Troas cælique ruina. i. e. Tonitribus, quorum ſonus ſimilis eſt ruinis. Servius. [Adde ventos, imbres, &c. tempeſtatum.

Spatium cæli. Virg. 3. Ecl. 105.

Spiritus cæli. Cic. 1. in Catil. 15. Poteſtne tibi hujus vitæ hæc lux, Catilina, aut hujus ſpiritus cæli eſſe jucundus? i. e. Aeris.

Sublima cæli, pro Sublimum cælum. Lucret. lib. 1. 341.

Tectum cæli altum, Cælum. Hor. 1. Serm. 5. 103.

Tempeſtas cæli liquidiſſima. Lucret. lib. 4. 169.

Templa cæli, pro Cælo ipſo. Lucret. lib. 6. 1226.

Templa cærula cæli. Cic. 1. de Divin. 41.

Tractus

Tractus cæli. Virg. 3. Æn. 138.
Vertex cæli, Altissima cæli pars. Virg. 1. Æn. 229.
Viæ cæli. Virg. 2. Georg. 477. Cæli vias intelligit, aut Artes: aut certe Circulos quibus sidera continentur. Servius.
Altum cælum. Virg. 5. Æn. 727.
— & cælo tandem miseratus ab alto est.
Apertum. Virg. 8. Æn. 523.
Austrinum. In AUSTER.
Bonum. In BONUS.
Calamitosum. In CALAMITAS.
Caliginosum. In CALIGO.
Captivum. Ovid. 1. Met. 184. De gigantibus.
Coloratum Tithoni conjuge. Ovid. 2. Amor. 5. 35.
Convexum. Ovid. 1. Met. 26.
Ignea convexi vis, & sine pondere cæli Emicuit.
Crassum cælum, & Tenue, contraria. Cic. de Fato 7.
Dubium. Virg. 1. Georg. 252. Quod nunc prospera, nunc adversa ingerit. Servius.
Eoum cælum, Regio cæli quæ ad Orientem vergit. Ovid. 4. Met. 198.
— modo surgis Eoo
Temperius cælo, modo serius incidis undis. De Sole.
Fulgentis imago cæli. Ovid. 2. Met. 17.
Grave cælum, i. e. Noxium, insalubre. Suet. Tib. cap. 36.
Illustre cælum, Clarum & serenum. Valer. 6. Argon. 528.
Immensum. Ovid. 4. Met. 661.
Immite & turbidum. V. IMMITIS.
Italum, Italiæ regio. Hor. 2. Carm. 7. 4.
Liberum. In LIBER.
Libero cælo permittere. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Liquidum, i. e. Purum. Ovid. 1. Met. 23.
Magnum. Ovid. 1. Met. 176.
Nebulosum. Cic. 1. Tusc. 60.
Nigrius cælum pice. Ovid. 18. Epist. 7. V. Piceum.
Nivale cælum. In NIX.
Obscurum. Virg. 3. Æn. 586.
Pacatum nitet cælum. Lucret. lib. 1. 9. i. e. Serenum.
Patens cælum ex omni parte atque apertum. Cic. 1. de Divin. 1.
Pendens. Ovid. 7. Met. 580.
Membraque pendentis tendunt ad sidera cæli.
Piceum. Valer. 1. Argon. 617. i. e. Nigrum & tenebrosum.
Placidum, Tranquillum. Sil. lib. 12.
Prælati regia cæli. Lucan. lib. 1. 46. i. e. Valde lati. [Nisi participium est a Præfero, quia Cæsar cæli regiam terrarum imperio prætulit. Conf. Virg. Procem. Georg.
Prærupti vertex cæli. Valer. 2. Argon. 88.
Profundum, i. e. Sublime. Virg. 4. Ecl. 51.
Terrasque, tractusque maris, cælumque profundum.
Purum. Cic. 1. de Divin. 130.
Repurgatum. Ovid. 5. Met. 286.
Fusca repurgato fugiebant nubila cælo.
Rotundum. Cic. 3. de Orat. 176.
Salubre. Cic. 1. de Divin. 130.
Serenum. Virg. 1. Georg. 260.
Sidereum. Ovid. 10. Met. 140.
Stellans, Stellis fulgens. Lucret. lib. 4. 213.
Stelliferum. Cic. de Somn. Scip. 12. Quam ob causam summus ille cæli stelliferi cursus, cujus conversio est incitatior, acuto & excitato movetur sono.
Sublime. Ovid. 5. Fast. 715.
Tacito cælo labentia sidera. Virg. 3. Æn. 515.
Tenue cælum & purum, salubre. Cic. 1. de Divin. 130. Sin illustris & perlucida stella apparuerit, significari cælum esse tenue, purumque & propterea salubre.
Non tractabile. Virg. 4. Æn. 53. i. e. Cujus tempestati resistere nullo pacto possumus.
Turbidum. V. IMMITIS.
Vacuum cælum, pro Aere. Virg. 5. Æn. 515.
Varium, i. e. Variis ornatum siderum simulacris. Ovid. 2. Met. 193.
Varians, pro Aëris vicissitudine. Plin. lib. 14. cap. 2.
Viride ac sine aura. Plin. lib. 17. cap. 10. i. e. Sudum.
Accipere cælo aliquem, i. e. In deorum numerum recipere. Virg. 1. Æn. 293. de Julio Cæsare ad Venerem verba Jovis,
Hunc tu olim cælo, spoliis Orientis onustum,
Accipies secura.
Æquare cælo. Virg. 4. Æn. 89.
— æquataque machina cælo. Altitudine scil. Sic
Æquare cælum videtur pontus. Ovid. 11. Met. 497.
Allegere cælo. Sen. in Agamem. 9.
Annuere alicui arcem cæli. Virg. 1. Æn. 254.
Aperitur cælum. In APERIO.
Asserere aliquem cælo. In ASSERO.
Attingere cælum digito, est Vehementer laudari, & felicem esse: vel, ut vult Budæus, Magnum esse virum. Cic. 2. Att. 1. Nostri autem principes digito se cælum putent attingere, si mulli barbati, &c. V. ATTINGO. infra In cælo esse, & Tentare cælestia, in CÆLESTIS.
Attollere in cælum. In ATTOLLO.
Auferre cælum dicitur nox. Virg. 3. Æn. 198.
— & nox humida cælum Abstulit.
Beare cælo. Hor. 4. Carm. 8. 29. Cælo musa beat.
Ceciderunt cælo fulgura. Virg. 1. Georg. 487.
Ciere cælum omne tonitru. Virg. 4. Æn. 122.
Circumtegit omnia cælum. Lucret. lib. 1. 1094.
Condere cælum umbra, dicitur Deus. Virg. 6. Æn. 271.
— ubi cælum condidit umbra Juppiter.
Contristare cælum pluvio frigore, dicitur Auster. Virg. 3. Georg. 279.
Convertere cælos. Lucret. lib. 2. 1096.
Corrumpere cælum. Ulpian. in l. Si cujus inde quæsitum. D. de Usufruct. & quemadmodum quis utatur & fruatur. Si tamen quæ instituit usufructuarius, aut cælum corrumpant agri, &c. non videtur boni viri arbitratu frui.

Credere se cælo. i. e. Committere. Virg. 6. Æn. 15. de Dædalo.
Præpetibus pennis ausus se credere cælo. quasi Alienis sedibus. Servius.
Decedere cælo dicitur umbra. Virg. 8. Ecl. 14.
Deducere Lunam cælo. Virg. 8. Ecl. 69.
Delapsi cælo, vel Missi dicebantur, tum Qui virtute essent quasi divina, tum Qui præter spem impendentia mala avertissent. Cic. pro Lege Manil. 41. & Liv. 10. 8.
Demittere cælo nimbos. Ovid. 1. Met. 261.
Demittere imbres cælo. Ovid. 2. Met. 310.
Describere meatus cæli radio. Virg. 6. Æn. 850.
Detrahere de cælo. Cic. 2. Philipp. 107. Collegam quidem de cælo detraxisti. i. e. Ex magna gloria deturbasti, inquit Budæus.
Dignari honore cæli aliquem. Ovid. 1. Met. 194.
Discedere cælum dicitur. Cic. 1. de Divin. 97. Et deorum simulacra sudavisse, & sanguinem fluxisse, & discessisse cælum. h. e. Scissum fuisse & apertum, & velut hiatum fecisse.
Dare sonitum cælo. Virg. 2. Georg. 306.
Ducere de cælo animam. Cic. pro Rosc. Amer. 71. Ita vivunt dum possunt, ut ducere animam de cælo non queant.
Educere molem cælo, i. e. Usque ad cælum. Virg. 2. Æn. 186. de Equo Trojano.
Efferre ad cælum aliquem rumore. Hor. 1. Epist. 10. 9.
It clamor cælo, In cælum. Virg. 5. Æn. 451.
Eripiunt cælum nubes, i. e. Lucem. Virg. 1. Æn. 92.
Exæquare cælo aliquem. Lucret. lib. 1. 80.
Exiit ad cælum ramis felicibus arbos, i. e. Excrevit altissime. Virg. 2. Georg. 81.
Ferre in cælum, pro Valde laudare, & quod Virg. dicit, Fama super æthera ferre, & notum facere. Cic. 4. Att. 12. Nosti genus dialogorum meorum, ut in oratoriis, quos tu in cælum fers, &c.
Ferri per cælum lanæ vellera. Virg. 1. Georg 397.
Findetur cælum aratro. Ovid. 1. Trist. 7. 3. Proverbialis est poetarum locutio de Rebus non verisimilibus, aut quæ fieri nequeunt.
Fugere cælum, i. e. Lucem. Virg. 3. Georg. 417.
Immissa cælo sidera. Virg. 2 Georg. 342. Cælo, dativus, In cælum.
Implere cælum questibus. Virg. 9. Æn. 480.
Inficere cælum Iris dicitur: i. e. Pingere & colorare. Ovid. 6. Met. 64.
Qualis ab imbre solet percussis solibus arcus,
Inficere ingenti longum curvamine cælum.
Invadere cælum, pro Adire cælum, quasi Vadere in cælum. Sen. in Herc. OEth. 1. de Animalibus in sidera mutatis.
Irrigat cælum candore Sol. Lucret. lib. 5. 283.
Labuntur cælo stellæ. Virg. 1. Georg. 366.
Ludunt examina cælo. Virg. 4. Georg. 103. de apibus.
Minari in cælum, pro Eminere ad cælum usque. Virg. 1. Æn. 171.
— geminique minantur
In cælum scopuli. Servius.
Miscere cælum terris. Juven. 2. Sat. 25.
Miscere cælum terramque. Virg. 1. Æn. 137. i. e. Summa imis miscere, omnia perturbare.
Miscere cælo maria. Virg. 5. Æn. 790.
— maria omnia cælo
Miscuit, Æoliis nequicquam freta procellis. i. e. Mare usque ad cælum fluctibus extulit.
Miscetur murmure cælum. Virg. 4. Æn. 160. periphrasis est Tonitrûs.
Mutare cælum. Hor. 1. Epist. 11. 27.
Cælum, non animum mutant qui trans mare currunt. i. e. Regionem.
Negatur cælum mihi. i. e. Aditus in cælum. Sen. OEth. v. 7.
Prædiscere cæli morem varium. Virg. 1. Georg. 51. h. e. ut Servius exponit, Debes cæli, id est aëris qualitatem nosse, utrum pluviis gaudeat, an tepore, vel frigore.
Patet tibi cælum: i. e. In cælum admitteris. Ovid. 5. Fast. 715.
Penetrare in cælum. In PENETRO.
Petimus cælum ipsum stultitia. i. e. Affectamus. Hor. 1. Carm. 3. 38.
Potens cælo ereboque. Virg. 6. Æn. 247. Sic vocat Hecaten.
Recludit cælum æstiva luce; de Sole inquit Virg. 4. Georg. 52.
Rigare cælum Sol dicitur, quasi Flammis cælum conspergere. Lucret. lib. 4. 203.
Ruere cælum. Ter. Heaut. 4. 2. 21. Quid si redeo ad illos, qui dicunt, Quid si nunc ruat cælum? Proverbialis locutio de iis, qui inaniter timent.
Serenare cælum, Juppiter dicitur. Virg. 1. Æn. 259.
Servare de cælo. In SERVO.
Solvere cælum in tartara. Virg. 12. Æn. 205.
— si tellurem effundat in undas
Diluviò miscens, cælumve in tartara solvat.
Spectare cælum. Ovid. 10. Met. 140.
Sperare cælum, Honores cælestes. Virg. 4. Georg. 325.
— quid me cælum sperare jubebas?
Subrubere cælum dicitur. Ovid. 2. Amor. 5. 36.
Succedere cælo, Subire cælum. Virg. 4. Georg. 227.
Sum. In cælo esse, pro Hominum laudibus ac præconiis maxima in gloria versari. Cic. 2. Att. 19. Bibulus in cælo est, nec quare scio: sed ita laudatur, quasi Unus homo nobis cunctando restituit rem.
Suspicere cælum. Virg. 1. Georg. 375.
— aut bucula cælum
Suspiciens, patulis captavit naribus auras.
Tollere manus ad cælum. Hor. 2. Serm. 5. 97.
Tangi de cælo dicuntur Fulmine percussa. Virg. 1. Eccl. 17.
De cælo tactas memini prædicere quercus. Afflatas & leviter fulminatas exponit Servius.
Tendere ad cælum lumina, Suspicere in cælum. Virg. 2. Æn. 405.
Tendere cælo palmas, Ad cælum. Virg. 2. Æn. 688.
Tenere cælum, pro Esse in cælo. Ovid. 2. Met. 513.
— pro me tenet altera cælum.
Tonat porta cæli. Virg. 3. Georg. 261. Porta cæli, i. e. Aër nubibus plenus, per quem iter in cælum est.
Torquere cælum apud poetas solius est Jovis. Virg. 4. Æn. 269.
— cælum & terras qui numine torquet. Torquet, i. e. Regit,

Regit, ſuſtinet. Servius. Dicitur & de Atlante, a quo fabulantur poetæ cælum ſuſtineri. Virg. 6. Æn. 797.

Vertitur cælum. Virg. 2. Æn. 250.

Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox. Vertitur, i. e. In aliam faciem commutatur. Alias enim hoc epitheton cæli perpetuum eſt. Ideoque ſubjungit, Ruit Oceano nox: Hæc fere Servius.

Volat medio cæli. Virg. 4. Æn. 184.

Vivere teſte cælo. i. e. In aperto, ita ut nihil clam eſſe velis eorum quæ agas. Sen. in Hippol. 4.

Cælestis, e. [οὐράνιος] Quod ex cælo eſt. ut, Cæleſtis arcus. Plin. lib. 12. cap. 24.

Cæleſtia auguria vocant, Quum fulminat, aut tonat. Ex Feſto. V. Bulenger. de Augur. cap. 15.

Animi cæleſtes. Virg. 1. Æn. 15.

— tantæne animis cæleſtibus iræ? i. e. Diis ſuperis. Serv.

Aquæ, Pluviæ. Liv. lib. 4. 30. Siccitate eo anno plurimum laboratum eſt: nec cæleſtes modo defuerunt aquæ: ſed terra quoque ingenito humore egens, vix ad perennes ſuffecit amnes.

Aula. Ovid. 1. Faſt. 139.

Dii cæleſtes. Liv. lib. 1. 32. Diique omnes cæleſtes, vosque terreſtres, vosque inferni, audite.

Dona aerii mellis. Virg. 4. Georg. 1.

Flammæ. Lucret. lib. 5. 1093.

Ignis cæleſtis fulminis. Lucret. lib. 2. 384.

Ira cæleſtis, pro Dei ira. Liv. lib. 2. Sen. OEth. 4.

Legiones cæleſtes illæ divinæque. Cic. 5. Philipp. 28.

Mens, Divina. Ovid. 1. Faſt. 534.

Monitis cæleſtibus aliquid agere, i. e. Divorum juſſu. Ovid. 14. Met. 293. de Ulyſſe, — monitiſque ſimul cæleſtibus intrat

Ille domum Circes.

Nectar. Ovid. 4. Met. 252.

Origo. Virg. 6. Æn. 730.

Ortus cæleſtis. Quintil. lib. 3. cap. 7.

Os cæleſte. Paterc. lib. 2. 64. Tullius fulgentiſſimo & cæleſti ore lacerabat Antonium. i. e. Diſertiſſimis orationibus.

Pabula cæleſtia. Ovid. 4. Met. 217. Sic ambroſiam vocat, pabulum equorum Solis.

Plagæ cæleſtes, Regio cæleſtis. Ovid. 12. Met. 40.

Prodigia cæleſtia, E cælo nata, aut Cæleſtium ira. Virg. 6. Æn. 379.

Regnum. Ovid. 1. Met. 152.

Religiones. Tacit. 1. Ann. 11. Ceterum ſepultura more perfecta, templum & cæleſtes religiones decernuntur. i. e. Honores divini.

Sapientia. Hor. 1. Epiſt. 3. 27. Quæ a cæleſtibus originem duxit.

Semine cæleſti oriundus. Lucret. lib. 2. 990.

Solum cæleſte. Ovid. 1. Met. 73.

Aſtra tenent cæleſte ſolum, formæque deorum.

Stirpe cæleſti creatus. Ovid. 1. Met. 760.

Vir cæleſtis. Ovid. 1. Triſt. 3. 37. Sic vocat Auguſtum.

Virum in dicendo cæleſtem vocat Ciceronem Quintil. lib. 10. cap. 2.

Vis cæleſtis. Cic. 2. de Divin. 93. Ut ſi jam concedamus aliquid, vim cæleſtem ad eos qui in terra gignuntur pertinere, confitendum ſit illis, &c.

Cæleſte, ablativus. Ovid. 16. Epiſt. 277.

Hoc mihi (nam recolo) fore ut a cæleſte ſagitta

Figar, erat verax vaticinata ſoror.

Cæleſtes, pl. abſolute pro Diis ſuperis. Liv. 1. 16. Cæleſtes ita velle.

Inviſus cæleſtibus, Quem ſuperi oderunt. Virg. 1. Æn. 391.

Mater cæleſtûm, Cybele mater deorum. Ovid. 4. Faſt. 276.

Munus cæleſtûm: i. e. Deorum. Cæleſtûm, pro Cæleſtium. Stat. 1. Silv. 2. 209.

Templa cæleſtûm. Lucret. lib. 6. 1272.

Voluntas cæleſtium. Cic. 4. Philipp. 10. Si enim tantus conſenſus omnium ſine impulſu deorum eſſe non potuit, quid eſt quod de voluntate cæleſtium dubitare poſſumus?

Iniquos cæleſtes facere. i. e. Iratos reddere. Ovid. 8. Epiſt. 87.

Colere cæleſtes. Cic. 2. de Legib. 19. Divos, & eos qui cæleſtes ſemper habiti, colunto.

Tentare cæleſtia: i. e. Aggredi res honore cæleſti & immortalitate dignas. Hor. 1. Epiſt. 17. 34. [Immo ſummam & diis parem felicitatem aſſequi, ut Attingere cælum digito, in cælum.

Cæleſtiſſimus, ſuperl. unde Cæleſtiſſimum os M. Tullii Ciceronis, apud Patercul. lib. 2. 66. Paulo ante idem Ciceronis os vocaverat Fulgentiſſimum & cæleſte. Rurſus lib. eodem, c. 104. Protinus ab adoptione miſſus cum eo Præfectus equitum in Germaniam, ſucceſſor officii patris mei, cæleſtiſſimorum ejus operum per annos continuos novem præfectus aut legatus, ſpectator, & pro captu mediocritatis meæ adjutor fui.

Cælestis, is. f. Subſt. Dea Aſtrorum. Lege de ea Petr. Pithœum Subſeciv. 1. 4. Selden. de Diis Syris, 2. 2. Lipſ. Epiſt. Quæſt. lib. 5. ep. 22.

Cælestus, i. m. Deus idem, quem videntur in utroque ſexu collocaſſe, ut alios deos, gentiles. Tertull. Apolog. c. 12. (24.) Unicuique provinciæ & civitati ſuus Deus eſt, ut Syriæ Aſtartes, ut Arabiæ Diſares, ut Norico Belenus, ut Africæ Cæleſtus. Al. Cæleſtis. Hujus Cæleſti meminit Ulpian. tit. 22. ejus libri, qui inſcribitur Tituli ex corpore Ulpiani. Hunc Lactant. l. 1. c. 15. Uranum vocat.

Cælicŏla, æ. c. [οὐρανίων] Habitator cæli. Virg. 2. Æn. 641.

Me ſi cælicolæ voluiſſent ducere vitam.

Omnes cælicolæ, omnes ſupera aſtra tenentes. Virg. 6. Æn. 787.

Genitrix cælicolûm, pro Cælicolarum, Cybele. Sil. lib. 17.

Maxima cælicolûm Juno. Catull. 68. 138.

Rex cælicolûm, Juppiter. Virg. 3. Æn. 21.

Cælicolæ etiam Sectæ nomen apud Judæos, Eſſenorum portio, quo pertinet Titulus Cod. de Judæis & Cælicolis. V. Scalig. Elench. Trihæreſii Serrariani cap. 31. Et a Paganis Judæi per convicium vocabantur Cælicolæ. V. Barth. Adverſ. lib. 59. p. 2799.

Cælĭfer, dicitur Atlas, quem poetæ fingunt cælum ſuſtinere. Virg. 6. Æn. 797. — ubi cælifer Atlas

Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.

Manus cælifera. De Hercule, Seneca in Herc. fur. v. 528. Quia idem onus aliquando ſubiit.

Cæligenus, a, um. Cælo genitus. Apul. de Mundo p. 57. Cæligenæ ſtellæ. Eſt & Saturni epitheton, quia Cælum patrem habuit.

Cæliloquus, a, um. Commod. Inſtruct. 60. Cæliloquus Eſajas.

Cælipotens, entis. Plaut. Perſ. 5. 1. 3. Diique alii omnes cælipotentes.

Cælĭtes, um. [οὐρανίωνες] Qui cælum habitant. Adjective & Subſtantive pl. numero obvium. Ennius apud Cic. 2. de Divin. 104.

Ego Deûm genus eſſe ſemper dixi, & dicam cælitum.

Creator cælitum. Epitheton Jovis. Sen. Hippol. 8.

Gratiam reddere cælitibus. Tibul. lib. 2. 1. 36.

Cælite, ſingulari numero, caſu auferendi, legitur apud Ovid. 4. de Pont. 6. 17.

Quale tamen potui de cælite, Brute, recenti

Veſtra procul poſitus carmen in ora dedi. Cælitem vocat Auguſtum.

Regnis cælitibus pulſus. i. e. Cæleſtibus. Ovid. 1. Faſt. 23. Hujus nominativus Cælitia eſſet, ſi uſquam inveniretur.

Cælĭtus, Adv. ſignificat E cælo: ſicut Divinitus, A Deo. Hieronymus, vit. Pauli erem. pr. Tandem cælitus inſpiratus, præciſam morſu linguam in oſculantis ſe faciem expuit. V. Ammian. 23. 22. & Lactant. 4. 2.

C Æ M

Cæmentum, i. n. plur. [χάλιξ] Cæmenta, quaſi Cædimenta, a Cædendo: ſunt Lapides cæſi rudes & informes; non tamen quadrati: alii vero vocant Lapides rudes & informes & non cæſos. V. Pitiſc. Lex.

Cæmentum, Opus ipſum conſtructum cæmentis. Plin. lib. 36. cap. 22. E reliquis pallidus, in cæmento raro utilis.

Cæmentum molle. Vitruv. lib. 2. V. ordinarius.

Cæmenta, Materia qua fit ædificium. Ulp. in l. Redemptores. D. De rei vendicat. Redemptores qui ſuis cæmentis ædificant, ſtatim cæmenta faciunt eorum, in quorum ſolo ædificant. *Qui fourniſſent de matiere.*

Cæmenta, æ. f. Ennius, Labat, labuntur ſaxa, cæmenta cadit. Nonius 3. 42. Merc. Lababuntur ſaxa, cæmentæ cadunt.

Cæmentarii, [χαλικοδόμοι] dicuntur Cæmentorum, hoc eſt ædificiorum quæ ex lapidibus ſunt, ſtructores, quos Fabros murarios appellant. Hieronym. Paulino, Epiſt. 103. c. 6.

Cæmentitius, a, um. Adj. [χαλίκινος] Quod cæmento conſtructum eſt. Vitruv. lib. 2. cap. 8. Itaque pilis lapideis, ſtructuris teſtaceis, parietibus cæmentitiis, altitudines extructæ.

Cæmentitia fundamenta. Jabolenus in l. Qui domum D. Locati. Is vicinus quum ædificaret in ſuo, terram in eam aream, amplius quam fundamenta cæmentitia locatoris erant, congeſſit, &c.

Cæmentitius rivus. Ulpian. in l. Servius. D. de Rivis. Servius & Labeo ſcribunt, ſi rivum, qui ab initio terrenus fuerit, qui aquam non continebat, cæmentitium velit facere: audiendum eſſe.

C Æ N

Cæne, [Καινή] Urbs circa ſinum Laconiæ, Tænaron ante vocata. Hinc Cænites portus apud Plin. lib. 4. cap. 5. Et Cæneus dictus eſt Jupiter ab Ovidio. 9. Met. 136. Victor ab OEchalia Cæneo ſacra parabat Vota Jovi. [Hæc fere Hermol. ad Plin. Sed Schœniten portum apud Plin. reſtituit Hard. q. V. Cenæus autem Jupiter a Cenæo Eubœæ inſ. promontorio dictus eſt, quod a Cæne, ſive Cænepoli, i. e. Tænaro Novo ſeu Reſtituto, longe diverſum.

Cæne, Inſula quædam parva in mari Siculo, in Africam verſa, cui vicina eſt Gaulos & Melite, teſte Plinio lib. 3. cap. 8.

Cænum Promontorium, V. cenæum.

Cæneus, duarum ſyllabarum, [Καινεύς] V. cænis.

Cænica, Thraciæ regio. Plin. lib. 4. cap. 11. Intus Bizya, arx regum Thraciæ, a Terei nefaſto crimine inviſa hirundinibus, regio Cænica, colonia Flaviopolis, &c.

Cænītes portus, V. cæne.

Cænis, [Καινίς] Elati Lapithæ fuit filia, quæ a Neptuno compreſſa hoc præmii petiit, ut in virum mutaretur: quod adeo non ægre a deo impetravit, ut etiam invulnerabilem eſſe voluerit, vocataque poſtea fuit Cæneus. Qui tandem in tumultu Lapitharum contra Centauros, quum ferro occidi non poſſet, arborum congeſto aggere oppreſſus & ſuffocatus, Neptuni beneficio in avem mutatus eſt. Fabulam habet Ovid. lib. 12. Met. Fab. 4. Virg. 6. Æn. 448.

— & juvenis quondam, nunc femina Cæneus,

Rurſus & in veterem fato revoluta figuram.

Cæni, vocandi caſus a nominativo Cænis. Ovid. 12. Met. 470.

Et te, Cæni, feram?

Cænotropæ, [Καινοτρόποι] Dictæ ſunt Anii & Dorippes filiæ OEno, Spermo, & Elais, quaſi In novas formas omnia vertentes, eo quod id illis impertiverat Dionyſus, ut quicquid tangerent, in triticum ſtatim verteretur, & vinum, ac oleum. Ex Cæl. lib. Antiq. Lect. 7. cap. 15. extr. [Hæc quidem ille. Sed errore nominis deceptus videtur, Oenotropæ enim, οἰνοτρόποι, i. e. Vini mutatrices dictæ ſunt Anii filiæ. V. quæ Viri docti ad l. 1. extr. Dict. Cretenſ. & Ovid. l. 13. Fab. 4. adnotarunt.

Cænys, [Καινύς] Italiæ promontorium eſt, quod adverſum habet & oppoſitum Pelorum in Sicilia xii ſtadiorum intervallo. Plin. lib. 3. cap. 6. Stephanus perperam Inſulam facit.

C Æ P

Cæpa Canina, Herba eadem cum Pelecino. V. pelecinus.

Cæpe, V. cepe.

Cæpi, [ἔλαβον] Præteritum a Capio, capis. Scribitur rectius ſine diphthongo. V. capio.

Cæpio, [Καιπίων] cognomen fuit gentis Serviliæ, quo familia hæc ceteris a gentilibus diſtinguebatur. Sunt enim & Servilii Ahalæ, Caſcæ, Fidenates, Gemini, Glauciæ, Globuli, Priſci, Rulli, Structi, Tuccæ, Vatiæ &c.

Cn. Servilius Cæpio, coſ. fuit cum Q. Pompejo, auctore Caſſiod. Appiano, Vellej. l. 2. 21. & ſucceſſit Q. Fabio in Hiſpania, quam duce Viriatho rebellantem, eo per inſidias ſublato, pacavit. V. Flor. l. 2. c. 17. Epit. Liv. l. 54. Eutrop. 4. 7. [Aliis tamen is Q. Servilius eſt, qui anno ſequenti cum C. Lælio coſ. fuit.

Q. Ser-

Q. Servilius Cæpio, cum C. Attilio Serrano coſ, teſte Caſſio l. ut opinor, eſt ille, quem Gellius ſcribit oppidum Toloſam diripuiſſe, & quicquid in templis auri fuit ſuſtuliſſe: Quum, ut idem ſcribit omnes qui rei geſtæ interfuerunt miſere perierint. Ipſe contra Cimbros cum Cn. Mallio conſule miſſus, victus & Caſtris, CXX millib. cæſis, exutus eſt. Et quoniam temeritate ejus ea clades accepta fuerat, in judicium vocatus, a populo Ro. damnatus, ejusque bona, primi poſt regem Superbum, publicata ſunt, abrogatoque imperio, in vinculis publicis extinctus eſt. defuncti quoque corpus in ſcalas Gemonias abjectum eſt. V. Epit. Liv. lib. 67. Gell. 3. 9. Valer. 6. 9. 13. Juſtin. 32. 3. Pleniſſime Strabo l. 4. conf. Aurum Toloſanum in AURUM.

Cæpio appellatus eſt & M. Brutus, more Romano, poſteaquam a Q. Servilio Cæpione avunculo ſuo adoptatus fuit. V. Fulv. Urſin. ad Juniæ gentis denarios. Scribitur & Cepio, ſed perperam, ut ex iisdem den. conſtat.

C Æ R

CÆRE, n. [Καιρέα Straboni, Καῖρε Stephano in Ἄγυλλα.] indeclinabile, ut apud Liv. 5. 40. vel CÆRES, ĭtis, apud Virgilium: Municipium fuit Tuſciæ, non longe a Tarquiniis, quondam Agylla nominabatur: quæ a Pelaſgis e Theſſalia profectis condita fertur. Teſtis Plin. lib. 3. cap. 5. Liv. 5. 40. de L. Albinio: Virgines ſacraque in plauſtrum impoſuit: & Cære, quo iter ſacerdotibus erat, pervexit. Virg. 8. Æn. 597.

Eſt ingens gelidum lucus prope Cæritis amnem
Relligione patrum late ſacer.

Verum tam ſplendida, tamque glorioſa quondam civitas, vixdum hac ætate urbis veſtigia ſervat. Vicina ſane magis fulgent balnea, quæ vulgo Cæretana vocantur, propter eos qui ad ea curandæ valetudinis gratia proficiſcuntur. Dictum eſt autem Cære, quod quum Lydi, qui poſtea Tyrrheni dicti ſunt, illam urbem oppugnarent, miſſique fuiſſent a duce exercitus quidam milites, qui nomen urbis ex primo quoque incola ſciſcitarentur: iſque qui factus illis eſſet obviam, non intelligens quod quærerent, optata illis felicitate ut ſolent ſalutantes, dixiſſet Græcam vocem χαῖρε, Tyrrheni potiti oppido id ei nomen, Cære nempe, impoſuere. Hæc fere ex Strab. l. 5. Hiſtoria tamen paulo aliter narratur a Servio in 8. Æn. d. l. ex Hygino. V. AGYLLA. Hodie *Cervetre*.

Dicitur & Cærēte, is. n. pro eodem. Virg. 10. Æn. 183.

Qui Cærete domo, qui ſunt Minionis in arvis.

Ac ſi diceret, Qui ſunt domo Carthagine. Servius. Valer. Max. lib. 1. cap. 1. 10. Virgines & ſacra impoſita Cærete oppidum pervexit. [In codd. emend. eſt Cære in opp. Apud Virg. & Cærete non ſubſtantivum, ſed adjectivum nomen eſſe alii putant: Servio eſt ſextus a Cære V. in CÆRITES.

CÆRETANUS, a, um. [Καιρετανὸς] Adj. ut Cæretanus amnis ad Cære urbem. Plin. lib. 3. cap. 5. [Hinc Ceretani vel Cerretani Italis circulatores vocantur, qui vulgo verboſis Strophis imponunt, medicinæ, aliarumque rerum ſcientiam profeſſi; quod oppido ipſorum Cerete quondam a Romanis ſolo æquato, ad inopiam redacti ejusmodi ſibi vanitate neceſſaria ad vitam tolerandam corradere cogerentur, qui vulgo Gallis *Charlatans* vocantur, ſi credimus Rhodigino l. 11. c. 8. Verum id genus hominum multis ante ſeculis paſſim jam in Græcia & Italia, nec minus in ipſa Barbaria notum fuiſſe facile mihi, ſi id agerem, demonſtrare liceret.

CÆRĬTES, Qui ex oppido Cære erant. Gell. lib. 16. cap. 13. Primos autem municipes ſine ſuffragii jure, Cærites eſſe factos accepimus: conceſſumque illis, ut civitatis Romanæ honorem quidem caperent, ſed negotiis tamen atque oneribus vacarent, pro ſacris bello Gallico receptis, cuſtoditiſque. Hinc Tabulæ Cærites appellatæ verſa vice, in quas Cenſores referri jubebant, quos notæ cauſa ſuffragiis privabant. Hæc Gell. Liv. 7. 20. Cæritem populum Tarquinienſibus adjunctum fama ferebat. [Cl. Cellarius Geogr. Ant. 2. 9. 2. 215. Gentile hoc nomen putat etiam per e porrectum efferri poſſe Cærētes, idque ex ſupra allato Virgilii loco, Qui Cærete domo, aſtruere nititur. Ita ſane Sil. 10. 484. Cluſina venere domo. Quin Aquas Cæretes etiam memorat Liv. l. 22. c. 1. Niſi Cærites ſcribendum eſt, quomodo alias id nomen apud eundem effertur. Apud Virg. ipſius oppidi nomen dixerim potius, quod in obliquis duobus modis flexiſſe veteres, innuit Servius. De Cæritum tabulis V. in ÆRARIUS poſt ÆS.

CÆREFOLIUM, Herba eſt, quam Pæderota Græci vocant, cujus meminit Plin. lib. 19. cap. 8. Scribitur & Chærefolium & Chærephyllum. q. V.

CÆREMONIA, æ. [θρησκεία] & CÆRĒMONIÆ, arum. pl. dicuntur Ritus ſacri. Feſtus, Cæremoniarum cauſam alii ab oppido Cære dictam exiſtimant: alii a Caritate dictam judicant. Valerius l. 1. c. 1. 10. Cum de L. Albinio, qui Virgines Veſtales, urbe a Gallis capta, cum ſacris fugientes, plauſtro ſuo Cere pervexerat, propoſuiſſet, Ubi cum ſumma, inquit, veneratione recepta, grata memoria ad hoc usque tempus hoſpitalem humanitatem teſtantur. Inde enim inſtitutum eſt Sacra Cæremonias vocari, quia Cæretani ea in fracto reip. ſtatu, perinde ac florente coluerunt. Conf. verba Legatorum populi Cæritis ap. Liv. 7. 20. Sabinus apud Gell. lib. 4. cap. 9. a Carendo deducit. Cic. 1. Tuſc. 24. Tum e pontificio jure, & cæremoniis ſepulcrorum intelligi licet.

Promptus animus ad capeſſendas cæremonias. Tacit. 4. Ann. 16. Accedere ipſius cæremoniæ difficultates. Idem ibid.

Scientiæ cæremoniarumque vetus. Tacit. 6. Ann. 12.

Cæremonia & religio. Cic. 2. de Legib. 55. Totaque hujus juris compoſitio pontificalis, magnam religionem, cæremoniamque declarat.

Cæremoniæ denariæ & tricenariæ dicebantur, quibus ſacra adituris, decem continuis rebus, [lege Diebus] vel triginta, certis quibuſdam rebus carendum erat. Feſtus.

Afferre cæremoniam. Cic. 2. de Invent. 161.

Facere ludos ſanctiſſimos diis maxima cum cæremonia. Cic. 7. Verr. 36.

Polluere cæremoniam loci. Tacit. 14. Ann. 22. Videbatur potus ſacros & cæremoniam loci corpore toto polluiſſe. De Nerone, qui in aqua Martia nataverat.

Cæremoniam legationis, quaſi Sanctitatem & religionem, Cic. metaphorice dixit, de mandati judicio loquens, pro Roſc. Amer. 113. Qui non negligentia privatum aliquod commodum læſerit, ſed perfidia legationis ipſius cæremoniam polluerit, maculaque affecerit: qua is tandem pœna afficietur?

CÆREMONIALIS, vel CÆRIMONIALIS, e. Arnob. lib. 7. p. 237. O Deorum ſublimitas præpotens, quam venerari, quam colere officiis omnibus cæremonialibus debeas.

CÆREMONIOSUS, a, um. Idem. Ammian. 22. 37. Per ſeptem cæremonioſos dies, &c. ita etiam Valeſius p. 336.

CÆRES, ĭtis. CÆRETE, is. CÆRETANUS Amnis. V. CÆRE.

CÆRICÆ, [καιρικαὶ] a Græcis Horæ dicebantur, quas Latini Temporales ſeu vulgares nominant. Horarum ſiquidem duo genera fuere namque ex his quædam Æquinoctiales, ἰσημεριναὶ dictæ, quæ pro qualitate temporum, licet uniformes eſſent, diem a nocte diſſimili numero variarunt: aliæ Cæricæ, ſeu temporales, quibus ſinguli dies æſtu pariter atque hyeme, duodenis horis continentur. Solaria enim antiqui eo libramento habuere diſtincta, ut ſexta diei hora, meridies: noctis quoque ſexta hora, media nox deſignaretur. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 20.

CÆRINTHE, V. CĒRINTHE.

CÆROMA, V. CEROMA.

CÆRULEUS, a, um. [γλαυκὸς, κυάνεος] Adj. quaſi Cæluleus. unde Cæruleum mare a Cæli colore nominatum eſt. dicitur etiam Cumatilis color, quod Græci κύματα fluctus vocant. Virg. 1. Georg. 453. de Solis agens coloribus,

Cæruleus pluviam denuntiat, igneus Euros.

Color cæruleus, & Aquæ marinæ non idem eſt, ut patet ex Celſo lib. 7. ubi de ſuffuſione loquitur. Budæus. [Locus eſt cap. 7. Segm. 14. Sed nihil ad rem ſubjectam facit.

Angues cærulei. Virg. 4. Georg. 482. V. Draco.

Aqua. Ovid. 8. Met. 229.

Bacca Lauri. Plin. lib. 15. cap. 30.

Britanni cærulei. Martial. lib. 11. 54.

Claudia cæruleis quum ſit Rufina Britannis
Edita, &c.

V. BRITANNUS.

Cucumis. Propert. 4. 2. 43.

Cæruleus cucumis, tumidoque cucurbita ventre.

Dei cærulei, Marini. Ovid. 2. Met. 8. Cæruleos habet unda deos. Sic Fratrem cæruleum Jovis, Neptunum vocat. 1. Met. 275.

Nec cælo contenta ſuo eſt Jovis ira, ſed illum
Cæruleus frater juvat auxiliaribus undis.

Draco cæruleus. Ovid. 12. Met. 13. Idem de Cadmo in draconem verſo 4. Met. 577.

Duratæque cuti ſquamas increſcere ſentit,
Nigraque cæruleis variari corpora guttis.

Et Virgil. de angue ſupra, & pariter 5. Æn. 87.

Cæruleæ cui terga notæ, maculoſus & auro
Squamam incendebat fulgor.

Ubi Servius, Cæruleæ notæ, & fulgor auro variatus incendebat. i. e. Illuſtrabat. conf. mox Serpens.

Glacies cærulea. Virg. 1. Georg. 236.

Mare. Sen. in Hippol. 12.

Mors. Ovid. ad Liv. 93. Lumina cærulea jamjam natantia morte. i. e. nigra.

Navis. Virg. 5. Æn. 123. Ubi Servius, Cærulea, aut Nigra, aut alta carina. [More ſuo nihil dicens. Solebant naves Cæruleo ſeu veneto colore plerumque pingi. V. Scheffer. de Milit. Nav. 2. 6. pr.

Nubes. Cic. in Arato,

Ipſeque cærulea contectus nube feretur.

Oculi cærulei Neptuni. Cic. 1. de Nat. Deor. 84. V. Suet. Galb. 21.

Piſtrix cærulea. Cic. in Arato, v. 275.

Cæruleæque feram caudam piſtricis.

Pontus cæruleus. Virg. 2. Æn. 182.

Pubes cærulea Germaniæ. Hor. Epod. 16. 7. Cæruleam vocari dicunt interpretes, Ob cæruleum oculorum colorem, omnibus fere Germanis communem. Bonfinius de glaſto intelligi mavult. V. ipſius & aliorum in Horatium annotationes.

Serpens cæruleus. Ovid. 3. Met. 38.

Cæruleus, pro Atro. Sic enim Turnebus in illud Virg. 5. Æn. 10.

Olli cæruleus ſupra caput adſtitit imber.

hic crediderim, inquit, Cæruleum Græcorum more pro Atro poni.

Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.

i. e. Cæruleis ſuperciliis, quod valet nigris, conſenſu Græcorum grammaticorum: ſic, 6. Æn. 303.

— cærulea ſubvectat corpora cymba.

interpretor, Atra & nigra. Hæc ille. Servius autem hodiernæque Editt. ibi legunt Ferruginea cymba.

Cæruleus Tibris, pro Alto ſive Profundo. Virg. 8. Æn. 64. Ita enim natura comparatum eſt, ut quæ aqua pauca eſt & maxime fluens, albeſcat magis: quæ autem alta & profunda ac tranquilla, magis ad glaucum & cæruleum colorem tranſeat, qui ex denſitate albi ac nigri fieri ſolet & veluti multa reverberatione lucida coloris albi.

Vexillo cæruleo donavit M. Agrippam, ob navalem victoriam Auguſtus. Suet. in vita Aug. cap. 25. V. ibi Pitiſc.

Vittis cæruleis aræ mœſtæ, Manibus ſtructæ. Virg. 3. Æn. 64.

CÆRULEUS, i. m. Nomen fontis. V. Suet. in Vita Claud. cap. 19. & Plin. 36. 15.

CÆRULEUM, i. n. Arenæ genus eſt, quæ in auri atque argenti metallis naſcitur, pictorum uſui: cujus tria ſunt genera, Ægyptium, Scythicum, & Cyprium. V. Plin. lib. 34. cap. 12. & 13.

CÆRULEATUS, a, um. ut, Cum cæruleatus & nudus, caputque redimitus arundine, & caudam trahens, genibus innixus glaucum ſaltaſſet, Paterc. lib. 2. 83. De Planco. i. e. Cæruleo colore pictus, ut Deum marinum repræſentaret.

CÆRŬLUS, a, um. Adj. [κυάνεος] Idem quod Cæruleus. Catul. 62. 7.

Cærula verrentes abiegnis æquora palmis.

Ore cærulus. Cæruleum habens os Acis in amnem verſus. Ovid. 13. Met. 895.

Amnis cærulus. Stat. 1. Silv. 5. 51.

Aſtra. Cic. in Arato.

Barbis cærulis hiſpidus. Apul. Metam. lib. 4.

Colla. Virg. 2. Æn. 381. de Angue loquitur.

Coma. Ovid. 11. Met. 158. de Tmolo monte.

Ficus baccis cærula. Ovid. 10. Met. 98.

Floſculos cærulos. Apul. Metam. lib. 2.

Freta. Virg. 10. Æn. 209.

Grex cærulus Nereidum. Sen. in Hippol. 3.

Lacus cærulus. Claud. in Apon. 28.

Forma cærula maris. Ovid. 2. Amor. 11. 12.

Nota cærula. Sen. Hippol. 10.

Plaga olearum cærula. Lucret. lib. 5. 1373. Plagam priore brevi, regionem quandam, aut tractum oleis conſitum intelligit, quarum fructus cæruleo ſunt colore.

Super-

Supercilium Jovis cærulum. Apul. Met. lib. 6. V. ibi Interpretes.
Templi ad cœli cærula. Cic. 1. de Divin. 41.
Spumabant cærula apud Virg. 8. Æn. 672.
Hæc inter tumidi late maris ibat imago
Aurea: ſed fluctu ſpumabant cærula cano. Cærula, i. e. Maria. Servius
Verrunt cærula, apud Virg. 3. Æn. 208.
Adnixi torquent ſpumas, & cærula verrunt. Subaudiendum Freta, aut hujuſmodi aliud.

C Æ S

Cæsa, V. gæsum.
Cæsæna. V. casena.
Cæsar, [Καῖσαρ] quod eſt cognomen Juliorum, a Cæſarie dictus eſt; Qui ſcilicet cum cæſarie natus eſt. Feſtus.
Cæſar autem a Cæſo matris utero, quos auſpicatius dicit Plin. lib. 7. cap. 9. naſci, quam eos qui in pedes naſcuntur. eaque de cauſa Scipionem Africanum majorem, Cæſarem cognominatum eſſe. In hunc enim ſenſum verba Plinii expoſuit Solinus, cap. 4. Rurſus, ait, necatis matribus, ortus eſt auſpicatior: ſicut Scipio Africanus prior, qui defuncta matre, quod exciſus utero in diem venerat, primus Romanorum Cæſar dictus eſt. Hactenus ille. Atqui Solino contradicunt hiſtoriæ. ante bellum Samniticum enim, Claudius quidam Cæſar appellabatur: idque in tabula quadam antiquiſſima hodie oſtenditur Romæ, his verbis, CAESAR CLAVDIVS C. F. AP. N. CAECVS. C. PLAVTIVS. C. F. C. N. QUI IN HOC DXXV HONORE VENOX APPELLATVS EST. De hac tabula marmorea primus Hermolaum admonuit Pomponius Lætus. Proinde contendunt multi Plinium a Solino perperam intellectum. Ejus verba ſunt, Auſpicatius enecta parente gignuntur: ſicut Scipio Africanus prior, natus. primuſque Cæſarum, a cæſo matris utero dictus. Quorum verborum ſenſus eſt: Sicut Scipio Africanus prior, natus. ſubaudi, Eſt enecta parente. Deinde quod mox ſequitur, Primuſque Cæſarum, &c. non refertur ad Scipionem, nec Scipionem innuit Cæſarem eſſe nominatum a cæſo matris utero: ſed illum qui primus dictus eſt Cæſar, hoc cognomento fuiſſe inſignitum, ob uterum matris cæſum. Spartianus in Ælio Vero c. 2. & item Servius ad 1. Æn. 290. dicunt vocatum primum hoc nomine Cæſaris avum, qui in Africa elephantum interfecit, qui Cæſar dicitur Pœnorum lingua. Plura de Origine hujus nominis V. apud Spanhem. de Uſu & Præſtant. Num. diſſ. 12. p. 342. ad 358. conf. & D. Voſſii notas ad Cæſaris Comment. Cæſarum cognomen familiæ Juliorum adſcitum eſt, qui ex Iülo Aſcanio deſcenderunt, auctore Virg. 1. Æn. 292.
Julius, a magno demiſſum nomen Iülo. V. Suet. Jul. c. 6.
C. Julius Cæſar, a quo nomen Cæſarum poſtea ad Principes Ro. propagatum eſt, matrem Auréliam habuit, quam amiſit quum in Gallia bellum gereret, patrem C. Cæſarem, qui prætura functus Piſis obiit, cum XVI. ætatis annum ageret. A prima ætate Cinnanis partibus adhærens, ducta etiam Cornelia Cinnæ IV. coſ. filia, lege Cornelia in proſcriptorum numerum relatus, ægre veniam a Sulla impetravit. Deinde varia acquirendæ potentiæ cauſa fruſtra molitus, ex Quæſtura Hiſpaniam ulteriorem ſorte obtinuit, ubi Gadibus viſa Alexandri M. imagine, ingemuiſſe dicitur, quod nihildum memorabile ætate pari geſſiſſet. Prima fundamenta futuræ potentiæ in Ædilitate jecit, omnes ante ſe munificentia ſupergreſſus. Hinc Pontificatum Maximum largitionis magnitudine potius quam gratia adeptus, quam populo carus, tam patribus inviſus, in prætura quoque multa violenter conatus multiplici flagravit invidia, nec ſecunda fama Hiſpaniæ eidem quam diximus provinciæ Proprætor præfuit. Mox conſulatum, fruſtra renitentibus optimatibus, cum M. Bibulo obtinuit, ſummaque diſcordia ſimul geſſit, pleraque contra leges & auſpicia, perinde quaſi ſolus remp. regeret, arbitratu ſuo ſtatuens. Hinc creſcente invidia, potentiam ſuam Craſſi ac Pompeji opibus firmavit. Ex conſulatu delectis ſibi Galliis Ciſalpina & Tranſalpina provinciis, omnem Galliam, quæ a ſaltu Pyrenæo Alpibuſque & monte Gebenna fluminibuſque Rhodano & Rheno continetur, novem annis in provinciæ formam redegit. Hic Germanos qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum ponte fabricato aggreſſus, maximis affecit cladibus. Aggreſſus eſt & Britannos, ignotos antea, ſuperatiſque pecunias & obſides imperavit. Erumpente deinde ob ſuſpectam maxime potentiam ejus, & quod provincias & exercitum dimittere nollet, niſi certus de altero conſulatu, quem abſens petebat, bello civili, in Italia Picenum, Umbriam, Hetruriam occupavit; Appellatiſque in Urbe de Repub. patribus, validiſſimas Pompeii copias, quæ ſub tribus legatis, M. Petreio, L. Affranio, & M. Varrone in Hiſpaniis erant, invaſit, brevique ſubegit. In Macedonia deinde Pompeio, in Ægypto Ptolemæo rege, in Ponto Mithridate, in Africa Scipione & Juba, in Hiſpania liberis Pompeii devictis, triumphavit quinquies, primum de Gallia, poſtea de Alexandria, deinde de Ponto, de Africa, & de Hiſpania. Liberalitatis ac clementiæ, quin & ſtudiorum atque eloquentiæ nomine, juxta ac rebus bello geſtis inclytus, cumulatus honoribus, VI & L ætatis anno conſpiratione familiarium exceptus, in curia occiſus, atque in divorum numerum poſt necem relatus eſt. Hæc fere ex Suet. Ab eo Imperatores omnes deinceps appellati Cæſares; ſolebatque hoc nominis familiæ primum, more conſueto, per adoptionem vel teſtamento ad ſucceſſores hæredeſque tranſire; mox ſummæ & eminentiſſimæ, i. e. Principis, poteſtatis nomen proprium factum eſt. Verum poſtea mutatum fuit, ita ut in ſecundo proximoque faſtigio hæreret; ita tamen ut penes Principem, qui & Auguſtus & Imperator dicebatur, eſſet quem vellet ſibi Cæſarem aſciſcere. Nam Cæſares qui audiebant tantum; non ipſum imperium, ſed conſequendi illius ſpem atque jus aliquod, habebant: Candidati velut Imperii & deſtinati hæredes. V. Spart. in Ælio Vero cap. 2. Hinc, Cæſarem cum principe mutare; pro, De ſecundaria dignitate Cæſarum ad ſummam Principis ſeu Imperatoris majeſtatem tranſire, dixit Claud. Paneg. de 4. Conſulat. Honorii v. 168.
Cæſares, plur. Ovid. 1. Triſt. 2. 104. —proque
Cæſare thura pius, Cæſaribuſque dedi.
Altus Cæſar, Inſignis, excellens. Hor. 3. Carm. 4. 38.
Cuſtos rerum Cæſar. Hor. 4. Carm. 15. 17.
Egregii Cæſaris laudes. Hor. 1. Carm. 6. 11.
Invicti Cæſaris res, i. e. Geſta. Hor. 2. Serm. 1. 11.
Principe Cæſare. i. e. Regente remp. Cæſare. Hor. 1. Carm. 21. 14.

Magnus Cæſar. Virg. 4. Georg. 560.
Maximus Cæſar. Virg. 2. Georg. 170.
Cæſares præter Dictatorem in Romana hiſtoria plures memorantur, ut duo fratres: Dictatoris pater & patruus, eodem fere tempore nullis evidentibus cauſis extincti: alter pater Piſis dum calciaretur, matutino moritur: alter Romæ. Plin. lib. 7. cap. 53.
Cæſares alii duo, C. & L. Ex iis Caius poeta tragicus fuit & orator, ut teſtatur Pedianus in Or. pro M. Scauro, frater uterinus Catuli oratoris, uterque in lib. 2. de Orat. a Cicerone introducitur, Cic. etiam in Brut. 177. C. Cæſaris meminit his verbis, C. Julius L. F. & ſuperioribus, & æqualibus ſuis omnibus præſtitit, oratorque fuit minime ille quidem vehemens, ſed nemo unquam urbanitate, nemo lepore, nemo ſuavitate conditior. Sunt ejus aliquot orationes: ex quibus, ſicut ex ejuſdem tragœdiis, lenitas ejus ſine nervis perſpici poteſt. Hactenus Cicero. Lucius vero & Conſul, & Prætor fuit: ambo Syllam ſequuti, juſſu Marii interfecti ſunt: quo tempore M. item Antonius orator, Craſſi æqualis, ut ait Pedianus.
Lucius Cæſar alter, M. Antonii Triumviri avunculus, Pompeianarum partium, miſſuſque ab utraque parte quandoque orator de pace. Poſtremo inter proſcriptos ab Octavio interfectus fuit, in cujus locum obtinuit M. Antonius, ut Cicero Octavii amicus proſcriberetur. Auctor Plutarchus in Cic.
Fuit præter hos Cæſar Vopiſcus, qui (ut ait Varro de R. R. lib. 1. cap. 7. extr.) quum cauſam ageret apud Cenſores, dixit campos Roſeæ, in Reatino, ſumen eſſe Italiæ. conf. Plin. 17. 4. extr.
Cæsar augusta, Cæsar augustanus, Cæsarensis, V. poſt cæsareæ.
Cæsareus, a, um. Adj. [Καισάρειος] ut, Domus Cæſarea. Ovid. 1. Triſt. 1. 70.
Numen Cæſareum. Ovid. 5. Triſt. 3. 46.
Vultus Cæſarei, Vultus Cæſaris. Ovid. 2. de Pont. 8. 13.
Cæsariānus, a, um. aliud Adj. [Καισαρειανὸς] ut, Cæſariana celeritas. Cic. 16. Att. 10. Facile me ille eſſet aſſequutus: aiunt enim eum Cæſariana uti celeritate. ibi cum Clerico Gronov. legit Cæſarina.
Bellum Cæſarianum. Nepos 25. 7. 1. Incidit Cæſarianum civile bellum.
Cæſarianum medicamentum, ſeu Collyrium ita appellatum. Celſ. 6. 6. 27.
Cæsareæ Urbes complures, in honorem Auguſti Cæſaris maxime conditæ fuerunt, teſte Suet. in Aug. c. 60. In his
Cæſarea Mauritaniæ civitas eſt, ante Iol vocata, quam quum Juba Ptolemæi pater muniret, mutato nomine, Cæſaream vocavit. Ea portum habet, & inſulam ante portum. Hæc ex Strab. lib. 17.
Eſt & Cæſarea Cappadociæ, ſic a Tiberio nominata pulſo Archelao, quum ante Mazaca diceretur. Auctor Euſebius in Chron.
Eſt præterea Cæſarea Apamiæ: & Cæſarea Palæſtinæ, ante Stratonis turris dicta, non procul a monte Carmelo ab Herode M. ſic appellata. auctor Strab. lib. 16.
Item altera Cæſarea Philippi, a Philippo Herodis filio in honorem Cæſaris ad radices montis Libani ædificata, ubi duo fontes, Jor ſcilicet & Dan oriuntur. Ex Joſepho. de aliis V. Plin. 5. 15. & Geographos. Hinc
Cæsarea augusta, [Καισάρεια Αὐγοῦστα] vel una voce Cæsaraugusta, Tarraconenſis Hiſpaniæ clariſſima civitas eſt, ante Numantia dicta, auctore Pomponio. 2. 6. (hic eſt error, Mela enim non de ea loquitur.) Auguſta Cæſarea Ptolem. dicitur & Strab. lib. 3. Hodie vulgo vocatur *Saragoſſa*. Hinc
Cæsaraugustanus, a, um. Adj. ut, Conventus Cæſarauguſtanus. Plin. 3. 3.
Cæsarienses, Ioniæ populi, a Cæſarea Lydiæ, Epheſum convenientes. Plin. lib. 5. cap. 29. Epheſum vero, alterum Aſiæ lumen, remotiores conveniunt Cæſarienſes, Metropolitæ, Cilbiani, &c.
Cæſarienſis Mauritania, (Al. Cæſarenſis.) Μαυρετανία ἡ Καισαρευσία, Ptolem. Quam eandem cum Bocchica facit Plin. l. 5. c. 2.
Cæsarium, [Καισάρειον] Ægypti emporium eſt, & ſeceſſus quidam. Strab. lib. 17. [Immo juxta Emporium videtur Cæſaris templum intelligi.
Cæsarobricenses, in Luſitaniæ finibus Hiſpaniæ populi, ut apparet ex Plin. lib. 4. cap. 22. a Cæſarobriga, ignoto oppido.
Cæsaries, ēi. [κουρὰ, βόστρυχος] a Cædo, cædis: Comam ſignificat, quæ cædi ſolet. Virorum enim duntaxat cæſaries eſt, non mulierum. Ex Servio. Plaut. Milit. 1. 1. 64. Cæſaries quam decet.
Denſum cæſarie caput. Ovid. 3. Amor. 1. 32.
Decora cæſaries. Lucan. lib. 8.
Flava. Juven. 13. Sat. 165.
Horrida. Ovid. 10. Met. 139.
Horrifica. Lucan. lib. 2. 372.
Intonſa. Claud. in Epithal. Pallad. 43.
Promiſſa cæſaries. i. e. Longa. Liv. 28. 35.
Repexa. Claud. de Magnet. 10.
Terrifica Jovis. Ovid. 1. Met. 179.
Terrificam capitis concuſſit terque quaterque
Cæſariem; cum qua terram, mare, ſidera, movit.
Comprimere cæſariem manu. Lucan. lib. 8. 681.
Dimovere cæſariem ob ore. Lucan. lib. 2. 372.
Pectere cæſariem. Hor. 1. Carm. 15. 14.
Cæſaries etiam a Poetis tribuitur Feminis. Virg. 4. Georg. 337. de Nymphis,
Cæſariem effuſæ nitidam per candida colla. conf. Lucan. lib. 1. 189.
Cæsariātus, a, um. Adj. [βοστρυχωτὸς] Comatus. Plaut. Mil. 3. 1. 173. Qui admutiletur Miles uſque cæſariatus.
Cæsena, vel Cæsæna, [Καισῆνα ἢ Καισαῖνα] Urbs Flaminiæ provinciæ: quæ nunc quoque nomen retinet. Hinc
Cæsenates dicti ſunt Cæſenam habitantes, & Cæſenatia vina, quæ inter generoſa numerabantur, teſte Plin. lib. 14. cap. 6.
Cæsim, Cæsio. V. cædo.
Cæsitius, vel Cæsicius, a, um. ut, Linteolum Cæſitium. Plaut. Epid. 2. 2. 46. i. e. Purum & candidum & cæſii coloris. Sed Nonius 14. 17. ſic dictum putat, vel quod Cædendo ad candorem perveniat, vel quod Oras circumciſas habeat. [Novum muliebris munditiæ inventum & veſtem & nomen eſſe indicat Comicus.
Cæsius, a, um. [γλαυκὸς] Adj. Cæſius color, Qui cæli ſpeciem habet, dictus quaſi Cælius. Ter. Hec. 3. 4. 26. Magnus, rubicundus, criſpus,

criſpus, craſſus, cæſius. Ubi Donatus, Cæſius, Glaucis oculis, quaſi Felis oculos habens. Unde Cæſares dictos quidam putant. Cic. 1. de Nat. Deor. 84. Apollinem ſemper imberbem, cæſios oculos Minervæ: cæruleos Neptuni. Fronto apud Gell. lib. 2. cap. 26. Noſtris Latinis veteribus Cæſia dicta eſt, quæ a Græcis γλαυκῶπις, ut Nigidius ait, de Colore cæli, quaſi Cælia. Alii Cæſios interpretantur oculos, Quibus ineſt fulgor quidam viſu horrendus. Tales ſunt oculi leonis. micant illi, velut ignis penitus flagrans. Qui cæſius eſt, eadem quodammodo oculis minari videtur: qualis prælio gaudens & cæde dicitur fuiſſe Minerva, ob id Cæſia dicta. Tales erant oculi Catilinæ apud Ciceronem, quos propterea Salluſtius vocat Fœdos. [Iſti alii quicunque ſunt, magnas nugas agunt planiſſime, contra ſtante veterum auctoritate. Lucret. l. 4. 1154.

Cæſia, Palladion; nervoſa & lignea, Dorcas.

Ceterum & ſuperl. Cæſiſſimus profert Varro L. L. 7. p. 99. ed. tert. Steph. ſi lectio ſana eſt.

Cæso, is. [Καίσων] Prænomen Romanum. Cæſones appellantur, Ex utero matris exſecti, inquit Feſtus. Plin. lib. 7. cap. 9. Primuſque Cæſarum, a cæſo matris utero dictus: qua de cauſa & Cæſones appellati.

Cæſo Quintius, L. Quintii Cincinnati fil. ferox juvenis, qui, factione tribunicia, falſo crimine urbe pulſus eſt. Liv. 3. 11. &c. V. eundem de Cæſone Fabio lib. 2.

Cæsonius, i. m. a Cæſone, nomen Romanum gentile. V. Martial. 7. 43.

Cæsonia, æ. f. Uxor Caligulæ; a qua creditur philtro potionatus. Suet. Calig. cap. 50. Juven. 6. Sat. 616. Hinc.

Cæsonianus, a, um. Adj. ut, Cæſonianum præceptum. Col. 1. 4.

Cæspĕs, vel Cespes, ĭtis. m. [βῶλος, βῶλαξ, θύμιος, λοχμή] a Cædo fit; & eſt Terra cum herba in modum lateris cæſa, vel Frutex reciſus, ac truncatus, auctore Feſto. ubi Scalig. V. Dictus eſt autem quod pedem cædat. Lucan. lib. 1. 512.

Et ſubitus rapti munimine cæſpitis agger. Cic. pro Cæcin. 60. Non eſſe arma, cæſpites, neque glebas.

Congeſtum cæſpite culmen. Virg. 1. Ecl. 69. i. e. Terra cum propria herba evulſa. Servius. [Quod quo pertineat ſtupor meus non aſſequitur. Intelligo autem Culmen i. e. tugurioli tectum, ut aſſolet ex incuria, vivo, cæſpite, i. e. viridi gramine, obſitum.

Cæſpitis herbæ. Ovid. 15. Epiſt. 147.

Feſtus cæſpes. i. e. Ara ex cæſpitibus confecta, Juven. 12. Sat. 2.

Fortuitus cæſpes. Hor. 2. Carm. 15. 17.

Nec fortuitum ſpernere cæſpitem
Leges ſinebant. Senſus eſt: Qui ex ejus terræ cæſpite, quæ cuique forte obtigerat, non ædificaſſet ductis lateribus, aut etiam crudo ipſo cæſpititio ſolo minimo ſumptu, legum pœnis obnoxius erat, quum ſumptuoſam ædificationem publicorum in oppidis operum, & ſolidam e ſaxo quadrato ſtructuram templorum, non privatorum ædificiorum, eſſe vellent. Turneb. Adv. 10. 21. extr.

Fragilis cæſpes. Lucan. lib. 6.

Gramineus madidam cæſpes obumbrat humum. Ovid. 2. Amor. 16. 10.

Imo de cæſpite. Virg. 4. Georg. 273. Al. uno.

Mollis. Sen. OEth. 5.

Nudo projectus cæſpite. Stat. 12. Theb. 328.

Tener. Ovid. 15. Epiſt. 160.

Viridis. Virg. 3. Æn. 304. i. e. Herboſus. Servius.

Aggerebatur cæſpes. Tacit. 1. Ann. 19.

Cæſpitem portare, inter milites infimus erat gradus; hinc Auguſtus militum delicta punire volens, eos cæſpites portare fecit. Suet. in Aug. cap. 24.

Obrutum levi cæſpite cadaver. Suet. in Calig. cap. 69.

Cæſpes, metaphorice pro Ara. E cæſpite enim, velut in caſtris, ſubitas ſibi aggerabant aras, & cæſpitem pro ara habebant. Hor. 3. Carm. 8. 4.

— poſituſque carbo in cæſpite vivo. Et iterum, 1. Carm. 19. 13.
Hic vivum mihi cæſpitem, &
Verbenas pueri ponite. Sed & cæſpitem interdum Romano ritu aræ imponebant, ut Servius notat. Prudent. Στεφ. Hym. 5. 50.
Aut ara, thure & cæſpite
Precanda jam nunc eſt tibi. Turnebus. V. in ſeq. dict.

Cæſpites etiam inſerviebant tribunali caſtrenſi. Tacit. 1. Ann. 18. 2. Congerunt cæſpites, exſtruunt tribunal. Plin. Paneg. cap. 56. Multa poſt ſæcula tribunal viridi cæſpite extructum. V. Lipſium ad utrumque locum, & dict. ſeq.

Cæſpes etiam Sepulcrum ſignificat.

Cæspititius, a, um. Adj. [βωλακινὸς] Quod fit ex cæſpitibus. Unde, Cæſpititium tribunal, vocatur Suggeſtum ex cæſpitibus factum. Flavius Vopiſcus in Prob. cap. 10. Deinde concurſus ad cæſpititium tribunal. i. e. Caſtrenſe. Sic Plin. in Paneg. V. cæspes.

Aræ cæſpititiæ. Julius Capitol. in Balbin. cap. 11. Centum aræ uno in loco cæſpititiæ extruuntur.

Cæsposus, a, um. Cæſpite plenus. Columel. 10. 130.

— cæſpoſo litore Cumæ. [Sed merito ſuſpecta lectio eſt. Tentant varie Critici. Vix tanti conjecturam facio, ut exquiram, an Piſcoſo, vel Herboſo liceat reponere? Cepoſo probari aliis miror.

Cæspĭto, āre. Cæſpitare, dicimur, Quum pede aliquid percutientes, quaſi ruere cogimur. Dictum cæſpitare, quaſi Cæſpitem offendere, vel in cæſpitem ferri. Unde

Cæspitatores Equi, Qui ſæpe in cæſpitem, aut lapidem, aut aliud offendiculum impingunt, teſte Serv. in Virg. 11. Æn. 671. [Sed merito hoc quoque verbum in claſſem ſuſpectorum retulit Voſſ. de vit. Serm. 1. 23.

Cæstius, teſte Seneca, Suaſor. 7. extr. Homo erat naſutiſſimus, ſed nullius ingenii, & Ciceroni etiam infeſtus, quod illi non impune ceſſit. Nam quum M. Tullius Ciceronis filius Aſiam obtineret, homo qui nihil ex paterno ingenio habuit præter urbanitatem, cœnabat apud eum Cæſtius. M. Tullio & natura memoriam dempſerat, & ebrietas, ſiquid ex ea ſupererat, ſubducebat: ſubinde interrogabat, qui ille vocaretur qui in imo recumberet: & quum ſæpe ſubjectum nomen Cæſtii excidiſſet, noviſſime ſervus, ut aliqua nota memoriam ejus faceret certiorem, interroganti domino, quis ille eſſet qui in imo recumberet, ait, Hic eſt Cæſtius, qui patrem tuum negabat literas ſciſſe. Afferri protinus flagra juſſit, & Ciceroni, ut opportuit, de corio Cæſtius ſatisfecit. Hinc adagium ortum eſt, De corio ſatisfacere, quum quis ſcilicet ob illatam injuriam flagris conciditur. Cæl. Antiq. lib. 14. cap. 7.

Cæstrum, V. cestrum.

Cæstus, ūs. m. [πυκτικοὶ ἱμάντες] Genus clavæ pilas plumbeas loris bubulis appenſas habens: quo Daretem & Entellum pugnaſſe legimus. Virg. 5. Æn. 69.

Seu crudo fidit pugnam committere cæſtu. Ubi Servius, Crudo cæſtu, aut crudeli, aut duro. Crudum cæſtum dixit Virgilius, quod e corio crudo bubulo fieret. Cæſtus autem per diphthongon, Pugillum arma ſignificat. Habet etiam pluralem numerum, & eſt quartæ formæ. Nam Ceſtus, ceſti, numeri tantum ſingularis, ſine diphthongo balteum Veneris ſignificat. Cæſtus, inquit Feſtus, vocantur, quibus pugiles dimicant, & genus quoddam muliebris ornatus. [Quod ipſum negabat Servius. Feſtum, ſeu Paulum tamen defendi poſſe putat Dacerius, quaſi a v. κέω nempe utrumque vocabulum derivetur, & ſine diphthongo ſcribendum ſit. Sed certum eſt, Græcos poſterius tantum vocabulum, quod ſine diphthongo ſcribitur, idque pro Zona muliebri perpetuo uſurpaſſe. Cæſtus vero, quibus Pyctæ pugnos armabant, σφαίρας & μυρμηκας, & frequentius ſimpliciter ἱμάντας appellabant, quod lorei eſſent, teſte Polluce l. 3. S. 150. Diog. Laert. l. 6. S. 142. Cynicorum principem narrat, cum a Midia pugnis cæſus eſſet, dicente tria millia tibi in menſa poſita ſunt, poſtridie ſumptis pugilum loris, (πυκτικοὺς λαβὼν ἱμάντας) ac pugnis pariter conciſo eo, eadem verba regeſſiſſe. Plumbo tamen, ferroque inſuto pondus additum cæſtibus fuiſſe docet Virgil. 5. Æn. 405. Eorum imaginem ex monumentis antiquis exhibet Hieronym. Mercurial. l. 2. de Arte Gymn. c. 9. ſub fin. quem omnino adi. Qui clavæ genus dicunt videntur cum Plumbatis confundere.

Aptus cæſtibus. Sen. in Med. 2.

Infeſti cæſtus. Stat. 6. Theb. 726.

Tragicus cæſtus. Lucan. ad Piſon. 226.

Mæcenas Tragico quatientem pulpita cæſtu
Erexit Varum. i. e. Varum poetam Tragicum.

Bellare cæſtu. Stat. 6. Theb. 826.

Contundi cæſtibus. Cic. 2. Tuſc. 40. Inde pugiles cæſtibus contuſi, ne ingemiſcunt quidem.

Dare brachia experienda cæſtibus. Ovid. 2. Faſt. 367.

Decernere valido cæſtu. Claud. Conſ. Prob. & Olyb. 238.

Explorare cæſtus. Stat. 6. Theb. 761.

Exuere cæſtus, & Manibus inducere cæſtus: contraria. Virg. 5. Æn. 420. Exuere, Projicere, ſolvere. Servius.

Inducere manibus cæſtus. i. e. Induere. Virg. 5. Æn. 379.

Induere cæſtus. Valer. 4. Argon. 251.

Librare cæſtus in aliquem. Virg. 5. Æn. 479.

Cæsuliæ, dicti ſunt, Qui cæſios oculos habent. Feſtus.

Cæsum, i. Cæsura, Cæsuratim, Cæsus. V. in cædo.

C Æ T

Cætabŭlum, i. n. alias Smyrneum. Cato de R. R. cap. 102. Melanthii cætabulum, quod medici vocant Smyrneum. [Vox nihili eſt, legendum Acetabulum, ut monuit in Theſauro Lipſ. Cl. Geſnerus.

Cæterus, a, um. ſing. ſed Cæteri, æ, a. uſitatiora plurali.

Cæterus in nominativo legimus apud Catonem in quibuſdam codicibus, de R. R. cap. 22. Cæterus ornatus domi, Pompeiis emptus eſt. ſed Meurſius, & Popma illa verba non agnoſcunt. Scribitur & ſine diphthongo ceteri, in monumentis antiquis.

Ætas cætera. Virg. 3. Georg. 62.

Diligentia. Plin. lib. 2. Epiſt. 16. Tu quidem pro cætera tua diligentia admones me. h. e. Quam ſoles in aliis quoque rebus præſtare. Alii codices habent, Pro certa tua diligentia. [Quod minus placet.

Exercitum cæterum. Gell. lib. 3. cap. 7. & Salluſt. Catilin. cap. 59.

Juriſdictio. Cic. 6. Att. 2. Jam cætera juriſdictio, nec imperita & clemens, cum admirabili facilitate.

Omne cæterum. Liv. lib. 22. cap. 20. Inde jam præda gravis ad Longunticam pervenit claſſis: ubi vis magna ſparti, ad rem nauticam congeſta ab Aſdrubale. Quod ſatis in uſum fuit ſublato, cæterum omne incenſum eſt.

Paucula cætera. Lucret. lib. 2. 103.

Turba. Hor. 2. Serm. 8. 26.

Vita videlicet cætera eorum huic ſceleri obſtat. i. e. Hujus ſceleris pœnam deprecatur: vel ſuſpicionem amolitur. Salluſt. Catil. 61.

Cætera mitte loqui. Hor. Epod. 13. 10.

Cætera abſolute, pro Quantum ad cætera attinet, Helleniſmus eſt non inelegans. ut, Ergo virum, cætera egregium, ſecuta quam in petendo habuerat, etiam regnantem ambitio eſt. Liv. 1. 35.

Fulvus cætera. Hor. 4. Carm. 2. 60.

Lætus cætera. Hor. 1. Epiſt. 10. 50.

Excepto quod non ſimul eſſes, cætera lætus.

Et cætera, abſolute poſitum. Cic. 2. de Orat. 141. Si mihi filius gignitur, iſque prius moritur, & cætera, tum ut mihi ille ſit hæres. Idem in Top. 28. In partitione quaſi membra ſunt, ut corporis, Caput, humeri, manus, latera, crura, pedes, & cætera.

Et cætera ejuſdem generis. Cic. in Top. 48. Ut dignitas, indignitas, humanitas, inhumanitas, & cætera generis ejuſdem.

Itemque & cætera. Cic. 2. Att. 19. Eandem virtutem iſtam veniet tempus quum graviter gemes, totius theatri clamore dixit, itemque & cætera.

Cæteri & cætera ejuſmodi, ut, &c. Cic. 4. Fam. 4. De reliquis nihil melius ipſo eſt. cæteri & cætera ejuſmodi: ut ſi alterutrum neceſſe ſit, audire ea malis quam videre. In omnibus his Tullii locis et delendum eſſe dicunt Lambinus & Gruterus. Sed omnes libri impreſſi exhibent.

Præpoſitio Ad ab Horatio & aliis adjecta eſt. 1. Epiſt. 10. 3.

— ad cætera pene gemelli. Bentleius ibi legit At cætera. Hunc quaſi gradum quendam atque aditum ad cætera jactum intelligetis. Cic. 2. de Lege Agr. 38.

De cætero. Cic. 1. de Fin. 26. De cætero, vellem equidem aut ipſe doctrinis inſtructior, &c.

Cæterorum & reliquorum appellatione, ait Ulpian. etiam omnes continentur, ut Marcellus dixit circa eum, cui optio ſervi legata eſt, cæteri Sempro-

Sempronio. Nam tentat, si non optet, omnes ad Sempronium pertinere. l. 160. D. de verb. signif.

CÆTERA, [τὰ λοιπὰ] Adv. Virg. 9. Æn. 656.

Cætera parce puer bello. Cætera, Deinceps, Servius. Curt. 9. 1. 2. Cætera opimam prædam fore. i. e. In posterum, ut ait Budæus. [Sed editi codd. Cæteram exhibent, unde Cæterum effingit Freinsh. Ego Budæi lectionem potiorem duco.

CÆTERO, [τὸ λοιπὸν] Adv. Plin. lib. 10. cap. 58. Palumbes femina incubat post meridiana in matutinum, cætero mas. h. e. Quod reliquum est temporis. Dictio hæc Plinio est admodum familiaris.

CÆTEROQUIN, sive CÆTEROQUI, [τἄλλα] Adv. pro Alioquin. Cic. in Orat. 83. Adhibet quidem hic subtilis, quem, nisi quod solum, cæteroquin recte quidam vocant Atticum. h. e. Alioqui. Idem 1. de Nat. Deor. 60. Non enim poeta suavis, verum etiam cæteroqui doctus, sapiensque traditur.

CÆTERUM, [ἀλλὰ, μέντοι] Adv. significat Sed. Ter. Eun. 1. 2. 7. Cæterum de exclusione verbum nullum. Sæpe sæpius occurrit in hoc sensu apud Sallust. & significat id quod solemus dicere, Quod reliquum est. Plaut. Pœn. prol. 125. Dehinc cæterum valete.

Cæterum, Alioquin. Cic. 2. Q. frat. 13. Ego me in Cumano & Pompeiano, præterquam quod sine te, cæterum satis commode oblectabar.

Etiam a Jurisconsultis, præsertim ab Ulpiano, pro Alioquin accipitur. ut in l. si finita. §. postea. D. de damno infect. & l. jam tamen in princip. D. Judicat solvi. Budæus.

CÆTOBRIX, [Καιτόβριξ] Lusitaniæ urbs est, alio nomine dicta Cezimbria. Ptolem. lib. 2. cap. 5. Vulgo *Cezimbra*.

CÆTULUM, [Καίτυλον] Civitas excellentissima est regionis Oretaniæ, quam in citeriore Hispania aliqua ex parte intra columnas Herculis, & ad meridiem maxime vergentem, collocat Strab. lib. 2. Castulon, Καστύλων reponit Xyl.

CÆYX, ȳcis. [κήυξ] Genus avis. Plin. lib. 32. cap. 8. Fit in mari & halcyoneum appellatum, ex nidis (ut aliqui existimant) halcyonum & cæycum: ut alii e sordibus spumarum crassescentibus, alii e limo vel quadam maris lanugine. Edit. Harduin. habet Ceycum. V. HALCYON.

CÆYX, Viri nomen. V. CEYX.

C A I

CAIA, & CAIANUS, Adj. V. CAIUS.

CAĪCI, [Καῦχοι Strab.] sunt Germaniæ populi, accolæ Rheni. Lucan. lib. 1. 463.

Et vos crinigeros bellis arcere Caicos
Oppositi petitis Romam: Rhenique feroces
Deseritis ripas. Puto Lucanum dissolutione diphthongi facta pro Caucos fecisse Caicos, & forte per y scribi debet. [Quomodo & in plerisque codd. scribitur. V. CAUCHI.

CAĪCUS, i. m. [Κάϊκος] Phrygiæ fluvius est ex Mysia veniens. auctor Plin. lib. 5. cap. 30. Virg. 4. Georg. 370.

Saxosumque sonans Hypanis, Mysusque Caicus.

Gelidus Caicus. Lucan. lib. 3. 203.

Mysiaque, & gelido tellus perfusa Caico Idalis.

Teuthranthæus, a Teuthrania oppido Mysiæ. Ovid. 2. Met. 243.

Peneusque senex, Teuthranthæusque Caicus.

Caicus, Sociorum Æneæ unus. Virg. 1. Æn. 187.

Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caici.

CAIETA, [Καιήτα] Urbs & portus Campaniæ, sic a Caieta nutrice Æneæ dictus, ut Lavinium ab uxore Lavinia. Auctor Solinus. quod etiam testatur Virg. 7. Æn. 1.

Tu quoque littoribus nostris Æneia nutrix
Æternam moriens famam Caieta dedisti, &c. In quem locum sic ait Servius, Hanc alii Æneæ, alii Creusæ, alii Ascanii nutricem volunt. Lectum tamen est in Philologis, in hoc loco classem Trojanorum casu concrematam. Unde Caieta dicta est ἀπὸ τοῦ καίειν. hactenus ille. Sane καίω idem significat quod Accendo, aduro. Idem quoque Servius explicans carmen illud 10. Æn. 36.

Quid repetam exustas Erycino in littore classes: Secundum (inquit) opinionem suam dixit. Nam alii apud Caietam dicunt exusta navigia: unde & Caieta dicta est. Strabo lib. 5. Caietam Laconico vocabulo a curvitate dictam innuit, eo quod Lacones curva omnia Caiattas appellent. Cic. pro Lege Manil. 33. An vero ignoratis portum Caietæ celeberrimum atque plenissimum navium, inspectante Prætore, a prædonibus esse direptum? Adhuc antiquum nomen retinet *Gaëta*.

CAIN, Filius Adæ & fratricida fuit, cujus fit mentio in 9. Const. Jusjurand. quod præst. Quidam signum illud, quod illi Dominus imposuisse Genes. 4. dicitur, Tremorem intelligunt: quos Constit. sequitur. Tu si placet, vide Chrysostomum, Homil. 19. in Genes. & Ambros. in cap. ult. lib. 2. de Cain & Abel. Ab hoc Caiani, vel Cainiani potius, quidam hæretici dicti sunt, qui Cain & Judam honorabant. Auctor D. August.

CAINAS, Indiæ fluvius navigabilis, Brachmanarum agrum irrigans. Auctor Plin. lib. 6. cap. 17.

CAIO, āre. Apud veteres erat Cohibere, coercere, compescere. Unde Cai seu Kai in Vet. Gloss. sunt Cancelli. V. Fulg. & Scalig. Auson. Lect. 2. 22. p. 149. Et

CAJATA, æ. f. Fulgent. Contin. Virg. p. 162. Cajata coarctrix ætatis.

CAJATIO, ōnis. f. Puerilis cædes. Ibidem. de singulis V. Scalig. Auson. Lect. 2. 22.

CAIUS, CAIA, Nomina in matrimoniis, quæ per coemptionem fierent usitata: Ubi tu Caius & ego Caia: quibus verbis, ut Plutarchus scribit, quasi paciscitur sibi uxor commune cum viro dominium, & par imperium domi: ac si diceret, Ubi tu es familiæ princeps ac dominus, ecce ego adsum familiæ princeps & domina. Quod & Cicero facete exagitans, in Muren. 27. Quia, inquit, in aliquibus libris, exempli causa, id nomen invenerunt, putarunt omnes mulieres, quæ coemptionem facerent, Caias vocari.

CAIUS, [Κάϊος] Cognomen fuit apud Romanos, a parentum gaudio sumptum. Est autem trisyllabum apud Martial. lib. 9. 94.

Caius a prima tremebundus luce salutat. Ausonius dissylabum fecit, sect. 1. de Eunomo,

Quis tu? Caius ait. Profertur per G, & notatur per litteram C, quæ in versa Ɔ, mulierem declarat. Auct. Quintil. lib. 1. cap. 13.

Cai, vocativus. Martial. lib. 2. 30.

Quod peto da, Cai: non peto consilium.

Caium tradunt Græci appellatum ab Italis & Tarentinis Mercenarium, aut etiam Rudem hominem, ac plane brutum, quia a γῆα, quæ terra est, derivetur γάϊος, & γαῖος. Nam a γαῖα inflectitur γαῖος. unde bos γαιὸς dicitur velut colonus. quod si verum est, per G scribi debet & proferri. Cæl. lib. 24. cap. 5.

CAIĀNUS, [Καϊανὸς] Adj. Suet. Tito cap. 1. Insignis annus Caiana nece, i. e. Caligulæ, qui solo prænomine suo Cajus vocabatur, ut C. & L. Cæsares Augusti filii, item Tiberius & Nero, aliique. V. CALIGULA. Stat. lib. 4. Silv. 9. 22. Phaleuc.

Emptum plus minus asse Caïano. Quem assem Caianum dixerit, docet Turneb. Advers. 20. 32.

CAIŎLUS, i. m. dimin. a Caius, i. e. Puerulus. Stat. 1. Silv. 6. 17. Molles Caïoli, Lagunculique. Sed lectio est dubia. V. Gevart. & reliquos Interpp.

C A L

CALA, æ. f. [κᾶλα] Servius ad 6. Æn. pr. Calas dicebant majores nostri Fustes, quos portabant servi sequentes dominos ad prælium. Unde etiam Calones dicebantur. Nam consuetudo erat militis Romani, ut ipse sibi arma portaret, & vallum. Vallum autem dicebant calam. sic Lucilius,

Scinde calam ut caleas. i. e. O puer, frange, fustes, & fac focum.

CALABRA, æ. f. [καλάβρα] Curia dicebatur, ubi tantum ratio sacrorum gerebatur. Hæc Festus. Macrob. 1. Saturn. cap. 15. Itaque sacrificio a rege & minore pontifice celebrato, idem pontifex calata, id est vocata in Capitolium plebe, juxta curiam Calabram, quæ casæ Romuli proxima est, quot numero dies a Calendis ad Nonas superessent, pronuntiabat. Et paulo post, Hinc & ipsi curiæ, ad quam vocabantur, Calabræ nomen datum est, & classi, quod omnis in eam populus vocaretur.

CALABARRIO, ōnis. vel CALABARRIUNCULUS, i. m. Præco, qui concionem advocat in Curiam Calabram. Hanc vocem fictam a Laberio refert Gellius 16. 7.

CĂLABRĬA, æ. [Καλαβρία] Peninsula, quam veteres Messapiam a duce Messapo: Peucetiam a Peucetio OEnotri fratre dixere. Estque Ora Italiæ, proxima Siciliæ: a qua brevi maris trajectu disjungitur. Vulgo adhuc nomen retinet apud Italos. V. Plin. lib. 3. cap. 11. & Strab. lib. 6.

Æstuosa Calabria. Hor. 1. Carm. 31. 5.

Non æstuosæ grata Calabriæ Armenta.

CĂLĂBER, bri. a, um. [Καλαβρὸς] Qui ex Calabria est.

Calabri hospitis Xenia proverbium esse indicat Erasmus, quo usus sit Hor. 1. Epist. 7. 14.

Non, quo more pyris vesci Calaber jubet hospes, &c. Dictum est autem eodem interprete, de Muneribus rusticanis levibusque, & quæ magis onerent accipientem, quam juvent. V. ipsius Chiliad.

Apes Calabræ. Hor. 3. Carm. 16. 33.

Montes Calabri. Ovid. 3. de Arte Am. 409.

Oves Calabræ, pro Eximiis accipiuntur a Columel. 7. 2.

Vellus Calabrum. Pers. 2. Sat. 65.

CALABRĬCUS, a, um. [Καλαβρικὸς] aliud Adj. ut, Calabrica olea. Columel. lib. 12. cap. 49. Veruntamen habetur præcipua in hos usus olea Calabrica: quam quidam propter similitudinem oleastellum vocant.

Calabrica n. pl. apud Hippiatr. Gr. etiam Genus fasciarum vocatur. V. Reines. Var. Lect. 2. 8. p. 189. unde verbum

CALABRICO, āre. Plin. Valer. 3. 13. Lanis involves & calabricabis.

CALABRIX, īcis. f. Spina silvestris, cui tuberes inseruntur. Plin. 17. 10.

CALACHĒNA, [Καλαχηνὴ] Regio quædam est, quam in Assyria collocat Strab. lib. 16. in descriptione Assyriæ. Nomen habet ab urbe Calach, cujus fit mentio 2. Reg. 17. 6.

CALÆNUM, V. CALENUM.

CALAGURINA, vel CALAGURIS, Civitas Hispaniæ in Vasconibus collocata. a Strabone l. 3. Hinc

CALAGURITANI, Qui in ea habitant: quorum alii Fibulacenses cognominantur: alii Nassici. Auct. Plin. lib. 3. cap. 3. V. Harduin. ad loc.

CALĂIS, [Κάλαϊς] Boreæ & Orithyiæ filius, Zethæ frater, quos ambos alatos fuisse poetæ fingunt. V. Ovid. 6. Met. 716. Propert. lib. 1. 20. 26. de Hyla puero,

Hunc duo sectati fratres Aquilonia proles,
Hunc super & Zethes, hunc super & Calais.

Est etiam Calais, Nomen pueri, aut adolescentuli cujusdam alterius apud Hor. 3. Carm. 9. 14.

Me torret face mutua
Thurini Calais filius Ornyti, &c.

Calais gemma. V. CALLAIS.

CALAMAGROSTIS, [καλαμάγρωστις] Graminis genus, foliorum magnitudine ad arundinem pæne accedens, jumenta apud Babylonem, ubi juxta vias copiose nascitur, enecans. Latini Græcorum imitatione Gramen arundinaceum appellant.

CALAMĒTUM, i. n. [καλαμὼν] proprie Locus calamorum: item Fragmenta calamorum & arundinum. Columel. lib. 4. cap. 27. Sic deinde ordinata vineta festinabimus emundare, sarmentisque & calametis liberare. Sed dubia lectio est.

CALAMINÆ, Nympharum sunt quædam insulæ in Thorrhebia palude, seu lacu (quem dici item Nymphæum volunt) quæ tibiarum cantu in ambitum moventur, a calamis sic dictæ. Dicuntur & Saltuares, quoniam in symphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum moventur, ut Plinius scribit 2. 95. tametsi has a Calaminis distinguere videtur. Ex Cæl. Rhodig. l. 9. c. 3.

CALAMINTHA, æ. vel CALAMINTHE, es. f. [καλαμίνθη] Species menthæ vel pulegii, quam καιέτας quoque a Græcis dictam scribit Strabo, l. 8. ubi docet, Lacedæmonem ab Homero dictam καιετάεσσαν, a calaminthæ copia. de qua sic Dioscorides lib. 3. cap. 41. Altera, inquit, calaminthe pulegio similis est, sed major. Quam Silvestre pulegium ideo appellarunt, quod odore ipsum æmuletur, Nepetam Latini vocant, &c.

Nepetam

Nepetam etiam vocat Plinius, cap.14.lib.20. quam Galenus lib.7. Simplicium. cap. 2. Calaminthen appellat. Vulgo *Herba catorum.* V.Plin. 19. 10.

CALAMIS, idis. [καλαμις] Arundinea vocatur acus, formandis cincinnis aut velamentis comparata, cujus vicem implent modo æreæ vel argenteæ aciculæ. V. Cæl. Rhodig. lib. 18. cap. 10. V. CALAMISTER.

CALAMIS, ĭdis. m. [Κάλαμις] Nomen statuarii, qui equos absolutos & perfectos effinxit. Ovid. 4. Pont. 1. 33.

Vendicat ut Calamis laudem quos fecit equorum. Hujus meminit Plin. lib. 34. cap. 8. & Quintil. lib. 12. cap. 10.

CALAMISSUS, Oppidum in Locrorum agro, qui cognominantur Ozolæ, de quo Plin. lib. 4. cap. 3.

CALĂMISTER, i. m. & CALAMISTRUM, i. n. [καλαμις, κάλλυντρον] Calamistrum est acus major, quæ calefacta & fronti adhibita intorquet capillos, ait Servius ad 12. Æn. 100. Varro, de L.L.4.p.32.ed.tert.Steph. Calamistri, quod his calfactis in cinere, capillus ornatur. Cic. Post red. in Senat. 15. Non te illius unguentorum odor, non vini anhelitus, non frons calamistri notata vestigiis, in eam cognitionem adducebat?

Calamistris inurere, per metaphoram. Cic. de Clar. Orat. 262. De Cæsare dictatore loquens, Atque etiam commentarios quosdam scripsit rerum suarum, valde quidem, inquam, probandos: nudi enim sunt, recti & venusti, omni ornatu orationis, tanquam veste, detracto: sed dum voluit alios habere parata, unde sumerent, qui vellent scribere historiam: ineptis gratum fortasse fecit, qui volent illa calamistris inurere, sanos quidem homines a scribendo deterruit. Calamistris inurere: volunt illi quidem exornare; sed dum tentant, nec assequuntur quod volunt, videntur quasi calamistris inurere, ut mulieres sæpe, dum se volunt exornare, capillos calamistris inurunt. [Inepte. Nihil aliud enim Tullius hac locutione declarare voluit, quam τὸ κακόζηλον in supervacui ornatus affectatione. Quomodo & Augustus Cæsar id genus affectatæ orationis μυροβρεχεῖς (i. e. unguento madidos) cincinnos appellavit, teste Suet. vit. cap. 86.

Calamistros adhibere, etiam dixit Cic. in Orat. 78. eodem sensu, quo Calamistris inurere. [Calamistrum n. g. habet & Nonius. 15. 27. qui videtur cum Acu crinali confundere.

CALAMISTRĀTUS, Adj. [καλαμιδωτὸς] Cic. Post red. in Senat. 12. Cur in helluationibus hujus calamistrati saltatoris tam eximia virtus tamdiu cessavit? Calamistrata coma. Cic. pro Sext. 18. Alter unguentis affluens, calamistrata coma, despiciens conscios stuprorum, ac veteres vexatores ætatulæ suæ, &c. conf. Plaut. Asin. 3. 3. 37.

Quisnam, istuc accredat tibi, cinæde calamistrate?

CALAMITAS, CALAMITOSUS. V. CALAMUS.

CALAMITÆ, [καλαμίται] Ranæ minimæ sunt, & viridissimæ, quæ a quibusdam Diopetæ vocantur. Sic dictæ, quod inter calamos versentur. Plin. lib. 31. cap. 7.

CALAMĪTES, Gemma, a Calamo nomen habens, quod plures simul junctæ inveniantur. Plin. lib. 37. cap. 10.

CALAMOCHNUS, [καλαμόχνους] V. ADARCA.

CALAMOS, Asiæ oppidum in ora subjecta Libano monti. Plin. lib. 5.cap.20. At in ora, inquit, Libano subjecta, fluvius Magoras: Berytus colonia, quæ Felix Julia appellatur, Leontos oppidum, flumen Lycos, Palæbyblos, flumen Adonis. Oppida Byblos, Botrys, Gigarta, Trieris, Calamos.

CALĂMUS, i. m. [κάλαμος, δόναξ] Frutex aquaticus: qui & Arundo dicitur: quamvis Arundo proprie sit quæ crassior ac longior est, seriturque ad usum præcipue vinearum; Calamus, gracilis, tenuisque, & tibiis fere ac scripturæ aptus. Canna major calamo, sed minor arundine: & semper fere sua sponte proveniens. Plin. lib. 16. cap. 36. Nostratibus calamis fungosior subest natura, cartilagine bibula, quæ cavo corpore intus, superne tenui inarescit ligno: fissilis, præacuta semper acie, geniculata. Cetero gracilitas nodis distincta, levi fastigio tenuatur in cacumina, crassiore panniculæ coma, neque hac supervacua, &c. Calamis Orientis populi bella conficiunt. Plura ibidem de Calamis, toto capite. Fabulam Calami, Mæandri fluvii, filii, qui in arundinales sive palustres calamos versus, Servius refert ad Virg. 5. Ecl. 48.

Fragiles calami. Virg. 1. Georg. 76.

Lentus in frangendo calamus. In LENTUS.

Palustres. Ovid. 1. Met. 706.

Sibila calamorum. Lucret. lib. 5. 1381.

Calamus avenæ. Plin. lib. 6. cap. 30. Pars etiam ore concreto & naribus carens, uno tantum foramine spirat, potumque calamis avenæ trahit.

Calamus, pro Fistula quam pastores ex calamis componere solebant. Virg. 5. Ecl. 2.

Tu calamos inflare leves, ego dicere versus. Alio loco, Tenuem avenam & arundinem vocat. V. FISTULA. conf. Barthol. de Tibiis vet. l. 1. c. 4. & l. 3. c. 6.

Arguti calami. Sil. lib. 13.

Curvum calamum legimus apud Catul. 61. 22. If. Voss. de Codone explicat calamo affixo.

Dispares calami ceræ compagine inter se juncti. Ovid. 1. Met. 711.

Hiantes calamos labro percurrere. Lucret. lib. 4. 592.

Impari tauros calamo vocavit Sen. Hippol. 3. de Apolline pastore. Impari calamo, Imparibus calamis, h. e. Dispari longitudine compactis.

Æquiparare calamis aliquem. i.e. Fistulandi arte parem esse. Virg.5.Ecl.48.

Conjungere cera calamos. Virg. 2. Ecl. 32.

Terere calamo labellum. Virg. 2. Ecl. 34.

Nec te pœniteat calamo trivisse labellum.

Calamus, metaphorice pro Stilo poëtico. Virg. 1. Ecl. 10.

Ludere quæ vellem calamo permisit agresti. V. Serv. ad locum.

Calamus, Virga ad decipiendas aves visco illini solita, quæ & Arundo dicta est. Martial. lib. 13. 68.

Galbula decipitur calamis, & retibus ales.

Volucrem calamo sequi. Sil. lib. 7. De calamo viscato.

Calamus, Surculus qui ramo inseritur: Tessera etiam dicitur. Plin. lib. 17. cap. 14. Quod si longius afferantur pomorum calami, rapo infixos optime custodire succum arbitrantur.

Calami, pro Telis & spiculis aut sagittis. Ovid. 8. Met. 30.

Impositis calamis patulos sinuaverat arcus.

Sic Arundo. Moschus in Amore fugitivo. (v. 21.)

Τοὶ μικροὶ κάλαμοι, τοῖς πολλάκι κἠμὲ τιτρώσκει. H. St.

Calamus, a quibusdam etiam accipitur pro Monili. Pollux certe Calamides a Calamis separat lib. 5. cap. 16. ubi Gualtherus prius vertit Acum, alterum Calamistrum. Cælium V. supra in CALAMIS.

Calamus, pro Instrumento quo scribimus, quod ex arundinum culmis fieri solebat. Martial. lib. 7. 10.

Cogis me calamo, manuque nostra
Emendare meos, Pudens, libellos. Cic. 6. Att. 8. Quum instituissem ad te scribere, calamumque sumpsissem, &c.

Calamus scriptorius. Cels. lib. 5. cap. 28. De fistulis, & earum generibus.

Rudis calamus scriptorius. Cels. lib. 7. cap. 11. de Ozena. In emendatis codd. Enodis legitur.

Transverso calamo signum allinere. Hor. in Arte Poet. 446. Transverso, i. e. In obliquum ducto.

Calamum intingere. V. INTINGO.

Calamus phragmites [κάλαμος φραγμίτης] inter simplicia medicamenta numeratur a Galeno, abstergentemque possidet facultatem non paucam, minimeque acrem. Hujus folia viridia moderate perfrigerant: cortex vero combustus, digerentis facultatis efficitur, adjunctam habens abstersorium quiddam, ut exiccet, & excalfaciat. Plura vide apud Galen. lib. 7. Simplic. cap. 3.

Calamus odoratus, [κάλαμος μυρεψικὸς Dioscoridi] Arundini similis est aspectu, multis geniculatus nodis, casiæ sapore, tactu mollis, & quum frangitur, scissilis, intus arenosus, locum in quo nascitur suavissimo replens odore. Provenit in Arabia, India, & in Syria juxta Libanum montem. V. Plin. lib. 12. cap. 22. In officinis appellationem retinet.

CALAMĀRIUS, a, um. ut, Thecæ calamariæ. Suet. Claud. cap. 35. i. e. In quibus calami servantur ad scribendum.

Calamarium absolute Atramentarium, in quo tingitur calamus.

CALAMĬTAS, ātis. [συμφορὰ, λύμη, ὕβρις] Calamitatem proprie rustici grandinem dicunt, quod comminuat calamum, hoc est culmum ac segetem. Donat. ad illud Ter. Eun. 1. 1. 34. Ipsa egreditur, nostri fundi calamitas. Proprie Plaut. Casin. 5. 2. 34.

Profecto hercle non fuit quicquam olerum:
Nisi quicquid erat, calamitas profecto attigerat nunquam. Translate Cic. 3. Verr. 44. Quacunque iter fecit, ejusmodi fuit, non ut legatus pop.Romani, sed ut quædam calamitas pervadere videretur. Non potuit Cicero significantius Verris Prætoris furta ac rapinas & injurias exprimere.

Calamitas dicebatur etiam in scenicis ludis, Quum fabula exigebatur & explodebatur. Ter. in prol. Hec. 30.

Hecyram ad vos refero, quam mihi per silentium
Nunquam agere licitum est: ita eam oppressit calamitas.
Eam calamitatem vestra intelligentia
Sedabit. A Græcis πλάσμα dicitur. Budæus.

Calamitas, Miseria & ærumna. Cæs. 8. Bell. Gall. 19. Quum interim nulla calamitate victus Correus, excedere prælio, silvasque petere, aut invitantibus nostris, ad deditionem potuit adduci.

Calamitas in amore. Ter. Heaut. 2. 4. 15.

Ictu aliquo calamitatis pulsa fides de foro. V. ICO.

Atrocissima calamitas. Paterc. lib. 2. 119. 1.

Communis calamitas. In COMMUNIS.

Insignis calamitas accidit. Paulus in l. si ab arbitro. D. Qui satisd. cog.

Abesse calamitatem ab aliquo. Cic. 1. Q. frat. 1.

Accidere calamitatem. Cic. 7. Verr. 105.

Accipere. In ACCIPIO.

Afferre. In AFFERO.

Afficere calamitate. In AFFICIO.

Afflixit hunc calamitas. In AFFLIGO.

Capere calamitatem. In CAPIO.

Depellere ad calamitatem aliquem. Cic. Anteq. iret in exil. 14.

Detrahere alicui. Cic. Post redit. ad Quirit. 6.

Ferre calamitatem. Nepos 20. 1. 4. Quam calamitatem ita moderate tulit, &c. i. e. Cæcitatem.

Haurire. Cic. pro Domo, 30.

Importare calamitatem conservatoribus suis. In IMPORTO.

Incidit amori nostro calamitas. In INCIDO.

Inferre calamitatem civitati. In INFERO.

Insigniri calamitatibus publicis tempora dicuntur. Suet. Calig. cap. 31.

Levare calamitatem innocentum. In LEVIS.

Liberare calamitate. Cic. His aliquando calamitatibus liberetis.

Machinari calamitatem. Auct. ad Heren. 4. 13.

Progreditur calamitas. Cic. Anteq. iret in exil. 14.

Prohibere calamitate. Cic. pro Lege Manil. 18.

Serpat ne longius calamitas. Cic. Anteq. iret in exil. 14.

Subire calamitatem. Cic. ad Brut. 12.

Tabescere in calamitate. Cic. 3. Att. 25.

Tolerare calamitatem. Cic. 4. Fam. 6.

Trahere in calamitatem. Cic. pro Lege Manil. 19.

CALAMITŌSUS, a, um. Adj. [ὀϊζυρὸς] Quod calamitate lædi solet. Proprie apud Plin. lib. 18. cap. 7. Hordeum ex omni frumento minime calamitosum: quia tollitur antequam triticum occupet rubigo. Sic Calamitosum cælum. Cato cap. 1. & Loca calamitosa cap. 35.

Calamitosus ager cælo & loco. Cic. 2. Agrar. 80. At vero hoc agri Campani vectigal, cum ejusmodi est, ut domi sit, & omnibus præsidiis oppidorum tegatur: tum neque bellis infestum, nec fructibus varium, nec cælo ac loco calamitosum esse solet.

Calamitosus ad personas transl. Ærumnosus est, malis calamitatibusque prægravatus, inquit Nonius. Cic. 1. Verr. 70. Honoris amplissimi puto esse, accusare improbos: & miseros, calamitososque defendere.

Calamitosum, etiam Quod calamitatem infert; ut,

Fama calamitosa. Cic. pro Cluent.

Fuga calamitosa patriæ, nobis gloriosa. Cic. 1. de Divin. 59.

Hora calamitosior. Cic. ad Octav.

Otium calamitosum. Cic. 5. de Fin. 54.

Prætura calamitosa Verris. Cic. 6. Verr.

Tempestas calamitosa Cic 3. Verr. 96. Vis calamitosæ tempestatis si contigerit. Ulp. in l. ex conducto. D. Locati.

CALAMITŌSE, Adv. [ὀϊζυρῶς] Misere. Cic. 3. Off. 105. Nam quod aiunt, minima de malis, id est, ut turpiter potius, quam calamitose: an est ullum majus malum turpitudine?

CALAMITO, āre. Calamitosum reddere. Cathol.

CALANTĬCA, æ. f. [ταινία] Tegmen muliebre quod capiti innectitur. Cic. in Clodium, Tune, quum vincirentur pedes fasciis, quum calanticam capiti accommodares? Nonius 14. 2. Auson. Periocha 5. Odyss. Quæ calanticam capiti suo demtam natanti accommodat. ubi Homer. v. 351.

Θεὰ κρήδεμνον ἔδωκεν. Vittam h. l. interpres, alias Redimiculum convertit. Alii ſcribunt Calautica, per u ut Ulpianus. l. 25. §. 10. Dig. de Auro arg. mundo: alii Calatica. Adi Vinet. ad Auſon. l. c. qui ex antiquis libris diverſas lect. protulit: & Voſſ. Etym. p. 91. [A Calautica videtur Gallica vox *Calote* petita. Sic & Nonius Merceri exhibet.

CALANUS, i. m. Gymnoſophiſta Indus, qui cum Alexandro Magno colloquutus, eumque ſequutus, ſeſe vivum conſtructa pyra comburi juſſit. Hujus diſputationem apud Alexandrum, & interitum multis perſequutus eſt Strabo lib. 15. V. & Cic. 2. Tuſc. 52. & 1. de Divin. 47.

CALAPIS, V. COLAPIS.

CALĂRIS, Sardiniæ oppidum, ut ſcribitur a Pomponio lib. 2. cap. 7. cujus etiam meminit Claud. in Bell. Gild. 520.

Urbs Libyam contra, Tyrio fundata potenti,
Tenditur in longum Calaris, tenuemque per undas
Obvia dimittit fracturum flamina collem.

Nunc vulgo *Cagliari*, item *Calari* dicitur. Caralis vocatur a Strab. lib. 3. & Plin. lib. 2. cap. 7. & 8. Carales pl. numero vocat Hirtius Bell. Afr. cap. 98. Quomodo conſtanter Livius lib. 23. cap. 40. ſeq. Perinde eſt utrum Calaris an Caralis vocetur, judice Hard. ad Plin. Plures veterum tamen poſteriorem ſequuntur ſcriptionem.

CALARITANI, Sardiniæ populi, ad meridiem ſiti, quibus Calaris oppidum nomen fecit. Caralitani dicuntur a Plin. loc. cit. & a Cæſ. 1. Bell. Civil. 30.

CALARITANUS, a, um. Adj. ut Caralitanum Promontorium Africam ſpectans, apud Plin. lib. 3. cap. 7. Caralitanum Edit. Hard. Caralitanus ager. apud eundem lib. 27. cap. 6.

CALASIRIES, Ægyptiis præcipui milites dicebantur, quibus id moris erat, ut a nullo doctore, ſed a patre ſolum militiæ præceptis erudirentur. Hæc Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 20. His autem, ut idem auctor lib. 6. cap. 22. tradit, præter prædia dabant panis toſti pondera definita, & carnis bubulæ minas ſingulis: vini vero ſextarios quaternos.

CALASSIS, Tunicæ genus, quod Græci καλάσιριν dicunt. Alii dicunt Nodum eſſe tunicæ muliebris, quo connexa circa cervicem tunica ſummittitur. Hæc Feſtus. Perottus Chalaſſim appellat: dicitque dictam a Laxitate, & a Græcis vocari χάλασιν. Pollux lib. 7. cap. 16. καλάσιριν dicit eſſe Genus veſtis Ægyptiæ & fimbriatæ. Alii legunt Calaſiris. V. Pitiſc. Lex. & Comment. in Polluc.

CALASTER, tri. m. apud Vitruv. 8. 4. & Rhodig. 10. 55. qui ſic dici vult Pueros canoræ vocis. Alii aliter legunt. V. infra CATLASTER. Philander legit Cataſtos, & interpretatur Servos ex cataſta. [In ed. Junt. 1522. Ideoque ſemper transmarinos cataſtos emere formoſos &c. Sic & reliqui codd. quos vidi. Calaſtros legit Hermolaus ad Plin. 5. 4. extr.

CALASTICUS, a, um. Adj. Th. Priſc. de Diæta cap. 9. Octav. Horat. 1. 7. & 15. [Vitioſe puto, pro Chalaſticus, Χαλαστικός, q. V. ſ. l. Quanquam auctor non eſt ad manus. Neque enim duo ſunt, ſed unus & idem.

CALATA, V. CALO.

CALĂTHUS, i. m. [κάλαθος] Feſtus, Calathos Græci, nos dicimus Quaſillos. Juxta Porphyrionem, Vas vimineum, in quo mulieres penſa vel tramam revolvunt. Utebantur & ad flores colligendos. Virg. 2. Ecl. 45.

—tibi lilia plenis
Ecce ferunt Nymphæ calathis.

Conf. mox ex Propert.

Calathus Minervæ. Ovid. 4. Faſt. 435.

Hæc implet calathos lento de vimine nexos.

Raſiles calathi. Ovid. 9. Epiſt. 76. i. e. Politi, quaſi raſi, quibus puellæ & unguenta & lanas recondunt. [At qui unguenta?

Calathis referre peracta vellera. Juven. 2. Sat. 54.

Vos lanam trahitis, calathiſque peracta refertis
Vellera, &c.

Calathus, Vas æreum in quo lac vel, recens caſeus, in urbe diſtrahitur. Virg. 3. Georg. 400.

Quod ſurgente die mulſere, horiſque diurnis,
Nocte premunt: quod jam, tenebris & ſole cadente,
Sub lucem exportans calathis adit oppida paſtor.

Hæc Servius. [At cur æreum dicat non aſſequor, vimineum enim iſtuc vaſis genus fuiſſe dubitare nos non ſinit Nemeſianus Ecl. v. 33.

Ipſe ego nec molli junco, nec vimine lento
Perfeci calathos cogendi lactis in uſus.

Calathus, Calix ad ſacrificium aptus. Virg. 5. Ecl. 71.

Vina novum fundam calathis Arviſia nectar.

Et Propert. 2. 12. 52. [A forma ſcilicet Calathi id nomen & poculis impoſitum. Apud Propertium tamen vimineos Calathos intelligi putem, ut apud eundem 3. 11. 30. Nam quod lapſa de corollis folia, Natare in calathis dicit, id poteſt etiam de temere ſparſis intelligi.

Calathum Hermolaus Turbinem rectum vocat: cui opponitur Meta, i. e. Turbo inverſus. Plin. lib. 21. cap. 5. Candor ejus eximius, foliis foris ſtriatis, & ab anguſtiis in latitudinem paulatim ſeſe laxantibus, effigie calathi.

CALATHISCUS, dimin. [καλαθίσκος] Catull. 65. 319.

Ante pedes autem candentis mollia lanæ
Vellera virgati cuſtodibant calathiſci.

V. Petron. cap. 41.

CALATHIĀNA, æ. f. Violæ genus, a calathi figura. Plin. lib. 21. cap. 6. Alii legunt Calthiana. V. Harduin. in loc.

CALATHUSA, [Καλάθουσα] Inſula eſt inter Cherſoneſum & Samothracen deſerta, dicente Plin. lib. 4. cap. 11. Deſertis quoque reddantur in hoc ſinu, quarum modo inveniri potuerunt nomina, Deſticos, Larvos, Cyſſiros, Carbruſa, Calathuſa, &c. Stephanus vero Calathuſam, quam & Calathen vocat, Oppidum eſſe ait, ad Herculis columnas ſitum.

CALĀTIA, æ. f. [Καλατία] Oppidum Campaniæ. Liv. 9. 2. Ad Calatiam conſules Romanos caſtraque eſſe audiebat. Sil. 8. 544.

—nec parvis aberat Calatia muris.

[Corrupte apud Strab. lib. 5. Καλλατηρία Callateria. Nec recte ap. Plin. l. 3. c. 5. Calatiæ pl. numero.

CALATĪNUS, a, um. gentile & poſſeſſivum. Liv. lib. 22. cap. ult. Defecere ad Pœnos hi populi, Attellani, Calatini, &c. Eodem lib. cap. 13. Per Allifanum, Calatinumque, & Calenum agrum.

Fuit & Cognomen gentis Atiliæ. A. Atilius Calatinus, ab aratro ad ſummos honores vocatus, de quo Cic. de Senect. 61. & 2. de Fin. 117.

CALATIS, vel KALLATIS, [Κάλατις, ἡ Κάλλατις] Thraciæ civitas eſt apud Plin. lib. 4. cap. 11. quæ antea Acervetis vocabatur.

Ex hac civitate ortus fuit Iſter poeta, qui de ratione ſcribendæ tragœdiæ opus inſigne conſcripſit. Auctor Hermol. ad Plin. 4. 11.

CALATOR, V. CALO.

CALAURĒA, ſive CALAURĪA, [Καλαυρεία] eſt Inſula maris Mediterranei, in ſinu Argolico, contra Trœzenium. Plin. lib. 4. cap. 12. De qua inſula proverbio datus locus, pro Delo Calauria: in mutui beneficii memoria. Fertur enim in fabulis, Neptunum cum Latona permutationem feciſſe, & data Delo, Calauriam habitaſſe. V. Strab. l. 8. Eraſmi Chiliadas. Præcipue exilio & letho Demoſthenis fuit nobilitata. Ovid. 7. Met. 384.

Inde Calaureæ Latoidos aſpicit arva.

CALAURĪTIS, idis. [καλαυρῖτις] Spuma argenti. Dioſc. 5. 156.

CALBEI, auctore Feſto lib. 3. dicebantur apud veteres Armillæ, quibus triumphantes utebantur, & milites ob virtutem donabantur. Al. ſcribunt Galbei q. V. ſ. l.

CALCANEUS, CALCAR. In CALX, pars pedis.

CALCARIUS, CALCATORIUM, CALCATUS. V. CALX, Lapis coctus.

CALCE, apud Strabonem Campaniæ civitas. Sic enim ſcribit lib. 5. Ultra jam dictas, ſunt hæ quoque Campaniæ civitates, quarum mentionem ſuperius fecimus, Calce & Teanum, Sidicinum. Sed pro Κάλκη Καλὴς ſcribendum videtur. V. CALES.

CALCEARIUM, CALCEAMEN, CALCEAMENTUM, CALCEATUS. In CALX, pro Poſteriore parte pedis.

CALCEDONIA, In CHALCEDON.

CALCENDIX, Feſto, lib. 3. Conchæ genus eſt. [Locum hunc non reperi, nec legiſſe me uſquam id vocabuli recordor.

CALCEO, as, CALCEOLUS, CALCEUS. In CALX, pro Poſteriore parte pedis.

CALCES, Ampullæ plumbeæ. Feſtus. [Poſſet Calices legi, ſublata diſtinctione, & de Baſi ampullæ intelligi, calicis figura.

CALCHAS, antis. [Κάλχας] fuit Theſtoris Trojani filius, augur maximus, qui quum initio belli a Trojanis ad Apollinem Delphicum cum muneribus mitteretur, & reſponſum haberet, ut dimiſſis Trojanis, Græcorum ſequeretur felicitatem, ab illis gratiſſime exceptus eſt. Auctor Pſeudo Dares Phrygius cap. 15.

Calchanta, accuſativ. Virg. 2. Æn. 122.

Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
Protrahit in medios.

V. Sil. 13. 38.

Calchanti templa extructa fuiſſe docet Strabo lib. 6. In agro Daunio, inquit, circa tumulum, quem Drion nominant, fana monſtrantur: unum quidem Calchantis in ſummo vertice, & cui petentes oracula nigrum immolant arietem, & ſtrata in pelle ejus dormiunt. Alterum Podalirii, &c.

CALCIARIUM, V. CALX, pro Poſteriore parte pedis.

CALCIFRAGA, æ. [ἐμπετρον] Herba eſt in maritimis petris fere naſcens, a calculis frangendis ita dicta: de qua V. Plin. lib. 27. cap. 9. & Ruell. lib. 2. cap. 129.

CALCITRO, CALCO. In CALX, pro parte pedis.

CALCŬLUS, i. m. [ψηφὶς, ψῆφος] Lapis brevis terræ admiſtus: ſic dictus quod ſine moleſtia ſui brevitate calcetur. Virg. 2. Georg. 180.

Tenuis ubi argilla, & dumoſis calculus arvis.

Servius.

Cic. 1. de Orat. 261. Quin etiam, ut memoriæ proditum eſt, conjectis in os calculis, ſumma voce verſus multos uno ſpiritu pronuntiare conſueſcebat. De Demoſthene.

Calculus, Lapillus in corpore, ex quo maximus cruciatus gignitur. Plin. lib. 11. cap. 37. Sed hominum quibuſdam diro cruciatu ſubinde naſcentes calculi, & fetarum capillamenta. De his plenius Celſ. lib. 7. cap. 26.

Aſperi & Spinoſi calculi. Idem l. c. Sunt enim quidam non aſperi tantummodo, ſed ſpinoſi quoque calculi, &c.

Eximere Calculos. Celſ. d. l.

Ejicere calculos. Suet. Aug. cap. 80. Calculis demum per urinam ejectis, levabatur.

Calculi, quos Latrones ſeu latrunculos appellarunt veteres: juniores Scachum vocant, ſunt Orbiculi, quibus luditur in alveo. Martial. lib. 14. 17.

Hæc mihi biſſeno numeratur teſſera puncto,
Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit.

V. Gell. lib. 14. cap. 1.

Calculus ducit opus nobile. Petronius cap. 80.

Nomen amicitiæ ſi quatenus expedit hæret,
Calculus in tabula nobile ducit opus.

Senſus eſt, Si amicitiam utilitate potius metiri, quam honeſtate volumus, hominum profecto vita ſimilis erit ludo calculorum: nam in ludo tabulæ ſic diviſi ſunt calculi in duas factiones, ut inter ſe quidam velut amici ſint, quidam hoſtes; unde Martial. lib. 14. 20.

Gemmeus iſte tibi miles & hoſtis erit.

Quatenus autem utile eſt ludo, iſtam calculi amicitiam ſervant fœderati inter ſe. Igitur ſi emolumentis amicitiam ponderamus, putemus exercere calculos in tabula, & eos nobile opus tuendæ amicitiæ ducere. Turneb. Sed aliter Petronium exponere laborant juniores interpretes. q. V.

Alveo quoque & calculis vacaſſe interdum dicitur. Valer. Max. lib. 8. cap. 8. 2. de Scævola.

Calculi, etiam pro Rationibus accipiuntur: quod lapillis antiqui rationem ſubducere ſolerent. Sic in Zenonis conſtitutione, l. unica. C. ut omn. judic. quum judices multam librar. auri publicis calculis inferre jubentur, Rationes publicas intelligimus, & quum de Errore calculi tractatur. A. Auguſtinus lib. ſingul. ad Modeſtinum.

Calculum reducere, eſt Immutare factum, cujus te pœniteat, aut vertere conſilium rei non ſatis commode inſtitutæ. Nonius citat Ciceronem in Hortenſ. Itaque tibi concedo, quod in duodecim ſcrupis olim, ut calculum reducas, ſi te alicujus dati pœniteat. Eraſm. in Chil.

Ad calculos vocare amicitiam. Cic. de Amicit. 58. Hoc quidem eſt nimis exigue & exiliter ad calculos vocare amicitiam, ut par ſit ratio acceptorum & datorum. V. etiam Voco in VOX.

Imponere calculum. V. IMPONO.

Ponere calculum. Columel. lib. 3. cap. 3. Diligens ratiocinator, calculo poſito, videt id genus agricolationis maxime rei familiari conducere.

Ponere calculum cum imperio. Plin. in Paneg. cap. 20. Aſſueſcat Imperator cum imperio calculum ponere: ſic exeat, ſic redeat, tanquam rationem redditurus, & dicat quid abſumpſerit &c.

Ponere calculum parem. Plin. Epist. 97. lib. 5.

Reverti ad calculos. Cic. 8. Att. 16. Quare nunc saltem ad illos calculos revertamur, quos tum abjecimus, ut, &c. i. e. Etiam nunc rationem habeamus earum rerum, quarum habendam tum non duximus. Budæus.

Subducere calculos. Cic. 2. de Fin. 60. Quid fortes viri? voluptatumne calculis subductis prælium ineunt?

Calculus, pro Tabella quoque judicis, & sententia usurpatur, l. Si actor. C. de appell. l. 4. C. de auctor. præst. sed nusquam elegantius quam a Justiniano in l. Rem non novam. C. de judic. Cui enim, inquit, non est cognitum, antiquos judices non aliter judicialem calculum accepisse, nisi prius sacramentum præstitissent, omnimodo sese cum veritate & legum observatione judicium suscepturos? Significat autem veteres illos judices, qui ante C. Cæsarem ex equestri, aut aliis ordinibus sortito dabantur. A. August.

Et Suffragia calculis notabantur apud Græcos. Hinc,

Adjicere cui album calculum. Plin. 1. Epist. 2. i. e. Probare.

Demittere calculum atrum in urnam. Ovid. 15. Met. 44.

Mittere calculum in urnam. Apul. Met. 10.

Notare diem calculo candidissimo. Plin. lib. 6. Epist. 11. O diem lætum notandumque mihi candidissimo calculo. Solebant Thraces notare dies prosperos & lætos calculo albo in urnam conjecto, infelices vero atro, ut scirent anno exacto, quot & quos dies lætos & tristes habuissent. V. Plin. 7. 40. Martial. lib. 12. 34.

Et si calculus omnis huc & illuc
Diversus, bicolorque digeratur,
Vincet candida turba nigriorem.

Calculum de se permittere Diis. Plin. in Paneg. Eundem autem fere modum habent hi loquendi modi, Mittere in consilium, Censendi potestatem facere, Calculum permittere, Calculum porrigere, Calculum proponere. Ex Budæo.

Causa paucissimorum calculorum, i. e. Non magni momenti, ubi pauci judices vel arbitri. Quintil. lib. 8. 3. p. 682.

Calculus etiam est Ponderis nomen. Excerpta veterum de mensuris, quæ in Gromaticorum scriptorum corpore Rigaltius edidit: Ponderum pars minima Calculus est, constat ex granis ciceris duobus, & apud quosdam siliqua pensante, quæ tribus granis hordei declaratur. Duo calculi Ceratium faciunt.

Calculos Columella pro Sumptu & reditu accipit, quum præcipit ne majorem agrum, quam ratio calculorum patitur, emere velimus. Sic enim ait lib. 1. cap. 3. Sed & agrum paraturis dictum intelligatur, ne majorem quam ratio calculorum patiatur, emere velint.

Calculi, pro Difficultatibus. Plin. lib. 2. Epist. 19. extr. Examina tecum, omnesque quos ego movi in utraque parte calculos, pone. i. e. Difficultates & rationes utrinque expende. Erasm. l. c.

Calculum Ulpianus vocat Rationem impensarum, quas alter ex contrahentibus alteri mutuo debet. l. furti. §. ultim. D. de his qui not. infam.

CALCULARIUS, a, um. Adj. ut Calcularius error. V. Expungere rationes, in EXPUNGO.

CALCULŌSUS, a, um. Adj. Plenus calculis. ut, Calculosa loca. Columel. de Arboribus, cap. 21. Ficum frigoribus ne serito. loca aprica, calculosa, glareosa, interdum & saxosa amat.

Ager calculosus. Columel. lib. 3. cap. 11.

Solum calculosum. Plin. lib. 35. cap. 14.

Homo calculosus, Qui laborat calculo. Plin. lib. 21. cap. 18. Quanquam professus efficacissimum esse adversus calculosos.

CALCŬLO, are. pro Ponere, vel subducere calculum. Prudent. Hymno Laurentii, v. 131. Usus est hoc verbo Sidonius 9. Epist. 7.

CALCULATIO, onis. f. Pro calculi subductione. Cassiod. Var. 1. 10.

Calculatio, quam Lithiasin vocant. Cæl. Aurel. Tard. 4. 5.

CALCULĀTOR, ōris. m. [ψηφιστής] a Calculo, as. Martial. lib. 10. 62.

Nec calculator, nec notarius velox
Majore quisquam circulo coronetur.

Calculator, apud JCtos, est Qui suas operas in rationibus subducendis locabat. Ulp. l. 7. §. 2. D. de operis libert. Nam hujus quoque est ministerium, si forte vel librarius, vel nomenculator, vel calculator sit. Ant. Augustinus lib. singul. ad Modest. l. Spadonem. D. de excus. tutorum, Calculatores, inquit, a calculis ducendis dictos arbitror, non geometras, ut Accursius & Albericus existimant, sed qui rationibus conficiendis adhiberentur. Hæc ille, quem vide.

CALCŬLO, ōnis. m. Idem Sext. Ruf. pr. Breviar. Morem sequutus calculonum. Cellar. tamen Calculatorum exhibuit. q. V.

CALCULARIUS, a, um. ut, Error calcularius. Modestin. JCt.

CALDARIUM, CALDOR, CALDUS. V. CALOR.

CALDIUS, Nomen militari joco fictum. Sueton. in Tiber. cap. 42. In castris tiro etiam tum, propter nimiam vini aviditatem pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone Mero dictus est. Qua de Licentia veterum affertur Quintil. lib. 6. cap. 4. [V. Fabric. Bibl. Græc. Vol. 1. p. 171. De Tiberio eadem Victoris Epitome. De ratione tamen τȣ̃ Caldius fateor mihi non liquere. Neque enim puto a potu Calidæ id tractum.

CALE, es. [Κάλη] Civitas est Campaniæ. Nam est in Flaminia, quæ Cale dicitur. Est & in Gallia hoc nomine, quam Sallustius captam a Perpenna commemorat. Hæc Servius in 7. Æn. 728. V. CALES.

CĂLĒDŎNES, seu CALEDONII, Britanniæ populi, qui nunc Scoti, id quod ex Dionis Epitoma novimus, qui in Severo Britanniæ gentes ait præcipuas, Caledonios, & Mæatas, quæ montes incolant asperos, & aquis indigos, & campestria deserta, ac palustria, sine civitatibus, domibus: agrorum cultu, fructibus tantum & pabulo victitantes. Ubi & plura de institutis & moribus eorum subjicit. Meminit & Cæl. Antiq. lib. 18. cap. 21. & Tacit. in vita Agric.

CALĒDŎNIA, æ. f. Nomen regionis, quam Caledones incolebant. Tac. Agric. cap. 11. Namque rutilæ Caledoniam habitantium comæ, magni artus, Germanicam originem asseverant.

CĂLĒDŎNIUS, a, um. Adj. ut, Caledonia silva, in ea parte Britanniæ fuisse putatur, quæ hodie *Scotia* dicitur, sævissimis olim ursis nobilitata. Martial. lib. de Spect. 7.

Nuda Caledonio sic viscera præbuit urso. Inde etiam Britanni peculiari epitheto Caledonii dicuntur a Poetis. Idem lib. 10. 44.

Quinte Caledonios Ovidi visure Britannos. Corripit autem hoc nomen in hac significatione antepenultimam syllabam, secundam vero producit. Apud Græcos enim scribitur per η. Contra, quum Ætoliæ silvam significamus, secunda syllaba per υ, & ubique corripitur, sequens autem producitur, eo quod apud Græcos scribatur per ω. V. plura de hoc suo loco.

Caledonius Oceanus. Valer. Flacc. 1. 8.

CALEFACIO, CALEFACTO, CALESCO. V. CALOR.

CALEGIA, [Καλαιγία] Germaniæ urbs Ptolem. Vulgo *Wittemberg*.

CALENA, apud Ptolemæum civitas in Anglia esse creditur, quæ hodie Oxonia appellatur, vulgo *Oxford*.

CALENDÆ, vel KALENDÆ, Græca litt. arum. f. plur. [καλάνδαι, ἱερομηνία] dicuntur Primi dies mensium. Nonius, Calendarum vocabulum proprium Varro complexus est, de Vita Pop. Rom. lib. 1. Itaque calendis calabantur, i. e. Vocabantur, & ab eo calendæ appellatæ, quod est tractum a Græcis, qui καλεῖν vocare dixerunt. Macrob. Sat. 1. 15. Priscis temporibus antequam fasti a Cn. Flavio scriba invitis Patribus in omnium notitiam proderentur, pontifici minori hæc provincia delegabatur, ut novæ Lunæ primum observaret aspectum; visamque regi sacrificulo nuntiaret. Itaque sacrificio a rege & minore pontifice celebrato, idem pontifex, calata, id est vocata in Capitolium plebe, juxta curiam Calabram, quæ casæ Romuli proxima erat, quot numero dies a calendis ad nonas superessent pronuntiabat: & quintanas quidem dicto quinquies verbo καλῶ, septimanas vero septies repetito prædicabat. Verbum autem καλῶ Græcum est, id est, Voco. & hunc diem qui ex iis diebus qui calarentur, primus esset, placuit calendas vocari. Hinc & ipsi curiæ, ad quam vocabantur, Calabræ nomen ductum est. Et paucis interjectis, Ut autem Idus omnes Jovi: ita omnes Calendas Junoni tributas, & Varronis & pontificalis confirmat auctoritas.

Ausoniæ calendæ. Ovid. 1. Fast. 55.

Vendicat Ausonias Junonis cura calendas.

Ausonias calendas vocat poeta, id est Latinas, quia Latinorum sunt propriæ. Calendis enim carent Græci. Unde manavit proverbium, Ad calendas Græcas, i. e. Nunquam: quod ab Augusto institutum est, qui, ut erat faceto ingenio, cum aliquos nunquam soluturos, quod debebant significare vellet, ad calendas Græcas soluturos aiebat. V. Suet. in Vit. cap. 87.

Celeres calendæ, Cito nimis redeuntes. Ovid. de Rem. Amor. 561. conf. Tristes.

Jani calendæ. Stat. 1. Silv. 6. 3. i. e. Mensis Januarii.

Intercalares calendæ. V. INTERCALO.

Jūlēæ calendæ. Ovid. 6. Fast. 797. i. e. Mensis Julii.

Juliæ calendæ. Martial. lib. 12. 32.

O Juliarum dedecus calendarum, &c.

Martiæ calendæ feminis solennes erant. unde Femineæ calendæ a Juven. 9. Sat. 53. dicuntur,

Munera femineis tractas secreta calendis. Ita enim calendæ Martiæ feminis dicatæ erant, ut Saturnalia viris, quæ mense Decembri agitabantur. Tranquill. in Vespas. cap. 19. Sicut Saturnalibus dabat viris apophoreta, ita & calendis Martiis feminis. Macrob. lib. 1. Saturn. c. 12. de Calendis Martiis loquens, Hoc mense servis cœnas apponebant matronæ, ut domini Saturnalibus. Illæ ut principio anni ad promptum obsequium honore servos invitarent: Hi quia gratiam perfecti operis exolverent. Quo in loco Macrobius de tempore priscorum Romanorum loquitur, qui decem tantum menses habebant. Budæus. Hor. 3. Carm. 8. 1.

Martiis cælebs quid agam calendis?

Tristes calendæ. Hor. 1. Serm. 3. 87. i. e. Quæ debitorem tristem reddunt, quod collocari pecunia & solvi Calendis fœneratoribus solebat, ut & usuræ. Hinc & Martial. lib. 12. 36.

Inderdum aureolos manu crepantes,
Possint ducere qui duas calendas,
Quod nemo, nisi tu Labulle, donat. conf. CALENDARIUM infra, & EXTRICO s. l.

Ponere pecuniam calendis. Hor. Epod. 2. 70.

Calendæ primæ, secundæ, tertiæ, quintæ, dici putantur a JCtis, pro Uno, duobus, tribus, & quinque mensibus. Cels. l. liber. §. si ita. D. de hæred. instituend. Titius, si intra tertias calendas navis ex Asia venerit, hæres esto. Ulp. l. 1. §. si qui. D. de verb. oblig. Si ita interrogatus, intra calendas quintas? responderit, Dabo idibus, non obligatur. Martial. lib. 1. 67.

Atque intra, puto, septimas calendas
Mortes hoc tibi quatuor dederunt. Video tamen Catonem in R. R. Primas calendas dicere, pro Primo die cujusque mensis. cap. 47. & 48. V. Scalig. de Emend. temp. l. 2. p. 186.

CALENDĀLIS, e. Ad calendas pertinens; ut, Tributa calendalia, quasi in strenam solvi solita calendis Januarii. Justin. edict. 13.

CALENDĀRIS, e. Adj. Idem. Sic Junonem Calendarem Laurentes vocarunt, quod ei omnes calendæ dicatæ essent, teste Macrob. 1. Saturn. cap. 15.

CALENDARIUM, seu KALENDARIUM, i. n. Liber fœnebris dicebatur, i. e. In quo scribebantur usuræ in calendas singulas petendæ & exsolvendæ. Senec. de Benef. 7. 10. Quid fœnus, & calendarium & usura, nisi humanæ cupiditatis extra naturam quæsita nomina. Idem Epist. 14. Adjicere illis (divitiis) aliquid studet; dum de incremento cogitat oblitus est usus. Rationes accipit, forum conterit, calendarium versat, fit ex domino procurator. Et Epist. 87. Magnus calendarii liber volvitur.

Beneficia in calendario non scribere. Sen. Benef. 1. 2. i. e. Nemo locat beneficia, ut pecuniam, collataque in calendario scribit, ut inoblitus possit reposcere.

Calendarium est etiam Hemerologium, seu Rationarium dierum omnium distributorum per menses unius anni: qui quidem initio per octoadas; postea vero Judæorum more, per hebdomadas ibi fuerunt descripti; quod post tempora Theodosii factum, observavit Scalig. lib. 4. de Emend. Temp. Ceterum Principalis potius, quam Pontificii munus esse Fastos (quæ Calendaria vulgo) corrigere, non ignorarunt ii qui correctioni calendarii a Gregorio XIII. P. M. susceptæ restiterunt, qua de re Thuan. lib. 76. Hist.

CALENDARIUS, i. m. Calendariorum, in quadam inscriptione veteri, quam cum ceteris Adolphus Occo Medicus Augustanus edidit, p. 2. n. 9. mentio fit: quos non alios fuisse existimo, quam qui in Theod. Cod. lib. 12. tit. 11. Calendarii curatores appellantur, & quorum munus

Calendarii Curatio, Arcadio JC. l. 18. §. 2. D. de muneribus & honoribus d itur. Vetus huc Inscriptio pertinet apud Grut. p. 446. n. 7. CVRATORI CALENDARI. V. Pithœum Adverf. fubfec. 2. 4. & Hen. Noris Cenotaph. Pifan. p. 37.

Calendariographus, i. m. Qui calendaria facit.

Calentum, Civitas eft ulterioris Hifpaniæ, in qua fiunt lateres, qui ficcati non merguntur in aqua. Sunt enim e terra pumicofa, quum fubigi poteft, utiliffima. Plin. lib. 35. cap. 14.

Calenum, i. n. [Καληνὸν] ubi fubauditur Oppidum, vel Cales, ium. pl. Urbs Campaniæ, xiv paffuum millibus a Capua diftans, in cujus agro vinum optimum & dulce nafcitur. Plin. lib. 3. cap. 5. Bovillæ, Calatiæ, Cafinum, Calenum. Sic Strabo lib. 5. V. Hor. 4. Carm. 12. 14. & Marcell. Donat. ad Tacit. Ann. 4. 27. & Cic. 7. Att. 11.

Calenus, a, um. ut, Ager Calenus. Plin. lib. 3. cap. 5. & Vinum Calenum; quod abfolute etiam Calenum Horatio appellatur: qui & Falcem Calenam dixit 1. Carm. 31. 9.

Calenus Olenus, Hetruriæ celeberrimus vates fuit, qui humano capite a Romanis inter fodiendum invento, miffifque ob id a Senatu legatis, qui percunctarentur quid faciendum cenferet, is præclarum id fortunatumque cernens, interrogatione in fuam gentem transferre tentavit: tranfiiffetque haud dubie fatum in Hetruriam, ni præmoniti a filio vatis legati refpondiffent aliter atque exiftimarat. V. Plin. lib. 28. cap. 2. [Nomen vati Olenus fuit, a Calibus, loco natali, Caleno dicto.

Caleo, V. calor.

Calepium, [Καλεπιὸν] Oppidum in Cenomanis, ad decimum quartum lapidem a Bergomo, Brixiam verfus, ad colles in finiftra parte pofitum: a bonitate vini denominatum.

Calesco, In calor.

Caleti, [Καλέται] Straboni inter Galliæ Belgicæ urbes ponuntur. Sic enim fcribit lib. 4. Ceterum Menapiis, ad mare proximi funt Morini & Bellovaci, & Ambiani, & Sueffiones, & Caleti, ufque ad Sequanæ amnis exitum. Hactenus Strabo. Horum quoque meminit Cæf. 2. Bell. Gall. 4. Caleti porro linea vela texunt, auct. Plin. lib. 19. cap. 1. Ptolem. lib. 2. cap. 9. Gefforiacum navale vocat urbem eorum. Vulgo *Calais.* Aliter tamen exiftimat Turnebus, aitque Caletos populos effe in fuperiore Normania ultra Rotomagum ad oftium Sequanæ, quos hodie Caletenfes appellamus, quorum oppida funt Deppa, Portus nuper de Anglis receptus, quem per bellum civile interceperant, Juliobona, quam Villam bonam appellamus: idque fentire videtur Strabo. V. loc. & Cellar. Geogr. Ant. 2. 3. 23.

Caletranus, a, um. ut, Caletranus ager, non longe a vadis Volaterranis in Thufcia. Plin. lib. 3. cap. 5. In eadem parte oppidorum veterum nomina retinent agri Cruftumius, Caletranus.

Calianassa, & Calienera. In callianassa & calianira.

Calicadnus, In calycadnus.

Calicatus in calx lapis.

Caliculus, In calix.

Calidus, In calor.

Caliendrum, i. n. [κάλλυντρον] dicitur ornatus capitis mulierum; five Suppofitus crinis, quem pro naturalibus accipiebant, ut ait Acron in illud Horatii 1. Serm. 8. 47.

— altum Saganæ caliendrum
Excidere atque herbas, atque &c.

Alii Operimentum capitis fignificare, & a Græco κάλλυντρον deduci putant. Ufurpatur & ab Arnobio, lib. 6. ad fin. Falciculæ, claves, caliendra, fomites, talaria, &c.

Caliga, æ. f. [σκελέα] Tegumentum tibiarum militare, cujus diminutivum eft caligula. A quo militari calceamento Germanici filius Caius Rom. Imperator cognomen fortitus eft, quoniam in exercitu educatus fuit. Aufonius in Monoftichis de ordine Imperatorum,

Cæfar, cognomen Caligæ cui caftra dederunt.

Suet. in Calig. cap. 9. Caligulæ cognomen caftrenfi joco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur. Erant enim milites caligati. Plin. lib. 7. cap. 43. de P. Ventidio, Quanquam Mafurius auctor eft, bis in triumpho ductum: Cicero mulionem caftrenfem fuffaraneum fuiffe: plurimi, juventam inopem in caliga militari toleraffe.

Caliga fpeculatoria. Suet. in Calig. cap. 52. Quo in loco antiquiffima exemplaria fcriptum habent Spiculatoria. Cui lectioni aftipulari videtur doctorum omnium opinio, ut fit Spiculatoria caliga qua utebantur olim Spiculatorii milites. Erat autem ad mediam ufque tibiam, ut antiqua marmora adhuc teftantur, atque ita facta, ut fuperior pars caput quoddam leonis appareret. V. speculator.

Caligas Epicratis oratoris lafcivi, videtur Cicero accipere pro Oratione lafciviufcula, quum 2. Att. 3. fic fcribit, Valerius abfolutus eft Hortenfio defendente. Id judicium Attilio condonatum putabatur, & Epicratem fufpicor, ut fcribis, lafcivum fuiffe. Etenim mihi ejus caligæ, ut fafciæ cretatæ, non placebant. Ita interpres Bapt. Pius. Longe aliam interpretationem quæ eft Pauli Manutii, V. in diadema.

Caliga Maximini, Proverbium de homine alto & oblongo corpore prædito. Erafmus in Chiliad.

Caliga etiam pro Militia feu Militari profeffione fumitur. Senec. de Brevit. Vitæ cap. 17. Marium caliga dimifit? confulatus exercet. Idem de Benef. 5. 16. Ingratus C. Marius ad confulatum a caliga perductus. Et Infcriptio vetus: C. OPPIO C. T. VEL OMNIBVS OFFICIIS IN CALIGA FVNCTO. Hic in Caliga perinde eft ac fi diceretur in Militia.

Caligātus, a, um. [σκελεωτὸς] Caligis indutus. Juven. 3. Sat. 322.

— Satyrarum ego, ni pudet illas,
Adjutor gelidos veniam caligatus in agros.

i. e. Velut audax miles adjutor fatyrarum veniam, nifi illas mei pudet auxilii.

Caligatus miles, pro Manipulari & gregario. Venuleius in l. De militibus. D. de cuftod. & exhib. reo. Is autem qui exercitum accipit, etiam jus animadvertendi in milites caligatos habet. Ulpianus, De his qui notantur infamia, l. 2. Quod ait Prætor, qui ab exercitu dimiffus erit: Dimiffum accipere debemus militem caligatum, vel; &c. Budæus. V. Suet. Aug. cap. 25. & ibi interpretes.

Caligarius, Adj. ut Caligarius clavus. Plin. lib. 34. cap. 14. Aliud brevitate fola placet, clavifque caligariis, &c. De differentiis ferri. V. Harduin. not. ad Plin. & Briffonii Antiquit. juris felect. 2. 5.

Caligarius, i. m. Caligarum confector. Firmic. lib. 3. cap. 12. Fullones, feu caligarii, five lanarii. Idem lib. 4. cap. 7. Faciet pellarios, coriarios, caligarios, &c. Vetus infcriptio Romæ: Q. LAEVIO. Q. F. TYCHICO CALIGARIO. DE VICO CYPR. NAT. THRAX. DOM. PARTHEN. Spon. Mifc. Erud. Antiq. §. 6. p. 220.

Caligāris, e. Plin. lib. 9. cap. 18. In quibus pifces omnibus annis Vergiliarum ortu exiftunt fquamis confpicui, crebris atque præacutis, clavorum caligarium effigie.

Caligula, æ. f. Diminutiv. V. caliga.

C. Cæfar Caligula [Καλιγόλας] Germanici ex Agrippina filius, M. Agrippæ ex Julia Aug. filia nepos, & per hanc Augufti pronepos, pueritiam in caftris exegit, patri in Germanica & Syriaca expeditione comes. Inde reverfus primum in matris, deinde relegata hac in Liviæ proaviæ fuæ, defunctaque ea in aviæ Antoniæ contubernio manfit, donec vigefimo ætatis anno a Tiberio capreas accitus, ut ad fpem fucceffionis admoveretur obfequii & pietatis fimulatione obtinuit. Quo mortuo, vel potius ipfius opera necato, imperium fumma omnium ordinum voluntate adeptus eft. Sed brevi erumpentibus cum principatus licentia naturæ vitiis plane in monftrum degeneravit, ac tyrannide omnibus exofus anno quarto imperii non exacto, duorum tribunorum prætorianorum Caffii Chæreæ & Cornelii Sabini manu in aditu theatri cæfus eft. Hæc ex Suet. qui ipfum non alio quam Caji Cæfaris nomine appellat. Sic & Seneca, Tac. pr. Annal. & paffim omnes. V. Suid. in Γάϊος & Καλλιγόλας.

Calīgo, inis. f. [γνόφος, ζόφος] Umbra ex fpiffitudine aeris procreata. Virg. 9. Æn. 36.

Quis globus ô cives caligine volvitur atra?

Caligo, quæ vulgo dicitur *Bruine, Brouée, Brouillard.* Columel. lib. 3. cap. 1. Vites firmi, durique acini, quarum inter caligines uvæ deflorefcunt &c. Idem cap. 2. pr. Quin etiam pruinas, & caliginem, & carbunculum facile propulfat.

Caligo ac tenebræ. Cic. 5. Verr. 177. Illa omnis pecunia latuit in illa caligine ac tenebris, quæ totam remp. tum occupaverant. Idem poft red. in Sen. 5. Poftea vero quam &c. ex fuperioris anni caligine & tenebris, lucem in rep. Kal. Jan. difpicere cœpiftis.

Tetris tenebris & caligine fe Alexandriam perventuros arbitrati funt? Cic. 2. de Lege Agrar. 43.

Atra caligo. Virg. 11. Æn. 876.

Volvitur ad muros caligine turbidus atra Pulvis.

Cæca. Virg. 3. Æn. 203.

Tres adeo incertos cæca caligine foles
Erramus pelago.

Denfa. Virg. 12. Æn. 466.

Nigrans. Sil. lib. 4.

Obfcura. Virg. in Ætna,

Illinc obfcura femper caligine nubes.

Opaca denfus caligine. Ovid. 10. Met. 54. De tramite, ab inferis ad fuperos.

Picea. Virg. 2. Georg. 309. — & ruit atram
Ad cœlum picea craffus caligine nubem.

Spiffa. Ovid. 7. Met. 528.

Subita. Stat. 10. Theb. 140.

Terribilis. Lucret. lib. 6. 852.

Metaphorice. Vide nunc caliginem temporum illorum. Cic. pro Planc. 96.

Quafi per caliginem. h. e. Quafi per nebulam & obfcuram quandam rem. Cic. 12. Philipp. 3. Quod videbam equidem, fed quafi per caliginem. Perftrinxerat aciem animi D. Bruti falus.

Abundare caligine. Ovid. 2. Met. 764.

Difcuffa eft illa caligo, quam, &c. Cic. 12. Philipp. 5.

Inducta caligine terras occuluit Deus. Ovid. 1. Met. 599.

Inducere caliginem alicui, metaphorice. Patercul. lib. 2. 36. 1. Confulatui Ciceronis non mediocre adjecit decus natus eo anno divus Auguftus, omnibus omnium gentium viris magnitudine fua inducturus caliginem. i. e. Eorum gloriam obfcuraturus.

Merfus caligine. Virg. 6. Æn. 267.

Pandere res alta terra, & caligine merfas.

Oborta eft tanta caligo. Suet. Neron. cap. 19.

Tegere terras caligine nox dicitur: ut apud Lucret. lib. 6. 852.

Oculorum caligo. [ἀμαύρωσις] Plin. lib. 18. cap. 13. Oculos purgat, medetur caligini admifto lacte mulierum. Sic fæpiffime alias.

Maris. Stat. 4. Theb. 28.

Mentis cæca caligo. Catul. 62. 207.

Noctis cæca caligo. Lucret. lib. 4. 458.

Plenus caligine. Stat. 2. Theb. 685.

Ipfe vapor craffus Caligo vocatur. Lucret. 5. 294.

Lumina, pendentes lychni; claræque corufcis
Fulguribus pingues multa caligine tedæ, &c.

Plin. lib. 6. Epift. 16. de morte avunculi fui: Statim concidit, craffiore caligine fpiritu obftructo.

Caliginōsus, a, um. [ζοφώδης, ζοφοειδὴς] Adj. ut, Caliginofum cœlum. Cic. 1. Tufc. 43. Ut penetret & dividat omne cœlum hoc, in quo nubes, imbres, ventique coguntur, quod & humidum & caliginofum eft, propter exhalationes terræ.

Nox caliginofa. Hor. 3. Carm. 29. 30.

Prudens futuri temporis exitum
Caliginofa nocte premit deus.

i. e. Celat nos deus & ignorare vult futuri temporis exitum.

Stella caliginofa. Cic. 1. de Divin. 130. Nam fi obfcurior & quafi caliginofa ftella extiterit, pingue & concretum effe cœlum. Opponit ibid. Illuftri & perlucidæ.

Tractus caliginofus & pluvius. i. e. Nebulis obnoxius. Plin. 17. 22.

Caligineus, a, um. Aliud Adj. Gratius in Cynegetico, v. 56.

Vel caligineo laxanda reponito fumo.

Calīgo, [ἀμβλυώττω, παραβλέπω] āre. Cæcutire.

Nubes caligat. Virg. 2. Æn. 605.

— namque omnem, quæ nunc obducta tuenti
Mortales hebetat vifus tibi, & humida circum
Caligat, nubem eripiam.

Caligant oculi ex fomno. Celf. lib. 2. cap. 7.

Caligare dicuntur amnes. Columel. lib. 1. cap. 5.

Caligare in fole, i. e. In re clariffima cæcutire: apud Quintil. lib. 1. cap. 2. V. Chiliadas Erafmi.

Caligat ad eas res humanum genus. Plin. lib. 30. cap. 1. de origine magicæ

gicæ artis loquens, Ita blandiſſimis, deſideratiſſimiſque promiſſis addidiſſe vires religionis, ad quas maxime etiamnum caligat humanum genus.
Poſteriori ætate active ſignificat Obſcurare, caligine obducere. Pet. Chryſologus Serm. 41. & Serm. 7. 4.

CALIGANS, Partic. [ἀμβλυώττων] Virg. 4. Georg. 468.
Et caligantem nigra formidine lucum   Ingreſſus.
Animo caligante. Plin. lib. 11. cap. 37.
Vide Vertigo oculorum & animi ex Livio. H. St. in VERTO.
Campi caligantes. Stat. 1. Theb. 95. de Inferorum ſede.
Feneſtræ caligantes. Apud Juven. 6. Sat. 31.
Ab effectu, veluti Cæcæ.... Quæ faciunt ut oculi caligent, Quæ vertiginem afferunt. H. St.
Oculi caligantes. Plin. 20. 22.

CALIGATIO, ōnis. f. [ἀμβλυωπία] Plin. lib. 29. cap. 6. Aquilæ miſto felle cum melle Attico inunguntur nubeculæ, & caligationes, ſuffuſioneſque oculorum.

CALIGINANS, antis. Idem ac Caligans. Th. Priſc. 1. 19. Caliginantes oculos curare.

CALIGŬLA. V. CALIGA.

CALIM, antiqui dicebant pro Clam, ut Nis pro Nobis, Sam pro Suam, Im pro Eum. Feſtus. [An Um, ut Eccum?

CALINGÆ, Gentes Indicæ ad mare. Plin. lib. 6. cap. 17. & 19. De quibus rurſum lib. 7. cap. 2. ſic ſcribit, In Calingis ejuſdem Indiæ gente quinquennes concipere feminas, octavum vitæ annum non excedere.

CALINGII, Aſiæ populi, quibus vicina eſt Ampelone Mileſiorum colonia. Plin. lib. 6. cap. 28.

CALINGON, Indiæ promontorium, ut tradit Plin. lib. 6. cap. 20.

CALINIPAXA, Scytharum oppidum. Plin. lib. 6. cap. 17.

CALINUS, Statuarius, cujus meminit Quintil. Calamis legitur apud Quintil. lib. 12. cap. 10. q. V. ſupra.

CALIORDI, Populi ſunt in Taurica regione Scythiæ, de quibus Plin. lib. 4. cap. 12.

CALIPŎLIS, V. CALLIPOLIS.

CALISIVA, Medicamentum eſt, de quo Galen. his verbis, Caliſiva fit de lapide, qui affectatim uritur, & eſt viſcidiſſima, quæ eſt recens, & non mundata. Mittitur autem in emplaſtris & in cauſticis. Eſt enim & Ipſa cauſtica, & vires habet acerrimas. V. ipſum Galenum lib. de Simpl. Medicam. [Quo loco?

CALISTO, vel CALLISTO, ûs. f. [Καλλιστώ] Lycaonis regis Arcadiæ filia, ſeſe Dianæ comitem addixit. Compreſſa deinde aſtu ab Jove, uteri tumore apparente, dum ſimul lavaret, ab ea repulſa, puerum in ſilvis peperit, quem Arcada nominavit, a quo poſtea dicta eſt Arcadia. Ipſam vero cum accenſa Juno in urſam transfiguraſſet, Juppiter una cum filio inter ſidera collocavit. V. Ovid. 2. Met. Propert. 2. 21. 25.
Calliſto Arcadios erraverat urſa per agros:
Hæc nocturna ſuo ſidere vela regit.
Caliſto Lycaonia. Catull. 64. 66.
Lumina Caliſto juncta Lycaoniæ.
Caliſto, Sidus. Columel. lib. 11. cap. 2. VII Idus Febr. Caliſto ſidus occidit, Favonii ſpirare incipiunt.

CALIX, ĭcis. m. [κύλιξ] Genus poculi quo bibimus. Varr. 4. de L. L. Calix, a caldo: quod in eo calda puls apponebatur, & caldum eo bibebant. Feſtus, Calix, quod in eo calidum bibitur. Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 21. Cylix (ait) poculi genus eſt. nos una littera immutata, calicem dicimus. Cic. in Piſon. 67. Toreuma nullum, maximi calices.
Amariores calices. Catull. 25. 2. Hic pro vino ponitur, ut ſæpiſſime.
Auratus calix. Propert. lib. 2. 33. 40.
Coronatus calix. Tibul. 2. 5. 98.
Diatreti calices, cælati & tornatiles, qui Toreumata Græco vocabulo dicuntur Salluſtio, Ciceroni, Tranquillo. Budæus.
Fœcundus calix. Hor. 1. Epiſt. 5. 19.
Fœcundi calices quem non fecere diſertum?
Inæquales. Hor. 2. Serm. 6. 68. V. Pitiſc. Lex.
Plebeii. i. e. Viles. Juven. 11. Sat. 145.
Pteroti calices; i. e. Qui duas habent anſas. Plin. 36. 26. Harduinus dicit MSS. Reg. 2. & Colb. 3. habere Petrotos. [Forte Diatretos.
Vitreus calix. Martial. lib. 14. 115. Bayfius, Illi autem qui ab eodem Calices vitrei dicuntur, a Græcis κύλικες ὑάλινοι, verbum e verbo ſcilicet nuncupantur, auctore Julio Polluce.
Impingere alicui calicem. Cic. 3. Tuſc. 44. Quid huic? calix mulſi impingendus eſt, ut plorare deſinat, aut aliquid ejuſmodi. Proverbii ſpecie.
Siccare calices. Hor. 2. Serm. 6. 68. i. e. Ut ait Acron, Ebibere.
Texere calices gemmis. Plin. in proœm. lib. 33. Nec hoc ſatis fuit: turba gemmarum potamus, & ſmaragdis teximus calices.
Tractare calicem. Hor. 2. Serm. 4. 79.   —ſeu puer unctis
Tractavit calicem manibus, dum furta ligurit.
Calix, Vas in quo legumina & olera coquuntur. Ovid. 5. Faſt. 509.
Stant calices, minor inde fabas, olus alter habebat. V. CRATER.
Calix, non ſolum pro Vaſe a doctiſſimis ponitur, ſed etiam pro Ea tantum vaſis parte quæ humoris capax eſt. Plin. lib. 37. cap. 2. ubi de murrhini pretio agit, Excreſcit in dies ejus rei luxus, murrhino LXXX ſeſtertiis empto, capaci plane ad ſextarios tres calice. Vides ut Calicem murrhini dixerit, Eam partem quæ humorem continere queat? Bayfius.
Calix cochleæ. Plin. lib. 9. cap. 56. Cujus artis gloria in eam magnitudinem perducta eſt, ut LXXX quadrantes caperent ſingularum calices. De cochleis loquitur.
Florum calices; dixit Plin. de roſa, 21. 4. Paullatim rubeſcens dehiſcit ac ſeſe pandit, in calicis medio ſui ſtantis complexa luteos apices: & 21. 5. de lilio Calicem dixit, Quæ eſt depreſſa in medio cavitas, unde ſe folia rotundo ambitu explicant. Sed & Calyces habent nonnulli libri. V. CALYX.
De Calice in aquæductibus V. Pitiſc. Lex.

CALICŬLUS, i. m. [κυλίκιον] dimin. Cato cap. 108. Vinum ſi voles experiri duraturum ſit, necne, polentam grandem dimidium acetabuli in caliculum novum indito. Celſus de cucurbitulis loquens lib. 2. cap. 11. Ac ſi cetera defecerunt, caliculus quoque, aut pultarius oris compreſſioris, ei rei commode aptatur.

CALICELLUS, i. m. Idem. ut, Calicellus paſſi plenus. Oct. Horat. 4.

CĂLILLUS tertium demin. forte reſtituendum Horatio. V. CULULLUS.

CALICULARIS, e. Adj. ut, Herba calicularis, qualis Hyoſcyamos, apud Apul. de Herb. cap. 4.

CALLA, Herbæ genus eſt aro ſimile, in arationibus naſcens, uſuſque eosdem habens quos arum.
Eſt & altera callæ ſpecies, quam Anchuſam nonnulli, alii Rinocliſiam appellant. V. Plin. lib. 27. cap. 9. alii legunt Calſa.

CALLÆCI, V. CALLAICI.

CALLÆI, [κάλλαιοι] Gallinaceorum barbæ dicuntur, eo quod colorem purpureum, quem κάλλαιον Græci dicunt, imitantur. V. Cæl. Rhod. lib. 11. cap. 16. vel potius Henr. Steph. Theſ. Græc.

CALLĂĬCI, vel CALLÆCI, [Καλλαϊκοὶ] Luſitaniæ populi, Gallis finitimi, dicti quaſi Gallaici, quos ut bellicoſos maxime commendat Strabo lib. 3. [Potius a Calle oppido nomen habere contendunt docti. V. Cellar. Geogr. antiq. 2. 1. 3. V. quæ p. p. notamus.

CALLAICUS, a, um. Adj. [Καλλαϊκός] Martial. lib. 4. 39.
Nec quæ Callaico linuntur auro.
Brutus Callaicus, ab hoſte Callaico dictus. Ovid. 6. Faſt. 461.
Tum ſibi Callaico Brutus cognomen ab hoſte
Fecit, & Hiſpanam ſanguine tinxit humum.   ubi Callaicum hoſtem pro Hiſpano videtur dixiſſe. [Immo dativus eſt Callaico. D. Brutus enim Callaïci cognomen triumphale a devictis Callæcis reportavit V. Strab. l. c. Male apud Paterc. 2. 5. Gallæci cognomen meruit, expreſſum. Vel Callaïci enim ſcribendum cum Strabone & Ovidio: Adde Plin. lib. 36. cap. 5. & Denar. vet. quem ad Flori loc. mox cit. adducit Freinshemius: vel fortaſſis Callæcici. Quod pariter vel a gente devicta, ut Iſauricus ab Iſauris, Chaucicus apud Suet. in Claud. c. 24. a Chaucis, &c. vel a nomine regionis ſubactæ, Gallæcia nempe, Ut id apud Flor. l. 2. c. 17. Plin. 4. 20. Sil. 3. 345. ſcribendum eſt, quemadmodum a Germania Germanicus, a Numidia Numidicus, &c. recte formabitur; Et forſan utraque obtinuit appellatio. Ceterum gentile ſine dubio Callæcus, Καλλαικὸς indiviſa diphthongo, quomodo & apud Strab. Plin. &c. & in Liviana Epit. l. 56. pro Gallæcios, ſcripſerim. G littera, contra veterum monumentorum fidem, ex ſequioris ævi conſuetudine aſcita videtur. Hodie enim regio *Gallicia*, populi *Gallegi* vocantur.
Veſtes Callaicæ. Martial. lib. 14. 139.
Jungere neſciſtis nobis, o ſtulte lacernas:
Indueras albas, exue Callaicas.   Hæ veſtes erant ab auri colore rutilæ. V. Ferrar. de Re Veſt. 11. 1. 7. alii legunt Callianas.

CALLAÏS, idis. [κάλλαϊς] Gemma eſt ex viridi palleſcens, oculi figura extuberans, leviterque adhærens petris, non ut agnata, ſed ut eiſdem appoſita. Naſcitur in finibus Indiæ, amplitudine conſpicua, ſed fiſtuloſa, & ſordium plena. V. plura de hac gemma apud Plin. lib. 37. cap. 8. & 10. Hinc

CALLAĪNUS, a, um. Adj. colorem gemmæ hujus indicans. Callainas vocant e turbido Callaino, inquit Plin. 37. 10. V. Harduin. in locum. Scribitur & Calaïs & Calaïnus.

CALLARIAS, æ. f. Piſcis eſt mari peculiaris, ex Aſellorum genere, ni minor eſſet. V. Plin. lib. 32. cap. ult.

CALLATERIA, V. CALATIA.

CALLEO, CALLENS. V. CALLUS.

CALLET, Hiſpaniæ oppidum, ſtipendiarium, non liberum, dicente Plin. lib. 3. cap. primo, Stipendiaria, Callet, Calucula, Caſtra gemina, Illipula minor, &c.

CALLIADES, is. m. Statuarius. Plin. 34. 8. V. Hard.

CALLIANASSA & CALLIANĪRA, [Καλλιάνασσα καὶ Καλλιάνειρα] Duo nympharum marinarum nomina: alterum a bene imperando: alterum a viris honeſtandis dictum.

CALLIARUS, i. [Καλλίαρος] Locrorum oppidum; ita dictum a Calliaro Odœdoci, & Laonomes filio, ut ex ſententia Hellanici tradit Stephanus. Meminit hujus oppidi & Strab. lib. 9.

CALLIAS, [Καλλίας] Athenienſis Comicus, filius Lyſimachi reſtionis, unde & ipſe cognominatus eſt propterea σχοινίων, teſte Suida. qui & Dramatum ejus indicem exhibet. [Suſpicor σχοινίον i. e. Reſticula, legendum, per ο.
Callias item λακκόπλουτος, quod effoſſo e ciſterna auro Perſico dives factus eſſet, cognominatus, dux Athenienſium nobilis, contra Artaxerxem miſſus. Auctores Suidas & Heſychius. De hoc aliiſque V. Gronov. Obſ. 4. 7.
Callias item Lesbius grammaticus, quem Strabo l. 3. dicit Alcæi, Sapphûſque poemata enarraſſe.
Callias Athenienſis, quidam fuit, Hipponici fil. qui per luxum atque libidinem patrimonium abligurierat. In eum vulgaris jocus extitit: Καλλίας πτερορρυεῖ, i. e. Calliæ defluunt pennæ. Ejus meminit Suidas & Athenæus Dipnoſ. 4. & 12. [V. Barl. ad Luciani Tim. p. 105. ed. Græv. Perizon. ad Ælian. V. H. 4. 16. Forſan idem cum priore, qui Elpinicen Miltiadis duxit uxorem. V. Nep. in princ. Vit. Cimon. ibique Commentatt. etſi diſtinguere laborat Gronov.

CALLIBLEPHĂRUM, i. n. [καλλιβλέφαρον] Medicamen accommodatum vitiis oculorum, præſertim quum palpebræ cohæreſcunt, & ulcera oculorum male curata ſunt. Medicamentum eſt quo fucantur ornanturque palpebræ. Plin. lib. 23. cap. 4. Nuclei palmarum cremati in fictili novo, cinere loto, ſpodii vicem efficiunt, miſcenturque collyriis, & calliblephara faciunt addito nardo. καλλειόω, venuſto, pulchrifico. βλέφαρον, palpebra, gena, pellis oculos claudens. V. Tertul. de Cult. fem. cap. 10.

CALLICIA, Herba, qua Pythagoras aquam conglaciari tradidit. V. Plin. lib. 24. cap. 17. pr.

CALLĬCLES, is. m. [Καλλικλῆς] Statuarius nobilis, cujus meminit Plin. lib. 34. cap. 8. Alterius Calliclis meminit Quintil. lib. 2. cap. 16. ubi hoc ei tribuit: τὸν μέλλοντα ὀρθῶς ῥητορικὸν ἔσεσθαι δίκαιον ἄρα δεῖ εἶναι καὶ ἐπιστήμονα τῶν δικαίων; i. e. Oratorem fieri volentem eximium, juſtum quidem ſeu bonum eſſe oportet, eorumque quæ bona ſunt, gnarum.
Fuit & alius Callicles pictor, cujus meminit Plin. 35. 18.

CALLICRĂTES, is. m. [Καλλικράτης] Artifex, ex ebore formicas, & alia tam parva fecit animalia, ut partes earum cerni non poſſent. Plin. lib. 36. cap. 5. ad finem & 7. 21. Ælian. V. H. 1. 17.

CALLICRATEA, æ. f. Viginti ac novem liberorum genetrix & inter macrobios. Auſon. Epitaph. 34.

CALLICRATIDAS, æ. m. Dux & præfectus claſſi Lacedæmoniorum proximus poſt Lyſandrum. Cic. 1. Off. 109. alii legunt Callicratides.

CALLICYRII, vocabantur in Creta, Liberi illi, qui coacti inopia, ſervilia præſtabant, ſicut Syracuſanis Arotæ & Callyrii. V. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 20.

CALLIDUS, CALLIDE, CALLIDITAS. V. CALLUS.

CALLIELÆA, [καλλιέλαια] Olea ſativa. V. Ruell. lib. 1. cap. 104.

CALLIGŎNON, [καλλίγονον] i. n. Herba quæ & Polygonon dicitur. Vulgus *ſarguinariam* vocat. Plin. lib. 27. cap. 12. Appellarique a multitudine ſeminis, aut denſitate fruticis calligonon.

CALLIMĂCHUS, i. m. [Καλλίμαχος] Poeta Cyrenæus, filius Batti, diſcipulus Hermocratis Jaſii grammatici, vixit apud Ptolemæum Philadelphum, in Muſeum accitus, uſque ad Evergeten, bibliothecæ regiæ præfectus. [Quod negat Fabric. Bibl. Græc. l. 3. c. 19. q. omnino V.] Omne poematis genus attigit. In adverſarium poema acerbiſſimum, quem ficto nomine Ibin appellat: unde Ovidius nomen & argumentum mutuatus eſt: edidit, elegias quoque & epigrammata, & hymnos, aliaque complura; quorum tamen minima pars ad nos pervenit. Quæ ſuperſunt, poſt alios edidit, & quibuſdam ineditis auxit, notiſque illuſtravit Anna, Tanaquili Fabri filia: & jam plenis commentariis Ezech. Spanhemius.

Romanum Callimachum ſeipſum vocat Propert. lib. 4. 1. 64.

Ut noſtris tumefacta ſuperbiat Umbria libris,
Umbria Romani patria Callimachi.

Innuere vult tantum ſe eſſe apud Latinos in ſcribendis elegiis, quantus apud Græcos fuerit Callimachus.

Callimachus alter ſculptor ſe τηξίτεχνον nominari ſtuduit, quaſi artis interpolatorem, & qui eam in tenuiorem exquiſitioremque diſciplinam reduxit: τήκειν enim liquefacere conflareque eſt. Nam ipſe prius lapidem perforavit, minutatimque tractavit. Auctor Pauſanias. V. Plin. 34. 8.

Callimachus medicus. Plin. lib. 21. cap. 3. Et apud Græcos quidem de coronis privatim ſcripſere Mneſtheus atque Callimachus medici, quæ nocerent capiti: quoniam & in hoc eſt aliqua valetudinis portio, odorum vi ſurrepente fallaciter, ſcelerata Cleopatræ ſolertia.

Fuit & Callimachus alius Athenienſium dux, quo tempore prælium adverſus Perſas apud Marathona factum eſt. Auctor idem Plin. lib. 35. cap. 8.

CALLIMUS, i. m. [κάλλιμος] Lapis eſt ex genere aëtitarum, de quo Plin. lib. 37. cap. 21.

CALLINĪCUS, i. m. [Καλλίνικος] Sophiſta Syrus, vel Arabs, profitebatur Athenis. ſcripſit de Cacozelia, de Rhetorica ad Cleopatram, de rebus geſtis Alexandri, & alia quædam. Auctor Suidas. q. V.

Callinicus etiam Cognomen Seleuci ſecundi, Syrorum quarti ab Alexandri exceſſu regis, cui vere, an per deriſionem hoc nomen impoſitum fuerit V. in Vaillantii hiſtoria regum Syriæ, ex nummis deducta, p. 52. Tributum & Herculi id cognomen, teſte Suida.

CALLINOUS, [Κάλλινος Athen.] ut ex Terentiano Rhodig. refert, Poeta fuit, qui primus elegum carmen enuntiaſſe traditur, licet nonnulli a Naxio quodam Theocle furente, id factitatum eſſe aſſeverent. V. Cæl. lib. 9. cap. 3.

CALLION, i. n. [κάλλιον] Herba eſt, quam aliis nominibus Solanum ſomniferum, Halicacabum, & Veſicariam appellant. V. Plin. lib. 21. cap. 31.

CALLIONȲMUS, i. m. Genus piſcis, cujus fel cicatrices ſanat. Plin. lib. 32. cap. 7.

CALLIÓPE, es. f. [Καλλιόπη] Una Muſarum, & quidem præſtantiſſima, ut dixit Heſiod. quæ etiam Calliopēa dicitur Ovid. 5. Faſt. 80.

Prima ſui cœpit Calliopea chori.

Mater Orphei Calliopea. Virg. 4. Ecl. 57.

Orphei Calliopea, Lino formoſus Apollo.

Muſa callida Calliope. Lucret. lib. 6. 92.

Pia. Martial. lib. 4. 31.

Calliope requies hominum, divumque voluptas. Lucret. lib. 6. 93.

CALLIÓPĬCUS, i. m. [καλλιοπικὸς] i. e. Excellens cantu, apud Firmicum.

CALLIOPIUS, i. m. Grammaticus criticus, qui Terentii Comœdias recenſuit. & eæ tantum admiſſæ fuere, quas ille probaret. Ita Joſ. Scalig. Opuſc. poſt. Epiſt. 9. & Frid. Lindenbrog. Obſervat. Terent. p. 596. extr. & Barthius Adverſ. 6. 20. qui hunc Calliopium, non alium, quam Alcuinum fuiſſe conatur probare. Eugraphius Scholiaſtes vetus Terentii, ad Andr. extr. Calliopium non criticum & recognitorem fabularum, ſed recitatorem ſive actorem agnoſcit.

CALLIPATIRA, Mulier quædam fuit, quæ quum capitale eſſe feminis ſciret Olympicorum tempore Alpheum amnem tranſiſſe, mutatis veſtibus gymnaſtico fefellit habitu. Sed quum id poſtea reſcitum eſſet, ignotum quidem eſt Callipatiræ, quod patrem & fratres habuiſſet olympionicas. Lata vero in reliquum lex eſt, uti in certamen nudi prodirent gymnaſtæ. Ex Pauſaniæ Eliac. α. Cæl. lib. 14. cap. 15. V. BERENICE.

CALLIPETALON, [καλλιπέταλον] i. n. Herba eadem ac Quinquefolium. Apul. de Herb. cap. 2.

CALLIPHO, Philoſophus, qui honeſtati voluptatem adjunxit. Cic. 3. de Off. 119.

CALLIPHRON, ŏnis. m. Saltatoriæ artis magiſter, qui Epaminondam docuit. Nepos 15. 2. 1.

CALLIPĬDÆ, [Καλλιπίδαι] Scythiæ Europææ populi ad Hypanim fluvium: Solinus Callipodas vocat: Pomponius Mela 2. 1. Callipidas. Eoſdem Herodotus in Melpom. Græcoſcythas nominat, quod ex Græcis Scythæ facti ſint.

CALLĬPĬDES vel CALLIPPIDES, is. m. [Καλλιππίδης] Hiſtrio Tragœdiarum fuit Ageſilai tempore, cujus nimium motum in actione veteres reprehendunt. uſurpatur proverbialiter pro Tardo & cunctatore. V. Eraſm. Chil. Cic. 13. Att. 12. Biennium præteriit, cum ille Callippides aſſiduo curſu cubitum nullum proceſſerit. [V. Suet. Tiber. cap. 38. Paria de Pericle neſcio quo Stadiodromo lib. 2. Anthol. Epig. 9.

CALLIPOLIS, is. f. [Καλλίπολις] Urbs Thraciæ, in extremo Helleſponti, e regione Lampſaci, a quo quadraginta tantum diſtat ſtadiis, ut ſcribit Strab. lib. 13. Plin. lib. 4. cap. 11. Helleſpontus ſeptem ſtadiis Europam ab Aſia dividens, quatuor illic inter ſe contrarias urbes habet, in Europa Calipolin & Seſton: In Aſia Lampſacum, & Abydon. Hæc porro Calipolis non adeo celebris eſt atque illa Macedonica, cujus Liv. meminit Decad. 4. [Immo eadem eſt, ut inſpecto loco l. 31. c. 16. apparebit. Sed alterius meminit Ætolicæ Callipoleos l. 36. c. 30. De qua Steph. in Κόραξ, ex Polybio. Quæ forſan Καλλιόπολις Ptol. & Callium Pauſaniæ. Eſt item Callipolis Peloponneſi civitas, in tractu Occidentali, non procul ab Araxo promontorio, inter Cyllenen & Patras: cujus meminit Pompon. Mela lib. 2. cap. 3.

Callipolis præterea Inſula eſt maris Ægæi, una Cycladum, quæ notiore nomine Naxus appellatur. Auctor Plin. lib. 4. cap. 12.

CALLIPPUS, [Κάλλιππος] Athenienſis Platonis auditor, interfectus a Syracuſanis, quod tyrannidem poſt Dionyſium aggrederetur, Dionemque patriæ liberatorem per proditionem interfeciſſet. Auctor Suid. Plutarch. in Dione. Hunc Nepos in Dione c. 8. incertum quo auctore Callicratem vocat.

CALLIPYGOS, [Καλλίπυγος] Veneris cognomentum, quod hac ratione illi inditum eſt: Fuerant agreſti cuidam filiæ duæ formoſæ, quæ inter ſe de natium ſeu clunium pulchritudine certarent, quæ quum in publicam viam veniſſent, adoleſcenti cuipiam inde eunti ſe oſtenderunt, ut is judicaret utra eſſet καλλιπυγοτέρα, id eſt pulchriorum natium. Juvenis utramque accurate intuens, majorem natu clunium ſpecie præſtare pronuntiavit, ejuſque ſimul eſt amore correptus, & domum reverſus rem fratri ſignificavit: qui urbe exiens, ad rem hujuſmodi viſendam prodiit, ſimiliterque alterius eſt amore captus. Quare ambo fratres ambas ſorores, agreſtes puellas, etiam invito patre uxores duxere. Hæ autem mox fortunis affluentes, ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης καλλιπύγου, id eſt templum Veneris pulchriclunis condidere, propterea quod puellæ ipſæ a civibus καλλίπυγοι, hoc eſt pulchriclunes dicerentur. Ex Athenæo lib. 12. Meminit Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 4.

CALLIRHOE, [Καλλιρόη] Lyci crudeliſſimi tyranni filia fuit, quæ Diomedem liberavit ab inſidiis patris, qui hoſpites omnes immolabat, a quo quum ſe deſertam videret, vitam laqueo finivit. V. Ovid. 9. Met. 414.

Fuit item Callirhoe, Acheloi fluminis filia, quæ Alcmæoni nupſit. V. ſupra in dictione ALCMÆON.

Callirhoe, Fons Atticæ. Plin. lib. 4. cap. 7. In Attica fontes Cephiſſia, Larine, Callirhoe enneacrunos. ubi V. Harduin. Eſt igitur Callirhoe ἐννεάκρουνος dictus, id eſt cujus aquæductus, vel ſcaturigines ſint novem. Stat. 12. Theb. 629. id eleganter expreſſit,

Et quos Callirhoe novies errantibus undis Implicat. V. Barth. ad locum.

Eſt & Callirhoe, Fons ad Edeſſam. Plin. 5. 24. & Alius in Judæa. Ibid. cap. 16.

CALLIS, is. CALLISCERE. V. In CALLUS.

CALLISTÆA, [καλλιστεῖα] Græci dicunt Selecta quæpiam præmia; ſicut Quæ virtutis ergo contribuuntur, vocant Ariſtæa. Ex Cæl. Rhodig. lib. 11. cap. 17.

CALLISTA, [Καλλίστη] Inſula maris Ægæi, una Sporadum, alio nomine Thera appellata. Auctor Plin. lib. 4. cap. 12.

CALLISTHĔNES, is. m. [Καλλισθένης] Olynthius diſcipulus, & propinquus Ariſtotelis, unus e comitibus Alexandri, vir ingenio doctrinaque præſtans, ſcripſit hiſtoriam, philoſophorum ſecundus a Xenophonte, in qua res Alexandri geſtæ continentur. Tandem quaſi auctor conjurationis Hermolai, ab Alexandro indignis modis interficitur. Suſpectus quoque quod non uti ceteri, adorandum eum putaverit. Juſtin. lib. 24. & Curt. 8. cap. 5. & 8.

CALLISTO, In CALISTO.

CALLISTRĂTUS, i. m. [Καλλίστρατος] Statuarius. Plin. 34. 8.

Græcus Scriptor alius fuit Calliſtratus, cujus exſtant Icones pulcherrimæ, ſeu hypotypoſes, adjunctæ iconibus Philoſtrati.

Fuit & JCtus hoc nomine.

Item Athenienſis Orator, apud Nepotem 15. 6. 1. V. Meurſ. Bibl. Att. lib. 2.

CALLISTRUTHIÆ, [καλλιστρουθίαι] Ficorum genus omnium frigidiſſimum. Plin. lib. 15. cap. 18.

CALLISTUS, Libertus fuit Claudii Cæſaris potentiſſimus, qui ipſum etiam Craſſum opibus longe ſuperavit. Hic ſcenam Romæ ædificavit, triginta ſolidis ex onyche columnis fultam. Auctor Plin. lib. 36. cap. 7. & lib. 33. cap. 10.

CALLITHRIX, trĭchis. f. [καλλίθριξ] Species ſimiæ pulchrum habens crinem. Plin. 8. 54.

Callithrix, Herba, quæ decocta in aqua, humidis ulceribus prodeſt. Plin. lib. 26. cap. 14. Eadem ac ſequens, ſi credimus Apulejo C. 47.

CALLITRICHON, i. n. [Καλλίτριχον] Herba, ex qua fit ſternutamentum. folia ſunt lenticulæ ſimilia, caules juncis tenuiſſimis, radice minima. Naſcitur in opacis & humidis, guſtatu fervens. Plin. lib. 25. cap. 11. [Hard. exhibet Ex callitriche. Sed alterum nomen retinuit lib. 22. cap. 21.] Dioſcorides callitrichon ait appellari, quod nunc polytrichon vocamus, hoc quidem quia multos, illud vero quia pulchros capillos faciat. Species eſt capillorum Veneris. Ruell. lib. 3. cap. 133.

CALLIXENUS, i. m. [Καλλίξενος] Statuarius nobilis fuit, qui Olympiade centeſima quinquageſimaquinta, quo tempore illorum ars revixit, quum antea aliquandiu ceſſaſſet, floruit. Ex Plin. lib. 34. cap. 8.

CALLON, [Κάλλων] Statuarius nobilis fuit, qui octogeſima ſeptima Olympiade floruit, teſte Plin. lib. 34. cap. 8. & Quintil. lib. 12. cap. 10. Alii per ſimplex L ſcribunt.

CALLUS, i. m. & CALLUM, i. n. utroque modo dicitur: [τύλη, τύλος] & eſt Cutis labore viæ in pedibus, aut alio opere in manibus, parteve alia corporis denſior facta, cujuſmodi eſt in ſuis roſtro, cervice bovis, animalium plantis pedum. Plin. lib. 9. cap. 35. Sani quidem partus multiplici conſtant cute, non improprie callum ut exiſtimari corporis poſſit. Suet. Aug. cap. 80. Sed & callis quibuſdam ex prurigine corporis, aſſiduoque & vehementi ſtrigilis uſu, plurifariam concretis, ad impetiginis formam.

Aprugnum callum. Plin. lib. 8. cap. 51. & Plaut. Pœn. 3. 2. 2.

Fiſtularum callum. Plin. lib. 34. cap. 11.

Foliorum callum. Plin. lib. 16. cap. 24.

Fungorum callum. Plin. lib. 19. cap. 4. ad finem, Fungorum enim callum in ligni arborumque natura diximus.

Purpurarum callum. Plin. lib. 32. cap. 10.

Salis adjecto callo. Plin. lib. 16. cap. 12.

Terræ callum Tubera eſſe dicit Plin. lib. 19. cap. 2.

Callum, per metaphoram ponitur. unde Callum obducere. Cic. 3. Tuſc. 53. Quorum animis diuturna cogitatio callum vetuſtatis obduxerat. Et 2. Tuſc. 36. Ipſe labor quaſi callum quoddam obducit dolori.

Erodere & exedere callum. Celſ. lib. 5. cap. ult. Segm. 12.

CALLŌSUS, a, um. [τυλώδης] Adj. ut, Calloſus acinus. Columel. lib. 3. cap. 1. Humido loco ſciet non recte mandari fructus, teneri, & amplioris acini, ſed calloſi & anguſti.

Cutis calloſior. Plin. lib. 11. cap. 39.
Dextra calloſa. Lucan. ad Piſon. 17.
Humida calloſa quum pinſeret hordea dextra.
Olivæ calloſæ. Plin. lib. 15. cap. 3.
Oræ calloſæ, in ulceribus ſunt, quæ vulgo Labra dura dicimus. Celſ. lib. 5. cap. 28.
Ova calloſa. Hor. 2. Serm. 4. 12.
Longa quibus facies ovis erit, illa memento
Ut ſucci melioris, & ut magis alba rotundis
Ponere, namque marem cohibent calloſa vitellum. V. Torrent. ad locum.
Tunica calloſa, ſive Membrana oculi. Plin. lib. 11. cap. 37.
Venter avibus calloſus. Plin. lib. 11. cap. 37.
Ulcera calloſa. Plin. lib. 26. cap. 14.

CALLOSĬTAS, ātis. Scribon. Largus 36. Collyrium quod proprie facit ad aſpritudinem palpebrarum & calloſitatem. V. Non. 466.
Dein, Conſuetudo malorum. Tertull. de Teſtimonio animæ, cap. 5. Exiſſe hæc in uſus communis calloſitatem. i. e. Conſuetudinem, interprete Rigaltio.

CALLOR, ōris. m. Idem apud Caſſiodor. 1. Epiſt. 35.

CALLEO, ui, [τυλλόω] ēre. Callis obductum eſſe. Plin. lib. 11. cap. 37. Antiqui abdomen vocabant, priuſquam calleret, incientes occidere non aſſueti. h. e. In callum dureſceret. Plaut. Pſeud. 1. 2. 4. Plagis coſtæ callent.
Callere. [δολοφρονεῖν, εὖ εἰδέναι] ſignificat Scire, hoc eſt calliditate, quæ eſt urbana ſcientia: ut ait Nonius. Hor. de Arte Poët. 274.
Legitimumque ſonum digitis callemus & aure. Callemus (inquit Perottus) h. e. Scimus, novimus: quod ſicut pes ex longo viæ labore callum facit, ita mens longa experientia facit habitum quendam rerum in quibus verſatur. V. Cic. locum in CALLIDUS.
Calleo hanc rem, pro hac re, auctore Nonio. Perſ. 4. Sat. 5.
— dicenda, tacendaque calles. Ter. Adel. 4. 1. 17.
Quin tu otioſus es, ego illius ſenſum pulchre calleo.
Callere jura. Cic. pro Corn. Balb. 32. Ignoſco tibi, ſi neque Pœnorum jura calles.
Fidibus apprime callere. Apul. Florid. p. 358.
Callere ad ſuum quæſtum. Plaut. Truc. 5. 40.
Callere in. Plin. lib. 8. cap. 25. Callent enim in hoc cuncta animalia.
Callere, cum infinitivo. Hor. 4. Carm. 9. 49. — qui deorum
Muneribus ſapienter uti,
Duramque callet pauperiem pati. i. e. Ingenioſe novit. Acron.

CALLENS, Partic. [εὖ εἰδὼς] ut, Callens vaticinandi. Plin. lib. 21. cap. 31. Halicacabi radicem bibunt, qui ſunt vaticinandi callentes.
Jus civile callentem familiarem meum adſpiciens. Gell. lib. 16. cap. 10. V. Ammian. 16. 12.
Callens linguæ. Gell. lib. 17. cap. 5.

CALLENTER, Adv. Apul. 4. de Aſino, p. 150. Quorum ſatis callenter curioſos adſpectus Thraſileon noſter impetu minaci frequenter inhibebat. Callenter. Beroald. in Pr. Commentar. in Suetonium. Reip. Bononienſis habenas jam multos annos adeo callenter regit. Sic & alibi, nec dubito, quin ex aliquo veteri ſcriptore habeat, ut ſæpe talibus utitur ex aliquo vetuſto ſcriptore ſumptis. Sic Rarenter dicere, quam Raro mavult, quomodo Eminenter. H. St. Vere conjectaſſe Henricum ex adſcripto loco Appul. apparet, qui in Lugd. deſiderabatur.

CALLISCERO, ēre. Verbum antiquum, Idem quod Calleo. Nonius. 2. 162. Calliſcerunt, pro Occalluerunt. Cato de Bell. Carthag. Aures nobis caliſcerunt ad injurias. Obſoletum. [Forte Calliſſerunt legendum.

CALLĬDUS, a, um. [πανοῦργος] Adj. dicitur Qui callum ſibi uſu artis induxerit, auctore Donato. Cic. 4. Acad. 94. Ego enim, ut agitator callidus, prius quam ad finem veniam, equos ſuſtinebo. Ovid. 6. Met. 576.
Stamina barbarica ſuſpendit callida tela.
Callidus & Demens, contraria. Nepos 4. 3. 1. Non callida ſed dementi ratione cogitata patefecit.
Stultus & Callidus, contraria. Ovid. 2. Triſt. 500.
Verbaque dat ſtulto callida nupta viro.
Inter Verſutum & Callidum. Cic. 3. de Nat. Deor. 25. Homo ſine dubio verſutus & callidus. Verſutos eos appello, quorum celeriter mens verſatur. Callidos autem, quorum tanquam manus opere, ſic animus uſu concalluit.
Callidus temporum. Tacit. 4. Ann. 33. Igitur ut olim plebe valida, vel quum patres pollerent, noſcenda vulgi natura, & quibus modis temperanter haberetur, Senatuſque & optimatium ingenia qui maxime perdidicerant, callidi temporum & ſapientes credebantur, &c.
Callidus, & tegendis ſceleribus obſcurus. Tacit. 6. Ann. 24.
Callidus amicus accendendis offenſionibus. Tacit. 2. Ann. 57.
Ad quæſtum. Plaut. Truc. 2. 4. 62.
Ad rem. Plaut. Epid. 3. 3. 47.
Ad fraudem. Cic. pro Cluent. 183. Quod aut hi qui ad fraudem callidi ſunt, non tantum audent, quantum excogitant.
In diſputando callidus. Quintil. lib. 12. cap. 2.
Uſu callidus. Ovid. 20. Epiſt. 25.
Non ego natura, nec ſum tam callidus uſu.
Adulter. Ovid. 1. Amor. 10. 4.
Amor callidus. Ovid. 1. Amor. 2. 6.
Artificium. Cic. 1. Tuſc. 47. Quanquam foramina illa quæ patent ad animum a corpore callidiſſimo artificio natura fabricata eſt.
Aſtus. Sen. Troad. 6.
Auceps. Ovid. 11. Met. 73.
Conſilium. Cic. 15. Att. 6. Ita per te exoretur, ne quod callidius ineat conſilium. Alii Calidius, θερμότερον, quod placet Victor. Urſin. Popmæ &c. V. infra Calidus, in CALOR.
Fraudes. Sen. Hippol. 4.
Judex. Hor. 2. Serm. 7. 101.
Junctura, Arguta compoſitio. Hor. in Arte Poet. 47.
Dixeris egregie, notum ſi callida verbum
Reddiderit junctura novum.
Liberalitatem callidam, pro Inſidioſa & captatoria dixit Nepos 25. 11. 3.
Lena. Tibul. lib. 1. 5. 48.
Mendacium. Plaut. Moſt. 3. 1. 136.
Modo callidiore. Lucan. ad Piſon. 180.
Navita callidus. Hor. 3. Carm. 24. 40. — horrida callidi
Vincunt æquora navitæ.
Vir callidus, i. e. Qui conſilio pollet. Nepos 14. 10. 1.
Callidus de re inanima, cum infinit. Hor. 3. Carm. 11. 4.
Tuque, teſtudo, reſonare ſeptem
Callida nervis.
Compar. Tacit. 2. Hiſt. 31. 6. Nemo ea tempeſtate callidior rei militaris.
Superl. Columel. lib. 2. cap. 2. Callidiſſimus rerum ruſticarum.

CALLIDULUS, a, um. dimin. ut, Fraus callidula. Arnob. lib. 2. p. 91.

CALLIDE, Adv. [πανούργως, δεινῶς] Cic. 2. de Fin. Sed omnia callide referentem ad utilitatem.
Acceſſit callide. Cic. pro Flacc. 2. Bene teſtem interrogavit, callide acceſſit, reprehendit.
Callide dicere. Cic. in Orat. 98. Qui in illo ſubtili & acuto elaboravit, ut callide arguteque diceret, nec quicquam altius cogitaret.
Callide & perite. Cic. 1. de Orat. 48. In his ipſis rebus ſatis callide verſari & perite poteſt. V. Plaut. Aſin. 2. 2. 82. Perſ. 4. 1. 7. & Ter. And. 1. 2. 27. Nep. 14. 8. 4. & Tacit. 6. Ann. 37.

CALLIDITAS, ātis. f. [πανουργία] Aſtutia. Cic. de Aruſp. Reſp. 19. Quam volumus licet P. C. ipſi nos amemus: tamen nec numero Hiſpanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos, nec denique, &c. ſuperavimus. Cic. 1. Off. 63. Scientia quæ eſt remota ab juſtitia, calliditas potius, quam ſapientia eſt appellanda.
Calliditates, pl. pro Fraudibus. Ter. Heaut. 5. 1. 14. Servi venere in mentem Syri calliditates.
Occulta. Quintil. lib. 2. cap. 5.
O mira calliditate virum! Ovid. 16. Epiſt. 300.
Stulta calliditas, perverſe imitata prudentiam. Cic. 3. Off. 113. videtur Oxymoron.
Lædi calliditate. Ovid. 20. Epiſt. 126.
Rapere calliditate. pro Callide. Martial. lib. 11. 50.
Nulla eſt hora tibi, qua non me, Phylli, furentem
Deſpolies: tanta calliditate rapis.

CALLIS, is. c. [τρίβος] ſignificat Semitam, veluti callo pedum præduratam. Maſc. g. frequentius. Virg. 4. Æn. 405.
— prædamque per herbas
Convectant calle anguſto. Ubi Servius, Callis eſt ſemita tenuior, callo pecorum prædurata. Cic. pro Sext. 12. Italiæ calles, & paſtorum ſtabula præclara cepiſſet &c.
Ignoti calles. Curt. 4. 16.
Invii calles. Curt. 5. 6.
Occulti. Virg. 9. Æn. 383.
Secreti. Virg. 6. Æn. 443.
Silveſtres calles. Curt. 5. 4.
Surgens callis. Perſ. 3. Sat. 57.
Surgentem dextro monſtravit limite callem. De littera Pythagoræ.
Feminino genere uſus eſt Livius 22. 14. Pecorum modo per æſtivos ſaltus deviaſque calles exercitum ducimus. Idem ſic frequenter; quod & Nonius 3. 46. notavit.
Calles, Provincia Conſulibus olim demandari ſolita. Scribit enim Suet. in Vita Julii Cæſ. 19. provincias minimi negotii ſilvas & calles decretas Conſulibus. Silvæ autem illæ & calles fere in Apulia, & illo Italiæ tractu erant. Tacit. 4. Ann. 27. Et erat in iiſdem regionibus Curtius Lupus quæſtor, cui provincia, vetere ex more, calles evenerat. Callium autem nomine, Saltuum adminiſtrationem ſignificari exiſtimo, in quibus profeſſi pecoris ſui capita pecuarii paſcebant, ſcripturamque ſolvebant. Nam Callis ex eo appellatur, quod pecudum callo calcetur, eſtque Via a pecore durata: ſed & Loca quæ pecudes calcant. Varro, de R. R. 2. 10. pr. Et utroſque, inquit, horum firmiores, qui in callibus verſentur, quam eos qui in fundo quotidie ad villam redeant. Turneb. Adv. 3. 22. conf. Pitiſc. Lex.
Oppidum Umbriæ hujus nominis etiam fuit ad viam Flaminiam, hodie *Cagli*. V. Græv. ad Cic. 8. Att. 9. p. 780.

CALO, [καλῶ] āre. a verbo Græco καλέω, ſive καλῶ deducitur; ſignificat Voco Calata comitia vocabantur, Quæ pro collegio pontificum haberi ſolebant, aut regis ſacrorum, aut flaminum inaugurandorum cauſa. Gell. lib. 15. cap. 27. Dicta autem ſunt calata, quod calarentur, hoc eſt vocarentur claſſes per ordinem. equites enim vocabantur primi: octoginta deinde primæ claſſis centuriæ peditum vocabantur, atque ita ad infimos ordines perveniebant. Bud. Conf. CALABRA & CALENDÆ.

CALATIO, ōnis. f. i. e. Vocatio. Varr. de L. L. 4. 1. extr. Nec curia calabra ſine calatione poteſt aperiri.

CALĀTOR, ōris. m. [κλητὴς] Feſtus; Calatores, Servi, ἀπὸ τοῦ καλεῖν, quia ſemper ob neceſſitatem ſervitutis vocari poſſent. Fortaſſe legendum, Vocare, in activa ſignificatione. V. p. p. Calones, & Scalig. & Dacer. ad loc. Plaut. Rud. 2. 3. 5. & Merc. 5. 2. 11. Infra Nomenclator in NOMEN.
Calator etiam eſt Miniſter ſacrorum. V. Suet. de Grammat. cap. 12. & Vet. Gloſſ. Calatores, ἐκβιβασταὶ ἱερέων.

CALATORIUS, a, um. Adj. apud Fabrettum, p. 435. PERMISSV KALATORIO ET FLAMINVM.

CALONES, [καλοπόδια] Calcei ex ligno facti. Feſt.

CALO, ōnis. Servus, unde & Calones, a ferendis lignis. Schol. antiq. ad illud Hor. 1. Epiſt. 14. 42.
— invidet uſum
Lignorum, & pecoris tibi calo argutus, & horti. Qui lignum domi non habet, qui it lignatum foras. Lambinus.
Calones, pl. m. [σκευοφόροι] Militum ſervi, dicti quia ligneas clavas gerebant, quæ Græci κᾶλα vocant. Hæc Feſtus. Servius, Calones dicuntur, Qui militibus ligna portant. V. CALA. Liv. 3. Bell. Pun. Impedimenta ſubſequi juſſit, calones, lixaſque, & invalidos milites vallum ferre. Cic. 3. de Nat. Deor. 11. Eos tu canteriis albis, nullis calonibus obviam Vatieno veniſſe exiſtimas, &c. Porphyrio in illud Hor. 1. Serm. 2. 44.
Hunc perminxerunt calones. Calones, inquit, dicuntur a Calando, & hoc eſt quod vocent ad miniſterium. Nonnulli a Calendis putant, quod ea die cibaria accipiant. Hactenus Porphyrio. apud quem fortaſſe legendum, Quod vocentur ad miniſterium. [Nihil igitur apud Feſt. in Calator mutandum.

CALOBATARIUS, i. m. Græce καλοβάτης, h. e. Grallator, qui ligneis perticis incedit. Ita Nonio 2. 361. Grallatores ſunt Calobatarii, ubi corrupte Collobathrarii.

CALOPHANTA, æ. m. [καλοφάντης] Deriſor. Plaut. Curc. 4. 1. 2. Calophantam ac ſycophantam. Sic pro Halophanta ex MSS. legendum ducunt Pareus in Animadv. & Alciatus Parerg. 7. 4.

CALOPHORI, [καλοφόροι] Servi Cretenſium. Scribit Athenæus, apud Cretenſes convivantibus duo fuiſſe deſtinata cœnacula: unum quod dicerent Andrion: alterum, in quo dormirent hoſpites, Cœmeterium. In andrio duæ primæ conſtituebantur menſæ hoſpitibus deſtinatæ, propterea que Xenicæ nuncupatæ, mox ſequebantur reliquæ. Servi muneri huic deſtinati vocabantur Calophori, ab aliis etiam Xylophori, a ferendis lignis. Hæc ille lib. 4. V. & Cæl. Antiq. Lect. lib. 18. cap. 26.

CALOPODIUM, i. n. [καλοπόδιον] Calceamenti genus ex ligno: quod vulgo Soccum, & per diminutionem Socculum vocant. Perottus Hinc proverbium, Calciare omnes uno calopodio: In ineptos & ignaros, qui unam & eandem rem multis accommodant. V. Eraſm. in Chiliad. [Immo non Calceamenti genus, ſed forma Calcei. V. Henr. Steph. Theſ. Græc & FORMA ſ. l.

CALOPUS, [καλόπους] Animal Syriæ, juxta Euphratem habitans, auſterum ac velox, cornibus longis, quibus arbores dejicere fertur.

CALOR, ōris. m. [θέρμη, ἀλέα, θερμότης, θαλμὸς] Primitivum eſt, & ab eo derivatur Caleo verbum. Varro tamen Andabatis ſic ait, apud Nonium; Aperiendam putat, idque alterum appellamus a calendo calorem, alterum a fervore febrim. Plaut. Mil. Nam mihi nimius calor comburebat gutturem.

Calor a Sole. Cic. 2. de Nat. Deor. 23. Et ſi eſt calor a Sole, ſe opponant.

Æqui calores. Ovid. 2. Met. 134.

Utque ferant æquos & cœlum, & terra calores,
Nec preme, nec ſummum molire per æthera currum.

Alienus. Quintil. lib. 6. cap. 2.

Aridus. Lucret. lib. 4.

Fervidi. Hor. 3. Carm. 24. 37.

Fluidus. Ovid. 15. Met. 362.

Nonne vides quæcunque mora, fluidoque calore
Corpora tabuerint, in parva animalia verti?

Horrifici. Claud. 2. in 1. Conſ. Stil. 24. Calores vocat Iracundiam & bilem.

Juvenili calore Polus inconſideratior. Quintil. lib. 2. cap. 16. ubi Calor ponitur pro Impetu, fervoreque ingenii.

Magnus. Virg. 1. Georg. 190.

Maximis caloribus, & anni tempore graviſſimo. Cic. 2. Q. frat. 15.

Occultus. Stat. 2. Achil. 214.

— & occulto virtus infracta calore.

Summiſſior. Macrob. 7. Saturn. cap. ult.

Vivus. Claud. de Bell. Get. 437.

In vivum calorem revocare. Ovid. 4. Met. 248.

Decedere calori. Virg. 4. Georg. 23.

Vicina invitet decedere ripa calori. Ut æſtus poſſint aquarum vicinitate vitare. Serv.

Dilapſus. Virg. 4. Æn. 705. — omnis & una

Dilapſus calor, atque in ventos vita receſſit.

Effœta calore tellus. Lucret. lib. 6. 843.

Quo magis eſt igitur tellus effœta calore. Sed hic legendum eſt Vapore, ut patet locum inſpicienti: & ita habent alii codices. Effœta, i. e. Spoliata, privata.

Evocare calorem in cutem. Celſ. lib. 2. cap. 14.

Excitare calorem alicujus. Lucan. lib. 2. 324.

Frangit ſe calor. Cic. 1. de Orat. 265. Nunc & Scævola quoniam in Tuſculanum ire conſtituit, paulum requieſcet, dum ſe calor frangat.

Incidit calor menti. Stat. 1. Theb. 3.

Incluſus. Cic. 2. de Nat. Deor. 23. Omne igitur quod vivit, ſive animal, ſive terra editum, id vivit propter incluſum in eo calorem.

Largitur Sol idem caloris omnibus. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Liquefieri calore. Lucret. lib. 5. 1261.

Meet in pectus, venaſque calor. Sen. Med. 10.

Redit calor oſſibus. Virg. 3. Georg. 272.

Reliquit oſſa calor. Virg. 3. Æn. 308.

Remittere mella dicitur calor, & cogere frigus. Virg. 4. Georg. 36. i. e. Reſolvere.

Revocare extinctum calorem. Sen. in Hippol. 3.

Suſtinere calorem. Celſ. lib. 7. cap. 7.

Sedare moleſtias calorum. Cic. 2. Off. 13. Tecta vero quibus & frigorum vis pelleretur, & calorum moleſtiæ ſedarentur, unde, &c.

Temperare calores dicuntur venti. Cic. 2. de Nat. Deor. 151. Quorum flatu nimii temperantur calores.

Trahere pariter calorem. Ovid. 11. Met. 305. i. e. Una incipere amare.

Vitandi enim caloris cauſa Lanuvii tres horas acquieveram. Cic. 13. Att. 34.

Impatiens caloris cera. Ovid. 2. de Arte Am. 60.

Calor, pro Feſtinatione operis. Virg. 1. Georg. 190.

Magnaque cum magno veniet tritura calore. Ubi Servius, per Calorem, Feſtinationem operis ſignificat: ut alibi, Fervet opus. Hactenus ille. ut oſtendat eo anno, pro Copia frugum, feſtinatam & ſtudioſam trituram futuram. Licet tamen & de Æſtu nimio interpretari, eodem fatente. Eaque interpretatio ſine dubio præferenda.

Calor, pro Ardore bellico. Sil. Ital. 1. 549.

Nava rudimenta, & primos in Marte calores. V. Barth. Adverſ. 7. 15.

CALDOR, ōris. m. Idem quod Calor. Varro de R. R. lib. 3. cap. 9. Evitare item caldorem & frigus oportet. Gell. lib. 19. cap. 4.

CALŌRĬFĬCUS, a, um. Adj. [θερμαντικὸς] Quod calorem facit: ſicut a Frigore, Frigorificus, refrigerandi vim habens. Gell. 17. 8. Oleum calorificum eſt. Idem ibid. Acetum frigorificum.

CALORIFICO, āre. Mantuanus de Sole,

Cuncta calorificat, populos illuminat omnes.

CALORATUS, a, um. Calidus, calefactus. Apul. 6. p. 182. Primæ juventutis caloratos impetus freno quodam coercendos exiſtimavi. Fulgent. Mythol. 3. 4. extr. Omnis caloratæ juventutis igniculus torpidæ veternoſitatis algeſcit ſenio.

CALĬDUS, a, um. [θερμὸς, ἀλεεινὸς] Adj. Cic. 2. de Nat. Deor. 25. Omne quod eſt calidum & igneum, cietur & agitatur motu ſuo.

Æſtas calida. Sen. in Hippol. 6.

Frigida & Calida, contraria. Ovid. 1. Met. 19.

Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis.

Conſilia calida. Cic. 1. Off. 82. i. e. Præcipitata, & inconſulta. Nonius 4. 76. V. Liv. 22. 24.

Apud Nonium exponitur Ferox & inconſultus. Calida conſilia & audacia, Livius lib. 35. ubi male Callida in exemplaribus. Vide indicem in Conſilia. H. St. [Locus eſt notiſſimus ex cap. 32. Firmatur hæc lectio auctoritate Cic. l. 2. de Inv. 28. Conf. quæ ſupra in CALLIDUS.

Dies calidi. Plin. lib. 10. cap. 14. Ova celerius excluduntur calidis diebus.

Mendacium calidum, i. e. Subitum, recens ac novum. Plaut. Moſt. 3. 1. 135.

Pedes calidi, Veloces, citati. Varro, Quum dixiſſet Vitulus, ecce calidis pedibus quidam navicularius ſemiuſtulatus irrupit ſe in curiam. Nonius. l. c.

Prandium calidum prandere. Plaut. Pœn. 3. 5. 14. i. e. Facere quod ſibi ſit magno malo futurum: Eraſmo interprete.

Rixa calida. Hor. 3. Carm. 27. 70. — abſtineto

Dixit irarum, calidæque rixæ.

Sanguis. Virg. 9. Æn. 422.

Sapor calidus, ac vinoſus. Plin. lib. 12. cap. 13.

Sideris calidi æſtus. Tibull. 2. 1. 47.

Sulfur calidum. Ovid. 1. de Arte Am. 256.

Telum priori cæde calidum. Ovid. 8. Met. 443.

Vapor. Lucret. lib. 3. 127.

Vulnus calidum. Ovid. 5. Met. 137. & 12. 119.

Calidus, Fervens. Virg. 9. Æn. 414. Nonius.

Animis calidus juvenis equus. Virg. 3. Georg. 119.

Calidior, ſive ardentior animus. Cic. 1. Tuſc. 42. Calidior eſt enim vel potius ardentior animus, quam eſt hic aer.

Juventa calidus, i. e. Præcipitis animi propter juventutem. Hor. 3. Carm. 14. 27.

Calidus: Avidus, vel Laborioſus, & in perferendo labore pertinax; vel Studio incenſus. ex quo nata ſunt hæc loquendi genera, Res calet, & Calfacere aliquem, quæ apud claſſicos facile reperias. Hor. 2. Epiſt. 2. 72.

Feſtinat calidus mulis geruliſque redemptor.

Calida, abſolute, Aquam calidam ſignificat. Sen. Epiſt. 77. Calida ſubinde ſuffuſa. Apul. Met. 4. p. 145. Calida tumultuario lavacro præparata. V. CALDA paulo poſt.

CALIDE, Adv. ut Calide agere, i. e. Sine mora. Plaut. Epid. 2. 2. 100. Vide apud Perottum. H. St.

CALDUS, a, um. pro Calidus veteres dixerunt. ut Caldus Sol. Varro 3. de R. R. cap. 2. pr. Comitiis Ædilitiis, quum ſole caldo ego & Q. Axius Senator tribulis, ſuffragium tuliſſemus.

Calda, pro Aqua calida. Martial. lib. 1. 12.

Jam defeciſſet portantes calda miniſtros,
Si non potares Sextiliane merum. Abſolute etiam utitur Plin. 23. 4. Cum pari caldæ menſura.

Calda aqua. Martial. lib. 8. 67.

Caldam poſcis aquam, ſed nondum frigida venit:
Alget adhuc nudo clauſa culina foco.

Calida aqua vendebatur. Vide Dionem p. 444. Par. verſu ultimo, & 459. H. St. Res hodie notiſſima. V. Lud. Nonn. de Re. Cib. l. 4. c. 6. & auctores, quos magno numero adducit Fabric. Bibliogr. Antiquar. cap. 19. Segm. 5.

Scholaſticos declamatores quoſdam Caldos appellaſſe, auctor eſt Seneca Suaſ. 3. ſub finem.

Caldior, pro Calidior. Hor. 1. Serm. 3. 53.

Caldior eſt, acres inter numeretur opinor. Quanquam Varro 7. de L. L. 39. de Caldius & Caldiſſimum videtur dubitaſſe.

CALDARIUS, ſeu CALIDARIUS, a, um. Adj. Quod ad Caldam, vel Caldationem, ut ita dicam, pertinet. ut Æs Caldarium, ad Ahena caldaria utile, de quo V. in ÆS.

Ahenum. V. in CALDARIUM.

Cella. V. ibid.

Maltha calidaria, qua rimæ explebantur balneorum, apud Pallad. lib. 1. tit. 41.

Fornices. Pontanus, lib. 1. p. 277. de Britannia loquens. H. St. En verba: Quod ſit regio maxime frigida, oporteatque non exigua anni parte calidariis agere ſub fornicibus.

CALDARIA, æ. f. Olla, ubi aqua calefit. Apul. de Herb. cap. 59. n. 4. In caldaria decoquere. Marcell. Emp. cap. 25. In toſta caldaria commorari. Et Vulg. Interp. 1. Sam. 2. 14. Mittere in caldariam.

CALDARIUM, ſive CALIDARIUM, i. n. In balneis caldarium erat locus, in quo calida lavabantur, quemadmodum frigidarium, in quo frigida, & tepidarium, in quo tepida. Perott. Celſ. lib. 1. cap. 4. Si in balneum venit, ſub veſte primum paulum in tepidario inſudare, ibi ungi: tum tranſire in calidarium, ubi ſudabit, in ſolium non deſcendere, ſed multa calida aqua per caput ſe totum perfundere, &c. V. Tepidarium in TEPIDUS. Vitruv. 5. 10. pr. Ipſa autem caldaria, tepidariaque lumen habeant ab occidente hiberno. Plin. lib. 5. Epiſt. 6. Cellam caldariam vocat.

Caldarium abſol. Ahenum, ex quo aqua calida hauritur, vel in quo aqua igni admovetur. Affertur ex Vitruv. l. c. ubi tamen ſubauditur vox Ahenum, quam paulo ante appoſuit.

CALDARIUS, i. m. Qui calidam præbet. Vet. Gloſſ. Lat. Græc. Caldarius, θερμοδότης. & in Græco Lat. θερμοφόρος. [Hic Calidæ miniſter videtur dictus a Juvenale Sat. 5. v. 63. Quanquam poteſt & θερμοπώλης intelligi, qui vendebat Calidam. V. ſupra in CALDUS.

CALDAMENTUM, i. n. Marcell. Emp. cap. 5. Caldamentis adhibitis ſopiri.

CALEO, ui, [θέρμομαι] ēre. eſt Fervere. Ovid. 2. Met. 410.

— & accepti caluere ſub oſſibus ignes.

Thure calent aræ. Virg. 1. Æn. 411.

Calent ſpectacula non modico ſole. Martial. lib. 12. 29.

Quamvis non modico caleant ſpectacula ſole, &c.

Calēre & Tepēre eadem poſita ſignificatione videntur apud Hor. 1. Carm. 4. 19.

Nec

Nec tenerum Lycidam mirabere: quo calet juventus
Nunc omnis, & mox virgines tepebunt.

Ut calere ignem, nivem esse album &c. Cic. 1. de Fin. 30.

Calere, per translationem, res dicitur, Dum adhuc recens est, eaque adhuc fit. Plaut. Pœn. 4. 2. 92. At enim nihil est, nisi dum calet, hoc agitur. [Quod alias dicitur Dum ferrum in igne est. utitur Seneca de Morte Claudii.

Calere res dicitur aliter. Cic. 3. Verr. 66. Posteaquam satis calere res Rubrio visa est, quæso, inquit Philodame, cur, &c. h. e. Ubi vidit eos inflammatos & accensos multa compotatione. Ubi opportunum jam esse vidit. Bud.

Calere etiam dicuntur, Quos molestissimis rebus perturbatos inexplicabilis agitat cogitatio. Animus enim æque curis exercetur, ut labore corpus. Et quoniam animi sedes est in cerebro, quo pertinent fere omnes venæ: animo affecto quasi repercussus commovetur sanguis, & sanguinis motum consequitur calor. Cic. 7. Att. 19. Hæc velim explices, & me juves consilio: etsi teipsum istic jam calere puto: sed tamen, quantum poteris. Jam calere: jam habere quod de teipso cogites, solicitum de statu rerum tuarum, quia videas urbem a Pompeio sine præsidio relictam Cæsari patêre. Sic etiam dicimus Æstuare.

Calere, In agendis rebus acriter versari. Cic. 15. Att. 6. Quæris an ego, quum omnes caleant, ignaviter aliquid faciam.

Aures nostræ calent illius criminibus. V. AURIS.

Bella calent Veneris. Tibull. lib. 1. 10. 55.

Causa meliore calere. Ovid. 3. Sabin. 6. Amore scil. licito.

Crimen caluit re recenti. Cic. pro Cn. Planc. 55. Illud vero crimen de nummis, quos in circo Flaminio deprehensos esse dixisti, caluit re recenti: nunc in causa refrixit. neque enim qui illi nummi fuerint, nec quæ tribus, nec qui divisor, ostenderis. Bud. sic exponit: *Cela eust esté bon a dire sur le champ, ou à l'heure du faict: mais maintenant il ne sembleroit point bon. Il eust esté bon quil l'eust poursuivi à l'heure: mais maintenant c'est battre à froid.* Metaphora a metallis sumpta liquatis & concretis, vel candentibus & frigidis.

Cupidine laudis calere. Ovid. 8. Met. 300.
Lecta manus juvenum caluere cupidine laudis.

Dolor calet. Stat. 3. Theb. 383.

Femina aliqua calere. Hor. 4. Carm. 11. 33. Conf. Puella.

Judicia calere dixit Cic. 4. Att. 16. Sed omnes absolventur, nec posthac quisquam damnabitur, nisi qui hominem occiderit. Hoc tamen agitur severius. Itaque judicia calent, &c. i. e. Exercentur judicia magna diligentia.

Morbo mentis aliquo calere. Hor. 2. Serm. 3. 80. Alludit ad Febris calorem.

Puellâ caluisse. Ovid. 3. Amor. 6. 83.

Ora rabie calent. Valer. 3. Argon. 216.

Os tibi calet. Plaut. Rud. 5. 2. 39.

Calere dicuntur etiam rumores. Cic. 8. Fam. 1. Nam illi rumores de comitiis Transpadanorum, Cumarum tenus caluerunt. i. e. Auditi sunt crebri.

Studio scribendi calere. Hor. 2. Epist. 1. 180.

Sudor per membra calet. Claud. in Conf. Prob. & Olyb. 117.

Sudore belli calere. Stat. 8. Theb. 7.

Virtus mero calet. Hor. 3. Carm. 21. 12. Al. Incaluisse ab Incalesco. videtur & hoc certe a Calesco.

Calere, pro Desiderare, cum Infinit. Stat. 4. Theb. 261. Arma, tubas audire calens &c.

Caletur, imperf. Plaut. Truc. 1. 1. 46. Quum caletur maxime.

CALENS, Partic. [θερόμενος] ut, Juvenile calens, Qui juvenum more animo est paulo ardentiore. Stat. 2. Silv. 2. 137.

Calentes adhuc ab recenti pugna. i. e. Feroces. Liv. 25. 39.

Currus cæde calentes. Lucret. lib. 3. 643. & 5. 1312.

Favilla. Hor. 2. Carm. 6. 22.

Foci. Ovid. 8. Met. 671. Nisi potius Epulæ calentes. V. loc.

Sulfur. Ovid. 14. Met. 86.

Terras alio calentes sole mutamus. Hor. 2. Carm. 16. 18.

Amore calentes. Ovid. 3. de Arte Am. 571.

CALENTER, Adv. Idem. apud Apuleium. [Nisi est Callenter. q. V.

CALITŪRUS, a, um. Partic. [ἐξαιρόμενος] Ovid. 13. Met. 590.
— diesque
Des mihi sacrificos, caliturasque ignibus aras.

CALEFĂCIO, & CALFĂCIO, ēci, actum, [θερμαίνω, θέρω] ĕre. Calidum reddere. Cic. 2. de Nat. Deor. 130. Partim ad calfaciendum corpus igni adhibito.

Igne focum calfacere. Ovid. 4. Fast. 698.

Sanguine calefecit amnes. Claud. de Bell. Get. 515.

Ventus calefecit omnia. Lucret. lib. 6. 686.

Calefacere, ad animum transfertur: ut, Calefacere aliquem. Cic. 3. Q. frat. 2. Eodem die Gabinium ad populum luculente calefecerat Memmius. i. e. Vexarat, exagitarat.

Calface hominem, i. e. Vehementer commove. Cic. 16. Fam. 18. [Cupiditatem innuit conductoris incendendam, apposito alio conductore.

Forum aleatorium calfecimus, i. e. Multum lusimus, multo talorum jactu quasi calidum reddidimus. Suet. August. cap. 71. V. Pitisc. ad locum.

CALEFACTUS, a, um. Partic. [θερμανθεὶς] Ovid. in Ibin, 46. Petit
Nondum calfacti velitis hasta solum. i. e. Nondum furentis, & omnino irati. V. Salvagn.

Vino calefacta Venus. Claud. de Bell. Gild. v. 182.

CALEFACTIO, ōnis. f. ut, Calefactiones thermarum. Hermogen. in l. 1. D. De muneribus & honoribus.

Calefactio publici balnei. Arcadius in l. Munerum. 2. §. Inter personalia. D. de muneribus & honoribus.

CALFACTUS, ûs. m. [θέρμανσις] Plin. lib. 29. cap. 3. Cibo quot modis juvent, notum est, quum transmeent faucium tumorem, calfactuque obiter foveant. De ovis loquitur.

CALEFACTO, [θερμαίνω] āre. frequent. Hor. 2. Epist. 2. 169. — emptis
Sub noctem gelidam lignis calefactat ahenum. Et Plaut. Rud. 2. 3. 80. Aquam calefactat ut lavemus.

Virgis calefactabere. Pass. Plaut. Cas. 2. 6. 48.

CALEFACTORIUS, a, um. ut, Acopium calefactorium. Plin. Val. 1. 38. conf. Th. Prisc. de Diæta cap. 10.

CALEFACTORIUM, i. n. Hypocaustum.

CALEFĪO, [θερμαίνομαι] ĕri. Calidum fieri. Cic. 2. Att. 3. Balneum calefieri jubebo.

Aquam calefieri. Plaut. Epid. 5. 1. 48. Jumentum calefieri exercerique posset. Nepos 18. 5. 4. V. Plaut. Pers. 1. 3. 25. & 30.

CALESCO, [ἐκκαίομαι] ĕre. Calidum fieri. Ter. Eun. 1. 2. 5. Accede ad ignem hunc, jam calesces plus satis.

Ignes calescunt. Ovid. 2. Met. 410.

Unda calescit. Ovid. 15. Met. 310.

Flamma propiore calesco. Ovid. 18. Epist. 177.

Ventus mobilitate calescit. Lucret. lib. 6. 279.

CALOS LIMEN, [Καλὸς λιμὴν] i. e. Bonus portus, ita Græci nominarunt a re scilicet, ut solent frequentissime: Scythiæ Europææ portus est in Euxino super Tauricos. Auct. Pomp. Mela lib. 2.

CALPAR, [κάλπις] Vinum novum, quod ex dolio demitur sacrificii causa ante quam gustetur. Jovi enim prius sua vina libabant, quæ appellabant festa Vinalia. Calpar genus vasis fictilis. Hæc Fest. lib. 3.

Calpar, nomine antiquo Dolium. Varro de Vita Pop. Rom. lib. 1. Quod ante quam nomen dolii prolatum esset, quum etiam id genus vasorum calpar diceretur, id vinum calpar appellatum. Nonius. [Forte, Vinum calpare, Adjective. Et apud Fest. quoque Calpare vinum &c.

CALPAS, Bithyniæ portus est prope Rhebam vel Rhesum & Sangarium fluvios. Auctor Plin. lib. 6. cap. 1. Straboni tamen Amnis est: sic enim scribit lib. 12. Inter Calcedonem & Heracliam multi amnes fluunt, e quibus est Psillis, & Calpas, & Sangarius. [Idem Fluvii, portus & oppidi nomen, ad ostium nempe fluvii siti.

CALPE, es. f. [Κάλπη] Hispaniæ mons, circuitu non magnus, altitudine ingens, oppositus Abylæ monti Africæ. V. ABYLA.

Calpe nunc vocatur *Gibaltar*, vel (ut quidam proferunt) *Gibraltar*. Est autem *Gibel* lingua Arabica, id quod Mons Latina. Olivarius in Melam.

Vasta Calpe. Sen. OEth. 7.

Calpe, [κάλπη] Genus quoddam equis certandi in sacris certaminibus exerceri solitum, de quo sic Cæl. ubi de Synoride & Celete mentionem fecit: Accesserunt alia duo Calpa & Apena. Calpa trahebatur equa, sed ita ut extremum cursum anabatæ, hoc est sessores ipsi desiliendo, apprehensis manu habenis, perficerent. Hæc ille lib. 21. cap. 31. ex Pausan. Eliac. α. Meminit & Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 8. Hesychio Calpis. V. Henr. Steph. Thes. Gr.

Calpes, pl. Galeæ militum. Isidor. Gloss.

CALPURNIA Gens Romana nobilissima, licet Plebeja. Plutarchus Calpurniam gentem & nominis & generis originem a Calpo Numæ regis filio accepisse in Numa tradit: quod idem Festus lib. 3. scribit: & ad Pisonem his verbis ostendit Lucan. 15.
— nam quid memorare necesse est
Ut domus a Calpo nomen Calpurnia ducat? Quum igitur antiquissima sit hujus gentis & regia origo, a Patriciis ad plebem descivisse Calpurnios, ut plerosque alios, existimare licet. Hujus gentis familiæ præcipuæ duæ sunt: una Pisonum, altera eorum qui Frugi appellati sunt. V. PISONES. [Atqui iidem sunt Frugi, qui Pisones. V. Fulv. Ursin. Sic & Qui Bestiæ cognominantur in eadem gente nihilominus Pisones, ut L. Calpurnius Piso Bestia, Consul cum P. Cornelio Scipione Nasica, A. U. C. 642. qui pecunia corruptus rem adversus Jugurtham male gessit. Huic, ut nonnulli putant, a M. Cæcilio accusatore objectum est, quod uxores suas dormientes interemisset. Plin. lib. 27. cap. 2. Cassiodor. Valer. lib. 1. cap. 8. 11. Sallust. in Jugurth. cap. 27. seq.

Alius L. Calpurnius Piso, cujus disciplinæ militaris severitatem & abstinentiæ laudem, in bello adversus fugitivos in Sicilia gesto prædicat Val. Max. 2. 7. 9. & 4. 3. 10.

M. Calpurnius Flamma, quum Trib. militum in Sicilia esset, coronam gramineam, quæ & Obsidionalis vocatur, adeptus est, qua nulla fuit nobilior in majestate populi terrarum principis, præmiisque gloriæ, quod universum pop. Ro. exercitum, cum A. Atilio Calatino cos. circa Camariensem saltum angustiis clausum, obsidione liberaverat. teste Plinio lib. 22. cap. 3. & 6. ubi Hard. V. & Schott. ad Vict. de Vir. Ill. cap. 39.

Calpurnius Lanarius, cujus meminit Cic. 3. Offic. 66. Valer. 8. 2. 1. in proverbium abiisse videtur, de Indoctis, stupidis, bardis. Hieronymus in epistola ad Augustinum de Rufino, Misit mihi temeritate solita, sua maledicta, Calpurnius cognomento Lanarius. Auct. Turneb. Adv. 20. 13.

T. Calpurnius Siculus, bucolici carminis scriptor. V. Crinit. de Poet. Lat. cap. 83. & Voss. de iisdem cap. 4.

De M. Calpurnio Bibulo cos. dictum est in BIBULUS. Alios brevitatis gratia omittimus. Sunt qui cum adspiratione Calphurnius scribunt, sed aliter in denariis antiquis.

Calpurnia, Mulier fuit importunissima, quæ sexus sui verecundiæ oblita, per seipsam causas egit, adeoque molestam se judicibus præbuit, ut occasionem dederit edicti, quo cautum est, Ne mulieri in posterum causas agere liceret. [Ex Cæl. Rhod. 13. 33. Qui vellem & auctorem indicasset. Silentio certe hoc exemplum muliebris audaciæ præterit Valer. lib. 8. cap. 3. de Mulierib. quæ causas egerunt. Vereor ne deceptus vitiosa lectione l. 1. §. Sexum D. de Postul. pro Carfania, Calphurnia forsan reposuerit, cum ex Val. legendum sit Ɔ. i. e. Caja Afrania, de qua dictum s. l. De Calpurnia Uxore C. Julii Cæsaris V. Suet. Cæsar. cap. 21. & 81. Valer. 1. 7. 2.

CALPURNIUS, a, um. Adj. ut, Lex Calpurnia, Domus Calpurnia. Lucan. ad Calp. Pis. v. 15. & Familia Calpurnia. Cic. in Pison. 53.

CALTHA, vel CALTA, æ. [κάλθη] est Viola coloris albi. Plin. lib. 21. cap. 6. Proxima ei caltha est, concolori amplitudine. Vincit numero foliorum marinam quinque folia non excedentem: eadem odore superatur. Est enim gravis caltha. Ruel. lib. 2. cap. 129. Caltha, Autumnalis viola est amplitudine calathianæ, colore luteo, folio multiplici, odore gravi, nec ei quam appellant scopam regiam leviore. Virg. 2. Ecl. 50. eam luteolo cecinit colore tinctam, nec Plinius ab eo dissentit. Porro a Caltha Calthula vestis genus dicitur, ut a Croci similitudine, Crocotula. Facile putaverim eam esse quam vocant officinæ *calendam* vel *calendulam*, quasi dicant caltham vel calthulam. nam ea Autumno fusius emicat colore luteo,

luteo, folio multiplici, odore suaviter gravi. flos item colore luteo non ineleganti inficit, aut crocato. Verum certo statui non potest, quum aliis scorpioides ab similitudine seminis, aliis leontopodium esse putetur. Scio tamen calendulam quæ vulgo dicitur *Solsia*, non esse Dioscoridis heliotropium, nec magnum, nec parvum, Hactenus Ruellius. Turneb. Adv. 19. 22. Se in antiquo lexico reperisse scribit Caltham esse Buphtalmon, cujus luteum esse florem omnibus fere constat. Gloss. Lat. Gr. Calta βουφθαλμον.

CALTHŬLA, vel CALTULA, æ. [κάλθιον] Vestis, a calthæ colore. Plaut. Epid. 2. 2. 47.
Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum cæsicium,
Indusiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam.
Calthulam, Varro de Vita Pop. Rom. lib. 1. Palliolum breve voluit haberi. Non. 16. 4. Julius medicus Castulam legit. Sic & Mercer. V. loc.

CALTHULARIUS, i. m. Qui calthulas conficit. Calthularios nonnulli reponi volunt pro Carinariis in Plaut. Aul. 3. 5. 36.

CALVA, æ. f. [κράνιον] Superior pars capitis. Martial. lib. 12. 45.
Nudæ tempora, verticemque calvæ.
Calva, pro Calvaria. Liv. 23. 24. Galli L. Posthumii calvam auro cælavere, idque sacrum vas iis erat, quo solennibus libarent, &c.

CALVARIA, æ. [βρέγμα] Moles illa ossium capitis, in qua continetur cerebrum. Ammiano 27. 4. Os capitis cavum. Cels. lib. 8. cap. 1. Igitur Calvaria incipit, ex interiore parte concava, extrinsecus gibba, utrinque lævis, & qua cerebri membranam contegit, & qua cute capillum gignente contegitur. Eaque simplex ab occipitio & temporibus, duplex usque in verticem a fronte est. Ossaque ejus ab exterioribus dura, ab interioribus quibus inter se connectuntur, molliora sunt. Interque ea venæ discurrunt, quas his alimentum subministrare credibile est: raro autem calvaria solida sine futuris est.
Interfecti calvaria. Plin. 28. 1. Artemon calvaria interfecti, neque cremati, propinavit aquam &c.
Viri senis astaphis calvaria, ἀνδρὸς γέροντος ἀσταφὶς τὸ κράνιον, proverb. de invalidis senum viribus. V. Chiliad. conf. Tertull. Carm. adv. Marc. 3. 196.

CALVARIUM, i. n. & plur. Calvaria. Versus Ennii sunt ab Apuleio in priore Apologia p. 299. citati,
Polypus Corcyræ, calvaria pinguia Atarnæ,
Purpura, muriculi, mures, dulces quoque echini. Quo loco Turnebus, Adv. 21. 21. Legi, inquit, in Gellio manuscripto, Cephalæaque Atarnæ: quæ, ut opinor, Ennius Calvaria appellat. sunt autem Salsamenta e capite thynni. Nam illic cetariæ erant, nisi quis Cephali pulpas intelligat: quod non arbitror. Verius omnino sit apud Ennium Calvaria marina esse, quorum apud Apuleium ipsum mentio est.

CALVARIOLA, æ. f. Parvus caliculus instar minoris Calvariæ. Vetus Interpres Juvenal. Sat. 5. v. 48. Calices fractos sive Calvariolas componere. Sed in codd. Mss. est Caldariolas. quod contra du Fresne defendit Schurzfl.

CALVASTER, CALVATUS, CALVENA, CALVEO, CALVITIES, &c. V. post seq. dict.

CALVUS, a, um. Adj. [φαλακρὸς, ἀνάσιλλος] proprie Qui calvam crinibus nudam habet. Suet. in Cæs. cap. 51.
Urbani servate uxores, mœchum calvum adducimus.
Calvus proprie fit natura, interdum tamen pro Tonso accipitur. Plaut. in Amph. 1. 1. vers. ult. Quod ille faciat Juppiter,
Ut ego hodie raso capite calvus capiam pileum.
Venus Calva, ab eventu culta a Romanis. nam urbe a Gallis occupata, obsessi in Capitolio Romani, quum ex mulierum capillis tormenta fecissent, ædem Veneri Calvæ consecrarunt. Lactant. de Fals. Relig. 1. 20. 27. Veget. lib. 4. de Re Milit. cap. 9. V. Serv. ad 1. Æn. 724.
Calvus sæpissime substantive ponitur, ut Calvus comatus, apud Martial. lib. 10. 83.
Calvo turpius est nihil comato. Rursus lib. 1. 40.
Calvus quum fueris, eris comatus. Apte dicetur in eum, qui veris bonis nudus, ascititiis se venditat. Veluti si quis indoctus aliena pro suis ederet: aut si quis dissimulet esse se quod est, veluti si senex assuto galericulo, aut tinctis capillis affectet videri juvenis: si deformis, adhibito succo velit haberi formosa. V. Casaub. ad Pers. p. 100.
A calvo ad calvum. Suet. in Caligul. cap. 27. Quum ad saginam ferarum muneri præparatarum carius pecudes compararentur, ex noxiis laniandos adnotavit: & custodiarum seriem recognoscens, nullius inspecto elogio, stans tantummodo intra porticum mediam, a calvo ad calvum duci imperavit. Proverbialis (ait Beroaldus) hæc est loquutio, qua significatur jussisse Caligulam, ad supplicium duci custodias indifferenter, & nullo habito discrimine delictorum. Quum enim recognosceret custodias, duo forte aderant calvi, alter in summo, alter in imo, ut inter duos calvos omnes custodiæ continerentur. Tunc Caligula stans in porticu, in qua agebatur recognitio carcerariorum, jussit ut carnifices ducerent ad supplicium custodias omnes, incipiendo ab uno calvo, qui erat primus, & eundo ad alterum calvum qui erat novissimus. Et ita indifferenter omnes dediti sunt supplicio capitali, citra considerationem ullam & pensitationem qui plus qui minus deliquisset, & nunquid omnes pœna capitis forent puniendi. Hujus rei auctor est Dion apud Græcos scriptor luculentus. Hæc ille.
Calvum vellis, Proverbium in eos jactari solitum, qui nihil proficiunt & frustra operando fatigantur, quasi ad id operam dent quod fieri potis non est. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 15.
Calvus, Ro. gentis Liciniæ cognomen. Ex qua familia est Calvus nobilis poëta. Fuit ille æqualis & amicus Catulli, ad quem sic scribit in epigr. 14. pr.
Ni te plus oculis meis amarem,
Jucundissime Calve, &c. & Horat. 1. Serm. 10. 19.
Nil præter Calvum & doctus cantare Catullum.
De Calvo Oratore V. Quint. 10. 1. p. 917. De aliis conf. Pitisc. Lex.

CALVASTER, [ἀναφαλαντίας] Propemodum Calvus. unde Recalvaster. q. V.

CALVITIUM, i. n. [φαλάκρωμα, φαλακρότης] Vitium illud quo quis calvam crinibus nudam habet. Cic. 3. Tusc. 62. Proinde stultissimum regem in luctu capillum sibi evellere, quasi calvitio mœror levaretur.
Calvitii deformitatem. Suet. Cæs. cap. 45.
Calvitium loci. Transl. Columel. lib. 4. cap. 29.

CALVITIES, ēi. f. Idem quod Calvitium. Petron. Sat. cap. 108. Superciliorum æqualis cum fronte calvities.

CALVĪTAS, ātis. f. Deceptio, fraus. Ulpian. Dig. lib. 17. t. 1. l. 29. §. 5. ut vult Haloand. V. CALVO, ĕre.

CALVEO, vi, [φαλακρός εἰμι] ēre. Calvum esse. Plin. lib. 11. cap. 37. Et quædam animalium naturaliter calvent, sicut struthiocameli, & corvi aquatici. Hinc

CALVESCO, [φαλακρόομαι] ĕre. Calvum fieri: quum capilli ultro decidunt, tam de hominibus, quam de brutis, & inanimatis dicitur. Plin. lib. 10. cap. 29. Proprium his calvescere omnibus annis, quum seruntur rapa. De picis loquitur. Columel. lib. 4. cap. 33. Propter quæ sæpe novella castaneta calvescunt.
Calvescunt colla bubus. Columel. lib. 6. cap. 14. extr. Potior tamen ratio est custodiendi ne nascantur, neve colla calvescant. Quæ non aliter glabra fiunt, nisi cum &c.

CALVEFĪO, [φαλακρόομαι] ĕri. Calvum fieri. Varr. de R. R. lib. 1. cap. 37. Ego ista etiam, inquit Agrasius, non solum in ovibus tondendis, sed in meo capillo a patre acceptum servo, ne decrescente luna tondens calvefiam. Emendati codices habent, Calvus fiam.

CALVENA, a Calvitio nomen fictum. Cic. 14. Att. 5. Calvena moleste fert se suspectum esse Bruto. i. e. Matius, Cæsaris olim familiaris, calvus, quem ob id Madarum etiam vocat lib. eodem, Epist. 2. Altera epistola de Madaro scripta. Calvus enim Græce μαδαρός. Eundem vocat Phalacroma, id est Calvitium, lib. eod. Epist. 2. Habes igitur φαλάκρωμα inimicissimum otii, id est Bruti. Sensus est: Habes quid Matius mecum locutus est.

CALVO, āre. Calvum facere. a quo Decalvo & Recalvo: primum significat Valde calvo: secundum Ab anteriore capitis parte calvo. Calep. sine auctore. Hinc tamen Partic.

CALVATUS, a, um. ut, Calvata a vite vinea. Cato R.R. cap. 33. Vict. ex Mss. Calva. Attamen Plin. lib. 17. cap. 22. Si vinea ab vite calvata erit. Calvatam vineam vocant, in qua vites quidem sint, verum paucæ, raræque, ut in calvitio capilli.

CALVO, vi, [ἐξαπατῶ, in vet. Gloss.] ĕre. Priscian. lib. 10. fol. 125. a. Ald. In vo, u loco consonantis posita in l quidem desinente penultima, o extremam in i convertunt, & faciunt præteritum, ut solvo solvi, volvo volvi, calvo calvi. Unde Sallust. in 3. historiarum infinitum passivi protulit, Contra ille calvi ratus. Calvi, pro Decipi. & p. p. Sic debet etiam Calvi Calutum facere, quod tamen in usu non inveni. & puto Calumniam ex hoc esse derivatum.

CALVOR, ĕris. [σκαπερδεύω] vi. depon. Frustrari, decipere. Tractum a Calvis mimis, (sive ut alia habent exemplaria militibus) quod sint omnibus frustratui. Plaut. Cas. 2. 2. 4. Ubi domi sola sum, sopor manus calvitur. Pacuvius Medo, Sentio, pater, te vocis calvi similitudine. sed quid conspicio? num me lactans calvitur ætas? Hæc & plura Nonius. 1. 20. Caius, de Significat. Verb. Si calvitur, & moretur, & frustretur. Inde & Calumniatores appellati sunt, qui per fraudem & frustrationem alios vexarent litibus, Inde & Cavillatio dicta est. Hactenus Caius, interpretans versum illum ex XII TAB. Si calvitur, pedemve struit, manum endo jacito. Qui locus corrupte legitur apud Festum Pompeium. Lex fallenti & fugitanti manum injici licere vult.

CALVISIUS nomen gentis Ro. Inde

CALVISIANUS, a, um. ut, Actio Calvisiana appellatur, Quæ patrono datur ad revocanda ea quæ in fraudem ejus libertus alienavit, l. 16. §. Idem scribit. D. de petit. hæred.

CALUMNIA, æ. f. [συκοφαντία] est proprie Alicujus in litibus per fraudem & frustrationem vexatio. Nonius, 4. 74. Calumnia est malitiosa & mendax infamatio. V. infra. Cic. 1. Off. 33. Existunt etiam sæpe injuriæ calumnia quadam, & nimis callida, sed malitiosa juris interpretatione.
Calumnia quid significet, videtur Cic. declarare his verbis in Sallust. 3. Sed est quædam calumnia, quam unusquisque nostrûm testante animo suo fert de eo qui falsum crimen bonis objectat.
Litium calumniæ. Cic. pro Milon. 75.
Religionis calumnia. Cic. 1. Fam. 1. Senatus religionis calumniam, non religione, sed malevolentia, & illius regiæ largitionis invidia comprobat. Ubi est Malitiosa inventio, sive allegatio falsa ad rem impediendam per speciem religionis inducta.
Ignominia calumniæ. Cic. pro Cluent. 86. Nec elabi alio accusatore poterat Albius, nec sine ignominia calumniæ relinquere accusationem Cluentius?
Indignitas calumniæ. Quintil. 6. 1.
Proximus calumniæ. Sallust. in Cic. 3. Qui vero nil poterat, is erat calumniæ proximus.
Fiscales calumnias. Suet. Domit. cap. 9. i. e. Delationes falsas, adversus cives pro fisco intentatas. V. FISCUS.
Calumnia jejuna. In JEJUNUM.
Manifestæ calumniæ est. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Acerbissima ministra avaritiæ calumnia. Cic. 1. Q. frat. 1.
Adhibere calumniam. Cic. pro Domo sua, Illud in primis, nequa calumnia, nequa fraus, nequis dolus adhibeatur.
Coercetur calumnia. Cic. 4. Acad. 65. Nam si in minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercetur.
Calumniam contundere. In CONTUNDO.
Damnari de calumnia. Gell. 14. 2. Ex quibus omnibus si nulla re probaretur, dimitti jam se oportere, & adversarium de calumnia damnari.
Effugere calumniam. Cic. 2. de Nat. Deor. 20. Atque hæc quum uberius disputantur, & fusius, ut mihi est in animo facere, facilius effugiunt Academicorum calumniam.
Eximere tempus calumnia. Cic. 4. Att. 3. Metellus calumnia, dicendi tempus exemit, adjuvante Oppio, &c.
Extrahere rem calumniis. Cic. 1. Fam. 4. Res ab adversariis nostris extracta est variis calumniis.
Ferre calumniam. Cic. 8. Fam. 8. Scito C. Sempronium Rufum, mel ac delicias tuas, calumniam maximo plausu tulisse. i. e. Calumniosum quiddam & astutum dolosumque excogitasse, attulisse, & obtinuisse fortasse: quod tum fecit Rufus, qui accusatorem suum postulavit lege Plotia, ut hoc extraordinario reo causam non diceret. Turneb. Calumniæ damnatum Gronov. exponit, q. V.
Imponere calumniæ personam alicui. In IMPONO.
Intendere animum calumniis rapinisque. Suet. Neron. cap. 32.
Instruere calumniam alicui. V. INSTRUO.
Jurare calumniam in aliquem, est Accusatorum, quos prius quam audirentur, jurare oportebat se calumniæ causa ad accusandum non venisse. Cic. 8. Fam. 8. Nam de divinatione Appius, quum calumniam jurasset, contendere ausus non est, Pilioque cessit.

Obte-

Obterere. In OBTERO.
Petere aliquid per calumniam, malitiamque. Cic. 4. Verr. 66.
Reprimere calumnias. Suet. Domit. cap. 9.
Calumnia, Calliditas. Cic. de Rep. lib. 2. Ut Carneadi respondeatis, qui sæpe optimas causas ingenii calumnia ludificari solet.
Timoris calumniam dixit Cic. 6. Fam. 7. pro Timore, qui sibi fingit, quæ non sunt vera.
Calumniæ, quam Græci διαβολὴν nominant, & Impudentiæ aras Athenienses consecrasse, testis est Theophrastus apud Diogenianum. Hanc autem quemadmodum effinxerit Apelles, vide apud Lucianum in dialogo qui inscribitur, De non calumniæ temere credendo, & quæ diximus supra in dictione ANTIPHILUS. [Calumnia Latine loquentibus non est διαβολὴ, sive, ut Nonius definit, Malitiosa & mendax infamatio, vel Sermo ad detrahendum alterius existimationi pertinens, ut vulgo usurpant: Verum potius Συκοφαντία, Falsa Postulatio seu Accusatio in judicio, vel Malitiosa juris interpretatio, uti Cic. explicuit, quod genus nequitiæ Galli *Chicane* vocant, ubi quis sciens falsum pro vero defendit, unde & ad Sophismata seu Cavillationes disputantium transfertur, sicut & Græcum συκοφαντίας vocabulum. de quo Henr. Steph. Thes. Græc. adi. Et hanc significationem retinent omnia derivata. V. & l. 1. D. ad S. C. Turpil. & quæ ex Prisciano in CALVO, ĕre adduxi. Noniana genuina non puto.
CALUMNIOR, [συκοφαντέω] āri. Falsum crimen scienter intendere: vel Per fraudem & rationem dolosam, vincendi gratia alium litibus vexare. Cic. pro Rosc. Amer. 55. Quum enim aliquid habeat, quod possit criminose ac suspiciose dicere, aperte ludificari ac calumniari sciens non videatur. Cic. 9. Fam. 7. pr. Nam quod antea calumniatus sum. i. e. explicante Grævio, Falso prætextu usus sum.
Id unum calumniatus est rumor. Tacit. 3. Hist. 75.
Naturam rerum calumniari. Plin. 18. 28. i. e. Falso de ea queri, ut Sall. ait.
Calumniari se dicuntur, Qui inter scribendum nimis anxie inquirunt ad singula, & quæ proba sunt etiam damnant, apud Quintil. 10. 3. p. 932. Burm. V. paulo post Sui calumniator.
Calumnior, h. e. Frustror. Verba sunt Charisii libro primo.
CALUMNIANS, Partic. Cic. pro Quint. 67. Jacet res in controversiis, isto calumniante biennium.
Pœna calumniantium. Suet. Domit. cap. 9.
Objectus calumniantibus. Quintil. 6. 3.
CALUMNIATOR, ōris. m. [συκοφάντης] Qui per fraudem & frustrationem alium vexat litibus, aut Qui malitiose aliquid interpretatur. Cic. pro Cluent. 63. Est hic Ennius egens quidam calumniator, mercenarius Oppianici, &c. Is est, qui periphrasi Terentiana Bonorum extortor, legum contortor in Phorm. dicitur.
Calumniatores & Delatores ea olim pœna afficiebantur, ut puncta & stigmata in fronte inusta & inscripta gestarent. Cic. pro Rosc. Amer. 56. Crura quidem vobis nemo suffringet, sed si ego hos bene novi, litteram illam, cui vos usque eo inimici estis ut etiam omnes oderitis, ita vehementer ad caput affigent, ut postea, &c. Nota autem illa alicujus litteræ insigne habebat, in delatore fortasse D: in calumniatore C, sed & illudens Cicero, litterarum ignaros appellat eos qui accusationes factitabant, & odio litteræ illius, qua notantur frontes de calumnia damnatorum, reliquas omnes eis litteras invisas jocatur. Sunt qui locum hunc intelligant, de littera C, condemnationis nota. sed Turnebus ut supra dictum est. Utere tuo judicio. V. Commentt. ad l. 1. D. ad S. C. Turpil.
Calumniator & improbus. Cic. pro Quint. 87. Neque ab homine alieno, neque ab aliquo calumniatore atque improbo, sed ab equite Romano, &c.
Sui calumniator. Plin. 34. 8. Callimachus, semper calumniator sui, nec finem habens diligentiæ, ob id κακιζότεχνος appellatus, memorabili exemplo adhibendi curæ modum. ubi V. Hard.
Apponere calumniatorem. In APPONO.
Quærere calumniatorem. Cic. 4. Verr. 22. ubi eundem & Quadruplatorem vocat.
CALUMNIATIO, ōnis. f. [συκοφάντημα] Ascon. Ped. in Divin. Cic. 44. Factum est, non est factum: Calumniationes, & hoc genus argumenti complexio dicitur.
CALUMNIATRIX, īcis. f. [συκοφάντρια] Ulpianus l. 1. §. Si ea quæ 14. Dig. de Ventre in possess. mittendo: Nisi manifesta sit calumniatrix mulier.
CALUMNIOSUS, a, um. [συκοφαντικὸς] Qui calumniam inferre solet. Augustin. Nemo illic calumniosus tendiculam verborum requirit. Paul. jurisc. lib. sent. 1. cap. 5. Calumniosus est, inquit, qui sciens prudensque per fraudem negotium alteri comparat. Apul. Apol. p. 418. Sed sumne ego ineptus, qui hæc etiam in Judicio? an vos potius calumniosi, qui etiam hæc in accusatione?
Adnotatio calumniosa. Paul. in l. Debitor. D. de leg. 2.
Crimina calumniosa. Ulp. in l. Illicitas. D. de offic. præsid.
CALUMNIOSE, Adv. [συκοφαντικῶς] Idem. Aggenus Urbicus de Limit. cap. de Aqua pluv. Calumniose fines defendere. Lege 8. Dig. de Stipulat. prætor. Calumniose petere. Et sæpe occurrit apud Scriptores Ecclesiasticos.
CALVO, āre, & ĕre. V. CALVUS. In CALVA.
CALX, calcis. m. & f. [πτέρνα] Posterior pars pedis. Virg. 5. Æn. 324.

> Euryalumque Helymus sequitur: quo deinde sub ipso
> Ecce volat, calcemque terit jam calce Diores.

Ubi Servius, Calcem dicimus, unde terram calcamus. Ergo non proprie dixit, Calcem calce terit. Planta enim calcem non potuit terere. Unde a parte totum accipiendum, id est Calce pedem terebat.
Calces a Calcando, quod est nitendo, dictæ sunt, non a Calcitrando. Nam & de omnibus pedibus, & de hominum & universorum animantium dici potest. Nam sunt calces extrema pars pedum terræ proxima. Nonius.
A capite usque ad calcem. A calce ad carceres. i. e. A fine ad principium. V. A præpositionem, & paulo infra Calx pro fine.
Curvata calx. Silius lib. 16.
Ferrata calce equum fatigare. Virg. 11. Æn. 714. de hac formula. V. Drakenb. ad Sil. 7. 696. Ubi dicit Ferratam calcem, ad Equitem ferreis calcaribus armatum referri debere, non vero ad Equum sub pedibus soleas ferreas habentem.
Incussæ. Sil. lib. 4.
Rigidos calces extendere, de Mortuo. Pers. 3. Sat. 105.
Cædere calcibus. In CÆDO.
Certare pugnis & calcibus. Cic. 3. Tusc. 77.
Contingere calce quenquam. Idem ac Cædere. Columell. 6. 2.
Conscindere calcibus. Cic. 5. Verr. 56. Et tibi, cum pugnis & calcibus conscissus esset, promisit. [Malim Concisus. Scindere calce ἄκυρον, Cædere tritum. Notum est quam sæpe hæc duo participia confundantur.
Cruentare equum ferrata calce. Sil. lib. 17. 5.
Ferire calce. Quintil. lib. 2. cap. 8. Ille exercendi corpora peritus, non si docendum Pancratiastem susceperit, pugno ferire vel calce tantum, &c.
Petere. Hor. 2. Serm. 1. 55.

> Ut neque calce lupus quemquam, nec dente petit bos.

Premere calce subsellium. Auct. ad Heren. lib. 4. 68.
Pulsare. Sil. lib. 16.
Remittere calces dicitur equus. Nepos 18. 5. 5.
Verberare auras calcibus. Virg. 10. Æn. 892.
Uti pugnis & calcibus. Cic. pro Syl. 71.
Calces, pro Percussionibus pedum. Ter. Phorm. 1. 2. 28. Nam quæ inscitia est adversum stimulum calces? Ubi Donatus, Modo calces, non partes plantæ, sed percussiones pedum, plagasque significat. Aliter Turneb. Illic enim Calces verbum esse contendit, sic exponens: Adeo, inquit, es inscitus & stultus, ut contra stimulum calcaturus, id est calcitraturus sis. Est enim proverbium Græcum omnibus notum, πρὸς κέντρα λακτίζειν. Unde subdit idem, Qui calces in Terentio nomen accipiunt, & proverbium corrumpunt, & subaudiunt quæ vix a spectatore divinari potuerunt. Hæc ille. [At nec Calcare, pro Calcitrare legere me memini, & nihil in Parœmiis frequentius ejusmodi aposiopesi. Exempla obvia sunt apud Erasmum.
Calx, pro Fine & extremitate alicujus rei per metaphoram. Cic. de Rep. Quoniam sumus ab ipso calce ejus interpellatione revocati. & 1. Tusc. 15. Nunc video calcem, ad quem decursum est. & de Amicit. 101. Quibus cum tanquam e carceribus emissus, cum iisdem ad calcem (ut dicitur) pervenire possis. ubi Calx pro Meta ponitur. item apud Lucret. 6. 91.

> Tu mihi supremæ præscripta ad candida calcis
> Currenti spatium præmonstra, &c.

[Ubi alii Calcem pro Linea alba calce, seu creta, notata accipiunt, ubi equi in cursu subsistebant, quod vel ex hoc Lucretii, & altero item Senecæ loco Epist. 108. apparet.
Calx etiam dicitur de Imis partibus columnæ, cui scalarum gradus adhærent. Vitruv. 9. 2.
CALCANEUS, i. m. & CALCANEUM, i. n. [πτέρνη] utroque modo dicitur pro Parte posteriore pedis: qui Talus alias dicitur. Virg. in Moreto, v. 36.

> Continuis rimis calcanea scissa rigebant.

Hieron. Epist. 41. ad Rufinum: Mihi concede, ut inter sanctorum calcanea caput possim levare, i. e. Postremus esse. Camelorum calcaneum in cupediis erat Apicio & Heliogabalo. V. Lamprid. in hujus Vita cap. 20.
CALCAR, āris. n. [πτερνιστὴρ] Equorum ac jumentorum stimulus: quod ad calcem alligetur. Plaut. Asin. 3. 3. 118. Calcari quadrupedem agitabo.
Addere calcaria sponte currenti, pro Cupiditatem ac studium alicujus augere, atque acuere. Plin. lib. 1. Epist. 8. V. Erasm. Chiliad.
Adhibere calcaria. In ADHIBEO.
Admovere calcar. In ADMOVEO.
Auferre calcaribus equum. Sil. lib. 10.
Concitare calcaribus equum. Liv. 2. 6.
Egere calcaribus, & frenis egere. Cic. 6. Att. 1. Cicerones pueri amant inter se, dicunt, exercentur: sed alter, ut dixit Isocrates in Ephoro & Theopompo, frenis eget, alter calcaribus.
Immensum gloria calcar habet. Ovid. 4. de Pont. 2. 35.
Subdere calcaria equo. Ovid. 2. de Pont. 6. 38.
Amoris calcaribus ictus, i. e. Stimulis, eleganti translatione Lucretius dixit 5. 1074.
Calcaria in gallinis. Columel. lib. 8. cap. 2. Generosissimæque creduntur quæ quinos habent digitos, sed ita ne cruribus emineant transversa calcaria.
Calcar, pro Impetu. Varro Sesquiulysse, Ventus suo casu vehementius sufflare, & calcar admovere. Nonius.
CALCEUS, i. m. [ὑπόδημα, κάλτιον] Indumentum pedis, quod fit ex pellibus animalium, & a Calce deducitur, vel a κᾶλον lignum, quod ex ligno primitus calcei fierent. Cic. 1. de Invent. 4. Si multus erat in calceis pulvis, ex itinere eum venire oportebat.
Laxus calceus. Hor. 1. Serm. 3. 32.
Lutei calcei. Apul. Met. 8. p. 260.
Mullei calcei. Festus Mulleos calceos regum Albanorum, deinde Patriciorum fuisse dicit, quos a Mullando, id est suendo appellatos refert. Sed fortasse verius sit vocatos a Mulli rubro colore, quum purpurei essent: quod & ab Isidoro scriptum est, cui favet Dio in Julio, qui Rubros calceos vocat. Cato, Qui magistratum curulem cepisset, calceos mulleos alutacinatos gessisse ait, ceteros perones. V. Turneb. lib. 19. cap. 24. Usi enimvero Romani calceis duplicibus, mulleolis, & putis sive peronibus. Mulleoli ex alutis, perones ex puro corio; qua de re prolixius Rhævard. Varr. Lect. 1. 8. conf. etiam Pitisc. Lex.
Sicyonei calcei. Cic. 1. de Orat. 231.
Veteres calceos vendere. Quintil. lib. 6.
Calceus pede major, subvertit. Hor. 1. Epist. 10. 43.

> Cui non conveniet sua res, ut calceus olim,
> Si pede major erit, subvertet: si minor, uret.

Subvertet, subaudi Euntem. [vel potius cum Schol. vet. Pedem.
Inducere calceum alicui præpostere, vel perperam. V. INDUCO.
Induere calceum. V. INDUO.
Mutare calceos, est Senatorem fieri. Cic. 13. Philipp. 28. Est etiam Asinius quidam, Senator voluntarius, lectus ipse a se. apertam curiam vidit post Cæsaris mortem, mutavit calceos: Pater Conscriptus repente factus est. Budæus. V. Pitisc. Lex. in Calceus. ad fin.
Urit calceus. V. Calceus pede major.
CALCEŎLUS, i. m. [καλτίκιος] dimin. Cic. 1. de Nat. Deor. 83. Cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis.
CALCEOLARIUS, i. m. [ὑποδηματοποιὸς] Qui calceos conficit. Plaut. Aul. 3. 5. 38. Propolæ, linteones, calceolarii.
CALCEARIUM, vel CALCIARIUM, i. n. Quantum satis est calceorum, pro Personæ qua de agitur conditione. Ulp. l. 8. §. 7. D. de transact.

De calciario quoque arbitrio Prætoris tranſigendum eſt. Idem l. 21. D. de alim. & cibar. Diariis & cibariis relictis, neque habitationem, neque veſtiarium, neque calciarium deberi palam eſt. [Salarii genus eſt, quod pro Calceis curſitare ultro citroque ex officii ratione coactis dabatur. V. Suet. Veſp. cap. 8. ibique Torrent.

CALCEO, & CALCIO, āvi, ātum. [ὑποδέω] āre. Plin. lib. 8. cap. 54. Laqueiſque calceari tradunt.
Calceare aliquem ſoccis. Plin. lib. 36. cap. 5. Archeſilaum quoque magnificat Varro, cujus ſe marmoream habuiſſe leænam tradit, aligeroſque ludentes cum ea Cupidines, quorum alii religatam tenerent, alii e cornu cogerent bibere, alii calciarent ſoccis, omnes ex uno lapide.
Calceabat ipſe ſeſe. Suet. Veſp. cap. 21.

CALCEOR, [ὑποδέομαι] āri. Paſſ. Plin. lib. 7. cap. 53. Nullis evidentibus cauſis obiere, dum calceantur matutino, duo Cæſares.
Calceare mulas. Suet. in Veſp. Auguſt. cap. 23.

CALCEATUS, a, um. Adj. ex Partic. ut, Calceatum caput. Martial. lib. 12. 45.
Feſtive tibi, Phœbe, dixit ille
Qui dixit, caput eſſe calceatum. V. Pitiſc. Lex. Cic. pro Cæl. 82. Non ſatis commode calceati & veſtiti.
Calceati dentes, a Plaut. Capt. 1. 2. 84. joco dicuntur. i. e. Expediti & ad convivium parati, qui ſcrupoſos cibos poſſunt conterere.

CALCEĀTUS, ûs. m. [ὑπόδησις] Calceaminis uſus. Plin. lib. 11. cap. 45. Pes imus veſtigio carnoſo: qua de cauſa in longiore itinere ſine calceatu fatiſcunt. De Camelis loquitur. *Ils ſe foulent*. Suet. Calig. cap. 52. Veſtitu, calceatuque & cetero habitu, neque patrio, neque civili &c. ſemper uſus eſt.

CALCEĀMEN, ĭnis. n. Idem ac Calceus. Plin. lib. 19. cap. 2. Hinc calceamina, & paſtorum veſtis.

CALCEAMENTUM, & CALCIAMENTUM, i. n. Idem. Cic. 5. Tuſc. 90. Mihi amictui eſt Scythicum tegmen, calceamentum ſolorum callum, cubile terra.
Altiuſculis calceamentis uti. Suet. Aug. cap. 73.
Calceamenta humiliora. Celſ. lib. 8. cap. 22. ubi de talo luxato loquitur.
Induere calceamentum. Plin. lib. 28. cap. 4.
Attritus calceamentorum. Plin. 28. 16.
Calciamenta illata mortuis lapidea fieri. Plin. 36. 17.

CALCĬTRO, [λακτίζω] āre. Calce petere, vel percutere. Plin. lib. 30. cap. 16. Mulas non calcitrare quum vinum biberint.
Calcitrare, per metaphoram. Cic. pro Cœl. 36. Illum filiumfamilias patre parco & tenaci habere tuis copiis devinctum non potes: calcitrat, reſpuit, non putat tua dona eſſe tanti.

CALCITRĀTUS, ûs. m. [λακτισμὸς] Plin. lib. 8. cap. 44. Mulæ calcitratus inhibetur vini crebriore potu.

CALCĬTRO, ōnis. m. [λακτιστὴς] Qui calcibus infeſtat. Plaut. Aſin. 2. 3. 11. Ita hæc morata janua eſt, extemplo janitorem clamat, procul ſi quem videt ire ad ſe calcitronem. Equus mordax & calcitro. Gell. 4. 2. conf. Non. 1. 214.

CALCITRŌSUS, a, um. Adj. [λακτιστώδης] Quod ſolet calcibus impetere. Columel. lib. 2. cap. 2. Nunquam ſtimulo laceſſat juvencum: quod retractantem, calcitroſumque eum reddit.
Jumenta calcitroſa. Ulpian. in l. 4. D. de ædil. edict.

CALCO, [πατέω, στίβω, στιβέω, στιβεύω] āre. proprie ſignificat Pede comprimere. Virg. 2. Georg. 243.
Huc ager ille malus, dulceſque a fontibus undæ
Ad plenum calcentur. Subaudi Pedibus. At Plin. lib. 36. cap. 23. Ita ferratis vectibus calcari ſolum, parieteſque ſimiliter.
De equo cum rectore proſtrato, Stat. 8. Theb. 541.
In vultus galeam, clypeumque in pectora calcat. i. e. Calcibus imprimit.
Pede aliquid calcare. Sen. Hippol. 2. Et aſpera agili ſaxa calcantem pede.
Impoſito pede calcare. Ovid. 5. Triſt. 8. 10.
Exiget at dignas ultrix Rhamnuſia pœnas:
Impoſito calcas quod mea fata pede.
Acervos enſe factos calcare. Ovid. 4. de Pont. 7. 47. & Acervos morientum calcare. 5. Met. 88.
Æquor calcare. Ovid. 3. Triſt. 10. 39.
— durum calcavimus æquor.
Amorem calcare pedibus. Ovid. 3. Amor. 9. 5.
Vicimus, & domitum pedibus calcamus amorem.
Hoſtem calcare. Juven. 10. Sat. 86. De more calcandi colla devictorum ad oſtentationem perfectæ victoriæ V. Barth. ad 2. Theb. Stat. p. 632. & ſeq.
Terra calcatur. Plin. in prooem. lib. 33. pr. Tanquam parum benigna, fertilique, quaqua calcatur. Hard. Secatur. q. V.
Telumque ſuo cum lumine calcat. Lucan. lib. 6. 219. de Scæva ſagittam cum oculo ſuo evellente.
Via leti ſemel calcanda. Hor. 1. Carm. 28. 16.
Uvas calcare. Cato de R. R. 1. 54.
Calcare, per metaphoram pro Veſtigio premere. Petronius, cap. 118. Ceteri, inquit, aut non viderunt viam, qua iretur ad carmen, aut viſam timuerunt calcare. Non enim dixit hîc Calcare, pro Terere, ut a via trita tranſlatio ducta ſit, quæ eadem calcatur, ſicut Ariſtoph. οὐδ' Αἰσχύλον πεπάτηκας, Æſchylum non calcaſti, quod eſt, eum non triviſti, neç diligenter frequenterque pervolutaſti, ſed quod quæ ſenticoſa ſunt & ſpinoſa, aculeiſque horrentia, veſtigio premere timemus. Ex Turneb. 4. 19. [In Mſſ. Aut verſum tim. An Aut animadverſam &c?
Calcare ponitur etiam ſimpliciter pro Comprimere. Plin. lib. 25. cap. 11. Oſſa fracta e capite extrahit, aut ſiquid in corpore ſuppurat, vel ſi calcata ſunt oſſa: h. e. Confracta. Sic Columel. lib. 2. cap. 2.
Calcare, Gallinam inire, ſeu inſcendere, quod galli faciunt. *Chaucher*. Columel. lib. 8. cap. 5. ſub finem, Summovebimus autem veteres gallinas, id eſt quæ trimatum exceſſerunt. nec minus, quæ velut mares cantare, atque etiam calcare cœperunt.
Calcare, ponitur etiam tranſlate pro Spernere. ut
Honores magnos calcare. Claud. 3. Paneg. 109.
Simulatio hucuſque procedit, ut quæ dicendo refutare non poſſumus, quaſi faſtidiendo calcemus. Quintil. 5. 13.

CALCANS, Partic. Martial. lib. 12. 61.
Excipere hos illos, & tota ſurgere cœna
Marmora calcantem frigidiora gelu, &c.
Mœnia calcantem Magnum. Lucan. 10. 546.

CALCATUS, a, um. Partic. ut, Calcatiſque ruunt caſtris. Lucan. lib. 7. 332.
Hydro calcato immitior. Ovid. 13. Met. 804.
Jus calcatum, i. e. Suppreſſum. Claud. in Eutrop. 2. 124. Sic,
Numinibus divinis ſpretis ac calcatis. Apul. Met. 9. p. 223.
Item ſignificat Tritus, uſitatus; ut, Calcata quæſtio apud Senec. Scriptor Belli Hiſp. cap. 16. abſolute dicit, Efferre calcatas ad foſſas complendas. ſubintellige Crates, uti in pleriſque adſcriptum eſt ad marginem.

CALCATUS, ûs. m. Pallad. jan. tit. 13. Ne calcatu aſſiduo terra effoſſa ſolidetur.

CALCABĬLIS, e. &

CALCATOR, ōris. m. Qui calcat, &

CALCATRIX, īcis. apud recentiores auctores.

CALCATORIUM, i. n. Locus ubi uvæ calcantur. Pallad. lib. 1. tit. 18. Quod ſi cupis locum ſuum deputabimus: is locus ad calcatorii ſimilitudinem, podiis brevibus, & teſtaceo pavimento ſolidetur. Ibidem paulo ante, Calcatorium habeat loco altiore conſtructum.

CALCATURA, æ. f. ut, Pinnæ rotarum, ſine operarum calcatura, fluminis impulſu ſunt verſatæ. Vitruv. 10. 10.

CALX, calcis. f. [κονία, ἄσβεστος, τίτανος] Lapis coctus: dictus quod in ædificiis calcetur. Plin. lib. 36. cap. 23. Calcem e vario lapide Cato Cenſorius improbat. Ex albo melior. quæ ex duro ſtructuræ utilior: quæ ex fiſtuloſo, tectoriis. Ad utrumque damnatur ex ſilice. Cic. pro Milon. 75. Repente lintribus in eam inſulam materiam, calcem, cæmenta atque arma convexit.
Coaleſcunt calce ſaxa. Lucret. lib. 6. 1066.
Saxa vides primum ſola coaleſcere calce.
Locus nuper calce & arena perpolitus. Apul. Met. 8. p. 260.

CALCARIUS, a, um. Adj. ut, Calcaria fornax, in qua calx decoquitur. Plin. lib. 17. cap. 9. Nuper repertum, oleas gaudere maxime cinere e calcariis fornacibus.

CALCARIUS, i. m. Qui calcem coquit. Cato de R. R. cap. 16. Calcem partiario coquendam qui dant, ita dant. Calcarius perficit & coquit.

CALCARIA, æ. f. abſolute, Ubi calx aut coquitur, aut aſſervatur, aut venditur. Ammianus 27. 3. Calcarias exſtinguere. Ulpian. l. 8. §. 10. ff. de pœnis: In calcariam quoque vel ſulphurariam damnari ſolent. Notatur autem calcis fodina. [Ammianus pro ipſa calce poſuiſſe videtur. Refert enim Symmachi dictum, quo plebem irritaverit: Libenter ſe vino proprio calcarias extincturum, quam id venditurum pretiis, quibus ſperabatur.
Calcaria, Fornax eſt, ubi calx ex coctis lapidibus conficitur. Imperator tamen in tit. de pœn. l. aut damnum. pro Fodina poſuit lapidum, ex quibus igni reſolutis calx ipſa fit. Nam de damnatis ad metalla loquitur. Sunt autem lapides in genere metalli. Nebriſſ.
De calcaria in carbonariam pervenire, i. e. De loco impuro in nihilo puriorem venire; hoc proverbio uſus Tertullianus de Carne Chriſti, cap. 6.

CALCO vel CALICO, āre. verbum exoletum, unde

CALCĀTUS, vel CALICATUS, vel priſco more CALECATUS, a, um. Adj. [κονιατὸς, πηλωτὸς] ut Calcata ædificia dicuntur Calce polita. Feſt. ubi Scalig. & Dacer. V.

CALYDNE, vel CALYDNA, [Κάλυδνα] Cariæ oppidum, auctore Plin. lib. 5. cap. 37. Ovid. 8. Met. 222.
Dextra Lebyntos erat, fœcundaque melle Calydne.
Eſt etiam Calydna, Inſula una Sporadum, Calymnis proxima, teſte Plin. lib. 4. cap. 12. Homer. Il. 2. duas fecit Calydnas inſulas. V. Strab. ad fin. lib. 10.

CALȲDON, onis. f. [Καλυδὼν] Ætoliæ oppidum eſt ſeptem millium quingentorum paſſuum a mari juxta Evenum amnem. Plinii verba cap. 2. lib. 4. Ipſa Calydon OEnei patris Meleagri regia fuit, quæ ſilvæ agroque & apro cognomen impoſuit, de quibus multa mentio eſt apud Ovid. 8. Met.
Alta Calydon. Ovid. 8. Met. 270.

CALYDONIUS, a, um. Adj. ut, Heros Calydonius, Meleager. Ovid. 8. Met. 324.
Haſta Calydonia. Ovid. 15. Met. 769.
Regna Calydonia. Ovid. 14. Met. 512.
Sus Calydonius. Martial. lib. 11. 19.

CALYDŌNIS, ĭdis. f. [Καλυδωνὶς] Ovid. 8. Met. 527.
Planguntur matres Calydonides Eveninæ.

CALYMNA, [Κάλυμνα] Inſularum duarum nomen eſt inter Sporadas, non procul a Calydna. V. Plin. lib. 4. cap. 12.

CALYPSO, ûs. f. [Καλυψὼ] eſt Nympha Oceani & Tethyos filia: vel, ut aliquibus placet, Atlantis. Regnavit in Ogygia inſula, & Ulyſſem naufragum hoſpitaliter ſuſcepit. Ovid. de Arte Am. 2. 125.
Ah quoties illum doluit properare Calypſo. De ea Homer. in Odyſſ. η. Hæc de ſuo nomine inſulam in Ionico mari cognominatam tenuit, propinquam promontorio Lacinio, ut ſentire videtur Plin. lib. 3. cap. 10. vel ut aliis placet, in mari Africo. Cic. 1. Off. 113. Si Circe & Calypſo mulieres appellandæ ſunt.
Calypſo Atlantis. Tibul. lib. 4. 1. 77.
Non amor & Fœcunda Atlantidos arva Calypſus. Genitivi Græci ſunt, Atlantidos & Calypſus, i. e. Atlantis filia, Quintil. lib. 1. 5. Neque enim jam Calypſonem dixerim, ut Junonem &c. Dixit tamen Apuleius 1. Mileſ. p. 107. At ego vice Calypſonis æternam ſolitudinem flebo. V. omnino Priſcian. p. 685.
Calypſonem, Vide apud Deſpaut. H. St.
Calypſo, item Mulier quædam fuit pingendi peritiſſima, cujus opus Plin. memorat Senem & præſtigiatorem Theodorum. V. eum lib. 35. cap. 11. [Ita quidem colligas ex editione priore Harduini, quam ſolam vidi, Sect. 40. extr. Sed errorem puto, ex falſa loci interpunctione natum, qui ſic diſtinguendus videtur: Irene Cratini pictoris filia & diſcipula, puellam, quæ eſt Eleuſine, Calypſo, ſenem, & præſtigiatorem Theodorum. Ut ſit Calypſo accuſativus Græcus, opus ipſum Irenes denotans, i. e. Simulacrum pictum hujus Deæ. V. eundem paulo ſupra, ubi de Antidoti operibus, nec de correctione noſtra dubium tibi relinquetur ullum. Adde iſtud nomen præterea nulli uſquam feminæ tributum legi.

CALYPTRA, æ. f. [καλύπτρα] Genus veſtimenti, quo mulieres capita operiebant. Feſtus. *Une cappe à femme*. Budæus. Ejus meminit Plato in Alcibiade poſteriore, quum dicit, in Aſia eſſe quaſdam regiones, mundo uxoris regiæ deſtinatas, & appellationem a mundo illo muliebri ſortitas, & inter alias Calyptram. conf. Pitiſc. Lex.

Calyx, ycis. m. [κύλιξ] significat Folliculum, quo fructus arborum cooperitur, a καλύπτω, cooperio. Plin. lib. 12. cap. 6. Sed unde vestes lineas faciunt, foliis moro similis, calyce pomi cynorhodo. De arbore loquitur.
Calyces etiam sunt Ovorum dura putamina vel testæ. V. Plin. 28. 2. V. plura in CALIX, quo cum Calyx confundi solet. [Si modo differentia est, ac non Calix ubique & Caliculus legendum.

Calycŭlus, i. m. dimin. [κυλίκιον] Plin. lib. 16. cap. 44. Quod vero in spina fullonia gignitur hypophæston vocat: calyculis inanibus, foliis parvis.

C A M

Camacæ, Populi inter Scythicas gentes. Plin. lib. 6. cap. 17.

Camæ, Populi inter Scythicas gentes. Plin. lib. 6. cap. 17.

Camalodūnum, i. n. Britanniæ oppidum. Plin lib. 2. cap. 75. Camaldunum legitur in Edit. Harduin. Colonia Camolodunum, est apud Tacit. 12. Ann. 32. ubi V. Lips. & Gronov. Inscriptio apud Gruterum p. 439. habet Camalodunum.

Cama, æ. f. Lectus brevis & circa terram. Isidor. 20. 11. & Ambros. de Offic.

Camacum, i. n. Cinnamum in Syria. Plin. 12. 28.

Camăra, [Καμάρα] Urbs Cretæ insulæ Ptolemæo. vulgo *Camera*.

Camara, æ. f. Genus navigii. Gell. 10. 25. V. infra CAMERA.

Camaracum. V. CAMERACUM.

Camarīna, æ. f. [καμαρίνα] Quibusdam est frutex: cujus ramos siquis commoveat, quatiatque, tetrum quendam odorem edit. Unde Camarinam movere: Proverbium, quod significat Sibi ipsi malum arcessere. Servius Grammaticus aliunde natum adagium dicit, enarrans locum illum in 3. Æn. 701.

— fatis nunquam concessa moveri
Apparet Camarina procul.

Camarina, inquit, Palus est juxta oppidum (Siciliæ) ejusdem nominis: quæ quum olim siccata pestilentiam creasset, consuluerunt Apollinis oraculum, an penitus eam desiccare præstaret. Vetuit deus Camarinam moveri. Quo contempto, exiccaverunt paludem: & carentes pestilentia, per eam partem ingressis hostibus pœnas dederunt. V. Erasmi Chiliad. Sil. lib. 14. 199. Maronem imitatus dixit,

Et cui non licitum fatis Camarina moveri.

Camarōsis, [καμάρωσις] Lat. Concameratio. Est Ossis perruptio, quum ex alterutra refractum parte similem cameræ figuram acceperit. Auctor Galen. lib. Finit. Medic.

Cambio, is. Priscian. lib. 10. fol. 133. b. Ald. Cambio ἀμείβομαι, inquit, ponit Charisius, & ejus Præteritum Campsi, quod ἀπὸ τοῦ κάμπτω ἔκαμψα Græco esse videtur. unde & Campso, psas, solebant vetustissimi dicere. Ennius in decimo, Leucaten campsant. Apul. Apol. p. 284. Tu an habeas ad agrum colendum, an ipse mutuarias operas cum vicinis tuis cambias, neque scio, neque laboro. V. ibi Casaub. & Andr. Alciatum Parerg. 1. 44. Cujacius Comm. de pactis, officium argentariorum describens: Fuit, inquit, olim in civitatibus certum corpus sive σύστημα argentariorum, quorum erat publicum officium. Tabernas & mensas cum ære in foro positas habebant. Apud mensas pecuniæ deponebantur, permutabantur, emebantur, vendebantur. Quod Latine est Cambire, Græce ἀντιμείβεσθαι, &c. V. Cangii Glossar. & infra CAMPSO.

Cambium, i. n. pro Permutatione rei ad rem, apud recentiores.

Cambītas, ātis. f. Idem. Gloss. Gr. Lat.

Cambialis, e. ut, Cambiales litteræ; Cambiale jus, JCt.

Cambles, etis. m. [Κάμβλης] Lydorum rex fuit, edacitatis mirandæ, quemque scribit Xanthus in id vorandi studio evectum, ut nocte quadam uxorem quoque absumpserit: quumque summo mane illius manum in ore comperisset, semet jugulasse. Cæl. Rhod. lib. 7. cap. 11. Ex Athen. lib. 10.

Cambodunum, i. n. [Καμβόδουνον] Vindeliciæ urbs, Ptolemæo. hodie Monacum, vulgo *Munchen*. [Nisi Campidunum est, de quo f. l. de Camboduno Britanniæ V. Geographos.

Cambolectri, Populi inter Galliæ Narbonensis gentes, Plinio commemorantur lib. 3. cap. 4. & lib. 4. cap. 19. [Duo populi locorum situ & cognominibus ab eodem auctore distincti, Cambolectri Alcantici & Agesinates. V. Hard. ad loc. utrumq.

Cambysēna, æ. f. [Καμβυσηνή] Armeniæ regio est, de qua sic Strabo, Chorzena & Cambysena septentrionales, & valde nivales sunt, Caucasiis montibus vicinæ, & Iberiæ, & Colchidi, ubi iter agentes in summis montium cacuminibus nive obrui dicunt. Nam ibi plurima cadit: unde baculos habent ad ejusmodi pericula, quos in summam nivem respirandi gratia exerant, & ut eo signo auxilium ab advenientibus consequantur. Quapropter sæpe effossi servantur. Hæc ille lib. 12.

Cambȳses, is. m. [Καμβύσης] Persarum rex, Cyri filius, patriis rebus Ægyptum adjecit, sed offensus illorum superstitionibus, Apis ceterorumque deorum ædes dirui jussit. Ad Ammonis quoque templum expugnandum exercitum misit, qui tempestatibus & arenarum motibus oppressus interiit, ut scribit Justin. lib. 1. cap. 9. Hujus meminit etiam Seneca lib. 3. de Ira cap. 20. Cambyses (inquit) fertur in Æthiopas jugum detrectantes: quumque inexplorato per arentia exercitum duceret, deficientibus ceteris alimentis, decimum quemque inter se in cibum sortiti sunt: duravitque adeo talis severitas, donec & ipse, ne revocaretur ad sortem, pertimuit, receptuique signum dedit.
Est & Cambyses, Fluvius in Caucasiis montibus ortus, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 13.

Cambysu, [Καμβύσου πόλις] Oppidum fuit inter Nelos & Marchadas deductis eo ægris exercitus regis Persarum Cambysis. De hoc Plin. lib. 6. cap. 29.

Camelani, Italiæ populi in sexta regione, Narniensibus & Nucerinis vicini. Plin. lib. 3. cap. 14. [Immo ipsi Nucerini in Favonienses & Camelanos divisi V. loc.

Camēlaucium, i. n. [Καμηλαύκιον] ut inquit Suidas, Romana dictio est: dici tamen Græce potest παρὰ τὸ καῦμα ἐλαύνειν, quia calorem defendat. Est autem Camelaucium, ut Aristophanis interpretes tradunt, quod prius dicebatur Pilidion, id est galericulus. Hæc ex Rhod. lib. 7. cap. 18. quem vide.

Camēlæ, ārum. f. pl. Virgines Deæ, quibus nupturæ supplicare solitæ. Festus: γαμήλιαι θεαί.

Camelidæ, Insulæ duæ sunt in ora Ioniæ regionis. Plin. lib. 5. cap. 31.

Camelitæ, [Καμηλῖται] Populi sunt in Mesopotamiæ finibus, non procul ab Euphrate, Scenitis proximi, qui diversoria habent partim cisternarum, partim aquæductuum aquis abundantia. V. Strab. lib. Geogr. 16.

Camella, æ. f. Genus poculi, quo in quibusdam sacris solebant uti, cujus meminit Ovid. 4. Fast. 779.

Tum licet, apposita, veluti cratere, camella,
Lac niveum potes, purpureamque sapam.

Sunt qui scribunt per simplex l. V. Petron. cap. 64. 133. & 135. Turneb. Advers. 26. 7.

Camēlopardalis, is. f. [καμηλοπάρδαλις] Animal est cameli proceritate, colore pantheræ, maculis veluti florentibus variegatum: postremæ infra alvum partes humi subsident, sicut in leonibus videmus: humeri, pedesque priores, atque item pectus, præter ceterorum membrorum rationem procera, tenuis cervix: camelo capite simile, pedibus & cruribus bovi. Plin. lib. 8. cap. 18. Hor. 2. Epist. 1. 195.

Diversum confusa genus panthera camelo.

Camēlus, i. m. [κάμηλος] Notum est animal, de quo multa Plin. lib. 8. cap. 18. Liv. lib. 37. cap. 40. Cic. 2. de Nat. Deor. 122. Cameli adjuvantur proceritate collorum.
Desiderans camelus cornua, etiam aures perdidit: Proverbium in eos, qui dum peregrina sectantur, ne sua quidem tuentur.
Saltat camelus; Proverbiale est, de indecore aliquid facientibus.
Sitiens camelus Persio dicitur, quod sitim quatriduo toleret, ut docet Plin. lib. 8. cap. 18. Impleturque quum bibendi occasio est, & in præteritum, & in futurum, obturbata conculcatione prius aqua. Pers. versus sic habet 5. Sat. 136.

Tolle recens primus piper e sitiente camelo.

Camelus Bactriana, & bicolor homo. Proverbium est, adversus eos quidem qui ea promunt, quæ admirationi putant futura, re autem ipsa vel meticulosa sunt, vel plane ridicula. Adagium rationem habet ejusmodi: Ptolemæus Lagi, duo quædam inusitata in Ægyptum induxit, camelum Bactrianam insigniter nigram, bicolorem item hominem, ita ut medietas quidem ex æquilibrio summe foret nigra, reliqua portio albedinem præferret eximiam. Ceterum convenientibus in theatrum Ægyptiis, stuporem novitate rei injecturus camelum produxit, & semialbum hominem. Sed Ægyptii cameli aspectu territi mandarunt se fugæ: hominis vero, ut sic dixerim, variegati intuitum, partim fusius riserunt, partim ut monstrificum quiddam aversati sunt. Ex Cæl. lib. 7. c. 18.
Est & Camelus, Funis nauticus, quo anchoræ religantur, de quo aliqui intelligunt illud in Evangelio, Facilius est camelum per foramen acus intrare, quam divitem in regnum cælorum. V. Rhod. lib. 7. cap. 18.

Camelarius, i. m. [Καμηλίτης Arist. de Aud. mir.] Qui camelos agit, Camelorum agitator & ductor. V. in dict. seq.

Camēlāsia, æ. f. [καμηλασία] Camelorum curatio & præfectura: nisi forte Camelaria legendum sit, a Camelariis: ut Argentaria, Sagaria, ab Argentariis & Sagariis. Camelarii namque Qui camelorum curam habent, dicuntur. Arcad. l. ult. §. 11. D. de munerib. & honor. Camelasia quoque similiter personale munus est: nam ratione habita & alimentorum & camelorum, certa pecunia camelariis dari debet, ut solo corporis ministerio obligentur. Budæus tamen Annot. ad hanc l. Camelelasia, καμηληλασία legendum putat. sed Turneb. Adv. 21. 28. extr. Camelasiam probat, quippe quod eadem forma dicitur ac ἱππασία. [V. Interpp. ad l. 1. §. 1. t. eodem. Agitur vero in hac l. de exhibitione camelorum ad vecturam. At ἱππασία est ipsa Equitatio. Nil tamen mutandum puto, propter veterum in fingendis his vocabulis licentiam.

Camelasium, i. n. Turneb. l. c. Ut camelasia munus significat, ita camelasium indictum eo nomine tributum. Reperitur hæc vox apud Marcellin. lib. 17. cap. 3. extr. Ita quidem ille, Torrent. ad Suet. Vesp. cap. 8. aliique. sed notat Valesius, tam a MStis, quam primitus editis hoc verbum abesse, temereque a P. Castello insertum. [Nec sane respondet id nomen Analogiæ, nec causa apparet, cur a Gallis id tributum exigeretur.

Camēlīnus, a, um. Adj. [καμηλινὸς] ut, Camelinum lac. Plin. lib. 28. cap. 9. Dulcissimum ab (al. ad) hominis camelinum, efficacissimum ex asinis. Camelinus color vulgo dicitur Pullus.

Camelopodium, i. n. [καμηλοπόδιον] Herba. Apul. de Herb. cap. 45.

Camenæ, V. CAMŒNÆ.

Camĕra, æ. f. [καμάρα, κύρτωμα] Tectum in curvitatem formatum, auctore Nonio. Dicitur Latine alias Testudo, alias Fornix, alias Arcus. Secundum Servium Camera dicitur quasi Camura, i. e. Curva. V. CAMURUS. Cic. 3. Q. frat. 1. Cameras quasdam non probavi, mutarique jussi. Varr. 3. de R. R. cap. 7. Peristereon fit, ut testudo, magna camera tectus, uno ostio angusto. Al. Camara. Hor. 2. Serm. 3. 273.

— Picenis excerpens semina pomis,
Gaudes si cameram percusti forte.

Solent amantes semina ex malis orbiculatis duobus primis compressare digitis, eaque mittere in cameram, velut augurium, ut si cameram contigerint, posse sperari ad effectum duci quod animo conceperunt. Hæc Porphyrio.
Solutilem navem, cujus vel naufragio, vel cameræ ruina periret, commentus est. Suet. Neron. cap. 34. ubi Camera, Tectum arcuatum est. [Ponderandum cordato lectori relinquo, annon scripserit Tranquillus, Cujus, velut naufragio, cameræ ruina periret. Usitata huic scriptori levis trajectio forsan descriptori mutandi causam præbuit. Tectum ἁπλῶς Tacit. Ann. 14. 5. vocat.
Cameras appellarunt Culmina arcuata, sive ex lapide, sive ex contignatione essent. V. Vitruv. 5. 10. & 7. 3. Ibique Philand.
Est & Navigii genus Camera, Dacis usitatum: arctis lateribus, lata alvo, sine vinculo æris aut ferri connexa: & tumido mari, prout fluctus attollitur, summa navium tabulis augent, donec in modum tecti claudantur, ut Tacit. 3. Hist. 47. 5. describit. V. Scheffer. in Addendis ad lib. 2. de Mil. Nav. p. 325. conf. CAMARA.

Camerarius, a, um. Adj. [καμαρικὸς] ut, Cameraria cucurbita. Plin. lib. 19. cap. 5. Vires sine adminiculo standi non sunt, velocitas pernix, levi umbra cameras ac pergulas operiens. Inde hæc duo prima genera, Camerarium, & Plebeium, quod humi repit. Camerarium genus cucurbitæ vocat, Quod altius repens cameras & pergulas operit reptantibus flagellis & capreolis innitentibus.

Camĕro, [καμαρόω] āre. Fornicem & testudinem facere. A quo compositum Concamerare. q. V.

Cameratus, a, um. ut, Camerata vehicula, quæ Græci καμαρωτὰ vocant, qualia sunt Pensilia, quibus matronæ gestantur: qualia etiam hodie fiunt corio contecta. Ulp. in l. Sed addes. D. locati. Si inquilinus arcam cameratam in ædes contulerit, & ædium aditum dominus coangusta-

guſtaverit. Budæus. Haloander & Pandectæ Florentinæ habent, Arcam æratam.

CAMERATIO, ōnis. f. Fornix. Spartianus in Caracall. cap. 9. de cella foliari mirabili Thermarum hujus imp. loquens, Nam & ex ære vel cupro cancelli ſuperpoſiti eſſe dicuntur, quibus cameratio tota concredita eſt.

CAMĔRUS, a, um. Obtortum, inquit Nonius: unde & Cameræ, Tecta in curvitatem formata. Virg. 3. Georg. 55.

— & cameris hirtæ ſub cornibus aures. Serv. & Philarg. legunt Camuris. q. V.

CAMERĀCUM, vel CAMARACUM, i. n. Urbs in Belgica Gallia, memorata Antonin. itiner. & Tab. Peuting. Vulgo *Cammerik*. Gall. *Cambray*.

CAMERIA, æ. f. vel CAMERIUM, i. n. Italiæ oppidum juxta Collatiam apud Plin. lib. 3. cap. 5. Tacit. 11. Ann. 24.

CAMERĪNUM, i. n. [Καμαρῖνον] Piceni urbs præclara, a curvitate ſitus ita appellata. Apud Strab. & Ptolem. lib. 3. cap. 1. legitur Camarinum. Alii Umbriæ adſcribunt. Vulgo *Camarino*. Hinc

CĂMĔRĪNUS, a, um. Adj. gentile & poſſeſſ. ut, Ager Camerinus. Frontin. de Colon. Conditum Camerinum, cujus loco abſinthiatum Romanum commendat Apicius 1. 3.

Camerinus, Proprium Poetæ, cujus meminit Ovid. 4. de Pont. 16. 19.

Quique canit domito Camerinus ab Hectore Trojam.

Camerini inter nobiliores apud Juven. 7. Sat. 90. & 8. 38. Cognomen fuit gentis Sulpiciæ, de cujus nobilitate V. Suet. in Galba.

CAMERS, tis. pl. CAMERTES, [Κάμερτες] Populi iidem qui Camerini. Collocantur in montibus, qui Umbros a Picenis dividunt. Sil. lib. 8. 463. — & armis

Vel caſtris laudande Camers. Singularis numerus pro plurali. Horum meminit Strabo lib. 5. Et Plin. lib. 3. cap. 14. Cic. pro Corn. Balb. 47. Neque Fulginatium, neque Camertium fœdere eſſe exceptum. & 50. Cohortes duas univerſas Camertium.

CAMERS, Adj. [Κάμερς] Cic. pro Syll. 53. In agro Camerti, Piceno, vel Gallico.

CAMERTĪNUS, a, um. aliud Adj. [Καμερτηνὸς] ut, Camertinum fœdus. Cic. pro Corn. Balb. 46.

CAMESES, Conſors Jani. De quo ſic Perottus, de Jano loquens, Hunc regionem iſtam, quæ nunc vocatur Italia, regno obtinuiſſe, & cum Cameſe, qui ſimili modo indigena erat, ita participata potentia poſſediſſe, ut regio Cameſene: oppidum Janiculum vocaretur.

CAMILLA, æ. f. [Καμίλλη] Volſca virago, quæ venit auxilio Turno contra Latinos & Æneam, in quo bello etiam occubuit. Eam Virg. deſcribit 7. Æn. 803.

Hos ſuper advenit Volſca de gente Camilla, &c.

Dia Camilla. Virg. 11. Æn. 657.

Pharetrata Camilla. Virg. 11. Æn. 649.

CAMILLUS, i. m. [Κάμιλλος] Cognomen gentis Furiæ, ex qua familia longe nobiliſſimus fuit M. Furius Camillus, qui Veios decennali obſidione domuit, deque his triumphavit. Poſtea crimini datum quod albis equis triumphaſſet, & prædam inique diviſiſſet: die dicta a L. Appuleio Saturnino Tribuno plebis, damnatus, Ardeam conceſſit. Mox quum Galli Senones urbem diripuiſſent, abſens Dictator factus, collectis reliquiis Gallos adortus incautos oppreſſit. Populum Romam migrare Veios volentem eleganti apud Livium lib. 5. extr. concione retinuit, in qua omnes urbis dotes, laudeſque licet agnoſcere. Adjicit quoque Livius, quod tertium Dictator dictus, contra Latinos ad Satricum contendit, ut ſociam urbem Pop. Rom. a Latinis oppugnatam tueretur. Quartum Dictator ad ſedandam populi ſeditionem factus, valetudinem excuſavit, ex quo alter ei ſubrogatus eſt. Quintum Dictator, Gallos iterum Romam petentes, & ad flumen Anienem caſtrametatos, ſuperavit. Poſtremo Romæ octogenarius peſtilentia interiit. Auctores Liv. lib. 5. 6. & 7. & Plutarch.

Camillos & Camillas in ſacris vocabant Miniſtros & Miniſtras impuberes, quibus lactucæ eſus fortaſſe præſcribebatur. Hinc & Camilla dicta. Hæc Servius. Alii dicunt Omnes pueros ab antiquis Camillos appellatos, ſicut habetur in antiquo carmine, quum pater filio de agricultura præciperet, Hiberno pulvere, verno luto grandia farra, camille, metes. Feſt. v. Flaminius. q. V. & in Camillus. Add. ibi Scalig. & Dacer. not. & Serv. ad Æn. 11. 543.

CAMILLUM, i. n. Idem eſſe videtur quod Camella. Vitruv. 10. 15. Craſſitudo bucculæ, quæ affigitur, vocatur Camillum, ſeu loculamentum. Catillum innui Baldus ſuſpicatur in Lex. Vitruv.

CAMĪNUS, i. m. [Κάμινος] Græcum vocabulum eſt. Latine Fornax dicitur, auctore Servio. Virg. 3. Æn. 580.

— ruptis flammam expirare caminis.

Caminus, Structura quæ fumum excipit. Suet. in Vitel. cap. 8. Nec ante in Prætorium rediit, quam flagrante triclinio ex conceptu camini. Cic. 7. Fam. 10. Luculento camino utendum cenſeo.

Addere oleum camino. Hor. 2. Serm. 3. 321. i. e. Addere majoris inſaniæ materiam. Proverbialis loquutio, de qua abunde Eraſmus in Chiliad.

Anhelans. Perſ. 5. Sat. 10. [Immo ad vocem ſeq. Folle hoc epitheton refertur. Quin ſuſpicor unius literæ adjectione legendum:

Tu neque anhelantis, coquitur dum maſſa camino,

Folle premis ventos, &c. Ut ſit Anhelantes ventos, pro quo Horat. Serm. 1. 4. 19. Auras uſque laborantes dixit, quem ſine dubio exprimere ſtuduit Perſius, ut jam interpp. monuerunt.

Ardens ſemper. Juven. 14. Sat. 118.

Lentis caminis dare viſcera. Sen. in Thyeſt. 766.

Perpetuis caminis deſudare, Vulcanus dicitur, Stat. 3. Theb. 277.

Udos cum foliis ramos urente camino. Hor. 1. Serm. 5. 81. pro Igne urente.

CAMĪNO, [καμινόω] āre. In modum fornacis facere. Plin. lib. 16. cap. 6. Acervi confertis taleis recentibus luto caminantur.

CAMINATUS, a, um. ut, Foſſura caminata. Plin. lib. 17. cap. 11.

CAMĪRUS, i. m. Una ex urbib. Rhodi inſulæ. Strabo, Quas urbes Homerus commemorat, Lindon, Jalyſon, Camiron. Plin. lib. 5. cap. 31.

CAMISENA, æ. f. [Καμισηνὴ] Regio eſt olim Medorum ditioni ſubjecta, nunc autem ſub Parthis vivens, ait Strabo lib. 11. Aliis Cominſine & Comiſene.

CAMISIA, æ. f. quam Subuculam eſſe dicit Sext. Pompeius lib. 17. in verbo Supparus: & vix eam appellationem alibi reperias apud antiquos. Nos vocamus *Chemiſe*. Putatur autem a Macedonibus primum introducta. Iſidor. 19. 21. & 22. & Hieron. Epiſt. ad Fab.

CAMMA, Nobilis quædam femina e Galatia oriunda, viri ſui mortem a Sinorige illatam ægerrime ferens, quum apud Galatas in more eſſet, ut qui ineunt ſponſalia, vir ſcilicet & uxor, de eodem poculo bibant, diſſimulato dolore ſponſalia cum eo inire finxit, venenatumque poculum illi propinavit: quo hauſto Sinorix, & ipſa, læta quod virum ulta eſſet, mortem obivere. Hæc Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 5. Ex Plutarcho de virtut. mulier.

CAMMARON, [κάμμαρον] Herbarum venenoſiſſima, quæ notiore nomine Aconitum appellatur. Cammaron autem dictum exiſtimant, a radicis flexura, quam Dioſcorides 427. Scorpionis caudæ aſſimilat. Aconitum item herbam nonnulli Cammaron appellarunt. V. Plin. lib. 27. cap. 3.

CAMMĂRUS, i. m. [κάμμαρος] Piſcis marinus, ex ſpecie malacoſtracorum, hoc eſt qui molliorem teſtam pro cute habent. Columel. lib. 8. cap. 15. Aquatilibus autem cibis, ſi ſit facultas, datur cammarus, & rivalis alecula. Aliis Gammarus dicitur. q. V.

CAMMATĬDES, um. f. pl. [καμματίδες] Folia lauri, cum quibus una comedebant bellaria ſeu tragemata. Cæl. Rhod. 14. 50.

CAMŒNÆ, arum. f. pl. vel CAMENÆ, ſine diphthongo, [Μοῦσαι] Muſæ: quibus a Cantu inditum eſt nomen. V. Voſſ. Etym. p. 102. Virg. 3. Ecl. 59.

Alternis dicetis, amant alterna Camœnæ. Servius.

Camenæ Muſæ a Carminibus ſunt dictæ, vel quod canunt antiquorum laudes, vel quod ſint caſtæ mentis præſides, inquit Feſtus. ubi V. Dacer. Plin. lib. 34. cap. 5. Actium poetam in Camœnarum æde maxima forma ſtatuam ſibi poſuiſſe, quum brevis admodum fuiſſet.

Camœna, etiam numero ſingulari dicimus. Perſ. 5. Sat. 21.

— tibi nunc, hortante Camœna,

Excutienda damus præcordia.

Dulces Camœnæ. Hor. 1. Epiſt. 19. 5.

Vina fere dulces oluerunt mane Camœnæ.

Gaudentes rure. Hor. 1. Serm. 10. 45.

— ductu molle atque facetum

Virgilio annuerunt gaudentes rure Camœnæ.

Graia. Hor. 2. Carm. 16. 38.

Inhumana. Hor. 1. Epiſt. 18. 47.

Inſignis. Hor. 1. Carm. 12. 39.

Tragica. Hor. de Arte Poet. 275.

Ignotum Tragicæ genus inveniſſe Camœnæ.

Vocalis. Sen. in Med. 8. i. e. Calliope dulciter canens.

Senium Camœnæ deponere. Hor. 1. Epiſt. 18. 47. i. e. Severitatem. [vel potius Segnitiem, Deſidiam.

CAMOENALIS, e. Adj. apud recentiores.

CAMPAGUS, i. m. Julio Capitolino in Maximin. Jun. cap. 2. barbarum eſt Calciamenti nomen, ſicut Anaxyris item Calcei fuit genus, ut notat Rhodig. lib. 18. cap. 21.

CAMPANA, æ. f. [ὁ κώδων] Onomaſt. vet. Campana, κώδων. Eſt autem campanarum uſus antiquus, & varius in ſacris & profanis. Sed vox, prout hodie ſumitur, veteribus incognita. V. Adr. Jun. Animadv. 3. 11. Turneb. Adverſ. 23. 6. Cang. Gloſſ. & infra TINTINNABULUM.

CAMPANŬLA, æ. f. dimin. Hieron. ad Euſtoch.

Herba etiam eſt, Campanula ſilveſtris.

CAMPANARIUS, i. m. Qui campanas conflat ex ære, vel Qui pulſat.

CAMPANIA, [Καμπανία] Italiæ regio, de qua ſic Plin. lib. 3. cap. 5. Qualiter Campaniæ ora per ſe, felixque illa ac beata amœnitas narrari debet? ut palam ſit, uno in loco gaudentis opus eſſe naturæ. Jam vero tota ea vitalis, ac perennis ſalubritatis cæli temperies eſt, tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxii ſaltus, tam opaca nemora, &c. Nomen retinet, & eſt initium regni Neapolitani.

Pinguis. Propert. lib. 3. 5. 5.

Campania terra. Tibul. lib. 1. 9. 33. Ut Terra Græcia, Gallia &c.

CAMPĀNUS, a, um. [Καμπανὸς] Adj. ut, Urbs Campana. Virg. 10. Æn. 145.

Affuit & Mneſtheus, quem pulſi, &c.

Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur urbi. Ubi Servius, Iſte quidem dicit a Capy dictam eſſe Capuam. Sed Livius vult a Locis campeſtribus dictam, in quibus ſita eſt. Conſtat tamen eam a Tuſcis conditam de viſo falconis augurio, qui Tuſca lingua *Capys* dicitur: unde eſt Capua nominata. Tuſcos autem omnem pæne Italiam ſubjugaſſe manifeſtum eſt. V. plura ibid. & conf. CAMPESTRIS, CAMPANEUS, CAPUA.

Arrogantia Campana. Cic. 2. contra Rull. 75.

Litus Campanum. Stat. 3. Silv. 3. 162.

Luxuria Campana. Liv. 23. 45.

Morbus Campanus. Hor. 1. Serm. 5. 62. i. e. Oris fœditas aut arrogantia. nam Campani qui Oſci dicebantur, ore immundi & arrogantes habiti ſunt: unde Oſcos dictos putant, quaſi Obſcœnos. aut vero dixit Campanum morbum, quia Campani morbum dicacitatis patiuntur. Ex Acrone & Porphyrione. [Nec ſaniora Cruquianus affert interpres, qui prorſus incredibilia de Morbo iſto Campano memorat. Miror autem nec ex junioribus interpretibus, editoribusque Horatii quenquam extitiſſe, qui non in eodem luto pariter hæſerit. Scribendum enimvero, commatis tantum nota interpoſita:

Campanum, in morbum, in faciem permulta jocatus,

Paſtorem ſaltaret uti Cyclopa, rogabat. Τὸ Campanum ſubſtantivum gentile eſt, & ad v. Rogabat refertur: reliqua παρενθετικῶς interponuntur. Legi etiam poſſet In morbum in facie, ſublata diſtinctione. Sed altera quoque lectio commoda ſatis videtur. Morbum quem intelligat poëta, & quem item Campanum, ſatis ipſe explicuit.

Supellex Campana. Hor. 1. Serm. 6. 118. i. e. (ut exponit Acron) Fictilis, (vel viminea,) quia in Campania erant figlinæ. V. Turneb. Adv. 23. 6.

Supercilium Campanum. Cic. 1. contra Rull. 2.

CAMPANUS, i. ſubſt. pl. CAMPANI, orum. Capuæ & Campaniæ incolæ. Cic. 2. contra Rull. 95. Campani ſemper ſuperbi bonitate agrorum, & fructuum magnitudine, &c. & 1. contra Rull. 20. Superbia nata ex Campanorum faſtidio. V. in ſuperiore dictione notata.

CAMPANICUS, a, um. ut, Periſtromata picta Campanica. Plaut. Pſeud. 1. 2. 12.

CAMPAS, ātis. o. g. pro Campano. Plaut. Trin. 2. 4. 144. Campas genus. Nonius 8. 23. legit Campans.

CAMPARIUS, V. CAMPUS.

Campaspe, Alexandri magni ex concubinis præcipue dilecta, quam quum nudam pingi ob admirationem formæ ab Apelle juſſiſſet, eumque tum pari captum amore ſenſiſſet, dono ei dedit. Magnus animo, major imperio ſui, nec minor hoc facto, quam victoria aliqua. Quippe ſe vicit, nec torum tantum ſuum, ſed etiam affectum donavit artifici. Verba ſunt Plin. lib. 35. cap. 10. παγκάστη vocatur Æliano V. H. 12. 34. Lucian. in Imagin. πακάστη.

Campe, es. vel Campa, æ. f. [κάμπη] Eruca Latine, Vermiculus hortenſes maxime herbas, & arborum frondes rodens. Campe Græcis a Flexu dicta eſt, quia in arcum arrependo curvatur. Budæus. Columel. lib. 10. v. 324.

Nec ſolum teneras audens erodere frondes,
Implicitus conchæ limax, hirſutaque campe.

Dicere campas. Plaut. Truc. 5. 1. 50. i. e. Nugari.

Campæ etiam Equi marini, delphini, & omne genus cetaceum, quod caudam flectit. Martial. lib. 9. 43.

Campis dives Apollo marinis. i. e. Delphinis, Apollini ſacris.

[Sed rectius alii Campis Myrinis. Myrina Æolidis oppidum, proximum Grynio, templo Apollinis nobilitato. V. Strab. lib. 13. & Rader. ad Martial. Nihil igitur hæc ad Campas.

Campester, Campicursio, Campidoctor, &c. V. campus.

Camphăsus, Proprium nomen equi, de quo Sil. Ital. lib. 16. 356.

Camphaſus, ipſe aſper, nec qui cervicis amaret
Applauſæ blandos ſonitus, clauſumque cruento
Spumeus admorſu gauderet mandere ferrum. Sed exhibent meliores codd. Caucaſus.

Camponi, Populi inter Aquitanicas gentes Plinio commemorantur lib. 4. cap. 19.

Campseonysis, Flumen eſt in Themiſcyrena regione, prope Heniochos populos, de quo Plin. lib. 6. cap. 4. Hard. Acampſis. q. V.

Campsiani, Germaniæ populi indigentia laborantes, commemorantur Straboni his verbis, Sunt alii Germaniæ populi indigentia magis laborantes, Sugambri, Chaubi, Bucteri, Cimbri, Cauci, Caulci, Campſiani, aliique complures. Hactenus ille lib. 7.

Campso, āre. pro Cambire antiquiſſimi dixerunt, ut notat Priſcian. 10. p. 906. [Non dicit pro Cambire uſos veteres hoc verbo, verum ex Græco aoriſto ἐκάμψα, τῦ κάμπτω, utrumque formaſſe; & Ennius eadem uſus eſt, ſignificatione partic. Campſantes, ac Græci ſolent, pro Circuire navibus, circumnavigare. V. locum integrum in cambio.

Campsor, ōris. m. vulgo vocatur Collybiſta atque Trapezita, ſive Nummularius. V. Alciat. Parerg. 1. 46.

Camptaulæ, [καμπταύλαι] de quibus apud Vopiſcum in Carin. cap. 19. fit mentio, dicuntur, Qui flexili tibiarum utuntur cantu: ſicuti Pithaulæ, Tibiis quodammodo perſuadentes. Cæl. Rhod. lib. 12. cap. 5. V. Barthol. de Tibiis vett. p. 77.

Campus, i. m. [πεδίον, δάπεδον, ἀλωὰ] Quod primum ex agro plano fructus capiebant Campus dictus, auctore Varr. de L. L. 4. p. 11. ed. 3. Steph.

Campus, inquit Valla, lib. 4. eſt Planities terræ ampla & grandis: ideoque ſpatioſæ plateæ, areæve, campi nomen acceperunt. Unde Romæ campus Martius. Cæſ. 3. Bell. Civil. 37. Sed quum eſſet inter bina caſtra campus, circiter millium paſſuum ſex, Domitius caſtris Scipionis aciem ſuam ſubjecit. Hic pro Planitie ponitur, Sæpius pro Agro, nec raro pro Loco certaminis, ut ex ſubjectis apparebit exemplis.

Æquor campi. Virg. 7. Æn. 781.

Filius ardentes haud ſecius æquore campi
Exercebat equos.

Æquora camporum patentium. Cic. 1. de Divin. 9. Ut enim Ægyptii & Babylonii, in camporum patentium æquoribus habitantes, quum, &c.

Ager campi. Virg. 2. Georg. 274.

— ſi pinguis agros metabere campi,
Denſa ſere.

Agger camporum. Stat. 2. Theb. 708.

Quercus erat teneræ jamdudum oblita juventæ
Aggere camporum medio.

Area campi. Ovid. 10. Met. 86.

Collis erat, collemque ſuper planiſſima campi Area.

Fundamina campi ſubter. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 164. de Cuniculis.

Immenſitates camporum. Cic. 2. de Nat. Deor. 98. Adde huc fontium gelidas perennitates, immenſitateſque camporum.

Limes camporum. Lucan. lib. 6.

— camporum limite parvo
Abſumus a votis.

Medio campi. Tacit. 1. Ann. 61.

Media campi complere. Tacit. Agric. 35.

In medium campi procedere. Liv. lib. 7. Decad. 4.

Pulvis camporum. Virg. 11. Æn. 866.

Spatia campi maxima. Virg. 3. Georg. 202.

Spatia immenſa camporum. Cic. 2. de Nat. Deor. 161. Totam licet animis tanquam oculis luſtrare terram, mariaque omnia: cernes jam ſpatia frugifera atque immenſa camporum, &c.

Æquo campo ſe dare. Virg. 9. Æn. 56.

Teucrum mirantur inertia corda
Non æquo dare ſe campo, non obvia ferre
Arma viros, ſed caſtra fovere.

Æſtiferi campi Garamantum. Sil. Ital. lib. 17. 452.

Qualis in æſtiferis Garamantum fœta veneno
Attollit campis ferventi paſtus arena
Colla Parethonius ſerpens.

Anhelans ſulfure campus. Stat. 11. Theb. 17.

— & anhelantem cæleſti ſulfure campum.

Apertus campus. Virg. 2. Georg. 145.

— & campo ſtetit agmen aperto. V. aperio.

Apricus campus. Hor. 1. Carm. 8. 4.

— cur apricum
Oderit campum patiens pulveris, atque ſolis? V. apricus.

Armiger. Stat. 9. Theb. 836.

— armigerum ni protinus improba campum Deſeris.

Caligantes animarum examine campi. Stat. 1. Theb. 95. de Sede inferorum. V. infra.

Elyſius. Virg. 1. Georg. 38. V. elysius, & infra Campus pro Sede inferorum.

Facilis campus operi. Liv. lib. 2. Decad. 4.

Fertilis ubere. Virg. 2. Georg. 185.

Frequens herbis. Virg. 2. Georg. 185.

Frondens. Lucan. lib. 6. 83.

Ungula frondentem diſcuſſit cornea campum.

Gramineus. Virg. 5. Æn. 287.

Herboſus. Hor. 3. Carm. 18. 9.

Horrens. Virg. 3. Georg. 161. — aut ſcindere terram
Et campum horrentem fractis invertere glebis.

Irriguus. Lucan. lib. 4. 296.

Lati. Virg. 1. Georg. 486.

Latis currere in campis. Ovid. 2. Met. 662.

Martius. Hor. 4. Carm. 1. 39. Qui ſæpe Campus abſolute dicitur. V. infra.

Nigrantes pulvere. Sil. Ital. lib. 3.

Nudi ſine fronde, ſine arbore campi. Ovid. 3. Triſt. 10. 75.

Optimi & uberes. Cic. 2. Agrar. 95. Agros vero, &c. cum ſuis optimis atque uberibus campis conferendos ſcilicet non putabunt.

Patentes. Virg. 4. Æn. 153.

Patuli. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 339.

Pigri. Hor. 1. Carm. 22. 17. i. e. Frigidi, & frigore pigritiem inducentes. Acron. V. piger. Sic Virg. Segnis.

Pinguis. Virg. 2. Georg. 425.

Planus. Lucret. lib. 3. 1015.

Putris. Virg. 11. Æn. 875.

Quadrupedumque putrem curſu quatit ungula campum.

Rudis. i. e. Novale. Virg. 2. Georg. 211.

Sanguineus. Stat. 3. Theb. 314. ab cæde.

Segnis. Virg. 1. Georg. 72. dum quieſcit. conf. Pigri.

Spectabilis undique. Ovid. 3. Met. 709. i. e. Apertus.

Spirans tabo. Stat. 12. Theb. 567.

Squalentes. Sil. Ital. lib. 3.

Stagnantes. Sil. lib. 3.

Tauriferis ubi ſe Mevania campis Explicat. Lucan. lib. 1. 468.

Tenuis. V. Arare campum.

Torrentes ſanguine. Stat. 1. Silv. 2. 97.

Turpis ſine gramine. Ovid. 3. de Arte Am. 249.

Vaſti. Virg. 3. Æn. 13. i. e. Vaſtati, aut Magni, inquit Servius.

Uberes. V. paulo ante, Optimi, &c.

Udi. Sil. Ital. lib. 8.

Virentes. Hor. 2. Carm. 5. 6.

Circa virentes eſt animus tuæ
Campos juvencæ.

Viridis. Virg. 3. Georg. 13.

Arare campum. Ovid. 2. Triſt. 328.

— tenuis mihi campus aratur. Parœmiam ſapit.

Aſpirare in campum. In aspiro.

Attollere campum pulvere. Stat. 4. Theb. 138.

Circumferre campo lumina. Sil. Ital. lib. 17.

Circumvolare campum jaculo. Sil. Ital. lib. 17. 420.

— & jaculo circumvolat alite campum. de Maſiniſſa.

Colligere. Veget. lib. 3. de Re Milit. Prior ergo de cæſis hoſtibus ſpolia capiat, & (quod ipſi dicunt) colligat campum. Budæus.

Conferre ſe in campum. In confero.

Conſternere campos milite. Sil. Ital. lib. 1.

Corripere. Virg. 3. Georg. 104.

Nonne vides quum præcipiti certamine campum
Corripuere? De curſu equorum.

Credere campo aciem. Virg. 9. Æn. 42.

Neu ſtruere auderent aciem, neu credere campo.

Currere in campo. Hor. 1. Serm. 1. 91.

Dare ſe. Sil. lib. 13. Videtur poſſe non incommode pro eo accipi quod dicere ſolemus, In arenam deſcendere.

Decedere campis. Virg. 4. Georg. 186.

Diffugere. Virg. 10. Æn. 804.

— omnis campis diffugit arator.

Dureſcit ſitu. Virg. 1. Georg. 72.

Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum.

Errare campis. Virg. 3. Georg. 246.

Everſo jacias dum ſemina campo. Valer. 7. Argon. 75. i. e. Perarato.

Explicat campos tellus effuſa. Lucan. lib. 4. 19.

Extendere. Ovid. 1. Met. 43.

Exutus campis Mithridates. Tacit. 12. Ann. 44.

Ferri non ſemitis, ſed campis dicitur orator. Quintil. lib. 5. cap. 14. p. 487.

Flaveſcit campus ariſta. Virg. 4. Ecl. 28.

Fuſcare corpora campo. Ovid. 1. de Arte Am. 513.

Habet & campus inſidias. Martial. lib. 12. 14. i. e. Planities aperta.

Dum habebunt pabula mollia campi. Ovid. in Ibin. 139.

Hiſcunt campi. Stat. 9. Theb. 22.

Jacet campus in medio. In jaceo.

Jacere toto campo. Sen. Troad. 6.

Jacet tantum campi. Virg. 3. Georg. 343.

— itque pecus longa in deſerta ſine ullis
Hoſpitiis: tantum campi jacet. i. e. Incultum remanet.

Incedere campis. Sil. lib. 17.

Indulgere campo, pro Campeſtri ludo, ut Buſchio placet. Perſ. 5. Sat. 57.

Hic campo indulget, hunc alea decoquit, ille
In venerem putris. [Poteſt & de Ambitu, ac largitionibus in Campo Martio factis, intelligi. Idque veriſimilius, quia ſequitur, Hunc alea decoquit. V. infra.

Inferre ſe campo. Virg. 9. Æn. 56.

Inire campum. Stat. 11. Theb. 593. Talis init campum.

Inſtruere per campos certamina belli. Lucret. lib. 2. 6.

Inſurgunt campis tenebræ. Virg. 9. Æn. 34.

Inundare campos dicitur exercitus. Sil. Ital. 15.

Laceſſere. Stat. 12. Theb. 604.

Liquantur campi, Adventu veris ſcil. Catull. 44. 4.

Luſtrare oculis. Lucan. lib. 7. 799.
Et luſtrare oculis campos ſub clade latentes.
Merſus campus cruore. Sil. Ital. lib. 1.
Miſcere campum pulvere. Virg. 12. Æn. 444.
Obſtruere. Lucan. lib. 2. 495. Ponte ſcilicet reſciſſo in flumine, campum terminante.
Parare ad certamen. Virg. 12. Æn. 116.
Partiri limite campum. Virg. 1. Georg. 126.
Paſcuntur per campos equi. Virg. 6. Æn. 653.
Peragrare. Cic. 1. de Divin. 94. Arabes autem & Phryges, & Cilices, quod paſtu pecudum maxime utuntur, campos & montes hieme & æſtate peragrantes, &c.
Perlabi campum. Sil. lib. 16.
Perluſtrare oculis. Sil. lib. 7.
Perſultat campos exercitus. Tacit. 11. Ann. 9. Caſus Mithridati datus eſt occupandi Armeniam vi militis Romani ad excidenda caſtellorum ardua, ſimul Hibero exercitu campos perſultante.
Pingueſcunt campi. Virg. 1. Georg. 493.
— & latos Æmi pingueſcere campos.
Proſcindere ferro. Ovid. 7. Met. 119.
Pulſatus aſſiduis equis campus. Ovid. 6. Met. 219.
Quatere campos dicuntur equites. Virg. 11. Æn. 513. V. Putris campus.
Rapere. Stat. 5. Theb. 693.
Recumbunt campo nebulæ. Virg. 1. Georg. 402.
Redeunt campis gramina. Hor. 4. Carm. 7. 1.
Redundat campis Nilus. Lucret. lib. 6. 712.
Refluit campis Nilus. Virg. 9. Æn. 32.
— aut pingui flumine Nilus
Quum refluit campis.
Relaxare. Sil. Ital. lib. 7.
Renovare aratris. Ovid. 1. Amor. 3. 9.
Serere hordea campis. Virg. 1. Georg. 210.
Strepit omnis murmure campus. Virg. 6. Æn. 709.
Tenent late campos arbores. Virg. 2. Georg. 11.
Tondere campum dicuntur equi. Virg. 3. Æn. 538.
— equos in gramine vidi
Tondentes campum late.
Tranſmittere curſu. Virg. 4. Æn. 154.
Tremiſcunt tonitru. Virg. 5. Æn. 694.
Veſtire campos lumine dicitur æther. Virg. 6. Æn. 640.
Largior hic campos æther, & lumine veſtit Purpureo.
Veſtiti gramine. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 231.
Campus, non ſine epitheto tamen, ſæpe inferorum ſedem denotat, ut,
Umbrarum campi. Lucan. lib. 7. i. e. In quibus errant animæ inſepultorum.
Iners, i. e. Putridus & infructifer. Sil. lib. 13. 530. ſic vocat Campum inferni.
Nitentes. Virg. 6. Æn. 677.
— campoſque nitentes
Deſuper oſtentat. ſcil. Elyſios.
Silentes, Inferorum. Sen. Herc. furent. 10.
Campus etiam pro Mari & Aqua uſurpatur. Ovid. 1. Met. 41.
— campoque recepta
Liberioris aquæ, &c.
Latus campus aquarum. Ovid. 1. Met. 315.
Liberiore campo natare. Ovid. 4. Faſt. 292.
Liquentes campos. Virg. 6. Æn. 724.
Natantes. Virg. 3. Georg. 198. — campique natantes
Lenibus horreſcunt flabris.
Salis campos. Virg. 10. Æn. 214. adde Plaut. Trin. 4. 1. 15.
Lati campi aëris. Virg. 6. Æn. 888.
Campi nomine abſolute non raro venit, Campus Martius Romæ, ubi Comitia habebantur. Hor. 3. Carm. 1. 10. — hic generoſior
Deſcendat in campum petitor. Ovid. ad Liv. 231.
Sed Mavors templo vicinus, & accola campi.
Cum proximis comitiis conſularibus me Conſulem in campo, & competitores tuos interficere voluiſti. Cic. 1. Catil. 11. Hinc illud proverbiale, Fors domina campi. Cic. in Piſon. 4.
Campi nota. Valer. Max. 6. 9. 14. i. e. Repulſa in honorum petitione.
Venalis. Lucan. lib. 1. 180. Venalem appellat, Campum Martium, in quo ſuffragia vendebantur.
Campus, pro Comitiis. Cic. 3. de Orat. 64. Gravis eſt modus in ornatu orationis, & ſæpe ſumendus, ex quo genere hæc ſunt, Martem belli eſſe communem, Cererem pro frugibus, Liberum appellare pro vino, Neptunum pro mari, Curiam pro Senatu, Campum pro comitiis, Togam pro pace, Arma ac tela pro bello.
Campus, Res quælibet, in qua quis ſtudium habet. ut, Campus rhetorum. Cic. 1. Off. 61. Hinc rhetorum campus de Marathone, Salamine, &c. Idem, Latiſſimum dicendi campum alio loco dixit, pro Ubertate materiæ quam vocant.
Expoſitionis campum nanciſci. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Immenſo in campo vagari. Cic. 3. de Orat. 122. In hoc igitur tanto, tamque immenſo campo, quum liceat oratori vagari libere.
Magnus campus ad laudem. Cic. 14. Philipp. 17. Magnus eſt in Rep. campus, ut ſapienter dicere ſolebat Craſſus, multis apertus curſus ad laudem.
Magnum campum habet curſus animi. Cic. 5. Att. 15. Non habeat ſatis magnum campum ille, tibi non ignotus, curſus animi & induſtriæ meæ.
Dare campum. Cic. pro Muren. 18. Nullum enim vobis ſors campum dedit, in quo excurrere virtus, cognoſcique poſſet.
Exultare in campo, & In anguſtias compelli dicitur oratio. Cic. 4. Acad. 112.
Proſternitur campus & materies tuis laudibus. In PROSTERNO.

CAMPUS Lapideus, [Λιθῶδες πεδίον] Galliæ Narbonenſis campus eſt, centum fere ſtadiorum diametrum habens, lapidibus, qui ſinguli manum impleant, plenus, ſub quibus gramen exoritur, a quo pecoribus pabuli ſuppeditatur ubertas. In medio ſalſæ ſcatent aquæ ſaliſque vis magna. Univerſa circum adjacens ora ventis expoſita eſt: validiſſime autem Melamborii venti procellis infeſtatur, quo ſaxa ipſa volvi traduntur, hominesque ex curribus excuti, & vi ventorum armis veſtibuſque nudari. Hujus rei originem ad hujuſmodi referunt fabulam, Herculem cum Albione & Bergione Neptuni filiis pugnantem, quum deficientibus telis in vitæ diſcrimen veniſſet, Jovem patrem oraſſe ut ſibi tela adminiſtraret, ſtatimque imbrem lapideum ea in loca decidiſſe, quo gigantes fuerint interempti. V. de hoc plura apud Strab. lib. 4.

CAMPI Diomedis, in Appulia appellantur, qui ei in diviſione regni, quam cum Dauno fecit, ceſſerunt. Feſt.

CAMPI MACRI, [Μακροὶ κάμποι] Italiæ Oppidum eſt exiguum, prope Ravennam, ubi quotannis forum conficitur, ut auctor eſt Strabo lib. 5. Meminerunt & Liv. Varro, Columel. Cl. Cellarius addubitat, an Oppidum fuerit. Geogr. Ant. 2. 9. 1. 79. q. V.

CAMPESTER, & CAMPESTRIS, e. [πεδινός] Quod ad campos attinet, vel in mediis campis jacet: ut, Locus campeſtris. Cæſ. 7. Bell. Gall. 72. Varro de R. R. lib. 1. cap. 5. ad finem, Campeſter locus is melior, qui totus æquabiliter in unam partem vergit, quam is qui eſt ad libellam æquus.
Ager campeſtris. Liv. 4. 37. Vulturnum Hetruſcorum urbem, quæ nunc Capua eſt, ab Samnitibus captam: Capuamque ab duce eorum Capye, vel (quod propius vero eſt) a campeſtri agro appellatam.
Arma campeſtria. Hor. de Arte Poet. 379.
Ludere qui neſcit, campeſtribus abſtinet armis. Quia in Martio Campo armis ad palum ſe exercebant.
Decurſio campeſtris. i. e. Militaris. Suet. Galb. cap. 6. Ipſe maxime inſignis, quod campeſtrem decurſionem ſcuto moderatus, etiam ad eſſedum Imperatoris per viginti paſſuum millia cucurrit. V. Decurſio in DECURRO.
Fraxinus campeſtris & Montana. Plin. lib. 16. cap. 13. Campeſtrem enim eſſe criſpam, montanam ſpiſſam.
Gratia campeſtris. Liv. 7. 1. pr. i. e. Quæ in Campo Martio, comitiiſque adeo floret.
Iter. Cæſ. 1. Bell. Civil. 66. Uterque idem ſuis renuntiat, quinque millia paſſuum proxima intercedere itineris campeſtris.
Ludus, Qui in campo fit. Cic. pro Cæl. 11. Ut exercitatione, ludoque campeſtri tunicati uteremur.
Operæ campeſtres. Suet. Aug. 3. V. ibi Torrent.
Prælia. pro Exercitatione armorum in campo. Hor. 1. Epiſt. 18. 54.
Scythæ. Qui in campis ſine tectis ſub tentoriis vivunt. Hor. 3. Carm. 24. 9.
Campeſtres melius Scythæ,
Quorum plauſtra vagas rite trahunt domos.

CAMPESTRE, is. n. [περίζωμα] Genitalium ſuccinctorium, quo in gymnaſiis & palæſtris, ut & in campo utebanrur. Hor. 1. Epiſt. 11. 17.
Incolumi Rhodos & Mitylene pulchra facit, quod
Penula ſolſtitio, campeſtre nivalibus auris. Auguſtin. de Civ. Dei, p. 14. 17. de nuditate primorum hominum diſſerens: Confuſi inobedientia carnis ſuæ, tanquam teſte pœna inobedientiæ, conſuerunt folia fici; & fecerunt ſibi campeſtria; i. e. Succinctoria genitalium. Nam quidam interpretes Succinctoria poſuerunt. Porro autem Campeſtria, Latinum quidem verbum eſt; ſed ex eo dictum, quod Juvenes, qui nudi exercebantur in campo, pudenda operiebant: unde qui ita ſuccincti ſunt, CAMPESTRATOS vulgus appellat. conf. Not. Vivis ad h. l. Auguſt. & Turnebi Adv. 27. 22.
Proceſſit nudus, campeſtri ſolo tectus. Vulcat. Gallic. in Avid. Caſſio, cap. 4. Vide Bapt. Egnatium. H. St. Adſcripſit & verba Egnatii, qui Auguſtinum, ut apparet ex his, quæ cultro non reſecta ſunt, exſcripſit. V. Caſaub. ad h. l.

CAMPESTRATUS, a, um. Quis dicatur, ex modo datis Auguſtini verbis liquet.

CAMPICELLUS, i. m. dimin. apud Innocent. de Caſis litter. inter Auct. rei agrariæ Gœſii p. 222. ut Monticellus ibid.

CAMPANEUS, a, um. & CAMPANIUS, a, um. Idem ac Campeſtris. Innocentius ibid. p. 239. In campaneis locis. & p. 240. In campaniis locis. Quæ ibid. Montanioſis opponit.
Campanei iidem ſunt ac Campani in Gruteri Inſcript. p. 297.

CAMPARIUS, i. m. Cuſtos exercitorve camporum. Valla lib. 1. Caprarius, inquit, Saltuarius, Camparius, Horrearius, Claſſiarius: Cuſtos exercitorve caprarum, ſaltus, campi, &c. [In Lipſ. Theſ. affertur Gloſſ. Camparius ἀγροφύλαξ, ſed in Græco Lat. eſt Saltuarius.

CAMPICURSIO, ōnis. f. Exercitatio militaris, quæ currendo fiebat. Campicurſionem, ut ipſi appellant, aſſidue faciant. Veget. 3. 4. conf. 2. 22. Eadem ac Decurſio campeſtris. V. DECURRO.

CAMPIDOCTOR, ōris. m. Qui tirones in campo exercet, armorum uſum docens, ſive armaturam. Veget. 1. 13. & 2. 22. Male Stewechius Campiductores apud Vegetium malit reſtitui. Non enim a Ducendo ſed a Docendo dictos Lampridii locus in Alexand. cap. 53. Campidoctores vos docuerunt, &c. facile perſuadet. [In Vet. Gloſſ. Græco Lat. ὁπλοδιδάσκαλος Armiductor. At Lat. Gr. emendatius Campidoctor, ὁπλοδιδάκτης. conf. Schol. Juvenal. ad Sat. 5. 155. & quæ ad eum loc. notamus infra V. CAPELLA. adde Du Freſne in Gloſſ.
Tribunus ex campidoctore. Ammian. 15. 3. V. ibi Valeſ. f. 71. & Lindebrog. p. 32. qui inſcriptionem ex antiqua Roma profert, in qua eſt CAMPIDOCTOR COH. I. & apud Grut. f. 565. n. 5. CAMPIDOC. COH. VII. PR.

CAMPIDŪNUM, i. n. & CAMPIDONA, æ. f. Urbs Sueviæ. Vulgo *Kempten*.

CAMPĬGĔNUS, i. m. quaſi In campo natus. Veget. 2. 7. Campigeni anteſignani, ideo ſic nominati, quia eorum opera atque virtute exercitii genus creſcit in campo.

CAMUM, i. n. Potionis genus apud Ulpian. in l. 9. D. de tritic. vin. & oleo leg. quod cujuſmodi ſit parum conſtat.

CAMŪRUS, a, um. Adj. [καμπύλος] Feſtus, Camura, & camuri boves, a curvatione, ex Græco καμπὴ dicuntur. Virg. 3. Georg. 55.
— & camuris hirtæ ſub cornibus aures. Camuris (ait Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 4.) peregrinum verbum eſt, id eſt, In ſe redeuntibus. Et forte nos quoque hac ratione Cameram figuramus. Hactenus ille. Hinc vulgaris noſter ſermo fluxiſſe videtur, quum Camurum pro Simo appellamus, *Camuz*. Non. 1. 126. apud Virgil. Cameris legit.

CAMUS, i. m. [κημός] Genus vinculi apud Græcos. Plaut. Caſin. 2. 6. 37. Deos quæſo, ut quidem hodie camum & furcam feras. Alii legunt Canem. conf. Voſſ. Etym. p. 100.
κημὸς erat freni genus, quod mancipiis in os inſerebatur ſupplicii cauſa. hinc eſt illud Pſal. 31. In camo & freno maxillas eorum conſtringe. Cruquius

quius 378. in Horatium ex Rob. Conſtant. Apud Horat. (Serm.1.6.39.) ita quidam Tradere camo, pro Cadmo. H. St. V. ipſum in Append. Theſ. Græci in hac voce.

C A N

CANA, Straboni lib. 13. Promontorium quod contra Lectum conſurgens, Adramyttenum ſinum efficit, cujus pars eſt Elaiticus. Sunt & Canæ eidem, Locrorum oppidulum, ſitum in agro Canæo.

CANA, [κανᾶ] dicunt Græci, nos Caniſtra, & per diminutionem Caniſtella. Feſtus. V. Dacer.

CANABEL, vel CANABIL, Serapioni medico Terra eſt tenuiſſimo ſabulo perſimilis, quæ, ut ipſe ait, una cum pluvia e cælo decidit, cujus non modo apud Arabes ad interaneorum tineas necandas, verum & ad fictilia fracta conglutinanda increbuit uſus. Proinde haud dubie hallucinari deprehenduntur, qui Canabel Serapiònis Semen ſanctum interpretantur, quum longe admodum hæc inter ſe differant. V. Matthiol. in Dioſcorid. lib. 3. cap. 24. Plerique Eretriam terram eſſe dicunt.

CANABIA, [κανάβια] Calceorum muliebrium ſpecies Polluci libro 7. cap. 22. Scribitur & geminata littera Cannabia.

CĂNĀBŬLA, orum. n. & CANABULÆ, arum. f. pl. Loca inculta & aſpera, quæ & Novercæ dicuntur. V. ex Frontino & aliis Rigaltii Gloſſ. Agrimenſ. a. Gœſio edit. p. 294. & Jan. Guil. Lauremb. Antiq. p. 65. [Quantum ex his colligas, videtur Limitationis genus intelligi.

CANABUS, [κάναβος] i. m. Exile lignum eſt, pileorum textrinæ accommodum: unde & qui ſunt macie prætenues Canabi a Græcis vocantur, ut ſcribit Pollux: & poeta Sannyrion, quod macie eſſet attenuatus, ita cognominatus eſt, teſte Cæl. Rhod. lib. 8. cap. ult. [Ex Polluc. lib. 7. Segm. 164. & 10. 189. non intellecto. ubi V. interpp.

CANĂCE, es. f. [Κανάκη] Macarei ſoror, Æoli filia: de qua Ovid. ſcribit 11. Epiſt.
Item, Canis nomen a καναχὴ ſtrepitus. Ovid. 3. Met. 217.

CANACHUS, i. m. [Καναχὸς] Inſignis ſtatuarius fuit, qui Apollinem nudum. Phileſium cognominatum in Didymæo, Æginetica æris temperatura effinxit: cervumque una ita veſtigiis ſuſpendit, ut linum ſubter pedes trahatur, alterno morſu digitis calceque retinentibus ſolum, ita vertebrato dente utriſque in partibus, ut a repulſu per vices reſiliat. Plin. lib. 34. cap. 8.

CANĀLIS, is. m. & f. [σωλὴν] Feſtus, Canales per quos aqua confluit in viis lapide ſtratis.
Canalis, a Canna fit, una detracta litera, Lignum ad cannæ ſimilitudinem cavatum, per quod aqua deducitur. Columel. lib. 12. cap. 50. Oleo autem conficiendo molæ utiliores ſunt, quam trapetum: trapetum, quam canalis & ſolea.
Arundinei. Virg. 4. Georg. 265.
Mellaque arundineis inferre canalibus ultro Hortantem.
Demerſus. Stat. 1. Silv. 2. 205.
Iligni. Virg. 3. Georg. 330. i. e. Facti ex ilice, inquit Servius.
Structiles canales, Structura & fabrica conſtantes, quales hodie Romæ ſemiruti viſuntur. Vitruv. lib. 8. cap. 7. Ductus autem aquæ fiunt generibus tribus, rivis per canales ſtructiles, aut fiſtulis plumbeis ſeu tubulis fictilibus. Aquæductus vocabant Romani, hinc Præfecti aquæductuum.
Canalis, Quo crura & femora continentur fracta. Quo pacto autem conſtituatur vide apud Celſ. lib. 8. cap. 10. Segm. 5. pr. de Crurum & femorum curatione.

CANALICIUS, a, um. & CANALIENSIS, e. Adj. ut, Canalicium aurum. Plin. lib. 33. cap. 4. Quod puteis foditur, canalicium vocant: alii canalienſe, marmoris glareæ inhærens. & p. p. Vagantur hi venarum canales per latera puteorum huc & illuc, inde nomine invento.

CANALICULUS, i. m. dimin. [σωληνίσκος, σωληνάριον] Columel. lib. 8. cap. 10. Nam largiore cibo celerius pingueſcit, ſemper tamen etiam canaliculi milio repleti apponuntur, quæ eſt firmiſſima eſca. conf. Varr. de R. R. 3. 5.
Canaliculus Celſo lib. 8. cap. 20. extr. Quo articulus fractus continetur, ut Canalis in majore membro fracto.
Eſt etiam Canaliculus, Cavitas exterior in columnis. Vitruv. 4. 3. [Striges etiam, & Strigium cava cap. 4. ejuſd. libri vocat, quibus Striatæ fiunt columnæ. Nam Striæ eminentiæ inter hæc cava vocantur.

CANALICŬLA, æ. f. Idem. Gell. lib. 17. cap. 11. Ipſum autem Eraſiſtratum dicere duas eſſe quaſi canaliculas quaſdam vel fiſtulas, eaſque ab oris faucibus proficiſci deorſum, per earumque alteram deduci delabique in ſtomachum eſculenta omnia & poculenta. conf. Lucil. apud Non. 3. 50.

CANALICULĀTUS, a, um. [σωληνοειδὴς] Adj. In modum canalis factus: vel Qui canalis formam habet. ut, Semina canaliculata. Plin. lib. 27. cap. 9. Eſt autem ſingularis atque non fruticoſa, brevior molliorque, & denſior, foliis ad radicem canaliculata. De Filice femina.

CANALICŎLA, æ. c. [ἀγοραῖος] Homo nauci. Feſtus: Canalicolæ forenſes, Homines pauperes dicti, quod circa canalem fori conſiſterent. Et Gell. 4. 20. Qui jurabat, cavillator quidem & canalicola & ridicularius fuit. Hos deſcribit Plautus Curc. 4. 1. 14. In foro infimo boni homines atque dites ambulant, in medio propter canalem ibi oſtentatores meri. V. etiam Salmaſ. ad Vopiſc. Carinum. p. 483.

CANAN, dicta eſt Arabia, a Canaan fil. Cam, qui in ea conſedit, a qua Cananæi. Hæc fuit prima gens quæ Deum ignoravit: quia princeps ejus & conditor cultum a patre vel avo potius, non accepit, maledictus ab eo. Itaque ignorantiam divinitatis minoribus reliquit.

CANANÆA, æ. f. [Καναναῖα] Syriæ regio, a Canaan filio Cam, qui eam regionem, quæ nunc Judæa nuncupatur, inhabitans, a ſe Cananæam nuncupavit.

CANANITIS, ĭdis. f. [Κανανῖτις] poſſeſſ. eſt patronymici feminini forma, deductum a nomine Canaan, ut Regio Cananitis.

CANARIA, æ. f. [Καναρία] Una ex inſulis fortunatis, ita vocitata a Canum multitudine ingentis magnitudinis. Plin. lib. 6. cap. 32. Alii Cannariam vocant. V. FORTUNATÆ Inſulæ.

CANARIA, æ. f. Herba eſt, quam vernacula lingua etiam Herbam canis vocamus, quod canes ægroti ea præſentem vomitum eliciant. Plin. lib. 25. cap. 8. Invenerunt & canes canariam, qua faſtidium deducunt, eamque in noſtro conſpectu mandunt: ſed ita, ut nunquam intelligatur quæ ſit. etenim depaſta cernitur. Ruellius humilem eſſe herbulam oſtendit, foliis tritici multo minoribus, calamulo tenui, geniculis pyxidatim cohærentibus articulato, internodiis tibiarum modo in ſe inſerctis, quæ

tracta ſuis ex vaginulis exeruntur, evanidam ſpicæ loco panniculam habens, denique folio & culmo triticum, cacumine arundinem imitans.

CANARII, orum. pl. [Καναρίοι] Mauritaniæ populi ſunt circa Atlantem, habitantes in ſaltibus plenis elephantorum, ferarum, & ſerpentum: ita dicti, quod canum victus ipſis promiſcuus ſit. V. Plin. lib. 5. cap. 1.

CANARIUS, V. CANIS.

CANAS, Oppidum Lyciæ regionis Aſiaticæ. Lycia quondam (inquit Plin. lib. 5. cap. 27.) LX oppida habuit, nunc XXXVI habet. Ex his celeberrima præter ſupradicta, Canas, &c.

CANASTER, V. CANUS.

CANASTRÆUM, i. n. Macedoniæ promontorium, in Thermaico ſinu: dicente Plin. lib. 4. cap. 10. In Thermaico ſinu oppida Dicæa, Pydna, Derra, Scione, promontorium Canaſtræum. Nunc vulgo dicitur *Caniſtro*: teſtis Olivarius in Melam.

CANATA, Pulpa & caro canis marini, ejuſque ſalſamentum. Plaut. apud Feſt. Muriaticam autem video in vaſis ſtanneis, naricam bonam, & canatam, & comaquinas ſartas, & conchas piſcinarias. Ex Turneb. Adverſ. 3. 6. Sed V. Scalig. ad Feſt. in Narita.

CANATHA, æ. f. Oppidum eſt in Decapolitana regione, quæ Syriæ jungitur. Plin. lib. 5. cap. 18.

CANATHRA, [κάναθρα] Grypum imagines ac tragelaphorum ligneæ, quibus inſidentes puellæ circunferebantur in ſpectaculis, ut Xenophon indicat, & Plutarch. exponit. V. Henr. Steph. Theſ. Græc.

CANCANOS, [κάγκανος] Herba eſt Galeno, quæ Dioſcoridi & Plinio Cacalia dicitur, & Leontice. V. Ruell. lib. 3. cap. 128.

CANCAMUM, [κάγκαμον] Arabici ligni lacryma eſt, myrrhæ quodammodo ſimilis, viroſi guſtus, quam ad ſuffimenta uſurpant. Veſtes eo, additis ſtyrace & myrrha, ſuffiuntur. Officinæ *Lacca* appellant. Vires ejus & naturam vide latius apud Dioſcor. lib. 1. cap. 23.

CANCELLARIUS, i. m. [γραμματεὺς] Idem, ut doctores exiſtimant, qui Actuarius: inde ducto nomine, quod ejus officium, id eſt cellula in qua ſcribere conſuevit, cancellis munita ſit. Nam quum ejus officium libellis ſive chartulis ſit refertum, & frequentes habeat interventores, neque ab illorum colloquio prohibetur, & ab amittendarum chartarum periculo abeſt. Hujus rei conjecturam adjuvat inſcriptio quædam marmorea pervetuſta, quam Romæ repertam eſſe aiunt. Ex auctoritate Turci Aproniani v. c. præfecti urbis. Ratio docuit utilitate ſuadente ratione dimicandi ſummota, ſub exagio potius pecora vendere, quam digitis conludentibus tradere, ut appenſo pecore, capite, pedibus, & ſevo lactante, & ſubgulari lanio cedentibus, reliqua caro cum pelle & interaneis proficiat venditori ſub conſpectu publico fide ponderis comprobata, ut quantum caro occiſi pecoris appendat & emptor norit, & venditor: commodis omnibus & præda damnata, quam Tribunus, officium, cancellarius & ſcriba de pecuariis capere conſueverunt, quæ forma interdicti & diſpoſitionis ſub gladii periculo perpetuo cuſtodienda mandatur. Extat & apud Flav. Vopiſcum, in Carini vita, a princ. mentio de Cancellario: Amicos, inquit, optimos quoſque relegavit: peſſimum quemque elegit aut tenuit, Præfectum urbi unum ex cancellariis ſuis fecit, quo fœdius nec cogitari potuit aliquando, nec dici. Quanquam Hotomanus vir judicii non mediocris, Ancillariis potius legendum putet, quo nomine Vopiſcus interdum utitur, Lenocinii ac libidinis miniſtros ſignificans. [Utitur uno in loco Trebell. Pollio, ſed de cujus vera lectione parum conſtat. V. quæ diximus in ANCILLA. Nec huic tamen Vopiſci lectioni ſatis confido. Videtur enim mentio turpioris perſonæ requiri, ut ex ſubjectis verbis apparet.
Turnebus Adv. 11. 25. Cancellarios dici putat, Qui preces ſuppliceſque libellos, omniaque ſcripta, quibus princeps ſubſcribere nolebat, cancellabant, id eſt ductis cancellatim lineis vitiabant & inducebant, fortaſſe e notariorum numero. Cancellarii autem non erant ejus ordinis & dignitatis, ut ad præfecturam urbis vocari ſolerent: quam tamen uni mandavit Carinus imperator, frementibus omnibus ob indignitatem rei. Nam ſenatori alicui aut illuſtri ſuo comiti tantum mandare honorem debuerat. Hodie in maximum togatorum faſtigium evecti ſunt Cancellarii, & apud reges ſecundas fere tenent. [Sed veriſimilior eſt ſuperior nominis derivatio a Cancellis, intra quos ſedentes ſcribebant, quam Caſſiodorus confirmat Var. lib. 11. Ep. 6. & 27. & lib. 12. Ep. 1. Cui aſtipulantur Pithœus in Subſeciv. Caſaub. & Salmaſ. ad Vopiſc. l. c. Valeſ. ad Ammian. 30. 4. Spelman. in Gloſſ. ubi prolixe de hoc officio, Macri fratres in Hierol. & Cang. in Gloſſ.

CANCELLI, orum. m. pl. [κιγκλίδες, δρύφακτοι] per diminutionem vocantur, h. e. Opus ſubtili materia in tranſverſum compacta, ad ſimilitudinem retis factum: quod frequentia foramina habeat, qualia ſunt quæ in corpore efficit cancer morbus. [Quam fœda, tam falſa eſt iſthæc nominis ratio. A Cancris per diminutionem Cancellos dictos docet Feſtus. Sed cauſam non addit, cur Cancros id genus reticulati ſæpimenti appellaverint antiqui. V. CANCER.
Ejuſmodi cancelli, ſeu ſepta in foro, in circo, in tribunalibus, &c. fuerunt. Cic. pro Sext. 124. Tantus eſt ex omnibus ſpectaculis uſque a Capitolio, tantus ex fori cancellis plauſus excitatus, &c. Et hinc ad alias res transfertur: ut, Homini improbo circumdati cancelli. Cic. 5. Verr. 135. Satiſne vobis Prætori improbo circumdati cancelli videntur in ſua provincia, imo vero in ſella ac tribunali: ut aut de ſuo capite judicium fieri patiatur præſens, accedens: aut confiteatur ſe omnibus judiciis convinci neceſſe eſſe. i. e. Satiſne teneri vobis videtur, ne qua elabi poſſit, quin alterutrum fateatur. Translatio ſumpta eſt a beſtiis, quæ ſeptis & cancellis continentur, ut effugere non poſſint.
Scientia cancellis circumſcripta. Cic. 1. de Orat. 52. Nam ſiquis erit qui hoc dicat, eſſe quaſdam oratorum proprias ſententias, atque cauſas, & certarum rerum forenſibus cancellis circumſcriptam ſcientiam.
Sibi cancellos circumdare. Cic. pro Quint. 36. Et me facile veſtra exiſtimatione revocabitis, ſi extra hos cancellos egredi conabor, quos mihi ipſe circumdedi. i. e. Extra id digrediar quod dicturum me propoſui. Budæus.
Cancelli etiam in agris pro Limitibus erant: termini ſcilicet, ſeu lapides, quibus agrorum fines decernebantur. [Puto, quia lignis cancellatim, ſeu decuſſatim poſitis ſæpiebantur agri.

CANCELLO, āre. Cancellos efficere. Columel. lib. 4. cap. 2. de vite loquens, Hæc autem quæ toto proſtrata corpore, quum inferius ſolum quaſi cancellavit atque irretivit, cratem facit, & pluribus radicibus inter ſe connexis angitur, nec aliter quam ſi multis palmitibus gravata, deficit.

Cancellare teſtamentum, pro Cancellatim ductis lineis delere. Ulpian. D. de iis quæ in teſtamento delentur, l. 2. Cancellaverat quis teſtamentum, vel induxerat, etſi propter unum hæredem facere dixerat, id poſtea teſtamentum ſignatum eſt. Quærebatur de viribus teſtamenti, deque portione ejus, propter quem ſe cancellaſſe dixerat.

CANCELLĀTUS, a, um. ut, Cutis elephantorum cancellata. Plin. 8. 10. Modo cavernam cancellato brachiorum implexu claudit. Plin. 9. 51. de Polypo incubante.
Manibus cancellatis. Solin. cap. 1.
Cancellatus, Limitatus; ut, Regio cancellata, i. e. Terminis ſuis circumſcripta, apud auctores de Limitibus.
Item, Expunctus; ut, Chirographum cancellatum, l. 22. Cod. de Solutionibus. V. in ipſo verbo.
Tabulæ cancellatæ, l. 82. Dig. de Furtis.

CANCELLATIM, Adv. Ad ſpeciem cancellorum. Plin. lib. 7. cap. 20. Filiumque ejus militem magni Pompeii, & rectos & tranſverſos cancellatim toto corpore habuiſſe nervos, in brachiis etiam, manibuſque, auctor eſt Varro, &c.
Cancellatim reticulatа. Plin. lib. 9. cap. 33.
Cancellatim mordax aſperitas. Plin. lib. 11. cap. 37. Terreſtrium aliis venter denticulatæ aſperitatis, aliis cancellatim mordacis. Dicitur ventriculus cancellatim mordax: quod villos habet obliquos, rectos & tranſverſos, quibus, ceu per cancellos quoſdam, cibum attrahit, retinet & conficit.

CANCELLATIO, ōnis. f. Limitatio agrorum. V. ex Siculo Flacco & Frontino in Rigaltii Gloſſ. Agrimenſ. p. 295.

CANCELLUS. V. CANCER.

CANCER, cri. m. [καρκῖνος] Genus piſcis, quod a Græcis, & Galeno, intra Oſtracodermata numeratur, hoc eſt quæ leviori teſta includuntur. Cancrorum autem genera vide apud Plin. lib. 9. cap. 31.
Littoreus. Ovid. 15. Met. 369.
Rubentes. Virg. 4. Georg. 48. —neve rubentes
Ure foco cancros. Rubentes autem quum uruntur: non quia per naturam ſint hujus coloris. Servius.
Cancer, Signum cæleſte. Plin. lib. 18. cap. 25. Solſtitium Cancri.
Brachia Cancri. Ovid. 4. Met. 619.
Ter gelidas Arctos, ter Cancri brachia vidit.
Octipes. Ovid. 1. Faſt. 313.
Sidus Cancri. Virg. 10. Ecl. 68.
Æthiopum verſemus oves ſub ſidere Cancri.
Calens. Claud. in Eidyl. Nilo, 9.
Collucens. Cic. in Arat. —& claro collucens lumine Cancer.
Curvans brachia. Ovid. 2. Met. 83.
—atque aliter curvantem brachia Cancrum.
Rapidus. Stat. 4. Theb. 776.
Sidus Libyæ Cancer. Senec. OEth.
Torrens. Lucan. lib. 8. 851.
Rubeſcunt ſigna Cancri. Ovid. 6. Faſt. 727.
Cancer, [καρκινῶδες] pro Morbi quodam genere. Ovid. 2. Met. 825.
Utque malum late ſolet immedicabile cancer
Serpere, & illæſas vitiatis addere partes. Quo in loco Malum immedicabile per appoſitionem intelligendum ſit. Naſcitur hic morbus ex humore melancholico inflammato fere in omnibus corporis partibus: ſed maxime in mamillis mulierum, quæ non purgantur menſtruo naturali.
Obſiſtere cancro, & Occupari cancro. Celſ. lib. 8. cap. 10.
Cancri, inquit Feſtus, dicebantur ab antiquis, qui nunc per deminutionem Cancelli. Hinc
Inter orci cancros adhærere, pro Adeo irretitum, illaqueatumque teneri, ut nuſquam pateat effugium. Apul. 6. Mileſ. p. 176. V. CANCELLI ſupra.

CÀNCER, ĕris. m. pro Signo cæleſti. Lucret. 5. 616.
Canceris ut vertat metas ad ſolſtitiales. Etiam de Morbo hac forma Arnobius lib. 1. p. 30. conf. Priſcian. lib. 6. p. 697.

CANCELLUS, i. m. [καρκίνιον, πιννοτήρης] Dimin. a Cancer. Ut Galen. lib. 3. de Alim. Facultat. ſcribit, beſtiola eſt perexiguis cancris ſimilis, colore flavo. Ælianus vero lib. 13. cap. 19. Hiſt. Anim. de Cancellis ita ſcribit, A conchis quidem inopes, & nudi primum Cancelli naſcuntur, deinde eas tanquam domicilia ad habitandum deligunt. Quum enim vacuas & inanes offenderunt conchulas purpuræ aut turbinis, primo intra eas ingrediuntur: deinde quum in ampliorem magnitudinem excreverunt, quam ut iis capi queant, in teſtam laxiorem, tanquam domum alteram demigrant: neque modo in ſupradictorum conchas immigrant, ſed & in permultas alias capaciores tranſeunt, & ampliorem nacti, ea tanquam majore domicilio gaudent, ac ſæpe de ſpoliis multo certamine inter ſe contendunt, viribuſque inferiore repulſo, victor exuvias aſſequitur. Hactenus Ælianus. cui in omnibus ſubſcribit Plin. lib. 9. cap. 31. & 42. Quin & horum naturam & ſpeciem latiſſime deſcribit Ariſtoteles, lib. 4. cap. 4. de Hiſt. Animal. ſub fin. Sunt tamen qui Cancellos a Squillis haud differre exiſtiment, ſed falluntur, ut videre poteris ex ſupra ſcriptorum auctorum lectione. [Ceterum hac Latina voce CANCELLUS, pro Animali, neſcio an vett. uſi ſint. Sed Gaza, ad exemplum Græcæ dictionis καρκίνιον, finxit. Videtur tamen ex Feſto in Cancri id colligi poſſe.

CANCĔRO, āre. Plin. Valer. 1. 10. Si intrinſecus canceraverit auris.
Vulnera canceraverint. Apul. de Herb. cap. 36. i. e. In cancri naturam tranſierint.

CANCERĀTĬCUS, a, um. ut, Fœtor canceraticus. Veget. Mulom. 2. 43.

CANCĔRŌMA, ătis. n. [καρκίνωμα] apud Celſ. 5. 28. 2. ut, Canceromata quæ in naribus naſcuntur. Apul. de Herb. cap. 19. n. 7. conf. cap. 31. n. 3. [In emendatis Celſi codd. legitur Græca vox Carcinoma, de qua V. ſ. l.

CANCRŌMA, ătis. n. Idem. Salvian. adv. Avarit. 1. p. 232. Si plagas cancroma ſequitur cancrum neceſſe eſt conſequatur occaſus.

CANCHRĒMA, ătis. n. Idem Veget. Mulom. 2. 22.

CANCERŌSUS, vel CANCROSUS, a, um. Sariſb. 3. 6. Serpit morbus canceroſus in omnes.
Vulnera cancroſa. Sext. Placit. c. 11.

CANCHLEI, Arabiæ populi, apud Plin. lib. 5. cap. 10.

CANCHRYS, idis. f. [κάγχρυς] Libanotidis fœcundæ ſemen eſt Dioſcoridi lib. 3. cap. 70.

CANDĂCE, es. f. Æthiopum regina, de qua ſic Strabo, Candace per noſtra tempora Æthiopibus imperavit, virilis ſane mulier, ſed altero oculo capta. Hæc ille lib. 17. Commune reginarum nomen Plin. lib. 6. cap. 29. dicitur. Sunt qui efferunt Candax. V. Interpr. ad Act. 8. 27.

CANDAGUS, a, um. [illegible] t metſi a magiſtris accepimus manſuetum. Varro de L. L. 6. 6. Ex Nævii Agidone.

CANDARA. ve CANDRA, æ. f. [Κάνδαρα] Paphlagoniæ oppidum. tribus ſchœnis a Gangris diſtans, & Thariba vico. Gentile eſt Candarenus. Steph.

CANDARIA, æ. f. Promontorium eſt in Coo inſula. Auctor Strab. lib. 14.

CANDAVIÆ, Montes ſunt in Macedonia, de quibus Plin. lib. 4. cap. 23. Straboni tamen lib 7. Candavia, Mons eſt Illyrici, qui Macedoniam Illyricumque diſterminat.

CANDAULES, is. m. [Κανδαύλης] quem Græci Myrſilum nominant, Herodoto circa initium libri primi, Sardium fuit tyrannus, ab Alcæo Herculis filio oriundus. Is uxorem adeo amabat, ut eam præ amore arbitraretur omnium feminarum eſſe pulcherrimam. Hoc ita eſſe ſibi perſuadens, apud Gygem Daſcyli filium ſibi acceptiſſimum, ſpeciem uxoris ſupra modum extollebat; tandemque nudam eam Gygi conſpiciendam propoſuit. Quare ab uxore & Gyge interemptus. V. Juſtin. lib. 1. cap. 7.

CANDAULUS, i. m. [κάνδαυλος] Obſonii genus fuit ex carne elixa, pane, & caſeo Phrygio, cum anetho & pingui jure. V. Rhodig. lib. 20. cap. 14.

CANDAX, ăcis. In CANDACE.

CANDEBŒA, Palus eſt in radicibus Carmeli montis: de qua ſic Plin. ſcribit lib. 36. cap. 26. Pars eſt Syriæ, quæ Phœnice vocatur, finitima Judææ, intra montis Carmeli radices paludem habens, quæ vocatur Candebœa. Ex ea creditur naſci Belus amnis, &c. Variant. codd. hic & lib. 5. cap. 19. In aliis Candebea, al. Candebria. Editi Cendevia.

CANDEFACIO, V. CANDEO.

CANDEI, Arabici ſinus populi, quos Ophiophagos ob id vocant, quod ſerpentibus veſci ſint ſoliti. Plin. lib. 6. cap. 29. & Pomponius Mela lib. 3. cap. 9. in deſcriptione ſinus Arabici.

CANDĒLA, æ. f. [κηρὸς] a Candore luminis. Plin. lib. 13. cap. 13. Lapidem fuiſſe quadratum circiter in medio, arcte vinctum candelis quoquo verſus. Loquitur de lapide in quo reperti ſunt libri Numæ. Hermolaus, Candelæ, inquit, ſunt quacunque conſtent materia, ſcirpis, tæda, ſevo, cera: uti mirum ne ſit, libros Numæ candelis involutos tradi. V. & Hard. Juven. 3. Sat. 286. —vel breve lumen
Candelæ, cujus diſpenſo & tempero filum.
Apponere candelam valvis. Juven. 9. Sat. 98. de Incendiario.
Sebare candelas. Columel. lib. 2. cap. 22. Feriis autem ritus majorum etiam illa permittit, far pinſere, faces incidere, candelas ſebare. i. e. Sebo vel ſevo induere ellychnium, & in candelam concinnare.

CANDELĀBRUM, i. n. [λυχνίον, κηροπήγιον] dicitur quod in eo candelæ figantur, auctore Feſto. Varro 4. de L. L. Candelabrum a Candela: in his enim funiculi ardentes figebantur. Martial. de Candelabro Corinthio, lib. 14. 43.
Nomina candelæ nobis antiqua dederunt:
Non norat parcos uncta lucerna patres. Cic. 4. Verr. 183. Unde quinquaginta tricliniorum lectos, unde tot candelabra?
Dionyſius tyrannus junior, ut notam dierum totius anni traderet, in Prytaneo Tarentino fixit candelabrum, in quo tot ſuccendebantur lychni, quot anni dies erant. Notat id Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 14.
Ænea candelabra. Cic. 6. Verr. 60. Jam vero lectos æratos & candelabra ænea, num cui præter iſtum Syracuſis per triennium facta eſſe exiſtimatis?
Humile. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Ligneum candelabrum. Petron. cap. 95.

CANDELABRUS, i. m. antiquis. Cæcil. Meretrice, Memini ibi candelabrum ligneum ardentem. Ex Nonio. [Accuſativus eſt, a recto Candelaber fortaſſis. Sic Caniſtrum & Caniſter, Calamiſtrum & Calamiſter, aliaque quam plurima efferebantur.
Magnus hic candelabrus eſt. Petron. cap. 75.

CANDEO, ui, [λευκαίνομαι] ēre. eſt proprie Candidum eſſe. Virg. 4. Æn. 61.
Candentis vaccæ media inter cornua fundit.
Atrum & Candens opponuntur. Ovid. 11. Met. 315.
Candida de nigris, & de candentibus atra.
Color candens. Plin. lib. 2. cap. 18.
Corpus. Virg. 9. Æn. 563.
—aut candenti corpore cygnum
Suſtulit alta petens, pedibus Jovis armiger uncis.
Ebur candet. Catull. 62. 45.
Elephantus candens. Virg. 6. Æn. 896.
Altera candenti perfecta nitens elephanto. i. e. Ebore.
Equi candentes. Claud. 2. in 1. Conſ. Stil. 369.
Lana. Catull. 62. 318.
Lilia. Claud. in Laud. Seren. 91.
Lumen Solis. Lucret. lib. 6. 1195.
Marmor. Lucret. lib. 2. 766.
Pruinæ candentes. Claud. de Nupt. Honor. 52.
Taurus. Virg. 5. Æn. 236.
Virgo candens. Cic. in Arat. De ſidere.
Candere, [πυρακτοῦσθαι] Ignitum eſſe. Nam tunc vere ignita dicitur quæcunque materia, quum non rubet, ſed jam candet. Cic. 2. Off. 25. de Dionyſio tyranno, Qui cultros metuens tonſorios candente carbone ſibi adurebat capillum?
Aër candet. Ovid. 1. Met. 120.
Tum primum ſiccis aër fervoribus uſtus Canduit.
Æſtas. Lucan. lib. 1. 213. Cum fervida canduit æſtas.
Axis. Ovid. 2. Met. 297. In fabula Phaëtontis.
Vixque ſuis humeris candentem ſuſtinet axem.
Chalybs. Sil. lib. 1.
Non ignes, candenſque chalybs.
Cinis. Ovid. 2. de Arte Am. 440.
—ſummo candet in igne cinis.
Favilla. Virg. 3. Æn. 573.
Ferrum. Lucret. lib. 6. 147.
Lamina. Ovid. 9. Met. 170.
Phœbus candentior, Sol ardentior. Valer. lib. 3. 481.
Veſtis tincta cocco candet. Hor. 2. Serm. 6. 103. i. e. fulget.

Viscera felle candent. Claud. Conf. Mall. Theod. 226. de Vehementer irato.

CANDENTIA, æ. f. Candor. ut, Luna candentia dimidia. Vitruv. 9.4.

CANDESCO, [πυρακτοῦμαι] ĕre. Ignescere. Ovid. 2. Met. 230.
— currusque suos candescere sentit.

Candescere, [λευκαίνεσθαι] Album fieri. Tibul. lib. 1. 10. 45.

Aer candescit ab ictu solis. Ovid. 6. Met. 49.

CANDOR, ōris. m. [λευκότης, λευκασμὸς] Splendor. Plaut. Men. 1. 2. 67. O, solem vides: statim ut occæcatus est præ hujus corporis candoribus. Rubens sub candore luna. Ovid. 4. Met. 332.

Notabilis candore. Ovid. 1. Met. 169.
Lactea nomen habet, candore notabilis ipso. de Via lactea cæli loquitur.

Fucati medicamenta candoris & ruboris. Cic. in Orat. 97.

Cæli candor. Cic. 1. Tusc. 68.

Formæ. Ovid. 1. Met. 743.

Solis candor illustrior, quam ullius ignis. Cic. 2. de Nat. Deor. 40. Non solis calor & candor illustrior est, quam, &c.

Æstivus candor, Candens æstas. Claud. Conf. Prob. 219. [Immo Sole æstivo.

Carnosus candor. In CARO.

Clarus. Lucret. lib. 4. 233. In luce & claro candore.

Candor eximius. Suet. Aug. 94. Exuviisque Jovis Opt. Max. ac radiata corona super laureatum currum, bis senis equis candore eximio trahentibus.

Languidus. Sen. Hippol. 6.

Marmoreus. Lucret. lib. 2. 764.

Mistus candore. Cic. 1. de Nat. Deor. 75. Nec ille fusus & candore mistus rubor, sanguis est, sed quædam sanguinis similitudo.

Nimius. Cic. in Arato,
Lacteus hic nimio fulgens candore notatur.

Nivalis. Virg. 3. Æn. 538.

Niveus. Ovid. 3. Met. 423.

Puellaris. Ovid. 10. Met. 594.

Recens Solis. Lucret. lib. 5. 283.

Simplex candor lanarum. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Splendidissimus. Cic. de Somn. Scip. 8. Erat autem is splendidissimo candore inter flammas circus elucens, &c.

Suffusus sanguine. Stat. 2. Silv. 1. 41.

Anteire nives candore. Virg. 12. Æn. 84.

Candor hujus te perpulit. Cic. pro Cæl. 36. Videtur opponi livori. H. St. Immo de colore cutis.

Dicitur & Candor animi a Cicerone multis in locis, pro Sinceritate & puritate animi. Livorique opponitur. Ovid. 3. Trist. 6. 7.
Quique est in caris animi tibi candor amicis,
Cognitus est illi, quem colis ipse, viro.

Titulus candoris perennis. Ovid. in Ibin, 8.

Justus sine mendacio candor apud bonos crimini non est. Paterc. 2. 116. extr.

Merere candore favorem. Ovid. 5. Trist. 3. 53.

CANDEFĂCIO, [λευκαίνω] ĕre. Candidum facere. Plaut. Most. 1. 3. 102. Una opera ebur atramento candefacere postules. i. e. Nativæ formæ inducere fucum deformantem magis, quam ornantem. [Immo figura est oxymoron, & simul ἀδύνατον, de re impossibili & contraria.

CANDEFĪO, ĕri. Plin. 33. 3. Marmori & iis, quæ candefieri non possunt, illinitur.

CANDEFACTUS, a, um. Ignitus. ut, Lapides candefacti. Plin. 34.8. conf. 25. 10.

CANDĬCO, [ὑπολευκαίνομαι] āre. Candidum esse. Plin. lib. 8. cap. 46. Insigne ei, in dextro latere candicans macula. De Api bove loquitur

Candicans vadum. Plin. in præf. lib. 3. Frequentes quippe tæniæ candicantis vadi, carinas territant.

CANDICANTIA, æ. f. [λευκόχροια] Plin. lib. 37. cap. 13. Factitiæ scarificationis candicantiam fugiunt. De gemmis.

CANDIDO, In CANDIDUS.

CANDĬDUS, a, um. [λευκὸς, ἀργὸς, ἄργητος] Idem ac Candens. Serv. in 3. Georg. Virg. aliud est Candidum esse; id est quadam nitenti luce perfusum: aliud Album, quod pallori constat esse vicinum. [Hanc tamen differentiam non ubique observarunt antiqui.

Cycnis candidior. Virg. 7. Ecl. 38.

Nive candidus mons. Hor. 1. Carm. 9. 1.
Vides ut alta stet nive candidum Soracte.

Nivibus candidior. Ovid. 8. Met. 773.

Aries. Virg. 3. Georg. 387.

Avis. Virg. 2. Georg. 320. De ciconia.

Barba. Ovid. 3. Trist. 10. 22.
Et nitet inducto candida barba gelu. Virg. 1. Ecl. 29. Barba candidior. i. e. Canescens. V. ibi Taubm. p. 9.

Brachia candidiora nive. Ovid. 3. Amor. 7. 8.

Caput, Canum. Plaut. Most. 5. 2. 27.

Cervix. Hor. 3. Carm. 9. 2.
— brachia candidæ
Cervici juvenis dabat.

Colla. Virg. 4. Georg. 337.

Color. Plin. lib. 2. cap. 18.

Crinis. Valer. 6. Argon. 61.

Cutis. Plin. lib. 2. cap. 78.

Dies. Ovid. 2. Trist. 142.
Nube solet pulsa candidus ire dies.

Flamma candida, Lucida & clara. Valer. 8. Argon. 247.

Fontes. Sen. OEdip.

Lilia. Virg. 6. Æn. 708.

Luna. Virg. 7. Æn. 8. — nec candida cursum
Luna negat.

Ora. Ovid. de Medicam. faciei 52.

Panis candidus. In PANIS.

Pectora nivibus, lacteque candidiora. Ovid. 16. Epist. 250.

Piper. Plin. lib. 12. cap. 7.

Populus. Virg. 9. Ecl. 41.
— candida populus antro
Imminet. Populum albam, arborem intelligit.

Puella. Ovid. 2. Amor. 4. 39.

Sententia. Ovid. 15. Met. 47. Propter calculum candidum, qui demissus in urnam more antiquo absolutionem a culpa significabat, ut paulo ante descripserat Ovidius. V. CALCULUS.

Sol. Ovid. 15. Met. 30.

Stellæ. Hor. 3. Carm. 15. 6.
Et stellis nebulam spargere candidis.

Sidera. Lucret. lib. 5. 1209.

Taurus. Virg. 1. Georg. 217. de Sidere.

Turba candida: a vestimentis. Ovid. 2. Fast. 654.

Turris. Martial. lib. 12. 31.
Quæque gerit similes candida turris aves.

Velamina. Ovid. 10. Epist. 41.

Umbo candidus. In UMBO.

Vox. i. e. Clara, quæ Fuscæ opponitur. Quintil. lib. 11. cap. 3. Ita Græcis λευκὴ φωνή.

Facere candida de nigris. Ovid. 11. Met. 315. Hoc de Astutis & versutis dici solet, proverbii specie.

Lapide candidiore diem notare. Catull. 66. 148.
Quo lapide illa diem candidiore notet. Proverbialis loquutio: De qua & similibus, vide amplissime Erasmum in Chiliad. conf. supra in CALCULUS. Hinc

Candidus, Felix, faustus, ut

Fata candida. Tibull. 3. 6. 30.

Fato candidiore frui. Ovid. 3. Trist. 4. 34.

Hora candida. Ovid. 3. de Pont. 5. 52.

Natalis candidus. Ovid. 5. Trist. 5. 13.
Optime natalis, quamvis procul absumus, opto
Candidus huc venias, dissimilisque meo. Et Tibull. 1. 7. extr.
At tu natalis, multos celebrande per annos,
Candidior semper, candidiorque redi. [ubi tamen & propria significatio locum habet. V. Dies supra.

Somnia candida. Ovid. 15. Epist. 124.
— te somnia nostra reducunt,
Somnia formosa candidiora die.

Candidum ovi, substantive. Plin. lib. 29. cap. 3. Candido ovorum facies illita, sole non aduritur. conf. Album in ALBUS.

Candidum ex ovo. Plin. lib. 29. cap. 3. Neque aliud quam candidum ex ovo infundi, ac pollinem thuris.

Candidus transsumitur ad Animum, & significat Purum, sincerum, nullaque invidiæ aut malevolentiæ macula labefactatum: ut Candidum amicum dicimus, & Candidum lectorem. Ovid. 4. Trist. 10. 132.
Jure tibi grates, candide lector, ago.

Pectore candidus. Ovid. 4. de Pont. 14. 43.
Tam felix utinam, quam pectore candidus essem.

Animæ candidiores. Hor. 1. Serm. 5. 41.

Purum & candidum genus dicendi. Cic. in Orat. 53. Elaborant alii levitate & æquabilitate, & puro quasi quodam & candido genere dicendi.

Ingenium. Hor. Epod. 11. 16.

Judex. Hor. 1. Epist. 4. 1.

Judicio candidiore legere. Ovid. 2. Trist. 80.

Pectora. Virg. 9. Æn. 432.

Scriptor candidus, In quo non est obscuritas vel macula. Budæus.

Vita candida. Cic. 9. Att. 5. Adde tali viro, talem causam agenti, & ego vero hæc efficiam: ei candida vita, puto. h. e. Irreprehensibilis. [Verum in correctis codd. expressum: Ego vero hæc officia mercanda vita puto.

Candidus, pro Benevolo, benigno, integro. Hor. 1. Epist. 6. 68.
— si quid novisti rectius istis,
Candidus imperti: si non, his utere mecum.

Favonii candidi. Hor. 3. Carm. 7. 1. i. e. Benigni, favorabiles, sereni, & prosperi. Iste enim ventus verno tempore frequentius flat. Acron.

Candidus, est & Cognomen Cœliorum. Vaillant. Numism. Famil. 1. p. 73.

CANDĬDE, Adv. [ἀφθόνως] h. e. Benigne, sine invidia. Cic. 8. Fam. 6. Cavendum tibi erit, ne parum simpliciter & candide posuisse inimicitias videaris.

Candide vestitus. Plaut. Cas. 4. 1. 9. h. e. Decenter & ornate amictus.

CANDIDŬLUS, a, um. dimin. ut, Canduli dentes. Cic. 5. Tusc. 46. Canduli dentes, venusti oculi, color suavis.

CANDIDULE, dimin. Idem. Arnob. 2. p. 50. Qui sermonem candidule promsit.

CANDĬDO, [ἐκλευκαίνω] āre. Dealbare. Pomponius, Vestem lixivio candidans. Tertull. adv. Gnost. cap. 12. Lavarunt vestimentum, & candidaverunt ipsum in sanguine agni. August. Epist. 168. Albis vestibus candidatur, scil. Baptizatus.

Intransitive, Candidum esse: ut, Medietas circumitur limite candidante. Solin. cap. 46. Sic edidit ex antiquo libro Salmasius, ubi vulgo legitur Candicante.

CANDIDĀTUS, a, um. [λευχειμονῶν] Candida veste indutus. Plaut. Rud. 1. 5. 12. Ergo vos æquius erat candidatas venire hostiatasque.

Nautæ candidati coronatique. Suet. Aug. 98. 3.

CANDIDATUS, i. m. Qui magistratus & honores petebat. a Toga candida; quod gestamen erat petitorum, Candidatos vocabant: quum ad comitia se contulissent cum amicis, tribus circuirent, singulosque prehensantes, id est δεξιούμενοι, gratiam & suffragia precibus, temporariaque observantia mercarentur, unoquoque Quiritium, plebeiorumque & nominatim, & benigne appellato. Quam ad rem facilius transigendam nomenclatores inventi sunt, qui nomina singulorum tenebant, candidatisque suggerebant, ut quisque obvius erat. quanquam id postea lege vetitum esse, auctor est Plutarchus in Catone minore. Cic. in Parad. 6. Qui tuas mercedum pactiones in patrociniis, intercisiones pecuniarum in coitionibus candidatorum, dimissiones libertorum, &c. [Sic lego.

Candidati, seu Magistratuum petitores, veste candida utebantur duabus de caussis. Altera, ut candide & e Republica se petere indicarent. Altera, ut non ex suis meritis, quæ in vestibus insignibus conspici poterant, sed ex mero populi dono sperare profiterentur. Plutarchus Problematum Romanorum, 48. Cur candidatos moris erat in veste hoc facere sine toga? sic enim scribit Cato. An forte ne cives largiendo corrumpant, argentum sinu ferentes? An illud magis quod imperio dignos, non genere, non divitiis, non gloria, sed vulneribus ac cicatricibus judicabant? quæ ut ab iis quos ambiendo prehensabant, conspicerentur, sine toga ad petendum descendebant. An quemadmodum

in accipiendo, rogando, ſe omnibus ſubmittendo, ſic corpus nudando, ac ſeipſos abjiciendo, populum captabant? [Immo Togati deſcendebant in campum, ut vel pueris ex Ciceronis oratione, quæ in Toga candida inſcribitur, notum eſt. Nec diſſentit Plutarchus: Sed verba ejus male converſa ſunt. Quod enim dicit ἔθος ἦν ἐν ἱματίῳ τῦτο ποιεῖν ἀχίτωνας, converti debuit: Mos erat ut in toga id facerent, ſine tunica. Quanquam haud minus inſcite Boxhornius, Abſque togis in induſio. Erat autem Toga hæc candida ſplendidiſſima veſtis, quam more Romano privati induere poterant, quam etiam omnibus fullonicæ artis mangoniis candidiorem reddere ſtudebant, unde & a Græcis λαμπρὰ i. e. Splendida vocatur. V. plura apud Lipſ. Elect. 1. 13. Iſidor. 19. 23. Cæl. Rhodig. 14. 16. & in Lex. Pitiſc. V. Candidati.

Commendare candidatos. Tacit. 1. Ann. 15.

Deducere candidatum. V. Aliquem obducere, in OBDUCO.

Exerciti candidati omnibus iniquitatibus. Cic. 1. Att. 9.

Firmior candidatus. Cic. 1. Att. 1. Nemo eſt enim ex iis qui nunc petunt, qui ſi in noſtrum annum reciderit, firmior candidatus fore videatur.

Candidati principis aut Cæſaris. Suet. in Auguſt. 56. Candidatos Auguſti Tranquillus appellat eos petitores, quos ipſe populo commendabat, & quibuſcum ſingulos ex more ambientium prehenſabat, civilem ſe Romanis præbens, tanquam princeps non eſſet. Budæus. De candidatis principis, V. Ulpian. D. de offic. Quæſtor. l. unica. [Alii ſunt JCto Candidati principis, nempe Quæſtores, qui in ſenatu epiſtolas ejus legebant; alii quos Principis commendatione in honoris petitione adjutos intelligit Suetonius. V. Torrent. ad loc. Interpp. ad Quintil. 6. 3. p. 547. & Lex. Pitiſc.

Conſularis, Prætorius, Qui Conſulatum, Præturamve petit. Cic. pro Mur. 57.

Tribunitii candidati. Liv. 4. 6. extr.

Candidatus Conſulatus, Qui conſulatum petit. Plin. in Paneg. extr.

Candidati, Aliarum quoque rerum petitores dicuntur: ſicut a Quintil. procem. lib. 6. Candidatus eloquentiæ. Et apud Plin. in Paneg. 63. Candidatus non conſulatus tantum, ſed immortalitatis, & gloriæ, & exempli, quod ſequerentur boni principes, mali mirarentur. conf. Cæl. Rhodig. l. c.

Crucis deſtinatæ candidatus. Apul. 1. Met. 108.

Candidati milites, inquit Veget. lib. 2. Hi ſunt principales, qui privilegiis muniuntur. Reliqui, Munifices appellantur, quia munera facere coguntur. V. Lex. Pitiſci.

CANDIDATORIUS, a, um. Adj. [λευχειμονικὸς] ut, Candidatorium munus. i. e. Officium Candidati. Cic. 1. Att. 1. Nos in omni munere candidatorio fungendo ſummam adhibebimus diligentiam.

CANDĬFĬCO, āre. Candidum facere. Nævius, Poliens ſeſe, & ſuccis herbarum candificans cutem.

Lapides candificare. Auguſtin. Civ. Dei, 21. 7.

CANDĬFĬCUS, a, um. Apul. Apol. p. 277. ex Catullo. Pulviſculus candificus.

CANDETUM, i. n. Galli appellant in areis urbanis, ſpatium centum pedum, quaſi Centetum: in agreſtibus autem, pedum centum quinquaginta quadratorum, juſtum candetum vocant. Ex libello varior. auctorum de Limitibus p. 292. Gœſ. Sed, ut idem monuit, pro Quadratorum, legendum Quod aratores, quomodo apud Iſidor. 15. 15. & Columell. 5. 1. legitur.

CANDIDUM, i. n. Zeugitanæ regionis, quæ proprie Africa dicitur, promontorium. Plin. lib. 5. cap. 4. Sunt enim Africæ minoris tria promontoria, Candidum, mox Apollinis adverſum Sardiniæ, Mercurii adverſum Siciliæ, quæ procurrentia in altum duos grandes ſinus efficiunt. De hoc & Pomponius Mela lib. 1. ubi licet animadvertere errorem Solini ex Vadiano.

CANDIOPE, es. f. [Κανδιόπη] OEnopionis filia & Orionis ſoror (ut Theodotius aſſerit) quam quum frater in venatione in antrum traxiſſet, vim illi intulit, & ex ea Hippolagum ſuſcepit. Quod quum OEnopion reſciviſſet, indignatus, filium exulatum abire juſſit: qui oraculo edoctus, verſus orientem in Thraciam cum Candiope & parvo filio delatus eſt, ibique ob inſignes virtutes in magno pretio fuit. [Quid hoc fabulæ ſit, fateor me neſcire. In miſello illo Dictionario Hiſtorico & poëtico, unde deſcripta eſt, pro Theodotio Theodotion citatur teſtis.

CANDOR, V. CANDEO.

CANDOSOCCUS, i. m. Columel. lib. 5. cap. 5. Nonnullos tamen in vineis characatis animadverti, & maxime elvenaci generis, prolixos palmites, quaſi propagines ſummo ſolo adobruere, deinde rurſus ad arundines erigere, & in fructum ſummittere, quos noſtri agricolæ mergos, Galli Candoſoccos vocant.

CANDYBA, pl. n. [Κάνδυβα] Lyciæ regionis civitas eſt, ubi laudatur OEnium nemus. Hæc Plin. lib. 5. cap. 27.

CANDYS, yos. m. [κάνδυς] Inſigne regium erat Perſarum Lydorumque, quod capiti pro diademate imponebatur, ut auctor eſt Alexander ab Alexandro, lib. 1. cap. 28. V. Spanhem. de Uſu & Præſt. Num. diſſ. 8. p. 454. & ſeq. [Falſo pro capitis ornamento arripuit Alexander, ex male intellectis Pollucis verbis lib. 7. Segm. 58. Tunicam diſerte Suidas vocat q. V. & Spanhem. l. c.

CANE, Oppidum eſt Æolidis regionis. Plin. lib. 5. cap. 30. [Apud Plin. legitur Canæ, Κάναι, ſed Cane, Κάνη apud Strab. lib. 13. ubi a Canis Locridis diſtinguit.

CANENS, entis. f. Nympha fuit, Pici Laurentum regis uxor, quæ quum virum a Circe in avem mutatum, ſupra modum lugeret, extabuit, & loco cuidam ad ripam Tiberis, ubi hæc contigerunt, nomen ſuum reliquit. Fabulam hanc vide latius apud Ovid. 14. Met. 338.

CANENTÆ, arum. f. Capitis ornamenta veteres dixere. Feſtus. Alii Canautas vel Carentas legunt.

CANEO, In CANUS.

CANĒPHŌRA, æ. f. [κανηφόρος] Mulier appellatur, quæ fert canum, id eſt qualum, quod eſt ciſtæ genus. Hæc Feſtus.

Canephoræ, dicebantur Virgines, quæ ſacra Cereris in caniſtro quodam aut ciſta ferebant capitibus impoſita, manibus ſublatis, a ſacerdote accepta diebus feſtis Cereris, & Minervæ, & quibuſdam aliis. Eas virgines Erichthonio regnante fuiſſe inſtitutas refert Suidas a Philochoro traditum eſſe. De iis plura Pauſanias in Atticis. Cic. 6. Verr. 5. Erant præterea duo ſigna, non maxima, verum eximia venuſtate, virginali habitu atque veſtitu, quæ manibus ſublatis ſacra quædam more Athenienſium virginum repoſita in capitibus ſuſtinebant. Canephoræ ipſæ vocabantur. [Canephoroe apud Cic. legendum, quia Græcis κανηφόροι, jam monuerunt viri docti. An igitur & apud Feſtum reſtituendum Canephoros, pro Canephora?

CANEPHORUS, i. m. Hic Veſtæ erat miniſter, non Cereris. Plin. 36. 5. [Hic quoque Canephoros legendum Græca terminatione, nec de alio genere Qualigerulo intelligendum. Ac miror unde iſtuc de Veſtæ miniſtro in Theſ. Lipſ. ex quo huc deſcriptum eſt, manarit.

CANESCO, In CANUS.

CANGRÆNA, In GANGRÆNA.

CANI, ōrum. In CANUS.

CANIA, æ. f. Urticæ ſilveſtris genus. Plin. lib. 21. cap. 15. Et in ſilveſtri quæ dicitur cania, acrior, caule quoque mordaci, fimbriatis foliis. Al. Canina.

CANĬCÆ, arum. f. [πίτυρα] Furfures de farre, a Cibo canum vocatæ. Hæc Feſtus. Lucilius lib. 27. Quanti vellet, quam canicas a pulte & maconis manu. Ita Gothofredi Nonius. 2. 150. Sed Mercer. Apud te & magonis m. Hinc

CANICACEUS, a, um. Furfuraceus. Pacuv. Qui apud te quaſi ſervus eſt canicaceum panem.

CANICULA, In CANIS.

CANIDIA, [κανίδια] Neapolitana unguentaria, quam ſemper ut veneficam carpit Hor. ut 1. Serm. 8. 24. & alibi.

Non eſt quod putes nomen hoc aliquam habere etymologiam, arti ejus peculiariter convenientem, ut quidam putarunt. Nam & fuerunt viri itidem qui Canidii dicti ſunt, quorum unius fit mentio apud Appianum in Parth. hiſt. 109. Sed is καννίδιος. Verum apud Plut. unde totum illum locum ſumptum puto, eſt κανίδιος cum uno ν. H. St. Is eſt P. Canidius Craſſus, qui A. U. C. 713. C. Aſinio Pollioni ſuffectus, cum L. Cornelio Balbo conſulatum geſſit, & mox M. Antonii legatus, re egregie in Oriente geſta, ab Octavio victore cum ceteris adverſæ partis ducibus occiſus eſt. V. Plut. in Anton. Deerat hæc vox in ed. Lugd.

CANINEFAS, pl. Caninefates, Natio Gallica: coluit partem Batavorum inſulæ, origine, lingua, virtute par Batavis, numero inferior, ut Tacitus deſcribit 4. Hiſt. 17. qui & alibi ſæpius meminit. Nomen varie ſcribi docet Cellar. q. V.

CANINIUS, [Κανίνιος] Nomen gentile Ro. cujus gentis, familias quatuor memorat Fulv. Urſ. Ex hac C. Caninius Rebilus, horarum ſeptem Conſul, de quo Cic. 7. Fam. 31. Caninio Conſule ſcito neminem prandiſſe. Nihil tamen eo Conſule mali factum eſt: Fuit enim mirifica vigilantia, qui ſuo toto Conſulatu ſomnum non viderit.

CANINUS, In CANIS.

CANIS, is. c. [κύων] Latrabile animal: dicitur a Canendo, auctore Varrone, quod latratu ſigna dare ſoleat. Ter. Phorm. 4. 4. 25. Introiit in ædes ater alienus canis. Plaut. Capt. 3. 1. 25. Ne canem quidem irritatam voluit quiſquam imitarier.

De genere canum & natura V. Plin. lib. 10. cap. 63.

Canis femina parvulo ubera præbens. Juſtin. lib. 1. cap. 4. ubi de Cyro infante expoſito.

Canes ad venandum, dixit Ter. And. 1. 1. 30. pro Canibus venaticis, eadem forma qua a Cicerone dicitur, Servus ad manum, pro Amanuenſi: & a Virgilio, Leones ad frena, pro Leonibus domitis & frenum patientibus, quibus Idæa mater vehitur. Elegans loquendi formula.

Corda canum leviſomna. Lucret. lib. 5. 862.

Cuſtodia canum fida. Cic. 2. de Nat. Deor. 358.

Excubiæ canum. Hor. 3. Carm. 16. 3.

Genus acre luporum atque canum. Virg. 3. Georg. 265.

Latratus canum. Virg. 5. Æn. 257.

Ora proterva canum. Ovid. 14. Met. 63.

Rabies ſæva canum. Propert. lib. 3. 16. 17.

Vis fida canum. Lucret. lib. 6. 1220.

Vis odora canum. Virg. 4. Æn. 132.

Acer canis. Hor. Epod. 12. 6.

Arguti. Sen. Hippol. 81. i. e. Sonantes argutum.

Armillati. Propert. 4. 8. 24.

Aſſiduus. Columel. lib. 7. cap. 12. *Qui ne bouge de la maiſon pour la garder.*

Avidi ſcindent perfida corda canes. Ovid. in Ibin, 170.

Blandi. Virg. 3. Georg. 496.

Hinc canibus blandis rabies venit.

Cærulei canes a Virgilio dicuntur canes Scyllæ, 3. Æn. 432. V. Marini.

Celeres. Ovid. 4. Epiſt. 42.

Citi canes, Celeres. Ovid. 5. Epiſt. 20.

Dulichius, Ulyſſis. Martial. lib. 11. 70.

Emeriti. Stat. 3. Silv. 1. 58.

Erroneus. Columel. lib. 7. cap. 12. *Trottier, Qui ne ſe tient point à la maiſon.*

Extrarius canis, Alienus. Suet. Veſp. cap. 5. Canis extrarius e trivio manum humanam intulit.

Jejuna. Hor. Epod. 5. 23.

Marini canes. Virg. 6. Ecl. 77. De Scylla. [Sunt qui Canes piſces intelligi putant. Sed veros canes exhibet nummus Pompeji apud Fulv. Urſin. & Oiſel. Tab. 28. no. 4.

Melitæi. In MELITE.

Moloſſi. Hor. 2. Serm. 6. 114.

— ſimul domus alta Moloſſis
Perſonuit canibus. i. e. Canibus Cretæis e Moloſſia civitate Cretæ. Acron.

Montivagæ canes. Lucret. 1. 405.

Namque canes ut montivagæ, &c. Græcorum exemplo dictum reor, qui hoc genere canes ad venandum efferunt, κύνας θηρευτικὰς appellantes. Turneb.

Obeſus lacte. Claud. 1. in Eutrop. 132.

Obſcœni. Virg. 1. Georg. 470.

Odori, Sagaces. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 148.

Paſtoralis. Columel. lib. 7. cap. 12.

Pecuarius canis. Columel. lib. 7. cap. 12.

Pernix canis. In PERNIX.

Pervigil. Sen. Herc. fur. 9.

Promptus ac ſtrenuus. Columel. lib. 7. cap. 12.

Quadratus probatur canis potius, quam longus aut brevis. Columel. lib. 7. cap. 12. V. QUADRATUS.

Rabidi.

Rabidi. Sen. OEdip. v. 932.
Rabiosa. Hor. 2. Epist. 2. 75.
Rapidi. Lucret. lib. 5. 890. [Nisi Rabidis legendum.
Robustus. Columel. lib. 7. cap. 12.
Soliciti; Ovid. 11. Met. 599. quod rem domini diligenter custodiant.
Tiruncula canis. Columel. lib. 7. cap. 12.
Venaticus. Columel. lib. 7 cap. 12. & Nepos 16. 2. 5.
Vigilax. Columel. lib. 7. cap. 12.
Vigiles. Hor. 3. Carm. 16. 3.
Villaticus. Columel. lib. 7. cap. 12. *Qui garde la metairie.*
Addicere mortuum canibus. Hor. Epod. 17. 11.
Agere canes. Ovid. 5. Epist. 20.

Sæpe citos egi per juga summa canes.

Circumdare canibus saltus. Virg. 10. Ecl. 57.
Dissipare canes ictu dicitur aper. Ovid. 8. Met. 344. & 2. Fast. 232.
Hortari. Ovid. 4. Epist. 42.
Immittere. Virg. 3. Georg. 371.
Intonuit ingenti latratu canis. V. INTONO.
Latrat. Hor. 1. Serm. 2. 128.
Maritantur canes. In MARITUS.
Pascere canem sero. In PASCO.
Spargere canes, Dispergere. Ovid. 8. Met. 343. de apro Calydonio.
Superare canem cursu. Hor. 1. Epist. 18. 51. Poterit usurpari proverbii vice de Admodum celeri.
Venari canibus leporem. Virg. 3. Georg. 410.
Ululare dicuntur canes, Quum lamentantibus similes lugubrem quandam & querulam edunt vocem. Hoc proprio magis vocabulo Baubari vocavit Lucretius, sed nescio an æque recepto. Ovid. 15. Met. 797.

Inque foro, circumque domos, & templa deorum
Nocturnos ululasse canes.

Canis in balneo. Adagium est elegans, in Græcis literis frequens, a Luciano usurpatur eo sermone, qui est Ad ineruditum multos emptitantem libros. Dicitur de His quæ dissociata natura sunt, nec similitudinem recipiunt aliquam vel usum, veluti si navigandi imperitus, aut equitationis omnino expers, caperet, ille quidem affabre constructam navem, & ad securitatem omnibus fultam instrumentis: hic vero equum compararet Medum, aut alium præstantissimum. V. Erasm. in Chiliad.
Canis a corio. Hor. 2. Serm. 5. 83.

Ut canis a corio nunquam absterrebitur uncto. Proverbium est, quod in eos convenit, qui posteaquam rem aliquam jucundam & optabilem gustarunt, ab ea ægre avelli aut deterreri possunt. Sic autem efferunt Græci, χαλεπὸν μαθοῦσα κύων σκυτοτραγεῖν, i. e. Periculosa res est canis, quæ corium rodere didicerit. Lambin. [At nec hic, nec alius quisquam Horatii interpretum causam epitheti explicuit, quod prorsus hoc loco alienum videtur, nec dubium mihi reliquum est, quin aptius altero supra hunc versu Daniel Heinsius, ex Mss. opinor, locarit. Quod ne inconcinnius repetatur, Udo deinde pro Uncto substituendum arbitror, ut totus locus ita concinnetur:

Sic tibi Penelope frugi est. quæ si semel uncto
De sene gustarit, tecum partita lucellum,
Ut canis a corio nunquam absterrebitur udo.

Unctus senex Senex dives, sive, ut Catullus loquitur, Uncto patrimonio est. Reliqua, quæ ad confirmandam hanc lectionem faciunt, brevitatis studio addere supersedeo.
Cane pejus & angue vitare quidpiam. Dictum ab Horatio proverbiali figura, ut refert in Adagiis Erasmus. Hor. 1. Epist. 17. 30.

Alter Mileti textam cane pejus & angue
Vitabit chlamydem.

Canis, verbum est, quo impudentibus inimicis convicium fieri solet. nam militare dictum est in hostem, Canis: & apud Homerum pro Gravi contumelia in adversarium dicitur. Ter. Eun. 4. 7. 33. Diminuam ego caput tuum hodie nisi abis. G. ain' vero canis? Donatus.
Canis, Cognomento quidam appellatus, propter sordidam immundamque vitam. Hor. 2. Serm. 2. 56.

Cui canis ex vero ductum cognomen adhæret. Quin & Cynici non tantum quia obvios allatrabant, sed etiam ob vitam illiberalem, ab humanitate & munditia remotam, Canes appellabantur vulgo. Turneb. V. Suet. Vesp. cap. 13. extr.
Canis, pro Assecla. Cic. 6. Att. 3. Multa & dixit & fecit cum quadam mea contumelia, P. Clodii canis. i. e. Amicus & assecla Clodii dum viveret. Al. P. Clodii causa. Idem in Pison. 23. Clodianum canem appellat Sextum Clodium. Hujus, inquit, tu Clodiani canis insignibus Consulatum declarari putas?
Canes etiam appellantur Accusatores delatoresque, quibus tyranni & impotentes ad opprimendum optimum quemque & sibi formidolosum uti solent. Senec. ad Marciam cap. 22. Acerrimi canes, quos ille, ut sibi uni mansuetos, omnibus feros haberet, sanguine humano pascebat, circumlatrare etiam hominem, & illum imparatum incipiunt. Quos hic canes, non semel paulo post, accusatores sine schemate vocat. Cic. 3. Verr. 28. Quid? ista cohors, quorum hominum est? Volusii haruspicis, & Cornelii medici, & horum canum, quos tribunal meum vides lambere.
Canes, pro Furiis. Virg. 6. Æn. 257.

— visæque canes ululare per umbram
Adventante dea.

Ubi Servius, Canes Furias dicit.
Infernæ canes. Hor. 1. Serm. 8. 35.
Semidei. Lucan. lib. 8. 832.

Nos in templa tuam Romana accepimus Isin
Semideosque canes.

Videlicet Mercurium quem Anubim vocant. Nam colitur apud Ægyptios in forma canis: & lingua Ægyptia Anubis canis dicitur. V. ANUBIS.
Tergeminus, de Cerbero dicitur. Ovid. 3. de Arte Am. 322.
Triformis. Sen. OEth. 9.
Tartareus. Sen. in Herc. fur. 649.
Vipereus. Ovid. 3. Amor. 12. 26.
Canis, [γαλεὸς κύων] Piscis genus, duræ carnis: & propterea ægre conficitur, succosque crassos & salsos in corpus distribuit, ut ex Philotimo refert Galen. lib. 3. de Alim. Facult. Canicula Plin. q. V.
Canis, quæ & Canicula, Signum cæleste. Plin. lib. 18. cap. 28. Dein postridie, fere ubique confessum inter omnes sidus indicans, quod Canis ortum vocamus, sole primam partem leonis ingresso.

Acer Autumni Canis. Valer. Flacc. 6. Argon. 67. i. e. In Autumno ferventissimus.
Æstifer. Virg. 2. Georg. 353.

Hoc, ubi hiulca siti findit Canis æstifer arva.

Æstivus. Tibul. lib. 3. 5. 2.
Erigoneius. Ovid. 5. Fast. 723.
Icarius. Ovid. de Nuce 118. Utriusque epitheti causam V. apud Hygin. F. 130.
Canis sidus invisum agricolis. Hor. 1. Serm. 7. 25.
Occidit Canis. Virg. 1. Georg. 218.

— & adverso cedens Canis occidit Austro.

Canis, Facies una talorum, quæ unum duntaxat punctum continebat, ideo damnosa. Dicitur & Canicula, & χῖος Græce. Erasmus in proverbio, Chius ad Coum, tradit Chium eundem esse cum Cane: Coi præterea jactum fuisse felicem, canis vero infelicem. Pers. 3. Sat. 49.

— quid dexter senio ferret
Scire erat in votis, damnosa canicula quantum
Raderet.

Itidem Propert. 4. 9. 20.

Semper damnosi subsiluere canes.

Addit ex Martiale, Senionem videri per se felicem: ceterum infelicem fieri, si accedat canis. Sic enim loquitur lib. 13. 1.

Senio nec nostrum cum cane quassat ebur.

Jam Veneris jactum esse ut rarum, ita felicissimum indicat idem Martial. 14. 14.

Quum steterit vultu nullus tibi talus eodem,
Munera me dices magna dedisse tibi.

Tot autem talis ludebatur, quot quisque habet latera. Nam tesseris non plus tribus ludi solet: sed propius ad ludendi rationem facit quod scribit Suet. in August. cap. 71. recitans ex illius quadam ad Tiberium epistola hæc, Cœnavi, mi Tiberi, cum iisdem. Accesserunt convivæ Vinicius & Silvius pater. Inter cœnam lusimus γεροντικῶς & heri & hodie. Talis enim jactatis, ut quisque Canem, aut Senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat: quos tollebat universos, qui Venerem jecerat. V. ibi Torrent. vel potius Pitisci Lexic.
Canis, [σκύλαξ] Vinculi ferrei genus fuit, unde apud Plaut. Cas. 2. 6. 37. Canem ferre, est Vinctum esse. V. ibi Interpp. & Fest. in Catulus.

CANICŬLA, æ. [κυνάριον] dimin. Cic. 3. de Nat. Deor. 26. At illud non modo non arrogantis, sed potius prudentis, intelligere se habere sensum & rationem: hæc eadem & caniculam non habere. Frequentiori in usu Catulus, quod s. l. V.
Canicula, Convicium in mulierem improbam apud Plaut. Curc. 5. 1. 8.
Dicitur etiam de Homine mordaci; Gell. 4. 20. Qui jurabat cavillator quidam & canicula & nimis ridicularius fuit. Castigati codd. Canalicola. V. Gronov.
Canicula, [ἀστροκύων] Stella quæ & Sirius dicitur, in medio centro cæli: ad quam quum Sol pervenerit, duplicatur æstus, & nimio calore languent mortalium corpora. V. Plin. lib. 18. cap. 28. Cic. 1. de Divin. 130. Etenim Ceos accepimus ortum Caniculæ diligenter quotannis solere servare, conjecturamque capere, ut scribit Ponticus Heraclides, salubrisne an pestilens annus futurus sit.
Æstus Caniculæ. Hor. 1. Carm. 17. 17.

Hic in reducta valle, Caniculæ
Vitabis æstus.

Flagrans. Hor. 3. Carm. 13. 9.
Insana. Pers. 3. Sat. 5. — siccas insana Canicula messes Jam dudum coquit.
Rubra. Hor. 2. Serm. 5. 39.
Sitiens. Ovid. 2. de Arte Am. 231.
Canicula, pro Sideratione ipsa & carbunculatione. Plin. lib. 18. cap. 28. Publica hæc & magnæ differentiæ a prioribus, aliis rubiginem, aliis uredinem, aliis Caniculam appellantibus, omnibus vero sterilitatem. Sic ex vetustis libris restituit Turnebus, quum antea pro Canicula Carbunculus legeretur, quæ nominis idem valentis substitutio etsi non sit improbanda, suo tamen quidque loco reddi restituique est æquissimum. Legitur Carbunculus in edit. Hard.
Canicula in talis. V. CANIS.

CANICULĀRIS, Adj. e. ut, Dies Caniculares ab Astronomis vocantur ab ortu ad occasum Caniculæ, quos periculosos esse aiunt. Sunt autem maxime circa triginta dies post solstitium æstivum. Pallad. in Jul. cap. 1. Hoc mense utiliter, vel ante Caniculares dies, filices extirpabis, & caricem. Bassus, seu (ut aliis placet) Germanicus Cæsar in Aratum, Sirium Latini Caniculam vocant, unde & dies Caniculares dicuntur.
Inclementia canicularis. Sidon. 2. Epist. 2.

CANICULĀTUS, a, um. aliud Adj. ut Herba caniculata. Macer. 2. cap. 35.
Uva caniculata. Marc. Empir. cap. 13.

CANĪNUS, a, um. Adj. [κυνικὸς] ut,
Appetitus caninus [κυνώδης ὄρεξις] apud medicos. V. BULIMUS.
Dentes canini, qui anteriores latos, & posteriores duplices discriminant. Plin. lib. 11. cap. 37. vulgo Oculares vocant.
Eloquentia canina. Quintil. lib. 12. cap. 9. Quæ
Facundia canina. Gell. 13. 19. extr. dicitur, Cujus omnis vis in criminando & conviciando posita est, & obtrectatoribus, accusatoribus, rabulisque forensibus tribuitur. V. Sallust. Fragm. cap. 32. 3. & Hieron. Epist. 94. ad August.
Lac caninum. Ovid. in Ibin, 229.
Prandium caninum, vocatur Abstemium, in quo nihil vini potatur: quoniam canis vinum odio habet.
Scæva canina. Plaut. Cas. 5. 4. 4.

Hac ibo, caninam scævam spero meliorem fore.

Quidam Cœnam legunt, sed male. Hoc autem significat Auspicium, quod canibus plerunque infelix & infaustum est, quum & cædantur & male accipiantur. vel potius Latratum canis dicit Auspicium caninum, quum sævius & asperius latratura sit uxor. Varr. de L. L. 6. pag. 80. ed. tert. Steph. Quod pueris turpicula res in collo quædam suspenditur, ne quid obsit, bonæ scævæ causa. Et Plautus, Pseud. 4. 7. 39.

Bene ego ab hoc prædatus ibo, novi, bona scæva est mihi.

Ea dicta ab Scæva, id est sinistra, quod quæ sinistra sunt, bona auspicia existimantur. Turneb. 8. 11. & 16. 3. Sed V. & Gronov. ad loc.

CANINA, æ. f. pro Carne canina. Proverb. Varr. 6. de L. L. 3. Canis caninam non est.

CANARIUS, a, um. Adj. ut, Canarium sacrificium, Quod fiebat pro frugibus deprecandæ sævitiæ causa sideris Caniculæ. Ex Festo.

Augu-

Augurium canarium. Plin. lib. 18. cap. 3. Augurio canario agendo dies constituatur, priusquam frumenta vaginas exeant, & antequam in vaginas perveniant.
Lappa canaria. Plin. 24. 19.
CANARIA, Herba, & Insula, CANARII. V. supra f. I.
CANATIM, [κυνηδὸν] Adv. obsoletum apud Nigidium grammaticum. Ex Nonio 1. 190.
CANICEPS, itis. m. [κυνοκέφαλος] Genus animalis faciem caninam habens. Plin. lib. 7. cap. 2. tradit in Asiæ montibus genus hominum esse canino capite, pro voce latratum edentium, quos vocat κυνοκεφάλους, nos etiam Canicipites vocare possumus.
CANIFORMIS, e. Prudent. Apoth. v. 195.
— quæ caniformem
Latrantemque throno cœli proponat Anubem?
CANISTRUM, i. n. [κάναστρον] Fiscella, cista viminea. V. CANA. Virg. 1. Æn. 705.
— Cereremque canistris Expediunt. Cic. 6. Att. 1.
Lancibus & splendidissimis canistris, non olusculis nos soles pascere.
Coronata canistra, Ovid. 2. Met. 713.
Pura coronatis portabant sacra canistris.
Cumulata flore canistra. Ovid. 4. Fast. 451.
At chorus æqualis, cumulatis flore canistris.
Lata. Ovid. 2. Fast. 650.
Patula. Ovid. 8. Met. 676.
Plenis canistris apponere pabula. Virg. 4. Georg. 280.
CANISTER, tri. m. Idem. Sic Salignis canistros fieri debere virgultis, præcipit Palladius mense Novemb. cap. 17. de Oleo faciendo.
CANISTELLUM, i. n. dimin. in Gloss. Cyrilli. Et Symmach. 2. Epist. 81. Amicos canistellis argenteis honoravi. adde 7. Epist. 76.
CANISTRATUS, a, um. ut, Puellæ canistratæ. Mantuanus.
CANITIES, CANITUDO. In CANUS.
CANIUS, Nom. gent. Ro. Canius Rufus Poeta fuit Martialis popularis & familiaris, qui natura erat ita hilaris ut semper rideret, de quo idem Martial. lib. 1. 37. Alius C. Canius Eques Romanus, a Pythio argentario Syracusis in hortorum emptione callide deceptus, de quo Cic. 3. Off. 58.
CANNA, æ. f. [κάννα, δόναξ] V. CALAMUS. Columel. lib. 7. cap. 9. Namque & id fecisse maxime per æstatem profuit, & dulces eruisse radiculas aquatilis silvæ, tanquam scirpi, juncique & degeneris arundinis, quam vulgus cannam vocat.
Arundo cannæ. Ovid. 8. Met. 337.
— & longæ parva sub arundine cannæ.
Crassa. Ovid. 6. Fast. 406.
Nil præter salices, crassaque canna fuit.
Longa. Ovid. 8. Met. 337.
Palustris. Ovid. de Rem. Amor. 142.
Tremulæ cannæ. Ovid. 6. Met. 326.
Ara vetus stabat tremulis circumdata cannis.
Ex canna & fistulas compingebant. Ovid. 2. Met. 682.
— dispar septenis fistula cannis. Unde
Arguta canna. Sil. 7. 439. Arguta revocans ad roscida pascua canna.
Præcoquit Ebosita cannas. Stat. 1. Silv. 6. 15.
Et quas præcoquit Ebosita cannas
Largis gratuitum cadit rapinis. Haud dubie Cannas intelligit, ex quibus saccharum exprimitur vel coquitur. Et fortasse Cannas pro Saccharo ipso posuit. Sed qui sint Ebositæ illi, hactenus apud neminem invenimus. Populi fortasse sunt Indiæ. In illa enim regione saccharum potissimum nascitur. Domitius Calderinus Ebosia scribit. Vide an legi posset Ebusita ab Ebuso insula, de qua apud Plinium. [Mirror in Gevartii Papin. lect. pæne eadem legi. Nisi quod de Ebuso ins. Hispaniæ cum Ludov. Nonnio exponit, quam hic quondam & sacchari feracem fuisse in Vet. Hisp. sua contendit. V. Eund. de Re cib. l. 1. c. 47.
CANNŬLA, æ. f. dimin. ut, Parva casula cannulis temere contecta. Apul. Met. 4. p. 145. Et quoniam perforata canna est instar tibiæ, etiam ad alios usus cannula adhibetur. ut, Pulvere per cannulas (in vulnus) illato. Mart. Capella lib. 3. sub initium.
CANNEUS, a, um. Adj. [καλάμινος] Columel. lib. 12. cap. 50. Conchæ ferreæ, quibus depletur oleum: opercula, quibus vasa olearia conteguntur: spongiæ majores & minores: urcei quibus oleum progeritur: canneæ tegetes, quibus oliva excipitur.
CANNĒTUM, i. n. [τὸ καλαμώδη] Ubi cannæ consitæ sunt. Palladius 2. 23. Lilieta, canneta ponenda sunt.
CANNICIÆ, arum. f. pl. Locus cannis obsitus. Innocent. edit. Gœsii p. 225. Sub se cannicias & res palustres habet.
CANNICIUS, a, um. Adj. Titulus est apud Palladium lib. 1. tit. 13. de Cameris canniciis: de quibus sic ait, Cameras in agrestibus ædificiis, ex ea materia utilius erit formare, quæ facile invenietur in villa. Itaque aut tabulis faciemus, aut cannis, hoc genere,
CANNÆ, arum. tantum pl. [Κάνναι] Vicus, ad Aufidum fluvium, prope Canusium in Apulia situs, populi Romani clade ab Annibale accepta clarus, de qua V. Livium lib. 22. & reliquos Romanarum rerum scriptores.
Lybica succensæ lampade Cannæ. Lucan. lib. 7. 800. Succensas vocat, quia omnia corpora Romanorum cæsa apud Cannas secundum Livium (quæ quinquaginta millia fuisse dicuntur) jussit comburi, & sepulturæ mandari Annibal.
CANNENSIS, e. Adj. Cannenses, Populi Cannas inhabitantes, quos Corinensibus & Collatinis jungit Plin. lib. 3. cap. 11.
Calamitas Cannensis. Cic. de Clar. Orat. 12.
Cannensem cursorem, Titinnius pro Pistore dixit. Festus. [Si sana lectio est. V. not. Scalig. & Dacer. Forsan Pro pastore scribendum.
Pugna Cannensis. Propert. lib. 3. 3. 10.
Pugna Cannensis, figurate pro Cæde illa & proscriptione Syllana, quæ urbi Romanæ funestissima fuit & calamitosissima, propter tot civium necem. Cic. pro Rosc. Amer. 89. Te pugna Cannensis accusatorem sat bonum facit. Nam & Arnobius ita scribit ad hunc locum respiciens: potest quidem proscriptio (quemadmodum Tullius ludit) pugna dici appellarique Cannensis. Et ita prorsus locum hunc explicandum arbitror. Nam oratores quoque ex Cannensi caterva, ignobiles vocabant, qui eo tempore multis cæsis, & facundioribus interfectis aut mortuis, repente extiterunt, & ad causas & judicia accesserunt. Sic Turneb. [Videtur Cicero ambiguo vocabulo ludere, & Accusatorem bonum Erucium vocare, non quod Bene in præsentia, ut bonus orator, vel mediocris saltem in meliorum penuria, accuset, verum quod ex eorum numero fuerit, qui multos in Sullana proscriptione detulerunt, Accusatorem nobilem eo nomine factum; Cum Delatorem intelligi velit.
CANNĂBIS, is. f. [κάνναβος] Herba est ex cujus cortice funes intorquentur: & est tam pro Ipsa herba, quam pro Ipso semine. Plin. lib. 19. cap. 9. Deinde utilissima funibus cannabis seritur a Favonio. Quo densior est, eo tenerior. Semen ejus quum est maturum, ab æquinoctio Autumni distringitur, & sole, aut vento, aut fumo siccatur. Ipsa cannabis vellitur post vindemiam, ac lucubrationibus decorticata purgatur. Torta cannabis. Pers. 5. Sat. 146.
CANNABUM, i. n. dixit Palladius, quum inquit, Hoc tempore cannabum seris. [Ita Febr. 5. & Mart. 5. nisi Cannabim legendum. Nam ne Græcum quidem, quod hic adscriptum est, κάνναβος, unde alioqui deducerem potius, quam a recto Cannabum, usquam comparet, verum κάνναβις, vel simplici ν, κάναβις scribitur. Adde hæc verbotenus ex Columel. 2. 10. esse descripta, apud q. Cannabis constanter scribitur. Quare & ap. Gell. 17. 3. Cannabe & stuppa scribendum videtur.
CANNABACEUS, & CANNABINUS, a, um. [καννάβινος] Quod est ex cannabe. ut, Funis cannabinus. Columel. lib. 6. cap. 2. Cannabinisque funibus cornua juvencorum ligato. Idem 12. 57.
CANNABIUS, a, um. Idem, apud Gratium Cyneget. 2. 47.
At pauper rigui custos Alabandicus horti
Cannabias nutrit silvas, &c. [Ubi igitur Cannabaceus?
CANNABĒTUM, i. n. Locus cannabe consitus. Vet. Inscriptio apud Gruter. f. 896. n. 14. VSQ. AD CANNABETVM HVIC AREAE CEDET.
CANO, cecini, cantum, [ᾄδω, ψάλλω] ĕre. est Voce modulari. Plin. lib. 10. cap. 29. Merula canit æstate, hieme balbutit. Cic. 4. Acad. Quum cornix cecinerit.
Victores canere solent galli. Cic. 2. de Divin. 56.
Gallina cecinit. Ter. Phorm. 4. 4. 27. pro Malo augurio.
Ranæ canere dicuntur. Virg. 1. Georg. 378.
Et veterem in limo ranæ cecinere querelam.
Tibiæ canunt. Cic. 2. de Nat. Deor. 22. Si ex oliva modulante canentes tibiæ nascerentur, num dubitares quin inesset in oliva tibicinis quædam scientia? Idem 5. Verr. 105. Quum in eis conviviis symphonia caneret, maximisque poculis ministraretur, &c.
Absurde canere. Cic. 2. Tusc. 12. Aut si absurde canat is qui se haberi musicum velit.
Bene. Plin. lib. 3. Epist. 18.
Canere emerendi favoris gratia. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Ad auras canere. Virg. 1. Ecl. 57. V. AURA.
Ad citharam canere laudes alicujus. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Ad tibiam canere. Cic. 4. Tusc. 3.
Ad myrtum canere; proverbiale est, quod in conviviis ii facere cogebantur, qui citharæ & musices ignari essent. V. Erasm. Chil.
Ad certos modos canere. Ovid. 3. Fast. 380.
— & ad certos verba canenda modos.
Fidibus canere. Cic. 1. Tusc. 4. Igitur & Epaminondas, princeps meo judicio Græciæ, fidibus præclare cecinisse dicitur.
Lituo. Cic. 1. de Divin. 30. Quod ab ejus litui, quo canitur, similitudine nomen invenit.
Numeros canere in cantu. Cic. 1. de Legib. 11. Quemadmodum Roscius familiaris tuus in senectute numeros in cantu cecinerat. [Non ferri posse hanc lectionem omnes dicunt interpretes. Equidem ex his quæ sequuntur suspicor Lenierat Tullium scripsisse.
Sacra canere, i. e. Hymnos dicere. Virg. 2. Æn. 239.
— pueri circum innuptæque puellæ
Sacra canunt. Servius.
Inclinata ululantique voce, more Asiatico, canere. i. e. Dicere. Cic. in Orat. 27.
Sibi canere dicitur, Qui non ad alienum arbitrium facit quidpiam, sed animo obsequens suo. V. mox Mihi & Musis cane.
Tibiis canere. Cic. 2. de Orat. 338. Habet enim multitudo vim quandam talem, ut quemadmodum tibicen sine tibiis canere, sic orator sine multitudine audiente eloquens esse non possit.
Voce magna. Tibul. lib. 2. 5. 118.
Ars canendi. Ovid. 14. Met. 337.
Rara quidem facie, sed rarior arte canendi.
Foro medio scripta canenda. Ovid. 1. de Pont. 7. 30.
Et dedimus medio scripta canenda foro. i. e. Poëmata.
Celebrare festum canendo. Ovid. 5. Met. 113.
Jussus eras celebrare dapes, festumque canendo.
Imitari aliquem canendo. Virg. 2. Ecl. 31.
Mecum una in silvis imitabere Pana canendo.
Movere lapides canendo. Hor. 3. Carm. 11. 2.
Movit Amphion lapides canendo.
Canere aliquem, aut laudes alicujus, pro Celebrare, & laudare. Virg. 7. Æn. 698.
Ibant æquati numero, regemque canebant.
Laude canendus. Stat. 8. Theb. 152.
Nomen meum canitur. Ovid. 15. Epist. 28.
Canere dicuntur poetæ, Quum quid versibus describunt. Virg. 1. Æn. 4.
Arma virumque cano.
Canuntur hæc apud Homerum. Cic. de Clar. Orat. 71. Nec dubitari debet quin fuerint ante Homerum poetæ: quod ex eis carminibus intelligi potest quæ apud illum & in Phæacum & in Procorum epulis canuntur.
Canere super aliquo, i. e. De aliquo. Virg. 4. Georg. 559.
Bella canere. Ovid. 2. Trist. 360.
Essent pugnaces qui fera bella canunt.
Carmen. Cic. 2. de Orat. 352. Cecinissetque id carmen quod in illum scripserat.
Carmina. Virg. 9. Ecl. 26.
Carmina canere per oppida. Virg. 2. Georg. 176.
Dies totum canenda per orbem. i. e. Celebranda. Lucan. ad Pison. 147.
Dignum sermone canere. Hor. 2. Serm. 3. 4.
Nil dignum sermone canas.
Dira. Ovid. 10. Met. 300.

Grandia

Grandia canere elate, jucunda dulciter, & moderata leniter. Quintil. lib. 1. cap. 10.

Majora. Virg. 4. Ecl. 1. Paulo majora canamus.

Poemata. Hor. in Arte Poet. 99.

Prælia. Virg. 6. Ecl. 3.

Pugnas & viros. Stat. 8. Theb. 551.

Reges. Virg. 6. Ecl. 3.

Regum facta. Hor. 1. Serm. 10. 43.

Silvas. i. e. Bucolicum carmen. Virg. 4. Ecl. 3.

Aſpirare canenti dicuntur Muſæ. Virg. 9. Æn. 525.

Vos, o Calliope, precor aſpirate canenti.

Canere, Prædicere, Divinare. Virg. 8. Æn. 655.

— auratis volitans argenteus anſer
Porticibus, Gallos in limine adeſſe canebat. Servius.

Canere dii dicuntur, pro Vaticinari. Cic. 3. in Catil. 18. Ut hæc quæ nunc fiunt, canere dii immortales viderentur.

Acerba. Valer. 3. Argon. 303.

Ambages. Virg. 6. Æn. 99.

Horrendas canit ambages. De Sibylla.

Fata. Virg. 3. Æn. 444.

Obſcura. Hor. 2. Serm. 5. 58.

Oracula. Lucan. lib. 1.

Ex ore divino canere. Virg. 3. Æn. 155.

Atque hæc deinde canit divino ex ore ſacerdos.

Prodigium. Virg. 3. Æn. 366.

Et quia Cano tribuitur vatibus oraculiſque, inde, Qui ſanctas & venerabiles res atque divinas docendo proponunt, auguſtiore veluti verbo, Canere dicuntur, non Dicere. Ita Boethius cum lib. 3. de Conſ. Phil. in finem uſque diſputationem philoſophiæ de Deo & ejus bonitate retuliſſet, quartum his verbis auſpicatur: Hæc cum Philoſophia leniter ſuaviterque ceciniſſet, &c.

Canit fama. Martial. lib. Spect. Epig. 5.

Quicquid fama canit, donat arena tibi.

Cantilenam eandem canere. de Eo dicitur qui moleſtus eſt, ſæpius eandem rem inculcans. Nihil enim odioſius, quam quod ſemper idem eſt. Ter. Phorm. 3. 2. 10. Cantilenam eandem canis. Ubi Donatus, Ita dicit, ut, Vetus & vulgata cantio. Familiare eſt poetis, inquit Eraſm. Nuntium, Cantilenam appellare. Sumptum eſt autem a cantoribus, qui ſiquando diutius eandem occinant cantionem, tædium afferunt auribus. Proinde periti ſubinde variant carminis genus, quo ſatietatem devitent. V. Chiliad.

Cane mihi & Muſis. Proverbium, cujus originem docet Cic. de Clar. Orat. 187. Quare tibicen Antigenidas dixerit diſcipulo ſane frigenti ad populum, Mihi cane & Muſis: ego huic Bruto dicenti, ut ſolet, apud multitudinem, Mihi cane & populo, mi Brute, dixerim: ut qui audient quid efficiatur, ego etiam cur id efficiatur, intelligam. [Male hoc Proverbium efferunt Sibi canere, quod nec Eraſmus diſſimulat, Chil. 3. cent. 5. 80. cum potius dicendum ſit Doctis & Muſis canere. Convenit in eos, qui ſpernunt judicium vulgi, dum peritioribus placeant. Aliud eſt Intus canere, de quo infra

Intus canere. Qui privati commodi impendio ſtudioſi eſſent, ac Fere quicquid rerum agerent, id omne ad domeſticam referrent utilitatem, ii proverbio Intus canere, iidem apud Græcos Ἀσπένδιοι κιθαρισταὶ, dicebantur. Cic. 3. Verr. 53. Atque etiam illum Aſpendium cithariſtam, de quo ſæpe audiſtis id, quod eſt Græcis hominibus in proverbio, quem omnia intus canere dicebant, ſuſtulit, & in intimis ſuis ædibus poſuit, ut etiam illum ipſum artificio ſuo ſuperaſſe videatur. Facetiſſime taxavit Cicero Verris rapacitatem, qui intus canentem, in intimis ædibus collocarit, hoc eſt, plus quam intus cecinerit. Idem 2. pro Lege Agrar. 67. Atque hoc carmen hic Tribunus plebis, non vobis, ſed ſibi intus canit. Nam oſtendit Tullius in ea oratione, legem tametſi popularis videretur, haud tamen populi, ſed decemvirûm utilitati repertam. Porro de Aſpendio citharœdo Aſconius Pedianus ſic ſcribit, Quum canunt cithariſtæ, utriuſque manus funguntur officio. Dextra plectro utitur: & hoc eſt foris canere. Siniſtra digitis chordas carpit: & hoc eſt intus canere. Difficile autem, quod Aſpendius cithariſta faciebat, ut non uteretur cantu utraque manu, ſed omnia, id eſt univerſam cantionem, intus & ſiniſtra tantum manu complecteretur. Unde omnes quotquot fures erant, a Græcis Aſpendii cithariſtæ in proverbio dicebantur, quod, ut ille carminis, ita iſti furtorum occultatores erant. Valet hoc proverbium & in eos qui multum inteſtinis ſuis commodis conſulunt præter honeſtatem. Hæc ille ad 3. Verr. Verres autem etiam hujus artificis ſignum, Aſpendi poſitum, cum reliquis omnibus abſtulerat.

Intus canere proprie eſt Manu ſiniſtra canere, quæ enim ſiniſtra ſunt, ſæpe interiora dicuntur. V. Interior, in INTRA & SUBURGEO.

Surdis auribus canere. Proverbium. V. Eraſm. Liv. 40. 8. Quæ vereor, ne vana ſurdis auribus cecinerim.

Bellicum canere. ſcil. tuba. V. Bellicum, ſubſt. in BELLUM.

Claſſicum canere. Cæſ. 3. Bell. Civil. 82. Claſſicumque apud eum cani, & alterum illi jubet Prætorium tendi. Deductum a Claſſibus exercitus, quas quum evocabat tubæ ſigno Imperator, vel a pugna diſtrahebat, claſſicum canere dicebatur.

Receptui canere, dicitur dux exercitus, Quum jubet ſuos milites ceſſare a perſequendo hoſte. Liv. 3. 22. Inde ſignum obſervare juſſit, ut pariter & ſocii rem inciperent, referrentque pedem, ſi receptui ceciniſſet.

Receptui canere, per tranſlationem, pro Finire, vel Revocare animum alicujus a re aliqua gerenda. Cic. 3. Tuſc. 33. Vetat igitur ratio intueri moleſtias, abſtrahit ab acerbis cogitationibus hebetem aciem, &c. a quibus quum cecinit receptui, impellit, &c. Idem 12. Philipp. 8. Quis enim revocante & receptui canente Senatu, properet dimicare?

Receptus canere dicitur buccina. Ovid. 1. Met. 340.

— & cecinit juſſos inflata receptus.

Signa canere dicuntur in bello, Quum congrediuntur milites, & collatis ſignis depugnant. Liv. 1. 1. Quum inſtructæ acies conſtitiſſent, prius quam ſigna canerent, &c.

Cecinit quartæ vigiliæ ſignum. Liv. 24. 46. Eoſque, ubi quartæ vigiliæ ſignum ceciniſſet, ad eum locum ſcalas juſſit ferre. V. VIGILIA.

CANTIO, ōnis. f. [μελῳδία] Idem quod Cantus. Plaut. Sticho, 5. 5. 19. Lepidam & ſuavem cantionem aliquam occipio. Al. Cantationem. Apul. 2. Florid. p. 348. Corvus & pſittacus nihil aliud quam quod didicerunt, pronunciant. Si convicia docueris; conviciabitur, diebus ac noctibus perſtrepens maledictis, hoc illi carmen eſt, hanc putat cantionem.

Paternas cantiones haud canere; de eo dicitur, Qui a paternis moribus degenerat. V. Eraſm.

Cantio, pro Incantatione. Cic. de Clar. Orat. 217. Subito totam cauſam oblitus eſt, idque veneficiis & cantionibus Titiniæ factum eſſe dicebat. conf. Apul. 1. Met. p. 106.

CANTIUNCŬLA, æ. f. [ᾀσμάτιον] dimin. a Cantio. Cic. 5. de Fin. 49. Vidit Homerus probari fabulam (Sirenum) non poſſe, ſi cantiunculis tantus vir (Ulyſſes) irretitus teneretur.

CĂNOR, ōris. m. [μελῳδία, λιγυφωνία] Proprie ſignificat Conſonantiam. Ovid. 5. Met. 561.

Nec tamen ille canor mulcendas natus ad aures.

Canor res eſt blanda. Ovid. 2. de Arte Am. 315.

Res eſt blanda canor: diſcant cantare puellæ.

Cycni canor. Lucret. lib. 4. 181.

Parvus ut eſt cycni melior canor.

Martius canor æris. Virg. 4. Georg. 71. Ideo Martius dicitur quod acriores ad pugnam reddit. i. e. Bellicus.

CANŌRUS, a, um. [λιγύφωνος, ᾠδικὸς, λιγύφθογγος] Adj. quaſi Sonorus.

Æs canorum. Virg. 9. Æn. 503.

At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro Increpuit.

Ales canorus. Hor. 2. Carm. 20. 15. Cycnum intelligit.

Animal canorum. Cic. 2. de Divin. 57. Quum igitur hoc animal tam ſit canorum ſua ſponte, quid in mentem venit Calliſtheni dicere deos gallis ſignum dediſſe cantandi, &c.

Aves canoræ. Virg. 2. Georg. 328.

Avia tum reſonant avibus virgulta canoris.

Chelys canora. Sen. in Troad. 321.

Levi canoram verberans plectro chelyn.

Fides canora. Virg. 6. Æn. 120. — Orpheus
Threicia fretus cithara, fidibuſque canoris. i. e. Bene ſonantibus chordis. Servius.

Fila lyræ canora. Claud. in proœm. 2. de Rapt. Proſerp. 14.

Deſuetæ repetit fila canora lyræ.

Fluvius canorus avium concentu. Plin. lib. 4. cap. 8. Allabitur Peneus, viridis calculo, amœnus circa ripas gramine, canorus avium concentu.

Latratus canori canum. Columel. lib. 8. de Villatico cane, Vaſti latratus, canorique.

Lyra canora. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 256.

Modulatus canorus. Sen. Herc. fur. 4. Canoro ſaxa modulatu trahens.

Nugæ canoræ. Hor. in Arte Poet. 322.

Quam verſus inopes rerum, nugæque canoræ.

Orator canorus & volubilis. Cic. de Clar. Orat. 105.

Sonitus Curetum canori. Virg. 4. Georg. 150.

Tuba. Ovid. 3. Faſt. 849.

Turba, Tibicines. Ovid. 6. Faſt. 671.

Verſus. Hor. 2. Epiſt. 2. 78.

Volucres. Ovid. 3. Faſt. 17.

Vox. Ovid. 3. de Arte Am. 311.

Vox ſuavis & canora. Cic. in Brut. 234. Sic intervallis, exclamationibus, voce ſuavi & canora, admirando irridebat.

CANORUM, i. n. ſubſt. [τὸ λιγυρὸν] Cic. de Senect. 28. Omnino canorum illud in voce ſplendeſcit etiam, neſcio quo pacto, in ſenectute.

CANORE, Adv. Apul. Doctr. Plat. p. 6. Muſice mundus & canore movetur.

CANAX, ācis. Adj. Hinc CANACITER & compar.

CANACIUS, Adv. i. e. Sonorius. Apul. 3. Florid. p. 312. Canacius & plenius libro mandare.

CANTICUS, a, um. Adj. ut, Delinimentis canticis muſica occupatur. Macrob. 2. Somn. Scip. 3.

CANTĬCUM, i. n. [ᾆσμα] proprie ſignificat Elegantem cantum, atque laſcivum. Plin. 14. Epiſt. lib. 2. Plauſus tantum ac potius ſola cymbala & tympana illis canticis deſunt.

Obſcæna cantica. Quintil. lib. 1. cap. 2. Omne convivium obſcænis canticis ſtrepit.

Excipere cantica modis muſicis. Quintil. lib. 1. cap. 12.

Recitationes comœdorum, tragœdorumque vocabantur Cantica, quod ad modos muſicos canerentur, ut Donatus proleg. in Terent. monet. Ex eo ipſi Actores & Hiſtriones, Cantores, dicti, de quo paulo poſt. Suet. Neron. cap. 39. Datus Atellanarum hiſtrio in cantico quodam, ὑγίαινε πάτερ &c. Idem Galb. cap. 13. Siquidem Atellanis notiſſimum canticum exorſis, Venit Oneſimus a villa &c.

Cantica proprie Hiſtrionum fuiſſe, inde patet, quod illorum originem deſcribens Liv. 7. 2. hiſtrionem canticum egiſſe oſtendit

CANTICŬLUS, i. m. dimin. Septimius Afer apud Terentianum,

Pinea brachia cum trepidant,
Audio canticulum Zephyri. Nonius 7. 113. ex Pomponio: Mirum ni hæc Marſa eſt, in colubras callet canticulum. [Forſan a recto Canticum n.

CANTILĒNA, æ. f. [μολπὴ] Cic. 1. de Orat. 105. Gerendus eſt tibi mos adoleſcentibus, Craſſe, qui non Græci alicujus quotidianam loquacitatem ſine uſu, neque ex ſcholis cantilenam requirunt.

Cantilenæ, ſunt Muſarum filiæ. V. Muſis etiam rem ſacram facere, &c. in MUSA.

Cantilenam illam ſuam crebro mihi inſuſurrat Epicharmus. Cic. 1. Att. 16. V. INSUSURRO &

Cantilenam eandem canere. In CANO.

Cantilena, pro Jactatione verborum, denuntiatione & rumore. Cic. 11. Fam. 20. Nam de tuo periculo, crede mihi, jactatione verborum & denuntiatione periculi, ſperare eos te pertimefacto, adoleſcente impulſo, poſſe magna conſequi præmia: & totam iſtam cantilenam ex hoc pendere, ut quamplurimum lucrifaciant.

Librorum cantilenas pro Ineptiis & nugis Hieronymus Epiſt. 53. extr. dixit: ad nutricum & præficarum nugatoria cantica reſpiciens.

CANTILENŌSUS, a, um. Metricus, ad muſicam compoſitus. Sidon. 3. Epiſt. Poetarum ſtilo cantilenoſæ nugæ. & 4. 1. Si quid Lyricus cantilenoſum condidit.

CANTOR, ōris. m. [ἀοιδὸς, μουσουργὸς, μελοποιὸς, ψάλτης] Qui cantus exercet. Hor. 1. Serm. 3. pr.

Omnibus hoc vitium eſt cantoribus, &c.

Cantor formularum, pro Juriſperito. Cic. 1. de Orat. 2. 36. Ita & tibi Juriſconſultus ipſe per ſe nihil, niſi leguleius quidam cautus & acutus,

præco actionum, cantor formularum, auceps ſyllabarum. V. Cautor formularum, in CAVEO.
Cantor, pro Hiſtrione, vel Actore fabulæ. Hor. Arte Poet. 155.
— donec cantor vos plaudite dicat. In eandem ſententiam & Prudentius antiquus poeta uſurpavit, quum ſcribit,
Ut tragicus cantor ligno tegit ora cavato,
Grande aliquod cujus per hiatum crimen anhelet. Eodem ſenſu uſurpat Suet. Calig. cap. 54. Aliorum generum artes ſtudioſiſſime exercebat. Thrax, & auriga, idem cantor & ſaltator. V. Liv. 7. 2.
CANTRIX, īcis. f. Quæ cantus exercet. Plaut. Trin. 2. 1. 23. Cantrices, ciſtellatrices, nuncii, &c. Aves cantrices. Varro 3. de R. R. 5.
CANTUS, ûs. m. [ἄσμα, ᾠδή, μέλος, ψαλμός] eſt Inflexio vocis, & pro Cantione cujuſcunque rei dicitur. Martial. lib. 14. 168.
Iſte trochus pueris, at mihi cantus erit.
Cantus & numeri. Cic. 5. Tuſc. 104.
Cantus & ſymphoniæ. Cic. pro Cœl. 35.
Modi & cantus. Cic. 1. de Orat. 255.
Nervi atque cantus. Cic. 1. Tuſc. 4.
Avium cantus. Hor. 3. Carm. 1. 20.
Buccinarum cantus, & gallorum. Cic. pro Muren. 22. Te gallorum, illum buccinarum cantus exuſcitat.
Citharæ. Hor. 3. Carm. 1. 20.
Galli cantus. Hor. 1. Serm. 1. 10.
Sub galli cantum conſultor ubi oſtia pulſat.
Muſicorum cantus. Cic. 3. de Legib. 20. Idque haud paulo eſt verius, quam quod Platoni noſtro placet, qui muſicorum cantibus ait mutatis, mutari civitatum ſtatus.
Nervorum. i. e. Fidium. V. Vocum.
Sirenum cantus. Claud. 29. 23.
Symphoniæ. Cic. 7. Verr. 31.
Tibiæ cantus. Hor. 3. Carm. 7. 30. conf. Vocum.
Vocis cantus. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Vocum quotidianus cantus. Cic pro Roſc. Amer. 134. Animi & aurium cauſa tot homines habet, ut quotidiano cantu vocum, & nervorum, & tibiarum, nocturniſque conviviis tota vicinitas perſonet.
Voculæ & flexiones in cantu. Cic. 3. de Orat. 96. Quanto molliores ſunt, & delicatiores in cantu flexiones, & falſæ voculæ, quam certæ & ſeveræ?
Inſignis cantu. Valer. 3. Argon. 158.
Æmonii cantus, Magici, ab Æmoniæ, i. e. Thraciæ mulieribus, quæ his olim artibus inſignes erant. Valer. 6. Argon. 448.
Apollinei. Ovid. 11. Met. 156.
Clarus. Valer. 8. Argon. 152.
Dulcior. Cic. 2. de Orat. 34. Qui enim cantus moderata pronuntiatione dulcior inveniri poteſt?
Feralis. Sil. lib. 5.
Feſtivi. Claud. 1. in pr. Conf. Stilich. 3.
Conjugii necdum feſtivos regia cantus Sopierat.
Flebilis. Sen. OEth. 2. Cantu noſtra canet tempora flebili.
Fluens, metaphoricôs dictum, pro Suavi & dulci. Valer. 3. Argon. 158.
Felices cantus ore dare. Tibul. lib. 3. 4. 40.
Garrulus. Plin. lib. 10. cap. 29. Luſciniis diebus ac noctibus continuis XV garrulus ſine intermiſſu cantus.
Inſoliti cantus. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 329.
Lugubres. Hor. 1. Carm. 24. 2.
Luſtrifici, Expiatorii. Valer. 3. Argon. 448.
Atque ita luſtrifico cantu vocat, Ite perempti.
Obſcurior. Cic. in Orat. 57. Eſt autem in dicendo etiam quidam cantus obſcurior, &c.
Paſtoralis. V. paulo poſt, Modulari aliquem, &c.
Pius. Stat. 5. Silv. 3. 235. Al. Tu cantus ſtimulare meos.
Raucus cornuum. Virg. 8. Æn. 2.
Siculi cantus apud Juven. 9. Sat. 150. dicuntur Cantus Sirenum, quæ juxta Siciliam habitarunt, ab Ulyſſe & ejus ſociis evitati, idque auribus cera obturatis.
Supplex. Claud. in Phœnice, 46. — & ſupplice cantu
Præſtatura novas vires incendia poſcit.
Tener. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 244.
Tremulus. Hor. 4. Carm. 13. 5.
Accendere Martem cantu Tubicen. dicitur. Virg. 6. Æn. 165.
Arceſſere cantus lacrymis. Propert. 4. 1. 73. Sed longe aliam lectionem ſequitur Brœkh. q. V.
Celebrare funera cantu. Mela 2. 2.
Circumſonare aliquem cantu. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 268.
Commovere cantu. Virg. 4. Georg. 471.
Concelebrare cantu carmina. Lucret. lib. 5. 1380.
Dare cantus. Virg. 1. Æn. 402.
Et cœtu cinxere polum, cantuſque dedere. conf. Felices cantus.
Deliniri cantu. Quintil. lib. 5. cap. 8.
Evehere cantu ad ſidera. Sil. lib. 8.
Mantua Muſarum domus, atque ad ſidera cantu
Evecta Andino. i. e. Virgiliano.
Exercere. Virg. 1. Georg. 403.
Nequicquam ſeros exercet noctua cantus.
Flectere. Lucret. lib. 5. 1405.
Flectuntur cantu atque conſiſtunt ſæpe immanes beſtiæ. Cic. pro Arch. 19.
Flere cantu incendia. Stat. 5. Silv. 3. 205.
Fundere cantus gutture. Cic. 1. de Divin. 14.
Haud modicos tremulo fundens e gutture cantus.
Hortatur cantus remigem. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Imitari aliquid nervis atque cantibus. Cic. de Somn. Scip. 12.
Incitari ſono quodam vocum, & Phrygiis cantibus. Cic. 1. de Divin. 114.
Levare malum cantu. Hor. Epod. 13. 17.
Minantur rauciſono cornua cantu. Lucret. lib. 2. 619.
Modulari aliquem cantu. Claud. 1. in pr. Conf. Stilich. 182.
Te paſtorali modulantur Mænala cantu.
Mollire aliquem cantu, i. e. Placare. Ovid. ad Inanimata tranſtulit, 11. Met. 15.
Cunctaque tela forent cantu mollita.
Movere cantus. Virg. 10. Æn. 163.
Mulcere cantu æthera. Virg. 7. Æn. 754. i. e. Lenire. corporalia enim ſunt elementa: non enim mulcetur, niſi quod corporale eſt. Servius.
Pelluntur animi vocum gravitate & cantibus. Cic. 1. de Divin. 80.
Percrepat lucus cantu ſymphoniæ. Cic. 7. Verr. 31.
Perſonabat vicinitas cantu vocum. Cic. pro Roſc. Amer. 134.
Præbere aures cantibus. Ovid. 5. Met. 334.
Præſonuit tibia ſolenni cantu. Ovid. 3. Amor. 13. 11.
Promere audaci cantu. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 3.
Reſonare lucos aſſiduo cantu. Virg. 7. Æn. 12.
Rumpere cantu arbuſta. Virg. 3. Georg. 328.
Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ. i. e. Nimio clamore. Servius.
Rumpunt cantus ſilentia. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 329.
Solari cantu laborem. Virg. 1. Georg. 293.
Interea longum cantu ſolata laborem.
Solicitare cantu Cupidinem. Hor. 4. Carm. 13. 5.
Sopire cantus. Claud. 1. in 1. Conſ. Stilich. 3.
Stimulare cantus alicujus. eſt Calcar alicui addere, & excitare ad canendum. Stat. 5. Silv. 3. 235.
Strepere cantu rauco. Virg. 8. Æn. 2.
— rauco ſtrepuerunt cornua cantu.
Vocat cantu in certamina divos. Virg. 6. Æn. 172.
Cantus, pro Carminibus magicis, ſive Incantatione. Ovid. 7. Met. 195.
— concuſſaque ſiſto,
Stantia concutio cantu freta.
Componere cantus. Tibul. lib. 1. 2. 55.
Solvere amores cantibus. Tibul. lib. 1. 2. 62.
Taciti cantus, Secreta incantamenta. Valer. 7. Argon. 488.
CANTŬLUS, i. m. dimin. Firmic. lib. 3. cap. 12. In quarto loco Mercurius & Saturnus ab horoſcopo partiliter conſtituti, ex invento cantuli, & organi, facient magiſtros.
CANTO, [ᾄδω, μέλπω, ψάλλω, μελίζω, μελῳδέω] āre. frequent. Ter. Eun. 3. 1. 52. Pamphilam cantatum provocemus.
Pares cantare. Virg. 7. Ecl. 5.
Et cantare pares, & reſpondere parati. h. e. Qui poſſent continuum carmen dicere. Servius.
Aves cantantes. Propert. 4. 10. 30.
Cycni. Virg. 9. Ecl. 29.
Vare tuum nomen, &c.
Cantantes ſublime ferent ad ſidera cycni.
Puellæ bene cantantes, Sirenes. Ovid. 4. de Pont. 10. 17.
Invicem. Hor. 3. Carm. 28. 9.
Avena ſterili. Lucan. ad Piſon. 222.
Avenis ſtructis. Ovid. 1. Met. 677.
Fidibus cantare alicui. Plaut. Epid. 3. 4. 64.
Conducta veni, ut fidibus cantarem ſeni.
Pede certo. Tibul. 2. 1. 52.
Ad limen amicæ. Ovid. 5. Faſt. 339.
Obſcœna cantare. Ovid. 3. Faſt. 6. 75.
Verba ruſtica cantare. Tibull. 2. 1. 52.
Cantare alicui aliquid, pro Sæpius dicere, admonere, inculcare. Ter. Heaut. 2. 1. 19. Qui harum mores cantabat mihi. Et Plaut. Trin. 2. 2. 10. Hæc dies noctesque tibi canto, ut caveas.
Cantare, cum dativo rei inanimatæ. Ovid. 6. Faſt. 660.
Cantabat fanis, cantabat tibia ludis,
Cantabat mœſtis tibia funeribus. Videntur hi dativi per ablativos exponi poſſe addita præpoſitione IN.
Surdo cantare. Propert. 4. 9. 21.
Cantabant ſurdo, nudabant pectora cæco.
Vinci cantando. Virg. 3. Ecl. 21.
Signum cantandi dare. Cic. 2. de Divin. 57. Quid in mentem venit Calliſtheni dicere, deos gallis ſignum dediſſe cantandi, quum id vel natura, vel caſus efficere potuiſſet?
Cantare, pro Celebrare, tollere laudibus. Cic. 2. Q. frat. 12. Nam ut ſcis, jampridem iſtum canto Cæſarem. i. e. Summis laudibus celebro.
Amicam cantare. Hor. 1. Serm. 5. 15.
— abſentem ut cantat amicam
Multa prolutus vappa nauta, &c.
Amores. Ovid. 15. Epiſt. 155.
Carmina. Hor. 3. Carm. 1. 2.
Convivia. Hor. 1. Carm. 6. 17.
Nos convivia, nos prælia virginum
Cantamus vacui.
Laudes alicujus. Ovid. 2. Faſt. 658.
Dignus cantari. Virg. 5. Ecl. 54.
Et puer ipſe fuit cantari dignus, &c.
Verſu cantari. Lucan. ad Piſon. 236.
Tu mihi Mæcenas tereti cantabere verſu.
Cantare, pro Incantare & faſcinare. Virg. 8. Ecl. 71.
Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis. Ubi Servius; Cantando, Dum ei incantatur: nam gerundivus modus ab omni verbo ſimiliter procreatur, unde modo Cantando a paſſivo ait, quum idem alibi ab activo dixerit: ut 3. Ecl. 25.
Cantando tu illum? Tale eſt illud in Salluſtio, Jug. 62. Quum ipſe ad imperandum Tiſidium vocaretur. i. e. Ut ei imperaretur.
Cantare etiam præcipue dicuntur, Qui in fabulis verſantur. Juven. 4. Sat. 34.
Incipe Calliope, licet hic conſidere. non eſt
Cantandum, res vera agitur. Narrate puellæ
Pierides. ubi Cantare, Fabulas conſerere: Narrare, Res veras exponere, eſt.
Cantare etiam Recitatores ſeu Declamatores dicebantur, propter fractum pronunciationis genus, & hiſtrionales, quos exprimebant, modos. Juven. 10. Sat. 178.
— madidis cantat quæ Soſtratus alis. Soſtratus enim ibi declamator eſt, non poeta, ut Vet. Schol. interpretatur.
CANTĀTUS, a, um. [ᾀσθείς, ἐπᾳσθείς] Partic. Stat. 1. Silv. 2. 197.
Aſteris & Vatis totam cantata per urbem.
Amica cantata. Martial. lib. 7. 13.
Aquæ cantatæ. Ovid. 24. Epiſt. 90.
Carmine cantato cælum denſatur. Ovid. 14. Met. 369.

Herbæ. Ovid. 1. Amor. 14. 39. de Incantatione.
Leges cantatæ imponere lunæ. Propert. lib. 4. 5. 13.
Toga cantata. Martial. 9. 50.
Uva. Ovid. 3. Amor. 7. 33. ut Herbæ.
Canta etiam pro Cantata posuisse veteres testatur Festus. [Ubi V. Dacer. Forte Supinum exoletum τῷ Cano intelligit.

Cantatio, ōnis. f. ut, Animum permulcere cantationibus. Apul. 2. Met. p. 125. Plaut. Stich. 5. 5. 19.
Lepidam & suavem cantationem aliquam occipito cinædicam.

Cantatus, ūs. m. Alcimus Avitus 5. 157.
Ranarum fœdis texit cantatibus urbes.

Cantātor, ōris. m. [μουσουργὸς, ἀοιδὸς, ψάλτης] Qui consuevit canere, & crebro cantus exercere. Martial. lib. 13. 77.
Dulcia defecta modulatur carmina lingua,
Cantator cycnus funeris ipse sui.
Cantatorem, sine adjecto, appellat Mauricius de Milit. Rom. ut Turnebus 24. 16. refert, Qui exercitum hortatur, & animat oratione milites ad fortiter dimicandum ante pugnam, velut ad eorum aures canens.

Cantatrix, īcis. f. & Adj. ut, Avis cantatrix. Varro 3. de R. R. 5. Choreæ cantatrices. Claud. Bell. Gildon. 448.
Item ex Incantandi significatione: ut, Anicula cantatrix, i. e. Saga. Apul. 2. Met. p. 123. Anus cantatrices. Idem p. 128.

Cantāmen, inis. n. [ἐπῳδή] pro Incantatione dicitur. Propert. 4. 4. 51.
O utinam magicæ nossem cantamina Musæ.
Nativa cantamina artis magicæ. Apul. 2. Met. p. 114.

Cantabilis, e. Vulg. Interpr. Ps. 118. 54.

Cantabundus, a, um. ut, Gallus cantabundus. Gell. 9. 13. conf. Petron. cap. 62.

Cantĭto, [περιτίζω] āre. frequent. a Canto frequent. Ter. Adel. 4. 7. 32. Facturum credo, ut habeas quicum cantites. Cic. de Clar. Orat. 74. Utinam extarent illa carmina, quæ multis sæculis ante suam ætatem in epulis esse cantitata a singulis convivis de clarorum virorum laudibus, in Originibus scriptum reliquit Cato. Suet. Neron. cap. 39. Quod Nauplii mala bene cantitaret, sua bona male disponeret.

Cantillo, āre. Submisse canere. ut, Clamore ludunt, strepitu cantillant. Apul. 4. Met. p. 146. Orpheus in solitudine cantillavit. Idem Florid. 3. p. 358.

Canturio, īre. Festus in Dagnades. V. dacnades.
Belle canturire. Petron. cap. 64.

Canobīta, [Κανωβίτης] Nomen gentile ductum a Canobo, quam Canopum alii, Stephanus de urbibus Canobosam vocat, si non fallunt exemplaria.
Litora Canobita. Catull. 64. 58.

Canobus, Navis Menelai gubernator, quo tempore Menelaus ipse in Ægyptum perrexit: de quo infra in dictione canopus.

Cănon, ŏnis. m. [κανὼν, κανόν@] Latine Regula dicitur. Cic. 16. Fam. 17. Sed heus tu, qui canon esse meorum scriptorum soles, unde illud tam ἄκυρον, valetudini fideliter inserviendo? Plin. lib. 34. cap. 8. de Polycleto, Fecit & quem canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut a lege quadam. Budæus interpretatur *Un parangon, un chef d'œuvre.*
Canon etiam significat Lorum scuti in quod brachium immittitur.
Canon, in re nummaria quid sit, docet Asconius in 4. Verr. 5. Omne genus, inquit, pensitationis in hoc capite positum est, canonis, oblationis, indictionis. Dicit autem Cic. Quando illa frumentum, quod deberet non ad diem dedit? quando id quod opus esse putaret, non ultro pollicita est? quando id quod imperaretur, recusavit? Hodie Canon, quod Domanium dicitur: ut portoria, vectigalia, & hujusmodi. Oblatio, quæ Auxilia nunc dicimus: ut octava vini heminatim divenditi, & vicesima ejus quod cuppatim culeatimque venit, reliquarumque mercium quæ a solidariis negotiatoribus venduntur, quos grossarios appellant: quæque a minutariis & venditatoribus, qui & propolæ dicuntur, hoc est non sua vendentes, sed a negotiatoribus emptitata, pluris postea vendentes. Indictio est quam Taleam vocamus: antiqui collationem vocabant. Cicero etiam Collectam dicit. Græci ἔρανον appellant, & συμβολήν. Hodie igitur coactores, id est receptores canonarios, oblationales, indictionales, fiscarios, & ærarios, aliisque nominibus appellare licet, Latine loquentibus. Hæc Bud. ad Pand. p. 114. Episcop. V. & Suiceri Thesaurum in hac dictione extr.
Certum quoque Modum numerumque frumenti, quo opus esset ad alendam urbem aliquam per annuum usum, Canonem, dictum; & ita Canonem urbis Romæ, apud JCtos inveniri, Lipsius Elect. 1. 8. extr. observat. V. Cod. tit. de Canone frumentario Urbis Romæ.
Canon etiam videtur dici Demensum diurnum servorum, sive Cibus in unum diem, h. e. Diarium, ut alias appellatur. Salvian. 4. de Gub. Dei, p. 67. Servi si fures sunt, ad furandum forsan egestate coguntur: quia etiamsi eis stipendia usitata præstantur, consuetudine hæc magis, quam sufficientiæ satisfaciunt: & ita implent canonem, quod non explent satietatem.
Canon Theologis dicitur Verbum Dei, tanquam Norma fidei & morum. Item Decretorum synodalium capita. V. Suiceri Thesaur.
Dicitur etiam Quodvis ecclesiastice & philosophice præceptum, ideo propositum, ut secundum illud statuatur & agatur.
De usu hujus vocis V. G. Ziegler. diss. de Orig. & Increment. Jur. Canon. p. 1. & 2. Add. Suicer. d. l.

Canonĭcus, a, um. Adj. [κανονικὸς] Regularis dicitur. ut, Ratio mathematicorum canonica. Vitruv. 5. 3. Sed ratio canonica fallit. Plin. 2. 17.
Canonici vocantur Musices studiosi, qui primas in judicando partes, longeque ratas maxime rationi ascribunt. ex Cæl. Rhodig. 5. 11.
Canonica, a Græcis nuncupata est altera Geometriæ pars, ut Varro prodidit, quæ vocum longitudines & altitudines mensu distinguit certo: Longior autem mensura rhythmus vocatur, id est modulus, vel numerus, & pedum ordo: Altior autem, μέλ@, id est cantus modulatus, nam μετρική, id est mensuraria seu dimensiva, syllabarum excutit mensum, & canonicæ portio est. Hæc Cæl. Antiq. Lect. l. c. & lib. 15. cap. 14. ex Gell. 16. 18. 9. V.
Ex notione Canonis frumentarii, Canonicum, est, Quod ad annuam illam pensitationem pertinet. ut,
Indictio canonica, l. 4. Cod. de prox. sacr. scrin. Pensitationes canonicæ, l. 2. Cod. de lucr. advocator.
In Ecclesia Canonici dicuntur Clerici, quod in canone Ecclesiæ, sive catalogo erant adscripti. V. Salmas. de Cæsarie & Coma p. 432. Hinc Concanonicus, de quo s. l.
Libri sacræ scripturæ canonici Theologis sunt, Qui canonem constituunt, h. e. Agendorum & credendorum normam: unde & Normales a quibusdam dicuntur.
Scriptura canonica. Fulgent. contra Arianos p. 72.
Illatio canonica, cujus meminere Impp. Honorius & Theodos. in l. placet. C. de sacrosanct. eccles. est Ordinarium munus, quod habet certam præstationem lege impositam, ad cujus solutionem etiam ecclesia tenetur. De his omnibus V. Suicer. l. c.

Canonicatus, appellatur Titulus regularis sacerdotii in ecclesia, unde Canonici dicuntur: & differt a Præbenda, quæ reditus habet annuos ex tali titulo. Itaque qui utrumque habet, is Canonicus Præbendarius dicitur, 70. distin. cap. Sanctorum canonum.

Canonicarii, orum. JCtis sunt, Qui principis nomine ac mandato canonem exigebant, Leg. 9. Cod. de exact. tribut.

Canonium, i. n. Locus est, si Rhodigino credimus, sacris viris & canonice viventibus destinatus. In navibus etiam, quæ cataphractæ vocantur, & catastromata habent, id est pavimenta superiora, vel tabulata, ligna quibus tabulæ incumbunt, canonia nuncupantur, ut ait idem Cæl. lib. 5. cap. 11.

Canonisatio, ōnis. f. Vox barbara, quâ Receptionem in numerum sanctorum exprimunt.

Canopicus, Canopitanus. V. post canopus.

Canor, Canorus. V. cano.

Canopus, Deus cultus ab Ægyptiis, cujus originem Suidas & Rufin. lib. 11. Ecclesiasticæ historiæ commemorant. Ferunt enim Chaldæos per varias orbis regiones ignem suum circumferre solitos, & cum omnium nationum deis contendere, ut qui deus vicisset, ab omnibus crederetur. Quare quum dei, qui ex ære, auro, argento, ligno, vel alia quavis materia constabant, igne omnino absumerentur, Chaldæorum locis omnibus præstabat. Hæc quum Canopi sacerdos audisset, quiddam contra ignem callidum excogitavit. Solebant in Ægypto fictilia vasa quædam fieri, quæ hydriæ vulgo appellantur, minimis quibusdam foraminibus pertusæ, quibus turbida limpidissima & defecatissima effluit. Harum ille unam cæra foraminibus obturatis cepit, variis coloribus undique depictam, aqua repletam, ac ut deum statuit: & excidens veteris simulacri caput, quod Canopi Menelai gubernatoris ferebatur, imponens diligenter simulacro aptavit. Adsunt post hæc Chaldæi: itur in conflictum, circa hydriam ignis accenditur, cera dissolvitur qua foramina erant obturata: diffluente aqua ignis extinctus est. Astu igitur sacerdotis Canopus deus victor dei Chaldæorum evasit, & ex eo deus cultus est. V. plura apud Rufinum.

Canōpus, sive Canobus, i. m. [Κάνωβ@] Parva insula est mediterranei maris, Nili ostio, quod Canopicum vocant, obvia. Menelai gubernator Canobus ibi forte moriens nomen insulæ, illa ostio dedit. Hæc Pomponius Mela. Canopi porro his verbis meminit Tacit. 2. Ann. 60. Condidere (inquit) id Spartani ob sepultum illic rectorem navis Canobum, qua tempestate Menelaus Græciam petens, diversum ad mare terramque Libyam delatus. Noti sunt Menelai post Helenam raptam, ad Syrum litus errores, ex Homero. Proinde quum a Canobo dicta sit, ideo B littera scriptum aliquando vocabulum, teste Quintiliano lib. 1. cap. 9. Amyclæus Canopus. Sil. 11. 433. V. ibi Drakenb.
Famosus Canopus. Juven. 15. Sat. 46.
— sed luxuria quantum ipse notavi
Barbara famoso non cedit turba Canopo.
Pellæi Canopi gens fortunata. Virg. 4. Georg. 287.
Ex abundantia istius fertilissimæ regionis lascivia & voluptatis studia sine modo vigebant: qua de causa Pacatus Theodosii paneg. cap. 33. Mollem Canopum, & Lascivire Canopi oram, Statius 3. Silv. 2. 111. dixit.
Est item Canopus, Sideris nomen, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 22. in descriptione Taprobanæ insulæ.

Canopicus, & Canobicus, a, um. ut, Ostium Nili Canopicum, Plin. 5. 10.

Canopicum, i. n. Zeugitanæ regionis quæ proprie Africa & Minor Africa Plinio dicitur, oppidum est, eodem auctore lib. 5. cap. 4.

Canopitānum, i. n. Oppidum liberum Zeugitanæ regionis, sive Africæ minoris Plin. lib. 5. cap. 4.

Canopitānus, a, um. Adj. Solinus cap. 44. Quod ab Atlante ad usque Canopitanum ostium panditur.

Cantabra, æ. f. Fluvius in Indum erumpens, cum tribus aliis quos secum trahit fluviis. Plin. lib. 6. cap. 20.

Cantăber, bri. m. [Κάνταβρ@] pl. Cantabri, Populus in Hispania Tarraconensi ad Oceanum, ut docet Ptolem. lib. 2. cap. 6. Hodie *Biscaini.* Et Plinius lib. 4. cap. 20. finitimi his qui tractum trans Durium servant. Hi ab Augusto fuerunt subacti, ut docet Strabo lib. 3. Et Suet. in Vita Augusti, cap. 20. & 21. ante Augustum nemo eos subegerat: quod videtur innuere Hor. 2. Carm. 6. 2.
Cantabrum indoctum juga ferre nostra. conf. Sil. lib. 3. & 5.
Bellicosus Cantaber. Hor. 2. Carm. 11. 1.
Stoicus Cantaber. Juven. 15. Sat. 108.

Cantabrĭcus, a, um. [Καντάβρικὸς] Adj. ut, Bellum Cantabricum. Hor. 1. Epist. 18. 55.
Militiam puer, & Cantabrica bella tulisti.

Cantabrica, æ. f. [καντάβρικη] Herba est ubique nascens, caule junceo pedali, in quo sunt flosculi oblongi, velut calathi: in his semen perquam minutum. Dicta autem est Cantabrica, quod per Augusti tempora reperta sit a Cantabris in Hispania. Ex Plin. lib. 25. cap. 8.

Cantabrum, i. Arnobius, [vel potius Minucius Felix cap. 29. 7. cujus Octavius olim pro 8vo Arnobii adversus gentes venditabatur.] Nam & signa ipsa, & cantabra, & vexilla castrorum quid aliud quam inaurata cruces sunt & ornatæ? Sed quæ Cantabra sint non ita dictu promptum est: Videntur esse Cantabra, quæ Tertullianus Labara vocavit. Ego, si capitalis ista forte audacia nemini esse videatur, unius literulæ immutatione lubenter Contabra legerim. Nam ut a Candela, Candelabrum: sic a Conto, Contabrum diceretur non inepte: amplius tamen pronuntiabimus, & non liquere nobis dicemus: vocabula ita rara difficiles habent explicatus. Imo vero legendum affirmabimus, Signa ipsa atque labara: Cantabrum autem est, Apicio 7. 1. & Cælio, Acut. 3. 3. & Chron. 3. 4.

3. 4. Furfur. verba sunt Turnebi 15. 16. [Cujus opinioni codicum consensus repugnat. V. Tertull. Apolog. cap. 16. & ad Nat. lib. 1. cap. 12. extr. Hinc

CANTABRARII l. 2. cod. Theod. de Collegiat. ubi Signiferis junguntur.

CANTATOR, CANTATRIX, CANTATIO, In CANO.

CANTERIUS, V. CANTHERIUS.

CANTHARIAS, æ. m. Gemmæ species, quæ scarabeorum effigiem habet: quippe Græci κανθάρους, vocant scarabeos. Plin. lib. 37. cap. 11.

CANTHĂRIS, ĭdis: vel CANTHARIDA, æ. [κανθαρὶς] Vermis, vel musca potius viridis, in summitate ramorum fraxini & olivæ nascens: cujus succus in venas ingressus, ut venenum interimit: & humano corpori applicitus, vesicas pleras humore facit. Ovid. in Ibin, 308.

Cantharidum succos dante parente bibas. Plin. lib. 29. cap. 4. In cantharidibus magna quæstio: quoniam ipsæ venena sunt potæ vesicæ cum cruciatu præcipuo.

Cantharides, pro Venenata potione. Cic. 9. Fam. 21. Caius accusante L. Crasso cantharidas sumpsisse dicitur.

CANTHARITES, æ. Vini transmarini genus. Plin. lib. 14. cap. 7.

CANTHARIUM, i. n. [Κανθάριον] Promontorium est in Samo insula, stadiis octoginta a Dracano Icariæ insulæ promontorio distans, qui trajectus minimus est freti interjecti. Auct. Strab. lib. 14.

CANTHAROLETHROS, i. m. [Κανθαρόλεθρος] Locus Thraciæ exiguus, a Canthari exitio dictus, quod ibi ex omni animalium genere solus necetur cantharus. V. Plin. 11. 28.

CANTHĂRUS, i. m. [κάνθαρος] Poculum, quo usus est Liber pater. Plin. lib. 33. cap. 11. C. Marius post victoriam Cimbricam cantharis potasse, Liberi patris exemplo, traditur. Macrob. 5. Saturn. cap. 21. Scyphus Herculis poculum est, ita ut Liberi patris cantharus.

Parvulus cantharus. Juven. 3. Sat. 205.

Plenis cantharis bibere. Plaut. Pers. 5. 2. 40. [Ejus figuram exhibent tabulæ anaglypticæ, in quibus Orgia Bacchi expressa sunt apud Bellor. unde liquet promiscue vel utrinque, vel ex una duntaxat parte ansatos cantharos fieri solitos. V. Tab. 52. 54. & 56. Admirand. Quo miror magis in dubium rem vocare Cl. Drakenborch. ad Sil. 7. 196.

Cantharus, Aquæ conceptabulum ludicris formis elaboratum, per quas aqua salit. Paul. in l. Cetera. D. de legat. 1. Sed & automataria, & canthari per quos aquæ saliunt, poterunt legari: maxime si impostitii sint. Alciatus Parerg. lib. 1. cap. 20. Dubium est, quid hoc loco sibi velint canthari: nisi accipias pro vasis aquarum, quibus epistomia, id est (ut vulgo vocamus) spinæ adduntur, unde aqua exit, ideoque Salientes dicti Latinis auctoribus. [Ornamentum fuit ad Canthari similitudinem effictum, ut apparet ex præf. Ausonii Centoni præmissa.

Marculus, i. e. Malleolus pultandis foribus adpensus hoc etiam nomine indigitatur. V. Plaut. Men. 1. 2. 64. [Sic quidem in Thes. Lips. unde hæc petita sunt. Sed inspecto Plauti loco apparebit Cantharum vinarium intelligi. V. ad loc. not. Salmas.

Cantharus, Cæleste signum in Aquario, ex tribus constans stellis.

Cantharus Scarabeus ex generationis ratione nomen invenit. Canthona Græci asinum vocant, id est κάνθωνα: Oron autem semen, & quidem scarabei proprie. Sic vero progigni animal tradunt, quod nec tacuit Aristoteles. Ubi cantharus asini retrimenta seu stercora, quæ onidas nuncupant, & orbiculari fere vituntur figura, offenderit, insistit: ac pedibus provolvens, interim genitalem urinam effundit, unde enascitur vermiculus qui mox fit cantharus. Cæl. lib. 8. cap. 5.

Cantharus pilulam. subaudi Volvit, vel Exercet. Adagium est in eos qui castigati sæpius, nihil proficiunt: sed quod pertinaciter semel arripuerunt, pertinacius fovent. Quod enim est animali ingenitum, nulla prorsum arte viceris. Ductum adagium a Pilularum, id est orbicularium stercorum illa volutatione, quæ est cantharis admodum familiaris. Cæl. lib. 8. cap. 5.

Cantharus, Nodus sub lingua Apis bovis, quem Ægyptii colebant numinis vice. Plin. lib. 8. cap. 46. De hoc cantharo vide Cæl. lib. 8. cap. 5.

Cantharus pro Navigio, ut ex Menandro probat Macrob. 5. Saturn. cap. 21.

Cantharus, Genus piscis. Plin. lib. 32. cap. 11. Columel. lib. 8. cap. 17. extr. Nam & alecula modo capta, & cantharus, exiguusque gobio, &c. Sed alii hic Cammarus exhibent. V. ad Plin. Hard.

Zenodotus ait, Athenis Cauponem fuisse, nomine Cantharum, quem ob imposturas & maleficia capitis affecerint supplicio. Proinde vulgo receptum, ut in versutos ac impostores diceretur, Cantharo astutior. V. Erasm. Adag. de Cantharo statuario. V. Plin. 34. 8.

Cantharus, i. m. Poeta comicus Atheniensis, cujus feruntur fabulæ nonnullæ positæ a Suida.

CANTHARŬLUS, i. m. [κανθάριον] dimin. i. e. Parvus cantharus, Bacchi insigne apud Arnob. lib. 6. sub fin.

CANTHERIUS, i. m. [κανθήλιος Gr. H. St.] Equus castratus. Cantherius hoc distat ab Equo, quod maialis a verre, capus a gallo, vervex ab ariete. Est enim Cantherius, Equus cui testiculi amputantur. Festus. Varr. 2. de R. R. cap. 7. Propter quod discrimen maxime institutum ut castrentur equi. Demptis equi testiculis fiunt quetiores: & ideo quod semine carent, ii cantherii appellati, ut in suibus maiales, in gallis gallinaceis capi. Cic. 9. Fam. 18. Et apud Sen. Epist. 87. Cantherio vehebatur, & hippoperis quidem impositis, ut secum utilia portaret.

Cantherii costas. Vide versum Lucilii in MANTICA. Sic Virgil.

Sæpe oleo tardi costas agitator aselli,
Vilibus aut onerat pomis. H. St.

Cantherius in fossa. Adagium in eum qui lacessit ad pugnam, mox cadit animo, ut cominus congredi non audeat. Ductum adagium a cantheriis equis, qui quum defecti testiculi & execta sint illis genitalia, languidiores & degeneres sunt, quod semine careant. Vide Erasm. in Chiliad. & Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 15. V. Liv. 23. 47. & Gronov. ad loc.

Cantherius vel Canterius [κανθήλιος] Genus jugi in vinea. Columel. lib. 4. cap. 12. Itaque aut veteres (ne novæ radicem agant) arundines binas singulis vitibus applicabimus: aut si regionis conditio permittit, vetera deponemus hastilia, quibus annectuntur singulæ transversæ perticæ in imam partem ordinis: quod genus jugi, cantherium vocant rustici. Plin. lib. 17. cap. 21. Simplici jugo constat porrecto ordine, quem cantherium appellant. Pedamentum Cato vocat.

Cantherii, Tigna. Vitruv. lib. 5. Et cantherii prominentes ad extremam suggrundationem, supra cantherios templa. Cantherii item dicuntur, Qui subjici solent a fabris materiariis, dum moles arborum secant. Vulgus *Caballos* vocat.

Item Cantherius, ut auctor est Varro. de R. R. 2. 1. Mons est in Sabinis.

CANTHERIŎLUS, i. m. dimin. pro Parvo pedamento. Columel. lib. 11. cap. 3. Deinde quum fecerint caulem, humilioribus quasi cantheriolis interpositis rigorem stilorum conservato. nam nisi arundines transversas in modum jugatæ vineæ crebras disposueris, thalli ceparum ventis prosternentur.

CANTHERĪNUS, a, um. Adj. ut, Cantherino ritu somniare. Plaut. Men. 2. 3. 44. Certe hæc mulier cantherino ritu astans somniat. Solent enim equi stantes somniare, auctore Plin. lib. 10. cap. ult.

Hordeum cantherinum. Columel. lib. 2. cap. 9. V. HORDEUM.

Lapathum cantherinum, Latini Rumicem appellant. Plin. 20. 21.

CANTHERIĀTUS, a, um. Adj. Quod cantheriis subnixum est. Columel. lib. 5. cap. 4. Deinde quæ pedaminibus adnixæ singulis jugis imponuntur, eas rustici cantheriatas appellant.

CANTHUS, i. m. [Κάνθος] Abantis filius inter Argonautas ab Apollonio 1. 77. & 4. 1485. ponitur, itemque ab Orpheo. Apollonius dicit eum in Libya periisse: Flaccus autem noster in Æa. Argon. 1. 451. & in 6. plenius.

CANTHUS, i. m. [κανθὸς] Ferrum quo rotæ extremitates vinciuntur: seu potius Lignea illa rotæ extremitas, ex multis partibus curvis compacta. Sane Picardi quamlibet illarum partium vocant *une gante*, Franci *une jante*. Ad quod facere videtur illud Hieronymi lib. 3. Reg. cap. 7. Tales autem rotæ erant quales solent in curru fieri: & axes earum, & radii, & canthi, & modioli, omnia fusilia. Quintil. lib. 1. cap. 5. De virtutib. & vitiis orationis, Barbarismum pluribus modis accipimus. Unum gente: quale sit, si quis Afrum vel Hispanum Latinæ orationi nomen inserat: ut Ferrum quo rotæ vinciuntur, dici solet Canthus: quanquam eo tanquam recepto utitur Persius. V. Burm. p. 52. Badius interpretatur in commentariis Persii Canthum, Rotæ circumferentiam. Pers. 5. Sat. 71.

— quamvis temone sub uno
Vertentem sese frustra sectabere canthum.

Canthos, [κανθὸς] oculi vocat Galenus lib. de Usu partium, quos Angulos dicimus: facit autem majorem & minorem canthum.

CANTICUM, CANTILENA, CANTILLO, CANTIO. In CANO.

CANTIŒBIS, [Καντιοῖβις] Urbs Germaniæ Ptolemæo: hodie vulgo *Amberg*.

CANTITO, CANTIUNCŬLA, CANTURIO. V. CANO.

CANTIUM, i. n. [Κάντιον ἄκρον Ptol.] Britanniæ promontorium & ipsa regio Cæsari Bell. Gall. 5. 13. & 14. Cantia, Regio Bedæ. vulgo *Kent*: ubi civitas Cantuaria, vulgo *Canterbury*.

CANTO, CANTOR, CANTUS. V. CANO.

CANUCHA, æ. f. Fluvius est navigabilis, in Gangem influens, ut scribit Plin. lib. 6. cap. 18.

CANULEIUS, Nom. gent. Rom. Ex qua C. Canulejus Tribunus plebis qui A. U. C. 310. rogationes duas tulit, Ut connubia plebis cum patribus essent communia, & ut alter Consul de plebe crearetur. Orationem ejus adversus Consules vide apud Livium lib. 4. pr.

CANUM, i. n. inter simplicia medicamina refertur a Galeno, his verbis, Canum optimum habetur, quod validissimum est. Invenitur enim in metallis, in quibus conflatur, & quibusdam litoribus maris. Vires habet, verum acriter stringentes, & quodammodo causticas. Hæc ille lib. de Simplic. Medicam. [Hoc quid sit nescio.

CANUS, a, um. [πολιὸς, λευκάνθης] Adj. Coloris nomen quam proxime ex nigro, aut fusco, aut viridi ad Album accedentis, frequentius de homine dicitur, cui candent sive albent capilli præ senectute. Plaut. Bacch. 5. 1. 15. Cano capite atque alba barba.

Absinthium canum. Ovid. 5. Trist. 13. 21.

Cana prius gelido desint absinthia Ponto.

Amator. Tibul. lib. 1. 8. 29.

Anilitas cana. Catul. 59. 162.

Barba. Martial. lib. 4. 36.

Cana est barba tibi, nigra est coma.

Capilli. Hor. 2. Carm. 11. 15.

Caput. Ovid. 5. Fast. 57.

Coma. Sen. in Troad. 3.

Crines. Catul. 59.

December. Martial. lib. 1. 50.

At quum December canus, & bruma impotens.

Favilla. Ovid. 8. Met.

Fides. Virg. 1. Æn. 29.

Cana fides, & Vesta. Ubi Servius, Canam fidem dixit, vel quod in canis hominibus invenitur: vel quod ei albo panno involuta manu sacrificatur: per quod ostenditur, fidem debere esse secretam. Nonius autem, Canam fidem, Veterem & antiquam interpretatur.

Fila cana. Ovid. 15. Met. 372.

Quæque solent canis frondes intexere filis
Agrestes tineæ.

Fluctus. Cic. in Arat. 71.

Nec metuunt canos minitanti murmure fluctus.

Gelu. Virg. 3. Georg. 442. — & horrida cano
Bruma gelu.

Laurea. pro Veteri. Ovid. 3. Fast. 142.

Lupi. Ovid. 7. Met. 550.

Mala. Virg. 2. Ecl. 51.

Ipse ego cana legam tenera lanugine mala. i. e. Cydonea, Serv.

Mater cana. Martial. lib. 12. 32.

Et cum sorore cana mater ingenti.

Montes, Albi ex nive. Virg. 1. Georg. 43.

Nix. Hor. 2. Serm. 5. 41.

Plumæ. Ovid. 2. Met. 373. sic vocat Plumas cycni.

Pruina. Virg. 2. Georg. 376.

Frigora nec tantum cana concreta pruina.

Puella cana fieret. i. e. Vetula. Propert. 2. 16. 22.

Pulvis. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 185.

Salicta. Ovid. 5. Met. 590.

Segetes. i. e. Maturæ. Ovid. 10. Met. 655.

Senectus. Ovid. 14. Epist. 109.

Situ cano obductus color. Plin. lib. 12. cap. 25.
Veritas. Varro Eumenidibus, Et ecce de improviso ad nos accedit cana veritas, Atticæ philosophiæ alumna. apud Non. 2. 138.
Vesta. Virg. 9. Æn. 259.
— & canæ penetralia Vestæ
Obtestor. i. e. Venerabilis, antiquissimæ. Servius.
Villi cani arborum. Plin. lib. 12. cap. 23. Sunt enim hoc nomine cani arborum villi, quales in quercu maxime videmus, &c.
Est & Canus nomen proprium Choraulæ apud Suet. Galba cap. 12.

CANI, orum. m. tantum pl. [αἱ πολιαὶ] Capilli albi in capitibus senum. Cic. de Senect. 62. Non cani, non rugæ repente auctoritatem afferre possunt.
Honorati cani. Ovid. 8. Met. 9.
Miseri. Pers. 5. Sat. 64.
— petite hinc juvenesque senesque
Finem animo certum, miserisque viatica canis.
Rari. Ovid. 8. Met. 567.
Venerandi piis. Sen. Herc. fur.

CANOSUS, a, um. Idem quod Canus. ut, Mihi eo tempore credita (illa legio) est, quo & me canosum, qui credebat, cum gratulatione vidit. Vopiscus in Probo cap. 5.

CANUTUS, a, um. Idem. Gloss. Gr. Lat. πολιὸς, canus, canutus. [An Canulus dimin. forma?

CANASTER, tri. m. Canescens. Gloss. Gr. Lat. μιξοπόλιος, canaster.

CANEO, ui, [πολιῶμαι] ēre. Canum esse: ut Canent Gramina h. e. Albescunt matutino rore aspersa. Virg. 3. Georg. 325.
Luciferi primo cum sidere frigida rura
Carpamus, dum mane novum, dum gramina canent.
Barba canet gelu. Sil. lib. 1. 205.
Senectus. Virg. 5. Æn. 416.
— æmula necdum
Temporibus geminis canebat sparsa senectus.
Verbo Canĕre in tertia flexione usus est Propert. 2. 14. 7.
Quod si jam canis ætas mea caneret annis. Quod retinet etiam ac tuetur cum Scaligero Broeckhusius. al. Candeat.

CANENS, [πολιῶν] Partic. Valer. 6. Argon. 122.
Neurus, & expertes canentis Iaziges ævi.
Gelu canens. Ovid. 5. Trist. 2. 66.
Glebaque canenti semper obusta gelu.
Lilia. Ovid. 12. Met. 411. Al. Candentia, probe.
Nemora Æthiopum molli canentia lana. Virg. 2. Georg. 120.
Oliva. Ovid. 6. Met. 81.
Edere cum baccis fœtum canentis olivæ.
Pruina. Sil. lib. 3. 33.
Salicta. Virg. 2. Georg. 13.
— & glauca canentia fronde salicta. Locum salicum pro Ipsis arboribus posuit. bene autem ait Glauca & canentia: nam salix ab una parte alba est, ab altera viridis. Servius.
Senecta. Virg. 10. Æn. 191.
Canentem molli pluma duxisse senectam.

CANESCO, [πολιόω] ĕre. Canum fieri, & Senescere, ac Deflorescere. Ovid. 9. Met. 421.
— queritur canescere mitis
Jāsiona Ceres.
Ætas canescit. Claud. de Bell. Get. 35.
Totaque sub galeis Mavortia canuit ætas.
Capillus canescit. Suet. Galb. 8. Capillus repente toto capite canesceret.
Flos. Plin. lib. 20. cap. 2.
Herbæ. Ovid. 3. Fast. 880.
Canuerint herbæ rore recente quater.
Oratio. Transl. Cic. de Clar. Orat. 8. Quumque ipsa oratio jam nostra canesceret, haberetque suam quandam maturitatem, & quasi senectutem.
Pabula canescunt. Ovid. 2. Met. 212.
Pabula canescunt, cum frondibus uritur arbor.
Quercus canescit. Cic. 1. de Legib. 2. Quercus huic loco non deerit, quæ Mariana dicitur: eaque, ut ait Scævola de fratris mei Mario,
Canescet sæclis innumerabilibus.
Tecta canescunt situ. Ovid. 1. Amor. 8. 52.

CANITIES, ēi. f. [πολιότης, πολιὰ] Color ipse hominis cani, vel etiam ipsa senectus. Plin. lib. 11. cap. 37. Canities homini tantum & equis.
Inguinis ægri canities. Juven. 10. Sat. 208. i. e. Senium libidinosum.
Alba. Ovid. 10. Met. 419.
Arida. Hor. 2. Carm. 11. 8.
— arida
Pellente lascivos amores
Canitie, facilemque somnum. i. e. Sicca: hoc est aut nihil in se impendente per nimiam parsimoniam, ut sunt senes. aut Arida, Minus juvene calens. Acron. Aut quia ea ætate succus exhauritur, & pellis arescit, & contrahitur in rugas. Badius.
Festina. Claud. de Nupt. Honor. 325.
Hirta. Ovid. 10. Met. 425.
Impexa. Stat. 3. Theb. 138.
Canitiem impexam dira tellure volutans.
Inculta. Virg. 6. Æn. 300.
— cui plurima mento
Canities inculta jacet.
Morosa. Hor. 1. Carm. 9. 17.
Donec virenti canities abest Morosa. i. e. Senectus.
Propexa. Stat. 2. Theb. 97.
Pulcra canities. Suet. Galb. cap. 30. Nam & prolixo nec exili, corpore erat: & specie canitieque pulcra, opimis cervicibus.
Reverenda. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 24.
Severa. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 50.
Deformare canitiem. Virg. 10. Æn. 844.
Canitiem immundo deformat pulvere.
Inficere. Ovid. 3. de Arte Am. 163.
Femina canitiem Germanis inficit herbis. i. e. Capillos canos tingit.
Ponere. Ovid. 7. Met. 289.
Canitie posita nigrum rapuere colorem. i. e. Deposita.

CANITŪDO, ĭnis. f. [πολιότης] Idem Plaut. Frag. 2. 7. Stultus est adversus ætatem & capitis canitudinem. Varro Aboriginum, Sed neque vetulus cantherius, quam novellus melior, nec canitudini comes virtus. Ex Festo & Nonio.

CANUSIUM, i. n. [Κανύσιον] Urbs est Apuliæ maxima, quam præterfluit Aufidus amnis. Plin. lib. 3. cap. 11. quondam a Diomede condita, ut habet Strabo lib. 6. Cui convenit Hor. 1. Serm. 5. 92. ubi de pane Canusino loquitur.
Nam Canusi lapidosus, aquæ non ditior urna,
Qui locus a forti Diomede est conditus olim. Canusi, pro Canusii. In hoc oppido lana laudatissima fiebat, quæ Canusina dicitur, cujus color est rutilus.
Canusinæ fuscæ meminit Martial. lib. 14. 127.
Hæc tibi, turbato Canusina simillima musto,
Munus erit: gaude, nam cito fiet anus. [ubi Vestis, non lanæ nomen est, verum ex lana Canusina, unde & Canusinati dicuntur.

CANUSĪNUS, a, um. [Κανύσιος, Κανυσίτης] Adj. Incola Canusii.
Bilingues vocat Canusios Horatius, quod utramque nossent linguam, & Latinam & Græcam. Fuit enim situm Canusium ea parte Italiæ quæ ab antiquis magna Græcia dicta fuit. Hor. 1. Serm. 10. 30.
— patriis intermiscere petita
Verba foris malis, Canusini more bilinguis. Videtur autem non tam significare voluisse duarum linguarum doctos fuisse illos, quam unius, sed mistæ ex duabus, sic ut nec Latinam nec Græcam posses dicere, quod vitio magis, quam laudi ducendum est.

CANUSINĀTUS, i. m. [Κανυσίνατος] Canusina veste indutus. Martial. 9. 23.
Ut Canusinatus nostro Syrus assere sudet. Et Suet. Neron. 30. Mulionibus Canusinatis, armillata & phalerata cum Mazacum turba, atque cursorum. V. CANUSIUM.

C A P

CAPANE, es. [καπάνη] Currus est sic Thessalis dictus, & virga item in curru eodem nomine. Hinc Capania Minerva, cujus simulacrum visebatur in gymnasio Cylabare apud Argos, de Stheneli filio sic nuncupato, ut auctor est Pausanias. Meminit Cælius Antiq. Lect. lib. 9. cap. 22.

CAPĂNEUS, i. m. trium syllabarum, [Καπανεὺς] Maritus Evadnes, unus e septem ducibus qui Thebas obsederunt, ut auctor est Stat. lib. 3. Theb. superbus atque deorum contemptor. Is a Jove, fulmine percussus in bello Thebano fabulis dicitur, quoniam quum scalis admotis Thebanos muros vellet conscendere, jactu lapidum oppressus est. Veget. lib. 4. de Re Milit. cap. 21. Qui scalis (inquit) nituntur, frequenter periculum sustinent, exemplo Capanei, a quo primum scalarum oppugnatio perhibetur inventa: qui tanta vi occisus est a Thebanis, ut extinctus fulmine diceretur. V. Ovid. 4. Trist. 3. 63. & Plin. 35. 11.

CAPANĒUS, a, um. Adj. [Καπανήϊος] ut Capanea pinus, apud Stat. 8. Theb. 661. — Capaneaque pinus
Jam procul Aoniis volet agnoscenda catervis.
Pectora Capanea. Stat. 12. Theb. 764.

CAPANĒĬUS, a, um. [Καπανήϊος] aliud Adj. ut Capaneia conjux apud Stat. 12. Theb. 545.
— ausa ante alias Capaneia conjux, &c. Euadne.

CAPARA, [Κάπαρα Ptolemæo] alio nomine CAPERA, Hispaniæ Lusitaniæ urbs. Vulgo *Caparea*.

CAPARANIA, æ. f. Virgo fuit quædam Vestalis, quæ incesti damnata, moxque viva defodienda, suspendio supplicium prævenit. Auct. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 12. [Immo Capparonia. V. Commentt.

CAPASTITE, inter Ægypti præfecturas, quas Nomos vocant, numeratur a Plin. lib. 5. cap. 9. Cabasites ex Mss. Hard. q. V.

CAPAX, V. CAPIO.

CAPĒDO, ĭnis. f. Vas erat sacrificiis aptum. Cic. in Parad. 1. 3. Minusne gratas diis immortalibus capedines, ac fictiles urnulas fuisse, quam filicatas aliorum pateras arbitramur? Capedines Turnebus Advers. 20. 20. interpretatur pocula, Dionysium sequutus qui lib. 2. urnulas πρόχους appellat, capedines κυλίσκας. [an κυλίχνας;
Est & Spatium, a Capiendo; unde Intercapedo.

CAPEDUNCŬLA, æ. f. dimin. Cic. 3. de Nat. Deor. 43. Docebo meliora me didicisse de colendis diis immortalibus jure Pontificio & more majorum, capedunculis quas Numa nobis reliquit.

CAPELLA, dimin. V. CAPER.

CAPELLA, æ. f. apud Scriptores sequiorum seculorum vocatur Fanum minus, seu Oratorium templo majori adjunctum. V. Barth. ad Briton. Aremor. p. 522. Hinc

CAPELLANUS, i. m. dictus Qui capellam curabat, & a sacris ministrabat. V. Spelman. Gloss. Archæol.

CAPĒNA, æ. f. [Καπήνα, Τυῤῥηνικὴ πόλις Steph. H. St.] Oppidum vicinum Romæ, juxta fontem Ægeriæ. [vel potius Feroniæ lucum] Hinc

CAPENĀTES, [Καπηνάται Steph.] Italiæ populi, Clusinis vicini, auctore Plin. lib. 3. cap. 5.

CAPĒNAS, ātis. m. Fluvius qui Capenam præterlabitur. Sil. lib. 13. 85.

CAPENUS, a, um. Adj. ut, Luci Capeni. Virg. 7. Æn. 697.
Capena Porta Romæ, a Capena urbe, quam Italus rex ædificavit. Hæc etiam porta Appia dicta est, per quam Capuam itur. Juven. 3. Sat. 11.
Substitit ad veteres arcus, madidamque Capenam. [Nugæ sunt de Italo rege, forsan ex Serv. ad Æn. 7. 697. non intellecto.
Ad portam Capenam est aqua Mercurio sacra, qua variæ fiebant ablutiones ad expianda peccata, ea etiam lauro spargebantur omnia quæ dominos novos essent habitura. V. Ovid. 5. Fast. 673.

CAPER, [Κάπρος] Strab. lib. 12. Fluvius est qui Laodicæam Cariæ urbem cum Lyco & Asopo alluit. V. Plin. 5. 29. pr.
Caper, Piscis genus, in Acheloo amne nascens, & grunniens more porcorum. Plin. lib. 12. cap. 51. Quem Aprum Latine rectius diceres, id enim Græca vox declarat. V. Hard.

CĂPER, pri. m. [τράγος] Mas caprarum castratus. Martial. lib. 3. 25.
Dum jugulas hircum, factus es ipse caper.
Caprum, pro Hirco improprie posuit Virg. quum ait 7. Ecl. 7.
Vir gregis ipse caper.
Albus caper. Hor. 3. Carm. 8. 6.
Bicornis. Ovid. 15. Met. 305.
Libidinosus. Hor. Epod. 10. 23.
Setigeri. Sil. lib. 3.

Cæditur caper Baccho. Virg. 2. Georg. 380.
Non aliam ob culpam Baccho caper omnibus aris
Cæditur.
Caper etiam dicitur Fœtor alarum, qui ex ſudore ibi collecto inde naſcitur, quod illa corporis pars vento ſpirituque agitari haud queat, ut Ariſtoteles docet. Catull. 70. 5.
Lædit te quædam mala fabula, qua tibi fertur
Valle ſub alarum trux habitare caper. V. Dict. ſeq.
De Caprini generis animalibus in nummis V. Spanheim. de Uſu & Præſt. Num. diſſ. 4. p. 199. ſeqq.
CAPRA, æ. f. [αἲξ] a Carpendis virgultis, auctore Nonio. Varro de L. L. 4. p. 25. ed. tert. Steph. Capra, carpa: a quo ſcriptum, Omnicarpæ capræ. Varro 2. de R. R. cap. 3. Studioſe enim de agreſtibus fruticibus paſcuntur, atque in locis cultis virgulta carpunt: itaque a carpendo capræ nominatæ.
Capræ dictæ, quod omne virgultum carpant, ſive a crepitu crurum, unde & Crepas eas priſci dixerunt. Auctor Feſtus. Plin. lib. 8. cap. 50. Capræ pariunt & quaternos.
Sufficere capris arbuſta. Virg. 3. Georg. 300.
Feræ capræ, pro Capreis. Virg. 4. Æn. 152.
Ecce feræ ſaxi dejectæ vertice capræ.
Olida capra. Hor. 1. Epiſt. 5. 29.
Sed nimis arcta premunt olidæ convivia capræ. Intelligitur hoc loco de Fœtore qui ſub alis excitatur arcte nimis diſcumbentium. Hunc & Caprum, & Hircum appellare conſueverunt poetæ. V. dict. præced.
Capra, ſi Suidæ credimus, facete olim dicta eſt Meretrix quædam Nanium nomine, quod Thalli cujuſdam cauponam facientis bona deglutiſſet, tanquam germina hœdis objici ſolita in paſtum, quæ Thallos Græci vocant. Meminit Apollodorus in tractatu de Scortis. ex Cæl. lib. 8. cap. 8. V. Suid. in Νάννιον.
Capra, Signum cæleſte, quod & Capella. Columel. lib. 11. cap. 2. x Calend. Januariis Capra occidit mane, tempeſtatem ſignificat.
Capra ſidus inſanum. Hor. 3. Carm. 7. 6. Hœdos videtur ſignificare, quorum ortus & occaſus concitat tempeſtates, de quibus Virg. 1. Georg. 205.
Hœdorumque dies ſervandi. Ubi Servius, Aurigæ ſignum eſt haud longe a Septentrione, cujus pedem cum cornu Tauri una ſtella conjungit. Hic in manu ſiniſtra fert Hœdos, in humeris Capram, quæ aluiſſe dicitur Jovem. Oriuntur cum Scorpio menſe Octobri. Ex Servio in illud Virg. 9. Æn. 668.
Quantus ab occaſu veniens pluvialibus Hœdis.
Capram cæleſtem orientem conſpicere. Proverb. eſt dici ſolitum de iis, quibus omnia proſpere ſuccederent. V. Eraſm. Chiliad. 3. 10. 76.
Eſt & Capra, Meteori igniti nomen; de cujus appellationis ratione ſibi non liquere, Seneca Quæſt. Nat. 1. 1. ait, Quidam hanc tradunt, quod quaſdam quaſi barbulas in morem caprarum pendentes habeat.
Capram & in Hirſutos fuiſſe convicium Suet. videtur ſignificare in Calig. cap. 50. V. CAPELLA.
CAPRAGO, CAPRALIA, CAPRARIUS, CAPRASIA, CAPREA, CAPREOLUS &c. V. poſt. dict. ſeq.
CAPELLA, æ. f. [αἰγίδιον] dimin. Columel. lib. 7. cap. 6. Anniculæ vel bimæ capellæ (nam utraque ætas partum edit) ſubmitti hœdum non oportet. Virg. 3. Ecl. 96.
Tityre, paſcentes a flumine reice capellas.
Fœtus capellæ. Tibull. lib. 1. 1. 31.
Pecus felix capellæ. Virg. 1. Ecl. 75.
Amantes ſaxa. Ovid. 16. Epiſt. 55.
Diſtentæ lacte. Virg. 7. Ecl. 3.
Graciles gramen carpſere. Ovid. 1. Met. 299.
Hirſuta. Juven. 5. Sat. 155. Diſcit ab hirſuta jaculum torquere capella. [Ita vulgo quidem editur. Sed ſine dubio Hirſuto ſcribendum, ac deinde cum majuſcula initiali Capella. Eſt enim nomen proprium Campidoctoris, ut planiſſime docet vetus Scholiaſtes: A ſene, inquit, magiſtro Capella, campidoctore. Vidit jam Schurzfleiſchius, & ante hunc Yvo Villiomarus p. 137. ex quo Fabric. Bibl. Lat. l. 3. c. 15. ubi Capellas alios 6 memorat. Quibus addendus Statilius Capella, Sabratenſis Afer, cujus delicatam fuiſſe Flaviam Domitillam Suetonius docet in Veſp. c. 3. Fuit autem id cognomen ex Scommate tractum, ut apparet ex Ammian. lib. 17. cap. 11. pr.
Hirtæ. Virg. 3. Georg. 287.
Laſciva. Virg. 2. Ecl. 64. In LASCIVUS.
Olenia capella. In OLENIUS.
Simæ. Virg. 10. Ecl. 7.
Dum tenera attondent ſimæ virgulta capellæ.
Urentes culta. Virg. 2. Georg. 196.
— aut urentes culta capellas. Omne enim quod momorderint, urunt, ut ait Servius.
Agere capellas. Virg. 1. Ecl. 12.
— en ipſe capellas
Protenus æger ago.
Agitare capellas. Virg. 3. Georg. 287.
Lanigeros agitare greges, hirtaſque capellas.
Attondent virgulta tenera. Virg. 10. Ecl. 7.
Carpunt gramen capellæ. Ovid. 1. Met. 299.
Paſcere. Virg. 9. Ecl. 23.
Referunt domum ubera diſtenta lacte capellæ. Virg. 4. Ecl. 21.
Saturantur fronde. Virg. 10. Ecl. 30.
Nec cytiſo ſaturantur apes, nec fronde capellæ.
Veniunt injuſſæ ad mulctra. Hor. Epod. 16. 49.
Capella, Sidus. de quo Plin. lib. 18. cap. 31. Quinto Idus Septembris Cæſari Capella oritur veſperi. V. Ovid. 5. Faſt. 113. & ſupra CAPRA.
Capella, Poeta, de quo Ovid. 4. de Ponto 16. 36.
Martianus Capella eſt ætatis inclinatæ ſcriptor; Nuptias Mercurii & Philologiæ ſcripſit. V. paulo ſupra not. ad Hirſuta Capella.
CAPELLIANUS, a, um. ut, Rutæ folium capellianæ, i. e. Caprariæ, quam capreæ ſectentur. Martial. lib. 11. 32. A Capella cultore arceſſit Fabric. d. l.
CAPRĀGO, ĭnis. f. Herba, certa tithymalli ſpecies. Apul. de Herb. cap. 108.
CAPRARIUS, a, um. Adj. eſt apud Solin. cap. 6. Locatus eſt ad caprarios paſtus a matre.
CAPRARIUS, i. m. [αἰπόλος] Cuſtos, exercitorque caprarum. Varro 2. de R. R. cap. 3. Is enim quum in ſuburbano haberet agrum jugerum mille, & a caprario quodam qui adduxit capellas ad urbem, denarios ſibi in dies ſingulos dare audiſſet, &c. Columel. lib. 3. cap. 10.
CAPRARIA, æ. f. Inſula in mari Thuſco, ſeu Liguſtico, capris abundans, quam Græci Ægilon dicunt. Plin. lib. 3. cap. 6. Vulgò *Iſola de Capri*.
CAPRASIA, æ. f. Inſula, propter Italiam, a capris feris dicta, apud Varron. 2. de R. R. 3. V. Rutil. Itin. 1. 439. Eadem eſt ac præcedens. V. R litt.
CAPREA, æ. f. [αἴγαγρος, δορκὰς] Dicta quod quandam capræ ſimilitudinem habeat. ſunt enim Silveſtres capræ, ramoſis cornibus, parvis, non deciduis. unde Capreoli dicti. Martial. lib. 13. 39.
Pendentem ſumma capream de rupe videbis:
Caſuram ſperes, decipit illa canes. Quo in loco ſuſpicantur quidam Martialem improprie Capream uſurpaſſe pro Rupicapra. V. Geſnerum de Quadrup. p. 327. ed. Tig. Caprearum genera vide apud Plin. lib. 8. cap. 53.
Paſcuis intenta caprea. Hor. 4. Carm. 4. 13.
Edules capreæ. Hor. 2. Serm. 4. 43. Sed hîc poteſt pro Vite accipi. Sic enim habet carmen,
Vinea ſubmittit capreas non ſemper edulis. [V. Glareanum in Horat. cui immerito ſuſpecta lectio eſt. At Schol. Cruquian. aliam ἀμφιβολίαν agnoſcit, Aut enim non ſemper, inquit, ſubmittit, aut non ſemper edules. Nugæ. V. Lamb.
Fugaces. Ovid. 1. Met. 442.
Imbelles. Ovid. 5. Faſt. 372.
Laſcivæ ſimilem ludere capreæ. Hor. 3. Carm. 15. 12.
Sequaces. Virg. 2. Georg. 377. i. e. Perſecutrices. Servius.
Capreæ prius jungentur lupis: De re dicitur incredibili. Hor. 1. Carm. 33. 7.
Caprea vitis. V. CAPREOLUS.
De Capreis inſulis V. infra C. l.
CAPREŎLUS, i. m. [δορκάδιον] dimin. Animal ſilveſtre. *Chevreül ſauvage.* Columel. lib. 9. cap. 1. Feræ pecudes, ut capreoli, damæque. Virg. 2. Ecl. 41.
Præterea duo, nec tuta mihi valle reperti
Capreoli, ſparſis etiam nunc pellibus albo.
Capreolus, Genus ferramenti. Columel. lib. 11. cap. 3. Vere deinde prius quam cœperit germinare, capreolis, quod genus bicornis ferramenti eſt, terra commoveatur.
Capreolus, Dictio tectonica, *Chevron*. Cæſ. 2. Bell. Civil. 10. Duæ primum trabes in ſolo æque longæ, diſtantes inter ſe pedes IIII collocantur: inque eis columnellæ pedum in altitudinem V defiguntur. has inter ſe capreolis molli faſtigio conjungunt.
Capreoli vitium, veluti Cincinni. Varro 1. de R. R. cap. 31. Ex altera parte caprea dicta, quod parit capreolum. Is eſt coliculus viteus intortus, ut cincinnus. is enim vites ut teneat, ſerpit ad locum capiundum. ex quo a capiendo capreolus dictus. Feſtus, Capreoli, vitium Cincinni intorti, quia ad locum capiundum tendunt, appellati.
Capreolus, eſt etiam Exterior auriculæ humanæ ambitus, ut interior Scaphe.
CAPREOLATIM, Adv. quod Elmenhorſtius Implicate interpretatur. Apul. Met. 11. p. 268. In modum rotæ tortuoſis, capreolatimque condenſis apicibus: i. e. Litteris vario & inconſueto ductu in ſe implicatis.
CAPREIDA, æ. f. Planta. Cato cap. 122. Capreidam vel juniperum contundito in pila.
CAPRIGĔNUS, a, um. [αἰγογενὴς] Adj. Quod ex caprarum [Caprearum malim,] genere eſt. Plaut. Epid. 1. 1. 16.
Caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus.
CAPRĪLE, is. n. [αἰγὼν] Locus ubi capræ ſervantur. Plin. lib. 28. cap. 10. Atque in totum difficilius ſe recolligentes a ſerpentium ictu, in caprilibus optime convaleſcunt. Columel. lib. 7. cap. 6. & Varr. 2. 3.
CAPRILIA, appellatur Ager qui vulgo Ad capræ paludes dici ſolet. Feſtus.
CAPRĪNUS, a, um. [αἴγειος] Adj. ut, Caprinus grex. Liv. 22. 10. Et Varro lib. 2. de R. R. cap. 10.
Lana caprina. Hor. 1. Epiſt. 18. 15. Alter rixatur de lana ſæpe caprina. Proverbium, vide Eraſm.
Pellis caprina. Cic. 1. de Nat. Deor. 83.
CAPRINA, æ. f. ſc. Caro. Vopiſc. Probo cap. 4.
CAPRĬPES, ĕdis. Qui pedes caprinos habet. Propert. lib. 3. 16. 34.
Capripedes calamo Panes hiante canent.
Satyri capripedes. Lucret. lib. 4. 584.
CAPRISSO, āre. Accius in Fab. Æſop. 29.
Sta procul, hœdus ait, capriſſas gutture falſo.
CAPRUGINEUS & CAPRUGNUS, a, um. ut, Lumbi capruginei, ex Macrob. Salmaſ. ad Solin. p. 323.
CAPERLATA, Poſſeſſionis cujuſdam nomen, cujus meminit Modeſtinus in l. Aurelio. D. de liberat. legat. ubi tamen Alciatus Cum prolatis mendoſe legit, teſte A. Auguſt. lib. 3. Emendat. cap. 9. quem vide.
CAPĔRO, [ῥυσόω] āre. ut, Caperare frontem, h. e. Frontem rugis contrahere, & aſperitatem vultus oſtendere: quod a Criſpis caprorum frontibus, auctore Varrone, lib. 6. de L. L. 6. vel a Cornuum caprinorum ſimilitudine, ut placet Feſto, tractum eſt.
Uſus eſt in paſſiva ſignificatione Plaut. Epid. 5. 1. 3.
Quid illuc eſt, quod illi caperat frons ſeveritudine? V. Non. 1. 27.
CAPERATUS, a, um. Apul. Met. 9. p. 224. Inſuavis & odioſi mariti caperatum ſupercilium perhorreſcit. conf. Non. d. l.
CAPESSO, V. CAPIO.
CAPRUS, i. m. Sinus in Arabia, quem accolunt Gaulopes & Chateni, ut refert Plin. lib. 6. cap. 28.
CAPHĀREUS, ei. m. triſyll. [Καφηρεὺς] Eubœæ mons altiſſimus verſus Helleſpontum: apud quem plurimum Græcorum claſſis afflicta eſt propter Palamedis necem. Unde & Caphareum mare dictum eſt. Nauplius enim Palamedis pater, dolens filium ſuum factione Ulyſſis interemptum, quum videret Græcos tempeſtate laborare, montem Caphareum aſcendit, & elata facula ſignum dedit vicini portus. Qua re decepti Græci, inter aſperrimos ſcopulos naufragium pertulerunt. Hæc Servius in illud 11. Æn. 260. — ſcit triſte Minervæ
Sidus, & Euboicæ cautes, ultorque Caphareus. V. Plin. lib. 4. cap. 12.

Fallax Caphareus. Sen. Agam. 556.
Ubi saxa, rapidis clausa verticibus, tegit   Fallax Caphareus.
Importunus Caphareus. Ovid. 14. Met. 481. Importunum autem vocat apposite, quasi Non bonum portum, quod ad illius radices Græcorum classis maximum fecerit naufragium.
De Caphareo promontorio vide & Pomponium Melam lib. 2. cap. 7.
CAPHARĔUS, a, um. [καφήρειος] Adj. ut, Saxa Capharea. Propert. lib. 3. 6. 39.
Saxa triumphales fregere Capharea puppes,
Naufraga quum vasto Græcia tracta salo est.
CAPHARNAUM, sive potius CAPERNAUM, [Καπερναούμ] Totius Galileæ metropolis fuit, multis Christi servatoris miraculis nobilitata.
CAPHERIS, Inter desertas insulas, quæ inter Chersonesum & Samothracem sunt, numeratur a Plin. lib. 4. cap. 12.
CAPHISTERIUM, V. CAPISTERIUM.
CAPHURA, æ. f. [κάφουρα] Aetio & Actuario Indiæ arbor est tantæ magnitudinis, ut sub singulis hominum centuriæ possint quiescere. Nascitur in montibus mari vicinis, materie levi, & ferulacea: gummique exudat ejusdem nominis, quod a recentioribus unguentis admiscetur: cujus longe maximus est proventus, quum cælum fulgetris coruscat. Officinæ *Camphoram* appellant.
CAPIDULUM, i. n. Genus vestimenti quo caput tegebatur. Festus lib. 3.
CAPILLUS, i. m. [θρὶξ, φόβη, πλόκαμος] quasi Capitis pilus: quamvis & pro Omni pilo ponatur. Plin. lib. 7. cap. 2. Ossibus humanorum capitum bibere, cutibusque cum capillo pro mantilibus ante pectora uti. Sueton. in principio Neronis. Atque in fidem majestatis adeo permulsisse malas, ut e nigro rutilum ærique assimilem capillum redderent. Ubi Ber. Capillum, id est Barbam. Namque & Pilum dici Capillum testis est Gellius, quum ait, Si ovium lacte hœdi, aut caprarum agni alantur, constat ferme in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. H. St. Locus est lib. 12. cap. 1.
Capillum, neutro posuit genere Plaut. Most. 1. 3. 97. teste Nonio. Vide capillum satin' compositum sit commode. At hodie editur, Capillus satis compositus'st.
Capillus, pro Cæsarie. Cic. pro Rosc. Amer. 135. Composito ac delibuto capillo passim per forum volitet.
Capillus, pro Barba. Cic. 2. Off. 25. Qui cultros metuens tonsorios; candente carbone sibi adurebat capillum. V. quæ paulo ante Henr. Steph. dedit.
Albescens capillus. Hor. 3. Carm. 14. 25.
Lenit albescens animos capillus.
Asperi. Hor. Epod. 5. 27.
Cani capilli. Ovid. 2. de Arte Am. 117. & 1. Met. 266.
Cæruleo capillo Agathyrsi. Plin. lib. 4. cap. 12.
Compti. Cic. in Pison. 25. Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ, &c.
Coronati, Corona vincti. Ovid. 21. Epist. 161.
Demissi. Ovid. 10. Epist. 137. i. e. Non collecti in nodum.
Erecti. Juven. 11. Sat. 149.
Exigui. Martial. lib. 12. 84.
Flavi. Ovid. 12. Epist. 11.
Flexi capilli crimen punire. Juven. 6. Sat. 492. de Cura capilli mulierum.
Hirsuti. Ovid. 9. Epist. 63. Herculis scil.
Horrens capillus. Plin. lib. 7. Epist. 27. ad Suram; Mox apparebat idolon, senex macie & squallore confectus, promissa barba, horrenti capillo. Quem incomptum, & asperum, ac impexum dicit Cicero.
Horridus. Cic. pro Sext. 19.
Humens, Madidus. Ovid. 11. Met. 691.
Impulsos capillos aura dat retro. Ovid. 1. Met. 529. al. Impexos.
Incompti. Ovid. 9. Met. 788.
Incincti philyra. Ovid. 5. Fast. 336.
Inculti. Ovid. 9. Epist. 125.
Non venit incultis caprarum more capillis.
Inenodibilis capillus diutina incuria. Apul. Apol. p. 276.
Inflati. Ovid. 3. de Arte Am. 145.
Huic decet inflatos laxe jacuisse capillos.   subaudi, A ventis.
Inflexus leviter capillus. Suet. August. 79.
Inornati collo pendent. Ovid. 1. Met. 497.
Intonsi. Hor. Epod. 15. 9.
Intonsis capillis caput juvenile. Ovid. 1. Met. 564.
Intorti. V. INTORQUEO.
Longi. V. paulo post, Ponere capillos.
Madidi. Ovid. 5. Met. 53.
Molles. Hor. de Arte Poet. 33.
— & molles imitabitur ære capillos.
Neglecti. Ovid. 2. Met. 413.
Vitta coercuerat neglectos alba capillos.
Nigri. Hor. 1. Epist. 7. 26.
Nitentes malobathro. Hor. 2. Carm. 7. 7. i. e. unguentati.
Nitidi capilli decent aliquem. Hor. 1. Epist. 14. 32.
Odorati. Hor. 3. Carm. 20. 14.
Passus capillus. Ter. Phorm. 1. 2. 56.
Capillus passus, nudus pes, ipsa horrida.
Promissus. Liv. lib. 4. Decad. 5. & Cæs. 5. Bell. Gall. 14.
Pulli. Ovid. 2. Amor. 4. 41.
Purpureus Nisi. Virg. 1. Georg. 405.
Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.
Rari capilli & cedentes. Plin. 3. Epist. 6.
Rigidi. Ovid. 10. Met. 425. Vertice canities rigidis stetit hirta capillis.
Rudibus dare legem capillis. Sen. Hippol. 3. i. e. Incultos & sparsos capillos comere & concinnare.
Rutili Phaëtontis. Ovid. 2. Met. 319.
At Phaeton rutilos flamma populante capillos,
Volvitur in præceps.
Similes auro. Ovid. 15. Met. 316. i. e. Flavi.
Similes electro. i. e. Flavi. Ovid. 15. Met. 316.
Sparsi per colla. Ovid. 3. Met. 169.
— sparsos per colla capillos
Colligit in nodum.
Sparsi rore, Conspersi. Ovid. 11. Met. 57.
Sufflavus. In SUFFLAVUS.

Udi. Ovid. 5. Met. 440.
— udis veniens Aurora capillis.   Alii legunt Rutilis.
Virides capillos siccant natæ Doridos. Ovid. 2. Met. 12.
Vittati. Ovid. 1. Amor. 7. 17. i. e. Vitta tecti.
Agitat aura capillos intonsos. Hor. Epod. 15. 9.
Comere capillos. Ovid. 2. Amor. 8. 1. ad Cypassim ancillam Corinnæ loquens.
Comantur. Ovid. 1. Met. 498.
Conscindere capillo mulierem. Ter. Eun. 4. 3. 4.
Coronare. Hor. 2. Carm. 7. 7.
Disjicere capillos. i. e. Turbare. Ovid. 11. Met. 386.
Disponere. Juvenal. 6. Sat. 489.
Ducere capillis aliquem. Tibull. 1. 6. 71.
Germinare capillum. V. Germino, in GERMEN.
Gerere capillos vertice. Martial. lib. 12. 7.
Immissi per humerum utrumque. Ovid. 6. Met. 168.
Involare in capillum. Ter. Eun. 5. 2. 21.
Lacerare. Ovid. 14. Met. 420.
Lacerati capilli. Juven. 6. Sat. 489.
Laniare. Ovid. 9. Met. 454.
Medicare. Ovid. 1. Amor. 14. 1. i. e. Inficere seu tingere.
Olet Arabo rore capillus. Ovid. 15. Epist. 76.
Ornandis operosa capillis. Ovid. 2. Amor. 7. 23. de ancilla Corinnæ.
Pectere capillos matutinos, i. e. Matutino tempore. poeticum est. Ovid. 1. de Arte Am. 367.
Pexi capilli propter convivia tantum. Juven. 11. Sat. 150.
Pendent capilli. Ovid. 2. Amor. 4. 41.
Petere unguibus. Ovid. 2. Amor. 7. 7.
Ponere. Martial. lib. 12. 18.
— rogatque longos
Lævis ponere villicus capillos.
Positos capillos sine lege vitta coercebat. Ovid. 1. Met. 477.
Præcincti flore. Ovid. 4. Epist. 71.
Resecare. Ovid. 11. Met. 183.
Resoluta capillos. Ovid. 2. Amor. 14. 39.
Ipsa perit, ferturque rogo resoluta capillos.   pro Resolutis capillis.
Rigent metu. Ovid. 1. Fast. 97.
Rumpere, Scindere. Ovid. 10. Met. 723.
Scissi. Ovid. 4. Met. 545.
Deplanxere domum scissis cum veste capillis.
Secti. Ovid. 3. Met. 506.
Siccare. Ovid. 2. Met. 12.
Spargere humerum capillis. Hor. 3. Carm. 20. 14.
— & leni recreare vento
Sparsum odoratis humerum capillis.
Turbare. Ovid. 3. Amor. 2. 75.
Vincire vitta. Sen. Med. 10.
Ungere. Hor. 1. Carm. 29. 8.
Capillorum animalia, Pediculi. Plin. lib. 35. cap. 15.
Capillorum defluvium vel profluvium, appellant medici Latini eum morbum qui a Græcis Alopecia dicitur, quod eo vulpes fere quotannis laborare soleant.
CAPILLUS Veneris, [ἀδίαντος] herba sic dicta, quod delapsos post alopeciam capillos recreat, sive quod capillorum fluores coercet. Plin. Adiantum, Polytrichon & Callitrichon appellat. V. s. l.
CAPILLULUS, i. m. dimin. Lyricum, quod vulgo Corn. Gallo tributum fuit:
Pande, puella, pande capillulos
Flavos, lucentes ut aurum nitidum, &c.
CAPILLACEUS, a, um. [τριχοειδὴς] Plin. lib. 12. cap. 25. Balsamum tenui & capillacea coma, quod vocant eutheriston.
CAPILLO, [τριχόω] āre. Plin. lib. 37. cap. 11. de gemmis, quæ a membris hominum cognominantur: Polytrix, inquit, in viridi capillatur. h. e. Capillos habere videtur. Hinc
CAPILLĀTUS, a, um. Adj. ex Partic. [τριχωτὸς] Qui crines longiores habet. Cic. de Lege Agr. 58. Non minus bene nummatus, quam bene capillatus. conf. CAPILLAMENTUM.
Compar. Cic. de Lege Agr. 13. Corpore inculto & horrido, capillatior, quam ante, barbaque majori.
Capillati, absolute, sunt Pueri nobiles, quibus coma alitur, apud Martial. 3. 57. & 10. 62.
Capillati, Populi inter Alpinas gentes. Plin. lib. 3. cap. 20. Capillatorum plura genera ad confinium Ligustici maris.
Dicitur & de aliis rebus: ut, Radices capillatæ. Plin. 19. 6.
Capillata folia sunt pino & cedro. Plin. lib. 16. cap. 24.
CAPILLATIO, ōnis. f. Paulinus Nolan. Epist. 23. n. 23. Honori fuit capillatio.
Item, Morbus vesicæ proprius. ut, Scabies, capillatio, debilitas. Cæl. Aurel. Tard. 5. 4. V. CAPILLITIUM.
CAPILLATURA, æ. f. Crinium plexus. ut, Manente capillatura. Cæl. Aurel. Acut. 2. 9.
Prærasa capillatura. Idem 1. 11. conf. Tard. 1. 1. 35. & 2. 1. 36.
Structores capillaturæ. Tertull. de Cult. Fem. cap. 7.
CAPILLĀGO, ĭnis. f. Capillus. ut, Pro cerebri ubertate vel affluit capillago, vel deserit. Tertull. de Anima cap. 51.
CAPILLAMENTUM, i. n. [τρίχωμα] Ipsi capilli. Plin. lib. 21. cap. 6. Herba croci est folio angusto, pene in capillamenti modum.
Capillamentum, quod vulgus *perruquam* vocat. Sueton. in Calig cap. 11. Naturam tamen sævam atque probrosam ne tunc quidem inhibere poterat, quin & animadversionibus, pœnisque ad supplicium datorum cupidissime interesset, & ganeas atque adulteria capillamento celatus & veste longa noctibus obiret. Galericulum alias Latini dicunt, Græce φενάκη, vel πηλίδιον appellatur.
Alii Capillamentum vocant non Quamcunque appositam comam, sed Prolixiorem, longiorem, similemque prope femineæ. Nam capillus est Coma paulo longior, ut quum etiam virilis promittitur. Juven. 5. Sat. 30.
Ille capillato diffusum consule potat. Vestem igitur longam gessisse Caligulam censent, ut stolam mulier solet ad pedes demissam, ne agnosceretur, & capillamentum sumpsisse virili coma longius, simileque muliebri, aut Maurorum & Hispanorum promissis crinibus. Cete-
rum

rum Petronius oftendit Capillamentum effe Addititiam comam in viris, ut Corymbion in feminis. Nam fic de rafo fcribit, cap. 110. Sevocatumque me non minus decoro exornavit capillamento. Turnebus. Vide CORYMBIUM. H. St.
Radicum capillamenta. Plin. lib. 16. cap. 2.
Seminum. Columel. lib. 4. cap. 11.
Setarum. Plin. lib. 11. cap. 37.
Capillamentum in cryftallo, rimæ fimile, pro eo quod gemmarii Fellaturam vocant, accepit Plin. lib. 37. cap. 2. tefte Budæo.

CAPILLITIUM, i. n. [κόμη] Idem quod Capillamentum. Sic enim a Capillo, Capillitium dicitur, ut a Famulo, Famulitium; a Satellite, Satellitium.
Capillitium flavum. Apuleius 2. Milef. p. 115.
Capillitium, Affectio quædam eft medicæ rei peritis, videlicet quum exiguæ carunculæ, ac veluti capillamenta, & præcipue candida, exeunt cum urina craffa. Quidam vero, ut narrat Cælius Rhodig. corpufcula ejufmodi per urinam tantæ longitudinis reddidit, ut nonnulla ad cubiti dimidium extenderentur. Quod quam ob caufam illi fic acciderit, vide apud eundem lib. 18. cap. 13. V. CAPILLATURA & TRICHIASIS.

CAPILLĀRE, is. n. [τριχεῖον] Reticulum muliebre, quo capillos involvunt. Martial. lib. 3. 40.
Et Cofmianis ipfe fufus ampullis,
Non erubefcit murice aureo nobis
Dividere mœchæ pauperis capillare. Verius Cæl. Rhodig. lib. 18. cap. 10. accipi putat pro Unguento ad capillos excogitato.

CAPILLARIS, e. Adj. ut, Arbor capillaris, in qua tonfum capillum adolefcentes fufpendebant, quando deponebant comam, deo eam facrantes. Eadem & Capillata dicebatur. Erat & in urbe Roma arbor antiquiffima, quam fupra trecentos & feptuaginta annos duraffe compertum eft, quæ Capillata appellabatur: quod virginum Veftalium capillos ad eam deferre mos erat. Ex Fefto. Meminit & Plin. lib. 16. cap. 44. Ubi V. Harduin.
Herba capillaris, Apul. de Herb. cap. 47.

CAPILLOSUS, a, um. ut, Sedimen capillofum. Cæl. Aurel. 5. 4. Chron.

CAPIO, cepi, vel cum diphth. cæpi, captum, [λαμβάνω, αἱρέω, ἁλίσκω, δέχομαι, χειρόω] ĕre. Notæ fignificationis eft. Ter. Eun. 3. 5. 47. Cape hoc flabellum. [Cæpi non legi.
Ab hamis capiuntur pifces. Ovid. 1. de Arte Am. 765.
Hic jaculo pifces, illic capiuntur ab hamis. Capiuntur hamis, hic effet Inftrumentum capiendi. fed hoc loco Capientem fignificat. Sic recte dixeris Capiuntur ab hominibus.
Capere e. Ter. Heaut. 3. 3. 47. Dicam hanc effe captam e Caria.
Capere ex, aliter acceptum. Ter. Phorm. 1. 3. 15. Tu conjicito cetera,
Quid ego ex hac inopia nunc capiam, & quid tu ex iftac copia.
Ex æftu, frigore, novitate cibi, labe corporis capi. Lucret. lib. 5. 927.
Capere facra manu. Virg. 2. Æn. 717. addidit Manu, ad majorem expreffionem.
Capere in manum. Plaut. Aul. 1. 1. 9.
Nihil intereft inter has fignificationes, Capio hoftem, Capio generum, Capio faxum. Duæ autem proprietates in hoc verbo notandæ funt, Una quod habet reciprocum quendam ufum. ut idem fit, Cepi voluptatem, & Cepit me voluptas. Cic. Magnam cepi ex literis tuis voluptatem. Quintil. in Apibus pauperis, Nec me tanta capiebat voluptas, quod fluentia ceris mella conderem. Plin. Epift. lib. 8. Capio aliquam voluptatem, quod ulla voluptate non capiar. Cepi fomnum, Captus fum fomno, vix dicitur, fed dici poffet, ut Oppreffus: qui enim opprimitur fomno, capitur fomno. Cepi delectationem: vix unquam, Delectatio cepit me: fed in paffivo potius, Captus fum delectatione. Et item in ceteris quæ ad delectationem pertinent, Captus fum amœnitate loci, dulcedine vocis, fpecie mulieris, amore pecuniarum, fpe bonorum, magnitudine fublimitateque materiæ. Ifta enim omnia delectant, ideoque fubintelligi folet delectatio: quale ipfum illud M. Tullii 3. Off. 15. Quod infit in his aliquid probi, quod capiat ignaros. id eft delectet. Ergo probitati ineft delectatio: ut fit ita exponendum, Cujus probi delectatio capiat ignaros, five ignari capiantur delectatione. Habet, (inquit Terentius Andr. 1. 1. 55.) captus eft. fubintellige Amore, five Pulchritudine feminæ, id eft delectatione. Valla lib. 6.
Capi ac deliniri re aliqua. Cic. pro Cluent. 13. Animum adolefcentis nondum confilio ac ratione firmatum pellexit iis omnibus rebus, quibus illa ætas capi ac deliniri poteft.
Falli, capi. Cic. 4. Acad. 66. Sapientis autem hanc cenfet Arcefilas vim effe maximam, Zenoni affentiens, cavere ne capiatur, ne fallatur videre.
Capi dicuntur virgines Veftales, Flamines Diales, Pontifices, Augures, quum Sacerdotes creantur. Capi autem virgo propterea dici videtur, quia Pontificis maximi manu prehenfa, ab eo parente, in cujus poteftate eft, veluti bello capta, abducitur. Hæc Gell. lib. 1. cap. 12. V. omnino totum loc.
Inter Capere & Accipere. Capere enim, inquit Ulpian. l. 71. D. de verb. fignif. cum affectu accipitur: Accipere vero, & fi quis non accepit ut habeat. Ideoque non videtur quis capere quod erat reftituturus, ficut perveniffe proprie illud dicitur quod eft remanfurum.
Capere poffum eam rem. i. e. Ejus rei capax fum. Paul. in l. fi fidei meæ. D. de legat. 3. Si fidei meæ committatur, ut quod mihi relictum fuerit fupra quam capere poffum, alii reftituam: poffe me id capere conftat.
Capi aliquo, i. e. Amore alicujus capi. Ovid. 4. Epift. 64.
Affentatione capi. Cic. de Amicit. 52. Ut animadvertant ne callida affentatione capiantur.
Dolis capere aliquem. Virg. 1. Æn. 677. i. e. Decipere.
Dolis capi, Decipi. Virg. 2. Æn. 169.
Donis. Sen. in Med. 12.
Formidine. Virg. 2. Æn. 384.
— formidine captos Sternimus.
Fraude. Sen. Med. 12.
Infidiis noctis capiere ferenæ. Virg. 1. Georg. 426. i. e. Decipieris.
Laqueo verbi capi putas oportere. Cic. pro Cæcin. 83.
Munditiis capi. Ovid. 3. de Arte Am. 133.
Munditiis capimur: nec fint fine lege capilli,
Admotæ formam dantque, negantque manus.
Muneribus. Tibul. lib. 1. 9. 11.

Pretio capiuntur avari. Tibul. lib. 3. 1. 7.
Spe inani. Virg. 11. Æn. 49.
Specie. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Capere; Delectare, vel Allicere. Hor. de Arte Poet. 361.
Ut pictura, poefis erit: quæ fi propius ftes,
Te capiet magis, & quædam fi longius abftes. Hor. 1. Serm. 4. 28.
Hunc capit argenti fplendor.
Martialis ita dicit Capere lib. 13. in Vulva (Epig. 56.)
Te fortaffe magis capiet de virgine porca:
Me materna gravi de fue vulva capit. Anacreon (Od. 15.)
οὐδ᾽ αἱρέει με χρυσός. Martial. in Opobalfama lib. 14. (59.)
Balfama me capiunt, hæc funt unguenta virorum. H. St.
Dulcedine vocis capi. Ovid. 1. Met. 709.
Ocellis aliquem capere dicitur puella. Propert. lib. 1. 1. 1.
Cynthia prima fuis miferum me cepit ocellis,
Contactum nullis ante cupidinibus.
Capere, pro Continere. Cic. 6. Verr. 3. Tot domus locupletiffimas, domus iftius una capiet? Ter. Heaut. 2. 3. 13.
Dii boni, quid turbæ? ædes noftræ vix capient, fcio.
Cælo vix capi. Cic. 2. Philipp. 114. Illi eam gloriam confequuti funt, quæ vix cælo capi poffe videatur.
Capere ejus amentiam civitas, Italia, provinciæ, regna, non poterant. Cic. pro Milon. 87.
Una domo non capi. Cic. 1. Offic. 54. Sequuntur fratrum conjunctiones poft confobrinorum, fobrinorumque: qui quum una domo jam capi non poffint, in alias domos tanquam in colonias exeunt.
Iram fuam non capere. Ovid. 6. Met. 610. — ardet, & iram
Non capit ipfa fuam Progne.
Fluctus irarum non capere in pectore. Lucret. lib. 3. 299.
Orbis te non caperet. Curt. 7. 8. 12.
Troja nec te capit. Virg. 9. Æn. 644.
Sic Capere dicimur, quæ in naturam noftram, fenfum & vires cadunt, quibufque comprehendendis aut fuftinendis pares fumus. ut, Concupifcis, quæ non capis. Curt. 7. 8. 13. Magnitudinem fortunæ non cepit. Curt. 3. 13. 20. Mortalitas quicquid capere poterat, implevimus.
Præmium tantum capere. Plin. Paneg. cap. 61. Magnus memorandufque, qui tantum præmium (de confulatu loquitur) cepit. Ubi Capere non eft fimpliciter Accipere delatum; fed Quatenus menfuram ejus implere poteft; quatenus capax eft, five dignus confulatu, eique adminiftrando cum laude par.
Capere, Recipere. Ter. Phorm. 5. 3. 7. Nam ex his prædiis talenta argenti bina ftatim capiebat. Cic. in Parad. 6. Capit ille ex fuis prædiis fexcenta feftertia.
Moram non capit ira. Ovid. de Nuce 4.
Capere bello. Cic. 5. Fam. 10. Simul vero femiffis homo contra me arma tulit, & eum bello cepi.
Invite capere. Cic. 8. Att. 3. Invite cepi Capuam, non quo munus illud defugerem, fed fine caufa, &c. Cepi, pro Provinciam accepi.
Ab hofte capi. Ovid. 2. Trift. 204.
Arte. Ovid. 2. Amor. 12. 4.
Admiratio cepit eum. Liv. 8. Bell. Pun.
Acrimoniam capere alicujus ad refiftendum. Cic. 2. in Verr. 52. Quare fi Glabrionis patris vim & acrimoniam ceperis ad refiftendum hominibus audaciffimis, &c.
Adverfarium, Irretire. Cic. de Clar. Orat. 178. Nimis ille quidem lentus in dicendo, & pæne frigidus, fed & callidus, & in capiendo adverfario verfutus.
Ætatem, Attingere. Columel. lib. 4. cap. 41. Donec vineæ jufti fint roboris, quum aliquot deinde annis quafi juvenilem ætatem ceperint, quot palmites relinqui debeant incertum eft.
Agrum manu capere, pro Occupare jure belli. Liv. 3. 71. Quem agrum miles pro virili parte manu cepiffet.
Alimentum capere humoris dicitur radix. Columel. lib. 2. cap. 2.
Amor cepit me. Cic. 2. de Fin. Qui autem effe poteris, nifi te amor ipfe ceperit?
Angorem pro amico. Cic. de Amicit. 10. Angor ifte qui pro amico fæpe capiendus eft.
Animum patrium. Cic. 3. Philipp. 29. Aliquando, per deos immortales P. C. patrium animum virtutemque capiamus.
Animos alicujus. In ANIMUS.
Animo aliquid. Lucan. lib. 1. 185.
Annus alter ab undecimo ceperat me. Virg. 8. Ecl. 39.
Arbitrum. Ter. Heaut. 3. 1. 94. Vicini noftri hic ambigunt de finibus: me cepere arbitrum.
Arma. Cic. 7. Verr. Arma capiunt, totum forum atque infulam, quæ eft urbis major pars, complent.
Arma capere, aliter. Cæf. 7. Bell. Gall. 4. Hortatur ut communis libertatis caufa arma capiant. h. e. Bellum fufcipiant.
Arma contra patriam. Cic. ad Brut. 3.
Augurium. In AUGURIUM.
Aures. Cic. in Orat. 170. Nimis enim infidiarum ad capiendas aures adhiberi videtur.
Bellum. Salluft. Epift. Mithrid. 13. Rurfus tamen bellum cepi.
Bonum capere cibo, potione, aurium delectatione. Cic. 2. de Fin. 64.
Calamitatem. i. e. Pati. Cic. 1. de Divin. Ob eam caufam Rom. pop. calamitatem maximam cepiffe. conf. ACCIPERE. Sic Detrimentum, Dolorem, Incommodum, Metum, Miferiam, Mortem, Noxam, Vitium.
Caufam. Ter. And. 1. 3. 8.
Si fenferit, perii. aut fi libitum fuerit, caufam ceperit:
Quo jure, quaque injuria præcipitem me in priftinum dabit.
Cibum. Ter. Eun. 2. 3. 74. Cibum nonnunquam capiet cum ea.
Cibum capere digitis alienis dicitur, qui manibus eft debilis. Juven. 10. Sat. 229.
Commodum ex re aliqua. Ter. Eun. 5. 5. 1.
Ex meo propinquo rure hoc capio commodi.
Conditionem. Plaut. Stich. 1. 2. 81.
In conditionem parem. Cæf. 1. Bell. Gall. 28. Eofque poftea in parem juris, libertatifque conditionem, atque ipfi erant, ceperunt.
Conjecturam. Cic. 1. de Divin. 130. Ut enim Ceos accepimus ortum caniculæ

niculæ diligenter quotannis solere servare, conjecturamque capere, ut scribit Ponticus Heraclides, salubrisne an pestilens annus futurus sit.

Conjectura capitur ex eo ut inveniatur. Plin. lib. 33. cap. 4.

Conjecturam capere, & signum sumere ex re aliqua. Varro 3. de R. R. cap. 16. Eximendorum favorum signum sumunt ex ipsis, quum plenas alvos habent, & quum illos geminaverint: ex apibus conjecturam capiunt, si intus faciant bombum, &c.

Conjecturam de. Cic. pro Muren. 9. Atque hujusce rei conjecturam de tuo ipsius studio, Servi, facillime ceperis.

Conjecturam ex. Cæs. 7. Bell. Gall. 35. Ter. Heaut. 2. 3. 25.
Quantum ex ipsa re conjecturam cepimus.

Consilium. Cæs. 4. Bell. Gall. 5. Infirmitatem Gallorum veritus, quod sunt in consiliis capiundis mobiles.

Consilium de sententia alicujus. Cic. 3. Att. 4.

Consilium pro tempore & pro re. Cæs. 5. Bell. Gall. 8. pr.

Consilium sibi. Cæs. 2. Bell. Civ. 20. Si id non fecisset, sibi consilium capturos.

Consilium agendi, & non agendi. Cic. 4. Acad. Hujusmodi igitur visis consilia capiet & agendi, & non agendi.

Consilium belli renovandi. Cæs. 3. Bell. Gall. 2.

Consilium corde. Plaut. Merc. 2. 3. 12.
Nec quid corde nunc consilii capere possim, Scio.

Consuetudinem & exercitationem. Cic. 1. Offic. 59. Hæc igitur & talia circumspicienda sunt in omni officio, & consuetudo exercitatioque capienda, ut boni ratiocinatores officiorum esse possimus.

Consulatum. Cic. in Pison. 4. Magnificentius est dicere, quemadmodum gesserimus Consulatum, quam quemadmodum ceperimus. Conf. Magistratum.

Coronam cum laude. Lucret. lib. 6. 94. de Poeta.

Cura cepit animum. Liv. 27. 8. Is ut animum ejus cura sacrorum & cæremoniarum cepit, ita repente, &c.

Cursum capere. Suet. Oth. 6. Ac deficientibus lecticariis, cum descendisset, cursumque cepisset, laxato calceo restitit, &c.

Dementia animum. Virg. 5. Æn. 465.

Dementia incautum. Virg. 4. Georg. 488.

Desiderium capere ex aliquo. Cic. de Senect. 54. Ter. Hec. 1. 2. 14.
Edepol te desiderium Athenarum arbitror,
Philotion, cepisse sæpe.

Detrimentum vel Damnum. Cic. 1. in Catil. 4. Nequid Resp. detrimenti caperet.

Detrimentum in re aliqua. Columel. lib. 1. cap. 8.

Dicta capere alicujus, Audire verba. Virg. 6. Æn. 377.

Dilationem. Paul. in l. interdum. D. de verb. oblig. Interdum pura stipulatio ex re ipsa dilationem capit.

Disciplinam ex re aliqua. Plin. in Paneg.

Documentum. Cic. 11. Philipp. 5.

Dolorem ex aliquo. Ter. And. 4. 3. 4.

Dolorem corde. Plaut. Truc. 2. 1. 15.

Dolorem animo. Cic. de Clar. Orat. 1. Opinione omnium majorem animo cepi dolorem.

Dona. i. e. Acceptare. Virg. 3. Æn. 488.

Duces belli. Cic. 3. in Catil. 16. Nunc quoniam, Quirites, sceleratissimi, periculosissimique belli nefarios duces captos jam, & comprehensos tenetis, &c.

Exemplum capere de aliquo. Ter. And. 4. 1. 27. Quid istuc tam mirum est, si de te exemplum capit? Ubi Donatus, De te exemplum capit. utrum, Si te imitatur: an Si de te exigit pœnas? ut ipse alibi, Uterque exempla in te edent. Sed melius, Te imitatur, accipimus.

Exemplum ex re aliqua. Cic. de Amicit. 34. Atque earum rerum exemplum ex similitudine capiebat ineuntis ætatis.

Exemplum in re aliqua. Columel. lib. 4. cap. 1.

Exordium a re aliqua. Cic. 1. de Legib. 8. A quibus temporibus scribendi capiatur exordium.

Experimentum. Plin. lib. 13. cap. 2.

Finem capit discordia. Virg. 10. Æn. 106.

Formam alicujus. Plaut. Amph. 1. 1. 110. Cic. eodem modo Capere personam dicit.

Fructum. Ter. Eun. 3. 1. 58. Metuet semper, quem ipsa nunc capit fructum, &c.

Fructus alicujus rei. Cic. de Senect. 62. Honeste acta superior ætas fructus capit auctoritatis extremos.

Fructum amoris. Lucan. lib. 7. 32.

Fructum ex re aliqua. Cic. 2. de Divin. 5. Equidem ex his etiam fructum capio laboris mei, qui jam provecti, in nostris libris acquiescunt. Idem 1. Att. 3. Cui quum æqui fuissemus, tamen multo majorem fructum ex populi existimatione illo damnato cepimus, quam ex ipsius, si absolutus esset, gratia cepissemus.

Fugam. Cæs. 7. Bell. Gall. 26. Precibus petierunt ne se & communes liberos hostibus ad supplicium dederent, quos ad capiendam fugam natura & virium infirmitas impedirent.

Gaudium. Plin. Epist. (97.) lib. 6. Quod gaudium, ut perpetuo capiam, deos oro.

Gaudium ex re aliqua. Liv. 27. 40. Aut ex civibus victis gaudium meritum certe, etsi non honestum, capiam.

Gaudium animis vix capere. Liv. lib. 27. extr. V. Gratiam p. p.

Generum. i. e. Eligere, auctore Donato. Ter. Hec. 4. 1. 22. Quum illum generum cepimus.

Gestum, vultumque novum. Ter. Phorm. 5. 6. 51.
Nunc gestus mihi vultusque est capiendus novus.

Gloriam ob amicitiam servatam. i. e. Laudari. Cic. de Amicit. 25. Nonne facile ei erit, qui ob eam summa fide, constantia, justitiaque servatam, maximam ceperit gloriam?

Gratiam capere dicitur animus. Cic. 2. Fam. 5. Quum præsertim considerem, nullam esse gratiam, quam vel non capere animus meus in accipiendo, vel in remunerando, cumulandoque illustrare posset. [Hic est χωρεῖν, Capacem esse. Sic Gaudium paulo ante.

Honorem capere populi suffragio. Plaut. Bacchid. 3. 3. 34.
Nam olim populi prius honorem capiebat suffragio,
Quam magistro desinebat dicto esse obediens.

Honores primos capere. Ovid. 4. Trist. 10. 33.
Cepimus & teneræ primos ætatis honores.

Impetum capere. Suet. Aug. cap. 42. Impetum se cepisse scribit, frumentationes publicas in perpetuum abolendi. Idem Calig. 43. Expeditionis Germanicæ impetum cepit. V. Interp. ad loc.

Incommodum. Cic. 5. Vert. Etenim non modo incommodi nihil ceperunt, sed etiam, &c.

Incrementum. Columel. lib. 2. cap. 10. Prius quam luna incrementum capiat.

Inimicos omnes homines, quod vulgus Ponere se in mala gratia, dicit. Ter. And. 4. 2. 12.
Per omnes tibi adjuro deos, nunquam eam me deserturum:
Non, si capiundos mihi sciam esse inimicos omnes homines.

Inimicitias in se ob aliquem. Ter. Phorm. 2. 3. 22.
Nam ni ita eum existimassem, nunquam tam graves
Ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam.

Initium a re aliqua. Cæs. 1. Bell. Gall. 1. Initium capit a flumine Rhodano.

Initium capere ex ea parte solent, qui priora omiserunt. Quintil. lib. 2. cap. 11.

Insulam. Cæs. 4. Bell. Gall. 26. Neque longius prosequi potuerunt, quod equites cursum tenere, atque insulam capere, non potuerunt. De Britannica navigatione loquitur. conf. Portum.

Intellectum rei. Caius in l. excipiuntur. D. ad Senatusc. Sylla. Qui vero ministri, vel participes cædis fuissent, & ejus ætatis ut rei intellectum capere possent: his non magis in cæde domini, quam in ulla alia causa parci oportere.

Invidiam apud aliquos, aut iram alicujus. Liv. 5. 20. Ne quam inde aut militum iram ex malignitate prædæ partitæ, aut invidiam apud patres ex prodiga largitione caperet, litteras ad Senatum misit.

Judicem. Liv. 3. 71. Multis invicem cladibus fessi, judicem pop. Romanum cepere.

Judicem de re aliqua. Plaut. Merc. 4. 3. 34. De istac sum judex captus.

Laborem capere. Cic. pro Rosc. Com. Non fuit causa cur tantum laborem caperes, & ad me venires.

Laborem ob. Plaut. Trin. 4. 4. 22. Ob rem laborem meum ego cepisse censeo. Ter. Andr. 5. 2. 29.
Tantum laborem capere ob talem filium?

Laborem inanem. Ter. Hec. 3. 2. 9.

Laborem animo. Plaut. Trin. 1. 2. 35.

Lætitiam ex re aliqua. Cic. 4. Att. 17. Ad summam lætitiam meam, quam ex tuo reditu capio, magnus illius adventu cumulus accedit.

Lætitiam oculis. Cic. 14. Att. 16. Præter lætitiam, quam oculis cepi ex justo interitu tyranni.

Laudem. Ter. Eun. 5. 4. 3. Quantam & quam veram laudem capiet Parmeno.

Laudem ex re aliqua. Cic. 1. Off. 27. Nostri autem magistratus imperatoresque ex hac una re maximam laudem capere studebant.

Legatum capere. Juven. 9. Sat. 88.

Locum oculis capere. Virg. 2. Georg. 230. i. e. Eligere. Servius.

Loca. i. e. Occupare. Cæs. 3. Bell. Gall. 23. Ii consuetudine Pop. Rom. loca capere, castra munire, commeatibus nostros excludere insistunt. Cic. 2. de Orat. 294. Non fugiendi hostis, sed capiendi loci causa, cessisse videar. [An hosti? ut sit Hosti cessisse.

Luctus cepit civitatem. Liv. 25. 22. pr. Ingens quidem & luctus & pavor civitatem cepit.

Luxuria cepit præfectos. Liv. 36. 11. Eadem omnes præfectos regios, qui ubique &c. cepit luxuria.

Magistrum. ut, Tum siquis magistrum cepit ad eam rem improbum. Ter. And. 1. 2. 21.

Magistratum, i. e. Adipisci. Cic. pro Lege Manil. 62. Quid tam singulare, quam ut ex senatusconsulto legibus solutus Consul ante fieret, quam ullum alium magistratum per leges capere licuisset? conf. Consulatum, Pontificatum &c.

Magnitudinem mensarum non capit bruscum. Plin. lib. 16. cap. 16. Et si magnitudinem mensarum caperet, haud dubie præferretur cedro. i. e. Si tam magnum esset lignum, ut ex eo fieri possent mensæ.

Maturitatem. Columel. lib. 4. cap. 13. Quum tamen æquinoctiales pluviæ præcesserint, & sarmenta justam maturitatem ceperint. h. e. Matura fuerint.

Mente. Liv. 27. 50. Et primo magis auribus, quam animis id acceptum erat, ut majus lætiusque, quam quod mente capere, aut satis credere possent. i. e. Comprehendere.

Metum. Liv. 3. Bell. Maced. Id ægre & in præsentia hi passi, & in futurum etiam metum ceperunt. i. e. Ceperunt timere in futurum.

Miseriam, cui Potiri gaudia opponitur. Ter. Adel. 5. 4. 22. Miseriam omnem ego capio, hic potitur gaudia.

Misericordiam. Cic. pro Quint. 97. Ut aliquando misericordiam caperet aliquam.

Moderamina. Ovid. 3. Met. 644. Intelligit Gubernaculi moderamen hoc loco.

Modum. Plaut. Aul. 3. 5. 14.
Neque lex, neque tutor capere est qui possit modum.

Mortem ob remp. Cic. Anteq. iret in exil. 23. Neque enim mors miseranda est, quæ ob Remp. capitur.

Nomen ex re aliqua. Cæs. 1. Bell. Gall. 15. Ut is locus, ubi constitissent, ex calamitate pop. Rom. & internecione exercitus nomen caperet. i. e. Denominaretur inde.

Noxam. Columel. lib. 11. cap. 1.

Oblivionem. Plin. lib. 7. cap. 24. Ex præalto tecto lapsus, matris & affinium, propinquorumque cepit oblivionem.

Oblivia nostri te ceperunt. Ovid. 1. Trist. 8. 11.

Oblivio cepit animos eorum, vel pectora. Liv. 7. Bell. Pun.

Odium alicujus. Ter. Hec. 2. 1. 22.
Jampridem equidem audivi cepisse odium tui Philumenam.

Odorem suum rursus. Plin. lib. 13. cap. 1. Rursus refrigeratum odorem suum capit.

Officium populi vix capit domus. Ovid. 4. de Pont. 4. 42. i. e. Vix continet.

Omen. Cic. 1. de Divin. 104. Exisse in quoddam sacellum ominis capiendi causa.

Opinionem virtutis. Cæs. 8. Bell. Gall. 8. Collatione reliquarum nondum eandem vetustatis & virtutis ceperat opinionem. Scil. Legio.

Oppida. Cic. 5. Fam. 10. Sex oppida vi oppugnando cepi.

Pallorem. Columel. lib. 12. cap. 50.
Pavor cepit civitatem. Liv. 5. Bell. Pun. Ingens quidem & luctus & pavor civitatem cepit.
Pecuniam: ubi agitur de rapina. Cic. 3. Verr. 10. His ego judicibus non probabo C. Verrem contra leges pecunias cepiſſe?
Pecuniam ob rem judicandam. Cic. 2. de Fin. Qui quum Prætor, &c. ita aperte cepit pecunias ob rem judicandam, ut, &c.
Pignus. Plaut. Amph. prol. 68.
Pignora, vel Auferre pignora; eſt quod nunc dicimus Captionem bonorum. Bud.
Pignori rem aliquam. Ulpian. in l. A divo Pio. D. de re judic.
Pœnam de aliquo. Liv. 2. V. POENA.
Pœnas criminis. Lucan. lib. 2. 187.
Pontificatum capere. Suet. Vitell. 11. Magis deinde ac magis, omni divino humanoque jure neglecto, Allienſi die pontificatum maximum cepit.
Portum. Cæſ. 4. Bell. Gall. 36. Sic Inſulam ſupra.
Prædam de prædonibus. Plaut. Truc. 1. 2. 14.
Præmia. Virg. 5. Æn. 232.
Et fors æquatis cepiſſent præmia roſtris.
Præmia ab aliquo. Ovid. 3. de Pont. 3. 43.
Præſagia. Plin. lib. 18. cap. 35. Primumque a ſole capiemus præſagia.
Primordia a re aliqua. Cic. 3. de Legib. 7. Quia nunc itidem ab eodem, & a ceteris diis immortalibus ſunt nobis agendi capienda primordia. Ut ſupra Initium, & Exordium.
Provinciam. Ter. Phorm. 1. 2. 22. O Geta provinciam cepiſti duram.
Pugnas. Stat. 1. Silv. 1. 37. ſignificat Pugnare.
Quietem. Cic. 9. Att. 12. Et tamen omnis ſpes ſalutis in illis eſt, & ego excubo animo, nec partem ullam capio quietis.
Radicem. Plin. lib. 17. cap. 17. Quum pali defixi radices cepiſſent. h. e. Radicaſſent.
Rationem, Invenire modum. Ter. Heaut. 5. 2. 6.
Rationem, aliter. Ter. Heaut. 5. 2. 11. Nec rationem capio, niſi quod tibi ex animo bene volo. i. e. Ignoro cauſam.
Rationem oculis. Plaut. Pſeud. 2. 2. 2.
Religio cepit quoſdam. Liv. 28. 15. Quoſdam etiam religio ceperit, ulterius quicquam eo die conandi.
Rimam fiſſuramque non capit cedrus. Plin. lib. 19. cap. 40.
Robur. Plin. lib. 17. cap. 17. Donec robur planta capiat.
Satietatem. Plaut. Amph. 1. 2. 10.
Satietas hujus rei eum cepit. Ter. Eun. 3. 1. 13. Tum ſicubi eum ſatietas hominum, aut negoti ſiquando odium ceperat.
Sedem. Liv. 38. 16.
Socium conſiliis. Virg. 5. Æn. 712.
Somnum. Cic. 4. Tuſc. 43. Noctu ambulabat in publico Themiſtocles, quod ſomnum capere non poſſet.
Sonitum non poſſunt capere aures. Cic. de Somn. Scip. 13. Hic vero tantus eſt totius mundi incitatiſſima converſione ſonitus, ut eum aures hominum capere non poſſint. [An eſt Comprehendere, χωρεῖν?
Specimen. Cic. 1. Tuſc. 32. Num dubitas quin ſpecimen naturæ capi deceat ex optima quaque natura?
Spem. Columel. lib. 3. cap. 9. Ita feraciſſimarum aminearum ſeminibus electis, largæ vindemiæ ſpem capiamus.
Spolia e laude alicujus. Cic. 2. Tuſc. 22.
Nec quiſquam e noſtris ſpolia cepit laudibus.
Stipendium. Cæſar 1. Bell. Gall. 4. Sedes habere in Gallia ab ipſis conceſſas: obſides ipſorum voluntate datos: ſtipendium capere jure belli.
Tædium belli cepit eum. Liv. 8. 2.
Tædia laudis te capiunt. Virg. 4. Georg. 331.
Tempus, pro Obſervare. Cic. 11. Fam. 16. Et commode tempus ad te cepi adeundi.
Terram, pro Eligere terram. Virg. 1. Æn. 399.
Terror cepit eum. Liv. 1. Bell. Maced.
Timorem pro aliquo. Virg. 6. Æn. 352. — maria aſpera juro
Non ullum pro me tantum cepiſſe timorem.
Tumulum capere. Virg. 6. Æn. 754. i. e. Occupare.
Vectigal ex agro aliquo. Liv. 8. Bell. Pun.
Verecundia eum cepit. Liv. 4. Bell. Pun. Quum jam res proſperæ in Hiſpania eſſent, verecundia Romanos tandem cepit.
Verſoriam, Mutare conſilium. Plaut. Trin. 4. 3. 19.
Vetuſtatem. Columel. lib. 4. cap. 1.
Viam animo. Liv. 2. Bell. Pun.
Vires. Plin. lib. 17. cap. 21. Poſtea fiſtula fracta, radix libere capit vires.
Virtutem animo, & corde expellere deſidiam. Plaut. Trin. 3. 2. 24.
Vitium. Columel. lib. 3. cap. 18. Nam fragilis eſt ea parte materia, qua torta & recurvata, quum deponeretur ceperat vitium.
Voluptatem. Cic. 7. Verr. Tametſi mihi jucundiſſimus eſt honos populi, tamen non tantum capio voluptatis, &c.
Voluptatem malis alienis. Cic. 4. Tuſc. 66.
An ex malis? H. St.
Voluptatem animo. Cic. pro Planc. 1.
Voluptatem ex abitu alterius. Plaut. Amph. 2. 2. 11.
Voluptatem cum aliquo. Plaut. Amph. prol. 114.
Voluptas mihi capitur, Voluptatem capio. Ovid. 4. de Pont. 9. 37.
Uſu capere, Capere uſu, Capere utilitatis cauſa, Diutius poſſidendo capere, Diutina poſſeſſione capere, Longa poſſeſſione capere, Longo tempore capere, Per longum tempus capere. V. Uſucapio, in UTOR.
Uſuram corporis alterius uxoris, pro Adulterum eſſe. Plaut. Amph. prol. 108.
Utilitates ex amicitia. Cic. de Amicit. 25.
Vultum capere & geſtum. Ter. Phorm. 5. 6. 51.
Nunc geſtus mihi, vultuſque eſt capiundus novus.
Capſis, præteritum antiquum pro Ceperis. Cic. 2. de Legib. 22. Sacrum ſacrove commendatum ſi quis clepſit capſitve, parricida eſto. pro Rapuerit, & clepſerit. Et Catull. 42. 19. Nefaria ſcripta Sexti recepſo, pro Recepero dixit. Cicero tamen alio loco Capſis, e tribus conflatum credidit. Sic enim ſcribit in Orat. 154. Jam in uno capſis tria verba ſunt. Ea eſſe ſuſpicor Cape, ſi, vis. Verum id parum fit veriſimile tria verba in duas coiiſſe ſyllabas, & potius eſt, ut præteritum ſit quemadmodum ſuperiora. Ex Turneb. Adverſ. 8. 3. pr. & 15. 15. [Conf. Voſſ. de Analog. 3. 41. Miror autem, cum præterita hæc ſyncopata ſint, (ut vel ex eo liquet, quod & in prima ac tertia perſona ſæpius apud vett. occurrunt,) cur per primam litteram Capſis, Faxis, Axis, Taxis dixerint, non Cepſis, Fexis, &c. per ſecundam vocalem, uti ſane Recepſis, Injexis reperitur apud eoſdem, pro Receperis, Injeceris. Ceterum Ciceronis ſententiam convelli non putem his rationibus, cum nihil obſtet, quo minus apud Comicum aliquem veterem Capſis extiterit, non Præteriti loco, ſed pro Capeſis, vel Cape ſi vis, poſitum; ut Viden & Videſis, pro Videſne, Vide ſi vis, aliaque ſimilia.

CAPTUS, a, um. [ληφθεὶς] Partic. ut, Intercluſus & captus. Cic. 10. Att. 4.
Capti conatus fruſtra. Liv. 3.
Armis & vi. Claud. de 6. Conſ. Hon. 382.
Agri de hoſtibus. Cic. pro Domo 26.
Arx, Expugnata. Ovid. de Nuce 152.
Caſtra capta. Flor. 1. 11. 12.
Claſſis hoſtium capta. Idem 1. 11. 10.
Duces Belli. V. in ipſo verbo.
Locus. Ovid. 1. de Arte Am. 234.
Permanet, & capto ſtat gravis ille loco.
Mentes. Ovid. 4. Met. 62.
Oppida. Propert. lib. 3. 4. 16.
Pectus. Ovid. de Rem. Amor. 108.
Tempus ad aliquam rem. Liv. 3. Bell. Maced.
Urbs capta. Nepos 11. 2. 5. Non prius Thebani Sparta abſceſſiſſent, quam captam incendio deléſſent.
Captus etiam abſolute pro Captivus: ut, In captos clementia uti. Nepos 7. 5. 6. Sic Virg. 2. Æn. 64. — Trojana juventus
Circumfuſa ruit, certantque illudere capto. Idem 2. Æn. 75.
— Quæ ſit fiducia capto.
Captus eſt: ſubaudi Amore. Ter. And. 1. 1. 55. Egomet continuo mecum, certe captus eſt. Ubi Donatus; Captus eſt, Tenetur. Ex translatione ferarum atque venatus.
Amore. Cic. pro Cluent. 12. Aliter Virg. 6. Ecl. 10.
— hæc quoque ſiquis
Captus amore leget. Servius interpretatur, Siquis legere iſta fuerit dignatus: aut, ut ego interpretor, Si quis amabit legere mea carmina.
Auro. Horat. 2. Carm. 18. 36.
Carmine, Delectatus. Virg. 4. Georg. 399.
Cupidine turpi. Virg. 4. Æn. 194.
Divitiis, Divitiarum amore victus. Tibul. lib. 1. 9. 19.
Dulcedine pecuniæ. Cic. 11. Fam. 28. Sic Vocis. Ovid. V. in ipſo verbo.
Errore. Cic. 12. Philipp. 6. Quod ſubito ſuſcepit eodem captus errore quo nos. i. e. Deceptus.
Forma viri. Ovid. 10. Met. 529. Forma, Ob formam.
Fortuna ſecunda adverſariorum capti. i. e. Superati. Nepos 1. 2. 5.
Fraude. Sen. Agam. 7.
Fulgore aulæ. Sen. in Octav. i. e. Regni.
Furore, eſt Qui furit. Liv. 4. Bell. Pun.
Inſidiis puella. Ovid. 20. Epiſt. 66.
Miſericordia captus. Nep. 2. 8. 7.
Oculis captus a Cicerone dicitur 6. Verr. 101. de Eo qui viſam rem concupiſcit; Tametſi (inquit) ne oculis quidem captus in hanc fraudem tam ſceleratam ac tam nefariam decidiſti. Nam id concupiſti quod nunquam videras: Id, inquam, adamaſti, quod antea non adſpexeras. auribus tu tantam cupiditatem concepiſti, ut eam non metus, &c. V. infra.
Somniis. Horat. 4. Carm. 1. 37.
Splendore nominis. Cic. 1. de Fin. 42.
Superſtitione quadam animi. Liv. 6. Bell. Pun.
Verbis capta puella. Ovid. 12. Epiſt. 92.
Voluptate capti imperiti, facile iis quibus delectantur, conſentiunt. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Captus & fraudatus. Cic. 3. Offic. 70.
Captus ea ſui parte quiſque dicitur; cujus uſus ipſi interceptus eſt. ut Animo captus, Inſanus. Sen. Herc. fur. 1.
Auribus & oculis. Cic. 5. Tuſc. 117. Congerantur in unum omnia, ut idem oculis & auribus captus ſit. h. e. Viſu & auditu privatus.
Corde captus amans. i. e. Parum cordatus, vel inſanus. Plaut. Trin. 3. 2. 51. Niſi potius Exanguem & pene demortuum intelligamus, quod qui amant, cibum & potum faſtidiant. vitalem autem facultatem in corde reſidere certum eſt. [In emendatis codd. legitur. Proinde ut corde amantes ſunt cati. Alciatus Cati pro Capti poſitum putabat perperam, V. Voſſ. ad loc. Sine dubio Ironia eſt Plautina.
Luminibus captus. i. e. Cæcus. Liv. 9. 29.
Membris captus, dicitur Qui officio membrorum privatus eſt. Cic. pro Rabir. 21. Confectus ſenectute, præpeditus morbo, mancus, & membris omnibus captus ac debilis.
Mente, Qui non eſt ſanæ mentis. Cic. 1. Offic. 94. Falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quam delirare & mente captum eſſe.
Talpæ capti oculis. Virgil. 1. Georg. 183. hic eſt Oculis debiles. Quum enim talpæ cæci naſcantur, quomodo capti oculis? illi enim capti dicuntur, qui aliquando viderunt. Servius.
Captus, Suſceptus, electus, conſtitutus, ut, Conſilii capti memor. Plaut. Stich. 4. 1. 72. V. in ipſo verbo.
Collegium augurum ſit captum. Idem Men. 1. 2. 54.
Locus captus, dicebatur Ad ſacrificandum legitime conſtitutus. Feſt.

CAPTŪRUS, a, um. [ληψόμενος] Partic. Cic. de Amicit. Eos potiſſimum diligunt, ex quibus ſperant ſe maximum fructum eſſe capturos. Auſpicium capturus. Suet. Veſp. 11.

CAPĬO, ōnis. V. Uſucapio, in UTOR.
Capio, pro Captio dicitur æque in his duobus vocabulis Uſucapio & Pignoriſcapio. Gell. lib. 7. cap. 10.

CAPTIO, ōnis. f. [λῆψις, λῆμμα] Ipſe actus capiendi: ut, Honorum captio, quæ & Captatio dicitur.
Captio, [ὑπαγωγὴ, ἀπάτη, σόφισμα] Deceptio. Plaut. Epid. 2. 2. 12. Verum ſi plus dederis, referam: nulla in ea re captio eſt.
Dialecticæ captiones. Cic. 2. de Fin. 17.
Præſtigiæ & captiones. Cic. 4. Acad. 45. Majore quadam opus eſt vel arte vel diligentia, ne ab iis quæ clara ſunt ipſa per ſe, quaſi præſtigiis quibuſdam & captionibus depellamur.
Captio in verbis. Cic. de Clar. Orat. 197. Quanta eſſet in verbis captio, cum in ceteris rebus, tum in teſtamentis, ſi negligerentur voluntates?

Diſcutere

Discutere captiones. Cic. 4. Acad. 46.
Explicare. Cic. 2. de Divin. 41.
Habet captiones hæc sententia. Cic. in Partit. 133.
Inducere se in captiones. Cic. 2. de Divin. 41. Cur igitur vos induxistis in eas captiones, quas nunquam explicetis? Al. Induitis.
Occurrunt captiones omnes Servio in omni sententia. Cic. 10. Att. 15.
Refellere captiones. Cic. de Fato, 30. Omnes igitur hujusmodi captiones eodem modo refelluntur.
Captio; pro Incommodo sive Damno. Caius in l. sed si quis. D. quemad. testam. aper. Sæpe cum magna captione a rebus nostris avocamur. Et Plaut. Most. 3. 3. 19. At enim ne quid captioni mihi sit, si dederim tibi. Mea captio est. Cic. 5. Att. 4. Al. Mera captio, in novissime editis Mea cautio. [Mea captio non spernenda lectio videtur. Innuere enim Tullius videtur, Ad suam fraudem, jacturamque pertinere chartæ inopiam, de qua questus fuerat Atticus. q. d. Meum damnum est.
CAPTIUNCŬLA, æ. f. [ἀπάτιον] dimin. Cic. 15. Att. 7. Servius vero pacificator cum liberiolo suo videntur obiisse legationem, & omnes captiunculas pertimescere. al. Librariolo.
Ut a Portio dicitur Portiuncula. H. St.
CAPTENSULA, æ. f. Idem. ut, Illigantes captensulæ. i. e. Sophismata, apud Mart. Capell. l. 4. p. 135.
CAPTIŌSUS, a, um. [ἀπατηλὸς, σοφιστικὸς] Adj. Captionibus sive deceptionibus plenus. Cic. pro Rosc. Com. 52. Quo nihil captiosius, neque indignius dici potest.
O societatem captiosam & indignam, ubi alter HSIↃↃↃ, alter CCCIↃↃↃ quod sit in societatem affert! Cic. pro Rosc. Com. 29.
Genus captiosissimum interrogationis. Cic. 4. Acad. 49.
Interrogatio fallax & captiosa. Cic. 4. Acad. 46.
Probabilitas captiosa te fallit. Cic. 3. de Fin. 72.
Solvere captiosa. Cic. 1. de Finib. 21.
Captiosum, pro Damnoso. Cic. de Clar. Orat. 195. Quam captiosum esset populo, quod scriptum esset, negligi, & opinione quæri voluntates. Ulpian. in l. si cum. D. Quod metus causa. §. 5. Ne metus quem passus sum, mihi captiosus sit.
CAPTIOSE, Adv. [ἀπατηλῶς] Cic. 4. Acad. 94. Sic me, inquit, ante sustinebo, nec diutius captiose interroganti respondeo. Al. Respondebo.
CAPTUS, ûs. m. [κατάληψις] Ter. Adel. 3. 4. 34. Præterea ut captus est servulorum non malus. Ubi Donatus, An quantum capit animus servilis, tantum non malus, neque iners Geta? An, ut captus est servulorum, quemadmodum sæpe aucupium in servis habendis bonum evenit? ut in captu avium, vel piscium, vel ferarum plurimum fortuna dominatur. Et hoc ideo, quia servum evenire bonum non ratio est, aut natura, sed casus est: utpote in re rarissima. Ut sit, ut captus est servulorum, id est eventus est in servis. Ut captus, &c. i. e. Ut se habet conditio servorum. Afranius in Simulante, Is, ut servorum captus est, facillime domo atque nostra familia proveniditur. Ergo Captus, Sortem intelligo. Hactenus Donatus. Cic. 2. Tusc. 65. Græci autem homines, non satis animosi, sed prudentes, ut est captus hominum, satis, hostem aspicere non possunt. [Sic distinguo.
Captus, aliter. Plin. lib. 24. cap. 10. Flos cujuscunque generis trium digitorum captu, dysentericos & alvum citam emendat, in vino austero, bis die potus. Trium digitorum captum vocat, Quantum tribus digitis capi potest.
Captus, pro Captura, seu Captione. Pompon. in l. Nec emptio. D. de contrah. empt. Quum captus piscium vel avium emeretur. Et Valer. Max. 3. 3. extr. Virtus in captu bonorum suorum tibi pondus examinandum relinquit, ut quantum subire animo sustinueris, tantum tecum auferas.
CAPTRIX, īcis. f. ut, Clysteres, virium captrices. Cæl. Aurel. Acut. 2. 39.
CAPTŪRA, æ. f. [ἄγρα] Idem quod Captio. Plin. lib. 19. cap. 1. Ad piscium & alitum capturam. Sic, Capturæ interesse. V. INTERSUM.
Captura, pro Re capta. Plin. lib. 10. cap. 40. Platea capita caprarum morsu corripiens, donec capturam extorqueat.
Captura, pro Præda. Plin. lib. 11. cap. 24. Quum vero captura incidit, quam vigilans & paratus ad cursum! De araneo venante.
Capturæ etiam dicebantur Sordidi & obscæni quæstus, seu mercedes. Sen. Controv. 1. 2. Manus capturas tulit. modo dixerat, Pretia stupri accepisti. Et Suet. Calig. cap. 40. de vectigalibus ab eo fœdissime institutis & exercitis: Ex gerulorum, inquit, diurnis quæstibus, pars octava, ex capturis prostitutarum quantum quæque uno concubitu mereret, exigebatur. V. ibi Casaub. & Taubm. ad Plaut. p. 1051. qui Mendici etiam stipem, & Mercenarii vilem mercedulam significare annotat. Sic, Inhonesti lucri captura invitatus. Valer. Max. 9. 4. 1.
CAPTĪVUS, a, um. [αἰχμάλωτος, δορυάλωτος] Adj. dicitur Vinctus: quod non sui juris sit, sed in potestatem alterius redactus. Cic. 3. Tusc. 54. Nec, si aliquot annis post idem ille liber captivis missus esset, vulneribus mederetur, sed cicatricibus.
Captivus, absolute. Virg. 9. Æn. 273.
— captivosque dabit, suaque omnibus arma.
Captivi & deditiii. Cic. ad Brut. 3.
Frugi & diligentes. Cic. 8. Philipp. 11. Diutius servitutem perpessi, quam captivi frugi & diligentes solent.
Tristis. Juven. 10. Sat. 136.
Armenta. Claud. 1. in Eutrop. 147.
Aurum captivum. i. e. Captum. Curt. 8. 7. 11.
Brachia captiva dare vinculis. Sen. OEth. 2.
Ister captivus. Martial. lib. 7. 79.
Mens. Ovid. 1. Amor. 2. 30.
Et nova captiva vincula mente feram.
Miles. Claud. 2. in Eutrop. 582.
Navis captiva. Liv. 23. 39. Ad Philippum navis captivæ, una ex iis, quæ Romam missæ erant, ex cursu refugit.
Pecuniæ captivæ ingens modus. Curt. 5. 6. 8.
Pisces. Ovid. 13. Met. 932.
Res, Ab hostibus captæ dicuntur. Plin. lib. 33. cap. 1.
Sanguis captivus, pro Captivorum. Virg. 10. Æn. 520.
Captivoque rogi perfundat sanguine flammas. Et, Civitatem captivam dicit Cicero, Quæ nefariorum & sceleratorum conjurationibus subdita est. [Immo Captam, nisi fallor.
Sitis captiva, pro Captivorum. Martial. lib. 11. 97.
— non debet, summoto cive, ministro
Captivam victrix unda levare sitim.
Vestis captiva. Virg. 2. Æn. 765. pro Captivorum, Captiva ponitur: & est nota loquutio. Servius.
Captivum, aut Captivam ducere alicui. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 264.
Infelix Stygio ducor captiva Tyranno.
Donare captivos libertate. Curt. 5. 3. 15.
Ducere aliquem in triumpho. Cic. 5. Fam. 11.
Necare. Cic. 3. de Nat. Deor. 82.
Reddere captivos. Cic. 1. Offic. 38.
Redimere ab hostibus. Auctor ad Heren. lib. 3. 2.
CAPTIVĪTAS, ātis. f. [αἰχμαλωσία] Ipsa vendicatio capti. Tacit. 5. Hist. 17. pr. Quocunque oculos Romanus intenderet, captivitatem clademque, & dira omina observari.
Describere captivitatem. Sen. Epist. 85.
Eximi captivitatis contumeliis. Tacit. 12. Ann. 51. 2.
Urbium captivitates. Tacit. 3. Hist. 70. 4.
CAPTĪVO, āre. Captivum ducere. ut Captivandi cupiditas. August. Civ. Dei 11. Et Vulg. Interpr. Rom. 7. 23. Hinc
CAPTIVĀTOR, ōris. m. Gloss. Gr. Lat. Et August. Epist. 199. Captivatores tuos & deprædatores.
CAPTIVATIO, ōnis. f. V. Cellar. Antib. p. 15.
CAPTO, [μάρπτω, θηρεύω, θηρατεύω, θηράομαι] āre. frequent. [Significat, Venari, Quærere, Sectari. Potiusque Desiderativum est, quam Frequentativum, ut observatum Turnebo. V. Voss. de Analog. 3. 44.] Ovid. 8. Met. 198.
— modo quas vaga moverat aura,
Captabat plumas, flavam modo pollice ceram
Mollibat.
Adventum alicujus. Cic. 10. Fam. 23. Lepidus desperato adventu meo, quem non mediocriter captabat, se cum Antonio conjunxit.
Aerem auribus. Virg. 3. Æn. 514. de Palinuro.
Explorat ventos, atque auribus aera captat. Naturale enim est, ut a qua parte flaturus est ventus, ad eam auris admota frigidior fiat. Servius.
Aliquid captare ominibus. i. e. De alicujus rei eventu omina sive præsagia colligere. Suet. Tiber. 14. Prægnans enim Livia, cum an marem editura esset, variis captaret ominibus, &c.
Assensionem. Cic. 1. de Invent. 51. Inductio, oratio est quæ rebus non dubiis captat assensionem ejus qui, &c.
Auram libertatis. Liv. 3.
Auras naribus. Virg. 1. Georg. 139.
Auras captare dicuntur venatici canes, quum odorando vestigia sequuntur ferarum. Sen. Hippol. 1. Nunc dimissi nare sagaci captent auras.
Basia. Martial. lib. 1. 4.
Benevolentiam. Cic. 1. ad Heren. 8.
Cœnam. Martial. lib. 7. 19.
Commodum. Callistr. in l. item. D. ex quib. caus. major.
Compendium. Tranquill. Tiber. 48. Ex senio mortem, ex morte compendium captans.
Consilium. Ter. And. 2. 4. 1.
Dominationem. Tacit. 4. Ann. 57. Quo facinore dominationem captaverit, expediam.
Favorem ex præstantia animi. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Feras laqueis. Virg. 1. Georg. 139.
Frigus inter flumina & fontes. Virg. 1. Ecl. 53.
Gloria captatur. Ovid. 5. Trist. 1. 75.
Gratiam. Plin. in Paneg.
Hæreditatem. Ulp. in l. 1. in princ. D. si quis aliq. testar. prohib.
Impunitatem sibi. Ulp. in l. 1. §. cum quis latrones. D. de quæstionib.
Misericordiam. Cic. 2. Philipp. 86.
Mores novos. Plaut. Trin. 1. 2. 37.
Muscas, pro Venari, insidiari. Suet. in Domit. cap. 3. pr. Quotidie secretum sibi horarium sumere solebat: nec quicquam amplius quam muscas captare, ac stilo præacuto configere.
Nomen. Cic. 11. Fam. 4. Progressus sum in Alpinos cum exercitu, non tam nomen imperatorium captans, quam cupiens militibus satisfacere.
Nubes & inania captare. Hor. in Arte Poet. 230.
Aut dum vitat humum, nubes & inania captet. i. e. Ad cœlum evolet: hoc est, Nimis ardua & sublimia moliatur.
Obsonia captare. Hor. 2. Serm. 7. 206.
Quæ parvo sumi nequeunt, obsonia captas.
Occasionem. Cic. de Arusp. Resp. 55. Diffident principes, captatur occasio; qui non tantum opibus valent, nescio quam fortunam tamen ac tempus expectant.
Occasiones majorum operum captare. Cels. lib. 3. cap. 18. pr. De phreniticis. Atque ex his ipsis alii nihil nisi impetu peccant, alii etiam artes adhibent, summamque speciem sanitatis, in captandis majorum operum occasionibus, præbent, sed exitu deprehenduntur. [Mirum vero Phreniticos Majorum operum occasiones captare, quod de Cæsare Julio dicit Suet. cap. 7. Sic tamen omnes ante Lindenium dederunt, qui primus, incertum utrum ex MSS. an ex sagaci conjectura, Malorum op. exhibuit. Solent enimvero insanientes sæpissime, callide satis, vel nocendi custodibus, vel elabendi ex vinclis facultatem quærere. Hæc mala op. vocat.
Pisces arundine. Ovid. 8. Met. 217.
Plausus. Cic. in Pison. 60. Inania sunt ista, mihi crede, delectamenta pæne puerorum: captare plausus, vehi per urbem, conspici velle.
Puellas captare. Ovid. 1. de Arte Am. 351.
Nec teneras tutum est semper captare puellas.
Risus. Cic. 2. Tusc. 17. Epicurus vero ea dicit, ut mihi quidem risus captare videatur.
Sermonem alicujus. Ter. Phorm. 5. 6. 29.
Animam compressi, aurem admovi: ita animum cœpi attendere,
Hoc modo sermonem captans. conf. Aerem, Sonitum, Voces.
Solitudines. Cic. 3. Tusc. 65. Ex hoc evenit, ut in animi doloribus alii solitudines captent, ut ait Homerus de Bellerophonte, &c.
Somnos, Dormire. Columel. lib. 7. cap. 10. Productumque in pascua medio campo procumbat, & quodam veterno pressum, somnos æstivo sole captet.
Sonitum aure admota. Liv. lib. 38. cap. 7. Silentio facto pluribus locis aure admota sonitum fodientium captabant.

Suffragia captare populi. Hor. 2. Epist. 2. 113.
Tempestates. Liv. 5. 6. pr. Adeone effeminata corpora militum nostrorum esse putamus, &c. ut, tanquam navale bellum, tempestatibus captandis, & observando tempore anni, gerant?
Tempus. Liv. 6. Bell. Pun. Ut inde tempore captato abirent.
Temporum momenta captare. Suet. in Vesp. cap. 21. Nec ullo tempore facilior, aut indulgentior traditur, eaque momenta domestici ad aliquid petendum magnopere captabant.
Testamenta captare. Hor. 2. Serm. 5. 23. dicitur, Qui fictis obsequiis senes orbos ambit, ut in supremis testamenti tabulis aut hæres, aut inter legatarios scribatur.
Trigonem captare dextra lævaque. de Pilæ trigonalis ludo. Martial. lib. 12. 83.
Umbras arborum, fonticulorum amœnitatem, vel auræ refrigerationem. Columel. lib. 1. cap. 11.
Voces auribus. Curt. lib. 10. 5. 16. Fremitus vocesque auribus captabant.
Voluntates hominum. Cic. 2. de Orat. 31. legitur & Excipere.
Voluptatem. Cic. 1. de Fin. 24. Ut non modo nullam captet, sed etiam prætereat omnes voluptates.
Voluptatem captare ex aliqua re. Plin. lib. 8. Epist. 8. extr. Capias voluptatem legitur in ed. noviss.
Captare aliquem, i. e. Tentare & conari ut aliquem vel decipiamus, vel illectamentis pertrahamus ad nos: Insidiari. Ter. Hec. 1. 1. 16.
Injurium autem est ulcisci adversarios?
Aut qua via captent te illi, eadem ipsos capi? Aliter Martial. lib. 9. 90.
Dum me captares, mittebas munera nobis:
Postquam cepisti, das mihi, Rufe, nihil.
Docte atque astute aliquem. Plaut. Mostel. 5. 1. 21.
Emolumento aliquo captare aliquem. Cic. 2. de Invent. 157. Nam est quiddam quod sua vi nos alliciat ad sese, non emolumento captans aliquo, sed trahens sua dignitate: quod genus, virtus, scientia, veritas est.
Captare, absolute, pro Divitiis inhiare, seduloque curare ut eas ad nos undecunque pertrahamus. Martial. lib. 12. 10.
Africanus habet millies, tamen captat.
Fortuna multis dat nimis, satis nulli.
Captare, Jurisconsultis Venari, & aucupari lucrum. Ulp. l. 1. D. si quis aliq. testar. prohib. Justinian. §. manet. Instit. de societat. V. Ant. August. lib. 3. Emendat. cap. 15.
Captare etiam absolute, pro Hæreditatem petere. Juven. 16. Sat. 54.
— ergo Coranum,
Signorum comitem castrorumque æra merentem,
Quamvis jam tremulus captat pater.
CAPTANS, [μάρπτων] Partic. ut, Collum captantia brachia. Ovid. 3. Met. 428.
CAPTATUS, a, um. ut, Secretum captatum. Suet. Oth. cap. 10. Ab amplexu & osculo suo dimisit omnes, secretoque captato, binos codicillos exaravit ad sororem consolatorios.
Tempus captatum. Ovid. 3. de Pont. 1. 129.
Eligito tempus, captatum sæpe, rogandi.
CAPTATIO, ōnis. f. [θήρασις] est Venatio, veluti Honorum captatio, quam Prensationem Cicero vocat. Plin. lib. 20. cap. 14. extr. Et paulo ante Julium Vindicem, adsertorem illum a Nerone libertatis, captatione testamenti sic lenocinatum.
Verborum captatio. Cic. in Partit. 81. Et illam disputandi prudentiam, concertatio, captatioque verborum. Supple Imitatur.
Geminata captatio. Quintil. lib. 5. cap. 13. conf. CAPTIO.
CAPTĀTOR, ōris. m. [θηρευτής] Qui venatur & ambit aliquid quovis modo. ut, Captator auræ popularis. Liv. 3. 33. Adeoque novum sibi ingenium induerat, ut plebicola repente, omnisque auræ popularis captator, &c.
Captator, pro Hæredipeta & inescatore senum orborum, quibus blanditur ut sibi hæreditas aut quidvis aliud relinquatur. Juven. 10. Sat. 202.
Usque adeo gravis uxori, natisque, sibique,
Ut captatori moveat fastidia Cosso. Et Hor. 2. Serm. 5. 57.
— plerumque recoctus
Scriba ex quinque viro corvum deludet hiantem,
Captatorque dabit risus Nasica Corano.
Extrema reliquiarum Petronii etiam ad describendos captatorum dolos ac miserias pertinent. V. cap. 141. conf. cap. 124. & 125.
CAPTATRIX, īcis. f. ut, Adulandi scientia, captatrix verisimilium. Apul. Doctr. Plat. p. 16.
CAPTATORIUS, a, um. [θηρευτικός] Adj. ut, Captatoriæ scripturæ, & Captatoriæ institutiones: i. e. Adulatoriæ, ut interpretantur Papinianus & Caius Jurisconsulti.
Captatoria institutio dicitur, Quæ mutuæ institutionis captandæ & quasi aucupandæ facta est, cujusmodi est in l. 20. in fine. D. de condition. instit. Titius si me hæredem instituet, hæres esto. Aut hæc. Qua ex parte me Titius hæredem scriptum in tabulis suis recitaverit, ex ea parte hæres esto. l. 1. D. de his quæ pro non script. Quare si de institutione jam facta testator loquatur, non erit captatoria: veluti si dicat, Qua ex parte Titius me hæredem instituit, ex ea parte Mævius hæres esto. Illa institutio captatoria non est: quia in præteritum, non in futurum institutio collata est, ait Paul. in l. 71. & 29. D. de hæredibus instituendis.
CAPTATELA, æ. f. Acceptio, receptio. ut, Pallii captatela. Tertull. de Pallio, V. Salmas. p. 367.
CAPTITO, āre. frequent. a Capto. ut, Omina vulgo loquentium captitasse. Apul. de Deo Socrat. p. 52. i. e. Ex sermone temere loquentium aliquid arripuisse, quod in omen verteret.
CAPESSO, ssi, ssum, secundum Diomedem: vel ssīvi, ssītum, secundum Priscianum, [ἐφάπτομαι, ἐπιβάλλομαι] ĕre. verbum est activum. nam dicimus Capesso, Capessor: significat autem Capere. ut, Capessere fugam. Plaut. Aul. 4. 1. 4.
In herum matura, in se fera condecet capessere.
Capessere cibum hiatu oris & dentibus ipsis. Cic. 2. de Nat. Deor. 122.
Capessere, de Itinere dictum. Plaut. Rud. 1. 2. 89.
Si ad saxum, quod capessit, ea deorsum cadit.
Quo nunc capessis tu te hinc advorsa via? Plaut. Bacchid. 1. 2. 5.
Capessere se domum, Recipere. Plaut. Amph. 1. 1. 106.
Nunc pergam heri imperium exequi, & me domum capessere. Nonius.
Montem celeres, silvamque capessunt. Valer. 4. Argon. 316.

Se in altum, pro Immittere. Plaut. Asin. 1. 3. 6.
Quam magis te in altum capessis, tam æstus te in portum refert.
Se præcipitem ad malos mores. Plaut. Bacchid. 4. 10. 2.
Arma vel bellum. Liv. 4. Virg. 3. Æn. 234.
— sociis, tunc arma capessant Edico.
Consilium. Plaut. Rud. 1. 3. 27.
Curas imperii, & invigilare publicis utilitatibus. Plin. in Paneg cap. 66. pr.
Cursum ad aliquem. Plaut. Capt. 4. 1. 9.
Fugam, Fugere. Liv. 1. 25.
Honorem. Tacit. 13. Ann. 25. Julius quidem Montanus Senatorii ordinis, sed qui nondum honorem capessisset, congressus forte, &c.
Imperia capessere. Plaut. Trin. 2. 2. 19. Si mea imperia capesses. i. e. Præcepta custodies.
Jussa alicujus capessere, i. e. Perficere vel Sæpius capere, ut ait Servius ad Virg. 1. Æn. 81. — mihi jussa capessere fas est.
Libertatem. Cic. 10. Philipp. 19. Omnis est miseria servitus: sed fuerit quædam necessaria, ecquodnam principium putatis libertatis capessendæ?
Locum capessere, pro Affectare, & vergere. Cic. 2. de Nat. Deor. 115. de Sphæra, Omnes enim partes ejus undique medium locum capessentes nituntur æqualiter. Budæus.
Magistratum capessere. Tacit. 13. Ann. 29.
Munia. Columel. lib. 12. cap. 1.
Obsidia urbium Romani capesserent. Tacit. 12. Ann. 15. extr.
Noctem capessere. Tacit. 4. Ann. 48. pr. Noctemque in castris tutam & vigilem capesserent.
Oculis aliquid, Contemplari, intueri. Liv. 7. Bell. Maced.
Partem curarum. Tacit. 12. Ann. 25.
Pastum. Cic. 2. de Nat. Deor. 131. Dedit eadem natura belluis sensum & appetitum, ut altero conatum haberent ad naturales pastus capessendos.
Pericula capessere. Liv. 21. 4. Plurimum audaciæ ad pericula capessenda.
Prælium capessere fortiter. Curt. 4. 14. 6.
Principium facinoris. Tacit. 15. Ann. 49.
Pugnam. Liv. 2. 6. Decorum erat tum ipsis capessere pugnam ducibus.
Recta capessere, Rectam viam ingredi, id est honestum sequi. Hor. 2. Serm. 7. 6.
Pars hominum vitiis gaudet constanter, & urget
Propositum: pars multa natat, modo recta capessens,
Interdum pravis obnoxia. Al. Nutat.
Rempublicam capessere, i. e. Administrare, gubernare, defendere. Sallust. Catil. cap. 52. Expergiscimini aliquando, & capessite Rempublicam, [i. e. Tuendam suscipite.
Spem capessere. Plaut. Rud. 1. 3. 21.
Solennia regni. Tacit. 6. Ann. 42.
Superiora capessere. Cic. 1. Tusc. 42. Is autem animus, qui si est horum quatuor generum, &c. superiora capessat necesse est.
Capessere urbem aliquam, pro Conferre se ad eam. Cic. 10. Att. 9. Melitam igitur, opinor, capessamus, dum quid in Hispania.
Ad capessendas cæremonias promptior animus. Tacit. 4. Ann. 16.
Inimicitiis capessendis facilis. Tacit. 5. Ann. 11.
CĂPAX, ācis. Adj. [δεκτικός, χωρητικός, εὐρύχωρος] Quod capit seu continet, aut continere potest. Plin. lib. 10. cap. 33. Hirundines utero capaci. Plin. lib. 11. cap. 37. A quibus capaciora intestina ad alvum.
Calix capax ad sextarios tres. Plin. lib. 37. cap. 2.
Campi capaces. Sil. 17. 321. V. Drakenb. ad locum.
Cibi, vinique eundem capacissimum. Liv. 9. 16. de Papirio Cursore.
Circus capax populi. Ovid. 1. de Arte Am. 136.
Multa capax populi commoda circus habet.
Domus. Ovid. ad Liv. 262.
Insula magnæ sedis haud capax. Curt. 4. 8. 2.
Puteus capax. Ovid. 7. Met. 568.
Regnum. Sen. Herc. fur. 659.
Ripis capacibus effusus amnis. Ovid. 3. Amor. 6. 19.
Scyphi capaciores. Hor. Epod. 9. 33.
Urna. Hor. 3. Carm. 1. 16.
Omne capax movet urna nomen. De urna Manium deorum.
Aures capaces. Cic. in Orat. 104. Tamen non semper implet aures meas: ita sunt avidæ & capaces, & semper aliquid immensum infinitumque desiderant. De Demosthene loquitur.
Animus ad præcepta capax. Ovid. 8. Met. 243.
Animo capaci concipere. Ovid. 15. Met. 5.
Amicitiæ alicujus usque in intimam familiaritatem capacem esse. Plin. 2. Epist. 13. extr.
Animæ capax pulmo. Sen. OEdip. 367. i. e. Spiritûs.
Fortuitorum capax. Tacit. 14. Ann. 3. Nihil tam capax fortuitorum, quam mare, &c.
Gloriæ capax, Dignus. Curt. 4. 7. 29. Fortuna magna ex parte avidos gloriæ magis, quam capaces facit. V. Cellar. ad locum.
Invidiæ. Sen. Troad. 479. i. e. Quod invidiam sustinere potest. [Immo cui potest invideri.
Laboris capacissimus. Vellei. Paterc. 2. 127. Ipsum vero laboris ac fidei capacissimum.
Officii. Claud. 1. in Eutrop. 79.
Scelerum capax juvenis. Sen. Octav. 153.
Secreti capacissima omnis uxor. Plin. 1. Epist. 12.
Vini. V. Cibi.
Capax, passive, h. e. Capiendus, posteriori ævo invenitur. Pet. Chrysol. Serm. 160. Universo seculo non capacem concludi corpore perpusillo.
CAPACĬTAS, atis. f. [χώρησις, εὐρυχωρία] Amplitudo loci, quæ c ipere & continere potest. Columel. lib. 12. cap. 43. Et quum paulum sub umbra refrixerint, ternæ aut etiam quaternæ pro capacitate vasorum in ollas demittuntur. Et Cic. 1. Tusc. 61. Utrum capacitatem in animo putamus, quo tanquam in aliquod vas, ea, quæ meminimus, infundantur.
Athletarum capacitas. Plin. 18. 7. i. e. Voracitas. V. Hard. ad loc.
CAPACĬTER, Adv. ut, Primordia seminum efficaciter & capaciter sequuntur intentionem maternæ animæ. August. de Trin. 11. 2.
CAPĀCULUS, a, um. Aliquantum capax. Cathol.
CAPIONIS Turris, [Καπίωνος πύργος] in Hispania est, ad Bætim fluvium, sita in petra quam circumcirca pelagus alluit. Ea sicut Pharus mirum in modum ad navigantium salutem ædificata est. Nam quum ejectus ab amne limus vadosum reddat profundum, & latentibus sub aqua saxis,

ſaxis, locus ipſe promineat, conſpicuo aliquo opus habebat ſigno. Ex Strab. lib Geogr. 3.

Căpis, ĭdis. f. [κάπις] Genus poculi a Capiendo dictum. Feſtus. Liv. 10. 7. Cum capide ac lituo, capite velato victimam cædat. V. Plin. 37. 2. & Burm. ad Petron. cap. 52.

Ζητητέον, ubi extet κάπις. Vide CAPULA. Lampridius in Antonino Heliogabalo, in Frob. edit. Exhibuit & Palatinis ingentes dapes extis illorum refertas. Ubi lego Capides pro Dapes, pro Illorum autem lego Mullorum, ut in Francf. puto, & in Aldi. Vide in Varr. quæ dixi cap. 14. H.St. Lampridii locus eſt cap. 20. ubi Dapes adhuc in omnibus libris editum eſt, cetera pridem emendata. Verum cum Capides in poculis numerent veteres, an non Apſides potius reponendum ſit, cordati lectoris judicium eſto.

Capissenæ Aſiæ populi, Capiſſam urbem habent, quam diruit Cyrus. Hæc Plin. lib. 6. cap. 33.

Capisterium, i. [λικμητήριον] Genus inſtrumenti expurgandis ſeminibus apti. Columel. lib. 2. cap. 9. Quicquid exteretur, capiſterio expurgandum erit: & ſemper quod propter magnitudinem ac pondus in imo ſubſederit, ad ſemen reſervandum. Quidam hoc loco legunt Caphiſterium, alii Scaphiſterium. V. Voſſ. Lex. Etym.

Capistro, Capistrum. In CAPUT.

Capital, Capitalis. In CAPUT.

Capitarium Æs, Quod capi poteſt. Feſtus. [Inſcite. An legendum, Quod capitum eſt, vel Capiti impoſitum eſt? i. e. Epicephalium. V. Scalig.

Capitaneus, Capitatus, Capitellum. In CAPUT.

Capitha, [καπίθη] Menſuræ genus eſt, duos continens chœnicas Atticos. Xenophon lib. 1. ἀναβάσεως, Farinæ capitham, inquit, ſiglis comparabant quatuor. Cæl. lib. 10. cap. 2. V. Henr. Steph. Append. ad Varr. p. 55.

Capitium, Capito. In CAPUT.

Capitolium, i. n. [Καπιτώλιον] Prægrandis arx Romæ, in monte Saturnio, foro Urbis imminens, ex præda Apiolarum, Latinorum urbis, a Tarquinio Superbo extructa. Auctor Plin. lib. 3. cap. 5. ex Val. Antiate. V. etiam Liv. 1. 38. & 55. & Tacit. 3. Hiſt. 72. 3. Eam copioſius ac peculiari & juſto commentario Juſtus Rycquius deſcripſit, ed. Lugd. Bat. 1669. Varro de L. L. 4. Capitolium dictum, quod hic quum fundamenta foderentur ædis Jovis, caput hominis inventum dicitur. Hic mons ante Tarpeius dictus a virgine Veſtali Tarpeia, ibi a Sabinis necata armis, & ſepulta. ejus nominis monimentum relictum, quod etiam nunc ejus rupes Tarpeium appellatur ſaxum. Hunc antea montem Saturnium appellatum prodiderunt, &c. V. Liv. 1. 54. In Orat. Camilli extr. De fabula Tarpejæ virginis ſ. l. Nonnulli Capitolium ſic dictum volunt, a capite Toli cujuſdam, ibidem ſepulti. V. Arnob. 6. p. 194. & Elmenh. & Dukeri notas ad Flor. 1. 7. 8.

Alta Capitolia. Virg. 6. Æn. 836. Pluraliter Poetæ de uno dicunt.

Aurea. Ovid. 6. Faſt. 73.

Aurea poſſedit ſocio Capitolia templo.

Celſa. Virg. 8. Æn. 653.

Fulgens. Hor. 3. Carm. 3. 43.

Pompeianum. Vitruv. lib. 3. cap. 2. Quid autem ſit, Turnebus Adverſ. 11. 2. ſic explicat, Opinor fuiſſe, inquit, illud quod erat Pompeiis in Campania. Non enim tantum Romæ, ſed etiam Capuæ, Narbone, Pompeiis capitolium erat, & in multis municipiis & coloniis, imitatione Romanorum. De Narbonenſi Sidonius, Carm. 23. Delubris, Capitoliis, monetis. & in vita ſancti Apollinaris, Statuit ante pontifices Capitolii Ravennatis. Fuit & Toloſæ, Sidonius de ſancto Saturnino, Gradu ſummo Capitoliorum præcipitatum. unde hodieque quidam magiſtratus illic Capitolini vocantur. V. Drakenb. ad Sil. 11. 267. conf. Rycq. l. c. cap. extr.

Capitolium ornare. apud Suet. Cæſ. 10. quid ſit, docet Caſaub. ad loc.

In Capitolium perfugere. Tacit. 3. Ann. 36. i. e. Perfugium ibi quærere. Capitolium enim fuit ſeditioſorum perfugium. V. Flor. 3. 16. 5. & ibi Interpr.

Tangere Capitolium. Ovid. 4. de Pont. 9. 5.

Ut, quoniam ſine me tanges Capitolia Conſul. De Conſulari proceſſione die Kal. Jan. qua honorem coſſ. inibant.

Capitolīnus, a, um. Adj. [Καπιτωλῖνος] ut, Jupiter Capitolinus. Cic. pro Domo 144. Quintil. lib. 3. cap. 7. Jovis Capitolini laudes vel perpetua ſacri certaminis materia vel dubiæ ſunt, vel non oratorio genere tractantur?

Certamen Capitolinum. Suet. Domit. cap. 13. Sed & Capitolino certamine cunctos ingenti conſenſu precantes, ut Palfurium Suram reſtitueret, pulſum olim Senatu, ac tunc de Oratoribus coronatum &c. Ubi Vet. Schol. ſic habet: Inſtituit Domitianus quinquennale certamen, Capitolino Jovi triplex, Muſicum, Equeſtre, Gymnicum; Oratores ibi certaſſe patet ex loco Suetonii modo citato, de Citharœdis & Poetis dicetur paulo infra. Vet. Inſcript. oſtendit Hiſtriones certaſſe, L. SVRREDI L. F. CLV. FELICIS PROCVRATORI AB. SCAEN. THEAT. IMP. CAESAR. DOMITIAN. PRINCIPI CORONATO CONTRA OMNES SCAENICOS. V. Scalig. Auſon. lect. cap. 10.

Clivus. Cic. pro Rabir. 31.

Collis. Martial. lib. 12. 21.

Nec Capitolini collis alumna tibi.

Capitolinæ, pontificumque dapes. Martial. lib. 12. 48.

Ludi Capitolini. Liv. 5. 50. Ludi Capitolini fierent, quod Jupiter opt. max. ſuam ſedem atque arcem populi Romani in re trepida tutatus eſſet: Collegiumque ad eam rem M. Furius Dictator conſtitueret.

Quercus Capitolina. Juven. 6. Sat. 386.

An Capitolinam deberet Pollio quercum
Sperare, & fidibus promittere. Ubi Interpr. vet. In agone Capitolino citharœdos victores coronam e quercu accepiſſe docet. De Poeta,

O cui Tarpeias licuit contingere quercus. Martial. 4. 54. 1. V. ibi Interpr. & conf. Pitiſc. Lex.

Sedes Capitolinæ. Stat. 5. Silv. 1. 189.

Venus Capitolina. Suet. Calig. 7. Cujus effigiem habitu Cupidinis in æde Capitolinæ Veneris Livia dedicavit. V. etiam Galb. cap. 18.

Capitolini, pl. Collegia Capitolinorum, quædam Romæ, ut ex epiſtolis Ciceronis ad Q. frat. 2. 5. cognoſcimus. Erant autem Capitolini, collegium hominum Capitolium & arcem incolentium, ludoſque capitolinos celebrantium. V. Liv. 5. 50. pr. & Turneb. Adv. 5. 28.

Capitolinus, fuit Cognomen ejus qui caput invenit quum Capitolium extrueretur. [Quo auctore?

Capitolinus, Marci Manlii fuit cognomen, qui urbe a Gallis capta, aſſumptis mille juvenibus arcem Capitolinam ab hoſtium injuria defendit, unde & nomen invenit. Hic quum poſtea in ſuſpicionem affectati regni veniſſet, ab ea ipſa rupe Capitolina, quam ſervaverat, præcipitatus eſt. Liv. lib. 5. 31. & 6. 18. ſeq. [Incertum tamen, utrum ab arce ſervata id cognomen invenerit, an quod in eadem habitavit, ut ex Liv. conſtat.

Julius Capitolinus inter ſex Hiſtoriæ Auguſtæ ſcriptores occurrit, haud dubie ævi ſequioris, ſed de quo alioqui omnia incerta ſunt. V. Voſſ. & Hank. de Hiſtoric. Rom.

Capitosus, Capitularia, Capitulatum, Capitulatim, Capitulum. V. CAPUT.

Capnias, ădis. f. [καπνίας] Vitis a fumi colore dicta. Plin. 14. 3.

Capnias, æ. m. [καπνίας] Gemma eſt ex Jaſpidum generibus, quodam veluti fumo infecta, unde & nomen accepit. Plin. lib. 37. cap. 9.

Capnion, i. n. Herba eadem, quæ Capnus. Plin. 25. 13.

Capnītes, æ. m. Gemma eſt plurimis ſpiris fumida, in Cappadocia & in Phrygia naſcens, ebori ſimilis, cujus meminit Plin. lib. 37. cap. 10.

Capnītis, ĭdis. f. [καπνῖτις] Herba eſt eadem cum Capno, ſeu Fumo terræ.

Eſt item Capnitis, Cadmiæ ſpecies tenuiſſima quæ e fornacibus flamma atque flatu egeſta, cameris lateribuſque fornacum adhæret. V. Plin. lib. 34. cap. 10. & CADMIA ſ. l.

Capnobătæ, [Καπνοβάται] Populi, qui Myſi dicuntur. Strab. lib. 7. Scribit autem Poſidonius Myſos religioni indulgentes, ab animantibus abſtinere, & eam ob cauſam pecus omne vitare, melle vero & lacte & caſeo veſci. Quumque tranquillam exigant vitam, ob deorum culturam, deicolæ & Capnobatæ, (id eſt fumi conſcenſores) nominantur. Cauſam appellationis iſtius OEdipo alicui declarandam relinquimus.

Capnomantīa, æ. f. [καπνομαντεία] Divinationis genus, quod fiebat ex fumi diſſectione, qui e thure in ara accenſo emanabat. Qui vero hoc augurii genere utebantur, Capnomantes dicti ſunt. V. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 17.

Capnos, i. Herba, cujus meminit Plin. lib. 23. cap. 13. & lib. 16. cap. 7. Capnon herbam qui edere, bilem per urinam reddunt. Ruell. lib. 3. cap. 124. Capnos, Romanis fumaria, herba eſt Plinio fruticoſa, coriandro ſimilis, prætenera, folio albiore, cineracei coloris, undique numeroſo, flore purpureo. Succus claritatem facit inunctis oculis, delacrymationemque ceu fumus, inde nomen accepit. Gallis hæc *fumus terræ* vocatur. Eſt & alia Capnos Plinio, quam Pedes gallinaceos vocant, naſcens in parietinis & ſepibus, ramis tenuiſſimis, ſparſiſque, flore purpureo, viridis, ſucco caliginem diſcutit: itaque in medicamenta oculorum additur. Similis & nomine & effectu alia quam paulo ante diximus.

Capnumargos, i. m. Argilla eſt rufa, intermiſto lapide terræ minutæ arenoſæ, qua velut adipe terræ, arva pingueſcunt in Gallia & Britannia. Inſpergitur autem rara, ſaleque eam miſceri putant. Semel vero injecta in quinquaginta annos valet & frugum, & pabuli ubertate. Auctor Plin. lib. 17. cap. 7. Hard. legit ex Mſſ. Acaunumarga. q. V.

Capotes, Aſiæ mons eſt, ex quo aliqui Euphratem oriri crediderunt. Plin. lib. 5. cap. 24.

Cappa, n. indecl. [κάππα] Nomen literæ Græcæ: pro qua Latini utuntur C. Quo nomine Græci (ut Suidas docet) quum hominem malum volunt proverbio ſignare, unum cappa: quum pejorem, duo cappa: quum peſſimum, tria habere cappa dixerunt: volentes eum intelligi eſſe Cretenſem, Cilica, Cappadoca: qui ſingularis fuiſſe improbitatis exiſtimantur. V. Eraſmi Chiliadas.

Cappa, æ. f. Pilei genus; vel quod duos apices, ut Cappa littera habeat, vel quia capitis ornamentum eſt. Iſidor. 19. 31. Vox Celtica videtur. Cappa, Marinus equus, Feſto; ſed alii legunt Campa. q. V.

Cappadocia, æ. f. [Καππαδοκία] Regio eſt Aſiæ, Euxinum verſus, quam Macedones in duas Satrapias a Perſis diviſam accipientes, ex Satrapiis in regna redegerunt, atque majorem Cappadociam, quæ Taurum verſus eſt, proprie Cappadociam vocavere: alteram Pontum. Ejus autem latitudo eſt a Ponto Taurum verſus, mille fere & octingentorum ſtadiorum: longitudo vero a Lycaonia atque Phrygia uſque ad Euphratem, ad Auroram & Armeniam ad tria millia ſtadiorum. Hæc pluraque Strab. lib. Geogr. 12. pr. Cappadociam Ptolemæus tabula Aſiæ prima deſcribit. & Plin. lib. 6. cap. 2. & 3. Nomen habet a Cappadoce amne: ante Leucoſyria appellata, ut Plin. dicit, Nepos 14. 1. 3. Habuit provinciam Ciliciæ juxta Cappadociam, quam incolunt Leucoſyri.

Cappadociæ regio. Cic. 15. Fam. 4. Itaque exercitum mihi ducendum per Cappadociæ regionem putavi.

Cappădox, ŏcis. m. [Καππάδοξ, Καππαδόκης] Qui eſt ex Cappadocia. Cic. Poſt red. in Senat. 13. Cappadocem modo abreptum de grege venalium diceres.

Cohors montana Cappadocum. Lucan. lib. 7. 215.

Nobilitas Cappadocum. Tacit. 14. Ann. 26.

Rex Cappadocum mancipiis locuples, eget æris. Hor. 1. Epiſt. 6. 39.

Feroces. Lucan. lib. 3. 244.

Pingues Cappadocas paſcere. Perſ. 6. Sat. 77. De ſervis intelligit, qui ex Cappadocia multi advehebantur.

Cappădŏcus, a, um. [Καππάδοκος] Adj. ut, Cataſtæ Cappadocæ. Martial. lib. 10. 76. 3.

Nec de Cappadocis eques cataſtis.

Lactuca Cappadoca. Plin. 19. 8.

Cappadocius, a, um. [Καππαδόκιος] Idem, ut, Gemma Cappadocia. Plin. 37. 10.

Zizipha Cappadocia. Plin. 21. 9.

Cappadocarchia, æ. f. [Καππαδοκαρχία] Sacerdotium Cappadociæ provinciæ. Modeſtinus l. Diximus. D. De excuſat. tutor. Provinciæ ſacerdotium, ut Aſiarchia, Bythyniarchia, Cappadocarchia, præbet a tutelis immunitatem, dum ei muneri quis præeſt. V. Ant. Aug. lib. ſing. ad Modeſt.

Cappagum, i. n. [Κάππαγον] Hiſpaniæ oppidum eſt in Bætica provincia, Gaditani conventus. Plin. lib. 3. cap. 1.

Cappăris, is. f. [κάππαρις] Fruticis genus. Plin. lib. 13. cap. 23. Ibi & cap.

& capparis firmioris ligni frutex, feminiſque & cibi vulgati, caule quoque una plerumque decerpto. Columel. lib. 11. in fine, Capparis plurimis provinciis ſua ſponte novalibus naſcitur. ſed quibus locis ejus inopia eſt, ſi ſerenda fuerit, ſiccum locum deſiderabit. Martial. 3. 77. 5.

Capparin, & putri cepas alece natantes,
Et pulpam dubio de petaſone voras.

CAPPAR, ăris. Idem. Pallad. oct. t. 11. Hoc menſe menta & paſtinaca, thymum & origanum & cappar.

CAPPARA, æ. f. Eadem quæ Portulaca. Apul. de Herb. cap. 103.

CAPRA, CAPRARIA, CAPRASIA inf. V. CAPER.

CAPRASIA, Unum eſt ex oſtiis Padi fluvii, apud Plin. lib. 3. cap. 18.

CAPREA, In CAPER.

CAPREÆ, arum. f. [Καπϱέαι] Inſulæ proximæ Neapoli, Tiberii principis arce nobiles. Plin. lib. 3. cap. 6. Tac. 4. Ann. 67. pr. Hujus arcis meminit Suet. in Tiber. cap. 43.
Dites capreæ. Stat. 3. Silv. 1. 128.
Palus Capreæ. Ovid. 2. Faſt. 491.

CAPREOLUS, In CAPER.

CAPRETÆ, Aſiæ populi, inter Ciliciam, Cappadociam, Cataoniam & Armeniam, ubi fuit poſtea condita Apamia a Seleuco rege, teſte Plin. lib. 5. cap. 30.

CAPRIA, Lacus eſt apud Strabonem in deſcriptione Pamphyliæ lib. 14.

CAPRICORNUS, i. m. [Αἰγόκερως] Cæleſte ſignum, quod Pana fuiſſe exiſtimant, quod poſteriorem partem in effigiem piſcis, priorem vero in formam hirci commutavit: cujus ingenium admiratum Jovem, ferunt hanc figuram in cælum tranſtuliſſe. Stellam habet in naſo, in pectore duas, in pede duas, inter ſcapulas ſeptem, in ventre ſex, in cauda duas. Cic. 2. de Nat Deor. 112.

Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans
Corpore ſemifero magno Capricornus in orbe.

Lotus Heſperia Capricornus aqua. Propert. lib. 4. 1. 86.
Tyrannus Heſperiæ Capricornus undæ. Hor. 2. Carm. 17. 20.
De Capricorno in nummis V. Spanheim. de Uſu & Præſt. Num. 5. p. 237.

CAPRIFĪCUS, i. f. [ἐϱινεὸς] Ficus ſilveſtris. Plin. lib. 15. cap. 19. Caprificus vocatur e ſilveſtrium genere ficus nunquam matureſcens: ſed quod ipſa non habet, aliis tribuens: quoniam eſt naturalis cauſarum tranſitus, atque e putreſcentibus identidem generatur aliquid. Ter. in Adel. 4. 2. 28. Illic ubi etiam caprificus magna eſt.
Findit marmora caprificus. Martial. lib. 10. 2. 9.

Marmora Meſſalæ findit caprificus, &c.

Caprifici, pl. Hor. Epod. 5. 17.

Jubet ſepulcris caprificos erutas, &c.
Flammis aduri Colchicis.

CAPRIFĪCOR, [ἐϱινάζω] āri. Pallad. lib. 4. tit. 10. Menſe Junio circa ſolſtitium caprificandæ ſunt arbores fici, id eſt ſuſpendendi groſſi ex caprifico, lino velut ferro pertuſi. ſi hoc deſit, abrotani virga ſuſpenditur, aut callum quod in ulmeis foliis invenitur, aut arietina cornua circa radices arboris obruuntur, vel truncus arboris, quo loco turget, ſcarificandus eſt, ut poſſit humor effluere. Plin. lib. 16. cap. 27. Sunt & biferæ in eiſdem. In Cea inſula caprifici triferæ ſunt. Primo fœtu ſequens evocatur, ſequenti tertius. hoc fici caprificantur. V. plura lib. 15. cap. 19. Caprificari (inquit Perottus) eſt Adhibita caprifico, ne fructus propinquæ ficus ante maturitatem decidant, providere.

CAPRIFICATIO, ōnis. f. [ἐϱινασμὸς] Plin. lib. 15. cap. 19. Quæ ratio pulvere & caprificatione hoc quoque præſtat, ne decidant, &c.

CAPRIFICIĀLIS, e. Adj. ut, Caprificiales dies, i. e. Caniculares: quod eo fere tempore mulieres Romanæ liberæ ſimul atque ancillæ ſub arbore caprifico ſacra faciebant. Erat autem initium caprificorum poſt exortum Canis, qui dies Vulcano ſacer erat. Plin. lib. 11. cap. 15. Huic vindemiæ Attici ſignum dedere initium caprificialem diem Vulcano ſacrum. ſed Harduinus ex MSS. Initium caprifici, alii diem &c. V. ipſius not. ad h. l. Et conf. eundem ad 8. 33. Segm. 51. not. num. 100.

CAPRIGENUS, CAPRILE, CAPRILLUS. In CAPER.

CAPRIMULGUS, i. m. [αἰγοθήλας] dicitur Qui capras emulget. Pro Convicio eſt Catull. Epig. 20. 9.

Hæc quum legas, tum bellus ille, & urbanus
Suffenus unus caprimulgus, aut foſſor
Rurſus videtur.

Eſt & Caprimulgus, Avis [fabuloſæ] genus: de qua ſic ait Plin. lib. 10. cap. 40. Caprimulgi appellantur grandioris merulæ aſpectu fures nocturni: interdiu enim viſu carent. Intrant paſtorum ſtabula, caprarumque uberibus advolant ſuctum propter lactis: qua injuria uber emoritur, capriſque cæcitas, quas ita mulſere, oboritur.

CAPRINUS, CAPRISSO, CAPRUGINEUS. In CAPER.

CAPRIUS, i. m. Viri nomen, de quo Hor. 1. Serm. 4. 65.

Sulcius acer
Ambulat, & Caprius raucus male, cumque libellis,
Magnus uterque timor latronibus.

Ubi Acron, Sulcius & Caprius nomina fuerunt delatorum, alii Actores volunt fuiſſe cauſarum: inde etiam Rauci traduntur aſſiduitate agendi.

CAPRŌNÆ, vel CAPRONEÆ, arum. [πϱοκόμιον] Nonius, Comæ quæ ante frontem ſunt, quaſi a Capite pronæ. Feſtus; Capronæ, Equorum jubæ in frontem devexæ: dictæ quaſi a Capite pronæ. Lucil. Sat. lib. 7.

Aptari caput atque comas fluitare capronas
Altas frontibus immiſſas, ut mos fuit illis.

Sane & de Homine dici, Apul. 1. Florid. oſtendit, de Apollinis facie loquens: Promulſis capronis anteventuli (crines) propenduli. Elmenhorſt. p. 342. Caproneis legit. V. ejus Ind.

CAPROS, i. m. Fluvius eſt latera urbis Laodiceæ alluens, referente Plin. lib. 5. cap. 29.

CAPROTĪNUS, a, um. ut, Juno Caprotina [Καπϱωτίνη], ita dicta quod liberæ pariter, ancillæque ſacrificabant illi ſub arbore caprifico, in memoriam virtutis quæ in ancillarum animis pro conſervatione publicæ dignitatis olim apparuit. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 11. ubi & de Nonis caprotinis. Hinc & Auſon. de Feriis Rom. v. 9.

Feſta caprotinis memorabo celebria nonis.

CAPRUNCULUM, i. n. Vas fictile. Feſtus.

CAPSA, æ. f. [Κάψα] Civitas eſt in Numidia, ubi Jugurthæ theſauri erant, bello illo ultimo, quod Cæſar cum Scipione geſſit, ut & plures aliæ, funditus deleta, teſte Strab. lib. 17. Hinc

CAPSITANI, orum. [Καψιτανοὶ] Populi ſunt Zeugitanæ regionis, quæ Africa minor dicitur. Plin lib. 5. cap. 4.

CAPSA, æ. [κάψα, κιβωτὸς, θύλαξ] dicta eſt quod res in ea conditas capiat. Plin. lib 8. cap. 30. Capſarum modo includitur.
Capſa. Cic. 1. Verr. 51. Cuſtodem inquit, Tullio me apponite. quid? mihi quam multis cuſtodibus opus erit, ſi te ſemel ad meas capſas admiſero?
Anguſta. Juven. 10. Sat. 117.
Operta. Hor. 2. Epiſt. 1. 268.
Capſæ a Græco appellantur: has illi κάμπτας dicunt. Feſtus. Al. κάμψας rectius legunt.

CAPSŬLA, æ f. [κιβώτιον] dimin. Plin. lib. 30. cap. 11. Stellionem incluſum capſulis ſubjiciunt capiti.
Totos de capſula. Sen. Epiſt. 115. pr. dixit, Qui ita munditiæ ſtudent, ut ne minimum relinquant, quod ad ſordes neglectumque intelligi poſſit.

CAPSELLA, æ. f. aliud dimin. Ulpian. l. 12. §. Conſervandi, Dig. de Inſtruct. & inſtrum.

CAPSARIUS, i. m. Qui portat libros, inquit Ulp. l. 13. D. De manumiſſis vind.
Capſarii, dicebantur Qui nobiliorum civium filiis ad ſcholas euntibus, libros deferebant in capſula. Suet. in Neron. cap. 36. Conſtat quoſdam cum pædagogis & capſariis uno prandio pariter necatos. Juven. 10. Sat. 117.
Quem ſequitur cuſtos anguſtæ vernula capſæ. i. e. Servus capſarius. Librarium etiam appellat Suet. Claud. cap. 35. Sero ac vix remiſit, ne feminæ prætextatique pueri ac puellæ contrectarentur, & ne cujus comiti aut librario calamariæ aut graphiariæ thecæ adimerentur. Quem enim Ner. l. c. Pædagogum, hic Comitem; quem ibi Capſarium, hic Librarium vocat.
Vide Beroald. in cap. 36. Suet. Ner. Capſarii vulgo præpoſiti ſunt capſæ. Vide Ber. ibidem. H. St.
Chriſtianorum capſarios Judæos vocat Auguſtin. quod aſſervandis Vet. Teſt. libris admodum intenti fuiſſent.
Capſarius, [κιβωτοποιὸς] Artifex capſarum. Tarrunt. Patern. l. ult. D. de jur. immunit. pr. Quibuſdam aliquam vacationem munerum graviorum conditio tribuit, ut ſunt menſores, optio, valetudinarii, medici, capſarii, & artifices, &c. [Videtur hujus obſervationis auctor, cui in Theſ. Lipſ. Zehnerus accedit, ſublata copula Capſarii artifices legiſſe. Sed miror qui hujus generis artifices in Militaribus officiis, quorum hic meminit legislator, quærant. Miror etiam Gothofredum addubitaſſe, an Capſarii alii h. l. intelligantur, ac qui alias Librarii vocantur. V. ejus not.
Capſarius item dicitur, Qui mercede ſervanda in balneis veſtimenta ſuſcipit, inquit Paul. in l. 3. §. 3. D. De offic. præfect. vigil. Adde Wower. ad Petron. cap. 30. p. 115. Burm. item Schol. Juven. 3. 263.

CAPSACES, æ. m. [λήκυθος] Vas olearium. Cyprian. lib. 2. Epiſt. Fidelia farris non deficiet, & capſaces olei non minuetur.

CAPSUS, i. m. eſt Septum ſudibus factum. ut, Animalia capſo clauſa. Vellei. 1. 16. 2. Græcæ eſt originis. Heſych. καψοί, οἱ τοῖχοι. V. Salmaſ. ad Spartian. Hadrian. cap. 12. & ad Vopiſc. Procul.
Eſt etiam Pars rhedæ a Capiendo dicta, ubi qui vectantur, ſedent. Vitruv. 10. 14. Ad capſum rhedæ loculamentum firmiter figatur.
Capſus rhedæ, pro Theca Rhedæ, alibi Alveus rhedæ, quo ſedent qui vehuntur. Bud. ex Vitruvio 103. 104. H. St. Deſiderabatur in Lugd. V. Philand. ad Vitruv. l. c.
Capſus eſt Carruca undique contexta, quaſi capſa. Iſidor. 20. 12. [Lege Contecta.

CAPTATIO, CAPTATOR, CAPTATORIUS, CAPTIO, CAPTIUNCULA, CAPTIOSUS, CAPTIVUS, CAPTIVITAS, CAPTO, CAPTURA, CAPTUS. In CAPIO.

CAPUA, æ. f. [Κάπυα Stephano, Καπύη Ptolem.] Clariſſima Campaniæ urbs, quæ Annibalem victoriis fatigatum, luxu atque otio perdidit. Eam Servius grammaticus a Tuſcis, qui omnem pæne Italiam ſubjugarint, conditam ſcribit, apud Virg. 10. Æn. 145. quum hunc verſum exponit,

Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur urbi.

Suet. in Cæſ. Dict. cap. 81. Capys conditoris ſepulcrum Capuæ fuiſſe indicat, in quo a colonis deductis tabula reperta fuit, quæ Cæſari mortem denuntiarit. Ad id & Lucanus accedit lib. 2. 393.

Mœnia Dardanii tenuit Campana coloni.

Plin. lib. 3. cap. 5. Capua (inquit) ab undecimo campo dicta. Quod quomodo intelligendum ſit, inibi Hermolaus adnotavit. V. CAMPANIA & CAMPANUS ſupra. De laudibus urbis Capuæ multa apud Ciceronem in oratione prima contra Rullum.
Capua altera Roma. Cic. 12. Philipp. 7. Conſilium hoc Capua probabit, quæ temporibus his Roma altera eſt.
Dives Capua. Virg. 2. Georg. 224.

Talem dives arat Capua.

CAPUANUS, a, um. [Καπυανὸς] Stephanus. V. ad eum not. Holſtenii. Urbs Capuana. Virg. 10. Æn. 145. & Not. Serv.
Immo Campanus, non Capuanus, a Capua, inquit Varro, atque ita enarrator Horatii (qui vulgo Commentator) Campano apud Horatium, Ponti Campano, id eſt Capuenſi. Idem in alium locum, Capua civitas eſt inter Romam ſita & Beneventum, a qua Campania regio dicta eſt. p. 288. H. St. V. Varr. de L. L. 9. p. 128. ed. tert. Steph. Locus prior Hor. Sat. 1. 5. 45. alter Epod. 16. 5.

CAPUENSIS, e. Idem. Inſcript. vet. apud Grut. p. 459. n. 1. & Sponium Miſc. Erud. Antiq. p. 160. ORDO CAPVENSIS. conf. Schol. Hor. l. c.

CAPŬLA, æ. f. [οἰνόχημα] Vas vinarium, quo veteres utebantur, quod facile capi poſſet. Varro de L. L. lib. 4. Capis, & minores capulæ, a Capiendo nominantur, quod anſatæ ſint, & prehendi poſſint, id eſt capi.

CAPŬLO, āre. Cato cap. 67. Ligna in torculario ne cædat. Oleum frequenter capulet. Alii legunt, Ligna in torculario ne cædant. Oleum frequenter capiant. Hinc tamen

CAPULĀTOR, oris. m. Qui capulis oleum deplet. Columel. lib. 12. cap. 50. Quod deinde primum defluxerit in rotundum labrum (nam id melius eſt quam plumbeum quadratum, vel ſtructile gemellar) protinus capulator depleat, & in fictilia labra huic uſui præparata defundat. Et Cato cap. 66. Capulatoris officia deſcribit.

CAPULICUM, i. n. Genus navis apud Gell. lib. 10. cap. 25.

CAPŬLUS, vel CAPULUM, i. [λαβὴ, κώπη] a Capiendo dictum; eſt Manubrium gladii. Virg. 2. Æn. 556.

— capulo

— capulo tenus abdidit ensem. Cic. de Fato 5. Philippus hasce in capulo quadrigulas vitare monebatur, quasi vero capulo sit occisus.
Eburnus capulus gladii. Ovid. 7. Met. 422.
Tempora pulsare capulo. Ovid. 12. Met. 133.
Ter quater ora viri, capulo cava tempora pulsat.
Ad alias res transfertur, ut Ovid. 1. de Pont. 8. 57.
Ipse manu capulum pressi moderatus aratri. Ubi Capulum posuit pro Stiva.
Capulum dicitur Quicquid intra se aliquid capit. nam Sarcophagum, id est sepulcrum, Capulum veteres dici volunt, quod corpora capiat. Plaut. Asin. 5. 2. 43. Perii misera, ut osculatur carnufex, capuli decus. Nonius.
Capulus est etiam Res turpicula. Plaut. Cas. 5. 2. 30. & in Priapeiis n. 24.
CAPULĀRIS, e. [τυμβογέρων] Adj. Capularem dici voluerunt Senem morti contiguum. Apul. Apol. pag. 317. Neque inceptio patrociniorum capulari seni congruisset. V. Plaut. Mil. 3. 1. 34.
Cadaver capulare. Lucil. V. Non. 1. 13. Fulgent. Isidor. 20. 11.
CAPULO, āre. a Capulo gladii factum; est Ferire, cædere, vulnerare, ut Is. Voss. aliisque placet. Mela 2. 5. extr. De pisce, qui e terra oritur, Qui ubi ex alto huc usque penetravit, per ea foramina ictu capulantium interfectus extrahitur. Al. Captantium.
CAPULATUS, a, um. Capulo indutus. Vet. Inscript. apud Fabrett. p. 90. A. S. MARTIALIS CAPVLATVS. Sponius dicit in Miscell. Antiq. 179. Capulatum esse idem quod Sepultum, quia Nomicius vivus monumentum hoc sibi fecisse asserit; sed certe Capulatus est, qui capulum sive manubrium aut apicem saliaris pilei seu cassidis pro gestamine habuit, ut Marmor Capitolinum p. 35. & Mediceum p. 42. inter Miranda Antiq. Bellorii ostendunt.
CAPUS, i. m. [ἀλεκτρυὼν ἐκτομίας] Galli quibus testes avelluntur, libidinis abolendæ causa, ut magis pinguescant, Capi vocantur: quum merito Galli a similitudine sacerdotum matris deûm dici posse viderentur: itaque a contrario sensu gallos appellatos quidam existimant. Varro 3. de R. R. cap. 9. Gallinæ, mares galli, capi semimares, quod sunt castrati. Gallos castrant, ut sint capi, candenti ferro inurentes ad infima crura, usque dum rumpatur. at[lege Ac] quod extat ulcus, oblinunt figlina creta.
CAPO, ōnis. Idem. Martial. lib. 3. 58.
Alius coactos non amare capones. subaudi, Fert. Coguntur sane capones non amare, salacesque non esse. Charis. lib. 1. Capo nunc dicitur: sed Varro de sermone Latino, Iterum, ait, ex gallo gallinaceo castrato fit capus.
CAPUT, ĭtis. n. [κεφαλή, κεφάλαιον, κάρα, κάρηνον] dicitur (ut Varro inquit) quod inde initium capiant sensus & nervi. Festus, Caput, ex Græco dictum, quod illi interdum κάρα dicunt. Ter. Adel. 2. 2. 37.
Colaphis tuber est totum caput.
Cæsaries capitis. Ovid. 1. Met. 179.
Dolor. Hor. 2. Serm. 3. 29.
Exactio capitum. V. EPICEPHALIUM.
Exuviæ capitis. Sen. in Hippol. 1181. V. EXUVIÆ.
Labore animi & capitis devitare mala. Hor. 1. Epist. 1. 44.
— vides quæ maxima credis
Esse mala, exiguum censum, turpemque repulsam,
Quanto devites animi, capitisque labore. Videtur Caput pro Corpore accipi.
Motu capitis furens. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Nives capitis, Capilli cani. Hor. 4. Carm. 13. 12.
Obductio. In OBDUCO.
Tegmina. Ovid. 3. Met. 108.
Vertex. Ovid. 3. Fast. 841.
Volubilitas. i. e. Rotunditas. Ovid. 12. Met. 434.
Fracta volubilitas capitis latissima.
Hærens capiti corona. Hor. 1. Serm. 10. 49.
Altum caput. Virg. 5. Æn. 375.
Talis prima Dares caput altum in prælia tollit.
Anile. Ovid. 19. Epist. 46.
Ardua capita. Virg. 5. Æn. 428. i. e. Alta & procera.
Argutum. Virg. 3. Georg. 80. i. e. Breve. Servius.
Breve. Hor. 1. Serm. 2. 89. de equis,
Quod pulcræ clunes, breve quod caput, ardua cervix.
Calceatum caput. Martial. lib. 12. 45. V. CALCEUS.
Candidum. In CANDIDUS.
Canum. Ovid. 5. Fast. 57.
Magna fuit capitis quondam reverentia cani,
Inque suo pretio ruga senilis erat.
Celsum. Sen. Hippol. 656.
Confine caput collo. Ovid. 1. Met. 718.
Cornigerum Fauni. Ovid. 5. Epist. 137.
Decorum. Hor. Epod. 2. 17.
Densum cæsarie. Ovid. 3. Amor. 1. 32.
Dirum. Sen. Octav. 227.
Utinam nefandi principis dirum caput
Obruere flammis cælitum rector paret.
Dulce. Virg. 4. Æn. 493.
Testor cara deos, & te, germana, tuumque
Dulce caput.
Fessum. Lucan. lib. 6. 97.
Flavum. Virg. 4. Georg. 352.
— summa flavum caput extulit unda. de Arethusa nympha.
Furiale. Hor. 3. Carm. 11. 19.
Gravatum. Ovid. 10. Met. 192.
Honestum. Virg. 2. Georg. 392.
Et quocunque deus circum caput egit honestum. i. e. Pulcrum. Servius.
Humanum, Hominis. Hor. in Arte Poet. 1.
Ignavum. Propert. lib. 3. 11. 3.
Criminaque ignavi capitis mihi turpia fingis.
Illustre Apollinis. Ovid. 2. Met. 50.
Pœnituit jurasse patrem, qui terque, quaterque
Concutiens illustre caput, temeraria, dixit,
Vox mea facta tua est.
Incomptum. Hor. Epod. 5. 16.
Infirmum. Hor. 1. Epist. 16. 14.
Insanabile tribus Anticyris. Hor. in Arte Poet. 300.
Si tribus Anticyris caput insanabile nunquam
Tonsori Licino commiserit. in Proverbium abiit, de Insano.
Intactum. Juven. 14. Sat. 194.
Lacerum. Sen. in OEdip. 978. De OEdipo cui effossi erant oculi.
Juvenile Apollinis. Ovid. 1. Met. 564.
Lanigerum. Sil. lib. 3.
Lassum. Sen. Herc. fur. 12.
Laxum. Pers. 3. Sat. 58.
— laxumque caput, compage soluta,
Oscitat hesternum, dissutis undique malis?
Læve, Calvum. Juven. 10. Sat. 199.
Magnum. In MAGNUS.
Mite, i. e. Molle. Ovid. 1. Amor. 4. 36.
Mite nec in rigido pectore pone caput.
Mœstum. Sen. in Thyest. 686.
Et mœsta vittâ capita purpureâ ligat.
Obstipum. In OBSTIPUS.
Piniferum Atlantis. Virg. 4. Æn. 249.
Pinigerum Fauni. Ovid. 3. Fast. 84.
Semiferum Panis. Lucret. lib. 4. 591. — quum Pan
Pinea semiferi capitis velamina quassans.
Sordidum tabo. Sen. Herc. fur. 785.
Sublime caput. Claud. de 6. Cons. Hon. 159.
Summum, Regale. Lucret. lib. 5. 1137.
Timidum caput fuga abdere dicitur serpens. Virg. 3. Georg. 422.
Turpe. Virg. 3. Georg. 52. — optima torvæ
Forma bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix. i. e. Magnum. Ut idem 4. Georg. 395.
— turpes pascit sub gurgite phocas. Servius.
Vacuum, Calvariam intelligit. Sil. lib. 13.
At Celtæ vacui capitis circumdare gaudent.
Vacui capitis esse, est etiam Dementem & stolidum esse: cui sana ratio & sensus desit. Juven. 15. Sat. 23.
Tam vacui capitis populum Phæaca putavit.
Venerandum, Diadematum. Sen. Thyest. 544.
Vile aselli coronati. Juven. 11. Sat. 97.
Virgineum Bacchi. Ovid. 4. Met. 20.
Abdere caput casside, Induere cassidem seu galeam capiti. Ovid. 8. Met. 25.
Seu caput abdiderat cristata casside pennis,
In galea formosus erat.
Abducere ictu. In ABDUCO.
Abscindere cervicibus. Cic. 11. Philipp. 5. Post autem cervicibus caput abscidit, idque fixum gestari jussit in pilo.
Adaperire, Detegere. Valer. Max. lib. 5. cap. 2. de Lucio Sylla: Dictator enim privato Pompeio & caput adaperuit, & sella assurrexit, & equo descendit.
Agitare. Ovid. 1. Met. 567.
Alligare. In ALLIGO.
Amputatum. Sen. Agam. 902.
Aperire. In APERIO.
Attollere. Ovid. 5. Met. 503.
Avertere. Sen. in OEdip. 1011.
Auferre alicui. Sen. in OEdip. 1006.
Avulsum humeris. Virg. 2. Æn. 558.
Cinctum centum luminibus. Ovid. 1. Met. 625. Argi centum oculos habentis caput intelligit.
Commitigare. In COMMITIGO.
Comptum. In COMO.
Concutere. Ovid. 1. Met. 179.
Concutere vasto sono. Sen. Herc. fur. 784.
Contegere amictu. Virg. 12. Æn. 885.
— caput glauco contexit amictu.
Converberare caput. Suet. Neron. cap. 42. Utque resipuit, veste discissa, capite converberato, actum de se pronunciavit.
Decutere alicui. Ovid. 5. Met. 104. Al. Demetere.
Deducere de capite. In DEDUCO.
Demetere ferro. Sen. Agam. 987.
Demittere. Virg. 9. Æn. 437.
— lassove papavera collo
Demisere caput, pluvia quum forte gravantur.
Demulcere alicui. In DEMULCEO.
Deponere strato. Ovid. 11. Met. 649.
Diminuere. In DIMINUO, & paulo infra.
Discutere. Sil. lib. 6.
Distinguere acu caput. Claudian. de Nupt. Hon. & Mariæ 284. i. e. capillos.
Efferre inter. Virg. 1. Ecl. 25.
Verum hæc tantum alias inter caput extulit urbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi. De Roma.
Effundere. Cels. lib. 7. cap. 7. Segm. 4. de pterygio. Ut in gremium ejus caput resupinus effundat.
Erigere. Stat. 6. Theb. 511. conf. Expergefactum.
Evincire foliis olivæ. Virg. 5. Æn. 774.
Ipse caput tonsæ foliis evinctus olivæ.
Exerere caput altius humanis vitiis. Ovid. 1. Fast. 300. i. e. Esse supra humanam naturam, quæ vitiis & voluptatibus gaudet.
Exornare. Ovid. 2. Amor. 7. 17. Sed aliter Heins. q. V.
Expedire laqueis mortis. Hor. 3. Carm. 24. 8.
Non mortis laqueis expedies caput.
Expergefactum erigere. Lucret. lib. 5. 1207.
Extollere. Cic. pro Planc. 33. Ubi illa antiqua libertas, quæ malis oppressa civibus, extollere jam caput, & aliquando recreata se erigere debebat?
Fultum mortui. Virg. 11. Æn. 39.
Ipse caput nivei fultum Palantis, & ora
Ut vidit.
Jactare caput utroque. Virg. 5. Æn. 469. i. e. In utramque partem. Servius.
Ictum. Hor. 2. Serm. 1. 24. Ictum autem intelligitur a vino.

Illisum

Illisum scopulis. Sen. in Hippol. 1093.
Imminuere alteri. V. IMMINUO.
Impedire myrto, Cingere corona myrtea. Hor. 1. Carm. 4. 9.
Impingere parieti. V. IMPINGO.
Indutum. Perf. 3. Sat. 106. de Servis pileo donatis.
Inserere caput in tentorium. H. St. V. INSERO.
Involutum. V. INVOLVO.
Jurare per caput. Ovid. 5. Trist. 4. 45.
Per caput ipse suum solitus jurare tuumque,
Quod scio non illi vilius esse suo. conf. Virg. 9. Æn. 300. Ovid. 3. Epist. 107. & Brisson. de Form. l. 8. p. 709.
Læditur in nobis. Lucret. lib. 3. 149.
Ligare vitta. Sen. in Thyest. 686.
Limare cum altero. In LIMA.
Mergere in folio. Martial. lib. 11. 96.
In folio puto te mergere, Flacce, caput. Scil. balneari.
Objectare caput fretis dicuntur aves, quæ his gestibus pluviam mox futuram præsagiunt. Virg. 1. Georg. 386.
Obligare votis caput. Hor. 2. Carm. 8. 6. significat Diis semet voto obstringere, ita ut nisi quod pollicitus sis præstiteris, liceat illis quocunque velint modo in te sævire.
Obnubere, Velare & tegere. Stat. 11. Theb. 584. V. OBNUBO.
Obterere saxo. Lucan. lib. 6. 176.
Obvolvere caput. Suet. Cæs. cap. 8. Utque animadvertit undique se strictis pugionibus peti, toga caput obvolvit.
Occulere. Ovid. 2. Met. 255. de Nilo.
Offendit caput ad fornicem Fabii Memmius. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Opertum. Hor. 2. Serm. 3. 37.
Operto esse. Cic. de Senect. 34.
Ornare foliis olivæ. Virg. 3. Georg. 21.
Percutere. Lucan. lib. 1. 530.
Permulcere alicui. Sil. lib. 1.
Olli permulcens genitor caput, oscula libat.
Præcinctus caput pinu Pan. Ovid. 1. Met. 699.
Præfigere capita in hastis. Virg. 9. Æn. 466.
Quin ipsa arrectis (visu miserabile) in hastis
Præfigunt capita.
Protegere ramo. Sen. Agam. 937.
Pulsare dextera. Sen. Troad. 119.
Quassare manu. Sen. OEdip. 913.
Recisum cervice. Lucan. lib. 2. 172.
Redimire coronis. Lucret. lib. 5. 1398.
Tum caput, atque humeros plexis redimire coronis.
Reflectere. Catull. 45. 10.
At Acme, leviter caput reflectens.
Retorquere. Ovid. 3. Met. 68. De serpente Cadmeo.
Revulsum a cervice. Virg. 4. Georg. 523.
Rotare ense. Lucan. lib. 8. 673. i. e. Rotato ense amputare uno ictu.
Ruptum filicis impulsu. Sen. Troad. 1115.
Scabere caput in faciendo versu. Hor. 1. Serm. 10. 71.
— in versu faciendo
Sæpe caput scaberet, vivos & roderet ungues. Proverbialis locutio ducta ab his gestibus: hominis enim sunt cogitabundi, & de mutando, cujus pœniteat, secum agitantis, moramque stilo, & judicium adhibentis.
Scabere etiam caput uno digito, Mollitiei datum fuit. Vetus Poeta in Catalect. de Pompeio:
Fasciolis qui crura ligat, digito caput uno
Qui scabit, hunc credas quid sibi velle? virum. V. & Plutarch. in Cæs. p. 709.
Suffixum, Pompeji. Lucan. lib. 8. 684.
— dum lumina nuda rigescunt
Suffixum caput est.
Summissum. Sen. Herc. fur. 1045.
Superare aliquem capite. Virg. 2. Æn. 219.
— superant capite, & cervicibus altis.
Supponere aliquid capiti. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Tegere. Ovid. 3. Trist. 3. 45.
Testor utrumque caput. Virg. 4. Æn. 357. ubi Serv. & Taubm. V.
Velare. Ovid. 1. Met. 382.
Velare amictu. Virg. 3. Æn. 545.
Et capita ante aras Phrygio velamus amictu.
Velatum ex parte. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Unctum. Catull. 10. 11.
Capiti atque ætati illorum. Ter. Hec. 3. 1. 54.
Aliquid tulisse comminiscentur mali,
Capiti atque ætati illorum, morbus qui auctus siet. Male precantis est formula, & diras malasque preces interponentis, ut fit, quod illorum capiti eveniat, ut apud Aristophan. ἐς κεφαλήν σοι, & apud Virgil. 8. Æn. 484.
— dii capiti illorum generique reservent. Turnebus. Sic Tibull. 1. 2. 12. — capiti sint, precor, ista meo. h. e. Quæ dementi ira impulsus tibi imprecatus sum, ea in me eveniant. Cic. 8. Fam. 1. Te subrostrani, quod illorum capiti sit, dissiparant periisse.
Puisse cela retourner sur leur tête. H. St
Caput, pro Ipso homine. Plaut. Mostell. 1. 3. 142. Triginta mnas pro capite tuo dedi. Sic & Lepidum caput dixit Terent. Adel. 5. 9. 9. pro Homine bellulo, per ironiam.
Agreste. Virg. 10. Ecl. 24.
Venit & agresti capitis Silvanus honore,
Florentes ferulas & grandia lilia quassans. [Ordo est, Agresti honore capitis &c. Non igitur Caput pro Homine.
Audax. V. Impium.
Carum, pro Cara (ut ita dicam) persona. Virg. 4. Æn. 354. de Ascanio.
Dilectum. Valer. 4. Argon. 401. De iis quos plurimum amamus.
Impium atque audax. Sen. Agam. 953.
Infestum. Sen. in OEdip. 10.
Ingratum. Sen. Med. 465. Sic Medea Jasonem appellat.
Insuperabile bello. Ovid. 12. Met. 613. de Achille.
Noxium. Sen. Med. 1005.

Perjurum. Juven. 13. Sat. 174.
Quot capitum vivunt, totidem studiorum Millia. Hor. 2. Serm. 1. 27.
Quot capita tot sensus. H. St.
Siquidem hoc vivet caput, pro Si vixero. Plaut. Pseud. 2. 4. 33.
Huic capiti insultans. Virg. 8. Æn. 570.
Facere caput liberum alicui. i. e. Manumittere. Plaut. Merc. 1. 2. 42.
Liberum Caput tibi faciam paucos cis menses.
Capite censi, a Censione capitum appellati sunt, quod solis capitibus censerentur, non bonis sive pecunia quibus carebant. Sallust. in Jugurth. cap. 86. pr. de Mario loquens, Ipse interea milites scribere, non more majorum, neque ex classibus, sed uti cujusque libido erat, capite censos plerosque. Gell. lib. 15. cap. 10. quem vide.
Capite diminutus appellatur, Qui civitate mutatus est, & ex alia familia in aliam adoptatus, & qui liber alteri mancipio datus est, & qui in hostium potestatem venit, & cui aqua ignique interdictum est. Festus.
Capitis diminutio (inquit Caius Jurisc. D. De capit min.) est Status mutatio. Paulus Jurisc. ibidem, l. ult. Capitis diminutionis tria sunt genera: maxima, media, minima. Tria enim sunt quæ habemus, libertatem, civitatem, familiam. Igitur quum hæc omnia amittimus, hoc est libertatem, & civitatem, & familiam: maximam capitis diminutionem. Quum vero amittimus civitatem, & libertatem retinemus: mediam esse capitis diminutionem. Quum autem & libertas & civitas retinetur, familia tantum mutatur: minimam esse capitis diminutionem constat.
Detrahere de capite civis. Cic. pro Domo 33. Ut nihil de capite civis, aut de bonis, sine judicio Senatus, aut populi, aut eorum qui de quaque re constituti Judices sint, detrahi possit.
Caput, pro Vita. ut, Capitis res est: i. e. De vita periculum est. Plaut. Trin. 4. 2. 119.
Cui, si capitis res siet, nummum nunquam credam plumbeum.
Il y va de la tête. Capitis accusatus, Capitis damnatus, Capitis caussam dicere. Vide indicem Probi. H. St. Ubi Caput Salutem & Summam fortunarum pariter atque existimationis alicujus hominis denotat.
Caput, pro Existimatione, fama vel salute. Cic. 1. de Orat. 181. Omitto jam plura exempla caussarum amplissimarum, quæ sunt innumerabilia: capitis nostri sæpe potest accidere ut caussæ versentur in jure.
Caput & existimatio. Cic. 4. Verr. 98. Qua in re ipsius Prætoris caput, existimatioque ageretur, &c.
Accusationem capitis Labeo existimat eam esse, cujus pœna mors aut exilium esset, ait Terent. in l. 10. D. de jur. patron.
Caussam capitis orare. Cic. in Brut. 47. Huic Antiphontem Rhamnusium similia quædam habuisse conscripta, quo neminem unquam melius ullam orasse capitis caussam, quum se ipse defenderet, se audiente locuples auctor scripsit Thucydides.
Certamen capitis & famæ habere cum altero. Cic. 1. Off. 38.
Dimicatio capitis. Cic. de Provinc. Consf. 23. Qui me amor, & subvenire olim impendentibus periculis maximis cum dimicatione capitis, & rursum quum omnia &c. subire coegit.
Judicium capitis. Cic. 1. Tusc. 71. His & talibus rationibus adductus Socrates, nec patronum quæsivit ad judicium capitis, nec judicibus supplex fuit.
Pericula capitis. Ovid. 4. Trist. 1. 65.
Utque nec insidias, capitisque pericula narrem, &c. Quintil. lib. 4. cap. 2. In ipsa capitis pericula aut fortunarum irrupit voluptas.
Pœnas capitis pendere. Ovid. 3. Fast. 845.
Accusare. In ACCUSO.
Agitur de capite. In AGO.
Anquirere capite. In ANQUIRO.
Condemnare capitis. Cic. 1. de Orat. 233. Cujus responso sic Judices exarserunt, ut capitis hominem innocentissimum condemnarent.
Dabitur caput unum pro multis. Virg. 5. Æn. 815. i. e. Unius vita hominis.
Damnatus. Cic. 1. Tuscul. 98.
Damnatos capite morte multare. Cic. 1. Tuscul. 50. Sed plurimi contra nituntur, animosque, quasi capite damnatos, morte mulctant.
Defendere caput & famam alterius. Cic. pro Quint. 8.
Dependere. Lucan. lib. 8. 101.
— mallem felicibus armis
Dependisse caput. i. e. Morti dedisse, a Dependo enim, non Dependeo infinitivus est, quod Solvere significat.
Devovere caput alicujus. Ovid. 13. Met. 330.
Expendere capite pœnas. Tacit. 12. Ann. 19. Pro Mithridate quando gravius mereretur, non potentiam, neque regnum precari, sed ne triumpharetur, neve pœnas capite expenderet.
Lacessere caput insidiis. Catul. 16. 16.
Luere capite. In LUO.
Objectare periclis caput. Virg. 2. Æn. 751.
Offerre letho. Lucret. lib. 3. 1054.
Pacisci pretium pro capite. Cic. 3. Off. 107. Ut si prædonibus pactum pro capite pretium non attuleris, nulla fraus est, ne si juratus quidem id non feceris. i. e. Pro liberatione & redemptione ex captivitate.
Persolvere pœnas capite. Sen. Agam. 1001.
Petere caput alicujus. Quintil. lib. 6. cap. 3. Accusare enim palam, & caput alicujus petere, concessum.
Recidit in caput, Vide RECIDO. H. St. Sed hic Caput non pro Salute positum, verum eadem forma dicitur, ac Capiti illorum sit, de quo V. supra. Sic
Vertere in caput noxiorum. Tacit. 5. Ann.
Vovere capita sua pro patria. Cic. 5. de Fin. 64.
Capitis centuriata habere comitia, Animare populum in mortem alterius. Plaut. Pseud. 4. 7. 134.
Pseudolus mihi centuriata habuit capitis comitia. V. Lamb. not.
Caput suum offerre vilitati pro capite alterius. Plaut. Capt. 2. 1. 34.
Caput, pro Periculo vitæ. Liv. 2. 12. Accingere, ut in singulas horas capite dimices tuo. i. e. Periculo capitis, seu vitæ, decertes. Sic
Capite suo decernere. Cic. 10. Att. 9. Utinam meo solum capite decernerem.
Caput legis aut alicujus rei hujusmodi. Cic. 2. de Lege Agr. 15. Atque ego a primo capite legis, usque ad extremum reperio Quirites, &c.
Caput Epicuri hoc est. Cic. 4. Acad. 101. Ita nobis tacentibus, ex uno Epicuri

Epicuri capite, altero veſtro, perceptio & comprehenſio tollitur. Quod eſt caput Epicuri? Si ullum ſenſibus viſum falſum eſt, nihil percipi poteſt, &c.
An pro Principio? H. St.
Caput, pro Summa. Cic. 2. Philipp. 77. Caput autem litterarum, ſibi cum illa mima poſthac nihil futurum.
Rerum caput, pro Summa rerum. Hor. 1. Epiſt. 17. 45.
— atqui rerum caput hoc erat, hic fons.
Capita in libris dicuntur, Quibus diſtinguuntur res variæ. Gellius, 11. 10. pr. Quod in capite ſuperiore a Critolao ſcriptum eſſe diximus. Dicitur & Capitulum a Cicerone. V. infra.
Generale caput. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Prima duo capita epiſtolæ tuæ tacita mihi quodam modo relinquenda ſunt. Cic. 3. Fam. 8.
Expoſita & explicata capita. Cic. in Brut. 164.
Rerum capita, quæ vulgo Principalia puncta alicujus materiæ dicuntur. Cic. in Brut. 165. Ipſa illa cenſoria contra Cn. Domitium collegam non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum, & orationis commentarium paulo plenius.
Les points principaux. Omiſſa duo exempla Plauti, quæ ſunt in Theſauro patris mei perneceſſaria. H. St. Ea ſunt Truc. 4. 3. 16. & Merc. 3. 4. 24.
Conferre contraria capita. Cic. 2. de Orat. 223. Quum contraria inter ſeſe de Republica capita contuliſſet, noſter, &c.
Proſcriptionis meæ caput. Cic. Poſt redit. in Senat. 4. i. e. Summa proſcriptionis.
Caput, Summa principalis pecuniæ creditæ, vel tributi &c. cui reſpondet Lucrum & Acceſſio. Cic. 3. Verr. 11. Erunt qui & in eo quoque ejus audaciam reprehendant, quod aliquot nominibus de capite quantum commodum fuerit, frumenti decumani, detraxerit.
Caput, Sors. Liv. 6. 35. Creatique Tribuni C. Licinius, & L. Sextius promulgavere leges, omnes adverſus opes patriciorum, & pro commodis plebis, unam de ære alieno: ut deducto eo de capite, quod uſuris pernumeratum eſſet, id quod ſupereſſet, triennio æquis portionibus perſolveretur. Livius eodem libro paulo poſt, 36. extr. Sortem creditam ſolvere dicit. Et Hor. 1. Serm. 2. 14.
Quinas hic capiti mercedes exſecat. Et B. Ambroſ. cap. 5. de Tobia: Offertur pecunia creditori. Vix, inquit, exſolvis uſuram; caput debes.
Caput, pro Fonte & ſcaturigine aquarum. ut, Caput Rheni, apud Hor. 1. Serm. 10. 37.
Indomitum caput Rheni. Lucan. lib. 2. 52. Quia bellicoſiſſimi fuerunt populi qui ad Rheni caput erant.
Sacrum caput amnis. Virg. 4. Georg. 319.
Triſtis ad extremi ſacrum caput aſtitit amnis
Multa querens.
Caput fluminis, pro Oſtio, quo flumen exoneratur in mare. Cæſ. 4. Bell. Gall. cap. 10. Multiſque capitibus in Oceanum influit. De Rheno.
Caput fluminis, Aliter. Virg. 8. Æn. 65.
— celſis caput urbibus exit. De Fonte enim fluvii intelligendum arbitror ex editiore Hetruriæ parte exeunte. Nam Capita, Fontes amnium vocari non eſt infrequens, quæ & ſacra ſunt. Turnebus.
Caput pro Auctore præcipuo, ut Caput ſcelerum. Plaut. Curc. 2. 1. 19.
Belli ſumma & caput. Ovid. 2. de Pont. 1. 46.
Conjurationis capita. Liv. 8. 19. Prius animadverſum in eos, qui capita conjurationis fuerant.
Les Chefs. H. St.
Fons & caput Socrates. Cic. 1. de Orat. 42. Urgerent præterea philoſophorum greges, jam ab illo fonte & capite Socrate, nihil te de bonis, nihil de malis, &c.
Expugnare ipſum caput. Hor. 2. Serm. 5. 74.
— ſed vincit longe prius ipſum
Expugnare caput. i. e. Longe melius eſt ipſum dominum ædium benevolum ſibi reddere.
Caput eſſe alicui rei. Ter. Adel. 4. 2. 29. Idem ſenſit quod ego, te eſſe huic rei caput. V. infra Nec caput, nec pedes.
Caput eſt, pro Præcipuum eſt. Cic. 2. de Orat. 337. Ad conſilium autem de Repub. dandum, caput eſt, noſſe Rempub. ad dicendum vero probabiliter, noſſe mores civitatis.
Quod caput eſt. Cic. 3. Fam. 7. Deinde imperatori? deinde more majorum? deinde, quod caput eſt, amico?
Caput illud eſt ſi, vel ut. Cic. 2. de Invent. 24. In hoc autem loco caput illud erit accuſatori, ſi demonſtrare poterit, &c. Idem 1. de Orat. 87. Caput enim eſſe arbitrabatur oratoris, ut & ipſis apud quos ageret, talis, qualem ſe ipſe optaret, videretur.
Caput eſt ad bene vivendum ſecuritas. Cic. de Amicit. 45.
Nec caput, nec pedes. i. e. Nec principium, nec finis. Cic. 7. Fam. 31. Sulpicii tibi operam intelligo ex tuis literis non multum opus fuiſſe, propter tuas res ita contractas, ut, quemadmodum ſcribis, nec caput, nec pedes. Equidem vellem uti pedes haberent, ut aliquando redires. Quo alludere videtur Plaut. Aſin. 3. 3. 139.
LE. Ego caput huic argento fui hodie reperiundo.
LI. Ego pes fui. AR. Quin nec caput, nes pes ſermonum apparet.
Caput pro Rei cujuscunque principio, ut
A capite arceſſere. In ARCESSO.
A capite ducere diſputationem. Cic. 5. de Fin. 17. Fons reperiendus eſt, in quo ſint prima invitamenta naturæ: quo invento, omnis ab eo quaſi capite de ſummo bono & malo diſputatio ducitur. i. e. Tanquam ab origine eruitur.
A capite ordiri. Plin. 25. 11. In ORDIOR.
In capita. V. IN.
Sine capite manare dicitur res, & ſine auctore. Cic. pro Planc. 57. Siquid ſine capite manabit, aut ſiquid hujuſmodi ut non extet auctor, &c.
Sine capite aliquid audire, & ſine auctore. Cic. 12. Fam. 24. Nos de Dolabella quotidie quæ volumus, audimus: ſed adhuc ſine capite, ſine auctore, rumore nuntio.
Caput de Urbibus, ut Caput Bithyniæ, &c. Plin. Epiſt. 298.
Caput regni. Plin. lib. 12. cap. 14.
Videtur pro *La ville Capitale.* H. St.
Caput cœnæ, i. e. Præcipuus miſſus, præcipuumque ferculum cœnæ. Cic. 5. Tuſc. 98. Ubi quum Tyrannus cœnaviſſet Dionyſius, negavit ſe jure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum. Quin & metaphorice Sermo bonus & lepidus, quo convivæ melius & jucundius quam epulis paſcuntur & fruuntur, Caput cœnæ dicitur. Idem ad Att. Sed cedo caput cœnæ, &c. [Niſi error eſt.
Capita gregis, pro Ipſis animalibus. Ulp. in l. Vetus. & in l. quid ergo. D. de uſufruct.
Capita, pro Summitatibus arborum. Sen. in Troade 173. Movêre ſilvæ capita.
Cupreſſi inviolata capita. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 370. i. e. Florentia, & non ante cæſa.
Habenæ capita. i. e. Extremitates. Celſ. lib. 8. cap. 7.
Papaverum capita. Flor. 1. 7. 7. Eminentia forte papaverum capita virgula excutiens, &c.
Tignorum capita. Cæſ. 2. Bell. Civil. cap. 9. Ubi turris altitudo perducta eſt ad contabulationem, eam in parietes inſtruxerunt ita, ut capita tignorum extrema parietum ſtructura tegerentur, nequid emineret, &c.
Vitis Caput. Columel. lib. 3. cap. 10.
Caput facere dicitur apoſtema vel furunculus aut abſceſſus, dum humor vel bilioſus vel melancholicus totus in aliquam partem congreſſus eſt, & cutem diſtendit, atque extuberantiam facit. Plin. lib. 26. cap. 12. de Furunculis, Remedio ſunt pycnocomi folia trita cum polenta, ſi nondum caput fecerint.
Caput jecinoris. Liv. lib. 8. 9. pr. Decio caput jecinoris a familiati parte cæſum aruſpex dicitur oſtendiſſe, alioqui acceptam diis hoſtiam eſſe. Hic & Caput, & Pars familiaris verba ſunt aruſpicinæ, quæ ideo minus intelliguntur, quod hæc ars omnis in deſuetudinem abiit. Conjicere tamen licet Caput, Fibrarum in jecore initium fuiſſe: quumque jecur in duas partes dividerent, familiarem & hoſtilem, & e familiari ſua eventa augurarentur, ex hoſtili hoſtium fata, duo capita erant, unum hoſtile, alterum familiare: de familiari hic Livius loquitur: de hoſtili Lucan. 1. 616.
Cernit tabe jecur madidum, venaſque minaces
Hoſtili de parte videt. Turneb.
Capita deorum appellabantur, Faſciculi facti de verbenis. Feſtus. V. eund. in Struppi.

CAPĬTAL, ālis. n. Dictum a Capite, quod ſacerdotulæ in capite etiam nunc ſolent habere. Hæc Varro de L. L. 4. p. 32. ed. tert. Steph. Feſtus autem, Capital, inquit, Linteum quoddam quo in ſacrificiis utebantur.
Capital, Crimen, quod capitis meretur ſupplicium; Sic
Capital facere. Plaut. Men. 1. 1. 16.
Eſſe capital cœpit. Juſtin. 2. 7. 8.
Prævetitum & capital. Sil. 13. 155.
Prævetitum namque & capital, committere Martem
Sponte viris. V. ibi Interpretes.

CAPITĀLIS, e. [φονικὸς, θανατικὸς] Quod ad capitis periculum pertinet.
Capitale crimen, vel facinus dicitur, non quod petat alterius caput, ſed propter quod committentis caput peti debeat ad pœnam. Cic. 1. de Nat. Deor. 14. Non leviſſima de re; ut queritur ille, in civitate fieri facinora capitalia.
Ædis capitalis, In qua capitale crimen commiſſum eſt. Plaut. Moſt. 2. 2. 44. al. Cædis.
Adverſarius capitalis dolor, Qui caput & mortem alterius petit. Cic. 4. de Fin. 31.
Animadverſio capitalis. Suet. Aug. 24. Manipulares capitali animadverſione puniit.
Cauſa capitalis. H. St.
Fraudem capitalem admittere, eſt Tale aliquid delinquere, propter quod capite puniendus ſit. Veteres enim Fraudem pro Pœna ponere ſolebant. Ulpianus de Ædilitio edicto. l. Cum autem. [Immo pro Damno & Noxa.
Homo. Cic. 4. Verr. 170. Hoc erat etiam capitalior, quod idem pecuniam iis, qui ab iſto aliquid mercabantur, fœnori dabat.
Inimicitiæ capitales intervenerunt inter procuratorem & dominum. Ulp. in l. filiusfamilias. §. ult. D. de procurat.
Inimicitiæ capitales interceſſerunt. Paulus in l. ſi poſt datum D. eod. titul.
Injuſtitia capitalis. Cic. 1. Off. 41. Totius autem injuſtitiæ nulla capitalior eſt, quam, &c.
Inſcitia capitalis. Plin. lib. 29. cap. 1. i. e. Per quam periclitatur hominum caput, hoc eſt vita: loquitur enim de medicorum inſcitia.
Ira capitalis. Hor. 1. Serm. 7. 13. —inter
Hectora Priamiden, animoſumque inter Achillem
Ira fuit capitalis. i. e. Uſque ad capitis & vitæ ablationem.
Judicia capitalia. Paul. l. 2. D. de public. judic. Publicorum judiciorum quædam capitalia ſunt, quædam non capitalia. Capitalia ſunt, ex quibus pœna mors, aut exilium eſt, hoc eſt aquæ & ignis interdictio. Per has enim pœnas eximitur caput de civitate. nam cetera non exilia, ſed religationes proprie dicuntur. tunc enim & civitas retinetur. Non capitalia ſunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coercitio pœna eſt.
Morbus capitalis, i. e. Graviſſimus: in quo quis de capite, hoc eſt de vita, periclitatur. Gell. lib. 16. cap. 13.
Nefas capitale, Quod capite puniri meretur. Lucan. ad Piſon. 43.
Odium capitale. Cic. de Amicit. 2. Quum is Tribunus plebis capitali odio a Q. Pompeio, qui tum erat Conſul, diſſideret.
Oratio capitalis. Cic. 2. Off. 73. Capitalis oratio eſt, ad æquationem bonorum pertinens: qua peſte quæ poteſt eſſe major?
Periculum capitale. Plaut. Trin. 4. 3. 81.
Ego miſer meis periculis ſum per maria maxima
Vectus capitali periculo, per prædones plurimos
Me ſervavi, ſalvos redii. [Diſtinctio poſt v. Vectus retrahenda videtur, ut ſit, Capitali periculo me ſervavi.
Peſtis capitalior nulla, quam voluptas corporis. Cic. de Senect. 39.
Pœnæ capitales tres ſunt. Prima eſt mors corporis. l. capitalium. D. de pœn. Secunda eſt damnatio in metallum. l. quidam. D. de pœn. Tertia eſt deportatio, & tali non perditur libertas, ſed civitas.
Reditus capitalis & peſtifer. Cic. 4. Philipp. 3. Capitalem & peſtiferum a Brunduſio M. Antonii reditum timeremus.
Rei capitalis quæſtiones. Cic. 4. Verr. 68. Rei capitalis accuſare. Cic. 4. Verr. 68. Rei capitalis damnare, ſive condemnare. Cic. pro Cluent. & pro Domo 78.
Supplicium capitale. Curt. 3. 2. 17. Abſtrahi juſſit ad capitale ſupplicium.

Treviri capitales. Cic. 7. Fam. 13. Dictos putant Capitales, vel quod ſint manu prompti, & aliorum capita petant, ſicut dicitur Morbus capitalis: vel quod ſint digni quorum capita petantur, propter hoſtiles eorum animos, & facta. [Ambigue dictum eſt. V. Interpp. ad loc.

Triumviri capitales, Ad quos capitalium cauſarum animadverſio ſpectabat. Liv. 39. 14. extr. Triumviris capitalibus mandatum, ut vigilias diſponerent per urbem. V. TRIUMVIR.

Capitalis, Ingenioſum ſignificat. Cic. 2. Q. fr. 12. Siculus, ille capitalis, creber, acutus, pæne puſillus Thucydides. de Philiſto. Ovid. 3. Faſt. 839.

— capitale vocamus
Ingenium ſolers. V. Muret. Var. Lect. 2. 5.

Capitalĭter, [φονικῶς] Adv. Plin. lib. 1. Epiſt. 5. ad Voconium, Præterea reminiſcebatur, quam capitaliter me ipſum apud Centumviros laceſſiſſet. i. e. Cum periculo capitis.

Animadvertere capitaliter. Veget. 2. 22.

Odiſſe capitaliter. Ammian. 21. 32.

Capitanei, orum. m. Vox barbarorum Feudiſtarum (qua tamen & ſimilibus vocibus in re præclara nobis utendum eſt, ſi plane intelligi velimus) dicuntur, quod ceu capita quædam & vertices inter alios emineant vaſallos, feudum præcipuæ ſive majoris nobilitatis conſequuti, regni proinde, aut regis capitanei nominati. Vide Baronem a Tautembergo in §. 1. de feud. March.

Capitaneus, a, um. Adj. ut, Literæ capitaneæ in limitibus ex nominibus ſanctorum erectæ. Auctor incertus de Limit. p. 270. edit. Goeſ.

Capistrum, i. n. [καπίστριον] Capitis vinculum, quod mulis, jumentis, bobus, & cuicunque animali adhibetur ne fugiant. Varro 2. de R.R. cap. 6. Proximo anno noctibus patiuntur eſſe cum his, & leviter capiſtris, aliave qua re habent vinctos.

Suid. Καπίστριον. ἡ τῦ ἵππυ φορβιά. Κάπυτ γὰρ ῥωμαϊκῶς, ἡ κεφαλὴ, καὶ ἐξ ἀυτῦ Καπίστριον. Fuerunt ita aſſueti diminutivæ formæ vocabulis mulierum Græci, ut facile illam hujuſmodi nominibus darent. H. St.

Ferratis capiſtris ora præfigere. Virg. 3. Georg. 399. i. e. Duris. Serv.

Maritale. Juven. 6. Sat. 43. Satirice, pro Conjugali vinculo.

Mollia. Virg. 3. Georg. 188.

Purpureis capiſtris frenare ora. Ovid. 10. Met. 125.

Capiſtrum, Vinculum quo ligantur vites & ſimilia. Columel. lib. 4. cap. 20. Quare quum ad ſummum palum recta vitis extenta eſt, capiſtro conſtringitur.

Capiſtra item Retinacula ſunt, quibus prela tanquam frenis capiuntur, quum ducenda ſunt & torquenda, aut potius ſubducenda. Hoc ſenſu uſurpavit Cato de R. R. cap. 12.

Capistro, [καπιστριόω] āre. Capiſtro ligare, ſive vincire. Plin. lib. 18. cap. 19. Fiſcellis capiſtrari boves oportet. Et Columel. 6. 19. Primis autem duobus ſtatuminibus imponitur primum jugum, ad quod jumenta capiſtrantur.

Capistratus, a, um. [καπιστριωτὸς] Ovid. 2. Epiſt. 80.

Inque capiſtratis tigribus alta ſedet.

Capitatio, ōnis. f. Tributum quod in capita ita conſtitutum erat, ut Jugatio in juga boum. in l. Immunitates, & in l. ſequenti, De agricol. & cenſ. lib. 11. C. Item,

Capitatio pro Annona, in titul. de Annonis & capitatione, Cod. Budæus. V. EPICEPHALIUM & CAPITARIUM ÆS.

Capitātus, a, um. [κεφαλωτὸς] Adj. dicitur Quod caput habet: ut, Capitatum porrum dicimus, quod in caput latius creſcit. Martial. lib. 13. lemm. 19. Item Plin. lib. 20. cap. 6. Capitato porro major eſt ad eadem effectus.

Clavus capitatus. Varro 2. de R. R. 9. Al. Clavulis capitatis.

Cunila capitata. Plin. 32. 10.

Herba capitata. Plin. 24. 17.

Vinea capitata, Quæ opponitur Brachiatæ. Columel. lib. 5. cap. 5.

Capitium, i. n. Capitis tegmen. Varro de Vita Pop. Rom. lib. 4. Tunicas, neque capitia, neque ſtrophia, neque zonas. Male Nonius Tegmen capitis interpretatur. Varro enim Pectorale id facit, & non a Capite, ſed Capiendo dici putat; 4. de L. L. 30. Capitium ab eo, quod capit pectus: id eſt, ut antiqui dicebant, indutu comprehendit. adde Gell. 16. 7. & l. 23. §. 2. ff. de Aur. & Arg. legat. B. Hieron. Epiſt. 128. de Veſtitu ſacerdotum: Et in ſuperiori parte, qua collo induitur, aperta, quod vulgo capitium vocant, &c. In quibus verbis eam partem tunicæ Capitium appellari putaverim, qua pectus præcingitur: niſi ſic nominari exiſtimabimus, quod veſtimento caput dat.

Capitilavium, i. n. ut, Vulgus ideo palmarum diem capitilavium vocat, quia tunc moris erat, lavandi capita infantium, qui unguendi ſunt, &c. Iſidor. 6. 18.

Capĭto, ōnis. m. [κεφάλων in Vet. Gloſſ.] Qui magnum habet caput. Cic. 1. de Nat. Deor. 80. Redeo ad deos, ecquos ſi non tam ſtrabones, at pætulos eſſe arbitramur? ecquos nævum habere? ecquos ſilos, flaccos, frontones, capitones, quæ ſunt in nobis? An omnia emendata in illis?

Duri capitones dicuntur, Qui nunquam de ſua ſententia immutantur. Plaut. Perſ. 1. 2. 8. His cognomentum erat duris capitonibus. [Cauſam Scommatis varie exponunt viri docti. Puto conjuncte legendum Duricapitonibus.

Capito, Piſcis genus, apud Caton. R. R. cap. 158.

Capito cognomen familiarum Romanarum quarundam, ut Fontejæ, Mariæ, Oppiæ apud Patin. Horat. 1. Serm. 5. 32.

— interea Mæcenas advenit, atque
Coccejus, Capitoque ſimul Fontejus, ad unguem
Factus homo, Antoni, non ut magis alter, amicus.

Capito, [Καπίτων] Lycius, compoſuit hiſtoriam Iſauricam libris VIII. Epitomas Livii & Eutropii in Græcum vertit ſermonem. Scripſit & res Lyciæ & Pamphyliæ. Auctor Volaterr. lib. 14. Ex Suida. De hoc & aliis V. Voſſ. de Hiſt. Græc. lib. 3.

Capitōsus, a, um. [κεφαλώδης] Qui magnum caput habet. Interdum dicitur, Qui eſt duri capitis, qui & Cervicoſus appellatur. Italis uſitatum verbum & medii ævi ſcriptoribus. V. Car. du Freſne Gloſſ.

Capitŭlum, i. n. [κεφαλίδιον] dimin. Parvum caput. Plaut. Curc. 2. 3. 14. Ubi quid ſurripuere, operto capitulo caldum bibunt.

Vox blandientis. Ter. Eun. 3. 3. 25. O capitulum lepidiſſimum.

Capitulum pro Tuberculo & Capitulata eſſe, Vide TUBERCULUM. B. ex Celſo de Condylomatibus. H. St. V. CAPITULATUS.

Capitulum, in columnis & ſimilibus etiam dicitur: nempe Summitas & culmen. Varro 3. de R. R. cap. 5. Inter quas locus qui eſt ornithonis, patet in latitudinem pedum XLVIII, deformatus ad tabulæ litterariæ ſpeciem cum capitulo. Vitruv. lib. 3. cap. 3. Scapis columnarum ſtatutis, capitulorum ratio, ſi pulvinata erunt, his ſymmetriis confirmabuntur. Capitulum & Baſis. H. St.

Capitulum pro Initiis rerum diverſarum, quibus libri ſolent diſtingui. Cic. 1. de Legib. 2. Niſi Capitulum accipiat pro Particula, quam quidam Propoſitionem & propoſitum in oratione appellant. In emendatioribus codicibus legitur, Primum caput libri optimi prodidiſſe. V. Borrich. Cogit. de L. L. p. 55.

Capitulum olim dicebatur Pars e capite Biblico antea lecto explicata. Hieron. Apolog. ad Pammach. cap. 7. & convenienter ad talem lectionem dixerunt, Ire ad capitulum: & Locum ipſum talibus interpretationibus Theologicis deputatum appellarunt, Domum capituli. Denique totum Collegium ſtudiis illis exercendis dicatum, dictum eſt Capitulum. V. Hopfner. in Saxon. Evang. p. 598.

Capitulum eſt etiam Ornamentum muliebre capitis. V. Barth. ad Claud. Mamert. p. 347. & Iſidor. Orig. 19. 31.

Capitulum etiam & Capitulariam appellant Impp. Temonariam functionem, quam in ſordidis muneribus ponunt, l. 14. l. 15. l. 18. de extraord. muner. in C. Theodoſ. Ex quibus emendanda eſt l. 12. de excuſat. muner. lib. 10. C. ubi vulgo Capitalis atque temonis neceſſitas, pro, Capituli atque temonis neceſſitas, legitur. Hinc Capitularii apud Symmachum in epiſt. & ut probabile eſt Cephalæotæ in l. ult. de patroc. vic. in C. Theod.

Capitularia, i. e. Libri ſtatutorum. Fridericus Suevus Imperator ſecundus hac voce uſus eſt in conſtitut. cui initium, Caſſa & irrita. C. de ſacroſ. eccleſ.

Capitularii, orum. m. pl. apud JCtos, Capitum exactores; item Magiſtratus publici, qui leges ſtatuunt & emendant capitulato, & de capitalibus cauſis quærunt. V. Cod. Theod. l. 11. tit. 16. & l. 7. tit. 35. ſupra CAPITULUM.

Capitulātus, a, um. Adj. [κεφαλιωτὸς] Quod Capitulum habet, ut, Capitulatæ coſtæ. Celſ. lib. 8. cap. 1. Hæque primis partibus rotundæ, ac leviter quaſi capitulatæ, vertebrarum tranſverſis proceſſibus, ibi quoque paulum ſinuatis, inhærent.

Surculus capitulatus. Plin. 17. 21.

Capitulātim, Adv. [κατὰ κεφάλαιον] Plin. Epiſt. 22. lib. 6. Per capita. Plin. lib. 2. cap. 12. Nunc confeſſa de iiſdem breviter atque capitulatim attingam. V. Nep. 24. 3. 3.

Capitellum, i. n. [κεφάλιον] diminut. alterum, Parvum caput; h. e. craſſiorem ſummitatem cujuſcunque rei ſignificat. Plin. lib. 24. cap. 19. Inde alii ramuli aſſurgunt ſua capitella gerentes. in edit. Hard. legitur Capitula. Sic & lib. 36. cap. 23. Capitula columnarum, non Capitella, ut in ed. Lugd. citabatur.

Capitellum, ſignificat etiam Caput columnarum. Corippus, 4. 59.

Buxea populeis aptans capitella columnis.

Quin etiam recentiores Medici Capitellum ſumunt pro illo vaſe duplici, in quo reponuntur herbæ, &c. ut igne ſuppoſito ex iis aqua exprimatur. Un *Alambic*. Sed unde Medici iſti ſumpſerunt? H. St.

Capys, yos. m. [Κάπυς] Filius Aſſaraci, & pater Anchiſæ. Alius, a quo dicit Virg. conditam Capuam. 10. Æn. 145.

Et Capys: hinc nomen Campanæ ducitur urbi. V. CAPUA.

C A R

Cara, V. CARUM.

Carabi, Scythiæ flumen eſt apud Plin. lib. 6. cap. 17.

Carăbus, i. m. [κάραβος] Genus cancri. Plin. lib. 9. cap. 31. Cancrorum genera Carabi, Aſtaci, Maiæ, Aguri, Heracleotici, Leones, & alia ignobiliora. Carabi, a ceteris cancris cauda diſtant: in Phœnice ἵπποι vocantur, tantæ velocitatis, ut conſequi non ſit.

Carabus eſt etiam Parva ſcapha ex vimine facta, quæ contecta crudo corio genus navigii præbet. V. Iſidor. 19. 1.

Caracalla, æ. f. Indumenti Gallici genus fuit ad talos uſque demiſſum, ab Antonino Baſſiano, Sept. Severi F. imperatore populo Ro. datum: unde & Caracallæ vel Caracalli cognomen ipſe invenit. V. Aurel. Victor in Antonino, & Spartian. cap. 9.

Caracca, Ptol. Oppidum eſſe in Hiſpania creditur, quod hodie vulgo *Guadalaira* dicitur.

Caradrum, i. n. Piſcis genus, Apul. Apol. p. 160.

Caragogus, i. m. Herba muſtellago. Apul. de Herb. cap. 27.

Cărălis, **Caralitanus**. V. CALARIS.

Caramalus, i. m. Pantomimi nomen apud Sidon. Carm. 23. v. 268.

Carambis, is. f. [Κάραμβις] Urbs & Promontorium magnum ad Septentrionem porrectum, arietinæ frontis habens formam: quod longo ſpatio pelago incumbens, Scythicæ objectum peninſulæ, Euxinum pontum bimarem videtur efficere. V. Plin. lib. 4. cap. 12. & lib. 6. cap. 2. Strab. item lib. 7.

Alta carambis. Valer. 5. Argon. 108.

Nubifera. Valer. 8. Argon. 214.

Carambucis, is. Scythiæ fluvius, ad montes Riphæos. Plin. lib. 6. cap. 13.

Caranitis, ĭdis. f. Præfectura eſt Armeniæ majoris. Plin. lib. 5. cap. 24.

Cărantŏnus, i. m. Fluvius, vulgo *Charente*. Auſon. Moſella v. 463.

Carănus, i. m. Primus Macedoniæ rex, cujus hiſtoriam pluribus perſequitur Juſtin. lib. 7. Ejus etiam meminit Solinus cap. 12. Liv. 45. 9. V. & Snakenburgh. indicem ad Curt.

Eſt item Caranus, Aradiorum portus in Phœnicia prope Paltum urbem. V. Strab. lib. 16.

Caras, Proprium viri nomen, qui Caribus imperavit, illiſque primus ex avibus auſpicium dedit. Auctor Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 13.

Caraseni, Populi Tauricæ regionis. Plin. lib. 4. cap. 12. [Immo Characeni, ut in codd. emendatis eſt.

Carastaspi, Plin. lib. 6. cap. 7. Populi ſunt circa Mæotin.

Carbania, æ. f. Pomponio Melæ lib. 2. 7. commemoratur inter parvas inſulas Italiæ adjacentes.

Carbas, æ. m. [Κάρβας] Ventus Africus dicitur a Vitruvio 1. 6. nautæ Carbinum nominant, quem Libycum hodie vocant.

Carbăsus, i. [κάρβασον] f. ſecundum Priſcianum: & m. ſecundum Phocam: Probus vero & Caper dicunt eſſe maſculini & feminini in ſingulari,

in

in plurali vero neutri. Eſt autem Lini genus miræ tenuitatis, in Hiſpania primum repertum, teſte Plin. lib. 19. cap. 1.
Carbaſus, Velum ex carbaſo factum. Virg. 3. Æn. 357.
— & auræ
Vela vocant, tumidoque inflatur carbaſus Auſtro. Ubi Servius, Carbaſus genus lini eſt, quod abuſive pro velo ponitur. Sane in numero ſingulari hæc Carbaſus dicimus: in plurali hæc Carbaſa. Lucret. lib. 6. 108.
Carbaſus ut quondam magnis intenta theatris, &c.
Dare carbaſa a litore. Ovid. 2. de Arte Am. 336.
Sed non, cui dederis a litore carbaſa, vento, &c.
Deducere carbaſa. Ovid. 11. Met. 477. — totaque malo
Carbaſa deducit.
Mota ſecundo flatu ſonant carbaſa. Ovid. 13. Met. 419.
Perſciſſa carbaſus petulantibus auris. Lucret. lib. 6. 110. De velis loquitur, quæ in theatro extendebantur.
Præbere ventis carbaſa. Ovid. 7. Epiſt. 171.
Subducere torto carbaſa lino. Ovid. 3. Faſt. 587.
Subſtringere carbaſa. Martial. lib. 12. 29.
Feſtinant trepidi ſubſtringere carbaſa nautæ.
Ventilantur carbaſa aura. Stat. 4. Silv. 106.
Vocat jam carbaſus auras. Virg. 4. Æn. 417. Loquutio poetica, Tempus abeundi eſſe ſignificans.
Carbaſus, Pallium quo quis amicitur, opulentiæ cauſa, ut ex ſerico aut tenui lino. Virg. 8. Æn. 34. — eum tenuis glauco velabat amictu
Carbaſus. Curtius de Indis loquens 8. 9. 21. Corpora uſque pedes carbaſa velant. Ex quibus locis intelligi poteſt hoc Virile eſſe veſtimentum. Sed & Muliebre eſſe ſatis conſtat ex Valerio Maximo, loquente de Æmilia virgine Veſtali, lib. 1. cap. 17. Qua adorante, inquit, quum carbaſum, quam optimam habebat, foculo impoſuiſſet, ſubito ignis emicuit.
Carbaſa, pro Ea tunicæ parte, quæ ſinus fluentes habet in modum carbaſi veli. Lucan. lib. 3. 239.
Fluxa coloratis aſtringunt carbaſa gemmis.
CARBASEUS, a, um. Adj. [καρπάσινος] Ex carbaſo factus. Cic. 7. Verr. 30. Tabernacula carbaſeis intenta velis collocabat.
Sinus carbaſei crepantes. Virg. 11. Æn. 776.
Venti carbaſei. Tibul. lib. 3. 2. 21. V. ibi Interpr.
CARBASĬNUS, a, um. [καρπάσινος] Idem. ut, Carbaſina vela. Plin. lib. 19. cap. 1. Et Apul. 8. Mileſ. p. 214. Die ſequenti variis coloribus indusiati, & deformiter quiſque formati, facie cœnoſo pigmento delita, & oculis obunctis graphice, prodeunt mitellis & crocotis & carbaſinis & bombycinis injecti.
CARBASINEUS, a, um. Idem. Varro de Vita Pop. Rom. lib. 4. Eadem poſtea carbaſinea magis, ut pellibus tegerentur togæ. Ex Nonio, 14. 28.
CARBATĬNA, æ. f. [καρβατίνη] Calceamenti genus eſt ruſtici, ut habet Pollux lib. 7. Onomaſt. cap. 22. vocatum ſic a Caris populis. Catul. in epigrammatis vocat Crepidas carbatinas, Epigr. 95. 4.
Culos & crepidas lingere carbatinas. V. Scalig. ad locum.
CARBILIUS, V. CARVILIUS.
CARBO, [Κάρβων] Cognomen familiæ plebejæ, gentis Papiriæ. Ex hac C. Carbo Orator, cujus meminit Cic. in Brut. 221. In eodem igitur numero ejuſdem ætatis C. Carbo fuit, illius eloquentiſſimi viri filius, non ſatis acutus orator, ſed tamen orator numeratus eſt.
Cn. Carbo præterea, hujus frater, ſumma fuit auctoritate in Rep. partes Marianas ſequutus. Qui in tertio conſulatu ſuo in Sicilia, juſſu Pompeii, dum ventrem apud latrinam exoneraret, quod ejus rei veniam, fruendæ diutius lucis cauſa, ab inquiſitoribus efflagitaſſet, turpi genere mortis occiſus eſt. teſtis Valer. lib. 9. cap. 13.
CARBONIANUS, a, um. Adj. ut, Carboniana bonorum poſſeſſio, Quæ ſcilicet ex Carboniano edicto datur, ex quo infantibus aut impuberibus, quibus controverſia fit, an inter liberos ſint, cauſa cognita, perinde bonorum poſſeſſio datur, ac ſi nulla de ea re controverſia eſſet, & judicium in tempus pubertatis differtur. l. 1. D. de Carbon. edict. & in l. 2. D. de vent. in poſſeſſ. mittend.
CARBO, ōnis. m. [ἄνθραξ] Pruna extincta. Ter. Adel. 5. 3. 63. Tam excoctam reddam, atque atram, quam carbo eſt.
Carbo etiam dicitur, Quum eſt ignitus. Plin. lib. 18. cap. 35. Et quum cinis in foco concreſcit, & quum carbo vehementer perlucet.
Candens carbo. Cic. 2. Off. 25. Qui cultros metuens tonſorios candente carbone ſibi adurebat capillum.
Lentis urere carbonibus. Ovid. 3. Triſt. 11. 47.
Pulvis carbonis. Ovid. 3. de Arte Am. 628.
Vis carbonum gravis. Lucret. lib. 6. 802.
Carbone notare, i. e. Damnare: cui contrarium eſt, Creta notare. propterea quod Pythagoras aiebat, id quod eſſet colore candido, ad boni naturam pertinere: quod atro, mali. Perſ. 5. Sat. 108.
Quæque ſequenda forent, & quæ vitanda viciſſim,
Illa prius creta, mox hæc carbone notaſti. V. in CALCULUS.
Picta carbone prælia. Hor. 2. Serm. 7. 98.
Carbone rudi ſcribere carmina. Martial. lib. 12. 62.
Carbonem pro theſauro invenire. Proverb. de expectatione fruſtrata. Phæd. 5. 7. 6.
Superum voluntas favit, ſed fato invido,
Carbonem, ut aiunt, pro theſauro invenimus.
Carbo dicitur etiam de Carnis combuſtæ maſſa. Celſ. 4. 4. Audio, ſi quis pullum hirundinis ederit, angina toto anno non periclitari: ſervatumque ex ſale, cum is morbus urget, comburi, carbonemque ejus contritum in aquam mulſam infricari & prodeſſe.
Carbones elegiorum. Plaut. Merc. 2. 3. 74. Impleantur meæ fores elegiorum carbonibus. i. e. Laudibus formoſarum. Solebant enim veteres ſiquis erat formoſus, aut ſiqua formoſa, in foribus ſcribere, ut apud Ariſtophanem Veſp. 97. de Demo filio Pyrilampis ſpecioſiſſimo, καὶ νὴ Δί' ἂν ἴδῃ γέ που γεγραμμένον τὸν πυριλάμπους ἐν θύρᾳ Δῆμον καλόν. Nec vero tantum nomen, verum etiam aliquid laudis cauſa adſcribebant carbonibus pingentes: Eas laudes formoſarum & ſcripturas, hic Carbones elegiorum appellat. Elegii vero nomen tam laudi quam vituperationi ſervit. Turneb. Adverſ. 7. 15. V. & ad Plaut. Interpp.
CARBONARIUS, a, um. Adj. Ad carbones pertinens; ut, Negotium carbonarium exercere. Aurel. Vict. Vir. Ill. cap. 72. Gloſſ. Gr. Lat. ἀνθρακοθήκη, Cella carbonaria.

CARBONARIUS, i. m. Qui carbones conficit. Plaut. Caſ. 2. 8. 2.
Sine modo rus veniat, ego remittam te ad virum
Cum furca in urbem, tanquam carbonarium. Et. Gloſſ. Gr. Lat. ἀνθρακοπώλης, carbonarius.
CARBONARIA, æ. f. Subaud. Officina, vel ſimile vocabulum. ut, De calcaria in carbonariam. ſcil. Deſcendere: hoc proverbio uſus eſt Tertul. de Carne Chriſti cap. 6. Eſt, A conditione laborioſa & ſordida ad ſimilem alteram devolvi.
Carbonaria eſt etiam, Unum ex oſtiis Padi fluvii. Plin. 3. 16.
CARBONESCO, ĕre. In carbonem redigi. ut, Donec materia carboneſcat. Cæl. Aurel. Tard. 5. 1. 20.
CARBUNCŬLUS, i. m. [ἄνθραξ] dimin. Auct. ad Heren. lib. 4. 10. Ipſe a vicinis cum teſta ambulans carbunculos corrogaret.
Carbunculus, Genus terræ, ut ait Varro de Agric. lib. 1. cap. 9. quæ ſole perfervet ita, ut radices ſatorum comburat. Al. Perferve ita fit, ut &c. Plin. lib. 17. cap. 4. Et carbunculus, terra quæ ita vocatur, emendari vite macra putatur.
Carbunculus, in arboribus Ea eſt corruptio quæ flores adurit. V. CARBUNCULATIO.
Carbunculus, Gemma. Plin. lib. 37. cap. 7. Principatum habent carbunculi, a ſimilitudine ignium appellati, quum ipſi non ſentiant ignes: ob id a quibuſdam apyroti vocati.
Carbunculus, etiam Furunculum ignitum & ex bile aduſta inflammatum ſignificat apud medicos. Plin. lib. 23. cap. 4. Nomas repurgant, carbunculos rumpunt.
CARBUNCULŌSUS, a, um. Adj. [ἀνθρακώδης] ut, Carbunculoſus ager. Columel. lib. 3. cap. 11. Nam carbunculoſum agrum, niſi ſtercore juves, macras vineas efficere dixerunt.
Arena carbunculoſa, h. e. Rubra & lapillis quibuſdam rubris, ceu carbunculis plena. Plin. lib. 31. cap. 3. [Nihil ejuſmodi apud Plin. Tantummodo Arenæ & carbunculi meminit. V. loc.
CARBUNCŬLO, [ἀνθρακοῦμαι] āre. vel CARBUNCŬLOR, āri. dep. Inflammatum eſſe velut carbo. Plin. lib. 23. cap. 3. Succus eorum carbunculantibus circa oculos ulceribus, & puſtulis, procidentique pupillæ efficax. Genitalia carbunculantia aut exulcerata. Plin. lib. 24. cap. 13.
Semina carbunculantur. Plin. lib. 12. cap. 7. i. e. Contrahunt vitium illud, quod dicitur carbunculus.
Vites carbunculare etiam dicuntur. Plin. lib. 14. cap. 2. Carbunculari negatur, magna dote, ſi verum eſt, aliqua in vite cælo non eſſe jus. Et iterum lib. 18. cap. 28. Unde carbunculare dicuntur vites, ut quodam uredinis carbone exuſtæ.
CARBUNCULATIO, onis. f. [ἀνθράκωσις] & Carbunculus, in arboribus eſt ejuſmodi corruptio, quam vulgari ſermone Pruinam appellamus, quæ verno tempore adurit lacteſcentes germinum oculos: & quum flores aduſſerit, carbunculus tum vocatur. Plin. lib. 17. cap. 24. Sideratio tota cælo conſtat: quapropter & grando in his cauſis intelligi debet, & carbunculatio, & quod pruinarum injuria evenit.
Carbunculatio in vitibus, quæ circa Idus Auguſti in Italia accidit, Vitium eſt, quum uvæ non ſatis foliis tectæ, præfervidis ſolibus interdum retorridæ fiunt & exuſtæ, ex quo tandem aceſcunt, ut quodam uredinis carbone exuſtæ, acinique tunc præcoquuntur in callum, ut Plin. ait, lib. 18. cap. 29. quod fit ad Canis ortum interlunio accidente. Hæc Budæus. cui non convenit cum Plinio in hac dictionis ſignificatione. vide prolixam ejus diſputationem in Annotat. in Pandectas. p. 237. Epiſcop. *Eſchaudure.*
CARCASŬM, i. n. [Καρκασών] Narbon. Galliæ urbs. Plin. lib. 3. cap. 4. in deſcriptione Narbonenſis provinciæ. Hodie vulgo *Carcaſſone.* [Puto apud Plin. Carcaſon legendum, terminatione Græca. Nam alibi Carcaſo vel Carcaſona, ut Narbo & Narbona, aliaque id genus, alterutro modo conſtanter, effertur. Littera geminata Carcaſſo, vel Carcaſſona, ſequiore demum ævo ſcribi cœpit. In priori edit. etiam Carcaſes populi, turpi errore ex eodem Plinii loco hic inſerebantur.
CARCER, ĕris. m. [δεσμωτήριον, φυλακή, εἱρκτή] Locus, inquit Servius, in quo ſervantur noxii: vel unde quis exire prohibetur: a Coercendo dictus, ut ait Varro de L. L. lib. 4. quod exire prohibentur. Liv. 1. 33. extr. Carcer ad terrorem increſcentis audaciæ media urbe, imminens foro, ædificatur. Cic. 7. Verr. 22. Cur carcer ædificatus? cur tot ſupplicia ſint in improbos more majorum conſtituta? Juven. 3. Sat. 314.
Sæcula, quæ quondam, ſub regibus atque tribunis,
Viderunt uno contentam carcere Romam.
Sceleris luela carcer. Lucret. 3. 1028.
— ſceleriſque luela
Carcer, & horribilis de ſaxo jactu' deorſum.
Scelerum vindex. Cic. 2. in Catil. 27.
Janitor carceris. Cic. 7. Verr. 118.
Inferorum. Sen. Herc. fur. 1222. Dira furiarum loca & inferorum carcer.
Ventorum carcer. Ovid. 4. Met. 662. V. Æolius.
Vincula carceris rumpere. Cic. 1. Tuſc. 74.
Ædificatus ad illius pœnam. Cic. pro Sylla, 70.
Æolius, i. e. Ventorum carcer, quibus rex præeſt Æolus. Ovid. 2. Faſt. 456.
Ater Plutonis. Sen. OEth. 1141.
Cæcus. Virg. 6. Æn. 734. — neque auras
Reſpiciunt clauſæ tenebris, & carcere cæco. i. e. Tenebroſo.
Dirus. Sen. Thyeſt. 1. Quod ipſe cuſtos carceris diri horreat.
Mœſtus carcer, ab effectu, quia mœſtos facit. Ovid. ad Liv. 278.
Niger, Obſcurus. Juven. 13. Sat. 245.
Ruſticus, i. e. Ergaſtulum ruri ſervos vinclis aſtrictos continens. Juven. 14. Sat. 24.
Quid ſuadet juveni lætus ſtridore catenæ,
Quem mire afficiunt inſcripta ergaſtula, carcer Ruſticus? V. Lipſ. Elect. 2. 15.
Sollicitus. Ovid. 1. Amor. 6. 64. Sollicitum dicit, quod ſollicitos & anxios reddat incluſos. [Imme Janitor, vel Commentarienſis, non carcer.
Squalidus. Ovid. 2. Amor. 2. 42.
Tenebroſus. Lucan. lib. 2. 79.
Aſſervare in carcere. In ASSERVO.
Attineri carcere. Tacit. 6. Ann. 19.
Claudi carcere. Ovid. 1. de Pont. 6. 37.
Carcere dicuntur clauſi ſperare ſalutem.

Condi in. Cic. 7. Verr. 75. Qui poſtulante me, produci atque in carcerem condi imperavit.
Conjici in. Cic. 1. Tuſc. 96.
Cubare in. V. CUBO.
Contrudi in carcerem. Cic. 7. Verr. 68.
Deducere aliquem in. V. DEDUCO.
Duci in carcerem illos jubet. Cic. 7. Verr. 76.
Effundere carcerem in aliquem. Cic. in Piſon. 16. Quod omnes undique perditos collegiſtis: quod in me carcerem effudiſtis: quod conjuratos armaſtis, &c.
Emiſſus e carcere rogatu hominis optimi. Cic. pro Planc. 30.
Frenare carcere. Virg. 1. Æn. 58. Poëticum.
Includere in. V. INCLUDO.
Laxari, Liberari. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 134.
Mittere in. Cic. 4. in Catil. 13.
Revulſus, Apertus. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 44.
Strangulari in carcere. Flor. 4. 1. 10. Quam ſententiam ſequutis omnibus, in carcere parricidæ ſtrangulantur.
Carcer, Homo, per metaphoram. Ter. Phorm. 2. 2. 26. Ain' tandem carcer? Ubi Donatus, Non carcerarium, ſed carcerem, aſperius appellavit. Sic Lucil. Carcer, vix carcere dignus. Et Vix, pro Non.
Carceres, pl. [ἀφετήρια] Locus in circo, unde emittuntur equi in ſpectaculis. Serv. in 1. Æn. 54. Carcer eſt undecunque prohibemur exire. Dictus quaſi Arcer, ab Arcendo. Locum autem in quo ſervantur noxii, Carcerem dicimus numero tantum ſingulari: Unde vero erumpunt quadrigæ, Carceres dicimus numero tantum plurali. licet plerumque uſurpet poeta, ut eſt 3. Georg. 104.

— ruuntque effuſi carcere currus. Cic. de Clar. Orat. 173.

Nec enim in quadrigis eum ſecundum numeraverim, aut tertium, qui vix e carceribus exierit, quum palmam jam primus acceperit: nec in Oratoribus, qui tantum abſit a primo, vix ut in eodem curriculo eſſe videatur. In illa tamen ſignificatione nonnunquam etiam apud idoneos auctores, frequentius apud poetas, ſingulariter profertur. Auctor ad Heren. lib. 4. 4. Impudentesque illos dicit eſſe qui currere cœperint, ipſe intra carcerem ſtet, &c. Ovid. 10. Met. 653.

Signa tubæ dederant, quum carcere pronus uterque
Emicat, & ſummam celeri pede libat arenam.

Patefacti carceres. Lucret. 2. 263.

Nonne vides etiam patefactis tempore puncto
Carceribus, non poſſe tamen prorumpere equorum
Vim cupidam, &c.

Dimitti carceribus. Stat. 6. Theb. 522.

Ceu modo carceribus dimiſſus in arva ſolutis.

Effundere ſeſe carceribus. Virg. 1. Georg. 512.

Ut quum carceribus ſeſe effudere quadrigæ.

Emiſſus e carceribus. Cic. de Amicit. 101. Quibus cum tanquam e carceribus emiſſus, &c.
Exire e carceribus. V. paulo ante ex Cic. de Clar. Orat. 173.
Soluti carceres. V. Dimitti carceribus.
A carceribus ad calcem, i. e. A principio ad finem. Cic. de Amicit. 101. Maxime quidem optandum eſt, ut cum æqualibus poſſis vivere: quibuſcum tanquam e carceribus emiſſus ſis, cum iiſdem ad calcem, ut dicitur, pervenire poſſis. V. CALX.
A calce ad carcerem revocari. Cic. de Senect. 83. Nec vero velim quaſi decurſo ſpatio a calce ad carcerem revocari.
A carceribus ad metas. Varro 1. de R. R. cap. 3. Ars an ſit agricultura, an quid aliud, & a quibus carceribus decurrat ad metas.

CARCĔRĔUS, a, um. ut, Antrum carcereum; Prudent. contra Symmach. 2. 468.
Catena carcerea. Idem Hymn. trium martyr. v. 16.

CARCERĀLIS, e. Idem. ut, Cæcitas carceralis. Prudent. in Vincent. v. 271.
Stipes carceralis. Idem v. 551.

CARCERARIUS, a, um. [εἱρκτικὸς] Adj. ut, Carcerarius quæſtus, Qui ad carcerem pertinet. Plaut. Capt. 1. 2. 26.

Ægre eſt mihi hunc facere quæſtum carcerarium.

Subſtantive in Gloſſ. Gr. Lat. Carcerarius, φυλακίτης. Conf. loc. Donat. in CARCER. ſupra adduct.

CARCERATICUM, i. n. In comment. ad tit. de verb. ſignif. Alciatus accipit pro Mercede illa, quam militibus, qui cuſtodiæ carcerum præſunt, humanitatis cauſa magiſtratus largiuntur. Verum Haloander id verbum non agnoſcit in §. pannicularia. l. divus. D. de bon. damnat. ſed Chariſticon legit, nempe Quod ob gratiam alicui datur. Eſt enim ductum a Charitibus, id eſt gratiis. Chartiaticum Gothofr. q. V.

CARCERO, āre. ut, Jejunio exagitur, ariditate ſiccatur, fletu effunditur, ſolitudine carceratur. Salvian. lib. 2. de Provident. Et Meſſala Corvin. p. m. 19. Occidere, carcerare, &c.

CARCHĒDON, onis. [Καρχηδὼν] Græce Carthago dicitur. Inde

CARCHEDONII dicti Carthaginienſes. Plaut. prol. Pœn. 53.

Carchedonius vocatur hæc comœdia. Latine Pœnulum Plautus inſcripſit.

CARCHEDONIUS, i. m. [Καρχηδόνιος] Smaragdi genus, inter metalla æris repertum, viliſſimum, minimumque: idem fragile, & colore incertum: ac virentium in caudis pavonum, columbarumque collo plumis ſimile. V. Plin. lib. 37. cap. 5. Calchedonii Hard. ex Mſſ. q. V.
Carchedonius, Carbunculi ſpecies. Plin. 37. 7. Archelaus tradit Carchedonios nigrioris aſpectus eſſe, ſed igne, vel ſole, & inclinatione acrius quam ceteros excitari. Eoſdem umbrante tecto purpureos videri, ſub cælo flammeos, contra radios Solis & ſcintillare: ceras ſignantibus his liqueſcere, quamvis in opaco: etiamnum in Carchedoniis maribus ſtellas intus ardere, feminas fulgorem univerſum fundere extra ſe.

CARCHĒSIUM, i. n. [καρχήσιον] Poculi genus. Virg. 5. Æn. 77.

Hic duo rite mero libans carcheſia baccho. Junge Sil. 11. 301.

Invergere, vel Superinvergere carcheſia. Ovid. 7. Met. 246. Eſt autem Carcheſium, ait Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 21. Poculum Græcis tantummodo notum. Meminit ejus Pherecydes in libris hiſtoriarum, aitque Jovem Alcumenæ pretium concubitus carcheſium aureum dono dediſſe. Sed Plautus inſuetum nomen reliquit, aitque in fabula Amphitryone, Pateram datam, quum longe utriuſque poculi figura diverſa ſit. Patera enim, ut & ipſum nomen indicio eſt, planum ac patens eſt. Carcheſium vero procerum, & circa mediam partem compreſſum, anſatum mediocriter, anſis a ſummo ad infimum pertingentibus. Aſclepiades autem vir inter Græcos apprime doctus, ac diligens, Carcheſia a navali re exiſtimat dicta. Ait enim navalis mali partem inferiorem, pternam vocari: at circa mediam fere partem τράχηλον dici: ſummam vero partem carcheſium nominari: & inde diffundi in utrumque veli latus ea quæ Cornua vocantur. &c.
Carcheſia, Summa pars mali, i. e. Foramina quæ a ſummo mali funes recipiunt. Lucil.

Tertius hic mali ſuperat carcheſia ſumma. Nonius 15. 28.

Eſt & Carcheſium, Tractoria machina apud Vitruv. 10. 5. V. Baldi Lex. Vitruv.

CARCINA, æ. f. [Καρκίνη] Civitas eſt mediterranea Scythiæ Europææ, Carcine Pomp. 2. 1. a qua

CARCINĪTES, is. m. [Καρκινίτης] Sinus eſt Scythiæ Europææ, apud Plin. lib. 4. cap. 12. & Pompon. lib. 2. 1. Vulgo dicitur *Le golfe de Negropoli.* Qui, ut Strabo lib. 7. docet, Cherroneſum, quam Tauricam, ſive Scythicam vocant, efficit.
Eſt & Carcinitus fluvius oppidum idem præterfluens, Ptolemæo.

CARCINĒTHRON, i. n. [καρκίνηθρον] Herbæ genus, Græci Polygonon vocant: cujus ſuccus naribus infuſus, ſupprimit ſanguinem: & cum vino potus, cujuslibet partis profluvium, excreationeſque cruentas inhibet. Plin. lib. 27. cap. 12. Ruell. lib. 3. cap. 79. dicit a Latinis appellari Sanguinariam: Officinis autem noſtris & herbariis *corigiolam* & *centinodiam* marem.

CARCINIAS, æ. m. [καρκινίας] Gemma marini cancri colore. Plin. lib. 37. cap. 11.

CARCINODES, CARCINOMA, In CARCINUS.

CARCĬNUS, i. m. i. e. Cancer animal. καρκῖνος a Græcis dicitur. Pro Cancro ſidere. Lucan. lib. 9. 536. Carcinus ardens.
Eſt etiam Carcinus duorum poetarum Tragicorum nomen, quorum alter Athenienſis fuit, alter Agrigentinus. Horum ſcripta enumerat Suidas.

CARCINŌDES, eos. n. [καρκινώδης] a Carcino dicitur, hoc eſt cancro, quando vitium ſeu morbus cancri naturam imitatur, & ſerpit quaſi cancer. Plin. lib. 20. cap. 17. Narium quoque carcinodes, conſumit illitum ex aqua.

CARCINŌMA, ătis. n. [καρκίνωμα] Cancer morbus. Plin. lib. 20. cap. 9. Aqua quoque ejus decocta, nervos, articuloſque mire juvari: ſi foveantur vulnera & recentia & vetera, etiam carcinomata, quæ nullis aliis medicamentis ſanari poſſint. Hinc Auguſtus Julias ſuas filiam & neptem, & Agrippam nepotem, contaminatos probris omnibus & plane extra emendationis ſpem poſitos, Vomicas & Carcinomata ſua vocare ſolebat, teſte Suet. Aug. cap. 65. Nec aliter, inquit, illos appellare quam tres vomicas aut tria carcinomata ſua. conf. ſupra CANCER & inde derivata.

CARDACES, is. m. [Κάρδακες] apud Perſas appellabantur, Qui ex rapto vivebant. Nam Carda apud eos Bellicoſum & violentum ſignificabat. Auctor Strab. lib. 15. Nepos 14. 8. 2. Habebat barbarorum equitum viginti, peditum centum millia, quos illi Cardaces appellant. Ita enim legendum eſt non Cardates, quod ſatis probavit Schottus.

CARDAMYLA, æ. f. [Καρδαμύλη] Urbs fuit Peloponneſi, propinqua Pylo, ſub dominio Agamemnonis, una earum, quæ reconciliationis ergo Achilli ab Agamemnone offerebantur, apud Homerum lib. 9. Iliad. 292.

CARDAMINA, æ. f. [καρδαμίνη] Siſymbrii genus eſt, quod Officinæ Naſturcium aquaticum vocant. Naſturcium alterum Dioſcor. lib. 2. cap. 156. V. Ruell. lib. 2. cap. 60. & Apul. de Herb. cap. 20.

CARDAMŌMUM, i. n. [καρδάμωμον] Genus herbæ odoriferæ. Plin. lib. 12. cap. 13. de azaro, amomo, amomide: Simile his (inquit) & nomine & frutice cardamomum, ſemine oblongo. metitur eodem modo in Arabia. Quatuor ejus genera. Viridiſſimum ac pingue, acutis angulis, contumax fricanti, quod maxime laudatur. Proximum e rufo candicans. Tertium brevius atque nigrius. Pejus tamen varium, & facile tritu, odoriſque parvi: qui verius, coſto vicinus eſſe debet.
Verum Cardamomum hodie non affertur ad nos.

CARDĂMON, i. n. [κάρδαμον] Herba quæ Silveſtre naſturcium dicitur Dioſcoridi & Galeno, unde proverbium Græcum, ἔσθιε κάρδαμον; Ede naſturcium. proverbiale in Stupidos & ignavos. V. Chiliadas Eraſmi. Gallice appellatur *Du creſſon alenois.*

CARDAX, corrupte pro CORDAX, q. V.

CARDIA, æ. f. [Καρδία] Thraciæ Cherroneſi oppidum, apud Plin. lib. 4. cap. 11. cujus ſæpe Demoſthenes meminit in oratione contra Ariſtocratem. ab aliis Cardiopolis, deinde Lyſimachia dicta eſt. Eumenis patria, unde Alexander Myndius hanc civitatem in gratiam ejus immunem a tributis Philippum feciſſe ſcribit. Inde

CARDIANUS, a, um. [Καρδιανὸς] Unde apud Nepotem in Eumen. 11. Eumenes Cardianus vocatur.

CARDIA, [καρδία] Latine Cor: quanquam etiam a priſcis medicis, teſte Galeno, pro Superiori ventriculi orificio ponebatur, quo pacto ipſum etiam Hippocratem aliquando loquutum eſſe oſtendit. Hinc factum eſt, ut Cardiacus morbus dictus ſit, non qui cor, ſed ipſum infeſtat ventriculum, de quo in ſeq.

CARDIACUS, a, um. Adj. [καρδιακὸς] ut Morbus cardiacus, Oris ventriculi affectus. Cor enim pro Ore ventriculi ſumebant veteres: de quo ſic Celſus lib. 3. c. 19. Huic morbo præcipue contrarium eſt id genus, quod καρδιακὸν a Græcis nominatur: quamvis ſæpe ad eum phrenetici tranſeant. ſiquidem mens in illis labat, in hoc conſtat. Id autem nihil aliud eſt, quam nimia imbecillitas corporis: quod ſtomacho languente, immodico ſudore digeritur. Licetque protinus ſcire id eſſe, ubi venarum exigui, imbecillique pulſus ſunt. Sudor autem ſupra conſuetudinem, & modo, & tempore, ex toto thorace & cervicibus, atque etiam capite prorumpit: pedibus tantummodo & cruribus ſiccioribus atque frigentibus.

CARDIĂCUS, i. m. Subſt. pro Homine qui cardiaco morbo tentatur; cui maxime medicina a vino eſt. Plin. 23. 1. Cardiacorum morbo unicam ſpem in vino eſſe certum eſt. Eo ſpectat Juven. 5. Sat. 31.

Ipſe capillato diffuſum conſule potat
Cardiaco nunquam cyathum miſſurus amico. Hor. 2. Serm. 3. 161.
Non eſt cardiacus, Craterum dixiſſe putato,
Hic æger. Cic. 1. de Divin. 81. Ego autem haud ſcio, an nec cardiacis hoc tribuendum ſit, nec phreneticis.

CARDIALGIA, æ. f. [καρδιαλγία] Dolor cordis, & mentis triſtitia: item Ventriculi eroſio, quæ & Cardiogmos dicitur. V. infra.

CARDINALIS, CARDINEUS, In CARDO.

CARDIOGMUS, i. m. [καρδιωγμὸς] Morbus est ventriculi, ortum habens ex humoribus acribus, & mordacibus, ipsum ventriculi orificium (quod prisci Græci, teste Galeno, etiam καρδίαν appellarunt) intolerabili punctione erosioneque infestantibus, nonnunquam etiam syncopen inducentibus. Ea enim pars corporis exactissimo tactus sensu est prædita, propter insigne par nervorum ad eam a cerebro transmissum. Quo fit ut dolores ea in parte sint maximi, quibus quum vires ferendis pares non sint, solet subsequi ea syncope, quam stomachicam vocant.

CARDISCE, es. [καρδίσκη] Gemma est, alio nomine Draconites dicta. Plin. lib. 37. cap. 10. Draconites sive dracontias e cerebro fit draconum, sed nisi viventibus abscisso, nunquam gemmascit, invidia animalis mori se sentientis. Igitur mos est, ut morientibus animalibus caput amputent. Encardia cognominatur & Cardisce.

CARDO, ĭnis. m. [στρόφιγξ, στροφεὺς, γίγγλυμος] dicitur quasi Cor januæ, quo scilicet illa movetur: ut ait Servius. Virg. 1. Æn. 453.
— foribus cardo stridebat ahenis.
Cardo, feminino genere, antiquis: Graius in Peliadibus:
Sonat impulsa regia cardo.　　Nonius.
Claudianus in Panegyri in sextum consulatum Honorii in fine:
— perpetuisque immota cardine claustris
Janus bella premens.　　H. St. Correcti tamen codd. Immoto exhibent.
Celer cardo. Sen. Hippol. 9. Celerique polos cardine versas. Verba sunt ad Jovem.
Facilis cardo. Juven. 4. Sat. 63.
Horrisonus cardo. Virg. 6. Æn. 573.
Tum demum horrisono stridentes cardine sacræ
Panduntur portæ.
Lepidus cardo. Plaut. Curcul. 1. 1. 94. Num mutit cardo? est lepidus.
Emovere cardine postes. Virg. 2. Æn. 493.
— & emoti procumbunt cardine postes.
Emotus cardo. Stat. 1. Theb. 349.
— venti transversa frementes
Confligunt, axemque emoto a cardine vellunt.
Stridet cardo. Virg. 1. Æn. 453.
— foribus cardo stridebat ahenis.
Vellere a cardine postes. Virg. 2. Æn. 480.
Versare cardinem. Ovid. 4. Met. 93.
Versus cardo. Virg. 3. Æn. 448.
Verum eadem, verso tenuis cum cardine ventus
Impulit.　　i. e. Aperta janua, per Periphrasin.　Servius.
Cardines appellantur a Vitruvio, lib. 6. cap. 1. & lib. 9. cap. 4. Duo cæli vertices, alter Septentrionalis, alter Meridionalis, Græce πόλοι dicuntur. Lucan. lib. 4. 72.　　— & summus olympi
Cardo tenet Tethyn.
Mundi cardo. Ovid. 2. de Pont. 10. 45.
Ipse quidem certe cum sim sub cardine mundi,
Qui semper liquidis altior exstat aquis.　　Periphrasis est Septentrionalis plagæ.
Eous cardo, Unus e quatuor mundi cardinibus, Orientalis. Stat. 1. Theb. 157.
Occiduus cardo. Lucan. 4. 672.
Cardine ab occiduo vicinus Gadibus Atlas
Terminat.
Centrum appellatum est Cardo ab Apul. de Mundo p. 57. Mundus est ornata ordinatio, Dei munere, Deorum recta custodia: cujus cardinem, sic enim dixerim centrum, &c. habet tellus.
Cardo, pro Opportunitate. Virg. 1. Æn. 676.
— haud tanto cessabit cardine rerum.　　Ubi Servius, Aut διηνεκῶς, dixit, ne in tantum quidem: hoc est brevi occasione cessabit. Aut simpliciter intelligendum est, Non poterit in tanta rerum opportunitate cessare: ut sit de proverbio tractum, de quo dicitur; Res in cardine est, hoc est in articulo.
In eo cardo rei vertitur, dixit Cicero, pro eo quod est, Ex hoc tota res pendet. Egregia translatio. Erasm. [Quem tamen, puto, memoria fefellit. V. plura apud interpp. ad Virg. l. c.
Cardinem causæ in aliquo ponere dicebant antiqui, quod nunc dicimus, Accipere jus per hoc vel illud. Quintil. lib. 5. cap. 12. Cædes a te facta est: cruentam enim vestem habuisti. Non est tam grave argumentum si fatetur, quam si convincitur. Nam si fatetur, multis ex causis potuit cruenta esse vestis: si negat, hic causæ cardinem ponit. in quo si victus fuerit, etiam in sequentibus ruit.
Litium cardo, idem quod Cardo causæ, sive Summa totius litis. Quintil. lib. 12. cap. 8.
Cardo, Summa pars est jugamenti, quod in cavum inditur. Budæus de Assamentis loquens.
Cardines temporum a Plinio dicuntur Ver, Æstas, Autumnus, & Hiems, lib. 18. cap. 25.
Extremus ævi cardo. Sen. Troad. 52. i. e. Exitus.
Extremi cardinis annos. Lucan. 7. 381.
— ultima fata
Deprecor, ac turpes extremi cardinis annos,
Ne discam servire senex.
Cardo, est Forma agri: quam exponit Plin. lib. 18. cap. 33. his verbis: Observato solis ortu quocunque libeat die, stantibus hora diei sexta, sic ut ortum eum a sinistro humero habeant: contra mediam faciem meridies, a vertice septentrio erit. qui ita limes per agrum currit, cardo appellatur. Et Liv. 37. 54. Taurum montem a mari Euxino ad Cyprium excurrentem, Cardinem a forma vocavit, quasi limitem imperii Romani a Septentrione ad Meridiem,
Cardines mathematici qui sint, V. in TETARTEMORION.

CARDĬNĔUS, a, um. Septimius apud Terentianum,
Stridula cui limina, cui cardinei tumultus.

CARDINEA, æ. vel potius **CARDEA**, æ. f. Dea a Cardinibus appellata, quibus præerat. Aug. de Civ. Dei, 4. 8. Tres Deos ostiarios Romani posuerunt, Forculam foribus, Cardeam cardini, Limentinum limini. Sed Macrob. 1. Saturn. 12. Carnam vocat.

CARDINALIS, e. Quod ad cardinem pertinet. ut, Fores ita compingantur, uti scapi cardinales sint ex altitudine luminis totius duodecima parte. Vitruv. 4. 6.
Est etiam idem ac Præcipuus, principalis. Servius in Virg. 1. Æn. 131. de Ventis Euro, Zephyro; Isti, inquit, sunt cardinales. Adde Salmas. Exerc. Plin. f. 882.
Cardinales in Pontificio jure dictos opinatur Alciatus exemplo civilium magistratuum. In lib. Officior. Theodos. Cardinales appellantur Præfecti prætorio Asianæ diœcesis, & Præfectus Africæ, quod majores ceteris essent. Nam, teste Perotto, Cardinalis & Cardineus Præcipuum significat. Minime errare videntur, qui nomen Cardinalis divi Hieronymi ætate fuisse ignotum tradunt. Certe hoc Cardinalium genus non erat, etiamsi demus nomen fuisse. Sed adhuc sub judice lis est, quo tempore, quo fonte sit ortus Cardinalium ordo. Pontificum libelli, teste Roterodamo, indicant tum institutos, quum orbis agnoscens Romanam ecclesiam totius Reipub. Christianæ principem, eo conflueret, siquid extitisset quod eruditorum consilium requireret. Ad id muneris electi sunt duodecim Cardinales, viri doctrina, moribus & linguarum peritia instructi, qui nunc vocantur Pœnitentiarii, penes quos hæret functio. Nomen & dignitas penes alios est, quæ nunc regum æquatur altitudini.

CARDINALITER, Adv. est Principaliter. Firmic. 6. 13. Cardinaliter præsidere.

CARDINĀTUS, Adj. [ἡλωμένος] ut, Tignum cardinatum: vulgus *Enclavatum* vocat. Vitruv. lib. 10. cap. 21. Conjuncta capitibus transversario cardinato tigno, & altero mediano inter duos scapos cardinato.

CARDOPOS, i. m. [κάρδοπος] significat Arcam panariam: nonnullis tamen pro Mactra accipitur, quam & Magida dicunt. Auctor Cæl. Rhodig. lib. 9. cap. 17.

CARDUCHI, ōrum. m. [Καρδοῦχοι Stephano] Parthorum populi, ad Tigrim fluvium, quorum meminit Strabo lib. 16.

CARDUĒLIS, is. f. [ἀκανθὶς] Avis dicta, quod carduorum semine pascatur. Plin. lib. 10. cap. 42. Minimæ avium cardueles, imperata faciunt, nec voce tantum, sed pedibus & ore pro manibus. dicitur Carduelus a Servio. [Immo in quibusd. codd. Cardualis, sed in emendatis Carduelis.

CARDUUS, i. m. [σκόλυμος] Herba est vulgo nota. Virg. 1. Georg. 152.
Mox & frumentis labor additus: ut mala culmos
Esset rubigo, segnisque horreret in arvis
Carduus.　　Segnis, i. e. Inutilis, infecundus.　Servius.
Carduus benedictus, Planta est nullis hoc tempore non cognita. de qua V. plura apud Matthiol. in lib. 3. Dioscor. cap. 91.

CARDUĒTUM, i. n. Carduorum locus. Pallad. 4. 9.

CARE, In CARUS.

CARECTUM, In CAREX.

CARENSES, ium. m. Hispaniæ Tarraconensis populi sunt, Complutensibus vicini. Plin. lib. 3. cap. 3.

CARENTINI, ōrum. m. Italiæ populi sunt, in quarta regione a Plinio lib. 3. cap. 12. locati, prope Frentanos.

CARENUM, vel **CARÆNUM**, i. n. Genus vini dulcis: atque ita vocatur, quum musti una parte decocta deperditaque relinquuntur duæ. V. Ludov. Nonn. de Re Cib. lib. 4. cap. 13. Sed vocabuli origo ita obscura est, ut a grammaticis nullis sit perscripta, quum tamen auctores multi hujus vocis meminerint, ut Palladius, Octob. Tit. 18. & Græci rerum rusticarum scriptores, etiam in medicina Nicolaus Myrepsus & Apicius coquus. 2. 1. extr. Ego autem vinum velut Caricum, inquit Turnebus Advers. 13. 23. esse crediderim. Nam sive Carœnum per œ scribatur, suspicioni nostræ suffragabitur etymologia, sive per e singulare Carenum reperitur, quo recentiores scriptores, quorum proximis seculis nomen vini careni natum erat, utuntur, & melius scribi quidam censent. Cassiodorus in Tripartita historia, Isauriæ quoque latrones maxima multitudine congregata usque ad Carenos & Phœniciam venientes, urbes & vicos in medio positos populati sunt. Græce autem scribitur μέχρι καρῶν καὶ Φοινίκων, &c. Genus ergo tale vini, ut credibile est, primi Cares decoxere, & nomine de se affecere. Hæc Turneb.
Est etiam Genus herbæ. Columel. 12. 49.

CARENARIÆ, arum. f. Videntur apud Palladium appellatæ Cortinæ & vasa, in quibus coquitur carenum. Sic autem scribit 8. 7. Et diligenter per carenarias divisum, quinque horarum spatio continuo per investes pueros curabis agitare, vasa ipsa concutiens. Turneb.

CAREO, ui, ĭtum, & contra regulam cassum, [ἀποστερέομαι, στέρομαι, ὑστερέω] ēre. Priscianus censet dictionem Cassus, nomen esse potius, quam participium, ut Vacuus. Virg. 2. Æn. 85.
— nunc cassum lumine lugent.　　i. e. Privatum, vacuum. Servius.
Carere quid significet declarat Cic. 1. Tusc. 88. Triste enim est nomen ipsum carendi: quia subjicitur hæc vis, Habuit, non habet, desiderat, requirit, indiget. Et paulo post, Carere igitur hoc significat, Egere eo quod habere velis. Plura ibidem.
Careo, cum genitivo. Ter. Heaut. 2. 4. 20.
Nam dum abs te absum, omnes mihi labores fuere quos cepi, leves:
Præterquam tui carendum quod erat.
Cum accusativo. Plaut. Curc. 1. 2. 46. Quia id quod amo careo.
Cum ablativo. Ter. Eun. 2. 1. 17.
Tandem non ego illa caream, si sit opus vel totum triduum?
Caruitne febris te heri vel nudiustertius? Plaut. Curc. 1. 1. 17.
Aditu carentia saxa, Inaccessa. Ovid. 3. Met. 226.
Ambitione caret pectus. Hor. 2. Epist. 2. 260.
Anima carere. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Bono. Cic. 1. Tusc. 88. Dicitur illud bono carere quod est malum.
Bonis morum. i. e. Carere bonis moribus. Stat. 5. Silv. 1. 52.
Commodis carere. Cic. pro Rosc. Amer. 44. An amandarat hunc sic, ut esset in agro, ac tantummodo aleretur ad villam? ut commodis omnibus careret?
Conspiratione & periculo carere. Suet. Aug. 19. Nam ne ultimæ quidem sortis hominum conspiratione & periculo caruit.
Consuetudine amicorum carere. Cic. 5. Tusc. 63. Quam huic erat miserum, carere consuetudine amicorum, &c.
Crimine carere. Cic. pro Ligar. 4. Ergo hæc duo tempora carent crimine.
Culpa. Ter. Hecyr. 4. 4. 41. Censen' te posse reperire ullam mulierem quæ careat culpa? an quia non delinquunt viri? Hic videtur Terentius ponere Carere culpa, pro eo quod est, Non delinquere.　V. CULPA.
Cura carens opera. Hor. de Arte Poet. 261.

Difcriminibus carere. Suet. Claud. 9. Sed ne difcriminibus quidem caruit. conf. Confpiratione.
Dolore carere. Cic. de Amicit. 22. Valetudo expetitur, ut dolore careas. Idem 1. de Finib. Quum omni dolore caret.
Doloris fenfu carere. Cic. ad Brut. Ne id ipfum, carere omni fenfu doloris, fit miferius quam dolere.
Dolis carere. Virg. 2. Æn. 44. — an ulla putatis
Dona carere dolis Danaum.
Domo alicujus carere. Cic. 7. Verr. Annum tibi illum unum domo carendum effe meretricis?
Exemplo carere dicitur, Quod ab alio nemine commiffum eft. Sen. Hippol. 553.
Tum fcelera dempto fine per cunctas domos
Iere: nullum caruit exemplo nefas.
Febri carere. Cic. 16. Fam. 15. Mihi nuntiavit te plane febri carere, & belle habere.
Fide carere dicitur res. Plin. lib. 7. cap. 1. Naturæ vero rerum vis atque majeftas, in omnibus momentis fide caret.
Fide carent verba. Ovid. 2 Epift. 26.
Fine carent lacrumæ. Ovid. 1. de Pont. 2. 29.
Foro. V. Publico carere.
Fraude non caret. Celf. in l. quod Nerva. D. depofiti.
Frigoribus. Hor. 3. Carm. 19. 8.
Gravitate carens, Non ponderofus. Ovid. 1. Met. 67.
Honore vittæ. Ovid. 3. de Arte Am. 483.
Honore mortis. Virg. 6. Æn. 333.
Cernit ibi mœftos, & mortis honore carentes. i. e. Sepultura. Servius.
Invidia. Ovid. 13. Met. 139.
Labe vita carens. Ovid. 1. Trift. 9. 43.
Lacrymis caruere genæ. Virg. 5. Æn. 173.
Nec lacrymis caruere genæ.
Laude fua. Quintil. lib. 2. cap. 20.
Libertate, Non liberum effe. Hor. 1. Epift. 10. 40.
Libidinibus carere. Salluft. Catil. cap. 13. Animus imbutus malis artibus, haud facile libidinibus carebat.
Luce hac carere. Cic. 1. Tufc. 12. Miferum Cn. Pompeium, qui tanta gloria, dignitate tanta fit orbatus: omnes denique miferos qui hac luce careant. h. e. Hac vita priventur. conf. Ovid. 15. Met. 531.
Luce forenfi carere. Cic. de Clar. Orat. 32. i. e. Caufas non agere.
Luxu carentes deliciæ. Stat. 1. Silv. 1. 158.
Malis. Lucret. lib. 2. 4.
Malo caret mors. Cic. 1. Tufc. 88.
Mente bona. Ovid. 2. Amor. 8. 10.
Metu alicujus. Sen. Hippol. 2.
Militibus bonis carere. Curt. 10. 2. 27. Bonis vero militibus cariturus fum, &c.
Morte carentes divi. Hor. 2. Carm. 8. 12.
Munere. Virg. 5. Æn. 651.
— indignantem tali quod fola careret Munere.
Nivibus caritura Rhodope. Ovid. 2. Met. 222.
Nota Creffa caret dies. Hor. 1. Carm. 36. 10. Album calculum Creffam notam dicit. Porphyrius.
Oculis carere. Ovid. in Ibin, 267.
Patria carere. Ter. Heaut. 1. 1. 85. Carens patria ob meas injurias.
Perturbatione animi carere. Cic. 1. Off. 21. Sintque tranquilli, atque omni animi perturbatione careant.
Pefte carere. Virg. 9. Æn. 540. — retroque refidunt
In partem quæ pefte caret. i. e. Incendio. Servius.
Pompa carentia jura. Lucan. lib. 2. 352.
— vanaque carentia pompa Jura placent.
Provincia carere. Cic. 6. Verr. 41. Diodorus interea Prætore ifto prope triennium provincia, domoque caruit.
Publico carere. Cic. pro Milon. 48. Caruit foro poftea Pompeius, caruit fenatu, caruit publico. i. e. In forum non venit, in fenatu non fuit, in publico verfatus non eft.
Ratione. Ovid. 3. Faft. 119.
Ergo animi indociles, & adhuc ratione carentes.
Rebus urbanis carere. Cic. 4. Acad. 1. Quibus temporibus florere in foro maxime potuit, caruit omnino rebus urbanis.
Reditu vela carent. i. e. Non redeunt. Ovid. 2. Epift. 26.
Remigio carens Icarus. Ovid. 8. Met. 228.
Remigioque carens non ullas percipit auras.
Roma carere. Cic. 9. Att. 20. Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potiffimum togam puram dedi. i. e. Roma abfumus.
Rubigine dentes careant. Ovid. 1. de Arte Am. 515.
Senatu carere. V. Publico carere.
Senfu caret mors. Ovid. 12. Met. 325.
Senfu & vita carere. Cic. pro C. Rabir. 29. Quid jam ifta C. Mario, inquit, nocere poffunt, quoniam fenfu & vita caret?
Senfu carentia femina. Lucret. lib. 2. 989.
Sepulcro patrio carere. Hor. 2. Serm. 3. 196.
Per quem tot juvenes patrio caruere fepulcro.
Sole carens domus. Ovid. 2. Met. 331.
Stultitia. Hor. 1. Epift. 1. 42.
Virtus eft vitium fugere: & fapientia prima,
Stultitia caruiffe.
Succeffu carent doli. Ovid. 1. Epift. 18.
Sufpicione. Cic. pro Rofc. Amer. 55. Verumtamen quanquam abeft a culpa, fufpicione tamen non caret. i. e. Non purus eft, ait Budæus.
Temeto. Cic. de Repub. Carent temeto omnes mulieres. Plaut. Truc. 4. 3. 59. Sive fubbibit, five caret temeto. i. e. Vinum non bibit.
Terrore mortis. Juven. 10. Sat. 357.
Venia. Hor. in Arte Poet. 354.
Vino, Non bibere vinum. Plaut. Afin. 4. 1. 57.
Hæc multa ei efto, vino viginti dies Ut careat.
Virginitate carens. Ovid. 9. Met. 331.
Virtute carentia verba. Hor. 2. Epift. 2. 123.
Vitiis carens. Hor. 3. Carm. 27. 39.
Voluptatibus. Cic. de Senect. 7. Tum quod voluptatibus carerent.

Non caret qui non defiderat. Cic. de Senect. 47. Cupidis enim talium rerum, odiofum fortaffe, & moleftum carere. Satiatis vero & expletis jucundius eft carere; quanquam non caret is qui non defiderat.
Carendo, gerundium, cui opp. Fruendo. Cic. Poft. red. ad Quir. 3. Amicitiæ, confuetudines, vicinitates, clientelæ, ludi denique, & dies fefti quid haberent voluptatis, carendo magis intellexi, quam fruendo.
Carendum tui eft, pro Te, a Nævio olim dictum refert Gell. Noct. Attic. lib. 19. cap. 8.
CARENTIA, æ. f. [στέρησις] Quam recentiores e noftris vocant Privationem, eam rectius & expreffius & proprie magis Carentiam dictam effe a vetuftioribus quibufdam Latinis fcribit Pontanus de Prud. 281. Vide & pag. 309. 311. ζητ. Qui fint hi Latini. H. St. Prior locus eft fol. 151. a. Aldi. V. Scalig. de cauff. L. L. cap. 69. Et Cellar. Cur. poft. qui in Barbarifmis collocare non dubitat, ut & Voff. de Vit. ferm. 3. 3.
CARBOR, depon. pro Careo antiquiffimos dixiffe affirmat Prifcianus lib. 8. p. 797.
CARESCO, ĕre. pro Careo. Gloff. Cyrill. Carefco, στέρομαι.
CARĒSUS, i. m. [Κάρησος] Fluvius eft Troadis, Hom. 12. Il. celebratus, cujus Plinius ait nulla fua ætate extitiffe veftigia, lib. 5. cap. 30.
CARETHA, æ. f. Infula eft in mari Lycio, quæ poftea Dionyfia dicta eft. Auctor Plin. lib. 5. cap. 30.
CAREUM, five CARIUM, i. n. Plinio 19. 8. Κάρος Diofcoridi, Herbæ genus eft, gentis fuæ cognomento ita appellatum, femen habens ejufdem nominis. Athenæus Paftinacam majorem interpretatur, vulgata paftinaca multo præftantiorem. Officinæ *Carui* appellant. V. Ruell. lib. 3. cap. 43. & Apic. 7. 2.
CAREX, ĭcis. f. Herba acuta & duriffima, fimilis fparto. Virg. 3. Georg. 231. — & carice paftus acuta. Servius. Columel. lib. 11. cap. 2. Filix quoque aut carex ubicunque nafcitur, Augufto menfe recte extirpatur: melius tamen circa Idus Julias ante Caniculæ exortum.
CARECTUM, i. n. Locus caricibus plenus. Virg. 3. Ecl. 20.
— tu poft carecta latebas. Columel. lib. 6. cap. 22. Melius nemoribus herbidis, & frutectis, & carectis, quam lapidofis locis durantur ungulæ.
CARICĔUS, a, um. Mantuan.
Cariceæ fuccede cafæ, dum præterit æftus.
CARICEUM, i. n. Veteres dixerunt a Carie. V. Nonium 1. 79.
CARIA, æ. f. [Καρία] ejus Afiæ, quæ Minor dicitur, prima regio eft. Minorem autem Afiam Plin. lib. 3. cap. 27. ab ortu Lycaonia, & Phrygia illa quæ Galatiam, & Pifidas attingit, ab occafu toto Ægæi maris excurfu, a meridie Ægyptio pelago, a feptentrione Paphlagonia terminat. Cic. pro Flacco 65. Quid de tota Caria? nonne hoc veftra voce vulgatum eft, Siquid cum periculo experiri velis, in Caria id potiffimum eft faciendum. Sed alii legunt, in Care. V. Chiliad. Erafm. in Proverb. Multi duces Cariam perdiderunt.
CAR, is. [Κάρ] pl. Cāres, um, ibus. Populi Cariæ, quos pugnaces fuiffe, & per totam Græciam militantes mercede erraffe, Strabo tradit. Virg. 8. Æn. 725.
Hinc Lelegas, Carafque, fagittiferofque Gelonos.
Singulari Car Nepos ufus eft 14. 1. 3. Natus patre Camiffare, natione Care. Conf. Cic. l. c.
CARĬCUS, a, um. [Καρικός] Adj. ut, Charta Carica. Stat. 4. Silv. 9. 26.
Chartæ Thebaicæve, Caricæve.
CARINUS, a, um. aliud Adj. Hinc Carinæ mulieres quædam olim dicebantur, Quæ flebili cantu mortuos in funeribus affectabantur, quoniam e Caria arcefferentur. V. Cæl. Rhodig. lib. 16. cap. 4.
CARIUS, a, um. [Κάριος] aliud Adj. ut, Diana Caria. Stat. 4. Theb. 225.
Plaudentique habiles Cariæ refonare Dianæ.
CARIATAS, [Καριάτας] Urbs fuit in Bactriana, quam Alexander fubvertit, ubi Callifthenes comprehenfus eft, & in vincula conjectus, ut auctor eft Strab. lib. 11.
CARĬCA, æ. f. [ἰσχὰς] Genus fici, a loco fic dictum. Plin. lib. 13. cap. 5. Syria præter hanc peculiares habet arbores. In ficorum genere caricas: & minores ejus generis, quæ coctana vocant. Cic. 2. de Divin. 84. Quum M. Craffus exercitum Brundufii imponeret, quidam in portu caricas Cauno advectas vendens, Cauneas clamitabat.
Carica proprie eft Ficus ficca. Ovid. 1. Faft. 185.
Quid vult palma fibi, rugofaque carica? dixi.
Mixta rugofis palmis. Ovid. 8. Met. 674.
Hic nux, hic mixta eft rugofis carica palmis.
CARICEUS, CARICEUM, V. CAREX.
CARĬCO, [βαρύνω] āre. Idem eft quod Onero. Hieronymus, Origenes majora cogitans, propriumque ingenium ferre non fufficiens, oneribus majoribus caricabat fe, & quum fic incedere non poffet, ruina magna devolutus eft. Alii Carrico fcribunt. V. Cang. Gloff.
CARICON, i. n. [Καρικὸν] Locus eft in Memphide, a reliquis feparatus, in quo Cares habitarunt, qui affinitate cum Memphitis contracta, Caromemphitæ appellati funt. Auctor Steph.
CARIDEMUM, i. n. Promontorium in Hifpania. hunc dicitur *Capo de Carbonero*, Olivarius in Melam lib. 2. cap. 6. Idem tamen Olivarius dicit ibidem, Caridemum promontorium vocari, *Capo de Gata*.
CARIDES, V. CARIS.
CARIES, ēi. f. [εὐρὼς] eft Vetuftas vel Putrilago: auctore Nonio. Lucil. Satyr. lib. 7.
Ne auriculam obfidat caries, ne vermiculique.
Tenera caries, Mollis. Ovid. 5. Trift. 12. 27.
Vertitur in teneram cariem, rimifque dehifcit,
Siqua diu folitis cymba vacabit aquis.
Confenefcere carie. Plin. 35. 18. Confenuit hæc tabula carie.
Deficere carie. Plin. 16. 42. Illæ renituntur, nec temere rumpuntur; priufque carie, quam viribus deficiunt.
Infeftari carie. Columel. lib. 11. cap. 2. Omnis materia in ædificia fuccidi debet luna decrefcente ab vicefima ufque in tricefimum; quia fic cæfa judicatur carie non infeftari.
Sentire cariem. Plin. lib. 16. cap. 39. Cedri oleo peruncta materies, nec tineam nec cariem fentit.
Recipere cariem vetuftatis. Columel. lib. 3. cap. 2.
Trahere cariem. Plin. lib. 23. cap. 1. Jam & patres familias ætatem ademere

ademere his quæ per ſe cariem traxere, quo certe vocabulo ſatis conſilii dedere priſci, quoniam & in materiis cariem fumus erodit.
Muros carie invalidos. Ammian. 16. 2. Comperit Auguſtoduni, civitatis antiquæ muros, ſpatioſi quidem ambitus, ſed carie vetuſtatis invalidos.
Pruna carie rugoſa. Martial. lib. 13. 29.
Oſſium vitiatorum caries. Celſ. lib. 8. cap. 2.
Vini caries. Plin. lib. 15. cap. 2. de vino, Quinimmo invitat ad ſervandum blanda inveterati caries.

CARIŌSUS, a, um. [τερώδης] Adj. Quod carie infeſtatum eſt. Columel. lib. 4. cap. 26. Hæc, eorumque ſimilia pedamenta poſt putationem retractanda ſunt, parteſque eorum putres dedolandæ: atque alia convertenda, quæ ſinceritatem habent: alia ſummovenda, quæ vel carioſa, vel juſto breviora ſunt.
Amphora carioſa. Martial. lib. 11. 50.
Amphora nunc petitur nigri carioſa Falerni, &c.
Dentes carioſi. Plin. 32. 7.
Oſſa carioſa Celſo dicuntur, lib. 8. cap. 2.
Palmula carioſior. Varro de R. R. 1. 67.
Semen carioſum. Plin. 18. 17.
Senectus carioſa. i. e. Cariem afferens rebus. Ovid. 1. Amor. 12. 29.
Terra carioſa. Columel. lib. 2. cap. 4. Obſervabimus ne lutoſus ager tractetur: neve exiguis nimbis ſemimadidus, quam terram ruſtici, variam carioſamque appellant. V. Plin. lib. 17. cap. 5.

CARIO, āre. Unde Mart. Capell. lib. 1. Cariantem tripodem dixit.

CARILLÆ, arum. f. pl. [Καρῖλλαι] Picentum oppidum, quod Annibal delevit. Sil. lib. 8. 580.
— & exhauſtæ mox Pœno Marte Carillæ. Al. Cerillæ, quia Græcis Κηρίλλοι. V. Heinſ. & Drakenb. not.

CĂRĪNA, æ. f. [τρόπις, στέιρα] Infima pars navis, auctore Feſto Pompeio: ſive Trabs ea qua navis fundatur. Cæſ. 1. Bell. Civil. 54. Carinæ primum, ac ſtatumina ex levi materia fiebant: reliquum corpus navium viminibus contextum coriis integebatur. Liv. 22. 20. pr. Inſequuti trepidam hoſtium claſſem, naves omnes, quæ non aut perfregerant proras litore illiſas, aut carinas fixerant vadis, religatas puppibus in altum extraxere. Ovid. 14. Met. 553. — mediiſque carina
Subdita navigiis. Cic. 3. de Orat. 178. Quid tam in navigio neceſſarium quam latera, quam carinæ, quam prora, quam puppis, &c.
Carina pro Tota navi frequenter apud Poetas, per Synecdochen, ut
Male fida carinis ſtatio. Virg. 2. Æn. 23.
Nunc tantum ſinus & ſtatio male fida carinis.
Audaces carinæ. Juven. 10. Sat. 264.
Celeri carina metiri aquas. Ovid. 9. Met. 446.
Curvæ carinæ. Virg. 1. Georg. 360.
Facilis. Sil. lib. 17.
Feſſa, Transl. Ovid. de Rem. Amor. 811.
Hoc opus exegi: feſſæ date ſerta carinæ.
Firma. Ovid. 2. Epiſt. 46.
Incurva. Ovid. 15. Met. 644.
Longæ. Virg. 5. Æn. 158.
Panda. Virg. 2. Georg. 445. i. e. Curva. Servius.
Pictæ carinæ innant fluvio. Virg. 8 Æn. 93.
Preſſæ carinæ, pro Onerariis, ut ait Servius. Virg. 1. Georg. 303.
Siccæ. Hor. 1. Carm. 4. 2. i. e. In littus propter intermiſſam ob temporis injuriam, navigationem ſubductæ.
Turrigera. Lucan. lib. 3. 509.
Velifera. Ovid. 3. de Pont. 11. 67.
Uncta natat. Virg. 4. Æn. 398.
Deprimere carinam. Ovid. 14. Met. 185.
Et, ne deprimeret fluctuſve lapiſve carinam, Pertimui.
Disjectare carinas. Lucret. lib. 2. 553.
Disjectare ſolet magnum mare, tranſtra, carinas.
Durare vix poſſunt carinæ ſine funibus æquor imperioſius. h. e. Ferre, ſuſtinere. Hor. 1. Carm. 14. 7.
Emittere. Lucan. lib. 3. 46.
Ferre. Lucan. lib. 1. 403.
Jactare carinas dicitur Neptunus. Ovid. 19. Epiſt. 143.
Te decet aut magnas magnum jactare carinas.
Jactatæ. Ovid. 14. Met. 560. — jactatis ſæpe carinis
Suppoſuere manus.
Impulſæ tonſis. i. e. Remis. Lucan. lib. 3. 527.
Inſultant carinæ fluctibus. Ovid. 1. Met. 134.
Merſa. Lucan. lib. 3. 632.
Æquora diſcedunt merſa diducta carina.
Movere remo. Ovid. 13. Epiſt. 101.
Cum venies, remoque move veloque carinam.
Rapiunt carinas venti. Lucan. lib. 3. 46.
Rapi fugiente carina. Lucan. lib. 8. 662.
Rumpere Ventus dicitur, i. e. Frangere. Horat. Epod. 10. 20.
Sulcant vada. Virg. 5. Æn. 158. — & longæ ſulcant vada ſalſa carinæ.
Tetigere portum. Virg. 1. Georg. 308.
Texitur carina ſuis coſtis. Ovid. 16. Epiſt. 110.
Carinæ nucis putaminum bifidæ. Plin. lib. 15. cap. 22. Solum hoc pomum natura compactili operimento clauſit: namque ſunt bifidæ putaminum carinæ.

CĂRĪNÆ, arum. f. pl. Vicus in urbe Roma, regione 4. Liv. 26. 10. pr. In hoc tumultu Fulvius Flaccus porta Capena cum exercitu Romam ingreſſus, media urbe per Carinas Eſquilias contendit. Hor. 1. Epiſt. 7. 48.
Dum redit, atque foro nimium diſtare Carinas
Jam grandis natu queritur. Et Cic. 1. de Aruſp. Reſp. 49. Cum diceret velle ſe in Carinis ædificare alteram porticum, quæ Palatio reſponderet.
Lautæ Carinæ. Virg. 8. Æn. 361.
Romanoque foro, & lautis mugire Carinis. Ubi Serv. V.
In Carinis ſuis ſe cœnam dare dixit S. Pompejus, cum Cæſarem & Antonium in triremi ſua circa Miſenum cœna exciperet, ambiguitate vocis ad domum Pompejanam in Carinis alludens. Vellei. 2. 77. pr. V. Ind. Bœcl.

CĂRĪNO, [τροπίζω] āre. Plin. lib. 9. cap. 33. Saliunt pectines, & extra volitant, ſeque & ipſi carinant. i. e. Sua ſibi concha inſtrumentum porrigunt ad navigandum, & ceu carinam quandam ex teſta effingunt.

CĂRĬNANTES, Probra objectantes, a Carina dicti, quæ eſt infima pars navis: ſic illi fortis infimæ. Feſtus. adde Serv. ad Virg. 8. Æn. 361. Sed obſtat ſecunda brevis, quo minus hæc vox in hac altera ſignificatione a Carina navis deducenda videatur, quam ideo alii vel a Carēre derivant, vel a χαρακτηρίζειν. V. Dacer. ad Feſt.

CARINĀTUS, a, um. partic. [στειροειδὴς] Concavus, & in modum carinæ formatus. Plin. lib. 11. cap. 37. Pectus homini tantum latum, reliquis carinatum.

CARINARII, orum. m. apud Plaut. Aul. 3. 5. 36. ſunt Qui cerino colore pannum inficiunt. Nam cera Dorice καρὸς dicitur, quæ alias Græcorum lingua κηρὸς vocatur: libentius autem a Doribus & Æolibus Latini mutuum ſumunt, quam ab aliis Græcis. Sic in Aſinaria ὀνηγὸς, ὀναγὸς vocatur a Plauto. Huic nomen Græce eſt onagos fabulæ: & in hac ζημία, ζαμία: Ibi onerat aliquam zamiam. Plautus tamen in Epidico Cerinum dicit, ut ſive Carinarios, ſive Cerinarios dicas, tantundem eloquaris ſine ullo vocabuli diſpendio. Cerinus color ſignificatur apud Ovid. 3. de Art. Am. 184. Et ſua velleribus nomina cera dedit.

CARINI, orum. m. Germaniæ populi apud Plinium lib. 4. cap. 14.

CARIŌSUELITES, Galliæ Lugdunenſis populi ſunt apud Plinium lib. 4. cap. 18. qui Cæſari Curioſolitæ.

CARIOTA, In CARYOTA.

CARITAS, In CARUS.

CĀRIS, idis. f. [καρὶς] Genus piſcis. Ovid. Halieut. 130.
— ſinuoſaque caris. [Carides vero a Galeno lib. 3. de Alim. fac. inter Cruſtatos piſces referuntur, ita ut hæc lectio ferri nequeat. Ingens autem lectt. varietas eſt. V. Interpp. ad loc.

CARISA, æ. f. cognomine Aurelia, civitas Hiſpaniæ ad Bætim fluvium, in Gaditano conventu. Plin. lib. 3. cap. 1.

CĂRISSA, æ. f. Vafra mulier apud Feſtum ex Lucilio. In Gloſſ. Iſidor. Lena vetus & litigioſa, ancilla doloſa, fallax.
Item, Teli genus in Ser. Sammon. p. 27. Longæ cæde cariſſæ. Alii legunt Sariſſæ, ſine dubio rectius.

CARISSANUM, i. n. Caſtellum quoddam in Italia. Plin. lib. 2. cap. 56. L. autem Paulo, C. Marcello COSS. lana pluit circa caſtellum Cariſſanum, juxta quod poſt annum T. Annius Milo occiſus eſt. Al. Compſanum,, vel Coſanum.

CARIUS, i. m. [Κάριος] Nomen filii Jovis & Torrhebiæ, qui circa Torrhebiam lacum oberrans, Nympharum cantum dicitur audiviſſe, & ab eis muſicam didiciſſe, eamque apud Lydos propagaſſe. Quapropter divinos honores apud ſuos meruit, templo illi magnifice extructo in monte, qui & ipſe Carius a nomine ejus appellatus eſt. Auctor Stephanus in Τόῤῥηϐος.

CARIX, V. CAREX ſupra. H. St.

CARMADAS, æ. m. Viri nomen, qui, ut a Plinio 7. 24. pr. traditur, tam felici memoria fuit, ut libros bibliothecarum, prope legentis modo, quos quis requireret, repræſentaret. Et hic fortaſſe fuerit, quem Cicero 1. Tuſc. 59. in commemoranda memoriæ præſtantia, nominavit, quanquam in omnibus libris Carneades mendoſe, ut ſuſpicor, ſit ſcriptum. Male etiam in Plinio Carmidas legitur. Hæc Turneb. Adverſ. 10. 16. [Charmadas quidem per α cum aſpirata, ſcribitur in Mſſ. Plinii codd. teſte Hard. ut & apud Macrob. Sat. 7. 1. Vera tamen ſcriptio videtur, quam Platonis, Xenoph. Diog. Laërt. & Athenæi codd. conſtanter exhibent Charmides. Quod non a primitivo Charmis, ut Harduino placet, ſed a Charmus, Χάρμος, formatur, ut a Διοσκουρος Διοσκουρίδης, a Κάλλιππος Καλλιππίδης, a Φίλιππος, Φιλιππίδης &c. Nec opus eſt Bœotiæ dialecto iſtuc nomen efferri, quum fuerit Charmides iſte Athenienſis. conf. Gronov. ad Cic. de Orat. 2. 360. Eſt tamen etiam in Orat. 51. eadem varietas.

CARMANIA, æ. f. [Καρμανία] ut Stephanus & Strabo tradunt, Regio Indiæ. Carmania autem duplex eſt, culta una, deſerta altera. Habitantes, ut docet Plin. lib. 7. cap. 34. Ichthyophagi cognominati ſunt, quod ſolis piſcibus veſcantur.

CARMANI, orum. m. pl. Carmaniæ incolæ. Pompon. 3. 8. Carmani ſine veſte ac fruge, ſine pecore ac ſedibus, piſcium cute ſe velant.
Carmanoſque Duces. Lucan. 3. 250. [Forte Truces.

CARMANIDES, is. m. Pictor fuit haud ignobilis, Euphranoris diſcipulus, cujus meminit Plin. lib. 35. cap. 11. Si lectio ſana eſt.

CARMĒLUM, vel CARMĒLUS, i. m. [Κάρμηλος] Duorum montium nomen, teſte Hieronymo, quorum alter eſt in Galilæa ad Auſtralem plagam, in quo habitavit Nabal Carmelus, maritus Abigail: alter Phœnices, juxta Ptolemaidem mari imminens, in quo Helias Propheta flexis genibus pluviam impetravit. Poſterioris hujus meminit & Plin. lib. 5. cap. 10. Promontorium, inquit, Carmelum, & in monte oppidum eodem nomine, quondam Ecbatana dictum.
Carmelus Deus & mons, ita lib. 2. Hiſt. 78. a Tacito deſcribitur: Eſt Judæam inter Syriamque Carmelus, ita vocant montem deumque: nec ſimulacrum deo aut templum, ſic tradidere majores: aram tantum & reverentiam, &c. V. & Suet. Veſp. cap. 5.

CARMEN, ĭnis. n. [ἔπος, ᾠδὴ] a Cano appellatum, quaſi Canimen. Victor autem de Orig. Rom. cap. 5. vocem Carminis a Carmenta deducit, non ipſam Carmentam a Carminibus dictam. Dicitur autem Quicquid certa lege & menſuris, ſive dimenſionibus compoſitum eſt: cujuſmodi ſunt opera Virgilii: quæ magis cantui accommoda ſunt, quam quæ proſa oratione ſcribuntur. Virg. 8. Ecl. 10.
Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno. Cic. 2. de Divin. 111. Non autem eſſe carmen illud furentis, ipſum poema declarat.
Arma carminis. i. e. Inſtrumenta & adminicula ad ſcribendum carmen. Ovid. 5. Triſt. 12. 52.
Hic mihi præbebit carminis arma locus.
Ars carminis. Hor. 1. Epiſt. 19. 27.
Quod timui mutare modos, & carminis artem.
Scriptores carminum. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Carmen & cantus. Cic. 3. de Orat. 951. Quorum illa ſumma vis carminibus eſt aptior & cantibus.
Carmen virtutis. i. e. Concentus. Cic. 5. de Fin. 43. Sunt enim prima elementa naturæ, quibus auctis, virtutis quaſi carmen efficitur. [Germen Gronov. reſtitutione feliciſſima.
Abſurdum carmen. Cic. pro Muren. 26.
Æolium. Hor. 3. Carm. 30. 13. — Æolium carmen ad Italos
Deduxiſſe modos. Æolide dialecto Alcæus lyricus poeta uſus eſt, porro Alcæum imitatus eſt Horatius. Teſtatur ergo ſe Græci carminis modulationem primum in Latinam linguam contuliſſe. Porphyrius.
Alterna

Alterna carmina, Duo ſunt verſuum genera quæ invicem & alternis ſibi ſuccedunt. Sic vocantur Elegi. Ovid. 15. Epiſt. 5.
Forſitan & quare mea ſint alterna requiris Carmina.
Amabile. Hor. 1. Epiſt. 3. 24.
Aonium. V. paulo poſt, Fluitantia carmina.
Aptum artificioſa verborum concluſione. Cic. 2. de Orat. 34.
Arundineum. Ovid. 4. Triſt. 1. 12.
Feſſus ut incubuit baculo, ſaxove reſedit
Paſtor; arundineo carmine mulcet oves. i. e. Arundine cantato.
Blandiſſima. Ovid. 15. Epiſt. 27.
At mihi Pegaſides blandiſſima carmina dictant.
Connubiale, Carmen nuptiale. Claud. de 4. Conſ. Hon. 649.
Culta. Ovid. 3. de Arte Am. 341.
— noſtri lege culta magiſtri Carmina.
Dulce. Martial. lib. 13. 77.
Dulcia defecta modulatur carmina lingua
Cantator cycnus funeris ipſe fui.
Exequialia. Ovid. 14. Met. 430.
Carmina jam moriens canit exequialia cycnus.
Exorabile, Quo aliquid exoramus. Valer. 1. Argon. 782.
Famoſum. Hor. 1. Epiſt. 20. 31.
Feſtum. Claud. in 6. Conſ. Stil. 21.
Ficto carmine tenere aliquem. Virg. 2. Georg. 45.
— non hic te carmine ficto
Atque per ambages, & longa exorſa tenebo. i. e. Simpliciter univerſa deſcribam: neque, ut in Æneide, aliquibus figmentis, aut ullis utar ambagibus. Servius.
Flebile. Ovid. 15. Epiſt. 21.
Fluitantia carmina. Lucan. ad Piſon. 151.
— ſi carmina forte
Nectere ludenti juvit fluitantia verſu,
Aonium facilis deducit pagina carmen.
Fœdum. Hor. 2. Epiſt. 1. 236.
— fere ſcriptores carmine fœdo
Splendida facta linunt.
Felicia carmina, Felici profecta ingenio & vena. Ovid. 2. Amor. 17. 27.
Sunt mihi pro magno felicia carmina cenſu.
Grata feminis. Hor. 1. Carm. 15. 15.
Grave plerumque. Cic. 1. Tuſc. 64.
Honorum carmen, Quod honorem meretur & famam. Valer. 4. Argon. 342.
Ignobile. Virg. 9. Ecl. 83.
— neque eſt ignobile carmen.
Illaudabile. Stat. 5. Silv. 5. 33.
Imbelle. Stat. 10. Theb. 868.
— carmenque imbelle ſequuti.
Incomptum. Auctor carminis obſcæni, in ipſo ſtatim initio,
Carminis incompti luſus lecture procaces,
Conveniens Latio pone ſupercilium.
Incondita carmina. V. INCONDITUS.
Inerme. Ovid. in Ibin, 2.
Omne fuit Muſæ carmen inerme meæ.
Juvenilia. Ovid. 2. Triſt. 339.
Lacrymoſum. Ovid. 5. Triſt. 1. 35.
Læta. Virg. 2. Georg. 388.
Et te, Bacche, vocant per carmina læta. [Per gramina malim.
Lamentabile. Stat. 5. Silv. 3. 1.
Laudabile. Hor. in Arte Poet. 408.
Lucida. Lucret. lib. 1. 933.
Mala. Martial. lib. 12. 40.
Malefida. Ovid. in Ibin 83.
Carmina dum capiti diro malefida canuntur. al. Malefido dira.
Manſurum. Stat. 4. Silv. 2. 3.
Medicabile. i. e. Dolores & curas auferens. Valer. 4. Argon. 87.
Miſerum. In MISER.
Mæonium. i. e. Homeri. Martial. lib. 14. 183.
Et tibi Mæonio quod carmine majus habetur, &c.
Molle. Sen. in Agam. 5.
Mordax. Ovid. 2. Triſt. 563.
Mortale, Non perpetuo duraturum. Ovid. 2. Pont. 6. 33.
Nobile, Virg. in Ætna,
— hanc auget nobile carmen.
Nuptiale. Catul. 59. 12.
Obliquum. i. e. Oblique detortum in aliquem. Stat. 1. Silv. 3. 66.
Operoſa. i. e. Multa opera & labore compoſita, non poetica quadam & divina ingenii facultate. Hor. 4. Carm. 2. 32.
— operoſa parvus Carmina fingo. [i. e. Quæ multum operæ & curæ, & ſtilum ſæpe verſum exigunt. Simul alludit ad Mellificii operoſitatem. Eſt enim Allegoria.
Oppreſſa. Lucret. lib. 2. 505.
Parvum. Hor. 2. Epiſt. 1. 258. — ſed neque parvum
Carmen majeſtas recipit tua.
Perpetuum carmen, dicitur, Quod ubique cohæret, argumento non interrupto. Ovid. 1. Met. 4.
— primaque ab origine mundi
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.
Pierium. Lucret. lib. 1. 945.
Plenum. Cic. 1. Tuſc. 64.
Probroſa carmina factitare. Tacit. 16. Ann. 14.
Puerilia. Stat. 1. Achill. 240.
— quærunt puerilia carmina Fauni. i. e. Carmina quæ Achilles adhuc puer ludere ſolebat.
Reſonantia chordis. Lucan. ad Piſon. 229.
Robuſti carminis offas. Perſ. 5. Sat. 5.
Sæculare carmen. Suet. Vit. Horat. Ut non modo ſæculare carmen componendum injunxerit, ſed, &c. Sic & apud ipſum Hor. & Catull. vulgo inſcribitur.
Saliare. V. SALIUS.
Socialia. Ovid. 12. Epiſt. 139.
Tibiaque effudit ſocialia carmina vobis. i. e. Hymenæum cecinit.

Solenne. Stat. 4. Silv. 6. 99.
Sublimia. Juvenal. 5. Sat. 28.
Tragicum. Hor. in Arte Poet. 220.
Triviale carmen ferire moneta communi. Juven. 7. Sat. 55.
Vividum. Martial. lib. 12. 62.
Vocale, Sonorum. Ovid. 11. Met. 317.
Vulgata carmina incertis auctoribus. Tacit. 1. Ann. 72.
Aſſignat carmen etiam nutricum allectationi Chryſippus. Quint. lib. 1. c. 10.
Canere. Cic. de Clar. Orat. 71.
Canere ſibi intus. Cic. de Lege Agr. 67. Atque hoc carmen hic Trib. pleb. non vobis, ſed ſibi intus canit. V. CANO.
Cantare carmina virginibus & pueris. Hor. 3. Carm. 1. 4.
Cantitare. Cic. de Clar. Orat. 75. Utinam extarent illa carmina, quæ multis ſæculis ante ſuam ætatem in epulis eſſe cantitata a ſingulis convivis, de clarorum virorum laudibus, in Originibus ſcriptum reliquit Cato.
Capi carmine, pro Delectari. Virg. 4. Georg. 348.
Carpere carmina. i. e. Reprehendere. Martial. lib. 11. 95.
Celebrare carminibus laudes alicujus. Cic. pro Rabir. Poſth. 42.
Certare. Lucan. ad Piſon. 210.
Commendare. Ovid. 2. de Arte Am. 283.
Componere carmen alicui. Hor. 2. Epiſt. 2. 291.
Componere ad lyram. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Concordant nervis. Ovid. 1. Met. 518.
Condere. Cic. 4. Tuſc. 41. Condi jam tum ſolitum eſſe carmen: quod ne liceret fieri ad alterius injuriam, lege ſanxerunt.
Contexere. Cic. pro Cæl. 18. Ac longius quidem mihi contexere hoc carmen liceret.
Currunt carmina molli limite. Martial. lib. 11. Epig. 91.
Contingere Muſæo lepore. Lucret. lib. 1. 933.
Deducere. Ovid. 1. Met. 4.
Deductum dicere carmen. Virg. 6. Ecl. 5. i. e. Tenue. Translatio a lana, quæ deducitur in tenuitatem. Servius.
Delenda. Hor. 2. Epiſt. 1. 69.
Delinire aliquem carmine. Ovid. 11. Met. 163.
Demurmurare carmen ore magico. Ovid. 14. Met. 58.
Deſcribere in foliis. Virg. 2. Æn. 445.
Quæcunque in foliis deſcripſit carmina virgo
Digerit in numerum.
Deſcribere in cortice fagi. Virg. 5. Ecl. 13.
Dicere. Virg. 6. Æn. 644.
Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt. i. e. Cantiones.
Dicere aliquem, vel aliquid carmine. Virg. 2. Georg. 95.
Dictare. Hor. 2. Epiſt. 1. 110.
Diſponere. Lucret. lib. 3. 421.
Diſtringere aliquem carmine. Ovid. 2. Triſt. 563.
Exornavit carminibus templorum aditus ſuorum. Cic. pro Arch. Poet. 27.
Explicare. Catul. 51. 3. al. Crimina.
Facere. Cic. 4. Tuſc. 41.
Facere nova carmina. Virg. 3. Ecl. 86.
Factitare carmina. V. paulo ante, Probroſa carmina.
Fingere, Componere. Hor. de Arte Poet. 332.
— Speremus carmina fingi
Poſſe linenda cedro, & levi ſervanda cupreſſu. V. Operoſa carmina.
Flectere carmen leviore lyra. Sen. Agam. 329.
Fundere. Sil. lib. 13.
Gaudere carmine. Hor. 2. Epiſt. 59.
Habent carmen verſus Saliorum. Quintil. lib. 1. cap. 10. [Forte Habet.
Inferere aliquid carminibus. Quintil. lib. 1. cap. 7.
Intendere carmen alicui. i. e. Carmen in aliquem ſcribere. Claud. de 4. Conſ. Hon. 650.
Ire carmina ſua aliquò jubent poëtæ. Martial. lib. 12. 2.
Quæ modo littoreos ibatis carmina Pyrgos:
Ite ſacra, jam non pulverulenta via eſt.
Jungere nervis, Ad citharam canere. Ovid. 15. Epiſt. 13.
Nec mihi, diſpoſitis quæ jungam carmina nervis Proveniunt.
Ludere. Virg. 4. Georg. 565.
Carmina qui luſi paſtorum.
Mandare foliis. i. e. In foliis deſcribere velut in charta. Virg. 6. Æn. 74.
Mittere. Martial. lib. 11. 58.
Miraris, docto quod carmina mitto Severo.
Modulari carmen. Virg. 1. Æn. 1.
Mulcent carmina mentem alicujus. Ovid. 10. Met. 301.
Mulcere aliquem grato carmine. Hor. 3. Carm. 11. 24.
Nectere carmina. Stat. 2. Silv. 2. 114.
Pangere carmina. Lucret. lib. 1. 932.
Probare carmina. Martial. lib. 11. 91.
Sancire alicui. Stat. 3. Silv. 3. 215.
Silent carmina. V. paulo ante, Oppreſſa carmina.
Scribere in aliquem. Cic. 2. de Orat. 352.
Scribere mala. Hor. 2. Serm. 6. 74.
Sonare carmina dicuntur rupes. Virg. 5. Ecl. 64.
— ipſæ jam carmina rupes
Ipſa ſonant arbuſta, deus deus ille Menalca.
Statuere modum carminis. Ovid. 1. Triſt. 11. 44.
Tradere res geſtas carminibus. Lucret. lib. 5. 1443.
Tradita carmine & fabuloſa. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Vaticinari carminibus. Cic. de Amicit. 24. Agrigentinum doctum quendam virum, carminibus Græcis vaticinatum ferunt, quæ in rerum natura &c.
Vendunt carmina Gallus & Lupercus. i. e. Emptorem inveniunt carminibus ſuis. Martial. lib. 12. 46.
Vincere aliquem carminibus. Virg. 4. Ecl. 55.
Vivere carmina non poſſunt Quæ ſcribuntur aquæ potoribus. Hor. 1. Epiſt. 19. 3.
Carmina, etiam dicebantur apud veteres Formulæ quædam conceptis verbis ad ſolennitatem aliquam compoſitæ. Unde Juriſconſulti illi vetuſtiſſimi dicuntur habuiſſe carmina quædam excogitata, a quibus non licebat recedere. Cic. pro Muren. 26. Prætor interea ne pulchrum ſe, ac beatum putaret, atque aliquid ipſe ſua ſponte loqueretur, ei quoque carmen compoſitum eſt, cum ceteris rebus abſurdum, tum vero nulli

nulli uſui. Iſtam viam dico, inite viam, &c. habebant & Feciales ſuum quoddam carmen, ad res repetendas, & bellum indicendum deſtinatum. Habebant & Patres patrati ſua carmina, quibus ad ferienda fœdera utebantur, quorum formulam exhibet Livius lib. 1. cap. 24. Erat aliud Carminis genus in urbium obſidionibus ſolenne, quo dii tutelares, ne cum illis quoque bellum ſuſceptum videretur, ſolebant evocari. Hoc, teſte Macrobio, fere his verbis conſtabat, Si deus, ſi dea eſt, cui populus civitaſque Carthaginienſis eſt in tutela, teque maxime, qui hujus urbis tutelam recepiſti, precor, venerorque, veniamque a vobis peto, ut vos populum civitatemque Carthaginienſem deſeratis, loca ſacra, templa, urbemque eorum relinquatis, abſque his abeatis, eique populo & civitati metum injiciatis, proditique Romam ad me, meoſque veniatis, noſtraque vobis loca, templa, ſacra, urbs acceptior probatiorque ſit, mihi populoque Romano, militibuſque meis præpoſiti ſitis, & ſciamus intelligamuſque. Si ita feceritis, voveo vobis templa, ludoſque facturum. Erat & aliud Carminis genus, quo hoſtium exercitus ſolent devoveri, cujus formam Macrob. tradit Saturn. lib. 3. cap. 9. Plin. lib. 18. cap. 2. Duratque immenſo exemplo, Deciorum, patris filiique, quo ſe devovere, carmen. Extat Tucciæ Veſtalis inceſtæ precatio, qua uſa, aquam in cribro tulit. Liv. 10. 38. Deinde jurare cogebantur diro quodam carmine in execrationem capitis ac ſtirpis compoſito.

Carmine longo aliquid effari. Liv. 1. 24.

Carmen meditatum. Plin. Jun. in Paneg. cap. 3. extr. Animadverto enim etiam deos ipſos, non tam accuratis adorantium precibus, quam innocentia & ſanctitate lætari: gratioremque exiſtimari, qui delubris eorum puram, caſtamque mentem, quam qui meditatum carmen intulerit.

Purgans nefas. i. e. Expiatorium. Ovid. 13. Met. 952.

Et purgante nefas novies mihi carmine dicto.

Placantur carmine dei ſuperi. Hor. 2. Epiſt. 1. 138.

Carmen, pro Cantu bubonis avis. Virg. 4. Æn. 462.

Solaque culminibus ferali carmine bubo
Sæpe queri.

Lethale. Ovid. 10. Met. 453.

— ter omen
Funereus bubo lethali carmine fecit.

Miſerabile. Virg. 4. Georg. 514.

— ramoque ſedens miſerabile carmen　　Integrat.

Mœſtum. Ovid. 2. Epiſt. 118.

Carmen, pro Vaticinio. Virg. 4. Ecl. 4.

Ultima Cumæi venit jam carminis ætas.

Divino carmine dicere. Virg. 6. Ecl. 67.

Ut Linus hæc illi divino carmine paſtor
Dixerit.　　Divino carmine, Vaticinans.　　Servius.

Fatidicum. Claud. de Bell. Get. 232.

Immota carmina Sibyllæ. i. e. Rata. Claud. de Bell. Gildon. 29.

Marciana carmina. Liv. 25. 12. q. V.

Movere carmen ore. Ovid. 14. Met. 20.

At tu, ſive aliquod regnum eſt in carmine, carmen
Ore move ſacro.

Carmen, pro Incantatione [ἐπῳδὴ] Virg. 8. Ecl. 69.

Carmina vel cælo poſſunt deducere Lunam.　　Et Tacit. 2. Ann. 69. Et reperiebantur ſolo ac parietibus erutæ humanorum corporum reliquiæ, carmina, & devotiones.

Incantamenta carminum. Plin. lib. 28. cap. 2. Ex homine remediorum primum maximæ quæſtionis, & ſemper incertæ eſt, valeantne aliquid verba & incantamenta carminum.

Magorum carmina. Quintil. lib. 7. cap. 4.

Ææa carmina, i. e. Colchica, ubi patria Circes & Medeæ. Ovid. 1. Amor. 8. 5.

Illa magas artes Ææaque carmina novit.

Auxiliare. Ovid. 7. Met. 137.

Magicum. Ovid. 2. Faſt. 426.

Obſcurum. Ovid. 14. Met. 57.　　Sic vocat Carmen magicum.

Sacrum. Ovid. de Rem. Am. 252.

Movere fila　　Carmine molli. i. e. Pſallere. Sen. Agam. 350.

Mutare carminibus. i. e. Incantatione. Virg. 8. Ecl. 70.

Solvere mentes carminibus. Virg. 4. Æn. 487.

Hæc ſe carminibus promittit ſolvere mentes
Quas velit.

Carmen pro Libro carminum, apud Lucret. 6. 937.

Nunc omnes repetam quam raro corpore ſint res
Commemorare, quod in primo quoque carmine claret.

Carmen, Pœnorum lingua Vermiculus dicitur, ex quo paratur purpura: unde officinis frequens Carmeſini nomenclatura. Habetur etiam certis locis Carmeſis, uti proditum eruditis eſt, ex herbæ radice, quam ſaxifragam vocant, quæque pimpinella ſit, vel ei proxima. V. Cæl. lib. 8. cap. 11.

Carmen, Inſtrumentum textorium. V. CARO, ĕre.

CARMENTA, æ. & CARMENTIS, is. f. [Καρμένθη] Evandri mater, Themis alias, vel Nicoſtrata dicta. Dionyſ. Halicarn. lib. 1. Græcorum claſſis in eam Italiæ partem, ubi poſtea Roma condita eſt, appulit, ſexaginta ferme annis ante bellum Trojanum, profecta a Palantio urbe Arcadica. Eam coloniam deduxit Evander Mercurii filius & nymphæ cujuſdam Arcadicæ, quam Græci Themin dicunt, plenam numine. Romanarum antiquitatum ſcriptores Carmentam patria lingua nominant: quod nymphæ nomen fatidicam ſignificat, deductum a carmine juxta Romanam etymologiam. Hanc mulierem affirmant dæmonis ſpiritu correptam, futura populo præcinere ſolitam. Paulo poſt, Evandro & Carmentæ Romanos ſacrificare quotannis comperi, quemadmodum reliquis heroibus ac dæmonibus: aras etiam eis dicatas contemplatus ſum. Carmentæ apud Carmentalem portam ſub Capitolio, Evandro apud Aventinum collem prope portam Trigeminam. Strabo lib. 5. Romanus populus Evandri matrem nympharum unam exiſtimantes, præcipuis venerantur honoribus, tranſmutato pro Nicoſtrata nomine, eam Carmentim appellantes. Plutarchus in Romulo: Carmentam quidam proprium hominum procreationis fatum opinantur eſſe, ob id ſacra Carmentalia matronas agitare. Alii Evandri Arcadis matrem fatidicam, eamque Phœbo dicatam fuiſſe tradunt: & Carmentam, quod carmine reſponſa daret, nuncupatam: Nicoſtratæ enim proprium illi nomen fuerat. Hæc communior de Carmenta opinio eſt, quæ plurimos auctores habet. Nonnulli tamen nomen Carmentæ ſane haud inepte interpretantur, ut ſit Carmenta, Amens & mente carens, quod numine afflata furere atque inſanire ſit ſolita. Hæc Plutarch. Nympham fuiſſe tradunt Dionyſius & Strabo, ſed & Virg. 8. Æn. 336.

Carmentis nymphæ monita, & deus auctor Apollo.
Vix ea dicta, dehinc progreſſus, monſtrat & aram,
Et Carmentalem Romano nomine portam:
Quam memorant nymphæ priſcum Carmentis honorem
Vatis fatidicæ.　　Quare mirantur plerique Servium, qui in hunc locum ita ſcripſerit: Nymphæ, maritæ dixit. Nam Græce ſponſa νύμφη dicitur. hæc autem non vere nympha fuit, ſed vaticinatrix. Plutarchus Problem. 56. Ferunt mulieres ſenatuſconſulto vehiculis uti prohibitas, inter ſe conſpiraſſe, nequa earum conciperet, neve pareret, atque ita viros ulciſcerentur, donec coacti ſententiam mutaverunt, atque uti permiſerunt. Natis deinde pueris, quum & multitudine liberorum & bonitate felices fuiſſe viderentur, Carmentis ædem ædificaverunt: quam Evandri matrem fuiſſe dicunt, & in Italiam veniſſe, quum Themis vocaretur. Aut quemadmodum aliqui, Nicoſtratam, quoniam verſibus oracula ederet, Carmentam mutato nomine vocaverunt. Sunt qui μοῖραν, hoc eſt Parcam & fatum Carmentam putent, & ob eam rem matres rem divinam ei facere. Eſt autem nominis vera ratio ἐστερημένη νῦ, διὰ τοὺς θεοφορήσεις. id eſt, Carens mente, propter afflationes. Non Carmenti igitur nomen carmina indiderunt, ſed ab ea potius acceperunt: divino quoniam ſpiritu afflata, verſu ac metro oracula edebat. Hæc ibi Plutarch.

Fatiloqua. Liv. 1. 7. Venerabilior divinitate credita Carmentæ matris, quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiam adventum, miratæ hæ gentes fuerant. V. Fatiloquus in FATUM.

Carmentes alias duas fuiſſe ſcribit Gellius, quibus aræ ſtatutæ ſunt Romæ, quarum altera Poſtverta nominata eſt, Proſa altera: a recti perverſique partus & poteſtate & nomine. V. Noct. Attic. lib. 16. cap. 16.

CARMENTALIS, e. Adj. ut, Porta Carmentalis. Virg. 3. Æn. 388.

Carmentalia feſta & ſacra, quæ Carmentæ ab Romanis fieri ſolita. Macrob. Saturn. lib. 1. cap. 16. Feriarum publicarum genera ſunt quatuor. Aut enim Stativæ ſunt, aut Conceptivæ, aut Imperativæ, aut Nundinæ. Et ſunt Stativæ univerſi populi communes, certis & conſtitutis diebus ac menſibus, & in faſtis, ſtatis obſervationibus annotatæ: in quibus præcipue ſervantur Agonalia, Carmentalia, Lupercalia. Tertio Idus Januarii celebrabantur Carmentalia. Ovid. lib. 1. Faſt. 462.

Proxima proſpiciet Tithono aurora relicto,
Arcadiæ ſacrum pontificale deæ.　　Deinde quinto poſt verſu,
Ipſa mone, quæ nomen habes a carmine ductum:
Propoſitoque fave, ne tuus erret honos.　　Decimooctavo Calendas Februarias, hoc eſt decimoquinto die Januarii Carmentalia repetebantur, iterumque fiebant. V. Ovid. 1. Faſt. 499. & lib. 6. 529.

CARMEN inſtrumentum, CARMINO &c. V. CARO, ĕre.

CARMYLESUS, i. m. [Καρμυλησσός] Locus eſt in Anticrago monte Lyciæ, in convalle jacens, de quo Strabo lib. 14.

CARNA, æ. f. [Κάρνα] ſive CARDINEA, Dea quæ vitalibus humanis præeſſe exiſtimabatur: ab eademque petebatur, ut jecinora & corda & cetera quæ ſunt intrinſecus viſcera, ſalva conſervaret. Huic pulte fabacia & larido ſacrificabatur, quod vires maxime his rebus corporis roborentur. Ex Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 12. At Ovid. lib. 6. Faſt. 101.

Prima dies tibi, Carna, datur: dea cardinis hæc eſt:
Numine clauſa aperit, claudit aperta ſuo.　　Hæc ſtriges nocturnas puerorum, ut dicebant, cunas infeſtantes, a limite ſummovebat. V. ſupra in CARDO.

CARNABAS, æ. m. Filius fuit Triopæ, Perrhœborum regis, efferæ & immanis crudelitatis, qui quum eam facile non concoqueret, necato parente, acceptiſque tyrannoctoniæ, id eſt tyrannicidii præmiis, in Troadem ſeceſſit, atque inibi a Troe expurgatus Zeliam condidit. Ex Cæl. Rhodig. lib. 11. cap. 17.

CARNAPÆ, Populi ſunt circa Mæotin. Plin. lib. 6. cap. 7.

CARNARIUM, CARNARIUS, CARNEUS, CARNIFEX, CARNIFICIUM, CARNIVORUS, CARNOSITAS, CARNOSUS. V. CARO.

CARNE, [Κάρνη] Phœnices oppidum eſt ad montem Libanum, a Carno Phœnicis filio ita appellatum, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 20.

Eſt item Carne Stephano, Æolidis civitas, a qua ſit gentile Carnæus: a ſuperiori vero Carnites.

CARNEĂDES, æ. m. [Καρνεάδης] Cyrenæus, novæ Academiæ princeps, Chryſippi maxime ſtudioſus, ejuſdemque mox inſectator acerrimus, de quo Gellius 17. 15. itemque Plinius ait, quod ſcripturus adverſus Zenonis Stoici libros, ſuperiora corporis helleboro candido purgarit, nequid ex corruptis in ſtomacho humoribus, ad domicilium uſque animi redundaret, & conſtantiam vigoremque mentis labefactaret: tanta cura, tantoque apparatu, vir ingenio præſtans ad confutanda ea quæ ſcripſiſſet Zeno, aggreſſus eſt. Gell. lib. 7. 14. & Quintil. lib. 12. cap. 1. de eo referunt, quod miſſus Romam legatus ab Athenienſibus, una cum Diogene Stoico, & Critolao Peripatetico, ſuſpectam fecerit Romanis legationem, dicente M. Catone in Senatu, ab hoc viro cavendum eſſe, qui ob eloquentiam & differendi facultatem facile quæcunque velit impetrare poſſet.

Fuit & alter Carneades philoſophus Athenienſis, Anaxagoræ diſcipulus, cujus meminit Suidas.

CARNEADEUS, a, um. Adj. ut, Diviſio Carneadea. Cic. 5. de Fin. 16.

Finis Carneadeus. Cic. 4. de Fin. 49.

Sententia Carneadea. Cic. 4. Acad. 148.

CARNI, orum. m. [Κάρνοι] Populi Plinio ponuntur in decima regione Italiæ, noti nomine adhuc durante. Hodie tractum a ſe cognominatum inhabitant, Carnithiam ſive Carinthiam, & in Meridiem ſupra Tergeſtum regionem, quæ vulgo *Carniola* dicitur. Ptolemæus quoque ſupra Forum Julii & Concordiam, Carnothiam locat. Hæc ditio hodie paret principibus Auſtriæ. Vadianus.

CARNODUNUM, i. n. [Καρνόδουνον] Oppidum eſt Vindeliciæ ad Danubium, teſte Ptolem. lib. 2. cap. 13.

CARNUNTI, orum. Populi Germaniæ, inter Danubium & ſilvam Hercyniam, in confinio Pannoniæ. Plin. lib. 4. cap. 12. Superiora inter Danubium, & Hercynium ſaltum, uſque ad Pannonica hiberna Carnunti tenent, Germanorumque ibi confinium eſt. Hinc Carnuntum oppidum, de quo & Ammian. 30. 17. & 20. Grut. vulgo *Haimbourg*.

CARNŪTES, m. [Καρνῦται] Populi inter Celtas, Andegavenſibus Turonibuſque

nibusque finitimi, ac Oceano proximi: vulgo *Chartres.* Horum meminit Cæsar in suis Commentariis passim.

CĂRO, ĕre. a Græco κείρειν, quod Tondere est. ut, Inter ancillas sedere jubeas, lanam carere. Plaut. Men. 5. 2. 46. i. e. Lanam a spurcitia purgare. a Carendo deducit Varro. de Ling. Lat. 6. 3. V. p. p. CARMINO.

CARMEN, ĭnis. n. Instrumentum ferreum ad lanam carendam. Lucret. 4. 377.
Primaque dispereunt, quasi carmine lana trahatur. Alii autem aliter legunt.

CARMĬNO, [ξαίνω, κτενίζω] āre. a Carmine, est Idem ac Carĕre, & quasi Pectinare. Varro de L. L. 6. 3. Carminari lana tum dicitur, quum caret eo quod in ea hæret.
Translate Sidon. 1. Epist. 9. Exeras veterem musam, votivum quippiam vel tumultuariis fidibus carminantem.

CARMINATUS, a, um. ut, Lana carminata. Plin. 9. 38.

CARMINATIO, ōnis. f. [ξάνσις] Plin. lib. 11. cap. 23. Hanc ab his cogi, subigique unguium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine.

CĂRO, carnis. f. [σὰρξ, κρέας] Mortuorum proprie dicitur: dicta quod Careat anima, auctore Donato. Plin. lib. 6. cap. 30. Agriophagi, pantherarum & leonum carnibus maxime viventes: Pamphagi, omnia mandentes: Anthropophagi, humana carne vescentes.
Artus carne spoliati. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Cruda caro. Suet. Neron. 37.
Emortua & nigra. Cels. lib. 7. cap. 16.
Formosa. Martial. lib. 11. 103.
Non est mentitus, qui te mihi, dixit habere
Formosam carnem, Lydia, non faciem. Et p. p.
Sed quoties loqueris, carnem quoque, Lydia, perdis.
Humana caro. Juven. 14. Sat. 98.
Inanima. V. INANIMUS.
Iners. i. e. Insipida. Hor. 2. Serm. 4. 41.
Mutua carne inter se vescuntur. In MUTUUM.
Putida caro. Cic. in Pison. 19. Ego istius pecudis, ac putidæ carnis consilio scilicet, aut præsidio niti volebam? Metaph. pro Homine scelesto.
Subrancida caro. Cic. in Pison. 67. Extructa mensa non conchyliis, aut piscibus, sed multa carne subrancida.
Tosta. Ovid. 12. Met. 156.
Vipereæ carnes. Ovid. 2. Met. 769. i. e. Carnes viperarum.
Viva. Ovid. 15. Met. 380.
Edere carnes. Ovid. 2. Met. 767.
Replere corpora carne tosta. Ovid. 2. Met. 156.
Vesci carnibus humanis. Juven. 15. Sat. 13.
Carne aliorum piscium vescuntur mulli. Plin. lib. 9. cap. 17.
Carnem pro Externo homine posuit Senec. Epist. 65. extr. Quicquid in me potest injuriam pati, hoc est in hoc obnoxio domicilio: animus liber habitat. Nunquam me caro ista compellet ad metum, nunquam ad indignam bono simulationem. In hoc sensu sæpissime utuntur scriptores Christiani.
Caro arborum quæ sit, docet Plin. lib. 16. cap. 38. Atque in toto corpore arborum, ut reliquorum animalium, cutis, sanguis, caro, nervi, venæ, ossa, medullæ. Et paulo post. Proximi plerisque adipes. Ii vocantur a colore alburnum: mollis ac pessima pars ligni, etiam in robore facile putrescens, teredini obnoxia, quare semper amputabitur. Subest huic caro: cui ossa: id est materiæ optimum.

CARNIS, is. f. in recto casu dici ostendit Priscian. lib. 6. p. 684. Et Liv. 37. 3. Laurentibus carnis, quæ dari debet, data non fuerat.
Hæc eadem H. St. adnotarat, quum in Lugd. deessent. Remittit insuper ad Sigonii Schol. in l. c. Livii. Hinc

CARNICULA, æ. f. dimin. Priscian. lib. 6. p. 55. a. Aldi. V. CARUNCULA infra.

CARNARIUS, a, um. Adj. ut, Taberna carnaria. Varro de L. L. 7. 30.

CARNARIUS, i. m. [κρεωπώλης] Qui carnem vendit.
Carnarius, Qui in edenda carne delectatur. Martial. lib. 11. 101.
Carnarius sum, pinguiarius non sum.

CARNARIUM, i. n. [κρεωφυλάκιον] proprie dicitur Locus ubi salitæ carnes domi reponuntur. Columel. lib. 12. cap. 53. A duodecima die ad lacum salsuram deferri oportebit, & salem prius excuti, deinde aqua dulci diligenter perlui, necubi sal inhæreat, & paululum afficcatam in carnario suspendi. Plaut. Capt. 4. 4. 6.
Adveniens deturbavit totum cum carne carnarium. conf. Curc. 2. 3. 45. Pseud. 1. 2. 66.
Carnarium [κρεωπώλιον] Locus ubi carnes tantummodo venduntur. Plaut. Cœnam e carnario emit, jam factus satur. Varro Tabernam carnariam vocat.
Carnarium accipitur etiam pro Carne ipsa, sicut Cibarium pro Cibo. Plaut. Qui mihi carnarium paravit, ridiculus, ad jentandum. [Neutrum locum in indice reperi. Forsan ex suppos. Plauti.

CARNATUS, a, um. [ἔνσαρκος] ut, Corpus carnatum. Cæl. Aurel. Tard. 1. 4. 95.

CARNATIO, ōnis. f. Obesitas. Idem Aurel. 1. 4. 113. Gravabilis carnatio.

CARNEUS, a, um. [σαρκικὸς] Adj. Quod ex carne est. Translate Prudentio Apoth. v. 370. Lex carnea opponitur Illi, quam spiritus implet interior.
Absolute. Idem, Psychom. 765. —ne carnea distent,
Spiritui æterno.

CARNĀLIS, e. Ecclesiasticorum vox. ut, Finis vinculi carnalis. Prudent. Perist. 2. 487.
Oculi carnales. Min. Felix 32. 6.
Sæpe in N. T. Carnale Spirituali opponitur, aliquando Duro & lapideo. Carnales Seddules (potius Ædiles, uti habet Turneb. Advers. 29. 1.) Romæ carni venali præerant. Non. 2. 136.

CARNALĬTER, Adv. Prudent. Apoth. 368.
Posteritas carnis, carnaliter omnia cernens.

CARNALITAS, ātis. f. Augustin. Serm. 186. cap. 2. Carnalitas vetustas est: gratia novitas est.

CARNĬFEX, ĭcis. m. [δήμιος, βασανιστὴς] Qui jussu magistratus homines nocentes occidit. ideo dictus, ut ait Donatus ad And. 1. 2. quod Carnes ex hominibus faciat. Isidor. lib. 10. Etymol. in littera C, dictum putat, quod Carnem afficiat. Cic. 7. Verr. 118 Aderat janitor carceris, carnifex Prætoris, mors terrorque sociorum, & civium lictor Sestius. [Videtur Carnifex dici, improprie, ut Aurifex, non quod Carnem faciat, sed quod in ea exerceat munus suum.
Inter carnifices inventus. Juven. 8. Sat. 175.
Atrocior carnifex erat lictore. Cic. pro Rabir. Perd. r. 12. Porcia lex libertatem civium lictori eripuit, Labienus, homo popularis, carnifici tradidit.
Ægroti carnificis culum lingere. Catull. 90. extr. V. ibi Interpr.
Carnificis loco habebatur is, qui se vulnerasset, ut moreretur. Fest.
Nefarius patriæ carnifex. Firm. lib. 1. cap. 3. De Sylla.
Carnifex, Convicium, auctore Donato, Excarnificans dominum: aut Ipse dignus carnifice, ut caro fiat, id est ut lanietur. Ter. And. 4. 1. 27. Quantasque hic suis consiliis mihi confecit solicitudines meus carnifex.
Carnifex, per metaphoram. Cic. 3. Verr. 9. Non sicarium, sed crudelissimum carnificem civium.
Carnifex & tortor. Cic. 11. Philipp. 7.
Adjective ponitur, ut,
Carnifex avis. Martial. lib. 11. 85.
Carnificem nudo pectore pascet avem.
Epulæ carnifices, aut Quæ comestæ aliquem affligunt, utpote veneno conditæ: aut A carnifice ministratæ & appositæ. Claud. in Bell. Gild. 178.
Fixus quisque thoro tacita formidine libat
Carnifices epulas.
Libido carnifex. Arnob. 1. p. 41.
Manus carnifices. Sil. lib. 1. 173. Alii legunt Carnificæ, a Carnificus, a, um.
Pedes. Martial. lib. 12. 48. i. e. Podagrici.
Ut carnifices, ad reliquias vitæ lacerandas ac distrahendas. Cic. pro Quint. 50.

CARNIFICĪNA, æ. f. [κολαστήριον, βασανιστήριον] Locus publicus in quo jussu magistratus homines occiduntur. Liv. 2. 23. Ductum se ab creditore, non in servitium, sed in ergastulum & carnificinam esse.
Facere carnificinam, pro Carnificis officio fungi. Plaut. Capt. 1. 2. 29.
Subire. Cic. 5. Tusc. 78. Ægyptiorum imbutæ mentes pravitatis erroribus, quamvis carnificinam prius subierint, quam ibim, aut aspidem, aut felem, aut canem, aut crocodilum violent.
Carnificinas dixit Cato apud Gell. 10. 3. pl. num. pro Tormentis crudelibus. Insignitas injurias, plagas, verbera, vibices, eos dolores atque carnificinas per dedecus atque maximam contumeliam &c. te facere ausum esse? Plaut. in Cist. 2. 1. 1. Singulari est usus,
Credo ego amorem primum apud homines carnificinam commentum.
Carnificina & crudelitas. Cic. pro Sext. 135. Non ea est medicina quum sanæ parti corporis scalpellum adhibetur, atque integræ: carnificina est ista, & crudelitas.
Carnificina ægritudo. Cic. 3. Tusc. 78. Nam quum omnis perturbatio miseria est, tum carnificina est ægritudo, quia instar carnificis cruciat, laniat præcordia, lacerat animum, excarnificatumque conficit. Al. Carnifica.

CARNIFICĪNUS, vel CARNIFĬCUS, a, um. Utroque modo legitur in Plaut. Most. 1. 1. 52. O cribrum carnificum.
Ac velle ibi quæstum facere carnificinum. Pontanus in Charonte 108. H. St. Est To. 2. fol. 59. b. Ald. Desiderabatur hæc dictio in Lugd. Carnificus tamen analogiæ magis respondet, quam Carnificinus.

CARNIFICIUM, i. n. Saresb. 1. 4. Ad venatoris carnificium prolabi. & 4. 3.

CARNIFĬCOR, [κρεουργοῦμαι] āri. Pati ea quæ carnifices facere solent. Liv. 24. 15. Quod ubi Tribuni militum Graccho nuntiaverunt, neminem stantem jam vulnerari hostem, carnificari jacentes, & in dextris militum pro gladiis humana capita esse, signum dari propere jussit. Passive hic accipitur, teste Budæo.

CARNIVŎRUS, a, um. [σαρκοφάγος] Adj. Quod carne vescitur: ut, Animalia carnivora. Plin. lib. 10. cap. 73. Serratorum dentium carnivora sunt omnia.

CARNŌSUS, a, um. [σαρκικὸς, πολύσαρκος] Pinguis: ut, Carnosus venter. Plin. lib. 11. cap. 37.
Atropha carnosiora faciunt. Plin. lib. 27. cap. 8.
Candor carnosus. Plin. lib. 11. cap. 37.
Cervix. Cels. lib. 4. cap. 1.
Cortex carnosissimus. Plin. lib. 25. cap. 5.
Folium. Plin. lib. 16. cap. 24.
Olivis carnosissimis, exiguum olei. Plin. lib. 15. cap. 3.
Palatum. Plin. lib. 11. cap. 37.
Radix. Plin. lib. 21. cap. 6. De violis.
Vestigium. Plin. lib. 11. cap. 45.

CARNULENTUS, a, um. Adj. Idem quod Carnosus. Solinus cap. 62. Sunt enim illis reciprocis quibusdam pulmunculis vestigia carnulenta. De camelis.
Pectora carnulenta. Prudent. Perist. 10. 370.
Tactus carnulentus. Solin. cap. 8.

CARNULENTIA, æ. f. Crassitudo. Cathol.

CARUNCŬLA, æ. f. [σαρκίον, σαρκίδιον, κρεάδιον] dimin. Cic. 2. de Divin. 52. An tu, inquit, carunculæ vitulinæ mavis quam Imperatori veteri credere. &c. Sic & Valer. Max. 3. 7.
Exiguæ carunculæ. Cels 2. 7.
Carnicula quoque a recto Carnis Priscianus affert, sed sine exemplo. V. CARNIS.

CARODŪNUM, i. n. [Καρρόδουνον] Ptolemæo Germaniæ urbs, hodie Cracovia. Vulgo *Cracavv*, Poloniæ regia.

CARŒNUM, V. CARENUM.

CARONIUM, i. n. [Καρόνιον] Hispaniæ Tarraconensis urbs Ptolemæo. Vulgo *Cheroga.*

CAROS, i. [κάρος] Dioscor. lib. 3. Semen est exiguum, aniso proportione respondens, cujus radix pastinacæ modo estur. Plinio Careum, sive Carium dicitur. Officinis *Carui.* V. CAREUM.
Caros [κάρος] Crapularis redundantia: a καρόω, perturbo, vexo, agito.
Apud medicos Caros est Somnus justo profundior, proveniens ex humore frigido & viscido, cerebrum & præcipue anteriores ejus ventriculos occupante, sensumque pariter & motum ad tempus impediente, spiratione tamen integra relicta. Hæc Galen. lib. 4. de Locis affect. cap. 2.

CĂRŌTA, æ. f. Radix quæ cum pastinaca tanquam congener jungitur ab Apicio 3. 21.

CARŌTICUS, a, um. [καρωτικὸς] ut Caroticæ, auctore Galeno lib. de Juvament. anhelitus, appellantur Venæ quæ in collo sunt, quas

siquis

ſiquis comprimat, corruat homo dormienti aſſimilis, ſequaturque corporis totius immobilitas, unde & inditum nomen: nam κάρος Græce ſoporem ſignat, ac ebrietatem. Chalcidius quoque in Timæum Platonis, inde dici Caroticas opinatur, quod vulnere impacto mortem afferunt ſoporiferam, perque eas ſpiritum ad caput ferri, unde ſint ſentiendi initia. Caroticarum meminit & Ariſtot. lib. de Hiſtor. animalium. Carotides, καρωτίδες frequentius hæ arteriæ ab anatomicis vocantur.

Carpæa, æ. f. [καρπαία] Armata fuit ſaltationis ſpecies, in qua poſitis armis bubſequa jactabat ſemina, reſpectans ſubinde velut formidine: accedebat prædator: id animadvertens, bubſequa, correptis armis depugnabat. Hæc vero fiebant omnia rhythmice prorſum, præcinente tibia: demumque a prædatore colligatus ſator cum bobus abducebatur: quandoque illum hic, vinctis a tergo manibus præ ſe agebat. Ex Cæl. Rhod. lib. 25. cap. 4. V. Xenoph. init. l. 6. Anabaſ. & Scalig. Poet. 1. 18. p. 37.

Carpanetum, i. n. Locus in Attica regione, ut exponunt interpretes in Sen. Hippol. v. 4. Quæ ſaxa ſolo Carpaneto ſubjecta jacent. Sed codd. emend. Saxoſo loca Parnethi ſubjecta.

Carpasium, i. n. [Καρπάσιον] Cypri inſulæ oppidum eſt, apud Plin. lib. 5. cap. 31. Stephanus Carpaſiam vocat, & a Pygmalione conditam aſſerit.

Carpaſiam etiam nonnulli appellarunt Inſulam inter Cretam & Rhodum ſitam, quæ notiore nomine Carpathus appellatur. Demetrius Salaminius Carbaſiam maluit appellare, quod ad ventum καρβᾶν, hoc eſt Africum, ſita videatur.

Carpasum, i. n. [κάρπασον] Planta eſt Dioſcoridi, cujus ſuccus ſoporem citamque ſtrangulationem adducit. Sed quænam ſit medici ad hoc uſque tempus ignorant. V. Dioſcor. lib. 6. cap. 13. conf. carpesium.

Carpăthos, i. n. ſive Carpăthus, i. m. [Κάρπαθος] Inſula eſt inter Ægyptum & Rhodum ſita, ducentorum ſtadiorum circuitum habens: quatuor olim inſignis urbibus: a qua mare ipſum Carpathium dictum. V. Plin. lib. 4. cap. 12.

Carpathius, a, um. Adj. Hor. 1. Carm. 35. 8.

Quicunque Bithyna laceſſit
Carpathium pelagus carina.

Columel. lib. 8. cap. 16. Sola ex pretioſis piſcibus murena, quamvis Tarſenſis, Carpathiique pelagi.

Gurges Carpathius. Virg. 4. Georg. 387.

Carpathius leporem, dictum in Eos qui ſibi rem noxiam arceſſunt. V. Eraſm. Chiliad.

Carpatus, i. m. [Κάρπατος] Mons Sarmatiæ in Europa Ptolemæo. Vulgo *Crapalz*.

Carpentoracte, es. f. Galliæ Narbonenſis civitas, apud Plin. lib. 3. cap. 4. Vulgo *Carpentras*.

Carpentum, i. n. [ἁρμα] Genus vehiculi, dictum quaſi Carmentum, a Carmenta Evandri matre, permutatione literæ m in p. Ovid. 1. Faſt. 619.

Nam prius Auſonias matres carpenta vehebant,
Hæc quoque ab Evandri dicta parente reor.

Carpentis vehi matronas Romæ ſolitas oſtendit Livius lib. 5. cap. 25. Quum de mittenda decima ex præda Veientana Apollini Delphico, pecuniaque ex ærario, ut aurum ex ea coëmeretur, prompta propoſuiſſet, Cujus, inquit, quum copia non eſſet, matronæ cœtibus ad eam rem conſultandam habitis, &[anEx?]communi decreto pollicitæ tribunis militum aurum & omnia ornamenta ſua, in ærarium detulerunt. Grata ea res, ut quæ maxime ſenatui unquam fuit: honoremque ob eam munificentiam ferunt matronis habitum, ut pilento ad ſacra ludoſque, carpentis feſto profeſtoque uterentur.

Manſiſſe autem hunc morem, oſtendit Dio 467. circa principium. καὶ τῇ Μεσσαλίνῃ, τὴν προεδρίαν ἣν καὶ ἡ Λιβία εἰχήκει, καὶ τῷ καρπέντῳ χρῆσθαι ἔδοσαν. Legitur tamen καρπεντίῳ p. 472. neſcio an per errorem, an quod carpentum minus quoddam eſſet. Alioqui Dio alicubi dicit δίφρῳ καταστέγῳ. H.St. [Apparet potius ex hoc loco Dionis, carpenti uſum pridem matronis ademptum fuiſſe, ſolis Veſtalibus virginibus & ſacerdotibus conceſſum ad id tempus; quum extra ordinem Meſſalinæ daretur. V. Caſaub. ad Suet. Claud. cap. 17. Sed forſan Livius ſolis iis matronis conceſſum intelligi voluit, quæ tum aurum ſuum in publicum contulerant. Ejus figuram ex nummis antiquis exhibet Oiſel. tab. 98. n. 4. 5. 6.

Argenteum. Flor. 3. 2. 5. Rex ipſe Bituitus, diſcoloribus in armis, argenteoque carpento.

Judiciale carpentum. Vopiſc. in Aurel. cap. 1. Vehiculo ſuo me & judiciali carpento Præfectus urbis Junius Tiberianus accepit.

Serica carpenta, Serico panno ornata. Propert. lib. 4. 8. 23.

Agere carpentum. Liv. lib. 1. 48.

Volvere carpentum. Juven. 8. Sat. 147.

Carpentarius, a, um. [ἁρμάτειος] Adj. ut, Carpentarius equus. Qui carpentum ducit: & Carpentarius faber, Qui carpenta facit. Carpentariorum meminit Aurelius Arcadius in l. ult. D. de jur. immunit.

Artifex carpentarius. Lamprid. in Alex. cap. 52. Abſolute l. 1. Cod. de excuſat. artif. Fullones, carpentarii, ſculptores.

Fabrica carpentaria. Plin. lib. 16. cap. 8. in fine.

Carpentaria, æ. f. Ars ipſa. Firmicus lib. 2. cap. 10. pr. ubi de Saturno. Cujus ſignificatio eſt, quidquid ad rem ruſticam pertinet. Itidem, quæcunque ex artificiis manu perficiuntur, ut cæmentaria, foſſoria, carpentaria. Niſi forte malis hæc adjectiva eſſe generis neutri, ſubaudiaſque artificia.

Carpesium, i. n. [καρπήσιον] Herba eſt, de qua Galen. lib. 1. de Antidot. Eſt autem Carpeſium, inquit, phu appellato genere ſimilis, valentior tamen, atque odoratum quiddam ſpirans. Plurimum hoc in Sida Pamphiliæ naſcitur. Tenuia autem ſunt ſarmenta, cinnamomi virgultis ſimilia. Ejus duo reperiuntur genera: unum quod Laertium: alterum quod Ponticum cognominatur, a monte, in quo naſcuntur, utraque nomen adepta, ſed Ponticum melius eſt. Quod quum ejus non parum haberem, permultis medicamentis admiſcui, in quibus phu vocata imponi debuerat. Eſt enim Carpeſium phu ſimile, valentius tamen, & in quo, ut dixi, nonnihil odoratæ qualitatis guſtu odoratuque ſentitur. Hactenus Galen. Verum quid hac tempeſtate ſit Carpeſium, haud ſatis explicari poteſt a medicis, ut ſentit Matthiol. in Dioſcorid. 6. 13.

Carpetani, orum. m. pl. Populi, quos Plin. lib. 3. cap. 3. in Hiſpania collocat, ad Tagum fluvium, juxta Vaccæos.

Carpheotum, i. n. Thuris genus puriſſimum & candidum, quod autumno legitur ex partu æſtivo. Auctor Plin. lib. 12. cap. 14.

Carphologia, æ. f. [καρφολογία] Floccorum, palearum vel feſtucarum collectio. V. Cæl. Aurel. Acut. 1. 3. & 5. & Galen.

Carphos, i. [κάρφος] Herbæ genus, Latine feſtucam ſonat. Plin. lib. 24. cap. 19. Nec fœno Græco minor auctoritas, quod telin vocant, alii carphos &c. Galli inquit Ruell. *fenegrenen* vocant. 2. 32.

Carpi, orum. m. [Κάρποι] Populi ſunt Zeugitanæ regionis, quæ proprie Africa dicitur. Auctor Plin. lib. 5. cap. 4. pr.

Carpi, [Ptol. Καρπιανοί] alius populus Baſternis finitimus, quos trans Iſtrum geographi collocant. Meminit Vopiſc. in Aurel. cap. 30. Hinc

Carpicus, a, um. Cognomen triumphale, Quod, ob victoriam de Carpis reportatam, Senatus Aureliano tribuit. Vopiſc. cap. 30.

Carpias, inquit Menander Rhetor, apud Cælium lib. 4. Civitates dicebant, in prærupiis fluminum ab Romanis ad Barbarorum impetum reprimendum conditas.

Carpinrites, [Καρπινεῖτης] corrupte pro καρκινίτης Carcinites, afferebatur ex Strabone. V. ſ. l.

Carpīnus, i. f. Genus arboris notæ de acerum genere, ex quo fiunt faces. Columel. lib. 5. cap. 7. Quinetiam cornus & carpinus & ornus, nonnunquam & ſalix, a pleriſque in hoc ipſum diſponitur. Plin. lib. 16. cap. 18. Deſcendunt etiam in plana cornus, corylus, quercus, ornus, acer, fraxinus, fagus, carpinus.

Carpineus, a, um. Adj. Ex carpino factus. Plin. lib. 16. cap. 43. Hyginus manubria ruſticis carpinea fieri jubet.

Carpio, ōnis. m. [καρπίων] Piſcis notus, qui capitur in Benaco lacu. Perott. Ejus antiquum nomen ignoratur.

Carpis, is. Fluvius eſt Scytharum, ut ſcribit Herodot. lib. 4.

Carpistes, æ. m. Æon Valentini, alias etiam Horos dictus, Tertull. adv. Valent. cap. 9.

Carpo, pſi, ptum. [δρέπομαι] ĕre. proprie eſt Molliter decerpere, & leniter auferre nulla violentia adhibita. Virg. 9. Ecl. 50.

Inſere, Daphni, pyros, carpent tua poma nepotes.

Columel. lib. 5. cap. 6. Ubi deinde prorepſerint plantæ, ſtramenta colligemus, & manibus herbas carpemus.

Floſculos orationis carpere ac delibare. Cic. pro Sext. 116. Tam inſolens in dicendo, ut omni ex genere orationem aucuper, & omnes undique floſculos carpam ac delibem.

Flores ab arbore. Ovid. 9. Met. 343.

Frumenta ſata manu. Virg. 3. Georg. 176.

Poma autumno. Virg. 4. Georg. 134.

Primus vere roſam, atque autumno carpere poma.

Pomaria. Ovid. 4. Epiſt. 29.

Eſt aliquid plenis pomaria carpere ramis.

Roſam vere. Virg. 4. Georg. 134.

Vindemiam de palmite. Virg. 2. Georg. 90.

Carpere, Accipere. Virg. 7. Æn. 414.

Et placidam carpebant membra quietem.

Carpere & Colligere. Cic. 1. de Orat. 191. Vel paſſim licet carpentem & colligentem undique, repleri juſta juris civilis ſcientia.

Aera. Virg. 4. Georg. 311.

— tenuemque magis, magis aera carpunt.

Aera carpere alis. Ovid. 4. Met. 615.

Ætas carpitur. Catul. 66. 33. i. e. Vita agitur.

Aquam de mari carpere. Ovid. in Ibin, 198.

Et ſummam Libyco de mare carpat aquam.

Proverbii ſignificationem habet, pro eo quod Horatius ait, 1. Serm. 1. 51.

— ex magno tollere acervo.

Aut inde, unde ſemper magna ſuffectura ſit copia.

Auras carpere vitales; i. e. Vivere. Poeticum. Virg. 1. Æn. 392.

Quiſquis es, haud, credo, inviſus cæleſtibus auras
Vitales carpis.

Cibum. Varr. 3. de R. R. cap. 16.

Cibum carpere eſt etiam Scindere. V. Burm. ad Petron. p. 153.

Cibos digitis. Ovid. 3. de Arte Am. 755.

Cœnam e rogo. Catull. 57. 3. al. Rapere.

Dente viſcera alicujus. Ovid. in Ibin, 460.

Gaudia fugitiva. Martial. lib. 7. 46.

Vive velut rapto, fugitivaque gaudia carpe.

Gramina carpunt armenta. Virg. 2. Georg. 201.

Gramen carpſere capellæ. Ovid. 1. Met. 299.

Herbam carpere oves dicuntur; i. e. Paſcere. Virg. 3. Georg. 296.

Herbas ignavius carpere. Virg. 3. Georg. 465. i. e. Negligentius, ſine aviditate. Servius.

Pabula carpſit ovis. Ovid. 4. Faſt. 750.

Thyma carpens apis. Hor. 4. Carm. 2. 29.

Carpere, Celeriter præterire. Virg. 3. Georg. 141.

Carpere mox gyrum incipiat.

Valla lib. 6.

Æthera carpere equis, In æthere obequitare. Ovid. 3. Faſt. 416.

Campos carpere pede. Ovid. 1. Triſt. 10. 23.

Fugam. Sil. lib. 10.

Fuga carpere prata. Virg. 3. Georg. 141.

Non ſaltu ſuperare viam ſit paſſus, & acri
Carpere prata fuga.

Hic Celeritas intelligitur, inquit Valla lib. 6. per hoc quod dixit Fuga, qui eſt Celer curſus.

Iter, Ambulare. Martial. lib. 2. 14.

Siquis ibi ſerum carpat amicus iter.

Iter pede. Ovid. 3. Faſt. 604.

Iter longum carpentes. Hor. 1. Serm. 5. 95.

Iter ſupremum. Hor. 2. Carm. 17. 12.

Utcunque præcedes, ſupremum
Carpere iter comites parati.

i. e. Seu ætate ſeu ſorte præcedet, in ſupremo mortis die comitari ſe aſſerit Mæcenatem. Acron.

Noctes ſecuras. Valer. 5. Argon. 48.

Oſcula. Ovid. 11. Epiſt. 117.

— non oſcula frigida carpſi.

Pecus. Propert. lib. 2. 13. 8. Et ſtolidum pleno vellere carpe pecus. Videtur proverbium.

Penſum. Hor. 3. Carm. 27. 64.

— niſi herile mavis
Carpere penſum.

Rura frigida. Virg. 3. Georg. 325.

Luciferi primo cum ſidere frigida rura
Carpamus, dum mane novum, dum gramina canent. Ubi Servius, Rura carpamus, i. e. Carpere cogamus animalia. Donatus autem in Terentium, Fruamur agris, interpretatur. Neuter vero ſatis proprie: hic enim Virgilius ſignificat, Agamus oves in paſcua: ut ſatis oſtendit Columella hunc locum interpretatus lib. 7. cap. 3.
Setas carpere. Virg. 6. Æn. 245.
Et ſummas carpens media inter cornua ſetas. Id eſt quod Græci κατάρχεσθαι dicunt, quod eſt poſt immolationem & mactationem, quæ κατάρχεσις dicitur, ſacrificium incipere. Turneb.
Soporem carpere, Dormire. Virg. 4. Æn. 522. Somnos. Virg. 4. Æn. 555. Poetica ſunt.
Viam, Ambulare. Virg. 6. Æn. 629.
Volatum, Volare. Stat. 1. Theb. 310.
Agmen carpere, & ſimilia. h. e. Aliquos ab agmine ſegregatos, intercipere & occidere, & velut agminis particulas decerpere. Liv. 27. 48. Qui quum feſſum agmen carperent ab omni parte, incurſarentque: & jam omiſſo itinere, quod fugæ ſimile erat, caſtrametari Pœnus in tumulo ſuper fluminis ripam vellet, &c. V. Cæſ. 1. Bell. Civil. 63. & Tacit. 12. Ann. 32. 1.
Exercitum carpere in multas partes; i. e. Separare. Liv. 26. 38. pr. Annibalem ante omnia angebat, quod Capua pertinacius oppugnata ab Romanis, quam defenſa ab ſe, multorum Italiæ populorum animos averterat, quos neque omnes tenere præſidiis, niſi vellet in multas, parvaſque partes carpere exercitum, quod minime tum expediebat, poterat: nec &c.
Orationem carpere membris minutioribus. Cic. 3. de Orat. 188. Neque ſemper utendum eſt perpetuitate, & quaſi converſione verborum: ſed ſæpe carpenda membris minutioribus oratio eſt. Legitur & Capienda.
Carpere, Eligere. Ter. Adel. 4. 2. 57.
Nam jam adibo: atque unum quicquid, quod quidem erit belliſſimum,
Carpam: & cyathos ſorbillans, paulatim hunc producam diem. Donat.
Carpere, Lædere. Virg. 3. Georg. 215.
Carpit enim vires paulatim, uritque videndo
Femina. Donatus in Terentium, Alii, Attenuat, & diminuit interpretantur. Columel. lib. 6. cap. 7. Alvus, corpus, ac vires carpit, operique inutilem reddit.
Forma carpitur, i. e. corrumpitur. Ovid. 2. de Arte Am. 114.
Forma bonum fragile eſt, quantumque accedit ad annos
Fit minor, & ſpatio carpitur ipſa ſuo.
Faciem carpere, Laniare, lacerare. Servius in illud 12. Æn. 606.
Et roſeas laniata genas. Moris (inquit) fuerat, ut ante rogos humanus ſanguis effunderetur vel captivorum vel gladiatorum: quorum, ſi forte copia non fuiſſet, laniantes genas ſuum effundebant cruorem, ut rogis illa imago reſtitueretur. Tamen ſciendum, cautum Lege duodecim tabularum, ne mulieres carperent faciem, his verbis, Mulier faciem ne carpito.
Carpi etiam pro Minui. Curt. 8. 9. 10. Erymanthus, crebris flexibus ſubinde curvatus, ab adcolis rigantibus carpitur. V. Drakenb. ad Sil. 2. 458.
Aliquem carpere, pro Deſpoliare aliquem, & ut vocat Terent. Adel. 4. 2. 52. Emungere. Ovid. 1. Amor. 8. 91.
Et ſoror, & mater, nutrix quoque carpat amantem.
Opes alicujus carpere, Auferre. Ovid. 4. de Pont. 9. 122.
Vitam. Sen. Herc. fur.
Æſtu mens carpitur. Valer. 3. Argon. 365. — fiducia mœſtis
Nulla viris, ægro aſſidue mens carpitur æſtu. Æſtu ſcilicet curarum.
Auro pectus carpitur, i. e. Avaritia vexatur. Propert. 3. 5. 3.
Cura alicujus carpi, Affici, conſumi. Ovid. 3. de Arte Am. 680.
Igni cæco carpi. Virg. 4. Æn. 2.
— & cæco carpitur igni. Alludit ad Cupidinis tela, nam ſagittarum vulnus eſt facis incendium. Servius.
Medullas carpit ignis. Lucan. 9. 744.
Ecce ſubit virus tacitum, carpitque medullas
Ignis edax.
Carpere, Reprehendere, accuſare, & quaſi dentibus lacerare. [διασύρειν] Martial. lib. 1. 92.
Carpere vel noli noſtra, vel ede tua. Cic. 2. Q. frat. 3. Aut in Pompeio defendendo: nam is carpebatur a Bibulo, Curione, &c. Et Cæſ. 3. Bell. Gall. 17. Non ſolum hoſtibus in contemptionem veniret, ſed etiam noſtrorum militum vocibus carperetur.
Siniſtris ſermonibus aliquem carpere apud quempiam. Plin. 1. Epiſt. 9. ad Fundanum.
Carpere maledico dente. Cic. pro Corn. Balb. 57. More hominum invident, in conviviis rodunt, in circulis vellicant, non illo inimico, ſed hoc maledico dente carpunt.
Carmina carpere. Martial. lib. 11. 95. in Verpum æmulum.
Facta alicujus. Ovid. 3. de Pont. 1. 64.
Libellos alicujus. Ovid. de Rem. Amor. 361.
Impune carpere. Hor. 4. Carm. 9. 33.
Totve tuos patiar labores
Impune, Lolli, carpere lividas Obliviones.
Carpere, Frui. Perſ. 5. Sat. 151.
Indulge genio, carpamus dulcia. i. e. Fruamur rebus dulcibus. Ita interpretatur Donatus in Terentium.
Delicias carpere. Propert. 2. 34. 74.
Diem carpere. Hor. 1. Carm. 11. 8.
— carpe diem, quam minimum credula poſtero.
Gaudia. Ovid. 3. de Arte Am. 661.
Honores virtutis. Valer. 1. Argon. 177.
Juventa perpetua carpi. Virg. 4. Æn. 32.
Solane perpetua mœrens carpere juventa. [Immo Carpère, juventam perpetuo in mœrore tranſigens.
CARPTUS, a, um. Partic. [δεδρεμμένος] ut, Carpta lana. Celſ. 6. 6. Flos carptus. Ovid. 3. de Arte Am. 80.
CARPTUS, ûs. m. [δρέμμα] Quantum carpere licet. Plin. lib. 24. cap. 10. Flos cujuſque generis trium digitorum carptu. h. e. Quantum tres digiti decerpere poſſunt.
CARPTOR, ōris. m. [διασυρτὴς] Qui reprehendit. Gell. lib. 19. cap. 7. Quale illud eſt, quod vituperones ſuos ſubducti ſupercilii carptores appellavit.

Carptores etiam vocantur Ciborum ſciſſores. Juven. 9. Sat. 110.
— librarius, archimagiri, Carptores. Vet. Schol. Inſertores, qui inlata carpunt. conf. & Petron. cap. 36.
CARPTŪRA, æ. f. [δρέψις] Varro 3. de R. R. cap. 16. Necnon etiam aliud diſcrimen ſequantur in carptura, &c. De apibus flores carpentibus.
CARPTIM, Adv. [δρεπομένως] Hinc atque illinc ſine aliquo ordine decerpendo. Salluſt. in Catil. cap. 4. Statui res geſtas Pop. Romani carptim, ut quæque memoria digna videbantur, perſcribere.
Agere carptim & κατὰ κεφάλαιον. Plin. 6. Epiſt. 26.
Aggredi carptim. Liv. 44. 41.
Dicere carptim. Plin. Epiſt. 167.
Perſtringere carptim, breviterque aliquid. Plin. in Paneg. 40.
Carptim, & Univerſi, oppoſita. Liv. 28. 25. Edictum deinde propoſitum, ut ad ſtipendium petendum convenirent Carthaginem, ſeu carptim partes, ſeu univerſi mallent.
Carptim & ſinguli. Tacit. 4. Hiſt. 46. Dimiſſi nonnulli ob culpam, ſeu carptim ac ſinguli, quo tutiſſimo remedio conſenſus multitudine extenuatur.
CARPISCULUM, i. n. ſeu CARPISCULUS, i. m. Calceamenti genus barbarici. Vopiſc. Aurel. cap. 30. Eſt etiam Vox architectonica. Lapis Viennenſis: TEGVLAS AENEAS AVRATAS CVM CARPISCVLIS ET VESTITVRIS BASIVM.
CARPOBALSAMUM, i. n. [καρποβάλσαμον] Balſami fructus eſt. Nam κάρπος Græcis fructum ſignificat. V. Plin. lib. 12. cap. 25.
CARPOPHORUS, a, um. [καρποφόρος] Latine Fructifer. Hieron. ad Euſtath. de morte Paulæ, Salve Euphratha regio uberrima, atque carpophora, cujus ſterilitas Deus eſt.
Fuit etiam Carpophorus, Proprium nomen cujuſdam ex beſtiariis Domitiani Cæſaris, cujus in conficiendis feris dexteritatem extollit Martial. in Spectac. 23. & 27.
CARPOPHYLLON, i. n. [καρπόφυλλον] Genus lauri. Plin. lib. 15. cap. 30. Eſt & Chamædaphne ſilveſtris frutex, eſt & Alexandrina, quam aliqui Idæam, alii hippoglottion, alii daphniten, alii carpophyllon, alii hypelaten vocant. Ruell. lib. 3. cap. 136. Plurima in Ida, & circa Heracleam Ponti, nec niſi in montoſis vidimus hac effigie, folio paulo ruſci majore, molli, nec rigido, ſemine inter folia rubro, ramulis in terram ſparſis, dodrantalibus, radice myrto ſilveſtri proxima, molli.
CARPUS, i. m. [καρπὸς] Prima palmæ pars, qua brachio jungitur. Celſ. 3. 6. Tum deinde ejus carpo manum admovere. [Verum quum ea vox alias Celſo inſueta ſit, ut ex lib. 8. cap. 1. & 17. videre licet, ubi vel maxime mentio ejus requirebatur, non dubito, quin lectio, quæ ante Lindenium omnium codd. fuit, Ejus corpori, revocanda ſit.
CARRACA, æ. f. [Κάῤῥακα] Italiæ urbs ſub Venetia Ptolemæo. Vulgo *Caravaggio.*
CARRÆ, arum. f. Plin. cap. 7. lib. 31. Carrhis Arabiæ oppido muros domoſque maſſis ſalis faciunt, aqua ferruminantes. Gerrhis Hard. ex Strab. q. V.
CARRÆ, ārum. f. [Κάῤῥαι] Meſopotamiæ urbs, Craſſi clade nobilis. Auctor Plin. lib. 5. cap. 24. & Caracallæ Imperatoris etiam nece. Hic enim, ut Spartianus ſcribit, cap. 7. In medio itinere inter Carras & Edeſſam periit, quum levandæ veſicæ cauſa ex equo deſcendiſſet. Lucan. lib. 1. 104.
Arma ducum dirimens miſerando funere Craſſus,
Aſſyrias Latio maculavit ſanguine Carras. Dicuntur autem Carræ, ut inquit Stephanus, a Carra fluvio Syriæ. Hujus incolæ Carreni aut Carræi vocantur.
Eſt & urbs eodem nomine ad mare Erythræum. V. paulo ſupra.
CARRACUTIUM, CARRAGO, CARROBALISTA &c. V. CARRUS.
CARRŎCO, ōnis. f. Genus piſcis. Auſon. Epiſt. 4. 58.
CARRUS, i. m. & CARRUM, i. n. utroque modo dicitur, [ἅμαξα. ἁμάξα] a Cardine quatuor rotarum: vel quod currendo ſonet. Hirt. Bel. Hiſp. 6. Ea die per viarum anguſtias, carra complura, multoſque laſſtas retraxit. Cæſ. 1. Bell. Gall. 26. Alteri ad impedimenta & carros ſuos ſe contulerunt.
Objicere carros. Cæſ. 1. Bell. Gall. 26. Propterea quod pro vallo carros objecerant.
Superſtare carris. Liv. 10. 28. Eſſedis carriſque ſuperſtans armatus hoſtis ingenti ſonitu equorum rotarumque advenit.
CARRAGO, ĭnis. f. [Græce καραγὼν vocant] Munitio ex connexis carris hoſti arcendo. Vopiſcus Aurel. cap. 11. Quærere præterea ubi carrago ſit hoſtium. Barbari ſua in orbem caſtra ſolebant munimento valloque carrorum obducere: unde & carrago vocata eſt, quo verbo cenſentur eorum caſtra carris circumdata. Marcellinus 31. 7. Unde haud longo ſpatio ſeparatum vulgus inæſtimabile Barbarorum, ad orbis rotundi figuram multitudine digeſta plauſtrorum, tanquam intramuranis cohibita ſpatiis, otio fruebatur & ubertate prædarum. Iterum, Quæ optime tum accepta ſtatimque incenſis malleolis, ad carraginem, quam ita ipſi appellant, aliti velocitate regreſſa. ubi V. Lindenbr.
CARRACUTIUM, i. n. Vehiculum altiſſimarum rotarum. Iſidor. 20. 12.
CARROBALISTA, æ. f. Baliſtarum genus carro impoſitum. Veget. 3. 24.
CARRŪCA, æ. f. [ἁμαξὶς] videtur diminutivum a Carrus. Plin. lib. 33. cap. 11. At nos carrucas ex argento cælare invenimus. Martial. lib. 3. 47.
Nec feriatus ibat ante carrucam.
Dormitoria carruca cum mulis, qua ſemper uxor uſa ſit. Scævola in l. uxori. ff. de aur. & arg. leg.
Commodare carrucam. Paulus in l. In commodato. §. duabus. D. commod.
CARRUCARIUS, a, um. [ἁμάξειος] ut, Mula carrucaria. Ulpianus in l. Ædiles aiunt. §. Jumentorum. D. de Ædilitio edicto, ubi de mulis loquitur, Pleraſque denique carrucarias tales eſſe, ut non poſſint transjungi. Muliones carucarii. Capitolin. in Maximin. Jun. cap. 4.
CARRUCARIUS, i. m. [ἁμαξηλάτης] Qui carrucam ducit. Ulpian. Juriſc. in l. Item quæritur, in princ. D. Locati. Si ciſiarius, id eſt carrucarius, dum ceteros tranſire contendit, ciſium evertit.
CARSEŎLI, ōrum. m. [Καρσέολοι] Oppidum eſt in via Valeria non longe a Pelignis, cujus meminit Strab. lib. 5. V. Plin. lib. 3. cap. 12. Ovid. 4. Faſt. 683.
Frigida Carſeolis, nec olivis apta ferendis
Terra, ſed ad ſegetes ingenioſus ager. Videtur hic Carſeolos populos intelligere, non oppidum. Niſi quis putet ablativum eſſe loci, poſitum pro In Carſeolis, ut Venetiis, Pariſiis, & ſimilia. Poteſt etiam dativus caſus eſſe. [Heinſius Carſeoli edidit, ut cetera per appoſitionem dicantur.

Carseolānus, a, um. Adj. [Καρσεολανὸς] ut, Carſeolana lex apud Ovid. 4. Faſt. 708.

Factum abiit, monimenta manent: nam vivere captam
Nunc quoque lex vulpem Carſeolana vetat. Et Plin. 3. 12.

Cartadulorum Regio, in Subſolanis Indorum montibus, in qua Satyri reperiuntur, perniciſſimum animal, cum quadrupedes, tum recte currentes, humana effigie, propter velocitatem, niſi ſenes, aut ægri non capiuntur. Auctor Plin. lib. 7. cap. 2. Hard. Catharcludorum.

Cartallus, i. m. [κάρταλλος] Fiſcella. Vulg. Interpr. Deut. 26. 2. ex Gr. Primitias pones in cartallo. conf. Jer. 6. 9. V. Suid. & Heſych.

Cartălo, Viri proprium, de quo Sil. lib. 15.

— cadit obvius acri
Cartalo Vaſidio Libycæ regnator arenæ. alii legunt, Carthalo.

Cartēia, vel **Cartheia**, æ. f. [Καρθαία Steph.] Civitas Hiſpaniæ ad Calpen. Auct. Plin. lib. 3. cap. 1. Carteia a Græcis Tarteſſos appellata, eodem auctore. Oppius de Bello Hiſpan. 32. Cn. Pompeius autem &c. parte altera contendit Carteiam, quod oppidum abeſt a Corduba millia paſſuum CLXX. V. TARTESSOS. Nunc *Cartaia* dicitur vulgo, teſte Olivario in Melam.

Cartenna, æ. f. Auguſti colonia in Mauritania Tingitana. Plin. lib. 5. cap. 2. Mela eam adſcribit Numidiæ. Olivarius dicit eam nunc vulgo vocari *Sileſi*.

Carthæa, æ. f. [Καρθαία] Urbs eſt in inſula Ceo. V. Strabo lib. 10. Plin. 4. 12. [Hanc male cum Julide confundit Alex. Genial. dier. 6. 5. ubi de claris Ceis. Deceptus Plinii verbis 4. 12. quæ ſublata diſtinctione legiſſe videtur. Diſtinguit accurate Antonin. Liber. Fab. 1.

Carthæus, a, um. [Καρθαῖος] Adj. ut, Arva Carthæa. Ovid. 10. Met. 109.

Namque ſacer Nymphis Carthæa tenentibus arva
Ingens cervus erat.

Carthæius, aliud Adjectivum, [Καρθαῖος] ut, Carthæia mœnia. Ovid. 7. Met. 368.

Tranſit & antiquæ Carthæia mœnia Ceæ.

Carthāgo, ĭnis. f. [Καρχηδὼν] Urbs Africæ celebris, quæ poſt Trojanum bellum a Didone condita fuit. de qua recte Salluſtius Jug. 19. ait, ſatius eſſe ſilere, quam parum dicere. tanta enim ejus potentia fuit, ut auctore Polybio, & Strabone, tota Africa cultiore potiretur: in Hiſpania vero ab Herculis columnis aduſque Pyrenæos montes maximis civitatibus imperaverit. Variante tandem fortuna, adeo defecit, ut ea diruta, circumjacens regio provincia facta fuerit, & Maſiniſſæ, qui ob virtutem & amicitiam plurimum Romanis curæ fuit, commiſſa a Pop. Rom. Græci eam Carchedona nominarunt: Hadrianus autem imperator Hadrianopolin, teſte Spartiano cap. 20. & ridicule perditiſſimus imperator Commodus, quemadmodum ſcribit Lampridius, cap. 17. Alexandriam Commodianam Togatam. Meminit hujus urbis multis Juſtin. lib. 18. & in Floridis Apuleius.

Eſt & Carthago nova, quam dux Pœnorum Haſdrubal condidit in Hiſpania Bætica. Auctor Pomp. Mela lib. 2. 6. Hæc a Scipione expugnata eſt, Magone, non ſine ſuorum clade ſe dedente. Liv. lib. 26. 43. extr. Ad Carthaginem, inquit, novam expugnandam, totis viribus, & bono animo tranſeamus. Nunc vulgo *Cartagena* dicitur.

Fuit & alia Carthago, Vetus cognominata, eodem in littore. Cic. 1. de Lege Agr. 5. Poſt autem agros, inquit, in Hiſpania apud Carthaginem novam, duorum Scipionum eximia virtute poſſeſſos, tum ipſam veterem Carthaginem vendunt. Sita fuit haud procul Tarracone, & a Teucro condita. de qua Sil. lib. 3. 368.

Dat Carthago viros, Teucro fundata vetuſto. [Verum Silium de Nova Carthagine loqui ex Juſtin. 43. 3. liquet, Tullius autem ſe Veterem in Africa Carthaginem intelligere diſertis verbis Agr. 2. 51. teſtatur. Veteris vero Carthaginis in Hiſpania unus meminit Ptolem. V. Cellar. Geog. Antiq. 2. 1. 3. 103.

Carthago, Filia Herculis. Cic. 3. de Nat. Deor. 42. Quartus Hercules Jovis & Aſteriæ Latonæ ſororis, qui Tyri maxime colitur, cujus Carthaginem filiam ferunt.

Terror imperii Carthago. Cic. pro Muren. 58. Bis Conſul fuerat P. Africanus: & duos terrores hujus imperii, Carthaginem, Numantiamque deleverat, &c.

Alma Carthago. Sil. lib. 13. — ſi nunc exiſteret alma
Carthago ante oculos, turrita celſa figura.

Alta. Virg. 4. Æn. 27.
Suſpectas habuiſſe domos Carthaginis altæ.

Antiqua. Claud. de Bell. Gild. 518.

Dives opum Carthago. Virg. 1. Æn. 17.
Urbs antiqua fuit: Tyrii tenuere coloni,
Carthago, Italiam contra, Tyberinaque longe
Oſtia, dives opum, ſtudiiſque aſperrima belli.

Impia. Hor. 4. Carm. 8. 17.
Non incendia Carthaginis impiæ.

Invida. Hor. Epod. 7. 5.
Non ut ſuperbas invidæ Carthaginis
Romanus arces ureret.

Magna. Hor. 3. Carm. 5. 39.
O magna Carthago probroſis
Altior Italiæ ruinis.

Nova, Tum recens condita. Virg. 1. Æn. 370. — cernes
Mœnia, ſurgentemque novæ Carthaginis arcem.

Perfida. Sil. lib. 13. — cur perfida & urbi
Altera Carthago noſtræ, poſt fœdera rupta.

Tyria, Ab origine. Virg. 4. Æn. 224.
— Tyria Carthagine qui nunc Expectat.

Carthāgĭniensis, e. [Καρχηδόνιος] Dictio ſex ſyllabarum, ut docet Priſcian. lib. 4. dicitur Qui eſt ex Carthagine. Sin vero, ait Priſcianus, tertiæ ſint declinationis, abjiciunt s genitivi, & aſſumunt enſis, ut Piſtor Piſtoris Piſtorienſis, Carthago Carthaginis Carthaginienſis. Eſt apud Cic. pro Corn. Balb. 52. ſummi (ſic enim vocat) cujuſdam poetæ hoc carmen,

Hoſtem qui feriet, mihi erit Carthaginienſis.

Carthaginienſes multi Romæ ſervierunt. Cic. 3. Tuſc.

Fraudulenti Carthaginienſes & mendaces. Cic. 2. de Lege Agr. 94. Carthaginienſes fraudulenti & mendaces, non genere, ſed natura loci, quod propter portus ſuos, multis & variis mercatorum ſermonibus, ad ſtudium fallendi, ſtudio quæſtus vocabantur.

Cartharius, a, um. Adj. ut, Naſcitur in carthariis locis. Apul. de Herb. cap. 1. [Stew. Chartariis. Quod quid ſit neſcio.

Carthegon, i. n. Buxi granum eſt. Plin. lib. 16. cap. 30. pr. [Ubi Mſſ. Gratægum. Hard. Cratægum. puto, quia Græcis κράταιγος, vel κραταιγὼν Meſpili genus ſilveſtris. Forte tamen diminutiva forma Cratægion legendum.

Cartheia, V. CARTHÆA.

Cartibŭlum, i. n. Menſæ genus unum quod in cœnaculis ponebatur, prius Gertibulum dictum. In tricliniis enim, ſtratis tribus lectis, in quibus priſci illi ſedentes cœnitabant, tres fuiſſe menſas Varro ſignificat de L. L. 4. 6. ex quibus una vinaria rotunda cylibathum dicta, a poculis, quæ κυλίκας Græci vocant: altera vinaria menſa erat lapidea, quadrata, oblonga una columella ſuffulta, vocabatur cartibulum: tertia, quadrata, quæ vaſa detinebat, cui urnarium dixere nomen.

Cartilāgo, ĭnis. f. [χόνδρος] Pars ſimilaris corporis, ex ſpermate genita, quæ tamen neque os eſt, neque caro, ſed quoddam intermedium, qualis eſt tota auris, & extremæ partes oſſium motoriorum. Plin. lib. 11. cap. 4. Inſecta non videntur habere cartilaginem. Et lib. 15. cap. 28. Carne palmæ placent, cruſta Thebaicæ, ſucco uvæ & caryottæ, callo pira ac mala, corpore melimela, mora cartilagine, nuclei grano. V. & ſeq.

Cartilagĭneus, a, um. Adj. [χονδρότυπος] Plin. lib. 11. cap. 37. Sed auriculæ omnibus, animal duntaxat generantibus excepto &c. & quæ cartilaginea appellavimus. V. eundem lib. 9. cap. 24.

Cartilaginōsus, a, um. Adj. [χονδρώδης] h. e. Mediam conſiſtentiam habens inter durum & molle. ut

Galbanum cartilaginoſum. Plin. lib. 12. cap. 25. Dat & galbanum Syria in eodem Amano monte e ferula, quam ejuſdem nominis reſinæ modo ſtagonitin appellant. Quod maxime laudant, cartilaginoſum, purum ad ſimilitudinem ammoniaci, minimeque lignoſum.

Cartris, is. f. [Καρτρὶς] Cimbrorum peninſula, dicente Plin. lib. 4. cap. 13. Promontorium Cimbrorum excurrens in maria longe peninſulam efficit, quæ Cartris appellatur.

Carvilius, [Καρβίλιος] Nomen gent. Ro. Sp. Carvilius victis Samnitibus ſacrata lege pugnantibus, e pectoralibus eorum ocreiſque & galeis, Jovem, qui eſt in Capitolio, fecit, amplitudine tanta, ut conſpiciatur a Latiario Jove, auctore Plin. lib. 34. cap. 7.

Commemoratur a Plinio & alter Carvilius, cognomento Pollio, eques Romanus, qui tricliniis quibuſdam argentum addidiſſe primus traditur, non ut operiret, aut ut Deliaca ſpecie faceret, ſed Punica. V. eum lib. 33. cap. 11.

Sp. Carvilius primus Romæ Grammaticam mercede docuit. Hujus autem patronus, Sp. Carvilius, cognomento Ruga, primus Romæ uxorem, quod ſterilis eſſet, dilectam licet, repudiavit, quod jurare a cenſoribus coactus erat, ſe liberûm quærendûm gratia habiturum. Auctor Gell. 4. 3. & Plut. Quæſt. Rom. 59.

Caruncula, In CARO.

Carus, a, um. Adj. [τιμαλφὴς, τίμιος, πολύτιμος] proprie dicitur Quod contrarium eſt Vili: ut, Annona cara. Cic. 2. de Divin. 59. Putarem annonam in macello cariorem fore. Idem pro Domo 14. Subito illo ipſo die cariſſimam annonam, nec opinata vilitas conſequuta eſt.

Carius facere aurum cælando. Plin. in proœm. 33. lib. Acceſſit ars picturæ, & aurum argentumque cælando carius fecimus.

Non eſt trecentis minis cara. Plaut. Perſ. 4. 4. 117. Abi, argentum effer huc: non ædepol tricentis mnis cara'ſt, feciſti lucri.

Carus, Pretioſus, V. CHARUS: & **Caritas**, Amor, V. CHARITAS.

Care, Adv. [τιμίως] ut, Care æſtimare, Care venire. Cic. ad Brut. 16. Valde care æſtimas tot annos, quot iſta ætas recipit.

Carĭtas, ātis. f. [ὑστέρησις, σιτοδεία] Penuria: derivatur autem a Careo, quod ſignificat Non habeo, deficio. Valla lib. 4. cap. 62. Caritatem pro Penuria accipimus. Sed frumenti quidem, & annonæ caritatem dicimus: Penuriam vero, vini, aquæ, pabuli, pecorum, pecuniæ, virorum, ceterarumque hujuſmodi rerum. Vel Penuria eſt, ut ſic dicam, Carentia omnium rerum. Caritas vero, quæ contraria eſt Vilitati. Ideoque Plin. Junior ait Acceſſiſſe agris ſuburbanis caritatem. Et Quintil. quum ait, Itaque caritas annonæ, rarum frumentum, cædes ac direptio pecorum: idem eſt, ac ſi dixiſſet, caritas annonæ, penuria frumenti. Hactenus Valla. Cic. 5. Verr. 47. Caritas enim annonæ faciebat, ut iſtud quod re parum videbatur, tempore magnum videretur.

Vilitas & Caritas, contraria. Cic. 5. Verr. 216. Biennio provinciam obtinuit, quum alter annus in vilitate, alter in ſumma caritate fuerit.

In caritate, aſſe modium populo dedit M. Seius. Cic. 2. Off. 58.

In Rhodiorum inopia & fame, ſummaque annonæ caritate, magnum frumenti numerum advexit Alexandria Rhodum. Cic. 3. Off. 50.

Diuturna caritas. Cic. pro Domo 12. Atque utrumque fuiſſe perſpicuum eſt, difficultatem annonæ, ſummamque inopiam rei frumentariæ: ut homines non jam diuturnam caritatem, ſed ut famem plane timerent, nemo negat.

Præſens caritas erat, & futura fames. Cic. pro Domo 12.

Inferre caritatem annonæ. V. INFERO.

Nummorum caritas. Cic. 9. Att. 11. Nunc omnia iſta jacere puto propter nummorum caritatem.

Uberiora cibaria facta ſunt caritate. Cic. 5. Verr. 216.

Carus, i. m. Proprium nomen Imperatoris Romani, qui quanquam obſcuris parentibus ortus, Probo ſucceſſit, ſub quo præfectus prætorio fuerat, & relictis filiis Carino & Numeriano Cæſaribus, in Perſide, ubi feliciter remp. geſſerat, ictu fulminis periiſſe dicitur. V. Vopiſc. in ejus vita.

Carya, æ. f. [Κάρυα] Epitheton Dianæ, quæ templum in Laconia habuit. V. Stat. 4. Theb. 225. [Immo Caryæ pl. f. apud Stat. urbis nomen, quæ Steph. Carya num. ſing. Nymphæ loci quidem Κάρυαι, ipſa vero Diana Καρυᾶτις vocatur a Pauſan. in Lacon. q. V.

Caryæ, [Κάρυαι] Civitas Peloponneſi, quæ cum Perſis hoſtibus contra Græciam conſenſit: unde poſtea a Græcis deleta fuit. Vitruv. lib. 1. 1. V. dict. præced. Hinc

Caryas, ātis. m. gentile, [Καρυάτης] Vitruv. 1. 1. Caryæ civitas Peloponneſi cum Perſis hoſtibus contra Græciam conſenſit. Poſtea Græci per victoriam glorioſe bello liberati, communi conſilio Caryatibus bellum indixerunt, &c.

CARYATIS, ĭdis. f. [Καρυάτις] Quæ eſt ex Caryis: unde Caryatides, Mulieres quæ antiquitus ab architectis columnis inſculpebantur dictæ, de quibus multa Vitruvius lib. 1. cap. 1. quem vide. & Plin. 35. 10. & 36. 5.

CARYANDA, æ. f. [Καρύανδα] Lacus eſt & inſula eodem nomine Cariæ regionis, non procul a Myndo. Ex Strab. Geogr. lib. 14.

CARȲCA, æ. f. [καρύκη] Genus edulii, ex ſanguine & variis condimentis conſtans, quod & καρύκευμα a Græcis dicitur. V. Cæl. Rhodig. lib. 27. cap. 23.

CARYĪTES, æ. m. [καρυΐτης] Tithymali genus. Plin. 26. 8. & Dioſc. 4. 159. V. Ruell. lib. 1. cap. 11.

CARYNIA, æ. f. Civitas in Achaia, circa quam abigi partum vino, atque etiam ſi uvam edant gravidæ, refert Plin. lib. 14. cap. 18.

CARŎON, i. n. [κάρυον] Nucis juglandis genus: de qua ſic Plin. lib. 15. cap. 22. Caryon a capitis gravedine, propter odoris gravitatem convenit dictum.

CARYĬNUS, a, um. Adj. [καρύϊνος] ut, Caryinum oleum. Plin. lib. 23. cap. 4. E nuce juglande quod caryinum appellavimus, alopeciis utile eſt, & tarditati aurium infuſum.

CARYOPHYLLATA, æ. f. Planta eſt non vulgaris, neque viribus inefficax, argumento quod ejus radices manifeſtum caryophylli ſpirent odorem. Ea recentiores medici utuntur pota ad thoracis interna vulnera. Quin & ejus ſuccum, admiſta ærugine, cuniculoſis, contumacibuſque ulceribus utiliter injiciunt. Eadem olfactu ſpiritus recreat, & frigidum roborat cerebrum. Ex Mathiolo in Dioſcor. lib. 4. cap. 17.

CARYŎPHYLLUM, i. n. [καρυόφυλλον] Arbor eſt in Orientali plaga proveniens, quibuſdam Indici pelagi inſulis, non longe a Badan. Hujus caudex buxo ſimillimus eſt, eademque materies. Folia vero cinnami vulgaris inſtar habet, ſed rotundiora. Fructu eſt parvo, ex atro rufeſcente, in clavi modum capitato, exertis in adverſum quatuor denticulis ſeſe ſtellatim decuſſantibus, prominulo apice, quadrati alveoli ſinu medio umbilicatim prodeunte. Cultores arundinibus flagellant arborem, conſtrato prius circumquaque tegetibus palmeis ſolo. Caryophylli meminit Plin. lib. 12. cap. 7. his verbis, Eſt etiamnum in India piperis grani ſimile, quod vocant caryophyllon, grandius fragiliuſque. Tradunt in Indico luco id gigni. Advehitur odoris gratia. ubi V. Harduin.
Eſt & Caryophyllus floris ſpecies, *Garofoli* vulgo dicta, cujus duo genera facit Matthiol. in lib. 2. Dioſcor. cap. 153.

CARYŎPON, i. n. Genus cinnami, quod in Syria gignitur. Plin. lib. 12. cap. 28. In Syria gignitur & cinnamon, quod caryopon appellant. Hic eſt ſuccus nuci expreſſus, multum a ſurculo veri cinnami differens, vicina tamen gratia. Camacum vel Comacum Mſſ. V. Hard.

CARYŌTA, æ. f. [καρυωτὸς] Palmæ fructus. Plin. lib. 13. cap. 4. de palmis, Ab his caryotæ maxime celebrantur, & cibo quidem: ſed & ſucco uberrimæ. Ex quibus præcipua vina Orienti, iniqua capiti, unde pomo nomen. Varro 2. de R. R. cap. 1. Non ſcitis palmulas, caryotas in Syria parere in Judæa, in Italia non poſſe?
Aurea caryota, Inaurata. Martial. lib. 13. 27.
Aurea porrigitur Jani caryota calendis,
Sed tamen hoc munus pauperis eſſe ſolet.
Accepiſſe me caryotas optimas, quæ nunc cum ficis & boletis certandum habent. Plin. 1. Epiſt. 7. extr. Sunt qui perperam Cariota ſcribunt per i.

CARYŎTIS, ĭdis. f. Idem. Stat. 1. Silv. 6. 20.
— & latente palma
Prægnantes caryotides cadebant. & Martial. lib. 11. 32.

CARYSTE, es. vel CARYSTOS, i. [Κάρυστος] Inſula una ex Cycladibus, ſita in Euboico mari: varii marmoris ferax. Strabo lib. 10. Lucan. lib. 5. de inſula Eubœa loquens, v. 232.
Qua maris anguſtat fauces ſaxoſa Caryſtos. In hac teſte Solino cap. 17. Titanes regnaverunt. Briareo enim (inquit) Caryſtii rem divinam faciunt, ſicut Ægæoni Chalcidenſes. Nam omnis fere Eubœa Titanum fuit regnum.
Ferax lapidis varii Caryſtos. Sen. Troad. 9. An ferax varii lapidis Caryſtos? i. e. Maculoſi, & velut picturati marmoris.
Undoſa Caryſtos. Stat. 1. Silv. 5. 34.
Non huc admiſſæ Thaſos, aut undoſa Caryſtos.

CARYSTĒUS, a, um. Adj. [Καρύστιος] ut, Vada Caryſtea. Ovid. 4. Faſt. 282.
Quaque Caryſteis frangitur unda vadis.

CARYSTIUS, a, um. [Καρύστιος] aliud Adj. ut, Vinum Caryſtium apud Strab. lib 10.
Vitem quatuor columellæ Caryſtiæ ſubeunt. i. e. Marmoris Caryſtii. Plin. lib. 5. Epiſt. 6. V. ibi Cellar.

C A S

CĂSA, æ. f. [καλύβη, στέγη, σκηνὴ] a Cavatione dicta, auctore Feſto: quod antiqui cavatas rupes inhabitarent. Alii a facile cadendo dictam volunt: quod a Cado fiat Caſo caſas frequentativum. q. V. Varro 2. de R. R. cap. 10. Qui autem ſunt in ſaltibus, & ſilveſtribus locis paſcunt, & non villa, ſed caſis repentinis imbres vitant. Virg. 2. Ecl. 29. Humiles caſas appellat Tuguria. Cic. 5. Tuſc. 97. Nec eſuriens Ptolemæus ederat: cui quum peragranti Ægyptum, comitibus non conſecutis, cibarius in caſa panis datus eſſet, nihil viſum eſt illo pane jucundius.
Tectum paſtorale caſæ. Stat. 12. Theb. 268.
Ambitioſa caſa. Martial. lib. 12. 67.
Anguſta. Claud. 1. in Ruff. 203.
Candida, Lintea. Juven. 6. Sat. 153. V. Schol. vet.
Exigua. Ovid. 4. Faſt. 525.
Surge, nec exiguæ deſpice tecta caſæ.
Primæ caſæ, h. e. Primatum. Martial. lib. 9. 60. [Dictum potius, ut Prima frons de Expoſita omnium conſpectui parte caſæ, ſeu tabernæ.
Sparſæ. Ovid. 1. Faſt. 502.
Aſpicit & ſparſas per loca ſola caſas.
Stramineæ. Ovid. 2. Amor. 9. 18.
Ædificare caſas, Puerile. Hor. 2. Serm. 3. 247. V. CASULA.
Contecta ſtramine. Ovid. 5. Met. 447.
Deliteſcere in parva caſa. Ovid. 2. de Arte Am. 240.
Facere caſas ſine arte. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Jacere caſa. Lucret. lib. 6. 1252. pro In caſa.
Integere habitabiles caſas. V. INTEGO.
Parare. Lucret. lib. 5. 1009.
Ita fugias, ne præter caſam. Ter. Phorm. 5. 2. 3. Ita fugias, ne præter caſam, quod aiunt. Ubi Donatus, Proverbium, Ita fugito, ne præter caſam: hoc eſt, Ne prætereas caſam tuam, quæ tibi ſit tutiſſimum receptaculum. Aut Ita fugias, ne præter caſam: ubi cuſtodiri magis, & prehendi fur, & mulctari verberibus poteſt.
Vegetius Tentoria militum Caſas dicit 2. 10. Tabernacula, vel caſæ militum cum impedimentis omnibus, &c. Et Ovid. 3. Faſt. 527.
Sub Jove pars durat, pauci tentoria ponunt,
Sunt, quibus e ramis frondea facta caſa eſt.
De Caſæ notione apud Agrimenſores V. Rigaltii Gloſſ. Agrim.

CASARIA, æ. f. dicitur Mulier quæ caſam cuſtodit. Feſtus.

CASARIUS, i. m. Qui in caſa ruſtica habitat. Gloſſ. Lat. Gr. Caſarius, καλυβεύς. conf. l. 7. Cod. Theod. de bonis proſcript.

CASŬLA, æ. f. [καλύβιον] dimin. Plin. lib. 35. cap. 10. Caſula Protogenes contentus erat in hortulo ſuo.
Ruſticus infans cum caſulis. Juven. 9. Sat. 61.
Contentus caſulis. Juven. 14. Sat. 179.
Deſiderare caſulam. Juven. 11. Sat. 153.
Vendere caſulas. Petron. cap. 44.

CASĀLIS, e. ut, Vinea caſalis. Innocent. de Caſ. p. 221. Abſolute Caſale dicitur Terminus caſæ. ibid. p. 228. Et Caſalia fundum dicuntur conſtituere. p. 225.

CASELLÆ, arum. f. pl. ſunt Granaria in quibus fructus componuntur. l. 1. D. de judic. Dicitur quaſi Cellula granorum. [Ex Theſ. Lipſ. Sed falſa citatio.

CASELLŬLA, æ. f. dimin. Ennod. 9. 29.

CASALVADES, f. pl. [κασαλβάδες] Meretriculæ ſunt olim cognominatæ, hoc argumento, quod abſentes ſibi advocent, rejiciant præſentes amatores: ſedeant vero in domiciliis, & volentibus faciles ſe præbeant. Meminit hujus vocabuli Ariſtophanes in Concionatric. 1098. & ex eo Cæl. Rhodig. lib. 14. cap. 8.

CASALVIUM, i. n. [κασάλβιον] Locus erat Athenis intra urbem, ubi proſtabant meretriculæ, quæ etiam ab hoc loco Caſalvades dicebantur. V. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 18.

CASANDRA, æ. f. [Κάσανδρα] Inſula in Oceano meridionali, contra Perſidem. Plin. lib. 6. cap. 25. Contra Perſidem (inquit) inſulæ, Philos, Caſandra, Aracia, &c.

CASCA, æ. m. Viri proprium. is fuit Bruti armiger. de quo Sil. lib. 7. 648.
Nec damnata manus, medio ſed (flebile) mento
Armigeri Caſcæ penetrabilis hæſit arundo. Quædam exemplaria legunt Caſæ. [Cognomen fuit gentis Serviliæ. V. Fulv. Urſin.

CASCATENSES, ium. m. pl. Populi Hiſpaniæ citerioris, in conventu Cæſarauguſtano, quos Plinius Latinorum eſſe veterum ait lib. 3. cap. 3.

CASCUS, a, um. [κρόνιος] antiquitus dicebatur, quod nos Vetus appellamus. idque, ut auctor eſt Varro, lingua Sabinorum, quæ in Oſcam uſque linguam radices egerit, qua Caſnar ſenex dicitur: eoque Ennium, ut Oſcæ linguæ peritum, ſcripſiſſe,
Quamprimum caſci populi genuere Latini. Caſcos Latinos priſcos appellat M. Tull. 1. Tuſc. 27. Citat autem Varro adagium. Caſcus caſcam ducit, tanquam a Manilio quodam profectum, qui dixerit Non eſſe mirabile, ſi caſcum caſca duxiſſet, quoniam canoras conficiebant nuptias. Videtur eſſe jocus in anum vetulo nuptam, alluſumque ad vocem Caſci, perinde quaſi deducatur a canendo. Refertur ibidem epigramma Papinii cujuſdam, quod ſcripſit in adoleſcentem nomine Caſcam,
Ridiculum eſt quum te Caſcam tua dicit amica.
Opinor adoleſcentem duxiſſe vetulam, proinde abſurdum videri quoties caſca, id eſt vetula, maritum juvenem veluti ſuo ipſius nomine Caſcam vocaret. Dicitur hoc proverbium quoties ſimilis ſimilem delectat, vetulus vetulam, deformis deformem, barbarus barbarum, improbus improbum. Hæc Eraſmus in Chiliad. V. locum ipſum Varr. de L. L. 6. 3. p. 70. ed. tert. Steph. Satis obſcurum.

CASCE, Adv. Vetuſte. Gell. 1. 10. Adoleſcens caſce loquens.

CASEALE, In CASEUS.

CASELLIUS, [Κασέλλιος] Vindex, optimus habitus conſultus juris, de cujus erroribus dicitur ſcripſiſſe Terentius Scaurus Adriani temporibus. Hæc Janus Parrhaſius in illud Horatii de Arte Poet. 371.
— neſcit quantum Caſellius Aulus,
Sed tamen in pretio eſt. [Cuningh. edidit Caſcellius, quomodo Cic. in Epp. ad Att. & Q. Fratr. Apud A. Gellium vero perpetuo id nomen Cæſellius ſcribitur, qui ſæpius Grammaticum illum citat.

CĀSEUS, i. m. [τυρὸς] a Coeundo dictus eſt, ut ait Feſtus. Virg. 1. Ecl. 35.
Pinguis & ingratæ premeretur caſeus urbi. Cic. de Senect. 58. Villa quæ tota locuples eſt: abundat porco, hœdo, agno, gallina, lacte, caſeo, melle.
Candidus. Ovid. 4. Faſt. 371.
Candidus elixæ miſcetur caſeus herbæ.
Fiſtuloſus. Columel. lib. 7. cap. 8. Vulgo Oculatum vocamus.
Gallicus caſeus. Columel. lib. 12. cap. 57.
Glaciatus caſeus ramulis fici jucundiſſime ſapit. Glaciatus, i. e. Coagulatus. Columel. lib. 7. cap. 8.
Ingrati ſaporis. V. INGRATUS.
Lunenſis caſeus. Martial. lib. 13. 30.
Muſteus caſeus, Recens. Plin. lib. 11. cap. 42. Sed brevis ac muſteo tantum commendatio.
Recens aut mollis. Plin. lib. 28. cap. 9. Caſeus recens cum melle, ſuggillata emendat, mollis alvum ſiſtit, &c.
Toloſas caſeus. Martial. lib. 12. 32.
Nec quadra deerat caſei Toloſatis. i. e. Minimi pretii.
Viridis, Recens. Columel. lib. 7. cap. 8. Si tenui liquore conficiatur caſeus, quam celerrime vendendus eſt, dum adhuc viridis ſuccum retinet.
Figurare caſeum. Plin. lib. 16. cap. 38. Ficis humor lacteus: huic ad caſeos figurandos coaguli vis.

CASEUM, i. n. Nævius Macro, Pecunia quid bonum, quid bonum reſpondi Sardis: veniens caſeum. Plaut. Medico, Paraſito cum virgis caſeum radi poteſt. Nonius. Pomponius etiam neutraliter dixit in Lenone, Caſeum molle. Teſtis Chariſ. lib. 1.

CASEŎLUS, i. m. [τυρίον] dimin. ut, Xenocratis caſeolus; In ſordidos adagium.

Caseāle, is. n. [τυροκομεῖον] Locus in quo fiunt & reconduntur casei. Columel. lib. 2. cap. 15. de generibus stercoris, Quædam quotidie, ut culina, & caseale: quædam pluviis diebus, ut bubilia & ovilia debent emundari. Quidam Cesale legunt, & Latrinam interpretantur: sed id sine ratione.

Casearius, a, um. Adj. [τυρευτικὸς] a Caseus: ut, Taberna Casearia. Ulp. in l. Sicuti. §. Aristo. D. Si servitus vindicetur, Aristo Cerelio Vitali respondit, non putare se ex taberna casearia fumum in superiora ædificia jure immitti posse: nisi ejus rei servitutem talem admittat. Est autem Taberna casearia, in qua fumigari solent casei: Moris enim fuit in plerisque Italiæ locis, colorandi siccandique casei gratia, fumum aut ex culmis, aut ex malignis viridibusque lignis facere. Columel. lib. 7. cap. 8. de casei faciendi ratione loquens. Est etiam, inquit, non ingrati saporis muria perduratus, atque ita maligni ligni, vel culmi fumo coloratus.

Caseatus, a, um. ut, Polenta caseata. Apul. Met. 1. p. 7. Ego denique vespera, dum polentæ caseatæ offulam modico grandiorem, &c.

Casia, vel Cassia, æ. f. [κασία] Frutex est Theophrasto, salicis Amerinæ magnitudine, multis surculosisque brachiatus ramis, crassiore, quam cinnamomum, sarmento, soloque cortice commendatus. Plin. quoque lib. 12. cap. 19. Frutex & Casia est, inquit, juxtaque cinnami campos nascitur, sed in montibus crassiore sarmento, tenui cute verius quam cortice. Virg. 2. Georg. 466.

Nec casia liquidi corrumpitur usus olivi. Dioscorides lib. 1. cap. 12. tria facit præcipua casiæ genera. Unum ex nigro purpurascens, & rosæ odorem referens, Zigir (al. Gizir) appellatum. Alterum longius & angustius, & fistulis plenum, aromatum & vini mixtum odorem repræsentans, quod Arabum lingua Adi (al. Achy) ab Alexandrinis autem mercatoribus Daphnitis dicitur. Tertium genus superioribus paulo vilius, quod Rubum mosyleticum vocitarunt.

Hyginus auctor est, a Latinis Casiam appellari Cocci Cnidii fruticem, quem Græci Cneorum vocant, & Tymelæam: cujus folia & in coronamenta veniunt.

Casia vel Cassia fistularis, a recentioribus medicis appellatur, quam ex doctioribus nonnulli Siliquam Ægyptiam malunt nominare. Est autem Siliqua oblonga & teres, concretum intus atramentum continens, non una coalescens serie, sed ex intervallis lignosis, tenuibusque membranis septum, ossaque quædam habens immersa, non dissimilia his, quæ nostra profert siliqua.

Humiles casias ministrare apibus. Virg. 2. Georg. 213.

Vix humiles apibus casias, roremque ministrat.

Recentes. Virg. 4. Georg. 304. i. e. Statim carptæ.

Virides. Virg. 4. Georg. 30.

Amant casiam puellæ Ovid. 4. Fast. 440.

Pars thyma, pars casiam, pars Meliloton amant.

Intexunt casia Nymphæ serta. Virg. 2. Ecl. 49.

Tum casia, atque aliis intexens suavibus herbis. V. ibi Servium.

Pascuntur apes casiam Virg. 4. Georg. 182.

— pascuntur & arbuta passim
Et glaucas salices, casiamque, crocumque rubentem.

Substernit Phœnix casias. Ovid. 15. Met. 398.

Quo simul ac casias, & nardi lenis aristas,
Quassaque cum fulva substravit cinnama myrrhâ.

Casiaca, æ. f. [κασιακη] Genus vestis erat militibus propriæ, quam Athenienses reges sæpissime induebant. Alex. Genial. lib. 5. cap. 18. V. casos.

Casignēte, es. f. [κασιγνήτη] Herbæ genus est, apud Plin. lib. 24. cap. 17. ita dictum, quod cum sui generis herbis tantum nascatur. Eandem & Dionysonymphadem appellant, quod vino mire conveniat.

Casilam, vel, ut ed. noviss. Cassilam Antiqui pro Casside ponebant. Festus. Sed Cassidam legendum censent Viri docti. q. V.

Casilīnum, i. n. [Κασίλινον] Italiæ oppidum in Campania, auctore Plin. lib. 3. cap. 5. In Campano agro, inquit, Stabiæ oppidum fuere: intercidit ibi & Taurania: sunt & morientis Casilini reliquiæ. Hæc ille, de eversis & intercidentibus urbibus intelligens. Cic. 2. Philipp. 102. Casilino salutatum veniebant, Aquino, Interamna, admissus est nemo. conf. Fest. in Præfecturæ.

Casilinus, a, um. Adj. ut Casilina limina. Sil. 12. 426.

Casilīni, orum. m. pl. Populi, qui inclusi a Pœnis, famem nucibus sustentarunt. Festus. [At non dicit Festus, v. Nucula, Casilinos fuisse obsessos, verum Prænestinos Casilini, i. e. in oppido Casilino. V. Liv. lib. 23. cap 17. & seq. de hujus oppidi post cladem Cannensem obsidione.

Casilinensis, e. gentile. Cic. 2. de Invent. 171. Necesse est Casilinenses se dedere Annibali.

Căsīna, æ. f. [Κασῖνα] Fabula Plauti. Quidam Cassina legi volunt. Scribendum tamen est Casina, quia primam corripit. Plautus, in argumento ejus comœdiæ,

Adolescens ducit civem Casinam cognitam. Versus est Iambicus trimeter. Ab hac ancilla Fabulæ nomen. auctor Fest.

Casînum, i. n. [Κασῖνον] Campaniæ oppidum in Italia. Plin. lib. 5. cap. 5. Quod autem ait Varro, de L. L. 6. 3. Etiam nunc Casinum forum vetus appellant: intelligo oppidum Casinum a Romanis appellatum fuisse Forum vetus. Nam fori nomen multis indiderant oppidis, ut foro Cornelii, foro Sempronii, foro Livii. Turnebus. Sunt qui Cascinum apud Varr. legunt.

Nebulosi rura Casini. Sil. lib. 4. 227.

Casiotis, ĭdos. f. [Κασιῶτις Ptolemæo] Regiuncula est Arabiæ petreæ, Pelusio ostio ab Ægypto divisa, in qua Casius mons est, Pompeii magni tumulo insignis, a quo & regio ipsa nomen accepit.

Casiri, orum. m. pl. Populi. Plin. lib. 6. cap. 17 Ab Attacoris gentes Thyri & Thocari, & jam Indorum Casiri: introrsus ad Scythas versi, humanis corporibus vescuntur.

Casius, i. m. [Κάσιον] Arabiæ mons est, juxta quem delubrum est Casii Jovis, quod Romanorum ambitio illustre fecit, & Pompeii tumulus multis post annis ab Hadriano instauratus, ut Capitolinus tradit. Nostri Sinai montem esse asserunt, ob illic a Deo datas per Moysen populo Israelitico decalogi tabulas nobilem & clarum. Plin lib. 5. cap. 11. Arabiam hanc sterilem, & præter Casium montem nihil insigne habentem indicat. At notandum obiter, alium supra Seleuciam Casium esse Plinio lib. 5. cap. 22. cujus altitudo in directum quatuor millium passuum est. Cujus (inquit) excelsa altitudo quarta vigilia orientem per tenebras solem aspicit: brevi circumactu corporis, diem noctemque pariter ostendens. Hujus meminit Ammianus, ubi de Juliano Cæsare lib. 22. cap. 16. conf. casos.

Ptolemæus præterea lib. 5. cap. 18. Casium quendam montem collocat in Mesopotamia, non procul a Singra altero ejusdem regionis monte, cujus meminit & Suidas.

Casius, a, um. Adj. Lucan. lib. 10. 434.

Jupiter a Casia prospexit rupe, &c.

Arena Casia. Lucan 8. 538.

Perfidâ qua tellus Casiis excurrit arenis.

Casmœnas, dixerunt veteres pro Camœnis. Varro de L. L. 6. 5. V. supra camœnæ.

Casmillus, i. m. nominatur in Samothraces mysteriis, Dius quidam administer diis magnis. Varro de L. L. lib. 6. 3. V. camillus.

Casnar, āris. m. Senex Oscorum lingua apud Festum & Varr. de L.L. 6. 3. Pro Affectatore ponitur apud Quintil. 1. 5. Et in Oratione Labieni (sive illa Cornelii Galli est) in Pollionem, casnar, affectator, e Gallia ductum. V. Burm. & Interpr. in loc.

Caso, āre. frequent. a Cado. V. cado.

Căsos, i. m. [Κάσος] Insula juxta mare Carpathium, ambitu 80 stadiorum in qua est oppidum ejusdem nominis, a Caso Cleomachi patre dicta, colonis eo deductis. Hujus nominis prima brevis est, ab hac & Casius mons in Syria. Steph. Sunt autem multæ Casorum insulæ per ambitum, a quibus vestimenti nomen Casiaca, quod & nunc quoque durat, vulgare Græcis militibus. Eustathius Casianam appellat a monte Casio.

Casos, Insula una ex Cycladibus, quæ & Astrabe dicitur. Plin. lib. 4. cap. 12.

Casperia, æ. f. Rhœti regis Marrubiorum uxor fuit, quæ cum Anchemolo privigno corpus commiscuit. V. anchemolus.

Casperia, æ. f. [Κασπερία] Nomen urbis in Italia. Virg. 7. Æn. 714.

Casperiamque colunt, Foruloque, & flumen Himellæ.

Casperŭla, æ. f. [Κασπέρυλα] Oppidum est Sabinorum, quod Silius Italicus a Caspiis portis, quæ in Oriente sunt, ubi Bactriana est regio, accepisse nomen fingit lib. 8. 416.

Hunc Amiterna cohors, & Bactris nomina ducens Casperula. Sed Drakenb. ex MS. Coloniensi legit Casperia.

Caspii, orum. m. [Κάσπιοι] Populi Scythiæ ad Caspium mare, ut auctor est Pomponius Mela lib. 3. cap. 5. apud quos sævissimi sunt canes, ut scribit Valer. Flaccus lib. 6. 107.

Caspius, a, um. Adj. [Κάσπιος] ut,

Fretum Caspium. Curt. 6. 7. 3. Hinc simul mare quod Ciliciam subit, illinc Caspium fretum, &c.

Mare Caspium dicitur, Hor. 2. Carm 9. 2. Quod inter Caspios & Hyrcanos montes est: a quibus nomen accepit, & immensum occupat spatium. De hoc inter scriptores parum convenit, ut diligentissime adnotavit doctissimus Vadianus ad Pomponium Melam. l. c.

Portæ Caspiæ, [Κάσπιαι πύλαι] Angustiæ sunt circa mare Caspium, quod alio nomine Hyrcanum dicitur, ad octo millia passuum, teste Solino, in longitudinem extensæ, latitudine tam exigua, ut vix plaustro sint perviæ. Non satis tamen convenit inter auctores, ad quam maris partem conjungantur. Quidam Amazones portis Caspiis egressas, ad Alexandrum venisse in Hyrcaniam prodidere: sed illæ Caucasiæ fuerunt, per quas transitus est ex Iberia in Scythiam Neronis quoque principis comminatio ad Caspias portas, ut inquit Plinius, l. 6. c 13. ad eum transitum respiciebat. Verum mons Taurus tribus in locis interruptus, quasi portis quibusdam pertransitur in Armeniam, in Ciliciam, & in Mediam. Sed illæ tantum Caspiæ portæ appellantur, quæ apud Medos existunt, sicut ex Ptolemæo, Plinio, & Strabone licet intelligere. Per has transitus est ex Babylone & Perside ad mare Caspium: unde etiam Caspiæ dictæ sunt. Juga vero Caspia procul hinc absunt, & ad Armenios ulterioresque populos pertinent.

Regna Caspia. Virg. 6. Æn. 799.

Hujus in adventu, jam nunc & Caspia regna
Responsis horrent divum. i. e. Fines Assyriorum, in quibus sunt πύλαι Caspiæ. Servius.

Rupes. Sen. Herc. fur. 13.

Tigris. Stat. 10. Theb. 288.

Vada. Claud. 3. Cons. Hon. 71.

Via Caspia. Tacit. 6. Ann. 33. Sed Iberi locorum potentes, Caspia via Sarmatam in Armenios raptim effundunt.

Caspiăcus, a, um. [Κασπιακὸς] aliud Adj. ut, Porta Caspiaca. Stat. 4. Silv. 4. 64.

Aut Istrum servare latus, metuendaque portæ
Limina Caspiacæ.

Caspiani, orum. m. pl. [Κασπιανοὶ] Populi ad Caspium mare. Curt. 4. 12. 9. Phradates magno Caspianorum agmine antecedebat. adde Mel. 1. 2. & Nep. 14. 8. 2.

Caspīrus, [Κάσπειρος] Urbs Parthorum, finitima Indiæ, cujus incolæ cursu velocissimi sunt, ut ex Dionysii Bassaricis annotavit Stephan.

Cassandane, [Κασσανδάνη] Filia fuit Pharnaspi, uxor Cyri, & mater Cambysæ, teste Herodoto, historiarum lib. 2. quam immatura morte sublatam & Cyrus ipse deflevit, & publico regnorum suorum luctu decorari voluit.

Cassander, dri. m. [Κάσσανδρος] Antipatri filius, post mortem Alexandri M. Macedonum Rex, & Regiæ familiæ extinctor. Justin. 15. 2. &c. Fuit & alius Cassander astrologus. Cic 2. de Divin. 88. Archelaum & Cassandrum summos astrologos istius ætatis, &c.

Cassandra, æ. f. [Κασσάνδρα] Filia fuit Priami regis ex Hecuba, eademque vates, exitium patriæ frustra canens, quum ei nemo crederet. Eam ab Agamemnone in Græciam abductam Clytemnestra interemit. Auctor Homerus in Odyss. λ. 420.

Alia fuit Cassandra Iobatis filia, quam Bellerophonti nupsisse idem Homerus auctor est. Iliad. ζ.

Est & Cassandra Oppidum, & Cassandria colonia, de quibus infra in potidæa.

Vates Cassandra. Virg. 3. Æn. 187.

—aut quem tunc vates Cassandra moveret?

Virgo Priameia. Virg. 2. Æn. 403.

Ecce trahebatur passis Priameia virgo
Crinibus a templo Cassandra.

Aperit ora futuris Cassandra. Virg. 2. Æn. 246.

Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora, dei jussu, non unquam credita Teucris. h. e. Præcepto Apolli-

Apollinis: qui ſpe promiſſi coitus, conceſſa divinitate, fruſtratus, ſuſtulit fidem vera dicenti. Servius.

CASSANDREUS, a, um. Adj. ut, Urbs Caſſandrea. Juſtin. 24. 2. 1. & 3. 3.

CASSICULUM, CASSICULUS. V. CASSIS, is.

CASSIDA, CASSIDARIUS, V. CASSIS, ĭdis.

CASSIDĪLE, is. n. niſi mendoſum eſt, poſuit Hieronym. pro Perula vel burga [Bulga H. St.] Tobiæ 8. 2. Budæus. In Græco ea vox deſideratur.

CASSINUM, V. CASINUM.

CASSIODŌRUS, i. m. Ravennas, præceptor Theodorici Gotthorum regis, primum Senator, deinde monachus factus, nonnullos ſcripſit pſalmorum locos apertius. Extant & ejus ad Theodoricum epiſtolæ. Volaterr. lib. 13.

CASSIŎPE, es. ſive CASSIOPĒA, æ. f. [Κασσιόπη] Cephei regis Æthiopum uxor, & Andromedes mater, quæ cum Nereidibus de pulchritudine certavit. Unde & inter ſidera conſtituta fertur. Columel. lib. 11. cap. 2. Dicitur & Caſſiopea. Cic. 2. de Nat. Deor. 111.

Obſcura ſpecie ſtellarum Caſſiopea. Eſt autem ſidus ita figuratum, ut in ſella ſedeat. Conſtat ſtellis tredecim, occidens cum Scorpione, capite cum ſedili reſupina ferri proſpicitur, exoriri autem cum Sagittario. Perottus.

CASSIOPE, [Κασσιόπη] Oppidum eſt Epiri mediterraneum, a quo Caſſiopæi populi dicti ſunt, quorum meminit Plin. in proœm. lib. 4. Stephanus Caſſopen, Κασσώπην, appellat. Quomodo & Strabo l. 7. qui Caſſopæos ad Sinum Ambracium & Nicopolin collocat.

Item, Oppidi nomen in Corcyra inſula, apud eundem lib. 4. cap. 12. quod Ptolemæo Caſſiopolis dicitur. V. Gell. 19. 1. & Suet. Ner. cap. 22.

CASSIOS, i. m. Flumen Scythiæ, quod per Albaniam in mare decurrit, ut vult Plin. lib. 6. cap. 13.

CASSIS, is. m. [ἄρκυς] Rete: quod vacuas habeat maculas: unde & a Raritate, Rete dictum eſt. Ovid. 2. de Arte Am. 27.

Decidit in caſſes præda petita meos. Plin. lib. 19. cap. 1. Cumanæ plagæ concidunt apros, & hi caſſes vel ferri aciem vincunt.

Laxi caſſes. Virg. 4. Georg. 247. de aranea.

Caſſibus impoſitis venari. Propert. 4. 2. 33. de Vertumno loquens.

Caſſibus impoſitis venor, ſed arundine ſumpta
Faunus plumoſo ſum deus aucupio.

Ponere caſſes. Ovid. 5. Met. 579.

— nec poſuit ſtudioſius altera caſſes.

Tendere caſſes alicui. Tibull. 1. 7. 5. Jam mihi tenduntur caſſes. H. St.

Venire ad caſſes. Idem 4. 3. 17.

CASSICŬLUS, i. m. [ἀρκύνιον] diminut. a Caſſi, pro Reti. Hieronymus, Nequaquam aranearum mihi opponas caſſiculos. Dicitur &

CASSICULUM, i. n. Feſt. Caſſiculum, Reticulum, a Caſſibus per diminutionem dictum.

CASSIS, ĭdis. f. [κόρυς, λόφος, κυνέη] Galea. dicta quod vacua ſit ad caput recipiendum. Cæſ. 7. Bell. Gall. cap. 45. Mulioneſque cum caſſidibus, equitum ſpecie ac ſimulatione collibus circumvehi jubet.

Caſſide liber. i. e. Non gerens galeam. Martial. lib. 9. 57.

Non jaculo, non enſe fuit, læſuſve ſagitta,
Caſſide dum liber Parthenopæus erat.

Apex torvæ caſſidis. Stat. 8. Theb. 708.

Ahena. Stat. 6. Theb. 390.

Aurata. Stat. 6. Theb. 917. — atque ambos aurata caſſide donat.

Cælata. Juven. 11. Sat. 103.

Criſtata pennis. Ovid. 8. Met. 25.

Fracta de caſſide buccula pendet. Juven. 10. Sat. 134.

Fulminea. Claud. 3. Conſ. Hon. 194.

Fulva caſſis. Ovid. 12. Met. 89.

Languida. In LANGUOR.

Laxata, Aperta. Claud. de Bell. Gild. 24.

Minax. Stat. 4. Theb. 205.

Picta. Ovid. 1. Triſt. 10. 2.

— & a picta caſſide nomen habet. de Navi.

Plebeia caſſis. Lucan. 7. 586.

Torva. Stat. 8. Theb. 707.

Abdere caput caſſide. Ovid. 8. Met. 25.

Claudi caſſide. Stat. 4. Theb. 362.

Sumere caſſidem in caput. Plaut. Trin. 3. 2. 100.

CASSĬDA, æ. f. Idem. Propert. 3. 9. 15.

Aurea cui poſtquam nudavit caſſida frontem.

Aurea caſſida. Virg. 11. Æn. 775.

Aureus ex humeris ſonat arcus & aurea vati Caſſida. Caſſida pro Caſſis: nam accuſativum ponit pro nominativo. Servius. Hoc eſt, ex accuſativo Græco facit nominativum Latinum. Conf. Dacer. ad Feſt. in Caſſilam. & Soſip. Chariſ. l. 1.

CASSIDARIUS, i. m. Qui in armamentario Caſſidum curam habebat. Inſcript. Romæ; Q. NAEVIUS. MARINUS. MILES. EX. ARMENTARIO. IMP. CAESARIS. DOMITIANI. AVG. GERMANICI. CASSIDARIVS. VIXIT. ANN. XXXX. V. Spon. Miſc. Erud. Ant. ſect. 7. p. 254. [Legendum videtur ARMAMENTARIO.

CASSĪTA, æ. f. [κορύδαλος, κορυδαλλίς] Avis, quæ & Galerita & Alauda dicitur. Plin. lib. 11. cap. 37. At quæ ab illo galerita appellata quondam, poſtea Gallico vocabulo etiam legioni nomen dederat alauda. Docet Plinius, galeritam ab apice, quem velut galerum habet in capite, nomen ſortitam. Quemadmodum igitur a galero galerita, ſic a caſſide caſſita nuncupatur. De caſſita, vide apologum feſtiviſſimum apud Gellium lib. 2. cap. 29.

CASSITERĬDES, um. f. pl. [Κασσιτερίδες] Ptol. lib. 2. cap. 6. Κασσιτερίδες, Inſulæ maris Atlantici decem, de quibus Plin. lib. 4. cap. penult. ſic ſcribit, Ex adverſo, inquit, Celtiberiæ complures ſunt inſulæ Caſſiterides dictæ Græcis, a fertilitate plumbi. V. dict. ſeq. Meminit & Herod. lib. 3. Sed fabuloſas eſſe docet Harduin. ad l. c. Plinii.

CASSITĔROS, i. m. [κασσίτερος] Latine Plumbum album dicitur. Plin. lib. 34. cap. 16. Plumbi duo genera, nigrum atque candidum. Pretioſiſſimum candidum, a Græcis appellatum Caſſiteron.

CASSIUS, i. m. Nomen gent. Ro. nobiliſſimæ. Ex qua Sp. Caſſius Viſcellinus, vel ut Urſinus exhibet Bicellinus, COS. cum Op. Virginio Ann. CCLI. Caſſiodorus. Sabinos prælio vicit, deque iis triumphavit. Magiſter equitum primus T. Lartio dictatore Ann. CCLV. Dionyſius lib. 5. Liv. lib. 2. 18. Conſul IT. cum Poſtumo Cominio Ann. CCLX. Caſſiodorus. Livius. 2. 33. Dionyſius lib. 6. His COSS. fœdus cum Latinis ictum Liv. l. c. & Cicero pro Cor. Balbo 52. ſcribit. COS. III. cum Proculo Virginio Ann. CCLXVII. Volſcos & Hernicos in amicitiam Populi Romani traduxit, triumphavit, Legem agrariam ad conciliandam plebem primus promulgavit. A Quæſtoribus Fabio & Valerio affectati regni accuſatus, damnatuſque de ſaxo Tarpeio præcipitatus eſt. Alii patrem auctorem ejus ſupplicii fuiſſe exiſtimant. Dionyſius lib. 8. Livius lib. 2. 41. Cic. Philipp. 2. Valerius ſibi ipſi non ſatis conſtare videtur, nam lib. 6. cap. 3. a Senatu & populo: lib. 5. cap. 8. a patre damnatum tradit: quo in loco etiam in hoc errat, quod Trib. pleb. agrariam legem tuliſſe ſcribit. Patricius enim fuit, & tum quidem COS. Dionyſio, Livio auctoribus.

L. Caſſius L.F. Q.N. Longinus PR. Ann. DCXLII. COS. cum C. Mario Ann. DCXLVI. Caſſiodorus. In magiſtratu a Tigurinis interfectus, exercitus ejus ſub jugum miſſus. Epitoma Livii LXV. Cæſ. de Bell. Gall. lib. 1. cap. 11.

L. item Caſſius Trib. pl. C. Mario, L. Flacco COSS. plures leges ad diminuendam nobilitatis potentiam tulit: in quibus, ut quem Pop. Romanus damnaſſet, cuive imperium abrogaſſet, in Senatu non eſſet. Fuit & inter competitores Ciceronis in Conſulatu. Auctor Pedianus. Pr. or. in Toga cand.

L. Caſſius ille, quem populus Romanus veriſſimum & ſapientiſſimum judicem putabat, &c. Cic. pro Roſc. Amer. 84. De hoc V. Pedian. in 2. Verr. 30. & Pro Mil. 32.

C. Caſſius Longinus, Quæſtor Craſſi in bello Parthico, Parthos victores Syria expulit, deinde dux Pompeianus, cum decem navibus ardente bello civili, tranſiit ad Cæſarem. A quo Prætor factus cum M. Bruto in eundem conſpiravit, cæſoque eo a Senatu primum Cyrenen provinciam, pro Syria promiſſa obtinuit, mox etiam hanc Dolabellæ extorſit, eundemque Laodicææ obſeſſum ad voluntariam mortem compulit, noviſſime Philippica pugna, deſperata fatali errore fortuna partium, voluntaria morte periit. Ex Suet. Plut. Vellej. Valer.

L. Caſſius item Longinus Juriſconſ. nobilis & cæcus, qui quod C. Caſſii percuſſoris Cæſaris imaginem in ſtemmate gentilitio haberet, juſſus eſt a Nerone mori. Pronepos fuit Servii Sulpicii, ac Eques Romanus, ut ſcribunt Tranquillus in Ner. cap. 37. & Pomponius. l. 2. §. 47. D. de O. I.

Fuit & Caſſius Severus, de quo Quintilianus ſic ſcribit lib. 10. cap. 1. Caſſius Severus, ſi ceteris virtutibus colorem & gravitatem orationis adjeciſſet, ponendus inter præcipuos foret. Nam & ingenii plurimum in eo, & acerbitas in ira, & urbanitas, & vis ſumma: ſed plus ſtomacho, quam conſilio dedit. Hæc ille. Hujus Caſſii ſcripta, ex Senatuſconſulto abolita, requiri & lectitari permiſit Caligula, ut auctor eſt Tranquil. cap. 16. ejus vitæ.

M. Avidius Caſſius, præfectus exercitus M. Aurel. Antonini in Oriente, dum imperator ipſe res in Germania gerit contra Marcomannos, ab eo defecit. itaque relicto bello, imperator eum cum exercitu petit ac ſuperat. Cujus tamen caput ſibi oblatum videre noluit, recordatus antiquæ amicitiæ. V. Vulcat. Gallic. in vita utriuſque.

Caſſius Parmenſis poeta. Hic aliquot generibus ſtilum exercuit, inter quæ elegi & epigrammata ejus laudantur. Hic eſt qui in partibus Caſſii & Bruti Tribunus militum militavit. quibus victis Athenas ſe contulit. Quintus [an Quintilius?] Varus ab Auguſto miſſus, ut eum interficeret, ſtudentem reperit, & perempto eo ſcrinium cum libris tulit, unde multi crediderunt Thyeſtem Caſſii Parmenſis fuiſſe. Scripſerat enim multas alias tragœdias. Hæc Acron in illud Horat. 1. Epiſt. 4. 3.

Scribere quod Caſſi Parmenſis opuſcula vincat. De eodem Caſſio Hor. 1. Serm. 10. 62.

Caſſius Præſul Narnienſis tempore Totilæ regis Gotthorum, cui occurrens, animum placavit, ne civitati noceret. Meminit hujus Gregorius 3. Dialogorum.

CASSIUS, a, um. Adj. [Κάσσιος] ut, Caſſia via. Cic. 12. Philipp. 23. Tres ergo, ut dixi, viæ: a ſupero mari Flaminia: ab infero, Aurelia: media Caſſia.

CASSIĀNUS, a, um. [Κασσιανὸς] Adj. Cic. pro Milon. 32. Itaque illud Caſſianum, Cui bono fuerit, in his perſonis valeat. Ubi V. Pedian. Judex Caſſianus. Cic. 2. in Verr. 137. Non quæro judices Caſſianos, veterem judiciorum ſeveritatem non requiro.

Caſſiani juriſconſulti dicti ſunt, qui Caſſii ſectam inſtitutionemque ſecuti ſunt, de quibus vide quæ Pomponius ſcribit in l. 2. D. de origin. jur.

Partes Caſſianæ. Vellei 2. 74. 1. Fractis Brutianis, Caſſianiſque partibus, &c.

CASSO, āre. V. QUASSO.

CASSŌPA, CASSOPÆI, V. CASSIOPE.

CASSŌTIS, [Κασσωτὶς] Fons fuit apud Delphos, a nympha ſic dictus Parnaſia, ſuper quem ædificium conſtructum erat, quod a Delphis Leſche dicitur, a diſſertationibus quæ ibi fierent. Cæl. Rhod. meminit lib. 19. c. 10.

CASSUS, a, um. [φροῦδος] Adj. dicitur Inane, vacuum, quaſi omni re carens. Nonius, Caſſum veteres Inane poſuerunt. Virg. 11. Æn. 104.

Nullum cum victis certamen & æthere caſſis. i. e. Luce vacuis, inquit Servius. Arbitrandum eſt ejus verbi proprietatem magis a Caſſibus aranearum dictam, quod ſint leves ac nullius ponderis: non, ut quibuſdam videtur, quaſi Quaſſum. V. CAREO.

Anima caſſum corpus. Lucret. lib. 3. 561.

Augur caſſa futuri. i. e. Mendax. Stat. 9. Theb. 106.

Dote caſſa virgo. Plaut. Aulul. 2. 2. 14.

Virginem habeo grandem, dote caſſam, atque illocabilem.

Lumine caſſus, Vacuus, privatus. Virg. 2. Æn. 85.

— nunc caſſum lumine lugent. Servius.

Lumine caſſus aer. Lucret. lib. 4. 369.

Sanguine caſſa cochlea. Cic. 2. de Divin. 133. ex vet. poët.

Senſu caſſa ſimulacra. Lucret. lib. 4. 127.

Canna caſſa. Ovid. 6. Faſt. 406.

Nil præter ſalices caſſaque canna fuit.

Conſilia caſſa, pro Vanis. Sen. in Troade.

Copia caſſa verborum. Lucret. lib. 4. 514.

Fertilitas caſſa. Ovid. 5. Met. 481.

Fides caſſa. Sil. 3. 17.

Flamma. Ovid. de Remed. Amor. 446.

Caſſaque ſeducto ſtipite flamma perit.

Formido Lucret. lib. 3. 994.

Sollicitamque geris caſſa formidine mentem.

Fraus. Lucan. 5. 130. Caſſa fraude parat. i. e. Irrita. Bud.

Glans caſſa, pro Re nihili. Plaut. Rud. 5. 2. 37.
Ira. Valer. 6. Argon. 556.
Labor, Fruſtra ſumptus. Plin. Epiſt. 176.
Manus. Stat. 9. Theb. 629.
Nunquam caſſa manus, nullum ſine vulnere fugit
Miſſile. Nunquam caſſa, i. e. Nunquam aberrans.
Nox. Valer. 4. Argon. 423.
Nux. Plaut. Pſeud. 1. 3. 136.
Ted amatorem inventum eſſe inanem, quaſi caſſam nucem.
Nuce caſſa pauperare. Hor. 2. Serm. 5. 36. i. e. Fracta. Acron.
Omen, Vanum. Stat. 5. Theb. 318.
Præſidia. Sen. in Troad. 8. i. e. Vana & inania.
Via caſſa, i. e. Quam fruſtra ingreſſus ſis. Stat. 11. Theb. 449.
Virtus. Stat. 5. Theb. 512.
Vota. Virg. 12. Æn. 780.
Dixit, opemque dei non caſſa in vota vocavit. Non ad inania vota popoſcit auxilium. Servius.
Caſſum & inane. Cic. 5. Tuſc. 119. Omneque, quod honeſtum nos & laudabile eſſe dicimus, id illi caſſum quiddam, & inani vocis ſono decoratum eſſe dicant.
Caſſum granum & inane. Plin. lib. 18. cap. 17. Retonſarum vero etiam ſemel, omnino certum eſt, granum longius fieri, ſed inane caſſumque, ac ſatum non naſci.
In caſſum it virtus. Lucan. lib. 2. 263. alii Incaſſum legunt conjuncte.
Caſſa etiam abſolute. Tacit. 3. Hiſt. 55. Apud ſapientes caſſa habebantur, quæ neque dari, &c.
Cassum, i. n. Fragmentum. Solinus cap. 65. Aut palearum caſſa, aut chartarum fila ad ſe rapit. De lychnite gemma.
Casse, Adv. Fruſtra. Liv. 24. 26. Caſſe ne tempus tereretur.
Casso, āre. Caſſum reddere. Sidon. 1. Epiſt. ult. Objecta ſi non improbabiliter caſſaverimus. Hinc
Cassatus, a, um. i. e. Abrogatus. ut, Omnium redemtione caſſata. Caſſiod. 5. 14.
Cassesco, ĕre. ut, Caſſeſcere in favillas, Solinus; ut reſtituit Salmaſ. in Exercit. f. 177.
Cassutha, æ. f. quam herbariorum vulgus *Cuſcutham* nominat, ejus generis eſt, ut in frutices & herbas epithymi modo proſiliat, & vivat earum adminiculo fulta, nulla radice nixa, ſed velut ab alarum ſinu prodeuntibus cirris, capillamentiſve longiſſimis. Hæc ſtatim ab exortu plantarum ramulis ſe implicat, & adeo crebris involutionibus his ſe circumvolvit, ut brevi plantas ipſas ſtrangulet atque enecet. Foliis nullis unquam veſtita viſitur. Flores tamen edit albos, quamplurimos, a quibus ſemen tenue prodit. Cirri rufeſcunt, vitium capreolis craſſitudine, & facie pares. Hæc ex Matthiol. in Dioſc.
Castabalenses, ium. m. Populi Ciliciæ. Hi propter bella cohortes canum habuere, quæ primæ dimicabant in acie, nunquam detrectantes. Hæc erant fidiſſima auxilia, nec ſtipendiorum indiga, inquit Plin. lib. 8. cap. 40.
Castaldus, i. m. Alciatus enarrans l. lecta. D. de rebus credit. obiter monuit in Longobardica lege Servum ſignificare: & inde Caſtaldum ſervum, Cui caſæ ſeu domus cura eſt demandata, ſicque generaliter omnes œconomos dici. l. pen. D. de teſtib. l. quum unus. in prin. D. de alim. leg.
Castălius, i. m. & Castălia, æ. f. [Κασταλία] Fons Caballinus & Libethris dicitur. Eſt autem in radicibus Parnaſſi, Muſis ſacer, a virgine Caſtalia: quæ Apollinem fugitans, præcipitata, & in fontem verſa eſt: cujus aquam dicuntur bibere poetæ. Hunc fontem dicit Acron fuiſſe in Lycia, ubi armenta Apollo fertur paviſſe. Virg. Caſtaliam vocat, lib. 3. Georg. 293.
—juvat ire jugis, qua nulla priorum
Caſtaliam molli divertitur orbita clivo.
Castalius, a, um. Adj. ut, Antrum Caſtalium. Ovid. 3. Met. 14.
Aqua Caſtalia. Ovid. 1. Amor. 15. 36.
Arbor Caſtalia, Quæ eſt ad Caſtalium fontem. Propert. lib. 3. 3. 13.
Domus Caſtalia. Martial. lib. 8. 66.
Vatis Caſtaliam domum ſonare.
Fons Caſtalius. Martial. lib. 12. 3.
Fons ibi Caſtalius vitreo torrente ſuperbit, &c.
Gutta Caſtalia, apud Columel. lib. 10.
Gurges. Claud. 31. 1.
Umbra. Tibull. lib. 3. 1. 16.
Undæ vocales Caſtaliæ. Stat. 5. Silv. 5. 2. Vocales vocat propter Muſarum illic habitantium perpetuos cantus.
Castalĭdes, um. f. pl. Muſæ. Martial. lib. 7. 11.
Ludimus innocuis verbis, hoc juro, potentis
Per genium famæ, Caſtalidumque gregem. conf. lib. 4. 14.
Castănea, æ. f. [Διὸς βάλανος, κάστανα] e Nucum genere, & tam Fructum quam Ipſam arborem ſignificat. Plin. lib. 17. cap. 20. Caſtanea pedamentis omnibus præfertur facilitate tractatus, perdurandi pervicacia.
Nuces caſtaneæ. Virg. 2. Ecl. 52.
Ipſe ego cana legam tenera lanugine mala,
Caſtaneaſque nuces. Bene ſpeciem addidit: dicens Caſtaneas. Nam, Nuces, generaliter dicuntur Omnia tecta corio duriore: ut avellanæ, amygdalæ, juglandes, caſtaneæ. ſicut contra dicuntur Poma, Omnia molliora. Servius.
Hirſutæ. Virg. 7. Ecl. 53. Adhuc intra ſuos echinos locatæ. Servius.
Molles. Virg. 1. Ecl. 82. i. e. Maturæ. Servius. Non ab re tamen fuerit earum certum genus intelligere, quum interpres Nicandri caſtanearum quoddam genus μαλακὸν, id eſt molle appellet. Sic enim ſcribit, τῶν δὲ καστάνων τὸ μὲν σαρδιανὸν, τὸ δὲ λόπιμον, τὸ δὲ μαλακὸν, τὸ δὲ γυμνολοπόν. Ex Turneb.
Gerunt caſtaneæ fagos. Virg. 2. Georg. 71.
Et ſteriles platani malos geſſere valentes,
Caſtaneæ fagos. Dicit quid in quam arborem debeamus inſerere, in fago caſtaneam, non enim in caſtanea fertili infecunda fagus inſeritur. Unde aut hypallage eſt, ut Caſtaneæ fagos ſit, pro Fagi caſtaneas geſſere, aut mutanda diſtinctio, ut ſit,
Et ſteriles platani malos geſſere valentes Caſtaneæ. h. e. Infecundæ arboris platani fortes ramos caſtaneæ portaverunt. Servius. [Sed & deinceps legendum erit, Faguſque, ornuſque, &c.
Legere caſtaneas. Virg. 2. Ecl. 52.

Castanētum, i. n. [καστανὼν] Locus caſtaneis conſitus. Columel. lib. 4. cap. 33. Propter quæ ſæpe novella caſtaneta calveſcunt.
Castanīnus, a, um. ut, Caſtaninum oleum, Ex caſtaneis factum. Perott.
Castaon, [Κασταὼν] Locus eſt in Hiſpania, haud procul a nova Carthagine, in quo peculiare eſt plumbum effodi, cui etiam argenti pars parva immixta eſt, non adeo ut ejus utilis ſit expurgatio. Auctor Strabo lib. 3.
Caste, In castus.
Castellum, Castellanus, Castellatim. In castrum.
Casteria, æ. f. [καστερία] Locus eſt, inquit Nonius, ubi quum navigatio conquieſcit, remi & gubernacula conquieſcunt. Plaut. Aſin. 3. 1. 16.
Quin pol ſi repoſivi remum, ſola ego in caſteria
Ubi quieſco, omnis familiæ cauſa conſiſtit tibi.
Castianīra, æ. f. [Καστιάνειρα] Uxor Priami pulcherrima, quam ex Æſymo Thraciæ urbe duxit uxorem, & Gorgythionem ex ea genuit. Homer. lib. Iliad. 8.
Castīgo, [παιδεύω, κολάζω, ἐπανορθόω] āre. Increpare, vel reprehendere, auctore Nonio. Ter. Heaut. 3. 3. 32.
Niſi eum, quantum tibi opis dii dant, ſervas, caſtigas, mones.
Cæſ. 1. Bell. Civil. 3. Laudat Pompeius, atque in poſterum confirmat, ſegniores caſtigat, atque incitat.
Ad unguem caſtigare carmen. Hor. in Arte Poet. 294. A marmorariis ductum eſſe cenſent interpretes, qui juncturas marmorum ungue explorant: alii a fictoribus, qui primum manu informant rude opus, deinde lineamenta & habitum, omnemque ſpeciem ungue fingentes & perpolientes abſolvunt. Lambin.
Dictis caſtigare. Virg. 5. Æn. 387.
Hic gravis Entellum dictis caſtigat Aceſtes. i. e. Increpat, objurgat, inquit Servius.
Lingua caſtigare. Curt. 4. 6. 6.
Litteris caſtigare. Cæſ. 3. Bell. Civil. 25.
Verbis caſtigare aliquem. Cic. 1. Off. 88.
Dolorem immodicum. Lucan. lib. 8. 71.
Inertiam atque ſegnitiem alicujus caſtigare. Cic. 1. de Orat. 185.
Metus caſtigare. Valer. 6. Argon. 660.
Moras. Mart. lib. 10. 104. —jam tumidus vocat magiſter,
Caſtigatque moras. i. e. Objurgat quod nimis moretur. Nonius Expedit interpretatur.
Nonius in loco Virgilii ex lib. 4. (Æn. 407.)
Caſtigantque moras, Quem imitatur Martialis. H. St.
Rarius caſtigare. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Se caſtigare in aliqua re. Cic. 5. Tuſc. 4. Sed in hoc me ipſe caſtigo, quod ex aliorum, & ex noſtra fortaſſe mollitia, non ex ipſa virtute, de virtutis robore exiſtimo.
Segnes caſtigare. Tacit. Agric. cap. 27.
Turpia caſtigare. Juven. 2. Sat. 6.
Verba caſtigare. Juven. 6. Sat. 454.
Caſtigandi genus. Cic. 1. Off. 88. Ad hoc genus caſtigandi raro invitique veniemus.
Caſtigare, Punire, vindicare, auctore Nonio. Plaut. Moſt. 4. 1. 26. Mane caſtigabit eos exuviis bubulis. Virg. 6. Æn. 567.
Caſtigatque auditque dolos, ſubigitque fateri.
Vinculis & carcere caſtigare. Cic. 3. Off. 73.
Verberibus caſtigare. Cic. 3. Tuſc. 64. Pueros vero matres & magiſtri caſtigare etiam ſolent, nec verbis ſolum, ſed etiam verberibus.
Delatores caſtigare. Suet. Domit. cap. 9. Fiſcales calumnias, magna calumniantium pœna repreſſit: ferebaturque vox ejus, Princeps qui delatores non caſtigat, irritat. [Malim Invitat.
Improbos caſtigare. Cic. 2. de Legib. 62.
Caſtigare, Coercere. Liv. 39. 25. Ut equum tenacem non parentem, frenis aſperioribus caſtigandum eſſe. [Puto abſolute dictum Aſperioribus, ac diſtinguendum eſſe, Tenacem, non parentem frenis, aſp. Sic Horat. 1. Serm. 1. 91. Parentem frenis conjunxit.
Furorem caſtigare. Flor. 4. 2. 75. Velut furorem civium caſtigaret Oceanus.
Inſula caſtigatur aqua. Sil. 12. 356. V. ibi Burm. & Drakenb.
Riſum caſtigare potiunculis. Petron. cap. 47. Subinde caſtigamus crebris potiunculis riſum.
Castīgātus, a, um. ut, Dolor animi caſtigatus. Cic. 2. Tuſc. 49. i. e. Levior factus.
Frons caſtigata. Stat. 2. Silv. 1. 44.
Et caſtigatæ collecta modeſtia frontis. i. e. Frons, in qua nihil apparet, quod reprehendi poſſet.
Libertas jubarum. Stat. 9. Theb. 687.
Colla ſedent, nodis & caſtigata jubarum Libertas. i. e. Conſtricta.
Pectus caſtigatum. Ovid. 1. Amor. 5. 21.
Quam caſtigato planus ſub pectore venter. i. e. Emendato vel correcto per faſciam, qua tumeſcentes papillas ſolebant coercere. Conf. Idem 3. de Arte Am. 274. & Rem. Am. 337.
Compar. Ammian. 26. 6. Procopius vita moribuſque caſtigatior.
Superl. Gell. 4. 20. pr. Diſciplinæ caſtigatiſſimæ exempla.
Castigate, Adv. ut, Vixit modeſte, caſtigate. Sen. Controv. 6. extr. Compar. Ammian. 22. 3. Vivere caſtigatius. V. Macrob. Somn. Scip. 1. 6.
Castigātor, oris. m. [παιδευτὴς, σωφρονιστὴς] Qui reprehendit & objurgat. Plaut. Trin. 3. 1. 13. Ibo ad meum caſtigatorem.
Lacrymarum caſtigator, atque inertium querelarum. Liv. 1. 59.
Caſtigator cenſorque minorum. Hor. in Arte Poet. 174.
Iratus caſtigator. Sen. de Ira 1. 15.
Serus caſtigator. Columel. lib. 8. cap. 16. Nos quoque, ne videamur tot jam ſeculorum ſeri caſtigatores.
Castigatorius, a, um. ut, Adhibere ſolatium non caſtigatorium & nimis forte, ſed molle & humanum. Plin. 5. Epiſt. 16.
Severitas caſtigatoria. Sidon. 4. Epiſt. 1.
Castigatio, ōnis. f. [σωφρονισμὸς] Cic. 4. Tuſc. 44. Ut omnes caſtigationibus, reprehenſionibus, ignominiis affici ſe in delicto dolerent.
Verborum caſtigatio, ob errorem præteritum. Liv. 27. 15. pr.
Animadverſio & caſtigatio omnis, contumelia vacare debet. Cic. 1. Off. 88.
Caſtigatio fuſtium. Bud. ex Ulpian. de Effractoribus. H. St. V. l. ult. D. de Effract. & Expil.
Caſtigatio loquendi, Puritas. Macrob. 2. Saturn. 42. de Auguſto: Contra caſtigationem loquendi, quam alias ille ſcribendo ſervabat.

Castigabĭlis, e. [σωφρονιστικὸς] Quod caſtigari debet. Plaut. Trin. 1. 2. 6. Qui admiſit, in ſe culpam caſtigabilem.

Castitas, Castimonia, Castitudo. In castus.

Castiniensis, Venus cognominata eſt, ſub quo nomine a Theſſalis culta, apud eoſdem fanum habuit, & aliud in Sida Pamphyliæ, & in Aſpendo Argivorum, & Argis, in feſto quod Hyſteria dicitur: in quibus præter inſtituta moreſque aliorum, ſues mactare licet, quum in ceteris nullo modo fas ſit. Alex. Genial. lib. 7. cap. 12.

Castōlus, i. m. [Κάστωλος] Lydiæ urbs: ita dicta a Doribus conditoribus, quos Lydi Καστωλεῖς appellant. Hinc Caſtoli campus, apud Xenophontem. V. Stephanum.

Castor, oris. m [κάστωρ] Animal ex eorum genere, quæ Græci amphibia vocant, quod tam in terra, quam in aquis vivant. Plin. lib. 32. cap. 3. Spectabilis naturæ potentia in his quoque quibus & in terris & in aqua victus eſt, ſicut & fibris, quos caſtores vocant, & caſtorea, teſtes eorum. Caſtor vocatur Latinis Fiber, Gallis *Bievre.* Servius tradit etiam Ponticum canem vocari. Differt a Lutra. V. castoreum & fiber.

Castoreus, a, um. [καστόρειος] Adi. ut, Caſtoreus odor. Plin. lib. 12 cap. 24. Aſpalathi probatio eſt in colore ruſo, vel igneo, tactuque ſpiſſo, & odore caſtoreo. h. e. Fœtido, & putri, vel acuto. Sed Harduin. legit Odore caſtorei.

Castoreum, i. n. [καστόρειον ὄρχις] Caſtorea, auctore Plin. lib. 32. cap. 3. vocantur Teſtes caſtoris. Plin. lib. 26. cap. 11. Clavos pedum extrahit ladanum cum caſtoreo, verbenaca ex vino.

Pharmacopolæ illud quoque vocant Caſtoreum: quod unguentum compoſitum eſt ex caſtoris teſtibus avulſis.

Grave caſtoreum. Lucret. lib. 6. 794.

Caſtoreoque gravi mulier ſopita recumbit. Gravi, i. e. Odoris tetri, male & graviter olentis.

Viroſa caſtorea. Virg. 1. Georg. 56.

India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi:
At Chalybes nudi ferrum, viroſaque Pontus
Caſtorea. Servius, Fibri, canes ſunt Pontici: quorum teſtes apti ſunt medicaminibus, propter quos ubi ſe requiri ſenſerunt, eos ſecant: de his Cicero, Redimunt ſe ea parte corporis, propter quam maxime expetuntur. Caſtores autem a Caſtrando dicti ſunt. Viroſa autem, Venenata: nam licet ſint multis remedio, tamen prægnantes eorum odore abjiciunt & egerunt partum, & viroſa dicta ab eo quod eſt virus. Alii fortia accipiunt, a viribus. Hactenus Servius. Alii tamen Viroſa dici malunt ob odoris gravitatem.

Castŏrinus, a, um. ut, Oleum caſtorinum. Marc. Emp. cap. 35. Veſtes caſtorinæ. Ambroſ. de Dignitat. Sacerdot.

Castorinātus, a, um. Fibrina veſte amictus. Sidon. 4. Epiſt. 7. Incedunt caſtorinati ad litanias. V. ibi Sirmondum.

Castor, [Κάστωρ] Frater Pollucis: qui ambo poſt mortem inter ſidera relati ſunt, quorum ſignum Gemini dicitur: & a gentibus pro diis habiti, atque in proverbium ſemper adducti pro Conſtantiſſima & inviolabili amicitiæ nota. Fabulantur enim poëtæ, Jovem in ſpecie cycni cum Leda, Tyndari uxore, concubuiſſe. Unde illa ovum concepit, ſicut ex viro alterum ovum. Secundum Horatium quidem cujus verba infra ponemus, ex ovo eodem geniti ſunt Caſtor & Pollux, ſecundum alios, ex ovo Jovis, Helena & Pollux immortales, & ex ovo Tyndari Caſtor & Hermione mortales. Sed Pollux mortuo Caſtore impetravit, ut divinitatem ſuam illi communicaret, & viciſſim alternis diebus morerentur. Unde Virg. 6. Æn. 121.

Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itque reditque viam toties. Quod ideo fingitur, ait in hunc locum Servius, quia horum ſtellæ ita ſe habent, ut occidente una oriatur altera.

Fuit autem Caſtor egregius equorum domitor, Pollux vero pugil. Unde Horat. 2. Serm. 1. 26.

Caſtor gaudet equis, ovo prognatus eodem Pugnis.

Gemellus Caſtor. Catull. 4. 27.

Magnus. Hor. Epod. 17. 43.

Receptus Caſtor in templa deorum. Hor. 2. Epiſt. 1. 5.

— & cum Caſtore Pollux,
Poſt ingentia facta, deorum in templa recepti.

Arbitri & teſtes legum & judiciorum Caſtor & Pollux. Cic. 7. Verr. 186. Voſque omnium rerum forenſium, conſiliorum maximorum, legum, judiciorumque arbitri & teſtes, celeberrimo in loco Prætorii locati, Caſtor & Pollux, &c. [Quia nimirum ædes eorum in foro fuit extructa. V. 3. Verr. 129. ſeq.

Currere ad Caſtoris, ſcil. Ædem. Cic. pro Milon. 91. Niſi vero ſuſtinuiſtis eos, qui cum facibus ad curiam cucurrerunt, cum facibus ad Caſtoris, cum gladiis toto foro volitarunt. i. e. Ad ædem ſeu templum Caſtoris.

Caſtor & Pollux, Caſtores etiam vocati ſunt ab antiquis. Trebellius Pollio in Vit. Valerian. cap. 1. Quum ob imperatorias litteras in æde Caſtorum, Senatus haberetur. Capitolinus in Maximinis, cap. 16. pr. Quum ventum eſſet in ædem Caſtorum. Arnobius, 2. p. 93. Tyndaridæ Caſtores, unus equos domitare conſuetus, alter pugilator bonus.

Caſtor, Medicus antiquiſſimus, qui docuit piperitin herbam, quam alio nomine ſiliquaſtrum nominant, bibi contra morbos comitiales. Auctor Plin. lib. 20. cap. 17.

Castŏreus, a, um. Adj. [Καστόρειος] a nomine proprio Caſtor: ut, Manus caſtorea. Sen. Hippol. v. 810. Frenis Caſtorea mobilior manu. i. e. Ipſius Caſtoris, qui optimus domitor equorum erat.

Castricius, V. castra.

Castro, [ἐκτέμνω, εὐνουχίζω, ὀρχοτομῶ] āre. proprie eſt Virilia amputare. Plin. lib. 18. cap. 32. Verres, juvencos, arietes, hœdos, decreſcente luna caſtrato.

Vitulos caſtrare. Columel. 6. 26.

Metaphorice. ut,

Alvearia caſtrare, eſt Alveos favis ſpoliare, & mellis vindemiam facere: quod qua ratione faciendum ſit, docet Columel. lib. 9. cap. 15.

Arbores caſtrare, In imo perforare. Plin. lib. 24. cap. 8. Humor quoque e medulla, uti diximus, caſtratæ arboris effluens, capillum reddit capiti illitus.

Caudas catulorum caſtrare. Columel. lib. 7. cap. 12. *Roigner.*

Libellos caſtrare, Expurgare obſcœnis. Martial. lib. 1. 36.

Nec caſtrare velis meos libellos.

Vites caſtrare. Cato cap. 33. Vites teneras quamprimum propagato, veteres quam minimum caſtrato: potius ſi opus erit dejicito, bienioque poſt præcidito.

Vina caſtrare ſaccis. Plin. lib. 19. cap. 4. V. Cæl. lib. 28. cap. 26. & Saccus nivarius, In saccus.

Caſtrant in ſterilitatem Lupini umbilicum vermiculi. Plin. lib. 18. cap. 14.

Avaritiam caſtrare; i. e. Auferre vel Coercere. Claud. 1. in Eutrop. 193.

— vis nulla cruentam
Caſtrat avaritiam.

Castrātus, a, um. [ἐκτομίας] Partic. ut, Caſtratus hæres. Claud. 2. in Eutrop. 550.

— Rufini caſtratus proſilit hæres. i. e. Eunuchus.

Homo caſtratus, Bagoas. Curt. 6. 3. 12.

Tranſlate etiam ponitur, ut,

Reſp. Caſtrata morte alicujus abſurde dicetur. Cic. 3. de Orat. 161. Nolo morte dici Africani caſtratam eſſe Rempubl.

Vires caſtratæ. Plin. lib. 11. cap. 18. de fucis, i. e. Ademptæ.

Castrata, æ. f. Siliginis genus eſt, apud Plin. lib. 18. cap. 9. E grano, quod in Campania proveniebat.

Castrandus, a, um. [ἐκτμητέος] aliud Partic. Claud. 1. in Eutrop. 46.

— rapitur caſtrandus ab ipſo Ubere.

Castrātio, ōnis. f. [ἐκτομὴ] Virilium amputatio. Columel. lib. 6. cap. 26. Id optimum genus caſtrationum, quod adhibetur teneræ ætati.

Arborum caſtratio. Plin. lib. 16. cap. 40. Ramis ſæpe deputatis, caſtratio illa eſt. Columel. lib. 4. cap. 32. de Arundinetis, Sed illud de integro refodi debet, hoc poteſt intercidi & diſrarari: quod opus ruſtici caſtrationem vocant.

Castratūra, æ. f. [ὀρχοτομία] Idem quod Caſtratio. Plin. lib. 18. cap. 9. de piſtoriis & molitura, & farina loquens, Juſtum eſt e grano Campanæ, quam vocant caſtratam, e modio redire ſextarios quatuor ſiliginis, vel e gregali ſine caſtratura ſextarios quinque.

Castrator, ōris. m. ut, Carnis caſtrator. Tertull. adv. Marc. 1. 1. Gloſſ. Gr. Lat. εὐνουχιστὴς, caſtrator.

Castratorius, a, um. Ad caſtrationem pertinens; ut, Ferramenta caſtratoria. Pallad. 1. extr.

Castrum, i. n. [πόλισμα] Locus muris munitus, caſtello majus, & minus oppido. Calliſtratus in l. Non tantum inquilini. D. de Excuſat. tutorum, Inquilini caſtrorum a tutelis excuſari ſolent, niſi eorum qui & ipſi inquilini ſunt, & in eodem caſtro, eademque conditione ſunt. Sed Iſidor. 15. 4. Caſtrum, ait, antiqui dicebant Oppidum loco altiſſimo ſitum: quaſi Caſam altam: cujus pluralis numerus Caſtra, diminutivum Caſtellum eſt.

Castrum novum, Italiæ oppidum eſt, non procul ab oſtiis Tiberis, apud Pompon. lib. 2. 4. & Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgo *Corneto*, ut ſcribit Olivarius in Melam.

Castra, orum. pl. tantum. [στρατόπεδον, παρεμβολὴ, Locus eſt ubi milites tentoria figunt, a caſtri ſimilitudine: quod foſſa valloque, quaſi muro, circumdari ſolent. Græce τὸ στρατόπεδον, tam pro exercitu, quam pro caſtris. Cic. 15. Fam. 4. Vallo & foſſa circumdedi: ſex caſtellis, caſtriſque maximis ſepſi.

Caſtra, f. g. teſte Nonio. Accius Æneadis, aut Decio,

Caſtra hæc veſtra eſt, optume eſſis, meritus a nobis.

Metator caſtrorum. Cic. 11. Philipp. 12. Accedit Saxa neſcio quis, quem nobis Cæſar ex ultima Celtiberia Tribunum pleb. dedit, caſtrorum antea metator, nunc ut ſperat urbis.

Obſidium caſtrorum. Tacit. 4. Hiſt. 24. Flaccus interim cognito caſtrorum obſidio, & miſſis per Gallias qui auxilia concitent, &c.

Caſtris promptus. Tacit. 1. Ann. 57.

Æſtiva caſtra. Suet. Claud. 1.

Confuſa fremunt caſtra. Lucan. lib. 7.

Domeſtica. Juven. 10. Sat. 95.

Fulgentia ſignis. Hor. 1. Carm. 7. 20.

Horrida. Virg. 10. Ecl. 23.

— tua cura Lycoris
Perque nives alium, perque horrida caſtra ſecuta eſt.

Iniqua. Hor. 1. Carm. 10. 16. h. e. Inimica. Porphyr.

Martia. Tibul. lib. 1. 2. 70.

Mollia Caſtra, Caſtra Cupidinis vocat Ovid. lib. 2. de Arte Am. 236.

Navalia. Cæſ. 5. Bell. Gall. 22. Atque iis imperat, ut coactis omnibus copiis, caſtra navalia de improviſo adoriantur, atque expugnent.

Nautica. Æmilius Probus in Alcibiade. cap. 5.

Prætoriana caſtra Suet. Claud. 21. V. Urbana.

Profuga. Claud. de Bell. Get. 398.

Proſpera. Juven. 16. Sat. 2.

Scelerata caſtra dicta, In quibus Druſus obiit. Suet. Claud. 1.

Stativa. Cic. 7. Verr. 29. Iſte novo quodam ex genere Imperator, pulcherrimo Syracuſarum loco ſtativa ſibi caſtra faciebat.

Surda, Inobſequentia. Sil. lib. 8. 346.

Trepidantia caſtra invadere. Virg. 9. Æn. 147.

— & mecum invadit trepidantia caſtra.

Turbata caſtra arripere. Virg. 9. Æn. 13.

Rumpe moras omnes, & turbata arripe caſtra.

Victricia. Claud. Conſ. Prob. & Olyb. 137.

Vigilata. Stat. 10. Theb. 382.

Urbana caſtra, Locus ad urbem prope muros non longe a via Nomentana, ubi prætorianus miles continebatur: unde & Prætoriana appellantur. V. Suet. Claud. 21. Capitol. Balbin. cap. 10. & Vet. Schol. ad Juven. 10. Sat. 95. & Lex. Pitiſc.

Adequitare caſtris. Tacit. 6. Ann. 34. pr. Interim Orodem ſociorum inopem, auctus auxilio Pharaſmenes vocare ad pugnam, & detrectantem inceſſere, adequitare caſtris, infenſare pabula, ac ſæpe in modum obſidii ſtationibus cingebat.

Adpugnare caſtra. Tacit. 4. Ann. 48. Alii caſtra Romana adpugnarent, non ſpe capiendi, ſed ut clamore, telis, ſuo quiſque periculo intentus, ſonorem alterius prælii non acciperet. Al. Oppugnarent.

Adſultare caſtris. Tacit. 2. Ann. 13. Tertia ferme vigilia adſultatum eſt caſtris, ſine conjectu teli.

Agere in caſtris ſtationem. Tacit. 1. Hiſt. 28.

Capere caſtra. Liv. aliique paſſim.

Cingere vallo. In cingo.

Cingere in morem castrorum. Virg. 7. Æn. 159.
Castrorum in morem pinnis atque aggere cingit.
Circumvenire. Sallust. in Jugurth.
Colloqui inter castra. Cic. 13. Philipp. 27. Cn. Pompeius Sexti filius, Consul, me præsente, quum essem tiro in ejus exercitu, cum P. Vettio Scatone, duce Marsorum, inter bina castra collocutus est.
Conferre castra castris. In CONFERO.
Conferre castra: ut, Collata castra. Sil. lib. 4. 56.
Conjicere se in castra, transl. Cic. 9. Fam. 20. In Epicuri nos adversarii nostri castra conjecimus.
Constituere castra. Cæs. 3. Bell. Civil. 56.
Contrahere castra. In CONTRAHO.
Convertere castra castris. In CONVERTO.
Dedita castra. Sil. lib. 10. 189.
Differre castra. Tacit. 5. Hist. 23. Castraque in plano sita, vi fluminis differebantur. h. e. Jactabantur. Sic enim illic legendum pro Deferebantur. Hæc beatus Rhenanus in Tacitum.
Disponere castra. Liv. de Bell. Pun.
Erigere castra. Tacit. 5. Hist. 22.
Extructa. Tacit. 4. Ann. 7.
Evellere castra obsessa. Sil. lib. 7. 335.
Exutus castris dux dicitur, Cujus castra direpta sunt. Sil. lib. 16. 26.
Facere castra. Cic. 8. Att. 19. (Al. 12.) Nam neque castra propter anni tempus & militum animos, facere possum.
Firmare robore castra. Sil. lib. 8. 448. Robore, i. e. Milite forti & robusto. Sic enim hoc loco accipiendum est.
Habere castra. Cic. 15. Fam. 4. His rebus ita gestis castra in radicibus Amani habuimus apud Aras Alexandri quatriduum.
Habiti in castris & procinctu. Tacit. 3. Hist. 2.
Imponere castra. Sil. lib. 5. 451.
Insistere castris, pro Esse & versari in castris. Ovid. 8. Met. 52.
Locare castra alicubi. Lucan. lib. 4. 169.
Metari. In METOR.
Moliri castra. Tacit. 11. Ann. 20.
Movere. Virg. 3. Æn. 519. V. MOVEO.
Movere in hostem. Sil. lib. 7. 4.
Munire. In MUNIO.
Nudare. In NUDUS.
Objicere. Liv. de Bell. Pun.
Opponere. Liv. ibid.
Pellere Castra hospita. i. e. Classem. Ovid. 6. Epist. 52.
Perrumpere. In PERRUMPO.
Ponere. Cic. 8. Att. 12. (Al. 20.) Litteræ mihi a te redditæ sunt ad XIII Cal. Mart. in quibus scribis, Cæsarem apud Corfinium castra posuisse.
Potiri castris. Hirt. Bell. Alex. 76.
Præjacet campus castra. Tacit. 12. Ann. 36.
Proferre. Cæs. 1. de Bell. Civil. 81.
Promovere. Cæs. 1. de Bell. Gall. cap. 48.
Relinquere. Sil. lib. 7. 408.
Residere castris. Sil. lib. 15. 510.
Seducere. Ovid. 13. Met. 611. Sed codd. varia est lectio.
Subire. Stat. 4. Theb. 9.
Tenere se castris, vide TENEO. H. St.
Tondere setas hirci in usum castrorum. Virg. 3. Georg. 313.
Nec minus interea barbas, incanaque menta
Cinyphii tondent hirci, setasque comantes,
Usum in castrorum, & miseris velamina nautis. In usum castrorum dixit, & quia de ciliciis poliuntur loricæ, & teguntur tabulatâ turrium, ne jactis facibus ignis possit adhærere. Servius.
Vallare castra. Tacit. 2. Hist. 19.
Vellere castris signa. Virg. 4. Georg. 108.
— aut castris audebit vellere signa.
Quoniam iter faciente exercitu, singulis diebus, ubi consistere debebat agmen castra stativa ponebantur, obtinuit ut dies itinerum castris numerarentur. Sic, Alteris castris pervenit ad oppidum Castabalum. Curt. 3. 7. 5. i. e. Altero die.
Secundis castris. Tacit. 3. Hist. 15. i. e. Secundo die.
Tertiis castris Rigodulum venit. Idem 4. Hist. 71.
Quartis castris ad Mennin urbem pervenit. Curt. 5. 1. 16. Et in hoc sensu sæpe utitur Curt. Cæsar & alii.
Castra etiam pro Tota re militari apud Vellei. 2. 125. 5. Viro nescias utiliore in castris, an meliore in toga. Et Cæs. 1. Bell. Gall. 39. Ii, qui magnum in castris usum habebant milites. i. e. In re militari.
CASTRA GEMINA, Oppidum Hispaniæ Bæticæ stipendiarium, apud Plin. lib. 3. cap. 1.
CASTELLUM, i. n. [ἔρυμα, ἐπιτείχισμα, φρούριον, κώμη] dimin. Parvum castrum, vel Parvum oppidum significat. Cic. pro Cæcin. 20. Ecce ipse Æbutius in castellum venit.
Ardua castellorum. Tacit. 11. Ann. 9.
Forensis castellum latrocinii. Cic. in Pison. 11. Cui templum illud fuit, te Consule, arx civium perditorum, receptaculum veterum Catilinæ militum, castellum forensis latrocinii.
Philosophiæ castella, figurate. Cic. 2. de Divin. 37. Urbem philosophiæ, mihi crede, proditis, quum castella defenditis.
Immunita castella. V. IMMUNITUS.
Montana castella. Virg. 5. Æn. 440.
Aut montana sedet circum castella sub armis.
Munita. Cic. 2. Fam. 9. Castella munita improviso adventu capta & incensa.
Turrita. Lucan. lib. 6. 40.
Castellum adsidere. Tacit. 6. Ann. 43. Adsidendo castellum, in quod pecuniam & pellices Artabanus contulerat, dedit spatium exuendi pacta.
Capere & vastare. Cic. 11. Fam. 4. Multa castella cepi, multa vastavi.
Communire castella. Nepos 1. 2. 1.
Disponere jugis. Lucan. lib. 6. 40.
Evertere. Hor. 2. Epist. 2. 34.
Expugnare omnia. Cic. 1. Att. 11.
Castella, etiam sunt Derivacula quædam laxiora certis spatiis emodulata, ex quibus aqua per fistulas in varia loca distribuitur, id est in villas & prætoria nobilium, indultu principali: ut docet Frontinus in lib. de Aquæductibus. Paul. in l. fistulam. D. de servit. urban. præd. Fistulam injunctam parieti communi, quæ aut ex castello, aut ex cælo aquam capit, non jure haberi Proculus ait. Vitruv. lib. 8. cap. 7. Ductus aquæ fiunt generibus tribus, rivis per canales structiles, aut fistulis plumbeis, seu tubulis fictilibus, quorum hæ rationes sunt. Si canalibus, ut structura fiat quam solidissima, solumque rivi libramenta habeat fastigiata, ne minus in centenos pedes semipede, eæque structuræ confornicentur, ut minime sol aquam tangat. quumque venerit ad mœnia, efficiatur castellum, & castello conjunctum ad recipiendum aquam triplex immissarium, collocenturque in castello tres fistulæ æqualiter divisæ intra receptacula conjuncta: uti quum abundaverit, ab extremis in medium receptaculum redundet.
CASTELLANUS, i. m. [φρουρός] Qui castellum habitat. Liv. 34. 27. Decem millia popularium cum castellanis agrestibus in armis habuit. Sall. Jug. 92. Iter castellanorum angustum admodum.
Alia significatio hujus vocis apud scriptores Medii ævi. V. Cang.
CASTELLANUS, a, um. Adj. ut, Castellani milites, Quibus adscripta erant castellorum quæ in limitibus essent territoria. Impp. in l. 2. de fund. limit. lib. 11. C. Quicunque castellorum loca quocunque titulo possident, cedant, ac deserant: quia his tantum fas est possidere castellorum territoria, quibus adscripta sunt, & de quibus judicavit antiquitas. Quod si ulterius vel privatæ conditionis quispiam in his locis, vel non castellanus miles fuerit detentator inventus, capitali sententia cum publicatione bonorum plectetur.
Triumphus castellanus, i. e. De castello capto actus. Cic. de Clar. Orat. 257. Malim mihi L. Crassi unam pro M. Curio dictionem, quam castellanos triumphos duos. Paulo ante dixerat, Qui Ligurum castella expugnaverunt, ex quibus multi sunt, ut scitis, triumphi.
CASTELLARIUS, i. m. Qui præest aquæductibus. Vetus Inscriptio apud Grut. p. 601. n. 7. CLEMENTI CAESARVM SERVO CASTELLARIO AQVAE CLAVDIAE.
CASTELLĀTIM, Adv. [κατὰ φρούρια] quasi Turmatim per castella. Liv. 7. 36. Perpulit Consulem, ut hostes & nocturno pavore attonitos, & circa collem castellatim dissipatos aggrederetur.
Castellatim serere. Plin. lib. 19. cap. 6.
CASTELLAMENTUM, i. n. Edulium sive farciminis genus. Arnob. 2. p. 73. Ut spirulas & botulos facerent, isicia, castellamenta, lucanicas, fuminatam cum his carnem, & glaciali conditione tuceta. V. de eo loco Wower. ad Minut. Felic. p. 19. ed. 1652. & Herald.
CASTRAMĒTOR, [στρατοπεδεύω, κατασκηνόω] āri. Castra locare sive ponere. Liv. 34. 28. Ubi castrametantes Romanos, Quintiumque ipsum, cum equitibus atque expeditis prægressum, auxiliares tyranni adorti, in terrorem ac tumultum conjecerunt. Al. divise, Castra metantes.
CASTRĀMĒTĀTOR, ōris. m. [στρατοπεδευτής] Vitruv. lib. 8. cap. 5. & lib. 10. cap. 7.
CASTRENSIS, e. [στρατιωτικός] Quod ad castra pertinet. ut, Labor castrensis. Castrense latrocinium. Cic. 3. in Catil. 17.
Arma castrensia. Propert. lib. 3. 9. 19.
Classis castrensis. Flor. 2. 2. 35. Classis prompta, levis, & quodam modo castrensis. V. ibi Interpr.
Corona castrensis, Qua donabatur is qui primus hostium castra pugnando introiisset: cui insigne erat ex auro vallum. Fest. & Gell. 5. 6.
Jurisdictio castrensis. Tacit. Vit. Agric. 9.
Ludi castrenses. Suet. Tib. 72. Castrensibus ludis non interfuit solum, sed etiam missum in arenam aprum jaculis desuper petiit.
Peculium castrense, ut definit Macer in l. Castrense. D. de Castr. pecul. est Quod a parentibus vel cognatis in militia agenti donatum est: vel Quod ipse filius familias in militia acquisivit: quod nisi militaret, acquisiturus non fuisset. Nam quod erat & sine militia acquisiturus, id peculium ejus castrense non est.
Pensa castrensia. Propert. lib. 4. 3. 33.
Noctibus hibernis castrensia pensa laboro. Verba sunt Aretusæ, quæ vestes conficiebat, & texebat Lycotæ suo, ut illis uteretur in castris, noctibus hibernis.
Ratio castrensis, & militaris. Cic. pro Cœl. 11.
Seditio castrensis. Liv. 4. 50.
Stipendia. Plin. 14. Epist. lib. 8.
Triumphus castrensis Decii. Liv. 7. 36.
Tumultus castrensis. Liv. 28. 24.
Verbum castrense. Plin. in præf. lib. 1. Namque tu solebas meas esse aliquid putare nugas, ut obiter emolliam Catullum conterraneum meum. agnoscis & hoc castrense verbum.
CASTRENSIANUS, a, um. Idem. ut, Milites castrensiani, Qui in limitibus imperii contra barbaros excubabant. l. 12. Cod. de re milit.
CASTRICIUS, a, um. Idem esse videtur. ut, Comes castricius, Ammian. 14. 2. Ubi idem esse ac Militarem putat Valesius. Scribitur & Castritius.
CASTRICIUS, i. m. proprium viri, ut Castricius, qui quum tempore Syllanæ dissensionis Placentiæ gereret magistratum, & Cn. Carbo cos. Marianarum partium peteret obsides Placentinos, ne Placentia ad Syllam deficeret, neganti Castricio dixit, multos se habere gladios. At ego annos, inquit Castricius. Auctor Valerius 6. 2. 10.
T. Castricius alter, Rhetoricæ doctor Romæ, de quo Gell. lib. 13. cap. 20. sic scribit T. Castricius, inquit, Rhetoricæ disciplinæ doctor, qui habuit Romæ locum principem declamandi & docendi, summa vir auctoritate, gravitateque, & a D. Hadriano ob mores, atque litteras spectatus, &c.
Alius de quo Suet. Aug. cap. 56. extr. & de quo Cic. 12. Att. 28. ubi & Castriciani negotii mentio fit.
CASTŬLA, æ. f. [περίζωμα] Palliolum, quo feminæ nudæ infra papillas præcingebantur. Quod mulieres sumpserunt pro subucula. Ex Varrone Nonius 16. 5. & 4. Hæc & Perizonium & Præcinctorium dicitur.
CASTŬLO, ōnis. f. Urbs Hispaniæ. Liv. 24. 41. Castulo urbs Hispaniæ valida ac nobilis, &c. V. etiam Sil. 3. 99. & 391.
CASTULŌNENSES, [Καστουλωνῖται] Populi sunt Hispaniæ Bæticæ apud Plin. lib. 3. cap. 3. Ex colonia (inquit) Salariense oppidum Latii veteris Castulonenses, qui Cæsari venales appellantur. V. Cic. 10. Fam. 31. Castulon, vulgo *Caslona.*
CASTUS, a, um. Adj. [ἁγνός, σώφρων] dicitur Sine libidinis & turpitudinis nota, ut ait Nonius. Cic. pro Rosc. Com. 21. Considera, Piso, quis, quem fraudasse dicatur. Roscius Fannium? quid est hoc? Probus impro-

improbum, pudens impudentem, perjurum caſtus, callidum imperitus, liberalis avidum?
Ita, Caſtiſſimum hominem ad peccandum potuiſſe impellere. Item, Integer caſtus & gravis. H. St. V. Poſterior locus infra in Vir caſtus.
Caſtus a rebus veneriis ſit, neve temulentus. Columel. lib. 9. cap. 14.
Caſtus moribus, integer pudore. Martial. lib. 6. 28.
Caſtus a culpa. Plaut. Pœn. 5. 4. 13.
Eo ſumus gnatæ genere, ut deceat nos eſſe a culpa caſtas.
Parum caſtus. Hor. 1. Carm. 12. 59.
Adoleſcens. Cic. 3. Philipp. 15.
Adverſarius caſtus & integer. Auct. ad Heren. 2.
Agmen. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 322. De Matribus Elyſiis.
Amnis bibendus caſtior. Stat. 4. Silv. 7. 12. i. e. Latex Pierius.
Amor. Ovid. 1. Epiſt. 23. Intelligit Amorem conjugalem.
Animus caſtus & purus. Cic. 1. de Divin. 121. Caſtus animus puruſque vigilantis, & ad aſtrorum, & ad avium, reliquorumque ſignorum, & ad extorum veritatem eſt paratior.
Ardor caſtiſſimus. Stat. 5. Silv. 1. 41.
— quod diligis umbram,
Et colis exequias, hic eſt caſtiſſimus ardor.
Aures caſtas vocat Claud. 2. in 1. Conſ. Stilich. 303. Quæ obſcænis ſermonibus offenduntur.
Concio. Cic. pro C. Rab. 11. Qui caſtam concionem, ſanctum campum, inviolatum corpus omnium civium Romanorum, integrum jus libertatis defendo ſervari oportere?
Conjux. Sen. Octav. 4.
Corpus. Auct. ad Heren. 4. 24.
Cruor. Ovid. 12. Met. 30.
Cubile. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 163.
Domus. Cic. pro Cœl. 9. Nemo hunc M. Cœlium in illo ætatis flore vidit, niſi aut cum patre, aut mecum, aut in M. Craſſi caſtiſſima domo, quum artibus honeſtiſſimis erudiretur.
Domus caſta ſervat pudicitiam. Virg. 2. Georg. 524.
Donum. Cic. 2. de Legib. 45. Tum ebur ex inanimo corpore extructum, haud ſatis caſtum donum deo.
Ferrum, Culter Lucretiæ. Claud. 1. in Eutrop. 446.
Feſta. Ovid. 3. Amor. 13. 3.
Caſta ſacerdotes Junoni feſta parabant.
Fide caſta thorum ſervare. Sen. Herc. fur. 5.
Fidem caſtam ſervare. Sil. lib. 13. 285.
Flumen. Claud. in 2. Conſ. Stilich. 260. Caſtum vocat propter Nymphas, quæ fluvium incolunt.
Femina caſtiſſima. Cic. de Aruſp. Reſp. 27. Femina autem, quæ matronarum caſtiſſima putabatur.
Frena caſta juventuti dare, i. e. Ludos illos juvenibus concedere, qui bonis moribus & pudicitiæ non obſint. Claud. 2. Conſ. Stilich. 120. al. Cauta.
Homo caſtiſſimus. Cic. 2. de Invent. 36. Caſtiſſimum quoque hominem ad peccandum potuiſſe impellere. h. e. Innocentiſſimum.
Jura caſta thori legitimi. Ovid. 16. Epiſt. 284.
Juvenis. Sen. Hippol. 12.
Laurus. Tibull. lib. 3. 4. 23.
Lectulus. Catul. in Argon. 62. 88.
Luci. Hor. 1. Carm. 12. 59.
Ludus. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 206.
Mecum ſomnus erat, caſtique per atria ludi. al. Cauti. Cic. 2. de Aruſp. Reſp. 27. Quo minus caſtiſſimos ludos omni flagitio pollueres.
Manus. Ovid. 20. Epiſt. 10.
Manus caſta, Quæ ſe a furtis & rapinis continuit. Perott. 835. ſed abſque exemplo. H. St. V. MANUS.
Maritæ, Caſtæ conjuges. Ovid. 2. Faſt. 139.
Matres. Virg. 8. Æn. 665.
Matrona. V. Femina.
Mens caſta & integra. Cic. pro Font. 22. Hoc veſtræ mentes tam caſtæ, tam integræ ſibi ſuſcipient?
Minerva. Hor. 3. Carm. 3. 23.
Mores. Claud. Laud. Seren. 29.
Nemus caſtum. Tacit. de Mor. Germ. cap. 40.
Pectus. Sen. Hippol. 2.
Preces. Claud. de Nupt. Hon. & Mar. 22.
Præmia. Cic. 2. de Invent. 114. Præmia virtutis & officii ſancta & caſta eſſe oportere.
Pudor. Ovid. 1. de Arte Am. 100.
Puellæ. Ovid. 2. Met. 711.
Sacris caſtis accedere. Stat. 1. Achil. 370.
Signa. i. e. Signa caſtitatis. Ovid. 7. Met. 725.
Tædis caſtis adolere altaria. Virg. 7. Æn. 71.
Tempora ſacerdotum. Ovid. 2. Faſt. 26.
Torus. Claud. in 1. Conſ. Stilich. 33.
Turtur. Auctor carminis de Philomela.
Venus non caſta. Sen. Hippol. 2.
Verbenis caſtis vincta ara. Hor. 4. Carm. 11. 6.
Veſtes. Ovid. 1. de Pont. 1. 8.
Ite, patet caſtis veſtibus ille locus. al. rectius Verſibus.
Vir integer & caſtus & gravis. Cic. 11. Att. 6. Non poſſum ejus cauſam non dolere: hominem enim integrum & caſtum & gravem cognovi.
Vita. Cic. pro Roſc. Com. 17. Refervens falſum crimen, in puriſſimam & caſtiſſimam vitam collatum, ſtatim concidit & extinguitur?
Vultus. Ovid. 4. Met. 798.
Caſtum & integellum aliquid expetere. Catull. 16. 4.
Servare ſe & integrum & caſtum. Cic. 1. Tuſc. 72. Qui autem ſe integros caſtoſque ſervaviſſent, quibuſque, &c.
Caſtus, Religioſus, pius. Virg. 6. Æn. 661.
Quique ſacerdotes caſti, dum vita maneret. Ubi Servius, Caſti dum vita maneret, i. e. Qui fuerunt caſti, dum in communione vitæ verſarentur. Nam hi qui ſacra maxima accipiebant, renuntiabant omnibus rebus, nec ulla in his niſi numinum cura remanebat. Herbis etiam quibuſdam emaſculabantur: unde jam coire non poterant. Hactenus Servius. Idem Virg. 3. Æn. 409.
Hac caſti maneant in relligione nepotes.

Sacer, religioſus, caſtus. Varro, Ergo tum ſacræ, religioſæ, caſtæque fuerunt res omnes. Nonius.
Caſtus, Suavis, jucundus. Varro Parmenone, Demittis acres pectore luctus, cantu, caſtaque poeſi. Nonius.
CASTUM, i. n. etiam vel CASTUS, ûs. m. dicebatur ille Ritus, quo in ſacris Iſidis, Cereris, vel Matris Deûm, a certis cibis & Veneris uſu ſe abſtinebant. Varro apud Nonium 4. 87. Et religiones & caſtus id poſſunt, ut ex periculo eripiant nos.
Græcus caſtus. Idem apud Nonium 3. 45.
Multiplices caſtus & cærimoniæ. Gell. 10. 15.
Placent caſta ſuperis. Tibul. 2. 1. 13. V. ibi Interpr.
Eſſe in Caſto Cereris, i. e. Cereri operari. Feſt. in verbo Minuitur. conf. Tertull. adv. Pſych. cap. 16.
CASTITŪDO, ĭnis. f. [ἁγνότης] Idem ſimiliter quod Caſtitas. Accius, Ibi fas, ibi cunctam antiquam caſtitudinem. Nonius.
CASTĬTAS, ātis. f. [ἁγνότης, σωφροσύνη] Perottus, Caſtitas & pudicitia paria putantur: quum ſit pudicitia ab injuria turpium libidinum libera: Caſtitas & ab his continens & remota: præterea & religioſa munditia & puritas. Cic. 2. de Legib. 29.
Metuens alterius viri certo fœdere caſtitas. Hor. 3. Carm. 24. 22.
CASTIMONIA, æ. f. [ἁγνότης] Idem quod Caſtitas. Cic. 6. Verr. 102. Per ſummam caſtimoniam virorum atque mulierum.
Caſtimonia decem dierum. Liv. 39. 9.
Superſtitio caſtimoniarum. Plin. lib. 31. cap. 8. Aliud vero ad caſtimoniarum ſuperſtitionem, etiam ſacris Judæis dicatum: quod fit e piſcibus ſquama carentibus.
CASTIMONIUM, i. n. Idem. Vet. Gloſſ. L.G. Caſtimonium: ἁγνεία. Item Græco L. ἁγνεία, Caſtitas, caſtimonium. Idem etiam eſt quod Caſtus; h. e. Purgatio & expiatio quædam, cum per certos dies a Venere & animatis cibis ſe abſtinebant. V. Apul. 11. Mileſ. p. 272.
CASTIMONIALIS, e. ut, Liquamen caſtimoniale. Pallad. Febr. t. 25.
CASTIFĬCUS, a, um. Quod caſtum facit. Adj. ut, Mens caſtifica. Sen. Hippol. 168. Expelle facinus mente caſtifica horridum.
CASTIFICO, āre. ut, Corda noſtra caſtificemus. Ambroſ. Serm. 14. i.e. Purgemus. Semetipſum caſtificare. Tertull. de Pudic. cap. 19.
CASTE, Adv. [ἁγνῶς] Pudice, honeſte. Cic. 1. de Nat. Deor. 3. Hæc enim omnia pure atque caſte tribuenda deorum numini ita ſunt.
Caſte & integre vivere. Cic. 4. de Fin. Nihilo miſeriores eſſe, quam eos qui quum caſte & integre viverent, nondum perfectam illam ſapientiam eſſent conſequuti.
Caſte integreque verſatus eſt labor meus in privatorum periculis. Cic. pro Lege Manil. 2.
Radix caſte pureque collecta, diſcutit ſtrumas. Plin. lib. 22. cap. 10.
Adire caſte ad divos. Cic. 2. de Legib. 19.
Perficere caſte. Cic. pro Domo 134. Certe nihil rite, nihil caſte, nihil more inſtitutoque perfecit.
Tueri caſte. Cic. de Clar. Orat. 330. Nos autem, Brute, quoniam poſt Hortenſii clariſſimi oratoris mortem, orbæ eloquentiæ quaſi tutores relicti ſumus, domi teneamus, &c. tueamurque, ut adultam virginem caſte, & ab armatorum impetu quantum poſſumus prohibeamus.
Caſtiſſime. Cic. de Aruſp. Reſp. 29. Quod quum Deiotarus religione ſua caſtiſſime tueretur, &c.
CASUENTUM, i. n. Fluvius eſt in ſinu Tarentino, apud Plin. lib. 3. cap. 11.
CASUENTILLANI, orum. n. Italiæ populi in ſexta regione apud Plin. lib. 3. cap. 14.
CASURGIS, [Κασουργὶς] Ptolemæo dicitur Praga, regio Boemiæ.
CASULA, In CASA.
CASURUS, CASUS, In CADO.
CASYRUS, i. m. Mons Elymaidis, cui Seleucia & Soſirate urbes appoſitæ ſunt, teſte Plin. lib. 6. cap. 27.

C A T

CATABATHMUS, i. m. [Καταβαθμὸς] Oppidum & vallis repente convexa ad finem Cyrenaicæ regionis, ut ait Plin. lib. 5. cap. 5. Salluſt. in Jugurtha, cap. 17. In diviſione orbis terræ, plerique in parte tertia Africam poſuere: pauci tantummodo Aſiam, & Europam eſſe, ſed Africam in Europa. Ea fines habet ab Occidente, fretum noſtri maris, & Oceani: ab ortu Solis declivem latitudinem, quem locum Catabathmon incolæ appellant. Et cap. 19. Igitur ad Catabathmon, qui locus Ægyptum ab Africa dividit, ſecundo mari prima Cyrene eſt, Colonia Thereon, ac deinceps duæ Syrtes, interque eas Leptis, deinde Aræ Philenon, quem locum Ægyptum verſus, finem imperii habuere Carthaginienſes. Tortellius docet ſcribendum eſſe Catabathynon, ſed falſo.
CATABOLUM, i. n. [καταβόλιον] Stabulum in quo feræ, vel ad manſuetudinem, vel ad crudelitatem in beſtiarios, erudiebantur, apud Act. Marcelli Papæ Martyr. per Marcell. conſcript. Henr. Steph. in Theſ. Gr. ſuo, ex Schol. Thucyd. Emporium interpretatur. Hinc
CATABOLENSIS, is. m. Caſſiodor. 3. Epiſt. 10. Marmora, quæ de domo Pinciana conſtat eſſe depoſita, ad Ravennatem urbem per Catabolenſes veſtra ordinatione dirigantur. Et Idem 4. Epiſt. 47. Quinquaginta ſolidorum mulctam jam non veredarius, ſed catabolenſis incurrat. V. Cod. Theodoſ. de Piſt. & Catabol. l. 14. tit. 3.
CATABOLĬCUS, a, um. [καταβολικὸς] Tertull. de Anima cap. 28. Scimus magos elicere explorandis occultis per catabolicos & paredros & pythonicos ſpiritus. Turneb. Adverſ. 26. 21. per Catabolicos intelligit Infauſtos genios. conf. Voſſ. Etym. & Salmaſ. in Hiſt. Aug. p. 40. & Suic. Theſaur. Eccleſ.
CATACECAUMENE, es. f. [Κατακεκαυμένη] Mæoniæ regio, non procul ab Epheſo, arboribus carens, vite excepta, quæ generoſiſſimum fert vinum, quod κατακεκαυμενίτην appellant. V. Strab. lib. 13.
CATACECAUMENITES, æ. m. [κατακεκαυμενίτης] Vinum generoſum, quod colles in Myſia producunt, de quo præter Strab. l. c. Plin. 14. 7. Vitruv. 8. 3.
CATACETI, ōrum. m. Aſiæ populi circa Mæotin, ut docet Plin. lib 6. cap. 7.
CATACHRĒSIS, is. f. [κατάχρησις] eſt Uſurpatio nominis alieni: ut quum parricidam dicimus, qui occidit fratrem: & piſcinam, quæ piſces non habet. Hæc enim, niſi extrinſecus ſumerent, ſuum vocabulum non haberent. Hæc Donatus. Virg. 7. Æn. 164.
Aut acres tendunt arcus. Ubi Servius, Acres, fortes. & eſt Catachreſis: nam acrimonia mentis eſt. V. ACER. Feſtus, Catachreſis,
tropus

tropus est, nos abusionem dicimus: quum alienis abutimur perinde ac propriis, quum propria deficiunt. Cic. in Orat. 94. Aristoteles autem translationi hæc ipsa subjungit, & abusionem, quam catachresin vocant: ut quum Minutum dicimus animum, pro Parvo.

CATACLĬSTUS, a, um. [κατάκλειστος] Conclusus, astrictus. ut, Veste nivea & cataclista prænitens, i. e. In arca reposita, & festivis tantum diebus adhibita. Apul. 11. Met. p. 200. Sed Elmenh. aliter legit. V. Salmas. ad Tertull. de Pall. cap. 3.

CATACLISTICUS, a, um. Carus, pretiosus. Fortunat.

Quæ manus artificis cataclistica fila rotavit.

CATACLĪTUM, i. n. [κατάκλιτον] Turnebus, Cataclita, accubita sunt, quibus ad accumbendum veteres utebantur: ea molli pluma implebantur, ut ex Heliogabali vita notum est. Hac dictione utitur Septimius Florens in libro qui inscribitur De pallio. cap. 3. ubi Salmas. V.

CATACLYSMA, tis. n. [κατάκλυσμα] Medicamentum est, quo ventris & intestinorum pituitam abluunt. Hippocrates, sive, ut quidam volunt, Polybus, de salub. diæta, Cataclysmata, inquit, pinguia & crassa sunt, quæ lacte conficiuntur, & ex ciceribus, aqua elixa, & id genus aliis. V. plura apud Galen. in comment. lib. de salub. diæt.

CATACLYSMOS, sive CATACLYSMUS, i. m. [κατακλυσμὸς] dicitur Diluvium, sive inundatio. Varro 3. de R. R. cap. 1. Thebæ quæ ante cataclysmon Ogygi conditæ dicuntur: eæ tamen circiter duo millia annorum & centum sunt. Et Hygin. Fab. 153. Cataclysmus, quod nos diluvium vel irrigationem dicimus. V. etiam Tertull. Apol. cap. 40. & Lactant. 2. 10.

CATADRŎMUS, i. m. [κατάδρομος] Latine Decursorium ad verbum transferri potest. Dromos enim cursum significat. Suet. in Ner. cap. 11. Nobilissimus eques Romanus elephanto supersedens, per catadromum decurrit. i. e. Per stadium in quo equites decurrere solebant imaginario prælio, ut fit sæpe in Gallia, principe spectante: *Licias* vocant. Sunt qui de Elephanto funambulo exponunt. V. Interpp. ad loc.

Catadromus, Machinæ genus est, teste Vitruvio, qua architecti utuntur ad sublevanda vel demittenda onera, quæ apud Jurisconsultos, Catadromus γεράνου vocatur, quasi dicas Decursorium gruis: a figura fortassis, quod collum haberet extensum more gruis, quales machinas etiam hodie videmus in maritimis emporiis, ad exoneranda navigia accommodatas, quas etiam hodie Grues vocamus.

Fuit & alius Catadromi usus, cujus meminit Julius Pollux, lib. 4. cap. 19. quum ex sublimi theatri parte, per machinam quis dilapsus aliquem rapit, & secum sursum asportat, ut quum Aurora Memnonem rapiebat, aut Juppiter Ganymedem, aut Diana Endymionem. De hoc machinæ genere videntur esse intelligenda verba Pauli in l. pen. D. de action. empt. ubi habet, Puta enim eum fuisse servum, qui per κατάδρομον γεράνου descendere, aut in cloacam demitti solitus esset, &c.

CATADŪPA, orum. n. pl. [Κατάδουπα] Nomen loci ad novissimam Nili cataractam, ubi inter occursantes scopulos tanto fragore Nili aquæ ruunt, ut nimia soni vehementia auditus instrumentum vitient. Cic. in Somn. Scip. 13. Nec est ullus hebetior sensus in vobis, sicut, ubi Nilus ad illa quæ Catadupa nominantur præcipitat ex altissimis montibus.

CATADUPI, orum. m. pl. Plin. lib. 5. cap. 9. Locus est Æthiopum: & Gens Arabiæ eodem auctore lib. 6. cap. 29.

CATÆGIS, ĭdis. f. [καταιγὶς] Præfractus ventus. Apul. de Mundo, p. 62. edit. Elmenh. Sen. Nat. Quæst. 5. 17. & Cœl. Rhod. Lect. Ant. 18. 6. & 20. 19.

CATAGELASĪMUS, i. m. [καταγελάσιμος] Deridendus. Plaut. Stich. 4. 2. 50. Nunc ego nolo e Gelasimo mihi te Catagelasimum.

CATAGRĂPHA, orum. n. [κατάγραφα] quid significent declarat Plin. lib. 35. cap. 8. his verbis, Hic Cimon Cleonæus catagrapha invenit, hoc est obliquas imagines, & varie formare vultus, respicientes, suspicientesve, & despicientes.

CATAGRAPHUS, a, um. [κατάγραφος] Depictus, punctis notatus. ut, Catul. 25. 7.

Remitte pallium mihi meum, quod involasti,
Sudariumque setabum, catagraphosque thynos,
Inepte, quæ palam soles habere tanquam avita.

CATAGUSA, æ. f. Simulacrum quoddam ex ære a Praxitele effictum, de quo sic Plin. lib. 34. cap. 8. Praxiteles quoque marmore felicior: ideo & clarior fuit. Fecit tamen ex ære pulcherrima opera: Proserpinæ raptum, item Catagusan, & Ebrietatem, & Liberum patrem, &c. Sed quæ est obsecro ista Catagusa? utrum quæ lunam veneficiis & cantionibus deducit? an potius quæ pensa deducit, unde & κάταγμα? hoc posterius equidem ad veritatem propensius crediderim. Turnebus. [Cererem Hard. exposuit, quæ raptam Proserpinam domum reduceret. Sed Plinius nominatim a Proserpinæ simulachro distinguit. Quid si καταλγοῦσαν, i. e. Valde dolentem? Quod quo difficilius ære exprimitur, eo plus artis est.

CATALECTA, orum. n. pl. [κατάλεκτα] ut, Catalecta Maronis. Auson. Edyll. 12. Grammat. v. 5.

CATALECTICUS, a, um. [καταληκτικὸς] Catalecticum metrum dicitur, Cui una tantum deest syllaba, ut apud Hor. 2. Carm. 18. 2.

Mea renidet in domo lacunar. Est enim senarium Iambicum perfectum una syllaba minus. a καταλήγω, Desino.

CATALEPSIS, is. f. [κατάληψις] Cognitio, perceptio, comprehensio. Cic. 3. de Fin. 49. Cognitiones autem, vel si hæc verba aut minus placent, aut minus intelliguntur, καταλήψεις appellemus licet.

Est & Catalepsis, Malum e vehementi cerebri refrigeratione cum siccitate, a quo somnus profundior, quam fert natura, nascitur, lethargus. Hadrian.

CATALEPTUM, i. n. [κατάληπτον] Lat. Comprehensibile. Cic. 1. Acad. 40. Visis non omnibus adjungebat fidem, sed his solum, quæ propriam quandam haberent declarationem earum rerum quæ viderentur. Id autem visum quum ipsum per se cerneretur, comprehensibile. Feretis hæc? Nos vero, inquit. Quonam enim modo κατάληπτον diceres? sed quum acceptum jam, & approbatum esset, comprehensionem appellabat, similem iis rebus, quæ manu prenderentur, ex quo etiam nomen hoc duxerat.

CATALŎGUS, i. m. [κατάλογος] Oratio sive sermo alicujus rei ordinem ac dispositionem continens. Plaut. Mil. 3. 1. 9.

Si minus cum cura, aut catalogo loquendi lectum siet. Salmas.

Cata logon divise, ex Græco κατὰ λόγον. alii aliter.

Catalogi, [κατάλογοι] dicti sunt a Romanis, Milites qui militari sacramento & muneri addicti, in juniorum tabulis adscribebantur: quasi Delectos dicas. Vetus enim constitutum erat illos ex corporis habitudine, si apti militiæ, si lato pectore, si cervice erecta, si fortes & strenui, quæ species, qualisque vigor, & quod robur virium foret, internoscere, ut illorum forti fidelique opera Respubl. uti posset. Ex Alex. Genial. lib. 1. cap. 20.

CATALYSIS, [κατάλυσις] Latine Dissolutio dicitur.

CATAMĪDIARE, [καταμειδιᾶν] Græca dictio, quæ Deridere significat Spartianus de constitutionibus Hadriani loquens, cap. 18. extr. Decoctores bonorum suorum, si suæ auctoritatis essent, catamidiari in amphitheatro, & dimitti jussit. i. e. Deridendos omnibus per theatrum præberi. A verbo Græco καταμειδιῶ, quod deridere, & ludibrio habere significat: ut id propemodum ludibrii genus esse suspicer, quo polygami afficiuntur, id est qui multis uxoribus abutuntur, quum mithellati in scalario suggestu lascivientis plebeculæ scurrilitates obaudire perfricta fronte ad aliquot horas coguntur. *mithrare* id appellant. Cui non dissimile est illud quod Traducere Latine dicitur. Sed doctorum plerique Catomidiare reponunt. V. etiam Petron. cap. 132. ibique Burm. & Salmas. in Hist. Aug. p. 48.

CĂTĂMĪTUS, i. m. [πόρνος] Puer meritorius, quo quis abutitur. Cic. 2. Philipp. 77. O hominem nequam! quid enim aliud dicam? magis proprie nihil possum dicere. Ergo ut te catamitum neque opinato quum ostendisses, præter spem mulier aspiceret, idcirco, &c. Auson. de Glaucia immatura morte prævento,

Aut Jovis Elysii tu catamitus eris.

Catamitum pro Ganymede dixerunt, qui fuit Jovis concubinus. Festus. & Plaut. Men. 1. 2. 34.

Quæritur unde dicatur. Catamytus apud Erasmum, cum *y* in proverbio Juppiter aquilam delegit. apud Desp. in Versif. §. 41. Catamithus cum *i* nro, & *th* aspirata in ultima Syllaba. Puer quo quis abutitur, a *Cata*, id est Pro, & *mithon* pretium, quasi Pro pretio, vel mercede. Quid si interim dicamus esse, pro Catamisthus. Sic conveniet cum eo, quod dicitur Puer meritorius. Vide & MERETRIX. H. St.

CATAMPO, Genus est lusus, auctore Festo.

CATĂNA, æ. f. [Κατάνη] Siciliæ oppidum est apud Plin. lib. 3. cap. 5. Est & Catina in Sicilia, ab hac Catinenses: ab illa Catanæi & Catanenses dicti. Hermolaus apud Plinium unam intelligit, quæ Græcis quidem frequentius Catana, Latinis fere Catina dicitur. V. infra in dictione CATINA.

CATANÆUS, a, um. [Καταναῖος] Adj. ut, Fratres Catanæi, de quibus V. ibid.

CATANANCE, es. f. [κατανάγκη Dioscoridi] Herba est, qua ad amorum veneficia Thessalæ mulieres utebantur: unde & Thessalam herbam nonnulli appellarunt. Ejus duo sunt genera. Alterum folia habet longa, cornicis pedi similia, radicem gracilem, junceamque: capitula autem sex aut septem, in quibus ervo simile semen est, quod quum siccatur, ad speciem unguium exanimati milvi contrahitur. Alterum exigui mali magnitudinem habet, radicem autem exiguam, olivæ magnitudine: folia autem figura coloreque oleagini similia. Posterius hoc genus Officinæ *Bistortam* appellarunt. Nam superius herbariis nostris est incognitum. V. Plin. 27. 8. Diosc. 4. 134.

CATAONIA, æ. f. [Καταονία] Cappadociæ pars Comagenæ prætenta, Haly amne irrigata. Auctor Plin. lib. 6. cap. 2. & 3. & Nep. 14. 4. 1.

CATAPĀNUS, i. m. [κατεπάνος] Nomen præfecti, missi olim a Byzantinis imperatoribus in Apuliam & Calabriam, ut ibi, quæ sui essent imperii, administraret. V. Sigon. lib. 8. Regni Ital. & Reines. Var. Lect. 3. 1. p. 309. seqq.

CATAPETASMA, ătis. n. [καταπέτασμα] Velum quod arcet aspectum, quo nunc mulieres nostrates sæpe utuntur. Ponit & hoc inter Ornamenta muliebria Pollux lib. 7. cap. 22.

CATAPHĂGES, æ. m. [καταφαγὴς] Vorax, heluo. Petron. cap. 39. In leone cataphagæ nascuntur.

CATAPHRACTUS, a, um. [κατάφρακτος] Circumquaque munitus. φράττειν enim munire est. Unde Cataphracti equites (auctore Servio) dicuntur Qui ferro circumquaque muniti sunt, & equos similiter ita munitos habent. Liv. 37. 42. Equitum innumerabilem vim trajici Hellesponto in Europam, partim loricatos, quos cataphractos vocant; partim sagittis ex equo utentes. Et 37. 40. Tria millia equitum cataphractorum. Sallust. apud Non. 18. 28. Equites cataphracti ferrea omni specie. V. Claudian. in Ruffin. 2. 357.

CATAPHRACTŪS, ûs. m. legitur apud Propert. lib. 3. 12. 12. nisi locus mendosus sit: his verbis,

Neve tua Medæ linientur cæde sagittæ,
Ferreus aurato neu cataphractus equo. Nisi forte adjectivum esse malis, & subaudias Miles. [Id sine dubio verius, sed substantive positum. Porro priori versu Lætentur, deinde Armato pro Aurato legit Brœkh. quem omnino de Cataphractis vide.

CATAPHRACTA, æ. [καταφράκτη] est Tegmen linteum ferreis squamis consertum, quod modo pectus, modo totum hominem & totum equum munit. Veget. de Re milit. 1. 20. Ab Urbe condita usque ad tempus Gratiani & cataphractis & galeis muniebatur pedestris exercitus. Sed cum campestris exercitatio interveniente negligentia desidiaque cessaret, gravia videri arma cœperunt, quæ raro milites induebant. Itaque ab Imperatore postulatum, primo cataphractas, deinde cassides deponere: &c. Tacit. 1. Hist. 79. 5. Sed tum humido die, & soluto gelu, neque conti, neque gladii, quos prælongos utraque manu regunt, usui, lapsantibus equis, & cataphractarum pondere. Id principibus & nobilissimo cuique tegmen, ferreis laminis, aut præduro corio consertum; ut adversus ictus impenetrabile, ita impetu hostium provolutis inhabile ad resurgendum. Subauditur, puto, Lorica.

CATAPHRACTARII, orum. m. [κατάφρακτοι] Cataphracta muniti. Lampridius de Alexandro, cap. 56. Cataphractarios, quos illi clibanarios vocant, decem millia in bello interemimus.

CATAPHRYGÆ, [Καταφρύγαι] Hæretici qui in Phrygia fuerunt, ut Montanus, Priscilla, & Maximilla. Hi Spiritus sancti donum non Apostolis, sed sibi traditum asserebant. Cataphryges Cælius appellat, Antiq. Lect. lib. 23. cap. 1.

CATAPHYSIS, [κατάφυσις] Herba est Pulicaris, quæ Psyllion Dioscoridi dicitur. Est autem ex his nomenclaturis, quæ veluti nothæ a doctioribus ex Dioscoride abjectæ sunt.

CATAPĪRATES, æ. m. [καταπειράτης] Latinis dicitur, quæ a Græcis

καταπειρατηρία vocatur, a pertentandis vadis, perpendiculum videlicet funiculo aptum ad explorandam altitudinem maris. Lucilius in bolidis descriptione,

Hinc catapiratem puer eodem deferet unctum,
Plumbi paxillum rodus, linique mataxam. Et Isidor. 19. 4.

Catapirates linea cum massa plumbea, qua maris altitudo tentatur. V. etiam Lambin. ad Plaut. Aul. 4. 1. 12.

CATAPLASMA, ătis. n. [κατάπλασμα] Emplastrum, sive malagma dicitur ex variis rebus compositum in usum medicinæ. Plin. lib. 20. cap. 17. Diphon herbarius parturientibus ex eo cataplasma imposuit cum opio.

CATAPLASMUM, i. n. Idem. Lucil. apud Non. 4. 210. Ventrem alienum nœltum levare ex melito hordeo, uti cataplasmo. conf. etiam 4. 314.

CATAPLASMO, āre. ut, Exteriora cataplasmanda. Cæl. Aurel. Tard. 2. 3. Et Vulg. Interpr. Isaiæ 38. 21. Cataplasmare super vulnus.

CATAPLUS, i. m. [κατάπλους] Portus ad quem plurimum appelli solet. Ulpian. l. 4. §. 4. D. de off. procons. Ingressum etiam hoc eum observare oportet, ut per eam partem provinciam ingrediatur, per quam ingredi moris est: & quas Græci ἐπιδημίας appellant, sive κατάπλουν, observare, in quam primum civitatem veniat vel applicet. Magni enim faciunt provinciales servari sibi consuetudinem istam, & hujusmodi prærogativas. Sumitur etiam pro ipso Decursu navigationis, vel navibus ipsis decursum facientibus. V. Martial. lib. 12. 75. & Turneb. ad loc.

CATAPODAS, [κατὰ πόδας], Iisdem vestigiis subsequendis: quasi dicas, Ad pedes terminique vestigia. Justin. de compost. digest. §. 17. Nisi tantum si velit eas in Græcam vocem transformare suo eodem ordine, eaque consequentia, sub qua & voces Romanæ positæ sunt: hoc quod Græci κατὰ πόδας dicunt. Cicero autem Ad verbum hoc appellat.

CATAPOTIA, orum. n. pl. [καταπότια] sunt quæ vulgo dicuntur Pilulæ, quod sint veluti exiguæ pilæ: ἀπὸ τοῦ καταπίνειν, quod est devorare: quoniam neque editur, neque lingitur id genus, sed integrum devoratur. Plin. lib. 26. cap. 8. Est & semen in usu cum melle decoctum ad catapotia, solvendæ alvi gratia.

CATAPSYXIS, [κατάψυξις] Græcis dicitur Frigoris citra febrem nocumentum. Cæl. Rhod. lib. 25. cap. 8. [Latine Perfrictio q. V.

CATAPULTA, æ. f. [καταπέλτης, καταπάλτης] a Depellendo; Genus bellicæ machinæ, qua jaculum aut saxum longius torquebatur. Hirt. Bell. Afr. 31. Scorpionum, catapultarum, ceterorumque telorum, quæ ad defendendum solent parari, magnam copiam habebat. Liv. 24. 40. Castris direptis, Apolloniatæ catapultas, balistas, tormentaque alia, quæ oppugnandæ urbi comparata erant, ad tuenda mœnia, siquando similis fortuna venisset, Apolloniam devexere. V. Lips. Poliorc. 3. 2. Catapulta, non solum Tormentum significat, sed etiam pro Sagitta & jaculo usurpatur. Plaut. Curc. 3. 28. Nam illæ ad me catapultæ crebræ commeant. i. e. Tela. Monuit Turnebus. V. etiam Capt. 4. 2. 16.

CATAPULTARIUS, a, um. ut Catapultarius pilus [καταπελτικὸς πῖλος] h. e. Sagitta sive jaculum quod catapulta emittitur. Plaut. Curc. 5. 3. 11. Ex te hodie faciam pilum catapultarium.

CATAPUTIA, Officinis, a doctioribus Lathyris, Planta est vulgaris notitiæ. Hæc in Hetruria frequentissima nascitur. Apud Insubres, quod alvum vehementer evacuet, vomitionesque eliciat, *Catapuzza* vulgo nominatur. Hujus plantæ meminit Actuarius. V. in LATHYRIS.

CATARACTA, æ. f. & CATARACTES, m. [καταῤῥάκτης] Cataractæ autem dicuntur fores pendulæ ex ligno ferrove, quæ demitti ac tolli, pro voluntate custodum, possunt. Liv. 27. 28. Porta cataracta dejecta clausa erat. Eam partim vectibus levant: partim funibus subducunt in tantum altitudinis, ut subire recti possint. Cataractæ dicuntur, quod ex alto defluere videantur. Græci enim καταῤῥάττειν defluere [vel potius Cum impetu deferri] dicunt. Unde Cataractæ etiam appellantur Aquæ ita ex alto delabentes, ut ruere potius, quam defluere videantur, qualem Tiburi cernimus Anienem, & quales esse in Ægypto Nili cataractas legimus, apud Plin. lib. 5. cap. 9. & alio lib. ult.

Cataractæ etiam vocantur Obices, quibus aquæ cursus temperatur, ut ait Bud. Unde illud in sanctis Bibliis, Genes. 7. 12. Et cataractæ cœli apertæ sunt. i. e. Fenestræ aerei cœli, in quo generantur nubes & pluviæ. Nam cataractis ex asseribus temperatur aquarum cursus, nunc aperiendo, nunc occludendo. Vulgo vocantur *Les bondes*.

Cataractæ, Aves quæ Diomedeæ vocantur. Plin. lib. 10. cap. 44. Nec Diomedeas prætereo aves: Juba cataractas vocat, & eis esse dentes, oculos igneo colore, cætero candidis tradens.

CATARACTES, is. m. Pamphyliæ fluvius, sic ab Impetu dictus, quia se præcipitat. Auctor Pomp. Mela lib. 1. 14. in descriptione Pamphyliæ.

CATARACIRIA, æ. f. Aromatis seu condimenti genus, jeculariter fictum a coquo Plauti Pseud. 3. 2. 47.

CATARI, orum. m. pl. Pannoniæ populi sunt apud Plin. lib. 4. cap. 25.

CATARRHUS, i. m. [κατάῤῥοος ἢ κατάῤῥους] Latine Fluxio, sive Destillatio: differt a Coryza & Brancho. Coryza enim dicitur, quum pituita nares tantum obsidet, Gravedo Latine dicta. Catarrhus vero, quum fauces, palatumque. At βράγχος, quum & guttur & arteria corripitur: ob id & Arteriacum quandoque id vitium appellant. Omnia hæc tamen Hippocrates Coryzas vocat, nostri Destillationes, quia Græce καταῤῥοαὶ nominantur in commune.

CATARRHOSIS, a, um. Oct. Horat. Catarrhosis mederi.

CATARRHYTUS, i. m. [κατάῤῥυτος] Latine Irriguus, a verbo Græco καταῤῥέω. Unde etiam Plin. lib. 5. cap. 4. Hipponem Africæ oppidum, Catarrhytum fuisse vocatum tradit, propter aquarum irrigua.

CATASCEUE, es. f. [κατασκευὴ] est Confirmatio propositæ rei. Isidor. 2. 12.

CATASCOPIUM, i. n. [κατασκόπιον] Naviculæ genus exploratoriæ, quod circumquaque speculetur: σκοπεῖν enim Speculari est. Cic. 5. Att. 11. Aphractis Rhodiorum, & dicrotis Mytilenæorum habebam, & aliud catascopium. Emendatiores codices habent, Et aliquid ἐπικώπων. Et re vera ita legendum esse arbitror. Navis tamen hujus nominis meminit Gell. lib. 10. cap. 25. [Variant. codd. Cic. Verburg. Et aliquid ἐπικώπων. De Epicopis V. s. l. Apud Gell. forsan Catascopum sine sit legendum. Id enim navigii nomen, ut ex seq. Cæsaris loco apparet, & ex Plut. docuit Scheff. de Mil. Nav. 2. 2. p. 67. Videntur enim Vett. κατάσκοπον n. g. adjectivum substantive usurpasse, subaudito τὸ πλοῖον. Latine Speculatorias naviculas vocant.

CATASCŎPUS, i. m. [κατάσκοπος] Hist. de Bell. Afr. cap. 26. Litterisque celeriter in Siciliam ad Allienum, & Rabirium Postumum conscriptis, & per catascopum missis, ut sine mora, &c. h. e. Per exploratorem. [Immo per Speculatoriam naviculam V. dict. prior.

CATASTA, æ. f. Locus ubi servi venales custodiebantur, & venditioni exponebantur: sicut Ergastulum, ubi servi operi faciendo includebantur. a καθίστημι, id est colloco, constituo, expono. illic enim constituti tenebantur. quare illam Tibullus Barbaram, id est, crudelem appellavit. 2. 3. 64. Illic ex servorum garritu ingens erat strepitus. unde Martial. 9. 30.

Heu, quæ lingua silet? non illum mille catastæ
Vincebant, nec quæ turba Serapin amat. Non desunt qui scribant Cathasta.

Arcanæ catastæ. Martial. lib. 9. 60.

Inspexit molles pueros, oculisque comedit:
Non hos, quos primæ prostituere casæ;
Sed quos arcanæ servant tabulata catastæ,
Et quos non populus, nec mea turba videt. Conf. CASA.

Avara catasta. Martial. lib. 6. 29.

Non de plebe domus, nec avaræ verna catastæ.

Barbarica. Stat. 2. Silv. 1. 72.

Non te barbaricæ versabat verna catastæ.

Cappadocæ, vel Cappadoces, quia e Cappadocia multi veniebant servi. Martial. lib. 10. 76.

Rigida. Pers. 6. Sat. 77. i. e. Fortis, dura, immitis.

Est & Catasta, Machina ad torquendum parata, quæ vulgo Equuleus dicitur; aut eidem non dissimilis. Prudent. Perist. Hymn. 1. 55.

Seu foret præbenda cervix ad bipennem publicam,
Verberum post vim crepantum, post catastas igneas.

CATASTAGMUS, i. m. [καταστάγμος] Destillatio, gravedo. Cels. 4. 5.

CATASTASIS, is. f. [κατάστασις] Ordinatio, Constitutio, Status morbi vel Aeris apud Medicos.

CATASTICTUS, [κατάστικτος] a καταστίζω, Dispungo, Punctis distinguo. Tunica figuris animalium, aut floribus intexta, cujusmodi sunt Tapetia, quæ hinc Belluata dicuntur apud Plaut. in Pseud. 1. 2. 14. Neque Alexandrina belluata, consutaque tapetia. Hincque Baliam cervam κατάστικτον dicimus, id est maculosam, interstinctam, picturatam. Hanc vestem, ut propriam feminarum ponit Pollux lib. 7. cap. 13.

CATASTŎLE, es. f. [καταστολὴ] Modestus amictus, vestitus. Hinc

CATASTŎLĬCUS, a, um. [καταστολικὸς] ut, Medicamentum catastolicum. Veget. Mulom. 2. 22. [Puto, Catastaltico legendum. i. e. Reprimente.

CATASTRŌMA, ătis. n. [κατάστρωμα] Locus in navi, e quo homines armati propugnare solent & certare. Sic enim interpretatur ex Polybio Baysius: hoc amplius addens, in locum catastromatum successisse *des balestrieres*. sic enim vocant Veneti: non quod hæ sint ea quæ καταστρώματα dicuntur, sed eorum usum præstant. Et fortasse, ait, non inepte diximus Catastromata, quæ vulgo dicuntur *Garides*. Cæl. lib. 5. cap. 11. In navibus quæ cataphractæ vocantur, & catastromata habent, id est pavimenta superiora vel tabulata, ligna quibus tabulæ incumbunt, canonia nuncupantur, & stathmides. V. Rosin. Antiq. Rom. 10. 20. p. 989. vel potius Scheff. de Mil. Nav. 2. 5.

CATASTRŎPHE, es. f. [καταστροφὴ] Latine dicitur Subversio, devastatio. Catastrophen autem cujuslibet rei Exitum, proverbiali figura vocamus: quinetiam fabula omnis, ut ostendit Donatus, in tres partes distribuitur, in protasin, epitasin, & catastrophen. Protasis, est primus ille tumultus jam quasi gliscens. Epitasis, turba fervidissima. Catastrophe, subita rerum commutatio. Unde Lucianus eleganter Exitum eventumque negotii Catastrophen appellat, cum alias, tum in commentario de mercede servientibus. Ex Erasm. Petron. cap. 54. Ne periculo aliquid catastrophæ quæreretur. i. e. Ne periculum mutetur subito in gaudium.

CATASTUS, i. m. Servus de catasta. Martial. lib. 12. 75.

Quum tibi Niliacus portet crystalla catastus,
Accipe de circo pocula Flaminio. Sed alii legunt Cataplus. q. V.

CATATECHNOS, i. m. [κατάτεχνος] ut, Callimachus propter elegantiam & subtilitatem artis marmorariæ catatechnos nominatus, Vitruv. 4. 1. sed apud Plin. 34. 8. vocatur κακιζότεχνος. V. ibi Hard.

CATATŎNUS, a, um. [κατάτονος] Deorsum tendens. ut, Minus altum capitulum, quod catatonum dicunt. Vitruv. 10. 15.

CATATYPŌSIS, is. f. [κατατύπωσις] Figura Rhetorica, Quum aliquid ad typum, hoc est formam alterius describitur, ut apud Virg. 4. Æn. 558.

Omnia Mercurio similis vocemque coloremque,
Et flavos crines, & membra decora juventæ.

CĂTAX, ācis. a veteribus dictus est, teste Festo, qui hodie Claudus. Non. 1. 100. Catax dicitur quem nunc Coxonem vocant. Lucil. lib. 2. Sat.

— hostilibus contra
Pestem, perniciemque catax quam & Manlius nobis.

CATAXA, V. METAXA.

CATĒCHĒSIS, is. f. [κατήχησις] Latine Instructio dicitur, a verbo κατηχεῖν, quod est Insono, erudio, instruo, eaque doceo voce, quæ scriptis tradere nolim. Siquidem olim qui baptismatis essent candidati, iis tradebantur fidei Christianæ mysteria, sed viva voce, citraque scripta. Quemadmodum priscis theologis mos erat apud Ægyptios, ut mysteria voce duntaxat, ac veluti per manus posteris relinquerent, non etiam scriptis. Id erat initiati mysteriis: quod S. Paulus & S. Lucas vocant κατηχεῖν, quasi dicas Sono atque voce instruere. ἠχεῖν enim sonare est.

CATĒCHĒTICUS, a, um. [κατηχητικὸς] ut, Doctrina catechetica, Institutio, &c. apud Scriptor. Eccles.

CATĒCHISMUS, i. m. [κατηχισμὸς] Idem ac Catechesis, item Libellus fundamenta religionis breviter docens. August. Tom. 4. p. 67. &c.

CATECHIZARE, [κατηχίζειν] est Docere quocunque modo, ut ait Erasm. Sed apud Scriptor. Eccles. est In primis in fundamentis fidei christianæ erudire. ut, Centurionem Petrus catechizat. Tertull. de Coron. cap. 11.

CATECHISTA, æ. m. [κατηχιστὴς] Qui pueros vel adultos erudit, apud Scriptor. Eccles.

CATĒCHŪMĔNUS, [κατηχούμενος] i. e. Nondum initiatus, sed qui adhuc imbuitur elementis religionis, nondum ad sacra spectanda introductus: cui mysteria fidei, vivæ vocis ministerio concredebantur. V. Isidor. 7. 14. & Tertull. de Coron. cap. 2.

CATECHUMENA, æ. f. [κατηχουμένη] ut, Virgo sanctissima licet catechumena, Ambros. Epist. 34. Et Augustin. Epist. 169. Ecclesiæ quidam colonus filiam tuam, quæ apud nos fuerat catechumena, &c

CĂTĒCHUNTES, [κατηχοῦντες] Loci, qui naturaliter impediunt motus vocis, uti dissonantes, Vitruv. 5. 8. Cont. Baldi Lex. p. 22.

CATĒGŌRIA, æ. f. [κατηγορία] Attributio, accusatio. Macrob. Saturn. 7. 3. Categoria ψόγος est. Item Prædicamentum. Hinc Aristotelis Categoriæ, Liber doctrinam categorematum continens. V. Sidon. Epist. 4. 1.

CATEGOREMATA, um. n. pl. [κατηγορήματα] Attributa. Cic. 4. Tusc. 21. Distinguitur illud etiam, ut libido sit earum rerum, quæ dicuntur de quodam aut de quibusdam, quæ κατηγορήματα Dialectici appellant: ut habere divitias, capere honores.

CATEGORICUS, a, um. [κατηγορικός] Affirmativus. V. Apul. περὶ ἑρμηνείας p. 29. & Sidon. Epist. 9. 9.

CATEIA, æ. f. Genus teli quo utebantur Teutones & Galli. Virg. 7. Æn. 741.

Teutonico ritu soliti torquere cateias. V. Serv. ad loc. & Sil. 3. 277. Meminit Gell. lib. 10. cap. 25.

CATELLA, dimin. a Catena. V. CATENA.

CATELLUS, In CATULUS.

CATENA, æ. f. [σειρά, ἅλυσις] Vinculum ferreum, quo vel servos vel captivos vel animalia irretimus, ne effugiant. Virg. 6. Æn. 558.

— tum stridor ferri, tractæque catenæ.

Series catenarum. Paterc. lib. 2. 120. Quum in captivos sæviretur a Germanis, Caldus Cælius complexus catenarum quibus vinctus erat seriem, ita illas illisit capiti suo, ut protinus expiraret.
Arcta servari catena. Sil. lib. 7.
Auratæ. Sil. lib. 17.
Ferratæ. Claud. 2. in 1. Conf. Stil. 174.
Graciles ex ære. Ovid. 4. Met. 176.
Graves. Ovid. 15. Met. 601.
Multisonæ catenæ. Stat. 8. Theb. 25.
Singulariæ catenæ, apud Plautum in Capt. 1. 2. 3. nempe Quæ sunt singularum librarum. Sic Turneb. [Forte Cingulariæ legendum.
Teretes. Lucan. lib. 3. 565.
Plena catenarum quæstio. Cic. pro Muren. 42. Quid tua sors? tristis, atrox: quæstio peculatus, ex altera parte lacrymarum & squaloris, ex altera plena catenarum atque indicum.
Compescere catena aliquem. Hor. 1. Epist. 2. 63.
Constrictus catenis. Cic. pro Sext. 16. Hanc tætram immanemque belluam vinctam auspiciis, alligatam more majorum, constrictam legum sacratarum catenis, solvit subito legum Consul, &c.
Domitus Cantaber sera catena. Hor. 3. Carm. 8. 22.
Excussæ. Sen. Thyest. 8.
Indere captivis. V. INDO.
Injicere alicui. Liv. 1. 51. extr. Cic. 7. Verr. 105. Iste hominibus miseris innocentibusque injici catenas imperat.
Insertare colla vel manus catenis. Stat. 12. Theb. 460.
Jungi inabrupta catena. Stat. 5. Silv. 1. 44.
Laxare catenas, Dissolvere. Lucan. lib. 4. 451.
Mereri. Ovid. 1. Amor. 7. 1.
Nectere alicui. Hor. 1. Carm. 29. 5. significat Aliquem catenis annectere. [Immo h. l. Destinare, Minari, Parare catenas alicui.
Nexæ per colla. Ovid. 2. Amor. 2. 41.
Onerare catenis. Tacit. 2. Ann. 3.
Perferre. Sil. lib. 17.
Quassare vastas. Sen. Herc. fur. 9.
Religari. Ovid. 1. Fast. 701.
Rumpere catenas. Ovid. 3. Amor. 11. 3.
Ruptæ. Hor. 2. Serm. 7. 71.
Solvere ex catenis. Auctor ad Heren. lib. 4. 51. Quod si istum, Judices, vestris sententiis liberaveritis, statim, sicut e cavea leo missus, aut aliqua tæterrima bellua soluta ex catenis, volitabit.
Teneri valida. Tibul. lib. 4. 5. 15.
Vincire aliquem. Ovid. 15. Met. 601.
Catena, pro Chorea catenatim conserta. Lucret. lib. 2. 631.

— inter se forte catenas
Ludunt, in numerumque exultant sanguine læti. Hic Catervæ parum fideliter excudunt multi. Sensus autem est, Ut illos fanaticos se gladiis lacerantes & cruentantes in suo exultasse & lusisse sanguine, & pernices agitasse choreas accipiamus.

Catena fuit etiam Ornamentum muliebre. Plin. 33. 3. Discurrant catenæ circa latera, & inserta Margaritarum pondere e collo dominarum auro pendeant. V. Hor. 1. Serm. 1. 65.
Dicuntur & Catenæ, Lignea vincula, quibus asseres trabibus contignationis, tectove affiguntur. V. Pallad. de R. R. 1. 13. & Vitruv. 7. 3.

CATENULA, æ. sive etiam CATELLA, æ. f. Præcipua inter ornamenta muliebria numeratur. Hor. 1. Epist. 17. 55.

Nota refert meretricis acumina, sæpe catellam,
Sæpe periscelidem raptam sibi flentis, &c.

Erat etiam Virile ornamentum, virtutis præmium. Liv. 39. 31. Quintus suos equites catellis ac fibulis ornavit.

CATENO, [ἁλυσιδῶ] are. Catenis vincire. Fortunat. 8. 4. 268.

Bractea gemmatam cycladem fila catenant. Et Onomast. Vet. Cateno, πεδῶ. Hinc

CATENATUS, a, um. ut, Janitor catenatus, Portæ adjacens canis. Columel. in præf. lib. 1.
Britannus. Hor. Epod. 7. 8.
Hamus catenatus, Plin. lib. 9. cap. 15. In modum catenæ factus. [Immo Catenæ alligatus, vel Ex catena suspensus.
Labores catenati, per translationem. Martial. lib. 1. 16.

Expectant curæque, catenatique labores. h. e. Sese mutuo & vicissim subsequentes, quasi vero concatenati essent. V. CONCATENATUS.

Lagena catenata. Martial. lib. 7. 60.
Versus ex pluribus & asperrime coeuntibus inter se syllabis catenati. Quintil. lib. 1. cap. 1. extr.

CATENATIO, onis. f. [ἁλυσίδωσις] pro Conjunctione & arctatione stricta trabium vel aliarum rerum inter se. Vitruv. lib. 2. cap. 9. Et in commissuris, & in coagmentationibus ab lentitudine firmas recipiunt catenationes.

CATENARIUS, a, um. Adj. [ἁλύσιος] ut, Canis catenarius, Qui ad fores domus alligatur custodiæ causa. Senec. lib. 3. de Ira, cap. 37. Irasceris catenario cani; & hic, quum multum latravit, objecto cibo mansuescit. V. Petron. cap. 72.

CATENATES, um. m. Vindelicorum populi, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 20. in descriptione Alpium, & Alpinorum populorum.

CATENOPLIUM, i. n. [κατενόπλιον] Species fuit Rhythmi carminisque, ad quod saltabant veteres arma quatientes. V. Suid. Auson. 10. Epist. 41.

Nobiscum invenies catenoplia si libet uti.

CATERVA, æ. f. [στῖφος, ἴλη] Vegetius lib. 2. cap. 2. Macedones, Græci, Dardani phalanges habuerunt, ut in una phalange armatorum octo millia censerentur. Galli atque Celtiberi, pluresque barbaricæ nationes catervis utebantur in prælio: in quibus erant sena millia armatorum. Quid Catervæ a Turmis differant, uno versiculo aperte docet Hor. 2. Epist. 1. 190.

Dum fugiunt equitum turmæ, peditumque catervæ.

Æquales. Virg. 10. Æn. 194.

Filius æquales comitatus classe catervas. i. e. Per naves habens distributas æqualiter catervas, ait Servius.

Armata. Cic. pro Domo 110.
Armiferæ. Stat. lib. 5. Silv. 1. 116.
Fulgentes ære. Virg. 8. Æn. 593. — oculisque sequuntur

Pulveream nubem, & fulgentes ære catervas.

Populatrices. Claudian. 3. de Rapt. Proserp. 167.
Victrices. Hor. 4. Carm. 4. 23.
Agere catervas, i. e. Impellere, urgere, & insectari. Sen. in Hippol. 4.
Ciere infernas. Tibul. lib. 1. 2. 49.
Densare. Virg. 12. Æn. 264.

— vos unanimi densate catervas
Et regem vobis pugnâ defendite raptum.

Implere magnas. Hor. 1. Serm. 10. 35.
Infestare. Stat. 9. Theb. 812.
Ire per obstantes. Hor. 3. Carm. 20. 5.
Proripere in Lycias catervas. i. e. In bellum rapere Trojanum. Hor. 1. Carm. 8. 16.
Caterva, pro Multitudine, & magno numero, ut, Catervæ contradicentium. Cic. 1. Tusc. 77.
Comitum caterva. Lucret. lib. 2. 628.
Juvenum caterva. Virg. 1. Æn. 501.

— magna juvenum stipante caterva.

Testium catervæ. Cic. 7. Verr. 112.
Verborum caterva. Gell. 15. 2. Et incondita verborum caterva hortabatur omnes ad bibendum.
Vigilum catervas. Ovid. 1. Amor. 9. 27.

Custodum transire manus, vigilumque catervas.

Anguinea caterva. i. e. Anguium sive serpentium multitudo. Tibul. lib. 3. 4. 87. de Cerbero.

Nec canis anguinea redimitus terga caterva. Nec consanguinea Broekh. q. V.

Femineæ catervæ. Martial. lib. 11. 48.

Omnia femineis quare dilecta catervis
Balnea devitat Blatara? &c.

Magna. Cic. pro Muren. 69. Posthumius obviam cum bene magna caterva sua venit.
Catervæ, atque conventus. Cic. 3. de Orat. 194. Quid hoc, non idem fit in vocibus? ut a multitudine & populo, non modo catervæ atque conventus, sed etiam ipsi sibi singuli discrepantes ejiciantur.

CATERVATIM, [ἰλαδὸν] Adv. Per diversas catervas. Virg. 3. Georg. 556.

Jamque catervatim dat stragem.

Dari catervatim morbo. Lucret. lib. 6. 1142.

Inde catervatim morbo, mortique dabantur.

Volare catervatim dicuntur sturni. Plin. lib. 10. cap. 24.
Confusæ & mistæ catervatim. Columel. lib. 3. cap. 19.

CATERVARIUS, a, um. [ἰλαῖος] Suet. in August. 45. Spectavit studiosissime pugiles, non ordinarios modo & legitimos, sed catervarios oppidanos, inter angustias vicorum temere ac sine arte pugnantes. Catervarios appellat Vulgares, & non dispositos. V. Lips. Sat. 2. 16.

CATHÆRON, ontis. m. [καθαίρων] Planta, quæ & Iris. Diosc. 1. 1.

CATHARMATA, um. [καθάρματα] erant Homines, qui pro peste, aliove morbo expiando immolabantur diis: qui ritus expiationis a Romanis usurpabatur. Bud.

CATHARMUS, [καθαρμός] Genus fuit Lustrationis, seu expiationis apud Græcos, in pestilentia, aut fame, aliave calamitate, majoreve aliquo discrimine, qua hominem abjectum perquirebant, quem caricis, placentis, caseoque alliciebant: eum septies virgis quibusdam ad pudenda verberabant, tum demum confossa fovea cremabant, cineres in mare projiciebant, eo sacro arbitrati urbem expurgari. Meminit Isaacius apud Lycophronem: item Hipponax in Iambis.

CATHARSIA, [καθάρσια] veteres Porculos nuncupabant minutulos, quibus conciones & theatra lustrabantur. Qui mos ab Atheniensibus manasse fertur, apud quos qui id muneris obibant, ab re vocabantur Peristiarchi, tanquam circitores dicas, ut ex Harpocratione refert Cæl. Antiq. Lect. lib. 6. cap. 12. conf. Suid. in hac dict.

CATHARSIUM, i. n. [καθάρσιον] in Græcorum doctrina videtur Purificatio quædam dici. Morem quippe Athenis fuisse produnt, conciones expurgandi, atque theatra, & omnino quemlibet populi conventum. Lucian. in Dialog. quos νεκρικοὺς dicit, καὶ εἴ που εὕροι ἐν τῇ τριόδῳ ἐκ τῆς Ἑκάτης δεῖπνον κείμενον, ἢ ᾠὸν ἐκ καθαρσίου. i. e. sicubi comperiat in triviis Hecates cœnam jacentem, aut ex catharsio ovum. Ova autem expiationibus apta monstrat Juven. 6. Sat. 517.

— nisi se centum lustraverit ovis. Et Ovid. 2. de Arte Am. 329. ova hæc lustralia indicat illis versibus,

Et veniat quæ lustret anus lectumque locumque,
Præferat, & tremula sulphur & ova manu. Verum quæ sit ratio ovis expiandi, vide apud Cæl. Rhod. lib. 27. cap. 17.

CATHARTICUS, a, um. [καθαρτικός] Adj. ut, Catharticum medicamentum, Quod purgat. Cels. lib. 2. cap. 12. Sed medicamenta stomachum fere lædunt: ideoque omnibus catharticis aloe miscenda est.

CATHEA, æ. f. [Καθαία] Regio est in India, Sopithis, qui unus fuit ex Nomarchis, dominationi subjecta, quam quidam inter Hydaspen & Acesinem fluvios locant: alii inter Acesinem & Hyarotidem finitimam terræ Pori, consobrini alterius Pori, qui ab Alexandro captus est. In hac autem regione mirum in modum pulchritudinem excoli dicunt, adeo ut Onesicritus auctor sit, apud eos regem pulcherrimum eligi. Puerum vero post duos menses quam natus fuerit, publice judicari, utrum legitimam formam habeat, & vita dignam, necne: eumque quum ab eo judicatus fuerit, qui rei præest, vel vivere, vel interimi. Homines ceteris in rebus frugales esse, circa ornatum autem curiosos. Hæc Strab. lib. 15. ubi prolixius & alia, quæ ad mores, institutaque ejus nationis pertinent, persequitur.

CĂTHĔDRA, vel CĂTHĒDRA, æ. f. [καθέδρα] i. e. Sedes. Græca enim vox eſt, ἀπὸ τοῦ κατὰ, καὶ τῆς ἕδρας. ἕδρα autem ſedes eſt. Hor. 1. Serm. 10. 91.
Diſcipularum inter jubeo plorare cathedras.
Longa & ſtrata. Juven. 9. Sat. 52.
Molles. i. e. Femineæ. Juven. 6. Sat. 91.
De cathedra ſurgere. Martial. lib. 11. 100.
De cathedra quoties ſurgis, jam ſæpe notavi, &c. Sic etiam dicimus, E cathedra ſurgere. Idem lib. 12. 18. — e cathedra
Surgentem, focus excipit, &c.
Cathedræ etiam ſunt Sellæ, & quidem velatæ, quibus feminæ geſtari per urbem ſolebant. Martial. 12. 38.
Hunc qui femineis noctesque dieſque cathedris
Incedit, tota notus in urbe nimis. Et Calpurnius 7. Eclog. 27.
Inter femineas ſpectabat turba cathedras.

CĂTHĔDRĀLĬTIUS, a, um. Adj. [καθεδραῖος] ut, Servus cathedralitius, Qui cathedra herum defert. Martial. lib. 10. 13.
Quum cathedralitios portet tibi rheda miniſtros,
Et Libys in longo pulvere ſudet eques, &c. Hic pro Mollibus & deſidibus accipit Budæus.

CATHEDRARIUS, i. m. Cathedrarios Philoſophos vocat Seneca Umbratiles illos, quibus ſatis eſt de virtute in cathedris garrire, Fabianus, inquit, non ex his cathedrariis philoſophis, ſed ex veris & antiquis. De brevitate vitæ. cap. 10. pr.
Orator cathedrarius. Senec. Epiſt. 11. i. e. Qui in cathedra ſermocinatur.

CATHEDRARIA, V. COACTILIA.

CATHĒGĒTA, æ. m. [καθηγητὴς] Ductor, præceptor. Columban. ex edit. Daumii ad Cat. Diſt.
Vita aliena tuæ tibi ſit cathegeta vitæ. Ubi penultima pro licentia illius ſæculi corripitur.

CATHĒMA, [κάθεμα] Ornamentum demiſſum ad pectus, quod & καθετὴρ dicitur Polluci lib. 5. cap. 16. ex Antiphane. Pro Torque autem accipitur, ut D. Hieronymus vertit locum Ezechielis cap. 16. 11. juxta Aquilæ & Symmachi editionem. Septuaginta interpretes, & Theodotion κάθεμα tranſtulerunt, nec ſolum ibi, ſed & Eſaiæ 3. 19. ut ſcribit, ipſe Hieronymus in commentariis ejuſdem cap. 16. qui ſubdit, ſe putare κάθεμα ab eis dictum, monile ex variis gemmis, in pectus mulierum deſcendens, qui & ipſe ornatus pulcherrimus mulierum eſt.

CATHENA, V. CATENA.

CATHĔTER, eris. m. [καθετὴρ a καθίημαι, demitto] Medicis eſt Fiſtula urinaria, qua in veſicam demiſſa, urina retenta elicitur. Galen. Meth. Med. 5. 5. & 7. Æginet. 6. 59.

CATHETERISMUS, i. m. [καθετηρισμὸς] eſt Vitioſæ veſicæ chirurgica curatio per catheterem. V. Reineſ. Lect. Var. p. 663.

CATHĔTUS, i. m. [κάθετος] Linea perpendicularis, vox geometris nota. Vitruv. 3. 3. Catheto reſpondens diametros.

CATHIARI [Καθιάροι] Populi ſunt Galliæ, Straboni, in ulteriore ripa Rhodani, ut, inquit, habitantes, Salyis finitimi. Sic ille lib. 4.

CĂTHŎLĬCUS, a, um. [καθολικὸς] Univerſalis, quaſi Circa omnia verſetur. Inde etiam Catholicum medicamentum, Quod omnibus humoribus ſimul vacuandis utile eſt. Item Præcepta univerſalia vel perpetualia, Catholica vocant, ait Quintil. lib. 2. cap. 13.
Catholica eccleſia, i. e. Univerſalis: ideo dicitur, quia non duas aut tres invenire liceat, ſed quod univerſorum electorum Dei numerus in Chriſto unitus, & coadunatus per fidei vinculum in unam coeat ſocietatem, atque in unum Dei populum, cujus Chriſtus dux ſit & princeps. Extra hujus eccleſiæ contubernium nullam eſſe ſalutem, Scriptura pronuntiat. In formula juramenti magiſtratuum, Novell. jusjurand. quod præſt. ſolet. extat hæc clauſula, Et quod cum ſanctiſſima Dei catholica & Apoſtolica eccleſia communionem habeo, &c.

CATHOLICE, Adv. Tertull. adv. Hæret. cap. 26. Regulam fidei ſuperinducerent, diverſam & contrariam illi, quam catholice in medium proferebant. Al. Catholicæ. V. Rigalt. not.

CATHOLICĀNUS, a, um. Nomen deductum a Catholicus.
Catholicanos autem, docet Alciatus dictos Apparitores Præfecti prætorio Orientis, quoniam is propter ampliſſimam juriſdictionem Catholicus, id eſt univerſalis diceretur, quem titulum etiam Antiochenos Epiſcopos uſurpaſſe, auctores aliqui prodiderunt. Hunc autem obtinuit pontifex Romanus Bonifacius a Phoca imperatore, magna contentione, ſi Platinæ credimus.

CATHON, Inſula a Pomponio 2. 7. inter Cyclades numerata, a Plinio tamen præterita: niſi quis Cathon, quam Plinius in Laconico ſinu eſſe ait, intelligere velit. Ex Vadiano.

CATHONES, appellantur Portus in mari interiores, arte & manu facti. Feſtus. Al. Cothones.

CATI Fons, ex quo aqua Petronia in Tiberim fluit, dictus quod in agro cujuſdam fuerit Cati. Feſtus.

CATIENUS Philotimus, Viri proprium, qui patronum ſuum adeo dilexiſſe fertur, ut hæres omnibus bonis inſtitutus in rogum ejus ſe jaceret. Plin. lib. 7. cap. 36.

CĂTĬLĪNA, æ. m. [Κατιλίνας] L. Sergius Catilina, civis Romanus nobilis & ſeditioſus, ingenio malo pravoque, cui ut ait Sall. ſatis eloquentiæ, ſapientiæ parum fuit, a pueritia ſubdolus, audax, facinoroſus, ambitione maxime & æris alieni magnitudine ſtimulante, conſulatus petundi ſpe dejectus, conjurationem juventutis fecit, quæ ex Salluſtio Cic. Plut. notiſſima eſt. Qua detecta, ſociis primariis in carcere juſſu ſenatus necatis, ipſe fortiter pugnando in prælio occubuit. Juven. 10. Sat. 288.
— & jacuit Catilina cadavere toto.
Idem pro Quovis ſeditioſo poſuit 14. Sat. 41. — & Catilinam
Quolibet in populo videas, quocunque ſub axe.

CATILINIĀNUS, Adj. Plin. lib. 2. cap. 51. In Catilinianis prodigiis, &c. Edit. Harduin. Catilinanis habet. q. V.

CATILINĀRIUS, a, um. ut, Bellum Catilinarium. Quintil. 3. 8.
Seminarium Catilinarium. Cic. 2. Catil. 23. Scitote hoc in republica ſeminarium Catilinarium futurum. [Catilinarum, aut certe Catilinariorum legendum puto. Sed prius malim.

CATILLUS, V. CATINUS.

CATILLUS, [Κάτιλλος] Filius fuit Amphiarai, frater Coracis & Tiburti. Hic Tibur condidit, & a fratris nomine ſic appellavit. Sil. lib. 8. 366.
Hinc Tibur Catille tuum. Hor. 1. Carm. 18. 2. ablata conſonante Catilum media brevi extulit,
Nullam, Vare, ſacra vite prius ſeveris arborem
Circa mite ſolum Tiburis, & mœnia Catili.

CĂTĬNA, æ. vel CATINE, es. f. [Κατάνη] Urbs Siciliæ. Sil. lib. 14. 197.
Tum Catine nimium ardenti vicina Typhœo. Ubi tamen, Catane legendum eſſe, Græcorum exemplo contendit poſt Heinſ. & Cluver. Drakenb. Ita enim Strabo, Diodorus, & Ptolemæus, ut & nummi Catanenſium conſtanter ſcribunt: unde Catanæus Charondas. V. Cellar. Geogr. Ant. 2. 12. 12. Nunc dicitur *Catania*, ut ſcribit in Melam Olivarius.

CATINENSIS, Ceres dicta, ab oppido Siciliæ Ætnæ propinquo, ut oſtendit Lactantius, lib. 2. 4. 28. ad cujus templum viris accedere non licebat. Sacra quoque illi per mulieres miniſtrabantur, & per virgines perfici ſolita erant, ejuſque deæ ſimulacrum non modo tangere, ſed ne videre quidem licebat, ut Alexander ſcribit. V. Cic. 6. Verr. 99.
Catinenſes, Lentulus mimographus (cujus Septimius in Apologetico meminit) a Catina urbe Siciliæ appellat Homines molles, qui ſe pumice leves & glabros redderent. Juven. 8. Sat. 16.
Cur Allobrogicis, & magna gaudeat ara
Natus in Herculeo Fabius lare? ſi cupidus, ſi
Vanus, & Euganea quantumvis mollior agna?
Si tenerum attritus Catinenſi pumice lumbum
Squallentes traducit avos?
De Catinenſibus fratribus, qui parentes inter flammas Ætnæ incolumes humeris ſuis extulerunt. V. Solin. cap. 11. conf. eleganter expreſſum idem facinus in Denar. Sexti Pompeji ap. Fulv. Urſ. & Oiſel. Tab. 76.

CĂTĪNUS, i. m. & CATĪNUM, i. n. [τρυβλίον] Vas eſcarium, ubi pultem, aut jurulenti quid ponebant: a capiendo nominaverunt antiqui, niſi quod Siculi dicunt κάτινον, ubi aſſa ponebant. Hæc Varr. de L. L. lib. 4. 25. Plin. lib. 33. cap. 4. Quæ e catino jactatur ſpurcitia, in omni metallo vocatur ſcoria.
Algens. Perſ. 3. Sat. 111. — poſitum eſt algente catino
Durum olus, &c.
Anguſto piſces urgere catino. Hor. 2. Serm. 4. 77.
Magnus catinus. Hor. 2. Serm. 2. 39.
Niger. Juvenal. 6. Sat. 342.
Ruber. Perſ. 5. Sat. 182.
Vitreus catinus. Suet. Galba, cap. 18. Atratumque juxta ſenem, in catino vitreo thus tenentem, & in calice fictili merum.
Catinus porri & lagani. Hor. 1. Serm. 6. 115.
Ad porri & ciceris refero, laganique catinum. De parabili cibo intelligendum frugique menſa arbitror: nam Porrum pro Oleribus poſuit, quæ viliſſima ſunt cibaria: & cicer legumen eſt, quo pauperiores veſcebantur. Laganum etiam, quod fictum erat farinaceum, quod in ſartagine ex oleo frigebatur, in parabilibus eſcis numeratum exiſtimo. Turneb.

CATINULUS, i. m. dimin. Varroni tribuit Soſipater V. dict. ſeq.

CĂTILLUS, i. m. ſive CATILLUM [τρυβλίδιον] diminut. Parvum vas eſcarium. Columel. lib. 12. cap. 57. Hanc miſturam quum in catillo compoſueris, oleum ſuperfundito. Plin. lib. 30. cap. 6. Vermem terrenum catillo ligneo ante fiſſo & ferro vincto impoſitum aqua excepta perfundere, & defodere unde effoderis magi jubent: mox aquam bibere catillo, mire id prodeſſe iſchiadicis affirmantes. V. Bayſium in libello de Vaſculis. Chariſ. lib. 4. 1. p. 61. Catinus maſculino genere dicitur, ut Mæcenas in decimo,
Jugis, ait, fumans calido cum farre catinus. Et hinc diminutive Catillus fit, ut Aſinius contra maledicta Antonii, Volitantque urbe tota catilli. Sed Varro ad Cicer. 11. Catinuli dixit, non Catilli.
Catillus, eſt Superior pars molæ molendinariæ, ut inquit Paulus in l. quum de lanionis. §. idem conſultus. D. de fundo inſtructo & inſtrumento legato; Eſt autem meta, inferior pars molæ: catillus, ſuperior.

CATILLO, ōnis. m. [λίχνος] Catilones Guloſos dicebant antiqui, auctore Feſto. A Catinus, diminutiva forma. Macrob. lib. 2. Saturn. cap. 12. fin. Proprie Catillones dicebantur, Qui ad polluctum Herculis ultimi quum venirent, catillos liguribant.

CATILLO, [λιχμάω] āre. Catinos lingere. Plaut. Caſin. 3. 2. 21. Operam uxoris polliceor foras, quaſi catillatum. alii aliter legunt. V. etiam Petron. fragment. p. 688. & Burm. ad loc.

CATILLATIO, ōnis. f. [λιχνεία] Grave opprobrium objiciebatur hominibus generoſis, ſiqui provincias amicas Pop. Romani expoliaſſent, quod eorum bona liguriſſe viderentur. Feſt. V. Gronov. ad Cic. 13. Att. 46. pr.

CATILLAMENTA, orum. n. pl. Arnob. 2. p. 73. ubi Heraldus Caſtellamenta legit. q. V. conf. Salmaſ. ad Plaut. Caſ. 3. 2. 22.

CATIUS, i. m. Deus antiquorum, qui catos, id eſt acutos homines faceret. Meminit Auguſtinus in 4. Sunt qui libentius Cautium legant, quod ſcilicet cautos homines faceret.

CATIZI, orum. m. Pygmæorum gens a Barbaris dicuntur, quos credunt a gruibus fugatos. Plin. lib. 4. cap. 11.

CATLASTER, tri. m. quaſi Catulaſter, ut Græci dicunt κάτλος pro Catulo, πρόκλος pro Proculo. Catulaſter autem explicatur Grandior catulus, & Grandior puer. Chariſius, Puer, pueri, Catlaſter, catlaſtri. Ex quo Vitruvii locus 8. 4. emendatur, ubi ſic legendum eſt, Ideoque ſemper tranſmarinos catlaſtros emere formoſos, & puellas maturas, eoſque conjungere, ut qui naſcerentur ex iis, non ſolum egregia voce, ſed etiam forma eſſent non invenuſta. Cataſtos ſcriptum erat. Hermolaus vero Calaſtros legit, q. V. Jocundus Callaſtos: Gulielmus autem Pelliſſerius germanam lectionem reſtituit, teſte Turneb. [In Vett. Gloſſ. quoque Catulaſter βούπαις.

CATULASTRUM, i. n. inde formatum nomen Ludicri puerile genus, niſi quid turpius eſt, videtur notare. Dracont. lib. 2. extr.
Non catulaſtra gerit puerilia.

CATLITIO, onis. f. pro Catulitione in antiquis Plinii exemplaribus reperitur, ut ipſe vidi lib. 16. cap. 25. Catlitionem ruſtici vocant, geſtiente natura ſemina accipere, &c. V. CATULITIO. Monuit Turneb.

CĂTO, cognomen gentis Porciæ. V. p. p. CATONES.

CATŌBLĔPAS, æ. m. [κατωβλέπας] Genus feræ eſt modicæ: cujus qui oculos videre, ſtatim expirant: ut ſcribit Plin. lib. 8. cap. 21. κατώβλεψ ſane dicitur, qui capite eſt in terram demiſſo, ἀπὸ τοῦ κάτω καὶ βλέπω.

CATOCHITES, æ. m. [κατοχίτης] Gemma Corſicæ inſulæ, impoſitam manum velut gummi retinens. Plin. lib. 37. cap. 10. κατοχὴ Græcis dicitur detentio. κάτοχος, detentivus. V. Solin. cap. 9.

CATOCHUS, i. m. [κάτοχος] Morbus eſt quum ſenſu privatur anima corpuſ-

corpusque omne velut gelu obrigescit. Hujus morbi tria facit genera Galenus lib. Finit. Medic. ubi vide.

CATŌGĒUM, i. n. [κατωγεῖον] Domicilium subterraneum.

CATOMUM, i. n. Vinculum & catenam significat, ut legitur in quodam in Juvenalem scholio. Cic. 7. Fam. 26. Vereor ne in catomum Catonos. Usurpatur & a Laberio apud Gellium in versu catalectico,

Tollet bona fide vos orcus nudas in catomum. Alii utroque loco Catonium legunt. V. suo loco.

CĂTŌNES, [Κάτωνες] ex oppido Tusculo originem habuere, unde primum profectus M. Porcius Cato senex, persuasione atque amicitia Valerii Flacci solicitatus. Hic Trib. mil. in Sicilia fuit. Prætor Sardiniam provinciam obtinuit, ubi ab Ennio fuit Græcis litteris institutus ætate jam grandis. Consul deinde cum eodem Flacco creatus citeriorem Hispaniam sortitus est, ubi rebus feliciter gestis, omnium urbium muros, quæ intra Bætim sunt, uno die solo æquari jussit. Auctor Polyb. apud Plut. Plin. lib. 7. cap. 27. tribus eum laudibus cumulat, perfectum & Imperatorem, & Senatorem, & Oratorem nominando. Cujus ingenii etiam meminit Cic. de Clar. Orat. 293. his verbis, Orationes ejus, ut illis temporibus, valde laudo. significant enim formam quandam ingenii, sed admodum impolitam & plane rudem, &c. Scripsit Origines, & parvum de Agricultura librum, qui ad hæc tempora pervenit. Hic Cato Major & ob censuræ severitatem Censorius dictus est, de quo plura V. apud Livium lib. 34. Ciceronem, Gellium, Plinium passim, Nepotem & Plutarchum in vit.

Catones item duo fuerunt superioris filii, quorum alter in bello contra Perseum sub Æmilio Paulo magna cum laude militavit. Alter Saloninus vel Salonianus, ex matre cognominatus, patre superstite ac Prætore designato extinctus est, & egregios in juris disciplina libros composuit. Auct. Gell. lib. 2. cap. 14.

M. Cato, Senioris pronepos, severitate ac doctrina Stoica proavum referebat: nudis interdum pedibus brevique toga in publicum prodibat, sese adsuefaciens nihilo, nisi obscænis rebus ac detestabilibus erubescere. Præturæ semel repulsam tulit, Consulatum frustra petiit. Marciam conjugem roganti Hortensio amico concessit, eandemque postea Hortensii hæredem recepit. Id quod ei Cæsar, tanquam avaritiæ causa factum objecit. Dimisit (inquit) ut locupletem reciperet. Toto civilis belli tempore intonsus fuit. Post pugnam Pharsalicam, Uticam cum Scipione se recepit: ubi quum mori statuisset, nocte de Stoica philosophia disseruit, ac Phædone Platonis de animi immortalitate perlecto, gladio incubuit. Inde a scriptoribus Uticensis vocatur. Ex Plutarcho.

In Catone perfectissimo Stoico summam eloquentiam non desiderat Cic. de Clar. Orat. 118.

Annos quinque & LXXX natus Cato excessit e vita. Cic. de Clar. Orat. 80. de Censorio.

Marcus Cato nullam adulteram non eandem esse veneficam dixit. Quintil. lib. 5. cap. 11.

Dat jura piis Cato apud inferos. Virg. 8. Æn. 670.

Secretosque pios, his dantem jura Catonem. Ubi Servius, Censorium (inquit) significat, non Uticensem, qui contra Cæsarem bella suscepit. Et supergressus est hoc loco Homeri dispositionem: siquidem ille Minoem, Rhadamantum, Æacum de impiis judicare dicit, hic Romanum ducem innocentibus dare jura commemorat.

Grandia Catonis morituri verba. Pers. 3. Sat. 45.

Durus Cato. Juvenal. 11. Sat. 90.

Hilaris. Martial. lib. 12. 6.

Quos Numa, quos hilaris posset habere Cato.

Intonsus. Hor. 2. Carm. 15. 11.

Prisci Catones. Hor. 2. Epist. 2. 117.

Rigidi. Claud. 2. in 1. Cons. Stil. 382.

Tertius e cælo cecidit Cato. Juven. 2. Sat. 40.

Virtus Catonis narratur sæpe mero caluisse: Hor. 3. Carm. 21. 11.

Virtutem moresque Catonis repræsentare. Hor. 1. Epist. 20. 14.

Cato pro Duro, rigido & severo homine. Martial. lib. 11. 40. in Charidemum,

Desine: non possum libertum ferre Catonem.

Fuit & Valerius Cato grammaticus Romæ, qui multos nobiles docuit tempore Sullæ: cujus famam hi versus indicant,

Cato Grammaticus, Latina Siren,
Qui solus legit, & facit poetas. Hujus meminit Tranquill. Sueton. de Ill. Gram. cap. 11.

CATONIĀNUS, a, um. [Κατώνειος] Adj. ut, Catoniana familia. Cic. 2. Q. frat. 6. Tabulam proscripsit, se familiam Catonianam venditurum.

Catoniana regula in jure appellatur, quæ ita definit, ut legatum, quod inutile foret, si testamenti facti tempore testator decessisset, quandocunque postea decesserit non convalescat. l. 1. D. de reg. Caton. l. 13. D. de opt. legat.

CATONIUM, i. n. Cic. 7. Fam. 25. Vereor ne in Catonium Catoninos. h. e. Vereor ne nimia libertas, & Catonis imitatio, cujus laudes & tu & ego scripsimus (erat autem hoc Cæsari molestissimum, unde & Anticatones postea scripsit) subaudi Præcipitet nos in Catonium, id est orcum, aut inferni baratrum: hoc est, sit nobis causa mortis. Cæl. lib. 12. cap. 17. Siquidem Catonium pro inferis recte poni, ex Laberio comprobavit Gellius, etiam si inter sordida obsoletaque ac maculantia, id esse vocabulum putat. Nec eo verbo esset usus orator, nisi de industria ex obscuritate jocum captasset. Hæc Cælius. Laberii versus apud Gellium, lib. 16. cap. 7.

Tollet bona fide vos orcus nudas in Catonium. Fieri potest ut ab adverbio Græco κάτω ducat originem, quod & inferiora & subterranea loca significat. Amerpachius & Rutilius per Catonium, sive Catonianum, intelligunt Fortunam quam passus est Cato, quum est a Cæsare missus in carcerem. Qua de re Suet. in Jul. cap. 20. & Gell. lib. 4. cap. 10. Scio & apud Gellium, & apud Ciceronem ab aliis aliter legi: sed longum foret omnia huc transcribere. [Locus uterque vexatus & obscurus est. Illud perspicuum arbitror, Ciceronem ad nomen Catonis per paronymian alludere voluisse.

CATOPTĒRIUS, i. m. [Κατοπτήριος] Locus quidam præceps est a Parnasso proveniens, qui ventosas in Anemoream (unde & nomen habet) trudit procellas. Hic locus Delphorum & Phocensium terminus erat, qua tempestate Lacedæmonii Delphos a Phocensium societate disjunxerunt, & per se rem suam publicam agitare permiserunt. Hæc Strab. lib. 9.

CATOPTICE, es. f. [κατοπτικὴ] dicitur Videndi illa ratio qua despectamus. Tribus enim modis visu utimur. Nam aut in rectum dirigitur visus, & dicitur Optice: aut sursum spectamus, & est Anoptice: aut deorsum fertur oculorum acies, & hæc est quam Catopticen dicimus. Ceterum hac in re illud contingit mirabile, si attollatur visus, etiam stellas contingimus: si in rectum prospectus petatur, quadraginta millium passuum non exceditur mensus. Infra vero etiam minore multo mensura visum hebescere, observatum, quando est hic longe difficilior modus. Ex Cæl. Rhod. lib. 15. cap. 4. [Nugæ. Forsan Catopticen pro Catoptrice arripuit. Quæ est pars Optices ad Reflexiones pertinens.

CATOPTRON, i. n. [κάτοπτρον] Speculum. Inter ornamenta muliebria posuit Pollux lib. 7. cap. 22. & lib. 10. cap. 28.

CATOPTROMANTIA, æ. f. [κατοπτρομαντία] Divinatio quæ fit per speculum, de qua vide infra in dictione MAGIA.

CATOPYRITES, æ. m. [κατοπυρίτης] Gemma quæ ex Cappadocia venit. Plin. lib. 37. cap. 10.

CATORCHITES, æ. m. Vinum, quod & Sycites e fico. Plin. 14. 16.

CATORTHŌMA, ătis. n. [κατόρθωμα] Recte factum interpretatur Cic. 3. de Fin. 45. Quemadmodum opportunitas (sic enim appellemus εὐκαιρίαν) non fit major productione temporis (habent enim suum modum quæcumque opportuna dicuntur) sic recta effectio: κατόρθωσιν enim ita appello: quoniam rectum factum κατόρθωμα: recta igitur effectio, item convenientia, denique ipsum bonum, quod in eo positum est ut naturæ consentiat, crescendi accessionem nullam habet. Idem lib. Offic. 1. 8. ubi de recto & æquo disputat, Perfectum officium, rectum opinor vocemus, quod Græci κατόρθωμα.

CATORTHŌSIS, V. in CATORTHOMA.

CATŌTĔRĬCA, [κατωτερικὰ] Pharmaca vocantur quæ purgant per infernum ventrem, ut Galen. auct. est lib. 13. Therapeutices. V. ANOTERICA.

CATTA, æ. f. [κάττα] Felis. Martial. 13. Epigr. 69.

Panonicas nobis nunquam dedit Umbria cattas.

Cattas etiam inter Navium appellationes refert. Gell. 10. 25.

CATTI, orum. m. [Κάττοι] Germaniæ populi. Tacit. Germ. 31. 1.

CATTICUS, a, um. Adj. Martial. 14. Epigr. 26.

Cattica Teutonicos accendit spuma capillos. alii legunt Caustica.

CATTITERIDES, V. CASSITERIDES.

CATULARIA, Porta dicta Romæ est, quia non longe ab ea ad placandum Caniculæ sidus frugibus inimicum, rufæ canes immolabantur, ut fruges maturescentes, ad maturitatem perducerentur. Fest.

CATULLUS, i. m. [Κάτυλλος] C. Valerius Catullus Poeta Veronensis, natus anno ante Sallustium, Sullæ, Mariique temporibus, in poematis cum lascivus, tum mordax, quippe qui Cæsari maximo tunc viro minime pepercit, Iambis eum criminatus: reconciliatus nihilominus, ac eodem die ab eo cœnæ adhibitus est, teste Tranquillo, in Jul. cap. 73. de tempore mortis ejus non satis constat.

Doctus Catullus. Ovid. 3. Amor. 9. 62.

Lascivus. Ovid. 2. Trist. 427.

Tener Catullus. Martial. lib. 12. 44.

Lesbia cum tenero te posset amare Catullo.

Urbanus. Juven. 13. Sat. 111.

Vesanus. Catull. 7. 10.

Cantare Catullum. i. e. Opera Catulli. Hor. 1. Serm. 10. 19.

Fuit alius Catullus urbicarius mimographus, de quo Juven. 13. Sat. 111.

— mimum agit ille
Urbanus, qualem fugitivus scurra Catulli. Idem 8. Sat. 185.
— vocem, Damasippe, locasti
Sipario, clamosum ageres quum phasma Catulli.

CATULLIANUS, a, um. Adj. ut, Basia Catulliana. Martial. lib. 11. 7.

Da nunc basia, sed Catulliana.

CATŬLLINUS, i. m. Vir illustris apud Sidon. Epist. 1. 11. Carm. 12.

CĂTŬLUS, i. m. [Κάτλος] simplici L etiam scribitur, corripitque penultimam. Forsan a Catus deductum. Fuit autem hoc cognomen gentis Lutatiæ. C. Lutatius Catulus primo bello Punico consul, CCC navibus adversus Pœnos profectus, sexcentas eorum naves commeatibus impeditas duce Annone apud Ægates insulas, inter Siciliam & Africam depressit, finemque bello imposuit: pacem petentibus hac conditione concessit, ut Sicilia, Sardinia, ceterisque insulis inter Italiam, Africamque decederent, & Hispania citra Iberum abstinerent. Liv. Epit. l. 19. Auctor de Vir. Ill. cap. 41.

Catulus item orator, Consul cum C. Mario quarto ejus consulatu Cimbros fudit: ab eodem postea urbe occupata per dissensionem mori jussus est, frustra precantibus pro eo civibus. Itaque in cubiculo inclusus, candentium carbonum vapore suffocatus est, teste Valerio lib. 9. Cujus manes ultus est postea Sulla, interfecto Mario Juniore. Lucan. lib. 2. 173.

— quid sanguine manes
Placatos Catuli referam? De hoc Catulo Cic. de Clar. Orat. multa scribit. Ascon. in 3. Verr. 155.

Catulus, alius sororius Catilinæ, eques Romanus, partium nullarum, tantumque quieti studens, a Catilina jussu Sullæ interfectus est. Auctor Pedian.

CATULIANUS, a, um. Adj. ut, Minerva Catuliana, Romæ a Q. Lut. Catulo dicata. Plin. 34. 8.

CATULUS, Festo, Genus quoddam vinculi, qui interdum Canis appellatur. V. CANIS.

CATŬLUS, i. m. [σκύλαξ] proprie significat Canis filiolum: dictus (ut ait Varro lib. 4. de L. L.) a sagaci sensu & acuto. Virg. 1. Ecl. 23.

Sic canibus catulos similes, sic matribus hœdos, &c. Cic. 2. de Nat. Deor. 38. Bene igitur idem Chrysippus qui similitudines adjungens, omnia in perfectis & maturis docet esse meliora, ut in equo quam in equulo, in cane quam in catulo, in viro quam in puero.

Fideles catuli. Hor. 1. Carm. 1. 27.

Seu visa est catulis cerva fidelibus. i. e. Sagacibus, vel silentium investigando servantibus, ut ait Acron. [Inscite, quasi non Canum proprium epitheton sit.

Sagax. Ovid. de Rem. Amor. 201.

Nunc leporem pronum catulo sectare sagaci.

Veloces. Virg. 3. Georg. 405.

Castrare caudas catulorum. Columel. lib. 7. cap. 12. V. CASTRO.

Militat in silvis. Hor. 1. Epist. 2. 67.

Olent longe aliter catuli, aliter sues. Plaut. Epid. 4. 2. 9. Proverbialis formula in rebus longe diversæ naturæ.

Pascere catulos sero Virg. 3. Georg. 405. — sed una
Veloces Spartæ catulos, acremque Molossum
Pasce sero pingui. i. e. Aqua lactis, quæ pingues efficit canes. Serv.

Subblan-

Subblandiri catulo. Plaut. Asin. 1. 3. 32.
Catuli [σκύμνοι] non solum Canum fœtus diminutive, verum omnium animalium appellantur. Nonius. [Exceptis tamen cornipedibus, ni fallor.
Aspidis catuli. Plin. lib. 11. cap. 74. ad finem capitis semel & iterum.
Canum. Plin. lib. 29. cap. 4. Catulos lactentes adeo puros existimant ad cibum, &c.
Delphinorum. Plin. lib. 9. cap. 8. Delphini agunt fere conjugia, pariunt catulos decimo mense æstivo tempore.
Draconum. Plin. lib. 10. cap. 72.
Felis catuli. Phæd. 2. Fab. 5. 24.
Lacertarum. Plin. lib. 10. cap. 45. Quoniam huic animali nulla memoria: itaque catuli per se erumpunt.
Leonis. Claud. de Bell. Get. 324.
Leæna catulorum oblita. Virg. 3. Georg. 245.
Luporum catuli. Virg. 2. Æn. 357.
Murium. Plin. Murium quoque catuli ostentum faciunt. [Non occurrit in Indice.
Serpentis. Virg. 3. Georg. 438.

— catulos tectis, aut ova relinquens.

Simiæ catuli. Plin. lib. 8. cap. 54. Simiæ gestant catulos: quos mansuefactæ intra domos peperere.
Suis catulus. Plaut. Truc. 2. 2. 13.

Jam hercle ego hic te, mulier, quasi sus catulos, pedibus proteram.

Tigridis. Plin. lib. 18. cap. 18.
Viperarum. Plin. lib. 10. cap. 62. Tertia die intra uterum catulos excludit.
Vulpium. Plin. lib. 10. cap. 74.

Cătŭla, æ. f. Canis femina. ut, Indomitæ & rabidæ libidinis catula. Aurel. Vict. Epit. 32. Et Fulgent. Carm. 22.

At lupus & catula formant coeundo lyciscam.

Cătellus, i. m. dimin. [σκυλάκιον] Martial. lib. 1. 84.

Os & labra tibi lingit Manuella catellus. Cic. 1. de Divin. 103.

Tum ille arctius puellam complexus, Accipio omen, inquit, mea filia, erat autem mortuus catellus eo nomine. Alii legunt Mortua catella.
Melitæi catelli. Plin. lib. 3. cap. 26.
Flagrare amore exiguæ catellæ. Martial. lib. 7. 86.
Rimari exta catelli. Juven. 6. Sat. 550.

Cătŭlīnus, a, um. Adj. [σκυλακινός] Quod est ex catulo. ut, Catulina caro. Plin. lib. 29. cap. 4. Genito mane catulo res divina fit: & in cœnis deûm etiamnum ponitur catulina.
Carnem catulinam esitavisse, h. e. Comedisse Romanos, Plautus in Satyrione refert, ut scribit Festus.

Cătŭlio, [σκυζάω] īre. Dicitur de canibus, quando venerem appetunt. Varr. 2. de R. R. cap. 9. de canibus loquens, De fœtura, principium admittendi faciunt veris principio: tunc enim dicuntur catulire, id est ostendere velle se maritari. Plaut. Quum meam uxorem vidi catulientem. Laberius dixit Catulientem lupam, id est coitus appetentem, apud Nonium. 2. 171. Sunt qui scribunt Catullire.

Catulitio, onis. f. [σκύζησις] Plin. lib. 16. cap. 25. Catulitionem rustici vocant, gestiente natura femina accipere, eoque animam inferente omnibus satis. Al. Catlitio. q. V.

Caturactonium, i. n. [Κατουρράκτόνιον] Britanniæ insulæ oppidum, Ptolemæo. Vulgo *Carlisle*.

Caturices, Italiæ populi sunt, trans Padum a Plin. lib. 3. cap. 16. in undecima Italiæ regione collocati.

Cătus, i. m. [ὁ αἴλουρος] Felis. Pallad. Mart. t. 9. Contra talpas prodest catos frequenter habere.
Catos etiam dixerunt militari usu Vineas & pluteos, sub quibus miles latebat muros oppugnaturus. V. Veget. de Re Milit. 4. 15. Turneb. Adverf. 11. 24.

Catus, pro Homine cauto. V. Cautus in cavѣo.

C A V

Cavædium, i. n. [κοιλόδομον] erat intra parietes Locus tectus ac patulus ad communem omnium usum, maxime salutantium relictus, nam & non invitati illuc commeare poterant. Varr. de L. L. 4. 33. Plin. lib. 2. Epist. 17. A tergo cavædium, porticum, aream, &c. Cava ædium, disjunctim protulit Vitruvius lib. 6. cap. 3. ubi quinque genera eorum proponit. conf. cavus.

Cavāmen, ĭnis. n. Caverna. Solin. cap. 14. Nam in latebrosis rupium cavaminibus, &c.

Cavares, vel Cavari [Καύαροι] Narbonensis Galliæ populi, in quorum agro Avenio civitas sita est. Auctor Pompon. Mela lib. 2. cap. 5. qui Cavares vocat. Strabo, nisi codd. vitium est, Καβάρεις nominat, Ptolemæus Καυάρους, juxta Druentiam & Isaram amnes sitos.

Cavaticus, Cavator, Cavatus. In cavus.

Cauca, æ. f. [Καῦκα Ptolemæo] Urbs Hispaniæ, alio nomine Conca. Vulgo *Quenca*.

Caucadæ, Gentes sunt ad Lagoum amnem, quo in illum influit Opharus, circa Mæotim a Plin. lib. 6. cap. 7. collocati.

Caucălis, is vel ĭdis. f. [καυκαλίς] Genus herbæ fœniculo similis, brevi caule, flore candido. Plin. lib. 22. cap. 22. Vulgo *Persinum nothum*.

Caucăsus, i. m. [Καύκασος] Asiæ mons supra Iberiam ac Albaniam in Septentriones, Ptolemæo. Estque pars Tauri montis: & totus Taurus Caucasi nomine intelligi potest, ut persæpe partis vocabulum toti figurate tribuimus. Philostratus lib. 2. Caucasus (inquit) Mediam atque Indiam terminans, in mare rubrum altero cubito descendit, &c. Ubi, multa de Prometheo ad Caucasum ligato. Caucasi montes, etiam multitudinis numero dicuntur, auctore Pomponio lib. 1. 21. Iidem (inquit) alibi Taurici, Moschi, Amazonici, Caspii, Coraxici, Caucasi, ut aliis aliisve appositis gentibus, ita aliis alisque dicti nominibus.
Urgetur arboribus Caucasus. Propert. lib. 1. 14. 6.
Horrens cautibus. Virg. 4. Æn. 367.

— Sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus.

Ingens. Sen. Hippol. 11.
Inhospitalis. Hor. 1. Carm. 22. 6.
Cubile Promethei Caucasus. Valer. Flac. 5. Argon. 154.

Ultimus inde sinus, sævumque cubile Promethei,
Cernitur in gelidas consurgens Caucasus Arctos.

Caucasum mente induere. Sen. Med. v. 43.

— Pelle femineos metus,
Et inhospitalem Caucasum mente indue. i. e. In quodvis, vel inhumanum maxime, facinus mentem obdura.

Caucăseus, vel Caucasius, a, um. Adj. [Καυκάσιος] ut, Caucasea rupes, Propert. lib. 2. 1. 69.
Antra. Ovid. 4. Met.
Juga. Claud. de Bell. Get. 59.
Pruinæ. Claud. 1. in Eutrop. 247.
Rupes. Ovid. 3. de Arte Am. 195.
Vertex. Virg. 2. Georg. 440.
Volucres. Virg. 6. Ecl. 42.

Caucaseasque refert volucres, &c.

Caucasiæ portæ, inquit Plin. magno errore a multis Caspiæ dictæ, ingens naturæ opus, montibus interruptis repente, ubi fores obditæ ferratis trabibus, subter medias amne Dyriodori fluente, citraque in rupe castello (quod vocant Cumania) communito ad arcendas transitu gentes innumeras, lib. 6. cap. 11.

Caucasigena, æ. c. ut, Caucasigenæ Alani. Sidon. 4. Epist. 1.

Caucenses, ium. m. pl. Hispaniæ citerioris populi, in conventu Cluniensi, de quibus Plin. lib. 3. cap. item 3.

Cauchi, orum. m. pl. Populi sunt in Septentrione, qui majores minoresque appellantur. Vasto ibi meatu, bis dierum noctiumque singularum intervallis, effusus in immensum agitur Oceanus, æternam operiens rerum naturæ controversiam: dubiumque terræ sit, an parte in maris. Illic misera gens tumulos obtinet altos, aut tribunalia structa manibus ad experimenta altissimi æstus, casis ita impositis: navigantibus similes, quum integant aquæ circumdata: naufragis vero, quum recesserunt, fugientesque cum mari pisces circa tuguria venantur. Non pecudem his habere, non lacte ali, ut finitimis, ne cum feris quidem dimicare contingit, omni procul abacto frutice. Verba sunt Ptol. lib. 2. cap. 1.
Cauchi, vel Chauci, Populi, qui sub secundo Germanorum genere, Ingævones appellato, collocantur a Plin. lib. 4. cap. 14. conf. caici.

Caucŏn, i. n. [καύκων] Herba est, quæ etiam Ephedra & Anabasis appellatur. Nascitur ventoso fere tractu, scandens arborem, & ex ramis propendens, folio nullo, cirris numerosis, qui sunt junci geniculati, radice pallida. Plin. lib. 26. cap. 7. Vulgus *Prelam* appellat: qua mulierculæ utuntur ad purganda vasa culinaria.

Caucon, [Καύκων] Triphyliæ fluvius, a quo vicini populi Caucones appellati sunt. Auct. Strab. lib. 8.

Caucus, i. m. vel Cauca, æ. f. Patera, poculi genus. Spartian. Nigro cap. 10. Quum milites quosdam in cauco argenteo expeditionis tempore bibere vidisset. V. ibi Salmas.
Dabis in caucos & scyphos &c. Trebell. Poll. in Claud. 14. & Gloss. Vet. καῦκα, patera.

Caucularii, & Cauculatores, i. e. Præstigiatores. V. Salmas. dict. loc. & Gloss. Vet.

Cauda, æ. f. [οὐρά, κέρκος] Pendens posterior pars, quæ omnibus animalibus est præterquam hominibus & simiis. Plin. lib. 11. cap. 50. Caudæ præter hominem ac simias, omnibus fere animalibus, & ova gignentibus, pro desiderio corporum: nudæ hirtis, ut apris: parvæ villosis, ut ursis: prælongis setosæ, ut equis. Cic. 3. de Orat. 220. Oculos autem natura nobis, ut equo & leoni setas, caudam, aures, ad motus animorum declarandos dedit.
Acumen caudæ scorpii. Ovid. 4. Fast. 163.
Pavonis. Lucret. lib. 4. 805.
Serpentis. Ovid. 9. Met. 647.
Acuta cauda. Plin. lib. 9. cap. 29.
Bisulca. Plin. lib. 9. cap. 29.
Equina. Hor. 2. Epist. 1. 45.
Extrema. Virg. 3. Georg. 423.

— extremæque agmina caudæ
Solvuntur. De serpente.

Falcata. V. Novissima.
Ima. Virg. 3. Georg. 59.
Intorta cauda suum. V. intorqueo.
Lunata cauda delphini. Sen. in OEdip. 5. i. e. In cornua fissa.
Novissima, Ima. Ovid. 3. Met. 681.

— falcata novissima cauda est. i. e. Extrema pars caudæ inflexa est, in falcis modum.

Picta pavonis. Hor. 2. Serm. 2. 26.
Summa. Cic. in Arat.

Atque avis ad summam caudam.

Torta. Sen. Herc. fur. 9.
Unca scorpionis. Ovid. 15. Met. 371.
Blandiri cauda. Ovid. 2. Fast. 417.

Constitit, & cauda teneris blanditur alumnis.

Jactare, pro Adulari, seu Se ostentare blandiendo, quod a canibus tractum videtur. Pers. 4. Sat. 15.
Movere blandas per aera caudas. Ovid. 14. Met. 258. De lupis, ursis, & leænis, qui advenientibus blandiebantur.
Retorquere. Claud. in Sex. Conf. Stil. 357.
Verrunt æquora caudis delphines. Virg. 8. Æn. 674.
Verrere vestigia cauda. Virg. 3. Georg. 59.

Et gradiens ima verrit vestigia cauda. De vacca.

Cauda, pro Membro virili. Hor. 1. Serm. 2. 45.

— quinetiam illud
Accidit, ut quidam testes caudamque salacem
Demeteret ferro. h. e. Virgam virilis membri libidinosam abscinderet. Acron.

Sic οὐρά & κέρκος. Vide in Thes. in οὐρά, & quæ notavi in marg. ex Homero: ὧν οὐραὶ μὲν ἀπημβλυνται, θυμὸς δὲ μένοιτο. Sed puto aliquem jocantem lectionem ita mutavisse, quum legeretur: οὐρὰ μὲν ἀπήμβλυνται. H. St.
Turgentis verbera caudæ. Hor. 2. Serm. 7. 49.
Caudam trahere; Proverbium inquit esse Acron. de Illis dici solitum qui pro deridiculo habentur. Solent enim (ut addit Porphyrio) pueri deridentes nescientibus a tergo caudam suspendere, ut velut pecus caudam trahat. Hor. 2. Serm. 3. 53.

— hoc te
Crede modo insanum, nihilo ut sapientior ille
Qui te deridet, caudam trahat. Turnebus hic Caudam trahere, esse

esse putat Superbe magnificeque incedere, ut qui talari toga pallave ornati longo syrmate verrunt terram. Hor. de Arte Poet. 215.

—traxitque vagus per pulpita vestem. i. e. Magnifice incessit saltans. Nam ad syrma allusum esse existimat, quod a tractu nomen est adeptum. Aut, quod non æque placet, tractum erit ab avibus, ut gallis gallinaceis, & pavonibus, qui sua insolescere videntur cauda: unde scripsit alio loco Hor. 2. Serm. 2. 26.

—& picta pandat spectacula cauda. Trahit igitur caudam, Qui sibi placet, seque sapientem, & ut Varronis verbo utar, saperdam putat. Sic & Pers. 4. Sat. 15.

Ante diem blando caudam jactare popello.

Equinæ caudæ pilos vellere: Proverbium de Illo dicitur, qui quod viribus atque impetu fieri nequit, id tempore atque assiduitate conficit. Usus est Hor. 2. Epist. 1. 45. his verbis,

Utor permisso, caudæque pilos ut equinæ
Paulatim vello, & demo unum, demo etiam unum, &c.

Caudam Verris dixit Cicero, per translationem ab animalibus, 4. Verr. 191. Videtis extremam partem hominis caudam illam Verris, tanquam in luto demersam esse in litura.

Caudecæ, arum. f. pl. Cistellæ appellatæ sunt ex junco, ad similitudinem caudæ equinæ factæ. Fest. Gellius 10. 25. dicit esse Naves. [Scalig. apud Fest. Caudeæ legit, apud Gell. extat Caudiceæ.

Caudex, ĭcis. m. [κορμός, στέλεχος] Ex quo Cortex extrahitur. Virg. 2. Georg. 30.

Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu)
Truditur e sicco radix oleagina ligno. Ubi Servius, Caudicibus posuit pro Codicibus: sicut Caulem pro Colem: Sauricem pro Soricem dicimus. Plin. lib. 12. cap. 14. Juba tradit arborem thuris, contorti esse caudicis.

Caudex, Stirps arboris. Plin. lib. 16. cap. 30. Arbores quædam simplices, quibus a radice caudex unus, ut olivæ, fico, viti. Quædam fruticosi generis: ut paliurus, myrtus, &c. Bud.

Intortus caudex. V. intorqueo.

Caudex, Plurium tabularum contextus. Unde Tabulæ caudices dicuntur: & Naves quibus commeatus subvehuntur, Caudicariæ sive codicariæ appellantur. Unde Appius Claudius Caudex cognominatus est, quoniam primus persuasit Romanis navem conscendere. Sen. de Brevit. Vitæ, cap. 13. Quis Romanis primus persuasit navem conscendere? Claudius is fuit, Caudex ob hoc ipsum appellatus, quia plurium tabularum contextus, caudex apud antiquos vocabatur. Unde tabulæ codices dicuntur: & naves nunc quoque quæ ex antiqua consuetudine commeatum subvehunt, caudicæ vocantur. Sic legit Baysius. Caudicarum navium mentio est apud Gellium lib. 10. cap. 25. Loquitur autem Seneca de Q. Appio Claudio Caudex cognomento, qui cum Q. Fulvio Flacco cos. fuit. Hermolaus & Cælius non Caudicæ legunt apud Senecam, sed Caudicariæ. Alii Caudicatæ. [Forte, ut apud Gell. Caudiceæ legendum.

Caudex, per metaphoram pro Homine stulto. Ter. Heaut. 5. 1. 4.

Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus.

Caudeus, a, um. Adj. [στελέχινος] Quod est ex caudice. Plaut. Rud. 4. 4. 65.

Cistellam istic inesse oportet caudeam in isto vidulo.

Caudicālis, [στελέχινος] Quod pertinet ad caudicem. Plaut. Pseud. 1. 2. 25. Tecum securi, caudicali præficio provinciæ. i. e. Tua erit provincia, ut caudices securi findas.

Caudicarius, a, um. Adj. [κορμινὸς] ut,

Caudicariæ naves, Ex tabulis crassioribus factæ. Festus. V. caudex.

Caudicarius, i. m. Nauta, qui Tiberi annonam subvehit. Cod. Theod. 4. 9. de suar. & pecuariis, (l. 14. t. 4.) & Inscript. Vet. Lips. ad Sen. de Brev. Vit. cap. 13. conf. Demster. Paralip. ad Rosin. 8. 38. p. 736.

Caudicātus, a, um. aliud Adj. [κορμωτὸς] ut, Caudicatæ naves. V. in caudex.

Caudiceus, a, um. Quod ex caudice est. Auson. in Mosella v. 197.

Navita caudiceo fluitans super æquora lembo. Sic apud Gell. 10. 25. in Navium appellationibus, Caudiceæ.

Caudis, is. sive Caudium, i. n. [Καύδιον] Oppidum Samnii. Unde Caudinæ furcæ, & Caudinæ fauces, nobilitatæ insigni clade & ignominia, quam Romani exercitus sub T. Veturio, Sp. Posthumio coss. a Samnitibus acceperunt. V. Liv. 9. 2. seq.

Caudīnus, a, um. Adj. [Καυδῖνος] ut, Caudinæ furcæ. Lucan. lib. 2. 138.

Ultra Caudinas speravit vulnera furcas.

Fauces caudinæ. Sil. lib. 8. 566.

—aut Caudinis faucibus hærent.

Prælium Caudinum. Cic. de Senect. 41.

Caudinus cognomine dictus est L. Lentulus, quod ad furcas Caudinas obsessis cum exercitu consulibus fœdus turpe suaserit, ut ex Livio elici potest.

Cavea, V. cavus.

Căveo, cāvi, cautum, [εὐλαβοῦμαι, ἐξευλαβοῦμαι] ĕre. significat Vitare & sibi providere ne aliquid præter spem accidat.

Inter Cavere & Vitare Lucilius esse distantiam voluit lib. 26. & esse plus Vitare: Quid tibi cavendum censes, quid vitandum maxume. Ex Nonio.

Cave in modo imperandi posteriorem habet productam. Ovid. 2. Met. 89.

Nate cave: dum resque sinit, tua corrige vota. [Non perpetuum id esse monent Prosodiæ regg. scriptores, quippe Ovid. alias, & Horat. corripuit. V. infra cavo, ĕre.

Cavere aliquid. Ter. Eun. 4. 6. 23. Quod cavere possis, stultum admittere est.

Exitium cavere. Suet. Tib. 53.

Frigora. Ovid. 2. de Arte Am. 302.

Insidias cavere. Suet. Cæs. 86.

Jurgia. Ovid. 1. de Arte Am. 591.

Malum cavere. Cic. 1. de Orat. 147. Nam ipsum quidem illud etiam sine conjunctione juris, quam sit bellum cavere malum, scire possumus.

Morsus tristes animi, i. e. Vitare. Martial. lib. 12. Epigr. 34.

Si vitare voles acerba quædam,
Et tristes animi cavere morsus, &c.

Omnia cavere. Cic. 11. Fam. 21. Quamobrem nec metuam quicquam, & cavebo omnia.

Periculum. Suet. in Galb. cap. 19. Sacrificantem mane aruspex identidem monuit, caveret periculum, non longe percussores abesse.

Pietatem cavere, pro Fugere. Cic. 2. de Fin. 71. Nemo pius est, qui pietatem cavet. Cave quicquam putes esse verius. [Sed lectio dubia est. V. not.

Tela. Ovid. 4. de Pont. 3. 56.

Ventos. Ovid. 2. de Arte Am.

Acriter aliquid. Hor. 2. Serm. 3. 92.

Cura cavere aliquid dicitur. Ovid. 2. Fast. 60.

Cavere aliquem. Cic. 1. Fam. 7. Ut considerares in omni reliqua vita quibus crederes, quos caveres.

Cavere facere aliquid. Plaut. Epid. 3. 2. 23. Is apud forum manet me, quasi qui amare te caveat. Al. Quasi cui emeret caveat.

Cavere aliquid alteri. Plaut. Bacchid. 1. 1. 8. Id (amabo te) huic caveas. P. quid isti caveam? Cato cap. 5. Scabiem pecori & jumentis caveto: id ex fame, & si impluit, fieri solet. i. e. Provideto ne scabie corripiantur.

Cave canem. Proverbii more usurpabatur a veteribus, quum quempiam terrere vel arcere volebant: ac Satyra quædam Varronis hac inscriptione erat. Crediderim natum esse hoc proverbium ex metu canum rabiosorum, vel acrium & mordacium. Verba Varronis sunt apud Nonium, Quod ea die mea erat præbitio, in januam, Cave canem inscribi jubeo. Hoc est, Quum eo die convivium præbere deberem, ut ab aditu mearum ædium deterrerem qui ad condictum venturi erant, inscribi jussi januæ, Cave canem, ne quis ingrederetur. Sumptum est a Græcis. Turneb.

Cavere in jure. Cic. 2. Offic. 65. Nam in jure cavere, consilio juvare, atque hoc scientiæ genere prodesse quamplurimis, vehementer & ad opes augendas pertinet, &c.

Cavere alicui, Jurisprudentis hominis est, qui consultori suo rationem præscribit, formulamque dictat paciscendi aut contrahendi: & monitis consilioque instruit, ne conditionem suam deteriorem faciat. ut apud Cic. in Topic. 4. qui ad Trebatium scribit Jurisconsultum, Etenim quum tu mihi meisque multa sæpe cavisses, veritus sum ne si ego gravarer, aut ingratum id, aut superbum videretur. alii legunt Scripsisses. Et Cic. 3. Fam. 1. extr. L. Valerium Jurisconsultum valde tibi commendo: sed ita etiam, si non est jurisconsultus. Melius enim ei cavere volo, quam ipse aliis solet. & Ovid. 1. de Arte Am. 83.

Illo sæpe loco capitur consultus amore,
Quique aliis cavet, non cavet ipse sibi.

Cavere & sancire. Cic. 2. de Finib. 101. Quæro autem quid sit, quod quum, &c. tam accurate, tamque diligenter caveat & sanciat, ut Amynomachus & Timocrates hæredes sui de Hermachi sententia dent, &c.

Cavere consulte. In consulo.

Melius cavere alicui. Cic. V. paulo supra.

Ædificiis & sepulcris cavet lex. Cic. 2. de Legib. 61. Altera lex, privatorum ædificiis, altera ipsis sepulchris cavet.

Concordiæ publicæ cavere. Vellei 2. 48. 5.

Hæredi. Cic. 2. de Invent. 120. Amentiæ igitur fuisse, quum hæredi vellet cavere, id adscribere, quo non adscripto nihilominus hæredi caveretur.

Securitati cavere. Suet. Tit. 6.

Sibi. Cic. pro Rosc. Com. 15. Quid ita? Flavio sibi cavere non venit in mentem?

Sibi ab aliquo, est Satis accipere. Cic. 6. Fam. 7. At vero inquam, tibi ego Brute non solvam, nisi prius a te cavero, amplius eo nomine neminem, cujus petitio sit, petiturum. i. e. Nisi a te spondente satis accepero. Idem 4. Verr. 27. Rogant eum ut id quod ab ipsis abisset pecuniæ, curet: ab sese caveat quemadmodum velit, de illa hæreditate cum Epicrate neminem esse acturum. i. e. Arbitrio suo ab se cautionem exigat. Bud.

Cavere aliquem se restituturum. i. e. Satisdare. Ulp. l. si procuratorem. §. ult. D. mandat. Si dolus non intervenit, nec culpa, non teneberis, nisi ad hoc, ut caveas si in potestatem tuam pervenerit te restituturum.

Obsidibus cavere de pecunia. Cæs. 6. Bell. Gall. 2. i. e. Dare obsides, quoad pecuniam dissolvant. Bud. Obsidibus, casus est ablativus.

Obsidibus inter se cavere, pro Obsides invicem exigere. Cæs. 7. Bell. Gall. 2. Et quoniam in præsentia obsidibus cavere inter se non possent, ne res efferretur, ut jurejurando ac fide sanciatur, petunt. Bud.

Per aliquem sibi cavere. Cic. 6. Fam. 7. Auges etiam tu mihi timorem, qui in Oratore tuo caves tibi per Brutum, & ad excusationem socium quæris.

Pecuniam alicui cavere. Scævola in l. si ex pluribus. D. de solut. Si ex pluribus causis & chirographis creditor ita cavit. T. Mævius dico me accepisse, & habere, & accepto tulisse C. Titio reliquum omne ratione posita ejus pecuniæ, quam mihi Stichus C. Titii servus caverat. Quæsitum, &c.

Summam cavere. Scævola in l. Quæ neptis. D. de Acquir. hæred. Condemnatique pro portionibus hæreditariis singuli hæredes, inter quos & Seia, Sempronio caverunt summam qua quisque condemnatus erat, usuris, &c.

Cavere capite, est Capitis periculo se obstringere, & alium sibi eodem vinculo obligare. Plin. lib. 34. cap. 7. Ætas nostra vidit in Capitolio, prius quam id novissime conflagravit a Vitellianis incensum, in cella Junonis, canem ex ære, vulnus suum lambentem, cujus eximium miraculum, & indiscreta veri similitudo, non eo solum intelligitur, quod ibi dicata fuerat: verum ex nova satisdatione: nam summa nulla par videbatur, capite tutelarios cavere pro ea instituti publici fuit. Bud.

Scriptis aut tacitis exceptionibus cavere. Cic. 2. de Invent. 140. Non ergo omnia scriptis, sed quædam, quæ perspicua sunt, tacitis exceptionibus caveri.

Senatus consulto cavere. Tacit. 4. Ann. 20.

Testamento cavere. Cic. 2. de Fin. 103. Tantum dico magis fuisse vestrum, agere Epicuri diem natalem, quam illum testamento cavere, ut ageretur.

De evictione cavere. Ulpian. in l. Si duo. §. Siquis juraverit. D. de Jurejur. Si quis juraverit vendidisse me ei rem centum: ex empto agere poterit, ut ei cetera præstentur, id est res tradatur, & de evictione caveatur.

De facto suo. Paulus in l. De tuo. D. Mandat. vel contr.

De re aliqua & chirographo cavere. Suet. Calig. 12.

Cavere sibi aliquid dari. Ulpian. l. Si remunerandi. §. Marius Paulus quidam. D. Mandat. Et sub nomine alterius ex eventu litis caverat sibi certam quantitatem, &c. i. e. Pactus fuerat. Et cum Fut. Infin. Ulpianus in l. Siquis a multis. D. de Noxal. action. Si quidem unus occupaverit, an melior sit ejus conditio, ut ipsi soli dedatur: an vero vel omnibus dedi debeat, vel cavere debeat, defensum iri adversus ceteros?

Cavere, pro Cautionem exigere. Ulpian. in l. Quod ad hæredem. D.

Magiſtratibus conveniendis, Nam magiſtratus ſi tanta fuit negligen- ut omnem cautionem omitteret, æquum eſt haberi eum loco fidejuſſoris, ut & hæres ejus teneatur. Si vero cavit: & tunc idonei fuerunt, & poſtea deſierunt, ſicut ipſe magiſtratus probe recuſaret hanc actionem, ita & hæres multo juſtius.

Cavere & Satiſdare, Juriſconſulti ſic diſtinguunt, ut Qui datis fidejuſſoribus ac ſponſoribus promittat, Satiſdare dicatur: Qui vero ſine fidejuſſoribus, Cavere. Ulp. l. 2. §. 6. D. de judic. Sed utrum nuda cautione, an ſatiſdato, Marcellius dubitat. Mihi videtur ſola promiſſione.

Cave facias, faxis, reſponderis, & ſimilia, pro Cave ne feceris, ſive facias, aut reſpondeas. Hor. 2. Serm. 3. 38. Cave faxis. Ter. Heaut. 5. 4. 8. Et cave poſthac, ſi me amas, unquam iſtuc verbum ex te audiam.

Cavere ne. Ter. Heaut. 2. 2. 6. Etiam caves ne videat forte. Cic. 4. Acad. Nonne caveam ne ſcelus faciam? Idem 3. Fam. 12. Ut caverem ne cui ſuſpicionem ficte reconciliatæ gratiæ darem.

Cavere ut. Plaut. Bacch. 1. 1. 9. Quid iſti caveam? B. ut revehat domum.

Nunquam cavi quid facerem: vix vivus ſum miſer. Plaut. Merc. 5. 3. 2. Quod barbari dicunt Reſpicere. & Cic. pro Planc. 53. Præcavere & conſiderare dicit. Virg. 9. Ecl. 25.

— & inter agendum
Occurſare capro (cornu ferit ille) caveto.

Commiſiſſe cavet, quod mox mutare laboret. Hor. de Arte Poet. 168.

Caveri paſſive. Cic. 10. Att. 18. Cetera, quæ quidem conſilio provideri poterunt, cavebuntur.

Cavetur Pagana lege in pleriſque Italiæ prædiis, ne, &c. Plin. lib. 28. cap. 2. Cic. 1. de Lege Agr. 73. Cavetur ne Janiculo coloniam conſtituatis.

Caveri etiam vult iis qui ſecum ſunt, quicquid contra legem commiſerunt. Cic. 8. Philipp. 26.

Cautum eſt. Cic. 4. Acad. 92. At vitioſi ſunt Soritæ. Frangite igitur eos ſi poteſtis, ne moleſti ſint: erunt enim, niſi caveatis. Cautum eſt, inquit.

Ut cautum ſit mihi. Cic. 2. Fam. 17. Laodiceæ me prædes accepturum arbitror omnis pecuniæ publicæ, ut & mihi & populo cautum ſit, ſine vecturæ periculo.

Cautum eſt de. Cic. 1. de Lege Agr. 10. Excipit in vectigali imponendo agrum Recentoricum Sicilienſem: in vendendis agris eos agros, de quibus cautum ſit fœdere.

Cautum eſt lege XII tabularum. Plin. lib. 16. cap. 5.

Verbis ſatis hoc cautum erat? minime. Cic. pro Cæcin. 53.

Cautum eſt illi. Cic. 5. Att. 8. Ulpian. de Verb. ſignif. Cautum intelligitur, ſive perſonis, ſive rebus cautum ſit.

CAVENDUS, a, um. [εὐλαβηθησόμενος] Partic. Cic. 4. Fam. 3. Quæ eſſet tua in hoc peſtifero bello cavendo & prædicendo ſententia.

Pœna cavenda. Propert. lib. 3. 14. 24.

Nec gravis auſteri pœna cavenda viri.

Vitare malum cavendo. Ovid. 3. Triſt. 6. 17.

Cavendum & providendum. Cic. 2. de Orat. 295. Quod ego maxime oratori cavendum & providendum puto.

CĂVO, ĕre. Tibull. 1. 4. 68. Idem, Antiquum.

Hæc mihi quæ caverem Titio, deus edidit ore. Hinc etiam in modo imperandi poſterior corripitur. Propert. 1. 7. 25.

Tu cave noſtra tuo contemnas carmina faſtu. Et Horat. 2. Serm. 3. 177.
Tu cave ne minuas, tu ne majus facias id. V. etiam Servium ad Virg. 4. Æn. 409.

CAUTIO, ōnis. f. [εὐλάβεια, ῥᾳδιουργία, γράμμα] Præcautio, ſive Providentia quædam, qua avertimus & vitamus aliquid ne nobis accidat. Cic. 4. Tuſc. 13. Quoniamque ut bona natura appetimus, ſic a malis natura declinamus: quæ declinatio, ſi cum ratione fiet, cautio appelletur, eaque intelligatur in ſolo eſſe ſapiente.

Cavitionem dicebant antiqui, pro eo quod nunc dicimus Cautionem. Feſt.

Cautio & proviſio. Cic. de Amicit. 80. Omnino omnium horum vitiorum atque incommodorum una cautio eſt, atque una proviſio, ut ne nimis cito diligere incipiamus, neve non dignos.

Cautionem & diligentiam adhibere. Cic. 1. Att. 16. Privatis rebus meis propter infirmitatem bonorum, &c. adhibeam quandam cautionem & diligentiam.

Adjungere cautionem. Cic. 2. de Divin. 54. Omnis enim prædictio mali tum probatur, quum ad prædictionem cautio adjungitur.

Diſcedere a cautione. Cic. pro Font. 2. Videte quo deſcendam, Judices, quam longe videar a conſuetudine mea & cautione ac diligentia diſcedere.

Habere cautionem. Cic. 11. Fam. 21. Quæ cautionem non habebunt, de his non ita valde laboro.

Defendendi cautio facilis. Cic. pro Flacc. 31.

Cautio eſt, i. e. Cautione eſt opus, auctore Donato. Ter. Andr. 2. 3. 26. Puerum autem ne reſciſat mihi eſſe ab illa, cautio eſt.

Mea cautio eſt, chartam tibi deeſſe. Cic. 5. Att. 4. Al. Captio. q. V.

Tua enim cautio, noſtra cautio eſt. Cic. pro Marcell. 21.

Chirographi cautio. Cic. 7. Fam. 18. Itaque quando veſtræ cautiones infirmæ ſunt, Græculam tibi miſi cautionem chirographi mei. i. e. ut exiſtimo, Commendavi te Cæſari litteris Græce ſcriptis. Alludit autem ad Cautiones Juriſconſultorum proprie ſic dictas.

Pecuniarum cautiones. Cic. pro Domo 129. Sed uno tempore cautiones fiebant pecuniarum, &c.

Cautio, pro Formula teſtamentorum, aut aliarum rerum, & conceptionibus verborum. Ulpianus in l. Ita autem. §. Julianus. D. de Adminiſtrat. tutor. Nemo enim jus publicum remittere poteſt hujuſmodi cautionibus.

Cautio eſt, tum Ratio quædam, qua declinant damnum contrahentes inter ſe: tum Formula, ſeu via talis, qua a jure civili ſtipulaturo aut promiſſuro aliquid monſtratur.

Cautio juratoria, eſt Promiſſio ſine fidejuſſoribus, ſolo interpoſito jurejurando præſtita, fore ut reus in judicio aduſque litis exitum permaneat, uti docet Imperat. §. 1. inſtit. de ſatisdat. Et de Cautione juratoria mentio fit in l. 17. C. de dignitat.

Cautio Muciana eſt; Quum is, cui quid ſub non faciendi conditione debetur, ſe id non facturum cavet: itaque id quod ſibi debebatur conſequitur, niſi forte per aliam conditionem actio differri poſſit. Ulp. l. 7. D. de condit. & demonſtrat. Mucianæ cautionis utilitas conſiſtit in conditionibus, quæ in non faciendo ſunt conceptæ, ut puta, Si in Capitolium non aſcenderit, Si Stichum non manumiſerit, & ſimilibus.

Cautio, pro Inſtrumento obligationis. Sen. de Benef. lib. 7. cap. 10. Video iſtic diplomata & ſyngraphas, & cautiones, vacua habendi ſimulacra.

C A V

Exigere cautionem. Suet. Aug. 98. Juſquejurandum, & cautionem exegit a ſingulis, non alio datam ſummam, quam in emtionem Alexandrinarum mercium abſumturos.

Proferre cautiones. Sen. de Benef. lib. 3. cap. 7. extr.

CAUTIONĀLIS, e. [ἀσφαλιστικὸς] ut, Cautionales ſtipulationes Prætoriæ, apud Ulpianum in l. prima. D. de Prætoriis ſtipulat. Prætoriarum ſtipulationum tres videntur eſſe ſpecies, Judiciales, Cautionales, Communes. Et paulo poſt, Cautionales autem ſunt quæ inſtar actionis habent, & ut ſit nova actio intercedunt.

CAUTUS, a, um. Adj. [εὐλαβὴς, ἀπαραλόγιστος] Prudens, & qui ſibi probe & negotiis ſuis ſcit cavere. Ter. Phorm. 4. 5. 3. Ut cautus eſt, ubi nihil opus eſt.

Cautus & Tardus. Cic. 4. Acad. 97. Vide quam ſit cautus is, quem iſti tardum putant.

Diligens & cautus. Cic. 1. Q. frat. 1. Jam qui in ejuſmodi rebus, in quibus vereor etiamne durior ſim, cautus eſſe velim ac diligens.

Cauti ac diligentes prohibent. Quintil. lib. 4. cap. 1.

Cautus & providus. Cic. pro Roſc. Amer. 117. Itaque nunc illi homines honeſtiſſimi propter iſtius inſidias parum putantur cauti, providique fuiſſe.

In verbis ſerendis cautus. Hor. de Arte Poet. 46.

In verbis etiam tenuis, cautuſque ſerendis.

Ab incurſu belli cautus. Lucan. 4. 409. i. e. Tutus & bene munitus adverſus vim bellicam.

Cautus in credendo. Cic. 10. Att. 18. Ero tamen in credendo, ut mones, cautus.

In ſcribendo. Cic. 3. Q. frat. 9. Quam autem te velim cautum eſſe in ſcribendo, ex hoc conjicito.

In periculis. Cic. 1. de Lege Agr. 27. Sequentur auctoritatem Conſulis ſoluti a cupiditatibus, liberi a delictis, cauti in periculis, non timidi in contentionibus.

Intra ſpem veniæ. Hor. in Arte Poet. 266.

Ars. Ovid. 2. de Arte Am. 159.

Artis erunt cautæ mollia juſſa meæ. Cauto Heinſ. Sed variant codd.

Bellum. Sil. lib. 8. 326. — & cauti medicamina belli
Lentus ama.

Conſilia cauta. Tacit. 11. Ann. 29. Et potentiam cautis quam acrioribus conſiliis tutius haberi.

Dextra parum cauta. Ovid. 3. de Pont. 6. 3.

Dolus. Sen. OEth. Intrant fraudes cautique doli.

Formido. Sil. lib. 16.

Manus cautas præferre. Ovid. 2. Faſt. 336. de Fauno, qui noctu ad Herculis cubiculum accedebat.

Navita. Ovid. de Rem. Amor. 737.

Nummos. Hor. 2. Epiſt. 1. 105.

Cautos nominibus certis expendere nummos. Al. Rectis. i. e. Idoneis debitoribus caute credere.

Pectus parum cautum. Propert. lib. 3. 5. 8.

Terga cauta. Ovid. 1. Triſt. 9. 20.

Cautaque communi terga dedere fugæ.

Timor. Ovid. 3. Triſt. 4. 65.

Viator. Ovid. 2. Triſt. 271.

Virtus cauta. Sil. 15. 186.

Vulpes. Hor. 1. Epiſt. 1. 73.

Cautus & Tantus ſæpe a librariis commutari notat Drakenb. ad Sil. 10. 234.

Compar. Cic. ad Brut. 4. Unum hoc grato animo, liberalique profectum, cautiorem ac moderatiorem liberalitatem deſiderat.

Nemo cautior. Cic. 12. Philipp. 24. Nemo minus timidus, nemo cautior: res declarat.

Conſiliis cautioribus uti. Cic. 13. Philipp. 6. Quid ſapientia? cautioribus utitur conſiliis, in poſterum providet, eſt omni ratione protectior.

Judices cautiores facere. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Labor cautior. Claud. de Piis Frat. 18.

Cautior in ſexu debiliore labor.

Pars cautior. Cic. pro Roſc. Amer. 56. Tamen in eam partem potius peccant, quæ eſt cautior.

Res cautior. Cic. pro Cæcin. 53. Quo mulieri eſſet res cautior, curavit ut in eo fundo dos collocaretur.

Ad laqueos alicujus cautior. i. e. Inſidias præcavens. Tibul. lib. 1. 9. 46.

Non poteram ad laqueos cautior eſſe tuos?

Superl. Vet. Inſcript. Q. Fabio Maximo dicata: DVX AETATIS SVAE CAVTISSIMVS HABITVS. apud Grut. f. 406. n. 7.

Obſervatione cautiſſima numerare. Auguſt. Confeſſ. 7. 6.

CAUTA, orum. n. pl. Cautiones ſyngraphæ. V. Barth. Adverſ. 44. 15. Coripp. 2. p. m. 39.

Debita perſolvit genitoris, cauta recepit.

CAUTUS, ûs. m. Omne id, quod in ſacris cavendum, & religionis gratia vitandum aut omittendum eſt. V. Lipſ. Elect. 1. 21.

Multiplices cautus. Gell. 10. 15. pr. alii Caſtus legunt. V. Interpp. ad loc.

CAUTE, [εὐλαβῶς] Adv. Prudenter, callide. Plaut. Curc. 1. 1. 32. Caute ut incedas via.

Caute & cogitate ſuam rem tractare. Plaut. Trin. 2. 2. 46.

Diligenter & caute excogitare quid dicamus. Cic. 6. Verr. 147.

Caute & diligenter facere iter. Cæſ. 5. Bell. Gall. 47.

Occultius conari, & cautius efficere aliquid. Cic. pro Deiot. 18. Quod igitur & occultius conari, & efficere cautius potuit, id tibi, &c.

Cautiſſime aliquid tractare. Cic. 2. de Orat. 242.

Caute & pedetentim dicere. Cic. pro Cluent. 118. A me tamen ut æquum eſt, omnia caute, pedetentimque dicentur.

Abducere caute. Cic. 2. de Divin. 33. Sed animadverti, Quinte, te caute, & ab iis conjecturis quæ haberent artem atque prudentiam, &c. abducere divinationem.

Amare. Ovid. 2. de Arte Am. 167.

Pugnare. Ovid. 13. Epiſt. 146.

Tranſire limen cautius. Ovid. 1. Amor. 12. 6.

Scriptum caute, ut centum nummi deducerentur. Cic. 2. de Legib. 53.

CAUTIM, [ἀπαραλογίστως] i. e. Caute. Ter. Heaut. 4. 8. 29. Sed hæc ita ut ſunt, cautim & paulatim dabis, ſi ſapies. Actius Alpheſibœa, Sed tibi cautim eſt adeundum ad virum. Idem Philocteta, Contra eſt eundum cautim, & captandum mihi.

CĂTUS, a, um. [ἔμφρων, νουνεχὴς] Antiquum vocabulum; Idem quod Cautus. Nonius Sapientem interpretatur. Cic. 2. Tuſc. 45. Sed homo catus

catus nunquam terminat nec magnitudinis, nec diuturnitatis modum.
Legitur & Cautus. Plaut. Perſ. 4. 4. 70. Di iſtam perdant, ita cata eſt & callida.
Mercurius catus. Hor. 1. Carm. 10. 3.
Catum conſilium. Plaut. Epid. 2. 2. 73. h. e. Providum & ſanum.
Confidens & catus. Ter. Andr. 5. 2. 14. Neſcio qui ſenex modo venit: ellum! confidens, catus. Ubi Donatus: Catus, Callidus, doctus.
Prudens & catus. Cic. 1. de Legib. 43. Quis igitur prudentem, & (ut ita dicam) catum, non ex ipſius habitu, ſed ex aliqua re externa judicet?
Canere catus. Apul. Flor. p. 341. Solus ante alios catus canere.
Jaculari catus. Hor. 3. Carm. 12. 10.

Căte [νουνεχῶς] Idem ſignificat quod Caute. Plaut. Men. 1. 2. 22.
Sic hoc decet dari facete verba, cuſtodi catæ. Idem Mil. 3. 1. 9.
Si minus cum cura & cate locus loquendi lectus eſt. Catum enim veteres, Acutum dicebant, teſte Varr. de L. L. 6. 3.
Tornare cate. Cic. in Arat. v. 304.
Tum tornare cate contortos poſſiet orbes.

Cautor, ōris. m. [εὐλαβητὴς, ἐχέγγυητὴς] Qui cavet & providet. Plaut. Capt. 2. 2. 5.
Qui cavet ne decipiatur, vix cavet, quum etiam cavet:
Etiam quom caviſſe ratus eſt, ſæpe is cautor captus eſt.
Formularum cautor. Cic. 1. de Orat. 236.
Periculi alieni cautor, Qui ſolicitus eſt & providet, ne quis incidat in periculum. Cic. pro Sext. 15.

Cautēla, æ. f. [προφυλακὴ] pro Cautione. Paul. in l. Si defunctus. §. Qui ad communi. D. de Procurator. Qui ad communi dividundo judicium datus eſt ad agendum, item & ad defendendum videbitur datus, duplici cautela interponenda. Pomponius in l. Quamvis convenerit D. de Pignorat. actione, Prius idonea cautela a debitore pro indemnitate ei præſtanda.

Cautelĭtas, ātis. f. Ennod. 8. 8. An forte contra me illam tuam cautelitatem æſtimas eſſe ſervandam.

Caverna, In cavus.

Caviares Hoſtiæ, quæ & Cavæ, erant Partes hoſtiæ cauda tenus, quæ in ſacrificio pro collegio pontificum quotannis ponebantur. Feſt.

Cavile, V. cavus.

Căvilla, æ. f. & **Căvillum**, i. n. [σκωμμάτιον] Cavillatio eſt & irriſio, auctore Feſto, ſive Jocus. Plaut. Aul. 4. 4. 11.
Pone hoc ſis: aufer cavillam, non ego nunc nugas ago. Et Apul. 1. Mileſ. p. 66. Jam adlubentia proclivis eſt ſermonis ac joci, & ſcitum eſt cavillum.
Alludere cavillo. Aur. Vict. Epit. 9. 14. conf. 23. 6.

Cavillula, æ. f. dimin. Plaut. Truc. 3. 2. 18. ubi V. Taubm. & Gronov.

Cavillosus, a, um. Firm. 5. 8. Aſtuti, callidi, cavilloſi & inſidiarum pleni.

Cavillor, [σκώπτω, σοφίζομαι, παραλογίζω] āri. Jocari, inquit Nonius, ſive etiam Irridere. Cic. 3. de Orat. 120. Ut ille in Gorgia Socrates cavillatur. Liv. 2. 58. A Centurionibus corruptum exercitum dicere, Tribunos plebeios cavillans, interdum & Volerones vocare.
Cavillari cum aliquo & jocari. Cic. 1. Att. 1. Itaque jam familiariter cum ipſo cavillor ac jocor.
Cavillari in aliquo aliquid. Cic. 3. de Nat. Deor. 83. Atque in eo etiam cavillatus eſt, æſtate grave eſſe aureum amiculum, hieme frigidum.
Artem cavillari. Quintil. lib. 1. cap. 4. a pr. Quo minus ſunt ferendi, qui hanc artem ut jejunam & tenuem cavillantur.
Verba cavillari. Tacit. 1. Ann. 46. An Auguſtum feſſa ætate toties in Germaniam commeare potuiſſe; Tiberium vigentem annis ſedere in ſenatu verba patrum cavillantem.

Cavillātus, a, um. paſſive, idem ac Illuſus. Apul. Met. 3. 137. Lepido ſermone Fotidis cavillatus. Idem 9. p. 230. Sermonis blanditie cavillatum deducebat puerum.

Cavillatio, ōnis. f. [σκῶμμα, σόφισμα, παραλογισμὸς] Jocoſa criminatio, inquit Feſtus, ſive ut Cicero ait, Genus facetiæ, quod fit mentiendo. Cic. 2. de Orat. 218. Etenim quum duo genera ſunt facetiarum: alterum æqualiter in omni ſermone fuſum, alterum peracutum & breve: illa veteribus ſuperior, cavillatio: hæc altera, dicacitas nominata eſt.
Per cavillationem perduci. Liv. 8. Bell. Maced.
Cavillatio, eſt (inquit Valla lib. 6.) Subdola ratio, quam conſcii nobis mendacii, vincendi tamen cauſa proferimus. Ulpianus in l. Ea eſt natura. D. de Verbor. & rer. ſignific. Ea eſt natura cavillationis, quam Græci σωρείτην appellant, ut ab evidenter veris, per breviſſimas mutationes diſputatio ad ea quæ evidenter falſa ſunt perducatur.
Juris cavillationes. Quintil. lib. 7. cap. 5.
Verborum. Quintil. lib. 2. cap. 17.
Ineptæ. Quintil. lib. 1. cap. 7.
Effugere omnem cavillationem. Quintil. lib. 1. cap. 5.

Cavillātus, ûs. m. Apul. in Aſin. Aur. lib. 8. Sed ille cognito cavillatu, ſimilis indignanti. At te inquit, &c.

Cavillātor, ōris. m. [σκώπτης] Cic. 1. Att. 13. Cos. autem ipſe parvo animo, & pravo, tamen cavillator genere illo moroſo, quod etiam ſine dicacitate ridetur, facie magis quam facetiis ridiculus. Gell. 4. 20. Qui jurabat cavillator quidem & canicula, & nimis ridicularius fuit.
Probus cavillator. Plaut. Truc. 3. 2. 15.

Cavillātrix, īcis. f. Quintil. 7. 3. Dialecticorum formata concluſio, in diſputationibus potius per argumenta verborum cavillatrix, quam in oratoris officio multum allatura momenti. V. etiam 2. 15.

Cavillatorius, a, um. ut, Tractatus fruſtratorius, cavillatorius, in lib. 35. ff. t. 2. l. 88.

Caula, æ. f. [ἔπαυλις] a Cavum dicta; Stabulum in quo pecudes reconduntur: quod antiquitus ante uſum tectorum, oves antris teneri ſolebant. Virg. 9. Æn. 60.
Ac veluti pleno lupus inſidiatus ovili,
Quum fremit ad caulas. Ubi Servius, Caulas, Munimenta & ſepta ovium. eſt enim Græcum nomen, e detracto. nam Græci αὐλὰς vocant animalium receptacula.
Caulas conſtat pro Quocunque receptaculo ſive conceptaculo a veteribus dictas fuiſſe, ut apud Lucret. lib. 3. 255.
Uſque adeo vitæ deſit locus, atque animai
Diffugiant partes per caulas corporis omnes. Idem lib. 4. 624.
Palati caulas dixit, i. e. Meatus & foramina.

Caulias, æ. m. [καυλίας] Succus ex caule laſerpitii, qui in vas conjectus, admiſto furfure, ſubinde concutiendo, ad maturitatem perducebatur. Plin. lib. 19. cap. 3.

Caulinus, a, um. Adj. ut, Caulinum vinum, juxta Capuam proveniens, ab agro ita nominatum. Plin. lib. 14. cap. 6. Campania excitavit nuper novis nominibus auctoritatem ſive cura, ſive caſu, ad quartum a Neapoli lapidem Trebellicis, juxta Capuam Caulinis, & in ſuo agro Trebulanis.

Caulis, vel **Colis**, is. m. [καυλὸς] In herbis dicitur Ipſum robur, ſive ſtipes: i. e. Ea herbæ pars, unde ſe producunt folia aut ramuſculi. Plin. lib. 18. cap. 7. Fabæ in folia exeunt, ac deinde caulem emittunt, nullis diſtinctum internodiis. A caulis fiunt compoſita Unicaulis, & Multicaulis. Idem lib. 21. 16. Eſt & illa differentia, quod quædam in his multicaulia, ramoſaque ſunt, ut carduus.
Palmeus caulis. Columel. lib. 16. cap. 10. [Error manifeſtus.
Teneri. Hor. 1. Serm. 3. 116. Qui teneros caules alieni fregerit horti.
Vitis caulis. [κλῆμα] Varr. 1. de R. R. cap. 31. Pampinare eſt ex ſarmento caules qui nati ſunt, de iis qui plurimum valent, primum ac ſecundum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere.
Caulis, & proprie pro Braſſica ponitur. Plin. lib. 17. cap. 24. circa finem, Odit & caulem vitis & omne olus. Et Cic. 2. de Nat. Deor. 120. Quin etiam a caulibus braſſicíſque, ſi propter ſati ſint, ut a peſtiferis & nocentibus, refugere dicuntur. De vitibus. Al. Caulibus braſſicis, abjecta copula, legunt.
Suburbanus caulis. Hor. 2. Serm. 4. 15.
Unguere caules oleo. Hor. 2. Serm. 3. 125.
Caules pennarum. Plin. lib. 11. cap. 39. Pennarum caules omnium cavi, præciſæ non creſcunt, evulſæ renaſcuntur.
Caulis caudæ. Plin. lib. 11. cap. 50. Boum caudis longiſſimus caulis, atque in ima parte hirtus. Quandoque, ſicut docet Servius, (ubi?) ſumitur pro Virili membro: quandoque pro Ferro, & pro Quolibet haſtili. V. coles.

Caulĭcŭlus, vel **Coliculus**, i. m. [καυλίσκος, κλημάτιον] diminut. Plin. lib. 24. cap. 6. Parvulus cauliculus Varro 1. R. R. cap. 31. Is (capreolus) eſt coliculus viteus intortus, ut cincinnus. Colum. 11. 2. Coliculus fabæ.
Prototomi cauliculi. Martial. 14. 101. conf. Apul. de Herb. 87. 5.

Cauliculatus, a, um. ut, Rami cauliculati. Apul. de Virt. Herb. cap. 90.

Caulesco, [καυλοῦμαι] ĕre. Caulem producere. A quo Decauleſco. V. ſuo loco.

Caulōdes, æ. m. [καυλώδης] Braſſicæ ſpecies eſt, lata habens folia e caule exeuntia, unde & nomen accepit. Auctor Plin. lib. 20. cap. 9.

Caulum, i, vel potius **Caulon**, ōnis. [Καυλωνία] Oppidum quod a Plin. lib. 3. cap. 10. collocatur in prima regione Italiæ. Virg. 3. Æn. 553.
Cauloniſque arces & navifragum Scylacæum. Hanc Strabo lib. 6. vocat Cauloniam, dicens, Poſt Sagram Caulonia extat, prius Aulonia, quaſi Valonia, a vicina convalle nominata, ab Achivis ædificata, nunc autem vacua eſt. Hor. 2. Carm. 6. 18. —& amicus
Caulon fertilis Baccho. [Ita Serv. ad l. c. Virg. Sed Aulon & metrum poſtulat, & exhibent Mſſ. V. ſ. l. Ceterum de gemina loci appellatione V. quæ in carcasum adnotavi.

Cauma, ătis. n. [καῦμα] Æſtus. Vulg. Interpr. Job, 30. v. 30. Oſſa mea aruerunt præ caumate.

Caunius, [Καύνιος] Cupido vocatus, quod in Cauno urbe coleretur, ut ait Heſychius. Poſſumus & ab Æſtu derivare, qui fit ex amore: unde & illi ardentes faces attribuebant antiqui: vel quod amor κακοὺς homines reddat, id eſt difficiles & malos.

Caunus, i. m. [Καῦνος] Cariæ oppidum ad Calbin fluvium. Mem... Strabo lib. 14. Regio æſtate & autumno, ut ipſe ait, ad inhabitandum gravis, ob calorem & pomorum copiam. Ob id Caunii peſtilenti c... eſſe dicuntur. Hos quum intuitus eſſet Stratonicus citharœdus, h... ſalibus plenus, illum ex 6 Iliados verſiculum (146.) in eos protulit,
Οἵηπερ φύλλων γενεή, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.
Tale quidem genus eſt hominum, quale eſt foliorum. Caun... vero quum hominem inceſſiſſent acrius, quod urbem ut morbidam carperet, Ego vero (inquit) eam morbidam dicere auſim, ubi mortui quoque ambulant? Urbanius multo acriuſque quam prius illudens. Hæc fere Strabo

Cauneus, vel **Caunæus**, a, um. [Καυναῖος] Adj. ut, Caricæ Cauneæ. Cic. 2. de Divin. 84. Cum M. Craſſus exercitum Brundiſii imponeret, quidam in portu caricas Cauno advectas vendens, Cauneas clamitabat. Dicamus, ſi placet, monitum ab eo Craſſum, Caveret, ne iret: non fuiſſe periturum, ſi omini paruiſſet. [Cauneæ abſolute, ſubaudito Ficus. Sic & in ſeq. exemplis.
Trium Caunearum ædilis. Petron. cap. 44. i. e. Nihil æſtimandus. V. etiam Plin. 15. 9. conf. Celſ. 5. 21.

Cavo, **Cavatus**, In cavus.

Caupa, in dict. ſeq.

Caupo, ōnis. m. [κάπηλος, οἰνοπώλης] Cauponam exercens tabernarius. Ulpian. in l. 1. §. Caupones autem. D. Nautæ, caupones, ſtabularii, ut recepta reſtituant. Caupones autem & ſtabularios æque eos accipiemus, qui cauponam vel ſtabulum exercent, inſtitoreſve eorum. Cic. 1. de Divin. 57. Quum duo quidam Arcades admodum familiares iter una facerent, & Megaram veniſſent, alterum ad cauponem divertiſſe, ad hoſpitem alterum, &c.
Perfidus caupo. Hor. 1. Serm. 1. 29. Quidam locum hunc Horatii, non de iis tantum intelligunt, qui ſtatam habent in urbibus cauponam, ſed de copiariis etiam, qui perigrinantes principes & magiſtratus ſectabantur, vinum cibariaque vendentes: de quibus vide ſuo loco.
Maligni. Hor. 1. Serm. 5. 4.
Reperitur & Copo ſcriptum apud antiquos: ut apud Cic. pro Cluent. 163. ex antiquis codicibus: Atque etiam, ut nobis renuntiatur, hominem multorum hoſpitum, A. Binnium quendam, coponem de via Latina ſubornatis, qui ſibi a Cluentio, ſerviſque ejus in taberna ſua manus allatas eſſe dicat. Martial. lib. 13. 11. Hæc ego coponi, non tibi, dona dedi. Et Copa pro Muliere dicitur, quæ cauponam exercet. Suet. Ner. cap. 27. Virg. in Catalectis,
Copa Syriſca caput Graia redimita mitella
Criſpum ſub crotalo docta movere latus. V. ibi Scalig. p. 354. item Conjectan. in Varr. p. 61. Turneb. Adverſ. 24. 6.

Caupōna, æ. f. [καπηλεῖον] Taberna vinaria. Cic. in Piſon. 53. Nonne tibi nox erat pro die? non ſolitudo pro frequentia? caupona pro oppido?

Vivere in caupona. Hor. 1. Epist. 11. 12. Festus Copona scribit, & a Copiis dictam dicit, inscite. V. Dacer. not.

Caupona item pro Hospita, a Caupo, ut, a Leo Leæna, inquit Priscian. 6. p. 684. Et Lucil. 3. Sat. n. 33. per Dousam,

Caupona hic tamen una Syra, &c.

CAUPONŬLA, æ. f. [καπηλείδιον] dimin. Cic. 2. Philipp. 77. Delituit in quadam cauponula: atque ibi se occultans, perpotavit ad vesperum.

CAUPONIUS, a, um. Adj. [καπηλικὸς] Plaut. Pœn. 5. 5. 14. Quis hic homo est cum tunicis longis, quasi puer cauponius? Justinus lib. 1. 7. 12. Jussique cauponias & ludicras artes & lenocinia exercere. De Lydis loquitur.

Instrumentum cauponium. Martian. in l. Pictoris. D. de fund. instr. & instr. legat.

Taberna cauponia. Ulp. l. 43. pr. D. de ritu nupt. & Paul. l. 13. D. de instruct. vel instrum. conf. COPONIUS.

CAUPONIUM, i. n. Gloss. Gr. Lat. καπηλεῖον, Cauponium. Pompon. JCt. D. l. 15. de Instr. vel Instrum. In cauponio institores.

CAUPŌNOR, [καπηλεύω] āri. est Lucri causa, ceu caupones solent, aliquid venditare.

Cauponari bellum, per metaphoram, Lucri caussa bellum gerere. Ennius apud Cic. 1. Off. 38.

Nec cauponantes bellum, sed belligerantes. V. Belligero, in BELLUM.

CAUPONARIA, æ. [καπηλική] Ars cauponandi. Onomast. Vetus: Cauponaria, καπηλική.

CAUPONARIUS, i. m. Idem ac Caupo. Gloss. Cyrilli: Cauponarius, κάπηλος.

CAUPŬLUS, i. m. Cymbæ genus. Gell. 10. 25. Caupolum vocat Isidorus 19. 1.

CAURIO, īre. Verbum pantheribus proprium, ut Latrare canibus, ut vult is qui conscripsit librum Philomelæ, qui vulgo Ovid. tribuitur, v. 51.

Panther caurit amans, pardus hiando felit.

CAURIUM, i. n. [Καύριον] Lusitaniæ oppidum Ptolemæo: alio nomine Caura. Vulgo *Corra*.

CAUROS, i. m. [Καῦρος] Insula erat, quæ postea dicta est Andros, deinde Antandros. Plin. lib. 4. cap. 12. Vulgo *Andro*.

CAURUS, CAURINUS, V. CORUS.

CAUSA, æ. f. [αἰτία, αἴτιον, δίκη, λόγος] sive CAUSSA (ut scripserunt Virgil. & Cicero, teste Quintiliano) dicitur Id ex quo, vel per quod, vel a quo, vel propter quod aliquid fit. Quidam Causam a Chaos detracta aspiratione dictam esse existimant: quod confusa illa materia prima omnium rerum causa fuerit. Alii a Græco καῦσις, quod ardorem sive incendium significat: quod causa sit quæ nos accendit atque inflammat ad aliquid agendum. Nonnulli a Cavendo: quod ea sit quæ cavet ut aliquid agatur, aut non agatur. Quidam a Casu: quod initia & origines rerum quæ causæ sunt, casu eveniant.

Causa ea est, quæ id efficit cujus est causa: ut vulnus, mortis: cruditas, morbi: ignis, ardoris. Cic. de Fato 34.

Nihil fieri sine causa potest. Cic. 2. de Divin. 61.

Causa & ratio. Cic. 1. Off. 67. Causa autem, & ratio efficiens magnos viros, in priore est.

Semen & causa bellorum. Cic. 2. Off. 29. Nec vero unquam bellorum civilium semen & causa deerit. conf. Arborum causa est in seminib.

Causam, id est principium philosophiæ esse scientiam. Cic. 1. de Nat. Deor. 1.

Ad eam causam scripta interpretari. Cic. 1. de Invent. 11. Quamobrem igitur leges servari oportet, ad eam causam scripta interpretari convenit, &c. h. e. Quoniam Reipub. servimus: ex Reipub. commodo atque utilitate leges interpretamur.

Causa est faciendi aut non faciendi. Quintil. lib. 3. cap. 8. p. 276. Cic. 1. de Arusp. Resp. 10. Nulla enim potest cuiquam male de Repub. merendi justa esse causa. Sic Virg. 1. Ecl. 27.

Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi? Cic. 1. de Fin. 16. Voluptates omittantur, majorum voluptatum adipiscendarum causa. Lucret. lib. 4. 840.

Haud igitur potuere utendi crescere causa.

Causa est cur. Cic. 4. de Fin. 9. Qua exposita, scire cupio quæ causa sit, cur Zeno ab antiqua institutione desciverit.

Erit causa qua, pro Cur, vel quamobrem. Cic. pro Domo 2. Erit causa, qua consilium majorum in amplissimis viris ad sacerdotia deligendis jure ac merito laudare possimus. Cur, in codd. emend.

Causa aliqua, quamobrem. Ter. Eun. 5. 6. 30.

Nam jam diu aliquam causam quærebat senex,
Quamobrem insigne aliquid faceret iis. Et Ibid. 1. 2. 65.
Multæ sunt causæ, quamobrem cupio abducere.

Causa est quo. Plaut. Aulul. 1. 2. 14.

Ne causæ quid sit, quo te quisquam quæritet. Legitur Quod in novissime editis.

Hæc causa est, quod sic statuo, &c. Cic. de Arusp. Resp. 36.

Id erit causæ quod. Cic. 1. Fam. 7. Quod si rarius fiet, quam tu expectabis, id erit causæ, quod non ejus generis meæ literæ sunt, ut eas audeam temere committere.

Ea causa. Ter. Hec. 3. 2. 13.

Jam ea te causa maxime huc nunc introire nolo.

Ea causa est, ut. Cic. 8. Att. 16. Hujus autem epistolæ non solum ea causa est, ut, &c.

His de causis credere. Cic. 6. Att. 1.

In causa damnationis fuisti: multos offenderas, &c. Quintil. lib. 7. cap. 2.

Non est causa, cur. Cic. pro Rosc. Amer. Quod si tibi causa nulla est, cur hunc miserum tanta calamitate affici velis, &c.

Non sine causa exquirere. Cic. 13. Att. 22. De Varrone non sine causa quid tibi placeat, tam diligenter exquiro.

Nulla causa, vel Nunquid causæ, quin, &c. Plaut. Mil. Nunquid causæ est, ilico quin te in pistrinum dedam? i. e. Recusasne, aut renuisne? [Non reperi loc.] Cic. 2. de Orat. 89. De me autem causa nulla est, cur apud homines prudentissimos atque amicissimos mentiar. Sic Nihil causæ, vel Non causam dico, quin. Cic. pro Quint. 57. Nonis Febr. si Romæ fuit, causæ nihil dicimus, quin tibi vadimonium promiserit. i. e. Non negamus. Ter. Phorm. 1. 5. 42. Si est, patrue, &c.

Non causam dico, quin quod meritus sit, ferat. [Tantundem est, Ac si diceret Non recuso, Non renuo, quin. vel Nihil dici potest, quin &c. V. Gell. 10. 5. extr. conf. Quid causæ est, quin.

Ob eam ipsam causam. Cic. de Clar. Orat. 27. Grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves, & ob eam ipsam causam subobscuri.

Per causam inopum atque imperitorum. Cic. pro Domo 13. Quum tu in annonæ caritate, in Consules, in Senatum, in bona fortunasque locupletum, per causam inopum atque imperitorum repentinos impetus comparares.

Pro causa. Cæs. 7. Bell. Gall. 9. pr. At Cæsar biduum in iis locis commoratus, pro causa supplementi, ab exercitu discedit. [Immo Per causam, ut in codd. correct. i. e. Hoc prætexto.

Pro magnis causis. Cic. pro Sull. 23. Sed tamen te a me, pro magnis causis nostræ necessitudinis, monendum esse etiam atque etiam puto.

Qua de causa quis quid sentiat. Cic. 1. Off. 147.

Quidnam causæ, cur. Cic. 3. Tusc. 1. Quidnam esse Brute, causæ putem, cur quum constemus, &c.

Quid causæ est, quin. Hor. 1. Serm. 1. 20.

Quid causæ est, merito quin illis Juppiter ambas
Iratus buccas inflet? Ut Nihil causæ, quin. V. supra.

Satis causæ. Cic. 2. de Invent. 60. Judicatio, Atrocitas injuriarum satisne causæ sit, quare dum, &c.

Sine causa. Cic. pro Rosc. Amer. 73. Qui intelligunt neminem ne minimum quidem maleficium sine causa admittere.

Sine multis, magnis, necessariis, causis. Cic. pro Rosc. Amer. 40. Verisimile non est odio fuisse parenti filium sine causis multis & magnis & necessariis.

Arborum causa est in seminibus. Cic. 2. Philipp. 55. Ut igitur in seminibus causa est arborum & stirpium: sic hujus luctuosissimi belli semen tu fuisti. conf. Semen & causa supra.

Brevitatis causa. Cic. 8. Att. 21. Lippitudinis meæ signum tibi sit librarii manus, & eadem causa brevitatis.

Contumeliæ causa. Cic. in Pison. 68. Non me hercule contumeliæ causa describam quenquam, præsertim ingeniosum hominem atque eruditum, &c.

Decoris causa. Quintil. lib. 3. cap. 8.

Honoris causa facere. Cic. de Clar. Orat. 86. Se, quæ fecisset honoris eorum causa, studiose accurateque fecisse.

Libertatis causa fuit civitati. Cic. 2. de Fin. Hic dolor Pop. Rom. duce & auctore Bruto, causa civitati libertatis fuit.

Malorum causa fuit adolescenti. Cic. pro Cœl. 18.

Mea causa, Quod ad me attinet. Plaut. Rud. 1. 2. 51.

Mea quidem hercle causa salvos sis licet.

Mea, causa, tua causa, vestra causa, quod Gall. vulgus dicit, Amore mei, tui, vestri. Ter. in prol. Hec. 28. Mea causa æquo animo attendite. Cic. 11. Att. 8. Sin vellent nostra causa, nihil posse illis invitis. Idem de Amicit. 97. Quam multa enim quæ nostra causa nunquam faceremus, facimus causa amicorum.

Mea causa abesse te moleste fero, tua gaudeo. Cic. 15. Fam. 18.

Mei causa dare. Ulpian. in l. Si gratuitam. §. Papinianus lib. 8. D. de Præscript. verb. Si vero mei duntaxat causa datum est, dolum solum: quia prope depositum hoc accedit.

Nummorum causa, causa temporis. Plaut. Most. 2. 1. 10. Qui trium nummorum causa subeunt sub falas. Cic. de Amicit. 26. Nam utilitates quidem etiam ab iis percipiuntur sæpe, qui simulatione amicitiæ coluntur, & observantur causa temporis. Pro hoc alibi idem dicit, Ut ut tempus est.

Ruinæ causa nota. Ovid. 4. Trist. 10. 99. de seipso loquens.

Salutis omnium causa decedere. Cic. Anteq. iret in exil. 20.

Sua aut Reipub. causa. Cic. 8. Att. 11. Si me vellet sua aut Reipub. causa Luceriam venire.

Sui causa accipere. Ulpianus in l. Eum qui. §. Sed & si. D. Commodati, Si vero ipse cui voluit commisit, æque mihi culpam præstabit, si sui causa accepit.

Timoris inter causas dicitur esse quippiam. V. INTER.

Tua causa volo. Cic. 3. Fam. 6. Si natura es φιλαίτιος, illud non perficies, quo minus tua causa velim.

Verbi causa. Cic. de Fato 12. Si quis, verbi causa, oriente Canicula natus est, is in mari non morietur. i. e. Exempli gratia.

Viæ causa. Ovid. 2. Met. 33.

Utilitatis causa. Lucret. lib. 5. 868.

Quæ damus utilitatis eorum præmia causa.

Abdita. In ABDITUM.

Certis de causis aliter existimare. Cic. 1. de Orat. 86. Quod quidem certis de causis a plerisque aliter existimatur.

Consimili causa moveri. Lucret. lib. 4. 234.

Dubiæ. Ovid. 6. Fast. 1.

Hic quoque mensis habet dubias in nomine causas.

Fallaces. Claud. 1. in Ruffin. 238.

Fortuita. Ulpian. in l. 1. §. Merito. D. Depositi, Merito has causas deponendi separavit Prætor, quæ continent fortuitam causam depositionis ex necessitate descendentem, non ex voluntate proficiscentem.

Gravi de causa. Cic. 7. Att. 7. Quod scribis in urbem introisse, vereor quid sit; nam id nisi gravi de causa non fecisset.

Incertæ causæ. Tacit. 1. Hist. 63. Sed furore & rabie, & causis incertis, eoque difficilioribus remediis.

Inepta. V. INEPTUS.

Invidiosa. Ovid. 2. Epist. 145. ubi personæ tribuitur.

Justa causa nulla cuiquam esse potest contra patriam arma capiendi. Cic. 2. Philipp. 53.

Justis de causis rationes deferre. Cic. 5. Fam. 20.

Latens causa, Ignota. Ovid. 21. Epist. 194.

Nam lacrymæ causa sæpe latente cadunt.

Levis. In LEVIS.

Levissimæ & infirmissimæ causæ. In INFIRMUS.

Levis causa impulit me. Ter. Hec. 3. 4. 12.

Magna. ut, Intemelii in armis sunt, neque de magna causa. Cic. 8. Fam. 15.

Memorabili causa, sed eventu misero. In MEMOR.

Mutabilibus causis hostis non est, sed natura. In MUTO.

Naturales causæ. Quintil. Procem. lib. 1. p. 9. conf. Habere nat. caus.

Nocens cladis. Ovid. 7. Met. 526.

Occultæ rerum. Stat. 6. Theb. 935.

Optima. Ovid. 20. Epist. 92.

Parvula. Lucret. lib. 4. 194.

Peracuta. In PERACUTUS.
Pia cauſa coegit. Ovid. 6. Met. 496.
Plurimis juſtiſſimiſque de cauſis. Cic. 4. Verr.
Pudenda, Non honeſta. Ovid. 5. Epiſt. 98.
Recens accedit cauſa. Ovid. 3. Met. 260.

Tum vero poſtquam ſolitas acceſſit ad iras
Cauſa recens, plenis tumuerunt guttura venis. Tacit. 15. Ann. 68. Acceſſerat recens cauſa, quod Veſtinus, &c.

Speciosas cauſas habere. Cic. 16. Att. 7. Reverſionis has ſpecioſas cauſas habes, juſtas illas quidem & magnas, &c.
Tæterrima belli. Hor. 1. Serm. 3. 108.
Valentes. Ovid. 1. Triſt. 8. 29.
Accipere cauſam quæſiti. Ovid. 4. Met. 793.
Accumulare. Ovid. 2. Epiſt. Sabin. 64.
Adjicere. Ovid. 1. Faſt. 189.
Afferre probabilem. Cic. 1. Acad. 10. Cauſam autem probabilem tu quidem affers; aut enim Græca legere mallent, qui erunt eruditi, aut, &c.
Afferre conſilii. Cic. 2. Philipp. 72. Quam cauſam dementiſſimi ſui conſilii & facti afferebat.
Afferre cauſam faciendi aliquid dicitur res aliqua. Cic. 2. de Divin. 6. Ac mihi quidem explicandæ philoſophiæ cauſam attulit caſus gravis civitatis.
Aperire cauſas. Propert. lib. 4. 11. 1.
Apparere cauſa & Non apparere dicitur. Ovid. 21. Epiſt. 13.

Languor enim, cauſis non apparentibus, hæret.

Attribuere cauſam calamitatis. In ATTRIBUO.
Augere cauſas lacrymarum. Quintil. in prooem. lib. 6.
Cognoſcere cauſas rerum. Perſ. 3. Sat. 66. Virg. 2. Georg. 490.
Conferre. Cic. 2. de Divin. 151. Quum autem proprium ſit Academiæ, judicium ſuum nullum interponere, ea probare quæ ſimillima veri videantur, conferre cauſas, & quid, &c.
Congerere in aliquem. In CONGERO.
Conjicere in aliquem. In CONJICIO.
Conſtat cauſa belli hujus in tua perſona. Cic. 2. Philipp. 53. Tibi certe confitendum eſt, cauſam pernicioſiſſimi belli in perſona tua conſtitiſſe.
Contrahere ſibi cauſam mortis. In CONTRAHO.
Dare cauſas ad culpam. Virg. 2. Georg. 455.
Deeſt cauſa. V. Semen & cauſa.
Deficiunt cauſæ. Ovid. 1. Amor. 8. 93.
Dicere cauſas alicujus rei, i. e. Rationes adferre, cur ita ſe res habeat. Lucret. lib. 6. 55.
Dicere cum cauſa aliquid. Cic. 2. de Orat. 247.
Eſſe luctus cauſam alicui. Ovid. 3. Met. 139. Is enim profecto mortem attulit, qui cauſa mortis fuit. Cic. 9. Philipp. 7.
Exigere cauſam rei alicujus. Sen. Thyeſt. 5.
Eximere hortandi cauſas. Tacit. 3. Ann. 46.
Expedire cauſam morbi. Virg. 4. Georg. 391.
Explicandæ cauſæ. Cic. 5. Fam. 12. In quo & illa poteris uti civilium commutationum ſcientia, vel in explicandis cauſis rerum novarum, &c.
Explorare cauſas, Inquirere. Stat. 12. Theb. 544.
Exponere cauſam. Hor. 1. Serm. 7. 22.
Exponere cæcas cauſas, eſt Cauſas occultas obſcuraſque explicare. Lucret. lib. 3. 317.

Quorum ego nunc nequeo cæcas exponere cauſas.

Expromere veras cauſas. Lucan. lib. 1. 67.
Facere cum cauſa. Cic. 1. Q. frat. 2. Certe ſcio te enim feciſſe cum cauſa. h. e. Quemadmodum res ipſa poſtulare videbatur.
Fieri cauſam dolendi alicui. Ovid. 11. Met. 345.
Fluunt inde cauſæ. Quintil. lib. 5. cap. 10. pr. Nam ſimiles parentibus ac majoribus ſuis filii plerumque creduntur: & nonnunquam ad honeſte turpiterque vivendum inde cauſæ fluunt. [Lege Turpiterve.
Habere celebritatis, aut nominis cauſam. Cic. 2. Off. 44. Nam ſiquis ab ineunte ætate habet cauſam celebritatis aut nominis a patre acceptam, &c.
Habere judicii corrumpendi cauſas. Cic. pro Cluent. 82. Age quoniam corrumpendi judicii cauſas ille multas & graves habuit, hic nullam, &c.
Habere veram & bonam cauſam. Cic. 9. Att. 18.
Habere naturales cauſas. Cic. 2. de Divin. 140.
Habere cauſam a natura. Cic. 1. de Divin. 60. Quicquid enim oritur, qualecunque eſt, cauſam habeat a natura neceſſe eſt.
Non habent cauſam. Cic. 12. Fam. 14. Nam quod huc properent in magiſtratu venire, aut exercitum mittere, cauſam non habent.
Impellit cauſa aliquem, ut, &c. Cic. 1. de Nat. Deor. 7. Sin autem quis requirit quæ cauſa nos impulerit, ut hæc tam ſero litteris mandaremus, &c.
Incidunt cauſæ. V. INCIDO.
Inire cauſam alicujus rei. V. INEO.
Intelligere. Lucret. lib. 6.
Intervenientes extrinſecus cauſæ. Quintil. lib. 3. cap. 8. p. 276.
Invenire. Cic. 1. de Orat. 123. Has cauſas inveniebam duas, Unam quod, &c.
Invenire quicquam aliud cauſæ. Cic. pro Roſc. Amer. 8. Poſtremo ſi præter eam prædam, quam dixi, quicquam aliud cauſæ inveneritis, &c.
Latet cauſa. Virg. 5. Æn. 6.
Legere retro cauſas. h. e. Ab initio repetere. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Manent cauſæ. In MANEO.
Memorare cauſas alicui. Virg. 1. Æn. 12.
Nactus cauſam moriendi. Cic. 1. Tuſc. 74. Cato autem ſic abiit e vita, ut cauſam moriendi nactum ſe eſſe gauderet.
Obſtat gravior cauſa. Cic. 2. de Divin. 4. Ad reliqua alacri tendebamus animo, ſic parati, ut niſi quæ gravior cauſa obſtitiſſet, nullum philoſophiæ locum eſſe pateremur, qui non Latinis litteris illuſtratus pateret.
Patent cauſæ. Ovid. 4. Faſt. 17.
Percipere cauſam. Ovid. 1. Faſt. 166. & 4. 938.
Perſtare in cauſa damni ſui. Ovid. 2. de Arte Am. 560.
Probare. Ovid. 11. Met. 449.
Quærere. Cic. 1. de Orat. 123.
Reddere. Martial. lib. 11. 41.

Quum triſtis quereretur, & roganti
Cauſſam reddere vellet Æliano, &c.

Reddere cauſas alicui. Hor. 1. Serm. 4. 116.
Removere. Cic. de Univerſ. 5. Nullius enim rei, cauſa remota, reperiri origo poteſt.

Requirere. Virg. 6. Æn. 710.
Repetendæ cauſæ ab ultimo. Quintil. lib. 5. cap. 10. i. e. Ab initio.
Scio cauſam. Martial. lib. 7. 85.
Sequi cauſas. Lucan. lib. 3. 303.
Stetere cauſæ cur, &c. Hor. 1. Carm. 16. 19.
Subjicere cauſam, Afferre. Cic. 7. Verr. 145. At quæ cauſa tum ſubjiciebatur ab ipſo, Judices, hujus tam nefariæ crudelitatis?
Subeſſe nullam gravem cauſam video. Cic. 1. Att. 10.
Sumpſi hoc cauſæ. Cic. 1. Att. Hoc cauſæ ſumpſi, quod ex te ipſo coram antea nihil potuiſſem cognoſcere.
Suſtulit cauſas rerum efficientium. Cic. 1. Acad. 6. Quid eſt enim magnum, quum cauſas rerum efficientium ſuſtuleris, de corpuſculorum (ita enim appellat atomos) concurſione fortuita loqui?
Tegere cauſam alicujus rei. Ovid. 13. Met. 748.
Tentare cauſas, h. e. Perquirere. Virg. 3. Æn. 32.
Trahere ex qualitate cæli cauſas. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Videre cauſas, i. e. Cognoſcere. Lucret. lib. 1. 154.
Cauſa, translative dicitur Omnis actio quam in Senatu, ſive in foro, & apud Judices, populumve habemus, vel Quæ alias controverſiam, vel concertationem conſtituit. Unde tria eſſe cauſarum genera dicimus, Demonſtrativum, Deliberativum, quod & Concionale a quibuſdam vocitatur, & Judiciale. Ex iis tamen proprie Cauſa δίκη dicitur, quæ judicialis eſt. unde Cauſam pro Lite & Controverſia ponimus: quamvis nonnulli ita diſtinguant, ut Controverſiam ſeu litem dici velint poſtquam conteſtatum eſt: Cauſam autem, & ante, & poſt conteſtationem. Cic. 15. Fam. 4. Cujus etiam interitum, ut facile intelligerem mihi quantum tribueres, Milonis cauſa in Senatu defendenda, approbaris.
Cauſa & contentio. Cic. 1. de Orat. 107. Quam poſſumus reperire ex omnibus rebus civilibus cauſam contentionemque majorem, quam de ordine, &c.
Concinnatores & redemptores cauſarum. Ulp. in l. nec quicquam. §. circa advocatos. D. de offic. Proconſ.
Cauſæ & diſceptationes. Cic. 2. de Orat. 42. Atque in civium cauſis diſceptationibuſque verſantur.
Defenſio & cauſa. Cic. 2. de Orat. 201. Sic in illa omni defenſione atque cauſa, quod eſſe, &c.
Actor cauſæ. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Cardo. Quintil. lib. 5. cap. 12. V. CARDO.
Confirmatio, & inclinatio totius. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Conflictio prima. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Congreſſus. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Dictio cauſæ, Apologia Græce dicitur. Cæſ. 1. Bell. Gall. 4. Die conſtituta cauſæ dictionis, Orgetorix ad judicium omnem ſuam familiam, ad hominum millia decem, undique coegit: per eos ne cauſam diceret, ſe eripuit. Budæus.
Facies nova & varia cauſarum. Quintil. 2. 4.
Fides. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Frons honeſta. Quintil. lib. 4. cap. 1. Inſinuatio ſurrepat animis, maxime ubi frons cauſæ non ſatis honeſta eſt.
Pars. Quintil. lib. 3. cap. 5.
Status. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Varietas cauſarum, & multitudo litium. Cic. 1. de Orat. 118.
Abſoluta & perfecta cauſa. Cic. in Partit. 93. Conficiens autem cauſa alia eſt abſoluta, & perfecta per ſe: alia aliquid adjuvans, &c. Ulpianus Abſolutam cauſam vocat, Nihil difficultatis habentem, in l. Carbonianum. §. 3. D. de Carbon. edict. cui opponitur Ambigua cauſa: Et ſi quidem, inquit, abſolutam cauſam invenerit, evidenterque probatur filium non eſſe, negare ei debet bonorum poſſeſſionem Carbonianam: ſi vero ambiguam, &c. Idem in l. 1. §. 2. D. Uti poſſidetis. Quoties inter litigatores eſt proprietatis controverſia, aut convenit uter poſſeſſor ſit, uter petitor: aut non convenit. Si convenit, abſolutum eſt, &c. [Hic Cauſa τὸ αἴτιον intelligitur, i. e. Ratio, cur res ſit, non δίκη, ſeu Cauſa Judicialis.
Anceps cauſa & gravis. Cic. 2. de Orat. 86. Sic equidem quum aggredior ancipitem cauſam & gravem ad animos judicum pertractandos, omni mente, &c.
Aſſumptiva. Quintil. lib. 7. cap. 5.
Bona cauſa. In BONUS. Melior cauſa mandantis fieri poteſt. Paulus in l. Diligenter. §. Melior autem. D. Mandat. vel contr.
Conjecturales. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Dubia. Cic. pro Ligar. 10. Cauſa tum dubia, quod erat aliquid in utraque parte, quod probari poſſet.
Faciles ad diluendum. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Forenſes. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Gravis. Idem lib. 1. cap. 2.
Honeſta. Cic. 2. Off. 43. Ergo in illo ſecuta eſt honeſtam cauſam non honeſta victoria.
Invalida. Lucan. lib. 7. 67.

Addidit invalidæ robur facundia cauſæ.

Judiciales. In JUDICO.
Lepida. In LEPIDUS.
Liberali cauſa manu aſſerere. In LIBER.
Lucrativa. Tryphoninus in l. in Bello. §. ſi natum ex Pamphila. D. de captiv. & poſtlim. reverſ. Non videri te partum ex cauſa lucrativa habere.
Mala. Juven. 13. Sat. 109.

Nam quum magna malæ ſupereſt audacia cauſæ,
Creditur a multis fiducia.

Obſcuræ ac multiplices. Quintil. lib. 4. cap. 4.
Par. Cic. pro Sulla 52. Cur in pari cauſa non paria ſigna reperiuntur criminis? conf. Superior cauſa p. p.
Poſitas in affectibus cauſas propriis perſonis debet induere declamaturus. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Prior cauſa, Qui inter duos meliorem cauſam obtinet. Hor. 2. Serm. 4. 30.
Publicæ, & privatæ. Cicero in Brut. 178. In cauſis publicis nihil, privatis ſatis veterator videbatur. Publicis, ut Repetundarum, ambitus, majeſtatis, & ceteris quæ reipublicæ cauſa conſtituebantur, ut ait Aſconius in Divin. pr. Privatis, Rerum privatarum.
Simplices, perplexæ, ſuſpectæ, & infames. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Superior cauſa & Inferior. Budæus, Superiorem cauſam dicebant pro eo quod nunc dicimus Cauſam jure communi fundatam, vel Jus apparentius:

rentius: cujus contrarium Inferiorem causam vocabant. Cic. pro Quint. 59. At si in causa pari Quintius discedere inferior videretur, tamen esset non mediocriter conquerendum: nunc in causa superiore, ne ut par quidem sit, postulat: inferiorem esse patitur, duntaxat usque eo, ne cum bonis, fama, fortunisque omnibus Nævii cupiditati crudelitatique dedatur. Idem in Brut. 30. de Leontino Gorgia, Protagora, Hippia, aliisque sophistis loquens, Hi (inquit) aliique multi temporibus eisdem docere se profitebantur, arrogantibus sane verbis, quemadmodum causa inferior (ita enim loquebantur) dicendo fieri superior possit. conf. Facere pejorem causam meliorem.
Tenuis, inops, nec scriptione digna. Cic. 9. Fam. 12. Quam velim sic legas, ut causam tenuem & inopem, nec scriptione magno opere dignam.
Verecunda parum. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Victa & Victrix. Lucan. 1. 128.
Accedere ad causam. In ACCEDO.
Accipere causam dicitur patronus. In ACCIPIO.
Accipere causam aliquam. Ter. in prol. Hec. 47. metaphorice usus est,

Mea causa causam hanc accipite, & date silentium.

Actitare causas. Cic. in Bruto 246.
Acuere linguam causis. i. e. Agendis causis se exercere. Hor. 1. Epist. 3. 23.
Adductus ad causam. Cic. in Pison. 79. Non sum ego, propter nimiam fortasse constantiæ cupiditatem, adductus ad causam. Pro, In eandem sententiam, idemque studium rei defendendæ perlectus. Budæus.
Adhibere probationes causæ. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Adjudicare causam alicui. Cic. 2. de Orat. 129.
Admissus reus ad causam dicendam. V. ADMITTO.
Adesse causæ. Quintil. lib. 4. cap. 13.
Agere causam. Cic. 2. de Orat. 102.
Agere veram causam. Cic. in Brut. 226. In Tribunatu primum contra C. Julii illam Consulatus petitionem extraordinariam, veram causam agens est probatus. Veram, i. e. Justam. Erat enim vera & justa causa, negare dandum Consulatum ei, qui Prætor nondum fuisset.
Amittere. In AMITTO.
Cadere causa. In CADO.
Capere. In CAPIO.
Cognoscere causam alicujus ab altero. Cic. ad Brut. 3. Quod ita statueram, a te cognoscere causam ejus Senatum oportere.
Communita causa. In COMMUNIO.
Complecti. Cic. 5. Philip. 44. Cæsar autem annis multis minor veteranos cupientes jam requiescere armavit: eam complexus est causam, quæ esset Senatui, quæ populo, quæ cunctæ Italiæ, quæ diis omnibus gratissima.
Componere causam cum causa. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Conferre. In CONFERO.
Confidere causæ. In CONFIDO.
Conjicere & consistere, sive constituere causam dicitur, Qui litem, ut JCti loquuntur, contestatur: h. e. Qui controversiam apud judicem præsentibus testibus exponit: id quod Actoris proprium est. Gell. 5. 10. Capit consilium Protagoras, ut tum existimabat, acutum: petere instituit ex pacto mercedem; litem cum Euathlo contestatur. Et cum ad judices conjiciendæ, consistendæque causæ gratia venissent, tum Protagoras sic exorsus est, &c.
Conjungere cum causa. Cic. pro Cluent. 96. Nullo modo illam multam, quæ a Junio petita sit, cum Cluentii causa posse conjungi. Sed aliter legitur in codd. emendatis.
Consistit. In CONSISTO.
Contendit causa cum causa. In CONTENDO.
Contendere causam contra aliquem. Lucret. lib. 4. 473.
Contempta causa pecuniæ publicæ & abjecta. Cic. pro Cluent. 94.
Contineri causis. Quintil. lib. 3. cap. 5.
Convertere ad causam animos judicum. Cic. 2. de Orat. Judicum animos totos, vel calamitate civitatis, vel luctu ac desiderio propinquorum, &c. ad causam nostram converteram.
Credere causam alicui. Lucan. lib. 7. 77. i. e. Committere.
Damnare. Lucan. lib 5. 247.
Declamare causas. Cic. 1. Tusc. 7. Al. Declamitare.
Deducere se in causam. In DEDUCO.
Defendere. Hor. 2. Serm. 5. 34.
Defensitare. In DEFENSITO.
Deferre causam ad. Cic. de Clar. Orat. 86. Itaque auctoritate C. Lælii publicanos causam detulisse ad Galbam.
Demittere se in causam. Cic. 7. Att. 12. Acquiesco enim, & tuas volo elicere litteras, maximeque consilium, quid agam, aut quo me pacto geram, demittamne me penitus in causam.
Descendere in causam. Cic. 8. Philipp. 4.
Deserere causam amici. Ovid. 1. Trist. 9. 65.
Dicere causam, est Defendere vel per se vel per patronum. Curt. 7. 1. 20. Amyntas vinculis exemptus ut defensionem ordiretur, ita inquit, Sine præjudicio causam dicimus. i. e. Liberati tantisper vinculis, respondemus criminibus objectis. Hæc Budæus.
Dixisse causam quis dicitur, Qui inter reos receptus est. Cic. pro A. Cluentio 98. Quapropter hoc Bulbi judicium non plus obesse huic causæ debet, quam illa quæ commemorata sunt ab accusatore, duo judicia, P. Popilii, & T. Guttæ, qui causam de ambitu dixerunt. Budæus.
Dicere publicam causam. Cic. pro Rosc. Amer. 59. Quod antea causam publicam nullam dixerim. V. Causæ publicæ & privatæ.
Dicere veneficii causam. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Dicere causam accurate & eleganter. Cic. de Clar. Orat. 86. Causam pro publicanis accurate, ut semper solitus esset, eleganterque dixisse.
Dicere causam apud aliquem. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Dicere de capite suo causam. Cic. pro Quint. 31. Sed (id quod nunc evenit) de capite suo priore loco causam esse dicturum.
Dicere de ambitu causam. Cic. pro Sext. 18.
Dicere ex vinculis. Liv. lib. 29. 19. Sententiam deinde æque trucem orationi adjecit. Pleminium legatum vinctum Romam deportari placere, & ex vinculis causam dicere. i. e. Interim dum quæstio criminis peragitur, in carcere vinctum esse. Ex Budæo. Caius in lege Cornelia. §. 1. D de senatusc. Syllaniano, Præterea cavetur, ut de iis qui ante quæstionem habitam fugerint, si aperto testamento liberi scripti inveniantur, lege de sicariis judicium fiat, ita ut ex vinculis causam dicant.
Dicere causas in foro. Caius in l. 1. D. de Orig. juris.

Dicere causam nullam, quin. pro Non negare, renuere, recusare, repugnare, quin &c. V. supra, a pr.
Diffidere cum causa. Cic. 11. Philipp. 15. Ex quo judicare debetis, me non cum homine solere, sed cum causa diffidere.
Esse in meliore causa. V. Melior, in BONUS.
Excutere causas. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Exordiri causam. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Expendere causam meritis. Ovid. 13. Met. 150. h. e. Secundum merita causam judicare.
Explicare totam. Quintil. lib. 4.
Exponere. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Exudare causas, ridicule dictum ab Horatio de Causidicis, qui nimia verborum contentione, & inquieta gesticulatione sudorem sibi provocant: ita ut causas suas non orare, sed sudare videantur. Horatii hæc sunt verba lib. 1. Serm. 10. 28. — Latine

Quum Pedius causas exudet Publicola, atque
Corvinus, &c.

Facere partium causam pejorem. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Facere pejorem causam meliorem. Quintil. lib. 2. cap. 16. conf. Superior causa & Inferior.
Facere suspectam. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Fidere causæ. Cic. pro Ligar. 13. Quod nos domi petimus, precibus & lacrymis prostrati ad pedes, non tam nostræ causæ fidentes, quam hujus humanitati.
Fluctuare causa dubia. Valer. Maxim. lib. 5. cap. 3. M. Cicero Cn. Popillium Lænatem, rogatu Marci Cœlii, non minore cura quam eloquentia defendit, eumque causa admodum dubia fluctuantem, salvum ad penates suos remisit.
Habere causam. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Impugnans causa meritum & fidem. i. e. Suscepta causa contra fidem & meritum. Ovid. 5. Met. 151.
Incumbere in causam. Cic. 3. Att. 15. Atque utinam ipse Varro incumbat in causam: quod profecto cum sua sponte, tum te instante faciet.
Indicta causa damnari. V. INDICTUS & DAMNO.
Indicta causa profugere. Cic. pro Sulla 22.
In integro causa cujuspiam esse dicitur, cui Dubia opponitur. V. INTEGER.
Indormire causæ. V. INDORMIO.
Inedita causa. Ovid. 4. de Ponto 16. 39.

Essent & juvenes, quorum, quod inedita causa est,
Appellandorum nil mihi juris adest;

i. e. Sunt & alii juvenes qui præclara poemata conscripserunt: sed quoniam edita nondum sunt, nihil est cur vobis illa magnopere commendem. Sed in Edit. Burman. legitur Cura.
Ingredi in causam, idem quod In causam descendere, & ad partes transire. Cic. 5. Fam. 1. Si id evenit quod ingredientibus nobis in causam propositum fuit accidere posse, non debemus ita cadere animis, quasi aliquid evenerit, quod fieri posse nunquam putarimus.
Insinuari se in causam. V. INSINUO.
Involuta obscuritate. V. INVOLVO.
Judicare. Cic. pro Rabir. Posth. 8.
Juvat facundia. Ovid. 7. Met. 505.
Laborare causa. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Meditari suam. In MEDITOR.
Nascitur ex causa causa. Quintil. lib. 3. cap. 11.
Obtinere causam, Vincere in causa. Cic. 1. Fam. 4. Causam enim frequenti Senatu, non magna varietate, magnaque invidia eorum, qui a te causam regiam transferebant, obtinebamus.
Orare. Terent. Phorm. 2. 1. 62. Servum hominem causam orare leges non sinunt.
Ad orandas adire. In ADEO.
Ostendere lucidissime. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Peragere causam rei. Hor. 1. Serm. 10. 26.
Perdere. In PERDO.
Periclitari. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Perorare causam. In PERORO.
Pertinet ad causam. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Ponere totam causam ante oculos. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Ponendæ causæ officium. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Postulat causa. Cic. pro Quint. 57. Vereor me hercule ne aut gravioribus utar verbis quam natura fert, aut levioribus quam causa postulet.
Pugnare pro causa. Ovid. 5. Met. 151.
Recipere. Cic. pro Sulla 22. Nisi tu, inquit, causam recepisses, nunquam mihi restitisset, sed indicta causa profugisset.
Remittere ad Senatum. Tacit. 3. Ann.
Removere a causa aliquem. Cic. pro Muren. 10. Etenim si me tua familiaritas ab hac causa removisset.
Separare causas. Ulp. in l. 1. §. merito. D. depositi, Merito has causas deponendi separavit Prætor.
Subjacent plurimæ lites causæ. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Suscepta causa contra aliquem. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Suscipere causam. Cic. pro Domo sua 11. Certe Consules causam suscipere, certe Senatus aliquid consilii capere potuit.
Sustinere causam, Græce αἰτίαν ὑπέχειν, ad verbum Cicero expressit a Græcis, Suspectum esse, crimine premi. Cic. 13. Att. 10. Nunc vero quum de Magio constet, nonne furor ejus omnem causam sustinet? Quum, inquit, constet P. Magium, qui Marcellum vulneraverat, paulo post flagitium agnovisse, seque ipsum sibi e scelere iratum interfecisse: res indicat, ejus facti causam non in Cæsarem, sed in Magii furorem esse conferendam.
Sustinere causam, alio sensu. Cic. 1. Att. 1. In causa universorum creditorum, hominum præsertim amplissimorum, qui sine eo (subaudi patrono) quem Cæcilius suo nomine perhiberet, facile causam communem sustinerent. h. e. Causam ita agerent, ut adversarium vincere posse viderentur.
Tenere causam, Vincere judicio. Suet. in Domitian. 9. Eaque conditione permisit, ut accusatori qui causam non teneret, exilium pœna esset. Cic. pro Cæcin. 67. Et hoc loco Scævolam dixisti causam apud Centumviros non tenuisse.
Tractata causa. Cic. 1. de Orat. 201. Omnis est a me illa causa tractata.
Tradere causam adversariis. Ter. Phorm. 1. 5. 7.

Tutari

Tutari causam. Cic. 5. Fam. 17. Ut potui accuratissime te tuamque causam tutatus sum.

Valere causa dicitur, Quæ est superior. Ovid. 8. Met. 59.

Versare causas in judiciis. Cic. in Orat. 31. Non ut in judiciis versaret causas, sed ut in historiis bella narraret.

Vincere causam. Ovid. 16. Epist. 75.

Vivit causa. Cic. pro Sext. 68. Res erat & causa nostra eo jam loci, ut erigere oculos & vivere videretur. Causam μεταφορικῶς vivere dixit: quia antea tanquam mortua erat ac jacebat, quum commode defendi non posset.

Vocari causam in judicium. Cic. 1. de Orat. 241.

Causa etiam pro Prætextu ponitur. Cæs. 3. Bell. Civil. 76. Equitatumque per causam emissum. Et cap. 87. Annon audistis ex iis, qui per causam valetudinis remanserunt. Et 1. Bell. Gall. 39. Alius, alia causa illata petebat. Suet. Cæs. cap. 2. Repetita Bithynia, per causam exigendæ pecuniæ. Et in Othon. cap. 3. In omnibus his locis Per causam, est Sub prætextu.

Causa, Negotium, onus, provincia. Plaut. Asin. 3. 1. 17. Omnis familiæ causa consistit tibi.

Dare causam alicui, pro Negotium dare. Cic. 5. Verr. 170. Cum hoc mihi primum Halesiæ demonstravit &c. Halesinus Æneas, cui Senatus dederat publice causam, ut mihi fratrique meo gratias ageret. *Luy avoit baillé charge & commission.*

Mandata alicui causa. i. e. Commissa. Ovid. 7. Met. 505.

Publica causa. i. e. Negotium publicum, vel potius Publica utilitas. Ovid. 12. Met. 29.

Curare suam causam, non reipublicæ, i. e. Suum commodum, suam privatam utilitatem, non publicam. Cic. 8. Fam. 5. in fine.

Exire ex causa. Cic. 8. Fam. 6. Sed expectes quemadmodum exeat ex hac causa. i. e. Ex hoc negotio, ex accusatione Appii. de Dolabella loquitur, qui Appium accusarat.

Integra causa. Cic. 1. Fam. 5.

Deposita. Idem ibidem.

Si tibi eadem causa est. Cic. 8. Att. 1. extr. Tu, si tibi eadem causa est, me remunerere sane velim.

Agere eandem causam, i. e. Rem eandem tractare. Cic. 2. de Nat. Deor. 168. Tu autem Cotta, si me audias, eandem causam agas.

Causa, pro Causa conjunctionis, amicitiæ, benevolentiæ. Cic. pro Quint. 48. Ad vadimonium non venerat, ut ais, is quicum tibi affinitas, societas, omnes denique causæ & necessitudines veteres intercedebant.

Causa etiam Morbum significat. Tibull. 1. 9. 51.

— non illi sontica causa. i. e. Sonticus morbus. [Immo Sontica causa est Justa & Legitima causa, ut recte olim exposuit Petrus Crinitus de Hon. disc. l. 25. c. 10. V. Scalig. & Broeckh. ad loc. & Sonticus in SONS.

Causa, pro Excusatione. ut, Accipere causam, quod vulgus dicit Habere pro excusato. Cic. 16. Fam. 19. Si ob eam rem moraris, accipio causam.

Afferre. In AFFERO.

Colligere. In COLLIGO.

Est tibi causa de hac re. Ter. Hec. 4. 4. 3. i. e. Habes quo te excuses. In hunc locum Donatus dicit, Causam more suo pro Defensione posuit.

Fingere. Terent. Eun. 1. 2. 58. Fingit causas, ne det, sedulo.

Inferre. In INFERO.

Nectere. Virg. 9. Æn. 219.

Morandi causas innectere. Virg. 4. Æn. 51.

Meditari. In MEDITOR.

Obtendere fugæ causas. Tacit. 15. Ann. 12.

Causa, Occasio. ut Causa adempta. Ter. And. 5. 1. 18. Ubi ea causa, quamobrem hæc faciunt erit adempta his, desinent.

Arripere. In ARRIPIO.

Arripere causam & tempus. Cic. 5. Fam. 12. Sed ad properationem meam quiddam interest, non te expectare dum ad locum venias, ac statim causam illam totam & tempus arripere.

Capere. Ter. And. 1. 3. 8.

Si senserit, perii: aut si libitum fuerit, causam ceperit, &c.

Dare. Cic. 2. de Orat. 133. Ut si defugerim, tibi causam dem recusandi.

Dare causas avaritiæ. Tibul. lib. 2. 4. 29.

Invenire. Terent. Heaut. 5. 2. 36.

Postquam est inventa vera, inventa est causa quà te expellerent.

Quærere. Ter. Eun. 5. 5. 30.

Nam jam diu aliquam causam quærebat senex, Quamobrem &c.

Quærere causam incendiorum & cædis. Cic. 3. Philipp. 30.

Quærere causas novarum perturbationum. Cic. de Fato 2.

Struere causas, pro Instruere. Tacit. 2. Ann. 22.

Causa, Status & conditio. Cic. pro Marcel. 2. Vehementer angebar quum viderem virum talem, qui in eadem causa in qua ego, fuisset, non in eadem esset fortuna. Ulpian. in l. Græce. §. illud commune. D. de fidejuss. Illud commune est in universis qui pro aliis obligantur, quod si fuerint in duriorem causam adhibiti, placuit eos omnino non obligari: in leviorem plane causam accipi possunt.

Recidere in causam suam. Pompon. in l. mulier. D. de captiv. & postlim. revers. Mulier in opus salinarum ob maleficium data, & deinde a latrunculis exteræ gentis capta, & jure commercii vendita ac redempta, in causam suam recidit. i. e. Statum, & conditionem in qua prius erat.

Reverti in pristinam causam. Martianus D. de rerum divis. l. intantum, In mari piscantibus liberum est, casam in litore ponere, in quam se recipiant. In tantum ut soli domini constituantur, qui ibi ædificant: sed quamdiu ædificium manet. alioquin ædificio dilapso, quasi jure postliminii revertitur locus in pristinam causam: & si alius in eodem loco ædificaverit, ejus fiet.

Sistere in eadem causa. Ulpian. in l. 1. D. si ex noxali causa agatur, In eadem causa sistere quid sit videamus, & puto verius esse, in eadem causa eum videri sistere, qui ad experiendum non facit jus actoris deterius.

Sum. ut, In ea causa res est, i. e. Talis & hujusmodi. Ulpian. in l. 2. D. de except. rei judicat. At si non in ea causa sint tabulæ testamenti, ut contra eas bonorum possessio dari possit, &c.

Venire in eam causam. Tryphoninus in l. in bello. §. si deportatum D. de captiv. & postlim. revers. Si deportatum ab insula hostes ceperunt, redemptus quibus casibus redit, in eam causam veniet, in qua futurus esset si captus non fuisset, deportabitur igitur.

Causa, pro Partibus. Cic. pro Ligar. 22. Una est profectus cum iis quorum erat una causa. i. e. Unum studium, vel ejusdem partis studium, & eadem conditio. Budæus. Sic Victrix causa supra.

Inimicus huic causæ, pro Huic parti. Cic. pro Ligar. 24. Veniebatis igitur in Africam, &c. in qua erat rex potentissimus, inimicus huic causæ, &c.

Causa, pro Accessione. Ulpian. in l. 1. §. hanc actionem. D. depositi, Hanc actionem bonæ fidei esse dubitari non oportet: & ideo & fructus in hanc actionem venire, & omnem causam & partum dicendum est, ne nuda res veniat.

Causa, pro eo quod Casum Jurisconsulti vocant. Cic. 3. Verr. 116. Tantum quod hominem non nominat: causam quidem totam perscribit. Ibidem, Nusquam enim scribis, neque tu aliud quicque edicto complecteris, nisi eam causam, pro qua pecuniam acceperis.

Causas verborum falsas reddidit, pro Etymologias. Vide quæ scripsi in ETYMOLOGIA. H. St.

CAUSĀLIS, e. ut, Ratio causalis. August. de Genesi, 7. 23. & 9. 1.

Argumenta causalia dicuntur, Quæ ipsas rerum causas rimantur.

Conjunctiones causales. V. Barth. ad Claud. Mamert. p. 379.

Causalis particula apud Gramm. H. St.

CAUSALITER, Adv. V. August. de Genesi, 5. cap. ult. & 6. 5.

CAUSĀRIUS, a, um. [ἀπόμαχος] Adj. ut, Causarii milites, Morbo debilitate affecti, ob idque cessare coacti. Liv. 6. 6. Tertius exercitus ex causariis, senioribusque a L. Quintio scribatur, qui urbi mœnibusque præsidio sit.

Causaria missio. Ulpian. in l. 13. §. Missionum. D. de Re milit. Missionum generales causæ sunt tres: honesta, causaria, ignominiosa &c. Causaria, cum quis vitio animi, vel corporis minus idoneus militiæ renuntiatur.

Causarii, metaph. pro Valetudinariis. Plin. lib. 25. cap. 5. extr. Datur sanguinem excreantibus, causariis vel latere, vel faucibus. i. e. Laborantibus morbo lateris, vel faucium. ubi V. Hard. Sen. Epist. 69. Causariæ sunt in animo nostro partes, quibus adhibenda curatio est.

CAUSARIE, Adv. [ἀπομάχως] Macer in l. milites agrum. §. illud constat. D. de re militari, Ideo & ad eum qui causarie missus est, potest dici pertinere, quum huic quoque præmium præstatur. Al. Causaria.

CAUSŬLA, æ. f. dimin. [δικύδιον] pro Parva causa. Cic. de Opt. Gen. Orat. 9. Sed quia & privatas ille plerasque, & eas ipsas aliis, & parvarum rerum causulas scripsit, videtur esse jejunior.

Parvula causula. Hirt. Bell. Afr. 54. pr. Parvulam modo causulam nactus Cæsar, quod &c.

CAUSOR, [προφασίζομαι, ἐπαιτιάομαι] āri. dep. Causam dicere vel defendere, auctore Nonio 2. 157. Valla lib. 5. cap. 67. Causari, est Causam rei gestæ afferre. Papinian. in l. servus si hæredi. D. de statu liber. Si hæres causabitur accipere rationes, nihilominus liberum fore. i. e. Si impedimenta prætendet. Virg. 9. Ecl. 56.

Causando nostros in longum ducis amores. i. e. Impedimenti causas afferendo. Ulpian. in l. sed & si pupillus. §. proscribere palam. D. de institor. actione. Ne quis causari possit ignorantiam litterarum. Et in l. 2. §. quod diximus. D. si quis cautionibus, Causari tempestatem & vim fluminum. Ubi liceat dicere, Excusare ignorantiam litterarum, & excusare tempestatem ac vim fluminum. Hæc Valla lib. 5. Martial. lib. 4. 7.

Sed jam causaris barbamque, annosque, pilosque.

Causari, Accusationem intendere. Quintil. lib. 11. cap. 1. Nec causanti pupillo sic tutor irascatur unquam, ut non remaneant amoris vestigia. Et Hor. 1. Epist. 14. 12.

Stultus uterque locum immeritum causatur inique. [ubi Schol. Vet. Culpat. Nec aliter apud Quintilianum exponendum.

Causari, Renuere, detrectare. Cic. pro Rosc. Com. 41. Nunquid causare, quin ab judicio abeas turpissime victus? Al. Numquid causæ est, quin &c. V. in CAUSA.

Causari, pro Expostulare, & Quærere ponunt auctores ævi sequioris. Treb. Pollio 30. Tyran. extr. Habes integrum numerum XXX tyrannorum: qui cum malevolis quidem, sed bono animo causabaris. Et Salvian. de Gub. Dei 3. post init. Causaris igitur, quid sit illud, quod Christiani, qui Deum credimus, omnibus miseriores sumus.

CAUSĀTUS, a, um. Excusans, prætexens. Suet. Neron. 49. Pugiones rursus condidit, causatus, nondum adesse fatalem horam.

Hiemem instare causatus. Liv. 36. 10. Itaque hiemem instare apud suos causatus rex, unum tantum moratus diem, ab Larissa recessit.

Negotia causatus. Tacit. 1. Ann. 47. Negotia varie causatus, primo prudentes, dein vulgum, diutissime provincias fefellit.

Tempus causatus. Curt. 4. 16. 18. Et præceps in noctem diei tempus causatus est.

CAUSATE, Adv. Per causas: unde, Causatius defendere, apud Plin. præfat. operis. ubi cod. Palat. Excusatius, teste Græv. V. Harduin.

Utitur Vives hoc Causatius, utuntur & alii. Vives de Christ. femina lib. 1. 316. in 8vo. Quanto causatius de femina, cui tanto est accuratius providendum &c. H. St.

CAUSĀTIO, ōnis. f. [πρόφασις] Prætextus, excusatio, vel color. Quandoque ponitur pro Vitio interiore, & ægritudine. Pallad. lib. 1. tit. 4. Si salvo capite in pulmonibus ac thorace, aut nulla est, aut rara causatio. Et Gell. 20. 1. Ne causatio ista ægri corporis perpetuam vacationem daret fidem detrectantibus.

CAUSATĪVUS, a, um. Gloss. Gr. Lat. αἰτιολογικὸς, causativus. Et Mart. Capell. lib. 5. Causativum litis est, inquit, quod dubitationem facit.

CAUSATRIX, īcis. f. ut, Omnis mali causatricis. Dig. lib. 38. t. 10. l. 4. §. 6. [Sic reddit Græcum Homeri κακομηχάνου. Sed non videtur ea interpretatio ipsius esse Pandectographi. Certe Latinitatis est omnino reprobatæ.

CAUSĬDĬCUS, i. m. [ῥήτωρ, συνήγορος] Qui causas agit, vel Patronus: quod in causis dicendis versetur. Cic. 1. de Orat. 102. Non enim causidicum nescio quem, neque proclamatorem, &c.

Amplus, grandis, subtilis, elegans causidicus. Cic. in Orat. 30.

Pauper. Martial. lib. 14. 219.

Pusillus causidicus. Juven. 10. Sat. 121.

Raucus. Martial. lib. 4. 8.

CAUSIDICĪNA, æ. f. Ipsa ars, sive Munus causidicorum. Cod. Theod. leg. ult. de Cohortat. princ. cornic. Et Ammian. 30. 16. & Symmach. 5. Epist. 16. & 75.

CAUSIDĬCOR, āri. Gloss. Gr. Lat. δικολογῶ, causidicor.

CAUSIDICATUS, ûs. m. verbale. Gloss. Gr. Lat. δικολογία, Causidicatus.

Causĭfĭcor, [αἰτιάζω] ari. Idem quod Causari. Plaut. Aul. 4. 10. 25. Ergo quia sum tangere ausus, haud causificor, quin eam ego habeam potissimum. h. e. Non obsto. Et Apul. 10. Met. p. 242. Verbero blaterans atque inconcinne causificans, i. e. Causas fabricans.

Causia, æ. f. [καυσία] est Pileus expassos margines habens, ad arcendum æstum, quo messores utuntur. Plaut. Milit. 4. 4. 42.

Facito ut venias huc ornatu nauclerico,
Causiam habeas ferrugineam, &c.

Fuit etiam regum Macedonum insigne. Valer. Max. lib. 5. 1. ext. 4. De Antigono, Humo caput (Pyrrhi scil.) sublatum causia, qua velatum caput suum, more Macedonum, habebat, texit.

Causis, is. f. [καῦσις] Ustio. Olim cameræ ceris inustis pingi solitæ: Et hæc pingendi ratio Causis Græce dicitur. Vitruv. 7. 9. V. etiam Plin. 33. 7. & Salmas. in Solin. p. 164.

Causōdes, is. f. Febris ardens. Cels. lib. 2. cap. 8. Febrem autem ardentem, quam Græci καυσώδη vocant, subitus horror exolvit.

Causon, [καύσων] Æstus seu ardor. Unde ab Hippocrate Causon, Febris appellatur: quam ardentem & tertianam exquisitam vocamus.

Caustum, i. n. [καυστὸν] Latine dicitur Ustile, quod exuri potest. Plin. lib. 35. cap. 15. pr. Quartum caustum ad ellychnia. de Sulphure. [Verum Dalechamp. pro Caustum, exhibet, Autem. Hard. plane hanc vocem non agnoscit. Videtur ex Dioscor. 5. 24. inculcata h. l. a sciolo.

Caustĭce, es. f. [καυστικὴ] Urens scil. herba, quæ alias Scelerata dicitur. Apul. de Herb. cap. 8.

Caustĭcus, a, um. Adj. [καυστικὸς] ut, Caustica medicamenta, Quæ causticam vim habent, id est ustivam seu ustoriam. Plin. lib. 25. cap. 11. Perungunt & radice ejus sudoris causa eliciendi, quoniam caustica vis ei est. Martial. lib. 14. 26.

Caustica Teutonicos accendit spuma capillos.

Curari causticis. Plin. lib. 26. cap. 1. Causticis namque curabatur: nisi, &c.

Causus, i. m. [καῦσος] Latine Ardor. Febris est, ut lib. Finit. Medic. habetur, quæ cum inflammatione multa fit, nullamque requiem corpori præbet, linguam afficcat, denigrat, frigidæ desiderium affert.

Cauta, æ. f. [καυτὴ] Efflatio oris. The. Prisc. 1. 17.

Cautela, In caveo.

Cauter, ĕris. m. [καυτὴρ] Instrumentum ustorium. Tertull. de Pallio cap. ult. Adigo cauterem ambitioni, qua M. Tullius quingentis millibus nummûm orbem citri emit.

Cremari cauteribus. Prudent. in Romano v. 490.

Lavare cauterem. Prudent. in Vicentio v. 229.

Arvina posthinc igneum
Impressa cauterem lavit. adde Pallad. 1. 43. Veget. Mulom. 2. 6.

Cautērium, i. n. [καυτήριον] Instrumentum quo notæ imprimuntur, & morbi alioqui insanabiles inuri solent. Plin. lib. 22. cap. 23. Tempestive enim datum, cauterii vim obtinet.

Ignita cauteria. Firmic. lib. 4. cap. 1.

Cauterium in pictorum instrumentis continetur: ut colligere est ex Martiano in l. item pictoris. D. de instr. vel instr. leg. Item pictoris instrumento legato, ceræ, colores, similiaque horum legato cedunt. item peniculi, & cauteria, & conchæ. Cauteria autem sunt instrumenta, quibus pictores olim ceris pingentes picturam tabularum inurebant. Turneb.

Cautērio, āre. [καυτηριάζω] Cautere notare. Vulg. Interpr. Irenæi 1. 24. Cauteriantes discipulos suos in posterioribus partibus extantiæ dextræ auris.

Cauteriatus, a, um. [κεκαυτηριασμένος] Quod est cauterio notatum. Unde ab Apostolo, 1. Tim. 4. 2. Cauteriata conscientia dicta est. Ita quidem Interpr. vulgat.

Cauterīzo, āre. Cauterio urere. Veget. Mulom. 3. 4.

Cauterōma, ătis. n. Ulcus a peccante cautere factum. Plin. Valer. 3. 47. V. Barth. Adverf. 5. 17.

Cautes, is. f. sive Cōtes, aut Cos, ōtis. [ῥαχία, πέτρα] proprie Saxum dicitur asperum atque abruptum. Plin. lib. 2. cap. 96. Juxta Harpasa oppidum Asiæ, cautes stat horrenda, uno digito mobilis. Virg. 6. Æn. 471.

Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes. Qui versus in proverbium assumitur de Homine pertinacis sententiæ. V. Chiliad. Erasmi.

Abrupta cautes. Sen. Herc. OEth. 7.

Altæ. Virg. 3. Æn. 699.

Ardua. Valer. 4. Argon. 671.

Dura. Virg. 4. Æn. 366. & 8. Ecl. 43. Propert. lib. 1. 3. 4.

Intractabilis. Sen. Hippol. 580. Ut dura cautes undique intractabilis
Resistit undis.

Nivosæ. Sil. lib. 4. 68.

Objectæ. Sil. lib. 7.

Sæva. Sen. Troad. 12.

Scrupulosæ. Cic. 4. Tusc. 33. E quibus, tanquam e scrupulosis cautibus enavigavit oratio. Al. Scrupofis. [Sane epitheton a diminutivo ductum non convenit, quicquid dicit Davis. Ego nullus dubito, quin Scopulosis legendum sit.

Strictæ. Valer. 2. Argon. 449.

Terribiles. Lucan. lib. 6. 26.

Concurrere cautes dicuntur, Quum inter duos eminentes scopulos angusta relinquitur via, quæ navigantes transmittit. Ovid. 2. Amor. 11. 3. V. & cos, cotis.

Cautio, Cautim, Cautor, Cautus. In caveo.

Căvus, a, um. Adj. [κοῖλος] proprie Concavum & vacuum significat, a Chao, & ejus inanitate dictum, auctore Festo: quod quasi vorago quædam erat inanis & vacua.

Ædes cavæ. Virg. 2. Æn. 487. Servius exponit Tecta camerata.

Æs cavum, pro Tuba. Virg. 3. Æn. 240.

— dat signum specula Misenus ab alta
Ære cavo.

Æs cavum, pro Æreo lebete. Ovid. 4. Met. 504.

— quæ sanguine mista recenti
Coxerat ære cavo.

Ahena. Ovid. 6. Met. 645.

Alveus. Ovid. 2. Fast. 407.

Antrum. Virg. 3. Æn. 641.

Aures. Ovid. 12. Met. 42.

Buccina. Ovid. 1. Met. 335.

Busta. Ovid. 3. Amor. 9. 38.

Cavernæ. Virg. 2. Æn. 53. Cavas per pleonasmum addidit. Inde enim Cavernæ dictæ sunt, quod Cavæ essent. Servius ait Græcam esse figuram, ut Vitam vivere, Mortem mori.

Cassis cava. Valer. 6. Argon. 760.

Armaque, quique cava superest de casside vultus.

Cistæ. Catull. 62. 259.

Colles. Virg. 8. Æn. 598. — undique colles
Inclusere cavi.

Concha. Virg. 6. Æn. 171.

Convallis. Virg. 2. Georg. 186.

Cortices. Virg. 2. Georg. 453.

Dolia. Tibull. lib. 1. Eleg. 3.

Falx cava. Ovid. 4. Fast. 694.

Sive cavæ falcis, sive bidentis erat.

Fenestræ, i. e. Patulæ. Virg. 9. Æn. 534.

Perque cavas densi tela intorquere fenestras. Servius.

Flumina. Virg. 1. Georg. 326. Servius interpretatur Profunda & alta.

Fornaces. Lucret. lib. 6. 201.

Ilex. Hor. Epod. 16. 47.

Mella cava manant ex ilice.

Imago. Virg. 6. Æn. 293.

Et, ni docta comes tenues sine corpore vitas
Admoneat, volitare cava sub imagine formæ:
Irruat, & frustra ferro diverberet umbras. Cava dixit, quasi inani & corpore vacua.

Lacunæ. Virg. 1. Georg. 117.

Lacus. Ovid. 3. Fast. 558.

Latebræ. Virg. 2. Æn. 38.

Latus. Virg. 5. Æn. 434.

Multa viri nequicquam inter se vulnera jactant,
Multa cavo lateri ingeminant, & pectore vastos
Dant sonitus.

Lintea cava. Valer. 4. Argon. 83. Lintea, i. e. Vela. Cava autem propter ventum, qui quum velis incumbit, sinum quendam efficit concavum.

Lumina cava, i. e. Oculi propter maciem concavi. Ovid. 8. Met. 801. in descriptione Famis.

Luna. Plin. lib. 8. cap. 54. h. e. Decrescens. [Vel potius Corniculata, Falcata, Μηνοειδής.

Machina. i. e. Pila vel Mola. Ovid. 6. Fast. 381.

Quodcunque est solidæ Cereris cava machina frangat. V. Serv. ad 1. Æn. 179.

Manibus cavis plaudere. Virg. 12. Æn. 86.

Mare. Ovid. 3. de Arte Am. 94.

Naris. Ovid. 1. de Arte Am. 520.

Inque cava nullus stet tibi nare pilus.

Nubes. Virg. 5. Æn. 810.

Nubila. Ovid. 5. Met. 623.

Orbes. Sen. OEdip. v. 972. Orbes vocat Sinum illum in quo oculi latent: cavos vero inquit, quoniam evulsi erant oculi.

Palmæ. Virg. 8. Æn. 69. i. e. Manus.

Palus, Profunda. Ovid. 6. Met. 371.

Parma. Ovid. 12. Met. 89.

Pinus. i. e. Vetustate exesa. Virg. 5. Æn. 448.

— ut quondam cava concidit, aut Erimantho,
Aut Ida in magna radicibus eruta pinus. Serv.

Pinus cava, pro Navi. Valer. 1. Argon. 687.

Pumices. Virg. 4. Georg. 44.

Ramus cavus, Cavatus. Phæd. 3. Fab. 16. 5. Sed Bentleius ibi legit Trunco cavo, quam emendationem rejicit Burmannus, quem V. ad l. c.

Rates. Ovid. 18. Epist. 8. per Rates autem Naves intelligit, alioqui epitheton non quadrabit.

Recessus luminum cavi. Sen. in OEdip. v. 968. i. e. Concavitates oculorum.

Rupes. Virg. 3. Georg. 253.

Saxum. Virg. 3. Æn. 450.

Specus cava. Plin. lib. 12. cap. 1. Cava LXXX atque unius pedum specu.

Tempora cava equi bellatoris. Virg. 10. Æn. 891.

Terra cava aliquem condere. Virg. 12. Æn. 893. i. e. Sepulcro.

Testudo. Virg. 4. Georg. 464. Periphrasis est Citharæ, secundum Serv.

Tibia. Lucret. lib. 2. 620.

Trabs. Virg. 3. Æn. 191.

Vela damus, vastumque cava trabe currimus æquor. Periphrasis optima navium. Servius.

Trunci. Hor. 2. Carm. 19. 11.

Turres. Virg. 9. Æn. 666.

Armatique cavis expectant turribus hostem.

Valles. Virg. 2. Georg. 391.

Vena. Cic. 2. de Nat. Deor. 138. In quem sanguis a jecore per venam illam cavam influit. A practicis concava & chilis appellatur. [Hoc quid monstri sit nescio. Græci κοίλην & μεγάλην & μεγίστην, inde & Latini Cavam, Magnam vel Maximam vocarunt, quæ ramos per totum corpus dispergit. V. Anatomicos.

Undæ. Catull. Epigram. 90.

Căvus, i. m. sive Căvum, i. n. [κοίλωμα, ὀπὴ, τρώγλη] pro Loco cavato. Hor. 1. Epist. 7. 33.

Macra cavum repetes arctum, quem macra subisti.

Inventus cavis bufo. Virg. 1. Georg. 184.

Abscondere cavis aliquid, i. e. Locis concavis. Hor. 2. Serm. 3. 173.

Aperire cavis. Liv. 24. 34. Archimedes murum ab imo ad summum crebris cubitalibus fere cavis aperuit.

Ædium cavum. Varro 4. de L. L. 33. V. cavædium.

Dentium cava. Plin. 20. 6. Addaturque ipsum in cava dentium.

Veritatis cava, i. e. Vacua. Claud. Mamert. 2. 9. de Statu animæ.

Leoninum cavum, Spelunca leonis. Plaut. Men. 1. 2. 49.

Etiam nunc concede audacter ab leonino cavo.

Laxior cavus. Varro de Gliribus 3. 15. Facere his cavos oportet laxiores.

Cava, æ. f. Foramen cavum, nidus. Sen. Epist. 90. Cavis tecti, aut aliqua rupe suffossa, aut exesæ arboris trunco. Alii legunt Casulis. Frontin. de Colon. Keuch. p. 352. Goes. 155. Quicquid viarum riparum, cavarum, &c. fuerit. [V. Indicem Goes. & Gloss. Rigalt. Apud Senecam a recto Cava pl. n. videtur, & pro Cavernis dictum.

Cavātĭcus, a, um. Adj. [ὀπαῖος] ut Cavaticæ cochleæ. Plin. lib. 30 cap. 6. Sunt balearicæ, quas cavaticas vocant: quoniam in ſpeluncis naſcuntur. Et 8. 39.

Căvo, [κοιλόω, κοιλαίνω] āre. Fodere, evacuare. Plin. lib. 36. cap. 22. In Siphno lapis eſt qui cavatur, tornaturque in vaſa coquendis cibis utilia. Liv. lib. 21. cap. 26. extr. Itaque ingens coacta vis navium eſt, lintriumque temere ad vicinalem uſum paratarum: novaſque alias primum Galli inchoantes cavabant ex ſingulis arboribus.
Ferro acuto cavare. Virg. 2. Georg. 450.
Lapidem gutta cavat. Ovid. 4. de Pont. 10.
Parmam gladio cavare, i. e. Transfodere. Ovid. 12. Met. 130.
Saxa cavantur aqua. Ovid. 1. de Arte Am. 476.
Tellurem cavare. Virg. 3. Georg. 87. — cavatque
Tellurem, & ſolido graviter ſonat ungula cornu. De equis.
Cavare Luna dicitur cornua, Quando decreſcit. Plin. lib. 8. cap. 17.

Cavātus, a, um. Partic. ut, Alni cavatæ. Virg. 1. Georg. 136.
Tunc alnos primum fluvii ſenſere cavatas.
Cortices cavati. Virg. 2. Georg. 387.
Lignum cavatum. Cic. 2. de Legib. 45.
Manus. Ubi aurum dexteris manibus cavatis offertur. Marcell. lib. 14. 310. Francf. circa fin. Sed & alibi Cavatas manus apud eundem legimus. Tibull.
Illa cava pretium poſtulat uſque manu. H. St. [Immo Flagitat. V. lib. 2. Eleg. 4. 14.
Oculi cavati. Lucret. 6. 1192.
Vallis cavata. Varro 4. de L. L. 3.
Urnula faberrime cavata. Apul. 11. Met. 262.

Cavatio, ōnis. f. Varro 4. de L. L. 26. (Scal. p. 31.) Sinus majorem cavationem, quam pocula, habet. conf. ibid. n. 3.

Cavatūra, æ. f. ut, Dentium cavaturæ. Marc. Emp. cap. 12.
Temporum cavaturæ. Veget. 1. 25.

Cavōsĭtas, ātis. f. Tertull. de Anima cap. 55.

Cavātor, ōris. m. [κοιλωτής] ut, Cavator arborum picus Martius. Plin. lib. 10. cap. 18. V. Salmaſ. in Hiſt. Auguſt. p. 458.

Căvea, æ. f. [κύρτη] proprie ſignificat Locum ſub terra vacuum atque obſcurum.
Caveam, pro Ferarum carcere, ſeu receptaculo frequenter uſurpamus, quod Græcis γαλεάγρα dicitur. Apuleius, Beſtiam factum immittimus caveæ. Suet. in Calig. cap. 27. Multos honeſti ordinis, deformatos prius ſtigmatum notis, ad metalla & munitiones viarum, aut ad beſtias condemnavit, aut beſtiarum more quadrupedes cavea coercuit, aut medios ſerra diſſecuit.
Cavea, [οἰκίσκος] Septum ex ligno, ſive ex ebore, aut aliquo metallo factum, in quo aviculas tenemus. Martial. de Cavea eburnea, lib. 14. 77. Cic. 2. de Nat. Deor. 7. Qui etiam per jocum deos irridens, quum cavea liberati pulli non paſcerentur &c.
Incluſus cavea. Ovid. in Ibin, 519.
Clathri caveæ. Hor. de Arte Poet. 473.
Cavea, [θεωρητήριον] Area in medio theatri, e qua populus ludos ſpectare ſolebat. Plaut. Amph. prol. 65. Ut conquiſitores ſinguli in ſubſellia eant per totam caveam, &c. Cic. de Amicit. 24. Qui clamores tota cavea nuper in hoſpitis & amici mei Pacuvii fuerunt nova fabula, quum ignorante rege uter eorum, &c. [Area falſo hic dicitur, cum dicatur potius de ipſo ambitu Spectaculorum. V. Lipſ. de Amphitr. cap. 14.
Conſeſſum caveæ implere clamoribus. Virg. 5. Æn. 340. per Caveam, Plebem ſignificat. nam Cavea, Conſeſſus eſt populi, ut ait Servius.
Subire per caveas. Stat. lib. 1. Silv. 6. 28.
Prima & ultima cavea. Cic. de Senect. 48. Ut Turpione Ambivio magis delectetur qui in prima cavea ſpectat: delectatur tamen etiam qui in ultima.
Cavea, pro Quocunque loco interdum accipitur ab acceſſu undique munito. Statius Circum ſic appellavit, & Campum in quo equorum curſu certabatur. Verba ejus ſunt 1. Theb. 423.
— at hinc teneros caveæ diſſenſus ephebos
Concitat, excluſæque expectant præmia matres.
Caveæ etiam ſunt Alvearia apum. Virg. 4. Georg. 58.
Hinc ubi jam emiſſum caveis ad ſidera cæli. i. e. Alvearibus. Serv.
Cavea, pro Septo illo ſpineo, quo circum muniuntur arbores novellæ, ne a pecore lædantur. Columel. lib. 5. cap. 6. Vites in ultimo ſcrobe deponi oportet, materiaſque earum per ſcrobem porrigi, deinde ad arborem erigi, atque ab injuria pecoris caveis emuniri.
Caveai legitur, pro Caveæ apud Lucret. lib. 4. 76.
Namque ibi conſeſſum caveai ſubter. V. ibi Interpr.

Caveŏla, æ. f. dimin. in Gloſſ. Vet. ζώγρειον exponitur.

Cavile, is. n. Idem forte ac Cavea, cum qua conjunxit Varro 4. L. L. 3. Sed diſputant critici. V. Gothofredi Not. ad h. l. & Scalig. Conject. p. 13.

Caveus, i. m. Poculi genus. Sic Caveos & Scyphos conjunxit Treb. Pollio in Claud. cap. 14. V. etiam Spartian. Peſcenn. cap. 10. Sed emendati codd. Caucos exhibent. q. V.

Căvĕfăcio, ĕre. Ad formam Vacuefacere. Fortunat. 8. 4. 192.
Per tribulos gradiens ſpinæ cavefecit acumen.

Căverna, æ. f. [κρύπτη, ἄντρον] Concavitas quædam terræ, vacua atque obſcura. Cic. 2. de Nat. Deor. 25. Quod magna vis terræ cavernis contineatur caloris, eaque hieme ſit denſior.
Cavernæ, pro Auribus. Plin. lib. 11. cap. 37. de vitulo marino & delphino, Hæc cavernas tantum habent aurium loco.
Ætheriæ. Lucret. lib. 4. 171.
Cæcæ. Lucan. lib. 5. 87. i. e. Obſcuræ.
Cæli cavernæ. Lucret. lib. 4. 172.
— & magnas cæli compleſſe cavernas.
Curvæ. Virg. 3. Æn. 674.
Imæ cavernæ. Ovid. 5. Met. 502.
Ingentes. Virg. 2. Æn. 19.
Elicere ex cavernis terræ ferrum. Cic. 2. de Nat. Deor. 151.
Caverna, Pars quædam navis. Alii Fuſtes curvos navium, quibus extrinſecus tabulæ affiguntur, Cavernas appellarunt. Servius in Virg. 2. Æn. 19. Quid in navigio tam neceſſarium, quam latera, quam cavernæ? Cic. 3. de Orat. 180. Edit. Pearce. al. Carinæ.

Cavernōsus, a, um. Adj. [ἀντρώδης] Locus multis cavis plenus, aut vacuus. Cavernoſa radix. Plin. lib. 26. cap. 8. Radix in uſu, piloſa, coloris in-

tus herbacei, craſſitudine digiti minimi, acetabulis cavernoſa, ceu polyporum cirri, ſubdulcis, & in petris naſcens.

Caverno, āre. ut, Fiſtulam cavernare. Cæl. Aurel. Tard. 4. 3.

Cavernatim, Adv. Sidon. 5. Epiſt. 4. Aqua ſcabris pumicibus cavernatim ructata.

Cavernŭla, æ. f. dimin. [κρυπτίδιον] Plin. lib. 17. cap. 11. Ipſi qua pediculis adhæreant, cavernulas habent & intus ſemen.

C A X

Caxo, i. e. Catax, quod ſignificat Claudum. Ex Nonio. [Immo Coxo, Qui ex Coxa claudicat. Sic Non. Merceri in Catax.

C A Y

Caycus, i. m. Fluvius Phrygiæ. V. caicus. per i enim ſcribi debet.

Căyster, ſive Caystrus, i. m. [Κάυστρος] Ioniæ amnis celebratiſſimus juxta urbem Epheſum. Auctor Pomponius Mela, lib. 1. 17. Ovid. 2. Met. 253.
Flumineæ volucres medio caluere Cayſtro.

Caystri campi, [Καΰστρια πεδία Stephano] Campi ſunt fœcundiſſimi ſub Sardibus, Lydorum urbe, Cori & Hermi campis contigui: ita dicti a Cayſtro vicino fluvio. Virgilius Cayſtri prata vocat, lib. 1. Georg. 384. V. plura apud Strabonem lib. 13. Qui Καϋστριανὸν πεδίον Cayſtrianum Campum vocat.

Caystrius, a, um. Adj. [Καΰστριος] ut, Ales Cayſtrius, i. e. Cycnus. Ovid. 5. Triſt. 1. 12.

C E

Ce, Syllabica adjectio eſt, ſed cum iis fere jungitur, quæ in c, vel s, deſinunt: ut, Hicce ſive hiccine, Sicce ſive ſiccine: Hiſce, hoſce, hæccine, & ſimilia.

CEL. Celeres. CEN. AR. vel CEN. A. Cenſoris arbitratu. CENS. vel CENSP. Cenſor perpetuus, vel peregrinus. [Inſcite.] CENT. Centenarium, vel Centurio. CENTT. Centuriones. CER. Cerealia. CER. QVINQ. Certamine quinquennali. CESS. Cenſores.

Cēa, æ. f. vel Ceos, [Κέως, Ptol. Κία] Scribitur & Cæa vitioſe. Inſula in mari Ægeo, de qua Plinius lib. 4. cap. 12. Ceos, inquit, quam noſtri quidam dixere Ceam, Græci & Hydruſſam. Avulſa Eubœæ, quingentis longa ſtadiis fuit quondam: mox quatuor fere partibus, quæ ad Bœotiam vergebant, eodem mari devoratis, oppida habet reliqua, Julida, Cartheiam: intercidere Coreſſus, Pœeſſa. Vulgo *Zia*. De qua Ovid. 7. Met. 368.
Tranſit & antiquæ Cartheïa mœnia Ceæ. Ex hac profectam delicatiorem feminis veſtem, auctor eſt Varro apud Plin. l. c. Propert. 1. 2. 2.
Et tenues Cea veſte movere ſinus.
Pinguia, Ceæ Dumeta. Virg. 1. Georg. 14.
Cea etiam Inſula in ora Aſiæ, e regione Halicarnaſſi, aut Cnidi potius, quæ uſitatius Cos vel Coos vocatur. Plin. 5. 31. Nobiliſſima in eo ſinu Cos, &c. ut plures exiſtimant, Merope vocata; Cea, ut Staphylus. Ita MSS. omnes, non Cos, ut habent aliæ editiones. V. omnino Broekh. ad Propert. d. l. De claris ejus inſulæ civibus. V. in iulis.

Cēus, a, um. gentile. ut, Nænia Cea. Hor. 2. Carm. 1. 37.
Sed ne relictis, muſa procax, jocis
Ceæ retractes munera næniæ. i. e. Simonidis Cei epicedia, qui primus carmen lugubre dicitur inſtituiſſe.
Sedes Ceæ. Hor. 4. Carm. 9. 7.

Cea vel Cia, n. pl. abſolute, pro Veſtibus Ceis. Lucret. 4. 1123.
Interdum in pallam, Melitenſia, Ceaque vertunt. Sic Lamb. al. Cia.

Ceadas, æ. m. [Κεάδας] Spelunca apud Lacedæmonios erat, tetræ caliginis & diri aſpectus, quam ſic, quaſi pallorem & lacrymas appellabant, in qua damnatos mortem oppetere cogebant. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 5. V. Pauſan. Meſſen. ubi de Ariſtomene, & ex eo Cæl. Rhodig. l. 17. c. 8. Male Ceades recto caſu ſcribi docet Henr. Steph. in Theſ. Gr. Indice. V. & Suid. & Thucyd. l. 1.

C E B

Cĕbēs, ētis. m. [Κέβης] Thebanus fuit philoſophus. ſcripſit dialogos tres, qui inſcribuntur Pinax (id eſt Tabula, qui extat etiamnum) Septima, Phrynichus. Auctor eſt Diogenes Laert. lib. 2.

Cebrēnia, æ. f. [Κεβρηνία] Locus eſt Troadis regionis, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 30. Strabo lib. 13. Cebriniam ſcribit pro regione & urbe. Et Cebrinii populi, regionis & urbis incolæ.
Sunt Cebrenii & in Thracia, dicente eodem Strabone, Eſt fluvius quidam Ariſbris in Thracia, prope quem Cebrenii Thraces habitant. Cebrenia vel a Cebreno amne, vel a Cebrenio Priami filio nuncupata eſt. Hermolaus in Plinium, Herodianum citans & Didymum.

Cebren, ēnis. m. [Κεβρήν] Fluvius Troadis, unde Cebrenis, quæ mox ſequitur. Apollodor. 3. 5.

Cebrēnis, ĭdis. f. [Κεβρηνίς] patronym. Ovid. 11. Met. 769.
Aſpicit Heſperien patria Cebrenida ripa. Stat. 1. Silv. 5. 21.
— viduæ Cebrenidos arida luctu
Flumina.

Cebrēnus, i. m. [Κεβρηνός] Auſon. 3. Sectione, Ad amicum ut quamprimum ad ſe veniat,
Sic qui venalis tam longa ætate Cebrenus
Non habet emptorem, ſit tibi pro pretio.
Eſt & nomen fluvii. V. cebrenia.

Cebriŏnes, æ. m. [Κεβριόνης] Trojanus Priami regis filius nothus, frater & auriga Hectoris, a Patroclo interemtus. apud Homerum Iliad. π. v. 738. ſeq.

Cēbus, i. m. [κῆβος] Simiæ ſpecies; de qua ex nummis Spanh. diſſ. 5. p. 243. adde Ariſtot. Hiſt. Animal. 3. 8.

C E C

Cĕcīna, vel potius Cæcina, æ. f. Fluvius eſt Etruriæ, ad Volaterras, auctore Pomponio lib. 2. 4. & Plin. lib. 3. cap. 5. *Ceſena* hodie vulgo dicitur. Olivarius in Melam.

Cecīna, vel potius Cæcina, æ. m. [Καικίνας] Cognomen Romanum, gentis incertum Liciniæ, ut ex Gell. 6. 16. colligebat P. Faber, an Cilniæ, ut Paſſeratio placet, quanquam Gronov. rejecta utraque lectione ex veſtigiis MSS. Pro A. Cæcina legit. Ceterum A. Cæcina, Volaterranus, equeſtris ordinis, Quadrigariorum magiſter, Pompeianarum partium

tempore

tempore belli civilis, hirundines parvas e nidis Romæ comprehensas nutriebat, quas postea nuntias belli mittebat amicis, uti Plinius refert lib. 10. cap. 24. Scripsit librum criminosissimum contra Cæsarem. teste Suet. in Cæs. cap. 75. Fuit Ciceroni familiaris, & cliens defensus ab eo contra Sex. Æbutium, in quadam hæreditatis causa. Quæ oratio adhuc extat. Extant & inter eos epistolæ conscriptæ. Scripsit & librum de Procurandis fulguribus, quem Seneca se fatetur imitari, dicitque eum virum facundum, nisi a Ciceronis rebus primo recessisset. V. Quæst. Nat. lib. 2.

Cecina alius, Octaviani Cæsaris scriba, legitur in epist. 5. lib. 16. ad Atticum.

Cecina alius vir Consularis, ob conjurationis suspicionem a Tito ad cœnam vocatus, ac per proditionem interfectus. Apud Suet. in Tito, cap. 6.

Cecina, dux Vitellianus cum exercitu e Gallia profectus, ad Bebriacum cum Othonianis congressus feliciter dimicavit. V. Tacit. Hist. 1. cap. 53. & seq. ad fin. Sunt qui geminata littera Cæcinna scribunt, sed perperam.

Cēcrops, ŏpis. m. [Κέκροψ] Incertæ originis, Conditor Athenarum: qui omnem ejus regionis multitudinem in duodecim urbes digessit, ut tradit Strabo l. 9. ex Philochoro. A quo Cecropidæ, Athenienses. Ovid. 2. Met. 784.

Infice tabe tua natarum Cecropis unam.

Atheniensis Cecrops. Tacit. 11. Ann. 14. Quidam Cecropem Atheniensem, vel Linum Thebanum, & temporibus Trojanis Palamedem Argivum memorant, sexdecim litterarum formas, mox alios, ac præcipuum Simonidem, ceteras reperisse.

Geminus Cecrops. Ovid. 2. Met. 555.

Virginibusque tribus gemino de Cecrope natis
Servandum dederat. subaudi Erichthonium. Dictus est autem Cecrops geminus, i. e. Duplicis naturæ, quia connubium instituit apud Athenienses. Quippe ante Cecropem more brutorum in Græcia mulieres promiscuo utebantur concubitu: unde fiebat ut pueri μονοφυεῖς dicerentur, id est naturæ unius: quia matrem tantum agnoscerent, patre prorsus incerto. Ubi vero ferinos id genus mores sustulit Cecrops, effecti quodammodo διφυεῖς, auctori id ipsum adaptarunt cognomen. Ex Cælio lib. 18. cap. 25. V. etiam Aristoph. Plut. Schol. 773. ubi aliæ conjecturæ de hac appellatione dantur. Plenissime Marsham. Can. Chron. Sæc. 8.

Cēcrŏpia, æ. f. Oppidum a Cecrope conditore: postea arx Athenis. Plin. lib. 7. cap. 56. Oppidum Cecrops a se appellavit Cecropiam, quæ nunc est arx Athenis.

Cecropiam pro Regione Attica posuit Catull. 62. 79.

Cecropiam solitam esse dapem dare Minotauro.

Cēcrŏpĭdæ, ārum. pl. Athenienses dicti sunt, a Cecrope rege. Ovid. 7. Met. 670.

Phocus in interius spatium, pulchrosque recessus,
Cecropidàs duxit.

Cēcrŏpius, a, um. Adj. [Κεκρόπιος] ut, Thymus Cecropius. Virg. 4. Georg. 177.

Apis Cecropia. Martial. lib. 11. 43.

Et thyma Cecropiæ Corsica ponis api?

Arx. Ovid. 6. Met. 70.

Cothurnus Cecropius. Hor. 2. Carm. 1. 12. —grande munus
Cecropio repetes cothurno.

Minerva. Lucan. lib. 3. 306.

Cēcrŏpis, ĭdis. f. [Κεκροπὶς] patronym.

Cēcrȳphălus, i. m. [κεκρύφαλος] Genus ornamenti muliebris, Reticulum alias, item vitta & flammeum discriminale dictum, παρὰ τὸ κρύπτειν. Homer. Iliad. χ. v. 469. Xenophon. autem in lib. De venatione κεκρύφαλον vocat Sinuosum illum macularum contextum, in quem se insinuant animalia urgentibus canibus. i. e. Plagarum seu Cassium sinum.

Cēcrȳphălēa, æ. f. [Κεκρυφάλεια] Promontorium, seu Insula Peloponnesi, juxta quam Athenienses ab Æginetis prælio superati fuerunt. Stephanus.

Cecubum, V. cæcubum.

Cecurri, Veteres dixerunt pro Cucurri. Perottus.

C E D

Cēdar, [Κέδαρ] Regio Arabiæ: ut apud Isaiam, Auferetur omnis gloria Cedar. Nam (ut inquit Hieronymus) ex Ismaele Cedar & Agareni, qui perverso nomine Saraceni vocantur, generati dicuntur.

Ceditius, V. cædicius.

Cēdo, cessi, cessum, [εἴκω, ὑπείκω, ὑποχωρέω, ἀναχάζω] ĕre. proprie significat Abire, & locum dare. Cæs. 2. Bell. Civil. 40. Sabura copias equitum peditumque instruit, atque iis imperat ut simulatione timoris paulatim cedant, ac pedem referant. Hor. 1. Serm. 1. 119.

Inde fit, ut raro, qui se vixisse beatum
Dicat, & exacto contentus tempore vitæ
Cedat, uti conviva satur, reperire queamus.

Introrsum cedere. Lucret. lib. 4. 943.

Locum dare & cedere. Cic. 2. de Nat. Deor. 83. Quacunque enim imus, quacunque movemur, videtur quasi locum dare & cedere. Idem de Clar. Orat. 290. Gratiosi scribæ sint in dando & cedendo loco.

Cedam, atque abibo. Cic. pro Milon. 94.

Cedere loco, patria, urbe, domo. Cæs. 2. Bell. Civil. 41. Hi quamcunque in partem impetum fecerant, hostes loco cedere cogebant.

Cedamus patria. i. e. Migremus Roma. Juven. 3. Sat. 29. Italia. Cic. 9. Att. 12. Urbe. Cic. ad Octav. Domo. Idem 13. Att. 39.

Campis. Hor. 3, Carm. 8. 24.

Tellure. Hor. 2. Carm. 1. 26.

A gladiatore cedere. Cic. pro Rosc. Amer. 118. Codices emendati habent, A gladiis recessisse.

Ab oppido. Cic. 5. Att. 20. Itaque eos cedentes ab oppido Cassius insecutus est.

Ab ordine. Virg. 3. Æn. 447.

Illa manent immota locis, nec ab ordine cedunt.

De oppidis his cedendum censeo. Cic. 7. Att. 21. i. e. Decedendum.

De Republica. Cic. Anteq. iret in exil. 7. Cedo invitus de Republ. cedo oppressus de fortuna, de dignitate, discedo a Repub. victus audacia malorum.

De sede. Hor. in Arte Poet. 258.

E corpore cessit anima. Lucret. lib. 3. 219.

Ex civitate. Cic. pro Milon. 82.

Retro cedere. Liv. 5. Bell. Pun. Retro, quantum posset, cedere statuit. Quod alias uno verbo Retrocedere dicitur. Sil. lib. 4. 576.

Ut jussæ cessere retro, spatiumque dederunt, &c.

Cedere, pro Accedere. Plaut. Capt. 2. 2. 102.

Quam citissime potest, tam hoc cedere ad factum volo. i. e. Volo istum accedere ad hoc factum, sive ad hanc rem peragendam, quam citissime potest. Idem in Aulul. 3. 5. 52. Cedit miles, æs petit. Ennius apud Cic. 1. de Divin. 108.

Cedunt de cælo ter quatuor corpora sancta.

Ad locum. Ovid. 1. de Pont. 3. 75. Exul ab Hæmonia Pirenida cessit ad undam.

Quoquam cedere, i. e. Ire in aliquam partem. Lucret. lib. 5. 841.

Cæsar ab humana cessit in astra via. Propert. lib. 3. 18. 34.

In auras cedere, h. e. Recedere, abire. Ovid. 14. Met. 849.

In nubila cessit simulacrum. Sil. lib. 17. 551. i. e. Evanuit. De phantasmate & Scipionis imagine loquitur.

Cedere vita. Cic. ad Octav. Cedam vita, &c. Honeste dictum, pro eo quod est, Ultro ad mortem accedam, mortem mihi consciscam.

Cedere e vita. Cic. de Clar. Orat. 4. Perpetua quadam felicitate usus ille cessit e vita. i. e. Mortuus est.

Fato cedere, idem significat quod Mori. Liv. 26. 14. Itaque quibus vestrûm ante fato cedere, quam hæc tot & tam acerba videant, in animo est, &c. Quod & Fato concedere dicitur.

Cedere alicui, Non repugnare, & ei obedire. Virg. 5. Æn. 467. Cede deo. Idem 3. Æn. 188.

Cedamus Phœbo, & moniti meliora sequamur.

Tibi ætas nostra jam cederet, fascesque summitteret. Cic. de Clar. Orat. 22.

Minori. Cic. de Clar. Orat. 228. Interjectum inter duas ætates, Hortensii & Sulpicii; nec majorem consequi poterat, & minori necesse erat cedere.

Cedere alicui, Inferiorem eo, neque tanti esse. Virg. 5. Ecl. 16.

Lenta salix quantum pallenti cedit olivæ,
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis,
Judicio nostro, tantum tibi cedit Amyntas.

Cedere alicui in aliqua re, vel in agendo aliquid. Cic. pro Cæcin. 1. Non minus in causa cederet A. Cæcina Sexti Æbutii impudentiæ, quam tum in vi facienda cessit audaciæ.

Ultro alicui. Stat. 3. Silv. 4. 40.

Cedo tibi in laude. Gell. lib. 20. cap. ult. Tantum ceteris omnibus in ipsius quoque scriptionis laude cedentes, quantum cessimus in cura & elegantia scriptionis.

Alicui cedere, est Victum abire. Cic. 2. Off. 40. Cui quidem etiam exercitus nostri, imperatoresque cesserunt.

Alicui nihil cedere. Cic. 1. de Legib. 5. Sic enim putant, te illam tractante effici posse, ut in hoc etiam genere Græciæ nihil cedamus.

Actionibus cedere alicui. Paulus in l. Si a bonæ fidei. D. de Rei vindicat. Ut tamen si interim eum usuceperat, actionibus suis cedat petitori.

Actionibus cedere alicui adversus debitorem. Papinianus in l. Stichum. §. Si mandato meo. D. de Solution. & liberat. Quinetiam dici solet, tutelæ contraria actione agendum, ut ei pupillus adversus debitores actionibus cedat.

Actiones cedere. Ulpian. in l. Quod si servus. §. Idem Labeo ait. D. de In rem verso, Si non putat sibi expedire nomen debitoris habere, cedat creditori actiones, procuratoremque eum faciat.

Aquæductum alicui cedere. Pomponius in l. Per quem locum. D. de Servitut. rustic. præd. Per quem locum viam alii cessero, per eundem alii aquæductum cedere non potero.

Jus nominis cedere. Scævola in l. Mulier. D. Qui potiores in pignore habeantur, Quæro an si ei justus possessor offerat, compellendus sit jus nominis cedere.

Jus suum cedere alteri, i. e. Dare. Virg. 11. Æn. 359.

De jure cedere. Cic. 2. Off. 64. Convenit autem cum in dando munificum esse, &c. multa multis de jure suo cedentem.

Litem cedere adversario. Marcianus in l. Si de communi. D. Si servitus vindic. Sed si per collusionem cessit litem adversario, ceteris dandam esse actionem de dolo Celsus scribit.

Uxorem marito cedere. Virg. 3. Æn. 297. Secundum jus locutus est, ait Servius, quia uxor viri domicilium sequitur. Nam & cessisse de jure est. Cedi enim hæreditas dicitur.

Ut aquam quæreres, & inventam ducere liceret, cedi potest. Labeo l. ult. D. Si servit. vindic.

Vicino si quis cesserit, Labeo putat, jus ei esse aquam immittere: aquæ pluviæ arcendæ eum agere non posse. Paulus in l. 2. §. ult. D. de aqu. & aqua pluv. arc.

Amori turpi cedere, Fœdæ libidini inservire. Valer. 7. Argon. 319.

Auctoritati. Plin. lib. 15. cap. 22. de sorbis loquens & nuce juglande, Ab his locum amplitudine vindicaverunt, quæ cessere auctoritati, nuces juglandes: quanquam & ipsæ nuptialium Fescenninorum comites, multum pineis minores. i. e. Quum amplitudine præstant, gratia tamen inferiores sunt. Budæus.

Cælestibus, nisi immortalitate, non cedens. Cic. 2. de Nat. Deor. 153. Reliquæque virtutes, e quibus beata vita existit, par & similis deorum; nulla alia re, nisi immortalitate, quæ nihil ad bene vivendum pertinet, cedens cælestibus.

Consiliis. Ovid. 13. Met. 361.

Famæ. Cic. 7. Fam. 3. Pudori tamen malui, famæque cedere, quam salutis meæ rationem ducere, i. e. Obsistere nolui, passus sum me vinci. Veritus enim sum, si ad Pompeium non transissem, ne existimationem mei læderem & minuerem. Budæus.

Fortunæ. Cic. 3. Tusc. 36. Quid jaces, aut quid mœres, aut cur succumbis, cedisque fortunæ?

Gratiæ alicujus rei non cedere. Plin. Jun. Non cedit gratiæ marmoris ramos, insidentesque ramis aves imitata pictura. i. e. Non minor est gratia picturæ. Budæus.

Honori non cedere. Virg. 3. Æn. 484.

Fert picturatas auri subtemine vestes
Et Phrygiam Ascanio chlamydem, nec cedit honori. Ubi Servius. Tanta dat munera, quanta merebatur Ascanius: hoc est enim honori non cedere, parem esse meritis accipientis.

Cedere honore & nomine suo alteri. Plin. in Paneg. cap. 94.
Hosti. Sil. lib. 15. 745. — cohibete fugam, cui cedimus hosti?
Insolentiæ alicujus. Hor. Epod. 17. 75.
Intercessioni cedere, i. e. Non ultra procedere: & quod vulgari lingua dicitur, Desistere ab oppositione. Sicut, Cedere provocationi, i. e. Relinquere appellationem. Item, Sublata intercessione, quod nunc dicimus, Non obstante oppositione. Ex Budæo.
Iræ cedere. Cic. 2. Off. 18.
Legibus cedere. Cic. pro Milon. 64. Cederet æquo animo legibus, secum auferret gloriam sempiternam. Cederet legibus, i. e. Quamvis commendabili facinore edito, exilium tamen sibi consciscceret, ne leges violare velle videretur si in urbe maneret. Budæus.
Malis cedere, Vinci malis, frangi rebus adversis. Virg. 6. Æn. 95.
Tu ne cede malis: sed contra audentior ito.
Malis alterius cedere. Alcmena miseriarum suarum comparatione, beatas esse alias miseras matres ostendit apud Sen. OEth. 14. his verbis, Cedite his cunctæ malis. His malis, i. e. Meis.
Oneri, vel Ponderi cedere; i. e. Succumbere, non perferre. Plin. lib. 16. cap. 42. Robur, olea incurvantur ceduntque ponderi. Quintil. lib. 10. cap. 1.
Operæ. Quintil. lib. 2. cap. 1. Quæ dum operæ cedit, jam pæne possessione depulsa est: i. e. Dum munus suum & officium detrectat. Budæus.
Periculo. Plin. Epist. 136. Postremo nullam vocem cedentem periculo emisit. i. e. Qua videretur velle periculum vitare.
Precibus alicujus. Cic. ad Brut. 12. Quum multa propter eam curam, quam pro Republ. suscepi, graviter ferrem: tum nihil tuli gravius, quam me non posse matris tuæ precibus cedere. h. e. Obtemperare.
Religioni. Cic. 1. Fam. 1.
Remediis cedere morbus dicitur a Celso, quando vincitur & percuratur. Budæus.
Repugnanti. Ovid. 2. de Arte Am. 197.
Spatiis cedere, significat Locum alicui dare juxta te vel eunti vel accumbenti, quod honoris gratia fieri solet. Claud. 1. in 1. Conf. Stilich. 48.
Tempestati cedere. Suet. Cæs. 58. Aut gubernatorem cedere adversæ tempestati passus est.
Tempori. Cic. 3. de Legib. 4. Neque nobis cum illa tum peste certamen fuit, sed cum gravissimo Reip. tempore: cui si non cessissem, non diuturnum beneficii mei patria fructum tulisset. Quod barbari dicunt, Facere secundum tempus.
Timori, Timidum esse, affici metu. Valer. Flac. 8. Argon. 436.
Cedo tibi conductione, significat, Per me licet, ut quod faciendum suscepi, tu faciendum suscipias: quia jam conductionem locatori operis renuntiavi. Ex Budæo.
Bonis cedere, Discedere a bonis, & quicquid nostrum erat, tradere creditori. Perott. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Creditoribus cedere villa. Suet. de Clar. Gramm. cap. 11.
Foro & curia cedere alicui. Cic. ad Octav. 2. Cedam tibi in præsentia foro, curia, &c.
Foro cedere, non aliud esse videtur, quam Æris alieni causa in forum non ventitare, & creditoribus non solvere, quod genus cessionis erat. Itaque inter creditores bona dividebantur. Senec. de Benef. 4. 39. Et appellare debitorem ad diem possum, & si foro cesserit, portionem feram. Id tamen de Argentariis præcipue dici solebat, qui mensam in foro habebant. Ulpianus in l. Si hominem. §. Quoties. D. Depositi, Quoties foro cedunt nummularii, solet primo loco ratio haberi depositariorum.
Possessione cedere. Liv. 24. 22. Facile esse, momento quo quis velit, cedere possessione magnæ fortunæ.
Nescit amor priscis cedere imaginibus. Propert. lib. 1. 5. 24. i. e. Amor omnes superat, sine ulla exceptione nobilitatis.
Malis cessit consilium. Ovid. 3. de Pont. 6. 48. i. e. Majora erant mala, quam ut consilio evitari potuissent.
Dies cedere dicitur, Quando incipit deberi pecunia, auctore Ulpiano: Cedere diem, inquit, significat incipere deberi pecuniam: Venire diem significat eum diem venisse, quo pecunia peti possit. Ubi pure quis stipulatus fuerit, & cessit, & venit dies. Ubi in diem, cessit dies, sed nondum venit. Ubi sub conditione, neque venit, neque cessit dies, pendente adhuc conditione. l. 213. D. De verb. signific.
Dies cedunt. Cic. de Senect. 69. Horæ quidem cedunt & dies, menses, & anni: nec præteritum tempus unquam revertitur: nec quid sequatur sciri potest. i. e. Licet mors non venerit, tamen dies mortis cedit, etiam quacunque hora & mense homo mori potest, & tempus fati semper procedit & instat. Ex Budæo.
Curæ cedunt. Stat. 1. Silv. 2. 26.
— cedant curæque metusque.
Fiducia non cessit illi. Virg. 9. Æn. 126. h. e. Non recessit.
Fiducia cessit animo. Stat. 8. Theb. 531.
Fortuna cedit sapienti. Cic. in Parad. 5. Cui quidem etiam (quæ vim habere maximam dicitur) fortuna ipsa cedit. De sapiente loquitur.
Furor cessit & quievit. Virg. 6. Æn. 102.
Ut primum cessit furor, & rabida ora quierunt.
Furor non cedat ex animo. Sen. Herc. fur. 6.
Hæreditas cedit alicui. Virg. 3. Æn. 333.
Honos imperfectus deorum cessit. Sil. lib. 15.
Lumina cedunt somno, i. e. A somno oculi vincuntur. Claud. in Laud. Seren. 91.
Lux candida cessit nubibus. Stat. 3. Silv. 1. 71.
Mens duro nunquam cessura labori. Claud. 1. in Ruff. 326.
Mores rebus cessere secundis. i. e. Cum fortuna boni mores immutati sunt. Lucan. lib. 1. 161.
Natura cessit, Mutata est. Sen. OEth. v. 46.
Natura cessit: terra defecit gradum.
Potestas alicui cedere dicitur, Quum est sorte aut hæreditate data. Ovid. 4. Met. 532.
— ô numen aquarum,
Proxima cui cælo cessit, Neptune, potestas.
Potestas cedebat victa. i. e. Superabantur vires & conatus illorum magnitudine operis. Lucret. lib. 5. 1270.
Præda alicui cedit. Hor. 3. Carm. 20. 7.
Pudor ab ore cessit, i. e. Impudens factus est, caret verecundia. Valer. Flac. lib. 7. 462.
Quæstus alicui cedit. Cic. 4. Verr. 170. Ea autem fœneratio erat hujusmodi, Judices, ut etiam hic quæstus huic cederet.

Res alicui cedere dicitur, i. e. Feliciter procedere. Virg. 12. Æn. 148.
— Parcæque sinebant
Cedere res Latio, Turnum & tua mœnia texi. Servius.
Silvæ cedunt alicui. Ovid. 5. Fast. 373.
Tempus cedit. Ulpian. in l. Si maritus. D. Ad leg. Juliam de adult. Si maritus prævenerit, accusareque instituerit: tempora non cedunt patri.
Victoria illi cessit. Virg. 12. Æn. 183.
Cesserit Ausonio si fors victoria Turno.
Usumfructum cedere alicui. Ulpian. in l. Si mulier. §. Sed si habenti. D. de Legat. 3. Sed si habenti tibi proprietatem, usumfructum mortis causa cessero, potest dici fideicommittere me posse.
Undæ cesserunt nitidis habitandæ piscibus. Ovid. 1. Met. 74.
Vultus cessere, i. e. Perierunt, perdita forma est. Sen. Herc. OEth. v. 392.
Cessere vultus penitus, & pædor sedet.
Cedere etiam pro Evenire. ut,
Feliciter tibi cedat. Ovid. in Ibin, 561.
Male cedere res dicitur, Quæ infelicem exitum sortitur, & voto nostro non respondentem. Hor. 2. Serm. 1. 65. de Lucilio.
Male cesserat illi. Ovid. 10. Met. 80.
Parum cedunt insidiæ. Tacit. 4. Hist. 16. Ubi insidiæ parum cessere, ad vim transgressus, &c.
Voto res cedere dicitur, Quæ voto respondet. Ovid. de Rem. Amor. 563.
Durus cui pater est, ut voto cetera cedant,
Huic pater ante oculos, &c.
Bono alterius cedere, i. e. Ad ejus utilitatem. Ulpian. in l. 3. §. Necnon. D. de in rem vers. Neque enim spectamus, an bono domini cesserit, quod consumptum est: sed an in negotium domini. Sic enim habent Pandectæ Florent. non, ut Haloander, Accesserit.
Lucro ei dedit ea res. Pompon. in l. Vel inutilium. D. de Usufructu, & quemad. quis utatur, Ut post substituta fiant propria usufructuarii, ne lucro ea res cedat domino.
E pectore cedere dicitur res aliqua, Quando illius obliviscimur. Valer. Flac. 4. Argon. 89.
Et labor & dulces cedunt e pectore nati.
Sensus cesserunt pectore. Lucan. lib. 5. 760.
Cedere loco dicitur Mutata sententia. Virg. 9. Æn. 220.
Nec mea jam mutata loco sententia cedit
Cessit in proverbium. Plin. lib. 23. cap. 1. Sic quoque in proverbium cessit, Sapientiam vino obumbrari. i. e. In proverbium abiit.
In ducem gloria cedit. Tacit. in Agric. 5.
In locum exemplorum cedere. Quintil. lib. 5. cap. 11.
In partem cedere. Quintil. lib. 3. cap. 8.
In solatium cedere. Tacit. 2. Hist. 59. Nimius honos inter secunda, rebus adversis, in solatium cessit.
In vicem fidei pœna cedit. Liv. 6. 34. Itaque quum jam ex re nihil dari posset, fama & corpore judicati atque addicti creditoribus satisfaciebant, pœnaque in vicem fidei cesserat, i. e. Pro fide habebatur.
In usum alicui cedere res dicitur, Quæ conceditur nobis non tanquam propria, sed utenda solummodo. Hor. 2. Serm. 2. 134.
In vulgus spolia cedere. Tacit. 3. Hist. 83.
Cedere pro. Columel. lib. 12. Nam pro pulmentario cedit. i. e. Vice pulmentarii habetur.
Pro stipendio cedere. Tacit. de Moribus German. 14. Nam epulæ, & quanquam incompti, largi tamen apparatus pro stipendio cedunt.
Cesserit parum gratus. Plin. in Paneg. cap. 43. Donavit pater tuus multa: & ipse donasti. cesserit parum gratus: manent tamen ii qui bonis ejus fruantur. i. e. Fac parum fuisse gratum quod dederit. [Cesserit absolute dictum, pro Vita cesserit, ingratus in donatorem, testamento præteritum. Mirum sudare in hoc loco interpretes.
Cedere, pro Incedere. Plaut. Pseud. 4. 1. 45.
Non prorsus, verum ex transverso cedit, quasi cancer solet.
Cedere, pro Censeri. Paulus in l. penult. D. de Flumi. Secundum ripas fluminum loca non omnia publica sunt, quum ripæ cedant ex quo primum a plano vergere incipiunt usque ad aquam.
Legato cedere, pro Comprehendi. Paulus in l. Nam quod. §. Item si quis. D. de Penu. legata, Quod si promiscue uti solebat, tunc quantum ad annuum usum ei sufficeret, familiæque ejus, ceterorumque qui circa eum sunt, legato cedet.
Ceditur, Impersonale. Cic. 1. Tusc. 5. Post vero Lepidum, Carbonem, Gracchos: deinde ita magnos nostram ad ætatem, ut non multum, aut nihil omnino Græcis cederetur.
Cedetur tibi ab omnibus, i. e. Omnes tibi locum dabunt. Lucan. lib. 1. 51.
— tibi numine ab omni
Cedetur: jurique tuo natura relinquet.
Cedendum est bellis. Lucan. lib. 5. 743.
Cedendum est malis. Sen. Troad. 6.
Cedendo victor abibis. Ovid. 2. de Arte Am. 197.
Cedens, entis. [ὑπείκων] Partic. ut, Causa non cedens priori, i. e. Similis, æque efficax, æque bona ac probanda. Ovid. 4. de Pont. 9. 57.
Altera lætitia est, nec cedens causa priori, &c.
Arva cedentia retro, i. e. Quæ videntur recedere nobis abeuntibus, Virg. 3. Æn. 496.
Capilli cedentes. Plin. 3. Epist. 6. Hoc est cadentes & abeuntes ac defluentes. Cataneus intelligit Demissos, planos.
Rami cedentes oneri. Martial. lib. 11. 42.
Cedentes oneri ramos, silvamque fluentem,
Vicit, &c. De Amynta.
Romani cedentes in arcem, pro eo quod est Se recipientes. Liv. 25. 10.
Vela cedentia, Discedentia. Lucan. lib. 3. 1.
Cedenter, Cedentis modo. Adv. Idem. Cæl. Aurel. Acut. 3. 16. Cedenter consentiendo coërcere.
Cessūrus, a, um. [ὑπείξων] Partic. Lucan. ad Pison. 139.
Pomifer autumnus, nimbis cessurus & undis.
Provinciæ cessuræ in pretium belli. Tacit. 1. Hist. 11.
Rosaria non cessura bifero Pæsto. Martial. lib. 12. 31. De hortis Marcellæ uxoris.
Cessus, a, um. Partic. Ulpian. Instit. tit. 20. Si antequam adeatur hereditas, in jure cessa sit, perinde heres fit cui cessa est, ac si ipse heres legitimus esset. Quod si postea quam adita fuerit, in jure cessa sit, is cui cessa est, permanet heres, & ob id creditoribus defuncti manet obligatus:

gatus: Debita verò pereunt, id est, debitores defuncti liberantur. Res autem corporales, quoties singulæ in jure cessæ sunt, transeunt ad eum cui cessa est hereditas.

CESSĬCUS, a, um. Adj. & CESSĪTIUS, aliud Adj. Ulpian. Instit. tit. 12. Is cui tutela in jure concessa est, Cessicus tutor appellatur: qui sive mortuus fuerit, sive capite minutus, sive alii tutela cesserit, redit ad legitimum tutorem tutela. Sed & si legitimus decesserit, aut capite minutus fuerit, cessitia quoque tutela extinguitur.

CESSIO, ōnis. f. [ὑπεχώρησις] Cic. in Topic. 28. Abalienatio, est ejus rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in jure cessio, inter quos ea jure civili fieri possunt. V. Boethium in Topic. lib. 3.
Cessio in jure, Communis alienatio est & mancipi rerum, & nec mancipi, quæ fit per tres personas in jure cedentes, vindicantes, addicentes. Ulpian. tit. 20. Instit.

CESSIONARIUS, i. m. Cui fit cessio, vel creditor, in quem transfusa est obligatio. V. JCtos.

CESSIM, Adv. significat Regrediendo, & retrocedendo. Justin. lib. 2. 12. Commisso prælio ite cessim, inhibete remos, & a bello discedite. Paulus in l. Bovem. D. De ædilitio edicto, Bovem qui cornu petit, vitiosum esse plerique dicunt. Item mulas quæ cessim eunt, *Qui sont restives.*
Redire cessim. Alfenus in l. Si ex plagis. §. Quod si neque mulæ. D. Ad leg. Aquiliam, Quod si neque mulæ, neque homines in causa essent, sed mulæ retinere onus nequissent: aut quum conniterentur, lapsæ concidissent, & ideo plaustrum cessim redisset, atque hi quo conversum fuisset, onus, &c.

CESSO, [παύομαι, ἀναπαύομαι, διαλείπω, κοπάζω, λωφέω] āre. Ab opere vacare. Virg. 7. Ecl. 10.
Et siquid cessare potes, requiesce sub umbra. i. e. (inquit Servius) Si potes breve otium tibi persuadere. Cic. 1. de Nat. Deor. 102. At ipsi tamen pueri, etiam quum cessant, exercitatione aliqua ludicra delectantur.
Actio cessat. Ulpian. l. Si procuratorem. §. Mandati actio. D. Mandat. vel contr.
Agri cessare dicuntur, Qui non consiti sunt. Virg. 1. Georg. 70.
Alternis idem tonsas cessare novales,
Et segnem patiere situ durescere campum.
Dies cessavit Marte. Lucan. lib. 4. 24.
Officium cessat. Ovid. 6. Epist. 17.
Opus cessat, i. e. Labores intermittuntur. Ovid. 6. Fast. 348.
Pietas. Ovid. 4. Trist. 7. 5. Pietas, Officium pietatis.
Retia cessant, i. e. Non itur ad venationem. Martial. lib. 12. 1.
Voluntas. Hor. 1. Carm. 27. 13.
Usus oculorum cessat. Curt. 10. 5. 16.
Nunquam cessavit hodie dicere contumelias. Ter. Phorm. 2. 3. 30. h. e. Toto die nihil aliud quam contumelias dixit.
Non cessare apud rhetorem. Cic. 3. Q. frat. 1. §. 4. Cicero noster, dum ego adsum, non cessavit apud rhetorem. i. e. Diligentem se præstitit, magnosque progressus fecit.
In pœnas furor cessat, i. e. Desinit pœnas amplius inferre. Sen. Med. 6.
Cessare in studio &c. Cic. de Senect. 13. Nunquam in suo studio atque opere cessavit. h. e. Nunquam studium intermisit.
Cessare in solutione. Marcellus in l. Lucius. D. mand.
Cessatum a levibus præliis est. Liv. 4. 27.
Cessare cum casu. Propert. 1. 6. 21.
Nam tua non ætas unquam cessavit amori. i. e. vacavit.
Cessare cum alterius verbi infinitivo. ut, Cessare certare. Hor. 1. Epist. 19. 11. —non cessavere poetæ,
Nocturno certare mero, putere diurno.
Non cessat de nobis detrahere. Cic. 11. Att. 11.
Non cessas tussire. Martial. lib. 11. 87.
At tu non cessas totis tussire diebus.
Cessare & nihil agere. Cic. 3. de Nat. Deor. 94. Cur tam multos deos nihil agere & cessare patitur?
Cessare, improprie, pro Nunquam fuisse. Papin. l. 97. D. de solut. Quum ex pluribus causis debitor pecuniam solvit, utriusque demonstratione cessante, &c. i. e. Sine ulla demonstratione.
Cessando. Lucret. lib. 2. 79.
Si cessare putas rerum primordia posse,
Cessandoque novos rerum progignere motus.
Cessare etiam dicuntur, Qui in judicio ad dicendam causam non comparent. Suet. Claud. cap. 15. Absentibus secundum præsentes facillime dabat, nullo delectu, culpane quis, an aliqua necessitate cessasset.
Cessare, Consistere in loco. Plaut. Merc. Tarda nimium, aut lapis obriguit, aut angue demorsa cessavit turgida.
Cessare [βραδύνειν] Tardare. Ter. And. 2. 2. 6. & Eun. 4. 4. 5. Paululum si cessassem, Pythia, domi non offendissem.
Cesso, pro Cesso venire.
Uxor, si cesses, aut te amare cogitat. Terent. H. St. V. Adelph. 1. 1. 7. Add. v. 4. ibid.
Cessare in vota. Virg. 6. Æn. 51.
— cessas in vota precesque
Tros, ait, Ænea? h. e. Tardus es ad vota facienda? Servius.
Nunquid in principio cessavit verbum docte dicere? Plaut. Pers. 4. 4. 3.
Cessare, Diutius immorari in re aliqua facienda, & eam negligentius agere. Ter. Adel. 4. 2. 48.
Æschinus odiose cessat, prandium corrumpitur.
Multum cessare. Hor. in Arte Poet. 357.
Cessare, [ἀργεῖν] Otiosum esse. Cic. de Senect. Nisi forte ego vobis qui, &c. cessare nunc videor, quum bella non gero. Ovid. 5. Met. 440.
Illam non udis veniens Aurora capillis,
Cessantem vidit, non Hesperus. i. e. Nunquam quievit. De Cerere loquitur filiam amissam quærente.
Cessare, & Strenuum esse, contraria sunt. Hor. 1. Epist. 2. 70.
— quod si cessas, aut strenuus anteis,
Nec tardum opperior, nec præcedentibus insto.
Cessare & laborem fugere. Cic. 1. de Nat. Deor. 22. Isto igitur tam immenso spatio quæro, Balbe, cur Pronœa vestra cessaverit: laboremne fugiebat?
Plane cessare. Cic. 1. Att. 7. Denique aliquid extabit, ne tibi plane cessasse videamur.
Hoc cessat ex reditu. Plin. Epist. 4. lib. 2. Sed quod cessat ex reditu, frugalitate suppletur. i. e. Quod minus est, quod deest mihi ex annuis reditibus.
Cessatum est, impersonaliter. Ter. Adel. 4. 4. 22.
Cessatum usque adhuc est, nunc jam, Æschine, expergiscere. i. e. negligens & otiosus fuisti. Virg. 11. Æn. 288.
Quicquid apud duræ cessatum est mœnia Trojæ. i. e. Tardatum est, inquit Servius.
Ab hoste cessatum est. Liv. 22. 50.
A Præfectis ni cessatum foret. Idem 30. 10.

CESSANS, Partic. [πανόμενος] pro eo quod est Immorans. Virg. 3. Æn. 430.
Præstat Trinacrii metas lustrare Pachyni
Cessantem, longos & circumflectere cursus.
Amphora cessans, Qua nemo utitur. Hor. 3. Carm. 28. 8.
Austri cessantes, i. e. Non spirantes. Lucan. lib. 3. 68.
Copiis cessantibus, quas subsequi jusserat. Suet. Cæs. 58.
Fata cessantia. Ovid. 3. Trist 2. 29. i. e. Cessans mors.
Morbus cessans. Hor. 1. Epist. 15. 6. is dicitur, qui medicis communi vocabulo Chronicus vocatur. quo de V. s. l. Porphyrio Podagram intelligit. Ea quippe cessare & tardius ire facit.
Solum cessans [ἀργὴ γῆ] dicitur Arvum aut ager qui non exercetur aut colitur. Lucan. lib. 3. 451.
— curvoque soli cessantis aratro
Agricolæ raptis annum flevere juvencis.
Vento cessante, i. e. Non flante. Sen. OEth. 4.
Concitare cessantes. Hor. 1. Carm. 35. 15.

CESSATŪRUS, a, um. Partic. ut, Cessatura casa, apud Ovid. 4. Fast. 804.
Mutantesque domum, tectis agrestibus ignem,
Et cessaturæ supposuisse casæ.

CESSATOR, ōris. m. [ἀργὸς, ὀκνηρὸς] Otiosus, qui cessat, & nihil agit. Columel. lib. 11. cap. 1. In agresti negotio vix dici potest quid gnavus operarius ignavo & cessatore præstet. Hor. 2. Serm. 7. 100.
Nequam, & cessator Davus.
Cessator in litteris, Subaudi Scribendis. Cic. 9. Fam. 17. Hæc tibi antea non rescripsi, non quo cessator esse solerem, præsertim in litteris, sed quum, &c.

CESSĀTRIX, īcis. f. Tertull. adv. Marc. 1. 24. Quomodo defenditur bonitas, ex majore parte cessatrix?

CESSĀTIO, ōnis. f. [ἀργία, παῦσις, ἀνάπαυσις] Plaut. Pœn. 4. 2. 103.
Id negotium institutum est, non datur cessatio.
Fœnus cessationis. Columel. lib. 2. cap. 1. At e contrario, seu sponte, seu quolibet casu destituta humus, quum est repetita cultu, magno fœnore cessationis colono respondet.
Furtum cessationis. Cic. 16. Fam. 26. Scribito tamen, ne furtum cessationis quæsivisse videaris.
Cessatio, Otium. Cic. 1. de Nat. Deor. 103. Profecto Epicurus quasi pueri delicati, nihil cessatione melius existimat.
Cessatio pugnæ pactitia. In PACISCOR.
Libera & otiosa. Cic. 1. de Legib. 10. Legationem aliquam nimirum oratio ista postulat, aut ejusmodi quampiam cessationem liberam atque otiosam. Al. Cessionem.

CESSĀTUS, a, um. Adj. [διαλελειμμένος] ut, Cessata arva, i. e. Neglecta & non culta. Ovid. 4. Fast. 617.
Largaque provenit cessatis messis in arvis.
Tempora cessata. Sil. 5. 534.
Jam Libyæ ductor properantia signa citato
Raptabat cursu, & cessata reponere avebant
Tempora cæde virûm, &c. i. e. Cupiebant restituere tempora omissa. V. etiam Ovid. 10. Met. 669.

CĔDO, [εἰπέ] Verbum defectivum: in imperativo tantum legitur, Cedo, i. e. Dic vel Da. Ter. Eun. 5. 5. 8. Aut quid factum est? cedo. Cic. 2. de Divin. 146. Cedo tandem, quid sit ordo, aut quæ concursatio somniorum.
Cedo plurali etiam numero junctum. Cic. de Senect. 20. Cedo, qui vestram Rempub. tantam amisistis tam cito?
Aquam cedo manibus. Plaut. Most. 1. 3. 150.
Leges Atinias cedo mihi. Cic. 3. Verr. 109.
Manum cedo, vel dexteram. Plaut. Capt. 4. 2. 58.
Orationes cedo. Cic. de Clar. Orat. 295.
Pateram mihi cedo. Plaut. Amph. 2. 2. 146.
Tabulas cedo. Cic. 6. Verr. 43.
Cedo, dic mihi. Ter. And. 4. 4. 24.
Cedo cujum puerum hic apposuisti, dic mihi. Cic. 9. Att. 21. Ingemuisti? certe. cedo reliqua. i. e. Ascribe.
Cedo alios, ubi centurio est Sanga, & manipulus furum? Ter. Eun. 4. 7. 6.
Cedo quemvis arbitrum. Ter. Adel. 1. 2. 43.
Postremo, aut desine, aut cedo quemvis arbitrum. i. e. Dic. ac si diceret, Vincam quocunque judice eorum, qui harum rerum consultissimi fuerint. Budæus.
Cedo judicem, ni dolo malo instipulatus sis. Plaut. Rud. 5. 3. 24.
Cedo coram ipso. Ter. Adelph. 3. 4. 38.
Postremo non negabit, coram ipso cedo. Al. Ipsum.
Cedo, pro Date in plurali, vel Quæro & expostulo a vobis. Cic. pro Sext. Cedo nunc ejusdem illius inimici mei de me eodem, &c.

CEDRÆI, orum. m. [Κεδραῖοι] Arabiæ populi sunt, Canchleis & Nabathæis finitimi, quorum meminit Plin. lib. 5. cap. 11.

CEDRATUS, CEDRATIS, CEDRELÆON, CEDRELATE, CEDRIA, CEDRIUM, CEDRIS, In CEDRUS.

CEDROMĒLA, orum. n. pl. [κεδρόμηλα] Mala eadem quæ Citria Dioscoridi sunt. 1. 106. Si modo lectio sana est. V. Henr. Steph. v. κέδρος.

CEDROS, i. f. Insula in Germaniæ litoribus, cedri genere silvosa. Inde electrum in petras defluere dicitur. Perottus. [Fabulæ.

CEDROSTIS, is. f. Vitis alba dicitur. Plinius lib. 23. cap. 1. Vitis alba est quam Græci ampeloleucen, alii ophiostaphylon, alii melothron, alii psilothrum, alii archezostin, alii cedrostin, alii madon appellant. Hæc & Bryonia a Dioscoride appellatur.

CEDRUS, i. f. [κέδρος] Arbor notissima. V. Plin. copiose de ea tractantem lib. 13. cap. 5. & aliis locis.
Ardua cedrus. Ovid. 1. Amor. 14. 12.
Enodis. Claud. de Rapt. Proserp. 3. 360.
Odorata. Virg. 3. Georg. 414.
Disce & odoratam stabulis accendere cedrum.

Incen-

Incendere cedrum. Cic. 3. Tusc. 45. Collocemus in culcitra plumea, psaltriam adducamus, cedrum incendamus, &c. In emendatioribus codicibus legitur Hedychrum incendamus. V. HEDYCHRUM.

Cedro digna dicuntur, Quæ promerentur immortalitatem, & ejusmodi judicantur, ut posteritati consecrari debeant. Pers. 1. Sat. 42.

— & cedro digna locutus. Sumptum a Cedri natura, cujus succo illita, non sentiunt cariem. Hor. in Arte Poet. 331.

— speremus carmina fingi
Posse linenda cedro, & levi servanda cupressu.

Effigies ex antiqua cedro: Quæ cariem non sentiunt. Virg. 7. Æn. 178.

Quin etiam veterum effigies ex ordine avorum
Antiqua ex cedro.

Liber flavus cedro. Ovid. 3. Trist. 1. 13.

CEDRĀTUS, a, um. Adj. Plin. lib. 13. cap. 13. Et libros cedratos fuisse, propterea arbitrarier tineas non tetigisse. i. e. Cedri succo, vel cedrino unguento illitos. Harduinus ex MSS. Citratos legit.

CEDREATIS, is. f. [Κεδρεάτις] Diana ab Orchomeniis ideo sic vocata fuit, quod ejus simulacrum in ingenti esset cedro erectum. Auctor Pausan. in Arcad.

CEDRĔLÆON, i. n. [κεδρέλαιον] Olei factitii species, ex malis cedri confecta, de qua Plin. lib. 15. cap. 7. Hac autem peruncta materies, nec tineam, nec cariem sentit, ut idem ait lib. 16. cap. 39. Sed MSS. Pisselæon, teste Hard. q. V.

CEDRELĂTE, es. f. [κεδρελάτη] Genus cedri. Plin. lib. 24. cap. 5. Cedrus magna, quam cedrelaten vocant, dat picem, quæ cedria vocatur, dentium doloribus utilissimam.

CEDRIA, æ. f. [κεδρεία] Cedria, inquit Ruell. lib. 1. cap. 62. modo cedri pix, modo cedri resina nominatur, e cedro magna, quæ cedrelate dicitur emanans: ita ut si proprie sit loquendum, nihil aliud sit quam cruda cedri lacryma. V. dict. superior. Plin. lib. 29. cap. 3. Scabiem corporum ac pruritum oleo & cedria mistis tollunt.

CEDRĬNUS, a, um. [κέδρινος] aliud Adj. Quod est ex cedro. Plin. lib. 13. cap. 5. Cedrinus est Romæ in delubro Apollo Sosianus, Seleucia advectus. Oleum cedrinum. Plin. 32. 7.

CEDRIS, ĭdis. f. [κεδρὶς] Fructus cedri. Plin. lib. 24. cap. 5. Cedrides, hoc est fructus cedri tussim sanant, urinam ciunt, &c.

CEDRIUM, i. n. [κέδριον] Pix liquida, & primaria, quæ ex tæda excoquitur. Plin. lib. 16. cap. 11. Pix liquida in Europa e tæda coquitur navalibus muniendis, multosque ad alios usus. Lignum ejus concisum, furnis undique igni extra circumdato, fervet: primus sudor aquæ modo fluat in canali: hoc in Syria Cedrium vocatur: cui tanta vis est, ut in Ægypto corpora hominum defunctorum eo perfusa serventur.

Scribitur etiam Cedreum, & tum Oleum subauditur. Vitruv. 2. 9. Ex Cedro oleum, quod cedreum dicitur, nascitur. V. Henr. Steph. Indic. in Thes. Gr. v. κέδρος.

C E L

CĔLĂDON, ontis. [Κελάδων] Proprium viri ex illis, qui in Persei & Andromedes nuptiis perempti fuerunt. Dictus Celadon quasi multum clamans, a verbo κελαδέω, quod resono interpretatur. Ovid. 5. Met. 144.

Occidit & Celadon Mindesius.

Fuit etiam unus ex Lapithis. Ovid. 12. Met. 250.

Illisit fronti Lapithæ Celandontis, &c.

Celadon, Amnis est ignobilis, in Alpheum influens: apud Strabon. lib. 8. Sed lectionem dubiam reddere conatur Palmer. V. ejus Exerc. in Auct. Græc. p. 304.

CELADUSA, vel CELADUSSA, æ. f. [Κελάδουσα] Exigua est insula maris Ægæi, Delo proxima, tam angusto freto ab ea divisa, ut catena aliquando ei fuerit annexa. Aliis nominibus Rhenea & Artemite dicitur. In hac Delii mortuos suos sepeliebant, religione scilicet prohibiti, ne quenquam in Delo humarent. V. Thucydidem belli Peloponn. lib. 4. & Plin. lib. 4. cap. 12.

Sunt item Celadusæ, parvæ aliquot maris Adriatici insulæ, Liburniæ adjacentes: quarum Pompon. Mela lib. 2. 7. & Plin. lib. 4. cap. 20. meminere.

CELÆNA, In CELENA. CELÆNÆ, In CELENÆ. [etsi rectius per diphthongum scribitur.

CELÆNO, ûs. f. [Κελαινὼ] Una ex Harpyis.

Dira. Virg. 3. Æn. 211.

Celæno infelix vates, i. e. Nuntia infelicitatis. Virg. 3. Æn. 245.

Celæno etiam una ex Pleiadibus. Ovid. 4. Fast. 173.

Neptuno Halcyonem, & te, formosa Celæno.

CELASTRUS, Theophrasto, Arbor est æterna frondens coma, cultura degenerans, & omnium tardissime fructus suos perficiens. Usus ejus ad baculos & scipiones accommodatus. V. Ruell. lib. 1. cap. 63. & 138.

CELATIM, CELATUS, In CELO.

CELEBOTHRAS, æ. m. Rex Muziris, quod primum est Indiæ emporium, teste Plin. lib. 6. cap. 23.

CĔLĔBRIS, bre. vel CELĔBER, bris, bre. [θαμινὸς, θάμενος, ἀοίδιμος, κλυτὸς, περιβόητος, πολύφημος] semper passive positum, tam ad rem, quam ad personam relatum. Locus celebris, quod celebratur. Homo celebris, quod cum honore celebratur & colitur. Hæc Valla lib. 4. Quod celebratur, id frequentatur, atque deserto opponitur. Plin. Epist. 159. Delectus est celeberrimus locus, in quo legenda præsentibus, legenda futuris proderentur.

Circus pompa celebris. Ovid. 4. Fast. 391.

Civitas celebris est, Quæ a multis frequentatur. Ulp. in l. Si in aliquam D. de Officio Procons. & leg. Si in aliquam celebrem civitatem, vel Provinciæ caput advenerit, pati debet commendari sibi civitatem, laudesque suas non gravate audire, quum honori suo provinciales id vendicent.

Conciones celeberrimæ & gratissimæ. Cic. in Pison. 34. Ceterorum principum celeberrimæ atque gratissimæ conciones fuerunt.

Conventus celeberrimus. Cic. 6. Verr. 107. Ubi usque ad hoc tempus Syracusani festos dies anniversarios agunt, celeberrimo virorum mulierumque conventu. h. e. Maxima frequentia populi.

Forum. Cic. 5. Verr. 133.

Fori celeberrimum. Tacit. 4. Ann. 67.

Ludi celebres. Ovid. 1. de Arte Am. 97.

Partes urbis celeberrimæ. Cic. pro Domo 146.

Portus celeberrimus. Cic. pro Lege Manil. 33. An vero ignoratis portum Cajetæ celeberrimum atque plenissimum navium, &c.

Via celebris. Cato R. R. cap. 1. Si poteris, sub radice montis siet, in meridiem spectet, loco salubri, operariorum copia siet, bonumque aquarium, oppidum validum prope siet, aut mare, aut amnis, qua naves ambulant, aut via bona, celebrisque. Quam Frequentatam barbari dicunt.

Urbs celebris & copiosa. Cic. pro Arch. 4.

Item idem est ac Clarus, fama notus. ut

Celeberrimus arte grammatica, & in arte grammatica [πολυφημότατος] quod a barbaris diceretur, Bene renominatus. Plin. lib. 24. cap. 17.

Certamen celebre. Ovid. 1. Met. 456.

Deus celebris, i. e. Quem omnes colunt. Tibul. lib. 2. 1. 83.

Dies celeberrimus, i. e. Honoratissimus. Cic. de Amicit. 12. Hoc tamen vere licet dicere, P. Scipioni ex multis diebus, quos in vita celeberrimos lætissimosque viderit, &c.

Fide celeberrimus, Cujus fides & integritas omnibus in ore est. Stat. 2. Achil. 61.

Frons tumuli celebris dicitur, Quæ viam spectat. Tibul. lib. 3. 2. 27.

Sed tristem mortis demonstret littera causam,
Atque hæc in celebri carmina fronte notet.

Gratulatio populi celeberrima. Cic. 14. Philip. 16.

Lux alicui celeberrima. Ovid. 3. Fast. 713.

Monimentum illius celeberrimum in foro. Cic. pro Sext. 140.

Nomina celeberrima bello, i. e. Quorum ingens est fama ob res in bello præclare gestas. Sil. lib. 4. 187.

Nomen celebre laudibus. Liv. 4. De Menenio.

Oraculum celebre & clarum. Cic. 1. de Divin. 37.

Rumor celebris. Liv. 37. 48. pr. Valerius Antias auctor est, rumorem celebrem Romæ fuisse. h. e. Constantem famam, & multorum sermone comprobatam.

Verba celeberrima loqui. Ovid. 2. de Arte Am. 705.

Vir celeberrimus, pro Multorum sermone comprobato. Hermogenianus in l. Si res pupillaris. D. de Administrat. tutor. Si res pupillaris incursu latronum pereat: vel argentarius, cui tutor pecuniam dedit, quum fuisset celeberrimus, solidum reddere non possit: nihil eo nomine tutor præstare cogitur.

Vox celeberrima. Ovid. 1. de Pont. 9. 25.

Hoc erat celeberrimum Menandri poetæ comici ætate. Plin. 13. 1.

Celebre, non solum Frequens, inquit Nonius, sed etiam Velox. Accius Ægistho, Celebri gradu gressum accelerasse decet.

CELEBRĬTAS, ātis. f. [ἑορτὴ, πανήγυρις] tum Hominum cœtum honoratiorum declarat, tum Dignationem ipsam atque honorem. Cic. 3. Offic. 3. Ita qui in maxima celebritate, in oculis civium quondam viximus, nunc fugientes conspectum sceleratorum, quibus omnia redundant, abdimus nos quantum licet, & sæpe soli sumus.

Solitudo, & Celebritas, contraria. Cic. 12. Att. 25. Me hæc solitudo minus stimulat, quam ista celebritas.

Audientium celebritate instinctus. Quintil. lib. 1. cap. 2.

Loci celebritas. Cic. 14. Fam. 1. Sed si offendet me loci celebritas, alio me conferam.

Ludorum. Cic. 3. de Orat. 125.

Theatrum refertissimum celebritate. Cic. 1. Q. frat. 2.

Viæ. Cic. 3. Att. 13. Ego propter viæ celebritatem, & quotidianam expectationem rerum novarum, non commovi me adhuc Thessalonica.

Virorum ac mulierum celebritas, Cic. 2. de Legib. 65. Sublata etiam erat celebritas virorum ac mulierum, quo lamentatio minueretur.

Floret hominum celebritate locus ille. Cic. pro Domo 75. Constat enim nullis unquam comitiis campum Martium tanta celebritate, tanto splendore omnis generis hominum, ætatum, ordinum, floruisse.

Habere maximam celebritatem dicitur locus aliquis. Cic. 13. Att. 29.

Odi celebritatem, Fugio homines. Cic. 3. Att. 7.

Celebritas & nomen. Cic. 2. Offic. 44. Nam siquis ab ineunte ætate habet causam celebritatis & nominis aut a patre acceptam, &c.

Diei supremi celebritas. Cic. pro Milon. 86. Spoliatus illius supremi diei celebritate, quam concedere etiam inimici solent, amburetur abjectus. i. e. Exequiis.

Famæ celebritas. Cic. 1. Tusc. 28. Eademque famæ celebritate Tyndaridæ fratres, qui, &c.

Judiciorum multitudo & celebritas. Cic. 7. Fam. 2. Nos hic in multitudine & celebritate judiciorum, & novis legibus ita distinemur, &c.

Nominis celebritas. Suet. de Illust. Grammat. 23. Gloriabatur etiam latrones quondam sibi propter nominis celebritatem parsisse.

Sententiarum celebritas pristina manebat. Cic. de Clar. Orat.

Sermonis hominum celebritatem consequi. Cic. in Somn. Scip. 17. Tu enim quam celebritatem sermonis hominum, aut quam expetendam gloriam consequi potes?

Domestica celebritas. Cic. in L. Pison. 64. Nunc etiam in hac quotidiana, assidua, urbanaque vita splendorem tuum, gratiam, celebritatem domesticam, operam forensem, consilium, auxilium, &c.

Addere celebritatem ludis. Liv. 30. 38. extr. Ludis celebritatem addidit sedes sua solenni spectaculo reddita. h. e. Celebriores & honoratiores ludi Apollinares visi sunt, propter propriam sedem, velut divinitus redditam.

Honestare sua celebritate aliquem dicitur populus. Cic. pro Domo 76. Itaque ille unus dies, quo die me Populus Romanus a porta in Capitolium, atque inde domum sua celebritate lætitiaque comitatum honestavit, tantæ mihi, &c.

Hilaritatem etiam significat. Macrob. 2. Saturn. 7. Si aliqua Laberii & Publii dicta referremus, videbimur & adhibendi convivio mimos vitasse lasciviam, & tamen celebritatem, quam cum adsunt illi, excitare pollicentur, imitari. V. Brœkh. ad illud Tibull. 2. 1. 29.

Vina diem celebrent.

CĔLĔBRO, [ἐπιφοιτάω, ἑορτάζω, πανηγυρίζω, θρησκεύω] āre. est Frequentare. Varro, Cui non tam cura erat, ut templa deorum, quam ut popinas celebraret.

Cœtus celebrare hominum. Cic. 1. Off. 12. Impellitque ut hominum cœtus, & celebrari inter se, & sibi obediri velit. In codd. emend. Et celebrationes & esse & a se obiri velit.

Conventus celebrare & Facere. Cic. 1. Att. 19. Itaque conventus, qui initio celebrabantur, jamdiu fieri desierunt.

Locum celebrare conventu. Cic. pro Flacc. 95. Cujus damnatione sepulcrum

pulcrum

pulchrum L. Catilinæ floribus ornatum, hominum audaciſſimorum, ac domeſticorum hoſtium conventu, epuliſque celebratum eſt.
Domum alicujus. Cic. pro Muren. 70.
Fretum celebrant Naiades æquoreæ. i. e. In æquore vivunt. Ovid. 14. Met. 558.
Judicium hoc celebratur & ornatur ſtudio & dignitate ſummorum virorum, & clariſſimorum civium. Cic. pro Sulla, 4. i. e. Adſunt in judicio.
Frequentia maxima civium, & ſplendore hominum ſummorum celebratur locus aliquis. Cic. 1. de Orat. 200. Teſtis eſt hujuſce Q. Mutii janua & veſtibulum, quod in ejus infirmiſſima valetudine, affectaque jam ætate, maxima quotidie frequentia civium ac ſummorum hominum ſplendore celebratur.
Locum aliquem ludis celebrare. Virg. 3. Æn. 280.
Actiaque Iliacis celebramus litora ludis.
Miſſile celebratum. i. e. Frequenter conjectum in hoſtes. Sil. lib. 3.
Silvas celebrare, In ſilvis verſari. Ovid. 10. Met. 703.
Templa. Plin. 10. Epiſt. 100.
Viæ celebrantur multitudine legatorum. Cic. pro Sext. 131.
Celebrare convivium ſermone & lætitia omnium. Cic. 3. Verr. 66.
Certamina celebrare, Ludos & ficta prælia ſolenniter obſervare. Virg. 5. Æn. 603..
Hac celebrata tenus ſancto certamina patri.
Connubium. Claud. de Magnete, 25.
Dapes canendo. Ovid. 5. Met. 113.
Delubra Deorum celebrare. Lucret. 5. 1165.
Dies, ferias, ludos, &c. celebrare: quod vulgus dicit, Facere feſtum, ferias & ludos. Cic. 3. in Catil. 23. Plin. lib. 18. cap. 3.
Diem, ſeque largo mero celebrare. Ovid. 3. Faſt. 656.
Diem religione debita celebrare. Plin. 10. Epiſt. 223.
Epulas vino. Liv. 25. 23. Nuntians diem feſtum Dianæ per triduum agi: & quia alia in obſidione deſint, vino largius epulas celebrari.
Exequias omni rerum verborumque honore. Liv. 25. 17.
Funera. Cic. 1. Tuſc. 117.
Mors mea ne careat lacrymis, linquamus amicis
Mœrorem: ut celebrent funera cum gemitu. Ex Solonis diſticho converſum.
Honorem lætum. Virg. 5. Æn. 58.
Ergo agite, & cuncti lætum celebremus honorem.
Limina. Propert. lib. 1. 16. 3.
Cujus inaurati celebrarunt limina currus.
Ludos. Ovid. 5. Faſt. 597.
Memoriam nominis alicujus celebrare epulis. Cic. 2. de Fin. 10. Velle poſt mortem epulis celebrari memoriam ſui nominis.
Mortem alicujus. Cic. pro Muren. 75.
Natalem alicujus. Hor. 2. Serm. 2. 60. —licebit
Ille repotia, natales, alioſque dierum
Feſtos albatus celebret.
Natalem ludis celebrare. Ovid. 4. de Ponto, 9. 116.
Nuptias celebrare, pro Facere. Liv. 36. 7.
Solennia nuptiarum. Tacit. 11. Ann. 26.
Sacra. Ovid. 6. Met. 588.
Se ipſum. V. Diem.
Tedas jugales celebrare. Catull. 62. 302.
Maledictis & vocibus. Cic. pro Cœl. 6. Quodque omnium accuſatorum non criminibus, ſed vocibus maledictiſque celebratum eſt.
Celebrare [ἐπιφημίζειν] Summo honore proſequi, laudare, habere in pretio. Plin. lib. 12. cap. 4. pr. Unam e peculiaribus Indiæ Virgilius celebravit ebenum.
Publice privatimque celebrare aliquid. Cic. 1. de Divinat. 3.
Carminibus aliquem. Ovid. 1. Amor. 10. 59.
Carmine celebrare ripas. Ovid. 2. Met. 252.
Et quæ Mæonias celebrabant carmine ripas.
Fama per orbem celebratus. Ovid. 2. de Arte Am. 499.
Frequentia & plauſus me uſque ad Capitolium celebravit. Cic. 4. Att. 1.
Honoribus. Ovid. 1. Faſt. 607.
Honore aliquem celebrare, & donis. Virg. 8. Æn. 303.
Ingenio alicujus poetæ celebrari. Cic. pro Arch. poeta, 20.
Judiciis ampliſſimis laudes celebratæ. Cic. pro Plancio 93. Ego C. Cæſaris laudibus deſim, quas primum populi Romani, nunc etiam Senatus, cui me ſemper addixi, plurimis atque ampliſſimis judiciis videam eſſe celebratas?
Laudibus. Plin. lib. 14. cap. 6.
Litteris Latinis celebrata. h. e. Commemorata, & honorifice deſcripta. Cic. 4. Acad. 4.
Lyra vel tibia celebrare. Hor. 1. Carm. 12. pr.
Monimentis celebratur laus alicujus. Cic. pro Rabir. Poſth. 43. Hæc mira laus eſt, quæ non poetarum carminibus, non annalium monimentis celebratur, ſed prudentium judicio expenditur.
Nomine alterius celebrari. Quintil. lib. 5. cap. 11.
In proverbium uſque celebrari. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Scriptis. Cic. 5. Fam. 12.
Sermone. Cic. pro Milone, Et omni ſermone celebramur.
Sermone. Ut primum Aſiam attigiſti, conſtante fama, atque omnium ſermone celebratum eſt. Cic. 1. Q. frat. 1.
Sermone tritum atque celebratum. Cic. pro Flacc. 65. Quid porro in Græco ſermone tam tritum atque celebratum eſt?
Titulis celebrari. Silius lib. 3. 148.
Artes celebrare & inter ſe recolere. Cic. 1. de Orat. 2. Neque vero nobis cupientibus atque optantibus fructus otii datus eſt ad eas artes, quibus a pueris dediti fuimus, celebrandas, interque nos recolendas.
Egreſſum alicujus ornare & celebrare. Cic. in Piſon. 32.
Famam celebrare. Cic. pro Archia poeta, 21. Quare quorum ingeniis hæc feruntur, ab his populi Rom. fama celebratur.
Famam alicujus celebrare omnibus in locis. Catul. Epigr. 69. 47.
Conſtantiam, fidem, gravitatem, præſtantiam, curam alicujus omnium fama celebrare. Cic. 9. Philipp. 10.
Gloriam laudemque alicujus. Cic. pro Archia poeta. 19.
Gloriam celebrari in longo ævo. Sil. lib. 3. 148.
Laudes alicujus celebrare. Cic. pro Marcell. 9. Itaque bellicæ tuæ laudes, C. Cæſar celebrabuntur, &c.
Monumenta celebrare alicujus. Martial. lib. 11. Epigr. 49.
Silius hic magni celebrat monumenta Maronis, &c.
Nomen alicujus celebrari ſcriptis. Cic. 5. Fam. 12.
Nomen celebratum in foro. Cic. de Clar. Orat. 314.
Celebrare ſe & Rempub. Salluſt. in Jugurtha, 85. i. e. Laudem ſibi & Reipub. comparare.
Studium agriculturæ. Columel. lib. 8. cap. 16. h. e. Probare, laudare, exercere.
Vatem. Ovid. 2. de Arte Am. 739.
Celebrātio, ōnis. f. [ἑόρτασις] ut Celebratio ludorum. Cic. 15. Att. 28.
Epuli celebratio. Vellei. 2. 56. 1.
Celebrationem habere. Plin. lib. 34. cap. 5. h. e. In honore & pretio eſſe.
Celebratio, pro Frequentia hominum, ut ait Budæus. Cic. pro Sulla 73. Quæ domus, quæ celebratio quotidiana, quæ familiaris dignitas, quæ ſtudia amicorum, quæ ex quoque ordine multitudo?
Celebrātus, a, um. [κλυτὸς] unde compar. Celebratior, ſuperl. Celebratiſſimus [περιβοητότατος] Cic. 2. Philipp. 57. Scio me in rebus celebratiſſimis ſermone omnium verſari. Ovid. 6. Faſt. 349.
Nomine quam pretio celebratior arce tonantis,
Diſcant piſtoris quid velit ara Jovis.
Certamina celebrata. Virg. 5. Æn. 603.
Dies celebratior. Ovid. 7. Met. 430.
Nullus Erechthidis fertur celebratior illo
Illuxiſſe dies, &c.
Fortitudo celebrata. Curt. 9. 7. 23.
Ludi celebrati. Cic. 2. Philipp. 31.
Memoria celebrata. Suet. Claud. 11. Ad fratris memoriam, per omnem occaſionem celebratam, comœdiam quoque Græcam Neapolitano certamine docuit.
Opes celebratæ. Curt. 9. 1. 2.
Res omnium ſermone celebrata. Cic. pro Cluent. 36.
Supplicatio celebratior. Liv. 3. 63.
Verbum celebratius. Gell. 17. 2.
Celebrata, orum. n. pro Exequiis. Martial. lib. 9. Epigr. 16.
Inſcripſit tumulo, ſeptem celebrata virorum
Se feciſſe, Chloe. quid pote ſimplicius? Celebrata, i. e. Solennia & buſta. Volens ſuam pietatem oſtendere, inſcripſit tumulo ſe exequias ſeptem virorum celebraſſe, quo teſtimonio non potuit apertius fateri ſeptem viros a ſe necatos. Domitius. [Sed recte Raderus tollit diſtinctionem, ut ſit Celebrata Chloe. Forte & Tumulis legendum. Vix enim mihi perſuadeo ſeptem maritos eodem tumulo, vel potius Polyandrio, condidiſſe Chloen. Quin & Tumulos legi poteſt. Domitii exegeſis manifeſte abſurda eſt. Qui Scelerata reponunt quicquid ſalſum ineſt epigrammati detrahunt.
Celebrandus, a, um. [πανηγυριστέος] Partic. Claud. de Bell. Get. 635.
O celebranda mihi cunctis Pollentia ſeclis.
Senectus celebranda. Cic. 1. de Orat. 199.
Virtus celebranda. Cic. 2. de Invent. 70.
Celebrātor, ōris. m. Martial. lib. 8. Epigr. 78. de Ludis Stellæ,
Fecit Hyperborei celebrator Stella triumphi.
Celebrābĭlis, e. ut, Favor celebrabilis. Ammian. 29. 34. Ætatum ordinumque omnium celebrabili favore ſuſceptus.
Celebresco, ĕre. [εὐδοκιμῶ] Celebris fio. Accius, Et qualiſcunque fama celebreſcat tua. Ex Nonio, 2. 158.
Celeia, æ. f. [Κέλεια] Noricorum oppidum: auctor Plin. lib. 4. cap. 24. in Noricorum deſcriptione. Vulgo *Cilia*.
Cĕlēna, æ. f. Locus Campaniæ Junoni ſacer. Virg. 7. Æn. 739.
—atque arva Celenæ.
Cĕlēnæ, vel potius Cĕlænæ, arum. [Κελαιναὶ Strab.] (inquit Livius 38. 13.) Urbs caput quondam Phrygiæ fuit. Lucan. lib. 3. 206.
Lugent damnatæ Phœbo victore Celenæ.
Celenæ altæ. Ovid. 4. Faſt. 172.
Celenas item alias collocat Plin. lib. 5. cap. 32. in ea parte Aſiæ quæ Phrygiæ ſuperjecta eſt, juxta Andriam, Ancyram, & Coloſſas. [Immo eadem eſt civitas Magnæ Phrygiæ ad Mæandrum fluvium, unde poſtea Apamæam cives transducti ab Antiocho fuerunt.
Cĕlēnæus, a, um. Adj. ut Celenæum buxum. Stat. 2. Theb. 666.
Fœda Celenæo committere prælia buxo.
Amores Celenæi. Martial. 14. Epigr. 204. i. e. Deæ Phrygiæ, vel Cybeles.
Cĕlendris, is. f. Samiorum colonia, in Cilicia, auctore Pomponio Mela lib. 1. cap. 13. extr. in deſcriptione Ciliciæ. Celendræ etiam multitudinis numero dicimus, ut eſt apud Lucan. lib. 8. 259.
Ad profugum collecta ducem, parviſque Celendris.
Cĕler, & Cĕlĕris, e. [ταχὺς, ὠκὺς] a κέλλω quidam dictum exiſtimant, & ſignificat Velox. ut, Celeri gradu ire. Plaut. Trin. 3. 1. 22. Ter. Phorm. 1. 4. 1. Niſi aliquod jam conſilium celere repereris. ubi Donatus, Hoc celere neutraliter dicitur. Eſt tamen qui Celere putet adverbium eſſe pro Celeriter. [V. infra. N. n. ſing. alibi me legere non memini.
Celerem Sedato opponit. Hor. 1. Epiſt. 18. 90.
Oderunt hilarem triſtes, triſtemque jocoſi,
Sedatum celeres, agilem gnavumque remiſſi.
Hebrus celer. h. e. Magno impetu fluens & rapidus. Virg. 1. Æn. 317.
—celeremque fuga prævertitur Hebrum. Multæ Editiones habent Volucrem.
Multum celer. Hor. 2. Serm. 3. 147.
—hunc medicus, multum celer, atque fidelis,
Excitat hoc pacto.
Appulſu celerrimum. Tacit. 3. Ann. 1.
Jaculo celer. i. e. Optimus jaculator. Virg. 9. Æn. 178. de Niſo,
Niſus erat portæ cuſtos, acerrimus armis
Hyrtacides, comitem Æneæ quem miſerat Ida
Venatrix, jaculo celerem, levibuſque ſagittis.
Metu celer. Ovid. 11. Met. 774.
Inſequitur, celeremque metu, celer urget amore.
Pedibus celeres. Claud. 3. Paneg. de canibus 299.
Pennâ celer. Ovid. 8. Met. 686.
Ille celer penna tardos ætate fatigat.
Spe & timore celer. Ovid. 1. Met. 540.
Sic Deus & virgo eſt: hic ſpe celer, illa timore.
Agmine remorum celeri. Virg. 5. Æn. 211.
Alas celeres commovere. Virg. 5. Æn. 217.

Amnis celer. Ovid. 1. Amor. 8. 50.
Ut celer admiſſis labitur amnis aquis.
Animus celer. Virg. 4. Æn. 285.
Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc.
Auræ celeres. Virg. 4. Æn. 226.
Alloquere, & celeres defer mea dicta per auras.
Brachio celeri uti. Auctor ad Herenn. lib. 3. 27. Sin contendemus per continuationem, brachio celeri, mobili vultu, acri aſpectu utemur.
Canes celeres. Ovid. 4. Epiſt. 42.
Cardo cæli celer. Sen. Hippol. v. 963. Celerique polos cardine verſas.
Carina celeris. Ovid. 9. Met. 446.
Cervus celer. Valer. 3. Argon. 545.
Sic ait; & celerem frondoſa per avia cervum
Suſcitat.
Commutatio Reipublicæ celeris & varia. Cic. ad Octav. O miſeram, & in brevi tam celerem & tam variam Reipublicæ commutationem!
Conſilium celere. V. ſupra.
Copia celeris. Plaut. Merc. 5: 2: 9. Date, di, quæſo conveniendi mihi ejus celerem copiam. i. e. Ut cito eum conveniam.
Currus celeres, dicti quod Celeriter moventur: Sen. Agamem. v. 913.
Quid iſte celeres concitus currus agit? Al. Hoſpes quis iſte conc. Conf. v. 816.
Curſus celer. Sen. Hippol. v. 1001.
Deæ celeres vocantur Horæ ab Ovid. 2. Met. 109.
Jungere equos Titan velocibus imperat Horis.
Juſſa Deæ celeres peragunt. [Niſi Celeres pro Celeriter dictum, per Enallagen. ut Tollunt ſe celeres. V. ſub fin. h. v.
Fata celerrima, Mors quæ celerius obitur. Virg. 12. Æn. 507.
Fide celeri probare aliquid. Ovid. 3. de Ponto 4. 114.
Flamma celeris. Lucret. lib. 2. 192.
Et celeri flamma deguſtant tigna: &c.
Flammæ celeres. Tibul. lib. 4. 6. 17.
Fuga celeris. Virg. 3. Æn. 243.
Greſſus celeres. Sen. Medea, 10. Vadite, & celeres domum referte greſſus.
Ictu celeri præcidere aliquid. Lucret. lib. 3. 636.
Ignis celer. Hor. 3. Carm. 4. 76.
Lapſus. Valer. 1. Argon. 91.
Letho celeri aliquem mittere. Claud. 1. in Ruff. 234.
Lingua celeri uti ad negandum. Plaut. Trucul. prol. 8.
Lunæ celeres. Hor. 4. Carm. 7. 13.
Manu celeri aliquid agere. Ovid. 3. de Arte Am. 576.
Mente celeri circumſpicere. Ovid. de Remed. Amor. 89.
Mergi. Virg. 1. Georg. 361.
Quum medio celeres revolant ex æquore mergi. [V. Deæ celeres.
Miniſtri. Claud. 1. in Ruff. 341.
Mors, Præmatura. Ovid. 4. de Ponto, 16. 16. V. Fata.
Operæ nimium celeris, curaque carentis verſus. i. e. Carmen nulla cura & opera compoſitum. Hor. in Arte Poet. 261.
Oratio celeris & concitata. Cic. 2. de Orat. 88.
Pennæ celeres. Hor. 3. Carm. 29. 54.
Pes celer. Sen. in Medea, 6. 1.
Pede celeri. Sen. Hippol. 8. Ut celeri velox pede laberis. i. e. Brevi momento.
Plantæ celeres. Virg. 7. Æn. 811.
Vel mare per medium, fluctu ſuſpenſa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.
Puppe celeri auferre aliquem. Ovid. 19. Epiſt. 176.
Ratio facilis & celeris, i. e. Prompta. Lucret. 4. 144.
Ratione celeri res geritur. Lucret. lib. 4. 255. Repente, ſine difficultate aut magno negotio.
Recurſus celer. Ovid. 6. Met. 450.
Reditus. Cic. pro Domo ſua, 64.
Rivi. Hor. 3. Carm. 11. 14.
Rotæ. Sen. Hippol. 10.
Sagittæ. Virg. 1. Æn. 187.
Conſtitit hic, arcumque manu, celereſque ſagittas
Corripuit, fidus quæ tela gerebat Achates.
Sagitta celeri certare. Virg. 5. Æn. 485.
Protinus Æneas celeri certare ſagitta
Invitat, qui forte velint: & præmia ponit.
Senſu celeri dolis occurrere. Claud. 4. Paneg. 237.
Somnus celer, Levis, brevis. Sen. Hippol. 4.
Telo celeri. Valer. 3. Argon. 185.
Turbo celer. Virg. 12. Æn. 855.
Illa volat, celerique ad terram turbine fertur.
Venti. Hor. 1. Carm. 12. 10.
Viæ. i. e. Curſus veloces. Sen. Hippol. 6.
Virtus. Ovid. 4. de Ponto, 9. 79.
Hic raptam Trosmin celeri virtute recepit.
Volumine celeri ſidera torquentur. Ovid. 2. Met. 71. i. e. Præcipiti motu circumaguntur.
Compar. Nihil celerius mente. Cicero in Orat. 200. Ante enim circumſcribitur mente ſententia, confeſtimque verba concurrunt, quæ mens eadem, qua nihil eſt celerius, &c.
Superl. Virg. 12. 507. Fata celerrima.
Apud Ennium nonnunquam occurit ſuperlat. Celeriſſimus, ut 16. Annal. Celeriſſimus rumor.
Facere celer. i. e. Celer ad faciendum. Ut Celer excipere aprum apud Hor. 3. Carm. 12. 12. Forma loquendi hæc Græcorum eſt.
Iraſci celer. Hor. 1. Epiſt. 20. 25.
Tollunt ſe celeres. Virg. 6. Æn. 202. de Avibus.
Volvere celer menſes. Hor. 4. Carm. 6. 40.
Venire celer dicitur aliquis, pro Venire celeriter. Ovid. 9. Met. 764.

CĔLER, [κέλης] Nom. propr. Romuli præfecti. Ovid. 4. Faſt. 837.
Hoc Celer urget opus, quem Romulus ipſe vocarat,
Sintque Celer curæ dixerat iſta tuæ. Budæus. V. dict. ſeq.
Fuit & Familiæ Metellorum agnomen. Alios hujus Cognominis, V. apud Tacitum, &c.

CĔLĔRES, um. m. pl. antiqui dixerunt, quos nunc Equites dicimus, a Celere interfectore Remi, qui initio a Romulo iis præpoſitus fuit, qui primitus electi fuerunt ex ſingulis curiis deni. ideoque omnino trecenti fuere. Hæc Feſtus. Plutarch. in Romulo, de Celere Remi interfectore ſic meminit: Celer autem in Hetruriam ſeceſſit, & ab eo veloces apud Romanos traxerunt, ut Celeres dicerentur. Quinetiam Metellum tradunt, quod mortuo patre, ſingulari certamine pugnantium ludum ad paucos dies inſtituiſſet, Romanos admiratos apparatus celeritatem, Celerem appellaſſe. Plin. lib. 33. cap. 2. Quinetiam ipſum equitum nomen ſæpe variatum eſt, in his quoque qui ad equitatum trahebantur. Celeres ſub Romulo, regibuſque appellati ſunt; deinde Flexumines, poſtea Troſſuli.
Latini celeres. Virg. 11. Æn 603.
Necnon Meſſapus contra celereſque Latini. Ubi Servius, Alludit ad militiam Romanam: namque & equites habuit Romulus, ut illo diximus loco,
Tercentum ſcutati omnes Volſcente magiſtro. quos Celeres appellavit vel a celeritate, vel a duce Celere, qui dicitur Remum occidiſſe, in cujus gratiæ vicem a Romulo fieri Tribunus equitum meruit. V. Liv. 2. 16. & 36.

CELERE, Adverb. antiquum, pro Celeriter. Pacuvius Paul. Nunc te obteſtor, celere facto ſubveni cenſori. Enn. Sat. lib. 1. Dum quicquid des celere. Et Plaut. Curc. 2. 3. 4. Ita nunc ſubito, propere & celere objectum eſt mihi negotium.

CELERĬTER, Celerius, Celerrĭme, [ταχέως, ὠκέως] Adv. Velociter. Cæſ. 5. Bell. Gall. 20. Illi imperata celeriter fecerunt. Cic. 2. de Finib. Celerrimeque multa ſimul agitantem.
Facere aliquid celeriter. Cic. 3. Fam. 1. Phaniam valde ſum deſideraturus: quem quum Romam remittes (quod ut putabamus, celeriter eras facturus) omnibus ei de rebus quas agi, quas curari a me voles, mandata des velim. i. e. Brevi. V. mox.
Celeriter & ſine cauſa agere aliquid. Paulus in l. Nequis. D. de Cuſtodia & exhibit. reor. Si quos ex iis, qui in civitatibus ſunt, celeriter & ſine cauſa ſolutos a magiſtratibus cognoveris, vinciri jubebis: & iis qui ſolverint, multam dices.
Abſumere celeriter. Plaut. Curc. 5. 2. 2. Nam quam habui, abſumpſi celeriter.
Mittam celeriter tibi librum. Cic. 5. Att. 26.
Nuntiare celeriter. Cic. 1. de Divin. 59.
Proficiſci. Cic. 15. Att.
Reperire celeriter, quæ opus. Nepos, 2. 1. 3.
Subigere celeriter. Curt. 4. 1. 5.
Succurrere. Cic. 10. Fam. 21. Si durius aliquid eſſet, ſuccurrere celeriter poſſem.
Tranſigere celerius. Cic. 5. Verr. 60. An id agendum, ut eo celerius de iſto tranſigamus, quo maturius ad Apronium poſſimus &c. pervenire?
Venire celerius. Cæſ. 2. Bell. Gall. 3. Quum de improviſo, celeriuſque omnium opinione veniſſet.
Celeriter, pro Brevi, ſive intra breve tempus. Cic. 3. Fam. 11. Lætor virtute & officio, cum tuorum neceſſariorum, meorum amiciſſimorum: tum alterius omnium ſeclorum, & gentium principis: alterius, jampridem juventutis, celeriter, ut ſpero, civitatis. De Pompeio & Bruto loquitur.
Futuri ſumus celeriter una. Cic. 9. Fam. 11. Ignoſcaſque brevitati litterarum mearum: nam & celeriter una futuros nos arbitror.
Celerius intelligere. Plin. Epiſt. lib. 6.

CELERIUSCULE, aliud Adverb. ut, Celeriuſcule dicere. Auctor ad Herenn. 3. 24.

CĔLĔRĬTAS, ātis. f. [τάχος, ταχύτης] Velocitas. Cic. 7. Verr. 88. Hæc Centuripina navis erat incredibili celeritate velis. Idem 1. Acad. 19. In pedibus celeritatem, vim in manibus. ſubaudi Ponebant.
Celeritas ad diſcendum. Cic. 1. Acad. 20. Naturæ celeritatem ad diſcendum & memoriam dabant: quorum utrumque mentis eſſet proprium & ingenii.
Celeritas in capiendis caſtris. Cæſ. 7. Bell. Gall. 46.
Velocitas corporis, Celeritas appellatur. Cic. 4. Tuſc. 31.
Celeritas & brevitas reſpondendi & laceſſendi. Cic. 1. de Orat. 17.
Brevitas & celeritas ſyllabarum. Cic. in Orat. 191.
Celeritas & feſtinatio. Cic. pro Roſc. Amer. 97. Quid hæc tanta celeritas, feſtinatioque ſignificat?
Actionum conjungendarum celeritas. Ulpian. in l. Hæc ratio. §. Sed ſi debitorem. D. de Donat. inter virum & uxorem, Celeritate conjungendarum inter ſe actionum unam actionem occultari.
Belli celeritatem morari. Cic. 5. Philipp. 26. Legatorum nomen ipſum & animos molliet, & belli celeritatem morabitur.
Famæ celeritas. Curt. 7. 2. 15. Velocitate opus eſt, qua celeritatem famæ antecedas.
Fluminum celeritas. Curt. 9. 4. 10. Prærapida fluminum celeritate occupantur.
Ingenii celeritas. Cic. in Bruto 53. Quis enim putet celeritatem ingenii L. Bruto illi nobilitatis veſtræ principi defuiſſe.
Percipiendi celeritas. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Verborum celeritas. Cic. 1. de Orat. 127.
Admirabilis. Cic. 1. de Nat. Deor. 52.
Cæſariana celeritas, in proverbium abiit, a Julii Cæſaris incredibili celeritate, quam paſſim prædicant veteres. Cic. 16. Attic. 10. Aiunt enim eum Cæſariana uti celeritate. de Antonio.
Expedita & profluens celeritas verborum. Cic. de Clar. Orat. 220.
Incredibilis. V. INCREDIBILIS.
Maxima. Cic. 2. de Nat. Deor. 142.
Modica celeritas. Vellei. 2. 68. 2. Navium hæc magnitudo modica cum celeritate.
Præceps dicendi. Cic. pro Flacco, 48.
Prompta & parata in agendo & in reſpondendo. Cic. in Bruto 154.
Adhibere celeritatem. Cic. 10. Fam. 21.
Deſiderat celeritatem res. Ulpian. in l. 1. D. de Damn. infect. Quum res damni infecti celeritatem deſiderat, & periculoſa dilatio Prætori videtur, ſi ex hac cauſa ſibi juriſdictionem reſervaret, &c.
Incitare militum celeritatem diariis. V. DIARIUM.
Incitare celeritatem eloquendi dicitur conſuetudo, exercitatioque. Cic. 1. de Orat. 90.
Incitatus celeritate & ſtudio. V. INCITO.
Indigere celeritatis. V. INDIGEO.

Opus eſt celeritate : qua ſi eſſemus uſi, bellum, ut ſæpe dixi, nullum haberemus. Cic. 5. Philipp. 52.
Suſcipere nimias celeritates. Cic. 1. Off. 132. Cavendum eſt autem ne aut tarditatibus utamur in greſſu mollioribus, ut pomparum ferculis ſimiles eſſe videamur: aut in feſtinationibus ſuſcipiamus nimias celeritates.

Celeritūdo, inis. f. [ταχυτης] Idem quod Celeritas. Varro 3. de R.R. cap. 12. Lucius Ælius putabat ab eo dictum leporem, a celeritudine, quod levipes eſſet.

Celerĭpes, ĕdis. Adj. [ὠκύπους, ταχύπους] Qui levis eſt pedibus. Cic. 9. Att. 7. Venit autem eo ipſo die ille Celeripes, quem Salvius dixerat. Hoc loco proprium nomen eſt. Et Auſon. Parent. 27. 4.
Loca tacita celeripes adeat erebi. Idem Epigr. 138. 31.
— velox manus Celeripedis compendii.

Cĕlĕro, [ταχύνω] āre. Celeriter aliquid facere. Cicero de Univerſitate 32. Dedit autem divinis duo genera motus : unum genus motus, quod ſemper eſſet in eodem æque, & idem in omnibus, atque uno modo celeraret. de Natura loquitur.
Aliquid celerare. i. e. Ut celeriter fiat meditari. Virg. 1. Æn. 656.
Hæc celerans, iter ad naves tendebat Achates. i. e. Celeriter facere cupiens. Servius.
Caſum celerare. i. e. Celeriter cadere. Lucret. lib. 2. 231.
Fugam. Virg. 9. Æn. 378.
Tum celerare fugam, patriaque excedere ſuadet.
Gradum. Virg. 4. Æn. 641.
Iter incœptum. Virg. 8. Æn. 90.
Ergo iter incœptum celerant rumore ſecundo.
Itineribus quam maximis. Tacit. 4. Hiſt. 24.
Opem celerare, pro Celeriter auxilium ferre. Valer. 3. Argon. 251.
Victoriæ celerandæ intentior. Tacit. 2. Ann. 5.

Celerans, antis. Partic. ut Celerantes auræ. Lucret. lib. 1. 388.
Is porro, quamvis circum celerantibus auris
Confluat, &c. i. e. Accelerantibus, urgentibus, & celeriter pellentibus aerem.
Viam celerans. Virg. 5. Æn. 609.
Illa, viam celerans per mille coloribus arcum,
Nulli viſa, cito decurrit tramite virgo.

Celeranter, [κατὰ τάχος] Adv. pro Celeriter. Accius, Sed quis hic eſt qui matutinum curſum huc celeranter rapit? Nonius 11. 32. Antiquum eſt.

Celeratus, a, um. Partic. ut, Itineribus celeratis. Ammian. 31. 11.

Celerātim, pro Celeriter: Adverbium ſimiliter antiquum. Siſenna Hiſt. lib. 5. Quo magis celeratim poterant, in inſidiis ſuos diſponit.

Celerini, Citerioris Hiſpaniæ populi ſunt ſupra Braccaras & Gronios, quorum ager Avo fluvio irrigatur, ut indicat Ptolemæus lib. 2. cap. 6. & Pompon. lib. 3.

Cĕles, ētis. m. [κέλης] Genus navigii actuarii, quod & Celox dicitur. Gell. lib. 10. cap. 25. Celoces, vel ut Græci dicunt, κέλητες. Dictum celetem putant per metaphoram equi celetis, quod unico tantum per tranſtra remo agatur: κέλης enim equus dicitur, qui ab uno ſeſſore agitatur & regitur. Palæphatus de Centauris, Juvenes quidam e radice montis profecti a vico quodam vocato Nebula, excogitant equos celetas condocefacere, in iiſque ſedere. Nam ante id tempus neſciebant in equis ſedere, ſed ſolum curribus utebantur. Quibus verbis fit planum quid ſit κέλης equus, ex quo κελης dictus, quod uno remo, & non binis aut ternis per ſedilia ageretur, quum tamen plures remiges haberet.
Celetes, Dicti ſunt a Græcis Equites, non bigis aut quadrigis in certamine utentes, ſed equo uno inſidentes : cujuſmodi certamen hodie quoque nonnullis in locis celebratur. Hæc Budæus. Plin. lib. 34. cap. 5. Græci celetas tantum dicabant in ſacris victores. Apud Homerum vero celes equus dicitur, qui ſolus agitatur, quaſi monampix: quod tam de agitatore, quam de equo ipſo fortaſſe non inepte dici poſſet. V. Spanh. de Uſu & Præſt. num. diſſ. 10. p. 132.

Celetizontes, m. pl. [κελητίζοντες] Participium Græcum, Juvenes dicebantur qui frequenti equorum ſingularium certamine delectarentur. Plin. lib. 34. cap. 8. Hegiæ Minerva, Pyrrhuſque rex laudatur, & celetizontes pueri.

Celetæ, Populi Thraciæ, majores Hæmo, minores Rhodopæ ſubditi. Auctor Plin. lib. 4. cap. 11.

Cĕleus, i. m. trium ſyllabarum, [Κελεὸς] Viri proprium. Virg. 1. Georg. 165.
Virgea præterea Celei, viliſque ſupellex. Ubi Servius, Virgea Celei ſupellex, i. e. Vaſa de vimine facta, qualia Ceres Celeo aliquando monſtravit, ut qualos, corbes, &c.

Cĕleusma, ătis. n. [κέλευσμα] vel **Celeuma**, ătis. n. Clamor eſt nautarum, quum uno aliquid jubente, omnes uniformiter reſpondent, quaſi ſibi invicem jubentes. ἀπὸ τοῦ κελεύειν, quod eſt jubere. Martial. 3. Epigr. 67. (al. 25.) de Pigris nautis,
Ceſſatis, pueri, nihilque noſtis,
Veterno, reſinaque pigriores,
Quorum per vada tarda navigantes,
Lentos figitis ad celeuſma remos. Idem 4. Epigr. 64.
Quem nec rumpere nauticum celeuſma,
Nec clamor valet helciariorum. Celeuſma, etiam in navibus claſſiariis aſſa voce interdum, interdum tibia canebatur, ita ut remiges pro modulorum atque harmoniæ ratione vel concitarent vel figerent remos. Pedianus in Divinat. Verr. 56. Cani remigibus celeuſma per ſymphoniacos ſolebat, & per aſſam vocem, id eſt ore prolatam, &, ut in Argo navi, per citharam.
De hoc intelligendus eſt Cenſorinus de Die natali cap. 12. Quo facilius ſufferant laborem vel in navis motu, a vectore ſymphonia adhibetur. Rutil. Itin. 1. 369.
Hic mecum pigri ſolabar tædia venti,
Dum reſonat variis vile celeuſma modis.
Chriſtianis pro celeuſmate hymni & pſalmi fuerunt: quos ſæpe repetitis vocibus Haleluja & Amen canere ſolebant. Paulinus ad Nicetam v. 119.
Navitæ læti ſolitum celeuſma
Concinent, verſis modulis in hymnos
Et piis ducent comites in æquor
Vocibus auras, &c. Sidon. 2. Epiſt. 10.
Curvorum hinc chorus helciariorum
Reſponſantibus Aleluja ripis
Ad Chriſtum levat amnicum celeuſma.

Celeustes, æ. m. [κελευστής] Qui remiges hortatur, quaſi navigationis moderator: qui a Plauto Latine hortator appellatur, quod ea hortamenta faciat, quæ verbo Græco celeuſma dicuntur etiam a Latinis. Budæus.

Celia, æ. f. Potus ex frugibus confectus, qui Hiſpanis præcipue in uſu erat, ſicut cerviſia Gallis. Plin. lib. 22. cap. ult. V. etiam Flor. 2. 18. & ejus interpp. Oroſ. 5. 7.
Eſt item Celia Apuliæ oppidum, in tractu Peucetiorum, non procul ab Egnatia, cujus meminit Strabo lib. 6. & Ptolem. lib. 3. cap. 2. Vulgo *Celia in terra de Barri*.

Cella, æ. f. [ταμεῖον, ἀποθήκη] dicta a Celando, auctore Servio : quod in ea celentur quæ eſſe volumus occulta. Græci apothecam dicunt, in qua res eſculentæ & poculentæ reponuntur. quamvis proprie apotheca, cella vinaria ſit. Capit autem Cella non unam ſignificationem, prout illi adjectiva junguntur: ut Cella vinaria, penaria, &c. Cic. de Senect. 56. Semper enim boni aſſiduique domini referta cella vinaria, olearia, mellaria, & penaria. Ter. Adel. 4. 2. 14. Nam me in cellam aliquam cum illa concludam. Ubi Donatus, Et cella & cellarium, a reponendis, celandiſque rebus eſculentis & poculentis dicitur.
Cellam atque horreum Campani agri, Cicero Capuam appellavit in orat. de Lege Agr. 2. 88.
Cella vini & olei. Paulus in l. Nam quod. §. Si cui quæ. D. de Penu legata, Quod fere (inquit Sabinus) evenit in perſonis mercatorum, aut quoties cella eſt olei & vini, quæ venire ſolebant in hæreditate relicta.
Cella olearia. In olearius.
Cella vinaria. Cic. in Topic. 17. Cellis vinariis, & oleariis plenis relictis.
Cella penaria, In qua penus reponitur. Cic. 4. Verr. 5. Itaque ille M. Cato ſapiens cellam penariam Reipublicæ noſtræ, nutricem plebis Romanæ, Siciliam nominavit. Nos vero experti ſumus Italico maximo, difficillimoque bello Siciliam nobis non pro penaria cella, ſed pro ærario illo majorum vetere ac referto fuiſſe.
Cellam promptuariam jlocaliter vocavit Plautus Carcerem, ex quo promerentur vincti, in Amph. 1. 1. 4.
Inde cras e promptuaria cella depromar ad flagrum.
Cellæ anguſtæ. Hor. 1. Serm. 8. 8.
Dare in cellam. Cic. 5. Verr. 201. Magiſtratibus tantundem detur in cellam, quantum ſemper datum eſt.
Emere in cellam frumentum. Cic. 5. Verr. 202. Data tibi pecunia eſt Verres: una, qua frumentum tibi emeres in cellam : altera, qua frumentum emeres a civitatibus quod Romam mitteres.
In cellam imperare frumentum. Cic. 1. Verr. 30. Queritur Sicilia tota, C. Verrem ab aratoribus, quum frumentum ſibi in cellam imperaviſſet, &c. ubi Aſcon. & Hotom. V. conf. cellarium.
In cellam ſumere frumentum. Cic. 5. Verr. 188. Non eſt in hoc crimen, Hortenſi, ne forte ad hoc meditere, multos ſæpe viros bonos, & fortes, & innocentes cum aratoribus, & cum civitatibus frumentum, quod in cellam ſumi oporteret, æſtimaſſe, & pecuniam pro frumento abſtuliſſe.
Cella, pro Cubiculo aliquo ſecreto. Cic. 14. Att. 22. Atticam meam gratias mihi agere de matre gaudeo: cui quidem ego totam villam, cellamque tradidi.
Strati in cellis lecti. Cic. 2. Philipp. 67.
Cellæ etiam Balnearum membra fuerunt, Hinc
Cella frigidaria, & Cella caldaria. Plin. lib. 2. Epiſt. 17. ad Gallum, Inde balinei cella frigidaria ſpatioſa & effuſa. Eſt autem cella frigidaria, ubi aqua frigida, ſi pœnituiſſet teporis, lavabantur. nam balinei cellæ tres erant: caldaria, ubi calida: tepidaria, ubi tepida: frigidaria, ubi frigida ſervabatur. Hac de re multa Vitruv. lib. 5. cap. 10.
Cella ſuppoſitoria. Vopiſcus in Carino, cap. 18. Balneis, inquit, ita frigidis uſus eſt, ut ſolent eſſe cellæ ſuppoſitoriæ, frigidariis ſemper nivalibus. Cellæ autem ſuppoſitoriæ vocatæ ſunt, Quæ ſuppoſitæ ſunt, id eſt ſubjectæ: ſunt enim frigidiſſimæ quæ ſubjectæ ſunt nivali frigidario. Turnebus.
Cella, [ἄδυτον] Pars templi erat ſacratior, in quam ingredi cuilibet fas non erat. Unde apud Gell. lib. 7. cap. 1. legitur Scipionem in Capitolium veniſſe: juſſiſſeque cellam Jovis aperiri, ibique ſolum demoratum fuiſſe. Liv. 35. 41. De multa damnatorum quadrigæ inauratæ in Capitolio poſitæ in cella Jovis ſupra faſtigium ædiculæ.
Καὶ ἐς τὸν ναὸν, τὸν τοῦ Διὸς, τοῦ Καπιτωλίνου ἐν τῷ Τυχαίῳ ὄντα. Dio. 316. principio, ubi Xyl. cellam vertit. An hinc Sacellum, quaſi Sacra cella. H. St. Immo diminutivum a Sacrum.
Concordiæ cella. Cic. 2. Philipp. 19. Cum in hac cella Concordiæ, ô dii immortales! Adde etiam 3. Philipp. 31.
Paſtorum bubulcorumque cellæ. Columel. de R. R. 1. 6.
Cellæ fuerunt Meretricum fornices. Petron. cap. 8. Jam pro cella meretrix aſſem exegerat.
Inſcripta cella. Martial. 11. Epigr. 46.
Intraſti quoties inſcriptæ limina cellæ.
Vacua cella. Juven. 6. Sat. 121.
Intravit calidum veteri centone lupanar,
Et cellam vacuam, atque ſuam.
Cellas, abuſive Favorum cavernas vocavit Virg. 1. Æn. 437.
— diſtendunt nectare cellas. Servius.
Columbarum cellæ. Columel. 8. 8.

Cellŭla, æ. f. dimin. Ter. Eun. 2. 3. 18.
Quum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum.
Cellulæ columbarum cavatæ. Columel. lib. 8. cap. 9. Receptacula non tanquam columbis loculamenta, vel cellulæ cavatæ efficiuntur, ſed, &c.
Implere cellulam riſu plauſuque. Petron. cap. 11.

Cellulānus, i. m. Monachus, qui in cella vitam tranſigit. Sidon. 9. Epiſt. 3.

Cellārius, a, um. Adj. ut, Sagina cellaria. Plaut. Milit. 3. 2. 31.
Poſtea ſagina ego ejiciar cellaria.

Cellaria, æ. f. [ταμία] Quæ præeſt cellæ. Plaut. Milit. 3. 1. 101.
Jampridem, quia nihil abſtulerit, ſuccenſet cellaria. Alii legunt Geraria: Alii autem Ceraria. V. Taubm. Lambin. & Gronov. ad loc.

Cellarius, i. m. [ταμίας] Qui præeſt cellæ. Plaut. Capt. 4. 2. 115. Sume, poſce, prome quid vis, te facio cellarium. Columel. lib. 11. cap. 1. Non minor habenda erit ratio, ut cibus & potio ſine fraude a cellariis præbeatur. Et Martial. 11. Epigr. 32.

Hinc

Hinc cellarius experitur artes. Ulpianus in l. Quæsitum. §. Cellarium. D. De instructo & instrument. legat. Cellarium quoque, id est qui ideo præpositus est, ut rationes salvæ sint: item ostiarium, mulionemque, instrumenti esse constat. Alii legunt Cellararium.

CELLARIUM, i. n. [ταμεῖον] Idem quod Cella. Servius, ad 1. Æn. 708. Inter penum & cellarium hoc interest: quod cellarium est paucorum dierum: unde & in cellam dicitur imperatum frumentum Penus vero est temporis longi. Plin. lib. 36. cap. 15. Quorum agri quoque minorem modum obtinuere; quam cellaria istorum. V. etiam Donat. ad Ter. Adel. 4. 2. 13.

Cellaria etiam dicebantur, Quæ promebantur ex promptuaria cella præter annonas, h. e. frumentum & panem: videlicet Sal, vinum, oleum, carnes, &c. Commiss. l. 3. Cod. Theodos. de officio judicum omn. Neque rectori provinciæ plus aliquid præstabit, quam nos concessimus sine annonis & cellariis. Et Sulp. Severus Hist. Sacræ 2. 41. 2. Acciti numeratique quadringenti & aliquanto amplius occidentales episcopi Ariminum convenere: quibus omnibus annonas & cellaria dari imperator præceperat. V. ibi Sigon. & Interpr.

CELLARIOLUM, i. n. dimin. Hieron. adv. Jovinian. 2. 16.

CELLĀRIS, e. Adj. [οἰκηματικὸς] ut, Columbi cellares. Columel. lib. 8. cap. 8. Hac eadem ratione palumbos, columbosque cellares pinguissimos facere contingit.

CELLARIENSIS, e. aliud Adj. ut, Cellarienses species. Cod. Theodos. de erogatione militaris annonæ. l. 32. & l. 16. de indulgentiis debitor.

CELLATIO, ōnis. f. Cellarum constitutio, scil. Series. Petron. cap. 77. Domus habet cellationem.

CELLIO, onis. m. Idem quod Cellarius. Inscript. Grut. p. 582. n. 10. D. M. SECVNDI NVNDINI PRIMITIVI CELLIONIS.

CELLO, is. quo veteres utebantur pro Cedo: nunc compositis tantum utimur, Excello, Præcello. q. V.

CELMIS, i. m. sive CELMUS, [κέλμις, κέλμος] Nutritius fuit Jovis, quem & parvulus adhuc Jupiter plurimum amavit. Ceterum quum aliquando mortalem esse Jovem dixisset, Jupiter injuriæ memor, quum expulso Saturno rerum jam potiretur, in adamantem lapidem commutavit illum. Fabulam breviter innuit Ovid. 4. Met. 281.

Te quoque nunc adamas, quondam fidissime parvo,
Celme, Jovi.

CĒLO, [ἀποκρύπτω] āre. Abscondere, tegere. Ovid. 2. de Arte Am. 409.

Quæ bene celaris, si qua tamen acta patebunt,
Illa licet pateant, tu tamen usque nega.

Secreti calles celant. Virg. 6. Æn. 443.

Hic quos durus amor crudeli tabe peredit
Secreti celant calles, & myrtea circum Silva tegit.

Celare & occultare. Cic. 3. Off. 37. Atque etiam ex omni deliberatione celandi & occultandi spes opinioque removenda est.

Celare, cum accusativo personæ, vel rei. Cic. 1. de Nat. Deor. 74. Neque tu me celas, ut Pythagoras solebat alienos. Ter. Heaut. 4. 3. 27. Ut celet senem. Cic. 1. Acad. 2. Nec tamen istum cessare, sed celare quæ scribat existimo.

Celare, cum duobus accusativis, personæ & rei. Ter. Adel. 1. 1. 29. Ea ne me celet, consuefeci filium. Cic. 2. Fam. 15. Non enim te celavi sermonem.

Celare aliquem de re aliqua. Cic. pro Deiot. 18. De armis, de ferro, de insidiis celare te voluit.

Celare se a domino. Ulp. in l. Quis sit fugitivus. D. de Ædil. edict. Fugitivus est, qui extra domini domum fugæ causa, quo se a domino celaret, mansit.

Celare ne. Plaut. Aulul. 1. 2. 35.

Nam nunc, quum celo sedulo, omnes ne sciant, &c.

Celare se tenebris, i. e. Omnino se occultare, nec in medium proferre sese. Virg. 9. Æn. 425.

— tunc vero exterritus amens
Conclamat Nisus, nec se celare tenebris
Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem.

Amorem. Ovid. 12. Epist. 37. Ubi Medea Jasonem sic alloquitur,

Perfide sensisti: quis enim bene celat amorem?

Auctorem, Tacere nomen auctoris. Hor. 2. Serm. 4. 11.

Crimina sua. Ovid. 2. de Arte Am. 427.

Culpam celare sub imagine falsa. Ovid. 2. Met. 37.

Damnum. Ovid. 9. Met. 100.

Diem celare Sol dicitur, Quum occidit: cui Promere diem, opponitur. Hor. in Carm. seculari 10.

Fugitivum. Ulpianus in l. 1. D. de Servis fugit. Is qui fugitivum celaverit, fur est.

Granum sub cortice celant mala punica. Ovid. 10. Met. 763.

Hamos celare cibis, i. e. Hamum in esca abscondere. Ovid. 15. Met. 476.

Ignem. Ovid. 6. Fast. 297.

Inane. Lucret. lib. 1. 515.

Ingenium celare, & Nudare, contraria. Hor. 2. Serm. 8. 74.

— ingenium res
Adversæ nudare solent, celare secundæ.

Numen Jovis celare non potest. Cic. pro Deiot. 18. Si veneno, Jovis illius quidem hospitalis numen nunquam celare potuisset, homines fortasse celasset.

Orata celare alicujus. Ter. Hec. 4. 1. 60.

Pudorem. Ovid. 2. Met. 594.

Sententiam. Cic. 4. Acad. 60. Aut cur celatis, quasi turpe aliquid, sententiam vestram?

Ulcera incurata. Hor. 1. Epist. 16. 24.

Turpia. Hor. 1. Serm. 2. 85.

Ulvam. Ovid. 5. Fast. 519.

Vultum celare manibus. Ovid. 4. Met. 682.

Vultum prodentem gaudia celare. Hor. 2. Serm. 5. 104.

Venditor celare quis dicatur. Ulpian. in l. 1. §. venditor. D. de act. empt. Sed scire venditorem & celare sic accipimus, non solum si non admonuit, sed etiam si negavit servitutem istam deberi, quum esset ab eo quæsitum.

CELOR, passiv. Ter. Eun. 2. 3. 4. Ubi ubi est, diu celari non potest. Cæs. 7. Bell. Gall. 80. Neque recte aut turpiter factum celari poterat. Cic. 2. Q. frat. 16. Sed heus tu celari videor a te. Ter. Phorm. 5. 4. 6.

Quin, si hoc celetur, in metu, sin patefit, in probro sim.

Celari & excludi. Cic. de Lege Agr. 12. Quum familiariter me in eorum sermonem insinuarem ac darem, celabar, excludebar.

Foribus opertis celari. Ovid. 2. Fast. 563.

Di quoque templorum foribus celentur opertis. i. e. Abscondantur clausis foribus.

CELANS, antis. ut, Commissa celans. Nepos 15. 3. 2.

Persæ arcana regum mira celantes. Curt. 4. 6. 5.

Vultus celans timorem. Lucan. 10. 14.

CELĀTUS, a, um. [ἀποκεκρυμμένος] Partic. Cic. pro Cluent. 189. Non est profecto de illo veneno celata mater, nihil est ab Oppianico sine consilio mulieris cogitatum.

De aliquo celatus. Cic. pro Sulla 9. Credo, Judices, celatum Cassium de Sulla uno: nam de ceteris certe sciebat.

Non gratam invito servat celata salutem. Sil. lib. 17. 643. ubi loquitur de Junone, quæ in pastoris formam conversa, Hannibalem ab exercitu abduxerat, ne hostes illum interficerent.

Amor celatus. Ter. Andr. 1. 1. 105. Bene dissimulatus & celatus amor.

Anni celati. Propert. lib. 3. 23. 31.

At te celatis ætas gravis urgeat annis.

Ferrum celatum. Ovid. 2. Fast. 831.

Ignes, Ignoti amores. Ovid. 9. Met. 615.

Littera celatos arcana fatebitur ignes.

Peccata. Lucret. lib. 5. 1159.

Virtus. Hor. 4. Carm. 9. 30.

CELATUM, i. n. ut, Indagator celati. Plaut. Trin. 2. 1. 15. & 1. 2. 127. Celata omnia ille pessum dedit.

CELATE, Adv. [ἀποκεκρυμμένως] Tecte, Occulte. Ammian. 14. 7. Non celate turbidum sæviebat ingenium.

CELATIM, Adv. Idem. Sisenna lib. 6. Hist. Quammaxime celatim poterat, in insidiis suos disponit. Ex Gell. lib. 12. cap. 15. V. Apul. 4. Met. p. 151.

CELĀTOR, ōris. m. Qui abscondit. Lucan. 10. 286.

Qua Deus, undarum celator, Nile, tuarum,
Te mihi nosse dedit.

CELĀMEN, ĭnis. n. apud Apul. Met. 5.

CELOX, ōcis. f. [κέλης] Navigium breve: dictum a Celeritate, auctore Nonio. V. CELES. Plaut. Capt. 4. 2. 94. Vidi in publica celoce. Liv. 21. 17. Naves ducentæ viginti, quinqueremes, celoces viginti deductæ. Pro Ancilla gnava & celeri posuit Plaut. Milit. 4. 1. 40. Quæ hæc celox? ancillula illius est, quæ hic egreditur foras. Diversa significatione utitur in Pseud. 5. 2. 12. Onerare celocem, est Inebriare se.

CELSINIUS, i. m. Nomen cujusdam viri; unde

CELSINIANUS, a, um. Adj. ut, Porcellus Celsinianus. Apic. 8. 7.

CELSUS, i. m. Plagiarius carmine Horatii notissimus, 1. Epist. 3. 15.

Quid mihi Celsus agit monitus, multumque monendus, &c.

A. Cornelius Celsus, quem nonnulli Aurelium prænomine vocant. Scriptor luculenta brevitate disertus, cujus libros VIII de medicina habemus. Hujus meminit Quintil. lib. 12. cap. ult.

Alius Julius Celsus fuit, multo recentior, qui de vita Cæsaris scripsit, & Commentarios Cæsaris recensuit, vel potius interpolavit. V. Voss. de Hist. Lat. 1. 13. & 5. Et Instit. Orator. cap. 3. §. 10. & Salmas. Proleg. Exercit. Plin. sub fin.

Alius Celsus JCtus in Digestorum libris sæpe laudatus. V. Spartian. in Adrian. cap. 18.

Celsus etiam inter triginta tyrannos vigesimus octavus. de quo Treb. Pollio cap. 29.

CELSUS, a, um. Adj. [ὑψηλὸς] Altus, sublimis, excellens: a Cello antiquo verbo: unde compositum Excello. Plin. lib. 13. cap. 24. Firmiores, celsioresque infantes fore. Cic. 2. de Nat. Deor. 40. Quæ primum eos humo excitatos, celsos & rectos constituit.

Celsi prætereunt austera poemata Rhamnes. Hor. de Arte Poet. 342. Accommodata equiti attributione vocabuli dictum est. Celsus enim, ut ait Festus, a Græco κέλης deducitur, quo vocabulo significatur qui singulari equo vehitur.

Celsos etiam judices Marcellinus dixit lib. 28. Et judicibus, inquit, Celsis, itidemque minoribus. Sic fortasse Celsi Rhamnes magni sunt equites, aliisque ditiores & potentiores. Turnebus. [Periphrasis est ordinis equestris. V. RAMNETES.

Celsus & erectus ad animum transl. Cic. 5. Tusc. 42. Qui autem poterit esse celsus & erectus, & ea quæ homini accidere possunt, omnia parva ducens, &c.

Status celsus & erectus. Cic. in Orat. 59. De gestibus oratoris.

Armis celsior, Superior & potentior. Valer. 2. Argon. 547. Al. Artus.

Cunctis celsior. Claud. de Bell. Get. 430.

Corpore celsus. Liv. 10. Bell. Pun.

Cristis celsa avis. Plin. lib. 10. cap. 21.

Honore celsus. Ovid. 10. Epist. 126. Alii legunt, In arce.

Vertice celsior. Claud. de Bell. Get. 77.

Arx celsa. Virg. 1. Æn. 56.

Caput, Altissima pars corporis. Sen. Hippol. 5.

Colles. Sen. Agamemn.

Collum. Ovid. 11. Met. 358.

Corpus, i. e. Magnum. Sil. lib. 3. 273.

Eques. Stat. 1. Silv. 4. 42.

Os celsum, dicitur respectu totius corporis, quasi in alto positum. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 83.

— tum talia celso Ore tonat. i. e. Clara voce: quod irato maxime convenit: vel ex alto loco. Parrhasius.

Puppis. Virg. 3. Æn. 527.

Stans celsa in puppi.

Regia. Ovid. 1. Epist. 34.

Sedes celsissima honoris & dignitatis. Cic. pro Sulla 5.

Sonipes. Sen. Hippol. 10.

Silva. Valer. 6. Argon. 76.

Turres. Hor. 2. Carm. 10. 10.

Vertex montis. Cic. 1. de Divin. 13.

Urbs. Virgil. 3. Æn. 293.

Graditur celsa. Sen. Agamemn. Nunc levat in auras altior solito caput, graditurque celsa. h. e. Incedit erecta.

CELSE, Adv. ut, Celsius assurgunt. Claud. in Eutrop. 1. 387.

Consurgens celsius vita. Ammian. 25. 4. pr.

Gradientes celsus. Idem 28. 1. conf. & Columel. 4. 19.

Celsĭtas, ātis. f. Magnitudo, altitudo. Cic. 3. Off. 24. Celsitas animi & magnitudo. Alii legunt, Excelsitas.

Celsĭtūdo, ĭnis. f. Vell. Paterc. lib. 2. 94. 2. Tiber. Claudius Nero, juvenis genere, forma, celsitudine corporis, optimis studiis, maximoque ingenio instructissimus.
Summa celsitudo. Apul. de Mundo p. 73.
Superabilis celsitudo. Ammian. 15. 10.

Celsĭtŏnans, antis. Theodulfus. Carm. 2. 447.
Hanc tibi celsitonans aram Teudulfus adorno.

Celtæ, arum. m. pl. [Κελτοὶ] Populi sunt Galliæ inter Sequanam & Garumnam amnes, sic a Celto Polyphemi filio dicti, ut scribit Appianus. Celtarum autem clarissimi sunt Hedui, ut Aquitanorum Ausci, & Belgarum Treveri. Pompon. lib. 3. cap. 2. V. Cæs. Bell. Gall. 1. 1. pr.
Celtæ. & de Germanis. Celtogalatia. Κελτῶν γάρ τινες, ὓς δὴ Γερμανοὺς καλοῦμεν, πᾶσαν τὴν πρὸς τῷ Ῥήνῳ Κελτικὴν κατασχόντες, Γερμανίαν ὀνομάζεσθαι ἐποίησαν. Dio lib. 53. pag. 341. Par. Vide Xyl. annot. principio. Steph. Λούγδουνον, πόλις Κελτογαλατίας. Ἐς τὴν Κελτικὴν, τὴν νῦν λεγομένην Γαλατίαν. Appian. in Annibal. p. 122. in 8vo. in principio. H. St.

Celtĭca, æ. f. [Κελτικὴ] Tertia Galliæ pars. Plin. lib. 4. cap. 17. Gallia (inquit) Comata uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur, amnibus maxime distincta. A Scalde, ad Sequanam, Belgica: ab eo ad Garumnam, Celtica, eademque Lugdunensis: Inde ad Pyrenæi montis excursum, Aquitania, Aremorica ante dicta. V. etiam Cæs. Bell. Gall. 1. 1.

Celticus, a, um. Adj. [Κελτικὸς] ut Celticus cruor. Sil. lib. 5. 144.
Furor Celticus. Sil. lib. 4. 190.
Rura Celtica. Sil. lib. 1. 46.

Celticum, [Κελτικὸν] Promontorium est Hispaniæ citerioris, in Celticorum tractu in Oceanum, Occidentem versus, quam longissime excurrens. Idem cum eo quod Ptolemæus Nerium, & vulgus nautarum hodie *Finem terræ* appellat. V. Pompon. Mel. lib. 3. 1.

Celtiaca, æ. f. Oppidum est Hispaniæ Bæticæ in conventu Hispalensi, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 1.

Celtĭbēri, orum. m. pl. [Κελτίβηρες] Populi Hispaniæ, qui a Celtis originem ducunt. Nam Celtæ Gallorum populi, relicta quondam provincia, Iberiam Hispaniæ regionem habitavere. Unde composito ex utraque gente nomine, Celtiberi appellati sunt. Horum meminit Strabo lib. 3. & Plin. lib. 3. cap. 3. Lucan. lib. 4. 9.
— profugique a gente vetusta
Gallorum Celtæ miscentes nomen Iberis. Sil. lib. 3. 339.
Venere & Celtæ sociati nomen Iberis.

Celtĭbēria, æ. f. [Κελτιβηρία] Regio Celtiberorum: & est proprie ea pars, quæ intra Iberum continetur. Plin. lib. 4. cap. 22.
Celtiberia cuniculosa. Catul. Epigr. 40. 11. Quod ad cuniculos metallorum inscite a nonnullis referri intelligo. abundat enim cuniculis tota Hispania, qui suffodiunt terram, messes populantur, radices exedunt stirpium, teste Strabone, quem vide. Voss. legit Celtis perosæ.

Celtiber, ēra, ērum. aliud item Adj. ut Celtibera terra. Martial. lib. 12. Epigr. 18. — Celtiberis
Hæc sunt nomina crassiora terris.
Gentes Celtiberæ. Martial. 1. 50.
Oræ Celtiberæ. Idem 10. 20.
Urbes Celtiberæ. Valer. Max. 5. 1. 5.

Celtiberius, a, um. aliud Adj. ut Celtiberia terra. Catul. Epigr. 40. 21.

Celtiberĭcus, Adj. [Κελτιβηρικὸς] a Celtiberia deductum. unde Celtibericum bellum, & Celtibericam cladem dicimus. V. Plin. lib. 33. cap. 3.

Celtis, is. f. Genus est eximiæ testudinis, sed raræ, quam Troglodytæ, ad quos adnatat, ut sacram adorant. Cornigera est, ut in lyra, annexis cornibus latis, sed mobilibus, quorum in natando remigio se adjuvat. Ex Plin. lib. 9. cap. 10.
Celtis, [λωτὸς] est Arbor insignis, magnitudine pyri, in Africa & potissimum circa Syrtes nascens, quæ alio nomine Lotos appellatur. Incisuræ in foliis crebriores faciunt ne ilices videantur: fructui magnitudo fabæ, color croci: tam dulcis ibi cibus est, ut nomen genti dederit. Siquidem Lotophagi nominantur. Plin. lib. 13. cap. 17.

Celydrus, Lege chelydrus.

C E M

Cema, Narbonensis provinciæ fluvius. ex Alpium monte Cemeno profusus. Plin. lib. 3. cap. 4.

Cemelion, i. n. Oppidum Liguriæ, non procul a portu Herculis Monœci: cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Quidam Cemelleo scribunt, alii Cemellio.

Cemeneleum, i. n. [Κεμενέλεον] Urbs in Alpibus littoreis, auctore Ptolemæo. Vulgo *Cemellio.*

Cementum, In cæmentum.

Cemenus, i. m. Mons Narbonensis Galliæ, non procul a Varo fluvio, ex quo Cema amnis profluit, unde & monti nomen factum videtur. V. Plin. lib. 3. cap. 4.

Cemus, i. f. [κεμὸς] Herba est apud Plin. lib. 27. cap. 8. cujus descriptionem se idcirco prætermittere ait, quod solis in amatoriis usum habeat. Dioscorides lib. 4. eandem esse ostendit cum Leontopodio.
Cemus autem videtur appellata, ex floris sive calycis figura: quoniam pyxidicula Athenis ita nominabatur, per quam suffragia in subjectum vasculum, quod Cadiscum vocabant, demitti consueverant. V. Ruell. lib. 3. cap. 130.

C E N

Cēnæum, i. n. [Κήναιον] Eubœæ promontorium, ad Septentrionem, auctore Strab. lib. 10. Plin. 4. 12. Ubi Hercules a devicta OEchalia reversus, Jovi aram exstruxit. Hinc Cenæus Juppiter. Ovid. 9. Met. 136. de Hercule.
Victor ab OEchalia Cenæo sacra parabat
Vota Jovi.

Cenarii, orum. m. Auri & argenti expurgatores, secundum Pitisci expositionem veteris Inscript. Romæ. HIC. IACET. NOMINE. MATRONA. C. F. IN. PACE. VXOR. CORNELI. PRIMICERI. CENARIORVM. FILIA. PORPHORI. PRIMICERI. MONETARIORVM.

Cenchramides, um. [κεγχραμίδες] Ficorum grana, ita dicta a milii similitudine, quod Græci κέγχρον vocant. Plin. lib. 15. cap. 19. frumenta appellat, Ficis mollis omnibus tactus: maturis frumenta intus.

Cenchreæ, arum. f. [Κεγχρέαι] Peloponnesi oppidum est prope Corinthum in Isthmo ipso, juxta fanum Neptuni, quem Strabo ob id Isthmium appellat. Auctor Pompon. lib. 2. 3. & Plin. lib. 4. cap. 4. & 5.

Cenchreus, a, um. Adj. [Κέγχρειος] ut, Cenchreæ manus apud Stat. 4. Theb. 60.

Cenchrias, [κεγχρίας] Herpetis genus est, qui morbus a medicis finiri solet, Membri mortificatio, ac cum putredine & mollificatione dissipatio. Dicitur autem cenchrias, quoniam pustulæ succrescunt milii similitudine, quod cenchrum vocant. V. Cæl. lib. 30. cap. 15.

Cenchris, is. m. Genus serpentis venenosi. Plin. lib. 20. cap. 22. Adversus serpentes efficax, maxime cenchrin & scolopendras terrestres ac marinas. Et Lucan. 9. 712.
Et semper recto lapsurus limite cenchris.

Cenchris, idis. f. Genus accipitris. Plin. lib. 29. cap. 6. Turturis fimum albugines extenuat: item cochlearum cinis, fimum cenchridis: accipitrum generis hanc Græci faciunt.

Cenchrītes, æ. m. Gemmæ species, quæ veluti sparsa milii grana habere videtur. V. Plin. 37. cap. 11.

Cenchrius, [Κέγχριος] Ioniæ amnis est ad Ephesum, Caystro proximus, per lucum Ortygiam fluens, in quo Latonam fabulantur ab Ortygia nutrice lotam ex partu. Tacit. lib. 3. cap. 61. ubi de horum legationibus ad Senatum missis, Primum, inquit, omnium Ephesii adiere memorantes, non ut vulgus crederet, Dianam atque Apollinem Delo genitos, esse apud se Cenchrium amnem, lucum Ortygiam, ubi Latonam partu gravidam, & oleæ, quæ tum etiam maneat, adnisam, edidisse numina, deorumque monitu sacratum nemus.

Cenchron, i. n. Adamantis genus est, quod sit milii magnitudine. κέγχρος enim milium dicitur. Plin. lib. 37. cap. 4.

Cendevia, æ. f. Palus in Phœnice, intra montis Carmeli radices, ex qua creditur nasci Belus amnis, quinque M pass. spatio in mare perfluens juxta Ptolemaidem coloniam. Ex Plin. lib. 36. cap. 26.

Cenēĭa, æ. f. [Καινηΐς] Filia Cenei. Ovid. 10. Met. 609.
Talia dicentem molli Ceneia vultu Aspicit: legitur Schœneia: V. Atalanta.

Ceneus, In cæneus.

Cenīna, æ. f. Urbs quæ fuit vicina Romæ, a Cenite conditore. Festus: Et Ovid. 2. Fast. 135.
Te Tatius, parvique Cures, Ceninaque sensit. V. etiam Propert. 4. 11. 9.

Cenis, In cænis.

Cenites, is. m. Viri proprium, qui Ceninam urbem condidit. Festus.

Cenomanni, orum. m. pl. [Κενομανοὶ] Galliæ Celticæ sive Lugdunensis populi vulgo notissimi. Horum meminit Plin. lib. 4. cap. 18. Cæs. 7. Bell. Gall. 75. Horum regio vulgo *Le Maine.*
Fuerunt & Cenomanni Italiæ populi, in quorum agro Cremona fuit & Brixia, eodem Plinio auctore lib. 3. cap. 19. V. Liv. 5. 35.

Cenotaphium, i. n. [κενοτάφιον] Imaginarium sepulcrum: quale Virgilius describit 3. Æn. 301.
Solennes tum forte dapes & tristia dona, &c. Quo loco Servius Tumulum inanem, Cenotaphium esse dicit. Græce κενὸς inanis dicitur: & τάφος sepulcrum: unde nomen compositum. Suetonius Honorarium tumulum appellat in Claudio, cap. 1. Ceterum (inquit) exercitus honorarium ei tumulum excitavit: circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret, Galliarumque civitates publice supplicarent. Quibus verbis significat Cenotaphium Druso in Germania extructum, quum corpus ejus Romam devectum esset. Sic vocari possunt hodie, quas repræsentationes in anniversariis exequiis vocamus. Hæc ex Budæo. Florentinus in l. monumentum. D. de relig. & sumpt. fun. Monumentum generaliter res est memoriæ causa in posterum prodita: in qua si corpus, vel reliquiæ inferantur, fiet sepulchrum: si vero nihil eorum inferatur, erit monumentum memoriæ causa factum: quod Græci cenotaphium appellant.

Censeo, ui, sum, [οἴομαι, νομίζω, ἀξιόω] ēre. Putare significat, auctore Festo: sive Arbitrari, ut vult Donatus. Ter. Adelph. 4. 2. 40. Censen' hominem me esse?
Censere & Arbitrari veteres cognatione quadam, socia ac similia esse verba voluerunt. Varro de Repub. lib. 20. Quod verbum censeo & arbitror idem valebat. Ex Nonio, 4. 838.
Magnopere censeo. In magnus.
Sentire & censere. Cic. ad Brut. 15. De ceteris rebus quid senserim, quidve censuerim, audisse te arbitror.
Censere etiam proprium erat Senatorum, & significat Decernere. Plin. 9. Epist. 3. Jam censendi tempus. Dicit Domitius Apollinaris Consul designatus. Et Lucan. 3. 109.
— sedere patres censere parati,
Si regnum, si templa petat. In fine sententiarum Patres hac solenni forma utebantur: Quas ob res ita censeo; De ea re ita censeo. V. Sall. Catil. cap. 51. & 52. extr.
Bellum censere. Liv. 10. 12. Bellum Samnitibus & censuere patres; & populus jussit. Et idem 31. 7. Sulpicius Consul populum concione advocata alloquens, quia patres, ait, censuere, vos jubete.
Censeo ut. Cæs. 1. Bell. Civil. 2. M. Calidius censebat, ut Pompeius in suas provincias proficisceretur.
Censere ne. Suet. Aug. 94. Senatum exterritum censuisse, ne quis illo anno genitus educaretur.
Censere, Dicere. Plaut. Stich. 3. 2. 22. Non edepol possum. G. quid gravare? censeas. Legitur aliter, Censeo eas.
Censeri [τιμᾶσθαι] In censum ascribi a Censoribus. V. census. Cic. 4. Verr. 139. Quinto quoque anno Sicilia tota censetur. erat censa Prætore Peduceo: quintus annus quum te Prætore incidisset, censa denuo est. &c.
Sub lustrum censeri. Cic. 1. Att. 18. extr. Ne absens censeare, curabo edicendum & proponendum locis omnibus. Sub lustrum autem censeri, germani negotiatoris est. i. e. Lustri tempore.
Prædia censere. Cic. pro Flacco, 80. In qua tribu denique ista prædia censuisti?
Territorium censere, pro, Imperare territorio censum. L. 1. C. In quib. caus. pignus vel hypoth. tacit. contrahit.
Modum agri censeri. Cic. pro Flacco, 80. Verum esto, gloriosus fuisti, voluisti magnum agri modum censeri, & ejus agri qui dividi plebi Romanæ

manæ non poteſt. Cenſus es præterea numeratæ pecuniæ CXXX. eam opinor tibi numeratam non eſſe abs te. Sed hæc omitto. Cenſus es mancipia Amyntæ: neque huic ullam in eo feciſti injuriam: poſſidet enim ea mancipia Amyntas. ac primo quidem pertimuit, quum te audiſſet ſervos ſuos eſſe cenſum. [Nonnulli putant Cenſeri hic deponentis forma poſitum eſſe. Quod mihi non item videtur.
Ætatem in cenſendo ſignificare neceſſe eſt. Ulpian. in l. Ætatem. D. de Cenſib.
Cenſendi cauſa. Cic. 2. Verr. 54. Quæ convenit uno tempore undique, comitiorum, judiciorum, cenſendique cauſa.
Cenſeri [ἀντιδιάζεσθαι] Æſtimationem, auctoritatemque aſſequi, in pretio haberi. Cic. pro Archia, 13. Atque hoc ideo mihi concedendum eſt magis, quod ex his ſtudiis hæc quoque cenſetur oratio & facultas, &c. i. e. Pretium & æſtimationem meretur, & in primis laudatur. A Græcis δοκεῖν dicitur. Hæc Budæus. Legitur in aliis codicibus, Creſcit oratio. Sed V. not. Grut. Plin. lib. 8. Animalia igitur quædam bruta naturali quadam intelligentia prædita propterea cenſentur. Ovid. 2. Amor. 15. 2.

Annule, formoſæ digitum vincture puellæ,
In quo cenſendum nil, niſi dantis amor.

Chriſtoph. Longolius lib. 1. Epiſt. ad Leonem Pontif. quæ incipit Etſi apud me &c. Sed agilitas etiam ad eas omnes, quæ velocitate cenſeantur, conficiendas egregia. H. St.
Cenſere atque æſtimare. Cic. in Paradoxo ultimo, Si cenſenda nobis atque æſtimanda res, utrum pluris æſtimabimus, pecuniam Pyrrhi, &c.
Laude alicujus cenſeri, i. e. Probari. Claudian. Epigr. 29. 67. de Serena regina.
Cenſere, Iraſci. Varro, Ne vobis cenſeam, ſi ad me referretis.
Vide num ſit Succenſere H. St. V. Non. 4. 88.

CENSUS, a, um. [τιμώμενος] Partic. ut, Cenſa civium capita centum quatuor & viginti millia. Liv. 3. 3. Millia capitum cenſa ducenta ſexaginta duo. Liv. 10. 47.
Sed Aſconius pro Divite, & eo qui Centum millia ſeſtertiûm poſſideret. in Cic. 3. Verr. 104. Is quum haberet unicam filiam, neque cenſus eſſet, quod eum natura hortabatur, lex nulla prohibebat, fecit ut filiam bonis ſuis hæredem inſtitueret. Ibidem, 111. In his nuper Annia ea de multorum propinquorum ſententia, pecunioſa mulier, quod cenſa non erat, teſtamento fecit hæredem filiam. i. e. Neque centum millia ſeſtertiûm poſſideret. nam more veterum Cenſi dicebantur, Qui centum millia in profeſſione detuliſſent. Hujuſmodi adeo facultates Cenſus vocabantur. Sed V. ibid. ſeq. & Gronov. de Pec. Vet. 3. 16.

CENSITUS, a, um. pro Cenſus dicitur. In Monumento Ancyrano, quod Imp. Auguſti Octav. res geſtas continet: QVO LVSTRO CIVIVM ROMANORVM CENSITA SVNT CAPITA QVADRAGIES CENTVM MILLIA ET SEXAGINTA TRIA. V. etiam lib. 11. Cod. tit. 47.

CENSIO, onis. f. [τίμησις] Æſtimatio: unde Cenſores. Feſtus, Cenſionem facere dicebatur cenſor, quum multam equiti irrogabat. Plaut. Rud. 4. 8. 9. Aſſume quidem, ne cenſionem ſemper facias.
Cenſionem bubulam Plautus Aul. 4. 1. 14. feſtive vocavit Verbera lori bubuli, cujus cenſura in ſervos animadvertitur. Annotavit Turnebus.
Cenſio haſtaria dicebatur, cum militi multæ nomine ob delictum militare indicebatur, quod haſtas daret. Feſtus.
Idem eſt ac Cenſura, judicium. Symmach. 1. Epiſt. 3. In gravi dono habeo, hanc apud vos eſſe de noſtris epiſtolis cenſionem.

CENSITIO, onis. Idem quod Cenſus, quo verbo uſus eſt Spartian. in Peſcen. Nig. cap. 7. Terras levare cenſitione.

CENSOR, oris. m. [τιμητὰς (Immo τιμητὴς apud Dionem & alios H. St.] a Cenſendo dictus eſt. Feſtus, Cenſores dicti, quod rem ſuam quiſque tanti æſtimare ſolitus ſit, quantum illi cenſuerint. Varro de L. L. 4. 14. Cenſor, ad cujus cenſionem, id eſt arbitrium cenſeretur populus. Aſconius in Divinat. Cic. 8. Regendis, inquit, moribus civitatis Cenſores quinto quoque anno creari ſolebant. Hi prorſus cives ſic notabant, ut qui Senator eſſet, ejiceretur Senatu: qui eques Romanus, equum publicum perderet: qui plebeius, in Cæritum tabulas referretur, & ærarius fieret, &c. Cic. 3. de Legib. 7. Cenſores, populi ævitates, ſoboles, familias, pecuniaſque cenſento, &c. Idem eodem lib. 46. Græci hoc diligentius, apud quos νομοφύλακες creantur. nec ii ſolum litteras (nam id quidem etiam apud majores noſtros erat) ſed etiam facta hominum obſervabant, ad legeſque revocabant. Hæc detur cura Cenſoribus: quandoquidem eos in Repub. ſemper volumus eſſe. Apud eoſdem, qui magiſtratu abierint, edant & exponant quid in magiſtratu geſſerint: deque iis Cenſores præjudicent.
Cenſor. Quinquenne primum fuit cenſorum imperium, ea lege, quæ Geganio Macrino II, Quinctio Capitolino V. COS. lata eſt: Qua ſimul illud ſancitum, ut e gente patricia crearentur. ſed eam legem ſexennio poſt Mam. Æmilius dictator correxit, lege lata, ne plus quam annua ac ſemeſtris cenſura eſſet. gravis enim omnis diuturna poteſtas in libera civitate. Cenſorum erat munus, civitatem cenſere, vectigalia locare, vitia notare. notatio autem, & animadverſio in improbos cives non ejuſdem erat generis. ſenator ſenatu movebatur: eques equum publicum perdebat: plebeius in Cæritum tabulas referebatur, & ærarius fiebat, hoc eſt, ferendi ſuffragii & capiendi muneris publici poteſtate omni privabatur, ut tantum ad æra pro ſuo capite, tributi nomine, pendenda civis eſſet. Cærites enim primi, inquit Gellius 16. 13. pro ſacris bello Gallico receptis, cuſtoditiſque, municipes ſine ſuffragii jure facti: conceſſumque illis, ut civitatis Romanæ honorem quidem caperent, negotiis tamen atque oneribus vacarent. hinc tabulæ Cærites appellatæ, in quas cenſores referri jubebant, quos notæ cauſſa ſuffragiis privabant. adimebant igitur cenſores quod cuique ordini ſummum erat: ſenatori ne in ſenatu eſſet: equiti, ne equitis inſigne, publicum equum, & anulum aureum haberet: plebeio, ne ſuffragium ferret. quod enim præterea poſſet adimi, nihil erat. ſuffragii porro amiſſionem ſequebatur amiſſio ſimul omnium munerum publicorum, ſicuti, ſuffragii jure conceſſo, ſcimus honorum ſimul ac munerum omnium partem eſſe datam. Eratne civi Romano ſenatori, dicet aliquis præter ordinis amiſſionem, alia pœna? erat. nam interdum non modo aditu curiæ prohibebatur, verum etiam tribu movebatur, in ærarioſque referebatur. moveri autem tribu, eſt, in tribum ignobiliorem transferri, ut ex ruſtica in urbanam, vel in aliam ruſticam minus honoratam. Æmilium quidem Mamercum, quod cenſuræ tempus minuiſſet, a cenſoribus & ſenatu ejectum, & tribu motum, ærariumque etiam, cenſu octuplicato, eſſe factum, Liv. lib. 4. 8. ſcriptum reliquit. eodemque modo cives Romanos ordinis equeſtris non modo equo publico privatos, verum etiam in ærarios relatos eſſe, ex Valerio Maximo, aliiſque didicimus. Cenſoriam autem notam, atque ignominiam ii, qui ſuccedebant, cenſores plerumque ſolvebant, atque etiam, quod cenſor unus ſtatuerat, id alter ſæpe mutabat: præterea notatos a cenſoribus priſtinum in locum reſtituere vel judices, re cognita, & judicata, ſuis ſententiis, vel populus ipſe ſuffragiis & poterat, & ſolebat. quod ſiquis e ſenatu ejectus, neque a cenſoribus ſequentibus, neque a judicibus, neque a populo in integrum reſtitutus eſſet: unam habebat in ſenatum redeundi viam, ſi honores illos denuo populi ſuffragiis conſequeretur, quos qui geſſerant, iis, etiam ſi lecti in ſenatum a cenſoribus non eſſent, patere tamen curiam leges jubebant. Cauſſæ, quibus cives Romani a cenſoribus notarentur, multæ traduntur, ut, ſi quis conceptis verbis pejeraſſet: ſi, quum eſſet in provincia, ſocios diripuiſſet, ſi pecuniam accepiſſe ob rem judicandam putaretur, ſi propter æris magnitudinem prædia mancipaſſet: ſi paulo eſſet inſolentior in ſumptu: qua de re verba ſunt hæc apud Gellium lib. 4. 12. Cornelium Rufinum, bis conſulatu & dictatura functum, cenſor Fabricius ſenatu movit ob luxuriæ notam, quod decem pondo argenti facti haberet. notabantur etiam qui ſtrigoſiores equos haberent. quibus equus publicus adimebatur. omnium denique rerum nomine male audientes, ut furti, peculatus, captarum pecuniarum pro ſocio, quorum criminum turpia judicia vocabantur, a cenſoribus notabantur: ut tamen iidem illarum ipſarum rerum poſtea judiciis abſoluti, jus ſuum, cenſorum animadverſione ademptum, ſæpe recuperaverint. neque unquam iis, in quos animadvertiſſent cenſores, propterea vel magiſtratum capere, vel judicem legi, vel alterum accuſare non licuit. Incenſis pœna fuit graviſſima, bonorum & libertatis amiſſio: eamque ſignificat quidem Livius, quum ait lib. 1. cap. 44. pr. de Ser. Tullio, Cenſu peracto, quem maturaverat, metu legis de incenſis latæ cum vinculorum minis, mortiſque. [lego Maturaverant.] narrat autem aperte Dionyſius: τοῦ δὲ, inquit, μὴ τιμησαμένου τιμωρίαν ἔθηκε, τῆς τε οὐσίας στέρεσθαι, καὶ αὐτὸν μαστιγωθέντα πραθῆναι. Ex P. Manutii lib. de Legibus, & ex lib. de Civitate Romana. V. Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 11. extr. Liv. 4. 8. & 24. & Gell. 4. 12. & Spanhem. de Uſu & præſt. Num. diſſ. 10. p. 99. ſq. Aſcon. Pedian. l. c.
De reliquis cenſſ. muneribus, de Luſtro item & Solitaurilibus V. ſ. l. & Lex. Pitiſci.
Cenſor & caſtigator. Hor. in Arte Poet. 173.
Minorum cenſor. Hor. in Arte Poet. 173.
Magiſter diſciplinæ, & ſeveritatis Cenſor. Cic. pro Cluent. 129.
Magiſter morum. Cic. 3. Fam. 1. V. in MAGISTER.
Præfectus moribus. Cic. pro Cluentio, 129.
Rigidus. Juven. 11. Sat. 92.
Sanctiſſimus. Quintil. lib. 4. in procemio.
Tetricus. Martial. lib. 12. Epigr. 71.
Cenſoribus vectigalia locare niſi in conſpectu Populi Romani non licet. Cic. 1. de Lege Agrar. 7.
Animum cenſoris ſumere. Hor. 2. Epiſt. 2. 110.

Cum tabulis animum cenſoris ſumet honeſti.

CENSĪTOR, oris. m. [τιμητὴς] ab antiquo verbo Cenſio quarti ordinis, idem quod Cenſor. Ulp. in l. forma. §. illam æquitatem. D. de cenſib. Illam æquitatem debet admittere Cenſitor, ut officio ejus congruat, &c.
Cenſitorum vice fungi. Pomponius l. ergo. §. alluvio. D. de acq. rer. dom.
Sed uſus obtinuit ut ii ſoli Cenſores dicerentur, qui Romæ cenſum faciebant, & ii Cenſitores, qui in Provinciis hoc munere fungebantur. Inſcript. Vet. apud Fabret. p. 29. GN. MVNATIVS. M. F. PAL. AVRELIVS. BASSVS. ASTVRVM. CENSITOR. CIVIVM. ROMANORVM. COLONIAE. VICTRICENSIS. Et Ulp. l. 4. §. 1. ff. de Cenſibus: Si agri portio chaſmate perierit, debebit per Cenſitorem revelari.

CENSORIUS, a, um. [τιμητικὸς] Adj. Quod ad Cenſorem pertinet.
Animadverſio cenſoria & auctoritas. Cic. pro Cluentio, 129. Majores autem noſtri nunquam neque judicium nominaverunt, neque perinde ut rem judicatam obſervaverunt animadverſionem atque auctoritatem cenſoriam.
Caſtigatio cenſoria. Plin. lib. 18. cap. 6. Et paulo poſt.
Crimen cenſorium. i. e. Cenſoria caſtigatione dignum. Seneca de Vita beata cap. 21. in fine. H. St.
Gravitas cenſoria. Cic. pro Cœlio, 35. Sed quid ego Judices, ita gravem perſonam induxi, ut & verear ne ſe idem Appius repente convertat, & Cœlium incipiat accuſare illa ſua gravitate Cenſoria?
Homo cenſorius, Qui cenſuram geſſit. Valla lib. 4. cap. 84. Cic. 2. de Orat. 368. Quid enim poterit dicere? Conſularem ſe eſſe hominem & Cenſorium?
Judicium rationemque cenſoriam tenere. Cic. in Piſon. 10.
Nota cenſoria. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Lex. Cic. 1. Q. frat. 1.
Ratio. Cic. in Piſon. 10.
Severitas. Cic. pro Cluent. 129.
Subſcriptio. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Tabulæ Cenſoriæ. Cic. pro Cluent. 41.
Virgula. Quintil. lib. 1. cap. 2. Veteres grammatici non verſus modo cenſoria quadam virgula notare, &c.
Cenſorium non eſt. Cic. pro Cluent. 129. Hominum delictum, fortunæ judicio committere, minime cenſorium eſt.

CENSŌRĪNUS, i. m. Cognomen familiæ apud Romanos. Hor. 4. Carm. 8. ſcripſit ad C. Marcium Cenſorinum, & forte idem eſt, cujus meminit Vellei. 2. 102. 1.
Alius Cenſorinus, poſt alios dignitatum gradus, ſeptem dierum imperator ab ipſis, qui elegerant, occiſus eſt. V. Treb. Poll. in 30 Tyrannis, cap. 32.
Cenſorinus Grammaticus Anno 238 ſcripſit de Die natali. V. Voſſ. de Hiſt. Lat. 2. 3.

CENSŪRA, æ. f. [τιμητεία] Cenſoris dignitas, ſeu officium. Plin. lib. 14. cap. 4. Catonum ille primus, triumpho & cenſura ſuper cetera inſignis. (Unde dicitur Cato Cenſorius. H. St.
Quinquennalis primum, deinde annua & ſemeſtris facta lege Æmilia. Liv. lib. 4. 24. Alios magiſtratus annuos eſſe: quinquennalem cenſuram: grave eſſe iiſdem per tot annos magna parte vitæ obnoxios vivere. Se legem laturum, ne plus quam annua ac ſemeſtris cenſura eſſet.
Aſpera cenſura Fulvii Flacci & Poſthumii Albini fuit. Paterc. lib. 1. 10. 5.

Agere cenſuram. Ovid. 6. Faſt. 647.
    Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur.
Peragere. In PERAGO.
Cenſuræ lex. Propert. lib. 4. 12. 41.
Cenſuram vini facere. Plin. lib. 14. cap. 6.
Cenſura, Reprehenſio, correctio. Plin. Panegyr. cap. 45. Nam vita principis, cenſura eſt, eaque perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur. h. e. Bona principis vita eſt ſubditis Magiſtra morum.
Cachinni cenſura. Juven. 10. Sat. 31. de Riſu Democriti.
Vexat cenſura. Juven. 2. Sat. 63.
    Dat veniam corvis, vexat cenſura columbas.
Cenſura a poſterioris ævi Latinis ſcriptoribus pro Severitate & adductiore diſciplina dicebatur. Capitol. in M. Antonino Phil. cap. 22. Res etiam in Sequanis turbatas cenſura & auctoritate repreſſit. Et Spartian. Nigro cap. 7. Hic erga milites tanta fuit cenſura, ut, cum apud Ægyptum ab eo limitanei milites vinum peterent, reſponderet: Nilum habetis & vinum quæritis?
Opponitur etiam Clementiæ. M. Antoninus Orat. ad ſenatum apud Vulcatium in Caſſio cap. 12. Vos oro atque obſecro, Patres conſcripti, ut cenſura veſtra depoſita, meam pietatem clementiamque ſervetis, immo veſtram.

CENSUS, ûs. m. [τίμημα, οὐσία, ἐπιγραφὴ] dicebatur Æſtimatio rerum ac bonorum facta: ſecundum quam tributa pendebantur. unde Cenſum agere eſt Recenſere hominum facultates. Liv. lib. 1. 42. extr. & ſeq. Cenſum inſtituit, rem ſaluberrimam tanto futuro imperio, &c. de Servii Tullii regis inſtitutis.
Cenſus, eſt id quod principi per capita ſolvitur, ſive per focos: unde quis dicitur ſolviſſe, aut non ſolviſſe cenſum. Valla in Raudenſem.
Cenſui cenſendo agri proprie appellantur, Qui & emi & venire jure civili poſſent. Feſtus. Cic. pro Flacco, 80. Illud quæro ſint ne iſta prædia cenſui cenſendo, habeant jus ſimile, ſint necne ſint mancipi, ſubſignari apud ærarium, apud Cenſorem poſſint? In quâ tribu denique iſta prædia cenſuiſti?
Cenſus, inquit Theoph. ſignificat Tabulam, aut chartam, in qua Romani facultates ſuas conſcribebant, ut belli tempore pro modo patrimonii ſui unuſquiſque conferret. §. 6. de his qui ſunt ſui vel alien. jur.
Cenſu manumittebantur ſervi olim, qui luſtrali cenſu, Romæ, juſſu dominorum, inter cives Romanos cenſum profitebantur. Ulp. tit. 1. de Libertis, in Inſt.
Cenſus luſtralis. V. Luſtrum condere, in LUSTRUM.
Vitia cenſuum. Ulp. in l. vitia. D. de cenſib. Vitia priorum cenſuum editis novis profeſſionibus evaneſcunt.
Impudens locupletum cenſus. Cic. ad Brut. Ep. 18. extr. Obdureſcunt enim magis quotidie boni viri ad vocem tributi, quod ex centeſima collatum, impudenti cenſu locupletum in duarum legionum præmiis omne conſumitur.
Habere cenſum. Cic. 4. Verr. 137. In cenſu habendo poteſtas omnis æſtimationis habendæ, ſummæque faciundæ Cenſori permittitur. De Siculo Magiſtratu loquitur.
Impendere. Cic. 4. Att. 9. pr. Sane velim ſcire num cenſum impendant Tribuni, diebus vitiandis. Al. Impediant rectius.
Irrepſiſſe in cenſum. Cic. pro Corn. Balbo, 5. Non enim furatus eſſe civitatem, non genus ſuum ementitus, non in aliquo impudenti mendacio delituiſſe, non irrepſiſſe in cenſum dicitur. Unum objicitur, natum eſſe Gadibus, quod negat nemo.
Liberari cenſu. Cic. pro Cæcin. 99. Quum autem in cenſum vendidit, hoc judicat, quum ii qui in ſervitute juſta fuerunt, cenſu liberentur.
Requirere cenſus. Cic. pro Archia, 11.
Servare cenſus. Cic. 4. Verr. 63. Cenſus, qui iſto Prætore ſunt habiti, non ſervaturum ſe Metellus oſtenderat.
Cenſus, Quicquid fortunarum quis habet. Juven. 3. Sat. 140.
    Protinus ad cenſum, de moribus ultima fiet
    Quæſtio. Cic. 2. de Legib. 68. A quo iterum funerum ſumptus præfinitur ex cenſibus, &c.
Cenſus & fortunæ. Ulp. in l. cogi. D. ad Trebell. Si patrimonium fuerit rogatus, & ſi facultates, & ſi quicquid habeo, & ſi cenſum meum, & ſi fortunas meas, & ſi ſubſtantiam meam, & ſi peculium meum teſtator dixerit, &c.
Æſtimatio cenſus. Cic. in Parad. 6. Non æſtimatione cenſus, verum victu atque cultu terminatur pecuniæ modus.
Brevis, i. e. Tenuis. Hor. 2. Carm. 15. 13.
Equeſter cenſus. Suet. Cæſ. 33. Exiſtimatur etiam equeſtres cenſus pollicitus ſingulis. Fuit autem Equeſtris cenſus in principio, ut qui ex prima claſſe cenſebantur, teſte Liv. 1. 43. Centenorum millium æris, quæ ſummam efficiunt flor. Imp. 1250. Florente vero rep. Quadringena ſeſtertia, i. e. Flor. 20000.
Exiguus. Hor. 1. Epiſt. 1. 43.
Exuperans cuncta patrimonia. Juven. 10. Sat. 13.
Indomitus. Juven. 14. Sat. 176.
Intactus. Lucan. lib. 3. 157.
Magnus. Juven. 14. Sat. 227.
Privatus. i. e. Patrimonium. Hor. 2. Carm. 15. 13.
Senatorius cenſus. Suet. Veſp. 17. i. e. Patrimonium ſenatoris. V. ibi Torrent. & ad Aug. 71. Fuit autem duplus Equeſtris cenſûs. q. V.
Tenuis, & Homo tenui cenſu. Hor. 1. Epiſt. 7. 56.
Dives antiquo cenſu. Hor. 2. Serm. 3. 168.
Sine cenſu homo. Cic. pro Flacco, 52. Nunc vero quid putem, Trallianos Meandrio cauſam commiſiſſe, homini egenti, ſordido, ſine honore, ſine exiſtimatione, ſine cenſu?
Germanicus agendo Galliarum cenſu intentus. Tacit. 1. Ann. 31.
Nobilitate cenſus non major. Ovid. 9. Met. 670.
        — nec cenſus in illo
    Nobilitate ſua major. i. e. Tam nobilis, quam dives.
Cultus major cenſu. Hor. 2. Serm. 3. 323.
Augere cenſus reditu quodam. Ovid. 1. Amor. 10. 41.
    Turpe thori reditu cenſus augere paternos.
Omni cenſu majorum carere. Juven. 1. Sat. 60.
Conferre tributa ex cenſu. Cic. 4. Verr. 131. Siculi ex cenſu quotannis tributa conferunt.
Dat cenſus honores. Ovid. 3. Amor. 8. 56.
    Janua pauperibus clauſa eſt, dat cenſus honores.
Dedicavit prædia in cenſu, pro Detulit, profeſſus eſt. Cic. pro Flacco 79. V. Manut. not.
Deferre in cenſum. Ulpian. in l. forma. §. lacus. D. de cenſibus, Lacus quoque piſcatorios, & portus in cenſum dominus debet deferre.
Demittere cenſum in viſcera, eſt Abligurire bona. Ovid. 8. Met. 846.
Eruitur cenſus. Lucan. lib. 3. 157.
Extendere breves cenſus. Martial. lib. 12. Epigr. 6.
    Largiri, præſtare, breves extendere cenſus, &c.
Partus per vulnera. Ovid. 3. Amor. 8. 9. i. e. Divitiæ bello partæ.
Cenſus. Egregia multa ſunt, nec a multis animadverſa, quæ de cenſu civium Romanorum a veteribus tradita licet colligere. Cenſebantur cives Romani, non ubi ad ætatem ferendis armis idoneam, hoc eſt ad annos XVII, pervenerant: quod video quoſdam exiſtimaſſe: ſed a quo primum die nati erant. nam ſi robuſtiores tantum cenſi eſſent, Ser. Tullio regnante, qui cenſum inſtituit, Romæ fuiſſent hominum ducenta millia. ſiquidem Livius octoginta millia, Dionyſius etiam plures in primo cenſu commemorat: ut neceſſe ſit, eos, qui nondum per ætatem geſtare arma poſſent (omitto ſenes affecta jam ætate ob infirmitatem virium domi ſedentes, aut in lectulis cubantes) haud fere pauciores ducentis millibus fuiſſe. tantoque marium numero parem fuiſſe numerum feminarum, æque neceſſarium videtur. quod certe, ad æſtimationem quidem judicii mei, vix eſt ut credi poſſit. demus, id quod verum eſt, urbem Romam quinque regum virtute ac ſapientia rebus omnibus vehementer eſſe auctam. annorum vero CLXXIII ſpatio (in illo enim regni principio Servius, ſextus rex, cenſum inſtituit) incrementa fuiſſe tanta, ut capitum ducenta millia, quam hodie multitudinem in una aut altera Europæ urbe vix, aut fortaſſe ne vix quidem invenias, numerata ſint, ita ſimile veri non eſt, ut monſtri ſimile videatur. ipſe etiam Livius lib. IIII, quum ait, Q. Fabio, T. Quinctio COSS. cenſa civium capita CXXIIII millia, CCXIIII, præter orbos orbaſque, nullam ætatem, orbis exceptis, nullumque ſexum cenſu excluſum, ſatis indicat, idemque lib. LIX ſignificat, quum inquit: Cenſa ſunt CCCLXVIII millia, DXIII, præter orbos & viduas. Quæ ſi cui dubia videntur argumenta, Dionyſii Halicarnaſſei legat hiſtoriam. nam ex ejus verbis, quæ ſunt lib. 1. non modo cujuſque rem eſſe æſtimatam, quod unum Livius, ſcriptor quandoque parum diligens, tradidit, verum etiam ætates omnium, uxores, liberos, locum ubi habitarent, vel in urbe vel in agro, publicis in tabulis notatum, planiſſime oſtenditur. Quod autem ad libertinos attinet, eos item una cum ingenuis eſſe cenſos idem Dionyſius eodem in loco ſignificat. Utrum vero, qui extra pomœrium, an ſoli qui intra pomœrium habitabant, cenſerentur, dubitare non licet: quum ab eodem & de agro Romano fieri mentionem videamus. Et ut de ruſticis Romanis cenſis ex Dionyſio, ſic de municipibus, poſtea quam communicari cœpta civitas eſt, plane conſtat ex eo Pediani loco: Convenerat ex municipiis cujuſcunque modi multitudo, aut, propter comitia, ſuffragiorum cauſa, aut ludorum, aut ut cenſeretur. nec tamen obſcure idem ſignificant illa verba pro Cluentio 41. Illum tabulas publicas Larini cenſorias corrupiſſe, decuriones univerſi judicaverunt. certe enim de tabulis iis intelligit, in quas cenſores, quum civium Romanorum cenſum agerent, municipum nomina retulerant. Coloni ante bellum Punicum ſecundum non cenſebantur. ait enim Livius ſic lib. 29. 37. Duodecim coloniarum, quod nunquam antea factum erat, deferentibus cenſoribus, cenſum acceperunt: ut quantum numero militum, quantum pecunia valerent, in publicis tabulis monumenta extarent. Cenſebantur quinto quoque anno, luſtro ſcilicet confecto, quod integrum quatuor annorum ſpatium fuit. tametſi, ultra quadriennii intervallum, vel bello, vel domeſticis diſcordiis, vel alio caſu, ſæpe productum eſſe cenſum, obſervavimus. Magiſtratus huic muneri præfuit, primum, qui ſummus in urbe fuit, reges duo poſtremi, Servius & Superbus: ejectiſque regibus, conſules: deinde, quum conſules bellis impedirentur, cenſores, qui ab re nomen acceperunt. Cenſus in foro fiebat: luſtrum in campo Martio condebatur, cæſis ſue, ove, tauro: quod ſacrificium & ſolitaurilia, & ſuovetaurilia vocabant. de luſtro Livius, Dionyſius, omnes hiſtoriæ narrant. de cenſu inde conjicio, quod equites trabeatos per medium forum Idibus Quinctilibus ante cenſores ſua manu equum traduxiſſe, Livius, Valerius, Suetonius, Plutarchus affirmant. qua in re ſignificanda, verbum, Transvehere, veteres hiſtorici libenter uſurparunt: Cicero, Traducere dixit. quod ſi equites in foro cenſebantur: de ceteris, nihil obſtat, quin idem putemus. A principio, e Servii regis inſtituto, in ſua quiſque claſſe, quæ in centurias diſpertitæ erant, hoc eſt, ex ſuo quiſque cenſu, quæ rei familiaris erat æſtimatio, cenſebatur: qui centum millia, eove amplius poſſideret, in prima claſſe: qui infra centum uſque ad ſeptuaginta quinque, in ſecunda: inde ad quinquaginta millia, in tertia: inde ad viginti millia, in quarta: ab eo ad undecim millia, in quinta: infra vero, in ſexta. ex quo ſequitur, ut decuriones, equites, ſenatores omnes in prima claſſe cenſerentur: quandoquidem neque decurio poterat eſſe, qui centum millia non haberet: neque eques, qui quadringenta millia: neque ſenator, qui octingenta millia. Poſt expletas vero XXXV tribus, non in centuriis, ſed in ſua quemque tribu cenſum eſſe crediderim. ſenatores enim, clariſſimos viros, ſummis honoribus functos, ipſos, inquam cenſores, M. Livium Salinatorem, C. Claudium Neronem, in ſuis utrumque tribubus, nulla facta claſſium mentione, cenſum eſſe, Livius l. c. perſpicue demonſtrat his verbis: Equitum deinde cenſus agi cœptus eſt. & ambo forte cenſores equum publicum habebant: quum ad tribum Polliam ventum eſt, in qua M. Livii nomen erat, & præco cunctaretur citare ipſum cenſorem: Cita, inquit Nero, M. Livium: & ſive ex reſidua & vetere ſimultate, ſive intempeſtiva jactatione ſeveritatis inflatus, M. Livium, quia populi judicio eſſet condemnatus, equum vendere juſſit. Item M. Livius, quum ad tribum Narnienſem, & nomen collegæ ventum eſt, vendere equum C. Claudium juſſit. Feſtus tamen videtur ſignificare, poſt expletas etiam XXXV tribus cenſos eſſe cives Romanos in centuriis: ait enim ſic, Niquiſciuit centuria eſt, quæ dicitur a Ser. Tullio rege conſtituta, in qua liceret ei ſuffragium ferre, qui non tuliſſet in ſua: ne quis civis ſuffragii jure privaretur. nam, ſciſcito, ſignificat, ſententiam dicito, ac ſuffragium ferto: unde ſcita plebis. ſed in ea centuria neque cenſetur quiſquam, neque centuriæ præficitur, neque centurialis poteſt eſſe: quia nemo certus eſt ejus centuriæ. eſt autem, Niquiſcivit, niſi quis ſcivit. Pedianus etiam ad Divinat. Cic. 8. Cujuſque

que civis nomen in albo ſuæ centuriæ ſcriptum fuiſſe, tradidit: indeque exempti [illegible] a cenſore ærarii fierent. itaque hanc veterum quaſi controverſiam ita dirimemus, ut nominatas quidem & recognitas in cenſu ſingulas tribus, nomina tamen civium in ſua cujuſque centuria ſcripta eſſe dicamus. Et quoniam tria genera civium fuiſſe conſtat, ſenatores, equites, plebem, &, plebi equites, equitibus ſenatores dignitate præſtitiſſe conſtat: ratio poſtulat, id quod etiam veterum exempla teſtantur, ut in cenſu primus ordinis ſenatorii locus, equitum ſecundus, plebis vero fuerit poſtremus. primum igitur recitabantur omnium ſenatorum nomina. erat autem, inter ipſos ſenatores primum recitari, perhonorificum: iſque princeps ſenatus vocabatur. id in arbitrio cenſorum poſitum erat: a quibus tamen neminem, niſi de conſularibus, principem ſenatus eſſe lectum, animadvertimus. eodem modo princeps equeſtris ordinis dicebatur is, quem cenſores primo loco ſcripſiſſent in iis tabulis, quæ equitum nomina continebant. Ex P. Manut. obſervationibus.

CENSUM, i. n. Idem quod Cenſus. Cic. apud Nonium, 3. 76. Quorum luxuries fortunata cenſa peperit.

CENSUĀLIS, e. [τιμητικὸς] Ulp. in l. forma. D. de cenſib. Forma cenſuali cavetur, ut agri ſic in cenſum referantur.
Contractus cenſualis eſt, Quum quis jus quod in re habet, ſive directum, ſive utile dominium alienat prorſus in alium pro certa pecunia, puta pro centum, & præterea conſtituto annuo cenſu. Sed per emphyteuticarium contractum non transfertur omne jus in emphyteutam. l. 1. C. de jur. emphyteut.
Lex cenſualis. Alciat. in lib. 1. Tacit. Quæ regiones jus civitatis Romanæ non habebant, gravioribus tributis vexabantur. cenſuali enim lege profiteri cogebantur quot capita eſſent in qualibet familia, quot jugera terræ, quot ſervos quis haberet. ſed & de lacubus piſcatoriis cenſus ſolvendus erat Ulpiano Pauloque Jureconſulto teſtibus.
Libri cenſuales. l. 4. Cod. de Agricol. & cenſitis.
Vincula cenſualia. Ulpianus in l. forma. §. ſiquis inquilinum. D. de cenſibus, Siquis inquilinum vel colonum non fuerit profeſſus, vinculis cenſualibus tenetur.
Volumina cenſualia. l. 3. Cod. Theod. de privileg. eor. qui in ſacro palat. &c.
Cenſuales etiam ſubſt. dicebantur, Scribæ publici, qui cenſuales tabulas conficiebant. Capitol. in Gordianis cap. 12. Senatuſconſultum tacitum fieret, ita ut non ſcribæ, non ſervi publici, non cenſuales illis actibus intereſſent, Senatores exciperent, Senatores omnium officia cenſualium ſcribarumque complerent, ne quid forte proderetur. V. tit. 2. lib. 8. Cod. Theod.

CENSUARIUS, a, um. ut, Liberalitates cenſuariæ. Spartian. in Adrian. cap. 10. pr. i. e. Quibus vel cenſus exigendus remittitur, vel ejus minuitur modus. Ita Caſaub. ex Mſſ. al. Cauſariæ. q. V.

CENTARETUS, i. m. Galata quidam fuit, qui Antiocho rege occiſo, equo ejus potitus, eum ovans conſcendit. Quod ille indigne ferens, præceps in abrupta deſiliit, unaque cum ſeſſore eſt exanimatus, ut ex Philarchi ſententia refert, Plin. lib. 8. cap. 42.

CENTAURIA, æ. f. ſive CENTAURIUM, i. n. [κενταύριον τὸ μέγα, κενταύριον τὸ μικρὸν] Genus herbæ. Eſt autem centaurion minus & majus. Plin. lib. 25. cap. 6. Centauria dicitur curatus Chiron, quum Herculis excepti hoſpitio pertractanti arma, ſagitta excidiſſet in pedem: quare aliqui Chironion vocant. Centauria major eſt illa radix quæ a Pharmacopolis appellatur *Reaponticum*. Centauria autem minor a Senenſibus vocatur *Biondella*, Matthiolus. conf. Ruell. lib. 3. cap. 6. & 7. qui dicit Centaurium minus eſſe, quod aliqui Libadion vocant, quoniam ſecundum fontes naſcitur: alii Limneſion, quod propter lacus in riguis ubertim proſiliat: officinis hodie *Centauria minor*, Latinis Fel terræ propter amaritudinem ſummam, nonnullis Febrifugia vocitatur, &c. Vide illis locis plura.
Centaurea per ſecundam vocalem E productam in penultima, legitur apud Virg. 4. Georg. 270.
Cecropiumque thymum, & grave olentia centaurea. Lucret. lib. 4. 123.
Abrotanique graves, & triſtia centaurea. Quia Græci quoque Κενταύρειον per ει ſcribunt.

CENTAŬRUM, i. etiam n. legitur apud Lucret. lib. 2. 402. ubi inquit
At contra tetra abſinthi natura, ferique
Centauri. Quo loco non dubium eſt quin intellexerit Centaureum, quod Latini vocant Fel terræ, & feritatis cujuſdam nomen ei tribuunt, non ſolum ob feritatem Centaurorum, a quibus nomen habebat, ſed etiam ob amaritudinem ſaporis. Turneb. [Immo Apocope eſt genet. ſing. ut Abſinthi.

CENTAURIS, is. f. Plinio tertia eſt Centaurei ſpecies, cognomento Triorchis, eo quod qui eam ſecat, a Triorche accipitrum genere dicatur impugnari. Hæc Plin. lib. 25. cap. 7. extr.

CENTAURIDES, [κενταυρίδες] Genus ornamenti muliebris, apud Pollucem lib. 5. cap. 16.

CENTAURUS, i. m. pl. CENTAURI, qui & Hippocentauri [Κένταυροι] Theſſaliæ populi, habitantes ſecundum Pelium montem. Auctor Plin. lib. 7. cap. 56. Fabulæ aiunt Centauros eſſe ſemiferos, hoc eſt ſuperiore parte homines, inferiore autem equos. Unde quidam joco dixit in natura Centauri equum eructare hominem, & hominem cacare equum. Veritas hiſtoriæ hoc habet, Centauri, populi ſunt Theſſaliæ, ſecundum Pelium montem habitantes, dura ſane & agreſtis natio. Hi primi ex equis pugnare invenerunt: quum ante equis vehi Bellerophon, frenis & ephippiis uti Peletronius inveniſſent. Hinc igitur datus fabulæ locus, & a ſtimulando calcaribus equo, Centaurus appellatus eſt: propter quod & Hippocentaurus, hoc eſt equi ſtimulator eſt dictus. Centaurorum nomina qui magis inſignes fuerunt, hæc ſunt, Chiron, Eurytus, Amycus, Gryneus, Rhœtus, Arneus, Lycidas, Medon, Piſenor, Caumas, Mermeros, Pholus, qui ſuſcepiſſe Herculem hoſpitio dicitur. Lucan. lib. 6. 391.
Hoſpes & Alcidæ magni Phole.
Furentes. Virg. 2. Georg. 455.
Ixionidæ. h. e. Ixionis filii. Ixion enim amatam Junonem de ſtupro interpellavit. Illa confeſſa Jovi eſt: & ex ejus voluntate nubem in ſuam formam converſam Ixioni obtulit, unde feruntur nati eſſe Centauri. Servius in illud 6. Æn. 286. Centauri in foribus ſtabulant.
Nubigenæ, & Bimembres. Virg. 8. Æn. 293.
Sævus. Ovid. 12. Met. 219.
Semiferi. i. e. Semiequi. Lucan. lib. 6. 386.
Semihomines. Ovid. 12. Met. 536.
Truces. Seneca Herc. fur. 9.
Centaurus eſt Sidus auſtrale apud Vitruv. 9. 7. Columel. 11. 2. Hygin. Aſtron. 3. 38.
Centaurus, Nomen navis, apud Virg. 5. Æn. 122. ob Inſigne centauri.
Centaurus & Fluvius Ætoliæ eſt, qui prius Evenus dicebatur, poſt Neſſi Centauri mortem ab Hercule interfecti, a poetis centaurus vocitatus.

CENTAURĒUS, a, um. [Κενταύρειος] Adj. ut, Centaurea rixa. Hor. 1. Carm. 18. 8.

CENTAURĬCUS, [Κενταυρικὸς] aliud Adj. ut, Luſtra Centaurica apud Stat. 1. Achil. 266.

CENTAURIUM, Medicamentum a Chirone Centauro inventum, ut ait Feſtus. V. CENTAURIA.

CENTAUROMACHIA, æ. f. Pugna cum Centauris. Plaut. Curc. 3. 7. 5. Theſſalia ipſa jculariter, quia pars ejus a Centauris inhabitata dicitur poetis.

CENTENARIUS, CENTENUS, CENTESIMUS, CENTICEPS, CENTIES, CENTIFIDUS, CENTIFOLIA, CENTIGRANUM, CENTIMALIS, CENTIMANUS, CENTIMETER, CENTINODIA, CENTIPEDA, CENTIPES. In CENTUM.

CENTINUM, i. n. [Κέντινον] Umbriæ oppidum, apud Ptolem. lib. 3. cap. 1. Alii Sentinum ſcribunt per s, quibus etiam Plin. ſuffragatur, qui in Umbriæ deſcriptione Sentinatium meminit.

CENTO, ōnis. m. [κέντρων] Perott. Centones a villorum multitudine: quoniam finitus numerus pro infinito ponitur. Sunt enim Stragula craſſiora villis paſſim pendentibus, quibus & lecti viliſſimarum perſonarum ſternuntur, & tabernacula, omniſque caſtrenſis ſupellex pluvioſo tempore velatur. Siſenna lib. 4. Hiſt. Puppes aceto madefactis centonibus integuntur, quos ſupra perpetua claſſi ſuſpenſa cilicia obteguntur. ex Non. 2. 177. Cæſ. 2. Bell. Civil. 10. Centoneſque inſuper injecerunt, ne aut tela tormentis miſſa contabulationem perfringerent, aut ſaxa in catapultis lateritium diſcuterent.
Cento, Genus veſtimenti ruſtici. Cato de R. R. cap. 2. Centones, Cuculiones familiam oportuiſſe ſibi ſarcire. Columel. lib. 1. cap. 8. Cultam veſtitamque familiam magis utiliter, quam delicate habeat, munitamque diligenter a vento, frigore, pluviaque: quæ cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonibus confectis, vel ſagis cucullis. Al. Cucullatis. [Omnino tollendum comma prius eſt. Centones pellibus manicati ſunt, Qui manicas pelliceas habent.
Centones, Faſciculi ex pannis aut linteis ſordidis compacti, quibus ædium inſtrumenta deterguntur. Apud Ulp. l. 12. §. 12. D. de inſtr. vel inſtr. poſitum videtur pro his, qui perticis impoſiti aceto immerguntur ad incendium extinguendum. Hotomanus. Juven. 6. Sat. 121.
Intravit calidum veteri centone lupanar. ubi Schol. Vet. Velo ex pannis facto.
Centones, Veſtes e variis panniculis, ac diverſis etiam interdum coloribus conſarcinatæ. Ad harum ſimilitudinem Centonem vocant Carminis genus, ex diverſis carminibus, & carminum fragmentis, hinc atque illinc accerſitis, contextum, quaſique conſutum: Græci κέντρωνας, appellant addita littera, quam abjiciunt Latini. Extant adhuc Homerocentones & Virgiliocentones Probæ mulieris. Ex Eraſmi Chiliadibus. V. Auſon. in Epiſt. ad Paul. Centoni nuptiali, ſeu Eidyll. 13. præfix. Tertull. de Præſcript. cap. 39. & Iſidor. Orig. 1. 38. Fabric. Bibl. Lat. 1. 12. & Græc. 2. 7. 3.
Centones farcire alicui. Proverbium. Plaut. in Epid. 3. 4. 19.
Quin tu, alium quæras, cui centones farcias. i. e. Quem tu glorioſis mendaciis & conſarcinatis fabulamentis expleas. Solent enim homines glorioſi mendacium aliud ex alio connectere: nullum facientes neque finem neque modum. Eraſmus in Chiliadibus. Apud Plaut. alii Sarcias legunt.

CENTUNCŬLUS, i. m. diminut. [κεντρώνιον] Liv. 7. 4. Mulis ſtrata detrahi jubet: biniſque tantum centunculis relictis, &c. Et Apul. 1. Mileſ. p. 104. Et cum dicto, ſutili centunculo faciem ſuam punicantem præ pudore, obtexit.
Centunculus, Herba, de qua Plin. lib. 24. cap. 15. Itali centunculum vocant roſtratis foliis ad ſimilitudinem capitis penularum jacentem in arvis. Græci autem Clematidem. Dioſcorides autem lib. 3. cap. 112. Centunculum a Romanis herbam vocari ait, quam Græci Gnaphalion & Chamezelam vocant. Ratio nominis tracta videtur a molli foliorum lanugine, qua ad inferciendos centones tomenti inopia ſuppleri poſſet.

CEÑTONARIUS, a, um. ut, More centonario Tertul. de Præſcript. cap. 39. i. e. In modum centonis.

CENTONARIUS, i. m. Qui centones conficit, in obſidione neceſſarios. V. Turneb. Adverſ. 29. 16. Sunt & Centonarii, Qui tabernacula & caſtrenſem ſupellectilem, quos centones vocaverunt, ſuppeditabant.
Centonariorum collegium, Inſcript. apud Spon. Miſcell. Erudit. Antiq. p. 57. 62. 63. & Fabret. p. 485. M. IVNIVS SABINVS IIII. VIR AEDILICIAE POTEST. E LEGE IVLIA MVNICIPALI PATRONVS COLLEGI CENTONARIORVM. conf. Cod. Theod. 14. 8. de Centonariis & dendrophoris.

CENTOBRICA, vel CENTOBRIGA, æ. f. Celtiberorum urbs in Hiſpania. V. Valer. Max. 5. 1. 5. Hinc

CENTOBRICENSIS, e. Adj. ut, Machinæ Centobricenſes. Valer. Max. l. c. Sed alii ſcriptores Nertobrigam vocant.

CENTRINES, um. Genus ficariorum culicum. Plin. lib. 17. cap. 27. Eſt & aliud genus culicum quos vocant centrinas, fucis apum ſimiles ignavia malitiaque cum pernicie verorum & utilium. Interimunt enim illos, atque ipſi moriuntur.

CENTRŌNES, um. [κέντρωνες] Fures dicebantur manifeſtarii, quoniam dum in quæſtione haberentur, ſtimulos, quæ vocant κέντρα, illis admovere mos fuit: unde Centrotypi (κεντρότυποι) vocantur, Aurigæ, qui ſtimulis equos exagitant. Hæc Cæl. lib. 10. cap. 5.

CENTRŌNES, [Κέντρωνες] Alpini populi, Octodurenſibus finitimi, in quorum tractu Salluſtianum æs repertum eſt, quod aliquandiu maximo fuit in pretio. V. Plin. lib. 3. cap. 20. & lib. 34. cap. 2.

CENTRUM, i. n. [κέντρον] Lat. Stimulus, Spiculum: Mathematicis Punctus in medio circuli, a quo omnes lineæ ad circumferentiam ductæ, ſunt inter ſe æquales. ἀπὸ τοῦ κεντεῖν. Cic. 1. Tuſc. 40. Perſuadent enim Mathematici terram in medio mundo ſitam ad univerſi cæli complexum, quaſi

quasi puncti instar obtinere, quod κέντρον illi vocant. V. Mart. Capell. lib. 8. p. 286. 287.

Solis centrum. Plin. lib. 18. cap. 29. Solis centro bis æquinoctialem circulum secans.

Centra, in arboribus & in marmore quæ dicantur, declarat Plin. lib. 16. cap. 39. Inveniuntur (inquit) in quibusdam arboribus, sicut in marmore, centra, id est duritia clavo similis, inimica ferris.

Centrum in crystallo. Plin. lib. 37. cap. 2. de crystallo verba faciens. Infestantur plurimis vitiis, scabro, ferrugine, maculosa nube, occulta aliqua vomica, præduro fragilique centro.

CENTRĀLIS, e. [κεντρικός] ut, Terra centralis, Quæ est in medio mundi. Plin. lib. 2. cap. 23. Quoniam terra centralis interveniat.

CENTRŌSUS, a, um. Adj. [κεντρώδης] ut, Centrosa scobs. i. e. Limatura admodum dura, veluti centrum, quod in marmore vel junipero invenitur. Plin. lib. 37. cap. 7. Adulterantur vitro simillime, sed cote deprehenduntur, sicut aliæ gemmæ factitiæ. mollior enim materia & fragilis, & centrosa scobe deprehenduntur: & pondere, quod minus est vitreis, & aliquando pustulis argenti modo relucentibus.

CENTUM, [ἑκατὸν] Nomen numerale indeclinabile, cujus nota Latinis C. Græcis ρ.

Centum dies. Cic. pro Milon. 61. Hi, centum dies penes accusatorem quum fuissent, ab eo ipso accusatore producti sunt.

Centum emere; pro Centum nummis emere. Paulus l. diligenter. D. mandat. Itaque si mandavero tibi, ut domum Seianam centum emeres, &c. Sic etiam Centum vendere, eadem loquutione.

Centum, indefinite pro Pluribus nonnunquam a poetis accipitur. Sic, Centum greges apud Hor. 2. Carm. 16. 33. & Centum juvenci apud eundem lib. Epod. 17. 39. & Centum puer artium 4. Carm. 1. 15.

Centum missus circenses. Suet. in Domit. 14. Circensium die, quo facilius centum missus peragerentur, singulos a septenis spatiis ad quina corripuit. Centum missus circenses sunt, inquit Servius, unius diei: centum enim currus mittebantur, quare scribit Virg. 3. Georg. 18.

Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus. Ultimus autem missus ærarius vocabatur: quanquam & Centum pro Multis poetarum consuetudine accipi possent. Turnebus. V. Missus in MITTO.

CENTĒNUS, a, um. Adj. [ἑκατὸν] Numerale distributivum a Centum. Nonnunquam autem citra distributionem ponitur. Plin. lib. 11. cap. 37. Jecur maxime vetustatis patiens centenis durare annis, obsidionum exempla prodidere. i. e. Centum. Centena sestertia pendere, vel capere ex prædiis. Cic. 6. Att. & in Parad. 6. ubi subaudiuntur Millia.

Centena pondo dicebant antiqui, referentes ad libram. Festus. al. Centenas.

Centeni viceni quini homines. Plin. lib. 7. cap. 49.

Centena vicies LXXX M hominum. Plin. lib. 7. cap. 26.

Decies centena. Hor. 1. Serm. 3. 15. &

Decies centena millia. Plin. lib. 33. cap. 10. Non erat apud antiquos numerus ultra centum millia, itaque & hodie multiplicantur hæc, ut decies centena millia, aut sæpius dicantur. Quod & Decies simpliciter dicebant.

Annos centenos excedere. Plin. lib. 7. cap. 2.

Arbore centena fluctus verberare. Virg. 10. Æn. 207. i. e. Centum ingentibus remis. Est autem auxesis ad amplificandam exprimendamque navis magnitudinem, quæ plures habuit remorum ordines, ut ait Servius.

Asses centeni viceni quini. Liv. 36. 40. extr. Militibus, qui currum sequuti sunt, centenos vicenos quinos asses divisit. Al. Trecenos.

Columnæ centenæ. Martial. lib. 12. 50. In habentem amœnas ædes.

Eques centenus. Stat. 6. Theb.

Judex. Ovid. sive Lucan. ad Pison. 42. i. e. Judicium centum virorum.

Manus centenæ, pro Centum manus apud Stat. 10. Theb.

CENTENA, æ. f. Gradus & dignitas militaris. l. 3. Cod. Theod. de cohortal. princip. cornicul. Primipilaribus post emeritam militiam perfectissimatus, vel ducenæ, vel centenæ, vel egregiatus dignitas dari potest.

CENTĒNĀRIUS, a, um. [ἑκατοντάριος] & similia in ARIUS, denotant non multiplicationem sui, sed numerum aliarum rerum quæ non nominantur. ut, Lapis centenarius, non quod centuplus sit, sed centum librarum. Homo centenarius, non quod sit centumgeminus, sed quod habeat centum annos. Vet. Auctor de ponderibus.

Centenariæ cœnæ dicebantur, in quas lege Licinia non plus centussibus, præter terra nata, impendebatur, id est centum assibus: qui erant breves nummi ex ære. Festus. [Lego Graves, nec assentio his, qui spuria hæc putant. Assem libralem intelligit.

Fistulæ centenariæ. Vitruv. 8. 6. i. e. Fistulæ centum pedibus longæ.

Numerus centenarius gregum. Varro 2. de R. R. cap. 5.

Pondera centenaria. Plin. lib. 7. cap. 20.

Centenarii, a Jurisconsultis dicuntur, Qui centum millia H-S in bonis habent, ut scribit Imperator. §. 4. de successf. liber. qui, ut ait Asconius, more veterum Censi dicebantur. V. Census in CENSEO. De centenariis Ulpianus frequenter in l. 16. D. de jur. patron. Quod autem apud Imperatorem legitur centum millia H-S centenis aureis comprehendi, falsum est. Non enim centeni, sed milleni aurei sive solidi, centum sestertiûm millia conficiunt. Hotomanus.

CENTENIONALIS, is. m. Genus pecuniæ. Cod. Theod. lib. 9. t. 23.

CENTĒSĬMUS, a, um. [ἑκατοστὸς] Ordinis numerale a Centum. Nonnunquam pro Centuplo ponitur, ut, Centesimum fructum ager attulit: h. e. Centies tantum, quantum sementis acceperat.

Centesima fruges. Plin. lib. 5. cap. 4. Ita appellatur regio CCL M. passuum fertilitatis eximiæ, cum centesima fruge agricolis fœnus reddente terra.

Dies centesimus. Plin. lib. 5. cap. 9.

Lux centesima hæc est ab interitu P. Clodii. Cic. pro Milon. 98.

Pars centesima. Plaut. Mil. 3. 1. 168.

Centesima [ἑκατοστὴ, ἑκατοστιαῖος τόκος] Genus usuræ, de qua sic Budæus, Atqui quum hæc ratio centesimæ duodenos nummos annuos, in singulos centenarios pariat, & menstruos singulos: facile patet ideo centesimam dictam, quod centesimo mense sortem æquet. Usurarum enim dies olim in singulos menses cedere existimabantur, ut hodie, moribus hujus urbis, tertio quoque mense cedunt earum pensitationum dies, quæ pretio legitimo accepto prædiis imponuntur, & mancipio dantur, & citra vitium, fœnoris instar habent. Dicitur etiam centesima usura, ideo (ni fallor) quia centesimus nummus pro fœnore statuitur. Centum enim nummi sortis, pariunt singulos nummos menstruos. Plin. lib. 10. ad Trajanum Epist. 58. (al. 62.) Pecuniæ publicæ, Domine, providentia tua, & ministerio nostro & jam exactæ sunt, & exiguntur: quæ vereor ne otiosæ jaceant: nam & prædiorum comparandorum aut nulla, aut rarissima occasio est: nec inveniuntur qui velint debere Reip. præsertim duodenis assibus, quanti a privatis inveniantur, vel (ut alii legunt) mutuantur. Dispice ergo, domine, nunquid minuendam usuram, ac per hoc idoneos debitores invitandos putes. Duodenos asses appellat plenam centesimam, eo modo loquendi, quo nunc in ea re utimur, duodenum denarium vel decimumquintum dicentes. Cicero in 5. Verr. 21. objicit Verri quod pecuniam sibi attributam ad coemptionem frumenti publici, apud publicanos relictam, unde erat attributa, duabus centesimis fœneratus sit. duas centesimas Cicero quatuor & viginti asses in centenarios singulos dixit. Hactenus Budæus. Cic. 1. Att. 12. Nam a Cæcilio propinqui minore centesimis nummum movere non possunt.

Usuræ centesimæ. Plin. Epist. 205. De his plenius disquisitum a Salmas. de Modo usurat. & Gronov. de Pec. Vet. Hodie XII. pro Centum vocant.

Observare centesimas. Cic. 5. Att. 21. Interim quum in edicto translatitio centesimas me observaturum haberem, cum anatocismi anniversario.

Ducere centesimas perpetuo fœnore. Cic. 5. Att. 21. Perpetuo fœnore, i. e. Sine renovatione singulorum annorum: sine anatocismo, ne usuræ usurarum solverentur, sed centesimarum perpetuum esset fœnus, non interruptum, non renovatum alio præterea fœnore adjecto.

Dare spondes centesimis calendis? Notus loquendi Jurisconf. modus, ex fœneratorum consuetudine ortus, ut Alciato videtur. Significat autem Intra octo annos & menses quatuor, licet aliqui Centum annos intelligant, sed non recte, eodem tradente cap. 23. lib. Parerg. Observandum vero est, ea ratione stipulationes concipi solitas, quod calendis fœnora exigebantur: & ex hac consuetudine Calendaria, Libros rationum dicimus, ut idem Alciat. recte monuit. V. CALENDÆ.

CENTESIMO, are. Centesimare, & decimare exercitum, Castrensia verba sunt, pro eo quod est Centesimum vel decimum militem supplicio afficere. Solebant enim Imperatores, quum gravius quidpiam milites deliquissent, eam moderationem adhibere, ut neque universum exercitum delerent, neque facilitate veniæ alios ad similia invitarent. Convocatis itaque universis, centesimum, aut, si videretur, decimum quemque sorte proditum securi percutiebant, ceterosque metu liberabant. Sic Egnatius in Macrino apud Capitolinum, cap. 12.

CENTŬPLEX, ĭcis. Adj. [ἑκατονταπλασίων] Numerale Multiplicativum a Centum, ut, Murus centuplex. Plaut. Perf. 4. 4. 11. Hæc nisi inde aberunt, centuplex murus rebus servandis parum' st.

CENTŬPLUS, a, um. Adj. [ἑκατονταπλοῦς] Idem quod Centuplex. Perottus. [Immo non idem, cum hujus formæ numeralia Relativa sint, proportionis rationem indicantia ad id, quod unum & simplex est, & numeris abstractis proprie serviant: Illa vero alterius generis, ad quemlibet numerum multiplicationem per se, rei cujuscunque denotent, apud Mathematicos.

CENTUPLICĀTUS, Adj. Prudent. 2. adv. Symm. v. 1050.

— solertia centuplicatos
Agrorum redigit fructus.

CENTUPLICĀTO, Adv. [ἑκατονταπλασίως] ut, Centuplicato veneunt. Plin. lib. 6. cap. 23. Digna res, nullo anno imperii nostri minus H-S quingenties exhauriente India, & merces remittente, quæ apud nos centuplicato veneunt.

CENTIES, [ἑκατοντάκις] Adv. ut, Centies circumspicere prius, quam, &c. Plaut. Rud. 4. 4. 123. Numerus certus pro incerto hyperbolice positus.

Dicere centies. Plaut. Pseud. 4. 7. 129.

Facta centies H-S. syngrapha. Cic. 2. Philipp. 95. In talibus subauditur Centena millia, & sunt Decem milliones. V. mox Hotom.

Reliquit centies H-S. Cic. 2. Att.

Centies vicies prælatus. Plin. lib. 7. cap. 28.

Centies & octogies, vel Centies & tricies. Cic. in Pison. 88.

Centies aureorum, præcisa loquutione, pro Centies centena millia aureorum. Cels. l. 88. D. de verb. signif. Tantum quisque pecuniæ reliquit, quantum ex bonis ejus refici potest. Sic dicimus Centies aureorum habere, qui tantum in prædiis ceterisque similibus rebus habet. Hotom.

CENTĬCEPS, ĭtis. [ἑκατοντακέφαλος] dicitur Qui centum habet capita. Hor. 2. Carm. 13. 34. — illis carminibus stupens
Demittit atras bellua centiceps Aures. Cerberum intelligit, a multitudine anguium qui in capite ejus eminent.

CENTĬFĬDUS, a, um. Prudent. in Symm. 2. 889.

Dæmon centifidum confundit iter.

CENTIFOLIA, [ἑκατόνφυλλον] Rosa, de qua vide Plin. lib. 21. cap. 4.

CENTIGRĀNUM, i. n. Genus tritici. Plin. lib. 18. cap. 10.

CENTIMALIS, e. i. e. Minutis multisque foraminibus constans. ut, Fistula centimalis, instrumentum chirurgicum. Veget. Mulom. 1. 43.

CENTĬMĂNUS, i. m. [ἑκατόγχειρ] Qui centum manus habet: cujusmodi fuisse Briareum gigantem refert Virg. 6. Æn. 287. Ovid. 3. Met. 303.

Nec quo centimanum dejecerat igne Typhœa.

Gyges centimanus. Hor. 3. Carm. 4. 69.

Testis mearum centimanus Gyges
Sententiarum.

CENTĬMĔTER, tri. m. Genus carminis. Sidon. Carm. 9. 265.

Sed nec centimeter Terentianus.

CENTINODIA, æ. f. Herba quæ & Genicularis a Latinis, a multis nodis & geniculis dicta, & eadem ratione a Græcis Polygonon appellata est, & Polygonaton. sunt & qui Sanguinariam appellent. Plin. lib. 27. cap. 12.

CENTĬPĔDA, æ. f. [ὄνος] Vermis: de quo sic Plin. lib. 29. cap. 6. Millepeda, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, Animal est e vermiculis terræ pilosum, multis pedibus arcuatim repens, tactuque contrahens se. Vermem esse autumant, quem nos vulgo *Claviportam* appellamus. V. Diosc. lib. 2. cap. 37. & Galen. lib. 2. cap. 2. de Compos. pharmac. sec. locos.

CENTĬPELLIO, ōnis. m. Plin. lib. 28. cap. 9. de hircis, Testes quoque ejus inveterati, vel genitale maris salutariter dantur in vino: Item venter, quem centipellionem vocant. [Is Græcis κεκρύφαλος. De quo plenissime in Comment. de Ruminantibus Jo. Conr. Peyerus. lib. 2. cap. 3.

CENTĬPES, ĕdis. f. [ἑκατόμπους] Piscis est, alio nomine Scolopendra dictus. Dicitur a terrestris Scolopendræ similitudine. Hic hamo devorato omnia interanea evomit, donec hamum egerat, deinde resorbet. Auctor Plin. lib. 9. cap. 43.

CENTUMGEMINUS, a, um. [ἑκατονταπλασίων] Briareus, i. e. Centies duplex: secundum fabulas ipse est Ægæon. Servius. Virgil. 6. Æn. 287.

CENTUMCĂPĬTA, Herba, quam Græci Hecatoncephalon nominant, ex aculeatarum genere, & alio nomine Erynge alba, sive Eryngium dicitur, caule & radice in cibos a Græcis recepta, sive coquere libeat,

beat, sive crudam sumere. V. Plinium abunde de ea tractantem lib. 22. cap. 8.

CENTUMPERANEA Insula, Parvum Italiæ oppidum, ab aquis undique circumfluentibus sic nominatum. A quo & familia Perottorum traxit cognomen. Perott.

CENTUMPONDIUM, [ἑκατόλιτρον] pro Immani pondere legitur, etiam si centum pondo excedat. Plaut. Asin. 2. 2. 37. Ad pedes quando alligatus es æquum centumpondium. Cato cap. 13. Cellas duas, trutinam unam, centumpondium incertum. Significare videtur Prægrande pondus incerti modi a Centenario denominatum. Budæus. Alii aliter: Sic enim Turneb. Centumpondium incertum, Pondus suspicor una mole centum libras pendens: Certis ponderibus opponitur, quæ distincta partitaque sunt, non in unum pondus confusa. Æquum centumpondium apud Plaut. in Asinaria, Æquum est & justum centum librarum pondus. Hæc ille. Scribitur autem hodie Centupondium, non Centumpondium.

CENTUMVĬRI, pluraliter. Quum essent Romæ XXXV tribus, quæ & curiæ sunt dictæ, terni ex singulis tribubus sunt electi ad judicandum, qui Centumviri appellati sunt. & licet quinque amplius quam centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, Centumviri sunt dicti. Festus. Cic. pro Cæcin. 53. Et hoc loco Scævolam dixisti causam apud Centumviros non tenuisse: quem ego antea non commemoravi.
Ad Centumviros delata res. Cic. 1. de Orat. 175.
Quid qua de re inter Marcellos & Claudios patricios Centumviri judicarunt? Cic. 1. de Orat. 176.

CENTUMVIRĀLIS, e. [ὁ τῶν ἑκατὸν] Quod pertinet ad Centumviros, ut, Centumvirale judicium. Cic. 1. de Orat. 172. Quid quod item in Centumvirali judicio certatum accepimus?
Centumvirales causæ, vel judicia. Cic. lib. 1. de Orat. 173. Nam volitare in foro, hærere in jure, ac Prætorum tribunalibus, judicia privata magnarum rerum obire, in quibus sæpe non de facto, sed de æquitate ac jure certetur: jactare se in causis Centumviralibus, in quibus usucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluvionum, circumluvionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, stillicidiorum, testamentorum ruptorum, aut ratorum, ceterarumque rerum innumerabilium jura versentur: quum omnino quid suum, quid alienum, quare denique civis an peregrinus, servus an liber quispiam sit, ignoret, insignis est impudentiæ. Suet. in Vespas. cap. 10. Litium series ubique majorem in modum excreverant, manentibus antiquis intercapedine jurisdictionis, accedentibus novis ex consuetudine tumultuque temporum. Sorte elegit, per quos rapta bello restituerentur, quique judicia centumviralia, quibus peragendis vix suffectura litigatorum ætas videbatur, extra ordinem dijudicarent: redigerentque ad brevissimum numerum. Budæus.
Centumviralis hasta, dicta quod Centumviri, hasta in foro posita judicarent. Unde Suet. in August. cap. 36. Auctor & aliarum rerum fuit, in queis ne acta Senatus publicarentur, &c. ut cura ærarii a Quæstoribus urbanis ad Prætorios Prætoresve transiret, ut Centumviralem hastam, quam Quæstura functi consueverant cogere, Decemviri cogerent. Valer. lib. 7. 8. 1. Notæ insaniæ Tuditanus testamento filium instituit hæredem. Quod T. Longus sanguine ei proximus, hastæ judicio subvertere frustra conatus est. magis enim Centumviri quid scriptum esset in tabulis, quam quis eas scripsisset, considerandum existimaverunt. Budæus.
Centumviralium partes. Quintil. lib. 5. cap. 2.

CENTUNCULUS, In CENTO.

CENTŬRIA, æ. f. [λόχος] in agris significat Ducenta jugera: in re militari Centum homines. Hæc Festus. De illa Varro de L. L. lib. 4. 16. Centuria primo a Centum jugeribus dicta, post duplicata retinuit nomen. Idem tradit Columel. lib. 5. cap. 1.
Centuriæ vocabulum centuriis, ut ait Siculus Flaccus, ex eo datum est, Quum antiqui Romani agrum ex hoste captum victori populo per bina jugera partiti sunt, centenis hominibus ducentena jugera dederunt: & ex hoc facto Centuria juste appellata est. pag. 15. Gœs. V. Varr. de R. R. 1. 10. ubi ait; A Centum, Centuria dicta est. Centuria est quadrata in omnes quatuor partes pedum MMC. Hæ porro quatuor centuriæ conjunctæ, ut sint in utramque partem binæ, appellantur in agris divisis viritim publice Saltus. Sed Varronis numerus haud videtur satis exactus: constat enim quatuor Centurias simplices seu duas duplicatas, Quinquagies centies millies, & septingentos sexaginta millia quadratos pedes habere, i. e. secundum hodiernam numerandi methodum, Pedum quinque milliones ac septingentos sexaginta millia continere. Itaque forsan locus Varronis vitiosus est, & restitui debet MMCCCC pro MMC; & tunc omnia recte se habebunt. V. Thes. Antiquit. Rom. Græv. Tom. 11. p. 1616. B.
Centuriæ equitum, etsi ab initio centenos tantum equites singulæ continebant, aucto civium numero plures numerabant. Nam trium solummodo centuriarum numerus mansit, cum tamen equites, quo tempore mortuus est Romulus, haud multo pauciores quam mille fuerunt, ut patet ex Dionys. 2. p. 89. Et Tarquinii Prisci ætate tres duntaxat centuriæ fuerunt, ut ab initio, in iis tamen mille equites continebantur. Nam scribit Liv. 1. 36. Neque tum Tarquinius de equitum centuriis quidquam mutavit: numero alterum tantum adjecit, ut mille & trecenti equites in tribus centuriis essent. Et sive pauciores sive plures fuerunt in centuria, nomen tamen haud mutatum est, sed integra & una habebatur centuria.
Centuriæ Seniorum & Juniorum, in quas universi Cives Romani, Militiæ & Comitiorum causa, a Ser. Tullio rege, sub Classibus sex, pro ratione census descripti fuerunt, de quibus V. Liv. 1. 43. & plura apud Pitisc. in Lex. Ant. Rom. Cic. 2. de Divin. 74. Primum vide ne in eum dixerint, qui rogator centuriæ fuisset. [Cave putes autem has quoque Centurias singulas centenorum omnino capitum fuisse, cum descriptio ex cujusque censu, i. e. facultatibus fieret, ac sine controversia in ultima, quæ proletariorum & capite censorum fuit, solaque sextam classem constituebat; longe maximus numerus civium fuerit, in prioribus, quæ majorem censum postulabant, longe pauciores.
Modica centuria. In MODUS.
Auspicia centuriarum augusta. Cic. pro Milon. 44. Hunc igitur diem campi speratum atque exoptatum sibi proponens Milo, cruentis manibus scelus & facinus præ se ferens & confitens, ad illa augusta centuriarum auspicia veniebat?
Vox una centuriarum. Cic. pro Domo, 141. Vobis campus, centuriarumque una vox omnium, &c.

Equitum centuriæ. Cic. 7. Philip. 16. Patronus centuriarum equitum, quas idem sine suffragio esse voluit.
Seniorum & juniorum centuriis honore affici. Cic. 7. Verr 37. Sed quum esses renuntiatus, ut dixi, non ipsa præconis voce excitatus es, qui te totiens seniorum, juniorumque centuriis illo honore affici pronuntiavit.
Defuerunt ei paucæ centuriæ ad Consulatum. Cic. de Clar. Orat. 273.
Ornare centuriis. Cic. de Lege Agr. 2. 32. Deinde ornat apparitoribus, scribis, librariis, præconibus, architectis: præterea mulis, tabernaculis, centuriis, supellectili. Sed lectio dubia, & merito suspecta est.
Renuntiatus Prætor centuriis cunctis. Cic. pro Lege Manil. 2.
Centurias alicui conficere. Cic. 11. Fam. 16. L. Lamia Præturam petit. Paulo post, Ego suscepi totum negotium. Nunc, si me tanti facis, quanti certe facis, quando equitum centurias tenes, in quibus regnas, mitte ad Lupum nostrum, ut is nobis eas centurias conficiat. videlicet ad suffragia.
Ferre centuriam, est Habere centuriam aliquam sibi suffragantem in alicujus magistratus petitione. Cic. pro Planc. 49.

CENTURIĀLIS, e. Adj. ut, Lapides centuriales, scil. Quibus limites instituuntur in agris. Centuriale arvum. Festus.

CENTURIO, [κατατάττομαι, καταγράφω, κατανέμω] are. In centurias distribuere. Cic. ad Quir. post red. 13. Ego quum homines in tribunali Aurelio palam conscribi, centuriarique vidissem. Liv. 25. Eam juventutem ex industria centuriaverat, armaveratque ad tales casus. h. e. Ex juvenibus centurias confecerat. conf. 29. 1. pr.
Agrum centuriare, Hyginus de Limit. const. pag. 195. Gœs. Limitibus includere simpliciter exponit.

CENTURIĀTUS, [κατάτακτος] Partic. In centuriam distributus. Liv. 22. 38. Sua voluntate ipsi inter se equites decuriati, centuriati pedites conjurabant.
Centuriati manipulares. Plaut. Milit. 3. 2. 3.
Si centuriati bene sunt manipulares mei.
Centuriata comitia dicebantur, quia Populus Romanus per centenas turmas divisus erat. Festus. Scal. per Centurias. Liv. 2. 2. Brutus collegam sibi comitiis centuriatis creavit. conf. Gell. 15. 27. Cic. Post red. in Senat. 26. Quo die nos comitiis centuriatis, quæ maxime justa dici, haberique voluerunt majores, arcessivit in patriam, ut eædem centuriæ, quæ me Consulem fecerant, Consulatum meum comprobarent. V. supra in CENTURIA. & infra in COMITIA.
Centuriata capitis comitia. In CAPUT.
Centuriatæ Leges, Centuriatis comitiis latæ. Erant autem majoris auctoritatis, quasi plenis, justisque comitiis perlatæ. Ideoque gloriatur Cicero centuriata se lege ab exilio revocatum esse. Ex Budæo
Lex centuriata, & curiata. Cic. de Lege Agr. 2. 26. Nam centuriata lex Censoribus ferebatur, quum curiata ceteris patriciis magistratibus
Centuriatus ager in ducenta jugera definitus: quia Romulus centenis civibus, ducenta jugera tribuit. Festus. V. in ipso verbo.

CENTURIĀTUS, ûs. m. [λοχαγία] Dignitas & officium centurionis. Cic. pro Lege Manil. 17. Quem enim possumus imperatorem aliquo in numero putare, cujus in exercitu veneant centuriatus atque venierint?
Venditi centuriatus. Cic. in Pison. 88. Quid centuriatus palam venditos? Legitur & apud Liv. 22. 38.

CENTURIĀTIM, [κατὰ λόχους] Adv. Per centurias. Cic. pro Flacc. 15. Distributis partibus tributim, & centuriatim descriptis ordinibus, classibus, ætatibus, &c. Liv. 6. 20. Cum centuriatim populus citaretur. Cæs. 1. Bell. Civil. 76. Centuriatim producti milites.
Centuriatim dictum est Abundanter & copiose, a Centuriis quæ suffragium in comitiis ferebant. Pomponius Prostibulo, Continuo ad te centuriatim current, qui panem petent. Nonius.

CENTURIATIO, ōnis. f. Vox apud agrimensores. Sic. Flacc. p. 16. Alii dicunt perticam, alii centuriationem, &c. Et Hygin. p. 206. Deduci intra centuriationem.

CENTŬRIO, ōnis. [ἑκατόνταρχος, λοχαγὸς, ταξίαρχος] A numero p tum cui in militia præerat. Ab antiquis dicebatur Centurionus, teste Festo. Qui centuriæ præerat, quasi ductor. Cæs. 1. Bell. Gall. 39. Horum vocibus ac timore, paulatim etiam hi, qui magnum in castris usum habebant milites, centurionesque, quique equitatui præerant, perturbabantur. Erant autem in singulis manipulis bini, ordinibus, seu gradu inter se distincti. Hinc Omnium ordinum centuriones memorat Cæsar lib. 1. de Bell. Gall. 40. pr. Alibi Centuriones primorum ordinum. Idem lib. 1. de Bell. Gall. cap. 41. Ac primorum ordinum centuriones. Idem, Justusque Catonius primi ordinis centurio. [Suspect.] Hi autem sunt, ut ait Turnebus Advers. 3. 3. extr. Centurio primipili, Primus princeps, Primus hastatus, quorum major erat dignitas in legione. V. Lips. de Mil. Rom. 2. 8.
Hircosa gens centurionum. Pers. 3. Sat. 77.
Magni centuriones. Hor. 1. Serm. 6. 73.
Centuriones varicosi. Pers. 5. Sat. 189. Quo in loco Varicosos ponit pro Duris & laboriosis.
In Centuriones invadere. Tacit. 1. Ann. 32.
Centuriones, vite milites delinquentes cædebant. Juven. Sat. 8. 247. de Mario. Plin. lib. 14. cap. 1. Centurionum in manu vitis, & opimo præmio tardos ordines ad lentas perducit aquilas, atque etiam in delictis pœnam ipsam honorat.

CENTURIONĀTUS, ûs. m. [ἑκατονταρχία] Idem quod Centuriatus. ut, Agere centurionatum. Tacit. 1. Ann. 44.

CENTUSSIS, is. m. Nummi species ad centum assium valorem. ut, Centusse licetur, i. e. Centum assibus æstimet. Pers. 5. Sat. 191.
Et centum Græcos curto centusse licetur.
Centussis, inquit Budæus, apud Lucilium, Quadraginta sestertii erant, qui Legem sumptuariam Centussem vocitavit, ob centum assium taxationem, ut auctor est Macrob. in 3. Saturn. cap. 17. Idem Budæus alio loco, Centussem dicere possumus pro ea summa, quam alternis prope verbis Negotiatores centum solidos appellant, ut Decussem pro decem.

CENTŬRĬPE, es. f. sive CENTURĬPÆ, arum. f. pl. [Κεντουρίπαι Ptolemæo, Κεντόριπα aliis] Oppidum est Siciliæ, sub Ætna monte, Symætho fluvio, & Catanæ urbi proximum, ut tradit Strabo lib. 6. Vix legitur in numero singulari. Plin. 31. 7. Purpureus sal Centuripis gignitur. Sil. Ital. lib. 14. 203. — necnon & vertice celso
Centuripæ. De hoc oppido agit Cluver. 2. Sic. Ant. cap. 6.

CENTURIPĪNI, Centuriparum populi, Latinæ conditionis apud Plin. lib. 3. cap. 8.

CENTUSSIS, In CENTUM paulo supra.

CEOS, Una ex Cycladibus insulis, Helenæ propinquissima, ut Strabo auctor est lib. 10. V. CEA.

C E P

CĒPE, n. [κρόμμυον] indecl. Olus hortense: quod capitis similitudinem habeat, vel quod in caput crescat. Plin. lib. 19. cap. 6. Ergo omnibus annis separatim cepe semen causa seritur, separatim cepe seminis.
Tunicatum cepe. Pers. 4. Sat. 30.
Pro Plebeio & vili cibo, usus est Horat. 1. Epist. 12. 21.
Verum seu pisces, seu porrum & cepe trucidas.
Scribunt nonnulli Cæpe, sed minus recte.

CĒPA, æ. f. Idem. Plin. lib. 19. cap. 6. Cetero cepas ter fosso solo seri jubent. Ovid. 3. Fast. 340.
Cædenda est hortis eruta cepa meis.
Cepas edere dicebantur joco proverbiali, Qui lacrymari viderentur. natum a Biantis apophthegmate. Is enim Alyattæ sibi per nuntium missum denuntianti, ut quamprimum ad se veniret, respondit ad hunc modum, ἐγὼ Ἀλυάττῃ κελεύω κρόμμυα ἐσθίειν, Ego jubeo Alyattæ cepas edere, hoc est flere & ejulare. quibus verbis extremum regis contemptum indicabat. Ductum est hinc proverbium, quod ceparum odor, ut est acris, consueverit lacrymas oculis excutere. Simili figura neque diversa sententia dicti sunt Cepas odorari vel olfacere qui flerent. Erasmus in Chiliadibus.

CEPĀRIUS, i. m. Qui ceparum esu delectatur. Lucil. apud Non. 3. 67.
Lippus edenda acri assidue cepariu' cepa.
Fuit & nomen gent. Ro. Marci Ceparii meminit Cic. 9. Fam. 23.

CEPĒTUM, i. n. [κρομμυών] Locus cepis consitus. Gell. lib. 20. cap. 7. Cepetum revirescit & congerminat decedente Luna. Quo loco legitur & Cepitium, i. e. teste Prisciano, Cepe.

CEPĪNA, æ. f. Columel. lib. 11. 3. Cepina magis frequenter subactam postulat terram, quam altius conversam, &c. A Cepis nomen habet, ut aperte colligitur ex Columella, si locum perlegeris. Est autem Cepina, Locus cepis consitus, vel ipsarum ceparum uno in loco consitarum multitudo. Columel. ibidem, Sed cepina vel sæpius, certe non minus debet quam quater sarriri. Paulo post, Thalli ceparum ventis prosternentur. Sic autem a Cepis dicitur Cepina; ut a Rapis, Rapina; a Napis, Napina.

CEPITIUS, a, um. & CEPITIUM, i. n. secundum Priscianum, pro eo quod est Ex genere ceparum.

CEPŬLA, æ. dimin. a Cepa. Pallad. 3. 24. Hoc mense cepulas seris.

CEPÆA, Plin. 26. 8. Herba est similis portulacæ, nigriore radice, sed inutili, nascens in litoribus arenosis, gustu amara. V. Ruell. lib. 3. cap. 73.

CEPHALALGIA, [κεφαλαλγία] Generale nomen est ad omnes capitis dolores, continetque sub se Hemicraniam, Cephaleam, & similes.

CEPHALAS, [Κεφαλᾶς] Promontorium altum & silvosum, majoris Syrtis initium. Strabo lib. ult.

CEPHALATŎMI, Colchicæ regionis populi. Auctor Plin. lib. 6. cap. 5.

CĔPHĂLĒA, [κεφάλαια] Morbi quibus totum caput infestatur. Plin. lib. 20. cap. 13. Lenit autem capitis dolores pota cum vino, aut cum aceto & rosaceo illita. Si vero sit cephalea, cum farina hordeacea vel aceto.

CĔPHĂLÆUS, a, um. ut, Caro cephalæa. Versus Lucilii sunt apud Gellium, 10. 20. — abdomina thynni
Advenientibus priva dabo, carnem & cephalæam. Ut autem Cephalæam dixit Lucilius, ita & Plautus Ophthalmiam: Ille carnem capitis intelligit, hic oculis vicinam, oculosque. Turnebus.

CĔPHĂLĒNIA, [Κεφαλληνία] Insula est Ionii maris apud Pomponium lib. 2. 7. Plinius tradit eam quondam dictam fuisse Melænam, lib. 4. cap. 12. Dicta Cephalenia, a Cephalo Amphitryonis socio: vel a Cephalo Dionei filio. De hac sic Strabo lib. 10. Non dubitavere plerique Cephaleniam eandem & Dulychium appellare & Taphium. Alii Taphios & Cephalenios eosdem dixere Teleboas, & adversus illos Amphitryonem exercitum ductasse, assumpto socio Deionei filio Cephalo, ex Athenis profugo. Insula deinde Amphitryonem potitum, eam Cephalo tradidisse, ab eoque nomen habuisse insulam. Hinc,

CEPHALENES, [Κεφαλλῆνες] Istius insulæ populi. ut apud Homerum in Catalogo. Sil. lib. 15. 305.
Saxa Cephalenum, & scopulosis Neriton arvis. Græci geminato λ Cephalleniam & Cephallenes scribunt. Vulgus adhuc hodie vocat, *La Cephalonie*, vel *Chifalonie*.

CEPHALODESMUS, [κεφαλόδεσμος] sive CEPHALODESMIUM, Idem quod Frontale, de quo postea suo loco.

CEPHALŒDIS, [Κεφαλοιδὶς] Siciliæ oppidum, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 8. in descriptione Siciliæ. Hodie Cephalodum.

CĔPHĂLUS, [Κέφαλος] Æoli filius Auroræ dilectus. Ovid. de Arte Am. 3. 687.
Latmius Endymion non est tibi, Luna, pudori,
Nec Cephalus roseæ præda pudenda deæ.
Alter fuit Cephalus Atheniensis orator, qui primus procemia & epilogos induxit. Auctor Suidas. Hujus Cephali Æschines & Demosthenes in orationibus adversariis meminerunt.
Cephalus, [κέφαλος] Piscis a Græcis dicitur, quem Latini Mugilem vocant: eo quod caput in metu occultet, existimans totum se absconditum. Plin. 9. 17. & 42.

CEPHĒNES, m. [κηφῆνες] Imperfectæ apes sunt, & inutiles operi: nisi quod multitudine, quæ ad calorem multum confert, fœtus adjuvant, Hæc Perott. Meminit Plin. lib. 11. cap. 16. & cap. 11. Sunt enim qui & Fuci dicuntur.
Cephenes item fuerunt Asiæ populi, qui postea a Perseo Jovis & Andromedes filio, Persæ appellati sunt. Auctor Herodot. lib. 7.

CĒPHEUS, [Κηφεὺς] duarum syllabarum, teste Euripide; Rex Æthiopum Phœnicis filius, & Andromedæ pater, socerque Persei. Ovid. 5. Met. 12.
— conanti mittere Cepheus
Quid facis, exclamat. Ab eo autem Cepheni Æthiopes populi dicti sunt, ut idem testatur 5. Met.

CEPHĒIUS, [Κηφήιος] Adj. ut, Arva Cepheia, Ovid. 4. Met. 669.

CEPHIS, Statuarius nobilis, cujus meminit Plin. lib. 34. cap. 8.

CEPHISIA, Atticæ regionis fons, dicente Plin. lib. 6. cap. 7. In Attica fontes, Cephisia, Larine, Callirhoe enneacrunos.

CEPHISIA, [Κηφισία] Attica regio. Nam Cecrops Athenarum conditor, omnem ejus regionis multitudinem in duodecim urbes digessit. Sed Theseus postea has omnes in unam Atheniensium civitatem congregavit. Dicta Cephisia a Cephiso amne.

CEPHĪSIAS, Lacus est juxta Atlanticum mare, quem Mauri Electrum vocant, quod sole calefactus, electrum e limo dare videatur. Plin. lib. 37. cap. 2.

CĒPHĬSŎDŌRUS, [Κηφισόδωρος] Atheniensis tragicus antiquæ tragœdiæ scriptor, cujus fabulas enumerat Suidas.
Cephisodorus item statuarius, Praxitelis filius.
Alius præterea inter præcipuos pictores Plinio numeratur lib. 35. cap. 9.

CĒPHĬSŎDŎTUS, [Κηφισόδοτος] Statuarius apud Plinium lib. 34.
Fuit item Cephisodotus Atheniensium dux, qui rei male gestæ damnatus, in obsidione Alopeconnesi quinque talentis multatus est. Auctor Suidas.

CĒPHĪSUS, [Κηφισὸς] Fluvius Bœotiæ: ortum habet in radicibus Parnassi montis. In ejus ripa fuit olim templum Themidis, ad quod accesserunt Deucalion & Pyrrha deam consulturi super humani generis reparatione: unde ab oraculo vocatur fluvius ille Fatidicus. Lucan. lib. 3. 175.
Bœoti coiere duces, quos impiger ambit
Fatidica Cephisus aqua. Hujus etiam meminit Plin. lib. 4. cap. 3. Ovid. 3. Met. 19.
Jam vada Cephisi, Panopesque, evaserat arva. Hinc

CĒPHĪSIS, ĭdis. patronymicum femininum finxit idem poeta 1. Met. 369.
Nulla mora est, adeunt pariter Cephisidas undas.

CĒPHĪSIAS, ădis. patronym. item fem. Ovid. 7. Met. 439.
Vidit & immitem Cephisias ora Procusten.

CĒPHUS, [κῆφος] Animal est apud Æthiopes, pedes posteriores humanis pedibus, & priores hominis manibus similes habens. Hoc animal a Pompeio, quum ludos faceret, in theatro fuit ostensum, & postea Romæ non visum. Auct. Plin. lib. 8. cap. 19. V. CEPUS.

CEPIDINES, Saxa prominentia. Festus.

CEPĪNA, V. CEPE.

CEPIO, V. CÆPIO.

CEPIONIDES, æ. Gemma crystallini nitoris, quæ imagines reddit ut speculum. Plin. lib. 37. cap. 10. Hard. Ceponides.

CEPITES, sive CEPOLATITES, Gemma candida, venarum nodis coeuntibus candore imaginem referens. Plin. lib. 37. cap. 10.

CEPŒ, [Κῆποι] Oppidum est Bosphori Cimmerii, dicente Plin. lib. 6. cap. 6. Oppida in aditu Bosphori primo Hermonassa, dein Cepœ Milesiorum. Mox Stratoclia & Phanagoria. Meminit & iisdem pene verbis Pompon. lib. 1. 21.

CEPOS, [κῆπος] Latine Hortus dicitur.
Est & urbs juxta Bosphorum, auctore Suida. Eadem ac Cepœ.

CĒPŪRĬCA, [κηπουρικὰ] Græci appellant Olera, quæ in hortis seruntur. Unde Sabinus Tiro, librum Cepuricôn inscripsit, h. e. Hortensium. Firmicus lib. 2. cap. 12. Scorpius significat loca quandoque cepurica, & hortensia.

CEPPHOS, Avis est ita levis, ut quamcunque in partem ventus flaverit, in eam auferatur. *Une Mouette.* Unde

CEPPHICUS, Adj. pro Levi. Cic. 13. Att. 31. de epistola ad Cæsarem, Non recte, inquit, isti meam ad Cæsarem epistolam reprehendunt: & ea quæ dicunt, minimi sunt ponderis, plane cepphica. V. etiam Cæl. lib. 10. cap. 6. Lexicon Græcum dicit Cepphon metaphorice pro Stulto accipi. Erasmus putat & Larum vocari. V. LARUS, & Chiliades Erasmi.

CĒPUS, [κῆπος] Animal est in extrema Æthiopia nascens, facie leonis, corpore reliquo pantheræ, magnitudine damam repræsentans. Hujus meminit Strab. lib. 16. & 17. Sic & apud Plin. legendum, pro Cephus.

CEPURICA, V. CEPOS.

C E R

CĒRA, æ. f. [κηρὸς, κήρωσις] Nomen a Græco habet: κηρίον enim Græci favum vocant, κήρινον cereum. Tamen, Appuleio teste, consuetudo convertit η, in æ diphthongum. Plin. lib. 21. cap. 14. Cera fit expressis favis, sed ante purificatis aqua, & triduo in tenebris siccatis, quarto die liquatis igni in novo fictili.
Cera, Fucus & pictura, propterea quod ceris pingere antiqui solebant. Seneca, Pictor colores, quos ad reddendam similitudinem multos variosque ante se posuit, celerrime denotat, & inter ceram opusque facili vultu ac manu commeat. Varro 3. de R. R. 17. Nam ut Pausias, & ceteri pictores ejusdem generis loculatas magnas habent arculas, ubi discolores sunt ceræ. Ex Turneb. Advers. 24. 17. Ceram discolorem tabulæ inducebant, prout exigeret id, quod in tabula vellent pingere. Id, quo ceris pingerent, ἔγκαυστον dixere, uti artem ipsam ἐγκαυστικήν. Martial. 4. 47.
Encaustus Phaeton fabula depictus in hac est;
Quid tibi vis, dipyron qui Phaetonta facis?
Parieti quoque depicto, & armis, cera Punica cum oleo liquefacta, candens setis inducebatur, iterumque admotis gallæ carbonibus adurebatur ad sudorem usque: postea candelis subigebatur, deinde linteis puris, ut sicut marmora nitescerent. Hæc Perottus ex Vitruvio lib. 7. cap. 9. De minii temperatura. Plin. lib. 21. cap. 14. Nigrescit cera addito chartarum cinere, sicut anchusa admixta rubet. Variosque in colores pigmentis trahitur, ad reddendas similitudines, & innumeros mortalium usus, parietumque etiam, & armorum tutelam.
Quia vero ex cera factæ sunt majorum Imagines, inde poetis non Cereæ, sed metonymice Ceræ dicuntur. Ovid. 1. Fast. 591.
Perlege dispositas generosa per atria ceras. Intelligit poeta Cereas imagines in atriis nobilissimi cujusque per armaria dispositas: quales fere sunt picturæ illæ, in quibus per varios velut ramorum ductus & orbiculos multiplices, utcunque nobis exprimitur regum nostrorum & eorum qui ab ipsis prognati sunt series & genealogia, si pro orbiculis illis tibi fingas armaria in atrii parietibus excavata. Unde est illud Juven. 8. Sat. 19.
Tota licet veteres exornent undique ceræ
Atria, nobilitas sola est atque unica virtus. V. Suet. in Galb. cap. 2. & f. l. STEMMA.
E cera etiam illinebantur & obducebantur pugillares in quibus scribere mos erat. Unde Ceras aliquando pro Libellis sive epistolis vel tabellis ceratis capimus. Juven. 1. Sat. 63.
Nonne libet medio ceras implere capaces
Quadrivio? Plin. 1. Epist. 6. Erat in proximo, non venabulum aut lancea, sed stilus & pugillares. meditabar aliqua, enotabamque, ut, si manus vacuas, plenas tamen ceras reportarem.

Primæ & ſecundæ ceræ teſtamenti, pro Primis & ſecundis tabellis, ſive foliis teſtamenti. Suet. in Neron. cap. 17. Cautum ut in teſtamentis primæ duæ ceræ teſtatorum modo nomine inſcripto vacuæ ſignaturis oſtenderentur. Hæc Budæus. Suet. in Cæſ. cap. 83. In ima cera C. Octavium etiam in familiam, nomenque adoptavit. i. e. In ultima parte tabulæ teſtamentariæ. Hor. 2. Serm. 5. 53. — quid prima ſecundo
Cera velit verſu ſolus, multiſne cohæres,
Veloci percurre oculo. Ubi vetus Scholiaſtes, Prima cera, Prima Tabula.
Ceræ ultimæ, pro Ultimo teſtamento. Martial. lib. 4. 70.
Nihil Amiano præter aridam veſtem,
Moriens reliquit ultimis pater ceris.
Codicis cera extrema. Cic. 3. Verr. 95. Deinde codicis extrema cera nomen infimum in flagitioſa litura fecit.
Cera & creta. Cic. pro Flacc. 37. Noſtra igitur laudatio, &c. datam quidem confitetur, conſignata creta eſt: in illo autem teſtimonio, quod accuſatori dicitur datum, ceram eſſe videmus. V. quæ antecedunt ibid.
Alba cera. Plin. lib. 22. cap. 24.
Cærite cera dignus, Homo nullius pretii. Hor. 1. Epiſt. 6. 62.
— Cærite cera
Digni, remigium vitioſum Ithacenſis Ulyſſei. Unde natum ſit proverbium, V. in CÆRE, tum interpretes poetæ, & in Chiliadibus Eraſmum.
Commutabilis. Cic. 3. de Nat. Deor. 30.
Flava. Ovid. 3. Met. 487.
Flavens. Ovid. 8. Met. 670.
Fragilis. Juven. 12. Sat. 88.
Impatiens caloris. Ovid. 2. de Arte Am. 61.
Infamis ac nefaria. V. INFAMIS.
Laboratæ. Stat. 10. Theb. 573. de apibus,
— laborataſque premunt ad pectora ceras.
Legitima cera tabella. Cic. 1. Verr. 24. V. Aſcon. ad loc.
Odoratæ. Ovid. 8. Met. 226.
Solvit odoratas pennarum vincula ceras.
Puſilla. Juven. 14. Sat. 29.
Sacra. V. PROPOLIS.
Sexangulæ ceræ dicuntur alveoli apium ab Ovid. 15. Met. 382.
Solutæ igne. Ovid. 2. de Arte Am. 47.
Tenaces ceræ, Quæ mel retinent. Virg. 4. Georg. 162.
— deinde tenaces
Suſpendunt ceras. Servius.
Tenues. Valer. 1. Argon. 128.
Circumlinire cera. Cic. 1. Tuſc. 108. Condiunt Ægyptii mortuos, & eos domi ſervant. Perſæ etiam cera circumlitos condiunt, ut quammaxime permaneant diuturna corpora.
Credere ceræ. In CREDO.
Conjungere cera calamos plures. Virg. 2. Ecl. 32.
Defigere nomen alicujus cera, i. e. In cera ſcribere. Ovid. 3. Amor. 7. 29.
Sagave Punicia defixit nomina cera. [Magicæ genus defixionis eſt, quam plenius ad locum Heinſius illuſtrat.
Fingere in ceris aut fictilibus figuris. Cic. 1. de Nat. Deor. 71. Hoc intelligerem quale eſſet, ſi in ceris fingeretur, aut fictilibus figuris. Quædam exempla legunt Cereis.
Formare & fingere molliſſimam ceram ad arbitrium. Cic. 3. de Orat. 175. Non enim ſunt alia ſermonis, &c. ſed ea nos quum jacentia ſuſtulimus e medio, ſicut molliſſimam ceram ad noſtrum arbitrium formamus & fingimus.
Illita ceris pocula. Ovid. 8. Met. 670.
Liqueſcit cera Virg. 8. Ecl. 80.
Mollire ceram digitis. Ovid. 8. Met. 198.
Silet in cera vultus. Martial. lib. 11. 103. i. e. Mutus eſt.
Tabeſcere ceræ dicuntur, Quum liquefiunt. Ovid. 8. Met. 227.

CĒRŬLA, æ. f. [κηρίδιον] dimin. Cic. 16. Att. 11. Cerulas enim tuas miniatulas illas extimeſcebam. Atticus in Ciceronis libris ea, quæ non probaret, notare miniata cera ſolitus erat.
Miniata cerula notare. Cic. 15. Att. 19. His litteris ſcriptis me ad συντάξεις dedi: quæ quidem vereor ne miniata cerula tua pluribus locis notandæ ſint. Vult Cicero ſe Attici cenſuram de libris veritum fuiſſe. Critici enim in libris perlegendis ſuſpecta, dubia aut improbata ſignare notis quibuſdam ſolebant, atque id facere attingendis fruſtulis e cera, eaque miniata. Græci παραπλάσματα vocabant; ut obſervat Salmaſ. Exerc. Plin. p. 775.

CĒRO, [κηρόω] āre. Cera tegere. Columel. lib. 12. cap. 50. Nam fere ſexta quaque olivitate dolia cerari oportere antiqui dixerunt.

CERĀTUS, Partic. [κηρωτὸς] ut, Tabella cerata. Cic. 1. Verr. 24. Ceratam unicuique tabellam dari, cera legitima, non illa infami ac nefaria.
Codicilli cerati. Ulp. in l. librorum. §. 1. D. de leg. 3.
Puppes ceratæ, Cera illitæ. Ovid. de Rem. Amor. 447.
Rates. Idem 5. Epiſt. 42.
Tedæ. Ovid. 7. Epiſt. 23.
Uror, ut inducto ceratæ ſulfure tedæ.

CERATŪRA, æ. f. [κήρωσις] Ipſa ceratio, ſive Ceræ inductio. Columel. lib. 12. cap. 50. Nam quemadmodum nova vaſa ſi calefiant, liquidam ceram facile recipiunt: ſic vetera non crediderim propter olei ſuccum, ceraturam pati.

CĒRĀTUM, ſive CĒRŌTUM, i. n. [κηρωτὸν] Emplaſtrum eſt proprie, nec Paſtillus, ſed plerumque ex paſtillis fit. conſtat ex rebus ſiccioribus, & igni appoſitum molleſcit: poſtea applicatum corpori dureſcit, ac pertinacius hæret. dictum a Cera, quæ fere ceratis omnibus adhiberi ſolet. Plin. lib. 13. cap. 22. Faciemque invadunt ignes ſacri, ob id cerato prius illinunt. Celſ. lib. 4. cap. 4. de difficultate ſpirandi.
Factum ex roſa ceratum. Celſ. lib. 4. cap. 24.
Pingue ceratum. Martial. lib. 11. 99.
Nec labra pingui delibuta cerato.
Cerata, malagmata, emplaſtra, collyria, antidota, non fecit parens divina illa ac artifex rerum. Plin. lib. 22. cap. 24.
Alii rectius non Ceratum, ſed Cerotum ſcribunt, a Græco, quod eſt κηρωτόν. Atque ita codd. emendati exhibent.

CERĀRIUS, i. m. [κηροπώλης] Gloſſ. Gr. Lat.

CERARIA, æ. f. Quæ cereos facit. Plaut. Milit. 3. 1. 102. Quia nihil abſtulerit ſuccenſet ceraria. al. Geraria. V. Gronov. in loc.

CERARIUM, i. n. Pecunia, quam pro cera magiſtratus a Provincialibus exigebant. Cic. 5. Verr. 181. Ex omni pecunia, quam aratoribus ſolvere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant: primum pro ſpectatione & collybo, deinde pro neſcio quo cerario. Et paulo poſt, Cerarium vero quid? Quomodo hoc nomen ad rationes magiſtratus, quomodo ad pecuniam publicam allatum eſt? V. Muret. Var. Lect. 12. 5. & Voſſ. Etymolog. [Ad cereos, ſi audias Fabric. Bibliogr. Antiquar. cap. 16. 5. dabatur. Sed tum, puto, Cerearium dicendum foret.

CĒREUS, Adj. [κήρινος] Quod ex cera factum eſt. ut, Candela cerea, ad differentiam ejus quæ ex ſebo fit. Cic. 3. de Nat. Deor. 30. Ut enim ſi omnis cera commutabilis eſſet, nihil eſſet cereum quod commutari non poſſet, &c.
Caſtra. Claud. de Rapt. Proſerp. 125. Alvearia intelligit. conf. Regna.
Color. Plin. lib. 37. cap. 2. Candidum atque cerei coloris, quod vocaretur electrum: in alio loco, fulvum, quod appellaretur ſubalternicum.
Effigies. Hor. 1. Serm. 8. 30.
Imago. Hor. 1. Serm. 8. 43.
Perſona. Lucret. lib. 4. 298. intelligit Imagunculam hominis ceream. [Immo Perſonam ſcenicam fictilem. Nam Cretea legendum, ut eſt in codd. correct.
Pruna cerea. Virg. 2. Ecl. 53.
Addam cerea pruna, & honos erit huic quoque pomo. Ubi Servius, aut cerei coloris, aut mollia.
Novaſque imitantia ceras Pruna. H. St. V. Ovid. Met. 13. 818.
Regna cerea, Alveolos & cellulas apum vocat Virg. 4. Georg. 202.
Cereus, Mollem aliquando ſignificat, ac facilem & tanquam cera tractabilem. Hor. 1. Carm. 13. 2.
Cerea Telephi laudat brachia. Lactea ex Capro Gramm. Rob. Bentl. Sed vulgatam tuetur Cuningam.
Cereus ille dicitur, Qui parum animo conſtat, & cui nunc hæc, nunc illa ſententia potior videtur. item Ille qui aliorum conſiliis inſtigatus, quos ante laudabat, nunc vituperat, quos amore ſummo proſequebatur, nunc peſſime odit. Hor. in Arte Poet. 163.
Cereus in vitium flecti.
Idem Cereum vocat illum de quo varius eſt rumor, & quem nunc bonum, nunc malum fama fingit, 2. Epiſt. 1. 265. ſumpta metaphora a Cera quæ manibus tractata, quamcumque formam facillime recipit. [Immo Cereus, ex Cera fictus, κηρόπλαστος. V. Interpp.
Cereus, Pinguis. Accius,
Pinguem turturem, cereamque ficedulam. Nonius.
Sic & Martialis. V. FICEDULA. Cerei coloris præ pinguedine. Idem lib. 3.
Cereus immodicis turtur te clunibus implet. H. St.
Cereus, Unctus. Martial. lib. 1. 93.
Cerea ſi pendet lumbis, & trita lacerna.

CEREUS, i. m. [κηρὸς] Candela cerea. Feſtus, Cereos Saturnalibus muneri dabant humiliores potentioribus: quia candelis pauperes, locupletes cereis utebantur. Martial. lib. 14. 42.
Hic tibi nocturnos præſtabit cereus ignes. Cic. 3. Off. 80. Et ea res (ſi quæris) ei magno honori fuit: omnibus vicis ſtatuæ: ad eas thus & cerei. Ulpian. in l. 3. §. ligna. D. de penu leg. Etiam thus, & cereos in domeſticum uſum paratos.

CEREŎLUS, Adj. dimin. Columel. & Hieron.

CERĬFĬCO, [κηροποιέω] āre. Ceram facere: & de apibus dicitur. Plin. lib. 9. cap. 38. Quum cerificavere, fluxos habent ſuccos. Quædam exemplaria hoc loco legunt Fœtificavere.

CERĪNUS, Adj. [κηροειδὴς] Quod ceræ ſimile eſt. ut, Cerinus color. Plin. lib. 15. cap. 13. de prunorum generibus loquens. Sunt & nigra ac laudatiora, cerina atque purpurea. Plaut. Epid. 2. 2. 49. Cumatile, aut plumatile, aut cerinum? ſubaud. Veſtimentum: quod & Melinum ab eodem dicitur, a mellis colore. conf. Nonius 16. 6.

CERINARIUS. V. CARINARIUS.

CERŌSUS, Adj. [κηρώδης] Ceram habens admiſtam. unde Mel ceroſum, nondum deſpumatum, & adhuc cera commiſtum. Plin. 32. 3.

CEROFERARIUS, i. m. Clericus, cujus munus erat ad ſacrorum myſteriorum pompam accenſos cereos ferre. Qui & Acoluthus vocabatur. V. Iſid. 7. 12.

CĒRACHATES, [κηραχάτης] Gemma eſt ex Achatæ generibus, ceræ colorem præ ſe ferens. Plin. lib. 37. cap. 10.

CĔRĀITIS, ĭdis. [κεραῖτις] a quibuſdam appellatur herba, quæ Græcis τῆλις, Latinis Fenum græcum dicitur. Ceraitis dicta, quod fructum habeat corniculis ſimilem. Dioſcor. in Append. 2. 124.

CĔRĂMĪCUS, i. m. [κεραμεικὸς] proprie eſt Figuli officina. Plin. 35. 12. Fecit & Chalcoſthenes cruda opera Athenis, qui locus ab Officina ejus ceramicus appellatur.
Ceramici duo fuerunt Athenis, de quibus Suidas ſcribit his verbis, Athenis Ceramici loci duo erant: unus in civitate, alter extra civitatem: in quo qui in bello cecidiſſent, publico ſumptu ſepeliebantur, funebrique oratione ornabantur. Superior fuit certa conſtitutaque ſedes meretricibus. Cic. 1. de Finib. 39. At etiam Athenis, ut e patre audiebam, facete & urbane Stoicos irridente, ſtatua eſt in Ceramico Chryſippi ſedentis, porrecta manu, &c. Plin. lib. 36. cap. 5. Opera Praxitelis ſunt Athenis in Ceramico.
Fuit præterea Ceramicus, Atticæ regionis locus præaltus, eodem Suida auctore, in quo lampadum certamina peragebantur. de quibus vide Eraſmum in proverbio, Lampadem tibi curſu trado.
Hoc nomine etiam gaudet Cariæ ſinus non longe ab Halicarnaſſo nobiliſſima urbe. Auctores Pomponius lib. 1. 16. in Cariæ deſcriptione, & Plin. lib. 5. cap. 29.

CERAMIENSES, [Κεραμιῆται] Populi ſunt, qui de conventu Carum, quem Chryſaoreum vocant, participant, licet Carici generis non ſint, ut auctor eſt Strabo lib. 14.

CĔRĂMĪTES, [κεραμίτης] Gemma eſt teſtæ colorem habens, unde & nomen accepit. nam κέραμος teſtam, vel tegulam ſonat. Meminit hujus gemmæ Plin. lib. 37. cap. 10.

CĔRĂMIUM, [κεράμιον] Menſuræ genus idem prorſus cum amphora, quo verbo uſus eſt Demoſthenes in orat. quæ πρὸς τὴν Λακρίτου παραγραφὴν inſcribitur, & Athenæus in quinto. Ex Budæo lib. 5. de Aſſe. Quod alii negant. V. CADUS.
Ceramium, Locus Romæ, in quo Cicero & Milo domum habebant. Cic. 4. Att. 3. Nam Milonis domum meamque Ceramio prid. Idib. Novemb. expugnare & incendere ita conatus eſt, &c. Sed variant codd. V. not. ad loc.

CĔRĂMUS, [κέραμος] Cypriis Carcerem ſignificat. Id & Homerus teſtari videtur Iliados quinto., ubi Martem ſcribit ab Oto & Ephialte in vincula conjectum, Il. ε. 387.
Χαλκέῳ δ' ἐν κεράμῳ δέδετο τρισκαίδεκα μῆνας. i. e. Decem ac tribus menſibus æneo in ceramo vinctus jacuit. Eruditiores tamen eo verbo Ollam accipere malunt. Ex Cæl. lib. 17. cap. 9.
CĒRAMYNTES, [Κηραμύντης] A Græcis Hercules cognominatus, quaſi Fata rejiciens, ut idem ſit ferme cum Alexicaco. Auctor Cæl. lib. 6. cap. 7.
CERARIUS, In CERA.
CĔRAS Amalthēas, [κέρας ἀμαλθείας] i. e. Copiæ cornu, Feſtus. Plin. 9. 15. Vocat Aureum cornu. V. AMALTHEA.
CĔRASBŎLA, [κερασβόλα] Semina ſunt, quæ tempore ſementis bubula cornua ſi attigerint, ea veteres crediderunt neque igni conſumi, neque facile coqui. Unde & ἀτέραμνα nominat Plutarch. in Sympoſiacis, quaſi incoctilia. Hinc Homines duri & contumaces, non invenuſta metaphora κερασβόλοι appellantur. V. Suid. & Henr. Steph. Theſ. Græc.
CERASTÆ, [Κεράσαι] Inſulæ ſunt in latere Arabiæ, prope Syenen, quæ in fine eſt Æthiopiæ. V. Plin. lib. 5. cap. 9.
CĔRASTES, æ. vel CERASTIS, is. m. [κεράστης] Genus ſerpentis cornuti. Plin. lib. 8. cap. 23. Stat. 1. Theb. 103.
Centum illi aſtantes umbrabant ora ceraſtæ. De Tiſiphone loquitur, cujus capillos ſerpentes eſſe poetæ fingunt. Unde lib. 11. 65. Crinalem vocat ceraſten, ubi de Megæra loquitur,
Crinalem attollit magno ſtridore ceraſten. V. Salmaſ. Exerc. Plin.
CĔRASTIS, [Κεραστίς] Dicta eſt Cyprus inſula quondam. teſte Plin. lib. 5. cap. 31.
CĔRĂSUS, untis. [Κερασοῦς] Oppidum eſt Themiſcyræ regionis in Cappadocia. Plin. lib. 6. cap. 4. Ceraſus vulgo *Zefano*. Olivarius in Melam lib. 1. cap. ult. dicit vocari *Ceraſo*.
CĔRĂSUS, i. f. [κέρασος] Arbor ſatis nota, a Ceraſunte Ponti civitate ſic dicta. Plin. lib. 15. cap. 25. Ceraſi ante victoriam Mithridaticam L. Luculli non fuere in Italia, Ad U. A. DCLXXX is primum vexit e Ponto. Ovid. de Nuce 32.
Audiat hæc ceraſus, ſtipes inanis erit.
Dulces ceraſi, de Fructu. Propert. lib. 4. 2. 15.
Hic dulces ceraſos, hic Autumnalia pruna Cernis, &c.
CĔRĂSUM, i. n. [κεράσιον] Fructus ceraſi. Serv. ad 2. Georg. 18. Plin. lib. 15. cap. 25. Ceraſorum Aproniana maxime rubent, nigerrima ſunt Lutatia, Cæciliana vero & rotunda. Ceraſium a Græcis dicitur, V. Galen. lib. 2. de Alimentis.
Ceraſo peccent caſiæ. Perſ. 6. Sat. 36.
CERASINUS, a, um. Color ſimilis ceraſis. Petron. cap. 28. Stabat oſtiarius praſinatus, ceraſino ſuccinctus cingulo.
CERATHUS, V. CERATUS.
CERATIA, æ. Genus herbæ: de qua Plin. lib. 26. cap. 8. Ceratia, uno folio, radice nodoſa & magna, in cibo cœliacis & dyſentericis medetur.
CERATIAS, [κερατίας] Stella dicitur, ἀπὸ τοῦ κέρατος, hoc eſt a cornu, cujus ſpeciem habet. Plin. lib. 2. cap. 25. Ceratias cornu ſpeciem habet, qualis fuit quum Græcia apud Salamina depugnavit. De Cometis loquitur.
CÉRATĬNE, es. f. [κερατίνη] Lat. Cornea. Species eſt ratiocinationis implicitæ: dicta a cornibus, id eſt a materia ipſa, qua utuntur qui hoc genere argumenti delectantur. Quintil. lib. 1. cap. 10. pr. Sed per quædam parva ſane, ſi ipſa demum exiſtimes, ducunt, ſicut exquiſitas interim ambiguitates: non quia ceratinæ aut crocodilinæ poſſint facere ſapientem: ſed quia illum ne in minimis quidem oporteat falli. Ubi Raphael ejuſdem interpres, Ambiguitates, inquit, quædam ideo Ceratinæ vocantur, quia in illis multa de cornibus mentio habetur, κέρατα namque cornua dicuntur. Sen. lib. 5. Epiſt. Sederem otioſus, & ejuſmodi quæſtiunculas ponerem, Quod non perdidiſti habes: cornua non perdidiſti: cornua ergo habes. V. Politianum lib. Miſcellaneorum, cap. 54.
CĔRATĪTIS, [κερατῖτις] Papaveris ſilveſtris genus. Plin. lib. 20. cap. 19. Silveſtrium unum genus, ceratitin vocant, nigrum, cubitali altitudine, radice craſſa & corticoſa, calyculo inflexo ut cornicula. Folia minora & tenuiora quam ceteris ſilveſtribus, &c.
CERATIUM, Græce κεράτιον, Siliqua eſt Græca. Columel. in lib. 5. de Arboribus, cap. 10. 20. Siliquam Græcam, quam quidam κεράτιον vocant, deinde perſicum ante brumam per Autumnum ſerito.
Eſt etiam Pondus minimum, ut ait Politianus ad Franciotum Urſinum lib. 10. Epiſt. 13. Minimum pondus eſt, qui Latine Scripulus, & idem Græce dictus Obolus: pendere is putatur Siliquas omnino ſex, quæ Ceratia Græce nominantur, hoc eſt quantum lentis octo ſemina.
Eſt & Nummus exiguus, ad valorem tertiæ partis oboli æſtimatus. V. Scal. de Re Nummar. in Theſ. Antiq. Græc. Gronov. tom. 9. p. 1525. T.
CERATOĪDES, æ. [κερατοειδής] Tunica ſecunda oculi eſt, quam Corneam vulgo appellant, quia pelluceat, ut cornu attenuatum, quo ſit ſpeciebus pervia. V. Celſ. 7. 7. 13. conf. Cæl. Rhodig. lib. 16. cap. 1.
CERATONIA, [κερατωνία] Galeno arbor eſt, quæ Latinis Siliqua dicitur, cujus fructus etiam Græco nomine κεράτιον appellatur, propterea quod corniculorum ſimilitudinem referat.
CERATUM, In CERA.
CĒRĀTUS, [Κέρατος] Fluvii nomen in inſula Creta, Cnoſſum urbem præterlabentis, unde & ipſa eodem nomine dicta fuit. Auctor Strabo lib. 10.
CĒRĀTĒUS, Adj. Virg. in Ciri, 113.
Carpathium fugiens & flumina Ceratea. [Rectius legitur Cæratus, Καίρατος, & Cæratea, ut placet doctis viris.
CĔRAULA, æ. f. [κεραύλης] Cornicen. Apul. 8. p. 213. Juvenis ſatis corpulentus, ceraula doctiſſimus &c. qui foris quidem circumgeſtantibus Deam cornu canens adambulabat.
CĔRAUNIA, æ. f. Gemma eſt candida. Plin. lib. 37. cap. 9. Eſt inter candidas & quæ ceraunia vocatur, fulgorem ſiderum rapiens. Ibid. cap. 10. Ombria, quam aliqui notiam vocant, ſicut ceraunia & brontia, cadere cum imbribus & fulminibus dicitur.
Hinc Ignea ceraunia apud Claud. Laud. Seren. 78.
— Pyreneiſque ſub antris
Ignea fulmineæ legere ceraunia Nymphæ.
Ceraunia, etiam Ficus genus eſt. Plin. Sed legi debet CERONIA. q. V.
CĔRAUNIA, orum. n. pl. [Κεραύνια] Epiri montes ad Ambraciam clariſſimam urbem: ideo ſi dicti, quod fulminibus infeſtentur. Virg. 3. Æn. 506.
Provehimur pelago, vicina Ceraunia juxta. Alio nomine dicuntur Acroceraunia Horatio. 1. od. 3. V. ACROCERAUNIUM.

Alta Ceraunia. Virg. 1. Georg. 332.
Scopuloſa. Lucan. lib. 5. 652.
Summa. Valer. lib. 3. 465.
Violenta. Ovid. 2. Amor. 11. 19.
Sunt & Ceraunii montes in Aſia, in Caſpium pelagus obverſi, ut eſt auctor Pompon. lib. 1. 21. Quin & Taurus mons in univerſum Ceraunius appellatus fuit, teſte Plin. lib. 5. cap. 27. Horum rurſus meminit Plin. lib. 6. cap. 9. & 10.
CERAUNIUS, a, um. Adj. Flor. 2. 9. Montes Ceraunii. Columel. 3. 2. Vites Cerauniæ.
Saxo Cerauno, pro Ceraunio, contracte legitur, apud Propert. 2. 13. 3.
CERAUNIUM, Genus eſt tuberis. Plin. lib. 19. cap. 3. Hard. Geranium edidit. q. V.
CERAUNŎBŎLOS, Tabula Apellis, in qua tonitrua pinxerat. Plin. lib. 35. cap. 10. Pinxit & quæ pingi non poſſunt tonitrua, fulgetra, fulguraque: Bronten, Aſtrapen, Ceraunobolon appellant. De Apelle. Hard. ex Mſſ. Ceraunobolian edidit. [Quod a recto κεραυνοβολία, non ut in Indice κεραυνοβολίας. Lat. Fulminatio dici poteſt.
CERAUNUS, Cognomen Ptolemæi, Quo nomine ſignificatur Fulmen, Græcis dictum κεραυνός. Ptolemæi, cognomento Lagi Ægypti regis ex Euridice filius, qui ob prælatum ſibi minorem fratrem Philadelphum, ad Seleucum Aſiæ & Syriæ regem confugit, ſpe regni paterni ipſius auxilio recuperandi, eidemque adjutor adverſus Lyſimachum fuit. Quo ſublato, ſpe ſua fruſtratus, Seleucum inſidiis circumventum occidit, & quo facilius regnum Macedoniæ, quod Lyſimachi fuerat, armis occupatum obtineret, reginam Arſinoen, eandemque Sororem ſuam, nuptiarum ſimulatione, atque adoptione Lyſimachi & Philippi filiorum ejus promiſſa, decepit, quos Caſſandrea urbe potitus ſtatim interfici juſſit. Nec inulta tamen ſcelera tulit, nam brevi poſt a Gallis, Aſiam & Græciam vaſtantibus, captus & occiſus, regnum duodeviginti menſium qua via ceperat amiſit.
Eſt & Ceraunus, [Κεραυνὸς] Amnis clarus Cappadociæ. Plin. lib. 6. cap. 3. in deſcriptione Cappadociæ.
CERBALUS, Apuliæ amnis. Plin. lib. 3. cap. 11.
CERBERASTRI, V. SERPERASTRI.
CERBERION, Oppidum in ultimo oſtio Boſphori, quod poſtea Cimmerium eſt appellatum, teſte Plin. lib. 6. cap. item 6.
CERBĔRUS, i. m. [Κέρβερος] Canis triceps apud inferos fingitur, ſtupendæ immanitatis, orci aditum cuſtodiens. Dictus Cerberus, quaſi κρεοβόρος, hoc eſt carnem vorans. V. ejus deſcriptionem lib. 6. Æn. 417.
Ater Cerberus. Sen. OEth. 1.
Cuſtos, & limen obſidens. Sen. Troad. 5.
Janitor orci. Virg. 8. Æn. 296.
Immanis janitor aulæ. Hor. 3. Carm. 11. 16.
Ingens. Virg. 6. Æn. 417.
Inhians. Virg. 4. Georg. 483.
—tenuitque inhians tria Cerberus ora.
Latitans antro. Sen. Herc. fur. 12.
Triceps Cerberus. Cic. 1. Tuſc. 10. Dic quæſo, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, &c.
CERBĔREUS, Adj. [Κερβέρειος] ut, Cerbereus latratus apud Stat. 5. Silv. 1. 249.
Nempe times ne Cerbereos Priſcilla tremiſcat
Latratus?
Facies Cerbereæ canum. Lucret. lib. 4. 734.
Os Cerbereum. Ovid. 4. Met. 501.
Portæ. Stat. 8. Theb. 56.
Rictus. Ovid. 14. Met. 65.
CERBĒSIA, [Κερβήσιος] Foſſa quædam dicitur in Phrygia, quæ pernicioſas exhalationes habet, hodieque oſtenditur: homines vero non amplius Cerbeſii dicuntur, inquit Strabo lib. 13.
CERCAPHUS, [Κέρκαφος] Viri proprium, de quo Strabo lib. 14. Poſt Telchinas, inquit, dicunt Heliadas inſulam hanc habitaſſe, ex quorum uno Cercapho ſcilicet ac Cydippe filii procreati ſunt, qui urbes de ſuis nominibus condidere. De Rhodo inſula loquitur.
CERCASORUM, Oppidum in Ægypto, juxta quod ſcinditur Nilus in Peluſium fluens & Canobum. Auctor Herodot. lib. 2.
CERCESURA, [Κερκέσουρα] Civitas eſt in Libya, ad Eudoxi ſpeculas ſita. Nam ante Heliopolim ſpecula quædam oſtenditur, quemadmodum & ante Gnidum, ad quam ille cæleſtium motus adnotabat, atque præfectura hæc Litopolitana nominatur. Ex Strab. lib. 17.
CERCETÆ, Populi ſunt minoris Armeniæ Plinio. 6. 5. Pomponio vocantur Cercetici lib. 1. 21.
CERCETI, Montes Theſſaliæ, dicente Plin. lib. 4. cap. 8. In Theſſalia ſunt quatuor atque triginta montes, quorum nobiliſſimi Cerceti, Olympus, Pierus, Oſſa: cujus ex adverſo Pindus & Othrys, Lapitharum ſedes, ad occaſum vergentes, &c.
CERCĪNA, vel CERCINNA, Inſula eſt maris Mediterranei, cum urbe ejuſdem nominis ex adverſo Africæ, ad promontorium minoris Syrtis ſita. Auctor Pomponius 2. 7. & Plin. lib. 5. cap. 7.
CERCINITIS, Perparva inſula, Cercinæ ſuperiori Carthaginem verſus ponte jungitur. Hæc Plin. l. c. in deſcriptione inſularum quæ ſunt ex adverſo Africæ.
CERCITAM, [κερκίτην] Pauſanias grammaticus ait vocari Temonis genus, a populis inventoribus qui Cercitæ appellabantur in terra India.
CERCIUS, [Ἰάπυξ] Ventus. Gell. lib. 2. cap. 22. Sed quod Phavorinus ait ventum qui ex terra Gallia flaret, Circium appellari, M. Cato in libro Originum eum ventum Cercium dicit, non Circium. nam quum de Hiſpanis Alpinis ſcriberet, qui citra Hiberum colunt, verba hæc poſuit, Ventus Cercius, quum loquare, buccam implet. Hactenus Gellius, Ventus eſt autem in Narbonenſi provincia frequenter ſæviens, nulli violentia inferior: & ob id a turbine ac vertigine ita appellatus. Plin. hunc ventum appellat Circium lib. 17. cap. 2.
CERCOLOPIS, Genus ſimiæ, quæ ultimam partem caudæ villoſam habet. Feſtus. Alii Cercalopex legunt. Scalig. Cercolips. q. V.
CERCOPA, V. CERCOPS.
CERCŎPES, [Κέρκωπες] Populi fuerunt Pithecuſæ inſulæ, qui quum nullo flagitii genere abſtinerent, a Jove in ſimias mutati ſunt, ut fabulatur Ovid. 14. Met. 91.
Cercopes item fratres duo fuerunt, Paſſalus & Achemon, ſive ut apud

apud Suidam legitur, Acmon, de quibus vide supra in dictione ACHMON.

CERCOPITHECUS, i. m. [κερκοπίθηκος] compositum nomen ex κέρκος, quæ dicitur cauda: & πίθηκος, simia: quasi Simia caudata, quam *Cattum Marmonem* vulgo dicimus. Plin. lib. 8. cap. 20. Cercopithecos nigris capitibus; pilo asinino, & dissimiles ceteris voce. Martial. lib. 14. 202.

Callidus emissas eludere simius hastas:
Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.

Cercopitheci sacri effigies. Juven. 15. Sat. 4.
Cercopithecon amare. Martial. lib. 7. 86.
Si Cronius similem cercopithecon amat.

CERCOPS, ŏpis. m. [κέρκωψ] Animal cauda spectabile, ut vulpes, simia, &c.
Cercopa Græci appellant Lucrari undique cupientem, quasi κέρδωνα, quem nos quoque Lucrionem vocamus. Festus. Inscite. V. Scalig. not.
Cercopes, pl. m. V. supra in suo loco.

CERCOS, Avis: lege CIRCOS, & vide suo loco.

CERCURUS, sive CERCURON, [κέρκουρος] Navis Asiana prægrandis, auctore Nonio 13. 4. Plautus, & Plin. hujus meminerunt. Nomen autem habuerunt hujusmodi naves a Corcyrensibus, ut Grammatici Græci suspicantur. Turnebus Adversf. 29. 18. Plaut. Stich. 2. 2. 42.

Dum percontor portitores, ecquæ navis venerit
Ex Asia; negant venisse: conspicatus sum interim
Cercurum, quo ego me majorem non vidisse censeo. V. &

Merc. 1. 1. 86. Plin. 7. 56. Onerariam Hippus Tyrius invenit, lembum Cyrenenses, cymbam Phœnices, celocem Rhodii, cercurum Cyprii, ubi V. & Harduini Not. qui Turnebum refellit. Invenitur hæc vox etiam apud Liv. 33. 19.

CERCYON, ŏnis. m. [Κερκύων] Neptuni, vel ut alii Vulcani filius, qui Eleusine, immani ferocia, hospites luctu superatos interficiebat. Is a Theseo juxta Eleusinem Cererem interemptus est. Ovid. 7. Met. 439.
Cercyonis lethum vidit Cerealis Eleusis.
Fuit & Cercyon Thessaliæ rex, qui Alopen urbem ab Alopes filiæ suæ nomine appellavit. V. ALOPE. Hinc

CERCYONEUS, [Κερκυόνειος] Adj. ut Corpora Cercyonea. Ovid. in Ibin, 412. ubi V. Interpp.

CERCYRA, [Κέρκυρα] Insula est Græcis, quæ a Latinis littera una immutata Corcyra dicitur. q. V.

CERDO, ŏnis. m. [δάνειστος] Quicunque lucrum quærit ex re aliqua, & artes illiberales exercet, quæstus gratia, qui Græce κέρδος dicitur. Nonnulli Cerdonem vocant Sutorem veterum calceorum, qui a Suetonio Veteramentarius appellatur. Sic apud Martial. lib. 3. 16.

Ebrius es: nec enim faceres id sobrius unquam,
Ut velles corio ludere cerdo tuo. Cic. 1. de Nat. Deor. 108.

Orpheum poetam docet Aristoteles nunquam fuisse, & hoc Orphicum carmen Pythagorei ferunt cujusdam fuisse cerdonis. Et Coriarius simpliciter Cerdo vocatur in veteri Lapide Romæ,

SEX. POMPEIVS SEX.
HERMIA SEX.
POMPEI
CERDONI.

Turpia cerdoni, Volesos Brutumque decebunt. Juven. 8. Sat. 181.
Cerdonibus timendus. i. e. Infimis. Juven. 4. Sat. 15.
Sed periit, postquam cerdonibus esse timendus
Cœperat. De Domitiano.

Cerdo etiam fuit nomen Hæretici, a quo Cerdoniani, qui Christum nec natum a femina, neque carnem habuisse, nec vere mortuum, vel quicquam passum, sed simulasse passionem dicebat.

CERDOUS, [Κερδῷος] i. e. Lucrio, Apollo dictus est, quod oracula ad lucrum daret. Certe legimus etiam Pythiam pecunia corruptam, oracula reddidisse & Philippo, & aliis. Cælius Cerdoum cognominatum tradit, quia oraculis editis ad lucrum conferre insigniter crederetur. Ceterum cognomen id Mercurio adaptant alii, ut qui negotiis præsit ac lucro: qua ratione marsupium illi contribuunt, ac angelum vocant. Ex Cæl. lib. 16. cap. 19.

CERE, In CÆRE.

CEREALIS, In CERES.

CEREALIS, Oppidum in Hispania non longe ab Oceani ora in Mediterraneo. Plin. lib. 3. cap. 1. Celeberrima inter hunc & Oceani oram in Mediterraneo Segeda, quæ Augurina cognominatur, Julia quæ Fidentia, Virgao quæ Alba, Ebura quæ Cerealis, &c. V. EBURA.

CEREBER, bri. m. Antiquis dicebatur, idem quod Cerebrum.

CEREBRUM, i. n. [ἐγκέφαλος] Plin. lib. 11. cap. 37. Cerebrum omnia habent animalia quæ sanguinem: etiam in mari quæ mollia appellavimus, quamvis careant sanguine, ut polypi. Sed homo portione maximum & humidissimum, omniumque viscerum frigidissimum, duabus supra subterque membranis velatum, quarum alterutram rumpi mortiferum est. Cetero viri quam feminæ majus. Hominibus hoc sine sanguine, sine venis, & reliquis sine pingui. Aliud esse quam Medullam, eruditi docent, quoniam coquendo durescat. Plura ibidem. Quod autem dicit Plinius cerebrum sine venis & sanguine esse, id manifeste falsum est ex anatome, nequis ita esse putet: nam & venas & arterias numerosissimas habet in plexu quem retiformem practici vocant. Cic. 1. Tusc. 19. Aliis pars quædam cerebri visa est animi principatum tenere. Aliis nec cor ipsum placet, nec cerebri quandam partem esse animum, sed alii in corde, alii in cerebro dixerunt animi esse sedem & locum.

Felix cerebri. Hor. 1. Serm. 9. 11.
— o te, Bolane, cerebri
Felicem, aiebam tacitus. Interpretes hoc loco Felicem cerebri illum intelligi volunt, quem Cerebrosum alibi appellat. i. e. Iracundum aliquantulum, & qui quod de unoquoque sentiat libere pronuntiet. V. Schol. Vet. & Voss. Inst. Orat. 4.

Sanies nigri cerebri. Stat. 5. Theb. 573.
Effractum cerebrum. Stat. 6. Theb. 808.
Putidum cerebrum, pro Insano dictum est ab Hor. 2. Serm. 3. 75.
Laborare cerebro. In LABOR.
Palpitat cerebrum. In PALPITO.
Cerebrum arboris. Plin. lib. 13. cap. 4. A cerebro ipso arboris viridi, fissuris diviso atque defosso.

CEREBELLUM, i. n. [ἐγκεφάλιον] dimin. Plin. lib. 29. cap. 5. Cerebello gallinaceo occurritur. Pro toto cerebro posuit Cels. 2. 18. Junioribus Anatomicis ita vocatur proprie Cerebri pars postrema.

CEREBROSUS, [ἀυθάδης] Adj. Capitosus, & qui habet durum & pertinax cerebrum. Plaut. Most. 4. 2. 36. Senex hic cerebrosus est certe. Hor. 1. Serm. 5. 21.
— donec cerebrosus prosilit unus.
Cerebrosi, inquit Nonius, dicuntur, Ad insaniam faciles, quibus frequenter cerebrum moveatur. Lucil. lib. Sat. 15. apud Non. 1. 82.
Te primum cum istis insanum hominem, & cerebrosum.
Cerebrosus bos. Columel. lib. 2. cap. 11. Ervum pecori noxium, & præcipue bubus, quod pabulo suo cerebrosos reddit. i. e. Ad insaniam faciles, & unde ipsis crebro cerebrum moveatur.

CEREMONIA, In CÆREMONIA.

CERES, ĕris. [Δημήτηρ, Δήμητρα, Δηὼ, Κυρίσα] Saturni atque Opis filia, quæ genuit ex Jove Proserpinam. Hæc, dea frugum putabatur. Cic. 2. de Nat. Deor. 67. Mater autem est a Gerendis frugibus, Ceres tanquam Geres, casuque prima littera itidem immutata, ut a Græcis. nam ab illis quoque Δημήτηρ quasi γημήτηρ nominata est. Cererem Virgilius pro Luna posuit, sicut Liberum pro Sole in primo Georg. 5.
— vos o clarissima mundi
Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum,
Liber & alma Ceres. Ubi Servius observat Almam ab Alendo, Cererem a Creando dictam esse.

Terra Ceres. Cic. 1. de Nat. Deor. 40. Idemque disputat æthera esse eum, quem homines Jovem appellarent: quique aer per maria manaret, eum esse Neptunum: terramque eam esse quæ Ceres diceretur.
Accola Cereris. In ACCOLA.
Amæa Ceres. V. AMÆA Azesiam reperit, & Chiliad. Erasmi.
Ennæa, Quæ colebatur in urbe Siciliæ Enna. Sil. lib. 1. 214. V. ENNA.
Flava. Virg. 1. Georg. 96.
Frugifera. Sen. Theb. v. 219.
Legifera. Leges enim ipsa dicitur invenisse. Nam & sacra ipsius Thesmophoria vocantur. Sed ideo hoc fingitur, quia ante inventum frumentum a Cerere, passim homines sine lege vagabantur, quæ feritas interrupta est, invento usu frumentorum, postquam ex agrorum divisione nata sunt jura Hæc Servius. ad hæc Virg. 4. Æn. 58.
Legiferæ Cereri, Phœboque, patrique Lyæo.
Magna Virg. 1. Georg. 339.
Mammosa. Lucret. 4. 1161. [Immo Femina mammosa, Ceres vocatur.
Pulverulenta. Lucret. 5. 741.
Secreta Ceres, dicebatur Eleusina, cujus sacra nemini fas erat publicare, nec iis interesse, qui non essent initiati. Sen. Herc. fur. 10.
Facere vota Cereri. Virg. 5. Ecl. 79.
Nutrit rura Ceres. Hor. 4. Carm. 5. 18.
Sacra annua referre Cereri, Ambarvalia sacrificia facere. Virg. 1. Georg. 339.
In primis venerare deos, atque annua magnæ
Sacra refer Cereri, lætis operatus in herbis.
Vocare clamore Cererem in tecta, est Invocare dari copiam frumentorum, ut inquit Servius, Virg. 1. Georg. 347.
Et Cererem clamore vocent in tecta.
Cereri nuptias facere, vel sacrificare. Plaut. Aulul. 2. 6. 5.
Cererine, Strobile, has facturi nuptias?
STR. qui? STA. quia temeti nihil allatum intelligo. Quemadmodum Græci dicunt ἑστίᾳ θύειν, i. e. Vestæ sacrificant: ita Plautus propemodum indicat apud Latinos dici solere, Cereri sacrificant, siquando in convivio vinum deesset: propterea quod in hujus sacris nefas esset inferre vinum, sicut apud Græcos in quarundam dearum sacrificiis. Conf. Cœna Cerealis.
Ceres, pro Frumento. Fruges Cererem appellamus, Vinum autem Liberum. Cic. 2. de Nat. Deor. 60. Virg. 1. Æn. 181.
Tum Cererem corruptam undis, Cerealiaque arma
Expediunt, &c.
Larga Ceres; Magna frumenti copia. Lucan. lib. 3. 347.
Rubicunda. Virg. 1. Georg. 297.
At rubicunda Ceres medio succiditur æstu.
Læsa Ceres sterilem vanescit in herbam. Ovid. 3. Amor. 7. 31.
Coquere Cererem dicitur æstivus Leo. Sen. Hippol. 969.
Terram densam magis Cereri favere dicit Virg. 2. Georg. 229. in qua frumentum felicius & melius nascitur. Sic enim inquit,
Densa magis Cereri, rarissima quæque Lyæo.
Jugera Cererem ferunt. Hor. 3. Carm. 24. 13.
Intercipere Cererem in spicis, i. e. Jam maturam. Ovid. 8. Met. 292.
Tellus Cererem reddit Hor. Epod. 16. 43.
Ceres, pro Ipso pane aliquando ponitur. Ter. Eun. 4. 5. 6.
Verbum hercle hoc verum erit, Sine Cerere & Libero friget Venus.
Ceres, pro templo Cereris. Juvenal. 9. Sat. 24.
Antiqua. Virg. 2. Æn. 742.

CEREALIS, e. [Δημητριος] Quod ad Cererem pertinet. ut
Cereales ædiles duo dicti fuerunt, qui rei frumentariæ apud Romanos præerant, quorum creandorum auctor fuit C. Julius Cæsar. V. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 4. & s. l. ÆDILIS.
Arma Cerealia, Instrumenta ad molendum frumentum conficiendosque panes. Virg. 1. Æn. 81.
Auræ Cereales. Plin. lib. 15. cap. 19.
Cœnæ. Plaut. Men. 1. 1. 25. Proverbialis loquutio, de qua Erasmus in Chiliadibus. V. supra Cereri nuptias facere.
Culmi Cerealis merges, Manipulus spicarum. Virg. 2. Georg. 517.
Dona Cerealia, Panes dicuntur. Sil. lib. 7. 183.
Herbæ. Ovid. 4. Fast. 911.
Ludi Cereales, In honorem Cereris facti. Liv. 30. 39. Celebrabantur Romæ per matronas albis vestibus indutas, luctum Cereris ob raptam Proserpinam, ejusque peregrinationem repræsentantes cum face, ut filiam inveniret. V. Alex. Genial. 6. 8. Ludos istos spectabant Romani toga candida pariter induti, & si a lætis, nec funere pollutis vinoque & venere abstinentibus celebrarentur, tunc diis gratum esse censebant. Polluti & immundi a Cereris templo arcebantur voce præconis, quique impurus accedebat, capite mulctatus fuit. V. Alex. Gen. Dier. 6. 19.
Munera Cerealia. Ovid. 11. Met. 121.

Papaver Cereale. Virg. 1. Georg. 212.
— & Cereale papaver
Tempus humo tegere. Ubi Servius, Cereale papaver, vel quod eſt eſui, ſicut frumentum: vel quia eo Ceres uſa eſt ad oblivionem doloris. Alii: Papaver ea attributione exornatur, quod ſimulacra Cereris manu papaver geſtare ſolebant: ſed & ejus antiſtitæ, quum Cereri ſacrum eſſet. Callimach. Hymn. in Cer. v. 43. γέντο δὲ χειρὶ στέμματα καὶ μήκωνα. Ex Turneb. Adverſ. 9. 26. Columel. lib. 10. 315.
Allia cum cepis, Cereale papaver anetho Jungite.
Sacrum Cereale. Ovid. 3. Amor. 10. 1.
Sapor cerealis. Plin. lib. 19. cap. 8. Papaveris ſativi tria genera: candidum, cujus ſemen toſtum in ſecunda menſa cum melle apud antiquos dabatur. hoc & panis ruſtici cruſtæ inſpergitur effuſo ovo inhærens, ubi inferiorem cruſtam apium, githque Cereali ſapore condiunt.
Semina Cerealia. Ovid. 1. Met. 123.
Solum Cereale vocat Virg. 7. Æn. 111.
Et Cereale ſolum pomis agreſtibus augent.
Sulci Cereales. Ovid. 3. Triſt. 12. 11.
Cereales, etiam dici invenio Eos qui emittantur rumores aliquos diſſeminaturi, velut ſemina ſparſurum emiſit Triptolemum Ceres, ait Cæl. Rhod. lib. 18. cap. 8.
Cerealia, vel Cerialia, orum. n. pl. [Δημήτρια] dicuntur Sacra Cereris a Triptolemo inſtituta, quæ Plinius etiam lib. 24. cap. 9. Theſmophoria vocat a Cerere Theſmophora, hoc eſt legum latrice. Plutarch. quoque Adonia vocat. Cic. 2. Att. 12. Emerſeram commode ex Antio in Appiam ad Tres tabernas, ipſis Cerealibus, quum in me incurrit Roma veniens Curio meus, ibidem ilico puer abs te cum epiſtolis. V. Ludi cereales, ſupra in voce cerealis.
Cērētāni, [Κερρητανοί, Ptol.] Populi Hiſpaniæ ſub Pyrenæis, apud quos generoſa vina naſcebantur, quæ Ceretana dicebantur. Martial. 13. 124.
Ceretana Nepos ponat, Setina putabis. [Poſſunt tamen & Cæretana Tuſciæ intelligi.
Nec Ceretani quondam Tirynthia caſtra. Sil. Ital. 3. 357. Scribuntur & Cerretani. V. Plin. 3. 3. & Strabon. lib. 3.
Ceretes, Ceretani. V. cære.
Cerevisia, V. cervisia.
Cēria, æ. f. [κηρία] Genus potionis, quo utuntur Hiſpani. Plin. lib. 22. cap. 25. Ex iiſdem fiunt & potus, zythum in Ægypto, celia & ceria in Hiſpania, cerviſia & plura genera cum melle.
Cērintha, æ vel Cerinthe, es. f. [κηρίνθη] Genus herbæ. Plin. lib. 21. cap. 12. Eſt autem cerinthe folio candido, incurvo, cubitalis, capite concavo, mellis ſuccum habente. Ea apes maxime delectantur, ut idem auctor docet eodem loco. Virg. 4. Georg. 63.
— & cerinthæ ignobile gramen.
Cērinthus, i. m. [κήρινθος] Medium quiddam, inter Mel & Ceram, alii Sandaracam, alii Erithacen vocant, cibus apum eſt, dum operantur, qui ſæpe invenitur in favorum inanitatibus ſepoſitus, & amari ſaporis. Gignitur autem rore verno, & arborum ſucco, gummi modo, plurimus in Græcis nucibus. V. Plin. lib. 11. cap. 8. & 21. 12.
Cērinthus, [Κήρινθος] Oppidum in Eubœa inſula. Plin. lib. 4. cap. 13. Fuit & hoc nomine Cerinthus quidam Hæreticus, cujus meminit Dionyſius, quum de Joannis revelatione diſſerit. Cerinthus, inquit, affirmabat futurum regnum Chriſti voluptarium, mores ſuos faſſus, quod gulæ luxuriæque deditus eſſet. Irenæus etiam ſecretiora ipſius in primo ſui operis manifeſtat. Ex Euſebii lib. 3. V. Epiph. Hær. 22.
Cerinus, In cera.
Cērĭtes, Populi ſunt Ceræ, ſic enim ſcribendum eſt, Oppidi, quos quum viciſſent Romani, ſtatuerunt ut nunquam leges ederent, nec leges haberent, quod multum ignominioſum fuit. Hæc Acron in illud Horatii, 1. Epiſt. 6. 62.
— Cerite cera Digni. Proverbialis ſententia. i. e. Sine lege, & ſuffragio nullo, inquit Budæus. Sed V. Cærites in cære. V. & Feſt. in Municipium & in Præfectura.
Cērītus, i. m. [νυμφόληπτος] Cereris ira & indignatione vexatus. Nam in Cereris ſacris furore corripiebantur. unde Ceritus eſt Furioſus. Plaut. Amph. 2. 2. 143.
— Quæſo quin tu iſtanc jubes
Pro cerita circumferri. am. edepol quin facto eſt opus:
Nam hæc quidem edepol larvarum plena eſt. Ait autem Nonius 1. 213. Ceriti & larvati ſunt Maleſani aut Cereris ira & larvarum incurſatione animo vexati. Plaut. Men. 5. 4. 2. Larvatus eſt ille aut ceritus. Idem Rud. 4. 3. 67. Elleboroſus ſum. g. at ego ceritus. Hor. 2. Serm. 3. 278.
Ceritus fuit? an commotæ crimine mentis, &c. Alii rectius ſcribunt Cerritus, nimirum productionis cauſa. Sic & apud Sammonicum pro
Ceritum ſæpe horrendi medicantur odores, Turnebus (17. Adverſ. 18.) poſtulante verſu Cerritum legit. Necnon & in oratione ſoluta, Cic. 8. Att. 5. Nunquam cerritior fuit quam in hoc negotio. Al. Certior. V. Reineſ. ad Petron. Fragm.
Ceritŭlus, Adj. dimin. Mart. Capel.
Cērium, i. [κηρίον] Genus ulceris. Plin. lib. 20. cap. 2. V. melicebris.
Cermalus, Locus in Urbe ſic nominatus. Feſtus.
Cermorum, Oppidum Macedoniæ apud Plin. 4. cap. 10. in deſcriptione Macedoniæ.
Cerna, vel Cerne, Inſula eſt Æthiopici maris, de qua ſic Plinius ſcribit cap. 31. lib. 6. Contra ſinum Perſicum Cerne nominatur inſula adverſa Æthiopiæ, cujus neque magnitudo, neque intervallum a continente conſtat. Æthiopas tantum populos habere traditur. Hæc Plinius.
Cernetani, qui & Mariani dicti ſunt, Italiæ populi ſunt, juxta Caſinum & Bovillas: ita dicti a Cerneto oppido, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Sed Hard. edidit Cereatini, ab oppido Cereate.
Cerno, crēvi, crētum, [βλέπω, ὀπτάω] ĕre. Videre. Varr. lib. 5. de L. L. p. 60. extr. ed. tert. Steph. Dictum Cerno a Creo, i. e. a creando: ab eo quod, quum quid creatum eſt, tunc denique videtur. Hinc illud in teſtamento, Facito videant te eſſe hæredem. Itaque in cretione adhibere jubent teſtes. Idem lib. 6. p. 81. ed. ejuſd. Apud Plaut. Ciſt. 1. 1. 1. Quum ego antea te amavi, & mihi amicum eſſe crevi. valet Conſtitui. Itaque hæres, quum conſtituit ſe hæredem eſſe, dicitur cernere, & quum id fecerit, creviſſe. Sed alii rectius a Gr. κρίνω vel κραίνω deducunt, unde & generatim ſignificat aliquid Dirimere, diſcernere.

Crevi, modo ſignificat Hæreditatem adii: modo Major ætate vel cenſu ſum, modo Judicavi, modo Diviſi: quæ omnia a duobus verbis Creſco & Cerno veniunt: cujus unius origo ex Græco trahitur, quod illi κραίνειν dicunt perficere. Hæc Feſtus. Virg. 4. Æn. 408.
Quis tibi tunc Dido cernenti talia ſenſus?
Cernere ad Capitolia. Ovid. 1. Triſt. 3. 29.
Hanc ego ſuſpiciens, & ad hæc Capitolia cernens, &c. Al. Et ab hac.
E loco aliquo procul cernere. Virg. 3. Æn. 554.
Tum procul e fluctu Trinacria cernitur Ætna.
Cerno, cum infinitivo. Virg. 5. Æn. 27.
— fruſtra cerno te tendere contra.
Cernere & videre. Cic. 3. de Orat. 159. Illa vero oculorum multo acriora, quæ ponunt pæne in conſpectu animi, quæ cernere & videre non poſſimus.
Ante oculos cernere. Lucret. lib. 1. 343.
Acute. Lucret. lib. 4. 801.
Acutum, idem quod Acute. Hor. 1. Serm. 3. 26.
Quum tua pervideas oculis male lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum?
Clariſſime. Plin. lib. 11. cap. 37.
Singillatim cernere aliquid. Lucret. lib. 4. 104.
Oculis. Cic. pro Cluent. 66. Quæ in diuturna obſcuritate latuerunt, ſic aperiam, ut ea cernere oculis videamini.
Oculis cernere ea quæ videmus. Cic. 1. Tuſc. 46. Nos enim ne nunc quidem oculis cernimus ea quæ videmus.
Cernere obliquis oculis. Plin. lib. 11. cap. 37. Non connivere diximus, quæ non obliquis oculis, ſed circumacto capite cernerent.
Nati coram me cernere lethum feciſti. Virg. 2. Æn. 538.
Cauſa cernendi in imaginibus eſt. Lucret. lib. 4. 238.
Cernere, Animadvertere, intelligere. Cic. 4. Acad. Nihil eos ſentire, nihil cernere, nihil omnino quale ſit, poſſe reperire. Idem 3. de Orat. 121. Neque tanta tamen in rebus obſcuritas, ut eas non penitus acri vir ingenio cernat, ſi modo aſpexerit.
Cernitur magnus animus duabus rebus. Cic. 1. Off. 66. Et apud eundem 3. de Fin. Cernitur honeſtate beata vita.
Cernere verum. Cic. 4. Acad. 122. Quorum omne bonum in mente poſitum, & mentis acie, qua verum cerneretur.
Ultima cernere, Intelligere ſe verſari in extremo periculo. Virg. 2. Æn. 446.
— his ſe, quando ultima cernunt,
Extrema jam in morte parant defendere telis.
Cerneres, pro Quivis poſſet cernere. Ter. And. 1. 1. 108.
Tum illa, ut conſuetum facile amorem cerneres. Virg. 4. Æn. 401.
Migrantes cernas, totaque ex urbe ruentes. i. e. Quivis cernere potuiſſet.
Cernere eſt, Licet videre. Virg. 6. Æn. 596.
Necnon & Tityon terræ omniparentis alumnum
Cernere erat.
Jam cernam, mene, an illam potiorem putes. Cic. 2. Tuſc. 20. h. e. Nunc experiar & videbo. Vulgus barbarorum dicit, Ego bene videbo nunc.
Quis eſt quin cernat quanta vis eſt in ſenſibus? Cic. 4. Acad. 120.
Animus cernit. i. e. Prævidet. Cic. de Senect. 85. Animus vero non me deſerens, ſed reſpectans, in ea profecto loca diſceſſit, quo mihi ipſe cernebat eſſe veniendum.
Animo cernere. Cic. 1. de Fin. 19. Quicquid porro animo cernimus, id omne oritur a ſenſibus.
Animo cernere atque intelligere. Cic. in Topic. 27. Non eſſe rurſus ea dico, quæ tangi demonſtrarive non poſſunt, cerni tamen animo atque intelligi poſſunt.
Animo videre, cernere mente. Cic. 1. de Nat. Deor. 49. Epicurus autem, qui res occultas, & penitus abditas, non modo viderit animo, ſed etiam ſic tractet, ut manu, doceat eam eſſe vim & naturam deorum, ut primum non ſenſu, ſed mente cernatur.
Cernere de variis rebus, pro Colloqui. Plaut. Trin. 2. 4. 78.
Verecundari neminem apud menſam decet:
Nam ibi de divinis atque humanis cernitur.
Cernere, Audire. Accius Chryſip. Quid agam? vox illius eſt certe, idem omnes cernimus. Nonius.
Cernere, Judicare, apud veteres, teſte Nonio. Pacuvius Armorum judic. Et æquum & rectum eſt, quod poſtulas, jurati cernant.
Cernere, Decernere, conſtituere, deliberare. Cic. 4. Verr. 161. Quotcunque Senatus creverit, populuſve juſſerit, tot ſunto. Regio imperio duo ſunto. Lucil.
Poſtquam præſidium caſtris educere crevit.
Cernere, Cedere, antiquis, auctore Nonio. unde & Cernere hæreditatem filii patribus (i. e. Cedere, dicti ſunt. Accius Myrmidon. Regnum tibi permitti malunt: cernam, tradam exercitum.
Cernere, pro Dirimere, ſeparare, & ſecernere, ut ait Budæus. Cic. Topic. 80. Cauſa certis perſonis, locis, temporibus, actionibus, negotiis cernitur, aut in omnibus, aut in pleriſque eorum. Et 5. Tuſc. 22. Deinde ex majore parte pleraſque res nominari etiam, ſiqua pars abeſſet, ut vires, ut valetudinem, ut divitias, ut honorem, ut gloriam, quæ genere, non numero cernerentur.
Cernere, Pugnare. Plaut. Amph. 2. Argument. v. 3.
Pro patria Amphitruo dum cernit cum hoſtibus.
Cernere armis cum altero. Accius Epinauſimache, Primores procerum revocarint nomina, niſi eſſet quis, qui armis ſecum vellet cernere. Ex Nonio.
Cernere ferro, Idem. Virg. 12. Æn. 709.
Inter ſe coiiſſe viros, & cernere ferro.
Cernere vitam, De vita certare. Ennius apud Cic. 1. Offic. 38.
Ferro, non auro, vitam cernamus utrique.
Cernere hæreditatem, pro Adire, auctore Feſto. Cic. 11. Att. 2. Litteras tuas accepi pridie Nonas Februarias, eoque ipſo die ex teſtamento crevi hæreditatem. i. e. Adivi. Eidem 6. 1. eleganti metaphora eſt uſus, Quare adjunges Aufium noſtrum, hominem ſemper amantem mei, nunc credo eo magis quod debet etiam fratris Appii amorem erga me cum reliqua hæreditate creviſſe. Budæus. Senſus eſt: Ut non ſolum rei, quam Appius habuit, ſed amoris etiam, quo me vivens proſecutus eſt, hæres Aufius ſit. V. p. p. cretio.
Cernere falſam hæreditatem alienæ gloriæ. i. e. Uſurpare ſibi gloriam alterius.

alterius. Cic. 9. Fam. 14. A te autem peto ut me hanc quaſi falſam hæreditatem alienæ gloriæ ſinas cernere. Budæus.

Cernere, Secernere, cribrare, quod & Incernere dicitur. Plin. lib. 18. cap. 11. Poſteaque gypſi pars inſpargitur, atque ut cohæſit, farinario cribro ſubcernunt: quæ in eo remanſit, exceptitia appellatur, & grandiſſima eſt. Rurſus quæ tranſit, arctiore cernitur; & ſecundaria vocatur. Plin. 33. 5. Cribro tenui cernitur. Ovid. de Med. Faciei, 61.

Namque ubi pulvereæ fuerint confuſa farinæ,
Protinus innumeris omnia cerne cavis.

Cerni, paſſivum. Cic. in Topic. 22. Ea eſſe dico, quæ cerni tangive poſſunt, ut fundum, ædes, parietem, &c.

In turba cerni. Ovid. 4. de Pont. 4. 43.

Me miſerum, turba quod non ego cernor in illa.

Nulli cernendus. Ovid. 3. de Pont. 5. 49.

Cernentia, æ. f. Viſus. Mart. Capel.

Cretio, onis. f. Solennitas, quæ adhibebatur in adeundis hæreditatibus: vel Ipſa hæreditatis aditio. Cic. 11. Att. 12. in fine, Galeonis hæreditatem crevi. Puto enim cretionem fuiſſe ſimplicem, quoniam ad me nulla miſſa eſt. Simplicem, i. e. Cum nullo conjunctam, & ſine cohæredibus: ut ego unus creverim. miſſa eſt: ab iis qui meo nomine creverunt. Eidem lib. 13. 44. Ex eo cognovi cretionem Cluvii (ô Veſtorium negligentem) liberam, teſtibus præſentibus ſexaginta duobus. Metuebam ne ille arceſſendus eſſet. nunc mittendum eſt, ut meo juſſu cernat. Subaudi, Hæreditatem. i. e. Ut adeat hæreditatem mihi a Cluvio relictam. h. e. Ut auctionem curet faciendam eorum bonorum, quæ mihi & Hordeonio Cluvius legavit. Itaque cernat, hoc eſt meam partem capiat meo nomine. Ex eo cognovi cretionem Cluvii: i. e. Quid in teſtamento Cluvii ſcriptum ſit.

Cretio eſt, Certorum dierum ſpatium, quod datur inſtituto hæredi ad deliberandum, utrum expediat ei adire hæreditatem necne: velut Titius hæres eſto, cernitoque in diebus centum proximis, quibus ſcieris, poteriſque: niſi ita creveris, exhæres eſto. Cernere, eſt Verba cretionis dicere, ad hunc modum, Quum me Mævius hæredem inſtituerit, eam hæreditatem adeo cernoque. Sine cretione hæres inſtitutus, ſi conſtituerit nolle ſe hæredem eſſe, ſtatim excluditur ab hæreditate, & amplius eam adire non poteſt. Cum cretione vero hæres inſtitutus, ſicut cernendo fit hæres, ita non aliter excluditur, quam ſi intra diem cretionis non creverit. Ideoque etiam ſi conſtituerit nolle ſe hæredem eſſe, tamen ſi ſuperſint dies cretionis, pœnitentia actus, cernendo hæres fieri poteſt. Cretio aut vulgaris dicitur, aut continua. Vulgaris, in qua adjiciuntur hæc verba, Quibus ſcieris, poteriſque. Continua, in qua non adjiciuntur. Ei qui vulgarem cretionem habet, dies illi dati computantur quibus ſcit ſe hæredem inſtitutum eſſe, & potuit cernere. Ei qui continuam habet cretionem, etiam illi dies computantur, quibus ignoravit ſe hæredem inſtitutum: aut ſcivit quidem, ſed non potuit cernere. Hæc Ulpian. Inſtit. tit. 23. ex quibus verbis apparet caſtigandum Ciceronis locum lib. 1. de Orat. 100. ubi ſic vulgo legitur, Ut in conditionibus ſcribi ſolet, de quibus ſciam, poteroque: pro Conditionibus enim, legendum eſt Cretionibus.

Cernuæ, Piſces Philotimo, 2. de Alimentis, duræ carnis, & qui ægre conficiantur, ſuccoſque craſſos & ſalſos in corpus diſtribuant. Ex Galen. lib. 3. de Alim. facult.

Cernuo, āre. erat Labente veſtigio in pronum ire, & ſæpe etiam labi: quo genere luſus conſualibus uti ſolebant per pelles unctas currentes. Varro de Vit. Pop. Rom. 1. apud Non. 1. 76. Etiam pelles bubulas oleo perfuſas percurrebant, ibique cernuabant: a quo vetus eſt ille verſus in carminibus,

Ibi paſtores ludos faciunt coriis conſualia.

Sen. Epiſt. 8. Qui hoc faciunt, non evertit fortuna, ſed cernuat & allidit. Turneb. Adverſ. 17. 23. Al. Cernulat. V. Voſſii Lex. Etymolog.

Cernuus, [ἀτενής] Adj. dicitur proprie Inclinatus, quaſi Quod terram cernat, auctore Nonio. Lucilius Sat. lib. 3.

Cernuus extemplo plantas conveſtit honeſtas.

Virg. 10. Æn. 894.

—ejectoque incumbit cernuus armo.

Ubi Servius, Cernuus equus dicitur, Qui cadit in faciem: quaſi in eam partem quam cernimus. Unde & Pueri quos in ludis videmus, ea parte qua cernunt ſtantes, Cernui vocantur: ut etiam Varro in ludis theatralibus docet.

Cernuus, i. m. Calceamenti genus. Feſtus. De eo fortaſſe contra grammaticorum ſententiam verſum illum Lucilii, quem ſuperiori dict. citavimus, accipere licet. Nonnulli Cernuum, Soccum interpretantur ſine ſolo ligulatum. Turneb. Adverſ. 17. 22.

Cernuātus, Partic. Inclinatus. Solin. cap. 57. Aliqui tamen legunt Curvatus. conf. Salmaſ. Exerc.

Cernŭlo, āre. pro Cernuo, are. V. Scal. ad Feſtum, Muret. & Lipſ. ad Sen. Epiſt. 8. Non evertit fortuna, ſed cernulat & allidit. Al. Cernuat.

Cernŭlus, Adj. Apul. 9. Met. Supra menſam cernulus corruens. Elmenh. Cernuus. pag. 235. V. Salmaſ. Exerc. Plin.

Ceroferarius, V. cera.

Cerolia, æ. f. Varro de L. L. 4. 8. Cum Cœlio conjunctæ Carinæ, ſed inter eas quem locum Ceroliенſem appellatum apparet. Et p. p. Ceroliенſis a Carinarum junctu dictus Carinæ: poſtea Cerionia, quod hinc oritur caput Viæ ſacræ. V. Nardin. Rom. Vet. 3. 9. Turneb. Adverſ. 20. 35.

Cērōma, ătis. n. [κήρωμα] dicebatur Oleum ceratum, quo athletæ ungebantur cum certaturi erant. Hoc vero ex oleo terraque conſtabat: nec ex omni quidem terra, ſed ex quibuſdam ejus generibus, quibus robuſtiora fieri corpora, & ad tolerandos æſtus atque algores firmiora arbitrabantur: ut erat albida quædam terra pertenuis ex Albano agro, & rubrica, ut Baianus pulvis, & qui juxta montem Veſuvium colligebatur, aliæque hujuſmodi terræ complures. Martial. lib. 4. 19.

Seu lentum ceroma teris, tepidumve trigona.

Plin. lib. 28. cap. 4. Nam illa quæ ſunt e ceromate permiſto cœno, articulos tantum molliunt, calefaciunt, &c. V. haphe.

Ceroma, Locus ubi palæſtritæ ungebantur. Plin. lib. 35. cap. 2. Iidem palæſtras athletarum imaginibus, & ceromata ſua exornant. Senec. de Brev. Vitæ, cap. 12. Qui in ceromate ſpectator puerorum rixantium ſedet. V. Fabri Agon. 2. 5.

Femineum ceroma. Juven. 6. Sat. 245. Dicitur autem femineum, quod & mulieres eo, ſicut viri, ungerentur palæſtram ituræ.

Lacedæmonium ceroma. Martial. lib. 11. 48.

Cur Lacedæmonio luteum ceromate corpus
Perfundit, &c.

Cerōmătĭcus, Adj. ut, Collum ceromaticum. Juven. 3. Sat. 68. i. e. Ceromate perunctum.

Ceron, Fontis nomen, de quo ſic Plin. lib. 31. cap. 2. Eudicus, inquit, in Heſtiœotide fontes duos tradit eſſe, Ceronem, ex quo bibentes oves nigras fieri: Melan, ex quo albas: ex utroque autem varias.

Cĕrōnia, [κερωνία] Ficus Cypria. Plin. 13. 8. Similis & quam Jones Ceronian vocant, trunco & ipſa fertilis, ſed pomo Siliquæ, &c.

Cĕroplastæ, [κεροπλάσται] Comæ ornatores vocantur, quoniam κέρας, etiam ſit coma, quod ante Plutarchum indicat Homerus dum Parim κέρ' ἀγλαὸν dicit: ſed & apud Sophoclem ὀρθόκερως φρίκη nuncupatur, i. e. Horror pilos ſurrigens.

Sunt & Cēroplaſtæ, Qui ceram exercent: ſed tunc Græce κηροπλάσται ſcribuntur. V. Cæl. Rhodig. lib. 7. cap. 23.

Cĕrostrōtum, i. n. [κερόστρωτον] Compoſitum ex duobus Græcis nominibus κέρας, i. e. Cornu: & στρωτὸς ſtratus. & eſt Picturæ genus, quum ex cornibus ramenta tinguntur variis coloribus, deinde vermiculatim ligno inſeruntur. Principio hoc ex ligni bracteis fieri cœptum: ſed non ſatis hoc fuit, cœpere pingi animalium cornua, dentes elephantorum ſecari, lignumque ebore diſtingui, mox totum operiri. Plin. 11. 37. Apud nos cornua in laminas ſecta tranſlucent, atque lumen incluſum latius fundunt, multaſque alias ad delicias conferuntur, nunc tincta, nunc ſublita, nunc quæ ceroſtrota picturæ genere dicuntur. Sed Mſſ. Ceſtrota exhibent. q. V. infra.

Cērōtes, [κηρώτης] inter Ornamenta muliebria numeratur Polluci lib. 7. cap. 22.

Cerotum, V. ceratum.

Cerreta, quam ruſticis Corneolam vocari Ruellius ait, caules profert, & folia lino majora, non autem ſalicis: florem luteum, ſemen folliculis geniſtæ effigie incluſum. Naſcitur in pratis, nullaque eſt, quod guſtu percipi poſſit, adſtrictione prædita. Ex Matthiol. in Dioſcorid.

Cerritus, In ceritus.

Cerrones, Leves & inepti a cratibus dicti, quod Siculi adverſus Athenienſes cratibus pro ſcutis ſunt uſi, quas Græci γέῤῥας appellant. Auctor Feſtus.

Cerrus, i. f. [ἄσπρις] Arboris ſpecies ex glandium genere. Plin. lib. 24. cap. 4. Theophraſt. lib. 3. de Hiſt. Plantarum, Genera hæc roboris habentur: placida, cerrus, latifolia, fagus, ſalſicortex: omnia fructifera: ſed dulciſſima glans fago, ſecunda placidæ, tertia latifoliæ, quarta ſalſicortici, ultima & amariſſima cerro. Porro Cerrus dicitur Græcis ὁ αἰγίλωψ. Cerri meminit Vitruv. lib. 2. cap. 9. & lib. 7. cap. 1.

Cerrīnus, Adj. [ἀσπρινὸς] ut, Cerrinus calix. Plin. lib. 30. cap. 10. Quidam pectus ejus bibendum cenſent, & in cerrino calice.

Cerreus, aliud Adj. ut, Cerrea glans. Plin. lib. 16. cap. 6. Glans fagea ſuem hilarem facit, carnem coctibilem, &c. Proximam huic cerream tradit Nigidius, nec ex alia ſolidiorem carnem, ſed duram.

Certabundus, **Certamen**, **Certator**. V. in certo.

Certe, In certus.

Certo, [ἀγωνίζομαι, ἁμιλλῶμαι, ἀθλέω] āre. Altercari, contendere. Variis nominibus jungitur, conſtruiturque ut plurimum cum præpoſitionibus Inter & Cum.

Certare, cum dativo. Antiquum. Siſenn. Hiſtor. lib. 4. Alii ſaltui, ac velocitati certare. Nonius. Virg. 5. Ecl. 8.

Montibus in noſtris ſolus tibi certet Amyntas.

Ubi Servius; Uſurpatum eſt, nam hodie Certo tecum dicimus. Sic Deis, Melioribus, Laudibus alicujus certare infra.

Acies certant. In acies.

Ambigue certare. Tacit. 5. Hiſt. 11.

Æquore certare, i. e. In curſu & ſpatio currentium. Sil. lib. 16. 377.

Te ne, Aſtur, certante feret quiſquam æquore palmam
Erepto?

Verba ſunt Iberi ad Panchatem equum, qui venerat ex Aſturia.

Animis iniquis, pro Maligne diffidere & adverſari, apud Virg. 10. Æn. 7.

—tantumque animis certatis iniquis?

ubi Jupiter deos alloquitur.

Augendæ dominationi certare, Ad augendam dominationem. Tacit. 2. Ann. 46.

Bello de re aliquā. Liv. 3. 71. pr. Aricini atque Ardeates de ambiguo agro quum ſæpe bello certaſſent, multis invicem cladibus feſſi. Sic certare pugnis, calcibus, unguibus, morſu, &c. Cic. 5. Tuſc. 77.

Benedictis vel maledictis. Ter. prol. Phorm. 21.

Carmine. Hor. in Arte Poet. 220.

Damnis. Plaut. Truc. 5. 58.

Dicacitate. Cic. de Clar. Orat. 172. Ego memini T. Tincam Placentinum facetiſſimum cum familiari noſtro Q. Granio præcone dicacitate certare.

Dolis. Sil. lib. 5. 96.

Jocis. Hor. 2. Carm. 12. 18.

Legibus ſuis certare domi. Cic. 4. Verr. 32. Siculi hoc jure ſunt, ut quod civis cum cive agat, domi certet ſuis legibus.

Maledictis. Liv. 5. 8. extr. Acta deinde in Senatu res eſt, certatumque inter collegas maledictis.

Malitia certare tecum, miſeria eſt. Plaut. in Perſ. 2. 2. 56.

Manu. Valer. 6. Argon. 314.

Mero. Hor. 4. Carm. 1. 31.

Minaciis cum aliquo. Plaut. Truc. 5. 56.

Multam. V. Multam dicere, in dico.

Muneribus, Contendere de munerum præſtantia. Virg. 2. Ecl. 57.

Nec ſi muneribus certes, concedat Iolas.

Obſequiis. Claud. Epigr. de Chlamyde 11.

Officiis inter ſe. Cic. 7. Fam. 12. Reliquum eſt ut officiis certemus inter nos, quibus æquo animo vel vincam te, vel vincar abs te. i. e. Nitamur alter alterum officiis vincere.

Officio priorem certare. Virg. 1. Æn. 532.

—officio nec te certaſſe priorem
Pœniteat.

Ubi Servius, Ne tibi parum videatur prima beneficia præſtitiſſe, quum poſſis majora recipere.

Pietate. Claud. 6. Conſ. Hon. 99.

Pignore. Virg. 3. Ecl. 31.

—tu dic mecum quo pignore certes.

Sagitta celeri. Virg. 5. Æn. 485.

Protinus Æneas celeri certare ſagitta
Invitat qui forte velint: & præmia ponit.

Scelere omni. Sen. Thyest. 1.
Titulis alicujus. Claud. in Laud. Seren. 33. i. e. Cum titulis.
Vigiliis ac labore cum altero. Liv. 34. 18. extr. Parsimonia & vigiliis & labore cum ultimis militum certaret.
Virgiliana virtute. Plin. in præf. lib. 9.
Certare cum aliquo de. Liv. 4. 37. Aut iis, cum quibus de imperio certetur, nec virtute, nec patientia, nec disciplina rei militaris cedendum esse.
Vitiis cum aliquo. Cic. 10. Philipp. 10. Erat enim ei spes una in C. Antonio, qui duorum fratrum ætatibus medius interjectus, vitiis cum utroque certabat.
Secum. Plin. Epist. 119.
Cum alterius improbitate. Cic. 7. Verr. 14. Si cum aliorum improbitate certet, longe omnes, multumque superabit.
Cum feracissimis terris. Plin. in Paneg. cap. 30. pr. Tantis segetibus induebatur, ut cum feracissimis terris, quasi nunquam cessura, certaret. de Ægypto.
Cum usuris fructibus prædiorum certare dicuntur hi, quorum reditus vix, aut ne vix quidem usuris persolvendis pares esse possunt. Cic. 2. in Catil. 18. Meo beneficio tabulæ novæ proferentur, verum auctionariæ. Neque enim isti qui possessiones habent, alia ratione ulla salvi esse possunt. quod si maturius facere voluissent, neque (id quod stultissimum est) certare cum usuris fructibus prædiorum: & locupletioribus his, & melioribus civibus uteremur.
Imparibus certare, i. e. Contra vel majores se vel minores. Hor. Epod. 11. 27. V. Certare cum Dativo.
Forma certare deis, pro Cum deis, i. e. Non minus quam deos formosum esse. Sil. lib. 5. 16.
Melioribus, i. e. Cum nobilioribus & potentioribus. Hor. 2. Serm. 5. 19.
Certare de. ut, Cic. 2. de Orat. 76. Quid enim aut arrogantius, aut loquacius fieri potuit, quam Hannibali, qui tot annos de imperio cum pop. Rom. certasset, &c.
De re aliqua. Cic. 4. Acad. 65. Nam si in minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercetur: ergo de omni statu consilioque totius vitæ aut certare cum aliis pugnaciter, aut frustrari cum alios, tum meipsum velim?
In omne facinus certare, i. e. Ruere in omnem turpitudinem, projectum esse ad omne scelus. Sen. Theb. 1.
Foro, i. e. In foro. Hor. 2. Serm. 5. 27.
    Magna minorve foro si res certabitur olim, &c.
Jure certare inter se. Cic. 4. Verr. 39. Quum id quod omnes intelligebant, diceret Heraclius, jus esse certum Siculis, inter se quo jure certarent: legem esse Rupiliam &c.
Certare ob præmium aliquod. Hor. in Arte Poet. 220.
    Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum.
Sub lege aliqua certare, i. e. Proposita conditione. Claud. de Laud. Seren. 163.
Certare, Inter se summa cura deliberare. Virg. 6. Æn. 178.
    Haud mora, festinant flentes, aramque sepulchri
    Congerere arboribus, cæloque educere certant. i. e. (ait Servius) Ut hoc faciant, mente pertractant: nam adhuc ituri sunt ad silvas.
Agere certo quidpiam, est Certatim aliquid conor. Virg. 2. Æn. 64.
    Circumfusa ruit, certantque illudere capto.
Superare certo, i. e. Studeo & conor. Virg. 5. Ecl. 9.
    Quid si idem certet Phœbum superare canendo?
Vincere certo. Virg. 5. Æn. 194.
Honorem certare. Stat. 6. Theb. 6.
Certare aliquid. i. e. Certando conari. Hor. 2. Serm. 3. 313.
Laudibus alicujus certare. Virg. 2. Georg. 138. conf. supra Certare cum dativo.
Donaria deo terris certant, i. e. Dona certatim offeruntur. Valer. Flacc. lib. 5. 644.
Certatur, pro Certat, Nonius ex Pacuvii Armorum judic.
    An quis est, qui te esse dignum quicum certetur putet? [Nisi Passivum est impersonaliter positum.
Certatur, Impersonale. Liv. 1. 17. pr. Inter ordines certabatur.
Certatum est. Lucan. lib. 2. 150.
Certatum est in judicio. Cic. 1. de Orat. 172. Quid quod item in Centuriali judicio certatum esse accepimus?

CERTANS, [ἀγωνιζόμενος] Partic. ut, Crines auro certantes, i. e. Flavo colore & pulchritudine contendentes cum auro. Sil. lib. 4. 201.
    Occumbit Sarmens, flavam qui ponere victor
    Cæsariem, crinemque tibi, Gradive, vovebat
    Auro certantem, & rutilum sub vertice nodum.
Animam certantem in hostis ponere dextra. est Ab hostis forti dextra interfici. Sil. lib. 10. 303. de Paulo loquens.
Animis certantibus, i. e. Summa animorum contentione. Virg. 12. Æn. 574.
Remis certantibus æquora verrere, Certatim agitatis remis navem impellere. Virg. 3. Æn. 668.
    Verrimus & proni certantibus æquora remis.

CERTĀTUS, Partic. passivum. Sil. lib. 17. 342.
    Certatus nobis hodie dominum accipit orbis. Verba sunt Hannibalis ad Scipionem. h. e. Pro quo certavimus.
In amnis transgressu multum certato. Tacit. 11. Ann. 10. conf. ejusdem 4. Hist. 16. [Nisi ablativus est participii absolutus, sensu verbi impersonalis. V. Voss. de Constr. cap. 49.

CERTABUNDUS, Adj. Apul. Apol. p. 288.

CERTĀTIO, ōnis. f. [ἀγώνισις] Ipse actus, contentioque certantium. Cic. 3. de Nat. Deor. Sed nequaquam istuc ibit: magna est certatio.
Corporum certatio. Cic. 2. de Legib. 22. Ludis publicis, quod sine curriculo, & sine certatione corporum fiat, popularem lætitiam in cantu, & fidibus & tibiis moderanto.
Multæ. Liv. 25. 4. Confestim Carvilii Tribuni plebis, omissa multæ certatione, rei capitalis diem Posthumio dixerunt. V. Multam dicere, in DICO.
Pœnæ. Cic. 3. de Legib. 6. Quum magistratus judicassit, interrogassitve, per populum multæ pœnæ certatio esto.
Certatio inique comparata. Ter. Adel. 2. 2. 4.
Iniqua. Cic. pro Quint. 68. Hæc est iniqua certatio: non illa, qua tu contra Alphenum velitabaris.
Certatio cum. Cic. 2. de Finib. 44. Non mihi cum Torquato, sed virtuti cum voluptate certatio.

Parem certationem cum aliquo esse. Cic. pro Quint. 68. An vero, id quod Hortensium, &c. non fuisse Nævio parem certationem cum Alpheno, illo tempore, illis dominantibus?
Certatio inter. Cic. de Amicit. 32. Atque hæc inter eos sit honesta certatio.

CERTĀTUS, ûs. m. [ἀγώνισμα] Idem quod Certamen. Stat. 3. Silv. 1. 153. —ridetque benigna
    Parthenope Gentile sacrum, nudosque virorum
    Certatus, & parva suæ simulacra coronæ.

CERTĀTOR, ōris. m. Agrestes & indomiti certatores. Gell. 12. 10.

CERTĀTIM, Adv. [ἀγωνιστικῶς] Cum contentione: quando alius alium præire conatur in re aliqua. Plin. lib. 2. Epist. 9. Omnes me certatim, & tamen æqualiter amant. Liv. 26. 44. extr. Itaque in vulnera ac tela ruunt, neque illos muri, neque superstantes armati arcere queunt, quin certatim ascendant.
Cantare certatim. Hor. 1. Serm. 5. 17.
Circumstare certatim. Virg. 7. Æn. 585.
    Certatim regis circumstant tecta Latini.
Constant inter nos certatim summa studia. Cic. 10. Fam. 25. Etsi omni tempore summa studia officii mutuo inter nos certatim constiterunt, pro nostra, &c.
Credere certatim. Liv. 1. 54. Certatim summi, infimique Gabinorum Sextum Tarquinium dono deum sibi missum ducem credere.
Currere certatim ad opus. Cic. 2. Philipp. 118. Certatim posthac, mihi crede, ad hoc opus curretur. h. e. Summa cum diligentia.
Dicere certatim de salute alicujus. Cic. pro Sext. 74. Quum omnes certatim, aliusque alio gravius atque ornatius de mea salute dixisset, &c.
Feriunt certatim socii mare, & æquora verrunt. Virg. 3. Æn. 290.
Instaurant certatim epulas, &c. Virg. 7. Æn. 146.
Linunt certatim. Virg. 4. Georg. 38.
    Nequicquam in tectis certatim tenuia cera
    Spiramenta linunt.
Loqui certatim. Ovid. 12. Met. 241.
Obstrepere certatim alter alteri. Liv. 1. 40. extr.
Tradunt certatim de his auctores. Plin. lib. 32. cap. 5.
Usi sunt hoc certatim Cicero atque Asinius. Quintil. lib. 6. cap. 1.

CERTĀMEN, ĭnis. n. [ἀγὼν, ἆθλος, ἅμιλλα, ἁμίλλημα] Ipsa est certatio in sensu primario. Nonnunquam vero est Res ipsa de qua certatur, uter columbam sagitta feriat, uter prior decurrat ad metas. Unde Virg. 2. Georg. 530.
    Velocis jaculi certamina ponit in ulmo. Auctor, Donatus in Adelphos Terentii. 2. 2. 4.
Disci certamen. Ovid. 10. Met. 177.
Lex certaminis. Ovid. 10. Met. 572. de Atalanta,
    Præmia veloci conjux, thalamique dabuntur,
    Mors pretium tardis, ea lex certaminis esto.
Ludorum certamina. Ovid. 1. Met. 446.
    Instituit sacros celebri certamine ludos.
Pretium certaminis ferre. Ovid. 13. Met. 19.
Veneris certamina mutua. Ovid. 2. Amor. 10. 29.
Vini certamen, Compotatio. Tibul. lib. 3. 6. 11.
    Aut si quis vini certamen mite recuset,
        Fallat eum tecto cara puella dolo.
Celebrare certamina, i. e. Ludos certaminis causa institutos. Virg. 5. Æn. 603.
    Hac celebrata tenus, sancto certamina patri.
Descendere in certamen. Cic. 2. Tusc. 62. Videmusne apud quos eorum ludorum, &c. nullum ab his qui in id certamen descendant, devitari dolorem?
Inire certamina prima. Virg. 5. Æn. 114.
Missum certamen, i. e. Peractum & finitum. Virg. 5. Æn. 545.
    At pius Æneas, nondum certamine misso, &c. Epytiden vocat.
Movent certamen præmia. Ovid. 16. Epist. 372.
Referre certamina, i. e. Innovare. Virg. 5. Æn. 596. de Ascanio.
Tollere dona certamine. Virg. 5. Æn. 390.
Certamen, pro Tumultu sive Strepitu. Virg. 3. Æn. 128.
    Nauticus exoritur vario certamine clamor.
Certamen, Contentionem etiam significat. Sallust. Catil. cap. 1. Diu magnum inter mortales certamen fuit, vi ne corporis, an virtute animi res militaris magis procederet. Cic. pro Rosc. Amer. 136. Quo in certamine perditi civis erat, non se ad eos jungere, &c.
Summum certamen, Summus conatus. Virg. 5. Æn. 197.
Contentio & certamen. Cæs. 5. Bell. Gall. 43.
Honestum certamen, & disputatio splendida. Cic. 2. de Finib. 68. Pugnant Stoici cum Peripateticis, &c. & certamen honestum & disputatio splendida. omnis est enim de virtutis dignitate contentio.
Divitiarum certamina, i. e. Labores in cumulandis opibus. Hor. 1. Epist. 5. 8.
Æquo certamine bellum geritur. Lucret. lib. 2. 573.
Alacre. Sil. lib. 1. 184.
Anhelum. Sil. lib. 2. 430.
Asperum. Ovid. 4. Trist. 1. 71.
Avidum. Sil. lib. 12. 457.
Bijugum certamen, Cursum inter se certantium bigarum significat. Virg. 5. Æn. 144.
    Non tam præcipites, bijugo certamine campum
    Corripuere, ruuntque effusi carcere currus.
Celebre certamen. Ovid. 1. Met. 446.
Classicum, i. e. Navale prælium. Paterc. lib. 2. 85. Agrippæ omne classici certaminis arbitrium commissum.
Chrysantianum certamen, ab Aureo flore, præmio victoris, nuncupatum, ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ, i. e. auro, & ἄνθος, flore. Hujus ludi meminit Jurisconsf. in l. pen. D. de ann. leg. Ceterum de hoc ludi genere, & aliis multis, vide Budæum, Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 8. Valturium de Re milit. lib. & cap. 12. & Rhodig. lib. 13. cap. 30.
Festa certamina. Stat. 6. Theb. 921.
Funestum. Virg. in Cul.
    Nec funesta tenet validæ certamina classis.
Grande. Hor. 3. Carm. 20. 7.
Impar. Ovid. 11. Met. 155.
    Ausus Apollineos præ se contemnere cantus,
    Judice sub Tmolo certamen venit ad impar. De Mida.

Ludicrum certamen, Ludorum ſolemnium. Sen. Agam. 935.
Magnum. Virg. 7. Ecl. 16.
Et certamen erat, Corydon cum Thyrſide, magnum.
Sacri certaminis perpetua materia laudes Jovis Capitolini. Quintil. lib. 3. cap. 7. de hoc V. in CAPITOLIUM. de reliquis ſacris certaminibus infra.
Quadrijugum. Stat. 6. Theb. 369. conf. Bijugum.
Valida. Stat. 6. Theb. 704.
Verum fictumque. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Certamen cum. Cic. 3. de Legib. 4. Neque nobis cum illa tum peſte certamen fuit, ſed cum graviſſimo Reip. tempore: cui ſi ceſſiſſem, &c.
Cum aliquo venire in certamen. Cic. de Clar. Orat. 319. Quum igitur eſſem in plurimis cauſis, & in principibus patronis quinquennium fere verſatus, tum in patrocinio Sicilienſi in certamen veni, deſignatus Ædilis, cum deſignato COS. Hortenſio.
Inſtituere ſibi certamen cum aliquo. Cic. 1. Acad. 4. Tum ego, Cum Zenone, inquam, ut accepimus, Arceſilas ſibi omne certamen inſtituit, non pertinacia, &c.
In certamen rem aliquam adducere. In ADDUCO.
Certamen inter. Salluſt. Catil. cap. 7. Sed gloriæ maximum certamen inter ipſos erat.
Inter quoſdam certamen de. Cic. pro Flac. 62. De quorum urbis poſitione, propter pulchritudinem etiam inter deos certamen fuiſſe proditum eſt. de Athenienſibus.
Pro re aliqua certamen eſſe. Cic. 3. de Nat. Deor. 95. Eſt enim mihi tecum pro aris & focis certamen, & pro deorum templis atque delubris, proque urbis muris, &c.
Honoris & dignitatis certamen eſſe cum aliquo. Cic. 1. Off. 38. Quum civiliter contendimus, aliter ſi eſt inimicus, aliter ſi competitor: cum altero certamen honoris & dignitatis eſt, cum altero capitis & famæ.
Certamen & diſcrimen ſalutis. Cic. 1. de Divin. 95. Neque ſolum in pace, ſed in bello multo etiam magis, quo majus erat certamen & diſcrimen ſalutis.
In certamen & diſcrimen rerum omnium devenire. Cic. 1. de Orat. 3. Conſulatu devenimus in medium rerum omnium certamen atque diſcrimen.
Certamen, Prælium. Virg. 11. Æn. 434.
Quod ſi me ſolum Teucri in certamina poſcunt.
Belli certamen. Cic. 10. Fam. 18. Lucret. lib. 1. 476.
Clara accendiſſet ſævi certamina belli.
Belli certamina conferre inter ſe. In CONFERO.
Pugnæ certamen. Sil. lib. 17. 547.
Vitæ gladiatorium certamen. Cic. 2. de Orat. 317. Sed ſi in ipſo illo gladiatorio vitæ certamine, quo ferro decernitur, &c.
Æterno certamine prælia edere. Lucret. lib. 2. 117.
Atrociſſimum certamen. In ATROX.
Clara certamina, i. e. Celeberrima. V. paulo ante Belli certamen.
Contentioſa certamina. Firmic. lib. 5. cap. 1.
Diſpar certamen inire, eſt Cum majore contendere. Ovid. 2. Amor. 2.61.
Exacto lætus certamine victor. Claud. Conſ. Prob. & Olyb. 113.
Grave. Sil. lib. 16. 518.
Lethiferum. Catul. 62. 394.
Longum. Hor. 1. Epiſt. 10. 35.
Martium. Hor. 4. Carm. 14. 17.
Miſerandum. Sil. lib. 5. 517.
Navale, Quod e navibus in mari committitur. Virg. 5. Æn. 493.
Rabidum. Sil. lib. 16. 410.
Sacra certamina fuerunt quatuor apud Græcos: Nemea dicata Archemoro, Pythia Apollini, Iſthmia Palæmoni ſeu Melicertæ, Olympia Jovi. Lactantius tamen in principio ſexti libri Thebaidos tradit Olympia in honorem Pelopis fuiſſe inſtituta. cui ſubſcribit Solinus cap. 2. his verbis, Certamen Olympicum, quod Hercules in honorem atavi materni Pelopis ediderat, intermiſſum Iphiclus filius ejus inſtauravit poſt excidium Trojæ anno quadringenteſimo octavo. Stat. quoque in principio lib. 6. Theb. 6.
Hunc pius Alcides Pelopi certavit honorem,
Pulvereumque fera crinem detorſit oliva. In Nemeis victores apio coronabantur. Plin. lib. 19. cap. 8. Honos ipſi in Achaia, coronare victores ſacri certaminis Nemeæ. De apio loquitur. In Pythiis lauro, utpote quæ dicata eſt Apollini. Teſtis Plin. lib. 2. cap. 1. Teſtis & Lactantius loco ſupra citato. In Olympiis oleaſtro. Plin. lib. 13. cap. 4. ad finem, Athenæ quoque victores olea coronant, Græci vero oleaſtro Olympiæ. In Iſthmiis pinu. Plin. lib. 15. cap. 10. ad finem, Pinea corona victores apud Iſthmum coronantur. Extat ſuper hac re Græcum epigramma Archiæ poetæ, quod primum omnium in Antholog. legitur, quod ſic Latinitate donavit Volaterranus,
Græcia concelebrat duo bis certamina ſacra:
Quorum, hominum duo ſunt, & duo cælicolum:
Sacra Jovis, Phœbique, Palæmonis, Archemorique.
Dona oleaſter erant, mala, ſelina, pitys. h. e. Oleaſter, poma, apium, pinus. Primum (ait Volaterranus) Hercules in Jovis honorem conſtituit in Olympia: ubi ſtadium fecit tanto ceteris majus, quanto ejus menſura pedis præpolleret: ubi primus Olympionica fuit Chorœbus Athenienſis, ut auctor Euſebius. V. Plin. lib. 7. cap. 56. & Diodorum Siculum lib. 5. cap. 2. Secundum Phœbo dicatum Delphis, ob Pythonem ſerpentem ab eo interfectum, ubi certamen erat muſicæ, in quo Chryſothemis primus vicit hymnorum cantu, deinde Thamyras, ut auctor Pauſanias. Coronabantur lauro, quæ Delphis adeo magnas fert baccas, ut mala videri poſſint. Tertium Palæmonis Athemantis filii, ex cæde paterna ab Ino matre liberati, Neptuno apud Iſthmum. Quarta Nemea ſacra, ob Archemorum puerum Lycurgi filium, ab Hypſipyle nutrice educatum, & in ſilva Nemea defunctum. Erat autem conſuetudo hieronicarum (ſic enim vocabantur qui in ſacris certaminibus viciſſent) ut domum redeuntes, dirutis de induſtria mœnibus a patria exciperentur, tanquam viri fortiſſimi & vi ſuperantes. Coronas præterea donabant patriæ. Hæc & multo plura apud Volaterranum in Philologia, lib. 29. V. Cæl. lib. 13. cap. 17. Cic. 2. Tuſc. 62. & pro Flacc. 62. Plin. lib. 34. cap. 4.
Sævum. Sil. lib. 1. 143.
Occumbit ſævo Tyrius certamine ductor. i. e. Prælio.
Sublime diu. i. e. Arduum. Claud. 1. in Ruff. 297.
Trepidum. Hor. 1. Epiſt. 20. 48.
Ludus enim trepidum genuit certamen, & iram.

Vaſtum. Virg. 12. Æn. 553.
Nec mora, nec requies, vaſto certamine tendunt.
Minor in certamine, i. e. Viribus inferior. Hor. 1. Epiſt. 10. 35.
— minor in certamine longo
Imploravit opes hominis.
Studio certaminis in litem ire. Ovid. 6. Faſt. 89.
Abnuere certamen. Liv. lib. 1.
Accendere certamina. Lucret. lib. 1. 476. ſignificat Cauſam præbere litium.
Accendi impenſius certamina. V. ACCENDO.
Accendi ad certamen. Liv. de Bell. Pun.
Cadere duro certamine. Claud. de 6. Conſ. Hon. 311.
Celebrare certamina ſub nomine alicujus, Scævola in l. Liberto. §. L. Titius. D. de annuis legatis.
Conferre manu certamina. Lucret. lib. 4. 841.
Conſerere. In CONSERO.
Contrahere. In CONTRAHO.
Coortum certamen. Liv. lib. 1. 6. extr.
Differre. Ovid. 6. Met. 52.
Dirimere. Ovid. 5. Met. 314.
Excludere, Remittere prælium, atque interponere quietem bello. Sil. lib. 15. 826.
Tum caſtris procul amotis, adverſa quiete
Diſſimulans dubia excluſit certamina Martis.
Extrahere. Liv. lib. 4.
Experiri. Liv. de Bell. Pun.
Facere. Liv. de Bell. Pun.
Imbibere certamen animis. V. IMBIBO.
Inceſſit certamen, pro Subiit. Tacit. 2. Ann. 51.
Increſcere dicitur certamen. V. INCRESCO.
Inferre alicui. V. INFERO.
Injicere aliquibus. V. INJICIO.
Inire. Ovid. 10. Met. 177. 152.
Inire cum aliquo. Sil. lib. 13.
Inſtare certamen. Liv. de Bell. Pun.
Inſtituere ſibi cum aliquo. V. INSTITUO.
Invadere. Sil. lib. 17. 473. i. e. In certamina vadere.
Miſcere. In MISCEO.
Moliri. Sil. lib. 16. 6.
Movere. Lucan. lib. 3. 121.
Occumbere certamine. Sil. lib. 1. 143.
Certamini avide ſe offerre. In AVIDUS.
Ponere, i. e. Finire. Virg. 8. Æn. 639.
Poſt iidem inter ſe poſito certamine reges
Armati Jovis ante aram, &c.
Ponere militibus certamina, Collocare aciem, inſtruere ordines militum. Virg. 5. Æn. 66.
Prima citæ Teucris ponam certamina claſſis. [i. e. Proponam ludicrum certamen.
Præbere. Liv. de Bell. Pun.
Præparandus certamini. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Renovare. Liv. Conſul metuens ne nimis inſtando renovaret certamen, &c.
Sedare. Liv. de Bell. Pun.
Serere. Liv. lib. 2.
Tentare. Liv. lib. 5.
Victus certamine. Ovid. 6. Met. 91.
Equus primus certamine, i. e. Victor in certamine curuli. Hor. de Arte Poet. 84.
Certamen, non ſemper Pugnam & Dimicationem ſignificat, ſed interdum Specimen. Plaut. Caſ. 3. 1. 2. Nunc ſpecimen ſpecitur, nunc certamen cernitur. Turneb. Adverſ. 16. 3.
CERTUS, Adj. [ἀναμφίβολος, ἀναμφισβήτητος, ἀδιέλεγκτος] a Cerno, ut ait Perottus, quando ſignificat Video: & eſt Clarus, indubitatus, quia ea quæ cernimus, clara & indubitata ſunt.
Certus ſum ex hoc metu. Plaut. Merc. 2. 3. 2. ex hoc ut ſim certus metu. i. e. Ne quid ultra timeam de hac re.
Incertus & Certus, contraria. Ter. Eun. 1. 1. 16. Incerta hæc ſi tu poſtules ratione certa facere, nihilo plus agas, &c.
Amicus certus. Ennius apud Cic. in Læl. 64.
Amicus certus in re incerta cernitur.
Amor certus, i. e. Non ſimulatus. Ovid. 2. de Arte Am. 248.
Læta erit, ut cauſam tibi ſe ſciet eſſe pericli,
Hoc dominæ certi pignus amoris erit. Propert. lib. 1. 8. 45.
Nec mihi rivalis certos ſubducet amores.
Amor certior. Ovid. 3. de Arte Am. 575.
Animo certo & confirmato poſſe conſiſtere in cauſa. Cic. pro Quint. 17. Diffidebam me hercule C. Aquili, ſatis animo certo & confirmato me poſſe in hac cauſa conſiſtere.
Arboribus certis gravis umbra tributa eſt, i. e. Peculiariter privatæ cuidam arborum ſpeciei. Lucret. lib. 6. 783.
Auctor certus. In AUCTOR.
Auctor certiſſimus, i. e. Probatiſſimus & veriſſimus. Virg. 1. Georg. 432.
Auxilium. Cic. pro Quint. 29. Appellantur Tribuni: a quibus quum eſſet certum auxilium petitum, ita tamen diſceditur, &c.
Candidatus certus. Cic. 8. Fam. 3. Quomodo illum putas Auguratus tuum competitorem dolere? & diſſimulare me certiorem, quam ſe, candidatum? Certiorem, i. e. In petenda Ædilitate gratia ſuperiorem: omnium opinione me futurum Ædilem potius, quam Hirrum.
Certis de cauſis aliter exiſtimare. Cic. 1. de Orat. 254. Quod quidem certis de cauſis a pleriſque aliter exiſtimatur.
Competitores certi. Cic. 1. Att. 1. In campo comitiis Tribunitiis ad XVI Cal. Sextil. competitores qui certi eſſe videbantur, Galba & Antonius, & Q. Cornificius. Certi, h. e. Certo petituri. ne forte exponas, Gratioſi ad populum. mox enim infert, Sunt qui etiam Cæſonium putent. ſubaudi, Petiturum.
Conditio certa. V. paulo poſt, Fines certi.
Conſul certiſſimus, pro Non dubie futuro. Cic. pro Milon. 25. Ubi vidit homo ad omne facinus paratiſſimus, fortiſſimum virum, inimiciſſimum ſuum, certiſſimum Conſulem, idque intellexit non ſolum ſermonibus, &c.

Crimen. Cic. pro Roſc. Amer. 83.

Crux. Cic. pro Milon. 23. Clodius inſidias fecit Miloni? fecit; certa crux. nullas fecit: ſperata libertas. Subaudi Servo.

Certos & conſtantes curſus habere. Cic. 3. de Nat. Deor. 24. Sed non omnia Balbe: quæ curſus certos & conſtantes habent, ea deo potius tribuenda ſunt, quam naturæ.

Damnum certum. Hor. 1. Epiſt. 10. 28.

Deus certiſſimus. Cic. 1. de Nat. Deor. 37. de Cleanthe. Tum ultimum & altiſſimum atque undique circumfuſum & extremum, omnia cingentem, atque complexum ardorem, qui æther nominetur, certiſſimum deum judicat.

Dextera certa, Certa manus, non aberrans, ut ait Bud. Martial. Spect. 13. de ſue, quæ ex vulnere peperit,
O quam certa fuit librato dextera telo.

Dies. Cic. 6. Att. 2. Statim dedi literas, ut ex Cypro equites ante certam diem decederent. i. e. Ad tempus conſtitutum.

Die certa promittere. Ulpianus in l. Stipulatio iſta. §. Inter certam. D. de Verborum obligationibus, Inter certam incertamque diem diſcrimen eſſe ex eo quoque apparet, quod certa die promiſſum vel ſtatim dari poteſt: totum enim medium tempus ad ſolvendum, liberum promiſſori relinquitur.

Diebus certis aliquid facere, i. e. Statutis. Virg. 2. Georg. 329.
Et venerem certis repetunt armenta diebus. Ubi Servius Certis exponit Statutis, legitimis, a natura arcana quadam ratione diſpoſitis.

Diebus ac ſacrificiis certis libare. Cic. 2. de Legib. 19. Certaſque fruges, certaſque baccas ſacerdotes publice libanto: hoc certis ſacrificiis ac diebus.

Dolor certus, Conſtans & obdurans. Hor. Epod. 15. 16.
Nec ſemel offenſæ cedet conſtantia formæ,
Si certus intrarit dolor.

Domus, Propria habitatio. Virg. 6. Æn. 673.
Nulli certa domus: lucis habitamus opacis.

Epiſtolarum certiſſimum genus. Cic. 2. Epiſt. Vives de Conſcribendis epiſtolis libello exponit Verum & Germanum. H. St. Vide Henrici noſtri Schediaſm. lib. 2. 5. Locus eſt Cic. lib. 2. ad Fam. Ep. 2. pr.

Exercitus. V. paulo poſt, Fines certi.

Familias certas duas habere. Cic. 1. de Divin. 91. Itemque Elis in Peloponneſo familias duas certas habet, &c.

Fides animis certa, i. e. Fiducia conſtans minimeque anceps. Valer. 4. Argon. 744.

Facti certa fides eſt, i. e. Certum eſt hoc ſic contigiſſe. Ovid. 6. Faſt. 609.

Fides certa ſegetis. Hor. 3. Carm. 16. 30. ſignificat Certum agri proventum.

Fidei certæ res. Plin. Epiſt. 286. Quæ ideo tibi non miſi, quia & parum emendata, & quædam non certæ fidei videbantur. i. e. Non admodum vera.

Finis. Lucret. lib. 1. 562.

Fines certi, conditio certa, exercitus certus. Cic. 10. Philipp. 11. Certi fines Macedoniæ, certa conditio, certus erat illius exercitus.

Finem voto petere certum. ſubaudi Habendi. Hor. 1. Epiſt. 2. 56.

Fines certi in rebus. Hor. 1. Serm. 1. 106.
Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines:
Quos ultra citraque nequit conſiſtere rectum.

Fines certos, terminoſque ſibi conſtituere. Cic. pro Quint. 35. Certos mihi fines, terminoſque conſtituam, extra quos egredi non poſſim, ſi maxime velim.

Fluitantia reddere certa, i. e. Incerta certa reddere. Hor. 2. Serm. 3. 269.

Fœdere certo, Certa lege, certo pacto. Virg. 1. Æn. 66.
— regemque dedit, qui fœdere certo
Et premere, & laxas ſciret dare juſſus habenas.

Fructus certos ac deformatos oſtendere. Quintil. lib. 6. in procem.

Genus quæſtionum certum. Cic. 2. de Orat. 41.

Genere aliquo certo, curſuque vivendi implicari. Cic. 1. Off. 117. Itaque ante implicatur aliquo certo genere, curſuque vivendi, quam potuit, quid optimum eſſet judicare.

Hæres certus, Legitimus. Sen. Hippol. 10.

Haſtam certam quatere, i. e. Inevitabilem. Virg. 11. Æn. 767.

Homines certi, Notiſſimi, quaſi qui poſſint nominatim referri. Cic. pro Domo 28. Hanc jucundiſſimam vitæ atque officiorum omnium ſocietatem, certi homines fictis ſermonibus & falſis criminibus diremerunt.

Homo certus, i. e. Gravis. ſic enim exponit Paul. Manutius apud Cic. 5. Att. 17. Q. Voluſium tui Tiberii generum, certum hominem, ſed mirifice abſtinentem, miſi in Cyprum, ut ibi pauculos dies eſſet: ne cives Romani pauci, qui illic negotiantur, jus ſibi dictum negarent. Quo in loco, Sed, accipe dictum ad augendam laudem: ut ſi dicas, Homo eruditus, ſed eloquens in primis. Domitius in illud Martial. lib. 5. 62.
— ſane certus & aſper homo eſt. Certi, inquit, dicuntur Fideles. Certi item, Qui ſupercilio gravitatem tuentur. Certi præterea, Quos nulla ratio rei gerendæ fallit: ut Certum ſagittatorem dicimus, Dirigentem ſagittam in ſignum. & ita accepit Martialis hoc loco. Hæc Domitius.

Homines certi, i. e. Fidi, vel Quibus fidere licet. Cic. 1. Fam. 7. Quoties mihi certorum hominum poteſtas erit, quibus recte dem, non prætermittam.

Homines certos habere. Cic. 5. Att. 17. conf. 21. ibique Malaſpin.

Ictus certus, Rectus, non fallax. Virg. 12. Æn. 490.
Horum unum certo contorquens dirigit ictu.

Inimicus certus, quaſi Ex profeſſo inimicus. Plaut. Perſ. 4. 4. 33.

Lex certa & definita in carminibus. Cic. in Orat. 198.

Lege certa aliquid facere. Ovid. 5. Faſt. 65. i. e. Certa conditione.

Legem certam dicere teſtamento. Paulus in l. Qui in teſtamento domini. D. de Teſtam. Nam qui incertus eſt de ſtatu ſuo, certam legem teſtamento dicere non poteſt.

Liberi. Cic. 1. de Invent. 2. Nondum divinæ religionis, non humani officii ratio colebatur: nemo legitimas viderat nuptias: non certos quiſquam inſpexerat liberos: non jus æquabile quid utilitatis haberet, acceperat. conf. Patre certo naſci, Progenies certa.

Loca certa, Diſtincta & determinata. Virg. 1. Georg. 60.
Continuo has leges, æternaque fœdera certis
Impoſuit natura locis.

Locus certus & definitus. Cic. de Somn. Scip. 4. Omnibus, qui patriam conſervaverint, adjuverint, auxerint, certum eſſe in cælo, ac definitum locum, ubi beati ævo ſempiterno fruentur.

Loco certo cædere ſilicem. Cic. 2. de Divin. 85.

Loco certo dicere. Cic. 4. Verr. 13. Atque ea ipſa civitas qua ratione illi amica ſit, dicetur certo loco. h. e. Suo loco apto & commodo.

Luminibus dicendi certis ornare. Cic. 2. de Orat. 19. Hæc ſunt omnia ingenii vel mediocris, exercitationis autem vel maximæ: artem quidem duntaxat hactenus requirunt, ut certis dicendi luminibus ornentur.

Magiſtratum certum præficere procurationi alicui. Cic. 2. de Legib. 66.

Manus certa, i. e. Non aberrans. Quintil. lib. 4. cap. 5. Ut certa manus uno telo poſſet eſſe contenta, incertæ plura ſpargenda ſunt, ut ſit & fortunæ locus.

Manu certa telum miſſum librare, Manu recte percutienti mittere. Sen. Herc. fur. 12.

Matricida certiſſimus. Cic. 1. Q. frat. 2. Nunc reſpondebo ad eas epiſtolas, &c. quarum altera eſt de Blandenio Teuxide, quem ſcribis certiſſimum matricidam tibi a me intime commendari.

Mente certa aliquid agere, i. e. Obſtinate. Ovid. 18. Epiſt. 38.
Quid mecum certa prælia mente geris?

Menſis certus. Cic. 4. Verr. 128. Cephaledi menſis eſt certus, quo menſe ſacerdotem maximum creari oporteat.

Moderatione quadam certa. Cic. 1. de Orat. 254. Quod ſi ille aſtrictus certa quadam numerorum moderatione & pedum: tamen aliquid ad requiem ſenectutis excogitat, &c. de Roſcio loquitur.

Motus cæli certi. Cic. 2. de Nat. Deor. 97.

Nebulo certior nullus illo. Cic. 15. Att. 21. Scribit autem Statius illum cum patre habitare velle: hoc vero mirum, & id gaudet: quem tu illo certiorem nebulonem? i. e. Magis cognitum & ſpectatum atque probatum.

Nomine certo maleficii vocabitur in judicium. Cic. 2. de Invent. 132.

Nominibus certis cautos expendere nummos, i. e. Certa de cauſa. Hor. 2. Epiſt. 1. 105. [Immo Firmis debitoribus. V. Cautus in CAVEO. & NOMEN. ſ. l.

Nomen certius habere liber dicitur, Qui famam perennem acquirit. Ovid. 3. Triſt. 14. 22.

Opes certæ ex incertis. Plaut. Pœn. 5. 3. 45.

Oratio certa. Plaut. Pœn. 5. 2. 8.
Certa eſt profecto horum hominum oratio. i. e. Verax. Al. Creta.

Ordo certus. Lucret. lib. 2. 252.

Partes in certas dividere. Cic. pro Quint. 55.

Paſſibus non certis errare. Ovid. 3. Met. 175.

Patrisfamilias certi officia noſſe. Cic. pro Quint. 11. Una in re paulo minus conſideratus, qui ſocietatem cum Sexto Nævio fecerit, viro bono, verumtamen non ita inſtituto, ut jura ſocietatis, & officia certi patrisfamilias noſſe poſſet. i. e. Probati & cogniti.

Patre certo naſci. Cic. pro Roſc. Amer. 46. Si tibi fortuna non dedit ut naſcerere certo patre. Sic Certi liberi. V. Supra.

Pectora certa, Fortia & firma. Virg. 9. Æn. 248.

Pede certo ſignare humum, Firmius ingredi. Hor. Arte Poet. 158.

Penates certi, Propria alicui deſtinata domus aut habitatio. Virg. 8. Æn. 155.
Hic tibi certa domus, certi (ne abſiſte) penates.

Perſonæ certæ deſtinatæque. Quintil. lib. 3. Certas perſonas interpretatur Aſconius, Eos qui Judices fieri poterant.

Pœnæ certiſſimæ in impios conſtitutæ. Cic. in Piſon. 46. Me tamen fugerat deorum immortalium has eſſe in impios & conſceleratos pœnas certiſſimas conſtitutas.

Progenies certa, i. e. Legitima. Sen. Troad. 6.

Proles certiſſima. Virg. 6. Æn. 322.
Anchiſa generate, deûm certiſſima proles.

Regio loci. Lucret. lib. 2. 260.

Requies laborum. Virg. 3. Æn. 393.

Res certa eſt, opponitur τῷ Opinor. Ter. And. 2. 2. 31. Non opinor Dave. D. opinor narras? non recte accipis: certa res eſt.

Res certa eſt, pro Deliberatum & conſtitutum eſt. Plaut. Capt. 4. 1. 11. Nunc certa res eſt, eodem pacto, &c. Cic. 15. Att. 21. Itaque eum placavi: & quidem CCCC certa, reliqua in ſpe.

Res nuntiare. Cic. 12. Fam. 4.

Rebus certis ſigna certa præcurrere. Cic. 1. de Divin. 118. Nam non placet Stoicis, &c. ſed ita a principio inchoatum eſſe mundum, ut certis rebus certa ſigna præcurrerent, &c

Sagitta, Quæ non aberrat a ſcopo. Hor. 1. Carm. 12. 23.

Signum amoris. Cic. pro Sext. 49.

Signis aliquid cognoſcere. Virg. 1. Georg. 394.

Signis diſcere. Virg. 1. Georg. 351.

Spes magis. Ovid. 3. de Arte Am. 478.

Spes certiſſima. Cic. ad Brut. 10.

Stipulatio certa quando dicatur, conſtat ex Gaio in l. Stipulationum quædam certæ ſunt. D. de Verbor. obligat. Stipulationum, inquit, quædam certæ ſunt, quædam incertæ. Certum eſt quod ex ipſa pronuntiatione apparet, quid, quale, quantumque ſit.

Studioſi certi alicujus. Cic. de Clar. Orat. 64. Sed ille Græcus ab omni laude felicior. habet enim certos ſui ſtudioſos, &c.

Summa certa rem vendere. Paul. in l. Diligenter. §. Servo quoque. D. Mandat. vel contr.

Tempeſtas bona & certa. Cic. 2. Q. frat. 2. Tu ſi ita expedit, velim quamprimum bona & certa tempeſtate conſcendas, ad meque venias.

Tempus anni certum. Plin. lib. 7. cap. 15.

Tempus certum, dimenſumque. Plin. Epiſt. 213.

Tempore cæli certo. Virg. 4. Georg. 100.

Tempore certo accidere. Cic. de Somn. Scip. 16. Propter eluviones exuſtioneſque terrarum, quas accidere tempore certo neceſſe eſt, non modo æternam, &c.

Tempore certo convenire. Cic. 2. de Invent. 132.

Teſtis certiſſimus. Sil. lib. 7. 449. — teſtis certiſſima veſtræ
Ecce dies pietatis adeſt.

Tramite de certo pelli. Hor. 2. Serm. 3. 49.

Tranſitus certior. Plin. lib. 3. cap. 11.

Tribu certa, numero certo. Cic. pro Corn. Balb. 30. Vidi egomet nonnullos imperitos homines noſtros cives Athenis in numero judicum atque Areopagitarum, certa tribu, certo numero, quum ignorarent, &c.

Vectigalia certiſſima. Cic. pro Lege Manil. 6. Aguntur certiſſima Populi Romani vectigalia & maxima, quibus amiſſis, &c.

Verbis certis. Cic. 2. de Nat. Deor. 10. At vero apud majores tanta religionis

gionis

gionis vis fuit, ut quidam imperatores etiam ſeipſos diis immortalibus capite velato certis verbis pro Repub. devoverent.

Verbis quibuſdam certis fieri divortium. Cic. 1. de Orat. 183. Certis quibuſdam verbis, non novis nuptiis, fieri cum ſuperiore divortium, &c. De viro loquitur, qui relicta prima uxore, non dato libello repudii, ſecundam duxit.

Vitia certa vocis. Cic. 3. de Orat. 38. Sunt enim certa vitia, quæ nemo eſt quin effugere cupiat, mollis vox, ut muliebris, aut quaſi extra modum abſona atque abſurda.

Vox certa & conſcia. Martial. lib. 11. 62. De Maneio,
Et voce certa, conſciaque dicebat,
Puer, an puella matris eſſet in ventre.

Voluntatem alicujus alteri certam eſſe, Alteri conſentire. Virg. 4. Æn. 125. ubi Juno Venerem alloquitur,
—adero: & tua ſi mihi certa voluntas,
Connubio jungam ſtabili. i. e. Si tuum etiam officium ſubſequatur.

Voluptas certa & pura magis. Lucret. lib. 4. 1069.

Uſuras certas pendere. Ulpian. l. Si remunerandi. §. Apud Julianum. D. Mandat. vel contr.

Certus, pro Veloci aut Fideli. Virg. 1. Æn. 580.
—equidem per littora certos
Dimittam, & Libyæ luſtrare extrema jubebo. Ubi Servius Certos interpretatur, aut Veloces, aut Fideles. Utrumque enim, inquit, hoc loco ſignificat. Aliquando & Firmos: ut Salluſt. Apud latera certos locaverat. Aliquando & Deliberati judicii.

Certus, cum præpoſitione In, vel Erga, interdum idem eſt quod Proſper, & de quo melius confidas. Valer. 1. Argon. 17.
—neque enim in Tyrias Cynoſura carinas
Certior, aut Graiis Elice ſervanda magiſtris.

Dubium & Certum, contraria. Lucret. lib. 4. 478.
Notitiam veri quæ res falſique crearit:
Et dubium certo quæ res differre probarit.

Maris certa. Tacit. 4. Hiſt. 81. Statos æſtivis flatibus dies & certa maris opperiebatur.

Certum quiddam & breve exempli cauſa ponamus. Cic. 1. de Invent. 66.

Certiora ſunt quam quæ apud Sagram. Proverbialis locutio, cujus meminit Cic. 3. de Nat. Deor. 13. Nam de Sagra, Græcorum etiam eſt vulgare proverbium: qui quæ affirmant, certiora eſſe dicunt, quam illa quæ apud Sagram. V. Eraſm. in Chiliad.

Certum eſt, i. e. Manifeſtum. Ter. Eun. 4. 4. 36. Jam ſatis certum eſt virginem vitiatam eſſe?

Certum eſſe deliberatumque. Cic. pro Roſc. Amer. 31.

Parum certum eſt mihi de hoc. Cic. 10. Fam. 23.

Certum eſt de jure. Cic. 1. Fam. 9. Mihi non tam de jure certum eſt, (quanquam ne id quidem valde dubium eſt) quam illud ad tuam ſummam amplitudinem, dignitatem, libertatem pertinere.

Certum eſt de aliquo. Cic. 11. Fam. 2. Quem enim impedimento futurum putas, quum de nobis certum ſit nos quieturos?

Certum eſt, apud Juriſconſultos, cujus ſpecies, vel quantitas, quæ in obligatione verſatur, aut nomine ſuo, aut ea demonſtratione quæ nominis vice fungitur, qualis quantaque ſit oſtenditur l. 6. D. de reb. creditor.

Certum eſt, [δῆλον, δέδοκται] non modo accipitur pro Manifeſtum eſt, ut apud Quintilianum, Nempe legem eſſe certum eſt: ſed etiam pro Deliberatum & conſtitutum eſt. In quo ſecundo plerumque adjungitur dativus cum infinitivo: ut, Certum eſt mihi ire in Hiſpaniam, (δέδοκταί μοι) Nonnunquam dativus ſubintelligitur, ut apud Virg. 10. Ecl. 52.
Certum eſt in ſilvis inter ſpelæa ferarum
Malle pati. Hæc Valla lib. 5.

Certum eſt facere. Plaut. Amph. 1. 1. 109. Certum eſt hominem eludere. Ter. Eun. 2. 3. 95. Si certum eſt facere, facias.

Non certum eſt mihi quid agam. Ter. And. 1. 3. 4.

Mihi certum eſt. Cic. 7. Att. 3. Mihi certum eſt ab honeſtiſſima ſententia digitum nuſquam.

Certum eſt tibi. Ter. Eun. 3. 3. 31. Si iſtuc ita certum eſt tibi, amabo, ut illuc tranſeas, ubi illa eſt, &c.

Certum eſt, pro Tutum eſt. Cic. 13. Att. 7. Veniſſe a Cæſare narrabat litteras. hoc ſcribere, ſibi certum eſſe Romæ manere, &c.

Certum atque obſtinatum. Liv. 2. 15.

Certum eſt iſtuc? Ter. Hec. 2. 2. 30.

Definitum aut certum eſſe. Cic. 3. Fam. 8. Nihil enim habent quod definitum ſit, aut certum.

Audire certum, pro Certo audire. Hor. 2. Serm. 5. 100.
Et certum vigilans, quartæ ſit partis Ulyſſes
Audieris hæres. Poteſt etiam exponi Certum vigilans, eadem ratione, pro Certo vigilans.

Clare & certum loqui, i. e. Aperte & diſtincte, ut ab omnibus intelligatur. Hor. 2. Serm. 6. 27.

Facere alicui certum. Plaut. Pſeud. 2. 2. 4. Nimis velim qui certum mihi faciat, Ballion hic leno ubi habitet.

Facere alicui certius. Plaut. Men. 5. 2. 12. Nec quid id ſit, mihi certius facit, quid velit, quid me arceſſit.

Facere aliquem certum. Plaut. Pſeud. 1. 1. 16. Fac me certum quid tibi ſit. Virg. 3. Æn. 179.
Anchiſen facio certum, remque ordine promo.

Habere aliquid certum. Cic. 1. Att. 8. Neque tamen id ipſum certum habeo.

Habere certum de aliquo quid agat. Cic. 12. Fam. 5. Idem 1. de Nat. Deor. 6. Multum autem fluxiſſe video de libris noſtris, quos plures brevi tempore edidimus, variumque ſermonem partim admirantium, unde hoc philoſophandi nobis ſubito ſtudium extitiſſet, partim, quid quaque de re certi haberemus, ſcire cupientium. Idem 6. Att. 5. De quo adhuc nihil certi habebamus.

Mittere certa ad aliquem. Cic. 16. Att. 13. Omnia igitur velim explices, & ad me certa mittas.

Invenire certum. V. INVENIO.

Neſcire certum. Cic. pro Sull. 8. Sed tamen quid reſpondit de Sulla Caſſius? ſe neſcire certum.

Ponere certum in aliquo. Cic. de Fato 12. Quoniam certum in Fabio ponitur, natum eſſe eum in Canicula oriente, &c.

Scribere clara certa. Cic. 16. Att. 13. In præſentia mihi velim ſcribas quibus, &c. tu mihi de his rebus quæ novantur, omnia certa, clara.

Scire certum. Ter. Phorm. 1. 2. 98. Non certum ſcio.

Certo certius, pro Veriſſimo. JCti utuntur. Ulpian. in l. ait Prætor. §. Si quum mulier. D. Quæ in fraud. credit. Neque enim dos in fraudem creditorum conſtituenda eſt: & hoc certo certius eſt, & ſæpiſſime conſtitutum.

Nihil invenies magis hoc certo certius. Plaut. Capt. 3. 4. 111.

Pro certo creditur. Salluſt. Catil. cap. 15. Pro certo creditur necato filio domum ſceleſtis nuptiis vacuefeciſſe.

Pro certo dicere. Cic. 2. de Nat. Deor. 48. Nec enim hunc ipſum mundum pro certo rotundum eſſe dicitis.

Pro certo habere. Cic. Brut. 5. Neque nuntiabatur quicquam quod pro certo haberemus.

Pro certo habere de re aliqua. Cic. 9. Att. 18. Quoniam de adventu Cæſaris pro certo habebamus.

Pro certo negare. Cic. 5. Att. 21. Sed poſthac omnia, quæ certa non erunt, pro certo negato.

Pro certo polliceri atque confirmare aliquid. Cic. 2. de Lege Agr. 101.

Pro certo putare aliquid. Cic. 9. Att. 18.

Pro certone. Ter. Adel. 3. 4. 32. Pro certone tu iſtæc dicis?

Certus, cum genitivo: ut, Certus eundi, Indubitabiliter profecturus; ſic exponit Servius in illud Virg. 4. Æn. 554.
Æneas celſa in puppi, jam certus eundi.

Deſciſcendi certus. Tacit. 4. Hiſt. 14.

Deſtinationis certus. Tacit. 12. Ann. 32. Jam ventum haud procul mari, quod Hiberniam inſulam aſpectat, quum ortæ apud Brigantes diſcordiæ retraxere ducem deſtinationis certum, ne nova moliretur, niſi prioribus firmatis.

Diſſidii. Tacit. 4. Hiſt.

Exitii. Tacit. 1. Ann. 27. de Cn. Lentulo, Jamque lapidis ictu cruentus & exitii certus, adcurſu multitudinis, quæ cum Druſo advenerat, protectus eſt.

Futuri. Sen. Herc. fur. 12.

Laudis certus, Laudem certo ſperans. Sil. lib. 16. 441.

Matrimonii certa. Tacit. 12. Ann. 3. Nam ubi ſui matrimonii certa fuit, ſtruere majora, nuptiaſque Domitii, quem ex Cn. Ænobarbo genuerat, & Octaviæ Cæſaris filiæ moliri. De Agrippina loquitur.

Necis certus; Certus mori. Sil. lib. 4. 197.

Sceleris certa mulier. Tacit. 12. Ann. 66. ad finem. i. e. Quæ omnino decrevit patrare ſcelus. Bud.

Spei. Tacit. 4. Hiſt. 3.

Vitæ relinquendæ. Tacit. 4. Ann. 34.

Certus, cum ablativo, ut, Jaculis certus, Optimus jaculator. Valer. Argon. lib. 1. 366.

Certus, cum infinitivo. ut, Certus ſuccurrere, i. e. Paratus. Valer. 2. Argon. 457.
Acrius hoc inſtare viri, ſuccurrere certi.

Mori. Virg. 4. Æn. 564.

Præbere. Lucan. lib. 3. 557.
At Romana ratis ſtabilem præbere carinam
Certior. h. e. Firmior & aptior.

Compar. [ἀδημωνέστερος] Peritior. Sen. Hippol. 192.
Ipſumque Phœbum tela qui nervo regit,
Figit ſagitta certior miſſa puer.

Certiorem facere aliquem [παρεγγυᾷν, δηλοῦν, πληροφορεῖσθαι] Cic. 6. Verr. 72. Adſunt Segeſtani clientes tui, ſocii Populi Romani atque amici, certiorem te faciunt, P. Africanum Carthagine deleta, &c. Africanus in l. Eum qui. §. 1. D. de Acquir. hæred. Filiusfamilias hæres ſcriptus patrem ſuum certiorem fecerat, videri ſibi ſolvendo eſſe hæreditatem.

Quam diligentiſſime facere aliquem certiorem. Cic. 1. Att. 11.

Per litteras certiorem facere de re. Cic. 1. Fam. 9. Tu me de tuis rebus omnibus, & Lentuli tui, noſtriſque ſtudiis & exercitationibus velim quam familiariſſime certiorem, & quam ſæpiſſime facias.

Per notas certiorem facere. Cic. 2. de Divin. 47.

Fieri certiorem adventu alicujus. Cic. 5. Verr.

Certiorem fieri ſcripto alicujus. Ovid. 6. Epiſt. 4.

Quantum potes, me certiorem face. Ter. Phorm. 4. 3. 69.

CERTIŌRO, āre. pro Præmonere. Ulpian. in l. 1. §. ſed utrum. D. de eo qui pro tutor. &c. Sed ſi cognito quod tutor non fuit, abſtinuit ſe ab adminiſtratione, videamus an teneatur, ſi neceſſarios pupilli non certioravit ut ei tutorem peterent. quod verius eſt.

Certioror, Paſſ. [παρεγγυᾶσθαι] āri. Certiorem fieri. Ulpian. in l. 1. §. venditor. D. de act. empt. & vend. Hæc ita vera ſunt, ſi emptor ignoravit ſervitutes: quia non videtur eſſe celatus qui ſcit, nec certiorari debuit qui non ignoravit.

CERTIORĀTUS, Partic. Ulpian. in l. Quod & lex. D. de libero homin. exhib. Is qui neſcit apud ſe eſſe hominem liberum, dolo malo caret. ſed ubi certioratus retinet, dolo malo non caret.

CERTISSO, āre. Certus fio. Pacuvius apud Nonium 2. 160. Vocant coquos, unde certiſſent.

CERTITŪDO, ĭnis. f. a Certus, vox hæc legitur apud Amm. Marcell. lib. 30. a pr. In cujus fidei certitudine manſit immobilis. Sed non invenitur apud ullum auctorem probatæ auctoritatis. Nec in MSſ. Ammian. teſte Hadr. Valeſ. V. Voſſ. de Vit. Serm. 1. 6. Vorſt. de Lat. Suſp. cap. 7. Cellar. Antib. p. 16.

CERTE, Adv. [ἀμέλει, νὴ Δία] confirmantis. Ter. Adel. 3. 4. 32. Numnam illa quæſo parturit? G. certe Hegio.

Certe, Ironice dictum. Ter. And. 5. 6. 9. Neſcis quid mihi obtigerit. D. certe: ſed quid mihi obtigerit ſcio.

Certe captus eſt, i. e. Sine dubio, ut ait Donatus. Ter. And. 1. 1. 55.

Certe is eſt. Plaut. Trin. 4. 3. 65. Eſtne ipſus, an non eſt? is eſt, certe is eſt, is profecto.

Eveniet certe. Cic. 2. de Divin. 18. Ut mihi ne in deum quidem cadere videatur, ut ſciat quid caſu aut fortuito futurum ſit: ſi enim ſcit, certe illud eveniet, nulla fortuna eſt.

Neſcio certe. Hor. 1. Serm. 9. 67.

Nam certe neque tum peccavi, quum, &c. Cic. 8. Att. 16.

Res fortaſſe veræ, certe graves. Cic. 4. de Finib. i. e. Aut ſaltem.

Regium certe genus. Hor. 2. Carm. 4. 15.

Quanti certe facis. Cic. 12. Att. 36. Qui quidem tibi inveniendi ſunt, ſi me tanti facis, quanti certe facis.

Profecto certe. Cic. 1. de Nat. Deor. 5. Quorum opiniones quum tam variæ ſint, tamque inter ſe diſſidentes: alterum profecto fieri poteſt, ut earum nulla: alterum certe non poteſt, ut plus una vera ſit.
Certe, concedentis. Græce καὶ, ut vult Bud. Cic. in Orat. 144. At dignitatem docere non habet. Certe, ſi quaſi in ludo. Idem 2. de Finib. 91. Naturales divitias dixit parabiles eſſe, quod parvo eſſet natura contenta. certe, niſi voluptatem tanti æſtimaretis.
Et certe. Cic. pro Marcell. 6. Et certe in armis, militum virtus, locorum opportunitas, auxilia ſociorum, claſſes, commeatus, multum juvant.
Certe, pro Etiam, vel ſimili quadam particula, teſte Bud. Cic. 3. de Finib. 33. Erat enim, ſi cujuſquam, certe tuum, nihil præter virtutem in bonis ducere.
Certe, pro Saltem, vel Utcunque. Cic. 4. de Finib. 60. Totum genus hoc & Zeno, & ab eo qui ſunt, aut non potuerunt, aut noluerunt, certe reliquerunt. Idem 4. Fam. 7. Victi ſumus igitur: aut ſi vinci dignitas non poteſt, certe fracti atque abjecti.
Vel certe. Cic. 1. Tuſc. 117. Homines mortem optare incipiant, vel certe timere deſiſtant.
At certe. Cic. 9. Att. 10. De eo quod ad nos ſcripſiſti, tibi conſilium dabimus: quod ſi non fuerit prudens, at certe ab optima fide & optimo animo proficiſcetur.
Certe, pro Tamen. Cic. 16. Att. 7. Etſi, quamvis non fueris ſuaſor & impulſor profectionis meæ, approbator certe fuiſti.
Certe enim. Cic. 1. Acad. 13. Certe enim recentiſſima quæque ſunt correcta & emendata maxime. In hoc genere loquendi abundat Enim. Idem de Clar. Orat. 123. Certe enim & boni aliquid attulimus juventuti.
Certe ſi. Ter. And. 3. 2. 14. Saltem accurate, ut metui videar: certe ſi reſciverim.
Certe hercle. Ter. And. 3. 2. 15. Certe hercle nunc hic ſe ipſus fallit, haud ego.
Tam hercle certe. Plaut. Merc. 2. 2. 52. Certen' vidit? A. tam hercle certe, quam ego nunc te, ac tu me vides.
Certe quidem pol. Ter. Eun. 4. 5. 5. Certe tu quidem pol multo hilarior. Enim, edepol, hercle, quidem, & pol, quum poſt CERTE ponuntur, ſunt ornativæ tantum particulæ.
Certe equidem. Virg. 9. Ecl. 7.
Quidem certe. Cic. 16. Att. 6. Sed ita, ſi ante Kal. Januar. redeam: quod quidem certe enitar.
Certe igitur. Cic. 2. de Divin. 23. Certe igitur ignoratio futurorum malorum utilior eſt, quam ſcientia.
Certe ſcio. Ter. Adel. 2. 3. 23. Satis certe ſcio. Cic. 12. Philipp. 29. Nam Martiam & quartam nihil præter dignitatem & decus comprobaturas eſſe certe ſcio.
Certe edepol ſcio. Plaut. Amph. 1. 1. 115.
Atqui certe. Cic. 7. Att. 7. Atqui certe ille agere debuit: &c.
Et certe. Ter. Eun. 5. 6. 4. Sed eſtne ille noſter Parmeno? & certe ipſus eſt. Valla lib. 2. Certe conjuncta cum conjunctione Et, ſemper affirmat.
Compar. Certius explorata referre. Liv. 3. 40.
Superl. Tertull. de Pallio, cap. 4. Tunc certiſſime pallium, ſuper omnes exuvias & peplos, auguſta veſtis.

CERTO, [ἀναμφιλόγως] Adverbium ſimiliter affirmandi, quod etiam Pro certo dicimus. Plaut. Amph. 1. 1. 213. At mentiris etiam, certo pedibus non tunicis venis.
Certo hæc mea eſt. Plaut. Pœn. 5. 4. 52. Ut modeſte orationem præbuit? certo hæc mea eſt.
Certo enim ego vocem hic loquentis modo me audire viſus ſum. Plaut. Aul. 5. 1. 4.
Quidem certo. Plaut. Epid. 3. 2. 42. Me quidem certo ſervavit conſiliis ſuis.
Quidem hercle certo. Ter. Phorm. 1. 3. 12. Nam tua quidem hercle certo vita hæc expetenda, optandaque eſt.
Certo ſcire. Cic. pro Cæcin. Veniunt in mentem mihi permulta, vobis plura, certo ſcio.
Et ea eſt certo. Plaut. Pœn. 5. 5. 20. Satin' ego oculis cerno? eſtne illæc mea amica Antheraſtilis? & ea certo eſt.
Certo perii. Plaut. Pœn. 3. 5. 42. Nunc pol ego perii certo, haud arbitrario.
Certo comperi. Ter. Eun. 5. 1. 8. Quid ais venefica? P. atqui certo comperi.
Satin' hoc certo? G. certe hiſce oculis egomet vidi. Ter. Adel. 3. 2. 31.
Futurum certo. Cic. 5. Tuſc. 81. Nihil ita expectare, quaſi certo futurum.
Scire certo. Cic. 6. Fam. 4. Equidem quum hæc ſcribebam, aliquid jam actum putabam, non quod ego certo ſciam, ſed quod haud difficilis erat conjectura.
Videntur certo hæc erumpere aliquo. Cic. 2. Att. 22.
Certo, Sine dubio. Plaut. Men. 5. 8. 9. Liberum ego te juſſi abire? ME. certo.

CERVA, CERVARIUM. In CERVUS.

CERVARIA, Locus ad portum Veneris, Galliæ Aquitanicæ finis. Auctor Pomp. lib. 2. cap. 5. & 6. Nunc vulgo dicitur *Collivre*, ut ait Olivarius in Melam.

CĔRŪCHUS, i. m. [κεροῦχος] Latine dicitur Cornutus: poniturque pro Cornibus navalibus, id eſt extremis antennis, quæ in utrumque veli latus diffunduntur: de quibus Virg. 3. Æn. 549.

Cornua velatarum obvertimus antennarum.

Quidam Ceruchos accipiunt pro Cavea illa, quæ in faſtigio navigii ſuſtollitur, effigie corniculata. Valer. 1. Argon. 469.

Temperet ut tremulos Zetes, fraterque ceruchos. Lucan. lib. 8. 177.

Surget, & inſtabit ſummis minor Urſa ceruchis.

De Polo Arctico loquitur, quo reguntur naves.

CERVICAL, In CERVIX.

CERVINUS, In CERVUS.

CERVISIA, æ. f. Genus potus ex hordeo. Plin. lib. 22. cap. 25. extr. Ex iiſdem fiunt & potus, zythum in Ægypto, celia & ceria in Hiſpania, cerviſia & plura genera in Gallia. Quo loco quidam Cereviſiam legunt. Ulpian. in l. Siquis. §. 1. D. de tritico, vino, &c. Certe zythum, quod in quibuſdam provinciis ex tritico, vel ex hordeo, vel ex pane conficitur, non continebitur. Simili modo nec curmi, nec cerviſia continebitur. [Forte apud Plin. legendum Et cerviſiæ plura genera.

CERVIX, ĭcis. f. [αὐχὴν] eſt Poſterior colli pars, unde origo eſt omnibus nervis, Jugulus anterior, unde vox halituſque procedit, Collum omnes partes in ſolidum complectitur. Hæc Valla lib 4. Plin. lib 11 cap. 37. Cervix nulli, niſi quibus utraque hæc: ceteris collum quibus tantum gula. Sed quibus cervix, e multis vertebratiſque orbiculatim oſſibus flexilis ad circumſpectum, articulorum nodis jungitur.
Et quoniam nervi qui corpus erectum rigidumque faciunt, in cervice ſunt collocati: idcirco dicimus Hominem duræ cervicis, quaſi Indomabilem, more ferocium boum: vel Qui cervice erecta & rigida, contumaciam quandam & rigorem mentis præ ſe fert, tanquam nemini caput inclinare volens. Hæc Valla lib. 4. 36.
Cervices etiam dicimus pro Cervice: immo ſingulari numero neminem ante Hortenſium dixiſſe Quintilianus eſt auctor, lib. 8. cap. 3. Hæc Valla præſcripto loco. Cic. 2. Philipp. 51. Cervicesque ſuas ei objecit ſecuri, qua multi in minoribus peccatis occiderunt. Al. Subjecit.
Cervices, pro Cervicem. C. Gracchus ne in poteſtatem inimicorum veniret, Philocrati ſervo ſuo cervices incidendas præbuit. Valer. Max. libri ſexti cap. 8. tmemate 3. H. St.
Cervix (inquit Serv. in Virg. 2. Æn. 707.) cum numero ſingulari dicitur, Collum ſignificat; ſi plurali utimur, Superbiam oſtendimus, ut Frangere cervices. Cic. 7. Verr. 147. V. Frangere p.p. Sed hoc diſcrimen nullius penitus auctoritatis videtur; ſi, ut ſupra dictum eſt, Veteres in plurali tantum uſurparunt, ut diſerte Varro prodidit de L. L. 7. 5. & 9. 4. Enimvero diu ante Hortenſium ſingulari uſus eſt Pacuvius, ex quo Cic. 2. de Divin. 133. de Teſtudine:

Quadrupes, tardigrada, agreſtis, humilis, aſpera,
Capite brevi, cervice anguina, aſpectu truci.

Necnon & Lucret. lib. 6. 741.

Præcipiteſque cadunt molli cervice profuſæ.

Et recentiores differentiam notatam omnino neglexerunt, ut patet ab exemplis quæ ſequuntur.
Cervicum mollitia. Cic. in Orat. 59. Nulla mollitia cervicum, nullæ argutiæ digitorum.
Redundare cervicibus. Cic. 1. de Nat. Deor. 54. Tuus autem deus non digito uno redundat, ſed capite, collo, cervicibus, lateribus, alvo, tergo, poplitibus.
Tantis cervicibus homo, qui. Cic. 5. Verr. 135. Recuperatores dicis te daturum. bene agis. tamen ſiqui erunt tantis cervicibus Recuperatores, qui audeant in provincia, quum Prætor adſit, non ſolum contra voluntatem ejus, ſed etiam contra fortunas judicare. i. e. Tam obſtinati.
Altæ cervices. Virg. 2. Æn. 219.
Anguina. Pacuvius apud Cic. 2. de Divin. 133. V. paulo ante.
Candida. Hor. 2. Carm. 9. 3.
Captiva, Quæ vinculis coercetur. Ovid. 4. Triſt. 2. 21.

Vinclaque captiva reges cervice ferentes.

Dubia cervice labare, Vacillanti neque erecta cervice eſſe. Sen. Agam. 8. Cur iſta vates corpus effuſa ac tremens dubia labat cervice?
Eburnea. Ovid. 20. Epiſt. 57.
Fortiſſima. i. e. Cervix viri fortiſſimi. Sil. lib. 13. 373.
Horrida cervix. Ovid. 8. Met. 284.
Intacta, Quæ nondum jugum paſſa eſt. Virg. 4. Georg. 540.

Quattuor eximios præſtanti corpore tauros
Ducit, & intacta totidem cervice juvencas.

Lactea, Alba. Virg. 10. Æn. 137.
Lævis. Propert. lib. 3. 17. 31.
Languida. Stat. 10. Theb. 300.
Mollis, pro Defeſſa & laſſa. Lucret. lib. 6. 744.
Marmorea. i. e. Pulchra. Virg. 4. Georg. 523.
Niveæ. Claud. Laud. Seren. 120.
Opima cervix. i. e. Pinguis. Sen. Hippol. 10.
Plurima. Virg. 3. Georg. 52.

—optima torvæ
Forma bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix.

Prona. Sen. Herc. fur. 11.
Rebellis. Claud. de Rapt. Proſerp. lib. 1. 155.
Roſea cervix. Hor. 1. Carm. 13. 2. h. e. Pulchra. Acron. Virg. 1. Æn. 406.
Teres. Lucret. lib. 1. 36.
Toroſa. Catul. 61. 83.
Abrupta cruor e cervice profunditur. Ovid. 8. Met. 764.
Abſcindere cervicibus caput. Cic. 11. Philipp. 5. Poſt autem cervicibus caput abſcidit, idque fixum geſtari juſſit in pilo, &c. De Trebonio.
Adigere cervices ſub juga. Claud. Laud. Seren. 120.
Applauſæ cervicis ſonitum amare. De equis proprie dicitur. Sil. lib. 16. 357.

Camphaſus ipſe aſper, nec qui cervicis amaret
Applauſæ blandos ſonitus.

Aſtricta: ſubaudi Ad catenam aut funem. Juvenal. 10. Sat 88.
Avulſa. Lucan. lib. 8. 12.
Cæſa cervix. Juvenal. 10. Sat. 120. De Cicerone loquitur, cui ob ingenium ac ſummam eloquentiam, Popillius Lænas manum & collum amputavit juſſu M. Antonii.
Contenta cervice boves plauſtra trahere dicuntur. i. e. Conſtanti & firma cervice. Virg. 3. Georg. 536.

—monteſque per altos
Contenta cervice trahunt ſtridentia plauſtra.

Coronant cervicem plumæ. Lucret. lib. 2. 801.
Curvata. Claudian. de Nupt. Honor. & Mar. 291.
Dare brachia cervici. Hor. 3. Carm. 9. 3.
Dare cervices alicui. Cic. 5. Philipp. 42. Nullum erat conſilium publicum, nulla libertas: dandæ cervices erant crudelitati nefariæ. Vide infra Præbere cervices H. St.
Demittere a cervicibus corpus. Auct. ad Heren. lib. 3. 26.
Detorquere cervicem ad aliquid. Hor. 2. Carm. 12. 26.
Detrectare onus rebelli cervice. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 155.
Fluit cervix, Quæ feſſa vacillat & inclinatur deorſum. Virg. 3. Georg. 524.

Ad terramque fluit devexo pondere cervix.

Frangere cervicem. Cic. 7. Verr. 109. Prætorem tu accuſas? frange cervicem. [i. e. Pertinaciam translate. Aliter In Vatin. 26. Fregeris ne in carcere cervices ipſi illi Vettio. Prorſus contra Servii argutias. V. ſupra in hac col.
Impendet cervicibus gladius. Cic. 5. Tuſc. 62. In hoc medio apparatu fulgentem gladium e lacunari ſeta equina aptum demitti juſſit, ut impenderet illius beati cervicibus. De Dionyſio tyranno & Damocle loquitur.
Inclinare cervicem ad aliquem. Stat. 6. Theb. 852.
Inclinata cervix. Quintil. lib. 1. cap. 11.

Inflexam cervicem ponere. Virg. 3. Æn. 631.
 Nam simul, expletus dapibus, vinoque sepultus,
 Cervicem inflexam posuit, jacuitque per antrum.
Intenta. Sen. in Agam. 13. subaud. Ad ictum.
Juncta est humero. Ovid. 12. Met. 299.
Locata. Juven. 9. Sat. 143. De servis Mœsiæ regionis, quæ est Pannoniæ finitima, loquitur, qui, ut fortissimi, ad lecticam ferendam Romæ locabantur.
Natæ ad jugum boum cervices. Cic. 2. de Nat. Deor. 159. Quid de bubus loquar? quorum ipsa terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata. cervices autem natæ ad jugum, &c.
Petere terram cervice, In terram cervicem inclinare. Sen. Herc. fur. 9.
Portant funus cervices. Juvenal. 10. Sat. 260.
Præbere cervices. Cic. Anteq. iret in exil. 21. Sed illud queror, quod non jam ad unius perniciem, &c. ore oppresso cervices esse præbendas.
Recessit caput cervice. i. e. Avulsum aut abscissum est. Ovid. 2. Pont. 8. 65.
Reflectere cervicem. Stat. 1. Achil. 382.
Reflexa cervix. Virg. 10. Æn. 535.
Reponunt cervicem oratores. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Rotare cervicem, rotata cervix. Lucan. ad Pison. 53.
Soluta cervix, Rupta. Sen. Herc. fur. 12.
Subacta cervice jugum ferre. Hor. 2. Carm. 5. 2.
Suberat amphoræ cervix. Martial. lib. 12. 32.
 Focum ferentis suberat amphoræ cervix.
Sustinere collo & cervicibus pœnam avaritiæ alicujus. Cic. 7. Verr. 107.
Sustinere cervicibus Rempub. Cic. pro Domo 142. Quæ quum ita sint, Pontifices, revocate in animos vestros ab hac subtili nostra disputatione ad universam Rempubl. quam antea cum viris fortibus multis, in hac vero causa solis vestris cervicibus sustinetis.
Securim cervice tingere dicitur, Cui cervix securi amputatur. Hor. 3. Carm. 23. 13.
 Victima pontificum secures
 Cervice tinget.
Tollere cervicibus. Quintil. lib. 4. cap. 2. p. 350. Quæ tamen exanimatæ terrore, hostium adventu percepto, excitare Antonium conabantur, nomen inclamabant, frustra cervicibus tollebant, blandius alia ad aurem invocabat, vehementius etiam nonnulla feriebat.
Tutari cervices. Cic. pro Sext. 90. An qui sua tecta defendit, &c. monetur ut aliquo præsidio caput, & cervices, & jugulum, ac latera tutetur: hunc de vi accusandum putas?
In cervicibus nobis esse dicuntur, quæ cum periculo nostro in vicinia sunt, aut alioqui gravia impendent. Justin. lib. 29. 3. extr. Sed nec Romani, quibus Pœni & Annibal in cervicibus erant, soluti metu Macedonico videbantur.
In cervicibus bellum esse, pro Vicinum esse aut imminere. Liv. 22. 33. Adeo etsi bellum esset ingens in cervicibus, nullius usquam terrarum rei cura Romanos, ne longinqua quidem, effugiebat.
Avertere aliquem a cervicibus. Cic. Brut. 16. Præsidium omne esset in puero, qui a cervicibus nostris avertisset Antonium. De Octavio Cæsare loquitur.
Collocare legiones populi in cervicibus. Cic. 12. Fam. 23. Brundusium erat profectus, &c. easque ad urbem adducere, & in cervicibus nostris collocare. De Antonio loquitur.
Depellere aliquem a cervicibus. Cic. 3. Philipp. 8. Virtute enim admirabili Cæsaris, &c. a cervicibus nostris est depulsus Antonius.
Imponere cervicibus. i. e. quasi Jugum servitutis injungere. Curt. lib. 7. 7. pr. Ratus eam urbem, quam in ripa amnis Macedones condiderant, suis impositam esse cervicibus. Bud.
Imponere dominum in cervicibus. Cic. 1. de Nat. Deor. 54. Itaque imposuistis in cervicibus nostris sempiternum dominum, quem dies & noctes timeremus.
Repellere a cervicibus. Cic. pro Milon. 78. P. Clodium interfeci, ejus furores, &c. hoc ferro, & hac dextera a cervicibus vestris repuli.
Restare in capite & cervicibus alicujus. Cic. pro Muren. 79. Non enim deseruerunt, sed ab illo in speculis atque insidiis relicti, in capite atque in cervicibus nostris restiterunt.
Plumæ columbarum sitæ circum cervicem. Lucret. lib. 2. 801.
Cervix vitis. Columel. lib. 4. cap. 7. Quum ad unum pampinum jam redegeris, & ipse excesserit pedalem longitudinem, decacuminare conveniet, ut in cervicem potius confirmetur, & sit robustior.
Cervicem de Arbore dixit Stat. lib. 6. Theb. 852.
 Ille autem Alpini veluti regina cupressus
 Verticis, urgentes cervicem inclinat in Austros.
Cervices ligneæ, per metaphoram. Vitruvius lib. 10. cap. 13. E modiolis autem fistulæ sunt continenter conjunctæ ligneis cervicibus, pertingentesque ad nares quæ sunt in arcula, in quibus axes sunt ex torno subacti, & ibi collocati.

Cervīcal, vel **Cervicāle**, is. n. [προσκεφάλαιον] denom. a Cervicibus: significat Cervicis sustentamentum. Juvenal. 6. Sat. 352.
 Conducit comites, sellam, cervical, amicas. Martial. lib. 14. 146.
 Tinge caput nardi folio, cervical olebit.
Cervicalibus aliquid subjicere. Plin. 20. 20.
Tribunale, non Tribunal quosdam dicere voluisse scribit Fab. lib. 1. cap. 6. qui Analogiam sequebantur. H. St. Tametsi nullus dubito, quin hujus formæ nomina ab Adj. n. per apocopen formata fuerint, ut Animal ab Animalis, e, Adj. Sic Cervical a Cervicalis, e, Adj. Cervicale tamen, ut obsoletum, æque respuendum puto, ac si quis & Animale substantive poneret. At usus postulat Penetrale, non Penetral.

Cervicātus, Adj. Obstinatus. Vulg. Interp.

Cervicōsus, Adj. Idem. ut, Cervicosi Judæi. Ambr. V. Voss. de Vit. L. L. 3. 4.

Cervicosĭtas, atis. f. Sidon. 7. Epist. 9.

Cervīcŭla, æ. f. [αὐχένιον] dimin. a Cervix. Cic. 5. Verr. 49. Tamen ne putamus patronum tuum in hoc crimine cerviculam jactaturum, & populo se ad coronam daturum?

Cerula, In cera.

Ceruleus, In cæruleus.

Cerus, Adj. apud veteres Sanctus, unde Ceremonia, ut vult Scal. in Festum. v. Cæremoniæ.

Cerusmanus, in carmine Saliari, Creator bonus intelligitur. Fest. in Mater Matuta. Scaliger l. c. divise scribit Cerus Manus.

Cērussa, æ. f. [ψιμμύθιον] Genus pigmenti candidi, ex ramentis plumbi compositi: quod Græce Psimmythium vocatur. Plin. lib. 34. cap. 18. Psimmythium, hoc est cerussam plumbariæ dant officinæ. Laudatissimum in Rhodo. fit autem ramentis plumbi tenuissimis super vas aceti asperrimi impositis, atque ita distillantibus. Quod ex eo cecidit in ipsum acetum, arefactum molitur & cribratur, iterumque aceto misto in pastillos dividitur, & in sole siccatur æstate. Et paulo post, Vis ejus eadem quæ supradictis, levissima tantum ex omnibus: præterque ad candorem feminatum. Est autem lethalis potus, sicut spuma argenti: postea cerussa ipsa si coquatur, rufescit. Plautus Most. 1. 3. 101. Cedo cerussam. s. quid cerussa opus est? PHIL. nam qui malas oblinam? s. Una opera ebur atramento candefacere postules. Ea enim utuntur mulieres ad faciem dealbandam & illinendam. Ovid. de Med. faciei, 73.
 Nec cerussa tibi, nec nitri spuma rubentis Desit.

Cērussātus, Adj. [ψιμμυθιωτὸς] ut, Cerussatæ mulieres, quæ candoris comparandi gratia cerussa utuntur. Martial. lib 2. 41.
 Cerussata timet Sabella solem.
Cerussata cutis, cerussatæ buccæ. Martial. lib. 7. 24. Cic. in Pison. 25.

Cervus, i. m. [ἔλαφος] Animal notum: dictum quod τὰ κέρατα, i. e. Cornua gerat, auctore Festo. Varr. de L. L. 4. 24. Gervi quod magna cornua gerunt, Cervi, mutata G in C, ut in multis, quasi G-ruli. Plin. lib. 8. cap. 32. Cervis quoque est sua malignitas, quanquam placidissimo animalium.
Alipedes cervi. Lucret. lib. 6. 766. significat Celeres, quasi Alatos pedes habentes.
Alati. Ovid. 1. Met. 306.
Celeres. Stat. 6. Theb. 598.
Cornigeri. Lucret. lib. 3. 751.
Errantes. Virg. 5. Æn. 253.
Fugax. Ovid. 3. Trist. 11. 11.
Imbelles. Virg. 3. Georg. 265.
Inermes. Stat. 6. Theb. 598.
Ingentem cervum ad retia premere clamore. Virg. 3. Georg. 413.
Jugales. Claud. de Bell. Get. 286. Sic illos vocat qui Dianæ currum trahunt.
Leves. Virg. 1. Ecl. 60.
 Ante leves ergo pascentur in æthere cervi. i. e. Avium more ante cervi volabunt. Servius.
Ocior cervis. Hor. 2. Carm. 16. 23.
Pavidi formidine. Ovid. 5. Fast. 173.
Timidi. Sen. Hippol. 3.
Veloces. Virg. 5. Æn. 253.
Ventosa cervorum mens, i. e. Instabilis, trepida, & timida. Lucret. lib. 3. 300.
Vivax. Virg. 7. Ecl. 483.
Glocitare, Cervorum esse vocem ait ille, qui Philomelæ carmen composuit, inter Ovidii opera repositum,
 Et barrus barrit, cervi glocitant, & onagri. Tu vide, an fides adhibenda sit auctori.
Cervi etiam in ædibus rusticis furcæ dicuntur. Virg. 2. Ecl. 29.
 Atque humiles habitare casas & figere cervos. Ubi Servius, Aut furcas, quæ figuntur ad casæ sustentationem: quæ dictæ sunt cervi, ad similitudinem cornuum cervinorum. Aut (quod melius est) figere cervos, i. e. Venari & jaculari, intelligamus: ut magis ad voluptatem eum, quam ad laborem invitare videatur.
Cervi in re militari, genus valli, A similitudine cornuum cervi dictum ut ait Varro de L. L. 4. 24. Meminit Cæsar de Bell. Gall. 7. 72. ubi σκόλοπας Græcus Interp. convertit, quod Suid. πασσάλους reddit. i. e. Paxillos. V. Lips. Poliorc. 22. Brœkh. ad Tibull. 4. 1. 84. vel quos ibi indicat potius auctores.
Cervus, pro Fugitivo. Sext. Pompeius lib. 17. Servorum dies festus existimatur Idibus Augusti, quod eo Servius Tullius natus serva, ædem Dianæ dicaverit in Aventino, cujus tutelæ sunt cervi, a quorum celeritate Fugitivos vocant Cervos.

Cerva, æ. f. Plin. lib. 25. cap. 8. Simplicius cervæ monstravere Elaphoboscon, de qua diximus. Item Seseli enixæ a partu.
Æripes cerva. Virg. 6. Æn. 802.
 Nec vero Alcides tantum telluris obivit,
 Fixerit æripedem cervam licet.
Alba cerva. Gell. lib. 15. cap. 22. V. in SERTORIUS.
Cretæa cerva. Sen. Hippol.
Silvicultrix cerva. Catul. Epigr. 64. 72.
Tragica cerva, scil. Quæ in Tragœdia Sophoclis dicitur pro Iphigenia immolanda subjecta. Juven. 12. Sat. 118.
 — & si qua est nubilis illi
 Iphigenia domi, dabit hanc altaribus, etsi
 Non speret Tragicæ furtiva piacula cervæ. Martial. 3. 49.
 Suppositam fama est quondam pro virgine cervam.

Cervŭla, æ. f. dimin.

Cervulus, i. m. dimin. Frontin.

Cervarius, [ἐλάφειος] Adj. ut, Cervarium venenum. Plin. lib. 27. cap. 11. Limeum herba appellatur a Gallis, qua sagittas in venatu tingunt medicamento, quod venenum cervarium vocant.
Cervaria ovis, Quæ pro cerva immolabatur. Festus.
Cervarius lupus, Animal, ut ferunt, ex cerva & lupo, aut lupa & cervo genitum ac mistum: de quo sic Plin. lib. 8. cap. 22. de lupis, Sunt in eo genere qui cervarii vocantur, qualem in Gallia e Pompeii Magni arena spectatum diximus. Huic quamvis in fame mandenti, si respexit, oblivionem cibi surrepere aiunt, digressumque quærere aliud.

Cervīnus, [ἐλάφειος] aliud Adj. Quod pertinet ad cervum, ut, Cervinum cornu, Varro 3. de R. R. cap. 9. Plin. lib. 28. cap. 9. Sanguine quoque cervino, si una urantur, &c.
Color cervinus, qualis est pellis cervi, vel castaneæ. Pallad. lib. 4. cap. 13. Colores hi præcipui, badius, aureus, albineus, russeus, murteus, cervinus, gilbus, scutulatus, albus, guttatus, candidissimus, niger pressus.
Halitus cervinus. Martial. lib. 12. 20.
 Cervinus gelidum sorbet sic halitus anguem.
Pellis. Hor. 1. Epist. 2. 66.
Sanguis. Plin. lib. 28. cap. 9.
Vellera cervina. Ovid. 6. Met. 592.

Cērȳcīum, i. n. [κηρύκειον] Lignum erat rectum, utrinque duos continens serpentes implexos, ita ut se mutuo & ex adverso intuerentur, qualès

quales Græci vocant ἀντιπεριστάτας. Ferunt id caduceatores, & inde illis injuriam intulisse, maximum habebatur nefas. Ex Cæl. Rhodig. lib. 21. cap. 16. V. CADUCEUS.

CĒRYX, ўcos. m. [κήρυξ] Latine Præco & caduceator. Unde Eusebius in Chron. no. 2081, 2082. scribit, a Nerone ceryças fuisse certamine superatos. V. Suet. Ner. cap. 24.
Ceryx, alias Hieroceryx, Sacerdos Athenis, seu minister sacrorum Eleusiniorum, alter ab Hierophanta. De hoc intelligenda videntur Senecæ verba. de Tranq. Vit. cap. 3. Non vis nisi Consul, aut prytanis, aut ceryx, aut suffes administrare Rempublicam. V. Athenæum l. 14. cap. 23. ibique Casaub. & Plutarch. in Alcibiad. Ant. Vandale Diff. 6. Antiq. Græc. cap. 5.

C E S

CESALE, is. n. dicitur Locus in quo ventrem perpurgamus, reliquiis ciborum dejectis. Sellam familiarem vocavit M. Varro. Ex Cæl. Rhodig. lib. 10. cap. ult. [Sed V. Caseale in CASEUS.

CESCUS, i. m. [Κέσκος] Pamphyliæ Civitas, cujus incolæ ad proverbium fuerunt stupidi. V. Erasmi Chil. 2. cent. 6. 85. prov. Cescon habitas. conf. Plin. 31. 2.

CĒSĒNA, Oppidum in Italia. Cujus Q. Cic. meminit 16. Fam. 27. Nam isti vix sunt digni, quibus alteri Cesenam, alteri Cossutianarum tabernarum fundamenta credas. quo loco Manutius in Scholiis putat legendum Cesennia. Turnebus vero nihil mutandum autumat: quin ut humile & ignobile oppidum, Cesenam hic per ludibrium positam esse credit, adductus auctoritate Sidonii Apollinaris, sic libro 1. Ep. 8 scribentis. Et tu isthæc nobis, Cesenatis furni potius, quam oppidi, verna deblateras? Quædam oppida olim minima & frigidissima, hodie florent, nec ex eorum hujusce temporis magnitudine, qualia olim fuerint æstimandum est, quum ut in hominibus, sic & in illis magna vis fortunæ sit in utramque partem.
Aliud nisi forsan oppidum, Cæsena, de quo Plin. 3. 15. in descr. reg. Octavæ, per Diphthongum scribitur constanter. V. f. l. etsi ita scribunt etiam apud Cic. h. l. libri emendati.

CESSERO, [Κεσσερὼ] Narbonensis Galliæ oppidum ad Carpentoracten Plinio lib. 3. cap. 4. in descriptione Narbonensis provinciæ. Vulgo *Castres*.

CESPES, V. CÆSPES.

CESPIUS, Unus ex septem collibus urbis Romæ, sic dictus quod sexticeps esset, quem postea Servius Tullius Exquilias cognominavit, ex eo quod ab eo excultæ fuissent, quum, ut loco dignitas foret, regiam ibi sumpsisset: tametsi ab Excubiis regiis dictas nonnulli credant. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 11. V. EXQUILIÆ.

CESSA, [Κέσσα] Oppidum in Iberia. Unde fit

CESSÆUS, [Κεσσαῖος] Adj. Valer. 6. Argon. 130.

CESSICUS, CESSIM, CESSO. V. in CEDO.

CESTICILLUS, appellatur Circulus, quem superponit capiti, qui aliquid est laturus. Fest. Salmas. legit Certicillus.

CESTREUS, duabus tantum syllabis [κεστρεὺς] Piscis genus, qui & Cephalus & Mugil vocatur, publicis adulterorum suppliciis destinatus apud Athenienses. Vide Cæl. Rhodig. lib. 27. cap. 4.

CESTRON, i. n. [κέστρον] Herba est caulem ferens tenuem, cubiti altitudine, aut majorem, quadratum: folia quercus, mollia, longa, in ambitu divisa, odorata, prope radicem majora: in summis caulibus semen, veluti satureiæ, spicatum est. Decerpta hujus folia siccantur plurimos ad usus. Latini Vettonicam nominant. Dioscor. lib. 4. cap. 1. apud quem plura.

CESTROSPHENDŎNA, æ. f. [κεστροσφενδόνη] Telum erat semicubitale, bipalme spiculum infixum habens digiti crassitudine, cui ad libramen pinnæ tres, velut sagittis solent, circumdabantur. Nomen invenit a figura & usu, quorum utrumque medium habet inter telum & fundam. κέστρον enim Græcis teli genus est, Persico bello inventum, σφενδόνη autem id est, quod Latini fundam vocant. Nam fundæ modo librabatur. Inventum autem fuit hoc teli genus, auctore Livio lib. 42. 65. in bello Macedonico. quem Vide, & mox CESTRUM.

CESTRŌTUM, i. n. [κεστρωτὸν] Picturæ genus. De cornibus Plinius scribit lib. 11. cap. 37. Nunc tincta, nunc sublita, nunc quæ cestrota picturæ genere dicuntur. Cerostrota olim legebatur: sed Turnebus non magis existimat a picturæ genere dici posse Cerostrota, quam Lithostrota. Quare Cestrota ex manuscriptis restituit, astipulante Harduino. Sunt autem Cestrota, quæ cestro, per inustionem picta sunt. V. Plin. ipsum in dict. seq.

CESTRUM, i. n. [κέστρον] Instrumentum, quo cavatur ebur. Plin. l. 35. c. 11. Encausto pingendi duo fuisse antiquitus genera constat, cera, & in ebore cestro, id est viriculo; donec classes pingi cœpere. al. Vericulo. Cestrum item genus teli Persico bello inventi. Auct. Suidas. Julius Pollux pro Stimulo sive stilo accipit. [Immo pro Malleo ferreo. Verum is κέστρα, ας, fem. gen. effert. τὸν κέστρον vero Suidas ita fere describit, ut Livius Cestrosphendonen. In neutro gen. nusquam offendi.

CESTRUS, i. m. [κέστρος] Græcis Verutum significat. V. dict. præced. Hinc quod in Gellio 10. 25. legitur Ruminestor, Turnebus emendandum censet, Runæ, cestri. [Felicius Lips. Elect. 1. 7. cum in MSS. esset, Rumi gestri faces, restituit divisis vocabulis, Rumices, trifaces. quod Gronov. in textum recepit.

CESTUS, i. m sine diphthongo [κεστὸς] Cingulum quo uxor a marito cingebatur in fide maritali: a variis punctis sic dictum. κεντεῖν enim pungere est, & picturare. Unde Cingulum illud Veneris, quo ipsa Martem sibi, & Juno Jovem conciliarent, a poetis Cestus dicitur. Martial. 4. 13.
Ut Martis revocetur amor, summique tonantis,
A te Juno petat ceston, & ipsa Venus.
Lorum item, aut opus interpunctum, acuve pictum, & colli item ornamentum, aut monile feminarum, Ceston vocarunt. Martial. lib. 14. 206.
Collo necte puer meros amores,
Ceston, de Veneris sinu calentem.
Spirans blando numine cestus. Claud. de Nupt. Hon. & Mar. 124.
Solvere ceston. Stat. 5. Theb. 63.
Cestus, pro Alio quovis cingulo, & ligamento, ut vinearum. Varr. 1. R. R. cap. 8. Sub eam, ubi nascitur uva, subjiciuntur circiter bipedales e surculis furcillæ, ne vindemia pereat, & vindemia facta denique discat pendere in palmam, aut funiculo, aut vinctu, quod antiqui vocabant cestum.

Cestus, item Lora erant, quibus pugilum brachia & manus innectebantur, ut siqui hoc tempore pugillatu decertare vellent, chirothecis manus munirent, quo & firmiorem ictum inferrent, neque manum læderent, & sine noxa sustinerent adversarii petitionem. Cestus ex eo vocatus, quod, ut opinor, lora illa suta essent, quasi sit κεστὸς ἱμὰς, i. e. sutile lorum, ut Græci loquuntur, unde & nomen etiam cingulo Veneris, quod sutile sit. Cestus significat Virg. 5. Æn. 425.
Et paribus palmas amborum innexuit armis. Item, 5. Æn. 403.
— duroque intendere brachia tergo. Ex Turneb. Sed V. CÆSTUS. Hinc quidam deducunt

CESTICILLUS, i. m. dimin. de quo supra.

C E T

CETARII, CETE. V. CETUS.

CĔTHĒGUS, [Κέθηγος] Cognomen gentis Corneliæ. Ex qua familia M. Cornelius Cethegus Consul fuit, Cicerone teste, cum P. Sempronio Tuditano bello Punico secundo, V. Liv. 29. 11. de quo sic scribit ipse in Bruto, 57. M. Cornelius Cethegus (inquit) cujus eloquentiæ est auctor, & idoneus quidem, mea sententia Q. Ennius, præsertim quum & ipse eum audierit, & scribat de mortuo: ex quo nulla suspicio est, amicitiæ causa esse mentitum. Est igitur sic apud illum in nono (ut opinor) annali,
Additur orator Corneliu' suaviloquenti
Ore Cethegus &c. Paulo post, πειθὼ quam vocant Græci, cujus effector est orator, hanc Suadam appellavit Ennius. Ejus autem Cethegum medullam fuisse vult, ut quam deam in Periclis labris Eupolis sessitavisse, hujus hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit. conf. Quintilian. lib. 2. cap. 15.
Fuit & C. Cethegus, qui in Catilinæ conjuratione Sallustio commemoratur. V. cap. 17. & seq. Cujus etiam Cicero sæpe meminit in 3. Catil. 8. Atque interea (inquit) statim admonitu Allobrogum C. Sulpicium fortem virum misi, qui ex ædibus Cethegi, siquid telorum esset, efferret: ex quibus ille maximum sicarum numerum, & gladiorum extulit. Hæc ille.
Cethegus audax. Sil. lib. 8. 577.
Exertus Cethegus. Lucan. lib. 2. 543.
— exertique manus vesana Cethegi. h. e. Habentis humerum & brachium dextrum nudatum & inerme. sic enim solebat hæc familia in aciem ire. Sil. de alio Cethego lib. 8. 587.
Ipse humero exertus gentili more parentum,
Difficili gaudebat equo. Unde &
Nudi Cethegi. Lucan. lib. 6. 794.
— Mariique truces, nudique Cethegi.
Integer Cethegus cecidit. Juvenal. 10. Sat. 288. De Caio Cethego Romano cive intelligit, qui cum Lentulo Prætore & Catilina conjuraverat. dictus integer, quod corpore integro, & non mutilato in bello, mortuus est. Aut quod sine ulla membrorum diminutione, vitam laqueo finierit. Sallust. in Catil. cap. 55. extr. Lentulo vindices rerum capitalium laqueo gulam fregere. De Cethego, eodem modo supplicium sumptum est.
Clodius accuset Mœchos, Catilina Cethegum. Juven. 2. Sat. 27.
Cinctutos Cethegos pro Romanorum antiquioribus dixit Horat. de Arte Poet. v. 50.
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis
Continget. Et Idem 2. Epist. 2. 117.
Quæ priscis memorata Catonibus atque Cethegis.

CĒTĪI, [Κήτειοι] Populi sunt inter Cilices & Pelasgos, auctore Strab. lib. 13. Horum meminit Homerus in Odyssea. λ. 518. Sic dictos putat Strabo a Cetio fluviolo quodam in eorum agro. Cujus etiam meminit Plin. lib. 5. cap. 30.

CĒTĬRIZIS, [Κητήριζις] Promontorium in littore Apolloniæ regionis, locus munimine validus, quo aliquando Lysimachus pro opum suarum thesauro & ærario usus est. Auctor Strab. lib. 7.

CĔTIUS, [Κέτιος] Norici mons Ptolemæo. Hodie *Calemberg* vulgo dicitur.

CĒTRA, æ. f. [πέλτη] Scutum breve loreum, quo, auctore Servio, utuntur Afri & Hispani. Virg. 7. Æn. 732.
Lævas cetra tegit. Liv. 21. 27. Hispani sine ulla mole in utres vestimentis conjectis, ipsi cetris suppositis incubantes, flumen trasnavere.
Crepitantes cetræ. Sil. lib. 16. 30.
Pugnax cetra. Lucan. lib. 7. 232.
Illic pugnaces commovit Iberia cetras.
Resona. Sil. lib. 3. 347.
Nunc, pedis alterno percussa verbere terra,
Ad numerum resonas gaudentem plaudere cetras.
Versicolor. Sil. lib. 3. 278.
Cetræ reddunt speciem scuta. Curt. lib. 3. cap. 2. Barcanorum equitum duo millia fuere, armati bipennibus, levibusque scutis, cetræ maxime speciem reddentibus.

CETRĀTUS, Adj. [πελταστὴς] Qui cetra utitur. Liv. 31. 36. Nocte cetratos (quos peltastas vocant) loco opportuno inter bina castra in insidiis abdiderat. Cæs. 1. Bell. Civil. 39. Erant, ut supra demonstratum est, legiones Afranii tres, Petreii duæ, præterea scutatæ citerioris provinciæ, & cetratæ ulterioris Hispaniæ cohortes circiter octoginta. V. Dempster. ad Ros. Ant. lib. 10. p. 1028.

CĒTUS, i. m. [κῆτος] Belua marina. Festus, Balænam beluam marinam, ipsam dicunt esse pistricem, ipsam esse & cetum. Plin. lib. 32. cap. 1. Cetos sexcentorum pedum longitudinis & trecentorum sexaginta latitudinis, in flumen Arabiæ intrasse: pinguique ejus mercatores negotiatos, & omnium piscium adipe camelos perungi in eo situ, ut asilos ab his fugent odore.
Cetos in recto dixit Celsus l. 2. de Med. cap. 18. Budæus. [Lind. Cetus exhibet. Sed apud Plin. quoque Cetos n. g. rectum singularem esse docuit Hard. & negat Servius ad loc. Virg. subjectum, *Hic cetus, hujus ceti* usquam lectum. In vet. Gloss. n. g. Cetum crudum ὠμοτάριχος, ut & Fest.

CĒTE, n. pl. ejusd. dictionis. [κήτη]
Immania cete apud Virg. 5. Æn. 822.
Tum variæ comitum facies, immania cete. Ubi Servius, Græca declinatio τὸ κῆτος, κήτη: ut βέλος, βέλη. nam Latine sic declinari non potest.
Scopulosa cete. Stat. 1. Achil. 55.
Coeunt cete. Plin. lib. 9. cap. 50. Pisces attritu ventrium coeunt, &c. Delphini & reliqua cete simili modo, & paulo diutius.

CETARIÆ, arum. [κητοτροφεῖα] Loca juxta mare, stagnante lacu, in quibus thynni, & alii hujusmodi pisces capiuntur & juxta saliuntur. Plin. lib. 37. cap. 5. Ferunt & in ea insula tumulo reguli Hermiæ, juxta cetarias, marmoreo leoni fuisse inditos oculos ex smaragdis.

CETARIA, orum. n. Idem. Hor. 2. Serm. 5. 44.
Plures annabunt thunni & cetaria crescent. [Nisi Crescet legendum. pro recepta stat Schol. vet.

CETARIUS, i. m. [κητοπώλης] Qui cete, i. e. magnos pisces venditat, & bolonas exercet, auctore Donato, ad illud Ter. Eun. 2. 2. 26.
Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores. Cic. 1. Offic. 150. Nec enim quicquam ingenuum habere potest opificina, minimeque artes eæ probandæ, quæ ministræ sunt voluptatum, cetarii, lanii, coqui, &c. Cetarii, Nonio, genus est piscatorum, quod majores pisces capit, dictum ab eo, quod cete in mari majora sunt piscium genera. Varro γνῶθι σεαυτόν, Non animadvertis cetarios, quum videre volunt in mari thunnos, ascendere in malum alte, ut penitus per aquam perspiciant pisces?

CETOSUS, Adj. Avien. Phænom. de Ceto pisce v. 1300.
— cum primum rursus ab undis
Cetosa in superum referuntur viscera Cælum.

CETTE, [εἴπατε ἢ δότε] significat Dicite vel Date: ab eo quod est Cedo. Nævius Lycurgo, Pro industria ne te regem prognatum patre Lycurgum cette. Ennius Medea, Salvete optima corpora, cette manus vestras, measque accipite. Nonius. Antiquum est. V. CEDO verb. defectiv.

C E U

CEU, [οἷον, ὡσανεὶ, ὥσπερ] Adv. similitudinis, magis est poetarum, quam oratorum: sed quo multi, & præsertim Plinius, utuntur. Virg. 2. Æn. 116.
Adversi rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt.
Ceu, pro Velut. Plin. lib. 9. cap. 7. Argumento animalium quæ semper defossa vivunt, ceu talpæ.
Ceu, pro Quasi. Plin. lib. 8. cap. 16. Incremento terga, ceu quodam incitamento, flagellantur.
Ceu vero, pro Quasi vero, frequentissime usus est Plin. ut in præfat. sui operis, Ceu vero nesciam adversus Theophrastum scripsisse etiam feminam. Idem lib. 7. cap. 55. Ceu vero ullo modo spirandi ratio homini a ceteris animalibus distet.

CEVA, æ. [κίβα] Genus vaccæ humilioris. Columel. lib. 6. cap. 24.

CEVEO, [σαλακωνίζω] ere. Clunes movere: quod proprie est marium obscœne se motantium. Usi sunt Poetæ Juven. 2. Sat. 21. & Martial. 3. 95.
Cevere [σαυλοπρωκτιᾶν] per translationem pro Adulari accipitur: quod quum adulantur canes, clunes movent & caudam. Pers. 1. Sat. 87.
— an Romule ceves?

CEVENS, Partic. [σαλακωνίζων] Juven. 2. Sat. 21.
— ego te ceventem, Sexte, verebor?

CEUS, V. COEUS.

C E Y

CEYX, ycis. m. [κήϋξ] Accipitris genus Suidæ. Rex fuit Thraciniæ, Luciferi filius, & maritus Alcyones filiæ Æoli, qui quum ob causam fratris in accipitrem mutati, ad Clarium oraculum consulendum navigaret, tempestate deprehensus est & submersus. Quare quum statuto tempore non rediret, Alcyone multa quotidie vota pro viri salute suscipiebat. Tandem in somnis monita, naufragio eum periisse, quum ad deflendum miserabilem viri casum mane ad litus venisset, unde ille solverat, cadaver quoddam fluctibus ad litus vidit expelli: quod quum viri sui esse cognovisset, ac per undas ad illud exilire vellet, deorum miseratione in Alcyonem conversa, ad os mariti advolavit: qui & ipse oscula uxoris sentiens, in Alcyonem mutatus est. Fabulam hanc refert Ovid. 11. Met. 544.

C H A

CHAA, [Χάα] inquit Strabo lib. 8. Peloponnesi urbs Lepræo vicina, ubi Ephasius campus jacet. Hujus Chaæ causa, bellum inter Arcades & Pylios conflatum plerique aiunt.

CHAALA, Vicus est Ægypti apud Strabo. lib. 16.

CHABARENI, [Χαβαρηνοί] Populi Scythici, ad Chalybem fluvium habitantes, qui peregrinarum mulierum, quas nancisci poterant, mammas crudas edebant, & pueros devorabant. Stephanus ex sententia Eudoxi.

CHABRIA, Vicus est Ægypti prope Arabiam. Strabo lib. 17.

CHABRIAS, [Χαβρίας] Atheniensium philosophus, & dux clarissimus. Auctor Suidas. Hujus Demosthenes cum sæpe in orationibus meminit, tum in oratione ad Leptinem, pluribus res gestas persequitur, & in ejus laudes digreditur. Hic dicere solebat terribiliorem esse exercitum cervorum duce leone, quam leonum duce cervo.

CHADISIA, [Χαδισία] Fluvius est & oppidum ejusdem nominis in Cappadocia, sive Leucosyria, in finibus Themiscyrenæ, non procul a Lycasto. Auctor Plin. lib. 6. cap. 3.

CHÆANITÆ, [Χαιανῖται] Populi sunt ad Caucasi montis radices, Septentrionem versus, post Troglodytas, de quibus Strabo lib. 11.

CHÆRE, [χαῖρε] i. e. Salve. Martial. lib. 5. 52.
Exprimere, Rufe, fidiculæ licet cogant,
Ave Latinum, χαῖρε non potest Græcum.
Pers. in procem. v. 8.
Quis expedivit psittaco suum χαῖρε?

CHÆREAS, [Χαιρέας] Statuarius nobilis, Alexandrum magnum, & Philippum patrem ejus fecit, teste Plin. lib. 34. cap. 8.
Fuit & alter Chæreas, Atheniensis medicus, de quo idem Plin. meminit lib. 20. cap. pen.

CHÆREFOLIUM, In CHÆREPHYLLUM.

CHÆREMON, [Χαιρήμων] Comicus poeta Græcus.
Fuit item alter, qui scripsit ἱερογλυφικά. Auctor utriusque Suidas.

CHÆREPHON, [Χαιρεφῶν] Atheniensis philosophus, Socratis auditor. Hujus nihil traditur scriptum. Ab hoc natum proverbium, οὐδὲν διοίσεις Χαιρεφῶντος, i. e. Nihil a Chærephonte differes. In Macilentos pallentes, apud Aristophanem in Nubibus. Erat enim Chærephon pallidus, ut qui magno studio philosophiæ operam daret, & in litteras incumberet. Suidas.

CHÆREPHYLLON, [χαιρέφυλλον] Herba est pastinacæ erraticæ, sive dauci folio aliquanto tenuiore, radicula candicante, subamara. Veteres Gingidion appellarunt. Nam Chærephylli nomen recentius est, a comæ luxuria, & aspectus jucunditate (ut videtur) impositum. Hodie a vulgo herbariorum Chærefolium, Græca & Latina voce in unam coalescentibus, vocatur. Columel. lib. 11. cap. 3. conf. CÆREFOLIUM.

CHÆRIS, idis. [Χαῖρις] Citharœdus ineptus fuit, cujus meminit Aristophanes in Comœdia, quæ inscribitur Ἀχαρνεῖς. Auct. Suidas.

CHÆRONEA, [Χαιρώνεια] Bœotiæ vicus, Plutarchi patria, clade Atheniensium memorabilis. Chæroneæ meminit Plin. lib. 4. cap. 7.

CHÆRONEUS, [Χαιρωνεύς] gentile.

CHALACANTHA, apud Nicolaum Myrepsum, quandoquidem ambigi video quid eo nomine intelligendum sit, non aliud quicquam est quam Atramentum sutorium, quod Chalcanthum alii vocant: etiam Chalacanthen interpres Nicandri appellat. Turneb.

CHALÆON, [Χάλαιον] Locrorum portus, a quo VII. M. passuum introrsus liberum oppidum Delphi, sub monte Parnasso, clarissimum in terris oraculo Apollinis. Plin. lib. 4. cap. 3. extr.

CHALASIS, [χάλασις] a medicis appellatur Laxatio articulorum, quum scilicet ex lassitudine, nimiove labore, aliave ex causa evenit, ut laxatis vinculis membrum excidat: ut si radius in brachio a cubito submoveatur, ita ut locus quidam in medio vacuus relinquatur.

CHALASSIS, V. CALASSIS.

CHALASTICA, [χαλαστικά] Medicis dicuntur Medicamenta relaxantia: inde nimirum, sicut & nomen ipsum indicat, quod tensas laxent particulas. Auctor Galenus lib. 7. de Compos. medicam. secund. gener. conf. CALASTICUS.

CHALASTRA, Urbs ad Thermæum sinum, ut ait Strabo: a Chalastra proximo portu dicta. Hinc

CHALASTRICUS, Adj. ut
Chalastricum Nitrum. Plin. lib. 31. cap. 10. Optimum copiosumque in Letis Macedoniæ, quod vocant Chalastricum, candidum, purumque, proximum sali.

CHALAZIAS, æ. [χαλαζίας] Gemma quæ grandinum colorem habet & figuram, adamantinæ duritiæ. Plin. lib. 37. cap. 11. χάλαζα Gr. Grando est.

CHALAZION, [χαλάζιον] Tuberculum est in oculorum palpebris, non dissimile illi, quod a Græcis κριθὴ appellatur, diversæ tamen figuræ, & mobile, si huc atque illuc pellatur. De hoc meminit Galen lib. 14. Method. & lib. 4. de Compositione pharmac. secund. locos. & in Finit. medic.

CHALAZOPHYLAX, acis. m. [χαλαζοφύλαξ] Observator grandinis futuræ, interprete Seneca, Quæst. Nat. 4. 6. Ubi & modum describit, quemadmodum instantem grandinem sacrificiis averterint, apud Cleonæos huic rei publice constituti. Add. Plutarch. Symp. 7. Probl. 2.

CHALBANE, In GALBANUM.

CHALCÆA, vel CHALCEA, [Χαλκεῖα] Festa quædam erant, quæ nonnulli vocant Athenæa. Alii etiam Pandemum, quoniam ab omnibus celebrarentur: quanquam mox a cerdonibus tantum, aut operariis, & fabris præsertim, ut refert Harpocration, & Apollonius Acharneus. Quo argumento prodidere quidam, Athenienses primum ærariam fabricam exercuisse, ut scribit Eustathius.
Fuit & Menandri fabula, titulo Chalcea, ut annotavit Cæl. Rhodig. lib. 19. cap. 9.

CHALCANTHOS, [χάλκανθος] vel CHALCANTHUM, [χάλκανθον] Atramenti genus a similitudine æris sic dictum: quippe Græcis æs χαλκός. Vulgo hoc a vitri similitudine Vitriolum nominant. Fit multis in locis, præcipueque in Hispania e puteis stagnisve habentibus id genus aquæ. Decoquitur ea admista pari mensura dulcis aquæ, & in piscinas ligneas funditur. Immobilibus super has transtris dependent restes, lapillis extentæ, quibus adhærescens limus vitreis acinis, imaginem quandam uvæ reddit, exemtum ita triginta diebus siccatur. Color est cæruleus, spectabili nitore, vitrumque esse creditur. Diluendo fit atramentum tingendis aptum coriis, & hoc factitium vocant. Hæc Perottus ex Plin. lib. 34. cap. 12. Cels. lib. 5. cap. 1. Sanguinem supprimunt, inquit, atramentum sutorium, quod Græci χάλκανθον appellant. Plenius Galen. lib. 9. de Simpl. med. facult. V. Atramentum sutorium, in ATER.

CHALCE, [Χαλκῆ] Insula est cum oppido, circa Rhodum. Auct. Plin. lib. 5. cap. 31.

CHALCEDON, [Χαλκηδών] Oppidum est Thraciæ ad Bosphorum Thracium, non procul a Byzantio. Plin. lib. 5. cap. ult. Chalcedonis meminit Pompon. lib. 1. 19.

CHALCEOS, [χάλκειος] Genus herbæ. Plin. lib. 21. c. 16. Carduus & folio & caule spinosas lanugines habet. Item acorna, leucacanthos, chalceos, cnidos, &c.

CHALCERITIS, Insula est in Ponto, alio nomine Aria appellata, Marti sacra. Ex Plin. lib. 6. cap. 12.

CHALCETUM, Herbæ genus. Plin. lib. 26. cap. 7. Item herba chalcetum e vineis contrita imponitur.

CHALCEUTICE, [χαλκευτική] Æraria fabrica dicitur.

CHALCEUS, [χάλκεος] Adj. i. e. Æreus. Martial. lib. 9. 96.
Tam stupidus nunquam nec tu, puto, Glauce fuisti,
Chalcea donanti chrysea qui dederas. i. e. Quum dares aurea ei, qui tibi ærea dedisset.

CHALCIA, Insula, quam inter Cycladas Plin. enumerat lib. 4. cap. 12.

CHALCIDENE, Fertilissima regio, ut scribit Plin. in descriptione Cœlesyriæ, lib. 5.

CHALCIDICA, CHALCIDICUM. V. CHALCIS.

CHALCIDIUM, [χαλκίδιον] Medicamentum, de quo sic Galen. lib. 2. de Dynamidiis, Chalcidium sic fac, Æris florem in aceto vehementissime subigito, sicca ad solem, fac pulverem, & utere.

CHALCIDICE, es. Genus lacertæ. Plin. lib 29. cap. 5. Lacerta quam hi sepa, alii chalcidicen vocant, in vino pota, morsus suos sanat.

CHALCIŒCUS, [Χαλκίοικος] Minerva a Lacedæmoniis cognominata, cujus, ut Pausan. in Lacon. ait, pag. 99. Wech. simulacrum Gitiadas vir indigena confecit, simulque in eandem versus edidit. Suidas, Chalciœcum Minervam a Spartanis appellatam ait, quod οἶκον χαλκοῦν, h. e. quod ædem æream haberet: vel quod Chalcidenses ex Eubœa exules eam construxerint. Templi eo nomine post Thucydidem lib. 1. meminit Cornelius Nepos 4. 5. ubi in id Pausaniam confugisse memorat, atque inibi interiisse, matre etiamnum principe, audito filii scelere, ad occludendum illi egressum lapides ingerente. Meminit & in Parallelis Plutarchus in historiæ ejusdem explicatione. Proinde mirum est adhuc esse aliquos, qui apud Livium 35. 36. extr. Chalcionem legendum putent, & Chalcioniam apud Thucydidem Latinum.
Fuit & Minerva Chalcidica in urbe Roma, in nona regione, si vera P. Victor tradit. Meminit, ni fallor, & Dion. in Histor. lib. 51.

CHALCIOPE, [Χαλκιόπη] Filia Æetæ Cholcorum regis, Phryxi uxor, soror Medeæ & Absyrti, Cytori mater. Valer. 6. Argon. 479.
Cingitur arcanis Saturnia læta venenis,
Atque hinc virgineæ venit ad penetralia sedis,
Chalciopen imitata sono formaque sororem. Ovid. 17. Epist. 232.

Non

Non erat Æetes, ad quem deſpecta rediret
Non Hypſea parens, Chalciopeque ſoror.

Chalcis, ĭdis. [χαλκὶς] Serpentis venenoſi genus eſt e genere lacertarum, quaſdam ærei coloris lineas in tergo habens: unde & nomen habet. Plin. lib. 32. cap. 3. Quippe adverſus ſcorpiones ex vino bibuntur, adverſus phalangia, & araneos ex mulſo, adverſus chalcidas cum myrtite. Eſt & Chalcis, Homero, Avis nocturna, ex genere accipitrum, bellum internecinum cum aquila gerens. Plin. lib. 10. cap. 8. Cymindim vocat. V. not. Hard.
Chalcis, [χαλκὶς] Piſcis genus. Plin. lib. 32. cap. 11. Chalcis, cobio, callarias, aſellorum generis.

Chalcis, ĭdis. [Χαλκὶς] Eubœæ urbs præcipua, ab Aulide Bœotiæ portu, exiguo Euripo diviſa, vetus Athenienſium colonia: ita dicta, ſi Stephano credimus, a Chalcide filia Aſopi: aut certe, quod ærariæ fabricæ ibi primum fuerint repertæ. Vulgo *Negroponte*.
Eſt & alia Chalcis, agri Corinthii oppidum.
Tertia Ætoliæ, Acheloo fluvio irrigata.
Quarta Syriæ a Monicho Arabe condita.
Sunt & aliæ ejuſdem nominis urbes, quæ enumerantur a Stephano.
Eſt item Chalcis fluvii & pagi nomen, apud Strabonem lib. 8.

Chalcidĭcus, [Χαλκιδικὸς] Adj. Qui eſt ex Chalcide urbe, vel Chalcidica regione. ut, Arx Chalcidica. Virg. 6. Æn. 17.
Chalcidicaque levis tandem ſuperaſtitit arce. Intelligit Cumas, Chalcidicenſem coloniam. V. Gell. 10. 16. Idem 10. Ecl. 50.
Ibo, & Chalcidico quæ ſunt mihi condita verſu
Carmina, &c. h. e. ut interpretatur Servius, Theocritio ſtilo. q. V. Varro 3. de R. R. cap. 9. de Gallis gallinaceis, Nec tamen ſequendum in ſeminio legendo Tanagricos, ac Medicos & Chalcidicos, qui ſine dubio ſunt pulchri, & ad præliandum inter ſe maxime idonei, ſed ad partus ſunt ſteriliores.
Chalcidica creta, quæ affriata triticum conſervat. Varro 1. de R. R. cap. 57. de tritico condendo, Quidam ipſum triticum conſpergunt, quum addant in circiter mille modiûm quadrantal amurcæ. item alius aliud affriat, aut aſpergit, ut Chalcidicam, aut Caricam cretam, aut abſinthium.
Litora Chalcidica. Stat. 4. Silv. 4. 78.
Turres Chalcidicæ. Stat. 2. Silv. 2. 94.

Chalcidicum, i. n. Genus ædificii, teſte Feſto, ab urbe Chalcide dictum. Hujus meminit Vitruvius lib. 5. cap. 1. his verbis, Sin autem locus amplior in longitudine, chalcidica in extremis conſtituantur. Meminit & Dion. nec prætermiſit Caſſiodorus in Conſulum faſtis. Videor etiam obſervaſſe Chalcidicum pro Cœnaculo poni. Quod enim Homerus ſcribit,
Γρηὺς δ᾽ εἰς ὑπερῷ᾽, ἀνεβήσετο καγχαλόωσα: convertit Auſonius in Perioch. 23. Odyſſ.
Chalcidicum greſſu nutrix ſuperabat anili. Turneb. Adverſ. 18. 34.

Chalcītes, Gemma ærei coloris. Plin. lib. 37. cap. 11.

Chalcītis, is. f. [χαλκῖτις] Lapis ex quo ipſum æs coquitur. Plin. lib. 34. cap. 12.

Chalcitis, Inſula eſt contra fauces Rhindaci fluvii in Aſia. Plin. lib. 5. cap. ult.

Chalcophōnos, [χαλκόφωνος] Gemma nigra, quæ illiſa, æris tinnitum reddit. Plin. lib. 37. cap. 10.

Chalcosmăragdos, [χαλκοσμάραγδος] Gemma e Cypro, turbida æneis venis. Plin. lib. 37. cap. 5.

Chalcosthenes, [Χαλκοσθένης] is. m. Plaſtes laudatiſſimus de quo ſic Plin. 35. 12. Fecit & Chalcoſthenes cruda opera Athenis, qui locus ab officina ejus Ceramicus appellatur.
Fuit & Statuarius ejuſdem nominis. V. Plin. 34. 8.

Chalcus, [χαλκὸς] Genus numiſmatis Attici, perexigui. Plin. lib. 21. cap. 34. Eadem ſex obolos pondere efficit: obolus decem chalcos. Sed Pollux octavam, Suidas ſextam, Dioſcorides tertiam oboli partem facit. Adeo incerta pecuniæ vet. æſtimatio.

Chaldæa, Regio ad Orientem Judææ. Arabiæ contermina, plana, fontium indiga, in qua eſt Babylon civitas magna. Vide Interpretationes nominum Hebraicorum. Vel potius Cellarii Geogr. Antiq. lib. 3. cap. 16.

Chaldæi, [Χαλδαῖοι] (inquit Plin. lib. 6. cap. 28.) intra confluentem Euphratis, & Tigris habitant. de quibus Strabo lib. 17. ſic ſcribit, Conſtituta eſt habitatio quædam in Babylonia philoſophis indigenis, plurimum circa aſtronomiam verſantibus, qui Chaldæi appellantur. Horum frequens in ſacris literis mentio eſt. Conſtat autem nuſquam diligentius ſeveriuſque Mathematica ſtudia exculta fuiſſe, quam apud Chaldæos.
Unde dicti ſint Chaldæi, & quam ſcientiam profiteantur ſcribit Cic. 1. de Divin. 2. Quum de Aſſyriis loquitur, Qua in natione, inquit, Chaldæi non ex artis, ſed ex gentis vocabulo nominati, diuturna obſervatione ſiderum, ſcientiam putantur effeciſſe, ut prædici poſſet quid cuique eventurum, & quo quiſque fato natus eſſet.
Chaldæum, pro Aſtronomo vel Hariolo accepit Cato, quum inquit cap. 5. Augurem, haruſpicem, hariolum, Chaldæum nequem conſuluiſſe velit.
Monſtra Chaldæorum. Cic. 2. de Divin. 87.
Promiſſa Chaldæorum. Cic. 1. Tuſc. 95. Nam nunc quidem cogitationibus moleſtiſſimis effeminamur: ut ſi ante mors adventet, quam Chaldæorum promiſſa conſequuti ſumus, ſpoliati magnis quibuſdam bonis, illuſi, deſtitutique videamur. Multos promiſſis ſuis ut fefellerint Chaldæi, oſtendit idem 2. de Divin. 87.
Quid polliceantur Chaldæi, Columella lib. 11. cap. 1. aperit.

Chaldæus, Adj. Carmina Chaldæa. Claud. in 6. Conſ. Hon. 348.
Gens Chaldæa. Claud. 1. Ruff. 148.
Ritus Chaldæus. Claud. 1. in 1. Conſ. Stil. 60.

Chaldaĭcus, [Χαλδαϊκὸς] Adj. ut, Genus Chaldaicum. Cic. 2. de Divin. 88. Scylax Halicarnaſſeus, familiaris Panætii, excellens in aſtrologia, idemque in regenda ſua civitate princeps, totum hoc Chaldaicum prædicendi genus repudiavit.
Ratio Chaldaica. Cic. 2. de Divin. 88.

Chalepi Verſus, [χαλεπὰ μέτρα] dicuntur Duri, aſperi, ac prolatu difficiles, qualis eſt verſus Virgilianus, 8. Æn. 596.
Quadrupedante putrem ſonitu quatit ungula campum.

Chalestra, In CALESTRA.

Chalo, āre. Laxare & demittere. Vegetius, Aliquanti centones & culcitas funibus chalant. A Græco χαλᾷν deducitur. Atque hoc etiam verbum hodie nautis familiare eſt, qui Chalare velum dicunt. Turneb. Adverſ. 24. 25. Vitruv. 10. 13. Hinc

Chalatorius, Adj. Chalatorii funes apud Vegetium libro ultimo rei militaris, quibus antenna & attollitur & demittitur. In editis, Colatorii legitur, quam ſcripturam Turnebus non prorſus improbat, etſi priorem magis amplectatur. V. Turneb. l. c.

Chălўbes, um. m. [Χάλυβες] Populi in Ponto juxta Thermodoontem fluvium Straboni & Plinio: qui ferri temperandi arte ceteris præſtare dicuntur. Virg. 1. Georg. 58.
India mittit ebur: molles ſua thura Sabæi,
At Chalybes nudi ferrum.

Chalybs, ўbis. m. [χάλυψ] Genus ferri duriſſimi, a Chalybibus populis, ut ante dictum eſt.
Candens chalybs. Sil. lib. 1. 171.
Durus chalybs. Sil. lib. 2. 403.
Chalybs, aliquando accipitur pro Opere ipſo ex hujuſmodi ferro facto. Lucan. 6. 398. — chalybem, frenoſque momordit. Virg. 8. Æn. 446.
Vulnificuſque chalybs. ubi Chalybem, pro Chalybeo enſe poſuit.
Lethifer chalybs, Enſis. Valer. 6. Argon. 342.
Strictus chalybs, i. e. Enſis. Sen. Thyeſt. 4.
Item Chalybs eſt Hiſpaniæ fluvius, in quo Chalybes accolæ optime ferrum temperant. Juſtin. 44. 3.

Chalybeius, Adj.

Chamæ, [χῆμαι] inter cetera Conchyliorum genera longa deſcriptione ab Athenæo referuntur. Ceterum id ſibi peculiare aſcivere, quod plerumque in litore hiantes inveniuntur: idcircoque eas recte Chamas dici poſſe putaverim, quæ in marinis oris, pandentes ſeſe lævi teſta contectæ reperiuntur. Ex Matthiolo. Vide & Galen. lib. de Cib. bon. & mal. ſucc.

Chamæacte, es. [χαμαιάκτη] Genus ſambuci humilioris. Plin. lib. 24. cap. 8. Sambucus habet alterum genus magis ſilveſtre, quod Græci chamæacten, alii helion vocant multo brevius. Ruell. lib. 1. cap. 139. Chamæacte ſambucus pumila eſt, Latinis Ebulum dicitur. læto gaudet ſolo, ut teſtatur Columella, lib. 10. v. 9.
Atque habilis natura ſoli, quæ gramine læto
Parturit, & rutilas ebuli creat uvida baccas. Gallis hodie dicitur *hieble*, longe ſimilius ſambuco, magiſque herbaceo generi aſſignandum.

Chamæcĕrăsus, i. m. [χαμαικέρασος] Frutex eſt Plin. lib. 15. cap. 25. Sunt & Macedonica, parvæ arboris, raroque tria cubita excedentis, & minore etiamnum frutice chamæceraſi. Ruell. lib. 1. cap. 64. Chamæceraſus, ut apud Athenæum lib. 2. Aſclepiades Myrleanus depinxit, pumila eſt, Bithynorum agro frequens, radice parva: neque arbos eſt, nec arbuſculis ceraſorum impar, baccis cetera omnia conſimilibus. Copioſe veſcentibus caput vini modo gravant, & dolores cient. Hactenus Ruellius.

Chamæcissos, [χαμαίκισσος] Genus hederæ, non attollentis ſe a terra, teſte Plin. lib. 24. cap. 10. Unde vulgo Hedera terreſtris dicitur. Matthiolus ait hoc hederæ genus hodie in Italia non cognoſci.

Chamæcyparissos, [χαμαικυπάρισσος] Herba, quæ ex vino pota, contra venena ſerpentium omnium, ſcorpionumque pollet. Plin. lib. 24. cap. 15. Nonnulli eum eſſe putant qui vulgo dicitur, *Cypres des jardins*: quod quidam Abrotonum mas eſſe credunt. Ruellius lib. 3. cap. 23. Qui chamæcypariſſum exiſtimant eſſe, quem vulgus ab odore formaque foliorum ejuſdem nomenclaturæ arboris cypreſſum appellat, falluntur: nam etſi coactæ ſit brevitatis, & velut arboris cujuſdam abortus, non tamen in genere pumilionum ſedem invenit, nec in arborum, ſed fruticum cenſu conſtat haberi. Huc facit quod nihil apud claſſicum auctorem de chamæcypreſſo leges.

Chamædaphne, es. [χαμαιδάφνη] Plinio herba eſt in hortis ſeri ſolita, in funiculi modum ſeſe porrigens, & vicina quæque vinciens, unde & Vinca pervinca ab eodem appellatur. Folia habet lauro ſimilia: ideo Chamædaphne, i. e. Parva laurus appellatur: florem autem violæ ſimilem. De hac Plin. lib. 21. cap. 11. Dioſcoridi κληματὶς δαφνοειδὴς dicitur. Eſt & altera Chamædaphnes ſpecies, cujus idem Plin. meminit lib. 24. cap. 15. Chamædaphne, inquit, unico ramulo eſt, cubitali fere, folio tenui, lauri ſimilitudine: cujus ſemen rubens admixtum foliis, illinitur capitis doloribus recens. Hanc Romani Laureolam aut Lauraginem appellant. Dioſcorides autem, & Galen. hanc ſolam Chamædaphnes nomine noverunt.

Chamædiosmos, Ros marinus. Apul. cap. 79. [Scribendum, ut in ed. Lugd. 1587. eſt Chamedyoſmos, ex Gr. χαμηδύοσμος.

Chamedrăcon, ontis. m. Serpentis genus in Africa. Solin. cap. 4. conf. Salmaſ. Exerc. Plin. p. 243.

Chamædrops, [χαμαίδρωψ] Herba quæ vocatur &

Chamædrys, [χαμαίδρυς] Herba quæ Latine Trixago dicitur. Plin. lib. 24. cap. 15. Dicitur autem chamædrys quaſi humilis & terreſtris quercus. Vulgo appellatur Querciola aut Calamandrina.

Chamæglycymeris, [χαμαιγλυκυμαρὶς] Cancer major. Plin. 32. 11.

Chamæleos, [χαμαίλεος] inter Cancrorum genera numeratur a Plinio, ut videre eſt ex ejus lib. 33. cap. ult.

Chamæleon, vel **Chamæleo**, ōnis. m. [χαμαιλέων] Cardui ſpecies. Plin. lib. 22. cap. 18. Chamæleonem aliqui Ixiam vocant. duo ejus genera, &c. *Carlinam* vulgus vocat.

Chamæleon, ontis. m. [χαμαιλέων] quaſi Parvus leo. Animal pavidum eſt in India naſcens, figura & magnitudine lacertæ: coloris natura mirabilis: mutat namque eum ſubinde & oculis, & cauda, & toto corpore: redditque ſemper quem proxime attingit præter rubrum candidumque. V. Plin. lib. 8. cap. 33. conf. Caſſiodor. 5. Ep. 34. Brod. Miſcell. 6. 21. Hinc
Homo verſipellis. proverbio dicitur, Chamæleonte mutabilior. Et Adulatores ſæpe feſtive comparantur ad Chamæleontem. V. Alciati Embl. n. 5. Et Plut in libr. De adulatore & amico.

Chamæleuce, es. [χαμαιλεύκη] Herba quæ Tuſſilago dicitur, naſcitur ſecus fluvios, folio populi, ſed ampliore. Plin. lib. 24. cap. 15. Matth. in Dioſc. 4. 127. ait hanc herbam hodie eſſe ignotam.

Chamælygon, Herba. Apul. cap. 3.

Chamæmēlon, [χαμαίμηλον] Herba vulgo nota, ab odore mali ſic dicta. Leucanthemum alii vocant. V. Plin. lib. 22. cap. 21. *Camomilla* barbare vocatur. conf. Pallad. 7. 10. Macer. 1. 15.

Chamæmyrsine, [χαμαιμυρσίνη] ſive Oxymyrſine, Frutex ex quo ſcopæ fiunt apud Italos: alias Ruſcus: nonnulli Myrtum ſilveſtrem vocant. V. Plin. lib. 23. cap. 9.

Chamæpelōris, Cancer. Plin. 32. 11.

CHAMÆPEUCE, es. [χαμαιπεύκη] Herba est, folia habens laricis foliis similia, lumborum & spinæ doloribus propria. Plin. lib. 24. cap. 15.

CHAMÆPITYS, yos. [χαμαιπίτυς] Herba quæ Latine Ajuga dicitur. V. Plin. lib. 24. cap. 6. Ivam pharmacopolæ vocant. Apul. de Herb. cap. 26.

CHAMÆPITYĪNUS, Adj. [χαμαιπιτυΐνος] Vinum Chamæpityinum. Diosc. 5.41.

CHAMÆPLATĂNUS, i. f. Brevis platanus Plin. 12. 2.

CHAMÆPUS, [χαμαίπους] apud Græcos dicebatur Sponsa, quæ curru non subvehebatur, sed pedibus mariti domum petebat. Moris enim erat apud eos, ut Pausanias ait, ut sponsa locaretur in nuptiali curru, sponso & necessario affini juxta comitante, quem parochum vocant: cujus axem pro foribus incendebant, ut signarent illam ibi perpetuo mansuram, neque ulla tempestate inde recessuram. Auctor Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 5. vel potius Pollux lib. 3. Segm. 40.

CHAMÆRIPES, [χαμαιῤῥιπεῖς] Arbores sunt ex specie dactylorum, quæ & in Creta, & in Sicilia nascuntur, folio latiore ac molli, ad vitilia utilissimæ. V. Plin. lib. 13. cap. 4.

CHAMÆROPS, [χαμαίρωψ] Herba est, de qua Plin. lib. 26. cap. 7. Eosdem effectus lateris doloribus habet chamærops, myrteis circa caulem geminis foliis, capitibus Græculæ rosæ, ex vino pota. V. CHAMÆDROPS.

CHAMÆSYCE, [χαμαισύκη] Herba est lentis folia habens, nihil se attollentia, in aridis petrosisque nascens. V. Plin. lib. 24. cap. 15.

CHAMÆZĒLON, [χαμαίζηλον] Herba est, teste Plin. lib. 27. cap. 10. quam quidam eandem esse credunt cum Gnaphalio, cujus folia ita alba & mollia sunt, ut plane videantur tomentum, & pro tomento usurpentur.
Est & aliud Chamæzeli genus, quod & Pentaphyllon a Græcis, & a Latinis Quinquefolium appellatur: cujus meminit idem Plin. lib. 25. cap. 9.

CHAMÆTRACHĒA, æ. f. Cancer. Plin. 32. 11. Harduinus hic legit Chæmæ striatæ.

CHAMÆVI, vel CHAMAVI, orum. m. pl. Populus Germaniæ prope Amisiam. V. Tacit. 13. Ann. 55. Ejusdem Germ. 33. 1. Ammian. 17. 8.

CHAMĔLÆA, [χαμελαία] Herba quæ similitudinem foliorum oleæ habet. Plin. lib. 24. cap. 15. Vulgus vocat *pever montano*. Matthiolus. V. Diosc. 4. 172. Apul. de Herb. cap. 111.

CHAMĔLAĪTES, [χαμελαΐτης] Vinum ex Chamelæa factum. Dioscor. 5.41.

CHAMETÆRA, æ. [χαμετεῖρα] Parva socia. Plin. lib. 36. cap. 5. Is fecit Venerem & Pothon & Phaethontem, qui Samothrace sanctissimis cæremoniis coluntur. Item Apollinem Palatinum. Vestam sedentem laudatam in Servilianis hortis, duasque chametæras circa eam, quarum pares in Asinii monumentis sunt, ubi & Canephorus ejusdem. de Cephisodoro Praxitelis filio loquitur. Budæus.

CHAMEUNIA, æ. f. [χαμευνία] Humi cubatio. Hieron. Epist. 2. ad Nepotianum.

CHAMULCUS, i. m. a Marcellino dicitur, Humile plostellum quod trahitur, Sclodia, ut reperio in antiquo lexico Latino Græco, χαμουλκίς: haud scio an nostrum Chamium inde nomen invenerit, & certe invenisse probabile est. Hæc Turneb. Advers. 22. 13.
Instrumentum est, quo humo pene reptile aliquid trahebatur. Græcam vocem retinuit Ammian. 17. 4. Unde chamulcis impositus, &c. Scheffer. de Re Vehic. 2. 7.

CHAMUS, i. m. [χάμος] Genus freni. Interpr. Vulgat. 4. Reg. 19. 28. conf. Isaj. 37. 29. Isidor. 20. 16.
Est etiam Chamos, [χαμὼς] vel Chemos, Idolum, quod alio nomine Beelphegor dicitur, ut inquit Hieronymus ad Sajam lib. 5.

CHANES, [Χάνης] Fluvius est inter Albaniam & Armeniam a Cyro flumine exceptus, mox quum est factus navigabilis, in mare Caspium erumpens. Auctor Strabo lib. 11.

CHANNE, es. Piscis genus, quem ex seipso concipere ex Ovidio tradit Plin. lib. 32. cap. ult. Ovid. Halieut. v. 108.

CHAON, ŏnis. m. Heleni Trojani pater & comes. V. Serv. in illud Virg. 3. Æn. 335. Chaoniamque omnem Trojano a Chaone dixit.

CHĀŎNES, [Χάονες] Populi Epiri, a quibus Chaonia regio dicta. Plin. lib. 4. cap. 1. Virg. 3. Æn. 292.

Litoraque Epiri legimus, portuque subimus
Chaonio, & celsam Buthroti ascendimus urbem.

CHĀŎNIA, [Χαονία] Pars alpestris Epiri, licet quandoque sumatur pro tota Epiro. Plin. in proœm. lib. 4. Epiros in universum appellata, Acroceraunіis incipit montibus. In ea primi Chaones, a quibus Chaonia. Virgil. l. c.

CHĀŎNIUS, [Χαόνιος] Adj.
Campi Chaonii. Virg. 3. Æn. 334.
Columbæ Chaoniæ dictæ ab Epiri parte, in qua (ut poetæ fabulantur) columbæ olim reddebant oracula in Dodona silva. Virg. 9. Ecl. 13.

— carmina tantum
Nostra valent Lycida tela inter Martia, quantum
Chaonias dicunt aquila veniente columbas.

Quod autem in Epiri illo nemore columbæ dare responsa dicuntur, Servius ideo fingi putat, quia lingua Thessala Peliades & Columbæ vaticinatrices vocantur.
Frondes Chaoniæ. Stat. 3. Theb. 476.
Glans. Virg. 1. Georg. 8.
Juppiter. Valer. 1. Argon. 303.
Nemus. Stat. 6. Theb. 99.
Patris Chaonii glandes, i. e. Jovis Epirotici, ut ait Servius. Virg. 2. Georg. 67.
Sinus Chaonii. Ovid. 13. Met. 717.
Victus Chaonius, i. e. Glandium cibus. Claud. de Rapt. Proserp. lib. 3. 47.

Chaonio statui gentes avertere victu.

CHĀŎNĬDES, [Χαονίδες] Canum genus ex Chais, hoc est lupis cervariis conceptum, ut videtur sentire Hermolaus in Plin. 8. 19. Verisimilius tamen est a Chaonia regione dictos, quemadmodum & Molossos a Molossia. Chaonidum canum originem refert Julius Pollux ad æneum canem a Vulcano fabricatum.

CHĂŎS, n. indecl. [χάος] Festus, Chaos appellat Hesiodus Confusam quandam ab initio unitatem, hiantem, patentemque in profundum. Ex eo & χαίνειν Græci, id nos hiare dicimus. Ovid. 1. Met. 7.

Ante mare & terras, & quod tegit omnia cælum,
Unus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere chaos, rudis indigestaque moles. Virg. 4. Æn. 510.
Tercentum tonat ore deos, Erebumque, Chaosque.

Æternæ noctis chaos. Sen. Med. 1.
Altum chaos. Rufus Festus Avienus non procul ab initio.

Atrum chaos rebus induci, significat Summam confusionem & perturbationem rerum. Sen. Agam. 6.
Avidum. Sen. Herc. fur. 9.
Cæcum. Sen. Octav. 7.
Cimmerium. Stat. 3. Silv. 2. 93.
Deforme. Sen. Thyest. 9.
Densum. i. e. Profundum. Sen. Herc. fur. 10.
Horrendum. Valer. 2. Argon. 86.
Imum. Sil. lib. 13. 438.
Extimuit natura chaos. Lucan. lib. 5. 634.
Chaos, pro Inferno. Virg. 6. Æn. 265.

Dii, quibus imperium est animarum, umbræque silentes,
Et Chaos, & Phlegeton, loca nocte silentia late.

Durum. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 13.
Inane chaos. i. e. Vacua Erebi regna. Ovid. 4. Fast. 600.
Profundum. Valer. Flacc. 7. Argon. 402.

— qualesve profundum
Per chaos occurrunt cæcæ sine vocibus umbræ.

Tartareum. Stat. 12. Theb. 772.
Umbriferum chaos, pro Nocte. Rufus Avienus in Sole,

— quum per chaos umbriferum vis
Flammea pervasit. i. e. Per tenebras nocturnas.

CHARA, [χάρα] Genus radicis. Cæs. 3. Bell. Civil. 48. Est etiam genus radicis inventum ab iis qui fuerant cum Valerio, quod appellatur Chara, quod admistum lacte multum inopiam levat: id similitudinem panis efficiebat: ejus erat magna copia. Quæ sit hæc herba quæsitum est. Plinius lib. 19. cap. 8. Lapsanam interpretari videtur quum scribit, Nec non olus quoque silvestre, & triumphorum divi Julii carminibus præcipue jocisque militaribus celebratum: alternis quippe versibus exprobravere lapsana se vixisse apud Dyrrhachium, præmiorum parsimoniam cavillantes. Est autem id Cyma silvestris. Alio loco Plinius Lapsanam inter Brassicas silvestres numerat, pedalis altitudinis, hirsutis foliis, napi simillimis, nisi candidior esset flore. Sed lib. 19. cap. 5. de generibus brassicæ differens ita tradit, Etiamnum unum silvestre Græci cheram vocant, Pontici armon, alii leucen; nostri armoraciam, fronde copiosius quam corpore. Hanc testantur scripturam veteres omnes libri, sed Cheræ nomine offensi correctoresne dicam an depravatores, Agrium supposuere. Isidorus, Armoracea, inquit, hæc est lapsana: vetus lexicon armoraceam ῥαφανίδα interpretatur. Sed Plinius duas herbas in unam confudit Lapsanam & Armoraciam, quæ caulibus & foliis tam indiscretis sunt, ut ne a peritis quidem vix distingui possint nisi flore: quo factum esse reor, ut quod de Chara dixit Cæsar, de Lapsana Plinius retulerit, quum armoracea, ut dixi, indistinctæ & geminæ cujusdam sit cum lapsana similitudinis, & utraque species sit brassicæ silvestris. Dicit autem Cæsar radicem illam inventam fuisse ab iis qui cum Valerio fuerant, milites eos intelligens, qui duce Valerio in Asia fuerant Mithridatico bello: Valerium autem eorum ducem interficiendum curarat Fimbria. Hæc ad verbum ex Turnebo. Advers. 24. 7. [Agrion tamen retinuit apud Plin. Harduinus; nulla mentione facta variæ in Mss. scripturæ, quod miror. Κέραν etiam Theophrastus ῥάφανον ἄγριον vocari lib. 9. docet. V. D. Voss. not. ad Cæs.

CHARACENI, Tauricæ regionis populi, ab oppido Charace sic dicti, quod inter hujus regionis urbes commemorat Ptolemæus. V. Plin. lib. 4. cap. 12.

CHARACIAS, æ. Genus tithymali. Plin. lib. 20. cap. 8. enarrans tithymali genera, Primus cognominatur characias, qui & masculus existimatur, ramis digitali crassitudine, rubris, rugosis. Ruellius libro 3. Characias Gallis nunc magna ex parte Expurgia nominatur, Rusticis Evigilium matutinum, aut quia repurget, aut antelucano moliens dejectionem, expergiscere sumentem cogat.

CHARACTÆ, arum. f. Gradus puritatis in auro. V. Pitisc. Lex. Rom. Antiq.

CHARACTER, ēris. m. [χαρακτὴρ] Latine dicitur Signum, vel Insigne, quod animanti vel alii rei imprimitur, ut dignosci possit. Columel. lib. 11. cap. 2. Nec minus majora quadrupeda charactere signari debent. Pallad. R. R. 2. 16. Hoc mense maturi agni & animalia omnia minora & majora charactere signentur. V. Voss. 6. Institut. Hinc vulgo dicitur Sermo animi character est.
Character, Genus & figura dicendi. Gell. lib. 7. cap. 14. Et in carmine & in soluta oratione, genera dicendi probabilia sunt tria, quæ Græci χαρακτῆρας vocant. Cic. in Orat. 134. Sed jam ipsa forma restat, & character ille qui dicitur: quæ, qualis esse debeat, ex ipsis quæ supradicta sunt, intelligi potest.
Character alicujus poetæ, vel Scriptoris. Varr. 3. de R. R. cap. 2. Nonne item L. Albutius, homo, ut scitis, apprime doctus, cujus Luciliano charactere sunt libelli, dicebat in Albano fundum suum pastionibus semper vinci a villa?

CHARACTĒRISMUS, i. m. [χαρακτηρισμὸς] Latine Designatio: ut est apud Juven. 4. Sat. 38.

— & calvo serviret Roma Neroni. i. e. Domitiano.

Figura qua orator vitas eorum de quibus loquitur, deformat. V. Quintil. 9. 3.

CHARACTĒRĪZO, [χαρακτηρίζω] āre. Augustin.

CHARADRIUS, [χαραδριὸς] Avis maritima, magna, & ingluviosa, quam aspicientes icterici morbo liberantur, teste Ælian. lib. 15. cap. 26. Alio nomine Icterus appellatur, & a Latinis Galgulus, ut existimat Plin. lib. 30. cap. 11.

CHĂRADRUS, [Χάραδρος] Lacus est, & navium statio prope Ciliciam, contermina Asiæ, juxta quam Charadrus est fluvius. Hæc Steph. de Urbib. Charadrii fluvii meminit Stat. 4. Theb. 46.

Quæque pavet longa spumantem valle Charadron Neris.

Est item Charadrus, Oppidi nomen in ea Syriæ parte, quæ Phœniciæ proxima est. Plin. lib. 5. cap. 20.

CHARANDRO, Troglodyticæ sinus, in quo Ptolemæus Philadelphus de nomine sororis Arsinoen urbem condidit, ut refert Plin. lib. 6. cap. 29.

CHARAX, [Χάραξ] Strabo inter castella Corsicæ insulæ habitabilia numerat, quæ sunt quatuor, Blesini, Charax, Eniconiæ, Vapanes. Reliquum vero ejus insulæ fere incultum est, asperum, & plurimis in partibus prorsus inaccessibile, adeo ut qui ejus montes habitant, ex latrociniis vitam degentes, superent ipsas immanitate belluas. Hæc ille lib. 5.
Charax, Straboni lib. 17. Locus est quo Carthaginienses emporio utebantur, advehentes vinum, & inde succum & silphium reportantes ab iis, qui id ex Cyrene clam exportabant. Plin. lib. 6. cap. 27. Charax oppidum Persici sinus intimum, a quo Arabia Eudæmon cognominata excurrit, habitatur in colle manu facto inter confluentes: dextra Tigrin,

læva Eulæum trium millium paſſuum laxitate. Conditum eſt primum ab Alexandro Magno: qui colonis ex urbe regia Durine (quæ tum interiit) deductis, militumque inutilibus ibi relictis, Alexandriam appellari juſſerat: Pagumque Pellæum, a patria ſua, quem proprie Macedonum fecerat. Flumina id oppidum expugnavere. Poſtea Antiochus reſtituit, quintus regum, & ſuo nomine appellavit. Iterumque infeſtatum Paſines Sogdonaci filius, rex finitimorum Arabum, quem Juba ſatrapem Antiochi fuiſſe falſo tradit, oppoſitis molibus reſtituit, nomenque ſuum dedit, emunito ſitu juxta in longitudinem trium millium paſſuum, in latitudinem paulo minus.

CHARAX, ācis. m. Latine dicitur Vallum: ſignificat & Pedamentum vitis, ſive ridicam. unde apud Columel. lib. 5. cap. 4. Vites characatæ. Meminit Cælius. Rhodig. lib. 8. cap. 4. Vulgus Gallicum dicit *Eſcharas*, voce illinc deflexa. Pro Firmiore palo, cui vitis alligatur, ſive pedamento, eſt generis feminini. Columel. 11. 3. [Hunc poſteriorem Columellæ locum non reperi, nec eſt in Indice Geſneri. De mutatione generis in hac voce prolixe egit Henr. Steph. in Theſ. Gr. q. V.

CHARAXES, [Χαράξης] Fuit teſte Herodoto lib. 2. Mitylenæus patria, & frater Sapphûs. De quo Ovid. 15. Epiſt. 117.

Gaudet, & e noſtro ſurgit mœrore Charaxes
Frater, & ante oculos itque reditque meos.

CHARAXO, [χαράσσω] āre. Inſcribo, Incido. Prudent. Hymn. 10. Ro. 557. & Auguſtin. & Apic. 6 9.

CHARES, ētis. [Χάρης] Athenienſium dux, ad promittendum facilis & promptus. Unde proverbium natum, Χάρητος ὑποσχέσεις. i. e. Charetis pollicitationes. Suidas. V. Chiliad.

Fuit & Chares Lyndius ſtatuarius, Lyſippi diſcipulus, qui Rhodi Solis coloſſum fecit. Auctor Plin. lib. 34. cap. 7.

CHARIBŒA & Porcis, Dracones duo erant, qui olim equo ligneo a Trojanis in urbem admiſſo, ab Calydnis inſulis, in quas ſe conjecerant Græci, enatantes, Laocoontis filios peremere, ob conjectum in equum ligneum haſtile. De his vide Cæl. Rhodig. lib. 8. cap. 13.

CHĂRĬDĒMUS, [Χαρίδημος] Dux Cerſobleptæ Thraciæ regis militum, cujus multam mentionem facit Demoſthenes in oratione contra Timocratem. Item, Exul quidam Athenienſis, qui ab Alexandro pulſus, ad Perſas tranſiit. a Dario deinde ob paulo liberius factum de ipſius & hoſtium viribus judicium, ſupplicio affectus eſt. Curt. 3. 2.

CHARIEN, Fluvius eſt Themiſcyrenæ, in Surium, urbi cuidam cognominem fluvium, influens, de quo Plin. lib. 6. cap. 4. in deſcriptione Themiſcyrenæ regionis.

CHĂRIENTISMUS, i. m. [χαριεντισμὸς] Urbanitas, lepos & venuſtas ſermonis. Apud Rhetoras figura eſt, qua dura dictu, gratius proferuntur: ut ſi interrogantibus nobis numquis nos quæſierit, reſponſum detur, Bona fortuna. exinde intelligitur, neminem nos quæſiſſe. Hæc Donatus in libello de Barbariſmo. Vel ut ille Davus Terentianus, Bona verba quæſo. V. Voſſ. 4. Rhet. Inſtitut. p. 238.

CHĂRILLUS, [Χάριλλος] Dux Lacedæmoniorum, Tegeatas ſuperavit. Auctor Pauſanias apud Volaterranum. Arbitror ſcribendum Charilaus, cujus meminit Strabo lib. 12. & Plutarchus in vita Lycurgi. [Apud Pauſan. in Lacon. p. 87. extr. Wech. & Arcad. p. 240. Achaic. 276. Χάριλλος conſtanter ſcribitur. At idem p. 82. extr. Lacon. Χαρίλαον eundem vocat. Fuit autem in Spartæ regno Archelai collega, ex familia Eurypontidarum, Polydectæ Filius, ſub quo Lycurgus, patruus ejus, leges ſuas ſcripſit, ut Strabo & Plut. plenius memorant. Promiſcue vero utroque modo talia nomina ſcribi conſueſſe pridem doctiores monuerunt. V. Perizon. ad Æliani V. H. 1. 27. Alioqui analogiæ lege Χάριλλος & deminutivum eſt, a Χαρικλῆς.

CHĂRĪNI, olim dicti ſunt Nummi, vel Stateres aurei, a Charino imperatore ſignati. Nam ut Philippi nomen habebant ſolidi aurei a Philippo percuſſi, ſic conſentaneum eſt qui forma Charini ſignati ſunt, ut Charini nomen habeant. Auſonius Ep. 5. v. 23.

Ergo aut prædictos jam nunc reſcribe Charinos. Quanquam Turnebus (Adverſ. 22. 10.) aliter hunc locum legit.

CHĂRIS, ĭtos. f. [χάρις] Latine dicitur Feſtivitas, beneficium, munus, gratia, remuneratio, voluptas. Plin. 35. 10. In pictura Venus. Conf. Quintil. lib. 12. cap. 10. pr.

CHĂRĬTES, um. pl. f. [Χάριτες] Lat. Gratiæ. Deæ, quas quidam ex Venere & Jove genitas ſcripſerunt, alii in quibus Serv. ad 1. Æn. v. 720. quod horum præcipue munere numinum concilientur, ex Venere & Libero. Cicero de N. D. 3. 44. ex Erebo & Nocte ortas tradit. Lactant. in prim. Thebaid. Jovis & Autonoes filias putat. Heſiodus in Theog. v. 907. Jovis & Eurynomes Oceani filiæ, filias ſcribit. Tres ſunt, Aglaia, quæ alio nomine Paſithea dicitur: Thalia, Euphroſyne. Tot autem ideo eſſe prodiderunt, quia & benefici eſſe in alios debemus, & aliorum beneficia ſuſcipere: & iis qui in nos fuerunt liberales, retribuere. Dare autem, & accipere, & referre, tres actus ſunt inter ſe diſtincti. Alii ideo dicunt tres Gratias eſſe, quia acceptum beneficium cum fœnore reddi debet. Quapropter ſolebant veteres ita Gratias pingere, ut una earum averſam faciem teneret, quaſi a nobis profecta: duæ vero nos aſpicerent, ut duplex nobis beneficium rependi debere oſtenderent. Nudæ etiam pingebantur, quia beneficia fuco debent carere, & nullo velamine obtegi. Item connexæ, quia inſolubiles eſſe Gratias decet: & beneficium, aliud ſemper beneficium parere, perpetuumque eſſe amicitiæ fœdus. Tradunt etiam eas in Acidalio fonte, qui eſt Orchomeni Bœotiæ urbe, lavari, quoniam pura eſſe beneficia oportet: & nihil ſordidum, i. e. nullam ſpem retributionis habere. V. infra GRATIÆ.

CHARISMA, ătis. n. [χάρισμα] Gratia, munus. Tertull.

CHARISIUS, [Χαρίσιος] i. m. Atticus orator, cujus meminit Cic. in Brut. 286. Et quidem, inquit, duo fuerunt per idem tempus diſſimiles inter ſe, ſed Attici tamen: quorum Chariſius multarum orationum, quas ſcribebat aliis, quum cupere videretur imitari Lyſiam: Demochares autem, qui fuit Demoſthenis ſororis filius, & orationes ſcripſit aliquot: & earum rerum hiſtoriam, quæ erant Athenis ipſius ætate geſtæ, non tam hiſtorico, quam oratorio genere perſcripſit. At Chariſii vult Hegeſias eſſe ſimilis, &c.

Eſt & inter Grammaticos antiquos, Flavius Soſipater Chariſius, cujus meminit Priſcianus.

Eſt & Panis, ſeu, ut Suidas ait, Placentæ ſpecies, qui Græcis χαρίσιοι dicebantur.

CHARISIA, orum. n. pl. [χαρίσια] Pervigilium in Gratiarum honorem, quorum præmium erat placenta & bellaria. V. Euſtath. in Odyſſ. σ. 23.

CHARISTIA, n. pl. [χαρίστια] apud veteres Feſta erant, ad quæ ſimul conveniebant omnes, qui vel ſanguine, vel cognationis quocunque gradu, invicem junctiores erant, & defunctis jam amicis, ut avis, atavis, abavis, ſacra faciebant, eoſque thure & honoribus divinis venerabantur. qui & ipſi quoque egreſſi ſepulchris, ſacris intereſſe credebantur. Meminit horum Ovid. 2. Faſt. 617.

Proxima cognati dixere Chariſtia chari,
Et venit ad ſocios turba propinqua deos. V. dict. ſeq.

CHARISTIA, æ. Idem. Valer. Max. lib. 2. cap. 1. Convivium etiam ſolenne majores inſtituerunt: idque chariſtiam appellaverunt: cui præter cognatos & affines nemo interponebatur. Alia exemplaria habent Chariſtia, & non Chariſtiam. Et ita legendum omnino putaverim.

CHARISTICUM, [χαριστικὸν] pro Remuneratione apud Calliſtrat. in l. divus Adrianus. D. de bon. damnat. Sed debent ad ea ſervari, quæ jure præſidum ſolent erogari, ut puta chariſticum quibuſdam officialibus, &c. V. CARCERATICUM.

CHARITAS, In CHARUS.

CHARITŎBLĔPHĂRON, [χαριτοβλέφαρον] Frutex eſt circa Troglodytarum inſulas naſcens, efficax in amatoriis, de quo Plinius ex Juba ſcribit, ſpathalia eo facere & monilia feminas. Sentire eum ſe capi, durarique cornus modo, & hebetare aciem ferri. Quod ſi fefellerint inſidiæ, in lapidem transfigurari. V. Plin. lib. 13. cap. ult.

CHARITONIUS, Adj. [χαριτώνιος] Lucret. lib. 4. 1156.

Parvula, pumilio: charitonia tota, merum ſal. Epitheton eſt mulieris. Qua voce ſignificatur Gratia venalis: quod hæc puella ſe vendat gratia verborum, quibus velut pedicis animos amatorum illigat. χάρις gratia dicitur, ὤνιος venalis. Charitonia tota, Quæ nihil feſtivitatis, aut gratiæ non habet venale. Sic interpretatur Pius. Turneb. Adverſ. 27. 35. vero locum putat mendoſum, ſicque reponendum,

Parvula, pumilio, χαρίτων μία, tota merum ſal. i. e. Charitum, ſeu Gratiarum una.

CHARMANDE, [Χαρμάνδη] Urbs eſt trans Euphratem, juxta portas Babylonias. Unde

CHARMANDÆUS & CHARMANDITES, Gentilia, & CHARMANDENE regio. auctor Stephanus.

CHARMEI, Oppidum Minoeiorum in Arabia, qui a rege Cretæ Minoe originem trahere exiſtimantur, ut inquit Plin. lib. 6. cap. 28.

CHARMIS, idis. [Χάρμις] Medicus, qui ex Maſſilia Romam profectus, damnatis non ſolum prioribus medicis, verum & balneis, frigida etiam hibernis algoribus lavari perſuaſit. Qua de re etiam extat Annæi Senecæ aſtipulatio, ut videre eſt apud Plin. lib. 29. cap. 1.

CHARMIDES, is. Senex in Plaut. Trin.

CHARMOTHAS, [Χαρμόθας] Portus eſt in Arabia, centum fere ſtadiorum ambitu, ingreſſu anguſto, & omni ſcaphæ periculoſo, emittit in eum flumen. Sic Strabo lib. 16.

CHĂRON, ontis. [Χάρων] Charontem Portitorem apud inferos fingunt poetæ, triente manes defunctorum per Stygem & Acherontem tranſvehentem ad ſedes deſtinatas. V. Virg. 6. Æn. 298.

Portitor has horrendus aquas & flumina ſervat,
Terribili ſqualore Charon. Meminit paſſim Lucianus in Dialogis mortuorum, ubi & memorat obolum Charonti pro naulo dari ſolitum a defunctis, qui transvehantur. conf. Suid. & Apul. 6. Met.

Alterum pedem in cymba Charontis habere, Proverbium eſt de Iis, qui admodum infirmi & morituri videntur.

Dicitur per antiphraſin Acheron. Plerique Charontem, aiunt ſignificare Aërem infernum, quod (ut volunt) animæ ſunt aeriæ, ideo confictum ipſum a poetis Portitorem animarum.

Dirus Charon. Sen. Herc. fur. 9.

Portitor Charon. Virg. 6. Æn. 326.

Charon fuit & proprium, ut Charon Lampſacenus hiſtoricus, qui tempore primi Darii floruit. Scripſit Æthiopica libris duobus: Item Cretenſia, Græcanica, & alia.

Charon item Carthaginienſis hiſtoricus, qui tyrannorum quotquot in Aſia Europaque fuerunt, item illuſtrium virorum & mulierum vitas conſcripſit.

Tertius ejuſdem nominis, Naucratita fuit, hiſtoricus, qui de ſacerdotibus, regibus, & geſtis Ægyptiorum hiſtoriam ſcripſit.

CHĂRONDAS, [Χαρώνδας] Philoſophus Pythagoricus & Legislator Thurius, qui cum legem tuliſſet, nequis cum ferro in concionem veniret, alioqui continuo interfectum iri. Quumque poſtea ipſe e rure veniens, ex improviſo, ut erat gladio accinctus, in concionem veniſſet, admonitus legis ab eo qui proxime ſedebat, eidem gladio incubuit, quum liceret culpam diſſimulare, vel defendere. Ex lib. 6. cap. 5. Valerii. Ariſtot. autem lib. 2. Politic. hunc Charondam dicit patria Catinenſem, qui civibus ſuis leges conſcripſit. Cic. 3. de Legib. 5. Nec vero ſolum ut obtemperent obediantque magiſtratibus, ſed etiam ut eos colant diligantque, præſcribimus: ut Charondas in ſuis facit legibus.

CHĂRŌNĒUM, [χαρώνειον] ſive CHĂRŌNĪA Porta [χαρώνειος θύρα] erat Athenis in nomophylacio, per quam damnati ad ultimum ducebantur ſupplicium. Fuerunt & Charoniæ ſcalæ, ex quibus idola ſeu ſimulacra deſtinabant in theatris. Cæl. Rhod. lib. 8. cap. 8.

Charonia, etiam Paludes & Barathra vocantur, odorem tætrum exhalantia. V. Strabo lib. 12. ad finem. & Caſaub. ad ejuſd. lib. 5. pag. 244.

CHĂRŌNĪTÆ, ārum. m. [χαρωνῖται] Senatores novi a Romanis ex contemptu ita vocati. Ait Plutarchus in vita Antonii: M. Antonius his (ſcil. Cæſaris commentariis) interſerens quos ei viſum eſt, multis magiſtratus dedit, multos in ſenatum adlegit. Unde omnes hos per ludibrium Charonitas Romani appellabant, quandoquidem ubi arguebantur, ad mortui fugiebant commentarios, & neminem vivum dignitatis ſuæ auctorem ciere poterant. Iidem apud Suet. in Aug. cap. 35. Orcini vocantur. q. V. in ORCUS.

CHARONIUM Antrum, [Χαρώνιον ἄντρον] Strabo lib. 14. In via inter Tralles atque Nyſſam vicus eſt Nyſſaenſium non procul ab urbe nomine Acharaca, ubi Plutonium eſt, luco ſumptuoſo circumdatum. Item Plutonis ac Junonis delubrum, & antrum Charonium natura admirabile, quod luco imminet, &c. V. CHARONEUM.

CHAROPS, [Χάροψ] Homero lib. Iliad. 11. 426. Vir Trojanus, Hippaſi filius, & Soci frater, quos ambos uno die Ulyſſes interemit.

Eſt & nomen cujuſdam inter Epirotas primarii, qui Tito Quintio Flaminio Conſuli Romano contra Philippum bellum gerenti favit. Plutarchus in vita ejuſdem Flaminii. Hunc Livius lib. 32. cap. 6. & 11. Charopum vocat.

Charræ, V. Carræ.
Charta, vel potius Cartha, Urbs Tyri dicta eſt, ex qua & Dido orta fertur, & ab ejus nomine a ſeſe conditam urbem, Chartaginem appellaſſe. V. Serv. ad 1. Æn. 343.
Charta, æ. f. [χάρτης] Papyrus eſt appellata, quod ſcilicet ex papyro fieret. Poſtea vero id genus chartæ inventum eſt, quo nunc paſſim utimur, fitque ex linteolis in aqua contritis. Martial. lib. 6. 64.
— miſeras & perdere chartas. Plin. lib. 13. cap. 11.
Chartæ uſu maxime humanitas vitæ conſtat & memoria. Et hanc Alexandri Magni victoria repertam, auctor eſt M. Varro, condita in Ægypto Alexandria: ante non fuiſſe chartarum uſum. in palmarum foliis primo ſcriptitatum: deinde quarundam arborum libris. Poſtea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox & privata linteis confici cœpta, aut ceris. V. omnino reliqua, de chartarum uſu & præparatione apud Plin. l. c. & cap. 12.
Ac apud Memphim urbem celeberrimam, primum confectam eſſe narrat Lucan. 3. 222.
Nondum flumineas Memphis contexere biblos
Noverat. Biblus papyrus eſt, ejuſque plagulas hic biblos vocat. [Niſi hic Memphis per ſynecdochen poëticam pro Ægypto ponitur.
Codicis chartas explicare. Quintil. Quum aperto codice chartas explicaret.
Inopia chartæ minus ſcribitur. Cic. 5. Att. 4.
Sonitus fragilis chartarum. Lucret. lib. 6. 111.
Anus charta, Victura diu, non brevi peritura. Catul. 66. 46.
Auguſtea charta, e qua religioſi tantum ſacrique libri ſcriberentur, quæ olim Hieratica nuncupabatur. V. Plin. 13. 11. & alibi.
Bibula charta. In bibo.
Deletitia charta. Ulpian. in l. 4. D. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab. Chartæ appellatio & ad novam chartam refertur, & ad deletitiam.
Dentata charta rem agere. Cic. 2. Q. frat. 14. Calamo & atramento temperato, charta etiam dentata res agetur. Dentata dicuntur Mordacia, ut ait Eraſmus in Chiliadibus. Seneca etiam dentatos ſales eſſe non vult. V. in dens.
Doctæ & laborioſæ chartæ. Catul. 1. 6.
Epiſtolares chartæ. Martial. lib. 14. 11.
Ineptis chartis quicquid amicitur. Hor. 2. Epiſt. 1. 270.
Liviana charta. Plin. 13. 12.
Plumbea charta. Suet. in Nerone, cap. 20. Plumbeam chartam ſupinus pectore ſuſtinuit. i. e. Laminam plumbeam. ſic enim interpretatur Plin. lib. 34. cap. 18.
Puræ chartæ. Ulpian. in l. Librorum appellatione. §. Quod tamen. D. De leg. 3. Nam nec chartæ puræ debentur libris legatis, nec chartis legatis libri debebuntur.
In uſu plerique libros chartas appellant. V. usus. H. St. V. & p. p. Charta pro libro.
Ad chartas parare papyrum. Ulpian. in l. Librorum appellatione. §. Chartis legatis. D. de leg. 3. Chartis legatis, neque papyrum ad chartas paratum, neque chartæ nondum perfectæ continebuntur.
Chartæ quoque quæ illam priſtinam ſeveritatem continebant, obſoleverunt. Cic. pro Cœl. 40.
Delatæ chartis merces. Cic. pro Rabir. Poſth. 39. Auditæ viſæque merces, fallaces quidem & fucoſæ, chartis & linteis, & vitro delatæ. Al. Celatæ.
Explicare omne ævum tribus chartis. Catul. 1. 6.
Illinire chartis aliquid. Hor. 1. Serm. 4. 36.
Et quodcunque ſemel chartis illeverit, omnes
Geſtiet a furno redeuntes ſcire. Eſt autem per contemptum dictum Illinere, quaſi dicat Non ſcribere, ſed chartas Commaculare tantummodo.
Impalleſcere nocturnis chartis. Perſ. 5. Sat. 62.
Notata charta digitis, i. e. Scripta. Ovid. 1. Epiſt. 62.
Ne nos prodat charta. Cic. 2. Att. 20. De Repub. breviter ad te ſcribam: jam enim charta ipſa ne nos prodat pertimeſco.
Promere chartis Hetruſcis. Cic. 1. de Divin. 20.
Voces triſtificas chartis promebat Hetruſcis.
Silere chartæ dicuntur, Quum nemo ſcribit. Hor. 4. Carm. 8. 21.
— neque
Si chartæ ſileant quod bene feceris.
Sileri chartis, i. e. Nullius ſcriptis celebrari. Hor. 4. Carm. 9. 31.
— non ego te meis
Chartis inornatum ſileri,
Totve tuos patiar labores.
In charta averſa ſcribere. Martial. lib. 8. 62.
Ponere thura, charta ſoluta. Juven. 13. Sat. 116.
Charta, pro Libro. Ovid. 3. Triſt. 1. 4.
Nullus in hac charta verſus amare docet.
Vacare chartis, Libris. Martial. lib. 7. 79.
Chartīna, æ. f. Dixere veteres pro Charta. Priſcian. lib. 4.
Chartus, i. Antique. Legitur in Lucilio apud Nonium 3. 40. Ubi nunc Socratici charti.
Chartŭla, æ. f. dimin. [χαρτίον] Cic. 7. Fam. 18. Miror quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quam hæc ſcribere. Alibi Chartula, pro Scheda vel Commentariolo ponitur; Inter chartulas confiſcati inventus eſt brevis debitorum nomina continens. Budæus.
Chartularius, i. m. [χαρτοφύλαξ] Officii nomen erat, cujus fit mentio in l. 3. de Cano. Largit. lib. 10. Cod. Budæus.
Vide scriniarius. H. St.
Chartaceus, Adj. [χάρτινος] ut, Codices chartacei. Ulpian. in l. librorum appellatione. D. de leg. 3. Quod ſi in codicibus ſint membraneis, vel chartaceis, vel etiam eboreis, vel alterius materiæ, &c.
Charteus, aliud Adj. Auſon. 10. Epiſt. 40.
Chartarium, i. n. Chartophylacium. Hieron. ad Ruff. 3. 6. Cur eam in Romanæ Eccleſiæ chartario non requiris.
Chartarius, a, um. Adj. ut, Chartariæ officinæ. Plin. lib. 18. cap. 10. Hoc ærariæ officinæ, chartariæque utuntur.
Chartarius, i. m. Idem ac Chartularius. Inſcriptio Romæ; LOCVS VALERIANI CHARTARII.
Chartiatĭcum, i. n. [χαρτιατικόν] in l. penult. D. de bon. damn. & apud Zonaram, tom. 3. puto eſſe Quod pro charta officialibus præbebatur. Nam miniſtris magiſtratuum chartas præſtitas ex Frontino lib. 2. de Aquæductib. intelligere licet. V. Cujacium, lib. 4. Obſervat. cap. 18. Nonnulli legunt Chariſticum. V. ſupra.

Chartŏphy̆lacium, [χαρτοφυλάκιον] Græci vocant Scrinium, in quo libri & ſcripturæ reponuntur.
Chārus, vel potius Carus. [q. V. nam perperam hæc disjuncta ſunt] Adj. [ἀγαπητὸς, προσφιλὴς, χαρίεις, θυμήρης] Gratus & amore devinctus. Cic. 2. Fam. 15. Quem tibi charum eſſe gaudeo.
Amicis charus. Hor. 1. Serm. 6. 70.
Amici chari. Hor. 4. Carm. 9. 51.
Amplexus. Ovid. 9. Met. 749.
Caput. Virg. 4. Æn. 354.
Comes charus atque jucundus. Cic. 4. in Catil. 11.
Conjunx. Ovid. 5. Triſt. 5. 21.
Corpus. Sen. Hippol. 12.
Corpora. Ovid. in Ibin, 311.
Inque pyram tecum chariſſima corpora mittas. al. Pignora.
Dignitas & gloria liberorum nobis chara. Cic. 1. de Orat. 19. Hortemurque potius liberos noſtros, ceteroſque, quorum gloria nobis & dignitas chara eſt, &c.
Fratres. Sen. Hippol. 5.
Genitor. Virg. 10. Æn. 789.
Genitrix. Virg. 1. Æn. 693.
Juvenis. Tibul. lib. 3. 2. 1.
Labores uteri. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 194. Ceres de ſua filia.
Mater. Ovid. 12. Epiſt. 112.
Natus charus magis vita. Virg. 5. Æn. 725.
Nate, mihi vita, quondam dum vita manebat,
Chare magis, nate Iliacis exercite fatis.
Nepotes. Virg. 6. Æn. 682.
Nutrix. Virg. 4. Æn. 634.
Parens. Sil. lib. 13. 624.
Parentes. Lucret. lib. 3. 85.
Parentes chariſſimos habere. Cic. Poſt red. in Sen. 2.
Pater. Virg. 2. Æn. 707.
Pignora. Ovid. 3. Faſt. 218.
Quum raptæ veniunt inter patreſque viroſque,
Inque ſinu natos pignora chara tenent.
Propinqui. Hor. 1. Serm. 1. 83.
Res. Ovid. 2. Triſt. 484.
Societatum charior nulla, quam. Cic. 1. Off. 57. Omnium ſocietatum nulla eſt gratior, nulla charior, quam ea quæ cum Repub. eſt unicuique noſtrum.
Sodales. Hor. 1. Carm. 36. 5.
Patrii lares, chara terra. Sen. Agamem. v. 783.
Thorus. Ovid. 8. Epiſt. 26.
Ubera. Sen. Hippol. 2.
Verbum ipſum charum eſt amoris, ex quo amicitiæ nomen eſt ductum. Cic. 1. de Nat. Deor. 123.
Vir charus & jucundus. Cic. pro Cluent. 20. Recte hoc repetitur a vobis, ut virum optimum atque innocentiſſimum, plurimiſque mortalibus charum atque jucundiſſimum, his aliquando calamitatibus liberetis.
Vita. Ovid. 10. Met. 612.
Charum habere. Cic. 9. Att. 9. Te tanti facio, ut paucos æque ac te charos habeam.
Habere chariorem aliquem ſeipſo. Cic. 10. Att. 13. Omnes ſuos, etiam quibus iraſcitur crebrius, tamen charos habet, me quidem ſeipſo chariorem.
Amare, & charum habere. Cic. 1. Fam. 7. Quem nos, &c. in primis amamus, charumque habemus.
Diligere & charum habere. Cic. pro Corn. Balb. 59. Speroque, Judices, ut eos, qui principes fuerunt conſervandæ ſalutis aut dignitatis meæ, diligitis & charos habetis: ſic, &c.
Charum eſſe & diligi. Cic. 3. de Finib. 53. Poſtulare a diis immortalibus ut chari ſimus, & ab illis diligamur.
Sibi charum eſſe, ſeſeque diligere. Cic. 5. de Finib. 29. Eorum enim eſt hæc querela, qui ſibi chari ſunt, ſeſeque diligunt. Ter. Adel. 1. 1. 24.
In eo me oblecto, ſolum id eſt charum mihi.
Nobis vivere chari volumus. Hor. 1. Epiſt. 3. 29.
Compar. Valer. 8. Argon. 12.
— ne crede pater: non charior ille eſt,
Quem ſequimur.
Auro charior juvenis. Tibul. lib. 1. 8. 31.
Luce charior. Claud. de Bell. Get. 308.
Mihi me charior. Ovid. 5. Triſt. 14. 2.
Nec te mihi charior alter. Ovid. 3. Triſt. 6. 3.
Oculis charius. Catul. 101. 2.
Vita charior. Cic. ad Quir. poſt red. 2. Mihi vero & propter indulgentiam meam, & propter excellens eorum ingenium vita ſunt mea chariores.
Superl. Chariſſimus & amantiſſimus. Cic. 4. in Catil. 3. Nec tamen ego ſum ille ferreus, qui fratris chariſſimi atque amantiſſimi præſentis mœrere non movear.
Chariſſimus & amiciſſimus. Cic. 2. de Orat. 15. Quum apud me viderem homines mihi chariſſimos & amiciſſimos, &c.
Charus pro Pretioſo. V. carus. Quo & ſuperiora, & ſeq. refer.
Chărĭtas, ātis. f. [ἀγάπη] dicitur Amor, ſed tantum hominum in homines, & quidem ſecundum perſonarum dignitatem. Cic. de Amicit. 27. Primum ex ea charitate, quæ eſt inter natos & parentes: quæ dirimi, niſi deteſtabili ſcelere non poteſt.
In charitate eſſe, Charum eſſe. Liv. 1. 39. extr. Et puerum in domo a parvo eductum, in charitate atque honore fuiſſe.
Benevolentiæ charitas. Cic. de Amicit. 31. Ipſi autem intelligamus a natura gigni ſenſum diligendi, & benevolentiæ charitatem, facta ſignificatione probitatis.
Hominum charitati parcendum. Cic. 1. de Orat. 237. Parcendum eſt autem maxime charitati hominum, ne temere in eos dicas, qui diliguntur.
Liberorum charitas. Cic. Brut. Ep. 12. Sed hoc præclare legibus comparatum eſt, ut charitas liberorum amiciores parentes Reipublicæ redderet.
Patriæ charitas. Cic. pro Sext. 53. Patriamque, quæ mihi erat chariſſima, propter ipſius patriæ charitatem, reliquiſſem, &c.
Reipublicæ charitate facere. Cic. 11. Philipp. 20. Non poſſum animo æquo videre tot, tam importunos, tam ſceleratos hoſtes, nec id faſtidio meo, ſed charitate Reipublicæ.

Aptissima ad quiete vivendum charitas. Cic. 1. de Fin. 52. Opes, vel fortunæ, vel ingenii liberalitati magis conveniunt: qua qui utantur, benevolentiam sibi conciliant, & (quod aptissimum est ad quiete vivendum) charitatem.
Mercedem charitatis exigere. Cic. de Amicit. 82. Ipse enim se quisque diligit, non ut aliquam a seipso mercedem exigat charitatis suæ, sed quod per se sibi quisque charus est.
Mutuæ charitatis pignus. Quintil. lib. 1. in procem.
Charitas & amicitia. Cic. 1. de Nat. Deor. 123. Hominum charitas & amicitia gratuita est.
Charitas & amor. Cic. in Partit. 56. Nam aut charitate moventur homines, ut deorum, ut patriæ, ut parentum: aut amore, ut fratrum, ut conjugum, ut liberorum, ut familiarium.
Charitatem & benevolentiam adimere. Cic. pro Sext. 6. Ademit Albino soceri nomen mors filiæ, sed charitatem illius necessitudinis & benevolentiam non ademit.
Promptior, charitate filiæ, accipiendis adversus generum suspicionibus. Tacit. 12. Ann. 4.
Complecti charitate. In COMPLECTOR.
Complectitur charitates omnes omnium patria. Cic. 1. Off. 57. Omnium societatum nulla est gratior, nulla charior, quam ea quæ cum Repub. est unicuique nostrum. chari parentes, chari liberi, propinqui familiares: sed omnes omnium charitates patria una complexa est, pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus?
Conciliare. Cic. 2. de Orat. 206.
Concupere civium. Cic. 1. Philipp. 29. Credo enim vos omnes nobiles, magna quidem spectantes, non pecuniam, ut quidam nimis creduli suspicantur, quæ semper ab amplissimo quoque clarissimoque contempta est, non opes violentas, & populo Romano minime ferendam potentiam: sed charitatem civium & gloriam concupisse.
Exuere. Tacit. 16. Ann. 28.
Juncta charitas inter paucos. In JUNGO.
Præstare charitate officium alicui. Cic. 12. Fam. 16. Cui nos & charitate & amore tuum officium præstaturos non debes dubitare.
Retinere in aliquos. Cic. de Amicit. 72.

CHĂRYBDIS, is. f. [Χάρυβδις] Locus maris periculosus nautis inter Calabriam & Siciliam, quod contrarios fluctuum cursus facit, & rapta quæque absorbet, & rejicit. aqua enim nunc absorbetur, & tendit in profundum, nunc elevatur in altum. Ovid. Rem. Amor. 740.
Et vomit epotas dira Charybdis aquas.
Fingitur autem Charybdis, Femina voracissima, quæ quia boves Herculis rapuit, a Jove fulminata est, & in mare præcipitata. Unde naturam pristinam servat: nam sorbet universa. Auctor Servius ad loc. subject. Virg. Plurima de Charybdi finxerunt poetæ; ut videre est apud Virg. 3. Æn. 419. Ovid. 7. Met. 62. Sil. 14. 455. Natal. Com. Mythol. 8. 12. Plin. lib. 3. & 8. In eo freto est scopulus Scylla, item Charybdis, mare vorticosum, ambo clara sævitia. Inde inter Scyllam & Charybdin navigare dictum est, pro In ancipiti periculo esse. V. Chiliad. Erasm. Virg. 3. Æn. 558.
Et pater Anchises, nimirum hæc illa Charybdis:
Hos Helenus scopulos, hæc saxa horrenda canebat. V. SCYLLA.
Avida Charybdis, i. e. Rapax. Ovid. 14. Met. 75.
Bonorum Charybdis. Cic. 3. de Orat. 162. Deinde videndum est, ne longe simile sit ductum, Syrtim patrimonii, scopulum libentius dixerim: Charybdin bonorum, voraginem potius: facilius enim ad ea quæ visa, quam ad illa quæ audita sunt, mentis oculi feruntur.
Dira. Ovid. Rem. Amor. 740.
Immanis. Cic. de Arusp. Resp. 59. Quam denique tam immanem Charybdin poetæ fingendo exprimere potuerunt, quæ tantos exhaurire gurgites posset, &c.
Infesta nautis Charybdis. Cic. 7. Verr. 145. Non enim Charybdin tam infestam, neque Scyllam nautis, quam istum in eodem freto fuisse arbitror. hoc etiam iste infestior, quod multo se pluribus & majoribus canibus succinxerat.
Irrequieta. Ovid. 13. Met. 730.
Panchæa. Ovid. 5. Trist. 2. 73. al. Zanclæa.
Rapax. Sen. Thyest. 7.
Sæva. Juven. 15. Sat. 17.
Vasta. Catul. 62. 156.
Vorax. Cic. in 2. Philipp. 67. Quæ Charybdis tam vorax?
Zanclæa. Ovid. 4. Fast. 499.
Devoret me Charybdis. Ovid. 5. Trist. 2. 73.
Evitata Charybdi, in Scyllam incidi, i. e. Dum vito gravius malum, in aliud rursus incidi. V. Erasmi Chiliadas.
Charybdis, pro Malorum & curarum congerie, apud Hor. 1. Carm. 27. 19.
—ah miser!
Quanta laboras in Charybdi,
Digne puer meliore flamma.

CHASMA, ătis. n. [χάσμα] Latine Hiatus dicitur, fissura, rictus, vasta vorago. Ulpian. D. de censibus. l. Forma. §. Quare etsi, Si agri portio chasmate perierit, debebit per censitorem relevari.
Chasmata & vasti hiatus. Sen. lib. 6. Nat. Quæst. cap. 9. Si quando exesa ceciderint, &c. tunc chasmata, tunc vasti hiatus aperiuntur. De terræ motibus loquitur.
Perire chasmate. Ulpian. in l. Quum res. §. Item si fundus. D. de legat. 1. Item si fundus chasmate perierit, Labeo ait utique æstimationem non deberi.
Chasma, est etiam in Meteoris, Subita aëris diruptio, & quidam recessus cæli ipsius. Plin. lib. 2. cap. 26. Fit & cæli ipsius hiatus, quod vocant Chasma. Seneca, Nat. Qu. 1. 14. Sunt chasmata, quum aliquod cæli spatium descendit, & flammam dehiscens velut in abdito ostentat. [Grut. discedit. Malim cum Aldo Desedit. V. DESIDO.

CHASMATĬCUS, [χασματικός] Terræ motus dictus, quum movente se terra hujusmodi hiatus existunt. Apud Ammian. 17. 16.

CHATTI, [Κάττοι] Germaniæ populi, ait Strab. lib. 7. fere a principio. Hos juxta Rhenum collocat Plin. lib. 4. cap. 14. Catti aliis dicuntur. Hos amplissime describit Tacit. de Morib. German. cap. 30.

CHAUBI, [Χαῦβοι] Germaniæ populi sunt, ad Oceanum pertinentes, de quibus Strabo lib. 7.

CHAUCI, V. CAUCHI.

CHAUS, i. m. [λύγξ] Cervarius lupus. Plin. lib. 8. cap. 19. Pompeii Magni primum ludi ostenderunt chaum, quem Galli raphium vocant, effigie lupi, pardorum maculis. Hard. Chama & Rufium. q. V.

C H E

CHĔDRŎPA, [χέδροπα] ut Galenus de attenuante victus rat. scribit, vocantur speciatim Omnia ea legumina, quæ manu carpuntur: Alia cuncta quæ falce putantur, Frumenta. Hæc ille, quem vide.

CHELÆ, ārum. [χηλαί] Scorpii brachia sunt: i. e. Anterior pars Scorpii signi cælestis. Virg. 1. Georg. 33.
Qua locus Erigonen inter, Chelasque sequentes
Panditur. Cic. in Arat. v. 293.
Et paucæ Chelis stellæ simul anguitenentis
Sunt genua.
Scorpii Chelæ. Lucan. lib. 1. 659.
Scorpion incendis cauda, Chelasque peruris. Intelligit sidus Scorpii.
Præcedere Chelas. Lucan. lib. 2. 692.
— jam cœperat ultima Virgo
Phœbum laturas ortu præcedere Chelas. Quibus verbis dicit Autumnale fuisse æquinoctium: quod fit octavo calendas Octobris, Sole in Libra posito. Et ideo per Chelas Libram intelligit, quia occidente Virgine, oritur Libra.

CHĒLE, es. f. [χηλή] Lapides nuncupantur, marinis objecti fluctibus, ne undarum impetu violentiore perpetim assultante, convellantur aggerum munimenta, vel id genus ceterorum. Dicuntur autem sic, quod boum ungulis fere sint assimiles. Auctor Cæl. Rhod. lib. 5. cap. 2.

CHELĪDON, ŏnis. [χελιδών] Latine dicitur Hirundo.

CHELĪDŎNIA, [χελιδονία] inter Ficorum genera recensetur Plin. lib. 15. cap. 18. Meminit & Columel. lib. 10. 415.
Purpureæque chelidoniæ, pinguesque mariscæ.

CHELĪDŎNIA, æ, f. vel CHELIDONIUM, i. n. [χελιδόνιον] Herbæ genus. Plin. lib. 8. cap. 27. Chelidoniam visui saluberrimam hirundines monstravere, vexatis pullorum oculis illa medentes. V. item lib. 25. cap. 8. Chelidoniæ duæ sunt species, quarum major etiam hodie in officinis nomen retinet: minorem autem, quod strumis medeatur, quas Scrophulas nonnulli vocant, sive quod strumosam habeat radicem, Scrophulariam appellant.
Est etiam Chelidonia, Gemmæ nomen, altera parte purpureæ, nigris interpellantibus maculis, altera hirundinis colorem referentis, unde & nomen accepit. De hac Plin. lib. 37. cap. 10.
Item genus Aspidis, ut Galenus auctor est.

CHELIDONIÆ, [χελιδονίαι] Insulæ tres, contra Tauri promontorium pestiferæ navigantibus, Plin. 5. 31. Duas duntaxat, quarum una Corydela, altera Menalipea dicatur Stephanus ex Phavorino memorat. Dionysius trium meminit, & item Strabo lib. 14. Priscianus in Periegesi,
Partibus extremis Pamphilia clauditur Istro,
Atque Chelidoniæ rupes clauduntur eodem. Græci quoque πέτρας & σκοπέλους vocant.

CHELIDŎNIAS, æ. m. vocatur Favonius ventus, a die sexto ante Februarias Idus, usque ad septimum Calend. Martias: eo quod his diebus hirundines primum conspici incipiant. Auctor Plin. lib. 2. cap. 47.

CHELIDONII, Lapilli qui in ventre pullorum hirundinis reperiuntur. Plin. lib. 11. cap. 37.

CHELĪDŎNIUM, [Χελιδόνιον] est Tauri montis promontorium, quod & Sacrum vocatur. Plin. lib. 5. cap. 27. Taurus mons ab Eois veniens litoribus, Chelidonio promontorio disterminatur.

CHĔLŌNATES, [Χελωνάτας] Promontorium est Achaiæ, quod Ptolemæo Chelonites dicitur. Plin. lib. 4. cap. 5.

CHĔLŌNIA, æ. f. [χελωνία] Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10. Chelonia, inquit, oculus est Indicæ testudinis, vel portentosissima Magorum mendaciis. Melle enim colluto ore impositam linguæ, futurorum divinationem præstare promittunt: quinta decima Luna & silente, tota die: decrescente vero ante Solis ortum, ceteris diebus a prima in sextam horam.

CHĔLŌNITIDES, [χελωνίτιδες] Gemmæ testudinum similes: ex quibus ad tempestates sedandas multa vaticinantur. Plin. lib. 37. cap. 10. Galli vocant *Crapaudines*. Ex eo nomen invenerunt Græcum, quod intus cavæ, testudinum sint similes: Gallicum, quod vulgo persuasum sit eas in capite ranæ rubetæ seu bufonis nasci.

CHĔLŌNIUM, [χελώνιον] Tegumentum est testudinis animalis, quam *tortuam* vulgo vocant. Ejus autem integumenti similitudinem habent chelonia, id est retinacula quibus intra tigna sucula retinetur. Budæus. Chelonia, sunt velut Umbilici aut ansæ quæ affiguntur arrectariis, in quas, ceu in armillas, conjecti suculárum cardines versantur. Dicta sunt Chelonia a similitudine tegumenti testudinis animalis, quæ χελώνη dicitur, & ipsa testa χελώνιον. Horum cheloniorum frequens est mentio apud Vitruv. lib. 10.
Chelonia apud Aristotelem Mechanicorum quæst. 28. sunt Machinæ juxta puteos ad hauriendam facilius aquam, alteram partem prægravante pondere. Tollenones vocat Plin. lib. 18. cap. 2.

CHĔLŌNŎPHĂGI, [χελωνοφάγοι] (inquit Plin. lib. 6. cap. 25.) in Carmaniæ angulo sunt, testudinum superficie casas tegentes, carne vescentes. Nam χελώνη Græce testudinem significat. Hæ (ut inquit idem lib. 9.) adeo in Indico mari magnæ sunt, ut singularum superficies habitabiles casas integant. Strabo lib. 16. adeo magnas alio in loco reperiri scribit, ut Chelonophagi in eis navigent.

CHĔLȲDRUS, i. m. [χέλυδρος] Serpens non multum aspectu distans a chersydro serpente, fumum qua serpit emittens. Lucan. lib. 9. 750.
Natus & ambiguæ coleret qui Syrtidos arva
Chersydros, tractique via fumante chelydri.
Chelydri dicti sunt Servio, quasi Chersydri, quia in aquis & in terris morantur. Nam χέρσον, dicimus terram, ὕδωρ autem aquam: sunt autem de genere serpentum. Virg. 3. Georg. 414.
Disce & odoratam stabulis accendere cedrum,
Galbaneoque agitare graves nidore Chelydros.
Medusei chelydri. dicti a Medusa, cujus crines serpentes erant. Sil. lib. 7.
Nigri chelydri. Virg. 2. Georg. 214.
Et tophus scaber, & nigris exesa chelydris
Creta. Nigris (ait Servius) i. e. Nocentibus. V. Vossii Etymol.

CHELYNE, es. f. [χελύνη] Labrum superius dicitur, ut nonnulli existimant: quanquam alii In ambitu positam partem, eo vocabulo intelligere malunt.

malunt. Unde Chelynidæ nuncupantur; Quibus ea grandior portio eſt. V. Cæl. Rhod. lib. 3. cap. 31. vel potius Henr. Steph. Theſ. Gr.

CHĔLYS, f. [χέλυς] Teſtudo: capitur & pro Lyra, quod Mercurius Lyram primus ex teſtudine fecerit: quam Nilo decreſcente in litore repererat.
Canora chelys. Sen. Troad. 4.
Exuere chelyn, i. e. Deponere. Stat. 4. Silv. 6. 30.
Fatiſcit chelys. Stat. 4. Silv. 4. 33.
Intendere. Stat. 1. Silv. 5. 11.
Laxare. Stat. 4. Silv. 4. 33. contrarium eſt illius quod alibi dicit, Intendere chelyn.
Pulſatur manibus Phœbea. Lucan. ad Piſon. 159.
Verberare plectro. Sen. Troad. 4.

CHEMIA, æ. f. Sic enim ſcribere oportet, non ut vulgo Chymia: nam ducitur a χέω fundo; & Ars eſt ſolvendi metalla. [Chēmia vero, prima longa, dicendum eſt, quia Gr. χημία, auctore Borrichio, cujus & Conringii de origine ejus artis ſcripta eriſtica V.

CHEMICUS, Adj. Chemiæ peritus.

CHEMNIS, Inſula in quodam lacu Ægypti, quæ lucos ſilvaſque, & Apollinis grande ſuſtinens templum natat, & quocunque venti agunt, pellitur. Verba Pomponii Melæ ex lib. 1. 9. De hac Herodot. lib. 2. ſcribit, quam Echemmin nominat.

CHĒMŌSIS, [χήμωσις] Elatio eſt ambientis oculum membranæ, quæ album quoque appellatur: affectus albæ carnis perſimilis. Ex lib. Finit. Medic. apud Galen.

CHĒNĂLŌPĔCES, [χηναλώπεκες] ex Anſerum ſunt genere, quibus pro cibis lautioribus utuntur Britanni. V. Plin. lib. 10. cap. 22. Eſt autem nomen ἀπὸ τοῦ χηνὸς καὶ ἀλώπεκος compoſitum, hoc eſt ex vulpe & anſere. Unde & Vulpanſerem Æliani interpres tranſtulit. Anſerem enim ſpecie, vulpem calliditate refert. Aquilæ & felis injuriam facile propulſat. Aucupi ad nidum accedenti obviam prodit, ut interim pullis elabendi ſpatium præbeat. V. Ælian. Hiſt. Anim. lib. 15. cap. 51.

CHĒNISCUS, [χηνίσκος] Latinis Anſerculus eſt, unde & puppis extremum, quod ornatus gratia, ad anſeris ſimilitudinem effictum erat, cheniſcum appellarunt. Appuleius, Met. lib. 11. pag. 264. Puppis intorta cheniſco. De forma cheniſci, vide apud Bayſium de Re navali.

CHĒNŎBOSCIA, [Χηνοβόσκια] Urbs Ægypti, e regione Dioſpolis, ab anſerum, ut videtur, paſcuis dicta, qui tamen illic nulli apparent. Hujus incolæ dicuntur Chenoboſciatæ, qui circa Crocodilos occupantur. Steph.

CHĒNŎBOSCĪUM, i. n. [χηνοβοσκεῖον] Locus ubi anſeres aluntur. Columel. lib. 8. cap. 14. Qui vero greges nantium poſſidere ſtudent, chenoboſcia conſtituant.

CHĒNŎMYCHON, [χηνόμυχον] Herba ad cujus aſpectum expaveſcunt anſeres. Plin. lib. 21. cap. 11.

CHĒNŎPUS, [χηνόπους] Latine Anſeris pes dicitur: quo nomine dicta eſt & Herba, quæ habet effigiem anſerini pedis. Plin. lib. 11. cap. 8. Ceras ex omnium arborum ſatorumque floribus confingunt, excepta rumice, & chenopode.

CHEOPES, ſive CHEOPS, [Χέοψ] Ægypti rex fuit, Mycerini pater, cujus opus eſt maxima totius Ægypti pyramis, ad quam faciendam denas hominum myriades in opere habuiſſe dicitur, & pro apio, cepa, & allio, mille ſexcenta talenta expendiſſe. Auct. Herodot. lib. 2.

CHEOPINA, æ. Gall. *Chopine.* Menſura eſt liquidorum, dimidiæ pintæ capax. Tantum enim capit, quantum hauſtu uno ſitibundus homo abſumere poſſet. Ex Bud. de Aſſe lib. 5. χέω, fundo: πίνω, bibo. [Nugæ.

CHEPHREN, Cheopis frater, Ægypti & ipſe rex poſt fratrem. Auct. Herod. lib. 2.

CHERAMYDES, Lapidis genus pretioſi. Plin. lib. 37. cap. 10. Cheramydes eadem eſſet quam oſtracitem vocant, niſi quod hanc ceruleæ interdum bullæ cingunt. Hard. Cadmitis. Mſſ. Calamitis.

CHĔRĔMŎCRĂTES, vel CHIROMOCRATES, [Χειρομοκράτης] Inſignis quidam artifex fuit, cujus opus Epheſiæ Dianæ templum Strabo fuiſſe ait, pollicitumque Alexandro, ſeſe montem Atho in ejus formam fabricaturum, ut tanquam ex gutto quodam in phialam effunderet libamen. Hæc ille libro Geogr. 14. Variant tamen codd. & aliis Chirocrates, aliis Dinocrates, aliis Dinochares, aliis Staſicrates denique dicitur. V. Xyl. & Caſaub. ad Strabon.

CHĒRIA, A quibuſdam appellatur Raphanus ſilveſtris, quem Latini Armoraciam appellant. V. Ruell. lib. 2. cap. 123.

CHERINTUS, [Χέριντος] Puer admodum inſignis facie & candore, qui ſeipſum proſtituit. Hor. 1. Serm. 2. 81.
(Sit licet hoc Cherinte tuum) tenerum eſt femur, aut crus
Rectius. Rectius ſcribitur Cerinthus.

CHERNIPS, ĭbis. [χέρνιψ] Aqua apud veteres dicebatur, qua expurgari adeuntes ad ſacra ſoliti erant, in qua nimirum torrem ex altari, ubi rem divinam feciſſent, prius extinxiſſent. Scribit autem Servius in 4. Æn. 635. quod qui ſuperis ſacrificabant, abluebantur: qui vero deis inferis, aſpergebantur: unde illud 6. Æn. 230.
Spargens rore levi, &c.

CHERNITES, [χερνίτης] Genus lapidis ebori ſimillimi, in quo condebantur corpora. Plin. lib. 36. cap. 17. Mitior eſt autem ſervandis corporibus nec abſumendis chernites, ebori ſimillimus, in quo Darium conditum ferunt.

CHERRONĒSUS, ſive CHERSONĒSUS, [Χεῤῥόνησος, Χερσόνησος] (nihil enim differunt) Peninſula eſt. Græcis enim χέρσος, terra: νῆσος autem inſula dicitur. Quatuor inſignes Cherſoneſi memorantur: Taurica in Euxino & Mæotide, quæ hodie *Precopia* nominatur: Thracia: Aurea tertia, ſupra Gangem in ortum, juxta ſinum qui Magnus Ptolemæo dicitur: Et Cimbrica Septentrionalis, quæ Daniam habet, quam Daciam Saxo grammaticus vocat. Peloponneſus vero major celebriorque eſt, quam ut Cherſoneſi nomen admittat, quanquam & ipſam nominis etymo fretus, Cherſoneſum Strabo nominat: & minoris Aſiæ in noſtrum mare procurſus Cherroneſus dictus, bonis auctoribus, ut ſcribit Vadianus.

CHERRONENSIS, e. Adj. Ex Cherſoneſo. Cic. in Piſon. 86.

CHERSONESĬCE, Adv. Varro de L. L. 4. 31.

CHERSĪNA, æ. [χερσινὴ] Genus eſt teſtudinis terreſtris, in aridiſſimis Africæ deſertis, roſcido humore vivens. Auct. Plin. lib. 9. cap. 10.

CHERSIPHRON, [Χερσίφρων] Architecton quidam fuit eximius, qui Dianæ Epheſiæ templum prius mire fabricatus eſt, poſtea alius fecit majus illo. Auct. Strabo lib. 14.

CHERSOS, ſive CHERSON [χέρσος] proprie Terra inculta dicitur. Martial. lib. 14. 88. Femineam Cherſon, pro Terreſtri teſtudine poſuit. [Niſi forte Cherſin ſcripſit, quod eſt a recto χερσὶς, ἴδος, qua forma plurima apud Græcos leguntur.

CHERSŸDROS, [χέρσυδρος] Serpens qui tam in aquis, quam in terris moratur, de quo vide in CHELYDRUS.

CHĔRUSCI, [Χηροῦσκοι] Populi Germaniæ circa fluvium Albim. Claud. Conſ. Honor. 4. 451. —ingentes Albim liquere Cheruſci.

C H I

CHĪA Ficus, ſive CHĪA vel CHĪUM abſolute, Fici ſpecies eſt grato quodam ſapore palatum pungens, vinique veteris, ſaliſque ſaporem referens. Martial. lib. 7. 24.
Infanti melimela dato, fatuaſque mariſcas,
Nam mihi, quæ novit pungere, chia, placet. Idem lib. 13. 23.
Chia ſeni ſimilis Baccho, quem Setia miſit,
Ipſa merum ſecum portat, & ipſa ſalem. Hor. 1. Serm. 10. 24.
— at ſermo lingua concinnus utraque
Suavior, ut Chio nota ſi commiſta Falerni eſt. [Hic Vinum eſt Chium. V. CHIUS. quo hæc & ſeqq. pertinebant.
Chia terra, [Χία γῆ] Terra eſt albida, ſive ciner itia, Samiæ ſimilis, quæ cutem erugat, totumque corpus amabili coloris bonitate commendat. Auctor Dioſcor. lib. 5. cap. 101.

CHIDORUS, Fluvius eſt Macedoniæ, qui per Mygdoniam fluens, in Axium Mygdoniæ fluvium intrat. Herodot. lib. 7.

CHILIAS, ădis. [χιλιὰς] Numerus qui mille continet. Gell. lib. 1. cap. 16. Mille enim non pro eo ponitur, quod Græce χίλιοι dicitur, ſed quod chilias: & ſicuti una chilias, & duæ chiliades, ita unum mille, & duo millia, certa atque directa ratione dicitur. Diſſentit Gronov. quem omnino V. de Pec. Vet. 1. 10.

CHILIARCHUS, i. vel CHILIARCHA, æ. m. [χιλίαρχος ἢ χιλιάρχης] Qui præeſt mille militibus, hoc eſt decem centurionibus. Bud. in annot. in Pandect. [Ita Græci conſtanter Romanorum Tribunos vocarunt, ut ibidem docet Bud. Verum a comparatione dignitatis potius, quam quod hi quoque millenis militibus præfecti eſſent, quum potius, ex ſenis in ſingulis legionibus, bini per vices toti legioni præfuerint.
Hos primum inſtituit apud Macedonas Alexander, ut refert Curtius, 5. 2. conf. Iſidor. 9. 3.
Chiliarchus apud Perſas majoris dignitatis officium fuit, de quo Nepos 9. 3. Conon a Pharnabazo ad regem miſſus, poſteaquam venit, primum ex more Perſarum ad Chiliarchum, qui ſecundum gradum imperii tenebat, Tithrauſten acceſſit, ſeque oſtendit cum rege colloqui velle: nemo enim ſine hoc admittitur. ubi V. Interpp.

CHILIASTÆ, [Χιλιασταὶ] Hæretici quidam fuerunt, ſic dicti Quia regnum in terris mille annorum Chriſti ante noviſſimum diem futurum ſtatuebant. Hoſce Milliarios interpretatur Auguſtinus, ut refert Cæl. Rhod. lib. 1. cap. 14. V. Auguſt. lib. 20. cap. 7. de C. D. Lactant. 7. 14. Vocantur iidem & Millenarii.

CHILIODYNAMIS, [χιλιοδύναμις Dioſcoridi] CHILIODYNAMA Plinio. Herba eſt, quæ alio nomine Polemonia & Philetærion dicitur, a regum certamine, qui ejus inventionem ſibi certatim vendicaverunt. Chiliodynamis autem a Cappadocibus nominata eſt, propter varios in medicina uſus. V. Plin. lib. 25. cap. 6.

CHILIOPHYLLON, [χιλιόφυλλον] Herba eſt, quæ notioribus nominibus Achillea, & Militaris herba dicitur. Chiliophylli nomen accepit, a multitudine foliorum. Lat. Millefolium.

CHĪLO, ōnis. [Χίλων, ἢ Χείλων] Lacedæmonius, unus ex ſeptem ſapientibus Græciæ. Cujus teſte Plin. lib. 7. cap. 32. tria dicta fuerunt Delphis in templo Apollinis conſecrata: Noſſe ſe quemque, & Nihil nimium cupere: Comitemque æris alieni atque litis eſſe miſeriam. Quin & funus ejus, quum, victore Olympiæ filio, gaudio expiraſſet, tota Græcia proſecuta eſt.
Chilo, Dicitur & Romanis cognomento a magnitudine labrorum, Feſtus. χεῖλος enim labrum ſignificat. Chariſius lib. 1. Cilones dicuntur, quorum capita oblonga & compreſſa ſunt. Chilones autem cum aſpiratione ex Græco a labris improbioribus, quæ illi χείλη. unde Chilones, Improbius labrati. [Utroque modo tamen, addita & dempta adſpiratione, id ipſum cognomen ſcribitur in denariis gentis Flaminiæ apud Fulv. Urſin. q. V. P. Magius Chilo, qui M. Marcellum occidit, notus ex Ser. Sulpicii ep. ad Cic. 4. Fam. 12.

CHĪLŌTER, ēris. m. [χειλωτὴρ] Ferrum, quod in os equi inditur, ut quidam volunt. Suidas vero [Immo Heſych.] vult eſſe Capiſtrum a capite ſuſpenſum, in quo cibus ponitur. V. Buleng. de Equis, cap. 17.

CHĬMÆRA, æ. f. [χίμαιρα] Homero, Animal eſt indomabile, inexpugnabile, neque humano, ſed divino genere ortum. Chimæram monſtrum triforme deſcribit Heſiod. in Theog. 323. his verſibus de Gr. conv.
Huic tria ſunt capita, & fertur primum eſſe leonis,
Pulchri oculi, capræque ſimul, fortiſque draconis:
Ante leo, retroque draco, mediumque capella eſt:
Pegaſus hanc vicit, & magnus Bellerophontes. Inde elegans illa Horatii metaphora ad Puerum obſoleti ſcorti amore captum, lib. 1. Carm. 27. 24.
Vix illigatum te triformi
Pegaſus expediet Chimæra. Cic. lib. 1. de Nat. Deor. 109. Quid quod earum rerum, quæ nunquam omnino fuerunt, neque eſſe potuerunt, ut Scyllæ, ut Chimæræ? Servius explicans illum Virg. locum 6. Æn. 288.
— flammiſque armata Chimæra. Revera (inquit) mons eſt Lyciæ, cujus hodie ardet cacumen, juxta quod ſunt leones: media autem paſcua ſunt: ima vero montis, ſerpentibus plena. Hunc Bellerophon habitabilem fecit, unde Chimæram dicitur occidiſſe. Plin. lib. 2. cap. 106. Flagrat in Phaſelide mons Chimæra, & quidem immortali diebus & noctibus flamma. Ignem ejus accendi aqua, extingui vero terra, aut fœno Gnidius Cteſias tradit.
Flammam ſpirantes ore tetro Chimæræ. Lucret. lib. 2. 704.
Tremendæ flamma. Hor. 4. Carm. 2. 16.
Ætnæos efflans faucibus ignes. Virg. 7. Æn. 302.
Igneæ ſpiritus. Hor. 2. Carm. 17. 13.
Chimæra eſt item, Navis nomen apud Virg. 5. Æn. 118. Sil. 14. 498.
Ingens Chimæra. Virg. 5. Æn. 223.
Ingenti mole. Virg. 5. Æn. 118.

Chimærĭfer, ĕra, ĕrum. Adj. ut, Lycia Chymærifera. Ovid. 6. Met. 338.

Chīmastrum, [χείμαστρον] Veſtis eſt ruſticorum, qua hieme utuntur, ἀπὸ τοῦ χειμάζειν, quod nobis ſonat hiemare. Pollux lib. 7. cap. 13. ex Homeri & Æſchyli auctoritate.

Chīmĕrīnus, [χειμερινὸς] non a Chimæra deducitur, ſed Græca vox eſt. χειμερινὸς enim hibernus dicitur. Eſt autem Hiemalis circulus cæli, qui Capricornum contingit, in quo quum Sol eſt, breviſſimi ſunt dies. Martial. lib. 9. 13. de Earino.

Si daret autumnus mihi nomen, Oporinos eſſem:
Horrida ſi brumæ ſidera, Chimerinos; &c.

Chimetla, [χίμετλα] Ulceroſæ affectiones ſunt in manuum digitis ac pedum, hiemali tempore provenientes, de quibus Paulus lib. Medicinæ tertio. Meminit & Cæl. lib. 4. cap. 11.

China, æ. quæ vocatur & Sina, Regnum Aſiæ antiquiſſimum & celeberrimum, quod multas præclaras urbes & murum regionem circumeuntem habet. V. Geographos juniores. Antiqui Sericam regionem, & incolas Seres vocabant.
China, quam quidam Cinam vocant, Radix eſt fungoſa, perinde ac arundinacea, levis, colore rufeſcente, Rhodiæ radicis admodum æmula. Advehitur ex regionibus æquinoctiali proximis, legiturque in litoribus maris e terra evulſa. Hæc & plura Matthiol. in Dioſcor.

Chīnea ſpecula. Catull. 68. 32.
Brixia Chineæ ſuppoſita ſpeculæ. Turnebus Echineæ ſcribendum eſſe credit, ab Echino, ut hoc monti nomen ab aſperitate inditum eſſe exiſtimemus: ſic Echinades, vel ab Echinorum copia; vel ab aſpèritate nomen ſortitæ dicuntur, auctore Stephano: & Echinus nomen erat Urbis Acarnaniæ. Ceterum ſi Chineæ probetur, tamen pro Echineæ dictum erit, ut ructo pro ἐρεύγω, ſuppreſſo ε, & νέρτερος pro ἐνέρτερος. Sed Iſ. Voſſ. pag. 273. Cycnea ſuppoſita ſpecula. q. V.

Chiŏne, es. [Χιόνη] Nobile ſcortum fuit, nomen habens a candore nivis, quæ Græce χιὼν dicitur: quum tamen fuſca eſſet. Martial. lib. 3. 34.

Digna tuo cur ſis, indignaque nomine, dicam:
Frigida es, & nigra es: non es, & es Chione.

Fuit & Chione filia Dædalionis, cujus nuptias quum ob formæ elegantiam multi ambirent proci, tandem Pæonio Epidaurienſi nupſit.

Chĭos, [Χίος] Inſula eſt maris Mediterranei, ad oram Ioniæ, cum oppido, poſita inter Samum & Lesbum, ex adverſo maxime Erythrarum, quam Æthaliam Ephorus priſco nomine appellat. Metrodorus & Cleobulus Chiam, a Chione nympha: aliqui a nive: & Macrin, & Pityuſam. Verba ſunt Plin. lib. 5. cap. 31. In hac templum Apollinis, unde Chius Apollo, & Chii, in ea habitantes. Et promontorium Arviſium, a quo Arviſia vina. Lucan. lib. 8. 195.

Quas Aſinæ cautes, & quas Chios aſperat undas.

Sunt qui quadrigeminam Chium eſſe putant: ut prima ſit Chios inſula: ſecunda Cariæ urbs ſub monte Pelleno: tertia in Eubœa: quarta in Cherroneſo Rhodiorum juxta Triopiam. Hor. 1. Epiſt. 11. 21.

Romæ laudetur Samos, & Chios, & Rhodos abſens. Nunc vulgo dicitur *Xio*: alii pronuntiant *Scio*.

Χίος, ἡ νῆσος λέγεται καὶ Αἴθαλη, Suidas. H. St.

Chīus, [Χῖος, Χιακὸς] Adj. priorem producit. Cum tamen Chios Inſula priorem corripiat. Hor. 2. Serm. 3. 115.

Si poſitis intus Chii, veteriſque Falerni
Mille cadis, &c. Chius, nunc vulgo *Chiotin*.

Quia Chius, pro cive, dicitur per craſin ex Χίιος. Vide Suidam in Τίος, quod itidem ex Τήιος facit Τῖος per craſin. H. St.

Ariſto Chius. Cic. de Senect. 3. Omnem autem ſermonem tribuimus non Tithono, ut Ariſto Chius, ne parum eſſet auctoritatis in fabula.

Cadus Chius. Hor. 3. Carm. 19. 5.

Vinum Chium. V. chia ſupra.

Chiræ, [χεῖραι] vocantur Rupturæ illæ quæ fiunt in pedibus, unde ita affecti Chiropodes appellati, velut rhagopodes. Auct. Cæl. lib. 4. cap. 12.

Chīrăgra, æ. f. [χειράγρα] Dolor manuum ipſos articulos frigido & lento quodam humore afficiens. Plin. lib. 24. cap. 19. Item parotidi, podagræ, chiragræ, articulis, &c.

Lapidoſa chiragra. Perſ. 5. Sat. 58.

—ſed quum lapidoſa chiragra,
Fregerit articulos veteris ramalia fagi.

Nodoſa. Hor. 1. Epiſt. 1. 31.

Contundit articulos. Hor. 2. Serm. 7. 15. [Sed omnibus his locis, ut metri ratio conſtet, Cheragra legendum videtur.

Chiragrĭcus, Adj. [χειραγρικὸς] Qui hoc morbo laborat. Celſ. 4. 27. pr.

Chiramaxium, i. n. Curriculus, quod manu ſervorum trahitur. Petron. cap. 28. Præcedente chiramaxio, in quo deliciæ ejus ferebantur. Nonnulli interpretantur Puerorum geſtatorium.

Chirembolon, [χειρέμβολον] Vox Græca, qua utitur Ulpianus in l. 1. §. qui ſunt igitur. D. nautæ, caupones, ſtabularii. Et ſunt quidam in navibus, qui cuſtodiæ gratia navibus præponuntur, ut ναυφύλακες & diætarii. Siquis igitur ex his receperit, puto in exercitorem dandam actionem: quia is, qui eos hujuſmodi officio præponit, committi eis permittit. quanquam ipſe vel navicularius, vel magiſter id faciat, quod Græci χειρέμβολον appellant. Significat autem, ut Alciato placet in Parergis, hæc vox Manus immiſſionem. Hic vero dici Signum quod magiſter in prora ſedens dat, quum nautis imperat ut aliquid faciant, ſeu aliquem recipiant, vel non.

Chīrĭdōta, æ. f. [χειριδωτὸς] Veſtis dicitur quæ manicas habet longiores, & prope uſque ad digitos. Unde Scipio Gallo homini delicato objectat, quod cum chiridota tunica accubuerit. Has veſtes Plautus vocat Manuleatas. V. Gell. lib. 7. cap. 12.

Chirocrătes, Nomen architecti celebris, qui a quibuſdam Dinocrates dici ſolet. Plin. lib. 34. cap. 14. V. cheremocrates.

Chīrŏgrăphus, & Chirographum, i. n. [χειρόγραφον] eſt Cautio manu alicujus ſubſcripta, annulove obſignata, quam ipſe inficiari nequit. Juven. 13. Sat. 137.

Vana ſupervacui dicunt chirographa ligni. i. e. Tabellæ ligneæ manu propria ſcriptæ.

Officina chirographorum. In officina.

Chirographi appellatione uti nos pro Actionibus ipſis palam eſt; quum venditis chirographis intelligimus nomen veniſſe. Hæc Julian. in l. qui chirographum. D. de legat. 3.

Commentarioli, chirographi, & libelli. Cic. 1. Philipp. 16. An commentariolis & chirographis & libellis ſe uno auctore prolatis, ac ne prolatis quidem, &c.

Cautio chirographi. Cic. 7. Fam. 18. Itaque quando veſtræ cautiones infirmæ ſunt, Græculam tibi miſi cautionem chirographi mei.

Exemplar chirographi. Cic. 10. Fam. 21.

Tributorum ſolutorum chirographa. Scævola in l. creditor. D. de action. empti, Cujus chirographa tributorum a debitore retro ſolutorum apud ſe depoſita habebat.

Inane chirographum factum ſolutione. Ulp. in l. ſolutione. D. ad exhibend. Solutione chirographo inani facto, & pignoribus liberatis, nihilominus creditor ut inſtrumenta ad eum contractum pertinentia ab alio quam debitore exhibeantur, agere poteſt.

Convincere chirographo. Cic. 2. Philipp. 81.

Credere, & fidem habere chirographis. Cic. 10. Fam. 21.

Defendere chirographa. Cic. 12. Fam. 1. Cujus æra refigere debebamus, ejus etiam chirographa defendimus.

Deferre chirographa. Cic. de Clar. Orat. 277. Seſeque chirographa, teſtificationes, indicia, quæſtiones, manifeſtam rem deferre diceret, &c.

Eſt in tabulis chirographus. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Chirographum imitari. Cic. 3. de Nat. Deor. 74. Id quoque L. Labienus fecit, quum chirographum ſex primorum imitatus eſt.

Legare chirographum. Ulp. in l. ſervum. §. eum qui. D. de legat. 1. Eum qui chirographum legat, debitum legare, non ſolum tabulas, argumento eſt venditio.

Mittere chirographo ſuo litteras. Cic. 10. Fam. 21. At Lateranenſis vir ſanctiſſimus ſuo chirographo mittit mihi litteras.

Pungere chirographo aliquem. Cic. 2. Fam. 12. Extrema pagella pupugit me tuo chirographo.

Venire chirographa. Ulpian. in l. ſervum. §. eum qui. D. de leg. 1. Nam quum chirographa veneunt, nomen veniſſe videtur.

Uti chirographo & ſigno. Cic. 2. Att. 20.

Inter chirographum & ſyngraphas. Aſconius in 3. Verr. 91. Inter ſyngraphas & cetera chirographa hoc intereſt, quod in ceteris tantum quæ geſta ſunt ſcribi ſolent: in ſyngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit, & non numerata pecunia, aut non integre numerata, pro temporaria voluntate hominum ſcribi ſolent, more inſtitutoque Græcorum: & ceteræ tabulæ ab una parte ſervari ſolent: ſyngraphæ ſignatæ utriuſque manu, utrique parti ſervandæ traduntur. Hæc ille.

Chirographarius, Adj. ut, Debitor chirographarius. Ulpian. in l. ſi ut certo. §. denique. D. commod. Si tibi codicem commodavero, & in eo chirographarium debitorem tuum cavere feceris, &c.

Creditor chirographarius. Paulus in l. bonis venditis. D. de privilegiis credit. Reſpublica creditrix omnibus chirographariis creditoribus præfertur. Dicitur autem Chirographarius creditor, ad differentiam Hypothecarii creditoris. Ulpian. in l. 1. §. ſciendum eſt autem. D. de ſeparationibus, Attamen, inquit, ſi hæreditaria fuit, jure ſeparationis hypothecario creditore potiorem eſſe eum qui ſeparationem impetravit. etiam ſi chirographarius eſt, inquit Accurſius.

Eſt & Chirographaria pecunia: & Chirographarium debitum. l. unica C. Etiam ob chirographariam pecuniam pignori teneri. Bud.

Chirogylium, Inſula. Plin. lib. 5. cap. 31. Sed contra Chimæram Dolichiſte, Chirogylium, Crambuſſa, Rhoge, Enagora. De inſulis ante Aſiam.

Chīrŏmactron, [χειρόμακτρον] Capitis ornamentum, aut (ut alii dicunt) Mantile. V. Bayſium de Re Veſtiaria.

Chīrŏmantīa, æ. f. [χειρομαντεία] dicitur Divinatio, quæ ex linearum, quæ in manibus ſunt, inſpectione fieri ſolet.

Chiromantis, [χειρομάντις] Qui lineis manuum inſpectis futura noſcere ſe profitetur.

Chīron, ōnis. [Χείρων] Saturni & Phillyræ filius. Lactantius tamen dicit eum ex Pelopea conceptum. Dum enim, ut auct. eſt Servius in 3. Georg. 550. cum amica Phillyra Saturnus coiret, Ops uxor ejus advenit, cujus præſentiam veritus, ſe in equum convertit. exinde natus eſt Chiron, dimidia parte homo, dimidia equus. Qui quum excreviſſet, in ſilvas abiit, eaſque coluit. Huic autem a Thetide Achilles puer commendatus, quem ipſe, ſimul cum Æſculapio nutrivit & docuit. Hic enim, ut auctor eſt Plin. lib. 7. cap. 56. herbarum vires atque medicamenta reperit. Poſtremo quum eum viſitaſſet Hercules, caſu factum eſt, ut una ſagittarum ejus Lernæo veneno perlita, ſuper pedem ejus caderet. Attamen quum a parentibus fuiſſet genitus immortalis, ut Ocyroes vaticinium impleretur, quo prædixerat eum optaturum eſſe ut mortalis foret, gravi vexatus morbo mori cupiens, oravit ſuperos ut illi mori concederent. Quo conceſſo, ab eiſdem in cælum translatus eſt, & in Zodiaco locatus, & Sagittarius appellatus. Ex Bocatio.

Geminus Chiron. Ovid. 2. Met. 630.

—ſed natum flammis uteroque parentis
Eripuit, geminique tulit Chironis in antrum.

Phillyrides Chiron, Phillyræ ex Saturno filius, medicinæ inventor. Virg. 3. Georg. 550.

Semifer. Stat. 2. Silv. 1. 89.

Chīrōnēon, vel Chironīon, [χειρώνειον] Herba eſt, tertium genus panaces. Plin. lib. 25. cap. 4. Tertium panaces, chironeon cognominatur ab inventore. folium ejus lapatho ſimile, majus tamen & hirſutius. flos aureus, radix parva. naſcitur in pinguibus locis. Ibid. cap. 6. Centaurea curatus dicitur Chiron, quum Herculis excepti hoſpitio pertractanti arma, ſagitta excidiſſet in pedem: quare aliqui chironion vocant. V. Ruell. lib. 3. cap. 6.

Chīrōnia, Genus vitis, quæ Ampelos dicitur: a Chirone inventa. Plin. lib. 25. cap. 4.

Chīrŏnŏmus, i. m. [χειρονόμος] Qui manibus geſticulatur & ludit. Budæus, Chironomi ſunt geſticulatores; & Chironomia, ſaltatio geſticulatrix: qualis eſt quam *moreſcam* vocamus. Juven. 6. Sat. 63.

Chironomon Ledam molli ſaltante Bathyllo,
Tuſcia veſicæ non imperat. Leda autem chironomica erat ſaltatio. Alioqui Chironomia, lex geſtus a Quintiliano dicitur in primo, cap. 11. ab heroicis ipſa temporibus orta, & a ſummis Græciæ viris atque ab ipſo etiam Socrate probata, a Platone quoque in numero civilium poſita virtutum, & a Chryſippo in præceptis de Liberorum educatione compoſitis non omiſſa. Quam artem oratori neceſſariam eſſe idem

late

late ibidem docet. Hæc etiam Palæstra vocatur: & qui eam docent, Palæstrici dicti sunt. Ab his enim præceptoribus motus gestusque formantur, ut recta sint brachia, ne indoctæ rusticæve manus, ne status indecorus, nequa in proferendis pedibus inscitia, ne caput oculique ab alia corporis parte dissideant. Quæ omnia antiqui ingenuis pueris & liberaliter educatis necessaria cognitu existimaverint. Nostras vulgus uno verbo Continentiæ hæc omnia significat. Hæc Budæus, prope ad verbum ex Quintiliano. Ars eadem Carptoribus & Scissoribus obsoniorum ascita est, ut artificio se omnia inciderent. Juven. 5. Sat. 121.

Structorem interea, nequa indignatio desit,
Saltantem spectes, & chironomonta volanti
Cultello; donec peragat dictata magistri Omnia, &c. [Recte vero Henr. Steph. in Thes. Gr. apud Juven. Cheironomunta per *u* legit, ut sit a v. χειρονομέω. q. omnino V.

CHIRŎTHĒCA, æ. f. [χειροθήκη] Manuum tegmen, quod & Dactylothecam Græci vocant. Ejus usum priscis ignotum fuisse vult Casaubonus in Athen. 12. 2.

CHIROTHECATUS, Adj. Sarisb.

CHIROTHECARIUS, i. m. Gloss. Qui chirothecas facit.

CHIRŎTŎNĒTON, i. n. [χειροτονητόν] Vitruv. 9. 3. Liber Democriti de rerum natura inscribitur Chirotoneton. Gr. χειροτονητόν. Al. Chirocmeta.

CHĪRURGUS, i. m. [χειρουργός] Medicus vulnerarius, a manuum operatione ita vocatur. Plin. 7. 2. appellat Medicum vulnerum; & Romæ legitur hæc Inscriptio,

CHRESTAE. CONSERVAE. ET. CONIVGI.
CELODVS. ANTINOVS. DRVSI.
MEDICVS. CHIRVRGVS. Martial. 1. 31.
Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus.

CHIRURGIA, æ. f. [χειρουργία] Ipsa ars, quæ a Græcis & Chirurgice dicitur, Cic. 4. Att. 3. Sed ego diæta curari incipio, chirurgiæ tædet. V. DIÆTA.

CHIRURGICE, es. f. [χειρουργική] Idem. Celsus in proœm. Idem ibid. & lib. 7. pr. Partem medicinæ, Quæ. manu medetur, vel curat, interpretatur.

CHIRURGĬCUS, Adj. Hygin.

CHIRYDRA, [χειρύδρα] proprie Terræ ruina, sive fissura, quam aqua pluvia, torrens, aut terræ motus efficit. Spieg.

CHISIOTOSAGI, Populi Scythiæ, in montibus Emodis, quorum promontorium Imaus vocatur, degentes, ut scribit Plin. lib. 6. cap. 17.

CHITIS, [Χῖτις] Arabiæ insula, in qua Troglodytæ prædones, quum diutius fame & tempestate pressi, herbas radicesque effoderent, eruerunt topazion gemmam, ut ex Archelai sententia refert Plin. lib. 37. cap. 8.

CHĪTON, ōnis. m. [χιτών] dicitur Latine Tunica. &

CHĪTŌNIUM, i. n. [χιτώνιον] Dimin. ejusd. Tunicula. Hinc Galli præposito articulo Græco ὁ χιτὼν finxerunt suum *Hoqueton*. [Si diis placet.

CHĪTŌNISCUS, [χιτωνίσκος] Alterum diminutivum, Camisia, indusium. Hoc autem genus vestimenti Pollux lib. 7. cap. 13. dicit commune esse virorum & mulierum.

CHITRAM, Medicamentum. Galen. lib. de Simpl. medicam. Chitram, lacticinium est quamplurimarum arborum; omnibus notum est. Cujus quasi optimum eliquimus quod est candidum, & mundum, & glutinosum. Plura ibidem. [Nisi vero error est.

C H L

CHLÆNA, æ. f. [χλαῖνα] Vestimenti genus, quod palliis hiberno præsertim tempore superinduebatur, Latinis Læna appellatum. Unde natum est apud Græcos proverbium, ἐν θέρει τὴν χλαῖναν κατατρίβεις, h. e. Æstate lænam deteris. In eos dici solitum, qui alieno tempore rebus necessariis abutuntur. Dicta est autem χλαῖνα, ut putatur, ἀπὸ τοῦ χλιαίνειν, hoc est a calfaciendo, propterea quod densitate sua & pondere gestantes calefaceret. Turneb. 17. 30. Pollux 7. 13.

CHLAMYDIA, æ. [Χλαμυδία] Vulgo *Sdiles*, Insula est maris Ægei, una Cycladum, quæ notiore nomine Delos appellatur. Auct. Plin. lib. 4. cap. 12.

CHLĂMYS, ÿdis. f. [χλαμύς] proprie Vestis militaris, quæ & Paludamentum dicitur, auctore Nonio. Nec aliud est quam ἐπένδυμα, i. e. Vestimentum, quod tunicæ superinduerетur. Philostrat. 5. 14. Clamydem & militarem vitam adamavit. Ferrar. de Re Vest. 2. 3. 1. & apud Plaut. Pseud. 2. 4. 45. Cum Sycophanta ornandus esset militarem in modum. Etiam opus est chlamyde, & machæra, & Petaso. Virg. 8. Æn. 588.

—ipse agmine Pallas
In medio chlamyde & pictis conspectus in armis.

Similis chlamydi terra habitabilis. Macrobius in Somn. Scip. 2. 9. extr. de terra loquens, Veteres, inquit, omnem habitabilem nostram extentæ chlamydi similem esse dixerunt. Hoc dicit significans similitudinem ejus arctam esse. Budæus.

Chlamydes veri luminis, quæ a Trebellio in D. Claud. cap. 17. dicuntur, Luminosi coloris, & flagrantis ardentisque intelligit, qualis est puniceus color & coccinus, nisi quis pro Vero colore & claro limpidoque ac puro intelligat. Turnebus.

Statua Scipionis cum chlamyde. Cic. pro Rabir. Posth. 27. L. vero Scipionis, qui bellum in Asia gessit, Antiochumque devicit, non solum cum chlamyde, sed etiam cum crepidis in Capitolio statuam videtis.

Aurata chlamys. Virg. 5. Æn. 250.

Crocea. Virg. 11. Æn. 775.

— tum croceam chlamydemque, sinusque crepantes
Carbaseos fulvo in nodum collegerat auro.

Purpurea & variis coloribus intexta. Auct. ad Heren. lib. 4. 60.

Color purpureus chlamydis. Ovid. 14. Met. 393.

Phrygia chlamys dicta quod Phrygiones acu pingendi periti sunt. In Phrygia enim (ait Servius) ipsa inventa est ars. Virg. 3. Æn. 484.
Fert picturatas auri subtemine vestes,
Et Phrygiam Ascanio chlamydem.

Sidonia, Purpurea. Virg. 4. Æn. 136.

Spartana. Vestis militaris ex purpura Laconica tincta. Juven. 8. Sat. 101.

Circumdata limbo chlamys. Virg. 4. Æn 136. V. Trebell. Poll. l. c.

Collocare clamydem ut apte pendeat. Ovid. 2. Met. 773.

Diffibulare. i. e. Fibulis suis solvere. Stat. 6. Theb. 570.

Indutus chlamydem Tyriam. Ovid. 5. Met. 51.

It tergo demissa. Stat. 1. Silv. 1. 43. It, i. e. Recedit ab humeris.

Sinuatam implere re aliqua. Stat. 10. Theb. 133.

Texere chlamydes ostro. Claud. Epigr. 17. de Munerib. v. 8.

Chlamys, inter Puerilia vestimenta numeratur ab Ulpiano in l. vestis. D. de auro & arg. leg. Puerilia sunt, quæ ad nullum alium usum pertinent, nisi ad puerilem: veluti togæ prætextæ, aliculæ, chlamydes, pallia quæ filiis nostris comparamus.

CHLAMŸDA, æ. f. Idem. Apul. Met. 10. pag. 253. Elmenh. conf Non. 14. 12.

Chlamyda, Chlamydæ, Appulejus 2. Florid. in persona Bathylli, citante Lipsio in Tacitum 407. & ipse Lipsius pag. seq. Et quod ait de chlamyda. H. St. Deerat hæc dictio in ed. Lugd. V. Lips. ad Annal. 14. 14. pr. Appul. pag. 351. Elmenh. Sed in Stewech. legitur, Chlamyde velat utrumque brachium.

CHLAMYDĀTUS, [χλαμυδωτός] Adj. Chlamydem indutus. Cic. pro Rabir. Posth. 27. Chlamydatum L. Sullam imperatorem &c. Plaut. Rud. 2. 2. 9. Qui tres duceret chlamydatos cum Machæriis. Pseud. 4. 2. 8. Quis hic est homo chlamydatus.

CHLAMYDŬLA, æ. f. [χλαμύδιον] dimin. Plaut. Tu sume chlamydulam. [Nisi error est.

CHLĪDŌNES, [χλιδῶνες] Brachialia, ut exponit Suidas, quibus maxime utuntur Samii, auctore Athenæo: & a Polluce ponuntur inter ornamenta manuum & pedum libro 5. cap. 16. & simpliciter inter ornamenta muliebria lib. 7. cap. 22.

CHLŌE, ēs. f. [Χλόη] Cereris Epitheton. Pausan. in Attic. pag. 20. Wech. Item nomen amicæ Horatii; 3. Carm. 9. 9.

Me nunc Thressa Chloe regit,
Dulces docta modos, & citharæ sciens.

CHLŌRION, ōnis. [χλωρίων] Genus avis. Plin. lib. 10. cap. 29. Chlorion quoque qui totus est luteus, hieme non visus, circa solstitia procedit. Gaza apud Arist. lib. 9. Hist. An. cap. 1. Vireonem vertit. Vide suo loco.

CHLŌRIS, ĭdis. [Χλῶρις] Filia Amphionis, Nelei uxor, cui peperit Nestorem & alios filios, ut in Odysseæ λ testatur Homerus. Altera ab Ovid. Dea florum ponitur: quæ quum nympha esset non ignobilis, & Zephyro nuberet, quasi dotis loco id muneris a marito accepit, ut florum omnium potestatem haberet. unde inquit ipsa apud Ovid. lib. 5. Fast. 195.

Chloris eram, quæ Flora vocor, corrupta Latino
Nominis est nostri littera Græca sono.

CHLŌRĪTES, [χλωρίτης] Gemma herbacei coloris, quam dicunt Magi inveniri in scyllæ avis ventre. Plin. lib. 37. cap. 10.

CHLORUS, Ciliciæ flumen. Plin. 5. 27.

C H O

CHOA, [χόα] Nomen mensuræ est: eadem dicitur & Chus. q. V. suo loco. Choa in triclinio. Quintil. lib. 8. cap. 6. pag. 747. ubi de Ænigmate. Et oratores nonnunquam: ut Cœlius, Quadrantariam Clytemnestram: & in triclinio Choam: & in cubiculo Nolam. Quas quidem allegorias intellectu sane quam difficiles tribus diversis locis pro viribus explicans Ludovicus Cæl. lib. 29. cap. 1. de Choa sic dicit, Ænigma in bibacem concinnatum arbitramur: cujus in hauriendo aviditas vel spiritu uno choam persiccaret. De hac re fusius Quintiliani interpres ibidem. [Si a Græco χοῦς vel χοεύς, quod Latine Congium sonat, deducitur, necessario Choa, (Græce χόα vel χοᾶ) scribendum est, quarto casu. Nam χόα in recto nusquam gentium, præterquam in hoc lexico, invenies. Sunt qui Coam legunt, quod minime probem. De quo ut & de reliquis, quæ huc pertinent, V. in NOLA. Conf. CHUS.

CHOARINA, [Χοαρηνή] Regio est ex omnibus quæ sub Parthis sunt, Indiæ proxima, quam Craterus omnem permeavit, subigens eos qui parere recusabant, ut cum Alexandro jungerentur. Auctor Strabo lib. 15.

CHOASPES, is. m. & CHOASPE, es. f. [Χοάσπης] Medorum fluvius, ad fines Persidis in Tigrim defluens, cujus aquæ tam sunt suaves, ut Persarum reges non alia aqua ad pocula uterentur. Tibull. lib. 4. 1. 140.

Nec qua vel Nilus, vel regia lympha Choaspis Profluit. ubi Broeckh. V.

Choaspe amnigena. Val. Flacc. 5. 584. [Choaspe f. temere h. l. adscriptum puto.

CHOASPITES, Gemma. Plin. lib. 37. cap. 10. Choaspites a flumine dicta est viridis, fulgoris aurei.

CHOATRÆ, [Χοάτραι] Inter gentes quæ circa Mæotim habitant, Plinio numerantur, lib. 6. cap. 7.

Diri magico terrore Choatræ. Valer. 6. Argon. 151.

CHŒNIX, ĭcis. f. [χοῖνιξ] ut videri potest apud Budæum de Asse, Semodius erat. Modius autem Romanus non dispar erat ei mensuræ, quam *Bœotium* nostrates vocant. i. e. *Boisseau*.

Chœnici ne insideas, Pythagoricum est symbolum, quo significatur Non oportere per inertiam, otium & cibum alienum sectari, sed sua quemque industria sibi parare facultates, quibus munditiem vitæ sustineat. Parasiticum enim ac fœdum aliena vivere quadra, nec ullam artem callere qua possis αὐτάρκης vivere. Ex Chiliadibus Erasmi.

Chœnix & Demensum ac cibus diurnus: eo pacto Hesychius & Suidas interpretantur. Porro servis olim cibus diurnus chœnice distribuebatur, ut illi vicissim operis pensum persolverent. Hinc Telemach. lib. 19. Odyss. v. 27.

— οὐ γὰρ ἀεργὸν ἀνέξομαι, ὅσκεν ἐμῆς γε
χοίνικος ἅπτηται. quod sic vertit Erasmus, Namque operæ immunem haud patiar, quicunque meam unquam Chœnica contigerit.

CHŒNICION, [χοινίκιον] Dimin. Græcum, Modiolus est Latine. Etiam ferramentum medicinale est. Cels. lib. 8. cap. 3. Exciditur vero os duobus modis. Si parvulum est, quod læsum est, modiolo, quem χοινίκιον Græci vocant; si spatiosum, terebris.

CHŒRADES, [χοιράδες] nihil aliud sunt, quam Indurati adenes, i. e. glandulæ, in collo præcipue, in alis & inguinibus nascentes, Latino vocabulo Strumæ appellatæ. Chœrades autem dictæ videntur ἀπὸ τῶν χοίρων, hoc est a suibus, qui hoc malo peculiariter infestantur.

CHŒRĬLUS, [Χοιρίλος] Poeta fuit Samius, servili conditione natus, qui quum ex Samo Athenas profugisset, ab Herodoto historico exceptus est & institutus. Scripsit Atheniensium victoriam contra Xerxem: cujus carminis nomine in singulos versus singulos accepit aureos stateres. Scripsit & gesta Lysandri Lacedæmoniorum ducis; cujus in expeditione comes erat, ut in vita illius tradit Plutarchus. Scripsit etiam inepta carmina de Alexandri gestis; uti tradunt Plutarchus in vita, & Curt. 8. 5. & Horat. 2. Epist. 1. 232.

Gratus

Gratus Alexandro regi magno fuit ille
Chœrilus, incultis qui verſibus & male natis
Rettulit acceptos, regale numiſma, Philippos.

Fuit & alter Chœrilus poeta tragicus. Utriuſque meminit Suidas.

Choes, pl. m. [χόες, ἡ τῶν χοῶν ἑορτή] Feſtum Athenis celebrabatur, in honorem Bacchi, Antheſterionis duodecima, quem interpretantur Novembrem: quo tempore a præceptoribus familiares hoſpitaliter accipiebantur, ut apud Athenæum lib. 10. ſcribit Eubulides.

Cholades, [χολάδες] Medicis dicuntur Inteſtina, quoniam in ea corrivetur χολή, i. e. Bilis, quam vocant xantham, i. e. flavam, quæ excalfaciens, acrimoniaque irritans, velut pruritu ad ſuperfluitatum excitet egeſtionem, ut ipſi interpretantur. Hæc Cæl. lib. 4. cap. 14.

Chŏlĕra, æ. [χολέρα] Commune ſtomachi atque inteſtinorum vitium & morbus videri poteſt. nam ſimul & dejectio & vomitus eſt, præterque hæc inflatio eſt: inteſtina torquentur: bilis ſupra infraque erumpit: primum aquæ ſimilis, deinde ut in ea recens caro lota eſſe videatur, interdum alba, nonnunquam nigra & varia. Ergo eo nomine morbum hunc χολέραν Græci nominarunt. Præter ea vero, quæ ſupra comprehenſa ſunt, ſæpe etiam crura, manuſque contrahuntur, urget ſitis, anima deficit: quibus concurrentibus, non mirum eſt ſi ſubito quis moritur. Hæc Celſ. lib. 4. cap. 14.

Morbus acutus cholera. Celſ. lib. 2. cap. 13. Sed ſi acutus morbus eſt, ſicut in cholera, ſi febris eſt, ut inter horrores, aſperioribus medicamentis opus non eſt.

Laborare cholera. Celſ. lib. 2. cap. 13. At vomitus, &c. omnibus qui cholera laborant, omnibus etiam cum quadam hilaritate inſanientibus, & comitiali quoque morbo oppreſſis, neceſſarius eſt.

Sedare choleram clyſteribus. Plin. lib. 31. cap. 6. Tormina quoque & choleram calida infuſa clyſteribus ſedat.

Cholerĭcus, [χολερικός] Adj. Qui cholera affectus eſt. Plin. lib. 20. cap. 14. Mentaſtrum torminibus cholericis efficaciſſimum.

Chŏlēdŏchus, [χοληδόχος] a Græcis dicitur Folliculus fellis, quod flavum contineat humorem, palleſcentem quandoque ab Galeno viſum, vel coloris cyanei, vel iſatis herbæ, quem Purgamentum eſſe peſſimi ſanguinis tradit Cæl. Antiq. lect. Lib. 4. cap. 17.

Chōliambus, [χωλίαμβος] Verſus claudicans, alias Scazon; qui in penultima Iambum, in ultima pro Iambo Spondæum habet; quales ſunt iſti Martial. lib. 5. 29.

Ut bene loquatur ſentiatque Mamercus
Efficere nullis, Aule, moribus poſſis.

Chŏlŏbētēne, [Χολοβητηνή] Armeniæ pars, quæ Tigrani paruit. Cujus

Cholobetenus, [χολοβητηνός] gentile eſt. Stephanus.

Cholos, Lapis eſt ex genere ſmaragdorum, quem Juba tradit in Arabia ædificiorum ornamentis includi, referente Plin. lib. 37. cap. 5.

Chōma, ătis. n. [χῶμα] Budæus; Chomata, ſunt Aggeres, qui terra aggeſta facti ſunt: quibuſque Nili aqua coercetur. Ulp. D. de extraord. crimin. l. 10. In Ægypto qui chomata rumpit vel diſſolvit (hi ſunt aggeres, qui quidem ſolent aquam Niloticam continere) æque plectitur extra ordinem.

Chōn, Hercules Ægyptiorum lingua nuncupatus, qui cum Oſiride Italiam liberavit a tyrannide, & ab hoc Chone Hercule Ægyptio Italiam antiquitus vocatam prodidit Antiochus, & Chones Italiæ populos, & Chonem urbem, cujus & Strabo meminit & Stephanus. Cæl. Rhodig. 24. 6.

Chondrilla, Chondrille, ſive Chondrillon, [χονδρίλλη] quam aliqui Cichorion, alii Serin appellant, flores & folia habet cichorio ſimilia; qua ex cauſa nonnulli ſilveſtris intybi ſpeciem eſſe pronuntiarunt, verum tenuior tota eſt. In cujus ramulis, gummi maſtiches ſimillimum, magnitudine fabæ inveniri ſolet, quod cum myrrha tritum, & linteo appoſitum, inſtar olivæ, feminarum menſes trahit. Verba ſunt Dioſcorid. lib. 2. cap. 161. V. & Plin. lib. 21. cap. 15. & cap. etiam 17. Plinius ſine aſpirata Condrillam vocat, ut & Dioſc. Theophraſto vero χονδρύλλη per υ.

Chondris, [χονδρίς] quam Pſeudodictamnum nonnulli vocant, Herba eſt foliis dictamno ſimilibus, ramulis minoribus, ſed & minoris effectus, ut tradit Plin. lib. 25. cap. 8.

Chondros, [χόνδρος] Græcis pars eſt ſimilaris in corpore animali, ex ſemine generata, mediam inter oſſa & carnem duritiem obtinens, quam Latini Cartilaginem vocant. V. Cæl. lib. 3. cap. 18. De Chondro ſeu Cartilagine Xiphoide V. in X litt.

Chondrus, [χόνδρος] Seminis quoddam genus eſt, nutrimenti optimi, ſicut & triticum, de quo latiſſime Galen. lib. 5. de Simpl. medic. facult. Dioſc. 2. 87.

Chophe, Fluvii nomen & oppidi in Arachoſia regione, quod Semiramis condidiſſe fertur, auctore Plin. lib. 6. cap. 23.

Choragium, Choragus, Choraula, Choralistria, Choraules, In chorus.

Choramnæi, [Χοραμναῖοι] Genus quoddam hominum ſilveſtre in Perſide, tantæ velocitatis, ut cervos comprehendant curſu. Stephan.

Chorasmie, es. [Χορασμίη] Urbs Parthorum, Orientem verſus, cujus incolæ Choraſmii nominantur ab Herodoto lib. 3. in catalogo Xerxani exercitus.

Chorasmusini, [Χορασμουσῖνοι] Populi ſunt ex Maſſagetarum & Sacarum gente, ad quos Spitamenes, unus ex Perſis, qui ab Alexandro aufugerunt, ex Bactrianis ac Sogdianis ſeceſſit, ut ait Strabo lib. 11.

Chorda, æ. f. [χορδή] alio vocabulo dicitur Fides fidis. Cic. 3. de Orat. 214. Nam voces ut chordæ ſunt intentæ, quæ ad quemque tactum reſpondeant, acuta, gravis, cita, tarda, magna, parva.

Querelæ dulces chordarum. Lucret. lib. 4. 588.

Soni chordarum. Lucret. lib. 4. 588.

Magicæ chordæ. Juven. 15. Sat. 5.

Querulæ. Ovid. 2. Amor. 4. 27.

Hæc querulas habili prætentat pollice chordas.

Tenuis. Virg. in Cyri,

Non arguta ſonant tenui pſalteria chorda.

Tinnulæ. Sen. Troad. 9.

Vocales. Tibull. lib. 2. 5. 3.

Nunc te vocales impellere pollice chordas.

Experiri chordas, i. e. Tentare ſonum chordarum. Stat. 1. Achil. 187. de Chirone,

Elicit extremo chelyn, & ſolantia curas
Fila movet: leviterque expertas pollice chordas
Dat puero. [Malim Ex pertus, ad vitandam κακοφωνίαν.

Impulſæ. Ovid. 10. Met. 145.

Prætentare chordas, eſt Chordarum conſonantiam explorare levi quodam proœmio, priuſquam carmen ſubjicias. Ovid. 5. Met. 339.

Surgit, & immenſos edera collecta capillos,
Calliope querulas prætentat pollice chordas.

Alio loco Tentare vocat eadem ratione, lib. 10. Met. 145.

Ut ſatis impulſas tentavit pollice chordas.

Oberrare eadem chorda. Hor. in Arte Poet. 356.

— & citharœdus
Ridetur, chorda qui ſemper oberrat eadem.

Accipitur loco proverbii, pro Rem eandem identidem repetere, cui convenit Terentianum illud, Cantilenam eandem canere. vel potius pro In eadem re peccare ſæpius. In eos igitur concinne dicetur, qui vel in ſimili re crebrius peccant, vel culpam eandem iterum atque iterum committunt. Primus enim lapſus vel caſui datur, vel imprudentiæ: iteratus ſtultitiæ tribuitur, aut inſcitiæ. [Quo ſenſu puto Aberrat ſcribendum.

Sonum chorda reddit. Hor. in Arte Poet. 348.

Nam neque chorda ſonum reddit, quem vult manus & mens,
Poſcentique gravem perſæpe remittit acutum.

Verba ſocianda chordis, i. e. Cantanda ad ſonum citharæ. Hor. 4. Carm. 9. 4.

Verba loquor ſocianda chordis.

Tangere chordas, pro Pulſare chordas. Ovid. Rem. Am. 336.

Non didicit chordas tangere? poſce lyram.

Chorda, & Membrum eſt ab extremitatibus muſculi ortum habens, ad ſimilitudinem chordæ arcus effectum. Quemadmodum enim chorda arcus incurvata incurvatur arcus, & relaxata relaxatur, ſic muſculo relaxato chorda impellitur a muſculo, & relaxatur, quare membrum extenditur: muſculo vero contracto, contrahitur & chorda, quare membrum incurvatur. Alias τένων, Lat. Tendo. Ex Galen. lib. de Anatom. vivor.

Chordàpsós, [χόρδαψος ἢ χορδαψός] Morbus tenuioris inteſtini, quem juniores Iliacum nominant. Celſ. lib. 4. cap. 13. Diocles Caryſtius tenuioris inteſtini morbum χόρδαψον, plenioris εἰλεόν nominavit.

Chordus, a, um. [ὀψίγονος] Quod ſerotina fœtura natum eſt: ut Agni chordi. Varro lib. 2. Re Ruſt. cap. 1. Dicuntur agni chordi, qui poſt tempus naſcuntur, & remanſerunt in volvis intimis: vocant Chorion: a quo chordi appellati. Apud pleroſque animadvertimus Cordum ſcribi ſine aſpiratione, quæ tamen ſcriptura repugnat etymo, quod e Varrone adduximus. conf. in agnus.

Dicitur & de Hominibus: unde plerique ſerius nati Chordorum cognomen traxerunt. Quintil. lib. 1. 4. a diligenti præceptore exigit, ut nominum origines curioſe ſcrutetur: cujuſmodi ſunt Agrippa, Opiter, Chordus, & Poſthumus. In ed. Burm. incertum qua de cauſa, τὸ Chordus omiſſum eſt. Conſtanter tamen ſine aſpiratione ſcribitur. V. cordus.

Transfertur & ad Inanimata: unde Chordum fenum dicitur, quod Autumno ſecatur. Columel. lib. 7. cap. 3. Aluntur Autumnali feno, quod Chordum vocatur. Totidem verbis Plin. lib. 18. cap. 28. Feſtus, Chorda frumenta dicuntur, quæ ſero matureſcunt, ut fenum cordum.

Olus cordum, quod quidam ſativum battim vocant. Colum. 12. 13. pr.

Choreæ, arum, Choreuma, In chorus.

Chŏrēus, [χορεῖος] Pes eſt duabus ſyllabis conſtans, prima longa, brevi altera: qui & Trochæus, & Chorius dicitur. Cic. in Orat. 212. Dichoreus eſt, quum duo extremi chorei ſunt, id eſt e ſingulis longis & brevibus. Ibid. 193. Trochæum autem, qui eſt eodem ſpatio quo choreus, Cordacem appellat: quia contractio & brevitas dignitatem non habeat.

Chŏriambus, [χορίαμβος] Pes ex prima & ultima productis, duabus mediis brevibus: ut, filiolis. Dictus choriambus, quod iambicam deſinentiam habeat; & in choris apud veteres celebratiſſimus fuerit.

Choriambĭcus, Adj. ut, Metrum choriambicum. Diomed. 3. Sidon. 9. Epiſt. 13.

Chŏrinēus, Peritus jaculator apud Virg. 9. Æn. 571.

Æmathiona Liger, Chorineum ſternit Aſylas
Hic jaculo bonus, hic longe fallente ſagitta.

Chŏrion, Prim. ancip. [χόριον ἢ χορίον] medicis, Multarum venarum & arteriarum contextus quidam eſt, intervalla membranis obducta habens. Ceterum vulvæ adhæreſcit; membranis duabus fœtum involventibus proximus. V. Galen. lib. de diſſect. vulvæ.

Chŏrŏbătes, æ. [χωροβάτης] Organum librandis aquis accommodatum. Vitruv. lib. 8. cap. 6. Libratur autem dioptris aut libris aquariis, aut chorobate, ſed diligentius efficitur per chorobatem; quod dioptræ libræque fallunt. Chorobates autem eſt regula longa circiter pedum viginti. ea habet ancones in capitibus extremis æquali modo perfectos, inque regulæ capitibus ad normam coagmentatos: & inter regulam & ancones, a cardinibus compacta tranſverſaria, quæ habent lineas ad perpendiculum recte deſcriptas, pendentiaque ex regula perpendicula in ſingulis partibus ſingula. Hactenus Vitruvius.

Chorocitharistæ, Chorodidascalus, In chorus.

Chorœbus, V. corœbus.

Chŏrŏgrăphus, i. m. [χωρογράφος] Locorum deſcriptor. Vitruv. lib. 8. cap. 2. Hæc autem ſic fieri teſtimonio poſſunt eſſe capita fluminum: quæ orbe terrarum chorographis picta, itemque ſcripta plurima, maximaque inveniuntur egreſſa ab Septentrione. Chorographiis eſt in cod. Junt.

Choromandi, Gens ſilveſtris, dicente Plin. lib. 7. cap. 2. Choromandarum gentem vocat Tauron ſilveſtrem ſine voce, ſtridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis. Hæc ille, quo loco de Scythis agit.

Chorostates, In chorus.

Chors, ortis. f. [ἔπαυλις] Villarum intra maceriam ſpatium, auctore Nonio. Varr. 1. de Re Ruſt. cap. 13. Chortes in fundo magno duæ aptiores: una ut interius compluvium habeat lacum, ubi aqua ſaliat. Et paulo poſt, Chors exterior crebro operta ſtramentis ac palea, occulcata pedibus pecudum, fit miniſtra fundo, ex ea quod evehatur. In emendatis ex vetuſto exemplari codicibus legitur ubique Cohors.

Chortis aves. Martial. lib. 11. 53.

Et chortis ſaturas atque paludis aves.

Dicitur & Cohors. Ovid. 4. Faſt. 704.

Abſtulerat multas illa cohortis aves.

De vulpe. ubi Neap. V.

Chortālis, e. [ἐπαυλιος] ut, Gallina chortalis, In chorte nutrita. Columel. in præf. Et ut a pecoribus recedam, quorum in parte avium chortalium & apium cura poſita eſt. Al. Cohortalis.

Chŏrĭnon Oleum dicitur, Quod fit in Ægypto e raphani ſemine, aut gramine herba. Auct. Plin. lib. 15. cap. 7.

Chŏrus, [χορὸς] proprie Conventus & veluti corona eorum qui ad ludos conveniunt, ſive ſaltantium, ſive canentium. nam multorum vocibus & concentu conſtat, ut Seneca & Macrobius tradunt. Virg. 6. Æn. 517.

Illa chorum ſimulans, Evantes orgia circum
Ducebat Phrygias.

Ubi Servius, Chorum ait Multitudinem in ſacra collectam. Idem 1. Georg. 346.

Omnis quam chorus, & ſocii comitantur ovantes.

Ubi Servius, Chorus, proprie eſt Coævorum cantus atque ſaltatio. Suet. in Calig. cap. 37. Fabricavit & de cedris liburnicas &c. quibus diſcumbens de die, inter choros ac ſymphonias, litora Campaniæ peragraret. Vulgo *Capellam* vel *copulam* vocant. Budæus.

Bacchi chorus. V. Indicere choros infra.

Senior Glauci chorus, i. e. Dii marini. Glaucus piſcator fuit: qui quum captos piſces ſupra herbam abjeciſſet, & eos recepiſſe vidiſſet, quam amiſerant, vitam: intellecta herbarum potentia, decerptam herbam guſtavit, & ſe præcipitavit in maria, & in deum marinum commutatus eſt. Cujus Chorum, ſenem Virg. 5. Æn. 823. ideo dixit, aut quod ipſe etiam ſenex fuerat, aut quod ſenes pene omnes dii finguntur marini; fortaſſis propter ſpumarum colorem. Hæc Servius.

Juventutis choro ſtipari. Cic. pro Muren. 49. Catilinam interea alacrem atque lætum, ſtipatum choro juventutis, vallatum indicibus atque ſicariis, &c.

Muſarum chori. Hor. 3. Carm. 4. 25. Muſas alloquens,

Veſtris amicum fontibus & choris
Non me Philippis verſa acies retro, &c.

Nympharumque leves cum Satyris chori. Hor. 1. Carm. 1. 31.

Philoſophorum e choro aliquem tollere. Cic. 1. de Finib. 26. Tu quidem, inquit, totum Epicurum pene e philoſophorum choro ſuſtuliſti.

Phœbi chorus, per antonomaſiam, Muſæ dicuntur. Virg. 6. Ecl. 66.

Puellarum. Hor. 2. Carm. 5. 21.

Quem ſi puellarum inſeres choro,
Mire ſagaces falleret hoſpites.

Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit urbes. Hor. 2. Epiſt. 2. 77.

Vatum. Hor. 4. Carm. 3. 15.

Romæ, principis urbium,
Dignatur ſoboles inter amabiles
Vatum ponere me choros.

Virtutum chorus. Cic. 3. Off. 116.

Æqualis chorus, Æqualium chorus. Virg. 4. Georg. 460.

Canorus. Juven. 11. Sat. 163.

Circulares chori dicuntur, Qui in orbem ſaltantes canunt, qui reſtim ducere dicuntur. hujuſmodi Choros ſcenicos fuiſſe apparet ex Luciano. Budæus.

Cyclici chori, dicebantur Chori Dithyrambicorum, ad diſcrimen Tragicorum & Comicorum chororum, qui erant Quadrati. Turneb.

Feminei. Ovid. 3. Faſt. 764.

Femineos thyrſo concitat ille choros.

Idæi chori, per antonomaſiam vocantur Galli Cybeles ſacerdotes. Virg. 9. Æn. 112.

Plaudens. Stat. 1. Silv. 2. 252.

Plebeius, Meretricum. Ovid. 5. Faſt. 352.

Pierius, Muſarum. Martial. lib. 12. 3.

Quadrati. V. Cyclici chori.

Sacer, Dianæ. Ovid. 2. Faſt. 156.

Semiviri chori, dicuntur Gallorum Cybeles, qui omnes erant caſtrati. Sil. lib. 17. 20.

Virgineus, Muſarum. Ovid. 3. de Arte Am. 168.

Votivi Chori, Numerus illorum qui vota faciunt. Stat. 4. Theb. 209.

— templa Votivis implenda choris.

Agitare choros. Virg. 4. Georg. 553.

Celebrare. Sen. Herc. OEth. 5.

Ducere. Hor. 4. Carm. 7. 6.

Gratia cum Nymphis, geminiſque ſororibus audet
Ducere nuda choros.

Exercere. Virg. 1. Æn. 503.

Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi
Exercet Diana choros.

Pedem ferre choris, pro Saltare in choris. Hor. 2. Carm. 12. 17.

Quam nec ferre pedem dedecuit choris.

Indicere choros Bacchi. Virg. 11. Æn. 737.

Aut ubi curva choros indixit tibia Bacchi.

Inſtaurare. Virg. 4. Æn. 145.

Laſcivit chorus, Petulanter ſalit. Sen. Agam. 6.

Ludere in ſpeciem chori. Ovid. 3. Met. 80.

Undique dant ſaltus, multaque aſpergine rorant,
Emerguntque iterum, redeuntque ſub æquora rurſus,
Inque chori ludunt ſpeciem.

i. e. Choreas natando imitantur. De Delphinis loquitur.

Oſtentare. Stat. 2. Achill. 148.

Chorus, aliter. Cic. 14. Att. 8. Ego, ut poſtulas, Baiana negotia, chorumque illum, de quo ſcire vis, quum perſpexero, tum ſcribam, nequid ignores.

Venit chorus. Africanus in l. quum ejuſdem. D. de ædil. edict. Quum ejuſdem generis plures res ſimul veneant: veluti comœdi, vel chorus: referre ait, in univerſos, an in ſingulos pretium conſtituatur: ut ſcilicet interdum una, interdum plures venditiones contractæ intelligantur.

Chori, in Acie. Virg. 5. Æn. 581.

Olli diſcurrere pares; atque agmina terni
Diductis ſolvere choris.

Servius.

Chorĭcus, i. m. Firmic. lib. 3. cap. 14. Faciet etiam muſicos, choricos, & qui muſicos modos faciant.

Chŏrāgĭum, vel Chorēgium, i. n. [χοραγεῖον, ἢ χορηγεῖον] Scenicum inſtrumentum, quo ſcena inſtruitur & apparatur: cujus præfectus dicitur Choragus. Hæc Feſtus. Vitruv. lib. 5. cap. 9. Poſt ſcenam porticus ſunt conſtituendæ, ut quum imbres repentini ludos interpellaverint, habeat populus quo ſe recipiat ex theatro. Choragiaque laxamentum habeant ad chorum parandum. Choragia, pro Inſtrumento ludorum poſuit, ſimul & pro ipſis choragiis: ut ſit Choragium, Locus unde omnia promuntur ad ludos neceſſaria. Ex Budæo. Plin. lib. 36. cap. 15. Sed & reliquus apparatus tantum Attalica veſte, tabulis pictis, cet[e]roque choragio fuit. Valer. Max. lib. 2. cap. 4. 6. de Scenæ apparatu, Argentatis choragiis P. Lentulus Spinter adornavit. Plaut. Capt. prol. 61. Iniquum eſt comico choragio conari nos agere Tragœdiam.

Choragium funeris. Apul. in Aſin. Aur. lib. 2. pag. 123. Et cantatrices anus in ipſo momento choragii funeris, perpeti celeritate alienam ſepulturam antevortunt. Choragium funeris vocat Apparatum funebrem. Senſus eſt: Aniculæ magia pollentes, celeritate continua, dum apparatus funebris inſtruitur, dum neceſſaria ad funerandum præparantur, præripiunt anticipantque alienam ſepulturam.

Choragium Thymelicum. Apul. Apol. 1. pag. 282. ubi de ſpeculo, Quid enim ſi choragium Thymelicum poſſiderem, num ex eo argumentarere etiam, uti me conſueſſe tragœdi ſyrmate hiſtrionis, &c. h. e. Inſtrumentum ſcenicum, & hiſtrionicum apparatum.

Choragium, generali vocabulo, dicitur Cujuslibet rei inſtrumentum & apparatus, ſed per metaphoram. Auctor ad Herenn. lib. 4. 63. Facile falſæ choragium gloriæ comparetur. Sic & Cœnæ choragium recte dixeris.

Chŏrāgus, vel Chorēgus, i. m. [χοραγὸς, ἢ χορηγὸς] ad verbum eſt Dux chori, & ſuppeditator inſtrumenti ludicri, & expenſarum, inquit Budæus. Plaut. Perſ. 1. 3. 79. Sed πόθεν ornamenta? T. abs chorago ſumito. Suet. in Auguſt. cap. 70. de cœna Auguſti,

Quum primum iſtorum conduxit menſa choragum,
Sexque deos vidit Mallia, ſexque deas, &c.

Choragum vocat Octavium, quaſi Principem chori, ducem choreæ, præfectumque ſcenæ apparandæ, & ſuppeditatorem expenſæ, ac magiſtrum convivii. Uti Choragium pro cujuslibet rei inſtrumento. Sic & Choragus pro quocunque Suppeditatore & ſubminiſtrante ſumitur. A choro vero agendo ſeu ducendo nomen habet.

Choraula, æ. vel Choraules, is. m. [χοραύλης] Qui in choro tibia canit. Plin. lib. 37. cap. 1. Præterquam Iſmeniam choraulen, multis fulgentibuſque uti ſolitum. Martial. lib. 5. 57.

Fac diſcat citharœdus aut choraules.

[An Citharœdon aut choraulen?

Choraules monumentarii, [ἐπιτάφιοι αὐληταὶ] ſunt Tibicines qui ad ſepulcra defunctorum canebant, quales priſci Siticinas vocant, qui apud Sitos, id eſt defunctos canunt. V. siticen.

Choraliſtria, æ. f. [χοραλίστρια] Phyllis, Amica Propertii, ab eo ſic dicta, ob ſaltandi in choris, ſive canendi peritiam. Propert. lib. 4. 8. 39.

Nilotes tibicen erat, choraliſtria Phyllis.

Emendati codd. Crotaliſtria Philis. [Intelligitur autem Scortum vulgare id nominis.

Chorea, æ. penult. indifferente, [χορεία] uſurpatur pro Ipſa ſaltatione. Virg. 6. Æn. 644.

Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.

Aptus choreis & jocis. Hor. 2. Carm. 19. 25.

Cantatrices choreæ. Claud. de Bell. Gild. 448.

Duras choreas ruſticorum & plebis, vocat Ovid. 3. Faſt. 537. ut opinor, quod a civilitate morum alieni, motus quoſdam & ſaltus impotentes exercent, magnoque impetu terram feriunt, illum nimirum viciſſe exiſtimantes, qui quam maximum pulverem excitarit.

Feſtas duxere choreas. Ovid. 8. Met. 581.

Lepidæ. Mart. Capel. lib. 9.

Ludens chorea. Virg. in Culice.

Ludicræ. Apul. lib. 10.

Molles. Martial. de Spectac. 105.

Nocturnæ. Propert. lib. 3. 10. 23.

Pernix. Lucret. lib. 2. 635.

Ducere choreas. Ovid. 8. Met. 581.

Indulgere choreis. V. indulgeo.

Plaudere pedibus choreas. Virg. 6. Æn. 644.

Choreas Varro apud Non. 6. 16. ad ſidera tranſtulit, quæ certa lege & quaſi ad harmoniam moventur.

Repente noctis circiter meridiem
Cum pictus aer fervidis late ignibus
Cæli choreas aſtricas oſtenderet.

Eodem modo Manil. 1. 69.

Et quinque averſo luctantia ſidera mundo
Exercent varias naturæ lege choreas.

Choreutes, [χορευτὴς] Quilibet ex choro Saltator vocatur. Budæus. Petron. Fragm. Manu puer loquaci choreutes.

Choreuma, ătis. n. [χόρευμα] Canticum, quod a choro canitur & ſaltatur, Plato vocat. Budæus.

Chorocitharistæ, arum. m. [χοροκιθαρισταὶ] Qui in choro citharizant: ſicut Pſallocithariſtæ, qui pſallunt: id eſt canunt ad citharam. Suet. in Domit. cap. 4. Certabant etiam & proſa oratione, Græce Latineque: ac, præter citharœdos, chorocithariſtæ quoque & pſallocithariſtæ. [Immo Pſilocithariſtæ. q. V.

Chorodĭdascălus, i. m. [χοροδιδάσκαλος] Magiſter eſt chori Platoni & Ariſtoteli. Budæus.

Chorostătes, is. m. [χοροστάτης] Præceptor eſt chori, &, ut Columel. ait lib. 12. cap. 2. Præiens magiſter. Budæus.

Chosroes, vel Cosroes, [Χοσρόης] Perſarum rex, maximo in honore habitus, non apud Perſas modo, ſed etiam Romanis ipſis: ut qui litterarum ſtudioſiſſimus fuerit, & ad ſummum faſtigium Græcæ philoſophiæ pervenerit, Græcorum libris uſus a quodam in linguam Perſicam converſis. Atque adeo dicitur Ariſtotelem ipſum magis imbibiſſe, exactiuſque tenuiſſe, quam Demoſthenes Thucydidem. Platonis etiam ſcriptis animum explevit atque excoluit. Hæc Suidas. Quæ tamen rurſus ex Agathia refellit. Intelligitur autem Choſroes Magnus, de cujus rebus geſtis plenius Procop. de Bell. Perſ. lib. 2. Agath. Hiſt. lib. 2. 3. & 4. & ceteri fere Byzantinarum rerum ſcriptores.

C H R

Chrĕmes, ētis. m. [Χρέμης] Senis nomen apud Terentium.

Avarus. Hor. Epod. 1. 33.

Iratus. Hor. in Arte Poet. 94.

Iratuſque Chremes tumido delitigat ore.

Chremeta, accuſ. Hor. 1. Serm. 10. 40.

Arguta meretrice potes, Davoque Chremeta
Eludente ſenem, &c.

Chrĕŏcŏpia, [χρεωκοπία] Latine Debitorum abſciſſio, videlicet quum debitores

debitores onere solvendi levantur, ut per Sisachtheiam, quam Solon olim tulisse fertur, Athenis aliquando contigit. Hinc

CHREŎCŎPĬDÆ, [χρεωκοπίδαι] Solonis amici quidam ex debiti retentione sunt appellati. Quum enim ii Solonis mentem percepissent, præoccupantes multas pecunias fœnori acceperunt, agrumque ex iis maximum astute compararunt. Ex quo & Solon non minima est aspersus infamia, velut injuriæ particeps. Cæl. Rhodig. lib. 12. cap. 20. ex Plut. in Solone. [Conf. Interpp. Diog. Laërt. 1. Segm. 45. Alioqui χρεωκοπεῖν idem significat ac Gallis *Faire banqueroute*, (quod Latinis Foro cedere) quod ipsum H. Stephanus in Thes. Gr. prolixe adstruit. Gloss. Vet. Græco Lat. χρεοκοπία Decisio, [forte Decoctio] χρεοκόπος Decoctor, χρεοκοπῶ Decoquo. Nam scribitur & per ο. Mendose in Lat. Gr. Decoctor, κρεωκόπος, per κ.

CHRĒSIS, [χρῆσις] Latine, Usus. Jurisconf. in l. si habitatio §. 1. D. de usu & habit. In legato ejus dubitat usumne, an fructum significet. Et ex vi dictionis magis credit usum esse: quoniam, ut Suidas inquit, nihil sit χρῆσις, quam utilis sibi rei χρεία, id est pro necessitate indigentiave perceptio: fructum vero potius videntur Græci dixisse ἀπόλαυσιν. Ex Alciato lib. 2. Parerg. cap. 14.

CHRESTON, [χρηστὸν] Cichorium herba ab aliquibus vocatur. Plin. lib. 20. cap. 8. Quod quidem propter singularem salubritatem aliqui chreston appellant, alii pancratium. De cichorio.

CHRESTUS Byzantius, inter sophistas extitit, auditor Herodis Attici, Hadriani tempore, qui vino quanquam deditus, ceteris in rebus continenter vixit, ac in primis vigilanter. Nam quum ad Galli cantum sæpe bibere solitus esset, non prius tamen somno se, quam studio dabat. Auctor Philostratus. Meminit & Columella.

Χρηστὸς cognomen cujusdam Socratis, fratris Nicomedis apud Appianum in Mithridat. Col. 176. circa finem. ubi male apud P. Candidum in edit. Gryphii est Christus. Vide in ACHRESTUS ex Ausonio. H. St.

CHRESTOLOGUS, [χρηστολόγος] Vide in Thes. tomi 2. col. 640. H. St. Utitur Capitolin. in Pertinace cap. 13. ubi Interpp. V.

CHRĪA, [χρεία] Rhetoribus est Dictum breve, concinnum, & opportunum, cum auctoris allegatione. Isocrates ex discipulis ingenio præstantes, deorum filios esse prædicabat. Diogenes divitem conspicatus imperitum, Hic est, inquit, equus undique argento litus. Chriæ sunt. De Chria Quintil. lib. 1. cap. 9. & lib. 2. cap. 4.

CHRISMA, ătis. n. [χρίσμα] Unctio. V. Isidor. Orig. 6. 19. Tertull. de Bapt. cap. 7. Hinc

CHRISTUS, i. m. [Χριστὸς] Lat. Unctus. Æternus Dei filius. Ethnicis perperam vocabatur Chrestus. V. Suet. Claud. cap. 25. Hinc

CHRISTIĀNUS, i. m. [χριστιανὸς] CHRISTIĀNA, æ. f. CHRISTIĀNUS, Adj. CHRISTIĀNE, Adv. CHRISTIANISMUS, i. m. CHRISTIANĬTAS, ātis. f. CHRISTIANĪZO, āre. CHRISTICŎLA, æ. c. CHRISTICŎLUS, i. m. CHRISTIGĔNUS, i. m. CHRISTIPŎTENS, entis. Voces apud Ecclesiasticos scriptores satis notæ.

CHRISTŎDŌRUS, [Χριστόδωρος] e Copto Ægypti urbe poeta Anastasii Cæsaris tempore, scripsit Isaurica, ubi describit Isauricam ab Anastasio captam.

Fuit alter Thebanus scriptor haud ignobilis, qui de Cosmo & Damiano scripsit. Auctor utriusque Suidas.

CHRŌMATA, [χρώματα] præter vulgatam significationem, Qua colores denotant, etiam accipiuntur pro Ornamentis & luminibus artium, qui & Colores a Latinis appellantur. Unde Chromaticum melos ab antiquis dicebatur, Una ex tribus Musicæ partibus, quæ ob nimiam mollitiem infamiæ nota non caruit: quam tamen Agathon tibicen in primis amplexus fuisse traditur. Budæus. V. Turneb. 19. 30. & Henr. Steph. Thes. Græc. to. 4. col. 633.

CHROMATĬCUS, i. m. (Qui nulla verecundia colorem mutat.) ad verbum, Coloratus dici potest. V. voc. præced.

CHROMBUS, Genus piscis. Plin. lib. 32. cap. 11. [Immo Rhombus. V. Hard.

CHROMIOS, [Χρόμιος] Nelei filius, & Chloridos, qui in ea pugna, quam Pylii & Messenii adversus Herculem gesserunt, cum decem fratribus occisus est.

Alius fuit Priami filius, in bello Trojano a Diomede interfectus.

Fuit & Chromius quidam Argivus, qui ea in pugna, quæ ob Thyreorum agrum inter trecentos Lacedæmonios, totidemque Argivos commissa est, solus ex suis cum Alcenore incolumis evasit. Auctor Herodot. lib. 1.

CHRŎMIS, ĭdis. f. [χρομὶς] Piscis nidificans in aquis. Plin. lib. 32. cap. 11. extr. ex Ovidio in Halieut. v. 121. secus intellecto, & oblitus eorum, quæ lib. 9. cap. 26. de Phycide scripserat. V. Interpp. utriusque auctoris.

CHROMIS, [Χρόμις] Herculis filius, ut Lactantius testatur, dicens, Constat Chromin Herculis fuisse filium, & equos habuisse Thraces, quos Hercules, occiso Diomede, abduxerat, humanis carnibus vesci consuetos. Hujus meminit & Statius dum ait, 6. Theb. 346.

It Chromis Hippodamusque alter satus Hercule magno.

CHRŎNISSO, āre. [χρονίζω] Græcum verbum est, idem significans quod Moror, subsisto, & ex itinere identidem quiesco. Quo verbo usus est Lucret. lib. 2. 320.

Et satiati agni ludunt, blandeque chronissant. Sunt qui legant Chroniscant: alii Coniscant. V. suo loco.

CHRŎNOS, [χρόνος] Latine Tempus dicitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 64. Saturnum autem eum esse voluerunt, qui cursum & conversionem spatiorum ac temporum contineret: qui deus Græce idipsum nomen habet. Κρόνος enim dicitur, qui est idem χρόνος, id est spatium temporis.

CHRŎNĬCA, orum. [χρονικὰ] dicuntur Ea quæ de temporibus scribuntur. Plin. lib. 35. cap. 9. Quod & ipsius Timagoræ carmine vetusto apparet, chronicorum errore non dubio.

CHRONĬCUS, Adj. [χρονικὸς] Gell. lib. 17. cap. 21. Excerpebamus ex libris, qui chronici appellantur, quibus temporibus floruissent Græci simul atque Romani viri.

Chronici morbi, vocantur Diuturni. V. Isid. 4. 7. [Sed sine dubio corrupto vocabulo, cum potius Chronii, χρόνιοι, dici debeant, ut ex Græcis medicis constat. Celsus l. 3. 1. Longos morbos, Cælius Aurelianus Tardas passiones vocat. χρονικὸς vero & χρόνιος quid distet V. in H. Steph. Thes. Gr.

CHRONŎLŎGIA, æ. f. [χρονολογία] Descriptio temporum.

CHRONOLŎGUS, i. m. [χρονολόγος] Annalium scriptor.

CHRONOGRĂPHUS, i. m. [χρονογράφος] Idem. Sidon. 8 6.

CHRȲSĂLIS, ĭdis. [χρυσαλλὶς] Erucæ genus est, quæ rupto cortice, cui includitur, fit papilio, qui ab Aristotele xylotrophos vocatur. V. Plin. lib. 11. cap. 23. Gaza Aureliam vocat. V. Turneb. Advers. 30. 38.

CHRYSALUS, i. m. Servus Plautinus in Bacchide, qui herum auro emunxit. Latine Aurelius dici potest. V. Turneb. l. c.

CHRȲSAMMOS, [χρυσάμμος] Latine Arena aurea dicitur, cujus verbi fit mentio lib. 11. Cod. Justin. tit. de metall. Ex Budæo.

CHRȲSANTAS, Viri proprium, quem inter milites Cyrus valde collaudavit, quod hostem interfecturus jam elatum in cædem gladium revocasset, quia ἀνακλητικὸν, id est receptui cani interim inaudisset. Ex Cæl. Rhodig. lib. 11. cap. 18.

CHRȲSANTHĔMON, [χρυσάνθεμον] Genus est anthemidis sive chamæmeli, luteis per ambitum foliis a leucanthemo distinctum, de quo seperatim agit Dioscor. lib. 4. Meminit Chrysanthemi & Plin. lib. 26. cap. 8.

CHRYSANTUS Alexandrinus, Romæ, quo juvenis venerat, factus Christianus, sub Numeriano Imperatore in fossam demissus, ac terra saxisque obrutus fuit. Volaterr.

CHRȲSAOR, [Χρυσάωρ] Neptuni filius, quem ex capite Medusæ, ut & Pegasum, natum scribit Hesiodus in Theogonia.

CHRȲSAŎREUS Juppiter [Χρυσαορεὺς Ζεὺς] cognominatus, ut Strab. in 14. notat, in Caria. In agro Stratonicensium duo fuerunt templa, alterum Hecates apud Laginos: alterum prope urbem Jovis Chrysaorei, Caribus omnibus commune, quo illi sacrificaturi, & de communibus rebus deliberaturi conveniebant, qui conventus Chrysaoreus vocabatur, ex vicis constans. Porro, ut rem planius teneas, Stephanus Chrysaorida urbem ait fuisse Cariæ, quæ mox Adria nuncupata sit. Apollonius urbem hanc primum a Lyciis conditam scribit, unde fiat gentile nomen Chrysaoreus. Epaphroditus vero totam Cariam Chrysaorida vocitatam prodidit.

CHRȲSĀŎRIS, [Χρυσαορὶς] Cariæ civitas. V. dict. superior.

CHRȲSAS, æ.m. [Χρύσας] Fluvius est Siciliæ. Cic. 6. Verr. 96. Chrysas, est amnis, qui per Assorinorum agros fluit: is apud illos habetur deus, & religione maxima colitur. Fanum ejus est in agro propter ipsam viam, qua Assoro itur Ennam. in eo Chrysæ est simulacrum præclare factum e marmore.

CHRȲSE, [Χρύση] Insula est extra ostia Indi. Plin. lib. 6. cap. 21. Extra ostium Indi Chryse, & Argyræ, fertiles metallis, ut credo. Nam quod aliqui tradidere, aureum, argenteumque iis solum esse, haud facile crediderim.

Chryse, urbs est Troadis, Apollinis Sminthei templo nobilis, prope Lemnum. Ovid. 13. Met. 174.

— me credite Lesbon,
Me Tenedon, Chrysenque, & Cillan Apollinis urbes,
Et Scyron cepisse. Verba sunt Ulyssis.

Sunt & plures Chrysæ, nam auri abundantia hoc nomen pluribus locis dedit.

CHRȲSĒIS, V. CHRYSES.

CHRYSĒLECTRUM, [χρυσήλεκτρον] Gemma in colorem electri declinans, cui matutinus aspectus jucundior. Plin. lib. 37. cap. 9.

CHRȲSENDĔTA, ōrum. n. [χρυσένδετα] Vasa doctissimi viri explicant crustis aureis illigata & exornata, ut in Martial. 2. 43.

Immodici tibi flava tegunt chrysendeta mulli. Ego vero, inquit, Turnebus, Vasa gemmata esse puto, quorum gemmæ auro consertæ & contextæ tenerentur. Plutarchus in Lucullo id satis indicat, ἐδωρεῖτο χρυσένδετον σμάραγδον τῶν πολυτελῶν. Plinius hoc genus vasorum mihi innuere videtur quum initio lib. 33. sic scribit, Turba gemmarum potamus, & smaragdis teximus calices, ac temulentiæ causa tenere Indiam juvat, & aurum jam accessio est. Sed & illud Maronis, 2. Georg. 506.

Ut gemma bibat, & Sarrano dormiat ostro. ad Chrysendeta referri posset, nisi veteres vasa potoria e gemmis absque auro etiam habuissent. Hæc ille Advers. 14. 3.

CHRȲSES, [Χρύσης] Sacerdos Apollinis, in Chrysa Troadis apud Homer. lib. 1. Iliad. Pater fuit Antinomes, sive Astynomes, a quo eadem Chryseis dicta est, ab Agamemnone rapta. Ovid. Rem. Amor. 73.

Marte suo captam Chryseida victor amabat. De hac & Briseide V. Homer. l. c. V. & ASTYNOME.

CHRȲSĔUS, [χρύσεος] Adj. Lat. Aureus. Martial. 9. 96.

Chalcea donanti chrysea qui dederas.

CHRȲSIPPUS, [Χρύσιππος] Philosophus Stoicus, Apollonidæ vel, ut Laërtius, Apollonii filius, Solensis vel Tharsensis, Cleanthis discipulus, vel, ut aliis placet, Zenonis ipsius, Stoicæ scholæ post eum facile princeps. Hic Zenone fuit acutior sane, ut qui in multis ejus præcepta impugnaverit: statuam habuit Athenis in Ceramico positam. In dialectica clarissimus fuit: ita, ut non illepide dicerent quidam: Si apud deos dialectica haberetur, non temere alia esset, quam quæ a Chrysippo inventa fuit. Scripsit librorum volumina supra quinque & septuaginta. Ferunt Carneadem philosophum Cyrenæum, perlectis Chrysippi libris, ita dixisse, Nisi Chrysippus esset, ego non essem. Hor. 2. Serm. 3. 44.

Quem mala stultitia, & quemcunque inscitia veri
Cæcum agit, insanum Chrysippi porticus & grex Autumat.

Chrysippus fulcire putatur porticum Stoicorum. Cic. 4. Acad. 75. Sed quid eos colligam, quum habeam Chrysippum, qui fulcire putatur porticum Stoicorum?

Cædi discipulos non improbat Chrysippus. Quintil. lib. 1. cap. 3.

Sapientes nutrices optabat Chrysippus. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Nullum tempus vacare cura voluit Chrysippus. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Chrysippus alius Pelopis fuit filius, quem quum pater valde amaret, noverca ejus Hippodamia id indigne ferens, liberos suos Atreum & Thyestem impulit, qui illum interfecerunt: quam ob rem a Pelope pulsi, in exilio vitam degerunt, donec pater e vivis excederet.

CHRYSIPPEA, æ. Herba a Chrysippo inventore dicta, cujus meminit Plin. lib. 26. cap. 9.

CHRYSĪTES, [χρυσίτης] Gemma ostreæ Atticæ assimulata. Plin. lib. 37. cap. 10.

CHRYSĪTIS, is. [χρυσῖτις] Auri spuma. Plin. lib. 33. cap. 6. V. PSEGMA.

Est & herba. V. CHRYSOCOME.

CHRȲSOASPIDES, [χρυσοάσπιδες] Milites dicebantur aureis clypeis utentes, quo nomine Alexander Severus imperator, teste Lamprid. cap. 50.

illos

illos nuncupaſſe, fertur, ſicut Alexander Macedo Argyroaſpidas ab argenteis clypeis. Auctor Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 22.

CHRYSOBALANUS, [χρυσοβάλανος] a Galeno Aſclepiadis auctoritate commendata eſt lib. 8. & 9. de compoſitione medic. ſecund. loc. digerens, & roborans Indicæ nardi modo, ad colicos affectus, ventriculi ardores, & ſingultus. Verumtamen quænam ea ſit, nondum ſatis compertum eſt. Quanquam non deſunt qui ſibi perſuadeant Chryſobalanum eſſe nucem myriſticam, quum tamen plura ſint, quæ eorum deſtruant ſententiam, nempe cinereus color, acutus ori ſapor, & quod myriſticæ nucis nuſquam meminerint veteres Græci. Ex Matthiolo in Dioſcor. lib. 4.

CHRYSOBERYLLUS, [χρυσοβήρυλλος] Gemma. Plin. lib. 37. cap. 5. Probatiſſimi ſunt ex iis qui viriditatem puri maris imitantur. Proximi qui vocantur chryſoberylli, & ſunt paulo pallidiores, ſed in aureum colorem exeunte fulgore.

CHRYSOCALIS, [χρυσοκαλὶς]. A quibuſdam vocatur herba, quæ notiore nomine Parthenium appellatur. Eſt autem ex his nomenclaturis, quæ inter notha Dioſcoridis a doctioribus rejiciuntur.

CHRYSOCARPUM, [χρυσόκαρπον] Hederæ ſpecies eſt, ab aureo acinorum colore ita appellata. Auctor Plin. lib. 16. cap. 34.

CHRYSOCERAS, Thraciæ promontorium eſt ad Byzantium liberæ conditionis oppidum. Ex cap. 11. lib. 4. Plinii. [Videtur diviſe ſcribendum Chryſun Ceras, χρυσοῦν κέρας, etſi nomen iſtuc promontorio iſti proprie non conveniat. V. in AURICORNU. Strabo lib. 1. Κέρας ſimpliciter vocat, ut & Polyb. lib. 4, non quidem Promontorium, ſed ipſum ſinum. Quod ſi compoſita voce enuntiandum eſt, Chryſoceros, χρυσόκερως, potius dicendum foret.

CHRYSOCOLLA, [χρυσοκόλλα] quaſi Auri glutinum. Humor eſt (ut ait Plinius lib. 33. cap. 5.) in aurariis puteis per venam auri defluens, craſſeſcente limo rigoribus hibernis uſque in duritiam pumicis. Laudatiorem eandem in ærariis metallis, & proximam in argentariis fieri compertum eſt. Invenitur & in plumbariis, vilior etiam auraria. &c. Suet. in Calig. cap. 18. Edidit & Circenſes plurimos a mane uſque ad veſperam, interjecta modo Africanarum venatione, modo Trojæ decurſione: quoſdam autem præcipuos, minio & chryſocolla conſtrato circo. Chryſocolla utuntur aurifices adglutinando ferruminandoque auro, *Boracem* vocantes. Eam Venetiis videre eſt quadruplici coloris differentia, albam, luteam, viridem, & nigricantem.

CHRYSOCOME, es. f. [χρυσοκόμη] Herba. Plin. lib. 21. cap. 8. Chryſocome, ſive chryſitis, non habet Latinam appellationem. Palmi altitudine eſt, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra, ex auſtero dulci, in petroſis opaciſque naſcens. Ruell. lib. 3. cap. 101. Proxime ad eam accedit quam herbarii noſtri Pulegium montanum vocitant.

CHRYSOGONUM, [χρυσόγονον] Herba eſt folio querno flore coronarii verbaſci, radice rapi, vehementer intus rubente, foris nigra: quæ trita & impoſita cum aceto, muris aranei morſibus auxiliatur. Auctor Dioſcor. lib. 4. cap. 46. Nomen autem accepit ab aurei ſeminis colore.

CHRYSOGONUS, [Χρυσόγονος] ut refert Duris Samius apud Plut. in Alcib. Modulator quidam fuit in Alcibiadis navi ab exilio redeuntis, qui tanta arte remigum manus dirigebat, ut quum illi remorum pulſum cum Chryſogoni cantu conjungerent, jucundam audientibus redderent harmoniam. V. Rhodig. lib. 9. cap. 10.

Memoratur & Chryſogonus Cantor apud Juven. 6. Sat. 74.

— ſunt quæ

Chryſogonum cantare vetent. Hiſpulla tragœdo Gaudet.

Chryſogonus, Sullæ libertus, ſector Roſcii Amerini, ut eſt apud Ciceronem in oratione pro Roſc. Amer.

Fuit & Chryſogonus martyr, nobili genere ortus Romæ, qui quando nec Conſulatus, nec ullius honoris pollicitatione per Diocletianum a fide averti potuit, jugulatus eſt ad ſcalas Gemonias. Volaterr. V. Suid.

CHRYSOLACHANON, [χρυσολάχανον Dioſcoridi] Herba eſt eadem cum Atriplice. Plin. vero lib. 27. cap. 8. duo facit chryſolachani genera: unum in pinetis naſcens, lactucæ ſimile: alterum flore aureo, & foliis oleris.

CHRYSOLAMPIS, [χρυσολαμπὶς] Gemma in Æthiopia naſcens, quæ pallidi eſt coloris die, noctu ignei. Plin. lib. 37. cap. 10.

CHRYSOLITHUS, [χρυσόλιθος] Iaſpidis genus, de quo Plin. lib. 37. cap. 9. Hyacinthos Æthiopia mittit & chryſolithos aureo colore tranſlucentes. Ovid. 2. Met. 109. de curru Solis,

Per juga chryſolithi, poſitæque ex ordine gemmæ.

CHRYSOMALLON, [χρυσόμαλλον] Græci appellant arietem illum, qui, ut eſt in fabulis, vellus aureum habuit.

CHRYSOMELA, [χρυσομῆλα] Poma aurea, quæ Armeniaca alio nomine dicuntur. Columel. lib. 5. cap. 10.

CHRYSOMELOLONTHION, [χρυσομηλολόνθιον] Parvulum eſt animal, flavi coloris, canthari præferens ſimilitudinem quandam. Id pueri innexo pede mittunt in ſublime. Ex Ariſtophan. interpretibus in comœdia, cui titulus σφῆκες.

CHRYSOPIS, [χρυσωπὶς] Gemma eſt Plinio, quæ aurum videtur eſſe, ut ipſe indicat lib. 37. cap. 10. Vulgo mendoſe ſcribitur Chryſophis.

CHRYSOPLYSIUM, [χρυσοπλύσιον] Officina eſt auri lavandi. V. Henr. Steph. Theſ. Gr.

CHRYSOPLYTES, æ. m. [χρυσοπλύτης] autem eſt, Qui hujuſmodi artificium exercet. Budæus in libro 3. de Aſſe.

CHRYSOPOLIS, [Χρυσόπολις] teſte Plin. lib. 5. cap. ult. Oppidum eſt Bithyniæ prope Chalcedonem: ita dictum, quod Perſæ ibi tributum colligerent ex ceteris Aſiæ civitatibus.

Eſt & altera Chryſopolis in Cilicia, teſte Stephano.

CHRYSOPRASUS, [χρυσόπρασος] Gemma eſt ex auro & porraceo colore lumen miſtum trahens: nam πράσον porrum ſignificat. Fortaſſis is eſt, qui vulgo Chryſolithos dicitur. Budæus.

CHRYSOPTEROS, [χρυσόπτερος] Gemma eſt chryſopraſo haud valde diſſimilis, e genere topazii, ampliſſima gemmarum, inquit Plinius. eadem ſola nobilium limam ſentit: ceteræ Naxiis cotibus poliuntur. Hæc & uſu atteritur. V. eum lib. 37. cap. 8.

CHRYSORRHOÆ, [Χρυσοῤῥόαι] Populi dicti ad Phaſim fluvium, quod in his locis, ut inquit Strabo, auriferi torrentes ſint: unde fabulis occaſio de vellere apud Colchos aureo.

CHRYSORRHOAS, [Χρυσοῤῥόας] Syriæ fluvius eſt in Decapolitana regione, Damaſcum urbem præterfluens. Auctor Plin. lib. 5. cap. 18.

Chryſorrhoas etiam dictus eſt Pactolus, propter aureas arenas. Plin. l. 5. c. 29.

CHRYSOS, i. m. [χρυσὸς] Aurum. Plaut. Bacch. 2. 3. 6. Opus eſt Chryſo Chryſalo.

Item, Piſcis aurei coloris. de quo apud ſolum Ovidium lectum, teſte Plin. lib. 32. cap. 11. Fortaſſis is eſt, quem Auratam Romani nunc appellant.

CHRYSOSPERMON, [χρυσόσπερμον] A quibuſdam appellatur herba, quæ notiore nomine Sempervivum majus appellatur.

CHRYSOSTOMUS, i. m. [Χρυσόστομος] Ita dictus eſt ob facundiam Johannes, patria Antiochenus, quaſi Os aureum habens, qui deinde Epiſcopus fuit Conſtantinopolitanus, obiitque in exilio A. C. CCCCXII. vel ut alii 407. De quo, & aliis, quibus idem cognomen impertitum fuit. V. Fabric. Bibl. Græc. Vol. 7. pag 553.

CHRYSOTHALES, [χρυσοθάλες] Herba eſt, quam Aïzoum minus medici vocant, diverſis inſignis nominibus, ut videre eſt apud Plin. lib. 25. cap. 13.

CHRYSOTHEMIS, Filia Agamemnonis, ut ſcribit Homer. lib. 9. Iliad.

CHRYSULCA Aqua, Aqua eſt medicata, cujus vi quantulacunque auri pars argento aut cuivis metallo illita aut confuſa, nullo propemodum diſpendio adimitur, ita ut inauraturis nihil jam ferme depereat, niſi quod uſu interteritur. Ex Budæo lib. 3. de Aſſe. Vulgo Aqua Regia dicitur. Ejus vim ignoraſſe veteres colligit Alciatus ex Ulpiani verbis in l. idem Pomponius ſcribit. verſic. ſed ſi diduci. D. de rei vindicat.

CHRYXUS, Dux Boiorum fuit, nepos Brenni, quo duce olim Galli Romam ceperant. Sil. lib. 4. 150.

Ipſe tumens, atavi Brenni ſe ſtirpe ferebat
Chryxus, & in titulos Capitolia capta trahebat. Al. Cryxus, vel Crixus.

C H U

CHUS, ſive CHOEUS diſſyll. [χοῦς; ἢ χοεὺς] ἀπὸ τοῦ χέειν, quod eſt Fundere, Genus menſuræ majoris humidorum apud Atticos, Romanum congium capiens, nempe ſex ſextarios, ſive cotylas Atticas duodecim. Budæus. V. Pæt. de Rom. & Græc Menſ. 3. [Perperam hic quoque Choa, ut Synonymum afferebatur. V. CHOA ſupra.

De feſto Athenienſium, quod Choas vocabant V. CHOES.

CHUTRA, V. CHYTRA.

C H Y

CHYDÆUS, a, um. Adj. [χυδαῖος] Vilis, vulgaris. ut, Chydææ palmæ ſunt, quarum modio in aquæ congiis tribus macerato, exprimitur vinum, quo Parthi & Indi utuntur, & Oriens fere totus. De hoc Plin. lib. 14. cap. 16.

Dactyli Chydæi. Idem 13. 4. V. Spanheim. de Uſu & Præſt. Numm. Diſſ. 6.

CHYLUS, i. m. [χυλὸς] Succus, ſive humor expreſſus. Chylus Ptiſanæ, Hippocr. V. Fœſ. Oecon. Chylus uvæ. Dioſc. lib. 5.

Apud medicos etiam Chylus proprie dicitur Succus peculiaris, in ventriculo ex coctione ciborum ope vaſum lacteorum elaboratus, & in venas diſtributus, qui tandem in corporis alimentum vertitur.

CHYMIA, CHYMICUS, V. CHEMIA.

CHYMUS, [χυμὸς] apud Græcos Quemvis ſuccum ſignificat, ut & Chylus, a medicis peculiariter accipitur pro Maſſa ſanguinea, ſive & humoribus, ex quibus eam conſtare vett. fingebant.

CHYTRA, & CHYTRON, [χύτρα] Latine Olla dicitur. Cato Chutra, per u effert. Cato de R. R. cap. 157. Ubi in chutra fervefeceris id lotium, ſub ſellam ſupponito pertuſam. Inde

CHYTROPUS, odis. Inſtrumentum ferreum ſupra quod chytra apud ignem collocatur, ut in ea cibi coquantur: vel Olla ipſa pedes habens: quales ſunt quas *marmitas* vocant.

CHYTRINDA, [χύτρινδα] Convivalis ludus fuit, ut tradit Heſychius, qui puerorum luſum eſſe ait. Ex his quiſpiam ſedet in medio, quem circumcirca pueri concurſantes, illum eo uſque verſant, donec ille aliquem apprehenderit ex eis, qui deinde ſedere cogatur. Meminit Pollux & Suidas.

C I A

CIA, CIUS. V. CEA.

CIAXARES, V. CYAXARES.

C I B

CIBALE, CIBARIUM, CIBO, In CIBUS.

CIBDELA, [κίβδηλα] Græcis dicuntur Numiſmata oblæſa & adulterata, quaſi ὑπὸ τῶν Χίων δεδηλημένα, i. e. a Chiis corrupta, vitiataque, per literæ ſoni pinguioris demutationem in exilem.

Cibdeliam [κιβδηλείαν] etiam Sordes argenti nuncupant.

Figurate vero etiam Impoſturam, ſicut κιβδηλεύειν, impoſturam facere. Ex Cæl. lib. 10. cap. 2.

CIBILITANI, inter ſtipendiarios Bæticæ populos commemorantur a Plin. lib. 4. cap. penult.

CIBILLA, æ. teſte Varr. lib. 4. de L. L. 25. Menſa erat eſcaria, a cibis dicta, quæ primum quadrata fiebat, & poſtea rotunda.

Feſtus item Cibillam interpretatur Menſæ rotundæ genus, apud quem tamen Cillibam corrupte legi puto pro Cibillam. V. ibi Dacer.

CIBORIUM, i. n. [κιβώριον] Folium colocaſiæ, vel ut alii Fructus fabæ Ægyptiacæ. Hor. 2. Carm. 7. 21. Pocula quædam Ciboria vocat,

Oblivioſo levia Maſſico
Ciboria exple.

Quo loco Porphyrio Pocula fuiſſe dicit in foliorum colocaſiæ ſimilitudinem facta. Sed ſatius erit Plinii nos opinionem ſequi, apud quem lib. 21. cap. 15. hæc verba leguntur, In Ægypto nobiliſſima eſt colocaſia, quam cyamon aliqui vocant. Hanc e Nilo metunt, caule quum coctus eſt araneoſo in mandendo, thyrſo autem qui inter folia emicat ſpectabili, foliis latiſſimis, etiam ſi arboreis comparentur, ad ſimilitudinem eorum, quæ perſonata in noſtris amnibus vocamus. Adeoque Nili ſui dotibus gaudent, ut implexis colocaſiæ foliis in variam ſpeciem vaſorum potare gratiſſimum habeant. Secundum igitur hanc opinionem Ciboria non ſunt Pocula ad foliorum colocaſiæ ſimilitudinem facta: ſed Folia ad poculorum ſpeciem

speciem complicata. Legimus tamen apud Athenæum a principio libri 3. Ciborium poculorum genus esse. Dioscorides vero lib. 2. cap. 128. Ciborium longe aliter interpretatur: sic enim inquit, quo loco de faba Ægyptia agit, Caulem cubitalem, crassitudine digitali, florem roseo colore dupla ad papaveris florem magnitudine: qui quum defloruit, vesparum favis similes utriculos profert, in quibus fabæ sunt paululum bullarum modo supra operculum emergentes. Vocatur id Ciborium, ab aliquibus autem Cibotium, quasi Scriniolum: propterea quod seritur faba hæc indito madenti glebæ semine ejus, sicque in aquam projecto. Meminit & Cælius lib. 9. cap. 12. V. & Salmas. Exerc. Plin.

CIBOTOS, [Κιβωτὸς] Urbs quæ postea Celænæ, nunc Apamia vocatur, tertius eorum qui circa Mæandrum fluvium accolunt, conventus, teste Plin. lib. 5. c. 29.

CIBUS, i. m. [σιτίον, ἔδεσμα, ἐδωδὴ, βρῶμα, θοίνη] quid significet notum est. Cibum a Victu sic separat Donatus ad Andr. Ter. 1. 1. ut Cibus sit, qui etiam delicatis præbetur: Victus vero in parvis, aridisque alimoniis sit constitutus. Festus, Cibus appellatur ex Græco, quod illi peram, in qua cibum recondunt, κιβώτιον appellant.

Fames vetitorum ciborum. Ovid. 15. Met. 138.
 Unde fames homini vetitorum tanta ciborum est?
Gaudia cibi. Juven. 10. Sat. 203.
 Non eadem vini atque cibi, torpente palato, Gaudia.
Hora cibi, i. e. Edendi tempus. Ovid. 1. de Pont. 10. 8.
Maturus cibo. Plin. lib. 12. cap. 27.
Novitate cibi capi, i. e. Delectari novo aliquo ciborum genere. Lucret. lib. 5. 928.
 Nec facile ex æstu, nec frigore quod caperetur,
 Nec novitate cibi, nec labi corporis ulla.
Penuria cibi. Lucret. lib. 5. 1005.
Satias. Lucret. lib. 5. 1390.
Varietas & copia. Cic. 2. de Nat. Deor. 106. Jam vero operibus hominum, id est manibus, cibi etiam varietas invenitur & copia.
Avidus cibi. Ter. Eun. 5. 4. 16.
Contenti cibis nullo cogente creatis. Ovid. 1. Met. 103.
Expers, Qui non comedit. Ovid. 4. Met. 262.
 Perque novem luces expers undæque, cibique,
 Rore mero, lacrymisque suis jejunia pavit.
Acres. In ACER.
Acuti. In ACUO.
Alienus. Ter. Eun. 2. 2. 34. Viden' otium, & cibus quid faciat alienus? h. e. Ab alio datus, sive mensa aliena.
Anceps. In ANCEPS.
Aridus cibus, & tener humor. Lucret. lib. 1. 809.
 Scilicet & nisi nos cibus aridus, & tener humor
 Adjuvet, &c. Per Cibum aridum, Panem intelligi potissimum crediderim. Ponitur autem & Panis non raro pro Cibo indifferenter. Cibus aridus, & tener humor, h. e. Cibus & potus.
Cibus conditivus. In CONDO.
Crudus. In CRUDUS.
Difficilis. V. Crescere cibum.
Diurnos cibos apud Claud. de Bell. Gildon. 72. illos intelligimus, Qui in dies singulos apponuntur, & ex quibus in sequentem nihil reservare liceat.
Dulcis. Virg. 2. Georg. 216.
Exiguus cibus sufficit rate mersa. Juvenalis ostendit dementiam avarorum, qui prævisa pericula non evitarent, Satyr. 14. 301.
 Frigida sufficient velantes inguina panni,
 Exiguusque cibus mersa rate, naufragus assem Dum rogat, &c.
Faciles. Sen. Hippol. 4.
Fallaces, Esca qua pisces capiuntur. Ovid. 15. Met. 476.
 Nec celate cibis uncos fallacibus hamos.
Frigidi & repositi fastidium movent. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Gravis, Difficilis ad concoquendum. Cic. 2. de Nat. Deor. 24. V. Concoquere cibum.
Idonei conservandis viribus. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Illiberalis. V. ILLIBERALIS.
Inanes cibos vocat Claud. Qui magis oculos quam ventrem pascunt, luxus tantum & nimiæ voluptatis causa comparati, lib. 1. in Ruff. 206.
Indiscretus. V. INDISCRETUS.
Invisus, Ingratus, Fastiditus. Ovid. 1. de Pont. 10. 8.
 Et queror, invisi quum venit hora cibi.
Lautus. In LAUTUS.
Lenes. In LENIS.
Lentus. Ovid. 16. Epist. 226. Crescit & invito lentus in ore cibus. ubi Heins. & Burm. V.
Leves cibi. i. e. Pauci nutrimenti. Cels. lib. 3. cap. 7. Cibus ex materia quam levissima. Quam & Imbecillissimam vocat.
Meridianus. Suet. August. 78. Hic levis erat & facilis, ut patet ex Hor. 1. Serm. 6. 127.
 Pransus non avide, quantum interpellet inani
 Ventre diem durare.
Operosus, Gravis. Plin. lib. 15. cap. 23. De castaneis.
Opimus cibus. Plin. lib. 22. cap. 22. Hard. ex MSS. Optimus.
Perpetuus. In PERPETUUS.
Robustus, Multi Alimenti. Cels. lib. 2. cap. 18.
Simplex. Plin. lib. 11. cap. 53. Homini cibus utilissimus simplex. Acervatio saporum pestifera, & condimenta perniciosiora.
Solitus, Quo quis uti consuevit. Ovid. 1. de Arte Am. 94.
 Granifero solitum dum vehit ore cibum.
Summus, Extremus. Plin. lib. 20. cap. 4.
Suavissimus & facillimus ad concoquendum. Cic. 2. de Fin. 64. Utebatur iis exercitationibus, ut ad cœnam & esuriens & sitiens veniret: eo cibo, qui & suavissimus esset, & idem facillimus ad concoquendum.
Tetri. Claud. 6. Conf. Hon. 241.
Vilis, Qui non magno constat. Hor. 2. Serm. 2. 15.
Utilis ægro, Salubris. Ovid. 3. Trist. 3. 9.
Ad cibos. In AD.
Abdicare cibum aliquem. In ABDICO.
Abigere a cibo. In ABIGO.
Abstinere cibo: & Cibo abstinere ægrum. In ABSTINEO.
Accedit cibus. Hor. 2. Serm. 3. 53.
 Deficient inopem venæ te, ni cibus, atque
 Ingens accedat stomacho fultura ruenti.
Adhibere, ut Tantum cibi & potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur. Cic. de Senect. 36.
Adjicere cibo. In ADJICIO.
Admitti in cibos. In ADMITTO.
Admovere cibum. In ADMOVEO.
Adustus cibus. In ADURO.
Afferre cibum ad os. In AFFERO.
Allici benevolentiam cibo. Cic. pro Muren. 74.
Apponere aliquid cibis. In APPONO.
Aspernari cibos. Quintil. lib. 2. cap. 16. Cibos aspernemur: attulerunt sæpe valetudinis causas.
Assumere. Lucret. 4. 1084.
Capere. Cic. 16. Fam. 1. Sin autem postea quam cibum cepisti, videris tibi, posse me consequi, tuum consilium est.
Capere cibum cum aliquo. Ter. Eun. 2. 3. 76. Cibum nonnunquam capiet cum ea.
Capere alienis digitis. Juven. 10. Sat. 229.
Capessere. In CAPESSO.
Capessere, arripere, sugere, carpere, vorare, & mandere cibum. Cic. 2. de Nat. Deor. 122.
Carpere digitis. Ovid. 3. de Arte Am. 755.
Concoquere. Cic. 2. de Nat. Deor. 24. Cleanthes negat ullum esse cibum tam gravem, quin is nocte & die concoquatur.
Conficere. In CONFICIO.
Coquere. Lucret. lib. 5. 1001.
Crescere. Juven. 13. Sat. 213. — interque molares
 Difficili crescente cibo. conf. Lentus cibus.
Dat cibum quercus. Ovid. 2. de Arte Am. 662.
 — sed quercus tecta cibumque dabat.
Deducere. In DEDUCO.
Deficiente cibo perire, i. e. Fame & inedia. Ovid. in Ibin, 524.
 Invisus pereas, deficiente cibo.
Defectus cibo. Quintil. lib. 3. cap. 8. Ut enim, si obsessi atque impares, & aqua ciboque defecti, de facienda ad hostem deditione deliberent, &c.
Depulsus cibus de pectore. Cic. 2. de Divin. 57.
Depulsa fames cibo. Cic. 1. de Fin. 37. Ut enim quum cibo, potioneque fames sitisque depulsa est, ipsa detractio molestiæ consequutionem affert voluptatis: sic in omni re, &c.
Diditur cibus in venas. Lucret. lib. 2. 1124. pro Dividitur, i. e. Digeritur.
Divisus cibus in omne corpus. Cic. 2. de Divin. 57. Democritus quidem optimis verbis causam explicat, cur ante lucem galli canant: depulso enim de pectore, & in omne corpus diviso & mitificato cibo, cantus edere, quiete satiatos.
Exercere guttur cibo. Ovid. 8. Met. 826. de dormiente,
 — petit ille dapes sub imagine somni:
 Oraque vana movet, dentemque in dente fatigat:
 Exercetque cibo delusum guttur inani.
Exprimere cibum mandendo. Lucret. lib. 4. 622.
Facere cibum, pro Cibos parare. Plaut. Trucul.
Ferre cibum liberis suis parentes prohibentur. Cic. 7. Verr. 117.
Fulcire cibis corpora, i. e. Corroborare. Lucret. lib. 2. 1146.
Habet magnam inflationem cibus. De faba loquitur. Cic. 1. de Divin. 62. Ex quo etiam Pythagoricis interdictum putatur, ne faba vescerentur, quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis, quærentis vera, contrariam.
Inescari cibo. Petron. 140.
Ingerere cibum ægroto. V. INGERO.
Ingurgitare se cibis. V. INGURGITO.
Interminatus. Hor. Epod. 5. 39.
 Interminato quum semel fixæ cibo
 Intabuissent pupulæ.
Intro ferre alicui. Cic. 7. Verr. 117.
Juvare cibo. Juven. 3. Sat. 211.
Lambere cibos. In LAMBO.
Latrare cibos. V. Latratus, partic. in LATRO, latras.
Libare cibum digitis. Ovid. 1. de Arte Am. 577.
 Et quemcunque cibum digitis libaverit illa, Tu pete.
Libare cibos ore. Ovid. 1. Amor. 4. 34.
Mandere. Cels. lib. 4. cap. 3.
Minuere. Cels. lib. 5. cap. 29.
Mendicato cibo pasci. Ovid. 5. Trist. 8. 14.
Ministrare. Sen. Hippol. 4.
Mitificare. In MITIS.
Mitigare. In MITIGO.
Odorari. Hor. Epod. 6. 10.
Onustus cibo. Cic. 1. de Divin. 60. Nunc, onusti cibo & vino, perturbata & confusa cernimus.
Parit languorem cibus imperfectus. Juven. 3. Sat. 233. i. e. Indigestus.
Partiuntur aves teneris infirmisque fœtibus cibos ore suo collatos. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Pasci cibo mendicato. Ovid. 5. Trist. 8. 14.
Peragere cibo. In PERAGO.
Perficere. In PERFICIO. conf. Parit languorem cibus.
Petere cibum e flamma. Ter. Eun. 3. 2. 38. Quod e flamma cibum petere Terentius dixit, id equidem ad dapes referendum suspicor, quæ pro inferiis in rogum mittebantur: unde Catullus scripsit, 57. 3.
 Vidistis ipso carpere e rogo cœnam. Quod quidem in illum poetam Muretus animadvertit, Donato non satis perspectum. al. Rapere.
Præbere cibum de proprio corpore. Lucret. lib. 3. 1004.
Prægustare. Ovid. 1. Amor. 4. 33.
Projicere. Hor. Epod. 6. 10.
Quærere. Lucret. lib. 4. 847. Varr. 2. de R. R. cap. 9. Ad quærendum cibum fames ducit canes.
Redire ad similem cibum. Cels. lib. 3. cap. 7.
Recuperatæ cibo somnoque vires. Tacit. 3. Hist. 22. At Vitellianus exercitus, cui acquiescere Cremonæ, & recuperatis cibo somnoque viribus, &c.

Refici

Refici cibo. Petron. 111.
Replere se. Ibid.
Repositi cibi. Quintil. lib. 2. Necesse est iis, quum eadem pluribus judiciis dicunt, fastidium ut moveant, ut repositi & frigidi cibi.
Secretus cibo. i. e. A cibo secretus, quod est sejunctus & semotus a cibo, & qui non edit. Lucret. lib. 1. 195.
Servire cibo suo. i. e. Quod vulgo dicitur *pro Impensis suis*. Plaut. Rud. 1. 5. 25.
Sperne cibum vilem. Hor. 2. Serm. 2. 14.
Suffulcit cibus artus. Lucret. lib. 4. 865.

Propterea capitur cibus, ut suffulciat artus.

Suggerere cibos alicui. Stat. 9. Theb. 740.
Sumere. Plin. Epist. 5. lib. 3.
Suppeditat cibos terra. Cic. 2. de Legib. 67.
Sustentat cibis cibus, aut fulcit corpus. Lucret. lib. 2. 1146.
Tenere. ut, Præclusæ cibum fauces tenere dicuntur, quæ non demittunt in alvum. Sen. Thyest. 8.
Vacare cibo. Celf. lib. 3. cap. 14. extr. Postero die, quo (a) cibo vacat, & ab exercitatione, unctioneque, aqua tantum contentus conquiescat.
Vincuntur cibi præcipue pervigilio. Plin. lib. 11. cap. 53. ad finem.
Uti cibis. Claud. 4. Conf. Hon. 341.
In cibo est homini. Plin. lib. 18. cap. 14. Maceratum calida aqua, homini in cibo est. i. e. Homo utitur eo pro cibo.
Cibus humanitatis. Cic. 5. de Fin. 54. Sed animi cultus ille erat ei quasi quidam humanitatis cibus. Per metaphoram.
Disciplinæ cibo satiari. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Mali cibus, i. e. Nutrimenta & fomenta malorum. Ovid. de Rem. Amor. 138.

Hæc sunt jucundi causa, cibusque mali.

CIBĀLIS, e. [ἐδώδιμος] Quod ad cibum pertinet. Varro, est enim lac omnium rerum, quas cibali causa cupimus, liquentium maxime alibile, & id ovillum, inde caprinum. Sic enim hactenus lectum est in omnibus, quotquot videre contigit exemplaribus. Locus Varronis est de R. R. lib. 2. cap. 11. Lactant. de Opific. Dei, cap. 11. Duas esse per collum fistulas necesse est, cibalem ac spiritalem.
CIBICĪDA, æ. Qui cibum cædit & absumit, hoc est vorax. Lucil. apud Non. 2. 148.

Viginti domi, an triginta, vel centum cibicidas alas.

CIBARIA, orum. n. pro Alimentis. Cic. 6. Att. 3. Unde, inquit, me jubes petere cibaria.
Cibaria menstrua. Cic. 5. Verr. 73.
Inopia cibariorum. Cæs. 6. Bell. Gall. 9.
Boum cibaria. Cato 6. de R. R. cap. 60. Bubus cibaria, annua in juga singula lupini modios, &c.
Congesta. Hor. 1. Serm. 1. 32.
Dare cibaria alicui. Cic. 6. Att. 3. Respondi, me non instituisse iis dare cibaria, quorum opera non essem usus.
Detrahere militum cibaria. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Facta sunt uberiora cibaria caritate. Cic. 5. Verr. 216.
Publice locare. Cic. pro Rosc. Amer. 56. Anseribus cibaria publice locantur, & canes aluntur in Capitolio, &c.
Præbere alicui. Cic. pro Rosc. Amer. 57.
Quærere ex agris. Varro de R. R. lib. 2. cap. 9.
Reportare ex cibariis permagnam pecuniam. Cic. 5. Verr. 216.
Tractatus liberaliter ex cibariis alicujus. Cic. 4. Verr. 12. Quæstores liberaliter ex istius cibariis tractati non minus acres contra me fuerunt.
CIBARIUM, i. Sen. lib. 3. de Benef. cap. 21. Est aliquid quod dominus præstare servo debet, ut cibarium, vestiarium.
Cibarium, sive Secundarium. Plin. 18. cap. 9. vocat Farinam post pollinem vel florem excussam, quam furfures sequuntur. Justum est, inquit, e grano Campanæ quam vocant castratam, e modio redire sextarios quatuor siliginis, vel e gregali sine castratura sextarios quinque, præterea floris semodium, & cibarii, quod secundarium vocant, sextarios quatuor, furfuris sextarios totidem. Et paulo post, Si vero pollinem facere libeat, XVI pondo panis redeunt, & cibarii tria, furfurumque semodius. Budæus.
CIBARIUS, a, um. [ἐδωδιμαῖος, τρόφιμος, ἐδώδιμος] Adj. Quod pertinet ad cibum. Plaut. Capt. 4. 3. 1. Mihi rem summam credidit cibariam.
Homo cibarius. Varro ὄνος πρὸς λύραν, Tuus autem ipse frater cibarius fuit Aristoxenus. Ex Nonio, in litera C. tanquam Omne quod sordidum atque abjectum esset, recte Cibarium vocari possit.
Lex cibaria. Macrob. 3. Saturn. cap. 17. Sulla mortuo Lepidus Consul legem tulit & ipse cibariam. Cato enim Sumptuarias leges, Cibarias appellat.
Oleum cibarium, i. e. Vile parvique pretii. Columel. lib. 12. cap. 50.
Panis cibarius. Cic. 5. Tusc. 97.
Saporem cibarium habere. Columel. lib. 12. cap. 11.
Vinum cibarium. Varro Modio, In cubiculo dormire mallem, scilicet potius vinum meum cibarium, quam ego dominus cubarem. Ex Nonio, in litera C. 2. 108.
Utilitas cibaria. Plin. lib. 14. cap. 2. Horconia in Campania, tantum utilitatis cibariæ, sed ubertate præcipua. Vetus exemplar habet Vilitatis.
Uva cibaria. Plin. lib. 14. cap. 3. Consemina nigra, vino minime durante, uva maxime: post XV dies, quam ulla alia metitur, fertilis, sed cibaria.
CIBO, [σιτίζω] āre. Alere, sive nutrire. Columel. 8. 10. Atque ea genera, quæ intra septa villæ cibantur, fere persequuti sumus. Lucret. 1. 1092.

— a terris quoque cibatur.

Suet. Tiber. cap. 72. Draco, quem ex consuetudine manu sua cibaturus, &c.
CIBĀTUS, ûs. m. [τροφή] Idem fere quod Cibus. Varro 2. de R. R. cap. 9. Cibatus canis propior hominis, quam ovis; pascitur enim e culina, & ossibus, non herbis, aut frondibus. Lucret. lib. 1. 1093.

— nisi a terris paulatim cuique cibatum
Terra det.

Cibatus & commeatus. Plaut. Mil. 2. 2. 67. Tibi muni viam, qua cibatus, commeatusque ad te, &c.
Cibatus gratissimus. Plin. lib. 8. cap. 10.
Cibatu longiore sustentare sues. Varr. 2. R. R. cap. 4.
Ad usus cibatus expedire & promere far. Varro 1. de R. R. cap. 63. Far quod in spicis condideris per messem, & ad usus cibatus expedire velis, promendum hieme, &c.
Objicere cibatui triticum. Varr. 3. de R. R. cap. 8. de turturibus.
CIBATIO, ōnis. f. Solin. 40. 563. Solitæ cibationi superponunt.
Σίτησις apud Strab. vertit Cibus Xylander, ego Cibatio, & addidi, vel potius Cibatus. Vide apud Herodotum in calce inter locos ibi collectos. H. St. Addit & rationem ibid. Magis hoc quam illud in usu esse.
CIBYRA, æ. [Κίβυρα Ptolemæo] Oppidum Ciliciæ, non procul a Mæandro fluvio. Plin. 5. 27. Cic. 6. Verr. 29. Hosce, opinor Cibyræ, quum in suspicionem venissent civibus, fanum expilasse Apollinis. Et paulo post, Cibyram cum inanibus syngraphis venerat.
CIBYRATES, vel CIBYRATA, gentile. Cic. ibidem, Eo quum venio, Prætor quiescebat: fratres illi Cibyratæ inambulabant.
CIBYRATĬCUS, a, um. possess. Cic. 6. Verr. 47. Immittebantur illico Cibyratici illi canes, qui investigabant, & perscrutabantur omnia. De his populis vide Strab. lib. 13. Cic. 5. Att. 21. Cibyraticum forum. Tacit. 4. Ann. 13. Cibyratica civitas.

C I C

CĬCĀDA, æ. f. [τέττιξ] Plin. lib. 11. cap. 26. Cicadarum duo genera: minores quæ primæ proveniunt, & novissimæ pereunt. Sunt autem multæ. Sequens est volatu rara. Quæ canunt vocantur achetæ: & quæ minores ex eis sunt, tettigoniæ: sed illæ magis canoræ. Mares canunt in utroque genere: feminæ silent. Gentes vescuntur iis ad Orientem, etiam Parthi opibus abundantibus. V. plura ibid. & cap. seq.
Arguta cicada. Virg. in Culice, 151.

Argutis & cuncta fremunt ardore cicadis.

Avenaria cicada. In AVENA.
Canoræ. Plin. 2. 26.
Querulæ. Virg. 3. Georg. 328.

Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ.

Raucæ. Virg. 2. Ecl. 13.
Fritinnire dicuntur cicadæ cantantes, auctore illo cujus de Philomela carmen extat v. 35.

Et cuculi cuculant, fritinnit rauca cicada.

Pascuntur rore. Virg. 5. Ecl. 77.
Ponunt tunicas. Lucret. lib. 4. 56.
Taceant cicadæ prius æstate. De re quæ fieri non solet. Ovid. 1. de Arte Am. 271.

Vere prius volucres taceant, æstate cicadæ.

Cicadas Philostratus in Apollonii Tyanei vita, & Plato in Phædro, a Musis cantum habuisse scribunt, dicente sic Socrate, Fertur autem olim cicadas homines fuisse ante Musas: natis deinde Musis, cantuque monstrato, illorum nonnullos voluptate cantus usque adeo delinitos fuisse, ut canentes cibum potumque negligerent, imprudenterque perirent: ex quibus deinceps cicadarum genus sit natum, cui Musæ hoc munus dederunt, ut alimonia non indigeat, sed absque cibo potuque quandiu vixerit cantet: postea vero ad Musas proficiscatur, quam quis hominum Musam hic colat renuntiaturum. Meminit Cælius lib. 17. cap. 6.
CĬCĀTRIX, īcis. f. [οὐλή, ὠτειλή, μώλωψ] dicta quasi Circa cutem sit: estque Signum, quod ex vulnere, sive ulcere remanet. Ter. Eun. 3. 2. 29.
Neque pugnas narrat, neque cicatrices suas ostentat. Cic. 7. Philip. 17.
Luculentam ipse plagam accepit, ut docet cicatrix.
Vestigia pugnæ cicatrices. Ovid. 3. Amor. 8. 19.

Cerne cicatrices, veteris vestigia pugnæ.

Adversas cicatrices ostendere. Cic. 2. de Orat. 124.
Corporea cicatrix. In CORPUS.
Fœda. Hor. 1. Serm. 5. 60.

— at illi fœda cicatrix
Setosam lævi frontem turpaverat oris.

Male sana, i. e. Nondum curata probe. Ovid. Rem. Amor. 623.
Marcidæ. Plin. lib. 23. in proœmio.
Numerosa. Claud. de Bell. Get. 482.
Rufula & sublurida. Plaut. Amph. 4. 4. 63.
Coit cicatrix. In COEO.
Contrahere cicatrices. In CONTRAHO.
Ducitur cicatrix. Ovid. 1. de Pont. 3. 15.

Tempore ducetur longo fortasse cicatrix.

Exceptæ adverso corpore. Cic. 7. Verr. 3. Ipse arripuit M. Aquilium, constituitque in conspectu omnium, tunicamque ejus a pectore abscidit: ut cicatrices Populus Rom. judicesque aspicerent, adverso corpore exceptas.
Fallit cicatrix, Non apparet. Plin. lib. 26. cap. 12.
Indere cicatrices in scapulas alicujus. V. INDO.
Mederi cicatricibus. Cic. 3. Tusc. 54. Nec si aliquot annis post, idem ille liber captivus missus esset, vulneribus mederetur, sed cicatricibus.
Obducta. Cic. 3. de Lege Agr. 4.
Pati. Quintil. 2. 4.
Rediit in vulnus. Ovid. Rem. Amor. 623.
Recipere. Celf. lib. 4. cap. 9.
Refricare. Cic. 3. Lege Agr. 4. Ne refricare obductam jam Reipub. cicatricem viderer.
Suscipere. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Susceptæ bello. Quintil. lib. 6. cap. 1. Periclitantem vero commendat dignitas, & studia fortia, & susceptæ bello cicatrices, & nobilitas, & merita majorum.
Tendere ad. Celf. lib. 7. cap. 27. Ergo, quum jam ad cicatricem vulnus tendit, extentis jacere feminibus & cruribus oportet.
Cicatrix in arbores quoque cadit. Virg. 2. Georg. 379.

— admorso signata in stirpe cicatrix.

Ad Calcei farturas eleganter transtulit. Juven. 3. Sat. 151.

Atque recens linum ostendit non una cicatrix. i. e. Multiplex.

CICATRICŬLA, æ. f. [οὐλίδιον] dimin. ut, Valens cicatricula. Celf. lib. 2. cap. 10. Ideoque protinus brachium deligandum, habendumque ita est, donec valens cicatricula sit, quæ celerrime in vena confirmatur.
CICATRICŌSUS, [οὐλώδης] Adj. Plenus cicatricibus. Plaut. Amph. 1. 1. 290. Tergum cicatricosum.
Facies cicatricosa. Quintil. lib. 4. cap. 1. Turbari memoria, vel continuandi

nuandi verba facilitate destitui, nusquam turpius: quum vitiosum prooemium possit videri, ut cicatricosa facies.

Cicatricosa vitis. Columel. de Arborib. cap. 11. & de R. R. 4. 27.

CICATRĪCO, [οὐλόω] āre. Cicatricem inducere. Festus. Cæl. Aurel. 4. 8. Ulcera cicatricantur. Sidon. 6. Epist. 7. Ut conscientiæ hiulca vulnera vestro saltem cicatricentur oratu.

CICCUM, i. n. [μηνίγγιον] dicebant antiqui Membranam tenuem, quæ est in malo punico discrimen. Festus. apud Varr. L. L. 6. 5. legitur Cicum.

Item usurpatur pro Re vili & nullius pretii. Plaut. Rud. 2. 7. 22.

Eluas tu, an exungare ciccum non interduim.

CICCUS, i. m. [κίκκος] Parva cicada. Hesych.

Item, Anseris feri species. Aldrov. Ornith. 19. 20.

CĬCER, ĕris. n. [ἐρέβινθος] Leguminis genus. Plin. lib. 18. cap. 12. de leguminibus, Ciceris natura est gigni cum salsilagine, ideo solum urit Nec, nisi madefactum pridie, seri debet. V. ibidem ciceris plura genera.

Arietinum. V. ARIES.

Madidum cicer. Martial. lib. 1. 42.

Sepositum. Hor. 2. Serm. 6. 84.

— neque ille

Sepositi ciceris, nec longæ invidit avenæ.

Tepidum. Martial. lib. 1. 104.

Catinus ciceris. Hor. 1. Serm. 6. 115.

— inde domum me

Ad porri, & ciceris refero, laganique catinum.

Grana. Quintil. lib. 2. cap. 20.

CĬCĔRA, æ. f. [ὦχρος] Genus pabuli apud Columel. lib. 2. cap. 7. quam & Cicerculam appellat ibid. cap. 13.

CĬCERCŬLA, æ. f. dimin. [λάθυρος] quasi Minutum cicer. Plin. lib. 18. cap. 12. Est & cicercula minuti ciceris, inæqualis, angulosi, veluti pisum. Columel. lib. 2. cap. 10. Cicercula, quæ piso est similis, mense Januario aut Februario seri debet, læto loco, cælo humido.

CICERCŬLUM, i. n. Genus sinopidis. Plin. lib. 35. cap. 6. Species sinopidis tres, rubra, & minus rubens, & inter has media. Pretium optimæ in libras 13 denarii. Usus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat. Ejus quæ ex Africa venit, octoni asses, cicerculum appellant.

CĬCĔRO, ōnis. m. [Κικέρων] M. TULLIUS M. F. M. N. COR. CICERO. Nam sic nominatur Romanorum more. M. MARCUS, Prænomen ejus est, quod a patre maximus natu filius de more habuit. TULLIUS, Proprium & gentile nomen ejusdem est: fuit enim e Tullia gente antiquissima. lib. 2. de Legibus. Patrem Ciceronis ex regio Volscorum genere fuisse in Eusebii Chronicis legimus. Et Plutarchus scribit nonnullos ejus genus referre ad Tullium Attium nobilem Volscorum regem. V. Claud. Dausqueium & Nic. Heinsium in Not. ad Sil. 8. 407. M. F. Marci filius. Habuit enim patrem, M. Tullium, quem fulloniam fecisse, ac vites oleasque semper coluisse Q. Calenus ait in maledica oratione apud Dion. l. 46. M. N. Marci nepos. Nam & avus ejus Marcus Tullius Cicero nominatus est (V. Epist. ad Attic. 1. 5.) eoque vivo se natum ait; lib. 2. de Legibus. COR. Cornelia nomen est tribus, ablativi casus, ut sit ex Cornelia. Necesse fuit, ut quisque Romanus ex tribu aliqua nominaretur; Cicero vero cum reliquis Arpinatibus in Tribu Cornelia censebatur. Liv. lib. 38. 36. CICERO cognomen: Cicerones a Cicere appellatos fuisse constat: itaque dictum esse illum, qui primus nomen invenit, a nasi figura auctor est Plutarchus. Ab habitu faciei primum sic nominatum esse testatur Priscianus lib. 2. Plin. vero lib. 18. cap. 3. ait, Fabiorum, Lentulorum, Ciceronum cognomina prima inde esse, ut quisque aliquod optime genus sereret. Itaque omnino est rejiciendum, quod vulgo creditum est, eum hoc nomen obtinuisse, quia Tuberculo aliquo, ciceris instar, ei facies insigniretur. Hactenus de ejus nominibus.

Cicero a Cicere, ut Dioscorides a Lente dictus est Φακᾶς, ut legimus apud Suidam. Sed ab ἐρέβινθος non tam apte diceretur Ἐρεβινθᾶς. H. St. Astipulatur itaque huic posteriori sententiæ Henr. Stephanus. V. Suid. in Διοσκορίδης.

M. TULLIUS CICERO natus est in Villa Arpinati A. U. C. MDCXLVIII, Q. Servilio Cæpione, & C. Attilio Serrano COSS. a.d. Nonas Januarias. Anno ante Christum CIII. Gell. lib. 15. cap. 28. Cic. 5. Att. 7. & 41. 13. Cum inter pueros etiam versatus est, ingenium apparuit admodum excellens & longe supra æquales; adeo ut viri ætate graves fama ejus adducti ad visendum eum in ludo, ubi litteris operam dabat, profecti sint. Sese exercuit adolescentulus in omni literarum genere, sed dicendi præcepta, & artem oratoriam, ad quam peculiari indole natus videretur, præcipue coluit; etsi oratoriis exercitationibus, ut ipse in Bruto ait, contentus non erat. Et omnino cum Quintil. lib. 10. cap. 3. judicemus oportet; quod ipse Cicero suas exercitationes libro primo de Oratore 154. sub Crassi persona ita significaverit. In quotidianis cogitationibus equidem mihi adolescentulus proponere solebam illam exercitationem maxime, ut aut versibus propositis quam maxime gravibus, aut oratione aliqua lecta ad eum finem, quem memoria possem comprehendere, eam rem ipsam quam legissem, verbis aliis quam maxime possem lectis pronuntiarem. Postea mihi placuit eoque sum usus adolescens, ut summorum oratorum Græcas orationes explicarem: quibus lectis hoc assequebar, ut cum ea quæ legerem Græce Latine redderem, non solum optimis verbis uterer & tamen usitatis, sed etiam exprimerem quædam verba imitando, quæ nova nostris essent, dummodo essent idonea. Quantum vero in arte oratoria profecerit, ex verbis ipsius in Bruto 306. intelligendum est; atque huic, inquit, anno (scil. ætatis suæ decimo nono) proximus Sulla consule & Pompeio fuit. tum P. Sulpicii in Tribunatu quotidie concionantis totum genus dicendi penitus cognovimus. Et qua ratione annos ætatis XXI, XXII, & XXIII (cum urbs fere sine armis fuisset) traduxerit, in Bruto quoque p.p. his verbis exponit: Ego hoc tempore omni noctes & dies in omnium doctrinarum meditatione versabar. Eram cum Stoico Diodoto: qui cum habitavisset apud me mecumque vixisset, nuper est domi meæ mortuus, a quo cum in aliis rebus, tum studiosissime in Dialectica exercebar. Habuit & alios præceptores, ut ipse fatetur, in Philosophia quidem Philonem Academicum tunc temporis Romæ commorantem, in Jure civili Scævolam, in dicendo Apollonium Molonem.

Annos natus XXVIII, (cum ob corporis gracilitatem & infirmitatem eum & amici & medici hortarentur, ut causas agere desisteret) in Græciam profectus est; sicut ipse in Bruto ait, ut consuetudinem dicendi mutaret, & remissione & moderatione vocis periculum vitare posset. Cum venisset Athenas sex menses cum Antiocho veteris Academiæ Philosopho fuit; studiumque Philosophiæ nunquam intermissum, a primaque adolescentia cultum & semper auctum, hoc rursus summo auctore & doctore renovavit, ut ipse in Bruto testatur. Epicureos quoque (Phædrum & Zenonem) frequenter cum Attico audivit, ut ait lib. 2. de Fin. 3. Tusc. & 1. Acad. Post biennium, cum jam corpus ejus exercitationibus confirmatum meliore habitu esse cœpisset, & vox ita conformata esset, ut cum auditu suavis ac plena, tum ad corporis constitutionem moderate accommodata esset, motus & precibus & litteris amicorum, quæ Roma frequentes ad ipsum afferebantur, & cohortatione Antiochi, ut rempublicam capesseret, dicendi vim ceu instrumentum rursus excoluit, civilemque facultatem excitavit. Itaque primum, ut ipse in Bruto scribit, Athenis apud Demetrium Syrum, veterem & non ignobilem dicendi magistrum studiose exercebatur. Post totam Asiam peragravit cum summis Oratoribus, quibuscum exercebatur ipsis lubentibus. Hisce non contentus Rhodum venit, seque ad eundem, quem Romæ audiverat, Molonem applicavit; cum actorem in veris causis, scriptoremque præstantem, tum in notandis animadvertendisque vitiis, & instituendo docendoque prudentissimum. Is dedit operam, ut nimis redundantem oratorem nostrum & superfluentem juvenili quadam dicendi impunitate & licentia reprimeret, & quasi extra ripas diffluentem coerceret, ut ipse auctor est in Bruto. De Apollonio Molone, inquit Plutarchus, traditum est memoriæ eum Latinæ linguæ rudem rogasse Ciceronem, ut Græce declamaret; in quo cum ideo illi obtemperasset, quod putaret se ita melius corrigi posse; ceteri omnes admiratione obstupefacti certatim de Cicerone, aliusque alio gloriosius prædicabat: Apollonius neque orante Cicerone lætitiam præ se tulit, & cum perorasset, defixus in cogitatione diu sedit. Quod ubi Ciceronem ægre ferre sensit, hæc ejus vox erupit: Te equidem, M. Tulli, collaudo & admiror: sed me Græcorum fortunæ miseret, cum videam Doctrinæ & Eloquentiæ laudem, quæ sola nobis reliqua erat, per te ad Romanos translatam esse.

Annos XXX natus Cicero Romam revertitur, ubi primum timide vixit, & dubitanter ad honores accessit, nec ullo in numero habitus, sed Græculum se atque otiosum putari voluit, ut inquit in Orat. pro Sextio. Ut vero & innata honorum cupiditate ductus, & patris atque amicorum cohortatione incitatus se totum patrociniis tradidit, non jam pedetentim principem locum petiit, sed statim eluxit, ceterisque oratoribus longe præstitit.

Anno ætatis tricesimo primo Quæsturam in Sicilia accepit, tali modo, ut sibi honorem illum tum non solum datum, sed etiam creditum ac commissum putaret, ut ait in septima Verrina 35. Et ibid. sic obtinui Quæsturam in provincia, ut omnium oculos in me unum conjectos arbitrarer, ut me quæsturamque meam quasi in aliquo orbis terræ Theatro versari existimarem. Et cum e Sicilia se recepisset, jam videbatur Facultas illa dicendi esse perfecta & habere maturitatem quandam, ut ipse ait in Bruto. Post Quæsturam in plurimis causis & in principibus Patronis quinquennium fere versatus erat, ut ipse in Bruto scribit, fuitque in admiratione, quod ab iis, quorum causas agebat, nulla dona aut munera (auctore Plutarcho) accipiebat. Deinde Ædilitatem petens cunctis populi suffragiis designatus est; & cum annum quadragesimum primum ageret, Præturam iniit: in quibus muneribus adeo præclarum se præbuit, ut paucos post annos supremum Reip. magistratum obtinuerit. scil.

Anno Urbis DCXC, & ætatis suæ XLIV, Kal. Januarii Cicero se Remp. accepisse plenam sollicitudinis, plenam timoris, in qua nihil esset mali, nihil adversi, quod non boni metuerent, improbi exspectarent, ait Agrar. 2. Quot præclara dixerit, quam insignia fecerit, dum Consulari dignitate usus fuit, tantum non infinitum esset percurrere. Qui historiam tanti viri plenius cognoscere volunt, adeant Plutarchum, vel vitam ejus conscriptam a Francisco Fabricio Marcodur & Cicer. a calumniis vindicatum, auctore Andr. Schotto Antwerp. vel Seb. Corradi Quæsturam; Ejus item laudes apud Plin. lib. 7. cap. 30. Ex iis intelligere licebit, quam feliciter Murenam defenderit, legem Agrariam dissuaserit, &, quod instar omnium, supplicium de Lentulo, Cethego, Statilio, Gabinio, Cæpario sumens, funestissimam Catilinæ conjurationem oppresserit. Denique, ut ejus verbis in Orat. pro Sulla 33. utamur, M. Cicero suis consiliis, suis laboribus, sui capitis periculo, sine tumultu, sine delectu, sine armis, sine exercitu, quinque hominibus comprehensis & confessis, incensione urbem, internecione cives, vastitate Italiam, interitu Rempublicam liberavit. Ex quo videre est, quam dignus fuerit honorifico illo nomine, PARENS PATRIÆ, quod primus omnium adeptus est, uti tradit Plinius lib. 7. cap. 10. Hinc Juvenalis 8. Sat. 243.

— Roma parentem,

Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.

Sed extremis diebus anni hujus, novi Tribuni Plebis res eas, quas Cicero consul tam præclare gesserat, vexare laborabant, adeo ut invidia Clodii, Crassi aliorumque in Rep. procerum oppressus, in exilium ire tandem coactus sit. Cum autem ex urbe discessurus esset, Minervæ signum, quod domi suæ coluerat, in Capitolio dedicavit & subscripsit, MINERVAE CVSTODI VRBIS. Discedentem vero omnes boni flentes prosecuti sunt, ut ipse pro Domo ait. Anno sequente, Cn. Pompeius de scripto sententia dicta, uni Ciceroni patriæ conservatæ in Capitolio testimonium dedit; cujus sententiam frequentissimus Senatus (aderant enim CCCCX Senatores magistratusque omnes) uno P. Clodio dissentiente, secutus, Tullium ab exilio revocavit; & eodem tempore S. C. fecit, ut iis, qui ex tota Italia salutis M. Tullii causa convenerant, agerentur gratiæ. Plutarchus scribit, revertenti Ciceroni tanta lætitia civitates, tanto studio homines obviam venisse, ut infra veritatem sit, quod postea dixit, se Humeris Italiæ Romam reportatum fuisse. Post hunc reditum cum incidisset Cæsarianum Bellum Civile, primum pacis & quietis hortator erat, eaque de re privatim multa ad Cæsarem scripsit, & Pompeium coram precatus est, utrumque placans & deliniens. Deinde ad Pompeii partes se applicuit, eoque victo ad victoris fidem se contulit. Cæsari familiarissimus fuit, qui Ciceronis amicitiam nunquam non ambivit, nec ullum solebat intermittere diem, quo ad eum non scriberet, quoque non de antiquitate ab eo

aliquid requireret. Cum autem omnium rerum ſummam poteſtatem Cæſar ſolus obtinuit, Cicero a Rep. in qua nihil potuit, ſe recepit; & ut ait, de Off. 2. 2. cum dominatu unius omnia tenerentur, neque eſſet uſquam conſilio aut auctoritati locus, ad Philoſophiam, cui multum adoleſcens diſcendi cauſa temporis tribuerat, ſe retulit, & ſapientiæ ſtudium longo intervallo intermiſſum revocavit. Conf. Tuſc. 1. & de Nat. Deor. 1. in princ. Expers tamen conjurationis in Cæſarem fuit, etſi Bruto amicitia & neceſſitudine arctiſſime conjunctus eſſet.

Poſt Cæſaris mortem Antonius odio intemperato Ciceronem proſequens, multa acerba contra eum fecit. Cicero viciſſim Antonii furoribus reſtitit Orationibus Philippicis in illum ſcriptis, & partes Cæſ. Octavii amplexus eſt: qui conſul factus Ciceronem valere juſſit, eumque odio & iræ Antonii ingratiſſimus objecit. Cum Cæſar, Antonius & Lepidus Romanum Imperium inter ſe diviſerunt, & convenit ut ipſi Triumviri reip. conſtituendæ per quinquennium eſſent, ſtatutum eſt ut ſuos quiſque inimicos proſcriberet, nec Ciceronem ab hac proſcriptione eximere placuit. Quo facto, fugit ille Roma, & ad Caietam profectus eſt. Percuſſores vero ab Antonio miſſi, Ciceronem in lectica invenerunt, ſqualoris plenum, & capillo demiſſo, macieque ob ſolicitudines confectum; occiſus eſt præbens cervicem extra lecticam, cum annum ſexageſimum quartum ageret. Præciderunt illi juſſu Antonii caput & manum dextram, qua Philippicas ſcripſerat. Cum membra Ciceronis Romam delata eſſent, Antonius, qui tum forte comitia habebat, iis viſis, exclamavit Proſcriptionem jam peractam eſſe; caput autem & manum pro roſtris poni juſſit, ut unde in ipſum verba faciens auditus fuerat, ibi caput ejus cum manu conſpiceretur: ſpectaculum quidem horrendum Romanis, qui (ut ait Plutarchus) ſe non Ciceronis vultum, ſed imaginem animi Antonii videre putabant. Quod eleganter his verbis expreſſit, de Cicerone & Demoſthene loquens, Juven. Sat. 10. 118.

Eloquio ſed uterque perit orator, utrumque
Largus & exundans leto dedit ingenii fons.
Ingenio manus eſt & cervix cæſa, nec unquam
Sanguine cauſſidici maduerunt roſtra puſilli.

Repertum eſt ut aiunt A. D. MDXLIV, Ciceronis noſtri monumentum hanc exhibens Inſcriptionem; M. TVLLI CICERO HAVE ET TV TERTIA ANTONIA, cum urna inſcripta verbis MAR. TVLL. AVE, & vaſculo excipiendis lacrymis. [vel potius Unguentario] V. Fabric. Biblioth. Lat. lib. 1. cap. 8. & Supplem. conf. Aur. Vict. de Viris Illuſtr. cap. 81. & Elogia magnifica Velleii 1. 17. & 2. 26. Quintil. 3. 1. & 10. 1. & 12. 1.

Scripta Ciceronis, quæ hodie exſtant, ſunt

1. Libri duo, qui vulgo *de Inventione* inſcribuntur, & ſoli tulere ætatem e libris quatuor, quos fecerat adoleſcens de arte Rhetorica. conf. Voſſ. de Nat. Rhetoricæ cap. 13.
2. Dialogi tres *de Oratore* ad Quintum Fratrem.
3. Brutus, ſive liber *de Claris Oratoribus*.
4. *Orator*, ſive de optimo genere dicendi, ad M. Brutum.
5. *Topica* ad Trebatium JCtum.
6. *De Partitione Oratoria* Dialogus.
7. *De Optimo genere oratorum* brevis diſputatio, quam Cicero Prologi vice præmiſerat Orationibus contrariis Demoſthenis & Æſchinis, Latine a ſe converſis. Hanc verſionem periiſſe vehementer dolendum eſt, quoniam Cicero illas Orationes, velut Exemplar Atticæ, ejuſdemque conſummatiſſimæ eloquentiæ, de induſtria delegerat, ac Romanis ſuis ad imitandum propoſuerat.
8. Libri quatuor *ad C. Herennium* cognatum ac familiarem ſuum. Quis ſit hujuſce operis verus ac indubitatus auctor, inter doctos non convenit. Plerique Tullio hos libros abrogant, tribuuntque vel L. Cornificio patri, ad quem Ciceronis Epiſtolæ extant, vel L. Cornificio filio, qui de Rhetorica arte ſcripſiſſe e Quintiliano intelligitur, vel Ciceroni filio, vel Laureæ T. Ciceronis liberto, qui ipſe Cicero vocabatur, vel Tullio Tironi, quem inter Rhetores memorant Plinius ac Suetonius, aliique aliis. V. Fabric. Biblioth. Lat. l. c.
9. *Orationes* quinquaginta & novem.
10. *Epiſtolarum* libri triginta & ſex, ſcil. ad Familiares XVI, ad Atticum XVI, ad Q. Fratrem III, ad M. Brutum liber unus.
11. Ex *Academicarum Quæſtionum* libris quatuor, quos ad M. Varronem ſcripſit, exſtant primus & quartus. Niſi quartum malumus eſſe ſecundum primæ editionis, ab auctore inſcriptum *Lucullus*. Duos enim Libros Academicos prius ſcripſerat Cicero, *Catulum* & *Lucullum*. Hos deinde contulit in Libros quatuor, & ad Varronem miſit. Poſtea duos quoque illos edidit præmiſſis novis procœmiis, quibus Catulus & Lucullus laudantur. V. Epiſt. ad Fam. 9. 8. ad Att. 13. 13. & 32.
12. *De Finibus bonorum & malorum* libri quinque ad M. Brutum. Quorum primo Epicuri ſententia exponitur, quam refellit ſecundus: tertius Stoicorum dogmata explicat, quæ in quarto confutantur; quintus denique Peripateticam doctrinam expendit.
13. *Tuſculanarum Quæſtionum*, ſive ut vult clar. Daviſius, *Diſputationum* libri quinque. Primus diſputat de contemnenda morte, ſecundus de dolore tolerando, tertius de lenienda ægritudine, quartus de reliquis animi perturbationibus, quintus denique ex ſententia Stoicorum, docet virtutem ad bene vivendum ſeipſa eſſe contentam.
14. *De Natura Deorum* libri tres ad M. Brutum, in quibus nullam veritus impietatis invidiam; ingenue, conſtanterque & libere ſuperſtitionem gentium refellit.
15. *De Divinatione*, libri duo, contra ſuperſtitionem & enthuſiaſmum.
16. *De Fato* liber ſecundus mancus, & exordium tantum primi.
17. *De Legibus* libri tres, quos paulo ante mortem ſcripſit.
18. *De Officiis* ad Marcum Filium libri tres.
19. *Cato Major*, ſive *de Senectute* ad T. Pomponium Atticum.
20. *Lelius*, ſive *de Amicitia* ad eundem.
21. Sex *Paradoxa* Stoicorum ad Brutum.

Fragmenta ex Ciceronis operibus deperditis ſuperſunt,

1. *Somnium Scipionis* ex ultimo ſive ſexto libro Cic. de Rep. ſive de optimo Reip. ſtatu excerptum.
2. Pars interpretationis *Timæi*, Dialogi Platonici, de *Univerſitate*.
3. Pars *Metaphraſeos Arati*, Heroico carmine, quam admodum adoleſcentulum ſe compoſuiſſe teſtatur Cicero de Nat Deor. 2. cap. 41.

Hæc tria præcipua ſunt Fragmenta Ciceronis quæ hodie extant; plurima vero ſunt ſcripta deperdita, quorum parvula Fragmenta ex veterum monumentis poſt noſtrum *Rob. Stephanum*, collegit primum Carolus Sigonius, & poſt hunc Andreas Patricius. V. plura in Fabricii Biblioth. Lat. lib. 1. cap. 8.

CICERŌNIĀNUS, [Κικερωνιανὸς] Quod eſt Ciceronis, vel accedit ad Ciceronem: ut, Ciceroniana ſimplicitas; quia fatetur, quos e Græcis ſequatur. Plin. in præfat. totius operis.

CICEROMASTIX, īgis. m. Largii Licinii cujuſdam liber infando titulo, ut inquit Gellius, inſcriptus eſt, in quo contendit Ciceronem parum integre atque improprie, & inconſiderate loquutum. V. Noct. Att. lib. 17. cap. 1. De iſtiuſmodi fatuis, V. Auct. Dialogi de Cauſis corruptæ Eloquentiæ, cap. 18. 19. 20. Angel. Polit. Miſcell. cap. 53. & Henr. Stephani Pſeudo-Cic.

CICERRUS, i. m. Scurra, quem deſcribit Hor. 1. Serm. 5. 51.

CICHELAS, Syracuſani vocant Turdos, quos Græcorum alii Cichlas, unde Epicichlides carmen dictum, quod in Homerum refertur auctorem a quibuſdam, quoniam dum id pueris præcineret, turdis donabatur. Ex Cæl. Antiq. lect. lib. 10. cap. 2.

CĬCHŎRĒA, æ. f. & CICHOREUM & CICHORIUM, i. n. [κιχώρειον] Herba ſatis nota. Hor. 1. Carm. 31. 15.

— me paſcunt olivæ
Me cichorea, leveſque malvæ.

Antepen. correpta, quia & κίχορα apud Græcos reperitur. V. Borrich. Ling. Pharmacop.

Cichoreum, alio nomine etiam Intubus, ſive intybus, dicitur. Plin. lib. 20. cap. 8. Intubi quoque non extra remedia ſunt. Et paulo poſt, Erraticum apud nos quidam ambugiam appellavere. In Ægypto cichorium vocant, quod ſilveſtre ſit. Virg. 1. Georg. 120.

— & amaris intuba fibris.

i. e. Cichorea, ut Servius interpretatur.

CICI, [κίκι, ἢ κρότων] Frutex eſt parvæ fici magnitudine, folia habens platano ſimilia, majora tamen nigrioraque, & majore lævore mollia, ſemen autem in racemis aſperis, quod cortice nudatum ricino vermi ſimile eſt: ex quo colligitur id, quod Ricininum oleum vocant, lucernarum luminibus, & emplaſtris utile. Ab hujus ſeminis ſimilitudine Romani ipſum etiam fruticem Ricinum appellant, quemadmodum & Græci κρότωνα. V. Dioſcor. lib. 4. cap. 145. & Plin. lib. 15. cap. 7. Vulgus herbariorum hodie *Cataputiam majorem* vocat.

CICĬNUS, a, um. Adj. ut Oleum cicinum. Plin. lib. 23. cap. 4.

CICILENDRUM, i. n. Aromata fictitia Coqui Plaut. in Pſeud. 3. 2. 42.

CICIMANDRUM, i. n. Idem. Plaut. Pſeud. 3. 2. 48.

CICIMENI, [Κικιμῆνοι] Populi ex Jaxamatarum genere, a Medis oriundi, Tanaim fluvium accolentes, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 7.

CICINDĒLA, æ. f. [λαμπυρὶς] Genus muſcarum, quod noctu lucet, videlicet a Candela. Hæc Feſtus. Plin. lib. 18. cap. 26. de milii ſatione, Eſtque ſignum illius maturitatis, & horum ſationis commune, lucentes veſpere per arva cicindelæ. Ita appellant ruſtici Stellantes volatus: Græci vero Lampyridas, incredibili benignitate naturæ.

CICIMBRĬCUS, i. m. Homo infimæ ſortis. Ammian. 78. 4. [Error in numeris eſt.

CICINNIA, æ. [Θεὰ κιναίδων] Dea turpitudinis. Gloſſ. Lat. Gr.

CĬCŎNES, um. m. [Κίκονες] Populi Thraciæ ad Hebrum fluvium habitantes, de quibus Ovid. 15. Met. 313.

Flumen habent Cicones, quod potum ſaxea reddit
Viſcera: quod tactis inducit marmora rebus.

Illius populi mulieres ab Orpheo ſpretas eum diſcerpſiſſe per Liberi ſacra ſimulata Virgil. oſtendit 4. Georg. 520.

— ſpretæ Ciconum quo munere matres,
Inter ſacra deûm, nocturnaque orgia Bacchi,
Diſcerptum latos juvenem ſparſere per agros.

CĬCŌNIA, æ. f. [πέλαργος ab albis nigriſque pennis] Avis, quæ ſerpentum eſca pullos nutrit. V. Plin. lib. 10. cap. 23. Juven. 14. Sat. 74.

— ſerpente ciconia pullos
Nutrit, & inventa per devia rura lacerta.

Ubi Juvenalis Romanos arguens, quorum liberi tales evadebant quales a parentibus inſtituebantur, alludit ad naturam ciconiæ ejuſque pullorum: Hi enim a teneris aſſuefacti colubris veſcuntur.

Candida pennis ciconia. Ovid. 6. Met. 97.

— ſumptis quin candida pennis
Ipſa ſibi plaudat crepitante ciconia roſtro.

Janum nulla ciconia pinſit a tergo. i. e. Nemo digitis dextræ manus in unum collectis ad inſtar roſtri ciconiarum, ridet. Perſ. 1. Sat. 58.

O Jane, a tergo quem nulla ciconia pinſit.

Bifrons enim fingebatur Janus, & retro non minus videns, quam antrorſum.

Ciconia item eſt, Inſtrumentum, quo hauriunt aquas Hortulani ex puteo. Gloſſ. vet. Tolleno, ſeu Ciconia. Iſid. 20. 15. Hoc inſtrumentum, inquit, Hiſpani Ciconiam vocant, quod imitetur ejuſdem nominis avem, levantem ac deponentem roſtrum, dum clangit. Rhod. Antiq. Lect. 10. 17.

Ciconia, Genus menſuræ apud Columel. lib. 3. cap. 13. Sed huic operi exigendo quaſi quandam machinam commenti majores noſtri regulam fabricaverunt: in cujus latere virgula prominens ad eam altitudinem, qua deprimi ſulcum oportet, contingit ſummam ripæ partem. Id genus menſuræ ciconiam vocant ruſtici.

CICONĪNUS, Adj. ut, Adventus ciconinus. Sidon. 2. Epiſt. 14.

CICUMA, æ. Avis eſt noctua, teſte Feſto. Cæl. lib. 17. cap. 11. Nycticoracem interpretatur. al. Cecuma. V. Dacer. ad loc.

CĬCUR, cicūris. Adj. [τιθασὸς] Quod a fero diſcretum eſt, ut ait Varro de L. L. 6. 5. proprie dicitur de Animali fero, ſed manſuefacto. Cic. 5. Tuſc. 38. Earum ipſarum partim ſolivagas, partim congregatas, immanes alias, quaſdam autem cicures, nonnullas abditas, terraque tectas. Idemque 2. de Nat. Deor. 99. Quæ vero & quam varia genera beſtiarum, vel cicurum vel ferarum?

Cicur ingenium, Manſuetum. Varro de L. L. lib. 6. 5.

Cicur ſus, ex apro & ſcropha domeſtica. Feſtus.

Aliquando pro Sapiente ponitur, ut apud Pacuv. teſte Feſto, in voce Incicur.

CICŬRO, [τιθασεύω] āre. Manſuefacere, ut ait Varro de L. L. 6. 5. Ex Pacuvio.

CICURĪNUS, Cognomen Veturiæ gentis, a morum ſimplicitate ductum. Varro de L. L. 6. 5.

Cĭcūta, æ. f. [κώνειον] Herba venenoſa, caule viridi & geniculato. Plin. lib. 25. cap. 13. Cicuta quoque venenum eſt, publica Athenienſium pœna inviſa, ad multa tamen uſus non omittendi. Semen habet noxium. Caulis autem, & viridis eſtur a pleriſque, & in patinis. Levis hic & geniculatus, ut calami nigricans, altior ſæpe binis cubitis, in cacuminibus ramoſus: folia coriandri tenuiora, gravi odoratu: ſemen aniſo craſſius: radix concava, nullius uſus. Ovid. 3. de Arte Am. 465.
Et dare miſta viro tritis aconita cicutis.
Gelidæ cicutæ, Venenum ex cicuta factum. Juven. 7. Sat. 206.
—hunc inopem vidiſtis Athenæ,
Nil præter gelidas auſæ conferre cicutas. Hujuſmodi autem venenum gelidum appellatur, quod qui eo necantur, incipiunt algere ab extremitatibus corporis.
Mala. i. e. Noxia. Hor. 2. Serm. 1. 56.
Viridis. Ovid. 4. Met. 504.
Accepta inter vincla. Juven. 13. Sat. 186. De Socrate qui hauſto cicutæ poculo interiit.
Cicutam Horatius pro Helleboro poſuit, ut interpretes exponunt, lib. 2. Epiſt. 2. 53.
Cicuta, etiam dicitur Canna, ex qua fiſtula contexeretur. Lucret. 5. 1383.
Et Zephyri cava per calamorum ſibila primum
Agreſtes docuere cavas inflare cicutas. Virg. 2. Ecl. 36.
Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis
Fiſtula. Servius. Hinc
Cicuta, pro ipſa Fiſtula. ut Arguta cicuta. Calphurnius, Ecl. 7. 12.
Juſſit & arguta juvenes certare cicuta. i. e. Fiſtula.
Fragilis. Virg. 5. Ecl. 85.
Leves. Calphurnius, 4. Ecl. 20.
— levibus quem ſæpe cicutis
Ludere conantem vetuiſti fronte paterna.
Paſtorales. Mart. Capell.
Paſtoralibus ardens
Palmam dedit cicutis.
Cicuta, [Κικύτας] Nomen proprium fœneratoris cujuſdam maxime avari & cauti. Hor. 2. Serm. 3. 69.
Scribe decem a Nerio: Non eſt ſatis, adde Cicutæ
Nodoſi tabulas, centum mille adde catenas, &c.

C I D

Cidăris, [κίδαρις] vel etiam Cităris, is. f. [κίταρις] ex Polluce 10. 36. Tegumentum capitis regum inſigne, quod quidam regum Perſarum, alii regum Armeniæ eſſe dicunt. Hæc Bayfius. Budæus, Cidaris non multum differt a Tiara. Curt. lib. 3. 3. Cidarim, inquit, regium capitis vocant inſigne. Plutarchus in Antonio. quidam ſcribunt cum Y. Cydaris.
Suidas, & capitis tegmen, & quoddam ex pilis contextum, & Camelaucii genus, quod & Tiara putetur, item Capitis tegumen ex lana coacta, vel Coronam, vel Phaciolium, vel Regium pileum Perſarum, vel Capitis denique redimiculum, quod ſacerdotes geſtent, interpretatur.
Cidarum, vel Cydarum, Genus quoddam navis, antiquis, teſte Gellio lib. 10. cap. 25.

C I E

Cieo, cies, civi, cĭtum, [σείω, κίνυμι] ciēre; teſtibus Diomede & Phoca: item Cio, cis, civi, cītum, cire. Idem ſunt. Sed in hoc differunt tantum, quod Citum a Cieo priorem corripit: hinc frequentativa Excito, Concito, Recito. Citum a Cio, producit: unde Accitus, & Excitus, penult. prod. Compoſita utriuſque ſemper ſunt quartæ, ut Accio, Concio, Excio. [Contra ſimplex Cio rarius occurrit.] Diomedes per ſecundam Accieo etiam dicendum credit. Eſt autem Provocare, & quaſi Cis, hoc eſt citra movere.
Ciere proprie eſt aut dolorem aut lacrymas commovere, inquit Serv. ad 12. Æn. 104. Inſcite.
Ad coitum feminas cientes ranæ. Plin. lib. 11. cap. 37.
Ad arma milites. Sil. lib. 7. 43.
Acies. Virg. 6. Æn. 829.
Æquora ciet Nereus imo fundo. Virg. 2. Æn. 419.
Agmen ciere ab aliqua natione, Accire. Virg. 10. Æn. 198.
Alvum, Dejicere. Columel. 6. 5.
Auxilia, Arceſſere. Valer. Flac. lib. 3. 562.
— heu fera cientem Auxilia.
Bellum. Virg. 1. Æn. 545.
Bella cient, primaque vetant conſiſtere terra.
Belli ſimulacra ciere, Bellum fingere, ſpeciem belli præbere. Virg. 5. Æn. 674.
Cælum tonitru ciere dicitur Juno. Nam eſt aeris Dea, quæ ad Venerem ſic loquitur apud Virg. 4. Æn. 122.
Deſuper infundam, & tonitru cælum omne ciebo.
Cruciatus. Cic. 2. de Fin. 94.
Cui viperino morſu venæ viſcerum
Veneno imbutæ tætros cruciatus cient.
Fletus. Virg. 3. Æn. 344.
Fontes & ſtagna ciere dicuntur ranæ. de quibus Cic. 1. de Divin. 15. ſic ait,
Abſurdoque ſono fontes & ſtagna cietis.
Frigus. Lucret. 5. 816.
At novitas mundi nec frigora dura ciebat
Nec nimios æſtus, nec magnis viribus auras.
Gemitus. Virg. 3. Georg. 517.
Extremoſque ciet gemitus. i. e. Ultimum gemuit, inquit Servius. De tauro moribundo loquitur.
Horrorem aura ciet membris. Lucret. lib. 3. 292.
Lacrymas ciere. Virg. 6. Æn. 468.
— lacrymaſque ciebant.
Manes nocturnos carminibus ciere. Virg. 4. Æn. 490.
Menſes ciet laſer. Plin. 22. 23.
Motus ciere. Cic. 1. Tuſc. 20. Sic ex corporis totius natura & figura, varios motus cieri, tanquam in cantu ſonos.
Motibus & mutationibus aliquid ciere. Cic. 3. de Nat. Deor. 27. Naturæ iſta ſunt omnia cientis & agitantis motibus & mutationibus ſuis.
Mugitus ciere. Virg. 12. Æn. 104.
Mugitus veluti quum prima in prælia taurus
Terrificos ciet, atque iraſci in cornua tentat. i. e. Dat. Serv.
Murmur ciet unda. Virg. 1. Georg. 110.
— illa cadens raucum per levia murmur
Saxa ciet.
Nomen alicujus ciere. i. e. Vocare aliquem. Ovid. 4. Faſt. 484.
Clamat, & alternis nomen utrumque ciet.
Nomina ſingulorum ciere. Tacit. 1. Ann. 21. Illi obniti trahentibus, prenſare circumſtantium genua, ciere modo nomina ſingulorum. h. e. Singulos nomine proprio vocare.
Numina ciere, Invocare. Flacc. 4. Argon. 548.
— hic demum vittas, laurumque capeſſit,
Numina nota ciens.
Prælium ciere. Liv. 2. 19. Latinus dux nihil deterritus vulnere, prælium ciet.
Pugnam ciere, Accendere. Liv. 1. 12. Principes utrinque pugnam ciebant.
Remos vox ciet. Stat. 6. Theb. 798.
— jam vox ciet altera remos.
Singultus ore ciere. Catul. Epig. 49.
Stragem ciere. Virg. 6. Æn. 829.
Terrores ciere. Sen. OEdip. 4.
Turbas ciere. Plaut. in Amph. 1. 2. 14. Turbas uxori ciet Amphitruo.
Verba ultima ciere, Proferre. Flacc. 3. Argon. 156.
Ille manu contra telum tenet, ultima fruſtra
Verba ciens.
Viros ciere cantu tubæ. Virg. 6. Æn. 165.
Ære ciere viros, Martemque accendere cantu.
Urinam cient aſparagi. Plin. 20. 10.
Vulgus æquoreum ciere dicitur Neptunus. Sen. Hippol. v. 957.
Ciere aliquem, pro Commovere, & irritare. Plaut. Bacch. 3. 3. 11.
Quid negotii hoc eſt, Piſtoclerum Lydus quod herum tam ciet?
Ciere, pro Removere & repellere. Flacc. 7. Argon. 578.
— & errantem dextra ciet obvius ignem. [Non puto recte expoſitum V. loc.
Ciere, Nominare. Feſtus. [Subaudi Nomen.
Ciere, Vocare. Valer. 1. Argon. 751.
— jam te in lucos pia turba ſilentum,
Secretiſque ciet volitans pater Æolus arvis.
Supremum magna voce ciere, Solenni more extremum vale dicere; ut Servius exponit in illud Virg. 3. Æn. 68.
— animamque ſepulcro
Condimus, & magna ſupremum voce ciemus. I. e. Vocamus.
Cietur. Cic. 1. Tuſcul. 54. Quod autem eſt animantium, id motu cietur interiore & ſuo.
Cietur & agitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 23. Nam omne quod eſt calidum & igneum, cietur & agitur motu ſuo.
Modo eodem cieri. Cic. de Univerſ. 24. Eoque motu, cujus orbis ſemper in eodem erat, eodemque modo ciebatur, undique eſt eos complexus.
Ciens, [σείων] Partic. Liv. 5. 37. pr. Inaudito hoſte, ab Oceano, terrarumque ultimis oris bellum ciente. Virg. 9. Æn. 766. Martem cientes.
Citus, Partic. [[illegible]] Provocatus, incitatus, commotus.
Cĭtus, Adj. [ταχὺς, ὠκὺς] Celer. Cic. 1. de Divin. 67.
Jamque mari magno claſſis cita Texitur. Virg. 4. Æn. 574.
Solvite vela citi. [Hic pro Adv. eſt Cito.
Cita alvus, Cornelio Celſo lib. 2. cap. 3. eſt Fluens alvus: cui contraria eſt Contracta alvus apud eundem, eodem loco.
Axis citus. Ovid. 2. Met. 75.
Bigæ citæ, Celeriter motæ. Catul. 53. 26.
Canes. Ovid. 5. Epiſt. 20.
Claſſis. Hor. 1. Carm. 37. 24.
Currus. Sen. Hippol. 10.
Curſibus citis motæ comæ. Sen. Hippol. v. 395.
Inceſſus citus, & Tardus; contraria. Salluſt. in Catil. cap. 15. extr.
Mercurius citus dicitur, quod quum alia ſigna tarde ad ortus ſuos recurrant, Mercurius decimo octavo die in ortu ſuo invenitur. Servius in illud Virg. 1. Æn. 305.
— volat ille per aera magnum
Remigio alarum, ac Libyæ citus aſtitit oris.
Mors. Hor. 1. Serm. 1. 8.
Mundus citus, Cito motus, volutus, acceleratus. Sen. Hippol. 9.
Navis. Ovid. 15. Met. 732.
Paſſu cito aliquem petere. Ovid. 2. Faſt. 741.
Inde cito paſſu petitur Lucretia.
Pede cito labitur ætas. Ovid. 3. de Arte Am. 65.
Quadrigæ. Plaut. Aulul. 4. 1. 14. Citis quadrigis citius properet perſequi. Citas hic quadrigas appellat, ut quæ curſitabant in ſpatio circi maxima concitatione curriculi, quo & Virgilius reſpiciens dixit, 8. Æn. 642.
At procul inde citæ Metium in diverſa quadrigæ,
Diſtulerant. Grammatici tamen tritas ſignificationes plerumque prætereuntes, & remotas quærentes, Citas, Separatas, & diviſas interpretantur. Turnebus.
Ratis. Ovid. 21. Epiſt. 70.
Tramite cito decurrere. Virg. 5. Æn. 610.
Nulli viſa cito decurrit tramite virgo.
Venator. Hor. 1. Carm. 37. 18.
Vox acuta, gravis, cita, tarda, magna, parva. Cic. 1. de Orat. 204.
Citus ad ſcribendum, Celeri manu. Plaut. Bacch. 4. 4. 86.
Citior, citiſſimus. Plaut. 2. Fragm. 6. Nullam ego rem citiorem apud homines eſſe, quam famam reor. Afranius, Citior abiit ancilla, citiſſima omnium rediit.
Aqua citior, pro Rapidiore apud Juriſconſultos, in l. 1. §. 1. D. de aqua plu. arc.

Dies citior brumali tempore. Ovid. 2. de Pont. 4. 25.
Factum citiffimum. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Cito, Adv. [ταχέως] Ter. And. 1. 5. 20. Abi cito. Idem Eun. 3. 3. 32. Cito hunc deduce ad militem.
Cito & curfim aliquid agere. Plaut. Pœn. 3. 1. 64.
Tam cito? Ter. And. 5. 4. 26. CH. Ejus nomen? CR. nomen tam cito tibi?
Nimis cito. V. NIMIS.
Cito, ut τάχα, quod cito eft Græcis, plerumque Fortaffe valet. Ita Ciceronem Cito ufurpaffe video in Bruto, 264. ubi ait, Sed neque verbis aptiorem cito alium dixerim. Iterum, 265. Quem tu nón tam cito Rhetorem dixiffes, quam ut Græci dicunt πολιτικόν. Hæc Turnebus. Budæus, Cito, Facile exponit.
Compar. Citius. Ter. Hec. 3. 3. 4.
Noto volucrique fagitta citius. Virg. 5. Æn. 242.
Citius fuprema die, i. e. Ante diem fupremam. Hor. 1. Carm. 13. 20.
Citius dicto. Virg. 1. Æn. 146.
— & dicto citius tumida æquora placat.
Superl. ut, Citiffime afcias retundit. Plin. lib. 16. cap. 40. Et Cæf. 4. Bell. Gall. 33.

Citĭpes, edis. Adj. Diomed. Gram. lib. 3. Curfus citipes.

Cĭto, [κικλήσκω] āre. Frequentativum a Cieo, proprie eft Frequenter vocare. Plin. Epift. 190. Hæc illi quò quifque ordine citabantur. Ovid. 7. Epift. 101.
Hinc ego me fenfi nòto quater ore citari.
Vox etiam frequenter ad Judicia transfertur; & Citari dicuntur, Qui vel edicto vel præconis voce in jus vocantur, & ad caufam dicendam adeffe jubentur.
Citare per præconem in curiam ad regem. Liv. 1. 47.
Citare Senatum in forum. Liv. 27. 24. pr. In forum citatis fenatoribus obfides imperavit. Al. In foro.
Citare aliquos per nomina. Columel. lib. 11. cap. 1. Itaque mancipia vincta, quæ funt ergaftuli, per nomina quotidie citare debebit: atque explorare ut fint compedibus diligenter innexa.
Citare judices. Cic. 3. Verr. 19. Quo quidem die primum, Judices, citati in hunc reum confediftis. Nam, ut teftis eft Afconius in pr. ejufd. orat. & judices, & rei, & accufatores, & defenfores, per præconem Prætorium citari folebant: i. e. Ad Prætoris tribunal, five ad judicium vocari. Budæus.
Citare re aliqua. Plaut. Curc. 1. 3. 6.
Ubi tu es, qui me libello Venerio citavifti? ecce me,
Sifto ego tibi me, & mihi contra itidem te ut fiftas fuadeo.
Citare aliquem teftem in aliquam rem, i. e. In teftimonium adducere & advocare (προσφέρειν, ἐπάγειν) vide Teftem citare in TESTIS.
Citare teftem in aliqua re. Cic. pro Quint. 75. In hac re te, te inquam teftem, Nævi, citabo.
Citare reum. Cic. 4. Verr. 98. Citat reum, non refpondet: citat accufatorem, &c. citatus accufator M. Pacilius, nefcio quo cafu non refpondit, non affuit.
Ad fuum munus citarier. Catul. 59. 42.
Citare de tribunali. Cic. 7. Verr. 65. Quem is, uti Panormum venit, ad fe vocari, & de tribunali citari juffit, concurfu magno, frequentiaque conventus.
Citare, pro Recitare aut nominare. ut, Citare auctores libros linteos magiftratuum. Liv. 4. 20.
Citare Pæanem, aut minuritionem, i. e. aut Vehementiori, aut Tenui & deducta voce canere. Cic. de Orat. 1. 251. Qui & annos complures fedentes declamitant, & quotidie antequam pronuntient, vocem fenfim cubantes excitant, eandemque quum egerunt, fedentes ab acutiffimo fono ufque ad graviffimum fonum recipiunt, & quafi quodammodo colligunt. Hoc nos fi facere velimus, ante condemnentur ii, quorum caufas receperimus, quam toties, quoties præfcribitur, pæanem aut minuritionem citarimus. Ita Turneb. Adverf. 1. 12. Sed locus admodum vexatus. V. MINURITIO.
Citari anapæfto. Cic. 2. de Finib. 18.
Omnes Danai aut Mycenenfes, Attica pubes: reliquique Græci qui hoc anapæfto citantur, &c.
Citare, Incitare, provocare, [παρορμᾶν] ut, Citare equum. Cæf. 3. Bell. Civil. cap. 96. Protinufque equo citato, Lariffam contendit. Liv. 1. 57. Age fane omnes citatis equis advolant Romam.
Citare humorem illuc. Celf. lib. 4. cap. 6. i. e. Efficere ut illuc humor confluat.
Citare pus, Movere. Celf. lib. 5. cap. 27.
Citare urinam, cui Tardare opponitur. Celf. lib. 2. cap. 19.
Citare aliquem ad aliquid faciendum. Plin. lib. 11. cap. 37.
Gradum citare, i. e. Velocius ingredi. Claud. 6. Conf. Hon. 510.
Ad frena citavit olores. Stat. 1. Silv. 2. 142. de Venere. i. e. Properé illis frena induit.
Citare palmitem aut radiculas dicuntur arbores. Columel. lib. 4. cap. 24. Propter quod palmes, quem mox in germinatione citaverit, imbecillis ac minus fructuofus erit.
Citare, pro Enarrare aliquid. Hor. 1. Serm. 3. 7.
— fi collibuiffet, ab ovo
Ufque ad mala citaret.
Citare, pro Laudare, tefte Nonio. Cic. 1. Off. 71. Citeturque Salamis clariffimæ teftis victoriæ, quæ anteponatur confilio Solonis.

Citātus, Partic. [ὁρμηθεὶς] ut, Citato vadere equo. Liv. 30. 12. Et 28. 14. extr. Citato gradu in hoftem ducebant.
Agmine citato, Celeri. Liv. 27. 50. pr. Nero ea nocte, quæ fequuta eft pugnam, citatiore quam inde venerat agmine, die fexto ad ftativa fua atque ad hoftem pervenit.
Agmen citatiffimum. Liv. lib. 27.
Currus citatus, Celeriter tractus. Sil. lib. 8. 663.
Curfus. Sen. Herc. fur. 3.
Euro citatior. Sil. lib. 4. 6.
Flumen. Sen. Herc. fur. 4.
Gradu citato. Sen. Hippol. 9.
Lapfis citatior aftris. Stat. 1. Theb. 92.
Nautæ citati. Propert. lib. 1. 8. 23.
Nec me deficiet nautas rogitare citatos.
Paffibus citatis. Sen. Hippol. 10.
Pede citato tangere aliquam regionem, i. e. Curfu affequi. Catul. Epigr. 61. 2.
Penna citatior. Sil. lib. 10. 11.
Pulfus arteriarum citatus, aut tardus. Plin. lib. 11. cap. 37. V. PULSUS.
Rates citatæ, Naves citæ & agitatæ. Sen. Hippol. 10.
Rhenus citatus fertur. Cæf. 4. Bell. Gall. cap. 10.
Tripudiis citatis celerare ubi tibicen canit. Catul. 61. 26.
Turba mundi citati, Qui incolunt cælum mobile. Sen. Herc. OEth. 15.
Turmas citatas agere. Sen. Troad. 8. Puer citatas nobilis turmas ages. i. e. Ad curfum equorum incitatas.
Vultus citatus ira, Commotus ira. Sen. Med. 11.

Citātim, Adv. [ὡρμημένως] i. e. Celeriter. Hirt. de Bell. Afr. cap. 8. Ipfe cum expedita copia in eum locum citatim contendit. Cic. 14. Att. 20. Hæc fcripfi citatim.
Compar. Quintil. 11. 3. Servi, ancillæ, &c. citatius moventur.
Superl. Quintil. 27. 50. & 1. 11. Citatiffime volvere.

Citatio, ōnis. f. Vox apud JCtos. Item

Citatōrium, i. n. Impp. in Cod. l. 12. t. 22. l. 2. Omnia citatoria omnium cauffarum atque perfonarum licita funt.

Cignus, i. m. Menfuræ genus. Plin. Valer. 2. 30. Cignum dimidium commifcere. V. Barth. Adverf. 7. 8. al. Cygnum. V. infra CYGNUS.

C I L

Cilbiānus Campus, [Κιλβιανὸν πεδίον] continuus Cayftriano campo, qui inter mediterraneam cadit, & Tmolum, multus eft & bene habitatus, regionem optimam habet, ut tradit Strabo lib. 13.

Cilĕga, Pafferculus pullatus vulgo dicitur, quafi Spicilega, five Frugilega: quod genus Spermologon nuncupant Græci. Auctor Cæl. Lect. Antiq. lib. 14. cap. 6.

Cilibantum, i. n. [κιλλίβαντες Hefych.] Menfa rotunda in caftris. al. Cylibathum. V. Varr. 4. de L. L. 26. Dempfter. ad Rofin. Ant. 5. 26. & Dacerii notas ad Feftum in Cillibæ.

Cilicia, [Κιλικία] Regio eft, ut Plin. lib. 5. teftatur, in minori Afia, Syriæ proxima, plurima jacens campo, Tauro monti fubjecta, quæ a Cilice nomen fortita eft, quem priftina ætas pæne ultra ævum memoriæ abfcondit, Phœnice ortum, qui apud Gentiles antiquior Jove de primis terræ alumnis habebatur. V. infra f. l. Hæc regio ab Oriente Amano clauditur, a Septentrione Tauri jugis, ab Occidente Pamphilia, a Meridie mari. Hujus metropolis eft Tarfos, quam interfecat Cydnus amnis. A Cilicia, Ciliciæ portæ. Pomponius lib. 1. cap. 13. fcribit in Ciliciæ receffu intimo locum effe magni aliquando difcriminis fuforum ab Alexandro Perfarum, fugientifque Darii fpectatorem ac teftem. Strabo lib. 14. Ciliciam dividit in Campeftrem & Tracheam, i. e. Afperam. Unde quod apud Suetonium in Vefpafiano cap. 8. fcribitur, Item Thraciam, Ciliciam & Commagenen, ditionis regiæ ufque ad id tempus, in provinciarum formam redegit: quum tanto ante in populi Romani ditionem redacta fuiffet Thracia, exiftimat legendum Turnebus Adverf. 24. 36. Tracheam Ciliciam: quæ fententia vera eft. Fuit enim Cilicia olim opulentiffima Pop. Rom. provincia, & Cicerone Proconfule memorabilis. Sed V. ad Suet. Torrent. & Cafaub. not.
Cilicia, hodie vocatur *Caramania*, a Caramano Turcarum duce bellicofo, qui eam fibi fubegit.

Cĭlix, icis. Adj. [Κίλιξ] dicitur Homo qui e Cilicia eft ortus. Lucan. 1. 336.
Poft Cilicafne vagos, &c. accuf. plur.
Cilices, Piratæ fuerunt, quos Cn. Pompeius victos in deditionem accepit, & eorum poftea fideli opera ufus eft in bellis fuis navalibus adverfus Cæfarem. Lucan. lib. 3. 228.
Idque Cilix juxta jam non pirata carina.
Cilices de Piratis. vide Appianum in Mithrid. 150. circa principium. H. St. Ibi nempe docet App. communi nomine Cilices prædones maritimos vocatos fuiffe, quia hominum id genus ex Trachea Cilicia principio profectum fuerat.
Cilices habuerunt fuos arufpices. Tacit. 2. Hift. 3. Fama recentior tradit fcientiam artemque arufpicum accitam & Cilicem Thamyram intulif. fe. V. Voffii Etymolog.
Crocus Cilix. Lucret. lib. 2. 416.
Et quum fcena croco Cilici perfufa recens eft.
Flores Cilicum, Croci. Stat. 2. Silv. 1. 160.
Meffes Cilicum. Stat. 3. Silv. 3. 34. Intelligit Spicas nardi, amomum, thus & hoc genus alia.

Ciliciensis, e. [Κιλικιανὸς] Cic. 1. Q. frat. 2. Nam fi te interioribus vicinis tuis Cilicienfi, & Syriaco anteponis, valde magnum facis.

Cilissus, Adj. [Κίλισσος] ut, Terra Ciliffa, Cilicia. Ovid. in Ibin, 200.
Quotve ferat dicam terra Ciliffa crocos.
Spica Ciliffa. In SPICA.

Cilicismus, i. m. Idiotifmus Cilicum. V. Balth. Stolberg. Exercitationem de Cilicifmis & Solœcifmis.

Cilicium, i. n. [κιλίκιον] Veftis, quæ ex hircorum, feu capellarum pilis fit, vel etiam pro Textura ipfa accipitur: fic dicta, quod ufus ejus in Cilicia ortus fit. Varro 2. de R. R. cap. 11. Tondentur, quod magnis villis funt in magna parte Phrygiæ, unde cilicia, & cetera ejus generis ferri folent. Sed quod primum ea tonfura in Cilicia fit inftituta, nomen id Cilicas adjeciffe dicunt. Cic. 3. Verr. 95. Quum ifte civitatibus frumentum, coria, cilicia, faccos imperaret. ubi Afconius, Cilicia, inquit, texta de pilis, in caftrorum ufum atque nautarum. Hinc Vela cilicia dicuntur Ulpiano, Quæ ideo parantur, ne ædificia vento vel pluvia laborent. l. 12. §. 12. D. de inftr. vel inftrum. & l. 17. §. 2. D. de action. empt. Servius in illud 3. Georg. 311.
Nec minus interea barbas, incanaque menta
Cinyphii tondent hirci, fetafque comantes
Ufum in caftrorum, & miferis velamina nautis.
In ufum, inquit, caftrorum ideo dixit, & quia de ciliciis polluntur loricæ, & teguntur tabulata turrium, ne jactis facibus ignis poffit adhærere.

Cilicīnus, a, um. Adj. [κιλίκινος] ut, Veftis cilicina, Quæ ex cilicio eft, vel illi fimilis. Solin. cap. 33.

Ciliciarius, i. m. Qui cilicia facit aut vendit. Gruter. Infcript. n. 6.

RESPECTIO GRATIANO CILICIARIO CAVIOLA CONIVX P. C.

Ciliciatus, Adj. Cilicio indutus. Unde Conciliciatus. Tertull. de Pudic. cap. 13.

Cilicius, a, um. ut Cilicii termini, ſic dicti a Cilicio Saturnino, centurione cohortis ſeptimæ & viceſimæ, qui terminationem fecit. Manutius ex Jul. Frontino de Colon. p. 120. Gœſ.

Cilindrum, Plaut. Pſeud. 3. 2. 42. Genus herbæ, vel leguminis. ſunt qui legant Cicilindum.

Cĭlium, [βλεφαρὶς] eſt Folliculus quo oculus tegitur: unde Supercilium, auctore Feſto. Plin. lib. 11. cap. 37. Extremum ambitum genæ ſuperioris antiqui cilium vocavere: unde & ſupercilia. Genam ſuperiorem vocat Plinius, Folliculum ſuperiorem quo tegitur oculus. Iſidor. 11. 1. Cilia ſunt tegmina, quibus cooperiuntur oculi & dicta cilia, quod celent oculos, tegantque tuta cuſtodia. Lactant. de Opific. Dei, cap. 10. pr. Ut oculi munitiores eſſent ab injuria, ciliorum tegminibus occuluit. [In partium harum appellationibus parum inter ſe antiqui conſentiunt. Feſtus manifeſte Ciliorum appellatione Palpebras intelligit. Plinius Palpebras pilos appellat, qui oculum vallant, Gr. βλεφαρίδες. Genas vero quæ Ciceroni & junioribus anatomicis Palpebræ, Græcis βλέφαρα, audiunt. Cilium videtur Palpebræ cartilaginem intelligere, quem Græci ταρσὸν vocant. Iſidorum & Lactantium parum conſtare ſibi inſpectis locis perſpicies. Juniores anatomici Pilos palpebrarum Cilia vocant.

Ciliatus, a, um. [εὔοφρυς] Gloſſ. Gr. Lat.

Cĭlix, icis. [Κίλιξ] Nomen proprium Phœnicis filii, a quo dicta eſt Cilicia. Solin. cap. 51. V. cilicia.
Fuit alter Cilix, Agenoris filius. Herod. lib. 7.

Cilla, [Κίλλα] Urbs prope Thebas, ubi Cillei Apollinis templum eſt, ut habet Strabo lib. 13. Ovid. 13. Met. 174.

— Chryſenque & Cillan Apollinis urbes.

Cillo, ĕre. [κινέω] Movere: unde Furcillæ dictæ, quibus frumenta cilluntur. Hinc etiam Oſcilla, quod ora cilluntur. Servius in ſecundum Georg. 389. Et hinc Aſcillæ, quod ex his brachia cilluntur, ut ait Iſidor. 11. 1. [Nugæ ſunt. V. de ſingulis ſ. l.

Cillibæ, Menſæ rotundæ. Feſtus. V. cilibantum.

Cillibantes, [κιλλίβαντες] Inſtrumenta erant tribus pedibus fulta, quibus in bello ſcuta imponebant fatigati, ut ex Ariſtophane annotavit Cæl. lib. 8. cap. 16. V. dict. ſuper.

Cillĭcon, onis. Mileſius quidam, de quo Proverbium, Omnia bona, ut ait Cillicon. V. Eraſm. Chiliad.

Cillium, Coloris erat ſpecies, quem poſtea Onagrium vocarunt: nam cillon Dores aſinum vocant, & aſinarium cillantera. Auctor Cæl. Antiq. lect. lib. 16. cap. 10.

Cillus, Pelopis fuit auriga, qui in itinere, antequam Pelops ad OEnomaum veniſſet, obiit, cujus nomine Cilla oppidum, templumque Cillei Apollinis a Pelope conditum eſt. Strabo lib. 13.
Cillus eſt etiam Aſinus, animal auritum. De eo Petron. Fragm. Carm. Ed. Burm. p. 683.

Judæus licet & porcinum numen adoret,
Et cilli ſummas advocet auriculas.

pro Cæli, ut eſt in Mſſ. V. Tacit. 5. Hiſt. 4. & Voſſ. ad Melam. [Ego vero magnopere contendo veterem codd. Petronii lectionem non movendam eſſe loco, cum epitheton Summas aſini auribus minime conveniat.

Cilnius, i. m. Hetruſcæ gentis nomen; e qua C. Cilnius Mæcenas. V. Drakenb. ad Sil. 7. 29. & ſ. l. mæcenas.

Cīlo, ōnis. m. ſine aſpiratione, [μετωπίας] Cui frons eſt eminentior, ac dextra, ſiniſtraque velut reciſa videtur. Feſtus. Chariſ. lib. 1. Cilones dicuntur, Quorum capita oblonga & compreſſa ſunt.
Cilones, impudici, parricidæ, ſacrilegi. Cic. in Salluſt. 18. Cæl. lib. 21. cap. 22. Cilones, inquit, apud Ciceronem in Salluſtium, Cinædi ſunt, ac turpiter ceventes: quia cillere motitare eſt. [Cillones igitur legit Cælius. At in Gloſſ. vet. Cillo, προκέφαλος. ſcribendum Cilo. Apud Cic. Cyllones vel Cylones editum. Quæ vox æque ſpuria eſt. Non dubito, quin Gulones reponendum ſit.
Cilo, item Flaminiorum cognomen. Unde in nummis argenteis. C. FLAMINIVS CILO. V. ſupra chilo.

C I M

Cima, V. cyma.

Cimacia, In cymatia.

Cimbaricon, [κιμβαρικὸν] Tunica perſpicua, ſive (ut Pollucis verbo utar) διαφανής. Locus Pollucis eſt lib. 7. cap. 13. ubi eam dicit eſſe communem viris & feminis.

Cimbri, [Κίμβροι] Populi Germaniæ, de quibus videto Plin. lib. 4. cap. 13. & 14. ibique Hard. conf. Idem 2. 67. & Lucanus in primo v. 254. Quidam falſo eos hodie Zelandos appellari putant. Feſtus aſſerit eos Lingua Gallica, Latrones vocari. Tacit. in Germ. 37. 1. Eundem Germaniæ ſinum proximi Oceano Cimbri tenent, parva nunc civitas, ſed gloria ingens, & quæ ſeq. V. Cluver. Ant. Germ. 3. 22.
Cimbri cum in Italiam cum Teutonis trajeciſſent, a Q. Catulo, & C. Mario prælio victi fuerunt, & cæſa ſunt hominum centum quadraginta millia, capta ſexaginta, teſte Livii Epit. lib. 68. At apud Florum, 3. 3. cæſorum numerus multo minor eſt.

Cimbrĭcus, Adj. [κιμβρικὸς] Claud. de Bell. Get. 641.

Illic Oceani ſtagnis excita ſupremis
Cimbrica tempeſtas.

De Cimbrica Cherſoneſo V. in cherronesus.

Cimbrĭce, [κιμβρισὶ] Adv. Quintil. Declam. 3. 13. De Italiæ poſſeſſione certatur, an nobis caput barbarus hoſtis excidat, an Cimbrice loquendum ſit.

Cīmēlia, n. pl. [κειμήλια] Vaſa pretioſa. Hinc

Cīmēliarcha, [κειμηλιάρχης] i. e. Cuſtos vaſorum, & aliarum rerum eccleſiæ. l. ult. C. de bonis auctorit. judic. poſſid. §. Sin autem.

Cimiliarchium Aurum Romæ dictum eſt, Quod in ſanctiori ærario ædis Saturni, & intentioris curæ ad ultimos caſus, & in extrema fortuna Populi Romani ſervabatur, quod a nonnullis Viceſimarium, ab aliis Inceſimarium eſt appellatum, & ex quo Cæſar primo ingreſſu belli civilis tot millia pondo protulit, ut ſcribit Alex. Genial. lib. 2. cap. 2.

Cimessor, ōris. m. Homo infimæ plebis. Ammian. 28. 4.

Cīmex, ĭcis. m. [κόρις] vulgo dictus Vermiculus odore fœdus, e ligno naſcens, chartiſque & paleis: Lectos præcipue infeſtans. Martial. lib. 9. 33.

Nec toga, nec focus eſt, nec tritus cimice lectus.

Cimex animal fœdiſſimum. Plin. lib. 29. cap. 4. Veluti cimicum animalis fœdiſſimi, & dictu quoque faſtidiendi natura, contra ſerpentium morſus, & præcipue aſpidum valere dicitur. Hoc nomine Horatius Poetam quendam putidum vocavit, 1. Serm. 10. 78.

Men' moveat cimex Pantilius? aut crucier, quod
Vellicet abſentem Demetrius?

Cimĭco, āre. [κορίζω] Gloſſ. Gr. Lat. Cimicibus ſcatere.

Cimiata, V. ciniata.

Ciminia Silva, In Etruria prope Viterbium. Plin. Et in ſilva Ciminia loca ſunt, in quibus in terram depacta non extrahuntur. lib. 2. cap. 96. extr.

Cimmerii, [Κιμμέριοι] (inquit Feſtus Pompeius) dicuntur Populi, qui occupatas frigoribus terras incolunt, quales fuerunt inter Baias & Cumas in regione in qua convallis jugo ſatis eminenti circumdata eſt, quæ neque matutino, neque veſpertino ſole contingitur. Conſtat igitur Cimmerios in Italia fuiſſe ad Baianum & Avernum ſinum, qui in ſubterraneis domiciliis habitantes, & per cuniculos commeare ſoliti, toto in illis die delituerunt, noctu tantum ad latrocinia egreſſi, quum victum ex metallorum alioqui effoſſione, divinationum mercede, & proventibus ab rege deſignatis quærerent, ut ex Ephoro ſcribit Strabo. Penes hos ingens quondam ſuperſtitio increbruit, loci natura erroribus ſuffragante. Ibi ſacra nemora venerata, fluminibus etiam & fontibus ſuus honor fuit. Specus præterea famoſi, & ad inferos crediti aditus, quos intrare fas non erat, niſi diis Manibus prius, quo auſpicatior deſcenſus foret, ſacrificio placatis. Unde Homero ſuæ fabulæ œconomia, quam in Odyſſeæ lib. 2. comminiſcitur, deſumpta eſt; & Virgil. lib. 6. Æn.
Sunt & Cimmerii Boſphorani, quos Herodot. lib. 4. interiora Aſiæ aliquando tenuiſſe ſcribit. Verum a Scythis pulſos magis occidua tandem petiſſe. Ab his Boſphorus Cimmerius dictus: & Cimmerii montes ſupra Albaniam, apud Ptolemæum tabula Aſiæ ſecunda. V. Plin. lib. 6. cap. 6. Cic. 4. Acad. 61. Et Cimmeriis quidem, quibus aſpectum ſolis, ſive deus aliquis, ſive natura ademerat, ſive ejus loci, quem incolebant ſitus: ignes tamen aderant, quorum illis uti lumine licebat.

Cimmerius, Adj. [Κιμμέριος]
Cimmerios Lacus, Infernos & caliginoſos vocat Tibull. 3. 5. 24.

Elyſios olim liceat cognoſcere campos,
Letheamque ratem, Cimmerioſque lacus.

Paludes Cimmeriæ. Claud. 1. in Eutrop. 249.
Pontus Cimmerius. Claud. 1. in 1. Conſ. Stilich. 129.
Mare Cimmerium. Gell. 17. 8.
Cimmeriæ tenebræ, proverbium, pro Multa obſcuritate, & animi caligine. Feſtus. V. Chiliad.

Cimmerium, i. n. Oppidum juxta Avernum. Plin. 3. 5. Aliud ad Boſphorum ſitum. Idem. lib. 6. cap. 6. Pompon. Mel. 1. 19.

Cimmeris, Troadis urbs, Edonis prius vocata, ut tradit Plin. lib. 5. cap. 30. Rurſus in litore, inquit, Antandros, Edonis prius vocata, deinde Cimmeris & Aſſos, eadem Apollonia.

Cimolis, Urbs Paphlagoniæ, auctoribus Pompon. lib. 1. cap. 20. & Plin. lib. 6. cap. 2. Nunc Cinopolis vocatur, teſte Olivario in Melam.
Cimolis item urbs Galatiæ, Ptolemæo. Vulgo *Quinoli*.

Cĭmōlus, i. m. [Κίμωλος] Inſula in mari Ægæo. Plin. lib. 4. cap. 12. Ovid. 7. Met. 463.

Hinc humilem Myconen, cretoſaque rura Cimoli.

Cimolius, Adj. [Κιμώλιος] Quod ex Cimolo inſula eſt; unde, Terra Cimolia, & Creta Cimolia apud Medicos. Celſ. 2. cap. ult. Plin. 35. 16.

Cimon, [Κίμων] Athenienſis, patre Miltiade, matre Egeſiphile, liberalitate munificentiaque domi magis, quam militiæ clarus, quapropter Lucullo ex noſtris comparatur. Nam quum hoſtium ſpoliis militia partis locuples eſſet, ea civibus ſuis diſtribuit. Primum amotis undique agrorum ſuorum ſeptis, egenis peregriniſque poma, frugeſque ſumendas impune dabat. Parabatur quotidie ingens domi convivium, quo undique confluentes pauperes paſcebantur. Ex Plutarcho. Ejus vitam exhibet Nepos.
Cimon Cleonæus, Pictor inſignis fuit, qui catagrapha invenit, ut ſupra diximus: articulis etiam membra primus diſtinxit, venas protulit, primuſque in veſte & rugas & ſinus invenit. Auct. Plin. lib. 35. cap. 8.

C I N

Cinadion, [κινάδιον] dimin. a κίναδος, ut ex Harpocratione refert Cælius, Siculis Vulpes dicitur: quo etiam nomine navis Menelai gubernatorem nuncupatum Pauſanias ſcribit, cujus fuerit monumentum in promontorio, quod in Laconia vocant ὄνου γνάθον, id eſt aſini maxillam. Ex Cæl. lib. 19. cap. 1. V. pag. 106. Wech. pr.

Cĭnædus, i. m. [κίναιδος, καταπύγος] Cinædi dicti ſunt apud veteres, Saltatores, vel Pantomimi: ἀπὸ τοῦ κινεῖν τὸ σῶμα, id eſt, a movendo & agitando corpore. κινέω, moveo, agito. Plaut. Aulul. 3. 2. 8. Ita fuſtibus ſum mollior magis quam ullus cinædus. Idem in Milit. 3. 1. 73. Tum ad ſaltandum, non cinædus magis uſquam ſaltat quam ego. Hæc Nonius. Capitur frequentius in malam partem pro Scorto mari.
Improbi cinædi. Catul. 55. 1.
Socratici. Juven. 2. Sat. 10.
Cinædus mollior cuniculi capillo, vel anſeris medulla, vel imula auricella. Catul. Epig. 23. 1. Idem 16. 2.

Aureli pathice, &, cinæde Furi.

Cinædus, Adj. Impudens. Martial. 6. 39.

Quartus cinæda fronte, &c.

Compar. Cinædior, i. e. Mollior & fœda libidine inſignior. Catul. 10. 24.

— ut decuit cinædiorem.

Cinædĭcus, a, um. Adj. [κιναιδικὸς] Plaut. Stich. 5. 5. 19. Lepidam & ſuavem cantationem aliquam occipito cinædicam, &c. i. e. Proterviorem.

Cinædŭlus, i. m. Macrob. 3. 14. [Mendum manifeſtum, ex Lipſienſi Theſ. huc deſcriptum. Puto Locum A. Gellii potius eſſe lib. 7. cap. 12. ubi quis in Scipionis oratione legebat forſan Quod cinæduli facere ſolent. Sed in codd. emendatis excuſum Cinædi.

Cinædias, æ. f. Gemma & piſcis. Cinædiæ inveniuntur in cerebro piſcis ejuſdem nominis. Plin. 37. 10. ubi plura V.

Cinædolŏgus, i. m. [κιναιδολόγος] Impudice loquens. Athen. 14. 7. Varro apud Non. 1. 277. Convocat Ptolemæum cinædologum. Sic reſtituit verba Turneb. Adverſ. 29. 19.

Cinædopolis, [Κιναιδόπολις] Inſula eſt in Ceramico ſinu, paulum a conti-

continente diſtans: ſic dicta, quod probroſos ibi reliquerit Alexander Magnus. Ex Plin. lib. 5. cap. 21.

CINÆDUS, [κιναίδιον] Aviculæ nomen. Galen. lib. 4. de Compoſit. pharmac ſecund. loc. cap. 7. Fel aviculæ, quæ cinædus appellatur. Cornarius exiſtimat eam eſſe, quam nos Motacillam ab aſſidua caudæ agitatione Latine appellamus, quæ alias ἴυγξ Græcis eſt, & apud Ariſtotelem a Theodoro Gaza Turbo ac Torquilla vocatur. Nec aliam ab ea arbitratur Cinclum κίγκλον iiſdem appellatam, a qua Cincliſmon vocem formavit Hippocrates in libro περὶ ἄρθρων, quam Galenus Brevem & aſſiduum motum exponit, propterea quod Cinclus avicula aſſidue moveat natium pennas.

Cinædus præterea genus eſt Piſcis, in cujus cerebro invenitur lapillus, de quo paulo ante. V. Plin. lib. 37. cap. 10.

CINÆTHUS, i. m. [Κίναιθος] Illuſtris fuit rhapſodus, Chius patria, qui & Syracuſis omnium primus Homeri carmen concinuit, illi quoque de ſuo inſertis pleriſque. Ex Cæl. lib. 7. cap. 29.

CINAMOMUM, V. CINNAMOMUM.

CINĂRA, æ. f. [κινάρα] Carduus eſt altilis nunc vulgo notus, inter menſarum delicias plurimum expetitus. *Articoctum* vocant. Columel. lib. 10. 236.

Hiſpida ponatur cinara, quæ dulcis Iaccho
Potanti veniat, nec Phœbo grata canenti, &c.

Cinaræ radix ex aqua decocta, ſitim potatoribus facere narratur. Proinde grata Baccho potanti, ingrata Phœbo canenti. Columel. lib. 11. cap. 3. Cinaræ ſobolem melius per Autumni æquinoctium diſponemus: ſemen commodius circa calendas Martii ſeremus, ejuſque plantam circa calendas Novembris deprimemus, & multo cinere ſtercorabimus. Id enim genus ſtercoris huic oleri videtur aptiſſimum. Propter hæc Columellæ verba putavit Pomponius Fortunatus Cinaram a Cinere nomen ſortitam, quod eo maxime gaudeat. Ruellius tamen lib. 1. cap. 20. huic ſententiæ non accedit, hinc dictam tradens, quod ejus nominis puellam in hanc herbam fingant converſam. V. SCOLYMOS.

CINARAS, V. CINYRAS.

CINASONAS, Acus, quibus mulieres caput exornant. Feſtus. [Non reperi locum.

CINCIA, [Γαμήλιος] Juno dicebatur, quod nuptiis præeſſet. Inito enim conjugio ſolvebatur cingulum, quo nova nupta erat cincta. Feſtus. Alii Cinxia ſcribunt.

CINCIUS, Nomen gent. Ro. L. Cincius, Prætor Siciliam per ſecundum bellum Punicum adminiſtravit, ut ſcribit Livius 7. 3.

Cincius alius Senator Romanus ſcripſit de re militari. Idem in ſuaſione Legis Fanniæ, objecit ſæculo ſuo, quod porcum Trojanum menſis inferrent: quem illi ſic vocabant, quaſi aliis incluſis animalibus gravidum, ut ille Trojanus equus gravidus armatis fuit. Auctor. Macrob. Sat. 2. 9.

CINCIUS, Adj. ut Cincia Lex, de donis & muneribus a M. Cincio lata, ut Cic. 2. de Orat. 286. ſcribit, ſuadente Fabio Maximo, quemadmodum Cato teſtatur apud eundem Ciceronem in lib. ſui nominis. 10. Ea cavebatur, ne quis ob cauſam orandam donum munuſve acciperet. Unde & Muneralis lex appellata eſt, auctore Feſto. Meminit ejus Tacit. 15. Ann. 20. & Arnob. lib. 2. adverſ. gent.

CINCIA, Locus Romæ ubi Cinciorum monumentum fuit. Feſt. V. & Not. Dacer.

CINCINNUS, i. m. [κίγκιννος] Cincinni, auctore Feſto, ſunt Crines intorti. Cic. in Piſon. 25. Erant illi compti capilli, & madentes cincinnorum fimbriæ. Qui etiam Calamiſtrati dicuntur. Varro lib. 1. de R. R. cap. 31. Is eſt coliculus viteus, intortus ut cincinnus. Et Plaut. Truc. 2. 2. 32.

Jam ego iſtos fictos, compoſitos, criſpos, cincinnos tuos
Unguentatos uſque ex cerebro evellam.

Cincinni oratoris. Cic. 3. de Orat. 98. Atque eo citius in oratoris, aut in poetæ cincinnis a fuco offenditur.

CINCINNŬLUS, i. m. dimin. Varro apud Nonium 6. 43.

Ante aures modo ex ſubolibus parvulis
Intorti dimittuntur ſex cincinnuli.

V. Scalig. ad Fragmenta Varron. p. 130.

CINCINNĀTUS, a, um. Adj. [κικιννωτὸς] Cui intorti ſunt capilli. Cic. Poſt red. in Sen. 11. Quo vultu cincinnatus ganeo non ſolum civium lacrymas, verum etiam patriæ preces repudiavit? Quintil. lib. 1. cap. 9. Pelia cincinnatus, h. e. Cirratus, cincinnis & contortis capillis ornatus. Mœchus cincinnatus. Plaut. Mil. 3. 3. 49.

Stellæ cincinnatæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 14. Tum ſtellis iis, quas Græci cometas, noſtri cicinnatas vocant. Alii legunt Crinitas.

CINCINNĀTUS, i. m. [Κικιννᾶτος] Cognomen Quintiæ gentis a Cincinnis. Cic. 2. de Finib. 12. Itaque ut majores noſtri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum, ut Dictator eſſet, &c. Plin. lib. 18. cap. 3. Aranti quatuor ſua jugera in Vaticano, quæ prata Quintia appellantur, Cincinnato viator attulit Dictaturam, & quidem (ut traditur) nudo, plenoque pulveris etiamnum ore. Cui viator, Vela corpus, inquit, ut proferam Senatus populique Romani mandata. Valer. Max. lib. 4. cap. 4. 7. Septem jugera agri poſſedit L. Quintius Cincinnatus. Ex his tria, quæ pro amico ad ærarium obſignaverat, multæ nomine amiſit. Pœnam quoque pro filio Cæſone, quod ad cauſam dicendam non accurriſſet, hujus agelli reditu ſolvit. & tamen ei quatuor jugera aranti non ſolum dignitas patrisfamiliæ conſtitit, ſed etiam Dictatura delata eſt. Hanc hiſtoriam pulchre narrat Liv. 3. 26.

CINCINNATŬLUS, a, um. dimin. ut, Cincinnatuli pueri. Hieron.

CINCINNĀLIS, e. Adj. ut, Herba cincinnalis. Apul. de Herba cap. 51.

CINCLUS, i. m. [κίγκλος Suidæ] Avis eſt exigua, perpetuo caudam movens, unde & Motacilla a nonnullis appellatur. Hanc poſteriore ſui parte tam debilem eſſe aiunt, ut nidum ſtruere non poſſit, ſed in alienis nidis ova pariat. Quæ res locum fecit proverbio, ut omnium rerum inopia laborantes, Cinclo pauperiores dicamus. Auctores Suidas & Ælian. lib. 15. cap. 28. Hiſt. Anim.

CINCTA dicebatur, ut Feſtus auctor eſt, Flaminica veſte velata.

CINCTUS, CINCTUTUS. In CINGO.

CINEAS, In CYNEAS.

CINER, CINERACEUS, CINEREUS, CINIFLONES. In CINIS.

CĬNĒSIAS, æ. m. [Κινησίας] Thebanus Dithyramborum ſcriptor compoſuit Pyrrhichiam, ut eſt in proverbio, πυῤῥίχην ἔμαθε Κινησίου, id eſt Pyrrhichiam didicit Cineſiæ. vel quod in choris multo motu uteretur contra comicos agens, qui in hac parte deficiunt. Erat autem Cineſias corpore pigro & fracto crure, vulgoque male audiebat impietatis, & improbitatis nomine, ut ſcribit Suidas.

CINGA, æ. m. [Κίγγα] Fluvius in confinio Hiſpaniarum, ex Pyreneis montibus in Iberum influens, ubi & nomen amittit. Lucan. lib. 4. 21.

— campoſque coercet
Cinga rapax, vetitus fluctus & litora curſu, &c.

CINGO, cinxi, cinctum, [ζωννύω, κυκλόω] ĕre. proprie Circuire: dictum quaſi Circum agere.

Cingere, Circumdare: ut, Amne cingi. Virg. 9. Æn. 469.

Suſtulit hoc Nymphe, cinxitque decentibus herbis.

Ab armis cingi. Ovid. 2. de Pont. 8. 69.

Vos ego complectar, Geticis ſi cingar ab armis.

Auxilio. Claud. in Gigant. 43.

Excubiis cingi. Claud. de 6. Conſ. Hon. 44.

Milite. Claud. 2. in Ruff. 13.

— premor hinc odiis, hinc milite cingor.

Odiis. Claud. in præfat. lib. 2. in Eutrop. 34.

Cingeris hinc odiis, inde receſſit amor.

Periculis. Cic. pro Lege Manil. 30. Teſtis eſt Sicilia, quam multis cinctam periculis, non terrore belli, ſed celeritate conſilii explicavit.

Telis. Virg. 2. Æn. 520.

Acies cingere diſcordibus armis. Tibul. lib. 2. 3. 41.

Præda feras acies cinxit diſcordibus armis.

Æthera nimbi cinxerunt. Virg. 5. Æn. 13.

Agmen valida manu. Curt. 4. 13. 30. Sed ne circumiri poſſet a multitudine, ultimum agmen valida manu cinxerat.

Ara coronis cingitur. Ovid. 3. Triſt. 13. 15.

Caput de flore cingere. Ovid. 3. Faſt. 254.

— de tenero cingite flore caput.

Caſtra cingere vallo. Liv. 7. 39.

Comas diademate. Claud. de 6. Conſ. Hon. 65.

Comam lauro. Hor. 3. Carm. 30. 16.

Comas vitta cingit. Ovid. 4. Triſt. 4. 78.

Corpore externo cingi. Cic. 1. de Nat. Deor. 26. Quid autem interius mente? cingatur igitur corpore externo. De mundo loquens. Budæus.

Dicta cingere corona. Propert. 4. 1. 61.

Ennius hirſutâ cingat ſua dicta coronâ.

Diem cingunt tenebræ, Quum dies eſt caliginoſus. Sen. Herc. fur. v. 939.

Medium diem Cinxere tenebræ.

Domos muris cingere, Urbem condere. Valer. 4. Argon. 102.

Flumina ripis. Ovid. 1. Met. 39.

Forum jure. Claud. in 6. Conſ. Stilich. 199.

Seu celebres ludos: ſolio ſeu fultus eburno
Cingas jure forum, &c.

Foſſas munimine. Ovid. 13. Met. 212.

Judicium corona. Lucan. lib. 1. 321.

Judicium inſolita trepidum cinxere corona.

i. e. Gladiis armati circumſteterunt judicium.

Mare latus terræ cingit. Ovid. 10. Epiſt. 61.

Omne latus terræ cinxit mare.

Latus turba tibi cingit. Ovid. 4. de Pont. 9. 17.

Dumque latus ſancti cinget tibi turba Senatus.

Latus pennæ cingunt utrumque. Ovid. 6. Met. 718.

Mox pariter pennæ ritu cœpere volucrum
Cingere utrumque latus, &c.

Modum obſidii cingere ſtationibus. Tacit. 13. Ann. i. e. Modo, ſeu per modum, vel in modum obſidii.

Mœnia flammis. Virg. 10. Æn. 119.

Muros milites rara cinxere corona. i. e. Pauci erant ad mœnia. Virg. 10. Æn. 122.

Navem cingere aggere arenæ. i. e. In vado impingere. Virg. 1. Æn. 116.

Illiditque vadis atque aggere cingit arenæ.

Nox cingitur aſtris. Valer. 5. Argon. 567.

Qualibus adſurgens nox aurea cingitur aſtris.

Oppida foſſæ cingebant. Ovid. 1. Met. 97.

Oppida muris cinguntur. Ovid. 3. de Pont. 4. 105.

Polum cingere aves cœtu dicuntur, Quæ recto ordine & longo ambitu volant. Virg. 1. Æn. 402.

Ut reduces illi ludunt ſtridentibus alis,
Et cœtu cinxere polum.

Polos ſtellæ cingunt. Ovid. 6. Faſt. 718.

Portas aggere. Stat. 2. Theb. 699.

Portus cingitur & concluditur urbe. Cic. 7. Verr. 95.

Rura fluvio cinguntur. Sen. OEth.

Saltus indagine. Virg. 4. Æn. 121.

Saltus venatu. Claud. de Bell. Gild. 356.

Seges altis ſepibus cingenda. Ovid. 3. de Arte Am. 562.

Sinus mucrone. Claud. 2. in Eutrop. 446.

Turpe gemit quoties aliquis mucrone coruſco
Armatur, cingitque ſinus.

Silvam cingere. Alfenus in l. In lege locationis. D. Locati, In lege locationis ſcriptum erat, Redemptor ſilvam ne cædito, neve cingito, neve deurito, neve quem cædere, cingere, urere ſinito. Quærebatur, &c. Quo in loco Cingere accipitur pro Deglabrare, ſeu corticem detrahere. In eadem ſignificatione uſus eſt Paulus in l. Cædere. D. Arbor. furtim cæſ. Cingere, inquit, eſt deglabrare. Ruell. de Natur. ſtirp. lib. 1. cap. 7. Omnibus arboribus mors eſt, cortex in orbem detractus: quamvis a ſubere & adrachne impune poſſit eximi. Cæl. lib. 21. cap. 1. Cingi arborem intelligi voluere antiquiores, ubi quis nocumenti propoſito per ambitum delibraſſet corticem, quo intermoreretur planta.

Silvas cingere. Sen. Hippol. 1. Ite, umbroſas cingite ſilvas.

Syrtim terra cingere. Lucan. 9. 371.

— at impatiens virtus hærere Catonis
Audet in ignotas agmen committere gentes
Armorum fidens, & terra cingere Syrtim.

Tempora floribus cingere. Catul. 59. 6.

Tempora lauro cinguntur. Ovid. 4. Triſt. 2. 51.

Tempora cingere viridanti lauro. Virg. 5. Æn. 539.

Tempora myrto. Ovid. 1. Amor. 1. 29.

Tempora ramis cingere, Componere ſe ad ſpectandos ludos ex more Romano, ait Servius. Nam feſtis ludis omnis ætas coronata ſpectabat. Virg. 5. Æn. 71.

Ore favete omnes, & cingite tempora ramis.

Tempora ſpicis cingere dicitur Ceres. Tibul. lib. 2. 1. 4.

Bacche veni, dulciſque tuis e cornibus uva
Pendeat, & ſpicis tempora cinge Ceres.

Urbem cingit Alduabis fluvius. Cæſ. 1. Bell. Gall. 38.

Urbem cingere copiis & militibus. Liv. 34. 38.

Urbem mœnibus. Cic. 3. de Nat. Deor. 95. Diligentiuſque urbem religione, quam ipſis mœnibus cingitis.

Urbem muris. Ovid. 4. Met. 58. Virg. 5. Æn. 597.

—longam muris quum cingeret Albam.

Urbem obſidione. Virg. 3. Æn. 52.

Urbem pinnis atque aggere cingere, i. e. Muro, in quo pinnæ ſunt, & foſſa urbem circumdare. Virg. 7. Æn. 159.

Urbem religione. V. Urbem mœnibus.

Cingere inſignibus fortunæ principalis aliquem. Tacit. 2. Hiſt. 59.

Aonium nemus Marte cingere. Propert. lib. 3. 3. 42. i. e. Litteris & militiæ ſimul operam dare. [Immo Arma, ſeu Bella canere.

Cingitur, certe expedit ſe. Plaut. Amph. 1. 1. 152.

Armis cingi. Virg. 11. Æn. 188.

— & cingor fulgentibus armis.

Enſe latus cinxit. Ovid. 2. Faſt. 783.

Enſe cingi. Ovid. 2. Faſt. 13.

Nec galea tegimur, nec acuto cingimur enſe.

Ferrum cingitur, Accingit ſe enſe. Virg. 2. Æn. 511.

Ferro latus. Stat. 4. Theb. 41.

Gladio cingere ſe. Liv. 7. 10. Armant juvenem æquales, pedeſtre ſcutum capit, Hiſpano cingitur gladio.

Venenis cingi, Inſtrui, muniri. Valer. 6. Argon. 477.

Cingitur arcanis Saturnia læta venenis.

Flamma cingere, Accendere, incendere. Virg. 1. Æn. 677. [V. Cerd. & Taubm.

Cingere, pro Veſte tegere. Sil. lib. 3. 235.

— veſtigia nuda, ſinuſque
Cingere inaſſuetum, & rubræ velamine veſtis.

Cingere, Circum habitare. Valer. 6. Argon. 68.

Quique lacum cinxere Bycen.

Cingi cum aliquo, i. e. Conjungi. Claud. 2. in 1. Conſ. Stilich. 101.

— unoque receptæ
Pectore diverſos tecum cinguntur in uſus. [i. e. Accinguntur.

Cingi ſuper. Suet. Cæſ. cap. 45. Uſum enim lato clavo ad manum fimbriato, nec ut unquam aliter quam ſuper eum cingeretur, &c.

Cingere ac Tingere a librariis confundi obſervat Drakenb. ad Sil. 14. 6. Brœkh. ad Propert. 3. 3. 42.

Cingens, entis. Partic. [ζωννύων] Catul. Epigr. 62. 167.

Nec patet egreſſus pelagi cingentibus undis.

Tempora cingens viridi pampino. Hor. 3. Carm. 25. 20.

Horæ cingentes Solem. Valer. 4. Argon. 92.

Cinctus, a, um. Partic. [ζωσθεὶς] Cic. pro Flac. 27. Equidem exiſtimo in ejuſmodi regione atque provincia, quæ mari cincta, portubus diſtincta, inſulis circumdata eſſet.

Alte cinctus puer. Hor. 2. Serm. 8. 10. i. e. Induſtrius, gnavus. [Immo re vera alte ſuccinctus. V. Interpp. ad Phædr. 2. 5. 11. ubi una voce ſcribitur Alticinctus.

Æquore humus cincta eſt. Ovid. 2. de Arte Am. 469.

Agminibus comitum cinctus. Ovid. 1. Triſt. 5. 30. i. e. Stipatus.

Armis fulgentibus cincti. Virg. 11. Æn. 188. i. e. Inſtructi. Servius.

Caterva matrum cincta virgo. Ovid. 12. Met. 216. i. e. Comitata.

Comis ora cincta. Ovid. 4. Triſt. 7. 12.

— credam prius ora Meduſæ
Gorgonis anguineis cincta fuiſſe comis.

Corona cinctus confeſſus. Cic. pro Milon. 1. Non enim corona confeſſus veſter cinctus eſt, ut ſolebat.

Corona hoſtium cinctus. Liv. 7. 27.

Enſe latus cinctum. Ovid. 3. Amor. 8. 14.

Ferro bella cincta. Sen. Herc. fur. v. 695. Et cincta ferro bella.

Freto igneo cinctus Phlegeton. Sen. Thyeſt. v. 73.

Gladio cinctus Hiſpanienſi. Liv. 38. 21.

Hedera cincta anus. Ovid. 3. Faſt. 767.

Honore navali caput cinctus, i. e. Navali corona. Ovid. 3. de Arte Am. 392.

Luminibus caput cinctum, i. e. Oculis. de Argo. Ovid. 1. Met. 625.

Mari cincta provincia. Cic. pro Flac. 27.

Multitudine immenſa cinctus. Velleii 2. 14. 1.

Nubibus cinctum caput montis. Virg. 4. Æn. 248.

Vitiis cinctus. Claud. de Bell. Gild. 163.

Zona aurea muliebriter cinctus. Curt. 3. 3. 19.

Locus ab hoſte cinctus. Ovid. 5. Triſt. 13. 21.

Veſtes ad pectora cinctæ. Ovid. 6. Met. 59.

Utraque feſtinat, cinctæque ad pectora veſtes,
Brachia docta movent, ſtudio fallente laborem. i. e. Succinctæ.

Cinctus, pro Armato & militiæ ſtudioſo. Marcellus in l. Titius D. de Teſtam. milit. Titius prius quam Tribunus legionis factus eſſet, teſtamentum fecit, & poſtea cinctus, manente eodem defunctus eſt. Quæro, &c.

In alia militia cinctus. Paulus in l. Quod dicitur. D. de Teſtam. milit. Miles teſtamentum fecerat. deinde non ignominiæ cauſa miſſus, rurſus cinctus eſt in alia militia. Quærebatur, &c.

Cinctus, ûs. m. [διάζωμα] Idem quod Cingulum. Plin. lib. 24. cap. 9. Virgam qui in manu habeant, aut in cinctu, negantur intertriginem ſentire. Varro de L. L. 4. 23. Cinctus & Cingulum a cingendo: alterum viris, alterum mulieribus attributum. [Quod diſcrimen tamen non obſervaſſe auctores ex infra ſequentibus exemplis elucet.

Cinctu cingere, & Cinctum ſolvere. Plin. lib. 28. cap. 4. Partus accelerat vicinos, ex quo quæque conceperit, ſi cinctu ſuo ſoluto feminam cinxerit, dein ſolverit, adjecta precatione, ſe vinxiſſe eandem & ſoluturum, atque abierit.

Cinctus Gabinus. Virg. 7. Æn. 612. Ubi Servius, Gabinus cinctus, eſt Toga ſic in tergum rejecta, ut una ejus lacinia a tergo revocata hominem cingat. Hoc autem veſtimenti genere utebatur Conſul bella indicturus: ideo quia quum Gabii Campaniæ civitas ſacris operaretur, bellum ſubito evenit, tunc cives cincti togis ſuis, ab aris ad bella profecti ſunt, & adepti victoriam. Unde hic ortus eſt mos. V. etiam Liv. 8. 9. & 5. 46.

Gemmatus cinctus. Claud. de Sext. Conſ. Hon. 561.

Sonantes cinctus. Stat. 6. Theb. 77.

Cinctus etiam Veſtis erat infra pectus comprehendens, ſimilis ſubligaculo, qua veteres uti loco tunicæ ſolebant. Græce ζῶμα & ζῶσμα dicitur, quo nomine Græce etiam Tunica intelligitur. Turneb. & Porphir. ad Hor. in Arte Poet. 50.

Cinctĭcŭlus, i. m. [ζώνιον, διαζωμάτιον] dimin. Veſtis erat puerorum; ut Cinctus, virorum. Plaut. Bacchid. 3. 3. 28. Cincticulo præcinctus in ſella apud magiſtrum aſſideres. V. Turneb. 2. 30.

Cinctūra, æ. f. Idem ac Cinctus. Suet. in Jul. cap. 45. Etiam cultu notabilem ferunt: uſum enim lato clavo ad manum fimbriato, nec ut unquam aliter quam ſuper eum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura. i. e. Laxiore, & minime adſtricta. Et Quintil. 11. 3. Pars ejus prior mediis cruribus optime terminatur, poſterior eadem portione altius quam cinctura.

Cinctūtus, a, um. Adj. [διεσκευασμένος] ut, Cinctutis non exaudita Cethegis, Horat. in Arte Poet. antique dixit: i. e. Militaribus viris, & quaſi ad militiam accinctis. Contra, Diſcinctos Mulciber Afros, dixit Virgilius: i. e. Ad pugnam imbecilles atque imparatos. Acron. Alii per Cinctutos intelligunt Veteres, quod cinctu uterentur loco tunicæ, qui ætate Horatii exoleverat. V. cethegus, cinctus, etiam vestis.

Luperci cinctuti. Ovid. 5. Faſt. 101.

Semicaper coleris cinctutis, Faune, Lupercis.

Cinctor, ōris. m. Gloſſ. Gr. Lat. ζώστης, Cinctor.

Cinctorius, a, um. Paratus ad pugnam. Plin. 7. 7. Sed Harduin. ex Mſſ. legit Tinctoria eſt mens. V. tinctorius.

Cinctorium, i. n. Cingulum, & pugio de cingulo pendens. Gloſſ. Vet. παραζώνιον, pugio, cinctorium. Et Pompon. Mela 2. 1. extr. Mars omnium (Scytharum) Deus: ei pro ſimulacris enſes, & cinctoria dedicant. Al. Tinctoria. V. Salmaſ. in Solin. p. 133. & Hard. ad l. c. Plin.

Cingŭlus, i. m. & Cingŭlum, i. n. [ζώνη] Quo quis cingitur. Cic. in Somn. Scip. 15. Cernis autem terram eandem, quaſi quibuſdam redimitam & circumdatam cingulis, e quibus duos maxime inter ſe diverſos vides, &c. De quinque zonis terræ loquitur.

Cingulos, veteres appellabant Homines, qui in his locis, ubi cingi ſolet, ſatis ſunt tenues. Feſtus.

Cingulo nova nupta præcingebatur: quod vir in lecto ſolvebat, factum ex lana ovis: quod ſicut illa in glomos ſublata, conjuncta inter ſe ſit: ſic vir ſuus ſecum cinctus, vinctuſque eſſet. Feſtus.

Cingulum etiam Militiæ erat ſignum, & pro Militia ponitur. Hinc, Sumere cingulum; Ponere cingulum, pro Dare militiæ nomen, Eidemque valedicere, dicebant. Sulpicius Sev. de Virtutibus Martini Dial. 2. 11. Miles quidam cingulum in eccleſia, monachum profeſſus, abjecerat.

Dignitatis cingulum. in l. Omnes. Ut dignitatum ordo ſervetur. lib. 12. C. Tertium vero, inquit, ordinem eorum proſpicimus, quibus abſentibus cingulum illuſtris mittitur dignitatis. Quartum honoratiorum, qui præſentes a noſtro numine ſine cingulo codicillos tantum honorariæ dignitatis adepti ſunt. Quintum eorum, quibus abſentibus ſimiliter ſine cingulo mittuntur illuſtris inſignia dignitatis. Sine cingulo, Sine adminiſtratione dixit, auctore Accurſio. Budæus.

Sub cingulo delata illuſtris dignitas dicitur, Quando juſta & plena eſt, & revera delata: Citra cingulum vero, Quando honoris tantum gratia, hoc eſt honoraria. l. Omnes. de Metatis & epidem. lib. 12. C. Ceteris vero, inquit, quibus illuſtris dignitas ſub cingulo vel citra cingulum pro ſolo honore delata eſt, excuſandarum ædium licentiam penitus denegamus. Budæus.

Spoliare cingulo. l. 3. de Domeſt. & protectoribus, lib. 12. C. Quinquennium autem ſi fuerit divagatus, ipſo jam cingulo ſpoliandus eſt. i. e. Dignitate & magiſtratu privandus & dejiciendus, hoc eſt quod alibi legitur, Diſcingere. Budæus.

Cingula, plurale. Stat. 6. Theb. 225.

— ſeu frena libet, ſeu cingula flammis Mergere.

Aurea bullis cingula. Virg. 9. Æn. 360.

Fulgent bullis cingula. Virg. 12. Æn. 942.

— & notis fulſerunt cingula bullis.

Subnectere cingula. Virg. 1. Æn. 496.

Cingula, pro Veneris ceſto ponit Valer. 6. Argon. 472.

Cingŭla, æ. f. [ζῶμα] Qua cinguntur equi, proprie. Ovid. Rem. Amor. 236.

Et nova velocem cingula lædat equum.

Cingriæ, Tibiæ dicebantur, quæ licet breviores eſſent, ſubtilioribus tamen modis inſonabant. Perott.

Cingulum, & Cingulus. In cingo.

Cingulum, i. n. [Κίγγουλον] Civitas Piceni notiſſima: unde hodie muli Cingulani optimi veniunt. De Cingulanis meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Cic. 7. Att. 11. & 13. V. Cæſ. 1. Bell. Civil. 15. Drakenb. ad Sil. 10. 34.

Ciniāta, n. pl. [Κινιατὰ] Caſtellum munitum, in Ciniſtena, vel Ciniatena regione ſub Olgaſſy monte; unde Mithridates, Conditor dictus, Ponti regnum occupavit, & ad Eupatorem poſteris reliquit. Strabo lib. 12.

Ciniphes, is. m. Vermiculus eſt permoleſtus, culici ſimilis. Apud Septuaginta Exod. 8. 16. σκνίφες ſcribitur. Severus Sulpicius in Hiſtoria de Pharaone & plagis ejus 1. 14. 4. Donec ſuperductis ciniphibus terra oppleta eſt, Chaldæis fatentibus majeſtate divina iſta fieri. Iſidor. 12. 8. Ciniphes muſcæ minutiſſimæ ſunt, ſed aculeis permoleſtæ, quibus tertia plaga ſuperbus populus Ægyptiorum cæſus eſt.

Cĭnis, ĕris. m. [τέφρα, σποδιὰ, σποδὸς] Pulvis eſt in quem materia uſta redigitur. Feminino genere videtur protuliſſe Catul. 68. 90.

Troja, virûm & virtutum omnium acerba cinis. Certe Priſcianus lib. 5. cap. 1. non ita procul a fine, tradit maſculinum & femininum fuiſſe apud veteres. Sic uſurpat & Scrib. Largus. V. infra.

Ater cinis. Virg. 4. Æn. 633.

Namque ſuam patria antiqua cinis ater habebat.

Aridus cinis. Hor. Epod. 17. 34. — donec cinis
Injurioſis aridus ventis ferar.

Auſonius cinis. Sil. lib. 17. 596.

Videre Eoi monſtrum admirabile Seres,
Lanigeros cinere Auſonio caneſcere lucos.

Doloſum

Dolosum cinerem vocat Horat. Qui prunas contegit, quem qui tangunt, cinerem merum & frigidum jam esse rati, manus comburere solent. Sic enim ille inquit 2. Carm. 1. 7.

Periculosæ plenum opus aleæ
Tractas: & incedis per ignes
Suppositos cineri doloso.

Deterret hac oda Asinium Pollionem a scribenda historia belli civilis.

Fervidus. Senec. Troad. 2.

Frigidus. Ovid. 19. Epist. 94.

Flammaque non fiat frigidus illa cinis.

Fulmineus. Stat. 3. Theb. 184.

Immundus. Virg. 1. Georg. 84.

Lixivus cinis interdum est ipsum Lixivium liquidum. Scribonius, Comp. 216. Hoc teritur ex cinere lixiva donec leve factum habeat mellis spissitudinem. Iterum, Comp. 228. Hoc terere oportet ex cinere lixiva & caprifico, vel sarmentis, donec levia passi habeant temperamentum. Annotavit Turnebus 17. 16. V. Lexic. Scrib. Rhodii, & LIX f. l.

Tepentes. Stat. 3. Silv. 3. 37.

Tepidus. Ovid. 8. Met. 641.

Aufert aura cineres. Lucan. lib. 8. 790.

Candet in igne cinis. Ovid. 2. de Arte Am. 440.

Collapsi, Quum subsidunt, & ignis est extinctus. Virg. 6. Æn. 226.

Postquam collapsi cineres, & flamma quievit.

Dare ruinas urbis in cinerem. Sen. Troad. v. 739.

An has ruinas urbis in cinerem datas
Hic excitabit?

Dimovere cinerem foco. Ovid. 8. Met. 641.

Diripitur ventis. Tibul. lib. 1. 6. 54.

Everberare. Ovid. 14. Met. 577.

Congerie e media tum primum cognita præpes
Subvolat, & cineres plausis everberat alis.

Miscere cineri urbem. Stat. 12. Theb. 82.

— & impulsas cineri miscere Mycenas.

Latet obrutus cinere ignis. Lucret. lib. 4. 924.

Quæritare cinerem. Plaut. Mil. 4. 2. 10. Hujus sermones haud cinerem quæritant, i. e. Non abjectus est, nec vilis & sordidus sermo, ut debeat elui.

Suscitare cinerem & sopitos ignes. Virg. 5. Æn. 742.

Vertere omnia in fumum & cinerem. Hor. 1. Epist. 15. 39.

Versa ars in cineres. Ovid. 5. Trist. 12. 68.

Sic utinam, quæ nil metuentem tale magistrum
Perdidit, in cineres ars mea versa foret.

Cinis, pro Manibus, & reliquiis funerum, vel memoria. Cic. 3. Verr. 113. Homo importunissime, cur tantam injuriam P. Annio mortuo fecisti? cur hunc dolorem cineri ejus, atque ossibus inussisti, ut liberis ejus bona patria, voluntate patris, jure, legibus tradita eriperes, & cui tibi esset commodum, condonares? Pers. 1. Sat. 36.

— nunc non cinis ille poetæ
Felix?

Budæus. Quia veteribus mortuorum corpora cremare, & in cinerem redigere mos fuit.

Manes & cinis. Virg. 10. Æn. 828.

— teque parentum
Manibus & cineri (siqua est ea cura) remitto.

Ossa & cineres. Virg. 5. Æn. 55.

Nunc ultro ad cineres ipsius & ossa parentis
Adsumus.

Compositus. Ovid. 3. Fast. 547.

Deserti cineres. Martial. lib. 11. 51.

Jam prope desertos cineres, & sancta Maronis
Nomina, &c.

Extinctus cinis. Ovid. 5. Fast. 425.

Jam tamen extincto cineri sua dona ferebant,
Compositique nepos busta piabat avi.

Ingratus. i. e. Tristis. Servius Virg. 6. Æn. 213.

Maternus. Ovid. 13. Met. 699.

Operti matris. Hor. 2. Carm. 8. 9.

Patrii cineres. Hor. in Arte Poet. 471.

Nec satis apparet cur versus factitet, utrum
Minxerit in patrios cineres, an triste bidental
Moverit incestus.

Patrios cineres vocat Sepulcrum patris. Acron.

Sepultus. Ovid. 13. Met. 615.

Tristes. Sen. Troad. 5.

Dare pœnas cineri, atque ossibus alicujus. Cic. 13. Philipp. 22. Videte quid Antonius se gavisum dicat: Dedisse pœnas sceleratum Trebonium cineri, atque ossibus clarissimi viri.

Ferre suprema cineri, Exequias & funus celebrare. Virg. 6. Æn. 213.

— cineri ingrato suprema ferebant.

Haurire cinerem, pro Accipere. Ovid. 13. Met. 426.

— tamen unius hausit,
Inque sinu cineres secum tulit Hectoris haustos.

de Hecuba.

Jactare cinerem & reliquias, pro Cremato corpore defuncti. Sen. Herc. OEth. v. 1756.

Inurere dolorem cineri, atque ossibus alicujus. Cic. 3. Verr. 113. Cur hunc dolorem cineri ejus, atque ossibus inussisti?

Libare cineri. Virg. 3. Æn. 303.

Libabat cineri Andromache, manesque vocabat
Hectoreum ad tumulum.

Mittere munera cineri alicujus; Honore prosequi funus illius, In honorem mortui aliquid facere. Virg. 4. Æn. 623.

Obsecrare per cinerem. Cic. pro Quint. 97. Obsecravit per fratris sui mortui cinerem.

Reportare solatium cineri atque ossibus alicujus. Cic. 7. Verr. 129. Non ex litibus æstimatis tuis pecuniam, domum, sed ex tua calamitate cineri, atque ossibus filii sui solatium vult reportare.

Rigare cineres. Senec. Troad. v. 288.

Tumuloque donum detur, & cineres riget.

Solvere honorem cineri. Valer. 3. Argon. 357.

Cineres pro Morte. Martial. lib. 1. 1.

Rari post cineres habent poetæ.

Et Ovid. 4. de Pont. 16. 3.

Famaque post cineres major venit.

Cinis metonymice pro Homine mortuo. Virg. 5. Æn. 81.

— salvete recepti
Nequicquam cineres, animæque, umbræque paternæ.

i. e. Salve pater, de Troja frustra liberate. ut Servius exponit.

Flagrat cinis ejus amore tui. Martial. lib. 12. 52.

Servare fidem cineri, Mortuo vota persolvere quæ vivo exhibita fuerunt. Virg. 4. Æn. 552.

Non servata fides cineri promissa Sichæo.

Cinis pro reliquiis patriæ in cinerem datæ.

Cineres & flamma extrema. Virg. 2. Æn. 431.

Iliaci cineres, & flamma extrema meorum,
Testor in occasu vestro, &c.

Miserandus patriæ cinis. Auct. ad Heren. lib. 4. 13.

Supremos insidere cineres patriæ. Virg. 10. Æn. 59.

Non satius cineres patriæ insedisse supremos?

i. e. Habitare & manere in patria exusta.

CINISCŬLUS, i. m. dimin. Prudent. Hymn. 10. 141.

Non, si cariosa vetustas
Dissolverit ossa favillis,
Fueritque cinisculus arens,
Minimi mensura pugilli.

CINEREUS, a, um. Adj. [τεφρώδης] Quod cineris est; ut, Cinereus color. Plin. de vite, lib. 14. cap. 3. Contra damnantur etiam visu cinerea & rabuscula, & asinisca. Hard. Ravuscula & Asinusca.

CINERACEUS, a, um. Adj. Cineris colorem referens. Plin. lib. 33. cap. 6. pr. Terra est alia rufa, alia cineracea. De Argenti metallis.

Color cineraceus. Plin. lib. 25. cap. 13. Foliis coriandri cineracei coloris, flore purpureo.

CINERARIUS, i. m. Idem ac Cinifio. ita dictus, quia acus & veruta flando calefaciebat, quibus matronæ capillos crispabant. Varro L. L. 4. 29. Qui calamistros calefactos in cinere ministrabat, a cinere Cinerarius est appellatus. Et Catull. 59. 138.

Nunc tuum cinerarius
Tondet os.

Cinerariorum meminit etiam Tertull. de Uxor. 2. 8. conf. Lambin. ad Hor. 1. Serm. 2. 98.

Per irrisionem Vigilantius Cinerarios dixit, Qui cineres & reliquias Martyrum honorarent. Hieron. Epist. 53. ad Riparium advers. Vigilant. Ais Vigilantium os fœtidum rursus aperire, & putorem spurcissimum contra sanctorum Martyrum proferre reliquias, & nos, qui eas suspicimus, appellare Cinerarios & idololatras, qui mortuorum hominum ossa veneremur.

CINERARIUM, i. n. Sepulcrum, cineris mortuorum conditorium. Inscriptio vetus apud Gruter. p. 850. n. 10. FRATRI OPTIMO ET PIISSIMO CINERARIVM FECIT. Item Inscriptio Romæ, CINERARIVM. GEMELLI. III. AELI. MARCI. ET. PHILIPPI. Spon. Misc. Erud. Antiq. sect. 9. p. 290. Hinc

CINERARIUS, a, um. Adj. Sepultuarius. ut, Fines cinerarii, apud Gromaticos Gœsii p. 296.

CINERITIUS, a, um. Cineri similis. Varro R. R. 1. 9. Terra non cineritia, neve vehementer densa.

CINEROSUS, a, um. Plenus cinerum. ut, Canities cinerosa. Apul. lib. 7. sub fin. p. 199.

CINERESCO, ĕre. Tertull. Apol. cap. 40. de pomis Sodomiticæ regionis: Si qua illic arborum, poma conantur oculis tenus; ceterum contacta cinerescunt.

CINEFACIO, [τεφρόω] ĕre. veteres usurparunt pro eo quod est In cinerem redigo. Lucret. lib. 3. 920.

At nos horrifico cinefactum te prope busto
Insatiabiliter deflebimus.

CINĬFLŌNES, um. m. a Cinere dicti. Cinifiones & Cinerarii (ait Acron.) eadem significatione apud veteres habebantur, ab officio calamistrorum, id est veruum in cinere calefaciendorum, quibus matronæ capillos crispabant. Cujus rei & Virg. 12. Æn. 100. meminit dicens,

Vibratos calido ferro, myrrhaque madentes.

Dicti autem Cinifiones ab eo, quod in cinerem flant ad ferrum calefaciendum. Hactenus Acron. ad illud Hor. 1. Serm. 2. 98.

Custodes, lectica, cinifiones, parasitæ.

Plaut. Aul. 3. 5. 35. Cinifiones, patagiarii.

CINNA, æ. m. [Κίννας] Cognomen gentis Corneliæ. L. Cornelius Cinna, cum Cn. Octavio anno U. C. 666. suffragante ipso Sulla, qui tum rerum potiebatur inimico, consulatum adeptus est. In quo quum perniciosas leges de revocandis exulibus ferret, pulsus a Cn. Octavio collega, magistratuque exutus, ex Urbe profugit, & bellum urbi intulit, arcessito C. Mario cum aliis exulibus ex Africa. Qui quum opprimi inter initia potuissent, Cn. Pompeji fraude, & Octavii COS. segnitie viribus aucti, tandemque in urbem recepti cædibus omnia complevere: inter quos Cn. Octavium Consulem, M. Antonium oratorem, & L. Cæsarem jugularunt, eorumque capita pro Rostris posuerunt. In quarto demum consulatu a suis desertus & denique occisus periit. Ex Epitoma Livii lib. 79. & 80.

Cinna alius Helvius; qui per errorem necatus a Populo Rom. fuit foro medio, statim a funere C. Cæsaris, quum Cornelium Cinnam Trib. pl. esse putarent, qui pridie graviter in Cæsarem concionatus fuerat. Suet. Jul. cap. 87.

Fuit præterea L. Cinna, quem ex hoste Octavius amicum fecerat, & usque ad judicum dignitatem evexerat, ubi adversus se insidias moliri cognovit, iratus nova in eum exempla meditabatur. Verum Liviæ tandem consilio usus, mitior est factus, eumque remotis arbitris in cubiculum vocavit: ubi cum ei ingratum animum exprobrasset, Vitam (inquit) Cinna tibi iterum do, prius hosti, nunc insidiatori: & pariter contendamus, utrum ego melius iterum tibi vitam dederim, an tu debeas. Seneca lib. 1. de Clementia cap. 9.

Fuit & Cinna poeta optimus, qui scripsit Smyrnam, quem libellum decem annis elimavit. Auctor Servius ad illud Virg. 9. Ecl. 35.

Nam neque adhuc Varo videor, nec dicere Cinna
Digna, sed argutos inter strepere anser olores.

Smyrna Cinnæ. Catul. 92. 1.

Smyrna mei Cinnæ, nonam post denique messem,
Quam cœpta est, nonamque edita post hiemem.

Cinnānus, a, um. ut, Partes Cinnanæ. Nepos, 24. 2. 2. Diſſociatis civium animis, cum alii Sullanis, alii Cinnanis faverent partibus. Tumultus Cinnanus. Idem ibid.

Cinna, Civitas Theſſaliæ, a Cinno Gygante, & Cœi fratre dicta. Eſt etiam Cinna, Civitas Hiſpaniæ, in regno Caſtellæ, Κίννα Ptol. a qua

Cinnenses, Populi, quos commemorat Plin. in conventu Tarraconenſi, lib. 3. cap. 3. [Sic emendat ex Ptol. Hard. vulgo Cincenſes editur.

Cinnăbăris, is. vel Cinnabari, ĕos. f. [κιννάβαρις] Color quidam minio accedens. Plin. lib. 33. cap. 7. Milton vocant Græci minium: quidam cinnabarim. Unde natus error Indico cinnabaris nomine. ſic enim appellant illi ſaniem draconis eliſi elephantorum morientium pondere, permiſto utriuſque animalis ſanguine, ut diximus. Neque alius eſt color, qui in picturis proprie ſanguinem reddat. Dioſcorides lib. 5. cap. 63. Falſo exiſtimant quidam minio eandem cinnabarim eſſe: Minium enim in Hiſpania ex lapide quodam argentariæ arenæ mixto conficitur. In fornace ſiquidem excoctum minium, floridum & fulgentiſſimum colorem contrahit. Et paulo poſt, Cinnabaris contra ex Libya affertur: pretium illi ingens eſt: tamque exiguum affertur, ut vix variandis in pictura lineis pictoribus ſufficiat. Profundi coloris eſt: eamque ob cauſam crediderunt multi draconis ſanguinem cinnabarim eſſe. Matthiolus ait veram cinnabarim Dioſcoridis eſſe gummi arboris in Africa naſcentis, & noſtram hanc cinnabarim nihil aliud eſſe, quam minium verum.

Cinnămōmum, i. n. [κιννάμωμον] Frutex eſt in Æthiopia, qui ſitu brevi naſcitur, fiſtulæ duplo duorum cubitorum altitudine. V. Plin. lib. 12. cap. 19. Hujus autem lignum inter aromata delicatiſſima annumeratur, vulgus *Cannellam* vocat. Neſtor contendit Cinamomum prima utique ſyllaba correpta ſcribendum, affertque Græcum verſum ex Dionyſio in Perіegeſi, ubi producitur tertia, ceteris correptis. Poetæ vero ubi Cinamomum dicere non potuerunt, Cinnamomum gemino n dixere. [vel potius Cinnamum. q. V.

Cinnamomĭnus, a, um. ut, Oleum cinnamominum. Plin. 13. 1. Edit. Harduin. Alii legunt Cinnaminum. V. etiam Dioſc. 1. 74.

Cinnamŏlŏgus, i. m. Cinnama legens, avis Arabicæ vel Indicæ nomen. Plin. 10. 33. In Arabia Cinnamologos avis appellatur: cinnami ſurculis nidificat. Solin. cap. 33. Cinnamolgon vocat, niſi mendum eſt.

Cinnămum, i. n. [κίνναμον] Idem ac Cinnamomum. Martial. lib. 4. 13.
Tam bene rara ſuo miſcentur cinnama nardo. Plin. lib. 10. cap. 33. Adipem eorum in vaſe æreo cum cinnamo nive multa obrutum.
Panchæa cinnama. Claud. de Nupt. Hon. & Mar. 95.
Hic caſiæ matura ſeges, Panchæaque ſurgunt
Cinnama.
Quaſſa cinnama. Ovid. 15. Met. 399.
Quaſſaque cum fulva ſubſtravit cinnama myrrha.
Dare cinnama. Ovid. 3. Faſt. 731.
Cinnama tu primus, captivaque thura, dediſti.
Etiam rogo illata cinnama. Martial. lib. 11. 55.
Et quæ de Stygio rapuiſti cinnama lecto, &c.

Cinnămĕus, a, um. ut, Crines cinnamei. Apul. 5. Met. p. 164.
Nidus cinnameus. Auſon. Eidyll. 11. 17.
Ales cinnameo radiatus tempora nido.
Odor cinnameus. Apul. 8. Met. p. 205.

Cinnara, æ. f. Nomen herbæ, qua reſiſtit venenatis pabulis cervus. Plin. lib. 8. cap. 27. Emendati codices ſic habent, Cervus herba cinare venenatis pabulis reſiſtit. Cinare ablativus eſt, ſcribiturque unico n. Quidam dicunt eam eſſe majoris cardui ſpeciem, quam Dioſcorides chamæleona appellat, vulgus *Articocalon*. Sed qui hoc dicunt toto errant cælo. V. cinara.

Cinnus, i. m. Plurium commiſtio, auctore Nonio 1. 295. Cic. in Orat. 21. Eſt autem quidam interjectus inter hos medius & quaſi temperatus, nec acumine poſteriorum, nec fulmine utens ſuperiorum, ut cinnus amborum, neutro excellens, utriusque particeps, vel utriuſque (ſi verum quærimus) potius expers. Emendatiora exemplaria habent, Vicinus amborum, in neutro excellens: & re vera ſincerior videtur lectio. [Licet Noniana lectio ſe Camerario, Grutero, & noviſſime etiam Verburgio probaverit, quam, mea quidem ſententia, ipſa quæ ſequuntur Cic. verba, refellunt.
Cinnus, pro Capillo. Plaut. Truc. 2. 2. 32. Compoſitos, criſpos, cinnos tuos unguentatos. Emendati libri Cincinnos habent.
Cinnus etiam, Potionis genus ex frumento coctæ, vel, ſecundum Nonium 1. 207. ex multis liquoribus confectæ. Arnob. 5. p. 174. Sitienti adoris oggerit potionem cinnum, cyceonem quam nuncupat Græcia.

Cinus, i. f. Arbor ſilveſtris, grata apibus. Pallad. 1. 37.

Cinўphus, i. m. [Κίνυφος Ptol. & Strab.] [Cinyps, ўphis. Κίνυψ Herod.] Libyes fluvius inter duas Syrtes in mare per Macas populos fluit, ut ait Herodotus. Hinc

Cinyphius, a, um. Adj. [Κινύφιος] Sil. lib. 3. 275.
Tum primum caſtris Phœnicum tendere ritu
Cinyphii didicere Macæ, ſqualentia barba
Ora viris, humeroſque tegunt velamina capri.
Hirci Cinyphii. Virg. 3. Georg. 312.
Nec minus interea barbas, incanaque menta
Cinyphii tondent hirci.
Humus Cinyphia. Ovid. 5. Met. 222.
Seges Cinyphia. Ovid. 2. de Pont. 7. 25.
Sinus Cinyphius. Martial. 14. 140.

Cinxia, Juno. V. cincia.

Cinyps, V. cinyphus.

Cĭnўras, æ. m. [Κινύρας] Phœniciæ rex, cujus regia fuit Byblos civitas, ut ſcribit Strabo lib. 16.
Cinўras, Alius rex Cypri, Cilicis filius Beti nepos, qui cum Myrrha filia ſua nutricis aſtutia ignarus concubuit, a quo & Cinyreia dicitur ipſa. Ovid. 10. Met. 369.
— at virgo Cinyreia pervigil igne
Carpitur indomito. Fabulam horum omnem fuſiſſime tractat idem poeta, hoc quem jam indicavimus libro.

C I O

Cio, cis, civi, citum. In cieo.

Cionia, orum. m. pl. Mediæ purpurarum, buccinarumque partes. Interpr. Dioſc. 5. 5. V. κιόνια in lexico Græco.

Cionis, idis. f. ibid. Dioſc. 1. 127.

Cios, Emporium Phrygiæ, a Cio Herculis comite, & juxta fluvius ejuſdem nominis. Palæmon ex Dionyſio,
Qua Cius egregius decurrens murmurat unda. Plin. lib. 5. cap. 32. Cios cum oppido ejuſdem nominis, quod fuit emporium non procul accolentis Phrygiæ, a Mileſiis quidem conditum, in loco tamen qui Aſcania Phrygiæ vocabatur.

C I P

Ciperum, V. cyperum.

Cippus, i. m. Familiæ Romanæ cognomen. V. Spanheim. de Uſu & præſt. num. diſſ. 10. p. 6. conf. Pitiſc. Lex.

Cippus, i. m. [στήλη] quid ſit, ſatis aperte declarat Cæſ. 7. Bell. Gall. 73. Quini erant ordines conjuncti inter ſe atque implicati, quo qui intraverant, ſe ipſi acutiſſimis vallis induebant: hos Cippos appellabant.
Cippus, in monumento. Hor. 1. Serm. 8. 12.
Mille pedes in fronte trecentos cippus in agrum
Hic dabat. Hi cippi determinabant locum & ſpatium monumenti ut quantum jugeri ſepulcra occuparent omnes ſcirent, & hæreditario jure hæredipetas hunc locum, ſpatium, vel agrum petere non poſſe.
Levior cippus. Perſ. 1. Sat. 37.
— nunc non cinis ille poetæ
Felix? nunc levior cippus non imprimit oſſa?
Cippus eſt etiam Terminus. Vet. Gloſſæ: Cippus, ὅρος λίθος, i. e. Terminus lapideus. Valerius Probus de notis: cipp. Cippus, i. e. Terminus. Et Vet. Inſcript. TERMINAVIT RIPAM R. R. PROXIMO CIPPO. Et alia Inſcript. EX S. C. TERMINAVIT. R. R. PROXIM. CIP. PED. CLXI. conf. Goeſii Auctores Agrar. p. 88.
Cippus eſt quoque Vinculi lignei genus, quo pedes conſtringebantur. Vet. Gloſſ. Cippus, ποδάκης. V. etiam Gell. 16. 7.

C I R

Cĭrca, [περὶ, πέριξ] Præpoſitio, quæ accuſativo caſui jungitur: i. e. Juxta & Prope. Locum & tempus ſignificat. ut, Circa forum. Quintil. lib. 6. cap. 14. Tabernæ autem erant circa forum. Apul. de Aſino, Aliquantiſper vigilo, dein circa tertiam vigiliam conniveo.
Effugere circa balnea. Martial. lib. 12. 84.
Sævit amor circa jecur. Hor. 1. Carm. 25. 16.
Quum tibi flagrans amor. & libido, &c.
Sæviet circa jecur ulceroſum.
Circa latus ſalire. Hor. 2. Serm. 6. 34.
— aliena negotia centum
Per caput, & circa ſaliunt latus.
Lucos circa, ὕστερον πρότερον. Virg. 3. Georg. 146.
Eſt lucos Silari circa, ilicibuſque virentem
Plurimus Alburnum volitans.
Vir circa decem luſtra, i. e. Annorum quinquaginta. Hor. 4. Carm. 1. 6.
— deſine dulcium
Mater ſæva cupidinum,
Circa luſtra decem flectere mollibus
Jam durum imperiis. Subauditur Vir, aut homo, aut ſenex. Niſi ſic exponas, Circa ætatem annorum quinquaginta.
Circa patrem. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Circa regem. Virg. 4. Georg. 75.
Et circa regem, atque ipſa ad prætoria denſæ
Miſcentur. De apibus.
Circa occultandam eloquentiam. Quintil. lib. 4. & 6.
Circa, Circiter. Suet. Claud. cap. 6. Qui tamen moriens, & in tertiis hæredibus eum ex parte tertia nuncupatum, legato etiam circa ſeſtertium vicies proſequutus.
Circa ſingulas heminas. Celſ. lib. 7. cap. 15.
Circa quingentos Romanorum, ſociorumque ceciderunt. Liv. 27. 42.
Oppida ea fuere circa ſeptuaginta. Idem 45. 34.
Circa, Adverſus. Plin. Epiſt. 9. lib. 3. Circa Hiſpanum & Probum multum ſudoris.
Circa, pro Apud. Curt. lib. 3. 1. 17. Circa regem erat & Phrygum turba & Macedonum.
Circa, pro De. Plin. lib. 8. cap. 16. Varia circa hæc opinio.
Cic. lib. 9. Epiſt. 15. Ex prioribus tuis litteris intellexi, pergratam tibi eſſe ſententiam meam, & animum meum circa curam valetudinis tuæ, quam tibi perſpectam eſſe gaudeo. Ita quidem Lamb. in textu: Sed in margine ponit lectionem, quæ eſt etiam in Ald. Intellexi pergratam tibi eſſe curam meam valetudinis tuæ. H. St.
Circa res aliquas ſperare gratiam ingenii. Quintil. in procem. lib. 1.
Circa præfectos litteras dimittere. Liv. 5. Decad. lib. 2. Litteriſque circa præfectos dimiſſis, &c. i. e. Quaquaverſum ad præfectos.
Circa ſe, Circa Regem, &c. eodem modo utuntur, quo οἱ περὶ αὐτὸν, apud Græcos. ut, Sed non paſſi ſunt, qui circa erant, Nepos 18. 10. 4. h. e. Amici & familiares. Et Suet. Domit. cap. 9. Omnes circa ſe liberaliſſime proſecutus. V. Liv. 1. 40: 22. 30. & Caſaub. ad Suet. Cæſ. cap. 27. & Brœck. ad Tibull. 1. 3. 87.
Circa, pro In. Quintil. in procem. lib. 8. Præcipue circa partis hujus præcepta elaboravit.
Animus eſt circa campos. Hor. 2. Carm. 5. 5.
Circa virentes eſt animus tuæ Campos juvencæ.
Circa ima ſubſiſtere. Quintil. in procem. lib. 1.
Circa Demetrium, pro Circa Demetrii tempora. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Circa, pro Circum. Cic. 4. Att. 19. Noſtram ambulationem, & Laconicum, eaque quæ circa ſint velim, quum poteris, inviſas. Et 1. de Lege Agr. 20. Quum Rullus Capuam, & urbes circa Capuam occuparit?

Circa, Adv. Liv. 1. Decad. lib. 9. Nam & circa omnia defecerunt, unde ſubvehi commeatus poterat. Et Tacit. 2. Ann. 11. 4. Cariovalda labitur, & multi nobilium circa. Et Ovid. 3. Met. 411.
Gramen erat circa, quod proximus humor alebat.
Circa etiam Ante ſignificare videtur. Liv. 21. 43. Dextra lævaque duo maria claudunt, nullam ne ad effugium navem habentibus. Circa Padus amnis, major ac violentior Rhodano, ab tergo Alpes urgent.

Circæa, æ. f. [κιρκαία] Herba est strychno sativo similis, flore nigro & pusillo, semine milii magnitudine, nascente in quibusdam corniculis, radice semipedali. Auctor est Plin. lib. 27. cap. 8.
Fuerunt qui eandem crederent cum Circæo: quod tamen falsum esse ex utriusque descriptione facile deprehenditur.

Circanea, æ. f. Avis dicitur quæ volando circuitum facit. Fest. V. Not. Dacerii. [Augurale vocabulum videtur.

Circe, es. [Κίρκη] (inquit Cic. 3. de Nat. Deor. 48.) Solis filia, e Perseide Oceani filia. Hæc veneficiis dedita, multarum herbarum ac radicum varias vires, mirabilesque invenit: quamvis a matre prius in iis esset instructa. Itaque Sarmatarum regi connubio juncta, virum mox veneficio peremit, & ipsa regno potita, sæve nimium ac crudeliter administrabat imperium: quamobrem regno ab incolis pulsa, in Italiam venit, & in promontorio Latii consedit, quod ex ejus nomine Circeium vocatur: ubi homines ad se venientes carminibus & veneficiis mutabat in varias bestias, ut testatur Virg. 7. Æn. 20.

Quos hominum ex facie Dea sæva potentibus herbis
Induerat Circe, in vultus ac terga ferarum.

Abundat hoc multis ac variis herbis, quibus ad veneficia abutebatur. Fingitur eadem a poetis socios Ulyssis, quem hospitio exceperat, mutasse in porcos. Virg. 8. Ecl. 70.

Carminibus Circe socios mutavit Ulyssis.

Cic. lib. 1. Offic. 123. Quam multa passus est Ulysses in illo errore diuturno, quum & mulieribus (si Circe & Calypso mulieres appellandæ sunt) inserviret.
Medicamina Circes. Carmen de Pulice inter Ovidii opera repositum.
Pocula Circes. Hor. 1. Epist. 2. 23.

Sirenum voces, & Circes pocula nosti:
Quæ si cum sociis stultus, &c.　　De Ulysse.

Ææa Circe. Ovid. 4. Met. 205.

Nec tenet Æææ genitrix pulcherrima Circes.

Ææam vocat ab Æa Colchorum urbe, non ut Servius scribit, a vocibus eorum, quos in bruta animalia convertebat. Hæc Raphael Regius.
Callida. Claud. 1. in Ruff. 153.
Titania, Titanis aut Solis filia. Valer. 7. Argon. 347.
Vitrea. Hor. 1. Carm. 17. 20.
Circe Picum, quem equorum domitorem Maro vocat, mutavit in avem. Virg. 7. Æn. 191.

Picus equum domitor: quem capta cupidine conjux
Aurea percussum virga, versumque venenis
Fecit avem Circe, sparsitque coloribus alas.

Circes, genitivus. Ovid. 14. Met. 247.

— moneo fuge littora Circes.

Circæus, a, um. [Κιρκαῖος] Adj. Virg. 7. Æn. 10.

Proxima Circææ raduntur littora terræ.

Agri Circæi. Valer. 7. Argon. 544.
Campi. Valer. lib. 5. Argon. 327.
Fraudes Circææ. i. e. Circes. Propert. lib. 3. 12. 27.
Gramen Circæum, Herba venenata. Propert. lib. 2. 1. 53.
Litus Circæum. Ovid. 14. Met. 248.
Mœnia, Circeii. Hor. Epod. 1. 30.
Poculum Circæum. Cic. 1. Verr. 57.
Tellus. Ovid. 15. Met. 718.

Circæum, i. n. Herba, quæ & Mandragora. Plin. 25. 13.

Circēium, i. n. [Κιρκαῖον, vel Κιρκεῖον] Promontorium, vel Mons est Campaniæ, ut dictum est, Circes regia percelebris. In hoc summo oppidum fuit, quod & Circæum dictum & frequentius Circeii. Nam utrumque Livius dicit. Circa hunc tractum Campaniæ colebatur Juppiter, qui Anxurus, vel Axurus dicebatur, & Juno virgo, quæ Feronia vocabatur. Virg. 7. Æn. 799. Circeii vero, ut Plin. auctor est lib. 3. cap. 5. quondam Insula immenso quidem mari circumdata, si Homero creditur, ubi Latium antiquum terminabatur. Strabo lib. 5. Post Antium Circeium est stadiorum ducentorum & nonaginta, mons mari & paludibus instar insulæ. Habet etiam, castellum, & Circes sacellum, & Minervæ aram.
Circeii, nunc vocantur *Cercelli*, teste Olivario in Melam, forte quasi Circes sacellum.

Circeienses, um. m. [Κιρκαιῆται] Qui Circeiios inhabitant. Cic. 3. de Nat. Deor. 48. Circen quoque coloni nostri Circeienses religiose colunt.

Circellus, V. circulus post circum.

Circenses, V. circus ibid.

Circērus, i. m. Navis. V. cercurus.

Circes, ĭtis. m. Idem quod Circus vel Circulus. Festus: Circites, Circuli ex ære facti. Non tantum vero ex ære, sed quivis circuli. Sidon. Carm. 22. 222.

Umbrat multicavus spatioso circite fornix.

Circites etiam inter Olearum genera. Columel. 5. 8.

Circĭnus, i. m. [διαβήτης] Instrumentum, cujus altero pede fixo, altero converso circulus, seu orbis designatur. Plin. lib. 2. cap. 25. Omnia autem hæc constant ratione circini semper indubitata. Ovid. 8. Met. 247. de Perdice Dædali discipulo, circini inventore.

Primus & ex uno duo brachia ferrea nodo
Vinxit, ut, æquali spatio distantibus illis,
Altera pars staret, pars altera duceret orbem.

Circĭno, [γυρόω] āre. Orbem, seu circulum facere, vel rotundum facere. ut, Plin. 17. 12. Arbores, quæ in orbem ramos circinant. Plin. lib. 16. cap. 38. Cetera mensarum genera fissis arboribus circinantur in pulpam.
Circinare, Circumire etiam significat. ut, Circinare auras apud Ovid. 2. Met. 723.

Inclinat cursus, & easdem circinat auras.　　De Cyllenio volante.

Circinātus, a, um. ut, Rotunditas circinata. Plin. 17. 12.
Folia circinata. Plin. 16. 24.
Tympanum circinatum. Idem 18. 34.

Circinatio, ōnis. f. ut Rotunda circinatio. Vitruv. 3. 3. Ducatur ex eo centro rotunda circinatio. i. e. Circulus.
Ponitur etiam pro Circuitione ipsa. Vitruv. 9. 6. Propter eam circinationem morantur (Mercurius & Venus) in spatiis signorum.

Circinarius, i. m. Qui circinos facit.

Circĭter, [περίπου, ὡς] Præpositio, quæ accusativo casui jungitur. Et ad tempus, numerumque refertur: interdum ad locum. Significat autem idem quod Ad, non multo secus, prope, fere.
Ad tempus. Cic. 2. Att. 4. Nos circiter Calendas aut in Formiano erimus, aut in Pompeiano. Cæs. 1. Bell. Gall. 50. Circiter meridiem.
Octavam circiter horam. Hor. 1. Epist. 7. 47.
Ad numerum. Cæs. 1. Bell. Gall. 15. Ita dies circiter XV iter fecerunt. Plaut. Mil. 2. 3. 79.

Nam illic noster est fortasse circiter triennium.

Ad locum. Plaut. Cist. 4. 2. 8. Loca hæc circiter excidit mihi.

Circiter, Adv. Cic. 2. Att. 4. Verum hæc in Arpinati ad sextum circiter Idus Maias non defleamus.

Circito, āre. Circumire. Vet. Gloss. Circitat & circat, κυκλεύει. V. circo.

Circitor, V. Circuitor, in circumeo.

Circitus, ûs. m. & **Circitura**, æ. f. in Vet. Gloss. explicantur Græce περιοδεία, sive περιοδία.

Circitorius, a, um. Theod. Cod. 7. 21. Cum circitoria dignitate militare.

Circium, i. n. [κίρσιον] (ut inquit Dioscorides) Caulis est tener, duorum cubitorum, triangulo similis: ab imo foliola rosæ speciem referentia: anguli spinosi: per intervalla molles: folia buglosso similia, longiora, subcandida, modice hirsuta, partibus extremis aculeata: cacumen caulis orbiculatum, hispidum: in quo capitula in summo purpurea, quæ solvuntur in lanugines. Hæc ille lib. 4. cap. 114.

Circius, i. m. [Ἰάπυξ] Ventus a turbine ac vertigine dictus. V. cercius.

Circius, i. m. Insula fuit in Mysia, quingentorum fere stadiorum ambitu, admodum ferax, & duobus pontibus juncta continenti. Quæ juxta pontem ejusdem nominis urbem habuit, & portus duos clausos, & navalia. [Hæc ad verbum ex Dictionario historico huc descripta sunt. Sed apud Geographos altum de ea insula silentium est.

Circo, āre. Vet. Gloss. Circat, κυκλεύει. V. Scalig. ad Propert. 4. 9. 35. & Brœckh. ad loc.

Circos, i. m. [κίρκος] Accipitris quoddam genus, claudum altero pede. Plin. lib. 10. cap. 8.
Circos, Gemma pyris similis. Plin. lib. 37. cap. 10.

Circuitor, **Circuitio**, **Circuitus**. In circumeo.

Circulator, **Circulo**, **Circulus**. In circus.

Circum, Præpositio accusativo casui serviens, tam in appositione, quam in compositione, περὶ Græcam præpositionem significat: ut, Circumfero, περιφέρω. Ter. Heaut. 2. 3. 50.

Capillus passus, prolixus, circum caput
Rejectus negligenter.

Cic. pro Quint. 25. Tum Nævius ipse pueros circum amicos dimittit.
Circum aliquem pugnare. Virg. 6. Æn. 166. i. e. Alicui pugnæ socium esse.
Circum chlamydem purpura. i. e. In parte extrema, ut inquit Servius. Virg. 5. Æn. 250.
Circum claustra. Virg. 1. Æn. 60.

Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum claustra fremunt.　　De ventis in Æolia.

Circum insulas. Liv. 42. 45. pr. Inde legatio sub idem tempus in Asiam circum insulas missa.
Circum litora. Virg. 3. Æn. 75.
Maria omnia circum errare. Virg. 1. Æn. 36.
Circum oras & limina. Virg. 4. Georg. 188.

Fit sonitus: mussantque oras & limina circum.

Turba stans circum te. i. e. Circumstans te. Hor. 1. Serm. 3. 135.
Circum tempora serpit. Virg. 8. Ecl. 12.

— atque hanc sine tempora circum
Inter victrices hederam tibi serpere lauros.

Allegoricôs d Debet etiam carmen meum florere inter tuos plures triumphos. Servius.
Circum tribus. Cic. 2. Verr. 25. Cursare iste homo potens, cum si blando & gratioso circum tribus.
Circum etiam eodem modo, quo Circa, utitur, scil. pro Amicis & Familiaribus. Cic. 9. Att. 9. Nec sine causa & eos, qui circum illum sunt, times. V. & Ter. Eunuch. 3. 5. 33.

Circum, Adv. Virg. 4. Æn. 416.

Anna vides toto properari litore circum.

Nubes circum caligat & hebetat visus tuenti. Virg. 2. Æn. 606.
Collo dare brachia circum. Virg. 2. Æn. 792. [In hoc & seq. exemplo Tmesis est, verb. Circumdare & Circumtulerat, & in priore quoque Anastrophe.
Circum late. Virg. 7. Æn. 104.

Sed circum late volitans jam fama per urbes
Ausonias tulerat.

Circumque, infraque. Stat. 1. Achill. 56.

Tyrrhenique gregis circumque infraque rotantur.

Circum sub. Virg. 4. Georg. 193.

Sed circum tutæ sub mœnibus urbis aquantur.

Circum supraque. Stat. 9. Theb. 114.
Agere circum, Circumagere, jactare, volvere. Virg. 1. Æn. 121.

— ast illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, & rapidus vorat æquore vortex.

[Et hic Anastrophe est V. circumago.
Amplecti circum, Circumdare. Virg. 3. Ecl. 45.

Et molli circum est ansas amplexus acantho.

Claudi circum, Circumdari. Virg. 3. Æn. 230.
Circum, pro Circa, adverbialiter. Tacit. 4. Ann. 74. Itaque quanquam diversis super rebus consulerentur, aram Clementiæ, aram Amicitiæ, effigiesque circum Cæsaris, ac Sejani censuere. Idem tamen Circa frequentius in hunc modum usurpat. Virg. 9. Ecl. 40.

— varios hic flumina circum
Fundit humus flores.

Circumcirca, compositum ex duabus præpositionibus, quod significat ἀμφὶ, περὶ. Sulpic. ap. Cic. 4. Fam. 5. Ex Asia rediens, quum ab Ægina Megaram versus navigarem, cœpi regiones circumcirca prospicere. i. e. Ab omni parte.

Circumaddo, ĕre. Verbum Decompositum. Cato R.R. cap. 114. Duas partes terræ circumaddito. al. Circumdato.

Circumaggĕro, [περιχώννυμι] āre. i. e. In circuitu aggerare. Columel.

lumel. 5. 12. Stercoratam terram circumaggerato. [Sed rectius diviſe ſcribetur Circum aggerato. Ita cap. 11. Terram circa arborem adaggerato.

CIRCUMAGGERATUS, a, um. ut, Radices fimo circumaggeratæ. Plin. 19. 5. Niſi & hic dividendum eſt.

CIRCUMĂGO, ēgi, actum, [περιάγω, περιάγομαι] ĕre. Circumducere. Liv. 1. 24. Prius pæne quam Romulus, quique cum eo equites erant, circumagerent frenis equos, terga vertunt.
Legiones circumagere. Flor. 3. 21. 6. Sed impatiens injuriæ ſtatim Sulla legiones circumegit. i. e. Reduxit.
Circumagere ſe. Liv. 4. 28. pr. Dictator autem parte alia ſubſidia, & ſecundam aciem adortus, circumagenti ſe ad diſſonos tumultus, ac ſubitos clamores hoſti, &c.
Circumagere caput aliquo. Virg. 2. Georg. 392.
Et quocunque Deus circum caput egit honeſtum. Per tmeſin.
Circumagit ſe annus. Liv. 9. 18. Ante tempus, comitiorum cauſa revocati ſunt: in ipſo conatu rerum circumegit ſe annus.
Circumagere, Inſequi. Curt. Nec vulneratum & fere ſeminecem circumagere deſtiterunt.
Circumagere pro Mutare, flectere & coercere ponitur. Suet. Cæſ. cap. 70. Sed una voce, qua Quirites eos pro militibus appellarat, tam facile circumegit & flexit, ut ei milites eſſe confeſtim reſponderint. Et Sen. Controv. 2. Ad hæc nova & diverſa imperia ſubito me circumagi poſſe putas.
Circumagere, aliquando eſt Liberare, manumittere. Seneca, Ep. 8. Philoſophiæ ſervias oportet, ut tibi contingat vera libertas. Nam qui ſe illi ſubjecit, ſtatim circumagitur: nam philoſophiæ ſervire libertas eſt. Circumagebantur autem olim ſervi, i. e. Vertebantur a lictore, quum vindicta apud prætorem manumitterentur. Perſ. 5. Sat. 76.

CIRCUMACTUS, a, um. ut, Anno circumacto. Liv. 6. 1.
Tempore circumacto. Liv. 27. 30.
In vulnus circumactus. Plin. 28. 4.

CIRCUMACTUS, ûs. m. ut, Circumactus rotarum. Plin. lib. 28. cap. 9. Ad faciliorem circumactum rotarum. V. 5. 22: 8. 31. & Apul. 2. Florid. p. 348.

CIRCUMACTIO, ōnis. f. Idem. Gell. 17. 20. Enthymema brevibus & rotundis numeris cum quadam æquabili circumactione devinctum. Ponitur pro Verſatione apud Vitruv. 9. 9. conf. etiam Mart. Capell. 8. p. 299.

CIRCUMAMBŬLO, [περίειμι] āre. In circuitu ambulare. Paulus in l. poſſideri, in princip. D. de acquir. poſſ. Ut qui fundum poſſideri velit, omnes glebas circumambulet.

CIRCUMAMICTUS, a, um. [περιειλημμένος] Velatus. Petron. cap. 100. Ego quaſi ſomno quodam turbulento circumamictus. V. interpr. ad h. l. conf. Vulg. interpr. Apoc. 4. 4.

CIRCUMAPERIO, īre. Celſ. 6. 19. Ubi ſcabri ungues ſunt, circumaperiri debent. Al. diviſe, Circum aperiri, rectius.

CIRCUMĀRO, [περιαρόω] āre. Plin. lib. 18. cap. 3. Quantum quis uno die plurimum circumaraviſſet. Et Liv. 2. 10. Agri quantum uno die circumaravit.

CIRCUMASPĬCIO, exi, ectum, [περιβλέπω] ĕre. Plin. lib. 8. cap. 33. Nec pupillæ motu, ſed totius oculi verſatione circumaſpicit. Et hoc Decompoſitum verbum. Sed Hard. edidit Circumſpicit.

CIRCUMCÆSURA, æ. f. [ἐπιφάνεια] Summus cortex, &, ut Turnebus explicat, Forma, figura, circumſcriptio, quæ Græcis περικοπὴ vocatur. Lucret. lib. 4. 651.
Extima membrorum circumcæſura tamen ſe
Incolumem præſtat. Arnob. lib. 3. Et quod indignius multo eſt, terrenorum corporum circumcæſura finitis.

CIRCUMCALCO. V. CIRCUMCULCO. [Niſi diviſe ſcribendum.

CIRCUMCELLIONES, dicti ſunt, Qui circum cellas vagantur [ἀλῆται] Solent enim ire hac atque illac, nuſquam habentes ſedes. Feſtus. V. Auguſt. Epiſt. 255.

CIRCUMCĪDO, di, ſum, [περικόπτω, περιτέμνω] ĕre. h. e. Circum vel Per circuitum incidere & amputare. Columel. lib. 3. Ejuſdem ſpatii corticem circumcidito. Varro de R. R. lib. 1. cap. 54. Quum deſiit vinum fluere, quidam circumcidunt extrema.
Aciem circumcidere oculi. Lucret. lib. 3. 412.
Dummodo ne totum corrumpas luminis orbem,
Et circumcidas aciem, ſolamque relinquas. Aciem vocat Pupillam oculi.
Arbores. Plin. lib. 16. cap. 40. Circumciſas quoque ad medullam alii non inutiliter relinquunt, ut omnis humor ſtantibus defluat. Loquitur de arboribus cædendis.
Cogitationem. Celſ. lib. 4. cap. ult. Deinde delectationis cauſa quantum juvat ambulare, circumciſa omni negotioſa cogitatione vel actione. i. e. Avocato animo a cogitatione negotii.
Stipendia circumcidere. Livius.
Vinum circumcidere, pro Abſtinere a vino. Celſ. lib. 4. cap. 20. Circumcidendum vinum eſt in totum annum. Budæus.
Vinum circumcidere ex toto. Celſ. lib. 6. cap. 9. In dentium autem dolore, qui ipſe quoque magnis tormentis annumerari poteſt, vinum ex toto circumcidendum eſt. i. e. Vinum non eſt omnino bibendum.
Circumcidere, abſolutum. Cic. 5. de Fin. 39. Quæ ſit ſcientia atque ars agricolarum, quæ circumcidat, amputet, erigat.
Circumcidere atque amputare alicunde. Cic. 1. de Orat. 65. Sin cuipiam nimis infinitum videtur quod ita propoſui quacunque de re, licet hinc quantum cuique videbitur, circumcidat atque amputet.
Multitudinem ſententiarum circumcidere & amputare. Cic. 4. Acad. 138. Teſtatur ſæpe Chryſippus tres ſolas eſſe ſententias quæ defendi poſſint de finibus bonorum: circumcidit & amputat multitudinem.
De ſacro & Ecleſiaſtico hujus verbi uſu legendi ſunt Patres & Theologi.

CIRCUMCĪSUS, a, um. [περικοπεὶς] Partic. Plin. lib. 14. cap. 19. Quod circumciſis vinaceis profluxerit.
Inanitate & errore circumciſa. Cic. 1. de Fin. 44. Ut ſapiens ſolum amputata, circumciſaque inanitate, & errore, naturæ finibus contentus.
Orationes circumciſæ & breves. Plin. 1. Epiſt. 20.
Sumptus circumciſi. Liv. 32. 27. Sumptus quos in cultum Prætorum ſocii facere ſoliti erant circumciſi, aut ſublati.
Circumciſum & breve. Plin. 3. Epiſt. 7. Quid enim tam circumciſum, tam breve, quam hominis vita longiſſima?
Circumciſa atque dirempta ab omni aditu planities. Cic. 6. Verr. 107.

CIRCUMCIDANEUS, Adj. [περικοπτικὸς] ut, Circumcidaneum muſtum. Cato cap. 23. Tortivum muſtum, circumcidaneum ſuo cuique dolio dividito, additoque pariter. i. e. Ex circumciſis vinaceis expreſſum.

CIRCUMCISITIUS, Adj. [περιτεμνητικὸς] Idem. ut, Circumciſitium vinum, Idem. Varro 1. de R. R. cap. 54. Quum deſiit ſub prælo fluere, quidam circumcidunt extrema, & rurſus premunt: & rurſus, quum expreſſum, circumciſitium appellant: ac ſeorſum quod expreſſum eſt ſervant, quod reſipit ferrum. Legitur & Circumciſitum.

CIRCUMCĪSE, [ἀποτόμως] Adv. ut, Circumciſe agere. Suet. de Clar. Rhet. cap. 6. Tum ne uſquequaque ſcholaſticus exiſtimaretur, circumciſe ac ſordide, & tantummodo trivialibus verbis egit, verum rarius. i. e. Abjectis verborum ornamentis, & quaſi amputatis de ſermone.
Dicere breviter & circumciſe. Macrob. 5. Saturn. cap. 1.

CIRCUMCISIO, ōnis. f. [περιτομὴ, περικοπὴ] Lactant. lib. 4. cap. 17. Sed iræ, atque invidiæ ſuæ alias cauſas præferebant, quod circumciſionem vacuefaceret.
Frequentiſſima hæc dictio eſt in divinis litteris, ſacriſque auctoribus: ſignificatque Præputii amputationem.

CIRCUMCISŪRA, æ. f. [περικοπὴ] Inciſio circum facta. Plin. lib. 16. cap. 40. Stanteſque a circumciſura ſiccatæ fideliores. i. e. Poſtquam circumciſæ fuerint.

CIRCUMCISORIUM, i. n. Inſtrumentum chirurgicum. Veget. Mulom. 1. 26.

CIRCUMCINGO, inxi, inctum, [περιζωννύω] ĕre. Circumdare. Sil. lib. 10. 2.
Ceu fera, quæ telis circumcingentibus, ultro
Aſſilit in ferrum, & per vulnera colligit hoſtem.

CIRCUMCIRCA [πέριξ] V. in CIRCUM.

CIRCUMCLAUDO, ſi, ſum, ĕre. Cæſ. 3. Bell. Civil. 30. Cujus adventu cognito Pompeius, ne duobus circumclauderetur exercitibus, ex eo loco diſceſſit.

CIRCUMCLŪDO, ſi, ſum, [περικλείω] ĕre. Idem. Undique claudere. Plin. lib. 18. cap. 35. Si nubes Solem circumcludent.
Circumcludere vas argento ab labris. Cæſ. 6. Bell. Gall. 78. Hæc ſtudioſe acquiſita ab labris argento circumcludunt, atque in ampliſſimis epulis pro poculis utuntur.

CIRCUMCLŪSUS, a, um. [περίκλειστος, περικλεισθεὶς] Cic. 2. in Catil. 14. Nunc ſi L. Catilina conſiliis, laboribus, periculis meis circumcluſus. Et 1. Catil. 7. Num infitiari potes, te illo ipſo die meis præſidiis, mea diligentia circumcluſum. V. Suet. Tib. cap. 20.

CIRCUMCŎLO, ui, ultum, [περιοικέω] ĕre. Liv. 31. 41. Is timor omnes qui circumcolunt Bœben paludem, relictis urbibus montes coegit petere.

CIRCUMCŎLENS, entis. [περιοικῶν] Partic. Ulpian. in l. 1. D. de fluminib. Flumen a rivo magnitudine diſcernendum eſt, aut exiſtimatione circumcolentium.

CIRCUMCŎLA, æ. c. Qui circumcolit. Tertull. adv. Gnoſtic. cap. 3. Reſervatis gentium circumcolarum viribus.

CIRCUMCORATUS, ûs. m. Habitatio. Tertull.

CIRCUMCOLUMNIUM, i. n. [περιστύλιον] dici poteſt Latine quod Græce περίστυλον & περιστύλιον vocatur. V. PERISTYLIUM.

CIRCUMCULCO, [περικαταπατέω] āre. Columel. lib. 5. cap. 6. Si minus terra ſubacta, operiamus, & circumculcemus ipſum ſeminis codicem. Ibid. 7. Ac diligenter circumculcari. Al. Circumcalco, q. V.

CIRCUMCURRO, [περιτρέχω] ĕre. unde,

CIRCUMCURRENS, entis. Partic.
Ars circumcurrens. Quintil. lib. 2. cap. 22. Hanc autem quam nos materiam vocamus, i. e. res ſubjectas, quidam modo infinitam, modo non propriam Rhetorices eſſe dixerunt, eamque artem circumcurrentem vocaverunt, quod in omni materia diceret. V. 1. 10.

CIRCUMCURSIO, ōnis. f. Apul. 9. Met. p. 280. Ungulas multijuga circumcurſione in enorme veſtigium porrecti.

CIRCUMCURSO, [περιτρέχομαι] āre. Plaut. Rud. 1. 4. 4.
Omnia jam circumcurſavi, atque in latebris omnibus perreptavi
Quærere conſervam voce, oculis, auribus, ut perveſtigarem. Ter. Heaut. 3. 2. 1.
Hac illac circumcurſa, inveniendum eſt tamen
Argentum. V. Lucret. 4. 402.

CIRCUMCURSANS, antis. Partic. Catull. 69. 132.
— circumcurſans huc illuc ſæpe Cupido.

CIRCUMDO, ĕdi, ătum, [περιλαμβάνω, περιτίθημι, περιβάλλω] āre. Notæ ſignificationis; ablativo poſt accuſativum jungitur. Cic. 15. Fam. 4. Vallo & foſſa circumdedi. Cæſ. 3. Bell. Civil. 9. Octavius quinis caſtris oppidum circumdedit.
Hic ablativus ſæpe in accuſativum convertitur, & accuſativus in dativum. ut, Circumdedit nova mœnia oppido. Columel. lib. 5. cap. 6. Ipſoſque coles in modum coronæ contortos arbori circumdari. Cic. pro Quint. 36. Si extra hos cancellos egredi conabor; quos mihi ipſe circumdedi.
Finibus aliquid circumdare. Cic. 1. de Orat. 264. Tu autem exiguis quibuſdam finibus totum oratoris munus circumdediſti.
Fraude inſidiarum circumdare. Juſtin. Inſidiarum fraude circumdedit. i. e. Obſedit, ambivit.
Inſulis circumdatus. Cic. pro L. Flacc. 27. Equidem exiſtimo in ejuſmodi regione, atque provincia, quæ mari cincta, portubus diſtincta, inſulis circumdata eſſet, &c.
Nube circumdari. Virg. 4. Georg. 497.
Jamque vale, feror ingenti circumdata nube.
Obſidione arcta circumdatus. Lucan. lib. 6. 108.
Turba circumdatum eſſe. Propert. lib. 3. 14. 29.
At noſtra ingenti vadit circumdata turba.
Ulnis circumdare aliquem, Amplexari. Stat. 5. Silv. 3. 266.
Agmen foſſa. Lucan. lib. 4. 29.
Animum circumdedit corpore deus. Cic. de Univerſ. 16. Animum autem ut in ejus medio collocavit, ita per totum tetendit: deinde eum circumdedit corpore.
Arces Roma ſeptem muro circumdat. i. e. Septem arces intra mœnia continet. Virg. 6. Æn. 783.
Septemque una ſibi muro circumdabit arces.
Argentum auro. Virg. 1. Æn. 597.
— aut ubi flavo
Argentum, Pariuſve lapis circumdatur auro.

Aurum argento circumdatum. Cic. lib. 2. de Divin. 134. Fodit: invenit auri aliquantum, idque circumdatum argento.
Arma circumdare nequicquam humeris, dicitur senex, Qui non apte sibi cohærere facit, sed potius oneri sumit; ut inquit Servius in Virg. 2. Æn. 516.
Colla catenis circumdata. Sil. lib. 6. 505.
Comitem lateri. Lucan. ad Pison. 110.
Custodias. Cic. 4. in Catil. 8. Adjungit gravem pœnam, siquis eorum vincula ruperit: horribiles custodias circumdat.
Exercitum circumdare castris. Liv. lib. 3. 28. pr. Tum quo fuerat ordine in via, exercitum omnem longo agmine circumdat hostium castris.
Figuram lævitate circumdare. Cic. de Univers. 15. Omni autem totam figuram mundi lævitate circumdedit.
Fossam circumdare alicui rei. Cic. 5. Tusc. 59.
Ignes. Cic. in Pison. 93. Milites, quum latere hominem putarent, ignes circumdederunt.
Igni muros circumdare. Virg. 9. Æn. 153.
Luce palam certum est igni circumdare muros.
Ignibus circumdare. Ovid. in Ibin, 633.
Saltus canibus. Virg. 1. Georg. 140.
Vallum circumdare. Curt. lib. 3. cap. 2. pr. Circumdato vallo, quod decem millium armatorum multitudinem caperet, &c.
Vincula collo. Ovid. 1. Met. 631.
Vincula & necessitates circumdare aliquibus. Liv. Ac nescio an majora vincula majoresque necessitates nobis fortuna, quam captivis vestris circumdederit.
Vitta infula circumdatur. Virg. 3. Georg. 487.
Urbem flammis circumdare. Virg. 10. Æn. 74.
Circumdari, pro Ambire. Curt. 9. 7. 15. Lectis circumdederat aulæa purpura auroque fulgentia. i. e. Lectos ambiebant aulæa &c.
Lana sulfurata latus circumdare. Cels. lib. 4. cap. 6. Præter hæc circumdare primum oportet latus ipsum lana sulfurata.
Frontem racemiferis circumdatus uvis Liber. Ovid. 3. Met. 666.
Circumdare, Implicare. Virg. 8. Ecl. 74.
Terna tibi hæc primum triplici diversa colore
Licia circumdo.
CIRCUMDĂTUS, a, um. [περιβληθεὶς] Partic. ut,
Palla circumdata. Hor. 1. Serm. 2. 92.
Ad talos stola demissa, & circumdata palla Plurima, &c.
Virtus circumdata. Sil. lib. 15. 370. Metonymia, pro Hominibus virtute præditis.
Armis circumdatus, Armatus. Virg. 9. Æn. 462.
CIRCUMDANDUS, a, um. [περιβλητέος] Partic. ut, Ferulæ circumdandæ. Cels. lib. 8. cap. 10. Quinto die idem faciendum: ferulæque circumdandæ. De ferulis autem chirurgorum vide in dictione ACCOMMODO.
CIRCUMDOLEO, ēre. Cæl. Aurel. Acut. 2. 14. Spiratio circumdolens & frequens.
CIRCUMDŎLO, [περιπελεκάω] āre. Plin. lib. 16. cap. 32. Sed maxime mirum, Antandri platanus etiam circumdolatis lateribus restibilis sponte facta.
CIRCUMDŪCO, xi, ctum, [περιάγω] ĕre. Notæ significationis. Plaut. Mil. 2. 2. 66. Aliquos mitte, circumduce exercitum. Plin. lib. 22. cap. 25. Si furunculum quis circumducat.
Aliquem telis undique circumducere. Curt. lib. 4. 6. 26. Sed V. not. Freinsh.
Aratrum circumducere. Cic. 2. Philip. 102. Casilinum Coloniam deduxisti, quo erat paucis annis ante deducta: ut vexillum videres, & aratrum circumduceres.
Litteras circumducere. Suet. Aug. cap. 87. Nec ab extrema parte versuum abundantes litteras in alterum transfert, sed ibidem statim subjicit, circumducitque. V. ibi Interpr.
Circumducere, cum duobus accusativis. Plaut. Mostel. 3. 2. 155. Eho istum puer circumduce hasce ædes.
Circumducere, per translationem, pro Abolere, delere, & abrogare. Paulus D. de re judic. in l. acta, Acta apud se habita si partes consentiant, & judex hoc permiserit, potest jubere ea die circumduci nisi vel negotium, vel lis terminata est. Ulpianus de judiciis in l. & post edictum. Quod si is qui edictum peremptorium impetravit, absit die cognitionis, is vero adversus quem impetratum est adsit, tunc circumducendum erit edictum peremptorium.
Cognitionem circumducere. Ulpian. in l. divi fratres. D. de liberali causa, Recte atque ordine judices puto facturos, si hanc formam fuerint consequuti; ut ubi deest is qui in servitutem petit, electionem adversario deferant, utrum malit cognitionem circumduci: an audita causa sententiam proferri.
Circumducere aliquem per dolos, Fallere. Plaut. Pseud. 1. 5. 16.
Circumducere aliquem argento. Plaut. Pseud. 1. 5. 16. Te velle amantem argento circumducere.
CIRCUMDUCTUS, a, um. Partic. [περιαχθεὶς] Plaut. Pœnul. 5. 2. 16. Numnam it a balineis, circumductus pallio?
CIRCUMDUCTIO, [περιαγωγὴ] Actus ipse circumducendi. ut, Sphæræ circumductio. Hygin. Astron. 1. 2. & 3. V. etiam Vitruv. 8. cap. ult.
Circumductio etiam pro Amplificatione ponitur a Quintil. 9. 4. p. 866.
Circumductio, [ἀπάτη] Deceptio. Plaut. Capt. Grex, 3. Nec pueri suppositio, nec argenti circumductio.
CIRCUMDUCTUS, ûs. m. Idem. Quintil. 1. 10. Deducent eodem circumduct[illegible]
CIRCUMDUCTOR, ōris. m. Tertull. advers. Valent. cap. 10.
CIRCUMEO, [περιπορεύομαι, περίειμι] vel ablato M, CIRCUEO, vel CIRCUO, ivi, itum, ire. Cæs. 7. Bell. Gall. 87. Equitum se partem sequi, partem circuiríer. Ubi in emendatis codd. legitur, Partem circumire exteriores munitiones. Liv. 1. 9. Sed ipse Romulus circuibat, docebatque &c.
Aliquos circumire, ut faciant aliquid. Cic. 14. Att. 21. i. e. Ambire, Prensare.
Aures circuit sonus. Stat. 4. Silv. 4. 26.
— inde sonus geminas mihi circuit aures.
Caput circuiere hederæ. De eo dici solet, qui est poeta doctus. Propert. lib. 2. 5. 26.
Cujus non hederæ circuiere caput.

Cornu aciei circuire. Cic. 10. Fam. 30. Itaque quum equites nostrum cornu circuire vellent, recipere me cœpi.
Fluctibus belli circumiri. Cic. 13. Philipp. 20. Qui se totius belli fluctibus circumiri quam illum aut egredi, aut progredi maluit.
Metam circumire orbe spatioso. Ovid. 3. Amor. 2. 69.
Me miserum, metam spatioso circuit orbe.
Meta circumeunda. Ovid. 3. de Arte Am. 396.
Spectentur tepido maculatæ sanguine arenæ,
Metaque ferventi circumeunda rota.
Munitiones circumire. Cæs. 7. Bell. Gall. 87. 8.
Muro lateritio urbem circumire. Messal. Corvin. p. 18. [An Circummunire?
Prædia circumire, Inspiciendi causa, de eo qui in possessionem iret. Cic. pro Cæcin. 94.
Circumire per. Plaut. Asin. 3. 3. 152. Illac per hortum circumit clam.
CIRCUMIENS, vel CIRCUIENS, euntis. Partic. Ovid. 1. de Pont. 2. 20.
His eques instructus perterrita mœnia lustrat,
More lupi clausas circueuntis oves.
CIRCUĬTUS, [περιαχθεὶς] Adj. Circumductus. Sen. Med. v. 98. Orbem circuitis cornibus alligat.
Castra circuita. Cæs. 3. Bell. Gall. 25. Equites, circuitis hostium castris, Crasso renuntiaverunt, &c.
Rostra circuita. Cic. Fragm. pro Cornel. 1. Circuitis rostris ejicerentur lapidibus homines.
Templa circuita. Suet. Neron. 19.
Triclinium circuitum. Idem Claud. 8.
CIRCUĬTUS, vel CIRCUMITUS, ûs. m. [περίοδος, περιδρομὴ, περιβολὴ] Cic. 2. de Nat. Deor. 50. Circuitus enim Solis orbium quinque diebus LX, & CCC, quarta fere diei parte addita, conversionem conficiunt annuam.
Febrium circuitus. Cels. lib. 3. cap. 5. Sed tertianarum quartanarumque, quarum & certus circuitus est, & finis integer est, & quia liberaliter quieta tempora sunt, expeditior ratio est.
Longiore circuitu redeunt febres. Cels. lib. 3. cap. 2. Interdum etiam longiore circuitu quædam redeunt: sed id raro evenit. De febribus.
Orationis circuitus. Cic. in Orat. 204. In quo quæsitum est, in totone circuitu illo orationis, quem Græci περίοδον, nos tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circumscriptionem dicimus: an in principiis solum, an in extremis, an in utraque parte numerus tenendus sit.
Orbis circuitus sapientissimus & optimus. Cic. de Univers. 28. Nox igitur & dies ad hunc modum, & ob has generata causas, unum circuitum orbis efficit, sapientissimum atque optimum.
Verborum circuitus, conglutinatioque. Cic. in Orat. 78.
Verborum circuitus brevior aut longior. Cic. 3. de Orat. 189.
Major circumitus. Curt. 4. 16. 7. Sed majore, & ob id tutiore, circumitu Tigrim superat.
Naturalis numerorum circuitus. Cic. de Somn. Scip. 3.
Claudi circuitu Locus dicitur. Quintil. lib. 1. cap. 80. Ergo etiam id fieri potest, ut majore circuitu minor loci amplitudo claudatur.
Conficere circuitum verborum. Cic. 3. de Orat. 296. Itaque illi veteres sicut hodie etiam nonnullos videmus, quum circuitum & quasi orbem verborum conficere non possent, &c.
Pererrare omnem circuitum. Virg. 11. Æn. 767.
Petere gloriam circumitu, quæ ad manum posita est. Curt. 9. 3. 14.
Pervenire circuitu ad aliquid. Quintil. lib. 5. cap. 7.
CIRCUMITIO, vel CIRCUITIO, ōnis. f. [περιτροπὴ] Liv. 3. 6. extr. Circuitio ac cura Ædilium plebis erat, ad eos summa rerum ac majestas Consularis imperii venerat.
Verborum circuitio, Ambages. Ter. And. 1. 2. 31.
Ita aperte ipsam rem modo loquutus, nihil circuitione usus es.
Circuitio, Figura Rhetorum. Auct. ad Herenn. lib. 4. 43. Circuitio est oratio rem simplicem assumpta circumscribens eloquutione.
CIRCUĬTOR, ōris. m. [κάπηλος] Circuitores (ut ait Ulpian. de Instit. act. l. quicunque. §. sed etiam eos) vulgo appellati, Quibus vestiarii, vel lintearii vestem dant circumferendam, & distrahendam. In Pand. Flor. legitur Circitores.
Circitores etiam erant, qui a Triumviris, aut a Præfecto vigilum constituti urbem noctu circumibant, ad extinguenda incendia, & arcendos fures.
Sunt & Circuitores, vel Circitores, de quibus lib. 3. de Re Mil. cap. 8. Vegetius, Idoneos, inquit, & probatissimos Tribuni eligunt, qui vigilias circumeant, ut renuntient si emerserit culpa, quos circuitores appellant, nunc militiæ factus est gradus, & circitores vocantur. Alciatus.
CIRCUMEQUĬTO, [περιιππεύω] āre. Liv. 10. 34. Ne quam occultam in fraudem incautus rueret, duas turmas sociorum Latini nominis circumequitare mœnia, atque explorare omnia jubet.
CIRCUMFĔRO, fers, tŭli, latum, [περιφέρω] ferre. Circum portare. Cic. 4. Verr. 104. Quæso codicem circumfer, ostende.
Inspiciendi causa circumferre aliquid. Cic. pro Corn. Balbo 11.
Acies oculorum hac atque huc circumferre. Virg. 12. Æn. 558.
Huc atque illuc acies circumtulit, aspicit urbem.
Arma circumferre. Flor. 3. 12. pr. Romanus populus orbe toto arma circumtulit.
Bellum circumferre. Tacit. 13. Ann. 37. Et exemplo hostium circumferre bellum coactus.
Clypeum circumferre. Curt. 9. 5. 1. Jamque lævam, qua clypeum ad ictus circumferebat lassaverat.
Lumina alicubi circumferre. Sil. lib. 17. 518.
Oculos circumferre. Liv. 21. 44. pr. Quocumque circumtuli oculos, plena omnia video animorum & roboris.
Oculos circumferre rebus aliquibus spectandis. Sil. lib. 11. 263.
Oscula circumferre alicui. Valer. 7. Argon. 123.
Querelas. Liv. Hæ querelæ domos primum nobilium circumlatæ, celebratæque sermonibus.
Se circumferre. Plaut. Merc. Gradus grandit, emittit oculos, circumfert se, obstipat verticem. [Si Plauti hæc sunt, Cervicem legendum est.
Terrorem circumferre. Tacit. 2. Ann. 52. Mazippa levi cum copia incendia, & cædes, & terrorem circumferret.
Vultus circumferre. Ovid. 3. Met. 241.
Circumferre, Secum ferre. Suet. in Cæs. cap. 46. In expeditionibus tessel-

teſſellata & ſectilia pavimenta circumtuliſſe. Idem in Domit. 10. Quod depictum orbem terræ in membrana, concioneſque regum ac ducum ex Tito Livio circumferret.
Circumferre, pro Purgare, luſtrare, propterea quod qui luſtrant, eum, quem luſtrant, ſæpe aliquid circumferentes, circumeunt: unde & luſtrare, circuire eſt. Inde & περιαγνίζειν apud Græcos, & περιμάζειν, & περιμακτρίαι dicuntur. Plaut. 2. 2. 144. Quin tu iſtanc jubes proceritam circumferri. Virgil. 6. Æn. 229.
Idem ter ſocios pura circumtulit unda. Ubi Servius; Circumtulit, Purgavit. Antiquum verbum eſt. Plaut. 2. 42. Frag. Pro larvato te circumferam. i. e. Purgabo. Nam luſtratio a circumlatione dicta eſt, vel tædæ vel ſulfuris. Juven. 2. Sat. 158. — ſi qua darentur
Sulfura cum tædis.
Circumferri, Vulgo ferri. Quintil. lib. 2. cap. 15. Hæc opinio originem ab Iſocrate (ſi tamen re vera ars quæ circumfertur ejus eſt) duxit.
Circumferre prædicatione. Plin. 3. Epiſt. 11. Inde etiam meum meritum, ut verâ, ita ſupra meritum prædicatione circumfert.
Circumfert aliquid fama. Plin. 3. Epiſt. 16. Quum interim illud quidem ingens fama, hæc nulla circumfert.
Circumferri cum avorum memoria, Celebrari. Columel. lib. 8. cap. 16. Et jam cum avorum memoria circumfertur Philippi factum atque dictum.
Sol circumfertur. Cic. 3. de Orat. 76. Incolumitatis ac ſalutis omnium cauſa videmus hunc ſtatum eſſe hujus totius mundi atque naturæ, rotundum ut cælum, terraque ut media ſit, eaque ſua vi nutuque teneatur: Sol ut circumferatur, ut accedat ad brumale ſignum, & inde ſenſim aſcendat in diverſam partem, &c.
Ad nutum aliquorum circumferri, pro Nunc huc, nunc illuc inclinare. Curt. lib. 5. 12. 2. Nec mirari hominem mercede conductum omnia habere venalia, ſine pignore, ſine lare, terrarum orbis exulem, ancipitem hoſtem, ad nutum licentium circumferri.
CIRCUMFERENS, entis. Liv. 2. 10. Circumferens inde truces minaciter oculos ad proceres.
Spolia circumferens. Curt. 10. 2. 27.
CIRCUMFERENTIA, æ. f. [περιφέρεια] Euclid. 1. Element. Circumferentia eſt linea circuli, comprehendens circulum.
Sedilium circumferentia. Apul. Florid. 4. pr.
CIRCUMLĀTUS, [περικομισθεὶς] Partic. Plin. lib. 29. cap. 4. Quod ſi ter ſit circumlatus domui vivus, &c.
Circumlata & deducta oratio. Quintil. lib. 4. cap. 1. V. Flor. 4. 1. 4.
CIRCUMLATITIUS, a, um. Quod circumferri poteſt, aut circumfertur. ut, Carcer circumlatitius. Sidon. 2. Epiſt. 2. Quendam vivum & circumlatitium carcerem corpulentia facit.
CIRCUMLATIO, ōnis. f. ut, Areæ circumlatio. Tertull. adv. Marc. 4. 12.
CIRCUMLĀTOR, ōris. m. Tertull. adv. Marc. 1. 19. Ut oſtendam Chriſtum Jeſum non alterius Dei circumlatorem.
CIRCUMFIRMO, [περιερείδειν] āre. Columel. lib. 4. cap. 17. Nam ubi magna vis & incurſus eſt pluviarum, procellarumque, ubi frequentibus aquis vitis labefactatur, ubi præcipitibus clivis velut pendens plurima præſidia deſiderat, ibi quaſi quadrato circumfirmanda eſt agmine.
CIRCUMFLECTO, xi, xum, [περικάμπτω] ĕre. Virg. 5. Æn. 131.
Conſtituit ſignum nautis pater, unde reverti
Scirent, & longos ubi circumflectere curſus. Ubi Servius, Bene uno ſermone, & profectionem complexus eſt & reverſionem.
CIRCUMFLEXUS, a, um. [περικαμπὴς] Adj. ut, Secula circumflexa. Claud. 6. Conſ. Hon. 391. Et Prudent. Apoth. v. 203.
Hos omnes quamvis anceps labyrinthus, & error
Circumflexus agat.
CIRCUMFLEXUS, ûs. m. [περίκαμψις] Plin. lib. 8. cap. 11. Ut & ipſos circumflexu facili ambiant. Sed Chiflet. & Harduin. ibi legunt Circumplexu. Legitur tamen in Edit. Harduin. lib. 6. 34. Cæli circumflexus; & 2. 1. Mundi circumflexus.
CIRCUMFLEXIO, ōnis. f. Idem. Macrob. Somn. Scip. 1. 12. pr. Zodiacum ita lacteus circulus obliquæ circumflectionis occurſu ambiendo complectitur.
CIRCUMFLO, [περιπνέω] āre. Undique flare, & ab omni parte.
Circumflari a ventis invidiæ. Cic. 5. Verr. 98. Sic eſt hic ordo quaſi propoſitus atque editus in altum, ut ab omnibus ventis invidiæ circumflari poſſe videatur.
Circumflantibus Auſtris. Stat. 11. Theb. 42.
CIRCUMFLUO, xi, xum, [περιῤῥέω] ĕre. Circum aliquid decurrere. Plin. 5. 29. Cariam circumfluunt. Mæander & Orſinus.
Agrum circumfluit amnis. Pompon. in l. ergo. D. de acquir. rer. domin. Tribus modis inſula in flumine fit: Uno modo, quum agrum qui alvei non fuit, amnis circumfluit. Altero modo, quum locum qui alvei eſſet, ſiccum relinquit, & circumfluere cœpit, &c.
Frontem ignis circumfluit, i. e. Rubor, qui pudoris ſignum eſt, frontem occupat. Claud. 2. in Conſ. Stil. 328.
— inſolitus frontem circumfluit ignis.
Robora circumfluunt dracones. Lucan. lib. 3. 421. i. e. Circumreptant.
Circumfluere, per translationem, pro Accurrere undique. Plinius, Poſtquam variæ undique gentes circumfluxere.
Circumfluere, Circumdare. Varro 2. de R. R. cap. 9. Idem lib. 3. cap. 13. Ubi tanta circumfluxit nos cervorum, aprorum, & ceterarum quadrupedum multitudo.
Circumfluere, [εὐπορεῖν] Abundare. Cic. in Parad. 1. Quippe quum viderem homines his rebus circumfluentes, ea tamen deſiderare maxime quibus abundarent. Curt. lib. 10. 2. 22. Secundis rebus quæ circumfluunt, vos inſanire cœpiſtis, obliti ſtatus ejus, quem beneficio exuiſtis meo.
Circumfluere omnifariam. V. OMNIFARIAM.
Copiis omnibus circumfluere. Cic. de Amicit. 52. Quis eſt, pro deûm fidem atque hominum! qui velit ut neque diligat quenquam, nec ipſe ab ullo diligatur, circumfluere omnibus copiis, atque in omnium abundantia vivere?
Circumfluere atque abundare. Cic. 5. Verr. 9. Iſtum rebus omnibus, undique ereptis, impune eludentem, circumfluere atque abundare?
Circumfluere, per metaphoram, transfertur ad animum. Curt. lib. 8. 8. 12. Inſatiabilis autem avaritiæ eſt, adhuc implere velle quod jam circumfluit.
CIRCUMFLUENS, entis. [περιῤῥέων] Partic. ut, Circumfluens amnis oppidum.
Exercitus circumfluens. Cic. pro Muren. 49. de Catilina, Circumfluente colonorum Arretinorum & Fæſulanorum exercitu.
Gloria circumfluens. Cic. 2. Att. 21. Itaque ille amicus noſter inſolens infamiæ, ſemper in laude verſatus, circumfluens gloria, deformatus corpore, fractus animo, quo ſe conferat neſcit.
Oratio circumfluens & redundans. Cic. de Clar. Orat. 203. Incitata & volubilis, nec ea redundans tamen, nec circumfluens oratio.
CIRCUMFLUUS, a, um. [περιῤῥέων] Adj. Plin. lib. 3. cap. 66. Tellus medio ambitu præcincta circumfluo mari.
Amnis circumfluus. Ovid. 15. Met. 739.
Scinditur in geminas partes circumfluus amnis.
Humor. Ovid. 1. Met. 30. De Oceano, qui terram ambit.
Inſula circumflua, ſignificatione paſſiva; i. e. Quam aqua circumfluit. Ovid. 15. Met. 624.
Περίδρομος νῆσος Dionyſ. de Situ orbis. H. St.
Mens circumflua luxu. Claud. Conſ. Prob. 40.
— virtutibus ille
Fortunam domuit, nunquamque levantibus alte
Intumuit rebus: ſed mens circumflua luxu
Noverat intactum vitio ſervare vigorem. Circumflua, i. e. Undique circumdata.
Urbs circumflua ponto. Valer. Flacc. lib. 5. 442.
CIRCUMFŌDIO, ōdi, oſſum, [περισκάπτω] ĕre. Notum eſt verbum. Plin. lib. 17. cap. 18. Circumfodi autem omnibus annis a ſolſtitio duum cubitorum ſcrobe bipedali altitudine.
Platanos circumfodere. Sen. Epiſt. 12. V. Etiam Caton. de R. R. cap. 161. Columel. lib. 5. cap. 9. hoc verbo utitur in quarta conjugatione, Olivetum debet bidentibus alte circumfodiri.
CIRCUMFOSSOR, ōris. m. [περισκαπτὴρ] Plin. lib. 17. cap. 24. Aut circumfoſſor injurioſo ictu verberavit.
CIRCUMFOSSŪRA, æ. f. [περισκαφὴ] Plin. lib. 17. cap. 26. Cupreſſus aſpernatur circumfoſſuram.
CIRCUMFORANEUS, a, um. [περιαγοραῖος] Qui circum forum ſpatiatur venditans aliquid, aut emens, aut ſciſcitans, aut tempus inaniter terens. Cic. pro Cluent. 40. Tum repente Anconitanum quendam L. Clodium, pharmacopolam circumforaneum, qui caſu tum Larinum veniſſet, aggreditur. Pharmacopola circumforaneus, Qui fora multa multorum oppidorum circuit, & pharmaca venditat. Et apud Tranquil. in Vitell. cap. 10. Circumforaneus laniſta; i. e. Qui in foris verſatur & diſcurrit, ut gladiatores vel emat, vel munerariis vendat.
Æs circumforaneum, pro Fœneratitio. V. ÆS, æris.
Domus circumforanea apud Apul. 4. Aur. Aſin. p. 148. pro Ea quæ mobilis & ambulatoria eſt, facilis ad circumferendum. V. Elmenhorſt. Ind. Apul.
Homines circumforaneos Græci ἀγοραίους appellant, a Græca dictione ἀγορὰ, quod forum ſignificat; unde Latini hujuſmodi leves homines, Scurriles, circulatores, & ridiculos, circumforaneos vocant. Moſellanus in Annotationibus quas in cap. 3. lib. 17. Noct. Atticarum Gellii ſcripſit.
Hoſtiæ circumforaneæ dicuntur, non tam Quæ circum fora, quam Quæ circum agros & urbes in ambarvali ſacrificio circumferuntur, a Circumferendo dictæ.
Medici circumforanei. l. tria onera. D. de excuſ. tut. Grammatici, ſophiſtæ, rhetores, medici, qui περιοδευταὶ, h. e. Circumforanei, vocantur, ut a reliquis muneribus, ſic a tutela & cura vacationem habent. V. A. Auguſt. lib. ſingul. ad Modeſt. in hunc locum.
Mendicabulum circumforaneum. Apul. 9. Met. p. 270. Et cymbalis circumforaneum mendicabulum producor ad viam. V. ibi Interpr.
CIRCUMFŎRO, [περιτετραίνω] āre. Inde
CIRCUMFORĀTUS, a, um. [περίτρητος] Plin. lib. 17. cap. 27. Stipite ab ima parte circumforato.
CIRCUMFOSSOR, CIRCUMFOSSURA. In CIRCUMFODIO.
CIRCUMFRACTUS, a, um. ut, Colles circumfracti. Ammian. 29. 4. Turbo circumfractus. Idem 22. 8. Immobiles turbine circumfracto.
CIRCUMFRAGIUM, i. n. Apul. 9. Met. p. 368. Circumfragium ejus abominata. Alii legunt Crucifragrium. Elmenh. Crurum ei fragium abominata. pag. 227.
CIRCUMFRĪCO, [περιτρίβω] āre. Cato cap. 26. Privas ſcopulas in dolia facito habeas illi rei, quis labia doliorum circumfrices.
CIRCUMFULGEO, ſi, ſine ſupino [περιστιλαγίζω] ēre. Plin. lib. 2. cap. 37. Hominum quoque capita, veſpertinis horis magno præſagio circumfulgent.
CIRCUMFUNDO, ūdi, ūſum, [περιχέω] ĕre. Circumcirca aſpergere. Ovid. 5. Faſt. 582.
Gens fuit & campis, & equis, & tuta ſagittis,
Et circumfuſis invia fluminibus.
Corpora pruinis, aut nivibus circumfuſa. Virg. 3. Georg. 368.
Febris circumfuſa roſis, Ægri ſcil. lautioris. Martial. lib. 12. 17.
Imber circumfuſus. Claud. de Nilo 26.
Nubes. Virg. 1. Æn. 590.
Tempeſtas circumfundit terram. Sil. lib. 7. 723.
Terra circumfuſa mari Atlantico: h. e. Quam circumfluit mare. Cic. in Somn. Scip. 15.
Super circumfuſa. Lucret. lib. 1. 40.
Hunc tu diva tuo recubantem corpore ſancto
Circumfuſa ſuper, &c.
Circumfundi dicitur lac fervens. Plin. lib. 28. cap. 9. Quum fervet, ne circumfundatur, præſtat cyathus argenteus cum frigida aqua demiſſus.
Circumfundere ad aliquid. Cato cap. 93. Olea ſi fructum non fert, ablaqueato: poſtea ſtramenta circumponito: poſtea amurcam cum aqua commiſceto æquas partes: deinde ad oleam circumfundito.
Circumfundit aer terram. Cic. 2. de Nat. Deor. 17. i. e. Ambit & circumdat. Ovid. 1. Met. 12.
Nec circumfuſo pendebat in aere tellus.
Anima circumfuſum aliquid. Cic. de Univerſ. 16. Neque erant anima circumfuſa extrema mundi, ut reſpirationem requirerent. Al. Aëre.
Armis. Irruimus, denſis & circumfundimur armis. Virg. 2. Æn. 383.
Caligine circumfuſus. Cic. 1. Tuſc. 45. Præcipue vero fruentur ea, qui tum etiam quum has terras incolentes circumfuſi erant caligine, tamen acie mentis diſpicere cupiebant.
Copiis præſidiorum circumfuſus. Cic. pro Milon. 72. Quod vero in

illo loco, atque in illis publicorum præsidiorum copiis circumfusus sedet.
Corona circumfusi chori. Claud. in prœm. 6. Conf. Hon. 16.
Corona circumfundi, Circumdari hominum multitudine. Sil. lib. 7. 308.
Flore alicujus ordinis undique circumfusus. Plin. in Paneg. cap. 23. pr. Neque enim stipatus satellitum manu, sed circumfusus undique nunc Senatus, nunc equestris ordinis flore, &c.
Frequentia circumfusi omnis generis hominum. Liv. lib. 27. cap. 51. pr. Et Cic. 3. Tusc. Quod se classe hostium circumfusos viderent.
Libris circumfusus. Cic. 3. de Fin. 7. Vidi in bibliotheca sedentem, multis circumfusum Stoicorum libris.
Luce circumfusus. Cic. 4. Acad. 47. Adversantur enim primum quod parum defigunt animos, & intendunt in ea quæ perspicua sunt, ut quanta ea luce circumfusa sunt, possint agnoscere.
Tenebris circumfusus. Stat. 10. Theb. 553.
Arma circumfusa. Quintil. lib. 2. cap. 20. Nonnunquam, ut in judicio Miloniano, inter circumfusa militum arma dicendum est.
Hostes circumfusi. Liv. 4. 46. Castraque eo die ægre retenta, postero die circumfusis jam magna ex parte hostibus, per aversam portam fuga turpi deseruntur.
Molestiæ undique circumfusæ, Circumfusi pavores. Cic. 5. Tusc. 121. Nostris quidem acerbissimis doloribus, variisque, & undique circumfusis molestiis, alia nulla potuit inveniri levatio.
Multitudo circumfusa. Virg. 2. Æn. 64.
Multitudo alicui circumfunditur. Liv. 22. 14. extr. Hæc velut concionanti Minucio circumfundebatur Tribunorum, equitumque Romanorum multitudo, &c. Sic idem, Et circumfusa Consuli multitudo, & Consul multitudine circumfusus.
Satelles circumfusus. Ovid. 14. Met. 354. i. e. Circumfusi satellites.
Turba circumfusa duci. Lucan. lib. 5. 680.
Inclusus & Circumfusus videtur tanquam contraria posuisse Liv. 3. Bell. Pun. Non tantum eo iniquam, quod inclusi adversus circumfusos, sed etiam quod fessi cum recentibus ac vegetis pugnabant.
Circumfundere aliquem. Ovid. 3. Met. 180.

— circumfusæque Dianam
Corporibus texere suis.

De Nymphis, quæ viso Actæone, circumfuderunt Dianam. Nisi accusativum referas ad verbum, texere.
Circumfundi alicui. Ovid. 4. Met. 360.

Et nunc hac juveni, nunc circumfunditur illac.

CIRCUMGĔLO, are. Tertull. de Anima cap. 23. Quod germina mortale ei circumgelaverint corpus.
CIRCUMGELĀTUS, a, um. [περιπηχθεὶς] Partic. Plin. lib. 13. cap. 22. Sed qui circumgelatus videri possit.
CIRCUMGĔMO, ui, ĭtum, [περιστενάζομαι] ĕre. Hor. Epod. 16. 51.

Nec vespertinus circumgemit ursus ovile.

CIRCUMGESTO, [περιβαστάζω] āre. Cic. 1. Q. frat. 2. Nam eam quoque epistolam T. Catienus circumgestabat. Et Apul. 8. Met. p. 213. Circumgestantibus Deam adambulabat.
CIRCUMGLŎBO, [περισφαιρόω] āre. Plin. lib. 9. cap. 47. Adeoque nihil non gignitur in mari, ut cauponarum etiam æstiva animalia, pernici molesta saltu, aut quæ capillus maxime celat, existant: & circumglobata escæ sæpe extrahantur. i. e. Collecta circum escam. Pulices & pediculos intelligit.
CIRCUMGREDIOR, gressus sum, [περιοδεύω] ĕdi. Tacit. lib. 12. Ann. 28. Illi metu ne hinc Romanus, inde Cherusci, cum queis æternum discordant, circumgrederentur, legatos in urbem & obsides misere.
CIRCUMGRESSUS, ûs. m. Ammian. 22. 2. Ob rapidos circumgressus aeris. Et cap. 8. Palus amplissimi circumgressus.
CIRCUMHABITATOR, ōris. m. Vicinus, accola. Gloss. Gr. Lat. περίοικοι, circumhabitatores.
CIRCUMHUMATUS, a, um. Ammian. 22. 12. Corpora circumhumata st tuit inde tranferri.
CIRCUMJĂCEO, [περικατάκειμαι] ēre. Liv. 37. Nam & Lycaonia, & Phrygia utraque, & Pisidia omnis, & Chersonesus, quæque circumjacent Europæ, in vestra sunt potestate.
CIRCUMJĬCIO, ēci, ectum, [περιβάλλω] ĕre. a Jacio compositum: quod & Circumjacio dicitur. Liv. 38. 18. Postquam lævo latere nudato circumjacere hastas in venientem ex transverso hostem conati sunt.
Circumjicere, pro Circum ædificare. ut Circumjicere vallum. Liv. 35. 4. Totius agminis sarcinas in medium conjici jussit, & triarios vallum circumjicere.
Circumjicere, Circumdare & amplecti, auctore Budæo. ut
Extremitatem cæli circumjicere. Cic. de Univers. 23. Sic animus a medio profectus extremitatem cæli a suprema regione rotundo ambitu circumjecit, seseque versans, divinitus sempiternæ, sapientisque vitæ induxit exordium.
CIRCUMJECTUS, a, um. Partic. [περικείμενος] Circum positus. Plin. lib. 23. cap. 1. Hoc quoque distat orbis medius, & mitior plaga a circumjectis.
Ædificia muris circumjecta. Liv. 9. 28.
Campi circumjecti, pro Circumjacentes. Liv. lib. 31. cap. 24. extr. Templum Herculis, gymnasiumque, & lucus erat circumjectus.
Multitudo circumjecta mœnibus. Cæs. 2. Bell. Gall. 6.
CIRCUMJECTUS, ûs. m. [περιπλοκὴ] Cic. 2. de Nat. Deor. 65. Qui terram tenero circumjectu amplectitur. Alias, Circumvectu. Plin. lib. 11. cap. 51. In theatrorum orchestris scobe aut arena superjecta devoratur, & in rudi parietum circumjectu, doliis etiam indicibus.
CIRCUMJECTIO, ōnis. f. Idem. Arnobius 2. p. 73. de animabus: Habitare jussæ sunt has partes, & humani corporis circumjectione vestiri.
CIRCUMLAMBO, [περιλείχω] ĕre. Plin. lib. 11. cap. 37. Sed supradictis capillamenti tenuitate. Ceteris ad circumlambenda ora.
CIRCUMLATUS, V. CIRCUMFERO.
CIRCUMLĬGO, [περιδέω] āre. Plin. lib. 17. cap. 11. Proderit totas cæspite circumligari. Liv. 21. 8. Id sicut in pilo quadratum stupa circumligabant, linebantque pice.
Aliquem umbra circumligare. Stat. 8. Theb. 676.

— flammiger ales olori
Imminet, & magna trepidum circumligat umbra.

Aliquam ulnis circumligare. Stat. 1. Achill. 172.

— exceptamque avidis circumligat ulnis.

Angui circumligatus. Cic. 2. de Divin. 66. De ipso Roscio potest illud quidem esse falsum, ut circumligatus fuerit angui.
CIRCUMLĬNIO, ivi, ītum, [περιχρίω] īre. Circum ungere, vel fricare, aut aliquid leviter digito aut aliquo instrumento alicui rei circum inducere, & molliter ac tenuiter circum imprimere, non autem crasse. Per translationem utitur Quintil. lib. 12. Institutionum cap. 9. At quidam, etiam si forte susceperunt negotia paulo ad dicendum tenuiora, extrinsecus adductis ea rebus circumliniunt: ac si defecerint alia, &c. Unde ducta sit hæc translatio, intelligi potest ex eodem lib. 8. cap. 5. pag. 727. Nec pictura in qua nihil circumlinitum est, eminet. Al. Circumlitum.
CIRCUMLĬNO, īvi, ēvi, ĭni, ĭtum, [περιχρίω] ĕre. Circumcirca leviter inducere. Columel. lib. 12. cap. 43. Et circumlinito luto paleato. Plin. lib. 21. cap. 14. Circumlini alveos fimo bubulo, utilissimum.
Oculum circumlinire. Plin. 6. Epist. 2.
CIRCUMLĬTUS, a, um. Partic. [περιχρισθεὶς] Plin. lib. 29. cap. 4. Sed & alios ad hunc servant usum in oleo aut luto circumlitos.
Auro circumlitus. Ovid. 11. Met. 136.

Neve male optato maneat circumlitus auro, &c. De Mida.

Cera circumlitus. Cic. 1. Tusc. 108.
Fuco corpora nullo circumlita. Lucret. lib. 2. 744.
Musco saxa circumlita. Hor. 1. Epist. 10. 7.
CIRCUMLITIO, ōnis. f. [περίχρισις] Plin. lib. 35. cap. 11. Hic est Nicias, de quo dicebat Praxiteles, interrogatus quæ maxime opera sua probarit in marmoribus, quibus Nicias manum admovisset: tantum circumlitioni ejus tribuebat. Utitur & Sen. Epist. 87.
CIRCUMLOQUUTIO, ōnis. V. PERIPHRASIS.
CIRCUMLUO, ui, [περικλύζω] ĕre. Liv. 25. 11. Quo in peninsulæ modum pars major circumluitur. Et Tacit. 4. Hist. 12. 3. Rhenus amnis tergum ac latera circumluit.
CIRCUMLUVIO, ōnis. f. [περικλυσμὸς] Cic. 1. de Orat. 173. Gentilitatum, agnationum, alluvionum, circumluvionum, &c. jura.
CIRCUMLUVIUM, i. n. Jus prædiorum. Festus. V. Isidor. 14. 8.
CIRCUMMITTO, īsi, issum, [περιπέμπω] ĕre. Liv. 4. 18. Veiens multitudine abundans, qui inter dimicationem castra Romana aggrederentur, post montes circummisit. Et Cæs. 7. Bell. Gall. 63. Legationes in omnes partes circummittuntur.
CIRCUMMISSUS, a, um. Partic. Cæs. 1. Bell. Civil. 12. Quod oppidum Actius cohortibus introductis tenebat, delectumque toto Piceno, circummissis Senatoribus, habebat.
Legiones circummissæ. Cæs. 3. Bell. Civil. 55.
Præcones circummissi. Idem 5. Bell. Gall. 51.
CIRCUMMULCEO, [περιθέλγω] ēre. Plin. lib. 28. cap. 3. Ex qua familia legatus Evagon nomine, a Consulibus Romæ in dolium serpentium conjectus experimenti causa, circummulcentibus linguis, miraculum præbuit.
CIRCUMMŪNIO, [περιφράττω] īre. Columel. de Arboribus, cap. 18. Prius quam pomarium constituas, quam magnum habere voles, circummunito maceria aut fossa.
Oppidum circummunire. Cæs. 1. Bell. Civil. 18. Oppidum vallo castellisque circummunire instituit.
CIRCUMMUNĪTUS, a, um. [περιφραχθεὶς] Partic. Cæs. 1. Bell. Civil. 84. Nunc vero pene ut feras circummunitos prohiberi aqua, prohiberi ingressu.
Castellis circummuniti. Cæs. 2. Bell. Gall. 30.
CIRCUMMUNITIO, ōnis. f. [περίφραξις] Cæs. 1. Bell. Civil. 19. Id ne fieri posset, obsidione, oppidique circummunitione fiebat.
CIRCUMMURANUS, a, um. ut, Bella circummurana. Ammian. 14. 14. Populus Romanus annis fere trecentis circummurana pertulit bella. conf. 21. 25.
CIRCUMNASCOR, ĕris, ātus sum, [περιγεννῶμαι] asci. Plin. lib. 2. cap. 103. Lacus Sinnaus in Asia, circumnascente absinthio inficitur.
CIRCUMNAVĬGO, [περιπλέω] āre. Paterc. lib. 2. 106. 3. Classis quæ Oceani circumnavigaverat sinus.
CIRCUMNECTO, xui, xum, [περιπλέκω] ĕre. Lact. De opif. Dei cap. 14. An aliquis enarrare se putat posse, quid utilitatis, quid effectus habeat tenuis membrana illa perlucens, qua circumnectitur alvus ac tegitur? Sidera circumnectere. Sen. Quæst. Nat. 1. 2. pr. Fulgor, qui sidera circumnectit.
CIRCUMNEXUS, a, um. Partic. Ammian. 19. 7. Flammis conjectis undique circumnexi elephanti.
CIRCUMOBRUO, ui, ŭtum. [περικαταχωννύω] ĕre. Plin. lib. 19. cap. 7. Confert alterna folia circumobruere.
CIRCUMOFFIGO, ĕre. Cato de R. R. 48. Furcas circumoffigito. V. seq.
CIRCUMOPERIO, īre. Cato de R. R. 76. Pruna insuper, & circumoperito. [Hoc & superius verbum rectius divise scribitur.
CIRCUMPADĀNUS, a, um. Adj. a Padus; Qui habitat in circuitu Padi. Liv. 21. 35. Consistere jussis militibus Italiam ostentat, subjectosque Alpinis montibus circumpadanos campos. Plin. lib. 14. cap. 20. Liguriæ maxime, circumpadanisque mustis utilitas.
CIRCUMPANGO, ēgi, actum, [περιπήγνυμι] ĕre. Plin. lib. 17. cap. 13. Ramis terra circumpactis. At Harduin. ex MSS. legit Circumfartis.
CIRCUMPĂVIO, [περιπαίω, περιαράσσω] īre. Plin. lib. 12. cap. 14. Alibi area circumpavita.
CIRCUMPĒDES, [οἱ ἐν τοῖς ποσὶ] Iidem qui & A pedibus dicuntur. Cic. 3. Verr. 92. Servos artifices pupilli quum haberet domi, circumpedes autem homines formosos & litteratos, suos esse dicebat. Sed rectius divise scribitur.
CIRCUMPLECTOR, ĕris, exus sum, [περιπτύσσω] ecti. Cic. de Univers. 21. Undique est eos circumplexus. Plin. lib. 13. cap. 10. Tam vastis arboribus, ut terni nequirent circumplecti.
Opes circumplexus. Stat. 1. Silv. 5. 44.
Patrimonium alterius circumplecti. Cic. 13. Philipp. 12. An is non reddet, qui domini patrimonium circumplexus, quasi thesaurum draco, Pompeii servus, libertus Cæsaris, agri Lucani possessiones occupavit?
CIRCUMPLECTO, xi, vel xui, xum, ĕre. Activa forma Cato de R. R. 21. Foramina laminis circumplectito. Et Plaut. Asin. 3. 3. 106. Meum collum circumplecte.
CIRCUMPLEXUS, a, um. [περιπτυχθεὶς] Partic. passive acceptum. Gellius lib. 15. Noct. Attic. cap. 1. In eo igitur libro scriptum inveni, &c. turrim ligneam defendendi gratia structam, quum ex omni latere circum-

circumplexa igni foret, ardere non quiſſe, quod ab Archelao alumine oblita fuiſſet.

CIRCUMPLEXUS, ûs. m. [περίπτυξις] Plin. lib. 10. cap. 63. Lacertæ, ut ea quæ ſine pedibus ſunt, circumplexu Venerem novere.

CIRCUMPLĬCO, [περιπλέκω] āre. Circumnectere. Cic. 1. de Divin. 79. Experrecta nutrix animadvertit puerum dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu. Ibid. 49. Tum viſam belluam vaſtam & immanem circumplicatam ſerpentibus. Cic. 2. de Divin. 62. Qui cum ad eum retuliſſet, quaſi oſtentum, quod anguis domi vectem circumjectus fuiſſet, Tum eſſet, inquit, oſtentum, ſi anguem vectis circumplicaviſſet.

CIRCUMPŌNO, pŏſui, sĭtum, [περιτίθημι] ĕre. notæ ſignificationis. Plin. lib. 17. cap. 28. Stramentis antea circumpoſitis.

Piper circumponere catillis. Hor. 2. Serm. 4. 74.

Primus & inveni piper album cum ſale nigro
Incretum, puris circumpoſuiſſe catillis.

CIRCUMPOSITIO, ōnis. f. Auguſt. Epiſt. 199. Auri circumpoſitio.

CIRCUMPŌTO, āre. unde

CIRCUMPOTATIO, ōnis. f. [περίποσις] Cic. 2. de Legib. 60. Hæc præterea ſunt in legibus de unctura, quibus ſervilis unctura tollitur, omniſque circumpotatio.

CIRCUMRĀDO, ſi, ſum, [περιξέω] ĕre. Plin. lib. 17. cap. 26. Veluti detractio ſanguinis circumraſi corticis. Hard. Circumraſio. Columel. lib. 4. cap. 29. Hujus traducis ſi non eſt facultas, tum detractum viti quam recentiſſimum eligitur ſarmentum, & leviter circumraſum. V. Celſ. 7. 12.

CIRCUMRASIO, ōnis. f. Plin. 17. 26. Circumraſio corticis. V. in verbo.

CIRCUMRĒTIO, [περιδικτυόω] īre. Impedire & implicare. Lucret. lib. 5. 1151.

Circumretit enim vis, atque injuria quemque.

CIRCUMRETĪTUS, a, um. [περιδεδικτυωμένος] Partic. Cic. 7. Verr. 150. Num ego tibi ullam ſalutem, ullum perfugium putem, quum te implicatum ſeveritate judicum, circumretitum frequentia populi Romani eſſe videam? Et Arnob. 4. p. 151. Hercules peſtiferi tegminis circumretitus indagine. Idem lib. 5. p. 186. Martem & Venerem Vulcani eſſe circumretitos arte.

CIRCUMRŌDO, ſi, ſum, [περιβρώσκω] ĕre. Plin. lib. 32. cap. 2. Polypum hamos appetere, brachiiſque complecti, non morſu, nec prius dimittere, quam eſcam circumroſerit.

Circumrodere, per translationem. Cic. 4. Att. 5. Quid? etiam (dudum enim circumrodo quod devorandum eſt) ſubturpicula mihi videbatur eſſe παλινῳδία. Hoc eſt, invitus dico, quod dicendum tamen eſt. Vereor enim ne me reprehendas, qui hoc in libro gratiæ cauſa ea laudarim, quæ antea vituperabam. Metaphora ab iis qui circumrodunt quod non libenter comedunt.

Significare videtur, Conor ſenſim perpeti moleſtiam, quæ tandem devoranda erit. H. St.

Dente circumrodi. Horat. 1. Epiſt. 18. 82.

Dente Theonino quum circumroditur. V. THEON.

CIRCUMRŎTO, āre. Apul. 9. Met. p. 222. Machinas ſimiles circumrotari vidi. Cæſ. German. fragm. 3. p. 150. Ed. Coburg. de motu, Cæli circumrotat orbem.

CIRCUMSCALPO, pſi, ptum, [περισκαλάπτω] ĕre. Plin. lib. 20. cap. 5. Radice ejus circumſcalpti dentes dolore liberantur.

CIRCUMSCĀRĬFĬCO, [περιξύω] āre. Plin. lib. 22. cap. 23. Pedum clavos circumſcarificatos ferro, miſtum ceræ extrahit. Idem lib. 30. cap. 3. Caninus dens ſiniſter maximus, circumſcarificato eo qui doleat, aut draconis os e ſpina: item enhydridis. Eſt autem ſerpens maſculus & albus. Hujus maximo dente circumſcarificant.

CIRCUMSCINDO, ĭdi, iſſum, [περιαμύσσω] ĕre. Liv. 2. 55. Quo ferocius clamitabat, eo infeſtius circumſcindere, & ſpoliare lictor.

CIRCUMSCRĪBO, pſi, ptum, [περιγράφω] ĕre. Verbum notæ ſignificationis.

Orbem circumſcribere. Cic. 5. de Fin. 23.

Terram circumſcribere ſurculo, gladio, &c. Plin. lib. 22. cap. 21. Et ſi terram ſurculo heliotropii circumſcribat aliquis, negant ſcorpionem egredi.

Circumſcribere, Conſtituere. ut, Circumſcribere locum habitandi alicui. Cic. in Parad. 2. Exilium autem illis, quibus quaſi circumſcriptus eſt habitandi locus. Subaudi Terribile eſt.

Curriculum vitæ circumſcripſit nobis natura. Cicero pro C. Rabir. perduel. 30.

Terminis circumſcribere & definire. Cic. 1. de Orat. 70. In hoc quidem certe prope idem, nullis ut terminis circumſcribat aut definiat jus ſuum.

Definiri & circumſcribi genus poteſt. Cic. pro Sext. 97.

Luxuriam circumſcribere utilitate. Plin. lib. 22. cap. 2. Nunc propoſitum iſta conſectari non eſt: nec committemus, ut ſubjiciendo utiliora, luxuriam utilitate circumſcribamus.

Pars regionibus modicis circumſcripta. Cic. 2. de Orat. 67. Aſſumamus eam quoque partem, ſed ita ut ſit circumſcripta modicis regionibus.

Sententiam mente circumſcribi. Cic. in Orat. 200. Ante enim circumſcribitur mente ſententia, confeſtimque verba concurrunt, quæ mens eadem, qua nihil eſt celerius, ſtatim demittit.

Spatium vitæ circumſcriptum eſt. Cic. pro Arch. 29.

Circumſcribere, Decipere, circumvenire. Plin. lib. 7. cap. 40. Vana mortalitas, & ad circumſcribendum ſeipſam ingenioſa, &c. Cic. 14. Philipp. 7. Aut ejiciunt vicinos, aut adoleſcentulos circumſcribunt.

Pupillos circumſcribere. Juven. 10. Sat. 222.

Teſtamentum circumſcribere. Plin. 8. Epiſt. 18. i. e. Fraudem committere circa teſtamentum.

Ab aliquo circumſcribi. Cic. pro Roſc. Com. 24. Dic nunc te ab Roſcio HS. 1000 circumſcriptum eſſe, qui tantas, & tam infinitas pecunias, non propter inertiam laboris, ſed propter magnificentiam liberalitatis repudiarit.

Circumſcribere, Tollere, & expungere. Cic. 4. Verr. 149. Itaque uno genere opinor circumſcribere habetis in animo genus hoc aratorum. Idem 3. Verr. 43. Quamobrem omni tempore Sullano ex accuſatione circumſcripto, legationem ejus præclaram cognoſcite. i. e. Ablato, exempto. Aſconius interpretatur, Sublato, circumducto, ac prætermiſſo.

Aliquem circumſcribit Senatus, facto adverſus eum ſenatuſconſulto. Cic. pro Milon. 88. Senatus, credo, Prætorem eum circumſcripſiſſet. In hujuſmodi circumſcriptione ignominia eſt, & privatio juris. Cic. 7. Att. 8. Si forte Tribunus plebis Senatum impediens, aut populum incitans notatus, aut ſenatuſconſulto circumſcriptus, aut ſublatus, aut expulſus ſit.

Senatum circumſcribere, aut aliquem privatum. Cic. ad Octav. Cur aut ut ingratum, ingratus, crudeliter, aut immemorem beneficii ſui ſcelerate circumſcribis Senatum? i. e. Aufers ei auctoritatem ſtatuendi de ſumma Reipub. & quaſi Senatum e medio Reipub. tollis. Translatio eſt a fabris aut chirurgis, qui ea quæ ſerra amputaturi ſunt, circumſcribunt & præcidunt.[Nugæ.]Dicitur &Circumducere.Idem 13.Philipp.19. Senatus in Capitolium, parata de circumſcribendo adoleſcente ſententia Conſularis. h. e. De ejiciendo magiſtratu Octavio, & imperio ei abrogando. Budæus.

Fluvio circumſcriptus. Cic. 6. Philipp. 5. Ille ſe fluvio Rubicone CC mil. circumſcriptum eſſe patiatur.

Virgula circumſcribere aliquem. Cic. 8. Philipp. 23. C. Popillius apud majores noſtros, quum ad Antiochum regem legatus miſſus eſſet, & verbis Senatus nuntiaſſet ut ab Alexandria diſcederet, quam obſidebat: quum tempus ille differret, virgula ſtantem circumſcripſit: dixitque, ſe non ante renuntiaturum ſenatui, niſi prius ſibi reſpondiſſet, quid facturus eſſet, quam ex illa circumſcriptione excederet?

CIRCUMSCRIPTUS, a, um. [περίγραπτος] Adj. Plin. 2. Epiſt. 3. Arguti, certique & circumſcripti verborum ambitus. Bud.

Scientia circumſcripta. Cic. 1. de Orat. 52. Nam ſi quis erit, qui hoc dicat, eſſe quaſdam oratorum proprias ſententias, atque cauſas, & certarum rerum forenſibus cancellis circumſcriptam ſcientiam.

Circumſcriptus dolo dicitur, ſui facilitate lapſus. l. 1. D. de minor.

Interrogationibus captioſis circumſcripti atque decepti. Cic. 4. Acad. 46.

Circumſcripti item dicuntur, velut in ordinem redacti, quorumque poteſtas diminuta eſt. Cornificius ad Her. 4. 30. Demus operam, inquit, Quirites, ne omnino patres conſcripti, circumſcripti putentur. Ex Turneb.

Senatus conſulto circumſcriptus. Cic. 7. Att. 8. Senatus conſulto circumſcriptus, aut ſublatus, aut expulſus. V. in ipſo verbo.

Compar. i. e. Brevior & compendioſior. Plin. 1. Epiſt. 16. ad Septitium, In concionibus idem qui in orationibus eſt, preſſior tantum, & circumſcriptior, & adductior. De Pompeio Saturnino loquitur, qui in ſcribendo ſtudebat brevitati.

CIRCUMSCRIPTE, [περιγεγραμμένως] Adv. Cic. in Orat. 221. Sed quoniam non modo non frequenter: verumetiam raro in veris cauſis aut forenſibus circumſcripte numeroſeque dicendum eſt, ſequi videtur, &c.

Complecti aliquid circumſcripte. Cic. 2. de Nat. Deor. 147.

Depingere circumſcripte. Lactant. 5. 9.

CIRCUMSCRIPTIO, ōnis. f. [περιγραφή] ut, Circumſcriptio terræ. Cic. 1. Tuſc. 45. Quum totam terram contueri licebit, ejuſque cum ſitum, formam, circumſcriptionem, tum & habitabiles regiones.

Orationis circumſcriptio, pro Periodo. Cic. in Orat. 204.

Temporis circumſcriptio. Cic. 1. de Nat. Deor. 21. Sed fuit quædam ab infinito tempore æternitas, quam nulla circumſcriptio temporum metiebatur.

Verborum circumſcriptione quadam comprehendere concludereque ſententiam. Cic. de Clar. Orat. 34.

Circumſcriptio, pro Deceptione & fraude. Paulus in l. hæc actio. D. ſi menſor falſum modum dixer. Hæc actio perpetua eſt: quia initium rei, non a circumſcriptione, ſed a ſuſcepto negotio originem accipit.

Aperta circumſcriptione aliquid facere. Cic. pro Flacc. 74. Emptiones falſas, prædiorum proſcriptiones cum mulierculis aperta circumſcriptione feciſti.

Adoleſcentium circumſcriptio. Cic. 3. Off. 61. Atque iſte dolus malus etiam legibus erat vindicatus, ut tutela XII Tab. & circumſcriptio adoleſcentium lege Lætoria.

Excedere ex circumſcriptione. V. Virgula circumſcribere aliq. in ipſo verbo.

CIRCUMSCRIPTOR, ōris. m. [περιγραφεύς] Deceptor. Cic. 2. in Catil. 7. Quis tota Italia veneficus, quis gladiator, quis latro, quis ſicarius, quis parricida, quis teſtamentorum ſubjector, quis circumſcriptor, quis ganeo?

Circumſcriptor, Qui fraude privat aliquem bonis. Juven. 15. Sat. 135.

— pupillum ad jura vocantem
Circumſcriptorem.

CIRCUMSĔCO, cui, ctum, [περικόπτω] āre. eſt Circumcidere. Columel. lib. 7. cap. 5. Tuberculum cui ſubeſt vermiculus, ferro quam cautiſſime circumſecari oportet.

Serrula circumſecare. Cic. pro Cluent. 180.

CIRCUMSECTUS, a, um. ut, Aluta circumſecta, Scribon. Largus Compoſ. 229. Suet. Domit. cap. 12. de Judaica circumciſione: Senex, an circumſectus eſſet.

CIRCUMSĔCUS, Adverb. Apul. lib. 5. p. 166. Quique circumſecus venantur.

CIRCUMSĔDEO, vel CIRCUMSĬDEO, ēdi, eſſum, [περικαθέζομαι] ĕre. Significat Contra ſedere, circumdare, obſidere. Cic. 9. Att. 12. Pop. Rom. exercitus Cn. Pompeium circumſidet, foſſa & vallo ſeptum tenet, fuga prohibet. Liv. 9. 2. Ut idem omnibus ſermo conſtet legiones Samnitium in Apulia eſſe, Luceriam omnibus copiis circumſidere, nec procul abeſſe quin vi capiant.

Circumſedere & obſidere. Cic. 10. Philipp. 10. Ut intelligat non D. Brutum, quem vallo circumſedet, ſed ſeipſum obſideri.

Aliquem circumſedere. Cic. 3. Verr. 83. Qui te circumſedit.

Curiam militibus circumſediſti. Valer. Max. lib. 3. cap. 8. ubi de Q. Scævola.

Oppidum circumſedere. Liv. 23. 15. Cic. 6. Philipp. 3. Brutum oppugnet, Mutinam circumſedeat.

Circumſederi, paſſivum. Cic. 9. Att. 18. Quod in his caſtris fuerunt quibus Pompeius circumſederetur?

Ab quibuſdam circumſederi. Cic. 3. Verr. 81.

Propter ſcelus atque flagitium circumſederi ab aliquo. Cic. 3. Verr. 82.

In caſtello circumſederi. Cic. pro Deiot. 25. Itaque quum eſſet ei nuntiatum, Domitium naufragio periiſſe, te in caſtello circumſederi, de Domitio dixit verſum Græcum, &c.

CIRCUMSĔDENS, entis. Apul. 3. Met. p. 130. Inter tot millia populi circumſedentis. Et Sidon. 3. Epiſt. 13. Nares circumſedentium infeſtare.

CIRCUMSESSUS, a, um. [περικαθεζόμενος] Partic. Cic. 3. Verr. 79. Intelligo, in qua civitate, non modo legatus Populi Romani circumſeſſus, non modo igni, ferro, manu, copiis oppugnatus, ſed aliqua ex parte violatus ſit.
Injuria circumſeſſus. Cic. 3. Verr. 83.
Lacrymis circumſeſſus. Cic. 4. in Catil. 3. nec tamen ego ſum ille ferreus, qui fratris cariſſimi atque amantiſſimi præſentis mœrore non movear, horumque omnium lacrymis a quibus me circumſeſſum videtis.
Viribus hominum circumſeſſus. Cic. 12. Philipp. 24. Veruntamen ſemel circumſeſſus lectis valentiſſimorum hominum viribus cecidi ſciens, ut honeſtiſſime ſurgere poſſem.
CIRCUMSESSIO, ōnis. f. [περικάθησις] Cic. 3. Verr. 83. Te hujus circumſeſſionis tuæ cauſam, & culpam in alios tranſtuliſſe?
CIRCUMSĒPIO, ſepſi, ſeptum, [περιφράττω] īre. Liv. 1. 49. Conſcius deinde male quærendi regni ab ſe ipſo adverſus ſe exemplum capi poſſe, armatis corpus circumſepſit. Cic. ad Octav. Sed quoniam cohortibus armatis circumſeptus Senatus.
Silvæ circumſeptæ. Paulus in l. poſſideri. §. item feras beſtias. D. de acquir. poſſeſ. Sed eos piſces, qui in ſtagno ſint, aut feras quæ in ſilvis circumſeptis evagantur, a nobis non poſſideri.
CIRCUMSĔRO, ēvi, ătum, [περιφυτεύω] ĕre. Plin. lib. 21. cap. 12. At geniſtas circumſeri alveariis gratiſſimum.
CIRCUMSĪDO, ere. [περικαθέζομαι] Idem quod Circumſedeo. Liv. 9. 21. extr. Fuſi in caſtra Samnites extinctis nocte ignibus tacito agmine abeunt: & ſpe abjecta Satriculæ tuendæ, Pliſtiam ipſi ſocios Romanorum, ut parem dolorem hoſti redderent, circumſidunt. [Diſtat a Circumſedeo, ut Circumſiſto a Circumſto. Sed plerique, niſi deſcriptorum culpa eſt, hanc negligunt differentiam auctores.
CIRCUMSIGNO, [περισημειόω] āre. Columel. lib. de Arborib. cap. 26. Ex qua arbore inſerere voles, in ea quæſito novellos & nitidos ramos. in his deinde obſervato gemmam, quæ bene apparebit, certamque ſpem germinis habebit. eam duobus digitis quadratis circumſignato, ut medio gemma ſit.
CIRCUMSISTO, ſtĭti, ſtĭtum, [ἀμφίστημι, ἀμφιβαίνω] ĕre. Invadere, irruere, & quaſi terrificatione aggredi, auctore Valla lib. 5. Cæſar 5. Bell. Gall. 44. Impeditumque hoſtes circumſiſtunt. Cic. 7. Verr. 141. Hæc quum maxime loqueretur, ſex lictores circumſiſtunt valentiſſimi, &c. Cæſ. 1. Bell. Civil. 20. Itaque uno omnes conſilio Domitium productum in publicum circumſiſtunt & cuſtodiunt.
CIRCUMSISTENS, entis. Partic. Cæſ. 2. Bell. Civil. 42. Præfectus equitum cum paucis equitibus circumſiſtens.
CIRCUMSĪTUS, a, um. Circumjacens. Ammian. 23. 26. Circumſitos populos ad ditionem gentilitatemque trahere nominis ſui.
CIRCUMSŎNO, [περιηχέω] āre. Undique ſonare.
Circumſonare undique. Liv. 27. 18. Inde primo turbata eſt acies, dum ad circumſonantem undique clamorem flectere cornua, & obvertere ordines volunt.
Aures meæ his vocibus circumſonant. Cic. 3. Off. 5. Conducere arbitror, talibus aures tuas vocibus undique circumſonare. i. e. Frequentiſſime tibi hæc inculcari, & te hæc a præceptoribus aliis audire. Budæus.
Clamor circumſonat hoſtes. Liv. 3. 28. pr. Edito imperio ſignum ſequutum eſt: juſſa miles exequitur, clamor hoſtes circumſonat.
Locus ululatibus cantuque ſymphoniæ circumſonat. Liv. 39. 10. Eos deducere in locum, qui circumſonet ululatibus cantuque ſymphoniæ, &c.
Nereus circumſonat orbem, i. e. Æquor. Ovid. 1. Met. 187.
Armis circumſonari. Ovid. 5. Triſt. 3. 11.
Ore circumſonari Threïcio &c. Ovid. 3. Triſt. 14. 47.
CIRCUMSŎNUS, a, um. Circum aliquid ſonans. Stat. 7. Theb. 261.
— Dionæiſque avibus circumſona Thisbe.
Turba canum circumſona. Ovid. 4. Met. 723.
CIRCUMSPECTO, In CIRCUMSPICIO.
CIRCUMSPERGO, ſi, ſum, [περιπάσσω] ĕre. Columel. lib. 11. cap. 2. Et ſi ſunt parum fructuoſæ, vel cacuminibus retorridæ frondis, magnis arboribus quaternos modios ſtercoris caprini circumſpergere, &c.
Legitur etiam Circumſpargo. Apic. 8. 8. Impenſam talem circumſparges.
CIRCUMSPĬCIO, exi, ectum, [περιβλέπω, περισκοπέω, περισκέπτομαι] ĕre. ex Circum & Specio antiquo verbo compoſitum, quod Aſpicere ſignificat. Eſt autem Circumſpicere, Huc atque illuc oculos vertere, & circumferre. Cic. pro Roſc. Com. Circumſpicit, æſtuat. Ter. And. 2. 2. 21. Circumſpicio, nuſquam es.
Nec ſuſpicit, nec circumſpicit. Cic. 2. de Divin. 72. Illi autem, qui in auſpicium adhibetur, &c. nec ſuſpicit, nec circumſpicit: ſtatim reſpondet ſilentium eſſe videri.
Se circumſpicere, prudentis eſt. Cic. in Parad. 4. Nunquamne, homo amentiſſime, te circumſpicies? Nunquam nec quid facias conſiderabis &c.
Fragorem circumſpicere. Stat. 8. Theb.
Omnes. Ovid. 5. Triſt. 3. 51.
Circumſpicere, pro Animadvertere, & diligenter videre, ſive conſiderare. Cic. 4. Acad. 36. Deinde quum dicant poſſe accidere ſapienti, ut quum omnia fecerit, diligentiſſimeque circumſpexerit, exiſtat aliquid quod & veriſimile videatur.
Omnia circumſpicere. Cic. pro Quint. 96. Omnia circumſpexit Quintius, omnia periclitatus eſt. h. e. In omnes partes ſe verſavit, & omnem (quod aiunt) lapidem movit.
Auxilia externa circumſpicere. Liv. 1. 30. Sabini haud parum memores, & ſuarum virium partem Romæ a Tatio locatam, & Romanam rem nuper etiam adjectione populi Albani auctam, circumſpicere & ipſi externa auxilia.
Caſus alicujus. Ovid. 1. Triſt. 1. 47.
Membra Reip. Cic. 5. Fam. 13.
Procellas. Cic. 4. in Catil. 4. Quare P. C. incumbite ad ſalutem Reip. circumſpicite omnes procellas, quæ impendent.
Animo circumſpicere. Cæſ. 6. Bell. Gall. 5.
Mentibus circumſpicere. Cic. pro Sulla 70. Circumſpicite pauliſper mentibus veſtris, ut alia omittamus, hoſce ipſos homines, qui huic affines ſceleri fuerunt. Ovid. 1. Triſt. 1. 87.
— timida circumſpice mente.
Circumſpicitur. Cic. in Orat. 79. Quid deceat circumſpicietur.
Diligenter circumſpiciendum. Cic. 1. Q. frat. 1.
Circumſpicienda hæc in omni officio. Cic. 1. Off. 59. Hæc igitur & talia circumſpicienda ſunt in omni officio, &c.
Circumſpicere & proſpicere. Ter. Adel. 4. 5. 55.
Permulta ſunt in omni oratione circumſpicienda. Cic. 2. de Orat. 301.
Circumſpicere ſe, pro Gloriari. Cic. pro Roſc. Com. 5. Uſque eone te diligis, & magnifice circumſpicis, ut, &c.
CIRCUMSPICIENS, entis. Salluſt. Bell. Jugurth. cap. 93. Tentans omnia & circumſpiciens.
CIRCUMSPICIENTIA, æ. f. [περισκοπὴ] Idem ac Circumſpectio. Gell. lib. 14. cap. 2. Multa & anxia cura, & circumſpicientia indigens.
CIRCUMSPECTUS, a, um. [περίβλεπτος] Partic. eſt non Qui circumſpicitur, quem ſolemus appellare conſpicuum: ſed Qui circumſpicit, & in omnem partem, more Jani ſpectat, h. e. Prudens & ſagax. Hæc Valla lib. 1. 30. Columel. lib. 1. cap. 8. Nam illa ſolennia ſunt omnibus circumſpectis, &c.
Canes circumſpecti. Columel. lib. 7. cap. 12. Maxime autem debent in cuſtodia vigilaces conſpici, nec erronei, ſed aſſidui, & circumſpecti magis quam temerarii, h. e. Prudentes.
Homo circumſpectus. Celſ. lib. 3. cap. 10. ad finem, de curatione lentarum febrium, Sed eſt circumſpecti quoque hominis, & novare interdum, & augere morbum.
Judicium circumſpectum. Quintil. lib. 10. cap. 1.
Princeps circumſpectiſſimus & prudentiſſimus. Suet. Tib. cap. 21.
Interdum paſſive ponitur. Cic. 1. Fam. 9. Circumſpectis rebus omnibus rationibuſque ſubductis ſummam feci, &c.
Verba circumſpecta. Ovid. 5. Faſt. 539.
Verba movent iras non circumſpecta Deorum. i. e. Non conſiderata. conf. 5. Met. 175.
Eſt etiam Spectabilis. Ammian. 14. 6. Populi Romani nomen circumſpectum & verendum. Et Idem 18. 10. Genere, fama potentiaque circumſpectus. V. etiam Scalig. de Cauſ. L. L. 7. 149.
CIRCUMSPECTIO, ōnis. f. [περίσκεψις] Prudentia, Diligens animadverſio.
Circumſpectio & accurata conſideratio. Cic. 4. Acad. 35. Sin ex circumſpectione aliqua & accurata conſideratione, quod viſum ſit, &c.
CIRCUMSPECTUS, ûs. m. [περίσκεψις] Idem. Cic. 12. Philipp. 26. Facilis eſt circumſpectus, unde exeam, quo progrediar: quid ad dextram, quid ad ſiniſtram ſit.
Mali circumſpectus, Conſideratio malorum & intuitus. Ovid. 4. Triſt. 6. 44.
Ad circumſpectum. Plin. lib. 11. cap. 37. Cervix flexilis ad circumſpectum, articulorum nodis jungitur.
CIRCUMSPECTE, Adv. [περιεσκεμμένως] Quintil. lib. 9. cap. 2. Hoc parcius & circumſpectius faciendum. i. e. Conſideratius & diligentius.
Circumſpecte compoſiteque indutus. Gell. 1. 5.
Donare circumſpecte. Sen. de Benef. 3. 14.
CIRCUMSPECTO, [παπταίνω] āre. Liv. 34. 39. Ut capta urbe trepidans, quanam ipſe evaderet, circumſpectabat. Ter. Eun. 3. 5. 54. Et ſimul alia circumſpecto.
In paſtu circumſpectant beſtiæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 126. Jam vero illa etiam notiora, quanto ſe opere cuſtodiant beſtiæ, ut in paſtu circumſpectent, ut in cubilibus deliteſcant.
Alius alium circumſpectat. Liv. 2. 10. Cunctati aliquandiu ſunt, dum alius alium, ut prælium incipiant, circumſpectant.
Rem aliquam circumſpectare, pro Diligenter conſiderare, & magna animi intentione. Cic. 1. Tuſc. 73. Itaque dubitans, circumſpectans, hæſitans, multa adverſa revertens, tanquam ratis in mari immenſo noſtra vehitur oratio. Poſtrema verba varie ſcribuntur. V. Interpp.
Vultus circumſpectare aliquorum. Liv. 3. 37. pr. Circumſpectare tum patriciorum vultus plebeii: & inde libertatis captare auram, &c.
CIRCUMSPECTANS, antis. [παπταίνων] Partic. ut, Huc & illuc circumſpectans. Auctor ad Heren. lib. 4. 62. Iſte quotidie per forum medium tanquam jubatus draco ſerpit, dentibus aduncis, aſpectu rabido, ſpiritu venenato, circumſpectans huc & illuc, ſi quem rapiat.
CIRCUMSPECTĀTOR, ōris. m. [περισκεπτὴς] Cujus femininum,
CIRCUMSPECTĀTRIX, īcis. f. Quæ huc & illuc aſpicit, & ſingula conſiderat. Plaut. Aulul. 1. 1. 2.
Exi inquam, age exi, exeundum hercle tibi hinc eſt foras,
Circumſpectatrix, cum oculis emiſſitiis.
CIRCUMSTAGNO, āre. Tertull. de Pudicit. cap. 22. pr. Lacrymæ circumſtagnant.
CIRCUMSTĪPO, [περιπυκνόω] āre. Sil. 10. 453.
Hannibal, &, magna circumſtipante caterva.
CIRCUMSTIPĀTUS, a, um. ut, Curia circumſtipata. Claud. 27. 595.
Principis, &, ducibus circumſtipata togatis,
Jure paludatæ jam curia militat aulæ.
CIRCUMSTO, ſtĕti, ſtĭtum, [ἀμφίστημι, περίσταμαι] āre. Circumdare. Cic. 1. Att. 16. Ut me circumſteterint, ut aperte jugula pro meo capite P. Clodio oſtentarint.
Tribunal Prætoris circumſtare. Cic. 1. in Catil. 32. Deſinant inſidiari domi ſuæ Conſuli: circumſtare tribunal Prætoris urbani: obſidere cum gladiis curiam.
Auctoritates aliquem circumſtant. Cic. 2. Verr. 52. Circumſtant te ſummæ auctoritates: quæ te oblivìſci laudis domeſticæ non ſinant.
Fata omnia nos circumſtant. Cic. 10. Philipp. 20. Quum vero dies & noctes omnia nos undique fata circumſtent, non eſt noſtrum, nominiſque Romani dubitare, eum ſpiritum, quem naturæ quis debeat, patriæ reddere.
CIRCUMSTANS, antis. [περιεστὼς] Partic. Liv. 21. 55. extr. Tamen in tot circumſtantibus malis manſit aliquandiu immota acies.
Homines circumſtantes. Quintil. lib. 4.
Res circumſtantes. Auctor ad Heren. lib. 4. 68.
Silvæ circumſtantes. Ovid. 3. Met. 441.
Ad circumſtantes vertit ſua brachia ſilvas.
CIRCUMSTANTIA, æ. f. [περίστασις] Gell. lib. 3. cap. 7. De loci importunitate, & hoſtium circumſtantia.
Circumſtantiæ dictæ Quæ in unaquaque controverſia quæri ſolent, & quaſi quæſtionem circumſtant.
Ex circumſtantia ducere argumentum. Quintil. lib. 5. cap. 10.
CIRCUMSTATIO, ōnis. f. [ἀμφίστασις] Gell. lib. 7. cap. 4. Ea circumſtatio militum, corona appellata ſit.
CIRCUMSTRĔPO, ui, ĭtum, [περικτυπέω] ĕre. In circuitu ſtrepitum facere.

facere. Seneca lib. de Vita beata ad Gallionem, cap. 11. Non voco autem ſapientem, ſupra quem quicquam eſt, nedum voluptas. Atqui ab hac occupatus, quomodo reſiſtet labori ac periculo, egeſtati, & tot humanam vitam circumſtrepentibus minis?
Certatim ceteri circumſtrepunt. Tacit. 11. Ann. 31. 2.
Paſſive Idem 2. Hiſt. 44. 3. Legatus clamore ſeditioſorum ac fugacium circumſtrepitur.

CIRCUMSTREPĬTUS, a, um. Strepitu impulſus. Apul. Apol. p. 322.
Feneſtræ canticis circumſtrepitæ.
Aures circumſtrepitæ. Sidon. 7. Epiſt. 9. Aures incondito tumultu circumſtrepitæ.

CIRCUMSTRUO, xi, ctum, [περιοικοδομέω] ĕre. Plin. lib. 11. cap. 6. His deinde fores quoque latiores circumſtruunt.
Circumſtruere undique lapidibus. Plin. lib. 19. cap. 8.

CIRCUMSTRUCTUS, a, um. Columel. 9. 6. Opere lateritio circumſtructis alvis.
Lacus circumſtructus. Suet. Domit. cap. 4. Circumſtructo juxta Tiberim lacu.

CIRCUMSŪDO, [περιϊδρόω] āre. Plin. lib. 14. cap. 1. Stipatæ vinaceis circumſudantibus.

CIRCUMSUO, ui, ūtum, [περιῤῥάπτω] ĕre. Plin. lib. 34. cap. 16. Vitilibuſque navigiis circumſutis corio advehi. V. etiam Celſ. 8. 5.

CIRCUMTĔGO, xi, ctum, [περισκεπάζω] ĕre. Circum circa operire. Plaut. Mil. 2. 2. 80.

Herus meus elephanti corio circumtectus eſt, non ſuo. Al. Circumjectus. Gronov. Circumtentus.

Cælum circumtegit omnia. Lucret. lib. 1. 1094.

CIRCUMTENDO. V. dict. præced.

CIRCUMTEXO, xui, xtum, [περιυφαίνω] ĕre. Virg. 1. Æn. 649.

Et circumtextum croceo velamen acantho.

CIRCUMTEXTUM, i. n. Amictus genus, quod purpuram circum habeat. Varro L. L. 4. 30.

CIRCUMTONDEO, di, ſum, [περικείρω] ĕre. a Circum & Tondeo. Hinc

CIRCUMTONSUS, a, um. Suet. in Auguſt. cap. 45. Nam hiſtrionum licentiam adeo compeſcuit, ut Stephanionem togatarium, cui in puerilem habitum circumtonſam matronam miniſtraſſe compererat, per trina theatra virgis cæſum relegaverit.
Oratio circumtonſa. Senec. Epiſt. 115.
Pinus circumtonſæ. Petron. cap. 131.

CIRCUMTŎNO, ui, ĭtum, [περιβροντάω] āre. Hor. 2. Serm. 3. 223.

— quem cepit vitrea fama,
Hunc circumtonuit gaudens Bellona cruentis.

h. e. Inſanus & furioſus eſt, &, ut Græci dicunt, ἐμβρόντητός ἐστι, id eſt attonitus eſt. Nam tonitru homines de ſtatu mentis & prudentia dejiciuntur.
Strepitu circumtonare aliquem locum. Sil. lib. 6. 216.

CIRCUMTRĔMO, ui, [περιτρέμω] ĕre. Lucret. lib. 1. 1087.

Atque ideo totum circumtremere æthera ſignis. [Niſi diviſim legas.

CIRCUMVĀDO, ſi, ſum, [περιεισβάλλω] ĕre. Invadendo circumdare. Liv. 9. 40. Is novus additus terror quum ex utraque parte circumvaſiſſet aciem, &c.
Terror urbem circumvaſit. Liv. 34. 38. Repente anceps terror hinc muros aſcendentibus Romanis, illinc arce capta, barbaros circumvaſit.
Paſſive. Ammian. 20. 6. Circumvaditur civitas a quibuſdam vehentibus ſcalas.

CIRCUMVAGOR, āri. Vitruv. 5. 8. Circumvagando vox coacta.

CIRCUMVĂGUS, a, um. [περιπλάνης] ut, Oceanus circumvagus. Hor. Epod. 16. 41. i. e. Vagans, & vage fluctuans circum omnem terram.
Æthereæ moles circumvaga flammæ. Lucan. ad Piſon. 19. Periphraſis eſt Solis.

CIRCUMVALLO, [περιβάλλω] āre. compoſitum ex Vallo vallas, quod firmare ſignificat: h. e. Vallo circummunire. Cæſ. 7. Bell. Gall. 11. Oppidum oppugnare inſtituit, idque biduo circumvallavit. Cic. 9. Att. 12. Legebam tuas litteras XIII Cal. quum mihi epiſtola affertur a Lepta, circumvallatum eſſe Pompeium.
Aciem denſo orbe circumvallare. Sil. lib. 7. 583.
Circumvallant me res. Ter. Adel. 3. 2. 4.

Tot res repente circumvallant, unde emergi non poteſt.

Ubi Donatus, Circumvallant ſe circa nos, & ſtipant ſe invicem. nam circumvallamus nos & alios. tamen rara loquutio eſt. Et circumvallant dixit, velut inimica acies contra nos. & ideo addidit, Unde emergi non poteſt. Quum impreſſio eſt hoſtium, ſic dicitur.

CIRCUMVALLĀTUS, a, um. [περιβεβλημένος] Partic. Liv. 3. 25. Luce prima jam circumvallati ab Dictatore erant, &c.
Bellona circumvallata Senatu. Claud. 7. Paneg.

CIRCUMVĔHO, xi, ctum, [περιάγω] ĕre. Circumportare. Cæſ. 7. Bell. Gall. 45. Mulioneſque cum caſſidibus, equitum ſpecie ac ſimulatione, collibus circumvehi jubet.
Claſſe circumvehi. Liv. 8. 26.

CIRCUMVĔHENS, entis. Partic. Nepos 13. 2. 1. Præfectus circumvehens Peloponeſum.

CIRCUMVECTUS, a, um. aliud Partic. Plaut. Moſt. 4. 3. 3. In terras oraſque ultimas circumvectus.
Equo circumvectus. Liv. 3. 28.
Montes circumvectus. Idem 21. 60. V. etiam Cæſ. 3. Bell. Civil. 63.

CIRCUMVECTIO, ōnis. f. [περιαγωγὴ] Cic. 2. Att. 16. Illud tamen quod ſcribit, animadvertas velim, de portorio circumvectionis.
Solis circumvectio. Cic. de Univerſ. 26. Ut terram Lunæ curſus proxime ambiret: eique ſupra terram proxima Solis circumvectio eſſet.

CIRCUMVECTO, [περιάγω] āre. frequent. Plaut. Rud. 4. 2. 28. Oppida circumvectabor. ſubaudi, Per. Sic apud Virg. 3. Georg. 285.

Singula dum capti circumvectamur amore.

Ubi Servius, Dum ſpeciatim ſingula deſcribimus.

CIRCUMVENIO, ēni, entum, [κυκλόω] īre. Circumdare, ſepire. Salluſt. Jug. cap. 76. pr. Vallo, foſſaque mœnia circumvenit.
Hoſtem circumvenire. Salluſt. Jug. cap. 57. pr. Pro loco & tempore paratis rebus cuncta mœnia exercitu circumvenit.
Incommoda multa circumveniunt ſenem. Hor. in Arte Poet. 169.
Circumvenire; Opprimere, decipere, Invidia conflata & factione opprimere. Cic. 2. Off. 51. Eoque major ſiquando accidit, ut ei ſubveniatur, qui potentis alicujus opibus circumveniri urgerique videtur. Ter. Phorm. 4. 3. 9. Facinus indignum, Chreme, ſic circumveniri.

Aliquem circumvenire. Cic. 3. Verr. Jam te non Siculi, non aratores (ut dictitas) circumveniunt.
Ignorantiam circumvenire. Ulp. in l. ſi fidejuſſor. §. ſi quum debitor. D. mandati, Debuit enim debitor notum facere fidejuſſori, jam ſe ſolviſſe: ne forte creditor obrepat, & ignorantiam ejus circumveniat, & excutiat ei ſummam in quam fidejuſſit.
Leges circumvenire eſt, In fraudem legum aliquid facere, l. 123. in fin. Dig. de Legat. 1.
Per arbitrum aliquem circumvenire. Cic. pro Roſc. Com. 25. Itane vero, quem per arbitrum circumvenire non poſſes, cujus de ea re proprium non erat judicium, nunc per judicem condemnabis?
Circumvenire & opprimere. Cic. 6. Verr. 17. Quid? te a Centuripina civitate, a Catinenſi, ab Haleſina, ab Tyndaritana, Ennenſi, Agyrinenſi, ceteriſque Siciliæ civitatibus circumveniri atque opprimi dicis?
Acerbum eſt ab aliquo circumveniri: acerbius a propinquo. Cic. pro Quint. 95.
Circumveniri, niſi ſubveniatur. Cic. de Clar. Orat. 260. Tum C. Ruſcius, Circumvenior, inquit, Judices, niſi ſubvenitis.
Dolo circumvenire. Juſtin. 27. 1. 7.
Fraude inſidiarum circumvenire. Juſtin. 1. 8. 9.
Judicio capitis aliquem circumvenire atque opprimere, h. e. Judicibus corruptis, vel conductis teſtibus, facere ut innocens condemnetur. Cic. pro Cluent. 192. Mulierem quandam Larino Romam proficiſci cum magno comitatu & pecunia, quo facilius circumvenire judicio capitis atque opprimere filium poſſet.
Per inſidias circumveniri. Cæſ. 1. Bell. Gall. 42. Vereri ſe, ne per inſidias ab eo circumveniretur.
Circumvenire, pro Circumfluere. Virg. 6. Æn. 132.

Cocytuſque ſinu labens circumvenit atro. Al. Circumfluit.

Circumvenio, Circumvolvo. Valer. 1. Argon. 400.

— vacua nam lapſus ab arbore parvum
Ter quater ardenti tergo circumvenit anguis.

CIRCUMVENTUS, a, um. Partic. ut, Cerva lupis circumventa. Stat. 5. Theb. 166.
Innocens pecunia circumventus. Cic. pro Cluent. 79. i. e. Oppreſſus & damnatus.
Criminibus falſis circumventus. Salluſt. in Catil. cap. 31. extr. At Catilina ex itinere pleriſque conſularibus, præterea optimo cuique litteras mittit, ſe falſis criminibus circumventum, quoniam factioni inimicorum reſiſtere nequiverit, fortunæ cedere.
Inſidiis circumventus. Juſtin. 10. 1. 7.
Judicio iniquorum circumventus. Cic. 1. Tuſc. 98.
Circumventus morbo, exilio, atque inopia. Cic. 4. de Finib. 62.
Neceſſitudinibus circumventus. Salluſt. in Catil. cap. 21. Petere Conſulatum C. Antonium, quem ſibi collegam fore ſperabat, hominem familiarem, & omnibus neceſſitudinibus circumventum, cum eo ſe Conſule initium agendi belli facturum.
Periculo circumventus. Cic. Anteq. iret in exil. 16.

CIRCUMVENTIO, ōnis. f. Deceptio. l. 17. Dig. de Minorib. Allegatio circumventionis adverſarii. V. Auguſt. de Civ. Dei, 22. 22.

CIRCUMVENTOR, ōris. m. Deceptor. Lamprid. in Alexandro cap. 66. Amicos ſanctos & venerabiles habuit, non circumventores ſui, non irriſores, &c.

CIRCUMVENTORIUS, a, um. Auguſtin. Confeſſ. 3. 3. Circumventoria obſequia dæmoniorum.

CIRCUMVERTO, [περιστρέφω] ĕre. Notæ ſignificationis. Plaut. Perſ. 3. 3. 37.

Mirum, quin citius jam a foro argentarii
Abeunt, quam in curſu rotula circumvertitur.

Circumvertere aliquem argento. Plaut. Pſeud. 1. 5. 127. i. e. Dolis auferre argentum.
Rota circumvertitur axem. Ovid. 15. Met. 522.

Nec vires tamen has rabies ſuperaſſet equorum,
Ni rota, perpetuum qua circumvertitur axem,
Stipitis occurſu fracta & disjecta fuiſſet.

CIRCUMVERSIO, ōnis. f. Quintil. 11. 3. Circumverſio manus.

CIRCUMVERSOR, [περιειλέομαι] āri. Lucret. lib. 6. 199.

Nunc hinc, nunc illinc fremitus per nubila mittunt,
Quærenteſque viam, circumverſantur, &c.

De ventis.

CIRCUMVESTIO, [ἀμφικαλύπτω] īre. Plin. lib. 17. cap. 23. Vernacula putatio dejectis per ramos vitium crinibus circumveſtit arborem.
Dictis circumveſtire. Cic. 3. de Orat. 156. Ut ille qui occultantem conſulto, ne id quod ageretur, intelligi poſſet, duobus translatis verbis ſimilitudine ipſa indicat, Quandoquidem iſte circumveſtit dictis, ſepit ſedulo.

CIRCUMVINCIO, inxi, inctum, [περιπεδάω] īre. Plaut. Rud. 3. 4. 27.

Quaſi murteta juncis, item ego vos virgis circumvinciam.

CIRCUMVINCTUS, a, um. Avienus Perieg. v. 331.

CIRCUMVĪSO, [περισκέπτομαι] ĕre. frequent. a Circumvideo. Plaut. Amph. 5. 1. 58. Sed angues oculis omnibus circumviſere.

CIRCUMVŎLO, [περιίπτημι] āre. ex Volo, volas compoſitum, notæ ſignificationis.
Jaculo circumvolat alite campum. Sil. lib. 17. 416. de Maſiniſſa.
Jocus circumvolat Venerem. Hor. 1. Carm. 2. 34.
Mors atris circumvolat alis. Hor. 2. Serm. 1. 58.
Nox atra cava circumvolat umbra. Virg. 6. Æn. 867.

CIRCUMVOLANS, antis. Vellei. 2. 27. 2. Circumvolans ordines exercitus ſui Teleſinus.

CIRCUMVOLĀTUS, a, um. [περιπτηθεὶς] Partic. a paſſivo Circumvolor. Plin. lib. 10. cap. 32. Halcyonem videre rariſſimum eſt, nec niſi Vergiliarum occaſu, & circa ſolſtitia brumamve, nave aliquando circumvolata, ſtatim in latebras abeuntem.

CIRCUMVOLĬTO, [περιΐπταμαι] āre. frequent. Virg. 1. Georg. 377.

Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo.

Limina potentiorum circumvolitare. Columella in præfat. totius operis. V. Sil. 9. 421.

CIRCUMVOLITABĬLIS, e. Mart. Capella lib. 6. p. 191.

CIRCUMVOLVO, [περιειλέω] ĕre. Plin. lib. 10. cap. 62. Serpentes coeunt complexu, adeo circumvolutæ ſibi, ut una exiſtimari biceps poſſit.
Circumvolvere ſeſe ſpinis, arboribus & herba. Plin. lib. 16. cap. 44.
Sol circumvolvitur annum, Annus præterlabitur, & recidit in hiemem. Virg. 3. Æn. 284.

Interea

Interea magnum sol circumvolvitur annum,
Et glacialis hiems Aquilonibus asperat undas.

CIRCUMVOLŪTOR, [περικυλίνδομαι] āri. Plin. lib. 8. cap. 17. Feram vero circumvolutari non dubie blandientem, sese conflictantem mœrore, qui etiam in panthera intelligi posset. De panthera.

CIRCUO, īre. In CIRCUMEO.

CIRCUS, i. m. dicitur (inquit Nonius) Omnis ambitus vel gyrus.

Circus [κίρκος, ἱππικὸν θέατρον] erat Locus orbicularis, longior tamen quam latior, multos habens gradus, in quibus ludos spectaturi sedebant. Institutus primum fuit a Tarquinio Prisco ad celebrandos ludos, qui in Deorum honorem, Templorum locorumque publicorum dedicationem fiebant. In eo varia exhibita fuerunt certamina, scil. Equestria, curulia, venationes. De equestribus Ovid. 4. Fast. 391.

Circus erit pompa celeber, numeroque Deorum:
Primaque ventosis palma petetur equis.

De curulibus agit Plin. 8. 42. Nam in circo ad currus juncti equi non dubie intellectum adhortationis & gloriæ fatentur. Venationes in circo fuisse satis probant Gellii verba 5. 14. In Circo maximo venationis amplissimæ pugna populo dabatur. [Sed eædem & in Amphitheatro sæpe exhibitæ. V. VENATIO. Perperam autem hic Equestria certamina Ovidio memorata, a Curulibus distinguit. de Desultoriis equis, qui & in Circo dabantur. V. f. l. in DESILIO. & infra ex Isidoro.

Circus Soli principaliter consecratus est a Paganis, cujus ædes medio spatio, & effigies de fastigio ædis emicat, quod nonnulli putaverunt, sub tecto consecrandum; quem in aperto habent. Est autem Circus, Omne illud spatium quod circuire equi solent. hunc Romani dictum putant a Circuitu equorum, eo quod ibi circum metas equi currant: Græci vero a Circe filia Solis, quæ patri suo genus hoc certaminis instituit. Ornamenta Circi, ova, meta, obeliscus, carcer. Ova honori Castoris & Pollucis ascribunt, qui illos ovo editos credendo, de cygno & Jove non erubescunt. Metarum appellatione proprie terminum ac finem mundi designare volunt, ab eo quod aliquis emensus finis est, sive ad testimonium orientis occidentisque solis. Obeliscum Messeres (l. Mephres) rex Ægypti primus fecisse fertur tali ex causa: Quum quodam tempore Nilus violenta inundatione Ægyptum vastasset, indignatus rex, tanquam pœnas a flumine exigeret, sagittam in undas misit. non multo post gravi valetudine correptus, lumen amisit: qui post cæcitatem visu recepto duos obeliscos Soli consecravit. obeliscus enim sagitta dicitur. qui ideo in medio circo ponitur, quia per medium mundum sol currit. medio autem spatio ab utraque meta constitutus obeliscus, fastigium summitatemque cæli significat, quum Sol ab utroque spatio medio horarum discrimine transcendit. summo obelisco superpositum est quiddam auratum, in modum flammæ formatum: quoniam Sol plurimum caloris atque ignis habet. In circo, unde emittuntur equi, carceres dixerunt, a carcere qui est in civitate: quod, ut ibi homines damnati, atque inclusi, ita hic equi coercentur, ne exeant ante quam signum emittant. Ars Circi, auriga, & currus, equites vel pedites. aurigæ autem duobus (præcipue) coloribus sunt, prasinus & venetus. prasinus terræ, venetus cælo & mari dedicatus est a Paganis. Erichthonius autem, qui regnavit Athenis primus, quatuor equos junxisse fertur, sicut Virgilius auctor est, 3. Georg. 113.

Primus Erichthonius currus & quatuor ausus
Jungere equos, rapidisque rotis insistere victor.

Currus autem a Cursu dictus, vel quia rotas habere videtur: unde & Carrum, quasi currum: quadrigarum vero currus duplici temone olim erant, perpetuoque, & quod omnibus equis injiceretur, jugo. primus Ciristenes (l. Eurysthenes) Sicyonius tantum medios jugavit, eisque singulos ex utraque parte simplici vinculo applicavit. Quadrigæ, bigæ, trigæ, sejugæ, a numero equorum & jugo dictæ. ex quibus quadrigas Soli, bigas Lunæ, trigas inferis, sejugas Jovi, desultores Lucifero & Hespero sacraverunt. Quadrigas ideo Soli jungunt, quia per quatuor tempora annus vertitur, ver, æstatem, autumnum, & hiemem: bigas Lunæ, quoniam gemino cursu cum Sole contendit, sive quia & nocte videtur, & die. jungunt enim unum equum nigrum, alterum candidum. Trigas diis inferis: quia hi per tres ætates homines ad se rapiunt, id est per infantiam, juventutem, senectutem: Sejugæ, maximus currus, Jovi: propterea quod maximum deorum suorum eum esse credunt. Septem spatia quadrigæ currunt, referentes hoc ad cursum septem stellarum, quibus mundum regi dicunt, sive ad cursum septem dierum potentium, quibus peractis vitæ terminus consummatur, quorum finis est creta, id est Judicium. Porro equites singulares ideo currere dicunt, quia singulariter unusquisque cursum vitæ hujus peragit, atque transit, alius alio tempore sequens alium, per unam tamen viam mortalitatis usque ad propriam metam mortis. Desultores nominati, quod olim, prout quisque ad finem cursus venerat, desiliebat, & currebat, sive de equo in equum iterum transiliebat. Pedites autem aiunt propterea pede currere, quia pedibus curritur mortalitati. ob hoc a superiore parte currunt ad inferiora, id est ab Oriente ad Occidentem, quia mortales oriuntur, & occidunt. Nudi currunt, quia & homini in seculo nullæ reliquiæ sunt. recto spatio currunt, quia inter vitam & mortem nihil distat.

Circa caussas quoque elementorum iidem Gentiles etiam colores equorum junxerunt roseos Soli, id est igni, albos aëri, prasinos terræ, venetos mari assimilantes. item roseos æstati currere voluerunt, quod ignei caloris sit, & cuncta tunc flavescant: albos hiemi, quod sit glacialis, & frigoribus universa canescant: veri prasinos viridi colore, quia tum pampinus densatur. Item roseos currere Marti sacraverunt, a quo Romani exoriuntur, & quia vexilla Romanorum cocco decorantur, sive quod Mars gaudeat sanguine. Albos zephyris, & serenis tempestatibus, prasinos flori & terræ, venetos aquis vel aeri, qui cæruleo sunt colore: luteos, id est croceos, igni & soli: purpureos Iri sacrificaverunt, quem arcum dicimus, quod is plurimos colores habeat. Hæc passim correcta, ex Isidori Origin. lib. 18. cap. 28. & seq. ad 42.

Circo & Cavea, ludi publici divisi. Cic. 2. de Legib. 38. Jam ludi publici, quoniam sunt cavea, circoque divisi, sint corporum certationes, cursu, & pugilatione, luctatione, curriculisque equorum usque ad certam victoriam circo constitutis: Cavea cantu &c. ubi Caveam pro Theatro posuit, Circo etiam Stadii Græcor. certamina tribuit.

Campus circi patens. Virg. 5. Æn. 551.

— ipse omnem longo decedere circo
Infusum populum, & campos jubet esse patentes.

i. e. (ut ait Servius) Discessu populi jubet fieri circi campos patentes.

Ludi solennes circi. Ovid. 5. Fast. 597.

Ludi Romani in circo. Cic. 2. Philipp. 110. Nescis heri quartum in circo diem ludorum Romanorum fuisse.

Apertus circus, i. e. Spatiosus. Ovid. 12. Met. 102.

Apollinaris circus. Liv. lib. 3. 63. Idem ac Flaminius, ut patet collato cap. 54. extr. ejusd. libri.

Capax populi. Ovid. 1. de Arte Am. 136.

Clamosus. Martial. lib. 10. 53.

Ille ego sum Scorpus clamosi gloria circi.

Fuit enim Scorpus auriga celeberrimus. Certabant autem aurigæ in circo. Clamosi, propter clamorem & plausum populi aurigis faventis.

Fallax. Hor. 1. Serm. 6. 113.

Fallacem circum, vespertinumque pererro
Sæpe forum.

Videtur Suburram dicere, quod fere hora sera furtivas res solent venum deferre. Porphyr. [Immo Fallax circus dicitur, quod in eodem frequentes consisterent omnis generis deceptores & Pseudomantæ, qui vaticinia quævis credulo popello vendebant. V. Juvenal. Sat. 6. v. 582. & seq.

Flaminius circus. Cic. 1. Att. 14.

Maritimus circus apud Hernicos. Liv. 9. 42. extr.

Maximus. Liv. 1. 35. & 57.

Rapidus. Stat. 3. Silv. 5. 15. Rapidum vocat propter equorum cursus.

Raucus. Juven. 8. Sat. 59.

Sic laudamus equum, facili cui plurima palma
Fervet & exultat rauco victoria circo.

Rauco, i. e. Sonoro propter clamorem faventium & incitantium currentes illic aurigas.

Locum dare alicui in circo & in foro. Cic. pro Muren. 72. Ut locus & in circo, & in foro daretur amicis & tribulibus?

Comparare tabernas in circo. Cic. pro Muren. 73. Quid statuent in viros primarios qui in circo totas tabernas tribulium causa compararunt?

Virgis cæsus servus per circum. Cic. 1. de Divin. 55.

Circus pro Circulo, ut Candens circus, i. e. Orbis lacteus. Cic. in Arat. 248.

Elucens candore. Cic. de Somn. Scip. 11. Quo loco Macrobius lib. 1. cap. 15. Orbis hic, inquit, idem quod circus in Lactei appellatione significat. Est autem Lacteus unus e circulis qui ambiunt cælum.

CIRCENSIS, e. Adj. Ad circum pertinens, vel Quod in circo fiebat: ut, Ludi circenses, [ἱπποδρομία] Disponebatur autem circus in forma spatii oblongi: & in summitate circi carceres erant, unde equi curribus juncti ad cursum movebantur: & quum ad summum devenissent, revolvebantur, donec ad priorem metam devenirent. In circuitu vero spectacula ædificabantur, e quibus prospectare patres atque equites possent. spectacula ipsa, fori appellabantur. Liv. 1. 35. extr. Tum primum circo, qui nunc maximus dicitur, designatus est locus. divisa loca Patribus Equitibusque ubi spectacula sibi quisque faceret: fori appellati. Servius in illud Virg. 8. Æn. 636.

Nec procul hinc Romam, & raptas sine more Sabinas
Consessu caveæ, magnis Circensibus actis
Addiderat.

Circenses, inquit, sine Ludorum adjectione, dicti vel a circuitu: vel quod ubi nunc metæ sunt, olim gladii ponebantur quos circumibant. Similes ineptiæ leguntur apud Isidor. 18. 27. & 28. Hi in honorem Consi, seu Neptuni Equestris, celebrabantur. V. & CONSUS. Ac de Curulibus certaminibus circi plura in dictione Factio, post FACIO.

Circensium ludorum septem erant curricula solennia. Gell. lib. 3. cap. 10. Ex Varrone.

Pompa Circensis fuit, qua Deorum omnium simulacra in thensis per circum ducebantur. Suet. Cæs. 76. Sedem auream in curia & pro tribunali, thensam & ferculum Circensi pompa, &c. V. POMPA.

Tomentum Circense dicitur, Quod fit ex summitatibus palustrium arundinum mollibus lanæ simillibus. Martial. 14. 160.

Tomentum concisa palus Circense vocatur. V. TOMENTUM.

Incurrere Circensibus, pro Circensium ludorum die. V. INCURRO.

Ludicrum circense. Liv. lib. 44. cap 9.

CIRCŬLUS, i. m. [κύκλος] Planum peripheria, seu linea a centro æqualiter distante, comprehensum. Cic. 2. de Nat. Deor. 47. Quumque duæ formæ præstantes sint, ex solidis globus (sic enim sphæram interpretari placet) ex planis autem circulus aut orbis, κύκλος Græce dicitur.

Circulus. quinque circulis hæc nomina assignant. summum frigidissimæ partis finem, Septentrionalem appellant: secundum ab eo, solstitialem: ab hoc deinde, qui medium polum dividit, æquinoctialem: quod in eo Sol diei & noctis horas æquet. ab hoc deinde, qui est æquinoctiali proximus, brumalem: nam & solstitialis est ordinatus. septentrionali deinde se contrarium australem appellant. circulus autem zodiacus, cujus fines Sol negatur excedere, ex circulo solstitiali ad brumalem per diagonum ostenditur, ita ut ex utraque parte meridianum circulum medium secet. per hunc Sol ire fertur, & orbem terrarum viginti & quatuor horis circumire. Ex Hygino de limitibus constituendis. pag. 172. Goes.

Circulis vasa cingere. Plin. lib. 14. cap. 21.

Lacteus circulus. V. LAC.

Circulos suos, orbesque conficiunt celeritate mirabili stellæ. Cic. de Somn. Scip. 6.

Subnectere circlos de vimine cervici vitulorum. Virg. 3. Georg. 167.

Circulus, per translationem. Cic. 5. de Fin. 56. Quinetiam inertissimos homines videmus, quum non habeant ingenuas ex doctrina oblectationes, circulos aliquos, aut semicirculos consectari. Circulos appellat, Cœtus hominum in orbem collectorum, & inter se fabulantium. Semicirculos, Sessiones colloquentium, capitaque conferentium. Budæus. Liv. lib. 44. cap. 22. In omnibus circulis, atque etiam (si diis placet) in conviviis sunt, qui exercitus in Macedoniam ducant.

In circulis & in conviviis sermo liberior. Cic. 2. Att. 18. Attamen in oppressione, sermo in circulis duntaxat, & in conviviis est liberior quam fuit: vincere incipit sermonem dolor, sed ita ut omnia sint plenissima desperationis.

Arripere aliquem ex circulo. Cic. 1. de Orat. 159. Si quemcunque patremfamilias arripuissetis, ex aliquo circulo, eadem vobis percontantibus respondisset.

Decipi in circulo. Cic. 1. de Orat. 174. Tu mihi quum in circulo decipiare adversarii stipulatiuncula, &c.

Subducere se de circulo. Cic. 3. Q. frat. 4. Cato is diruptis tabellis de circulo se subduxit.

Circulus, etiam dicitur quem vulgo vocamus *Collier*, h. e. Collarium: a similitudine, de quo Virg. 5. Æn. 559.

Flexilis obtorti per collum it circulus auri. Sed & circulos appendi auribus, constat ex Ezechiele cap. 16. Dedi circulos auribus tuis. Item naribus, ut constat ex loco Job. cap. 40. Nunquid pones circulum in naribus ejus? ubi D. Hieron. ait, inter cetera ornamenta mulierum solere aureos annulos in os ex fronte pendere, & imminere naribus. V. Th Bartholin. de Annulis narium. ad calcem lib. de Inaurib. vett.

Circlus per syncopen, pro Circulo. Virg. 3. Georg. 166.

Ac primum laxos tenui de vimine circlos
Cervici subnecte.

Circellus, i. m. dimin. a Circulus. ponitur pro Farcimine rotundo apud Apic. 2. 5. Circelli isiciati.

Circulāris, e. Saresb. 8. 2. Ambitus circularis.

Flexus circulares. Mart. Capella lib. 6. p. 190. conf. 8. p. 274.

Circŭlo, [κυκλόω] āre. Circumdare. Columel. lib. 11. ubi de Cappare loquitur, Isque debebit ante circulari fossula, quæ repleatur lapidibus & calce. Alii codices habent Circumdari.

Circulare, per translationem. Cic. de Clar. Orat. 200. Videt oscitantem judicem, colloquentem cum altero, nonnunquam etiam circulantem, mittentem ad horas, quæsitorem ut dimittat rogantem: intelligit oratorem in ea causa non adesse. Circulantem dixit, pro In circulo caput conferentem, quod indicium est auditoris oratori non auscultantis, nec animum orationi advertentis. Budæus. Alii sic: Circulantem, Se vertentem, & sic quasi circulum facientem: vel alios prope sedentes sic alloquentem, ut circulum facere videatur. Cæs. 1. Bell. Civil. 64. Totis vero castris milites circulari, & dolere, hostem ex manibus dimitti. [i. e. per circulos consistere. Vide nostram annotationem in Xenoph. pag. 94. H. St.

Est & Vagari ostentandi artificii & quæstus faciendi causa: ut agyrtæ & alii hujus generis homines facere solent, ideoque Circulatores appellantur. Sen. Epist. 40. Vis dicendi rapida atque abundans, aptior est circulanti, quam agenti rem seriam. V. etiam Idem Epist. 88. & 52.

Circulātus, a, um. ut, Pondus circulatum. Petron. cap. 67. Sed Burm. & Nodot. aliter legunt.

Circulatio, ōnis. f. Ambitus, circulandi actus. Vitruv. 9. 4. Mercurii stella ita pervolitat, ut trecentesimo & sexagesimo die per signorum spatia currens perveniat ad id signum, ex quo priore circulatione cœpit facere cursum.

Circulātor, ōris. m. [ἀγύρτης] (inquit Paulus Jurisc.) Qui serpentes circumfert ac proponit. Cels. lib. 5. cap. 27. §. 3. Ideoque colubra ipsa tuto estur, ictus ejus occidit: & si stupente ea (quod per quædam medicamenta circulatores faciunt) in os digitum quis indidit, neque percussus est, nulla in ejus saliva noxa est.

Circulator etiam est, Qui circulos facit, in cœtus & circulos coit. Vet. Gloss. Circulator, ὀχλαγωγὸς, ἀγύρτης. [Is est, qui Circulos cogit, ubique.

Actionum circulator. Cic. 10. Fam. 32. Bestiis vero cives Romanos, in his circulatorem quendam actionum, notissimum hominem Hispali, quia deformis erat, objecit. Al. Auctionum. lectio varia est. V. ibi Grævium.

Equestris circulator. Apul. de Asin. Aur. lib. 1. in pr. Circulatorem aspexi equestrem spatham præacutam mucrone infesto devorasse. [Immo Spatham equestrem devoravit Circulator, quisquis ille fuerit Athenis, vel circulo placere studens Præstigiator.

Circulator, Circumforaneus, qui sua carmina coronæ recitat. Is ab Horatio Cyclicus dicitur. V. Senec. Benef. 6. 11. & Epist. 29. Petron. cap. 68.

Circulātrix, īcis. f. [ἀγυρτὶς] Martial. 10. 3.

Et fœda linguæ probra circulatricis. i. e. In circulis maledicæ.

Circulatorius, a, um. [ἀγυρτικὸς] Adj. Quod ad circulatorem spectat. ut, Sermo circulatorius. Unde Quintilianus præcipit nobis parandam vim orandi, non circulatoriam voluptatem spectantibus. h. e. Iis qui garrula quadam circulatorum festivitate gaudent.

Jactatio circulatoria. Quintil. lib. 2. cap. 4. Extemporalis garrulitas, nec expectata cogitatio, & vix surgendi mora, circulatoriæ vere jactationis est.

Præstigiis circulatoriis ludere. Tertull. Apolog. cap. 23.

Circulātim, [κύκλῳ] Per circulos. Suet. Cæs. cap. 84. In summo publico luctu, exterarum gentium multitudo circulatim, suo quæque more, lamentata est.

Cīris, is. f. [Κεῖρις] dicitur Scylla, Nisi regis filia, mutata in avem cirim, id est alaudam. V. SCYLLA. V. etiam Ovid. 8. Met. 150.

Cirnea, æ. f. Vas vinarium, patens ac rotundum, quo vinum e cado hauritur, ut feratur ad mensam. Plaut. Amph. 1. 1. 273. Cadus erat vini, inde implevi cirneam. V. Non. 15. 29. Sed Scalig. & Meurs. Hirneam legunt.

Cirnearius, i. m. Figulus. Gruteri Inscript. p. 643. n. 2.

Cirphis, [Κίρφις] Rupes est prærupta, ante urbem ubi Delphi inhabitant sita, fundosam relinquens vallem, per quam plurimus amnis dispergitur, & sub qua urbs vetusta jacet Cyrrha ad mare locata, ut auctor est Strabo lib. 9.

Cirrha, V. CYRRHA.

Cirrhota [κιῤῥωτὰ] vel **Cirrha** Medicamenta, iis adnumerata sunt quæ vocantur κομμωτικά, veluti quæ ex bitumine concinnantur. Comparantur vero cirrha ex lithargyro καὶ ἰῷ, amplius si percoquantur. Sed sepositis obducitur phæi coloris ἐπίπαγος, ex quo pharmaci intima visuntur cirrha magis, quam ab initio: quo nomine nuncupant nonnulli emplastros id genus διχρώμους: quidam vero etiam διαφανεῖς. Quod si excoquantur levius, fiunt emplastri, quas melinas dicunt, id est μηλίνους. ex Cæl. Rhod. lib. 13. cap. 11.

Cirrhum, sunt qui colorem Gilvum interpretentur apud Gellium lib. 13. cap. 30. ubi Mnesithei affertur sententia, esse tria vini genera, nigrum, album, medium, quod vocant κιῤῥόν. Gilvum putat Servius colorem melinum: sunt qui cinericium. At Galenus, Cirrhum inquit, si aliter cupias enuntiare, recte prorsus dixeris πυῤῥὸν ὠχρὸν, i. e. Fulvum pallescens. Cæl. Rhod. l. c.

Cirrus, i. m. [βόστρυχος] Crinis puerorum sed non intortus. Varro Catone, vel de Liberis educandis, Itaque Ambraciæ primum capillum puerilem demptum, item cirros ad Apollinem ponere solent. Nonius, 11. 1. & 2. 196.

Cirri, [πλεκτάναι] Ostreorum, sive polyporum capillamenta. Plin. 25. 7. Græci plantagini similem esse dixerunt, caule quadrato, folliculis cum semine inter se implexis, veluti in polyporum cirris. Martial. lib. 7. 19.

Et ostreorum rapere lividos cirros.

Cirri in capite quorundam animalium a quibusdam appellantur Capilli contorti ac perinde crispati, quales picus Martius & alauda & galeritæ in capitibus gerunt. Plin. lib. 11. cap. 37. Et fulicarum generi dedit cirros: pico quoque Martio, & grui Balearicæ.

Cirri sunt etiam Fimbriæ, qui vestibus prætexuntur. Phædr. 2. 5. 12. Tunica cirris dependentibus. V. Salmas. in Capitol. Pertinac. p. 128.

Cirrātus, a, um. Adj. [βοστρυχωτὸς] Capillatus. Martial. lib. 9. 30.

Nec matutini cirrata caterva magistri. Pers. 1. Sat. 29.

Cirsi, [κίρσοι] ab Hippocrate vocantur Varices, hoc est tumores pedum, & nonnunquam circa imam partem ventris, atque adeo circa ipsos testes. Aristotel. Ixias vocat. V. Cæl. Antiq. lect. 3. 14. extr.

Cirsion, i. n. [κίρσιον] Cauliculus est tener duum cubitorum, triangulo similis, foliis spinosis circumdatus. Spinæ molles sunt. Folia bovis linguæ similia, minora, subcandida, & in cacumine capitula purpurea, quæ solvuntur in lanugines. Hanc herbam, radicemque ejus adalligatam, dolores varicum sanare tradunt. Plin. lib. 27. cap. 8. V. supra CIRCIUM, uti per errorem scriptum est, pro Cirsium ex Diosc. 4. 119.

Cirsocele, es. f. [κιρσοκήλη] Morbus est in scroto, quo dilatantur amplificanturque quædam aut omnia vasa, quæ testem alunt. Omnis autem in scroto tumor, Cele, κήλη, Græcis, Latinis Rumex nuncupatur. Hæc Auctor finit. medic. apud Galen. V. Cels. 7. 18.

Cirta, æ. f. Numidiæ urbs, ex Sallustio nota. Strabo lib. ult. munitissimam fuisse ait, & optime structam, Micipsæ potissimum opera, qui Græcos in eam habitatum deduxit, & tantam effecit, ut decem equitum millia, & peditum viginti emitteret. Nunc vulgo dicitur *Constana*. Olivarius in Melam.

Cirtiscus, i. m. Fluvius est memorandus in Scythia, teste Herodoto.

C I S

Cis, ios, m. [κὶς] Vermiculus in tritico præcipue & hordeo nascens, seminaque illa cuspide sua exiguis foraminibus penetrans, a cujus similitudine etiam pumex lapis κισσηρὶς Græcis appellatur, quod fistulosus sit, & multis foraminibus pertusus. [An idem Curculio?

Cis, [ἐπὶ τάδε, ἐντὸς] Præpositio, quæ idem quod Citra significat: sed fere montium & fluminum nominibus jungitur. Liv. 4. 17. Hic enim primus cis Anienem cum rege Veientium secundo prælio conflixit. Cic. 7. Att. 2. Quoad hostis cis Euphraten fuit.

Cis paucos dies. Plaut. Truc. 2. 3. 27. i. e. Intra paucos dies. Idem Most. 1. 1. 17.

Cis hercle paucas tempestates, Tranio,
Augebis ruri numerum, genus ferratile. i. e. Propediem.

Cis, pro Ultra. Sallust. Cis Rhenum atque intra mare nostrum & Oceanum, nisi qua in paludibus via fuit perdomita. Varro lib. 20. Rhetor. Eo die cis Tiberim redeundum est. Nonius.

Cis Taurum. Cic. 3. Fam. 8. Paulo ante, Trans Taurum dixerat.

Cis undique. Plaut. Merc. prol. 76. Atque ea sese cis vectatum undique.

Cis, citra, citimus facit, inquit Festus. De quibus vide infra suo ordine.

Cisalpinus, a, um. ut, Cisalpina Gallia, [Γαλλία ἡ τογάτα] quæ ab usu togæ, Togata Gallia dicitur. Cic. pro Lege Manil. 35. Inde quum se in Italiam recepisset, duabus Hispaniis & Gallia Cisalpina præsidiis ac navibus confirmata, &c. V. GALLIA.

Galli Cisalpini. Liv. lib. 27. 38. Gallos Cisalpinos, Liguresque.

Cisamus, i. [Κίσαμος] Urbs Cretæ apud Ptolemæum, hodie *Ephitisa*.

Cisapennina Italia & Transapennina dicitur in Antiquitatibus Catonis & Sempronii. Ex Budæo.

Ciserussa, æ. f. Insula non longe a Gnido distans, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 31. in descriptione insularum ante Asiam. legitur in Ed. Hard. Cisserussa.

Cisibilites, Musti genus, in Galatia nascens, ut refert Plin. lib. 9. cap. 14.

Cisium, i. n. [δίτροχος] Genus vehiculi biroti, inquit Nonius 2. 139. Cic. 2. Philipp. 77. Inde cisio celeriter ad urbem advectus domum venit capite involuto. Cisiorum meminit & Vitruvius lib. 10. cap. 1. ad finem.

Cisiarius, i. m. Qui cisium agit. Ulpian. l. Item quæritur, in principio. D. Locat. Si cisiarius, id est carrucarius, dum ceteros transire contendit, cisium evertit, & servum quassavit, vel occidit, puto ex locato in eum esse actionem.

Cismarinus, a, um. Saresb. Epist. 176. Cismarini & transmarini.

Cismontānus, a, um. Plin. 3. 12. Quibus junguntur Aufinates cismontani.

Cisori, Populi. Plin. lib. 6. cap. 30. Ab ea vero cæli parte, quæ supra Syrtes majores, Oceano meridiano prætenditur, Dalion vocatos esse dicit, pluvia tantum aqua utentes, Cisoros, Longoporos, &c.

Cisorium, i. n. Instrumentum incidendi. ut, Ossis cisorium. Veget. Mulom. 2. 22.

Cispello, ŭli, ultum, ĕre. Citra pellere. Plaut. Amph. 3. 4. 17. Inde optime cispellam virum. Cispellam, i. e. Aspellam, repellam, non sinam ultra progredi, rejiciam.

Cispius, i. m. [Κίσπιος] Mons est in Urbe, Exquiliæ regionis, de nomine cujusdam dictus. Hæc Festus. Gell. lib. 15. cap. 1.

Cisrhenānus, a, um. Adj. Qui citra Rhenum habitat. Cæs. Bell. Gall. 6. 2. Nervios, Aduaticos, ac Menapios, adjunctis Cisrhenanis omnibus Germanis, esse in armis.

CISSA, [Κίσσα] Fluvius ponti Cappadocii, Ptolemæo, vulgo *Quisa*.
CISSA, æ. f. Insula in regione Mœsia, de qua sic Plin. 3. cap. ult. Claræ ante ostia Timavi calidorum fontium, cum æstu maris crescentium, juxta Istrorum agrum, Cissa, Pullariæ, &c
CISSAMPELOS, i. m. [κισσάμπελος] herba Helxine. Diosc. 4. 37.
CISSANTHĒMUS, i. f. [κισσάνθεμος] Herba, quæ & cissophyllon & cyclaminus altera dicitur. Plin. 15. 9. & Diosc. 2. 195.
CISSARON, i. n. Eadem herba. Apul. de Herb. cap. 17. & 98. conf. CISTARON.
CISSĒRIS, is. f. [κίσσηρις] ponitur a Polluce lib. 7. cap. 22. inter Ornamenta muliebria: ubi Gualtherus vertit Pumicem. V. Diosc. 5. 125.
CISSEUS, i. m. [Κισσεὺς] Rex Thraciæ, pater Hecubæ uxoris Priami, a quo
CISSEIS, ĭdis. f. ipsa Hecuba. Virg. 7. Æn. 310. & 10. 705.
CISSUS, i. m. [κίσσος] Hederæ genus est, quæ sola sine adminiculo subsistit, neque arboris aut muri, alteriusve pedamenti eget sustentaculo: unde etiam Orthocissus a Græcis dicitur, quasi recta hedera. Fabulantur Græci Cissum Liberi patris pusionem in hanc herbam conversum, ei nomen fecisse. Hujus meminit Plin. lib. 16. cap. 34.
CISSĪTES, æ. Gemma candore insignis. Plin. lib. 37. cap. 10. & 11.
CISSYBIUM, i. n. [κισσύβιον] Ligneum poculum ex hedera, quam Græci κισσὸν appellant. Meminerunt Theocritus & Homerus. Macrob. 5. Saturn. cap. 21. multa tradit de Cissybio. Vide locum, & Casaub. ad Athenæum 11. 7.
CISTA, æ. f. [κίστη, κιστὶς] Genus vasis viminei. Columel. lib. 12. cap. 54. Si multum liquoris fuerit, muriam duram adjicito, & ita eluito, & postea in quadratam cistam vimineam, quæ neque spisse, solide tamen & crassis viminibus contexta sit, rapa componito.
Texta cista de vimine. Ovid. 2. Met. 554.

Pallas Erichthonium, prolem sine matre creatam,
Clauserat Actæo texta de vimine cista.

Cista etiam ex asseribus construitur, in qua pecuniæ, libri & alia reponuntur: estque ceu capsa quædam. Cic. 5. Verr. 197. Quaternos HS. quos mihi Senatus decrevit, & ex ærario dedit, ego habebo, & in cistam transferam ex fisco. Juven. 3. Sat. 206.

Namque vetus Græcos servabat cista libellos.

Cava cista. Catul. 62. 259.
Effracta cista. Hor. 1. Epist. 17. 54.
Cista in judiciis erat, Intra quam tabulæ ceratæ ponebantur in ferendis suffragiis, ut inquit Asconius in Divinationem Ciceronis 24. his verbis, In Divinationibus, & in aliis causis majoribus universi judices in cistam tabulas simul conjiciebant suas, easque insculptas litteras habentes, A, absolutionis, C, condemnationis &c. V. Suffragia quomodo ferri solerent, in SUFFRAGOR.
Cistæ suffragiorum in comitiis erant. Plin. lib. 33. cap. 2.
Cistas dejicere. Auct. ad Herenn. lib. 1. 22.
CISTŬLA, æ. f. [κιστίον] dimin. Martial. lib. 4. 46.

Parcæ cistula non capax olivæ.

Vulgo *Bulgeta* dicitur. Bulga viatoria. Et Amph. 1. 1. 264.

So. Elocutus est. ubi patera nunc est? ME. in cistula
Amphitruonis obsignata signo est.

conf. Rud. 4. 4. 34.
CISTELLA, æ. f. [κιστίδιον] diminut. a Cistula diminutivo. Ter. Eun. 4. 6. 15. Abi tu, cistellam, Pythias, domo effer cum monumentis.
Cistellam suffragiorum, Auct. ad Heren. lib. 1. 21. posuit pro Cista, seu Vase, quo suffragia populi in creandis magistratibus legibusque ferendis colligebantur.
CISTELLULA, æ. f. Idem. Plaut. Rud. 2. 3. 60.
CISTELLĀTRIX, īcis. f. [κιστοφόρος] Plaut. Trin. 2. 1. 22. Ubi de meretricum familia tota,

Cantrices, cistellatrices, nuncii, renuncii, raptores panis & peni.

Significare videtur Ancillam cistophoron, quæ canistrum fert heræ. Budæus.
CISTĀRON, i. n. [κίσταρον] Idem frutex ac Cistus. Diosc. 1. 126. ubi & Cissaron vocari docet.
CISTARTIUM, i. n. [κιστάρτιον] Panarium. Vulg. Interpr. 1. Sam. 9. 7. Panis defecit in cistartiis nostris.
CISTĬFER, ĕri. m. [κιστοφόρος] Qui cistam fert. Forsan idem ac Cistophorus. Martial. lib. 5. 17.

— nupsisti Gellia cistifero.

alii Cistigero. Appellat autem cistigeros Martialis eos homines, qui pro contemptissimis & despicatissimis habebantur. Turnebus.
CISTENA, æ. f. Urbs est Æolidis, de qua Pomponius lib. 1. 18. sic scribit, Isthmus ille, qui inter Elaiticum & Idæum sinum prominet, parvis urbibus aspersus est: quarum clarissima est Cistena. Apud Plin. lib. 5. cap. 30. Cisthene scribitur.
CISTERNA, æ. f. [δεξαμενὴ, ὑδροχεῖον] Locus in quo colligitur aqua pluvia. Festus, Cisterna dicta est, quod est Cis, id est infra terram. Ulpianus in l. 1. D. de fonte, Cisternæ autem imbribus concipiuntur.
Vini cisterna. Ulp. in l. Vulgaris. §. Sed & si de navi. D. de Furtis, Et quid si cisterna vini sit, quid dices? aut aquæ cisterna?
CISTERNĪNUS, a, um. Adj. [δεξαμενιαῖος] ut, Cisternina aqua. Columel. lib. 12. cap. 43. Tota deinde vasa in aqua fontana, vel cisternina, ponderibus impositis, mergi.
CISTHUS, i. m. [κίσθος] Arbuscula in Cypro insula. Plin. lib. 24. cap. 10. Græci vicino vocabulo cisthon appellant fruticem majorem thymo, foliis ocimi. Duo genera, flos masculo rosaceus, feminæ albet. V. Ruell. lib. 1. cap. 66. In vulgato Diosc. textu 1. 126. κίστος sine aspirata scribitur.
CISTIBĔRIS, is. m. Qui cis Tiberim est. Pompon. l. 2. §. 33. de Orig. Jur. Magistratus, quos Cistiberes diximus. conf. §. 31.
CISTŎPHŎRUS, i. m. [κιστοφόρος] Qui cistulam vel capsulam gestat. Dein proprie de his, qui sacrorum mysticorum cistis inclusorum arcana ferebant, ut in Cybelæ mysteriis, Bacchi orgiis, Cereris initiis.
Est & Nummi Asiatici species, sic appellati quod in eo cistiferi essent sculpti. Æstimatione vero parum aberat quin duplo superior illi esset denarius Romanus. Quatuor enim denarii septem cistophoros cum semisse valebant. Festus, Euboicum talentum nummo Græco septem millium & quingentorum cistophorûm est, nostro quatuor millium denariûm. Cic. 11. Att. 1. Ego in cistophoro in Asia habeo ad sestertia bis & vicies. Hujus pecuniæ permutatione fidem nostram facile tuebere. Hanc pecuniam Cicero ex administratione Ciliciæ collectam, apud publicanos reliquit. deinde, quod ibi minus tuto fore videbatur, dimidiam fere partem exegit, & ad Eghatium argentarium transtulit. Eidem lib. 1. Epist. 6. Scripsi ad Quæstores urbanos de Q. fratris negotio. vide quid narrent, ecquæ spes sit denarii, an cistophoro Pompeiano jaceamus. Quod Q. Ciceroni Asiam regenti a populo Romano in sumptum debebatur, id sibi ille denario, i. e. Romana pecunia, non cistophoro, qui nummus erat Asiaticus, curari volebat. Vide igitur, inquit Cicero, ecquæ spes sit denarii, an cistophoro contenti esse debeamus. Pompeianum appellat, quod in Asia magnam pecuniam Pompeius in cistophoro habebat, quæsitam quo tempore in iis regionibus contra Mithridatem bellum gessit. e qua pecunia Quæstores numerari Quinto volebant, tantumdem ipsi postea Pompeio Romæ denario numeraturi. Turnebus.
CISTULA, In CISTA.
CISTUS, V. CISTHUS.

C I T

CITRA, CITRIS, CITEINUS. V. CYTRA.
CITATUS, In CITO, citas.
CITERIA, æ. f. [κιτερία] appellatur Effigies quædam arguta & loquax ridiculi gratia, quæ in pompa vehi solita sit. Cato in M. Cœlium, Quid ego cum illo dissertem amplius, quem ego denique credo in pompa vectitatum iri ludis pro citeria, atque cum spectatoribus sermocinaturum? Festus. V. etiam Erasm. Adag.
CITERIOR, In CITRA.
CĬTHÆRON, ōnis. m. [Κιθαιρὼν] Mons Libero sacer. De quo Servius Æn. 10. 192. Parnassus, mons est Thessaliæ juxta Bœotiam, qui in duo finditur juga, Cithæronem Liberi, & Heliconem Apollinis & Musarum. Hunc Lactant. lib. 1. cap. 22. Divinarum Institutionum, quia super ipso frequenter Orpheus citharæ cantu personaret, Cithæronem appellatum scribit. Ovid. 2. Met. 223.

Dindymaque, & Mycale, natusque ad sacra Cithæron.

Ibi enim sancte colebatur Bacchus. Servius alibi censet esse partem montis Parnassi refertam animalibus, ex illo Virg. 3. Georg. 43.

— vocat ingenti clamore Cithæron, &c.

Capax scelerum Cithæron. Sen. OEdip. 12.
Festus Cithæron. Ovid. 3. Met. 702.
Nocturnus, Nocte celebratus. Virg. 4. Æn. 303.
Noxius Cithæron dictus a Sen. in Theb. 1. aut propter turpitudinem celebrantium illic orgia Baccharum, aut propter Penthea & Orpheum ibidem dilaniatos.
Scribitur etiam sine diphthongo, correpta penultima, apud Auson. in Gryphoternarii numeri, v. 32.

Sed Citheron totiens ternas ex ære sacravit.

CĬTHĂRA, æ. f. [κιθάρα] Instrumentum musicum, quod *Harpa* vulgo dicitur. Plin. lib. 7. cap. 56. Citharam Amphion, ut alii Orpheus, ut alii Linus invenit. Citharæ & Lyræ discrimen vide apud Glarean. Dodecachor. p. 84. Sidonius in præfatione Panegyrici Antemii Consulis,

Arcas & Arcitenens fidibus strepuere sonoris,
Doctior hic citharæ pulsibus, ille lyræ.

Cithara, pro Ipsa musica & harmonia. Virg. 12. Æn. 394.

Augurium, citharamque dabat, celeresque sagittas.

Sonus citharæ. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Strepitus citharæ. Hor. 1. Epist. 2. 31.
Imbellis cithara. Hor. 1. Carm. 15. 15.
Perfecta cithara. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Pectere citharam. V. PECTO.
Reboant laqueata templa citharis. Lucret. lib. 2. 28.
Suscitare tacentem cithara Musam. Hor. 2. Carm. 10. 18.
Cithara & Lyra nonnunquam eodem usurpantur significatu. Ovid. 2. Fast. 104. sideris Lyræ describens occasum, simul & Arionis fabulam,

Ille metu pavidus. Mortem non deprecor, inquit:
Sed liceat sumpta pauca referre lyra.

Paulo post, 115.

Ille sedet, citharamque tenet, pretiumque vehendi
Cantat, & æquoreas carmine mulcet aquas.

CITHARŒDUS, i. m. [κιθαρῳδὸς] Qui cithara ludit, & peritus est ejus generis instrumenti. Cic. 5. Tusc. 116. At vocem citharœdi non audiunt. Hor. in Arte Poet. 355.

— & citharœdus
Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem.

V. Varron. R. R. 2. 1. Martial. 5. 57. Quintil. 1. 12.
CITHARŒDA, æ. f. In veteri Inscript. legitur apud Gruter. f. 654. n. 2. CLAVDIAE CITHAROEDAE CONIVGI OPTIMAE &c.
CITHARŒDĬCUS, a, um. [κιθαρῳδικὸς] Adj. ut, Citharœdicus habitus. Suet. in Neron. cap. 25. Item statuas suas citharœdico habitu.
Ars citharœdica. Plin. lib. 9. cap. 8.
Status citharœdicus. Apul. Florid. p. 351.
CITHARISTA, [κιθαριστὴς] æ. m. Qui citharam tantum pulsat, non etiam accinit, inquit Budæus. Cic. 3. Verr. 53. At etiam illum Aspendium citharistam, de quo sæpe audistis, id quod est Græcis hominibus in proverbio, quem omnia intus canere dicebant, sustulit. V. etiam Philipp. 15.
CITHARISTA, vel CITHARISTES, Promontorium est Narbonensis provinciæ, non procul a Massilia. Plin. cap. 4. lib. 3. & Pompon. lib. 2. 5.
CITHARISTRIA, æ. f. [κιθαρίστρια] Quæ cithara canit. Ter Phorm. 1. 2. 32. Continuo quandam nactus est puellulam citharistriam. Ibid. v. 59. eandem vocat Fidicinam, Ille qui illam amabat fidicinam. Ergo indifferenter, inquit Donatus.
CITHARIZO, [κιθαρίζω] āre. Cithara canere. Corn. Nepos 15. 2. 1. Nam & citharizare & cantare ad chordarum sonum doctus est a Dionysio. An Cithara ludere? Lambinus tamen Cithara canere, ut hic. H. St.
CITHARUS, i. m. [κιθαρὸς] Piscis genus est Nilotici, mollem carnem habens, quodque ob id facilius quam alii pisces conficitur. Galen. ex Philotimo lib. 3. de alim. facult. cap. 30. Meminit Strabo lib. 17.
CITIMUS, In CITRA.
CITO, āre, CITATIM, CITATUS, CITÒ, adv. In CITO.
CITORUS, In CYTORUS.
CITRA, [ἐπὶ τάδε] Præpositio, accusativo casui serviens: cui opponitur

Ultra; a Cis derivatur. Cæſ. 6. Bell. Gall. cap. 31. Qui ſunt citra Rhenum.
Citra flumen educere exercitum. Cic. 6. Philipp. 5.
Citra Leucadem. Cic. 16. Fam. 4. Idem 16. Att. 7. Quum veniſſem Veliam, Brutus audivit. erat enim cum ſuis navibus apud Haletem fluvium, citra Veliam millia paſſuum III. pedibus ad me ſtatim.
Citra mare natus. Horat. 1. Serm. 10. 47.
Ultra citraque. Horat. 1. Serm. 1. 107.
— ſunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit conſiſtere rectum.
Citra, pro Ante. Ovid. 8. Met. 365.
Forſitan & Pylius citra Trojana periſſet
Tempora. Et 10. Met. 84.
— citraque juventam
Ætatis breve ver, & primos carpere flores.
Citra rogos. Quintil. Decl. 12. 9. Aut citra rogos, aut ad rogos pugna eſt. i. e. Antequam ad rogos ventum eſt. V. etiam Decl. 246. & Gell. 12. 13.
Citra, pro Sine. Columel. lib. 2. cap. 2. Sed citra hoc experimentum multa ſunt, quæ & dulcem terram, & frumentis habilem ſignificent, ut juncus & calamus.
Citra accuſationem crimen in adverſarium vertere. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Citra æmulum aliquid facere. Quintil. 12. 10.
Citra auctoritatem Senatus populique. Suet. in Cæſ. 28.
Citra codicillos, pro Sine codicillis. Hermogenianus in l. Adminiſtrantes. D. de Excuſat. tutor. Adminiſtrantes res principum, ex indulgentia eorum, licet citra codicillos, a tutela, itemque a cura tempore adminiſtrationis delata excuſantur. Budæus.
Citra commoda emeritorum præmiorum exauctorare legiones. Suet. in Auguſt. cap. 24.
Citra complexum cauſæ laudabilis. Quintil. lib. 8. cap. 5. Eſt autem hæc vox univerſalis, quæ etiam citra complexum cauſæ poſſit eſſe laudabilis.
Citra denuntiationem. Quintil. lib. 3. cap. 8. Nam & illic cauſa deliberandi eſt, quod bellum Galli minitentur: eſſe tamen quæſtio poteſt, dedendi ne fuerint citra hanc denuntiationem, quia contra fas, quum Legati miſſi eſſent, prælium inierint: Regemque, ad quem mandata acceperant, trucidaverint.
Citra faſtidium. Plin. lib. 3. cap. 3. Querquerni citra faſtidium nominentur.
Citra honorem verborum proſequi aliquem. Suet. in Aug. cap. 66. Neque dolore diſſimulato, ſi parcius aut citra honorem verborum: neque gaudio, ſi grate pieque quis proſecutus fuiſſet. Subaudi Legato vel Hæreditate.
Citra jactum pulveris. Plin. 35. 21.
Citra invidiam. Plin. lib. 7. cap. 29.
Citra mandatum aliquid facere. Ulpian. l. Idemque &. §. Idem Labeo ait. D. Mandat. vel contr.
Citra muſicen. Quintil. lib. 1. cap. 4. Tum nec citra muſicen Grammatice poteſt eſſe perfecta, quum ei de metris rhythmiſque dicendum ſit.
Citra morſum exanimat. Plin. lib. 8. cap. 38.
Citra perniciem. Plin. lib. 11. cap. 49.
Citra perſonam argumenta ducere. Quintil. lib. 7. cap. 3. Interim autem ex re quæritur, veneficium fuerit, an cruditas: quum ex ipſa aliqua citra perſonam quoque argumenta ducuntur.
Citra ſatietatem data glans. Columel. lib. 7. cap. 6.
Citra ſcelus peccare. Ovid. 5. Triſt. 9. 23.
Citra ſcientiam. Columel. lib. 1. cap. 1.
A poſtrema ſyllaba citra tertiam non poſuit natura vocem acutam. Cic. in Orat. 58. Ipſa enim natura, quaſi modularetur hominum orationem, in omni verbo poſuit acutam vocem, nec una plus, nec a poſtrema ſyllaba citra tertiam, quo magis naturam ducem ad aurium voluptatem ſequatur induſtria.
Citra voluntatem domini. Quintil. 7. 3.
Citra, pro Extra. Sueton. in Auguſt. cap. 43. Solebat etiam citra ſpectaculorum dies, ſiquando quid inuſitatum dignumque cognitu advectum eſſet, id extra ordinem quolibet loco publicare.

CITRA, Adv. in eadem ſignificatione, ſed ſine caſu. Liv. 10. 25. Paucis citra millibus lignatores ei cum præſidio occurrunt.
Citra, aliter. Plin. lib. 17. cap. 22. Quoniam & ſic coercetur impetus materiæ, denſioreſque citra pampini exultant.
Citra, etiam pro Minus. Ovid. 1. de Pont. 7. 55.
Culta quidem (fateor) citra quam debuit illa eſt. V. etiam 10. Met. 607. & 3. de Arte Am. 757.

CITER, vetuſtiſſimos ſcripſiſſe invenimus. Cato apud Priſcian. p. 599. Citer ager alligatus ad ſacra erit. V. ſeq. dict.

CITERIOR, us. compar. quod a Citer vocabulo obſoleto quidam deducunt. Cic. 12. Att. 37. Hirtius ad me ſcripſit Sex. Pompeium Corduba exiiſſe, & fugiſſe in Hiſpaniam citeriorem.
Ætas citerior, Brevior. Valer. 8. 7. ext. 10. Citerioris ætatis metas, &c. Chryſippi vivacitas flexit. Sed emendatum Citeriores.
Conſulatus citerior legitimo tempore. Valer. Max. 8. 15. 1. i. e. Ante tempus.
Dies citerior. Caius in l. Si ſervus. §. Quum mihi aut Titio. D. de verb. obligat. Tempora vero diverſa deſignari poſſe, veluti, Mihi Calendis Januariis, aut Titio Calend. Febr. immo etiam citeriorem diem in Titii perſonam conferri poſſe. Citeriorem dixit, pro Breviore & proximiore. Budæus.
Ultio delicto citerior. Valer. Max. 6. 3. 11. i. e. Prior.
Audiebamus nondum citeriora. Cic. 2. Fam. 11.
Conſiderare humana ac citeriora. h. e. Terrena ac terrenis proxima. Cic. 5. Tuſc. 71. Quanta rurſus animi tranquillitate humana & citeriora conſiderat?

CITIMUS, a, um. ſuperl. Citima nobis ſecula ſunt recentiſſima. quæ enim nobis proxima ſunt, citima appellantur Cic. de Univerſit. 22. Eamque, quæ erat ejuſdem, detorſit a latere in dextram partem: hanc autem citimam, a mediana linea direxit ad lævam, ſed principatum dedit ſuperiori.
Luna terris citima. Cic. in Somn. Scip. 8. Ex quibus erat ea minima, quæ ultima cælo, citima terris, luce lucebat aliena.

CITIME, Adverb. Priſcian. lib. 15, p. 1016. Citra, citerius, citime.

CITRĀTUS, a, um. ut, Regio citrata, Ager citratus, qui opponitur Ultrato. V. Rigaltii Gloſſ. ex Hygin. & aliis agrar. Ed. Gœſ. p. 156. & 268.

CITRAGO, Eadem cum Meliſſophyllo. V. MELISSOPHYLLUM.

CITRETUM, CITREUS, CITRIUM, In CITRUS.

CITRO; Non ſimplex & ſolum reperitur. V. ULTRO.

CĬTRUS, i. f. [κίτρος] Arbor quæ Medica fert mala. Dioſcorides lib. 1. cap. 136. Poſtremo quæ medica, Perſicave, aut citromela, a Romanis vero citria vocantur, omnibus nota, arborem habent toto anno fecundam & ſuperfetantem. Pomum oblongum eſt, rugoſum, colore ad aurum inclinato, cum gravitate odoratum. Semen habet pyrorum ſeminibus ſimile. Plin. lib. 13. cap. 1. Cedri tantum & citri ſuorum fruticum in ſacris fumo convolutum nidorem verius quam odorem noverant.
De Citro ſic ſcribit Calepinus ex variis auctoribus, Citrus arbor nobiliſſima, quæ ſola apud Atlantem montem in Mauritania naſcitur, Romanis quondam gratiſſima. nam afferebatur ad ornamenta menſarum & lectulorum. Non multum creſcit, & folia majora habet quam laurus. Hinc Citreus, adjectivum. ut, Citreæ menſæ. Apud Dionem, cedron, & poma cedria, pro citro & citriis appellata inveniuntur. Alterius tamen generis ſunt citri Atlanticæ, ex quibus menſæ fierent, quam noſtrates citri, unde mala medica naſcuntur. Hæ folio ſpectantur arbuti fere aut lauri: Atlanticæ, cupreſſo feminæ ſilveſtri, folio, odore, caudice.

CITRUM, i. n. pro Ligno. Varr. 3. de R. R. cap. 2. Nuncubi hic vides citrum aut aurum? Martial. lib. 10. 80.
Inſpicit, aut pueros, nobiliuſve citrum.
Mauruſiacum citrum. Martial. lib. 12. 67. V. Lucan. 9. 426. & Vellei. 2. 56. 1. cum Not. Burm.

CITREUS, a, um. Adj. [κίτρειος] ut, Citrea mala. Plin. lib. 25. cap. 28. Citreis odor acerrimus, ſapor aſperrimus. Idem lib. 23. cap. 6. Citrea contra venenum in vino bibuntur, vel ipſa vel ſemen. faciunt oris ſuavitatem, decocto eorum colluto, aut ſucco expreſſo.
Lecti citrei. Perſ. 1. Sat. 53.
— non quicquid denique lectis
Scribitur in citreis.
Menſa citrea. Cic. 6. Verr. 37. Tu maximam & pulcherrimam menſam citream a Q. Lutatio, Diodoro, &c. abſtuliſti.
Oleum citreum. Plin. lib. 23. cap. 4.

CITRIUM, i. n. Latine dicitur Pomum citri arboris, teſte Dioſc. l. c.

CITRĪNUS, a, um. [κιτροειδής] aliud Adj. ut, Color citrinus. Plin. lib. 19. cap. 5. de cucumere, In Italia virides, & quamminimi, in provinciis quammaximi & citrini aut nigri. i. e. Citri ſive auri colorem habentes.

CITRŌSUS, a, um. [κιτρώδης] Veſtis citroſa. a ſimilitudine citri appellata eſt. Hæc Feſtus. Meminit & Macrob. lib. 3. Saturn. cap. 19.

CITRĒTUM, i. n. Locus citro conſitus. Pallad. 3. 34. extr. Citreta tegumentis defenduntur a frigore.

CITTA, æ. f. [κίττα] Avis quaſi pica: quoniam ut Galenus ait, terram mandit, aut quia colores habet, ut pica, diſpares.

CITTA, [κίττα] Depravatus mulierum prægnantium appetitus, quum inutiles cibos appetunt, quod fere contingere ſolet ſecundo aut tertio a conceptu menſe, ex alimento in ventriculo corrupto, fetu tam imbecilli, ut nutrimentum conſumere non poſſit. Hinc fit ut copioſæ in ventriculo redundantiæ cumulentur, quæ varium abſurdumque gignunt appetitum, ut carbonum, cretæ & ſimilium. Eam ob cauſam Græci malum hoc κίτταν, hoc eſt picam appellavere, ab avis ejus varietate ſumpta ſimilitudine. V. Alexand. Aphrod. 2. probl. 74. Rhodig. 3. 15. & 14. 1.

CITTAMPELOS, i. m. [κιττάμπελος] Herba eſt, quæ Dioſcoridi Helxine, & officinis *Parietaria* dicitur. Utitur hac appellatione Paulus Æginета lib. 6.

CITTIUM, vel CITIUM, i. n. [Κίττιον, ἢ Κίτιον] Oppidum Cypri: unde,

CITTIEUS, a, um. [Κιττιεύς] ut, Cittieus Zeno, apud Laertium lib. 7. pr.

CITTŌSIS, is. f. [κίττωσις] Uvarum vitium eſt, quum acini a racemis dilapſi pereunt. V. Cæl. Rhodig. Antiq. Lect. lib. 6. cap. 1.

CITUS, In CIEO.

C I V

CIVĀRO, onis. m. Civitas in finibus Allobrogum. Cic. 10. Fam. 23. extr. Alii legunt Cularo. V. Græv.

CĪVIS, is. c. [πολίτης, ἀστός] Cives dicti (inquit Cicero) a Coeundo: quod vinculo quodam ſocietatis in unum coeant cœtum, & ſub legibus vivant. Plaut. Rud. 3. 4. 37. Obſecro defende cives tuas, ſenex. Cic. 3. Offic. 47. Nam eſſe pro cive, qui civis non ſit, rectum eſt non licere.
Civis meus, Civis tuus dicitur, pro eo quem barbari vocant *concivem*. Cic. 1. de Fin. 10. Debeo profecto, quantumcunque poſſum, in eo quoque elaborare, ut ſint opera, ſtudio, labore meo, doctiores cives mei. Idem 1. Catil. 17. Servi me hercle mei ſi me iſto pacto metuerent, ut te metuunt omnes cives tui, &c.
Noſtri cives. Cic. 2. de Divin. 6.
Civis eſt, Qui ejuſdem eſt patriæ. Curt. lib. 9. in fine, Simplicius tamen famam æſtimabat in hoſte, quam in cive.
Civis & Peregrinus opponuntur. Cic. 6. Verr. 77. Apud Segeſtanos repertum eſſe, Judices, ſcitote neminem, neque liberum, neque ſervum, neque civem, neque peregrinum, qui illud ſignum auderet attingere.
Civis & advena. Cic. 6. Verr. 130. Quod cives atque incolæ Syracuſani colere, advenæ non ſolum viſere, verum etiam venerari ſolebant.
Civis & municeps. Cic. 5. Verr. 161. Clamabat ille miſer, ſe civem eſſe Romanum, municipem Coſanum. Romani Civem Municipi opponebant, ut Romam municipiis & reliquis oppidis Italiæ.
Mundi civis. Cic. lib. 1. de Legib. 61. Quid divinum, æternumque ſit, viderit: ipſumque ea moderantem, & regentem pæne prehenderit, ſeſeque non unis circumdatum mœnibus, popularem alicujus definiti loci, ſed civem totius mundi, quaſi unius urbis agnoverit. De animo, hujus corporis vinculis jam abſoluto.

Solus

Civis Peregrino & Exuli oppositus. Cic. 4. Acad. 176. Postremo solum civem, solum liberum: insipientes omnes peregrinos, exules, servos, furiosos.
Libertas civium. Cic. pro Rabir. Posth. 53. Neque ego, cui omnium civium libertas clarissima fuisset, meam projecissem.
Parricida civium. Cic. 1. in Catil. 29. Certe verendum mihi non erat, nequid, hoc parricida civium interfecto, invidiæ mihi in posteritatem redundaret.
Clari cives. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Clarissimi cives & summi viri. Cic. 1. in Catil. 29. Etenim si summi viri & clarissimi cives, Saturnini, & Gracchorum, & Flacci, & superiorum complurium sanguine non modo se non contaminarunt, &c.
Egentes cives & servi. Cic. pro Milon. 37. Servorum & egentium civium, & facinorosorum armis meos cives, meis consiliis, periculisque servatos, pro me objici nolui.
Infimus civis. V. INFERUS.
Insitus urbi. V. INSERO.
Perditus. Cic. 2. in Catil. 12.
Potentiorum civium superba limina. Horat. Epod. 2. 8.
Rarus. Martial. lib. 12. 53.
    Nummi quum tibi sint, opesque tantæ,
    Quantas civis habet, Paterne, rarus, &c.
Romanus. Cic. 7. Verr. 146. Ut etiam illa vox & illa imploratio, Civis Romanus sum, quæ sæpe multis in ultimis terris opem inter barbaros & salutem tulit, &c.
Romana. Cic. pro Corn. Balb. 55. Sic apud Terentium, And. 1. 3. 16. Civis Attica. Et, Civis Halicarnassia, apud Nep. 2. 1. 2.
Seditiosi cives. Cic. 4. Acad. 13.
Trepidi cives. Virg. 12. Æn. 583.
Asciscere civem. Cic. pro Corn. Balb. 30.
Egit Romana suos discordia cives, Bellum Romæ intestinum fuit. Propert. lib. 1. 22. 5.
Arcere aliquem civium a vita, fortunisque. Cic. 1. in Catil. 33. Tum tu Juppiter, &c. hunc & hujus socios a tuis aris, ceterisque templis a tectis urbis ac mœnibus, a vita, fortunisque civium omnium arcebis.
Clamare se civem Romanum. Cic. 7. Verr. 146. Quum is qui se civem Romanum esse clamaret, in crucem ageretur.
Continere cives eadem æquitate. In CONTINEO.
Dare civem populis. Sil. lib. 8. 409.
Dare civibus urbem, Civitatem condere. Virg. 5. Æn. 631.
    Quis prohibet muros jacere, & dare civibus urbem?
Defendere civem a periculo. In DEFENDO.
Inferre famem civibus. Cic. 9. Att. 12.
Negligere salutem civium. Cic. 1. in Catil. 28.
Relinquere incolumes cives. Cic. 2. in Catil. 2. Quod vero non cruentum mucronem, ut voluit, extulit: quod vivis nobis egressus est: quod ei ferrum de manibus extorsimus: quod incolumes cives, quod stantem urbem reliquit, &c.
Tenere jura civium. Cic. 1. in Catil. 28.
Tradere vias optimarum artium civibus. Cic. 2. de Divin. 1.
Civis hinc est. Terent. And. 5. 1. 14. Illam hinc civem esse aiunt.

CIVĬTAS, ātis. f. [πόλις] a Civibus appellata est, quasi Civium multitudo, vel potius Universitas.
Civitas proprie in incolis, in unam societatem junctis, æstimatur; non in ædificiis, Cic. apud Nonium, 5. 27. Conjunctionem tectorum, oppidum, vel urbem appellaverunt, delubris distinctam spatiisque communibus. Omnis ergo populus, qui est talis cœtus multitudinis, qualem exposui, civitas est.
Quid sit Civitas, succincte & eleganter describit Cic. de Somn. Scip. 4. Nihil enim est illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, quam consilia, cœtusque hominum jure sociati, quæ civitates appellantur. Idem pro Sext. 91. Tum conventicula hominum, quæ postea civitates nominatæ sunt.
Civitas & pro loco, & pro oppido, & pro jure quoque omnium & pro hominum multitudine dicitur, inquit Verrius Flaccus apud Gellium, 18. 7. conf. Coquej. ad Augustin. de Civ. Dei, 1. 15. p. 58.
Civitas, pro Urbe, aut oppido. Liv. 29. 38. pr. Eadem æstate in Bruttiis Clampetia a Consule capta, Consentia, & Pandosia, & ignobiles aliæ civitates voluntate in deditionem venerunt.
Urbs & civitas. Cic. 4. Acad. 136. Denique scripta Lycurgi, Solonis, XII tabulas nostras, non esse leges? ne urbes denique aut civitates, nisi quæ essent sapientium?
Civitates & municipia. Cic. pro Muren. 47. Graviter homines honesti, atque in suis civitatibus & municipiis gratiosi tulerunt.
Patria civitatis. Cic. 2. de Legib. 5. Ego me hercule & illi & omnibus municipibus duas esse censeo patrias: unam naturæ, alteram civitatis.
Clades civitatis importuna. Cic. de Clar. Orat. 332. Etsi cursum ingenii tui, Brute, premit hæc importuna clades civitatis.
Commemoratione civitatis omnia verbera depulsurum, cruciatumque a corpore dejecturum arbitrabatur. Cic. 7. Verr. 161.
Desiderium civitatis. Cic. pro Domo 87. Non decretis Italiæ, non desiderio civitatis. Subaudi Reducti sunt.
Dissimilitudo enim civitatum varietatem juris habeat necesse est. Cic. pro Corn. Balb. 31.
Homo multarum civitatum. Cic. pro Corn. Balb. 30. Itaque in Græcis civitatibus videmus, Athenis Rhodios, Lacedæmonios, ceteros undique ascribi, multarumque esse eosdem homines civitatum.
Jus civitatis honore dignissimum. Cic. pro Corn. Balb. 42.
Largitio & communicatio civitatis. Cic. pro Corn. Balb. 31. Nunquam est intermissa a majoribus nostris largitio & communicatio civitatis.
Nomen civitatis nobile & illustre apud omnes. Cic. 7. Verr. 166. Si tibi ignoto apud ignotos, apud barbaros, apud homines in extremis atque ultimis gentibus positos, nobile & illustre apud omnes nomen tuæ civitatis profuisset: &c.
Nomen civitatis apud aliquem valere. Cic. 7. Verr. 165. Apud te nomen civitatis ne tantum quidem valuisse, ut dilationem aliquam crucis, &c.
Nomen civitatis implorare & usurpare. Cic. 7. Verr. 162.
Salus civitatis nititur in aliquo. Cic. de Somn. Scip. 3.
Status civitatum. Quintil. lib. 2. cap. 16.

Vires & mores civitatis. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Usurpatione & mentione civitatis assequi aliquid. Cic. 7. Verr. 165. Apud te Prætorem si non effugium, ne moram quidem mortis, mentione atque usurpatione civitatis assequi potuit?
Ex civitate aliqua amplissimus aliquis. Cic. pro Corn. Balb. 50.
Beata civitas. Cic. 1. de Fin. Neque enim civitas in seditione potest esse beata.
Bellicosa civitas. V. BELLUM.
Clarissimæ civitates. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Commendatior civitas studio, cura & diligentia alicujus. Cic. pro Corn. Balb. 43.
Fœderata. Cic. 7. Verr. 53. Hoc Netinorum fœderata civitas publice dicit.
Graves. Cic. 7. Verr. 134. i. e. Gravitate morum æstimandæ.
Honesta. Cic. 5. Verr. 56. Huic homini, Judices, honestæ (al. honestissimæ) civitatis honestissimo, &c.
Honestior civitas, quam &c. Cic. pro Flacc. 64. Num honestior est civitas Pergamena, quam Smyrnæ?
Humilis, Urbs in imo sita. Sen. Thyest. 5.
Immunes civitates & liberæ. V. IMMUNIS.
Lauta. V. LAUTUS.
Libera. Cic. 1. Philipp. 4.
Locuples copiis. In LOCUPLES.
Maledica. In MALUS.
Optime merita. Cic. pro Corn. Balb. 34. Neque enim est meum, contra jus optime meritæ civitatis, contra opinionem vetustatis, contra auctoritatem Senatus dicere.
Bene morata & bene constituta. In MOS.
Bene moratæ civitates. Cic. 1. de Orat. 85.
Nostra civitas. i. e. Ubi nati sumus. Hannibal apud Liv. 30. 30. Quodcunque egerimus, ratum id civitates nostræ habituræ sunt. Nostræ. i. e. Unde quisque nostrum est, Quam quisque nostrum patriam habet aut domum.
Prudentissima civitas. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Sine lege. Quintil. lib. 5. cap. 11. Ut corpora nostra sine mente, ita civitas sine lege, suis partibus, ut nervis ac sanguine, & membris uti non potest.
Abstrahere civitatem a servitio. In ABSTRAHO.
Administrare. Cic. 1. Offic. 88. Et tamen ita probanda est mansuetudo atque clementia, ut adhibeatur Reipub. causa severitas, sine qua administrari civitas non potest. V. ADMINISTRO.
Adoriri. In ADORIOR.
Augere civitatem hostibus recipiendis. Cic. pro Corn. Balb. 31. Romulus fœdere Sabino docuit, etiam hostibus recipiendis augeri hanc civitatem oportere.
Conciliare civitatem. In CONCILIO.
Conferre studia & beneficia in civitatem. Cic. pro Corn. Balb. 43.
Conjuncta officiis civitas. In CONJUNGO.
Constituere in civitate legibus aliquem. Cic. pro Arch. 6. Hunc Heracliensem multis civitatibus expetitum, in hac autem legibus constitutum, de nostra civitate ejiciemus? Subaudi Civem.
Continere civitatem in officio. In CONTINEO.
Contacta civitas rabie. In CONTINGO.
Convertit se civitas in aliquem. Cic. in Somn. Scip. 3. In te unum atque in tuum nomen se tota convertet civitas. pro Homines civitatis.
Ejicere aliquem e civitate. Cic. pro Domo, 88.
Evertere funditus civitatem. Cic. 6. Verr. 76. Universam se funditus illam eversurum esse civitatem minabatur.
Execrata Phocæorum civitas. Horat. Epod. 16. 17.
In oculis civitatis aliquid esse factum. Cic. pro Domo 101. In ea possim intueri domum meam eversam non ab inimico meo, sed ab hoste communi, & ab eodem extructam, & positam in oculis civitatis.
Ferre suffragium non de civis, sed civitatis salute. Cic. pro Domo 90.
Inducere in civitatem rem perniciosissimam. Cic. 1. Offic. 85.
Instituere civitates. Cic. 1. de Orat. 86.
Invadere civitatem. Quintil. lib. 1. cap. 6.
In largienda civitate parcus. Cic. pro Corn. Balb. 5.
Munita jure civitas, & libertas. Cic. pro Domo 77.
Persequi civitatem bello. Cæs. 5. Bell. Gall. 1. Nisi id fecerint, sese bello civitatem persecuturum demonstrat.
Suspensa ac solicita. Cic. pro Domo 96.
Civitas dicitur etiam Jus civium. Hocque jus triplex fuit apud Romanos. Summo & maximo Romana tribuebatur Civitas: proximum erat Latinitas: ultimum minimumque Italiæ jus. Quibus modis Latini poterant fieri Romani cives. V. Sigon. de Antiq. Jure Civ. Rom. cap. 1. Onufr. Panvin. Comm. 3. de Rep. Roman. & Spanhem. in Orbe Romano.
Adimere alicui civitatem. V. ADIMO.
Ademptio civitatis. Cic. pro Domo 98. Id autem ut esset faciendum, non ademptione civitatis, sed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebant.
Adipisci & perdere civitatem. Cic. pro Corn. Balb. 30. Vidi egomet nonnullos imperitos homines nostros cives Athenis in numero judicum atque Areopagitarum, certa tribu, certo numero, quum ignorarent si illam civitatem essent adepti, hanc se perdidisse, nisi postliminio recuperassent.
Amittere civitatem. Cic. pro Cæcin. 100.
Asciscere in civitatem. In ASCISCO.
Ascribere civitati & in civitatem. In ASCRIBO.
Ascribi civitatibus. Cic. pro Arch. 10. Quid est quod de ejus civitate dubitetis, præsertim quum aliis quoque civitatibus fuerit ascriptus?
Consequi civitatem beneficio aliquorum. Cic. pro Corn. Balb. 31.
Dare civitatem. Cic. pro Corn. Balb. 55. Ante civitatem Veliensibus datam, de senatus sententia, &c.
Dicare se in civitatem. Cic. pro Corn. Balb. 28. Peritus vero nostri moris ac juris nemo unquam qui hanc civitatem retinere vellet, in aliam se civitatem dicavit.
Donare civitate aliquem. Cic. pro Corn. Balb. 30. Ex qua nobis interdictum sit, ut neque asciscere civem, aut civitate donare possimus.
Merita erga populum Ro. allegantes Latinitate, vel civitate donavit. Suet. in Augusto cap. 47. H. St.

Eripere alicui civitatem. Cic. pro Domo 79. Volaterranis L. Sulla victor, Repub. recuperata, comitiis centuriatis civitatem eripere non potuit.
Ereptor civitatis. Cic. pro Domo 81. At tu etiam ereptor civitatis, legem de injuriis publicis tulisti.
Habere civitatem. Cic. 2. de Legib. 5. Ita quum ortu Tusculanus esset, civitatem Romam habuit. De Catone. Al. Civitate Romanus &c.
Impertiri civitatem gratuito alicui. Cic. pro Arch. 10.
Largiri civitatem. In LARGIOR.
Mutari civitate. In MUTO. Cic. pro Corn. Balb. 31.
Recipere civitate. Cic. pro Corn. Balb. 31.
Recipere in civitatem. Cic. pro Arch. 22.
Retinere civitatem. Cic. pro Corn. Balb. 43.
Retinere in civitate, & Exterminare ex civitate aliquem: contraria. Cic. pro Ligar. 33. Aut tres Ligarii in civitate retinendi sunt, aut tres ex civitate exterminandi.
Sancire jura de civitate, & libertate. Cic. pro Domo 80. Tum igitur majores nostri populares non fuerunt: qui de civitate & libertate ea jura sanxerunt.
Suscipere in civitatem. Cic. 2. de Legib. 5.
Tribuere civitatem. Cic. pro Corn. Balb. 37.
Civitas etiam pro Tota regione ponitur. Cæs. 1. Bell. Gall. 12. Omnis civitas Helvetia in quatuor pagos divisa est. Et mox: Quæ pars civitatis Helvetiæ insignem calamitatem Populo Romano intulerat.
Brigantum civitas. Tacit. Agric. 17. 2.
Hermundurorum civitas. Idem de Germ. 41. 1.
Ubiorum civitas. Idem 1. Ann. 37. 3.
Civitatium (in gen. pl.) apud Plinium lib. 8. ad Maximum, principio, incipit Amor. Liberarum civitatium. in editione ad exemplar Rudolphi Agr. recognita. Vide an & in mea editione. H. St. Est ep. 24. & Civitatum quidem exhibent codd. emendati, sed altera illa lectione in marginem rejecta.

CIVITATŬLA, æ. f. dimin. Sen. de morte Claudii p. 852. Hic quæstu se sustinebat, vendere civitatulas solebat. i. e. Jus Romanæ civitatis. Ad quandam civitatulam pervenimus. Apul. 10. Met. p. 238.

CIVĪLIS, e. [πολιτικὸς] Quod ad cives pertinet. ut, Civile odium: civile bellum.
Actio civilis. Cic. 1. Verr. 18. Nam civibus quum sunt ereptæ pecuniæ, civili fere actione & privato jure repetuntur.
Amor civilis & Naturalis, Gell. lib. 12. cap. 1. ad finem, Magnam fere partem non naturalis ille amor est, sed civilis & opinabilis.
Arma civilia. Claud. 2. in pr. Cons. Stil. 85.
Bellum. Cic. 7. Att. 13. Genus belli quod sit vides. ita civile est, ut non ex civium dissensione, sed ex unius perditi civis audacia natum sit.
Bella plusquam civilia. Lucan. lib. 1. 1.

> Bella per Æmathios plusquam civilia campos,
> Jusque datum sceleri canimus.

Belli civilis æstus. Hor. 2. Epist. 2. 47.
Busta civilia. Propert. lib. 2. 1. 27. i. e. Campos Philippicos, in quibus & occisa sunt, & sepulta Romanorum multa millia bello Civili inter Cæsarem & Pompeium.
Curæ civiles, i. e. Cura de civibus, aut quæ civem decent. Hor. 3. Carm. 8. 17.
Dies. Plin. lib. 2. cap. 77. Qui opponitur Astronomico. V. Gassend. Inst. lib. 1. cap. 22.
Dissidium, Discordia civilis. Claud. de Bell. Gild. 241.
Furor. Hor. 4. Carm. 15. 18.

> Custode rerum Cæsare, non furor
> Civilis, aut vis eximet otium.

Civilem furorem vocat Seditiones civium.
Jura civilia. Hor. 1. Serm. 9. 39.
Lex civilis ac publica. Cic. pro Cæcin. 74.
Mars civilis, Bellum inter cives. Ovid. 6. Epist. 35. Civilem Martem vocat illorum qui ex eadem terra geniti erant.
Mos consuetudoque civilis. Cic. 1. Off. 148. Nec quenquam hoc errore duci oportet, ut siquid Socrates aut Aristippus contra morem consuetudinemque civilem fecerint, &c.
Nefas civile, Nefas civium. Stat. 1. Silv. 80. Intelligit Bellum civile.
Odia. Claud. de Bell. Get. 565.
Officia. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Pax. Cic. 7. Philipp. 8. Itaque ille ego qui semper auctor pacis fui: cuique, pax præsertim civilis, quanquam omnibus bonis, mihi tamen in primis fuit optabilis.
Quercus, Quercea corona civica, quam (ut refert Servius) qui in bello civem liberassent, accipiebant, ideo quia ante caussa vitæ in hac arbore hominibus fuit, qui glandibus vescebantur. Virg. 6. Æn. 772.

> Atque umbrata gerunt civili tempora quercu.

V. in CIVICUS.
Sanguis. Lucret. lib. 3. 70. i. e. Bella civilia, sive Civium interfectiones.
Scientia, Politice. Quintil. lib. 2. cap. 15. Rhetoricen autem quidam eandem civilitatem esse judicaverunt. Cicero scientiæ civilis partem vocat: civilis autem scientia idem quod sapientia est.
Strages. Claud. 6. Cons. Hon. 118.
Studia. Cic. pro Font. 16. Si inimico testi credi non oportuit, inimicitior Marcello Crassus, & Fimbriæ Scaurus ex civilibus studiis, atque obtrectatione domestica, quam huic Galli?
Verba civilia, quæ etiam Directa in jure appellantur, verba sunt formularum civilium, hoc est quæ ad jus civile accommodata olim a Jurisconsultis fuerunt, ex eo nimirum quod hæc pars juris proprie nonnunquam jus civile appellatur, uti Pompon. docet l. 2. D. de orig. jur. sive quod vernaculum esset, neque ab exterarum gentium institutis sumptum: sive quod soli cives his legis actionibus ac formulis uti possent. Papin. l. 7. D. de vulg. & pup. Verbis civilibus substitutionem post quartum decimum annum ætatis frustra fieri convenit. Ulpian. cap. instit. 25. Fideicommissum est, quod non civilibus verbis, sed precative relinquitur, hoc est, non his formulis quæ ad hæredum institutionem accommodatæ sunt, sed precationis.
Vir vere civilis, & publicarum privatarumque rerum administrationi accommodatus. Quintil. in procem. lib. 1.
Undæ civiles, i. e. Curæ & solicitudines omnium rerum, quæ ad Remp. pertinent. Hor. 1. Epist. 1. 16.

> Nunc agilis fio, & mersor civilibus undis.

Civilis, ubi ad hominem refertur, Æquum, Humanum, & Communi jure cum aliis utentem denotat, licet dignitate superior sit.
Ingressus orationis civilis, & humanus. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Agere se civilem. Suet. in Tiber. cap. 26. Verum liberatus metu, civilem se admodum inter initia, ac paulo minus quam privatum egit. Sic
Civilior, [πολιτικώτερος] Ovid. 4. Trist. 4. 13.

> Ipse pater patriæ, quid enim civilius illo? &c.

CIVILĬTAS, ātis. f. [πολίτευμα] quasi Civilis mos: qui & Urbanitas dicitur. Plerumque pro Humanitate ponitur.
Clementia & civilitas. Suet. in August. cap. 51. Clementiæ & civilitatis ejus multa & magna documenta fuerunt.
Jactator civilitatis. Suet. in Claud. cap. 35. Primis imperii diebus, quanquam (ut diximus) jactator civilitatis, neque convivia inire ausus est, nisi, &c.
Civilitas, pro Politica scientia, ut Civilitatis corpori partes assignet, &c. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Civilitatis particulæ. Quintil. ibid.

CIVILĬTER, Adv. [πολιτικῶς]
Civiliter, i. e. Ex instituto juris civilis. Jabolenus in l. quum hæredes. §. item quæro. D. de acquir. possess. Si vinxeris liberum hominem, eum te possidere non puto. quod quum ita se habeat, multominus a te per illum res ejus possidebuntur. neque enim rerum natura recipit, ut per eum aliquid possidere possimus, quem civiliter in mea potestate non habeo.
Alioquin Civiliter, Ex civilitatis præscripto, i. e. Non tyrannice significat, vel monarchice. Juven. 5. Sat. 112.

> —solum
> Poscimus, ut cœnes civiliter.

i. e. Non tibi sit panis lautus, & ceteris convivis vulgaris, ut non sit inter nos delectus ferculorum. Budæus.
Magis pie quam civiliter, i. e. Ut decet civem. Liv. 38. 56.
Contendere civiliter. Cic. 1. Off. 38. Ut enim quum civiliter contendimus, aliter si est inimicus, aliter si competitor: cum altero certamen honoris ac dignitatis est: cum altero capitis & famæ.
Plus quam civiliter. Ovid. 12. Met. 583. i. e. Non civiliter, non ut civem decuit. De Neptuno.

CIVĬCUS, Adj. [ἀστικὸς] Quod ad cives pertinet, ut Corona civica, quæ dabatur ob civem servatum, hoste occiso. Cic. pro Planc. 72. Ad id etiam gregarii milites faciunt inviti, ut coronam dent civicam, & se ab aliquo servatos esse fateantur.
De civica corona, Plin. lib. 16. cap. 4. Hinc civicæ coronæ, militum virtutis insigne clarissimum. Jampridem vero & clementiæ imperatorum, postquam civilium bellorum profano meritum cœpit videri civem non occidere. Cedunt iis murales vallaresque, & aureæ, quanquam pretio antecedentes. Cedunt & rostratæ, quamvis in duobus maxime ad hoc ævi celebres: M. Varrone e piraticis bellis, dante Magno Pompeio: item M. Agrippa, tribuente Cæsare e Siculis, quæ & ipsa piratica fuere. Ibid. 5. Civica iligna primo fuit, postea magis placuit ex esculo Jovi sacra. Variatumque & cum quercu est, ac data ubique quæ fuerat, custodito tantum honore glandis.
Civicam coronam civis, salutis suæ causa, servatus in prælio dabat, quæ erat iligna, frondem habens perennem. Hæc Festus. Gell. lib. 5. cap. 6. Civica corona appellatur, quam civis civi, a quo servatus est in prælio, testem vitæ salutisque perceptæ dat. Ea fit e fronde querna: quoniam cibus victusque antiquissimus querceus capi solitus sit. Fit etiam ex ilice: quod genus superiori proximum est. V. ibid. & apud Plin. l. c. quibus conditionibus daretur, vel non daretur.
Dicitur & Civica absol. Civica donare aliquem. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Arma civica apud Ovid. 1. Fast. 22. intelliguntur Peritia dicendi in judicio, qua vel accusamus, vel defendimus reos,

> Civica pro trepidis quum tulit arma reis.

Bella civica. Ovid. 1. de Pont. 2. 126.

> Clausit & æterna civica bella sera.

h. e. Civilia, sive intestina.
Civica jura. Hor. 1. Epist. 3. 23.

> —seu civica jura
> Respondere paras.

Motus. Hor. 2. Carm. 1. 1.
Quercus. V. Serv. in Virg. 6. Æn. 772.
Rabies, Bellum civile. Hor. 3. Carm. 24. 26.

CĪUS, [Κίος] Fluvius Thraciæ ex Pæonibus & Rhodope monte profluens. Est & urbis nomen, quam, ut testatur Strabo lib. 12. Philippus Demetrii F. evertit, deditque Prusiæ Zelæ, qui hanc evertit, & Myrleam Prusæ vicinam. Is a ruinis eas excitans, Cium, a se Prusiadem: Myrleam vero, ab uxore Apameam nominavit.

C I Z

CIZARA, [Κίζαρα] Castellum erat munitissimum, lacui nomine Stiphana, in Phazemonetica regione, adjacens, quod post desertum est, ut Strabo docet lib. 12.
CIZICUS, V. CYZICUS.

C L A

CLĀBŬLA, vel ut quædam habent exemplaria, CLAVOLA, Scissio lignorum vel præsegmina, auctore Nonio 4. 473. Varro 1. de R. R. cap. 40. Demum in oleagineis seminibus arbores videndum, ut sit de tenero ramo ex utraque parte æquabiliter præcisum, quas alii clavolas, alii taleas appellant, ac faciunt circiter pedales. conf. CLAVA, cujus dimin. est. Item Vehiculi genus; unde
CLABULĀRIS, e. Adj. ut, Cursus clabularis, qui militibus concedebatur, quoties ex aliis in alia loca celeriter transferri eos oporteret, ut est in l. 22. Cod. de cursu publico. Nonnulli scribunt Clavularis, ut Ammian. 20. 4. V. Vales. in loc.
CLĀDES, is. f. [ἧττα, λύμη, πῆμα] Conflictus & mutua profligatio: a κλαδάω, quod est Amputo, frango. Nam in prima significatione denotat Arborum ramos infringere, ut vento vel nimio fructuum pondere. Hinc transfertur ad aliam quamvis jacturam aut damnum, præcipue vero quod in bello fit. Plin. lib. 16. cap. 32. A quo deinde tempore majestas Populi Rom. resurrexit, quæ ante vastata cladibus fuerat.
Contagia cladis subitæ. Ovid. 5. Trist. 4. 33.

> Quumque alii fugerent subitæ contagia cladis, &c.

Cladis origo. Ovid. 2. de Pont. 3. 65.
Turbine sævo venientes clades. Sil. lib. 1. 41.
Turbine mox sævo venientum haud inscia cladum.
Clades dextræ manus. Liv. 2. 13. Mutium dimissum, cui postea Scævolæ, a clade dextræ manus, cognomentum inditum, &c.
Libyæ clades, Scipiones vocantur figurate, ut cladem ferentes. Virg. 6. Æn. 842.
— duo fulmina belli
Scipiadas, cladem Libyæ.
Asper cladibus. Ovid. 14. Met. 485. De Agmone,
Fervidus ingenio, tum vero & cladibus asper.
Aspera clades. Sen. Hippol. 10.
Exitiabilis. Paterc. lib. 2. 112. Pene exitiabilem omnibus cladem intulit.
Funesta. Sen. Thyest. 3.
Importuna civitatis. Cic. de Clar. Orat. 332. Cursum ingenii tui, Brute, premit hæc importuna clades civitatis.
Miseranda. Sen. Med. 4.
Recens clades exiit a partibus iisdem. Claud. 1. in Eutrop. 412.
Sæva. Sen. Herc. fur. 13.
Subita. Ovid. 5. Trist. 4. 33.
Tristis. Hor. 3. Carm. 3. 62.
Accipere cladem. Liv. 3. 26. pr. Nam quum haud procul ab hoste castra posuisset, nulla magna clade accepta castris se pavidus tenebat. Item Curt. 4. 12.
Afferre magnam cladem populo. Cic. de Nat. Deor. lib. 2. 8.
Contrahere cladem. Liv. 25. 19.
Dare. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 197.
— acies utinam vesana gigantum
Hanc dederit cladem.
Delere opprobria veterum cladum, Gloriam cladibus superioribus amissam recuperare. Sil. lib. 16. 671.
Ne vero fabricate moras, sed currere fortem
Hanc finite, ad veterum delenda opprobria cladum.
Derivata clades fonte aliquo. Hor. 3. Carm. 6. 19.
Dividere cladem in orbem, i. e. Spargere in totum orbem. Claud. 2. in Ruff. 25.
Laxavitque viam bellis, & ne qua maneret
Immunis regio, cladem divisit in orbem.
Efficere cladem aliquam. Lucret. lib. 5. 49.
Quidve superbia, spurcitia, ac petulantia, quantas
Efficiunt clades?
Erumpit clades in aliquem. Ovid. 7. Met. 561.
— inque ipsos sæva medentes
Erumpit clades, obsuntque auctoribus artes. Cladem, Pestem & contagia vocat.
Exigere clades. Lucan. lib. 8. 703.
Facere cladem magnam. Sallust. in Jugurth. cap. 59. extr.
Importat clades discordia civilis. V. IMPORTO.
Importare cladem periculi. Lucret. lib. 3. 825.
Inferre cladem. Liv. 29. 3.
Levare. Ovid. 2. Met. 281.
Metuere. Ovid. 5. Met. 358.
Metuenda clades. Claud. 2. in Eutrop. 304.
Minari. Lucan. lib. 3. 36.
Obrui clade. Sen. Med. 4. Quamvis enim sint clade miseranda obruta.
Obsessus cladibus. Sen. Troad. v. 988.
Nunc victa, nunc captiva, nunc cunctis mihi
Obsessa videor cladibus.
Pasci cladibus alicujus. Ovid. 9. Met. 176.
Cladibus, exclamat, Saturnia pascere nostris,
Pascere, & hanc pestem specta crudelis ab alto. Clades vocat Ingentem dolorem & tormentum ex peste.
Piare clades, De cladibus sese purgare, & placare deos. Propert. lib. 3. 4. 9.
Reddere cladem. Liv. de Bell. Pun.
Repetita clades. Claud. de Bell. Get. 284.
Turbare hostes subita clade. Virg. 12. Æn. 556.
Iret ut ad muros, urbique adverteret agmen
Ocius, & subita turbaret clade Latinos.
CLÆON, [Κλαίων] Fons in Phrygia, dicente Plin. lib. 31. cap. 2. Theophrastus ait: Marsiæ fontem in Phrygia ad Celænarum oppidum saxa egerere. Non procul ab eo duo sunt fontes, Clæon, & Gelon ab effectu Græcorum nominum dicti. i. e. παρὰ τὸ κλαίειν καὶ γελᾷν, quæ verba lugere & ridere significant.
CLAM, [κρύφα, λάθρα] Præpositio ablativo casui serviens, & nonnunquam accusativo, significat Occulte. V. tamen Priscianum infra.
Clam, a Clavibus dictum, quod his quæ celare volumus, claudimus. Festus. Plaut. Amph. prol. v. 107.
Is amare occœpit Alcumenam clam viro. Gron. Virum.
Clam me, clam te est. Plaut. Rud. 1. 2. 45. Ter. Heaut. 1. 1. 46. Hæc clam me omnia. i. e. Nihil sciebam de his omnibus.
Paulo clam iis eam vidi. Cic. 15. Att. 1.
Clam, accusativo junctum. Plaut. Casin. 2. 8. 32. — ut mihi
Bona multa faciam clam meam uxorem.
Clam alter alterum. Plaut. Casin. prol. 51.
Sibi nunc uterque contra legiones parat,
Pater, filiusque clam alter alterum.
Clam aliquem aliquid habere. Ter. Hec. 4. 4. 35.
Non clam me haberet quæ celasse intelligo. Ubi Donatus; i. e. Non tacuisset, partumque celasset.
Clam vos sunt facinora ejus. Cic. in Sallust. 15. Timens ne facinora ejus clam vos essent.
De Clam sic docet Priscian. lib. 14. Clam, magis adverbium est, quum nec localem habeat significationem, quam plerumque præpositiones possident: & qualitatem demonstret, quæ in adverbiis inveniri solet: & diminuatur, quod nulla præpositio habet, ut Clanculum: & possit etiam absque casu proferri, ut Bona aperte facit, mala autem clam: & quod apud Græcos absque ulla dubitatione adverbium est, nihil mirum tamen quod præponatur casui, quum multa adverbia, & maxime localia, & apud Græcos, & apud nos soleant casibus præponi.

Et cum eo clam subduxti te mihi? Ter. Eun. 4. 7. 25. Cæs. 4. Bell. Gall. 30. Ac suos clam ex agris deducere cœperunt.
Clam furtim alicubi esse. Plaut. Pœn. 3. 3. 49.
At enim hic clam furtim esse vult; nequi sciant.
Clam & occulte. Cic. 6. Verr. 23. Per istos quæ volebat, in navem clam imponenda, occulte exportanda curabat.
Clam facere id dicimur, Quod eo insciente facimus, quem id prohibiturum esse suspicabamur, ut patet ex l. 3. §. ult. D. quod vi, aut clam.
Clam, Ex insidiis. Virg. 1. Æn. 354.
Clam ferro incautum superat.
Clam & Palam, contraria. Cic. pro Rosc. Amer. 23. Multa palam domum suam auferebat: plura clam de medio removebat.
Neque cessavit insidias struere clam, palam. Suet. Domit. 2.
Clam erit. Ter. Adel. 1. 1. 46.
Si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit. i. e. Si sperat non rescitum iri.
Non clam. V. NON.
CLANCŬLUM, [κρυφῆ] dimin. Ter. Eun. 3. 5. 41. Venisse clanculum per impluvium.
Clanculum dicta. Plaut. Pœn. 4. 2. 91. Vale, & hæc cura, clanculum ut sint dicta. i. e. Ne quis rescíscat.
Clanculum, accusativo junxit Ter. Adel. 1. 1. 27. Postremo alii clanculum patres quæ faciunt, &c.
CLANCŬLO, Adv. Idem. Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 18. de Virgilio loquens, Fuit hic poeta ut scrupulose & anxie, ita dissimulanter & clanculo doctus, sæpe usus est Apul. in Met.
CLANCULARIUS, Adj. [κρύφιος] ut, Poeta clancularius, Qui suppresso nomine suo, dicta quædam & fœda probra scribit: quæ mavult alterius videri. Martial. lib. 10. 3.
Quæ sulfurato nolit empta ramento
Vatiniorum proxeneta fractorum,
Poeta quidam clancularius spargit.
CLANDESTĪNUS, Adj. [κρυφαῖος] Occultus. Plaut. Amph. 1. 2. 28. Et clandestina ut celetur suspicio.
Colloquia clandestina cum hostibus. Cic. de Senect. 40.
Consilia clandestina. Cæs. 7. Bell. Gall. cap. 1.
Denuntiatio. Liv. 4. 36. Quum patres clandestina denuntiatione revocati ad diem certam essent.
Fœdus. Liv. 3. 36. Sil. lib. 7. 267.
Ceu clandestino traheretur fœdere bellum.
Introitus. Cic. 2. Off. 81. Clandestino introitu urbe est potitus.
Motus. Lucret. lib. 2. 127.
Scelus. Cic. pro Sulla 33.
CLANDESTINO, Adv. [κρυφίως] i. e. Abscondite, ut ait Nonius. Plaut. Milit. 4. 1. 10. Nam hoc negotii clandestino ut agerem, mandatur mihi. Lucil. lib. 26. apud Non. 1. 176. At enim dicis clandestino tibi quod commissum foret, &c.
CLAMOR, ōris. m. [κραυγή, βοή] proprie est Calamorum sonus, quasi Calamor: etenim vento agitatæ arundines, non parvam vocem emittunt. [Immo verbale est a Clamo, ut Clangor a Clango, & proprie de Voce humana valde intenta dicitur.] Plin. Epist. 190. Ac primis quidem diebus redditæ libertatis, pro se quisque inimicos suos duntaxat minores incondito, turbidoque clamore postulaverat simul & oppresserat. Clamos veteres dicebant pro Clamor.
Gruum clamor. Lucret. lib. 4. 183.
Montium. Hor. 3. Carm. 29. 38. Montes illos intelligit, per quos torrens aliquis decurrit, aut impotentior fluvius aliquis præterlabitur.
Clamores & admirationes. Cic. 1. de Orat. 152. Hæc sunt quæ clamores & admirationes in bonis oratoribus efficiunt, &c.
Absonus clamor. In ABSONUS.
Acutissimus. Cic. 3. de Orat. 225. Deinde est quiddam contentionis extremum, quod tamen inferius est quam acutissimus clamor, quo te fistula progredi non sinet, & tamen ab ipsa contentione revocabit.
Blandus. Ovid. 3. Fast. 221. sic vocat Vagitum puerorum.
Cæcus, Confusus: qualis est multorum simul clamantium in tumultu. Valer. 2. Argon. 461.
Clarus. V. CLARUS.
Concionalis. In CONCIONOR.
Dirus. Sil. lib. 7. 326.
Dissonus. Stat. 6. Theb. 625.
Ferox. V. paulo post, Provocare clamore.
Ferus. Stat. 6. Theb. 130.
Festi clamores. V. paulo post, Personare festis clamoribus.
Flebilis clamor, Ejulatus. Sen. Troad. v. 678.
Cessatis? & vos flebilis clamor movet,
Furorque cassus feminæ.
Femineus. Sil. lib. 15. 471.
Horrendus. Virg. 2. Æn. 222.
Horrido clamore complere cælum. Sen. OEth. 7.
Immensum clamorem tollere. Virg. 3. Æn. 672.
Clamorem immensum tollit, quo pontus & omnes
Intremuere undæ.
Immodicus, insolitusque. Plin. 2. Epist. 38. ad Maxim. Audiit ex proximo immodicum, insolitumque clamorem.
Impius. Hor. 1. Carm. 27. 7. Impium vocat Clamorem eorum qui inter pocula litigant & tumultuantur.
Infestus, Minitans cædem & exitium. Valer. 8. Argon. 325.
— inque imum pariter mare protinus omnes
Infesto clamore ruant.
Ingens. Virg. 12. Æn. 268.
Insolitus. Stat. 1. Theb. 431.
Juvenilis. Ovid. 4. Met. 28.
Quacunque ingrederis, clamor juvenilis, & una
Femineæ voces, &c.
Lætus. Virg. 3. Æn. 524. — læto socii clamore salutant.
Longus. Stat. 5. Theb. 552.
Malis clamoribus plenæ undæ. Valer. lib. 1. Argon. 646.
— quoties mox rapta videbo
Vela Notis, plenasque malis clamoribus undas.
Merus. V. MERUS.

Mœsti clamores. Ovid. 8. Met. 447. al. Ululatus.
Nauticus. Virg. 3. Æn. 128.
Nefandus. Valer. 4. Argon. 516.
Novus clamor accidit. Liv. 4.
Propinquus. Sil. lib. 13. 148.
  Imperitans violenter equo, postquam auribus hostis
  Vicinum sese videt, ac clamore propinquo.
Rapidis clamoribus urbem exagitat. Stat. 5. Theb. 96.
Repens clamor quatit castra. Sil. lib. 3. 221.
Secundo clamore exit, i. e. Excitatur vocibus multorum, sublatis in spem felicis successus. Virg. 5. Æn. 491.
Supremus. Ovid. 3. Trist. 3. 43.
  Nec mandata dabo? nec cum clamore supremo
  Labentes oculos condet amica manus?
Teneri. Plin. 2. Epist. 14. ad Maxim. extr.
Varius, i. e. Confusus. Claud. in Epithal. Pallad. & Ser. 21.
Actus clamoribus magnis. Virg. 2. Æn. 128.
Adjicere clamorem. In ADJICIO.
Affligi clamore. In AFFLIGO.
Circumsonat hostes clamor. Liv. 3. 28.
Consonat clamor. In CONSONO.
Dare clamorem. Virg. 3. Æn. 566.
  Ter scopuli clamorem inter cava saxa dedere.
Datus ad astra clamor. Sil. lib. 6.
Edere clamorem majorem cum admiratione. Cic. 2. de Divin. 50.
Efficere clamorem. Cic. 3. Q. frat. 1. Clamores efficiam, si eum mecum habuero otiosum.
Erumpere subito clamore. Virg. 11. Æn. 609.
Excipere clamore aliquem. Cic. 7. Verr. 94. Excipitur ab omnibus ejusmodi clamore, ut ei Lampsaceni periculi similitudo versaretur ante oculos.
Excipere teneris clamoribus aliquid. Plin. 2. Epist. 14. extr. ad Maxim.
Excipere clamorem alicujus. Virg. 9. Æn. 54.
  Clamorem excipiunt socii, fremituque sequuntur.
Exoritur clamorque virûm, clangorque tubarum. Virg. 2. Æn. 313.
Fatiscere clamore. Stat. 5. Silv. 5. 21.
Ferit aurea sidera clamor. Virg. 2. Æn. 488.
Ferre clamorem ad litora. Virg. 1. Georg. 362.
Fieri concursum ad clamorem alicujus. Liv. lib. 3. 44. Pavida puella stupente, ad clamorem nutricis, fidem Quiritium implorantis, fit concursus.
Fit cum clamore ad aliquem locum concursus atque impetus. Cic. 7. Verr. 93. Quum Prætor quæreretur, & constaret ei neminem nuntiasse, fit ad domum ejus cum clamore concursus atque impetus.
Fremere magno clamore. Virg. 6. Æn. 175.
  Ergo omnes magno circum clamore fremebant.
Fremendus. Stat. 12. Theb. 752.
Furit undique. Stat. 6. Theb. 625.
Jactari clamore convicioque. In JACIO.
Involare cum clamore. V. CUM præpositionem.
Implere clamore locum aliquem. Virg. 4. Georg. 460.
  At chorus æqualis Dryadum clamore supremos
  Implerunt montes.
Implere magnis clamoribus aliquem hominum consessum. Virg. 5. Æn. 340.
Inceptus clamor frustratur hiantes, Decipit clamore cupientes. Virg. 6. Æn. 493. Servius.
Incendere cælum clamore, i. e. Implere, quanquam abusive. Virg. 10. Æn. 895.
  Clamore incendunt cælum, Troesque Latinique.
Incendit clamore nemus. Stat. 5. Theb. 553.
Ingeminat clamor. Virg. 5. Æn. 227.
Insequi clamore ac minis. V. INSEQUOR.
Insequitur clamor. Virg. 1. Æn. 91.
  Insequitur clamorque virûm, stridorque rudentum.
Integratus. Stat. 6. Theb. 42.
It ad alta atria. Virg. 4. Æn. 665.
Lacessere sidera. Sil. lib. 17. 387.
Lenire clamorem. Hor. 1. Carm. 27. 7.
Miscetur æquor. Virg. 4. Æn. 410.
  Prospiceres arce ex summa, totumque videres
  Misceri ante oculos tantis clamoribus æquor.
Missus ad sidera vulgi. Stat. 12. Theb. 521.
Obstrepi clamore. In OBSTREPO.
Oritur clamor. In ORIOR.
Percrebruit fama ex clamore. Cic. 6. Verr. 94. Interea ex clamore fama tota urbe percrebruit, expugnari deos patrios.
Perfertur. In PERFERO.
Pervenit ad aures. Virg. 9. Æn. 395.
Personare festis clamoribus. Plin. 2. Epist. 17. ad Gallum, Quum reliqua pars tecti licentia dierum, festisque clamoribus personat. De Saturnalibus loquitur.
Petere locum aliquem clamore, Cum clamore. Virg. 1. Æn. 523.
  — cunctis nam lecti navibus ibant
  Orantes veniam, & templum clamore petebant.
Premere clamorem. Ovid. 1. Met. 207.
  Substitit, ac pressus clamor gravitate regentis,
  Juppiter hoc iterum sermone silentia rupit.
Premere clamore ad retia cervum. Virg. 3. Georg. 43. V. PREMO.
Premere cursum animalis clamore. Virg. 1. Æn. 328.
  Aut spumantis apri cursum clamore prementem.
Profari magno clamore. Sil. lib. 11. 211
Profundere clamorem multitudinis concitatæ. Cic. pro Flacco 15.
Profusus sermo cum clamore. Lucret. lib. 4. 543.
Provocare hostem feroci clamore, & nova prælia poscere. Sil. lib. 17 521.
Redintegratus. Liv. 4. 28.
Resonare clamore. Sen. Herc. fur. 12.
Resonat clamoribus æther. Virg. 5. Æn. 228.
Resultant accensæ clamore fores. Stat. 6. Theb. 43.
Resultant clamore pulsati colles. Virg. 5. Æn. 150.
  — pulsati colles clamore resultant.

Revocare aliquem cum clamore. Virg. 5. Æn. 167.
Ruit ad aliquem, Quum est turbulentus & præfestinus. Valer. 3. Argon. 58.
  Illicet ad regem clamor ruit.
Salutare aliquam regionem læto clamore, Congratulari clamore adventum ad illam. Virg. 3. Æn. 524.
  Italiam læto socii clamore salutant.
Significari aliquid clamore. Liv. lib. 3. 28.
Sonant clamore viri. Ovid. 11. Met. 495.
Sopor clamore solutus. Ovid. 3. Met. 630.
Subsistit clamor. Ovid. 1. Met. 207.
Sublatus ad æthera clamor, Ingens clamor. Virg. 2. Æn. 338.
Tollere clamorem. Liv. 3. 28. Clamorem omnes tollere jubet. Clamore sublato, ante se quemque ducere fossam, & jacere vallum jubet.
Tollitur clamor. Cic. 6. Verr. 94. Clamor a vigilibus, fanique custodibus tollitur.
Tollitur in cælum. Virg. 11. Æn. 745.
Tonuere feris clamoribus astra. Sil. lib. 16. 95.
Trahere aliquem magno clamore. Virg. 2. Æn. 58.
  Ecce manus juvenem interea post terga revinctum
  Pastores magno ad regem clamore trahebant.
Vocare clamore. Virg. 4. Æn. 303.
  Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithæron.
Vocare clamoribus hostem, Provocare. Virg. 4. Georg. 76.
Vocari clamore ad locum aliquem. Virg. 2. Æn. 437. Clamore, Bellico scilicet. Servius.

CLĀMO, [κράζω, βοάω, κραυγάζω] āre. a nomine Clamor deductum: & est Vociferari. Ter. Adel. 1. 2. 11. Clamant omnes indignissime factum esse. Cic. 5. Att. 21. Id clamare omnes qui aderant nihil impudentius, &c.
Clamare, aliquando pro Dicere accipitur. Cic. 3. Verr. 144. Quum tutores HS. LXXX. millibus id opus, ad illius hominis iniquissimi arbitrium se effecturos esse clamarent.
Nonnunquam Clamare & Dicere eleganter opponuntur. Cic. 1. Verr. 48. Quid in dicendo possit nunquam satis attendi; in clamando quidem video illum esse bene robustum atque exercitatum.
Translatione de mari & procella dicitur. Sil. 4. 526.
  Spumea saxosis clamat convallibus unda. Idem 9. 517. Clamante procella. conf. Montium clamor, in CLAMOR.
Aliquid clamare, Alta voce proferre. Sil.
Multum clamare. Ovid. 2. Epist. Sabin. 27.
Clamare, Contente dicere. Cic. 1. de Fin. 58. Clamat Epicurus, is quem vos nimis voluptatibus esse deditum dicitis, &c.
Clamabat porro ipse Quintius, sese idcirco nolle satisdare. Cic. pro Quint. 31.
Clamo atque obtestor. Cic. pro Muren. 78. Tum meæ pacis, otii, concordiæ, libertatis, salutis, vitæ denique omnium vestrum causa facere clamo atque obtestor.
Clamare alicui de via. Ter. And. 3. 2. 11.
  Sed postquam egressa est, illis quæ sunt intus, clamat de via.
Lingua clamat. Ovid. 2. Amor. 6. 48.
  Clamavit moriens lingua, Corinna vale.
Veritas ipsa clamat. Cic. 4. de Fin. 9. Sensus enim cujusque, & natura rerum, atque ipsa veritas clamabat quodammodo non posse adduci, ut &c.
Virtus. Cic. 2. de Fin. 65. de M. Regulo, Clamat virtus beatiorem fuisse, quam potantem in rosa Thorium.
Clamare, translatum ad inanimata. Catul. 6. 7.
  Nam te non viduas jacere noctes
  Nequicquam tacitum cubile clamat. Oxymoron.
Clamare, pro Conqueri. Ter. Adel. 3. 3. 26. Mihi quidem non placent: & clamo sæpe. [pro composito Reclamo.
Contestans deos hominesque, clamare cœpit. Cic. 6. Verr. 67.
De re aliqua clamare. Cic. 7. Verr. 17. Quum maxime, ut dico, de pecunia clamaret, in vincula conjectus est.
Civem se clamare Romanum. Cic. 7. Verr. 12. Quum is qui se civem Romanum esse clamaret, in crucem ageretur.
Clamare ad. Catul. 65. 14.
  Ad me omnes clamant, janua culpa tua est.
Ad surdas undas clamare. Ovid. Rem. Amor. 597.
Clamare aliquem active pro Vocare. Unde, Clamatus conviva apud Martial. lib. 1. 50.
Clamare aliquem. Virg. 6. Ecl. 44.
Clamare aquas. Propert. 4. 8. 58. i. e. Cum clamore poscere.
Per vices clamare modo hoc, modo illud nomen. Ovid. 4. Fast. 483.
Clamare nomine aliquem. Virg. 4. Æn. 674.
  Per medios ruit, ac morientem nomine clamat.
Nomen alicujus extremo pulvere clamare, est Conclamare, & mortuo extremum vale dicere. Propert. lib. 1. 17. 23.
Clamare, sine verbo, historicorum more apud Ciceronem ad 5. Att. 21. Refero ad Scaptium: homo clamare.

CLAMANS, [κράζων] Partic. ut, Os clamans. Ovid. 8. Met. 229.

CLAMĀTUS, aliud Partic. [κεκραγμένος] Ovid. 2. Met. 423.
  Aspicit hanc, visamque vocat, clamata refugit.
Ululatibus clamatus. Stat. 9. Theb. 434.
  Ille ego clamatus sacris ululatibus amnis.

CLAMĀTOR, ōris. m. [κράκτης] Qui clamat. Cic. 3. de Orat 78. Quare coracem istum vestrum patiamur nos quidem pullos suos excludere in nido, qui evolent clamatores odiosi ac molesti.
Clamator, Qui vocat. Martial. lib. 12. 26.
  Nec venit ablatis clamator verna lacernis, &c.

CLAMATORIUS, Adj. [κραυγικός] ut, Clamatoria avis, quæ a Labeone Prohibitoria dicitur. Plin. lib. 10. cap. 14.
Clamatorium genus. Cic. 3. Q. frat. 3.

CLAMĬTO, [κράζομαι] āre. frequent. Ter. And. 4. 6. 19.
  — Clamitent
  Me sycophantam hæreditatem persequi. Cic. 2. Tusc. 60. Nam quum ex renibus laboraret, ipso in ejulatu clamitabat, falsa esse quæ antea de dolore sensisset ipse.
Clamitare, Conqueri. Ter. And. 1. 1. 117.
  Venit Chremes postridie ad me clamitans,
  Indignum facinus comperisse &c.
Clamitare active, Plaut. Pseud. 5. 1. 29. Clamitant me, ut reveniam.

Caricas Cauneas clamitare. Cic. 2. de Divin. 84. Quidam in portu caricas Cauno advectas vendens, Cauneas clamitabat.
Sæpe clamitare. Ter. Adel. 1. 1. 35.
Clamitare, pro Præ se ferre, Declarare. Cic. pro Rosc. Com. 20. Nonne ipsum caput, & supercilia illa penitus abrasa, olere malitiam & clamitare calliditatem videntur? Budæus.
Imperf. passiv. Liv. 1. 9. Thalassio ferri clamitatum.
CLAMITANS, Partic. [κεκραζόμενος] Liv. lib. 3. 13. pr. Hæc Volscio clamitante, adeo concitati homines sunt, ut, &c.
CLAMITATIO, ōnis. f. Plaut. Mostel. 1. 1. 6.
Quid tibi, malum, hic ante ædes clamitatio est?
CLAMŌSUS, [κεκραγώδης] Adj. a nominativo Clamos.
Clamore obstrepens, Vociferator. Martial. lib. 5. 85.
Clamoso revocatur a magistro.
Clamosi fere sunt qui litteras nesciunt. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Acceleratio clamosa. Auct. ad Heren. lib. 3. 23. Continuatio, est orationis enuntiandæ acceleratio clamosa.
Actio clamosa. Quintil. lib. 5. cap. 13. Indirecta fere, atque ut sic dixerim, clamosa actio.
Altercator clamosus & turbidus. Quintil. lib. 5. cap. 5.
Circus clamosus. Juven. 9. Sat. 144.
Securum jubeant clamoso insistere circo. V. CIRCUS.
Forum clamosum. Sen. Herc. fur. 3.
Lictor clamosus. Martial. lib. 11. 99.
— nec superba clamosi
Lictoris abiget virga, &c.
Suburra clamosa. Martial. lib. 12. 18.
Theatrum clamosum. Stat. 3. Silv. 5. 16.
CLAMOSE, Adv. Quintil. lib. 11. cap. 3. De pronuntiat. Vitemus igitur illam quæ Græce μονοτονία vocatur, una quidem spiritus ac soni intentio, non solum ne dicamus omnia clamose, quod insanum est: aut intra loquendi modum, quod motu caret: aut, &c.
CLANCULO, CLANCULUM, CLANDESTINUS. In CLAM.
CLANES, [Κλάνης] Fluvius est a Vindelicis ortum habens, a quibus per valles excurrit, & in Istri alveum intrat. Hujus meminit Strab. lib. 4.
CLANGO, nxi, [κλάζω] ĕre. Tuba sonare vel canere.
Clangere dicuntur pennis aquilæ. Auctor Philomelæ v. 28.
Dum clangunt aquilæ; vultur pultare probatur. Etsi perperam Ovidio tribuitur hoc carmen, siquidem Christianum ejus esse auctorem patet ex poematis fine. Accius, vetus tragœdiarum Poeta; Undarum crepitum clangere, dixit apud Non. 6. 86. Et
Tuba clangens. Flacc. 3. Argon. 349.
— ter inhorruit æther
Luctificum clangente tuba.
CLANGOR, ōris. m. [κλαγγὴ] Etsi in primaria significatione sit Aquilarum crepitus (uti dictum est in superiore voce) frequenter tamen est Sonus tubæ. Virg. 2. Æn. 313.
Exoritur clamorque virûm, clangorque tubarum.
Aquilæ clangor. Liv. 1. 39. Aquila magno clangore volitans.
Anserum clangor, Vox. Columel. lib. 8. cap. 13. Nam clangore prodit insidiantem. De ansere.
Fulicæ clangor. Plin. lib. 18. cap. 35. Et fulicæ matutino clangore.
Pennarum clangor. Suet. Domit. cap. 6.
Blandus clangor Phœnicis. Claud. de Phœon. 45.
Hic sedet, & solem blando clangore salutat.
Fugax clangor gruum. Stat. 5. Theb. 13. Fugacem vocat, quia volando clangunt.
Hilari clangore sonant grues. Stat. 12. Theb. 517.
Luctifici clangores tubæ. Stat. 10. Theb. 546.
Raucus tubarum. Sil. lib. 16. 94.
Sævo clangore volucres. Valer. 4. Argon. 579.
Tremulus alarum. Cic. 2. de Divin. 63.
Nona super tremulo genitrix clangore vocabat.
Vincibilis. Ex poeta veteri,
Vincibilemque petit clangorem quippe per æthram
Qua citimus limes dispescit turbida puris
Inviolata meat. Vincibilis clangor, Ululatus est & strepitus tumultusque hominum laboranti lunæ adversus veneficia opitulantium, susurrosque magicos superantium. Ex Turnebo. Advers. 19. 3.
Dare clangorem. Sil. lib. 4. 118. de Aquila.
Increpuit clangor murmure. Sil. lib. 16. 94.
Mugire per æthera tubæ clangor dicitur, qui est vehemens & alte sonans. Virg. 8. Æn. 526.
Quatere magnis clangoribus alas: de avibus dictum. Virg. 3. Æn. 226.
— & magnis quatiunt clangoribus alas.
CLANIUS, [Κλάνις] Fluvius Campaniæ juxta Acerras urbem. Virg. 2. Georg. 225.
— & vacuis Clanius non æquus Acerris. Servius, Acerræ civitas est Campaniæ, haud longe a Neapoli: quam Clanius præterfluit fluvius, cujus frequens inundatio eam exhaurit. Unde ait Vacuis, i. e. Infrequentibus.
CLARĀNUS, i. m. Vetus Grammaticus apud Auson. Epist. 18. & Martial. 10. 21.
Scribere te, quæ vix intelligat ipse Modestus,
Et vix Claranus, quid rogo, Sexte, juvat?
CLAREO, CLARIFICO, CLARIGO, CLARITAS, In CLĀRUS.
CLARIÆ, [Κλαριαι] Thraciæ populi, qui Hæmi montis aversa, & in Istrum fluvium devexa incolunt, auctore Plin. lib. 4. cap. 11.
CLĂRIUM, [Κλάριον] in finibus Colophoniorum oppidum est, ubi Apollo colitur; unde Apollo Clarius, inquit Servius in illud Virg. 3. Æn. 360.
Qui tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis. Ibi enim Apollinis specus fuit & lacuna, cujus potu mira oracula reddita sunt, breviore tamen vita bibentium; teste Plin. lib. 2. cap. 103. Hujus & Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 18. meminit. Apud Clarium, inquit, aqua potata, effantur oracula. [Nisi forte Apud Claron legendum. Verum enim nomen hujus oppidi est
CLĂRŎS, [Κλάρος] Ioniæ civitas, Apollinis oraculo nobilis, juxta Colophonem, eam Manto Tiresiæ filia condidit, fugiens Thebanorum victores Epigonos. Quæ quum patriæ cladem lugeret & suam, manantibus ubertim lacrymis fontem fecit: unde Claros ἀπὸ τοῦ δάκρυος locus appellatus. Alii nomen putant factum per mutationem λ in ρ. κλαῦλος enim lacrymam significat. Nearchus dicit id nomen datum, quod Apollini per sortem Claros obtigit, quam κλῆρον Græci nominant.
Est & Claros Insula in mari Myrtoo, & ipsa Apollini sacra: de qua nonnulli intelligunt illud Ovid. 1. Met. 515.
— mihi Delphica tellus
Et Claros & Tenedos, Pataræaque regia servit. Hinc
CLĂRIUS, [Κλάριος] Adj. ut Clarius deus, Apollo. Valer. 3. Argon. 299.
CLARŌTÆ, arum. m. Servi Cretensium, qui in agris degebant. V. Voss. Inst. Orat. 4.
CLĀRUS, [λαμπρὸς, φαιδρὸς, φανὸς, ὀνομαστὸς, περίφαντος] Adj. proprie dicitur Lucidus. Etsi Scal. de Poet. 4. 1. Clarus, inquit, in Celebritatibus nota vox, cum victores per præconem calabantur, exempta vocali, Clarus pro Calarus. Unde & verbum Horatianum, Clarabit pugilem.
Aquilo clarus. Virg. 1. Georg. 460. i. e. Serenificus: nam est & nubilus, sicut fere omnes venti. Servius.
Colore claro splendere. Lucret. lib. 5. 1257.
Dea clara mundi obscuri, Luna præfecta nocti. Sen. Hippol. 3.
Dies clarus. Hor. in Carm. sæcul. 23.
Dies clara. Virg. 5. Æn. 43.
Incendia clara dant lucem. Virg. 2. Æn. 569.
Lapides clari. Hor. 4. Carm. 13. 14. intelligit Gemmas. [Sed rectius Cari legitur.
Locus, clarus & illustris. Cic. in Somn. Scip. 2. Ostendebat autem Carthaginem de excelso, & pleno stellarum, illustri, & claro quodam loco.
Lucerna clara. Hor. 2. Serm. 7. 48.
Lumina oculorum clara. Lucret. lib. 4. 823.
Lumen clarissimum præferre menti. Cic. pro Sull. 40. Vos denique in tantis tenebris erroris & inscientiæ clarissimum lumen prætulistis menti meæ.
Lumina mundi clarissima. Virg. 1. Georg. 5.
— vos ô clarissima mundi
Lumina, labentem cælo quæ ducitis annum.
Lux. sic, Refulgere in luce clara homo dicitur, qui est nimiæ pulchritudinis, cui nec lucis claritas derogat, qualem dicit Æneam Virg. 1. Æn. 592.
Restitit Æneas, claraque in luce refulsit. Hæc fere Servius.
[Nisi potius intelligit Splendorem divinum ipsi a Matre circumfusum.
Olympus. Virg. 4. Æn. 268.
Pater omnipotens clarus intonuit ab alto cælo. i. e. In serenitate. Virg. 7. Æn. 141. Servius.
Pectus clarum. Cic. in Arato, 4.
Et prope conspicies parvum sub pectore claro
Andromedæ signum. Clarum pectus, Quod in eo stellæ sitæ sint.
Piscis rutilis clarus squamis. Virg. 4. Georg. 93.
Sol clarissimus. Quintil. lib. 5. cap. 12. In rebus vero apertis argumentari tam sit stultum, quam in clarissimum Solem mortale lumen inferre.
Stellæ lumine claræ. Cic. in Arato, 179.
Et tenues stellæ perhibentur nomine Aquari.
Hic aliæ volitant parvo cum lumine claræ.
Sidus clarum, Lucidum. Sen. Hippol. 4.
Tædæ claræ coruscis fulgoribus. Lucret. lib. 5. 296.
Vitrum clarum. i. e. Pellucidum. Ovid. 4. Met. 355.
Clariora sole. Cic. 1. de Fin. 71. Si ea quæ dixi, sole ipso illustriora & clariora sunt.
Quod est luce clarius. Cic. 1. Tusc. 116. Luce sunt clariora nobis tua consilia omnia. Cic. 1. in Catil. 6.
Sidere clarior. Hor. 3. Carm. 1. 42.
Res clara [σαφὴς] Cic. 7. Verr. 99. Res erat clara, neque solum argumentis, sed etiam certis testibus istius audacia tenebatur. Idem 4. Verr. Ut in re tam clara, tam testata.
Res clara, celeberrima & notissima. Cic. 5. Verr. 61. Clara res est, quam dicturus sum: tota Sicilia celeberrima, atque notissima.
Consuetudine clarum aliquid, Cic. pro Rosc. Com. 8. Ego quæ clara consuetudine, diutius dicere non debeo.
Litterulæ clarissimæ & compositissimæ. Cic. 6. Att. 9.
Clarus, Clare sonans. ut, Clara lamenta. Sen. Hippol. 12.
Clamor clarus. Plaut. Pœn. 5. 3. 27. i. e. Qui facile exauditur.
Latratus clari. Ovid. 13. Met. 806.
Plangor clarus. Ovid. 4. Met. 138.
Percutit indignos claro plangore lacertos.
Plausus clarus. Plaut. Asin. extr.
Remur impetrari posse, si plausum sic clarum datis.
Signum clarum dare. Plaut. Casin. prol. 3. i. e. Plaudere: ut in comœdiis solitum est fieri. Virg. 3. Æn. 519.
Dat clarum e puppi signum: nos castra movemus. Ubi Servius, Faculam elevavit: ut,
— flammas quum regia puppis
Extulerat.
Syllabæ claræ. Quintil. lib. 8. cap. 3. Ut syllabæ e litteris melius sonantibus clariores sunt: ita verba e syllabis magis vocalia.
Sonus, vel antique Sonor clarus. Lucret. lib. 4. 571.
Obsignans formam verbis, clarumque sonorem.
Tuba clara, Alte sonans. Virg. 5. Æn. 139.
Voce clara. Cic. pro Cæcin. 22. Servumque suum nomine Antiochum ad se vocavit, & clara voce imperavit, ut eum, &c.
Voce clarissima dicere. Cic. pro Sulla.
Voce clarissima profiteri. Cic. 5. Tusc. 119.
Clarus, [ἐπίσημος, γνώριμος] pro Insigni atque excellenti accipitur, & eo qui veluti fulgore quodam famæ resplendet. Cic. 1. de Fin. Claris & fortibus viris commemorandis.
Causis agendis clarus. Hor. 1. Epist. 7. 46.
Strenuus & fortis, causisque Philippus agendis
Clarus.
Decore clarus. Ovid. 12. Met. 189.
Vir nobilis & clarus ex doctrina. Cic. pro Rabir. Posth. 23.
Forma clarissimus. i. e. Clarissimus ob formam. Ovid. 4. Met. 793.
Genere & factis clarus. Liv. 9.

Gloria

Gloria clarus. Cic. 2. de Orat. 155. Certe non tulit ullos hæc civitas aut gloria clariores, aut auctoritate graviores, aut humanitate politiores P. Africano, C. Lælio, L. Furio.
In gradu equestri clarus. Plin. Epist. 13. lib. 2. Prisco, Is erit Voconius Romanus, pater ei in equestri gradu clarus, clarior vitricus, immo pater alius.
Hoc uno magnus & clarus. Plin. 1. Epist. 10. Attio Clementi, Socer Pompeius Julianus, cum cetera vita, tum vel hoc magnus, quod ipse provinciæ princeps.
Nobilitate sua clara domus. Ovid. 17. Epist. 52.
Origine. Ovid. 19. Epist. 147.
Sanguine ab aliquo clarus, Genere non obscuro natus. Virg. 1. Æn. 554.
— Trojanoque a sanguine clarus Acestes.
Sapientia clarus Socrates. Plin. lib. 7. cap. 19.
In ea scientia clarissimi. Plin. lib. 36. cap. 5.
Scientia Medicinæ clarissimus Hippocrates. Plin. lib. 11. cap. 7.
Achilles clarus. V. ACHILLES.
Adolescens clarissimus. Cic. 4. Verr.
Auctor generis clarissimus. Ovid. 2. de Pont. 9. 19.
Domus multæ claræ & lugubres. Liv. lib. 3.
Dux clarus. Hor. 3. Carm. 1. 47.
Exempla. Cic. 2. de Divin. 8.
Pacta. Claud. 6. Conf. Hon. 435.
Genere claro tumens. Sen. Octav. 8.
Gloria. Ovid. 3. de Pont. 2. 36.
Honor. Lucret. lib. 3. 76.
Lucifer albo clarus equo. Ovid. 15. Met. 189.
Lumen clarum extollere e tenebris. Lucret. lib. 3. 1.
Mortes claræ pro patria oppetitæ. Cic. 1. Tusc. 116.
Nobilitas. Plaut. Rud. 4. 2. 28. Ubi nobilitas mea erit clara.
Nomen. Ovid. 11. Met. 285.
Opus clarius nullum extat. Ovid. 3. de Arte Am. 338. De Æneide Virgilii.
Patre claro natus. Hor. 1. Serm. 6. 58.
Parentes. Hor. 1. Serm. 6.
Patre clarissimo natus, avis, majoribus. Cic. 1. in Catil. 4.
Pietas in hoc clara. Cic. pro Sext. 6. Clara in hoc P. Sextii pietas extitit, & omnibus grata, quod, &c.
Progenies. Virg. 5. Æn. 564.
Proles. Lucan. lib. 10. 86.
Propago. Lucret. lib. 1. 423.
Pugna clara & commemorabilis. Plaut. Pseud. 1. 5. 111.
Rumore claro apud vulgum esse. Tacit. 15. Ann. 48. Is Calpurnio genere ortus, ac multas insignesque familias paterna nobilitate complexus, claro apud vulgum rumore erat, per virtutem aut species virtutibus similes.
Sanguine claro genitus. Sen. Octav. 3.
Senatus. Claud. Conf. Prob. & Olyb. 19.
Splendor clarus vestis purpureæ. Lucret. lib. 2. 50.
Viri clari. Hor. 2. Epist. 1. 250.
Vir clarissimus & amplissimus. Cic. 1. de Orat. 198. Cic. pro Lege Manil. 51. Sed in hac causa, tametsi cognoscitis auctoritates contrarias fortissimorum virorum & clarissimorum: tamen omissis auctoritatibus, &c.
Viri clari & honorati. Cic. de Senect. 22. Manent ingenia senibus, modo permaneat studium & industria: nec ea solum in claris, & honoratis viris, sed in vita etiam privata & quieta.
Virtus clara & insignis posteris. Cic. de Amic. 102. Virtutem enim amavi illius viri, quæ extincta non est, nec mihi soli versatur ante oculos, qui illam semper in manibus habui: sed etiam posteris erit clara & insignis.
Vir nobilis & clarus. Cic. pro Rabir. Posth. 23.
Viri præpotentes & clari. Cic. pro Rabir. Posth. 44.
Vir clarissimus. Cic. 1. de Orat. 198.
Urbs clari cognominis. Virg. 8. Æn. 48.
Ascanius clari condet cognominis Albam.
Clarior, [λαμπρότερος] Senec. Hippol. v. 744.
Pulchrior tanto tua forma lucet,
Clarior quanto micat orbe pleno, &c.
Lyra clarior. Martial. lib. 12. 11.
Cujus Pimpleo lyra clarior exit ab antro?
Clarissimus, [λαμπρότατος] Cic. pro Sext. 144. Quare imitemur nostros Brutos, Camillos, Ahalas, Decios, Curios, Fabricios, Maximos, Scipiones, &c. Et paulo post, Sed me repente, Judices, de fortissimorum & clarissimorum civium dignitate, & gloria dicentem & plura dicere parantem, horum aspectus in ipso cursu orationis repressit. Bud.
Clarissimi appellatio dignitatis potissimum senatoriæ propria fuit. V. Isid. 9. 4. Hinc
CLARISSĬMĀTUS, ûs. m. Dignitatis vocabulum, de quo Alciat. cap. 4. lib. 3. Dispunct. De iis dicebatur, qui Clarissimi appellabantur. Ammian. 21. 31. Nec sub eo dux quisquam cum clarissimatu provectus est. conf. Cang. Gloss. Lat.
CLARE, [λαμπρῶς] Adv. ut, Clare lucere.
Clare crepitare dentibus. Plaut. Rud. 2. 6. 52. Quia pol clare crepito dentibus.
Gemere clare. Cic. 2. Att. 20. Varietas in re nulla sit: aperteque loquantur, & jam clare gemant.
Clare & certum loqui. Hor. 2. Serm. 6. 27. i. e. Manifeste.
Clare oculis videre. Plaut. Mil. 3. 1. 36.
Clare dicere. Ter. And. 4. 5. 15. Unde est? dic clare. Sic
Clare recitare, apud Plaut. Pers. 4. 3. 30.
Nihil clarius, nihil nobilius illo. Cic. 2. de Divin.
Nil indole clarius illa. Stat. 2. Theb. 631.
Apparere clarius. Cic. 8. Fam. 14. Et quo propius ea contentio quam fieri necesse est, accedit, eo clarius id periculum apparet.
Audire clarius. Lucret. lib. 1. 920.
Nunc age quod superest, cognosce, & clarius audi.
Indicare clarius aliquid. Hor. 4. Carm. 8. 19.
Nitere clarius astris. Stat. 4. Silv. 1. 4.
Clarissime audire. Plin. lib. 10. cap. 70.
CLARĬTAS, ātis. f. [λαμπρότης, σαφήνεια] Luciditas. ut, Claritas solis. Plin. lib. 2. cap. 8. Claritatis tantæ est Vesper.
Claritas oculorum. Plin. lib. 18. cap. 11. Emicantque fontes Oraxi oculorum claritati. Et apud eundem lib. 5. cap. 1. Claritas visus.
Claritas vocis. Cic. 1. Acad. 19.
Claritas [εὔκλεια] Excellentia & dignitas. Cic. 13. Fam. 68. Quæ quanquam ex multis pro tua claritate audiam, &c. Quintil. lib. 3. cap. 9. Quæ responsis vel auguriis futuram claritatem promiserunt.
Claritas & amplitudo. Cic. 1. Off. 70. Facilior & tutior & minus aliis gravis aut molesta vita est otiosorum: fructuosior autem hominum generi, & ad claritatem amplitudinemque aptior, eorum qui se ad Rempub. & ad res magnas gerendas accommodaverunt.
Esse in claritate. Plin. lib. 14. cap. 14. Nondum tamen ista genera in claritate erant. De vinis.
Excellere claritate nascendi. Quintil. lib. 5. cap. 11. Ita hominum, non qui claritate nascendi, sed qui virtute maxime excellet.
Personarum claritate insignis causa. Plin. 2. Epist. 14. Raro incidit, vel personarum claritate, vel negotii magnitudine insignis.
Ostendunt claritatem hominibus dii. Cic. 2. de Divin. 66. Miror deos immortales histrioni futuro claritatem ostendisse, nullam ostendisse Africano.
CLARITŪDO, ĭnis. f. [λαμπρότης] Idem, testibus Festo & Non.
Claritudo, Nobilitas, fama. Sallust. in Jugurth. non procul ab initio, Quum præsertim tam multæ, variæque sint artes animi, quibus summa claritudo paratur.
Adjumentum claritudinis grande. Tacit. 16. Ann. 17. Idem Annæum Lucanum genuerat, grande adjumentum claritudinis.
Familiæ claritudo. Tacit. 15. Ann. 35. Iisdem quippe illis diebus Torquatus Sullanus mori adigitur, quia super Juniæ familiæ claritudinem divum Augustum atavum ferebat. conf. Vell. 1. 17.
Virtutum claritudine ad summum fastigium deligere aliquem. Tacit. 15. Ann. 65. Tradereturque imperium Senecæ, quasi insonti, claritudine virtutum ad summum fastigium delecto.
Vocis claritudine ceteris antestare. Gell. lib. 7. cap. 5. Histrio in terra Græcia fuit fama celebri, qui gestu & vocis claritudine & venustate ceteris antestabat.
Ad omnem claritudinem sublatus aliquis. Tacit. 15. Ann. 52. Ceterum timore occulto ne L. Sullanus, eximia nobilitate, disciplinaque C. Cassii, apud quem educatus erat, ad omnem claritudinem sublatus, imperium invaderet.
Plus claritudinis in fine tuo est. Tacit. 15. Ann. 63. Sit hujus tam fortis exitus constantia penes utrosque par, claritudinis plus in tuo fine.
CLARĒDO, inis. f. Isidor. Gloss.
CLAROR, ōris. m. Plaut. Most. 3. 1. 112. Claror merus.
CLAREO, ui, [εὐδοκιμέω, φαίνομαι] ēre. Nobilem & insignem atque illustrem esse. Ennius apud Cic. 1. Off. 84.
Ergo postque magisque viri nunc gloria claret.
Familiæ clarent. Suet. in Neron. cap. 1.
Lumen claret. Ennius Telamone, Nam ita mihi Telamonis patris Atque facies proavi Jovis gratia ea est, Atque hoc lumen candidum claret mihi. Nonius.
Ad primordia æstatis clarere. Cic. in Arat. 39.
Propterea quod ad æstatis primordia clarent. i. e. Initio æstatis apparent.
Figura nota clarere. Cic. in Arat. 166.
Non potuit nobis nota clarere figura.
Forma simili clarere. Cic. in Arat. 5.
Andromedæ signum, Deltoton dicere Graii
Quod soliti, simili quia forma littera claret.
Claret, pro Clarum est. Lucret. lib. 6. 935.
— quod in primo quoque carmine claret.
Claret, cum dativo. ut, Claret mihi, i. e. Intelligo. Claud. de 4. Conf. Hon. 192.
— ventura potestas
Claruit Ascanio, &c. [Nisi est a seq. verbo.
CLARESCO, ēre. [περιεκφαίνομαι] Quintil. lib. 6. cap. 4. Neque tantum hoc ipsis monitoribus clarescit, quidam faciunt aperte quod rixemur.
Aliud ex alio clarescit. Lucret. lib. 1. 1108.
Dies. Sen. Herc. fur. 1.
Obscurum. Stat. 3. Silv. 3. 120.
— obscurumque latus clarescere vidit.
Sonitus clarescunt. Virg. 2. Æn. 302.
Clarescunt sonitus, armorumque ingruit horror.
Luminibus clarescere. Tacit. 15. Ann. 37. Postquam tenebræ incedebant, quantum juxta nemoris, & circumjecta tecta consonare cantu, luminibus clarescere.
Plausu clarescere vulgi. Claud. de Conf. Mal. v. 3. i. e. Vulgi laudibus magis, magisque celebrari.
CLARISCO, āre. Apul. de Mundo. pag. 63. extr.
CLARO, [σαφηνίζω] āre. Clarum ostendere vel reddere. Cic. 1. de Divin. 21. ex antiquo poeta,
Juppiter excelsa clarabat sceptra columna. h. e. Clara & conspicua faciebat. Sed antiquum est.
Iter longæ claravit limite flammæ, i. e. Fulsit. Stat. 5. Theb. 286.
Labor clarat pugilem. Hor. 4. Carm. 3. 3. i. e. Notum omnibus facit. Acron.
Multa nobis clarandum est. Lucret. lib. 4. 779. i. e. Aperienda & declaranda. Constructio Græca est.
CLARĬCO, āre. Idem ac Clareo. [Sed ubi? V. Indic. Apul. Elmenh.
CLARICITO, āre. Lucret. 5. 945.
— montibus e magnis decursus aquaï,
Claricitat late sitientia sæcla ferarum.
CLARĬFĬCO, [λαμπρύνω] āre. Clarum reddere. Plin. lib. 20. cap. 13. Alterum est nigrius, quod capitis vitia purgat, visum clarificat. De nasturtio. Sed in MSS. legitur Compurgat. V. Harduin. in loc.
Metaphorice Lactant. 3. 8. Nomen suum grandi aliquo facinore clarificaret. Sedul. Carm. 5. 9.
Vox resonans venit per nubila; clarificavi,
Clarificabo iterum. [Lactantii locum & H. St. ascripsit, qui in Lugd. deest.
CLARIFICATIO, ōnis. f. Cyprian. & Augustin. Est & apud medicos Purificatio.

Clarifĭcus, Adj. Sic legunt quidam apud Catul. Carm. 65. 125.
Clarificas imo fudiſſe e pectore voces.
Clarisŏnus, Adj [λαμπρόφωνος] Catul. 65. 125.
Clariſonas imo fudiſſe e pectore voces. Sic 320. ibid.
Auræ clariſonæ. Cic. in Arat. 280.
Hunc a clariſonis auris Aquilonis ad Auſtrum, Condens.
Clarivĭdus, Adj. Marcell. Emp. 18. Clarividi ſenſus.
Clarĭgo, [ἐπαγγέλλομαι] āre. Bellum indicere. verbum eſt ad Romanum morem, ſeu jus Feciale pertinens. Servius in illud Virg. 9. Æn. 52.
— & jaculum intorquens emittit in auras,
Principium pugnæ. Hoc de Romana ſolennitate tractum eſt. Quum enim volebant bellum indicere, Pater patratus, hoc eſt princeps fecialium proficiſcebatur ad hoſtium fines: & præfatus quædam ſolennia, clara voce dicebat ſe bellum indicere propter certas cauſas, Aut quia ſocios læſerant, aut quia nec abrepta animalia, nec obnoxios reddiderant. Et hæc Clarigatio dicebatur a Claritate vocis. Poſt quam clarigationem haſta in eorum fines immiſſa, indicabatur jam pugnæ principium. Idem in 10. Æn. 14. Clarigatio, inquit, dicta eſt a Clara voce qua utebatur Pater patratus. Plin. lib. 22. cap. 2. Ac ſemper & legati, quum ad hoſtes, clarigatumque mitterentur, id eſt res raptas clare repetitum, unus utique Verbenarius vocabatur. De verbena loquitur. Originem ejus ritus prolixe enarrantem. V. Serv. in 10. Æn. 14. & Liv. 1. 32.
Clarigatio, ōnis. f. [ἐπάγγελσις] Ipſa belli denuntiatio. Serv. d. l. Quintil. lib. 7. cap. 3. ait verbum eſſe obſcurius & ignotius.
Clarigatio, [ἀνδροληψία] præter dictam ſignificationem accipitur pro Exactione nummaria, maxime quæ principis aut Reip. edicto conceditur. Liv. 8. 14. pr. In Veliternos veteres cives Romanos, quod toties rebellaſſent, graviter ſævitum, & muri dejecti, & Senatus inde abductus, juſſique trans Tiberim habitare: ut ejus qui cis Tiberim deprehenſus eſſet, uſque ad mille pondo clarigatio eſſet: nec prius quam ære perſoluto, is qui cepiſſet, extra vincula captum haberet.
Classis, is. f. [στόλος ναυτικὸς, ναυτικὸν] a Calando. Quintil. 1. 6. V. Pareum ad l. nonnulli a Calis ſeu lignis, ex quibus texuntur naves, deducunt, ut Serv. ad Virg. Æn. 1. 39. & 6. 1.
Sic fatur lacrymans, claſſique immittit habenas. Claſſi, inquit, Navibus ſuis, ſive navi. quæ Claſſis dicitur: vel quod fiat de fuſtibus: Calas enim dicebant majores noſtri, Fuſtes quos portabant ſervi ſequentes dominos ad prælium: unde etiam calones dicebantur. V. cala. Inde ergo claſſem dictam dicunt. Alii hinc claſſem dictam volunt: apud majores noſtros ſtipendium terreſtri prælio miles pedeſter dabat: equites vero dabant in navali certamine. nam adhuc pauper fuerat populus. Exinde jam quod ab equitibus dabatur ſtipendium, tractum eſt ut diceretur claſſis. Proprie enim claſſes equitum dicimus. Quin & Peditum. V. ad finem hujus dictionis. Sed frequentius eſt Navium multitudo, ut Exercitus copiarum. Cic. 2. de Fin. 112. Si Xerxes, cum tantis claſſibus, tantiſque equeſtribus & pedeſtribus copiis, Helleſponto juncto, Athoque perfoſſo, maria ambulaviſſet terramque navigaſſet &c.
Claſſis, pro una Navi. Cic. pro Lege Manil. 9. Qui poſteaquam maximas ædificaſſet, ornaſſetque claſſes. Virg. 6. Æn. 334.
— Lyciæ ductorem claſſis Orontem. Ubi Servius, Apertum eſt exemplum, Claſſem dici etiam Unam navem, legimus enim 1. Æn. 117.
Unam quæ Lycios fidumque vehebat Orontem. Cæſ. 3. Bell. Gall. 14. Neque ſatis Bruto, qui claſſi præerat, &c. [Sic & ad 1. Æn. 30. Sed profecto errat magiſtellus, & omnibus his locis Claſſis plurium navium intelligitur, vel potius Exercitus navalis, ut apud Græcos στόλος.
Imperator claſſis. Lucret. lib. 5. 1226. Sed ob legem carminis, Induperatorem ponit.
Mora claſſis, pro Eo qui facit moram claſſis. Sen. Troad. v. 813.
Abripite propere claſſis Argolicæ moram.
Retinacula claſſis ſolvere. Ovid. 8. Met. 102.
Claſſe viriſque potens. Ovid. 13. Epiſt. 59.
Cetera claſſis. Liv. lib. 24. 40. Is expoſitis in terram militibus, navibuſque Oricum retro, unde venerat, ad ceteram claſſem remiſſis, &c.
Funeſta. Stat. 1. Achil. 428. ſic Claſſem Græcorum vocat contra Trojam euntium.
Glorioſiſſimæ Carthaginienſium claſſes. Cic. 7. Verr. 99.
Inops & infirma. V. infirmus.
Lunata, i. e. Inflexa in modum lunæ. Lucan. lib. 3. 528.
Modica. V. modus.
Profuga. Ovid. 13. Met. 627.
— profugaque per æquora claſſe Fertur.
Romana. Liv. 4. Bell. Pun. & paſſim. Sic Punica, Rhodia, Sicula &c.
Socia, i. e. Sociorum claſſis. Ovid. 13. Met. 352.
Nec tu, quum ſocia clypeum pro claſſe tenebas,
Solus eras.
Volucri freta claſſe pererrat. Ovid. 7. Met. 460.
Advectus claſſe. Virg. 8. Æn. 79.
Ædificare & ornare claſſes. V. orno.
Agere claſſes Sidus dicitur Sen. Herc. fur. v. 7.
Agere claſſem Euris rapidis. Sil. lib. 8. 111.
Agitata claſſis. Sen. Troad. 1042.
Solvet hunc cœtum, lacrymaſque noſtras
Sparget huc illuc agitata claſſis.
Amittere claſſem. Virg. 5. Æn. 794.
Appellere claſſem. Cic. 7. Verr. 48.
Aptare, Apparare. Virg. 4. Æn. 289.
Aptare velis. Virg. 3. Æn. 472.
Arcet Neptunus claſſes Aquilonibus. Hor. in Arte Poet. 64.
Armare claſſem, Inſtruere armamentis, Aptare. Virg. 4. Æn. 299.
Cadit in claſſem omne nemus, i. e. Ad parandam claſſem omnes cæduntur arbores. Lucan. lib. 1. 306. Poëticum.
Capta navis ex claſſe. Cic. 7. Verr. 136. Hæc una navis ex claſſe noſtra non capta eſt.
Capta & incenſa claſſis. Cic. 7. Verr. 136.
Cogere pecunias nomine claſſis. Cic. 7. Verr. 135. Tu a civitatibus pecunias claſſis nomine coegiſti.
Comparare claſſem. Cic. pro Flac. 31.
Conſcendere. Virg. 10. Æn. 155.

Currit iter tutum æquore claſſis. Virg. 5. Æn. 862. i. e. Tuto & ſine periculo navigatur.
Dare claſſibus Auſtros: hypallage eſt, pro Dare claſſes Auſtris. Virg. 3. Æn. 61.
Deducere. Hor. 2. Serm. 3. 191.
Di tibi dent capta claſſem deducere Troja. Al. Reducere. Hic certe eſt Domum ducere.
Deducere armatas claſſes. Virg. 1. Georg. 255. [Hic eſt proprie Ex arido in mare ducere. Nam hieme in aridum ſubducebant. V. infra Subducere. & in utroque verbo ſ. l.
Devincere claſſe hoſtes. Cic. in Orat. 153. Duellium eum qui Pœnos claſſe devicit, Bellium nominaverunt.
Disjecta toto æquore claſſis. Virg. 1. Æn. 255.
Diſponere claſſem in ora maritima. Cæſ. 3. Bell. Civil. 5. Ejuſque rei cauſa omni in ora maritima claſſem diſpoſuerat.
Diſtribuere. Cic. pro L. Flacc. 32.
Ducere in ſaxa. Sen. Agam. 6.
Expellere & ejicere in litus. Cic. 7. Verr. 90. Claſſem pulcherrimam Populi Romani in litus expulſam & ejectam, quum primum adveſperaſceret, &c.
Explere quinquaginta navium alicui. Liv. lib. 21. 51, extr.
Ferunt ipſa æquora. Virg. 5. Æn. 843.
Ferunt ſua flamina claſſem. Proſpera ſcilicet, & a puppi venientia, ut inquit Servius. Virg. 5. Æn. 832.
Fertur cita gurgite. Virg. 5. Æn. 33.
Formidatus claſſe. Hor. 3. Carm. 6. 15.
Habere. Cic. pro Flac. 31. Eo ipſo tempore, quo tu ipſe negas claſſem habendam fuiſſe, complures a prædonibus eſſe captos.
Impellere remige. Ovid. 3. Epiſt. 153.
Inceſtare funere. Virg. 6. Æn. 150.
Inferre claſſes Oceano. Lucan. lib. 10. 36.
Innatat claſſis mare. Sen. Thyeſt. 3. Argos fremere jam totum tuis debebat armis: omnis & geminum mare innatare claſſis.
Inſtruere atque ornare. Cic. 7. Verr. 132. Quapropter ſi mihi reſpondere voles, hæc dicito, claſſem inſtructam atque ornatam fuiſſe.
Inſtruere & parare. Liv. 23. 26. pr. Claſſemque & ipſe inſtrui, pararique jubet.
Laniata claſſis, i. e. Diſſoluta, Vexata. Ovid. 7. Epiſt. 175.
— laniataque claſſis
Poſtulat exiguas ſemirefecta moras.
Latet ſub claſſibus æquor. Virg. 4. Æn. 582.
Litora deſeruere, latet ſub claſſibus æquor. Latet, inquit, ob ingentem navium numerum, qui æquor totum contegit. Conf. Tegere claſſibus freta.
Legere anchoras claſſis, Solvere e portu. Sen. Troad. 8.
Linquere claſſem in aliquo litore. Virg. 1. Æn. 521.
Quæ fortuna viris, claſſem quo litore linquant.
Mergere. Stat. 1. Achil. 20.
Moliri claſſem, Apparare naves. Virg. 4. Æn. 5.
Quinetiam hiberno moliris ſidere claſſem.
Navigat claſſis. Cic. pro Flacc. 32. Reliquum eſt, ut quæratur utrum noſtra iſta claſſis curſu & remis, an ſumptu tantum & litteris navigarit.
Navigare claſſe & navibus. Cic. pro Flacc. 32. Hac claſſe M. Craſſus vir ampliſſimus, ab Æno in Aſiam, his navibus Flaccus ex Aſia in Macedoniam navigavit.
Ornare claſſem. Cic. 7. Verr. 135. Claſſem inſtructam atque ornatam fuiſſe.
Permetiri claſſibus æquor. Virg. 3. Æn. 157.
Nos tumidum ſub te permenſi claſſibus æquor.
Petere claſſibus urbem vel regionem aliquam. Virg. 4. Æn. 157.
Troja per undoſum peteretur claſſibus æquor.
Piſcari claſſibus, dicuntur præpotentes & maxime divites. Sen. Thyeſt. v. 459. Non claſſibus piſcamur, & retro mare
Jacta fugamus mole.
Præeſſe claſſi. Cic. 7. Verr. 130.
Procedit claſſis æquatis velis. Virg. 4. Æn. 587.
Prodere claſſem prædonibus. Cic. 7. Vert. 136.
Propellit claſſem Auſter cedentibus velis. Lucan. lib. 3. 1.
Provehi dicitur & appelli claſſis. Cic. 7. Verr. 76. Poſtea quam paulum provecta claſſis eſt, & Pachynum quinto die denique appulſa eſt, &c.
Quaſſata ventis claſſis. Virg. 1. Æn. 551.
Recepta, Servata. Virg. 1. Æn. 587.
Omnia tuta vides, claſſem, ſocioſque receptos.
Reducere amiſſam claſſem, Reparare. Virg. 4. Æn. 375.
Amiſſam claſſem, ſocioſque a morte reduxi. Servius.
Relata claſſis, Reducta. Virg. 1. Æn. 394.
Namque tibi reduces ſocios, claſſemque relatam
Nuntio, & in tutum verſis Aquilonibus actam.
Religare claſſem ab aggere ripæ. Virg. 7. Æn. 106.
Sequi aliquem ferro & claſſe. Stat. 2. Achil. 362.
Siſtere. Virg. 3. Æn. 117.
Tertia lux claſſem Cretæis ſiſtet in oris.
Solvere de litore. Stat. 1. Achil. 80.
Stare claſſes in mari dicuntur, Quæ ceſſant in portu. Virg. 6. Æn. 697.
Stant ſale Tyrrheno claſſes.
Subducere, In terram trahere: Deducere autem, In mare mittere. Virg. 1. Æn. 555. Servius. Conf. ſupra Deducere.
Tegere claſſibus freta. Sen. Octav. 2.
Tenere jam medium iter claſſe. Virg. 5. Æn. 1.
Interea medium Æneas jam claſſe tenebat
Certus iter. Ubi Servius, Aut Medium eſt quicquid a principio recedit, & necdum finem ſortitur: aut Medium, ſic altum ut medium putares: ut, 3. Æn. 664.
— graditurque per æquor Jam medium. Nam vere Medium ſequenti indicat loco: ut, 5. Æn. 8.
Ut pelagus tenuere rates, nec jam amplius ulla Occurrit tellus.
Tranſmiſſæ trans æquora claſſes. Virg. 3. Æn. 403.
Vehere claſſe aliquos. Virg. 1. Æn. 378.
Veniens ad litora. Virg. 3. Æn. 651.
Claſſis pro Populi certo numero. In quinque claſſes [εἰς πέντε τμήματα] diſtribuit Pop. Romanum Servius Tullius, ut docet Liv. lib. 1. 43. pro

modo cenſus: ita ut prima claſſis primum octoginta centuriarum fuerit: ex iis conſtans qui in cenſu centum M. æris aut eo amplius habebant, permixtim ex ſenioribus & junioribus: reliquæ ex minoribus deinceps cenſibus uſque ad quintam claſſem. Quemadmodum Solon Athenienſes in quatuor τιμήματα diſtribuiſſe dicitur, ut auctor eſt Ariſtoteles. V. Budæum in Pand.

Prima claſſis, ſecunda claſſis, &c. Cic. 2. Philipp. 82. Ecce Dolabellæ comitiorum dies. ſortitio prærogativæ: quieſcit. renuntiatur: tacet. prima claſſis vocatur, renuntiatur. deinde, ut aſſolet; ſuffragia. tum ſecunda claſſis: quæ omnia citius ſunt facta, quam dixi.

Primæ claſſis homines. Gell. lib. 7. cap. 13. Claſſici dicebantur non omnes, qui in claſſibus erant, ſed primæ tantum claſſis homines, qui C & XXV millibus æris, ampliuſve cenſi erant.

Infra claſſem autem appellatos inquit Gell. lib. 7. cap. 13. Qui in ſecunda & ſequentibus claſſibus erant: i. e. Qui minore ſumma cenſi erant.

Quintæ claſſis homines dicebantur Infimi & pauperiores homines, nullius auctoritatis. Cic. 4. Acad. 73. de Democrito, Qui mihi cum illo collati, quintæ claſſis videntur.

Tributim, & centuriatim, deſcriptis ordinibus, claſſibus, ætatibus, &c. Cic. pro Flacc. 15.

Denum hominum claſſes, Decurias appellaverunt antiqui. Columel. lib. 1. cap. 9.

Deducere claſſes in regiones. Columel. lib. 1. cap. 2. Itaque ſi latior eſt ager, in regiones deducendæ ſunt claſſes, &c. De vinitorum & agricolarum claſſibus loquitur.

In claſſes diſtribuere pueros. Quintil. lib. 2. cap. 2. Hinc

Claſſem ducere, eſt Primum locum tenere in claſſi. Quintil. 1. 2.

Claſſis dicitur etiam Multitudo equitum. Virg. 3. Æn. 602.

— ſcio me Danais e claſſibus unum. Servius. Et 2. Æn. 30.
Claſſibus hic locus: hic acies certare ſolebant. Ubi Servius:
Magis ad equites referre debemus.

Claſſes clypeatas antiqui dixerunt, quos nunc Exercitus vocamus. Feſtus.

Procincta claſſis, Exercitus inſtructus. Feſtus, Procincta claſſis dicebatur, quum exercitus cinctus erat Gabino cinctu confeſtim pugnaturus: Nam vetuſtius fuit, multitudinem hominum, quam navium, claſſem appellari. V. & ſeq. ibid.

CLASSICŬLA, æ. f. [στόλιον] dimin. Cic. 16. Att. 2. Caſſius cum claſſicula ſua venerat.

CLASSIARIUS, i. m. Qui in claſſe i. e. navibus, pugnat, & ſubauditur Miles. Cæſ. 3. Bell. Civil. 100. Itemque per equites diſpoſitos aqua prohibere claſſiarios inſtituit. Suet. in Galb. cap. 12. Nam quum claſſiarios, quos Nero ex remigibus, juſtos milites fecerat, redire ad priſtinum ſtatum cogeret, &c.

Primores claſſiariorum. Tacit. 15. Ann. 51.

Claſſiarius, pro Diligenti. Apuleius, Et laudum ejus claſſiarius atque aſſiduus præco. Ita dicti ſunt autem, quod omnium claſſium cives ſemper parati erant ad omnem Reipublicæ neceſſitatem. [Videtur Claſſicarius legendum. Certe Buccinatorem intelligit. Sed locum non reperi.

CLASSĬCUS, a, um. Adj. [στολικός] Quod eſt claſſis, vel Quod ad claſſem pertinet. ut, Claſſica bella. Propert. lib. 2. 1. 28.

Et canerem Siculæ claſſica bella fugæ. i. e. Bella navalia.

Certamen. Vell. Paterc. 2. 85.

Corona. Paterc. lib. 2. 81. Inſigne coronæ claſſicæ, quo nemo unquam Romanorum donatus erat, hoc bello Agrippa ſingulari virtute meruit.

Horror claſſicus nocte dieque gemit. Lucan. ad Piſon. 129.

Claſſici. Qui in navibus remis incumbebant apud Curtium lib. 4. 3. 18. Tandem remis pertinacius everberatum mare, veluti eripientibus navigia claſſicis, ceſſit, appulſaque ſunt litori lacerata pleraque.

Claſſici dicebantur non omnes qui in claſſibus erant, ſed Primæ tantum claſſis homines, qui centum & viginti quinque millibus æris, ampliuſve cenſi erant. Gell. lib. 7. cap. 13. Græci πρῶτον τίμημα vocant. Liv. 26. 48. Sociis C. Lælius claſſicis, Legionariis M. Sempronius Tuditanus aderat. Ex Bud. Sed in emendatis libris legitur, Sociis, C. Lælius præfectus claſſis.

Claſſici auctores, ſunt Primæ notæ. V. in AUCTOR.

Claſſicus ſcriptor. Gell. lib. 19. cap. 8. Claſſicus aſſiduuſque aliquis ſcriptor, non proletarius. De cohorte illa antiquorum loquitur. Budæus. Conf. in ASSIDUUS, & ad loc. ſeq.

Claſſici teſtes dicebantur, Qui ſignandis teſtamentis adhibebantur, Feſtus. hoc eſt primæ claſſis homines, quaſi primæ auctoritatis & idonei veritatis ſponſores. Scaliger Cives Romanos exponit, qui in aliqua claſſe cenſi eſſent. [Ego Teſtem claſſicum dictum puto, pro Locuplete & Idoneo per Metaphoram, quaſi qui Primæ eſſet claſſis, ut apud Gellium Claſſicus, non Proletarius ſcriptor. V. loc. præced.

CLASSĬCUM, i. n. [σάλπισμα] Sonus tubarum, & ipſa tuba. Virg. 7. Æn. 637.
Claſſica namque ſonant. Ubi Servius, Claſſicum dicimus &
ipſam tubam, & ſonum. Claſſicum autem eſt flexibilis tuba. Liv. 5. 47.
Vocatis claſſico ad concilium militibus.

Claſſicum (inquit Valla in Raudenſem) proprie eſt Sonus tubæ: quod Priſcianus etiam & Vegetius, aliique teſtantur. Quintilianus, in Milite Mariano. §. 7. Ad primum ſtatim obſcænæ libidinis ſermonem, non aliter quam ſi in hoſtem claſſicum ceciniſſet, gladium illum, quem a te pro pudicitia noſtrarum conjugum acceperat, per pectus infandi corruptoris exegit. Vegetii verba hæc ſunt, lib. 2. de R. M. cap. 22. extr. Claſſicum item appellatur, quod buccinatores per cornu dicunt. Hoc inſigne videtur imperii: quia quum claſſicum canit, imperator eſt præſens: vel quum in militem capitaliter animadvertitur: quia hoc ex imperatoris (Al. Imperialibus) legibus fieri neceſſe eſt.

Civilia claſſica. Claud. 2. in Ruffin. 117.

Martia claſſica pulſare. Tibul. lib. 1. 1. 4.
Martia cui ſomnos claſſica pulſa fugent.

Matura claſſica dicuntur, Quum in tempore & omnibus quibus opus eſt apparatis ad conflictum convocantur milites. vel Matura, i. e. Feſtinata, properata. Lucan. lib. 2. 597.
Verba ducis nullo partes clamore ſequuntur,
Nec matura petunt promiſſæ claſſica pugnæ.

Advocare claſſico ad concionem. Liv. 8. 32. pr. Haud multo poſt dictator advenit: claſſicoque extemplo ad concionem advocavit.

Canere claſſicum. Cæſ. 3. Bell. Civil. 82. Pompeius paucis poſt diebus in Theſſaliam pervenit, &c. ſuum cum Scipione honorem partitur, claſſicumque apud eum cani, & alterum illi jubet prætorium tendi. [Is enim ſoli Prætori, ſeu Duci exercitus honos habebatur. V. Liv. 27. 47. Hinc Prætoria claſſica Propert.

Concinere. Lucan. lib. 1. 238.

Excitari claſſico. Hor. Epod. 2. 5.

Exordiri. Suet. in Cæſ. cap. 32. Et ingenti ſpiritu claſſicum exorſus pertendit ad alteram ripam.

Facere ſilentium claſſico. Liv. 2. 45.

Flere claſſica Prætoria. h. e. Flebili carmine ſeu ſtilo deſcribere bella, quæ ad claſſicum Prætorium ſive Imperatorium ineuntur. Propert. lib. 3. 2. 41.
Nil tibi ſit rauco Prætoria claſſica cornu. Flere. Sed in codd.
emendatis Flare excuſum. V. Brœkh. & paulo ſupra notata.

Inflare claſſica. Virg. 2. Georg. 539.
Necdum etiam audierant inflari claſſica: necdum
Impoſitos duris crepitare incudibus enſes.

Murmur grave claſſicorum ſilet. Sen. Thyeſt. 7.

CLASSICUS, i. m. Qui cornu canit. Varr. L. L. 4. 15. V. ſeq. dict.

CLASSICINES, Varro 4. de L. L. 15. Et claſſicines a claſſe, qui item cornu canunt, ut tum, quum claſſes comitiis ad comitatum [lege Comitiatum] vocant. Quidam legunt Claſſicos, ſed falluntur. Claſſicines etiam Claſſicarii vocantur, & a vetere grammatico σαλπιγκταί explicantur. ex Turneb. Adverſ. 21. 28.

CLASTIDIUM, [Κλαστίδιον] Oppidum, ſeu vicus eſt Italiæ, ſupra Placentiam ad Cottutæ confinia, cujus meminit Strabo lib. 5. hodie *Chiasteggio*.

CLATERNA, [Κλατέρνα Ptol.] a Pomponio Mela lib. 2. 4. numeratur inter oppida Piceni. Nunc vulgo dicitur *Flavianeo*, ut ſcribit Olivarius in Melam.

CLATHRUM, i. n. [κλῆθρον] in plurali, hi Clathri & hæc Clathra, orum: dicuntur autem Ligna quibus tranſverſis aliquid munimus, ſepimuſve, ut feneſtras: quæ ob id Clathratæ, nunc vulgo Ferratæ dicuntur. A Græcis dicitur κλεῖθρον, quod dictum eſt quaſi Clauſura, ab eo quod eſt κλείω, quod ſignificat Claudo, per ſyllabæ mutationem ει in diphthongum abuſivam. Hor. in Arte Poet. 473.
Objectos caveæ valuit ſi frangere clathros. Columel. lib. 8. cap.
17. Spiſſi deinde clathri marginibus infiguntur, qui ſuper aquam ſemper emineant, etiam quum maris æſtus intumuerit.

CLATHRO, [κλειθρόω] āre. Clathris claudere. Columel. lib. 9. cap. 1. Satis eſt autem vacerras inter pedes octonos defigere, ſeriſque tranſverſis ita clathrare, ne ſpatiorum laxitas, quæ foraminibus intervenit, pecudi præbeat fugam. Plaut. Mil. 2. 4. 26. Nam certo neque ſolarium apud nos eſt, neque hortus ullus, neque feneſtra niſi clathrata. Budæus ſine aſpiratione ſcribit, Clatro.

CLAVA, æ. f. [κορύνη, ῥόπαλος] proprie eſt Fuſtis teres ex una parte capitatus ad clavi ſimilitudinem. Feſtus; Clava, Teli genus, qua Hercules utebatur. Cic. 6. Verr. 94. Qui primo quum obſiſtere ac defendere conarentur, male multati clavis ac fuſtibus repelluntur.

Pondus clavæ, pro Clava ponderoſa. Sen. OEth. 7.

Domitrix ferarum clava Herculis. Ovid. 9. Epiſt. 117.

Gravis. Sen. Herc. fur. 12.

Irraſa, Rudis, impolita. Sil. lib. 8. 586.

Trinodis. Ovid. 1. Faſt. 575.

Conſectari aliquem magno pondere clavæ. Lucret. lib. 5. 966.

Domare hoſtem clava. Ovid. 4. de Pont. 10. 79.

Inſtruere manum clava. Ovid. 9. Epiſt. 117.

Clava, Militaris etiam exercitationis genus erat, quo ſe ad palum gravi clava numeros omnes armaturæ implentes exercebant. Hujus ita meminit Vegetius lib. 1. de Re Mil. cap. 11. Itemque clavas ligneas duplicis æque ponderis pro gladiis tironibus dabant: eoque modo non tantum mane, ſed etiam poſt meridiem exercebantur ad palos. Iterum, Contra illum palum tanquam contra adverſarium tiro cum crate illa aut clava, velut cum gladio ſe exercebat & ſcuto. Meminit & Cic. in Senect. 58. Turneb. Adverſ. 4. 6.

CLAVĀTOR, ōris. m. [κορυνήτης] Qui clava utitur, inquit Feſtus. Plaut. Merc. 5. 2. 11.
Egomet mihi comes, clavator, eques, agaſo, armiger. V. Turneb. l. c. Gronov. tamen Calator exhibuit.

CLAVĬGER, ĕra, ĕrum. [κορυνηφόρος] Qui clavam fert. Hinc, Claviger Hercules. Ovid. 15. Met. 284. — illic lavere Bimembres
Vulnera, clavigeri quæ fecerat Herculis arcus.

Proles clavigera Vulcani. Ovid. 7. Met. 437. Cercyonen intelligit, vel ut aliis placet, Peripheten Latronem.

CLAVARIUS, CLAVATUS, In CLAVUS.

CLAUDIA Gens, Romæ patritia, ex Regillo Sabinorum oppido oriunda. Originem genti Actius [vel potius Atta] Clauſus dedit, homo domi ſuæ nobilis & clarus, qui Regillo a ſeditioſis hominibus pulſus, Romam magna clientum manu profectus eſt: reliquis civitas data, ipſe Actius Clauſus, qui poſtea Appius Claudius eſt dictus, in Senatum ac patriciorum ordinem cooptatus, ac mox Conſul creatus, facile principem in Republ. locum tenuit, clariſſimumque nomen poſteris tradidit. Nam & ampliſſimos honores, complures magiſtratus, triumphos nobiliſſimos aſſequuti, ac optimatium & patriciorum dignitatis contra vim & potentiam imperitæ multitudinis aſſertores unici ſemper fuerunt: excepto duntaxat P. Clodio, qui ob expellendum urbe Ciceronem, homini plebeio in adoptionem ſe dedit. Ampliſſimam vero hanc fuiſſe gentem vel hinc intelligere licet, quod ab Appio uſque Clauſo nullus in hanc familiam tranſierit. Scribit enim Tacit. 12. Ann. 25. Annotabant periti nullam adoptionem inter patricios Claudios reperiri, eo uſque ab Appio Clauſo continuos duraviſſe. Et Suet. in Claud. cap. 39. Adſciturus in familiæ nomen Neronem, quaſi parum reprehenderetur, quod adulto jam filio privignum adoptaret, identidem divulgavit, neminem unquam per adoptionem familiæ Claudiæ inſertum. Familiæ autem Claudiæ gentis tres fuere. Prima eorum eſt qui Regillenſes dicti ſunt, a Regillo Sabinorum oppido. Secunda; eorum qui Pulchri a P. Claudio Cæci filio cognominantur. Tertia Neronum eſt: Neronem autem Sabinos fortem & ſtrenuum appellaſſe Teſtis in Tiberio Suetonius: primuſque hoc cognomen uſurpavit Ti. Claudius, quartus Ap. Cæci filius. Satis vero conſtat Claudios minorum gentium eſſe patricios, ut qui poſt exactos demum reges, Valerio quartum, Lucretio iterum COSS. inter patricios S. C. cooptati ſint, auctoribus Liv. lib. 2. cap. 16. Dionyſio lib. 5. Alia eſt Claudia Marcellorum gens, & quidem plebeia.

Regil-

Regillenses enim Claudii, item Pulchri & Nerones patricii sunt, Plebei Marcelli, de qua vide plura apud Richardum Streinnium. De auctore stirpis Claudiorum conf. CLAUSUS.

Ap. Claudius Cæcus, Orator Romæ, cujus oratio volubilis, sed paulo fervidior erat. Is Senatum jamjam inclinatum, a Pyrrhi pace revocavit, nec dubitavit illa dicere quæ versibus persecutus est Ennius,

Quo vobis mentes, rectæ quæ stare solebant
Antehac, dementi sese flexere ruina? Ab hoc Appia via dicta est, quam Brundusium usque lapidibus stravit, ut est apud Liv. lib. 9. cap. 29. Reliquit filios Appium & Cajum, quorum meminit Dionys. lib. 9. & 10. de Appio Liv. lib. 2. 56. pro Cajo Tiberium ponit Suet. Tib. cap. 3.

Præter hos Claudius cognomento Caudex, a navium caudicibus sic dictus, frater Cæci. Is Carthaginienses Messana expulit, Hieronem prælio ad Syracusas in deditionem accepit. V. Auctor de Vir. Ill. cap. 37.

Ap. Claudius Regillanus Ap. F. Ap. Cæci N. Decemvir legibus scribendis summa inter collegas auctoritate, postremo ob Virginii judicium in carcerem conjectus, sibi manus attulit. Exponit plenissime Livius, lib. 3.

Claudius Centianus, quem nonnulli Centimalum, alii Centimanum minus recte scribunt. Is librum in jure civili tertium a P. Papirio scripsit, & R litteram introduxit, quum prius Fusii, deinde Furii dicerentur. Valerius. [Hæc melius exequentem V. Rupert. ad Pomp. de O. I. lib. 3. cap. 2.

Claudius Nero Consul, Livii Salinatoris collega, qui advenientem ex Hispania cum auxilio Asdrubalem interfecit. Hic Latiæ telluris imago & Clausorum decus a Silio vocatur lib. 15. 549. quod originem a Clauso Sabino duxit, unde Clausii prius, Claudii postea dicti sunt.

Claudius Nero præterea, Tiberii principis pater, Quæstor C. Cæsaris in bello Alexandrino, & deinde Pontifex Maximus in P. Scipionis locum suffectus, cui Livia nupta fuit. Suet. l. c. cap. 4.

Claudius Augusti privignus. Hor. 1. Epist. 3. 2. Is est Ti. Claudius Nero, qui ab Augusto in Cæsarum familiam adoptatus, imperium accepit.

Claudi virtute Neronis Armenius cecidit. Hor. 1. Epist. 12. 26.

CLAUDIUS, [κλαύδιος] proprio nomine dictus est Ti. Claudius Nero, Neronis Claudii Drusi Germanici, Augusti privigni filius, Romanus Imperator, & Caligulæ patruus. Hic Britanniam insulam in deditionem accepit, & Orcadas Romano adjecit imperio. Postremo ab Agrippina uxore, venenato boleto sublatus est, ut Nero filius imperio potiri posset. Fuit & alius Claudius, Romanorum item Imperator, qui Gothos Illyricum vastantes, bello adortus, incredibili clade superavit. Unde in curia clypeum aureum, & in Capitolio auream sellam habere promeruit. Sed quum duobus fere annis imperasset, apud Smyrnam morbo interiit. V. vitam ejus ultimo loco a Trebellio Pollione descriptam.

CLAUDIANUS, a, um. Adj. ut Claudiana tonitrua appellabantur, quia Claudius Pulcher instituit, ut ludis post scenam lapidum conjectus ita fieret, ut veri tonitru similitudinem imitaretur. Festus.

Claudianum Senatusconsultum, unum memoratur de mulieribus, quæ se servis junxerunt, de quo Ulpian. in institut. titul. 11. & Paul. lib. 4. Senten. tit. 10. Alterum de quæstione familiæ, in rubr. de Senatusc. Silan. & Claud. Aliud item de nuptiis quinquagenariorum, de quo Ulp. in instit. tit. 16.

CLAUDIUS CLAUDIANUS, Poeta insignis Arcadii & Theodosii temporibus floruit: patria fuit Alexandrinus nobilissima urbe Ægypti. Quidam Florentinum faciunt, sed falso. Auctores Græci qui de Poeta Claudiano scripserunt, Alexandrinum appellant: & auctor ipse Nilum suum vocat. Ingenio excellenti fuit, maximeque apto ad carmen componendum. Nam & assurgit feliciter, variisque figuris, ac sententiis mirifice delectat. Hi ejus versus præcipuam laudem meruerunt, quos de laude & victoria principis Theodosii contra Eugenium Gallorum regem scripsit. meminit Suidas.

CLAUDO, si, sum, [κλείω, κατακλείω] ĕre. significat Includere, inquit Nonius. Virg. 3. Georg. 214.

Aut intus clausos satura ad præsepia servant.

Claudere & Clavis ex Græco descendunt, cujus rei tutelam penes Portumnum esse putabant, qui clavim manu tenere fingebatur, & deus putabatur esse portarum. Hæc Festus.

Claudere & Reserare, contraria. Plin. lib. 10. cap. 22. Domosque ipsi suas claudunt aut reserant. Translate Cic. 2. Off. 54. Nec ita claudenda est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit: nec ita reseranda, ut pateat omnibus.

Externis in oris clauditur ab hoste miles. Lucan. lib. 1. 515.

— quum pressus ab hoste
Clauditur externis miles Romanus in oris.

Ad exitus aliquid clausum esse. Cic. 7. Verr. 57. Nihil tam clausum ad exitus, nihil tam septum undique, nihil tam tutum ad custodias nec fieri, nec cogitari potest, &c.

Clausus ex omni aditu. Cic. pro Lege Manil. 21. Patefactumque nostris legionibus esse Pontum, qui ante Pop. Romano ex omni aditu clausus esset.

In angustum claudi. Ovid. 13. Met. 407.

Longus in angustum qua clauditur Hellespontus.

In antris. Ovid. 1. Met. 262.
In arca clausus. Hor. 2. Serm. 7. 59.
In tectis. Ovid. 3. Met. 698.
Carcere. Ovid. 1. de Pont. 6. 37.
Carcere & vinculis. Valer. 1. Argon. 602.
Carcere ventorum. Virg. 1. Æn. 141.
Muris clausa juventus. Lucan. lib. 3. 446.
Pelago clausus, i. e. Mari impeditus, ne possit ulterius progredi. Ovid. 8. Met. 885.
Terra marique clausus. Hirt. Bell. Afr. 93.
Aditus claudere. Cic. 1. Philipp. 25. Forum sepietur, omnes claudentur aditus.
Aditus ad vulnera claudere. Stat. 6. Theb. 749.
Animam dolor clausit. Lucan. lib. 8. 59. i. e. Præ dolore exanimis cecidit.
Animam laqueo claudere. Ovid. 7. Met. 604.
Animæ via laqueo clausa. Ovid. in Ibin, 550.
Animæ clausæ tenebris, & carcere cæco. i. e. Inclusæ corporibus. Virg. 6. Æn. 734.
Campus clausus. Catul. 66. 67.

Is clausum lato patefecit limite campum.

Cursus essedo clausus intra limen. Martial. lib. 12. 57.

Domus. Virg. 3. Æn. 213.

— Phineia postquam	Clausa domus.	Ovid. 8. Met. 629.
Mille domos clausere feræ.

Domus clausa pudori & sanctimoniæ. Cic. pro Quint. 93. Non habere domum clausam pudori & sanctimoniæ, patentem atque adeo expositam cupiditati & voluptatibus.
Domus clausa contra cupiditatem & audaciam alicujus. Cic. 7. Verr. 38.
Ensis clausus, Reconditus. Lucan. lib. 5. 245.
Exitum claudere. Cic. 9. Att. 18. Claudere mihi videtur maritimos exitus.
Fenestræ pars adaperta, pars clausa. Ovid. 1. Amor. 5. 3.
Flamma clausa, Quæ est in clibano. Valer. lib. 2. Argon. 338.

Nox dabit ipsa fidem, clausæ quum murmura flammæ,
Hospes, & incussæ sonitum mirabere massæ.

Fores cubiculi claudere. Cic. 5. Tusc. 59.
Fugam alicui claudere. Liv. 7. Bell. Pun. Ad id fore altitudines, quas cepissent hostibus, ut per præcipitia & prærupta salientes fugerent: eam quoque se illis fugam clausurum.
Fugam custodia claudit. Ovid. 6. Met. 572.
Hiatus, Occludere. Propert. lib. 3. 11. 11.

Custodisque feros clausit serpentis hiatus.

Hœdos claudere. Ovid. 3. Fast. 879. Sic infra Pecus, Armenta.
Janua sera clauditur. Tibul. lib. 1. 2. 6.

Clauditur & dura janua firma sera.

Januam belli claudere. Sil. lib. 17. 356.

Ad finem ventum, & claudenda est janua belli.

Iter alicui claudere. Ovid. 8. Met. 543.
Iter vocis. Martial. lib. 11. 92.

Sed mors vocis iter properavit claudere blandæ, &c.

Lumina morienti claudere. Martial. lib. 10. 63.

Quinque dedit pueros, totidem mihi Juno puellas:
Clauserunt omnes lumina nostra manus. Nisi forte legendum Manu. h. e. Mortuæ mihi clauserunt oculos, & supervixerunt. V. Oculos &c.

Lumina noctem in æternam clauduntur, Dictum ubi quis moritur. Virg. 10. Æn. 746.
Mare clausum. Cic. 2. Q. frat. 5. Tuas mirifice litteras expecto, atque adhuc clausum mare fuisse scio: sed quosdam venisse tamen dicebant, &c.
Mœnia clausa dicuntur non jam tegere aliquos, quum adempta est ara misericordiæ, nec est ullum perfugium in castris, siquidem intra muros hostis insultat. Ex Servio. Virg. 10. Æn. 22.

— non clausa tegunt jam mœnia Teucros.

Oculos morti clausura dextra. Lucan. lib. 5. 280.

Atque oculos morti clausuram quærere dextram. Morti, i. e. Jam jam morituro, vel morienti. Ritus notus est.

Olympus clausus, dicitur Quum est nox. Nam dicunt poetæ cælum per noctem claudi, & aperiri per diem. Virg. 1. Æn. 378.

Ante diem clauso componet Vesper Olympo. Servius.

Ora loquentis clauserunt aquæ. Ovid. 2. de Arte Am. 92.
Orbis terrarum claudi iis dicitur, Qui toto pelluntur orbe, hospitiisque omnibus prohibentur. Virg. 1. Æn. 237.

Quid Troes potuere, quibus tot funera passis
Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis?

Ore in clauso tenere linguam, Silere. Catul. 53. 18.
Ostia claudere. Catul. 59. 231.

Claudite ostia virgines, Lusimus satis.

Patria clausa est misero. Ovid. 4. de Pont. 8. 85.
Pecus claudere textis cratibus. Hor. Epod. 2. 45.
Pecudes claudere in aliquo loco. Virg. 3. Æn. 642.

Nam qualis quantusque cavo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes.

Pecudes innumeras claudere, apes, gregesve dicitur, Qui harum rerum multitudine est adprime dives. Valer. 1. Argon. 395.
Penates clausi, i. e. Ædes clausæ. Sil. lib. 11. 228.

Non illum fuga, non clausi occuluere penates.

Portæ clausæ. Ovid. 3. Met. 385.
Portæ belli clauduntur. Virg. 1. Æn. 298.

— diræ ferro & compagibus arctis
Claudentur belli portæ. i. e. Quod idem paulo ante dixit.
Aspera tum positis mitescent sæcula bellis. conf. Januam belli claudere. Allusum ad Jani gemini portas. V. Serv.

Provincia. Tanquam enim clausa Asia sit, sic nihil perfertur ad nos, præter rumores de oppresso Dolabella. Cic. 12. Fam. 9.
Pupulas ad claudendas & aperiendas factæ palpebræ. Cic. 2. de Nat. Deor. 142. Palpebræque, quæ sunt tegmenta oculorum, mollissimæ tactu, ne læderent aciem, aptissime factæ, & ad claudendas pupulas ne quid incideret, & ad aperiendas.
Ramum aut arborem umbræ claudunt. Virg. 6. Æn. 139.

— hunc tegit omnis
Lucus: & obscuris claudunt convallibus umbræ.

Rivos claudere. Virg. 3. Ecl. 111.

Claudite jam rivos pueri, sat prata biberunt.

Rura gelu claudit hiems. Virg. 2. Georg. 317.
Sella clausa. Martial. lib. 11. 99.

Nec vendicabit sella sæpius clausa. De sella Gestatoria.

Sepulcrum. Ovid. 15. Met. 389.
Taberna. Hor. 1. Serm. 3. 131.
Tecta claudere. Ovid. 5. Met. 287.
Thalamos clausit nox atra. Sil. lib. 15. 545.
Transitum claudere. Liv. 27. 46.
Viam. Liv. 29.
Vias incendia claudunt. Stat. 2. Theb. 6.
Uteri clausi solvere moras, Edere partum. Sen. Theb. 1.
Tenere se clausum vallo. Sil. lib. 5. 121.

An, Corvine, sedet, clausum se Consul inerti
Ut teneat vallo?

Clausa stabulis tenere armenta. Virg. 3. Georg. 352.

Illic clausa tenent stabulis armenta.

Clausum adversum vim veneni corpus. Tacit. 15. Ann. 62. Allatumque hausit frustra, frigidis jam artubus & clauso corpore adversum vim veneni. De morte Senecæ.
Claudere, Finire, ut

Claudere cœnam dicitur cibus, qui ſumitur in fine cœnæ. Martial. lib. 13. 14.
Claudere quæ cœnas lactuca ſolebat avorum,
Dic mihi cur noſtras inchoat illa dapes?
Opus aliquod claudere, i. e. Finire. Ovid. 3. Faſt. 384.
Bella claudere, i. e. Perficere. Stat. 11. Theb. 58.
Ætas mea claudit octavum luſtrum, i. e. Jam annum quadrageſimum fere exegi. Hor. 2. Carm. 4. 24.
Epiſtolam parvo mandato, i. e. Exiguum aliquid mandare in fine litterarum. Ovid. 13. Epiſt. 165.
Jus noſtrum exhauſto clauditur anno. Lucan. lib. 9. 44. i. e. Poteſtas noſtra & magiſtratus anno abſoluto jam finitur.
Labores claudere, Quieſcere; ut, Labores claudere ingentis belli, pro Finem belli facere. Sil. lib. 15. 655.
Numeris ſententias claudere. Cic. in Orat. 229.
Pedibus ſenis claudere aliquid. i. e. Hexametris aliquid deſcribere. Hor. 1. Serm. 10. 59.
Species orationis clauſa & terminata. Cic. in Orat. 198.
Verba claudere pedibus, ſignificat Verſus facere. Hor. 2. Serm. 1. 28.
Claudere, Comprimere, ut Sanguinem claudere, Reprimere & cohibere, ne effluat. Plin. lib. 26. cap. 13. Sideritis tantam vim habet, ut quamvis recenti gladiatoris vulneri illigata, ſanguinem claudat.
Flatus claudere alicui, ſignificat Jactantiam alicujus comprimere. Sil. lib. 17. 120.
Sed jam claudebat flatus, nec plura ſinebat Atropos, &c.
Claudere, Negare, ut Aquas claudere. Propert. lib. 4. 10. 44.
Quod ſi Junoni ſacrum faceretis amaræ,
Non clauſiſſet aquas ipſa noverca ſuas.
Claudere rem familiarem. Cic. 2. Off. 54.
Benignitatem. Ter. Eun. 1. 2. 84.
Clauſit pudor meus mihi conſuetudinem illius. Cic. 4. Fam. 13. Nam & amplectar ejus familiariſſimos, qui me admodum diligunt, multumque mecum ſunt: & in ipſius conſuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clauſit, inſinuabo.
Claudere aures ad voces doctiſſimas. Cic. 4. Tuſc. 2. Quis eſt enim qui putet, &c. noſtrorum hominum ad eorum doctiſſimas voces aures clauſas fuiſſe?
Clauditur tibi in me commodum. Ter. And. 3. 3. 41. Nolo tibi ullum commodum in me claudier. i. e. Nolo obſiſtere, aut obeſſe, quominus tuum commodum per me fiat.
Lethalis hiems clauſit illi reſpiramina. Ovid. 2. Met. 828. Hiemem vocat Ingentem horrorem, quo corpora omni ſubducto calore in ſaxa mutabantur.
Claudere, Cingere, ut Claudit aqua locum. Varro 3. de R. R. cap. 14. Nam & ſub dio idoneus eſt ſumendus locus coeleariis, quem totum circum aqua claudas. i. e. Circumcludas.
Aquæ clauſæ riparum margine. Ovid. 2. Faſt. 422.
Speluncis lacus clauſi. Virg. 4. Georg. 364.
Orbis fluctibus clauſus. Sen. OEdip. v. 504.
Oceanus clauſum dum fluctibus ambiet orbem.
Claudere oppidum portu, vel mari. Cic. 7. Verr. 95. Non enim portu illud oppidum clauditur, ſed urbe portus ipſe cingitur & concluditur.
Valles inſidiis claudere, In vallibus retia circum ponere. Tibul. lib. 1. 4. 43.
Nec, velit inſidiis altas ſi claudere valles, Dum placeas, &c.
Muros obſidione. Lucan. lib. 3. 342.
Arboribus atque umbris clauſi circum. Virg. 3. Æn. 230.
Arboribus clauſi circum atque horrentibus umbris,
Inſtruimus menſas. Anaſtrophe eſt pro Circumclauſi.
Aciem. Sil. lib. 7. 590.
Claudere, Occultare, ut Clauſa habere ſua conſilia. Cic. 5. Verr. 63. Re quidem vera nemo in Sicilia dubitat, quin eo ſit occiſus, quod habere clauſa non potuerit conſilia.
Pavor clauſus, Diſſimulatus. Sil. lib. 10. 378.
Claudere, Circumvenire, ut placet Nonio. Virg. 6. Ecl. 56.
— claudite, nymphæ
Dictææ, Nymphæ nemorum, jam claudite ſaltus. [Sic enim diſtinguo.
Claudere, Obſiſtere. Virg. 10. Æn. 377.
Ecce maris magna claudit nos obice pontus. Nonius.
CLUDO, invenitur pro Claudo; etiam extra compoſitionem. Cic. 2. de Nat. Deor. 100. Ipſum autem mare ſic terram appetens litoribus cludit. Martial. lib. 11. 92.
Sed mors vocis iter properavit cludere blande.
Vias alicui cludere. Sen. 1. Theb. Noxias lapſo vias cludes?
Cludere arborem reſtibus. Columel. lib. 12. cap. 44. Deinde ſparteis reſtibus arborem cludunt, ne aut corvis aut cornicibus aliiſve avibus pomum laceretur.
Axem cludere nox dicitur, quemadmodum eundem aperire dies. Sen. OEth. 11.
Auro cludere. Plin. lib. 33. cap. 1. Idem eodem loco Cludi venena in annulis, ſub gemmis ab antiquis ſolere dixit.
Caſſide minaci cludi. Stat. 4. Theb. 204.
Libellos cludere. Juven. 7. Sat. 26.
CLAUSUS, [κλεισθεὶς] Partic. ut, Clauſum oſtium.
Clauſus a Pœnis in anguſtiis. Auctor de Viris Illuſt. cap. 39.
Clauſum & reconditum, cui opponitur Apertiſſimum promptiſſimumque. Cic. 7. Verr. 38. Statuerunt ſe nihil tam clauſum, neque tam reconditum poſſe habere, quod non iſtius cupiditati apertiſſimum, promptiſſimumque eſſet.
Clauſus, Vinctus. Ulpianus Clauſos pro Vinctis accipit, ſi modo ita vincti ſint, ut omni modo erumpere non poſſint. l. Si quis in gravi. §. Subvenitur autem. D. de Senatuſc. Silaniano.
CLAUSUM, i. n. [κλεῖθρον] pro Tecto, vel in genere pro Eo, in quo aliquid includitur. Columel. lib. 7. cap. 6. Sed numerum generis hujus majorem, quam centum capitum ſub uno clauſo non expedit habere. Virg. 4. Georg. 303.
Sic poſitum in clauſo linquunt, &c.
Domorum clauſa. Lucret. 1. 356.
Inter ſepta meant voces, & clauſa domorum
Transvolitant.
CLUSUS item legitur pro Clauſus apud Valer. Flacc. 1. Argon. 239.
Quod ſibi jam cluſos invenit in ignibus Argos.
Cluſus, Circumdatus. Valer. Flacc. 1. Argon. 34.
— Cleonæo jam tempora cluſus hiatu
Alcides. i. e. Habens tempora circumdata pelle hiantis leonis Cleonæi.
Cluſæ lymphæ. Martial. lib. 12. 31.
Quæque natat cluſis anguilla domeſtica lymphis.
Horrei cluſi. Ulp. l. 1. §. 15. D. depoſiti.
Labella cluſa. Martial. lib. 12. 55.
CLAUSŪRUS, [κλείσων] aliud Partic. Ovid. 14. Met. 784.
Sola Venus portæ cecidiſſe repagula ſenſit,
Et clauſura fuit, niſi quod, &c.
CLUSĬLIS, e. [κλείσιμος] Quod facile clauditur. Plin. lib. 9. cap. 37. Ineſt iis eſca, cluſiles mordaceſque conchæ, ceu mitulos videmus.
CLAUSTRUM, i. n. [κλεῖθρον] i. e. Clauſura ſive In quo aliquid clauditur. Martial. lib. 10. 28.
Ferrea perpetua clauſtra tuere ſera.
Januæ clauſtra pandere. Catul. 59. 76.
Loci clauſtrum. Cic. 7. Verr. 83. Iis clauſtra loci committenda non exiſtimavit.
Locorum clauſtra. Cic. 2. de Lege Agrar. 86. Corinthi veſtigium vix relictum eſt. erat enim poſita in anguſtiis atque in faucibus Græciæ, ſic ut terra clauſtra locorum teneret.
Montium clauſtra, Curvaturæ montium quæ clauſæ videntur anguſtiæ, ut ait Servius. Virg. 3. Æn. 411.
Portarum ingentia clauſtra. Virg. 7. Æn. 184.
Pudoris & reverentiæ clauſtra refracta. Plin. 2. Epiſt. 14. Maximo.
Regni alicujus. i. e. Anguſti acceſſus, ſive (ut Curt. vocat 3. 4.) Anguſtiæ aditnum, quæ regionem aperiunt. Liv. 9. 32. pr. Jam omnes Hetruriæ populi, præter Aretinos, ad arma ierant, ab oppugnando Sutrio, quæ urbs ſocia Romanis velut clauſtra Hetruriæ erat, ingens orſi bellum. Vulgo Clavem regni dicimus.
Viarum. Lucret. lib. 4. 616.
Arcta clauſtra. Lucret. lib. 1. 71.
Cohibentia. Hor. 2. Epiſt. 1. 255.
Clauſtraque cuſtodem pacis cohibentia Janum.
Dædalea, Labyrinthus a Dædalo extructus. Sen. Hippol. 12.
Duriſſima clauſtra congeſtis ſcopulis. Claud. Conſ. Prob. 106.
Ferrea, Vectes & repagula ferrea. Sen. Thyeſt. 7.
Nocturna clauſtra. Valer. 3. Argon. 53.
Pinea, Oſtia quæ ſunt facta ex pinea materia. Virg. 2. Æn. 259.
Incluſos utero Danaos & pinea furtim
Laxat clauſtra Sinon: illos patefactus ad auras
Reddit equus.
Confringere naturæ clauſtra apud Lucret. lib. 1. 71. ſignificat Naturæ ſecreta revelare.
Contineri imperii clauſtris. Cic. pro Flacc. 30. Omnes ſinus, promontoria, litora, inſulas, urbes maritimas clauſtris imperii noſtri contineri.
Poſitum veſtigal ſub ſigno clauſtriſque Reip. Cic. 1. de Lege Agrar. 21. Nos caput patrimonii publici, pulcherrimam populi Romani poſſeſſionem, &c. ſub ſigno clauſtriſque Reipublicæ poſitum vectigal, ſervare non potuiſſe.
Refringere clauſtra nobilitatis. Cic. pro Muren. 17. Quum vero ego tanto intervallo clauſtra iſta nobilitatis refregiſſem, ut aditus ad Conſulatum poſthac, &c. conf. Pudoris & Reverentiæ clauſtra.
Relaxare. Ovid. 1. Amor. 6. 17.
Reſerare. Sil. lib. 7. 334.
Reſtantia clauſtris æra, i. e. Obices & peſſuli. Lucret. lib. 2. 450.
— & duri robora ferri,
Æraque quæ clauſtris reſtantia vociferantur.
Revellere. Cic. 6. Verr. 52. Effringi multorum fores, revelli clauſtra.
Rumpere obſtantia. Hor. 1. Epiſt. 14. 9.
Tenere aliquem intra clauſtra. Hor. 3. Carm. 11. 44.
CLOSTRUM, etiam vetuſte ſcribitur, Cato de R. R. cap. 13. Trullas ligneas duas, claves cum cloſtris.
Cloſtrum, eſt Contignatio trabium in ligneis ædificiis, qua nonnunquam in parietibus domorum utimur, nonnunquam alias dum locum aliquem ſepimus. Seneca de Sutoria taberna loquens lib. de Benef. 7. cap. 21. Deinde per cloſtrum, inquit, qua ſe commiſſura laxaverat, quatuor denarios in tabernam inſeruit. Et ludi Romani primum cloſtris circumdabantur ad tempus prætentis, quæ amoveri poſſent: quorum loco foſſæ poſtea factæ ſunt, quas euripos vocant. Plin. lib. 10. cap. 33. de hirundinibus verba faciens, In Ægypti Heracleotico oſtio molem continuatione nidorum evaganti Nilo inexpugnabilem opponunt ſtadii fere unius ſpatio, quod humano opere perfici non poſſet. In eadem juxta oppidum Copton inſula eſt ſacra Iſidi, quam ne laceret amnis idem, muniunt opere, incipientibus vernis diebus, palea & ſtramento cloſtrum ejus firmantes, continuatis per triduum noctibus tanto labore, ut multas in opere emori conſtet. Sic enim repoſuit Beatus Rhenanus ad exemplaris Murbacenſis recognitionem. Quo in loco per Cloſtrum ſignificatur Septum tranſverſum ex compactilibus poſtibus conſtans, extructum ad arcendum frangendumque fluvii impetum. Id hirundines palea ſtramentoque firmant, alioquin opera earum vana & inutilia, ſi non adeſſet materia ſolidior, quæ lutum ab eis confectum contineret. Alii tamen Roſtrum legunt apud Plinium. V. Harduin. [Et apud Senecam Clauſtrum Januæ intelligitur.
CLAUSTRARIUS, i. m. [κλειδοῦχος] dicitur Is qui claves & cetera quæ ad claudenda oſtia pertinent, facit. Perott.
CLAUSTRITĬMUS, vel ut plerumque ſcribitur,
CLAUSTRITŬMUS, i. m. Qui clauſtris januæ præeſt: eadem ſcilicet figura, qua Æditimus vel Æditumus dicitur, Qui ædibus præeſt. Hoc Gellius ex Livio Andronico probat Noct. Attic. lib. 12. cap. 10. Pro eo, quod vulgo dicerent Clauſtrituus.
CLAUSŬLA, æ. f. [πέρας, ἀνάπαυσις] dicitur Id quod claudit, ſive Alicujus rei concluſio. Plin. lib. 11. cap. 45. Ungues clauſulæ nervorum ſummæ exiſtimantur omnibus his quibus & digiti.
Imponere clauſulam vitæ. Sen. 9. Epiſt. ad finem, Clauſulam vitæ, Mortem vocat. Budæus.
Clauſula, quæ Græce ἀνάπαυσις dicitur, proprie eſt Ultima pars membri in oratione, ſed pro Extrema cujuſque rei parte metaphorice accipitur.
Claudæ atque pendentes clauſulæ. Quintil. lib. 9. cap. 4.

Firmiſ-

Firmissima. Quintil. lib. 9. cap. 4.

Addere clausulam. Cic. 2. de Orat. 240. Quum esset cum eo Tarracinæ de amicula rixatus: falsa, attamen a te ipso ficta tota narratio: addidisti clausulam, tota Tarracina, &c. Hic Clausula est, Pars orationis extrema, a Claudendo, id est terminando vocata.

Clausula numerose & jucunde cadens. Cic. in Orat. 215.

Interpunctæ clausulæ in orationibus. Cic. 3. de Orat. 171.

Clausulas atque interpuncta verborum, animæ interclusio atque angustiæ spiritus attulerunt. Cic. 3. de Orat. 179.

Clausula, quam Græci κολοφῶνα vocant, a brevi conclusione est appellata. Festus. Unde satis intelligitur non tantum pro Membro, sed etiam pro Toto verborum ambitu, qui una claudatur sententia, clausulam poni. [V. Dacer.] Quintil. lib. 8. c. 5. Vocatur aliquid & clausula, quæ si est quod Conclusionem dicimus, & recte, & quibusdam in partibus necessaria est.

Clausula epistolæ, Ciceroni est Conclusio epistolæ, hoc est extrema verba, quibus epistolam claudimus. Nam 13. Philipp. 47. postquam singula epistolæ, quam Antonius ad Hirtium & Cæsarem miserat, coram Patribus Conscriptis explicasset, & sola conclusio superesset, subdidit, Veniamus aliquando ad clausulam, &c.

Loci clausula, pro Conclusione sermonis. Quintil. in Perorat. lib. 11. Budæus. [V. & superiorem Fabii locum, ibique seqq.

Operis peracti clausula. Columel. in Perorat. lib. de R. R.

Imponere clausulam disputationi. Columel. 3. 19.

Clausula edicti, pro Parte edicti. Cic. 5. Verr. 35. Illa vero præclara est clausula edicti. quod omnium controversiarum, &c. Ulp. in l. Sed & si. §. Hæc clausula. D. Ex quibus causis majores, Hæc clausula ad eos pertinet, quos more majorum sine fraude in jus vocare non licet, &c.

Generalis clausula. Ulpian. in l. Sed & si. D. Ex quibus causis majores, Adversus relegatum restitutionem faciendam ex generali clausula Pomponius ait.

Clausula fabulæ, pro Exitu. Cic pro Cœl. 65. Mimi ergo est jam exitus non fabulæ: in quo quum clausula non invenitur, &c.

Difficilis. Cic. 6. Att. 3. Clausula est difficilis in tradenda provincia: sed hæc deus aliquis gubernabit. Sensus est: Hoc extremum non facile possum explicare, quis me decedente provinciæ præficiatur.

CLAUSŪRA, æ. f. Castrum, burgus. Vox medii ævi, præsertim apud JCtos. V. Pithœi Subseciv. Lect. 1. 14.

CLAUDUS, [χωλὸς, κυλλὸς] Qui altero pede infirmus ac debilis est. Plaut. Aulul. 1. 1. 34. Quasi claudus sutor domi sedet totos dies. Cic. in Pison. 69. Iste claudus (quomodo aiunt) pilam retinere.

Carmina clauda Elegias suas vocat Ovid. lib. 3. Trist. 1. 11.

Clauda quod alterno subsidunt carmina versu,
Vel pedis hoc ratio, vel via longa facit.

Deus claudus, Vulcanus. Cic. 1. de Nat. Deor. 84. Claudum igitur habemus deum, quoniam de Vulcano sic accepimus.

Fides clauda. i. e. Non recta, non firma, sed veluti qui claudi sunt, modo in has, modo in illas inclinans partes. Sil. lib. 13. 33.

Navigia clauda aplustris fractis. Lucret. 4. 437.

Naves claudæ mutilæque. Liv. 37. 24.

Pars corporis vulnere clauda, Membrum mancum ac debile. Virg. 5. Æn. 278.

Pes claudus. Hor. 3. Carm. 2. 32.

Pede altero claudus. Nepos 17. 8.

CLAUDĬCO, [σκάζω, χωλαίνω, μετοκλάζω] āre. Altero tantum pede incedere, vel Alterum pedem infirmum trahere, vel instabilem aut curtum habere, ac vacillare incessu. Cic. 2. de Orat. 149. Num claudicat? at hic clodicat.

Genu percusso claudicat. Ovid. 3. Fast. 758.

Ex vulnere accepto claudicare. Cic. 2. de Orat. 299. Nam quod Sp. Carvilio graviter claudicanti ex vulnere, ob Rempub. accepto, & ob eam causam, &c.

Nisus pennarum inanis claudicat. Lucret. lib. 6. 834. de Averno.

Claudicare, per metaphoram usurpabant, pro Vitiosum esse, & non rectum. Liv. 22. 39. Si altera parte claudicet Respublica, malis consiliis idem ac bonis juris & potestatis erit.

Ex aliqua parte. Cic. 5. Tusc. 22. Item beatam vitam etiam si ex aliqua parte claudicaret, tamen ex multo majore parte obtinere nomen suum.

In re aliqua. Cic. de Clar. Orat. 214. In quacunque enim una plane claudicaret, orator esse non posset.

Actio claudicat. Cic. de Clar. Orat. 227. i. e. Tenorem non servat æquabilem. Budæus.

Amicitia. Cic. 1. de Finib. 69. Qui verentur, ne si amicitiam propter nostram voluptatem expetendam putemus, tota amicitia quasi claudicare videatur.

Fructus. Columel. lib. 4. cap. 2. Sed in pluribus pedamentis fructus claudicat.

Ingenium. Lucret. lib. 3. 454. de ætate confectis,

Claudicat ingenium, delirat linguaque, mensque.

Oratio. Cic. 3. de Orat. 196. Verum ut in versu vulgus, si est peccatum, videt: sic siquid in nostra oratione claudicat, sentit. h. e. Si numerus non incedit recte & decore.

Oratio claudicat & insistit. Cic. in Orat. 170. Sin probæ res, lecta verba, quid est cur claudicare aut insistere orationem malint, quam cum sententia pariter excurrere? Al. Claudêre. In hoc claudicationis vitio frequentissimus est Seneca, cujus omnis fere oratio claudicat & insistit.

Res vacillat & claudicat. Cic. 1. de Nat. Deor. 198. Sed & ille reprehensus a multis est, nec vos exitum reperitis: totaque res vacillat & claudicat.

Claudicare in aliquo officio. Cic. 1. Off. 119. Tum in tota vita constituenda multo est major rei cura adhibenda, ut constare in vitæ perpetuitate possimus nobismetipsis, nec in ullo officio claudicare.

CLAUDICANS, [σκάζων] Partic. ut, Oratio claudicans, & fluctuans, cui opponitur Oratio æqualiter constanterque ingrediens. Cic. in Orat. 214.

CLAUDICATIO, ōnis. f. [χωλότης] Columel. lib. 6. cap. 12. Sanguis demissus in pedes, claudicationem affert. Cic. 1. de Nat. Deor. 84. In quo stante atque vestito, leviter apparet claudicatio non deformis. Val. Max. 8. 11. Dissimulata claudicatio sub veste.

CLAUDĬTAS, ātis. f. [χωλότης] Idem. Plin. lib. 28. cap. 4. Claudítates, oculorumve orbitatem, ac similes casus dextris assignare partibus.

Clauditatem affert hæc res. Plin. lib. 8. cap. 43.

Clauditatem demsistis. Apul. Flor. 3.

CLAUDĪGO, ĭnis. f. Idem. Veget. Mulom. 1. 26. Claudiginem facere.

CLAUDASTER, tri. m. [ἀρνησίχωλος] Gloss. Gr. Lat. Qui clauditatem arte celat.

CLAUDEO, ēre. Cæcil. apud Priscian. An ubi vos sitis, ibi consilium claudeat. conf. Gell. lib. 1. 7. extr. & Cic. in CLAUDICO ad fin.

CLAVICULA, CLAVICULATIM, & CLAVICULUS. In CLAVUS.

CLAVIGER, V. CLAVA, & CLAVIS.

CLĀVIS, is. f. [κλεὶς] Qua ostia, arculæ, & id genus claustra referantur & aperiuntur. Festus, Clavis ex Græco κλεὶς descendit. Accusativum facit Clavem & Clavim. Plaut. Most. 2. 1. 57. Clavim mihi harunce ædium Laconicam nunc jam jube efferri intus. Cato de R. R. cap. 16. Seriam vinariam unam, clavem torcularii unam.

Adunca clavis trochi. Propert. lib. 3. 12. 6.

Increpat & versi clavis adunca trochi.

Adultera. Ovid. 3. de Arte Am. 643.

Aptare fores clavibus. In APTO.

Imponere claves portis. In IMPONO.

Poscit magistratus claves portarum. Liv. 27. 24. pr. C. Terentius, ut Arretium cum legione venit, claves portarum quum magistratus poposcisset, negantibus iis comparere, &c.

Sensit clavem janua. Tibul. lib. 2. 4. 31.

Servari centum clavibus. Hor. 2. Carm. 14. 26.

Absumet hæres Cæcuba dignior
Servata centum clavibus.

Sub clavi esse, pro Occludi. Varro 1. de R. R. cap. 22. Quæ non possunt esse sub clavi, quammaxime facere ut sint in conspectu oportet.

Tradere claves horreorum, Translate. Cic. pro Domo 25. Scilicet tu helluoni spurcissimo, &c. Sex. Clodio, &c. omne frumentum privatum & publicum, omnes provincias frumentarias, omnes mancipes, omnes horreorum claves lege tua tradidisti.

Uxori clavem dare, & adimere. Erat mos institutumque Romanorum, ut uxoribus primum domum ingredientibus claves darent: quo significabant ipsas matres familiâs esse, atque omnem rei quæsitæ a viro potestatem habere. Sex. Pompeius aliam tradit causam: Clavim, inquit, consuetudo erat mulieribus donare, ob significandam partus facilitatem. Quas autem initio matrimonii dabant claves, eas divortio facto adimere solebant. quod significavit Cicero Philipp. 2. 69. Mimam illam suam suas res sibi habere jussit ex duodecim tabulis: claves ademit: exegit. Quam porro spectatus civis, quam probatus, cujus ex omni vita nihil est honestius, quam quod cum mima fecit divortium! Nonius verbum Exigo exponens, Exigere, inquit, est excludere. Marc. Tull. Philipp. 2. Claves ademit, foras exegit. Scio equidem locum illum Ciceronis a nonnullis aliter legi: sed puto standum a Nonio Marcello. V. Interpp. ad loc.

CLAVĪCŬLA, æ. f. dimin. German. Cæsar in Arati Cassiop.

Qualis ferratos obicit clavicula dentes.

Item Capreolus in vite. Cic. de Senect. 52. Vitis quidem quæ natura caduca est, & nisi fulta sit, fertur ad terram: eadem ut se erigat, claviculis suis, quasi manibus, quicquid est nacta, complectitur. Plin. lib. 23. in procem. Claviculæ ipsæ quibus repunt vites, tritæ & ex aqua potæ sistunt vomitionum consuetudinem.

Claves, sive Claviculæ, nonnullis Jugula. *La Fourcelle d'un homme, au François L.* Miror non in JUGULA fieri mentionem hujus significationis. H. St. Intelligit Ossicula, quæ utrimque summo pectori insidentia scapulis adnectuntur. Græci sane κλεῖδας appellant, at Celsus Cornelius lib. 8. cap. 1. Jugula vocat. Juniores Antomici Claviculas, Gallorum nonnulli etiam *Les os furculaires* vocarunt. In Gallico Latino Steph. Lexico non extat.

CLAVICULĀTIM, Adv. ut, Conchæ claviculatim undatæ. h. e. Intortæ & crispatæ ad similitudinem clavicularum vitis. Plin. lib. 9. cap. 33. Firmioris jam testæ murices, & concharum genera: in quibus lude[illegible]tis naturæ varietas. Paulo post, Jam distinctione virgulata, crinita, crispa, claviculatim, pectinatim, divisa, imbricatim undata. Alii codices legunt Canaliculatim, vel Cuniculatim. V. Harduin. [Quod si codices firmarent Claviculatim retinuerim, sed de Claviculæ æneæ dentibus potius, quam de vitis helice dictum putem.

CLAVICULARIUS, i. m. Firmic. lib. 3. cap. 6. Erunt aut cornicularii, aut commentarienses, quibus damnatorum cura committatur, seu claviculari, vel carcerum custodes, & quibus publicarum catenarum cura credatur.

CLAVĬGER, ĕra, ĕrum. [κλειδοῦχος] Qui clavem gerit. Sic vocatur Janus ab Ovid. 1. Fast. 228. quia clavem gerebat, ut paulo ante v. 99. dixerat.

CLAVŎLA, æ. quid significet, declarat Varro 1. de R. R. cap. 40. V. CLABULA.

CLAUSTRARIUS, CLAUSTRITIMUS, CLAUSTRUM, CLAUSULA. V. CLAUDO.

CLAUSUS, prænomine Atta vel Attus vel Attius, vel Actius ut alii, postea Appius Claudius dictus, Sabinorum dux, qui post exactos reges, cum quinque millibus clientum & amicorum Romam venit: Et susceptus, habitandam urbis partem accepit: A quo postea & tribus & familia Claudia vocata est, ut habetur apud Servium in Maronem, 7. Æn. 706.

Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum
Agmen agens Clausus, magnique ipse agminis instar,
Claudia nunc a quo diffunditur & tribus & gens.

Si plura desideras, V. paulo ante CLAUDIA gens. Lege & Suet. Tiber. cap. 1.

CLĀVUS, i. m. [ἧλος, γόμφος] a Claudendo dicitur: ad id enim figitur ut claudat, sive contineat aliquid. Plin. lib. 16. cap. 10. Si in ipsam arborem clavus æreus adigatur. Cæs. 3. Bell. Gall. cap. 13. Transtra ex pedalibus in altitudinem trabibus, confixa clavis ferreis, digiti pollicis crassitudine.

Adamantini. In ADAMAS.

Capitatus. In CAPITATUS.

Corneus, Ex corno arbore factus. Cato de R. R. cap. 18. extr. Eas ubi confixeris, clavis corneis occludito.

Cupidinis clavus. Plaut. Asin. 1. 3. 4.

Fixus hic apud nos est animus tuus clavo cupidinis.

Figere clavum. Hor. 3. Carm. 24. 7.

Clavus Annalis appellabatur, qui figebatur in parietibus sacrarum ædium per annos singulos, ut per eos numerus colligeretur annorum. Festus. Erat enim lex priscis litteris ac verbis scripta, ut qui Prætor maximus esset, Idibus Septembris clavum pangeret. V. Liv. 7. 3. Nam quia raræ per ea tempora litteræ erant, notæ numeri annorum clavi fuere.

Pangere clavum. Liv. 7. 3.

Clavi caligares, a caligis militaribus quibus suffigebantur. Plin. lib. 9. cap. 18. In quibus pisces omnibus annis Vergiliarum ortu existunt, squamis conspicui crebris atque præacutis, clavorum caligarium effigie: nec amplius quam circa eum mensem visuntur.

Clavus trabalis. Cic. 7. Verr. 52. Ut hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clavo figeret. i. e. Ut perpetua & indelebilis beneficii memoria esset. Sunt autem Clavi trabales, Grandes clavi, quibus trabes configuntur: sic Clavos trabales Horatius 1. od. 35. 18. pereleganti fictione tribuit Necessitati, quibus omnia figat firmetque, & retineat: at Trabale telum in Marone, Instar trabis magnum est. Turnebus. V. TRABS. conf. Erasmi Chil.

Clavus, [πηδάλιον] Gubernaculum navis. Plaut. Amph. 4. 2. suppos. 37. Parata navi, clavo hæreres sedulo. Cic. de Senect. 17. Ille autem clavum tenens, quietus sedeat in puppi. Hic per metaphoram.

Moderamen clavi. Stat. 10. Theb. 177.

Viduus clavus, i. e. Relictus a gubernatore. Stat. 10. Theb. 177.

Non secus amisso medium quum præside puppis
Fregit iter, subit ad vidui moderamina clavi.

Puppis clavo paret. Claud. 1. in Eutrop. 425.

Regere clavum & ministrare velis. Virg. 10. Æn. 218.

Vendicare sibi regendum clavum. Claud. in Seren. 202.

— ceu flumine molli,
Tranquillisque fretis clavum sibi quisque regendum
Vendicat.

Clavus, Fustis gubernaculi. Virg. 5. Æn. 177.

— clavumque ad litora torquet. Servius.

Clavum imperii tenere, pro Gubernare. Cic. pro Sext. 20. Quis enim clavum tanti imperii tenere, & gubernacula Reip. tractare in maximo cursu, &c.

Dum clavum rectum teneam. Quintil. lib. 2. cap. 17. pag. 195. proverbiale fuisse demonstrat, Nam & gubernator, inquit, vult salva nave in portum pervenire: etsi tamen tempestate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator, dicetque notum illud, Dum clavum rectum teneam. i. e. Dum meo fungar officio. Significat non imputandum eventum parum prosperum artifici, modo is præstiterit quod artis est. V. Erasm. in Chiliadibus.

Clavus, Genus tuberculi, quod Furunculum quidam vocant. Græci Phygethla, Phymata, & Bubones vocant. Plin. 7. Epist. 3. ad Caninium, Erat illi natus insanabilis clavus. V. Cels. lib. 5. cap. 28. tit. De Acrochordone, &c. Clavum autem ideo dictum putant, quia in superficie dilatatur, in carne vero restringitur. Ulp. l. Qui clavum. D. de Ædil. edict. Qui clavum habet, morbosus est.

Clavum etiam patiuntur arbores. Plin. lib. 17. cap. 24. Olea præter vermiculationem, quam æque ac ficus sentit, clavum etiam patitur, sive fungum placet dici, vel patellam. Hæc est solis exustio.

Clavi, dicebantur in tunicis Romanorum Purpurei quidam nodi, capitis clavorum instar, [Immo lineæ latiusculæ purpureæ] quibus tunica universa distinguebatur. Varro de Analogia, lib. 8. 47. Siquis tunicam in usu ita consuit, ut altera plagula sit angustis clavis, altera latis: utraque pars in suo genere caret analogia. Suet. in August. cap. 73. Veste non temere alia quam domestica usus est, ab uxore & sorore & filia neptibusque confecta: togis neque restrictis neque fusis: clavo nec lato, nec angusto. Subaudi In tunica laticlavia. V. ad finem hujus dictionis.

Clavus angustus (a quo Angusticlavium, i. e. tunica angusticlavia. στενόσημος) constabat ex duobus vel pluribus arctioribus segmentis purpureis per utrumque humerum ad infimam tunicæ oram productis; Equestri ordini juxta ac plebi communis. At Clavus latus, (quod & Laticlavium dicitur πλατύσημος) erat Tunica cui segmentum item purpureum intextum erat, latius, quam in tunica vulgari, longiorque fuit ac discincta, cui toga superinduebatur ut tunicæ; Eratque Senatoriæ dignitatis proprium insigne. Herodianus de Plautiano, lib. 3. cap. 11. Siquidem Latum clavum perpetuo gestabat, atque in secundis Consularibus numerabatur: ensem præterea gestabat, ceteraque omnia supremæ dignitatis insignia. Ex quo factum est ut tunica Senatoria uno verbo Latus clavus diceretur a clavis illis purpureis late, non anguste intertextis. Cœpitque postremo & pro dignitate ipsa Senatoria accipi. Ovid. 4. Trist. 10. 35.

Curia restabat, clavi mensura coacta est:
Majus erat nostris viribus illud onus. Quibus verbis ostendit se Latumclavum, hoc est Senatoriam dignitatem non assecutum esse. [De Lato & Angusto clavo varie quondam Docti censuerunt, sed omnia planissime explicuit Alb. Rubenius lib. 1. de Re Vestiar. Cui junge, dissentientem licet, Ferrarium de Re Vest. lib. 1. 13. & 3. 12. & Analect. cap. 1. ad 5. & 10, 11. Conf. s. l. ANGUSTICLAVIUS & LATICLAVIUS.

Hæc autem insignia in luctu publico deponebantur. Liv. lib. 9. cap. 7. de Caudina pace loquens, Extemplo sine ulla publica auctoritate concessum in omnem formam luctus est: tabernæ circa forum clausæ: justitiumque in foro sua sponte cœptum prius quam indictum. Lati clavi, annuli aurei positi, pæne mœstior exercitu ipso civitas esse. Budæus.

Tunica lati clavi in modum gausapæ texi nunc primum incepit. Plin. lib. 8. cap. 48.

Purpura cum lato clavo. Ovid. 4. Trist. 10. 29.

Prætexta & latus clavus. Hor. 1. Serm. 5. 36.

Demittere pectore latum clavum. Hor. 1. Serm. 6. 28.

— nigris medium impediit crus
Pellibus, & latum demisit pectore clavum.

Latior clavus. Plin. lib. 9. cap. 39. Toga prætexta & latiore clavo Tullum Hostilium e regibus primum usum Hetruscis devictis satis constat. i. e. Lato clavo.

Latus clavus, Senatoria dignitas ipsa. Plin. 2. Epist. 9. ad Apollinarem, Ego Sexto Latum clavum a Cæsare nostro, ego Quæsturam impetravi. ut Laticlavius, pro Senatore. Sueton. in Neron. cap. 26. A laticlavio, cujus uxorem attrectaverat, pæne ad necem cæsus

Clavi majoris munere. Stat. 3. Silv. 2. 124.

Clavi aurei, vel argentei, quos feminæ nostræ solent vestibus suis assuere: de quibus in l. Vestis. in princ. D. de aur. & arg. leg. & ibidem l. Etsi non sint, etiam in princip. Hinc Mantilia cocco clavata, apud Ælium Lampridium in Alexandro Severo. V. mox CLAVATUS.

Clavum pro Ratione vivendi posuit Hor. 2. Serm. 7. 10.

Vixit inæqualis, clavum ut mutaret in horas. De prisco quodam. [In Lond. de Gubernaculo hæc exponebantur. Sed Clavum tunicæ proprie intelligit, & quidem Latum. Quem tamen pro lubitu Senatores, vel prout mores erant ipsorum, magis, minusve contrahebant; quum latiore uti luxuriæ, angustiore modestiæ tribueretur. V. supra ex Suet.

CLAVŬLUS, i. m. dimin. Varro 2. de R. R. cap. 9. Ne vulnerentur a bestiis imponuntur iis collaria quæ vocantur mellum, id est cingulum circum collum ex corio firmo, cum clavulis capitatis, &c.

CLAVELLUS, i. m. Idem. Marcell.

CLAVARIUM, i. n. Tacit. 3. Hist. 50. Seditiosæ militum voces tenebant clavarium; donativi nomen est. Quale autem sit quæstionis est. Ego putem donativum esse velut in clavos caligarum militarium, præsertim quum scribat Satyricus poeta, — offendere tot caligatos

Millia clavorum. Nam militum caligæ clavis suffixæ erant. Ex Turneb. Advers. 3. 7.

CLAVARIUS, i. m. Nomen est officii, quo appellatus est Suetonii pater, ab eo quod præfectus fuerit donativo imperatorio inter milites dispertiendo. [In Gloss. GræcoL. ἡλοκόπος i. e. Clavorum faber. De patre Suetonii nugæ.

CLAVĀTUS, Adj. Clavata dicuntur vel Vestimenta clavis intexta, vel Calceamenta clavis confixa. Hæc Festus. Idem sentit Nonius.

Clavata sunt Vestimenta etiam si non ex auro, sed aut ex cocco, aut aliis coloribus clavos habeant. Lampridius in Alexandro cap. 37. Convivium neque opimum, neque nimis parcum, sed nitoris summi fuit: ita tamen ut pura mantilia mitterentur sæpius cocco clavata, aurata vero nunquam. V. AUROCLAVATUS.

CLAXENDIX, vel CLACENDIX, icis. f. significat Concham, qua signum tegitur. Veteres enim signis interdum solebant imponere concham, eaque contegere. Plaut. in Vidularia apud Priscian. lib. 5. p. 655. Apposita est claxendix, at ego signi dicam quid sit.

CLĀZŎMĔNÆ, [Κλαζομεναί] Urbs & Peninsula Ioniæ Asiaticæ, quam condidit Paralus. Pomponius in Ioniæ descriptione lib. 1. cap. 17. extr & Plin. lib. 5. cap. 29. Hor. 1. Serm. 7. 4.

Persius hic permagna negotia dives habebat
Clazomenis. Hoc loco ablativus est adverbialiter positus, ut Athenis. Auson. Epigr. 123.

Et teris inclusas pumice Clazomenas. Versus est obscœnus ille quidem, sed perdifficilis, in quo lepos inest, quod & Clazomenæ urbem significat, & nates pathici sic appellat, quod frangantur incesta & nefanda venere. Nam κλάζεσθαι est frangi & dividi. Turnebus.

CLAZOMENIUS, Adj. Ex urbe Clazomenis oriundus. Plin. 2. 58. V. etiam Ælian. Var. Hist. 2. 15.

Clazomeniorum ad Tanaim meminit Plin. lib. 6. cap. 7.

C L E

CLEANDER, dri. m. [Κλέανδρος] Minister Alexandri, de quo V. Curt. 7. 2. & 10. 1.

CLEANTHES, [Κλεάνθης] Philosophus Stoicus, Cratetis primum discipulus, deinde Zenonis, cujus etiam successor fuit, præceptor Chrysippi philosophi Solensis, & Antigoni regis. Suidas. Patria Assius fuit, ubi & Statua illi dicata est, ut refert Simplicius. Hujusce versus latine conversi leguntur apud Sen. Epist. 107. ubi eos disertissimos appellat, viz.

Duc me, pater, summique dominator poli,
Quocunque placuit, nulla parendi mora est,
Assum impiger: fac nolle, comitabor gemens,
Malusque patiar, quæ pati licuit bono. Eosdem laudat Augustinus de Civit. Dei, 5. 7. sed Senecæ auctori tribuit. Græci extant in Epicteti Enchir. cap. 77. V. Simplic. in Comment. Quænam illius sententia de Deo fuerit, tradit Lactant. 1. 5. Lucerna ejus in proverbium venit, & Qui summam curam & diligentiam adhibet, dicitur Lucubrare ad Cleanthis lucernam. V. Erasm. Chil. Tradunt illum quæ a Zenone audierat, ossibus boum & testis fictilibus perscribere solitum: quum pecunia non suppeteret ad chartas emendas. V. Diog. Laërt.

Cleanthes archetypus. Juven. 2. Sat. 7.

Et jubet archetypos pluteum servare Cleanthas, &c. Quo in versu qua ratione sit ille accusativus Cleanthas formatus ambigi potest: neque enim accusativus esse potest quintæ declinationis Græcorum propter rationem contractionum. Est igitur primæ Attico more. Dicunt enim Attici Socratas in plurali, & Diogenas. eodem dictum modo accipio Cleanthas. Ex Turnebo. [Forte Archetypon Cleanthen legendum.

Fuit & Cleanthes alter Corinthius, qui primus linearem picturam invenisse fertur, ut Plin. scribit lib. 35. cap. 3.

CLEANTHĒUS, [Κλεάνθειος] Adj. Pers. 5. Sat. 63.

Cultor enim juvenum; purgatas inseris aures
Fruge Cleanthea.

CLEARCHUS, [Κλέαρχος] Solensis senior, scripsit de varia historia. V. Voss. de Histor. Gr. 1. 9. Clearchus item junior, Ponticus, Athenas profectus ut operam daret Platoni, in somnis admonitus, a studiis litterarum recessit. Auctor utriusque Suidas.

Clearchus dux Lacedæmoniorum, qui dictitabat Imperatorem plus quam hostem metui oportere: significans eos qui in prælio mortem expavescerent, certum, si deseruissent, manere supplicium. Auctor Frontin. lib. 4. 16.

Item Tyrannus Heracleæ Ponticæ, de quo V. Justin. 16. 4.

CLEEMPŎRUS, i. m. Medicus apud Plin. 22. 22.

CLĒMA, [κλῆμα] Herba est tithymali generibus assignata, cyparissiæ non absimilis, quæ Dioscoridi Pityusa, Officinis Esula dicitur. V. Dioscor. lib. 4. cap. 148. & Ruell. lib. 3. cap. 246.

Clema item Plinio inter nomenclaturas polygoni herbæ commemoratur, 27. 12.

CLEMATIS, idis. f. [κληματὶς δαφνοειδής] Herba est sarmenta habens prælonga, junceæ crassitudinis, folia autem lauri, unde & Daphnoides cognominata est: notiore nomine Vinca pervinca dicitur.

Est & altera Clematis ramis rubentibus, quibus se arboribus circumvolvit, ut smilax: Unde & ab officinis *Volubilis major* appellatur.

Commemoratur & tertia Clematis a Plin. lib. 24. cap. 15. Eadem fortasse cum ea quam Dioscorides Gnaphalium appellat.

Clematides Ægyptiæ, Proverbium in eos jactari solitum qui procero sunt ac nigro corpore, uti est apud Demetrium Phalereum Sect. 174. quoniam ejusmodi fere sit ea herba, in Ægypto proveniens ubertim. Ex Cæl. Antiq. lect. lib. 8. cap. ult.

Clemens, [Κλήμης] Hiſtoricus, ſcripſit de Regibus & Imperatoribus Romanis: item ad Hieronym. de figuris Iſocratis. Auctor Suidas.
Clemens item Alexandrinus Præſul, Pantherii diſcipulus, Origenis præceptor. Floruit ſub Severo & Antonino principibus. Hieronymus & Euſeb. lib. 6.

Clemens, entis. Adj. [πρᾶος, συγγνωμονικὸς, ἐπιεικὴς] dicitur auctore Donato, Qui non iraſcitur, qui colit mentem ſuam, nec eam vexat iraſcendo. Ter. Adel. 5. 4. 10.
Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus.
Aditu clemens dicitur, Quem omnibus familiariter convenire licet. Claud. de Sex. Conſ. Hon. 550.
Clemens in diſputando. Cic. 2. de Fin. 12. Etſi ſatis clemens ſum in diſputando, tamen interdum ſoleo ſubiraſci.
In cæde clementior. Cic. 7. Att. 7. Nec in cæde principum clementiorem hunc fore, quam Cinna fuerit.
Clementiſſimus ab innocentia. Cic. pro Roſc. Amer. 85. Ego, quanquam præeſt huic quæſtioni vir & contra audaciam fortiſſimus, & ab innocentia clementiſſimus: tamen facile me paterer, &c.
Alveus fluminis clementior. Curt. lib. 5. cap. 3. pr. de Phaſi, Accipiunt deinde eum campi, quos clementiore alveo præterit.
Amnis clementiſſimus ea parte dicitur, ubi minimum impetuoſus eſt. Ovid. 9. Met. 116.
Nec dubitat, nec qua ſit clementiſſimus amnis, Quærit.
Animo clementi ignoſcere. Plaut. Milit. 4. 6. 37.
Aures clementes. Claud. 6.
Auſter clementior vela vocat. Stat. 5. Theb. 468.
Caſtigatio clemens. Cic. 1. Off. 137.
Flamine clementi pulſæ undæ, Miti aura. Catul. 62. 272.
Inſula ratibus clemens. i. e. Quæ portum habet applicandis navibus commodum. Claud. de Bell. Gild. 511.
Judices clementes & miſericordes. Cic. pro Planc. 31.
Mare clemens. Gell. 2. 21.
Rumor clemens. Salluſt. in Jugurth. cap. 22. Legati in Africam maturantes veniunt, eo magis quod Romæ dum proficiſci parant, de prælio facto & oppugnatione Cirthæ audiebatur: ſed is rumor clemens erat.
Servitus juſta & clemens. Ter. And. 1. 1. 9. —ut ſemper tibi
Apud me juſta & clemens fuerit ſervitus ſcis.
Sidus. Claud. in Epithal. Pallad. 120.
Vita urbana. Ter. Adel. 1. 1. 17.
Ego hanc clementem vitam urbanam, atque otium
Secutus ſum.
Primo clementior ævo. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 51.

Clementia, æ. f. [πρᾳότης, ἐπιείκεια] Illius eſt qui non iraſcitur. Cic. 2. de Invent. 164. Clementia, eſt per quam animi temere in odium alicujus invectionis concitati comitate retinentur. [Suſpecta merito lectio. Puto ex codd. veſtig. legendum, Animi, non temere in odii alicujus injectionem concitati, &c.
Facilitas & Clementia Ter. Adelph. 5. 4. 7.
Facilitate nihil eſſe homini melius, neque clementia.
Lenitas & clementia. Cic. 14. Att. 21. M. Antonius ad me tantum de Clodio reſcripſit, meam lenitatem & clementiam, &c.
Clementia & manſuetudo. Cic. 7. Verr. 114. Illam clementiam, manſuetudinemque noſtri imperii in tantam crudelitatem, inhumanitatemque eſſe converſam?
Crudelitas & Clementia, contraria. Cic. pro Deiot. extr. Quorum alterum optare, illorum crudelitatis eſt: alterum conſervare, clementiæ tuæ.
Clementia in crudelitatem converſa. V. CONVERTO.
Monimentum clementiæ. Cic. pro Deiot. 40.
Magnum timoris remedium clementia eſt. Sen. Octav. 8.
Æſtatis mira clementia. Plin. 5. Epiſt. 6. pr.
Ducis clementia. Ovid. 3. Triſt. 5. 39.
Cæli. Lucan. 8. 366.
Hiemis. Columel. lib. 2. cap. 9.
In ſupplices. Plin. lib. 8. cap. 16.
Plena omnia clementiæ, manſuetudinis, humanitatis. Cic. 1. Q. frat. 1.
Admirabilis clementia. Cic. pro Ligar. 6.
Fecunda placidi clementia Nili. Stat. 3. Theb. 527.
Hilaris clementia. Martial. lib. 12. 6.
Mitis. Stat. 12. Theb. 482.
Popularis. Cic. 10. Att. 4. Ipſum autem non voluntate, aut natura non eſſe crudelem, ſed quod putaret popularem eſſe clementiam: quod ſi populi ſtudium amiſiſſet, crudelem fore.
Confugere ad clementiam alicujus. Cic. pro Ligar. 30.
Expectare clementiam judicis. Tacit. 15. Ann. 35. Quum damnatio inſtaret, brachiorum venas Torquatus intercidit, ſecutaque Neronis oratio ex more, quamvis ſontem & defenſioni merito diffiſum, victurum tamen ſi clementiam judicis expectaſſet.
Impedire clementiam alicujus. Cic. pro Ligar. 15.
Referre acceptum aliquid clementiæ alicujus. Cic. pro Deiot. 38.
Magna eſt in illo clementia. Ovid. 4. Triſt. 4. 53.
Violare clementiam, Poſthabere. Nep. 7. 10. 3.
Uti clementia. Cic. 14. Att. 25.
Clementiam, ut Deam, ſic deſcribit Claud. in primum Conſul. Stil. 2. 6.
Principio magni cuſtos Clementia cæli,
Quæ Jovis incoluit Zonam, quæ temperat æthram
Frigoris & flammæ mediam, quæ maxima natu
Cælicolûm, (nam prima Chaos Clementia ſolvit
Congeriem miſerata rudem, vultuque ſereno
Diſcuſſis tenebris in lucem ſæcula fudit.)
Hæc Dea pro templis, & thure carentibus aris
Te fruitur. Idem de Conſ. Manl. 197.
Nonne vides, ut noſtra ſoror Clementia triſtes
Obtundat gladios.

Clementer, [ἐπιεικῶς] Adv. Sine ira. h. e. Modeſte vel moderate. Cic. 6. Verr. 86. Leniter hominem, clementerque accepit.
Clementer admovere conſolationes. Plin. 5. Epiſt. 16. extr.
Clementer agere cum aliquo. Ulpian. in l. Item ſi cum exceptione. §. 1. D. quod met. cauſſ.
Clementer ambulare. Plaut. Merc. 5. 2. 111. Sequere ſis. c. ſequor. B. clementer quæſo, calces deteris.

Audire. Cic. Anteq. iret in exil. 27. Sed quoniam neque mihi libere loquendi, neque vobis clementer audiendi, neque omnino judicandi, paucorum furore & audacia facta eſt poteſtas.
Clementer & moderate jus dicere. Cæſ. 3. Bell. Civil. 20.
Mollius clementiusque tractare liberos. Plin. lib. 8. Epiſt. ult.
Clementer volo. Plaut. Stich. 4. 1. 26. Quod vulgus barbarorum dicit, Ego ſum bene contentus. Et translate ad res inanimatas.
Colles clementer aſſurgentes. Tacit. 13. Ann. 38. V. & Drakenb. ad Sil. 1. 274.
Si qua juga Apennini clementius adirentur. Tacit. 3. Hiſt. 52. i. e. Facile & ſine magno labore.
Dixi quo pacto id fieri poſſit clementiſſime. Plaut. Mil. 4. 3. 5.

Cleobis, [Κλέοβις] Argiæ (i. e. Argivæ) ſacerdotis filius. Cic. 1. Tuſc. 113. Primum Argiæ ſacerdotis Cleobis & Biton filii prædicantur. Nota fabula eſt. Quum enim illam ad ſolemne & ſtatum ſacrificium curru vehi jus eſſet, ſatis longe ab oppido ad fanum, morarenturque jumenta: tunc juvenes ii quos modo nominavi, veſte poſita, corpora oleo perunxerunt, ad jugum acceſſerunt. Ita ſacerdos advecta in fanum, quum currus eſſet ductus a filiis, precata a dea dicitur, ut illis præmium daret pro pietate, quod maximum homini dari poſſit a Deo. Poſt epulatos cum matre adoleſcentes ſomno ſe dediſſe, mane inventos eſſe mortuos.

Cleobūlus, [Κλεόβουλος] Evagoræ filius Lindius, unus e ſeptem Græciæ ſapientibus, robore, & pulchritudine corporis eximius, e Lindo Ægyptum philoſophandi gratia, petiſſe fertur. extat ejus brevis ad Solonem epiſtola. Filiam habuit Cleobulinam, virginem doctam: quæ hexametris ænigmata quædam perſcripſit. Deceſſit Cleobulus annos natus LXX. Hic dixit amicos atque inimicos beneficiis proſequi oportere: hos ut amicos, illos ut amiciores reddamus. Auctores, Diogenes Laertius, & Suidas. Dicitur & Cleobolus.

Cleocritus, [Κλεόκριτος] apud Comicos taxatur ut mulieroſus, & cinædus, & obſcurus, & ut Cybeles filius. Nam in myſteriis Rheæ molles tantum interſunt. Hæc Suidas.

Cleodamas, [Κλεοδάμας] Achnæus (Achnæ autem civitas eſt Theſſaliæ) ſcripſit de cura equorum. Auctor Stephanus in Ἄχναι.
Alius Cleodamas Thaſius philoſophus, qui Platonis tempore in Geometria floruit.

Cleodōra, [Κλεοδώρα] Nymphæ nomen, matris Parnaſſi, a quo Parnaſſus mons nomen accepit. V. Cæl. lib. 16. cap. 19.

Cleomachus, [Κλεόμαχος] Magneſius pugil, qui in cinædi cujuſdam & ancillæ amorem incidens, quæ a cinædo alebatur, cinædorum & orationem & mores eſt imitatus. Quod genus orationis ab inventore Sotade Sotadicum alias dicitur. Auctor Strabo lib. 14.

Cleombrŏtus, [Κλεόμβροτος] Fuit adoleſcens Ambraciota, cui quum nihil accidiſſet adverſi, e muro ſe in mare abjecit, lecto Platonis libro de Animorum immortalitate. Hæc Cic. 1. Tuſc. 84.
Ἄξιον οὐδὲν ἰδὼν θανάτου κακόν. Cicero non dicit Adoleſcens. H. St.
Eo alludit Ovid. in Ibin, v. 493.
Vel de præcipiti venias in tartara ſaxo,
Ut qui Socraticum de nece legit opus. V. Callimachi Epigr.
24. Unde Græca ſunt, quæ H. St. adjecit.

Cleomēdes, [Κλεομήδης] Aſtypalæenſis, cujus portenta quædam memorantur. Hic robore ac magnitudine eximia quum Ciccum Epidaurium pugil interfecit, victoriæ præmiis fraudatus, præ dolore inſanus effectus, ex Olympia Aſtypalæam reverſus, quumque ibi multa temere ac violenter feciſſet, poſtremo ludum puerorum ingreſſus, apprehenſam manu columnam, quæ tectum ſuſtentabat, concutiens, mediam fregiſſe, ac tectum dejeciſſe dicitur. Interfectis autem pueris, quum quæreretur ad ſupplicium, in ſepulcrum magnum ſe conjeciſſe, & clauſum intus adjectum deſuper operculum adeo tenuiſſe, ut ne a multis quidem ſimul adnitentibus, vi ulla evelli poſſet. Conciſo igitur circa loco, neque vivum hominem, neque mortuum eſſe compertum. Quare miſſis Delphos legatis reſpondiſſe Pythiam,
Ultimus heroum Cleomedes Aſtypalæus. Hæc partim e Suida, partim e Plutarcho.
Fuit & Cleomedes, Græcus auctor, qui ſcripſit de Circulis cæleſtibus, quod opus elegans admodum adhuc extat. Suidas.

Cleomĕnes, [Κλεομένης] Lacedæmoniorum dux, qui ab Antigone rege in prælio victus, ad Ptolemæum Philopatora ſe recepit, benigneque primum exceptus, mox Nicagoræ cujuſdam calumnia apud regem ſuſpectus, cuſtodiæ cum aliis quibuſdam traditus, qui omnes ſe mutuis vulneribus necavere. Rex Ptolemæus Cleomenem mortuum pelle nudavit, crucique adfixit. Ex Plutarcho in vita ejus parall. & Agid.
Fuit & Cleomenes Siculus, qui luxuria, nequitiaque Verrem referebat. Cic. 7. Ver. 86. Cleomenes autem, qui alterum ſe Verrem luxuria atque nequitia, tum etiam imperio putaret, ſimiliter totos dies in litore tabernaculo poſito perpotabat.

Cleon, [Κλέων] Dux Athenienſium in Reipublicæ adminiſtratione adverſari ſolitus Niciæ Nicerati filio, miſſus denique in Thraciam cum exercitu, multas urbes cepit. Eum inſectatur Ariſtophanes in Comœdia quæ inſcribitur ἱππεῖς, id eſt Equites.
Fuit & Cleon poeta, qui Argonautica ſcripſit, a quo argumentum Apollonius Rhodius mutuatus eſt, ut ejus enarrator ſcribit.
Fuit item Cleon Halicarnaſſeus orator, qui Lyſandro Lacedæmonio orationem compoſuit. Auctor Suidas.
Cleon, Latro quidam inſignis fuit, e vico Gordo oriundus, quem poſtea augens urbem fecit, & Juliopolim appellavit. Is primo quidem Antonio valde utilis fuit, ſed quum in bello Actiaco ab eo deſciviſſet, Cæſaris ducibus adhæſit, ac ſupra quam ejus meritum pateretur, in honore habitus eſt. Mortuus autem eſt in Ponto, poſtquam Comanorum ſacerdotium accepiſſet, ut videre eſt apud Strab. lib. 12. qui hujus vitam aliquanto latius exequitur.

Cleōnæ, [Κλεωναί] ārum. f. (& Cleone ſingulari numero) Mediocre oppidum in via ſitum, quæ ex Argo Corinthum ducit: diſtatque ab Argo ſtadiis CXX: a Corintho vero LXXX. Ibi Hercules leonem occidit prope Nemeæam ſilvam, ut ait Suidas. Seneca in Herc. Œtæ. v. 1891.
Flete Argolicæ, flete Cleonæ.
Humiles Cleonæ. Ovid. 6. Met. 417.
Orchomenoſque ferax, & nobilis ære Corinthos,
Meſſeneque ferox, Patræque, humileſque Cleonæ.

Cleōnæus, [Κλεωναῖος] Adj. ut, Leo Cleonæus. Sil. lib. 3. 34.

In foribus, labor Alcidæ, Lernæa recisis
Anguibus hydra jacet, nexuque elisa leonis
Ora Cleonæi patulo celantur hiatu.

Hiatu Cleonæo tempora clusus Alcides. Valer. 1. Argon. 34. Leonis autem caput, aut pellem synecdochice designat, quam pellem corpori tegmentum ad futura pericula Hercules circumdedit, ut ait Diodorus lib. 5.

Sidus Cleonæum, i. e. Sidus Leonis. Stat. 4. Silv. 4. 28.

CLEONICION, [κλεονίκιον] Herba eadem cum Clinopodio, teste Plin. lib. 24. cap. 15.

CLEŌNYMUS, [Κλεώνυμος] ῥίψασπις i. e. Desertor ordinis, & qui abjecto clypeo fugit, dictus est. Unde proverbium, Cleonymo timidior. Hunc insectatur, ut timidum & fugacem Aristophanes in Nubibus.

Fuit & Cleonymus unus ex imperatoribus externis quos sibi arcessiverunt Tarentini. De quibus Strabo lib. 6. Inde posterioribus annis, inquit, illecebrosæ invaluere deliciæ, propter fortunas nimium secundas, adeo ut plures totius populi ludos, festasque celebritates quotannis agerent, quam sunt anni dies. Eam ob rem in deterius urbanum regimen ferebatur. cujus flagitiorum unum illud documentum est, quod externis uti imperatoribus coacti sunt. contra Messapios enim & Lucanos, Alexandrum Molossorum regem arcessiverunt, antea quoque Archidamum Agesilai filium, & postea Cleonymum & Agathoclem, dein Pyrrhum, quo tempore adversus Romanos bellum conflavere.

CLEOPATRA, [Κλεοπάτρα] Ægypti regina, quæ M. Antonio Triumviro, quum divisa cum Augusto & Lepido rep. ad Orientem ordinandum isset, amore capto persuasit, ut se uxorem sortiretur, derelicta sorore Augusti. quo facto Augustus vehementer accensus, contra eum cœpit bella moliri. Antonius re comperta collectis Orientis viribus prior cum uxore Cleopatra venit ad bellum. Conflictum est navali certamine circa Actium Epiri promontorium, ubi victi sunt Antonius & Cleopatra, & in fugam coacti. Postea occiso Antonio, illa sibi serpentes adhibuit. Antonius, cum Alexandriam obsideri videret, & in eo esset, ut capi posset, seipsum occidit. Hæc Servius ad Æn. 8. 678. Ubi pugna Actiaca pulchre depingitur.

Uniones duos possedit, omnium maximos per omne ævum, quos singulos centies sestertium æstimavit, quæ summa est duorum millionum librarum Turonensium. Quorum alterum procaci luxu, aceto liquefactum, sponsione facta, se una cœna centies absumpturam, absorbuit. V. Plin. 9. 35.

Cleopatra, casu vocandi. Lucan. lib. 9. 1074.

Sunt & aliæ Cleopatræ, de quibus V. Spanh. de Num. diss. 7. & 8.

CLEOPATRĀNUS, Adj. Treb. Pollio Claud. cap. 1. Stirps Cleopatrana.

CLEOPATRUS, vel CLEOPATER, [Κλεόπατρος] Præfecti nomen apud Corinthios, cujus Plutarchus in Arato mentionem facit.

CLEOPATRIS, [Κλεοπατρίς] Oppidum est in Ægypto, antiquæ Nili fossæ proximum, juxta quod Gallus, Cæsaris legatus, pergens in Arabiam ad octoginta biremes ædificavit, & triremes, & phaselos. Auctor Strabo lib. 16.

CLEOPHANES, [Κλεοφάνης] Orator ex Myrlea, Straboni lib. 12.

CLEOPHANTUS, [Κλεόφαντος] Medicus, cujus meminit Plin. lib. 24. cap. 16.

Fuit & Cleophantus pictor Corinthius, ut scribit idem Plin. lib. 35. cap. 3.

CLEOPHON, [Κλεοφῶν] Poeta Tragicus Atheniensis, cujus nonnullæ fabulæ a Suida commemorantur.

CLEOSTRATUS, [Κλεόστρατος] Antiquissimus philosophus. Primus scripsit de signis cælestibus, atque in primis de signis Arietis & Sagittarii. Plin. lib. 2. cap. 8. de natura siderum errantium, & eorum ambitu.

CLEOXENUS, [Κλεόξενος] & Democlitus historiam de rebus Persicis scribere aggressi, quam inchoatam se in historiis fatetur absolvisse Polybius Megalopolitanus. Ex Suida.

CLĔPO, psi, ptum, ĕre. est Furari, a κλέπτω verbo Græco. Plaut. Pseud. 1. 2. 6. Ubi data occasio est, rape, clepe, tene, harpaga. Liv. 22. 10. Si quis clepsit, ne populo scelus esto, neve cui cleptum erit. V. Non. 1. 22. Varro de L. L. 6. 5. Clepere, i. e. Corripere: cujus origo a clam, ut sit dictum Clapere, & ex e a commutato, ut multa, est factum Clepere. potest & a Græco dictum κλέπτειν. Cic. 2. Tusc. 23. Eum doctus Prometheus clepsisse dolo, pœnasque Jovi fato expendisse supremo. Turnebus 2. 8. sic legit, Eum dictus Prometheus

Clepse dolo, pœnasque Jovi expendisse supremo. Doctus enim cum expendisse non bene cohæret. Fato vero, addititium est. conf. Voss. Etym.

Aliquid ab aliquo clepere. Cic. 3. de Nat. Deor. 68.

Agnum inter pecudes aurea clarum coma
Quondam Thyestem clepere ausum esse e regia. Ex quodam poeta.

Rapere & clepere sacrum. Cic. 2. de Legib. 22. Sacrum, Sacroque commendatum qui clepserit, rapseritque, parricida esto. [Malim Rapseritve. Furtum enim rapinæ opponit. Sic

Rapere, & clepere. Cic. 4. de Rep. apud Non. 1. 72.

Est & Occultare, tegere, & Varro l. c. ait non minus ductum esse a Clam, quam a κλέπτειν. Sen. Med. v. 155.

Levis est dolor, qui capere consilium potest
Et clepere sese. add. Prudent. Psych. v. 562.

CLEPO, ōnis. m. [κλώψ] Reines. ad Petron. p. 66. cap. 58. Cleponem existimat vocari Mercurium. Sed varia est Lectio. al. Occuponem. V. Burm.

CLEPTA, æ. m. [κλέπτης] Fur. Plaut. Truc. 1. 2. 9.

Dum illi agunt quod agunt, sunt ceteri cleptæ.

CLEPSȲDRA, æ. f. [κλεψύδρα] a κλέπτω, Furor, & ὕδωρ, Aqua: quod aquam furetur, Vas quoddam graciliter fistulatum, quod, æqualibus dimensionibus signatas horas ostenderet. Quippe ad cujus fundum erat foramen, quod aquam guttatim emitteret. & ita horæ per aquæ diminutionem, quot essent, videri poterat. Apud veteres oratoribus acturis causas forenses præscribebatur tempus dicendi, datis clepsydris: quibus exhaustis amplius dicere vetabantur. Cic. 3. de Orat. 136. At hunc non declamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat: sed &c. Martial. lib. 6. 35.

Septem clepsydras magna tibi voce petenti
Arbiter invitus, Cæciliane, dedit.

Inventa res est a Græcis, & tandem Romam (nempe in tertio Pompeii Consulatu) translata. Non omnes ejusdem fuerunt magnitudinis, sic enim legimus apud Plin. 2. Epist. 11. Dixi horis pæne quinque. Nam decem clepsydris, quas spatiosissimas acceperam, sunt additæ quatuor, &c.

Consimilia sunt hoc tempore clepsydris vascula illa vitrea usitatissima, quæ in medio instar duorum turbinum, coarctantur: ex quibus pulvisculus per foramen minutum sensim ex parte superiore in inferiorem delabitur, atque ita legitimum horæ tempus metitur.

Clepsydra, Nomen fontis in arce Messeniorum, in Arsinoem alterum fontem influens.

Fuit & Athenis in arce ejusdem nominis fons, ita dictus, quod flare incipientibus Etesiis, abundet, iisdemque desinentibus, exarescat. V. Cæl. Rhodig. lib. 18. cap. 39.

Clepsydra, Astronomicum est organum sidera dimetiens. Martianus, Clepsydris Lunæ magnitudo cognoscitur. V. Suid.

CLEROMANTIA, in dict. seq.

CLĒRUS, i. cum circumflexo in prima κλῆρος, Sortem significat.

Clerus, est & Vermiculus alvearibus noxius. Aristoteles de Animalib. lib. 9. cap. 40. Morbo examina valentiora potissimum infestantur clero (sic enim vocant vermiculos qui in pavimento nascuntur) e quibus crescentibus velut aranea alveo toti obducitur, & favi carie pereunt. Plin. lib. 11. cap. 19. Sunt & operis morbi, quum favos non implent: cleron vocant.

Clerus, accentu in fine κληρὸς, sorte datus, electio, constitutio, diaconus. Interdum accipitur pro Mensura terræ, puta jugero: aut certe pro Horto: sicut Latini Hæredium pro Prædio, & hærediolum simile quiddam intelligunt: propterea quod hujuscemodi res hæredem sequantur. Budæus.

Clerus, Sodalitas & collegium clericorum apud Imperat. l. Generali. C. De sacrosanct. Eccles. V. Suiceri Thes. Eccles. Hinc

CLERĬCUS, i. m. [κληρικὸς] Vocabulum novitium pro Sacerdote. Sidon. 9. Epist. 16. Clerici ne quid maculet rigorem. Hieron. ad Nepot. Propterea vocantur clerici, vel quia de sorte domini sunt, vel quia ipse Dominus sors, id est pars clericorum est. conf. Suic. l. c.

CLERICĀLIS, e. Adj. Sidon.

CLERICĀTUS, ûs. m. Munus clerici. Hieron.

CLEROMANTIA, æ. [κληρομαντία] Divinationis genus, quod fit per sortes.

CLĒSĬDES, [Κλησίδης] Pictor nobilis, qui reginæ Stratonices injuria innotuit. Nullo enim honore exceptus ab ea, pinxit volutantem cum piscatore, quem reginam amare sermo erat: eamque tabulam in portu Ephesi proposuit, ipse velis raptus est. Regina tolli vetuit, utriusque similitudine mire expressa. Plin. lib. 35. cap. 11.

C L I

CLIBĂDION, i. n. [κλιβάδιον] Herba, quæ & Helxine. Diosc. 4. 86. Sed lectio suspecta est.

CLIBANARII. V. CLIBANUS.

CLIBANUS, [Κλίβανος] Mons est in extremis Italiæ finibus, non procul a Lacinio promontorio, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 10.

Est item Clibanus, oppidum Isauricæ, quæ est Asiæ regio, inter Ciliciam & Pamphiliam sita, de quo idem Plin. lib. 5. cap. 27.

CLIBĂNUS, i. m. [κλίβανος] proprie est Vasculum in quo hordeum coquitur. V. Voss. Etym. Est & fornaculus vel ferreus, vel testaceus mobilis, in quo prunis subjectis & superne congestis, panis olim, nunc placentæ, farcimina, botuli, pira condita decoquuntur, inquit Brod. Miscell. 5. 21. q. V. Hieron. in Orat. Hierem. Clibanus est coquendis panibus ænei vasculi deducta rotunditas, quæ sub urentibus flammis ardet intrinsecus. Plin. lib. 19. cap. 1. Cortices quoque decussi clibanis & furnis præbent usum. Columel. lib. 5. cap. 10. Sed scrobis clibano similis fiat, cujus imum summo patentius est, ut laxius radices vagentur. Clibanus (inquit Perottus) mobilis est, & quasi parvus furnus: textuque aliquando tegitur, & fere e metallo fit: interdum tamen & lapide constat, non tam pani, quam aliis dapibus coquendis serviens. Hujus opinioni facile assenserim; nam & κλίβανος Græcis furnus est: atque hinc Clibanitæ panes, in mobili quodam furno cocti dicuntur, Galeno in libris de Alimentis.

Item Clibanus argenteus erat etiam abaci, ex eo enim panes convivis ministrabantur. Petron. cap. 35. Circumferebat Ægyptius puer clibano argenteo panem.

Clibanus & armaturæ Parthicæ genus. V. Cang. Gloss. Græc. unde

CLIBANARIUS, i. m. [κλιβανοφόρος] Clibanarii a Persis dicebantur Equites, qui ferreis laminis, aut præduro corio conserto muniebantur, qui cum turmis instructi vadunt mirum dictu quanti roboris, quantæque formidinis sint. Hi Gallis Crupellarii olim vocabantur. V. Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 22. Lampr. in Al. Sev. cap. 56. Cataphractarios, quos illi Clibanarios vocant; decem millia in bello interemimus. Dubium esse potest, utrum vox sit prorsus Persica, an Græcis formata a Clibani figura. V. Voss. Etymolog. Casaub. & Salmas. in Lamprid. Ammian. 16. 12.

CLIBANĪTES, æ. m. [κλιβανίτης] Clibanites panis, vel Testuaceus est, qui in testu vel clibano, vel ut Artoptitius qui in artopta assabatur. Turnebi Advers. 14. 5. V. CLIBANUS.

CLIBANITIUS, Adj. Idem. Panis clibanitius. Isidor. 20. 2.

CLĪDĒMUS, i. m. [Κλείδημος] Scriptor antiquissimus fuit, cujus opus de plantis sæpe citatur a Theophrasto. Scripsit & Protogoniam, quæ citatur ab Athenæo.

CLIDES, Insulæ sunt ante Asiam ex adverso Syriæ, non procul ab Eleusa insula sitæ, quarum meminit Plin. lib. 5. cap. 31.

CLIDIUM, i. n. [κλείδιον] Thynni jugulus est, qui præcipue in recenti hoc pisce commendatur. Plin. lib. 9. cap. 15. Thynni membratim cæsi, cervice & abdomine commendantur, atque clidio, recenti duntaxat, & tum quoque gravi ructu: cetera parte plenis pulpamentis sale asservantur. V. MASSARIUM.

CLĪDŪCHOS, i. m. [κλειδοῦχος] Græcis Clavigerum significat, ἀπὸ τῆς κλειδὸς, hoc est a Clave. Plin. lib. 34. cap. 8. Fecit & quadrigas, bigasque & cliduchon eximia forma.

CLIENS, entis. c. [πελάτης, θεραπευτὴς] Moris fuit apud antiquos, ut provinciales & socii Populi Romani in clientelam sese darent proceribus Romanis, quos patroni sibi adoptabant, non modo publice, sed etiam privatim, iique ut clientes eorum dicerentur, inter se vero hospites. Ferebat autem id hujusmodi necessitudo, ut clientes perpetuo patronorum suorum patrocinio caput ac fortunas suas tuerentur, vicissimque ipsi patronos

patronos suos omni observantia atque obsequio colerent & venerarentur. Cic. in Divin. 66. Clarissimi viri nostræ civitatis, temporibus optimis, hoc sibi amplissimum pulcherrimumque ducebant, ab hospitibus clientibusque suis, ab exteris nationibus, quæ in amicitiam Pop. Romani ditionemque essent, [an Issent? H. St.] injurias propulsare, eorumque fortunas defendere. M. Catonem illum sapientem, clarissimum virum & prudentissimum, cum multis graves inimicitias gessisse accepimus, propter Hispanorum, apud quos Consul fuerat, injurias. Ex Budæo. Quos itaque *vassallos* (inquit Budæus) vocant, Clientes Latine appellare soleo: & Clientelam, Observantiam ipsam, & obsequium, quod *homagium* dicunt, clientelaris officii sponsionem, agnitionemque.

Cliens, inquit Charisius lib. 1. communis generis est. Invenimus, tamen & Clientam apud Afranium in Pompa, Interim tua clienta. Et apud Horatium &c. V. infra CLIENTA.

Juvenum nobilium cliens. Hor. 4. Carm. 12. 15.

Negotia longa clientum. Hor. 3. Carm. 5. 53.

Cliens, ponitur etiam pro Sectatore, & qui sub tutela alterius & quasi famulus est. Plaut. Men. 4. 2. 4. Clientes sibi omnes volunt esse multos. Cæs. 1. Bell. Gall. cap. 5. Et omnes clientes, obæratosque suos, quorum magnum numerum habebat, eodem conduxit.

Cliens & familiaris. Cic. pro Sext. Rosc. 19. Mallius Glaucia, quem jam antea nominavi, tuus cliens & familiaris.

Cliens, per translationem pro Litigatore ponitur, cujus causam defendit patronus.

Cliens & Patronus, contraria. Ovid. 1. de Arte Am. 88.

Qui modo patronus, jam cupit esse cliens.

Innexa fraus clienti. Virg. 6. Æn. 609. Id Servius exponens, Ex lege (inquit) duedecim Tabularum venit, in quibus scriptum est, Patronus si clienti fraudem fecerit, sacer esto. Si enim Clientes, quasi colentes sunt, Patroni, quasi patres, tantundem est clientem, quantum filium fallere.

Dejectus cliens, i. e. Contemptus. Claud. 3. Conf. Hon. 67.

Queruli. Stat. 4. Silv. 4. 42.

Devotus alicui. Juven. 9. Sat. 72.

CLIENTA, æ. f. [θεράπις] Etsi Cliens communis sit generis, legitur tamen Clienta, ut supra observavimus ex Charisio. Sic Hor. 2. Carm. 18. 7.

Nec Laconicas mihi
Trahunt honestæ purpuras clientæ. Al. Clientes. Plaut. Mil. 3. 1. 194.

Habeo eccillam clientam meam meretricem adolescentulam. Idem Rud. 4. 1. 2. Jam clientas repperi.

CLIENTĒLA, æ. f. [πελατεία] Clientum multitudo. Cic. 14. Att. 12. Scis quam diligam Siculos, & quam illam clientelam honestam judicem. Clientela, est etiam quam Patrocinium sive *Salvagardiam* dicimus. unde Commendare, vel Conferre se in clientelam alterius dicitur. Ter. Eun. 5. 9. 9.

Thais patri se commendavit in clientelam & fidem. Cic. pro Rosc. Amer. 106. Nam quum multos veteres a majoribus Roscii patronos hospitesque haberent, omnes eos colere atque observare destiterunt, ac se in Chrysogoni fidem ac clientelam contulerunt.

Esse in fide & clientela alicujus. Cic. pro Rosc. Amer. 106.

Confirmare amplissimas clientelas acceptas a majoribus. Cic. 13. Fam. 64. Quare si te fautore usus erit, sicuti profecto & utetur, & usus est, amplissimas clientelas acceptas a majoribus confirmare poterit, & beneficiis suis obligare.

CLIENTELĀRIS, e. Adj. Vox apud JCtos.

CLĬMA, ătis. n. [κλίμα] Græca dictio, quæ Spatium amplum vel cæli vel terræ significat: quod etiam Tractus dicitur. Vitruv. lib. 1. cap. 1. Disciplinam vero medicinæ novisse oportet propter inclinationes cæli, quæ Græci κλίματα dicunt, & aëres locorum, qui sunt salubres aut pestilentes. Columel. lib. 5. cap. 1. Clima quoquoversus pedum LX est. Vide Declinatio mundi, in DECLINO.

Clima, Spatium apud astronomos inter duos parallelos, a cujus principio usque ad finem dimidiatæ horæ variatio est. Budæus.

CLĪMĂCIS, ĭdis. f. [κλιμακίς] Dimin. a κλίμαξ, Scala. Vitruvius 10. 17. in descriptione ballistæ, Climacidos scapi longitudo foraminum tredecim. In aliis codd. Climaciclos. Climacis ea est, inquit Turneb. 2. 5. quæ in catapulta vocatur σύριγξ, id est canalis, nam in ballistis nomen mutat, propter amplitudinem & latitudinem, & κλιμακίς, id est scalula vocatur. Ctesibius auctor Græcus, γίνεται δὲ ἡ κλιμακὶς οὕτως. Διάπηγμα ἡμιπλινθιδίου ... κατὰ τεσσάρων κανόνων συνεσηκός, ἐπὶ δὲ τὸ μέσον ἔχον κανὰ τὸ πλάτος ... πεπηγότας ... κατὰ τὸ μῆκος κανονίων, ἵνα ἡ τὸ γινόμενον κλιμακίς.

CLIMACULÆ, Telorum quoddam genus sunt antiquis usitatum & frequens, teste Gell. lib. 10. cap. 25.

CLĪMATIAS, æ. m. [κλιματίας] Terræ motus genus. Ammian. 17. 7. Climatiæ, qui limes ruentes & obliqui, urbes, ædificia, montesque complanent.

CLĪMAX, [Κλίμαξ] Mons est Strab. lib. 14. Est etiam, inquit, mons nomine Climax, Pamphilio pelago adjacens: is transitum arctum in litore relinquit, qui mari tranquillo nudatur adeo, ut iter facientibus pervius sit, pelago autem affluente undis contegitur.

CLĪMAX, acis. f. [κλίμαξ] Latine dicitur Scala.

Est & figura rhetorica, quæ Lat. dicitur Gradatio, ut apud Ovid. 3. Fast. 21.

Viderat hanc, visamque cupit, potiturque cupita.

CLIMACTER, ēris. m. [κλιμακτήρ] Annus scansilis, seu gradarius, senibus plerumque fatalis. Fit ex multiplicatione septem per novem, unde fit annus sexagesimus tertius. Eo anno mortui sunt Aristoteles & Virgilius.

Climacteras, Chaldæi vocant Pericula vitæ, fortunarumque hominum: quæ Marcus Varro gravissima fieri affirmat septenariis, teste Gellio, lib. 3. cap. 10. Alii autem LXIII anno. D. Augustus in epistola ad C. nepotem suum, Ave mi Cai, meus ocellus jucundissimus, quem semper medius fidius desidero, quum a me abes. Sed præcipue diebus talibus qualis est hodiernus, oculi mei requirunt meum Caium: quem, ubicunque & hoc die fuisti, spero lætum, & bene valentem celebrasse quartum & sexagesimum natalem meum: nam ut vides, κλιμακτῆρα communem seniorum omnium, tertium & sexagesimum annum evasimus. Ex Gell. lib. 15. cap. 7. Plin. lib. 7. cap. 49. Rara autem esse dicunt longiora tempora, quandoquidem momentis horarum insignibus lunæ dierumve septem atque IX (quæ nocte ac die observantur) ingens turba nascatur, scansili annorum lege occidua, quam climacteras appellant, non fere ita genitis LXIIII annum excedentibus.

CLIMACTĒRĬCUS, [κλιμακτηρικός] Adj. ut, Climactericus annus. Gell. lib. 15 cap. 7. Observatum in multa hominum memoria, expertumque est, in senioribus plerisque omnibus sexagesimum tertium vitæ annum cum periculo & clade aliqua venire, aut corporis, morbique gravioris, aut vitæ interitus, aut animi ægritudinis. Propterea qui rerum verborumque istiusmodi studio tenentur, eum ætatis annum appellant κλιμακτηρικόν.

Climactericum tempus, pro Arduo, difficili, contrario, auctore Suida. Plin. 2. Epist. 20. Habes climactericum tempus, sed evades.

CLINAMEN, V. CLINO.

CLINE, [κλίνη] Latine Lectus, Lectica vel Torus discubitorius. Hinc

CLĪNĬCE, es. f. [κλινική] Medicina quæ victu & pharmacis ægris corporibus medetur. Plin. lib. 29. cap. 1. Is quum fuisset mos, liberatos morbis scribere in templo ejus dei, quid auxiliatum esset, ut postea similitudo proficeret, exscripsisse ea traditur, atque (ut Varro apud nos credit) jam templo cremato, instituisse medicinam hanc, quæ Clinice vocatur. [Negat Harduinus de Parte medicinæ una eam appellationem intelligi, verum de universa. At Clinicum tamen chirurgo manifeste opponit Martialis. V. seq. dict.

CLĪNĬCUS, i. m. [κλινικός] Medicus, ab invisendis ægrotorum lectis, quasi Lectualis. Martial. lib 1. 31.

Chirurgus fuerat, nunc est vespillo Diaulus.
Cœpit quo poterat, clinicus esse modo. Vespillo est, Qui corpora effert ad sepulcrum. Quoniam autem Lectus tam cadaverum est, quam ægrotantium, non inepte dicitur Clinicus, qui effert cadavera. Clinici medici erant in majore pretio, quam chirurgi. Jocatur itaque Martialis in Diaulum, qui non aliter clinicus esse potuit e chirurgo, quam si vespillo fieret. carebat enim doctrina clinici medici. Hinc Æsculapius medicorum princeps Clinicus Deus vocatur Prudent. Apoth. v. 205. Inscript. vetus apud Gruter. p. 400. n. 7. P. DECIMIVS P. L. EROS MERVLA MEDICVS CLINICVS CHIRVRGVS OCVLARIVS. [Hanc inscriptionem falsi arguit l. c. Harduinus, quo jure ipse viderit

Quod autem lectus sit etiam cadaverum, funeraque in lectis efferrentur constat ex illo Persii 3. Sat. 103.

Hinc tuba, candelæ, tandemque beatulus alto
Compositus lecto, crassisque lutatus amomis,
In portam rigidos calces extendit. Suet. in Cæs. cap. 84. Lectum pro Rostris in forum magistratus & honoribus functi detulerunt.

Clinicus, etiam dicitur, Qui ita affectus est, ut surgere e lecto non possit, & de cujus salute nulla amplius spes est. Plin. lib. 25. cap. 5. Medetur ita morbis comitialibus, ut diximus, vertigini, melancholicis. Et paulo post, Stomachicis, spasticis, clinicis, &c. [Verum Hard. ex Mss. Cynicis dedit, sublata distinctione. i. e. His qui spasmo cynico, seu Oris distortione spasmodica laborant.

CLINOPĂLE, es. f. [κλινοπάλη] Palæstra lecti. De concubitu usurpavit apud Suet. Domitianus. V. cap. 22.

CLINOPODION, i. n. [κλινοπόδιον] Herba quæ speciem lecti pedum habet, serpillo similis, surculosa, palmi altitudine, de qua Plin lib. 24. cap. 15. Ruell. lib. 3. cap. 56. Potius ad eam clinopodium accedere videtur, quam officinæ vocant *Montanum pulegium*. V. Dioscor. 3. 90.

CLINGO, pro Cingo veteres usurparunt, a Græco κλείω. Festus.

CLĪNIAS, [Κλεινίας] Musicus & philosophus sectæ Pythagoreæ, siquando ad iram provocaretur, sumpta statim cithara, motus animi lenibat, haud aliter quam Achilles, qui iratus stare ad littus solebat, eodem ferme modo dolorem leniens. Auctor Ælian. de Var. Hist. 19. 23.

Clinias alius Alcibiadis pater. V. Idem 2. 1. Nep. Plut.

CLINICE, CLINICUS, CLINOPALE, CLINOPODION. V. in CLINE.

CLĪNO, āre. [κλίνω] Verbum Græcum quod Inclino significat: non est in usu frequenti sed tantum ejus composita, Acclino, Declino, Inclino, Reclino. Habet tamen Lucret. 2. 243.

Quare etiam atque etiam paulum clinare necesse est
Corpora. Sed Libri vulgati & nonnulli MSS. habent Inclinare. Quare autem Clinare rejiciamus, cum Clinamen vox sit receptissima?

CLINĀTUS, a, um. Cic. Arat. in Pegaso, v. 52. Clinata est ungula.

CLINĀMEN, ĭnis. n. [ἔγκλισις] Lucret. lib. 2. 292. De inclinatione elementorum & primorum corporum,

Id facit exiguum clinamen principiorum.

CLĪO, ûs. f. [Κλειώ] Una ex Musis, a gloria & celebritate rerum gestarum quas canit: nomen habet a verbo Græco κλέω, quod est laudo. Vel a nomine Græco κλέος, quod est gloria, fama: propter gloriam quam habent poetæ apud doctos, ut ait Phurnutus de Nat. Deor. cap. 14. Vel propter gloriam, quæ ex poetarum laudibus oritur, ut ait Diodorus lib. 5. cap. 1. Fulgentius tamen, Clio, inquit, prima Musarum appellata est. id est cogitatio quærendæ scientiæ. Quidam hanc historiis præesse existimant, quod Apollonii expositores in tertio Argonauticôn affirmant. Ialemi quoque mater Clio fuisse perhibetur, & Hymenæi. In Adonidis historia legitur, & ex Magnete Clio genuisse Linum, quem alii Uraniæ filium prodiderunt.

Cliûs, genitivus. Ovid. 1. de Arte Am. 27.

Non mihi sunt visæ Clio, Cliûsque sorores.

CLISTHENES, [Κλεισθένης] Primus ostracismi auctor apud Athenienses, primusque eo genere exilii mulctatus. V. Rhodig. lib. 21. cap. 44.

CLĪTARCHUS, [Κλείταρχος] Historicus, qui & Alexandri comes fuit in expeditionibus, & ejus res gestas scripsit: cujus in historia ingenium probatur, fides infamatur, ut scribit Quintil. 10. 1. Hujus meminit & Plin. lib. 3. cap. 5. & lib. 6. cap. 31.

CLĪTELLÆ, arum. [ἐπίσαγμα] dicuntur Festo, Quibus sarcinæ colligatæ mulis portantur. Plaut. Mostel. 3. 2. 91. Vehit clitellas. Hor. 1. Serm. 5. 47.

Hinc muli Capuæ clitellas tempore ponunt.

Perferre clitellas aliquo. Hor. 1. Epist. 13. 7.

Impingere clitellas, pro Impingendo illidere, apud Hor. 1. Epist. 13. 7.

Abjicito potius, quam quo perferre juberis
Clitellas ferus impingas.

Clitellæ bovi sunt impositæ. Cic. 5. Att. 15. i. e. Provincia hæc mihi non convenit, non magis quam bovi clitellæ. V. Erasmi Chiliadas.

Clitellæ, Locus Romæ, propter similitudinem clitellarum. & in via Flaminia loca quædam devexa subinde & acclivia. Festus.

Est etiam formenti genus eodem nomine appellatum. Festus.

CLITELLARIUS, i. m. [σαγματοφόρος] Qui clitellatus fert onera. ut, Asinus

Asinus, vel Mulus clitellarius. Cato cap. 10. Asinos instratos, clitellarios, qui stercus vectent, tres. Plaut. Mostel. 3. 2. 93.

Nam muliones mulos clitellarios
Habent, ego habeo homines clitellarios:
Magni sunt oneris, quicquid imponas vehunt.

Cliternia, Italiæ oppidum est regionis Frentanæ in Hirpinis, ad montem Garganum Pomponio Melæ lib. 2. 4. in descriptione Italiæ. Plin. 3. 12.

Cliternum, [Κλίτερνον] aliud Italiæ oppidum, quondam Æquorum. Vulgo *Celano*. Hinc

Cliternīni, Italiæ populi, in ora Æquiculanorum, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 12. in descriptione quartæ regionis Italiæ.

Clītomăchus, [Κλειτόμαχος] Philosophus Carthaginiensis, Athenas venit, annos natus quadraginta, audivitque Carneadem, cujus & successor fuit: tres sectas sectatus, Academicorum, Peripateticorum, & Stoicorum. Supra quadraginta volumina conscripsit, de quo Cic. 3. Tusc. 54. mentionem facit.

Clitomachus alter Athleta & Pancratiastes nobilis fuit, qui pudicitia tanta fuisse dicitur, ut canes si forte coeuntes vidisset, statim vultum averteret: in convivio, si quis sermo lascivus incideret, statim surgens abiret. Auctor Ælian. de Var. Hist. 3. 30.

Clitor, is. m. [Κλιτόριον, κλείτωρ Ptolemæo] sive Clitorium, i. n. Fluvius & Civitas est Arcadiæ, apud quam spelunca est, ex qua profluit aqua, quam si quis biberit, protinus fit abstemius, teste Ovid. 15. Met. 322.

Clitorio quicunque sitim de fonte levarit, &c. V. Plin. lib. 32. cap. 2. de lacu Clitorio tractantem.

Clitoris, ĭdis. f. vel Clitorium, i. n. [κλιτορὶς, ἢ κλιτόριον] Muliebris pudendi pars est, quod & Sacandrus dicitur: unde & κλιτοριάζειν, turpiter membrum id attrectare significat. Pollux per η scribere mavult, ubi ait in secundo Onomastici, Segm. 174. Totum in virginali, sive interfemineo vocatur κτεὶς, id est pecten, aut epision. Rima vero dicitur schisma: Quæ interjacet subsultans caruncula, nympha nuncupatur, aut myrton, sive epideris, aut κλητορὶς, id est cletoris. unde κλητορίζειν &c. Ita Cæl. Sed mendum videtur. Nam Mss. per ι, κλίτορ. exhibent. Al. per ει, ut Hesych. & Suid.

Est & κλητώριον, hoc est cletorium apud illos, sed id verbum quandoque Mensam indicat regiam, quandoque etiam Gloriam. Cæl. Rhod. lib. 4. cap. 7. ex Suida.

Clitorius, Adj. V. in clitor.

Clītōrius, [Κλειτώριος] Statuarius, Polycleti discipulus, auctore Plin. lib. 34. cap. 8.

Clītumnus, [Κλείτυμνος] Fluvius est in Mevania, quæ pars est Umbriæ partis Tusciæ: de quo fluvio, animalia quæ potaverint, albos fetus creant. Hæc ex Plinio Servius ait in illud Virgilii 2. Georg. 146.

Hinc albi, Clitumne, greges, & maxima taurus
Victima, sæpe tuo perfusi flumine sacro,
Romanos ad templa deûm duxere triumphos.

Novalia Clitumna, Adj. Quæ sunt juxta amnem Clitumnum. Stat. 1. Silv. 4. 129.

Aut præstent niveos Clitumna novalia tauros. Clitumnum vero amnem potatum candidos boves facere (ut dictum est) apud Plinium legitur lib. 2. cap. 103. quæ tamen verba quasi ab imperito quodam depravata correxit Harduinus & pro illo quod legebatur, In Phalisco Clitumni amnis aqua potata candidos boves facit: reposuit, ex Mss. ut perhibet, In Falisco omnis aqua potata candidos boves facit. Clitumnum videlicet in Umbria, Faliscum vero in Hetruria esse dicens. Hæc tamen si quis diligentius considerabit, nihil opinor absurdum deprehendet: præsertim quum tota Umbria Hetruriæ finibus circumscribatur. Ut Servium nihilominus eundem Plinii locum respexisse appareat, si maxime illa Mss. lectione standum sit.

Clītus, [Κλεῖτος] Mantii fuit filius, qui ab Aurora raptus, nunquam postea apparuit.

Fuit præterea Clitus inter præcipuos Alexandri Macedonis familiares, eidemque carissimus, tum quod filius esset nutricis ipsius, tum quod ab illo in dubio vitæ discrimine fuisset servatus. Hunc tamen in convivio quodam liberius in Persicos mores invectum, rex jam temulentus spiculo trajecit. Cujus facti eum postridie tanta cœpit pœnitentia, discussa jam ebrietate, ut totum triduum cibo abstinuerit, decreveritque omnino inedia sibi necem consciscere, amicumque optime de se meritum ad inferos persequi. Tandem ægre admissa amicorum consolatione, qui Clitum jure occisum afferebant, sumptuosissimo eum funere sepelivit. Historiam hanc vide latius apud Arrianum, Qu. Curtium, & Plutarchum in vita Alexandri.

Clivina, Avis in auguriis dicebatur, quæ alio nomine vocabatur Prohibitoria, & Clamatoria, a cliviis auspiciis dicta, quæ, teste Festo, dicebantur adversa, quibusque aliquid fieri prohibebatur. Hanc avem suo seculo fuisse incognitam, auctor est Plin. lib. 10. cap. 14. V. clivius, post seq. dict.

Clīvus, & Clivum, i. n.]κώλοφον] est Proclivitas illa & pronitas a vertice collis, ut Clivus Capitolinus. Cic. 2. Att. 1. Quem ego in clivo Capitolino, te signifero ac principe, collocaram. Nonius 3. 28. Clivum neutro genere, Cato in Tribunis militum, Loca ardua & cliva depressa.

Aquæ clivus. Ovid. 18. Epist. 122.

Hoc quoque si credis, ad te via prona videtur:
A te quum redeo, clivus inertis aquæ.

Mensæ clivum, subdita testa, tollere. Ovid. 8. Met. 662.

Tabulæ clivus. Ovid. de Nuce 77.

Æquatus. Ovid. 8. Met. 663. Al. Æquatam, scil. Mensam.

Arduus in valles. Ovid. 1. Fast. 264.

Aricinus. Martial. lib. 12. 32.

Migrare clivum crederes Aricinum.

Durus. Sil. 4. 605.

Mollis. Virg. 9. Ecl. 8.

— qua se subducere colles
Incipiunt, mollique jugum subducere clivo. i. e. Facili itinere & descensione.

Descendere per clivum. Ovid. 1. Fast. 263.

Facere clivos. Paulus in l. servitutes. §. si domo mea. D. de servit. urban. prædior. Vel gradus, vel clivos propius januam meam jure facere possum.

Sudamus in uno clivo, pro In uno negotio laboramus, proverbii speciem habet apud Ovid. 20. Epist. 41.

Mille modi restant, clivo sudamus in uno.

Clivius, a, um. Adj. Difficilis, arduus; ut, Clivia auspicia, Quæ aliquid, inquit Festus, fieri prohibebant. nam & omnia difficilia & ardua, nominabantur Clivia. unde & Clivi. V. Is. Voss. ad Catull. p. 62.

Clivōsus, Adj. [λοφώδης] ut, Clivosus locus. Columel. de Arborib. cap. 4. Curandum autem est, ut locis aridis & clivosis altius vites deponantur, quam si humidis & planis. Virg. 2. Georg. 212.

Nam jejuna quidem clivosi glarea ruris, &c.

Trames clivosus. Virg. 1. Georg. 108.

Ecce supercilio clivosi tramitis undam
Elicit.

Clivosa Ida. Ovid. 1. Amor. 14. 11.

Olympum clivosum scandit Phœbus. Ovid. 3. Fast. 415.

Clivosior. Lucret. lib. 4. 958.

Et clivosior inter se, ac distractior intus. Al. rectius Divisior.

Clivīna, æ. f. Avis apud Plin. 10. 14.

Clīvŭlus, i. m. [γεωλοφία] dimin. Columel. lib. 6. cap. 37. Duos parietes adverso clivulo inædificatos habet.

C L O

Cloāca, æ. f. [ὀχεδοχεῖον, δεξαμενὴ] Locus cavus per quem colluvies quædam fluit. Cic. pro Cæcin. 36. Qui de fossis, de cloacis, de minimis aquarum, itinerumque controversiis interdicit. Idem pro Planc. 95. Me arcem facere ex cloaca, lapidemque e sepulcro venerari pro deo.

Cloacæ, a Cluendo, id est purgando dictæ, inquit Festus. Horat. 2. Serm. 3. 242.

Illud idem in rapidum flumen jaceretve cloacam.

De Cloacis publicis Romæ, quas struxit Tarquinius, receptaculo omnium purgamentorum urbis, opere præclaro & utilissimo. V. Liv. 1. 56. pr. & 5. 55. extr. Plin. 36. 15.

Cloacam translative, pro Ventre anus edacis & bibacis dixit Plaut. in Curcul. 1. 2. 29. Propere prolue cloacam.

Refercire cloacas corporibus civium. Cic. pro Sext. 77.

Dari ad purgationes cloacarum solebant damnati. Plin. 10. Epist. 41.

Cloacalis, e. Adj. ut,

Cloacale flumen, dixit Cato, pro Cloacarum omnium colluvie. Festus.

Cloacāre, Inquinare: unde & Gloacæ dictæ. Festus.

Cloacarium, Pecunia purgandis cloacis attributa. Ulpian. l. 27. §. 3. D. de usufr. Siquid cloacarii nomine debeatur, vel si quid ob formam aquæductus, &c.

Est item Cloacarium, Vectigal pro cloaca. Ulpian. l. 39. §. 4. de leg. & fideicom. lib. 30. Hæres cogitur legati prædii solvere vectigal præteritum, vel tributum, vel salarium, vel cloacarium, vel pro aquæ forma.

Cloacina, Dea quæ cloacis præerat: eam in cloaca repertam consecrarat Tatius. Ex Turnebo. V. Lactant. 1. 20. 11. [Verbo meminit & Varro L. L. 4. 10. Forsan eadem ac Cluacina erat, & cavillatur Lactantius. V. infra s. l.

Clōdico, [χωλεύω] āre. Veteres dixerunt pro Claudicare. Cic. 2. de Orat. 149. Præclarum & grave est quod Calvino Glaucia claudicanti, Ubi est vetus illud? Num claudicat? at hic clodicat. Hoc ridiculum est: & utrumque ex eo quod in claudicatione animadverti, potuit, est ductum.

Clōdius, [Κλώδιος] Nomen gentile Ro. Idem ac Claudius. Sed ita constanter dictus fuit P. Clodius, inimicus Ciceronis, quem ut expellere ab urbe posset, plebeio se homini adoptandum dedit. mœchus fuit notissimus, deprehensus in sacris Bonæ deæ muliebri vestitu indutus, unde Juven. 2. Sat. 27.

Clodius accuset Mœchos, Catilina Cethegum.

P. Clodius Pulcher, orator fuit Romæ, inter sex patronos simul cum Cicerone in caussa Scauri. Pedian. in Argum. ejusd.

Clodii etiam cujusdam meminit Plutarchus in Numa, qui temporum argumentum scripsit.

Fuit item Sex. Clodius, rhetor Siculus, Latinæ Græcæque eloquentiæ professor, male oculatus, familiaris ac præceptor M. Antonii Triumviri, cujus meminit Cic. in Philipp. 2. 43. & Tranquillus de Ill. Rhet. 5.

Clodius Albinus, dux Gallicani exercitus, post mortem Pertinacis principis ab exercitu Imperator salutatus, & a Severo juxta Lugdunum acie superatus. V. Herodian. Capitolin. & Aurel. Victor.

Clodius præterea Quirinalis Arelatensis, rhetor, Romæ docuit circa Neronis tempora, teste Eusebio.

Clodiorum familiam, a Clodio Æneæ socio dictam putavit Festus. Verius tamen est, Clodios, qui & Claudii dicuntur, a Sabinis ortum traxisse, nominisque originem cœpisse ab Appio illo Clauso, qui primus ex ea familia, cum quinque clientum millibus, se Romam contulit. V. supra in claudia gens.

Clodia, Romana (a qua Cicero prædium emere volebat) copiosa & locuples femina fuit. Cic. 12. Att. 11. Sed quando Clodia Romæ futura est, & quanti rem æstimas, eo prorsus expecto: non quin illud malim, sed & magna res est, & difficile certamen cum cupido, cum locuplete, cum hærede.

Clodia, Mulier Romana, quæ cxv annos excessit, enixa etiam quindecies. Val. Max. lib. 8. cap. 14. Plin. lib. 7. cap. 48.

Clodo, ĕre. [χωλεύω] pro Claudo. Plin. lib. 18. cap. 33. Clodunt ita, lippiuntque. Inde fortassis Clodii dicti. V. clodius.

Clœlia Gens, Patricia a Clœlio Æneæ comite sic dicta. Auctor Festus & Dionysius lib. 2. Fuit cum magistratibus annis plus minus lxiii.

T. Clœlius Tarracinensis, qui cum noctu quiescens in lectulo interfectus esset, duo filii ejus, quod in eodem cubiculo quieverant causam parricidii dixere, absolutique fuerunt, quoniam dormientes aperto ostio inventos esse judicibus planum factum fuit. V. Valer. 8. 1. 13. Cic. pro Rosc. Amer. c. 23.

Clœlia, [Κλοιλία] Virgo, obses Romanis Porsenæ Hetruscorum regi data. Hæc, quum castra Hetruscorum forte haud procul ripa Tiberis locata essent, frustrata custodes, dux agminis virginum inter tela hostium Tiberim tranavit, sospitesque omnes Romam ad propinquos restituit. Quod ubi regi nuntiatum est, primo incensus ira, oratores Romam misit

ad

ad Clœliam obſidem depoſcendam, alias haud magni facere. Si non dedatur obſes, pro rupto ſe fœdus habiturum. Si vero dedatur, intactam inviolatamque ad ſuos remiſſurum. Itaque reddita, apud Hetruſcorum regem, non tuta ſolum; ſed honorata etiam virtus fuit, eamque partem obſidum, quos vellet, donare ſe dixit. Illa impuberes legit. Pace ſic redintegrata, Romani novam in femina virtutem novo genere honoris, ſtatua equeſtri donavere: in ſumma ſacra via fuit poſita virgo inſidens equo. Auctor Liv. lib. 2. cap. 13. Hujus & meminit Valer. Max. lib. 3. cap. 2. de Fortitudine. Virg. quoque lib. 8. Æn. 651.

CLŒLIUS, Adj. ut Clœliæ foſſæ, a Clœlio duce Albanorum dictæ. Feſtus.

CLŌNAS, [Κλονᾶς] Elegus poeta fuit, & epicus, qui tibicinas & concentus conſtituiſſe memoratur primus, ſicuti Terpander citharœdicas leges princeps omnium perveſtigaſſe narratur. Auctor Cæl. Antiq. Lect. lib. 9. cap. 3. ex Plutarcho de Muſica.

CLONIUS, Unus e quinque ducibus Bœotorum, qui cum quinquaginta navibus ad Trojam navigaverunt, ut ſcribit Homerus lib. Iliad. 2.

CLORIS, V. CHLORIS.

CLOSTER, [Κλώϛηρ] Filius Arachnes, qui fuſos invenit in lanificio, ut refert Plin. lib. 7. cap. 56.

CLOSTRUM, V. CLAUSTRUM.

CLOTA, Ptolemæo Æſtuarium maris in Britannia inſula, exiguo terræ ſpatio a Bodotria altero æſtuario diremptum. Corn. Tacit. in Vita Agricolæ cap. 23. Glotam vocat. Nunc *Cluda*, vel *Cluyd*.

CLŌTHO, ûs. f. [Κλωθὼ] Una eſt trium Parcarum. V. PARCÆ.
Ferrea Clotho. Stat. lib. 3. Theb. 556.
Altera eſt Clotho Nerei filia, dea maris, & a Virgilio Nereia Clotho dicitur 9. Æn. 101.

Mortalem eripiam formam, magnique jubebo
Æquoris eſſe deas: qualis Nereia Clotho
Et Galatea ſecant ſpumantem pectore pontum.

C L U

CLUACINA Venus, a Romanis culta, cujus templum non procul a foro ſitum erat. Cauſam nominis affert Plin. lib. 15. cap. 29. Quippe ita traditur, myrtea verbena Romanos Sabinoſque, quum propter raptas virgines dimicare voluiſſent, depoſitis armis purgatos in eo loco, qui nunc ſigna Veneris Cluacinæ habet. Cluere enim antiqui, Purgare dicebant. Eum autem locum in foro fuiſſe apparet ex Liv. lib. 3. cap. 48. Ac nutricem prope Cluacinæ ad tabernas, &c. [Non dubito autem, quin hæc eadem ſit ac Cloacina, quomodo & emendati codd. Livii exhibent. q. V. Cl.

CLUCIDATUM, antiquis Dulce & ſuave dicebatur. Feſtus. Et ita legit Scaliger in Varron. 6. de L. L. 6. pro Claudacus.

CLUDO, CLUSUS, CLUSILIS, V. CLAUDO.

CLUDO, vel CLUDEN, ĭnis. n. Gladius, quo ſcenici utebantur, ſi quando in ſcena cædes facienda eſſet. Erat autem ex ferro. De fabulis, quæ ſaltabantur a pantomimis, Apul. Apol. p. 526. Quas cum ſaltas, tanta mollitia animi, tanta formido ferri eſt, ſine cludine ſaltas.

CLUENTIUS, [Κλυέντιος] Nomen gentis Ro. Cluentiorum familiam a Cloantho Trojano Æneæ comite & nauta dictam affirmat Virg. 5. Æn. 123.

Sergeſtuſque, domus tenet a quo Sergia nomen,
Centauro invehitur magna, Scyllaque Cloanthus
Cærulea, genus unde tibi, Romane Cluenti.

Al. Cluentius Avitus ex municipio Latino, accuſatus a matre Saſſia, quod Oppianicum vitricum interfeciſſet: defenſus fuit a Cicerone, cujus adhuc extat longe optima oratio pro Cluentio.

CLUEO, ēre, vel CLUO, ĕre. [δοκέω] Nominari, perhiberi, putari. Plaut. Trin. 2. 4. 95. Ita ſis ut nomen cluet, Idem Epid. 2. 2. 5. Senati qui columen cluent. Idem. Pœn. 5. 4. 20.

Ut volupe eſt homini, mea ſoror, ſi quod agit cluet victoria.

Cluere, Purgare. Plin. lib. 15. cap. 29. V. ſupra in CLUACINA.
Cluere, Apparere etiam ſignificat, videri, inſignem eſſe, excellere, quorum omnium exempla reperies apud Lucretium, ut lib. 1. 450.

Nam quæcunque cluent, aut his conjuncta duabus
Rebus ea invenies: aut horum eventa videbis. Idem 3. 208.
Utilis invenietur, & opportuna cluebit.

In forma paſſiva apud Plaut. Pſeud. 4. 1. 12.

Quippe ego te ni contemnam, ſtratioticus homo qui cluear.

CLUIS, e. Adj. Præclarus. Mart. Capel. lib. 4. Iræ cluis facultate.
Compar. Cluidior. in Gloſſ. Iſidor. V. Barth. Adverſ. 26. 15.

CLUMÆ, ārum. f. Folliculi hordei. Feſtus. V. GLUMA.

CLUNACLUM, Culter ſanguinarius, quod ad clunes dependeat, vel quia clunes hoſtiarum dividat. Auctor Feſtus. Nonnulli perperam legunt Clunadum. In Gellio 10. 25. legitur Clunaculæ, pl. f.

CLUNA, V. CLUNUS.

CLUNIA, Oppidum eſt Hiſpaniæ, in extremis Celtiberorum finibus: unde unus ex Hiſpaniæ citerioris conventibus, Clunienſis dictus eſt. Vulgo *Civdad Real*. Sunt enim ſeptem, inquit Plin. lib. 3. cap. 3. Carthaginienſis, Tarraconenſis, Cæſarauguſtanus, Clunienſis, Aſturum, Lucenſis, Braccarum.

CLŪNIS, is. m. [πυγὴ] Sæpius in plurali Clunes, ium. m. & f. Nates, ſive Natium tumor. Juven. 11. Sat. 164.

Ad terram tremulo deſcendunt clune puellæ. Plaut. Fragm. 1. 2.
Quaſi lupus ab armis valeo: clunes infractos fero. V. Feſt. in voce.

Agitare clunem. Juven. 2. Sat. 21. de Cinædo.
Deſiliunt in clunes extremas. Plin. lib. 8. cap. 8.
Radere clune nudo. Martial. lib. 11. 101.

Quæ clune nudo radat, &c. De amica loquitur nimium exili.

CLUNICŬLUS, i. m. dimin. [πύγιον] Gell. lib. 15. cap. 8. Ceterarum avium atque altilium, niſi tantum apponatur, ut a cluniculis inferiore parte ſaturi fiant, convivium putant inopia ſordere.

CLUNUS, a, um. quaſi Clunatus; ut, Clunæ ſimiæ. Clunas, a Clunibus tritis ſimias dictas exiſtimant. Feſtus. In Gloſſ. ſubſtantive Cluna πίθηκος, ut Scalig. legit, pro Clura. V. tamen Dacer. ad Feſt.

CLUNARIUS, aliud Adj. Petron. cap. 59. Lanx clunaria. [Sed varie legitur. Mſſ. Dunaria. an Duodenaria? V. Burm.

CLUNĬFER, ĕra, ĕrum. ut, Dorſifera & clunifera mula: in Epitaph. mulæ P. Craſſi. V. Ferret. Muſ. Lapid. p. 344.

CLUO, V. CLUEO.

CLUPEA, quæ & CLYPEA dicitur, Oppidum Africæ minoris, quæ alio nomine Zeugitana provincia dicitur. Hermolaus Clypeam & Aſpidem idem oppidum eſſe annotavit: cui & Solinus accedit, & Silii verſus ſuffragatur lib. 3. 244.

In clypei ſpeciem curvatis turribus Aſpis. Nunc vulgo vocatur *Quipia*. Olivarius in Melam.

CLUPEA, Piſciculus qui venam quandam thynni in faucibus mira cupidine appetens, ipſum thynnum exanimat. Plin. lib. 9. cap. 15.

CLŪSIUM, [Κλούσιον] Oppidum eſt mediterraneum in Tuſcia, ſub quo ſepultus eſt Porſena. Plin. lib. 36. cap. 13. Hinc

CLUSĪNUS, Adj. [Κλουσῖνος] ut, Cluſinum vulgus. Sil. lib. 8. 480.
Far Cluſinum, Adorei, ſive farris genus eſt candidius. Columel. lib. 2. cap. 6. Adorei autem vidimus in uſu plerumque genera quatuor: far, quod appellatur Cluſinum, candoris nitidi: far quod vocatur vermiculum, rutilum, atque alterum candidum: ſed utrumque majoris ponderis quam Cluſinum, &c.
Fontes Cluſini. Hor. 1. Epiſt. 14. 9.

Qui caput, & ſtomachum ſupponere fontibus audent
Cluſinis, Gabioſque petunt, & frigida rura.

Oræ Cluſinæ. Virg. 10. Æn. 655.
Pecus Cluſinum, apud Plaut. Truc. 2. 2. 14. in quo jocus eſt ab urbe Cluſio, ubi non admodum egregia erant fortaſſe pecora, & ex ambiguitate a cludendo: clauduntur enim meretriculæ quæ clam habentur, & pecora morbida. Non deſunt qui Clurinum legant, alii Larinum, alii Ælurinum, id eſt felinum pecus, a felium turpitudine: etiam quidam Lurinum, id eſt coriaceum. Ex Turnebo.
Uvæ Cluſinæ. Plin. 14. 3.

CLUSIVIUS dictus eſt Janus, quod in pace, templi ejus portæ clauderentur. V. Macrob. Saturn. 1. 9. & Serv. Daniel. in 7. Æn. 610. unde & apud Ovid. 1. Faſt. 130. Cluſvius pro Cluſius legendum Ill. Heinſius ſuſpicatur.

CLUSIUS, V. dict. præced.
Cluſios Galli nominant Dæmones quoſdam: quos nonnulli exiſtimant ſpiritus eſſe elemento aerio compoſitos. Perott. Al. Duſios. V. EPHIALTES.

CLUSUS, V. CLUDO.

CLUSTUMINA Tribus, V. TRIBUS.

CLUSURIÆ, vel CLUSURÆ, arum. f. appellantur ab Impp. Cuſtodiæ limitum, &, ut Suidas interpretatur, ὀχυρώματα τῶν διαβάσεων. l. 2. §. in Sardiniæ. C. de off. præf. præt. Afr. l. 4. C. de offic. mag. off. & l. ult. C. de off. mag. milit. In quibuſdam legitur Clauſurarum.

CLUVIA, æ. f. Præſidium Rom. in Samnio. V. Liv. 9. 31.

C L Y

CLYBATIS, idis. f. Herba perdicalis. Apul. de Herb. cap. 81. Dioſc. 4. 86.

CLȲMĔNE, [Κλυμένη] Oceani & Thetyos filia, teſte Heſiodo in Theogonia v. 351. de qua Virg. 4. Georg. 345.

Inter quas Clymene curam narrabat inanem.

Fuitque mater Phaethontis, ut ſcribit Ovid. 1. Met. 765.
Altera fuit miniſtra Helenæ, decoris oculis prædita, ut eſt apud Homerum Iliad. 3.

CLYMENĒIS, ĭdis. [Κλυμενηΐς] patronym.
Clymeneides, vocantur Sorores Phaethontis, a matre Clymene ſic dictæ. Ovid. ad Liv. 111.

Sic flevit Clymene, ſic & Clymeneides altæ, &c. Altas vocat, quia in populos arbores mutatæ fuerunt.

CLYMENĒUS, Adj. [Κλυμένειος] ut, Germina Clymenea. i. e. Populorum germina. Stat. 1. Silv. 2. 123. — queritur jam Seras avaros

Auguſtum ſpoliare nemus. Clymeneaque deeſſe
Germina, nec virides ſatis illacrymare ſorores.

CLYMENĒĬUS, Adj. aliud, [Κλυμενήϊος] ut, Proles Clymeneia, i. e. Phaëthon. Ovid. 2. Met. 19.

CLYMĔNOS, ſive CLYMĔNUM, [κλύμενον] Herba eſt fabæ caulem ferens, quadratum, folia plantaginis, folliculis ſupra caulem in ſe inflexis, ut in polyporum cirrhis: ita dicta a Clymeno rege, teſte Plin. lib. 25. cap. 7. Vulgus hodie partim *Cypriam*, partim *Saponalem* appellat. Dioſc. 4. 14.

CLYMENOS, [Κλύμενος] Plutonis cognomentum eſt, quia ſit cauſa τοῦ κλύειν. ictus enim aer vox eſt. Aer autem qui animas excipit, ᾅδης διὰ τὸ ἀειδὲς, ex obſcuritatis ratione ab aliquibus dictus eſt. Auctor Phurnutus. Laſus Hermionenſis poeta in principio hymni, quem in Cererem compoſuit,

Δήμητραν μέλπω, κόρην τε κλυομένοιο ἄλοχον. h. e. Cererem cano, Proſerpinamque Plutonis conjugem. [Extat apud Athen. lib. 10. Scribendum vero: — κόρην τ' ἄλοχον Κλυμένοιο. Eſt enim v. hexameter. Miror, ſi non occupavit Caſaub. cujus edit. non fuit in præſentia ad manus.

CLYPEA, [Κλυπέα] V. CLUPEA.

CLYPEUS, i. m. & CLYPEUM, i. n. [ἀσπὶς] dicitur Id quo milites tegunt corpus adverſus ictus. Virg. 7. Æn. 186.

Nec clypei, curruſve ſonant. Ubi Servius; Clypei, Scuta majora: dicti ab eo quod celent corpus, id eſt ἀπὸ τοῦ κλέπτειν. Idem Servius alio loco, Clypei, peditum ſunt: Scuta, equitum. Virg. 2. Æn. 671.

Ardentes clypeos atque ora micantia cerno.

Scribit & Virgilius Clypeum in neutro. Sic 9. Æn. 709.

— clypeum ſuperintonat ingens. Et Liv. 35. 10. Clypea inaurata. Idem 34. 52. Clypea de columnis demſit. conf. Non. 3. 41.

Clypeum, ἀπὸ τοῦ γλύφειν, hoc eſt ſculpendo, cælandoque deducit Plin. lib. 35. cap. 3. Scutis enim (inquit) qualibus apud Trojam pugnatum eſt, continebantur imagines, unde & nomen habuere clypeorum: non (ut perverſa Grammaticorum ſubtilitas voluit) a cluendo.
Immo (hinc) Scutum potius diceretur quaſi Scuptum, pro Sculptum. H. St.
Inter Clypeum & Scutum. Clypeus rotundus erat, ut Virgilio auctore intelligi poteſt, qui prægrandem Cyclopis oculum comparat clypeo Argolico: oculi autem figura rotunda eſt, 3. Æn. 637.

Argolici clypei, aut Phœbææ lampadis inſtar. Scutum, formæ oblongæ, majuſque clypeo. Itaque, ut Liv. lib. 1. cap. 43. inquit, Scutum pro clypeo ſecundæ claſſi datum eſt. Quod nempe ſine lorica eſſent, ut ſcutum & clypei & loricæ loco eſſet, & totum corpus protegeret. Virg. 8. Æn. 662.

— ſcutis protecti corpora longis. Hinc & θυρεὸν Græci vocant, quod referat ſimilitudinem forium, quæ longiores quam latiores ſolent eſſe. Liv. lib. 8. cap. 8. Clypeis antea Romani uſi ſunt, deinde poſtquam

quam facti sunt stipendiarii, scuta pro clypeis fecere. Turnebus. Romanis legendum esse docet Clericus, quum de Latinis stipendiariis sermo sit.
Æratus clypeus. Sil. lib. 15. 758.
Æreus. Virg. 12. Æn. 541.
Ære cavo, i. e. Æris cavi. Virg. 3. Æn. 286. Servius.
Ardentes clypei, Micantes, fulgentes. Virg. 2. Æn. 734.
Detritus. Sil. lib. 10. 398.
Fulgens auro. Ovid. 8. Met. 27.
Nubigerus. Stat. 5. Silv. 2. 131.

Quis tibi tum tenero permisit plaudere collo
Nubigeros clypeos, intactaque cædibus arma?

Hoc ex ritu veteri. qui enim prætextam posuerant, ætatis militaris censebantur, primis autem stipendiis clypeum gerebant sine omni argumento & insigni candidum, velut e Virgiliano versu notum est, 9. Æn. 548.

Ense levis nudo, parmaque inglorius alba.

Eos clypeos appellat Nubigeros Papinius. Turnebus.
Passus prælia. Ovid. 13. Met. 118.
Salvus. Cic. 2. de Finib. 97. Simul atque ipse gravi vulnere exanimari videret se, ut primum dispexit, quæsivit salvusne esset clypeus. De Epaminonda moriente.
Septemplex, Ajacis Telamonii clypeus erat septem coriis boum tectus. Ovid. 13. Met. 2. Virgil. similem Turno tribuit 12. Æn. 925.
Curvamen clypei. Ovid. 12. Met. 95.
Decorum clypei insigne. Virg. 2. Æn. 392.
Umbo clypei summus, Media clypei pars extans. Virg. 2. Æn. 546.
Accendere clypeum auro, i. e. Tegere auro splendidissimo instar ignis ardentis. Sil. lib. 15. 681.
Cavare clypeum alicujus, i. e. Perforare. Stat. 9. Theb. 126.
Efferre clypeum sinistra. Virg. 10. Æn. 261.
Excipere ictus clypeo. Ovid. 12. Met. 375.
Exuere alicui reduci clypeum. Ovid. 13. Epist. 147.
Ferendo clypeo manus apta. Ovid. 1. de Arte Am. 693.
Flagrare sidereo clypeo; Fulgentem clypeum gestare. Virg. 12. Æn. 167.
Fixos submittere clypeos. Sil. lib. 5. 215. i. e. Humeros & caput clypeis tegere. [Immo Telis infixis graves jam clypeos demittere.
Insertare sinistram clypeo. Virg. 2. Æn. 671.
Objicere clypeos ad tela. Virg. 2. Æn. 443.
Opponere clypeum. Ovid. 13. Met. 75.
Remittere. Martial. lib. 9. 57.

Loricam, clypeumque tibi, galeamque remitto.

Subligare sinistræ. Virg. 11. Æn. 10.
Sumere. Ovid. 8. Met. 27.
Vestire clypeos cæsis juvencis, i. e. Coriis juvencorum contegere. Stat. 1. Achil. 417.
Clypeum antiqui ob rotunditatem etiam Corium bovis appellarunt, in quo fœdus Gabiorum cum Romanis fuerat descriptum. Festus.

CLYPEO, āre. Verbum antiquum. Pacuv. Hermiona, apud Varr. de L. L. 4. 1. Currum liquit, chlamyde contorta astu clypeat brachium. Auctor Nonius, 2. 145.

CLYPEĀTUS, [ἀσπιστὴς] Clypeo munitus. Plaut. Curc. 3. 54.

Clypeatus elephantum ubi machæra diffícit.

Sic Agmina clypeata. Sil. lib. 8. 436. Et Virg. 7. Æn. 793.
Clypeatum incedere. Claud. Conf. Hon. 4. 522.

CLYSMUS, i. m. [κλυσμὸς] Purgatio, lotio, lavamen, clyster. Scribon. Largus comp. 155. His alvus acri clysmo mane trahenda est. & alibi sæpe apud eundem.

CLYSTER, ēris. m. [κλυστὴρ] Medicamentum quod per inferiorem partem, purgandi gratia, in ventrem immittitur. ἀπὸ τοῦ κλύζειν, quod est abluere. Plin. lib. 20. cap. 2. Urinam movet in vino dulci, & in renum dolore clysteribus simul cum cumino infunditur. Idem, 20. 3. Infusa quoque clysteribus intestinorum omnium vitiis medetur.
Accipitur item Clyster pro Ipso instrumento quod ad proluenda ventris recrementa sedi inseritur, quoque intestinorum, ut ita dicam, lavamentum alvo injicitur. Ulpianus l. item si obstetrix. D. ad leg. Aquil. Si quis per vim, vel suasum medicamentum alicui infudit, vel ore, vel clystere, &c.
Purgari clystere & vomitu. Suet. in Neron. cap. 20.
Oricularius clyster. Cels. lib. 7. cap. 27. Idem humor rosa mistus in ipsum vulnus oriculario clystere agendus est. Oricularius clyster, est infundibulum, per quod medicamenta in aures infunduntur, Græce ὠτεγχύτης, ut ῥινεγχύτης infundibulum per quod medicamenta in nares infunduntur, & μητρεγχύτης, per quod in uterum. V. ORICULARIUS.

CLYTEMNESTRA, [Κλυταιμνήστρα] Tyndari filia ex Leda, uxorque Agamemnonis, & mater Orestis: quæ quum Agamemnonem ab Ægistho adultero interfici curasset, interfecta est & ipsa ab Oreste filio. Ovid. 1. Amor. 7. 9.

Et vindex in matre, patris malus ultor Orestes.

V. AGAMEMNON.

CLYTIA, vel CLYTIE, [Κλυτίη] Puella fuit ab Apolline adamata quondam: sed quia concubitum Apollinis cum Leucothoe, Orchamo patri Leucothoes prodidisset, paterque iratus vivam defodi natam jussisset: iratus Apollo a conversatione Clyties in posterum se continuit. Illa vero dolore ob id nimio consumpta, dum cibo potuque sibi temperat, & perpetuo respicit ad Orientem & Occidentem Apollinem, in heliotropium herbam mutata fuit. Fabula est apud Ovid. 4. Met. 206.

CLYTIUS, Juvenis quidam a Cydone adamatus. Virg. 10. Æn. 325.

Dum sequeris Clytium infelix nova gaudia Cydon.

Est & Homero lib. Iliad. 20. Laomedontis filius, & frater Priami.

CLYTUS, i. m. Unus ex Centauris. V. Ovid. 5. Met. 87. Flacc. 1. 146.

C N

CN. Notam hanc, quæ cum adjunctis numeris sæpissime in Calendario veteri occurrit, existimat R. P. Bucherius interpretandam esse CONGIARIUM. Lambec. in Kal. vet.

CN. Cnæus. Hoc prænomine nominabantur, qui nævum aliquem nascentes habuissent. V. Fest. C. N. Caii nepos. C. NB. Carissime nobis.

CNASON, est Acus qua mulieres caput scalpunt. Festus.

CNĒMIDES, [Κνημίδες] (inquit Strabo lib. 9.) in Thracia sunt secundum Daphnuntem, locus munitissimus, in quem ex Eubœa Cæneum e regione consistit promontorium, in Occidentem spectans, sinumque Maliacum, &c. Vide tabulam decimam Europæ apud Ptolemæum.

CNEŌRON, [κνέωρον] Frutex est coronarius, cujus duo sunt genera, nigrum & candidum. Utrumque germinat post æquinoctium Autumnale, diuque floret. Hyginus Casiam interpretatur. V. Plin. lib. 21. cap. 9. Dioscorides item Thymelæam herbam Cneoron & Cnestrum appellat.

CNEPHOSUM, antiqui dicebant Tenebricosum. Græci enim κνέφας appellant obscurum. Festus. Ergo per c scribendum Cnephosum.

CNESTIS, ĭdis. [κνῆστις] Laminulam concavam significat, in qua crinibus implexa occultataque Cleopatram venenum habuisse nonnulli produnt. V. Cæl. Rhod. lib. 8. cap. 12.

CNĒCION, [κνήκιον] quibusdam herba est, quam notioribus nominibus Sampsuchum & Amaracum vocamus. Quanquam non desunt qui hanc Nomenclaturam adulterinam existiment, & inter eas numerandam quas inter Dioscoridis notha rejiciunt doctiores.

CNĔCOS, vel CNICUS, [κνῆκος] Herba quam nonnulli Cartamum vocant. Dioscor. lib. 4. cap. 190. Folia habet cnicos oblonga, incisuris divisa, aspera, aculeataque, &c. Ruell. lib. 3. cap. 55. Silvestrem cnecon, cujus caule pro colu priscæ mulieres utebantur, cartamum silvestrem ostendimus appellari, qui hirsutior, torosiore caule serpit humi, *Carduus benedictus* nunc nominatur. Sativus, de quo nunc agitur, Cartamus vocatur. Omnes divulsis ramulis cruentum fundunt liquorem, præsertim messibus. Semine cneci sativi psittaci nunc aluntur. Cnecon melius quam Cnicon dicitur: nam cnacon, a seminis colore, Theocritus pro Candido, vel flavo usurpat: Democritus & omnino chymici, florem cneci echumenion appellant. Cnecum officinæ norunt Cartami, aut Croci hortensis nomine.

CNIDE, [κνίδη] Urtica herba est Plin. lib. 21. cap. 16. Unde Cnidinum oleum, quod fit ex Urtica. Aliud e grano Cnidio, Diosc. 1. 43. κνίδελαιον.

CNIDOS, vel GNIDOS, [Κνίδος] Urbs Cariæ, ubi Venus colebatur, & promontorium ibidem. Hor. 1. Carm. 30. 1.

O Venus, regina Cnidi Paphique.

CNIDIUS, Adj. [Κνίδιος] Cnidia Cypris. Auson. Epigr. 57. 1. Quia ibi Venus erat a Praxitele sculpta. de qua V. Plin. 36. 5. Cic. 6. Verr. 135.

CNISSA, æ. [κνίσσα] Nidor. Gloss. vet. Habet Arnob. lib. 7.

CNOSSUS, [Κνωσσὸς] Oppidum est Cretæ insulæ, situm in plano, ambitum XXX stad. habens, a Lyctia & Gortynia CC stad. discreta. Hanc valde extollit Homerus, quam ingentem, & Minois regiam vocat. Priscis autem temporibus Ceratus appellabatur, a prælabentis fluvii nomine. Ex Strab. lib. 10. apud quem plura.

C O

C. O. Conjugi optimo, vel Optimæ. CO. Conjux. ƆO. vel Ɔ. Contra, vel Controversia. COER. Cœravit. COIR. Curavit. COH. Cohors. COHH. Cohortes. COL. K. Conjugi carissimæ. COIVX. Conjux. COL. vel CL. Colonia, vel Coloniæ. COL. Coloni, vel Collega. COLL. Collegæ, vel Collegia, Collegium, Coloniæ, Coloni. COLLE. FABR. M. R. Collegio fabrorum militiæ Ravennatis. CO. M. Communi matri. COM. Comes, Comitium, Communitas, Communis, Comparatum. COMM. Commilito, Commodus. COMP. Compar, Compitalia. CON. Consularis. CONLIB. Conlibertus. CONIV. Conjunx, vel Conjunxit. CONTVB. Contubernalis. CON. SEN. ET EQ. OR. P. Q. R. Consensu senatus, & equestris ordinis, populique Romani. CONS. Consiliarius. COR. Cornelius. COS. Consul. COSS. Consules. COS. DES. Consul designatus. COSS. DESIG. Consules designati. COS. II. Consul iterum. COS. III. Consul tertium.

CO, COA, V. COOS.

COACCĒDO, ssi, ssum, [συνεπιτίθεμαι] ĕre. Simul accedere, addi. Plaut. Curc. 2. 3. 65.

— quia de illo emi virginem
Triginta mnis, vestem, aurum, & decem pro his coaccedunt minæ.

i. e. Simul dedi.

COACERBO. Quod est de Justitia pag. 2. Errores suos insuper crudelibus factis coacerbant. H. St. Reliqua defecta sunt, ita ut non appareat, suamne, an alterius emendationem intelligi velit Stephanus. Sunt vero hæc verba Lactantii ex lib. 5. Inst. cap. 1. ubi in omnibus, quos vidi, codd. Coacervant legitur. Scio ista confundi, & pridem monuit Pierius ad Æn. 11. 407. Vereor tamen, ut Coacerbare errores recte dicatur, si maxime Latinum id verbum esset.

COACERVO, [σωρεύω, συσσωρεύω] āre. Cumulare, congerere, addere. Cic. 2. de Lege Agr. 66. Habes tantam pecuniam, qua hosce omnes agros, & ceteros horum similes non modo emere, verum etiam coacervare possis.
Pecuniæ coguntur & coacervantur. Cic. 2. de Lege Agr. 71. Ante pecuniæ coguntur & coacervantur, quam gleba una ematur.
Summas majores & minores coacervare. Jabolenus in l. ita ut D. mandati, Ita ut omnes summas, majores & minores coacervet, &c.
Vim magnam emblematum coacervare. Cic. 6. Verr. 64. Et ne forte hominem existimetis hanc tantam vim emblematum sine causa coacervare voluisse, &c.

COACERVĀTUS, a, um. [σωρευθεὶς] Partic. Cic. in Partit. 40. Verisimilia autem, partim singula movent suo pondere, partim, etiamsi videntur esse exigua per se, multum tamen, quum sunt coacervata, proficiunt.
Cadavera coacervata. Cæs. 2. Bell. Gall. 27. His dejectis & coacervatis cadaveribus, &c.
Luctus coacervati. Ovid. 8. Met. 485.
Multitudo civium indignissimo in loco coacervata. Cic. 7. Verr. 148.
Pecunia coacervata. Cic. 1. de Lege Agr. 14. Videtis constitutam & coacervatam pecuniam.

COACERVATIM, Adv. Apul. 2. Florid. p. 357. Non sigillatim ac discretim, sed cunctim & coacervatim offerre. conf. Cæl. Aurel. Tard. 4. 3.

COACERVATIO, ōnis. f. [σώρευσις] Cic. in Partit. 122. Atque hæc quidem utrique maxime in peroratione facienda; alteri frequentatione argumentorum, & coacervatione universa.

Actionum omnium coacervatio. Caius in l. ſi idem cum eodem. D. de juriſdict. omnium judic. Si idem cum eodem pluribus actionibus agat, quarum ſingularum quantitas intra juriſdictionem judicantis ſit, coacervatio vero omnium excedat modum juriſdictionis ejus: apud eum agi poſſe Sabino, & Caſſio, & Proculo placuit.

Coacesco, ui, [ὀξύνομαι] ĕre. Acidum fieri. Cic. de Senect. 65. Ut enim non omne vinum, ſic non omnis ætas vetuſtate coaceſcit. Celſ. lib. 4. cap. 5. Sed ſi coacuit intus cibus, aut computruit, &c. V. Pompon. l. 85. D. de legat. 3.

Coactilia, ium. n. numero multitudinis, inquit Egnatius in Julium Capitolinum, dici videntur Pelles, ſeu lora, quibus involvuntur alliganturve veſtimenta, quæ omnia inſtrumenti viatorii ſunt. Horum autem Ulp. D. de auro & argento legato, l. argumento. in hæc verba meminit. Argumento ſunt etiam nationes quædam (veluti Sarmatarum) quæ pellibus teguntur. Ariſto etiam coactilia veſti cedere ait: & tegimenta ſubſelliorum huic legato cedere. Quæ tegimenta Paulus, D. de ſupellectile legata. l. de tapetis. Cathedraria videtur appellaſſe. Sed dicendum eſt, potius inſtrumenti viatorii ea eſſe, ſicut pelles quibus involvuntur veſtimenta: lora quoque, quibus hæ pelles conſtringi ſolent. Quibus verbis extremis Egnatius putat Coactilia ſignificari: dicique a Cogendo, id eſt aſtringendo coarctandoque, coactilia. Inde Taberna coactilicia, Julio Capitolino in Pertinace cap. 3. Nam, inquit, pater ejus tabernam coactiliciam in Liguria exercuerat. Egnatius coactiliariam legit. Bayſius de Re Veſtiar. cap. 21. putat ab Egnatio id ſignificari, quod Græci φαίνολον dicunt, Itali *valiza*, Galli vero *malle*. Fuitque, quum exiſtimaret ea dici coactilia, quæ vulgo *feltra* (Gall. *feutre*) nuncupamus. Plinius enim lib. 8. cap. 48. Lanæ, ait, & per ſe coactæ veſtem faciunt: & ſi addatur acetum, etiam ferro reſiſtunt. Cæſar quoque 3. Bell. Civil. 44. Multi ex noſtris vulnerabantur: magnuſque inceſſerat timor ſagittarum: atque omnes fere milites aut ex ſubcoactis (alii legunt, Ex coactis) aut ex centonibus, aut ex coriis tunicas, aut tegmenta fecerant, quibus tela vitarent. Legit idem Bayſius apud Capitolinum, Tabernam coctiliciam: i. e. In qua coquebantur ligna, ne fumum facerent, quorum meminit Ulpianus in l. ligni appellatio. D. de leg. tertio. & de verb. ſig. his verbis, Sed & titiones, & alia ligna cocta, ne fumum faciant. Quæ etiam a Martiale Ligna acapna dicuntur. quæ & forſitan Coctilia dicuntur a Trebellio Pollione in D. Claudio cap. 14. in hæc verba, Ligni quotidiani pondo mille, ſi eſt copia: ſin minus, quantum fuerit: & coctilium quotidiana batilla quatuor. Quæ Julius Pollux in decimo Sect. 110. ξύλα κεκαυμένα appellat. [Veriſſimam eſſe Bayſii interpretationem ex ipſo liquet Capitolino in princ. ejuſdem vitæ. Lectionem ejus Obrechtus retinuit. Sed Caſaub. & Salmaſ. præferunt Coctiliariam, quia in Mſſ. quibuſdam legitur Cratiliariam. Utraque vox a Coctilibus regulariter formatur. De Coactis ſeu Coactilibus V. Cæſaris commentatores.

Coactiliarius, a, um. ut, Tabernam coactiliariam exercere. Capitol. Pertinace cap. 3. V. ſupra in coactilia.

Coactiliarius, i. m. Qui conficit coactilia ex lana. Vet. Gloſſ. Coactiliarius, πιλοποιός. Lapis vetus: M. L. LARISCVS LANARIVS COACTILIARIVS.

Coacto, **Coactura**, **Coactor**, **Coactus**, &c. V. cogo.

Coaddo, [συμπροστίθημι] ĕre. Simul addere. Cato R. R. cap. 40. Sumito tibi ſurculum durum, eum præacuito, ſalicem Græcam diſcindito, argillam vel cretam coaddito, &c. Et Plaut. Caſ. 3. 1. 4. Coaddito ad compendium.

Coadjĭcio, ēci, ĕre. Simul adjicere ſeu addere. Columel. lib. 12. cap. 21. Quum id muſtum pariter cum defruto deferbuerit, purgatur, & ita coadjicitur in binas urnas ligula cumulata, vel menſura ſemunciæ bene plenæ ſalis cocti & triti.

Coaduno, [συνενόω] āre. In unum cogere. Auctor de Viris illuſtribus cap. 1. extr. Ipſi coadunatis paſtoribus, civitatem condiderunt.
Brachium ſtatuæ coadunare. Ulpianus in l. tigni appellatione. §. idem &. D. ad exhibendum.

Coadunatim, Adv. apud Oroſium.

Coædifĭco, [συνοικοδομέω] āre. Arcte ædificare. Cic. 13. Att. 33. Sermo a Capitone de Urbe augenda, a ponte Mulvio Tiberim duci ſecundum montes Vaticanos, campum Martium coædificari, illum autem campum Vaticanum fieri quaſi Martium campum. Id eſt, cum campo Vaticano ædificari: ut ex duobus campis, Martio & Vaticano, qui Tiberi interfluente diſcludebantur, unus fieret Martius campus, foſſa Tiberis obturata. Et agrum qui eſt intra montes Vaticanos & Tiberim, quem agrum horti omnem tenebant, appellat Cicero campum Vaticanum.

Coædificatus, a, um. ut, Loci coædificati. Cic. Partit. 36.

Coæquus, a, um. [συμπάρισος] Adj. pro Æquus. ut, Coæqua pars. Plin. lib. 6. cap. 28. Aliis & hæc intonſa: mirumque dictu, ex innumeris populis pars coæqua in commerciis aut latrociniis degit. Legitur in emendatioribus codicibus Æqua. [Cum tamen Peræquus uſu tritum ſit, non video, cur non & Coæquus dicamus, cum præſertim ſequentes dictiones, eodem modo formatæ, ſine controverſia in uſu fuerint.

Coæqualis, e. Adj. Manil. 3. 330.
Una coæquali luſtratur linea Phœbo.
Sinciput coæquale. Petron. cap. 136. V. ibi Burm. p. 649.

Coæquālis, is. m. [πάρισος] Idem quod Æqualis. Columel. lib. 8. cap. 14. Atque ubi ſe paulum confirmavit, in gregem coæqualium compellitur, & hordeo alitur. De anſeribus. Et Juſtin. 23. 4. 9. In ludo inter coæquales diſcens. conf. Inſcript. apud Fabrett. p. 417.

Coæqualĭtas, ātis. f. ut Honoris coæqualitas. Modeſt. JCt. D. lib. 27. t. 1. leg. 8. pr.

Coæquo, [συμπαρισόω] āre. Idem quod Æquare. Columel. lib. 3. cap. 13. Duabuſque gemmis ſupra terram eminere paſſi, repoſita humo cetera coæquant.
Gratiam coæquare omnium difficile eſt. Salluſt. de Rep. Ord. cap. 2.
Leges coæquare, i. e. Jus æquabile omnibus ſtatuere. Liv. 3. cap. 56. Majorum merita in Rempub. domi militiæque commemorabat: ſuum infelix erga plebem Romanam ſtudium coæquandarum legum cauſa: cum maxima offenſione patrum conſulatu abiſſet. Ita Froben. Sed Modius, ac poſt eum Gruter. ac Gronov. Studium, quod æquandarum &c.
Montes coæquare. Salluſt. Catil. cap. 20.
Omnia coæquare ad ſuas injurias & libidines. Cic. 5. Verr. 95.

Coæquatus, a, um. ut, Coæquati dignitate, pecunia, &c. Salluſt. de Rep. Ord. 2. 16.

Coæstĭmo, āre. Simul æſtimare. Celſ. l. 67. §. 1. D. de furt. Furti actione hoc coæſtimabitur.

Coætaneus, a, um, [ἧλιξ, ὁμῆλιξ, ἡλικιώτης] Ejuſdem ætatis, Æqualis. Portius Latro in declamatione in Catilinam, Marco ſiquidem Catoni, aut Scipioni coætaneo ſuo. V. Borrich. Cogitat. in Voſſ. p. 62.
Amicum illum, coætaneum, contubernalem, fratrem denique, ciere. Apul. 8. Mileſ. p. 204.
Angeli coætanei. Tertull. adv. Valent. cap. 16.
Hæreſes coætaneæ Apoſtolorum. Idem de Præſcript. cap. 35.

Coætàneo, āre. Ejuſdem eſſe ætatis. Tertull. de Reſurr. Carn. cap. 45. Coætaneant natu.

Coæternus, a, um. Adj. Tertull. adv. Hermog. cap. 11. Non æternum alii coæterno inferius deputetur.
Perſonæ coæternæ. Hieron. ad Damaſ. Epiſt. 57. Sufficiat nobis dicere unam ſubſtantiam, tres perſonas ſubſiſtentes, perfectas, æquales, coæternas.

Coæternitas, ātis. f. apud Theologos.

Coævus, a, um. [ὁμῆλιξ] Ejuſdem ævi. Cic. in Vatin. 32. Hunc tu morem ignorabas? nunquam epulum videras? nunquam puer aut adoleſcens inter coævos fueras? Docti quidam ex Mſſ. legunt, Inter coquos. Nec eſt ſane hæc dictio Ciceroni coæva.
Sanguis coævus, Prudent. Cath. de Epiphania 12. v. 137.
Inter coævi ſanguinis
Fluenta ſolus integer.

Coaggĕro, āre. Columel. lib. 8. cap. 6. de ovis diu ſervandis, Deinde eluunt, atque ita paleis aut furfuribus obruunt. Nonnulli ſolida, multi etiam freſa faba coaggerant: alii ſalibus integris adoperiunt. Eodem ſenſu dixit obruunt, coaggerant, adoperiunt.

Coaggeratus, a, um. ut, Lapides coaggerati. Serv. ad Virg. 5. Æn. 273.

Coagito, [συνελαύνω] āre. Simul agitare. Apic. 2. 1. Teſſellas coagitabis.

Coagitatus, a, um. Marcell. Emp. cap. 8.

Coagitatio, ōnis. f. [συνελασία] Cic. 2. de Nat. Deor. 138. Nam quæ ſpiritu in pulmones anima ducitur, ea caleſcit primum ab ipſo ſpiritu, deinde coagitatione pulmonum. Ita legit Budæus. Sed emendata exemplaria legunt Contagione.

Coagmento, [συναρμόζω, συνάπτω] āre. Conjungere. Cic. de Senect. 72. Sed vivendi eſt finis optimus, cum integra mente, ceteriſque ſenſibus, opus ipſa ſuum eadem, quæ coagmentavit, natura diſſolvit.
Pacem coagmentare. Cic. 7. Philipp. 21. Docebo ne coagmentari quidem poſſe pacem.
Verba componere & coagmentare. Cic. de Clar. Orat. 98. Ipſa verba compone & quaſi coagmenta.
Verba verbis quaſi coagmentare. Cic. in Orat. 77.

Coagmentātus, a, um. [συναφθεὶς] Partic. Quintil. lib. 8. cap. 6. Non enim recidere ea, nec polire poſſumus, quæ coagmentata ſe magis jungant.
Compoſitum, compactum & coagmentatum. Cic. 3. de Fin. 74. Quid enim aut in natura, qua nihil eſt aptius, nihil deſcriptius: aut in operibus manufactis, tam compoſitum, tamque compactum & coagmentatum inveniri poteſt?
Concretum, coagmentatum, copulatum, admiſtum, duplex. Cic. lib. 1. Tuſc. 72. In animi autem cognitione dubitare (niſi plane in phyſicis plumbei ſumus) quin nihil ſit admiſtum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex.
Habitus gemmis coagmentatus. Curt. 4. 7. 23.

Coagmentatio, ōnis. f. [συνάφεια] Conjunctio. Cic. de Univerſ. 14. Omnis enim coagmentatio corporis vel caloris, vel frigoris, vel aliqua impulſione vehementi labefactatur & frangitur.
Copulatio rerum, & quaſi coagmentatio naturæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 119. Quæ copulatio rerum, & quaſi conſentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturæ.

Coagmentum, i. n. [συναφὴ] Idem. Plaut. Moſt. 3. 2. 142. Viden' coagmenta in foribus?
Cameræ coagmentum. Vitruv. 5. 10.
Lapidum coagmenta. Cæſ. 3. Bell. Civil. 105. Palma per eos dies in tecto inter coagmenta lapidum ex pavimento extitiſſe oſtendebatur.
Syllabarum coagmentum. Gell. lib. 17. cap. 9. pr. Litteræ ſingulariæ, ſine coagmentis ſyllabarum.
Tubulorum coagmenta. Vitruv. 8. 7.

Coagmentarius, i. m. Gloſſ. Gr. Lat. ἁρμολόγος, Coagmentarius.

Coagŭlum, i. n. [πυτία] Ea pars viſcerum, qua ad denſandum lac utimur. Plin. lib. 8. cap. 32. de hinnulo, Contra morſus vero præcipuum remedium ex coagulo hinnuli in utero occiſi.
Coagulum, a Coagendo, quod eſt colligendo. Nonius 1. 202.
Miſcere coagula novo lacte. Tibull. lib. 2. 3. 17.
Et miſcere novo docuiſſe coagula lacte.
Liquefacta coagula. Ovid. 13. Met. 830.
Lac mihi ſemper adeſt niveum: pars inde bibenda
Servatur, partem liquefacta coagula durant. V. etiam Varr. R. R. 2. 11. Plin. 11. 41: 28. 10. & 30. 13.
Coagulum, etiam metaphorice vocatur Quicquid conjungit. Gell. lib. 12. cap. 1. Vinculum illud, coagulumque animi atque amoris. Et P. Syrus in Mimis: Amicitiæ coagulum unicum eſt fides.
Ærumnarum coagulum. Ammian. 29. 2. Palladius ille, omnium ærumnarum coagulum.
De ſemine humano uſurpat Gell. 3. 16. Conceptum in utero coagulum. conf. Tertull. de Carne Chriſt. cap. 4.

Coagŭlo, [πήσσω, πηγνύω] āre. Conſtringere, denſare: cujus paſſivum eſt Coagulor. Plin. lib. 12. cap. 25. Summa probatio eſt, ut lac coagulet.
Aquam coagulare. Plin. lib. 20. cap. 23. Tantaque vis ei eſt, ut aquæ infuſa, coagulare eam dicatur. De cannabe.

Coagulatus, a, um. Plin. 16. 11. Pix coagulata. Et Tertull. de Carne Chriſti, cap. 4. Homo in utero coagulatus.

Coagulatio, ōnis. f. [πῆξις] Plin. lib. 28. cap. 10. Nam id quoque venenum eſt in prima lactis coagulatione. Idem lib. 23. cap. 118. Contra meconium, lactis coagulationem, &c.

Coălesco, ui, [συμφύομαι] ĕre. Cohærere, concreſcere. Plin. lib. 14. cap. 2. Ut niſi pinguiſſimo ſolo coalere non poſſit. Codices emendati

bent, Colere non profit. Liv. 23. 35. Concordia coaluerant omnium animi. i. e. Aucti erant. [Immo Coadunati, Conjuncti. Sed pertinet ad ſequens verbum. Eſtque omnino iſtuc ſpurium ac commentitium.

COALESCO, coalui, ĭtum, [συμφύομαι] ĕre. Idem. Columel. de Arboribus, cap 27. de ſurculo olivæ fiſſuræ fici aptato, Sic interpoſito triennio coaleſcet ficus olivæ.
Arbor translata in agrum meum ſi cum terra mea coaluerit. Ulp. in l. hoc amplius. D. de damn. infect.
Plantæ, quæ terra coaleſcunt, ſolo cedunt. Caius in l. qua ratione. §. 1. D. de acquir. rer. domin.
Coaleſcere diverſi populi in unum corpus dicuntur. Liv. lib. 4. 5. extr. Si, connubiis redditis, unam hanc civitatem tandem facitis, ſi coaleſcere, ſi jungi, miſcerique vobis privatis neceſſitudinibus poſſunt. Conf. Partic.
In unum ſonum coaleſcere & confundi dicuntur vocales. Quintil. lib. 1. cap. 7.
Vulnus coaleſcit. Plin. lib. 9. cap. 51. ad finem.

COALESCENS, entis. ut, Membra reipublicæ coaleſcentia. Vellei. 2. 90. 1.
Litteræ coaleſcentes. Gell. 17. 9.
Pax coaleſcens. Vellei. 2. 48. 5. Coaleſcentis conditiones pacis.
Populi coaleſcentes. Liv. 1. 2.

COALĬTUS, a, um. [συναυξηθεὶς] Partic. Gell. lib. 12. cap. 1. Cujus in corpore, cujuſque ex ſanguine concretus homo & coalitus ſit.
Audacia coalita. Tacit. 14. Ann. 1. Vetuſtate imperii coalita audacia.
Irreverentia coalita. Tacit. 13. Ann. 26. Coalitam libertate irreverentiam eo prorupiſſe frementibus.
Libertas coalita. Tacit. 4. Hiſt. 55.

COALITUS, ûs. m. Arnob. lib. 4. p. 150. Quod penitus oportebat ex humani generis coalitu tolli.

COALITIO, ōnis, & COALESCENTIA, æ. f. pro Unione & conjunctione uſurpantur a Medicis.

COALLUO, ĕre. eſt Per alluvionem aliquid augere. Pompon. de acquir. rer. domin. l. ergo. Paulatim coalluendo, locum eminentem ſupra alveum fecit, & eum alluendo auxit. Alii Colluendo legunt.

COAMĪCUS, i. m. [ὁμόφιλος] Cic. de Amicit. 99.
Hodie me ante omnes coamicos ſtultos ſenes
Verſaris, atque luſeris lautiſſime. Ex quadam comœdia.
Emendati codices habent Comicos.

COANGUSTO, vel CONANGUSTO, [συστενόω] āre. Varro 3. de R. R. cap. 16. de alveis apum, Sed ita uti quum parum ſit qua compleant, eas coanguſtent: ne in vaſto loco & inani deſpondeant animum. V. Exiguior, in EXIGUUS.
Aditum ædium. Ulp. in l. ſed addes. §. ſi inquilinus. D. locat. Si inquilinus arcam æratam in ædes intulerit, & ædium aditum coanguſtaverit dominus: verius eſt ex conducto eum teneri, & ad exhibendum actione, ſive ſcit, ſive ignoraverit.
Legem coanguſtare, Ad pauciora reſtringere. Cic. 3. de Legib. 32. Atque hæc lex, dilatata in ordinem cunctum, coanguſtari etiam poteſt.

COANGUSTOR, [συστενοῦμαι] āri. paſſiv. Celſ. lib. 7. cap. 27. ad finem, Quod ſi fiſtulæ metus ex his cauſis, quas propoſui, ſubeſſe videbitur, quo facilius claudatur ea, vel certe coanguſtetur, in anum quoque danda plumbea fiſtula eſt.

COANGUSTATUS, vel CONANGUSTATUS, a, um. Undique anguſtatus. V. Feſt. in Conauditum.

COAPTO, āre. Apte conjungere, parare, accommodare. Prudent. Pſychom. v. 559.
Hujus ſe ſpecie mendax Bellona coaptat. Et Hieron. Epiſt. 116. Maxime LXX interpretum conſuetudini me coaptavi. conf. Mart. Capell. 1. p. 3.

COAPTATIO, ōnis. f. Apta conjunctio. Auguſt. Civ. Dei, 22. 24. Coaptatio, quæ ἁρμονία Græce dicitur. Idem de Trinit. 4. 2. Hanc coaptationem dicere volui, quam Græci ἁρμονίαν vocant.

COAPTUS, a, um. Superl. Mart. Capella, 2. p. 35. Niſi hæc, quibus plenum pectus geris, coaptiſſima egeſtione vomueris. al. Coactiſſima.

COARCTE, Adv. Compar. Gell. 9. 2. Si interpretari coarctius velis. Vulgo legitur Coactius. [Forte Coaptius.

COARCTO, [στενοχωρέω, συστενοχωρέω] āre. Aſtringere, conjungere. Scribitur & Coartare ſine c.
Dicta coarctare. Plin. 1. Epiſt. 20. Dicta in unum librum coarctaſſe.
Iter coarctare. Liv. 28. 5. Anguſtæ fauces coarctant iter.
Coarctare & Dilatare, contraria. Cic. 1. de Orat. 163. Sed tu hoc nobis da Scævola & perfice, ut Craſſus hæc quæ coarctavit, & peranguſte refersit in oratione ſua, dilatet nobis atque explicet. i. e. Quod paucis verbis perſtrinxit.
Nox coarctat iter. Ovid. 5. Faſt. 546.
Cedere feſtinant, noxque coarctat iter.
Vulnus coarctare. Petron. cap. 58. Vulnus araneis oleo madentibus coarctat.
Ponitur etiam pro Cogere. Paul. l. 57. pr. de contrah. emt. Coartandus eſt emtor venditionem adimplere.

COARCTATUS, a, um. ut, Coarctatus in oppido. Cic. 7. Att. 10. Cn. noſter quid conſilii ceperit, capiatve neſcio: adhuc in oppidis coarctatus.

COARCTATIO, ōnis. f. [στενοχώρησις] Liv. 27. 46. Coarctatio plurium in anguſto tendentium facilior futura erat. Et Hirt. Bell. Alex. c. 74. Cæſar ridebat inanem oſtentationem & eo loco militum coarctationem. V. etiam Vitruv. 9. 9.

COAREO, ēre, vel potius COARESCO, ĕre. Vitruv. 7. 11. Ab ignis vehementia conferveſcendo cum coaruerint.

COARGUO, ui, ūtum, [κατελέγχω] ĕre. Redarguere, reprehendere, peccatum alicujus oſtendere & prodere. Cic. 2. de Invent. 137. Aut aliis quoque conſtitutionibus factum coarguetur. Cic. pro Muren. 9. Fuga laboris, deſidiam: repudiatio ſupplicum, ſuperbiam: amicorum neglectio, improbitatem coarguit.
Coarguere, & convincere. Cic. 6. Verr. 104. Omnibus in rebus coarguitur a me, convincitur a teſtibus.
Avaritiæ coarguere. Cic. 7. Verr. 152. Meum crimen avaritiæ nimiæ te coarguit.
Culpam coarguere ſuam. Cic. 9. Att. 4. Quieſcamus ne noſtram culpam coarguamus.
Criminibus coargui. Cic. 6. Verr. 104.
Errorem alterius coarguere. Cic. 1. Acad. 13. Errorem eorum, qui ita putarunt, coarguit.
Lituris coargui. Cic. pro Cluent. 41. Digito legata delevit: & quum id multis locis feciſſet, poſt mortem ejus, ne lituris coargui poſſet, teſtamentum in alias tabulas tranſcriptum ſignis adulterinis obſignavit.
Mendacium refellere & coarguere. Cic. pro Ligar. 16. Hominis non eſſet, in tanto diſcrimine & periculo civis, refellere & coarguere noſtrum mendacium, &c.
Reum coarguere teſtibus. Cic. 7. Verr. 74. Reus quum tot teſtibus coarguare, potes de damnatione dubitare?
Sceleris coarguere. Plin. lib. 11. cap. 37. Certe extat oratio Vitellii, qua reum Piſonem ejus ſceleris coarguit.
Suſpicionibus coarguere aliquid & conjectura. Cic. 1. de Lege Agr. 17. Atque hæc a me ſuſpicionibus & conjectura coarguuntur.
Turpitudine vitæ coarguitur improbitas. Cic. Anteq. iret in exil. 15. Sed quid ego plura de illorum aut in me maledictis, aut in vos ſcelerate loquar factis? quorum cognita improbitas, me tacente coarguitur turpitudine vitæ, &c.
Vinci, refelli, coargui putant eſſe turpiſſimum. Cic. pro Flacc.
Coarguit eum ea res. Cic. pro Milon. 37. Reliquum eſt ut jam illum natura ipſius, conſuetudoque defendat, hunc autem hæc eadem coarguant.

COARTICŬLO, āre. Arnob. lib. 1. adverſ. Gent. Permittant uni ex populo, in officium ſermonis dandi, ora coarticulare mutorum. i. e. Facere ut muti loquantur articulate.

COASPERNOR, āri. dep. Tacit. 1. Hiſt. 5. 4. Laudata olim & militari fama celebrata ſeveritas ejus, angebat coaſpernantes veterem diſciplinam.

COASPIS, V. CHOASPIS.

COASSO, [σανιδόω, σανιδοῦμαι] āre. Contabulare ſignificat. Vitruv. 7. 1. Cum coaſſatum fuerit. V. COAXO.

COASSATIO, ōnis. f. [σανίδωσις] Contabulatio. Plin. lib. 36. cap. 25. Neceſſarium binas per diverſum coaſſationes ſubſterni.

COASSŎLET, imperſ. Idem quod Aſſolet. Plaut. Epid. 1. 1. 5. Quod coaſſolet. ſcil. Fieri. Alii aliter legunt.

COASTRÆ, [Κοάστραι] Populi ſunt Indiæ, apud quos arbores uſque adeo proceræ naſcuntur, ut ne ſagittæ quidem jactu ſuperari poſſint. Lucan. lib. 3. 246.
Æthera tangentes ſilvas liquere Coaſtræ.

COAUGEO, ēre. Hinc,

COAUCTIO, ōnis. f. Cic. 5. Verr. 189. Ex coauctione annonæ atque æſtimationis.

COAUGMENTO, āre. Inde

COAUGMENTATIO, ōnis. f. Cic. 2. de Nat. Deor. 119. Quæ copulatio rerum, & quaſi conſentiens ad mundi incolumitatem, coaugmentatio naturæ, quem non commovet, hunc horum nihil unquam reputaviſſe certo ſcio. In emendatioribus codicibus legitur, Coagmentatio. V. COAGMENTO.

COAUGMENTATUS, a, um. ut, Conſtructio coaugmentata. Mart. Capell. 5. p. 167. Alii autem legunt Coagmentata.

COAXO, āre. Idem quod Coaſſare. Unde Coaxatio. q. V.
Coaxare, [κοάξειν] etiam dicuntur ranæ quum vocem emittunt, quam probe effingit Ariſtophanes in ea comœdia quæ inſcribitur Ranæ. Suet. Auguſt. cap. 94. Atqui ex eo negantur ibi ranæ coaxare. Et Auct. Philomelæ v. 64.
Garrula limoſis rana coaxat aquis. V. etiam Spartian. in Ant. Geta cap. 5.

COAXATIO, ōnis. f. eſt Opus axibus conſtans. Axes enim tranſverſis tignis impoſiti contignationum ſola fulciunt: ex eo autem opere intertignia conſtant, quod genus apud nos non eſt uſitatum. Budæus. V. Vitruv. 5. 1.

COAXATOR, Coaxatores vocitari a quibuſdam, eos, qui inſulſe loquendo ineptequé & res & verba profundendo obtundunt, inquit Pontanus, de Sermone 357. H. St. fol. 192. b. Aldi.

C O B

COBIO, ōnis. m. Piſcis quidam ex genere chombrorum. Plin. lib. 32. cap. 8. Chombrorum genera Cyprinus, Chalcis, Cobio.

COBION, i. n. Septima tithymali ſpecies eſt apud Plin. lib. 26. cap. 8. quæ δενδροειδὴς, h. e. Arboreſcens Dioſcoridi cognominatur.

C O C

COCĂLUS, i. m. [Κώκαλος] Siciliæ rex, ad quem Dædalus ex Creta aufugit: inſequente Minoe Cretenſium rege, quem tandem a Cocali filiabus interfectum eſſe refert Ariſtoteles. Ovid. 8. Met. 261.
Jamque fatigatum tellus Ætnæa tenebat
Dædalon, & ſumptis pro ſupplice Cocalus armis
Mitis habebatur.

COCALĬDES, um. f. pl. Filiæ Cocali. Sil. 14. 42.
Poſtquam perpetuas judex conceſſit ad umbras,
Cocalidum inſidiis, &c. V. ibi Interpr.

COCANĬCUS, i. m. Siciliæ lacus: ex quo ſalem Cocanicum nominamus. Plin. lib. 31. cap. 7. Adulteratur Siculo, quem Cocanicum appellavimus, necnon & Cyprio maxime ſimili.

COCCĒTUM, i. n. Genus edulii ex melle & papavere factum: quod ad ignem coquatur. Feſtus. Beatus Rhenanus in annotat. in Tertull. Cocentum legit. Alii legunt Cocetum.

COCCEUS, COCCINATUS, COCCINUS. V. COCCUM.

COCCUM, i. n. [κόκκος βαφική] eſt veluti Granum, quod ex frutice, qui coccus dicitur, ilici ſimili, vel ex rubenti gramine naſcitur: vulgo *granum* dicitur. Plin. lib. 21. cap. 8. Et lib. 9. cap. 41. Coccum Galatiæ rubens granum, aut circa Emeritam Luſitaniæ in maxima laude eſt. Coccum autem a Dioſcoride κόκκος βαφική dicitur: hoc eſt Granum tinctorium. Frutex eſt fullonius, cui adhærent grana, quibus fit color ille lanarum præcipuus, cujus copia ſumma in ea parte Hiſpaniæ quæ Tudertania appellatur, ut eſt auctor Strabo in decimo. Quidam id eſſe putant quod nos *cramesinum* dicimus. Bayſius.
Rubro cocco tincta veſtis. Hor. 2. Serm. 6. 102.
Coccum diverſum a Purpura, clare intelligitur ex l. ſi cui lana. § verſicoloribus. D. de legat. 3.

COCCUS, i. m. pro Panno coccineo. Plin. lib. 9. cap. 38. de purpuris, Buccinum per ſe damnatur, quoniam fucum remittit. Pelagio admodum alligatur nimiæque ejus nigritiæ dat auſteritatem illam nitoremque qui quæritur cocci.
Ardenti cocco radiare, Splendida veſte indutum eſſe. Sil. lib. 17. 396.

Coccum gnidium, i. n. [κόκκος γνίδιος] Thymelæa herba. Plin. 27. 9. & Celf. 5. 3. & 5.

Cocceus, a, um. ut, Indumenta coccea. Lamprid. Diadum. cap. 3.

Coccĭnĕus, a, um. [κόκκινος] Adj. ut, Coccinei acini. Plin. lib. 21. cap. 31.
Color coccineus. Idem 22. 2.
Lacernæ coccineæ. Martial. 14. Lemm. 131.

Coccĭnus, a, um. [κόκκινος] aliud Adj. ut, Coccinus color, qui exuberantiam quandam ac fplendorem ruboris oftendit. unde Coccina veftis, Cocco infecta. Martial. 4. 28.

Coccĭnum, i. n. [κοκκοβαφὲς] pro Coccina vefte. Martial. lib. 2. 16.
Si fuerit fanus, coccina quid facient? Idem 2. 39.
Coccina famofæ donas, & ianthina mœchæ.

Coccinātus, a, um. [κοκκινωτὸς] Coccina ferens, Coccinea vefte indutus. Martial. 5. 36.
Clamat coccinatus Euclides.
Puerulus coccinatus. Suet. Domit. cap. 4.
Coccinati num viri? Martial. 1. 97. al. 64.
Qui coccinatos non putat viros effe.

Coccyx, ȳcis vel potius ȳgis. m. [κόκκυξ] Avis eft ex genere accipitrum, quamvis aduncis unguibus careat, verno tempore procedens, & fub caniculæ exortum fefe occultans. Latini Cuculum appellant. Ova parit fingula in alienis nidis, & maxime palumbium: cujus rei caufa putatur, quod fciat fe reliquis avibus effe invifam. V. Plin. lib. 10. cap. 9. Hinc κοκκύζειν Græci dicunt, pro eo quod coccygis more eandem femper ingerere cantilenam, quam & κοκκυσμὸν appellant.
Eft & Coccyx, Pifcis cujufdam nomen apud Græcos, quem & Latinorum nonnulli Cuculum vertunt. V. Ariftot. de Hift. Anim. 4. 9.
Coccyx, [κόκκυξ] a medicis Os facro offi fuppofitum appellatur, ex cujus lateribus Ilium aliud os dictum enafcitur, ut videre eft apud Galen. lib. 2. de Anatom. adminiftr.

Cochlacæ, [κόχλακες] dicuntur Lapides ex flumine rotundi ad cochlearum fimilitudinem. Feftus.

Cŏchlea, æ. f. [κοχλίας, κόχλος, φερέοικος] proprie Tefta limacis: licet quandoque pro Ipfo limace, qui teftam habet, accipiatur. Eft autem proprie Limax, Qui fine tefta eft: Cochlea vero Quæ teftam habet. Plaut. Pœn. 3. 1. 29. Viciftis cochleam tarditudine. Cic. 2. de Divin. 133. Scribitur & fine afpirata Coclea.
De cochleis, quomodo ali debeant in villa, vide Varr. lib. 3. de R. R. cap. 14.
Cochleæ vita, κοχλίου βίος. Varr. R. R. 3. 14. de illis dicitur, qui parce parvoque vivunt.
Altiles cochleæ. V. Altilis in alo.
Caffa fanguine. In cassus.
Cavaticæ cochleæ. In cavus.
Curvarum domus cochlearum. Stat. 4. Silv. 9. 33.
Serpere in cochleam fafcia dicitur. Celf. lib. 8. cap. 10. Quæ fpiræ modo circumvolvitur membro fracto.
Cochlea, in torculari Lignum eft erectum claviculatim, id eft fpirulatim & capreolatim ftriatum, quod per medium prelum ftriatum & ipfum, tranfactum, vertigine fua tollendo, demittendoque prelo inventum eft. Vulgo Vifa torcularis dicitur. V. Vitruv. 6. 9. Unde & Cochlea in ædificiis dicta, quæ Scalæ cochlides etiam dicuntur: ob id fic dictæ, quod anfractuofæ fint in modum cochlearis teftæ, & quod claviculata & tortili ftructura a tricliniis in cœnacula evadant: cujufmodi fere funt in ædificiis Gallicis fcalæ. Budæus.
Cochlea, Hauftorium organum quod vulgus Pompam appellat. In medio rota eft: quæ dum a calcantibus verfatur machina introrfus claviculatim detorta, inter ftrias & ftriges aquas exorbet ex aquario fepto, & retrorfus emittit. Hujus autem machinæ conficiendæ ratio, a Vitruvio decimo lib. cap. 11. defcribitur. Eft autem, inquit, etiam cochleæ ratio, quæ magnam vim haurit aquæ, fed tam alte tollit quam rota. Ibidem, paulo a fine cap. Et ita cochlea hominibus calcantibus facit verfiones. V. & lib. 5. cap. ult.
Cochlea, eft etiam Oftii genus. Varro 2. R. R. cap. 5. de Cavea aviaria. Oftium habere humile, & anguftum, & potiffimum ejus generis quod cochleam appellant, ut folet effe in cavea in qua tauri pugnare folent.

Cochlearium, i. n. [κοχλιοτροφεῖον] Locus quo reponuntur cochleæ. Varro 3. de R. R. cap. 14. Nam & idoneus fub dio fumendus locus cochleariis, quem circum totum aqua claudas, ne quas ibi pofueris ad partum, non liberos earum, fed ipfas quæras.
Item, [κοχλιάριον] Menfura quædam, qua medici Græci in potionibus ægrorum utuntur. erat autem cochlearium majus, & cochlearium minus. Plin. lib. 20. cap. 22. Cum addito mellis fextario rurfus decocto ad fextarios duos, fi cochlearii menfura in die forbeatur in aquæ cyatho. [V. dict. feq.

Cŏchlĕāre, vel Cochleăr, is. n. [κοχλιάριον, λίσπος] Inftrumentum notum. Martial. 14. 121. de cochleari,
Sum cochleis habilis, fed nec minus utilis ovis,
Nunquid fcis potius cur cochleare vocer? Columel. lib. 12. cap. 21. Idque quum eft aridum factum, molitur, & ex eo molito poft falituram mufti cochlear cumulatum, vel fimile genus poculi ejus quæ eft quarta pars cyathi, adjicitur in binas urnas.
Cochlear eft etiam Patina, in qua cochleæ apponuntur, poftea ad alios cibos transfertur. V. Salmaf. ad Treb. Poll. pag. 130. Edit. Parif.

Cochleāris, e. Adj. Plin. lib. 21. cap. 27. Tufa hydropicis datur in aqua, cochleari menfura. Nifi forte fcriptum fit Cochleari, pro Cochlearii. [Quin potius in genitivo Cochlearis fcribendum. Nam fic lib. 24. cap. 12. Et crebro alias fubftantivo hoc pl. num. menfuram defignat.

Cochlearia, æ. f. Herba in officinis ita vocata, a cochlearis fimilitudine in foliis.

Cochleātus, a, um. ut, Equuleus cochleatus, Pompon. apud Nonium 2. 284. quod forfan epitheton eft inftrumenti, non animalis.

Cochleatim, Adv. Sidon. 4. Epift. 15. Agger cochleatim fractus.

Cochlidium, i. n. [κοχλίδιον] Scala rotunda. Strabo lib. ult. Altitudo quædam manu facta, turbinea, petrofæ ripæ perfimilis, in quam per cochlidium afcenditur.

Cochlis, ĭdis. f. [κοχλὶς] ut, Cochlides nunc vulgatiffimæ, inter gemmas nafcentes. Plin. 17. 12.

Cochōne, [κοχώνη] dicitur Pars infra pudenda, quæ coxis interjacet. Græcorum communi lingua vocatur μεσοσκελος, quia fit inter crura medius locus, quæ vocant σκέλη. Cæl. Rhodig. lib. 4. cap. 7.

Cocinthum, vel Cocintum, i. n. [Κόκινθον] Italiæ longiffimum promontorium, quod meridianam plagam fpectans, Ionium & Siculum mare difcriminat. Polyb. lib. 2. p. 142. ed. Gronov. & Plin. lib. 3. cap. 10.

Cocio, ōnis. m. [κάπηλος] Plaut. Afin. 1. 3. 51. Vetus eft, nihili cocio eft. Varie hic locus ab interpretibus expofitus eft. Feftus ait, cociones dici a cunctatione: quod in emendis vendendifque mercibus tarde perveniant ad jufti pretii finem. Itaque apud antiquos primam fyllabam per v litteram fcribi folitam. Gronovius dicit Cocionem vel Cotionem pro Cautione pofitam effe, ut Copo pro Caupo. V. ipfum ad Plaut. & Salmaf. de ufuris p. 345. Gloff. Vet. μεταπράτης, Cocio. V. & Gell. 16. 7. & Scalig. in Feft. p. 23. in voce Arrillator, & Rutgerf. V. L. 2. 19.

Cociōnor, āri. Cunctari in emendo. Quintil. Decl. 12. 21. p. 263. Diu cocionatus eft. V. not. Burm. & qui in dict. fuperiori allegantur auctores.

Cocionatura, æ. f. Gloff. Gr. Lat. μετάπρασις, Cocionatura.

Cociator, ōris. m. Idem ac Cocio. Gloff. Vet. μεταβόλος, Dardanarius, cociator, arillator, cocio.

Cocles, ĭtis. m. [μονόφθαλμος] Lufcus ab antiquis dicebatur, hoc eft qui unum tantum oculum habebat. Plaut. Curc. 3. 22.
Unocule, falve. c. quæfo, deridefne me?
ly. De coclitum profapia te effe arbitror:
Nam hi funt unoculi. Varro de L. L. lib. 6. 3. extr. Ab oculo cocles, ut ocles dictus, qui unum haberet oculum. Et Plin. 11. 37. Qui altero lumine orbi nafcerentur, Coclites vocantur.

Cocles, [Κόκλης] Cognomen ob eandem debilitatem Horatio datum, qui Porfena rege, ut docet Liv. lib. 2. 10. per Sublicium pontem tranfire conante, folus hoftium impetum fuftinuit, donec a tergo pons a fociis frangeretur: quo fracto, fe cum armis præcipitavit in Tiberim. Et licet læfus in coxa fuerit, Tiberim tamen tranando ad fuos pervenit. Unde eft illud ab eo dictum, quum ei in comitiis coxæ vitium objiceretur, Per fingulos gradus admoneor triumphi mei. Hujus meminit Valer. Max. lib. 3. cap. 2. pr. Virg. quoque 8. Æn. 650.
Illum indignanti fimilem, fimilemque minanti
Afpiceres, pontem auderet quod vellere Cocles. Cic. 2. de Legib. 10. Nec quia nufquam erat fcriptum, ut contra omnes hoftium copias in ponte unus affifteret, a tergoque pontem interfcindi juberet, idcirco minus Coclitem illum rem geffiffe tantam, fortitudinis lege atque imperio putabimus.

Coclis, Capitis eft ornamentum, ab fimilitudine fcalarum, vel animalis verbo derivato. Pollio Trebellius in Zenobia cap. 30. Trig. Tyr. Ad conciones galeata proceffit cum limbo purpureo, gemmis dependentibus per ultimam fimbriam, media etiam coclide, velut fibula muliebri aftricta, brachio fæpe nudo. Ex Cæl. Rhodig. lib. 6. cap. 13. Sed emendatis in codd. legitur Cyclade.

Cocolobis, is. f. Hifpanis uvæ genus eft, quam Dyrrhachini Bafilicam vocant. Ejus duo funt genera, quæ vide apud Plin. lib. 14. cap. 2. conf. Columel. 3. 2.

Cocta, æ. f. Vafis genus, quod & Sirufcula & Gello dicebatur. Martial. 2. 85. V. ibi Scriver.

Coctana, aut Coctona. V. cotona.

Coctibilis, Coctilis, Coctivus, Coquus. V. coquo.

Coctiæ Alpes, V. cottius.

Coctilia, V. coactilia.

Coctura, Coctus, & Cocus. V. coquo.

Cōcȳtus, i. m. [Κωκυτὸς] (inquit Servius) Fluvius inferorum, dictus ἀπὸ τοῦ κωκύειν, id eft lugere. Nam Homerus fic pofuit. Eft autem locus vicinus Acheronti. Virg. 6. Æn. 132.
— tenent media omnia filvæ,
Cocytufque finu labens circumvenit atro.
Fremitus Cocyti. Cic. 1. Tufc. 10. Dic quæfo, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, tranfvectio Acherontis, &c.
Ater Cocytus errans languido flumine. Hor. 2. Carm. 14. 18.
Inamœnus. Stat. 1. Theb. 89.
Iners. Sen. Herc. fur. 9. Palus inertis fœda Cocyti jacet.
Rigens. Sen. OEth. 16. Non me rigentis ftagna Cocyti tenent.
Severus Cocyti amnis. Virg. 3. Georg. 38.
Acheron omnem Cocyto eructat arenam. Virg. 6. Æn. 297. Ad phyfiologiam hoc figmentum pertinere Servius ait, quod qui caret gaudio, fine dubio triftis eft, triftitia autem vicina luctui eft, qui ex morte procreatur. recte ergo in Cocytum per Stygem arenas eructare fuas Acherontem fingit Maro.
Limus cocyti niger & deformis arundo. Virg. 4. Georg. 479.
Stagna alta Cocyti. Virg. 6. Æn. 323.
Fluere dicitur apud inferos Cocytus. Cic. 3. de Nat. Deor. 43. Ergo etiam Orcus frater eorum deus, & illi qui fluere apud inferos dicuntur, Acheron, Cocytus, Pyriphlegeton, tum Charon, tum Cerberus dii putandi.

Cocytius, a, um. Adj. ut, Æquora Cocytia. Claud. in Ruf. 2. 471.
— dextrâ Cocytia findit Æquora.

Cōcȳtia, orum. n. pl. [Κωκύτια] Sacra erant, quæ fiebant in honorem Proferpinæ, quam Pluto rapuit. Auctor Porphyrio in illud Hor. in Epod. 17. 56.
Inultus ut tu riferis Cocytia.
Vulgata, facrum liberi, Cupidinis. Alii legunt Cotyttia, a Cotyttone, Dea impudicitiæ.

C O D

Coda, æ. f. [οὐρὰ] Codam veteres dicebant pro Cauda. Varro, Sed ut canis fine coda. Nonius.

Coda tremula, Vulgo dicitur avis quæ alio nomine Motacilla appellatur. Perott.

Codania, æ. f. Daniæ metropolis, Hafnia latine, vulgo *Coppenhagen*.

Codanonia, æ. f. Infula una eft ex Hemodibus in Germania. de qua fic Pomponius Mela lib. 3. cap. 6. fcribit, Septem Hemodes contra Germaniam projectæ in illo finu, quem Codanum diximus. Ex iis Codanonia, quam adhuc Teutoni tenent, ut magnitudine alias, ita fecunditate anteftat. V. scandia.

Codanus,

Codanus, i. m. [Κόδανος] Super Albim fluvium ingens sinus, magnis, parvisque insulis refertus in Germania: de quo Plin. lib. 4. cap. 13.

Codēta, æ. f. auctore Festo, Ager trans Tiberim, quod in hoc virgulta nascerentur equinis caudis similia. Suet. Cæs. 39. In minore Codeta defosso lacu. Ex hoc autem loco conjicimus & majorem & minorem Codetam fuisse. V. Turneb. Advers. 24. 14.

Codex, ĭcis. m. [κόρμος] i. e. Caudex ex quo cortex extrahitur. V. CAUDEX. Columel. lib. 4. cap. 8. Nec tam celeriter radiculæ inveterato jam codice enascuntur. Ovid. 12. Met. 433.

Codice qui misso, quem vix juga bina moverent
Juncta, Phonoleniden a summo vertice fregit.

Codex robustus, pro Supplicii genere apud Plaut. Pœn. 5. 3. 34.

Codicem a Robore diversum esse censeo, quum sit Ligneus stipes. quem alligati servi qui deliquerant trahebant, cuique insidebant vincti, qui hodie apud nos appendi solet simiis. Propert. 4. 7. 44.

Codicis immundi vincula sentit anus. Juven. 2. Sat. 57.
Horrida quale facit residens in codice pellex.

Significat a matrefamilias servam pellicem male tractari, & in vinculis habitam lanificio perpetuo fatigari. Quanquam non deest qui, In codice residens, interpretetur ut Cicero dicit Lacedæmonios In robore accumbere, pro In robusta quernave sede. Vidi qui Codicem in privatis ædibus adversus improbos & nequam servos id esse diceret, quod in carcere publico Robur: quas omnes sententias etiam volui referre, ut inter eas lectores judicent. Ex Turnebo.

Codex, [βίβλος] etiam dicitur Liber. Antiqui enim in tabulis scribebant; & Plurium tabularum contextus, Codex dicebatur antiquis. Cic. 3. Verr. 119. Itaque L. Piso multos codices implevit earum rerum, in quibus ita intercessit, quod iste aliter atque ut edixerat, decrevisset.

Cera extrema codicis. Cic. 3. Verr. 92. Deinde in codicis extrema cera nomen infimum in flagitiosa litura fecit. In extrema cera est, perinde ac In ultima tabula, ultima parte tabulæ. Asconius ad loc.

Litura codicis. Cic. 5. Verr. 41.

Chartaceus. In CHARTA.

Falsus. Cic. 3. Verr. 157.

Interlitus. V. Habere subsortitionem in codice.

Sævus codex. Juven. 10. Sat. 236.

— codice sævo
Hæredes vetat esse suos: &c.

i. e. Testamento inofficioso: quo pater liberos suos omittit.

Habere nomina digesta in codicem accepti & expensi. Cic. pro Rosc. Com. 9.

Habere nomen relatum in codicem accepti & expensi. Cic. pro Rosc. Com. 5.

Habere subsortitionem in codice. Cic pro Cluent. 91. Quod C. Verres Prætor Urbanus, homo sanctus & diligens, subsortitionem ejus in eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur.

Instituere codicem. Cic. pro Rosc. Com. 6.

Legere. Cic. in Vatin. 5.

Obsignare. Cic. 3. Verr. 149.

Proferre. Cic. 3. Verr. 157.

Recitare. Cic. in Vatin. 5.

Recitare suum codicem testis loco arrogantiæ est. Cic. pro Rosc. Com. 5.

Recognoscere. Cic. in Vatin. 5.

Referre in codicem. Cic. pro Sull. 44.

Referre falsum in codicem. Cic. pro Rosc. Com. 1.

Referre nomina in codices. Cic. pro Rosc. Com. 4.

Scribere. Cic. pro Rosc. Com. 6.

Corpus etiam constitutionum Imperialium, Codex appellatum est. ut Codex Theodosianus, jussu Theodosii Minoris e Constitt. Constantini M. & seqq. Impp. collectus: Codex Justinianeus, ipsius Justiniani constitt. vel ab ipso probatas, complectens; qui Codicis nomine vulgo allegari consuevit. Notus & Codex LL. antiquarum Lindenbrogii.

Codiculus, i. m. [βιβλίδιον] dimin. a Codex, dum pro Libro ponitur, Parvus codex. Calep.

Codicillus, i. m. [βιβλάριον] dimin. Parvum codicem significat. Codicilli vero numero plurali proprie Epistolas significant. Cic. 2. Q. frat. 10. Epistolam hanc convicio efflagitarunt codicilli tui. Idem 6. Fam. 18.

Codicillos & Litteras multi indifferenter accipiunt. Ego (ait P. Manutius) aliter sentio. Nam codicilli tabellæ ceratæ erant, in quibus aliquid stilo aut breviter aut festinanter scriptum fuerat. Itaque commodissime iis veteres utebantur, quum scribere in codicillis possent vel in cœna, vel in curia, vel in via, vel ubicumque libuisset: charta autem non item, in qua scribere sine atramento & calamo non poterant. Neque unquam in codicillis quicquam esse scriptum reperietur, nisi quum aut breviter aut raptim scribendum esset. Quare Litteræ erant, Quæ in charta scriptæ fuerant: Codicilli, Tabulæ ceratæ, in quibus aliquid brevitatis vel festinationis causa exarabatur.

In codicillis exarare exemplum. Cic. 9. Fam. 26.

Cum codicillis obviam venire alicui. Cic. 4. Fam. 12.

Perferre codicillos ad aliquem. Suet. in Calig. cap. 55.

Codicilli, Diplomata, id est chartulæ complicatæ, & lino trajectæ, obsignatæque, quibus Princeps officia dabat. Suet. in Claud. cap. 29. Suppositos, aut etiam palam immutatos datorum officiorum codicillos. Hermogenianus in l. administrantes. D. de excusationib. tutor. Administrantes res principum, ex indulgentia eorum, licet citra codicillos, a tutela itemque a cura tempore administrationis delata excusantur.

Fasti codicillorum. Cic. 4. Att. 8. Ut non minus longas jam in codicillorum fastis futurorum consulum paginulas habeat, quam factorum.

Insignia codicillorum auferre, pro Munere publico, honore, & dignitate privare. Constantius & Julianus imperator in l. judices, de dignitatibus, lib. 12. C.

Codicilli, JCtis sunt Libelli, in quibus quum quis impeditur necessitate aliqua, ne faciat testamentum, de rebus suis disponit in ultima voluntate. quo autem tempore, & qua ratione jus eorum introductum sit, declaratur titulo de Codicillis, in Institutionibus civilibus, Ante Augusti tempora, inquit, constat codicillorum jus in usu non fuisse: sed primus Lucius Lentulus, ex cujus persona etiam fideicommissa esse cœperunt, codicillos introduxit, &c.

Legare codicillis. Marcellus in l. divi. §. si post testamentum. D. de jure codicillorum.

Codicillaris, e. Adj. [βιβλαριακὸς] ut, Potestas codicillaris Lampridio. Alex. Sever cap. 49. i. e Quæ beneficio principis & diplomate regio obtinetur. vel quo mandatur munus publicum. in l judices, de dignitatibus, lib. 12. C. V. paulo ante in CODICILLUS.

Codiaminon, i. n. Plin. lib. 21. cap. 11. Herba est bis quotannis florens, vere & autumno æstates atque hiemes fugiens. Ruell. bulb. genus esse existimat, cujus flos Codion appellatur. V. ipsum lib. 2. cap. 100.

Codicariæ, Naves dictæ sunt, quæ & Caudicariæ, quod e caudicibus, i. e. Lignis crassioribus factæ sint. Varro de Vita Pop. Rom. Quod antiqui plures tabulas conjunctas codices dicebant, a quo in Tiberi naves codicarias appellamus. Sallust. Hist. lib. 4. Et quanquam ad id naves codicariæ occulte per hiemem fabricatæ aderant. Perottus ex Nonio. 13. 12. V. CAUDEX.

Codicula, æ. f. pro Caudicula, vel Caudula. Apic. 7. 1.

Cōdion, i. n. [κώδιον] Genus lactucæ, a corii similitudine, in petris nascens: comosissimum inter omnes. Perott. Est & Ruellio Codion bulbi, silvestrium bulborum flos. ait enim lib. 2. cap. 100. Silvestrium bulborum florem coronis inseruere veteres, anemonem vocantes, post narcissum, ut Theophrastus inquit Hist. Plant. lib. 4. exeuntem vere, sed aliam, quam quæ dicitur in phænii mentione. Græci florem hunc Codion bulbi vocant.

Cōdōnes, um. m. pl. [κώδωνες] sunt Tintinnabula, & quos vulgo *Sonalios* vocamus, ex equorum phaleris propendentes plerumque. Fiebant autem ut plurimum ex orichalco: unde in epigrammate legitur, ὀρειχάλκεα κάλα κύμβαλα, hoc est ex orichalco garrula cymbala. Codonas ex Græcis nonnulli Tubæ partem interpretantur latiorem, quæ sit generis non unius, quando sunt Libysticæ tubæ, necnon Ægyptiæ, atque item Tyrrhenicæ: quas omnium primus Arichondas opem Heraclidis ferens intulit Græciæ. Ex Cæl. Rhodig. lib. 19. cap. 9.

Codonophŏri, ŏrum. m. [κωδωνοφόροι] interpretantur, Tintinnabula gestantes: quos Anteambulones atratos, & Ferales præcones Latine appellare possumus. Sunt autem Funerum indictores, & Qui funebres pompas cum tintinnabulis crepitantibus antecedunt. Budæus.

Codrus, i. m. [Κόδρος] Atheniensium rex ultimus fuit, qui orto bello inter Laconas & Athenienses, quum respondisset oraculum, illos posse vincere quorum dux periisset: habitu humili profectus est ad hostium vicina tentoria, & illic jurgio eos in suam cædem instigavit, & a nullo cognitus fecit locum oraculo. Hæc Servius explicans illud Virg. 5. Ecl. 11.

Incipe Mopse prior, si quos aut Phyllidis ignes,
Aut Alconis habes laudes, aut jurgia Codri.

Idem testatur Cic. lib. 1. Tusc. 116. V. etiam Vellei. 1. 2. Justin. 2. 6. 19. & Valer. Max. 5. 6. 1. extr. Scaliger autem in Avimadv. Euseb. no. 927. dicit Virgilium non respexisse ad Codrum Atheniensium regem, sed ad quendam pastorem ejusdem nominis.

Conservator civitatis Codrus. Cic. 5. de Fin. 62.

Codrus pro patria non timidus mori. Hor. 3. Carm. 9. 2.

Codrus, fuit etiam Vir quidam pauperrimus: cujus paupertas proverbio locum fecit, ut dicamus, Codro pauperior. Juven. 3. Sat. 10.

Tota domus Codri rheda componitur una.

V. Erasm. [Ita quidem Erasm. sed lapsu memoriæ, scripsit, pro Sed dum tota domus. Debuit potius ex eadem afferre Satura. v. 208.

Nil habuit Codrus. quis enim neget? Et tamen illud
Perdidit infelix totum nihil.

Hunc autem Codrum poëtam fuisse perhibent. V. Voss. de Poët. Lat. cap. 4.

C O E

Cœcinum, vel **Cæcinum**, i. n. Oppidum in sinu Scyllaceo Pomponio Melæ lib. 2. in descriptione Italiæ, cap. 4. Secundus, inquit, Scyllaceus inter promontoria Lacinium & Zephyrium, in quo est Petilia, Cœcinum, Scyllaceum, Mistræ. Sed lectio merito suspecta est. Alii Carcinus legunt. V. Cellar. Geogr. Ant. 2. 9. 4.

Cœla, æ. f. [Κοίλη] Atticæ regiuncula est, Miltiadis & Thucydidis sepulcris nobilitata, cujus meminit Marcellin. in vita Thucyd.

Cœlesyria, æ. f. [Κοίλη Συρία] Strabo lib. 16. Tota regio ultra Seleucidem in Ægyptum & Arabiam recedens, Cœle Syria appellatur, sed proprie quæ Libano terminatur, & Antilibano. Hactenus Strabo. Nomen sortita est a Concavitate, quam Græci κοιλότητα nominant. Nam & κοῖλος, omnis locus cavus dicitur. Populi autem appellantur Græce Κοιλόσυροι. Strab.

Cœlebs, **Cœlibatus**. V. CÆLEBS supra.

Coelementātus, a, um. Tertull. adv. Valent. cap. 23. Mundus coelementatus.

Cœlestus, V. CÆLESTUS.

Cœlia gens plebeja quidem Romæ, sed illustrium virorum genetrix, in his M. Cœlius M. F. Rufus, Ciceronis discipulus, cujus est octavus liber hujus epistolis ad Familiares insertus, cujus etiam vitam magnam partem describit in oratione, quam pro illo scripsit. Hic quamdiu Ciceronis auctoritati paruit egregium civem se in tribunatu suo præstitit in causa optimatum defendenda. Postea ædilis Curulis ac deinde Prætor factus, causa debitorum suscepta turbare remp. cœpit: verum decreto patrum a rep. remotus, curiaque ac concione prohibitus, dolore ignominiæ permotus, Urbe cessit & ad Cæsarem proficisci se simulans, Miloni, qui fugitivos contraxerat, se conjunxit, nonnullisque Italiæ municipiis frustra ad bellum solicitatis, Thurii denique ab equitibus Cæsarianis Gallis & Hispanis, qui ibi in præsidio erant, interemptus fuit. V. Cic. l. c. & de Cl. Or. 272. Quintil. l. 10. c. 1. Cæsar de Bell. Civ. 3. 20. seq. Paterc. 2. 68. Epit. Liv 111. Appian. l. 2.

De Aliis Cœliis cognom. Caldis, V. Fulv. Ursin. Fam. Ro.

Cœliacus, i. m. [κοιλιακός] Morbus intestinorum, vel portæ inferioris ventriculi, qui pylorus Græcis dicitur. Cels. lib. 4. cap. 12. In ipsius vero ventriculi porta consistit is, qui & longus esse consuevit: κοιλιακὸς a Græcis nominatur. Sub hoc venter indurescit, dolorque ejus est. Alvus nihil reddit, ac ne spiritum quidem transmitit. Extremæ partes frigescunt. Difficulter spiritus redditur.

Cœliacus, etiam dicitur Is qui cœliaco morbo laborat, cujus exempla creberrima sunt apud Plin. ut lib. 23. cap. 1. Decoctum eorum veteres dysentericos & cœliacos juvat. De nucleis acinorum.

Cœlius, Mons dictus est, auctore Festo, a Cœle quodam ex Hetruria, qui Romulo Auxilium adversus Sabinos præbuit; eo quod in eo domicilium habuit. ubi V. Dacer. Hunc Tullus Hostilius Urbi addidit, ibique ipse

ipse habitavit, quo frequentius habitaretur, teste Liv. 1. 30. In eodem habitavit Ennius poeta.

COELIOLUS, i. m. dimin. Locus Urbis Romæ, in quem traducti fuerunt principes quidam de Cœlianis. V. Varr. 4. de L. L. 8. apud Cic. de Arusp. resp. 32. L. Pisonem quis nescit his ipsis temporibus maximum & sanctissimum Dianæ sacellum in Cœliculo sustulisse? corrupte pro Cœliolo. V. Græv.

CŒLIMONTANUS, a, um. Adj. ut Cœlimontana porta. Cic. in Pison. 55. Add. Liv. 35. 9.

CŒLLO, is. diphthongo & gemino ll scriptum, Verbum antiquum, & quo solum in compositis utimur, significat Percutio aut frango. Præteritum facit ceculi, vel culsi, & supinum culsum. Hinc fiunt composita, Percœllo, idem est quod Percutio, pulso, & frequenter ad animum transfertur. Ter. And. 1. 1. 98. Perculsit illico animum. Procœllo, idem est quod Propello, vel Everto. Inde Procœlla. Item Recœllo, idem quod Reclino. Est & Cello sine diphthongo scriptum, de quo vide suo loco. [Quod cave putes aliud esse verbum. Melius autem ita scribitur, quia ex Græco est κέλλω. Nec aliud puto verbum esse Cillo, quod item allegant Grammatici. Significatione enim convenit. Ac notum est litteras e & i permutari consuesse, ut factum in Duellius, Duillius. V. E litt.

CŒLOMATA, [κοιλώματα] medicis Rotunda sunt & cava ulcera bothriis latiora, quæ in oculis circa irim nascuntur. Ex lib. quem vocant Introductionis Galeno adscriptæ.

CŒLOS, i. m. [Κοῖλος] Thraciæ portus est, Atheniensibus & Lacedæmoniis (inquit Mela lib. 2. 2.) navali acie decernentibus Laconicæ classis signatus excidio. Thucydides lib. 8. pugnam navalem juxta Abydum Atheniensibus cum Syracusanis, & Lacedæmoniis fuisse scribit, Thrasyllo videlicet & Thrasybulo ducibus, insigni parta victoria. Sunt qui ad Alcibiadem referre malint, quem Lacedæmonios vicisse, octoginta navibus amissis, & prope omnibus eorum ducibus cæsis, Plutarchus, & Justinus scribunt.

CŒLOSSA, [Κοιλόσση] Montis nomen est, non procul a Phliunte oppido Phliasiorum, ex cujus parte quadam, quam Carneatem vocari Strabo scribit, Asopus fluvius oritur. V. eum lib. Geogr. 8.

CŒLUM, cum Derivatis, V. CÆLUM.

CŒMENTUM, V. CÆMENTUM.

CŒMĒTĒRIUM, i. n. [κοιμητήριον] Latine dicitur Dormitorium: Translate Locus ubi mortuorum corpora conduntur. Sic dictum quod hæc mors corporis temporaria sit, simusque omnes resurrecturi. Non inscite a quibusdam recentioribus dictum est Sepulchretum: quo & Catullus utitur. Dosiades apud Athenæum lib. 4. tradit, quum in omnibus oppidis Cretæ ædes duæ publicæ sint, in quibus communes cœnæ darentur, alterum eorum ædificiorum ἀνδρεῖον vocatum: alterum, quod peregrinis, ut quietem ibi caperent dormirentque, assignabant, κοιμητήριον appellatum. Loquutus autem est ille de vero somno: quum Christiani homines pro loco in quo μεταφορικῶς somnus capitur, acceperint. Perpetuum enim soporem ob similitudinem, mortemque, conferendæ rei causa, somnum vocabant: eousque qui sepulti forent, dormire dicebant. Unde postea loca mortuis dicata, & ubi humi corpora sepeliuntur, κοιμητήρια. V. Coquejus ad August. de Civ. Dei, 1. 13.

COĔMO, ēmi, emptum, [συνωνέομαι] ĕre. Idem quod Emere significat, vel Simul emere. Ter. Adel. 2. 2. 18. Coemisse, hinc quæ illuc veheres multa. Cic. 15. Fam. 19. Omnia bona coemit.

Coemere & Vendere aliquid, contraria. Cic. 6. Verr. 133. Quæ tum non modo non vendebant, verum etiam coemebant.

COEMPTUS, a, um. Partic. ut, Lusciniæ coemptæ. Hor. 2. Serm. 3. 245.

Luscinias soliti impenso prandere coemptas.

Merces coemptas supprimere, Ulpian. in l. annonam. D. de extraord. criminibus. Præterea debebis custodire, ne Dardanarii ullius mercis sint: ne aut ab iis qui coemptas merces supprimunt, &c. annona oneretur.

Res coemptæ. Suet. Neron. cap. 5. Perfidiæ vero tantæ, ut non modo argentarios pretiis rerum coemptarum, sed & in prætura mercede palmarum aurigarios fraudaverit.

COEMPTIO, ōnis. f. [συνώνησις] Vocabulum proprie adhibitum in re uxoria. Cic. 1. de Orat. 237. Nam neque illud est mirandum, qui quibus verbis coemptio fiat, nesciat, eundem ejus mulieris, quæ coemptionem fecerit, causam posse defendere.

Usus & Coemptio. Cic. pro Flacc. 84. In manum, inquit, convenerat. Nunc audio: sed quæro utrum usu, an coemptione?

Coemptio quid sit, explicat his verbis Boethius in Topic. Cicer. comment. 2. Tribus modis uxor habebatur, usu, farre, coemptione. sed confarreatio solis Pontificibus conveniebat. Quæ autem in manum per coemptionem convenerant, hæ matresfamilias vocabantur: quæ vero usu, vel farreatione, minime. Coemptio vero certis solennitatibus peragebatur, & sese in coemendo vicissim interrogabant. Vir ita, an mulier sibi materfamilias esse vellet? illa respondebat, Velle. Item mulier interrogabat, an vir sibi paterfamilias esset vellet? ille respondebat, Velle. Itaque mulier, viri conveniebat in manum, & vocabantur hæ nuptiæ, per coemptionem: & erat mulier materfamilias viro, loco filiæ. Hæc Boethius. De Matrefamilias V. in MATER.

Facere coemptionem. Cic. pro Muren. 27. Putarunt omnes mulieres quæ coemptionem facerent, Caias vocari. i. e. Nuptias per coemptionem. Est enim Coemptionem facere, Matremfamilias jungere viro, in quo mancipium quoddam est, & utrinque emptio. Eo pertinet quod Virg. canit 1. Georg. 31.

Teque sibi generum Tethys emat omnibus undis. Quem in locum sic ait Servius: Ad antiquum morem retulit, quo se maritus & uxor invicem emebant. [At hic de genero agitur, non de marito.

COEMPTIONĀLIS, e. Adj. Simul venalis cum aliis. Cic. 7. Fam. 29. Quod quidem si inter senes coemptionales venale proscripserit, egerit non multum. Amerpachius putat recte scriptum esse in quibusdam libris Emptionales: ubi nonnulli Concionales habent, alii Coemptionales: & simpliciter significari, Senes delectari emptionibus. Plaut. Bacch. 4. 9. 52.

Nunc Priamo nostro si est quis emptor, coëmtionalem senem
Vendam ego, venalem quem habeo.

V. Manut. ad loc. Cic. & Jo. Fr. Gronov. de Pec. Vet. 4. 8. & ad loc. Plauti.

COEMPTOR, ōris. m. ut, Testium coemptor. Apul. Apol. p. 321.

Piperis coemptor. Juven. 14. Sat. 293.

Frumenti dominus clamat, piperisque coemptor. alii legunt Coempti.

CŒNA, æ. f. [δεῖπνον, δόρπος] & in plurali Cœnæ, arum, notum est. Festus, Cœna apud antiquos dicebatur, quod nunc est Prandium. Vesperna, quam nunc Cœnam dicimus. Martial. 13. 14.

Claudere quæ cœnas lactuca solebat avorum.

Cœna, In cœnarum conviviis lautissimis Secunda fercula, ipsumque velut solidum corpus cœnæ, Cœna proprie antiquis dicebatur. Macrob. Sat. 2. 9. Ante cœnam echinos, &c. deinde mox, In cœna sumina, sinciput aprugnum. Ex Turnebo.

Scribitur & Cæna per alteram diphthongum, & Cena sine Diphth.

Deûm cœnæ, pro Dulcibus & gratis dicuntur, quasi proverbio, quod illi ambrosia victitare crediti sint. Hor. 2. Serm. 6. 65.

O noctes, cœnæque deûm, quibus ipse, meique
Ante larem proprium vescor.

Lautorum cœnæ. V. LAUTUS.

Pontificum cœnæ, Sumptuosæ dicuntur & opiparæ. Hor. 2. Carm. 14. 28.

Absumet hæres Cæcuba dignior
Servata centum clavibus: & mero
Tinget pavimentum superbo
Pontificum potiore cœnis.

Proverbium est apud Erasmum, Pontificalis cœna. V. Macrob. l. c.

Caput cœnæ. i. e. Principium. Cic. 5. Tusc. 98. Ubi quum tyrannus cœnavisset Dionysius, negavit se jure illo nigro, quod cœnæ caput erat, delectatum. V. CAPUT.

Fundus & fundamentum cœnæ. i. e. Totus apparatus. Gell. lib. 17. cap. 8. Ejus cœnæ fundus, & fundamentum omne erat in olla una lentis Ægyptiæ, & cucurbitæ ibi minutim cæsæ.

Impensis cœnarum suffragia plebis venari. Hor. 1. Epist. 19. 38.

Magister cœnarum, Artifex lautitiarum. Martial. lib. 12. 48.

Pater cœnæ, Convivator, hospes. Hor. 2. Serm. 8. 7.

Abundantissima cœna. Suet. Neron. cap. 42.

Adjicialis cœna. V. ADJICIALIS.

Cœna adventitia. Suet. Vitell. 13. Famosissima super ceteras fuit cœna ei data adventitia a fratre. V. ibi Torrent. conf. & Cœna viatica.

Ambulans. In AMBULO.

Antelucanæ. In ANTELUCANUS.

Aspera. In ASPER.

Cœna auguralis. Cic. 7. Fam. 26. In eas cum incidissem in cœna augurali, &c. Augures, sacerdotium ineuntes, collegis cœnam dabant lautam. Manut. in l. V. Varr. de R. R. 3. 6. extr.

Brevis. Hor. 1. Epist. 14. 35.

Centenariæ. In CENTENARIUS.

Cereales cœnæ. Plaut. Men. 1. 1. 25.

Cereales cœnas dat, ita mensas extruit. Cereales cœnas, inquit Turnebus, appellari suspicor Opimas, & lautas, & multis ferculis oneratas, quod Cerealibus populariter solerent genio indulgere: id quod e Marone (1. Georg. 338.) intelligi potest sic scribente,

In primis venerare deos, atque annua magnæ
Sacra refer Cereri, &c.

Cynica cœna. Petron. cap. 14. i. e. Eorum qui misere vivebant.

Cœna dubia. In DUBIUS.

Lautissima. In LAUTUS.

Magna. Hor. 2. Serm. 6. 104.

Mundæ cœnæ parvo sub lare pauperum. Hor. 3. Carm. 29. 15.

Nitida & frugi. Plin. lib. 3. Epist. 1.

Cœna nuptialis. Suet. Calig. 24. Alii tradunt, adhibitum cœnæ nuptiali mandasse ad Pisonem, contra accumbentem, &c. V. etiam Apul. 6. Met. p. 195.

Opima. In OPIMUS.

Popularis cœna. Plaut. Trin. 2. 4. 69.

Apposita sit cœna, quam popularem vocant, i. e. Epulum populo datum, cum aliquis triumphabat, vel in aliqua alia publica lætitia. Turneb.

Prior cœna me detinet, i. e. Apud illum cœno, qui prior me vocavit. Hor. 1. Epist. 5. 27.

Et nisi cœna prior, potiorque puella Sabinum
Detinet, assumam.

Potest & Prior exponi, quasi Melior & lautior.

Rara, i. e. Lautior. Martial. lib. 11. 53.

Quæ nec Stella solet rara nisi ponere cœna, &c.

Recta cœna, Latinis auctoribus Cœna est lauta, opipara: unde & Recte convivari. Tranquil. Suet. August. 74. pr. & in Vesp. 19. Sed & convivabatur assidue, nec unquam nisi recte & dapsile. Sic, Recte vivere, pro Laute vivere Seneca usurpavit. Sed Recta meliores libri exhibent. V. quæ mox ex Bud.

Recta cœna, Sportulæ opposita erat. Liberaliore enim divites civilioresque salutatoribus suis legitimum convivium exhibebant, quæ Recta cœna dicebatur: Sordidi autem & maligniores, rectæ cœnæ loco sportulam tantum præbebant. Suet. in Domit. cap. 7. Multa etiam in communi rerum usu novavit, sportulas publicas sustulit, revocata cœnarum rectarum consuetudine. Interdum nummi sportulæ loco cedebant. Juven. 1. Sat. 117.

Sed quum summus honor finito computet anno
Sportula quid referat, quantum rationibus addat:
Quid facient comites, quibus hinc toga, calceus hinc est,
Et panis fumusque domi?

Budæus.

Solennes cœnæ. Suet. Tiber. 34. Solennibus ipse cœnis pridiana sæpe ac semesa obsonia apposuit. V. Philargyrium ad Virg. 5. Ecl. 74. Qui ibi dicit tria genera esse cœnarum, Solenne, viaticum, & geniale, &c.

Subita cœna. Sen. Thyest. 9.

Terrestris, Quæ ex oleribus tantum apparatur terra natis, nulla carne adhibita. Plaut. Capt. 1. 2. 86. Joco dictum.

Viatica cœna, i. e. Adventitia. Plaut. Bacch. 1. 1. 61.

Ego sorori meæ cœnam hodie dare volo viaticam. Veterum hic mos erat, ut peregre redeuntes convivio exciperent amici. Idem 3. 6. 7. Salvos, inquit, quum peregre advenis, cœna detur. Id & de Epistola Martialis Præf. lib. 12. dixit, Ut familiarissimas mihi aures tuas exciperem adventoria. Turneb. 30. 26. conf. Adventitia supra.

Ad cœnam aliquem adducere. Cic. 5. Tusc. 91. Al. Abducere.

Ad cœnas itare. Cic. 10. Fam. 24. Te ad cœnas itare desisse, moleste fero.

Ad cœnam invitare. V. INVITO.

Ad cœnam mittere. In MITTO.

A cœna redire. Cic. pro Cœl. 20.
Ad cœnas revocare aliquem. Cic. 10. Fam. 24. Vides, ut te philosophando revocare coner ad cœnas?
Ad cœnam venire. Cic. 3. Q. frat. 1.
Ad cœnam vocare aliquem. Cic. 6. Att. 1.
In cœnam. V. IN.
In cœnas singulas. V. IN.
In cœna imitari aliquid. Cic. 9. Fam. 20. Tamen in ea cœna cocus meus præter jus fervens nihil potuit imitari.
Inter cœnam. V. INTER.
Inter cœnam ludere. Suet. in August. cap. 71.
Post cœnam vomere. Cic. pro Deiot. 21.
Super cœnam cantare. Suet. in Neron. cap. 22.
Super cœnam sumere cibum. Suet. in Domit. cap. 21. Prandebatque ad satietatem, ut non temere super cœnam præter Matianum malum & modicam in ampulla potiunculam sumeret.
Super cœnam transigere multa. Suet. in Vesp. cap. 22. Et super cœnam autem, & semper alias comissimus, multa joco transigebat.
Accipere aliquem cœna. Gell. lib. 17. cap. 8.
Adhibere cœnæ aliquem. Suet. in Claud. cap. 32. Adhibebat omni cœnæ & liberos suos cum pueris puellisque nobilibus.
Apparare cœnam. In APPARO.
Apponere. In APPONO.
Capere e rogo. Catul. de Ruff. 57. 3.
Claudere cœnas dicitur cibus, qui in cœna postremus apponitur. V. a pr. hujus dictionis & in CLAUDO.
Condicere cœnam, & Ad cœnam. In CONDICO.
Dare cœnam. Plaut. Capt. 3. 1. 34.
— ut mihi cœnas decem
Meo arbitratu dent, quum cara annona sit. Sic egero.
Dare comitatis exquisitissimæ cœnam alicui. Suet. in Othon. cap. 3.
Ducere cœnam. i. e. Deducere, perficere, transigere. Hor. in Arte Poet. 376. — poterat duci quia cœna sine istis? [An Dici? judicet lector cordatus.
Facere cœnam. Cic. 9. Fam. 116.
Imperare cœnam. In IMPERO.
Indicere. In INDICO.
Instruere cœnam oleribus. In INSTRUO.
Largiri. In LARGIOR.
Ministratur cœna pueris. Hor. 1. Serm. 6. 116.
Obire cœnas. In OBEO.
Parare. In PARO.
Præbere cœnam aliquot ferculis. Suet. in August. cap. 74. Cœnam ternis ferculis, aut, quum abundantissime, senis præbebat, ut non nimio sumptu, ita summa comitate.
Producere jucunde. Hor. 1. Serm. 5. 70.
Quærere cœnas, i. e. Appetere. Cic. 9. Fam. 16. Nec tamen eas cœnas quæro, ut magnæ reliquiæ fiant: quod erit, magnificum sit & lautum.
Cœna, pro Loco in quo cœnatur. Plin. lib. 12. cap. 1. Aliud exemplum Caii principis, in Veliterno rure mirati unius tabulata, laxisque ramorum trabibus scamna patula, & in ea epulati, quum ipse pars esset umbræ, quindecim convivarum ac ministerii capace triclinio, quam cœnam appellavit ille nidum. [Quia in platani scilicet ramo data est. Legendum videtur Pars esset, umbrâ XV. convivarum, ac ministerii capace triclinii.
CŒNARIUS, Adj. ut Cœnariæ tesseræ, sicut Frumentariæ. Torrent. in Suet. Aug. cap. 41. Tesseras Frumentarias, Olearias & Cœnarias quoque legisse memini, quas reddentibus frumentum, oleum, aut cœna præberetur. Sic igitur & Nummarias interpretor, quibus allatis promissi pro congiario nummi præstarentur, quas Augustus nonnunquam duplicavit. H. St.
CŒNATĬCUS, a, um. [δειπνικός] Ad cœnam pertinens. ut, Spes cœnatica. Plaut. Capt. 3. 1. 36.
Nunc ibo ad portum hinc. est illic mihi una spes cœnatica.
CŒNIPĔTA, æ. c. Qui cœnas aliorum captat, nec cœnat domi libenter. Perott.
Hadr. Barlandi Dial. 22. Quid? tune existimas Parasitum esse alium, ac Cœnipetam? H. St.
CŒNŬLA, æ. f. [δειπνίδιον] dimin. Cic. 5. Tusc. 91. Quid vos hesterna, inquit, cœnula, non intellexistis me pecunia non egere?
Parva cœnula. Martial. lib. 5. 79.
Parva est cœnula, quis potest negare?
Ad cœnulam invitare aliquem. Suet. in Claud. cap. 21.
Facere cœnulas. Cic. 10. Fam. 24. Deinde etiam vereor (licet enim verum dicere) ne, nescio quid illud quod solebas, dediscas, & oblivíscare cœnulas facere.
CŒNO, āvi, & ātus sum, ātum, [δειπνέω] āre. Cic. 2. Q. frat. 8. Eo die cœnavi apud Crassipedem.
Apparatius cœnare. In APPARO.
Apud aliquem. Cic. 1. Fam. 2.
Belle. Martial. lib. 11. 35.
Cœnabit belle, non habitabit Aper.
Bene cœnare. Hor. 1. Epist. 6. 46. & Catul. 13. 1.
Melius. Cic. 5. Tusc. 97. Socratem ferunt, quum usque ad vesperum contentius ambularet, quæsitumque esset ex eo, quare id faceret, respondisse, se, quo melius cœnaret, opsonare ambulando famem.
Civiliter. In CIVILITER.
Foris cœnare. Martial. lib. 12. 19.
Libenter. In LIBET.
Simul. Cic. 2. de Invent. 14.
Atratum. Cic. in Vatin. 30. Cedo, quis unquam cœnavit atratus?
Cœnare cum aliquo. Hor. 1. Epist. 7. 70.
Cum toga pulla. Cic. in Vatin. 31. Quis in funere familiari cœnavit cum toga pulla?
In odorem culinæ. Plaut. Pseud. 3. 2. 53.
Eum in odorem cœnat Juppiter cotidie. Al. Eum nidorem.
In triclinio. Cic. 13. Att. 50.
Alienum cœnare, Ex alieno. Plaut. Pers. 4. 3. 4.
Aprum cœnare. Hor. 2. Serm. 3. 234. Sic apud Senecam, de Providentia, Cœnare herbas. Sic
Boletos, &c. Martial. lib. 12. 17.
Cœnat boletos, ostrea, sumen, aprum.
Olus. Hor. 2. Epist. 168. conf. PRANDERE.
Patinas cœnabat omasi vilis, & agnini. Hor. 1. Epist. 15. 34. Alii sic legunt, Tabulas cœnabat omasi, vilis & agninæ. ut tabulas paropsides intelligant more Græcorum, qui πίνακας vocant. agninæ autem cur Vilis, vide suo loco in AGNUS.
Pulmenta. Hor. 1. Epist. 18. 48.
Sexcenti cœnant. Martial. lib. 11. 66.
Cœnare malum, per metaphoram. Plaut. Asin. 5. 2. 86.
Ecastor cœnabis hodie, ut te dignum est, magnum malum.
Cœnare etiam pro In cœna exhibere. Suet. August. 70. Dum nova divorum cœnat adulteria. Et sic Tertul. Apol. cap. 39. Non tam cœnam cœnare quam disciplinam, i. e. Maxime curam gerere.
CŒNANS, antis. [δειπνῶν] Partic. Cic. 15. Att. 27. extr. Adventabat autem βυλλύσι cœnantibus nobis. Idem. 16. Fam. 21.
Una cœnantes. Hor. 2. Serm. 8. 18.
CŒNĀTUS, a, um. [δεδειπνηκώς] ut pransus, ut potus, ut lotus, id est Confecta cœna, inquit Nonius 2. 195. Cic. 2. Att. 6. Cœnato mihi, & jam dormitanti pridie Calend. Maias epistola est illa reddita. Idem pro Deiot. 20. Quid igitur causæ excogitari potest, cur te lautum voluerit, cœnatum noluerit occidere? Et Hor. 1. Serm. 10. 60.
— amet scripsisse ducentos
Ante cibum versus; totidem cœnatus, &c.
Cœnatum est. Liv. 2. 4. extr. Et cœnatum forte apud Vitellios esset.
CŒNATIO, ōnis. f. [δειπνητήριον] Locus (inquit Valla lib. 4.) ad cœnandum, in imo potius. Erat autem potentiorum, auctore Budæo. Juven. 7. Sat. 183.
— & algentem rapiat cœnatio solem. De Cœnatione hiberna. Columel. lib. 1. cap. 6. Urbana rursus in hiberna & æstiva sic digeratur, ut spectent hiemalis temporis cubicula brumalem orientem: cœnationes, æquinoctialem occidentem. Rursus æstiva cubicula spectent meridiem æquinoctialem: sed cœnationes ejusdem temporis prospectent hibernum orientem.
Capax populi cœnatio. Senec. 2. Epist. 115. Porticum aliquam, vel capacem populi cœnationem ferunt. i. e. Valde laxam.
Jovis cœnatio, Capitolin. Pertin. cap. 11. Ingressus porticus palatii usque ad locum qui appellatur Sicilia & Jovis cœnatio.
Laqueatæ cœnationes. Suet. in Neron. cap. 31. Cœnationes laqueatæ tabulis eburneis versatilibus, ut flores ex fistulis, & unguenta desuper spargerentur. [Forte, Ut flores, & fistulatis, ut &c. V. Gronov.
Modica cœnatio. Plin. 2. Epist. 17. Deinde vel cubiculum grande, vel modica cœnatio, &c.
Tecta cœnatio. Senec. Epist. 90. Non enim tectæ cœnationi epulum receptura parabantur.
CŒNATIUNCŬLA, æ. f. [δειπνητηρίδιον] dimin. Plin. 4. Epist. 30. Fons oritur in monte, per saxa decurrit, excipitur cœnatiuncula manufacta: ibi paulum retentus in Larium lacum decidit.
CŒNATOR, ōris. m. Gloss. Gr. Lat. δειπνητής, Cœnator, Qui cœnas amat, multisque impensis instruit.
CŒNATORIUS, a, um. ut, Fames cœnatoria. Sidon. 2. Epist. 9. Vestis cœnatoria. Capitol. Maxim. Jun. cap. 4.
Hunc locum & H. St. adscripsit. Defuit autem in Lugd. hæc dictio.
CŒNATORIUM, i. n. [δειπνητόν] pro Veste cœnatoria, cum qua discumbere in conviviis solebant, quæ & alio nomine Tricliniaris toga dicebatur. Martial. lib. 10. 87.
— ebriæque noctis
Cœnatoria mittat advocato.
Cœnatoria repetere. Petronius Arbiter, cap. 21. Cœnatoria repetimus, & in proximam cellam ducti sumus, in qua tres lecti strati erant.
CŒNACŬLUM, i. n. [ἀνώγεων] Locus ad cœnandum in superiori domus parte, ut ait Valla lib. 4. Varro lib. 4. de L. L. 33. Ubi cubabant, Cubiculum; ubi cœnabant, Cœnaculum vocitabant. & p. p. Postquam in superiore parte cœnitare cœperunt, superioris domus universa, cœnacula dicta. [An Superiora domus?] Vitruv. lib. 2. cap. 8. In ea autem majestate urbis & civium infinita frequentia, innumerabiles habitationes opus fuit explicare. Ergo quum recipere non posset area plana tantam multitudinem ad habitandum in urbe, ad auxilium altitudinis ædificiorum res ipsa coegit devenire. Itaque pilis lapideis, structuris testaceis, parietibus cæmentitiis altitudines extructæ, contignationibus crebris coaxatæ, & cœnaculorum summas utilitates perficiunt & despectationes. Ergo menianis & contignationibus variis alto spatio multiplicatis, populus Romanus egregias habet sine impeditione habitationes. Ex his Vitruvii verbis intelligere est, Romana ædificia principio fuisse unius contignationis, postea multarum. Cui subscribit Varro lib. 4. de L. L. 33. Ædes, inquit, ab aditu, quod plano pede adibant. Budæus, Cœnacula sunt loca altiora domus, ad quæ scalis aut cochleis ascenditur. Hæc autem incolebant tenuiores & inquilini. Juven. 10. Sat. 18.
— Lateranorum obsidet ædes
Tota cohors, rarus venit in cœnacula miles. i. e. Ad inquilinos & pauperes, qui in conducto habitant.
Medianum cœnaculi. Ulp. in l. Si vero. §. Sed & si quis cœnaculariam exercens. D. de his qui dejecer. vel effuder. Quod si ex mediano cœnaculi quid dejectum sit, verius est omnes teneri.
Meritorium. V. MEREO.
In aliena cœnacula se dirigere. Ulp. in l. Saccularii. D. de Extraordinariis criminibus, Item qui diætarii appellantur, hoc est ii qui in aliena cœnacula se dirigunt furandi animo, plusquam fures puniendi sunt. V. Diætarius in DIÆTA.
Per cœnacula domum dividere. Ulpian. in l. Si cujus rei. §. Item si domus. D. de usufructu & quemad.
Diviso cœnaculo habitare. Ulpian. in l. Si vero. D. de his qui dejecer. vel effuder.
Mutare cœnacula. Hor. 1. Epist. 1. 91.
CŒNACULARIUS, i. m. [ἀνωγεώνης] Qui cœnaculum conduxit. Ulp. l. 11. §. 5. D. de pig. act. Videtur autem tacite & cum domino ædium hoc convenisse, ut non pactio cœnacularii proficiat domino, sed sua propria. Et Gloss. Gr. Lat. σταθμοῦχος, ὁ τὰ οἰκήματα τῆς οἰκίας συνάγων, Cœnacularius.
CŒNACULARIA, æ. f. [ἀνωγεωνία] Unde, Cœnaculariam facere sive exercere dicebatur, Qui domus totas conductas per singula cœnacula inquilinis

guilinis locabat, ut inde quæstum faceret pluris in summam locando. Ulpian. in l. Si vero. §. sed & si quis. D. de his qui dejecerunt vel effuderunt, Si quis cœnaculariam exercens modicum sibi hospitium retinuerit, residuum locaverit pluribus, omnes tenebuntur quasi in hoc cœnaculo habitantes, unde ejectum effusumve est. V. etiam Alex. ab Alex. 3. 14.

Cœnĭto, āre. Frequenter cœnare. Cic. 9. Fam. 7. Itaque non desino apud istos, qui nunc dominantur, cœnitare.

In publico cœnitare. Suet. in Neron. cap. 27.

Eodem argento. Plin. lib. 33. cap. 11. Invenimus legatos Carthaginiensium dixisse, Nullos hominum benignius inter se vivere, quam Romanos. Eodem enim argento apud omnes cœnitavisse ipsos. i. e. Communi inter omnes, seu invicem commodato.

Cœnitare foris. Cic. 7. Fam. 16. Ego si foris cœnitarem, Cn. Octavio familiari tuo non defuissem.

Sedentem cœnitare cum aliquibus. Valer. Max. lib. 2. 1. 2. Feminæ cum viris cubantibus sedentes cœnitabant.

Solum cœnitare. Suet. August. cap. 76. Vel post dimissum convivium solus cœnitabat.

Cœnātŭrio, īre. Cupere cœnare. Martial. lib. 11. 78.
Cœnaturit Vacerra, non cacaturit.

Cœneum, Promontorium Eubœæ Pomponio Melæ, lib. 2. 7. Sed Cenæum scribendum q. V.

Cœnobium, i. n. [κοινόβιον] Locus ubi communis vita ducitur. Vox est ecclesiastica. V. Barth. ad Briton. Aremor. p. 745. & Hottinger. analect. p. 22. seq. Latine Consortium reddere licet.

Cœnobita, æ. c. [Quasi ex Gr. κοινοβίτης, quod tamen non legitur, quum potius κοινόβιος dicendum sit.] Qui in cœnobio vivit. Hieron. Epist. 22. ad Eustoch. de custod. Virginitat. cap. 15. Tria sunt in Ægypto genera monachorum. Primum Cœnobitæ, quod illi Sauses gentili lingua vocant; nos in communi viventes, possumus appellare, &c. V. Cæl. Rhod. 10. 4.

Cœnum, vel potius Cænum, i. n. [βόρβορος] Lutum dicitur. Plin. lib. 14. cap. 22. Ad hæc pertinent peregrinæ exercitationes, & volutatio in cœno. V. Haphe. Cic. 4. Tusc. 51. Sic se dicere omnes stultos insanire, ut male olere omne cœnum. Hor. 2. Serm. 7. 27. — & hæres,
Nequicquam cœno cupiens evellere plantam.

Odor cœni gravis. Virg. 4. Georg. 49.

Decoctum cœnum. Curt. 4. 3. 25. Clypeos vero æneos multo igne torrebant, quos repletos fervida arena, cœnoque decocto, e muris subito devolvebant.

Ineluctabile. Stat. 9. Theb. 502.
Huc undæ coeunt, & ineluctabile cœnum.

Tenax. Claud. 2. in Eutrop. 443.
Per vada reptabat cœno subnixa tenaci.

Dividere cænum. Flor. 3. 17. 6. Extat vox ipsius, Nihil se ad largitionem ulli reliquisse, nisi si quis aut cænum dividere vellet, aut cælum.

In tenebris & cœno volvi, pro Vitam degere humilem & sordidam. Lucret. lib. 3. 77.
Ipsi se in tenebris volvi, cœnoque queruntur.

Cœnum, de Homine turpi, per metaphoram. Cic. pro Domo 47. O cœnum, ô portentum, ô scelus!

Labes atque cœnum. Cic. pro Sext. 10. Habeo quem opponam labi illi, atque cœno.

Cœnosus, a, um. Adj. [βορβορώδης] Plenus cœno. ut, Lacus cœnosus. Columel. lib. 7. cap. 105. Nec ulla re magis gaudet, quam rivis, atque cœnoso lacu volutari.

Compar. ut, Liquor cœnosior. Solin. cap. 62.

Cœnosus Portus, [πηλώδης λιμήν] Strab. lib. 7. Post Orchinium, inquit, extat Posidonium ac Buthrotum in portus ore conditum, quem Cœnosum appellant.

Cœnositas, ātis. f. Fulgentius in Virgilian. continentia p. 156. ed. Munk. In temporales gurgitis cœnositates morumque fæculentias transit.

Cœnulentus, a, um. Cœno conspersus. Tertull. de Pallio cap. 4. Pedes cœnulenti.

Cœnŏenum, i. n. [Κοινόηνον] Germaniæ urbs Ptolemæo. vulgo *Lauenburg.*

Coeo, ivi & ii, itum, [σύνειμι, συνήκω, συγγίνομαι, συνέρχομαι] ire. Simul ire, convenire. Ter. Eun. 3. 4. 1.
Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræo. Turnebus interpretatur, Coimus, i. e. Cœnamus, epulamur, de symbolis edimus, Adverf. 19. 13. Al. Coiimus perperam.

Coire, & Dissultare, contraria. Lucret. lib. 3. 396.
Concursare, coire, & dissultare vicissim.

Coire ad morsum cornua scarabæorum. Plin. lib. 11. 28. Cornua prælonga, bisulcis dentata forcipibus, in cacumine quum libuit ad morsum coeuntibus.

Ad locum solitum. Ovid. 4. Met. 83.

In aliquem locum. Cic. 7. Att. 3.

In idem. Sen. lib. 2. de Benef. cap. 29. Et quum quædam nec coire quidem in idem natura patiatur.

In unum coire. Virg. 10. Æn. 410.
Non aliter socium virtus coit omnis in unum. Ubi Servius, Unanimiter omnes fortiter faciunt. Liv. 6. 3. Neque se conglobandi, coeundique in unum, aut arma capiendi datur spatium.

Immitia placidis coeunt. Hor. in Arte Poet. 12. h. e. Fera & crudelia connectuntur atque conjunguntur cum lenibus ac mitibus.

Millia crabronum coeunt. Ovid. 3. Fast. 53. de Sileno,
Millia crabronum coeunt, & vertice nudo
Spicula defigunt, oraque prima notant.

Cornua Lunæ coeunt. Ovid. 7. Met. 180.

Par pari coeat, jungaturque. Hor. 1. Epist. 5. 25.

Pus coit. Cels. lib. 2. cap. 8. Sive in magno abscessu multum puris coiit, &c. i. e. Confluxit, Collectum est.

Regna bina cum populis coisse. i. e. Ex regnis duobus unum esse factum. Ovid. 6. Fast. 94.

Sanguis coit gelidus formidine. Virg. 3. Æn. 30.

Terra coit frigore. Lucret. lib. 6. 845.

Undæ coeunt. Stat. 9. Theb. 502.

Verba coeunt. Mutuis verbis inter aliquos convenitur. Propert. lib. 3. 13. 8.
Vix memini nobis verba coire decem. i. e. Vix decem verba colloqui nos.

Coeunt inter se. Cæs. 1. Bell. Civil. cap. 75. Reliqui coeunt inter se, & repentino periculo exterriti, sinistras sagis involvunt, gladiosque distringunt.

Inter se cornu curvata capita coeunt, de Arcu tenso. Virg. 11. Æn. 860.
Dixit, & aurata volucrem Threissa sagittam
Deprompsit pharetra, cornuque infensa tetendit,
Et duxit longe, donec curvata coirent
Inter se capita.

Coire, pro Glutinari, Coalescere. apud Cels. lib. 2. cap. 10. At arteria incisa, neque coit, neque sanescit.

Cicatrix coit. Plaut. Amph. Suppos. 4. 4. 63.
Signo eodem apparet probe, ut primum coivit cicatrix rufula.

Facies in monstrum coit, In monstri speciem componitur. Sen. Hippol. 10.

Gratia non coit. Hor. 1. Epist. 3. 32. — An male sarta
Gratia nequicquam coit, ac rescinditur?

Pontus coit frigore, Concrescit gelu. Ovid. 4. ex Pont. 9. 85.
Mentiar, an coeat duratus frigore pontus.

Saxa coire in membra. Propert. lib. 3. 2. 6.
Saxa Cithæronis Thebas agitata per artem,
Sponte sua in muri membra coisse ferunt.

Structura coit in modum carinæ. Curt. 7. 3. 9. i. e. Acuminatur.

Vulnera coeunt. Ovid. 1. de Pont. 3. 87.

Vulnera coeuntia rumpere. Ovid. 4. Trist. 4. 41.

Coire in densitatem. Plin. lib. 35. cap. 15. Spissantur hæc utraque, & in densitatem coeunt.

Coire cum aliquo & conjungi, Concordare. Cic. 1. Att. 14. Duo enim soli dicuntur petituri. Cæsar, cum eo coire per Arrium cogitat: & Bibulus, cum hoc se putat per C. Pisonem posse conjungi.

Cum hoc coire ausus es? Cic. Post red. in Senat. 15.

Jus coeundi lege permissum. Callistratus in l. Semper. §. Divus quoque Pius. D. de Jure immunitatis, Quibusdam collegiis vel corporibus quibus artificii sui causa jus coeundi lege permissum est, immunitas tribuitur, &c.

Connubio coire. Curt. 8. 1. 9. Principes Macedonum cum primoribus suæ gentis connubio coire pateretur.

Coire in fœdera. Virg. 11. Æn. 292.
— coeant in fœdera dextræ
Qua datur.

Coire in matrimonium alicui. Paulus in l. Titia. D. de verborum oblígat. Titia, quæ ex alio filium habebat, in matrimonium coit Caio Seio habenti filiam.

Nuptiis coire. Curt. 9. 1. 26. Nuptiis coeunt, non genere ac nobilitate conjunctis, sed, &c.

Societatem cum aliquo. Cic. pro Rosc. Amer. 96. Nullamque societatem neque sceleris, neque præmii cum homine ullo coieras.

Societatem coire, & Dirimere, contraria. Cic. 2. Philipp. 24. Utinam Cn. Pompei cum C. Cæsare societatem aut nunquam coisses, aut nunquam diremisses.

Societatem voluntariam cum aliquo. Cic. pro Quint. 76.

Societatem ad emendum coire. Ulpian. l. Cum duobus. §. Si qui societatem. D. pro Socio, Si qui societatem ad emendum coierit, deinde res alterius dolo, vel culpa empta non sit: pro socio esse actionem constat.

Societatem coire ad obligationem innocentium. Martian. in l. 1. in princ. D. ad l. Cornel. de fals.

Societatem coire de re aliqua. Cic. pro Rosc. Amer. 87. Avaritiam præfers, qui societatem coieris de municipis cognatique fortunis cum alienissimo.

Societatem ex partibus coire. Cels. in l. Si coita sit. D. pro Socio, Si coita sit societas, ex iis partibus quas Titius arbitratus fuerit, si Titius antequam arbitraretur decesserit, nihil agitur.

Societatem coire in rem certam emendam, aut conducendam. Paulus in l. actione. §. Si in rem. D. pro Socio.

Societatem in tempus coire. Paulus in l. actione. §. Item qui societatem. D. pro Socio.

Societatem ea conditione coire. Pompon. in l. Si societatem. D. pro Socio, Si societatem mecum coieris ea conditione, ut partes societatis constitueres, ad boni viri arbitratum ea res redigenda est.

Societatem alicujus rei coire. Cic. pro C. Rabir. perduel. reo, 22. An cum Mario, Scauro, Catulo, Metello, Scævola, cum bonis denique omnibus coire non modo salutis, verum etiam periculi societatem?

Societatem omnium bonorum coire. Paulus in l. Ea vero. D. pro Socio, Quum specialiter omnium bonorum societas coita est, tunc & hæreditas, &c.

Societatem lucri, quæstus, & compendii coire. Paulus in l. Duo societatem. §. Duo colliberti. D. pro Socio.

Societatem universarum fortunarum coire. Ulpian. in l. Si societatem. D. pro Socio, Si societatem universarum fortunarum coierunt, id est earum quoque rerum quæ postea cuique acquirentur, hæreditatem cuivis eorum delatam in commune redigendam.

Societatem periculi vel laboris coire. Cic. 5. Fam. 19. Quia communicatio consilii tali tempore, quasi quædam admonitio videtur esse officii, vel potius efflagitatio ad coeundam societatem vel periculi vel laboris.

Societas re, verbis, & per nuntium coitur. Modestinus in l. Societatem. D. pro Socio, Societatem coire & re, & verbis, & per nuntium posse nos, dubium non est.

Res coeuntium societatem communicantur. Paulus in l. 1. D. pro Socio, In societate omnium bonorum omnes res quæ coeuntium sunt, continuo communicantur.

Coire & congredi dicuntur milites, auctore Donato ad Phorm. 2. 2. exer. quum veniunt ad manus. [De Congressu res nota est, de Coitione exempla sequuntur, sed ex poëtis duntaxat. V. Coitio.

Sine more, & arte. Stat. 11. Theb. 408.
Hæc pugnæ facies: coeunt sine more, sine arte.

Agmina coeunt, Conjunguntur. Valer. 8. Argon. 430.

Rates coeunt. Valer. ibid. & 8. Argon. 284.

Coeunt in prælia. Valer. 5. Argon. 635.

Coitur, passivum. Lucan. 2. 225. — multumque coitur
Humani generis majore in prælia damno.

Coire, de re Venerea [βινεῖν, ὀπύειν] Plin. lib. 10. cap. 53. Quædam omni tempore coeunt, ut gallinæ. De avium coitu.

Animalia coeunt, Ovid. 10. Met. 394.
— coeuntque animalia nullo
Cetera delectu.
Aves coeunt. Ovid. 9. Met. 732.
Urit oves aries: sequitur sua femina cervum.
Sic & aves coeunt.
Pecus coit. Ovid. 2. de Arte Am. 615.
In medio, passimque coit pecus; hoc quoque viso
Avertit vultus sæpe puella suos.
Cum pare suo coire. Ovid. 3. Trist. 741.
Cum pare quæque suo coeunt volucresque feræque.
Stupro coire. Curt. 5. 1. 37. Liberos, conjugesque cum hospitibus stupro coire, modo pretium flagitii detur.
Toro coire. Ovid. 1. de Arte Am. 564. subauditur præpositio.
Furtim coire. Ovid. Rem. Amor. 33.
Coire [συνίστασθαι] apud Priscos verbum criminosum erat. Lege enim Cornelia constituta erat accusatio adversus eos qui in accusationes condemnationesque coierant. quo capite legis Corneliæ a Sulla sic appellatæ, nec plebs nec equester ordo tenebatur: sed Senatores tantum, & qui magistratus gesserant. Verba legis in oratione Ciceronis pro Cluent. 144. hæc extant, Qui Tribunus militum legionibus quatuor primis, quive Quæstor, Trib. Plebis (& deinceps omnes magistratus enumerantur) quive in Senatu sententiam dixit, dixerit: qui eorum coit, coierit: convenit, convenerit: quo quis judicio publico condemnaretur, &c.
Coire in lites. Plin. 5. Epist. 14. ad Valerianum, Recitavit libellum dissertum & gravem, quo questus est venire advocationes, venire etiam prævaricationes, in lites coiri, & gloriæ loco poni ex spoliis civium magnos & statos reditus.
Coire de. Cic. pro Domo 47. Collegia medius fidius Tribunorum plebis tota reperientur hoc jure firmato, quæ coeant de hominum locupletissimorum bonis, præda præsertim populari & spe largitionis oblata. i. e. Qui in abdito consilia agitent de evertendis locupletum fortunis. Budæus.
Coiens, eüntis. Partic. [συνιόμενος] ut, Ripæ vadi coeuntes, i. e. Vadum angustum. Sil. lib. 1. 52.
Teque, vadi dubium coeuntibus, Aufide, ripis.
Specum coeunte terra jungere. Sen. Troad. v. 198.
Repetensque ditem, mersus ingentem specum
Coeunte terra junxit. i. e. Hiatum conjungente se terra clausit.
Coïtus, a, um. ut, Honestæ rei societas coita. Ulpian. l. 57. ff. pro Socio. conf. ibid. l. 32. & 33.
Coitūrus, a, um. [συνελευσόμενος] Partic. Ovid. 4. Epist. 129.
Nec quia privigno videar coitura noverca.
Coïtio, önis. f. [σύστασις] Cic. de Arusp. Resp. 55. Veruntamen nocturnis vigiliis & coitione hominum, justitium illud conceptum ac meditatum est.
Societatis coitio. Paulus in l. Nulla. D. pro socio, Nulla societatis in æternum coitio est.
Coitio, pro Actione arcana & factiosa. unde, Coitiones candidatorum. Cic. 3. Q. frat. 1. Quod scribis te audisse in candidatorum Consularium coitione me interfuisse, id falsum est. Ejusmodi enim pactiones in ea coitione factæ, quas postea Memmius patefecit, ut nemo bonus interesse debuerit: & simul mihi committendum non fuit, ut his coitionibus interessem, quibus Messala excluderetur. Et Liv. 3. 65. Quum per coitiones potentiorum injuria fieret. conf. Idem 3. 35. & 4. 13.
Coitio militum & congressio, pro Pugna ipsa. Ter. Phorm. 2. 1. 32.
Senex adest, vide quid agas: prima coitio est acerrima. [Ita quidem Donatus. Sed satius est proprie de Accessu, primaque compellatione accipere.
Coitio, idem ac Coitus venereus. Solin. cap. 46. de camelis feminis; Ad bellum feminæ præparantur, inventumque est, ut desiderium eis coitionis quadam castratione exsecaretur.
Coïtus, ûs. m. [συνουσία, συνάφεια, μίξις, ὀχεία] Plin. lib. 10. cap. 52. Coitus avibus duobus modis, &c.
Monstrifer coitus. Stat. 10. Theb. 790.
Nefandi coitus. Sen. Hippol. 2.
Venerius. Gell. lib. 19. cap. 2. Hippocrates autem divina vir scientia de coitu Venerio ita existimabat: partem esse quandam morbi tæterrimi, quem nostri comitialem dixere. namque ipsius verba hæc traduntur, τὴν συνουσίαν εἶναι μικρὰν ἐπιληψίαν.
Coitus humoris, Collectio, Abscessus. Cels. lib. 5. cap. 18. Potest vero ea compositio etiam ad parotidas, phymata, strumam, omnemque coitum humoris emolliendum.
Coitus Lunæ, pro Eclipsi, quando scilicet Soli opponitur. Plin. lib. 2. cap. 13.
Coibĭlis, e. Gell. lib. 16. cap. 19. pr. Celeri admodum & coibili oratione, vocumque filo tereti & candido, fabulam scripsit Herodotus super fidicine illo Arione. Alii legunt Cohibili. V. Gronov. & s. l. cohibilis. Ejus compositum Incoibilis, vide suo loco.
Coibilĭter, Adv. Apul. lib. de Deo Socratis, in fabula de corvo & vulpe, Eandem istam fabulam in pauca cogamus, quantum potest fieri coibiliter. Idem in Apolog. 1. Ordinatius & coibilius eadem Græce & Latine adnitar conscribere. Sed codd. emendati Stew. pag. 68. & Elmenh. pag. 297. Cohibiliter exhibent, ut proinde hæc vox spuria sit.
Cœos, V. Cæa.
Cœpio, [ἄρχομαι, ἐπιβάλλομαι, ἐνίσταμαι] Verbum, quo veteres utebantur pro Incipio. Plaut. Men. 5. 5. 57.
Neque ego insanio, neque pugnas, neque ego lites cœpio. Idem Truc. 2. 1. 23.
Dum habeat, tum amet: ubi nihil habeat, alium quæstum cœpiat. Sallust. in Catil. 7. pr. Sed ea tempestate cœpere se quisque magis extollere.
Nunc præteritum ejus verbi tantum est in usu, Cœpi, cum suis derivatis, cœperam, cœpissem, cœpero, cœpisse, cœptum ire. Terent. tamen præterito imperfecto subjunctivi usus est Adel. 3. 3. 44.
Prius olfecissem quam ille quicquam cœperet. Quo in loco multi legunt Cœperit. At Priscian. lib. 10. docet legendum Cœperet. Id quod exigit sensus: i. e. Inciperet.
Cœptus sum, pro Cœpi. Cic. de Clar. Orat. 301. Hortensius igitur quum admodum adolescens orsus esset in foro dicere, celeriter ad majores causas adhiberi cœptus est. Budæus. Et Liv. 21. 8. Vineæ cœptæ agi. Idem 21. 23. Exercitus cœptus est traduci. Item Nepos 13. 3. 1. Cœpti sunt premi. conf. infra in Partic.
Cœpiam, futurum tempus ab eo quod est Cœpi. Cato, Cœpiam seditiosa verba loqui. Invenitur quoque apud majores & infinitivi modi Cœpĕre. Festus.
Melius cœpisti quam desinis. Ovid. 9. Epist. 23.
Dies cœpit esse primus mœnibus. Propert. lib. 4. 4. 74.
Urbi festus erat, dixere Palilia Patres:
Hic primus cœpit mœnibus esse dies. i. e. Eo die primum cœperunt ædificari mœnia.
Exordium cœpit. Ennius apud Cic. de Fato, 35.
Neve inde navis inchoandæ exordium Cœpisset.
Expugnatio cœpta patrataque. Tacit. 12. Ann. 16.
Imago cœpit loqui. Martial. lib. 11. 103.
Portentum est, quoties cœpit imago loqui.
Lingua cœpit esse in quæstu. Quintil. in procem. lib. 1.
Morbus cœpit crudescere, Validior fieri. Virg. 3. Georg. 504.
Sin in processu cœpit crudescere morbus.
Odium cœpit glandis. Lucret. lib. 5. 1415.
Obsidium cœpit. Tacit. 4. Ann. 49.
Oratio cœpta est fieri, pro Cœpit. Cic. de Clar. Orat. 26. Qua in urbe primum se orator extulit, primumque etiam monimentis, & litteris oratio est cœpta mandari.
Urbem cœpere novam mapalibus Tyrii. i. e. Incœperunt urbem novam condere mapalibus. Sil. lib. 15. 419.
Forte dies priscum Tyriis solennis honorem
Rettulerat, quo primum orsi Carthaginis altæ
Fundamenta, novam cœpere mapalibus urbem.
Abundare cœpit. Cic. 1. Att. 2.
Deficere cœpit aliquos fides & res. Cic. 2. in Catil. 10. Res eos jampridem, fides deficere nuper cœpit.
Pœnitet cœpisse. Cic. pro C. Rabir. Posth. 5. Nihil autem erat illo blandius, nihil hoc benignius: ut magis pœniteret cœpisse, quam liceret desistere.
Recipere se cœpit in aliquem locum. Cic. 10. Fam. 15.
Respondere cum primo impudenter cœpisset. Cic. 3. in Catil. 12.
Ruere cœpit. Cic. 7. Att. 20.
Sentire cœpi me nocentem esse. Ovid. 1. Amor. 7. 59.
Tractare atque agere causas cœpit. Cic. 1. de Orat. 170.
Cœpi cum verbo inchoativo. Virg. 3. Georg. 237.
Fluctus ut in medio cœpit quum albescere ponto.
Cœpit, pro Cœpit loqui. Virg. 1. Æn. 525.
Maximus Ilioneus placido sic pectore cœpit.
Cœptus, a, um. [κατάρξας] Partic. ut, Bellum cœptum. Virg. 2. Æn. 162. — cœpti fiducia belli
Palladis auxiliis semper stetit.
Amicitiæ cœptæ perenne fœdus. Stat. 4. Silv. 6. 22.
Amor cœptus. Ovid. 17. Epist. 189.
Carmina cœpta tuis jussis. Virg. 8. Ecl. 12.
Dies cœptus. Tacit. 4. Ann. 25.
Iter cœptum peragere. Ovid. 1. Fast. 188.
Limite cœpto tendere. Stat. 5. Silv. 1. 186.
Opus cœptum perficere. Ovid. 4. Fast. 16.
Opus cœptum revocare, i. e. Iterare & rursus incipere. Ovid. 1. Epist. Sabin. 54.
Et cœptum revoces callida semper opus.
Ora cœptis transitum verbis negant. Sen. Hippol. 5.
Cœptus, Active sonans. V. in ipso verbo. Virg. 6. Æn. 256.
Sub pedibus mugire solum, & juga cœpta moveri
Silvarum.
Pecunia cœpta deberi. Cic. 1. de Orat. 168. Ut si ille infitiator probasset judici ante petitam esse pecuniam, quam esset cœpta deberi.
His cœptis, participialiter, i. e. Quum hæc incepta erunt. Virg. 8. Æn. 15.
Quid struat his cœptis. Servius.
Cœptūrus, a, um. [ἀρξόμενος] Quintil. lib. 10. cap. 1. Nos rite cœpturi ab Homero videmur.
Cœptum, i. n. [κατάρχθὲν] pro Principio. Ovid. 1. Met. 2.
— di cœptis (nam vos mutastis & illas)
Aspirate meis.
Audax cœptum. Virg. 1. Georg. 40.
Ferox. Sil. lib. 11. 202.
Audita asperitate viri, cœptoque feroci.
Immanibus cœptis efferus, Furiatus sævis cogitationibus. Virg. 4. Æn. 642.
At trepida, & cœptis immanibus effera Dido. Servius.
Ingentia. Virg. 9. Æn. 296.
Invida nox cœptis. Ovid. 9. Met. 485.
Vani. ut, Fremitus vanique insania cœpti. Valer. 2. Argon. 525.
Adesse cœptis alicujus dicitur Deus. Ovid. 6. Fast. 652. Sic
Annuere cœptis alicujus. Virg. 1. Georg. 40. &
Aspirare cœptis alicujus. Ovid. 1. Met. 2.
Capere tædia cœpti. Ovid. 9. Met. 615.
Vincetur, repetendus erit, nec tædia cœpti
Ulla mei capiam, dum spiritus iste manebit.
Deesse cœptis dicitur, Qui incœptum non perficit. Stat. 10. Theb. 237.
Nec deest cœptis.
Manus ultima cœpto defuit. Ovid. 2. Trist. 556.
Deficere cœptis, Deesse. Valer. 2. Argon. 597.
Desistere cœpto. Sen. Theb. 1.
Differre cœpta. Ovid. 3. de Pont. 1. 139.
Si quid aget majus, differ tua cœpta.
Exequi. Sen. Hippol. 5.
Expugnare, i. e. Perficere. Ovid. 9. Met. 618.
Nam primum (si facta mihi revocare liceret)
Non cœpisse fuit: cœpta expugnare, secundum est. [Insolens loquendi modus. Puto legendum, Cœpto, expugnare secundum est. ut sit Ablativus absolutus, conf. v. 615. paulo supra allegatum.
Favere cœptis. Sen. Hippol. 4.
Imposita est manus ultima cœpto. Ovid. 8. Met. 200.
Ire haud segnem cœptis, Diligenter cœpta peragere. Sil. lib. 7. 346.
Insumere

Insumere mentem cœptis, est Diligenter ad id respicere quod præ manibus habes. Stat. 12. Theb. 642.

Terrarum leges, & mundi fœdera mecum
Defensura manus, dignas insumite mentes
Cœptis.

Maturare cœpta. In MATURUS.
Occulere cœpta, Celare deliberationem. Sen. Thyest. v. 333.
Opperiri exitum cœptorum. Suet. in Neron. 34. Reliquum temporis cum magna trepidatione vigilavit, opperiens cœptorum exitum.
Peragere cœptum. Sen. Med. 12.
Pertexere dictis cœptum. i. e. Institutam orationem absolvere. Lucret. lib. 1. 419.
Prohibere cœpta. Sil. lib. 16. 632.

— angustæ prohibent nunc talia cœpta Res Italæ.

Referre cœpta, Differre. Valer. 3. Argon. 503.

Cœpta refer: paulumque nefas & fœdera necte.

Tenere cœpta, est Ab incœpto non desistere. Ovid. 2. de Pont. 7. 84.

Cœpta tene quæso, nec in æquore desere navem.

COEPTUS, ûs. m. [κατάρχη] Idem. Gell. lib. 2. cap. ult. Nos vero, ut cœptus noster est. [Nisi Captus legendum. Locum, falso indicatum, non reperi.
Appetendi cœptus. Cic. 4. de Finib. 41. Atque ipsa institutio hominis, si loqueretur, hæc diceret, primos suos quasi cœptus appetendi fuisse, ut se conservaret in ea natura, in qua ortus esset.

CŒPTO, [ἄρχομαι] āre. Idem quod Incipere. Ter. Eun. 5. 8. 1. Quid cœptas Thraso?
Constringere portus cœptant nautæ. Cic. in Arato, 131.

Sicut quum cœptant tutos constringere portus,
Obvertunt navem magno cum pondere nautæ.

Cœptare dictis diffidere. Lucret. lib. 1. 268.
Arma cœptare. Tacit. 12. Ann. 32.
Consilium cœptare. Tacit. 2. Hist. 41. 2. Incertum fuit, insidias, an proditionem, vel aliquod honestum consilium cœptaverint.
Rebellionem. Tacit. 3. Ann. 40.
Cœptare sub. Plin. lib. 36. cap. 25. Lithostrota cœptavere jam sub Sulla, parvulis certe crustis, &c. Sed Hard. Acceptavere. q. V.

CŒPTANS, Partic. [ἀρχόμενος] Sil. lib. 15. 696.

Hasdrubal & cœptantem Atabum raptare perempto
Gemmiferi spolium cultus, auroque rigentes
Exuvias, jaculum a tergo perlibrat ad ossa.

Nox cœptans. Ammian. 20. 8.

CŒPTATUS, a, um. Tacit. 4. Hist. 44. 2. Patres libertatem cœptatam omisere. V. Daum. 413. de causis amiss. radicum L. L. cap. 5.

COEPISCOPUS, i. m. Sidon. 4. Epist. 25. Consilio cum coepiscopis communicato. conf. Hieron. ad Lucif. cap. 9. & l. 7. §. 7. C. de summa Trin.

COEPULONUS, i. m. Plaut. Pers. 1. 3. 20. Te coepulonus compellat tuus.

COEQUITO, āre. [συνιππεύω] Simul equitare. Liv. 37. 18. extr. Coequitaverant autem sex millia equitum. Alii legunt, Cum equitatu: erant autem sex millia equitum.

COERCEO, ui, itum, [εἴργω, συνέχω, ἀναχαιτίζω, περιφράσσω] ēre. ex Con & Arceo compositum; Obstare, impedire ne quid fiat. Cic. de Senect. 52. Quam serpentem multiplici lapsu & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum, ne silvescat sarmentis.
Quidam Coherceo: Et ita apud Suet. in Aug. in edit. quæ habet Comm. Beroaldi. cap. 30. Ad cohercendas inundationes, alveum Tiberis laxavit. H. St. Videtur sane ab aspirato primitivo Hereeo deduci, quod ex Græco ἕργω, unde & Hercisco. Ab Arceo significatione distat. Add. loc. Varr. in COHORS.
Aquam coercere, pro Arcere. Pomponius in l. Si usufructus. D. de aqua pluv. arcend. Non aliter restituisse rem videtur is, qui opus fecit, quam si aquam coerceat.
Aquam pluviam coercere. Cic. in Topic. 39. Genus est, aqua pluvia nocens: ejus generis formæ, loci vitio, & manu nocens: quarum altera jubetur ab arbitro coerceri, altera non jubetur.
Carnem coercere supercrescentem. Cels. lib. 5. cap. 19. Exest etiam vehementer corpus, atque ossa quoque resolvit & supercrescentem carnem coercet. Id quod habet, &c.
Inflammationem coercere. Cels. lib. 7. cap. 7. Post hæc educenda acus recta est: imponendumque est lana molli exceptum ovi album, & supra quod inflammationem coerceat, atque ita devinciendum.
Nauseam coercere. Hor. in Epod. 9. 35.

Vel quod fluentem nauseam coerceat
Metire nobis Cæcubum.

Nimis redundantes, & superfluentes, & quasi extra ripas diffluentes coercere. Cic. de Clar. Orat. 316.
Coercere, Refrenare, reprimere. Liv. 2. 23. extr. Jam prope erat, ut ne Consulum quidem majestas coerceret iras hominum.
Coercere & resecare. Cic. 1. Att. 13. In qua ego nactus (ut mihi videbar) locum resecandæ libidinis & coercendæ juventutis.
Coercere & refrenare. Cic. 11. Philipp. 4. A progressu coercuit, a reditu refrenavit, &c. Quædam exemplaria legunt Arcuit.
Coercere & reprimere. Cic. 1. de Finib. 2. Qui autem, si maxime hoc placeat, moderatius id volunt fieri, difficilem quandam temperantiam postulant in eo, quod semel jam missum, coerceri reprimique non potest.
Animos coercere, Moderari impetus animi. Sen. Hippol. 2.
Arbores coercere. Ulpian. in l. 1. D. de arbor. cæd.
Cupiditates. Cic. 1. de Orat. 194.
Defectionem coercere. Curt. 7. 6. 15.
Impetum aquarum coercere. Curt. 8. 13. 9.
Improbitatem. Cic. 5. Verr. 204.
Incesta coercere. Suet. Domit. 8. Incesta Vestalium virginum varie ac severe coercuit.
Incursiones hostium coercere. Suet. Aug. 21. pr.
Interpellatorem. Cic. in Orat.
Iram promptam. Stat. 11. Theb. 667.
Oppressos vi imperio. Cic. 2. Off. 24.
Obsidentes coercere. Vellei. 2. 125. 4.
Ora coercere frenis. Ovid. 5. Met. 643.
Orationem rapidam coercere. Cic. 2. de Fin. 3. Cum enim fertur, quasi torrens, oratio, quamvis multa cujusquemodi rapiat: nihil tamen teneas, nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coerceas.

Pudorem, modestiam, pudicitiam, & temperantiam pœnæ aut infamiæ metu coercere. Cic. 2. de Fin. 73.
Terras coerceat omnes Cæsar. Ovid. 3. de Pont. 3. 61.
Temeritatem. Cic. 2. Tusc. 47.
Verba coercere. Quintil. 9. 2. p. 789.
Aliquos coercere per. Cic. 5. Tusc. 21. Appius noster turmas aliquot equitum dederat huic Scaptio, per quas Salaminios coerceret.
Armis hostem coercere. Ovid. 1. Fast. 715.
Dextra coercet fures. Hor. 1. Serm. 8. 4.
Edicto coercere aliquem. Suet. in Neron. cap. 4. Ut necesse fuerit Augusto clam frustra monitum, edicto coercere.
Fuste aliquem. Hor. 1. Serm. 3. 134.

— vellunt tibi barbam
Lascivi pueri, quos tu nisi fuste coerces,
Urgeris turba circum te stante.

Modis omnibus socios coercere. Sallust. Catil. cap. 30.
Morte, exilio, vinculis, damno aliquos. Cic. 3. Off. 23.
Pœna metalli coercendus est, i. e. Puniendus. Ulpian. in l. Sacrilegii. D. ad legem Juliam peculat.
Pignoribus ablatis coercere aliquem. Cic. 3. de Orat. 4. Hic quum homini & vehementi & diserto, & in primis forti ad resistendum Philippo, quasi quasdam verborum faces admovisset, non tulit ille, & graviter exarsit, pignoribusque ablatis Crassum instituit coercere. i. e. Reprimere vel corrigere captis ejus bonis.
Præceptis aliquem coercere. Tacit. 4. Hist. 8.
Suppliciis & verberibus coercere aliquem, pro Punire & castigare. Cic. 1. in Catil. 3. Ut viri fortes acrioribus suppliciis civem perniciosum, quam acerbissimum hostem coercerent. Idem 3. de Legib. 6. Magistratus nec obedientem & nocuum civem, multa, vinculis, verberibusque coercento.
Suppliciis delicta. Hor. 1. Serm. 3. 79.
Verbere terga equorum torto coercere. Sen. Hippol. 10.
Voce coercere. Suet. Aug. 42.
Coercere, Cogere. Auctor ad Heren. Quum alterum sequi, alterum vitare coercemur.
Non modo non supplicem, sed etiam coerceam. Brut. Ep. 16. ad Cic. Ego vero (ut istuc revertar) is sum, qui non modo non supplicem, sed etiam coerceam postulantes, ut sibi supplicetur.
Coercere, cum verbo addito; ut, Coercere aliquem finire iras. Ovid. 14. Met. 582.

Jamque deos omnes, ipsamque Æneia virtus
Junonem veteres finire coercuit iras. Aliter, Coegerat.

Coercere, pro Imperio agere. Pompon. in l. 2. §. Exactis deinde regibus. D. de origine juris, Solum relictum est eis, ut coercere possent: & in vincula publica duci juberent. De Consulibus loquitur.
Reprehendere & coercere. Cic. 4. Acad. 65. Nam si in minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiam coercetur.
Litura coercuit carmen. Hor. in Arte Poet. 293. — vos ô

Pompilius sanguis carmen reprehendite, quod non
Multa dies, & multa litura coercuit.

Spatio arcto coercere aliquem. Ovid. 2. Trist. 531.

Invida me spatio natura coercuit arcto,
Ingenio vires exiguasque dedit.

Coercere & continere complexu. Cic. 2. de Nat. Deor. 57. Ipsius vero mundi, qui omnia complexu suo coercet & continet, natura non artificiosa solum, &c.
Coercere, Colligare, stringere. Ovid. 1. Met. 477.

Vitta coercebat positos sine lege capillos.

Crines coercere nodo. Horat. 2. Carm. 19. 19.
Fibula vestem coercuit. Ovid. 2. Met. 413.
Verba numeris coercere. i. e. Carmina componere. Ovid. 4. de Pont. 8. 73.

Nam modo bella geris, numeris modo verba coerces. Al. Bella perperam. V. Burm.

Modico se coercere, Modica re contentum esse. Sen. Hippol. 213.

Mediumque sanos vulgus affectus tenet,
Et se coercent modica: contra divites
Regnoque fulti, plura quam fas est, petunt.

Coercere, pro Conservare, custodire. Plin. lib. 10. cap. 50. Ex eo cœpimus carcere coercere animalia, quibus natura cælum assignaverat.
Custodia nostra feras & volucres coercere. Caius in l. 3. D. de acquir. rer. domin.
Custodia publica coerceri. Callistratus in l. Succurritur. D. ex quibus caus. major. Quod non solum ad eum pertinet qui publica custodia coercetur, sed ad eum quoque qui a latronibus vi oppressus, vinculis coerceatur.

COERCENS, entis. ut, Animus vitæ claustra coercens. Lucret. 3. 396.
Complexus cæli coercens. Cic. 2. de Nat. Deor. 102. Restat ultimus & a domiciliis nostris altissimus, omnia cingens & coercens cæli complexus.

COERCĬTUS, a, um. Partic. [συνεχόμενος] Plin. lib. 12. cap. 1. Produnt Alpibus coercitas, & tum inexuperabili munimento, Gallias hanc primum, &c.
Multa animadversa severe & coercita. Suet. Neron. cap. 16.
Vinclis coercita. Ovid. 14. Epist. 3.

Clausa domo teneor, gravibusque coercita vinclis.

COERCTIO, & COERTIO, ōnis. f. [συνοχή] Imperium & auctoritas qua quis in subditos utitur. Paulus in l. fin. D. de Officio ejus cui mandata est jurisdictio, Mandata jurisdictione privato, etiam imperium quod non est merum videtur mandari: quia jurisdictio sine modica coercitione nulla est.
Interpellantis coertio. Quintil. lib. 9. cap. 2.
Onerare coertionibus asperioribus. Cels. lib. 3. cap. 18. Ex his autem, eos qui intra verba desipiunt, aut leviter etiam manu peccant, onerare asperioribus coertionibus supervacuum est. Al. Coercitionibus.

COERCITIO, ōnis. f. [ἀναχαίτησις] Livius 4. 53. Pronuntiaveruntque ex collegii sententia, C. Valerio COS. se, damnum, aliamque coercitionem, adversus intercessionem collegæ, delectus causa detrectantibus militiam inhibenti, auxilio futuros esse.
Delictorum coercitio. l. 131. Dig. de V. S.
Errantium coercitio. Senec. de Ira, cap. 15.
Morum coercitio. l. 15. §. 1. Dig. de solut. Matrim.
Popinarum coercitio. Suet. Claud. cap. 38. Qua de causa etiam coercitionem popinarum ædilibus ademit.

Servorum coercitio. Sen. Brev. Vit. cap. 3.
Capitalis coercitio. l. 200. Dig. de Verb. significat.
Pecuniaria. l. 2. Dig. de public. judiciis.

COERCITOR, ōris. m. Eutrop. 7. 13. Diligens coercitor disciplinæ militaris.

CŒRO, āre. Verbum vetus, pro Curare. Verba XII tab. apud Cic. 3. de Legib. 10. At si quid erit quod extra magistratus cœratore cœsus sit: qui cœret, populus creato, eique jus cœrandi dato. Sensus legis est, Si extra magistratus aliqua curatione opus sit, curatorem populus creato. Et Gell. 15. 11. Prætor animadverteret cœraretque.

CŒRATOR, ōris. m. pro Curatore, apud Cic. 3. de Legib. 10. V. dict. super.

CORRRO, [ἀποπλανάομαι] āre. pro Oberrare. Paul. in l. 3. §. 3. D. de off. Præfect. vigil. Sciendum est, inquit, Præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & coerrare calciatum, cum hamis & dolabris. Ubi tamen Falciatum legi potius debere putat Hotomanus, id est falcibus muralibus, quibus ædes inflammatæ diruerentur, instructum. Nonnulli & pro Coerrare, Cœrare legendum suspicantur, pro Curare: quomodo a Muniendo dicuntur urbium Mœnia, a Pœna Punio, a Pœnus Punicus.

CŒRULEUS, V. CÆRULEUS.

CŒTARIÆ, CŒTOSUS, CŒTUS piscis, V. CETUS.

CŒTUS, ûs. m. [χορὸς, χοροστασία, χοροστασία, ὅμιλος] i. e. Conventus & congregatio. A Coeo quidam deduci volunt. [Unde vero melius?
Animorum concilium cœtusque. Cic. de Senect. 85. O præclarum diem, quum ad illud divinum animorum concilium cœtumque proficiscar, &c.
Comitum dulces cœtus. Catul. 44. 9.
Deorum. Stat. 11. Theb. 457.
Cœtus scholarum. Quintil. lib. 2. cap. 9.
Vitiorum. Cic. in Sallust. 18. Ejus enim partis erat exemplar Sallustius: quo tanquam in imam voraginem, cœtus omnium vitiorum excesserat.
Femineis cœtibus extat. i. e. Inter feminas eminet. Claud. in Conf. Prob. & Olyb. 199.
Functi cœtus, Mortuorum. Stat. 8. Theb. 11.

Necdum illum aut trunca lustraverat obvia taxo
Eumenis, aut furvo Proserpina poste notarat
Cœtibus adsumptum functis. h. e. In multitudine & mortuorum hominum numero adscriptum.

Læto cœtu complere aliquem locum. Virg. 5. Æn. 107.
— læto complerant littora cœtu.
Monstrifer cœtus. Claud. in Gigant. 3.
Omnia monstrifero complebat tartara cœtu. Al. Fœtu.
Sanctus. Claud. 2. in pr. Conf. Stil. 299.
Sociati cœtus hominum. Cic. Somn. Scip. 4.
Solennis. Cic. 7. Verr. 185.
Supplex. Stat. 10. Theb. 583.
Tiresian alii lacrymis & supplice cœtu Orant.
Virginei. Stat. 1. Achil. 208.
Viriles. Ovid. 3. Met. 403.
Vulgares, i. e. Turba vulgi. Hor. 3. Carm. 2. 23.
Adducere meretricem in cœtum matronarum. Cic. 2. de Fin. 11.
Agitare cœtus. In AGITO.
Accedere cœtus. Valer. 3. Argon. 413.
Celebrare hominum cœtus. In CELEBRO.
Cingunt polum aves cœtu. Virg. 1. Æn. 398.
Colere cœtus civium. Sen. Hippol. 4.
Committere cœtum alicui. Cic. 3. de Orat. 62. Valde autem est absurdum ei concionem, aut Senatum, aut ullum cœtum hominum committere, cui nemo illorum, qui adsint, fanus, nemo civis, nemo liber esse videatur.
Dimittere cœtum. Cic. 1. in Catil. 10. Hæc ego omnia, vixdum etiam cœtu vestro dimisso, comperi, domum meam majoribus præsidiis munivi, atque firmavi.
Habere cœtus, pro Scholam habere. Liv. 1. 18. Quem (Pythagoram) in ultima Italiæ ora circa Metapontum & juvenum æmulantium studia cœtus habuisse constat.
Inire cœtus. Cic. 7. Ver. 185. Venire in congregationes & conventus.
Obscurare cœtus tenebris. Cic. 1. in Catil. 6. Si neque nox tenebris obscurare cœtus nefarios, nec privata domus parietibus continere vocem conjurationis tuæ potest, &c.
Proferre aliquid in cœtu concilioque. Cic. 2. de Fin. 77.
Soluto cœtu discedunt. Ovid. 13. Met. 898.
Tenere dicendo hominum cœtus. Cic. 1. de Orat. 30.
Cœtus, Convivium. Cic. 2. de Orat. 233. Nequa forte dicendi pars, quoniam ita voluistis, in hoc tali cœtu, atque in tam accurato sermone præterita esse videatur.
Cœtum vocat Lucretius Connexionem & copulam membrorum, cum humoribus, & spiritibus, omnibusque ex quibus humanum corpus compactum & constitutum est: ut lib. 2. 1001.
Nec sic interimit mors res, ut materiai
Corpora conficiat: sed cœtum dissupat ollis. Et lib. 5. 429.
Elementorum quoque conjunctionem, Cœtum vocat,
Omne genus motus, & cœtus experiundo, &c. Sic
Conjunctiones stellarum, Cœtus appellat Gell. 14. 1. Nam si Principes Chaldæi, qui in patentibus campis colebant, stellarum motus & vias, & discessiones, & cœtus intuentes, quod ex iis efficeretur, observaverunt.
Cœtus etiam ponitur pro Congressu pugnantium. Plaut. Amph. 2. 2. 25.
Primo cœtu vicimus.
Cœtus pro Convivio. Virg. 1. Æn. 739.
Et vos ô cœtum Tyrii celebrate faventes. Ubi Servius; Cœtum, modo Convivium.

CŒUS, i. m. [Κοῖος] Nomen Gigantis, quem pariter & Iapetum & Typhœum quinta luna natos esse dicit Virgilius, quo tempore vetat sumere ullius operis initium, 1. Georg. 278.
Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna
Felices operum, quintam fuge: pallidus Orcus
Eumenidesque satæ: tum partu terra nefando
Cœumque, Iapetumque creat, sævumque Typhœa,
Et conjuratos cælum rescindere fratres.

COEXERCITĀTUS, a, um. [συγγεγυμνασμένος] a Con & Exercitatus. Quintil. lib. 2. cap. 17. extr. Artem constare ex præceptionibus consentientibus & coexercitatis ad finem utilem vitæ.
Perceptionibus. H. St. Hanc emendationem, quam etiam Commentatores Fabii plerique probant, alibi adstruxit Henricus noster. V. Almelov. ad loc.

COGAMUS, i. m. Fluvius est Mæoniæ, ad radicem Tmoli montis, de quo Plin. lib. 5. cap. 29.

COGEONUS, i. m. Magistratus quidam fuit inter Getas, quo qui fungebatur, ut regi semper adesset oportebat: tantæque dignationis erat, ut divina mente præditus haberetur. Hæc Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 23.

COGGYGRIA, æ. f. Arbor est Adrachnæ non absimilis, fructum, lanugine, quam Pappum vocant, amittens: quod nulli alii arbori evenit. V. Plin. lib. 13. cap. 22. Harduinus legit Coccygia.

COGĪTO, [ἐννοέω, διανοέομαι, ἐνθυμέομαι, ἐπινοέω] āre. est Mente agitare, & veluti in mora esse consilii explicandi. Cic. 5. Tusc. 110. Vivere docto viro, est cogitare.
Inter Cogitare & Deliberare hoc interest; Cogitare, est Dubitare: Deliberare, Confirmare. Hæc Nonius. Non est perpetua hæc Nonii differentia, neque in uno, neque in altero, nam Deliberatum sæpe dicitur pro Decreto, & Cogitare de profectione, Qui proficisci jam ante constituit.
Labor cogitandi. Cic. de Clar. Orat.
Animus cogitat. Lucret. 4. 788.
Mens cogitat. Lucret. 4. 781.
Aliquid cogitare. Cic. pro Milon. 57.
Acutissime. Cic. 1. Off.
Commode. V. COMMODUS.
Dies & noctes aliquid reputare & cogitare. Cic. pro Deiot. 38.
Multum & diu. V. MULTUS.
Mecum cogitare. Sulpic. ad Cic. 4. Fam. 5. Cœpi egomet mecum sic cogitare, &c.
Cogites hæc tecum, Tu illos, &c. Ter. Adel. 5. 3. 22.
Cogitare in animo. Ter. Adel. 1. 1. 7.
Cogites hoc tu mecum animo. Ter. Adel. 3. 4. 55.
Cogitare cum animo. Cic. 2. de Lege Agr. 62. Vos tamen id potestis cum animis vestris cogitare.
Cogitare ad verbum. Plin. lib. 9. Epist. 36. Cogito si quid in manibus, cogito ad verbum, scribenti emendantique similis, nunc plura, nunc pauciora.
Instituere animum ad cogitandum. Terent. Phorm. 1. 5. 10. Ita sum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum instituere.
Graviores partes ad cogitandum. Cic. pro Font. 12. Næ multo vestræ majores gravioresque partes sunt ad cogitandum, quam ad dicendum meæ.
Sumere spatium vel tempus ad cogitandum. Cic. 1. de Orat.
Nec æquum, anne iniquum imperet cogitabit. Plaut. Amph. 1. 1. 19.
Cogita etiam atque etiam. Ter. Eunuch. 1. 1. 11.
Quanto magis, magisque cogito. Ter. Eun. 3. 3. 1.
Cernunt, cogitant, sentiunt omnia certiora animi. Cic. 2. de Divin.
Cogitare aliam rem ex alia. Terent. Eun. 4. 2. 3.
Dum rus eo, cœpi egomet mecum inter vias,
Ita ut fit, ubi quid in animo est molestiæ,
Aliam rex ex alia cogitare.
Nulla species cogitari potest, nisi impulsu imaginum. Cic. 2. de Divin. 137. De imaginibus seu speciebus Epicuri loquitur, quas ab rebus prodeuntes, ad oculos usque pertingere jactabat. de quibus lib. 1. de Fin. 21. sic ait, Imagines, quæ idola nominant, quorum incursione non solum videamus, sed etiam cogitemus.
Cogitare, sentire, opinari, expectare aliquid. Cic. 1. de Orat. 223.
Cogitare de aliquo, Eum in memoria habere. Ter. Eun. 1. 2. 114. Me expectes, de me cogites.
Cogitare de re aliqua. Cic. de Amicit. Sæpissime igitur mihi de amicitia cogitanti, &c.
Vigilantem cogitare de re aliqua. Cic. 2. de Divin. 140. Maximæque reliquiæ rerum earum moventur in animis & agitantur, de quibus vigilantes aut cogitavimus aut egimus.
Aliquid de re sua. Cic. 2. de Orat. 102.
Toto pectore de re aliqua. Cic. 13. Att. 12. De Scapulanis hortis toto pectore cogitemus: dies adest. h. e. Dies auctionis, quo Scapulani horti venibunt.
Nullum tempus agendi & cogitandi de re aliqua prætermittitur. Cic. 1. Fam. 5.
De aliquo & ornamentis ejus & commodis cogitare. Cic. 1. Fam. 7.
Spe, atque animo de se, & gloria sua cogitare. Cic. pro Rabir. 29.
Cum solicitudine cogitare de aliquo. Cic. 2. de Divin. 140. Tibi autem de me cum solicitudine cogitanti subito sum visus emersus e flumine.
De morte consciscenda. Suet. in Claud. cap. 31. Excepto stomachi dolore, quo se correptum etiam de consciscenda morte cogitasse dixit.
De pernicie alicujus. Cic. pro Flacc.
De periculo suo cogitare. Curt. 6. 8. 5.
Cogitare de exeundo. Cic. 7. Att. 14. Tu ipse cum Sexto scire velim quid cogites de exeundo, de totaque re quid existimes.
Humaniter, & sapienter, & amabiliter cogitare in aliquem. Antonius ad Cic. 14. Att. 13. Sed mehercule si humaniter, & sapienter & amabiliter in me cogitare vis, facilem te profecto præbebis, &c.
Britanniam cogitare. Cic. 15. Fam. 16. Sed si insulam Britanniam cœpero cogitare, ejus εἴδωλον mihi advolabit ad pectus.
Facinus cogitare. Curt. 6. 11. 37. Demetrium & seipsum id facinus cogitasse confessus est. i. e. Propositum habuisse ac destinatum.
Fraudem cogitare alicui. Horat. 2. Epist. 1. 122.
Non fraudem socio, puero non cogitat ullam
Pupillo. Ita veteres editiones; sed rectius alii legunt, Puerove incogitat ullam.
Proscriptiones & dictaturas sibi polliceri. Cic 2. in Catil. 20.
Quid cogitet humidus Auster, Sol tibi signa dabit. i. e. In quam partem se flectat, utrum ad pluviam, an ad serenitatem. Virg. 1. Georg. 462.
Saxa & montes. Cic. 2. de Legib. 2. Nihil enim his in locis nisi saxa & montes cogitabam.
Suspendium cogitare. Martial. lib. 1. 116.
Cogito in Tusculanum: hoc est quod barbari dicunt, Existimo & delibero ire in. Cic. 2. Att. 9. Ibid. 16. 2 In Pompejanum cogitabam, inde Aculanum. Paulo ante dixerat sine præpositione, Sed quoniam Furcilla extrudimur, Brundusium cogito.
Cras cogitare, subaudi, Ire aut Discedere. Cic. 9. Att. 1. Hinc vero vulgo vadunt, etiam M. Lepidus, quocum diem conterere solebam, cras cogitabat, &c.

Tu de tuo itinere quid & quando cogites, velim me certiorem facias. Cic. 10. Att. 5. extr.
Curare aliquid aut cogitare. Cic. 1. de Orat. 75. Quando enim me ista curasse aut cogitasse arbitramini, non semper irrisisse potius, &c.
Cogitare male. Plin. lib. 18. cap. 5.
Male cogitare, i. e. Invidere, & prope minitari. Cic. de Senect. 18.
Incondite aliquid. V. INCONDITUS.
Libidinose. Cic. 1. Off. 14.
Cogitare curas. Plaut. Mil. 2. 2. 46. Quemadmodum astitit severa fronte curas cogitans. Meurs. Rugas.
In cogitando mœrore angor. Plaut. Stich. 1. 1. 54.
Cogitatum est mihi quid loquar. Plaut. Merc. 2. 3. 10.
Acer & acutus homo in cogitando. Cic. 2. de Orat.
Alicujus vultum, obtutumque oculorum in cogitando nosse. Cic. 3. de Orat. 17.
Qui alteri nocere cogitat. h. e. Dat operam ut alteri noceat. Cic. 1. Off.
Non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem. Cogitat. Hor. in Arte Poet. 143.

COGITANS, antis. [συννοῶν] Partic. ut, Cogitanti assistere, Quintil. lib. 1. cap. 2.

COGITĀTUS, a, um. [συννενοημένος] Partic. ut, Facinus cogitatum. Suet. Tiber. cap. 19. Tormentis expressa confessio est cogitati facinoris.
Furores cogitati. Cic. pro Milon. 32. Sperasset se posse rempublicam eludere in illis suis cogitatis furoribus.
Parricidium cogitatum, non perfectum. Suet. in Calig. cap. 12. Quum sint quidam auctores, ipsum postea, etsi non de perfecto, at certe de cogitato quondam parricidio professum.
Res multum & diu cogitatas afferre. Cic. de Senect. 38. Adsum amicis, venio in Senatum frequens, ultroque affero res multum & diu cogitatas, easque tueor animi non corporis viribus.
Scelus meditatum & cogitatum. Cic. 2. Philipp. 85.

COGITATUM, i. n. [διανενοημένον] Cic. 1. de Lege Agr. 1. Utrum cogitata sapientum, an optata furiosorum videntur.
Ex quo & ceteris dictis, factis, cogitatisque Sext. Nævii, quivis potest intelligere. Cic. pro Quint. 90.
Perficere cogitata. Cic. pro Deiot. 17.
Bene cogitata respiciet deus. i. e. Meditata atque deliberata secundabit. Sen. Thyest. v. 489.

COGITABUNDUS, a, um. Gell. 2. 1. Stare solitus Socrates dicitur, ore atque oculis eundem in locum directis cogitabundus, tanquam quodam secessu mentis atque animi facto a corpore.

COGITATUS, ûs. m. Sen. Epist. 11. O felicem illum, qui non adspectus tantum, sed etiam cogitatus emendat. conf. Tertull. de Idolol. cap. 23. de Virg. Veland. cap. 15. & de Resurr. cap. 15. Et Pet. Blesensis Epist. 35. Cogitatus tuos, & inchoatæ conversationis eventum illius committe arbitrio.

COGITATIO, ōnis. f. [ἔννοια, ἐνθύμησις, ἐπιλογισμὸς] Festus, Cogitatio dicta velut Coagitatio; i. e. Longa ejusdem rei agitatio in eadem mora consilii explicandi. Plin. lib. 11. cap. 37. Sic magna cogitatio obcæcat.
Celer cogitatione. Vellei. 2. 73. 1. Hic adolescens erat studiis rudis, sermone barbarus, impetu strenuus, manu promptus, cogitatione celer, &c.
Cogitatione nulla homo. Cic. 4. Verr. 134. Nam ipsum Verrem tantum semper avaritia hiante atque imminenti fuisse, ingenio & cogitatione nulla, &c.
Sapientis cogitatio. Cic. 5. Tusc. 11. Sapientis enim cogitatio non ferme ad investigandum adhibet oculos advocatos.
Cogitatio motusque animi. Cic. 1. Off. 9. Omnis autem cogitatio motusque animi, aut in consiliis capiendis, &c.
Transvolans subito animum cogitatio. Plin. lib. 7. cap. 12.
Motus cogitationis celeriter agitatus, per se ipse delectat. Cic. in Orat. 134.
Species & cogitatio. Cic. 15. Att. 25. Hæc me species cogitatioque perturbat.
Acerrima atque attentissima cogitatio. Cic. 3. de Orat. 17.
Inani cogitatione percutere aliquem. Cic. pro Milon. 80.
Intimæ cogitationes. ut, Petere veniam errato ex intimis cogitationibus alicujus. Cic. pro Sull. 64.
Liberæ cogitationes. Cic. pro Milon. 79.
Manifestus magnæ cogitationis. Tacit. 15. Ann. 54. Atque ipse mœstus, & magnæ cogitationis manifestus erat: quamvis lætitiam vagis sermonibus simularet.
Mollissimæ. V. MOLLIS.
Præceps cogitatio. i. e. Consilium. Suet. Calig. 48. Vixque a tam præcipiti cogitatione revocatus, inhiberi nullo modo potuit, quin decimare velle perseveraret.
Quotidianæ. ut, Proponere sibi exercitationem in quotidianis cogitationibus. Cic. 1. de Orat.
Tacita. Cic. 3. Off. 4.
Tacitæ cogitationes judicum. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Tacitas cogitationes alicujus extimescere. Cic. pro Ligar. 6.
Vigilantes cogitationes insunt in animis. Cic. 2. de Divin. 139.
Abjicere cogitationes suas in rem humilem & contemptam. Cic. de Amicit. 31. Nihil enim altum, nihil magnificum, ac divinum suspicere possunt, qui suas omnes cogitationes abjecerunt in rem tam humilem tamque contemptam.
Abstrahi cogitatione a solitudine. Cic. 3. Off. 4. Nos autem qui non tantum roboris habemus, ut cogitatione tacita a solitudine abstrahamur, ad hanc scribendi operam omne studium curamque convertimus.
Accipere cogitationes alicujus, Participem fieri cogitationum aut consiliorum ipsius. Catul. 35. 5.
Afficit cogitatio sensus. Quintil. lib. 2. cap. 12. Porro ut frequenter experti sumus, minus afficit sensus fatigatio, quam cogitatio.
Avertere cogitationem a miseriis. In AVERTO.
Avertere in cogitationem belli regem. In AVERTO.
Avocare ad cogitationem aliquam ab aliqua re animum. Cic. 4. Fam. 5. Etiam tu ab hisce rebus animum ad cogitationem tuam avoca.
Cadere in cogitationem. In CADO.
Colligere cogitatione & cogitationem. In COLLIGO.
Complecti cogitatione absentem. Cic. 3. Fam. 11.
Comprehendere aliquid animis, & cogitatione. Cic. pro Flacc. 66.
Comprehendere rationem sensu, aut cogitatione. Cic. 3. de Orat.
Comprehendere & intelligere, cogitatione. Cic. 1. Tusc. 50.
Conferre omnes curas cogitationesque in rem aliquam. Cic. 2. Off. 2.
Conquirere aliquid cogitatione. Cic. 2. de Orat. 131.
Consequi nihil cogitatione. Cic. de Senect.
Continere aliquem in studiis cogitationis. Cic. 1. Off. 19. Agitatio mentis, quæ nunquam acquiescit, potest nos in studiis cogitationis etiam sine opera nostra continere.
Convellere cogitationem. Cic. 5. Fam. 13. V. CONVELLO.
Convertere se animo, & cogitatione aliquo. Cic. 1. de Orat. 6.
Deducere ad cogitationem. In DEDUCO.
Deduci ad aliquam cogitationem spe. Cic. ad Cæs. 6. Att. 11. De gratia & de ope quid significares, mecum ipse quærebam: spe tamen deducebar ad eam cogitationem, ut te pro tua admirabili & singulari sapientia, &c.
Defixum esse in cogitatione. Cic. 3. de Orat. 17.
Depingere cogitatione. Cic. 4. Acad. 48. Deinde quum mens moveatur ipsa per sese, ut & ea declarant quæ cogitatione depingimus, &c.
Depingit cogitatione quidvis mens nostra. Cic. 1. de Nat. Deor. 39.
Disjicere cogitationem. Vellei. 1. 10. 2. Sic cogitationem regiam Romana disjecit constantia.
Excitare memoriam ad timoris præteriti cogitationem. Cic. pro Sext. 11.
Excutere cogitationem periculi. Curt. 7. 8. 4. Ut facile periculi, quod horrebant, cogitationem præsentia ejus excuteret.
Exigere cogitationem. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Expectare cogitationem. Quintil. lib. 2. cap. 4. Extemporalis garrulitas, nec expectata cogitatio, & vix surgendi mora, &c.
Explicare cogitationes. Cic. 10. Att. 6.
Facere summam cogitationum suarum. i. e. Consiliorum. Cic. 1. Fam. 9.
Fallere spem cogitationum & consiliorum. Cic. lib. 1. de Orat.
Fatigari cogitatione suscepti muneris. Quintil. in procem. lib. 4.
Fingere aliquid cogitatione. Cic. pro Milon. 79.
Fingere sibi aliquid cogitatione. Cic. 3. de Nat. Deor. 47. Et si dea est, dii omnes illi qui commemorabantur a te, Honos, Fides, Mens, Concordia: ergo etiam spes, moneta, omniaque quæ cogitatione nobismetipsis possumus fingere.
Habere cogitationem alicujus rei ad. Cic. in Parad. 1. Quæro enim a vobis, num ullam cogitationem habuisse videantur hi qui hanc Rempub. tam præclare fundatam nobis reliquerunt, aut auri, aut argenti ad avaritiam: aut, &c.
Immorari honestis cogitationibus. V. IMMOROR.
Impertiri aliquid temporis alicui cogitationi. Cic. ad Cæs. 9. Att. 11.
Inducere animum in spem, cogitationemque meliorem. Cic. de Amicit. 59.
Injicere cogitationem alicui. V. INJICIO.
Injecta cogitatio de re aliqua. Cic. 7. Att. 3. Quid si ista nobis cogitatio de triumpho injecta non esset, quam tu quoque approbas, &c.
Inserere cogitationem luctibus. Quintil. in procem. lib. 6.
Insidet alicui cogitatio. V. INSIDEO.
Intendere cogitationes. V. INTENDO.
Intervenit majori minor cogitatio. V. INTERVENIO.
Labefactata & convulsa cogitatio. V. CONVELLO.
Morari cogitationem. Quintil. lib. 1. cap. 1. Tardior stilus cogitationem moratur.
Patitur nemo cogitationis pœnam. Ulp. in l. Cogitationis. D. de Pœnis.
Percipere cogitatione aliquid. Cic. 1. de Nat. Deor. 106.
Percurrere multa animo, & cogitatione. Cic. 1. de Orat. 218.
Ponere tempus in cogitatione. Cic. 3. de Orat. 17.
Sejungere cogitatione aliud ab alio. Cic. 4. Tusc. 29. Sed in animo tantummodo cogitatione possumus morbum ab ægrotatione sejungere.
Suscipere curam & cogitationem. Balbus ad Cic. 8. Att. 15.
Suscipere cogitationem, quid. Cic. 14. Att. 23. Quæris ut suscipiam cogitationem, quidnam istis agendum putem.
Sustentare mentes cogitationesque. Cic. pro Flacc. 66. De spe bonorum omnium (si qua reliqua est etiam nunc) quæ fortium civium mentes cogitationesque sustentet.
Traducere a cogitatione. Cic. 1. Fam. 2. Ut mihi viderer animum hominis, ab omni alia cogitatione, ad tuam dignitatem tuendam traducere.
Valere ad cogitationem. Cic. 1. de Nat. Deor. 106. Nam si tantummodo ad cogitationem valent, nec ullam habent soliditatem, nec eminentiam, &c.
Valet cogitatio. Auct. ad Heren. 3. 32. Ut aspectus, ita cogitatio minus valet, sive nimis procul amoveris, sive vehementer prope admoveris id quod oportet videri.
Venire & incidere in cogitationem aliquam. Sulpic. ad Cic. 4. Fam. 5. An illius vicem, credo, doles? quoties in eam cogitationem necesse est & tu veneris, & nos sæpe incidimus, &c.
Versari in aliqua cogitatione, ac cura. Cic. 2. de Orat. 186.
Versari in auditione & cogitatione. Cic. 2. de Orat. 131.
Cogitatio in vero exquirendo maxime versatur. Cic. 1. Off. 12.
Versantur in animo meo multæ & graves cogitationes. Cic. 2. de Lege Agr. 5.
Vertitur cogitatio in se ipsa. Cic. 1. Off. 156.
Vincere commentationem & cogitationem subitam, & fortuitam orationem. Cic. 1. de Orat. 150.
Volutare tacitis cogitationibus animum. Liv. 9. 17. pr. Tamen tanti regis ac ducis mentio, quibus sæpe tacitis cogitationibus volutavit animum, eas evocat in medium: ut quærere libeat, &c.
Uti cogitatione ad res quam optimas. Cic. 1. Off.
Cogitatio etiam pro Inventionibus ponitur a Vitruv. in præfat. lib. 2. At ille, Dinocrates, inquit, Architectus Macedo, qui ad te cogitationes & formas affero, dignas tua claritate.

COGITATIUNCULA, æ. f. Parva cogitatio. Cathol.

COGITABĬLIS, e. [συννοητὸς] Sen. Epist. 59. Cogitabile est, quod est generale. Et Apul. Apol. p. 315. Paucis cogitabilis, nemini effabilis. scil. Deus.

COGITAMEN, ĭnis. n. Idem ac Cogitatio. Tertull. de Trin. cap. 6. Necessaria hæc membra hominibus fuerunt, non Deo, quia inefficax hominis consilium fuisset, nisi cogitamen corpus implesset.

COGITAMENTUM, i. n. Idem. Gloss. Lat. Gr. Cogitamentum, ἐνθύμημα. V. etiam Vulg. Interpr. 4. Esdr. 7. 22.

Cogitāte, Adv. [ἐννενοημένως] ut, Cogitate verba facere. h. e. Præmeditate. Plaut. Pœn. 5. 4. 51.
    Ut pudice verba fecit, cogitate & commode.
Meditari cogitate. Plaut. Mil. 3. 3. 69.
Scribere accurate & cogitate. Cic. pro Arch. 18. Quæ vero accurate cogitateque ſcripſiſſet, ea ſic vidi probari, &c.
Tractare rem ſuam cogitate. Plaut. Trin. 2. 2. 46.
    Minus qui caute & cogitate ſuam rem tractavit pater.

Cogitato, Adv. [διανενοημένως] Idem. Cic. 1. Off. 27. Sed in omni juſtitia permultum intereſt utrum perturbatione aliqua animi, quæ plerumque brevis eſt & ad tempus, an conſulto & cogitato fiat injuria. MSS. plerique Cogitata injuria habent. V. Græv. ad loc.

Cogitatorium, i. n. Receptaculum cogitationum. Tertull. de Reſurr. cap. 15. Animæ cogitatorium. conf. etiam de Spectac. cap. 2. & de Anima cap. 14.

Cogitatim, aliud Adv. pro Cogitate. Feſtus.

Cognātus, a, um. [συγγενὴς, συγγενικὸς, συμφυὴς] Adj. Conjunctus, & quaſi Una natus. Plin. lib. 11. cap. 37. Ea cauſa eſt ut pleræque alitum e manibus hominum oculos potiſſimum appetant, quod effigiem ſuam in iis cernentes, velut ad cognata ſua deſideria tendunt. h. e. Sibi proxima, & ſuæ naturæ quodam modo ſimilia.
Cognatum cælum telluri. Ovid. 1. Met. 81.
Acies cognatas vocat Lucanus a principio libri primi, Acies Cæſaris & Pompeii, id eſt ſoceri & generi. quaſi Cognatorum acies.
Caput cognatum. Ovid. 3. Faſt. 426. de Cæſare,
    Ortus ab Ænea tangit cognata ſacerdos
    Numina; cognatum, Veſta, tuere caput.
Cineres. Catul. 66. 98. i. e. Cognatorum cineres.
Corpora. Ovid. 2. Met. 663.
Freta. Stat. 1. Achill. 92. Cognatis utêre fretis.
Mœnia. Ovid. 15. Met. 451.
Res calci cognata, gypſum eſt. Plin. lib. 36. cap. 24.
Sanguis. Virg. 12. Æn. 29.
    Victus amore tui, cognato ſanguine victus.
Terræ. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 144. Sic Italiam & Siciliam vocat, ut quæ olim conjunctæ fuerint.
Vires. i. e. Cognatorum. Claud. in Sex. Conſ. Hon. 220.
Vocabula cognata rebus. Hor. 2. Serm. 3. 280. i. e. Convenientia.
Urbes, Quæ incoluntur a civibus ejuſdem nationis. Virg. 3. Æn. 502.
Mentibus noſtris aliquid eſſe cognatum. Cic. 3. de Orat. 197.
Maxime cognata. V. magis.
Cognati appellantur, quaſi Una communiterve nati, vel Ab eodem orti progenitore. Ter. Eun. 2. 3. 36.
    Patris cognatum, atque æqualem Archidemidem. Donatus in Ter. Adelph. 5. 8. 24. Uxoris cognati, marito Affines ſunt. Ter. And. 5. 4. 23.
Affines atque cognati alicujus. Cic. Poſt red. in Senat. 6.
Amici, & cognati alicujus. Cic. pro Cæcin. 15.
Propinqui atque cognati optime convenientes. Cic. pro Roſc. Amer. 96.
Cognati qui ſint, deſcribit Ulp. in l. 1. D. Unde cognati, Cognati autem, inquit, appellati ſunt quaſi ex uno nati: aut, ut Labeo ait, quaſi commune naſcendi initium habuerint. V. cognatio.
Inter Agnatos & Cognatos hoc intereſt, quod in agnatis & cognati continentur: in cognatis non utique agnati. verbi gratia, Frater patris, id eſt patruus, & agnatus & cognatus eſt. matris autem frater, id eſt avunculus, cognatus eſt: agnatus non eſt. Modeſtinus in l. inter agnatos. D. Unde legitimi.
Gradatim admittuntur cognati ad bonorum poſſeſſionem. Ulp. in l. 1. §. Gradatim. D. Unde cognati.
Cognatus, Qui ejuſdem eſt generis, etiam ſi diverſæ ſint ætates interjectæ. Sil. lib. 11. 178. —ille ego ſanguis
    Dardanius, cui ſacra pater, cui nomina liquit
    Ab Jove ducta Capys, magno cognatus Iülo.

Cognātio, ōnis. f. [συγγένεια] Cic. 7. Verr. 176. Nulla tibi, Quinte, cum iſto cognatio eſt, nulla neceſſitudo.
Cognatio, eſt Jus quoddam inter certas perſonas, quæ natura, vel legis fictione inter ſe cognatæ ſunt, inſtitutum. Ejus enim duæ ſunt ſpecies, naturalis & civilis. Naturalis cognatio eſt, communio ſanguinis, quam habent hi inter ſe, qui ex eodem progenitore orti, quaſi rivuli ex eodem fonte deducti dimanarunt. Civilis autem, quæ per adoptionem contrahitur, non ſanguinis, ſed juris communio eſt, quæ ſic fortaſſe non incommode definiri poterit, ut dicatur eſſe Communio ejuſdem juris, quod habent hi inter ſe qui naturaliter cognati ſunt, per adoptionem contracta. Sed quoniam ea non vera, ſed ficta & adumbrata cognatio eſt, idcirco definiri neque a Juriſconſultis ſolet, neque vero ſatis abſolute poteſt. V. Hotom. in comm. verb. juris.
Cognatio & affinitas. Cic. 5. de Fin. 65. Serpſit ſenſim foras cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitiis.
Ampliſſima cognatione, & plurimis amicitiis vir. Cic. 4. Verr. 106.
Comprobata. ut, Multis officiis aliquorum uſurpata & comprobata cognatio. Cic. 7. Verr. 125.
Materna cognatio Tranſalpini generis. Cic. poſt red. in Senat. 14.
Naturalis cognatio rerum diſtantium. Cic. 2. de Divin. 33.
Patruelis cognatione, amore germanus. Cic. 5. de Fin. 1.
Propinqua. Cic. pro Ligar. 8.
Propinqua cognatione conjunctus. Suet. in Neron. cap. 3.
Cognationem facit etiam adoptio. Ulp. in l. 1. §. Cognationem. D. Unde cognati. V. paulo ſupra.
Capitis diminutione perimuntur cognationes, quæ per adoptionem acquiſitæ ſunt. Julian. in l. Capitis. D. Unde cognati.
Agere verbis per cognationem cum aliquo. Cic. 12. Att. 48. Eum multis verbis agere mecum per cognationem quæ mihi ſecum eſſet, &c. perſcripſit.
Attingere aliquem cognatione. Cic. 4. Verr. 27. V. attingo.
Commemorare gratiam, amicitiam, cognationemque. Cic. 4. Verr. 64.
Conjunctum eſſe cognatione cum aliquo. Cic 6. Verr. 72.
Habere cognationem cum. Quintil. lib. 1. cap. 10. Sed habet majorem quandam aliam cum arte Oratoria cognationem.
Habere aliquam neceſſitudinem, aut cognationem cum aliquo. Cic. in Orat. 186.
Cum prædiis alicui eſſe cognationem. Cic. pro Sulla 59. Cincius nunquam ſibi cognationem cum prædiis eſſe exiſtimavit ſuis. i. e. Prædia ſua nunquam ſic amavit, quin a ſe, ſi quando opus eſſet, alienaret.
Junctus alicui cognatione. V. jungo.
Jungi cognatione naturali cum re aliqua. Cic. 2. de Divin. 142.
Retinere jura cognationis. Ulp. in l. 1. §. Cognationem. D. Unde cognati.
Dedecus cognationis. Cic. pro Cluent. 16. Tulit hoc commune dedecus familiæ, cognationis, nominis, &c.
Deorum cognationem agnoſcere. Cic. 1. de Nat. Deor. 92.
Deorum cognatione tenetur animus. Cic. 1. de Divin. 64.
Litterarum cognatio. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Officium cognationis. Quintil. lib. 4. 1. Quare in primis exiſtimetur veniſſe ad agendum ductus officio, vel cognationis, vel amicitiæ.
Studiorum cognatio. Cic. 6. Verr. 81. Quæ cognatio ſtudiorum & artium propemodum non minus eſt conjuncta, quam iſta qua vos delectamini generis & nominis.
Cognatio Peripateticis cum oratoribus. Cic. 4. Acad. 115. Age, reſtitero Peripateticis, qui ſibi cum oratoribus cognationem eſſe, qui claros viros a ſe inſtructos dicant Rempub. ſæpe rexiſſe?

Cognitio, Cognitor, Cognobilis. V. cognosco.

Cognōmen, ĭnis. n. [ἐπίκλησις, ἐπωνυμία, φερώνυμον] dicitur Nomen, quod ab eventu aliquo, aut ſimili de cauſa, imponitur alicui. Cic. 1. de Finib. 23. Neque quum Torquatum, qui hoc primus cognomen invenerit, aut torquem illum hoſti detraxiſſe, &c.
Cognomen neceſſitas primum excogitavit, quum prænomen & nomen quandoque non ſatis eſſe viderentur ad homines diſtinguendos: poſt, uſus & commoditas cuſtodivit & propagavit. Qui vero Agnomen aliud eſſe a cognomine tradiderunt, ii mihi ſatis quod ſentiunt non probant. ex eorum vero numero grammatici veteres exiſtunt, qui cognomina appellant ea quæ tertio loco, quæ vero præterea adjiciuntur, ea omnia agnomina nuncupant, ut Africanum & Aſiaticum. ejuſmodi vero opinio facile locupletiſſimi auctoris Ciceronis verbis refellitur: apud quem animadvertere poſſumus, ea omnia cognomina dici, quæ etiam quarto loco ponuntur. Sic enim ait pro Muren. 31. Quam laudem ille Africa oppreſſa, cognomine ipſo præferebat, eandem hic ſibi ex Aſiæ nomine aſſumpſit. Et in Somnio 2. Eritque cognomen id tibi per te partum, quod habes adhuc a nobis hereditarium. Idem Divitem cognomen vocat 2. de Off. 57. in M. Licinio Craſſo, quod tamen quarto loco erat. Ex libro Caroli Sigonii de Nominibus Romanorum.
Nomen autem quum dicimus, cognomen quoque, & agnomen intelligatur oportet. Cic. 2. de Invent. 28.
Gradus cognominis. Ovid. 1. Faſt. 606.
    Nec gradus eſt Fabios ſupra cognominis ullus. Quia ſcil. Maximi dicti ſunt.
Hæres cognominis. Ovid. 1. Faſt. 615.
Clarum cognomen. Virg. 8. Æn. 48.
    Aſcanius clari condet cognominis Albam.
Extraneo cognomine aliquid demonſtrare. Auct. ad Heren. 442.
Optivum cognomen, pro Adoptivo per aphæreſin dixit Hor. 2. Epiſt. 2. 101.
    Diſcedo Alcæus puncto illius: ille meo quis?
    Quis, niſi Callimachus? Si plus adpoſcere viſus,
    Fit Mimnermus, & optivo cognomine creſcit.
Paternum cognomen. Hor. 1. Epiſt. 13. 8. ad Vinium Aſellam.
    Clitellas ferus impingas, Aſinæque paternum
    Cognomen vertas in riſum, &c.
Priſcum, i. e. Vetus. Claud. 2. in Eutrop. 243.
Priſca cognomina locorum. Propert. lib. 4. 1. 69.
Accipere cognomen. Plin. lib. 33. cap. 10.
Addere cognomen alicui. Liv. 1. cap. 10. Cognomenque addidit deo, Juppiter Feretri, inquit, hæc tibi, &c.
Aſciſere alicujus rei. Sil. lib. 1. 155.
    Auriferi Tagus aſcito cognomine fontis.
Collocare cognomen, pro certo nomine. Auct. ad Heren. 4. 42.
Conſeneſcit hujus cognomen una cum Craſſi Divitis cognomine. Cic. 2. Att. 13. de Pompejo M.
Dare. Plin. lib. 12. cap. 13. Cinnamomo proxima gentilitas erat, ni prius Arabiæ divitias indicari conveniret, cauſaſque quæ cognomen illi Felicis ac Beatæ dedere.
Damus tardo cognomen pingui. i. e. Pinguem vocamus tardum. Hor. 1. Serm. 3. 58.
Dari cognomen alicui ex moribus. Flor. 1. 7. 1. Poſtremus omnium fuit regum Tarquinius, cui cognomen Superbo ex moribus datum.
Deligere cognomen ex imaginibus alicujus familiæ. Cic. pro Cluent. 72.
Dicere cognomine. Virg. 3. Æn. 163.
    Eſt locus, Heſperiam Graii cognomine dicunt.
Dicere cognomine a. Virg. 3. Æn. 334. —Chaonios cognomine campos,
    Chaoniamque omnem Trojano a Chaone dixit.
Dici alicujus cognomine. Virg. 3. Æn. 702.
    Immaniſque Gela, fluvii cognomine dicta.
Habere ſapientis cognomen. Cic. de Amicit. 6.
Imponere cognomen alicui. Hor. 2. Serm. 3. 26.
    —unde frequentia Mercuriale
    Impoſuere mihi cognomen compita.
Invenit cognomen torque detracta Manlius. Cic. 3. Off. 112.
Manet cognomen alicui. In maneo.
Merere cognomen. Vellei. 2. 5. 1. Gallæci cognomen meruit.
Partum cognomen hæreditarium erit. Cic. de Somn. Scip. 2.
Præ ſe ferre laudem ipſo cognomine. Cic. pro Muren. 31.
Alteri Capitoni cognomen eſt. Cic. pro Roſc. Amer. 17.
Sumere cognomen ex aliqua re. Cic. 6. Philip. 11.
Trahere ex contumelia. Cic. 3. Philip. 16.
Uti cognomine generis. Cic. pro Cluent. 72.
Cognomen, pro Epitheto. Suet. in Calig. cap. 22. Compluribus cognominibus aſſumptis: nam & Pius, & Caſtrorum filius, & Pater exercituum, & Optimus Maximus Cæſar vocabatur. Budæus.
Cognomen etiam herbæ additum. Plin. lib. 25. cap. 9.

Cognomĭnis, e. [ὁμώνυμος] Feſtus; Cognomines, Qui ejuſdem ſunt cognominis. Plaut. Bacch. 1. 1. 5. Quid agunt germanæ duæ meretrices cognomines. Plin. lib. 6. cap. 2. Quo loco Henetos adjicit Nepos Cornelius, a quibus in Italia ortos cognomines eorum Venetos credi poſtulat. Virg. 6. Æn. 363. —gaudet cognomine terra. Ubi Servius,

Facit hic & hæc Cognominis: quod autem communi genere in E miſit ablativum, metri neceſſitas fecit.
Filios cognomines. Suet. Vitell. cap. 2. Quatuor filios cognomines, ac tantum prænominibus diſtinctos, reliquit.
Cognomentum, i. n. [ἐπώνυμον] idem ac Cognomen. Plaut. Mil. 4. 2. 47. Pulcher ſalve. PY. meum cognomentum commemoravit. Cic. 2. de Fin. 5. Si aut de induſtria facias, ut Heraclitus, cognomento qui σκοτεινὸς perhibetur, &c.
An quaſi Cognominamentum? H. St.
Accipere cognomentum alicujus. Tacit. 15. Ann. 74. Menſiſque Aprilis Neronis cognomentum acciperet.
Augeri cognomento. Tacit. 12. Ann. 26. Augetur Agrippina cognomento Auguſtæ.
Cognomĭno, [ἐπονομάζω] āre. Plin. lib. 21. cap. 3. Suario cognominabatur, propter ſimilitudinem Suarii cujuſdam negotiatoris. Idem lib. 29. cap. 1. Alia factio, ab experimentis ſe cognominans Empiricen, cœpit in Sicilia.
Cognominātus, a, um. [ἐπονομασθεὶς] Partic. Cic. in Partit. 53. Verba ponenda ſunt, quæ vim habeant illuſtrandi, nec ab uſu ſint abhorrentia, gravia, plena, ſonantia, juncta, facta, cognominata, non vulgata, ſuperlata, in primiſque translata.
Divites cognominati. Plin. lib. 33. cap. 10. Poſtea Divites cognominati, dummodo notum ſit, eum qui primus acceperit hoc cognomen, decoxiſſe creditoribus ſuis.
Cognominatio, ōnis. f. Afran. apud Nonium 2. 144. Genus cognominationis.
Cognosco, ōvi, ĭtum, [γινώσκω, γνωρίζω, διαγινώσκω, ἐπιγινώσκω] ĕre. eſt (inquit Donatus ad Hec. 1. 2.) Diligenter & attente conſiderare. Ter. And. 3. 4. 7. Tandem cognoſti qui ſiem. Cæſ. 5. Bell. Gall. 7. Nihilo tamen ſecius omnia ejus conſilia cognoſceret.
Cognoſcere recte bonitatem atque prudentiam alicujus. Cic. pro Quint.
Promptum eſt cognoſcere. i. e. Facile eſt. Ovid. 3. Met. 96.

Vox ſubito audita eſt, neque erat cognoſcere promptum
Unde, ſed audita eſt, &c.

Facile cognoſcere. Lucret. lib. 2. 142.
Memoriter. V. MEMOR.
Penitus. V. PENITUS.
Corde. Lucret. lib. 5. 880.

Id licet hinc quamvis hebeti cognoſcere corde.

Animus cognoſcit hæc. Lucret. lib. 2. 839.
Perdiſco, cognoſco. Cic. 1. de Orat. 159. Perdiſcendum jus civile, cognoſcendæ leges, percipienda omnis antiquitas, &c.
Scire, cognoſcere, & percipere aliquid. Cic. 1. de Orat. 222.
Studium cognoſcendæ, percipiendæque virtutis. Cic. 1. de Orat. 204.
Experiendo magis quam diſcendo cognoſcere. Cic. 1. Fam. 7. extr.
Perſpicere & cognoſcere rerum naturam. Cic. 1. Off. 154.
De aliquo cognoſcere. i. e. De rebus alicujus. Cic. 5. Att. 21. Habes conſilia noſtra, nunc cognoſce de Bruto. i.e. Accipe. Cæſ. 7. Bell. Gall. 1. In Italiam ad conventus agendos proficiſcitur. Ibi cognoſcit de Clodii cæde.
De ſalute alicujus. Cic. 4. Fam. 4. De Marcelli collegæ tui ſalute paulo ante, quam tu, cognovimus.
Ex aliquo cognoſcere aliquid. Cic. 2. Fam. 10. Certiſſima putabo, quæ ex te cognoro.
De toto ſtatu rerum communium ex aliquo cognoſcere. Cic. 1. Fam. 8.
Caſus cognoſcere. Virg. 2. Æn. 10.

Sed ſi tantus amor caſus cognoſcere noſtros,
Et breviter Trojæ ſupremum audire laborem.

Cauſas cognoſcere. Virg. 3. Georg. 490.

Felix, qui potuit rerum cognoſcere cauſas.

Conditionem ſocietatis diligenter cognoſcere. Cic. pro Roſc. Com. 31.
Curas tenues cognoſcere, Diſcere res minutas & leves. Virg. 1. Georg. 177.

Poſſum multa tibi veterum præcepta referre,
Ni refugis, tenueſque piget cognoſcere curas.

Jus civile domi cognoverat, Didicerat. Cic. de Clar. Orat. 98.
Rationem. Cic. 5. Att. 4.
Ritum ſacri cognoſcere. Ovid. 6. Faſt. 511.
Cognoſcere qualis natura ſit montis. Cic. 1. Bell. Gall. 21. Qualis natura montis, & qualis in circuitu aſcenſus, qui cognoſcerent miſit.
Cognoſcere ex litteris, nuntiis, & ſimilibus, pro Intelligere & certiorem fieri. Cic. 14. Fam. 5. Cognovi enim ex multorum amicorum litteris, quas, &c. Idem 1. Fam. 5. Hic quæ agantur, quæque acta ſint, ea te & litteris multorum & nuntiis cognoſcere arbitror.
Cognoſcere ex annalium monumentis. Cic. in Hortenſ. Fragm.
Ex libris alicujus aliquos cognoſcere. Cic. 5. Fam. 12.
Aliquid ex re, ex factis alicujus, decretiſque cognoſcere. Cic. 7. Verr. 9.
Clamore aliquid cognoſcere. Tacit. 12. Ann. 24. Quod ubi clamore cognitum, &c.
Cognoſci in optimam partem aliquem. Cic. 2. Off. 46. Facillime autem & in optimam partem cognoſcuntur adoleſcentes, qui ſe ad claros & ſapientes viros bene conſulentes Reipub. contulerunt.
Cognoſcere, pro Juriſdictionem exercere. Suet. in Claud. 33. Cognoſcens in Auguſti foro, tactus nidore prandii, quod in maxima Martis æde Saliis apparabatur, deſerto tribunali, conſcendit ad ſacerdotes, &c.
Cognoſcere de actis alicujus, quod vulgus, Informare ſe, dicit. Cic. 16. Att. 17. Lege & ſenatuſconſulto permiſſum erat, ut de actis Cæſaris cognoſcerent, ſtatuerent, judicarent.
Cognoſcere de re aliqua. Cic. 3. Verr. 27. Se de hæreditate velle cognoſcere, quæ ejus filio a propinquo homine Apollodoro Laphirone veniſſet.
Cauſas diligenter, penituſque. Cic. 2. de Orat. 99.
Cauſam alicujus cognoſcere. Cic. 11. Att. 7. Prohiberique omnes Italia, niſi quorum ipſe cauſam cognoviſſet.
Cauſas cognoſcere cum aliquo. Cic. 2. Off. 82. Adhibuit ſibi in conſilium quindecim principes, cum quibus cauſas cognovit, & eorum qui aliena tenebant, & eorum qui ſua amiſerant.
Cognoſcebat autem de talibus cauſis, taxato prius modo ſummæ, ad quam conficiendam conſideret. Sueton. in Cal. 38. H. St.
Cognoſcere, Verbum pertinens ad judicem, ut dictum eſt, Sen. Med. 4. Si judicas, cognoſce: ſi regnas, jube.

Cognoſcere inſtrumenta, eſt Relegere & recognoſcere. Ulp. in l. Cognoſcere. D. de verb. & rer. ſignific.
De cauſa cognoſcere. Ulp. in l. Et poſt edictum. D. de Judiciis, Non utique judex qui de judicato cognoſcit, debet de Prætoris ſententia cognoſcere.
De privilegio Sacerdotum cognoſcere. Suet. Aug. 93. Cum poſtea Romæ pro tribunali de privilegio ſacerdotum Atticæ Cereris cognoſceret, &c.
De vi & proprietate rei cognoſcere. Calliſtratus in l. Si de vi. D. de Judiciis.
Cognoſcere & pronuntiare. Ulp. in l. In peremptorio. D. de Judiciis, In peremptorio autem comminatur is qui edictum edit, etiam abſente diverſa parte cogniturum ſe & pronuntiaturum.
Cognoſcere, pro Agnoſcere. Ter. Eun. 5. 2. 8. Ita miſerrimus fui fugitando ne quis me cognoſceret. Donatus.
Amores ſuos cognoſcere. Ovid. 4. Met. 137. i. e. Amicum ſuum, vel amicam, de Thisbe quæ Pyramum inveniebat gladio peremptum.
Humanitatem alicujus, quod gratulatus ſit, cognoſcere. Cic. 1. Fam. 7.
Vice ſermonis cognoſcere aliquem. Ovid. 4. Triſt. 4. 79. h. e. Ex ſermone agnoſcere.
Tellus cognoſcit alumnos. Stat. 4. Theb. 638.
Os non cognoſcendum. Ovid. 12. Met. 251.

— & oſſa
Non cognoſcendo confuſa reliquit in ore.

Signum (ſuum) cognoſcere. Cic. 3. in Catil. 10.
Virum cognoviſſe dicitur illa, quæ cum viro rem habuit. Ovid. 6. Epiſt. 133.

Turpiter illa virum cognovit, adultera virgo.

Nulla cum ratione vivæ afferre vim poſſet, jugulavit, jugulatamque cognovit. Pontanus de Immanitate 607. Sic & alibi. H. St. fol. 322. b. Aldi. V. Grot. ad Matth. 1. 23. Non prorſus eodem modo tamen antiqui hoc verbo in ea ſignificatione utuntur, atque Eccleſiaſtici, ut collatis exemplis conſtabit. conf. Notitiam habere in NOSCO.
Cognoſcere, Experiri. Cic. 13. Fam. 21. Hominem prudentem & officioſum cognoſces, & dignum qui a te diligatur.
Virum optimum gratiſſimumque cognoſcere aliquem. Cic. 13. Fam. 20.
Divos præſentes cognoſcere, Auxilium divorum ſentire. Virg. 1. Eclog. 42.

Nec tam præſentes alibi cognoſcere divos.

Res humanas contemnentem, & optime contra fortunam paratum armatumque cognoſcere aliquem. Cic. 5. Fam. 13.
In cognoſcendo. V. IN.
Perangusto freto diviſa, ſervitutis, ac libertatis jura cognoſcere. Cic. 7. Verr. 169.
Cognoſcere, Inſpicere & æſtimare. Cic. pro Quint. 3. Temporis quidem certe vix ſatis habui, ut rem tantam, tot controverſiis implicatam, poſſem cognoſcere. Budæus.
Cognoſcite, pro Attente audite. Cic. 4. Verr. 26. Quantam poteſtatem habuerit, videtis: quas res geſſerit, cognoſcite.
Ad cognoſcendum venire. Cic. 1. de Orat. 204.
Cognitum, cognitu, ſupin. a Cognoſco. Feſtus, Cognitu facilia eadem ratione dicitur, qua Dictu facilia, & Perſpectu, & Factu facilia. [Sed nominis verbalis ſextum caſum eſſe docent juniores. V. paulo infra COGNITUS, us, m.
Cognoscenter, Adv. ut, Cognoſcenter videre. Tertull. adv. Marc. 4. 22. Manifeſta te mihi, ut cognoſcenter te videam.
Cognoscentia, æ. f. apud Marium Victorin. lib. 1. adv. Arium.
Cognĭtus, a, um. Partic. [ἐγνωσμένος] ut, Cognitus alicui. Plin. lib. 12. cap. 4.
Armis cognitus, Bello exploratus. Valer. lib. 5.
Nomine cognitus tantum. Plin. lib. 12. cap. 21.
In multis judiciis cauſiſque cognitus. Cic. de Clar. Orat. 18.
In promptu cognita. Lucret. lib. 2. 867.
Uſu non longo cognitus. Ovid. 3. Triſt. 5. 9.

Idque recens præſtas, nec longo cognitus uſu.

Acta conjugis cognita Vulcano, i. e. Adulterium Veneris. Ovid. 2. de Arte Am. 574.
Cauſa liquido cognita. Ovid. 5. Faſt. 2.
Cauſa cognita excuſationem accipere. Ulpian. in l. licet. D. de arbitris.
Cauſa cognita judicium dare. Paulus in l. ſed & ſi. §. ſed & ſi dies. D. de judiciis.
Cauſa cognita æſtimare. Scævola in l. tutor. D. de minorib.
Cauſa cognita probare. Marcel. in l. de ætate. D. de minorib.
Cauſa cognita ſtatuere. Ulpian. in l. 1. §. ſed & ſi agant. D. de judic.
Enſis bene cognitus. Sil. lib. 17. 395.
Homo per ſe cognitus. Cic. de Clar. Orat. 147. Qui ſummos honores homo per ſe cognitus ſine ulla commendatione majorum eſt adeptus.
Puer puero mihi cognitus. Ovid. 4. de Pont. 12. 20.

Teque canam quacunque nota, tibi carmina mittam,
Pæne mihi puero cognite pæne puer.

Res indicio alicujus cognita. Ovid. 2. de Arte Am. 574.
Res perſpecta & cognita. Cic. 1. Fam. 7.
Res penitus perſpectæ planeque cognitæ. Cic. 1. de Orat. 92.
Virtus cognita. Tibul. lib. 4. 1. 1.
Sæpe etiam ſine ſubſtantivo ponitur. ut, Liv. 37. 13. Ibi ex agreſtibus cognito, hoſtium naves ad Æthaliam ſtare. Et Quintil. Decl. 16. Cognito, quod filius haberetur a tyranno. adde Tacit. Ann. 1. 46. & 14. 34.
Cognitus etiam de Re venerea dicitur. Tacit. 4. Hiſt. 44. Octavius Pontiam Poſtumiam ſtupro cognitam, & nuptias ſuas abnuentem, impotens amoris interfecerat. Et Stat. 2. Achill. 228.

— tacito jam cognita furto
Deidamia mihi.

V. Catull. 59. 147. & ſupra in ipſo verbo.
Cognitus, Auditione perceptus, ut apud Virg. 1. Æn. 627.

Tempore jam ex illo caſus mihi cognitus urbis, &c.

Error cognitus. Propert. lib. 3. 15. 35.
Compar. [γνωστότερος] Ovid. 4. Triſt. 6. 28.

Nec tam nota mihi, quam ſunt mala noſtra, fuerunt:
Sed magis hæc, quo ſunt cognitiora, gravant.

Et 14. Met. 14.

Quanta ſit herbarum, Titani, potentia, nulli
Quam mihi cognitius.

Superl. [γνωστότατος] Catul. 4. 14.

Tibi hæc fuiſſe & eſſe cognitiſſima
Ait Phaſellus.

Cognitus, ûs. m. Valer. Max. 5. 5. ext. 1. Ut ad jucundiora cognitu veniamus. [Supinum poſterius hoc Grammaticis appellare placuit, quibus ſe opponunt Juniores. V. Voſſ. de Anal. 3. 11. & de Conſtr. cap. 8. Sanct. Min. 3. 9. ibique Periz. Junge Feſt. ſupra in ipſo verbo extremo.

Cognitio, ōnis. f. [γνῶσις, γνώρισις, ἐπίγνωσις] Cic. 1. Acad. 15. Cæleſtia autem vel procul eſſe a noſtra cognitione cenſeret.
In cauſæ cognitione verſari. Ulpian. in l. hæredibus. D. de dolo.
Deorum cognitionem capere. Cic. 2. de Nat. Deor. 140. Quæ primum eos humo excitatos, celſos & erectos conſtituit, ut deorum cognitionem, cælum intuentes, capere poſſent.
Naturæ manca cognitio contemplatioque quodammodo atque inchoata ſit, ſi nulla actio rerum conſequatur. Cic. 1. Off. 151.
Poetarum gratior cognitio. i. e. Lectio. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Cognitionemque rerum aut occultarum, aut admirabilium ad beate vivendum neceſſariam ducimus. Cic. 1. Off. 13.
Attingere cognitionem rerum. Cic. 1. Off. 18.
Multa cognitio rerum inde venit. Quintil. lib. 2. cap. 4.
In rerum cognitione verſari. Cic. 1. Off. 18.
Cognitio & judicium. Cic. 16. Att. 18. Plancus ipſe pro ingenio & prudentia ſua non ſit dubitaturus, quin decretum Conſulum, quorum lege & Senatuſconſulto cognitio & judicium fuit, conſervet.
Genus cognitionum labefactatum. Cic. 16. Att. 16. ad Capiton. Præſertim quum hoc genere cognitionum labefactato, acta Cæſaris in dubium ventura videantur.
Imago cognitionis. Tacit. 3. Ann. 17. i. e. Simulata judicialis cognitio.
Studium cognitionis vincit conſociatio hominum atque ſocietas. Cic. 1. Off. 157.
Vis mirabilis rationis, & cognitionis, & ſcientiæ, virtutumque omnium eſt in mente. Cic. 5. de Fin. 34.
Prætoria cognitio. Quintil. lib. 3. cap. 6. Aliis eſt cap. 8. Non debes apud Prætorem petere fideicommiſſum, ſed apud Conſules: major enim Prætoria cognitione ſumma eſt.
Solivaga & jejuna. Cic. 1. Off. 157. Niſi ea virtus, quæ conſtat ex hominibus tuendis, id eſt ex ſocietate generis humani, attingat cognitionem rerum, ſolivaga cognitio & jejuna videatur.
Accipere ad cognitionem. In accipio.
Adducere in cognitionem. In adduco.
Amplexari cognitionem. In amplexor.
Capere cognitionem. Cic. 2. de Nat. Deor. 140.
Continetur officium aliquod cognitione & ſcientia. Cic. 1. Off. 13.
Dare cognitionem aliquarum rerum aliquibus. Cic. 16. Att. 16. ad Capiton. i. e. Eorum arbitrio res dijudicandas permittere.
Ducuntur ex cognitione officia. Cic. 1. Off. 153.
Habere cognitionem faciliorem, Facilius cognoſci. Cic. 5. de Fin. 34.
Inſerere cauſæ cognitionem. Ulpian. in l. ſi quis. §. merito. D. de dolo.
Dignum cognitione. Cic. 1. Off. 20.
Cognitionem prudentiamque ſequitur conſiderata actio. Cic. 1. Off. 150.
Dies cognitionis, Quo judex aliquos in jus vocat, vulgo Aſſignationis dicitur: quandoquidem eo ipſo debet de cauſa cognoſci. Ulp. in l. & poſt edictum. D. de judiciis, Quod ſi is qui edictum peremptorium impetravit, abſit die cognitionis, &c.
Suſtinere cognitionem. V. Suſtinere pro Differre, in sustineo.
Differentiam inter Juriſdictionem & Cognitionem videmus in Suet. Neron. cap. 15. & alibi. Juriſdictio enim ordinaria & magiſtratuum eſt; Cognitio extraordinaria & meri imperii. Suet. Tiber. cap. 31. Cetera quoque per magiſtratus & jure ordinario agebantur, &c. Idem Claud. cap. 15. Negantemque cognitionis rem, ſed ordinarii juris eſſe, agere cauſam confeſtim apud ſe coegit. V. Salmaſ. de Modo Uſur. cap. 3. p. 111. ſq.

Cognĭtor, ōris. m. [γνωστὴρ, γνώμων, διαιτητὴς] olim dicebatur, qui nunc Procurator judicialis. Cic. 1. Verr. 54. Me defenſorem calamitatum ſuarum, me ultorem injuriarum, me cognitorem juris ſui, me actorem cauſæ totius eſſe voluerunt.
Cognitor eſt, ut Feſtus ait, Qui litem alterius ſuſcipit coram eo, cui datus eſt, Procurator autem abſentis nomine actor fit. Aſconius in Divinationem Cic. 11. Qui defendit (inquit) alterum in judicio, aut Patronus dicitur, ſi orator eſt: aut Advocatus, ſi aut jus ſuggerit, aut præſentiam ſuam commodat amico: aut Procurator, ſi negotium ſuſcipit: aut Cognitor, ſi præſentis cauſam novit, & ſic tuetur ut ſuam. Ergo cognitorem Cicero appellavit familiariſſimum defenſorem. Hactenus Aſconius. Cic. pro Roſc. Com. 54. Quid intereſt inter eum qui per ſe litigat, & qui cognitorem dat? qui per ſe litem conteſtatur, ſibi ſoli petit: alteri nemo poteſt, niſi qui cognitor eſt factus. Itane vero? cognitor ſi fuiſſet tuus, quod viciſſet judicio, ferres tuum. ſuo nomine petiit, quod abſtulit, ſibi, non tibi exegit. Budæus.
Aſcribere cognitorem alicui. Cic. 4. Verr. 106.
Dare in aliquam rem cognitorem. Cic. pro Roſc. Com. 32.
Eſſe cognitorem. Hor. 2. Serm. 5. 38.

—ſis cognitor ipſe.

Facta eſt ſponſio cum cognitore tuo de. Cic. 5. Verr. 137. ubi V. Græv.
Fieri cognitorem pro aliquo. Cic. 4. Verr. 106. Quum præterea tota Sicilia multum auctoritate & gratia poſſet, invenire neminem Siculum potuit, qui pro ſe cognitor fieret.
Cognitorum nomen non ſemper bene audiit, quia alienas lites turpis quæſtus cauſa ſuſcipiebant; ideoque Sectores & Cognitores conjunxit Manilius, 5. 316.

Cognitūra, æ. f. Procuratio, ſive Munus quo quis fungitur, quum in foro eſt cognitor cauſæ alterius. Suet. in Vitell. cap. 2. in quo de ejus majoribus diſſerit: Cujus (inquit) filius ſectionibus & cognituris uberius compendium nactus. Cognitiones non dixit, ſed Cognituras, ne de judice loqui videretur. Sunt qui legant, Conſuturis, ſed perridicule. Turnebus. V. Gron. de Pecun. Vet. 4. 3. Salmaſ. ad Jus Att. & Rom. p. 331.

Cognitionalis, is. m. Officii genus, ut Rationalis. V. Symmach. 10. Epiſt. 62. extr.

Cognoscibilis, e. Improbat Goclen. Probl. Gramm. 5. 34. Hinc

Cognoscibiliter, [ἀναλόγως] Adv. Idem. Vulg. Interpr. Sap. 13. 5.

Cognōbĭlis, e. [εὔγνωστος] Qui cognoſcitur. Gell. lib. 20. cap. 4. His ſolis cognobiles fuerunt. Et Onomaſt. Vet.
Compar. Cato 6. lib. Originum, Itaque ego, inquit, cognobiliorem cognitionem eſſe arbitror. Refert Gell. lib. 20. cap. 4. ad finem.

Cōgo, ēgi, actum, [συνάγω] ĕre. a Con & Ago, compoſitum; ſignificat In unum colligere. Ter. Heaut. 1. 1. 94. Quaſi talenta ad quindecim coegi.
In unum aliquid cogere. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Nodo comas coegit. Sen. Hippol. 4.
Diductos cogere. Hor. 3. Carm. 9. 18.

Quid ſi priſca redit Venus,
Diductoſque jugo cogit aheneo?

i. e. Diſcordes redire in gratiam jubet, & conjungit invitos.
Diſperſa cogere. Cic. 1. de Orat. 191.
Jus civile in certa genera cogere. Cic. 2. de Orat. 142. Pollicitus ſe jus civile, quod nunc diffuſum & diſſipatum eſt, in certa genera coacturum, & ad artem facile redacturum.
Nubes coguntur ad montes. Lucret. lib. 6. 734.

—ad altos denique montes
Contruſæ nubes coguntur, vique premuntur.

Oves cogere intro. Plaut. Bacch. 5. 2. 15.
Pecus cogere. Virg. 3. Ecl. 20.
Pecudes cogere ſtabulis. Virg. 6. Ecl. 89.
Voces in nodum cogere, ſignificat Orationem ſyllogiſmo vel enthymemate includere. Lucan. ad Piſon. 59.

Seu juvat aſtrictas in nodum cogere voces,
Et dare ſubtili vivacia verba catenæ, &c.

Agmen. Cic. 15. Att. 13. V. agmen.
Acies in prælia. Virg. 9. Æn. 463.
Undique auxilia. Virg. 8. Æn. 7.
Cohortes Luceriam coegi. Cic. 8. Att. 12. Cn. Magnus ad Domit.
Cohortes coegerat viginti ex finitimis regionibus. Cæſ. 1. Bell. Civil. 15.
Copias cogere in unum locum. Cæſ. 2. Bell. Gall. 5.
Exercitum cogere in unum locum. Cic. 15. Fam. 4.
Conſilium cogi de aliquo. Quintil. lib. 7. cap. 3. De uno enim reo conſilium cogitur.
Milites cogere. Cæſ. 5. Bell. Gall. 39.
Multitudinem hominum cogere, armare, inſtruere. Cic. pro Cæcin. 59.
Socios ad locum aliquem. Virg. 4. Æn. 289.
Cogere ad verba, Convocare ad concionem. Propert. lib. 4. 1. 13.

Buccina cogebat priſcos ad verba Quirites.

Senatum cogere. Cic. 3. de Fin. 7. Dum Senatus cogeretur nihil operæ Reipub. detrahens.
Ἀθροίζειν τὴν βουλὴν, vel τὴν γερουσίαν. H. St.
Cogere pecuniam a civitatibus ſtatuarum nomine. Cic. 4. Verr. 140.
Pecuniam cogere ex decumis imperatorum. Cic. pro Rabir. Poſth. 30.
Aurum cogere in uſus humanos. Hor. 3. Carm. 3. 51.
Stipem. Cic. 2. de Legib. 22.
Stipendium. Cic. 3. Verr. 70.
Cogere aliquid ad. Sen. lib. 1. de Ira, Quod exundat, ad ſalutarem modum cogere.
Cogere ad fiſcum. Paulus l. in fraudem. D. de jur. fiſc. Ejus bona qui ſibi mortem conſcivit, non ante ad fiſcum coguntur, quam prius conſtiterit, cujus criminis gratia manus ſibi intulerit.
Tumultus cogere. Ovid. 3. Epiſt. Sabin. 73.

Et magnos, video, cogit mihi rapta tumultus,
Armatæque petunt Pergama mille rates.

Vites cogendæ in ſulcum, i. e. In ordinem componendæ, aut certe arandæ. Virg. 2. Georg. 62. Servius.
Cogere in ordinem. Budæus, Antiqui quum ſignificare volebant hominem inter ſuæ conditionis homines retinendum continendumque, id eſt (ut vulgo loquimur) *ſuo ſtatu contentum eſſe cogendum*: In ordinem eum Redigendum, vel etiam Cogendum dictitabant, hoc eſt Inter vulgares & gregarios annumerandum. Plin. ad Falconem, 1. Epiſt. 23. Conſulis, an exiſtimem te in tribunatu cauſas agere decere. Plurimum refert quid eſſe Tribunatum putes: Inanem umbram, & ſine honore nomen: an poteſtatem ſacroſanctam, & quam in ordinem cogi, ut a nullo, ita ne a ſe quidem deceat? Idem 2. Epiſt. 6. ad Avitum, frugalitatem ſuam oſtendere volens, & in victu parſimoniam, eleganter hoc verbo uſus eſt, Liberti (inquit) mei non idem quod ego bibunt, ſed idem ego quod liberti: & mehercule ſi gulæ temperes, non eſt oneroſum, quo utaris ipſe, communicare cum pluribus. Illa ergo reprimenda, illa quaſi in ordinem redigenda eſt, ſi ſumptibus parcas. Huic autem opponitur, Eximere numero. Hactenus Budæus. [In ordinem cogi vel redigi dicuntur Viri in poteſtate conſtituti, cum ipſorum auctoritate poſthabita, veluti privati, & exuti poteſtate, tractantur. V. Suet. Claud. cap. 38. & Veſp. 15. Liv. 3. 35. & paſſim.
Cogere, [ἀναγκάζειν, βιάζεσθαι, ἀγγαρεύειν] Vi compellere. Ter. Adel. 3. 4. 44. Quod vos jus cogit, id voluntate impetret. Virg. 2. Æn. 56.

—quid non mortalia pectora cogis,
Auri ſacra fames?

Mori me denique coges. Virg. 2. Ecl. 7.
Audaces cogimur eſſe metu. Ovid. 1. Triſt. 3. 106.
Si res coget. Cic. 1. Fam. 5.
Acerbe cogi. Cic. 1. Philipp. 11.
Convicio aliquorum cogi. Cic. 1. Q. frat. 14.
Fame cogi. Cic. 7. Verr.
Prece cogere aliquem. Hor. 1. Epiſt. 9. 2.

—nam me rogat, & prece cogit.

Ratione aliquem aliqua cogere. Cic. de Amicit. 26. [Verburg. Rogatione. Mendoſe.
His ne rebus manus afferre non dubitaſti, a quibus etiam oculos cohibere religionum jura cogebant? In Verrem (pag. Lamb.) 178. Quomodo tamen cogebant dicit, ſi hoc efficere non potuerunt? Si obſtare non potuerunt, quo minus afferret illis manus? ἴσως intelligendum, Cogebant, ſi non ea violare voluiſſes. H. St. Sic Jus cogit ſupra.
Cogere arva ut pareant colono, Præcepta tradere agriculturæ. Virg. 1. Æn. 3. Metonymia.
Aliud quam cogebatur illatum eſt. Cic. 1. de Invent. 87.
Cogere vi & minis. Cic. 2. de Legib. 14. Non omnia vi ac minis cogere. Ter. Hec. 2. 2. 26. Vi cœpi cogere ut rediret.
Ad arma cogere aliquem. Ovid. 3. Amor. 15. 9.
Ad gaudia cogi. Ovid. 2. de Arte Am. 419.
Ad lacrymas. Plaut. Bacch. 4. 9. 57.
Ad prælia cogi. Virg. 12. Æn. 581.

In cruciatum cogere. Plaut. Perf. 5. 2. 9.

Quem pol ego, ut non in cruciatum, atque in compedes cogam, si vivam.

In curriculum femihoræ cogere. Cic. pro Rabir. 6. Nunc quoniam, T. Labiene, diligentiæ meæ temporis angustiis obstitisti, meque, ex comparato & constituto spatio defensionis, in semihoræ curriculum coegisti.

In cursum verberibus. Plin. lib. 8. cap. 43.

In lacrymas cogi. Ovid. in Ibin, 206.

In portum navim coegit Cic. 2. de Invent. 98.

In Senatum cogi. Cic. 1. Philip. 11. Quid tandem erat causæ cur in Senatum hesterno die tam acerbe solus cogerer?

In thalamos alicujus cogitur mulier, Cui invita nubit. Valer. 7. Argon. 239.

Cernis ut infelix thalamos ego cogar in illos.

In turbam. Hor. 1. Serm. 4. 141.

Multa poetarum veniat manus, auxilioque
Sit mihi: nam multo plures sumus: ac, veluti te
Judæi, cogemus in hanc concedere turbam.

Sensus est: Si poeticum tibi displicet studium, & poetæ tibi invisi sunt, ut vulgo Judæos omnibus hominibus videmus, nos poetæ, qui plurimi sumus, pertinacesque, ut Judæi in religione sua & cæremoniis, ita in studio poëtico & proposito sumus, non modo non de sententia deducemur, sed te ultro ad poetas traducemus, & unum e turba poetarum, quamvis invitum, reddemus, ut illud studium quod improbas posthac celebraturus culturusque sis, & carmina scripturus. Sic Turnebus.

Cogi aliquo, i. e. Necessitate adigi, aut compelli ad locum aliquem. Hor. 2. Carm. 3. 25.

Omnes eodem cogimur.

In tenues cogi lares, Angustam habere domum, non abundare divitiis. Propert. lib. 4. 1. 128.

Hortari & Cogere, diversa. Cic. 3. Off. 35. Num te emere coegit, qui ne hortatus quidem est?

Cogere in mollitiem lanæ. Plin. lib. 19. in procem. de lini natura, Denique tam parvo semine nasci, quod orbem terrarum, ultro citroque portet, tam gracili avena, tam non alte a terra tolli: neque id viribus suis necti, sed passum tusumque & in mollitiem lanæ coactum.

Apes bis gravidos cogunt fœtus, Apibus gemina est fœcunditas mellis. Virg. 4. Georg. 231. Servius.

Verba cogere in pedes, Componere versus. Ovid. 3. Trist. 7. 10.

Coguntur carnes, Conglutinantur, cohærescunt. Plin. lib. 27. cap. 10.

Cogere, [πυκνοῦν] Spissum facere. Virg. 4. Georg. 36.

— nam frigore mella
Cogit hiems, eademque calor liquefacta remittit.

In nubem cogitur aer. Virg. 5. Æn. 20.

In nubes cogitur aer concretus. Cic. 2. de Nat. Deor. 101.

Cogere, est quod Gallice dicitur, *Faire prendre, & faire tenir*, & quod vulgus pharmacopolarum dicit, *Dare corpus medicamento*. Celf. lib. 5. cap. 18. Quibus adjicitur unguenti irini quantum satis est ad ea molliendа atque cogenda.

Cogere lac in duritiam. Plin. lib. 23. cap. 7. Exceptum id, coactumque in duritiam, suavitatem carnibus affert.

Cogi in magnitudinem milii. Plin. lib. 11. cap. 32. Multa autem insecta & aliter nascuntur, atque in primis ex rore. Insidet hic raphani folio, primo vere, & spissatus sole in magnitudinem milii cogitur. Inde porrigitur vermiculus parvus, & triduo mox eruca.

Cogere cuneos, Impellere. Virg. 7. Æn. 509.

Quadrifidam quercum cuneis ut forte coactis
Scindebant.

Equum cogere verbere. Claud. 6. Conf. Hon. 226. Sil. lib. 16. 385.

Præcipitem currum & fumantes verbere cogi
Assiduo violenter equos.

Unda plurima cogitur vento in aliquem locum. Virg. 4. Georg. 420.

Cogere, pro Concludere & convincere. Cic. 3. de Nat. Deor. 33. Innumerabilia sunt ex quibus effici cogique possit, nihil esse quod sensum habeat, quin id intereat.

Cogens, entis. [ἀναγκάζων] Partic. ut, Arbores aliæ, nullis hominum cogentibus, sponte sua veniunt. Virg. 2. Georg. 10.

Deus cogens & vetans. Cic. 2. de Legib. 8.

Re cogente profectus est. Ovid. 17. Epist. 155.

Coactus, a, um. [συναχθεὶς] Partic. ut, Coactæ naves. apud Cæf. 1. Bell. Civil. cap. 34.

Copiæ in unum locum coactæ. Cic. 8. Att. 19.

Exercitus in unum locum coactus. Cic. 15. Fam. 4.

Operis publice coactis ædificare navem. Cic. 4. Verr. 13.

Pecunia coacta ad agros emendos. Cic. de Lege Agr.

Coacti, qui dicantur. Cic. pro Cæcin. 59. Certe cogit is qui congregat homines & convocat. Coacti sunt ii qui ab aliquo sunt unum in locum congregati.

Coactus [ἀναγκασθεὶς] & Sponte, contraria. Sen. Troad. v. 573.

Coacta dices, sponte quod fari abnuis.

Auspicium coactum & expressum. Cic. 2. de Divin. 73.

Lacrymis oculi maduere coactis. Ovid. 6. Met. 628.

Lacrymæ coactæ, Vi expressæ. Virg. 2. Æn. 196. Sic legit Servius; at Pierius aliique malunt scribi hoc in loco, Lacrymis coacti.

Oculi discunt lacrymare coacti. Ovid. 1. Amor. 8. 83.

Scelus coactum, Impulsu alterius commissum. Sen. Troad. v. 871. Ad auctores redit sceleris coacti culpa.

Thalamus coactus, i. e. Venus violenta, & vitium per vim oblatum virgini. Stat. 5. Theb. 463.

Pinus coacto vertice attingens humum, i. e. Inflexo. Sen. Hippol. v. 1223.

Multa arte coactum ebur. Valer. 2. Argon. 464. h. e. Laboratum & scalptum.

Fabris publice coactis, operisque imperatis exædificare aliquid. Cic. 7. Verr. 48. [Nisi eodem sensu positum ac supra.

Gladii coacti. Lucan. lib. 3. 323.

Coacta alvi, Excrementa apud Celsum sunt, quæ Hippocrates lib. 2. Prognost. συνεστηκότα dicit. Id est, ut enarrat Galenus, μὴ ὑγρὰ τελέως, ὡς δύνασθαι διαῤῥεῖν, ἀλλὰ μέχρι τοῦ μένειν συνεστηκότα, id est non multum liquida, ut diffluere possint, sed quatenus ceu colligata manent. Celf. lib. 2. cap. 8. Alvus in hac valetudine ea tuta est, quæ quotidie coacta, eaque convenientia his quæ assumuntur, reddit.

Lactis massa coacti. Ovid. 8. Met. 666. Periphrasis est Casei.

Ferro, vel Igne coactus. Propert. lib. 3. 23. 11.

Hæc ego non ferro, non igne coactus, & ipsa
Naufragus Ægæa vera fatebar aqua.

Ira. Sen. Octav. 2.

Legibus. Ter. And. 4. 5. 41.

Necessitate. Cæf. 8. Bell. Gall. 43.

Pavore. Cæf. 8. Bell. Gall. 13.

Terrore. Lucret. lib. 3. 68.

— dum falso terrore coacti
Effugisse volunt longe, longeque remôsse.

Tempore atque officio ad aliquid agendum. Cic. 1. Verr. 4.

Vi. Ter. Phorm. 1. 4. 37.

Vi & necessario sumus in portum coacti. Cic. 2. de Invent. 98.

Coactum ac necessario dicere. Cic. pro Domo 93. Et quoniam hoc reprehendis, quod solere me dicas de meipso gloriosius prædicare: quis unquam audivit, quum ego de me nisi coactus ac necessario dicerem?

Vi morbi coactus concidit. Lucret. lib. 3. 485.

Regio sub arma coacta. Virg. 7. Æn. 43.

Coacta, ōrum. n. Cilicia, quorum usus in bello ad tegendas turres. Cæf. 3. Bell. Civil. 44. Atque omnes fere milites aut ex coactis, aut ex centonibus, aut ex coriis tunicas, aut tegmenta fecerant. conf. coactilia supra.

Coacte, Adv. Tertull. de Baptismo cap. 12. Alii plane satis coacte injiciunt.

Compar. Gell. 10. 11. Cum significandum est, coactius quid & festinatius factum. conf. 19. 2. Ft Tertull. de Anima cap. 42. Multo coactius Seneca, post mortem, ait, omnia finiuntur.

Coactim, Adv. Sidon. 9. Epist. 16. Raptim coactimque exscribere.

Coactus, ûs. m. [ἀναγκασμὸς] Cic. 4. Verr. 74. Eum quoque ostendam, si quando sit datus, coactu istius, quod non senserit judicasse.

Magnus coactus. Lucret. lib. 2. 273. Et Cæf. 5. Bell. Gall. 27. Neque voluntate sua, sed coactu civitatis.

Coactio, ōnis. f. [ἀγγαρεία, εἴσπραξις] ut, Coactio argentaria, Munus ipsum cogendi pecunias. Suet. in Vesp. cap. 1. Ubi deinde venia & missione impetrata, coactiones argentarias factitavit. V. coactor.

Coactor, ōris. m. [εἰσπράκτωρ] Coactores (inquit Budæus) dicebantur qui nunc, Receptores particulares.

Coactores olim in auctionibus dicebantur, quasi Quæstores quidam, qui ab his quibus singulæ res in auctione attributæ fuerant, pretium exigebant, quasi collectores, quia pecunias cogebant, id est colligebant. Scævola in l. 40. §. 5. de stat. liber. Argentarius coactor quum pæne totam fortunam in nominibus haberet, servis actoribus libertatem ita dedit. Hor. 1. Serm. 6. 87.

Nec timuit sibi ne vitio quis verteret, olim
Si præco parvas, aut ut fuit ipse, coactor
Mercedes sequerer.

Ubi Acron, Præcones dicebantur, Qui stabant ad hastam: nuntiabant enim pretia oblata. Coactores autem, Mercenarii eorum, qui habebant argentariam. Sunt autem Argentarii, Qui habent summam rerum venalium. Argentarium dicimus eum qui habet summam divitiarum, a quo accipiunt forani. Coactor, qui exigit nummos a circumforanis. Aliter, Coactores dicuntur Argentarii in auctionibus, qui pecunias cogunt: ipsi sunt convectarii. Hæc Acron. [Vide commentatorem anonymum, qui est in edit. Cruquii. H. St.] De his quoque Cic. pro Cluent. 180. loco, quem subjiciam, intelligendus est, Quidam ex amicis Sassiæ recordatus est se nuper in auctione quadam vidisse in rebus minutis aduncam ex omni parte, dentatam & tortuosam venire serrulam, qua illud potuisse ita circumsecari videretur: ne multa, perquiritur a coactoribus, invenitur ea serrula ad Stratonem pervenisse. Hotom. in com. verb. jur.

Coactor, aliter. Cato cap. 159. Menses decem ab coactore releget porcos ferarios.

Coactor, pro Impulsore. Sen. Epist. 53. Quibus non duce tantum opus est, sed adjutore, & (ut ita dicam) coactore.

Agminis coactor. Tacit. 2. Hist. 68.

Coactūra, æ. f. [συναγωγή] Columel. lib. 12. cap. 50. Ut separetur, & seorsum reponatur uniuscujusque diei coactura. h. e. Quantum olivarum unoquoque die collegeris.

Coactilis, Coactiliarius, &c. V. coactilia suo loco.

Coactitius, a, um. Idem quod Coactus. Beda Hist. Angl. 1. 26. Servitium Christi voluntarium, non coactitium debet esse.

Coacto, [ἀναγκάζομαι] āre. frequent. Vehementer cogere: ut, Singultus membra coactans. Lucret. lib. 6. 1159.

Singultusque frequens noctem persæpe, diemque
Corripere assidue nervos, & membra coactans,
Dissolvebat eos defessos ante fatigans.

Et 6. 1120.

Qua graditur conturbat, & immutare coactat.

C O H

Cohæreo, si, sum, [συνάπτομαι, συμφύομαι, συνέχομαι] ēre. ejusdem fere significationis, cujus est Adhæreo. Cic. 1. Acad. 24. Neque enim materiam ipsam cohærere potuisse, si nulla vi contineretur: neque vim sine aliqua materia.

Acies ita cohærebant, ut armis arma pulsarent. Curt. 3. 11. 5.

Proræ cohærent. Curt. 4. 3. 14.

Cohærere alicui rei. Cic. 1. de Legib. 24.

Equo membra cohærere dicuntur Centauri. Ovid. 1. Amor. 4. 9.

Muris hostium turris cohærebat. Curt. 4. 4. 11.

Omnia autem duo ad cohærendum aliquid tertium anquirunt. Cic. de Univers. 11.

Apte cohæret mundus. Cic. de Univers. 14.

Non cohærere res aliqua dicitur, Quando negotio non convenit & concordat. Ter. And. 2. 2. 23.

Paululum obsoni. ipsus tristis. de improviso nuptiæ.
Non cohærent.

Vix cohæret oratio. Cic. pro Coel. 15. Sed vix diserti adolescentis cohærebat oratio.

Congruunt & cohærent cum causa. Cic. 1. de Invent. 19.

Cohærent dicta inter ſe. Cic. 5. de Finib. 79. Non quæro jam, verumne ſit illud: dico, ea quæ dicat, præclare inter ſe cohærere.
Non cohæret ſermo. Cic. pro Cæcin. 52. Sermo hercle & familiaris & quotidianus non cohærebit, ſi verba inter nos aucupabimur.
Aptiſſime cohærent inter ſe. Cic. in Orat. 149.
Præclare inter ſe cohærere. Cic. 5. de Finib. 79. V. paulo ſupra.
Tempore cohærere inter ſe res dicuntur. Curt. 5. 1. 2.
Cohærere dicuntur, Qui ſunt conjuncti & amiciſſimi invicem. Plin. lib. 7. Epiſt. 7.

COHÆRENS, entis. Partic. Cic. 2. de Orat. 325. Cohærens cum omni corpore membrum eſſe videatur. Cic. 3. Off. 11. Qui primum hæc natura cohærentia, opinione diſtraxiſſent.
Juga montium velut ſerie cohærentia. Curt. 7. 3. 21.
Nationes commercio linguæ, moribus cohærentes, i. e. Conjunctæ. Curt. 6. 3. 8.
Natura cohærens & continuata cum ſuis partibus. Cic. 1. Acad. 28.
Compar. Gell. 1. 18. Aptius & cohærentius putare.

COHÆRESCO, [συνέχομαι] ĕre. Cic. 1. de Nat. Deor. 54. Quæ, interjecto inani, cohæreſcunt tamen inter ſe, &c. De atomis. Et 1. de Fin. 17. Atomos ita ferri, ut concurſionibus inter ſe cohæreſcant.

COHÆRENTIA, æ. f. [συναφή] Cic. 2. de Nat. Deor. 155. Jam vero circuitus Solis & Lunæ, reliquorumque ſiderum, quanquam etiam ad mundi cohærentiam pertinent, tamen & ſpectaculum hominibus præbent.
Mortis cohærentia & vitæ. Gell. lib. 6. cap. 13. Et lib. 15. cap. 3.
Regionum cohærentia. Macrob. 5. Saturn. cap. 15. Paulo poſt vocat Continentiam.
Vocis cohærentia, Copulatio, Compoſitio. Gell. lib. 15. cap. 3.

COHÆRENTER, Adv. Florus lib. 2. cap. 17. 5. In Hiſpania prope ducentos per annos dimicatum eſt, a primis Scipionibus in Cæſarem Auguſtum, non continue nec cohærenter, ſed prout cauſæ laceſſierant.

COHÆSUS, a, um. Idem ac Cohærens. Gell. 15. 16. In naturam rediit, ſtricta denuo, & cohæſa.

CŎHÆRES, ēdis. [συγκληρονόμος] Qui ſimul hæres inſtitutus eſt. Plin. Epiſt. 116. Libertos ejus, eoſdemque cohæredes ſuos falſo, ut veneficii reos detulerat ad principem.
Multis cohæres. Hor. 2. Serm. 5. 54.
Senior cohæredum. Hor. 2. Serm. 5. 107.
Cohæres etiam dicitur Fideicommiſſarius, ut patet ex l. 36. §. final. juncta leg. 91. §. itidem final. ff. de Legat. 3.

CŎHĬBEO, ui, ĭtum, [ἐπέχω, κατέχω, συνείργω, ἀναχαιτίζω] ēre. ex Con & Habeo; quaſi Secum habere ſignificat, & retinere apud ſe. Cic. de Senect. 51. de terra loquens, Primum id occatum ſemen cohibet, ex quo occatio quæ hoc efficit, nominata eſt.
Auro cohibere lacertos. Ovid. 9. Epiſt. 59. Auro, i. e. Armillis aureis.
odo cohibere crinem. Hor. 3. Carm. 14. 22.
Cohibere in ſe. Cic. de Fato, 19. Sed intereſt inter cauſas fortuito antegreſſas, & inter cauſas cohibentes in ſe efficientiam naturalem.
In ſe ſidera cohibent nitorem. Lucret. lib. 2. 1030.
Cohibere latebris aliquid. Virg. 3. Æn. 424.
At Scyllam cæcis cohibet ſpelunca latebris. i. e. Continet, claudit.
In antris venti cohibentur. Ovid. 15. Met. 346.
In vinculis cohibere aliquem. Curt. lib. 6. 2. 11. Oxydates erat nobilis Perſes, qui a Dario capitali ſupplicio deſtinatus cohibebatur in vinculis. Huic liberato Satrapeam Mediæ attribuit.
Cohibere ſe intra locum aliquem, pro Secedere. Plaut. Mil. 3. 1. 1.
Cohibete intra limen etiam vos parumper, Pleuſides.
Cohibere ſe, pro Reprimere, & refrenare animum. Ter. Heaut. 5. 1. 46. Non te cohibes? non te reſpicis?
Aſſenſionem cohibere a rebus incertis. Cic. 1. de Nat. Deor. 1.
Fugam. Sil. lib. 15. 745.
Furorem alicujus. Cic. 5. Philipp. 37.
Gaudia. Propert. lib. 2. 25. 30.
Iracundiam cohibere. Cic. pro Marcell. 8. Verum animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare, &c.
Iras. Virg. 12. Æn. 314.
Libidines effrenatas a conjugibus aliorum. Cic. pro Milon. 76.
Manus reſtringere & cohibere conatibus. Stat. 6. Theb. 812.
Motus animi turbatos. Cic. 2. Off. 28.
Temeritatem cohibere & continere ab omni lapſu. Cic. 1. Acad. 44.
Cohibere animum, manus, oculos ab alieno. Non concupiſcere, non furari aliena. Cic. pro Lege Manil. 66. Quare, etiam ſi quem habetis, qui collatis ſignis exercitus regios ſuperare poſſe videatur, tamen niſi erit idem qui ſe a pecuniis ſociorum, qui ab eorum conjugibus ac liberis, qui ab auro, gazaque regia, manus, oculos, animum cohibere poſſit, non erit idoneus.
Cohibere brachium toga. Cic. pro Cœl. 11. Nobis quidem olim annus erat unus ad cohibendum brachium toga conſtitutus: & ut exercitatione ludoque campeſtri tunicati uteremur: eademque erat, ſi ſtatim mereri ſtipendia cœperamus, caſtrenſis ratio ac militaris. Hujus loci ſenſus eſt: Eo anno quo ſumpta virilis toga fuerat, modeſtiam etiamnum & pudorem ab adoleſcentibus poſtulatum fuiſſe æque, ac quum in puerili erant prætexta. Quod ſi tum magiſtris liberati, & ſuæ tanquam tutelæ facti, viſi eſſent eo anno proterviores aut petulantiores, de eorum pudicitia male exiſtimatum fuiſſe. Qui enim brachium vel profert, vel exerit, minus eſſe modeſtus & verecundus videtur, quam qui toga brachium cohibet & continet. Et Æſchines contra Timarchum priſcorum oratorum pudorem & modeſtiam laudans, eos ait peroraſſe manus intra pallium continentes. Eodem etiam illo anno nefas eis erat corpus in campo Martio nudare, ne corporis nudatione impudenti amatorem quærere velle viderentur. Quin & Servius ait Ciceronem ſcripſiſſe anno ſtipendii primo ſolitos eſſe dari cuſtodes adoleſcentibus militaturis, qua ex conſuetudine Maronem dixiſſe, 5. Æn. 546.
Cuſtodem ad ſeſe comitemque impubis Iuli
Epytidem vocat, &c. Turnebus.
Cohibere eadem ſeveritate fiſcum, qua ærarium. Plin. in Paneg. cap. 36. pr. i. e. Cavere ne præter jus & rationem creſcat privatorum diſpendio. Laudat enim Plinius Trajani continentiam, quod non exhauriret cives improbis confiſcationibus.

Cohibere filium. Plaut. Merc. prol. 64. — neque poteſtatem ſibi
Fuiſſe, adeo arcte cohibitum eſſe a patre.
Cohibent pugnare leges, i. e. Prohibent. Cic. pro Roſc. Amer. 28. In emendatioribus codicibus legitur Prohibebant
Cohibeſſim, pro Cohibuerim, antiquum. cujuſmodi ſunt illa apud Plautum, Servaſſim, Supplicaſſis, Negaſſim, Prohibeſſis, &c. pro Servaverim, Supplicaveris, Negaverim, Prohibueris, &c. Lucret. lib. 3. 445.
Corpore qui noſtro rarus magis hanc cohibeſſit?

COHIBENS, entis. ut, Cohibens ventos carcere. Ovid. 14. Met. 224.
Clauſtra cohibentia templum, Claudentia. Hor. 2. Epiſt. 1. 255.
Clauſtraque cuſtodem pacis cohibentia Janum.
Delia cohibens cervos arcu. Hor. 4. Carm. 6. 34.

COHIBENTIA, æ. f. Gloſſ. Lat. Gr. Cohibentia, ῥαθυμία, συνοχή.

COHIBITUS, a, um. ut, Macedones intra caſtra cohibiti. Curt. 10. 3. 6.
Aquilones cohibiti jugis montium. Curt. 8. 9. 12.
Subtile dicendi genus & cohibitum. Gell. 7. 14. [i. e. Breve ac circumciſum.
Compar. Auſon. Gratiar. Action. cap. 27. pr. Cujus inceſſus modeſtior, habitudo cohibitior.

COHIBITIO, ōnis. f. [ἐποχή] Cic. 5. Verr. 37. Sic deportandi dies præſtituta tollere cogebat ex area: cohibitio tollendi, niſi pactus eſſet, vim adhibebat pactioni, non voluntatem. Gruterus legit Prohibitio.

COHIBILIS, e. Gell. 16. 19. Celeri & cohibili oratione, vocumque filo tereti & candido fabulam ſcripſit Herodotus. Cohibli, i. e. Cohærente. Sed in Gloſſ. Lat. Gr. cohibilis, facilis, εὐχερής. conf. Coibilis in COEO, & COHIBITUS ſupra.

COHIBILITER, Adv. Idem. Apul. extr. Florid. Fabulam in pauca cogamus, quantum poteſt fieri cohibiliter.
Compar. Idem Apol. p. 297. Conibilius eadem Græce & Latine adnitar conſcribere.

CŎHŎNESTO, [σεμνύνω, καλλύνω, τιμάω] āre. Idem quod Honeſtare: niſi aliquid ornatus adferre dicamus ipſam compoſitionem. Plin. lib. 22. cap. 13. Defluvia capitis ſemine illito cohoneſtari.
Cohoneſtare, Honoribus afficere. Cic. Anteq. iret in exil. 30. Tantum a vobis illud, Equites Romani, peto & rogo, ut quem ſæpenumero veſtra laude cohoneſtaſtis, &c.
Exequias alicujus cohoneſtare. Cic. pro Quint. 50.
Funus cohoneſtari. Tacit. 3. Ann. 76. Ceteriſque ſolennibus funus cohoneſtaretur.
Statuas alicujus cohoneſtare. Cic. 4. Verr. 68. An quorum auctoritate ſtatuas cohoneſtare tuas conatus es, eorum ego dignitate accuſationem meam comprobare non potero?
Victoriam cohoneſtare. Liv. 38. 47. Ex decem legatis, ſi diis placet, quod concilium diſpenſandæ cohoneſtandæque victoriæ Imperatoribus majores dederunt noſtri, adverſarios habeo.

CŎHŎNŌRO, āre. Idem. Feſtus in Corona: Coronæ dicuntur, quod cohonorent eos, quibus imponuntur.

CŎHORREO, ui, [συμφρίττω] ēre. vel COHORRESCO, ĕre. Magno horrore affici. Suet. in Tiber. cap. 21. Dii me perdant, niſi cohorreſcit corpus meum. h. e. Niſi totus horreo. Cic. in Somn. Scip. 2. Quem ut agnovi, equidem cohorrui.
Cohorruiſſe me, quod &c. Cic. 7. Att. 1.
Cohorrere ex re aliqua. Cic. 3. de Orat. 6. Ex quo quum cohorruiſſet, cum febri domum rediit, dieque ſeptimo eſt lateris dolore conſumptus. Poſſet hæc particula, Ex quo, etiam ad tempus referri: quaſi diceret, Poſt ſudorem quum refrixiſſet.

CŎHORS, ortis. f. [σπεῖρα, τάγμα] Idem ſignificat quod Chors chortis: Locum nempe in villa, tectis circumdatum, in quo paſcuntur gallinæ & alites hujuſmodi. Varro 3. de R. R. cap. 3. Primus enim ille gradus antiquus majorum noſtrorum erat, in quo eſſent aviaria duo duntaxat, in plano cohors, in qua paſcebantur gallinæ, & earum fructus erant ova & pulli. V. CHORS. Et Ovid. 4. Faſt. 704. & Martial. 7. 54.
Cohors eſt etiam Corpus militum minus Legione; conſtabat enim Legio ex cohortibus, ut Cohors ex manipulis. Varro de L. L. 4. 16. Cohors, quod ut in villa ex pluribus tectis conjungitur, ac quiddam fit unum: ſic ex manipulis pluribus copulatur cohors: quæ in villa dicta, quod circa eum locum cohercetur pecus.
Cohors & Turma differunt. Cohors enim de peditibus ſolum, Turma vero de equitibus dicitur. Itaque Cic. pro Marcell. 7. pedites equiteſque ſignificat, quum inquit: Hujus gloriæ Cæſar, quam es paulo ante adeptus, ſocium habes neminem: nihil tibi cohors, nihil turma decerpit. Idem 6. Att. 2. Habeat is turmas: cur potius quam cohortes? Ex Paulo Manutio. Fuerunt autem militum 420. aliæ 500. & 600. Erantque in Legione cohortes 10. V. Lipſ. de Mil. Ro. 2. 4.
Acies cohortium. Tacit. 5. Hiſt. 18. Pellebatur ſociarum cohortium acies.
Tantumque belli ſuperfuit, ut præſidia cohortium, alarum, legionum, modicis vicis quadripartita Civilis invaſerit. Tacit. 5. Hiſt. 20. pr.
Robora claſſium, alarum, cohortium. Tacit. 2. Hiſt. 76.
Alaria cohors. V. Alaris, in ALA.
Armigera. Sil. lib. 10. 97.
Auxiliaria. V. AUXILIOR. Nimirum copiæ auxiliares, quantæcunque eſſent, perpetuo in Cohortes duntaxat deſcriptæ fuerunt, in Legiones ſoli milites Romani, Italicique generis, niſi forte abuſive nomen Legionis ponitur, diviſi.
Bellatrix. Stat. 6. Theb. 262.
Denſæ cohortes. V. DENSUS.
Impia Gigantum. Hor. 2. Carm. 19. 22.
Inhonora, Victa. Stat. 10. Theb. 8.
Innumeræ. Stat. 5. Theb. 21.
Legionariæ. V. LEGIO.
Montana cohors Cappadocum. Lucan. lib. 7. 215.
Numeroſa. Sil. lib. 11. 192.
Pilata. V. Pilatus, in PILUM.
Prætoriæ cohortes. Tacit. 3. Hiſt. 55. Eædem ac Prætorianæ. V. in PRÆTOR.
Proceræ ſtabant Celtarum ſigna cohortes. Sil. lib. 15. 718.
Sociæ. Tacit. 5. Hiſt. 1.
Cæſa. Tacit. 3. Hiſt. 47.
Corrumpere. Cic. 5. Verr.
Dare cohortem in præſidium. Tacit. 4. Hiſt. 35.
Deducere cohortes ex præſidiis. V. DEDUCO.
Educere. Cæſ. 3. Bell. Gall. 26. pr.

Exarmare. Tacit. 2. Hist. 76.
Expedire cohortes. Tacit. 3. Hist. 2.
Explicare. Virg. 2. Georg. 279.
Ut sæpe ingenti bello, quum longa cohortes
Explicuit legio: & campo stetit agmen aperto.
Firmare. Tacit. 11. Ann. 31.
Inducere cohortes in prælium. V. INDUCO.
Ire vallatum cohortibus. Stat. 12. Theb. 181.
— nec alumna nivosi
Phasidis innuptis vallata cohortibus iret.
Cohors, Congregatio quorumcunque hominum. Suet. in Neron. cap. 5. Quod quantum potare jubebatur, recusarat, dimissus e cohorte amicorum, nihilo modestius vixit. Hor. 1. Epist. 3. 6.
Quid studiosa cohors operum struit?
Famula cohors, i. e. Famularum cohors. Stat. 11. Theb. 292.
Innuptæ cohortes, i. e. Cohortes virginum. Stat. 12. Theb. 531.
Cohors, pro Comitatu & satellitio, & familia magistratus qui ibat in provinciam. Unde, Cohors Prætoria, quæ Consuli aut Prætori in provincia præsto semper erat, quasique latus ejus cingebat. Cic. 1. Q. frat. 1. Quos vero aut ex domesticis conjunctionibus, aut ex necessariis apparitionibus tecum esse voluisti, qui quasi ex cohorte Prætoris appellari solent: horum non modo facta, sed etiam dicta omnia præstanda nobis sunt. Itaque quod Cicero Cohortem Prætoriam in prætura urbana dixit, Asconius Consulares comites interpretatur. Budæus. Locus Asconii est in 3. Verr. 36. 9. V.
Impura Verris prætoris. Cic. 6. Verr. 115.
Prætoria cohors scortatorum. Cic. 2. in Catil. 24. O bellum magnopere pertimescendum, quum hanc sit habiturus Catilina scortatorum cohortem Prætoriam. Hic non Comitum, sed Militum cohors. V. PRÆTOR.
Laboriosa cohors Ulyssei. Hor. Epod. 16. 60.
Vaga cohors. Catull. 61. 25.
Ubi suevit illa divæ volitare vaga cohors.
Cohors ad res inanimatas etiam transfertur. ut, Febrium cohors. Hor. 1. Carm. 3. 30.
COHORTICŬLA, æ. f. dimin. Cic. 8. Fam. 6. Bibulus in Amano nescio quid cohorticularum amisit.
COHORTĀLIS, vel CHORTALIS, e. Adj. [χορτικός] a Cohorte villæ. ut, Cohortales aves, Quæ in cohorte domi aluntur. Columel. lib. 1. in proœm. Et ut a pecoribus recedam, quorum in parte avium cohortalium, & apium cura posita est, &c.
Officina cohortalis. i. e. Ornithon. Columel. 8. 3. 1. & 8.
Pullus cohortalis. Cels. 2. 28.
Ratio cohortalis, quam Græci vocant ὀρνιθοτροφίαν. Columel. 8. 2. 6.
COHORTALINUS, i. m. Ordini militiæ Palatinæ adscriptus. Cod. Theod. 6. 35. Cohortalinorum militia.
CŎHORTOR, [παρηγορέω] ari. Simul aut Vehementer hortari. Cic. 2. de Nat. Deor. 148. Deinde hac cohortamur, hac persuademus. De Eloquendi vi.
Cohorto, active, Antiquum. Quadrigarius apud Nonium, Et dicerent castra facta esse, atque hos cohortarent, uti maturarent.
Deterrere & Cohortari, opponuntur. Cic. 1. de Orat. 258. Illud vero fuit horribile, quod mehercule vereor ne majorem vim ad deterrendum habuerit, quam ad cohortandum.
Cohortari ad pacem. Cic. 15. Att. 1.
Ad studium summæ laudis aliquem cohortari. Cic. 2. Fam. 3.
Ad virtutem cohortari ardentius. Cic. 2. de Orat. 35.
Cohortari invicem. Suet. in Sergio Galba, cap. 10. Cohortantibus invicem, ne occasionem omitterent.
COHORTATUS, a, um. Partic. forma pass. Cato apud Gell. 15. 13. Exercitum suum pransum, paratum, cohortatum eduxit.
COHORTANDUS, a, um. Partic. [παρηγορητέος] Cic. 1. de Orat. 30. Non sibi cohortandum Sulpicium & Cottam, sed magis utrumque collaudandum videri.
COHORTATIO, ōnis. f. [παρηγορία]
Judicum cohortatio ad honeste judicandum. Cic. pro Cluent. 138.
Inanis & sine causa suscepta cohortatio. Cic. 1. Fam. 7.
Incredibiliter me commovet tua cohortatio. Cic. 16. Att. 13.
Concitatum esse cohortatione alicujus ad aliquid. Cic. 1. de Orat. 204.
Excitari cohortationibus. Cic. ad Brut. Ep. 10. pr.
COHORTATIUNCULA, æ. f. dimin. Ambrosius 84. pr. Neque cohortatiunculas meas adhibere præsumerem.
COHIVUM, Calyx rosæ adhuc connivens & clausus. Verba sunt antiqui lexici, Cohivum, κάλυξ ῥόδου μεμυκώς. Scribitur & Conivum, a Connivendo ut reor. Turnebus. Ed. Steph. divise, κάλυξ, ῥόδον μεμυκός.
CŎHOSPES, ĭtis. m. Hospitio junctus. apud Paulinum.
COHUM, i. n. Lorum, quo temo buris cum jugo colligatur, a Cohibendo dictum. Hæc Festus. Varro autem 4. de L. L. 31. Cohum [vel potius Covum] pro Loro, a Cavo, quasi cavum dictum existimat: dicitque esse sub jugo medio covum, quo buris extrema jugo copulatur. Verba ipsa Varr. V. in BURA.
Cohum etiam poetæ Cælum dixerunt, teste eodem Festo, a Chao, ex quo putabant cælum esse formatum. V. Scalig. & Dacer. not.
CŎHŪMĬDO, āre. Apul. Met. 8. pag. 205. Cohumidare genas lacrymis.

C O I

COIBILIS, V. COEO.
COIMBĪBO, ĕre. Translate Arnob. 5. p. 178. Si aperte hoc facere confessis maledictionibus coimbibissetis.
COINCIDENTIA, æ. f. [παρέμπτωσις] Affectus oculorum medicis est, ubi in meatum, qui a basi cerebri veniens, oculo videndi facultatem tribuit, humor adaperto vel rupto vase incidit, obturatque eum: unde cum dolore visus offenditur. Hæc ex Isagoge Galen. adscripta.
COINFANTIO, āre. Vetus Interpr. Irenæi 4. 75. Coinfantiatum est homini verbum Dei. i. e. Infanti impressum.
COINQUĬNO, [μολύνω] āre. Idem quod simplex Inquinare. Columel. lib. 7. cap. 5. Ne totam progeniem coinquinet: & quidem celeriter, quum alia pecora, tum præcipue oves contagione vexentur.
Coinquinare, per metaphoram. Cic. 3. de Nat. Deor. 68.
Quod, re in summa, summum esse arbitror
Periculum, matres coinquinari regias:
Contaminari stirpem; admisceri genus.
Crimine stupri se. Filiam enim suam, quod ea se stupri crimine coinquinaverat, interemit. Valer. Maxim. lib. 6. cap. 1. 6. Ubi de Attilio Philisco.
Conquino & dici & scribi vult Victorinus de Orthograph. apud Malaspin. ad Att. 14. 20. pr.
COINQUINATUS, a, um. Prudentius hymno 6. ante Somn. v. 53.
At qui coinquinatum
Vitiis cor impiavit.
Compar. Arnob. 7. p. 222. Quid esse his potest coinquinatius?
COIS, V. COA, Vestis.
COITUS, In COEO.
COIX, icis. m. [κόιξ] Genus stirpis, cujus folia ad textum sunt utilia. Strabo.
Est item Coix, Vas farinarium, ex arborum corticibus contextum, quod Dores Coin appellant. Pollux 10. 46.

C O L

COLABRISMUS, i. m. [κολαβρισμός] Thraciæ gentis & Carum saltatio fuit, sed armata: forteque fuerit ea, cujus meminit ἀναβάσεως, ς, Xenophon, dum ita saltantes prodit, se invicem τεχνικῶς admodum solitos ferire, demumque qui alterum exuisset armis, exisse Sidalca incinentem, illo perinde ac mortuo plane elato. Ex Cæl. Rhodig. lib. 5. cap. 4. V. Pollux Onomast. lib. 4. cap. 14. Alex. Genial. Dier. lib. 2. cap. 25.
COLACASITIS, is. f. Insula in sinu Troglodytico, ad Azanium mare, de qua Plin. lib. 6. cap. 29.
CŌLACRETÆ, ārum. m. [κωλακρέται] dicuntur Qui pecuniæ præsunt quæ ad res divinas erogatur: nam & Androtion scribit, Delphos petentibus theoris argentum a colacretis numerari solitum. Custodiebant & hi pecuniam quæ judicibus contribueretur, ut annotatum a grammatico Aristophane est: sed omnino & civilium pecuniarum quæstores erant. Cæl. Rhodig. lib. 8. cap. 9. V. Polluc. 8. segm. 97. & Schol. in Aristoph. Vesp.
COLAICUM, i. n. Taprobanæ insulæ promontorium, ut est apud Plin. in ipsius insulæ descriptione, lib. 6. cap. 22.
COLAN, cognomento Piscis, Urinator insignis, ut qui nando tantum profecisset, ut haud secus quam marina bellua, maxima pelagi intervalla, spatiaque immensa quingentorum & ultra stadiorum, fœda tempestate & reluctantibus aquis, excellenti vi & velocitate natatus peragraret. Sed quum audacius paulo mari se crederet, festo quodam annuo solennique die in Siculo freto effusa multitudine ad spectaculum, in portu Messanæ, ut aiunt, experiri credo volens, quantum præ ceteris urinando valeret, dum pateram auream munus natantibus tunc a rege dejectam in mare, ab imo eripere conatur, & se in mare mersisset, illius studio profunda exquirens vada, diu expectatus, ab imo maris fundo, in quod se dejecerat, nunquam emersit, neque postea inventus apparuit. Hæc ex Joviano Pontano Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 21.
CŎLĂPHUS, i. m. [κόλαφος] Latine dicitur Alapa. Ter. Adel. 2. 2. 37. Colaphis tuber est totum caput.
Ducere colaphum alicui. Quintil. lib. 6. cap. 3. i. e. Infringere.
Incutere. V. INCUTIO.
Infligere. V. INFLIGO.
Infringere colaphos. Ter. Adel. 2. 1. 46.
Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi.
COLAPHĪZO, [κολαφίζω] āre. Pugno clauso verbero, colaphum impingo. Græcum verbum est, quod apud Latinos extra sacras litteras haud temere reperias. V. Tertull. adv. Marc. 5. 12.
COLAPIS, [Κολάπις Strab. Κόλοψ Dioni] Pannoniæ amnis, in Saum influens juxta Sisciam, gemino alveo insulam ibi efficit, quæ Segestica appellatur. Hæc Plin. lib. 3. cap. 25. Hinc
COLAPIANI, ōrum. m. Pannoniæ populi, per quos Saüs fluvius in Danubium defluit. Quorum meminit Plin. eodem loco.
COLATUS, V. COLO, colas.
CŌLAX, ācis. m. [κόλαξ] Latine Assentator dicitur. Est autem nomen parasiti ab assentando. Ter. Eun. prol. 30. V. Locum.
Colax inde nomen sibi vendicat, quoniam cibum etiam Colon vocant. Cibi enim & ventris gratia plerumque adulantur parasiti. Psomocolax, qui panis & buccellæ gratia, quam Psomon Græci dicunt, abunde blanditur. Quin Cœlia quoque, id est venter hinc originem ducit. Cæl. lib. 20. cap. 33.
COLAXES, is. m. [Κολάξης] Jovis & Oræ filius: cujus pariter & matris meminit, Valer. Flacc. 6. Argon. 48.
Proxima Bisaltæ regio, ductorque Colaxes,
Sanguis & ipse deûm. De Ora matre ejus fabulantur eam fuisse ancipiti forma, humana & serpentina.
COLCHI, ōrum. m. [Κόλχοι] Populi qui Phasim fluvium incolunt, dictique sunt a Colcho Phasidis filio.
Phryxæi Colchi, a Phryxo filio Athamantis, qui insidias novercæ fugiens, navigavit Colchos, ibique vellus aureum monimentum periculorum Marti, aut (ut alii dixerunt) Jovi Phryxio dicavit. Valer. 1. Argon. 351.
Tu quoque Phryxæos remo, Pæantie, Colchos
Bis Lemnum visure petis.
Sævi Colchi. Valer. 3. Argon. 698.
Truces. Valer. 1. Argon. 743.
Auratus aries Colchorum. Cic. in Orat. 167.
COLCHIS, idis, & COLCHOS, i. f. [Κολχίς] Regio juxta Pontum, regnum Æetæ regis: in qua fuerunt veneficii maximi auctores. Habet in se juga Caucasi, atque hinc Caspium, & Hircanum habet mare, hinc Mæotim. Ferunt Iasonem Thessalum cum Argonautis eo navigasse, ut vellus aureum raperet. In ea Sibaris Colchorum regia est. Hæc (ut Ptolemæus ait) monte Corace a Septentrione clausa est, qui est Caucasi pars, & Nomades excludit: ab Oriente, Iberia: a Meridie, Phaside, & Armeniæ montibus, ab Occidente, Euxino ponto. Ammianus lib. 22. Colchos antiquam Ægyptiorum sobolem esse refert. Nam linificium adeo apud eos vulgatum est, ut in peregrina quoque loca exportetur. unde quidam

quidam cognationem Colchorum cum Ægyptiis oftendere volentes, fidem ex his capiunt, inquit Strabo. Hor. Epod. 5. 21.

— plumamque nocturnæ ftrigis,
Herbafque, quas & Colchos, atque Iberia
Mittit venenorum ferax. Alii legunt Iolcos.

Colchis, [Κολχὶς] Horatio dicitur Illa quæ in Colcho nata eft, quo nomine Medeam fignificat in Epod. 16. 58.

Neque impudica Colchis intulit pedem.

Torva Colchis, Medea irata. Juven. 6. Sat. 640.

Credamus tragicis quicquid de Colchide torva
Dicitur.

Turbida Colchis. Valer. 8. Argon. 323.
Gens Colchis, Gens Colchorum. Valer. 5. Argon. 418.

Colchus, a, um. [Κόλχος] Adj. Qui ex Colcho eft. Hor. in Arte Poet. 118.

Colchus an Affyrius: Thebis nutritus, an Argis.

Domus Colcha. Ovid. 3. Faft. 876.

Pervenit in Colchas aurea lana domos.

Phafis Colchus. Sen. Hippol. 8.
Rhombus Colchus. Martial. lib. 12. 57.

Cum fecta Colcho lana vapulat rhombo.

Colchĭcus, a, um. [Κολχικὸς] Adj. ut, Venena Colchica. Hor. 2. Carm. 13. 8.

Colchiăcus, a, um. [Κολχιακὸς] aliud Adj. Propert. lib. 2. 1. 54.

Seu mihi Circæo pereundum eft gramine, five
Colchis Colchiacis urat ahena focis. Scalig. Iolciacis, probante Broeckh.

Colchicum, i. n. [κόλχικον] Bulbus eft agreftis, exitu Autumni croceum edens florem, & pofterius folia pinguiora quam bulbi, caule femipedem alto, femine rufo. Quidam Ephemeron lethale appellant. Guftatum enim fungorum more jugulat. Maxima ejus copia in Colchide nafcitur: unde & nomen accepit. Officinæ Hermodactylon appellant. V. Diofcor. lib. 4. cap. 72.

Colchinium, i. n. [Κολχίνιον] Oppidum Dalmatiæ, a Colchis conditum, quod poftea Olchinium dictum eft. Auct. Plin. lib. 3. cap. 22.

Coldŭli, orum. [Κολδοῦλοι] Germaniæ populi, ex quibus nonnulli intra filvam Herciniam habitant, aliqui extra, ut Strabo teftis eft lib. 7.

Colentum, Illyrici infula, a qua Colentini populi, qui in Salonam colonĭam jura petunt, ut vult Plin. lib. 3. cap. 21. & 22.

Cōles, vel Colis, is. m. [καυλὸς] Penis, five Membri virilis quafi hafta ufque ad glandem. Celf. lib. 7. cap. 25. Ab his ad ea tranfeundum, quæ in cole ipfo fiunt. Hinc

Cōleus, i. m. [ὄρχις] Teftis alias dicitur, five Tefticulus, per diminutionem. Cic. 9. Fam. 22. Teftes, verbum honeftiffimum in judicio: alio loco non nimis: at honefti, colei Lanuvini: Cliternini, non honefti. Et Petron. cap. 44. Si coleos haberemus, i. e. Si viri effemus. V. ibi Manut. & Scheff. in not. p. 93.

Coleus, Teftis, a Colo, colis, quod colat mulieris pubem. unde illud in Priap. (13.) Stamus fub Iove coleis apertis. Dicitur & Culeus. Martialis, Quod depilatos, Chrefte, culeos portas. Hæc Calepinus. Quod his in locis fit Vagina, utpote a κολεός. Sed a Colo effet Græce Coleus. Eobanus tamen Coleatum apud Theocr. dixit, o brevi. H. St.

Coleatus, a, um. ut, Coleata cufpis, apud Nonium a Pomponio dici videtur pars illa qua viri funt, nec honefte poteft nominari. Confpicio, inquit, coleatam cufpidem. Turneb. Adverf. 6. 9.

Equus coleatus. ibid. 17. 12.

Cŏlias, æ. m. [κολίας] Pifcis. Plin. lib. 32. cap. ult. Colias five Parianus, five Sexitanus a patria Bætica, lacertorum minimi.

Eft & Cōlias, [Κωλιὰς] locus Atticæ, & Ædes Veneris apud Suidam.

Coliciæ, In colliciæ.
Coliculus, In colis vel caulis.
Colicus, In colon.

Colĭdos, Infula in Oceano Indico, Veneri facra, quæ tantæ altitudinis effe fertur, ut illuc aves non advolent.

Cōlĭphium, i. n. [κωλίφιον] Panis quo utebantur athletæ, ἀπὸ τοῦ κώλου καὶ τοῦ ἶφι, hoc eft robore membrorum. Hæc Bud. Plaut. Perf. 1. 3. 12.

Coliphia mihi ne incocta detis.

Comedere coliphia. Juven. 2. Sat. 53.

Luctantur paucæ, comedunt coliphia paucæ. V. ibi Gangræum.

Cōlis, is. V. caulis & coles.

Colla, æ. f. [κόλλα] a Græcis dicitur quam nos Glutinum dicimus, quo ligna ferruminantur. Perott. Utimur autem tantum ejus compofitis: ut, Sarcocolla, Ichthyocolla, Chryfocolla.

Collăbasco, [καταφέρομαι, ὑποφέρομαι] ĕre. a verbo Lăbo, as. Ruinam minitari. Plaut. Stich. 4. 1. 17. Si res laffa labat, itidem amici collabafcunt. Per translationem.

Collăbesco, ĕre. a verbo Lābor, ĕris. Lucret. lib. 3. 600.

Conquaffatur enim tum mens, animæque poteftas
Omnis: & hæc ipfo cum corpore collabefcunt. Verfus eft fpondaicus. h. e. Collabuntur & decidunt. Alii legunt Conlabefiunt, alii Conlabafcunt.

Collăbĕfīo, [καταλύομαι] ĕri. Cæf. 2. Bell. Civil. 6. Illæ adeo graviter incitatæ conflixerunt, ut vehementiffime utræque ex concurfu laborarent: altera vero perfracto roftro tota collabefieret.

Collabefactus, a, um. C. Nepos, 3. 1. 2. A Themiftocle collabefactus teftula illa, exilio decem annorum multatus eft.

Collăbĕfacto, [λυμαίνομαι] āre. Idem quod Labefactare. Ovid. 1. Faft. 566.

Et vaftum motu collabefactat onus. h. e. Vehementer concutit.

Collabefactātus, a, um. Lucret. 1. 492.

Collabefactatus rigor auri folvitur æftu.

Collăbello, āre. Labra adjungo. Laber. apud Nonium 2. 168. Peranna, collabella ofculum. h. e. Junctis labris ofculare.

Collābor, [καταπίπτω] ābi. Labi, vel Simul cum aliquo labi. Ovid. 6. Met. 295.

Hæc fruftra fugiens collabitur.

Faftigium domus collabitur. Suet. in Cæf. cap. 81.
Collabi ruina. Liv. 29. 18.
Saxo collabi. Stat. 1. Achill. 195. — faxo collabitur ingens
Centaurus. h. e. Dormiturus procumbit fuper faxum.

Collapsus, a, um. [συμπεπτωκώς] Partic. Celf. lib. 7. cap. 26. Res vero interdum cogit emoliri manu urinam, quum illa non redditur, aut quia fenectute iter ejus collapfum eft, &c.

Collapfus is dicitur, Cui præ dolore concidit animus. Virg. 8. Æn. 584.

— famuli collapfum in tecta ferebant.

Dolore fubito collapfa. Ovid. 7. Met. 826.
Ferro collapfus. i. e. Ictu enfis. Virg. 4. Æn. 664.

— illam media inter talia ferro
Collapfam afpiciunt comites, enfemque cruore
Spumantem, fparfafque manus.

Ædes vetuftate collapfæ. Suet. Auguft. cap. 30.
Artus collapfos excipit. Ovid. 10. Met. 186.
Cervix collapfa. Virg. 9. Æn. 434.
Cineres collapfi dicuntur, Quum eft omnino extinctus ignis. Virg. 6. Æn. 226.

Poftquam collapfi cineres, & flamma quievit.

Membra collapfa. Virg. 4. Æn. 391.
Offa morbo collapfa minutatim, per hyperbolen Totum hominem fignificat. Virg. 3. Georg. 485.

Rurfus abundabat fluidus liquor: omniaque in fe
Offa minutatim morbo collapfa trahebat. Servius.

Ruina collapfa. Sil. lib. 7. 727.

Collapsio, ōnis. f. Firmic. de Error. profan. relig. cap. 41. Cadentium culminum funefta collapfio.

Collăbōro, vel Conlaboro, [συγκακοπαθεῖν] āre. Tertull. de Pœnit. cap. 10. Ad remedium conlaborare. Vulg. Interpr. 2. Tim. 1. 8. Collabora Evangelio fecundum virtutem Dei.

Collaborans, antis. [συναθλῶν] Vulg. Interpr. Philipp. 1. 27. Collaborantes fidei Evangelii. Hinc

Collaboratio, ōnis. f. &
Collaborator, ōris. m.

Collăbus, i. m. [κόλλαβος] Suidas, Collabi funt fidium epitonia. Cæl. lib. 30. cap. 18. Exiftimo collabos in cithara effe claviculos, quibus intenduntur vel remittuntur fides: & inde ab intenfione cœpiffe epitonia vocari: indeque per fimilitudinem in aliis itidem id genus eodem modo appellata.

Eft etiam Collabus, Servuli nomen apud Plaut. Trin. 4. 3. 13.

Collăcĕro, āre. Hinc

Collaceratus, a, um. Tacit. 3. Hift. 73. 9. Confoffum collaceratumque corpus.

Collacrўmo, [ἐπιδακρύω] āre. Idem quod fimplex Lacrymare. Cic. in Somn. Scip. 1. Ad quem, ut veni, complexus me fenex collacrymavit.

Collacrymare cafum. Cic. pro Sext. 123. Et quoniam huc me provexit oratio, hiftrio cafum meum toties collacrymavit.

Collacrymatio, ōnis. f. [ἐπιδάκρυσις] Cic. 2. de Orat. 190. Nifi ei tu figna doloris tui verbis, fententiis, voce, vultu, collacrymatione denique oftenderis.

Collactaneus, i. m. [ὁμογάλακτος] Qui eandem mammam fuxit, & eodem lacte nutritus eft. l. 13. de manum. vindict. §. juftæ autem. Inftit. Quibus ex caufis manumit. l. 30. §. Titia. D. de adim. legat. quæ & eum Græce σύντροφον vocat, ut & Theophil. in d. §. juftæ. V. Auguft. Confeff. 1. 7.

Collactanea, æ. f. Ambrof. Epift. 34. ad Virgines facras: Emerantiana, quæ fuerat collactanea ejus, &c. Et Venant. Fortunat. 6. Carm. 7.

Nulla puella choro neque collactanea ludat.

Collacteus, a. [συγγάλακτος] Idem. Juven. 6. Sat. 306.

— quid dicat notæ collactea mammæ. Noviffima exemplaria habent, Collacia Mauræ. V. Schurzfl. Martianus Capell. lib. 1. cap. 1. Sed quod fororis ejus collactea, & indifcreto amica fœdere videretur.

Collactius, i. m. Idem quod Collactaneus. Gruter. Infcript. p. 661. & Spon. Mifc. p. 228. Hygin. fab. 224. Croton collactius Mufarum.

Collactia, æ. f. Gruter. Infcript. 661. 2. COLLACTIAE. BENE. MERENTI. FECIT.

Collætor, vel Conlætor, āri. Tertull. de Idololatr. cap. 14. Convivamus cum omnibus; conlætemur ex communione naturæ, non fuperftitionis. Et Mantuan.

Fefta fuo celebrant & collætantur alumno.

Collāre, is. n. [περιδέραιον] Vinculi genus quo collum aftringitur. Lucil. lib. 9.

Cum manicis, catulo, collarique, ut fugitivum
Deportem. Hæc Nonius. Vel, ut ait Budæus, Cingulum ex corio firmo cum clavis capitatis. Varro 2. de R. R cap. 9. Ne vulnerentur a beftiis imponuntur his collaria, &c. de Canibus.

Collaria, æ. f. Ferrum rotundum quo conftringuntur colla malefactorum. Plaut. Capt. 2. 2. extr.

Hoc quidem haud moleftu'ft jam, quod collus collaria caret.

Collaris, e. Adj. ut Infula collaris. Petron. cap. 56. V. ibi Burm.
Collarium, V. circulus.

Collătĕrales, in jure dicuntur Qui fe attingunt tranfverfaliter per lineam collateralem, non per lineam rectam afcendentem, vel defcendentem, ut Confanguinei vel fimiles. V. Jurifconfultos.

Dicuntur etiam Collaterales generaliter omnes, æqualiter, quafi lateribus confidentes.

Collatero, āre. Mart. Capell. 6. p. 230. Vocales utrinque collaterat.

Collātia, æ. f. [Κολλατία] Oppidum juxta Romam, eo quod ibi opes aliarum civitatum fuerint collatæ: a qua porta Romæ Collatina dicta eft. Feftus.

Collātīnus, a, um. ut, Arces Collatinæ. Virg. 6. Æn. 774.
Penetralia Collatina. Ovid. 2. Faft. 787.

Hoftis, ut hofpes, init penetralia Collatina. i. e. Domum Collatini, mariti Lucretiæ.

Collatina, æ. f. Dea quæ collibus præeft. Auguft. Civ. Dei, 4. 8.

Collatinus, i. m. L. Tarquinii cognomen fuit, Lucretiæ mariti, qui primus poft exactos reges, cum Junio Bruto factus eft Conful: poftea non aliam ob caufam, quam quod Tarquinius appellaretur, populo fufpectus, magiftratu fe abdicare coactus eft, & in exilium proficifci. Liv. 2. 2.

Fuit & Unus ex feptem urbis Romæ collibus.

Collatio, Collatitius, Collativus, Collator, Collatus. V. confero.

Collāto, [συμπλατύνω] āre. Idem quod Ampliare. Unde

Collatatus, a, um. Cic. in Orat. 187. Quod ſi & anguſta quædam atque conciſa, & alia eſt collatata & diffuſa oratio, neceſſe eſt id non litterarum accidere natura, ſed intervallorum longorum & brevium varietate, &c. Anguſta, & conciſa oratio, quæ minutos habet numeros, & remiſſos: quales ſunt iambi & trochæi; ut pro Mil. 28. Milo autem, quum in ſenatu fuiſſet eo die, quoad ſenatus dimiſſus eſt, domum venit, calceos & veſtimenta mutavit: pauliſper dum ſe uxor, ut fit, comparat, commoratus eſt. Quem locum vehementer admiratur Quintil. lib. 4. cap. 2. Omnes fere iambi ſunt, & trochæi. quin ab iambo incipit, & duobus iambis deſinit. Nullus autem numerus aut pes iambo demiſſior & anguſtior eſt. Collatata & diffuſa oratio grandiores & ſublimiores numeros habet: quales ſunt ſpondæi, Cretici, Ionici, Pæones, epitriti. ut pro Milone 85. Quas ille præceps amentia, cæſis proſtratiſque ſanctiſſimis lucis, ſubſtructionum inſanis molibus oppreſſerat. Incipit enim a ſpondæo, & deſinit in Ionicum a majori. Poſtea ſubjungit: Veſtræ tum aræ, veſtræ religiones viguerunt. ubi etiam initio ſpondæus eſt, in fine Ionicus a minori. Sequitur: Veſtra vis valuit, quam ille omni ſcelere polluerat. ubi primo loco Creticus eſt, poſtremo Pæon primus. Natura igitur ſyllabarum & pedum, efficit orationem aliam anguſtam, aliam collatatam.

Collaudo, [συνεπαινέω] āre. Ejuſdem ſignificationis cum ſuo ſimplici. Ter. Eun. 5. 9. 60. Et collaudavi ſecundum facta & virtutes tuas. Cic. 2. Q. frat. 5. Orationem meam collaudavit ſatis multis verbis.
Benevolentiam diligentiamque aliquorum collaudare. Cic. 7. Verr. 161. Agit hominibus gratias, & eorum erga ſe benevolentiam diligentiamque collaudavit.
Clementiam alicujus per litteras collaudare. Cic. 9. Att. 16.
Factum alicujus collaudare. Cic. 5. Philipp. 28.
Memoriam. Cic. Anteq. iret in exil. 2.
Ab omnibus collaudari. Cic. 1. Fam. 7.
Non cohortandus, ſed magis collaudandus aliquis. Cic. 1. de Orat. 30.
Proverbio Græco collaudare ſit ſolitus. Suet. Ner. 33. H. St.

Collaudātus, a, um. [συνεπῃνημένος] Stat. 6. Theb. 490.
— victuſque & collaudatus abiſſet. Et Curt. 7. 5. 38.
Alexander multum collaudato Spitamene converſus ad Beſſum, &c.
Verbis ampliſſimis collaudatus. Suet. Cæſ. 16. Accitumque in curiam, & ampliſſimis verbis collaudatum, &c.

Collaudatio, ōnis. f. [συνεπαίνεσις] Cic. 2. de Invent. 125. Primum ſcriptoris collaudatione, & loco communi, nihil eos qui judicent, niſi id quod ſcriptum ſit ſpectare oportere. Et Auctor ad Herenn. 2. 13. Scriptoris collaudatione.

Collaudator, ōris. m. Auguſtin. Confeſſ. 4. 14. extr. Nullo collaudatore mirabor.

Collaudabilis, e. Prudent. Hamartig. v. 694.
— nec bonus eſt, nec collaudabilis ille.

Collecta, Collectaneus, In colligo.

Collēga, æ. m. [συνάρχων] Collegæ (inquit Varro de L. L. 5. 7.) dicuntur Qui una lecti ſunt. Ulpianus l. 173. D. de verborum ſignificationibus, Collegarum appellatione hi continentur, qui ſunt ejuſdem poteſtatis. Perottus, Collegæ ſunt in legatione aut magiſtratu ſocii. Plin. lib. 19. cap. 8. Invenio muſtum rutatum populo datum a Cornelio Cethego, in Conſulatu collega Quint. Flaminini, comitiis peractis.
Collega & ſocius alicujus. Cic. 4. Verr. 109. Qui ſe non Timarchidis, ſed ipſius Verris collegam & ſocium eſſe dicebat.
Regni collega. Cic. 2. Philipp. 85.
In cenſura collegæ. Cic. de Amicit. 39.
In Prætura collega. Cic. 1. Off. 144.
Abrogare poteſtatem collegæ. Cic. 3. de Legib. 24.
Diſcrepare judicia inter collegas. Cic. pro Cluent. 121.
Facere collegam in quodam munere. Cic. de Clar. Orat.
Frangere libidinem levitatemque collegæ vultu. Cic. pro Sext. 19.
Habere collegam in quodam munere. Cic. 1. Off. 144.
Numeratur alicui collega quiſpiam. Cic. 4. Verr. 108. Is eſt C. Clodius, qui in Sicilia ſequeſter iſtius, interpres, confector negotiorum, prope collega Timarchidi numerabatur.
Timeret cenſoris mores etiam collega. Juven. 11. Sat. 92.

Collegatarius, V. collego, āre.

Collegium, i. n. [συνέδριον, σύλλογος] proprie ſignificat Societatem ipſam collegarum. Tres numero collegium facere exiſtimavit Horatius Priſcus: quod magis ſequendum affirmat Marcellus, quam quod plerique ſcripſerunt, majorem ad id numerum neceſſarium eſſe. Collegæ tamen dicuntur duo, & collegium dicitur de conſulibus a Livio lib. 10. 22. Expertum ſe, nihil concordi collegio firmius ad remp. tuendam eſſe. Idem tria collegia vocat tres duorum conſulum vices. Budæus. Cic. 6. Verr. 108. Tum ex ampliſſimo collegio Decemvirali, &c. Gell. lib. 11. cap. 3. Aliter enim dici videbam, Pontifices pro collegio decreviſſe. i. e. Ex auctoritate & ſententia collegii pontificum, inquit Volaterranus. Huc pertinent Magiſtratuum & Sacerdotum ſeqq.
Flavialium collegium. Suet. Domit. cap. 4. V. flaviales & Pitiſc. ad loc.
Pontificum collegium. Cic. pro Domo 33.
Prætorum. Cic. 3. Off. 80.
Quæſtorum collegium. Suet. Claud. 24.
Sacerdotum. Cic. de Clar. Orat. 127.
Sacerdotii ampliſſimi collegium. Cic. 3. Fam. 10.
Tribunorum plebis. Cic. pro Domo 47.
Apud collegium Tribunorum plebis cauſam alicujus agere. Cic. 4. Verr. 100. Cic. 3. de Legib. 24. Quod enim eſt tam deſperatum collegium, in quo nemo e decem ſana mente ſit. Loquitur de collegio Tribb. pleb.
Collegium, pro Conſortio officii, ſive ſocietatis. Tacit. 3. Ann. 31. Conſulatus patris, atque filii collegio inſignis.
Collegiorum ordo quidam erat & dignitas, ac quoddam magnum dicebatur, ut aliis dignius & amplius. Sic enim legimus in inſcriptione quadam veteri, VIATORI COLLEGII MAGNI. Turnebus.
Collegium, Congregatio & ſocietas quorumcunque hominum. Plin. lib. 10. Epiſt. 42. extr. Tu domine, diſpice an inſtituendum putes collegium fabrorum, duntaxat hominum cl.
Ambubaiarum collegia. Hor. 1. Serm. 2. 1.
Capitolinorum collegium. V. Capitolinus, in capitolium.
Mercurialium collegium. In mercurius.

Poetarum collegium. Valer. Max. 3. 7. 11. Is, Julio Cæſari, ampliſſimo ac florentiſſimo viro, in collegium poetarum venienti, nunquam aſſurrexit.
Sodales ejuſdem collegii. Caius in l. ult. D. de Collegiis & illicitis corporibus.
Illicita collegia arcentur ſenatuſconſulto. Martianus in l. 1. D. de Collegiis & illicitis corporibus.
Sodalitia collegia. Martian. in l. 1. D. de Colleg. & illicit. corpor. Mandatis principalibus præcipitur Præſidibus provinciarum, ne patiantur eſſe collegia ſodalitia.
Naturæ collegium. Plin. lib. 10. cap. 17. Auxiliatur accipiter, collegio quodam naturæ, bellumque partitur. i. e. *Par alliance de nature.*
Adhibere collegium. In adhibeo.
Celebrare. Martianus in l. Collegia. D. de Collegiis & illicitis corporibus.
Coire collegium. Martian. in l. Collegia. D. de Collegiis & illicitis corporibus.
Cooptare in collegium. In coopto.
Deferre ad collegium. Cic. 2. Philipp. 87.
Diſſolvere collegia, Tollere, Interdicere. Suet. in Auguſt. cap. 32. Martian. in l. Collegia. D. de Colleg. & illicit. corpor.
Diſtrahere collegia. Idem. Suet. Cæſ. cap. 43. Cuncta collegia, præter antiquitus conſtituta, diſtraxit.
Uſurpare. Ulpian. in l. Quiſquis illicitum. D. de Colleg. & illicitis corporibus.
Collegia, h. e. Infimorum hominum, certas artes pariter exercentium, conventus, jam inde a Numa rege eſſe inſtituta, in Plinii naturali hiſtoria, & in Plutarcho ſcriptum eſt. poſtea, quum horum collegiorum numerus eſſet auctus, omnia, præter pauca atque certa, ut fabrorum fictorumque, quæ civitatis utilitas deſiderabat, pluribus legibus ſublata ſunt, neque ſolum legibus, ſed etiam ſenatusconſultis, ut L. Cæcilio, Q. Marcio coss. nec enim hominum humilium coitiones in civitate ſatis tutæ videbantur. Clodius autem, ut inopem plebem, quæ parvo negotio ad facinus impellitur, ſibi conciliaret, utpote qui novitatem & vim meditaretur, collegia non ſolum vetera reſtituit, ſed etiam nova innumerabilia conſtituit. de quo & in oratione pro Sextio, & in Piſonem Cicero meminit. præterea Dion libro xxxviii. Pedianus in commentario Cornelianæ. Hæc autem collegia non e ſolis peregrinis, aut e ſervis, ſed e peregrinis, qui poſtea cives fiebant, e novis civibus, ex veteribus Romanis inopia laborantibus, e ſervis conſtabant. eſt enim ridiculum, eos putare fuiſſe peregrinos, quorum patres & majores multis ante annis artem aliquam ſedentariam adminiſtraſſent. peregrini quidem & erant, & dicebantur, ante quam eſſent cenſi: ſed, quum Romæ domicilium jam per aliquot annos habuiſſent, profeſſi apud prætorem, civium Romanorum jura conſequebantur, & vel eaſdem, quas antea, artes adminiſtrabant, vel in militiam proficiſcebantur. in qua quum nonnulli fortem fidelemque operam reip navaſſent, equeſtris loci dignitatem, ſi modo h-s. quadringenta millia poſſiderent, conſequebantur, vel tribuni militum fiebant: ex quo poſtea tribuni pleb. facile creabantur: unde ad alios magiſtratus erat aſcenſus. Romanos autem cives, alios magiſtratibus, alios militiæ, alios mechanicis artibus operam dediſſe, facile mihi & Plinius perſuadet, qui pr. lib. 34. de collegiis ærariorum, fabrûm, & figulorum a Numa rege inſtitutis mentionem facit: & L. Florus idem aperte demonſtrat: cujus hæc ſunt verba lib. 1. cap. 6. extr. Ab hoc populus Romanus relatus in cenſum, digeſtus in claſſes, decuriis (al. Curiis) atque collegiis diſtributus: ſummaque regis ſolertia ita eſt ordinata reſp. ut omnia patrimonii, dignitatis, ætatis, artium, officiorumque diſcrimina in tabulas referrentur, ac ſi maxima civitas minimæ domus diligentia contineretur. Collegia nominat, & Artes: quæ duæ dictiones manifeſto declarant, contra quam Dionyſius Halicarnaſſeus quodam in loco affirmat, artes illas, quæ in officinis tractantur, etiam ab iis qui multis ante annis jure civium Romanorum uterentur, eſſe cultas. hoc & Cicero demonſtrat in oratione pro Domo ſua 74. ait enim ſic: Nullum eſt in hac urbe collegium, nulli pagani, aut montani, (quoniam plebi quoque urbanæ majores noſtri conventicula, & quaſi concilia quædam eſſe voluerunt) qui non ampliſſime non modo de ſalute mea, ſed etiam de dignitate decreverit. Præterea lib. 6. Epiſt. 1. ad Att. Judicem eſſe Romæ ſignificat Turpionem ſutorium. quid autem? Pedianus, qui fuit antiquitatum Romanarum bene peritus, nonne in orationis pro Milone commentario & concionem, & populum nominat, quum de iis qui mechanicas artes tractarent manifeſte loquatur? nam quum exponit illud 71. Contra heſternam concionem illam, ſubjungit hæc: Idem T. Munatius Plancus, ut ſæpe diximus, poſt audita, & obſignata teſtium verba, dimiſſoſque interim judices, vocata concione cohortatus erat populum, ut clauſis tabernis poſtero die ad judicium adeſſet, nec pateretur elabi Milonem. Erant igitur opificum collegia ex quatuor hominum generibus, e ſervis, ex inopi veterum civium Romanorum plebe, ex novis civibus, ex iis qui quum proxime in urbem veniſſent, cenſi nondum erant, ſed illa quæ P. Clodius reſtituit, qui etiam, ut ait Cicero in Piſonem, nova quædam e ſervitiorum fæce conſtituit. Dion hiſtoriæ ſuæ lib. xxxiiii, τὰ ἑταιρικὰ κολλήγια nominat: quod nihil aliud eſſent, quam opificum ſodalitates: quales Venetiis videmus eſſe quamplurimas. Quod etſi ita ſit, ad aliam tamen ſententiam convertendum eſt illud quod in lib. de Senect. 45. ex perſona Catonis Cic. pronuntiat: Sodalitates paulo ante me quæſtorem conſtitutæ ſunt. non enim de collegiis opificum eſt intelligendum, ſed de ſodalitatibus honeſtorum civium, animi cauſſa conſtitutis. & quemadmodum ſodalitates, item collegia non ſemper de artificum cœtibus dicuntur. non enim quod lib. 2. ad Qu. frat. Ep. 5. extr. ſcriptum eſt, M. Furium Flaccum, equitem Romanum Capitolini & Mercuriales de collegio ejecerunt, ſic exponendum eſt, ut de collegio eorum qui mechanicas artes exercerent, ſed de collegio aliquo ſacerdotum ejectum eſſe Flaccum, intelligamus. non enim ſuſpicari aliter poſſumus, quum eques Romanus eſſet, artes autem quæſtuariæ ab infima plebe tractarentur, argentaria tamen excepta, quam a Q. Cælio, equite Romano, Pomponii Attici avunculo, eſſe adminiſtratam, libro 1, ad Atticum Cicero ſignificat: ſi modo fœnerator & argentarius idem fuit. erat igitur inter quæſtuarias artes paulo honeſtior, vel ut dicam verius, paulo minus turpis argentaria: cui tamen operam dare, probro ducebatur. itaque Octavio, qui poſtea eſt Auguſtus appellatus, avum argentarium M. Antonius & Caſſius

Parmenſis exprobrare ſoliti ſunt. Ex Manut. commentariis in orationem pro Sextio. De Capitolinis & Mercurialibus V. ſuo loco.

COLLEGIALIS, e. Ad collegium pertinens. ut, Fides collegialis. Gruter. Inſcript. p. 322. n. 4. FIDEIQUE. VESTRAE. COLLEGIALI. COMMITTO.

COLLEGIALITER, Adv. apud JCtos.

COLLEGIARIUS, a, um. Idem. ut, Collegiarii miniſtri. Tertull. de Spectac. cap. 11.

COLLEGIATUS, a, um. In collegium redactus. Gruter. Inſcript. p. 860. n. 13. AVR. VIVI. QVI. VIXIT. ANN. XLV. COLLEGIATI. EIVS. AMICO. KARISSIMO. PRO. MERITIS. FECERVNT. Conf. l. un. C. de Collegiatis; & Cod. Theod. 7. 14. Iſidor. 9. 4. Sed Voſſius de Vit. L. L. 3. 26. hoc verbum improbat.

COLLEGO, āre. Vet. Gloſſ. Collegat, συμπήσσει, κρυσταλλοῖ. [Manifeſto errore, pro Congelat.

COLLEGATARIUS, i. m. Cum alio legatarius factus. Ulpian. in l. plane. D. de legat. 1. Si duobus ſit legatum, quorum alter hæres inſtitutus ſit; a ſemetipſo ei legatum inutiliter videtur. ideoque quod ei a ſe legatum eſt, ad collegatarium pertinebit.

COLLĒMA, ătis. n. [κόλλημα] Conglutinamentum. Mart. Capella 3. p. 49. Niloticæ fruticis collemata.

COLLENIO, īre. apud Hyginum. [Sic in Theſ. Lipſ.

COLLEPROSUS, a, um. Sidon. 6. Epiſt. 1. Colleproſi mei conditione.

COLLĒTICUS, a, um. [κολλητικὸς] ut, Colletica medicamenta dicuntur, Quæ adglutinant; ſicut Symphytica, Quæ conſolidant; & Epulotica, Quæ cicatricem inducunt. Auctor Cæl. Rhod. lib. 3. cap. 14.

COLLĒTIS, is. f. Herba verbenaca. Apul. de Herb. cap. 3.

COLLĔVO, [ἐπικουφίζω] āre. videtur id ſignificare quod vulgus Alleviare dicit. Plin. lib. 23. cap. 1. Prodeſt r nibus, jecinori & interaneis, veſicæ: collevat enim ea. De muſto loquitur. Hard. Collævat. q. V.

COLLIBERTUS, i. m. [συναπελεύθερος] Qui ab eodem patrono libertate donatus eſt. Plaut. Pœnul. 4. 2. 88.

Quin hercle collibertus meus faxo eris, ſi di volent.

Inter collibertos matrem & filium, pietatis ratio ſecundum naturam eſſe ſalva debet. Ulpian. in l. 1. D. de Obſequiis a liberis & libertis parentibus & patronis præſtandis.

COLLĬBET, vel COLLŬBET, collibuit, collibĭtum eſt, [συνδοκεῖ] ēre. Idem quod Libere, & placere. Ter. Eun. 5. 9. 26. Si quid collibuit, novi te. Salluſt. in Cic. 2. An non ita a pueritia vixiſti, ut nihil flagitioſum corpori tuo putares, quod alteri collibuiſſet?

Nihil non æquum ac verum duxerit, quod ipſi facere collibuiſſet. Cic. in Salluſt. 17.

Collibitum eſt mihi. Cic. 15. Fam. 16. Ut ſimul ac mihi collibitum ſit de te cogitare, illud occurrat.

COLLIBENTIA, & COLLUBESCENTIA, æ. f. Conſenſus. Cathol.

COLLĪBO, āre. Mantuan. de Columbis, — collibant oſcula roſtro.

COLLĪBRO, āre. Cato cap. 19. Inter arbores medium quod erit, id ad mediam collibrato.

COLLICIÆ, arum. f. Majores ſulci, in quibus aqua ſi redundat, excolatur: dicuntur & Elices, & Colliquiæ. Feſtus, Colliciæ, Tegulæ per quas aqua in vas defluere poteſt. Plin. lib. 18. cap. 19. ad finem, In uſu eſt & collicias interponere, ſi ita locus poſcat, ampliore ſulco, quæ in foſſas aquam deducant. Columel. lib. 2. cap. 8. Sed quamvis tempeſtive ſementis confecta erit, cavebitur tamen, ut patentes liras, crebroſque ſulcos aquarios, quos nonnulli elices vocant, faciamus, & omnem humorem in colliquias, atque inde extra ſegetes derivemus. Vitruvius appellat Colluviaria, Omnis colluviei & purgamentorum receptacula. Dicuntur Colliciæ, ab humore colligendo. Hinc

COLLICIARES tegulæ. Cato de R. R. c. 14. Conliciares quæ erunt, pro binis putabuntur. Subintellige Tegulæ. conf. DELICIA.

COLLICULUS, V. COLLIS.

COLLĪDO, ſi, ſum, [συγκρούω, συμβάλλω] ĕre. Simul percutere, conterere, & frangere. Cic. 3. de Nat. Deor. 31. Humor ita mollis eſt, ut facile premi collidique poſſit.

Aurum colliditur, ut fiat annulus. Ovid. 3. de Arte Am. 221.

Dentes colliduntur. Senec. Epiſt. 11.

Leges confligunt & colliduntur. Quintil. lib. 7. cap. 3. i. e. Contrariæ ſunt. Budæus.

Acer concurſus viros colliſerat. Sil. lib. 7. 565.

— jamque intermixta ſonabant
Claſſica, concurſuſque viros colliſerat acer.

Gloria collidit fratres. Stat. lib. 6. Theb. 435.

— nec unquam
Ambitioſa pios collidit gloria fratres.

Collidere manus, pro Complodere. Quintil. lib. 2. cap. 13. Jam collidere manus, terræ pedem incutere, pectus, femur, frontem cædere, multum ad pullatum circulum facit.

Conlidi, Infinitivus. Lucret. lib. 1. 523.

Nam neque conlidi ſine inani poſſe videtur
Quicquam, &c.

COLLĪSUS, a, um. [συγκρουσθεὶς] Sil. lib. 3. 698.

— alta ſonoro
Colliſis trabibus volvuntur murmura luco.

Capita duo reipublicæ inter ſe colliſa. Vellei. 2. 52. 2.

Græcia colliſa duello. Hor. 1. Epiſt. 2. 7.

Colliſum argentum quid ſit; vide in l. Quintus, 2. §. Cui aurum. D. de aur. & arg. legat.

COLLĪSUS, ûs. m. [συγκρουσμὸς] Idem quod Colliſio. Plin. lib. 9. cap. 35. Ceu ſono quoque & colliſu ipſo margaritarum.

COLLISIO, ōnis. f. [σύγκρουσις] Idem. Juſtin. 11. 12. 6. Nunciatur uxorem ex colliſione abjecti partus deceſſiſſe.

COLLIGAS apud Plin. lib. 31. cap. 10. Hermolaus legit. i. e. Specus mobiles in quibus aphronitrum invenitur: ubi nunc ex vetuſtiſſimis codicibus legitur Colycæ. V. ſuo loco.

COLLĬGO, [συνδέω, συνδεσμεύω] āre. Simul ligare. Ter. Eun. 5. 5. 13. Colligavit primum eum miſeris modis. Cic. pro Rabir. perduel. 13. I, lictor, colliga manus.

Unum interjectum medium, & ſeipſum, & ea quibus eſt interpoſitum colligat. Cic. de Univerſ. 13.

Colligare in faſciculos manuales. Plin. lib. 19. cap. 1.

Colligare ſe cum aliis, per translationem. Cic. 9. Fam. 17. Quid faciat tamen non habet, ita ſe cum multis colligavit. i. e. Impedivit & irretivit.

Colligare alicubi aliquem. Cic. 11. Philipp. 26. Ni Brutum colligaſſem in Græcia.

Colligare uno libro multorum temporum memoriam. Cic in Orat. 120. i. e. Complecti.

Colligata, & implicata inter ſe. Cic. 1. Off. 16. Quæ quatuor quanquam inter ſe colligata atque implicata ſunt: tamen ex ſingulis certa officiorum genera naſcuntur.

Apta & colligata inter ſe. Cic. 1. de Nat. Deor. 9. Eſt enim admirabilis quædam continuatio, ſerieſque rerum, ut alia ex alia annexa, & omnes iter ſe aptæ, colligatæque videantur.

Colligare impetum furentis. Cic. 11. Philipp. 4. Impetumque furentis, atque omnia divexare & diripere cupientis, vitæ ſuæ periculo colligavit, a progreſſu arcuit, a reditu refrenavit.

Sententias verbis colligare. Cic. in Orat. 168.

Colligare vulnera. Plin. lib. 35. cap. 15. Sanguinem ſiſtit: vulnera colligat: glutinat nervos.

COLLIGATIO, ōnis. f. [σύνδεσμος] Cic. 1. de Divin. 127. Quin colligationem cauſarum omnium perſpiciat animo.

Colligatio ſocietatis. Cic. 1. Off. 53. Arctior vero colligatio eſt ſocietatis propinquorum.

Ex colligationibus ſumere intervalla. Cic. de Univerſ. 21.

COLLIGATUS, a, um. [συνδεδεμένος] Partic. ut, Vinculis colligati ſumus, quum gignimur. Cic. de Univerſ. 35.

COLLIGATUM, i. n. [συνδεδεμένον] ut, Omne colligatum ſolvi poteſt. Cic. de Univerſ. 35.

COLLĬGO, ēgi. ectum, [συλλέγω, συναγείρω, δρέπομαι, δραγματεύω] ĕre. In unum redigere, ut ait Nonius. Virg. [ubi?

Collige virgo roſas.

Carpere & colligere undique. Cic. 1. de Orat. 191.

In unum locum colligere. Cic. de Petit. Conſul. 45.

Colligere in vas. Varr. 3. de R. R. cap. 16. 37. Colligendum eas in vas aliquod, & reponendum in tecto loco, ac tepido. de Apibus.

Arma navis colligere. i. e. Vela contrahere, non penitus deponere, ut inquit Servius. Virg. 5. Æn. 15.

Colligere arma jubet, validiſque incumbere remis.

Capillos colligere in nodum. Ovid. 3. Met. 170.

Equos. Ovid. 2. Met. 398.

Colligit amentes, & adhuc terrore paventes
Phœbus equos.

Exercitum ex ſenibus deſperatis. Cic. 2. in Catil. 5.

Fontes colliguntur anguſtis fiſtulis. Quintil. lib. 5. cap. 14.

Fructus. Hor. 1. Epiſt. 12. 1.

Gradum, pro Siſtere. Sil. lib. 7. 694.

Quanquam tardatos turbata fronte Latinos
Collegiſſe gradum videt.

Haſtas colligere. Tacit. 2. Ann. 21. Cum ingens multitudo, arctis locis, prælongas haſtas non protenderet, non colligeret, &c. Haſtam colligere, eſt Reducere, quam ante protenderas, ut hoſtem ferires.

Hoſtem per vulnera colligere Fera dicitur, cum ruit in ferrum. Sil. lib. 10. 3.

Humorem frontis. Martial. lib. 12. 83.

Milites, vel exercitum. Cic. 7. Verr. 86. Hoſpes Cleomenes hoc dicit, ſeſe in terram eſſe projectum: uti Pachyno, e terreſtri præſidio milites colligeret.

Miles in mœnia colligit ſeſe, Milites ſe recipiunt in urbem. Sil. lib. 10. 390.

Numerum ingentem perditorum hominum colligere. Cic. 2. in Catil. 8.

Orbem colligere, Comprehendere. Juven. 4. Sat. 132.

— teſta alta paretur,
Quæ tenui muro ſpatioſum colligat orbem. Patinæ deſcriptio eſt.

Stipem a tyrannis. Liv. 38. 45.

Vaſa. V. VAS, vaſis.

Veſtigia Pythagoreorum. Cic. 4. Tuſc. 3. Subaudi, Quæ in Italia reliquerunt.

Veſtem colligere, pallium, &c. Plaut. Capt. 4. 2. 9.

Collecto quidem eſt pallio, quidnam aucturu'ſt? Martial. lib. 7. 32.
Collige Cinna togam, calceus ecce perit.

Colligere aliquid, pro Sublevare, Tollere. Plin. Epiſt. 2. 1. Liber, quem forte acceperat grandiorem, & ſeni & ſtanti ipſo pondere elapſus eſt. Hunc dum conſequitur, colligitque, &c.

Follem colligere de pulvere, Tollere. Martial. lib. 12. 83.

Colligere, Enumerare. Cic. de Clar. Orat. 268. Putarem te (inquit) ambitioſum eſſe, ſi (ut dixiſti) ii, quos jamdiu colligis, viverent. Cic. 1. de Fin. 34. Quos tu paulo ante cum memoriter, tum etiam erga nos amice & benevole collegiſti.

Colligere annos. Plin. lib. 13. cap. 13. Ad quos a regno Numæ colliguntur anni DXXXV.

Argumenta cauſarum. Cic. 2. de Orat. 160.

Cauſas colligere. Plaut. Trin. 3. 3. 62.

Sexcentæ ad eam rem cauſæ poſſunt colligi.

Dicta aliquorum facete. Cic. 1. Off. 104.

Laudes omnium colligere. Cic. 1. Q. frat. 1.

Memoriam nullam antiquitatis collegerat. Cic. de Clar. Orat. 214.

Naufragia colligere fortunæ. Cic. 7. Verr. 131. Nihil eſt quod ceterorum res minus commode geſtas proferas: nihil eſt quod multorum naufragia fortunæ colligas. i. e. Memores.

Naufragium Reipublicæ colligere, ac ſalutem communem reficere. Cic. pro Sext. 15. [i. e. Reliquias reip. quaſi ex naufragio.

Peccata colligere & vitia alterius. Cic. 3. de Legib. 23. Nam iſto quidem modo Conſulatus vituperabilis eſt, ſi Conſulum, quos enumerare nolo, peccata collegeris.

Rationes colligere. Cic. 9. Fam. 1. Me quidem cum rationes, quas collegeras, tum auctoritas tua a nimio mœrore deterruit.

Rationes colligere, aliter. Plaut. Amph. 4. 2. ſuppoſ. 25. Neſcio quid ſecum ſolus: puto rationes colligit.

Singula quid confector & colligo? Plin. in Paneg. cap. 75. pr. Sed quid ſingula confector & colligo? quaſi vero aut oratione complecti, aut memoria conſequi poſſim.

Teſtes. Cic. 2. de Orat. 86. Tertium vero illud, clamare contra quam deceat, & quam poſſit, hominis eſt, ut tu Catule de quodam declamatore

tore dixisti, stultitiæ suæ quam plurimos testes domestico præconio colligentis.

Vitia colligere in aliquem. Cic. 4. Tusc. 80. Quum multa in conventu vitia collegisset in eum Zopyrus, &c. derisus est a ceteris.

Vocem ab acutissimo sono usque ad gravissimum sonum recipere, & quasi quodam modo colligere. Cic. 1. de Orat. 251.

Colligere LX passus orbe, pro Complecti. Plin. lib. 12. cap. 5.

Colligere, tanquam Subducta ratione aliquid ita esse asserere, & comprobare. Plin. lib. 11. cap. 37. Eandem esse & naturam quam cerebro colligunt, quoniam prætenui ejus membrana modo incisa statim expiretur. De cervice.

Acute colligere. In ACUO.

Apertissime colligit Cicero. Quintil. in procem. lib. 1.

Bene colligit hæc pueris & mulierculis esse grata. Cic. 2. Off. 57.

Memoriter colligere. In MEMOR.

Mendose colligis. In MENDA.

Omnia colligere, i. e. Omnium simul collectorum summam facere. Cic. 5. Fam. 2. Postea vero quam profectus es, velim recordere quæ ego de te in Senatu egerim: quæ in concionibus dixerim, quas ad te litteras miserim: quæ quum omnia collegeris, tu ipse velim judices.

Colligere animo. Cic. 1. de Invent. pr. & Ante animo. ibid. 42. Quare hoc in genere, ut commodius quid eventurum sit, ante animo colligi possit, quid, &c.

Considerare, & animo colligere. Cic. 1. de Invent. 34. Quum & nostræ Reipublicæ detrimenta considero, & maximarum civitatum veteres animo colligo calamitates.

Conjectura aliquid colligere. Quintil. 1. 2.

Cogitatione & ratione colligere. Cic. 3. de Fin. 45. Ita cogitatione & ratione collegit, ut statueret in eo collocatum summum illud hominis per se laudandum & expetendum bonum.

Ex animo suo colligere, Æstimare. Ovid. 11. Epist. 88.

Quid mihi tunc animi credis, germane, fuisse?
Nam potes ex animo colligere ipse tuo.

Ex lenitate ducis aliquid colligere. Vellei. 2. 86. 2.

Ex oratione aliquid colligere. Suet. Tiber. 67.

Ex re aliqua. Cic. 2. Att. 23.

Benevolentiam civium colligere, Acquirere. Cic. de Amicit. 62. Nec mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium, quam blanditiis & assentationibus colligere turpe est.

Benevolentiam ab auditorum persona colligere. Auct. ad Heren. lib. 1. 8.

Benevolentiæ colligendæ artificio vincere. Cic. 1. Q. frat. 2.

Benevolentiam aliquorum conciliare & colligere. Cic. 9. Fam. 16.

Existimationem colligere & famam vigiliis & sudoribus. Cic. 1. Verr. 71.

Favorem colligere. Suet. Claud. 12.

Frigus colligere, i. e. Contrahere. Hor. 1. Epist. 1. 13.

Gaudia. Propert. lib. 2. 14. (al. 11.) 9. i. e. Accipere.

Gratiam colligere ex aliquo labore. V. GRATIA.

Humorem aer colligens terram auget imbribus. Cic. 2. de Nat. Deor. 101.

Ignes blandos colligere, Amore incalescere. Valer. Flac. 2. Argon. 354.

Luna revertentes ignes colligit, Renascitur ac fit nova. Virg. 1. Georg. 427.

Inimicos colligere. Cic. Att. 16.

Injurias alicujus colligere. Cic. 6. Verr. 40.

Invidiam crudelitatis colligere. Cic. 7. Verr. 19. Si quid vindicatum severe est, ut ex eo crudelitatis invidiam colligam.

Iram colligere, & Ponere, contraria. Hor in Arte Poet. 158.

Reddere qui voces jam scit puer, & pede certo
Signat humum, gestit paribus colludere, & iram
Colligit, ac ponit temere, & mutatur in horas.

Iras colligere. Valer. 7. Argon. 335.

Pluviam nox colligit. Virg. 9. Ecl. 63.

Rabiem os colligit. Ovid. 1. Met. 234. De Lycaone in lupum mutato.

Sanguinem vitiosum. Cic. de Clar. Orat. 283. Metuensque, ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem deperdebat.

Sitim cæli colligit quarta hora. Virg. 3. Georg. 327.

Inde ubi quarta sitim cæli collegerit hora, &c.

Ventos rumorum & concionum colligere. In VENTUS.

Vires ad aliquid agendum colligere. Liv. 29. 30. pr. Ratus agendo ac moliendo vires quoque ad agendum aliquid collecturum.

Vires sibi colligere usu. Ovid. 2. de Arte Am. 339. i. e. Acquirere: quale est illud Virgilii de Fama 4. Æn. 175.

— viresque acquirit eundo.

Usum colligere patiendi. Ovid. 1. Amor. 8. 75.

Animos colligere. Liv. 3. 60. extr. Retulere primo pedem hostes: deinde quum animos collegissent, & undique duces victis ne cessuri essent, increparent, restituitur pugna.

Animus colligit, & recreat se. Cic. 1. Tusc. 58.

Animum & cogitationem colligere. Plin. 2. Epist. 11. ad Arrianum, Utcunque tamen animum cogitationemque collegi.

Mentem colligere cum vultu, i. e. Mentem & vultum ad hilaritatem componere. Ovid. 1. Amor. 14. 55.

Mentem colligere ab æstu. Ovid. 14. Met. 352. Æstus hoc loco Amorem significat.

Se colligere, Vulgus dicit Resumere animum. Cic. 1. de Divin. 57. Eum primo perterritum somnio surrexisse: dein quum se collegisset, idque visum pro nihilo habendum esse duxisset, recubuisse.

Se colligere & confirmare. Cæs. 1. Bell. Civil. 14.

Se colligendi sui causa in locum aliquem conferre. Cic. 1. de Orat. 24.

Seipsum colligere. Cic. 4. Tusc. 78. Quid est autem seipsum colligere, nisi dissipatas animi partes rursus in suum locum cogere?

Se ad aciem colligere. Hirt. de Bell. Afr. 70.

Se ex somno colligere. Lucret. lib. 3. 938. i. e. A dormiendo se retrahere.

Se ex timore colligere. Cæs. 3. Bell. Civil. 65. Nostros firmavit, ut se ex maximo timore colligerent. i. e. Nihil amplius timerent.

Colligere se, Contrahere se. Virg. 2. Georg. 154.

— neque tanto
Squameus in spiram tractu se colligit anguis.

Se colligere in arma. Virg. 12. Æn. 491.

Substitit Æneas, & se collegit in arma,
Poplite subsidens. i. e. Ita se texit, ut nulla parte posset feriri. Serv.

Se colligere in tenues umbras, Tenui sua fortuna contentum esse, intra suam fortunam se continere. Propert. lib. 3. 7. 29.

Me ipse collegi, id veritus. Cic. 9. Fam. 2.

Me collegi, verens ne quid mihi ille iratus, tibi noceret. Cic. 15. Att. 21.

Ipsi se collegerunt admiratione vitæ integritatis meæ. Cic. 7. Att. 3.

Se colligere, de Copiis. Cic. pro Lege Manil. 24. Mithridates autem & suam manum jam confirmarat: & eorum, qui se ex ejus regno collegerant, & magnis adventitiis multorum regum & nationum copiis juvabatur.

Colligere de omnibus pagis. Cic. 2. de Fin. 12. Itaque ut majores nostri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum, ut Dictator esset: sic vos de pagis omnibus colligitis bonos illos quidem viros, sed certe non pereruditos. Sunt qui Pelasgis legant, alii Plagis, sed sic appositissime respondebit similitudini, ut quemadmodum ab aratro ad Dictaturam vocatus Cincinnatus est, sic isti de pagis omnibus paganos & indoctos sectæ asciscant suæ. Turnebus.

Colligo etiam pro Suscipere. In Codice utroque Titulus est, De seditiosis, & de his qui plebem contra rempublicam audent colligere, i. e. Suscipere. [Immo Concitare.] V. etiam l. 1. tit. 6. lib. 5. Cod. Theod.

Colligor, pro Judicor & habeor. Ovid. 2. Amor. 6. 61.

Colligor ex ipso dominæ placuisse sepulcro.

COLLECTUS, a, um. Partic. [συλλελεγμένος] Cic. 8. Att. Ab utriusque mancipiis ex omni genere collectis.

Agmina militum collecta in alitis parvæ figuram. Virg. 12. Æn. 862.

Aquis collectis multiplicantur flumina. Ovid. Rem. Amor. 98.

Crinis collectus. Ovid. 8. Met. 319.

Crinis erat simplex nodum collectus in unum.

Exercitus collectus ex senibus desperatis, ex rusticis mendiculis, ex decoctoribus. Cic. 2. in Catil. 5.

Famam collectam conservare. Cic. 1. Verr. 71.

Favor collectus. Vellei. 2. 91. 3. Collecto in ædilitate favore populi.

Flamma collecta. Ovid. 3. Amor. 6. 41. Flamma pro Amore.

Flores collecti. Ovid. 5. Met. 399.

Ignes collecti. Sil. lib. 17. 93. Alii legunt Conjecti. Virg. 3. Georg. 85. de Equo,

Collectum premens volvit sub naribus ignem. i. e. Flatu indicat magnanimitatem suam. Servius.

Imbres collecti, Aqua de cisternis. Hor. 1. Epist. 15. 15.

Collectosne bibant imbres, puteosne perennes
Jugis aquæ.

Miles collectus, Milites collecti. Sil. lib. 7. 309.

Nubes ex alto collectæ, Ab Aquilone, qui de alto, id est a Septentrione flat. Virg. 1. Georg. 324.

Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris
Collectæ ex alto nubes. Servius.

Oblivia collecta damnis, i. e. Conjuncta damnis. Ovid. 5. Fast. 311. Al. Collata.

Pecunia collecta. Hor. 1. Epist. 10. 47.

Pubes exilio collecta, miserabile vulgus. Virg. 2. Æn. 798.

Pulvis collectus turbine. Hor. 1. Serm. 4. 31.

Rabies edendi ex longo collecta fatigat. Virg. 9. Æn. 63.

Res collectæ, arcessitæ, & comportatæ. Cic. 3. de Orat. 90.

Robur collectum. Virg. 3. Georg. 235.

Post ubi collectum robur, viresque receptæ.

Sanguis collectus. i. e. Collectæ vires & robur. Stat. 6. Theb. 680.

Sinus collecta nodo fluentes. Virg. 1. Æn. 324.

Nuda genu, nodoque sinus collecta fluentes.

Sorde collecta dolentes auriculæ. Hor. 1. Epist. 2. 53.

Viatica collecta multis ærumnis. Hor. 2. Epist. 2. 26.

Vires collectæ. Claud. 4. Cons. Hon. 78.

Collectus, Ad pauca contractus. Apul. Apol. p. 247. Tanto beatior, quanto collectior.

Corpora collectiora, i. e. Contractiora. Calpurn. Flacc. Decl. 2. p. 795. edit. Burm. V. etiam Tertull. de Monogam. cap. 14. & Brœkh. ad Tibul. 1. 9. 14.

COLLECTUM, i. n. ut, Vivere collecto. Plin. lib. 11. cap. 37. Cornea & acuta volucribus rostra. Eadem rapto viventibus adunca: collecto, recta.

COLLECTIO, ōnis. f. [συλλογή] Cic. de Clar. Orat. 302.

Dispersa collectio membrorum. Cic. pro Lege Manil. 22.

Collectiones aliter, videntur esse Humores in membris ex pituita collecta: quas Catarrhos dicere solent. Plin. lib. 20. cap. 8. In cibo sumptum, & illitum, collectiones, succusque decocti ventrem solvit. Et lib. 22. cap. 22. Illinitur & sedis collectionibus. i. e. Apostematibus. Budæus. [Celso est Puris collectio, vel Abscessus, vel Vomica &c.

Collectio, pro Congerie noxiæ materiæ. Sen. Epist. 68. In pectore tuo collectio & vomica est.

Collectio Detractioni opposita. Sen. Epist. 75. Non faciat collectio amici sapientiorem, nec detractio stultiorem.

Collectio, pro Illatione in argumentis. Sen. Epist. 86. Huic collectioni Peripateticorum quidam respondent. Et Quintil. 2. 9. p. 797. Collectio, qui apud illum est συλλογισμός.

COLLECTOR, vel CONLECTOR, ōris. m. Qui simul legit. Augustin. Confess. 1. 17. Mihi recitanti acclamabatur præ multis coætaneis & conlectoribus meis.

Item Conjector. Vet. Gloss. Collector, ἀγυρτοκείδης. Nisi mendum est. Sic

COLLECTRIX, īcis. f. Plaut. in Milit. 3. 1. 99. Præcantatrici, collectrici, aliæ, atque haruspicæ. Collectricem interpretantur eam, quæ religionis causa stipem colligit. Sunt tamen qui legant, Conjectrici.

COLLECTO, āre. Freq. Gloss. Cyril. Collecto, συλλέγω.

COLLECTUS, ûs. m. ut, Aquæ collectus. Lucret. 4. 416.

At collectus aquæ digitum non altior unum.

Auri & argenti collectus. Tertull. de Anima cap. 37.

COLLECTA, æ. f. [σύμβολον] Quæ ex pluribus locis in unum lecta est, inquit Varro de L. L. 5. 7. Cic. 2. de Orat. 233. Ego vero, inquit ille, quoniam collectam a conviva, Crasse, exigis, non committam, ut si defugerim, tibi causam aliquam dem recusandi. Sensus est: Quemadmodum ii qui convivas non accipiunt gratis, exigunt ab eis collectam: sic tu ne me gratis convivam habeas, exigis pro collecta disputationem.

Est etiam Collecta, Cœna quæ Græcis ἔρανος vocatur, ut sodalium epulæ, & ac-

& accubatio epularis juvenum, ut tetradistarum symbolam conferentium. Ausonius, Aut parasitorum collectas Plautinorum.

COLLECTANEUS, a, um. Adj. [συλλεκτικὸς] ut, Æs collectaneum: h. e. Mistum, & ex diverso usu conflatum. Plin. lib. 34. cap. 9. Massa proflatur in primis, mox in proflatum additur tertia portio æris collectanei, hoc est, ex usu coempti. &c.
Collectanea, n. pl. [συλλογὴ] Scripta quæ ex pluribus auctoribus excerpta in unum collecta sunt.

COLLECTĀRIUS, i. m. [ἀργυραμοιβὸς] Argentarius campsor, & pro argento monetam vicissim tribuens. Acron. quoque in Horat. Serm. 1. 6. 86. Collectarios pro Coactoribus argentariorum accipit. Impp. l. 16. C. si certum petatur, Quisquis judici fœnebrem pecuniam mutuaverit, si in provincia fuerit versatus, quasi emptor legum atque provinciæ: vel si quis collectarius, honoris pretium dederit ambienti, exilii pœna una cum ipso judice plectetur. i. e. Si quis argentarius crediderit pecuniam ei quem sciebat ambire honorem, & eum hac pecunia empturum. Hæc Alciat. lib. Dispunct. 4. cap. 22.
Collectariorum corpus sive collegium Romæ erat. Symmach. 10. Epist. 42. Vendendis solidis, quos plerumque publicus usus exposcit, collectariorum corpus obnoxium est, quibus arca vinaria statutum pretium subministrat.
Defuit hæc vox in Lugd. H. Steph. ex Comment. anonymo Horatii in Satyram 6. libri 1. adscripsit.

COLLECTACULUM, i. n. Ubi quid colligitur. ut, Collectacula aquæ, Innocent. de litteris casarum p. 230. ed. Gœs. Et in Fragment. de Limitibus p. 237. Collectaculum vallium, i. e. Rivus.

COLLECTIM, Adv. Claud. Mamert. 3. 14. Collectim, strictimque & veluti punctatim sub mentis oculo redegi.

COLLECTITIUS, a, um. Adj. [συλλεκτικὸς] Cic. 7. Fam. 3. Signa tirone & collectitio exercitu cum robustissimis legionibus contulit.
Ignis collectitius. Sen. Quæst. Nat. 7. 23.

COLLECTĪVUS, a, um. Adj. [συλλέγων] Quod colligit. Quintil. lib. 7. cap. 2. Ratiocinativa atque collectiva quæstio orietur.
Humor collectivus. Sen. Quæst. Nat. 3. 7.

COLLĪMĬTOR, āri. Limitibus junctis esse. Solin. cap. 25. Gelonis Agathyrsi collimitantur. V. Ammian. 31. 5.

COLLIMITĀTUS, a, um. Adj. Solin. cap. 35. Ipsa Phrygia Troadi superjecta est, Aquilonia parte Galatiæ collimitata.

COLLIMINIUM, seu COLLIMITIUM, i. n. Coitio limitum. Solin. cap. 62. Hoc est colliminium, in quo limes Persicus Scythis jungitur. Et Ammian. 26. 16. Collimitia Thraciarum. V. etiam 15. 6. & 31. 26.

COLLIMITANEUS, a, um. Solin. cap. 40. Collimitanea Galatiæ Phrygia.

COLLĪMO, [στοχάζομαι] āre. a Limis oculis deductum est: & significat id quod nunc, Figere album, dicunt. Cic. 2. de Divin. 121. Quis est enim qui totum diem jaculans, non aliquando collimet? Solent enim intendentes in scopum limis aspicere, alteroque oculo nictare. In aliis exemplaribus legitur Conlineet. Eamque lectionem docti præferunt.
Collimare manum & oculos ad aliquid percutiendum. Gell. lib. 9. cap. 1. At si in editiora mittas, & ad percutiendum superne aliquid, manum & oculos collimes: quo motus a te datus fuerit, eo telum ibit quod jeceris. de hoc verbo V. Cellar. in Antibarb. p. 18. & Cur. poster. p. 349.

COLLINA, V. COLLIS.

COLLINEO, [στοχάζομαι, κατευστοχῶ] āre. Idem significat quod Collimare. Cic. 3. de Finib. 22. Ut enim si cui propositum sit collineare hastam aliquo, aut sagittam, sicut, &c. Hic etiam alii legunt Collimare.

COLLINEATUS, a, um. Apul. Flor. cap. 23. Collineato pro fronte situ, &c.

COLLINITUS, a, um. Idem ac Collĭtus. a Collinio, īre. Columel. 6. 17. extr. Semina melle collinita.

COLLĬNO, īni, īvi & ēvi, ĭtum [καταχρίω, συναλείφω] ĕre. Idem quod Linere. Plaut. Most. 1. 3. 133.

Pulchrum ornatum turpes mores pejus cæno collinunt.

Crines pulvere collinere. Hor. 1. Carm. 15. 20.

COLLĬTUS, a, um. Prudent. Cathem. 5. 15.

Quin & fila favis scirpea floreis
Presso melle prius collita fingimus.

COLLINUS, V. COLLIS.

COLLIPHIUM, V. COLIPHIUM.

COLLĬQUESCO, [συντήκομαι] ĕre. Idem quod Liquescere. Columel. lib. 12. cap. 22. Usque eo dum ea quæ addideris, in pice colliquescant.

COLLĬQUĔFĂCIO, & COLLIQUEFIO, [συντήκω] ĕri. pass. unde

COLLIQUEFACTUS, a, um. Cic. pro Cluent. 173. In pane datum venenum: faciliusne potuit, quam in poculo? latentius potuit, abditum aliqua in parte panis, quam si totum colliquefactum in potione esset?

COLLIQUIÆ, V. COLLICIÆ.

COLLIS, is. m. [βουνὸς, λόφος] est Exiguus & leviter assurgens monticulus, sive per se sit a monte separatus, sive pars montis: ita vocatus, quia colles post campos cœperunt colere, ut ait Perottus, ex Varrone de L. L. 4. 4. Cic. pro Cluent. 19. Quum quædam in collibus (ut solet) controversia pastorum esset orta. Idem 5. Verr. 47. Quos ego campos antea, collesque nitidissimos, viridissimosque vidissem.
Abruptus collis. Sidonius.
Acclivis. Cæs. 7. Bell. Gall. 19.
Angustus. Claud. in Epist. ad Hadrian. 36.
Aperti. Virg. 2. Georg. 112.
Aprici. Virg. 9. Ecl. 49.
Arduus. Tacit. 2. Ann. 80.
Assurgens. Columel. lib. 2. cap. 2. in ipso pæne initio.
Cani nive. Sen. Hippol. 1.
Cavi. Virg. 8. Æn. 598.
Celsus. Virg. 8. Æn. 604.
Curvi. Virg. 5. Æn. 287.
Deruptus. Tacit. 2. Ann. 80.
Dumosi. Columel. V. DUMOSUS.
Editi. Gell. lib. 13.
Fecundi. Ovid. 14. Met. 347.
Frondosus. Sil. lib. 15. 475.
Herbiferi. Ovid. 14. Met. 9.
Incurvi. Stat. 6. Theb. 255.
Latebrosi. Sil. lib. 5. 192.
Maligni colles, i. e. Infecundi. Virg. 2. Georg. 179.

Difficiles primum terræ, collesque maligni.

Montani. Plin. lib. 6. cap. 20.
Nemorosus. Sidon.
Nitidi & virides. V. NITEO.
Obscuri. Virg. 3. Æn. 522.
Patuli. Virg. in Culice, 46.
Pulsati. Virg. 5. Æn. 150.
Rupti. Sen. Hippol. 10.
Salebrosi. Sidon.
Scopulosi. Sil. lib. 7. 274.
Spatiosi. Lucan. lib. 6. 106.
Supini. Virg. 3. Georg. 555.
Tumulosi. Marcellin. 21. 10. Al. Tumidosi.
Viridis. Lucret. lib. 2. 322.
Umbrosus. Ovid. 2. de Arte Am. 421.
Heliconii collis cultor, a Catullo dicitur, Hymen, Uraniæ Heliconis deæ filius, Epigr. 59. 1.
Ascendere collem. Virg. 1. Æn. 423.
Dissepit colles aer, i. e. Cingit & circumdat. Lucret. lib. 1. 998.
Exercere vomere colles, Arare. Virg. 7. Æn. 798.

Litus arant, rutulosque exercent vomere colles.

Ingredi colles. Ovid. 14. Met. 846.

Nec mora, Romuleos cum virgine Thaumantæa
Ingreditur colles.

Insidere summa collium. Tacit. Agric. 37.
Prohiberi collibus. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Scandere colles. Sen. Hippol. 1.
Subducunt se colles, Ex alto in campos dissolvuntur. Virg. 9. Ecl. 7.

Certe equidem audieram, qua se subducere colles
Incipiunt, mollique jugum demittere clivo. Servius.

Terere collem. Martial. lib. 12. 18.

Aut collem dominæ teris Dianæ.

COLLICŬLUS, i. m. per duplex ll, significat Parvum collem. Apul. lib. 1. Flor. pr. Colliculus sepimine consecratus.

COLLICELLUS, i. m. Idem. Auct. de Re Agrar. Gœs. p. 245. Arca in collicello circa viam. Adde p. 272.

COLLĪNUS, a, um. Adj. [βουνώδης] ut, Collina vinea, Quæ in colle plantata est. Columel. lib. 12. cap. 21. Ejus defruti sextarius in duas urnas musti adjicitur, si mustum ex vineis collinis est: sed si ex campestribus, &c.
Aqua collina. Columel. lib. 1. cap. 5. Tertia putealis vel collina, vel quæ non infima valle reperitur.
Herbæ collinæ. Propert. lib. 4. 5. 11.
Vina collina. Columel. lib. 12. cap. 21.

COLLĪNA, æ. f. [Κολλῖνα] Porta Romæ, a colle Quirinali sic appellata. Eadem nunc Salaria dicitur. Cic. 2. de Legib. 58.
Turris Collina. Claud. de Bell. Gild. 86.

COLLINA Tribus. In TRIBUS.

COLLINA, æ. f. Dea fuit, quæ collibus præsidebat, sicut Vallonia, cui valles & convalles attribuebant, ut est apud Augustinum.

COLLISIO, COLLISUS. V. COLLIDO.

COLLŎCO, [τίθεμαι, καθίζω, πέτῶ] āre. Ponere. Cic. 7. Verr. 87. Ubi iste per eos dies tabernaculis positis castra luxuriæ collocarat.
Chlamydemque, ut pendeat apte, Collocat. Ovid. 2. Met. 733.
Suo quidque loco collocare. Cic. 1. de Orat. 161.
In aciem mediam collocare. Cæs. 3. Bell. Civil.
In animis aliquid condi & collocari velle. Cic. 3. in Catil. 26.
In arborem me collocavi. Plaut. Aul. 4. 8. 6.
In auribus acutarum graviumque vocum judicium, ipsa natura collocavit. Cic. in Orat. 173.
In campo Martio tabernaculum collocavit. Cic. in Pison. 61.
In collo collocare, pro Applicare humeris ad portandum. Catul. de bajulis lecticæ, 10. 23.

At mi nullus erat, nec hic neque illic,
Fractum qui veteris pedem grabati
In collo sibi collocare posset.

In cubili collocare. Cic. 2. Tusc. 39.
In hac custodia, tanquam in specula collocati sumus. Cic. 7. Philipp. 19.
In libris collocare. Tacit. 6. Ann. 27. De cujus moderatione ac sapientia in prioribus libris satis collocavi. i. e. Exposui, in loco dixi.
In navi tuta collocatum esse. Cic. pro Planc. 97. Hujus ego & parentis ejus prudentissimi atque optimi senis & utriusque filiorum manibus in navi tuta ac fideli collocatus.
In pectore multa collocare, pro Varia cogitare. Plaut. Pers. 1. 1. 8.
In soporem aliquem collocare, joco dixit Plaut. Amph. 1. 1. 148. pro Occidere. Alii, In soporem collocare, est Plagis male mulctatos, & ictibus sopitos, propeque exanimatos sternere. Sic Martial. 5. 66.

Quot tua Mænalios collocat hasta sues? Turneb.

In solitudine collocare. Cic. de Amicit. 89.
In tabernam collocavit vasa. Plaut. Men. 5. 6. 28.
In thalamo. Ovid. 2. Met. 526.
In tuto. Cic. de Arusp. Resp. 53. conf. p. p. Famam.
Beneficium. Cic. 2. Off. 78. Itaque vulgo loquuntur, se in beneficiis collocandis mores hominum, non fortunam sequi.
Beneficium apud aliquem collocare. Cic. 2. Off. 70. Quamobrem melius apud bonos, quam apud fortunatos beneficium collocari puto.
Classem collocare. Suet. Aug. 49.
Cohortes collocare. Suet. Claud. 25.
Corpus in vestibulo domus collocare. Suet. Aug. 100. i. e. Exponere. V. Lips. ad loc. conf. Pitisc. Lex.
Dotem in aliquo fundo collocare. i. e. Assignare. Cic. pro Cæcin. 11.
Exercitum in provinciam collocare. Sallust. Jugurth. cap. 65.
Famam in tuto collocare. Quintil. 12. 11. p. 1108.
Gloria & quærenda & collocanda ratione est. Cic. 2. Off. 32.
Horas male collocare. Martial. lib. 1. 114.

Male collocare si bonas voles horas,
Et invidebis otio tuo lector.

Insidias. Cæs. 3. Bell. Civil. 37. extr. Noctu insidias collocavit. Cic. pro Milon.

lon. 18. Roma ſubito ipſe profectus pridie eſt, ut ante ſuum fundum (quod re intellectum eſt) Miloni inſidias collocaret

Legiones in populi cervicibus collocare. Cic. 12. Fam. 23. Erat profectus obviam legionibus Macedonicis quatuor, quas ſibi conciliare pecunia cogitabat, eaſque ad urbem adducere, & in cervicibus noſtris collocare. conf. mox Præſidium, & ſ. l. CERVIX.

Patrimonium in ſalutem Reipublicæ collocare. Cic. 3. Philipp. 3.

Pecuniam bene collocare. Cic. pro Cæcin. 15. Præſertim quum pecunia ex partitione deberetur, nuſquam eam poſſe melius collocari.

Pecuniam in prædiis. Cic. pro Cæcin. 15.

Pecunias collocare in emptiones prædiorum. Gaius in l. mandatum inter. §. 2. D. mandat. vel contr.

Collocare nominibus, vel in nomina, & Collocare ſimpliciter pecuniam Juriſconſulti dicunt, l. 13. §. 1. l. 16. & l. 58. §. pen. D. de adminiſt. tut. & apud Paulum lib. 2. ſenten. tit. 3. Sic Cic. lib. 2. Offic. 90. Sed toto hoc de genere, de quærenda, de collocanda pecunia, etiam de utenda, commodius a quibuſdam optimis viris &c. Trajanus Plin. lib. 10. Epiſt. 63. Non aliud remedium diſpicio, quam ut quantitas uſurarum minuatur, quo facilius pecuniæ publicæ collocentur.

Collocare pecuniam fœnore. Suet. in Auguſt. cap. 39. Quod pecuniam levioribus uſuris mutuati, graviore fœnore collocaſſent.

Præſidium. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap. 38.

Præſidium ſuum in capite atque cervicibus populi collocare. Cic. 2. de Lege Agr. 74.

In præſidiis Reipub. aliquem collocare. Cic. de Clar. Orat. 222.

Pretia ac munera bene collocare. Cic. 7. Verr. 56.

Puellulam collocare. Catull. 59. 188.

Vos unis ſenibus bonæ
Cognitæ bene feminæ.
Collocate puellulam.

Muretus hic, Pronubarum officium eſt novam nuptam in lecto collocare. Donatus quoque ad illum Terentii locum, Eun. 3. 5. 44. Deinde illam in lecto illæ collocant. Vide, inquit, an aliquid deeſt legitimis nuptiis. Nam & ipſum verbum Collocant proprium eſt, & adſcribitur Pronubis.

Collocata bene eſt res noſtra iſthoc matrimonio. Plaut. Moſt. 3. 3. 12.

Rem militarem collocare. Cic. 2. Fam. 12.

Spem in aliquo collocare. Hirt. Bell. Alex. 29. Quorum impetum adeo pertimuerunt hoſtes, ut in fuga ſpem ſalutis collocarent.

Spem dignitatis ſuæ in aliquibus collocare. Cic. 1. de Orat. 25.

Spem alicujus rei præſentis in incerto reliqui temporis eventu collocare. Cic. pro Quint. 83.

Spem in alicujus eloquentia aut gratia collocare. Cic. 2. Verr. 9.

Statum aliquem civitatis collocare. Cic. ad Brut. Ep. 15. extr.

Studium ſuum in doctrina ac ſapientia collocare. Cic. 1. Q. frat. 1. Aut qui regerent, omne ſuum ſtudium in doctrina ac ſapientia collocaſſent.

Collocare ſe palam in meretricia vita. Cic. pro Cœl. 48. Si qua non nupta mulier domum ſuam patefecerit omnium cupiditati, palamque ſe in meretricia vita collocarit, &c.

Se totum in cognitione & ſcientia collocare. Cic. 1. Off. 158.

Se collocare totum in exquirenda aliqua re. Cic. 5. Tuſc. 66. Totos ſe in optimo vitæ ſtatu exquirendo collocarent.

Se in otium collocare. Plaut. Merc. 3. 2. 7.

Collocare filiam ſuam alicui. Subauditur. Nuptum, vel Nuptui. Cic. de Clar. Orat. 98. Cujus Caii filio filiam ſuam collocaverat, affinitate ſeſe devinxerat.

Nuptum collocare, pro Dare nuptui. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap. 18. Atque hujus potentiæ cauſa, matrem in Biturigibus homini illic nobiliſſimo ac potentiſſimo collocaſſe, ipſum ex Helvetiis uxorem habere, ſororem ex matre, & propinquas ſuas nuptum in alias civitates collocaſſe.

In conditionem virginem. Plaut. Trin. 1. 2. 120. — certo illius filiæ,

Quæ mihi mandata eſt, habeo dotem unde dem:
Ut eam in ſe dignam conditionem collocem.

In matrimonium collocare filiam. Cic. 1. de Divin. 104. Quum vellet ſororis ſuæ filiam in matrimonium collocare.

Nuptui filiam collocare in parte agri. Columel. lib. 4. cap. 3. Minorem deinde filiam nuptui collocaſſe in dimidia parte reliqui agri. V. NUBO.

Collocare familiam ſuam in poſſeſſione prædiorum alicujus. Cic. pro Flacco 72.

In ſuis agris & ſedibus collocare aliquid. Cic. 5. Verr. 6.

Sedes & domicilium collocare. Cic. 4. Verr. 6.

In conſpectu aliquid collocare. Quintil. lib. 7. cap. 2.

In luce benefacta collocare. Cic. 2. Tuſc. 64. Omnia enim benefacta in luce ſe collocari volunt.

In bono lumine tabulas bene pictas collocare. Cic. de Clar. Orat. 261. Itaque quum ad hanc elegantiam verborum Latinorum (quæ, &c.) adjungit illa oratoria ornamenta dicendi, tum videtur tanquam tabulas bene pictas collocare in bono lumine.

In ſedili collocare. Celſ. lib. 7. cap. 7. Poſt hæc in adverſo ſedili collocandus eſt, loco lucido, lumine adverſo.

Collocare aliquem in aliquo gradu. Cic. 4. Acad. 6. Neque quicquam aliud videndum eſt nobis, quos Pop. Rom. hoc in gradu collocavit, niſi, &c.

In ampliſſimo conſilio, & in altiſſimo gradu dignitatis collocari. Cic. Poſt redit. in Senat. 2. [Forte Concilio.

In ampliſſimo ſtatu fortuna te collocavit. Auctor ad Heren. lib. 4. 24.

In ædibus ſuis aliquem collocare. i. e. Reſtituere. Cic. pro Domo 100. Al. Sedibus.

Collocare in deorum numero. Cic. 1. Q. frat. 1. In quibus virtutes conſecratas, & in deorum numero collocatas vides. i. e. Pro deis habitas.

Herculem hominum fama beneficiorum memor in concilio cæleſtium collocavit. Cic. 3. Off. 25.

Idoneis in locis & contra ſuſpicionem periculi aliquos collocare. Cic. 2. de Lege Agr. 79.

In eo loco eſſe, in quo honores populi collocaverunt. Cic. pro Domo 82.

In regno majorum ſuorum aliquem collocare. Cic. 3. de Orat. 124.

In Repub. collocare. Cic. in Parad. 31. Violatur is qui procreavit, is qui aluit, is qui erudivit, is qui in ſede ac domo atque in Repub. collocavit.

Subſellio ſecundo ſuper ſe collocare aliquem. Suet. in Auguſt. cap. 43. Emendata exemplaria legunt Supra ſe.

Collocare ſextantes in capita. Liv. 2. 33. extr. Extulit eum plebs, ſextantibus collocatis in capita. Galli dicunt, *impoſez par tête.* Gronov. Collatis.

COLLOCATUS, a, um. Cic. 1. de Orat. 192. Poſita ante oculos, collocata in uſu quotidiano.

Ædilitas recte collocata, & judicio populi in loco poſita. Cic. 7. Verr. 37.

Corpus collocatum dixerunt veteres pro Condito ac ſepulto. Gruter. Inſcript. p. 309. n. 7. CLOELIAE CLAVDIANAE. V. V. MAX. COLLOCATA. XII. KAL. APRIL.

Filia collocata. Suet. Domit. 22. Non multo poſt alii collocatam. i. e. Nuptui datam.

Præſidia collocata. Salluſt. Catil. 46.

Tabulis & ſignis propalam collocatis. Cic. 1. de Orat. 161.

COLLOCATIO, ōnis. f. [σύνθεσις] ut, Collocatio ſiderum. Cic. de Univerſ. 26.

Filiæ collocatio. Cic. pro Cluent. 190.

Verborum collocatio. Cic. 3. de Orat. 165. Sequitur continuatio verborum, quæ duas res maxime, collocationem primum, deinde modum quendam formamque deſiderat. Et Quintil. 1. 10. & 9. 4.

Collocationis eſt componere & ſtruere verba ſic, ut neve aſper eorum concurſus, neve hiulcus ſit, ſed quodammodo coagmentatus & lævis. Cic. 3. de Orat. 169.

Diſſolvere collocationem compoſiti oratoris bene ſtructam permutatione verborum. Cic. in Orat. 232.

Perpolire collocatione & tractu orationis. Cic. 2. de Orat. 54.

COLLŎCŬPLĒTO, [πλουτίζω] āre. Idem quod ſimplex Locupletare. Ter. Heaut. 2. 3. 16.

Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci
Collocupletaſti te, Antiphila, & me in his deſeruiſti malis.

Honeſtare & collocupletare rem, Exornare. Auctor ad Heren. lib. 2. 28. Exornatio eſt, qua utimur rei honeſtandæ & collocupletandæ cauſa, confirmata argumentatione.

COLLODIS, is. f. Inſula eſt Sardiniæ adjacens, de qua Plin. lib. 3. cap. 7. Al. Collades.

COLLŎQUOR, [συνομιλέω, ἐντυγχάνω] ŏqui. Simul loqui. Ter. Eun. 2. 3. 75.

Videbit, colloquetur, aderit una in unis ædibus.

Cic. 1. de Orat. 32. Hoc uno præſtamus vel maxime feris, quod colloquimur inter nos, & quod exprimere dicendo ſenſa poſſumus.

Colloqui alicui. Plaut. Merc. 4. 5. ſuppoſ. 30. Nulli collóquor libentius.

Colloqui aliquem. Plaut. Mil. 4. 2. 17. Quid ergo hanc dubitas colloqui?

Colloqui cum aliquo. Cic. 1. Tuſc. 4. Ut vero colloqui cum Orpheo, Muſæo, Homero liceat, quanti tandem æſtimatis?

Dii cum dormientibus colloquuntur. Cic. 1. de Divin. 64.

Cum ipſa quaſi Repub. collocutus ſum. Cic. 1. Fam. 9.

Colloqui cum aliquo per litteras. Cic. 6. Att. [illegible] Quam ſæpiſſime mecum per litteras colloquare.

Colloqui ſimul. Plaut. Amph. 1. 1. 69.

Extra turbam ordinum colloquuntur ſimul. i. e. Extra aciem.

Colloquuntur inter ſe. Hirt. Bell. Afr. 56.

Inter ſe multum colloqui de Rep. Cic. 1. de Orat. 26.

COLLOQUENS, entis. Partic. ut, Sed & inter ſe colloquentibus ſimiles eſſe conſpectos. Curt. 8. 4. 14.

Facies colloquentium. Curt. 8. 13. 24.

Voces colloquentium. Idem 7. 1. 24.

COLLOQUUTIO, ōnis. f. [συνομιλία] Cic. 1. Tuſc. 5. Nec vero id colloquutio hominum aut conſenſus efficit.

Sermones & colloquutiones. Cic. 1. Fam. 9.

Familiariſſimæ colloquutiones cum aliquo. Cic. 11. Philipp. 5.

Venire cum aliquo in colloquutionem. Auctor ad Heren. lib. 2. 25.

COLLOQUUTOR, ōris. m. Tertull. adv. Praxean. cap. 5. Colloquutorem pateris ſermonem. Et Auguſtin. Confeſſ. 9. 6. Ex perſona colloquutoris mei.

COLLOQUIUM, ĭ. n. [ἔντευξις, ὁμιλία] Idem quod Colloquutio. Liv. 1. cap. 23. Prius quam dimicent, opus eſſe colloquio. Varro de L. L. 5. 7. Colloquium, quum conveniunt in unum locum loquendi gratia.

Amicorum abſentium colloquia, epiſtolæ. Cic. 2. Philipp. 7.

Avium colloquium. Plin. lib. 10. cap. 49. Sanguinem quiſquis ederit, intellecturus ſit alitum colloquia.

Captivorum colloquia. Curt. 5. 6. 16.

Perſonarum colloquia. Cic. in Partit. 32.

Perſonarum colloquia habeat narratio. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Rerum colloquia leviorum. Cic. 4. Acad. 6. i. e. De rebus lev.

Tempus colloquii, i. e. Occaſio & opportunitas. Ovid. 1. de Arte Am. 607.

Vices colloquii. Ovid. 21. Epiſt. 18.

Nunc timor accedit, ne quis niſi conſcia nutrix,
Colloquii nobis ſentiat eſſe vices.

Colloquium cum aliquo pro re nata non incommodum. Cic. 14. Att. 6.

Clandeſtina colloquia cum hoſtibus. Cic. de Senect. 40.

Petitum colloquium. Suet. Aug. 27.

Simulatum colloquium. Flor. 2. 2. 11.

Solantia colloquia. Stat. 5. Theb. 83.

Abigere aliquem colloquio alicujus. Ovid. 3. Faſt. 344.

O vir colloquio non abigende deûm.

En quibus adſum colloquiis? Valer. 3. Argon. 293.

Carere in ſolitudine omnium colloquio. Cic. 12. Att. 16.

Amputare longa colloquia, Abrumpere. Sen. Med. 7.

Contrahere ad colloquium linguas diſcordes & feras. Plin. lib. 3. cap. 5.

Evocare ad colloquium. Cæſ. 1. Bell. Civil. cap. 3.

Facere colloquium. Cic. 10. Fam. 23. Colloquia facta improbabam.

Frui colloquio aliquorum. Virg. 7. Æn. 91.

Frui ſperato colloquio. Ovid. 1. de Pont. 4. 54.

Fugere colloquium. Ovid. Rem. Amor. 587.

Immiſcere colloquiis. V. IMMISCEO.

Interrumpere. V. INTERRUMPO.

Petere colloquium. Ovid. 13. Met. 552.

Serere colloquia cum aliquo. V. SERO, ſevi.

Venire in alicujus congreſſum colloquiumque. Cic. 12. Philipp. 26.

Colloquium cum aliquibus. Cic. 12. Philipp. 27. Memini colloquia & cum acerrimis hoſtibus, & cum graviſſime diſſentientibus civibus.

COLLŪCEO, [συναμαρύσσω] ēre. Simul lucere. Plin. lib. 10. cap. 47. Quarum plumæ ignium modo colluceant noctibus.

Acies tota collucet flammis. Liv. 38. 6.

Agri collucent floribus. Ovid. 5. Faſt. 363.

Castra collucent fulgore. Curt. 3. 3. 3.
Faces collucent. Virg. 4. Æn. 567.
Ignes collucent. Virg. 9. Æn. 166.
Lampades undique collucent. Ovid. 14. Epist. 25.
Mare collucet a sole. Cic. 4. Acad. 105.
Omnia collucent luminibus. Liv. 24. 21.
Polus collucet ignibus. Stat. 1. Silv. 6. 89.
Sol collucet mundo. Cic. 2. de Nat. Deor. 40. Nam solis calor & candor illustrior est, quam ullius ignis: quippe qui immenso mundo tam longe, lateque colluceat.
Templum Jovis collucet atque illustratur candelabri fulgore. Cic. 6. Verr. 71.
Urbs collucere flammis alicujus dicitur, Quæ longo ordine flammarum in funere alicujus magni viri lucet undique. In honorem enim potentiorum hominum, præsertim regum, cum facibus per urbem a populo procedebatur, quemadmodum docet Servius in illud Virg. 5. Æn. 4.

Mœnia respiciens, quæ jam infelicis Elissæ
Collucent flammis. [Rectius tamen p. p. de Rogo ejus exponit.

Furtis alicujus omnia collucere. Cic. 3. Verr. 58. Vidi collucere omnia furtis tuis, præda provinciarum, spoliis sociorum atque amicorum. i. e. Furta tua esse apertissima.
COLLUCENS, entis. Partic. Virg. 10. Æn. 539.

Totus collucens veste atque insignibus armis.

Faces collucentes. Curt. 3. 8. 22.
COLLUCERNATIO, ōnis. f. Claud. Mamert. de Statu Anim. 2. 9. Stipem suam variis collucernationibus dilapidare. i. e. Comessationibus & spectaculis nocturnis. [An. Collurcinationibus? q. V. infra.
COLLŪCO, [κλωνοτομέω] āre. Ramos lumini officientes amputare. Festus interpretatur, Succisa arbore locum luce implere. Sublucare vero, Ramos earum supputare, & velut Subtus lucem mittere. Illo verbo utuntur Cato de R. R. cap. 148. & Columel. lib. 2. cap. 22. hoc vero Paul. lib. 5. sentent. tit. 6. conf. INTERLUCATIO.
COLLUCATIO, ōnis. f. [κλωνοτομία] Varro.
COLLUCTOR, [συμπαλαίω] āri. Simul luctari. Plin. lib. 27. cap. 2. Cum eo solo colluctatur, velut pari intus invento.
COLLUCTATIO, ōnis. f. [συμπάλαισμα] Columel. lib. 6. cap. 2. Ne in colluctatione alter alteri noceat. de Bubus.
In colluctatione occidere aliquem. Ulpian. in l. qua actione. D. ad legem Aquiliam.
Operari cum colluctationibus Veneris. Apul. 9. Met. pag. 219.
Cum verbis colluctatio, Balbuties. Quintil. 11. 3. p. 1009. Est quibusdam concursus oris, & cum verbis suis colluctatio.
COLLUCTĀTOR, ōris. m. [ἀντίπαλος] Lactant. De Opif. Dei cap. 1. Nam & ille colluctator & adversarius noster scis quam sit astutus.
COLLŪDO, si, sum, [συμπαίζω] ĕre. Simul ludere, moveri, & veluti quodammodo inter se colluctari. Virg. 1. Georg. 369.

Sæpe levem paleam, & frondes volitare caducas,
Aut summa nantes in aqua colludere plumas. Servius.

Paribus colludere. Hor. de Arte Poet. 159.
Colludere [συναποκρίνεσθαι] apud Jurisconsultos dicuntur inter se litigatores, quum actor & reus litem simulant, & ab altero causa proditur. Ulpian. in l. & eleganter. §. si dolo malo procurator. D. de dolo malo.
Colludere cum aliquo. Cic. 4. Verr. 58. Nisi tecum collusisset, & tuæ potius existimationi serviisset, quam suæ.
COLLŪSIO, ōnis. f. [συναπόκρισις] Cic. 5. Verr. 53. Quum vero verbo judicium sit in edicto, re quidem vera tuorum comitum hominum nequissimorum collusio cum Decumanis sociis tuis, atque adeo procuratoribus: tamen audes illius judicii mentionem facere?
Detegere collusionem. Ulpian. in l. adoptivum. §. patronum. D. de in jus vocand.
Facere quicquam per collusionem. Caius in l. 1. D. de collusione detegenda.
Retractare collusionem alicujus. Ulp. in l. collusionem. D. de collus. detegend.
Prætextu collusionis sententiam retractare permittitur. Hermogenianus in l. sententiam. D. de collus. deteg.
COLLUSIUM, i. n. Idem. Ulpian. in l. si procuratorem. §. sed & si per collusium. D. mandat. vel contr. Sed & si per collusium procuratoris absolutus sit adversarius, mandati eum teneri. Sic Florentina lectio. Alii Collusionem legunt.
COLLŪDIUM, i. n. pro Collusione. in l. si quis. C. de bon. proscript. Solinus, cap. 22. Apud Iassum urbem Babyloniæ puerum delphinus adamavit, quem dum post assueta colludia recedentem impatientius sequitur, arenis invectus hæsit. Et Ammian. 18. 9. Per colludia.
COLLŪSOR, ōris. m. [συμπαίκτωρ, συναποκριτής] Qui cum alio ludit. Plin. 9. Epist. 33. Delphinum gestatorem collusoremque puerorum in terram quoque extrahi solitum, &c.
Compransores & collusores alicujus. Cic. 2. Philipp. 101. Hunc tu compransoribus tuis & collusoribus dividebas.
Confessor & collusor. Cic. 5. Philipp. 13. Homo præterea festivus, ut ei cum M. Curio confessore eodem & collusore facillime possit convenire.
Si rapinam fecerint inter se collusores, vi bonorum raptorum non denegabitur actio. Ulpian. in l. 1. §. si rapinam. D. de aleæ lusu & aleatoribus.
Collusor etiam aliter apud Jurisperitos. Cic. 2. Philipp. 56. Licinium Lenticulam de alea condemnatum collusorem suum restituit.
COLLUSORIE, [συναποκριτικῶς] Adv. qualitatis. Ulpian. in l. si servus plurium. D. de leg. 1. Si hæreditatis judex contra hæredem pronuntiaverit non agentem causam, vel collusorie agentem, nihil hoc nocebit legatariis.
Litigare collusorie. Ulp. in l. si servus plurium. §. si quis. D. de leg. 1.
COLLŪGEO, vel CONLUGEO, ēre. Cæl. Aurel. Tard. 2. 5. 88. Lacessiti collugent, ingemunt. Et Ambros. ad Virgin. lapsam princ. Qui ecclesiæ gaudio congaudetis, & tristitiæ conlugetis.
COLLUM, i. n. [τράχηλος, αὐχήν, δέρη] a Colo, colis, inquit Perottus: quia hæc præcipue pars corporis torquibus ac monilibus coli, id est ornari consuevit. Plin. lib. 11. cap. 37. Ceteris collum, quibus tantum gula. V. CERVIX.
Collum gallinaceorum. Columel. lib. 8. cap. 2. Jubæ deinde variæ, vel ex auro flavæ per colla cervicesque in humeros diffusæ.

Spatium colli. Ovid. 2. Met. 672. — crescit & oris
Et colli spatium.
Aureolum collum. In AURUM.
Cærula serpentis. Virg. 2. Æn. 381.
Cærulea tauri. Sen. Hippol. 10.
Candida. Ovid. 1. Amor. 5. 10.
Ceromaticum. V. CEROMA.
Crinita. Stat. 6. Theb. 418. de equis.
Eburnea, Candida. Ovid. 3. Met. 422.
Equina. Martial. lib. 11. 85. ad Antiochum tonsorem,
Collaque pulverea nudet equina juba.
Hirsutum. V. paulo post, Spirans opobalsama, &c.
Ferocia colla serpentis resecare. Sen. Herc. fur. 7.
Insignia frenis. Ovid. 4. Met. 24.
Lactea. Sil. lib. 16. 520.
Lactea colla auro innectuntur. Virg. 8. Æn. 660.
Languido collo trahere vomerem, dicuntur defatigati boves. Hor. Epod. 2. 64.

Videre fessos vomerem inversum boves
Collo trahentes languido.

Lasso papavera collo demittunt caput. Virg. 9. Æn. 436.
Libera colla jugo. Claud. de Mul. Gall. 6.

Et pateant, duro libera colla jugo.

Libera colla servitio assuescere. Virg. 3. Georg. 167. De juvencis dictum.
Livida. Ovid. 1. Amor. 8. 98.

Factaque lascivis livida colla notis.

Lubrica draconis. Ovid. 4. Met. 598.
Molle. V. MOLLIS.
Molli collo esseda ferre dicitur equus domitus. Virg. 3. Georg. 204.
Niveum. Virg. in Cyri.
Nobile. ut, Jugum famulare subit nobili collo. dicitur de Viro nobili redacto in servitutem. Sen. Troad. 8.
Pendulum ab arbore. Hor. 3. Carm. 27. 60.
Procerum & tenue. Cic. de Clar. Orat. 313.
Recutita. Martial. lib. 9. 58.

Non ruptæ recutita colla mulæ.

Saucia dente colla. Martial. lib. 11. 71. in Tuccam.
Sibila serpentis colla. Virg. 3. Georg. 421.
Splendida. Sen. Hippol. 6.
Superba colla excussis jubis. Claud. 20. 10. de equo Honorii.
Tætra monstri. Sen. Herc. fur. 1.
Teres. Ovid. 10. Met. 113.

Pendebant tereti gemmata monilia collo.

Trepidum. Sen. Herc. OEth. 12.
Trigemina Cerberi. Sen. Agam. 1.
Acclinare collum, i. e. Admovere collum. Ovid. 10. Met. 268.

—acclinataque colla
Mollibus in plumis tanquam sensura reponit.

Adducere colla lacertis. i. e. Attrahere ad se. Ovid. 6. Met. 625.

Ut tamen accessit natus, matrique salutem
Attulit, & parvis adduxit colla lacertis.

Amplecti colla alicujus. Sil. lib. 15. 361.
Angere colla alicujus. i. e. Ita constringere ut spiritus intercludatur. Stat. 4. Theb. 827.

— rabidi quum colla minantia monstri
Angeret, & tumidos animam angustaret in artus.

Aptare vincula collo. Ovid. 10. Met. 381.
Captare colla lacertis. Ovid. 8. Epist. 93.
Cingere colla lacertis. Ovid. 2. de Arte Am. 457.
Circumdare brachia collo, Amplecti collum. Virg. 6. Æn. 700.
Circumdata colla catenis. Sil. 6. 505.
Comere colla genasque. Stat. 1. Silv. 2. 110.
Committere alicui collum suum. In COMMITTO.
Complecti colla lacertis. Ovid. 10. Met. 407.
Conjicere in collum. In CONJICIO.
Conjecta vincula collo. Ovid. 4. Trist. 1. 8
Contrahere collum. In CONTRAHO.
Coronat pluma collum. Lucret. 2. 801.
Dare colla lacertis. Stat. 2. Achil. 270.
Dare colla triumpho alicujus imperatoris, Bello victum esse. Propert. lib. 2. 10. 15.

India quin, Auguste, tuo dat colla triumpho.

Demergere colla humeris, significare videtur, Humeros contrahere apud Stat. 6. Theb. 847.

Collaque demersere humeris, & brachia late
Curva tenent.

Ducere juga collo. Ovid. 3. de Arte Am. 810.
Ducta per vias colla regum. Hor. 2. Carm. 12. 12.
Eripere colla jugo, proverbialiter dictum, significat Libertati se vendicare. Hor. 2. Serm. 7. 92.

— eripe turpi
Colla jugo. i. e. Relinque servitutem.

Fluunt capilli per colla mœsta. Sen. Troad. 2. i. e. Mœstæ mulieres passis capillis incedunt.
Fovere colla. Virg. 10. Æn. 837.

— ipse æger anhelans
Colla fovet, fusus propexam in pectore barbam. Sustinens scilicet, ut inquit Servius, se arboris trunco.

Frenata. Ovid. 7. Met. 220.
Fumantia colla equorum solvere. Virg. 2. Georg. 542.
Gerere colla vincta catenis. Sen. Herc. fur. 12.
Horrent Cerbero colla colubris. Virg. 6. Æn. 419.
Jactare colla, significat Collum repente huc illuc vertere & circumagere. Ovid. 3. Met. 726.

— visis ululavit Agave,
Collaque jactavit, crinemque per aera movit.

Implicare laqueis. Ovid. 2. Epist. 192.
Infixa collo mariti. i. e. Tenacissime inhærens. Ovid. 11. Met. 386. De Halcyone & Ceyce. Al. Infusa.
Inflata colla tumescunt. Ovid. 6. Met. 377. de Lyciis in ranas mutatis.

Injicere collo brachia. Ovid. 3. Met. 389.
Innectere colla lacertis. Ovid. 11. Met. 240.
Inferere collum in laqueum. V. INSERO.
Inferere colla laqueis, Strangulare. Sen. Theb. 1.
Intendere vincula ſtupea collo, Alligare collo funem. Virg. 2. Æn. 236.
Labans collum. Sen. Hippol. v. 367.
Nunc ut ſoluto labitur moriens gradu,
Et vix labante ſuſtinet collo caput.
Lædere collum. Hor. 3. Carm. 27. 60.
Languentia colla levare. Lucan. lib. 3. 737.
Liventia colla catenis. Ovid. ad Liv. 273.
Luctantia colla equi. Ovid. 4. Epiſt. 79.
Marcentia. Stat. 2. Theb. 632. Læva marcentia colla ſuſtentans, &c.
Mulcenda colla præbere. Ovid. 10. Met. 118. de cervo quodam.
Nectere draconem collo. Martial. lib. 7. 86. In delitiis ſcil. habitum.
Nodatus collum laqueo. Ovid. de Rem. Amor. 17.
Cur aliquis laqueo collum nodatus amator
A trabe ſublimi triſte pependit onus?
Obſtrictum collum, ſeu collum obtortum, verbum eſt juris. nam in jus collo obſtricto rei trahebantur. Plaut. Curc. 5. 3. 15.
— Collum obſtringe, abduce iſtum in malam crucem. conf. OBTORTUS.
Ornare. Ovid. 5. Met. 52.
— ornabant aurata monilia collum.
Pendere collo complexuque alicujus. Virg. 1. Æn. 719.
Pendentia colla dicuntur quaſi Ebriorum. Virg. 9. Æn. 331.
— ferroque ſecat pendentia colla.
Percutere colla ſecuri. Ovid. 15. Met. 126.
Perfundunt colla jactæ comæ. Sen. Hippol. 4.
Permulcere manu collum. Sen. Herc. fur. 9.
Petere collum amplexu. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Plauſa colla. i. e. Palma leviter percuſſa. Ovid. 1. de Arte Am. 630.
Quadrupedes inter rapidi certamina curſus,
Depexæque jubæ, plauſaque colla juvant.
Porrigere collum longe a pectore. Ovid. 2. Met. 375.
Præbere colla jugo. Stat. 1. Achil. 280.
Præbere colla nectenda lacertis. Ovid. 2. Epiſt. 141.
Præbere in collum. Cic. 5. Verr. 76. Solere aiunt barbaros reges Perſarum ac Syrorum, plures uxores habere: his autem uxoribus civitates attribuere hoc modo, Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines. h. e. Pecuniam unde ſibi emat colli monilia.
Premere collum aratro. Ovid. 7. Met. 211.
Haud patiens oneris collum preſſiſtis aratro.
Reflectere mollia colla. i. e. Domita, domitorum ſcilicet equorum. Virg. 11. Æn. 622. Servius.
Reſoluta colla. i. e. Languida. Stat. 10. Theb. 144.
Retorquere colla equi. i. e. Freno reflectere. Ovid. 4. Epiſt. 79. Al. Recurvare.
Rumpere colla ſecuri. Ovid. 12. Met. 249.
— veluti qui candida tauri
Rumpere ſacrifica molitur colla ſecuri.
Sedit medius collo Herculeo polus. Sen. Herc. fur. 1. i. e. Cervix Herculis tulit cælum.
Secare colla. Cic. de Petit. Conf. 8.
Signatum nullo jugo juvencæ collum. Sen. Agam. 5.
Spirant opobalſama hirſuto collo. Juven. 2. Sat. 41.
Stridentia colla dicuntur ſerpentis. Claud. 2. de Raptu Proſerp. 25. de Gorgone dixit,
— tantum ſtridentia colla
Gorgonis obtectu pallæ fulgentis obumbrat.
Subdere colla jugo. Stat. 1. Theb. 175.
Subdere colla vinculis Veneris, Amori ſervire. Tibull. 1. 2. 94.
Subjecta colla trophæis ferre. Sen. Troad. 3. i. e. Catenatum in triumphum ducere.
Subjecta colla nobilium. i. e. In ſervitutem redacta. Claud. 1. in Eutrop. 173.
Vidit ſub pedibus leges, ſubjectaque colla
Nobilium.
Subigere colla boum. Columel. lib. 2. cap. 3. *Frotter & batre doucemmet de la main.* V. SUBIGO.
Summittere colla, Permittere ferienti. Sen. Hippol. v. 500.
Summittere colla jugis. Claud. 1. in Eutrop. 42.
Supponere colla jugis. Ovid. 3. Amor. 10. 13. de Cerere,
Prima jugis tauros ſupponere colla coegit.
Suſpendere aliquid collo. Virg. 11. Æn. 11.
Suſtinere pœnam collo & cervicibus. Cic. 7. Verr. 108. Vinctos aſpiciunt catenis liberos ſuos, cum iſtius avaritiæ pœnam collo & cervicibus ſuis ſuſtinerent.
Tenere colla lacertis. Ovid. 2. Met. 100.
Timent boves aratrum collo. Virg. 6. Ecl. 50.
Torquere collum. Liv. 4. 53. Hoc decreto conſul armatus, quum paucis appellantibus tribunum, collum torſiſſet. ad quem locum Turnebus dicit eſſe Genus pœnæ & coercitionis.
Tritum collum, diciturQuod circumdatur aſpera copula. Sen. Hippol. v. 33.
Et pugnaces tendant Creſſæ
Fortia trito vincula collo. De canibus Cretenſibus.
Turgentia colla alicujus diripere enſe. Sil. lib. 15. 729.
Velant jubæ colla. Ovid. 10. Met. 699.
Colla, abuſive de montibus dicuntur Partes illæ, quæ infra ſummum verticem, & ſupra medium montis apparent. Stat. 9. Theb. 643.
Jamque fere medium, Parnaſſi frondea præter
Colla, tenebat iter.
COLLUS, i. m. Antiq. Idem quod Collum. Plaut. Capt. 2. 2. 107. Collus collaria caret. & 4. 3. 2.
Tormenti genus eſt etiam e corio. Feſtus. [Scalig. Culleus. LegoColleus. Gloſſ. Lat. Gr. Colleum, ὁ τοῦ γέροντος ἀσκός. Quod in Gr. Lat. Culleum.
COLLŬLUM, i. n. dimin. Cathol.
COLLŪMĬNO, āre. Appuleius de deo Socrat. pag. 45. Servius Tullius flamma colluminetur a capite. Paulo poſt ſe exponens, Servio inflammare verticem, nec exurere. Et Prudent. adv. Symmach. 2. 830.
— ſolis radius colluminat omnes
Diffuſo ſplendore locos.
COLLUO, ui, ūtum, [συμπλύνω, καταπλύνω] ĕre. Lavare: ſed hoc fere ad os, & ea quæ in ore ſunt pertinet. Plin. lib. 20. cap. 6. Dentium dolorem tribus capitibus in aceto tritis imminuit, vel ſi decocta aqua colluantur, addaturque ipſum in cava dentium.
Colluere amphoram. Cato cap. 88. Amphoram defricato, colluitoque, puram impleto aqua pura.
COLLUTUS, a, um. Plin. 20. 13. Sic & collutis dentibus prodeſt.
COLLUTIO, ōnis. f. Cæl. Aurel. Acut. 2. 6. 28. Fomentatione utemur atque oris collutione.
COLLUVIES, V. paulo infra.
COLLURCINATIO, ōnis. f. Idem ac Heluatio. Appul. Apol. pag. 322. Quæ omnia in paucis annis hic degulator ſtudioſe in ventrem condidit, & omnimodis collurcinationibus dilapidavit. conf. COLLUCERNATIO.
COLLUSTRO, [περισκέπτομαι] āre. Circumſpicere. Virg. 3. Æn. 651.
Omnia colluſtrans, hanc primum in litore claſſem
Conſpexi venientem.
Colluſtrare oculis. Cic. 5. Tuſc. 65.
Colluſtrare lumine [καταλάμπειν, λαμπρύνειν] pro Illuſtrare & clarum lumine reddere. Cic. 2. de Nat. Deor. 92. Ex æthere igitur innumerabiles flammæ ſiderum exiſtunt: quorum eſt princeps Sol, omnia clariſſima luce colluſtrans.
Luna ſolis lumine colluſtrari putatur. Cic. 2. de Divin. 91.
Vias colluſtrare. Ovid. 5. Faſt. 102. Sed varia eſt lectio.
COLLUSTRĀTUS, a, um. Partic. [λαμπρυνθείς] Illuſtratus.
Colluſtrata pictura. Cic. in Orat. 36. In picturis alios horrida, inculta, abdita, & opaca: contra alios nitida, læta, colluſtrata delectat. Al. Delectant.
COLLUSTRUM, V. COLOSTRUM.
COLLŬTŬLO, [πηλόω] āre. Verbum quod veteres pro Dedecorare uſurparunt. Plaut. Trin. 3. 2. 66. Hæc famigeratio te honeſtet, me autem collutulet.
COLLUTUS, In COLLUO.
COLLŬVIES, ēi. f. [χλῆδος] Labes aut immunditia, quæ ex concurſu alicujus rei contrahitur. Plin. lib. 24. cap. 19. Medetur & ſuibus hæc effoſſa ſine ferro, & addita in colluviem poturis, vel ex lacte & vino.
Fermentata colluvies. Columel. lib. 1. cap. 5.
Stercorata colluvies cortis, balineorumque. Columel. lib. 1. cap. 6. ad finem.
Turbida colluvies nigro limo. Lucan. lib. 4. 311.
Colluvies, per tranſlationem. Cic. 9. Att. 12. Et te in certamine vinci cum illo facilius patiaris, quam cum hoc in ea, quæ perſpicitur, futura colluvie regnare. i. e. Sceleratorum turba qui ad Cæſarem confluxerant.
Magna colluvies. Tacit. 5. Hiſt. 12. Magna colluvie, & ceterarum urbium clade aucti.
Populi colluvies. Juſtin. 2. 6. Neque paſſim collecta populi colluvies originem urbi dedit.
Rerum colluvies. Tacit. 2. Hiſt. 16. In multa colluvie rerum majoribus flagitiis permixtos.
COLLUVIO, ōnis. f. [χλῆδος] Idem quod Colluvies.
Sincerum atque ab omni colluvione peregrini ac ſervilis ſanguinis incorruptum ſervare populum. Suet. Auguſt. cap. 40.
Colluvio, per tranſlationem. Cic. de Senect. 85. O præclarum diem, quum ad illud divinum animorum concilium, cœtumque proficiſcar, quumque ex hac turba & colluvione diſcedam!
Ferocitas, audacia, colluvio alicujus. Cic. in Vatin. 23. Deinde ſanctiſſimas leges Æliam & Fuſiam dico, quæ in Gracchorum ferocitate, & in audacia Saturnini, & in colluvione Druſi, & in contentione Sulpicii, & in cruore Cinnano, & inter Sullana arma vixerunt.
Ille nefarius ex omnium ſcelerum colluvione natus. Cic. pro Sext. 15.
Gentium colluvio. Liv. 4. 2. Colluvionem gentium, perturbationem auſpiciorum publicorum privatorumque afferre.
Hominum colluvio. Curt. 10. 2. 6.
Rerum colluvio, pro Permiſtione vel confuſione. Liv. lib. 3. 9. Ne cui in colluvione rerum contumeliæ majeſtatem ſuam offerrent.
COLLUVIARIS, e. [χλιδοφάγος] Porcus colluviaris dicitur, Qui cibo permiſto & colluvione nutritur. Feſtus. al. Colluvialis.
COLLUVIARIA, orum. n. [ἰχνοί] dicta ſunt in ductibus aquarum, Per quæ colluvies & immunditiæ jactantur. Vitruv. lib. 8. cap. 7. Etiam in ventre colluviaria ſunt facienda, per quæ vis ſpiritus relaxetur. Ita legit Beroald. in Suet. Aug. Sed Junt. & Philand. Columnaria.
COLLȲBUS, i. m. [κόλλυβος] Id detrimentum pecuniæ eſt, quod in ratiociniis Emptionem auri appellant, & vulgo *cambium* dicitur, quum pecunia ad exteras nationes exportanda eſt, & apud nummularios aliis nummis commutanda. Ut ſi argentea moneta, aurea mutetur, aut genera quædam pecuniæ abrogata & antiquata, aut quovis modo repudiabilia in una provincia, alio quo genere permutanda ſint, rato, receptoque & promulgato in ea provincia. Id enim quod ex ſumma apud nummularium decidit, & veluti deperit, Collybus verbo Græco appellatur. Cic. 5. Verr. 181. Ex omni pecunia, quam aratoribus ſolvere debuiſti, certis nominibus deductiones fieri ſolebant. Primum pro ſpectatione & collybo, deinde pro neſcio quo cerario. Hæc omnia, Judices, non rerum certarum, ſed furtorum improbiſſimorum ſunt vocabula. Nam collybus eſſe qui poteſt, quum utantur omnes uno genere numorum? Collybum appellat Pecuniæ permutationem, & nummorum quaſi intertrimentum. Suet. in Auguſt. cap. 4. Hanc (farinam) finxit manibus collybo decoloratis Nerulonenſis menſarius. Hoc in loco pro Contrectatione pecuniæ ponitur, qua nummularii liventes manus habere ſolent. Collybus, inquit Pollux, ἀργυρίου ἀλλαγή, i. e. Pecuniæ permutatio. Hactenus Budæus. Cic. 12. Att. 6. pr. De Cœlio vide quæſo ne qua lacuna ſit in auro. ego iſta non novi. ſed certe in collybo eſt detrimenti ſatis, huc aurum ſi accedit.
COLLYBISTES, & COLLYBISTA, æ. m. [κολλυβιστής] Qui rei nummariæ negotiationem exercet: qui & Trapezita Græcis, Lat. Menſarius, Argentarius, Nummularius dicitur. V. JCtos, & Hieron. Comment. in Matth. cap. 21.
COLLȲRA, æ. f. [κολλύρα] Genus panis, Polluci. Plaut. Perſ. 1. 3. 12.
Collyræ facite ut madeant & colliphia. Collyræ, inquit hic Turnebus, Parvuli panes mundi ſunt, ſed & genus fictorum farinaceorum, quæ ut lagana, interdum in ſartagine frigantur, interdum cocta per ſe edantur, interdum ex jure commedantur, ut tabellas paniceas in formi-

in sorbitiuncula plerumque esitamus. V. Turneb. Adversf. 4. 1.
Hinc

Collyrĭcus, a, um. Adj. ut, Jus collyricum. Plaut. Perf. 1. 3. 15.
Tum nisi cremore crasso est jus collyricum.

Collyris, idis. f. Tertullian. in lib. de CultuFemin.cap.7. Vos plane adjicitis ad pondus, collyridas quasdam. Quem in locum sic ait Rhenanus: Collyris a Collyra per diminutionem deductum. Parvus panis est de farina puriore. Quidam Frixam farinam esse putant. Al. Colluras. Nominantur Collyrides Levitici 6. & 7. & 8. cap. lib. 2. Regum.
Collyris etiam herba, alias Malva erratica. Apul. de Herba cap. 40.

Collyridiani, orum. m. pl. Hæretici a sacrificio collyride dicti, quo mulieres in honorem beatæ Virginis, tanquam Deæ utebantur. V. Epiphan. Hæref. 78. & 79. p. 342. seq.

Collyrium, i. n. [κολλύριον] Medicamentum, quod potissimum oculis inditur. Celf. lib. 6. cap. 6. de Cæsariano collyrio, Satisque constat, hoc collyrium adversus omne genus oculorum valetudinis idoneum esse. In quo capite Celsus amplius quindecim varias collyriorum ad oculos facientium compositiones recenset. V. Plin. 26. 12. & 27. 9.
Nigra collyria. Hor. 1. Serm. 5. 30.
Collyria simpliciter prolata dicuntur, Quæ in oblongam formam coacta effinguntur. Et non solum Ocularia pharmaca in ejusmodi formam collecta ac coacta, Collyria vocantur, sed & Glandulæ quæ ano, & Pessi qui vulvæ subduntur, & quæ naribus induntur, Collyria subinde medicis vocantur, atque hoc propter oblongam effingendi formam. At vero Ocularia aliqua medicamenta non coacta ad ejusmodi formam, sed tum liquida, tum arida, item Collyria nominantur, sed cum appositione liquiditatis aut ariditatis. Græcis enim ξηροκολλύρια atque ὑγροκολλύρια appellantur.
Fistularum collyria. Celf. lib. 5. cap. ult. de fistulis, & earum generibus, Ex eo, inquit, collyrium fieri debet altera parte tenuius, altera paulo plenius. Idque ea parte qua tenuius est, altera antecedente, demitti oportet in fistulam, donec sanguis purus se ostendat. quæ in omnibus fistularum collyriis perpetua sunt. Paulo post, Satiusque est vel papyrum intortam, vel aliquid ex penicillo in modum collyrii astrictum eo illinere. Rursus, Neque ignoro multis placuisse, linamentum in modum collyrii compositum, tinctum melle demitti. Hujusmodi collyria vulgo *tentas* vocant.
Collyrium, Medicamentum etiam quod alvo subjicitur in cura equorum & boum. Columel. lib. 6. cap. 6. in fin. Salis sextans, cum decem cepis conteritur, & admisto melle decocto, collyria immittuntur alvo, atque ita citatus bos agitur. Hoc etiam nomine peculiariter vocatur quoddam terræ Samiæ genus, diversum ab astro Samio, propterea quod præcipuus ejus usus sit in collyriis. V. Diofcor. lib. 5. conf. Salmaf. ad Solin. p. 182. & 926.

Collyriŏlum, i. n. dimin. Macer. 4. 12.
Vel collyriolum si supponatur in anum.

Cōlo, [ἠθέω] āre. Pauxillatim liquorem aliquem, stillatimque per aliquod vas vel linteolum exprimere. Columel. lib. 12. cap. 11. Expressa deinde aqua coletur, & in vas plumbeum defusa decoquatur.
Colare amnes retibus. Manil. lib. 5. 193.
Et colare vagos inductis retibus amnes. Venuste autem eos qui in amnibus piscantur, retiaque tendunt piscibus, ait Colare retibus amnes, quod per raras retium maculas & plagas, tanquam colatus fluvius, transmittatur & transfluat. Novitiæ tamen editiones exhibent Cælare, sed Turnebus Colare tuetur.

Colātus, a, um. ut, Mel colatum. Plin. 13. 2.
Somnium colatum. Tertull. de Anima cap. 48. In emendatis codd. legitur, Certiora & colatiora somniari affirmant.
Nitor colatus. Idem de Anima cap. 9. Nec beryllis ideo aquosa materia est, quod fluctuent colato nitore. [i. e. Puro. Sed forte Colorato legendum.

Colatorius, a, um. Tolutario gradu incedens: ut, Equi colatorii Vegetio memorati, quos Græci σαικκιστὰς vel σαικκιστικὰς vocant. V. Veget. Mulom. 4. 6. extr. Salmaf. ad Capitol. in Maximin. cap. 3. p. 246.

Colatura, æ. f. Cæl. Aurel. Tard. 5. 3. Colaturæ liquidæ colorem fingere.

Colamentum, i. n. Constant. Afer. 7. 1. Urina & sanguis colamentum fit ceterorum humorum.

Cŏlo, ui, cultum, [σέβομαι, λατρεύω, θεραπεύω] ĕre. Venerari, adorare. proprie de Honore diis habito dicitur. Cæf. 6. Bell. Gall. cap. 16. Deum maxime Mercurium colunt.
Sanctissimum colere. Cic. 3. de Nat. Deor. 45. Achillem Astypalenses insulani sanctissimum colunt.
In deorum numero venerari & coli. Cic. 2. de Lege Agr. 95. Majores nostros dico, Quirites, non eos in deorum immortalium numero venerandos a nobis & colendos putatis?
Per aras coli. Ovid. 6. Met. 171.
Quis furor auditos, inquit, præponere visis
Cæleftes? aut cur colitur Latona per aras?
Aris colebantur divi facti, pulvinaribus, flamine. Plin. in Paneg. cap. 11.
Honoribus divinis colere. Curt. 4. 7. 28.
Pietate hilari coluntur Dii. Ovid. 2. de Pont. 1. 9.
Religione summa colere. Cic. de Arusp. Resp. 28.
Secubitu coli dicitur deus ille vel dea, in cujus honorem vir ab uxore, vel amans ab amica, noctibus aliquot sibi temperat. Ovid. 3. Amor. 10. 16. De Cerere,
Hanc quisquam lacrymis lætari credat amantum?
Et bene tormentis, secubituque coli?
Templis & effigie numinum aliquem colere. Tacit. 1. Ann. 10. Nihil deorum honoribus relictum, quum se templis, & effigie numinum per Flamines & Sacerdotes coli vellet. De Livia loquitur.
Templis coli. Ovid. 15. Met. 818.
Ut deus accedat cælo, templisque colatur.
Tholo coli dicuntur divi, Quorum imagines tholis insculptæ pro ipsis divis venerantur. Stat. 3. Silv. 1. 3. ad Herculem,
Quod coleris majore tholo, nec litora pauper
Nuda tenens, tectumque vagis habitabile nautis. [Immo Tholus, Templi testudo.
Votis. Martial. lib. 9. 66.
Ante colebatis votis, & sanguine largo
Majorem Alciden, &c.
Deos colere. Ovid. 1. de Pont. 9. 36.

Focos sanctos virginitate colunt. Ovid. 4. Fast. 296. De virginibus Vestalibus.
Nomen poetarum & Musarum delubra Cic. pro Arch. 27.
Numina. Virg. 1. Georg. 30.
Numina pietate. Ovid. 4. de Pont. 15. 24.
Templa. Ovid. 11. Met. 578.
Templum miro honore. Virg. 5. Æn. 458.
In æde sacra coli. Ovid. 14. Met. 316.
Colere, Honore & officiis prosequi. de Hominibus. Ter. Adel. 3. 2. 53. Et nos coluit maxime.
Mirifice aliquem & colere, & amare. Cic. 16. Att. 19.
Suavissime, diligentissimeque colere aliquem. Cic. 10. Att. 7.
Diligere & colere. Cic. 3. de Legib. 5. Ut eos colant, diligantque, præscribimus.
Non solum colere inter se ac diligere, sed etiam vereri. Cic. de Amicit. 84.
Observare & colere aliquem. Cic. 2. Att. 19. Hic Cæcilium colimus, & observamus diligenter.
Observari & coli simulatione amicitiæ. Cic. de Amicit. 26.
Observare, colere, & diligere. Cic. 13. Fam 78.
Ornare & colere. Cic. 5. Fam. 8. Neque mehercule unquam mihi tui aut colendi aut ornandi voluntas defuit.
Donis aliquem colere. Liv. 40. 57. Id ut facere posset, regionum principes donis coluerat.
Lyra coli. Stat. 1. Silv. 4. 36. Sperne coli tenuiore lyra.
Memoria absentem colere. Cic. 15. Fam. 21.
Observantia summa colere aliquem. Cic. 4. Fam. 4. V. observantia.
Officiis & probitate aliquem colere. Ovid. 3. de Pont. 1. 76.
Viros doctissimos colere. Cic. 4. Fam. 1.
Colere in loco parentis. Cic. de Clar. Orat. 1. Et inauguratum ab eodem, ex quo augurum institutis in parentis eum loco colere debebam.
Loco patris colere. Cic. 2. Philipp. 99. Omnibus eum contumeliis onerasti, quem patris loco, si ulla pietas in te esset, colere debebas.
Colere, pro Diligere. Ter. Heaut. 2. 4. 9. Quippe forma impulsi nostra nos amatores colunt. Virg. 4. Æn. 421.
— solam non perfidus ille
Te colere. Nonius. V. Serv. ad 3. Ecl. 6. & 1. Æn. 21.
Colere, Ornare. Tibul. lib. 1. 8. 9.
Quid tibi nunc molles prodest coluisse capillos?
Brachia colere. Curt. 8. 9. 21. Brachia quoque & lacertos auro colunt.
Corpus. Ovid. 3. de Arte Am. 107.
Corpora si veteres non sic coluere puellæ.
Colere agrum, terram, &c. [ἀσκεῖν τὸν ἀγρὸν, γεωργεῖν] Cic. 2. Tusc. 13. Nam ut agri non omnes frugiferi sunt qui coluntur.
Agrum arare aut colere. Cic. 2. de Lege Agr. 66.
Præesse agro colendo. Cic. pro Rosc. Amer. 50.
Arva. Ovid. 1. Amor. 13. 15.
Prima bidente vides oneratos arva colentes.
Fructus. Virg. 2 Georg. 36. Fructusque feros mollite colendo.
Fruges. Ovid. 15. Met. 134. de juvenco, seu victima,
Sistitur ante aras, auditque ignara precantem,
Imponique suæ videt inter cornua fronti,
Quas coluit fruges.
Fundum colendum in plures annos locare. Julian. in l. qui fundum. D. locat.
Glebam. Ovid. 1. de Pont. 8. 50. i. e. Minimum agellum.
Hortos. Virg. 4. Georg. 118.
Forsitan & pingues hortos quæ cura colendi
Ornaret, canerem. Ovid 14. Met. 624.
Locum colere labore dulci. Martial. lib. 12. 18.
Hic pigri colimus labore dulci
Botrodum, Plateamque: Celtiberis
Hæc sunt nomina crassiora terris.
Prædia studiose. Cic. pro Rosc. Amer. 49.
Rus. Virg. 2. Georg. 413.
— laudato ingentia rura:
Exiguum colito.
Vitem. Cic. 4. de Finib. 38. Quæ ad colendam vitem attinebant.
Colere, Habitare. ut, Urbem. Cic. 2. Fam. 12. Urbem, mi Rufe, cole. Sic, Colere domum. Plaut. Aulul. prol. 4.
Regiones colere Acheronticas. Plaut. Bacch. 2. 2. 21.
Colere & habitare. Cic. 6. Verr. 119. Coliturque ea pars & habitatur frequentissime.
Arva colere, pro Inhabitare. Ovid. 2. Met. 679.
— nec si rescindere posses
Tunc aderas: Elim, Messeniaque arva colebas.
Elysium. Virg. 5. Æn. 735.
— non me impia namque
Tartara habent, tristesque umbræ: sed amœna piorum
Concilia, Elysiumque colo.
Helicona colere. Versari in poeticæ studio. Propert. lib. 3. 5. 19.
Me juvat in prima coluisse Helicona juventa,
Musarumque choris implicuisse manus.
Reliquias dulces suorum colere, Habitare in patria, in qua majores occubuerunt. Virg. 4. Æn. 343.
Urbem Trojanam primum, dulcesque meorum
Relliquias colerem, & Priami tecta alta manerent.
Silvas & rura. Ovid. 11. Met. 146.
Ille perosus opes, silvasque & rura colebat. i. e. Inhabitabat, Sectabatur assidue.
Athenas colere, pro Attica eloquentia uti, usurpare licet. Plaut. Stich. 5. 2. 22. Peregrina omnia relinque, Athenas nunc colamus.
Negligere & Colere sunt contraria Cic. 1. Off. 4. In eoque colendo sita vitæ est honestas omnis, & in negligendo turpitudo. De officio.
Colere æquum & bonum, Observare. Plaut. Men. 4. 2. 10.
Ævum colere, i. e. Ætatem agere. Lucret. lib. 5. 1144.
Nam genus humanum defessum vi colere ævum,
Ex inimicitiis languebat.
Amicitias colere. Cic. 2. de Finib. 80. At coluit ipse amicitias.
Amicitias utilitatibus colere. Cic. 2. de Finib. 83.

Vide

Vide an apud Ovid. Vulgus amicitias utilitate colit? H. St. Immo Probat. ex Ponto 2. 3. 8. Miror tam triti verſiculi V. C. non recordatum.
Amicitia veritate, fide ſocietas, pietate propinquitas colitur. Cic. pro Quint. 26.
Amor colendus. Tibul. lib. 2. 4. 52.
Illius eſt nobis lege colendus amor.
Aurum colere, Pecuniæ ſtudioſum eſſe. Propert. lib. 3. 13. 48.
Aurum omnes victa jam pietate colunt.
Cæremonias magna cura ſepulcrorum colere. Cic. 1. Tuſc. 27.
Conciliationem communem & conſociationem generis humani colere, tueri, ſervare. Cic. 1. Off. 149.
Diligentia præcipue colenda eſt nobis. Cic. 2. de Orat. 148.
Diſciplinam. Cic. de Clar. Orat. 117.
Feſta colere. Ovid. 6. Faſt. 179.
Fidem colere, & juſtitiam retinere. Cic. 1. de Invent. 3. Age vero, urbibus conſtitutis, ut fidem colere, & juſtitiam retinere diſcerent.
Fidem, rectumque colere. Ovid. 1. Met. 90.
Fortitudinem colere. Curt. 10. 3. 9. Fortitudinem non magis quam fidem colitis.
Genus orationis æquabile & temperatum colendum. Cic. 1. Off. 3.
Hoſpitia, clientelæ, cognationes, affinitates caſte colendæ. Auctor ad Heren. lib. 3. 4.
Jura. Tibul. lib. 2. 3.
Jus religioſe colere. Auctor ad Heren. lib. 3. 4.
Jus & fas. Liv. 27. 17. Animum jam pridem ibi eſſe, ubi jus & fas crederet coli.
Juſtitiam & liberalitatem. Cic. 1. Off. 5.
Leges ſequi & colere. Cic. in Parad. 5.
Martem colere, Studio belli deditum eſſe. Sil. lib. 8. 464.
Memoriam alicujus. Cic. 2. de Finib. 101. Itemque omnibus menſibus, XX die Lunæ dent ad eorum epulas, qui una ſecum philoſophati ſint, ut & ſui & Methrodori memoria colatur.
Memoriam veſtri beneficii colam benevolentia ſempiterna. Cic. poſt Red. 24.
Militiam. Ovid. 2. Faſt. 518.
Morem colere & uſurpare. Plin. in Paneg. cap. 1. Qui mos cui potius quam conſuli? aut quando magis uſurpandus colenduſque eſt?
Mores populi alicujus colere. Plaut. Caſin. 5. 4. 1.
Ubi tu es qui colere mores Maſſilienſes poſtulas?
Colere & efficere Munus. Cic. 1. de Legib. 16. Cujus muneris colendi efficiendique cauſa nati & in lucem editi ſumus.
Naturam excellentem atque præſtantem pie ſancteque colere. Cic. 1. de Nat. Deor. 56.
Officium ſuum. Plaut. Stich. 1. 1. 35.
Pectus colere per artes. Ovid. 2. de Arte Am. 121.
Nec levis ingenuas pectus coluiſſe per artes
Cura ſit, & linguas edidiciſſe duas.
Pietatem. Plaut. Aſin. 3. 1. 6.
Hoccine eſt pietatem colere, matris imperium minuere? Ter. Hec. 3. 4. 33.
Quod potero faciam: tamen ut pietatem colam:
Nam me parenti potius quam amori obſequi
Oportet. Hic declarat Terentius, Pietatem colere, eſſe Parentibus obſequi.
Pudorem & pudicitiam. Cic. 5. Verr. 95. Pudorem & pudicitiam qui colit, poteſt animo æquo iſtius quotidiana adulteria, &c. videre? i. e. Qui pudicus eſt.
Quæſtum ſuum. Plaut. Pœn. 5. 2. 137.
Religionem. Cic. pro Font. 21. Qui etiam ſi quando aliquo metu adducti deos placandos eſſe arbitrantur, &c. ut ne religionem quidem colere poſſint, niſi eam ipſam prius ſcelere violarint.
Religionem teſtimoniorum nunquam colunt. Cic. pro Flacc. 9. i. e. Nunquam ſunt veraces in teſtimoniis reddendis.
Sacra Muſarum. Ovid. 4. de Pont. 2. 49.
Seditiones. Auctor de Viris Illuſtr. cap. 19. Ut hac injuria plebs, agros, non ſeditiones coleret.
Servitutem apud aliquem colere. Plaut. Pœn. 4. 2. 7.
Societates atque amicitias ſtudioſe colere. Auctor ad Heren. 3. 4.
Studia colere, i. e. Labore atque exercitatione ea conſectari. Cic. 5. de Finib. 50. Atque hoc loco qui propter animi voluptatem dicunt coli ea ſtudia quæ dixi, non intelligunt, &c.
Ad percipiendam colendamque virtutem litteris adjuvari. Cic. pro Arch. 16.
Vitam colere, [διάγειν τὸ ζῆν] Vivere. Plaut. Rud. 1. 5. 25. Vix colo vitam. Auctor ad Heren. lib. 4. 21. Qui nihil habet in vita jucundius vita, is cum virtute vitam non poteſt colere. conf. Ævum.
Inter ſe colere. Cic. 13. Att. 11. Poſthac enim poterimus commodius colere inter nos in Tuſculano.
Victum colere. Cic. 12. Att. 28. Nec ego victum, nec vitam illam colere poſſum.
Colens, entis. [σεβόμενος] ut, Colens religionum. Cic. pro Planc. 103. Qui ſancti, qui religionum colentes, niſi qui meritam diis immortalibus gratiam juſtis honoribus & memori mente perſolvunt?
Homines arva colentes. Ovid. 1. Amor. 13. 5.
Nymphæ undas colentes. Ovid. 1. Amor. 13. 15.
Populi ſacra colentes. Idem 15. Met. 679.
Cultus, a, um. [κεκαλλωπισμένος] Partic.
Cultus veſte candida ſacerdos. i. e. Ornatus. Plin. lib. 16. cap. 44.
Incultus & Cultiſſimus, contraria. Cic. pro Roſc. Com. 13. Tum erat ager incultus ſine tecto, nunc eſt cultiſſimus cum optima villa.
Ager nulla ex parte cultus. Cic. pro Roſc. Com. 33.
Animus cultus. Cic. 2. Tuſc. 33.
Dea culta virginibus miniſtris. Ovid. 6. Faſt. 283.
Fides culta. Valer. 1. Argon. 838.
Focus cultus ſuperba ſtrue iliceti. Martial. lib. 12. 18.
—focus excipit ſuperba
Vicini ſtrue cultus iliceti.
Ingenia cultiora. Curt. 7. 8. 11.
Lacertum armilla aurea cultum. Petron. Satyr. cap. 32.
Materia. Cic. 2. de Nat. Deor. 151. Arborum autem confectione, omnique materia, & culta & ſilveſtri.
Milites habebat tam cultos, ut &c. Suet. Cæſ. 67.
Prædia. Claud. 1. in Ruff. 188.
Segetes. Claud. 4. Paneg.
Thalami ebore culti. Ovid. 2. Met. 737.
Veſtes. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 321.
Culte, Adv. ut, Culte dicentes. Quintil. 8. 3.
Compar. Sen. Suaſ. 4. Nemo videtur dixiſſe cultius.
Incubare cultius ſtrato lectulo. Valer. Max. 2. 6. 8.
Progredi cultius. Juſtin. 3. 3. Nec quenquam cultius quam alterum progredi permiſit.
Cultum, i. n. [γεγεωργημένον] ut, Pinguia culta. Claud. in Laud. Seren. 70. i. e. Agri culti. Sic Virg. 4. Georg. 372. [Semper num. pl.
Cultio, ōnis. f. [γεώργησις] Idem, quod Cultus. Cic. 5. Verr. 226. Quid eſt enim Sicilia, ſi ei agri cultionem ſuſtuleris?
Agri cultione ſe oblectare. Cic. de Senect. 56.
Cultus, ûs. m. [ἐργασία, γεωργία, σκευή, καλλώπισμα] Cic. 1. Off. 158. Ob eaſque cauſas ſtudeat parare ea, quæ ſuppeditent & ad cultum & ad victum.
Agricolarum cultus elaborat. Cic. 2. de Lege Agr. 66.
Agrorum cultus. Plin. lib. 15. cap. 1.
Bivius agrorum cultus. V. bivius.
Agrorum cultu aratores defeſſi. Cic. 2. de Lege Agr. 87.
Accuratus cultus. In accuratus.
Agreſtis. Stat. 6. Theb. 56.
Crinalis, i. e. Cultus circa crines & capillos. Claud. in Conſ. Prob. & Olyb. 85.
Nam neque cæſariem crinali ſtringere cultu,
Colla nec ornatu patitur mollire retorto.
Gemmati cultus. Claud. 3. Conſ. Hon. 304.
Gemmatoſque humilem diſpergere Perſida cultus.
Læto cultu convivia, Laute apparata convivia. Valer. 5. Argon. 570.
Interea læto patitur convivia cultu.
Luxurioſus. In luxus.
Modicus cultu. In modus.
Molliſſimus. In mollis.
Mundior juſto. In mundus.
Preſſus & velut applicitus rei cultus. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Purpurei cultus. Stat. 6. Theb. 81.
Regales cultus. Claud. 73. 7.
Accipe regales cultus, & crine ſuperbus
Erecto virides ſpumis perfunde ſmaragdos.
Simplex. Claud. 1. in Ruff. 217.
Tyrius, pro Molli & effeminato. Martial. lib. 11. 40. in Charidemum libertum,
Si Tyrios ſumpſi cultus, unxive capillos,
Exclamas, nunquam fecerat iſta pater.
Affectare cultum effuſiorem in verbis. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Eniteſcet clarius hic noſter cultus. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Cultu & honore dignari. Cic. 2. de Invent. 161.
Tribuere diligentem cultum alicui. Cic. 2. de Invent. 161. Pietas per quam ſanguine conjunctis, patriæque benevolis officium & diligens tribuitur cultus.
Cultus hominis. Cic. 4. de Finib. 36. Omne officium, munuſque ſapientiæ in hominis cultu eſſe occupatum. i. e. Educatione & diſciplina. [vel potius In perficiendo homine.
Hominum cultus & curatio. Cic. 2. de Nat. Deor. 158. de ovibus, Quæ quidem neque ali, neque ſuſtentari, neque ullum fructum edere ex ſe ſine cultu hominum & curatione potuiſſent.
Omnis cultus & curatio corporis erit eadem adhibenda deo, quæ adhibetur homini. Cic. 1. de Nat. Deor. 96.
Cultus vitæ. Cic. 5. de Finib. 53. Quos cura omni liberatos, nullum neceſſarium vitæ cultum, aut paratum requirentes.
Delectant etiam magnifici apparatus, vitæque cultus cum elegantia & copia. Cic. 1. Off. 25.
A fera, agreſtique vita ad hunc humanum cultum civilemque deducere. Cic. 1. de Orat. 33.
Patrius cultus habituſque locorum. Virg. 1. Georg. 52.
Abeſſe longiſſime a cultu & humanitate Provinciæ. Cæſ. 1. Bell. Gall. 1.
Deſiſtere a cultu victuque beſtiarum. Cic. 2. Off. 15.
Educare aliquem cultu humili. Liv. 1. 39.
Hominum cultus, alia ſignificatione. Tacit. 2. Ann. 23. Mileſque, nullo illic hominum cultu, fame abſumptus. Subauditur, Exiſtente. Significat autem inſulas illas cultoribus, habitatoribuſque vacuas fuiſſe. Sic
Et habitabiles regiones, & rurſum omni cultu, propter vim frigoris aut caloris, vacantes. Cic. 1. Tuſc. 45.
Cultus animi. Cic. 5. de Finib. 54. Sed animi cultus erat ei quaſi quidam humanitatis cibus.
Cultus deorum, Adoratio. [σέβασμα] Cic. 1. Tuſc. 64. Hæc nos primum ad illorum cultum, deinde ad jus hominum erudivit, &c. De philoſophia.
Religio deorum cultu pio continetur. Cic. 2. de Nat. Deor. 7.
Cultor, ōris. m. [γεωργὸς] ut, Cultor agrorum & terræ. Liv. 4. 25. Famem cultoribus agrorum timentes.
Vitis cultor, Vinitor. Cic. 5. de Finib. 40.
Collis Heliconii cultor; Inhabitator. Catull. 59. 1.
Terræ cultor. Cic. 2. de Nat. Deor. 99. Quid jam de hominum genere dicam, qui quaſi cultores terræ conſtituti, non patiuntur eam nec immanitate beluarum efferari, &c.
Deorum cultor. Hor. 1. Carm. 34. 1. Parcus deorum cultor.
Minervæ. Martial. lib. 5. 5.
Sexte Palatinæ cultor facunde Minervæ.
Veritatis cultor. Cic. 1. Off. 109. Sunt his alii multum diſpares, ſimplices, & aperti, qui nihil ex oculto, nihil ex inſidiis agendum putant, veritatis cultores, fraudis inimici.
Cultrix, īcis. f. [θεραπευτὶς] Cic. 5. de Finib. 39. Ex quo non eſt alienum, ut animantibus, ſic illis & apta quædam ad naturam aptare, & aliena, earumque augendarum & alendarum quandam cultricem eſſe, quæ ſit ſcientia, &c.

Item

Item Quæ habitat: ut, Nemorum cultrix Latonia Virgo. Virg. 11. Æn. 557.
Idæ cultrix montibus. Catull. 65. 300.
Nemoris cultrix ſus. Phædrus 2. 4. 3. Al. Nemoricultrix, una voce.
Item Quæ veneratur; ut, Cultrix Deorum. Lactant. de Mort. perſec. cap. 11.

CULTŪRA, æ. f. [ἐργασία] Idem quod Cultus ſubſt. Cic. 5. Verr. 119. Deinde quum audierit eas res, quibus fundi fructus & cultura continentur, amotas & venditas, &c.
Agri natura perboni, & diligentia culturaque meliores. Cic. pro Flacc. 71.
Agros deſertos a plebe atque a cultura hominum liberorum eſſe non oportere. Cic. 2. de Lege Agr. 83.
Ager quamvis fertilis, ſine cultura fructuoſus eſſe non poteſt. Cic. 2. Tuſc. 13.
Nihil fert ager, niſi multa cultura & magno labore quæſitum. Cic. 2. de Lege Agr. 95.
Fundi cultura. Paul. in l. ſi in lege. §. ſi domus. D. locat.
Vitium cultura. Cic. 4. de Finib. 38. Ut ſi cultura vitium, cujus hoc munus eſt, ut efficiat, &c.
Intempeſtiva. Caius in l. ſi merces. §. conductor. D. locat.
Adhibere culturam. Cic. 5. de Finib. 39.
Excitatur cultura quid. Cic. 2. de Orat. 88. Nam facilius, ſicut in vitibus, revocantur ea, quæ ſeſe nimium profuderunt, quam, ſi nihil valet materies, nova ſarmenta cultura excitantur.
Amici potentis cultura. Hor. 1. Epiſt. 19. 86.

Dulcis inexpertis cultura potentis amici,
Expertus metuit. i. e. Obſervantia, vel famulatus, & cultus.

Ponitur pro Diſciplina animi. Hor. 1. Epiſt. 1. 40.

Si modo culturæ patientem commodet aurem.

Item pro Veneratione. Lactant. 5. 7. Dei unici pia & religioſa cultura.

COLIGO, ĭnis. f. Domus, habitaculum. Arnob. lib. 2. V. Salmaſ. in Tertull. de Pallio p. 430.

COLĬUM, i. n. Idem. Tertull. de Spectac. cap. 5. Lares colio potentes. i. e. Lares domeſtici. V. Salmaſ. in Solin. p. 641. ſeq.

CŎLŌNUS, i. m. [γεωργὸς] a Colo, colis; Agrorum cultor dicitur. Cic. pro Cæcin. 94. Qui colonus habuit conductum de Cæſennia fundum.
Colonus partiarius. In PARTIARIUS.
Colonus quid a Villico nonnunquam differat, plane docet his verbis Columel. lib. 1. cap. 7. Præcipua cura domini requiritur, cum in ceteris rebus, tum maxime in hominibus. Atque hi vel coloni, vel ſervi ſunt, ſoluti, aut vincti. Hinc apparet colonum non eſſe ſervum. Deinde ſequitur, Comiter agat cum colonis, facilemque ſe præbeat, & avarius opus exigat quam penſiones. Paulo poſt, Ubi ſedulo colitur ager, plerumque compendium, nunquam detrimentum affert, eoque remiſſionem colonus petere non audet (remiſſionem videlicet penſionum.) Sed nec dominus in unaquaque re cui colonum obligaverit, tenax eſſe juris ſui debet, ſicut in diebus pecuniarum. vulgo dicunt, *in terminis ſolutionum.* Aliquot poſt verſibus: Ita certe mea fert opinio, rem malam eſſe frequentem locationem fundi: pejorem tamen urbanum colonum, qui per familiam mavult agrum, quam per ſe colere. Saſerna dicebat ab ejuſmodi homine fere pro mercede litem reddi. Propter quod operam dandam eſſe, ut & ruſticos & eoſdem aſſiduos colonos retineamus, quum aut nobiſmetipſis non licuerit, aut per demeſticos colere non expedierit. Paulo poſt: Nunquam non ex agro plus ſua cuique cura reddidit, quam coloni: nunquam non etiam villici: niſi ſi maxima vel negligentia ſervi, vel rapacitas intervenit. Quæ utraque peccata plerumque vitio domini vel committi, vel foveri, nihil dubium eſt: quum liceat aut cavere ne talis præficiatur negotio: aut jam præpoſitus, ut ſubmoveatur curare. In longinquis tamen fundis, in quos non eſt facilis excurſus patrisfamilias, quum omne genus agri tolerabilius ſit ſub liberis colonis, quam ſub villicis ſervis habere, tum præcipue frumentarium, &c. talis generis prædium, ſi (ut dixi) domini præſentia cariturum eſt, cenſeo locandum. Hoc in Columellæ loco Colonus eſt Homo liber, interdum urbanus, interdum ruſticus, cui dominus certa aliqua mercede, ſeu penſione, fundum elocat ſuum: Villicus autem eſt Homo ſervus, villæ præfectus ab ſuo domino, qui & ipſe prædia cum fide colat, & a conſervis colenda curet, fructuum omnium rationem domino redditurus.
Colonum catenarum, joco dixit Plaut. Aſin. 2. 2. 32. pro Eo qui vinctus detinetur carceribus.
Colonus & Inquilinus. Paul. in l. ſi in lege. §. ſi domus. D. locat. Poteſt dominus, ſi deſeruerit habitationem, vel fundi culturam colonus, vel inquilinus, cum eis ſtatim agere.
Avidus. Virg. 1. Æn. 3.
Optimus, parciſſimus, modeſtiſſimus, frugaliſſimus. Cic. 2. de Oratore 287.
Errantes. Sen. Hippol. 3.
Fortes. Virg. 3. Georg. 288.
Inopes. Hor. 2. Carm. 14. 12.
Lacertoſi. Ovid. 11. Met. 33.

Dura lacertoſi fodiebant arva coloni.

Operoſus. Ovid. de Nuce 57.
Pauper ruris. Hor. 1. Carm. 35. 6.
Piloſus. Martial. lib. 12. 59. — te piloſus

Hircoſo premit oſculo colonus.

Veteres. Virg. 9. Ecl. 4.
A colono rationes accipere. Cic. pro Cæcin. 94.
Dare colono remiſſionem ob ſterilitatem. Ulpianus in l. ex conducto. §. Papinianus. D. locat. Si uno anno remiſſionem quis colono dederit, deinde ſequentibus annis contigerit ubertas, nihil obeſſe domino remiſſionem: ſed integram penſionem etiam ejus anni, quo remiſerit, exigendam.
Modicum damnum æquo animo ferre debet colonus, cui immodicum lucrum non aufertur. Caius in l. ſi merces. §. vis major. D. locat.
Habet conductum de aliquo fundum colonus. Cic. pro Cæcin. 94.
Deferre diſſenſionem colonorum ad patronos. Cic. pro Sull. 66.
Coloni [ἄποικοι, οἰκήτορες] etiam dicebantur Cives Romani ad aliquam urbem habitandam miſſi: qui non propriis, ſed pop. Rom. legibus vivebant. Cic. 3. de Nat. Deor. 48. Quanquam Circen quoque coloni noſtri Circeienſes religioſe colunt.
Latini. Cic. de Clar. Orat. 170. Ejus etiam oratio eſt pro Fregellanis, colonisque Latinis. Al. Coloniis.

Aſcribere colonos novos. Cic. 2. Philip. 102.
Aſſignare agros colonis. Cic. 1. de Lege Agr. 17. & 20.
Collocare colonos in aliqua civitate. Cic. 1. de Lege Agr. 18.
Dare colonis agrum. Cic. 2. de Lege Agr. 75.
Deducere colonos. Cic. 2. de Lege Agr. 74. & 75.
Deducere colonos in colonias alicujus regionis. Cic. 2. de Lege Agr. 75.
Deligere ad omne facinus colonos. Cic. 1. de Lege Agr. 18.
Dividere agrum colonis. Cic. 1. de Lege Agr. 20.
A colonis urbes occupabuntur per Decemviros. Cic. 1. de Lege Agr. 20.
Scribere numerum colonorum in aliquam civitatem. Cic. 2. de Lege Agr. 76. Quinque millia colonorum Capuam ſcribi jubet.
Coloni dominici dicebantur, Qui colebant agros Imperatoris, ut C. de præd. & omnib. reb. lib. 11. V. in DOMINUS.

COLONA, æ. f. Ovid. 4. Faſt. 692.

Rus breve cum duro parca colona viro.

Dicitur etiam pro Colonia per Syncopen. V. infra ſuo loco.

COLŌNUS, a, um. Adj. [οἰκήσιμος] Cic. 5. Philipp. 53. Utique C. Panſa, A. Hircius Conſules, alter ambove cognoſcerent, qui ager colonus eſſet, quo milites veterani deducti eſſent, &c.

CŎLŌNIA, æ. f. [ἀποικία] Coloniæ dicebantur, Minores urbes, ad quas habitandas ex majoribus urbibus, quaſi quædam examina populorum mittebantur. Cic. 1. Off. 54. In alias domos tanquam in colonias exeunt. Idem 2. de Lege Agr. 72. Hoc in genere, ſicut in ceteris Reipublicæ partibus, eſt operæ pretium diligentiam majorum recordari, qui colonias ſic idoneis in locis contra ſuſpicionem periculi collocarunt, ut non oppida Italiæ, ſed propugnacula imperii eſſe viderentur. Et pro Font. 3. de Gallia provincia loquens, Eſt in eadem provincia Narbo Martius, colonia noſtrorum civium, ſpecula pop. Rom. ac propugnaculum iſtis ipſis nationibus oppoſitum & objectum. Item 2. Philip. 102. Conſuluiſti me per litteras de Capua tu quidem: ſed idem de Caſilino reſpondiſſem, poſſeſne ubi colonia eſſet, eo coloniam novam jure deducere. negavi in eam coloniam, quæ eſſet auſpicato deducta, dum eſſet incolumis, coloniam novam jure deduci: colonos novos aſcribi poſſe reſcripſi. Erat & aliud genus Coloniarum, quales olim Pompeius Strabo Tranſpadanas colonias traduxerat. non enim novis colonis eas inſtituit, ſed veteribus incolis manentibus, jus dedit Latii, ut poſſent habere idem jus quod céteræ Latinæ coloniæ, id eſt ut jus petendi magiſtratus in civitate Romana adipiſcerentur. Erant præterea Coloniæ, quibus jus Italiæ dabatur. Erant & Latinorum, & quæ Latii veteris appellabantur, quales in Hiſpania multas fuiſſe refert Plinius. Quum enim in urbe Roma multos ex veteribus noviſque incolis paupertate premi, intellectum erat, adeo ut cenſui ſolvendo non ſufficerent, Triumviri a Senatu creabantur, qui locis primum conſideratis, in quibus Reip. expediret propugnaculum conſtitui, nova edicta proponebant danda eſſe nomina ab illis qui in novam coloniam deduci vellent: ſicque urbs pauperibus exonerabatur, & rei familiaris pondere gravati ad novas, quibus indigerent, divitias gratis datas cum familia accedebant. accipiebant enim duo, quatuor, ſex aut ſeptem agri jugera, & quandoque plus. Budæus; Colonia, Civitas eſt a matrice civitate deducta, id eſt metropoli: quomodo Ionicæ civitates deductæ erant & propagatæ.
Duo genera coloniarum fuere, Romanæ & Latinæ: omnes conſtabant e civibus Romanis, in colonias exeuntibus. Romanæ dicebantur eæ, Quæ jura civitatis Romanæ poſſiderent, itaque cives Romani erant, & ferendi ſuffragii poteſtatem habebant: cujus generis erant coloniæ multæ in Gallia togata: proptereaque dixit Cic. 1. Att. 13. Videtur in ſuffragiis multum poſſe Gallia. Latinæ vero coloniæ dicebantur eæ, Quæ jus Latii haberent: quod infra jus Romanæ civitatis erat. Itaque pro Balb. & alibi legimus, multos ex coloniis Latinis cives eſſe factos; quod item non legitur de coloniis Romanis: nec enim eis dari oportebat quod habebant. Coloniarum his verbis mentio fit apud Hyginum de Limitibus, pag. 159. Gœſ. Finitis ampliorum bellorum operibus, augendæ Reip. cauſſa, illuſtres Romanorum viri urbes conſtituerunt, quas aut victoribus populi Romani civibus, aut emeritis militibus aſſignaverunt, & ab agrorum novæ dedicatione culturæ colonias appellaverunt. victoribus autem aſſignatæ coloniæ iis, qui temporis cauſſa arma acceperant. non enim tantum militum incremento Reſp. populi Romani habuit. erat tunc præmium terra, & pro emerito habebatur. multis legionibus contigit bellum feliciter tranſigere, & ad laborioſam agriculturæ requiem primo tirocinii gradu pervenire. nam cum ſignis, & aquila, & primis ordinibus, ac tribunis deducebantur. modus agri pro portione officii dabatur. Hactenus ille. V. omnino Spanhem. Orb. Rom. Ex. 1. cap. 8. & ſeqq.
Civium colonia. Cic. pro Font. 3.
Municipia & coloniæ Cic. 1. de Lege Agr. 17. Suet. Tiber. 38. Commeatibus per municipia & colonias diſpoſitis.
Municipia, præfecturæ, coloniæ. Cic. 2. Philip. 58. Horum flagitiorum iſte veſtigiis omnia municipia, præfecturas, colonias, totam denique Italiam impreſſit.
Quid Colonia a Municipio differat Gell. lib. 16. cap. 13. tractat, Municipia, inquit, quid & quo jure ſint, quantumque a colonia differant, ignoramus, exiſtimamuſque meliore conditione eſſe colonias quam municipia. &c. V. Spanhem. l. c.
Florens colonia. Cic. 2. Philipp. 102.
Immunes. Plin. lib. 3. cap. 1.
Commutare. V. COMMUTO.
Complere coloniis regionem aliquam. Cic. 1. de Lege Agr. 17.
Conferre ſe in aliam coloniam. Paul. in l. ſi in lege. §. colonus ſi ei. D. locat.
Condere colonias. Paterc. 1. 15. pr. Et Vet. Inſcript. Gruter. p. 6. n. 3. AVSPICIIS TRAIANI AVGVSTI CONDITA COLONIA.
Conſtituere coloniam in aliquo loco. Cic. 1. de Lege Agr. 16.
Deducere. Cic. 1. de Lege Agr. 16. Deducentur, inquit, coloniæ. quo? quorum hominum? in quæ loca?
Deducere colonias novas, veteres renovare. Cic. 2. de Lege Agr. 34.
Octoginta civium millibus in transmarinas colonias diſtributis. Suet. Cæſ. 42. pr.
Imponere coloniam in agro. V. IMPONO.
Luſtrare coloniam. Cic. 1. de Divin. 102. Itemque in luſtranda colonia, ab eo, qui eam deduceret, &c.
Mittere in aliquam regionem. Cic. 1. de Divin. 3.
Obire. In OBEO.

Occupare

Occupare coloniis regionem aliquam. Cic. 1. de Lege Agr. 16. Totam Italiam inermem tradituros existimasti, quam præsidiis confirmaretis, coloniis occuparetis, omnibus vinclis devinctam & constrictam teneretis.
Occupare municipia & veteres colonias novis colonis. Cic. 2. de Lege Agr. 86.
Peragrare veteranorum colonias. Cic. 2. Philip. 100.
Proficisci in colonias. Cic. pro Cæcin. 98.
Tenere libertatem populi suis præsidiis & coloniis interclusam. Cic. 2. de Lege Agr. 75.
Colonia, interdum Agricolationis locum, aratorisque officinam & domicilium significat. Paul. in l. quæro. §. Paulus respondit. D. locat. Servus, qui æstimatus coloniæ ascriptus est, ad periculum coloni pertinebit. Idem in l. si in lege. §. colonus. D. locat. Nam & qui expulsus a conductione, in aliam se coloniam contulit, non suffecturus duabus, neque, &c. Budæus. Est igitur Colonia, quantum villico subjicitur. Columel. lib. 11. cap. 1. Villicus non urbem, non ullas nundinas, nisi vendendæ aut emendæ rei necessariæ causa, frequentaverit. Neque enim coloniæ suæ terminos egredi debet, nec absentia sua familiæ cessandi aut delinquendi spatium dare.
Colonia, per metaphoram, pro Loco ubi quis habitat. Plaut. Epid. 3. 2. 7.
— Sed ego hinc migrare cesso,
Ut importem in coloniam hunc auspicio commeatum?

COLŌNĬCUS, a, um. Adj. [ἀποικιακὸς] ut, Colonicæ leges. Varr. 1. de R. R. cap. 2. Atque etiam leges colonicas tollis, in quibus scribimus, Colonus in agro surculario ne capra natum pascat.
Cohortes colonicæ. Cæs. 2. Bell. Civil. 19. Cohortes duas, quæ Colonicæ appellabantur, quum eo casu venissent, tuendi oppidi causa apud se retinuit.
Decuriones colonici, Qui coloniarum sunt. Suet. in August. cap. 46. Excogitato genere suffragiorum, quæ de magistratibus urbicis Decuriones colonici in sua quisque colonia ferrent, &c.
Colonica ovis. Plin. lib. 26. cap. 10. Superioris radix in lacte ovis colonicæ data, nervos intendit. Perottus, Colonicum genus ovium delicatius, in pascuis pascens, & loca magis culta appetens: unde habet nomen ut Colonicum dicatur. V. Plin. lib. 8. cap. 47.

COLŌNĬCUM, i. n. Villa sive domicilium coloni. Auson. Epist. 4. 5.
Et tingit piceo lacrymosa colonica fumo.

COLONARIUM, i. n. Cæl. lib. 21. cap. 21. In epistolis (inquit) ad Atticum, Colonarium esse arbitror publicum, unde Publicanis ascitum nomen: seu vectigal, quod pro re penderetur rustica. De aquæductu, inquit Cicero, probe fecisti: colonarium vide ne ullum debeamus: quanquam audio, eam illic commutatam esse legem. In eundem sensum dixit Cæs. lib. 3. Bell. Civil. Est autem is Cic. locus 13. Att. 6. Verba autem Cæsaris ex 3. lib. de Bell. Civil. 32. hæc sunt, Interim acerbissime imperatæ pecuniæ tota provincia exigebantur: multa præterea generatim ad avaritiam excogitabantur. In capita singula servorum ac liberorum tributum imponebatur: colonaria, ostiaria, frumentum, milites, remiges, arma, tormenta, vecturæ imperabantur. Sciendum tamen a plerisque scribi Columnaria, quod Cælius scribit Colonarium: nempe qui videatur a nomine Colonus derivare. Paulus Manut. & Corradus interpretantur Columnarium dici Tributum quod in singulas columnas domum sustentantes exigeretur, propterea quod opulentiam significarent habitantium.

COLONARIUS, a, um. i. e. Colonicæ conditionis. Sidon. 5. Epist. 19. Plebeiam potius incipiat habere personam, quam colonariam.

COLONARIUS, i. m. Cæl. lib. 21. cap. 21. Colonariam conditionem in Canonicis decretis, distinctione 87. & apud Jureconsultos eam accipio, Quæ ad rem rusticam tractantes pertinet. unde & Colonarios in epistola Cœlii ad Cic. 8. Fam. 9. Humiliores intelligimus homines, forteque rusticanas tribus. Nolo te putare, inquit, Favonium a columnariis præteritum esse: optimus quisque nihili eum fecit. sic enim videtur legendum. Hactenus Cælius. Corradus in Quæstura non ita procul a fine aliter & legit, & exponit. nempe sic: Nolo te putare Favonium a columnariis perterritum esse: optimus quisque eos nihili fecit. mox subdit: Quidam legunt, Colonariis, hoc est humilibus ac rusticis, a Colonia. Id verum sit necne, ipsi viderint. Nos, etsi vix speramus assequi quod cupimus, dicemus tamen quod excogitarimus. Columna erat Romæ, quæ Menia dicebatur, a Menio quodam, qui, quum ædes venderet, columnam quandam receperat, unde munus gladiatorium spectaret. ab ea columnæ omnes, & loca hujusmodi ad spectandum accommodata, a Romanis Meniana sunt appellata. Et quoniam in his locis scelesti puniri solent, ut a populo videantur, & ut alios suo exemplo terreant, inde factum arbitror, ut columna illa, Triumvirorum capitalium diceretur: essentque semper apud ipsam columnam patroni, sed majoribus causis indigni, qui vel defenderent vel accusarent reos. ii patroni, nisi fallor, columnarii a Cœlio dicuntur: quos Cicero etiam significat, quum in Divinatione in Verr. 50. ita loquitur: Vobisne tanta inopia reorum est, ut mihi causam præripere conemini potius, quam aliquos a columna Menia vestri ordinis reos reperiatis? Ab iis igitur forte accusatus fuerat Favonius: sed optimus quisque eos nihili fecerat. quam tamen historiam adhuc nusquam legimus. illud apud Plutarchum in Catone vidimus, Favonium Ædilem fuisse, & cum aliis sedisse, dum Cato pro ipso spectacula ederet: ut forte ea in re derisus fuerit in spectaculo ab iis qui apud columnas theatri (quæ magnificentissime, auctore Plinio, erigi solebant) spectarent. sed id cur affirmem, nihil habeo. Eandem columnam, opinor, intelligit Cic. pro P. Sext. 18. sic scribens: Gabinius ad columnam adhæresceret, ni in Tribunatus portum confugeret. Hanc columnam mei Regienses, ut puto, Lapidem nunc vocant, ad quem adhærescunt qui non sunt solvendo, ut eo tempore erat Gabinius, nisi Tribunatus ei opem tulisset. unde paulo post dicit, Exanimatus evolat e Senatu, non minus perturbato animo atque vultu, quam si annis ante paucis in creditorum conventum incidisset. Similis est item illa columna, de qua Cic. pro Cluent. 39. loquitur hunc in modum: Q. Manilius ex petulanti atque improbo scurra, in discordiis civitatis ad eam columnam, ad quam multorum sæpe conviciis deductus erat, tum suffragiis populi pervenerat. Has columnas etiam existimo nunc Reugas & Berlinas appellari. Hæc Corradus. Porro ne quid lectorem cælemus, locus Cœlii sic se habet in nostris codicibus: Nolo te putare Favorinum a columnariis præteritum esse: optimus quisque eum non fecit. ut videlicet intelligatur etiam ab optimatibus præteritus in magistratus petitione, nec bonorum suffragia tulisse. Interpres exponit columnariis, aut ad columnas scribentibus, aut opus columnarum curantibus. In Cic. Divin. 50. sic Asconius: Vestri ordinis reos, id est Reos vestra defensione condignos, ut fures & servos nequam, qui apud Triumviros capitales apud columnam Meniam puniri solent. Alius pro P. Sext. locus integer sic legitur, Puteali & fœneratorum gregibus inflatus atque perculsus, olim ne Scyllæo (al. Syllæo) illo æris alieni in freto ad columnam adhæresceret, in Tribunatus portum perfugerat. [Pro Inflatus, puto Infractus legendum.

COLONĀTUS, ûs. m. Cod. Theod. 12. 18. Colonatus quæstionem movere.

COLOBATHRARIUS, i. m. Non. 2. 361. Grallatores sunt colobathrarii. Ita legit Voss. Etym. p. 239. Alii legunt Colobatarii. q. V.

COLOBĬCUS, i. m. Firmic. lib. 3. cap. 14. §. 8. Morientur autem aut spatici, aut colobici, aut apopletici, seu phrenetici. Spaticos interpretor, Contractos, vel Convulsos: Colobicos, Mutilos. κολοβὸς enim dicitur mutilus, minutus. [Legendum, Spastici, collabici, apoplectici. Collabici autem, a Collabendo, sunt Epileptici.

CŎLŎBIUM, i. n. [κολόβιον] Genus tunicæ, quo antiqui Romanorum utebantur: sic dictum, quod manicis esset mutilatum. Nam Græci κολοβὸν, truncum ac mutilatum dicunt. Isidor. 19. 22. Colobium dictum quia longum est, & sine manicis. conf. etiam Pitisc. lex.

CŎLŎBŌMA, ătis. n. [κολόβωμα] Latine Mutilatio; Defectus particulæ est in parte aliqua corporis. V. lib. Finit. Medic. apud Galen.

CŎLŎCĀSIA, æ. f. [κολοκασία] Faba Ægyptia, latissima habens folia, ex quibus Alexandrini sibi pocula conficere solebant. Pallad. Febr. 24. extr. Hoc mense colocasiæ bulbos ponemus. Amant humidum locum, pinguem, maxime irriguum. Frondere prope semper possunt, si tanquam citreta tegumentis defendantur a frigore. Al. Colocasii. De hac Plin. lib. 21. cap. 15.

CŎLŎCĀSIUM, i. n. Idem. Virg. 4. Ecl. 20.
Mistaque ridenti colocasia fundet acantho.
Ruell. dicit Colocasion esse radicem fabæ Ægyptiæ. Martial. lib. 8. 33. in Paulum, de Phiala,
Lenta minus gracili crescunt colocasia filo.
Ducitur enim dentibus tanquam lana, & quidem subtilis. Inde idem lib. 13. 57.
Niliacum ridebis olus, lanasque sequaces,
Improba cum morsu fila manuque trahes.
Colocasium n. g. & Palladio Mss. vindicant.

COLOCASIÆ, Minervæ templum fuit in Sicyone, ut est in pr. lib. 3. apud Athenæum, quo loco de ciborio & colocasia agit, ex Nicandri Georgico. Meminit Cæl. lib. 9. cap. 12.

COLOCAURUM, i. n. [Κολόκαυρον] Germaniæ urbs Ptolemæo. Vulgo *Fridvval.*

COLOCYNTHÆ, [κολόκυνθαι] sic dicti sunt Libri quidam obscurissimi ab Adriano imperatore scripti. Dion, Εἶπε τῷ Ἀδριανῷ παραληρήσαντι, ἄπελθε καὶ τὰς κολοκύνθας γράφε· ἐτύγχανε δὲ ἄρα τότε ἐκεῖνος τινὰ γράμματα σεμνυνόμενος. In Ælio Spartiano cap. 16. vit. Hadr. legitur Catacrianos, vel Catacannas, sed mendose. Turnebus. [Possunt Dionis verba & de Pictis cucurbitis accipi.

COLOCYNTHIS, idis. f. [κολοκυνθὶς] Genus cucurbitæ. Plin. lib. 20. cap. 3. Colocynthis vocatur alia, ipsa plena, sed minor quam sativa.

COLOĒNA, æ. f. [Κολοήνη] dicta est Diana a lacu Gygæo, ab Homero sic vocato, qui postea mutato nomine dictus est Colous, ubi templum habet, quod in maxima religione habetur. V. infra COLOUS, & Strab. lib. 13.

COLOMESTRUM, i. n. [κολομέστρυμ] Romani appellaverunt secundam aconiti speciem, teste Dioscoride lib. 4. cap. 78. quam idem & cynoctonon & lycoctonon, a canibus & lupis necandis cognominat. Sed inter notha rejicitur hæc nomenclatura.

CŌLON, vel CŌLUM, i. n. [κῶλον] est Crassius intestinum tubulatum, ex quo excrementa eam accipiunt formam qua egeruntur, plurimas cellulas atque cavernas habens, ad renemque sinistrum religatur. Unde verbum κολάζεσθαι, pro eo quod est Torqueri, cruciarique. Gell. lib 17. cap. 11. Alvum interpretatur, Ac deinde (inquit) aridiora ex iis recrementa in alvum convenire, quod Græce κῶλον dicitur. Cels. lib. 1. cap. 8. Latine sic vertit, Et si (inquit) laxius intestinum dolere consuevit, quod κῶλον nominant, &c. Dicitur & κῶλον, ile. Hermol. in 37. caput Plinii, lib. 11. Nam ile, quod infima parte collocatum est in homine, κῶλον Græce dicitur. Unde autem ile dicatur, paulo ante declarat, Est autem ila, sive a Græco dicta, unde gracilioris intestini morbus appellatur ileos, id est εἰλεὸς: sive ab ina, quo verbo (ut est apud Festum) tenuissima pars rei; sive pellicula significatur. Hæc ille. Is morbus & chordios, & chordapsos quoque dici solet eidem Hermolao in glossematibus, in verbo Colici. V. Linden. Select. Med. Exerc. 4. & seqq. Apud Celsum κόλον per ο scribitur. V. Henr. Steph. Thes. Græc. Vol. 2. col. 525. extr. & Voss. Etymolog.
Coli vitium efficacissime sanatur ave galerita assa in cibo sumpta. Plin. lib. 20. cap. 7.
Coli tormenta. Plin. lib. 22. cap. 22. Nisi hic pro Morbo ipso ponitur.
Colum quippe, est etiam morbi genus. Plin. lib. 26. cap. 1. Id ipsum mirabile, alios (morbos) desinere in nobis, alios durare, sicuti Colum. Tiberii Cæsaris principatu irrepsit id malum, nec quisquam id prior imperatore ipso sensit; Magna civitatis ambage, cum edicto ejus, excusantis valetudinem, legeretur nomen incognitum.
Colon, [κῶλον] est etiam Membrum orationis. Commata Cicero vocat incisa: Sunt enim imperfectæ orationes: cola: membra sunt, & in longa circumductione pæne perfectæ orationes. ut colon est, Quum multa, pontifices, a majoribus nostris divinitus inventa atque instituta sunt: Aliud colon, Tum nihil præclarius, quam quod vos eosdem & religionibus deorum immortalium, & summæ Reip. præesse voluerunt: Sed partes colorum sunt commata. ut, Inventa atque instituta sunt, &, Religionibus deorum immortalium. V. Incisum, in INCĪDO.
Κῶλα quid sint, dignosci potest ex Cic. de Clar. Orat. 162. Comprehensio, inquit, & ambitus ille verborum (si sic periodum appellari placet) erat apud illum contractus & brevis, & in membra quædam, quæ κῶλα Græci vocant, dispertiebat orationem libentius

CŌLĬCUS, a, um. [κωλικὸς Galen.] Adj. ut, Colicus dolor, Qui in colo, hoc est crasso & maximo intestino flatibus oppleto, generari solet. Inde etiam Colicum hominem dicimus. Plin. lib. 20. cap. 4. Praxagoras & iliosis dandos censet, Plistonicus & colicis.
Passio colica. Isidor. 4. 7.

COLICON, [κωλικὸν] Medicamentum ad dolorem intestini plenioris. Cels. lib. 4. cap. 17.

COLĬCE, es. f. [κωλικὴ] Idem. Scribon. Largus, 120. Cassii medici colice bona. Idem 121. Colice mirifica Julii Bassi tollit inflammationes coli.

Sumitur etiam pro Dolore colico.

CŎLŌNÆ, arum. f [Κολωναὶ] Civitas est Troadis, prope Tenedum insulam, cujus Cygnus, Thrax genere, & Tennæ pater, rex olim fuit. Strabo lib. 13. Achæio, inquit, continua erit Larissa & Colonæ, quæ prius ad Diam pertinebant, & Chrysa in loco excelso & petroso supra mare sita, & Amaxitus quæ continue Lecto subjacet: nunc Achæio continua est Alexandria. V. Nep. 4. 3. 3.

Est & Colonæ Mysiæ locus, non procul a Lampsaco. Strabo ibidem.

COLONIA Agrippinensis, Ubiorum civitas potentissima, cis Rhenum fluvium sita: ita dicta ab Agrippina Neronis matre, quæ ut sociis quoque nationibus potentiam suam ostentaret, in hoc oppidum, ubi genita erat, coloniam ex veteranis deduci imperavit. Tacit. 12. Ann. 27.

COLONIS, is. f. Insula est in sinu Argolico, contra Hermionium agrum, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

CŎLŌNOS, [Κολωνὸς] Agger fuit, sive locus editus, non procul ab Athenis, in quem OEdipus Thebis exulans dicitur commigrasse: unde Sophocles Tragœdiam de OEdipi calamitatibus conscriptam, OEdipum Coloneum appellavit. Erat autem hic locus Neptuno sacer, ubi etiam equestris ejus statua fuit, quemadmodum & Thesei, Pyrithoi, Adrasti, & OEdipodis. In hoc aggere fuit & Timonis turris, qui a solitudine, hominumque odio, μισάνθρωπος cognominatus est. Hæc Pausan. in Attic. pag. 30. Wech. Pollux vero lib. 7. auctor est, duo hujus nominis loca in Attica fuisse: alterum ἵππειον appellatum, in quem confugit OEdipus: alterum in foro, juxta Eurysacium, ἀγοραῖον cognominatum.

COLONEUS, a, um. Adj. ut Locus coloneus. Cic. 5. de Fin. 3. Tum Quintus, Est plane, Piso, ut dicis, inquit. Nam meipsum huc modo venientem convertebat ad sese Coloneus ille locus, cujus incola Sophocles ob oculos versabatur, quem scis quam admirer, quamque eo delecter. Me quidem ad altiorem memoriam OEdipodis huc venientis, & illo mollissimo carmine, quænam essent ipsa hæc loca requirentis, species quædam commovit.

COLONUS, COLONIÆ, COLONARIUS, COLONATUS, COLONICUS. V. COLO.

COLOPENA, æ. f. Cappadociæ pars est, Sebastiam & Sebastopolim urbes habens. V. Plin. lib. 6. cap. 3.

CŎLŎPHON, ōnis. [Κολοφὼν] Ioniæ urbs clarissima, quæ equestribus tantum excelluit, ut ubicunque difficulter bella componi poterant, Colophonii equitatus auxiliis dirimerentur. Unde natum proverbium, Κολοφῶνα ἐπέθηκε, id est, Colophonem addidit, quum summa operi manus imponitur. V. Erasm.

COLOPHONII, orum. m. pl. [Κολοφώνιοι] Populi sunt Colophonem urbem habitantes. Cic. pro Arch. 19. Homerum Colophonii civem, esse dicunt suum.

COLOPHONIUS, a, um. Adj. ut, Ferocitas Colophonia. V. Chiliad. Erasm.

COLOPHONIACUS, a, um. Adj. Vetus Poeta in Ciri, v. 65.

Quæ Colophoniaco Scyllæ dicuntur Homero.

COLOPHONIA, æ. f. [κολοφωνία] Herba est notiore nomine Scammonia appellata, succum habens ejusdem nominis. Colophonia autem dicta, a Colophone Ioniæ urbe, unde laudatissima advehebatur. Diosc. lib. 4. cap. 152.

Colophonia resina, quæ a Colophone Ioniæ urbe sibi cognomentum comparavit, est (ut refert Plin. lib. 14. cap. 20.) præter ceteras fulva. De hac etiam Galen. lib. 11. de Compos. med. per gen. meminit his verbis, Est (inquit) inter liquidas etiam colophonia, thuris redolens, quæ nonnullis sola vocatur colophonia, odoratu suavitatem quandam referens, ut abietina, & calore sicut illa mediocri prædita. Nascitur admodum modica, atque ob id pretiosa est. Hæc ille.

COLOPHŪRA, [κολόφουρα] apud Theophrast. Animalia intelliguntur, boves, asini, muli, quæ si smilon olfactarint, intermoriantur: quod & de hominibus intelligit Andreas, si indormiant. Cæl. lib. 3. cap. 30. ex Schol. Nicand. sub finem Alexiph. Sed apud Theophr. λόφουρα legitur. V. Henr. Steph. Thes. Gr. Append.

CŌLOPS Magnus [Κόλοψ, Ptolemæo] Zeugitanæ provinciæ urbs, hodie *Giger*, regia civitas.

CŎLOR, ōris. m. [χρῶμα, χροιὰ, χρὼς] a Colo, colis, inquit Perottus, deductum: quia coloribus faciem, vestes, domos, ac reliqua omnia ornamus.

Colos ab antiquis dicebatur. Plin. lib. 12. cap. 19. Colos triplex. De Casia loquitur. Lucret. lib. 6. 207.

Flammeus est plerumque colos & splendidus ollis. De nubibus.

Barbæ color aureus. Ovid. 12. Met. 395.

Croci color. Lucret. lib. 6. 1186.

Lucis color, Splendor. Sen. Agam. v. 861. — Lucis ignotæ

Metuens colorem. de Cerbero.

Albus color præcipue decorus deo est. Cic. 2. de Legib. 45.

Albidus. V. paulo post Pressus.

Amethystinus. In AMETHYSTUS.

Ardentissimus. In ARDEO.

Aridus, Herbæ aridæ similis. Plin. 18. 26.

Ater. Ovid. 4. Met. 165.

Aureus. In AURUM.

Austerus. In AUSTER.

Blandus. In BLANDUS.

Buxeus. In BUXUS.

Cæruleus V. paulo post Pressus.

Candens. In CANDEO.

Candidus. In CANDEO.

Cereus. In CERA.

Cervinus. In CERVUS.

Cinereus. In CINIS.

Citrinus. In CITRUS.

Colossinus. In COLOSSE.

Coracinus. In CORAX.

Corneus. Plin. lib. 37. cap. 2.

Crocinus. In CROCUS.

Cymatilis. In CYMA.

Deterrimus color alicui rei dicitur esse, Quæ non optimæ indolis indicem eum habet. Virg. 3. Georg. 82. — honesti

Spadices, glaucique, color deterrimus albis

Et gilvo. V. GILVUS.

Dilutus. Plin. lib. 37. cap. 5.

Diversi mille nitent colores. Ovid. 6. Met. 65. de Iride.

Elegantioris coloris gratia. Plin lib. 15. cap. 8. de Æramentis.

Flammeus. Plin. lib. 35. cap. 6.

Floridi. Plin. lib. 35. cap. 6.

Herbidus. V. HERBA.

Ignescens, Igneus. V. IGNIS.

Languenscens. In LANGUOR.

Languidus. In LANGUOR.

Lentus. In LENTUS.

Liquidi colores, Quibus utuntur pictores. Hor. 4. Carm. 8. 7.

Luridus. In LURIDUS.

Luteus. In LUTEUS.

Marmoreus. Lucret. lib. 2. 774.

Melleus. Plin. lib. 36. cap. 8.

Memnonius color, Niger intelligitur apud Ovid. 3. de Pont. 3. 96.

Si dubitem faveas quin his, o Maxime, dictis,

Memnonio cycnos esse colore putem.

Misti. Cels. lib. 2. cap. 8.

Murrhinus. In MURRHA.

Mustellinus. Ter. Eun 4. 4. 22. i. e. Fœdus: a Mustella, ut opinor, pisce, cujus pellis fœdi coloris est & inhonesti. Turneb. Stellionino Bentl.

Nativus lanæ. In NASCOR.

Nubilus. In NUBES.

Obsoletus. In OBSOLEO.

Olorinus. In OLOR.

Omnigenus. In OMNIS.

Phœniceus. Lucret. lib. 2. 829.

Pressus. Plin. 8. Epist. 20. ad Gallum, Color cærulo albidior, viridior, & pressior. De lacu Vadimonis loquitur. Pressior. i. e. Densior.

Puniceus. Lucret. lib. 5. 939.

Sanguinolentus. Ovid. 1. Amor. 12. 12.

Satur, Abundans, largus. Virg. 4. Georg. 335.

Spumeus. Plin. lib 37. cap. 2.

Sulphureus. Martial. lib. 12. 48.

Surdus. Plin. lib. 37. cap. 5.

Thessalicus purpuræ. Lucret. lib. 2. 500.

Tyrius color. i. e. Purpureus. Hor. 1. Epist. 6. 18.

Varians. Plin. lib. 14. cap. 2. Insignes jam colore inter purpureas nigrasque medio helvolæ sæpius varianti, & ob id varianæ a quibusdam appellatæ. de Vitibus.

Verni, Flores. Valer. 6. Argon. 492.

Viridis. Ovid. 10. Met. 136.

Vivus. Martial. 12. 62.

Colores qui aciem compungunt. i. e. Qui oculos offendunt, qualis est color albus lucidior. Lucret. lib. 2. 420.

Colores qui lacrymare cogunt. Lucret. lib. 2. 420. Intelligit Colores nitidiores, qui ex se radios veluti quosdam emittentes intuentibus oculis lacrymas eliciunt.

Colores qui oculos pascunt. Lucret. lib. 2. 419.

Mille coloribus arcus, Iris quæ est multorum colorum. Virg. 5. Æn. 609.

Illa viam celerans per mille coloribus arcum

Nulli visa cito decurrit tramite virgo.

Conspicuus colore albo. In CONSPICUUS.

Accipere colorem alienum repercussu. Plin. 11. 38. extr.

Amittere colorem. Ovid. 9. Met. 321.

Aufert nox rebus colorem. Virg. 6. Æn. 272.

Commutare. In COMMUTO.

Contactus colore aliquo. i. e. Tinctus & depictus. Lucret. lib. 6. 1186. Al. Continctus.

Dare colorem. Quintil. lib. 6. cap. 2. pag. 523. Nec res ulla dat alteri colorem, quem ipsa non habet.

Eluere colores. Quintil. lib. 1. cap. 1. Nec lanarum colores, quibus simplex ille candor mutatus est, elui possunt.

Errant varii colores in vultu. Virg. 1. Georg. 452. de Sole.

Evanescit color. Lucret. lib. 2. 827.

— ut cernere possis

Evanescere paulatim, stinguique colorem.

Imbutus colorem aliquem. i. e. Tinctus aliquo colore. Lucret. lib. 2. 500.

Incursat color alter colori. V. INCURRO.

Inducere colorem alicui picturæ. V. INDUCO.

Mentiri colorem fuco. Virg. 4. Ecl. 42.

Nec varios discet mentiri lana colores. Nam quod tingitur, mentitur alienum colorem, ut inquit Servius.

Migrare in alium colorem. i. e. Induere alium. Lucret. lib. 2. 774.

Mutare colorem. In MUTO.

Nectere colores. i. e. Res coloratas. Virg. 8. Ecl. 77.

Rubent prata novis coloribus, Floribus. Virg. 4. Georg. 306.

Spargere coloribus aliquid, Varie tingere. Virg. 7. Æn. 191.

Splendere claro colore. Lucret. lib. 5. 1257.

Sumere colorem. Ovid. 13. Met. 605.

Densatur, faciemque capit, sumitque colorem.

Color, quatenus corporis humani habitum; formam, vel animi quoque motus, indicat Ter. Eun. 2. 3. 25.

Color verus, corpus solidum, & succi plenum. Cic. 1. Off. 130. Formæ autem dignitas coloris bonitate tuenda est: color exercitationibus corporis.

Mutatio crebra coloris. Cic. pro Cluent. 54. Timor ejus, perturbatio, suspensus, incertusque vultus, crebra coloris mutatio, quæ erant antea suspiciosa, hæc aperta & manifesta faciebant.

Adustior color. V. Adustior, in ADURO.

Bonus. In BONUS

Decens. Hor. 4. Carm. 13. 17. Alii, Decens Quo motus?

Egregius. Cic. 2. de Fin. 64.

Exanguis. Ovid. 3. Trist 1. 55.

Aspicis exangui chartam pallere colore. Sallust. de Catil. cap. 15. extr. Colos exanguis, fœdi oculi.

Fucatus stercore crocodili. Hor. Epod. 12. 10.

Fuſcus. Ovid. 2. Amor. 4. 40.
Niveus. Hor. 2. Carm. 4. 3.
Melior. In BONUS.
Pulcher. Lucret. lib. 4. 1027.
Purpureus quondam color ora reliquit. Virg. 11. Æn. 819.
Similis morti. Sen. Hippol. 4.
Suavis. Cic. 5. Tuſc. 46.
Tætri colores fœda ſpecie. Lucret. lib. 2. 421.
Turpes. Lucret. lib. 2. 421.
Validus. Plin. lib. 20. cap. 5. Ad validum quoque colorem profici hoc cibo. de Corporis humani colore perbono ſcil.
Verecundus. Hor. Epod. 17. 21. Verecundum colorem eleganter pro Rubore dixit. Porphyr.
Nitidus non ſuo colore. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Conſiſtere ſine colore. Cic. de Aruſp. Reſp. 2. Sed vecors repente ſine ſuo vultu, ſine colore, ſine voce conſtitit.
Conſtat color & vultus. In CONSTO.
Nimium ne crede colori. Virg. 2. Ecl. 17. i. e. Ne confide.
Excidit color alicui. Ovid. 2. Met. 601.
Exiſſe eo colore & iis oculis in ædes, ut. Cic. de Clar. Orat. 87. Interim quum eſſet ei nuntiatum tempus eſſe, exiſſe in ædes eo colore & iis oculis, ut egiſſe cauſam, non commentatum putares.
Fucare colorem. Ovid. 2. Triſt. 487.
Compoſita eſt aliis fucandi cura coloris.
Inſidere. ut, Venuſtatis, non fuco illitus, ſed ſanguine diffuſus inſidere debet color. Cic. 3. de Orat. 197.
Obtinere colorem. Plaut. Mil. 2. 2. 30. Paret artem & diſciplinam: obtineat colorem. i. e. Non mutet, non erubeſcat.
Percoctum colorem, in homine Colorem nigrum vocamus, & a ſole aduſtum. Lucret. lib. 6. 722.
Inter nigra virûm percocto ſecla colore. Periphraſis eſt Æthiopum.
Perdere colorem. Ovid. 3. Met. 100.
Ille diu pavidus pariter cum voce colorem
Perdiderat. i. e. Expalluerat.
Tueri colorem exercitatione corporis. Cic. 1. Offic. 130.
Civitatis color, translate. Cic. 4. Att. 16. Amiſimus, mi Pomponi, & omnem non modo ſuccum ac ſanguinem, ſed etiam colorem & ſpeciem priſtinam civitatis.
Color terræ, Species. Virg. 2. Georg. 177.
Nunc locus arvorum ingeniis, quæ robora cuique,
Quis color, & quæ ſit rebus natura ferendis. Servius.
Operum colores, Varii effectuum ornatus. Hor. in Arte Poet. 87.
Deſcriptas ſervare vices, operumque colores
Cur ego ſi nequeo, ignoroque, poeta ſalutor?
Color ad Orationem translatus, ut Urbanitatis color. Cic. de Clar. Orat. 171. V. in URBS.
Accommodate cuique colori actum ſuum. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Dicendi. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Ducere colorem, translate. Quintil. lib. 10. cap. 1. i. e. Phraſeos genus comparare. Budæus. Eſt enim proprie
Ducere colorem, Trahere. Virg. 9. Ecl. 49.
Aſtrum, quo ſegetes gauderent frugibus, & quo
Duceret apricis in collibus uva colorem.
Pigmentorum flos & color. Cic. de Clar. Orat. 298. Intelliges nil illius lineamentis, niſi eorum pigmentorum, quæ inventa nondum erant, florem & colorem defuiſſe.
Veritatis color. Cic. in Bruto, 162. In his omnibus ineſt quidam ſine ullo fuco veritatis color, non fucatus nitor. Translatio eſt a feminis, ab iis præcipue quæ fucum ſæpe (quod dicitur) faciunt.
Colores rhetorici [χρώματα] apud Ciceronem vocantur Ornamenta orationis, hoc eſt figuræ, quæ a Græcis Schemata appellantur: ut quum de Pompeio loquens ad Atticum, lib. 2. Ep. 21. ita inquit, Sic ego hunc omnibus a me pictum & politum artis coloribus, ſubito deformatum, non ſine magno dolore vidi. Colores autem illos intelligit, quibus uſus eſt in oratione pro l. Manil. de imperio Cn. Pompeii. ſic enim vocat orationis ornamenta & lumina, quibus detractis, res ſimpliciter indicata non magnopere ſuapte natura vel conditione placeret. Budæus.
Tragicus color. Hor. in Arte Poet. 236.
Nec ſic enitar Tragico differre colori
Ut nihil interſit, Davuſne loquatur, an audax
Pythias, &c.
Ornatur oratio genere primum, & quaſi colore quodam, & ſucco ſuo. Cic. 3. de Orat. 94.
Habitum orationis, & quaſi aliquem colorem requirere. Cic. 3. de Orat. 197.
Color apud Rhetores facti probabilis cauſa. Quintil. 4. 2. pag. 341.
Dandus deformibus color. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Color, per translationem pro Prætextu & obtentu. Quintil. lib. 11. cap. 1. Quod ſi nulla contingit excuſatio, ſola colorem habet pœnitentia. De eo qui alterum accuſat, quum de ſe fateatur.
Nullus argento abdito color. Hor. 2. Carm. 2. 1.
Nullus argento color eſt avaris
Abdito terris, inimice lamnæ
Criſpe Salluſti, niſi temperato
Splendeat uſu. Color. i. e. Specioſa quædam cauſa & prætextus. Quid enim cauſæ afferre poſſunt, & quid prætexere, qui ſuam pecuniam humi defodiunt? Inimicum autem Salluſtium dicit pecuniæ illi quæ non temperato ſplendet uſu. Nam hoc extremum, ad ſenſum eſt accommodatius ad Salluſtium referri, quam ad argentum. Turnebus. [Ego vero non dubito quin Horatius ſcripſerit,
Abdito terris. Inimica lamna, &c. Quæ lectio cum exegeſi Turnebi, quam unice probo, egregie convenit. Sed eam plenius confirmare non eſt hujus loci. Mutarunt librarii, quibus ellipſis verbi ſubſtantivi, familiariſſima huic poëtæ, ut ſæpe alias, tenebras offuderat.
Dicere colorem. Juven. 6. Sat. 279.
Dic aliquem, ſodes, hic, Quintiliane, colorem. i. e. Prætextum.
Dicere aliquid loco coloris. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Recipere colorem. Quintil. 4. 2. p. 343. Quædam eſſe, quæ colorem non recipiant, ſed tamen defendenda ſunt.
Somniorum, & ſuperſtitionum colores ipſa jam facilitate auctoritatem perdiderunt. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Colores, quæ Media defenſionum vocantur a forenſibus. Quintil. lib. 12. cap. 8. de litigatoribus loquens, qui libellos patronis ſuis conſcribunt, Hi porro non tantum nocerent, ſi omnia ſcriberent, uti geſta ſunt, nunc conſilium & colores adjiciunt, & omnia pejora veris, quæ plerique quum acceperunt, mutare nefas habent. Budæus.
Color eſt etiam idem ac Character vel Nota. Sen. Epiſt. 75. Sed nec hic quidem contemnendus eſt color tertius, & tertium genus philoſophiam perficientium. Et Epiſt. 52. Hic tertius color eſt, ſcil. Ingeniorum. In utroque loco pro ſynonymis habentur gradus, claſſis, ſors, color. V. Barth. ad Stat. Silv. p. 161.
Color, pro Vitæ ſtatu. Hor. 1. Epiſt. 17. 23.
Omnis Ariſtippum decuit color, & ſtatus, & res.
Vitæ color. Hor. 2. Serm. 1. 60. i. e. Quocunque mihi vita erit ſignanda lapillo: ſive albo ſignificante proſperitatem, ſive nigro ſignificante adverſitatem. hoc eſt, ſive vivam dives, ſive inops.
COLOREUS, & COLORIUS, a, um. Adj. ut, Coloriæ veſtes, Quæ ex lana non tincta, h. e. nativo colore factæ ſunt. Ex Valla, lib. 6. cap. 53. V. Paulum l. Pediculis. §. Titia. D. de auro, argento, mundo, &c. legat. Et Vopiſc. Aurel. cap. 46. Idem conceſſit, ut blatteas matronæ tunicas haberent, & ceteras veſtes, cum antea coloreas habuiſſent.
Lodices purpureæ & coloreæ. Auguſtus apud Chariſ. 1. p. 80.
COLORINUS, a, um. apud Cyprianum eſſe fertur.
COLŌRO, [χρωννύω, χρωματίζω, ἐπιχρωματίζω, χρώζω, χρόομαι] āre. Colorem inducere. Cic. 1. de Nat. Deor. 111. Formare, figurare, colorare, animare non poſſent.
Colorare & roborare ſe. Cic. in Orat. 42. Educata hujus nutrimentis eloquentia, ipſa ſe poſtea colorat & roborat. i. e. Colorem & robur acquirit.
Colorare magis eſt quam Inficere. Sen. Epiſt. 71. extr. Quemadmodum lana quoſdam colores ſemel ducit, quoſdam, niſi ſæpius macerata & recocta, non perbibit: Sic alias diſciplinas ingenia cum accepere protinus præſtant; hæc, niſi alte deſcendit & diu ſedit, animum non coloravit, ſed infecit.
Colorare, pro Inducere prætextum. Valer. Max. lib. 8. cap. 2. Libidinoſam liberalitatem debiti nomine colorando.
Colorari, de homine & oratione. Cic. 2. de Orat. 60. Fatebor aliquid tamen: ut quum in ſole ambulem, etiam ſi ob aliam cauſam ambulem, fieri natura tamen ut colorer: ſic quum iſtos libros ad Miſenum (nam Romæ vix licet) ſtudioſius legerim, ſentio orationem meam illorum cantu quaſi colorari. Budæus.
COLORATUS, a, um. Cui color inductus. ut,
Arcus coloratus ex nubibus. Cic. 3. de Nat. Deor. 51.
Cælum coloratum. Ovid. 2. Amor. 5. 35.
Comæ coloratæ. Ovid. 3. Amor. 10. 12. i. e. Fruges flavæ.
Indi colorati. Virg. 4. Georg. 293.
Oratio colorata, Coloribus oratoriis decorata & ornata. Cic. de Clar. Orat. 171. Quod non eſt eorum urbanitate quadam quaſi colorata oratio.
Seres colorati. Ovid. 1. Amor. 14. 6.
Uvæ coloratæ & perlucidæ. Columel. lib. 11. cap. 2.
Coloratus, pro Fucato. Sen. Epiſt. 16. Quæ ſcribis, unde veniant, ſcio. non ſunt ficta, nec colorata.
Coloratus, pro Fuſcato. Sen. de Vita beata cap. 7. Virtutem in templo invenies, in foro, in curia, pro muris ſtantem, pulverulentam, coloratam, calloſas habentem manus. i. e. Quaſi ſole deformatam.
Compar. [χρωςότερος] Plin. lib. 16. cap. 12. Quidam arbitrantur in montuoſis copia præſtantiorem fieri ac coloratiorem. Al. Ac colore.
COLORATE, Adv. Quintil. Decl. 285. Colorate adfert iſte tale patrocinium.
COLORATOR, ōris. m. Infector. Lat. Gr. Gloſſ. Colorator, πλζωτὴς & ἰνδιχοπλάςης. V. Salmaſ. Hiſt. Aug. p. 451. Et Gell. 7. 9. Laberius in Coloratore.
COLORABILIS, e. Mart. Capella, lib. 9.
COLORIFICUS, a, um. Colorem inducens. Auctor Iridis in Catalect. Virgilian. v. 5.
Cumque colorifico nimbos fulgore replevit,
Apparet varii radiis diſtincta coloris.
COLORBASUS, i. m. Nomen hæretici qui vitam omnium hominum in ſeptem ſideribus conſiſtere affirmabat.
CŌLOS, [κῶλος] Fera eſt Scythiæ peculiaris, magnitudine inter cervum & arietem, albicante corpore, eximiæ levitatis ad curſum, naribus potum attrahens. Auctor Strabo lib. 7.
CŎLOSSÆ, arum. f. pl. [Κολοσσαὶ] Strab. lib. 12. Oppidum Phrygiæ prope Laodiceam: quod, teſte Oroſio 7. 7. temporibus Neronis cum Laodicea & Hierapoli, terræ motu cecidit. Hinc
COLOSSENSIS, e. Adj. [Κολοσσαεὺς] Coloſſenſes, Incolæ, ad quos Paulus inſignem ſcripſit epiſtolam.
COLOSSINUS, a, um. ut, Coloſſinus color, [Κολοσσίνον χρῶμα] qui a Coloſſe Troadis urbe nomen accepit, ubi lana tingebatur, florem referens cyclamini, inter candorem fulgens & purpuram. V. Thyleſium in lib. de Coloribus.
Flos ejus coloſſinus. Plin. 21. 9. de Cyclamino. [Sed a Coloſſis gentile fit Coloſſēnus, Κολοσσηνὸς, atque ita fortaſſis apud Plin. legendum eſt.
CŎLOSSUS, i. m. [κολοσσὸς] quid ſignificet, declarat Plin. lib. 34. cap. 7. his verbis, Moles quippe excogitatas videmus ſtatuarum, quas coloſſos vocant, turribus pares. Feſtus, Coloſſus a Coloſſo artifice, a quo deformatus eſt, dictus. Eraſmus tamen in Chiliadibus, Coloſſi, inquit, dicuntur Vaſtæ prodigioſæque magnitudinis ſtatuæ. Nam hinc vox Græcis dicta putatur, quod illarum proceritatem viſus humanus non aſſequatur. Hæc ille. V. Etymol. Magn., Cæl. lib. 17. cap. 16. Coloſſos ait, nuncupabant de hiantis vaſtæ inanitatis ratione, velut κόλον ὄσσον. Martial. lib. 8. 44.
Ædemque Martis, & coloſſon Auguſti. Erant autem Coloſſi, Grandes & corpulentæ ſtatuæ, quæ antiquitus diis erigebantur. Præcipuæ autem magnitudinis fuerunt apud Rhodios, apud quos maxime celebratus eſt is qui ſoli ſacer habitus eſt. Jo. Franciſc. Quintianus Stoa,
Clara Rhodos proprium non omiſſura coloſſon.
Enormes coloſſi. Stat. 1. Silv. 3. 51. Propter nimiam magnitudinem.
Sidereus coloſſus. Martial. in lib. de Spect. 2. ex eo dicitur, quod & coloſſus erat dicatus ſoli, & radiatus erat: nam & coloſſum Romanum a Nerone factum venerationi ſolis conſecratum fuiſſe Plinius dicit. [Immo Quod altitudine tantum non ſidera tangeret.

COLOSSEUS, a, um. Adj. [κολόσσεος] In modum sive formam colossi. Plin. lib. 34. cap. 8. Fecit & quadrigas, bigasque, & Cliduchon eximia forma: & Virtutem & Græciam, utrasque colosseas.
Colosseum se pingi jussit. Plin. lib. 35. cap. 7. De Nerone.
Statua colossea. Suet. Vesp. cap. 23.
COLOSSĬCUS, a, um. [κολοσσικός] Adj. Idem. Plin. lib. 34. cap. 8. Item duo signa, quæ Catulus in eadem æde posuit, palliata: & alterum colossicon nudum.
Est & comparativus Græcus Colossicōtĕros, [κολοσσικώτερος] ut Colossicotera onera, pro Grandiora, vastiora, colossi instar habentia. Vitruv. lib. 10. cap. 4. Sin autem colossicotera amplitudinibus & ponderibus onera in operibus fuerint, non erit succulæ committendum.
CŎLOSTRUM, i. n. vel COLOSTRA, æ. f. [πρόφαλις] dicitur Lac primum post partum in omnibus animalibus, quod in pumicis modum coit: ideo infantibus, nutricis, non matris lac exhibere convenit: quia matris perniciosum est. Martial. lib. 13. 38.
De primo matrum lacte colostra damus. Plin. lib. 28. cap. 9.
Sicuti de lactis usu. Utilissimum cuique maternum. Concipere nutrices exitiosum est. Hi sunt enim infantes, qui colostrati appellantur, denſato lacte in casei speciem. Est autem Colostra, Prima a partu spongiosa densitas lactis. V. Columel. 7. 3. & Serv. ad Virg. 2. Ecl. 22.
In blanditiis amatoriis utitur Plaut. Pœn. 1. 2. 154.
Meum mel, meum cor, mea colostra, meus molliculus caseus.
COLOSTRĀTUS, a, um. Adj. [προφαλιστός] ut, Colostrati infantes, Qui colostrum biberunt. Plin. lib. 28. cap. 9.
COLOSTRATIO, ōnis. f. [προφαλισμός] Malum illud quod infantibus, atque adeo animalibus plurimis, ex colostri potatione evenire solet. Plin. lib. 11. cap. 41. Pullis earum, ubi pingue pabulum, biduo a partu maternum lac gustasse lethale est. Genus mali vocatur colostratio. De pullis asinorum.
CŎLŌTES, is. m. [Κολώτης] Vir Teius, pictor, cujus meminit Quintil. lib. 2. cap. 14.
Fuit & Colotes sculptor quidam eximius, cujus opus Æsculapii simulacrum ex ebore factum, aspectu sane mirandum in quodam Bœotiæ vico asservari tradit Strabo lib. 8.
CŎLŌTOS, i. vel COLOTES, æ. m. [κώλωτος Aristoteli] Lacertæ genus est, quod Latini Stellionem vocant. Nomen habet a pedum magnitudine. Nam quæ nos crura & lacertos dicimus, Græci κῶλα dicunt. Plin. lib. 29. cap. 4.
COLŌUS, i. m. [Κολῶος] Lacus est Lydiæ, quadraginta stadiis a Sardibus distans, qui & Gygæus a Poetis nominatur: juxta quem & Dianæ templum fuit, cognomento Coloene, ubi simiæ solennibus diebus saltare dicebantur. V. Strabo, lib. 13.
COLPE, Civitas est Ioniæ regionis, ut est apud Plin. lib. 5. cap. 29.
COLPOS, [κόλπος] a rei anatomicæ peritis appellatur Ea uberum pars, quæ in se, tanquam in sinu quodam, lac continet, unde & nomen accepit. Nam κόλπον Græci sinum vocant, hoc est litoris obliquitatem, quibusdam veluti brachiis mare amplectentem. V. Cæl. Rhod. lib. 4. cap. 4.
COLUBÆ, Populi Plinio inter gentes Indicas numerantur, cap. 19. lib. 6.
CŎLŬBER, bri. m. [ὄφις] Serpens qui in aqua vivit. Plin. lib. 32. cap. 5. Coluber est in aqua vivens, hujus adipem & fel habentes, &c.
Tecto assuetus succedere coluber. Virg. 3. Georg. 418.
Breves colubri. Ovid. 2. Epist. 119.
Longi. Virg. 2. Georg. 320.
Nivei. Ovid. 15. Met. 715.
—niveisque frequens Sinuessa colubris. Sinuessa, Campaniæ urbs est.
Venenati. Lucret. lib. 5. 27.
Virides. Hor. 1. Carm. 17. 8.
Crinita colubris Medusa. Ovid. 6. Met. 119.
Pastus mala gramina. Virg. 2. Æn. 471.
Torquata colubris Alecto. i. e. Torquem habens ex colubris. Ovid. 2. Epist. 119.
Vallata colubris hydra. Lucret. lib. 5. 27.
Villosa colubris guttura. Ovid. 10. Met. 21. De Medusa.
COLŬBRA, æ. f. Nonius ex Lucilio, lib. 20. Satyr. 9.
—ut Marsus colubras
Disrumpit cantu. Ovid. in Ibin, 227.
Pectoraque unxerunt Erebeæ felle colubræ.
Mutilatæ cauda colubræ. Ovid. 6. Met. 559.
Cæcæ colubræ. h. e. Lumbrici ventris. Columella in Hortulo, v. 231.
Spargantur cæcis nasturtia dira colubris,
Indomito male sana cibo, quas educat alvus. Dioscorides quoque lumbricos pelli nasturtio docet.
COLUBRĪNUS, a, um. Plaut. Truc. 4. 3. 6. Quanquam vos colubrino ingenio ambæ estis. i. e. Vafro, astuto.
COLUBRINA, æ. f. Herba eadem, quæ Dracontea, vel Bryonia, vel Vitis alba. Apul. de Herb. cap. 14.
COLUBRŌSUS, a, um. Tertull. adv. Valent. cap. 4. Actu colubroso. i. e. Detorto, curvo.
COLUBRARIA, æ. f. [Ὀφιοῦσα] Insula maris Mediterranei, quæ Græce Ophiusa dicitur, a multitudine serpentium quibus abundat, cognominata. Plin. lib. 3. cap. 5. Ebusi terra serpentes fugat, Colubrariæ parit. Ideo infesta omnibus, nisi Ebusitanam terram inferentibus. Nunc vulgo dicitur *La Dragonnera.*
COLUBRĬFER, a, um. Adj. [ὀφιοφόρος] ut, Colubriferum monstrum. Ovid. 5. Met. 241.
Collum colubriferum. Lucan. lib. 9. 672. De collo Medusæ.
COLUBRĬMODUS, a, um. In modum colubrorum. Corippus præfatione: Illa colubrimodis Avarum gens dura capillis.
CŌLUM, i. n. [ἠθμός, ὑλιστήρ] Vas ad percolandum liquorem aptum, ut mustum. Virg. 2. Georg. 242.
Colaque prelorum fumosis deripe tectis. Scribonius Largus cap. ult. Colantur per linteum, vel ex junco factum de industria colum.
Nivarium colum, Vas quo veteres injecta nive vinum colabant, id est transmittebant, partim ut alsius biberent, partim etiam ut liquidius. Pompon. l. 21. D. de auro & arg. In argento potorio etiam id quod ad præparationem bibendi comparatum est, veluti colum nivarium & urceoli. Martial. de Colo nivario lib. 14. 103.
Setinos moneo nostra nive frange trientes;
Pauperiore mero tingere lina potes. Et de Sacco nivario, 14. 104.
Attenuare nives norunt & lintea nostra:
Frigidior colo non salit unda tuo.
Cola, etiam in Instrumento sunt piscatorio. Auson. Epist. 4. v. 56.
Et jacula, & fundas, & villica nomina lini,
Colaque, & insutos terrenis vermibus hamos.
Colum, Morbi genus, V. COLON.
Colum, pro Membro Corporis & Orationis. V. COLON.
Colum est etiam Tormenti genus quod fit ex corio, ut scribit Festus. [Immo Collus apud hunc, q. V.
COLUMBARIA, æ. f. [περιστερεὼν] Herba est omnibus nota: folia habet modica, quasi incisa, radicem mollem, thyrsulum stypticum. Ejus vires vide apud Galen. lib. de Simplic. Medic.
COLUMBUS, i. m. & COLUMBA, æ. f. [περιστερά] Avis omnibus nota. In plurali magis feminino genere utuntur auctores. Virg. 2. Æn. 516.
Præcipites atra ceu tempestate columbæ. Varro de R. R. lib. 3. cap. 7. Duo genera earum in περιστεροτροφείῳ esse solent: unum agreste, ut alii dicunt saxatile, quod habetur in turribus ac columinibus villæ, a quo appellatæ columbæ: quæ propter timorem naturalem, summa loca in tectis captant. Quo fit, ut agrestes maxime sequantur turres, in quas ex agro evolant suapte sponte, ac remeant. Alterum genus illud columbarum est clementius, quod cibo domestico contentum, intra limina januæ solet pasci. Hoc genus maxime est colore albo. Illud alterum agreste sine albo, vario.
Columbas Veneri sacras fuisse, apud Syros præsertim, ostendent, quos laudat Burm. ad Petron. cap. 85. p. 418. & Selden. de Diis Syris 2. 3. & quos citat Brœkh. ad illud Tibul. 1. 8. 18.
Alba Palæstino sancta columba Syro.
Nuptiæ columbarum. Martial. lib. 12. 66.
Par columbarum. Ovid. 13. Met. 833.
Blanda columba. Ovid. 2. Amor. 6. 56.
Cellares columbi, Altiles. Columel. lib. 8. cap. 8. Columbos cellares pinguissimos facere contingit.
Chaoniæ. V. CHAONIA.
Cythereiades. Ovid. 15. Met. 386. Sic vocantur quod in tutela Cythereæ, i. e. Veneris, esse creditæ sunt.
Dionææ, i. e. Dionæ, vel Veneri sacræ. Stat. 3. Silv. 5. 80.
Imbellis. Hor. 4. Carm. 4. 32.
Molles. Hor. 1. Carm. 37. 18.
Pavidæ. Valer. 8. Argon. 32.
Placida. Ovid. 7. Met. 369.
Plaudens alis. Virg. 5. Æn. 213.
Præcipites, Festinæ. Virg. 2. Æn. 516.
Sedens columba, proverbialis locutio dici solita de Supra modum mansuetis. Suid. Potest etiam dici & in eos qui simplicitatem simulant, quo magis imponant. solent enim aucupes exoculatam columbam in reti ponere, quæ subsultans ceteras columbas alliciat. V. Erasm. Chiliad.
Sine labæ columbæ. Ovid. 2. Met. 537.
— ut æquaret totas sine labe columbas.
Sublimis in nube, Alte volans. Virg. 11. Æn. 722.
Torquata columba. V. Torquatus, in TORQUES.
Volucris. Virg. 5. Æn. 488.
Plumæ versicolores columbis a natura ad ornatum datæ. Cic. 3. de Finib. 18.
Farcire columbos. Columel. lib. 8. cap. 8.
COLUMBARIUS, i. m. [περιστεροκόμος] Qui columbas curat. Varr. 3. de R. R. cap. 7. Quos columbarii interficere solent, duabus virgis viscatis defixis in terram, inter se curvatis, quum inter eas posuerint obligatum animal, quod item petere soleant accipitres, qui ita decipiuntur, quum se obleverunt visco.
COLUMBARIUM, i. n. & COLUMBARIA, æ. f. [περιστερεὼν] Locus est proprie ubi habitant columbæ agrestes: nam Domesticarum Peristereones vocamus. Varro de R. R. lib. 3. cap. 7. Axius, Si possem emere, inquit, περιστερῶνα factum, quemadmodum in ædibus quum habere vellem, emi fictilia columbaria, jam iissem emptum & misissem ad villam. Quasi vero, inquit Pica, non in urbe quoque sint multi. An tibi columbaria qui in tegulis habent, non videntur habere περιστερῶνας?
Columbarium, est etiam Loculamentum in peristerotrophio singulis columbarum paribus præparatum. Varro 3. de R. R. cap. 7. Singulis paribus columbaria fiunt rotunda, in ordinem crebra. Ordines quamplurimi esse possunt a terra usque ad cameram. Columbaria singula esse oportet, ut os habeant, quo introire & exire possint.
E columbariis egerere stercus. Columel. lib. 2. cap. 15.
Columbaria, Isidorus 19. 2. vocat Loca illa concava in summis navium lateribus, per quæ eminent remi.
Columbaria sunt etiam Foramina, per quæ aqua ad axem delata, in tympani versatione egreditur. Vitruv. 10. 9. Secundum axem columbaria fiunt, excavata in singulis spatiis. Hauriendo aquam per aperturas, quæ sunt in frontibus tympani, reddit eam per columbaria secundum axem.
Sunt etiam Repositoria, in quibus ollæ reponebantur. Fabret. Inscript. p. 9. seq. & Spon. Miscell. Antiq. Erud. §. 9. p. 287.
COLUMBĀRIS, e. [περιστερινός] Quod est columbi. Columel. lib. 8. cap. 8. Ceterum cibos juxta parietem conveniet spargi: quoniam fere partes hæ columbari carent stercore. Alii codices habent Columbarii, ut referatur ad partes.
COLUMBAR, āris. n. Genus vinculi est apud Plaut. Rud. 3. 6. 50.
Illic in columbam credo leno vortitur:
Nam in columbari collum haud multo post erit. V. Turneb. Adversf. 26. 2.
COLUMBĪNUS, a, um. Adj. [περιστερινός] Idem quod Columbaris. Varr. 3. de R. R. cap. 7. Qui solent saginare pullos columbinos, quo pluris vendant, secludunt eos, quum jam pluma sunt tecti.
Ovum columbinum. Hor. 2. Serm. 4. 56.
Pulli columbini. Cic. 9. Fam. 18.
Stercus columbinum maxime probatur. Columel. lib. 2. cap. 15.
Marga columbina. Plin. lib. 17. cap. 7.
Venenum columbinum. Suet. Calig. 55. a Columbo gladiatore.
COLUMBINACEUS, a, um. Adj. Idem. Cæl. Aurel. Acut. 2. 18. Pullus gallinaceus, vel columbinaceus.

COLUM-

Columbor, āri. Columbarum more oſcula pangere. Mæcenas apud Senec. Epiſt. 114.

Columbatim, Adv. Columbarum more. Mattius apud Gell. 20. 8.
Columbatimque labra conſerens labris. Voſſius legit Columbulatim 4. Inſtit. Orat. p. 21.
Da columbatim mitia baſia. Auctor Lyrici, quod Corn. Galli nomine circumfertur.

Columbŭlus, i. m. [περιστερίδιον] dimin. Plin. 9. Epiſt. 25. Tu paſſerculis & columbulis noſtris inter aquilas veſtras dabis pennas. Catul. 27. 9.
Ut albulus columbulus Dionæus. Alii legunt,
Ut albulus columbus, aut Adoneus.

Columella, Columellaris, V. columna.

Columen, Nomen loci in Algido, ad quem L. Cornelius Maluginenſis Conſul, victoria de Thuſculanis parta caſtra locavit. Liv. 3. 23. Victor ad Columen (id loco nomen eſt) exercitu relicto caſtra locat.

Cŏlŭmen, ĭnis. n. a Columus, id eſt culmus, [ἔρεισμα] ſignificat Culmen vel Columnam, idque quo aliquid fulcitur in ædificiis. Varro 3. de R. R. cap. 7. Quod habetur in turribus ac columinibus villæ.
Columen in ſummo faſtigio culminis ponitur. Vitruv. lib. 4. cap. 2. Ea eſt trabs, quæ tecti faſtigium ſuſtinet. Budæus.
Columina, appellat Arbores Catull. Sic enim de Berecynthia, 61. 71.
Ego vitam agam ſub altis Phrygiæ columinibus. i. e. Sub altis Idæ arboribus. Turnebus. Alii Vertices montium exponunt. Turnebo Voſſius aſtipulatur.
Alta columina. Catul. l. c.
Actionis columen, translate. Cic. pro Flacc. 41. At iſtud columen actionis tuæ Mithridates, poſteaquam biduum retentus teſtis a nobis, &c.
Amicorum alicujus columen. Cic. 13. Philipp. 26. h. e. Primarius & præcipuus.
Aſiæ columen, Troja. Sen. Troad. 1.
Columen familiæ. Ter. Phorm. 2. 1. 57.
Bone cuſtos ſalve, columen vero familiæ. Ubi Donatus, Columen, culmen; an columen, columna? unde Columellæ apud veteres, dicti Servi majores domus. Lucil. 22. Servus neque infidus domino, neque inutilis cuiquam, Lucili columella, hic ſitus Metrophanes. Tubero, Hinc in milleſimum annum eorum columine civitas continebitur. Horat. contra pro Columine Columnam, 1. Carm. 35. 13.
Injurioſo ne pede proruas
Stantem columnam. Ennius decimo, Regni verſatum ſummamve columnam. Columen vero familiæ, Suſtentatio, vel decus. Unde columnæ dictæ. Hactenus Donatus. Cic. 5. Verr. 176. Timarchides autem, columen familiæ veſtræ, premit fauces defenſionis tuæ.
Impenſarum caput & columen. Columel. lib. 3. cap. 4. Id enim quaſi caput & columen impenſarum, quoniam in eo conſiſtit, melius an ſequius terræ mandaverit paterfamilias pecuniam.
Macedoniæ ſidus ac columen Alexander. Curt. 9. 6. 8.
Navis columen, Sociorum curſus princeps. Valer. 1. Argon. 117.
Partium columen Abdageſes. Tacit. 6. Ann. 37.
Reipublicæ columen. Cic. pro Sext. 19.
Rerum mearum columen. Hor. 2. Carm. 17. 4. ad Mæcenatem.
Senati columen. Plaut. Caſin. 3. 2. 6.
Sed eccum egreditur Senati columen, præſidium popli.
Theſſaliæ columen Peleum vocat Catull. 62. 26.
Exciſum columen. Cic. 1. de Divin. 20. Sed lectio dubia.
Ad magnum columen volabat Phœbi fax. Cic. 1. de Divin. 18.

Cŏlŭmis, e. [σόος, σῶς] Salvus, Sanus. Plaut. Trin. 3. 3. 15.
— neque ita ut ſit data,
Columem te ſiſtere illi, & detraxe autument. Inde, Incolumis pro eodem: quod eſt uſitatius. Atque ita apud Plautum alii legunt, rejecta priore ſyllaba in ſuperiorem verſum.

Columna, æ. [στήλη, στῦλος] i. e. quod a noſtris Pilare dicitur. Eſt autem hæc differentia inter Columnas, quæ a Græcis κίονες, & Pilas, quæ στῆλαι dicuntur: quod Columnæ uno ſcapo conſtant, id eſt lapide oblongo perpetuo: Pilæ autem ſtructura conſtant aut lapidea, aut cæmentitia, aut lateritia. Budæus.
Columnæ partes ſunt, Scapus quaſi columnæ corpus; ſupra ſcapum, capitulum: infra ſcapum, ſpira, quæ baſis ſæpe appellari ſolet: infraque ſpiram, ſtylobates. Budæus.
Columnæ dictæ, quod culmina ſuſtineant. Feſtus.
Columnæ Herculis duæ eſſe perhibentur in Occidente: quia ex Oceano, mare mediterraneum intrantibus, duo montes occurrunt, quorum alterum in Africa Abylam vocant, alterum in Europa Calpen. Hos quondam junctos perpetuo jugo fuiſſe finxerunt, ſed Herculem diremiſſe colles. Aliqui tamen hos montes procul ſpectantibus geminas columnas videri dicunt. Alii dicunt Columnas Herculis in Gaditana inſula fuiſſe ex ære octo cubitorum, ad quas proficiſci ſolebant qui navigationem abſolviſſent, tanquam Herculi ſacra facientes.
Albanæ columnæ, Ex lapide Albano. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Centenæ. Martial. lib. 12. 50.
Et tua centenis ſtat porticus alta columnis.
Excelſa. Cic. 1. de Divin. 20.
Immanes columnas rupibus excidere. Virg. 1. Æn. 432.
Marmoreæ. Cic. pro Domo 62.
Menia columna. Cic. 1. Verr. 50. Vobis autem tanta inopia reorum eſt, ut mihi cauſam præripere conemini potius, quam aliquos a columna Menia veſtri ordinis reos reperiatis? Menius (ut ibi ait Aſconius Pedianus) quum domum ſuam venderet Catoni, & Flacco Cenſoribus, ut ibi baſilica ædificaretur, exceperat jus ſibi unius columnæ, ſuper quam tectum projiceret ex provolantibus tabulatis: unde ipſe, & poſteri ejus ſpectare munus gladiatorium poſſent, quod etiam tum in foro dabatur. ex illo igitur columna Menia vocitata eſt, cauſis ejuſmodi ſolitis. Aderant autem his rebus moratores apti talibus negotiis. Et paulo ante ad illa, Veſtri ordinis reos, Reos veſtra defenſione condignos, vel fures, & ſervos nequam, qui apud Triumviros Capitales, apud columnam Meniam puniri ſolent. V. Colonarius, in colo, colis. & mox Roſtrata col.
Nobiles variis maculis columnæ, E Marmore nobili. Sen. Thyeſt. 8.
Purpureæ, E marmore Porphyrite. Claud. 2. in Ruff. 135.
Rigidæ. Ovid. 3. Faſt. 529.
Roſtrata columna, publice a S.P.Q.R. conſecrata fuit in honorem C. Duillii ob navalem de Carthaginienſibus victoriam. Plin. 34. 5. Celebratio antiquior columnarum, ſicut C. Mænio, qui devicerat priſcos Latinos, quibus ex fœdere tertias prædæ populus Romanus præſtabat, eodemque in Conſulatu in ſuggeſtu roſtra, devictis Antiatibus, fixerat anno Urbis 416. Item C. Duillio, qui primus navalem triumphum egit de Pœnis, quæ eſt etiam nunc in Foro. conf. paulo ſupra, etiam Pitiſc. Lex.
Sublimes. Ovid. 2. Met. 1.
Truncæ jovis ſimulacra columnæ. Valer. Flacc. 6. Argon. 91.
Vaſtis innixa columnis templa. Ovid. 3. de Pont. 2.
Columnis tectum ſublime. Virg. 7. Æn. 170.
Adhæreſcere ad columnam. Cic. pro Sext. 18. V. Colonarius, in colo, colis.
Collocare rectas columnas e regione. Cic. 3. Q. frat. 1.
Commotæ. V. commoveo.
Dealbare tanta pecunia columnas. Cic. 3. Verr. 145. V. dealbo.
Dejectæ, eiſdemque lapidibus repoſitæ columnæ. Cic. 3. Verr. 145.
Efficere columnam ab integro novam. Cic. 3. Verr. 147.
Effulta columnis atria. Claud. 2. in Ruff. 135.
Erigere ad perpendiculum columnas. V. ad.
Execratæ columnæ. Cic. 1. Philipp. 5.
Inaurata extrinſecus. V. inauro.
Incurrere in columnas, Offendere ad. Cic. in Orat. 224.
Inſculptum in columna. V. insculpo.
Locare columnas. Cic. 3. Verr. 130.
Occultare ſe circa columnas. Ulpian. in l. Eum qui circa. D. De privil. cred.
Pervenit in diſcordiis civitatis ad eam columnam, ad quam multorum ſæpe conviciis perductus erat. Cic. pro Cluent. 39. [Judicem factum putat Manut. Triumvirum capitalem intelligens. V. ſupra Columna Menia.
Politæ. Cic. 3. Q. frat. 1.
Reciſæ. Hor. 2. Carm. 18. 4.
Tollere columnam de ſaxo in crucem. Cic. 14. Att. 15. Sed rectius hæc ſeparantur. De ſaxo; in crucem; columnam tollere, &c.
Columnæ etiam dicuntur Illi, in quibus ſpes noſtræ præſidiumque poſitum eſt. Hor. 1. Carm. 35. 13. de Cæſ. Aug.
Injurioſo ne pede proruas
Stantem columnam.
Columna, pro Membro virili. Martial lib. 11. 52.
Tanta eſt quæ Titio columna pendet,
Quantam Lampſaciæ colunt puellæ.

Columna regia, civitas in Bruttio. Pomp. Mela, lib. 2. 4. In Bruttio ſunt Columna regia, Rhegium, Scylla, Taurianum & Metaurum. Plin. Rhegia, Strab. Rhegina dicitur. Hunc locum Græci στηλίδα, vocant: id eſt Columnellam. Ea turriculæ modo erecta, ex adverſo turrem in Peloro ſitam reſpicit. Hodie a multis appellatur Stylarion.

Columnātus, a, um. Adj. [ἐστυλωμένος] Columna ſuſtentatus. Varro 3. de R. R. cap. 5. Inter eas piſcinas tantummodo acceſſus ſemita in tholum, qui eſt ultra rotundus columnatus, ut eſt in æde Catuli, ſi pro parietibus feceris columnas.
Os columnatum. Plaut. Mil. 2. 2. 56. i. e. Os brachio tanquam columna ſubniſum.

Columnatio, ōnis. f. [στύλωσις] Columnarum extructio. Apul. lib. 3. Florid. pag. 359. Non pavimenti marmoratio, nec proſcenii contabulatio, nec ſcenæ columnatio.

Columnarium, i. n. Vitruv. lib. 8. cap. ult. de aquarum ductibus, Etiam in ventre columnaria ſunt facienda, per quæ vis ſpiritus relaxetur. i. e. Æſtuaria, ſive Spiramenta, ut exponit Philander. Beroaldus in Suet. Auguſt. cap. 40. legit Colluviaria, per quæ colluvies & immunditia ejectantur, longe a Vitruvii ſententia. [Forte Columbaria. Qua voce & aliis locis pro Foramine, ſeu Cavo id genus utitur. V. ſ. l. Columnarium, & qui dicantur Columnarii apud Ciceronem, V. Colonarium, in colo, colis.

Columnĭfer, ĕra, ĕrum. Prudent. Hymn. 3. 52.
Sic habuit generoſa patrum
Turba columniferum radium.

Columnella, æ. f. [στυλίδιον] dimin. Cæſ. 2. Bell. Civil. 10. Duæ primum trabes in ſolo, æque longæ, diſtantes inter ſe pedes quatuor, collocantur, inque eis columnellæ pedum in altitudinem quinque defiguntur, &c. Alia exemplaria habent Columellæ, non Columnellæ. V. ibi Scalig. Voſſ. & Daviſ.
Ferrea columnella. Cato R. R. cap. 20. Ita legit Meurſius, alii Columella. Vide in scabellum quod notavi. H. St.

Columella, æ. f. [κίων] dimin. aliud. Cic. 2. de Legib 66. Nam ſuper terræ tumulum noluit quid ſtatui, niſi columellam tribus digitis.
Eminens columella. Cic. 5. Tuſc. 65.
Columella, etiam ſignificat Majorem ſervum in familia. Martial. lib. 11. 91.
Lucili columella hic ſitus Metrophanes. V. columen.
Columella Anatomicis eſt Gurgulio, vel Uvula.
De Bellica columella V. in bellona.

Columella, æ. m. [Κολυμέλλα] Cognomen alterum L. Junii Moderati, qui de agricultura, tam verſu, quam proſa libros XIII elegantiſſime ſcriptos reliquit. Et libros aliquot ſcripſit contra Aſtrologos, ut ipſe dicit 11. 1. extr. Marcus Columella patruus alterius doctiſſimus & diligentiſſimus agricola. laudat eum L. Columella 2. 16. & alibi.

Columellares, ium. m. [γόμφιοι] Dentes jumentorum vocantur, qui caninis proximi ſunt. Varro 2. de R. R. cap. 7 pr. Ætas cognoſcitur equorum, & fere omnium, qui ungulas indiviſas habent, & etiam cornutarum, quod equus triginta menſium primum dentes medios dicitur amittere, duo ſuperiores, totidem inferiores. Incipientes quartum agere annum itidem ejiciunt, & totidem proximos eorum quos amiſerunt, & incipiunt naſci quos vocant columellares.

Cŏlūri, orum. [κόλουροι] Duo ſunt circuli in ſphæra, ſeſe mutuo in angulos rectos ſphærales diſpeſcentes circa polos mundi, Zodiacumque ita interſecantes, ut unus eorum per principia Arietis & Libræ feratur: alter per principia Cancri & Capricorni. Ita dicti ab imperfecta ſui converſione: quippe Græci κόλουρον imperfectum vocant. Nunquam enim integri apparent. Nam pars in Antarcticum vergens, noſtris ſe non ingerit obtutibus. Boëtius de Arithmet. lib. 2. & Macrob. in Somn. Scip. 1. 15.
Colura quoque Animalia ſunt caudam non habentia, vel mutilam caudam habentia, quæ in ſacrificiis non offerebantur.

Cŏlūria, orum. n. [κολέρια] Semicolumnia, ab una parte in acumen desinentia. Sidon. 2. Epist. 2. Porticus rotundatis fulta coluriis.
Sunt etiam Medicamenta rotunda & oblonga. V. Salmas. in Solin. p. 182. & 649.

Colurnus, a, um. Adj. [κεράτινος, vel λεπτοκαρύϊνος] Ex corno factum, ut Festus docet his verbis, Colurna hastilia, ex corno arbore facta, potius quam ex corylo. Servius autem a Corylo deducere videtur, quum sic ait in hunc locum Virg. 2. Georg. 396.
Pinguiaque in verubus torrebimus exta colurnis. Nam ut etiam caper vitibus est inimicus, ita eis nocet & corylus. Unde & ait supra,
Neve inter vites corylum sere.

Cŏlus, i. f. vel Colus, ûs. [ἠλακάτη] Instrumentum muliebre quod pensa continet, a quo fuso fila ducuntur: habetque primam correptam. Ovid. 4. Met. 229.
Et colus & fusus digitis cecidere remissis. Cic. 2. de Orat. 277.
Quid tu, Egilia mea? quando ad me venis cum tua colu & lana?
Colus masculino genere legitur apud Catull. in Argon. 62. 311.
Læva colum molli lana retinebat amictum. Item apud Propert. lib. 4. 10. 48. verba sunt Herculis,
Idem ego Sidonia feci servilia palla
Officia, & Lydo pensa diurna colo. Sed Lyda tuetur Broekh. quem adi.
Colo vitam tolerare. Virg. 8. Æn. 409.
Decreta colus Parcarum. Sen. OEdip. 13.
Ambitiosa. Claud. 4. Cons. Hon. 593.
Quæ tantum digitis potuit mollire rigorem
Ambitiosa colus?
Irrevocabiles Parcarum coli. Sen. Herc. fur. 7.
Severa colus Parcarum. Claud. in Apon. 87.
Exonerate plenas colos. Ovid 3. Fast. 818.
Extendere colum. Stat. 3. Silv. 1. 172. —Parcarum fila tenebo,
Extendamque colos. Colum pro Lana posuit. Lana enim extenditur quum deducitur filum.
Rumpit Atropos supremas colus, Vitam solvit. Valer. 6. Argon. 645.

Cŏlŭtĕa, æ. f. [κολυτέα] Arbor silvestris apud Theophrastum in 3. de historia plantarum, cap. 17. fructum ferens in siliqua magnitudine lentis, qui oves mirum in modum pinguefacit. Vulgo dicitur *Baguenaudier*. Unde Coluteum, Fructus coluteæ. Plaut. Pers. 1. 3. 7.
Commisce mulsum, struthea, coluteaque appara. Verum de hoc Plauti loco non est eadem omnium sententia. Sunt enim qui Collutea legant, Condimenta intelligentes, utique a Colluendo. Cæl. Rhod. lib. 30. cap. 18. Collubia, inquit, & Collubias sunt qui pro Bellariis interpretentur, & sic legendum conjectent apud Plautum in Persa: etiamsi Coluthra (κόλουθρα) item non improbent, quo nomine Ficos maturas accipiunt Græci, quod testatur Philemon, ut scribit Athenæus lib. 3.

Cŏlūthus, i. m. [Κόλουθος] Poeta Lycopolita Thebanus fuit, qui præter alia Raptum Helenæ scripsit.

Colycæ, arum. Specus quædam, in quibus aphronitrum invenitur, teste Plin. lib. 31. cap. 7.

Colycia, V. corythia.

Cŏlymbădes, um. f. [κολυμβάδες] dicebantur Olivæ, quæ frangebantur, & herbarum viridium condiebantur sapore, ἀπὸ τοῦ κολυμβᾷν, quod est innatare: nam propter levitatem nabant. Plin. lib. 23. cap. 3. Est igitur Colymbas oliva, quæ conditanea innatat in muria. κολυμβάω, nato. Columel. lib. 12. cap. 47. Quidam unam partem muriæ & duas aceti miscent, eoque jure olivas poseas colymbadas faciunt: quibus si per se quis uti velit, satis jucundas experietur, quamvis & hæ, quum exeunt de muria, condituram qualemcunque recipere possunt.
Olivæ colymbades, ait Ruellius, ideo vocantur, quoniam oleo suo puræ, hoc est sine arcessita commendatione innatant, & velut urinabundæ fluitant. Halmades vero dicuntur, quæ muria proprie condiantur, etiam si Græci nonnunquam hujuscemodi nomina persæpe confundant. Colymbades, quasi natatrices.

Colymbus, i. m. [κόλυμβος] Piscina, natatio. Lamprid. Eliogab. cap. 23. Marinæ aquæ colymbos exhibuit, &c. Et Prudent. Pass. Petri & Paul. v. 36. Donec virenti fluctuet colymbo.

C O M

Cōma, ătis. n. [κῶμα] Morbus, gravem ac diuturnum inducens somnum, quem Latini Veternum interpretantur.
Est & altera Comatis species, quam Vigilantem soporem nonnulli appellant, quum neque lumina urgente somno attollere, neque tranquille dormire possumus, aliis atque aliis imaginationibus somni tranquillitatem identidem interpellantibus. Auctor Galen. in eo commentario, quem de Comate nominatim scripsit.

Cŏma, æ. f. [κόμη, ἔθειρα] Cæsaries est, & a Græco deducitur. Nam quemadmodum nos Cæsariem a Cædendo, ita Græci Comam appellant ἀπὸ τοῦ κομεῖν, quod curare est. Festus, Comæ dicuntur capilli cum aliqua cura compositi.
Comarum crines. Firmic. lib. 1. cap. ult. Quid jam de comarum crinibus dicam?
Eumenidum comæ, Serpentes. Valer. 3. Argon. 54.
Achillææ. Martial. lib. 12. 83.
Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem Spiravere. Virg. 1. Æn. 407. [Genitivus est Ambrosiæ.
Anguineæ Gorgonis. Ovid. 4. Trist. 7.12.
Aureæ. Catull. Epigr. 59. 99.
Brevior. Sen. Hippol. 6.
Calamistrata. V. calamistrum.
Cana coma Neptunii juvenis, i. e. Cygni filii Neptuni, cujus coma versa est in plumas. Sen. Troad. 3.
Crispa. Sil. lib. 16. 120.
Dividua, i. e. Discreta, & ab utraque parte dependens. Ovid. 1. Amor. 5. 10.
Candida dividua colla tegente coma.
Empta coma. Martial. lib. 12. 23.
Dentibus atque comis (nec te pudet) uteris emptis.
Fera coma Orionis. Sen. Herc. fur. v. 12.
Fera coma hinc exterret Orion deos. i. e. Crinibus minantibus tempestatem. Nam Orion tres stellas habet in capite, horribili nitentes fulgore. Al. Ferro minaci hinc terret.
Flava. Hor. 1. Carm. 5. 4. Valer. 8. Argon. 237.
Flaventes, i. e. Flavæ. Ovid. 5. Epist. 122.
Flexilis. Valer. 5. Argon. 588.
Formosæ pereunt comæ. Ovid. 1. Amor. 14. 31.
Hirsutæ. Ovid. 1. de Arte Am. 108.
Hirtæ. Sen. Herc. fur. 9.
Horrentes. Sen. Herc. fur. 6.
Jacens nulla lege, i. e. Incompta. Sen. Hippol. v. 803.
Te frons hirta decet, te brevior coma,
Nulla lege jacens.
Intonsa. Cic. 3. Tusc. 62.
Lacera. ut; Crinis tractus & laceræ comæ. Sen. Hippol. 5.
Lævis coma pectine. Ovid. 12. Met. 409.
Lanea. Stat. 5. Silv. 3. 183.
Lanea cui Phrygii est coma flaminis.
Libera nodo, Resoluta. Sen. Troad. 2.
Longæ. Ovid. 1. Amor. 1. 20.
Madens. Cic. Post red. in Senat. 12.
Mœstæ squalore. Claud. de Bell. Gild. 408.
Mollis. Sen. Agam. 7.
Nativa, i. e. Non fucata, aut Non aliunde comparata. Ovid. 1. Amor. 14. 56.
Odorata, Unguentata. Ovid. 2. de Arte Am. 734. [Nisi Honoratæ legendum est, ut Ep. ex Ponto, 2. 2. 92.
Promissæ, & rutilatæ. Liv. 8. Decad. 4. De Gallis.
Recta, Erecta. Sen. Hippol. 6.
Resupinæ. Stat. 10. Theb. 545.
Rigidæ. Sen. Hippol. 6.
Rutilatæ. V. paulo ante Promissæ.
Sibila coma, Sibilans, spirans, agitata vento. Valer. 3. Argon. 50.
Sparsa. Sil. lib. 8. 140.
Spissa nitidus coma. Hor. 3. Carm. 19. 25.
Splendidæ comæ senectæ, i. e. Candentes. Sen. Hippol. v. 246.
Per has senectæ splendidas supplex comas, &c.
Squalens. Stat. 3. Theb. 135.
Squalida. Sen. Troad. 6.
Abscissæ. Virg. 4. Æn. 590.
Arrectæ horrore. Virg. 12. Æn. 868.
Astrictæ Ovid. 3. de Arte Am. 146.
Illa sit astrictis impedienda comis.
Attollere comas, Arrigere comas. Sen. Herc. fur. 9.
Cinctum esse comis. Ovid. 4. Trist. 7. 12.
Cogere nodo comas, Comprimere & constringere. Sen. Hippol. 4.
Compositæ. Ovid. 12. Epist. 156.
Comere comas. Ovid. 21. Epist. 88.
Comptæ. Virg. 6. Æn. 48.
Culta. Valer. 5. Argon. 591.
Damnare comam cupresso. Stat. 5. Silv. 1. 136.
Hactenus alma chelys: tempus nunc ponere frondes
Phœbe tuas, mœstaque comam damnare cupresso. h. e. Meo capiti coronam e cupresso, arbore funesta, imponere, abjecta laurea. i. e. Priscillæ mortem carmine funebri deplorare.
Decidunt comæ. Hor. 4. Carm. 10. 3.
Defluxere comæ tactæ medicamine. Ovid. 6. Met. 141.
Deprimere comas horrentes, Incultos crines pectere. Sen. Troad. 10.
Diffundere comas. Virg. 1. Æn. 319.
Dilaniata inornatas comas. Ovid. 3. Amor. 9. 52.
Diriguere comæ. Ovid. 5. Epist. 122.
Disjecta comas femina. i. e. Disjectis comis. Ovid. 12. Epist. 63.
Effusæ. Ovid. 1. Amor. 9. 38.
Erexit comas horror. Ovid. 16. Epist. 67.
Exornare comas. Sen. Herc. fur. 11.
Expedire comas. i. e. Resolvere, explicare. Stat. 3. Silv. 4. 89.
Exuere comam vittis. Stat. 11. Theb. 460.
Fingere comas. V. paulo post, Solvere comas.
Frangere comam in gradus. Quintil lib. 1. cap. 6.
Jactæ temere comæ colla perfundunt, i. e. Sine ordine sparsæ. Sen. Hippol. 4.
Implicare comam manu, i. e. quod barbari dicunt Capere ad crines. Virg. 2. Æn. 552.
Implicare comas sertis, Circumdare. Tibul. 4. 7. 32.
Involitant humeris comæ. Hor. 4. Carm. 10. 3.
Involvere comam. Sil. lib. 16. 120.
Labes comæ. Stat. 3. Silv. 4. 10.
Lacerare. Sen. Octav. 6.
Lambit flamma innoxia comas. Virg. 2. Æn. 684.
Laniare. Lucan. 2. 39.
Laniata comas. Ovid. 4. Met 139.
Nectere comam myrto. Ovid. 1. Amor. 2. 23. i. e. Corona myrtea.
Nexæ. i. e. Connexæ. Ovid. 19. Epist. 134.
Neglecta. Ovid. 3. de Arte Am. 353.
Nigrantes. Senec. Herc. fur. 9.
Nodare comas. Claud. 1. in Ruff. 119.
Nutrire comas. Valer. 6. Argon. 664.
Obnubere comas, i. e. Velare comas. Virg. 11. Æn. 77.
Ornare comas fuco. Tibul. 1. 8. 11.
Pectere. Ovid. 13. Epist. 39.
Permulcere. Ovid. 2. Met. 733.
Permulcetque comas, chlamydemque ut pendeat apte Collocat.
Ponere comas in statione. i.e. Componere & adornare. Ovid. 1. Amor. 7. 68.
Pone recompositas in statione comas.
Ponere, Detondere. Sen. Herc. fur. v. 853.
Et comis nondum positis ephebi.
Premunt vittæ comam. Sen. Hippol. 5. 13.
Pressare. Stat. 3. Theb. 129.
Hæ pressant in tabe comas.
Prominet coma in vultus. Ovid. 13. Met. 845. De Polyphemo.
Radiante coma surgit Titan. Sen. Octav. 1.
Raptari comis. Ovid 12. Met. 223.
Recidere comam & Revocare, contraria. Sen. OEth. 12.
Recompositæ. Ovid. 1. Amor. 8. 68.

Reddita

Reddita comis sua cura. Valer. 8. Argon. 238.
Religare. Hor. 1. Carm. 5. 4.
Renodare. i. e. In nodum colligere. Hor. Epod. 11. 42.
Rigent comæ terrore. Ovid. 3. Met. 100.
Ruptæ. Ovid. 21. Epist.
Scissa coma, significat Habitum feminæ mœrentis. Virg. 9. Æn. 478.
Solvere comas & Fingere comas, i. e. componere, contraria. Sen. Hippol. v. 370.

Noctem querelis ducit; attolli jubet
Iterumque poni corpus: & solvi comas,
Rursusque fingi.

Sparguntur comæ per caput. Ovid. 3. de Arte Am. 76.
Steterunt comæ. Virg. 2. Æn. 774.

Obstupui, steteruntque comæ, & vox faucibus hæsit.

Stringere comas vittis. Virg. 2. Georg. 368.
Substringere ligatas comas auro. Lucan. 3. 281. i. e. Aureo nodo colligare.
Tonsa. Virg. 5. Æn. 556. i. e. Composita, ut inquit Servius. Nam proprie Comæ sunt Non cæsi capilli. [Errat Servius, siquidem Tonsa corona dicitur versu illo, quæ comam pressit, non coma. conf. 3. Georg. 21. V. Salmas. exerc. Plin. pag. 100.
Trahere alicui comam. Virg. 1. Æn. 477.
Variare comas positu. Ovid. 2. Met. 412. i. e. Varie disponere.
Velatæ comæ. Virg. 3. Æn. 405. Ubi Servius Comas vittatas exponit.
Vincti comas fronde Hor. 2. Epist. 1. 110.
Coma, per metaphoram etiam de Arboribus, fruticibus, arundinibus, & herbis dicitur. Plin. lib. 12. cap. 25. Folium balsami proximum rutæ perpetua coma. Virg. 4. Georg. 137.

Ille comam mollis jam tum tondebat acanthi.

Arborum comæ. Hor. 4. Carm. 7. 2.
Arboreæ. Ovid. 2. Amor. 16. 36.

Frigidaque arboreas mulceat aura comas.

Nemorum. Hor. 1. Carm. 21. 5.
Papavereæ, i. e. Comæ papaverum. Ovid. 4. Fast. 438. Videtur intelligere per Comas, Capita ipsa seu scapos: neque enim habent comas papavera. [Sine dubio Florem intelligit. Sic Narcissum comantem dixit Virgilius.
Populeæ, Comæ populi arboris. Ovid. 1. Amor. 7. 54.

Ut quum populeas ventilat aura comas.

Sacra lauri coma. Virg. 7. Æn. 60.
Decutere comas. ut, Bruma decussit comas arborum. Sen. OEth. 4.
Luxuriare in patulas comas. Ovid. de Nuce, 30.
Posuit arbor comas, Nudata est foliis. Virg. 12. Æn. 209.
Succincta comas, hirsutaque vertice pinus. Ovid. 10. Met. 103.
Tonsa comas arbos. Ovid. 11. Met. 47.
Tremefacta coma arboris concussæ. Virg. 2. Æn. 629.
Cŏmŭla, æ. f. dimin. Petron. cap. 58.
Cŏmo, [κομάω] āre. Coma vestire. Tacit. Germ. 18. 3. Munera, quibus nova nupta comatur. Tertull. de Pallio, cap. 3. Muscosæ lanositatis lautiores conchæ comant.
Comans, antis. [κομῶν] Partic. Qui longiorem comam habet. Plin. lib. 10. cap. 63. Equæ comantes gloria superbiunt. Gell. lib. 3. cap. 9. Equum fuisse dicunt flava & comanti juba.
Equorum colla comantia. i. e. Jubæ. Virg. 12. Æn. 86.
Crines comantes. Sil. lib. 16. 60.
Cristæ galeæ comantes. Virg. 3. Æn. 468.
Galea comans. Virg. 2. Æn. 391.

— sic fatus, deinde comantem
Androgei galeam, clypeique insigne decorum
Induitur. Ubi Servius, Comantem, aut cristatam: quia de caudis animalium habebant cristas. ut, Cristaque hirsutus equina. Aut comas habentem: ut Stat. 7. Theb. 369.
— in terga comantes
Non ego Abantiadas.

Humus comans, i. e. Graminea, sive herbosa. Stat. 5. Theb. 502.

Ille gaves oculos, languentiaque ora comanti
Mergit humo.

Jugum silvæ comans, Frondes & folia arborum dicuntur. Valer. 3. Argon. 403.
Narcissus sera comans. i. e. Sero flores habens. Virg. 4. Georg. 122.

— nec sera comantem
Narcissum, aut flexi tacuissem vimen acanthi. Servius.

Ore comanti ruere supra quidpiam, i. e. Ore comis tecto dum inclinatur. Valer. 3. Argon. 136.
Pectora comantia, Pilosa. Valer. 5. Argon. 594.
Pellis villis comans. Valer. 8. Argon. 122.
Setæ hircorum comantes. Virg. 3. Georg. 312.
Stella comans, Crinita, seu Cometes. Ovid. 15. Met. 749.

In sidus vertere novum, stellamque comantem.

Silvæ comantes. Valer. 1. Argon. 429.
Tori cervicis leonis comantes. Virg 12. Æn. 6.
Astro comantes, dicti sunt Castor & Pollux, ex quorum fronte plurimus manat fulgor, & fit allusio ad astra. Valer. 5. Argon. 366.

— astroque comantes
Tyndaridas, ipse egregio supereminet ore.

Comātus, [περικόμος] Partic. Qui longiorem comam habet. Unde, Comata Gallia. Gallia omnis Comata uno nomine appellata, (inquit Plin. lib. 4. cap. 17.) in tria populorum genera dividitur, amnibus maxime distincta. A Scalde ad Sequanam, Belgica: ab eo ad Garumnam, Celtica, eademque Lugdunensis. Inde ad Pyrenæi montis excursum, Aquitania, Aremorica ante dicta. Videtur igitur Comatæ nomen reliquæ Galliæ convenire, seclusa Provincia. Ptolemæus eam totam Celtogalliam vocat. Cic. 8. Philip. 27. Galliam, inquit, Togatam remitto, Comatam postulo. V. Gallia.
Comatus & Calvus contraria. Martial. lib. 1. 73.

Calvus quum fueris, eris comatus.

Silva comata. Catul. 4. 11.
Comātŭlus, Adj. dimin. Hieron. Epist. 10. ad Furiam de viduitate servanda, inquit, Comatulos, comptos, atque lascivos domus tuæ tecta non videant.
Comatorius, Adj. Crinalis. ut, Acus comatoria. Petron. cap. 21.

Comōsus, Adj. [πολύχαιτης] Idem quod Comatus. Plin. lib. 16. cap. 6. Hemeris vocatur, brevior & in orbem comosa. Idem lib. 26. cap. 8. Comosissimum ex omnibus maxime cauliculis.
Comagene, Herba, cujus meminit Plin lib. 29. cap. 3.
Cŏmăgēne, es. vel Commagene, [Κομμαγηνή] Asiæ regio est, Syriæ pars, supra Ciliciam in ortum sita, trans Amanum montem: excurrit ad usque Mesopotamiam, Euphrate intermedio, ut Ptolemæus docet tabula Asiæ 4. Inde Comageni dicti Pomponio lib. 1. 2.
Comagenus, a, um. Adj. Juven. 6. Sat. 548.

Spondet amatorem tenerum, vel divitis orbi
Testamentum ingens, calidæ pulmone columbæ
Tractato, Armenius, vel Comagenus aruspex.

Rex Antiochus Comagenus. Cic. 15. Fam. 1.
Cŏmăgēnum, i. n. Medicamentum, vel Unguentum, quod κομμαγηνὸν vocat Galenus in tertio de Sanitate tuenda: a Comagene Syriæ parte dictum, auctore Plinio de Anseribus, l. c. & lib. 10. cap. 22. Meminit Pompon. in l. 21. §. 1. D. de aur. & arg.
Cŏmāna, orum. n. pl. Urbs Cappadociæ. V. mox comani.
Cŏmāni, [Κομανοὶ] Valer. 7. Argon. 636.

— exsectos lacerat Bellona Comanos.

Sacri servi sunt Bellonæ, dicti ab ipsius deæ fano, quod illi Comana vocant, aut ab ejusdem nominis civitate, in qua illud fanum est situm. Strab. lib. 12. In Antitauro (qui mons est Cataonum in Cappadocia majore) convalles sunt profundæ & angustæ, in quibus sita sunt Comana, civitas memoratu digna, & Bellonæ fanum quod illi Comana vocant. Ea civitas clarissima est, maximamque numine afflatorum, & sacrorum servorum multitudinem habet. Eam Cataones incolunt, qui quanquam regi subditi sint, parent tamen sacerdoti, qui fani, & sacrorum servorum magna ex parte dominus est, qui tempore quo nos peregrinati sumus supra sex millia erant, viri simul ac mulieres. Fano regio adjacet non parva, cujus fructum ac proventum sacerdos accipit. In honore secundus est in Cappadocia post regem. Reges ac sacerdotes frequentius ex eadem esse progenie solebant. Hoc sacrorum genus Orestes cum sorore Iphigenia e Scythia Taurica huc videntur attulisse, quæ Dianæ Tauropolæ erant, lugubrem comam hic deposuisse, ex qua urbi nomen datum est. Idem de sacerdotio Comanorum eodem lib. paulo post, Intra loci sacri ambitum utriusque sacerdotis, maris scilicet ac feminæ, habitatio est. Fanum quoque, præter ceteram religionem, expresse vetat suillarum carnium esum, unde nec in totam urbem sus infertur. Idem paulo ante, Alia sunt Comana Pontica, eodem nomine quo majoris Cappadociæ Comana, & eidem deæ consecrata: & inde ædificii exemplum sumptum est: & fere simili ritu utuntur & sacrorum, & divinationum, & cultus erga sacerdotes, & iis maxime, quæ ante reges fiebant, quando bis in anno diebus festis (quæ Deæ exitus appellantur) sacerdos diadema gestabat, & secundus erat in honore post regem.
Exsecti Comani dicuntur a Valer. 7. Argon. 636. quod se gladiis petant mutuis, sanguinem in honorem Deæ fundentes.
Comanenses, Populi Comanæ civitatis, quæ Pontica erat. Modest. l. Si duas. §. Hoc amplius. D. de excus. tut. Nam Comanenses sophistæ, aut alii, si Neocæsareæ doceant, aut curent, non habent apud Comanenses immunitatem: & hoc ita a divis Severo & Antonino constitutum est.
Cŏmarchus, i. m. [κώμαρχος] Vici magister vel Præfectus. Plaut. Curc. 2. 3. 7.
Comari, Asiæ populi super Scythas, Scytharumque deserta, ac super Caspium sinum. Ex Pomponio Mela lib. 1. 2.
Comărus, [κόμαρος] Pomi genus, quod Latine Unedo dicitur, & Arbutus alio nomine. V. arbutus.
Comarus, [Κόμαρος] Portus est ad sinum Ambracium, juxta Nicopolim, Isthmum stadiorum sexaginta efficiens. Auctor Strabo lib. 7.
Comassor, āri. sic aliquando perperam scribitur; sed rectius dicimus Comissor quod V. in suo loco.
Comatas, Pastor Musis charissimus. V. Musarum volucres, in musa.
Comatus, V. coma.
Combe, [Κόμβη] Asopi filia fuit, Chalcidis cognomento, ut Eustathius scribit, cui æneæ armaturæ inventionem acceptam referunt. De qua intellexisse Ovid. 7. Met. 383. videtur, quum inquit,

Adjacet his Pleuron, in qua trepidantibus alis
Ophias effugit nautarum vulnera Combe. Quam Iambem transtulit Planudes, uti meminit Cæcilius Minutianus Apuleius. V. Burm. ad Ovid.

Combennio, [συμβασιλίζω] īre. Gloss. Gr. Lat.
Combennones, dicti sunt, In eadem benna sedentes. Benna autem lingua Gallica est Vehiculi genus. Festus in Benna.
Vide in benna. H. St.
Combĭbo, bĭbi, bĭbĭtum, [συμπίνω] ĕre. Simul bibere, compotare, vel totum bibere. Plin. lib. 17. cap. 11. Ut solem, pluviasque combibant. Columel. lib. 12. cap. 10. Quæ quum jus combiberit, simili mistura vas suppleatur.
Ara cruorem combiberat. Ovid. 13. Met. 410.
Lacrymas combibere. Ovid. 11. Epist. 54.

Contineo gemitus, elapsaque verba reprendo,
Et cogor lacrymas combibere ipsa meas.

Luxus combibere. Sil. lib. 11. 403.

Combibat illapsos ductor per viscera luxus. Vaticinium Veneris de Annibale Capuæ sedente.

Venenum. Hor. 1. Carm. 37. 28.
Combibere artes, per translationem. Cic. 3. de Fin. 9. Video equidem, inquam, sed tamen infici debet his artibus. quas si, dum est tener, combiberit, ad majora veniet paratior.
Os combibit maculas. Ovid. 15. Met. 455. — loquentem

Cum liquido mista perfudit diva polenta.
Combibit os maculas.

Combibor, passiv. Ovid. 15. Met. 275.

Sic modo combibitur, tecto modo gurgite lapsus, &c.

Combĭbo, ōnis. m. [συμπότης] Compotor. Non. ex Lucil. 1. 174. Quandoquidem reperi magnis combibonum ex copiis. Cic. 9. Fam. 25. In his controversiis, quas habeo cum tuis combibonibus Epicureis.
Combīno, āre. est Multos ita componere, ut bini sint, id est duo simul conjuncti. Perottus. August. Confess. 8. 6. Forte combinati spatiabantur. Sidon. 9. Epist. 8. Obsequia combinans numeris æquata, non meritis.

Combinātus, apud Diomed. Grammat.
Combinatio, ōnis. f. Duorum conjunctio dicitur. Hinc Combinatio etiam figura Rhetorica appellatur, quam Græci Epizeuxin vocant. quum in oratione eadem dictio ſine medio duplicatur. Virg. 9. Æn. 427.
Me, me: adſum qui feci. Perottus.
Combrētum, i. n. Genus herbæ. Plin. lib. 21. cap. 6. Simillimum ei combretum appellatur, foliorum exilitate uſque in fila extenuata, & procerius quam baccar.
Combūro, ſſi, ſtum, [συγκαίω, πυρπολέω] ĕre. ab Uro compoſitum, Idem ſignificat. Cic. 4. Fam. 12. Ibique eum combuſſimus.
Annales comburere. Cic. 1. de Divin. 33.
In foro combuſtus, laudatuſque miſerabiliter. Cic. 14. Att. 10.
Judicio comburere aliquem. Cic. 1. Q. frat. 2. Deinde rogas Fabium, ut & patrem & filium vivos comburat, ſi poſſit: ſin minus, ad te mittat, uti judicio comburantur.
Impete magno comburere aliquid. V. comburens Partic.
Subſellia quoque comburere, ne quod judiciorum eſſet veſtigium. Cic. pro Roſc. Amer. 91.
Vivum aliquem comburere. V. Judicio comburere.
Comburere, per translationem. Plaut. Milit. 3. 2. 22.
Nam mihi nimius calor comburebat gutturem. i. e. Vehementer exiccabat. Aliter Gronov. editio, q. V. Et Men. 1. 2. 43. Hunc diem comburamus. i. e. Luculenta hilaritate conſumamus.
Comburens, entis. Partic. Lucret. 6. 152.
Turbine ventorum comburens impete magno.
Combustus, a, um. Partic. ut, Cæſar etiam in foro combuſtus. Cic. 14. Att. 10.
Combustio, ōnis. f. Firmic. lib. 4. cap. 12. Vitia vero faciet ex igni & ferro, id eſt præciſiones & combuſtiones. Apic. 4. 4. Ne fundum attingat, & combuſtionem ſentiat.
Combustūra, æ. f. Idem. Apic. 5. 5. Propter combuſturam. Macer. 1. 26.
Et combuſturis præclare ſubvenit ignis.
Cŏme, [κόμη] Herba eſt, quam Barbam hircinam vocant, a comæ ſimilitudine: folia habet inſtar croci in rotundum ſparſa, radicem dulciſſimam. Vulgo *Barba petra* appellatur. Plin. lib. 21. cap. 15. & lib. 27. cap. 13. extr.
Cŏmĕdo, comes, comeſt: vel comedis, comēdi, comēſum, vel comeſtum, [ἐσθίω, φάγω, βρώσκω] comedĕre vel comeſſe. Ejuſdem cum ſuo ſimplici eſt ſignificationis. Plaut. Moſt. 3. 1. 32.
Tam facile vinces, quam pirum vulpes comeſt. Martial. ſuppoſ. n. 10.
Scævola, tu comedis apud omnes, nullus apud te.
Lacertum comedere. Cic. 2. de Orat. 240.
Comedere aliquem, bona alicujus, nummos, rem ſuam; per translationem dictum, pro Conſumere. Ter. Eun. 5. 9. 57. Hunc comedendum & deridendum vobis propino. Cic. 1. Att. 6. Putat enim ſuos nummos vos comediſſe.
Patrimonium comedere. Cic. pro Sext. 110.
Comedere beneficia alicujus. Cic. 11. Philipp. 37. Comites vero Antonii, qui poſtquam beneficia Cæſaris comederunt, Conſulem deſignatum obſident. h. e. Obliti ſunt beneficiorum Cæſaris, vel neglexerunt. [Immo Devorarunt, ut in 13. Phil. 3. loquitur, i. e. Nepotinis ſumptibus brevi tempore beneficio Cæſaris parta dilapidarunt.
Comedere oculis. Martial. lib. 9. 59.
Inſpexit molles pueros, oculiſque comedit, &c.
Comeſſe, pro Comedere. Cic. pro Flacc. 9. Quaſi bona comeſſe Romæ non liceret.
Comeſſem, pro Comediſſem. Catul. 7. 14.
Comeſt, pro Comedit. Varro Margopoli, Piſces ut ſæpe minutos magnus comeſt. Nonius.
Comedim, pro Comedam veteres dixerunt. Cic. 9. Fam. 20. Cura, ſi me amas, ut valeas: ne ego te jacente, bona tua comedim. Pomponius in Proſtibulo, Ego quæro quod edim. Nonius.
Comēsus, vel **Comestus**, [βεβρωμένος] Partic. ut, Comeſum patrimonium. Cic. in Salluſt. 20. Venenum celerius potuit comeſtum, quam epotum in venas permanare. Cic. pro Cluent. 173.
Comēsus, ûs. m. Iſid. 20. 1. Ab eſu & comeſu menſæ factum dicitur vocabulum.
Comedendus, [βρωθησόμενος] Hor. 1. Epiſt. 7. 19.
Ut libet, hæc porcis hodie comedenda relinques. conf. ex Ter. in ipſo verbo.
Comestūra, æ. f. [ἐδωδή] Cato de R. R. cap. 157. Sed quæ vocatur σπλινοειδής, hæc ſeptem habet bona in comeſtura. De braſſica loquitur.
Cŏmĕdo, ōnis. m. [φάγος] Qui bona ſua conſumit, inquit Feſtus. Varro apud Non. 2. n. 189. Putat fore hoc quod hic comedonibus convenit uſu, quibus nota voluntate (al. voluptate) comedunt duntaxat gula gaudet. Lucil. in ſecundo,
Vivite lurcones, comedones, vivite ventres.
Vide gulo. H. St.
Comĕdus, i. m. Comedum, Bona ſua conſumentem, antiqui dixerunt. Feſtus.
Comēsor, ōris. m. Tertull.
Comestor, ōris. m. Vulg. Interpr.
Comestibĭlis, e. ut, Uvæ comeſtibiles. Dig. 50. cap. 16. l. 205.
Comessor, **Comessatio**, &c. V. comissor in ſuo loco.
Cŏmes, ĭtis. c. [ἀκόλουθος, συνακόλουθος, συνοδοιπόρος, συνοπαδός, πομπός] Qui cum aliquo iter facit. Ulp. in l. item apud Labeonem. §. Si quis virgines. D. de injuriis & famoſis libellis, Comitem accipere debemus eum, qui comitetur & ſequatur: & ut Labeo ait, ſive liberum, ſive ſervum, ſive maſculum, ſive feminam. Et ita comitem Labeo definit, qui frequentandi cujuſque cauſa ut ſequeretur deſtinatus, in publico privatove abductus fuerit. Plaut. Epid. 5. 2. 4.
Alium tibi te comitem melius quærere: Ita dum te ſequor &c.
Belli comes. Stat. 6. Theb. 814.
Deliciarum multarum comes eſt extrema ſaltatio. Cic. pro Muren. 13.
Exilii. Martial. lib. 12. 25.
Exilii comitem quæris? agellus eat.
Fatorum comites: ſic ſuos Penates vocat Æneas alloquens patrem apud Virg. 2. Æn. 294.
Frigida aura comes formidinis. Lucret. 3. 291.
Fortunæ. Ovid. 1. de Pont. 9. 16.
Fugæ paternæ comes. Liv. 1. 3. pr. Haud nihil ambigam hiccine fuerit Aſcanius, an major quam hic, Creuſa matre Ilio incolumi natus, comeſque inde paternæ fugæ, &c.
Fugæ parentum uſquequaque comes Tiberius. Suet. in Tiber. cap. 6.
Fugæ comitem aliquem habere. Sen. Med. 7.
Heliconiadum comites dicuntur poetæ. Lucret. 3. 1050.
Adde Heliconiadum comites, quorum unus Homerus
Sceptra potitus.
Honoris. ut, Socius atque comes, tum honoris, tum etiam calamitatis. Cic. pro Sulla 66.
Imperii alicujus comes. Sen. Hippol. v. 1111.
Qui modo paterni clarus imperii comes,
Et certus hæres, ſiderum fulſit modo.
Itinerum, navigationum, laborum, & periculorum omnium alicujus tempore miſerrimo comes & ſocius. Cic. 13. Fam. 71.
Laborum comites. Ovid. 8. Met. 565.
Laudis patriæ comites, Similes virtuti paternæ, imitatores gloriæ majorum. Sen. Herc. fur. 12.
Mortis comites & funeris atri. Lucret. lib. 2. 580. ſic vocat Ploratus & fletus.
Operis. Ovid. 3. Met. 129.
Oratoris omnes artes, comites ac miniſtras eſſe. Cic. 1. de Orat. 75.
Pavoris comes. Cic. 4. Tuſc. 19.
Sedendi comes. Cic. 5. Att. 11. h. e. Marcellus comes meus ſedendi. Senſus eſt: Marcellus, qui & ipſe Urbis otium amat. Utrique enim gratius erat in Urbe ſedere, quum ex Prætura in provinciam ire neuter voluiſſet.
Veris comites, animæ Thraciæ, i. e. Eteſiæ venti. Hor. 4. Carm. 12. 1.
Jam Veris comites, quæ mare temperant,
Impellunt animæ lintea Thraciæ. V. Lambin.
Viæ comes. Sen. OEdip. 11.
Virginitatis comites amat Veſta, Quæ caſtitatem cuſtodiant virgines ſacerdotes. Ovid. 6. Faſt. 294.
Angor aſſidue comes malis. Lucret. lib. 6. 1157.
Diſcordia comes regnis ſociis. Stat. 1. Theb. 130.
Genius comes. Hor. 2. Epiſt. 2. 187.
Scit genius, natale comes qui temperat aſtrum.
Libido dira fortunæ comes. Sen. Hippol. 2.
Pœna comes premit culpam, i. e. Pœna culpam tam ſtricte ſequitur, ut etiam premat præcedentem. Hor. 4. Carm. 5. 24.
Catervæ comitum. Lucret. lib. 2. 628.
Manus comitum. i. e. Cohors comitum. Stat. 5. Silv. 3. 262.
Pars una comitum. Ovid. 2. Met. 426.
Princeps comitum. Ovid. 2. Met. 160.
Strepitus comitum. Virg. 6. Æn. 866.
Turba comitum. Sen. OEth. 5.
Aſſiduus comes. Sen. Hippol. 10.
Atra comes cura. Hor. 2. Serm. 7. 115.
Exterior. Hor. 2. Serm. 5. 17. —nec tamen illi
Tu comes exterior, ſi poſtulet, ire recuſes. i. e. Siniſterior, in ſiniſtra parte poſitus. Porphyr. Eleganter in hunc locum Turnebus, 14. 24. quem vide.
Fidus. Tibul. lib. 1. 5. 63.
Gratiſſimus comitum. Ovid. 14. Met. 221.
Impiger. Stat. 3. Silv. 2. 91.
Improbus. Martial. lib. 12. 38.
Uxori qui ſæpe tuæ comes improbus hæret.
Novi comites. Virg. 2. Æn. 796.
Atque hic ingentem comitum affluxiſſe novorum
Invenio, admirans numerum.
Officioſa. Ovid. 18. Epiſt. 60.
Abnegare comitem. Hor. 1. Carm. 35. 22.
Te Spes, & albo rara Fides colit
Velata panno, nec comitem abnegat. i. e. Non adverſatur te comitari.
Addere ſeſe comitem alicui. Virg. 6. Æn. 777.
Adjungere ſe comitem fugæ. V. adjungo.
Circumdare lateri comitem. Lucan. ad Piſon. 110.
Complecti aliquem comitem in caſus omnes. Virg. 9. Æn. 277.
Deſtituere comitem. Ovid. 8. Met. 175. Al. Deſerere.
Ducere comites. Hor. 3. Carm. 11. 13.
Tu potes tigres, comiteſque ſilvas
Ducere. Mercurium alloquitur.
Educere comites aliquo. Hor. 2. Serm. 3. 12.
Hæret comes. V. Improbus comes.
Ire comitem alicui. Virg. 6. Æn. 447.
— his Laodamia It comes.
Mittere aliquo quempiam comitem alii. Virg. 2. Æn. 86.
Negare comitem, i. e. Nolle comitatum ire. Ovid. 1. de Arte Am. 127.
Mirificum ſe comitem præbere. Cic. 1. Fam. 9.
Præbere ſe comitem furoris alterius. Cic. de Amicit. 17.
Quærere comitem. V. paulo ante, Exilii comes.
Sequentes terga comites. Ovid. 3. Met. 22.
Secuti ſunt comites virginem. Ter. Eun. 2. 3. 54.
Spernere aliquem comitem. Virg. 4. Æn. 677.
Venire alicui comitem. Ovid. 13. Epiſt. 163.
Comes, uſurpatum ironice. Catul. 53. 15.
Tanto te in faſtu negas amice?
Dic nobis ubi ſis futurus, ede
Audacter, comiti licenter ede. Al. Committe, crede, licet.
Comes, relatum ad Ducem. Cic. pro Marcel. 11. ubi de rebus geſtis Cæſaris, Hujus autem rei idem es dux & comes. Eſt ergo Comes qui ſequitur, & ducem habet, inquit Valla.
Ipſi caſus, eventuſque rerum, non duces, ſed comites conſiliorum ejus fuerunt. Cic. pro Corn. Balb. 9. De Pompeio loquens.
Ducem populi Ro. non comitem diceres. Cic. de Amicit. 96.
Comes, relatum ad Principem. Cic. Neque enim princeps tunc ad ſalutem eſſe potuiſſem, ſi eſſe alii comites noluiſſent.
Comitem Platonis ſe profitetur. i. e. Sectatorem. Plin. in præfat. 9.
Comes, cum genitivis Mei, Tui, Sui. Sen. Theb. v. 53.
—Nemo

— Nemo me comitem tui
Eripiet unquam. Al. Tibi.

Comes consiliis alicujus. Plaut. Pseud. 1. 1. 15.
— Nam tu me antidhac,
Supremum habuisti comitem consiliis tuis.

Dulcis secretorum comes. Quintil. lib. 1. cap. 4.

Comites judicum, erant Legati, præfecti, quæstores, scribæ, qui cum magistratibus in provincias mittebantur. Cic. 4. Verr. 69. Nego tibi ipsi ullum nummum esse numeratum: sed quum ob tua decreta, ob imperata, ob judicata pecuniæ dabantur, non erat quærendum cujus manu numerarentur, sed cujus injuria cogerentur. Comites illi tui dilecti, manus erant tuæ: præfecti, scribæ, medici, accensi, aruspices, præcones, manus tuæ erant. Ex Budæo. conf. COHORS.

Comites judicum etiam erant Adjutores & ministri imperii. Cic. 1. Q. frat. 19. Atque inter hos, eos quos tibi comites & adjutores negotiorum publicorum dedit ipsa Respub. duntaxat finibus his præstabis, quos ante præscripsi.

Comes, Dignitatis nomen sub postremis Imperatoribus, ut videre est in plerisque locis Codicis.
Spartianus in Adriano pag. 142. edit. Frob. Cum judicaret, in consilio habuit non amicos suos, aut comites solum, sed Jurisconsultos. Hinc fortasse postea Comitum dignitas. H. St. locus est cap. 18. pr.

Pædagogi olim vocabanturComites. V.Suet. Claud. cap. 35. Idem inAug. cap. 98. vocat Thrasyllum Tiberii comitem. & in Tiber. cap. 12. M. Lollium Comitem & Rectorem Caji.

Comites militum, sunt Milites aliis adjuncti. Nep. 17. 6. extr.

Comes domesticorum, a Justiniano dicitur Is, qui in domesticos Principis curam habebat.

Comes horreorum, cujus & mentio est in posterioribus Codicis libris, Pistrini Principis curator fuit, habuitque mancipia quædam purgandis horreis ascripta, coquendoque pani Principis.

Comes sacrarum largitionum, erat Ille per quem Princeps sua stipendia largiebatur, & hic forte erat Procurator Reipublicæ, qui Græce λογιστὴς nuncupatur, & illustris erat. Alii dicunt quod per hunc Imperator liberalitatem suam & magnificentiam exercebat. Turnebus, Comes sacrarum largitionum erat Quæstor ille qui thesauris sacris, i. e. Imperatoriis & augustalibus pecuniis præerat.

Comes rei privatæ, Qui patrimonium Cæsaris curabat & administrabat. Hæc verba & sæpenumero in jure, & in Marcellino leguntur.

Comes Palatinus dicitur, Qui curam gerebat præcipuam, ut remissorum notariorum & judicum negligentiam argueret, & a provincialibus tributa exigeret, & consueta deposceret, ita quod non in provincialibus, sed præcipue jussus est ut judicibus & eorum officialibus præcepto immineret & superesset. Cod. de Offic. comit. sacr. largit. & de Offic. rect. provin.

Comites consistoriani sunt Illi, qui steterunt in Principis consistorio, qui dici meruerunt etiam Spectabiles, & Proconsulibus æquiparabantur. C. de comitib. consistoria. lib. 12. l. 1. V. Cambdeni Britann. Et Sigismund. Gelen. in Notit. Imp. Et qui ex professo de Dignitatibus illustribus scripserunt Jo. Christoph. Becman. Syntagm. peculiari, & Jo. Selden de Titulis honorum. Jac. Guther. de Offic. dom. Aug.

COMITĪVUS, a, um. Adj. Ad comites pertinens. ut, Dignitas comitiva. Veget. 2. 9.

COMITIVA, absolute, appellatur Comitum dignitas. l. ult. de discuss. lib. 10. C. l. 47. de decurio. eodem. Aliaque primi ordinis, alia secundi comitiva constituitur. l. ult. de profess. & med. lib. 10. C.

CŎMĪTOR, [συνακολουθέω, παρεπίπτομαι, παρομαρτέω, παρακολουθῶ] āri. Proprie est minorum erga majores. Suet. de Claris Gram. cap. 23. Rhemmius Palæmon Vicentinus mulieris verna, primo, ut ferunt, textrinum, deinde herilem filium dum comitatur in scholas, litteras didicit. [Hic est periphrasis Pædagogi. V. in COMES.
Fuga aliquem comitari. Virg. 4. Æn. 543.
Ferre gressus cum aliquo & eum comitari. Sil. lib. 3. 180.
Fer gressus agiles mecum, & comitare vocantem.
Currum comitari. Suet. in Tiber. cap. 6.
Exequias comitari. Plin. lib. 11. cap. 18. Funerantiumque more comitantur exequias. De apibus.
Mortuum honore comitari, Facere ei funus. Virg. 11. Æn. 52.
Honores superbia comitatur. Claud. de Cons. Mall. Theod. 243.
Iter alicujus comitari. Virg. 6. Æn. 112.
Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum.
Oves comitantur pastorem. Virg. 3. Æn. 660.
Comitari, cum dativo. Cic. 5. Tusc. 100. Ceteraque, quæ comitantur huic vitæ, in qua sapiens nemo efficitur unquam.
Sequutus est constructionem Græcam Platonis, quem verterat, τούτῳ ξυνέπεται τῷ βίῳ. H. St.

COMĬTO, [ἀκολουθέω] āre. activ. Idem. Vox minus frequens. Ovid. 2. de Pont. 2. 83.
Quem pia nobiscum proles comitavit euntem. Propert. lib. 2. 7. 15.
Quodsi vera meæ comitarem castra puellæ, &c.
Gradus alicujus comitare. Ovid. 8. Met. 692.
Vestigia alicujus. Ovid. 14. Met. 259.
Nostraque adulantes comitant vestigia.
Comitare aliquem ad locum aliquem. Ovid. 2. de Pont. 3. 43.
Pirithoum Theseus stygias comitavit ad undas.
Hinc passive legitur Comitor. Ovid. 3. Trist. 7. 47.
— meo ingenio comitorque fruorque. Justin. 30. 2. Jam salutantur, jam comitantur.

COMITANS, antis. [παρομαρτῶν] Partic. ut, Nullo latus comitante. Sen. Hippol. 4.
Nullo comitante lavari. Martial. lib. 11. 52.
Hic nullo comitante, nec molesto,
Thermis grandibus, & suis lavatur.
Non æquo ordine comitantes. Sil. lib. 4. 31.
Turba comitantum. Ovid. 1. Amor. 7. 37.
Nimbi comitantes. Ovid. 3. Fast. 865.
Armis comitantibus, i. e. Auxilio belli. Virg. 4. Æn. 48.

COMITĀTUS, [παρηκολουθημένος] Partic. Cic. 2. in Catil. 4. Illud etiam moleste fero, quod ex urbe parum comitatus exierit.
Dolore comitatus. Tibul. lib. 3. 2. 13.
Bellum comitata femina. Stat. 8. Theb. 590.
Pecudes fetæ comitatæ parvis gregibus. Sen. Hippol. 1.

Lacrymis comitata sororum. i. e. Lacrymantibus comitata sororibus. Stat. 2. Achill. 309. De Thetide.
Militibus & armis comitatus. Ovid. 1. Amor. 6. 33.
Compar. Cic. 5. Tusc. 13. Asclepiadem ferunt philosophum, quum quidam quæreret, quid ei cæcitas attulisset, respondisse, Puero ut uno esset comitatior. Plin. lib. 10. cap. 37. Est enim ars illis inter se blandiri, & corrumpere alias, furtoque comitatiores reverti. De columbis loquitur. Secundum hoc Comitatissimum hominem dicemus Latine, quem vulgo Bene associatum dicunt. Budæus.

COMITĀTUS, ûs. m. [συνοδία] dicitur Clientela sequens dominum. Cic. 6. Fam. 19. Ejus Falernum mihi semper idoneum visum est diversorio: si modo tecti satis est ad comitatum nostrum recipiendum.
Societas atque comitatus prædonis improbissimi. Cic. 7. Verr. 54.
Assiduus comitatus. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Hecates comitatus, Proserpinæ famuli. Valer. 6. Argon. 113.
Magno comitatu venire. Virg. 4. Æn. 214.
Muliebris & delicatus ancillarum puerorumque comitatus. Cic. pro Milon. 28.
Semivir comitatus, i. e. Virorum effeminatorum. Iarbas de Ænea loquitur ironice apud Virg. 4. Æn. 215. Servius.
Civium optimorum comitatus. Cic. 8. Att. 3. Accedit illud, si maneo, & illum comitatum optimorum & clarissimorum civium desero: cadendum est in unius potestatem.
Virtutum comitatus. Cic. 2. de Finib. 110. Quid tanto concursu honestissimorum studiorum, tanto virtutum comitatu, si ea nullam ad aliam rem, nisi ad voluptatem conquiruntur?
Abstrahere se ex comitatu amplissimorum virorum. V. ABSTRAHO.
Recipere comitatum aliquorum. Cic. 6. Fam. 19.
Comitatus ad alia translatum. Plin. lib. 17. cap. 23. de traducibus loquens, Inter se obvii miscentur, alliganturque una conciliati virgultorum comitatu obiter rigorati qua deficiant.
Comitatus est & apud Romanarum rerum scriptores, Principum curia. Tacit. 2. Hist. 65. Cluvius comitatu principis adjectus. i. e. Inter comites principis in aulam assumtus. Auson. Epist. 17. Expertus es fidem meam mentis atque dictorum, dum in comitatu degimus ambo, ævi dispares.

COMITATENSIS, e. Adj. apud JCtos pro eo, quod est In comitatu. ut, Munus comitatense. l. 38. Cod. Theod.
Comitatenses milites sunt, Qui comitatui concessi sunt, ut ait l. 13. de re milit. lib. 12. C.

COMITABĬLIS, e. Paulinus Nolanus Ausonio Carm. 10. 291.
Ipse obit, atque illi suus est comitabilis error.

COMETES, is. m. Pater Asterionis, qui unus ex Argonautis fuit: eum autem genuit (ut auctor est Apollonius) ad Apidani ripam, in quem fluvium delabitur Enipeus. Valer. 1. Argon. 356.
— celer Asterion, quem matre carentem
Clenæus gemino fovit pater amne Cometes:
Segnior Apidani vires ubi sentit Enipeus. Clenæus autem Cometes a Valerio dicitur, quod Clenæum promontorium sit Thessaliæ, in qua regione sunt Apidanus & Enipeus. V. Ovid. 10. Met. 284.

CŎMĒTES, vel COMĒTA, æ. m. [κομήτης] id est Stella Comata, vel Crinita. Quarum apparitionem magnarum rerum mutationem portentendere superstitiose crediderunt veteres. Cic. 2. de Nat. Deor. 14. Cincinnatas vocat. Tum facibus, inquit, visis cælestibus, tum stellis his, quas Græci cometas, nostri cincinnatas vocant: quæ nuper bello Octaviano magnarum fuerunt calamitatum prænuntiæ.
Belli mala signa cometes. Tibul. lib. 2. 5. 71.
Diri cometæ, Criniti & pessimi. Virg. 1. Georg. 488.
Fatales. Valer. 6. Argon. 608.
— iratoque vocati
A Jove fatales ad regna injusta cometæ. Regnorum enim eversionem, rerumque mutationem portendere putantur cometæ.
Mutans regna. Lucan. 1. 526.
Rubescentes. Claud. Idyll. Magnes. 4.
Sanguinei. Virg. 10. Æn. 272.
Tremuli claro ardore. Cic. 1. de Divin. 20.
Tristis. Claud. de Cons. Mall. Theod. 112.
De cometarum natura, V. Sen. Nat. Quæst. 7. Plin. 2. 25.

COMICUS, V. COMŒDIA.

COMINI, [Κομῖνοι] Populi fuerunt Italiæ, in tractu Æquicolarum. Plin. lib. 3. cap. 12. In hoc tractu interierunt ex Æquicolis Comini, Tadiates, Acedici.

COMINIA, Genus olivæ, apud Plin. lib. 15. cap. 3.

CŌMĬNUS, Adv. [ἐγγύθεν, σταδίην] Non est idem quod Prope: sed (ut sic dicam) A prope: ut, Cominus te incessebant lapidibus: h. e. E propinquo loco: sicut e contrario, Eminus, E longinquo: sed ita tamen longinquo, propinquoque, ut prope intra jactum teli esse possit, aut quod sit id genus. non enim recte dicas, Cominus veni: Eminus redeo. Hæc Valla in Raudensem. Cic. 2. de Divin. 26. Nunc cominus agamus: experiamurque, &c. Cæs. 1. Bell. Civil. 58. extr. Itaque dum locus cominus pugnandi daretur.
Cominus factus sol. Plin. lib. 5. cap. 9. Verum sole per eos dies cominus facto, extrahi ardoris vi & suspensum abundare, ac ne devoretur abscondi. De Nilo.
Cominus judicari. Plin. lib. 11. cap. 42.
Pugnare cominus cum hoste. Cic. pro Corn. Balb. 23.
Tendere cominus. Suet. in Cæs. cap. 67. L. Cassium partis adversæ cum decem rostratis navibus obvium sibi neque refugit, & cominus tendens, ultro ad deditionem hortatus, supplicem ad se recepit.
Accedere cominus ad aliquem. Cic. 2. Att. 2.
Recipere cominus pecuniam. Pomponius in l. Si quasi. D. de Pignorat. actio. Si quasi recepturus a debitore tuo cominus pecuniam, reddidisti ei pignus. [Hic temporis adverbium videtur, ut in seq.
Cominus, Statim, sine intermissione. Virg. 1. Georg. 104.
Quid dicam jacto qui semine cominus arva
Insequitur? Servius.
Grave cominus æstuat aër sordidus. Stat. 12. Theb. 248. i. e. Graviter exhalat.
Cominus & eminus. Ovid. 3. Met. 119. — rigido de fratribus unum
Cominus ense ferit, jaculo cadit eminus ipse.

Lateque & cominus. Catul. 59.

Compar. Cominius accedere ad congreſſum. Tertull. de Carne Chr. cap. 71. [Niſi error eſt.

Cōmis, e. [φιλόφρων, ἐυπροσήγορος, ἐυτράπελος] Benignus homo, & facilis, qui alii non gravate inſervit, inquit Valla lib. 4. cap. 38. Cic. 2. de Finib. 80. Quaſi quis illum neget & bonum virum & comem, & humanum fuiſſe.

Comis & humanus erga aliquem. Cic. de Senect. 59.

Comis, urbanus, & liber. Hor. 1. Serm. 4. 90.

Comis, benignus, facilis, ſuavis, V. mox in COMITER.

Amica comis & blanda. Ovid. 2. de Arte Am. 177.

Anus comis. Ovid. 3. Faſt. 684.

Conveniunt partes hæ tibi comis anus.

Ingenium come. Tacit. 5. Ann. 1.

Oculi comes. Ovid. 3. de Arte Am. 510.

Comibus eſt oculis alliciendus amor.

Sermo & congreſſus comis. Tacit. 15. Ann. 48.

Comis, pro Indulgenti. Liv. Nunc patres comes, & ſenes faciles, de alieno imperio ſpreto gratiam facere. Budæus.

In uxorem comis. Hor. 2. Epiſt. 2. 133.

Compar. [φιλοφρονέστερος] Cic. pro Muren. 66. Quis vero C. Lælio comior? quis jucundior eodem ex ſtudio iſto?

Comĭtas, ātis. f. [φιλοφροσύνη, ἐυπροσηγορία] denom. i. e. Benignitas, facilitas. Cic. 5. de Finib. 65. Juſtitia dicitur, cui ſunt adjunctæ pietas, liberalitas, benignitas, comitas, quæque ſunt generis ejuſdem.

Comitas & affabilitas ſermonis. Cic. 2. Off. 48.

Comitas & beneficentia. Cic. 2. de Orat. 343. Sunt enim aliæ virtutes, quæ videntur in moribus hominum & quadam comitate ac beneficentia poſitæ.

Comitas conjunctioque humana. Cic. 1. Off. 157. In codd. emendatis eſt Communitas.

Comitas & facilitas. Cic. de Amicit. 68. Et ad omnem comitatem facilitatemque proclivior.

Obſequium & comitas adoleſcentis. Cic. 6. Att. 6. Mulieres quidem valde intelligo delectari obſequio & comitate adoleſcentis.

Comitas & Severitas, contraria. Cic. in Orat. 34. Quid enim tam diſtans, quam a ſeveritate comitas?

Orationis comitas. Cic. in Brut. 148. Summa non vitæ ſolum atque naturæ, ſed orationis etiam comitas.

Verborum comitas. Cic. 2. de Orat. 182.

Exquiſitiſſimæ comitatis cœnam dare. Suet. Othon. cap. 3. Omnium autem conſiliorum ſecretorumque particeps, die, quam Nero necandæ matri deſtinaverat, ad avertendas ſuſpiciones, cœnam utrique exquiſitiſſimæ comitatis dedit.

Summa comitate cœnam præbere. Suet. in Auguſt. cap. 74. Cœnam ternis ferculis, aut quum abundantiſſime, ſenis præbebat, ut non nimio ſumptu, ita ſumma comitate.

Erat in illo viro comitate gravitas condita. Cic. de Senect. 19.

Summa alicujus gravitas cum ſingulari comitate conjuncta. Cic. 1. Q. frat. 1.

Aſpergere gravitati comitatem. In ASPERGO.

Conciliare ſibi aliquem invitandi comitate. Liv. 1. 34.

Conciliat animos comitas affabilitaſque ſermonis. Cic. 2. Off. 48.

Diſſoluta comitas. Quintil. lib. 2. cap. 2.

Habere nullam comitatem ſermonis. Cic. 1. Off. 109.

Illucet in ingeniis comitas. V. ILLUCEO.

Comĭter, Adv. [φιλοφρόνως] Hilare ac lubenter, inquit Varro de L. L. lib. 6. 5.

Accipere aliquem comiter. Plaut. Amph. 4. 2. ſuppoſ. 18.

Adjuvare comiter. Ter. Phorm. 3. 3. 4.

Adminiſtrata comiter provincia. Tacit. 1. Hiſt. 13.

Appellare aliquem comiter ac benigne. Liv. 2. 44.

Salutare benigne, comiter appellare unumquemque. Cic. 13. Philipp. 4.

Comiter alterius populi majeſtatem conſervare. Procul. in l. 7. D. de captiv. & poſtlim. ſic interpretatur. Hoc enim adjicitur, ut intelligatur alterum populum ſuperiorem eſſe, non ut intelligatur alterum non eſſe liberum. Quod idem Cicero pro Corn. Balb. 36. demonſtrat. Primum verbi genus hoc conſervandi, imperantis eſt, non precantis. Deinde quum alterius populi majeſtas conſervari jubetur, de altero ſiletur, certe ille populus in ſuperiori conditione cauſaque ponitur, cujus majeſtas fœderis ſanctione defenditur. In quo erat accuſatoris interpretatio indigna reſponſione, qui ita dicebat, *Comiter* eſſe *Communiter*: quaſi vero priſcum aliquod aut inſolitum verbum interpretaretur. Comes, benigni, faciles, ſuaves homines eſſe dicuntur,

— Qui erranti comiter monſtrent viam, benigne non gravate. *comiter* quidem certe, non *communiter* convenit. &c. Hotom.

Excipi comiter. Ovid. 2. Faſt. 788.

Factum a vobis comiter. Plaut. Pœn. 3. 6. 10.

Habitare comiter. Plin. lib. 17. cap. 1. de Craſſo Domitium alloquente, Utrumne igitur, ego ſum, inquit, quæſo Domiti, exemplo gravis & ab ipſa mea cenſura notandus, qui in domo, quæ mihi hæreditate obvenit; comiter habitem: an tu, qui ſex arbores æſtimes?

Comiter & Communiter quid diſtent apparet ex Cic. verbis pro Corn. Balbo paulo ſupra adductis. q. V.

Solari comiter aliquem. Cic. 3. Att.

Superl. Plaut. Mil. 3. 3. 66. AC. Datne a ſe mulier operam? PA. lepidiſſime & comiſſime.

Cōmissor, [κωμάζω] āri. Intempeſtive poſt cœnam epulari, nonnunquam Laſcive vivere, aut Ad intemperantiam bibere. Hor. 4. Carm. 1. 9.

Tempeſtivius in domum
Paulli, purpureis ales oloribus,
Comiſſabere Maximi,
Si torrere jecur quæris idoneum.

Liv. 40. 7. pr. Hujus rei ignarus Demetrius, quin comiſſatum, inquit, ad fratrem imus. Plaut. Moſt. 1. 4. 5. Nunc comiſſatum ibo ad Philolachen. Suet. Domit. cap. 21. Convivabatur non ultra ſolis occaſum, nec ut poſtea comiſſaretur. Ter. Eun. 3. 1. 51. Phædriam intromittamus comiſſatum.

Comiſſor a Vicis dicitur, quos Græci κώμας dicunt. In his enim habitabant prius quam oppida conderentur, quibus in locis alii alios convictus cauſſa invitabant. Hæc Feſtus. Sunt qui ex Græco verbo κωμάζω arceſſunt, alii a Comeſum partic. unde & ſcribitur aliquando, ſed minus juſte, Comaſſor & Comeſſor. V. Varr. L. L. 6. 5. Scalig. Poët. 1. 4. & Voſſ. Etymolog. Lambin. ad Horat. 4. Carm. od. 1. Burm. ad Petr. cap. 65. pag. 324.

Comissans, antis. Suet. Calig. cap. 32. In conſpectu prandentis vel comiſſantis.

Comissatio, ōnis. f. Compotatio a cœna. Suet. Veſpaſ. cap. 7. ad mediam noctem comiſſationes cum aliis extendere. Idem Vitell. 13. Epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat, in jentacula, prandia, cœnas, & comiſſationes. Cic. 2. in Catil. 10. Quod ſi in vino & alea comiſſationes ſolum & ſcorta quærerent, eſſent illi quidem deſperandi, ſed tamen eſſent ferendi.

Libidines, amores, adulteria, convivia, comiſſationes, cantus, ſymphoniæ. Cic. pro Cœl. 35.

Turpe convivium, amor, comiſſatio, libido, ſumptus. Cic. pro Muren. 13.

Tempeſtas comiſſationis, aut Comiſſatio tempeſtatis. Cic. 3. de Orat. 162.

Albana comiſſatio. Martial. lib. 12. 48.

Comissātor, ōris. m. [κωμαστὴς] Qui nocturnis atque intempeſtivis conviviis indulget. Ter. Adel. 5. 2. 8. Caius in l. Si quid. D. de Ædilit. edict. Et is ex diverſo levis, protervus, deſidioſus, ſomniculoſus, piger, tardus, comiſſator inveniatur.

Alia ſubſelliorum ratio, alia lectorum: non idem judicum comiſſatorumque conſpectus. Cic. pro Cœl. 67.

Comiſſator conjurationis. Cic. 1. Att. 16. Ut noſtri iſti comiſſatores conjurationis, barbatuli juvenes, illum in ſermonibus Cn. Ciceronem appellent. Comiſſatores dixit, Reliquos & ſeros conjuratos, ut qui poſt cœnam comiſſatum veniunt.

Comissabundus, [κωμαστώδης] Liv. 9. 17. Temulento agmine comiſſabundus inceſſit. Plin. lib. 21. cap. 3. Athenis comiſſabundi juvenes ante meridiem conventus ſapientum frequentabant. i. e. Comiſſatum euntes, hoc eſt perpotatum, vel madidi & vinolenti.

Cominsine, & Comisene V. CAMISENE.

Comitasset, veteribus pro Cubuiſſet, teſte Nonio. Accius Erigona, Tum autem Ægiſthus ſi me eſſe eodem lecto comitaſſet patri. Obſoletum. Al. leg. Comitiaſſet. [Parum conſtat de lectione. Forte legendum: Si me ſeſe eodem lecto combitaſſe patri. ut ſit frequentativum Cumbito a Cumbo, ut a Cubo ſit Cubito.

Comitium, i. n. Quilibet hominum cœtus. dicitur a Coeundo. Comitium amicorum. Nepos 25. 4. [Immo Comitia. Cave vero de aliis comitiis intelligas, quam quibus Attici amici ſcilicet honores petebant, quibus ille ut ſuffragaretur, Romam accurrebat.

Comitium, Locus in foro, ubi coibatur litium & ſuffragiorum cauſa: dictum, ut ait Feſtus, a Coeundo, quod in eum locum populus olim conveniebat ad ſuffragium ferendum. Comitium ab eo, quod coibant eo comitiis curiatis & litium cauſa. Varro de L. L. 4. 32. Aſconius in 3. Verr. 58. Comitium, inquit, locus propter Senatum, quo coire equitibus & Populo Romano licet. Liv. 1. 36. Statua Accii poſita capite velato, quo in loco res acta eſt in Comitio, in gradibus ipſis ad lævam curiæ fuit. Cotem quoque eodem loco ſitam fuiſſe memorant, ut eſſet ad poſteros miraculi ejus monumentum. Cic. 1. de Divin. 32. Ita cotem in comitium allatam, inſpectante & rege & populo, novacula eſſe diſciſſam. Et paucis interjectis, Cotem autem illam & novaculam defoſſam in Comitio, ſupraque impoſitum Puteal accepimus. Liv. 24. 20. Quos quum Romam miſiſſet conſul, virgis in Comitio cæſi omnes, ac de ſaxo dejecti. Cic. pro Sext. 75. Quum forum, comitium, curiam, multa de nocte armatis hominibus ac ſervis pleriſque occupaviſſent. Gell. lib. 4. cap. 5. Statua Romæ in comitio poſita Horatii Coclitis fortiſſimi viri de cælo tacta eſt.

Comitium videtur Subſelliis opponere Cic. in Brut. 289. Quare ſi anguſte & exiliter dicere eſt Atticorum, ſint ſane Attici, ſed in comitium veniant, ad ſtantem judicem dicant. Subſellia grandiorem & pleniorem vocem deſiderant. Ad judicem, apud judicem. Stantem, quod in ſubſelliis judices ſederent, in comitio ſtarent. Cic. Atticos hoſce in comitium mittit, quod cauſas minores, quæ in comitio agebantur, & in quibus vehementi dicendi genere opus non erat, dicere poſſent: ſed quum anguſte & exiliter dicerent, neque in ſubſelliis neque in Roſtris, id eſt neque in judiciis majoribus, neque in concione dicere commode poterant: quod vi, contentione & ardore carerent, quæ in ſubſelliis & Roſtris requirebantur. Vel forte ſtantem, ut poſſit audire oratores hoſce ſic anguſte & exiliter dicentes. i. e. Attenuate & jejune.

Comitia, orum. n. pl. [ἀρχαιρεσία] erant Conventus Populi Romæ, a ſimul itando ita appellata, ubi creabantur magiſtratus & eligebantur per ſuffragia: ubi etiam leges approbabantur. Comitia dicta, quaſi Coitia. Cic. Venio ad comitia ſive magiſtratuum ſive legum. Plaut. Aulul. 4. 7. 20.

Ibo intro, ubi de capite meo ſunt comitia. i. e. Ubi de capite meo agitur.

Comitiorum tria genera Romæ diverſis temporibus inſtituta, Curiata primum a Romulo, Centuriata deinde a Servio Tullio, ſexto Romanorum rege, poſtremo Tributa, a tribunis pleb. De curiatis comitiis illa ſignificant, quæ ſcripta ſunt apud Pomponium juriſconſultum: Romulus, inquit, populo in triginta partes diviſo, quos curias appellavit, quod tunc reipubl. curam per ſententias earum expediebat, leges quaſdam curiatas ad populum tulit: tulerunt & ſequentes reges. Centuriata Servius rex, ut diximus, majorum rerum, patritiorumque magiſtratuum cauſſa induxit: iiſque comitiis ad extrema reipub. tempora patritios magiſtratus creatos eſſe legimus. Tributa, regibus ejectis, tum primum inſtituta, quum Coriolanus in judicium populi vocatus eſt. poſteaque cum Volerone Publilio Lætorius Tribb. pleb. legem tulerunt, ut tributis comitiis plebeii magiſtratus fierent, qui antea curiatis fieri ſolebant. Tributorum autem comitiorum aucta maxime vis eſt ea lege, quam L. Valerius, & M. Horatius COSS. tulerunt, ut, quod tributis comitiis plebs ſanxiſſet, eo Quirites omnes æque tenerentur, ac ſi centuriatis comitiis perlata lex eſſet, ita centuriatis tributa ſunt æquata, &, quod ait Livius lib. 3. 55. tribunitiis rogationibus acerrimum telum hac lege datum eſt: quum, quidquid tribuni pl. ferrent, id deinde ab omnibus civibus ſervari neceſſe eſſet. Quanquam & Publilius dictator lege lata, centuriata, quæ patritiorum cauſſa inſtituta diximus, imminuit: ſanxit enim, ut omnium legum, quæ comitiis centuriatis ferrentur,

rentur, ante initum suffragium patres auctores fierent: ne scilicet roboris minus haberet, si quid populare, patribus invitis, latum esset. De jure autem, & tempore comitiorum ita cognosci poterit, si, quæ duarum legum, Æliæ & Fufiæ, fuerit sententia, consideretur. quare loca ipsa proponemus. ac primum, quod ait in ea pro Sextio cap. 15. pr. Iisdem consulibus sedentibus, atque inspectantibus, lata est lex, ne auspicia valerent, ne quis obnuntiaret, ne quis legi intercederet, ut omnibus fastis diebus legem ferre liceret, ut lex Ælia, lex Fufia ne valeret: dicendum est, quatuor illas partes, de auspiciis, de obnuntiatione, de intercessione, de fastis diebus, omnes duabus legibus, quæ subjiciuntur, Ælia & Fufia, comprehendi, sed tres priores Ælia, posteriorem autem Fufia: rursus e tribus prioribus. ejusdem generis, & quasi naturæ duas esse: tertiam separatam, & tanquam alienam. nam auspicia ideo erant, ut esset obnuntiatio. cum enim de cælo servatum esset, tum ferentibus legem obnuntiabatur. itaque auspiciorum quasi partus quidam erat obnuntiatio: nec unquam servatum est de cælo, quin obnuntiatum sit, sive prospera, sive adversa signa essent: quum prospera confirmarent id, quod cum populo ageretur, adversa impedirent. propterea sublatum esse a Clodio morem de cælo servandi, scripsit Dio lib. 38. quum tamen antea ita diligenter auspicia servata essent, ut M. Drusi legibus, quia contra auspicia latæ judicarentur, senatus decreverit populum non teneri. quod Cic. lib. 2. de Legib. 31. & Pedianus in commentario Cornelianæ (pag. 1789. Verburg.) tradidit. ergo cum hoc auspiciorum genere quasi cognatione quadam cohæret obnuntiatio. at intercessio nihil habet commune cum auspiciis. auspicia enim ad religionem referebantur, quod a cælo, id est a deorum numine, pendere viderentur. intercessio autem humanæ potestatis erat, & cum a voluntate semper, nulla religionis observatione, manabat, tum ab ea voluntate nonnunquam, quæ ab omni religione dissentiret, & cum ipsa quasi deorum voluntate pugnaret. præterea, servare de cælo, augurum, atque omnium plane magistratuum fuit, quod supra notavimus: intercedere vero, duntaxat ad tribunos pl. tum veteri sacratarum legum jure, tum, ut ego existimo, legis Æliæ jussu pertinuit. loquor autem de intercessione ad populum, quum lex ferretur. nam in senatu, quum s. c. fieret, non tribunos pl. tantum, sed omnes, qui eadem potestate, qua ii, qui s. c. facerent, majoreve essent, intercendi facultatem habuisse, diximus in libro de Senatu. atque etiam, quod in eo libro non diximus, forensis, ut ita dicam, erat intercessio, quum prætori de privata controversia decernenti prætor intercedebat. cujus generis idoneus locus erit in libro de Judiciis. nunc persequamur institutum. Dixi, legis Æliæ fuisse tria illa membra, de auspiciis, de obnuntiatione, de intercessione, quæ Clodius sua lege sustulit: quartum de fastis diebus Fufia lege sancitum. itaque in oratione de Provinciis consularibus, in extremo, paulo distinctius loquutus est Cicero, quum caput illud, de fastis diebus, separatim a reliquis posuit: reliqua vero tria separatim, quidem & ipsa ab eo capite, sed ipsa tamen inter se conjuncta, ut dubitandum minime sit, quin hæc in una lege simul fuerint, sicuti simul sunt a Cicerone pronuntiata. quod si in una lege, ne illud quidem dubitandum de duabus legibus, Ælia, scilicet, & Fufia, utrum intelligamus. nam si de tribus conjunctis unum aliquod in Ælia lege fuisse docuero, Æliæ legi & reliqua duo tribui debere, concedendum, ut opinor, erit. docebo autem Pediani verbis obnuntiationem Æliæ legis fuisse. nam illud in Pisonem 9. A P. Clodio, fatali portento prodigioque reipubl. lex Ælia & Fufia eversa est, ipse sic interpretatur: Legem tulit P. Clodius tribunus pl. ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cælo servaret. propter quam rogationem, ait, legem Fufiam & Æliam, propugnacula & muros tranquillitatis atque otii, eversam esse. obnuntiatio enim, quæ perniciosis legibus resistebat, quam Ælia lex confirmaverat, erat sublata. miror autem, cur eo loco nihil de sententia Fufiæ legis addiderit Pedianus, quum tamen ipsam legem simul cum Ælia nominarit. non enim tantum tulit Clodius, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de cælo servaret, quod contra lex Ælia jubebat: sed etiam, ut omnibus fastis legem ferri liceret: ut aperte demonstrant illa quæ sunt a nobis ex oratione pro Sextio recitata, & hæc in ea De provinciis 46. Aut statuendum nobis est, legem Æliam manere, legem Fufiam non esse abrogatam, non omnibus fastis legem ferri licere, quum lex feratur, de cælo servari, obnuntiari, intercedi licere. Verum, ut fortasse mutilus Pedianus, quia prætermiserit id quod Fufia lege scitum Clodius abrogavit, non item mendosus in eo quod de lege Ælia posuimus. satis enim plane loquitur. itaque ut cur de mendo suspicemur caussam esse nullam videamus. quare habemus quod volumus, obnuntiationem ad legem Æliam pertinere. quod si hoc, ergo & illud, auspicia quoque, a quibus obnuntiatio derivatur, & intercessionem ad eandem legem pertinere. &, si hæc tria ad legem Æliam, unum illud, quod reliquum est, de fastis diebus, ad Fufiam pertineat necesse erit. eandem utriusque legis sententiam, nisi fallor, attigit in epistola, Quæris, lib. 1. ad Att. 6. quum ait: Lurco autem tribunus pleb. qui magistratum simul cum lege Ælia iniit, solutus est & Ælia, & Fufia, ut legem de ambitu ferret. inibant enim veteres Romani magistratum auspicato: neque omnino quidquam publice, nec domi, nec militiæ, sine auspiciis gerebatur. quod autem in tribunatu pl. Lurconi mandando factum erat, ut auspicia servarentur: id ut ipse in lege de ambitu ferenda ne servaret, neque auspiciorum ullam omnino rationem haberet, decretum est a senatu: neque hoc solum, sed illud simul, ut omnibus fastis legem ferre posset. quod lex Fufia vetabat, ideo enim solvit eum senatus & Ælia lege & Fufia, ut neque auspiciorum religio, neque dierum ratio impedimento esset, quo minus primo quoque tempore perferri lex de ambitu posset. Has ipsas leges & in oratione pro Sextio lege Clodia significat abrogatas, quum ait: Mitto eam legem, quæ omnia jura religionum, auspiciorum, potestatum, omnes leges, quæ sunt de jure, & de tempore legum rogandarum, una rogatione sustulit. Nam etsi non nominat, legem tamen Æliam significari certum est, quum ait, Quæ sunt de jure, Fufiam autem, quum subjicit, Et de tempore. jus enim intelligit auspicandi, obnuntiandi, intercedendi, quæ sanxerat Ælia lex: tempus autem, quo legem perferri non liceret, fastos videlicet dies, de quibus caverat Fufia lex. nec dubito, quin, quum dixit, Omnia jura religionum, auspiciorum, potestatum, ad sententiam potius Æliæ legis, quam Fufiæ, spectaverit. nihil enim horum video, quod ad Fufiam referri possit. nam ego quidem, in verbo, Potestatum, obnuntiationem & intercessionem significari puto, quæ legis Æliæ fuisse

jam diximus. &, quanquam Auspiciorum, potestatum, dixit, ad interpretationem antecedentis verbi Religionum; quod sæpe facit: & in dictione, Potestatum, & obnuntiatio & intercessio simul includuntur: solam tamen obnuntiationem ad religionem refero. nam intercessioni cum religione nihil erat: quod paulo ante demonstravi. Ex iis quæ attulimus, satis, opinor, constat, auspicandi, obnuntiandi, intercedendi morem apud Romanos fuisse; quæ pertinent ad jus comitiorum: quo de genere lex Ælia loquebatur. constat illud quoque, fastis diebus non licuisse haberi comitia legum ferendarum caussa, sed comitialibus tantum, quod Fufia lege sancitum erat. Impediebantur autem comitia multis modis, primum Jove fulgente tonante: deinde, si sinistrum fulmen esset: tum si quis eo morbo, qui insputatur, corruisset; ex quo comitialis morbus dictus est. postremo si tribunus pl. intercessisset: quod fiebat hac voce prolata, Veto. Notavimus etiam illud apud Gellium, lege cautum esse, ut, quo die auspicia capta essent, eodem ea de re, cujus rei caussa auspicatum esset, comitia absolverentur. alioqui infirmum & inane populi jussum erat. Hæc ex libro Manutii de Legibus Romanis.

Ædilitia comitia, Ædilibus creandis. Varr. de R. R. 3. 5. V. ÆDILIS.

Calata. V. CALO, Gell. lib. 15. cap. 27. & Liv. 40. 42.

Centuriata, instituta a Servio Tullio. V. Liv. 1. 60.

Consulum comitia. Cic. 2. Q. frat. 2.

Consularia, Consulibus rogandis. Cic. pro Muren. 38. Imperatores enim comitiis Consularibus, non verborum interpretes deliguntur.

Curiata. Gell. 15. 27. V. supra.

Gratuita, Sine largitione. Cic. 4. Att. 15. extr.

Militaria, urbana, communia. Arnobius lib. 2. Nunquid magistratus per populum creatis? militaria, urbana, communia quæ sunt comitia scitis? Appellat comitia Centuriata, militaria, quod populus more militari centuriatus sit: urbana, Curiata: Curiæ enim erant urbani populi. Communia, Tributa, quod ex totius populi tribubus fierent: erantque non propria tantum urbani populi, sed etiam rustici & suburbani. Turnebus Advers. 13. 14.

Pontificis Maximi, Quibus Pontifex maximus creabatur. Cic. in Rull. 2. 18. Pontificia. pro Cœl. 19.

Proconsularia, & Proprætoria. V. Liv. 8. 23. & 10. 24.

Quæstoria. Cic. 7 Fam. 30.

Recentibus comitiis in Senatum introducti haruspices. Cic. 1. de Divin. 33.

Sacerdotum comitia Cic. ad Brut. 5.

Tribunicia. Cic. 1. Att. 1. Sallust. Bell. Jugurth.

Tributa, curiata, centuriata comitia. Cic. 2. de Lege Agr. 6. Idem 2. de Lege Agr. 27. Gell. lib. 13. cap. 14. & lib. 15. cap. 27. V. Suffragia quomodo ferri solerent, in SUFFRAGOR, & paulo supra dicta.

Tributa capitis comitia non rata. Cic. 3. de Legib. 45. Præterea neque tributa capitis comitia rata esse possent.

Vera comitia & adumbrata. Cic. 2. de Lege Agr. 30. Sint igitur Decemviri neque veris comitiis, hoc est populi suffragiis, neque illis ad speciem atque ad usurpationem vetustatis per XXX lictores auspiciorum causa adumbratis constituti.

Abstinere comitiis. In ABSTINEO.

Datus alicui magistratus nullis comitiis. Cic. 2. de Lege Agr. 4.

Differre comitia. Cic. 1. Att. 1.

Edicere comitia. Liv. 3. 37. Expectabant quam mox Consulibus creandis comitia edicerentur.

Facere. Cic. 4. Att. 15.

Gerere. Cic. 3. de Legib. 45. Quod comitia illa essent armis gesta servilibus.

Habere. Cic. pro Planc. 49. Idem 2. de Divin. 44. Jove tonante, fulgurante, comitia populi habere nefas. Idem a Græcis observatum videtur: nam apud eos pluvia & tonitrua comitia dirimebant. Aristophanes, διοσημεί' ἐστὶ, καὶ ῥανὶς βέβληκέ με. Turnebus.

Comitia de reo habere. Liv. 3. 24. In mora Tribuni erant, qui comitia Quæstores de reo habere, nisi prius de lege habita essent, passuros se negabant. Budæus.

Indicere comitia, plus est quam Concilium. Gell. lib. 15. cap. 27. Is qui non universum populum, sed partem aliquam adesse jubet, non comitia, sed concilium indicere jubet.

Inquinata largitione comitia. Cic. de Petit. Consul. 44. Video nulla esse comitia tam inquinata largitione, quibus non gratis aliquæ centuriæ renuntient suos maxime necessarios.

Obire. V. OBEO.

Obnuntiare comitiis. Cic. Post red. in Senat. 10. Legem Tribunus plebis tulit, ne auspiciis obtemperaretur: ne obnuntiare concilio aut comitiis, ne legi intercedere liceret.

Obnuntiationibus comitiorum quotidie singuli dies tolluntur, magna voluntate bonorum omnium. Cic. 3. Q. frat. 3.

Peragere. In PERAGO.

Perscribere tota comitia. Cic. 4. Att. 15.

Protendere, vel, ut alii legunt, Protrudere comitia in mensem Januarium. Cic. 10. Fam. 26.

Rogator comitiorum justus. Cic. 1. de Divin. 33.

COMITIĀLIS, e. [ἀρχαιρεσιακὸς] & a Comitiis, & a Comitio dicitur, ut inquit Budæus: Quod ad comitium, vel Comitia pertinet.

Dies comitiales, Qui comitiis habendis dicati erant: in quibus cum populo agi licebat, ut ait Macrobius Sat. 1. 16. & quibus Pop. Rom. convenire solebat ad suffragium ferendum. Cic. 1. Q. frat 2. Consequuti sunt dies comitiales, per quos Senatus haberi non poterat.

Dies comitiales appellabant, Quum in comitio conveniebant. Festus.

Homines comitiales, Litigiosi dicuntur. Plaut. Pœn. 3. 2. 7.

Mensis comitialis. Cic. 4. Ver. 140. Dies is erat legitimus comitiis habendis, &c. Herodotus, quum Roma revertitur, dies, ut ipse putabat, quindecim ante comitia, offendit eum mensem comitialem, comitiis abhinc jam triginta habitis.

Morbus comitialis, Græcis ἐπιληψία, vulgo Caducus dicitur, alias Sacer: & Morbus Herculeus, quod Hercules eum morbum passus sit. Dictus comitialis, quod comitia vitiare diceretur: interrumpebantur enim comitia quo die aliquis concidisset. Cato, Quod comitia prohibere solet, nec id quidem mihi vitium fuit. Plin. lib. 10. cap. 23. Coturnicibus veratri semen gratissimus cibus: quam ob causam eas damnavere mensæ, simulque comitialem propter morbum despui suetum, quem solæ animalium sentiunt præter hominem.

Homo comitialis, Qui eo morbo laborat. Plin. lib. 20. cap. 5.

Comitialĭter, Adv. Plin. 22. 21. Si id comitialiter accidat; i. e. In morbo epileptico.

Comitiarius, [ἀρχαιρεσιακὸς] Adj. ut, Comitiaria ſtatio: Quæ in modum comitiorum celebratur. Liv. 23. 16. In hac comitiaria jam duorum exercituum ſtatione, principes Nolanorum nuntiant Marcello, nocturna colloquia inter plebem & Pœnos fieri. Sigonius monet in veteribus libris legi, In hac continua duorum, &c. In quibuſdam vero, Cotidiana. V. Gronov. in loc.

Comitio, āre. [ἀρχαιρεσιάζω] Varro de L.L. 5. 4. Quando rex (ſacrificulus) comitiavit fas. Et in Iſid. Gloſſ. Ubi nonnulli Comitare legunt, alii Comitiare reponunt.

Comitiātus, Partic. [ἀρχαιρεσίας] Suffragio populi in comitiis electus. Cic. 4. Att. 15. Ex comitiatis puto fore ut ducantur Tribunicii. In emendatioribus tamen codicibus ſic legitur, Sed comitia puto fore ut ducantur. Tribunicii candidati jurarunt. Primæ tamen lectioni ſuffragari videtur Aſconius, quum dicat Tribunorum Militarium fuiſſe alterum genus comitiatos. Aſconius Ped. in 2. contra Verrem 30. Tribunorum militarium duo genera, Primum eorum qui Rufuli dicuntur. Hi in exercitu creari ſolent. Alii ſunt Comitiati, qui Romæ comitiis deſignantur.

Comitiatus, ûs. m. [ἀρχαιρεσιασμὸς] Cic. 3. de Legib. 27. Tum leges præclariſſimæ de XII Tabulis tralatæ duæ, quarum altera privilegia tollit: altera de capite civis rogari, niſi maximo comitiatu vetat. Gell. lib. 13. cap. 14. M. Meſſala augur in libro primo de Auſpiciis, ita de minoribus magiſtratibus ſcribit: Conſul ab omnibus magiſtratibus & comitiatum & concionem avocare poteſt. Prætor & comitiatum & concionem uſquequaque avocare poteſt, niſi a Conſule. Minores magiſtratus nuſquam nec comitiatum nec concionem avocare poſſunt. Ea re, qui eorum primus vocat ad comitiatum, is recte agit. Hæc Gellius. Porro Comitiatum avocare, eſt Impedire ne habeantur comitia. conf. concio.

Comitiatum dimittere & reſcindere. Cic. 2. de Legib. 11. Quid enim majus eſt, ſi de jure quærimus, quam poſſe a ſummis imperiis & ſummis poteſtatibus comitiatus & concilia vel inſtituta dimittere, vel habita reſcindere? Quo in loco quidam inepte legunt, Comitatus.

Per maximum comitiatum, i. e. Comitia centuriata. Cic. 3. de Legib. 11.

Comito, & Comitor. V. comes.

Comma, ătis. n. [κόμμα] Latine Inciſum dicitur. Eſt autem pars periodi. V. colon. & Inciſum, in incīdo.

Comma, Cæſura. Priſcianus de duodecim carminibus, Commata autem ſunt tria, trochaica, ſemiquinaria, & ſemiſeptenaria. Budæus.

In hoc enim diſtinguuntur Comma & Colon, ut hoc perfectos habeat pedes, ut Defeciſſe videt ſua; illud vero imperfectos, ut

In nova fert animus.

Commatĭcus, Adj. [κομματικὸς] Brevis.

Hymnus commaticus. Sidon. 4. 3.

Pronunciatio commatica. Cæl. Rhod. 27. 7.

Commăcŭlo, [καταμιαίνω, καταρυπόω] āre. Idem ſignificat quod Maculare.

Manus commaculare ſanguine alicujus. Virg. de Medea, 8. Ecl. 48. i. e. Polluere internecione.

Commaculare ſe ambitu, per metaphoram. Cic. pro Cœl. 16. Nunquam enim Cœlius tam amens fuiſſet, ut ſi ſe iſto infinito ambitu commaculaſſet, ambitus alterum accuſaret.

Commădeo, [διαίνομαι] ēre. Idem quod ſimplex Madere. Cato cap. 156. Coquito uſque dum ea commadebit bene, aquam defundito.

Commagene, Commagenum, V. comagene.

Commalaxo, āre. eſt Subigere, exercere, ac maturefacere. Varro apud Non. 2. 103. Nec dolorem adiaphoron eſſe, quod philoſophia commalaxarem eam partem, &c. V. malaxo.

Commalleŏlo, āre. a Malleus; & ſignificat, Incīdo. Hyginus de Limit. pag. 195. Gœſ. Al. Commalliolari, vel Commallari, vel comvallari.

Commando, ĕre. a Mando, ĕre. Dentibus molere & in ore tenere. Ser. Sammon. pag. 22. Keuch.

Mane novo myrti frondes commandere prodeſt.

Commandūco, [διαμασάω] āre. Idem. Cicero Mandere dicit. Plin. lib. 19. cap. 8. Quum priores ob religionem eam minime commanducarent. Valer. Max. 3. 3. ext. 4. Protinuſque dentibus abſciſſam, & commanducatam linguam in eum expuit.

Commanducatur, deponens apud Lucil. lib. 4. legitur, pro Comedit vel Devorat. Aſſequitur (inquit) nec opinantem, in caput inſilit, ipſum commanducatur totum complexum. Idem lib. 25.

Villicum Ariſtocratem mediaſtinum, atque bubulcum
Commanducatur, corrupit, ad incita adegit. Nonius, 17. 89.

Commanducātus, a, um. [διαμεμασημένος] Plin. lib. 22. cap. 22. Soncho oris graveolentia commanducato corrigitur.

Commanducātus, ûs. m. [διαμάσησις] Plin. lib. 24. cap. 4. Ulcera commanducatu impoſituque efficaciſſime ſanari. In emendatioribus codicibus legitur, Commanducato impoſitoque.

Commăneo, ēre. Simul manere. Macrob. 6. Saturn. cap. 8. Referunt enim non ad eos qui adveniunt, ſed ad illos qui in domo commanent. Et Aug. de Civ. Dei 22. 8.

Commanipŭlo, ōnis. m. [ὁμόλοχος] Miles ejuſdem manipuli, apud Spartianum, in Nigro, cap. 10.

Commanipŭlus, i. m. Idem. Vetus Inſcriptio apud Gruter. p. 46. n. 10. REGRESSI CVM COMMANIPVLIS LIBENTES VOTVM SOLVERVNT.

Commanipulāris, is. m. Idem ac Commilito. Tacit. 4. Hiſt. 46. Prenſare commanipularium pectora. Inſcriptio apud Gruter. 521. n. 9. C. IVLIVS PROCVLVS COMMANIPULARIS.

Commargĭno, āre. a Margino, are; quod legitur apud Plin. & Liv. 41. 32. pro Margine munire. Ammian. Marcell. 3. 2. Commarginare pontes.

Commarītus, i. m. [συνανὴρ] Vice mariti. Plaut. Caſ. 4. 2. 18.

Meus ſocerus, compar, commaritus villicus.

Commascŭlo, āre. Macrob. 7. Saturn. cap. 11. Commaſcula frontem, & ſequeſtrata verecundia, quam in te facies rubore indicat, confer nobiſcum libere quod occurrerit. h. e. Aude virilem oſtendere frontem. Apul. Mileſ. 2. pag. 124. Animum meum commaſculo.

Commāter, tris. f. V. compater.

Commatrōna, æ. f. Tertull. ad Uxor. 2. 8. Dives commatrona nomine inflata.

Commeatus, In commeo.

Commedĭtor, [φροντίζω, μελετάω] āri. Idem ac Meditari. Auct. ad Heren. lib. 3. 31. Quare placet & ex ordine locos comparare, & locos quos aſſumpſerimus, egregie commeditari oportebit, ut perpetuo nobis hærere poſſint. i. e. Meditari, & cogitatione memoriaque complecti. Lucret. lib. 6. 111. de Carbaſo,

Et fragiles ſonitus chartarum commeditatur. h. e. Exercet, facit, reddit.

Commelĕto, āre. Meditor. Hygin. Fab. 165. Quibus aſſidue commeletando, ſonum ſuaviorem indies faciebat. de Marſya.

Commemĭni, [μέμνημαι] Simul memini, vel idem quod Memini ſimplex. Cic. 1. Tuſc. 13. Ego autem non commemini, ante quam ſum natus, me miſerum. Plaut. Pœn. 5. 2. 25. Ecquid commeminiſti

Commemŏro, [ἀπομνημονεύω] āre. Commonefacere, in memoriam reducere. Ter. Phorm. 4. 5. 3. Et quamobrem dem commemorabo. Cic. 4. Acad. 70. Tum & illa dixit Antiochus, quæ heri Catulus commemoravit a patre ſuo dicta Philoni.

Monimenta clementiæ commemorantur in regibus. Cic. pro Deiot. 40.

Commemorare de. Cic. pro Font. 27. Non meliore fortuna ad probra nunc audienda Fonteius, quam illi, de quibus antea commemoravi, fuiſſet.

De memoria alicujus commemorare. Cic. 3. de Orat. 72.

Commemorare, aliter. Cic. de Senect. 38. Pythagoreorum more, exercendæ memoriæ gratia, quid quoque die dixerim, audiverim, egerim, commemoro veſperi.

Commemorare, pro Admonere. Pompon. in l. in vendendo. D. de contrah. empt. & vend. Si quum ſervitus venditis prædiis deberetur, nec commemoraverit venditor, ſed ſciens reticuerit, &c.

Damna commemorare. Stat. 9. Theb. 194.

Officia commemorare quæ contulimus in alterum. Cic. de Amicit. 74.

Pericula exhauſta commemorare. Ovid. 12. Met. 162.

Prælia ſua commemorare. Ovid. 9. Met. 4.

Verbis commemorare. Cic. 7. Verr. 72. Quid vero illa Segeſtanorum non ſolum litteris tradita, neque commemorata verbis: ſed multis officiis illorum uſurpata & comprobata cognatio?

Repetam commemorare, i. e. Denuo commemorabo, & iterum dicam. Lucret. lib. 6. 936.

Nunc omnes repetam quam raro corpore ſint res
Commemorare.

Sed quid ego plura commemorem? Oratio tranſitioni ad narrationis finem apta. Catul. 62. 117.

Dici aut commemorari. Cic. pro Quint. 8. Nam quid hoc iniquius aut indignius, C. Aquili, dici aut commemorari poteſt?

Commemorando. Lucret. lib. 1. 401.

Multaque præterea tibi poſſum commemorando
Argumenta fidem dictis contradere noſtris.

Commemorandus, a, um. Cic. 2. Verr. 42. O commemoranda judicia, &c.

Commemoranda & divina liberalitas. Cic. 1. Fam. 9. Huc acceſſit commemoranda quædam & divina Cæſaris in me fratremque meum liberalitas.

Commemoratio, ōnis. f. [ἀπομνημόνευμα] Ter. And. 1. 1. 16.

— Nam iſthæc commemoratio,
Quaſi exprobratio eſt immemoris beneficii.

Antiquitatis commemoratio. Cic. in Orat. 120.

Pecuniarum commemoratio in chirographo facta. Scævola in l. ult. D. de probat.

Popularis commemoratio. Quintil. lib. 4. cap. 3.

Non cum vitæ tempore eſſe dimittendam commemorationem nominis noſtri. Cic. pro Arch. 29.

In aſſidua commemoratione omnibus eſſe. Cic. 5. Verr. 101. Opponitur autem ei quod dicitur, In oblivione jacere.

Commemorabīlis, e. [ἀπομνημονευτός] Dignus qui commemoretur. Plaut Pſeud. 1. 5. 111.

Dabo aliam pugnam claram & commemorabilem. Cic. 2. de Nat. Deor. 31. Multaque alia in aliis locis commemorabilia proferre poſſum.

Vir optimus & commemorabili pietate ac virtute præditus. Cic. pro Marcell. 10.

Commemoramentum, i. n. Idem quod Commemoratio, veteribus. Cæcil. Plocio, Pudebat, credo, commemoramentum ſtupri. Nonius 2. 115.

Commemorātus, ûs. m. Idem. Apul. Flor. lib. 1.

Commemorātor, ōris. m. Tertull. adv. Marc. 4. 26.

Commemoratorium, i. n. Inventarium. Ambroſ. de Off. cap. 25. Sit nobis vita majorum diſciplinæ ſpeculum, non calliditatis commemoratorium. conf. Barth. Adverſ. 35. 22.

Commendo, [συνίστημι, συστατέω] āre. compoſitum a Mando: quod ſi cum dativo jungatur, ſignificat Committo, aut plus eo; ut, Commendo te regi. Si vero accuſativo cum Apud, vel ablativo cum In, ſignificat Laudo. ut, Commendo te apud regem. Ex Valla lib. 3. cap. 45. Ulpian. de verb. ſignific. l. 86. Commendare nihil aliud eſt quam deponere.

Committere & commendare aliquid alicui. Cic. 11. Philip. 21. Harum rerum omnium decertatio Conſulibus optimis & fortiſſimis commiſſa & commendata.

Commendare plus eſt quam Committere. Cic. pro Domo, 142. Omne vobis erga meam dignitatem, ſtudium, & judicium non modo commiſſum, verumetiam commendatum eſſe arbitrabantur.

Commendare & concredere. Cic. pro Roſc. Amer. 113.

Rem & famam ſuam commendare & concredere alicui. Cic. pro Quint. 98.

Se totum commendare atque tradere alicui. Cic. 2. Fam. 5.

Quam diligentiſſime commendare. Cic. 2. Fam. 16.

Intime commendare aliquem. Cic. 1. Q. frat. 2.

Aliquid alicui, aut aliquem alteri commendare. Cic. 1. Fam. 3. Commendo tibi ejus omnia negotia, liberos, procuratores.

Amores meos ac me tibi commendo. Catul. 16. 1.

Habenas rerum commendare alicui. Claud. 3. Conſ. Hon. 81.

Juſtitiam ſuam humanitate alteri commendare. Plin. 9 Epiſt. 5. Egregie facis, (inquiro enim & perſevero) quod juſtitiam tuam provincialibus multa humanitate commendas.

Liberos ſuos teſtamento alteri commendare. Cic. 3. de Fin. 16.

Negotia ita commendare, ut majore ſtudio, magiſve ex animo commendare non poſſit. Cic. 12. Fam. 26.

Opes

Opes fortunasque suas alicui commendare. Cic. pro Quint. 98.
Salutem alicujus alicui commendare. Cic in Parad. 4.
Adolescentiam alicujus ad opinionem aliquam commendat domus alicujus. Cic. 2. Off. 47.
In clientelam se alicui commendare. Ter. Eun. 5. 8. 9.
Thais patri se commendavit in clientelam & fidem. Hoc more & instituto Atheniensium, apud quos, qui cives non erant, sed inquilini, patronum aliquem sibi optabant, quod προστάτην νέμειν dicebant. Qui autem patronum non habebat, in jus eo nomine vocabatur, appellabaturque illud judicium, ἀπροστασίου δίκη. Turnebus.
De meliore nota commendare. Cic. 7. Fam. 29. Quare, Cicero mi, persevera constanter nos conservare, & Sulpicio successori nos de meliore nota commenda.
Curæ alicujus commendare aliquem. Ovid. 3. Fast. 776.
Fidei. ut, Pontificum auctoritati, fidei, prudentiæ, sacra religionesque & privatas & publicas, majores commendabant. Cic. de Arusp. Resp. 14.
Fidei alterius aliquem commendare. Cic. 15. Fam. 2.
Fidei aliquorum commendare, quem antea diis commendavit. Cic. pro Muren. 2.
Fidei, virtuti, felicitati alicujus Provinciam commendare. Cic. de Provinc. Consul. 35.
Fidei tuæ totum me commendo. Cic. 3. Att. 20.
Fugæ se commendare. Hirt. de Bell. Afr. 5.
Gloriæ sempiternæ aliquem commendare. Cic. 5. Fam. 12.
Immortalitati commendatur historia voce oratoris. Cic 2. de Orat. 36.
Judicio omnium commendari ab aliquo. Cic. 12. Fam. 13.
Litteris commendare. Cic. 11. Fam. 10. Satis me multa scripsisse, quæ litteris commendari possint, arbitror.
Monumentis alicujus petere res suas quam celerrime commendari. Cic. 5. Fam. 12.
Monumentis multis ad omnem memoriam commendari. Cic. 9. Philipp. 10.
Memoriæ commendare. Cic. 3. de Fin. 9. Quare attendo te studiose, & quæcunque rebus his, de quibus hic sermo est, nomina imponis, memoriæ commendo.
Dicitur & Mandare. H. St.
Tutelæ aliquorum filios suos commendare. Cic. 1. de Orat. 228.
Commendare [ἐπαινεῖν] pro Laudare. Cic. 7. Verr. 180. Qui quum se virtute, non genere, populo Rom. commendari putaret. [i. e. Probari.
Copia verborum commendari; ut, Nulla re una magis orator commendatur, quam verborum splendore & copia. Cic. de Clar. Orat. 216.
Eloquentiam vox maxime commendat. Cic. 1. de Orat. 252.
Faciem commendat cura. Ovid. de Medicam. faciei, 1.
Halitum suum re aliqua commendare. Plin. lib. 12. cap. 3. Hæc est autem cujus grana Parthorum proceres incoquere diximus esculentis, commendandi halitus gratia. h. e. Ad optimum & odoratum halitum conciliandum & faciendum.
Juvenem commendare amicæ dicitur vinum. Hor. 1. Epist. 15. 19.

— generosum & lene requiro,
Quod curas abigat, quod cum spe divite manet
In venas animumque meum, quod verba ministret,
Quod me Lucanæ juvenem commendet amicæ.

Inter omnia quæ vino accidunt, & illud est maximum, quod vires præstat in Venerem. Hoc est ergo quod dixit, Quod juvenem commendet amicæ: i. e. Fortem & amabilem amicæ reddat, ut juvenem. Porphyr.
Memoria vivorum & præsentium teste commendare aliquos. Cic. 2. de Orat. 9.
Munuscula amici commendare. Martial. lib. 7. 79.

Sed si parva tui munuscula quæris amici
Commendare, &c.

Nullos (crede mihi) commendat imago parentum. Ovid. [Videtur versus spurius.
Nitorem commendare oleum amygdalinum dicitur. Plin. lib. 23. cap. 4.
Reos maxime commendat placida, summissa, & lenis oratio. Cic. 1. de Orat. 183.
Vina suo succo hæc res commendat. Plin. lib. 13. cap. 19. de loto arbore loquens, Fruticosior hæc fructuque magis rubens, cujus nucleus non simul manditur, jucundus per se, atque suavior e vino: quin & vina succo suo commendans. i. e. Faciens ut vina pluris fiant

COMMENDĀTUS, Partic. Cic. pro Rosc. Amer. 113. Cui fama mortui, fortunæ vivi commendatæ sunt, atque concreditæ.
Sacrum sacrove commendatum qui clepserit, rapseritque, parricida esto. Cic. 2. de Legib. 22. ex XII tabb.
Non modo commissum, verum etiam commendatum judicium aliquibus erga dignitatem alicujus. Cic. pro Domo 142.
A viro in alvo spes commendata. Cic. pro Cluent. 34. Spem illam, quam in alvo commendatam a viro continebat, victa avaritiâ, sceleri Oppianici vendidit.
Ita dicitur, ut Agricola commendat femina terræ. H. St.
Dono aliquo deorum & munere commendati nobis poetæ videntur. Cic. pro Arch. 18.
Ex utilitate sua commendatæ nobis res, i. e. Quas amamus ob utilitatem, quam ex eis percipimus. Lucret. lib. 5. 859.

Multaque sunt, nobis ex utilitate sua quæ
Commendata manent tutelæ tradita nostræ.

Favore alicujus commendatum esse Ovid. 3. de Pont. 4. 71.

Sint igitur vestro mea commendata favore
Carmina.

Honore litterarum commendatus. Plin. lib. 35. cap. 18.
Sibi commendatus. Cic 4. de Fin. 34. Omne animal ipsum sibi commendatum, ut se & salvum in suo genere incolumeque vellet.
Commendatum habere aliquid. Cic. 12. Fam. 12. Meam dignitatem commendatam habeas rogo.
Aliquos habere commendatos. Cic. 12. Fam. 16. V. HABEO.
Compar. Cic. pro Corn. Balbo 41. Quis est enim nostrum, cui non illa civitas sit hujus studio, cura, diligentia, commendatior?
Memoriæ hominum sempiternæ commendatiores. Cic. 2. Philip. 32.
Commendatioris esse famæ. Plin. lib. 25. cap. 10. Similiter eam quam eupleam vocant: traduntque ea perunctos commendatioris esse famæ.
Superl. Omnibus rebus commendatissimos aliquos habere ab aliquo. Cic. 12. Fam. 26.

COMMENDATIO, ōnis. f. [σύστασις] Cic. 1. Fam. 3. Nostra, ceterorumque amicorum commendatione gratissimus in provincia fuit.
Caput commendationis alicujus. Cic 12. Fam. 25.
Ad ceteros contempti hominis commendatio non defuit. Cic. 8. Att. 4.
Exequi ambitione quadam commendationes alicujus. Cic. 13. Fam. 33.
Intelligere commendationem maximo usui esse sibi. Cic. 12. Fam. 28.
Commendatio, [αἴνεσις] Laus. Cic. 1. Fam. 7. Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria Consulatus tui.
Commendatio ac judicium. Cic. pro Cœl. 6.
Honoris petitio & commendatio. Cic. 6. Fam. 2.
Ingenii commendationem evertere. Cic. de Clar. Orat. 138.
Liberalitatis commendatio. Cic. 1. Fam 7.
Oculorum commendatione aliquid animis tradi. Cic. 2. de Orat. 357.
Accurata. V. ACCURO.
Brevis. V. BREVIS.
Vulgaris. Cic. 1. Fam. 3.
In vulgus commendatio. Cic. 5. Tusc. 103. Vide ne plus commendatio in vulgus, & hæc quæ expetitur gloria, molestiæ habeat, quam voluptatis.
Oratio probitatis commendatione, boni viri speciem debet tueri. Cic. 2. de Orat. 211.
Homo per se cognitus nulla commendatione majorum. Cic. 1. in Catil. 28.
Ad gloriam commendatio prima est adolescenti. Cic. 2. Off. 45.
Prima commendatio, quæ a natura nostri facta est, nobis incerta & obscura est. Cic. 5. de Fin. 41.
Prima commendatio proficiscitur a modestia, tum pietate in parentes, tum in suos benevolentia. Cic. 2. Offic. 46.
In prima commendatione dicere aliquid vel ponere. Cic. 2. de Fin. 35. Epicurus autem quum in prima commendatione voluptatem dixisset, &c. Et paulo post, Ut voluptatem illam Aristippi in prima commendatione poneret. i. e. In primis laudaret. [vel potius Primo loco in bonis collocaret, atque adeo summum esse statueret.
A prima commendatione naturæ rationem ducere. Cic. 5. de Fin. 46.
Accersita commendatio. V. ACCERSO.
Comparare commendationem. Cic. 2. Off. 45.
Ducere commendationem ineuntis ætatis ab impietate & scelere. Cic. pro Deiot. 2.
Egere gratiarum actione magis quam commendatione. Cic. 12. Fam. 25.
Evertere commendationem. Cic. in Brut. 138.
Habere commendationem. Cic. 7. Fam. 19.
Renovare commendationem. Cic. 7. Fam. 19.
Valere communi sensu omnium, & dulcissima commendatione naturæ. Cic. pro Planc. 31.
Obrepere ad honores errore hominum, commendatione famosarum imaginum. Cic. in Pison. 1.

COMMENDĀTOR, ōris. m. [συστάτης] Qui commendat aliquem alteri, vel laudat. Symmach. 1. Epist. 40. Et Vopisc. in Prob. cap. 3. Commendatores eorum historici.

COMMENDĀTRIX, īcis. f. [συστάτειρα] Cic. 1. de Legib. 58. Sed profecto ita se res habet, ut quoniam vitiorum emendatricem legem esse oportet, commendatricemque virtutum, ab ea vivendi doctrina ducatur.
Commendatrix miraculorum terra. Plin. 8. Epist. 20.

COMMENDATORIUS, Adj. Sidon. 9. Epist. 10.

COMMENDATITIUS, [συστατικὸς] Adj. ut, Commendatitiæ litteræ, in quibus aliqui commendantur. Cic. 6. Verr. 148. Cic. 5. Fam. 5. Quod ubi intellexi, multum apud illum recentes nuntios, multum tabulas non commendatitias, sed tributarias valuisse: admonitu, &c.
Litteras commendatitias alicui mittere. Labeo in l. ultima. D. de acquir. rer. dom.

COMMENDABĬLIS, e. [αἰνετός] Dignum quod laudetur. Columel. lib. 5. cap. 6. Sed ut densum arbustum commendabile fructu & decore est, sic ubi, &c. Liv. 42. 5. Nullo commendabilis merito. Val. Max. 9. 1. Cantu commendabiles aviculæ.

COMMENSUS, In COMMETIOR.

COMMENTACULUM, Virga dicebatur, qua præco publicus præcedens sacra, turbam summovebat, silentiumque indicebat, ne rem divinam facturo mala vox obstreperet, aut quid auribus triste acciperet. Namque in deorum sacrificiis taciturnitate in primis, & intentis animis opus erat. Ex Alex. Genial. lib. 4. cap. 17.

COMMENTITIUS, COMMENTOR, COMMENTUM. V. COMMINISCOR.

COMMEO, [μεταβαίνω] āre. ex Con & Meo, meas, compositum; est Animo redeundi abire, & sæpe in genere abire. Columel. lib. 1. cap. 3. Multum conferre agris iter commodum: primum, quod est maximum, ipsam præsentiam domini: qui libentius commeaturus sit, si vexationem viæ non reformidet. Ter. Hec. 1. 2. 100.

Rus abdidit se: huc raro in urbem commeat.

Ubi Donatus, Commeare, est Abesse inde ubi te esse oporteat.
Commeare dicuntur aves, anniversario adventu discessuque notæ. Plin. lib. 10. cap. 23. Simili anseres quoque & olores ratione commeant.
Aliquo commeare. Tacit. 1. Ann. 46.
Ab aliquo tuto. Cæs. 7. Bell. Gall. 36. Ut tuto ab repentino hostium incursu etiam singuli commeare possent.
Ab ortu ad occasum commeat sol. Cic. 2. de Nat. Deor. 49.
Ad aliquem. Cic. 7. Verr. 45. Te illam navem parare, quæ prædam ex Sicilia deportaret, & quæ ad ea furta quæ reliquisses, commearet.
In via commeare. Ulpian in l. 1. §. summa. D. de his qui dejecerunt vel effud. Ceterum si aliquando vulgus in illa via non commeabat.
In locum aliquem commeant omnes. Cic. pro Lege Manil. 55.
Præter statuam. Plin. 2. Epist. 7. Erit ergo pergratum mihi, hanc effigiem subinde intueri, subinde respicere, sub hac consistere, præter hanc commeare. Et cum accusat. sine præpos. Plaut. Capt. 1. 2. 82. Nam meus scrupulosam victus commeat viam. i. e. Asperrimus est victus meus. Jocus Plautinus per metaphoram. Digest. l. 48. t. 10. l. 27. Qui falso diplomate vias commeavit, gravissime puniendus.
Ultro citroque commeare. Liv. 25. 30.
Vicissim retro commeant omnia. Cic. 3. de Nat. Deor. 31.
Litteræ commeant. Cic. 8. Att. 9. Crebro enim illius litteræ ab aliis ad nos commeant. Ab illo, ad alios missæ.
Libidines commeant. Cic. pro Cœl. 38. Quæ haberet palam decretum

ſemper aliquem, cujus in hortos, domum, Baïas, jure ſuo libidines omnium commearent.

Sermones commeant. Tacit. 2. Ann. 28. Cæſar judicium haud aſpernatus, congreſſus abnuit. poſſe enim eodem Flacco internuntio ſermones commeare.

Commeare, abſolute, Scævola in l. Seiæ. §. Idem quæſiit. D. de fundo inſtruct. & inſtrum. legato, Reſpondit non legatos eos, qui forte veluti commeantes tranſiſſent. De ſervis loquitur, qui animo redeundi tranſiſſent.

Intentus & commeans animus. Cic. 1. de Nat. Deor. 27.

Commeari. Ulpian. in l. 1. D. de his qui dejec. vel effud. §. 1. Publice enim utile eſt, ſine metu & periculo per itinera commeari.

COMMEĀTUS, ûs. m. [ἐξουσία] eſt (inquit Donatus) Ex aliqua commoratione temporalis abſceſſus. Valla autem, Commeatus (inquit) in ſingulari tantum pro Facultate ad tempus a militia, ab aliove miniſterio recedendi, quam præbet militi imperator, præpoſituſve inferiori, eundique quo velit ad præſcriptum diem reverſuro. Licet Liv. lib. 23. 18. extr. ait, Magna pars ſine commeatibus ab ſignis dilabebantur. Hactenus Valla, lib. 3. cap. 10. Feſtus, Commeatus dari dicitur, i. e. Tempus quo ire & redire quis poſſit.

Κομιάτων, ἐξαίτησιν λαμβάνων τοῦ ἀφεθῆναι. H. St. Verba Suidæ ſunt.

Argentarius commeatus. In ARGENTUM.

Liber commeatus, V. mox Impetrare lib. comm.

Accipere commeatum. In ACCIPIO.

Dare alicui commeatum. Marcian. in l. 4. D. de pœnis, Nemo poteſt commeatum remeatumve dare exuli, niſi imperator ex aliqua cauſſa.

Impetrare liberum commeatum. Ulp. in l. ſilum. D. ad municipal. Senatores, inquit, qui liberum commeatum, id eſt ubicunque velint morandi arbitrium, impetraverunt, domicilium iu urbe retinent.

Petere commeatum. Plin. 10. Epiſt. 9.

Venire ad diem commeatus. Auct. ad Heren. lib. 1. 24.

Neque ad Militiam ſolum pertinet Commeatus, ſed & Quævis diſcedendi venia vocatur Commeatus. Vellei. 2. 99. de Tiberio, Diſſimulata cauſa conſilii ſui, commeatum a ſocero petivit. Ita & Cic. 13. Att. 41. Niſi quid a te commeatus. i. e. Niſi per te mihi licet diutius abeſſe.

Commeatus eſt etiam, Plurium navium appulſus. Cæſ. 5. Bell. Gall. 23. Duobus commeatibus exercitum reportare conſtituit. & Hirt. Bell. Afr. cap. 8. Rabirium Poſthumum in Siciliam ad ſecundum commeatum arceſſendum mittit. Suet. Neron. cap. 20. Captus modulatis Alexandrinorum laudationibus, qui de novo commeatu Neapolim confluxerant. Pro eo Græcanica voce Cataplus uſi ſunt Martialis, Sidonius & Auſonius.

Commeatus, in utroque numero [τροφή] pro Cibariis ad alimoniam Reip. aut exercitus, aut alicujus multitudinis ſumitur. Interdum etiam privati hominis. Cic. pro Lege Manil. 51. Commeatu & privato & publico prohibebamur. Hæc Valla lib. 3. cap. 10. Cic. 7. Verr. 61. Te igitur auctore & interprete, ne foro quidem & commeatu Mamertini pop. Romanum juvare debuerunt.

Abundare commeatu. Cæſ. 3. Bell. Civil. cap. 50.

Intercludere hoſtes commeatibus. Cæſ. 3. Bell. Gall. 23.

Ob interclusos commeatus. Suet. Auguſt. 16.

Locare commeatum. Salluſt. in Jugurth.

Mittere commeatum. Hirt. Bell. Afr. 8.

Parare commeatum. Salluſt. in Jugurth. cap. 46. Al. Portare.

Patere. Salluſt. in Catil. cap. 58. Commeatus abunde, coloniæ atque municipia patebunt. [Niſi ſubauditur Erit, & verbum ad ſequ. refertur.

Portare commeatum. Salluſt. in Jugurth. cap. 46.

Recipere commeatum. Cæſ. 1. de Bell. Civil. 19.

Reſervare commeatus ad obſidionem urbis. Cæſ. 1. Bell. Civil. 36.

Subminiſtrare commeatus copiam. Hirt. Bell. Alex. 35.

Subvehere commeatum. Liv. lib. 3. 23.

COMMEĀTOR, ōris. m. Apul. Met. 11. pag. 262. Ille ſuperûm commeator & inferûm, Mercurius. V. Claud. de Rapt. Proſerp. 1. 89.

COMMEABILIS, e. Arnobius lib. 2. Venæ fiſtulatæ & commeabiles.

COMMEATĀLIS, e. Commeatalis miles dicitur, Qui in ſtipendii partem accipit alimenta ex commeatu, id eſt ex alimento publico. Juſt. de præf. præt. Afric. l. quas Deo, Nullum audeant duces, vel tribuni, commeatalem de ipſis dimittere, ne dum ſibi lucrum ſtudent conficere, incuſtoditas noſtras relinquant provincias. Et infra, Non de commeatibus militum, aut de eorum ſtipendiis lucrum facere.

COMMĒTO, āre. Verbum obſoletum, pro Commeare. Novius Bubulco cerdone, Quum ad lupam noſtram tam multi crebro commetant lupi. Afranius Virgine, Quo tu commetas? ubi confixus deſides? Nonius 2. 163. Nam meus ſcrupoſam victus commetat viam. Plaut. Capt. 1. 2. 82. Sic legit Bentleius ex Codice vetuſtiſſimo. Commeto enim eſt vox frequentativa, a Commeo; ut jactito a jacto. Al. Commeat.

COMMERCOR, [ἐμπορεύομαι] āre. Idem quod Mercari, vel Multas res ſimul mercari. Plaut. Capt. prol. 27.

Cœpit captivos commercari hic alios. V. ibid. 1. 1. 32.

COMMERCATUS, Partic. paſſ. Afran. apud Non. 1. 117. Commercatis conquiſite edulibus.

COMMERCĀTOR, ōris. m. [συνέμπορος] Gloſſ. Gr. Lat.

COMMERCIARIUS, i. m. [συνωνήτης] Gloſſ. Gr. Lat.

COMMERCIUM, i. n. [συνάλλαγμα, ἀλλαγή] Commeandi & commercandi facultas. Plin. Paneg. 29. Diverſaſque gentes ita commercio miſcuit, ut, &c. Ulpian. Inſtit. tit. 19. Commercium, inquit, eſt Emendi vendendique invicem jus.

Commercia belli. Virg. 10. Æn. 532. — belli commercia Turnus
Suſtulit iſta prior. i. e. Viciſſitudines, inquit Servius. Tacit. 3. Hiſt. 81. Sabini cæde, dirempta belli commercia.

Honorum commercia. Claud. 2. in 1. Conſ. Stil. 115.

Commercio ſermonis feras linguas contrahere ad colloquia. Plin. lib. 3. cap. 5.

Commercia linguæ, in ſeqq. H. St.

Terræ geminæ commercia. i. e. Concertatio duarum inter ſe regionum. Stat. 1. Achill. 404.

Hoc fœdus Phrygium, hæc geminæ commercia terræ. i. e. Græciæ & Aſiæ.

Facere commercia. Claud. 1. de Raptu Proſerp. 90.

— qui fas per limen utrumque
Solus habes, geminoque facis commercia mundo. h. e. Mutuam conſuetudinem. Eſt autem Commercium, Libera commeandi contrahendique facultas, ab iis qui merces ultro citroque convehunt, appellata. Hactenus Parrhaſius.

Habere rei commercium quid ſit, apparet ex verbis Ulp. in l. multum intereſt. D. de verb. oblig.

Locum eſſe commercio. Cic. ad Brut. 16.

In agro Segeſtano Panormitanis commercium eſt. Cic. 5. Verr. 93.

Alicui ne commercium quidem eſſe oportet. Cic. 4. Verr. 124.

Miſcere commercio diverſas nationes. V. MISCEO.

Commercium, Rerum permutatio. Plin. lib. 33. cap. 1. Utinamque poſſet e vita in totum abdicari aurum, &c. quantum feliciore ævo, quum res ipſæ permutabantur inter ſe, ſicut & Trojanis temporibus factitatum Homero credi convenit. Ita enim, ut opinor, commercia victus gratia inventa. alios coriis boum, alios ferro captiviſque rebus emptitaſſe tradit, &c.

Commercium, Uſus & conſuetudo, vel Societas: & tunc præpoſitioni Cum jungitur. Cic. de Senect. 42. Nec habet ullum cum virtute commercium. Idem 5. Tuſc. 66. Qui modo cum muſis, id eſt cum humanitate, & cum doctrina habeat aliquod commercium.

Non habet commercium cum virtute voluptas. Cic. de Senect. 42.

Exercere commercia linguæ. Ovid. 5. Triſt. 11. 61.

Perdere linguæ commercia, i. e. Uſum. Ovid. 5. Triſt. 8. 9.

Commercium libidinis habere cum aliqua. Valer. Max. lib. 8. cap. 2. De C. Viſellio.

Pro Annona, vel Commeatu uſus eſt Plin. 26. 4. Romani duces primam ſemper in bellis commerciorum habuere curam. Et Jul. Frontinus de Stratagem. 2. 5. Certior factus hoſtem inopem commercio laborare.

COMMĔREO, ui, [ἀξιοῦμαι, διαπράττομαι] ēre. neut. & COMMĔREOR, meritus ſum, ēri. depon. Idem ſignificat quod Mereri. Cic. 1. de Orat. 232. Interrogabatur reus, quam quaſi æſtimationem commeruiſſe ſe maxime confiteretur.

Commerui ut. Ter. Hec. 4. 2. 4.

Ut nunquam ſciens commerui merito ut caperet illam odium mei.

Commerere, Aliquid male agere, delinquere, peccare, ut ait Servius.

Commereri & peccare. Ter. And. 1. 1. 112.

Quid feci? quid commerui, aut peccavi pater? Ubi Donatus, Feci quaſi Facinus dixit, Commerui minoris culpæ eſt: Peccavi, multo minoris vel levioris.

Aliquid erga alterum commereri. Ter. Hec. 3. 5. 36.

Quæ nunquam quicquam erga me commerita eſt, pater.

Culpam aut noxiam commereri. Ter. Phorm. 1. 4. 29. Arbitrabitur commeruiſſe culpam. Ubi Donatus; Commeruiſſe, Commiſiſſe. Plaut. Trin. 1. 1. 4.

— Nam ego amicum hodie meum
Concaſtigabo pro commerita noxia.

Culpam in ſe commerere. Plaut. Merc. 4. 6. 12.

Ut illæ exiguntur, quæ in ſe culpam commerent.

Culpam de aliqua re commerere. Ter. Hec. 4. 4. 9.

Nullam de his rebus culpam commeruit tua.

Pœnam commeruiſſe. Ovid. 2. Triſt. 63.

An ſemel eſt pœnam commeruiſſe parum?

COMMERĬTUS, a, um. Plaut. Trin. 1. 1. 4. V. in ipſo verbo.

COMMĒTIOR, menſus ſum, [μετρέω] īri. Idem quod Metiri. Plaut. Moſt. 3. 3. 8. Omnes porticus commenſi ſumus. Columel. lib. 5. cap. 1. Quum de commetiendis agris rationem M. Trebellius noſter a me requireret.

Commetiri numero. Cic. de Univerſ. 29. Ceterorum autem ſiderum ambitus ignorantes homines præter admodum paucos, neque nomen appellant, neque inter ſe numero cometiuntur.

Commetiri cum tempore negotium. Cic. 1. de Invent. 39. Nam ſæpe oportet commetiri cum tempore negotium, & videre potueritne aut magnitudo negotii, aut multitudo rerum in eo tranſigi tempore.

COMMENSUS, ûs. m. [συμμετρία] Symmetriam ſignificat. Vitruv. lib. 3. cap. 1. Reliqua quoque membra ſuos habent commenſus proportionis, quibus etiam antiqui pictores & ſtatuarii nobiles uſi, magnas & infinitas laudes ſunt aſſequuti: ſimiliter vero ſacrarum ædium membra, ad univerſam totius magnitudinis ſummam ex partibus ſingulis convenientiſſimum debent habere commenſuum reſponſum.

Membris admirabili proportione, & æquabili commenſu figuratis. Lamb. in Probum pag. 368. in loci. Plutarchi interpretatione. H. St.

COMMETO, V. in COMMEO.

COMMINGO, ĕre. Hor. 1. Serm. 3. 90.

Comminxit lectum potus.

COMMINCTUS, & COMMICTUS, Partic. Catull. 100. 10.

Tanquam comminctæ ſpurca ſaliva lupæ. al. hic leg. Commiſtæ. Plaut. Perſ. 3. 3. 3. Cœnum commictum; i. e. Contemnendum. Convicium eſt lenonium.

COMMICTILIS, e. Contemnendus. Pomponius Præcone poſteriore, Si ſciam quid velis, quaſi ſervi comici commictilis. Nonius 2. 109.

COMMĬGRO, [μετοικίζω, μεταβάλλω] āre. Idem quod Migrare. Ter. Adel. 4. 5. 15. Neque enim diu huc commigrarunt. Plin. lib. 35. cap. 11. Captoque rege Perſeo Athenas commigravit.

Commigravit habitatum. Plaut. Trin. 4. 3. 77. Is habitatum huc commigravit.

Commigrare in domum ſuam. Cic. 2. Q. frat. 3. Sed ut ſpero paucis menſibus poſt Calend. Quintiles in tuam commigrabis.

Romam commigravit. Liv. 1. 34.

COMMIGRATIO, ōnis. f. Sen. Conſol. ad Helv. cap. 6. Aliunde alio commigratio eſt; loquitur de motu Stellarum.

COMMĪLES, ĭtis. m. [συστρατιώτης] Commilito. Cæſ. 2. Bell. Civil. 29. Commiliteſque nonnulli graviores ſermones militum vulgo durius accipiebant. al. Commilitones. Plin. lib. 37. cap. 2. Reipublicæ datum mille talentûm: Legatis & Quæſtoribus, qui oras maris defendiſſent, H-S. bina millia: commilitibus ſingulis quinquaginta. Sed hic quoque MSſ. Militibus exhibent, teſte Harduino.

Commilitum munus indulges. in Panegyr. Pacati, 127. meæ edit. H. St. Sed hic quoque Cellarius cap. 32. §. 3. Commilitonum exhibuit. An igitur dicemus, ſpurium eſſe hoc vocabulum, & ex errore deſcribentium natum? In Gloſſ. Gr. Lat. tamen, Συστρατιώτης Commiles.

COMMILĬTO, ōnis. m. [συστρατιώτης] Qui ſimul militat, h. e. Socius in bello. Dux autem in bello, non commilitones, ſed milites ſuos appellabit.

labit. Licet id Cæſar, & quidam alii fecerint. Suet. Cæſ. cap. 67. Nec milites eos pro concione, ſed blandiore nomine commilitones appellabat. Ambitioſe nimis, tanquam & ipſe unus eſſet ex numero militum. Liv. 3. 50. Supinas deinde tendens manus, commilitones appellans orabat.
Miles & commilito. Cic. pro Deiot. 28. Hic vero adoleſcens, qui meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit.

COMMILĪTO, [συστρατεύομαι] āre. Gloſſ. Gr. Lat.

COMMILITIUM, i. n. [συστρατεία] Ipſa belli ſocietas. Plin. 10. Epiſt. 26. Parciorem me in laudando facit, quod ſpero tibi & integritatem ejus, & probitatem, & induſtriam, non ſolum ex ejus honoribus, quos in urbe ſub oculis tuis geſſit, verumetiam ex commilitio eſſe notiſſimam. i. e. Ex militia ejus, vel ex tempore diuturno quo militavit. Tacit. 1. Ann. 60. Chauci quum auxilia pollicerentur, in commilitium adſciti ſunt.
Uti commilitio alicujus. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Apud Apul. etiam Commilitia legitur f. g. [Niſi error eſt. Nam Commilitio ſtudiorum, apud hunc legitur in Florid. pag. 356.

COMMINISCOR, commentus ſum, [συμπλάττω, πορίζομαι] iſci. Excogitare, dictum a Con & Mente, quum finguntur in mente quæ non ſunt: inquit Varro de L. L. lib. 5. 6. Ter. Heaut. 4. 6. 8.
Hujuſmodi mihi res ſemper comminiſcere. Cic. 4. de Finib. 43.
Ille enim occurrentia neſcio quæ comminiſcebatur. Liv. 37. 5. extr.
Nihil adverſus tale machinationis genus parare aut comminiſci oppidani conabantur.
Confingere & comminiſci. Auctor ad Heren. lib. 2. 10.
Comminiſci aliquid de ſua ſententia. Plaut. Capt. prol. 48.
Itaque hi commenti de ſua ſententia,
Ut in ſervitute hic ad ſuum maneat patrem.
Ad comminiſcendum ingenioſus. Auctor ad Heren. lib. 2. 10.
Monogrammos deos & nihil agentes commentus eſt Epicurus. Cic. 2. de Nat. Deor. 59.

COMMENTUS, [συμπλασθεὶς] Partic. paſſ.
Sacra commenta. Ovid. 3. Met. 558. i. e. Ficta.
Funera commenta. Ovid. 6. Met. 565.
Dat gemitus fictos, commentaque funera narrat.
Commentus, pro Commonitus apud veteres legitur, teſte Nonio. Plaut. Amph. 3. 3. 24.
Fac Amphitryonem advenientem ab ædibus,
Ut abigas quovis pacto, fac commentus ſies.
An per Syncopen? H. St. V. Lambin. ad loc.

COMMENTUM, i. n. [πλάσμα] Fictio. Ter. And. 1. 3. 20. Atqui ipſis commentum placet.
Retegere commenta alicujus. Ovid. 13. Met. 38.
Opinionum commenta delet dies, naturæ judicia confirmat. Cic. 2. de Nat. Deor. 5.

COMMENTITIUS, Adj. [πλασματώδης, πλαστὸς] Idem quod Fictitius. Cic. 1. de Orat. 230. Ut ſi in illa commentitia Platonis civitate res ageretur.
De commentitiis rebus inaudita ac nova, quæ aliquis objicit, diluere. Cic. pro Roſc. Amer. 82.
Crimen commentitium confirmare. Cic. pro Roſc. Amer. 42.
Dii commentitii & ficti. Cic. 2. de Nat. Deor. 70.
Fabula ficta & commentitia. Cic. 3. Off. 39.
Sententiæ futiles commentitiæque. Cic. 1. de Nat. Deor. 18.
Commentitium ſignificat etiam Novum & recens excogitatum, hoc eſt, non translatitium, non aliunde ſumptum. Suet. in Claud. cap. 21. Spectacula quoque complura magnificaque edidit, non uſitata modo, ac ſolitis locis, ſed etiam commentitia, & ex antiquitate repetita. Budæus.
Nova & commentitia. Cic. 5. de Finib. 90. Hæc igitur quum ego tot nominibus a Stoicis appellata, partim novis & commentitiis, ut iſta producta & reducta, &c.
Jus commentitium. Paulus in l. ſi pœna. D. de pœnis, Si pœna alicui irrogatur, receptum eſt commentitio jure ne ad hæredem tranſeat.

COMMENTOR, ōris. [ποριστὴς] ut
Uvæ commentor dicitur Bacchus ab Ovid. 3. Faſt. 785.
Luce ſua ludos uvæ commentor habebat. i. e. Inventor.

COMMENTOR, [πανουργέω, συμπλάττω, μελετάω, πραγματεύομαι] āri. frequent. a Comminiſcor; ſignificat Confingere fallaciam, auctore Donato. Plaut. Caſin. 2. 3. 25. Ut cito commentatus eſt.
Commentari, Cogitare, agitare, tractare. Cic. 4. Att. 36. Veruntamen idipſum mecum in his locis commentor, ut iſta improbem. Idem 5. de Finib. 42. Cupiunt commentari aliquid & diſcere.
Commentari, Diſputare. Cic. 5. de Finib. 75. Satiſne vobis videor pro meo jure in veſtris auribus commentatus? Al. Commoratus. Exponente Budæo. H. St.
Commentari & meditari de aliqua re. Cic. 3. Philipp. 36.
Plures dies in villa commentari. Cic. 12. Fam. 2.
Commentandi cauſa, atque inter ſe colloquendi, congregantur in fano Magi. Cic. 1. de Divin. 90.
Multos annos aliquid commentari. Cic. 7. Fam. 1.
Inter ſe commentari, qua ratione traducendum ſit eis tempus. Cic. 4. Fam. 6.
Quotidie commentari. Cic. 3. de Orat. 86. Magiſter hic Samnitium ſumma jam ſenectute eſt, & quotidie commentatur.
Cum aliquo quotidie declamitantem commentari. Cic. de Clar. Orat. 310.
Omnibus excluſis, commentatum in quadam teſtudine cum ſervis litteratis. Cic. de Clar. Orat. 87.
Commentari, [πορίζεσθαι] pro Invenire. Cic. 12. Philipp. 13. Quorum alter commentatus eſt Mimos, alter egit Tragœdiam.
Agere cauſam, & commentari. Cic. de Clar. Orat. 87. Quum eſſet ei nuntiatum tempus eſſe, exiſſe in ædes eo colore & iis oculis, ut egiſſe cauſam, non commentatum putares. h. e. In Senatu oraſſe, non domi meditatum.
Orationem in aliquem commentari. Cic. pro Roſc. Amer. 82.
Commentari, Aliquid ſcribendo componere aut enarrare; ut Acron. in Horatium commentatus eſt. Plin. lib. 18. cap. 25. Id eo ipſo anno quum commentaremur hæc, notatum eſt, proventum eorum ter repetito frigore extinctum.
Commentari fabulam, Scribere. Plaut. Pœn. prol. 1.
Achillem Ariſtarchi mihi commentari lubet.
Θέσεις meas commentari non deſino. Cic. 9. Att. 11.

COMMENTATUS, [μεμελετημένος] Partic. paſſ. Cic. 16. Fam. 26. Iſque diu, & multis lucubrationibus commentata oratione, vide ut probare poſſit te non peccaſſe.
Commentata & ſcripta alicujus. Cic. in Brut. 301. Ut ſua & commentata & ſcripta & nullo referente omnia adverſariorum dicta meminiſſet. i. e. Cogitata: legitur & Commenta.

COMMENTATIO, ōnis. f. [μελέτη, πραγματεία] Meditatio atque contemplatio, Cogitatio. Plin. lib. 18. cap. 25. Et Soſigenes ipſe trinis commentationibus, quanquam diligentior ceteris, non ceſſavit addubitare, ipſe ſemet corrigendo.
Meditatio & commentatio rei alicujus. Cic. 3. Tuſc. 34. Nihil eſt enim quod tam obtundat elevetque ægritudinem, quam, &c. meditatio conditionis humanæ, quam vitæ lex, commentatioque parendi.
Multa commentatione atque meditatione paratos atque expeditos locos habere. Cic. 2. de Orat. 118.
Cogitatio & commentatio. Cic. 1. de Orat. 150. Nam ſi ſubitam & fortuitam orationem commentatio & cogitatio facile vincit, hanc ipſam profecto aſſidua ac diligens ſcriptura ſuperabit.
Cauſarum commentatio. Cic. 9. Fam. 20.
Mortis commentatio. Cic. 1. Tuſc. 74. Tota enim philoſophorum vita, ut ait idem, commentatio mortis eſt.
Incluſa commentatio in veritatis lucem proferenda eſt. Cic. 1. de Orat. 157.
Commentatio, pro Deſcriptione. Plin. lib. 6. cap. 17. Seneca etiam apud nos, tentata Indiæ commentatione, ſexaginta amnes ejus prodidit.
Accuratæ & meditatæ commentationes. Cic. 1. de Orat. 257.
Quotidianis commentationibus ſeſe exercere. Cic. de Clar. Orat. 249.
In exercitationibus & commentationibus multum operæ ponere. Cic. de Clar. Orat. 105.
In luſtris & in vino commentatio. Cic. 12. Fam. 2.

COMMENTĀTOR, ōris. m. Mendaciorum inventor. Apul. Apol. pag. 321. Omnium falſorum commentator, omnium ſimulationum architectus.

COMMENTARIUS, i. m. vel COMMENTARIUM, i. n. [πραγματεία, ὑπόμνημα, ἀπομνημόνευμα] Liber eſt, quem ſibi quiſque noſtrum privatim facere conſuevit, quaſi Quoddam memoriæ promptuarium eorum quæ agimus, id eſt diarium & ephemeris actionum noſtrarum. Regiſtrum vulgo vocatur: quod Latine Regeſtum dici poteſt, quum Quintilianus Regerendi verbo utatur. [Velim Ephemeridem. H. St.] Hujuſmodi autem librum factitaſſe ſibi principes Romanos multis auctoritatibus probari poteſt. Suet. in Tiber. cap. 61. Commentario, quem de vita ſua ſummatim breviterque compoſuit, auſus eſt ſcribere, Sejanum ſe puniſſe, quod comperiſſet furere adverſus liberos Germanici filii ſui. De commentariis Claudii Neronis loquitur. Plin. lib. 6. Epiſt. 22. Corrupto enim ſcribæ ſervo, interceperat commentarios, interciderat que, ac per ſummum nefas utebatur adverſus amicum crimine ſuo. Budæus. V. Vallam lib. 4. c. 21.
Commentarius igitur & Commentarium, dicitur Quicquid ita conficimus, ut memoriæ tantum gratia, non plenæ narrationis facere videamur, in quo ſcilicet capita tantum & ſummas rerum annotare ſolemus. Inde Commentarii Cæſaris dicti, in quibus res ejus in Gallia & bello Civili geſtæ, non late & plene enarrantur, ſed veluti perſtringuntur. Suet. Cæſ. cap. 56. Reliquit & rerum ſuarum commentarios. Cic. 8. Fam. 11. Quam quiſque ſententiam dixerit, in commentario eſt rerum urbanarum: e quo tu quæ digna ſunt, ſelige. Budæus.
Auctorum commentarii extant. Plin. lib. 37. cap. 12.
Diurni commentarii. Suet. Auguſt. cap. 64.
Grammaticorum commentarii. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Pontificum. Cic. de Clar. Orat. 55.
Prætoris. Cic. 7. Verr. 53. Audite decretum mercenarii Prætoris, ex ejus commentario.
Puerorum. Quintil. lib. 2. cap. 11. extr. In quibus excerpta colligebant, declamationum materiam.
In Rhetorum commentariis conſeneſcere. Quintil. lib. 3. cap. 9.
Commentarius, pro eo quod Inſtructiones vocamus. Liv. 39. 47. Quæri juſſit ab eo, ecquem de iis rebus a patre commentarium accepiſſet? Budæus. Inſtructiones, quæ Legatis dantur. H. St.
Commentarius, pro Compendioſa hiſtoria, quales ſunt Commentarii Cæſaris. Cic. 1. Att. 16. Commentarium Conſulatus mei Græce compoſitum miſi ad te, &c. Budæus.
Commentarium paulo plenius. i. e. Quod vulgo dicunt, Memorias bene amplas. Cic. de Clar. Orat. 164. Ipſa illa cenſoria contra Cn. Domitium collegam non eſt oratio, ſed quaſi capita rerum & orationis commentarium paulo plenius. Budæus.
Commentarium, [ὑπόμνημα] pro Actorum perſcriptione. Antonius Cic. 14. Att. 14. Quod ſi duriorem te ejus miſeræ & afflictæ fortunæ præbes, non contendam ego adverſus te: quanquam videor debere tueri commentarium Cæſaris. Budæus.
Ex annalium monumentis, atque ex regum commentariis conquirere aliquid. Cic. pro Rabir. perduel. reo, 15.
A commentariis eſſe alicui. V. A.
Conficere commentarios. Cic. 5. Fam. 12. Si enim (inquit) ſuſcipis cauſam, conficiam commentarios rerum omnium: ſin autem differs me in tempus aliud, coram tecum loquar. Hoc vulgo Memorias & Memoriale vocant.
Conſignati fundi publicis commentariis. Cic. 2. de Orat. 224. Ubi ſunt ii fundi, Brute, quos tibi pater publicis commentariis conſignatos reliquit?
Facere commentarios breviores. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Gerere Dictaturam ex commentario. Cic. ad Octav. Antonius vir animi maximi, &c. publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat, minuebat vectigalia, donabat civitates, ex commentario dictaturam gerebat, leges imponebat, &c. Subaudi C. Cæſaris. Hujus enim commentariis ad vexandam remp. abutebatur.
Invenire aliquid in commentariis antiquis. Cic. de Clar. Orat. 72.
Lege commentarios Ariſtotelicos. Cic. 3. de Finib. 10.
Quærere aliquid ex commentariis. Cic. pro Sull. 45.
Recitare commentarium. Cic. 7. Verr. 53.
Referre in commentarios. Trajanus ad Plin. lib. 10. Ep. 96. Dediſſe me jus trium liberorum Suetonio Tranquillo ea conditione qua aſſuevi, referre in commentarios meos juſſi. Budæus.
Referre manu ſua in commentarium aliquid. Cic. 7. Att. 3.
Referre ſcripta alicujus in commentarium. Cic. 3. Tuſc. 54.
Referre aliquem in commentarium principis. Modeſtinus in l. abeſſe. D. ex quibus cauſis majores, Abeſſe Reipublicæ cauſa dicitur & is qui ab

urbe

urbe profectus eſt, &c. pertinet & ad Tribunos militum, & præfectos, & comites Legatorum, qui ad ærarium delati, aut in commentarium principis relati ſunt. Senſus eſt, ut vult ibi Budæus, Tribunos, Præfectoſque militum, eorumque omnium comitatum, non aliter Reipub. cauſa abeſſe cenſeri, quam ſi in acta ærarii quæ publica ſunt, aut privatum commentarium principis referendos ſe curarint, id eſt *regiſtrandos* ut vulgo dicimus.
Regerere aliquid in commentarios. Quintil. lib. 2. cap. 11.
Reperire aliquid in commentariis alicujus. Cic. 1. Philipp. 2.
Scribere commentarios, idem quod Conficere. Plin. 7. Epiſt. 19. Quærente minaciter Mettio Caro, an rogaſſet? reſpondit, Rogavi. An commentarios ſcripturo dediſſet, Dedi. &c.
Scribere commentarios rerum ſuarum. Cic. de Clar. Orat. 261.
Superare memoriam recentem aliquorum comentario ſuo. Cic. pro Sull. 45.
Tangere locum aliquem breviter in commentariis. Cic. 3. Off. 8.
Volvere commentarios alicujus. Liv. 3.

COMMENTARIŎLUM, i. n. [ὑπομνημάτιον] dimin. Cic. 1. Philipp. 16. An in commentariolis & chirographis & libellis, ſe uno auctore prolatis, ac ne prolatis quidem, ſed tantummodo dictis, acta Cæſaris firma erunt? quæ ille in æs incidit, in quo populi juſſa, perpetuaſque leges eſſe voluit, pro nihilo habebuntur? His verbis Cicero ſignificat, Commentarios privatam eſſe memoriam: Acta autem debere eſſe memoria publica teſtata, quæ in ærario eſſe ſolebant. Budæus.
Perfectum omni ratione commentariolum. Cic. de Petit. Conſ. 45.
Profitentium commentariolis aliquid vulgatum eſſe. Quintil. lib. 1. cap. 5.

COMMENTARIENSIS, is. m. Qui in commentarium cuſtodias refert, & veluti diarium cuſtodiarum conficit. Budæus.
Commentarienſis, pro Cuſtode ac præfecto carceris, qui vinctorum nomina in commentario, id eſt libello perſcribit. Impp. l. 4. C. de cuſtod. reor. Ad commentarienſem receptarum perſonarum cuſtodia obſervatioque pertineat. &c. Hotom.
Commentarienſis, pro Tabulario ſive Actuario, qui publicas litteras perſcribit atque aſſervat. Paulus in l. 45. §. 6. D. de jur. fiſc. Quoties apud fiſcum agitur, actorum poteſtas poſtulanda eſt, ut merito iis uti liceat: eaque manu commentarienſis adnotanda ſunt. Hotomanus.
Commentarienſis in Caſtris erat, Qui obſequia militum, excubias, commeatuſque & alia hujuſmodi in commentarios referebat. Veget. 2. 19. Aſconius in eum locum Cic. 3. Verr. 71. Accenſus Neronis, Accenſus (inquit) nomen eſt ordinis, & promotionis in militia, ut nunc dicitur Princeps, vel Commentarienſis, aut Cornicularius. Hæc enim nomina de Legionaria militia ſumpta ſunt.

COMMINISTRO, [ὑπουργέω, ὑπηρετῶ] āre. Idem quod Miniſtrare. Plin. lib. 28. cap. 8. Super omnia eſt, quod extremam fiſtulam inteſtini contra ducum ac poteſtatum iniquitates comminiſtrant. Emendatiores codices legunt Commonſtrant. V. Harduin. in l. Loquitur de medicinis ex hyæna, ex opinione Magorum.

COMMĬNOR, [ἀπειλέω] āri. Idem quod Minari, vel Valde minari. Suet. in Cæſ. cap. 62. Ut aquilifer moranti ſe cuſpide ſit comminatus. Liv. 10. 39. Comminando magis, quam inferendo pugnam, dies abſumebatur.

COMMINO, āre. Apul. Mileſ. 7. pag. 192.

COMMINATUS, paſſ. Idem.

COMMINABUNDUS, Adj. Idem.

COMMINATIO, ōnis. f. [ἀπείλησις] Plin. lib. 8. cap. 45. Sed tota comminatio prioribus in pedibus ſtat, ira gliſcente alternos replicans, ſpargensque in altum arenam, & ſolus animalium eo ſtimulo ardeſcens. De Tauris.
Fabius circumagi ad nutus comminationeſque Hannibalis flagitioſum ducebat. Liv. 26. 8.
Orationis comminatio tanquam armorum ad uſum eſt. Cic. 3. de Orat. 204. Orationis autem ipſius tanquam armorum eſt, vel ad uſum comminatio & quaſi petitio, vel ad venuſtatem ipſa tractatio.
Comminationibus reprimere hoſtem. Suet. Tiber. cap. 37. Reges comminationibus magis, quam vi repreſſit.

COMMINĀTOR, ōris. m. Tertull.

COMMINATĪVUS, Adj. Idem.

COMMINUO, ui, ūtum, [συντρίβω, μειόω] ĕre. Idem quod Minuere ſignificat. Plin. lib. 20. cap. 4. Sativi vero decocti, mane poti ad ternos cyathos, comminuunt & ejiciunt calculos.
Deturbare, affligere, comminuere, diſſipare aliquid. Cic. in Piſon. 93. Illi autem ſtatuam iſtius perſimilem, (quam ſtare celeberrimo in loco voluerat, ne ſuaviſſimi hominis memoria moreretur,) deturbant, affligunt, comminuunt, diſſipant.
Frangere & comminuere aliquem. Cic. 2. Off. 40. Opes habuit & multo majores Viriatus Luſitanus, &c. quem C. Lælius, is qui ſapiens uſurpatur, Prætor fregit & comminuit, ferocitatemque ejus ita repreſſit, ut facile bellum reliquis traderet.
Avaritia, comminuit atque violat officium. Cic. pro Quint. 26.
Pondus argenti comminuere. Hor. 1. Serm. 1. 43.

Quid juvat immenſum te argenti pondus, & auri
Furtim defoſſa timidum deponere terra?
Quod ſi comminuas, vilem redigatur ad aſſem.

Vires ingenii comminuere. Ovid. 3. de Pont. 3. 34.
Lacrymis comminui. i. e. Frangi, flecti, mitigari. Ovid. 3. Epiſt. 134.
Comminuti re familiari. Cic. 4. Att. 3.
Comminutæ opes & depreſſæ. Cic. 7. Verr.

COMMINUENDUS, [συντριπτέος] Partic. Ovid. de Medicam. fac. 72.

Utraque ſex habeat æquo diſcrimine libras,
Utraque da nigris comminuenda molis.

COMMINUTIM, Adv. Apic. 4. 4. Comminutim conciſa.

COMMINUS, V. COMINUS.

COMMISCEO, miſcui, miſtum & mixtum, [συγκεράννυμι, συμμίγνυμι] ēre. Idem quod Permiſcere. Plaut. Perſ. 1. 3. 7. Commiſce mulſum.
Commiſcere aliquid cum altero. Plaut. Rud. 2. 6. 3.

Nam ſi quis quid cum eo rei commiſcuit. i. e. Si quid negotii eſt alteri cum eo.

Commiſcere conſilium cum aliquo. Plaut. Mil. 2. 5. 68.

Ego abeo a te, ne quid tecum conſilii commiſceam.

Corpus commiſcere. Cic. 2. de Nat. Deor. 128. Deinde partes corporis & ad procreandum, & ad concipiendum aptiſſimæ, & in mare, & in femina commiſcendorum corporum miræ libidines.

Jus accuſatoris cum jure teſtimonii commiſcere. Auct. ad Herenn. lib. 4. 47.

COMMISTUS, & COMMIXTUS, [συμμιχθεὶς] Partic. Legitur utroque modo, ſed plerumque Commixtus. Virg. 3. Æn. 632.

— ſaniem eructans, ac fruſta cruento
Per ſomnum commixta mero. Idem 6. Æn. 762.
— primus ad auras
Ætherias, Italo commixtus ſanguine, ſurget Silvius.

Fumus in auras commixtus tenues fugit diverſa. i. e. Per diverſa. Virg. 4. Georg. 500. Servius.
Cum ablativo loco dativi. Virg. 2. Georg. 327.

Magnus alit magno commixtus corpore fœtus. Pro Corpori. Servius. Lucret. 6. 321.
At tepefacta tamen veniat commiſta calore. Scil. Vis venti. Idem 6. 1157. — gemitu commiſta querela.

COMMIXTIM, Adv. Vox apud JCtos.

COMMIXTIO, ōnis. f. [χύμα] Gloſſ. Gr. Lat. & Firmicus.

COMMIXTŪRA, æ. f. Cato de R. R. cap. 157.

COMMISCUUS, Adj. [κοινὸς] Gloſſ. Lat. Gr. In ed. Steph. Commiſculus.

COMMISCIBĬLIS, e. Tertull. de Anima, cap. 12.

COMMISERESCO, [κατοικτείρω] ĕre. Idem quod Miſereſcere. Ter. Hec. 1. 2. 54.

Ibi demum ita ægre tulit, ut ipſam Bacchidem
Si adeſſet, credo, ejus commiſereſceret. Ennius Hectoris Lytris, Servos & veſtrum imperium, & fidem Myrmidonum vigiles commiſereſcite. Nonius 7. 37.

COMMISEREOR, ēri. Gell. 15. 19.

COMMISĔROR, [κατελεέω] āri. Idem quod Miſeror. Cic. 1. Verr. 46. Quid quum commiſerari, conqueri, & ex illius invidia deonerare aliquid, & in te trajicere cœperit? Gell. lib. 7. cap. 5.

COMMISERANS, [κατοικτείρων] Partic. Gell. lib. 5. cap. 14. Ad eandem ſpecum venit hic leo, debili uno & cruento pede, gemitus edens, & murmura dolorem cruciatumque vulneris commiſerantia.

COMMISERANDUS, Partic. Auct. ad Heren. 4. Hæc exornatio plurimum poteſt in amplificanda & commiſeranda re.

COMMISĔRO, ōnis. m. Tertull. adv. Marc. 4. 36. Hæretici commiſerones.

COMMISERATIO, ōnis. f. [κατοίκτειρσις] Cic. 2. de Orat. 125. Quid de Q. Regis commiſeratione dicam? conf. 3. de Orat. 219.
Commiſerationem brevem eſſe oportet: nihil enim lacryma citius areſcit. Auct. ad Heren. lib. 2. 50.

COMMISSUM, COMMISSIO, COMMISSURA, COMMISSUS, V. COMMITTO.

COMMĪTĬGO, [κατηπιάω, καταπραΰνω] āre. Idem quod Mitigare.
Commitigare ſandalio caput alicujus. Ter. Eun. 5. 8. 4. Ubi Donatus; Commitigari, eſt Tundendo deprimi atque deponi.

COMMITTO, īſi, iſſum, [συνάπτω, γομφόω, ἐπιτρέπω, πιςεύω, πλημμελέω] ĕre. proprie (inquit Feſtus) eſt Inſimul mittere aut conjungere. Plin. 10. Epiſt. 41. Sed incertum utrum ad colligendum humorem circumjacentium agrorum, an ad committendum flumini lacum. i. e. Conjungendum.
Animos committere. Catull. 60. 17.

Quare nunc animos ſaltem committite veſtros. Committere animos, eſt Animos in commiſſionem & certamen adducere, & ad contentionem comparare: unde Commiſſiones gladiatorum dicebantur, quum paria comparabantur. Turnebus. V. ſub finem.

Committere, Comparare. Vide Committere apud Propertium in ERINNA. Juvenal. Sat. 6. v. 436.

Committit vates & comparat; inde Maronem,
Atque alia parte in trutina ſuſpendit Homerum. H. St.

Cervix committitur per vitalia vincula primo artu. Valer. 4. Argon. 310.
Furta committere latebris. i. e. Abſcondere. Stat. 2. Achil. 322.
Gemmas committere mero, pro Merum committere gemmis, i. e. Gemmatis poculis. Hypallage eſt apud Stat. 1. Theb. 149.

— nec curas mero committere gemmas,
Atque aurum violare cibis.

Noctes duas committere. i. e. Conjungere, excluſo die. Ovid. 1. Amor. 13. 46. De Jovis trinoctio, quo Herculem genuit.
Oras plagæ alicujus committere ſuturis, vulgus chirurgorum dicit *conjungere labra ſuturis*. Celſ. lib. 7. cap. 19. Eo facto, teſticulus intus reponendus eſt, oræque ſcroti ſuturis inter ſe committendæ, &c.
Suturæ capitis in unguem commiſſæ. V. IN.
Committere ſemen ſolo. Columel. lib. 2. cap. 8. Sed ſi ſeri ſunt imbres, quamvis ſitienti ſolo, recte ſemen committitur.
Sulcis committere ſemina. Virg. 1. Georg. 223.
Terræ ſemina committere. Tibull. lib. 1. 7. 31.
Stirpes committere ramis. Lucret. lib. 5. 1364.
Vinum committere venis. Hor. 2. Serm. 4. 25.

— quoniam vacuis committere venis
Non niſi lene decet. Subauditur Vinum.

Vitem tenui committere ſulco. i. e. Foſſa, ut ait Servius. Virg. 2. Georg. 289.
Committere ſe in conclave. Cic. pro Roſc. Amer. 64. Quod poterat ſane eſſe ſuſpicioſum neutrum ſenſiſſe? auſum autem eſſe quenquam ſe in id conclave committere, eo potiſſimum tempore, &c.
Tecto ſe committere. Ovid. 2. de Ponto, 2. 37.
Urbi ſe committere. Cic. 15. Att. 11. Sed auctor non ſum ut te Urbi committas.
Committere, [ἐπιτρέπειν, πιςεύειν] Tradere. Donatus, Committimus quæ cum magno periculo volumus eſſe ſervata. Ter. And. 1. 5. 61.

Bona noſtra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei. Cic. 2. Off. 13. Itaque his ſalutem noſtram, his fortunas, his liberos rectiſſime committi arbitramur.

Committere & commendare. V. COMMENDO.
Committere & communicare. Cic. 3. Fam. 10. Quid mihi ille non commiſit? quid non mecum communicavit?
Committere & credere. Cic. pro Domo 1. Ut omnis Reipub. dignitas, omnium civium ſalus, vita, libertas, aræ, foci, dii penates, bona, fortunæ, domicilia: veſtræ ſapientiæ, fidei, poteſtatique commiſſa creditaque eſſe videantur.
Committere & credere honorem alicui. Cic. 7. Verr. 35.
Recte committere aliquid alicui. Cic. 1. Fam. 9.
Alendum aliquem committere alicui. Ovid. 13. Met. 431.
Regendos aliquos committere alicui. Ovid. 3. de Arte Am. 527.
Arbitrio alicujus aliquid committere. Hor. 2. Serm. 5. 105. al. Permittere.

Com-

Committere ſe in fidem alicujus. Ter. prol. Hec. 53.
Studium ſuum, & ſe in veſtram commiſit fidem.
Committere ſe in tutelam alicujus ex eodem Terentio, Vide TUTELA. H. St.
In cuſtodiam caput ſuum. Plaut. Rud. 3. 2. 11.
More antiquo in cuſtodiam ſuum commiſerunt caput.
Fidei alicujus commendare & committere ſe. Ter. Eun. 5. 2. 47.
Ego me tuæ commendo & committo fidei.
Ingeniis conjecturæque aliquorum aliquid committere. Cic. pro Roſc. Amer. 123.
Populo ſe committere. Cic. pro Domo 49.
Poteſtati alicujus Rempublicam & arma populi committere. Cic. pro Milon. [V. 68. & 70. paulo aliter.
Publicis præſidiis & armis ſe committere. Cic. pro Milon.
Cauſam alicui. Cic. 1. de Orat. 174.
Conſilia ſua alicui. Cic. 5. Verr. 6.
Curas ſuas auribus alterius. Sen. Hippol. 5.
Delictum hominum fortunæ judicio. Cic. pro Cluent. 129.
Epiſtolam alicui. Cic. 1. Att. 10.
Exiſtimationem ac ſpem reliquæ vitæ alicui. Cic. pro Quint. 98.
Habenas committere, Permittere regendi poteſtatem. Sen. Medea, 1.
Honores committere alicui. i. e. Officia honorata. Claud. in Laudib. Seren. 194.
Incommoda ſua legibus & judiciis. Cic. 3. Verr. 82. h. e. Judicium de incommodis ſecundum leges expectare.
Litteras alicui. Cic. 1. Att. 10. Ita neque Achaicis hominibus, neque Epiroticis paulo liberiores litteras committere audeo.
Magiſtratus aliquibus committere. Cic. pro Planc. 61.
Oſcula committere linguæ. Ovid. 15. Epiſt. 131.
Oſcula cognoſco, quæ tu committere linguæ,
Aptaque conſueras accipere, apta dare.
Rem magnam difficilemque alicui. Cic. 13. Fam. 5.
Rem & vitam alicui. Hor. 2. Serm. 7. 67.
Suffragium & juriſdictionem alicui. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 35. His ipſis, quos vocamus inſanos, ſuffragium & juriſdictionem committimus.
Vices ſuas alicui. i. e. Partes ſuas cum alio commutare. Sen. OEth. v. 149.
Commiſitque vices Lucifer Heſpero,
Et ſoles vetuit Delia tardior.
Caput, vel Collum, tonſori. Hor. in Arte Poet. 301. Cic. 5. Tuſc. 58. Quinetiam ne tonſori collum committeret, tondere filias ſuas docuit.
Crus commiſit laqueo volucris. Ovid. 11. Met. 74.
Litteris committere aliquid. Cic. 4. Att. 1.
Amores ſuos tabellis. Ovid. 1. Amor. 12. 21.
Committere gnatam ſuam uxorem alicui. Ter. And. 1. 5. 6.
— quid Chremes, qui denegarat
Se commiſſurum mihi gnatam ſuam uxorem? id mutavit?
Committere in diſcrimen remp. Liv. 8. 32. Quum me incertis auſpiciis profectum ab domo ſcirem, utrum mihi turbatis religionibus Reſpub. in diſcrimen committenda fuerit, an auſpicia repetenda?
Committere ſe in præcipitem locum. h. e. Exponere & committere ſe periculo. Cic. 4. Acad. 68. Ita enim finitima ſunt falſa veris, eaque quæ percipi poſſunt (ſi modo ea ſunt quædam: jam enim videbimus) ut tamen in præcipitem locum non debeat ſe ſapiens committere.
Committere ſe in aciem. Liv. 7. Ibi quia res trahi ſegnitia Græcorum, non committentium ſe in aciem, videbantur, Dictatorem, &c. conf. 23. 11.
Committere ſe in conſpectum populi. Cic. 6. Verr. 26. In Populi Romani quidem conſpectum quo ore vos commiſiſtis? Idem 8. Att. 17. Ne duæ legiones ſine Picentinis cohortibus in conſpectum Cæſaris committerentur.
Committere ſe in Senatum. Cic. 3. Q. frat. 2. Quum Gabinius quacunque veniebat, triumphum ſe poſtulare dixiſſet, ſubitoque bonus Imperator noctu in urbem, hoſtium plane, invaſiſſet, in Senatum ſe non committebat. [Deeſſe quid videtur. An Hoſtium plane more, vel Noctu Urbem, ut hoſtium &c?
Auſis magnis ſe committere. Claud. 2. in Eutrop. 548.
Fortunæ. Cic. 9. Att. 4.
Frigori aliquid. Celſ. lib. 6. cap. 18. Præcipueque id ulcus multa calida aqua fovendum eſt, velandumque, neque frigori committendum.
Hiemi & fluctibus ſe. Cic. 4. Verr. 91. Hiemi fluctibuſque ſeſe committere maluit, quam non iſtam communem Siculorum tempeſtatem, calamitatemque vitare.
Itineri ſe committere. V. paulo poſt, Viis hiſce, &c.
Labori ſe, æſtui &c. Celſ. lib. 1. cap. 2. Si quis interdiu ſe implevit: poſt cibum neque frigori, neque æſtui, neque labori ſe debet committere.
Mari aliquem committere. Lucan. 5. 691.
Navigationi ſe committere. Cic. 16. Fam. 6.
Nocti. Ovid. 13. Met. 342. — cur audet Ulyſſes
Ire per excubias, & ſe committere nocti?
Pelago ratem committere. Hor. 1. Carm. 3. 11.
Periculo litteras. Cic. 1. Att. 13. Sed non committendæ ejuſmodi periculo, ut aut interire, aut aperiri, aut intercipi poſſint. De litteris.
Periculo mortis, aut ſervitutis ſe committere. Cicero pro Lege Manil. 31.
Ponti ſeſe committere. Per pontem tranſire. Virg. 3. Georg. 78.
Ponto ſe committere. i. e. Mari. Cic. in Arat.
Portibus committere ſe non audebant. Cæſ. 3. Bell. Civil. 60.
Pugnæ. Ovid. 14. Met. 362.
Rixæ ſe committere. Lucan. ad Piſon. 187.
Soli aperienti ſe committere. Celſ. lib. 1. cap. 2. Habitare vero ædificio lucido, perflatum æſtivum, hibernum ſolem habente, cavere meridianum ſolem, matutinum & veſpertinum frigus, itemque auras fluminum atque ſtagnorum, minimeque nubilo cælo ſoli aperienti ſe committere.
Vento. Ovid. 3. Faſt. 579.
Ventis vitam committere. Virg. 10. Æn. 68. — non linquere caſtra
Hortati ſumus? aut vitam committere ventis? i. e. Incertis & inanibus rebus. Servius.
Ventis unda ſe commiſit. Ovid. 11. Met. 512. al. Admiſit.
Viis hiſce ego me committam, qui &c. ire non ſum auſus? Cic. 12. Philipp. 24. Ibid. paulo poſt, Poſſumne igitur ſatis videri cautus, ſatis providus, ſi me huic itineri, tam infeſto, tamque perículoſo commiſero?
Committere, [καθίστασθαι, συμβάλλειν] eſt Ad pugnam & ad concerta-

tionem exhibere. Unde, Committi gladiatorum paria dicebantur in ſpectaculis & Athletarum certaminibus, i. e. Ad digladiandum copulari compararique. Suet. de Clar. Gram. 17. Ad exercitanda diſcentium ingenia æquales inter ſe committere ſolebat. Budæus. V. ſupra Animos committere.
Committere inter ſe, Mutuo irritare, & ad diſſidium impellere, & quaſi in quoddam certamen adducere. Suet. in Calig. cap. 56. Nec ceſſavit ex eo criminari alterum alteri, atque inter ſe omnes committere.
Fratres committere odiis. Claud. 1. in Eutrop. 282.
Bellum committere, Suſcitare bellum inter duos populos. Inde, Bellum commiſſum apud Livium, id eſt (ut vulgo dicunt) *guerra aperta:* quum aliqua injuria laceſſente bellum inter duos populos irritatur, quaſique re ipſa inducitur. Liv. 21. 40. extr. Sed ita forſitan decuit, cum fœderum ruptore duce ac populo, deos ipſos, ſine humana ope, committere ac profligare bellum: nos autem, qui ſecundum deos violati ſumus, commiſſum ac profligatum conficere. Ex Budæo.
Commiſſum bellum, συνεῤῥωγὼς πόλεμος, καθιστάμενος, συγκεκροτημένος, συνταραχθείς. H. St.
Certamen. Liv. 23.
Judicium committitur. Cic. pro Roſc. Amer. 11. Longo intervallo judicium inter Sicarios hoc primum committitur.
Manum alicui committere. Virg. 12. Æn. 60.
— deſiſte manum committere Teucris. i. e. Bellum inferre.
Prælium committere, pro Incipere. Cæſ. 2. Bell. Gall. 19. Equites noſtri cum funditoribus ſagittariiſque flumen tranſgreſſi, cum hoſtium equitatu prælium commiſerunt.
Prælia committere. Valer. 6. Argon. 31.
Prælia committere verſu. Ovid. in Ibin, 43.
Pugnam. Sil. lib. 8. 619.
Ludos. Cic. 3. Q. frat. 4. Hæc ſcripſi ad VIII Cal. Novemb. quo die ludi committebantur. Sueton. in Claud. 21. Circenſes etiam frequenter in Vaticano commiſit, &c.
Spectaculum. Liv. 2. 36. Ludis mane ſervum quidam paterfamiliæ, nondum commiſſo ſpectaculo, ſub furca cæſum medio egerat circo: cœpti inde ludi, velut ea res nihil ad religionem pertinuiſſet.
Verba committere cæcis modis, Ænigma proponere, obſcure loqui. Sen. Theb. 1.
Committere aliquid [πλημμελεῖν] Peccare, male agere. Cic. 1. Verr. 5. Ego etiam quæ tu ſine Verre commiſiſti, Verri crimini daturus ſum. Virg. 1. Æn. 235.
Quid meus Æneas in te committere tantum,
Quid Troes potuere?
Non timent qui nihil commiſerunt. Cic. pro Milon. 63.
Non impulſione, verum ratiocinatione aliquid committere. Cic. 2. de Invent. 17.
Committere contra legem. Cic. pro Cluent. 92. Sed ille idcirco his legibus condemnatus eſt, quod contra aliam legem commiſerat.
Committere multa in deos, & homines. Cic. 3. Verr. 6.
Adulterium. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Cædem. Ovid. 14. Epiſt. 59.
Culpam. Cic. 16. Fam. 12. Graves ſolent offenſiones eſſe ex gravibus morbis, ſi quæ culpa commiſſa eſt.
Delictum. Cæſ. 7. Bell. Gall. 4.
Facinus. Cæſ. 3. Bell. Civil. 60.
Flagitium. Cic. de Clar. Orat. 229.
Fraudem. Hor. 1. Carm. 28. 31.
Jurgia. Plaut. Men. 5. 2. 21.
Niſi quid commiſſi jurgii eſt cauſa. Alii legunt, Adjurgii. Gronov. Niſi aut quid comiſſi, aut jurg.
Maleficium. Cic. pro Roſc. Amer. 62.
Multam committere, Aliquid facere quod multæ ſolvendæ ſit obnoxium. Varr. lib. 2. de R. R. V. MULTA, æ.
Nefandum aliquid. Ovid. 9. Met. 625.
Nefarias res. Cic. 6. Philipp. 2.
Rixam. Liv. 5. 25. pr. Hæc quum fœdis certaminibus agerentur, nulla res alia manibus temperare plebem cogebat, quam quod ubi rixæ committendæ cauſa clamor ortus eſſet, principes, &c.
Scelus magnum. Cic. pro Sull. 6.
Simili impulſu aliquid committere. Cic. 2. de Invent. 20.
Non committere ut, vel Quamobrem. Cic. 1. Off. 81. Nec committere, ut aliquando dicendum ſit, Non putaram. Idem 3. Off. Conſiderare debes nihil tibi eſſe committendum, quamobrem eorum, quos laudas, te non ſimillimum præbeas. Cic. 11. Fam. 20. Se non eſſe commiſſurum, ut tolli poſſit.
Non committam poſthac, ut me accuſare de epiſtolarum negligentia poſſis. Cic. 1. Att. 5.
Quia commiſi, ut me defraudes: ad eam rem affectas viam. Plaut. Men. 4. 3. 12.
Non committam, ut ſi defugerim, tibi cauſam aliquam dem recuſandi. Cic. 2. de Orat. 233.
Nolle quenquam civem committere, ut morte multandus ſit. Cic. 8. Philipp. 15.
Non eſt meum committere ut, &c. Cic. 3. Fam. 9. Nam profecto non eſt meum, qui in ſcribendo (ut ſoles admirari) tantum induſtriæ ponam, committere, ut in ſcribendo negligens fuiſſe videar: præſertim, &c.
Non placet nobis committere ut. Cic. 8. Att. 15. Quod quum ita eſſet, nec mihi, nec fratri meo, nec cuiquam amicorum placuit committere, ut temeritas noſtra non ſolum nobis, ſed etiam Reipub. noceret.
Non putavi eum eſſe commiſſurum ut. Cic. 8. Att. 3.
Id eſt ſordidum ad famam, committere ut accuſator nominere. Cic. 2. Off. 50.
Committendum non putavi, prius ut &c. Cic. 11. Fam. 20. Hæc quum audiſſem, & jam in itinere eſſem, committendum non putavi, prius ut Alpes tranſgrederer quam quid iſthic ageretur, ſcirem.
Vereor committere ut, &c. Cic. 1. de Legib. 37.
Alicujus conſilio commiſſum eſſe ut, &c. Cic. 1. Att. 13.
Committere de exiſtimatione ſua alicui. Cic. 5. Verr. 137. Tum iſte negat ſe de exiſtimatione ſua cuiquam, niſi ſuis commiſſurum.
Committere, Confiſcare, fiſco attribuere. Paulus in l. debitor meus. D. negot. geſt. Veluti ſi periculum erat, ne prædia in publicum committerentur, ne pœna trajectitiæ pecuniæ augeretur, aut ex compro-

missio committeretur. Cic. 4. Verr. 36. Faciemus ut palæstritæ negent ex testamento esse positas: petant hæreditatem, quod eam palæstræ commisisse dicant. subaudi, Statuam.

Committi, [παραδοθαι] passiv. ut, Mucronibus strictis committi. Ovid. 3. Fast. 231. i. e. Objici, exponi.

Infirmo judicio committi. Cic. 1. Att. 13. i. e. Coram infirmis judicibus habere litem, & qui facile corrumpi possint.

COMMISSUS, Partic. [παραδοθεὶς] Cic. pro Font. 30. Atque ita ut commissus sit fidei, permissus potestati.

Bella commissa alicui. Cic. pro Domo, 18.

Devotio capitis convicta & commissa. Cic. pro Domo, 145. Hanc ego devotionem capitis mei, quum ero in sedes meas restitutus, tum denique convictam esse & commissam putabo.

Lætitia commissa. Propert. lib. 1. 10. 12.

Sed quoniam non es veritus concredere nobis,
Accipe commissæ munera lætitiæ. i. e. Mecum communicatæ.

Ludi commissi. Virg. 5. Æn. 113.

Et tuba commissos medio canit aggere ludos.

Piacula commissa. Virg. 6. Æn. 569.

Distulit in seram commissa piacula mortem.

Pugna non mediocri certamine nec parva dimicatione commissa. Cic. pro Muren. 34.

Res inter se commissæ. Quintil. lib. 7. cap. 1.

Ut tutela, sic procuratio Reipublicæ, ad eorum utilitatem qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerenda est. Cic. 1. Off. 85.

Commissus, Fidei traditus. Catull. 99. 1.

Si quicquam tacito commissum est fido ab amico,
Cujus sit penitus nota fides animi.

Commissus, Conjunctus & coagmentatus. Virg. 3. Æn. 428.

—pistrix
Delphinum caudas utero commissa luporum. Servius.

Dextera commissa dextræ. Ovid. 2. Epist. 31.

Nocte commissa, Gemina. Sen. OEth. 13.

Dispositio digestas res atque inter se commissas devincit. Quintil. lib. 7. cap. 1.

Solvere commissas acies, Dirimere bellum. Propert. 4. 4. 59.

Commissus, Confiscatus. Paulus in l. Cotem. D. de publican. & vectig. Dominus navis si illicite aliquid in nave vel ipse, vel vectores imposuerint: navis quoque fisco vindicatur. Quod si absente domino id a magistro vel gubernatore, aut proreta, nautave aliquo factum sit: ipsi quidem capite puniuntur commissis mercibus, navis autem domino restituitur.

Commissa hæreditas apud Jurisconsultos Ea dicitur, in qua id commissum est quamobrem alteri debeatur. Velut, Jussus hæres fuerat statuas in foro ponere: nisi poneret, Veneri Erycinæ multatus est: mortuo testatore non posuit, commissa multa dicitur, & hæreditas, quoniam id commissum est quamobrem ei auferatur. Cic. 3. Verr. 27. Calumniatores ex sinu suo apposuit, qui illam hæreditatem Veneri Erycinæ commissam esse dicerent.

Commissa obligatio. Julian. in l. 1. §. ult. D. de stipul. servor. Sed in secunda obligatione Mævio commissa, Titius exceptione debiti submovebitur.

COMMITTENDUS, Partic. Cic. 10. Att. 2. Fortunæ sunt committenda omnia, sine spe conamur ulla.

COMMISSUM, i. n. [πλημμέλεια] Delictum. Cic. pro Sulla, 72. Ecquod hujus factum, aut commissum, non dicam audacius, sed quod, &c.

Sacrum commissum, quod neque expiari poterit, impie commissum est. Cic. 2. de Legib. 22.

Turpe. Hor. 3. Carm. 27. 39.

Enuntiare commissa, Alterius secreta nobiscum communicata revelare. Cic. 2. Tusc. 2.

Fateri commissa. Stat. 5. Silv. 5. i. e. Facinus.

Luere. Virg. 1. Æn. 136.

Post mihi non simili pœna commissa luetis. i. e. Persolvetis. Et hic sermo (ait Servius) a pecunia descendit: antiquorum enim omnes pœnæ, pecuniariæ fuerunt.

Negare. Claud. 2. in pr. Cons. Stil. 56. h. e. Rem nostræ fidei creditam.

Plorare. Hor. 3. Carm. 27. 39.

Prodere commissa. Hor. 1. Serm. 3. 95. Secreta revelare.

Punire. Sil. lib. 13. 368.

Tacere. Hor. 1. Serm. 4. 84.

Tegere, i. e. Tacere sibi credita. Hor. in Arte Poet. 84.

Commissa dicuntur, inquit Asconius, Quæ contra voluntatem testatoris facta, aut non factá ab hærede, multa aliqua pœnaque plectuntur. in Cic. 4. Verr. 25. Si commissum quid esset.

In commissum cadere, In commissi causam incidere. Martian. l. interdum. D. de publicanis & vectigal. Interdum nec vendendus est servus, qui in commissum ceciderit: sed pro eo æstimatio a domino danda est. Divi enim Severus & Antoninus rescripserunt: quum is servus qui actum domini gessisse diceretur, in commissum cecidisset, venire non debuisse, sed pro eo viri boni arbitratu æstimationem oportuisse dari. Iidem etiam eadem epistola rescripserunt, si quis improfessus servus fuerit, & probetur in commissum cecidisse, & aut uxorem domini corrupisse dicatur, aut aliud quid gravius admisisse, ut cognoscat procurator: & si in his causis compertus sit, æstimetur, & ad pœnam domino tradatur. Iidem divi Severus & Antoninus rescripserunt: mancipiis commissis, res peculiares non esse in eadem causa: nisi hoc, quod proprio nomine in causam commissi incidit. Quoties quis mancipia invecta professus non fuerit, sive venalia, sive usualia: pœna commissi est. Ibid. Servi qui in fuga sunt, in commissum non cadunt, quum sine voluntate domini fines egressi sunt. Paulo post: Divi quoque fratres rescripserunt: quum quidam non per fraudem, sed per errorem in causam commissi incidissent, ut duplo vectigali contenti publicani servos restituerent. Si quis professus apud publicanum fuerit, non tamen vectigal solverit, hoc concedente publicano, ut solent facere: divi Severus & Antoninus rescripserunt, res in commissum non cadere. Quum enim (inquiunt) professiones recitantur, commissum cessat: quum poterit satisfieri fisco ex bonis publicanorum, vel fidejussorum. Mancipiis commissis,

i. e. Confiscatis, seu fisco vindicatis, *Confisquez, ou acquis au fisque.* In commissum igitur cadere, vel in commissi causam (hoc est conditionem) incidere: Confiscari, seu fisco vindicari, *Estre confisqué ou acquis au fisque, Estre tombé en commis.* sic enim loquuntur nostrates advocati & jurisconsulti. V. Burman. Diss. de Vectig. cap. 5.

Commisso rem aliquam vindicare. Paulus in l. Cotem. D. de publicanis & vectigal. Eam rem quæ commisso vindicanda est, dominus emere non prohibetur, vel per se, vel per suos, vel per alios, quibus hoc mandaverit.

Commissi pœnam remittere. Papinian. in l. Imperatores. D. de publicanis & vectigal. Itemque rescripserunt, pupillo remittere se pœnam commissi, si intra diem tricesimum vectigal intulisset.

COMMISSIO, ōnis. f. [συμβολὴ] Ea significat, quæ verbum a quo derivatur, patitur.

Commissio, Exhibitio erat binorum poetarum vel oratorum ad ingenii ostentationem. Has commissiones, scenicas scilicet & poeticas & etiam ludicras, Prætores ludis præsidentes faciebant. Suet. in Aug. cap. 89. Componi tamen aliquid de se, nisi & serio, & a præstantissimis, offendebatur: admonebatque Prætores, ne paterentur nomen suum commissionibus obsolefieri.

Commissio Græcorum. Cic. 16. Att. 5. Rumoris nescio quid afflaverat, commissione Græcorum frequentiam non fuisse.

Commissio ludorum, &c. Cic. 15. Att. 26. Equidem illos celebrari & esse quam gratissimos mirabiliter cupio, idque ita futurum esse confido: & tecum ago, ut jam ab ipsa commissione ad me, quemadmodum accipiantur hi ludi, deinde omnino reliquorum dies singulos prosequare. i. e. Ab ipso principio ludorum.

COMMISSOR, ōris. m. [συμβαλλομάχος] Gloss. Gr. Lat.

COMMISSORIUS, Adj. [πλημμελητικὸς] ut, Lex commissoria. Hoc est exceptio adjecta actioni: contra quam si quid commissum fuerit, conventio rescinditur. Paulus in l. Æmyl. D. de minoribus XXV annis, Æmylius Largianus ab Ovinio fundum Puteolanum lege commissoria emerat, data parte pecuniæ, ita ut si intra duos menses ab emptione reliqui pretii partem dimidiam non solvisset, inemptus esset: item si intra alios duos menses reliquum pretium non numerasset, similiter esset inemptus. V. Dig. 18. 3.

Lege commissoria fundum venire quid sit, apparet ex verbis Ulp. in l. Si fundus. D. de Lege commissoria, Si fundus, inquit, lege commissoria venierit, hoc est, ut nisi intra certum diem pretium sit exolutum, inemptus fieret, &c.

COMMISSŪRA, æ. [συναφὴ, γόμφωσις] Junctura tabularum, & aliorum hujusmodi. Cic. de Univers. 21. Deinde in orbem torsit, ut & ipsæ secum, & inter se ex commissura quæ e regione esset, jungerentur.

Molles digitorum commissuræ. Cic. 2. de Nat. Deor. 150.

Commissura verborum. Quintil. lib. 9. cap. 4.

Commissuræ hiantes. Quintil. lib. 12. cap. 9. Non cohæret, nec commissuris modo, ut in opere male juncto hiantibus, sed, &c. Non modo ut sint ordine collocati sensus, elaborandum est, sed ut inter se juncti, atque ita cohærentes, ne commissura pelluceat. Quintil. lib. 7. cap. 10. De dispositione.

COMMISSURĀLIS, e. Veget. de Re Vet. 2. 13.

COMMISSARIUS, i. m. Vox apud JCtos. ut Fideicommissarius, l. 29. §. 2. Dig. pro Quæsitore vel Judice delegato generatimque eo, cui aliquid gerendum, vel dijudicandum committitur. Sed hoc verbum improbat Vossius de vitiis L. L. 3. 6.

COMMOBĬLIS, V. COMMOVEO.

COMMODE, COMMODITAS, COMMODITO, COMMODO. V. COMMODUM.

COMMŎDUM, i. n. [ὠφέλεια, εὐχρήστημα] fit a Modo; & significat Utilitatem, & emolumentum. Cic. 4. Verr. Utrum tibi commodum est elige.

Valetudinis commodum, cui opponitur Incommodum morbi. Cic. pro Muren. 47.

Vitæ commoda. Lucret. 3. 2.

De communibus commodis. Tacit. 1. Ann. 14. Quem missum ad vos Germanico exercitu de communibus commodis. i. e. Ob communia commoda.

Publica commoda. Hor. 2. Epist. 2. 3.

—in publica commoda peccem,
Si longo sermone morer tua tempora, Cæsar.

Utile & commodis meis aptum. Cic. 3. Fam. 10. Quid mihi tandem erat utilius, quid commodis meis aptius? quam, &c.

Capere commodum de re aliqua. V. CAPIO.

Capere nihil commodi. Catul. 59. 63.

Carere commodis. V. CAREO.

Comparare sua commoda ex incommodis alterius. Ter. And. 4. 1. 4.

Ut malis gaudeat: atque ex incommodis
Alterius sua comparet ut commoda?

Consequi commodum. V. CONSEQUOR.

Consulere commodis. Cic. 1. Q. frat. 1.

Demere commoda aliqua alicui, i. e. Privare aliquem commodis quibusdam. Ovid. 1. Amor. 2. 38.

His tu militibus superas hominesque deosque,
Hæc tibi si demas commoda, nudus eris.

Expectare commodum alicujus. Cic. 12. Att. 27. Homo nequam, qui tuum commodum non expectarit, quum ob eam unam causam missus esset.

Ferunt multa anni venientes commoda secum. Horat. in Arte Poet. 175.

Habent parvæ commoda magna moræ. Ovid. 3. Fast. 394.

Impedire commodum. Cic. Ut ne minima quidem re ulla Bruti commodum ullum impediamus.

Inhibere commoda alicujus. Ovid. 3. Amor. 10. 4.

Inservire suis commodis. V. INSERVIO.

Labefactare atque oppugnare commoda alicujus. V. LABES.

Limare commoda alicujus, i. e. Detrahere commodis alicujus, aut Invidere. Hor. 1. Epist. 14. 37.

Metiri commodis. V. METIOR.

Natus suis commodis. V. NASCOR.

Non licet sui commodi causa nocere alteri. Cic. 3. Off. 23.

Officere commodis alicujus. V. OFFICIO.
Oppugnare commoda patriæ, cui opponitur, Pro his pugnare. Cic. 1. de Invent. 1.
Prætermittere commoda. Cic. ad Q. frat.
Referre amicitiam ad illius commoda, quem diligimus. Cic. 2. de Nat. Deor. 123.
Servire commodis utilitatique alicujus. Cic. 1. Q. frat. 1.
Commoda, in re militari dicebantur, vel Munera, vel Præmia, vel Agri denique qui dabantur militibus. Ovid. 1. de Arte Am. 131.
Romule, militibus fcifti dare commoda folus. Et iterum, 132.
Hæc mihi fi dederis commoda, miles ero. Hæc Turneb. 5. 5.
Commodum etiam erat Præda, qua onufti domum redibant milites, Liv. 2. 25. five Ager captivus, qui fæpe militibus dividi folebat, Idem 2. 41. five Stipendium, V. STIPENDIUM. five denique Privilegia omnia, quibus uterentur milites; quale illud apud Liv. 2. 24. Ne quis militis, dum in caftris effet, bona venderet, aut liberos, five nepotes moraretur. [Sed probandum erat, hæc eadem nominatim Commoda militiæ ab ullo antiquo auctore dicta fuiffe. Qui contra Commoda a Præda acStipendio accurate diftinguunt, quum hæc duo militibus quovis tempore darentur, illa demum emerita ftipendia fequi confueverint. Quin etiam Emeritorum & Præmiorum Commoda diftingui confueffe docet Torrent. ad Suet. Aug. cap. 24. q. V.
Quod commodo Reipub. facere poffis: Quod commodo tuo fiat, i. e. Facile, & fine moleftia. quæ claufula fere femper veluti per parenthefin profertur & includitur. Cic. 1. Fam. 1. Sed ex illo s. c. quod te referente factum eft, tibi decernit ut regem reducas, quod commodo Reipub. facere poffis. Verba funt quibus veteres utebantur, ut id quod faciendum decernerent, ita demum fieri velle oftenderent, fi modo Reip. commodo fieri poffet.

COMMŎDUS, [εὐσφορος, ἐπιτήδειος, δεξιὸς, λυσιτελὴς] Adj. Qui fefe ad aliorum mores vel fuo judicio accommodat, vel eft accommodatus natura, & qui aliis facile & libenter obfequitur, & prodeft. Cic. pro Muren. 66. Nemo Catone proavo tuo commodior, comior, moderatior fuit ad omnem rationem humanitatis.
Capillus. Plaut. Moft. 1. 3. 98.
Ubi tu commoda es, capillum commodum effe credito.
Conviva, Facilis & tractabilis. Plaut. Mil. 3. 1, 47.
Vel cavillator facetus, vel conviva commodus.
Cyathi commodi, i. e. Qui juftum habent modum. Hor. 3. Carm. 19. 12.
— tribus aut novem,
Mifcentur cyathis pocula commodis. Cuning. edidit Commodum.
Exilium commodius. Ovid. 2. de Pont. 8. 72.
Homo. Ter. And. 5. 2. 3.
Ego commodiorem hominem, adventum, tempus non vidi.
Homo commodior mitiorque. Cic. 1. Q. frat. 1. Atque in hoc genere multo te effe jam commodiorem mitioremque nuntiant.
Litteræ commodæ. Cic. 3. Q. frat. 1.
Locus commodior. Ovid. 3. de Pont. 3. 64.
Meretrix commoda & faceta. Ter. Heaut. 3. 2. 10.
Commodis moribus homo. Cic. de Amicit. 54. Atque hoc quidem videre licet, eos qui antea commodis fuerunt moribus, imperio, poteftate, profperis rebus immutari.
Nec pecori opportuna feges, nec commoda Baccho. Virg. 4. Georg. 129.
Statura commoda. Plaut. Afin. 2. 3. 21.
Stella homini commoda, contr. Mala. Propert. 2. 27. 4.
Quæ fit ftella homini commoda, quæque mala.
Talentum commodum, Commodæ minæ. i. e. Jufti ponderis. Plaut. Afin. 3. 3. 135.
Terra non commoda Baccho, Non opportuna vitibus ferendis. Virg. 4. Georg. 129.
Valetudo commoda. Celf. lib. 8. cap. 1.
Valetudo commodior. Quintil. 6. cap. 3. pag. 553. Vatinius pedibus æger, quum vellet videri commodioris valetudinis factus, & diceret fe jam bina millia paffuum ambulare. Plin. lib. 3. Epift. 16. Quin imo & quoties cubiculum ejus intraret, vivere filium, atque etiam commodiorem effe fimulabat. i. e. Meliufcule fe habere.
Veftis commoda ad curfum. Ovid. 2. Faft. 288.
Inhumano commodus, Barbaro difertus opponitur. Cic. 5. Verr. 23. Qui aliis inhumanus ac barbarus, ifti uni commodus ac difertus videretur.
Donarem commodus. Hor. 4. Carm. 8. 1.
Donarem pateras, grataque commodus,
Cenforine, meis æra fodalibus. i. e. In eo me commodum præberem, & in eo commodus effem, quod donarem pateras meis fodalibus. Eft autem ufitatum Horatio cum verbo nomen aliquod epithetum conjungere quod verbi fignificationem augeat, aut certe adjuvet, ut pluribus locis videre eft. Lambinus.
Quum, vel quando commodum eft. Cic. 3. de Orat. 87. Quum eft commodum, cantat. Afconius in eum locum Cic. 4. Verr. 33. Aut eum judicem, quem commodum erat, &c. Vetufte pofuit, inquit, pro Eo quem volebat. Sic Ter. Adel. 1. 2. 38.
Amat? dabitur a me argentum, dum erit commodum. Nam meretrici dare, quando eft commodum? fed eft pofitum pro eo, Quandiu libuerit. Hæc Afcon.
Quantum commodum eft. Cic. 5. Verr. 165. Poftremo fi cui civitati folvit, tantum detraxit, quantum commodum fuit: nulli, quod debitum eft, reddidit.
Si commodum eft. Ter. Eun. 3. 2. 29. Cic. 1. de Divin. 111. Oftenderet etiam philofophum, fi ei commodum effet, pecuniam facere poffe.
Commodum eft illi. Ter. Phorm. 5. 9. 37.
Exequias Chremeti, quibus eft commodum, ire jam tempus eft.
Commodius effe, & commodiffimum effe aliquid agere. Cic. 13. Att. 16.
Quod erit mihi bonum atque commodum. Ter. Phorm. 1. 2. 81.
Quæ mater, qui cognata tibi fit, omnia hæc
Confingam: quod erit mihi bonum atque commodum. Ubi Donatus, εὐφημία, Quod mihi, inquit, fauftum ac felix erit: hoc eft confingere atque mentiri. Sic enim veteres, Quod fauftum felixque fit, dicebant aliquid aggreffuri.

Commodius eft, vel Commodius vifum eft, five Commodiffimum fcribere, mittere, &c. Frequenter apud auctores.
Commodius & aptius nihil. Cic. 13. Att. 16. Nihil poteft fieri nec commodius nec aptius, quam ut fcribis.

COMMŎDUM, Adv. [εὐκαίρως] Opportune. Plaut. Merc. 1. 2. 106.
— Si ifthac ibis, commodum obviam venies patri.
Commodum, aliter. Plaut. Rud. 5. 2. 31.
Talentum argenti commodum magnum inerat in crumena. Alii Commodum hic epitheton effe putant.
Commodum; Ipfo eodemque tempore, Eodem tempore, quo hoc agebatur, inquit Donatus. in Ter. Eun. 2. 3. 51.
— Quum huc refpicio ad virginem,
Illa fefe interea commodum huc advorterat.
Commodum obfonare. Plaut. Milit. 3. 1. 154.
— Si certum eft tibi,
Commodum obfona, ne magno fumptu: mihi quidvis fat eft.
Commodum fequente QUUM, fignificat Vix, vel Tantum. Cic. 10. Att. 18. Commodum ad te dederam litteras de pluribus rebus, quum ad me bene mane Dionyfius fuit.
Commodum, Tantum quod. Ter. Phorm. 4. 3. 9.
G. Tune dixeras huic? facinus indignum, Chreme,
Sic circumiri? D. quum id agebam commodum. Donatus.

COMMODE, Adv. [ὀρθῶς, εὐσφόρως] fignificat Bene, vel potius Optime, vel Apte.
Adminiftrare commode Remp. Cic. 11. Fam. 10.
Agere commode. Cic. 2. de Fin. 3. Nos commodius agimus: non enim folum Torquatus dixit quid fentiret, fed etiam cur. i. e. Conditione meliori utimur.
Audire minus commode. In AUDIO.
Commode fentire de nobis in Epift. Bruti. H. St.
Cadit commode. Cic. 2. Verr. 5. Verum hoc adhuc percommode cadit, quod cum incredibili ejus audacia fingularis ftultitia conjuncta eft.
Capere tempus fcite & commode. Cic. 11. Fam. 13. Et ille cui mandavi, fatis fcite & commode tempus ad te cepit adeundi.
Cogitare commode. Ter. prol. Heaut. 14.
Quantum ille potuit cogitare commode.
Dicere commode. Ter. Hec. 1. 2. 32.
Nunquam dices tam commode, ut tergum meum
Tuam in fidem committam. i. e. Tam blande & apte.
Dicere fatis commode Latine. Cic. 1. Acad. 14. Quid eft enim quod malim, quam ex Antiocho jampridem audita recordari, & fimul videre, fatifne ea commode dici poffent Latine?
Differere commode. Cic. 1. de Fin. 63. In Dialectica autem veftra nullam vim exiftimat effe, nec ad melius vivendum, nec ad commodius differendum.
Facis commode. Cic. 8. Att. 7.
Gerere res commode. Cic. 7. Verr. 44. Nullam tibi objicio fortunam: nihil eft quod ceterorum res minus commode geftas proferas.
Loqui commode. Ter. Heaut. 3. 2. 48.
Nunquam commodius unquam herum audivi loqui.
Scribere commode. Plin. 1. Epift. 9. Neminem ipfe reprehendo, nifi unum me, quum parum commode fcribo.
Scripta commode oratio. Cic. 1. de Orat. 231.
Tractare commode. Plin. 2. Epift. 15. Me prædia materna parum commode tractant, delectant tamen ut materna. i. e. Parum fructus & commodi reddunt.
Verba facere cogitate & commode. Plaut. Pœn. 5. 4. 51.
Ut pudice verba fecit, cogitate & commode.
Commodius, [εὐσφορωτέρως] compar. Cic. 13. Att. 11. Pofthac enim poterimus commodius colere inter nos in Tufculano.
Elimare aliquid commodius. Quintil. lib. 2. cap. 7.
Agi poteft per eum commodiffime. Cic. 12. Fam. 30.

COMMODŬLE, Adv. dimin. a Commode. Plaut. Rud. 2. 5. 11.
Commodule melius, tandem vero ferio.

COMMODĪTAS, ātis. f. [ἐπιτηδειότης] interdum Aptitudinem quandam convenientiamque fignificat. Cic. 4. de Fin. 29. Sed non funt in eo genere tantæ commoditates corporis, tamque productæ temporibus, tamque multæ.
Orationis commoditas & dicendi copia. Auct. ad Herenn. 1. 1. Non enim parum habet in fe fructus, copia dicendi & commoditas orationis.
Vitæ commoditas jucunditafque. Cic. 1. Off. 9.
Commoditas profperitafque vitæ. Cic. 3. de Nat. Deor. 86.
In occafione commoditas ad faciendum idonea. Cic. 2. de Invent. 40.
Commoditas, [ὠφέλεια] Utilitas. Ter. And. 3. 3. 37.
At fi corrigitur, quot commoditates vide.
Externæ commoditates, vineta, fegetes, oliveta, ubertas frugum, &c. Cic. 3. de Nat. Deor. 86. vocantur Bona fortunæ.
Hominis commoditas. Ter. Adel. 4. 5. 76.
Itaque adeo magnam mihi injecit fua commoditate curam. i e. Sua facilitate erga me, & manfuetudine. Verba funt Æfchini de Mitione legitimo patre indulgentiore.
Membrorum commoditas, i. e. Concinnitas. Suet. Aug. cap. 79.
Creare alicui commoditatem. V. CREO, creas.
Frui commoditate alicujus. Ovid. 16. Epift. 310.
Ut te nec mea vox, nec te meus incitet ardor,
Cogimur ipfius commoditate frui.
Uti commoditate alicujus. Ovid. 17. Epift. 176.

COMMŎDO, [συνωφελῶ] āre. Beneficium alicui impertire. Cic. 13. Fam. 49. Omnes tibi commendo Cyprios, fed magis Paphios: quibus tu quæcunque commodaris, erunt mihi gratiffima.
Publice commodare. Cic. 6. Verr. 20.
Omnibus rebus, quod fine moleftia tua facere poffis, his commodes. Cic. 13. Fam. 36.
Quantum tua fides dignitafque patietur, iis commodes omnibus in rebus. Cic. 13. Fam. 33.
Ob fuam caufam alicui commodare. Cic. 2. de Fin. 117. Nec enim fi tuam ob caufam cuiquam commodes, beneficium illud habendum eft, fed fœneratio: nec gratia deberi videtur ei, qui fuam ob caufam commodaverit.
Studium commodandi alicui. Cic. 2. de Orat. 207. Invidetur enim commodis hominum ipforum, ftudiis autem eorum ceteris commodandi favetur.

Commodare alicui in re aliqua. Cic. 2. Fam. 16. Quod scribis ad me de drachmis CCCIↃↃↃ, nihil est quod in isto genere cuiquam possim commodare. h. e. Prodesse & gratum facere, vel obsequi.

Quicquid sine detrimento possit commodari, id tribuatur vel ignoto. Cic. 1. Off. 51.

Perquam commodatus stomacho succus. Plin. lib. 22. cap. 22. i. e. Admodum utilis & commodus.

An Accommodatus? H. St. Hard. edidit Commendatus.

Commodare se, [ἐφαρμόζειν] pro Accommodare. Columel. 4. 22. Quoniam fere plurimarum stirpium natura sic se commodat, ut juxta cicatricem novellis frondibus repullulascant.

Omnibus in rebus se alicui commodare, quoad fides nostra dignitasque patitur. Cic. 13. Fam. 54.

Commodare capillum, [ἐπικοσμεῖν] pro Componere. Plaut. Most. 1. 3. 97.

Suo quique loco vide an capillus compositus est commode.
s. ubi tu commodes, capillum commodum esse credito.

Sed emendati libri præferunt, Commoda es.

Aurem commodare alicui. Ovid. 5. Trist. 12. 53. i. e. Audire aliquem.

Aurem patientem commodare culturæ. Hor. 1. Epist. 1. 40.

Iras commodare alicui. Stat. 4. Theb. 75.

Loquelam commodare, joco dixit Plaut. in Cistel. 4. 2. 75. pro Loqui.

Operam commodare suam alicui, pro Juvare opera. Plaut. Rud. 2. 4. 22. Cur tu operam gravare mihi, quam civis civi commodat?

Scelera commodare, Alicujus causa scelus admittere. Sen. Med. 12.

Severitatem peccatis magnis commodare. Tacit. Agric. 19.

Veniam parvis peccatis commodare. Tacit. Agric. 19.

Commodare [κιχρᾶναι] est Alicujus rei usum ad tempus concedere. Cic. 6. Verr. 6. Ut illis benignis usus est ad commodandum, sic ipse diligens fuit ad reportandum.

Commodare argentum & triticum, improprie dictum est pro eo quod est, Mutuo dare vel mutuum dare. Nam proprie commodamus vestes, libros, vasa, equos, & similia, quæ eadem redduntur: Mutuo autem damus ea, pro quibus alia redduntur ejusdem generis: ut nummos, frumentum, vinum, oleum, & fere cetera, quæ pondere, numero vel mensura dari solent. Hæc est Jurisconsultorum sententia. Plaut. Asin. 3. 3. 135.

Quid ego aliud exoptem amplius, nisi cujus inopia est,
Viginti argenti commodes minas, hujus quidem matri?

Aurum alicui commodare. Cic. pro Cœl. 32.

Commodatum, Jureconsultis est Contractus, quo gratis alicujus rei usus ita conceditur, ut accipiens summam in ea ipsa reddenda diligentiam præstare debeat. l. 1. D. de obligat. & action. Hotomanus.

Inter Commodatum & Utendum datum, Labeo quidem ait tantum interesse, quantum interest inter Genus & Speciem. Commodari enim rem mobilem, non etiam soli: Utendum dari, etiam soli. sed (ut apparet) proprie commodata res dicitur & quæ soli est, idque & Cassius existimat. Vivianus amplius etiam Habitationem commodare posse ait. Hæc Ulp. l. 1. D. Commodati.

Commodare possumus & alienam rem quam possidemus, tametsi scientes alienam possideamus. Paulus in l. Commodare. D. Commodati.

COMMODĀTUM, i. n. Ulpian. l. 2. Dig. t. 14. l. 7. §. 1. V. in ipso verbo, paulo ante.

COMMODATARIUS, i. m. Cui aliquid commodatum est. V. §. 2. Inst. quib. mod. contr. oblig.

COMMODATIO, ōnis. f. Apul.

COMMODĀTOR, ōris. m. Ulp. in l. Eum qui. §. Si filiusfamilias. D. de furt. Tamen commodator poterit furti agere.

COMMŎDĪTO, āre. frequent. Catull. 10. 26.

Quæso, inquit, mihi mi Catulle paulum
Istos commodita.

sed alii legunt, Commoda nam. V. Is. Voss. not.

COMMŎDUS, M. Aurelii Antonini, cognomento Philosophi, filius fuit, patris dissimillimus, cui etiam in imperio successit. Vitam ejus, eaque dignum exitum, vide apud Herod. lib. 1. Lamprid. in ejus Vita, & Eutrop. lib. 8. De hoc sic scribit Auson. in Tetrast. Cæsar.

Commodus insequitur, pugnis maculosus arenæ
Threcidico princeps bella movens gladio.
Eliso tandem persolvens gutture pœnas:
Criminibus fassus matris adulterium.

Ejus sæpe fit mentio in libris Jurisconsultorum, extantque constitutiones ejus in jure civili complures.

COMMODIĀNUS, Adj. a Commodo Imp. Apic. 5. 4.

COMMOLIOR, ītus sum, [μηχανῶμαι] īri. Idem quod Moliri. Cic. 3. de Nat. Deor. 73.

Nec quem dolum ad eum, aut machinam commoliar,
Scio quicquam.

V. Gell. 3. 19. & Lucret. 6. 241.

COMMOLLIO, īre. Marcell.

COMMŎLO, ui, ĭtum, [συγκλάω] ĕre. Columel. lib. 12. cap. 50. Cavendum est itaque, ne ex ea fiat oleum cibarium, quod uno modo vitari poterit, si protinus illata de agro bacca, commolita & expressa erit. h. e. Mola conculcata & subacta.

COMMONE, Insula est adjacens Epheso urbi, ut auctor est Plin. lib. 5. cap. 31.

COMMŎNEO, ui, ĭtum, [ὑπομιμνήσκω] ēre. Notæ significationis. Ter. And. 4. 6. 17. Aliorum me exempla commonent.

Amice aliquid commonere. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Commonere aliquem suarum miseriarum. Plaut. Rud. 3. 4. 37.

Mea! quum ego hanc video, mearum absens miseriarum commones.

Commonere aliquem officium suum. Plaut. Pseud. 1. 2. 17.

Verum ita vos estis perditi, negligentes, ingenio improbo,
Officium vestrum ut vos malo cogatis commonerier.

i. e. De officio vestro commoneri.

Commonere aliquem de re aliqua. Cic. 3. Verr. 154. Quis a signo Vertumni in Circum maximum venit, quin is in unoquoque gradu de avaritia tua commoneretur?

Commonere aliquem ut servet fidem. Ter. And. 1. 5. 45.

Ut neque me consuetudo, neque amor, neque pudor
Commoveat, neque commoneat ut servem fidem?

Commoneo tamen, ne quis, qui valere & senescere volet, quotidianum hoc habeat. Cels. de Vomitu lib. 1. cap. 3.

Commonere, translatum ad inanimata. Cic. 6. Verr. 57. Hoc modo me commonuit Pisonis annulus.

COMMONĪTUS, [ὑπομνησθεὶς] Partic. Liv. 34. 51. Commonitosque in quo statu rerum accepisset eos, & in quo relinqueret, dimisit.

Manes commoniti. Sen. OEth. v. 1061.

Qui per Tænarias fores:
Manes commonitos adit
Mœrentem feriens chelyn.

De Orpheo, qui manes inferni, dulcedine citharæ movisse a poetis traditur. Al. Manes cum tacitos adit. V. Plaut. Trin. 4. 3. 43.

COMMONITIO, ōnis. f. [ὑπόμνησις] Quintil. lib. 4. cap. 2. Non inutilis erit in extrema parte commonitio, i. e. Recapitulatio.

COMMONĪTOR, ōris. m. Symmach. 7. Epist.

COMMONITORIUS, Adj.

COMMONITORIUM, i. n. pro Conventione tacita, & absque scriptura facta, in Cod. Theodos. cujus quoque in Justiniani Cod. mentio est, l. 1. C. de suffragiis, Quod si quis dum solo commonitorio suffragio nititur, bona duxerit occupanda, reus temeritatis ac violentiæ retinebitur, ac in statum pristinum possessio reducetur: eo a petitione excluso, qui non dubitavit invadere quod petere debuisset.

Item, Scriptum aliquod, quo quis de officio monetur. Sic Ammian. lib. 28. cap. 1. Commonitorium repertum est, manu scriptum Hymetii. ubi Lindenbr. V.

COMMONEFĂCIO, ēci, actum, [ἀναμιμνήσκω] ĕre. Idem quod Admonere. Cic. 5. Fam. 3. Ut is vos doceret & commonefaceret.

Commonefacere alicujus rei. Gellius, Nunc utilitatis publicæ commonefacit.

Amicitiæ veteris aliquem commonefacere. Auctor ad Heren. lib. 4. 33.

Commonefacere rem aliquam, pro Commemorare. Cic. 6. Verr. 144. Ut omnes intelligere possent, non laudationem, sed potius irrisionem esse illam, quæ commonefaceret istius turpem calamitosamque Præturam. Budæus.

COMMONEFĪO, [ἀναμιμνήσκομαι] ĕri. neutro pass. Cic. 7. Verr. 111. Quin tui sceleris & crudelitatis ex illa oratione commonefiat.

COMMONSTRO, [δείκνυμι] āre. Idem quod Monstrare. Ter. Heaut. 5. 4. 4. Parentes meos ut commonstres mihi.

Aurum defossum commonstrare. Cic. 2. de Orat. 162. Si aurum cui quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem.

Leges fatales ac necessarias commonstrare. Cic. de Univers. 37.

Viam commonstrare. Cic. 1. de Orat. 203.

COMMORDEO, ēre. [δάκνω] Idem quod Mordere. Plin. lib. 24. cap. 11. Nomen accepit, quod a cane commorsos rabiem sentire non patitur. Sen. de Vit. beat. cap. 21. Idem Controv. 29.

COMMORIOR, ĕris, mortuus sum, [συναποθνήσκω] mŏri. Simul mori. Plin. lib. 27. cap. 2. Mirumque, exitialia per se ambo quum fuerint duo venena, in homine commoriuntur, ut homo supersit. Ulp. in l. Quum hic status. §. Si ambo. D. de Donat. inter virum & uxorem, Rectissime (inquit) dicetur utrasque donationes valere, si forte invicem donationibus factis simul decesserint: quia neuter alteri supervixerit, licet de commorientibus oratio non senserit.

COMMORIENS, entis. Partic. Plin. 10. de gallorum pugna, Nec finis sæpe commorientibus.

Commorientes, apud Ægyptios Amicitiæ genus & sodalitium erat, qua nulla sanctior firmiorque unquam fuit: quo genere M. Antonius & Cleopatra, cui plus nimio se addixit, mutuo devincti fuere, hac lege copulati, ut si fatale quippiam, aut diri casus alteri contigisset, alter tanquam pœnæ socius, eundem fortunæ exitum esset laturus, sociique & comites essent fortunarum & calamitatum. Alexand. Genial. lib. 1. cap. 26.

Commorientes, [συναποθνήσκοντες] Nomen fabulæ Plauti. Ter. prol. Adel. 7.

Synapothnescontes Diphili comœdia est,
Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.

COMMORTUUS, Partic. Tertull. de Resur. Carn. 47.

COMMŎRO, āre. Tardare. Plin. lib. 19. cap. 6. ad finem, Statimque quæ devoravere aves, stupentes manu capiuntur: & si paulum commoravere, sopitæ; sed varia est hujusce loci lectio. MSS. exhibent Commovere. Harduinus statuit legendum esse, Commorentur.

COMMŎROR, [διατρίβω, συνδιατρίβω, χρονίζω] āri. Simul morari, vel Morari solum. Cic. de Senect. 84. Et ex hac vita ita discedo tanquam ex hospitio, non tanquam e domo: commorandi enim natura diversorium nobis, non habitandi dedit.

Tardare & commorari. Cic. ad Brut. 18. At illa retulit, quæsivitque quidnam mihi videretur, arcesseremusne te, atque id tibi conducere putaremus, an tardare & commorari te melius esset.

Commorari paulisper dum. Cic. pro Milon. 28. Paulisper, dum se uxor (ut fit) comparat, commoratus est.

Commorari ad aliquem locum. Cic 7. Verr.

Commorari apud aliquem. Cic. pro Lege Manil. 13.

Nos apud Alyziam, ex quo loco tibi litteras ante dederamus, commorati sumus. Cic. 16. Fam. 5.

Circum aliquem locum commorari. Cic. 8. Att. 19.

Consistere & commorari. Cic. pro Rosc. Com. 48. Ipsa mihi veritas manum injecit, & paulisper consistere & commorari cogit.

Commorari verbis pluribus in re aliqua. Cic. pro Cluent. 37. Quum ego pluribus verbis in eo commoratus essem, Scamandro factas injurias esse per Diogenem. i. e. Quum diutius de hac re disputarem, & multis verbis contenderem.

In armis civilibus commorari. Cic. 6. Fam. 10. Nam & consilium tuum, vel casus potius in armis civilibus commorandi, semper mihi magno dolori fuit.

Commorari, habitare, & hærere in re aliqua. Cic. 2. de Orat. 292.

Hærere & commorari in eadem sententia. Cic. in Orat. 137. Ut verset sæpe multis modis eandem & unam rem, & hæreat in eadem commoreturque sententia.

In vita misera commorari. Cic. 1. Q. frat. 3.

Commorari aliquem, Detinere & in mora tenere. Plaut. Pseud. 4. 7. 31. Me nunc commoror, &c.

COMMORATIO, ōnis. f. [διατριβὴ] Opponitur Diversorio a Cic. 6. Fam. 19. Nam & villa & amœnitas illa, commorationis est, non diversorii.

Urbana commoratio. Cic. 9. Fam. 15.

Commoratio, Mora, tarditas. Cic. 3. Q. frat. 1. Quod multos dies epistolam in manibus habui, propter commorationem tabellariorum, ideo, &c.

Commoratio una in re. Cic. 3. de Orat. 200.

Com-

Commoratio, Figura eſt Rhetorum. Auctor ad Heren. 4. 58. Commoratio eſt, quum in loco firmiſſimo, quo tota cauſa continetur, manetur diutius, & eodem ſæpius reditur.

Commortālis, Adj. [σύνθνητος] ut, Commortalis natura. Columel. lib. 3. cap. 20. Sed interdum (quod ait divinus auctor Plato) rei nos pulchritudo trahit, vel ea conſectandi, quæ propter infirmitatem commortalis naturæ conſequi nequeamus.

Commōsis, [κόμμωσις] Primum mellificii fundamentum, ex tenaci & viſcoſa conſtans materia: ita dictum a Græco nomine κόμμι, quod nos gummi dicimus. Heſych. κόμμωσις ὁ τοῦ σώματος κοσμισμός, καὶ ὑπὸ τῶν μελισσουργῶν ἡ τοῦ σμήνους διάχρισις. V. Plin. lib. 11. cap. 7. & Gummitio in gummi.

Commŏveo, ōvi, ōtum, [διακινέω] ēre. Simul movere. Cic. 7. Verr. 96. Poſteaquam inanem locum offenderunt, & Prætorem commoviſſe ex eo loco caſtra ſenſerunt.
Corpus commovere. Lucret. 3. 147.
Oculos. Cic. 4. Verr. 83.
Theatrum. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Avis commovet alas. Virg. 5. Æn. 217.
Commovere ſedibus. Columel. lib. 9. cap. 12.
Commovere ab aliquo loco. Cic. 2. Att. 1. Si quies dabitur, ab Amalthea te non commovebo. i. e. Nolim te recedere ab ea urbe, & venire ad me.
Nec me Theſſalonica commovi. Cic. 3. Att. 13.
Æs alienum commovere. Tacit. 6. Ann. 17. Hinc inopia rei nummariæ, commoto ſimul omnium ære alieno.
Commovere cornua diſputationis alicujus, per metaphoram. Cic. 2. de Divin. 26. Nunc cominus agamus, experiamurque ſi poſſimus cornua commovere diſputationis tuæ. Alludit ad aciei bellicæ cornua.
Commovere ſe contra Remp. Cic. 1. Catil. 7. Num inficiari potes te illo ipſo die meis præſidiis, mea diligentia circumcluſum, commovere te contra Rempublicam non potuiſſe?
Commovere aliquem, Excitare aliquem ad aliquid agendum. Cic. 16. Fam. 18. Parhedrum excita, ut hortum ipſe conducat: ſic olitorem ipſum commovebis. Liv. 30. Poſteaquam nihil commovebant. i. e. Nihil proficiebant ſuis verbis.
Aliquem percunctantem commovere. Tacit. 5. Ann.
Languentem commovere. Cic. 2. de Orat. 186. Facilius eſt enim currentem (ut aiunt) incitare, quam commovere languentem.
Commovere expectationem ſui. Cic. 1. Att. 2. Crebras expectationes nobis tui commoves.
Judices. Cic. 2. de Orat. 189.
Diſcendi aut ſcribendi ſtudium commovere. Cic. 1. de Nat. Deor. 8.
Commovere labra. Petronius Arbiter cap. 26. extr. Et quia conſiderantium hæſerant vultus, quicquid a ſpectaculo vacabat, commovebat obiter labra, & me tanquam furtivis ſubinde oculis verberabat. Hic, inquit Turnebus, Commovet labra, quæ laſcivi oris motu ad amorem allicit, & ſic conformat os, ut baſiari velit. Nam & talis oris habitus ſuavium dicitur, quum ita figuratur labris promiſſis, aut lingua prolata, ut quum mulieres ſuaviantur amatores. Unde & Plautus Aſin. 4. 1. 49. ſcripſit, — ne ſic tuſſiat,
Ut cuiquam linguam intuſſiendo proferat. Et v. 52.
— tu labellum abſtergeas,
Potius quam cuiquam ſuavium faciat palam. i. e. Quam ſic os comparet & formet, ut ad baſiandum aliquem invitet. Quod tamen Petronius ſcribit, eſſe videtur potius ſignum innuentis, & invitatiunculam amoris ſignificantis, quam ad baſium vocantis. Hæc ille. V. & Burm. ad loc.
Commovere, Rapere in ſtuporem. Ter. Phorm. 1. 2. 51.
Virgo ipſa facie egregia: quid verbis opus eſt?
Commorat omnes nos. Pro, Commoverat.
Commovere, [συνταράττειν] Contubare, irritare. Ter. And. 1. 1. 67.
Neque commovetur animus in ea re tamen, &c. Cic. 3. Fam. 10.
Etſi graviter primo nuntio commotus ſum.
Commovere & Conſolari, oppoſita. Cic. pro Rabir. 38. Nihil me clamor iſte commovet, ſed conſolatur.
Animus vehementer commovetur. Cic. 1. de Invent.
Animus ſe commovet. Lucret. 4. 884.
Commoveri perleviter. In perlevis.
Accendi aut commoveri re aliqua. Cic. 1. de Orat. 114.
Alvo, nervis, capite, mente commoveri. Plin. lib. 2. cap. 41.
Animo commoveri, Corpore perhorreſcere. Cic. 6. Verr. 110.
Conqueſtione commoveri. Cic. 1. de Invent. 106.
Deſiderio ſuorum commoveri. Cic. pro Lege Manil. 23.
Honore magno alicujus. Valer. 4. Argon. 76.
Miſeriis ac periculis alicujus. Cic. pro Font. 36.
Miſericordia commoveri. Cic. 4. Tuſc. 18. Nemo enim parricidæ aut proditoris ſupplicio miſericordia commovetur.
Ad turpe compendium aliquem commovere. Auctor ad Heren. 4. 52. Duæ res ſunt, quæ poſſunt homines ad turpe compendium commovere, inopia, atque avaritia.
Prora fretum commovet. Hoc dicitur, quum linquitur portus. Valer. 5. Argon. 71.
Commovere dolorem, [ἐγείρειν] Cic. 6. Verr. 42. Sed magnum & acerbum dolorem commovent, mulierculis præſertim.
Bilem. Cic. 2. Att. 7. Acueram me ad exagitandam hanc ejus legationem, quam ille contemnit: etſi (ut ſcribis) bilem id commovet, & latoribus, & auſpicibus legis Curiatæ ſpectaculum egregium.
Æſtus belli. Lucret. lib. 5. 1434.
Arma. Sil. lib. 8. 405.
Bellum. Cic. 9. Fam. 13. Quod bellum commotum a Scapula, ita poſtea confirmatum eſt a Pompeio, ut nulla, &c.
Indignationem. Auctor ad Heren. lib. 4.
Invidiam. Cic. 3. Verr. 15. Hic etiam priore actione Qu. Hortenſius pupillum Junium veniſſe prætextatum in veſtrum conſpectum, & teſtes ſecum, patruo teſtimonium dicente, queſtus eſt: & me populariter agere, atque invidiam commovere, quod puerum producerem, clamitavit. i. e. Ciere, ut vult Budæus.
Memoriam alicujus rei. Cic. 2. de Orat. 20.
Miſerationem. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Miſericordiam, invidiam, iracundiam. Cic. 2. de Orat. 195.
Nummum. V. nummus.
Odium in aliquem. Cic. 1. de Invent. 103.
Suſpicionem in aliquem. Cic. pro Cluent. 180. Furto poſtridie cognito, omnis ſuſpicio in eos ſervos, qui non comparebant, commovebatur.
Tumultum aut bellum. Cic. 7. Verr. 20.
Commoſſem, pro Commoviſſem: & Commorat, pro Commoverat. Cic. pro Planc. 60. An ſi unquam in me vitæ cupiditas fuiſſet, ego menſe Decembri mei Conſulatus omnium parricidarum tela commoſſem. Cic. 8. Fam. 15.
Commorunt æquora venti. Lucret. lib. 2. 765. i. e. Commoverunt.

Commōtus, [διακινηθεὶς] Partic. ut, Commotæ columnæ. Cic. 3. Verr. 145.
Littera commota ex vocabulis. Cic. 4. de Finib.
Commota acies. In acies.
Pulvere commoto. Sil. lib. 4. 94.
Sacris commotis. Virg. 4. Æn. 301.
Tripodes commoti dicuntur, propterea quod Phœbades in templo Apollinis ſupra tripodem recepturæ ſpiritum, ſtrepitus ſentiebant advenientis dei. Sen. Med. 10. 10.
Commotus, Perturbatus. Ter. Phorm. 1. 4. 6. Quidnam ille commotus venit?
Graviter commotus, Iratus. Virg. 1. Æn. 126.
Mente commotus. Plin. lib. 23. cap. 1.
Precibus. Stat. 9. Theb. 510.
Promiſſis ditibus. Sil. lib. 3. 512.
Vultu. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Ira commota. Ovid. 6. Met. 549.
Mens commota metu. Lucret. lib. 3. 153.
Pectoris commoti ignis. Claud. 1. in Ruff. 181. Ignis, pro Ira.
Commotum reddere. In reddo.
Animus commotior. Cic. 1. de Divin. 113.
Patronus fervidior atque commotior. Cic. de Clar. Orat. 129. C. Fimbria temporibus iiſdem fere, ſed longius ætate provectus, habitus eſt ſane (ut ita dicam) luculentus patronus, aſper, maledicus, genere toto paulo fervidior atque commotior.
Conſilium commotius ad omnia turbanda. Liv. 6. 14.

Commobĭlis, e. Cæl. Aurel Acut. 2. 9. 48. Lux commobilis corporis.

Commotio, ōnis. f. [κίνησις, σάλος] ut, Commotio animi. Cic. 5. Tuſc. 8. Commotionem quidam accipi volunt, Temporarium animi motum, ſicut Iram, pavorem. Hæc Quintil. lib. 5. cap. 10. Hæc a Cicerone lib. 1. de Invent. 36. vocatur Affectio, ſicque definitur: Affectio eſt animi aut corporis, ex tempore, aliqua de cauſa commotio, ut lætitia, cupiditas, metus, moleſtia, morbus, debilitas. Alii legunt Commutatio.

Commotiuncŭla, æ. f. dimin. Cic. 12. Att. 11. Atticæ hilaritatem libenter audio. commotiunculis συμπάσχω. Commotiunculis idem ſignificavit, quod Epiſt. penult. lib. 10. quum dixit: Valetudinem tuam jam confirmatam eſſe & a vetere morbo, & a novis tentationibus, gaudeo. Nam tentationes & commotiunculæ non morbi ſunt, ſed morborum initia. Commotiunculis autem Atticæ: quæ non plane in morbum, ſed in febriculam inciderat: συμπάσχω, æque afficior atque illa.

Commulceo, [καταθέλγω] ēre. Tiro libertus Ciceronis in quadam epiſtola ad Axium familiarem patroni ſui, apud Gell. lib. 7. cap. 3. In principiis autem, inquit, patroni qui pro reis dicunt, conciliare ſibi & complacare judices debent: ſenſuſque eorum expectatione cauſæ ſuſpenſos rigenteſque honorificis verecundiſque ſententiis commulcere, non injuriis atque imperioſis comminationibus confricare.

Communico, Communio, onis. In communis.

Commūnio, īvi, ītum, [ὀχυρόω] īre. Circum munire. Cæſ. 1. Bell. Gall. 8. Præſidia diſponit, caſtella communit, quo facilius, ſi ſe invito tranſire conarentur, prohibere poſſit.
Communire aulæ auctoritatem, per translationem. Cic. 15. Fam. 4. conf. Nep. 7. 7.

Communītus, [ὀχυρωμένος] Partic. ut, Jus parum communitum. Cic. pro Cæcin. 74. Quæ quum omnia tua jure mancipii ſint, ea poſſiſne retinere, ſi parum ſit communitum jus, &c.
Communita cauſa Roſcii firmiſſimis & ſanctiſſimis teſtimoniis virorum. Cic. pro Roſc. Com. 43.

Communitio, ōnis. f. Cic. 2. de Orat. 320. Aditus ad cauſam & communitio. Al. Munitio.

Commūnis, e. [κοινὸς, ξυνήϊος, ξυνὸς, πάνδημος] Quod omnium eſt, quaſi omnibus conſentiens. ut, Communis hoſtis gentium & nationum. Cic. 7. Verr.
Commune duobus modis accipitur: uno modo Commune appellamus, Quod eſt duorum, aut plurium; ut, Paries communis, communis domus: atque harum rerum communium cauſa competit actio communi dividundo: a quarum ſimilitudine dicimus Martem communem, mortem communem. Altero modo Communia dicimus, Quæ a nemine ſunt occupata, neque poſſeſſa, & poſſunt fieri occupantis, ut Aqua profluens, aer, litus maris, & cetera id genus: quarum rerum cauſa non datur actio communi dividundo apud Juriſconſultos. Commune autem opponitur Proprio: ut Cic. pro Sull. 9. Tempus agendi fuit mihi magis proprium, quam ceteris: doloris vero & periculi fuit illa cauſa communis. Ex Lambino.
Tribus dominis communis. Lucan. 1. 85.
Facta tribus dominis communis Roma.
Vulgare, & commune. Cic. 3. de Finib. 3. Cujus uſus vulgaris, communiſque non ſit.
Commune & vulgare. Cic. 1. de Orat. 48. Aliud eſt enim eſſe artificem cujuſdam generis atque artis: aliud in communi vita & vulgari hominum conſuetudine, non hebetem nec rudem.
Æquabilitas communis juris. Cic. 2. de Orat. 209.
Amicitiæ communes. i. e. Vulgares. Cic. 3. Off.
Amicus ſimplex & communis, & conſentiens, & qui rebus iiſdem movetur. Cic. de Amicit. 66.
Amicus communis. Proculus in l. Societatem mecum. D. pro ſocio.
Animo ac voluntate communi aliquid defendere. Cic. de Prov. Conſ. 20.
Aura communis dicitur, Quod omnes illa ex æquo fruamur. Ovid. 7. Met. 127.
Auram communem haurire. Quintil. in proœm. lib. 6.
Bonum commune. Lucret. lib. 5. 956.
Calamitas utriuſque noſtrum communis. Cic. 14. Fam. 3.

Civitas communis deorum atque hominum, Mundus universus. Cic. de Legib. 23.
Conditio communis. Hor. 2. Epist. 1. 152.
Crimen commune. Cic. in Orat.
Dividundo communi, Jurisconsultis judicium est, quod inter eos redditur, qui rem quam alia atque ex hæreditaria caussa communem habent, dividi, simulque quod alterum alteri ex bono & æquo præstare oportet, dari fieri postulant. l. 2. & 3. D. Comm. divid. Hotomanus.
Dolor communis. Cic. de Provinc. Conf. 2.
Emolumentum & damnum commune. Ulp. in l. Cum duobus. §. cum duo. D. pro socio.
Fama atque sermo communis. Cic. 4. Verr. pro Flacc. 13.
Filia. Quintil. lib. 3. cap. 11.
Fortuna nobis cum propinquis communis plerumque. Cic. 1. Off. 58.
Fuga. Sen. Med. 12. 25.
Gaudia communia. Ovid. 15. Epist. 317.
Hæreditas communis. Paul. in l. Ea vero. §. De illo quæritur. D. Pro socio.
Hostis & prædo communis omnium. Cic. 6. Verr. 21.
Humanitas. Cic. pro Flacc. 24.
Intellectus. Quintil. lib. 2. cap. 16. Nonne pulchrum vel hoc ipsum est ex communi intellectu, verbisque, quibus utuntur omnes, &c.
Intelligentia. Cic. 1. de Orat. 249.
Judicatum commune est, quod omnes vulgo probarunt & secuti sunt. Cic. 1. de Invent. 48.
Judicium commune, intelligentiaque popularis. Cic. in Orat. 117.
Jus. Cic. 2. de Orat. 209.
Jura communia regni. Lucan. 10. 93.
Laus communis cum aliquo. Cic. 3. Verr. 18.
Lecti communes. Cato cap. 10.
Legem omnium communem leviter adornabit. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Litteræ. Cic. 2. de Orat. 72. Ludus est homini non hebeti, neque inexercitato, neque communium litterarum & politioris humanitatis experti. V. in HUMANITAS.
Locos communes dicere. Quintil. lib. 2. cap. 1. Cic. in Orat. 72.
Loca communia, i. e. Publica. Cic. 4. Verr. 112.
Lucrum & impendium commune. Ulp. in l. Si societatem. D. Pro socio.
Lux. Cic. pro Quint. 74. Ut per se afflictum atque eversum propinquum non modo honeste partis bonis, verum etiam communi luce privaret.
Mare commune omnibus. Plaut. Rud. 4. 3. 36.
Mars belli communis. Cic. 6. Fam. 4. Nam quum omnis belli Mars communis, & quum semper incerti exitus præliorum sint.
Mens. Cic. 3. de Orat. 113.
Mos communis verborum. ut, A communi more verborum discedere. Cic. in Orat.
Mortem omni ætati esse communem. Cic. de Senect. 67.
Mundus. Cic. 3. de Finib. 3.
Natus communis, i. e. Utriusque conjugis. Virg. 2. Æn. 789.
Nati apum communes. Virg. 4. Georg. 153.

Solæ communes natos, consortia tecta
Urbis habent.

De apibus loquitur: ubi Servius, Plato in libris (inquit) quos περὶ πολιτείας scripsit, dicit amori Reipublicæ esse nihil præponendum. Omnes præterea & uxores & liberos ita nos tanquam communes habere debere, ut caritas sit, non libido confusa. Quod præceptum dicit nullum præter apes servare potuisse.
Nomine communi comparare aliquid. Ulp. in l. quum duobus. §. quidam sagariam. D. pro socio.
Odium alicui cum populo commune. Sen. Herc. fur. 6.
Opinio. Cic. 2. Off. 5.
Opinio imbecilla & cum falso incognitoque communis. Cic. 1. Acad. 44.
Pactum commune. Papinian. l. si socius. D. pro socio.
Periculum commune. Ulp. in l. plane. D. pro socio.
Periculum commune propulsare. Tacit. in Vita Agric. 12.
Periculum unum & commune ambobus. Virg. 2. Æn. 709.
Pernicies communis adolescentium, leno. Ter. Adel. 2. 1. 34.
Pestis communis. Cic. 1. de Orat. 2.
Pignus commune. Ovid. 5. Met. 523. Sic vocat Proserpinam Juppiter ad Cererem loquens, quoniam amborum erat filia.
Populus communis, Qui principum conjunctione in unum coit. Virg. 4. Æn. 102.
Præcepta omnium communia & contrita. Cic. 1. de Orat. 137.
Prudentia communis. Cic. 5. de Finib. 66. Omnibus enim artibus volumus attributam esse eam, quæ communis appellatur prudentia.
Res communis, i. e. Negotium commune. Hor. 2. Serm. 6. 36.
Res communis apud Jurisconsultos, est vel cum societate, vel sine societate. Cum societate, veluti inter eos, qui eandem rem emerunt: Sine societate, veluti inter eos, quibus eadem res testamento legata est. l. 2. D. comm. divid. Hotomanus.
Salus communis. Cic. Post redit. ad Quir.
Saluti communi deesse. Lucret. 1. 44.
Scelera conjuncta atque communia alicui cum aliquo. Cic. pro Sext. 29.
Sensus communes. Cic. 3. de Orat. 19.
Sensu communi carere. Hor. 1. Serm. 3. 66.
Sepulcrum commune plebi. Hor. 1. Serm. 8. 10.

Hoc miseræ plebi stabat commune sepulcrum.

Ad hunc locum sic Turnebus, Quum olim, qui locupletes erant, in suis fundis aliquid loci sepulturæ seponerent, & privata haberent ibi sepulcra sibi familiæque suæ aut hæredibus, plebs, quæ agris fundisque carebat, in loco aliquo communi sepulturæ destinato humabatur; sepulcrumque commune vocabatur, ubi sepeliebatur. Hinc etiam Catullus 66. 89. fata fratris sui deplorans, apud Trojam mortui & conditi, ubi tot quondam heroes belli Trojani tempore ex Asia & Europa occubuerant & compositi fuerant, eam urbem Commune sepulcrum appellat Europæ & Asiæ,

Troja (inquit) nefas, commune sepulcrum Europæ Asiæque.

Et Lucretius 5. 260. Terram mortuos omnes, omniaque senectutis situ cariosa & putrida, ævoque fessa, suo sinu gremioque receptantem, Commune sepulcrum eodem modo appellat,

Omniparens (inquit) eadem rerum commune sepulcrum.

Sententia de communi aliquid constituere. Cic. 3. Off. 80.
Sermo communis. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Spiritus communis vivis. Cic. in Orat. 107.

Statione communi locum aliquem tenere. Virg. 9. Æn. 183.
Stipulationes communes Jureconsultis sunt, veluti Rem salvam fore pupillo. Pompon. l. stipulationum. D. de verb. oblig. & Ulpian. in l. vestis. D. de aur. & arg. Communes, inquit, sunt stipulationes, quæ fiunt judicio sistendi causa.
Studia communia. Ovid. 3. Trist. 7. 11.
Superos communes vocare. Valer. 4. Argon. 218.
Supplicium improbis & probis commune legis ac judicii. Cic. in Pison. 99.
Temporum communium graves casus. Cic. 1. de Orat. 2.
Tempus commune, est Quod accidit omnibus eodem fere tempore, ut messis, vindemia, &c. Cic. 1. de Invent. 40.
Terror communis. Sen. Troad. 6.
Torus communis. Sen. Med. 12.
Verba communia. i. e. Soluta, nec pedibus vincta. Claud. Epig. 81. 3. de descriptione portus Zarinensis,

— sed verba negant communia Musæ:
Carmina sola loquor: sic me meus implet Apollo.

Vestimenta communia Jureconsultis sunt, Quibus promiscue utitur mulier cum viro. Ulpian. l. magis puto. D. de reb. eor. qui sub tut.
Vincla communia vocat Lucret. Complexus amantium, lib. 4. 1188.
Vita communis. Cic. 1. Off. 7. Quia magis ad institutionem vitæ communis spectare videntur.
Vita, victusque communis. Cic. 1. Off. 58.
Amici quos novit vita communis. i. e. Qui vitæ consuetudine noti sunt. Cic. de Amic.
Vita in communi & vulgari hominum consuetudine nec hebetem nec rudem esse. Cic. 1. de Orat. 248.
Vita & usus communis. Cic. de Amicit. 18.
Vitium commune. Ovid. 2. de Ponto, 3. 22.
Vitium commune & pervagatum. Cic. 2. de Orat. 10.
Voluptas communis, Lucretio dicitur, Voluptas ex re venerea, 1. 1202.
Usus communis aquarum. Ovid. 6. Met. 349.
Usus rerum aliquibus communis. Sen. Octav. 7.
Usus omnium artium vulgaris communisque non est. Cic. 3. de Fin. 3.
Usum ad communem hominum omnes res natura genuit. Cic. 1. Off. 22.
Utilitas communis. Cic. 3. Off. 52. Ut utilitas tua, communis utilitas sit. Ibid. 1. 52. Semper aliquid ad communem utilitatem adferendum.
Utendum communibus pro communibus, privatis ut suis. Cic. 1. Off. 20.
Commune est cum supradictis. Plin. lib. 2. cap. 8.
Utrique parti commune. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Occupare communia. Ovid. 13. Met. 273.

— modo ne communia solus
Occupet, atque aliquem vobis quoque reddat honorem.

Communis meus & tuus benevolens: antiquum, pro Communis amicus noster. Plaut. Trin. 5. 2. 23.
Communi animo esse & levi. Ter. Heaut. 5. 1. 39.

Quenquam animo tam communi esse aut levi putas,
Qui se vidente amicam patiatur suam? Al. Comi & Leni.

Commune, substantiv. [τὸ κοινὸν] pro Universitate. ut, Commune Asiæ. i. e. Asianorum universitas, quæ ab uno Proconsule regebatur. l. tria onera. 2. D. de excus. tut. Quod ex epistola Antonini Pii apparet, quæ communi quidem Asiæ scripta est, sed universo terrarum orbi convenit. Sic Cic. 4. Verr. 145. Commune Siciliæ dixit: & 3. 96. Commune Meliadum.
Communis omnium inimicus. Cic. 3. Verr. 38.
In communibus proverbiis versari. Cic. 3. Verr. 120. Quæ ego non commemorarem, nisi illud vellem vos recordari, istius nequitiam & iniquitatem, tum in ore vulgi, tum in communibus proverbiis esse versatam.
Commune mihi est cum illo. Cic. de Amicit. 15. Quocum & domus fuit & militia communis.
Communia aliquorum inter se. Ter. Adel. 5. 3. 18.

Communia esse amicorum inter se omnia.

In commune metuere. Plaut. Asin. 2. 2. 20.

Non placet. metuo in commune, ne quam fraudem frausus siet.

In commune conferre. Cic. pro Quint. 12.
In commune congredi. Tacit. 2. Hist. 54.
In commune consulere. Tacit. 12. Ann. 5.
In commune aliquid derogare. Tacit. 13. Ann. 27.
In commune dicere de pluribus rebus. Plin. lib. 17. cap. 1.
In commune emere. Ulp. in l. ut in conductionibus. D. pro socio.
In commune aliquid profuturum. Quintil. lib. 6. cap. 1.
In commune redigere aliquid. Ulp. in l. si societatem. D. pro socio.
Cetera in communi sita sunt. Tacit. 4. Hist. 74.
In commune vocare honores. V. IN.
Nomen imperii in commune odium orbis terræ vocabatur. Cic. 1. de Lege Agr. 2.
Communis & remissus, pro Non singulari & exquisito. Suet. Claud. cap. 21. Nec ullo spectaculi genere communior aut remissior erat, adeo ut oblatos victoribus aureos, prolataque sinistra pariter cum vulgo, voce, digitisque numeraret. [Fere idem ac Comis. Ac de principibus viris usurpatur, qui se inferioribus facile accommodant.
Communia principis vestigia & confusa. Plin. in Paneg. cap. 24. extr. Te fama, te gloria, te civium pietas, te libertas, super ipsos principes vehunt, te ad sidera tollit humus, ita communia & confusa principis vestigia. i. e. Adeo incedis more plebeio & omnibus communi: nempe non lectica, sed pedibus, idque sine ullo fastu.

COMMUNĬTER, [κοινῶς] Adv. Cic. de Senect. 2. Tu occurrebas dignus eo munere, quo uterque nostrum communiter uteretur.
Communiter & Separatim, opposita. Cic. 15. Fam. 2.
Communiter & Proprie opposita. Liv. dec. 4. lib. 5. pag. penult. Provectus deinde est intemperantia linguæ in maledicta, nunc communiter Romanorum, nunc proprie ipsius Quinctii. Cur genitivum hunc pro In Romanos & in Quinctium? H. St. Locus est lib. 35. cap. 48. extr.
Admirari communiter. Cic. 2. Offic. 36. Admirantur igitur communiter illi quidem omnia, quæ magna & præter opinionem suam animadvertunt.
Administrare communiter. Suet. Tiber. 21. Ut Provincias communiter cum Augusto administraret.
Apti communiter ad virtutes. Cic. 4. de Fin. 4.
Promiscue & communiter stultis ac sapientibus ab natura datum aurium judicium. Cic. pro Font. 12.

Com-

Commendare communiter. Cic. 13. Fam. 13. Alia epiſtola communiter tibi commendavi legatos Arpinatium.

Conſcripſerunt communiter edictum cum pœna atque judicio. Cic. 3. Off. 80.

Conſolari communiter. Cic. 3. Att. 15.

Deberi communiter. Paulus in l. militis. D. de teſtamento milit. Legata autem teſtamento data communiter debentur.

Parare bellum communiter. Liv. 1. 10. Tres populi communiter bellum parant.

Poſſidere communiter. Cic. pro Roſc. Amer. 108. Iſte Roſcius omnia cum Chryſogono communiter poſſidet.

Scribere litteras communiter cum aliis, & ſuo nomine. Cic. 11. Att. 5. Equidem ex tuis litteris intellexi, & iis quas communiter cum aliis ſcripſiſti, & iis quas tuo nomine, quod, &c.

Vendere communiter cum aliquo aliquid. Pompon. in l. ſi Titius. D. pro ſocio.

Urit ira utrumque communiter. Hor. 1. Epiſt. 15.

Idem eſt ac Vulgariter. Lactant. 5. 12. 3. Quoniam communiter cum Deorum cultoribus loquimur.

COMMUNĬTUS, aliud Adv. antiquis pro Communiter uſurpatum. Varro Rer. divin. Etenim ut deos colere debet communitus civitas, ſic ſingulæ familiæ debemus. Ex Nonio, 11. 6.

COMMUNĬTAS, ātis. f. [κοινότης] denom. ut, Communitas vitæ & victus. Cic. 9. Fam. 24.

Conſociatio hominum atque communitas. Cic. 1. Off. 157.

Hominis communitas & ſocietas. Cic. 3. de Fin. 67.

Cum hominibus eſt communitas & ſocietas. Cic. 1. Off. 158.

Hominum ſocietas inter ipſos, & vitæ quaſi communitas continetur ratione. Cic. 1. Off. 20.

Vitæ communitas & ſocietas. Cic. 1. Off. 45.

Communitas civilis. Cic. 3. de Fin. 66.

Cum gladiatore, communitas conditionis. Cic. 6. Philipp. 3. Quæ vobis poteſt cum hoc gladiatore conditionis, æquitatis, legationis eſſe communitas?

Cum deo communitas homini. Cic. 1. de Nat. Deor. 117.

Cum falſo in eo ſi erit communitas. Cic. 4. Acad. 4.

Cum improbis. Cic. 11. Fam. 28. Nullam communitatem cum improbis eſſe poſſe.

Magna eſt etiam illa communitas, quæ conficitur ex beneficiis ultro citroque datis, acceptiſque. Cic. 1. Off. 56.

Maxime apta naturæ communitas. Cic. 1. Off. 159.

Ex communitate ducuntur officia aptiora naturæ. Cic. 1. Off. 153.

Ad naturalem communitatem nati ſumus. Cic. 3. de Fin. 65.

Servanda communitas omnium rerum. Cic. 1. Off. 51. Aliter de Amic. 61.

COMMUNIO, ōnis. f. [κοινότης] aliud denom. Cic. pro Corn. Balb. 29. Ita mihi maxime communionem beneficiorum, præmiorum, civitatis continere videtur.

Legis & juris communio. Cic. 1. de Legib. 23. Inter quos porro eſt communio legis, inter eos communio juris eſt.

Litterarum & vocum communione homines inter ſe junxit philoſophia. Cic. 5. Tuſc. 5.

Sanguinis communio. Cic. pro Roſc. Amer. 63. Magna enim vis humanitatis: multum valet communio ſanguinis.

Sermonis communio, pro Communi confabulatione. Suet. in Auguſt. cap. 74. Ad communionem ſermonis tacentes, vel ſubmiſſim fabulantes provocabat.

In communionem tuorum bonorum bona ac fortunas meas contuli. Cic. pro Milon. 101.

Acquirere communioni. Paul. in l. Ea vero. D. pro ſocio. Quum ſpecialiter omnium bonorum ſocietas coita eſt, &c. aut quaqua ratione acquiſitum, communioni acquiretur.

Impediri communione viſorum. Cic. 4. Acad. 44.

Incidere in communionem. Ulp. in l. ut ſit. D. pro ſocio, Communiter autem res agi poteſt etiam citra ſocietatem, ut puta quum non affectione ſocietatis incidimus in communionem.

Manere in priſtina communione. Cic. 3. de Orat. 69.

COMMUNĬCO, [κοινόω, ἀνακοινόω] āre. Cic. pro Roſc. Amer. 116. Propterea quod auxilium ſibi ſe putat adjunxiſſe qui cum altero rem communicavit.

Impertire alicui & communicare cum eo aliquid. Cic. de Amicit. 70. Quod faciendum imitandumque eſt nobis, ut ſi quam præſtantiam virtutis, fortunæ, ingenii, conſecuti ſunt, impertiant eam ſuis, communicentque cum proximis.

Partiri & communicare res adverſas. Cic. de Amicit. 22.

Acta ſua communicare cum aliquo. Ovid. 13. Met. 239.

At ſua Tydides mecum communicat acta.

Cauſam cum aliquo communicare. Cic. pro Roſc. Amer. 140.

Civitatem communicare. Liv. 23. 5. Civitatem noſtram magnæ parti veſtrum dedimus, communicavimuſque vobiſcum.

Commodum communicare. Paulus in l. actione. §. diximus. D. pro ſocio.

Curam doloris ſui cum aliquo communicare. Cic. 5. Fam. 16.

Furtum communicare cum aliquo, Partiri. Cic. 1. Verr. 33.

Gloriam victoriæ cum aliquo communicare. Cic. 7. Verr. 5.

Gloriam facti alterius cum laude ſua communicare. Cic. 12. Fam. 2.

Honores ſive Magiſtratus communicare cum plebeiis. Auctor de Viris illuſtr. cap. 34. i. e. Ex plebe creare magiſtratus.

Honorem alicui communicare. Cæſ. 6. Bell. Gall. 15. Ubi de his, quibus interdictum eſt ſacrificiis a Druidibus: Neque iis petentibus jus redditur, neque honos ullus communicatur.

Jacturam, ſeu Lucrum, pro Communem facere. Suet. in Auguſt. cap. 75. Per ſingulos lectos licitatio fieret, & ſeu jactura, ſeu lucrum, communicaretur.

Ignem caritatis communicare. Budæus De aſſe lib. ult. fol. 207. pag. 2. Dei ſapientia ignem æternum caritatis humano generi communicavit.

Inimicitias communicare cum altero. Cic. 15. Fam. 21. Nam ut illa omittam quæ civitate teſte feciſti, quum mecum inimicitias communicaviſti, quum me concionibus tuis defendiſti.

Judicia communicare. Aſconius in orat. contra Piſon. 94. Legem (inquit) judiciariam tulit Aurelius Cotta Prætor, qua communicata ſunt judicia Senatui, & equitibus Romanis, & Tribunis ærariis. conf. eundem in Orat. pro C. Corn. ſub fin.

Laborem communicare. Plin. lib. 11. cap. 30. Et formicæ, ut apes, communicantes laborem.

Laudes & præmia cum altero communicare. Cic. 7. Verr. 125. Vobiſcum Africanus hoſtium ſpolia & præmia laudis communicavit.

Non partiendæ invidiæ, ſed communicandæ laudis cauſa loqui. Cic. pro Sull. 10.

Cum ſua laude communicare aliquid. Cic. 4. Acad. 3. i. e. Laudi ſuæ aliquid admiſcere.

Liberos communicare cum aliquo. i. e. Ex aliquo concipere. Curt. 6. 5. 30. Haud dubitavit (Thaleſtris) fateri, ad communicandos cum rege liberos ſe veniſſe.

Lucrum communicare, V. Jacturam.

Menſa ſua communicare aliquem. Plaut. Milit. 1. 1. 51.

Communicabo te ſemper menſa mea.

Officia communicare inter aliquos ordines. Suet. Domit. cap. 7. Quædam ex maximis officiis inter libertinos militeſque communicavit.

Pericula communicare. Cic. de Amicit. 24. Itaque ſi quando aliquod officium extitit amici in periculis aut adeundis, aut communicandis, quis eſt qui id non maximis efferat laudibus?

Provinciam hanc mecum communica, pro Adjuva me. Plaut. Trin. 1. 2. 153.

Ad participandum alium ab alio, communicandumque inter omnes juſti natura facti ſunt. Cic. 1. de Legib. 33.

Communicare cum altero, pro Loqui. Cic. 11. Att. 20. Quod ad te ſcripſeram ut cum Camillo communicares: de eo Camillus mihi ſcripſit, te cum eo loquutum.

Una cum aliquo communicare omnia quæ cura aliqua afficiunt. Cic. 1. Att. 18. pr.

Benigniſſime communicare aliquid cum aliquo. Cic. 1. Verr. 13.

Judicia cum equeſtri ordine communicare. Cic. pro Cluent. 130.

Communicare de aliquo. Cic. 1. Fam. 7. Etenim Pompeium, qui mecum ſæpiſſime non ſolum a me provocatus, ſed etiam ſua ſponte de te communicare ſolet, ſcis temporibus illis non ſæpe in Senatu fuiſſe.

Communicare alicui de re aliqua. Cæſ. 3. Bell. Civil. 18. Vibullius adhibito Libone, & L. Lucceio, & Theophane, quibus communicare de maximis rebus Pompeius conſueverat, de mandatis Cæſaris agere inſtituit. Al. Quibuſcum comm.

De officio utriuſque noſtrum communicare. Cic. 4. Fam. 1.

Communicare inter ſe aliquid. Cic. 15. Fam. 14. Tum ut quibus de rebus vellemus, tu tuis, ego meis, inter nos communicaremus. Idem 11. Fam. 27. Multa prætereo, quæ temporibus illis inter nos familiariſſime dicta, ſcripta, communicata ſunt.

Multa de re aliqua inter ſe communicare. Cic. pro Quint. 15.

Communicare & pervulgare. Cic. 2. de Invent. 144.

Communicari, in activa ſignificatione. Liv. 4. 24. pr. Nec adverſarum rerum quærere ſocios, cum quibus ſpem integram communicati non ſint. Sed Jac. Gronov. legit Communicari ſcirint. V. Græv. ad Att. 2. 17. pr.

Præmia virtutis & officii non oportere cum improbis communicari, aut in mediocribus hominibus pervulgari. Cic. 2. de Invent. 144. Hic paſſive poſitum.

COMMUNICANS, tis. ut, Res adverſas communicans amicitia leviores facit. Cic. de Amicit. 22.

COMMUNICATUS, a, um. Liv. 22. 27. Sibi communicatum cum illo, ſed non ademtum imperium eſſe.

Conſilium communicatum. Liv. 8. 25. Charilaus & Nymphius principes civitatis, communicato inter ſe conſilio, partes ad rem agendam diviſere. V. & Curt. 6. 7. 21.

COMMUNICATIO, ōnis. f. [κοινωνία, ἀνακοίνωσις] Cic. 1. Att. 14. Quin mihi nunc te abſente non ſolum conſilium, quo tu excellis, ſed etiam ſermonis communicatio, quæ mihi ſuaviſſima tecum ſolet eſſe, maxime deeſt.

Civitatis communicatio. Cic. pro Corn. Balb. 31. Nunquam eſt intermiſſa a majoribus noſtris largitio & communicatio civitatis.

Nominum communicatio. Plin. lib. 24. cap. 14. His ſubtexemus ea quæ Græci communicatione nominum in ambiguo fecere, anne arborum eſſent. i. e. Quod iiſdem nominibus vocabantur.

Sermonis ſuaviſſima communicatio. Cic. 1. Att. 14.

Utilitatum ſocietas & communicatio. Cic. 5. de Fin. 65.

Communicatio, eſt figura, Græce ἀνακοίνωσις dicta: qua oratores inter orandum utuntur. Cic. 3. de Orat. 202. Communicatio, eſt quaſi cum iis ipſis apud quos dicas, deliberatio, ut ſunt hæc, Quid ſuadetis? &c. Vos interrogo, qui tandem fieri oportuit? & ſimilia. V. Voſſ. 3. Inſtit. Orat. p. 366.

COMMUNICATUS, ûs. m. Apul. de Deo Socrat. p. 44. Nullo inter ſe propinquo communicatu naturæ.

COMMUNICĀTOR, ōris. m. Arnob. lib. 4. ſub fine, Familiares communicatores mei.

Eſt etiam Particeps communionis eccleſiaſticæ, Excommunicato oppoſitus, Tertull. de Pudicit. cap. 22. Alii ad metalla confugiunt, & inde communicatores revertuntur.

COMMUNICARIUS, a, um. ut, Dies communicarius. Feſtus, Pandicularis dicebatur dies, idem & communicarius, in quo omnibus diis communiter ſacrificabatur.

COMMUNICABĬLIS, e. & COMMUNICATIVUS, a, um. Idem apud Philoſophos & JCtos.

COMMURMŬRO, [μορμύρω] āre. Idem quod Murmurare. Plin. lib. 10. cap. 23. Pythonos comen vocant in Aſia patentibus campis, ubi congregatæ inter ſe commurmurant.

Clauſo commurmurant ore. Sil. lib. 15. 824.

COMMURMUROR, āri. [μορμυρίζω] dep. Idem. Cic. in Piſon. 61. Ita enim ſunt perſcriptæ ſcite & litterate, ut ſcriba ad ærarium quia eas retulit, perſcriptis rationibus ſecum ipſe caput ſiniſtra manu perfricans, commurmuratus ſit.

COMMURMURATIO, ōnis. f. Gell. 11. 7. Commurmuratio fieri cœpta eſt a pleriſque.

COMMŪTO, [συμμεταβάλλω] āre. i. e. Mutare, vel Simul mutare. Cic. 5. Verr. 104. Ut non modo eorum agris vectigal novum nullum imponerent, ſed ne legem quidem venditionis decumarum, neve vendundis aut tempus aut locum commutarent.

Commutare & corrigere. Cic. 1. de Invent. 102.

Ex veris in falſa commutare. Cic. de Fato, 17.

Scriptis, aſſiduitate orationis, & præceptis commutare aliquem, ut. Cic. 16. Att. 3.

Animum commutare. Lucret. lib. 3. 514.
Animos commutare & omni ratione flectere. Cic. 2. de Orat. 211.
Captivos commutare. Cic. 1. Off. 39.
Coloniam commutare, per translationem dixit Plaut. Aulul. 3. 6. 40.

Ut me deponat vino, eam affectat viam:
Post hoc, quod habeo ut commutet coloniam. i. e. Ea mihi auferat, & deportet in domum suam.

Colorem commutavit hoc caput ætate. Plaut. Most. 1. 3. 44.
Compendium leve maxima fraude commutarunt. Auctor ad Heren. 2. 29.
Consilium commutare. Cæs. 1. Bell. Gall. 23.
Fidem commutare & religionem pecunia. Cic. pro Cluent. 129. Civem sine ignominia quenquam, qui ad perniciem innocentis fidem suam & religionem pecunia commutarit. i. e. Vendiderit.
Frons, vultus, & sermo petitoris ad eorum, quoscunque convenerit, sensum & voluntatem commutandus est. Cic. de Petit. Consul. 32.
Gloriam constantiæ cum patriæ caritate commutare. Cic. pro Sext. 37. Denique videbatur ea conditione tam fortis fuisse, ut cum patriæ caritate, constantiæ gloriam commutaret. i. e. Ut pro patria relicta gloriam assequeretur. Budæus.
Invidiam possessionis pecunia commutare. Cic. 2. de Lege Agr. 14.
Jura omnia, & omnium consuetudinem cum vituperatione, sine quæstu, commutare. Cic. 5. Verr. 51.
Locum. Lucret. 3. 1072.
Naturam. Varr. 2. de R. R. cap. 40. Semen vetus tantum valet in quibusdam rebus, ut naturam commutet.
Nomen. Plaut. Amph. 1. 1. 149.
Rempublicam. i. e. Formam reip. Cic. 3. in Catil. 25.
Sententiam. Cic. 16. Att. 7. Lectis vero tuis litteris, admiratus equidem sum, te tam vehementer sententiam commutasse; sed non sine causa arbitrabar.
Signa earum rerum quas ceperunt, commutant fures. Cic. 5. de Fin. 74.
Vestem commutant inter se & nomina. Plaut. Capt. prol. 37.

Itaque inter se commutant vestem & nomina.

Viam. Lucret. 2. 129.
Cum vita commutare mortem. Sulpic. ad Cic. 4. Fam. 5. Hisce temporibus non pessime cum iis esse actum, quibus sine dolore licitum est mortem cum vita commutare.
Vitam priorem commutare novis rebus. Lucret. 5. 1105.
Uxores. Plaut. Trin. 1. 2. 21.

Vin' commutemus, tuam ego ducam, & tu meam?

Commutantur in horas tempora. Cic. 14. Att. 23. Consilia temporum sunt, quæ in horas commutari vides. Sic, Commutari tempore. Idem 1. Off. 31. Al. Tempora. V. Græv. ad loc.
Commutare quædam in libris. Plin. 7. Epist. 19. Librum tuum legi, & quam diligentissime potui, annotavi quæ commutanda, quæ eximenda arbitrarer.
Verbum proprium proprio ornandi causa commutare. Cic. 3. de Orat. 165.
Commutare alicujus contumeliam vita sua. Sallust. in oratione 2. ad Cæsarem, de Repub. ordin. cap. 4. extr. Nam quid ego de te dicam, cujus contumeliam homines ignavissimi vita sua commutare volunt? scilicet neque illis tantæ voluptati est (tametsi insperantibus accidit) dominatio, quanto mœrori dignitas tua.
Commutare verba cum aliquo, Litigare & jurgari. Ter. And. 2. 4. 7.

— crede mihi hoc inquam, Pamphile,
Nunquam hodie tecum commutaturum patrem
Unum esse verbum, si te dices ducere. Ubi Donatus, Commutaturum verbum, Altercaturum: sicut in Phorm. 4. 3. 33.
Ut est ille bonus vir, tria non commutabitis
Verba hodie inter vos. i. e. Dabis atque accipies, id est non jurgabis. Ego puto Commutare verba hoc esse, pro bonis dictis mala ingerere: hoc est iracundia in maledicta compelli.

Commutari & contrarium fieri. Cic. 1. Off. 31.
Animo commutari. Cic. 4. de Fin. 7.
Judicio commutari non potest res, quæ semel sit judicata. Cic. 1. de Invent. 102.

Commutātus, a, um. Partic. ut, Commutata sententia. Cic. 4. Acad.
Genere vitæ commutato. Cic. 1. Off.
Ratio commutata. Cic. 3. Fam. 5.
Status vitæ commutatus. Nepos, 10. 4. 5. Vitæ statum commutatum ferre non potuit.
Tempore commutato. Cæs. 3. Bell. Civil. 27.

Commutātus, ûs. m. i. e. Commutatio seu alteratio. Lucret. 1. 795.

Quapropter quoniam quæ paulo diximus ante,
In commutatum veniunt. i. e. Commutantur. Loquitur de elementis.

Commutatio, ōnis. f. [μεταβολή] Vicissitudo. Cæs. 5. Bell. Gall. 1. Propter crebras commutationes æstuum.
Annuæ commutationes, non modo quadam ex necessitate semper eodem modo fiunt: verum ad utilitates quoque rerum omnium sunt accommodatæ. Cic. 1. de Divin. 59.
Civiles commutationes. Cic. 5. Fam. 12.
Dominorum commutatio reformidanda. Cic. 2. Att.
Morum aut studiorum commutatio. Cic. de Amicit. 79.
Tempestatum conversiones commutationesque cæli fiunt accessu stellarum & recessu. Cic. 2. de Divin. 89.
Temporum commutationes quadripartitæ. Cic. 1. Tusc. 68. Vicissitudines dierum atque noctium, commutationesque temporum quadripartitas, ad maturitatem frugum & temperationem corporum aptas, &c.
Vitæ commutatio. Cic. 1. Tusc.
Voluntatis. Cic. 1. Att. 14.
Voluntatum & animorum. Cæs. 1. Bell. Gall. 16.
Ex vero in falsum fit commutatio. Cic. de Fato, 17.
Commutatio, [ἀντιμεταβολή] est Rhetorum figura. Auctor ad Heren. lib. 4. 40. Commutatio est, quum duæ sententiæ inter se discrepantes ex transjectione ita efferuntur, ut a priore posterior contraria priori proficiscatur, hoc modo: Esse oportet ut vivas, non vivere ut edas.

Commutābĭlis, e. [μεταβλητικός] Quod facile mutatur. Cic. de Amicit. 94. Nam quum amicitiæ vis sit in eo, ut unus quasi animus fiat ex pluribus: qui fieri poterit, si ne in uno quidem quoque unus animus erit, idemque semper, sed varius, commutabilis, multiplex?
Cera commutabilis. Cic. 3. de Nat. Deor. 30.
Exordium commutabile. Cic. 1. de Invent. 3. Exordium commutabile est, quod ab adversario potest leviter mutatum ex contraria parte dici.
Membra imbecilla & commutabilia pecuniæ. Cic. in Parad. 1. In quo equidem continentissimorum hominum majorum nostrorum sæpe requiro prudentiam, qui hæc imbecilla & commutabilia pecuniæ membra, verbo bona putaverunt appellanda, quum re ac factis longe aliter judicavissent. De opibus.
Natura. ut, Si commutabilis esset natura argenti & æris. Cic. 1. de Nat. Deor. 130.
Ratio varia & commutabilis vitæ. Cic. pro Milon. 70.
Respublica infirma, misera, & commutabilis. Cic. 1. Att. 12.

Como, āre. V. coma.

Cōmo, compsi, comptum, [κομέω] ĕre. tam apud Græcos, quam apud Latinos significat; Componere, ornare: quoniam in capillo præcipuus hominum ornatus est. Ter. Heaut. 2. 2. 10. Dum moliuntur, dum comuntur, annus est.
Aurato pectine comere aliquem. Sil. lib. 13. 122.
Capillos comere. Sil. lib. 7. 447.
Capillis comendis perfecta. Ovid. 2. Amor. 8. 1. Al. Ponendis & Præfecta.
Caput comere arte. Tibul. lib. 1. 8. 15.
Caput comptum. Plaut. Mil. 3. 1. 197. Capite compto, crines, vittasque habeat.
Colla genasque comere. Stat. 1. Silv. 2. 110.
Comas comere. Ovid. 2. Fast. 560.
Comas inustas acu comere. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Cristas comere. Stat. 3. Theb. 424.
Equos comit auriga. Stat. 4. Theb. 43.
Se comere. Tibul. lib. 4. 6. 3.
Viri compti. Ovid. de Medicam. faciei, 24.
Vultum comere. Stat. 6. Theb. 269.
Comere, pro Ornare, absolute. Auson. 1. Epigr. 3.

Come serenatam duplici diademate frontem. Iterum, Idyl. 4. 59.
Tu quoque qui Latium lecto sermone Terenti
Comis, & adstricto percurris pulpita socco. Turneb. 22. 23.

Inde Comptum opus, de Libro dicitur bene ornato, apud Tibul. 3. 1. 14. Idem habet 4. 6.

Tota tibi est hodie, tibi se lætissima compsit.

Comens, entis. Partic. Martial. 12. 83.

Exiguos secto comentem dente capillos,
Dicet Achillæas disposuisse comas.

Comptus, vel Comtus, [κεκοσμημένος] Partic. Ornatus, compositus. Virg. 10. Æn. 832.

Sanguine turpantem comptos de more capillos. Festus, Comptus, i. e. Ornatus: a Græco descendit, apud quos κοσμεῖν dicitur comere, & κόσμιος, quod apud nos comis, & Comæ dicuntur capilli cum aliqua cura compositi.

Simulatum compta dolorem, Cleopatra. i. e. Comptum habens dolorem, sive dolorem simulans. Lucan. lib. 10. v. 83.
Compar. Tacit. 1. Hist. 19. Comptior sermo.
Superlat. August. de Quant. Anim. cap. 33. Animam mundissimam reddere & comptissimam.

Compte, vel Comte, Adv. Gell. 7. 3. Nimis compte res acta est.

Comptus, ûs. m. [κόσμημα] ut, Virginei comptus. Lucret. lib. 1. 88. i. e. Cultus puellares, quibus virgines comi consueverunt.

Cōmōtria, V. commotriæ.

Comœtho, vel potius Comætho, [Κομαιθώ] & Melanippus amore turpiter victi in delubro coiverunt Dianæ: ob quod facinus quum malis undique urgerentur in Achaia, templum illi est erectum, quod Triclariæ Dianæ dixerunt, cujus festum & pervigilium quotannis celebratur cum hominum immolatione. Longa est apud Pausaniam in Achaicis historia, quem vide pag. 225. Wech.

Cōmœdia, æ. f. [κωμῳδία] Poema in quo humiles fere personæ inducuntur, & amores, virginumque raptus describuntur. Festus, Comœdias constat appellari ex eo, quod initio in vicis juvenes cantare soliti essent crebro convenientes, & dicta est ἀπὸ τῆς κώμης, id est a vico; & ᾠδή, cantilena: vel a κωμάζειν & ᾄδειν, i. e. a comissando & canendo. Duplex fuit genus, vetus & nova comœdia: Veteris ingens fuit licentia invehendi in mores hominum, & res & personas veras introduxit, Hor. 1. Serm. 4. 4.

Si quis erat dignus describi, quod malus aut fur,
Quod mœchus foret, aut sicarius, aut alioqui
Famosus, multa cum libertate notabant: ejus cultores fuerunt Theopompus, Pherecrates, Crates, Eupolis, Cratinus, Aristophanes. Novam scripserunt Menander, Posidippus, Diphilus, Apollodorus. Nova fictas tantum personas introduxit; minus quidem libertatis habuit, plus elegantiæ, & in decoro personarum servando castigatior fuit. Illius in Plautinis, hujus in Terentianis specimen videre licet. De variis ejus partibus, V. Aristot. Poet. Donat. in Prolegom. ad Terent. & Scalig. Poet. 1. 9. De Origine Comœdiæ apud Romanos, V. Liv. 7. 2.

Actores comœdiarum. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Motoria comœdia, & stataria. V. stataria.
Prisca. Hor. 1. Serm. 4. 2.
Referta jocorum. Cic. 1. Off. 104. Quo genere jocandi, eleganti, urbano, ingenioso, faceto, Plautus noster, & antiqua comœdia referta est.
Vetus. Horat. in Arte Poet. 281.
Agere comœdiam. In ago.
Dare comœdiam. Suet. Vit. Terent. 16.
Docere comœdiam. Suet. Claud. 11.
Cujus improbitatem veteres Atticorum comœdiæ notaverunt. Cic. de Clar. Orat. 224. De Hyperbolo Atheniensi.
In comœdiis placere. Cic. in Orat. 109.

Cōmœdus, i. m. [κωμῳδός] Qui repræsentat comœdias, sive Comœdiarum actor.
Facere comœdum in pronuntiando. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Fieri comœdum ex pessimo histrione. Cic. pro Rosc. Com. 30.

Comœdus, a, um. Adj. Juven. 3. Sat. 100. Natio comœda est.

Cōmĭcus, a, um. [κωμικός] Adj. ut, Comicus versus. Plin. lib. 14. cap. 14.
Actores comici. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Artificium comicum. Cic. pro Rosc. Com. 18. Nemo enim illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat. De Roscio.

Davus

Davus comicus, i. e. Qui a comicis poetis describitur. Hor. 2. Serm. 5. 91.
— Davus sis comicus, atque
Stes capite obstipo, multum similis metuenti.

Poeta comicus, Comœdiarum auctor. Cic. in Orat. 184.

Res comica, i. e. Argumentum quod in comœdiis tractatur. Hor. in Arte Poet. 89.
Versibus exponi Tragicis res Comica non vult.

Senes comici. Cic. de Senect. 36. Nam quos ait Cæcilius comicos stultos senes: hos significat, credulos, obliviosos, dissolutos. quo loco quidam codices habent Comicus. sed Comicos accusativo casu legendum esse, ostendit locus ipse Cæcilii, qui integer ponitur a Cicerone in Lælio 99. hæc enim verba illic leguntur, Quid autem turpius, quam illudi? quod ne accidat, magis cavendum est? ut in Epiclero,
Hodie me ante omnes comicos stultos senes
Versaris, atque luseris lautissime. Quod enim illic in excusis libris Coamicos legitur, manifesto corruptum est. nec enim verbum illud Latinum est: neque sensus ejus, si in consuetudine fuisset, illic quadrat. Porro Comicos dici putat Victorius in Variis lectionibus, quales a Comicis in fabulis inducuntur: stultos vero, quia fingi etiam possunt, sapientes. In comœdiis autem sæpe ita stolidi finguntur, ut exemplum stultitiæ sint: qualis est Nicobulus ille Plautinus in Bacchidibus.

Servus comicus, Testis comicus. V. Comicus testis, in TESTIS.

Absolute etiam Comicus dicitur, Scriptor fabularum. Plaut. Pœn. 3. 2. 4.
Quin edepol condoctior sum, quam Tragœdi aut Comici. V. etiam Pers. 4. 2. 4.

COMĬCE, Adv. Cic. 3. de Orat. 27. Quis unquam res, præter hunc, tragicas pæne comice, tristes remisse, severas hilare, forenses scenica prope venustate tractavit? Et Sen. Epist. 100. Sit aliquod oratorie acre, tragice grande, comice exile.

COMŒDICUS, a, um. Adj. Apul. 3. Florid. p. 353. Hisce laudibus diu in arte comœdica nobilis.

COMŒDĬCE, [κωμῳδῶς] Adv. a Comœdo, inquit Festus. Plaut. Mil. 2. 2. 58.
Euge, euge, Euscheme, hercle astitit & dulice & comœdice. i. e. Suaviter & jucunde, ut exponit Cælius.

COMŒDIALIS, e. Scribanius de Pass. Christ. cap. 9. Theatralis vel comœdialis scena.

COMŒDIOGRAPHUS, i. m. [κωμῳδιογράφος] Cic. apud Victorinum & Probum, Gramm.

COMOPOLIS, is. f. [κωμόπολις] Locus major quam vicus, & minor quam urbs. Marc. Emp. lib. 1.

COMOSANDALOS, [κομοσάνδαλος] Flos est, quem notiore nomine Hyacinthum nominamus, ut tradit Pausan. in Corinth. pag. 78. Wech. ex quo Hermionenses, solennibus Chthoniæ deæ festis coronas complicabant. V. Cæl. 27. 26.

COMOSIS, V. COMMOSIS.

COMOSUS, V. COMA.

CŌMŌTICA, vel potius COMMOTICA, [κομμωτικὴ] Medicamenta sunt capillis venustandis, eleganterque ornandis excogitata. Qualia ab Archigene composita memoriæ proditum est, quibus docet flavos & crispos capillos fieri salis spuma, intermixta myrrha. Galenus quoque medicus alioqui gravis, comotica recenset quibus nigricet capillus, aut in candorem perducatur, vel evadat rufior. Quin commemorat se vidisse mulieres complusculas immodica affectati capillitii defunctas curiositate, quum caput hujuscemodi medicamentis lethifera frigiditate vexassent.

COMOTRION, vel potius COMMOTRION, i. n. [κομμώτριον] dicitur Instrumentum, quo comptrices capillos adornant, Latine Calamistrum appellatur, vel discerniculum. V. Pollucem, & Cæl. lib. 18. cap. 10.

COMOTRIÆ, arum. f. [κομμώτριαι] Latine Comptrices dici possunt, vel ornatrices, quæ ornandæ comæ habent peritiam. Romæ Vestæ ministræ, auctore Festo, Comotriæ dictæ fuerunt, quæ sex erant numero, ut singulæ partes populi, singulas haberent sacrorum ministras. [De numero Vestalium Festus in SEX, Sed ne verbum quidem de Comotriis istis. vocabulum Græcum est, proprieque Ornatricem denotat, scribique debet geminata littera Commotria, a v. κομμόω. Suid. Κομμώτρια, ἐμπλέκτρια, ἡ κοσμοῦσα τὰς γυναῖκας. Conf. Polluc. 7. sect. 165. & H. Steph. Thes. Gr.

COMPACTUS, COMPACTIO, COMPACTILIS, &c. V. COMPINGO.

COMPĀGO, ĭnis. f. [ἀλληλεχία] & COMPĀGES, is. f. h. e. Conjunctio, compositio, commissura, confixio: dicitur a Compingendo, id est conjungendo. Servius, Ambages & Compages antiqui tantum dicebant. Posteritas admisit ut etiam Compago dicatur: sed non quia varius esse potest nominativus, debet etiam declinatio mutari, quemadmodum nec in istis nominibus arbor arbos, vomer vomis: nam & arboris & vomeris tantum facit. Ergo compages compagis: quoniam compago usurpatum est. compaginis enim nemo penitus dicit. Hactenus Servius in illud 1. Æn. 293.
— compagibus arctis
Claudentur belli portæ. Ovid. tamen ita ait lib. 1. Met. 711. de Syringe,
Atque ita disparibus calamis compagine ceræ
Inter se junctis, nomen tenuisse puellæ. Et inferioris ævi scriptores hac declinatione utuntur, V. Cels. 4. 10. pr. & Aug. Civ. Dei, 16. 2. extr.

Corporisque ipsius constitutionem ac compaginem. Pontanus 562. H. St.

Corporis compages. Cic. de Senect. 77. Nam dum sumus in his inclusi compagibus corporis, munere quodam necessitatis & gravi opere perfungimur.

Lapidum compages. Ovid. 3. Met. 30.
Efficiens humilem lapidum compagibus arcum.

Arctæ compages. Virg. 1. Æn. 293.

Discussa compages. Lucan. 2. 487.

Duraque deum compage tenebant. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 171.

Ferrea compago laterum. Stat. 7. Theb. 43. domum Martis describens.

Humana compages. Lucan. 5. 119.

Laxæ compages. Virg. 1. Æn. 122.

Solida. Lucan. 9. 467.

Soluta. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 115.

Validis hærere compagibus Veneris, i.e. Tenacibus vinculis. Lucret. 4. 1107.

Revulsæ compages. Sen. Thyest. 12.

Ruptis compagibus. Sen. OEth. 9.

Solvere compagem muri. Lucan. lib. 3. 491.

COMPĀGUS, i. m. Calceamenti genus barbaricum, intercisum sive superiori parte perforatum. Trebell. Pollio in vita Gallien. cap. 16. Caligas gemmatas annexuit, quum compagos reticulos appellaret. V. Casaub. & Salmas. ad loc. Dempster. ad Rosini Antiq. Rom. 5. 36. p. 596.

COMPĀGĬNO, āre. Conjungo, copulo, a nomine Compages, sive Compago, quæ Conjunctionem significant. Scriptores Rei Agrar. Goesii p. 346. Compaginantes agri limitesve. Paulinus Epist. 12. (nov. ed. Paris. Epist. 32. n. 10.) Hac igitur ratione persuasus, basilicas nostras tuis, sicut & operis tempore, & voti genere conjuncta sunt, ita & litteris compaginari curavit. V. etiam Zen. Veronens. & Prudent. in Romano v. 890. August. Confess. 13. 30.

COMPAGINĀTUS, a, um. ut, Formæ compaginatæ. Ammian. 28. 2. Compaginatæ formæ e roboribus conjectæque in alveum. Et 21. 2. Axiculis orbis erat compaginatus.

Membra compaginata. August. Serm. 1. feria 3. Pentecost.

COMPAGINATIO, ōnis. f. Gloss. Vet. ἁρμογὴ, Junctura, compages, compaginatio.

COMPAGĬNA, æ. f. Idem. M. Baro de Casis Litterarum p. 239. Ed Goesii, Colligo ab omni compagina litterarum, &c. Et Innocent. p. 246. Omnis compagina litterarum, &c.

COMPAR, ăris. Adj. [πάρισος, σύζυγος] Idem significat quod Par. Liv. 1. 9. Id enim demum compar connubium fore.

Suid. Κόμπαρος, ὃς συνέζευκται εἰς ὑπηρεσίαν τινί. ὁμοίως, τὴν αὐτὴν ἐκπλῶν χρείαν: ubi non dubito, quin sit κόμπαρος, pro κόμπαρ, deinde syllaba ος sumpta sit ex eo, qui sequitur articulo. Sic autem Munia comparis æquare dixit Hor. tanquam συνεζευγμένης εἰς τὸ αὐτὸ ἔργον. H. St.

Consilium compar. Liv. 28. 42. extr. Quam compar consilium tuum parentis tui consilio sit, reputa.

Funus compar morti. Liv. 8. 10. Decii corpus ne eo die inveniretur, nox quærentes oppressit: postero die inventum inter maximam hostium stragem, coopertum telis: funusque compar morti, celebrante collega, factum. Al. Par morti.

Mars compar. Liv. 36. 44.

Modus compar. i. e. Par & æqualis mensura. Cels. lib. 4. cap. 5.

Natura viri compar uxori. Lucret. 4. 1248. i. e. Conveniens.

Compar, cum genitivo. Gell. lib. 6. cap. 11. Quia tantisper similis & compar eorum fias.

Compar, exornatio Rhetorica. Auct. ad Heren. 4. 28. Compar appellatur, quod habet in se membra orationis, quæ constant ex pari numero syllabarum.

Compar, pro Socio seu Conjuge. Plaut. Casin. 4. 2. 18.
Meus socerus, compar, commaritus, villicus. i. e. Socius vel æqualis. Plin. lib. 8. cap. 23. Conjugia ferme vagantur: nec nisi cum compare, vita est.

Æquare munia comparis. Hor. 2. Carm. 5. 2.
Nondum subacta ferre jugum valet
Cervice, nondum munia comparis
Æquare: nec tauri ruentis
In venerem tolerare pondus. V. paulo supra Henr. Steph. V. etiam Gruter. Inscript. p. 793. n. 9.

COMPARATIVUS, V. COMPARO.

COMPĂRĬLIS, e. Idem. Auson. Eclog. 2. 38.
Nescit compariles laterum formare figuras.

COMPARCO, si, sum, [φείδομαι] ĕre. Idem quod Parcere. Ter. Phorm. 1. 1. 9.
Quod ille unciatim vix de demenso suo,
Suum defrudans genium, comparsit miser, &c. Adde Pacati Paneg. cap. 32.

COMPĀREO, ui, [φαίνομαι] ēre. Idem quod Apparere. Plaut. Aul. 4. 4. 2.
Qui modo nusquam comparebas, nunc quum compares, peris. Cic. 7. Verr. 147. Quærite nunc vestigia prius quibus exitus illorum, ex illo loco compareant. Ovid. ad Liv. 407.
Lucifer in toto nulli comparuit orbe.

In multitudine bonorum comparere. Cic. pro Rabir. perduel. 23.

Aliquem non comparere. Cic. 12. Att. 2.

Causa terroris non comparuit. Liv. 8. 37.

Corpus mortui non comparet. Papinian. in l. ult. D. de his qui not. infam. Si quis in bello ceciderit: etsi corpus ejus non compareat, lugebitur.

Inchoata a natura comparent. Cic. pro Sull. 73.

Officia comparent in actione. Cic. 3. Off. 15. Quum autem aliquid actum est in quo media officia compareant, id cumulate videtur esse perfectum.

Oratio hæc in turba novorum voluminum vix comparet. Cic. de Clar. Orat. 112.

Ornamenta orationis, comparent. Cic. in Orat. 234.

Scintilla nulla comparet incendii. Cic. Anteq. iret in exil. 14.

Signa & dona comparere omnia. Cic. 3. Verr. 132.

Signa testium non comparent. Ulp. in l. Quum tabulæ. D. de bon. possess. secund. tab.

Comparebunt quæ imperas. Plaut. Amph. 2. 1. 82.
Et memor sum, & diligens, ut quæ imperes, compareant. i. e. Fiant ea quæ tu imperas.

Non comparet argenti ratio. Plaut. Trin. 2. 4. 15.
Postquam comedit rem, post rationem putat.
L. Nequaquam argenti ratio comparet tamen.

Comparere, pro Extare. Liv. 25. 40. Visebantur enim ab externis ad portam Capenam dedicata a Marcello templa: propter excellentia ejus generis ornamenta, quorum exigua pars comparet. Idem lib. 32. 10. Iis, quorum agros urbesque populatus esset, redderet res, quæ comparerent: ceterorum æquo arbitrio æstimatio fieret. Liv. 6. 1. In primis fœdera ac leges (erant autem eæ duodecim Tabulæ, & quædam regiæ leges) conquiri, quæ comparerent, jusserunt.

COMPĂRO, [συσκευάζομαι, παρασκευάζω] āre. proprie est Parare. Cic. 3. Verr. 65. Magnifice & ornate (ut erat in primis inter suos copiosus) comparat convivium.

Accusatorem alicui comparare. Cic. pro Cluent. 191.

Accusatores comparare in aliquem. Cic. pro Rosc. Amer. 30. Crimen incredibile confingunt: testes in hunc & accusatores hujusce pecunia comparant.

Aditum comparare. In ADITUS.
Aditum sibi comparare ad aliquam rem. Cic. 2. Att. 17. Nunquam huc venissent, nisi ad alias res pestiferas aditus sibi compararent.
Bellum non comparare, sed jam gerere. Cic. 3. Philipp. pr. Quum bellum nefarium contra aras, & focos, contra vitam fortunasque nostras, ab homine profligato ac perdito, non comparari, sed geri jam viderem.
Canem comparare ad rixam, ad pugnam, ad cursum. Columel. lib. 7. cap. 12.
Copias contra aliquem. Cic. in Orat. 123.
Copiam hominum. Cic. 8. Att. 17. Alter in Siciliam, cum ea copia, quam Capuæ & circum Capuam comparastis, &c.
Convivium. Cic. 3. Verr. 65.
Domicilium. Liv. 1. 34.
Dolum ad aliquem capiendum, per translationem. Liv. 23. 35. pr. Ubi id parum processit, dolum ad capiendos eos comparant.
Dolum alicui comparare & confingere. Plaut. Capt. prol. 47.
Exercitum. Cic. 3. Philipp. 14.
Ferrum in tutelam sui. Quintil. lib. 3. cap. 2. Nisi quis dicit etiam gladium fabricatum ab eo prius, qui ferrum in tutelam sui, quam qui in perniciem alterius compararit.
Imbres. ut, Annus hibernus Jovis imbres nivesque comparat. Hor. Epod. 2. 30. h. e. Hiems colligit & accumulat, &c.
Insidias alicui. Cic. pro Cluent. 47. Itaque tum sic statuit, per C. Fabricium insidias Avito comparare.
Laudationes per vim & metum ab aliquibus alicui comparare. Cic. 6. Verr. 147. De Laudatione judiciali, ex provincia Romam missa.
Ludos magna pecunia. Cic. 3. Q. frat. 9.
Malum alicui. Plaut. Casin. 2. 8. 69. Quin ego illis hodie comparem magnum malum.
Periculum alicui. Cic. pro Flacc. 96.
Spatium defensionis comparare & constituere. Cic. pro Rabir. perduel. 6.
Tumultus domesticos & intestinos comparare. Auct. ad Heren. lib. 4. 8.
Comparare, cum infinitivo. Comparare tecta urere. Ovid. 2. Trist. 267.
Igne quid utilius? si quis tamen urere tecta
Comparat, audaces instruit igne manus.
Ad arbitrium suum aliquid comparare. Cic. 7. Fam. 1.
Ad delectationem comparatum aliquid. Cic. in Orat. 208.
Delectationis causa comparatum aliquid. Cic. in Orat. 37.
Gravissimus auctor ad instituendam, fidelissimus socius ad comparandam, fortissimus adjutor ad rem perficiendam fuit. Cic. pro Domo, 30.
In ostentationem comparare declamationem. Quintil. lib. 2. cap. 30.
Comparare se ita. Ter. Eunuch. 1. 1. 2. — an potius ita me comparem,
Non perpeti meretricum contumelias? Cic. de Nat. Deor. Ego me ita comparavi.
Alicui se ita comparare. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Se ante comparare, pro Se disponere & cavere. Cic. 1. Q. frat. 1. Sed te illud admoneo, ut te ante compares, quotidieque meditere resistendum esse iracundiæ.
Dum se uxor, ut fit, comparat, paulisper commoratus est. Cic. pro Milon. 28.
Se ad respondendum comparare. Cic. 3. de Nat. Deor. 19.
Se ad iter comparare. Liv. 28.
Comparare sibi remedium ad vim tempestatum. V. REMEDIUM. Sic
Comparare subsidia ad omnes casus. Cæs. 4. Bell. Gall. 31.
Comparare vultum suum e vultu alterius. Plaut. Amph. 3. 3. 5.
Comparare, [πορίζειν] Acquirere. Ter. And. 4. 1. 4.
Ut malis gaudeant, atque ex incommodis
Alterius sua comparent ut commoda? Ubi Donatus; Comparent, i. e. Acquirant, vel æstiment. i. e. Non intelligunt commoda sua, nisi ex alterius incommodis ea æstimaverint. [Immo verius Acquirant.
Amicitias comparare ratio monet. Cic. 1. de Fin. 65.
Amicitiæ comparantur, ut commune commodum mutuis officiis gubernetur. Cic. pro Rosc. Amer. 12.
Argentum comparare. Plaut. Asin. 3. 3. 78.
Artes optimas comparare. Cic. 2. de Fin. 110.
Auctoritatem sibi comparare re aliqua bene gesta. Cæs. 5. Bell. Gall. 53.
Auxilia voluntaria comparare sibi populorum liberorum, regumque. Cic. 15. Fam. 4. Quum interea superioribus diebus ex Senatusconsulto, & evocatorum firmam manum, & equitatum sane idoneum, & populorum liberorum, regumque & sociorum auxilia voluntaria comparavissem. Voluntaria, i. e. Quæ sponte dantur.
Delectationes sibi comparare ad arbitrium suum. Cic. 7. Fam. 1.
Diligentiam subsidio sibi. Cic. pro Quint. 4. Nam quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam comparavi.
Discipulum. Cic. in Pison. 71.
Gloriam ex bellicis rebus. Cic. 2. Off. 45.
Laudes artibus comparare. Cic. 2. Fam. 4. extr.
Prædam improbissime comparare. V. IMPROBUS.
Rationem optimam vivendi comparare. Cic. 5. Tusc. 36.
Res nobis ad beate vivendum comparat sapientia. Cic. 1. de Fin. 65.
Subsidium aliquod ab adolescentia sibi comparare. Cic. 1. de Orat. 199.
Silvam rerum ac sententiarum comparare. Cic. 3. de Orat. 101.
Virtutem industria comparat alicui. Auct. ad Heren. 4. 28.
Voluptates conquirere & comparare. Cic. 1. de Fin. 42. Sapientia nunc expetitur, quod est tanquam artifex conquirendæ & comparandæ voluptatis.
Sæpe sine substantivo ponitur. Cic. 16. Fam. 11. Omnino ex hac quoque parte diligentissime comparatur. Et Liv. 38. 12. Domum ad comparandum mittit. V. ibi Gronov.
Comparare, Conjungere. ut, Comparare labella cum labellis. Plaut. Asin. 2. 1. 2.
Comparare, Emere. [ἀντικαταλλάττεσθαι] Cato de R. R. cap. 1. pr. Prædium quum comparare cogitabis. Ter. Eun. 2. 3. 63.
Immo si scias, quod donum huic dono contra comparet. Ubi Donatus, Comparet pro Emat, aut Comparandum putet. [i. e. Componendum, Conferendum putet, quod malim.
Animosissime comparare aliquid. Suet. in Cæs. cap. 47. Gemmas, toreumata, signa, tabulas operis antiqui semper animosissime comparasse.
Carius comparare aliquid. Suet. in Calig. cap. 27. Quum ad saginam ferarum muneri præparatarum carius pecudes compararentur, &c.
Frumentum comparare. Liv. 2. 9.

Homines comparare ære ad aliquid. Catull. 10. 15.
Magisteria sacerdotii comparare. Suet. Calig. cap. 22. Magisteria sacerdotii ditissimus quisque, & ambitione & licitatione maxima, vicibus comparabant.
Ex alterius pecunia aliquid comparare. Ulpian. in l. Procuratoris. §. plane. D. de tribut. act.
Servum comparare. Ulpian. l. Si procuratorem. §. Si tutores. D. Mandat. Nam & si non mandassent, tenerentur tutelæ, cur servum pupillo necessarium non comparaverunt. Quidam expungunt priorem negationem, quod & videtur sensui aptius. V. locum.
Comparare, [συγκρίνειν, παραβάλλειν] Assimilare, conferre. Plin. lib. 12. cap. 14. Rufum thus exit, nec comparandum priori.
Conferre pugnantia, comparare contraria. Cic. in Orat. 38.
Ætatem aliquorum comparare. Liv. 1. 5. Forte & Numitori, quum in custodia Remum haberet, audissetque geminos esse fratres, comparando eorum ætatem, &c.
Aliquem ad alium comparare. Ter. Eun. 4. 4. 14.
Ne comparandus hic quidem ad illum est.
Alterum alteri comparare. Cic. de Amicit. 9.
Alterum cum altero comparare & conferre. Cic. 6. Verr. 121. Conferte Verrem, non ut hominem cum homine comparetis, ne qua tali viro mortuo fiat injuria: sed ut pacem bello, leges cum vi, &c.
Factum unius cum alterius facto comparare. Cic. 3. Fam. 6.
Hominem cum homine, & tempus cum tempore, & rem cum re comparare. Cic. pro Domo 130.
Oratio longior cum magnitudine utilitatis comparetur. Cic. 2. Off. 20. i. e. quasi Compensetur.
Personam cum persona comparare. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Similitudines comparare. Cic. 1. Off. 11. Homo per rationem consequentia cernit, similitudines comparat.
Se comparare alicui. Ovid. 13. Met. 338.
Solitudinem cum solitudine. Cic. 3. Off. 1. Sed nec otium hoc cum Africani otio, nec hæc solitudo cum illa comparanda est.
Vir nullo modo cum ceteris comparandus. Cic. 2. Philipp. 117.
Æqualitate comparantur multa. Cic. in Topic. 71.
Numero comparare. Cic. in Topic. 69.
Specie comparare. Cic. in Topic. 69.
Comparari cum aliquo. Catull. 41. 7.
Quis huic deo compararier ausit? Catul. 59. 65. De Hymenæo.
Inter se aliqua comparare. Cic. 1. Off. 11.
Argumenta utriusque partis inter se comparare. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Coram comparare. Cic. in Orat. 96. Et nisi coram erit comparatus ille, fortior per se hic quem dico probabitur. Sensus est: Mediocres oratores certe magni videntur, nisi cum illis amplissimis comparentur. Hoc enim efficit comparatio, ut quæ majora & meliora sunt, statim appareant: & ex collatione certissimum judicium nascitur. unde proverbio dicitur, Purpura juxta purpuram dijudicanda est.
Comparare, Constituere, decernere. Auctor ad Heren. 4. 24. Bene majores nostri hoc comparaverunt, ut neminem regem, quem armis cepissent, vita privarent.
Comparatum est ita. [οὕτω πέφυκε] i. e. Constitutum natura, vel consuetudine receptum. Ter. Phorm. 1. 1. 7.
Quam inique comparatum est, hi qui minus habent,
Ut semper aliquid addant divitioribus? V. INIQUUS.
Iniquissime comparatum est, quod &c. Cic. pro Cluent. 57.
Legibus præclare comparatum est, ut. Cic. ad Brut. 12. Sed hoc præclare legibus comparatum est, ut caritas liberorum amiciores parentes Reipub. redderet.
Jus a majoribus nostris ita comparatum est. Cic. pro Domo 77.
More majorum. Cic. pro Rosc. Amer. 101. Itaque more majorum comparatum est, ut in minimis rebus homines amplissimi testimonium de sua re non dicerent.
Natura ita comparatum, ut, &c. Liv. 3.
Natura hominum ita comparata est, ut, &c. Ter. Heaut. 3. 1. 97.
Ratio ita comparata est vitæ naturæque nostræ, ut alia ætas oriatur ex alia. Cic. de Amicit. 102.
Comparare inter se, pro Constituere. Liv. 29. 20. extr. Cum Tribunis pleb. actum, aut compararent inter se, aut sorte legerent, qui duo cum prætore ac legatis irent.
Sortiri, & comparare inter se. Liv. 24. 10. pr. Decretumque omnium primum, ut Consules sortirentur compararentque inter se, uter Censoribus creandis comitia haberet, priusquam ad exercitum proficisceretur. [Sed multo frequentius hic modus loquendi adhibetur, ubi de Provinciis agitur, quas singuli suas vel Sorte accipiebant magistratus, vel Comparatione, id est suo judicio convenientes inter se, vel denique Extra ordinem, id est, Mandante nominatim S. P. Q. R.
Comparare, est etiam vox Gladiatoribus propria, & idem quod Componere significat. Suet. Calig. 35. Hunc e spectaculis detractum, repente & in arenam deductum, Thraci, & mox hoplomacho comparavit. ubi Torrent. Comparare, Committere, contendere, & componere. V. etiam Lips. Sat. 2. 19.
COMPARĀTUS, a, um. ut, Bestiæ comparatæ ad munus. Suet. Cæs. 75.
Duces comparati. Liv. 30. 28. Erexerunt omnium animos Scipio & Annibal, velut ad supremum comparati duces. i. e. Compositi. V. Freinshem. & Scheffer. ad Justin.
Familia gladiatorum comparata, i. e. Coemta. Suet. Cæs. 10. V. ibi Bernecc. & Pitisc.
Insidiæ comparatæ in caput alicujus. Curt. 6. 2. 4. Hinc sæpius comparatæ in ejus caput insidiæ. i. e. Paratæ. Sic
Suppellex comparata. Curt. 5. 6. 3.
Venenum comparatum. Suet. Tiber. 49.
COMPARĀTUS, ûs. m. Vitruv. lib. 7. præfat. fin. Amplo modulorum comparatu architectari.
COMPARĀTIO, ōnis. f. [σύγκρισις, παραβολὴ] Idem quod Apparatus: ut, Comparatio novi belli. Cic. pro Lege Manil. 9.
Nihil sua comparatione diminuere. Cic. 1. Q. frat. 2. Pompeius omnia pollicetur, & Cæsar: quibus ita credo, ut nihil mea comparatione diminuam.
Comparatione, disciplinaque dicendi in patronorum numerum pervenire. Cic. de Clar. Orat. 263. Paulo ante Apparatum dixit.
Comparatio, Acquisitio. ut, Comparatio voluptatis. Cic. 2. de Finib. Idem pro Muren. 44. Non placet mihi inquisitio candidati prænuntia

nuntia repulſæ : non teſtium potius, quam ſuffragatorum comparatio. Budæus.

Divitiarum nimis anxia comparatio. Valer. Max. lib. 4. cap. 4. 5.

Comparatio Latine, Analogia Græce dicitur. Cic. de Univerſ. 12. Vide quæ ſcribo in mea ad Varr. Appendice hoc de loco. H. St. Niſi tamen fallor, non meminit hujus loci in ea Appendice.

Comparatio criminis quid ſit, declarat Cic. 1. de Invent. 15. Comparatio eſt, inquit, quum aliud aliquod factum rectum, aut utile contenditur, quod ut fieret, illud, quod arguitur, dicitur eſſe commiſſum. conf. 2. 72.

Criminis comparatio inventa & adornata ab aliquo. Cic. pro Cluent. 101.

Conſtringi comparatione. Cic. de Univerſ. 21. i. e. Conjunctione, vel proportione. Sic enim ipſe Cicero docet paucis ante verſibus. Quædam exemplaria, pro Comparatione, habent Proportione.

Comparatio, Aſſimilatio. Plin. 7. Epiſt. 29. Sed quum lego, ex comparatione ſentio, quam male ſcribam.

Contentio & comparatio de duobus honeſtis. Cic. 1. Off. 52. Poteſt incidere ſæpe contentio & comparatio, de duobus honeſtis utrum honeſtius.

Deterioris comparatio. Tacit. 1. Ann. 10.

Meliorum comparatio. Curt. 3. 11. 20.

Orationis alicujus comparatio cum ſcriptis alienis. Cic. 1. de Orat. 217.

Parium comparatio nec elationem habet, nec ſubmiſſionem: eſt enim æqualis. Cic. in Topic. 7.

Similium comparatio. Quintil. lib. 1. cap. 6.

Utilitatum comparationes. Cic. 2. Off. 88.

Difficiles ad judicandum comparatione res. Cic. 10. Fam. 5.

Ex comparatione tam ordinatæ diſciplinæ, pro Cum tam ordinata diſciplina. H. St. Ex Liv. 24. 48. pr.

In comparatione vis rerum cernitur. Cic. in Topic. 80.

Ducere comparationem una via. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Diſſerere de comparatione aliquarum rerum. Cic. 1. Off. 10.

Ad eandem inter ſe comparationem conficiunt ſpatia ſtellæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 52.

Comparatio, Conſtitutio. Liv. 6. 30. pr. Volſci provincia ſine ſorte, ſine comparatione, extra ordinem data. V. in ipſo verbo, ad finem.

COMPARĀTE, Adv. [συγκριτικῶς] Cic. in Topic. 84. Quum autem quæritur quale quid ſit, aut ſimpliciter quæritur, aut comparate, &c. Comparate, i. e. Comparative, relative, reſpective.

COMPARĀTOR, ōris. m. Lege 1. C. de præd. decurion. Oppreſſus potentia comparatoris. Et Gloſſ. Gr. Lat. συνωνήτης, Comparator, Commerciarius.

COMPARĀTRIX, īcis. f. Zeno Veron. Juſtitia immortalitatis comparatrix.

COMPARABĬLIS, e. [συγκριτικὸς] Cic. 1. de Invent. 49. Comparabile autem eſt, quod in rebus diverſis ſimilem aliquam rationem continet.

Simile & comparabile. Cic. 1. de Invent. 42. Simile autem ex ſpecie comparabili, comparabile autem ex conferenda atque aſſimilanda natura judicatur.

Mors comparabilis. Liv. 39. 52. Trium clariſſimorum ſuæ cujuſque gentis virorum, non magis tempore congruente comparabilis mors videtur eſſe, quam quod nemo eorum ſatis dignum ſplendore vitæ exitum habuit.

Species comparabilis. Cic. 1. de Invent. 42.

COMPARATITIUS, a, um. Idem. ut, Aurum comparatitium, Quod compenſationis gratia redditur. Cod. l. 12. t. 40. l. 2.

Antiſtatus comparatitius Angelorum. Tertull. adv. Valent. cap. 13.

COMPARATĪVUS, a, um. Adj. [συγκριτικὸς] dicitur Quod æquat. Unde dicimus Comparativum gradum, cujus proprium eſt ſuperare poſitivum in ea qualitate quam obtinet. licet quandoque pro poſitivo ponatur. Nonnunquam etiam ſuperlativum excedit. ut apud Liv. 4. 13. pr. Rem utilem peſſimo exemplo, pejore conſilio eſt aggreſſus. Quintil. lib. 9. cap. 3. Utimur vulgo & comparativis pro abſolutis: ut quum ſe quis infirmiorem eſſe dixerit. Duo inter ſe comparativa committimus, &c.

Genus cauſæ comparativum. Quintil. lib. 3. cap. 12. & lib. 7. cap. 5.

Judicatio comparativa, Vox rhetorum. Cic. 2. de Invent. 76.

Vocabulum comparativum. Gell. 5. 21.

COMPARATIVE, Adv. Gell. 5. 21. Compluries cum dicimus, non comparative dicimus.

COMPARTICEPS, ĭpis. [συμμέτοχος] Vulg. Interp. Epheſ. 3. 6.

COMPASCO, āvi, aſtum, [συννέμομαι] ĕre. proprie dicitur de Gregibus, aut Armentis, dum ſimul paſcunt. Plin. lib. 9. cap. 54. Nondum Britannica ſerviebant litora, quum Orata Lucrina nobilitabat: poſtea viſum tanti in extrema Italia petere Brunduſium oſtreas: ac ne lis eſſet inter duos ſapores, nuper excogitatum famem longæ advectionis a Brunduſio, compaſcere in Lucrino. conf. lib. 32. cap. 6. V. not. Hard. & infra COMPESCERE.

Jus compaſcendi habere. Scævola in l. Teſtatrix. §. Plures. D. Si ſervitus vendicetur, Plures ex municipibus, qui diverſa prædia poſſidebant, ſaltum communem, ut jus compaſcendi haberent, mercati ſunt.

CUMPASCOR, ĕris. [συννέμομαι] paſſ. Varro 1. de R. R. cap. 53. Meſſe facta, ſpicilegium venire oportet, aut domi legere ſtipulam: aut ſi ſunt ſpicæ raræ, & operæ caræ, compaſci.

COMPASTUS, a, um. Plin. 32. 6. Brundiſiaca in Averno compaſta.

COMPASTOR, ōris. m. [συννομεὺς] Hygin. Fab. 187. Alter compaſtor.

COMPASCUUS, a, um. Adj. [σύννομος] ut, Compaſcuus ager, Relictus ad paſcendum communiter vicinis, inquit Feſtus. Cic. in Topic. 12. Si compaſcuus ager eſt, jus eſt compaſcere.

Jus compaſcuum, pro Compaſcendi. Scævola in l. Teſtatrix. §. finali. D. Si ſervitus vendicetur, Item quæro, an quum pars illorum propriorum fundorum legato ad aliquem tranſmiſſa ſit, aliquid juris ſecum hujus compaſcui traxerit.

COMPASSIO, COMPASSIBILIS, &c. V. COMPATIOR.

COMPĂTER, tris. m. Eo ſignificatu quo vulgus utitur. Petrus Bembus in Epiſt. Leonis Pontificis lib. 11. Epiſt. 16. Ad quam formam & Commater dixeris. *Compere*, *Commere*. V. Voſſ. de Vitiis Serm. l. 2.

COMPĂTIOR, paſſus ſum, [συμπαθέω] păti. Una pati. Tertull. adv. Praxeam cap. 29. Nec compaſſus eſt pater filio. Et mox; Quid eſt compati, quam cum alio pati?

Item pro συμπάσχειν, idem quod antiqui dicunt, Caſu alicujus affici, miſericordia moveri. Hieron. Epiſt. 87. & in Eſa. cap. 15.

COMPATIENS, entis. Cæl. Aurel. Acut. 2. 16. 98. Tuſſicula fit, compatientibus quibuſdam partibus. V. etiam Idem Tard. 5. 3. 58.

COMPASSUS, a, um. Alcimus Avitus 3. extr. ad Chriſtum,
Ceu tibi compaſſo miſerans ſuccurre latroni.

COMPASSIO, ōnis. f. [συμπάθεια] Tertull. de Reſurr. Carn. cap. 40. Quod pro compaſſione promittitur, &c.

COMPASSIBILIS, e. Tertull. adv. Praxeam cap. 29. Pater ſi compaſſibilis, utique paſſibilis, &c.

COMPATRIŌTA, æ. m. Gloſſ. Gr. Lat. συμπολίτης, Compatriota. Dare ducem compatriotis. Sariſb. 4. 11.

COMPATRŌNUS, i. m. Ulpian. in l. 1. D. Si quid in fraud. patr. Adverſus compatronum, qui contra tabulas bonorum poſſeſſionem omiſit, Faviana non competit: ſi non plus ſit in eo quod donatum eſt, quam pars debita patrono. Quare ſi mortis cauſa ei donatum ſit, partem faciet compatrono, quemadmodum legatarius patronus facit.

COMPAVESCO, ĕre. ut, Animo compaveſcere. Macrob. 1. Saturn. 6. conf. Gell. 1. 23.

COMPAVĬDUS, a, um. Apul. Met. 7. p. 197. Miſera illa compavida atque dirupta. Alii legunt compavita.

COMPECCO, āre. Cæl. Aurel. Acut. 2. 12. 84. His etiam compeccavit Themiſon. conf. Tard. 3. 1. 12.

COMPECTORATUS, a, um. Apul. in Pſeudepigraphis. Petron. p. 228. Membra molli lectulo compectorata adhærent Veneris glutino.

COMPECTUM, i. n. Idem quod Compactum. Plaut. Pſeud. 1. 5. 129. V. in COMPINGO.

COMPEDES, COMPEDIO, COMPEDITUS. V. COMPES.

COMPELLO, [κοινολογοῦμαι, ἐντυγχάνω] āre. Alloqui. Cic. Poſt redit. in Senat. 11. Neque ſolum id dixit, ſed quos ei commodum fuit, compellavit.

Compellare & loqui. Cic. 13. Att. 23. Quare da te in ſermonem, & perſeca, & confice, excita, compella, loquere, ut te cum illo Scævola loqui putes.

Blande compellare virum. Plaut. Pœn. 3. 3. 72.

Magnifice compellare aliquem. In MAGNUS.

Nominatim. Cic. pro Domo 65. Nominatim alii compellabantur, alii citabantur, alii relegabantur.

Ultro verbis amicis. Virg. 2. Æn. 372.

Carmine. Catul. 62. 24.
Heroes ſalvete, deûm genus, ô bona mater,
Vos ego ſæpe meo, vos carmine compellabo.

Dictis aliquem. Ovid. 12. Met. 585.

Honore multo aliquem. i. e. Honorifice. Virg. 3. Æn. 474.

Lege compellare aliquem. i. e. In jus vocare, Accuſare aliq. lege agere cum aliquo. Cic. 8. Fam. 12. Quibus quum parum procederet, ut ulla lege mihi ponerent accuſatorem, compellari ea lege me voluerunt, qua dicere non poterant.

Nomine compellare. Liv. 10. 28. Patrem P. Decium nomine compellans, Quid ultra moror? inquit, &c. Idem 23. 47. Provectuſque ante ſtationes equo, Tauream nomine compellavit, congredique, ubi vellet, juſſit.

Ore placido compellare. Ovid. 3. Met. 146.
Cum juvenis placido per devia luſtra vagantes
Participes operum compellat Hyantius ore.

Queſtu aliquem. Valer. 2. Argon. 402.

Voce. Virg. 5. Æn. 161.

Vocibus notis aliquem compellare. i. e. (ait Servius) Amicabilibus. Virg. 6. Æn. 499.

Compellare de ſtupro, Solicitare. Valer. Max. lib. 6. cap. 1. ubi de C. Mario, A milite jure cæſum pronuntiavit, quia eum de ſtupro compellare auſus erat.

Non ſatis digne ab aliquo compellari. Gell. lib. 19. cap. 1.

Compellare, Objurgare, vel potius Accuſare apud populum. Cic. 2. Att. 2. Nigidium minari in concione, ſe judicem, qui non adfuerit, compellaturum. Paulus Manutius exponit, Evocaturum, coacturum, ſic interpungens: Sed heus tu, ecquid vides Calendas venire? Antonium non venire? Judices cogi? Nam ita ad me mittunt, Nigidium minari in concione, ſe judicem, qui non affuerit, compellaturum.

Compellare, pro Probroſe appellare, inceſſere, evocare. Cic. 3. Philipp. 57. Item etiam Q. Ciceronem fratris mei filium compellat edicto: nec ſentit amens commendationem eſſe compellationem ſuam. Compellat edicto, i. e. Infamando cauſam appellat. Suet. Cæſ. cap. 17. In carcerem conjecit Novium Quæſtorem, eo quod compellari apud ſe majorem poteſtatem paſſus eſſet. h. e. Infamari & accuſari. Sic Beroaldus exponit. Caſaubonus Deferre interpretatur. [Subauditur τῇ Lege. V. paulo ſupra.

COMPELLATIO, ōnis. f. Cic. 12. Fam. 25. Itaque crebras vel potius quotidianas compellationes meas non tulit, ſeque in urbem recepit invitus. i. e. Objurgationes & convicia. Et Gell. 1. 5. Maledictis compellationibuſque probroſis jactatus eſt.

COMPELLO, pŭli, pulſum, [συνάγω, κατείργω, βιάζομαι, συνελαύνω, συναθέω] ĕre. proprie eſt In unum locum, vel diverſa, vel diverſorum animalia cogere, inquit Servius. Virg. 7. Ecl. 2.
Compulerantque greges Corydon, & Thyrſis in unum.

Diſpellere & Compellere, contraria. Plaut. Aſin. 3. 3. 148.
Meritiſſimo ejus quæ volet faciemus, qui hoſce amores
Noſtros diſpulſos compulit.

Compellere & Expellere, contraria. Cic. in Piſon. 16. Me domo mea expuliſtis, Cn. Pompeium domum ſuam compuliſtis.

Domum aliquem vi & armis compellere. Cic. pro Milon. 88. Qui pluribus cædibus in foro factis, ſingulari virtute & gloria civem domum vi & armis compulit.

In unum locum compellere & congregare. Cic. 1. Invent. 2. Qui diſperſos homines in agris, & in tectis ſilveſtribus abditos, ratione quadam compulit in unum locum, & congregavit.

In lethargum compellere. i. e. Cauſam eſſe lethargi. Celſ. lib. 3. cap. 18. Aſclepiades ea ſupervacua eſſe dixit, quoniam in lethargum ſæpe compellerent. Intelligit autem Celſus decoctos papaveris cortices creare lethargum, ſi ex ea aqua ſubinde ſpongia os & caput foveantur.

In plagas compellere. Plaut. Pœn. 3. 3. 35.
Cum præda hic hodie incedet venator domum,
Canes compellunt in plagas lepide Lycum.

In ſuam ſedem compellere oſſa luxata. Celſ. lib. 8. cap. 1. i. e. Quod vulgus chirurgorum dicit, Reponere in ſuum locum.

Gregem compellere viridi hibiſco. Virg. 2. Ecl. 30. i. e. Ad hibiſcum. Servius.
Compellere, Cogere, vim facere. Plaut. Bacch. 4. 4. 4.
Callidum ſenem callidis dolis compuli, & perpuli, mihi omnia ut crederet.
Ad bellum nos compulit regni cupido. Ovid. 5. Met. 219.
Ad deditionem compellere. Curt. 9. 1. 19. Ut is quoque barbaros ad deditionem compelleret.
Ad defectionem compellere. Idem 10. 1. 45.
Ad laqueum compellere aliquem. Plin. lib. 36. cap. 5.
Ad mortem tyrannum. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Ad rapinas agmina compulimus. Lucan. lib. 7. 99.
Ad rudem compellere, apud Ciceronem in Epiſt. ad Octavium, eſt Rudis & miſſionis ſpe gladiatores congregare, ut compelli pecus dicitur quod congregatur: rude autem donati gladiatores ferro dimicare non amplius cogebantur. Significat igitur Octavianum promiſſa rude, exercitum e gladiatoribus Julianis coëgiſſe: ac intellexit veteranos, quos e coloniis evocavit Auguſtus, quod eorum aliqui gladiatores fortaſſe fuiſſent: aut etiam ad contemptum & probrum gladiatores appellavit, & ad rudem & præmia conveniſſe intelligit. Turnebus.
In anguſtias compellere, & Stoicorum dumeta orationem. Cic. 4. Acad. 112. Quum ſit enim campus, in quo exultare poſſit oratio, cur eam tantas in anguſtias, & Stoicorum dumeta compellimus?
In fauces artas terram compellere. i. e. Comprimere. Curt. 3. 1. 13.
In metum eundem compellere. Liv. 25. 29. Mercenariorum quoque militum auxilia in eundem compulere metum.
In mortem aliquem compellere. Quintil. lib. 7. cap. 4.
In ſocordiam compelli. Columel. lib. 11. cap. 1.
Injuriis compelli. Cic. 1. Fam. 9.
Compellere ſub. Ovid. 7. Epiſt. 94.

Illa dies nocuit, qua nos declive ſub antrum
Cæruleus ſubitis compulit imber aquis.

Compellere cum verbo. Ovid. 3. Faſt. 860.

Compulerant regem juſſa nefanda pati.

Compulsus, Partic. [συνωθισμένος] Cic. pro Marcell. 13. Omnes enim qui ad illa arma fato ſumus neſcio quo Reipub. miſero funeſtoque compulſi.
Rabie compulſus. Curt. 8. 8. 2.
Ventis compulſus. Virg. 1. Æn. 579.
Compulsus, ûs. m. Apul. 8. Met. p. 203. Incendio feritatis ardeſcens dentium compulſu, &c.
Compulsio, ōnis. f. Caſſiodor. 12. Epiſt. 10. Quid egit totius anni ſuſcepta compulſio?
Compulsor, ōris. m. ut, Bovis compulſor. Pallad. 7. 2.
Compulſor, etiam erat Qui fiſcalia debita exigebat. l. 9. ff. de Exactionibus: Compulſor plane non mittatur, niſi poſt diem quo ſolvi debuit, & hoc amplius menſem alterum. ab eo tempore elapſo compulſor mittatur, qui non tantum reliqua fiſcalia, ſed & pro modo culpæ multam a præſide & officio ejus, & a canonico exigat.
Dare compulſori. Ammian. 22. 8. Si compulſori quidquam dederit, ut levari debito poſſit. V. ibi Valeſ.
Compulso, āre. frequent. ut, Ore improbo compulſat & morſicat. Apul. 7. Met. p. 197.
Regna compulſare. Tertull. Apol. cap. 20.
Compulsatio, ōnis. f. Tertull. ibid. cap. 21. Compulſatio inter nos & illos eſt.
Compulsamentum, i. n. Fulgent. Mythol. 3. Sororum compulſamento percita.
Compulsoriālis, e. ut, Litteræ compulſoriales apud JCtos.
Compellūceo, [συνδιαφαίνομαι] ēre. Unde
Compellucĭdus, a, um. Plaut. Perſ. 1. 3. 16. Nihil eſt macrum, nihil e nigro compellucidum. Emendatis in codd. Macrum illud, epicrocum, pellucidum.
Compendium, i. n. [ἐπιτομή, σύνοψις, συντομία] appellamus Quod parſimonia quadam ſervamus: ſicut e contrario Diſpendium, Quod vel incuria, vel negligentia, vel immoderatione diſpendimus. Budæus. Columella, Hoc egi compendium temporis ſequens.
Compendium, quod cum compenditur una ſit. Varro de L. L. 4. 36. Senſus eſt, Æs quod una cum alio penditur, eſt compendium.
Compendium, [ὠφέλημα] Lucrum eſt temporis, pecuniæ, & operæ. Plin. lib. 17. cap. 22. Subtilitas parſimoniæ compendia invenit, quum vinea in paſtinato ſeritur, obiter ſeminarium faciendi. Cic. pro Flacc. 7. Is eſt reus avaritiæ, qui in uberrima re turpe compendium effugit.
Quæſtus & compendium. Cic. 4. Verr. 6. Illa partim mercibus ſuppeditandis cum quæſtu, compendioque dimittit.
Nanciſci compendium. Suet. Vitell. cap. 2. Cujus filius ſectionibus & cogniturис uberius compendium nactus, &c.
Servire ſuo privato compendio. Cæſ. 3. Bell. Civil. 32.
Compendium, pro Itinere abbreviato. Plin. lib. 5. cap. 5. Compendium viæ quatridui deprehenſum eſt.
Operæ compendium. Plin. lib. 17. cap. 23. Pampinari ea non eſt moris: & hoc compendium operæ eſt.
Syllabis nullum compendium eſt. Quintil. lib. 1. cap. 1. h. e. Nulla brevis eſt ratio diſcendarum ſyllabarum, ut intelligat puer quæ cum quibus litteræ jungantur. Subdit enim, Perdiſcendæ omnes.
Vitæ timidæ compendia. Stat. 2. Theb. 658.
Durum, arduumque compendium. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Addere vel ponere aliquid ad compendium. In Addo.
Conferre verba ad compendium. Plaut. Mil. 3. 1. 186.
Ductus compendio iter deſerit. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Facere compendium dictis. Plaut. Capt. 5. 2. 12.

Satis facundus: ſed fieri dictis compendium volo.

Faciam jam compendii verba multa tibi. Plaut. Bacch. 2. 2. 6. i. e. Condonabo tibi ſalutationis ambages.
Facere compendium errationis. Plaut. Rud. 1. 2. 90.

Si ad ſaxum quod capeſſit, ea deorſum cadit,
Errationis fecerit compendium.

Facere compendium pultandi. Plaut. Pſeud. 2. 2. 11.

Quiſquis es, compendium, ego te facere pultandi volo.

Monſtrare compendia brevia docendi. Quintil. lib. 1. cap. 1. i. e. Breves vias ſeu methodos.

Morari aliquem compendio. Quintil. lib. 1. cap. 4.
Eſſe compendio, pro Eſſe lucro. Africanus in l. Videlicet. D. Ex quibus cauſis majores, Videlicet ne cui officium publicum vel damno vel compendio ſit.
Compendii facere, pro Breviter dicere, uno verbo abſolvere, vel tacere. Auſonius Symmacho Epiſt. 17. non procul a fine, Hæc ad litteras tuas reſponſa ſint; cetera quæ noſcere habes, compendii faciam. Budæus. Alii legunt Compendifaciam, una voce.
Compendifacio, [κερδαίνω] ĕre. Verbum apud Plaut. Perſ. 4. 3. 2.

Nam ego hodie compendifeci duos panes in dies. Idem Moſt.

1. 1. 57. Orationis operam compendifacito. al. Compendi face. Et Compendifieri, paſſ. apud eundem Aſin. 2. 2. 41. Sunt qui diviſe ubique ſcribunt.
Compendiōsus, a, um. [λυσιτελής] Utilis. Columel. lib. 1. 4. Quod & per partes nonnunquam damnoſum eſt, in ſumma tamen fit compendioſum.
Compendioſum iter, i. e. Brevis via. Prudent. in Laurentio v. 335.
Compendiose, Adv. Compar. Sidon. 7. 10. Compendioſius intimare.
Compendialĭter, Idem. Vet. Interpr. Irenæi 3. 11. Compendialiter & ſimpliciter.
Compendiarius, a, um. [σύντομος] Adj. Brevis, quod ea quæ ſimul penduntur, celerius expediantur. Cic. 2. Off. 43. Quanquam præclare Socrates hanc viam ad gloriam proximam, & quaſi compendiariam dicebat eſſe, ſi quis ita ageret, ut qualis haberi vellet, talis eſſet.
Compendiariam, abſolute, pro Compendiaria ratione ſeu via dixit Seneca, Epiſt. 27. Hanc compendiariam excogitavit. & Epiſt. 119. pr. Ad maximas te divitias compendiariâ ducam.
Invenire compendiariam magnæ artis. Petron. cap. 2.
Compendiario, [συντόμως] Adv. vel ſubintellecto ſubſtantivo Itinere. Sen. Epiſt. 73. Te in cælum compendiario voco. [Niſi legendum Compendiaria.
Compendiatus, a, um. Tertull. adv. Marc. 4. 1. Compendiatum eſt novum teſtamentum.
Sermo compendiatus. Idem ibid. cap. 9.
Compenso, [ἀντιμείβομαι, ἀνταλλάσσομαι] āre. quaſi Simul ponderare, retribuere. Cic. pro Muren. 71. Atque hæc a nobis petunt omnia: neque ulla re alia, quæ a nobis conſequuntur, niſi opera ſua compenſari putant poſſe. i. e. quaſi Remunerari.
Bona compenſare vitiis. Hor. 1. Serm. 3. 70.
Damna diſſolvere & compenſare. Cic. 7. Verr. 33. Multa ejus in ſtipendiis damna proferentur, quæ ab ipſo ætatis fructu diſſoluta & compenſata ſunt.
Gravitate compenſare ſupplicii tarditatem. Valer. Max. lib. 1. cap. 1. ext. 3. ubi de Dionyſio tyranno, Lento enim gradu ad vindictam ſui divina procedit ira, tarditatemque ſupplicii gravitate compenſat.
Paucitatem pedum gravitatis ſuæ tarditate compenſat. Cic. in Orat. 216.
Turpitudinem Reipub. otio compenſare. Cic. 7. Att. 17. O perditum latronem, vix ullo otio compenſandam hanc Reipub. turpitudinem.
Vitium compenſare vel facultate, vel copia. Cic. in Orat.
Compenſare cum. Cic. in Piſon. 75. Sed ſit offenſus primo, nonne compenſabit cum uno verſiculo tot mea volumina laudum ſuarum?
Lætitia compenſabatur cum ſummis doloribus. Cic. 2. de Fin. 96.
Rationes ſuas compenſare cum re aliqua. Cic. 2. de Fin. 98. Rationes tuas te video compenſare cum iſtis doloribus, non memoriam corpore perceptarum voluptatum.
Voluptatem cum maximis curis & laboribus compenſare. Cic. 5. de Fin. 48.
In cauſam judicati compenſari. Ulpian. in l. Eleganter. §. Si poſt rem. D. de Condict. indeb. Retineri tamen atque compenſari in cauſam judicati, quod ob talem tranſactionem ſolutum eſt, poteſt.
Dolus compenſandus ab utraque parte. Julianus in l. Ex hoc edicto. §. Sed etſi ſtipulator. D. De eo per quem factum erit, Si & ſtipulator dolo promiſſoris, & promiſſor dolo ſtipulatoris impeditus fuerit quo minus ad judicium veniret; neutri eorum Prætor ſuccurrere debebit, ab utraque parte dolo compenſando.
Compenſare, Contrahere, abbreviare, ut annotant interpretes in Senecæ illud Hippol. 1.

Hac hac pergam, qua via longum
Compenſat iter.

Compensatus, a, um. ut, Labores compenſati gloria. Cic. 3. de Orat. 14.
Damna compenſata. Cic. 7. Verr. 33. Damna in ſtipendiis ab iſto diſſoluta, & compenſata ætatis fructu.
Compensatio, ōnis. f. [ἀντικαταλλαγή] eſt (inquit Modeſtinus) in l. prima. D. de compenſationibus, Debiti & crediti inter ſe contributio. Cic. 5. Tuſc. 95. Itaque hac uſurum compenſatione ſapientem, ut voluptatem fugiat.
Compensa, æ. f. Idem. Ruricius apud Barth. in Adverſ. 12. 14. Scripturarum compenſa.
Compensatīvus, a, um. ut, Qualitas compenſativa. Victorin. 1. Rhet.
Comperendĭno, [ἀναβάλλομαι] āre. Procraſtinare, differre in longum, & diem de die ducere. Cic. 2. Verr. 33. Tua ratio eſt, ut ſecundum binos ludos mihi reſpondere incipias: mea, ut ante primos ludos comperendinem.
Comperendinare reum. i. e. Differre ſententiam rei. Budæus, Comperendinati rei dici poſſunt in cauſis criminalibus, quos curia dimiſſos fide ſua eſſe voluit, hoc eſt quos ſuæ ipſorum cuſtodiæ commiſit, ut aut urbem carceris loco juſti habeant, aut privatam aliquam domum: ut fit interdum ex perſonarum dignitate, & genere cauſarum. Comperendinati autem ideo dici poſſunt, quia non plane abſoluti ſunt, ſed veluti vadimonio quodam obſtricti, vel quia nondum comperta ſatis crimina, vel quia nondum ſe innocentes approbaverunt. Cic. 6. Verr. 33. Videte hominis amentiam. Poſtea quam eſt comperendinatus, quum jam pro damnato, mortuoque eſſet, ludis Circenſibus mane apud Siſennam virum primarium quum eſſent triclinia ſtrata, argentumque expoſitum, & contemplari unumquodque otioſe, & conſiderare cœpit. Mirari ſtultitiam alii, &c. alii amentiam. Cui comperendinato quum tam multi teſtes dixiſſent, quicquam illorum veniret in mentem? Comperendinatum Verrem, id eſt qui in ſecundam actionem impetraverit judicium differri, Cicero damnatum invidioſe appellat, propter ingentia crimina teſtimoniaque prementia, & præjudicia ab ipſo multis rebus de ſe facta: utpote qui accuſatus repetun-

repetundarum, quod Siciliam provinciam argenteis vasis cælatisque spoliasset: tamen temperare sibi apud Sisennam nequivisset, quin cupiditatem illam præniniam cælatæ supellectilis ingenitam sibi proderet. Hactenus Budæus. Cic. 3. Verr. 26. Verum ut opinor Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus.

COMPERENDINATIO, ōnis. f. [ἀναβολὴ, ὑπερημερία] est Mutua denuntiatio (inquit Asconius in 3. contra Verrem 26.) in perendinum diem: videlicet ne alter litigatorum fugitator fortasse causari possit, quum in rem præsentem ventum est, se imparatum venisse. Cujusmodi est illa denuntiatio, qua litigatores in parlamento nostro utuntur, quum audientiam a præsidibus impetrarunt: ne alter ignorantiam excusare possit, si ex tempore respondendum sit. Hæc Budæus. Appellatur etiam apud Jureconsultos Condictio. Gell. lib. 14. cap. 2. Atque in rerum quidem diffusionibus comperendinationibusque, & aliis quibusdam legitimis in rebus ex ipsa lege Julia, & ex Sabini Masurii, & ex quorundam aliorum Jurisperitorum commentariis commoniti & adminiculati sumus.

Comperendinatio & Ampliatio sic differunt, quod in lege comperendinationis numerus actionum duarum præstitutus esset: ampliationis nullus esset certus numerus. Præterea in ampliatione judicari primo poterat: in comperendinatione non item, nisi post secundam actionem, ut in Verr. 3. diserte explicat Hotomanus. V. AMPLIATIO.

COMPERENDINĀTUS, ûs. m. [ἀναβεβλημένος] Cic. 3. Verr. 86. Adimo enim comperendinatum, quod habet lex molestissimum, bis ut causa dicatur. Ubi Asconius, Comperendinatum, inquit, pro Comperendinatione posuit. Et est sensus, Aufero vobis molestiam bis dicendi, &c. V. & de Clar. Orat. 87.

COMPERENDĪNUS, a, um. [κύριαι ἡμέραι] ut, Dies comperendini, quibus vadimonium licet dicere, inquit Macrob. 1. Saturn. cap. 16. V. Bud. in Annotat. in Pand. pag. 44. Episcop.

COMPERENDINĀTOR, ōris. m. apud JCtos, Qui novam semper causam comminiscitur, quo negotium proferat.

COMPĔRIO, ĕri, ertum, [καταλαμβάνω, πληροφοροῦμαι, φωράω] īre. a Pario compositum; significat Invenire. Ter. And. 1. 1. 63.

— item alio die
Quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilum, &c.

Horam suam genitalem comperire. Tacit. 6. Ann. 21.

Comperi certo. Ter. Eun. 5. 1. 9.
Quid ais venefica? P. atqui certo comperi.

Reperire aliquid certi & comperire. Cic. 4. Acad. 6.

Manifesto comperire & manu tenere. Cic. de Clar. Orat. 276. Quum indicia mortis se comperire manifesto & manu tenere diceret.

Ex multis audivi: nam comperisse me non audeo dicere. Cic. 5. Fam. 5.

Comperire de re aliqua. Ter. And. 1. 3. 6. Primum jam de amore hoc comperit. i. e. Certum habet Chremes Pamphilum amare Glycerium.

De eo tibi compertum erat. Sallust. in Cic.

Comperire ex. Ter. Heaut. 1. 1. 69.
Ubi comperi ex iis qui ei fuere conscii.

Comperire per aliquem. Cæs. 4. Bell. Gall. 19.

Comperire certis indiciis rem non esse vanam. Liv. 24.

Comperire testibus. Cic. pro Cluent. 192. Nihil se testibus, nihil tabulis, nihil gravi aliquo argumento comperisse, nihil denique causa cognita statuisse dicent.

Dispicere & comperire rem aliquam dicitur, Qui primus observavit. Catul. 64. 2.
Omnia qui magni dispexit lumina mundi,
Qui stellarum ortus comperit atque obitus.

Compertum est mihi, & Exploratum est mihi, idem est quod Scio per investigationem. Similiter Comperi, & Exploravi. Hæc Valla lib. 5. cap. 24.

Afferre compertum. In AFFERO.

Non bene compertum est. Lucan. lib. 2. 322.

Habere compertum de re aliqua. Cic. pro Cluent. 127. Nam ut illud afferant, nihil est quod de his duobus habuerint compertum, de ceteris comperisse.

Habere aliquid compertum. Cic. pro Font. Quum ea dicimus jurati, quæ comperta habemus, quæ ipsi vidimus. V. HABEO.

Compertum oculis. Liv. 29. 21. extr. Ad Scipionem profecti sunt, ut ea quoque, quæ vulgata sermonibus erant, de cultu ac desidia imperatoris solutaque militiæ disciplina, comperta oculis perferrent Romam. i. e. Quæ ipsi vidissent.

Compertum, id maxime radicibus prodesse. Plin. lib. 12. cap. 1.

COMPERIOR, [εὑρίσκω] īri. dep. auctore Diomede, est Ex opinione colligere, & pro explorato compertum habere. Sallust. in Jugurth. cap. 108. extr. Sed ego comperior, Bocchum magis Punica fide, quam ob ea quæ prædicabat, simul Romanos & Numidam spe pacis detinuisse. Quæ lectio hodie quoque manet integra. V. Cort. ad cap. 45. pr.

COMPERTUS, a, um. [φωραθεὶς] Partic. ut, Compertus in stupro. Suet. Tiber. cap. 35. Equiti Romano jurisjurandi gratiam fecit, ut uxorem in stupro generi compertam dimitteret, quam se nunquam repudiaturum ante juraverat. i. e. Deprehensam.

Manifesto compertum atque deprehensum facinus. In MANIFESTUS.

Cognitum & compertum habere. Cic. pro Cluent. 131. Nihil ipsos habuisse cogniti, nihil comperti.

Fine comperto Augusti. i. e. Perspecta & cognita morte Augusti. Tacit. 2. Ann. 39.

Injuria comperta. Stat. 2. Achill. 238.

Utilitas comperta. Ovid. 1. Fast. 273. al. Percepta.

Flagitii compertus homo. Tacit. 1. Ann. 3. Nam senem Augustum devinxerat adeo, &c. rudem sane bonarum artium, & robore corporis stolide ferocem, nullius tamen flagitii compertum. i. e. Quem tamen aliquod flagitium admisisse non constabat, nec compertum erat.

Stupri compertus. Liv. 22. 57. Tum quod duæ Vestales eo anno Opimia atque Floronia stupri compertæ.

Compertus, cum infinitivo apud Sueton. August. cap. 67. Proculum ex acceptissimis libertis mori coegit, compertum adulterare matronas.

Comperto, absolute. i. e. Quum compertum esset. Tacit. 4. Ann. 63. Neque dum comperto, quos illa vis perculisset. Liv. lib. 31. 39. Inde satis comperto, Eordæam petituros Romanos. Jabolenus in l. Pantonius. §. Pro hærede. D. de acquirenda hæreditate. Pro hærede gessisse filium placuit, qui moriens, comperto matrem suam intestatam decessisse, &c.

Nuntiare comperta. Tacit. 2. Ann. 12.

COMPERTE, Adv. Gell. 1. 22. Exquisite & comperte Julius Paulus dicebat.

Compar. Idem 1. 11. Qui hoc compertius memoriæ tradiderunt.

COMPERNIS, is. m. & f. dicitur, auctore Festo, Homo qui longis est pedibus, & genubus plus justo conjunctis. Nonius, Compernes, dicuntur longis pedibus. Lucil. lib. 17. Sat. Compernem, aut varam fuisse Amphitryonis ἄκοιτιν, &c. Plaut. 1. Fragm. 124. Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut petum.

COMPERPETUUS, a, um. Prudent. Apoth. v. 271.
Et comperpetuum retro patris, & patre natum.

COMPERSE, pro Compesce dixerunt antiqui. Festus.

COMPES, ĕdis. f. [πέδη, ποδοκάκη] Instrumentum quo pedes vinciri ac irretiri solent. Plaut. Capt. 3. 5. 64.
— ducite,
Ubi ponderosas, crassas capiat compedes. Ibid. 5. 4. 30. Ter. Phorm. 2. 1. 19.
Molendum usque in pistrino, vapulandum, habendæ compedes.

Catenæ ferreæ sunt, Compedes ligneæ, apud Plaut. Men. 1. 1. 9. quum scribit,
Tum compediti januam lima proterunt. Non enim id de janua vel ergastuli, vel carceris, ut quispiam prima specie putaret, dicit, sed de compedum claustro, ut inde pedes eximant. Illic quoque clavus erat, quo claudebantur, quem dicit lapide interdum excuti. Turnebus. Salmas. ex MSS. Anum legit, & de Anulo exponit.

Compedes corporis. Cic. 1. Tusc. 75. Nam qui in compedibus corporis semper fuerunt, etiam quum soluti sunt, tardius ingrediuntur.

Aureæ compedes. Curt. 5. 12. extr. Ne tamen honos regi non haberetur, aureis compedibus Darium vinciunt. Metaphorice etiam Aureæ compedes sunt Splendidæ molestiæ. V. Adag. Erasmi.

Crassæ compedes. In CRASSUS.

Decenni compede lubricum crus. Martial. lib. 9. 58.
Nec crus compede lubricum decenni.

Dura compede perustus crura. Hor. 4. Epod. 4.

Exoluta compede Saturnus. i. e. Liber & vacuus omnibus curis. Stat. 1. Silv. 6. 4. Per Saturnum, intelligit Festa Saturnalia.

Grata vinctus compede. Hor. 4. Carm. 11. 14. Per compedem Amplexus intelligit, vel potius Amoris vincula.

Nivali compede vinctus Hebrus. i. e. Astrictus glacie. Hor. 1. Epist. 3. 3.

Valida compede vinctus. Tibul. lib. 2. 6. 25.

Impingere compedes alicui. V. IMPINGO.

Tenere aliquem in compedibus. Hor. 1. Epist. 16. 77.
— in manicis, &
Compedibus sævo te sub custode tenebo.

Ex compedibus atque ergastulo. Cic. pro Rabir. 20.

Compedes, non a Pedibus dictæ, sed ab Impedimento, inquit Nonius. Varr. Prometheo, lib. 1. Ego infelix non queam vim propulsare, atque inimicum unco nequicquam sæpe æratas manus compedes conor refellere.

Compedes, Fasces laureati. Metaph. pro Impedimenta. Cic. 8. Att. 2. Age jam has compedes, fasces inquam hos laureatos ecferre ex Italia, quam molestum est? Ecferre, vetusta est orthographia, pro Efferre. Excusum tamen hodie Efferre.

Compedes, etiam Gestamina muliebria, Periscelia. Plin. lib. 33. cap. 12. Argentum succedit ex re aliquando & auro, luxu feminarum plebis, compedes sibi ex eo facientium, quas induere aureas mos tritior vetat. V. Ferrar. Analect. de Re Vest. cap. 21.

COMPĔDA, æ. f. Idem quod Compes. Varr. apud Nonium 1. 113. Linea compeda. V. ibi Scalig.

COMPĔDIO, īvi, ītum, [πεδάω] īre. Pedes ligare, & vincire. Varro Flextabulis, Domo eo intro, & pedes corrigiis compedio. Et Augustin. Epist. 39. Timeo, te rebus mortalibus perniciosissime compediri.

COMPEDĪTUS, a, um. [πεδήτης] Partic. Hinc Compediti servi sunt apud Plaut. Capt. 5. 1. 24. In lapidicinas compeditum condidi. Cato cap. 56. Compeditis, per hiemem panis pondo IIII. Senec. de Tranq. Anim. cap. 10. Cogita, compeditos primo ægre ferre onera & impedimenta crurum.

Criminum compediti. i. e. Servi peccatorum. Pet. Chrysologus Serm. 5.

COMPESCO, ui, ĕre. est, inquit Festus, Una pascere, & in uno loco ac velut in eodem pascuo continere. V. COMPASCO.

Compescere, [συστέλλω, συνέργω] Coercere, quasi intra pascua continere, nec vagari permittere. Cui opponitur Dispesco, pro Gregem diduco. Plin. lib. 14. cap. 20. E diverso crapula compesci feritatem nimiam.

Ira leonum compescitur. Ovid. 4. Trist. 6. 5.

Aliquem auro compescere, Prohibere muneribus ab instituto. Valer. 1. Argon. 338.

Aliquem compescere catenis. Ovid. 20. Epist. 85.

Aliquem compescere compedibus. Ovid. 20. Epist. 85.

Aliquem pœnis compescere. Hor. 1. Serm. 8. 31.

Animum compescere frenis, catena. Hor. 1. Epist. 2. 63.

Culpam ferro, Malum ulcus resecare. Virg. de ovibus loquens, 3. Georg. 468.
Continuo culpam ferro compesce: priusquam
Dira per incautum serpant contagia vulgus.

Curas. Ovid. Rem. Amor. 69.

Damna. Stat. 3. Silv. 3. 41.

Dextram impiam. Sen. Herc. fur. 6.

Equum celerem arcto freno. Tibul. lib. 4. 1. 91.

Famem. Sen. Hippol. 4. Excussa silvis poma compescant famem.

Fastus insanæ Veneris mero. Propert. lib. 3. 17. 3.

Flammam mero compescere. i. e. Ebrietate venerem extinguere. Ovid. 16. Epist. 229.

Flammas amoris, nefasque. Sen. Hippol. 2.

Fluctus compescere dicitur Neptunus, & dii marini. Ovid. 1. Trist. 2. 87.

Fluvium ripis compescere. Sil. lib. 3. 599.

Frondes vere novo compescere, Remorari, retardare. Valer. 6. Argon. 306.

Fugam alicujus. Claud. de Bell. Get. 315.

Furores. Ovid. 5. Trist. 6. 45. al. Timores.

Gaudia compescere lacrymis. Claud. 2. in Eutrop. 144. al. Compensare.

Gemitus. Stat. 12. Theb. 361.
Ignes compescuit igne Juppiter. i.e. Incendium fulmine sedavit. Ovid. 2. Met. 313.
Incendia. Plin. 10. Epist. 33.
Labores vino. Tibul. lib. 1. 2. 1.
Adde merum, vinoque novos compesce labores.
Labellum digito compesce, Comprime vocem. Proverbium apud Juven. 1. Sat. 160.
Lucum compescere, est Lucum suis finibus cohibere. Festus in Compescere.
Luxuriantia compescere. Hor. 2. Epist. 2. 122.
Mentem. i. e. Coercere cupiditatem. Hor. 1. Carm. 16. 22.
Minas. Sil. lib. 4. 125.
Mores rabidos. Ovid. 3. de Arte Am. 501.
Officium timor compescit. i. e. Timor in causa est quo minus libere fungar meo officio. Ovid. 3. Trist. 4. 65.
Pennas alicujus. i. e. Volatum inhibere. Ovid. 2. de Arte Am. 97.
Non potuit Minos hominis compescere pennas.
Populos tumentes compescere imperio. Plin. in Paneg. cap. 80. pr.
Querelas. Lucret. lib. 3. 967.
Ramos fluentes. Virg. 2. Georg. 370.
Risum. Hor. 2. Serm. 8. 63.
Sitim compescere unda. Ovid. 4. Met. 102.
Tristitiam. Ovid. 9. Met. 396.
Verba. Sen. Med. 3.
Vitem, Putare. Columel. lib. 4. cap. 17. Sed putatoris officium est, pedali fere spatio circa jugum, vitem compescere.
Undas remo. Lucan. lib. 1. 370.
Oceani tumidas remo compescuit undas.
Voces. Sen. OEth. 11.
Compesce in illum injuste dicere. Plaut. Bacch. 3. 3. 59.

COMPETENTER, V. post COMPETO.

COMPĔTO, īvi, ītum, [μετήημι] ĕre. est Simul petere: vel, ut auctor est Nonius, Honorem, vel conjugium, vel quidvis aliud adversus aliquem petere. Auctor de Viris Illustr. cap. 59. Et unam speciosam duobus competentibus, pater puellæ conditionem tulit, ut ei illa nuberet, qui hostis dextram retulisset.
Si villæ situs ita competit, non est dubitandum. Columel. lib. 9. cap. 5. Hoc est si ita postulare & requirere videtur.
Aliquid cum exitu alicujus competere. Tacit. 2. Hist. 50.
Competere, [συνάπτειν] pro Concurrere. Suet. in Cæs. cap. 40. Fastos correxit, jampridem vitio pontificum per intercalandi licentiam adeo turbatos, ut neque messium feriæ æstati, neque vindemiarum autumno competerent. Budæus.
Competere, pro Simul contingere seu accidere. Sen. Epist. 76. Non quærit æger medicum eloquentem, sed sanantem. si tamen ita competit, ut idem ille qui sanare potest, compte de iis quæ facienda sunt, disserat, boni consulet.
Competere, Convenire & par esse. Columel. lib. 4. cap. 10. At si cuncta competunt voto, justa est altitudo vineæ pedum quinque. Inde in rerum æstimatione, (inquit Nonius) hoc illi competit, dicimus.
Actio competit. Paulus in l. Usufructuario. D. de Usufructu & quemadmodum quis utat. Usufructuario non solum legis Aquiliæ actio competere potest: sed & servi corrupti, &c.
Competit in hanc rem. Columel. lib. 2. cap. 2. At ubi solutior humus est, aliquæ fiunt patentes, quædam etiam obcæcantur: ita ut in patentes ora hiantia cæcarum competant. h. e. Ita ut fossarum cæcarum & velut subterranearum ora pertingant, perveniantque in fossas patentes atque apertas, & ita uligo humorque agri per fossas cæcas in patentes defluat.
Competit alicui actio. Ulpianus l. si remunerandi. §. ultim. D. mandat. vel contr. Sin vero non hoc actum est, utilis ei potius actio competat, &c.
Competit in eum actio. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Repetitio competit. Pomponius in l. Si pœnæ. D. de condict. indebiti.
Competo, Convenio. Plin. lib. 2. cap. 18. Præterquam ubi recti angulorum competunt ictus. i. e. Coeunt. Budæus.
Competere, pro Compotem facere. Apuleius lib. 11. Quo me maximi voti competeret. h. e. Voti compotem faceret. Al. Compotiret. q. V.
Competere, pro Deberi. Scævola in l. Qui habebat. §. Scripti testamento. D. de Manumissis testamento, Quæro an libertates in testamento datæ competierunt. Respondit, si testator fraudandi consilium non habuisset, competere libertates.
Competo, pro In articulum temporis incurro. Suet. in August. cap. 31. Adjuravit, si cujusquam neptium suarum competeret ætas, oblaturum sefuisse eam. Budæus. [i. e. Conveniret, Congrueret.
Competere, Valere, & quasi compotem esse. Sallust. 1. Hist. pag. 953. Cort. Si vero quasi formidine attonitus, neque animo, neque auribus, aut lingua competeret. [An Compotiret?] Et Tacit. 3. Ann. 46. Inconditique ac militiæ nescii oppidani, neque oculis, neque auribus satis competebant. Item 3. Hist. 73. Dux segnis & veluti captus animi, non lingua, non auribus competere.

COMPETENS, entis. ut, Judex competens. Ulpian. in l. Quum quædam puella. D. de Jurisdictione omnium judicum, Quum quædam puella apud competentem judicem litem susceperit, &c.
Utitur Seneca. H. St.
Tribunal competens. Ulpian. in l. Sed & hæ. §. Non solum. D. de Procuratoribus.
Competentes in ecclesia veteri dicebantur, Qui secundo inter Christianos gradu censerentur, ita appellati, quod sacramentum baptismi simul peterent, ut August. Serm. 116. tradit. V. Voss. de tribus Symbolis p. 16. conf. Isidor. 7. 14.

COMPETITIO, ōnis. f. Sidon. 2. Epist. 9. Inter aleatoriarum vocum competitiones.

COMPETĪTOR, ōris. m. [μετιών] Competitores dicuntur, Qui in magistratibus, officiis, & honoribus petendis concurrunt. Cic. 1. Att. 1. Competitores qui certi esse videbantur, Galba & Antonius, & Q. Cornificius. Et 1. Off. 8. Ut cum civiliter contendimus, aliter si est inimicus, aliter si est competitor. Dicitur ut Petitor. q. V. f. l.

COMPETĪTRIX, īcis. f. [μετιοῦσα] Cic. pro Muren. 40. Nam nos quoque habuimus scenam competitricem. i. e. Competitorem ludis scenicis munificum.

COMPETENTIA, æ. f. [ἀναλογία] pro Convenientia. Gell. lib. 1. cap. 1. Comprehensa autem mensura Herculani pedis, secundum debitam membrorum omnium competentiam modificatus est. Et Idem 14. 1. Si tam parvum atque rapidum est momentum temporis, in quo homo nascens fatum accipit, ut in eodem illo puncto sub eodem circulo cæli plures simul ad eandem competentiam nasci non queant.

COMPETENTER, Adv. [μετρίως] Mediocriter. Ulpian. in l. Si cum dotem. §. necnon. D. Solut. matrim. Quatenus & filiæ & patri competenter consuletur. Paulus in l. 16. D. de testib. Qui falsa vel varia testimonia dixerunt, vel utrique parti prodiderunt, a judicibus competenter puniantur.
Superl. Appul. Apol. p. 316. Competentissime videor usus Platone.

COMPĪLO, [συλάω, ἐκσυλάω] āre. fit a Pilo, quod est Cogo, & in unum condo, inquit Festus. Alii, Pilare & Compilare a verbo Græco deducuntur Æolico πιλητὴς, id est fur, qui φιλητὴς ab Hesiodo vocatur: sed Æolum est aspirationes in tenues mutare, ut pro σφὶγξ, Dorice φὶξ, & Æolice πὶξ, unde Latinum verbum Pica & Picatus, de quibus suis locis. Compilare hæreditatem, h. e. Fraudare, diripere. Plaut. Asin. 2. 2. 6. Illic homo ædes compilavit. Cic. 1. de Nat. Deor. 87. Tot millia latrocinantur morte proposita: alii omnia quæ possunt, fana compilant. Idem 2. de Orat. 268. Hor. 1. Serm. 1. 78.
Formidare malos fures, incendia, servos,
Ne te compilent fugientes.
Ostiatim compilare. In OSTIUM.
Publica sacra compilare. Paulus in l. sacrilegi. D. ad legem Juliam pecul.
Rempub. compilare, ærarium exhaurire. Cic. in Vatin. 5.
Sapientiam compilare alicujus, per translationem. Cic. pro Muren. 25. Inventus est scriba quidam Cn. Flavius, qui cornicum oculos, confixerit, & singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit, & ab ipsis cautis Jurisconsultis eorum sapientiam compilarit.
Scrinia alicujus compilare. Hor. 1. Serm. 1. 120.

COMPILĀTUS, a, um. [σεσυλημένος] Qui furtum passus est, inquit Nonius.
Hæreditas compilata, Leg. 33. ff. de negot. gest. Hæres viri defuncti uxorem compilatæ hæreditatis postulare non debet.

COMPILATIO, ōnis. f. Cic. 2. Fam. 7. Quid? tu me hoc tibi mandasse existimas, ut mihi gladiatorum compositiones, ut vadimonia dilata & Chresti compilationem mitteres?

COMPILĀTOR, ōris. m. Spoliator. Gloss. Gr. Lat. συλητὴς, compilator. conf. Isidor. lib. 10. litt. C.

COMPINGO, ēgi, actum, [συνάπτω, συμπήγνυμι] ĕre. Componere. Cic. de Univers. 24. Alteraque natura, adjuncta materia, temperatione trium partium, proportione compacta, se ipse conservans, quum materiam mutabilem arripuisset, &c.
Componere & compingere. Cic. 3. de Fin. 74. Quid enim aut in natura, qua nihil est aptius, nihil descriptius, aut in operibus manufactis tam compositum, tamque compactum & coagmentatum inveniri potest?
Compingere solum axibus. Columel. lib. 6. cap. 19. Roboreis axibus compingitur solum. *On plancheie le sol d'ais de chesne.*
Compingere, [συνωθεῖν] Compellere, detrudere. Plaut. Men. 5. 5. 39.
Et ob eam rem in carcerem ted esse compactum scio. Auctor de Vir. Illust. cap. 1. pr. Amulius ipsam in vincula compegit. Sic,
Compingere in navem. Plaut. Milit. 2. 1. 34. Al. Conjicere.
Detrudere & compingere in pistrinum. Cic. 1. de Orat. 46. Tanquam in aliquod pistrinum detrudi & compingi videbam.
Compegerat se in Apuliam. Cic. 8. Att. 8. Picenum amiserat culpa, in Apuliam se compegerat, ibat in Græciam. Quasi, In angustias compulerat.
Compingite in oculos, Ferte in oculis. Plaut. Men. 4. 3. 17.

COMPACTUS, a, um. [συμπεπηγμένος] Partic. ut
Casa male compacta. Martial. lib. 12. 73.
Fistula compacta septem cicutis. Virg. 2. Ecl. 36. i. e. Conjuncta: ut,
Turrim, compactis trabibus quam eduxerat ipse. Servius.
Corpus compactum. Plin. lib. 7. Epist. 24. pr. Usque ad novissimam valetudinem viridis, atque etiam, ultra matronalem modum, compacto corpore & robusto. Vulgus Bene formatum vocat.
Crura compacta. Varr. 2. de Re rust. cap. 5.
Membra compacta. Lucret. lib. 5. 917.

COMPACTUM, i. n. pro Convento vel compromisso. Suet. in Jul. cap. 20. Productusque pro Rostris, auctores ex compacto nominaret.
Compactum, Structam collato in unum consilio machinationem significat, l. 3. C. de execut. rei judic. Cui belle quadrant hæc Livii ex lib. 5. cap. 11. verba, Ut multo verisimilius sit, compacto eam rem, & communi fraude patritiorum actam. V. paulo ante Ex compacto. Hoc sensu a v. COMPACISCOR verisimilius derivatur.

COMPACTIO, ōnis. f. [σύμπηξις] Cic. 5. de Fin. 33. Videamus ea, quæ terra gignit, corticibus & radicibus valida servari: quod contingit animalibus sensuum distributione, & quadam compactione membrorum. Et Vitruv. 2. 7. Spissis compactionibus solidatus.

COMPICTIO, ōnis. f. Idem. Claud. Mamert. 1. 9. Quæ ossium coitio, quæ compictio? V. Barth. & Schott. ad loc.

COMPACTŪRA, æ. f. Idem. Vitruv. 4. 7. Compactura habet laxationem.

COMPACTĬLIS, e. [συμπηκτὸς] Quod compactum est. Plin. lib. 11. cap. 18. Optimæ apes breves, variæque, & in rotunditatem compactiles. i. e. Compacto corpore.
Trabes compactiles, Vitruv. lib. 4. cap. 7. appellat, Subscudibus compactas. Et lib. 10. cap. 17. Compactiles postes.

COMPACTITIUS, a, um. Tertull. adv. Valent. cap. 31. Statim excipit compactitius ille Soter.

COMPACTIVUS, a, um. i. e. Turgidus, oppletus. ut, Venter compactivus apud Festum. V. Barth. Adverf. 41. 8.

COMPĬTUM, i. n. [σύνοδος] Idem quod Quadrivium, Locus, quem rustici simul petunt. Virg. 2. Georg. 382.
Præmiaque ingentes pagos, & compita circum. Ubi Servius, Compita, id est per quadrivia, quæ Compita appellantur, ab eo quod multæ viæ in unam confluunt; id est competunt.
Compitus, i. m. apud Varronem de Scenicis originibus lib. 3. Ubi compitus

compitus erat aliquis. Cæcilius Tyche, Ubi adjicientem compitum. Nonius, 3. 38.

Frequentia compita, i. e. Referta frequenti populo. Hor. 2. Serm. 3.26.

Pertuſa compita, i. e. Trita, conculcata, & velut perfracta. Perſ. 4. Sat 28.

Ramoſa compita, Multas vias, ceu ramos, habentia. Perſ. 5. Sat. 35.

Quumque iter ambiguum eſt, & vitæ neſcius error
Diducit trepidas ramoſa in compita mentes. i. e. Quum ignorantia modi vivendi, quæ eſt in adoleſcentia, diducit mentes adoleſcentum anxias & incertas quod genus vitæ ingredi debeant, in varias deliberationes.

Secta compita in ternas vias. Ovid. 1. Faſt. 142.

Auctionari in compitis. Cic. 2. de Lege Agrar. 7. Ut in atriis auctionariis potius, quam in triviis, aut in compitis auctionentur.

Currere circum compita. Hor. 2. Serm. 3. 281.

Velare compita verbenis. Propert. lib. 4. 3. 57.

Compita non tantum in urbe fuerunt, verumetiam in lucis ubi colebantur dii. Gratius Cyneg. 483.

Idcirco aeriis molimur compita lucis. ſed & in agris, quod Cic. 2. de Legib. 19. ſignificavit, quum ſcripſit, Lucos in agris habento, & Larum ſedes. Larum enim ſedes eſt in compitis.

Compitālis, e. Adj. Suet. Auguſt. cap. 31. Compitales Lares ornare bis anno inſtituit, vernis floribus & æſtivis.

Neque enim ædibus tantum ac focis, ſed viis publicis etiam præeſſe credebantur. Unde Viales Lares, Plaut. Merc. 5. 2. 24. —Invoco
Vos, Lares viales, ut me bene juvetis.

Compitalia, orum. n. Feſta quæ in compitis peragebantur, inquit Feſtus: quæque Conſules vel Prætores pro arbitrio indicebant. Hinc Compitalitius dies, In quo hujuſmodi feſta peragebantur. Varro de L. L. 5. 3. auctor eſt, Compitalia eſſe, dies attributos Laribus. Cato cap. 5. Rem divinam niſi compitalibus in compito aut in foco ne faciat. Chariſ. lib. 1. Neutra ſemper pluralia, hæc arma, hæc compitalia, id eſt, ubi eos qui peregre moriuntur, colunt. Parentarium dicitur.

Compitalitius, a, um. aliud Adj. ut, Compitalitius dies. Cic. 7. Att. 7. Ego, quoniam IIII Non. Januar. compitalitius dies eſt, nolo eo die in Albanum venire moleſtus familiæ.

Ambulationes compitalitiæ. Cic. 2. Att. 3. Sed hoc ambulationibus compitalitiis reſervemus.

Ludi compitalitii. Cic. in Piſon. 8. Cujus fuit initium ludi compitalitii, &c.

Compitalitii ludi Laribus, quos bis in anno vernis æſtiviſque floribus ornabant, dicati erant, de quibus hæc Macrobius prim. Saturn. cap. 7. Reſtituti ſcilicet a Tarquinio Superbo (Compitalitii ludi) Laribus ac Maniæ, ex reſponſo Apollinis: quo præceptum eſt, ut pro capitibus capitibus ſupplicaretur, idque aliquandiu obſervatum, ut pro familiarium ſoſpitate, pueri mactarenter Maniæ deæ, matri Larum, quod ſacrificii genus Jun. Brutus COS. Tarquinio pulſo, aliter conſtituit celebrandum. Nam capitibus allii & papaveris ſupplicari juſſit, ut reſponſo Apollinis ſatisfieret de nomine capitum, remoto ſcilicet ſcelere infauſtæ ſacrificationis: factumque eſt, ut effigies Maniæ ſuſpenſæ pro ſingulorum foribus, periculum ſi quod immineret familiis, expiarent: ludoſque ipſos ex viis compitorum, in quibus agitabantur, Compitalia appellitaverunt. Hactenus Macrobius.

Compitalia & ludi compitalitii fiebant a magiſtris vicorum, ut oſtendit in Piſonem 8. Aſconius. Hinc quum magiſtrum dicit Calpurnius, Ecl. 4. 125. vici intelligere debemus, ruſtici tamen tum, non urbani: ſic enim ait,

Ut quoque turba boni plaudat ſaginata magiſtri,
Qui facit egregios ad pervia compita ludos. Ex Turnebo 21. 3.

Compitalitia, orum. n. Idem ac Compitalia. Cic. in Piſon. 8. Tu, quum in Calendas Januarias compitalitiorum dies incidiſſent, &c. Al. Compitaliorum. [Sed perperam. Subauditur enim Ludorum. V. Aſcon.

Complăceo, ui, itum, [ἀρέσκω, εὐδοκέω] ēre. Idem quod Bene vel Vehementer placere. Ter. And. 4. 1. 22.

— Poſtquam me amare dixi, complacita eſt tibi.

Complacitum eſt. Plaut. Amph. prol. 106.

Conſilium complacitum eſt & acceptum. Gell. lib. 18. cap. 3.

Proprie, Pluribus una placere, ex compacto & conventione placere & approbari. Gell. 17. 9. Quænam vero (littera) ante iis complacebat.

Complacĭtus, a, um. ut, Formoſitas complacita. Apul. 4. Met. 157. Quamvis gentibus totis complacitam odiſſe formoſitatem.

Pratum complacitum. Nemeſian. Cyneg. v. 12.

Complāco, [ἐξιλάσκω] āre. Idem quod Placare. Tyro apud Gell. lib. 7. cap. 3. In principiis autem, inquit, patroni, qui pro reis dicunt, conciliare ſibi & complacare judices debent.

Complāno, [ὁμαλύνω] āre. Idem ſignificat quod Planare. Cato cap. 151. Id bene tabula, aut manibus, aut pedibus complanato.

Domum complanare alicujus, pro Deſtruere, & ſolo æquare. Cic. pro Domo 101. Sp. Melii regnum appetentis domus eſt complanata.

Locum complanare. Ulpianus in l. Apud Trebatium. D. de aqua pluv. arcend.

Opus complanare, Perficere, extremam manum operi imponere. Hirt. Bell. Alex. cap. 63. de Operibus munitionum, quæ complanari noviſſime ſolent.

Complanātus, a, um. ut, Complanata foſſuris montium juga. Suet. Calig. cap. 37.

Complanatio, ōnis. f. ut, Sub exiguo oneris tumulo & complanatione exſpirare. Sen. Nat. Quæſt. 8. 1.

Complanator, ōris. m. Apul. Apol. p. 277. (ed. Elmenh.) Pulviſculus complanator tumidulæ gingivulæ.

Complanto, āre. Vet. Gloſſ. Complanto, φυτεύω, καταφυτεύω.

Complantātus, a, um. Ambroſ. Epiſt. 42. ſub fin. Complantatus virtutibus. V. & Vulg. Interpr. ad Rom. cap. 6. 5.

Complantatio, ōnis. f. Vet. Gloſſ.

Complatonicus, i. m. Platonis cum alio ſectarius. Sidon. 4. Epiſt. 11. A Collegio Complatonicorum ſolo habitu ac fide diſſociebatur.

Complaudo, ſi, ſum, [ἐπικροτέω] ĕre. Plauſu certatim comprobare. Cic. de Amicit. 24. Stantes complaudebant in re ficta. h. e. Favebant, ut ſpectatores in theatro ſolebant. Quædam vero exemplaria legunt Plaudebant.

Complodo, ſi, ſum, [συγκροτέω] ĕre. Idem, etſi al. diſtinguunt. Adverſas manus invicem collidere: quod fieri pluribus de cauſis ſolet: vel ad teſtificandum more feminarum dolorem: vel præ gaudio, vel per ſubitam admirationem, vel ſi quæ ſunt aliæ cauſæ. Hæc Valla, lib. 5. cap. 9. Quintil. lib. 11. cap. 3. Complodere manus, ſcenicum eſt, & pectus cædere.

Comploſus, a, um. ut, Comploſæ ſæpius manus. Sen. lib. 1. de Ira.

Complector, ĕris, exus ſum, [συμπλέκομαι, ἀμφιπαλύπτω, περιέχω] ecti. Simul vel totum brachiis vel alia quavis re includere. Ter. And. 1. 1. 106. Accurrit: mediam mulierem complectitur.

Floribus & umbra dulci eum complectitur amaracus. Virg. 1. Æn. 698.

Dextram complecti alicujus. Virg. 8. Æn. 558.

Gremio aliquid complecti. Virg. 5. Æn. 31.

Hoſtem hoſtis complectitur. Lucan. lib. 3. 694. i. e. Complexu forti tenet.

Membra alicujus lacertis complecti. Ovid. 10. Met. 407.

Omnia nexu complecti. Lucan. lib. 4. 189.

Nunc ades æterno complectens omnia nexu,
O rerum miſtique ſalus Concordia mundi.

Pedes alicujus. Lucan. lib. 10. 89.

Puellam arctius. Cic. 1. de Divin. 103.

Quicquid vitis ſuis claviculis eſt nacta, complectitur. Cic. de Senect. 52.

Sinu complecti. Columel. lib. 8. cap. 17.

Somnus complexus eſt me. In SOMNUS.

Stellas vi ſua complectitur natura ætheris. Cic. 2. de Nat. Deor. 5.

Nos inter nos ſumus complexi. Cic. 1. de Divin. 103.

Cogitatione complecti abſentem. Cic. 3. Fam. 11. Complexus igitur ſum cogitatione te abſentem.

Animo complecti. [περιλαμβάνειν τῷ νῷ, περιέχειν τῷ νῷ] Cic. de Senect. 15. Etenim quum complector animo, quatuor cauſas reperio, &c.

Animo rei magnitudinem complecti. Cic. 1. de Orat. 19.

Carmine aliquid complecti. Quintil. lib. 3. cap. 1.

Cogitatione. Cic. 1. Tuſc. 50. Certe & deum ipſum, & divinum animum corpore liberatum, cogitatione complecti non poſſumus.

Memoria. Cic. 2. de Divin. 146. Quomodo igitur hæc infinita & ſemper nova, aut memoria complecti, aut obſervando notare poſſumus?

Mente aliquid. Cic. 2. de Fin. 112.

Numero quodam ſententiam. Cic. 3. de Orat. 173.

Oratione complecti non poſſum magnitudinem beneficii tui. Cic. ad Quir. poſt red. 6. Nam quum in ipſo beneficio veſtro tanta magnitudo eſt, ut eam complecti oratione non poſſim.

Verbo uno omnia. Cic. 5. de Fin. 26.

Verbis complectitur quod vult. i. e. Satis facundus eſt, ut quod vult enuntiet commode. Cic. 1. de Fin. 15.

Verbis ſententiam aliquam. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Aſtra complexus eſt, Verſatur in cælis. Sen. Octav. v. 477.

Sic ille patriæ primus Auguſtus parens
Complexus aſtra eſt, colitur & templis deus.

Conſenſum complecti alterius, & tenere, & in dies augere. Plin. in Paneg. cap. 95. pr. Vos proxime deſtinationem Conſulatus mei his acclamationibus approbaviſtis, ut intelligam etiam atque etiam enitendum mihi, ut hunc conſenſum veſtrum complectar, & teneam, & in dies augeam. i. e. Ut vobis aſſentiar & faveam.

Preces complecti, i. e. Preces concipere, ſive precari. Ovid. 10. Met. 483.

Effigiem alicujus in auro complecti. Ovid. 1. Triſt. 6. 7.

Juſtum, pium, religioſum, ceteraque his ſimilia honeſto complectimur. Quintil. lib. 2. cap. 4. i. e. Honeſti nomine comprehendimus.

Omnes omnium caritates patria una complexa eſt. Cic. 1. Off. 57.

Stadia complecti. Curt. 5. 1. 26. Totius operis ambitus CCCLXVIII ſtadia complectitur. i. e. Comprehendit, continet.

Complecti intra ſe. Plin. lib. 18. cap. 29. Intra ſe meſſes, vindemiaſque & omnium maturitatem complexæ.

Complecti aliquid, pro Tractare, & deſcribere paucis, ut Omnem rerum memoriam breviter & perdiligenter libro complecti. Cic. de Clar. Orat. 14.

Complecti aliquem, pro Amare, tueri, defendere, & officiorum exhibitione demereri. Cic. 2. Fam. 5. De ipſo T. Annio tantum tibi polliceor, te majoris animi, gravitatis, conſtantiæ, benevolentiæque erga te, ſi complecti hominem volueris, habiturum eſſe neminem.

Viros ampliſſimos ad ſuum ſcelus complecti. Cic. in Piſon. 75.

Complecti & oſculari aliquem. Cic. 16. Att. 5.

Amore complecti aliquem. Claud. in Laud. Seren. 132.

Beneficio aliquem. Cic. pro Planc. 82.

Benevolentia aliquem complecti. Cic. 6. Fam. 14.

Caritate aliquem complecti. Liv. 7. 40. pr. Corvinus omnes caritate cives, præcipue milites, & ante alios ſuum exercitum complexus.

Se concordi quadam amicitia & caritate complectitur mundus. Cic. de Univerſ. 13.

Comitate aliquem. Cic. 7. Fam. 5.

Familiaritate arcta complecti. Plin. 3. Epiſt. 11. ad Geniterem.

Sic Complecti arcta propinquitate, apud eundem Plinium. Vide PROPINQUITAS. H. St.

Jure æquo aliquem complecti. Tacit. 2. Ann. 82.

Studiis omnibus, laboribus, vitæ periculis complecti aliquem. Cic. in Piſon. 74.

Ex litteris alicujus complecti aliquem. Cic. 12. Fam. 5.

Cum ſua ſalute complecti aliquem. Cic. pro Planc. 99.

Da te homini, complectetur, crede mihi. Cic. 2. Fam. 7.

Artes bona fide complecti ingenuas. Ovid. 1. de Pont. 6. 9.

Bonitatem inuſitatam complecti & augere. Cic. pro Rabir. Poſth.

Philoſophiam complecti. Cic. de Clar. Orat. 322. Cic. 1. Tuſc. 5. At contra oratorem celeriter complexi ſumus: nec eum, &c. i. e. Eloquentiæ ſtudium amplecti cœpimus.

Vitam beatam complecti. Cic. 3. de Fin. 45.

Complecto, ĕre. active apud veteres. Pomponius Fullonibus, Quin ergo, quando convenit, complectite. Mi frater ſalve, ô ſoror ſalve me[i]. Nonius 7. 39. Et Vitruv. 10. 6. Scapos quatuor complectit & compegi[t].

Complector, paſſive etiam legitur. Scævola in l. Si ſic ſtipulatus ſim. D. de Verborum obligationibus, Nam ſicut & ipſius & hæredis caput, ita ipſius vis vel ſæpius facta complectitur, ut condemnetur quanti intereſt. & Cic. apud Priſcian. p. 793.

Complectens, entis. [περιέχων] Partic. Cic. 4. Acad. 118. Perficies, ut ego iſta innumerabilia complectens, nuſquam labar, nihil opiner? Et Catull. 65. 307. — corpus complectens undique veſtis.

Com-

Complexus, a, um. [περιβεβλημένος] Partic. paff. Cic. pro Rofc. Amer 37. Quo uno maleficio fcelera omnia complexa effe videantur.
Complexus cum Alcmena cubat. Plaut. Amph. 1. 1. 134.
Res altera alteri complexa dicitur, apud Senec. 1. Nat. Quæft. 1. pro Implicita, Videbimus an certus rerum ordo ducatur, & alia aliis ita complexa fint, ut quod antecedit, fequentium fit vel caufa vel fignum.

Complexus, [περιπεπλεγμένος] Partic. activ. ut, Maritum complexa, telo incubuit. Ovid. 12. Met. 428.
Nepotes centum complexa, dicitur Magni generis procreatrix. de Cybele matre deorum, Virg. 6. Æn. 786.

Læta deûm partu centum complexa nepotes.

Puerum gremio complexa fovebat. Stat. 2. Silv. 1. 121.
Oceanus vagis complexus undis. Sen. Hippol. 12. 2.
Inter fe complexi. Virg. 5. Æn. 766. Ubi tamen deponentialis etiam fignificatio locum habere poteft. Sic & Lucret. 2. 153.

Nec fingillatim corpufcula quæque vaporis,
Sed complexa meant inter fe, &c.

V. Goclen. in Problem. Gramm. 2. 79.

Complexio, onis. f. [σύμπλεξις, συμπλοκή] Idem quod Complexus.
Complexiones, copulationes, & adhæfiones. Cic. 1. de Fin. 19.
Brevis complexio totius negotii. Cic. 1. de Invent. 67.
Complexio, pro Ambitu fententiæ & periodo. Cic. in Orat. 85. Nec acervatim multa frequentans, una complexione devinciet. Budæus.
Longiffima eft igitur complexio verborum, quæ volvi uno fpiritu poteft. Cic. 3. de Orat. 179.
Oratoriam complexionem Cic. fic definit, lib. 1. de Invent. 45. Complexio eft, in qua utrum concefferis, reprehenditur, ad hunc modum: Si improbus eft, cur uteris? fin probus, cur accufas? Hic pro Conclufione dixit Complexionem.
Inferre aliquid in complexionem. Cic. 1. de Invent. 72.
Superfederi complexione poffe nonnunquam. Cic. 1. de Invent. 72.
Complexionem vocat etiam Quintilianus Conclufionem in argumento, lib. 5. cap. ult. Epichirematum quatuor & quinque, fex etiam factæ funt partes a quibufdam. Cic. quinque maxime defendit, ut fit propofitio, deinde ratio ejus: tum affumptio & ejus probatio, quinta complexio.
Conficitur complexio ex propofitione & affumptione. Cic. 1. de Invent. 63.
Infirmare complexionem. Cic. 1. de Invent. 87. Hic quum concefferis propofitionem & affumptionem, complexio eft infirmanda.
Complexio, pro Bono corporis habitu. Firmic. lib. 5. cap. 9. In Tauro fi Luna fuerit inventa, quicunque fic eam habuerint, erunt tranquilli, quieti, alacres, bonæ complexionis, & qui a populo maxime diligantur.
Vide Pontan. in Ægidio Dial. 322. H. St.

Complexus, ûs. m. [περιβολή] Cic. pro Font. 6. Num etiam de matris hunc complexu, lectiffimæ miferrimæque feminæ, vobis infpectantibus, avellet atque abftrahet?
Complexus & ofculatio. Cic. pro Cœl. 49.
De complexu ejus ac finu. Cic. 2. in Catil. 22. Subaudi, Genus hominum.
Arcti complexus. Lucan. lib. 8. 723.
Avidus complexus. Lucret. lib. 2. 1065.
Femineus complexus. Martial. lib. 11. 79. ad Victorem.
Mollis. Aufon. in Centone nuptiali, Idyl. 13.

Ille ubi complexu molli fovet.

Nexilis. Martian. Capell. Donec nexili complexu circumventos ftrangularet.
Tenax. Ovid. 4. Met. 377.
Villofi complexus urfi. Stat. 6. Theb. 866.
Abripere a complexu, vel ex complexu. In ABRIPIO.
Abftrahere de complexu. In ABSTRAHO.
Accipere complexum. In ACCIPIO.
Ambire aliquem complexibus. Ovid. 12. Met. 328.
Arcere hominem complexibus alicujus. Virg. 5. Æn. 742.
Avellere & abftrahere filium a complexu matris. Cic. pro Font. 6.
Avulfum effe complexu alicujus. Virg. 4. Æn. 616.
Coercet & continet omnia complexu fuo mundus. Cic. 2. de Nat. Deor. 58.
Currere ad complexum & ofculum alicujus. Cic. 12. Att. 1.
Dare complexus alicui. Ovid. 10. Met. 388.
Dimittere e complexu aliquem. Cic. 1. Q. frat. 3.
Diftrahere aliquem a complexu fuorum. Cic. pro Domo 98.
Fovere artus alicujus complexu. Claud. de Bello Gildon. 229.
Implere lætis complexibus aliquem. Stat. 10. Theb. 458.

— lætifque fuos complexibus implent.

Implicari in complexum alicujus. Catul. 59. 108.
Jungi venereo complexu. Cic. 2. de Divin. 143.
Luctari complexu. Plin. lib. 9. cap. 30.
Pendere alicujus complexu colloque. Virg. 1. Æn. 719.
Recipere finu complexuque aliquem. Cic. 3. Philipp. 9.
Reddere expetitos complexus. Sen. Thyeft. 6.
Retinere vi & complexu aliquem. Cic. pro Planc. 100.
Tenere complexu aliquem. Virg. 8. Æn. 583.
Tepefacit femen vapore, & complexu fuo diffundit terra. Cic. de Senect. 51. Al. Compreffu.
Trucidare in complexu liberorum & conjugum aliquos. Cic. pro Flacco 95.
Venire in finum & complexum alicujus. Cic. 2. Philipp. 60.
Complexus fæpe apud Fabium, pro Comprehenfione & circumftantia, ut lib. 4. cap. 4. Sunt hæ citra complexum perfonarum, temporum, caufarum.
Complexu totius gentis humanæ, i. e. Cum toto genere humano, cum univerfis hominibus. Cic. 5. de Fin. 65. Serpit fenfim foras cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitiis, poft, vicinitatibus cum civibus, & iis qui publice focii atque amici funt, deinde totius complexu gentis humanæ. i. e. Amóre quo in univerfum omnes homines diligimus atque complectimur.
Collocutiones familiariffimæ, complexufque fummæ benevolentiæ. Cic. 11. Philipp. 5.

Complexim, Adv. Plaut. Pœn. 3. 3. 84. Complexim contrectare mulierem.

Complexo, āre. Idem quod Complector, Corippus 1. 114.

Portum, quem geminæ complexant brachia ripæ.

Complexātus, a, um. Apul. 10. Met. p. 249. Artiffime complexatum me totum prorfus recepit.

Complexīvus, a, um. Copulativus. Gell. 10. 29. Particula Atque non tantum complexiva, fed vim habet plufculam.

Compleo, ēvi, ētum, [ἀναπληρόω, συμπληρόω, συναναπλήθω] ēre. Notæ fignificationis. Cæf. 5. Bell. Gall. cap. 39. Caftra oppugnant, foffam complent.
Orbem complet gloria. Ovid. 12. Met. 618.
Complere ufque ad fummum. Columel. de Arbor. cap. 4.
Aures complet fonus. Cic. in Somn. Scip. 1. Quis hic inquam, quis eft qui complet aures meas tantus & tam dulcis fonus? Sic, Liv. 5. 21. Clamor omnia, variis terrentium ac paventium vocibus, mifto mulierum ac puerorum ploratu, complet.
Æquora fremitu complere. Propert. lib. 2. 16. 37.
Atria ululatibus. Ovid. 5. Met. 153.
Auras ululatibus. Ovid. 6. Faft. 513.
Aures fermonibus. Claud. Conf. Prob. & Olyb. 31.
Cælum clamore. Sen. OEth. 7.
Cornua lunæ fe lumine complent. Virg. 3. Æn. 645. Ubi Servius, Ideo fe cornua Lunæ complent (inquit) quia fuum non habet lumen, fed accipit a Sole. [Inepte, more fuo, argutias quærens. Periphrafis poëtica eft plenilunii. V. paulo infra Orbem luna complet.
Forum plangore & lamentatione. Cic. in Orat. 131.
Hominem complere bona fpe. Cæf. 2. Bell. Civil. 4.
Horrea meffibus. Lucan. lib. 3. 66.
Litora complentur bello, Ad litora committitur prælium. Valer. 8. Argon. 138.
Litora læto complerant cœtu. Virg. 5. Æn. 107.
Locum aliquem complere dicitur, Quæ locum occupat ingens multitudo. Virg. 3. Æn. 71.
Locum magno agmine complere. Virg. 6. Æn. 712.
Loca late milite complent. i. e. Militibus. Virg. 2. Æn. 495.
Locum querelis. Lucret. lib. 2. 358.
Loca vagitu. Lucret. lib. 5. 227.
Mœnia ingenti clamore. Virg. 9. Æn. 39.
Nemus voce. Hor. Epod. 6. 9.
Sedilia. Claud. 1. in Eutrop. 470.
Sedilia fpiffa flatu. Hor. in Arte Poet. 205. i. e. Inflatarum tibiarum fono.
Sidera & manes & undas fcelere complevi meo. Sen. Hippol. v. 1211.
Spatium antri vox complet. Lucan. lib. 5. 154.
Terras larga luce Sol complet. Cic. 2. de Nat. Deor. 49.
Luftrat & complet fua luce cuncta Sol. Cic. de Somn. Scip. 10.
Terræ feminibus ejufdem generis ftirpium renovatione complentur. Cic. 2. de Nat. Deor. 127.
Coronis & floribus aliquem complere. Cic. 6. Verr. 107.
Clamoribus omnia. Lucret. lib. 4. 1011.
Commodis corporis vitam beatam. Cic. 3. de Finib. 43.
Voluptate animus completur. Cic. 4. Acad. 125.
Complevit annos centum, i. e. Vixit. Cic. de Senect. 13.
Complere atque ad exitum perducere aliquid. Cic. 2. de Invent. 169.
Fletu complere omnia. Cæf. 5. Bell. Gall. 33.
Odore corporis complere omnia, vini atque unguenti. Cic. 5. Verr. 31.
Complere convivium vicinorum, h. e. Adire ordine cœnas omnium vicinorum. Cic. de Senect. 46. Quæ quidem in Sabinis perfequi foleo, conviviumque vicinorum quotidie compleo.
Fata fua compleviffe dicitur, Qui moritur, vel mortuus eft. Ovid. 4. Trift. 10. 77.

Et jam complerat genitor fua fata.

Orbem luna complevit. Tibul. lib. 2. 4. 18.
Orbis annuus exactis completur menfibus. Virg. 5. Æn. 46.
Paginam complere. Cic. 13. Att. 34. Etenim hæc decantata erat fabula, fed complere paginam volui.
Promiffum. Cic. 5. Verr. 116. Ut hac ipfa ratione fummam mei promiffi compleam. i. e. Præftem quod promifi.
Seculum complere vitæ. i. e. Centum annos ætatis fuæ peragere. Ovid. 15. Met. 395. de Phœnice ave.
Summam. Cic. pro Flacc. 32. conf. Promiffum.
Tempus complere. Ovid. 3. Met. 312.

— maternaque tempora complet.

Tempora venter maturus fua complevit. Ovid. 11. Met. 311.

Ut fua maturus complevit tempora venter,
Alipedis de ftirpe dei verfuta propago
Nafcitur Autolycus.

Tempora fua compleviffe. i. e. Mortuum effe. Ovid. 15. Met. 816.
Tempora debita Parcæ complerant. Virg. 9. Æn. 108.
Tres complere, i. e. Tantum præftare, quantum tres alii. Claud. de Bell. Get. 143.

Unus in hoc Stilico diverfis artibus hofte
Tres potuit complere duces, fregitque furentem
Cunctando: vicitque manu: victumque relegat.

al. legunt Superare duces.
Complere cum genitivo: ut, Complere aliquem flagitii & formidinis. Plaut. Men. 5. 5. 3.

Parafitus, qui me complevit flagitii & formidinis.

Complevit illos erroris & dementiæ. Plaut. Amph. 1. 2. 9.

Erroris ambo ego illos & dementiæ
Complebo, atque omnem Amphitruonis familiam.

Complētus, a, um. [συμπεπληρωμένος] Partic. Cic. 4. Acad. 125. Tune aut inane quicquam putes effe, quum ita completa & conferta fint omnia, &c.
Ambitus perfectus completufque verborum. Cic. in Orat. 168.
Cælum humano genere completum. Cic. 1. Tufc. 28.
Domus completa, pro Plena. Cic. 1. Att. 15.
Legio completa per maniplos. Sil. lib. 8. 119.
Mundus multitudine confentientium completus. Cic. 2. de Divin. 119.

Complete, Adv. Compar. Gell. 1. 7. Illud enim fic compofitum jucundius ad aurem completiufque, &c. Alii legunt Complexiufque.

Completio, ōnis. f. Feftus, Igitur, nunc quidem, pro completionis fignificatione valet, quæ eft Ergo. [Malim Complexionis. Huic enim fervit utraque particula. V. COMPLEXIO.
Prophetiæ completio. Auguftin. Epift. 161.

Complētor, ōris. m. Qui complet. Juvencus in Matth. cap. 12. Legum completor Jefus.

Cᴏᴍᴘʟᴇᴛᴏʀɪᴜᴍ, i. n. Officium erat eccleſiaſticum, quod diurna officia complebat, nempe preces dicendæ ſub noctis initium. Hinc Completorii hora, apud Auguſtinum. V. Macri Hierolex. & Cang. Gloſſ. med. Lat.

Cᴏᴍᴘʟᴇᴍᴇɴᴛᴜᴍ, i. n. [ἀναπλήρωσις] Cic. in Orat. 230. Inculcata reperias inania quædam verba, quaſi complementa numerorum. *Remplages, ou Rempliſſages.* Budæus.
Accuſationum omnium complementum. Tacit. 3. Ann. 38.

Cᴏᴍᴘʟᴇx, V. ᴄᴏᴍᴘʟɪᴄᴏ.

Cᴏᴍᴘʟᴇxɪᴏ, Cᴏᴍᴘʟᴇxᴜs. V. ᴄᴏᴍᴘʟᴇᴄᴛᴏʀ.

Cᴏᴍᴘʟĭᴄᴏ, ui & āvi, ĭtum & ātum, [συμπλέκω] āre. Notum. Plaut. Rud. 4. 3. 1. Dum hanc tibi rudentem, quam trahis, complico.
Epiſtolam complicare. Cic. 12. Att. 1. Quum complicarem hanc epiſtolam, noctuabundus, &c.

Cᴏᴍᴘʟɪᴄāᴛᴜs, & Cᴏᴍᴘʟɪᴄɪᴛᴜs, a, um. Cic. 3. Off. 76. Si quis voluerit animi ſui complicatam notionem evolvere.
Pedes compliciti. Apul. 9. Met. p. 236.

Cᴏᴍᴘʟᴇx, ĭcis. Iſidor. Orig. 10. litt. C. Complex, qui uno peccato vel crimine, alteri eſt applicatus ad malum.
Criminis complices exſtiterunt. Caſſiod. Var. 9.
Sectæ impiæ complices. Prudent. in Romano v. 822. V. etiam Idem Hamart. v. 614. & Arnob. lib. 3. p. 123.

Cᴏᴍᴘʟᴏᴅᴏ, Cᴏᴍᴘʟᴏsᴜs, V. ᴄᴏᴍᴘʟᴀᴜᴅᴏ.

Cᴏᴍᴘʟōʀᴏ, [κατακλαίω, ὀλοφύρομαι] āre. Simul plorare. Liv. 5. 39. Complorati omnes pariter vivi, mortuique, totam prope urbem lamentis impleverunt.
Fortunam complorare. Quintil. Decl. 16.
Mortem. Cic. pro Domo 98. Videre prætextatos inimicos, nondum morte complorata, arbitria petentes funeris.
Penates complorare. Ovid. 1. Triſt. 3. 95. Se. Ibid.

Cᴏᴍᴘʟᴏʀᴀᴛɪᴏ, ōnis. f. [ὀλόφυρσις] i. e. Lamentatio. Liv. 26. Comploratio eorum, flebileſque voces.
Lamentabilis comploratio. V. ʟᴀᴍᴇɴᴛᴏʀ.
Mulierum comploratio. Liv. 3. 47.
Edere comploratiönem. Juſtin. 11. 9. Invicem ſe amplexæ velut ſtatim morituræ, comploratiönem ediderunt.

Cᴏᴍᴘʟᴏʀāᴛᴜs, ûs. m. [ὀλοφυρμὸς] ut, Comploratu juſto proſequi mortuos. Liv. 25. 26.
Comploratus familiarum coercere. Liv. 2. [Niſi error eſt.

Cᴏᴍᴘʟᴜᴏ, ĕre. Auguſt. de Geneſi contra Manich. 1. 23. Aquæ, quibus Noe compluebatur. Hinc

Cᴏᴍᴘʟūᴛᴜs, a, um. Partic. Solinus cap. 15. de gruibus, Quum trans medium alveum adventaſſe ſe ſciunt, ſcrupulorum ſarcina pedes liberant: ita nautæ prodiderunt, compluti ſæpe ex illo caſu imbre ſaxatili.

Cᴏᴍᴘʟᴜᴠɪᴜs, a, um. Adj. Varro 1. de R. R. cap. 13. Una, ut interius, compluvium habeat lacum, ubi aqua ſaliat, qui intra ſtylobatas quum venit, ſit ſemipiſcina.

Cᴏᴍᴘʟᴜᴠɪᴜᴍ, i. n. [σύῤῥοια, σύῤῥους] eſt (inquit Feſtus) Quo de diverſis tectis aqua pluvialis confluit in eundem locum. Varro de L. L. lib. 4. 33. Cavum ædium dictum, qui locus tectus intra parietem relinquebatur patulus, qui eſſet ad communem omnium uſum. In hoc locus ſi nullus relictus erat, ſub divo qui eſſet, dicebatur teſtudo a teſtudinis ſimilitudine, ut eſt in prætorio in caſtris. Si relictum erat in medio, ut lucem caperet, deorſum, quo impluebat, impluvium dictum: & ſurſum, qua compluebat, compluvium; utrumque a pluvia. Aſcon. in 3. Verr. 61. Impluvium, inquit, locus ſine tecto in ædibus, quo impluere imber in domum poſſit. Ceterum quamvis ex Varrone intelligamus & vere Compluvium, ſuperiorem partem eſſe; Inferiorem, impluvium: tamen in Vitruvio etiam Compluvium eſt Ea pars tecti in cavædio, quæ pluviam dejicit. Sic enim ſcribit 6. 3. In Corinthiis iiſdem rationibus trabes & compluvia collocantur. Id enim dicit de Excurrente parte tecti, & aſſeribus longius projectis. Iterum ibid. Quod compluvia eorum erecta non obſtant luminibus tricliniorum, Compluvia vocat hic, Extra parietem non exeuntia, ideoque luminibus non officientia. [Diſpiciat lector.
In compluvium transferre. Suet. in Auguſt. cap. 92. Enatam inter juncturas lapidum ante domum ſuam palmam, in compluvium deorum penatium tranſtulit.

Cᴏᴍᴘʟᴜᴠɪāᴛᴜs, a, um. Adj. ut, Compluviata vinea. Plin. lib. 17. cap. 21. extr. Compluviata copioſior vino eſt, dicta a cavis ædium compluviis. Varro 1. de R. R. cap. 8.

Cᴏᴍᴘʟūʀᴇs, & Complura, vel Compluria. caret ſingulari, [πλέονες, συχνοὶ] Idem eſt quod Multi: Et eſt poſitivi gradus, non comparativi: Gell. lib. 5. cap. 21. ubi etiam ſcribit dixiſſe veteres Compluria, per i ante a, & Complura. Cæſ. 8. Bell. Gall. cap. 48. Quod ubi accidit, complures hoſtium magno noſtrorum impetu pulſi vulnerantur.
Complures Græcis inſtitutionibus eruditi. Cic. 1. de Nat. Deor. 8.
Complures alii. Hor. 1. Serm. 10. 87.
Conſules complures in perturbatione Reipub. Cic. 10. Fam. 6.
Dies complures cum aliquo verſari. Cic. 2. Fam. 6.
Tonſoribus compluribus ſimul operam daret. Suet. Aug. cap. 79. pr.
Vulcani complures. Cic. 3. de Nat. Deor. 55.
Sed tamen ego quidem me ſuſtinui, multa minui, multa ſuſtuli, complura ne poſui quidem. Cic. 6. Fam. 7.
Compluria. Ter. Phorm. 4. 3. 6. Nova hic compluria. Ubi Donatus, Secundum regulam loquutus eſt Terentius. nam hoc Complure, & hæc Compluria dicitur. Sic veteres, quod noſtri dempta ſyllaba Complura dicunt. Sic Cato Originum ſecundo, Fana hoc loco compluria. Cic. in Protagora, Confirmandi genera compluria. Credo, quia veteres hoc Plure, non hoc Plus dicebant. Cic. 4. Verr. 47. Dicebant ſcyphorum paria compluria, hydrias argenteas. Al. Complura.

Cᴏᴍᴘʟᴜʀɪᴇs, Adv. [πλεονάκις] Plaut. Perſ. 4. 3. 65. Metuo hercle vero: ſenſi ego jam compluries. Cato, Contumelias mihi dixiſti compluries. Alii legunt Compluriens. V. Gell. lib. 5. cap. ult.

Cᴏᴍᴘʟᴜʀɪᴍᴜs, a, um. Gell. 11. 1. Buceraque in ea terra gigni paſcique ſolita ſint complurima.

Cᴏᴍᴘʟᴜsᴄŭʟɪ, æ, a. Dimin. Ter. Hec. 1. 2. 102.

— primo hos dies compluſculos
Bene conveniebat ſane inter eas.

Verba compluſcula. Gell. 7. 11.

Cᴏᴍᴘʟᴜsᴄŭʟᴇ, Adv. Gell. 17. 2. Veteres ita compluſcule dixerunt.

Cᴏᴍᴘʟᴜᴛᴇɴsᴇs, Hiſpaniæ populi, ſic a Compluto urbe dicti. Plin. lib. 3. cap. 3. Vulgo *Alcana de Hanares.*

Cᴏᴍᴘʟᴜᴠɪᴀᴛᴜs, Cᴏᴍᴘʟᴜᴠɪᴜᴍ, Cᴏᴍᴘʟᴜᴠɪᴜs, V. ᴄᴏᴍᴘʟᴜᴏ.

Cᴏᴍᴘᴏɴᴅĕʀᴏ, āre. Apul. in Triſmegiſto p. 89. Pari lance componderans.

Cᴏᴍᴘōɴᴏ, ſui, ſitum, [συντίθημι, σκευάζω, ἁρμόζω, συντάττω] ĕre. proprie eſt Simul ponere, Diſponere, conſtituere. Ter. Hec. 4. 3. 5. I ergo intro, & compone quæ ſimul tecum ferantur.
Diligenter componere aliquid. Cic. de Clar. Orat. 227.
Aciem componere. In ᴀᴄɪᴇs.
Aciem per cuneos. Tacit. Germ. 6.
Amomum manipulatim leniter componitur. V. ʟᴇɴɪs.
Antidotum ex variis & inter ſe contrariis effectibus componere. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Argumenta ſingula cum ſingulis componere. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Cauſas cognoſcere & componere. Cic. in Orat. 143.
Cauſam conſiderare componereque. Cic. de Clar. Orat. 87.
Capillo compoſito & delibuto. Cic. pro Roſc. Amer. 135.
Comas componere. Ovid. Rem. Amor. 679.
Crines componere, i. e. Ornare: quia ordo & compoſitio rerum ornatum facit. Virg. 4. Georg. 417.
Exercitum pugnæ. Tacit. 13. Ann. 40.
Labra labellis compono. Lucil. 8. Sat. apud Non. 4. 63.
Lapides male componere in ploſtro. Ulpian. in l. Si ſervus. §. ſi ex ploſtro. D. ad Legem Aquil. Aquilia ploſtrarium teneri placet, ſi male compoſuerit lapides, & ideo lapſi ſint.
Latus ſuum alicui componere, pro Concumbere cum viro. Propert. lib. 2. 2. 12.
Leges componere. Lucret. lib. 4. 963.
Manus manibus atque ora oribus componere. Virg. 8. Æn. 486.

Componens manibuſque manus, atque oribus ora.

Manus alicui componere, i. e. Manus cum aliquo conſerere & congredi. Sil. lib. 6. 246.
Membra defeſſa componere. Virg. 4. Georg. 438. i. e. Reficere, recreare. [Immo Reclinare, ad capiendam quietem.
Mores. Ovid. 3. de Arte Am. 370.
Oculos componere, Claudere ſomno. Valer. 7. Argon. 247.
Pulvinar. Ovid. 1. de Arte Am. 160.
Res ſuas componere. Salluſt. in Epiſt. Mithridatis ad Arſacem, Ego non validiſſimus præbeo exemplum, quo rectius tua componas.
Rempub. componere & conſtituere, [συντάττειν, κατασκευάζειν] Cic. 3. de Legib. 42.
Se thalamis componere apes, allegorice dicit Virg. 4. Georg. 189.

Poſt ubi jam thalamis ſe compoſuere: ſiletur In noctem.

Se componere mediumque locare in aliquo loco. Virg. 1. Æn. 702.

— aulæis jam ſe regina ſuperbis
Aurea compoſuit ſponda, mediamque locavit.

Se componere alicui, i. e. Cum illo congredi. Sil. lib. 17.
Signa componere. Cic. 4. Att. 9.
Togam. Hor. 2. Serm. 3. 77. Solebant veteres togam componere, cum ſe comparabant ad attentius aliquid audiendum. V. Torrent. ad loc.
Vitem componere in brachia. Columel. lib. 5. cap. 5.
Vultum ad ſpeculum componere in terrorem. Suet. Calig. 50.
Vultus. Ovid. 13. Met. 767. de Polyphemo,

Jam libet hirſutam tibi falce recidere barbam,
Et ſpectare feros in aqua, & componere vultus.

Vultus ſuos componere ad alium, i. e. Obſervare & inſpicere alium. Ovid. 5. Faſt. 30. de Majeſtate dea,

Conſedere ſimul Pudor & Metus, omne videres
Numen ad hanc vultus compoſuiſſe ſuos. al. Cultus.

Ad exemplum ſe componere. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Ad eorum, quos probant, mutationem ſe componere. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Ad imitationem veritatis ſe componere. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Ad reverentiam Senatus componi, i. e. Cogi, vel per ſimulationem accommodari. Plin. Paneg. cap. 76.
Aliquem componere, pro Sepelire. Tacit. 1. Hiſt. 47. Piſonem Verania uxor, ac frater Scribonianus: T. Junium Criſpina filia compoſuere.
Lachrymis aliquem componere. Tacit. Agric. 45.
Toro componere mortuum. Ovid. 9. Met. 503.
Tumulo componi. Ovid. 4. Met. 157.
Componere, Finire, [συναλλάττειν, καθαρίζειν] ut, Componere bellum, contentiones, controverſias. Cic. 10. Fam. 33.
Bellum componere. Virg. 12. Æn. 109. i. e. Finire. Servius.
Curas componere, i. e. Sedare. Virg. 4. Æn. 341.

Me ſi fata meis paterentur ducere vitam
Auſpiciis, & ſponte mea componere curas.

Diem componere dicitur Veſper. Virg. 1. Æn. 378. i. e. Finire. Servius. Alii, ut de die mortuo dici putant: nam componi mortui dicuntur. Hor. 1. Serm. 9. 28.

Omnes compoſui, felices: nunc ego reſto. Turnebus 10. 11.

Diem parem Libra componit, i. e. Æqualem facit nocti: quando enim Sol eſt in Libra, fit æquinoctium Autumnale. Sen. Hippol. 17.
Diſcordias componere adverſus aliquem. Tacit. 4. Hiſt. 50.
Fluctus componere, Sedare. Virg. 1. Æn. 139.
Lites componere. Virg. 3. Ecl. 108.

Non, noſtrum inter vos tantas componere lites. i. e. Finire.

Penates rite componere. Tacit. 15. Ann. 2. Videbarque contra vetera fratrum odia & certamina, familiæ noſtræ penates rite compoſuiſſe.
Pugnantia componere. Hor. 1. Serm. 1. 102.

— pergis pugnantia ſecum
Frontibus adverſis componere. h. e. Ad concordiam reducere.

Verba ratione componere & finire. Cic. in Orat. 164.
Componere & perficere callide aliquid. Cic. 2. de Divin. 110.
Cum bona gratia aliquid componere inter aliquos. Ter. Phorm. 4. 3. 17.

Prehendo hominem ſolum. cur non inquam, Phormio,
Vides, inter vos ſic hæc potius cum bona
Ut componantur gratia, quam cum mala?

Amicos aversos componere, i. e. Iratos ad concordiam redigere. Hor. 1. Serm. 5. 29.
Gentem componere. Sil. lib. 17. 356.

— tempus componere gentem,
Ad finem ventum, & claudenda est janua belli.

Pacem componere alicui cum altero. Plaut. Merc. 5. 2. 112. Pacem componi volo meo patri cum matre.
Tumultum. Lucan. lib. 1. 298.
Componere, & transigere. Plin. 5. Epist. 1. Cohæredes mei componere & transigere cupiebant, non diffidentia causæ, sed metu temporum. i. e. Concordare & convenire sine strepitu judicii. *Appointer, accorder avec moy.*
Sententia componere aliquid inter aliquos. Plaut. Curc. 5. 3. 23. Si possum hoc inter vos sententia componere. Gronov. Si potis sum hoc inter vos comp.
Compone hoc de argento, de reliquo videro. Cic. 6. Verr. 33. i. e. Dic quomodo conveniat illud, quod dico de argento.
Componere animos dicitur ratio. Cic. 1. Off. 131. Cavere debemus ne in perturbationem prius incidamus, quam animos nostros ratio componat.
Animum componere ad aliquos casus. Valer. 1. Argon. 321.
Mentem componere. Cels. lib. 3. cap. 18. Prodest ad id, atque etiam ad mentem ipsam componendam crocinum unguentum, cum irino in caput datum. Tradit autem eo loco Celsus, ea quæ valent ad componendam mentem phreneticorum.
Componere, pro Condire. *Confire, Composter.* Columel. lib. 12. cap. 87. Eadem conditura posset etiam oliva regia componi, vel orchita. lib. eod. cap. 54. Napi quoque, sed integri, si minuti sunt, majores autem insecti, eodem jure quo rapa condiri possunt: sed curandum est, ut hæc utraque antequam caulem aut cymam faciant, dum sunt tenera, componantur.
Componere, [συμβάλλειν] pro Comparare. Virg. 1. Ecl. 24.

— sic parvis componere magna solebam.

Actius, Quid est cur componere ausis mihi te, aut me tibi? apud Non. 4. 62.
Componi cum altero. Lucil. Sat. lib. 4. ibid. V. Cic. de Opt. gent. Orat. 17.
Causam suam cum causa adversarii componere. Quintil. 7. 2. p. 602.
Dicta cum factis componere. Sallust. Jugurth. 52. Jugurtha, ubi Metelli dicta cum factis composuit, &c.
Componi gladiatores dicuntur, Qui una in arenam descensuri, & inter se decertaturi sunt. Quintil. lib. 2. cap. 17. Sæpe gladiatores sub eodem magistro eruditi, inter se componuntur. i. e. Committuntur invicem pugnaturi. Auson. Idyl. 12. 102.

Quis Myrmilloni componitur? æquimanus Thrax.

Turneb. 11. 5. al. Contenditur.
Componere societatem cum latronibus. Sallust. lib. 4. Hist. Suspectusque fuit, incertum vero, an per negligentiam, societatem prædarum cum latronibus composuisse. apud Non. 4. 62.
Componere pretio, pro Redimere. Sallust. Hist. lib. 1. Quin lenones & vinarii laniique, quorum præterea vulgus in dies usum habet, pretio compositi. h. e. Facta pretii compositione redempti, inquit Perottus. ex Charis. in Fragm. p. 936. affert Cort.
Componere, [συγγράφειν, συντάσσεσθαι] sicut vulgo usurpatur, pro Scribere: ut, Componere historiam. Plin. 7. Epist. 16.
Condere & componere. Hor. 1. Epist. 1. 12.
Describere & componere jura & jussa populorum. Cic. 1. de Legib. 17.
Invenire & componere res. Cic. de Clar. Orat. 238.
Aliquid de ratione dicendi componere. Quintil. in procem. lib. 1.
Actiones. Cic. 6. Att. 1.
Amores, est Lasciva carmina scribere apud Ovid. 2. Trist. 361.

Denique composui teneros non solus amores.

Argumentum. Cic. 15. Att. 4.
Artem. Quintil. lib. 3. cap. 1.
Artes. Cic. de Clar. Orat. 48.
Artificium de jure civili. Cic. 2. de Orat. 224.
Cantus, i. e. Incantationes. Tibul. lib. 1. 2. 55.
Carmina. Hor. 2. Serm. 1. 63.
Carmina ad lyram. Quintil. lib. 1. cap. 10.
A componendo carmine teneri. Ovid. 5. Trist. 12. 60.

Nec tamen, ut fatear verum tibi, nostra teneri
A componendo carmine Musa potest.

h. e. Cohiberi.
Casus alicujus. Ovid. 2. Amor. 1. 10.

Composuit casus iste poeta meos?

Commentarium. Cic. 1. Att. 16.
Edictum. Cic. 3. Fam. 11.
Elegos. Ovid. 3. Amor. 15. 3.
Exemplum litterarum. Cic. 2. de Lege Agr. 52.
Exordium nimium apparatis verbis componere. Auctor ad Heren. lib. 1. 12.
Formulam disciplinæ quandam certam componere. Cic. 1. Acad. 17.
Formulas judiciorum & stipulationum componere. Cic. 1. de Legib. 14.
Interdictum aliquorum causa componere. Cic. pro Cæcin. 60.
Laudes alicujus. Tibul. lib. 4. 1. 35.
Librum ex alienis orationibus. Cic. 1. Verr. 47.
Libros. Cic. 16. Fam. 20. Sic, Componere poemata. Cic. 3. Q. frat. 1.
Litteras alieno nomine. Liv. 27. 28. Ne quibus litteris crederent nomine Marcelli compositis.
Opus ad aliquorum utilitatem. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Orationem ad aliorum judicia. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Ordinem rei gerendæ. Liv. 29. 6. Al. Agendæ.
Rationes familiares. Tacit. 6. Ann. 26.
Res gestas. Hor. 2. Epist. 1. 251.
Testimonium. Cic. 15. Att. 15. Testimonium composui, quod quum voles obsignabis. Quædam exemplaria legunt Testamentum.
Verba componere manu, Scribere. Ovid. 9. Met. 520.

Et meditata manu componit verba trementi.

Verba ad religionem deorum immortalium componere. Cic. pro Domo. 123.
Verba componere & quasi coagmentare. Cic. de Clar. Orat. 98.
Verba componere & construere. Cic. 3. de Orat. 169.
Versus. Hor. 1. Serm. 4. 8.
Versus in ossa alicujus componere, Epitaphium ponere. Tibul. lib. 3. 2. 26. V. ibi Broeckh.
Viam componendi facile efficiet exercitatus stilus. Cic. in Orat. 150.
Componere itinera. Cic. 15. Att. 26. Ego itinera sic composueram, ut Non Quintilib. Puteolis essem. *Ordonner, disposer.*
Componere urbem, Ædificare. Virg. 3. Æn. 387.

Quam tuta possis urbem componere terra.

Componere fallacias, pro Meditari & comminisci. Plaut. Pœn. 3. 5. 29. Sic, Componere mendacia. Plaut. Amph. 1. 1. 210.
Blanditias componere. Tibul. de Sene amatore, lib. 1. 2. 95.

Et sibi blanditias tremula componere voce.

subaud. Vidi.
Insidias alicui. Tibul. lib. 1. 6. 4.
Risus. ut, Non bene mendaci risus componitur ore. Tibul. lib. 3. 7. 3.
Componere, quod Galli *Confrontare* dicunt. Tacit. 15. Ann. 51. extr. Accita quippe Epicharis, & cum indice composita, nullis testibus innixum facile confutavit.

COMPOSITUS, a, um. [συντεθειμένος, συνηρτημένος] Partic. Propert. lib. 1. 20. 22.

Mollia composita litora fronde tegit.

Ad mœstitiam compositus. Tacit. 13. Ann. 20. i. e. Mœstitiam præ se ferens.
Compositus in ostentationem virtutum. Liv. 26. 19. pr. Sed arte quoque quadam ab juventa in ostentationem earum compositus.
In rationem annorum compositus. Quintil. lib. 3. cap. 8.
In securitatem compositus. Tacit. 3. Ann. 44. Tanto impensius in securitatem compositus, neque loco, neque vultu mutato, sed, ut solitum, per illos dies egit.
Compositum, compactum & coagmentatum. Cic. 3. de Finib. 74.
Compositi acie. V. ACIES.
Numero compositi in turmas. Virg. 11. Æn. 599. Ubi Servius, Numero exponit, Rationabiliter: Unde, inquit, & Sæpenumero dicimus, id est frequenter & rationabiliter. Hinc est, Tum vero in numerum, i. e. In rationem & rhythmum.
Somno compositus. Ovid. 1. Amor. 4. 53.
Acervo composito despicere dites & famem. Tibul. lib. 1. 1. 77.
Ætas composita, i. e. Matura & quieta. Tacit. 12. Ann. 32.
Affectus mites, atque compositi. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Agger tumuli compositus. Virg. 7. Æn. 6.
Agmen ad iter magis, quam ad pugnam compositum. Liv. 37. 21. pr.
Agmen compositum ad omnes casus. Liv. 24. 35. extr. Atque agmine ad omnes casus composito ibat.
Aquæ compositæ, i. e. Sedatæ, non tumescentes. Ovid. 13. Epist. 136.

Blandaque compositas aura secundet aquas.

Arma. Hor. 4. Carm. 14. 52. i. e. Finita.
Auspicia ad utilitatem Reipublicæ. Cic. 2. de Legib. 32.
Bustum. Lucan. lib. 8. 748.
Cinis. Ovid. 3. Fast. 547.

Compositusque cinis, tumulique in marmore carmen.

Comæ. Ovid. 12. Epist. 156.
Controversiæ ex historiis. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Crines. Virg. 4. Georg. 417. i. e. Compti.
Discrimen compositum. Ovid. 2. de Arte Am. 303. Discrimen capillorum intelligit hoc loco.
Gradibus compositis, Passibus moderatis eundo. Virg. 3. Georg. 192.
Hora composita, pro Condicta, constituta. Hor. 1. Carm. 9. 20.
Leges. Virg. 12. Æn. 315. i. e. Constitutæ.
Mare. Ovid. 8. Met. 857.
Nomen quasi ad terrorem compositum Vercingentorix. Florus 3. 10. extr.
Oratio composita, ornata, & artificio quodam & expolitione distincta. Cic. 1. de Orat. 50.
Pax composita. Vellei. 2. 76. 3. Sed pax circa Brundusium composita, i. e. Conciliata.
Poema crasse & illepide compositum. Hor. 2. Epist. 1. 77.
Pudor palam compositus. Tacit. 4. Ann. 1.
Torus bene compositus, i. e. Conjugium pacificum. Ovid. 3. Fast. 484.
Venena composita, pro Fuco muliebri. Ovid. Rem. Amor. 351.

Tu quoque, compositis sua quum linit ora venenis,
Ad dominæ vultus, nec pudor obstet, eas.

al. Cum positis.
Verba composita, i. e. Culta & ornata. Sallust. in Jugurth. cap. 85. 31. Non sunt composita mea verba: parvi id facio: ipsa se virtus satis ostendit.
Vox composita, apud Senecam, lib. 2. de Clement.
Vultus compositus. Tacit. 1. Ann. 7.
Compositus, Idoneus, appositus. Quintil. 2. 8. p. 158. Alius historiæ magis idoneus, alius compositus ad carmen.
Vates in adulationem compositus. Curt. 4. 7. 26.
Ut compositum fuerat cum eo, pro Ut convenerat aliis cum eo. Liv. 2. 37. pr. Prius quam committerentur ludi, Tullus, ut domi compositum cum Marcio fuerat, ad Consules venit.
Compostus, per syncopen. Virg. 1. Æn. 253.

— nunc placida compostus pace quiescit.

Compar. Liv. 28. 22. extr. Acrior impetu atque animis, quam compositior ullo ordine pugna fuit.
Omnia erunt compositiora. Quintil. in procem. lib. 1.
Compositior ad. Cic. 2. Verr. 32. Et ex accusatione perficiam, ut nemo unquam post hominum memoriam paratior, vigilantior, compositior ad judicium videatur.
Superl. Cic. 6. Att. Epist. ult. Admiratus sum, ut vidi obsignatam epistolam, brevitatem ejus: ut aperui rursus σύγχυσιν litterularum, quæ solent tuæ compositissimæ & clarissimæ esse. σύγχυσιν, i. e. Confusionem, turbationem. Compositissimæ, h. e. Bellissime constructæ. nunc autem scripsisti vacillantibus litterulis, manu a morbo minus firma. Non igitur de Epistola loquitur, sed de Characteribus.

COMPOSITO, [κατὰ συνθήκην, ἀπὸ συνθήματος] ablativus vice adverbii. Ter. Phorm. 5. 1. 29.

Composito factum est quomodo hanc amans habere posset
Sine dote.

Veterum loquutionem esse Donatus admonet.
Ex composito, Idem. Plin. Nihil non ex composito fecimus, pactum servavimus. V. EX præpos. & Liv. 1. 9; 5. 14. & 24. 14.

COMPŎSĬTĒ, Adv. ut, Compoſite dicere. Cic. 1. de Orat. 48. Sin oratoris nihil vis eſſe niſi compoſite, ornate, copioſe eloqui. i. e. Eleganter.
Agere aliquid compoſitius, quam feſtinantius. Tacit. 15. Ann. 3.
Ambulare compoſite. Columel. lib. 6. cap. 2. Sin autem placidi & quieti boves erunt, vel eodem die quo alligaveris, ante licebit producere, & docere per mille paſſus compoſite & ſine pavore ambulare.
Dicere compoſite & apte ſine ſententiis, inſania eſt. Cic. in Orat. 236.

COMPOSITIO, ōnis. f. [σύνθεσις] ut, Compoſitio unguentorum. Plin. lib. 20. cap. 24. Sed diſceſſuri ab hortenſibus rebus, unam compoſitionem ex his clariſſimam ſubtexemus. Vulgus Confectionem vocat.
Unguentorum compoſitiones, conditiones ciborum, corporum lenocinia. Cic. 2. de Nat. Deor. 146.
Compoſitio, pro Conditura. Columel. lib. 12. cap. 47. Eſt & illa probata compoſitio, ut quum muria dura Pauſea alba maturuerit, omne jus defundatur, & immiſtis duabus partibus defruti, cum aceti una, repleatur amphora. Gallice diceres *Compoſte, confiture.*
Ordo, compoſitio rerum aptis & accommodatis locis. Cic. 1. Off. 142.
Modeſtia compoſitionis. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Diſciplinæ compoſitio. Cic. 3. de Finib. 74.
Juris pontificalis compoſitio. Cic. 2. de Legib. 55. Totaque hujus juris compoſitio pontificalis magnam religionem ceremoniamque declarat.
Magiſtratuum compoſitio, Deſcriptio. Cic. 3. de Legib. 12.
Membrorum compoſitio, conformatio lineamentorum, figura, ſpecies humana. Cic. 1. de Nat. Deor. 47.
Sermonis. Quintis. lib. 1. cap. 5.
Sonorum varia compoſitio harmonias efficit plures. Cic. 1. Tuſc. 41.
Compoſitio generaliter capitur aliquando pro Omni apta verborum collocatione, & pro Omni eloquutionis genere: & tunc dicitur Ciceroni in Orat. 181, eſſe Fons omnis concinnitatis, elegantiæ & ſuavitatis. Aliquando vero tantum pro Junctura verborum capitur, quæ facit ut neque crebra vocalium concurſione fiat hiulca oratio, neque conſonantibus exaſperetur: & quæ denique gravitatem & ſuavitatem vocum diligenter inveſtigat. atque hoc modo a numero atque a figuris diſtinguitur. Hoc eſt quod ibidem ait Cic. 182. An non eſt unum, nec idem, quod voce jucundum eſt, (hoc eſt compoſitione bene junctum, & ita collocatum ut jucundum ſonum efficiat) & quod moderatione abſolutum, (id eſt numeris concluſum & perfectum) & quod illuminatum genere verborum, (id eſt figuris & ornamentis illuſtratum.) Hæc autem idem valent, ac ſi dixiſſet: An non eſt idem, compoſitio, numerus & figura? Concludit tamen, Figuratam orationem numeroſæ finitimam eſſe, quia plerumque perfecta eſt: Compoſitionem vero differre ab utroque, quæ gravitati tantum & ſuavitati verborum ſerviat.
Verborum compoſitio. Cic. 2. de Orat. 58. Et rerum copia & ſententiarum varietate abundantiſſimus, & ipſa compoſitione verborum non impolitus.
Verbis uti ad aptam compoſitionem & condecentiam. Cic. 3. de Orat. 98.
Diſſimulata compoſitio. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Lenis, quadrata, virilis. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Oratoria. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Peccatur compoſitione. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Servit compoſitio tota gravitati vocum aut ſuavitati. Cic. in Orat. 182.
Compoſitio, Diſcordiarum pacificatio. Cæſ. 1. Bell. Civil. 32. Legatos ad Pompeium de compoſitione mitti oportere.
Pacis, concordiæ, compoſitionis auctor eſſe non deſtiti. Cic. 2. Philipp. 24.
Servare per compoſitionem. Cic. pro Roſc. Amer. 33. Quos quia per compoſitionem ſervare volebat, ipſe ab his interemptus eſt. h. e. Per concordiam, & inter eos componendo controverſias.
Compoſitiones gladiatorum. Cic. 2. Fam. 7. Quid? tu me hoc tibi mandaſſe exiſtimas: ut mihi gladiatorum compoſitiones, ut vadimonia dilata, & Chreſti compilationem mitteres, &c. V. in ipſo verbo.

COMPOSĬTOR, ōris. m. [συγγραφεύς] Cic. in Orat. 61. Non enim inventor, aut compoſitor, aut actor, hæc complexus eſt omnia: ſed & Græce ab eloquendo rhetor, & Latine eloquens dictus eſt. Ovid. 2. Triſt. 356.

Plus ſibi permiſit compoſitore ſuo.

COMPOSĬTŪRA, vel detractione litteræ I, COMPOSTURA, æ. f. [σύνθεσις, συγγραφή] Cato cap. 22. Trapetus emptus eſt in Sueſſano nummis quadringentis, & olei P. L. compoſturæ nummis ſexaginta, vectura boum &c.
Oculorum compoſituræ. Lucret. lib. 4. 329.
Orationis compoſitura. Aſinius Capito apud Gell. lib. 5. cap. 20. Solœciſmus eſt impar & inconveniens compoſitura partium orationis.

COMPOSITĬTIUS, a, um. Idem quod Compoſitus, aut quod componi poteſt. Tertull. de Anima, cap. 9. Diſſolubile omne compoſititium & ſtructile.

COMPOSITĪVUS, a, um. Mart. Capell. 6. 320. Compoſitiva quædam qualitas.

COMPORTO, [συγκομίζω] āre. Simul portare, vel idem tantum quod Portare ſignificat: ut, Comportare aquam in arcem. Cæſ. 3. Bell. Civil. 12. Cic. in Piſon. 23. Quum ſervorum delectus haberetur in foro, arma in templum Caſtoris luce & palam comportarentur.
Frumentum comportare ex agris in loca tuta. Cic. 5. Att. 18.
Frumentum comportare in acervum. Hirt. Bell. Afr. 69.
In unum comportare. Hor. 2. Serm. 3. 104.

Si quis emat citharas, emptas comportet in unum,
Nec ſtudio citharæ, nec muſæ deditus ulli.

COMPORTATUS, a, um. ut, Rebus comportatis bene uti. Hor. 1. Epiſt. 2. 50.
Res exquiſitæ, undique & collectæ, arceſſitæ, comportatæ. Cic. 3. de Orat. 90.

COMPORTATIO, ōnis. f. Vitruv. 1. 5. pr. Cum per portus marinæ ſubvectiones habuerint ad mœnia comportationes expeditas.

COMPOS, ŏtis. c. [ἐπιτυχής, ἐγκρατής, ἐπήβολος] Compos mentis, compos animi, compos rationis, compos ſanitatis; quod hæc habeo. At Compos voti, compos victoriæ, compos optati; quod hæc opera mea & labore obtinui, obtineoque. Hæc Valla lib. 3. cap. 34. [Puto veteres dixiſſe Compotis & in Nominativo, ut Potis, ac licentia vulgari factum Compos, Impos. Etſi contrarium alii ſtatuunt.
Compos, in bonam partem ſolum accipi putatur, quum & in malam poſitum ſit. Plaut. Epid. 4. 1. 32.

Cedo manum. PH. accipe ærumnarum & miſeriarum compotem.

Nævius Danaë, Eam nunc eſſe inventam opprobriis compotem ſcis. Ex Nonio.
Animi compos. Ter. Adel. 3. 2. 12.

Me miſerum, vix ſum compos animi, ita ardeo iracundia. Ubi Donatus; Compos animi, i. e. Competentis animi, vel animi ſani. cui contrarium eſt Impos animi. Alii Compotem animi, Compoſitum animo intelligunt.

Mentis compos. Cic. 9. Att. 4. Non ſum inquam (mihi crede) mentis compos.
Mentis vix compos. Ovid. 8. Met. 35.
Sui compotem eſſe, Mente ſana. Celſ. lib. 5. cap. 26. Quædam obmuteſcunt, quædam mente labuntur, quædam ſui compotes nervorum oculorumque dolore urgeri ſe confitentur, &c.
Compos, ſine adjecto. Liv. 4. 40. pr. In ſuos quæque ſimul corpore atque animo vix præ gaudio compotes, effuſæ. i. e. Vix animi vel mentis compotes.
Compos & particeps animus ſempiternarum rerum. Cic. de Univerſ. 24.
Gratulationis compotem facere. Plin. 10. Epiſt. 4.
Laudis compos. Plaut. Amph. 2. 2. 13.

Sed hoc me beat ſaltem, quod perduelles vicit, & domum
Laudis compos revenit: id ſolatio eſt.

Libertatis. Plaut. Capt. prol. 41.
Patriæ compotem facere aliquem. Liv. 1. 32. Si ego injuſte, impieque illos homines, illasque res dedier nuncio populi Ro. mihi expoſco, tum patriæ compotem me nunquam ſinas eſſe.
Regni. Sil. lib. 8. 72.
Rationis & conſilii. Cic. 2. de Nat. Deor. 36.
Scientiæ. Cic. 4. Acad. 146. Scientiam talem eſſe dicebat, cujus compotem, niſi ſapientem eſſe neminem.
Victoriarum. Valer. Max. lib. 1. 1. 1. Imperatores compotes victoriarum.
Virtutum. Cic. 5. de Finib. 7.
Voti compotem facere aliquem. Sen. Hippol. 5.
Urbis compotem facere. Cic. pro Sext. 146.
Compos, ablativo junctum. Salluſt. apud Donat. ad Ter. Adel. 3. 2. 12. Neque animo, aut lingua ſatis compos. De amente Septimio loquitur.
Compos earum rerum animo. Cic. 1. de Orat. 210. Quarum qui eſſent animo & ſententia compotes, eos eſſe imperatores dicerem.
Compos præda exercitus. Liv. 3. 70. Prædaque ingenti compotem exercitum &c. reducunt.
Compos, neutro generi junctum aliquando legitur. Sen. Agam. v. 365.

Tibi grandævi, laſſique ſenes
Compote voto reddunt grates.

COMPOSITIO, In COMPONO.

COMPŎTENS, entis. Idem. ita vocatur Diana in Nummis veterum & Inſcriptionibus.

COMPOTIO, īre. Compotem facere. Plaut. Rud. 4. 2. 6.

Piſcatu novo me uberi compotivit.

Voti aliquem compotire. Apul. 11. Met. p. 267. V. Colvii not. ad Apul. p. 158. & Apul. p. 366. Ed. Elmenh. conf. in COMPETO extr.

COMPOTIOR, īri. Plaut. Rud. 1. 3. 22.

Ita hic ſolis locis compotita ſum. Et Tertull. adv. Valent. cap. 11. Non viſu nec auditu ejus compotiri fas eſt.

COMPŌTO, [συμπίνω] āre. Simul potare. Hinc

COMPOTĀTIO, ōnis. f. [συμπόσιον] Convivium. Cic. de Senect. 45. Convivium nominarunt, melius quam Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concœnationem vocant.

COMPŌTOR, ōris. m. [συμπότης] Cic. 2. Philipp. 42. Tum vero adhibes joci cauſa magiſtrum ſuffragio tuo, & compotorum tuorum rhetorem. V. etiam in Piſon. 65.

COMPŌTRIX, īcis. f. [συμπότρια] Ter. And. 1. 4. 5. Quia compotrix ejus eſt. Et
Adjective, Sidon. 2. Epiſt. 9. Famularum turba compotrix.

COMPRÆS, ædis. [συνέγγυος] Ejuſdem rei populo ſponſor. Feſtus.

COMPRANDEO, ēre. Sareſb. Epiſt. 264.

COMPRANSOR, ōris. m. [συναριστῶν] Qui ſimul prandet. Cic. 2. Philipp. 101. Hunc tu agrum compranſoribus tuis & colluſoribus dividebas.

COMPRĔCOR, [εὔχομαι] āri. Idem quod precari. Ter. Adel. 4. 5. 65.

Abi domum, ac deos comprecare, ut uxorem acceſſas: abi.

Fidem cæleſtum comprecari. Catul. 62. 191.

Cæleſtumque fidem poſtrema comprecer hora. h. e. Deorum auxilium.

COMPRECĀTIO, ōnis. f. [εὐχή] Liv. 39. 15. Nulli unquam concioni, Quirites, tam non ſolum apta, ſed etiam neceſſaria hæc ſolennis deorum comprecatio fuit, quæ vos admoneret, &c.
Comprecatio, verbum erat ſacrorum. Gell. lib. 13. cap. 21. Comprecationes deorum immortalium, quæ ritu Romano fiunt, expoſitæ ſunt in libris ſacerdotum Populi Romani, &c. Budæus.

COMPRĔHENDO, ſive COMPRENDO, di, ſum, [συλλαμβάνω] ĕre. Simul capere. Ter. Eun. 5. 1. 20. Comprehendi jube quantum poteſt.
Manu comprehendere aliquem. Cic. in Orat. 100. Al. Prehendere.
Emittere & Comprehendere, contraria. Cic. 2. in Catil. 3. Quod tam capitalem hoſtem non comprehenderim potius, quam emiſerim.
Comprehendere aliquem in fuga. Cæſ. 5. Bell. Gall. cap. 21.
Fures. Catull. 60. 35.
Hoſtem. Cic. 2. in Catil. 3.
Dentem forceps comprehendit. Celſ. lib. 7. cap. 12.
Comprehendere dicuntur plantæ, quæ terræ hærent. Columel. Ita quod poſueris, cito comprehendet. Sic, Arbor terram comprehendere dicitur. Ulpian. l. 3. D. arb. furt. cæſ. Quod ſi quis ex ſeminario, id eſt ſtirpitus arborem tranſtulerit: eam quamvis nondum comprehenderit terram, arborem tamen videri.
Comprehendam brevi, Paucis verbis complectar. Cic. 1. de Orat. 34.
Generaliter aliquid comprehendere. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Comprehendere numero aliquid, Enumerare. Virg. 2. Georg. 104.
Numerum virorum comprendere. Ovid. 5. Triſt. 11. 19.
Comprendere aliquid, Dicendo conſequi. Virg. 6. Æn. 626.

Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraque centum,
Ferrea vox, omnes ſcelerum comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſem.

Dictis comprendere aliquid. Ovid. 13. Met. 160.

Verbis comprehendere. h. e. Complecti. Cic. 12. Att. 22. Quia verbis luculentioribus & pluribus rem eandem comprehenderat.
Diverſis verbis idem comprehendere. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Bella comprehendere viginti voluminibus. i. e. Scribere. Suet. Vit. Plinii.
Adulterium alicujus comprehendere. i. e. Deprehendere. Cic. pro Milon. 13.
Comprehendere, pro Intelligere vel ſcire. Cic. 4. Acad. 18. Nos enim defendimus, etiam inſipientem multa comprehendere.
Comprehendere & percipere. Cic. 4. Acad. 23.
Comprehendere ſignis, quem &c. Columel. lib. 6. cap. 24. Certis ſignis comprehendere licet, quem ſexum generaverit.
Animo comprendere intelligentiam alicujus rei. Cic. 3. de Nat. Deor. 64.
Contemplationem rerum naturæ comprehendere. Celſ. lib. 1. in proœm. Quod ſi contemplationem rerum naturæ, quam non temere medici ſibi vendicant, ſatis comprehendiſſet, etiam illud ſciſſet. i. e. Si didiciſſet quæ ad phyſicen pertinent.
Memoriam rei alicujus comprehendere. Cic. de Clar. Orat. 19.
Animo celeriter comprehendere. Cic. 2. de Orat. 136.
Cogitatione intelligere & comprehendere. Cic. 1. Tuſc. 50. Niſi quod nequeunt qualis animus ſit vacans corpore, intelligere, & cogitatione comprehendere.
Cogitatione & animis comprehendere. Cic. pro Flacc. 66.
Memoria comprehendere. Cic. 5. Tuſc. 121. Sed quoniam mane eſt eundum, has quinque dierum diſputationes memoria comprehendamus.
Memoria conſequi, aut oratione comprehendere. Cic. 6. Verr. 57.
Mente comprehendere. Cic. 3. de Nat. Deor. 21.
Mentibus comprehendere aliquam opinionem. Cic. pro Cluent. 47.
Viſu comprehendere aliquid. Sil. lib. 3. 408.
Firme graviterque vocem naturæ comprehendere. Cic. 1. de Finib. 71. Al. Gnaviter.
Officiis aliquem per ſe & per alios comprehendere. i. e. Devincire, Amplecti. Cic. pro Planc. 30.
Amicitia multos comprehendere, tueri obſequio. Cic. pro Cœl. 13.
Humanitate comprehendere aliquem. Cic. 13. Fam. 16. Sed ut redeam ad id unde cœpi, vehementer mihi gratum feceris, ſi hunc adoleſcentem humanitate tua, quæ eſt ſingularis, comprehenderis.
Ignibus agger comprenditur. Ovid. 9. Met. 234.
Comprendere crinibus ignem. Virg. 7. Æn. 73. Hypallage eſt, Quum ignis crines comprehendat. Servius.

COMPREHENSUS, a, um. [συνειλημμένος] Partic. ut, Comprehenſam in animo habere ſententiam. Cic. 4. Acad. 22.
Epiſtolæ comprehenſæ. i. e. Interceptæ. Juſtin. 20. 5.
Imago comprenſa. Virg. 6. Æn. 701.

Ter fruſtra comprenſa manus effugit imago.

Comprehenſa ea in re in nominando. Varro 1. de R. R. 9. de terra, In ea enim & lapis, & arena, & cetera ejus generis ſunt in nominando comprehenſa. i. e. Appellatione terræ ea comprehenduntur.
Captum & comprehenſum aliquem tenere. Cic. 3. in Catil. 16.
Linguam forcipe comprehenſam abſtulit. Ovid. 6. Met. 556.
Res penitus perſpectæ planeque cognitæ, atque ab opinionis arbitrio ſejunctæ, ſcientiaque comprehenſæ. Cic. 1. de Orat. 108.
In animo & memoria ſibi diſtributum atque comprehenſum aliquid habere. Cic. de Petit. Conſul. 24.
Animo firme conceptum atque comprehenſum. Cic. 2. de Finib. 6.
Tenere aliquid animo comprehenſum. Cic. 4. Acad. 21. Animo jam hæc tenemus comprehenſa, non ſenſibus.
Senſu comprehenſum. Cic. 1. Acad. 40. Quod autem erat comprehenſum, id ipſum ſenſum appellabat: & ſi ita erat comprehenſum, ut convelli ratione non poſſet, ſcientiam.
Comprehenſus, pro Concluſo. Cic. 2. de Finib. 20. Breviter comprehenſis graviſſimis ſententiis, quaſi oracula edidiſſe ſapientiæ dicitur. Budæus.
Concluſum & comprehenſum in formulam. Cic. pro Roſc. Com. 15. Perinde ac ſi in hanc formulam omnia judicia legitima, omnia arbitria honoraria, omnia officia domeſtica concluſa & comprehenſa ſint.

COMPREHENSIO, ōnis. f. [κατάληψις] Latior comprehenſio. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Comprehenſio facta ſenſibus. Cic. 1. Acad. 42.
Perceptio & comprehenſio. Cic. 4. Acad. 101.
Certæ ſententiæ comprehenſio. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Cogitationes comprehenſioneſque rerum. Cic. 3. de Finib. 49.
Verborum comprehenſio, i. e. Periodus. Cic. in Orat. 149. Collocabuntur igitur verba, aut ut inter ſe quam aptiſſime cohæreant extrema cum primis, eaque ſint quam ſuaviſſimis vocibus: aut ut forma ipſa concinnitaſque verborum conficiat orbem ſuum: aut ut comprehenſio numeroſe & apte cadat. Quintil. lib. 9. cap. ult. Periodo plurima nomina dat Cicero, ambitum, circuitum, comprehenſionem, continuationem, circumſcriptionem. V. PERIODUS.
Comprehenſio & ambitus ille verborum (ſi ſic periodum appellari placet) &c. Cic. de Clar. Orat. 162.
Aliqua comprehenſione diſſentire. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Comprehenſio, pro Indicatione vel manifeſtatione. Cic. 2. Philipp. 18. Nam quum comprehenſio ſontium, mea: animadverſio, Senatus fuerit, &c.
Comprehenſio, aliter. Cic. 1. Acad. 40. Sed quum acceptum jam & approbatum eſſet, (ſubaudi Comprehenſibile) comprehenſionem appellabat: ſimilem iis rebus quæ manu prenderentur, ex quo etiam nomen hoc duxerat.
Devincire comprehenſione verba. Cic. de Clar. Orat. 140. Legitur Compreſſione in quibuſdam codicibus.

COMPREHENSIBĬLIS, e. [καταληπτὸς] Cic. 1. Acad. 40. Id autem viſum quum ipſum per ſe cerneretur, comprehenſibile. Sed Pareus Comprehendibile ibi legendum dicit, & ita MS.
Oculis comprehenſibilia. Sen. Quæſt. Nat. 6. 24. pr. Quomodo intret hic ſpiritus, utrum per tenuia foramina, nec oculis comprehenſibilia. conf. Macrob. Somn. Scip. 1. 2. & Arnob. 1. p. 37.

COMPREHENSO, āre. frequent. Claud. Quadrig. apud Priſcian. Comprehenſare ſuos quiſque, ſervare, amplexare.

COMPRESSIO, COMPRESSŬS, V. COMPRIMO.

COMPRĪMIS, Idem quod Imprimis. Cic. pro Quint. 24. L. Albius, Sex. F. Quirina, vir bonus, & comprimis honeſtus. [Sed rectius diviſe ſcribitur Cum primis, ut & In primis.

COMPRĬMO, [συμπιέζω, συνέχω, ἐφίστημι, καταστέλλω, συστέλλω] ĕre. Simul premere. Plaut. Pſeud. 3. 1. 21.

Comprimere dentes videor poſſe aliquo modo.

Alvum comprimere. Celſ. lib. 6. cap. 18. In hoc autem caſu neque acribus cibis utendum, neque aſperis, neque alvum comprimentibus.
Animam comprimere. i. e. Anhelitum. Ter. Phorm. 5. 6. 28.

Suſpenſo gradu placide ire perrexi, acceſſi, aſtiti:
Animam compreſſi: aurem admovi, ita animum cœpi attendere.

Arenam ſaxo compreſſit. Lucan. lib. 8. 790.
Dorſum animalis comprimere manibus. Columel. lib. 2. cap. 3.
Florem comprimit roſa. i. e. Quaſi intus premit & recondit. Plin. lib. 12. cap. 11. Eſt & alia ſimilis, folioſior tamen, roſeique floris, quem noctu comprimens, aperire incipit ſolis exortu. h. e. Quaſi intus premens & recondens.
Greſſus. h. e. Gradum ſiſtere. Virg. 6. Æn. 389.

Fare, age, quid venias: jam inſtinc & comprime greſſus.

Linguam comprimere alicui. Plaut. Amph. 1. 1. 192.
Manu compreſſum aliquid exprimere. Lucret. lib. 6. 866.
Manus comprimere, pro Continere dixit Ter. Heaut. 3. 3. 29. Poſthac comprimito manus.
Manibus compreſſis ſedere, eſt, Otioſum eſſe. Liv. 7. 13. Cur veteranus dux, fortiſſimus bello, compreſſis (quod aiunt) manibus ſedeas? Pro eodem Lucan. lib. 2. 292. Manus compreſſas tenere dicit.
Os comprimere. Ovid. 6. Met.
Pina morſu comprimit conchas. Cic. 2. de Nat. Deor. 123.
Stomachum comprimere, eſt Sic contrahere ſtomachum, ut ne evomat quicquam. Celſ. lib. 4. cap. 5. ad finem capitis, Id enim plus quam vinum ad comprimendum ſtomachum poteſt. h. e. Ad ſupprimendum vomitum.
Comprimere, per translationem, pro Cohibere, compeſcere. ut, Comprimere audaciam alicujus. Cic. 15. Fam. 4.
Auctoritate militem comprimere. Tacit. 1. Ann. 46.
Aliquem comprimi, ac ſedari. Liv. 2.
Conatus & furores alicujus. Cic. 2. Off. 58.
Cupiditatem reſtinguere & comprimere. Cic. in Piſon. 59. Meditare quibus verbis incenſam illius cupiditatem comprimas atque reſtinguas.
Ferocitatem alicujus. Cic. in Vatin. 2.
Fletus. Ovid. ad Liv. 467.
Fluctus inſanos irarum. Sil. lib. 8. 32.
Iram. Stat. 6. Theb. 399.
Lætitiam exultantem. Cic. in Topic. 86.
Lacrymas. Sil. lib. 15. 822.
Murmura comprimere voce manuque, eſt, Silentium indicere. Ovid. 1. Met. 206.
Oculos. Ovid. 1. Epiſt. 102.
Plauſum. Cic. pro Deiot. 34.
Præſidium. Tacit. 3. Ann. 43.
Rabiem cæli mariſque. Virg. 5. Æn. 802.
Seditionem. Liv. 2. 23.
Se. Plaut. Caſin. 2. 3. 32.

— ohe jam ſatis, uxor, eſt, comprime te: nimium tinnis.

Comprime, ſubaudi Te. Plaut. Truc. 2. 2. 6.

At volo ſcire, quid debetur hic tibi noſtræ domi. A. comprime.

Tela manu, i. e. Noli jaculari. Stat. 11. Theb. 33.
Timorem. Cic. pro Domo 140.
Tumultum, i. e. Opprimere. Tacit. 4. Hiſt. 16.
Vocem & orationem. Plaut. Pſeud. 1. 4. 16.

Sed comprimenda eſt mihi vox atque oratio.

Verſus comprimere ordinibus, eſt Verſus conjungere anguſto ordine, & quam minimo interjecto ſpatio. Ovid. 1. Amor. 11. 22.

Comprimat ordinibus verſus, oculoſque moretur
Margine in extremo littera raſa meos.

Terra quæ comprimitur fretis, Inſula. Sen. Hippol. 10.
Comprimere, pro Supprimere. Cic. 3. Att. 12. Scripſi equidem olim ei iratus, quod ille prior ſcripſerat: ſed ita compreſſeram, ut nunquam emanaturam putarem. Budæus.
Famam, Supprimere. Liv. lib. 26. extr. Carthaginienſium duces primo ex induſtria famam captæ Carthaginis compreſſerunt: Deinde ut clarior res erat, quam ut tegi ac diſſimulari poſſet, elevabant verbis.
Comprimere virginem, Violare. Liv. 1. 4. Compreſſa Veſtalis, quum geminum partum edidiſſet, &c. conf. Plaut. Truc. 2. 2. 8. Ter. Hec. 5. 3. 30. Hinc jocus ex ambiguo, Plaut. Amphit. 1. 1. 192.

Ego tibi iſtam hodie ſceleſtam comprimam linguam. SO. haud potes:
Bene pudiceque aſſervatur. Sic

Comprimere aliquem, Silentium ei imponere. Plaut. Rud. 4. 4. 29. Comprime hunc ſis, ſi tuus eſt. Senſu ambiguo & obſcæno. &
Fullonem comprimere, apud Priſcianum Nævius dicit in re fœdiſſima. Verba ſunt Nævii, Quando ego plus ſapivi, qui fullonem compreſſi quinquatribus. Monuit Turnebus.

COMPRESSUS, a, um. Partic. [συνεσταλμένος] ut, Compreſſa manus. V. in verbo.
Compreſſus atque illiſus. Cic. de Aruſp. Reſp. 55.
Annonam compreſſam, Liv. 38. 35. eleganter vocat, quum pretium per coemptionem eſſet intentum auctumque. Et duodecim, inquit, clypea ærata ab Ædilibus curulibus, P. Claudio, & P. Sulpicio Galba, ſunt poſita ex pecunia, qua frumentarios ob annonam compreſſam damnarunt. V. mox Frumentum.
Certamina compreſſa. Virg. 4. Georg. 87.
Cæſaries compreſſa manu. Lucan. 8. 681.
Frumentum clauſum & compreſſum poſſidere. Cic. 5. Verr. 63.
Frumentum aliquod tenere compreſſum. Cic. pro Domo 14.
Impetus compreſſus. Virg. 2. Æn. 73.
Labris compreſſis agitare ſecum aliquid. Hor. 1. Serm. 4. 138.
Manus in pugnum. Quintil. lib. 2. cap. 21. V. in ipſo verbo.
Nares. Lucret. 6. 1191.
Naribus compreſſis oſcula eripere alicui. Tibul. lib. 2. 5. 92.
Natibus compreſſis Jovem ſalutat. Martial. 12. 78.
Naturam alicujus vitioſam, edomitam & compreſſam eſſe doctrina. Cic. de Fato 10.

Oculi

Oculi compressi. Columel. lib. 6. cap. 9. Signa febricitantis, manantes lacrymæ, gravatum caput, oculi compressi, fluidum salivis os.
Odium compressum atque tacitum Cic pro Domo 53. Omnemque impetum discordiarum, omnem diu collectam vim improborum, quæ inveterata compresso odio atque tacito jam erumpebat in actum.
Palma compressa aut porrecta ferire. Plaut. Casin. 2. 6. 63.
Seditio. Tacit. 1. Ann. 69.
Voluptates inclusæ, compressæ & constrictæ. Cic. pro Cœl. 75.
Compressus pro Oppressus juxta Scheff. ad illud Phædri, 4. 1. 5.

— mus escam putans
Adsiluit, & compressus occubuit neci.

Sed Comprensus lego cum Heinsio.
Compressi Celso dicuntur, quibus Fluentes opponuntur, i. e. Astricti. V. Præfat. Celsi. ubi de Methodicorum placitis.
Compar. dixit Cels. 2. 11. Compressioris oris. i. e. Angustioris. & itidem, Plin. 17. 11, & 16. 10.

COMPRESSUS, ûs. m. [μίξις] pro Concubitu. Ter. Adel. 3. 4. 29.

— virgo ex eo
Compressu gravida facta est; mensis decimus est.

Macrob. 5. Saturn. cap. 19. Nympha Thalia compressu Jovis gravida. Plaut. frequenter.

COMPRESSE, Adv. [συνεςαλμένως] opp. Late. Cic. 2. de Fin. 17. Rhetoricam palmæ, Dialecticam pugno similem esse dicebat, quod latius loquerentur Rhetores, Dialectici autem compressius.

COMPRESSIO, ōnis. f. [σύςαλσις] Cic. de Clar. Orat. 29. de Alcibiade & Critia loquens, Grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves, & ob eam ipsam causam interdum subobscuri. h. e. Dum res quasdam quæ dici possent, comprimunt, & quasi omittunt, breves.
Proprie Vitruv. 7. 8. extr. Cum in pannum infunditur & manibus premitur, aurum compressione coactum infra purum invenitur.
Item idem atque Compressus: Stuprum scil. Tertull. adv. Marc. 4. 34. Qui ex compressione matrimonium fecerat.

COMPRESSIUNCŬLA, æ. f. Plautus, Pseud. 1. 1. 66. Compressiunculæ amantium dulces.

COMPRESSOR, ōris. m. Stuprator. Plaut. 2. argum. Aul. 7.

COMPRESSO, āre. frequent. Vexo. Tertull. adv. Gnostic. cap. 3. Manus erat super illos in mala, & compressati sunt valde.

COMPRIVIGNI, quorum unus novercæ filius alteram vitrici filiam, aut ex contrario, uxorem ducit. Pitisc. ex Hotoman. de Rit. nupt. cap. 10.

COMPRŎBO, [ἐπιδοκιμάζω, συνδοκιμάζω] Idem quod Approbare. Cæs. 5. Bell. Gall. 56. Comprobat hominis consilium fortuna. Cic. 4. Verr. Eorum ego dignitate accusationem meam comprobare non potero?
Laudare & vehementissime comprobare aliquid. Cic. pro Lege Manil. 69.
Studiose libenterque comprobare. Cic. 16. Att. 20. Non dicam comprobes, sed studiose libenterque comprobes.
Deus numine suo comprobare aliquid dicitur. Cic. pro Domo 15. Erant qui deos immortales (id quod ego sentio) numine suo, reditum meum dicerent comprobasse.
Auctoritatem decreti alicujus comprobare. Cic. 14. Philipp.
Fama comprobat. Catul. 59. 62.
Factum alicujus. Liv. 24.
Legem. Liv. 34. 3.
Mores factis. Plaut. Pœn. 1. 2. 94.

Lepidi mores turpem ornatum facile factis comprobant.

Re aliquid. Ter. And. 5. 1. 5.

Ut beneficium, verbis initum dudum, nunc re comprobes.

Sententia sua aliquid. Cic. pro Corn. Balb. 42.
Comprobare silentio honorem alicujus. Liv. 38. 47. pr. Tribuniplebis antea solebant triumphum postulantibus adversari, P. C. quibus ego gratiam habeo, quod seu mihi, seu magnitudini rerum gestarum hoc dederunt, ut non solum silentio comprobarent honorem meum: sed referre etiam, si opus esse videretur, parati essent, &c.
Testimonio alicujus rem aliquam comprobare. Cic. 4. Verr. 119.
Vita & moribus comprobare. Cic. 1. de Fin. 65. Neque vero hoc oratione solum, sed multo magis vita & moribus comprobavit.
Comprobare, Ratum facere & verum esse dicere. Cic. 1. de Divin. 46. Quod matris somnium immanis filii crudelitas comprobavit. De Phalaridis matre. Budæus.
Perceleri interitu alicujus comprobatum venenum. Cic. pro Cœl. 58.

COMPROBATIO, ōnis. f. [δοκιμὴ] Cic. 5. de Fin. 62. Quis est tam dissimilis homini, qui non moveatur & offensione turpitudinis, & comprobatione honestatis?

COMPROBĀTOR, ōris. m. [δοκιμαςὴς] Cic. 1. de Invent. 43. Deinde ejus facti qui sunt principes & inventores, qui denique auctoritatis ejus & inventionis comprobatores atque æmuli.

COMPROMITTO, isi, issum, [ἐπιτρέπω] ĕre. Litem ad boni viri arbitrium mittere. Cic. 2. Q. frat. 14. Tribunitii candidati compromiserunt (H-S. quingenis in singulos apud M. Catonem depositis) petere ejus arbitratu, ut qui contra fecisset, ab eo condemnaretur.
Compromittere, Verbum est solenne ad constituenda arbitria, sicut Contestari ad judicia, ubi nulla compromissione opus est, quum jus reddatur in invitum. Oldendorp.

COMPROMISSUM, i. n. [ἐπιτροπὴ] dicitur Facultas ipsa arbitro data: tractum ab eo quod uterque litigans simul promittat se arbitri sententiæ pariturum. Cic. 12. Fam. 29. Sed a magistris quum contenderem de proferendo die, probarunt mihi sese, quo minus id facerent, compromisso & jurejurando impediri.
Compromissum facere, Arbitrum sumere de re aliqua. Cic. pro Rosc. Com. 12. Quæ quum ita sint, quæro abs te, quid ita de hac pecunia, de his ipsis H-S. IↃↃↃ de tuarum tabularum fide, compromissum feceris, arbitrum sumpseris.
Ex compromisso ad arbitrum ire. Proculus in l. societatem. D. pro socio.
Compromissum plenum apud Jurisconsultos apellatur, Quod de rebus controversis compositum est: nam ad omnes controversias pertinet. l. 21. §. 6. D. de recept. arbit. Hotom.

COMPROMISSARIUS, [ἐπίτροπος] Adj. Callistratus in l. quum lege Julia. D. de recept. arbit. Nemini licere minorem viginti annis compromissarium judicem eligere.

COMPSACUS, [Κόμψακος] Fluvius est Thraciæ, non procul ab Abderis, in Bistonidem lacum influens. Auctor Herodot. lib. 7.

COMPSA, [Κόμψα] Oppidum Italiæ in Hirpinis. unde

COMPSANI, Hirpinorum populi in Italia. V. Plin. 3. 11. & Vell. 2. 68. 3.

COMPTUS, V. COMO, is.

COMPUGNO, [ἀντιμάχομαι] āre. Contendere verbis, per metaphoram. Gell. lib. 14. cap. 5. Eaque inter eos contentio quum longius duceretur, non arbitratus ego operæ pretium esse eadem hæc ista diutius audire, clamantes compugnantesque illos reliqui.
Congredientes, compugnantesque philosophus & dolor. Gell. lib. 12. cap. 5.

COMPULSO, COMPULSATIO, COMPULSAMENTUM, COMPULSORIALIS, V. COMPELLO.

COMPUNGO, [κατανύττω, κατακεντίζω] ĕre. Idem quod Pungere. Columel. lib. 8. cap. 14. Cavendumque ne aut aculeis urticæ compungatur, &c.
Collum dolone compungere. Phædr. 3. 6. 3.

Vide, ne dolone collum compungam tibi.

Sensus compungere dicuntur, Quæ sensus offendunt: ut Splendor oculos, gustum amaritudo, tactum res vel calidæ nimis, vel frigidæ, vel asperæ, &c. Lucret. lib. 2. 432.
Aciem oculorum compungere dicuntur colores clariores, qui velut æs perpolitum, fulgorem quendam remittunt offendentem oculos. Lucret. 2. 420. Et qui compungunt oculos, lacrymareque cogunt.
Compungere se suis acuminibus, per metaphoram. Cic. 2. de Orat. 158. Et ad extremum ipsi se compungunt suis acuminibus, & multa quærendo reperiunt, non modo ea quæ jam non possint ipsi dissolvere, sed etiam, &c. de Stoicis.

COMPUNCTUS, a, um. [ἐστιγμένος, στικτὸς] Partic. ut, Compunctus notis Threiciis. Cic. 2. Off. 25. Barbarum & eum quidem, ut scriptum est, compunctum notis Threiciis, districto gladio jubebat anteire. conf. STIGMATIAS.

COMPUNCTIO, ōnis. f. [νυγμὸς] Plin. lib. 21. cap. 19. Hæc potio, mulieres ex abortu purgat: laterum compunctiones tollit, & vesicæ calculos.

COMPUNCTORIUS, Adj. ut, Compunctorius sermo. Sidon. 6. Epist. 6.

COMPŪSA, [Κόμπουσα] Bithyniæ oppidum, ad Thracii Bosphori angustias situm, non procul a Chalcedone. Auctor Plin. lib. 5. cap. ult.

COMPŬTO, [λογίζομαι, ψηφίζω, συμψηφίζω, συλλογίζω] āre. Simul putare. Quod & ad Arbores, & ad Mentem referri potest. Quum ad mentem refertur, Existimare sive Judicare significat. Plaut. Merc. 3. 2. 12. Illum computat uxor domum obduxisse sibi scortum. [Sed locum videsis reperias.] Plin lib. 9. cap. 35. Computet nunc aliquis ex altera parte, quantum Curius aut Fabricius in triumphis tulerint, imaginetur eorum fercula.
Ad arbores vero est Cædere. ut, Ramos computate apud Plinium. [ubi?
Computare, Connumerare, sive quod vulgo dicitur, Computum facere, sive Calculare. Plin. lib. 18. cap. 6. Si computetur impendium operæ. Cic. 2. Philipp. 94. Compellarat hospitem præsens, computarat, pecuniam imperarat.
Articulis computare. Ovid. 2. de Pont. 3. 18.

At reditus jam quisque suos amat, & sibi quid sit
Utile, sollicitis computat articulis.

Al. Supputat.
Deliciares tegulæ quæ erunt, pro binis integris computabuntur. Cato, cap. 14.
Computare digitis. Plaut. Mil. 2. 2. 49.

Dextera digitis rationem computat feriens femur.

Plin. lib. 34. cap. 8. ubi de Statuariis. Eubolidis digitis computans. [Subaudi Opus. Videtur Eupolidis scribendum.
Annos computare. Seneca de Benef. lib. 3. cap. 16. Nunquid jam ulla repudio erubescit, postquam illustres quædam ac nobilissimæ feminæ non Consulum numero, sed maritorum annos suos computant.
Facies tua computat annos. Juven. 6. Sat. 198. h. e. Ostendit quam sis annosa.
Annos dextra (subaud. manu) computare, est Annum ætatis centesimum excessisse. Juven. 10. Sat. 249.

Felix nimirum, qui tot per secula mortem
Distulit, atque suos jam dextra computat annos,
Quique novum toties mustum bibit.

Veteres enim, omnes numeros ad centum usque computabant variis digitorum manus sinistræ gestibus. A centum vero computationem transferebant in dextram. De qua re vide Bedam apud Cœlium Rhodig. lib. 23. cap. 13.

COMPUTATIO, ōnis. f. [λογισμὸς, συλλογισμὸς] Plin. lib. 17. cap. 22. Operarum ista computatio est.
Computationem expostulare. Plin. lib. 9. cap. 35. Magnificam alias cœnam, ne dies periret, sed quotidianam Antonio apposuit, irridenti, computationemque expostulanti.
Venire in computationem. Plin. lib. 6. cap. 33. Universam mensuram quæ venit in computationem, &c.
Computatio Romana. Plin. lib. 2. cap. 108.

COMPUTATOR, ōris. m. Sen. Epist. 87. Diligentissimi computatores.

COMPUTABĬLIS, e. [λογιςὸς] Quod computari potest & numerari. Plin. lib. 19. cap. 8. Tritianum hoc genus vocatur, bis computabili impendio, tædioque.

COMPŬTUS, i. m. Idem ac Computatio. Firmic. lib. 1. cap. 2. Animus ipse hujus scientiæ rationem, ipse computos tradidit. Ibid. sub finem capitis, Vides, ut primos discentes computos, digitos tarda agitatione deflectant?

COMPUTRESCO, [κατασήπομαι] ĕre. Idem quod simplex: vel Quum variæ res mutuo contactu putrescunt simul. Plin. lib. 13. cap. 13. Propterea arbitrari eos non computruisse. Columel. lib. 5. cap. 10. Quoniam mutuo contactu aut computrescent, aut vermibus interibunt.
Artus computrescunt. Lucret. 3. 344.

CŌMUM, i. [Κῶμον] Civitas Galliæ Cisalpinæ, juxta Larium lacum. Hæc mediocris erat colonia trans Padum, sed Pompeius post Scipionem, ac postea Cæsar eam auxerunt. Hinc Comenses dicti sunt ejus incolæ: atque hinc etiam Comensis lacus dictus. V. Plin. lib. 3. cap. 17. Dicitur etiam Novum Comum, teste Strab. lib. 5. Postquam inquilinorum tribus millibus Scipio, quinque millibus Cæsar eam coloniam auxit, quos civitate donatos Novocomenses vocavit. Catull. Epig 33. V. C. l.

CŌMUS, [Κῶμος] Deus apud veteres habitus, comissationum nocturnarumque saltationum præses, in cujus militia auctorabantur juvenes, qui coronati noctu cum facibus musicisque instrumentis ad amicarum fores saltandi canendique gratia concurrebant, procaciterque lasciviebant, ut fores nonnunquam effringerent, quod optime describit Philostratus

imagine tertia. Hinc Comeſſari verbum, & Comeſſatio, ut inquit M. Varro. V. COMISSOR.

C O N

CON, & Cum, idem ſignificant. [σὺν] Sed Cum, fere ſeparata; Con vero, ſemper compoſita reperitur, & ſignificat Simul; ut, Conjungo: interdum Contra; ut, Contendo: interdum Valide; ut, Concrepo.

CONAMENTUM, CONATUM, CONATUS. V. CONOR.

CONAROS, [κόναρος] ab Alexandrinis appellatur Frutex quidam aculeatus, teſte Agathocle, qui a Dioſcoride Paliurus vocatur. V. Ruell. lib. 1. cap. 107.

CONCĂCO, [συχέζω] āre. Sen. in Ludo de morte Claudii, cap. 4. Ultima ejus vox, cum majorem ſonitum emiſiſſet illa parte qua facilius loquebatur: Væ me: puto, concacavi me. Quid autem fecerit neſcio, omnia certe concacavit. Phædr. 4. 17. 11.

Totam timentes concacarunt regiam.

CONCÆDES, videtur Tacitus vocare Cæſas arbores, Ann. 1. 50. 2. At Romanus agmine propero ſilvam Cæſiam limitemque a Tiberio cœptum ſcindit, caſtra in limite locat, frontem ac tergum vallo, latera concædibus munitus. Tamen poteſt intelligi de Fragmentis cujuſvis materiæ quam excidiſſent. Ergo Concædes erunt Fragmenta ex rebus exciſis. Sed prior placet. Veget. de R. Milit. 3 22. Multi cum ab hoſte diſcedunt, ſi per ſilvas ituri ſint, præmittunt qui anguſta vel abrupta occupent loca, ne ibidem patiantur inſidias. Et rurſus poſt ſe præciſis arboribus vias claudunt, quas concædes vocant, ut adverſariis facultatem adimant perſequendi. conf. Ammian. 16. 25. & 17. 20. Stewech. ad Veget. Valeſ. ad Ammian. & Rhodig. Antiq. Lect. 5. 14.

Lipſius eandem vocem affert ex Ammiano, pag. 57. Comm. in Tac. Annales. Addit & Cæſarem ea voce uſum, ſed non exponit. H. St. Deerat Ammiani locus in Lugd. De Cæſare falſum.

CONCAGATUM catillum, apud Petron. cap. 66. vexavit omnes Interpretes & vexat hodie. Concacatum præfert nuperrimus Editor eruditus.

CONCĂLEO, [συνθέρομαι] ēre. Idem quod Caleo. Plaut. Amph. 1. 3. 15. Prius abis, quam lectus ubi cubuiſti, concaluit locus. Varr. 3. de R. R. cap. 16. Concaluit ſtomachus, ut digerat multa facilius. [Niſi falſa allegatio eſt. Videtur autem potius a Concaleſco eſſe, ut ſq.

Concalere, Commotum eſſe. Ter. Heaut. 2. 3. 108.

Verum hercle iſthuc eſt, Syre, Syre inquam, heus heus Syre.
s. Concaluit, quid vis?

CONCALEFĂCIO, vel expuncto E, CONCALFACIO, ēci, actum, [θερμαίνω, θέρω] ĕre. Cic. 2. de Orat. 316. Et ait idem, quum brachium concalefecerit, tum ſe ſolere pugnare. h. e. Quum frequenti circumvolutione vel agitatione calorem brachio excitarit.

Concalefacere ſe, pro Inflammatum & excitatum eſſe. Cic. ad Panſam, lib. 3. Nos Ventidianis rumoribus concalefecimus. Ex Nonio. Mercer. Calficimur.

CONCALEFĪO, [θερμαίνομαι] Varr. 3. de R. R. cap. 9. Curator oportet circumeat diebus interpoſitis aliquot, ac vertere ova, ut æquabiliter concalefiant.

CONCALEFACTUS, [θερμανθεὶς] Partic. Cic. 1. Tuſc. 42. Illam vero funditus ejiciamus individuorum corporum levium & rotundorum concurſationem fortuitam, quam tamen Democritus concalefactam & ſpirabilem, id eſt animalem eſſe voluit.

CONCALEFACTORIUS, [θερμαντικὸς] Adj. Plin. lib. 31. cap. 20. Vis ei concalfactoria. h. e. Excalfaciens, & nata calorem excitare.

CONCALESCO, [θέρομαι] ĕre. Calidum fieri, vel calidum eſſe. Cic. 1. Tuſc. 22. Calidior eſt enim, vel potius ardentior animus, quam eſt hic aer, quem modo dixi craſſum atque concretum: quod ex eo ſciri poteſt, quia corpora noſtra terreno principiorum genere confecta, ardore animi concaleſcunt.

CONCALLEO, ui, [τυλόομαι] ēre. Idem quod Callere, obductum eſſe callis. Cic. 3. de Nat. Deor. 25. Verſutos eos appello, quorum celeriter mens verſatur: callidos autem, quorum tanquam manus opere, ſic animus uſu concalluit. conf. 4. Att. 16.

CONCĂMĔRO, [καμαρόω, ὀροφόω] āre. Idem quod Camerare ſignificat, confornicare. Plin. lib. 34. cap. 14. de magnete lapide. V. CAMERA. Idem lib. 11. cap. 24. Specus ipſe qua concameratur architectura. Vitruvius 3. 3. Intervalla aut concameranda, aut ſolidanda ſiftucationibus.

CONCAMERĀTUS, a, um. Suet. Aug. cap. 90. In abditum & concameratum locum ſe recipere.

CONCAMERATIO, ōnis. f. [καμάρωσις] Budæus; Concamerationes, ſunt Quæ arcuato opere conſtant. Vitruv. lib. 6. cap. 10. Ædificia quæ plano pede inſtituuntur, ſi fundamenta eorum facta fuerint, ita ut in prioribus libris de muro & theatris a nobis eſt expoſitum, ad vetuſtatem ea erunt ſine dubitatione firma. Sin autem hypogea concamerationeſque inſtituentur, fundationes eorum fieri debent craſſiores, quam quæ in ſuperioribus ædificiis ſtructuræ ſunt futuræ.

Concameratio, Opus ad ſimilitudinem pergularum hortenſium factum, quæ junipero conflectuntur ad ambulationes opacandas. nomen lingua noſtra a cunabulis infantium habet. Budæus.

CONCANA, [Κόγκανα] Civitas eſt mediterranea Cantabrorum in Tarraconenſi Hiſpania. Ptolem. lib. 2. Hujus incolæ Concani dicuntur. Hor. 3. Carm. 4. 34.

Et lætum equino ſanguine Concanum.

CONCANI, Gens Hiſpaniæ dicebantur: vel, ut quidam volunt, Thraciæ, quibus dum vinum deeſſet, lacte & ſanguine utebantur. de quibus ait Virg. 3. Georg. 463.

Et lac concretum cum ſanguine potat equino. Acron. Sil. Ital. 3. 361.

Cornipedis fuſa ſatiaris, Concane, vena.

CONCANONICUS, i. m. Saresb. Ep. 168. Concanonicus noſter Laurentius. V. Canonicus, in CANON.

CONCĂPES, ĭtis. Adj. quaſi Caput ad caput. Lex XII Tabb. apud Feſtum: Tignum junctum ædibus vineæque concapes ne ſolvito; ſignificat Tigni caput, quod ad ædes & vineam ſuſtentandam defixum, ejuſque cum capite commiſſum eſt. V. Voſſ. Etym. p. 28.

CONCAPTĪVUS, Gloſſ. Gr. Lat. συναιχμάλωτος. Vulg. Interp. Tob [illegible]

CONCASTĪGO, [ἐπιτιμάω] āre. Idem cum ſimplici. Plaut. Trin. 1. 1. 4.

— nam ego amicum hodie meum
Concaſtigabo, pro commerita noxia. Adde Bacch. 3. 3. 94.

CONCĂTĒNĀTUS, a, um. Min. Fel. cap. 17 Elementa cohærentia, connexa, concatenata. Concatenari habet & Lactantius Inſt. 3. 17. Sed uterque præter uſum ævi [illegible]uri, qu[illegible]d voluit ſolummodo ſimplex verbum.

CONCĂVUS, [κοῖλος] Adj. a Cavo; i. e. Vacuus. Cic. 2. de Nat. Deor. 98. Adde huc ſpeluncarum concavas altitudines, ſaxorum aſperitates.

Æra concava. Ovid. 4. Met. 30.

— impulſaque tympana palmis,
Concavaque æra ſonant. i. e. Tintinnabula. [Immo Cymbala.

Aqua, Fluctus. Ovid. 1. Triſt. 11. 20.
Brachia Cancri. Ovid. 15. Met. 369.
Cymbala. Lucret. 2. 619.
Dentes. Plin. lib. 11. cap. 37.
Folia. Plin. lib. 16. cap. 24.
Genæ. Sen. Herc. fur. 9.
Jugula. Cic. de Fato 10. Stupidum eſſe Socratem dixit & bardum, quod jugula concava non haberet.
Poſitionis concavæ campus. Columel. lib. 2. cap. 17.
Puppis. Ovid. 1. de Arte Am. 402.
Robur. Ovid in Ibin, 483. al. Robora cava.
Saxa. Virg. 5. Æn. 677. i e. Speluncæ.
Vela concava dicuntur, Quum vento intenduntur & ſinum faciunt. Ovid. 6. Epiſt. 66.

— ventus concava vela tenet.

Concava, pro Foſſis dixit Claud. de 3. Conſ. Honor. 47.

— aſcenſu vincere montem,
Planiciem curſu, valles, & concava ſaltu.

CONCĂVO, [κοιλόω] āre. Idem quod Cavare.

Concavare brachia in duos arcus, i. e. Inflectere & ſinuare brachia, ut formam imitentur duorum arcuum. Ovid. 2. Met. 195.

Eſt locus, in geminos ubi brachia concavat arcus Scorpius.

CONCAVĀTUS, Partic. Columel. 8. 5. Facere concavatos nidos.

CONCĒDO, ſſi, ſſum, [παραχωρέω. ὑφίεμαι, προσέρχομαι, ἀπέρχομαι] ĕre. pro Cedere, hoc eſt dare locum. Plaut. Amph. 1. 1. 120. Concedit nox die. i. e. Diei. & Virg. 10. Æn. 215.

Jamque dies cælo concesſerat, &c. Terent. Hec. 4. 2. 21.

Hic video me eſſe inviſam immerito: tempus eſt concedere. Virg. 10. Ecl. 63.

— ipſæ rurſus concedite ſilvæ.

Concedere aliquo. Cic. 2. de Divin. 45.

Concedamus huc. Ter. Heaut. 1. 1. 122.

Hinc a me quiſnam egreditur? huc conceſſero.

Concedere a vel ab, ſive abs. Plaut. Epid. 5. 2. 16. Nam ab oculis conceſſi tuis? Idem Perſa, 1. 1. 51. At pol ego abs te conceſſero.

Concedere a vel ab, huc, illuc, aliquo. Plaut. Moſt. 2. 1. 82. Concedam a foribus huc. Ter. Heaut. 3. 3. 11.

Eſto, at certe concedas aliquo ab eorum ore aliquantiſper. Cic. 1. in Catil. 17. Ab eorum oculis aliquo concederes.

Concedere ad januam. Plaut. Aul. 4. 5. 6.

Tantiſper hic ego ad januam conceſſero. Ter. And. 4. 5. 12.

Concede ad dexteram.

Ad manes vita conceſſit. Virg. 10. Æn. 820.

— vita per auras
Conceſſit mœſta ad manes, corpuſque reliquit.

Retro ad aliquem concedere. Tacit. 13. Ann. 56. Sola Anſibariorum gens retro ad Uſipios, & Tubantes conceſſit.

Concedere ex ædibus. Ter. Hec. 4. 4. 57.

Pollicita eſt ea ſe conceſſuram ex ædibus.

Concede hinc a foribus paululum iſtorſum ſodes. Ter. Phorm. 5. 1. 14.

Concede hinc intro, vel domum. Ter. Eun. 1. 2. 126.

Concedam hinc intro: atque expectabo dum venit. Idem Heaut. 3. 1. 90.

A me neſcio quis exit, concede hinc domum,
Ne nos inter nos congruere ſentiant.

Concedere ſolum biduum. Ter Eun. 1. 2. 102.

Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum
Saltem ut concedas ſolum?

Concedere in voluntarium exilium. Auctor de Viris Illuſt. cap. 49. Inde in voluntarium exilium conceſſit, ubi reliquam egit ætatem. conf. cap. 8.

In hiberna concedere. Liv. 21. 21. pr. Annibal, Sagunto capto, Carthaginem novam in hiberna conceſſerat.

In tecta. Liv. 22. 22. extr. Ni hiems, quæ Romanos quoque & Carthaginienſes concedere in tecta coegit, interveniſſet.

In altiora loca. Liv. 4. 22. pr. Quæ quum agerentur, hoſtes in loca altiora conceſſere.

In altum contruſus conceſſit. Lucret. lib. 4. 916.

In jus, ditionemque alicujus concedere. Liv. 29. 31.

Concedere in ditionem vel deditionem alicujus. Liv. 29. 29. extr. Gens Maſæſylorum omnis, in ditionem imperiumque Mezetuli conceſſit. Idem lib. 28. 7. Viſo ſtatim hoſte, prope in voluntariam deditionem conceſſiſſent.

Concedere in ſententiam alterius. Liv. 32. 23. extr. Is quoque ut pro omnibus portis diſpoſita vidit præſidia, nec facile erumpentium impetus ſuſtineri poſſe, in Attali ſententiam conceſſit.

In turbam. Hor. 1. Serm. 4. 143.

Concedere fato, pro Mori. Plin. in Paneg. cap. 11. In principe enim, qui electo ſucceſſore fato conceſſit, una itemque certiſſima divinitatis fides eſt bonus ſucceſſor.

Fatis magnis concedere. Valer. 1. Argon. 554.

Superis conceſſit ab oris, Mortem obiit. Virg. 2. Æn. 91.

Vita concedere. Tacit. 13. Ann. 45. Fine anni Poppæus Sabinus conceſſit vita.

Veneno vita concedere. Tacit. 14. Ann. 51. Conceſſitque vita Burrus, incertum valetudine, an veneno. Inde

Concedere, abſolute, pro Vita concedere ſeu Decedere. Tacit. 4. Ann. 38. 4. Ut quandocumque conceſſero, cum laude & bonis recordationibus facta atque famam nominis mei proſequantur. conf. Idem 13. 30. 4.

Concedere, [δοῦναι, ἀντιθεῖναι] Permittere. Cic. 1. Fam. 9. Collegi ipſe me, & cum ipſa quaſi Repub. ſum colloquutus, ut mihi tam multa

pro

pro se perpesso atque persuncto concederet, ut officium meum, memoremque in bene meritos animum, fidemque fratris mei præstarem.
Concedere aliquid in iras alicujus. Virg. 7. Æn. 305.
— concessit in iras
Ipse deûm antiquam genitor Calydona Dianæ. h. e. Iratæ Dianæ permisit ut Calydona vexaret, ulcisceretur que injuriam ab OEneo rege Calydoniorum sibi factam.
Dare & concedere pudori. Cic. 3. Verr. 32. Vos quæso, date hoc & concedite pudori meo.
Pati atque concedere fieri aliquid. Cic. 5. Verr. 109. Quum videres si sine tuo maximo quæstu fierent, cum tanto periculo tuo fieri paterere atque concederes?
Tribuere & concedere alicui multa. Cic. 1. de Orat. 57.
Recte aliquid concedere. i. e. Merito. Hor. in Arte Poet. 369.
Amores suos concedere, Rem amatam donare. Catul. 62. 27.
Thessaliæ columen Peleu, cui Juppiter ipse,
Ipse suos divûm genitor concessit amores.
Animam alicui. Ovid. 5. Met. 222.
Dolorem atque inimicitias suas reipublicæ, In gratiam reip. inimicis remittere. Cic. de Provinc. Conf. 44.
Falsum alicui. i. e. Permittere alicui falsa dicere, contraque illa arguere, ac si vera essent. Lucret. 3. 539.
Impunitatem, pro Non punire. Cæs. 1. Bell. Gall. 16. Consuesse enim deos immortales, quo gravius homines ex commutatione rerum doleant, quos pro scelere eorum ulcisci velint, his secundiores interdum res, & diuturniorem impunitatem concedere.
Id laudis alicui concedere, Eo afficere honore. Propert. lib. 3. 9. 59.
Hoc mihi, Mæcenas, laudis concedis, & a te est,
Quod ferar in partes ipse fuisse tuas.
Libertatem devictis hostibus. Cæs. 4. Bell. Gall. 15.
Libertatem alicui in aliqua re. Cic. pro Planc. 33.
Ludum pueris. Hor. 2. Epist. 2. 142.
Materiam alicui ad aliquid faciendum. Tacit. 1. Ann. 35.
Navigia concedere mari. Columel. in præf. 4. i. e. Navigare. Quædam exemplaria legunt Concredere, & fortasse rectius.
Partem octavam pretii. Plin. 8. Epist. 2.
Peccasse semel concedere. i. e. Semel commissum peccatum. Ovid. 2. Amor. 14. 43.
Di faciles, peccasse semel concedite tuto,
Et satis est: pœnam culpa secunda ferat.
Tempus ad aliquam rem. Cic. pro Arch. 13.
Veniam alicui. Stat. 5. Silv. 3. 264.
Victoriam. Tacit. 5. Ann. 18.
Vitam concedere, & ignoscere peccata alicui. Hirt. Bell. Afric. 31. 3.
Concedere de jure suo. Ter. Adel. 2. 2. 9.
Metuisti, si nunc de tuo jure concessisses paululum.
Concedere alicui, [ὁμοδοξεῖν, ὁμολογεῖν] pro Consentire. Cic. 4. Verr. 108. Concedo, forsitan aliquis aliquando ejusmodi quippiam fecerit.
Concedere ut. Cic. pro Rosc. Amer. 93. Verum concedo tibi ut ea prætereas, quæ quum taces, nulla esse concedis.
Remittere atque concedere alicui ut. Cic. pro Planc. 73. Sic mecum semper egisti, te mihi remittere atque concedere, ut omne studium meum in Cn. Plancii honorem consumerem.
Concedere aliquid. Cic. 4. Acad. 72. Nos autem dicimus ea nobis videri, quæ vosmetipsi nobilissimis philosophis placuisse conceditis.
Concedere amicis quicquid velint. Cic. de Amicit. 8.
Concedere alicujus facto vel dicto, pro Ignoscere. Cic. pro Rosc. Amer. 3. Deinde quod ceterorum neque dictum obscurum potest esse propter nobilitatem & amplitudinem: neque temere dicto concedi, propter ætatem & prudentiam.
Concedere alicui, pro Cedere. Ter. Hec. 3. 5. 27.
Sed quando sese indignam deputat matri meæ,
Cui concedat, cujusque mores toleret sua modestia. Virg. 2. Ecl. 57.
Nec si muneribus certes, concedet Iolas. Nempe Ditior, ut ait Serv.
Ictibus saxorum concedere. Tacit. 3. Hist. 29.
Magnitudini medicinæ doloris magnitudo concedit. Cic. 4. Tusc. 63.
Obsidioni concedere. Tacit. 13. Ann. 40.
Solio concedere, pro Assurgere, honoris gratia. Sil. lib. 3. 628.
Veris concedere. Hor. 2. Serm. 3. 305.
Tempus puerile concessit juventæ. i. e. Pueritia discessit veniente juventa, sive juvenili ætate. Ovid. 6. Met. 719.
Voluptas concedit dignitati. Cic. 3. de Fin. pr. Voluptatem quidem, Brute, si ipsa per se loquatur, nec tam pertinaces habeat patronos, concessuram arbitror, convictam superiore libro, dignitati.
Nemini concedere de re aliqua. Cic. pro Rosc. Amer. 118. Quid tandem quæso, Judices, num aut ille lanista omnino jam a gladiatore cessisse videtur? aut is discipulus magistro tantulum de arte concedere?
De gloria alicui concedere. Tacit. 3. Hist. 64.
Nemini concedere in re aliqua studio & cupiditate. Cic. pro Deiot. 28. Quos concursus facere solebat? quam se jactare? quam se ostentare? quam nemini in illa causa studio & cupiditate concedere?
Nemini concedo, qui majorem ex pernicie & peste Reipub. molestiam traxerit. Cic. 4. Fam. 3. i. e. Maxime omnium molestia afficior.
Audaciæ petulantiæque alicujus nihil concedere. Cic. pro Cæcin. 103.
Non concedo tibi ut. Cic. 3. Q. frat. 1. Non enim concedo tibi, plus ut illum ames, quam ego ipse amo.
Concedere alicui primas in dicendo partes. Cic. 1. Verr. 49.
Concedere alicui artem aliquam. Cic. pro Quint. 93. Non comparat se tecum gratia P. Quintius, Sex. Nævi, non opibus, non facultate contendit: omnes tuas artes, quibus tu magnus es, tibi concedit.
At, Concedere aliquem alicui, est alibi Sinere te ut impetret aliquis. Cic. pro Marcell. init. Cum M. Marcellum Senatui Populoque R. concessisti. Nep. 25. 7. 3. Attici quies tantopere Cæsari fuit grata, ut huic non solum molestus non fuerit, sed & sororis & Q. Ciceronis filium ex Pompeii castris concesserit. Tacit. 2. Ann. 55. 2. Offensus urbi propria quoque ira, quia Theophilum quendam Areo judicio falsi damnatum precibus suis non concederent.
Concedere, cum gerundivo. Cic. 3. Verr. 38. Bona quædam proscriptorum in agro Beneventano diripienda concessit.

Conceditur ut. Cic. de Amicit. 50. Concedatur profecto verum esse, ut bonos boni diligant.
Conceditur enim similes esse, quo contentus esse potueras. Cic. 4. Acad. 55.
Non concessum, Non licuit aliquid facere, &c. Sil. lib. 11. 259.
CONCĒDENS, [ὑφιέμενος] Partic. Cic. 10. Fam. 3. Nunc me amantissimum tui, nemini concedentem, qui tibi vetustate necessitudinis potior possit esse, si audies, &c.
CONCESSUS, a, um. [δεδομένος] Partic. Plin. lib. 12. cap. 25. Omnibus odoribus præfertur balsamum, uni terræ Judææ concessum.
Jure concessum. Quintil. lib. 3. cap. 6. Sunt enim quædam non laudabilia natura, sed jure concessa.
In accusatores aliquid concessum est. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Legibus concessum. Lucret. lib. 5. 1148.
Munere divûm concessum aliquid. Virg. 1. Georg. 238.
Amor concessus. Ovid. ad Liv. 305.
Furta. Ovid. 1. de Arte Am. 33.
Omnia concessa alicui dono deorum. Martial. lib. 11. 58.
Omnia quum tibi sint dono concessa deorum.
Res. Cic. 2. de Divin. 103. & 104.
Venus, Amor licitus. Hor. 1. Serm. 4. 113.
Via concessa ire. i. e. Facere quod rectum est, & omnibus licitum. Lucan. 2. 446.
Concessa putet ire via, civemque videri.
CONCESSUM, i. n. [δεδομένον] Cic. pro Cœl. 28. Sed abhorret non modo ab hujus seculi licentia, verumetiam a majorum consuetudine atque concessis. i. e. Permissionibus vel constitutionibus.
Amare concessa. Ovid. 9. Met. 453.
Petere concessa. i. e Quæ concedi possint. Virg. 5. Æn. 798.
CONCESSIO, ōnis. f. [δόσις] Actus concedendi. Cic. 3. Att. 24. Nam si Tribuni plebis nobis succensent, quæ potest spes esse? ac videntur jure succensere, quum & expertes consilii fuerint, & qui causam nostram susceperant, & nostra concessione omnem vim sui juris amiserint. Idem 10. Fam. 8. Concessiones præmiorum.
CONCESSUS, ûs. m. [δόσις] pro Permissu Cic. de Univers. 44. Neque datum est mortalium generi deorum concessu atque munere, neque dabitur.
Concessu & beneficio alicujus. Cic. 4. Fam. 6. Magnæ est tamen deliberationis, quæ ratio sit ineunda nobis non agendi aliquid, sed illius concessu & beneficio quiescendi.
CONCESSĪVUS, Adj. ut, Concessivus modus: de quo sic Servius in illud Virg. 10. Æn. 33.
— neque illos
Juveris auxilio. Concessivus est (inquit) iste modus secundum Probum: namque in artibus non invenitur. Fit autem quoties tædio contentionis quasi videmur concedere, quod tamen nolumus fieri: nam id agit hoc loco Venus, ut Juppiter magis præstet auxilium.
CONCESSO, [παύομαι] āre. frequent. Idem quod Cessare, & ab opere vacare. Plaut. Pœn. 1. 2. 10.
Ex industria ambæ, nunquam concessavimus
Lavari, aut fricari, aut tergeri, aut ornari.
CONCESSATIO, ōnis. f. [παῦσις] Columel. 11. cap. 1. Nam ut in itinere conficiendo sæpe dimidio maturius pervenit is, qui gnaviter sine ullis concessationibus permeabit, quam is qui, &c.
CONCELĔBRO, [συνεπιφημίζω, συνεπιφοιτάω] āre. Idem quod simplex. ut, Concelebrare natalem suum, apud Plin. in Epist.
Carmina concelebrare cantu. Lucret. 5. 1380.
Convivia concelebrare. Cic. de Petit. Consul. 14.
Dapes concelebrare. Ovid. 4. Fast. 354.
Funus. Liv. 8. 7. extr. Quantum militaribus studiis funus ullum concelebrari potest. i. e. Honorari, decorari.
Loca aquarum concelebrare circum ripas fontesque. Lucret. lib. 2. 345.
Ludos geniumque choreis. Tibull. lib 1 8. 49.
Mercatus. Plin. lib. 34. cap. 2. Antiquissima æris gloria Deliaco fuit, mercatus in Delo concelebrante toto orbe.
Spectaculum. Liv. 1. 9. Indici deinde finitimis spectaculum jubet: quantoque apparatu tum sciebant, aut poterant, concelebrabant.
Studia. Cic. 1. de Invent. 4. Quare mihi videntur postea cetera studia recta atque honesta per otium concelebrata, ab optimis enituisse.
Terras. Lucret. 1. 4. ad Venerem. i. e. Fœcundare.
Victoriam. Cæs. 3. Bell. Civil. 72. Per orbem terrarum, fama ac litteris victoriam ejus diei concelebrant.
Plateam Hymenæo. Plaut. Cas. 4. 3. 2.
Concelebrare, Diffamare: dictum a Celebritate. Lucil. lib. 30.
Multis inde locis sermonibus concelebrarunt. Ex Nonio.
CONCĒLO, [συγκρύπτω] āre. Idem quod Celare. Gell. lib. 15. cap. 2. Quos aliquis pudor reverens concelaret. Idem lib. 11. cap. 9. Non id postea concelavit, quin gloriæ quoque hoc sibi assignavit.
CONCENTURIO, [συγκαταπτύομαι] āre. Colligere: dictum a Centuriis quæ ad suffragia conveniebant. Plautus Pseud. 1. 5. 159.
Dum concenturio in corde sycophantias. Idem Trin 4. 2. 160.
Nam epistola illa mihi concenturiat metum In corde. conf. Non. 1. 36.
CONCENTUS, ûs. In CONCINO.
CONCEPTACULUM, CONCEPTIO, CONCEPTIVÆ Feriæ, CONCEPTARE, CONCEPTUS. V. CONCIPIO.
CONCERNO, crēvi, crētum, [συνειδῶ] ĕre. Idem quod Cerno. Cic. de Petit. Conf. 16. Quod si satis grati homines essent, hæc tibi omnia parata esse debebant, sicut parata esse concerno. Sed legitur ex auctoritate Mss. Exempl. Confido.
Concerno, i. e. Cribro, cerno, seu purgo. Augustin. Confess. 5. 10. Talem naturam ejus nasci non posse de Maria virgine arbitrabar nisi carni concerneretur.
Concernere, pro Attinere, est extremi barbarismi. V. Cellar. Cur. Poster. p. 350. & Voss. de Vit. L. L. 4. 4.
CONCERPO, psi, ptum, [διασπαράσσω] ĕre. ex Con & Carpo compositum; idem quod Discerpere significat, & dilacerare. Liv. 38. 55. Librumque rationis ejus quum Lucium fratrem afferre jussisset, inspectante Senatu, suis ipsum manibus concerpsisse: indignantem, &c.
Concerpere epistolas. Cic. 10. Att. 14. Tu tamen eas epistolas, quibus asperius de eo scripsi, aliquando concerpito.

Ferven-

Ferventissime concerpi. Cic. 8. Fam. 6. Quod tibi supra scripsi, Curionem valde frigere: jam calet. nam ferventissime concerpitur.

Concerptus, [διεσπαραγμένος] Partic. ut, Concerpta linteola. Plin. lib. 28. cap. 15. Et lib. 21. cap. 3.

Concerto, [συναγωνίζομαι] āre. Simul certare, & contendere. Cic. Antequam iret in exil. 13. Nunc igitur si lingua est concertandum, innocentiæ virtute fretus supero.

Concertare velocitate nandi. Columel. lib. 8. cap. 15. Ut sine impedimento, quum apricitate diei gestiunt aves, nandi velocitate concertent.

Concertare cum inimico, Confligere cum hoste. Cic. pro Lege Manil. 28.

Concertare cum aliquo de re aliqua. Cic. 3. de Nat. Deor. 42. Ex eo igitur & Lisyto est is Hercules, quem concertasse cum Apolline de tripode accepimus.

Concertare cum aliquo, pro Litigare & rixari. Ter. Adel. 2. 2. 2.

— quid istuc Sannio est, quod te audio
Nescio quid concertasse cum hero?

Concertare cum aliquo verbis. Cic. 3. Att. 12. Sed quia nunquam accidit ut cum eo verbo uno concertarim.

Concertatus, a, um. [συνηγωνισμένος] Partic. Cic. in Partit. 99. Quæ etiam si antequam res in judicium venit, aut concertata, aut dijudicata, aut confecta non sunt: tamen, &c.

Concertatio, ōnis. f. [ἀγώνισις] Plin. lib. 20. cap. 18. Qua de causa magna concertatio extitit.

Studium concertationis. Cic. 1. de Divin. 62. Namque Carneades concertationis studio, modo ait hoc, modo illud.

Animorum concertatio. Cic. pro Sext. 77. Cædem vero tantam, tantos acervos corporum extructos, nisi forte illo Cinnano atque Octaviano die, quis unquam in foro vidit? qua ex concertatione animorum?

Sententiarum, nullo idem censente. Plin. lib. 29. cap. 1.

Verborum. Cic. in Partit. 81. Disputandi prudentiam imitatur concertatio captatioque verborum. Loquitur de vitiis, quæ assimulatione quadam & vicinitate virtutem æmulantur, ejusque personam induunt. Ceterum hic Concertationem appellat, τὴν ἐριστικήν. Duo enim genera Sophistarum fuerunt olim, unum simile oratoribus, qualis Gorgias Leontinus fuit: alterum simile Dialecticorum, eorum qui Eristici vocabantur, unde ἐριστικοὶ λόγοι apud Aristotelem, a quibus Eristicis Dialectica profecta videtur, si Laertio credimus. In hos & alteros quoque Isocrates in libello contra Sophistas. Turnebus.

Concertatio in disputando pertinax. Cic. 1. de Fin. 7.

Concertatio, Rixa. Ter. Adel. 2. 2. 4.

— nunquam vidi iniquius
Concertationem comparatam, quam quæ hodie inter nos fuit:
Ego vapulando, ille verberando, usque ambo defessi sumus.

Disputationes plenæ concertationum. Cic. 1. de Orat. 194.

Concertātor, ōris. m. Tacit. 14. Ann. 29. 3. Paulinus scientia militiæ & rumore populi Corbulonis concertator. i. e. Æmulus.

Concertatōrius, [ἀγωνιστικὸς] Adj. Cic. de Clar. Orat. 286. Thucydides enim rerum gestarum pronuntiator sincerus, & grandis etiam fuit: hoc forense concertatorium judiciale non tractavit genus.

Concertatīvus, Quintil. lib. 7. cap. 3. Mutua accusatio, quam Græci ἀντικατηγορίαν vocant, nostri quidam concertativam.

Concessio, Concesso, Concessus. V. concedo.

Concha, æ. f. [κόγχη] Genus piscis testa contectum. Concharum genera enumerat, Plin. lib. 9 cap. 33. Et earum naturam explicat cap. 35. In conchis nascuntur margaritæ, ut ibidem docet Plin.

Conchæ dicuntur, Quæ testam lævem habent, ac politam, sive uniformiter rugatam, sive denticulatam: Ostrea vero, Quæ asperam scabramque: quamvis generali nomine Ostrea quoque, Conchæ vocentur. Item quæ ex uno tantum latere testam habent, altero scopulis aut lapidibus, aut alteri materiæ adhærent.

Conchæ genus imbricatum. V. imbrex.

Thessalicus concharum color. Lucret. 2. 500.

— Melibœaque fulgens
Purpura Thessalico concharum tincta colore.

Concharum pectunculi. V. Pectunculus in pectus.

Capaces. Hor. 2. Carm. 7. 23.

— funde capacibus
Urguenta de conchis.

Detritis conchis lævior. Ovid. 13. Met. 792.

Dives concha. Claud. Epigr. 16.

Erycina concha, dicta ab epitheto Veneris, vel quod ipsa est Veneri Erycinæ sacra, vel quod dicitur Venus e concha marina prodiisse. Propert. lib. 3. 13. 6.

Inda. Propert. 1. 8. 39.

Marinæ. Ovid. 15. Met. 264.

Patula. Pinna duabus grandibus patula conchis. Cic. 2. de Nat. Deor. 23.

Plagusiæ conchæ, nominantur a Plauto Rud. 2. 1. 8. quo nomine eas venire existimo quæ crustam tegumenti latam patulamque habent, quasi πλακόεσσαι dicantur. Nam a πλακοῦς deducitur, quo nomine quum sit mons Ciliciæ, idem tamen etiam mons Placusius vocatur. Ex Turnebo.

Pretiosæ conchæ. Claud. 3. Cons. Hon. 210.

Squalentes. i. e. Sordidæ. Virg. 2. Georg. 348. Servius Cochleas intelligit.

Tenues. Ovid. 2. Amor. 11. 13.

Venereæ conchæ quædam vocantur ex eo, quod enata mari Venus concha delata est in Cyprum. Plin. 32. 11. Venereæ, uva, Xiphiæ. ubi Urenas inaudito sane verbo & nihili hodie in omnibus libris scribitur. Venerearum concharum est apud Senecam mentio Epist. 15. his verbis, Venereæ, spondylique, & ostrea eatenus circumcisa, quæ eduntur.

Viles. Hor. 2. Serm. 4. 28.

Complere se conchis. Cic. 2. de Nat. Deor. 124.

Infodere conchas. Virg 2. Georg. 348.

Aut lapidem bibulum, aut squalentes infode conchas. Ubi

Servius, Cochleæ propter admittenda spiramina infodiuntur.

Legere conchas. Cic. 2. de Orat. 22. Ita solet narrare Scævola, conchas eos & umbilicos ad Caietam & ad Laurentum legere consuesse. Sueton. in Calig. cap. 46. Postremo, quasi perpetraturus bellum, directa acie in litore Oceani, ac balistis machinisque dispositis, nemine gnaro aut opinante quidnam cœpturus esset, repente ut conchas legerent & sinus replerent; imperavit. conjung. Aurel. Victor. in Calig.

Pisciculi parvi in concham hiantem innatant. Cic. 2. de Nat. Deor. 23.

Testæ ipsæ duriores, proprie Conchæ dicuntur, quales sunt cochlearum. Columel. lib. 10. 325.

Implicitus conchæ limax, hirsutaque campe. Ovid. 6. Fast. 174.
Ostreaque in conchis tuta fuere suis.

Salis concha. i. e. Concha quæ sal continet. Hor. 1. Serm. 3. 14.

Conchæ, inter Instrumenta pictorum numerantur a Martiano Jurisconsulto in l. item pictoris. D. de fundo instructo & instrum. leg. Pictoris instrumento legato, ceræ, colores, similiaque horum legato cedunt, item peniculi, & cauteria, & conchæ. Sane pictores hodieque suos colores in conchis macerant.

Concha, Vasis genus concavum, ac superius patulum, ab hujus conchæ similitudine. Cato de R. R. cap. 13. In cellam oleariam hæc opus sunt. Dolia olearia opercula, labra olearia XIIII, conchas majores duas, & minores duas. Juven. 6. Sat. 304.

Quum bibitur concha, quum jam vertigine tectum
Ambulat. Plin. lib. 33. cap. 8. Fit autem duobus modis, æreis

mortariis, pistillisque trito minio ex aceto, aut patinis fictilibus impositum ferrea concha, calyce coopertum, argilla superillita. conf. Capaces, & Salis concha, ex Hor. supra.

Concha, pro Tuba ponitur. Virg. 6. Æn. 171.

Sed tum forte cava dum personat æquora concha. Servius hoc

nomen a κόγχη deducit. Alii Latinum putant, a Concavitate deductum, itaque sine aspiratione scribunt. adde Plin. 8. 5.

Ventosa concha. i. e. Vento inflata. Lucan. 9. 349. de Tritone Neptuni tubicine, qui concha utitur vice tubæ.

Concha cærula, pro Cælo. Varro 6. de L. L. 2. Id est, ut ait Nævius, Hæmisphærium, ubi concha cærula septum stat. Hic eleganter Concava cæli convexitas, more tegumenti & conchæ concamerata & curvata intelligitur. Turnebus Advers. 22. 25. Sed in editis libris alia lectio comparet.

Conchātus, a, um. Adj. In morem conchæ curvatus. Plin. lib. 10. cap. 20. de pavone, Simul umbræ quosdam repercussus ceteris qui in opaco clarius micant, conchata quærit cauda.

Conchis, is. f. [κόγχις] Fabæ genus, sive Edulium ex faba. Juven. 3. Sat. 293.

Cujus conche tumes? quis tecum sectile porrum
Sutor, & elixi vervecis labra comedit? Perottus dicit esse

Fabam cum cortice suo elixam, ad differentiam Fabæ fressæ, quæ sine cortice coquitur, a similitudine videlicet concharum, quod confracto cortice, velut implicita conchis suis caruncula, videatur. Martial. 13. 7.

Si spumet rubra conchis tibi pallida testa,
Lautorum cœnis sæpe negare potes.

Conchis inuncta. Martial. 7. 77. in Papilum.

Conchīta, æ. m. Qui conchylia conquirit in mari. Plaut. Rud. 2. 2. 5.

Salvete fures maritimi, conchitæ atque hamiotæ. Conchyliarii

etiam dicuntur. Al. male Conchytæ per y.

Conchos, [κόγχος] Mazæ genus, præ ceteris laudatum. Quo etiam nomine apud Græcos significatur Oculorum concavitas. V. Ruell. lib. 2. cap. 20. Et Cæl. Rhodig. lib. 16. cap. 1.

Conchylium, [κογχύλιον] Latine Murex dicitur; piscis genus ex concharum genere, ut docet Plin. lib. 9. cap. 35. & 36. Cic. in Pison. 67. Extructa mensa non conchyliis aut piscibus, sed multa carne subrancida.

Conchylium, nonnunquam est nomen generale ad omnes conchas. Plin. lib. 9. cap. 36. Lingua purpuræ longitudine digitali, qua pascitur, perforando reliqua conchylia: tanta duritia aculeo est.

Lubrica conchylia. Hor. 2. Serm. 4. 30.

Ex conchylii concha incisa colligitur succus tingendis vestibus expetitus. ex eo enim inficitur purpura, qui color austerus in glauco est, & irascenti similis mari. Plin. lib. 9. cap. 36.

Conchylium, Ipse color. Plin. lib. 9. cap. 36. Concharum ad purpuras & conchylia eadem quidem est materia, sed distat temperamento.

Poscere conchylium. i. e. Vestem conchyliatam. Quintil. lib. 1. cap. 2. Nondum prima verba exprimit, & jam coccum intelligit: jam conchylium poscit. Loquitur autem de pueris nimis molliter educatis.

Conchyliātus, Adj. [κογχυλιωτὸς] ut, Conchyliata vestis, Quæ murice tincta est. V. paulo infra ex Plin.

Conchyliata peristromata, Quæ infecta sunt succo conchyliorum. Cic. 2. Philipp. 67. Conchyliatis Cn. Pompeii peristromatis servorum in cellis lectos stratos videres.

Inter Conchyliata & Purpurea hoc interest; quod Purpureum inficitur purpuræ flore & buccini succo, certo quodam temperamento: in Conchyliatis non miscebatur buccinum, ut Plinius scribit, sed ita obscure & mendose, ut intelligi non possit. Sic enim legitur lib. 9. cap. 39. In conchyliata veste cetera eadem sine buccino, præterque jus temperatur aqua pro inviso humani potus excremento, dimidia & medicamina adduntur. Turnebus vero sic, astipulantibus veteribus codicibus, Præterque ejus temperatura, & quæ pro indiviso humani potus excremento remedia & medicamina adduntur. Nam inficiendis conchylio velleribus, quum humanum admisceretur lotium, ut ejus odoris fœditas emendaretur, medicamenta quædam & remedia adhibebantur. Miscebatur & lotium tingendæ purpuræ: unde & Indivisum dixit, quod & in purpura, ut in conchylio tingendo adderetur. Quare de gravissimo & tæterrimo odore dixit Martial. 4. 4.

Quod bis murice vellus inquinatum. Hactenus Turneb. 5. 9.

At Hard. ex Mss. veterem lectionem retinuit, nisi quod etiam Pro indiviso legit, & de Æqua portione utriusque exponit.

Concīdo, īdi, īsum, [συγκόπτω] ĕre. ex Con & Cædo compositum; significat Minutatim cædere. Columel. lib. 12. cap. 8. Concisique sectivi porri, quantum videtur adjicito.

Concidere minute. Columel. lib. 12. cap. 22. Hæc minute concidito, & admisceto pici Nemeturicæ.

Concidere usque ad sanum corpus. Cels. lib. 5. cap. 27. Deinde quicquid aridum est, & intentione quadam proximum quoque locum male habet, usque ad sanum corpus concidere.

Concidere virgis aliquem. Cic. 3. Verr. 122. Oblitosne igitur hos putatis esse, quemadmodum sit iste solitus virgis plebem Romanam concidere?
Decretis aliquem concidere, Translate. Cic. 5. Philipp 28.
Totis voluminibus concidere aliquem. Cic. 1. de Nat. Deor. 94. Metrodori sodalis sui fratrem Timocratem, quia nescio quid in philosophia dissentiret, totis voluminibus conciderit.
Auctoritatem Senatus. Cic. 1. Att. 13. h. e. Convellere, labefactare.
Exercitum. Cic. 1. de Divin. 77. Itaque tribus hic horis concisus exercitus, atque ipse interfectus est.
Magnos scrobibus concidere montes. Virg. 2. Georg. 260.
Nervos concidere. Cic. pro Flacc. 73. Nervos quos concidit, restituere non potest.
Nucleum dentibus. Plin.
Numeros minutos sequens, concidat, delumbetque sententias. Cic. in Or. 231.
Rationem dicendi per tam minutas rerum particulas concidere, simplicius instituenti non est necesse. Quintil. lib. 3. cap. 11.
Frangere, atque concidere quicquid est in oratione generosius. Quintil. in procem. lib. 1. Nam plerumque nudæ illæ artes, nimiæ subtilitatis affectatione frangunt, atque concidunt quicquid est in oratione generosius, & omnem succum ingenii bibunt, & ossa detegunt.
Concīsus, Partic. [συγκεκομμένος] Cic. 12. Philipp. 11. Nondum erat vestris tam gravissimis, tamque multis judiciis, ignominiisque concisus.
Angustis & concisis disputationibus illigari. Cic. 2. de Orat. 61.
Concisum & laceratum variis affectibus. Quintil. Inst. 12. 1. Nihil tam variis affectibus concisum atque laceratum, quam mala mens.
Distincte concisa brevitas. Cic. 3. de Orat. 200.
Ligna concisa. Ovid. 2. Fast. 647.
Ligna senex minuit, concisaque construit arte.
Oratio concisa dialectices. Quintil. lib. 2. cap. 21.
Sententiæ concisæ. Cic. de Clar. Orat. 66.
Concīse, Adv. [συγκεκομμένως] Quintil. 2. 21. Quanquam ea non est tam minute ac concise in orationibus utendum, quam in disputationibus. De arte differendi loquitur.
Concisūra; [διάκοπή] Sen. Epist. 101. Desit sane varietas marmorum, & concisura aquarum e cuniculis interfluentium.
Concisio, ōnis. f. Concisio verborum. Cic. de Partit. 19.
Concisōr, ōris. m. Cresc. Coripp. 4. 22.
Concisorius, a, um. Adj. ut Ferramentum concisorium. Veget. Mulom. 1. 56.
Concĭdo, ĭdi, āsum, [καταπίπτω] ĕre. ex Con & Cado compositum; Simul cadere. Cic. in Somn. Scip. 20. Vel concidat omne cælum, omnisque natura, & consistat necesse est.
Graviter concidere. Lucret. 6. 758.
Graviter ad terram concidere. Virg. 5. Æn. 448.
Ipse gravis, graviterque ad terram pondere vasto
Concidit.
Ad aliquem deum concidit hostia. h. e. Immolatur & sacrificatur alicui deo. Tibull. 1. 2. 64.
Concidere ex animi terrore. Lucret. 3. 158.
Concidere in aliquo loco. Propert. lib. 1. 3. 6.
Qualis in herboso concidit Appidano.
In humo concidit sanguinolentus. Ovid. 6. Fast. 602.
In ipso solo concidit pronus. Virg. 5. Æn. 333.
Concidere sub onere. Liv. 24. 8. extr. Magis nullius interest, quam tua, T. Octacili, non imponi cervicibus tuis onus, sub quo concidas.
Repente concidere. Stat. 6. Theb. 184.
Repente equus concidit. Cic. 2. de Divin. 77.
Concidere, Mori. Columel. lib. 7. cap. 7. pr. Solæ capellæ, quamvis opimæ, atque hilares, subito concidunt.
Arcu concidere. Claud. 1. in Eutrop. 332.
Armis. Valer. 4. Argon. 123.
Ictu fulminis. Lucret. 3. 487.
Macie. Ovid. 21. Epist. 215.
Concidimus macie: color est sine sanguine, &c.
Juvencæ ictæ conciderant. Ovid. 10. Met. 272.
Concidere vulneribus. Cic. 3. Tusc. 1. Constabat eos qui concidentem vulneribus Cn. Pompeium vidissent, quum, &c.
In prælio. Cic. 1. Tusc. 89.
Corpus concidit magna ruina. Lucret. 3. 584.
Animus concidit alicui simul cum re. Cic. 3. Tusc. 40. Quod si cui, ut ait idem, simul animus cum re concidit, a gravibus illis antiquis philosophis petenda medicina est, non ab his voluptariis.
Mens debilitata metu concidit. Cic. pro Domo 15.
Vita concidit. i. e. Perit. Lucret. 4. 511.
Animo, vel animis. Cæs. 8. Bell. Gall. 19. Hostes concidunt animis, atque itineribus diversis fugam quærunt nequicquam.
Concidere mente, Idem. Cic. 3. Philipp. 24. Allato nuntio de legione quarta, mente concidit.
Exanguis atque mortuus concidit. Cic. in Pison. 88. Quid debilitatio atque abjectio animi tui. Macedonia provincia nuntiata, quum tu non solum quod tibi succederetur, sed quod Gabinio non succederetur, exanguis & mortuus concidisti?
Concidere in optima causa. Cic. 3. Att. 10. Ecquis unquam ex tam amplo statu, in tam bona causa, tantis facultatibus ingenii, consilii, gratiæ, tantis præsidiis bonorum omnium, concidit?
Per se concidere. Cic. 10. Att. 7.
Motu labefactata concidunt. Cic. pro Lege Manil. 29.
Lapsi conciderunt. Ovid. 5. Met. 77.
Artes forenses & actiones publicæ concidunt. Cic. in Orat. 148.
Artificia concidunt, si nihil comprehendi potest. Cic. 4. Acad. 146. Sed quomodo tu, si nihil comprehendi posset, artificia concidere dicebas: neque id mihi dabas, &c.
Auxilium concidit. Ovid. 4. de Pont. 6. 14.
Bellum concidit morte illius. Tacit. 2. Hist. 57.
Crimen concidit & extinguitur. Cic. pro Rosc. Com. 17. Nonne ut ignis in aquam conjectus continuo restinguitur & refrigeratur, sic refervens falsum crimen in purissimam & castissimam vitam collatum, statim concidit & extinguitur?
Domus concidit, Periit. Sen. OEth. v. 221.

Tibi cuncta domus concidit uni,
Dum me genitor negat Alcidæ.
Fides concidit. Cic. pro Lege Manil. 19. Nam tum quum in Asia res magnas permulti amiserunt, scimus Romæ solutione impedita fidem concidisse.
Gentes concidunt, cui opp. Robur assumere. Ovid. 15. Met. 422.
—sic tempora verti
Cernimus, atque alias assumere robora gentes:
Concidere has.
Opes concidere. Cic. 4. Verr. 3. Neque enim tam facile opes Carthaginis tantæ concidissent, nisi illud, &c.
Troja concidit. Ovid. 2. Trist. 317.
Venti concidunt. i. e. Quiescunt. Hor. 1. Carm. 12. 30.
Venas concidere Celsus dixisse videtur, ut verbum ξυμπίπτειν, & ξυμπτῶσιν, vocem Hippocrati familiarem, qua (ut enarrat Galenus) τὴν κένωσιν significat, exprimeret. Nam συμπίπτειν vel ξυμπίπτειν est, si verbum e verbo exprimas, Concidere: & ut annotat Budæus, συνιζάνειν, id est considere & constringi. Inanitæ enim venæ considunt & astringuntur.
Urbs acerbissimo conflagrata incendio concidat. Auctor ad Heren. 4. 13.
Concieo, īvi, ĭtum, [συγκαλέω, συγκινέω] ēre; vel Concio, īvi, ĭtum, īre. ejusdem significationis, Convocare. Liv. 1. 8. Deinde ne vana urbis magnitudo esset, adiciendæ multitudinis causa, vetere consilio condentium urbes, qui obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem, natam e terra sibi prolem ementiebantur.
V. Accieo. H. St.
Concire, sive Conciere; Commovere. Ter. Hec. 3. 1. 33.
Fortasse unum aliquod verbum inter eas iram hanc conciverit. Liv. 1. 59. Elatum domo Lucretiæ corpus in forum deferunt, concientque, miraculo (ut fit) rei novæ, atque indignitate, homines.
Magno molimine conciere aliquam regionem aut populum. Valer. 6. Argon. 35. —quanto Scythiam molimine Perses
Concierit.
Æstum. Lucret. 6. 826.
Quippe etenim primo quasi quendam conciet æstum.
Hostes. Plaut. Merc. 5. 2. 36.
Lites, Turbas, alicui concire. Plaut. Asin. 4. 2. 15.
Tu ergo face ut illi turbas, lites, concias.
Seditionem. Liv. 4. 48. Quum ex composito relatum ad Senatum esset de seditione, quam Mæcilius Metiliusque, largitione pessimi exempli, concirent, &c.
Turbas alicui. Plaut. Amph. 1. 2. 14.
Nam Amphitruo actutum uxori turbas conciet,
Atque insimulabit eam probri.
Concitus, [ὁρμηθεὶς] Partic. si a Concieo, penultimam corripit; si a Concio, producit. i. e. Commotus. Quintil. lib. 11. cap. 1. Ut fraude aliquorum concita credatur.
Concitus ad rixam. Cic. pro Cæcin. 14. Quam personam jam ex quotidiana cognoscitis vita, Recuperatores, mulierum assentatoris, cognitoris viduarum, defensoris nimium litigiosi, conciti ad rixam, inepti ac stulti inter viros, &c. hanc personam imponite Æbutio.
Æstu concitus. Valer. 1. Argon. 191.
Quis tibi Phryxe dolor, rapido quum concitus æstu
Respiceres, &c.
Ira. Stat. 12. Theb. 589.
Ira immani concitus. Virg. 9. Æn. 695.
Motu divino. Ovid. 6. Met. 158.
Multa vi. Virg. 11. Æn. 744.
Æquora ventis. Ovid. 2. Epist. 38.
Amnis imbribus. Ovid. 3. Met. 79.
Arma furoribus. Valer. 5. Argon. 576.
Ipse autem tantis concita furoribus arma
Expetit Æsonides.
Dolor concitus amore læso. Ovid. 2. Trist. 388.
Flumina. Ovid. 7. Met. 154.
Freta. Virg. 3. Æn. 889.
Globus. Sil. lib. 11. 281.
Quum juvenem sævis horrendum concitus armis
Invadit globus.
Milites. Veterani per largitionem conciti. Tacit. 1. Ann. 10.
Pericula concita toto mundo. i. e. Ab omnibus mundi partibus arcessita. Lucan. 5. 597.
Inde ruunt toto concita pericula mundo.
Puppis concita rapida aqua. Ovid. 2. Amor. 4. 8.
Saxa murali tormento concita fremunt. Virg. 12. Æn. 921.
Tympana pulsu. Hor. 3. Carm. 15. 10.
Concitum ferri. i. e. Concitate & violenter raptum ferri. Lucret. lib. 2. 239.
Omnia quapropter debent per inane quietum
Æque ponderibus non æquis concita ferri.
Concĭtor, ōris. m. [ὁρμητὴς] ut, Belli concitores. Tacit. 4. Ann. 28.
Concitor vulgi. Liv. 45. 10. Et, Concitorem belli, dixit Idem 37. 45. ut locum ex MSS. restituit Gronovius.
Concĭto, Adv. Cito vel Concitate. Apul. Florid. pag. 363. Equo per viam concito pervolant. [Nisi participium est potius.
Concĭtus, ūs. m. Mamert. Geneth. Maxim. cap. 9.
Concĭto, [παροξύνω, παρορμῶ] āre. frequent. Valde commovere. Cic. 4. Acad. 144. Quo enim spectat illud, quum artificia tolli quereris a nobis, nisi ut opifices concitentur?
Concito, pen. prod. affertur ex Lucretio. H. St. Non est tamen in Indice Lucretiano is locus.
In aliquem concitari, pro Irasci. Cic. 7. Verr. 21.
In hostem se concitare. Liv. 8. 39.
Fuga se in aliquem locum concitare. Valer. 7. Argon. 175.
In arma concitare aliquem. Ovid. 3. Fast. 797.
In iram. Quintil. lib. 6. cap. 2.
Clamore concitare aliquem populum. Ovid. 2. Fast. 850.
Agmen concitare. i. e. Urgere & impellere. Ovid. 14. Met. 238.
—fugientibus instat, & agmen Concitat Antiphates.
Avis concitat alas. Valer. 6. Argon. 264.
Aquas concitat Eurus. Ovid. 7. Epist. 42.

Arma

Arma aliquibus concitat. Propert. lib. 3. 20. 20.
Aura frigida concitat artus. Lucret. 3. 292.
Aures concitare. Propert. 3. 15. 45.
Fabula nulla tuas de nobis concitet aures.
Bellum concitare & gerere. Cæſ. 8. Bell. Gall. 22.
Bellum concitare alicui populo. Liv. 35. 12. extr. Ita per totum ſimul orbem terrarum Ætoli Romanis concitabant bellum.
Diſcordiam. Cic. pro Muren. 59.
Equi in diverſum iter concitati. Liv. 1. 28. extr.
Equum in hoſtes. Virg. 11. Æn. 742.
Equum calcaribus. Liv. 2. 6. Concitat calcaribus equum, atque in ipſum infeſtus Conſulem dirigit.
Expectationem ſui. Cic. 2. Fam. 1. Sic ad nos confirmatus revertare, ut quam expectationem tui concitaſti, hanc ſuſtinere ac tueri poſſis.
Feras concitare, Agitare feras, venari. Ovid. 2. Faſt. 286.
Flammas. Sen. Hippol. 3.
Gravedines & deſtillationes. Celſ. lib. 1. cap. 2. Quæ res maxime gravedines deſtillationeſque concitat.
Invidiam in aliquem. Cic. 2. Philipp. 17. Tanta enim res eſt, ut invidiam iſtam, quam tu in me vis concitare, cum laude non comparem.
Miſericordiam populi. Cic. 1. de Orat. 227.
Morbos. Celſ. lib. 2. cap. 13. At vomitus ut in ſecunda quoque valetudine ſæpe neceſſarius eſt, ſic etiam in his morbis, quos bilis concitavit.
Motum animis hominum. Cic. 1. Off. 131.
Nationes & ſervitia. Cic. 11. Fam. 33.
Odium in aliquem. V. ODIUM.
Offenſionem gravem in aliquam rem. Cic. 1. de Invent. 109.
Pituitam. Celſ. lib. 6. cap. 6. Medicamenta vero intus quidem lenia danda ſunt, ne quid acrioris pituitæ concitent.
Populum in arma. Ovid. 3. Faſt. 797.
Pluvias concitat Auſter. Ovid. 2. Faſt. 72.
Riſum. Cic. 2. de Orat. 255.
Somnum concitare herba dicitur. Plin. lib. 20. cap. 18.
Urinam. Plin. lib. 20. cap. 4.
Vires ſuas concitare dicuntur regiones & oppida, quum adverſus hoſtem armati convocantur cives. Ovid. 16. Epiſt. 340.
Nec tu rapta time, ne nos fera bella ſequantur,
Concitet aut vires Græcia tota ſuas.
Animi motu concitari. Cic. 2. de Orat. 191.
Animi perturbantur & concitantur re aliqua. Cic. in Orat. 128.
Divino inſtinctu concitatur animus a corpore abſtractus. Cic. 1. de Divin. 66.

CONCITĀTUS, [παροξυνθεὶς] Partic. ut, Concitatus ardore animus. Cic. 2. de Finib.
Admirabili quodam ad philoſophiam ſtudio concitatus. Cic. de Clar. Orat. 306.
Cohortatione alicujus concitatum eſſe ad ſtudium cognoſcendæ percipiendæque virtutis. Cic. 1. de Orat. 204.
Calcaribus concitatus equus. Liv. 8. 39.
Erroribus concitatis animum hilarare. Catul. 61. 18.
Impetu animi quodam concitatum eſſe. Cic. pro Muren. 65.
Ratis remige & vento concitata. Sen. Thyeſt. 5.
Terrore & metu concitatus. Cic. pro Lege Manil.
Mundus concitatus, Mobiles orbes cæli. Sen. Agam. 9.
Compar. Concitatior curſus. i. e. Celerior. Liv. 35. 29.
Superl. Concitatiſſimi equi, apud Liv. 35. 5.
Motus corporis concitatiſſimus. Quintil. lib. 2. cap. 11.

CONCITĀTE, Adv. Columel. 6. 6. Concitate agitur pecus. Quintil. 12. 10. Dicere concitate.

CONCITĀTIO, ōnis. f. [παρόξυνσις] Commotio. ut, Concitatio multitudinis. Cic. pro Cluent.
Animi concitatio. Cic. 1. de Divin. 34.
Animi vehementiores concitationes. Cic. 1. Q. frat. 1.
Mentis concitatio. Cic. 2. de Divin. 27.
Plebis contra patres concitatione & ſeditione nuntiata. Cic. de Clar. Orat. 56.
Adjuvandam concitationem docendo exiſtimavit Iſocrates. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Modulatione collocationis & vocis, concitationem judicum petere. Quintil. lib. 1. cap. 10.

CONCITĀTUS, ûs. m. Sidon. Carm. 23. 366.

CONCITĀTOR, ōris. m. [παροξυντὴς] Qui commovet. Cæſ. 8. Bell. Gall. 21. Quod Corbeus auctor belli, concitator multitudinis, eſſet interfectus.
Concitator turbæ. Liv. 25. 4.
Tabernariorum concitator. Cic. pro Domo 13.

CONCITĀTRIX, īcis. f. [παροξύντρια] ut, Concitatrix vis. Plin. lib. 26. cap. 10. Et lib. 19. cap. 8.

CONCITAMENTUM, i. n. Sen. de Ira, 3. 2.

CONCILIUM, Flos eſt Iaſiones herbæ, unico conſtans folio, ſed ita implicato ut plura videantur. Plin. lib. 22. cap. 22. Iaſione, inquit, olus ſilveſtre habetur, in terra repens, cum multo lacte, florem fert candidum: concilium vocant.

CONCĬLIUM, i. n. [συνέδριον, σύλλογος, σύνοδος] Conventus populi, & multitudo populorum diverſorum in unum locum conſulendi gratia congregata. Derivatur autem non a Conſilio, ſive a Conſenſu, ut Feſtus exiſtimat: ſed a Concalando, hoc eſt Convocando: quod omnes in unum locum convocentur. Virg. 10. Æn. 2.
Conciliumque vocat divûm pater atque hominum rex.
Concilium quid differat a Comitiis, V. COMITIA.
Concilium proprie dicebatur Romanis, Quando plebs tantum in concionem vocabatur a patribus, non univerſus populus Romanus, de quo Lælius Felix apud Gell. 15. 27.
Concilium populi datur a magiſtratibus. Liv. 3. 71.
Concilium apud bonos ſcriptores, quarumlibet rerum ac perſonarum Congregationem ac cœtum ſignificat: ut apud Lucret. lib. 1. 184. Concilium genitale, eſt Congregatio corporum primorum ad gignendum valens. Sic lib. 2. 109.
Multaque præterea magnum per inane vagantur
Conciliis rerum quæ ſunt rejecta. i. e. Quæ non potuerunt cohærere ad res gignendas. Sic & aliis locis ſæpius.
Concilium deorum, Concilium ducum. Cic. 1. Tuſc. 72. Et Plin. lib. 28. cap. 6.
Cœtus & concilium. Cic. 2. de Fin. 11. Quid enim neceſſe eſt tanquam meretricem in matronarum cœtum, ſic voluptatem in virtutum concilium adducere?
Mittere in concilium, eſt Judices in concilium ad ſententiam dicendam mittere. Cic. 3. Verr. 26.
Concilium dimittere, eſt Sententiis dictis, (aut ampliato reo, aut non liquere pronuntiato a judicibus,) concilium miſſum facere. Cæſ. 1. Bell. Gall. 33.
Concilia cœtuſque hominum jure ſociati, civitates appellantur. Cic. de Somn. Scip. 4.
In cœtu concilioque proferre opiniones. Cic. 2. de Fin. 77.
Concilia & conventicula. Cic. pro Domo 74.
Animarum concilia. Stat. 3. Theb. 146.
Cyclopum horrendum concilium. Virg. 3. Æn. 679.
Ferarum. Ovid. 10. Met. 144.
Jovis, i. e. Deorum qui circa Jovem ſunt. Hor. 3. Carm. 25. 6.
Muſarum nobile. Stat. 6. Theb. 355.
Patrum ſanctum. Hor. 4. Carm. 5. 4.
Piorum amœna. Virg. 5. Æn. 735.
Infauſtum. Stat. 3. Theb. 178. ſic illas vocat, quæ interfectos bello maritos & propinquos ad rogum aſtantes flebant.
Inviolabile. Claud. in ſec. Conſ. Stil. 242.
Coire in concilium. Lucret. 2. 563.
Coactum. V. COGO.
Adducere in concilium. Cic. 2. de Fin. 11.
Admittere in concilium. Salluſt. in Cic. 3.
Colere concilia. Virg. 5. Æn. 735.
Convocare concilium. V. CONVOCO.
Dimittere concilia vel inſtituta, vel habita reſcindere. Cic. 2. de Legib. 31.
Deſcendere e concilio. Cic. 1. de Nat. Deor. 18.
Fuiſſe in concilio. Salluſt. in Cic. 3.
Fugere concilia conventuſque. Cæſ. 1. Bell. Civil. 19.
Indicere. V. INDICO.
Habere. Cic. 2. de Invent. 52. Hunc pater ſuus concilium plebis habentem de templo deduxit.
Habere aliquem deorum concilia dicuntur, Qui inter deos eſt relatus. Virg. 1. Georg. 25.
Inque adeo, quem mox quæ ſunt habitura deorum
Concilia, incertum eſt, &c.
Peragere. V. PERAGO.
Proficiſci in divinum animorum concilium cœtumque. Cic. de Senect. 84.
Secludere e concilio. Cic. 1. Tuſc. 72.
Vocare. Ovid. 1. Met. 166.
Ingentes animo, dignas Jove concipit iras:
Conciliumque vocat: tenuit mora nulla vocatos.
In concilium deorum vocari. Cic. 1. de Divin. 49.
Concilium, pro Coagmento vel rerum quarumcunque conjunctione; ut notat Budæus. Lucret. lib. 1. 485.
Corpora ſunt porro partim primordia rerum,
Partim concilio quæ conſtant principiorum.
Concilium & Conſilium ſæpe commiſcentur a Librariis.

CONCILIABŬLUM, i. n. [συνόδιον] dimin. Liv. 7. 15. Qui nundinas & conciliabula obire ſolent.
Conciliabulum, [συνέδριον] Locus in quem concilium convenit. Plaut. Bacch. 1. 1. 47.
Quid ſi apud te veniat de ſubito prandium, aut potatio
Forte, aut cœna, ut ſolet fieri in iſtis conciliabulis? Idem Trin. 2. 2. 33.
Ne penetrarem me uſquam, ubi eſſet damni conciliabulum.
Conciliabula, Loca etiam extra Urbem erant, in quibus jus dicebatur, licet Foris inferiora eſſent. Interdum in municipii jus aſcendebant. Frontinus pag. 60. Gœſ. Sunt autem loca publica coloniarum, ubi prius fuere conciliabula, & poſtea ſunt in municipii jus relata. Quum autem Frontinus dicit Conciliabulum fuiſſe, (interprete Urbico) intelligit Locum quendam coloniæ fuiſſe, & quandam coloniæ partem, ubi conventiculum eſſet juridicum. Ceterum in conciliabulis jus dictum fuiſſe oſtendit antiqua lex Mamil. cujus hæc ſunt verba, Quum curator hac lege non erit, tunc quicunque magiſtratus in ea colonia, municipio, præfectura, foro, conciliabulo, juri dicundo præerit, ejus magiſtratus de ea re juriſdictio, judiciſque datio, addictio eſto. Livius tamen l. c. per Fora & Conciliabula, omnia quæ extra urbem erant, majora & minora oppida, caſtella, loca intellexiſſe videtur, in quibus eſſent conventus aliqui juridici. Ejus ſunt verba 40. 37. pr. Decemviri ſupplicationem in biduum valetudinis cauſa in urbe, & per omnia fora conciliabulaque edixerunt. Sic aliis locis frequenter. Ex Turnebo.
Conciliabula & Cœtus. Igitur per conciliabula & cœtus ſeditioſa diſſerebant. H. St. Auctoris nomen cultro reciſum eſt. Sunt autem Taciti verba Ann. 3. 40.

CONCILIO, [συναλλάττω, διαλλάττω, προξενέω] āre. Amore conjungere, vel Amicitiam inter quoſdam conſtituere. Plaut. Epid. 3. 4. 36. Iſtis legibus habeas licet. M. conciliaviſti pulchre.
Conciliare & commendare aliquid alicui. Cic. 3. de Fin. 16. Quorum ratio mihi probatur, ſimul atque natum ſit animal, ipſum ſibi conciliari & commendari ad ſe conſervandum, & ad ſuum ſtatum &c.
Conciliat & conjungit inter ſe homines ratio & oratio. Cic. 1. Off. 50.
Conciliare amicitias & conſervare. i. e. Contrahere, vel comparare. Cic. de Amicit. 100. Virtus inquam, C. Fanni, & tu Qu. Muci, & conciliat amicitias, & conſervat.
Animos hominum conciliare, & ad uſus ſuos adjungere, proprium virtutis eſt. Cic. 2. Off. 17.
Aliquem ad alterum. Plaut. Mil. 3. 1. 205. At tua mihi uxore dicam delatum & datum, ut ſe ad eum conciliarem.
Aliquem alteri. Cæſ. 5. Bell. Gall. 4. Eos ſingulatim Cingentorigi conciliavit.
Parentibus & diis immortalibus, & patriæ nos primum natura conciliat. Cic. de Aruſp. Reſp. 57.

Auro conciliatur amor. Propert. 3. 12. 50.
Pecunia conciliare ſibi legiones. Cic. 12. Fam. 23. Profectus obviam legionibus Macedonicis quatuor, quas ſibi conciliare pecunia cogitabat.
Conciliavit has res homini natura. Cic. 4. Acad. 131. Honeſte autem vivere fruentem rebus his, quas primas homini natura conciliet, & vetus Academia cenſuit, &c.
Conciliat eos hæc res inter ſeſe. Cic. pro Roſc. Amer. 63. Quum etiam feras inter ſeſe, partus atque educatio & natura ipſa conciliet.
Amorem ſibi conciliare ab aliquibus. Cic. pro Arch. 7.
Amor conciliandus. Ovid. 6. Epiſt. 94.
Animum alicujus conciliare ſibi. Liv. 1. 35.
Animos conjugum conciliat partus. Sen. OEth. 4.
Animos judicum ſibi conciliare. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Affinitatem inter aliquos. Plaut. Trin. 2. 4. 42.

Meus gnatus me ad te miſit, inter ſe atque vos
Affinitatem ut conciliarem atque gratiam.

Arma alicui. Virg. 10. Æn. 151.
Artes ſuas dictis, eſt Verbis alicui commendare artem ſuam, aut opus aliquod artis ſuæ. Ovid. 3. Triſt. 11. 42.
Auctoritatem rei alicui. Plin. lib. 33. cap. 1.
Benevolentiam alterius. Cic. 4. Fam. 13. Tum omnibus amicis careo, quorum benevolentiam nobis conciliarat per me quondam te ſocio defenſa Reſpublica.
Ad benevolentiam animos aliquorum erga alios conciliare. Cic. 2. de Orat. 200.
Caritatem ſibi. Cic. 1. de Fin. 5.
Civitatem aliquam alicui conciliare. Cæſ. 7. Bell. Gall. 7. Interim Lucterius Cadurcus in Rutenos miſſus eam civitatem Arvernis conciliat.
Civitatem conciliare aliquam amicitia. Cæſ. 3. Bell. Civil. 55. extr. Nonnullas urbes per vim expugnavit, reliquas civitates circummiſſis legationibus, amicitia Cæſaris conciliare ſtudebat. [Scribendum Cæſari, cum D. Voſſio ex Mſſ. Faërnus legebat Amicitiæ Cæſaris, auctoribus etiam libris Mſſ.
Conjunctionem conciliare cum aliquo: cui Dirimere opponitur. Cic. 3. Fam. 10. Ego autem citius cum eo, qui tuas inimicitias ſuſcepiſſet, veterem conjunctionem diremiſſem, quam novam conciliaſſem.
Dominam alicui conciliavit amor. Martial. 12. 52.
Fidem in dicendo conciliat amplificatio. Cic. in Partit. 5.
Fidem alicujus conciliare famæ. Ovid. 4. Triſt. 5. 14.

Certe ego, ſi ſineres, titulum tibi reddere vellem,
Et raram famæ conciliare fidem.

Hypallage eſt, pro Fidei famam.
Gloriam conciliat magnitudo negotii, gratiam æquitatis largitio. Cic. pro Muren. 41.
Gratiam ſibi conciliare per rem aliquam. Cic. pro Lege Manil. 79.
Incommoda alicui. Lucret. 3. 877.
Laudem majorem. Quintil. lib. 2. cap. 7.
Miſeros magis fortuna conciliat ſuis. Sen. Theb. 2.
Nugas. Plaut. Trin. 4. 2. 14.

Eo conductor melius de me nugas conciliaverit.

i. e. (ut ait interpres) Ob iſta nugatoria ſuam rem melius egerit.
Odium re aliqua conciliare. Plin. lib. 28. cap. 8. Inteſtina & fimum eorum, quum id animal nullo cibo vivat, cum ſimiarum urina, illita januæ inimicorum, odium omnium hominum his conciliare.
Opem potentium. Cic. ad Octav.
Pacem. Ter. Heaut. 5. 5. 2. Exeo ergo ut pacem conciliem.
Pacem ab aliquo, pro Cum aliquo. Plaut. Moſt. 5. 2. 6.
Pacem inter cives. Cic. 10. Fam. 27.
Pecuniam conciliare vel cogere. Cic. 4. Verr. 140. Non mihi prætermittendum videtur, ne illud quidem genus pecuniæ conciliatæ, quam tu a civitatibus ſtatuarum nomine coegiſti.
Somnum conciliare, cui opponitur Fugare. Plin. lib. 14. cap. 18. Thaſios duo genera vini facere proditur, unum quo ſomnus concilietur, alterum vero quo fugetur.
Toros jugales. i. e. Nuptias. Stat. 3. Silv. 5. 70.
Vires conciliare alicui. Stat. 9. Theb. 450. ſignificat Adjuvare vires alicujus.
Voluntatem alicujus conciliare ſibi. Cic. 1. Att. 1. Ad eorum voluntatem mihi conciliandam, maximo te mihi uſui fore video.
Voluptas eorum, quibus probari volumus, nobis concilianda. Cic. in Orat. 162.
Conciliare ſuperiorem inferiori, per Hyſteron proteron. Virg. 1. Æn. 79.

Tu mihi quodcunque hoc regni, tu ſceptra Jovemque
Concilias.

Verba Æoli ad Junonem. Ubi Servius, Hyſteron proteron in ſenſu eſt. Non enim Jupiter conciliatur Æolo, ſed Æolus Jovi, quaſi ſuperiori conciliatur. Conciliantur autem novi, Reconciliantur antiqui. [Sed profecto ineptiæ meræ ſunt. Quaſi vero non trita phraſis ſit: Conciliare aliquem alicui, pro Favorem & benevolentiam ejus conciliare. Jovem propitium nempe.
Amice conciliari alicui. Hor. in Arte Poet. 196.

Ille bonis faveatque, & concilietur amice.

Concilia eum huc. Plaut. Capt. 3. 1. 33. i. e. Ut huc veniat, & nobiſcum moretur effice.
Surſum aliquid conciliare, apud Lucret. 6. 466. ſignificat In altum elevare aliquid: ac ſi diceres, Altitudini conciliare.
Agere partes conciliantis. Ovid. de Rem. Amor. 524.

CONCILIĀTUS, [συνηλλαγμένος] Partic. Plin. lib. 17. cap. 23. de ratione arbuſtorum loquens, Inter ſe obvii miſcentur, alligantur que una conciliati, virgultorum comitatu obiter rigorati qua deficiant.
Femina conciliata viro. Catull. 66. 130.
Conciliatum mancipium. i. e. Emptum: nam omnis conventio, conciliatio nominatur. Ter. Eun. 4. 4. 2. Fugitive prodi, male conciliate. i. e. Magno empte, Donatus. [Immo Infeliciter & emptoris damno.
Compar. apud Quintil. lib. 4. cap. 2. Ad rem accipiendam judicem fieri conciliatiorem, dociliorem & intentiorem.

CONCILIATIO, ōnis. f. [συναλλαγὴ, διαλλαγὴ, καταλλαγὴ] Cic. 4. Acad. 141. Honeſtum autem quod ducatur a conciliatione naturæ.
Conciliatio & Conſociatio, ſive ſocietas. Cic. 2. de Nat. Deor. 78. Interſeque quaſi civili conciliatione & ſocietate conjunctos.
Conciliatio gratiæ. Cic. pro Cluent. 84. At enim pecuniam Staleno dedit Oppianicus, non ad corrumpendum judicium, ſed ad conciliationem gratiæ.
Conciliatio ad. Cic. 3. de Fin. 21. Prima eſt enim conciliatio hominis ad ea, quæ ſunt ſecundum naturam. i. e. Conjunctio.

CONCILIĀTUS, ûs. m. [σύμφυσις] Commiſtio. Lucret. 2. 934.

Non fieri partum, niſi concilio ante coacto,
Nec quicquam commutari ſine conciliatu.

i. e. Sine congregatione & coagmento ſeminis.
Denſus, (vel ut legunt alii) Condenſus conciliatus. Lucret. 2. 99.
Parvus. Lucret. 2. 133.

CONCILIĀTOR, ōris. m. [συναλλακτὴς, διαλλακτὴς] Interpres vel Auctor conciliationis.
Conciliator ſuillæ carnis datus eſt populo lanius. Varr. 2. de R. R. cap. 4. Verres octo menſium incipit ſalire: permanet, ut id recte facere poſſit, ad primum. deinde it retro, quoad perveniat ad lanium. hic enim conciliator ſuillæ carnis datus populo. Hoc dicit, quod caro ſuilla cibus ſit populi & vulgi, non etiam nobilium.

CONCILIĀTRIX, īcis. f. [συναλλακτρὶς] Ea dicitur (inquit Feſtus) quæ viris conciliat uxores, & uxoribus viros. Cic. 1. de Nat. Deor 78. Non vides quam blanda conciliatrix, & quam ſui ſit lena ipſa natura?
Conciliatrix amicitiæ, virtutis opinio. Cic. de Amicit. 37.
Oratio conciliatrix eſt humanæ maxime ſocietatis. Cic. 1. de Legib. 27.

CONCILIATRICŬLA, æ. f. [συναλλακτρίδιον] dimin. Cic. pro Sext. 21. Erat enim hominum opinioni, nobilitate ipſa, blanda conciliatricula commendatus.

CONCILIATŪRA, æ. f. [συνάλλαξις] pro Conciliatione. Sen. Epiſt. 98. Quum Clodius, iiſdem vitiis gratioſus quibus nocens, conciliaturas exerceret in ipſa cauſæ dictione.

CONCINNIS, e. Apul.

CONCINNUS, Adj. [εὔθετος, ἐμμελὴς, εὐσύνθετος, εὔρυθμος] Compoſitus & ornatus; ex Con, & Cinnus compoſitum, quod eſt genus potionis ex multis liquoribus confectum, auctore Nonio. Plautus Perſ. 4. 3. 77. Sat edepol concinna facie.
Amicis concinnus. Hor. 1. Serm. 3. 50.
Concinnæ acutæque ſententiæ. Cic. de Clar. Orat. 271.
Aptus & concinnus ad rem reditus. Cic. 3. de Orat. 201.
Elegans & concinnus. Cic. 5. de Fin. 13. Concinnus, deinde & elegans hujus Ariſto. Subaudi Succeſſor. Plin. lib. 35. cap. 10. Annumeratur his & Nicophanes elegans & concinnus, ita ut vetuſta opera pingeret propter æternitatem rerum.
Lepida & concinna cito ſatietate afficiunt aurium ſenſum faſtidioſiſſimum. Auct. ad Heren. 4. 32.
Venuſtæ & concinnæ ſententiæ. Cic. de Clar. Orat. 325.
Helluo concinnus. Cic. in Piſon. 22. Hic autem non tam concinnus helluo, nec tam muſicus jacebat in ſuo Græcorum fœtore, atque vino.
Oratio concinna, diſtincta, ornata, feſtiva. Cic. 3. de Orat. 98.
Sermo concinnus utraque lingua. Hor. 1. Serm. 10. 23.
Tectorium. Cic. 3. Q. frat. 1.
Verſus. Hor. 2. Epiſt. 1. 74.
Ad perſuadendum concinnus, perfectus & politus homo. Cic. in Piſon. 59.
Compar. [ἐμμελέστερος] Cic. in Orat 21. Alii in eadem jejunitate concinniores, id eſt faceti, florentes etiam & leviter ornati. Plin. lib. 16. cap. 34. Parva ſunt & anguloſa, concinnioraque.
Venus concinnior. Lucret. 4. 1271.

CONCINNE, Adv. [ἐμμελῶς] Compoſite, eleganter. ut, Concinne veſtitus. Plaut. Epid. 2. 2. 38.
Concinne dicere vel ſcribere. Cic. 2. de Orat.
Concinne diſtribuere rem aliquam. Cic. 2. de Orat. 81.
Concinne & blande rogare. Cic. pro Roſc. Com. 49. Hunc poſteaquam ſalutavit, rogare cœpit, blande & concinne ſcilicet, Mentire, &c.

CONCINNĬTER, Adv. Gell. 18. 2.

CONCINNĬTAS, ātis. f. [ἐμμέλεια, εὐρυθμία] Ornatus, elegantia. Cic. de Clar. Orat. 286. At quid eſt tam fractum, tam minutum, tam in ipſa, quam tamen conſequitur, concinnitate puerile?
Ornata ſententiarum concinnitas. Cic. de Clar. Orat. 325.
Verborum concinnitas. Cic. in Orat. 149.
Conſequi concinnitatem. Cic. de Clar. Orat. 69. Concinnitatem appellat generaliter, Omnem exornationem verborum, ſive tropus ſit, ſive figura.
Aliquid concinnitatis efficere. Cic. in Orat. 81.
Et in plurali Concinnitates dixit Gellius 2. 26. ex Favorini verbis.

CONCINNITŪDO, ĭnis. f. [ἐμμέλεια] Idem. Cic. 1. de Invent. 25. Splendoris & feſtivitatis & concinnitudinis minimum in ſe continere debet.

CONCINNO, [εὐθετέω, συντίθημι, συσκευάζω] āre. Apte componere, inquit Feſtus. Plaut. Aſin. 1. 3. 64. Auceps quando concinnavit aream, effundit cibum. h. e. Aptavit, compoſuit, fecit.
Vides ut hæc concinnant? Cic. 5. de Fin. 83.
Lutum concinnare, Præparare ad domum inſtaurandam. Plaut. Rud. 1. 2. 8.
Concinnare ſtruices patinarias. Plaut. Men. 1. 1. 26.
Veſtem. Plaut. Men. 5. 1. 33.
Viam. Plaut. Stich. 2. 1. 13.
Vinum. Plin. lib. 14. cap. 20.
Concinnare etiam pelles dixit Plin. [Niſi error eſt.
Concinnare, Facere, auctore Nonio. Plaut. Amph. 2. 2. 96.

Nulla res tam delirantes homines concinnat cito.

Concinnare ſe levem ſuis. Plaut. Trin. 3. 2. 58.

Nunquam erit alienis gravis, qui ſuis ſe concinnat levem.

i. e. Facit, exhibet.
Concinnare uxorem lacrymantem. Plaut. Amph. 1. 3. 31.

Lacrumantem ex abitu concinnas tu tuam uxorem.

h. e. Lacrymari facis ob diſceſſum tuum.
Munuſculum alicui concinnare. Cic. 12. Fam. 16.

CONCINNANTIA, æ. f. Sidon. 8. Epiſt. 4.

CONCINNATIO, ōnis. f. [σκευασία] Cato cap. 106. Aquæ marinæ concinnatio.

CONCINNĀTOR, ōris. m. [σκευαστὴς] ut, Concinnator cauſarum. Ulp. in 4. Nec quicquam. D. de Officio Proconſulis, Circa advocatos patientem eſſe Proconſulem oportet, ſed cum ingenio, ne contemptibi-

lis esse videatur: nec adeo dissimulare, si quos causarum concinnatores, vel redemptores deprehendat.
Concinnatorem capillorum dixit Columel. lib. 1. in præfat.
CONCINNATŪRA, æ. f. Idem ac Concinnatio. Vet. Gloss. Cyrilli.
CONCINNATORIUS, Adj. ut, Vasa concinnatoria. l. 6. Dig. de penu legata.
CONCINNATITIUS, a, um. [ἐνάρμοστος] Quod breviter collectum & apte situm est. Apuleius lib. 2. pag. 119. Nam Milonis boni concinnatitiam mensulam rogatus accubueram. i. e. Modicam.
CONCĬNO, cĭnui, centum, [συνᾴδω, ὁμολογέω] ĕre. ex Con, & Cano compositum: Simul canere. Cic. 1. Tusc. 106. Hæc quum pressis & flebilibus modis, qui totis theatris mœstitiam inferant, concinuntur, &c.
Ad fores alicujus concinere. Ovid. 4. Fast. 110.
Olor concinit. Ovid. 7. Epist. 2.
Concinunt signa & tubæ. Cæs. 3. Bell. Civil. 100. Neque frustra antiquitus institutum est, ut signa undique concinerent, clamoremque universi tollerent, &c. Liv. 9. 32. Concinuntque tubæ, & signa inferuntur.
Lyra concinere. Ovid. 3. Amor. 9. 24.
Dicitur invicta concinuisse lyra.
Modis quibusdam concini. Ovid. 1. de Arte Am. 508.
Ista jube faciant, quorum Cybeleia mater
Concinitur Phrygiis exululata modis.
Ore pio concinere. Stat. 5. Silv. 3. 202.
In modum concinere. Catul. 59. 1203.
Ite, concinite in modum,
Io Hymen, &c.
Voce tinnula carmina concinere. Catull. 59. 12.
Classica concinere rauco cornu. Lucan. 1. 238.
Dies lætos concinere. i. e. Laudibus extollere. Hor. 4. Carm. 2. 41.
Concines lætosque dies, & Urbis
Publicum ludum.
Festa. Tibul. 2. 5. 88.
At madidus Baccho sua festa Parilia pastor
Concinet.
Laudes alicui. Tibul. 2. 5. 10.
Victori laudes concinuisse Jovi.
Omina tristia concinuerunt aves. Ovid. 3. Amor. 12. 2.
Plectro aliquem concinere. Hor. 4. Carm. 2. 33.
Concines majore poeta plectro
Cæsarem. i. e. Laudabis & celebrabis.
Lætis favoribus omni concinitur vulgo. Stat. 10. Theb. 781.
Concinere, inquit Festus, Convenire est. Cic. 1. de Nat. Deor. 16. Antiocho enim Stoici cum Peripateticis re concinere videntur, verbis discrepare. i. e. Consentire.
CONCINENTIA, æ. f. Macrob. in Somn. Scip. lib. 1. cap. 5. Sed & ad ipsam cæli harmoniam, id est concinentiam, hunc numerum magis aptum esse non dubium est.
CONCENTIO, ōnis. f. [συμφώνησις] Cic. pro Sext. 118. Nam quum ageretur Togata, simulans, ut opinor, caterva tota, clarissima concentione in ore impuri hominis imminens concionata est.
CONCENTUS, ûs. m. [συνῳδία, συμφωνία] Virg. 1. Georg. 422.
— hinc ille avium concentus in agris. Cic. in Somn. Scip. 11. Qui acuta cum gravibus temperans, æquabiliter concentus efficit.
Rauci concentus. Stat. 6. Theb. 227.
Vehementior. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Servare concentum. Cic. 4. de Fin. 75.
Concentus & consensus. Cic. 2. de Divin. 34.
Volucres aera mulcent concentibus. Ovid. 1. Fast. 155.
Concentus in sermonibus etiam & colloquiis dicitur, Quum duo vel plures inter se consentiunt, & idem pronuntiant. Hor. 1. Epist. 14. 31.
Nunc age, quid nostrum concentum dividat, audi. i. e. Nunc dicam tibi quid obstet quo minus mecum tibi conveniat.
Concentus, Concordia. Plin. Paneg. cap. 46. pr. Neque enim a te minore concentu, ut tolleres pantomimos, quam a patre tuo, ut restitueret, exactum est. Al. Consensu.
CONCENTOR, ōris. in Decretis Canonicis dicitur Is qui consonat & concinit canenti; sicut Succentor, Qui voce subsequens canendo respondet; Præcentor, Qui vocem præmittit in cantu.
CONCIO, is. V. CONCIEO.
CONCIO, ōnis. f. a Concio, concis, [ἐκκλησία, ἀγορά, δημηγορία, ῥήτρα] est (inquit Valla lib. 4. cap. 47.) Populi multitudo congregata vel ex magistratus jussu, vel ex publici sacerdotis, vel interdum sua auctoritate & sponte propria, ad audiendum oratorem concionantem in bonum publicum: cujus etiam oratio vocatur Concio. In priore significato est Græce ἐκκλησία, quam nos pro Latina voce habemus. Festus; Concio, Conventus, dicta quasi Conventio. Cic. de Amicit. 95. Concio, quæ ex imperitissimis constat, tamen, &c.
Concionem, antiqui masculino genere posuere. Festus.
Concio, & conventus civium. Cic. 6. Verr. 110.
Orba ab optimatibus concio. In ORBUS.
Advocare concionem. Cæs. 2. Bell. Civil. 32.
Ascendere in concionem. Liv. 2. 7. h. e. In locum suggestumque, unde verba fiunt ad populum: ut exponit Gell. lib. 18 cap. 7. apud quem ibidem, in oratione contra concionem Metelli, Ascendi in concionem, concursus est populi factus.
Avocare concionem. V. AVOCO.
Convocare ad, vel in concionem. V. CONVOCO.
Dejerare pro concione populi. Suet. in Calig. cap. 24. Nec unquam postea ne pro concione quidem populi, aut apud milites, nisi per numen Drusillæ dejeravit.
Produci in concionem. Cic. Post redit. in Senat. 12.
Summovere concionem. Cic. pro Flacc. 15.
Vocare in concionem aliquem. Cic. 4. Acad. 144. Quid me igitur, Luculle, in invidiam, & tanquam in concionem vocas?
Vocata concione virtutem militum laudibus cumulat. Tacit. 2. Hist. 57.
Clamor concionis. Cic. 2. de Fin. 74.
Concio legitima, dicitur Quum populus legitime convocatus est, id est ab eo qui vocandi potestatem habet Cic. de Opt. gen. Orat. 19. Eaque donatio fieret in theatro populo convocato: qui locus non est concionis legitimæ.

Concio, [δημηγορία] Ipsa oratio. Cic. 9. Fam. 14. Legi concionem tuam: nihil illa sapientius. Idem de Arusp. Resp. 7. Atqui paulo ante, P. C. concionem habuit, quæ est ad me tota delata: cujus concionis primum universum argumentum sententiamque audite.
Principum conciones. Cic. in Pison. 34.
Celeberrimæ conciones. Cic. in Pison. 34.
Horribilis concio Antonii, Dolabellæ præclara. Cic. 14. Att. 20.
Intermortuæ conciones. V. INTERMORIOR.
Turbulentæ. Quintil. lib. 5. cap. 13. Presserat enim turbulentis concionibus Cluentium Quintius.
Concionem habere, est (inquit Gell. lib. 13. cap. 14.) Verba facere ad populum sine ulla rogatione. Plaut. Men. 3. 1. 7.
Qui illum di omnes perduint, qui primus commentus est
Concionem habere, hac reque homines occupatos occupat.
Potestate concionis habendæ privare aliquem. Cic. 5. Fam. 2.
Concio item Locus est, in quo concio vel oratio habetur. ut, Ascendi in concionem, concursus est populi factus. Cic. apud Gell. 18. 7. V. paulo supra.
CONCIONĀLIS, e. [δημηγορικὸς] Adj. ut, Concionalis senex, Qui sectari conciones, sive concionari consuevit. Liv. lib. 3. cap. ult.
Clamor concionalis, Qualis in concionibus esse solet. Cic. 2. Q. frat. 4. Sed eodem die vehementer actum de agro Campano, clamore Senatus prope concionali.
Hirudo concionalis. V. HIRUDO.
Concionale genus causarum, quod & Deliberativum dicitur. Quintil. lib. 9. cap. 4. Judiciale & concionale, ut materia varium est, sic etiam collocatione verborum. conf. 3. 4. pr.
CONCIONARIUS, Adj. [ἀγοραῖκὸς] Cic. 3. Q. frat. 3. Vehementer esse providendum, ne opprimatur concionario illo populo a se prope alienato.
CONCIUNCŬLA, æ. f. dimin. [δημηγορίδιον] Cic. 2. Att. 16. Quæ mihi videtur una conciuncula clamore pedisequorum nostrorum esse peritura.
CONCIŌNOR, [ἐκκλησιάζω, δημηγορέω, ἀγορεύομαι] āri. Idem significat quod Concionem habere. Cic. 1. Tusc. 117. Quæ quum ita sint, magna tamen eloquentia est utendum, atque ita velut superiore e loco concionandum.
Concionari apud populum, vel Milites. Cæs. 1. Bell. Civil. 7. Quibus rebus cognitis, Cæsar apud milites concionatur.
Concionari de aliquo, aut de re aliqua. Cic. 2. Fam. 12. At etiam de te concionatur: nec impune: nam sentiet quos lacessierit.
De religionibus sacris, & cæremoniis est concionatus. Cic. de Arusp. Resp. 8.
Ex turri alta concionari. Cic. 5. Tusc. 59.
Item Concionari, pro Vaticinari usus est Lactantius 4. 19. Idem hoc futurum etiam Sibylla concionata est. [i. e. Quasi concionabunda palam declaravit.
CONCIONANS, [δημηγορῶν] Partic. Plin. lib. 34. cap. 8. Fecit & concionantem manu elata.
CONCIONABUNDUS, Adj. Qui concionatur. Liv. 3. 47. Hæc propalam concionabundus, in dies magis augebat iras hominum.
CONCIONĀTOR, ōris. m. [ἐκκλησιαστής, δημηγόρος] Qui concionatur. Non raro in deteriorem partem accipitur, & Eum denotat, qui multitudinem ad seditionem provocat. Cic. 4. in Catil. 9. Intellectum est quid intersit inter levitatem concionatorum, & animum vere popularem.
CONCIONATORIUS, Adj. [ἐκκλησιαστικὸς] Gell. 1. 11. Ecce autem pro tibicina Laconica, tibia quoque illa concionatoria in mentem venit. &c.
CONCĬPĪLO, [συναρπάζω] āre. dictum a Nævio, pro Corripere, & involare: inquit Festus. V. Dacer. in loc. Plaut. Truc. 2. 7. 61. Quem ego affatim jam jam concipilabo?
CONCĬPIO, ēpi, eptum, [συλλαμβάνω, κυέω] ĕre. ex Con, & Capio; Simul capere, apprehendere.
Concipere mulieres dicuntur, Quum utrumque genitale semen in earum utero coit ad fœtum faciendum. Aves etiam Concipere dicuntur. Plin. lib. 10. cap. 33. Perdices concipiunt supervolantium afflatu.
Concipere ex aliquo. Cic. pro Cluent. 31.
Ova concipere dicuntur pisces. Plin. lib. 9. cap. 51. Ita fit ut sola piscium & animal pariant, & ova concipiant.
Animo non servili aliquid concipere. Tacit. 2. Ann. 54. Fraude aut vi raptum Agrippam ferre ad exercitus Germanicos, non servili animo concepit. Simile est illud Paterc. lib. 2. 117. de Varo Quintilio. Is quum exercitui, qui erat in Germania, præesset, concepit esse homines, qui nihil præter vocem membraque haberent hominum.
Alicujus rei imaginem animo concipere. Quintil. lib. 2. cap. 20.
Auribus cupiditatem concipere. Cic. 6. Verr. 101.
Ingenio concipere aliquid. Ovid. Rem. Amor. 360.
Mente concipere. Ovid. 2. Met. 640.
Ergo ubi vaticinos concepit mente furores.
Verbis concipere aliquid. Cic. 3. Off. 108.
Aerem buccina concipit. Ovid. 1. Met. 337.
Æthera concipere mente. Ovid. 1. Met. 777.
Amorem rei alicujus. Ovid. 10. Met. 249.
Sculpsit ebur, formamque dedit, qua femina nasci
Nulla potest: operisque sui concepit amorem.
Aquas concipit Iris. Ovid. 1. Met. 271.
Bella cum aliquibus. Sil. lib. 13. 745.
Calorem. Cels. lib. 5. cap. 6. Donec omnis calor, qui conceptus est, finiatur.
Curam. Virg. 11. Æn. 519.
— ducis & tu concipe curam.
Dedecus. Cic. 1. Off. 123.
Dolorem a seipso. Cic. 3. de Nat. Deor. 91.
Flagitia animo. Cic. 1. de Nat. Deor. 66.
Flagitium cum aliquo. Cic. pro Sull. 16.
Flammam concipere dicuntur opera oppugnantium. Cæs. 2. Bell. Civil. 14. Hunc sic distulit ventus, uti uno tempore agger, plutei, testudo, turris, tormentaque flammam conciperent. i. e. Inflammarentur.
Fœdus. Virg. 12. Æn. 13.
Aut tu bella cie, conceptumque excute fœdus.
Fraudes concipere in. Cic. 1. Tusc. 72. Nam qui se humanis vitiis contaminassent, & se totos libidinibus dedidissent, quibus cæcati velut
domesticis

domesticis vitiis atque flagitiis se inquinassent, vel in Repub. violanda fraudes inexpiabiles concepissent, iis demum quoddam iter esse seclusum a concilio deorum.

Furias. Virg. 4. Æn. 474.

Ergo ubi concepit furias evicta dolore, &c.

Furorem. Sil. lib. 5. 182.

Furores mente, Furiis agi. Ovid. 2. Met. 640.

Habitus in pronuntiando concipere. Quintil. lib. 3.

Ignem. Lucret. lib. 6. 880.

Stupa jacit flammas concepto protinus igne.

Irarum sævos ignes. Valer. 1. Argon. 748.

Imperium concipere. est Ex destinato suscipere. Rhenanus in Castigat. in Tacit. 2. Hist. 3.

Inimicitias cum aliquo ex re aliqua. Cæs. 3. Bell. Civil. 16. Prodit Libo, atque excusat Bibulum, quod is iracundia summa erat, inimicitiasque habebat etiam privatas cum Cæsare, ex ædilitate & prætura conceptas.

Intelligentias adumbratas animo menteque. Cic. 1. de Legib. 59.

Iras ingentes animo. Ovid. 1. Met. 166.

Iram acerbiorem intimo odio & corde. Cic. 4. Tusc. 21.

Jusjurandum concipere, quid sit, ex verbis Taciti intelligere possumus, 4. Hist. 41. sic enim inquit de delatoribus, Signo ultionis in accusatores dato, petit a Cæsare (i. e. Domitiano.) Junius Mauricus, ut commentariorum principalium potestatem Senatui faceret, per quos nosceret, quem quisque accusandum poposcisset. Consulendum tali super re Principem (i. e. Vaspasianum patrem) respondit. Senatus, inchoantibus primoribus, jusjurandum concepit, quo certatim omnes magistratus, ceteri ut sententiam rogabantur, Deos testes advocabant, nihil ope sua factum, quo cujusquam salus læderetur, neque se præmium aut honorem ex calamitate civium cepisse: trepidis, & verba jurisjurandi per varias artes mutantibus, queis flagitii conscientia inerat. i. e. Iis qui delationum conscientia urgebantur, conceptionem, hoc est formulam juramenti mutantibus, ut solent qui fallaciter jurant. Idem alibi, (4. 31.) Auxilia e Gallia hortantibus præfectis statim a Vitellio desciscunt, vetus miles cunctabatur, sed adigente Hordeonio Flacco, instantibus tribunis, dixit sacramentum, non vultu neque animo satis affirmans: Et quum cetera jurisjurandi verba conciperent, Vespasiani nomen hæsitantes, aut levi murmure, & plerumque silentio transmittebant. Conciperent (inquit) id est exprimerent, & integram sacramenti formulam pronuntiarent: ut illi qui asseveranter & præfidenter jurant conscientiæ fiducia. Est ergo Concipere, Ad certam formulam exprimere. Hæc Budæus.

Libellos appellatorios concipere, apud Ulp. l. 1. in fine. D. de appellat.

Lucem diei concipere dicitur locus quicunque a Sole illuminatur. Lucret. lib. 1.

Maculam. Cic. pro Rosc. Amer. 66. Ex quo si qua macula concepta est, non modo elui non potest, verum usque eo permanat ad animum, ut summus furor atque amentia consequatur.

Metum in se. Plaut. Amph. 1. 1. 145.

Igitur magis modum in majorem in sese concipiet metum.

Morbum. Columel. lib. 7. cap. 5. Sed is morbus ætate plerumque concipitur.

Mortem præcordiis. Cic. 1. Tusc. 96.

Nefas aliquod mente. Ovid. 10. Met. 352.

Noxam. Columel. lib. 12. cap. 3.

Odium in bonos. Cic. ad Quirit. post red. 1.

Opinionem. Columel. lib. 9. cap. 14. Notior est ista vetus agricolis concepta opinio.

Periculum conceptum parturire. Cic. pro Muren. 84. Hoc quod conceptum Respub. periculum parturit, consilio discutiam & comprimam.

Preces. Sen. Herc. fur. 11.

Radices concipere dicitur arbor, Quum agit radices. Ulp. in l. Vitem. §. 1. D. Arborum furtim cæsarum.

Scelus magnum concipere. Cic. pro C. Rabir. 26. Quodnam concepi tantum scelus? aut quod in me tantum facinus admisi, Judices?

Scelus in se concipere. Cic. 3. Verr. 9. Ac non sic statuerit, non istum majus in sese scelus concepisse, &c. i. e. Gravius peccasse.

Scelus concipi dicitur, Quod suscipitur. Rhenanus in Castig. in Tacitum, 2. Hist. 3.

Semina concipit terra. Cic. 2. de Nat. Deor. 26.

Sitim. Ovid. 5. Met. 446. Al. hoc in loco leg. Colligere.

Spem. Ovid. 6. Met. 555.

— jugulum Philomela parabat,
Spemque suæ mortis viso conceperat ense.

Spem alicujus regni. Columel. lib. 3. cap. 9. Spem futurarum victoriarum concipiunt propagata sobole generosi armenti. Liv. 4. 15. In ea Sp. Melius spem regni conceperat. Subaudi Urbe.

Spem de aliquo concipere. Plin. 1. Epist. 10.

Spe aliquid concipere. Livius 34. 33. extr. Hoc spe concipere, audacis animi fuisse.

Summas. Liv. 3. 5. Difficile ad fidem est, in tam antiqua re, quot pugnaverint ceciderintve, exacto affirmare numero. Audet tamen Antias Valerius concipere summas, &c.

Summa de aliquo concipere. Quintil. in procem. lib. 6.

Superstitiosa concipiunt animi imbecilli. Cic. 2. de Divin. 81.

Triste aliquid concipere pectore. Ovid. 2. de Pont. 7. 16.

Pectore concipio nil nisi triste meo.

Vadimonium. Cic. 2. Q. frat. 14. Trebatium quod ad se miserim, persalse & humaniter etiam gratias mihi agit. negat enim in tanta multitudine eorum qui una essent, quenquam fuisse qui vadimonium concipere posset. i. e. Qui vadimonii formulam dictare posset. Inde Conceptum jusjurandum, Quod certa formula delatum est. Budæus. V. supra.

Ventum. Plin. lib. 16. cap. 31. Platani plurimum ventorum concipiunt, propter densitatem ramorum.

Verba concipere. Liv. 7. 5. Super lectum stans ferro intento, nisi in quæ ipse concepisset, verba juraret, se patris ejus accusandi causa concilium plebis nunquam habiturum, &c. Ovid. 10. Met. 290.

Tum vero Paphius plenissima concipit heros
Verba, quibus Veneri grates agit.

Verbis conceptis jurare. i. e. Dictatis a deferente juramentum, & ex arbitrio adjurantis: h. e. Adigentis ad jusjurandum pernotatis. Plaut. Pseud. 1. 3. 119.

Jurastin' te illam nulli venditurum, nisi mihi?
BAL. Fateor. CAL. nempe conceptis verbis. BAL. etiam consultis quoque.

i. e. Non modo dictatis a te verbis, sed etiam cogitatis, animadversis, præmeditatis. Hæc Budæus. Conf. Jusjurandum concipere.

Verbis conceptis pejerare. Cic. pro Cluent. 134. Dixit se scire illum verbis conceptis pejerasse. i. e. Inexpiabili perjurio sese contaminasse, inquit Budæus. Sic Valer. Max. lib. 4. cap. 1. de Africano posteriore.

Vires concipere. Plin. lib. 17. cap. 22. Virg. 1. Georg. 87.

Sive inde occultas vires & pabula terræ
Pinguia concipiunt. De agris.

Vitium concipere. Cic. 3. de Legib. 32. Quo perniciosius de Repub. merentur vitiosi principes, quod non solum vitia concipiunt, sed ea infundunt in civitatem.

Voces alicujus mente concipere. Ovid. 1. Fast. 102. al. Percipere.

Voluptatem concipere & comprehendere animo. Cic. 2. de Fin. 6.

Vota. Ovid. 7. Met. 584.

Concipitur, passive dixit Lucret. lib. 1. 5.

— per te quoniam genus omne animantum
Concipitur, &c.

Et Curt. 3. 6. Medicamentum venis concipitur.

Pars animæ concipitur cordis parte quadam, quam ventriculum cordis appellant. Cic. 2. de Nat. Deor. 138. i. e. Continetur.

CONCIPIENS, [συλλαμβάνων] Partic. ut, Concipiens & comprehendens natura. Cic. 2. de Nat. Deor. 81.

Spiritus plura justo concipiens. Quintil. lib. 2. cap. 4.

CONCEPTUS, a, um. [συνειλημμένος, κυηθεὶς] Partic. ut, Concepta æstu pestis. Columel. lib. 7. cap. 5.

Conceptum aliquid ac meditatum. Cic. de Arusp. Resp. 55.

Concepta e leone. Plin. lib. 8. cap. 16.

Ex virginis furtivo stupro conceptus. Sen. Troad. 4.

Furto conceptus dicitur, Qui non legitimo matrimonio natus est. Ovid. 2. Fast. 183.

Jam tria lustra puer furto conceptus agebat.

Crimen conceptum. i. e. Conceptus fœtus ex impio quodam & nefario concubitu. Ovid. 10. Met. 470. de Cinyra,

Semina fert utero, conceptaque crimina portat.

Conceptum furtum in jure dicitur, Quum apud aliquem testibus præsentibus, furtiva res quæsita & inventa sit. Nam in eum propria actio constituta est, quamvis fur non sit, quæ appellatur, concepti. §. 4. Inst. de oblig. quæ ex delict. & apud Paulum lib. 2. Sent. cap. 31. Hotoman. conf. FURTUM.

Infans male conceptus. i. e. Non ex legitimo viro. Ovid. 10. Met. 503.

In bonum & æquum concepta actio. Papin. in l. Quæsitum est. D. de Sepulchro violato, Dixi eum recte ea actione experiri, quæ in bonum & æquum concepta est: id est qua actione qui experitur, ita intendere petitionem potest, ut non ultra petat, quam quod præstari & æquum & bonum est. Budæus.

Dulcedinem alicujus rei conceptam animo inclusam continere. Cic. Antequam iret in exilium. pr.

Fœdus conceptum excutere. Virg. 12. Æn. 13. i. e. Placitum animo fœdus prædestinatumque ut fiat. Servius.

Furor conceptus. Sen. Hippol. 3. 14.

Furor ex maleficiis conceptus. Cic. 7. Verr.

Lyæum conceptum ferens Mænas. Senec. OEth. 4.

Numen conceptum virgineo pectore. Lucan. 5. 97. i. e. Divinus & fatidicus spiritus ingressus Pythiæ virginis pectus.

Semen conceptum. Cic. 2. de Divin. 68.

Turpitudo atque infamia aliquot jam per annos alicui concepta. Cic. 2. Verr. 49.

CONCEPTUM, i. n. Col. 1. 6. pr. Sed in emendatis codd. Conseptum.

CONCEPTIO, ōnis. f. [σύλληψις] Idem ac Conceptus. Plin. lib. 22. cap. 22. Chrysippus & conceptionibus eam putat conferre multum. De caucalide herba.

Contra naturam conceptio. Cic. 2. de Divin. 49.

Formularum conceptio. Paul. in l. actio negotiorum. D. de Negotiis gestis, In extraordinariis judiciis ubi conceptio formularum non observatur, hæc subtilitas supervacua est.

Verborum conceptio. Pompon. in l. 5. §. D. de verb. oblig. Stipulatio autem est verborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum facturumve se quod interrogatus est, responderit.

Conceptio, absolute, idem quod Formula. Cic. 2. de Invent. 58. In jure exceptiones postulantur, & quodammodo agendi potestas datur, & omnis conceptio privatorum judiciorum constituitur. Paul. l. 3. D. de accusat. Libellorum inscriptionis conceptio talis est.

Conceptio, apud Vitruvium 9. 4. Comprehensio est, & complexio, ut quum ab eo mundus definitur, Omnium naturæ rerum conceptio summa. Mundus enim sua amplitudine rerum summam complectitur, continet, arcet. Turnebus.

CONCEPTUS, ûs. m. [κύημα] pro Ipso fœtu. Plin. lib. 20. cap. 22. Non edendum gravidis, nisi mortuo conceptu, quippe etiam impositum ejicit. De Sisymbrio loquitur.

Conceptus, [κύησις] Actus ipse concipiendi. Cic. 1. de Divin. 93. Multa inusitata partim e cœlo, alia ex terra oriebantur, quædam etiam ex hominum pecudumve conceptu & satu.

Terræ conceptu generari & edi. Cic. de Univers. 35. Oceanum Salaciamque cæli satu terræque conceptu generatos editosque memoremus.

Conceptus animi. Firmic. lib. 5. cap. 12. Mars homines faciet superbos, audaces, sævos, iracundos, & qui omnes animi sui conceptus studeant ad finem usque deducere. [ἐπινοήματα. H. St.

CONCEPTOR, ōris. m. ut, Peccati conceptor. Arat. in Act. Apost. cap. 16.

CONCEPTACŬLUM, i. n. [συλληπτήριον] Ubi quid concipitur. Plin. lib. 11. cap. 37. Superbia alibi conceptaculum, sed hic sedem habet. i. e. In superciliis.

CONCEPTĒLA, æ. f. Idem. Frontinus de Aquæduct. Conceptelas vocat Aquarum conceptacula.

CONCEPTĪVUS, a, um. Conceptivæ feriæ Festa dicebantur, quæ in certis diebus servabantur quotannis, ut Sementinæ & Compitaliciæ. Festus. Erant autem apud veteres quatuor publicarum feriarum genera. Nam aut Stativæ erant, quæ certis & fixis diebus quotannis observabantur, & eodem semper die in fastis annotabantur: nos hodie Festa immo-

bilia vocamus. Aut Conceptivæ, quæ quotannis quidem fiebant, ſed modo hoc, modo illo tempore, ut magiſtratui videbatur: quales erant Latinæ feriæ, Sementinæ, Compitalia, & Agonalia. Imperativæ vero, quæ quotannis fieri non conſueverant, ſed propter valetudinem Principis, aut inſignem victoriam, aut etiam imminens periculum a magiſtratu imperabantur. Nundinæ autem, feriæ erant ruſticorum cauſa, nono quoque die inſtitutæ, ut quum octo diebus in agris fuiſſent, ad emenda neceſſaria nono die in urbem convenirent. Vide hæc latius apud Macrobium, lib. I. Saturn. cap. 16. conf. FERIÆ.

CONCEPTO, āre. frequent. Arnobius lib. 4. adverſus gentes, His in lucem prodeunt generationibus dii veſtri, quibus aſini, porci, canes: quibus immunda hæc omnis conceptatur & gignitur terrenarum proluvies beſtiarum?

CONCISUS, CONCISE. V. CONCIDO.

CONCITO, āre. V. CONCIEO, concies.

CONCLĀMO, [καταβοάω] āre. Simul clamare. Eſt autem proprie Præconis verbum, quod eſt Prædicere. Plaut. Merc. prol. 51.

Conclamare tota urbe & prædicere. Al. Conclamitare. Idem Men. 5. 9. 93.

— ergo nunc jam
Vis conclamari, auctionem fore?

Cic. 6. Philipp. 2. Quum vos univerſi, una mente atque voce, iterum a me conſervatam eſſe Remp. conclamaſtis.

Conclamant ſocii lætum Pæana ſecuti. Virg. 10. Æn. 738. i. e. Præ gaudio efferuntur clamore.

Conclamare, cum gerundio. Virg. 2. Æn. 233.

Ducendum ad ſedes ſimulacrum, orandaque divæ
Numina conclamant.

Cum indecora exultatione conclamant. Quintil. lib. 2. cap. 2.

Conclamate iterum altiore voce. Catul. 40. 18. Phalæcus eſt.

Conclamare ad arma. Liv. 3. 50.

Socios. Ovid. 3. Met. 73.

Victoriam. Cæſ. 1. Bell. Gall. 37.

Conclamare, pro Clamare. Cæſ. 1. Bell. Gall. 47. extr. Quos quum apud ſe in caſtris Arioviſtus conſpexiſſet, exercitu ſuo præſente, conclamavit, quid ad ſe venirent? In aliis exemplaribus eſt Clamavit. Sed hanc lectionem tuetur Davies. q. V.

Planctu conclamat uterque Iſthmos. Stat. 6. Theb. 13.

Conclamari, imperſ. Conclamatum eſt. Ter. Eun. 2. 3. 54. Deſine, jam conclamatum eſt. Ubi Donatus; Conclamatum eſt, Tranſactum ac finitum. ut, Conclamata corpora, quæ nihil reliqui jam habent ad vitæ officia. Lucan. 2. 23. — corpora nondum

Conclamata jacent. Aut Conclamatum, Satis deploratum, ſatiſque vociferatum eſt: quia dixerat, O infortunatum ſenem, ſi & hic amare cœperit. Tanquam dicat, Jam occiſum patrem tandem ſcimus, jamque deflemus. Hæc Donat. Servius autem exponens illud 6. Æn. 218.

Pars calidos latices, &c. Plinius, inquit, in naturali hiſtoria dicit hanc eſſe cauſam ut mortui & calida abluantur, & per intervalla conclamentur: quod ſolet plerumque vitalis ſpiritus excluſus putari, & homines fallere. Denique refert quendam ſuppoſitum pyræ, adhibitis ignibus erectum eſſe, nec potuiſſe liberari. Unde & ſervabantur cadavera octo diebus, & calida abluebantur: & poſt ultimam conclamationem comburebantur. unde traxit Terentius, Deſine, jam conclamatum eſt. Hæc Servius.

Conclamare vaſa, Exercitu caſtra moturo, conclamari ſolet ut vaſa colligant. Cæſ. 1. Bell. Civil. 66. Quo cognito ſignum dari jubet, & vaſa militari more conclamari.

CONCLAMATIO, ōnis. f. [καταβόησις] Multorum clamor. Sen. lib. 1. de Clementia cap. 12. Et quum ille in vicino ad ædem Bellonæ ſedens, exaudiſſet conclamationem tot millium ſub gladio gementium, &c.

Lamenta, conclamationes. Tacit. 4. Hiſt. 1.

CONCLAMĬTO, [καταβοάομαι] āre. frequent. Plaut. Merc. prol. 51.

Conclamitare tota urbe, & prædicare.

CONCLAUDO, ſi, ſum, [συγκλείω] ĕre. Simul claudere, concludere. Unde, Conclauſa ſemina apud Columel. lib. 3. cap. 12. Eademque velut conclauſa & coarctata ſemina comprimere atque ſtrangulare. Sed plerumque ſcribitur CONCLUDO, quod V. infra.

CONCLĀVE, is. n. vel CONCLAVIS, is. f. [μυχὸς τρίκλινος, δίαιτα] eſt (inquit ad Ter. Eun. 3. 5. 35. Donatus) Separatior locus in interioribus tectis: vel quod intra eum loca multa & cubicula clauſa ſint adhærentia triclinio. Conclavia, dicuntur Loca quæ una clave clauduntur, inquit Feſtus. V. infra. Ter. Heaut. 5. 1. 29. Eſt mihi ultimis conclave in ædibus quoddam retro. Sic Cic. 1. de Divin. 26. Conclave illud, ubi erat manſurus, ſi ire perrexiſſet, proxima nocte corruit.

Committere ſe in conclave. V. COMMITTO.

Conclave Cicero pro Triclinio uſus eſt, licet triclinii vocabulo utatur 6. Verr. 58. Nam ut in ſingula conclavia, quæ iſte non modo Romæ, ſed omnibus in villis habet, tricenos lectos optime ſtratos cum ceteris ornamentis convivii quæreret, nimium multa comparare videretur. Budæus.

Convertere conclave in uſum ædium. Neratius in l. Quod conclave. D. de Damno infecto, Quod conclave binarum ædium dominus ex aliis ædibus in aliarum ædium uſum convertit, &c. Ubi Conclave, Cubiculum vel quamcunque ædificii partem vocare videtur, ad quod duabus clavibus acceditur, id eſt duobus oſtiis. Budæus.

Currere per totum conclave. Hor. 2. Serm. 6. 113.

Inferior porticus & ejus conclavia fiunt recte. Cic. 3. Q. frat. 4.

CONCLAVĀTUS, a, um. Conclavatæ, dicebantur Quæ ſub eadem erant clave. Auctor Feſtus. [Scalig. Conclavia legit. Ego malim Conclaviata, vel ut in Gloſſ. Gr. Lat. Conclava. V. ad ſeq. dict.

CONCLAVIUM, i. n. [μυχὸς] Idem. Plaut. Aul. 3. 2. 24.

Etiam rogitas, ſceleſte homo, qui angulos omnes
Mearum ædium & conclavium mihi pervium facitis?

conf. ejuſd. Moſt. 3. 2. 158. Vitruvius 6. 5. pr. dixit Conclaviorum altitudines. ubi Philand. Pro conclavium dictum eſt, variata flexione. [Apud Plaut. pr. loc. Turneb. ex Mſſ. Perviam legit, quomodo & Gronov. edidit: in poſteriore manifeſte n. pl. eſt, a recto Conclave. Et apud Vitruv. forſan error eſt. Etiam in Gloſſ. tamen Lat. Gr. Conclavia, συνοίκια. Sed videtur legendum συνοικία. f. g. Nam in Græco Lat. συνοικία, Conclavum, Conclavia, Inſula. V. Henr. Steph. Theſ. Gr. Feſt. adjective ponere videtur in Conclavia, quaſi a Conclavius, a, um; vel Conclavis, e.

CONCLŪDO, ſi, ſum, [συγκλείω, συμπεραίνω, συγκατακλείω, κατακλείω, συμφράττω, συνάγω] ĕre. Simul claudere.

Auras concludere follibus. Hor. 1. Serm. 4. 19.

Concludere in cavea, navi, &c. Plaut. Curc. 3. 80.

— quia enim in cavea ſi forent
Concluſi.

Idem Rud. 2. 3. 61. Ibidem in navi concludit ipſe.

Intelligentiam in animo, animum concluſit in corpore deus. Cic. de Univerſ. 8.

Concludere ſe in cellam. Ter. Adel. 4. 2. 13.

Nam me jam in cellam aliquam cum illa concludam, id tutiſſimu'ſt.

Plaut. Caſin. 1. 44. Concludere in feneſtram firmiter.

In parvum quendam & anguſtum locum concludere jus civile. Cic. 1. de Legib. 17.

Concludere aliquo, Ter. Eun. 4. 3. 24.

Concludar huc. Ter. And. 2. 3. 12. Ut ab illa excludar, huc concludar. Legitur & Hac concludar.

Concludere res multas in unum diem. Ter. Eun. 5. 9. 17.

— an fortunam collaudem, quæ gubernatrix fuit,
Quæ tot res, tantas, tam opportune in unum concluſit diem?

Concludere aliquem in anguſtiſſimam formulam ſponſionis. Cic. pro Roſc. Com. 15.

Orator concluditur in ea, quæ ſunt in uſu civitatum vulgari ac forenſi. Cic. 1. de Orat. 160.

Cingitur atque concluditur ipſe portus urbe. Cic. 7. Verr. 95.

Sulco concludere locum tecto. Virg. 1. Æn. 429. i. e. Ad tectum. Servius.

Domo aliquem concludere. Sen. Hippol. 2.

Concludere, pro Obturare. Valer. 1. Argon. 480.

Concludere, Finire. Cic. de Amicit. 29. Quamobrem ad illam primam redeamus, eamque ipſam concludamus aliquando. Budæus.

Verborum deſcriptus ordo alias alia terminatione concluditur. Cic. in Orat. 200.

Concludere atque perorare. Cic. 2. de Orat. 307.

Concludere ac definire orationem. Cic. 6. Verr. 115. Ut aliquando totam hujus generis orationem concludam ac definiam.

Concludere multa uno fine. Cic. 4. de Finib. 19. Et duo nobis opera pro uno relinquunt, ut alia ſumamus, alia appetamus, potius quam uno fine omnia concludant.

Argumentationem. Cic. in Orat. 122.

Argumentum ratione. Cic. in Orat. 137.

Concluſurum me eſſe crimen decumarum dixeram. Cic. 5. Verr. 163.

Epiſtolam concludere. Cic. 9. Att. 10. Concludis epiſtolam quandam hoc modo.

Extremum concluditur. Cic. 11. Att.

Perorationem. Cic. in Orat. 122.

Sententiam circumſcriptione quadam comprehendere ac concludere. Cic. de Clar. Orat. 34.

Sententias explere atque concludere. Cic. in Orat. 130.

Verſum concludere, eſt Verſum perficere ſuis numeris & pedibus, nulla etiam adhibita elegantia. Hor. 1. Serm. 4. 40.

— neque enim concludere verſum
Dixeris eſſe ſatis.

Concluditur verbis interdicti, pro Comprehenditur. Cic. pro Cæcin. 35. Ea tametſi verbis interdicti non concluditur: tamen ſententia juris atque auctoritate retinetur.

Laus æquitatis, integritatis, facilitatis, ad extremum ludorum voluptate concluditur. Cic. pro Muren. 41.

CONCLŪSUS, [συγκεκλεισμένος] Partic. ut, Concluſa aqua. Cic. 2. de Nat. Deor. 20.

Corio concluſæ res. Lucret. lib. 4. 934.

Proptereaque fere res omnes, aut corio ſunt,
Aut cute concluſæ, &c.

Hunc autem mendoſiſſimum eſſe locum notat Lambinus; & Lectio in hodiernis editionibus ſic reſtituitur,

Aut etiam conchis, aut callo, aut cortice tectæ.

Locus concluſus. Lucret. lib. 4. 460.

Circumſcriptio. Cic. in Partit. 19.

Concluſum & comprehenſum. V. COMPREHENSUM.

Concluſum opponitur ei quod dicitur Diſperſum aut diſſipatum. Cic. 1. de Orat. 187. Omnia fere quæ ſunt concluſa nunc artibus, diſperſa & diſſipata quondam fuerunt.

Perfectum atque concluſum. Cic. 4. Verr. 82. Invenietis id facinus natum cupiditate, auctum per ſtuprum, crudelitate perfectum atque concluſum.

CONCLŪSE, Adv. [συγκεκλεισμένως] Cic. in Orat. 177. Quum, ut fit, fortuito ſæpe aliquid concluſe, apteque dicerent. h. e. Numeroſam periodon funderent.

CONCLUSIO, ōnis. f. [συμπέρασμα, ἐπίλογος] Finis & perfectio.

Vocis moderatio, & verborum concluſio. Cic. 3. de Orat. 179.

Concluſio dicitur, quam Græci ἐπίλογον, noſtri modo Perorationem, modo Cumulum vocant. Nam cumulus proprie acervus eſt: & in concluſione omnia quaſi in unum acervum colliguntur. Perott.

Extrema pars & concluſio muneris & negotii. Cic. 1. Q. frat. 1. Ut tanquam poetæ boni, & actores induſtrii ſolent, ſic tu in extrema parte & concluſione muneris ac negotii, diligentiſſimus ſis.

Acutæ concluſiones. Quintil. lib. 2. cap. 20.

Certæ & crebræ. Quintil. lib. 5. cap. 14.

Subtilis, & ad morem Dialecticorum formata. Quintil. lib. 7. cap. 4.

Nulla concluſio eſt, aſſumptione non conceſſa. Cic. 2. de Finib.

Una concluſione finiri. Quintil. lib. 3. cap. 3.

Concluſio, pro Argumentatione & ratione. Cic. 4. Acad. 67.

CONCLUSIUNCŬLA, æ. f. dimin. Cic. 4. Acad. 75.

Contortulæ quædam ac minutæ Stoicorum concluſiunculæ. Cic. 2. Tuſc. 42.

CONCLŪSUS, ūs. m. Cæl. Aurel. Tard. 1. 4. 77. Concluſu corporis.

CONCLUSŪRA, æ. f. Vitruv. 6. 11.

CONCŒNA, æ. m. [σύνδειπνος] Qui una cum alio cœnat. Lucil. apud Feſt. Tapulla, ut placet Duzæ & Voſſ. Gloſſ. Lat. Gr. σύνδειπνος, Conviva, Concena.

CONCŒNATIO, ōnis. f. ut Compotatio. Cic. 9. Fam. 24.

CONCŒPTO, āre. Macrob.

CONCOCTIO, V. CONCOQUO.

CONCŎLOR, ōris. Adj. [ὁμόχροος] Ejuſdem coloris: ut, Concolor cicatrix. Plin. lib. 28. cap. 9.

Cum fœtu concolor albo. Virg. 8. Æn. 82.

Flos de ſanguine concolor ortus. Ovid. 10. Met. 735. de Adonide.

Concolor eſt ei. Columel. lib. 7. cap. 3.

CONCOLŌRUS, Adj. Mart. Capell.
CONCOLŌRO, āre. Tertull. de Pudic. cap. 8.
CONCOMĬTOR, āri. Quintil.
CONCOMITATUS, Partic. Plaut. Milit. 4. 3. 10.
Quibus concomitata recte deveniat domum.
CONCŌPŬLO, āre. Idem quod ſimplex Copulare. Lucret. lib. 6. 1075.
Denique res auro argentum concopulat una, &c. Chryſocollam intelligit, id eſt auri gluten: quod quomodo fiat diſce ex Plin. lib. 33. cap. 5. Lambinus.
CONCŎQUO, coxi, coctum, [συμπέπτω, πέπτω] ĕre. Varro 2. de R. R. cap. 10. Vel ad focum afferre ligna, ac cibum concoquere.
Concoquere cibos. Cic. 2. de Nat. Deor. 124. Eademque hæc avis ſcribitur conchis ſe ſolere complere, eaſque quum ſtomachi calore concoxerit, evomere. Catul. 21. 8.
— bene nam valetis omnes
Pulchre concoquitis.
Ad concoquendum facillimus cibus. Cic. 2. de Finib. 64.
Mutari & concoqui ut poſſit quod alvus recipit, arcet id & continet. Cic. 2. de Nat. Deor. 136.
Concoquere, per translationem, pro Ferre & pati. Liv. 4. 15. Ut quem Senatorem concoquere civitas vix poſſet, regem ferret.
Κρέαν concoquere. Cic. 9. Fam. 4. Nunc vide utra te κρέας magis delectet, χρυσαπτέα ne, an hæc quam noſter Diodorus non concoquebat.
Diu deliberare & concoquere utrum, &c. Cic. pro Roſc. Com. 45.
Concoquere odium. Cic. 3. Q. frat. 9. De epiſtola Vatinii riſi: ſed me ab eo ita obſervari ſcio, ut ejus iſta odia non ſorbeam ſolum, ſed etiam concoquam.
CONCOCTUS, [πεπεμμένος] Partic.
Odores olivo concocti. Lucret. lib. 2. 852.
— miſtos in corpore odores,
Concoctoſque, ſuo contactos perdere viro. i. e. Virulentia & malo odore. Odores concoctos, i. e. Unguenta odorata cum oleo cocta.
Concoctus, pro Cocto. Celſ. lib. 3. cap. 22. De tabe. Marrubium ex melle concoctum. Ita vett. edd. Sed Lind. habet: Marrubii, ſi cum melle ſit incoctus. ſubaud. Succus.
CONCOCTIO, ōnis. f. [πέψις, πέπανσις] Plin. lib. 11. cap. 37. Aves quoque geminos ſinus habent, quædam unum quo merguntur recentia: ut guttur: alterum, in quem ex eo demittunt concoctione maturata.
CONCORDIA, CONCORDIALIS, &c. V. poſt ſeq. dict.
CONCORS, ordis. Adj. [ὁμογνώμων, ὁμόφρων, ὁμόνους, ὁμονοητικὸς] Qui unius mentis, ſive unius animi eſt. Cic. 1. Tuſc. 11. Aliis cor ipſum animus videtur, ex quo excordes, vecordes, concordeſque dicuntur. Plaut. Aulul. 3. 5. 7.
Et multo fiat civitas concordior.
Amicitia & caritate concordi ſe complecti. Cic. de Univerſ. 13.
Animæ concordes. Virg. 6. Æn. 827.
Aquæ concordes. Plin. lib. 5. cap. 9. Nec ante Nilus, quam ſe totum aquis concordibus rurſus junxit.
Auſis concordibus. Sil. lib. 5. 214.
Figura concors. Plin. lib. 7. cap. 12. Diverſarum quidem gentium natales tam concordi figura reperiri, ſuper omnem eſſe taxationem.
Fronte æquata & concordi currere freno. Sil. lib. 16. 381.
Frena jugo concordia ferre. De equis dictum. Virg. 3. Æn. 542.
Fratres concordiſſimi. Cic. pro Ligar. 5.
Fuga concors. Sil. lib. 16. 69.
Inſania. Sil. lib. 4. 99.
Ambobus velox virtus geminuſque cupido
Laudis, & ad pugnas Martemque inſania concors.
Menſæ. Lucan. lib. 4. 197.
Miles. i. e. Milites concordes. Sil. lib. 8. 8.
Parcæ. Virg. 4. Ecl. 47.
Talia ſecla ſuis dixerunt currite fuſis,
Concordes ſtabili fatorum numine Parcæ. Nam & quod una dixerit, duæ ſequuntur: & fixa ſunt ſtatuta fatorum. Hor. Carm. Secul. 26.
Quod ſemel dictum, ſtabiliſque rerum
Terminus ſervet. Servius.
Pars concors & ſine lite. Ovid. 3. de Pont. 2. 88.
Pax. Ovid. 1. Met. 25.
Præſidiis concordibus cingere aliquem. Claud. 2. in 1. Conſ. Stil. 209.
Simulacra. Sil. lib. 13. 650.
Succedunt ſimulacra virûm concordia, patris
Unanimique ſimul patrui. i. e. Æqualia. De Scipionibus.
Sibi concors dicitur, Qui bene ſibi conſtat. Sen. 1. de Vita beata.
Sonus concors. Ovid. 5. Met. 664.
Status moderatus & concors civitatis. Cic. 3. de Legib. 28.
Torus concors. Propert. lib. 4. 5. 6.
CONCORDIA, æ. f. [ὁμόνοια, ὁμοφροσύνη, ἁρμονία] Vox communis, a Corde congruente dicitur. cui contraria eſt Diſcordia. Salluſt. Jug. cap. 10. Concordia parvæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur.
Conjunctio & concordia. Cic. 5. Verr. 23. Tantamque habebat morum ſimilitudo conjunctionem atque concordiam, ut, &c.
Concordia & conſpiratio omnium ordinum ad defendendam libertatem facta. Cic. 12. Fam. 15.
Pax & concordia extraneis gignetur. Cic. Anteq. iret in exil. 9.
Reconciliatio concordiæ. Cic. 3. in Catil. 25.
Flendi concordia. Ovid. ad Liv. 201.
Veneris concordia. Ovid. 13. Met. 875.
Candida concordia. Ovid. 1. Faſt. 637. Quod pura & ſancta ſit, quod benigna ac multorum bonorum mater.
Concordia communis ſanguinis vinculo conſtricta. Valer. Max. lib. 4. cap. 6. 4. Loquitur de concordia inter Pompeium & Cæſarem ob Juliam Cæſaris filiam, quæ Pompeio nupſerat.
Diſcors concordia dicitur rerum, Quæ quum inter ſe diverſæ ſint, tamen commiſtæ unum quoddam corpus conficiunt, dum una alterius vires temperat & coercet. Ovid. 1. Met. 433. Oxymoron eſt figura.
— & diſcors concordia fœtibus apta eſt. conf. Hor. 1. Epiſt. 12. 19.
Diſcordem concordiam vocat Lucanus Simulatam amicitiam, ut quum illum amplecti & colere videmur, quem tamen tacito odio proſequimur, lib. 1. 98. de Cæſare & Pompeio.

Felix. Propert. lib. 3. 6. 41.
Mitis. Ovid. 3. Faſt. 881.
Sociata nervorum concordia. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Sociata tradentis, accipientiſque concordia. Quintil. lib. 2. cap. 9.
Nummarius interpres pacis & concordiæ. Cic. pro Cluent. 100.
Alicui concordia conjunctiſſimum eſſe. Cic. pro Cluent. 152.
Adducere rem ad concordiam. Cic. 7. Att. 3.
Confirmare concordiam cum aliquo. Cic. 13. Philipp. 2.
Conglutinare concordiam. Cic. 1. Att. 14.
Conſtituere concordiam. Cic. 8. Att. 15.
Reducere in priſtinam concordiam aliquos perfidia hominum diſtractos. Cic. 8. Att. 24.
CONCORDIA, Dea apud Romanos: cujus ædem C. Flavius, Cn. filius dedicavit in area Vulcani, ſumma invidia nobilium. Liv. lib. 9. extr. Cic. pro Domo 131. Si ſedem ipſam ac templum publici conſilii religione Concordiæ devinxiſſet. De Concordiæ feſto & templo, vide comment. Ovid. 1. Faſt. 639.
Cella Concordiæ. Cic. 2. Philipp. 19. Quum in hac cella Concordiæ (ô dii immortales) in qua me Conſule ſalutares ſententiæ dictæ ſunt, &c.
CONCORDIA, Italiæ urbs Carnorum. Plin. lib. 3. cap. 1. & item Melæ & Ptolemæo, nomine adhuc durante.
Eſt & Concordia, Hiſpaniæ civitas Ptolemæo. unde
CONCORDIENSES, Bæticæ, vel potius Luſitaniæ populi.
CONCORDIĀLIS, e. Adj. Firmic. lib. 6. cap. 32. Concordialibus vinculis copulentur.
CONCORDIALIS, ſubſt. [ἀργεμώνη] Herba eſt ſilveſtris, papaveri ſimilis, quæ quod argemati oculorum medeatur, a Dioſcoride Argemone eſt appellata.
CONCORDIUM, i. n. pro Concordia. ut, Venale concordium. l. 27. ff. de Pact. Dot.
CONCORDĬTAS, ātis. f. [ἀρθμὸς] pro Concordia, apud Pacuvium, alioſque veteres. Concorditatem, inquit, hoſpitio adjunctam, perpetem probitatem conſervetis. Non. 2. 151.
CONCORDĬTER, [ὁμονοικῶς] ius, iſſime. Adv. Cic. pro Rabir. 14. Et tibi acerbior patrui mors eſt, quem nunquam vidiſti, quam illi ejus fratris, quicum concordiſſime vixerat.
Congruere concorditer inter ſe. Plaut. Curc. 2. 2. 14.
Bellum utinam conſideratius concordiuſque gerant. Liv. 4. 45. Vetus Inſcript. apud Gruter. p. 612. n. 1. C. B. M. CVM QVA CONCORDISSIME VIXIT ANN. XXII.
CONCORDO, [συμφρονέω, ὁμογνωμονέω, ἀρθμέω] āre. Convenire. Ter. Phorm. 2. 3. 86.
Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam
Senectutem oblectet: reſpice ætatem tuam.
Sanitas animi dicitur, quum ejus judicia opinioneſque concordant. Cic. 4. Tuſc. 30.
Bene concordatum matrimonium dirimere. Papinianus in l. Miles. §. Licet. D. Ad legem Jul. de adult.
CONCORDANTIA, æ. f. a v. Concordo, Vulgo pro Harmonia, ſeu Locis parallelis. V. Voſſ. de Vit. L. L. 3. 6.
CONCORPŎRO, [συσσωματόω] āre. Simul corporare, & ex pluribus miſtis unum facere. Plin. lib. 22. cap. 24. Semper mulſum ex vetere vino utiliſſimum, facillimeque cum melle concorporatur. Idem lib. 27. cap. 12. Eademque vitiligines concorporat.
CONCORPORATIO, ōnis. f. Tertull.
CONCRATITIUS, Adj. [πεῤῥάδης] a Crates, cratis: ut, Paries concratitius, Qui cratibus inſertis fit. Ulpian. in l. Cum duobus. §. Item Mela. D. Pro ſocio, Item Mela ſcribit, ſi vicini ſemipedes inter ſe contulerint, ut ibi concratitium parietem inter ſe ædificarent, ad onera utriuſque ſuſtinenda, &c. Concratitius autem paries eſt Papiniano, qui Latine proprie Intergerinus appellatur, qui a vicinis conſtructus, veluti intergerit, id eſt communiter gerendo eſt. V. Vitruvium, & Intergerinus, in INTERGERO. Hodie legitur Cratitius, de quo ſuo loco.
CONCRĒDO, credĭdi, credĭtum, [παρακατατίθημαι] ĕre. Idem quod Credere. i. e. Servandum dare, & fidei alicujus tradere. Plaut. Aul. prol. 6.
Sed mihi avus hujus obſecrans concredidit
Theſaurum auri, clam omnes.
Concreduo, per U inter D & O, dixere veteres. Plaut. Aul. 3. 6. 49.
Ne tu in me mutaſſis nomen, ſi hoc concreduo.
Concredere mari navigia. V. CONCEDO.
Concredere aliquid taciturnitati alterius. Plaut. Trin. 1. 2. 102.
Ventis aliquid concredere. Catul. 62. 213.
Nugas alicui ſuas concredere. Hor. 2. Serm. 6. 43.
Concredere vites teneriores calido ſolo. Columel. lib. 3. cap. 1.
Concredere aliquem in cuſtodiam alterius. Plaut. Merc. 2. 1. 9.
Commendare & concredere fortunas ſuas alicui, famam, &c. Cic. pro Roſc. Amer. 62.
CONCRĔMO, [συγκαίω] āre. Idem quod Cremare. Plin. lib. 12. cap. 18. Periti rerum aſſeverant, non ferre tantum Arabiam annuo fœtu, quantum Nero princeps noviſſimo pompæ ſuæ die concremavit.
Concremare igni. Liv. 6. 33.
Urbs concremetur. Sen. Theb. 2.
CONCRĔPO, crepui, crepĭtum, [ἐπικτυπέω] āre. a Crepo deducitur, ejuſdem cum eo ſignificationis, niſi quod Con auget, teſte Donato. Ter. Hec. 4. 1. 6. Sed oſtium concrepuit.
Arma concrepant, per translationem. Liv. 6.
Cymbala Thebano concrepuere deo. Propert. lib. 3. 18. 6.
Scabella concrepant. Cic. pro Cœl. 55.
Concrepare digitis. Plaut. Milit. 2. 2, 51.
Concrepare digitis, aliter. Cic. 3. Off. 71. Itaque ſi vir bonus habeat hanc vim, ut ſi digitis concrepuerit, poſſit in locupletum teſtamenta irrepere: hac vi non utatur. Aliquot poſt verbis velut ſe explicans, ait: At ſi dares hanc vim M. Craſſo, ut digitorum percuſſione hæres poſſet ſcriptus eſſe, qui re vera non eſſet hæres, &c. V. in Chiliadibus adagium, Ad digituli crepitum. Concrepuerit digitis, h. e. Leviſſimo momento.
Concrepare digitos dixit Petron. cap. 27.
Concrepare, omiſſo Digitis, eodem modo. Cic. 2. de Lege Agr. 81. Qui ſimul ac Decemviri concrepuerint, armati in cives, & expediti ad cædem eſſe poſſint.

Concre-

Concrepare gladiis ad scuta. Liv. 28. 29. Exercitus, qui corona concionem circumdederat, gladiis ad scuta concrepuit.
Manus concrepuere. Ovid. 3. Fast. 740.
Concrepare, active positum. Ovid. 5. Fast. 441.
Rursus aquam tangit, Temesæaque concrepat æra. Conf. paulo supra Concrepare digitos.
CONCREPATIO, ōnis. f. Arnob. lib. 2.
CONCREPARIUS, a, um. Plaut. Bacch. suppos. prol. v. 3.
CONCREPITO, āre. frequent. Prudent.
CONCRESCO, crēvi, crētum, [ἐπισυνίσταμαι, πήγνυμαι, συμπήγνυμαι] ĕre. a Cresco componitur; & Simul crescere significat: aliquando etiam Conjungi & conglutinari. Cic. 2. de Nat. Deor. 26. Quæ neque conglaciaret frigoribus, neque nive, pruinaque concresceret.
Induratum & concretum alta glacie. Liv. 21. 36. Ut pleraque velut pedica capta inhærerent, indurata & alta concreta glacie.
Concrescendi vis & Liquendi, contraria. Cic. de Univers. 42. Has ipsas esse omnium caussas, quæ vim habeant refrigerandi, calefaciendi, concrescendi, liquendi. In novissime excusis est, Vim habeant frigoris & caloris, concretionis, & liquoris.
Concrescunt subitæ currenti in flumine crustæ. Virg. 3. Georg. 360. i. e. Aquæ congelascunt fluentes. Servius. De frigida Scythiæ regione.
Putres fungi concrescunt. Virg. 1. Georg. 392.
—testa quum ardente viderent
Scintillare oleum, & putres concrescere fungos. Nam (ut dicit Plinius) quum aer humidus esse cœperit, favilla quæ cum fumo solet egredi, prohibita aeris crassitate in lucernis residet, & quasdam velut fungorum imitatur imagines. Servius. V. Plin. lib. 18. extr.
Imbres concrescunt ventis gelidis. Ovid. 9. Met. 220.
Utque ferunt imbres gelidis concrescere ventis,
Inde nives fieri. i. e. In unum cogi, & densari.
Mare concrescit glacie. Ovid. 3. Trist. 12. 29.
Nubes concrescunt in alto. Lucret. lib. 4. 137.
Mundi orbis concrevit primis seminibus. i. e. Quatuor elementis. Virg. 6. Ecl. 35.
—ut his exordia primis
Omnia, & ipse tener mundi concreverit orbis. i. e. Collectus & informatus sit. Servius.
Radice concreta tenacius hærere. Claud. 6. Conf. Hon. 77.
Hic tibi concreta radice tenacius hæsit.
Sanguis concrevit frigore. Virg. 12. Æn. 905.
Genua labant, gelidus concrevit frigore sanguis. De Turno loquitur. i. e. Coagulatus est & congelatus.
Terra concrescit frigore. Lucret. lib. 6. 845.
Illud funestum animal ex nefariis stupris, ex civili cruore, ex omnium scelerum importunitate & flagitiorum impunitate concretum. Cic. in Pison. 21. Translate.
Concresse, pro Concrevisse. Ovid. 6. Met. 416.
CONCRĒTUS, a, um. [συμπεπηγώς, συμπεπηγμένος] Partic. Cic. 1. Tusc. 42. Crassus hic & concretus aer.
Aer concretus in nubem cogitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 102.
Cælum crassum atque concretum, & Aer purus & tenuis velut opposita ponit Cic. 2. de Nat. Deor. 42. Etenim licet videre acutiora ingenia, & ad intelligendum aptiora eorum, qui terras incolant eas, in quibus aer sit purus ac tenuis, quam illorum qui utantur crasso cælo atque concreto.
Cælum pingue & concretum. Cic. 1. de Divin. 130.
Corpora terrena concretaque. Cic. 1. Tusc. 47.
Corpus concretum ex elementis. Cic. 3. de Nat. Deor. 30.
Dolor concretus vocatur ab Ovidio, Quo ita obstupescimus, ut nec gemitum edere, nec lacrymas emittere queamus, tanquam horrore nimio congelatas & concretas, lib. 2. de Pont. 11. 10.
Lumen Lunæ concretum. Cic. 1. de Divin. 18. ex lib. 2. de Consulatu suo.
Quum claram speciem concreto lumine Luna
Abdidit, &c. i. e. Contracto. [Forte Completo legendum. Intelligit enim Lunæ eclipsin, quæ semper in Plenilunio accidit. Nisi eodem sensu & Concretum dicitur, ubi cornua nimirum ejus coïere.
Mimus breviter concretus in artus suos. Propert. lib. 4. 9. 15.
Mimus & ipse suos breviter concretus in artus,
Jactabat truncas ad cava buxa manus. Rectius Nanus legitur.
Vis ex terrena mortalique natura & caduca concreta. Cic. 1. Tusc. 61.
Concretus, Conjunctus, conglutinatus. Virg. 6. Æn. 738.
Multa diu concreta modis inolescere miris. Plin. lib. 17. cap. 21.
Quum vero concreti (nodi) ademere transitum, repercussa erumpit. de Vitis medulla.
Concretus & coalitus. Gell. lib. 12. cap. 1. Cujus in corpore, cujusque ex sanguine concretus homo & coalitus sit?
Aqua frigore concreta. Martial. lib. 4. 3.
Concretas pigro frigore ridet aquas.
Barba concreta sanguine. Ovid. 14. Met. 201.
Crines sanguine concreti. Virg. 2. Æn. 277.
Frigora concreta pruina. Virg. 2. Georg. 376.
Labes concreta, Affixa & inhærens. Virg. 6. Æn. 746. Servius.
Lac concretum. Virg. 3. Georg. 463.
Nix concreta. Lucret. lib. 3. 20.
Semen concretius. Lucret. lib. 4. 1237.
Squalore diutino concreta facies. Quintil. Declam. 8. 8.
Zonæ glacie concretæ. Virg. 1. Georg. 236. De Septentrionali & Brumali parallelis loquitur.
Concretum & Resolutum, contraria. Claud. de Crystallo 7. 8.
CONCRĒTUM, i. n. [συμπεπηγός] Conjunctum & conglutinatum. Cic. 1. de Nat. Deor. 75. Quæ nil concreti habeat, nil solidi, nil expressi.
Concretum & corporeum. Cic. de Univers. 23.
σύγκριμα. H. St.
Satum & concretum. Cic. 1. Tusc. 60.
Orta, generata, concreta. Cic. 5. Tusc. 69.
Nihil est animis admistum, nihil concretum, nihil copulatum, nihil coagmentatum, nihil duplex. Cic. 1. Tusc. 71.
CONCRESCENTIA, æ. f. Vitruv. 8. 3.
CONCRETIO, ōnis. f. [σύμπηξις] Cic. 1. de Nat. Deor. 71. Idem facit in natura deorum, dum individuorum corporum concretionem fugit.
Mortalis concretio. Cic. 1. Tusc. 66. Mens segregata ab omni concretione mortali. h. e. Anima sejuncta a corpore.
Prava concretio. Firmic. lib. 1. cap. 3. Quicquid vitii ex prava concretione corpus habuerat.
CONCRETUS, ûs. m. [σύμπηξις] Idem quod Concretio. Plin. lib. 12. cap. 16. In plenum autem probatio est minutis glebis, nec rotundis, in concretu albicantis succi.
CONCREMENTUM, i. n. Apul.
CONCRETĪVUS, a, um. Firmic.
CONCRĪMĬNOR, [διαβάλλω] āri. Idem quod Criminari. Plaut. Mil. 2. 2. 87.
Ut si illic concriminatus fiet adversus militem
Meus conservus.
CONCRIMINATIO, ōnis. f. Vox JCt. in Dig.
CONCRISPO, āre. Vitruv. 8. 1. Humores se concrispantes.
CONCRŬCIOR, [τιμωροῦμαι] āri. ut, Concruciari omni corpore. Lucret. lib. 3. 149.
Et quasi quum caput, aut oculus tentante dolore
Læditur in nobis: non omni concruciamur
Corpore. i. e. Non omnibus simul affligimur membris.
CŎNCRUSTO, āre. Ammian. 17. 7. Soliditates concrustatæ.
CONCUBIENSES, Populi sunt in Umbria, sexta Italiæ regione, ut est apud Plin. lib. 3. cap. 14. Forojulienses, cognomine Concubienses.
CONCŬBO, are. & CONCUMBO, cubui, cubitum, [συνεύδω] ĕre. Simul cubare, Coire. Ter. Hec. 3. 3. 33.
Nam aiunt tecum post duobus concubuisse eam mensibus.
Concumbere cum uxore. Cic. de Fato, 30. Quia ita fatum sit & concubiturum cum uxore Laium. Ovid. 3. de Arte Am. 522.
Credere vix possum, nisi cogat credere partus,
Vos ego cum vestris concubuisse viris.
Concumbere, dativo junctum. Tibul. lib. 1. 8. 35.
At Venus invenit puero concumbere furtim. al. Succumbere.
CONCUBITIO, ōnis. f. Hygin. Astron. P. 2. 12. Quod inusitato genere concubitionis esset natus.
CONCUBĪTUS, ûs. m. [συνουσία, μίξις] Coitus. Plin. lib. 10. cap. 63. Ceteris animalibus stati per tempora anni concubitus, homini omnibus horis dierum noctiumque.
Nefandi concubitus. Sen. Agam. 1.
Novi, Horrendi & inusitati. Sen. Hippol. 2.
Vagus concubitus. h. e. Meretricius. Hor. in Arte Poet. 398.
Vetitus. Ovid. 10. Met. 353.
Concubitus neque nimis concupiscendus, neque nimis pertimescendus. Cels. lib. 1. cap. 1.
Fugere concubitus. Ovid. 14. Met. 668.
Indulgere concubitu, pro Concubitui. Virg. 4. Georg. 198.
Quod nec concubitu indulgent, nec corpora segnes
In Venerem solvunt. De apibus.
Pati concubitus. Ovid. 3. de Arte Am. 666.
Petere. Ovid. 4. Met. 207.
Pollutus tragico concubitu. Juven. 2. Sat. 30. i. e. Incesto, quales in Tragœdiis decantantur.
Turpes pecudum concubitus sequi. Virg. 6. Ecl. 50.
Voluptas solicitat concubitus. Virg. 3. Georg. 130.
CONCUBĪTOR, ōris. m. [συγκοιμητής] Qui cum alio cubat: quamvis per translationem accipiatur pro Eo qui rem veneream exercet. Tertull. de Pudic. cap. 16.
CONCUBITĀLIS, e. ad Concubitum pertinens. Tertull. ad Nation. 2. 11.
CONCUBĪNUS, i. m. [ὁμεύνετης] Quintil. lib. 1. cap. 3. Nostras amicas, nostros concubinos vident. Catul. 59. 130.
Neu nuces pueris neget,
Desertum domini audiens
Concubinus amorem.
Iners concubinus. Catul. 59. 132.
Miser. Catul. 59. 140.
CONCUBĪNA, æ. f. [ὁμεύνετις] dicebatur Ea quam quis, non mariti animo, sed concubitus tantum caussa, sine stupri tamen crimine, flagitiove, domi habebat, arg. l. 4. D. de adult. Cic. 1. de Orat. 183. In concubinæ locum duceretur. Hotomanus.
CONCUBINĀTUS, ûs. m. [συνοικισμός] Plaut. Pœn. prol. 102.
Illam minorem in concubinatum sibi
Vult emere miles quidam, qui illam deperit.
In concubinatum dare sororem. V. IN. conf. Suet. Neron. cap. 28.
CONCUBIUS, a, um. Adj. invenitur plerumque cum voce Nox conjuncta. Tacit. 1. Ann. 39. Val. Max. 1. 5. Liv. 25. 9. Sæpius apud Valerium Noctem profundam significat. Plin. lib. 29. cap. 6. Alii excoquunt ipsum, & nocte concubia in plumbeum vas condunt. Cic. 1. de Divin. 57. Qui ut cœnati quiescerent, concubia nocte visum esse in somnis ei qui erat in hospitio, &c.
CONCUBIUM, i. n. [μεσονύκτιον] Quum tempus agendi est nullum, dixerunt veteres, quod omnes fere tunc cubarent. Alii Intempestam noctem vocant: alii a Silere, Silentium. Plaut. Trinum. 4. 2. 44.
Si ante lucem ire occipias a meo primo nomine,
Concubium sit noctis, prius quam ad postremum perveneris.
Gellius pro Concubitu posuit 9. 10. Venerandum illud concubii pudici secretum. [Nisi forte Connubii legendum. Connubii enim secretum est ipsius concubitus periphrasis.
CONCULCO, [συμπατέω] āre. Idem quod Calcare, nisi CON augeat. Cic. 8. Att. 11. Conculcari, inquam, miseram Italiam videbis proxima æstate, & quati utriusque vi, mancipiis ex omni genere collectis. i. e. Vastari, destrui.
Pedibus conculcare aliquem. Ovid. 12. Met. 374.
Proterere & conculcare aliquem. Cic. pro Flac. 53.
CONCULCATIO, ōnis. f. [πάτησις] Plin. lib. 8. cap. 18. Obturbata conculcatione prius aqua, aliter potu non gaudent.
CONCULCĀTUS, ûs. m. Idem. Tertull.
CONCUMŬLO, āre. a Cumulus. Unde
CONCUMULATUS, Partic. Tertull.
CONCUMULATIO, ōnis. f. Firmicus.
CONCUMBO, V. CONCUBO. Differentiam utriusque V. in ACCUMBO.
CONCŬPIO, cupivi, cupitum, [ἐπιθυμέω] ĕre. Idem quod Cupio. Cic. pro Quint. 69. Sicut tu semper summe concupisti.
Immo puto esse a Concupisco. H. St.

Concupisco, cupivi, cupitum, [ἐπιθυμέω] ĕre. Valde cupere. Cic. 4. de Fin. 7. Ut si quis obmutescere concupierit, nihil aliud legere debeat.
Concupiscere & Appetere, Idem. Plin. 3. Epist. 2 Quamvis enim ista non appetat: tam grate tamen excipit, quam si concupiscat.
Mortem concupiscere. Cic. 1. de Divin. 51.
Quid concupiscas, tu videris: quod concupiveris, certe habebis. Cic. 5. Philipp. 33.
Res magnas & magnopere expetendas concupiverunt. Cic. in Orat. 4.
Non pecuniam, non opes violentas, sed caritatem civium & gloriam concupisse. Cic. 1. Philipp. 29.
Nihil tam efficere concupiscebat, quam quod posse effici negaretur. Suet. in Calig. cap. 37.
In matrimonium ducere illam concupivit. Cic. pro Cluent. 26.
Concupivi, præteritum. Hor. Epod. 3. 19.
At si quid unquam tale concupiveris,
Jocose Mæcenas, &c.
Concupiscor, pass. [ἐπιθυμοῦμαι] Plin. lib. 11. cap. 6. Id se facturas consciæ, quod concupisci possit.
Concupiscendus, Partic. Cels. 1. 1. V. concubitus.
Honos non nimis concupiscendus. Cic. 15. Fam. 6.
Concupītus, Partic. ut, Pecunia concupita. Cic. 4. Tusc. 24.
Concupitum adipisci. Cic. 4. Tusc. 13. Lætitia, ut adepta jam aliquid concupitum, efferatur, & gestiat.
Concupītor, ōris. m. Firmic. lib. 8. cap. 22. in fine, Vicesima nona pars Cancri si in horoscopo fuerit inventa, homines faciet illiberales, & fures, & rerum alienarum concupitores.
Concupiscentia, æ. f. [ἐπιθυμία] Quæ est bonarum æque ac malarum rerum appetitus. Tertull. de Anima 38. Concupiscentia oculis arbitris utitur. Paulo post, Proprie naturalis concupiscentia unica est alimentorum solummodo, quam Deus in primordio contulit. Legitur etiam apud Curt. 8. 6. 18. juxta nonnulla exemplaria; sed lectio merito suspecta est eruditis. V. Freinsh. ad loc. & Cellar. Cur. post. p. 260.
Concupiscentīvus, [ἐπιθυμητικὸς] Adj. Tertul. de Anim. cap. 16.
Concupiscibilis, e. Adj. Hieron. & Ambros.
Concūro, [ἐπιμέλομαι] āte. Simul curare. Plaut. Bacchid. 1. 2. 23.
Pro dignitate obsonii hæc concuret coquus.
Concurātor, ōris. m. [συνεπιμελητὴς] Qui simul cum alio curam administrat, l. 19. D. de administ. tut. l. 3. §. quæri potest. D. de susp. tut. Eadem ratione Contutor, Conreus, & Confidejussor dicuntur, de quibus omnibus exempla passim in jure reperies.
Concurro, concurri, concursum, [συντρέχω] ĕre. Simul currere, confluere. Cic. 4. Verr. 50. Tantus in curia clamor factus est, ut populus concurreret.
Undique concurrere. Lucan. lib. 3. 331.
Tota Italia concurrit. Cic. 1. Q. frat. 2.
Concurrere alicui obviam. Ter. Eun. 2. 2. 25.
Concurrunt læti mi obviam cupediarii omnes.
Concurreret domum tuam tota civitas. Cic. 3. Verr. 80.
Concurrere ad aliquem. Cic. pro Quint. 53. Aut ad eorum aliquem, qui consuluntur, concurrisses? Al. Cucurrisses. [Quod improbat Grævius, quasi & de uno dicatur Concurro, ut Concurso. Sed nullo probat exemplo.
Ad aliquem merito concurrere. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Concurrere ad arma. Cæs. 5. Bell. Gall. 38.
Æquore, i. e. Mari concurrere. Valer. 1. Argon. 630.
Concurrere dicuntur milites, quum irruunt in hostem. Cic. 10. Fam. 30. Antonius in aciem suas copias de vico produxit, & sine mora concurrit. Liv. 26. 39. Raro alias tantis animis justæ concurrerunt classes.
Alicui concurrere. Virg. 1. Æn. 497. — audetque viris concurrere virgo.
Concurrere animis quantis confligere par est. Sil. lib. 16. 540.
Frontibus adversis concurrere. Lucret. lib. 6. 116. De nubibus.
Forti concurrere campo, Fortiter in campo prœlium inire. Propert. lib. 4. 11. 35.
Armis concurrere. Martial. lib. 9. 72.
Quum gener, atque socer diris concurreret armis, &c.
Bello concurrere alicui. Virg. 10. Æn. 8. i. e. Contra aliquem bella suscipere. Servius.
Ferro. Stat. 6. Theb. 908.
Furtis. Valer. 2. Argon. 661.
Hosti. Ovid. 12. Met. 596.
Monstris. i. e. Inire certamen cum monstris. Valer. 3. Argon. 512.
Imparibus fatis. Virg. 12. Æn. 149. de Bello.
Signis adversis. Tibul. lib. 4. 1. 99.
Telis paribus inter sese concurrere. Virg. 1. Georg. 489.
Prælia concurrunt. Lucan. lib. 1. 40.
Concurrere cum. Sallust. Catil. cap. 60. Postquam eo ventum, unde a ferentariis prælium committi posset, maximo clamore, cum infestis signis concurrunt.
Nudas concurrere armatis. Ovid. 3. de Arte Am. 5.
In sua funera concurrere, Moriendi animo cum hostibus congredi. Valer. Flac. 6. Argon. 242.
Sidera sideribus concurrent. Lucan. lib. 1. 75.
Venti concurrunt in messem. Plin. lib. 18. cap. 35.
Ventorum prælia concurrunt. Virg. 1. Georg. 318.
Omnia ventorum concurrere prælia vidi,
Quæ gravidam late segetem ab radicibus imis
Sublime expulsam eruerent.
Concurrere, ad inanimata translatum. Ter. Heaut. 2. 2. 3.
Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant. i. e. Conveniunt & congruunt.
Cyaneæ insulæ ponto concurrere dicuntur. Valer. 1. Argon. 59.
Credas montes concurrere montibus altos. Virg. 8. Æn. 692.
Nomina concurrere dicuntur, Quando eodem tempore solutionem accipimus, quo ipsi debemus. Cic. 16. Att. 3. extr.
Orbis Europæ atque Asiæ concurrit. Virg. 7. Æn. 224.
Os concurrit ad rogandum. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 1. Quia quum homini probo ad rogandum os concurrat, & suffundatur rubore. Al. Corruat. H. St.
Concurrere ad auxilium. Lucan. lib. 3. 663.
Obscænius litteræ concurrunt. Cic. in Orat. 154. Cum nobis non dicitur, sed nobiscum: quia si ita diceretur, obscænius concurrerent litteræ. Sane quum profers cum nobis, auditur hic ablativus cunno, velut a nominativo cunnus; quam vocem constat obscænam esse.
Res contrariæ concurrunt. Cic. 5. de Fin. 28.
Verba extrema cum consequentibus primis ita jungere, ut neve aspere concurrant, neve vastius diducantur. Cic. 3. de Orat. 170.
Concurrere in sententiam aliquam. Cic. 1. Att. 15. Et raptim in eam sententiam pedarii concurrerunt. i. e. Concesserunt, ut alias rerum Rom. scriptores loquuntur.
Concurrunt plebei philosophi, pro Consentiunt & conveniunt. Cic. 1. Tusc. 2. Licet concurrant omnes plebei philosophi, &c.
Statim concurrere de jure. Cic. pro Quint. 79. Dejicitur de saltu, C. Aquilli, pridie Cal. intercalares. biduo post, aut ut statim de jure aliquis concurrerit, non toto triduo DCC millia passuum conficiuntur. In melioribus libris est Cucurrerit. V. Hotom. not.
Concurrere cum summa, cui opponitur Excedere. Ulpianus in l. Quid ergo si majorem. D. de leg. 1. Quid ergo si majorem quantitatem a substituto reliquit? quod excedit, hoc erit quod a substituto relictum est: quod vero concurrit cum summa superioribus tabulis inscripta, inde debebitur.
Concurrere, *Estre concurrent & participant.* Ulpian. l. 1. D. de usuf. adcres. Quum itaque primus non inveniet alterum eum, qui sibi concurrat, solus utetur in totum: nec refert conjunctim an separatim relinquatur.
In hæreditatem legitimam fratri concurrere. Papinian. in l. Filio qui. D. de inofficioso testamento, Filia quæ non egit, aut quæ egit aut non obtinuit, in hæreditate legitima fratri non concurrit.
In pignore concurrere. Ulpian. in l. Idemque. §. Si tibi. D. Qui potiores in pignore habeantur, Si tibi quæ habiturus sum obligaverim, & Titio specialiter fundum, si in dominium meum pervenerit, mox dominium ejus acquisiero: putat Marcellus concurrere utrumque creditorem in pignore.
In pignus concurrere. Ulpian. ibid. Si duorum pupillorum numis res fuerit comparata: ambo in pignus concurrent pro his portionibus, quæ in rei pretium fuerint expensæ.
Per plures emptores mancipium concurrerit. Paulus in l. Si quis sub hoc pacto. D. de contrah. empt. Sed in emendatis libris est Cucurrerit.
Concurrere, Confluere. Cels. lib. 2. cap. 12. Si in stomachum quædam biliosa concurrunt.
Concurrit materia. Cels. lib. 3. cap. 10. At si in præcordiis inflammatio & dolor est, primo superimponenda sunt cataplasmata reprimentia, ne si calidiora fuerint, plus eo materiæ concurrat.
Concurrens materia, i. e. Influens sanguis. Cels. lib. 7. cap. 2. Et ut alias scripsi, vel avertenda, concurrens eo materia, vel digerenda, &c.
Concurrere, Evenire, contingere, consequi. Propert. lib. 3. 7. 17.
Sunt quibus Eleæ concurrit palma quadrigæ. i. e. Qui palmam consequuntur in Elidensium certamine curuli.
Somnia concurrunt, Respondent eventu. Cic. 2. de Divin. 141. An tu censes ullam anum tam deliram futuram fuisse, ut somniis crederet, nisi ista casu nonnunquam, forte temere, concurrerent?
Concurrĭtur, impers. ut, Concurritur undique ad commune incendium restinguendum. Cic. 10. Philipp. 21.
Concurritur, pro Committitur prælium. Hor. 1. Serm. 1. 7.
Militia est potior. quid enim? concurritur, horæ
Momento aut cita mors venit, aut victoria læta.
Concurrens, [συντρέχων] Partic. ut, Concurrentes cautes. Ovid. 2. Amor. 11. 3.
Concurrens quantitas. in l. Cum alter. D. De compensat.
Concursio, ōnis. f. [συνδρομή] Cic. 1. de Fin. 17. Ut concursionibus inter se cohærescant.
Fortuitarum rerum concursio. Cic. in Topic. 76.
Fortuita concursio corpusculorum. Cic. 1. Acad. 6.
Vocum crebra concursio. Cic. in Orat. 151. i. e. Vocalium concursus, qui hiantem reddit orationem.
In eadem verba impetus & concursio, & adjunctio, & progressio. Cic. 3. de Orat. 104.
Concursus, ûs. m. [συνδρομή] Cic. ad Brut. 3. Concursus est ad me factus.
Non posse sustinere concursum aliquorum. Cic. 4. Acad. 70.
Conflictio & concursus. Cic. in Partit. 104.
Ingens concursus. Virg. 9. Æn. 454.
Artium quinque maximarum concursus. Cic. de Clar. Orat. 25.
Calamitatum concursu labefactata cogitatio. Cic. 5. Fam. 13.
Gratantum concursus. Tacit. 6. Ann. 50.
Municipiorum. Cic. pro Domo 142. Italiæ magnificentissimus ille motus, municipiorumque concursus.
Occupationum. Cic. 7. Fam. 34. Quanquam venis, ut ipse intelligis, in maximarum quasi concursum occupationum.
Studiorum honestissimorum. Cic. 2. de Fin. 110.
Verborum asperi, disjuncti & hiantes concursus. Cic. in Partit. 21.
Verborum asper & hiulcus concursus. Cic. 3. de Orat. 169. Huic opponitur Coagmentatus & lævis.
Ne extremorum verborum cum insequentibus primis concursus, aut hiulcas voces efficiat, aut asperas. Cic. in Orat. 150.
Subiti concursus. Ovid. 14. Met. 544.
Facere concursum. Cic. 6. Verr. 52. Quem concursum in oppido factum putatis?
Ex agris concursus fiunt. Cic. 5. Att. 16.
Clamor, concursusque maxima cum laude alicujus fiunt. Cic. 1. Att. 13.
Concursus, *Concurrence, Participation.* Ulpian. l. 1. D. de usuf. adcres. Julian. scribit: si duobus heredibus institutis, deducto usufructu proprietas legatur, jus adcrescendi heredes non habere. nam videri usumfructum constitutum, non per concursum divisum.
Concursu partes fieri Jurisconsultis dicuntur in legatis, Quum testator duobus pluribusve legatariis rem eandem ita legavit, ut iis non distincte ac separatim partes certas attribueret, sed potius rem solidam relinquere videretur. l. conjunctim. D. de legat. 3. Verum quum utrinque uterque ad rei, puta fundi, alicujus possessionem acquirendam accedit, ubi ad medium pervenerunt & concurrerunt, quo in loco obvii inter se facti sunt, ibi partis quisque suæ fines constituunt. Hi Legatarii re conjuncti dicuntur l. triplici. D. de verb. signif. Hotomanus.

CONCURSO, āre. frequent. pro Discursare, vel Cursitare. ut, Concursare villas, provinciam. Cic. 7. Fam. 1. & 7. Verr. 79.
Huc illuc casu & temere concursare. Cic. 2. de Nat. Deor. 115.
Concursant nunc hinc, nunc illinc ignes. Lucret. lib. 2. 214.
Concursare circum tabernas. Cic. 4. in Catil. 17.
Omnes omnium domos concursare. Cic. pro Muren. 44.
Lectica villas cum aliquo concursare. Cic. 7. Fam. 1.
Lectos mortalium, & grabatos, deos concursare utrum probabilius. Cic. 2. de Divin. 129.
Concursare ultro citroque. Hirt. Bell. Afr. 82.
Concursare & Dissultare, contraria. Lucret. lib. 3. 396.
Concursare, coire, & dissultare vicissim. Alia exemplaria habent Concussare: quod exponit interpres, Frequenter se concutere. Sed forte rectius legas Concursare, pro Convenire & congregari. sicut Dissultare, est Dissilire & disjungi. [Potius opponitur hoc τῷ Coire, si maxime Concursare legas.

CONCURSANS, Partic. Plin. lib. 37. cap. 9. Habere intus concursantem stellam. De Ceraunia gemma loquitur.

CONCURSATIO, ōnis. f. Cic. 1. de Lege Agr. 8. Jam illa omnibus in provinciis, regnis, liberis populis, quam acerba, quam formidolosa, quam quæstuosa concursatio decemviralis futura sit, non videtis?
Perturbationum concursatio. Cic. 11. Philipp. 27. Al. Conversione & perturbatione.
Concursatio somniorum. Cic. 2. de Divin. 146.
Concursatio & contentio. Cic. 1. Fam. 1. Libonis & Hypsei, non obscura concursatio & contentio, omniumque Pompeii familiarium studium, in eam opinionem rem adduxerunt, &c.

CONCURSĀTOR, ōris. m. Liv. 31. 35. Ita nec eques regius equiti par erat, insuetus ad stabilem pugnam, nec pedes concursator.
Concursator & levis hostis. Liv. 27. 18.

CONCURSATORIUS, Adj. Ammian.

CONCURVO, āre. a Curvus. Macrob. 2. Saturn. 7.

CONCUSSUS, In CONCUTIO.

CONCŬTIO, ssi, ssum, [συσσείω, διασείω, ἀνασείω, κατασείω, συγκλονέω] ĕre. ex Con & Quatio; Commovere, agitare. Ter. Eun. 3. 5. 42.
At quem deum? qui templa cæli summo sonitu concutit.
Arcu certo aliquem concutere, Ferire. Propert. lib. 1. 7. 15.
Arces concutit balista. Ovid. 11. Met. 509.
Arma concutere. Ovid. 1. Met. 143. & 12. 468.
Aures Cæsaris concussit fragor. Lucan. lib. 6. 163.
Cæsariem concutere. Ovid. 1. Met. 179. de Jove,
Terrificam capitis concussit terque quaterque
Cæsariem.
Caput. Ovid. 2. Met. 49.
Corpus multa gestatione. Cels. lib. 3. cap. 21. Concutiendumque multa gestatione corpus est. i. e. Agitandum.
Equos acres concutere. Virg. 8. Æn. 3. Hoc ad equites pertinet, inquit Servius.
Frena concutere furenti. Virg. 6. Æn. 101. — ea frena furenti
Concutit, & stimulos sub pectore vertit Apollo.
Freta Boreas concutit. Ovid. 6. Met. 691.
Hastam concutere. Sil. lib. 10.
Lora aurigæ concutiunt. Virg. 5. Æn. 146.
Nec sic immissis aurigæ undantia lora
Concussere jugis. Absolute apud Valer. Flac. 6. Argon. 6.
Impulit hinc currus, monstrum irrevocabile belli,
Concutiens. Subaudi Lora.
Mentes concutere. Valer. Flac. 6. Argon. 476.
— quascunque libet nunc concute mentes.
Orbem nutu concutit Juppiter. Ovid. 2. Met. 849.
Ossa metus concutit. Ovid. 3. Epist. 82.
Pectora planctu concutere. Stat. 5. Silv. 1. 179.
Plebem grandine concutit hiems. Stat. 1. Silv. 6. 24.
Rempub. concutere. Cic. 2. Philipp. 109. Leges Cæsaris, easque præclaras, ut Rempub. concutere possit, evertit.
Serena cæli concutere sonitu dicitur deus. Lucret. lib. 2. 1100.
Tumultu bellorum ingenti concutitur Roma. Lucan. lib. 1. 304.
Tela concutere. Ovid. 12. Met. 79.
Urbem luctu concutit fortuna. Virg. 12. Æn. 594.
Concutere aliquem, pro Per speciem legitimæ potestatis pecuniam extorquere. apud Ecclesiasticos & JCtos. V. Tertull. de Fuga in persec. cap. 12. & infra in CONCUSSIO, & CONCUSSURA.

CONCUTIENS, [διασείων] Partic. ut, Concutientes se corvi. Plin. lib. 18. cap. 35.
Sceptra concutiens, Obtinens regnum. Sen. Herc. fur. 5.
Singultu concutiente ora sonant. Ovid. 3. Amor. 9. 12.

CONCUSSUS, a, um. [διασεισμένος] Partic. ut
— furit mugitibus æther
Concussus. Virg. 3. Georg. 151.
Animus concussus casu amici. Virg. 5. Æn. 869. i. e. Propter ruinam amici. Servius.
Animi concussi fletu. Virg. 9. Æn. 498.
Carina concussa. Ovid. 2. de Pont. 3. 59.
Cautes. Virg. 5. Æn. 205. ubi de navi cautibus illisa loquitur.
Coma. Ovid. 2. Fast. 846.
Corpus concussum vulnere. Stat. 3. Silv. 4. 70.
Fides concussa, i. e. Labefactata aut inversa. Lucan. lib. 1. 182.
Et concussa fides, & multis utile bellum.
Fores concussæ patuere. Ovid. 2. Met. 768.
Globus undarum concussus inhorruit. Sen. Hippol. 10.
Humo concussa saxum moliri. Valer. 6. Argon. 650.
Ilex. Virg. 4. Georg. 81.
Nec de concussa tantum pluit ilice glandis.
Licentia hominum concussa. Cic. pro Milon. 79. Concussa hominum licentia & cupiditatibus fractis, &c.
Mens concussa metu. Virg. 12. Æn. 468.
Mons concussus spargit nives. Propert. lib. 3. 13. 53.
Opes concussæ, Glandes ex arbore decussæ. Martial. lib. 11. 42.
Cedentes oneri ramos, silvamque fluentem
Vicit, concussas ipse sequutus opes.
Ora concussa risu. Lucret. lib. 1. 918.
Pectus concussa crebris verberibus. Lucan. lib. 2. 335.
Quercus. Virg. 1. Georg. 159.
Concussaque famem in silvis solabere quercu. i. e. Glandibus. Est autem Metalepsis.
Remo concusso ratem tollere. Valer. 1. Argon. 340.
Tonitru concussa tremunt omnia. Lucret. lib. 6. 120.
Agmine virorum concussa tellus. Sil. lib. 8. 355.
Motu concussa terra. Liv. 3. 10.
Undas concussas exasperare. Ovid. 2. Amor. 11. 27.
Urbs concussa, Rumore perculsa. Virg. 4. Æn. 666.
— concussam bacchatur fama per urbem.

CONCUSSIO, ōnis. f. [σεισμὸς, θόρυβος Gloss. Gr. Lat.] Colum. 9. 14. Vasa sine concussione portare.
Concussionis crimen JCtis est, Quum quis ab eo, quem judicii magistratusve terrore affecit, ejus periculi devitandi caussa, pecuniam extorquet. Nam Concussum metu dicimus, pro Perculsum & perturbatum. Unde tit. de concussione, lib. Pandect. 47. & apud Cic. 4. Tusc. 19. Terror definitur, Metus concutiens. Ulpian. l. 1. D. de concuss. Hotomanus.
Concussionis rei etiam sunt, pœnaque legis Corneliæ teneri jubentur, qui in accusationem innocentium coierint. Macer. l. 2. D. de concuss.
Concussiones militum, i. e. A militibus factæ. Tertull. in Apologet. cap. 7.
Sordidæ concussiones. Ulp. l. 1. D. de calumniat. Neque enim transactionibus licitis est interdictum, sed sordidis concussionibus.

CONCUSSUS, ûs. m. [σεισμὸς] Commotio. Plin. lib. 35. cap. 16. Coquitur in calicibus, crebro concussu.
Magno concussu. Lucret. 6. 546.

CONCUSSŌR, ōris. m. Tertull. in lib. de Fuga in persequutione cap. 13. pr. Non tamen dixit traditorem, aut persecutorem, aut concussorem. Et paulo post, Concussores nostri in amicitiam redacti. conf. cap. 12.

CONCUSSURA, æ. f. pro Concussione utitur Tertull. in lib. de Fuga in persequutione cap. 13. pr. Omni petenti me dabo. In causa eleemosynæ, non in concussuræ. Petenti, inquit: Porro qui concutit, non petit.

CONCUSSIBĬLIS, e. Tertull. Adversus Marc. 1. 25. Concussibilis novæ voluntati.

CONCUSSO, āre. Lucret. lib. 3. 396. Alii hic Concursare legunt. V. CONCURSO.

CONDALIUM, Annuli genus, teste Festo: dictum ab eo quod digitum concludat. Plaut. Trinum. 4. 3. 7. Satin' in thermopolio condalium es oblitus. V. CONDULUS.

CONDALUS, [Κόνδαλος] Mausoli Cariæ regis in Lycia præfectus, mirus pecuniæ emungendæ artifex, de quo tradit Aristot. OEcon. lib. 2. Quod quum Lycios maximo comæ nutriendæ studio teneri animadverteret, occasionem sibi eam oblatam ratus, qua auri quamplurimum & sibi posset congerere, & ad regem mittere, litteras sibi a Mausolo allatas simulavit, quibus illi juberentur comam tondere, & ad regem mittere. Si tamen mallent aliquantulæ pecuniæ jacturam facere, se daturum operam, ut in Græcia coemerentur, & pro Lyciis ad regem mitterentur. Quam conditionem Lyciis avide accipientibus, mirum dictu quantam eo commento pecuniæ vim extorserit.

CONDATE, [Κονδάτη] Rhedonum urbs in Gallia, Ptolemæo. Vulgo *Rhenes en Bretaigne.*

CONDĔCET, condecebat, condecuit, [πρέπει] condecēre. a Decet componitur. Plaut. Pseud. 4. 1. 24. Sed vide ornatus hic, satis me condecet?

CONDECENTIA, æ. f. [τὸ πρέπον, εὐπρέπεια] est Venustas & gratia quædam ex decori observatione. Cic. 3. de Orat. 198. Sic verbis quidem ad aptam compositionem & condecentiam: sententiis vero ad gravitatem orationis utatur.

CONDECENTER, [πρεπόντως] Adv. Gell. lib. 6. cap. 12. Commode hæc quidem omnia, & condecenter. Al. Conducenter.

CONDECŎRO, [ἐπικοσμέω] āre. Idem quod Exornare, & expolire. Plin. lib. 35. cap. 10. Dignis digna loca picturis condecoravit.
Condecorare ludos. Ter. in prol. Hec. 37.
Agendi tempus mihi datum est, vobis datur
Potestas condecorandi ludos scenicos.

CONDECORE, [εὐπρεπῶς] Adv. Gell. lib. 14. cap. 4. Condigne mehercule, & condecore Chrysippus, &c. depinxit.

CONDEMNO, [καταγινώσκω, κατακρίνω, καταδικάζω, καταδικαστέω] āre. Verbum notæ significationis; quod nunc genitivo, nunc ablativo sine præpositione, nunc cum præpositione jungitur: aliquando etiam sine iis ponitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 73. Ceteris causa incognita condemnatis.
Genitivo. Cic. 8. Fam. 1. Tamen in hoc te deprecor, ne meum hoc officium arrogantiæ condemnes. Cic. 14. Fam. 14. Et sceleris condemnat generum suum.
Injuriarum condemnatus. Cic. 4. Verr. 21.
Sponsionis condemnari. Cic. pro Cæcin. 91. Huic opponitur Vincere sponsione.
Ablativo. Cic. 2. Fam. 1. Quare si iniquus es in me judex, condemnabo eodem ego te crimine.
Ablativo cum præpositione De. Cic. 2. Philip. 50. Licinium Lenticulam de alea condemnatum, collusorem suum restituit.
Aliter cum de. Cic. 7. Verr. 114. Sed de latronum, hoc est de comitum suorum sententia condemnat omnes.
Condemnare dicitur accusator reum, pro Condemnari facere, inquit Erasmus. Suet. in Tiber. Cæs. cap. 8. pr. Fannium Cæpionem, qui cum Varrone Murena in Augustum conspiraverat, reum majestatis apud judices fecit, & condemnavit. Ulpian. in l. 2. D. de administ. tutor. Si tutor condemnavit, sive ipse condemnatus est, pupillo & in pupillum potius actio judicati datur.
Condemnare ex reliquo. i. e. In reliquam pecuniam. Paulus in l. 1. D. arbor. furtim cæs. Ubi in quibusdam exemplaribus legitur & sine præpositione.
Sibi condemnare aliquem. Cic. 4. Verr. 22. Hunc hominem Veneri absolvit, sibi condemnat. V. Ascon. ad loc.
Condemnari alicui. Ulpian. in l. illud sciendum. D. de ædilit. edict. Illud sciendum est: si emptor venditori hæc non præstet, quæ desiderantur in hac actione: non posse ei venditorem condemnari. Si autem emptori venditor ista non præstet: condemnatur ei.
Arbitrium pro socio condemnari. Cic. pro Quint. 13. Ms. Ad arbitrium. alii Ad arbitrum? al. Arbitrio legunt. V. Græv.
Pluris, vel minoris condemnare. Ulpian. in l. judex. D. de re judicat.

Et hoc jure utimur: ut judex qui ſemel vel pluris, vel minoris condemnavit, amplius corrigere ſententiam ſuam non poſſit.

Condemnare, pro Liberare. Titinnius Veliterna, Fortaſſe votum fuiſſe quo die liber foret: nunc ejus voti condemnatus eſt, immolavit hoſtiam. Sic Nonius. Potius dicitur Condemnatus, vel Damnatus voti, Qui obligatus eſt ad ſolvendum quod ſub conditione voverat. V. Perizon. ad Sanct. Minerv. 4. 4. 14.

CONDEMNATUS, [κατακεκριμένος] Partic. ut, Furti condemnatus. Ulpian. in l. furti. D. de his qui notant. infam.

Mandati condemnatus. Ulpian. in l. furti. §. mandati. D. de his qui notant. infam.

Pecuniæ publicæ eſt condemnatus. Cic. pro Flacco 43. i. e. Quod populo non ſolvebat, ut ipſe Tullius explicat.

Nomine alieno condemnatur. Ulp. in l. Furti. §. ſi quis. D. de his qui notant. infam. Si quis alieno nomine condemnatus fuerit, non laborat infamia.

Summa condemnatus alicui. Scævola in l. Titius Seiæ. D. qui potior. in pig. habeant. Titius Seiæ ob ſummam, qua ex tutela ei condemnatus erat, &c.

Nefariorum ſcelerum condemnatus. Cic. 6. Fam. 6.

CONDEMNATIO, ōnis. f. Ulpian. in l. penult. D. ſi ex noxali cauſâ agatur. Aliter de ſervo ſupplicio & verberibus de injuria ſatisfit: aliter de libero vindicta ſumitur, vel condemnatio pecuniaria.

CONDEMNĀTOR, ōris. m. [κατακριτής] Qui condemnavit.

Pro Accuſatore, qui reum peregit, apud Tacit. 4. Ann. 66. Ubi Domitium Afrum vocat condemnatorem Claudiæ pulchræ: quum ante retuliſſet, fuiſſe ab eo accuſatam.

CONDENSEO, [πυκνοῦμαι] ēre. ſignificat Denſum facere. Lucret. lib. 1. 392.

Quod ſi forte aliquis, quum corpora diſſiluere,
Tum putat id fieri, quia ſe condenſeat aer,
Errat, &c. Sed uſitatius eſt.

CONDENSO, [πυκνόω] āre. Cogere, ſpiſſare. Columel. lib. 7. cap. 8. Torrido ſale contingitur, ruſuſque ponderibus condenſatur. Subaud. Impoſitis.

Condenſant ſe in unum locum oves. Varro lib. 2. de R. R. cap. 3.

CONDENSATIO, ōnis. f. [συνάφεια] Vet. Gloſſ. & Cæl. Aurel.

CONDENSUS, [πυκνὸς] Adj. ex Con & Denſus compoſitum. ut,

Acies condenſa. Liv. 26. 5.

Columbæ condenſæ. Virg. 2. Æn. 517.

Corpus condenſum. Lucret. lib. 6. 101.

Turma condenſa. Hirt. Bell. Afr. 14. pr.

Vallis condenſa arboribus. Liv. 25. 39. pr.

CONDENSUM, i. n. Plin. lib. 10. cap. 73. Inſidunt in eadem Africa Pardi condenſa arborum: occultatique earum ramis, in prætereuntia deſiliunt, atque e volucrum ſede graſſantur.

CONDENSĬTAS, ātis. f. Apul.

CONDEPSO, ĕre. Commiſcere, ſimul depſere, *Peſtrir enſemble.* a Græco tractum δέψω. Pomponius Nuptiis, Partem inſipui, concluſi, condepſui. Hæc Nonius. Cato cap. 85. Poſtea farinæ lib. 11. conſpergito, condepſitoque.

CONDESERTOR, ōris. m. Tertull. de Carne Chriſti cap. 1. Condiſcipulus & condeſertor ejus.

CONDĪCO, xi, ctum, [πάττω, συντάττω, ἐπαγγέλλομαι] ĕre. eſt Duorum aut plurium invicem denuntiantium aliquid. Juſtin. lib. 15. Hi per epiſtolas invicem ſe confirmantes, locum, tempuſque coeundi condicunt, bellum communibus viribus inſtruunt.

Condicere, eſt Dicendo denuntiare. Feſtus. conf. Juſtinian. infra.

Condicere (ait Sabellicus in Suetonium) eſt Simul determinare: unde & Condictum, quaſi Ex communi dictum.

Ad Conſilia vocem tranſtulit Tacitus de Germ. 11. Sic conſtituunt, ſic condicunt.

Condicere foras ad cœnam. Plaut. Men. 1. 2. 15.

Hodie ducam ſcortum, atque ad cœnam aliquo condicam foras.

Condicere cœnam alicui. Suet. in Tiber. cap. 42. Seſtio Gallo cœnam ea lege condixit, ne quid ex conſuetudine immutaret, aut demeret. Cœnam condixit, i. e. Se cum illo cœnaturum denuntiavit. Suet. in Claud. cap. 21. Ibidem extraordinarium (munus gladiatorium exhibuit) & breve, dierumque paucorum, quodque appellare cœpit ſportulam: quia primum daturus edixerat, velut ad ſubitam condictamque cœnulam invitare ſe populum. ubi V. Torrent.

Condicere ad cœnam. Plaut. Stich. 3. 1. 37.

Atque id ne vos miremini, homines ſervolos
Potare, amare, atque ad cœnam condicere:
Licet hoc Athenis nobis. h. e. (ait interpres) Inire conditionem ac paciſci. *Convenir du ſouper, ou, quand, & dequoy.*

Condicere ſymbolum ad cœnam. Plaut. Stich. 3. 1. 28.

—eo condixi ſymbolum
Ad cœnam, ad ejus conſervum Sangarinum Syrum. Al. In ſymbolam.

Condicere alicui, abſolute, ſubaudito Cœnam. Cic. 1. Fam. 9. Craſſus pæne a meis laribus in provinciam eſt profectus. Nam quum mihi condixiſſet, cœnavit apud me in mei generi Craſſipedis hortis. i. e. Quum denuntiaſſet ſe velle cœnare domi meæ. Schorus interpretatur, Quum mihi promiſiſſet ſe venturum ad cœnam.

Inducias condicere. Juſtin. lib. 3. ſub finem, Pacem in annos quinquaginta fecere, quam non niſi ſex annis ſervarunt. Nam inducias, quas proprio nomine condixerant, ex ſociorum perſona rumpebant. *Les treves, qu'ils avoyent accordées.*

Condicere operam. Plin. in præfat. Quum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo. i. e. Quum hanc cauſam agendam recepi, quum hoc opus ſuſcepi, non providebam te futurum ejus judicem. non enim erat in albo nomen tuum, cum aliorum qui ſortitione exierunt ex Decuriis. Budæus.

Condicere, Verbum eſt Juriſconſultorum. Unde Condictio, vocabulum apud eos frequentiſſimum, pro Denuntiatione, quæ fiebat ab actore qui intendebat, reum ſibi dare, facere, præſtare aliquid oportere. Cœpit ejus ipſius condictionis appellatio ad eas actiones quas In perſonam vocant, porrigi. Juſtin. lib. 4. Inſtit. §. appellamus. de action. Appellamus autem, inquit, in rem quidem actiones, Vendicationes: In perſonam vero actiones, quibus dare aut facere oportere intenditur, Condictiones. Condicere enim eſt Denuntiare priſca lingua. Nunc vero abuſive dicimus condictionem actionem in perſonam eſſe, qua actor intendit dari ſibi oportere: nulla enim hoc tempore eo nomine denuntiatio fit. Budæus. Gell. lib. 6. cap. 2. Peccata quoque hominum & delicta non ſubſiſtenda neque condicenda ſunt ipſis voluntatibuſque eorum, ſed neceſſitati cuidam & inſtantiæ, quæ oritur ex fato. i. e. Non repetenda delictorum ratio vel pœna. Sed aliter legit Gronov. q. V.

Nummos tibi condicere, pro Repetere abs te. Ulpian. in l. rogaſti. §. ſi fugitivus. D. ſi certum petatur.

Condicere aliquarum rerum, litium, aut cauſarum alicui, eſt Ei denuntiare eas res, lites, aut cauſas. Liv. 1. 32. Confeſtim rex ex his ferme verbis Patres conſulebat, Quarum rerum, litium, cauſarum condixit Paterpatratus Pop. Rom. Quiritium Patripatrato priſcorum Latinorum. Jac. Gronovius ad hunc locum, non ad Clarigationem pertinere hæc verba, ſed ad Fœdus olim percuſſum arbitratur, contra ſententiam Turnebi, & H. Grotii, primo quod Paterpatratus non ad bellum indicendum, ſed ad fœdus pangendum crearetur, deinde quod vox ea non niſi de duobus in unam rem aut locum convenientibus, dicatur.

CONDICTUS, Partic. [ἐπηγγελμένος] ut Condicta cœnula. Suet. Claud. cap. 21. V. in ipſo verbo ſupra.

Status condictus dies cum hoſte. Plaut. Curcul. 1. 1. 5.

Si ſtatus condictus cum hoſte intercedit dies. Gell. lib. 16. cap. 4.

CONDICTIO, ōnis. f. [ἐπαγγελία] eſt Ejus rei qua de agitur, in diem certum denuntiatio, auctore Feſto.

Condictio, apud Juriſconſultos nomen eſt generis, quo perſonales omnes actiones comprehenduntur. Proprie tamen ad eam refertur actionem, quæ ex mutui contractu naſcitur, ut Condictio definiri poſſit, Actio per quam rem a nobis mutuo datam poſtulamus, uti docet Imperat. in tit. quib. mod. re contrah. obligat. in princip.

Condictio cauſſa dati, cauſſa non ſequuta (ſic enim legendum eſt, non Data) eſt Actio in perſonam, per quam qui aliquid certam ob cauſſam dedit, niſi cauſſa ſequuta ſit, id eſt revera atque in effectu conſtet, id repetit, l. 1. & toto tract. de condict. cauſ. dat. &c. Hotom.

Condictio certi, eſt Actio ei competens, qui ſibi certi aliquid dari fierive ſtipulatus eſt: ut patet ex tit. Inſt. de verb. oblig. in princ. & l. 24. D. ſi cert. pet. Hotomanus.

Condictio dati ob turpem vel injuſtam cauſſam, eſt Actio in perſonam, per quam qui turpi injuſtave de cauſſa quid dedit, ſiquidem in accipiente ſolo turpitudo fuit, repetit. l. 1. & toto tract. D. de condict. ob turp. Hotomanus.

Condictio ex lege, quæ & Condictitia ex lege nominatur, generaliter Omnis perſonalis actio dicitur quæ ex obligatione naſcitur, quam nova quædam lex introduxit, quæ quo genere actionis agendum eſſet, non cavit. l. 1. D. de condict. ex leg. Hotom.

Condictio ex ſcriptura, eſt Actio in perſonam, per quam is qui ſe pecuniam alicui debere ſcripſit, ſive ea numerata ſit, ſive non ſit, ſolvere cogitur, dum tamen, ſi data non ſit pecunia, poſt biennium actio intendatur. Nam antea non numeratæ pecuniæ exceptione excluditur, uti docet Imperat. tit. de litter. oblig. & l. 14. C. de non numerat. pecun. Hotom.

Condictio indebiti, eſt Actio perſonalis, per quam id quod per errorem non debitum ſolvimus, reddi nobis poſtulamus, uti docet Imper. §. 1. quib. mod. re contrah. oblig. Hotom.

Condictio triticiaria, eſt Actio in perſonam, per quam res omnes, excepta pecunia numerata, condicuntur, ſive ſint mobiles, ſive immobiles. l. 1. D. de condict. tritic. Hotom.

CONDICTUM, Quod in commune eſt dictum, id eſt promiſſio, ſeu pactum invicem factum. Feſtus.

CONDICTITIUS, Adj. [ἐπαγγελτικὸς] ut, Actio condictitia, Qua aliquid condicimus & repetimus: in jure civili Condictio vocatur. Ulp. in l. ſi duo. §. idem Julianus. D. de jurejurando, Idem Julianus ſcribit, eum qui juravit furtum ſe non feciſſe, videri de toto juraſſe, atque ideo neque furti, neque condictitia tenetur: quia condictitia, inquit, ſolus fur tenetur.

CONDIGNUS, [ἄξιος] Adj. pro Dignus. Plaut. Amph. 1. 3. 39.

Ecaſtor condignum donum, qualis eſt qui donum dedit.
M. Imo ſic condignum donum, qualis eſt cui dono datum eſt.

Pulchrum facinus, Græcarumque facundiarum magniloquentia condignum. Gell. lib. 3. cap. 7.

CONDIGNE, [ἀξίως] Adv. Plaut. Caſin. 4. 1. 14. Condigne autem nimis lepide huc conducti coqui. Sed alia lectio in ed. Gronov. q. V.

Condigne & condecore. Gell. lib. 14. cap. 4.

CONDIGRAMMA, Carmaniæ oppidum, apud Plin. lib. 6. cap. 23.

CONDIO, īvi vel ii, ītum, [ἀρτύω, ἡδύνω, παραχύνω] īre. ex Do compoſitum eſſe quidam volunt; ſignificatque Sapidum facere, componere, ſaporem addere cibis. Plaut. Pſeud. 3. 2. 21.

Non ego item cœnam condio, ut alii coqui,
Qui mihi condita prata in patinis proferunt. Cic. 7. Fam. 26.

Herbas omnes ita condiunt.

Cibos condire guloſius. V. Guloſe, in GULA.

Labore in venatu, ſudore, curſu, fame, ſiti condiebant epulas Lacedæmonii. Cic. 5. Tuſc. 91.

Condire mortuos. Cic. 1. Tuſc. 88. Condiunt Ægyptii mortuos, & domi ſervant.

Condire, per tranſlationem. Cic. 12. Att. 40. Hilaritatem illam, qua hanc triſtitiam temporum condiebamus, in perpetuum amiſi.

Ambiguitate condire urbanitatem. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Aſperitas contentionis oratoris ipſius humanitate conditur. Cic. 2. de Orat. 212.

Voluptatibus aliquid condire. Quintil. lib. 5. cap. 14.

Condire vitia naturæ, ſtudio atque artificio malitiæ. Cic. pro Cluent. 72. Quique ea vitia, quæ a natura habebat, etiam ſtudio atque artificio quodam malitiæ condiviſſet.

CONDĪTUS, [ἡδυνθεὶς] Partic. ut, Jus male conditum. Hor. 2. Serm. 8. 96.

Condita oratio, per metaphoram, Salibus quibuſdam aſperſa. Cic. 2. de Orat. 227. Nec enim concio major unquam fuit, nec apud populum gravior oratio, quam hujus contra collegam in Cenſura nuper, neque lepore & feſtivitate conditior.

Sale conditus, & facetiis Cæſar. Cic. 1. Off. 133. Sed meliores codd. omittunt Conditus.

Comitate condita gravitas. Cic. de Senect. 10.
Bene coctus & conditus sermo. Cic. 13. Att. 50.
Nemo unquam urbanitate, nemo lepore, nemo suavitate conditior. Cic. de Clar. Orat. 177.
Faciunt conditiora cibaria aucupium & venatio. Cic. de Senect. 57.

CONDITIO, ōnis. f. [ἄρτυσις] ut, Conditio ciborum. Cic. 2. de Nat. Deor. 146. Perspicuum est enim quo compositiones unguentorum, quo ciborum conditiones, quo corporum lenocinia processerint.
Vini conditiones. Columel. lib. 12. cap. 51.

CONDĪTUS, ûs. m. [ἄρτυσις] Columel. lib. 2. cap. 22. Uvas itemque olivas conditui legere licet.

CONDĪTOR, ōris. m. [ἡδυντὴρ, ὀψαρτυτὴς] Cic. Post redit. in Sen. 14. Hi sunt conditores instructoresque convivii, iidem expendunt atque æstimant voluptates.

CONDITURA, æ. f. [σκευασία] Idem quod Conditio, sive Condimentum. Columel. lib. 12. cap. 4. Vasa autem fictilia vel vitrea, plura potius, quam ampla, & eorum alia recte picata, nonnulla tamen pura, prout conditio conditura exegerit. Sen. 3. de Ira cap. 15. Liberos illi epulandos apposuit, & subinde interrogavit, an placeret conditura.

CONDIMENTUM, i. n. [ἄρτυμα, παρόψημα] Quod ad condienda obsonia fit. Plaut. Casin. 2. 3. 3.

— coquos equidem nimis demiror, qui tot utuntur condimentis:
Eos eo condimento uno non utier, omnibus quod præstat.

Cic. 2. de Fin. 90. Audio dicentem, Cibi condimentum esse famem: potionis, sitim.
Condimentum voluptatis. Cic. 3. Off. 120. Nam ut tribuamus aliquid voluptati, condimenti fortasse nonnihil, utilitatis certe nihil habebit.
Condimento humanitatis mitigare severitatem. Cic. 1. Q. frat. 1. 17. Hæc illius severitas acerba videretur, nisi multis condimentis humanitatis mitigaretur.
Condimentum amicitiæ, suavitas morum & sermonum. Cic. de Amicit. 68.
Sapientiæ ætas condimentum est, sapiens ætati cibus est. Plaut. Trinum. 2. 2. 82.
Facetiæ, omnium sermonum condimenta. Cic. 2. de Orat. 171.
Interponere condimentis quippiam. V. INTERPONO.

CONDIMENTARIUS, a, um. [ἀρτυματικὸς] Adj. ut, Condimentarium genus. Plin. lib. 19. cap. 8. Hæc apud nos habet vocabulum & aliud, satureia dicta, in condimentario genere.

CONDIMENTARIUS, i. m. Qui condimenta conficit aut vendit. Tertull. de Anima cap. 23. Platonem omnium hæreticorum condimentarium factum.

CONDITANEUS, [ἀρτυτὸς] aliud Adj. auctore Nonio, est Quod condi, vel condiri recte potest. Varro 1. de R. R. cap. 24. In agro crasso & calido oleam conditaneam, radium majorem, &c.

CONDITARIUS, a, um. Adj. ut, Coquina conditaria. August. Civ. Dei, 22. 8.

CONDITITIUS, a, um. Adj. Cibaria condititia. Columel. 8. 8.

CONDITIVUS, a, um. Adj. Cibi conditivi. Columel. 7. 9. Varro R. R. 1. 59. pr.

CONDISCO, didĭci, [συμμανθάνω] ĕre. Idem quod Discere significat. Plaut. Pseud. 4. 1. 35.

Ego istuc aliis dare condidici, mihi obtrudere non potes palpum.

Plin. 7. Epist. 20. Paulatim lucem ferre condisco. Item Consuescere. Ovid. 4. Epist. 25.

Ars fit, ubi a teneris crimen condiscitur annis.

Horat. 3. Carm. 2. 1.

Angustam, amici, pauperiem pati
Robustus acri militia puer
Condiscat, &c.

CONDISCENS, [συμμανθάνων] Partic. Plin. lib. 21. cap. 5. Ac veluti rudimentum naturæ lilia facere condiscentis.

CONDISCIPŬLUS, i. m. [συμμαθητὴς] Qui cum alio discit. Cic. 1. Tusc. 41. Dicæarchum vero cum Aristoxeno æquali & condiscipulo suo, doctos sane homines, omittamus.

CONDISCIPŬLA, æ. f. [συμμαθήτρια] apud Martial. lib. 10. 35.

Hac condiscipula, vel hac magistra,
Esses doctior & pudica, Sappho.

CONDISCIPULĀTUS, ûs. m. [συμμαθητεία] Justinus lib. 12. 6. Multum profuere & Callisthenis philosophi preces, condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi. De Alexandro. Cornelius Nepos in vita Attici cap. 5. Cum quo a condiscipulatu vivebat conjunctissime.

CONDISCIPLINATUS, ûs. m. Augustin.

CONDITIO, CONDITIVUS, CONDITOR, CONDITURA. In CONDIO, vel CONDO.

CONDO, condĭdi, condĭtum, [ἀποκρύπτω, ταμιεύω, ἀποτίθημι] ĕre. Condere, proprie est In unum & in interiorem locum dare ad custodiam faciliorem: quod verbum nunc significat Conscribere, nunc Facere, nunc Componere & Instruere. Festus.
Condere, Abscondere, quasi In interiorem locum dare, & fere cum præpositione In, vel Sub, construitur: interdum tamen cum ablativo sine præpositione. Plaut. Trucul. 3. 1. 9. Condo in crumenam. Virg. 2. Æn. 401.

— & nota conduntur in alvo.

Plin. lib. 7. cap. 2. Si libeat credere, ut sub una ficu turmæ condantur equitum.
Seponere & condere. Cic. 2. de Divin. 112.
Arca condere aliquid. Cic. 2. de Divin. 86.
Aquis se condere. Val. Flac. 2. Argon. 320.
Ære & ferro se condere. Propert. 3. 18. 25.
Humo condere. Ovid. 1. de Pont. 5. 34.
Lacu fluvius se condidit alto. Virg. 8. Æn. 66.
Mente aliquid conditum tenere. Virg. 3. Æn. 388.
In humo condi. Ovid. 3. de Pont. 1. 6.
Plagis Acherontis condēre, Imprecatio est & execratio, qua Phædra Theseum devovet apud Senec. Hippol. 9. Condēre, futurum est indicativi.
Portu se condidit alto. Virg. 5. Æn. 243.
In sepulcro condere aliquem. Cic. 2. de Legib. 11.
Sepulcro animam condere. Virg. 3. Æn. 67.

— animamque sepulcro
Condimus.

Turnebus, E veterum opinione poeta dixit, qui sepulcrum mortuorum domicilium credebant, & portum corporis appellabant. Cic. 1. Tusc. 107.

Neque sepulcrum, quo recipiat, habeat, portum corporis,
Ubi, remissa humana vita, corpus requiescat malis.

Tonantis sinu condi. Sen. Herc. fur. 11.
Quam multa in silvis avium se millia condunt. Virg. 4. Georg. 473.
Rupta condi tellure premique. Valer. 7. Argon. 298.
Terra condere. Plin. lib. 7. cap. 54. Ipsum cremare, apud Romanos non fuit veteris instituti: terra condebantur.
Terræ ossa condere. Virg. 5. Æn. 48.
In pistrinum condere aliquem. Plaut. Pseud. 1. 5. 120.
In custodiam captivos condere. Liv. 31. Item, In carcerem, vel carcere. Idem 26. 16.
In aliquam materiam aliqua condere. Quintil. lib. 3. cap. 1.
In visceribus & medullis condidit bonum omne Metrodorus. Cic. 5. Tusc. 27.
In cunabula se condunt apes. Virg. 4. Georg. 473.
In undas se condit Sol. Virg. 1. Georg. 438.
In animum aliquid condere. Sen. Epist. 7.
Furto aliquid condere. Hor. 1. Carm. 10. 8.
Cælum conditur umbra. Virg. 6. Æn. 271.

Est iter in silvis, ubi cælum condidit umbra
Juppiter, & rebus nox abstulit atra colorem.

Caput Fama inter nubila condit. Virg. 4. Æn. 177.

Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit.

Hoc (inquit Servius) vult ostendere, nec humili eam fortunæ parcere, nec superiori.
Caput Orion inter nubila condit. Virg. 10. Æn. 767.
Cibos condunt formicæ, Recondunt. Plin. lib. 11. cap. 30.
Corpora in sarcophago condere. Plin. lib. 36. cap. 17. Corpora defunctorum condita in eo, absumi constat intra quadragesimum diem, exceptis dentibus.
Corpus condere sepulcro. Ovid. 8. Met. 234.
Diem obductis pennis Stymphalides condunt. Sen. Herc. fur. 4.
Diem vota condiderant. i. e. Consumpserant diem votis & precibus. Stat. 10. Theb. 54.
Diem referre & relatum condere, Sol dicitur. Virg. 1. Georg. 458.

At si, quum referetque diem, condetque relatum,
Lucidus orbis erit.

i. e. In ortu & occasu. Hoc ad futuræ serenitatis pertinet signum. Sic Servius.
Digitos condere in lumina alicujus, est Oculos eruere alicui. Ovid. 13. Met. 561.
Ensem in alicujus ore adverso condere. Virg. 9. Æn. 348.
Ferrum condere sub adverso pectore, Adversarium interficere. Virg. 12. Æn. 950.
Fructus condere, & Promere, contraria. Varro de R. R. lib. 1. cap. 62. Quod nemo fructus condit, nisi ut promat.
Fructus in cados. Plin. lib. 13. cap. 4.
Fructus condere & reponere, hominum non pecudum est. Cic. 2. de Nat. Deor. 157.
Frumentum conditum dicitur, Quod in horreis repositum est. Hor. 2. Epist. 1. 140.
Iram condere. Tacit. 2. Ann. 28.
Lustrum condere. Cic. 2. de Orat. 268. V. LUSTRUM.
Mentem condunt oblivia. Claud. Cons. Prob. & Olyb. 166.
Scuta latentia condere. Virg. 3. Æn. 237.

— tectosque per herbam
Disponunt enses, & scuta latentia condunt.

i. e. Disponunt & tectos faciunt. Sic & scuta condendo latere faciunt. Servius.
Secula multa condere vivendo, est Vivere multa secula. Lucret. lib. 3. 1103.
Semina arrosa condunt formicæ. Plin. lib. 11. cap. 30.
Soles longos condere. Virg. 9. Ecl. 52.

— sæpe ego longos
Cantando puerum memini me condere soles.

i. e. Æstivos dies finire, & usque ad occasum ducere. Servius.
Stimulos alicui condere in pectore, i. e. Instigare aliquem. Ovid. 1. Met. 726.
Succos uvæ condere. i. e. Vinum. Tibul. 1. 10. 49.

Pax aluit vites, & succos condidit uvæ.

Vocem condere auribus. Ovid. 20. Epist. 98.
Vultus condere Sol dicitur occidens. Ovid. 2. Fast. 786.
Vultus condit Luna. Valer. 7. Argon. 390.
Condere, [κτίζειν, δημιουργεῖν] Ædificare, construere, quasi simul dare. Cic. 2. de Divin. 84. Nempe eo Romulus regiones direxit tum, quum urbem condidit.
Arces condidit Pallas. Virg. 2. Ecl. 61.

— Pallas quas condidit arces,
Ipsa collat.

Ubi Servius, Ideo dea artium Minerva dicitur, quia de capite Jovis nata est: sed quia dea artium & ingenii, ideo ista finguntur. Nihil enim est excellentius ingenio: quippe quo reguntur universa.
Examina apes condunt. Virg. 2. Georg. 452.
Fata nova. Virg. 10. Æn. 34.

— sin tot responsa sequuti
Quæ superi manesque dabant, cur nunc tua quisquam
Flectere jussa potest? aut cur nova condere fata?

Gentem, Propagare. Virg. 1. Æn. 37.
Jura condere. Ovid. Rem. Amor. 465.
Mavortia mœnia condere, Civitatem fortium virorum. Virg. 1. Æn. 280.
Muros. Lucan. ad Pison. 79.
Nomen memorandum. Sil. lib. 4. 37.

— juvat ire periclis
Ad decus, & dextra memorandum condere nomen.

i. e. Gloriam comparare.
Rempublicam condere, cui opponitur occidere. Cic. pro Domo 96. Remque publicam condere unius discessu, quam interitu occidere malui.
Secula aurea condere, Orbi felicitatem afferre. Virg. 6. Æn. 792.

Augustus Cæsar divûm genus aurea condet
Secula.

Urbem novam. Virg. 1. Æn. 526.
Condere, [συντίθεσθαι] Componere. ut, Condere carmen. Liv. 27. 37. Hor. in Arte Poet. 436.
Numeris aliquid condere, est Carmine aliquid conscribere. Ovid. 6. Fast. 24.
Bella condere. Virg. 6. Ecl. 6.

— namque super tibi erunt, qui dicere laudes,
Vare, tuas cupiant, & tristia condere bella.

Carmen condere. Cic. 4. Tusc. 41.
Historiam Plin. lib. 12. cap. 4.
Laudes alicujus. Plin. lib. 22. cap. 13.
Omen. Propert. lib. 2. 28. 38.
Poema. Cic. 1. Att. 16. extr.
Præcepta medendi. Plin. lib. 26. cap. 2.
Prælia condere, Describere. Stat. 1. Theb. 8.
Condere jusjurandum. Plaut. Rud. 5. 3. 18. h. e. Instituere.

Condens, [ἀποκρύπτων] Partic. ut, Nubila condentia cælum tenebris. Claud. in Nilo 2.

Condĭtus, [ἀποκάλυφθ@, ἀπόθετος] Partic. Absconditus. Plaut. Pseud. 4. 1. 31.

— teneo, omnia
In pectore condita sunt, meditati sunt doli docte.

In alta caligine conditus. Sen. Herc. fur. 1.
Antro conditus. Ovid. 3. Met. 31.
Corde conditus. Catul. Argon. 231.

— memori tibi condita corde
Hæc vigeant mandata, nec ulla oblitteret ætas.

Domi conditus Consulatus. Cic. pro Muren. 49. Vultus erat ipsius plenus furoris, oculi sceleris, sermo arrogantiæ: sic ut ei jam exploratus & domi conditus Consulatus videretur.
Tumulo conditus. Valer. 5. Argon. 198.
Ensis. Hor. Epod. 7. 2. subaudiendum Vagina.
Jurgia sub tacita condita lætitia. Propert. lib. 2. 6. 32.
Litteræ conditæ in ærario sanctiore. Cic. 6. Verr. 115.
Messis condita. Tibul. lib. 1. 1. 42.

Non ego divitias patrum, fructusque requiro,
Quos tulit antiquo condita messis avo.

Præcordia condita aperit Liber. Hor. 2. Serm. 4. 89.
Telum patenti jugulo conditum imprimere. Sen. OEdip. 14.
Carmina condita, Composita. Virg. 10. Ecl. 50.

— Chalcidico quæ sunt mihi condita versu
Carmina.

Fila non condita a dextro colo. Propert. lib. 4. 1. 72.

Non sunt a dextro condita fila colo. i. e. Res est difficilis contextu. Broekh. legit. Non sunt ah dextra candida fila colo. q. V.

Aliquid conditum mandare vetustati. Cic. 2. de Nat. Deor. 151.
Conditum aliquid servare. Virg. 3. Ecl. 43.

Condĭtum, i. n. In condito habere, apud JCtos.

Condĭtus, ûs. m. Apul. Apol. pag. 289. Veteranorum militum novo conditu splendidissima colonia sumus.

Conditura, æ. f. Structura. Petron. cap. 51. Conditura vitrorum.

Condĭtor, ōris. m. [κτίστης, δημιουργὸς ἀρχηγὸς] Qui aliquid componit, vel rei alicujus auctor. ut, Conditor legum. Plaut. Epid. 3. 4. 86.
Ævi redeuntis conditor Christus. Claud. in Paschal. 1.
Argumenti alicujus conditor. Ovid. 5. Trist. 1. 10.
Artis alicujus conditor. Ovid. 2. de Pont. 11. 2.
Disciplinæ conditor militaris. Plin. 10. Epist. 29.
Historiæ alicujus conditor. Ovid. 2. Trist. 416. Et
Rerum conditor Thucydides vocatur a Plin. 7. 30.
Conditores rerum, pro Historicis Plin. lib. 21. cap. 3. H. St. Sed error videtur, pro Lib. 36. cap. 15.
Sectæ peripateticæ conditor Aristoteles. Columel. lib. 9. cap. 3.

Conditrix, īcis. f. Macrob. 1. Somn. Scip. 11. Luna mortalium corporum & auctor & conditrix.

Conditorius, Adj. [ἀποκρυφ@] Quintil. Decl. 8. extr. Non quidem licuit mihi in illud cubiculum, conditorium tuæ mortis, irrumpere. Nisi accipias per appositionem, ut sit Substantivum, significetque Arcanum receptaculum; quod magis placet Burmanno. V. sq.

Condĭtōrium, i. n. [θήκη] i. e. Sepulcrum. Plin. 6. Epist. 10. ad Albinum, Tam parata oblivio mortuorum, ut ipsi nobis debeamus conditoria extruere, omniaque hæredum officia præsumere. Plin. lib. 7. cap. 16. Petron. cap. 111. In conditorium etiam prosecuta est defunctum. Suet. Aug. cap. 18. pr. Per idem tempus conditorium, & corpus Magni Alexandri cum prolatum e penetrali subjecisset oculis. conf. Calig. cap. 52. Aliter Plin. lib. 7. cap. 16. Quorum corpora, ejus miraculi gratia, in conditorio Sallustianorum asservabantur hortorum. H. St.

Condititius, Adj. [ἀπόθετικὸς] Quod absconditur & servatur in aliquo loco. Columel. lib. 8. cap. 8. de columbis, Duobus tamen aut tribus mensibus acceptant condititia cibaria, ceteris seipsas pascunt seminibus agrestibus.

Condĭtīvus, Adj. [ἀπόθετος] Quod servari potest sine læsura. Cato de R. R. cap. 9. Conditiva mala mustea, & punica, &c. Sic Varro de R. R. lib. 1. cap. 59.
Conditivus cibus. Columel. 7. 9.

Condĭtīvum, i. n. pro Sepulcro. Sen. Epist. 82. pr. Multum interest inter otium & conditivum. conf. Ep. 60. extr.

Condus, i. m. Qui condit; ut Promus, Qui promit condititia. Plaut. Pseud. 2. 2. 14. Condus promus sum, procurator peni.

Condĭtio, ōnis. f. [κατάστασις, τύχη] est Dispositio quædam ac veluti sors fortunarum, temporum, rerum. Cic. 3. Tusc. 34. Nihil est enim quod tam obtundat, elevetque ægritudinem, quam perpetua in omni vita cogitatio: nihil esse, quod accidere non possit, quam meditatio conditionis humanæ.
Mortalis conditio. Paterc. lib. 2. 104. Neque illi spectaculo, quo fruitus sum, simile conditio mortalis recipere videtur mihi.
Fortuna atque conditio. Cic. 4. in Catil. 1.
Communitas conditionis cum aliquo. Cic. 6. Philipp. 3.
Imago conditionis. Cic. pro Milon. 79. Fingite igitur cogitatione imaginem hujus conditionis meæ.
Multi laquei legum & conditionum ac judiciorum propositi. Cic. pro Cluent. 150.
Conditio & Sors pro eodem. V. in sors. H. St.
Infimi generis hominum conditio atque fortuna. Cic. pro Milon. 9.
Juris conditio. Cic. 1. de Lege Agr. 17. Paucas tribus non certa conditione juris, sed sortis beneficio fortuito ad usurpandam libertatem vocare.
Legum, judiciorum, temporum conditio impendet. Cic. 5. Fam. 18.
Loci alicujus conditio. Ovid. 2. de Pont. 5. 16.
Metri conditio. Quintil. lib. 1. cap. 5. Evenit, ut metri quoque conditio mutet accentum.
Mortis adempta conditio. In adimo.
Nascendi incerta conditio. Cic. 3. in Catil. 2.
Personarum conditio. Quintil. lib. 3. cap. 10.
Regionis conditio, h. e. Temperatura & dispositio, seu habitus aut constitutio. Columel. lib. 11. cap. 12. Pro conditione regionis & cæli, terra vel proscinditur vel iteratur.
Serviendi conditio. Cic. 16. Fam. 7.
Servitutis conditio tolerabilis. Cic. 4. in Catil. 16. Servus est nemo, qui modo tolerabili conditione sit servitutis, qui non, &c.
Servitutis non communi conditione uti. Cic. pro Cœl. 57.
Sortis conditio. Ovid. 3. Trist. 14. 52.
Temporum conditione aliquid mutari. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Victoriæ. Cic. pro Marcell. 12. Nam quum ipsius victoriæ conditione jure omnes victi occidissemus, clementiæ tuæ judicio conservati sumus.
Vitæ. i. e. Vivendi. Cic. 3. Off. 85.
Vitæ mortalis conditio. Cic. 14. Philipp. 33. Pro mortali conditione vitæ, immortalitatem estis consequuti.
Vitæ easdem conditiones non perferre. Cic. pro Cluent. 150.
Vitæ aliquam conditionem sequi. Cic. pro Rabir. Posth. 16.
Vivendi conditio. Hor. 2. Serm. 8. 65.
Attalicæ conditiones. V. attalus.
Bona conditio. In bonus.
Communis. Hor. 2. Epist. 1. 152.
Dulcis. Hor. 1. Epist. 1. 51.
Fœda. Hor. 3. Carm. 5. 14.
Humana. Cic. 1. Tusc. 15.
Infima conditio & fortuna servorum. Cic. 1. Off. 41.
Vis & fortunæ conditio infima aliquorum. Cic. pro Corn. Balb. 24.
Iniqua. V. iniquus.
Insidiosissima. V. insideo.
Tristis. Claud. 4. Cons. Hon. 615.
Æqua vel iniqua conditione caussam dicere. Cic. pro Cluent. 94. Tamen illi judices statuerunt, iniqua conditione reum caussam dicere, quum adversario ejus, ad jus accusationis, summa vis potestatis accederet. Idem ibid. Accusante Tribunopleb. conditione æqua disceptari posse non putaverunt.
Meliore jure, meliore in caussa, commodiore conditione esse. Cic. 2. de Lege Agr. 9.
Meliore conditione est senex quam adolescens, quum id quod ille sperat, hic consequutus est. Cic. de Senect. 68.
Longe alia conditione esse ac ceteri. Cic. 5. Fam. 10.
In superiori conditione caussaque positum esse. Cic. pro Corn. Balb. 36.
Convellere conditionem amicitiæ. In convello.
Excutere conditionem alicujus, i. e. Expendere & considerare penitus. Ovid. 3. Trist. 14. 52.
Pone in excutio. H. St.
Facere disparem conditionem. Cic. de Provinc. Cons. 16.
Generari mortali conditione. Cic. de Univers. 36.
Habere naturam & conditionem, ut. Cic. pro Marcell. 8. Sed ea tamen vicisti, quæ & naturam, & conditionem, ut vinci possent, habebant.
Instituere legem iniquam & miseram conditionem periculis hominum. Cic. pro Muren. 60.
Nasci eadem conditione. Cic. 2. de Divin. 93.
Nati sumus ea conditione, ut nihil, quod homini accidere possit, recusare debeamus. Cic. 15. Att. 1.
Qua nati sumus conditione vivamus. Cic. 5. Fam. 16.
Immortalium conditionem postulare. Cic. 3. Off.
Providere conditioni civium contra periculosissimas hominum potentias. Cic. pro Cœl. 22.
Conditio, [αἵρεσις] est Oblata potestas aliquid eligendi. Ter. Heaut. 2. 3. 85.

Harum duarum conditionum nunc utram malis, vide.

Ea conditione dare aliquid. Cic. 6. Fam. 7.
Sub ea conditione. Cic. pro Arch. 25. Jubere ei præmium tribui sub ea conditione, ne quid postea scriberet.
Melior conditio. Martial. lib. 11. 53.

Cœnabis belle, Juli Cerealis, apud me:
Conditio melior si tibi nulla, veni.

Optima conditione prædia. V. jus.
Valde bona conditio si fuerit, fortasse non omittam. Cic. 2. Q. frat. 6.
Controversiæ conditio. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Pacis conditio cum aliquo. Cic. 4. Philipp. 11.
Præsentis discriminis. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Petitionum. Quintil. lib. 3. cap. 10.
Nulla conditione, Nullo pacto. Cic. pro Corn. Balb. 23.
Accedere ad conditionem & pactionem, pro Consentire. V. accedo.
Accipere conditionem. In accipio.
Accipere ea conditione. Cic. 1. Tusc. 93.
Adducere aliquem ad aliquam conditionem. Balbus Ciceroni, 8. Att. 15.
Astringere aliquem suis conditionibus. Cic. pro Quint. 19.
Audire conditionem, & audita conditio. Ovid. 21. Epist. 132.
Capere conditionem, & In conditionem. V. capio.
Dare alicujus rei conditionem alicui. Cic. 4. in Catil. 1. Mihi quidem, si hæc conditio Consulatus data est, ut, &c.
Defendere se alicujus rei conditione. Cic. 1. de Lege Agr. 56.
Depacisci ad conditionem. Cic. 5. Verr. 60.
Descendere alterutram ad conditionem. Cic. 8. Fam. 8.
Ferre conditionem. i. e. Offerre. Ter. Phorm. 4. 1. 13.

Nam hanc conditionem si cui tulero extrario.

Ferre conditiones, est victoris & superioris: Accipere conditiones, victi. Cic. 16. Fam. 11. Feruntur omnino conditiones ab illo.
Ferre conditiones, leges imponere. Cic. 7. Philipp. 21.
Imponere conditionem. Hirt. Bell. Alex. 65. extr. Conditionibus impositis provinciæ tuendæ ac defendendæ, dimittit.
Manere in conditione. V. maneo.
Manet conditio. Cic. 2. Fam. 6.
Mutare conditionem. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Offerre conditionem pacis, apud Livium. 2. 13. pr. Al. Ferre.
Omittere conditionem. Cic. 2. Q. frat. 2.
Onerare conditionibus. Cic. 5. Verr.
Perducere aliquem ad suas conditiones. Cic. pro Quint. 27.

Producere aliquem conditionibus. Cic. pro Quint. 10.
Proponere conditionem ſupplicii alicui. Cic. pro Cluent. 129.
Recipere iniquam conditionem. Quintil. lib. 5. cap. 6.
Conditionibus accipere populos in ſocietatem. Liv. Aliquot expeditione una populos aut vi ſubegit, aut conditionibus in ſocietatem accepit.
Repudiare æquiſſimam conditionem. Cic. pro Quint. 26.
Reſpuere conditionem aliquam. Cic. pro Cœl. 14.
Stare conditionibus, eſt Tenere pacta. Cic. 16. Fam. 11. Sin ille ſuis conditionibus ſtare noluerit, bellum paratum eſt.
Fugere a conditionibus: ſuperiori contrarium. Cic. 16. Fam. 11. Bellum paratum eſt, ejuſmodi tamen quod ſuſtinere ille non poſſit, præſertim quum a ſuis conditionibus ipſe fugerit.
Statuere conditionem ſibi. Cic. pro Rabir. Poſth. 15. Providete ne duriorem vobis conditionem ſtatuatis, ordinique veſtro, quam ferre poſſit.
Conditio eſt poſſe, &c. Cic. pro Planc. 11. Eſt enim conditio liberorum populorum, præcipueque hujus principis populi & omnium gentium domini atque victoris, poſſe ſuffragiis vel dare vel detrahere quod velit cuique.
Eſt conditio, ut. Cic. pro Rabir. Poſth. 33. Iſta conditio eſt teſtium, ut quibus creditum non ſit negantibus, iiſdem credatur dicentibus.
Vocari in conditionem. Cic. 8. Fam. 9. Galliæ quæ habent interceſſorem, in eandem conditionem quam ceteræ provinciæ vocantur.
Uti conditione alicujus. Cic. 9. Att. 22. Si mihi veniam quam peto, dederit, utar illius conditione: ſin minus, impetrabo aliquid a meipſo.
Conditione tua non utar: verba ſunt repudium mittentis. Caius in l. 2. D. de divort. & repud. In ſponſalibus quoque diſcutiendis placuit renuntiationem intervenire oportere: in qua re hæc verba probata ſunt, Conditione tua non utar.
Vives de Chriſt. fem. lib. 1. p. 313. Parentes de ipſius conditione quæſiverunt. pro, De illa viro tradenda, vel de illa collocanda conſultarunt. Idem 334. At inveniunt iſtæ conditionem. Vereor tamen, ut ſatis Latine. Poterat dicere, Inveniunt maritos, vel Inveniunt quibus nubant. H. St. Ego vero miror quid verearis, Henrice, cum hoc ipſum vocabulum ſimiliter abſolute, pro Matrimonii, vel Amoris quoque conditione, uſurpent claſſici auctores paſſim. V. Suet. Cæſ. 27. Aug. cap. 63. & 69. Plura dabit Burm. ad Quintil. Decl. pag. 472. & Theſ. Lipſ.
Conditionem pro Creatura ſæpe uſurpavit Tertull. de Corona militis, Ea eſt quam κτίσιν appellant. V. cap. 6. extr. & deinceps paſſim.
Conditio, a Demonſtratione hoc differt; quod Demonſtratio plerumque factam rem oſtendit: Conditio futuram. l. ſi nominatim. D. de condit. & demonſtrat.
Conditionem jurisjurandi deferre, pro Jurandi facultatem. Ulp. l. 3. D. de jurejur. Ait Prætor, Si is cum quo agetur, conditione delata juraverit.
Conditio apud Juriſconſultos, eſt Lex pactioni appoſita, unde obligationis eventus pendet. Ea vero aut voluntaria eſt, ſcilicet cui voluntas alterutrius ex reis dominatur, quæ ex illius voluntate pendet, veluti, Si uxorem duxeris. Alia eſt fortuita, cui fortuna, non reorum voluntas dominatur, quæ ex caſu pendet, veluti, Si navis ex Aſia venerit. Sic enim Latinum eſt, non Poteſtativam & Caſualem dicere, ut juris interpretes loquuntur.
Conditionum poſſibilium genera ſunt tria. Aut enim ex caſu & fortuna pendent, quæ idcirco Caſuales a Juſtiniano appellantur; a nobis Fortuitæ non incommode nominari poſſunt: aut ex hominis voluntate. veluti, Si ſervum manumittat, quas idem Poteſtativas; nos Voluntarias appellare poſſumus: aut miſtæ ſunt, quarum eventus, ait idem, ex fortuna & perſonæ voluntate pendet, veluti, Si victoriam reportet; l. 1. §. ſin autem aliquid. C. de cad. toll. Hotomanus.

Conditionālis, e. Adj. [αἱρετικὸς] a Conditio; Quod ex conditione pendet. ut, Pars conditionalis. Martianus in l. quum hæres. D. de acquir. hæred.
Conditionales creditores dicuntur hi, Quibus nondum competit actio, eſt autem competitura: vel qui ſpem habent ut competat. Ulp. in l. conditionales. D. de verb. ſignif.

Conditionāliter, Adv. [αἱρετικῶς] In Inſtitutionibus, titulo de legatis. §. longe magis, Sed ſi conditionaliter enuntiata fuerit cauſa, aliud juris eſt, &c. Paulus in l. qui ſtipulator. D. de verb. obligat.

Conditionabĭlis, e. Tertull.

Condŏceo, ui, ctum, [συμπαιδεύω] ēre. Hirt. Bell. Afr. cap. 19. Equo frenato uti condocuerat.

Condoctus, a, um. Partic. Plaut. Pœn. 3. 2. 3.
Fac modo ut condocta tibi ſint dicta ad hanc fallaciam.
CO. Quin edepol condoctior ſum quam tragœdi aut comici. Sic in utroque verſu Condoctum legit Turnebus, non Conductum. Condocti autem comici ſunt, Qui fabulam, quam acturi ſunt, una fideliter edidicerunt, geſtumque agere ſciunt. Oportet enim hiſtriones peritos eſſe, & fabulam quam acturi ſunt, ſimul edidiciſſe, antequam in proſcenium prodeant, quo niſi fallor reſpexit. Hæc ille.

Condŏcĕfăcio, ēci, actum, [διδάσκω] ĕre. Inſtruere, docere. Cic. 5. Tuſc. 87. Nemo eſt enim qui eorum bonorum, animum putet eſſe judicem, eumque condocefaciat, ut ea quæ bona, malave videantur, poſſit contemnere.

Condŏleo, ui, [ἄχθομαι, λυπέομαι] ēre. Idem quod Dolere: nam Condolere, pro eo quod Græcis eſt συνάχθεσθαι, συναλγεῖν, aut συμπάσχειν, non eſt Latinum. Pro quo dicitur potius Vicem alicujus dolere. Cic. 3. de Orat. 6. Namque tum latus ei dicenti condoluiſſe, ſudoremque multum conſequutum eſſe audiebamus.
Caput condolet. Tibul. lib. 1. 6. 36.
Et ſimulat ſubito condoluiſſe caput.
Condoluit caput de vento. Plaut. Truc. 2. 8. 2.
Corpus condoluit tentatum frigore. Hor. 1. Serm. 1. 80.
Si pes condoluit, ſi dens, ferre non poſſumus. Cic. 2. Tuſc. 52. [Videntur Verbi ſequentis eſſe omnia.

Condolesco, [καταλγύνομαι] ĕre. Cic. 1. Acad. 37. Quumque perturbationem animi illi ex homine non tollerent, naturaque & condoleſcere, & concupiſcere, & extimeſcere, & efferri lætitia dicerent.

Condōno, [δωρέομαι, χαρίζομαι] āre. Idem quod Donare ſignificat. Plaut Men. 4. 2. 94. Sed ego illam non condonavi, ſed ſic utendam dedi.
Dare & condonare. Cic. pro Planc. 75.
Condonare alicui munuſculum. Cic. 5. Verr. & 13. Fam. 73. Ut ejus filios, qui in tua poteſtate ſunt, mihi potiſſimum condones. Plaut. Amph. 1. 3. 38.

Condonare aliquem pecuniam, debitum, &c. Ter. Phorm. 5. 7. 54.
Argentum, quod habes, condonamus te.
Condonare pecunias debitoribus. Cic. 2. Off. 78. Aut pecunias creditas debitoribus condonandas putant.
Condonare peccatum, [συγγινώσκειν] Gratiam facere peccati. Salluſt. Catil. cap. 52. Haud facile alterius libidini malefacta condonabam.
Remittere alicui & condonare animadverſionem & ſupplicium, quo uſurus erat in ipſum. Cic. 5. Fam. 10.
Condonabitur hæc. Ter. in prol. Eun. 17.
Habeo alia multa, quæ nunc condonabitur. Quidam hic legunt Condonabuntur plurali numero.
Condono te, pro Tibi. Plaut. Perſ. 5. 2. 36.
Caveſis me attingas: ne tibi hoc ſcipione
Malum magnum dem. P. utere, te condono.

Condonātus, a, um. [συνεγνωσμένος] Partic. a Condonor.
Condonatum judicium potentiæ alicujus, Quo reus abſolutus aut condemnatus eſt in gratiam alicujus. Cic. 5. Fam. 18. extr.
Condonatus, pro Eo cui parcitum eſt. Auctor de Viris Illuſtr. cap. 4. Qui apud Duumviros condemnatus, ad populum provocavit: ubi patris lacrymis condonatus, ab eo expiandi gratia ſub Tigillum miſſus. i. e. Patri lacrymanti. De Horatio loquitur, qui ſororem occiderat.

Condonatio, ōnis. f. [συγγνώμη] Cic. 2. Verr. 12. Cujus prætura urbana ædium ſacrarum fuit, publicorumque operum depopulatio: ſimul in jure dicendo bonorum, poſſeſſionumque contra omnium inſtituta addictio, & condonatio.

Condormio, īvi, ītum, [συγκαθεύδω] īre. Simul dormire. Plaut. Moſt. 2. 2. 55. Abimus omnes cubitum: condormivimus. Hygin. Fab. 125. Cum Ulyſſes condormiret, ſocii involarunt pecus.

Condormisco, [συγκαθεύδω] ĕre. Plaut. Rud. 2. 7. 13.
Obſecro, hoſpes, da mihi aliquid ubi condormiſcam loci:
S. Iſtic ubi vis, condormiſce: nemo prohibet, publicum eſt.

Condormitio, ōnis. f. Firmic.

Condotālis, e. In Cod.

Condoto, āre. Ibid.

Condotatus, a, um. In Digeſt.

Condrillon, V. chondrilla.

Condris, V. chondris.

Condūco, xi, ctum, [ἐπάγω] ĕre. Simul ducere. Plaut. Men. 1. 2. 15. Hodie ducam ſcortum ad cœnam, atque alio conducam foras. Alii aliter legunt. V. condico.
Conducere, [συνάγειν] Cogere, congregare. Cic. 2. de Invent. 3. Tunc Crotoniatæ, publico de conſilio virgines in unum locum conduxerunt: & pictori quas vellet, eligendi poteſtatem dederunt.
Cohortes diſperſas in una caſtra conducere. Tacit. 4. Ann. 2.
Copias diſperſas conducere. Tacit. 4. Hiſt. 71.
Exercitus in unum conducere. Tacit. 4. Ann. 47.
Lac conducere, pro Coagulare. Columel. lib. 7. cap. 8. Lac plerumque cogi debet agni aut hœdi coagulo, quamvis poſſit & agreſtis cardui flore conduci, & ſeminibus cneci.
Nubila conducere. Ovid. 1. Met. 572. —Peneus ab imo
Effuſus Pindo, ſpumoſis volvitur undis,
Dejectuque gravi tenues agitantia fumos,
Nubila conducit. i. e. Conglomerat, conglobat, cogit, congregat. Dejectu gravi, i. e. Rapido & præcipiti aquarum curſu.
Partes conducere in unum. i. e. Contrahere in unum corpus. Lucret. 1. 398.
Ramos conducere cortice, In unum ducere, conjungere, ſic inter corticem inſerere ut coaleſcant. Ovid. 4. Met. 375.
—nam miſta duorum
Corpora junguntur, facieſque inducitur illis
Una, velut ſi quis conducat cortice ramos,
Creſcendo jungi, pariterque adoleſcere cernat. al. Conducta.
Vulnera conducere cerâ. Valer. 1. Argon. 480.
Vel pice vel molli conducere vulnera cerâ. i. e. Contrahere. V. Heinſ. in l. & ad Ovid. 4. Met. 375. & Giſan. Ind. Lucret. in Conducere.
Conducere, pro Emere. Plaut. Amph. 4. 2. ſuppoſ. 1. 37. Credo jam quæ volebat ſacrificia ad epulum conduxit. Idem Aulul. 3. 6. 31. Cædendum conduxi ego illum.
Nimium magno conducere. Cic. 1. Att. 17.
Conducere aliquem, [μισθοῦσθαι] Pretio accipere. Plaut. Aul. 2. 4. 1.
Poſtquam obſonavit herus, & conduxit coquos.
Adverſione conducere, vel Per adverſionem. V. Adverſio, in adversus.
Aliquem ad cædem faciendam conducere. Cic. de Provinc. Conſ. 9.
Ædes conducere. Suet. Tiber. 35.
Opus aliquod conducere fiducia ſua. V. Adverſio, in adversus.
Domum. Cic. 2. Q. frat. 3. Idem 12. Att. Si Romæ eſſet, domumque conduceret.
Hortum conducere. Cic. 16. Fam. 18. Paredrum excita, ut hortum ipſe conducat: ſic olitorem ipſe commovebis.
Larem conducere, i. e. Domum. Martial. 11. 83.
Conductum repetens, nocte jubente, Larem.
Locum alicui in proximo conducere. Cic. 16. Fam. 21.
Navigium conducere. Hor. 1. Epiſt. 1. 18.
Navem conducere. Plaut. Rud. prol. 57. Navis clanculum conducitur.
Mercede diurna conductus, periphraſis pro Mercenario. Hor. 2. Serm. 7. 18.
Mercede conducere. Cic. 2. Off. 21. Sed in correctis codd. Ducuntur.
Conducere uno nummo, donationis inſtar inducit, ait Ulp. l. Si quis. D. locat. Eſt autem proverbiale ſecundum veteres, ſicut nunc dicimus, Fragmento panis vel pomi locare aut vendere, ſignificantes donationem potius eſſe, quam alium contractum. V. dicis Cauſa.
Conducere, [ἐργολαβεῖν, ἐξωνεῖσθαι] etiam dicitur Is qui pretium accipit pro re aliqua facienda: quod & Redimere etiam dicitur. Ulp. in l. Si quis domum. D. Locat. Si quis vitulos paſcendos, vel ſarciendum quid, poliendumve conduxit, culpam eum præſtare debere. Idem eodem titul. l. Item quæritur, Si quis ſervum docendum conduxerit, eumque peregre duxerit, &c.
Ad pecuniam numeratam conducere. Caius in l. Si merces. §. Vis major. D. Locati, Apparet autem de eo nos colono dicere, qui ad pecuniam numeratam conduxit. Alioquin partiarius colonus, quaſi ſocietatis jure, & damnum, & lucrum cum domino fundi partitur.

Condu-

Conducere de. Cic. 1. Att. 14. Asiani, qui de Censoribus conduxerunt, questi in Senatu, se cupiditate prolapsos, nimium magno conduxisse: ut induceretur locatio, postulaverunt. h. e. A Censoribus conduxerunt Asiæ vectigalia: nam locandorum vectigalium cura penes Censores erat. Simile est illud ejusdem Cic. Ego de Crasso domum emi.

Conducit, [συμφέρει, συμβάλλεται] in tertiis personis, pro Utile est. Columel. lib. 1. Nam id minime conducit agricolæ. Cic. lib. 1. de Repub. Facillimam autem in ea Rep. esse posse concordiam, in qua idem conducat omnibus. apud Non. 4. 104.

Ea maxime conducunt, quæ sunt rectissima. Cic. 5. Fam. 19.

Homini infanti aut impotenti injuste facta non conducunt. Cic. 1. de Finib. 52.

Laudi tuæ hoc conducit. Cic. 13. Fam. 49.

Proposito conducere res dicitur, quæ convenit cum proposito. Hor. in Arte Poet. 195.

Rationibus nostris conducit id fieri. Cic. 1. Att. 1.

Rationibus Reip. hoc conducit. Cic. 1. Fam. 9.

Saluti tuæ conducere, & non aliena esse a dignitate. Cic. 4. Fam. 7.

Ad ventris victum hæc conducunt. Plaut. Capt. 4. 3. 6.

In rem tuam conducit, &c. Plaut. Cistel. 3. 4.

Ut illud, quod tuam in rem bene conducat, consulam.

Conduci non possum, &c. Plaut. Asin. 5. 2. 36.

Non edepol conduci possum vita uxoris annua. Exponunt, Non possum adduci ut credam, uxorem meam posse vivere intra annum.

Conductus, a, um. Plaut. Aul. 3. 2. 34. Nummo sum conductus.

Coctum ego, non vapulatum, dudum conductus fui. Plaut. Aul. 3. 3. 9.

Auxilia regum in unum conducta. Tacit. 15. Ann. 26. i. e. Congregata.

In unum conducti, i. e. Coacti & congregati. Tacit. 2. Ann. 52.

Bella conducta, dicuntur Bella militum mercenariorum. Sil. lib. 5. 196.

Multitudo conducta. Cic. 1. Philipp. 22. Quis enim aut accusator tam amens reperietur, qui, reo condemnato, objici se multitudini conductæ velit?

Navis conducta. Ter. Adel. 2. 2. 17.

Nummi conducti. Hor. 1. Serm. 2. 9. i. e. Fœnore sumpti. Acron, & Porphyr.

Opera alicujus conducta huc. Plaut. Aul. 3. 3. 7.

Intro abi: opera huc conducta est vestra, non oratio.

Operæ conductæ. Cic. pro Sext. 38. Erat autem mihi contentio non cum victore exercitu, sed cum operis conductis.

Telæ conductæ. Tibul. lib. 1. 7. 85. ubi Broekh. V.

Tellure conducta serere. De paupere dictum. Virg. 12. Æn. 520.

Testes conducti. Ovid. 1. Amor. 10. 37.

Torus conductus. Ovid. 1. Amor. 10. 44.

Conducta dicta ad fallaciam. Plaut. Pœn. 3. 2. 3. Al. Condocta.

Conductum, i. n. ut, Habere aliquid conducti. Cic. pro Cluent. 175. Et Senec. de Benef. 7. 5. Nec conductum meum, quanquam sis dominus, intrabis.

Adcurrere in conductum. Petron. cap. 9.

Conductim, Adv. apud Capitolinum.

Conductio, ōnis. f. [μίσθωσις] Cic. pro Cæcin. 94. Qui colonus habuit conductum de Cesennia fundum, quum idem ex eadem conductione fuerit in fundo.

Conductio, aliter. Cic. 1. de Invent. 74. Quare in longis argumentationibus, ex conductionibus, aut ex contrario complecti oportet, &c. Conductionem vocat, quam Græci συναγωγήν. Victorinus.

Est etiam Morbi species, quam Græci σπασμὸν vocant. ut, Conductio præcordiorum, membrorum, nervorum. Cæl. Aurel. Acut. 2. 3. n. 16. & 3. 18. n. 177.

Conductus, ûs. m. Idem. Contractio. Cæl. Aurel. Acut. 2. 15. Conductu superciliorum.

Conductor, ōris. m. Qui pecuniam alicui dat, ut aliquid fiat.

Conductor, etiam Is dicitur qui pecuniam accipit. Cic. 3. Q. frat. 1. Tum is mihi respondit, seipsum ejus operis H-S. XVI conductorem fuisse. Cato cap. 14. Conductor vero lapidem, calcem, arenam, aquam, paleasque parabit.

Donare mercedes habitationum conductoribus. Cæs. 3. Bell. Civil. 21.

Conductor est Qui vel rei alienæ usum, vel alieni operis perfectionem, certa mercede pacta, recepit. Hotomanus.

Conductrix, īcis. f. V. Cod. 5. t. 12. l. 18. & 4. t. 65. l. 24.

Conducenter, Adv. Gell. 16. 12. Commode hæc sane omnia & conducenter. Ita Mss. Al. Condecenter.

Conducibĭlis, e. [συμφέρων] i. e. Utile. Plaut. Epid. 2. 2. 71.

Reperiamus aliquid callidi, conducibilis consili. Al. Calidi, vel Cati.

Utile & conducibile. Auctor ad Heren. 2. 35.

Conductitius, a, um. Adj. [μισθωτὸς] Quod conductum est. ut, Fidicina conductitia. Plaut. Epid. 2. 3. 8.

Conductitiæ operæ. Varr. 1. de R. R. cap. 17. Omnes agri coluntur hominibus servis, aut liberis, aut utrisque. Liberis: aut quum ipsi colunt, ut plerique pauperculi cum sua progenie, aut mercenariis & conductitiis liberorum operis, res majores, &c.

Condulco, āre. [γλυκαίνω] Idem ac Dulcare. Vulg. Interpr. Sirac. 27. 26.

Condūlus, i. m. Idem quod Annulus, teste Festo. Ita dictus, ut videtur, ἀπὸ τῶν κονδύλων, hoc est a digitorum articulis aut nodis, sive quod annulis digiti exornari soleant, sive quod in digitis annuli, veluti nodi quidam emineant. Prisci etiam Ungulum vocaverunt, & Symbolum, teste Plin. lib. 33. cap. 1.

Condŭplĭco, [ἐπιδιπλασιάζω] āre. quasi Simul duplicare, i. e. duplicem facere. Cic. 1. de Divin. 24. Tenebræ conduplicantur.

Beneficium conduplicare. Ter. Phorm. 3. 2. 31.

Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicaverit.

Divitias conduplicare. Lucret. 3. 71.

Conduplicatio, ōnis. f. [ἐπιδιπλασιασμὸς] Plaut. Pœn. 5. 5. 18.

Quid hoc est conduplicationis? quæ hæc congeminatio?

Conduplicatio, Figura Rhetorum. Auctor ad Heren. lib. 4. 38. Conduplicatio est, cum ratione amplificationis, aut commiserationis, ejusdem unius, aut plurium verborum iteratio fit.

Condūro, āre. Durum reddere. Lucret. 6. 968.

Humor aquæ porro ferrum condurat ab igni:

At coria, & carnem mollit durata calore. V. de hoc Aristot. lib. 4. Meteor. cap. 6.

Condurdum, i. n. Herba est solstitialis, flore rubro, quæ e collo suspensa comprimit strumas. V. Plin. lib. 26. cap. 5.

Condus, V. condo.

Condylōma, ătis. n. [κονδύλωμα] Tuberculum (inquit Pollux) quod ex inflammatione præsertim circum sedem, anumque existit. Latini Resolutionem ani vocant, quia resolvitur ille musculus assurrectorius, quem sphinctera Græci nominant. Plin. lib. 20. vocat sedis vel ani Procidentiam, quum de violarum medicinis loquitur: quemadmodum alio loco uteri Procidentiam in mulieribus appellat. Idem lib. 21. cap. 20. Sedis rimas & condylomata, omniaque in corpore excrescentia sanat.

Condylomaticus, a, um. Nodosus, pustulosus. ut, Passio condylomatica. Cathol.

Condy̆lus, i. m. [κόνδυλος] Junctura & nodus articulorum in digitis, & eminens ac stricta in pugnum palma. Nam quatuor digiti (ut scribit Aristoteles) ternos habent condylos & tuberculum. Martial. 5. 79.

Parvi tibia condyli sonabit.

Condyliatus, a, um. Nodo constrictus; ut, Lana condyliata. Plin. Valer. V. Barth. Adverf. 36. 3.

Cone, [Κόνη] Insula ad ostium Istri. Lucan. 3. 200. — & barbara Cone

Sarmaticas ubi perdit aquas, &c. Ptolemæo est Κόννα, Conna.

Confabrĭcor, āri. dep. Gell. 3. 19. Moleste atque odiose confabricatus, commolitusque magis est originem vocabuli Gabius iste Bassus, quam enarravit.

Confabrefacio, ĕre. Idem, apud JCtos in Digest.

Confabrilis, e. apud Firmicum.

Confābŭlo, [συμμυθολογέω] āre. & **Confabulor**, āri. Plaut. Most. 2. 2. 78. Perii! illisce hodie hanc confabulabunt fabulam. Al. Conturbabunt. Usitatius est Fabulor.

Confabulari, Colloqui. Plaut. Cistel. 4. 2. 77.

Salvam eccam: sed ego rem meam magnam confabulari

Tecum volo, sociam te mihi opto ad meam salutem.

Confabulatio, ōnis. f. Colloquium. Symmach. 9. Epist. 89. Sæpius ad me commeant (epistolæ) & confabulationem præsentis imitentur.

Pessimæ confabulationes. Hieron. Epist. 2. ad Nepotian.

Pravæ confabulationes. Tertull. ad Uxor. 2. 3.

Confabulātus, ûs. m. Idem. Sidon. 9. Epist. 11. extr. Hos eloquii tui claritas, artifice confabulatu, dum compellat.

Confacio, ĕre. pro Conficere, Obsoletum. Festus; Confecerunt, Una fecerunt. V. ibi Dacer.

Confamulor, āri. Macrob. 1. Saturn. 17. Hylen naturamque significant confamulantes.

Confarcio, V. confercio.

Confarreo, āre. Prælato farreo matrimonio jungi. V. far. & seq. dict. Tacit. 4. Ann. 16. Nam Patritios confarreatis parentibus genitos tres simul nominari, ex queis unus legeretur vetusto more, neque adesse, ut olim, eam copiam, omissa confarreandi assuetudine, aut inter paucos retenta. V. părens. Meminit abunde Serv. ad 1. Georg. v. 31. Cæl. lib. 28. cap. 17. & Lilius de Diis gentilium pag. 701.

Confarreatus, a, um. [συμβιώσεως χάριν ζευχθεὶς. Gloss. Lat. Gr.] Partic. ut Nuptiæ confarreatæ. Apul. 5. Met. Sororem tuam &c. jam mihi confarreatis nuptiis conjugabo. Sed Al. Confestim arra atque his nuptiis. V. pag. 170. Elmenh. & Stew. pag. 402.

Confarreaturus, a, um. Partic. apud Apul. 10. Met. pag. 252. Elmenh. Talis mulieris publicitus matrimonium confarreaturus.

Confarreatio, ōnis. f. Genus sacrificii, quod fiebat inter virum & uxorem, in signum conjunctionis: sicut Diffarreatio, in signum dissolutionis. Plin. lib. 18. cap. 3. Quin & in sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat: novæque nuptæ farreum præferebant. V. Serv. d. l.

Confātālis, e. [συνειμαρμένος] Quod eadem fati necessitate tenetur. Cic. de Fato 30. At si ita fatum sit, nascetur OEdipus Laio: non poterit dici, sive fuerit Laius cum muliere, sive non fuerit, copulata enim res est, & confatalis: (sic enim appellat) quia ita fatum sit, & concubiturum cum uxore Laium, & ex ea OEdipum procreaturum.

Confectus, V. conficio.

Confercio, si, tum, [συναθροίζω, συστρέφω] īre. ex Con & Farcio compositum, significat Densare. Varro de R. R. 3. 16. extr. Quo facto non modo desistunt pugna, sed etiam conferciunt se lingentes. Plin. lib. 12. cap. 15. Myrrham passim a vulgo coemptam in folles confarciunt. Lucret. 6. 157.

Ventus enim quum confercit franguntur in unum

Concreti montes nimborum, & grandine misti. Legunt quidam Convertit.

Confertus, a, um. [ἀθρόος] Partic. Cæs. 5. Bell. Gall. 16. Neque a tanta multitudine conjecta tela conferti vitare poterant. Virg. 1. Æn. 347.

Quos ubi confertos audere in prælia vidi.

Conferti & Rari, contraria. Cæs. 1. Bell. Gall. 17. Ut nunquam conferti, sed rari, magnisque intervallis præliarentur.

Acies conferta. In acies.

Agmen confertum. Virg. 3. Georg. 369. — confertoque agmine cervi

Torpent, &c. i. e. Agmine conjuncto: Cervi enim congregatione gratulantur. Servius.

Arma conferta. Sil. lib. 4. 158. — spissæque ruunt conferta per arma

Undæ Boiorum.

Legio conferta maniplis. Sil. lib. 7. 390.

Liber confertus voluptatibus. Cic. 3. Tusc. 43. i. e. Refertus, plenus.

Vita conferta voluptatum omnium varietate. Cic. 2. de Finib. 64. Color egregius, integra valetudo, summa gratia, vita denique conferta voluptatum omnium varietate.

Vita otiosa plena & conferta voluptatibus. Cic. pro Sext. 23.

Confertus cibo. Cic. in 2. Catil. 10. Vino languidi, conferti cibo, sertis redimiti, unguentis obliti &c. Alia exemplaria legunt Confecti.

Compar. Liv. 9. 27. Præterquam quod confertiores steterant.

Superl. Liv. 2. 12. In confertissima turba prope regium tribunal constitit.

Confertim, Adv. [ἀθρόως] Liv. 28. 2. Quum confertim Romani, ut solent, densatis excepissent scutis. Sed Gronov. Conferti exhibuit. Idem 21. 8. Quo acrius & confertim magis utrinque pugnabatur.

Confĕro, fers, tŭli, lātum, [συμφέρω, προσανατίθεμαι, συγχορηγέω, συμβάλλομαι, διαλέγω, λοπτέω, ὀκλέγω] ferre. ex Con & Fero compositum; significat Simul ferre. Plaut. Capt. 4. 2. 15.

Neu quis in hac platea negotii conferat quicquam sui. Colu-

mel.

mel. lib. 1. cap. 6. Sitque utrique proximum horreum, quo conferatur rusticum instrumentum.

Dotem conferre, vel alia bona. ut C. de collat. bonor. & D. eod. tit. Hic titulus, inquit Ulpian. manifestam habet æquitatem. Quum enim Prætor ad bonorum possessionem contra tabulas emancipatos admittat, participesque faciat cum his, qui sunt in potestate, bonorum paternorum, consequens esse credit, ut sua quoque bona in medium conferant, qui appetant paterna.

Conferre, Dare. Plaut. Most. 5. 2. 39. — omnia
Nos dabimus, nos conferemus, nostro sumptu, non tuo. Plin. 6. Epist. 32. Et tanquam parens alter, puellæ nostræ confero quinquaginta millia nummûm. Hic quiddam expressius significat Conferre, nempe Portionem suam cum altero dare, contribuere.

Conferre ad aliquem. Cic. pro Lege Manil. 48. Hoc brevissimum dicam, neminem unquam tam impudentem fuisse, qui a diis immortalibus tot & tantas res tacitus auderet optare, quot & quantas dii immortales ad Cn. Pompeium contulerunt. Al. Detulerunt.

Conferre, Colloqui. Plaut. Rud. 2. 3. 8.
Verum omnes sapientes decet conferre, & fabulari.

Conferre studia ad arbitrium alterius. Cic. 1. Fam. 9. Quantum litteris, quantum studiis, veteribus nostris delectationibus consequi poterimus, id omne ad arbitrium tuum, qui hæc semper amasti, libentissime conferemus. Quod quidam dicunt, Referre & remittere negotium ad alterius censuram.

Conferre ad aliquem sinistram diligentiam. Plin. 7. Epist. 6. Ut enim non sint tales, quales a me prædicantur, ego tamen beatus, quod mihi videntur. Igitur ad alios hanc sinistram diligentiam conferant. Diligentiam accepit hic quo modo Terentius, in prologo Andriæ,
Quorum æmulari exoptat negligentiam,
Potius quam istorum obscuram diligentiam, h. e. Curiosam indagationem. Ita Diligens etiam in malam partem a Cicerone usurpatur, pro Lege Manil. In hoc uno, inquit, sunt tam diligentes. Sinistram igitur diligentiam, i. e. Malam, iniquam.

Conferre cum aliquo, pro Certare; id est vires suas cum alterius conferre viribus. Ovid. 10. Met. 603.
Quid facilem titulum superando quæris inertes?
Mecum confer, ait.

Conferre, pro Mutare. Ovid. 4. Met. 278.
Vulgatos taceo, dixit, pastoris amores
Daphnidis Idæi, quem Nymphæ pellicis ira
Contulit in saxum.

Æs conferre, Contribuere. Ovid. 4. Fast. 351.

Amorem conferre. Plaut. Curc. 1. 1. 28.
Ita tuum conferto amorem semper si sapis,
Ne id quod ames, populus si sciat, tibi sit probro. Al. Amare, pro Amorem legunt.

Amorem conferre alicui. Propert. lib. 2. 24. 49.

Animum alio. Ter. Heaut. 2. 4. 10.
Hæc ubi immutata est, illi suum animum alio conferunt. i. e. Alias amant.

Animum ad fodiendos puteos conferant. Hirt. de Bell. Alex. cap. 9. pr.

Argumentum in paucissima verba conferre, i. e. Paucis dicere. Plaut. Men. prolog. 6.

Benevolentiam erga aliquem conferre. Cic. 10. Fam. 5.

Benignitatis plurimum in aliquem conferre. Cic. 1. Off. 50.

Capita, pro Congregari, & consultare de re aliqua, [συνάγειν] Cic. 5. Verr. 1. Conferrent viri boni capita: de comessatione loquerentur inter se, ac de mulierculis.

Castra castris, pro E regione castrametari. Cic. 2. de Divin. 114.

Certamina belli inter sese conferre, Conjungere. Virg. 10. Æn. 147.
Illi inter sese duri certamina belli
Contulerant.

Certamina pugnæ manu conferre. i. e. Manu certare. Lucret. lib. 4. 841.
At contra conferre manu certamina pugnæ,
Ante fuit multo, quam lucida tela volarent. i. e. Prior fuit consuetudo manibus nudis concertare, quam ense aut telis.

Cibos ore suo conferunt fœtibus aves. Quintil. lib. 2. cap. 6. Aves cernimus, quæ teneris, infirmisque fœtibus cibos ore suo collatos partiuntur.

Consilia. Cic. 2. Philipp. 38. An ille quenquam plus dilexit? cum ullo aut sermones, aut consilia contulit sæpius?

Consilium omne, studium, officium, operam, laborem, diligentiam, ad amplitudinem alicujus conferre, [μετάγειν] Cic. 10. Fam. 1.

Consilium vivendi omne ad naturam suam. Cic. 1. Off. 120. Qui ergo ad naturæ suæ non vitiosæ genus, consilium vivendi omne contulerit, is constantiam teneat.

Consolationes omnes in rem aliquam. Cic. 12. Att. 41. Omnes tuas consolationes unam hanc in rem velim conferas.

Consulatum unius tertium in eundem annum, in quem tuum contulisses. Plin. in Paneg. cap. 61.

Copiam verborum. Quintil. lib. 1. cap. 8. Multum autem veteres etiam Latini conferunt, quanquam plerique plus ingenio quam arte valuerunt, in primis copiam verborum.

Curas suas, & quicquid nobis est a Deo datum, in Rempub. conferre. Cic. 2. Off. 2. Ego autem, quamdiu Respub. per eos gerebatur quibus seipsa commiserat, omnes meas curas, cogitationesque in eam conferebam. i. e. Omnis mea cura pro Repub. erat.

Curas ad dignitatem alicujus. Cic. 10. Fam. 12.

Denarios singulos in medium in singulos talos conferre. Suet. in August. cap. 71.

Dicta in aliquem. Cic. 7. Fam. 33.

Diem solvendæ pecuniæ pacto conferre. Papinianus in l. Quum solvendæ. D. de Distract. pign. Quum solvendæ pecuniæ dies pacto confertur: convenisse videtur, ne prius vendendi pignoris potestas exerceatur.

Diligentiam in valetudinem alicujus conferre. Cic. 16. Fam. 6.

Disputationem conferre in alicujus personam, pro Inducere eum loquentem. Cic. 4. Att. 15. Hanc ego, de Republica quam institui disputationem, in Africani personam & Phili & Pæti & Manlii, contuli.

Disputationem in carmen conferre, pro Carmine componere. Columel. 9. 16.

Dona conferre alicui. Plaut. Men. 1. 2. 20.
Ubi amatores sunt mariti? dona quid cessant mihi
Conferre omnes gratulantes, quia pugnavi fortiter?

Fructum alio. Ter. Eun. 3. 1. 60.
— metuet semper, quem ipsa nunc capit
Fructum, nequando iratus tu alio conferas.

Gradum conferre, Convenire. Virg 6. Æn. 488.
— juvat usque morari,
Et conferre gradum, & veniendi discere causas.

Gradum. Plaut. Men. 3. 3. 30.
Propera, Menæhme, fer pedem, confer gradum.

Gradum conferre cum hoste, Hostiliter invadere, & pedem conferre infestis armis. Liv. 7. 33. Primus omnium Consul invadit hostem, & cum quo forte contulit gradum, obtruncat. Budæus.

Impendia in educationem conferre. Quintil. 1. 10. Senex reposcenti filium patri, velut rationem impendiorum, quæ in educationem contulerat, opponens, &c.

Ingenium ad rem aliquam. Cic. 16. Fam. 13. Ingenium tuum quod ego maximi facio, confer ad te mihi, tibique conservandum.

Injurias conferre, Commemorare invicem. Tacit. Vit. Agric. 15.

Inventa plurium in unum conferre. Quintil. 3. 1.

Iter. Cic. 3. Att. 3. Illo quum pervenire non liceret, statim iter Brundusium versus contuli, ante diem rogationis.

Lites conferre, Rixari cum aliquo. Hor. 1. Serm. 5. 54.

Maledicta in aliquem. Cic. 11. Att. 8.

Manum cum aliquo conferre. Virg. 12. Æn. 678.

Manum, vel manus. Cic. pro Font. 2. Partim qui cum ipso M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt.

Munera. Propert. 2. 3. 25.
Hæc tibi contulerant cælestia munera divi.

Nutus. Tibul. lib. 1. 1. 21. De Venere loquens,
Illa viro coram nutus conferre loquaces. subaudi, Docet.

Officia in aliquem. Cic. de Amicit. 74. Odiosum sane genus hominum officia exprobrantium: quæ meminisse debet is, in quem collata sunt: non commemorare qui contulit.

Officia conferre in eos, quos speramus nobis profuturos, non dubitamus. Cic. 1. Off. 48.

Quicquid in eum judicii officiique contuleris, id ita me accipere, ut in me ipsum putem contulisse. Cic. 10. Fam. 1.

Operam ad aliquid. Cic. 4. Fam. 3. Omnem meam curam atque operam ad philosophiam contulisse.

Plurimum operæ, studii, diligentiæ, laboris, ad conficiendum reditum alicujus conferre. Cic. 4. Att. 1.

Orationem ad rem aliquam. Cic. pro Ligar. pr. Omissa controversia, omnis oratio ad misericordiam tuam conferenda est.

Partem magnam ad aliquid conferre. Cels. lib. 6. cap. 6. Ingentibus vero & variis casibus oculi nostri patent, qui quum magnam partem ad vitæ simul & usum & dulcedinem conferant, summa cura tuendi sunt.

Pacem conferre. In PAX.

Pecuniam in opus. Plin. 10. Epist. 23. Deinde quam ipsi erogare in oleum soliti, parati sunt in opus balinei conferre. subaudi Pecuniam.

Pecuniam, aliter. Cic. 3. Off. 93. Nisi forte eam pecuniam in Reipub. magnum aliquod tempus contulerit. i. e. Reservarit.

Pedem, pro Accedere. Plaut. Merc. 5. 2. 41.
O Charine, contra pariter fer gradum, & confer pedem.

Pedem conferre antiqui dicunt, quod nos, Ad punctum venire, dicimus & jungere. Cic. pro Planc. 48. Non possum magis pedem conferre (ut aiunt) aut propius accedere. quid taces? quid dissimulas? quid tergiversaris? Budæus.

Pedem conferre dicuntur Oratores, quum argumenta adversariorum confutare aggrediuntur. Quintil lib. 5. cap. 13. Tam molesta sunt, ut pedem conferre cum singulis non expediat.

Pestem hominibus hæc conferunt. Columel. lib. 1. cap. 5. Quæ nisi vi majore ventorum inspirantium submoventur, pecudibus hominibusque conferunt pestem. i. e. Afferunt.

Rationem belli aliquo. Cæs. 3. Bell. Civil. 25. Ibi adventum expectare Pompeii, eoque omnem belli rationem conferre instituit.

Rem in pauca, pro Rem accelerare. Plaut. Pœn. 5. 4. 54.

Res Romanas in historia conferre. V. HISTORIA.

Sarcinas conferre in medium. Curt. 6. 6. 14.

Se conferre dicuntur, Qui se conglomerant, vel in cumulum colligunt. Plin. 8. Epist. 6.

Conferre se totum ad amicitiam alicujus. Cic. 11. Fam. 29.

Ad aliquem. Cic. de Amicit. pr. Quo mortuo me ad Pontificem Scævolam contuli.

Ad auctoritatem alicujus. Cic. 4. Acad. 9. Idem 4. Philipp. 5. Qui se ad Senatus auctoritatem, ad libertatem vestram, ad universam Remp. contulerunt.

Ad curam aliquam se conferre. Cic. 7. Att. 1. pr. Legitur Convertere, in quibusdam exemplaribus.

Ad investigationem naturæ. Cic. 1. Acad. 34.

Ad Rempub. Cic. de Amicit. 86. De amicitia, omnes ad unum idem sentiunt, & hi qui ad Rempublicam se contulerunt, & hi qui rerum cognitione doctrinaque delectantur. i. e. Reipub. administrationem susceperunt.

Ad studia. Suet. de Clar. Gram. 24. pr. M. Valerius Probus Berytius, diu Centuriatum petiit, donec tædio ad studia se contulit. Cic. 2. de Finibus, Præstantissimis ingeniis homines se ad philosophiæ studium contulerunt. Cic. pro Arch. 4. Se ad scribendi studium contulit. add. 16.

Ad umbram arboris se conferre, pro Ire. Ovid. 4. Met. 116. Al. Secum ferre.

Ad hostes. Cic. de Amicit. 37. Itaque hac amentia quæstione nova perterritus, in Asiam profugit, ad hostes se contulit, pœnas Reip. graves, justasque persolvit. i. e. Profectus est, ivit.

In amicitiam & fidem alicujus. Cic. 7. Fam. 17.

In fidem & clientelam alterius. Cic. pro Rosc. Amer. 106. Omnes eos colere atque observare destiterunt, ac se in Chrysogoni fidem & clientelam contulerunt.

In societatem aliquorum. Cic. 13. Fam. 10. Deinde quod mature se contulit in societatem publicanorum.

Con-

Conferre se in fugam. Cic. pro Cæcin. 22. Eodem tempore se in fugam contulerunt una amici.
In pedes se conferre. Plaut. Bacch. 3. 1. 7.
Quæ ut aspexi, me continuo contuli protinus in pedes.
Confero me in campum, vel ad campum; in urbem, vel ad urbem; i. e. Vado. Quæ locutio eleganter etiam potest poni sine particula IN & AD. Si autem personam dicas, non locum, necessario particula AD utendum est: ut, Contuli me ad patrem, non in patrem. Quoties autem significatur donatio, IN utendum est: ut, Multa in Joannem contuli beneficia. Quicquid in ingratos confertur, plane perditur. Non autem ad ingratos tam eleganter dixeris.
Romam se contulit. Cic. pro Flac.
Se retro conferre. Claud. de 4. Conf. Hon. 399.
Se confert pituita in stomachum. Celf. lib. 2. cap. 12. Si in stomachum quædam biliosa concurrunt, vel etiam pituita eo se, humorve aliquis aquæ similis confert.
Seria conferre cum aliquo. Ovid. 2. de Pont. 4. 9.
Seditionem in tranquillum. Plaut. Amphit. 1. 2. 16.
Eam seditionem in tranquillum conferet.
Sermonem, pro Colloqui. Plaut. Amph. 2. 2. 25.
Conferas sermonem nec joco nec serio. In Gronov. Cum ea tu serm. Tibi habeas.
Sermonem conferre cum aliquo. Cic. 2. de Invent. Cum hoc ut fere fit, in via sermonem contulit.
Sermones conferunt inter se. Plaut. Curc. 2. 3. 11.
Constant, conferunt omnes sermones inter se drapetæ.
Vide an dicatur & sine adjectione Conferre inter se, ut Actor. cap. 4. 15. συνέβαλον πρὸς ἀλλήλους redditum fuit, Conferebant inter se. H. St. Vulgatus Ad invicem. V. supra Conferre, Colloqui.
Signa. Livius 1. 33. Aliquoties exercitus Latinus cominus cum Romanis signa contulerat. i. e. Congressi fuerant Latini cum Romanis. Cic. 7. Att. 5. extr. Reliquum est jocari, si hic sinat: nam ego is sum, qui illi concedi putem utilius esse quod postulat, quam signa conferri.
Stipendium studio alterius. Columel. lib. 1. cap. 1.
Studia sua omnia in aliquem. Cic. 2. Q. frat. 14. Quare facis tu quidem fraterne, quod me hortaris, sed me hercule currentem nunc quidem, ut omnia mea studia in istum unum conferam.
Studium omne atque omne ingenium conferre ad alicujus gloriam laudemque celebrandam. Cic. pro Arch. 19.
Studium & operam in rem aliquam. Cic. 1. Off. 22. Deserunt enim vitæ societatem, & nihil conferunt in eam studii, nihil operæ, nihil facultatum.
Studia inter se. Quintil. in procem. lib. 4.
Tempus in rem aliquam. Plin. Paneg. 1. Ad rem aliquam. Cic. pro Lege Manil. 9. Mithridates autem omne reliquum tempus non ad oblivionem veteris belli, sed ad comparationem novi contulit.
Tributum in militare stipendium. Liv. 4. 60. Postremo, indicto jam tributo, edixerunt etiam Tribuni auxilio se futuros, si quis in militare stipendium tributum non contulisset.
Tributa ex censu quotannis conferre. Cic. 4. Verr. 137. h. e. Pro rata portione census, seu facultatum.
Verba ad rem conferre, est, ut ait Donatus, Aggredi agere quod dicebamus. Ter. Eun. 4. 6. 4.
Usque adeo ego illius ferre possum ineptias, & magnifica verba,
Verba dum sint: verum enim si ad rem conferentur, vapulabit.
Verbum in aliquem. Cic. 5. Fam. 5. Nam comperisse me non audeo dicere: ne forte id ipsum verbum ponam, quod abs te aiunt falso in me solere conferri.
Vires in unum. Liv. 27. 39. pr. Ut uterque Consulum hostem in sua provincia contineret, neque conjungi, aut conferre in unum vires pateretur.
Vocem in quæstum conferre. Cic. pro Quint. 11. Quum ei natura nihil melius quam vocem dedisset, pater nihil præter libertatem reliquisset, vocem in quæstum contulit. i. e. Voce quæstum fecit.
Voluntatem in aliquem. Cic. 13. Fam. 18.
Conferre in aliquem vel aliquid quidpiam, pro Imputare alicui causam.
Falso conferre aliquid in aliquem. Cic. 5. Fam. 5.
Causam in aliquem. Cic. 12. Att. 31. pr. Equidem magis miror, quod quum in filium causam conferret, quæ mihi non injusta videtur, &c. i. e. Rejiceret.
Crimen in aliquem. Cic. 2. de Orat. 182.
Crimen falsum in purissimam & castissimam vitam alicujus conferre. Cic. pro Rosc. Com. 20.
Culpam in aliquem. Ter. Eun. 2. 2. 95.
Quid istic? Si certum est facere, facias: verum ne post conferas
Culpam in me. Cic. 9. Att. 2. Solet, quum se purgat, in me conferre omnem illorum temporum culpam.
Permulta in aliquem, quæ ab eo nunquam dicta sunt, conferre. Cic. pro Planc. 35.
Suspicionem in aliquem. Cic. pro Rosc. Amer. 99. Audio præterea, non hanc suspicionem nunc primum in Capitonem conferri.
Timorem suum conferre in aliquid. Cæs. 1. Bell. Gall. 40. Qui suum timorem in rei frumentariæ simulationem, angustiasque itineris conferrent. i. e. Causam timoris eam afferrent.
Vitia sua in senectutem. Cic. de Senect. 14. Sua enim vitia insipientes, & suam culpam in senectutem conferunt.
Conferre, [συμβάλλειν] Comparare. Dicimus autem, Confero te isti, & cum isto. Cic. 6. Verr. 121. Tu dignior Verres quam Calidius? qui, ut non conferam vitam atque æstimationem tuam cum illius (neque enim est conferenda) hoc ipsum conferam, quo tu te superiorem fingis.
Alii ne minima quidem ex parte conferendi aliis. Cic. 1. Off. 76.
Illa quæ natura non litteris assecuti sunt Romani, neque cum Græcia, neque ulla cum gente sunt conferenda. Cic. 5. Tusc. 2.
Conferre novissima primis. i. e. Conjungere. [vel potius Comparare] Cic. ad Octav. Nam ut ordiar a principio, & perducam ad extremum, & novissima conferam cum primis.
Amplitudinem gemmarum conferre, i. e. Explorare. Suet. Cæs. 47.
Causas conferre, & quid in quamque sententiam dici possit, expromere. Cic. 2. de Divin. 151.
Exempla aliorum conferre. Ter. Adel. 1. 2. 14.
Si conferendum exemplum est, non fratrem videt
Rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?

Faciem & mores conferre duarum, i. e. Invicem comparare. Ovid. 7. Met. 696.
Pacem cum bello, leges cum vi conferre. Cic. 6. Verr. 121. Sed ut pacem cum bello, leges cum vi, forum & jurisdictionem cum ferro & armis, & adventum & comitatum cum exercitu & victoria conferatis.
Præsentia præteritis. Lucret. lib. 2. 1166.
Rationes. Cic. 5. Att. 21. Homo clamare. quid opus est, inquam, rationes conferatis. assidunt, subducunt, ad nummum convenit.
Se conferre nominibus magnis, i. e. Cum viris magnis se conferre. Ovid. 1. de Pont. 1. 25.
Vitam alicujus cum alterius vita. Cic. pro Sull. 72.
Conferre, quod vulgo dicimus *Collationer*. Cic. 4. Verr. 131. non procul a fine, Tabulas in foro summa hominum frequentia exscribo: adhibentur in exscribendo de conventu viri primarii: litteræ, lituræque omnes assimulatæ, expressæ, de tabulis in libros transferuntur. hæc omnia summa cura & diligentia recognita, & collata, & ab hominibus honestissimis obsignata sunt. Paulo post, Explicate descriptionem, imaginemque tabularum *Desployez le double & la copie.*
Fretum. Luc. lib. 1. non procul ab initio (v. 100.) — qualiter undas
Qui secat, & geminum gracilis mare separat Isthmos:
Nec patitur conferre fretum. An pro Se Conferre, pro Coire? H. St.
Conferre, [ἀναβάλλειν] pro Differre. Cic. 6. Att. epist. 1. vel ut quidam codices habent, 2. cujus initium est, Lepta. Quæ omnia in Martium mensem sunt collata. Ulp. in l. Quæsitum. D. de sponf. Quæsitum est apud Julianum, an sponsalia sint ante duodecimum annum, si fuerint nuptiæ collatæ. h. e. In duodecimum annum collatæ rejectæque.
Confert, [συμφέρει] in tertiis personis, pro Conducit, vel prodest, & utile est. Cic. 1. Acad. 15. Cælestia autem vel procul esse a naturæ cognitione censeret: vel si maxime cognita essent, nihil tamen ad bene vivendum conferre. Sed vox novissima abest a Mss. V. not. Grut. & Gronov.
Comœdia plurimum ad eloquentiam confert. Quintil. lib. 1. cap. 8.
Multum hæc pietas confert studio. Idem. 2. 9.
COLLĀTUS, a, um. Partic. [μετηνεγμένος] ut, Collata omnium vota in unius salutem. Plin. in Paneg. cap. 23. extr.
Arma undique collata. Lucan. lib. 5. 722.
Castris collatis. Sil. lib. 4. 56.
Color collatus, Comparatus. Propert. lib. 3. 24. 7.
Cursibus collatis, Commissa acie. Valer. 6. Argon. 270.
Dextra collata movere prælia. Ovid. 1. Fast. 569.
Marte collato interimere aliquem, aut letho dare. i. e. Cominus interficere aliquem. Ovid. 12. Met. 379.
Pecunia ad alicujus honores collata. Cic. pro Flac. 59.
Puella levibus collata figuris. i. e. Aliarum comparatione non egregiæ forma. Propert. lib. 1. 4. 9.
Non similis aliis collata. Propert. lib. 1. 5. 7.
Non est illa vagis similis collata puellis.
Viribus collatis. Plin. 8. Epist. 14. Sic collato pede præliari. Liv. 26.
Cum Democrito Cleanthes & Chrysippus collati, quintæ classis videntur. Cic. 4. Acad. 73.
Dolere aliquem sibi collatum. Propert. lib. 2. 2. 89.
COLLĀTIO, ōnis. f. [εἰσφορὰ] Budæus, Collationem antiqui vocabant, quæ Indictio alias Latine dicitur: vulgus *taleam* vocat. Plin. in Paneg. cap. 41. pr. Nam mihi cogitanti eundem te collationes remisisse, donativum reddidisse, congiarium obtulisse, &c. Liv. 4. cap. 60. Patres bene cœptam rem perseveranter tueri: conferre ipsi primi: & quia nondum argentum signatum erat, æs grave plaustris quidam ad ærarium convehentes, speciosam etiam collationem faciebant.
Recipere collationes. Suet. Calig. cap. 42. Et patria onera conquerens, collationes in alimoniam atque dotem puellæ recipit. V. ibi Pitisc. & ad Neron. cap. 36.
Exercitus, castra, agmina, signorum collationes, &c. Cic. 1. de Orat. 210.
Collatio, Comparatio. Plaut. Milit. 3. 3. 67.
Ubi facta erit collatio nostrarum malitiarum, &c.
In collatione. Plin. lib. 37. cap. 99. Optimæ vero sunt quæ in collatione, aurum albicare quadam argenti facie cogunt.
Collatio, Orationis figura est apud Rhetores. Cic. 1. de Invent. 49. Collatio, est oratio rem cum re ex similitudine conferens.
COLLĀTUS, ūs. m. [συμβολὴ] Hirt. de Bell. Hispan. cap. 31. pr. Congressus enim & clamor &c. in collatu pari erant conditione.
COLLĀTOR, ōris. m. [εἰσφορεὺς, ὑπόφορος] Plautus Curc. 4. 1. 13.
Symbolorum collatores apud forum piscarium.
COLLATORIUS, a, um. ut, Funes collatorii. Veget. de re Milit. 4. 46. Alii legunt Chalatorii.
COLLATĪTIUS, a, um. Adj. [εἰσφορικὸς] ut,
Instrumenta collatitia, Sen. in Consolat. ad Marciam cap. 10. pr. vocat Ea quæ a pluribus commodantur. Collatitiis, & ad dominos redituris instrumentis scena adornatur. Sic Quintil. Decl. 6. Collatitiam vocat sepulturam, Quæ a pluribus confertur.
Stips collatitia, dicitur Ammiano Marcellino, Qua passim erogata victitant inopes. V. & Apul. 8. Met. p. 213.
COLLATĪVUS, a, um. Idem quod Collatitius; Quod scilicet a pluribus collatum est: ut, Collativum sacrificium. Collativum autem ventrem vocat Plaut. Curc. 2. 1. 16. Magnum & turgidum, eo quod in eum edulia multa conferantur.
Favor collativus. Macrob. 1. Somn. Scip. 66.
Collativum etiam neutro genere dicimus, eadem forma qua Donativum, pro Pecunia quam populus Principi vel Reipublicæ confert.
CONFERRŪMĬNO, [συνάπτω] āre. Idem quod Ferruminare significat. Plin. 27. 8. §. 45.
CONFERTUS, V. CONFERCIO.
CONFERVA, æ. f. quid sit declarat Plin. lib. 27. cap. 9. his verbis, Peculiaris, inquit, est Alpinis fluminibus conferva, appellata a conferruminando, spongia aquarum dulcium verius, quam muscus aut herba, villosæ densitatis atque fistulosæ. Curatum ea scio omnibus fere ossibus confractis, prolapsum ab arbore alta putatorem, circumdata universo corpori, aquam suam inspergentibus, quoties inaresceret, &c.
CONFERVEO, bui, [ζέω] ēre. Idem quod Fervere, vel Simul fervere. Ira conferbuit. Hor. 1. Serm. 2. 71.
Confervent ossa, id est quod vulgus chirurgorum dicit, *glutinantur per porum.* Cels. lib. 8. cap. 10. Si quando vero ossa non conferbuerunt,

quæ ſæpe ſoluta, ſæpe mota ſunt, &c. Hoc ab Hippocrate dicitur κεχηνίσθαι.

Confervesco, [ἐπιζέω] ĕre. i. e. Vehementer incaleſcere. Columel. lib. 12. cap. 23. Et tunc demum prædictæ picis ſextans, & ſemuncia in ſextarios quinque & ſexaginta adjicitur, & rutabulo ligneo permiſcetur, nec poſtea tangitur dum conferveſcat. Plin. lib. 18. cap. 30. Vitruv. 5. 3. Verſando conferveſcit. & 7. 11. Ab ignis vehementia conferveſcendo.

Confervēfacio, ĕre. Lucret. lib. 6. 352. de Fulmine,

Diſſolvit porro facile æs, aurumque repente
Confervefacit, e parvis quia facta minute
Corporibus vis eſt, &c.

Confessio, Confessor, Confessus. V. confiteor.

Confestim, [παραχρῆμα] Adv. i. e. E veſtigio, ſubito, mox, continuo. Cic. 4. Att. Hæc ego ad te: ut ſi quid novi (nam quotidie aliquid expecto) confeſtim ad me.

Confeſtim aut ex intervallo. Cic. 1. de Invent. 42. Quæ factum aliquod ſimiliter confeſtim, aut ex intervallo ſolent conſequi.

Sine ulla mora & confeſtim rem gerere. Cic. 5. Philipp. 3. Rem adminiſtrandam arbitror ſine ulla mora, & confeſtim gerendam cenſeo.

Confībŭla, æ. f. [περόνη] Cato cap. 12. Fibulas quadraginta, vectes quadraginta, confibulas ligneas, queis arbores comprimat, ſi dehiſcent, & cuneos ſex. Confibulæ autem ſunt, interprete Turnebo, tanquam Duplices fibulæ, quæ ſi quando quid hiet & aperiatur, ad conſtringendum utrinque & comprimendum adhibentur, interpoſitis & interculcatis etiam cuneis, quos Cato deſiderat ſex.

Confibŭlo, āre. Novatian. de Trinit. cap. 18. In ſemetipſo concordiam confibulare.

Confibulatio, ōnis. f. Novatian. de Trinit. cap. 19. Mutui fœderis confibulatione ſociatum.

Confĭcio, ēci, ectum, [συμπράττω, διαπράττομαι, περαίνω] ĕre. ex Con & Facio; idem quod Facere vel Perficere. Cic. 5. Fam. 11. de Dionyſio, ſi me amas confice: quamcunque ei fidem dederis, præſtabo.

Conficere exercitatione. Cic. 1. de Invent. 5. Hoc ſi forte non natura modo, neque exercitatione conficitur, verum etiam artificio quodam comparatur.

Magna cura, multa opera, & labore conficere aliquid. Cic. 16. Att. 17.

Verbis aliquem conficere, pro Refutare dixit Plaut. Pſeud. 1. 5. 49.

Vi manuque conficere aliquid. Cic. 1. Off. 76.

Amanter diligenterque conficere aliquid. Cic. 2. Att. 4.

Conficere nucem. Plin. Nucem dentibus conficere, ac plagæ imponere. h. e. Maſticando conterere, & comminuere. [Niſi error eſt. V. lib. 23. Sect. 77. extr.

Conficere hominem. Donatus in Eun. Terentii 5. 4. 6. Proprie (inquit) hoc verbum convenit gladiatoribus iis, qui graviſſimis vulneribus occubuerunt. Sic Cic. 2. in Catil. 24. Gladiatori illi confecto & ſaucio. Idem 7. Verr. 13. Plagis confectum dico a lictoribus tuis civem Roman. ante oculos tuos concidiſſe.

Ignes conficiunt ſilvas, i. e. Conſumunt. Lucret. lib. 1. 905.

Pavor attonitos confecerat hoſtes. Lucan. lib. 6. 131.

Sica conficere aliquem. Cic. pro Milon. 38.

Conficere, abſolute, pro Occidere. Tacit. 1. Ann. 6. Quem ignarum inermumque ægre confecit. V. etiam 4. Ann. 7. 3.

Conficere, per translationem, pro Gravare, opprimere, & vehementer afficere. Plin. 8. Epiſt. 16. Confecerunt me infirmitates meorum. Cic. 3. Att. 8. Itaque quum meus me mœror quotidianus lacerat, & conficit, tum vero hæc addita cura vix mihi vitam reliquam facit. Conficit, i. e. Conſumit, & tabeſcere facit.

Quos in foro, quos in ambitione, quos in Repub. quos in amicorum negotiis res ipſa ante confecit, quam poſſemus, &c. Cic. 1. de Orat. 79.

Confectatus eſt & confecit. Cic. 2. de Invent. 111. Quod tamen excurſionibus & latrociniis infeſtam provinciam redderent, confectatus eſt & confecit. Subaudi Ex ſuperioribus, quoſdam in Gallia.

Conficere aliquam virginem. Ter. Eun. 5. 4. 6.

— virginem
Quam amabat, eam confeci ſine moleſtia,
Sine ſumptu, ſine ſtipendio.

Ubi Donatus, Si dixiſſet, Amorem confeci, poſſet intelligi, confeci, expedivi, perfeci. At vero Virginem confeci quid intelligemus, niſi hoc unum quod inſultat Parmeno, Confectam virginem, quaſi dicat Superatam, atque devictam? [Sed ſatius eſt priorem expoſitionem ſequi.

Angore confici. V. angor & partic. confectus.

Curis confici. Cic. 4. Fam. 23. & 1. de Fin. 59.

Deſiderio alicujus incendi & confici. Cic. in Orat. 33.

Dolore & pudore confici. Cic. 14. Fam. 3.

Doloribus ſummis. Cic. 5. de Fin.

Fame. Cic. 3. Off. 29.

Frigore. Cic. 3. Off. 29.

Se conficere. Cic. 10. Fam. 17. Ego eum non ſolum hortatus ſum: verum etiam coegi iſto proficiſci, quod & illa valetudine magis conficere ſe, quam me juvare poſſet in caſtris.

Solicitudo me conficit. Cic. 11. Att. 4. extr.

Vetuſtas omnia conficit & conſumit. Cic. pro Marcell. 11.

Conficere, variis nominibus jungitur. ut, Conficere ambulationem pomeridianam in aliquo loco. Cic. 5. de Fin. 1. h. e. Deambulare.

Abſolutionem, Abſolvere. Cic. pro Cluent. 74. In conſilium erant ituri judices triginta & duo, ſententiis decem & ſex abſolutio confici poterat.

Æquor ſpatiis immenſum conficere, Percurrere. Virg. 2. Georg. 541.

Annos aliquot. Cic. 1. Tuſc. 92.

Annos prope centum confecit. Cic. in Orat. 176. h. e. Explevit, vixit.

Annulum, pallium, ſoccos ſua manu conficere. Cic. 3. de Orat. 127.

Argentum alicujus, Diſſipare. Ter. Phorm. 5. 5. 11.

Ne quum hic non videant me, conficere credant argentum ſuum.

Bellum, Pugnare. Plin. lib. 16. cap. 36. Calamis Orientis populi bella conficiunt.

Bellum conficere, pro Finire & abſolvere. Cic. 5. Fam. 10. Nam ſi hoc expectandum eſt, dum totum bellum conficiam.

Bibliothecam alicui. Cic. 1. Att. 7. Et velim cogites (id quod mihi pollicitus es) quemadmodum bibliothecam nobis conficere poſſis.

Cibos. i. e. Concoquere, & quod vulgo dicunt Digerere. Plin. lib. 11. cap. 37. Poſtea arteria & ſtomachus denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos cibos.

Cibos etiam conficere, pro Commanducare, vel ſubigere. Liv. lib. 2. 32.

Cibos conficere, pro Ad eſum præparare. Columel. lib. 12. cap. 3. Poſt quæ ad cibum conficiendum vaſa conſtituebantur: inde quæ ad lavationem. Paulo poſt, Quæ ad cibaria coquenda & conficienda pertinent.

Curſum, Navigationem. Cic. 5. Att. 15. Hinc Scyrum, deinde Delum, utroque citius quam vellemus, curſum confecimus.

Curriculum vivendi, a natura datum recte & honeſte conficere. Cic. de Univ. 38.

Curſus annuos Sol conficit. Cic. 1. de Nat. Deor. 88.

Diem. Plaut. Trin. 3. 3. 78. Longo ſermone utimur, diem conficimus.

Diem extremum morte. Cic. 3. de Fin. Quum extremum vitæ diem morte confecerit.

Eſcas, dicuntur dentes intimi. Cic. 2. de Nat. Deor. 137.

Exercitum. Cic. 8. Att. 11. Reges barbaros incitare, gentes feras armatas in Italiam adducere, exercitus conficere maximos.

Exercitum difficili Reipub. tempore conficere. Cic. pro Lege Manil. 61.

Facinus. Cic. pro Roſc. Amer. 76.

Famam. Cic. de Clar. Orat. 259. Catulus erat ille quidem minime indoctus: ſed tamen ſuavitas vocis, & lenis appellatio litterarum bene loquendi famam confecerat. h. e. Ei pepererat, acquiſierat.

Flagitium. Ter. Phorm. 5. 2. 5. Dum aliquid flagitii conficiat.

Funera juſta. Cæſ. 6. Bell. Gall. cap. 19. extr. Ac paulo ſupra hanc memoriam ſervi & clientes, quos ab iis dilectos eſſe conſtabat, juſtis funeribus confectis, una cremabantur. Al. Funebribus.

Iter. Cæſ. 4. Bell. Gall. cap. 4. Atque hoc omni itinere una nocte equitatu confecto, inſcios, &c.

Juriſdictionem. Cic. 2. Fam. 12. Quoniam juriſdictionem confeceram, civitates locupletaram.

Legationem & mandata conficere. Cic. pro Planc. 28.

Librum, pro Scribere & componere. V. confectio.

Ligna ad fornacem. Cato cap. 16. Calcarius perficit & coquit, & ex fornace calcem eximit, & ligna conficit ad fornacem.

Malum alicui. Ter. Heaut. 5. 3. 1.

Profecto, niſi caves tu homo, aliquid gnato conficies mali.

Mandata. Cic. 9. Philipp. 6. At ille properans, feſtinanſque, mandata noſtra conficere cupiens, &c.

Mandata alicujus digerere, perſequi, conficere. Cic. 2. Q. frat. 13.

Motus animorum. Cic. 2. de Orat. 324.

Munus annuum. Cic. 2. Fam. 11.

Munus ſuſceptum. Cic. 2. de Orat. 11.

Negotium. Cæſ. 3. Bell. Gall. cap. 15. Quæ quidem res ad conficiendum negotium maxime fuit opportuna.

Negotium per aliquem conficere. Cic. 1. Att. 3.

Negotium ex ſententia conficere. Cic. 10. Fam. 17.

Nuptias. Ter. Phorm. 2. 1. 28.

Bonas me abſente hic confeciſtis nuptias. V. infra.

Officium legationis. Cæſ. 3. Bell. Civil. cap. 103. Sed qui ab eo miſſi erant, confecto legationis officio, liberius cum militibus regis colloqui cœperunt. [Puto Regiis ſcribendum.

Opus conficere. Plaut. Capt. 3. 5. 67.

Ornamenta. Cic. pro Sext. 110. Cujus ille ordinis nomen retinet, ornamenta confecit.

Pactiones. Cic. 5. Att. 13. Et eo facilius: quod in noſtra provincia confectæ ſunt pactiones.

Partem perpolire ac conficere orationis. Cic. 2. de Orat. 121.

Patrimonium, Diſſipare. Cic. pro Flacc. 90. Quam non amicus ſuis civibus, qui patrimonium ſatis lautum, quod hic nobiſcum conficere potuit, Græcorum conviviis maluit diſſipare?

Pacem. Cic. pro Flacc. 29. Pacem maritimam ſumma virtute atque incredibili celeritate confecit.

Pacem alicujus in leges ſuas. Ter. Heaut. 5. 2. 45.

— namque adoleſcens quam minima in ſpe ſitus erit,
Tam facillime patris pacem in leges conficiet ſuas.

Peculium grande. Plaut. Merc. prol. 95.

Pecuniam ex re aliqua, pro Curare & parare. Cic. 3. Verr. 138. Negat illa poſſe hominem exorari: permagnam eum dicere ex illa re pecuniam confici poſſe.

Penſum. Plaut. Merc. 2. 3. 81.

Ea molet, conficiet penſum, pinſetur flagro &c.

Penſum, aliter. Plaut. Perſ. 2. 4. 1.

Penſum meum quod datum eſt, confeci: nunc propero domum.

Sic, Conficere opus. Idem Capt. 3. 5. 67.

Porticum mille paſſuum. Cic. 4. Att. 15. In campo Martio ſepta tributis comitiis marmorea ſumus & tecta facturi, eaque cingemus excelſa porticu, ut mille paſſuum conficiatur.

Prandium. Plaut. Men. 3. 2. 4.

Profeſſionem conficere, eſt Profiteri rem ſuam eſſe, & edere numerum ejus vel modum, vel æſtimationem apud magiſtratum, ut in cenſu, quod vicaria etiam alterius opera fieri interdum, auctoritatem dum præſtaret, poterat. Cic. 16. Fam. 23. Tu vero confice profeſſionem ſi potes, &c. Ex Turnebo.

Rationes. Cic. 6. Att. 7.

Reditum alicui, pro Impetrare & efficere ut redeat aliquis. Cic. 9. Fam. 13. Reditum ſi me tantum amas, quantum certe amas, hominibus confice. V. & Suet. Cæſ. 5.

Rem. Cæſ. 1. Bell. Civil. cap. 72. Cæſar in eam ſpem venerat, ſe ſine pugna & ſine vulnere ſuorum, rem conficere poſſe.

Rem conficere, i. e. Patrimonium conſumere. Cic. Poſt redit. in Senat. 10. Qui quum ſuam rem non minus ſtrenue quam poſtea publicam confeciſſet, egeſtatem & luxuriam domeſtico lenocinio ſuſtentavit.

Sacra. Cic. 13. Fam. 12. Quibus & ſacra conficere, & ſarta tecta ædium ſacrarum locorumque communium, tueri poſſint.

Sermonem. Cic. 1. de Orat. 27. Cæſ. 1. Bell. Civil. 8. Is reliquo ſermone confecto, cujus rei cauſa venerat, habere ſe a Pompeio ad eum privati officii mandata demonſtrat.

Significationem. ut, Exclamatio eſt, quæ conficit ſignificationem doloris. Auct. ad Heren. lib. 4. 23.

Solicitudines alicui. Ter. And. 4. 1. 26.

Quantaſque hic ſuis conſiliis mihi confecit ſolicitudines.

Spatia eadem conficere. Cic. 1. de Nat. Deor. 88.

Stadia aliquot vario ſermone. Cic. 5. de Fin. 1. Itaque ad tempus ad Piſonem omnes: inde vario ſermone ſex illa a Dipylo ſtadia confecimus.
Tabulas. Cic. 3. Verr. 60. Audimus aliquem tabulas nunquam confeciſſe, quæ eſt opinio hominum de Antonio falſa.
Tempus annuum. Cic. 15. Att. 15.
Tunicas hibernas. Plaut. Mil. 3. 1. 93.

—eme, mi vir, lanam, unde tibi pallium
Malacum & calidum conficiatur, tunicæque hibernæ bonæ.

Veſtem. Columel. lib. 12. cap. 3. Nihil enim nocebit, ſi ſibi atque actoribus, & aliis in honore ſervilis veſtis domi confecta fuerit, quo minus patris familias rationes onerentur.
Viam longam. Cic. de Senect. 6.
Celeritate incredibili longiſſimas vias conficere. Suet. in Cæſ. cap. 57.
Vim divinam. Cic. 2. de Divin. 117. Quæ vetuſtas eſt, quæ vim divinam conficere poſſit? h. e. Omnino perdere, & in nihilum redigere, atque conſumere. De oraculo Delphico, ubi jam deſierant reſponſa dari.
Vulnus acerbum. Virg. 11. Æn. 824.
Cum aliquo conficere, pro tranſigere. Cic. 7. Fam. 2.
Cum aliquo de re aliqua conficere. Cic. 12. Att. 19. pr.
Ex quo conficitur, ut ſi leges duæ, aut ſi plures, &c. Cic. 2. de Invent. 72. i. e. Ex quo concluditur.
Confectum eſt. Cic. in Topic. 29. Nondum eſt ſatis: adde, nec ea aut legata teſtamento, aut poſſeſſione retenta, confectum eſt.

CONFICIENS, entis. [διεργαζόμενος, διαπονούμενος] Partic. Qui conficit. Conficientiſſima litterarum civitas, Quæ omnia ſcribit quæ agit. Cic. pro Flacc. 44. Cum civitate mihi res eſt acerrima, & conficientiſſima litterarum, in qua nummus moveri nullus poteſt ſine quinque Prætoribus, tribus Quæſtoribus, quatuor menſariis, qui apud illos a populo creantur. Sic Efficiens. H. St.
Conficientes cauſæ & Efficientes, pro iiſdem. Cic. in Partit. 94.
Bonorum conficientia, pro Iis quæ bona conficiunt. Cic. 5. de Fin. 81. Sed hæc quum corporis bona ſint, eorum conficientia certe in bonis numerabis, amicos, liberos, propinquos, divitias, honores, opes.

CONFECTUS, a, um. Partic. [κατειργασμένος, καταπεπονημένος] Cic. 2. Off. 2. Nec me angoribus dedi, quibus eſſem confectus.
Confectus cæde, Interfectus. Sen. Herc. fur. 13.
Confectus ac trucidatus. Cic. de Aruſp. Reſp. 2. Haud poteſt gravioribus a me verbis vulnerari, quam eſt ſtatim in facto ipſo a graviſſimo viro P. Servilio confectus ac trucidatus.
Confectis æſtivis. Cic. 3. Fam. 9.
Ævo confectus. Virg. 11. Æn. 85.
Cibo. Cic. 2. in Catil. 10.
Calore & ſpiritu cocta & confecta quæ in alvo ſunt, in reliquum corpus dividuntur. Cic. 2. de Nat. Deor. 137.
Corpore & animo confecta mulier. Cic. 14. Fam. 4.
Cruciatu confectus maximorum dolorum. Cic. 11. Att. 11.
Dolore aſſiduo confectus. Catul. 63. 1.
Dolore animi. Cic. pro Muren. 86.
Fame, frigore, inopia rerum omnium. Cic. 1. in Catil. 26.
Flammis confecta. Valer. 6. Argon. 384.
Laboribus, concurſationibuſque confectum graviter ſe habere. Cic. 10. Fam. 17.
Mærore confectæ virgines. Curt. 3. 11. 25.
Squalore ſordidus, confectus morbo, lacrymis ac mærore perditus. Cic. pro Muren. 86.
Senecta. Ovid. 6. Met. 37.
Summa ſenectute. Cic. in Piſon. 84.
Senio. Claud. de Bell. Gild. 446.
Vino, luſtriſque. Cic. 2. Philipp. 6. Quum omnes impuritates pudica in domo ſuſciperes, vino luſtriſque confectus.
Vino, ganeis, lenociniis, adulteriiſque. Cic. pro Sext. 138.
Vulneribus. Cic. Poſt redit. ad Quir. 5.
Ætas confecta annis. Columel. lib. 1. cap. 8.
Artus confecti languent. Lucret. lib. 3. 960.
Bellum affectum, & pæne confectum. Cic. de Provinc. Conſul. 19.
Bella conſilio togatorum ſuſcepta ſæpe & confecta. Cic. 1. Off. 79.
Cibus confectus coactuſque in jecore, per venam cavam ad cor perlabitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 138.
Civitas ab aliquo confecta. i. e. Everſa. Cic. de Aruſp. Reſp. 42.
Civitas confecta ſenio eſt. Cic. pro Milon. 20.
Curſus confecti. Virg. 5. Æn. 362.
Fata. Stat. 9. Theb. 139.
Forma confecta macie. Virg. 3. Æn. 590.
Latinæ confectæ. Lucan. 1. 550.

—& oſtendens confectas flamma Latinas.

Ubi Interpr. Latinas ferias perditas oſtendebat flamma, quæ ſe extis impoſitis dividebat. V. etiam lib. 5. 402. & Gronov. Obſerv. 4. 25.
Lex. ut, Eadem ratio, quum eſt in hominis mente confirmata & confecta, lex eſt. Cic. 1. de Legib. 18.
Munus confectum carmine. Catul. 66. 149.

Hoc tibi quod potui confectum carmine munus,
Pro multis aliis redditur officiis.

Pectora magno confecta labore. Tibul. lib. 1. 7. 39.
Res confecta eſt. Cic. 8. Att. 4. i. e. Actum eſt de Italia. *C'en eſt fait, Tout eſt perdu.*
Stipendia. Cic. pro Lege Manil. 26. Partem militum, qui jam ſtipendiis confectis erant, dimiſit.
Tabulæ litteris Græcis confectæ. Cæſ. 1. Bell. Gall. 29. In caſtris Helvetiorum tabulæ repertæ ſunt litteris Græcis confectæ.
Victoria. Cic. 14. Philipp. 1. Paulo ante dixit, Victoriam quæ parta eſt.

CONFECTIO, ōnis. f. [ἀπεργασία, διάπραξις] Cic. pro Flacc. 10. Nec tabulæ creditoris proferuntur, nec tributi confectio ulla recitatur.
Annalium confectio. Cic. 2. de Orat. 52.
Libri. Cic. de Senect. 1. Mihi quidem ita jucunda fuit hujus libri confectio.
Belli confectio. Cic 14. Philipp. 1.
Eſcarum confectio a lingua adjuvari videtur. Cic. 2. de Nat. Deor. i. e. Ciborum comminutio.
Confectio, Medicamentorum immiſtio, ſeu compoſitio. Gell. lib. 17. cap. 16. de Mithridate rege loquens, Solitumque earum ſanguinem miſcere medicamentis, quæ digerendis venenis valent: eumque ſanguinem vel potentiſſimum eſſe in ea confectione.

CONFECTOR, ōris. m. [λυμαντὴς, διαπράκτωρ] Cic. 2. de Nat. Deor. 41. Atque hic noſter ignis, quem uſus vitæ requirit, confector eſt & conſumptor omnium: idemque quodcunque invaſit, cuncta diſturbat ac diſſipat.
Æris confectores. Spon. Miſcell. Erud. Antiq. p. 221. i. e. Qui in fodinis & officinis æs præparant.
Belli confector. Cic. 10. Fam. 20.
Coriorum confector. Firmic. lib. 3. cap. 9. & 12.
Ferarum confectores. i. e. Occiſores. Suet. Aug. 43. V. ibi Pitiſc.
Negotiorum confector. Cic. 4. Verr. 108.

CONFECTRIX, īcis. f. Lactant. 7. 11. ex Ciceronis incerto loco: Confectrix omnium rerum vetuſtas. i. e. Quæ conficit & conſumit.

CONFECTŪRA, æ. f. [σκευασία] Plin. lib. 13. cap. 12. Proximum amphitheatricæ datum fuerat a confecturæ loco.
Mellis confectura. Columel. lib. 9. cap. 14.

CONFECTORIUM, i. n. Gloſſ. Gr. Lat. χοιροσφαγεῖον, Confectorium. V. Voſſ. 2. Rhet. p. 237.

CONFECTUARIUS, i. m. Idem ac Confector feræ. Ita vocari confectuarios in veteri Inſcriptione obſervat Scalig. ad 4. Manil. p. 286.

CONFICTIO, CONFICTUS. V. CONFINGO.

CONFIDEJUSSOR, ōris. m. Qui cum alio fidejubet. *Contrepleige.* Modeſtinus l. ut fidejuſſor. D. de fidejuſſ. & mandat. Ut fidejuſſor adverſus confidejuſſorem ſuum agat, actio danda non eſt; ideoque ſi ex duobus fidejuſſoribus ejuſdem quantitatis, alter electus a creditore totum exſolverit, nec ei ceſſæ ſint actiones: alter nec a creditore, nec a confidejuſſore recte convenietur.

CONFĪDO, īſus ſum, [πείθομαι, θαῤῥέω] ĕre. ſignificat Credere & exiſtimare, tum in præterito, tum in præſenti, tum in futuro: auctore Valla lib. 5. cap. 47. V. paulo infra Confidere & Credere. Habet etiam præteritum activæ terminationis Confidi, Liv. 44. 13. Nec tum mœnia modo, ſed agros etiam confiderunt ſe a populationibus tueri poſſe. V. Borrich. Cogitt. pag. 288. & ſeq.
Confidere de. ut, Quum de conſuetudine civitatis vel provinciæ confidere quis videtur. Ulpian. in l. quum de conſuetudine. D. de legibus.
De ſalute confidere. Cæſ. 2. Bell. Civil. 5.
Confidere in. ut, Quippe qui in illorum ſibi confidere multitudine. Hirt. de Bell. Afric. cap. 19. [Lego Confideret.
Confidere & credere. Liv. 2. Et Conſules magis non confidere, quam credere ſuis militibus. Qui locus non parum habet difficultatis, proinde ſic explicandus. Credimus illis, quos ſolvendo eſſe putamus: Confidimus iis, quorum benevolentia nos facit ſecuros. Conſules potius non confidebant ſuis militibus, quos averſos alienatoque a ſe animo exiſtimabant, quam de viribus illorum deſperarent. [Legendum forſan, Quam non credere: Plus eſt quippe Confidere, quam Credere. Sed locum non reperi.
Confidere & Metuere, contraria. Ovid. 17. Epiſt. 173.

De facie metuit, vitæ confidit, & illum
Securum probitas, forma timere facit.

Num confidit? Plaut. Pſeud. 4. 7. 107.

Num confidit? ſycophanta hic nequam eſt, nugis meditatur male.

Al. Non confidit.
Nihil nimis oportet confidere. Cic. 1. Tuſc. 78.
Confidere alicui. Cic. 3. de Fin. 25. Atque iſte vir altus & excellens magno animo vere fortis confidere ſibi debet, & ſuæ vitæ & actæ & conſequenti.
Timide confidere alicui. i. e. Non tuto. Ovid. 2. de Arte Am. 143.
Mihi ipſe confido. Cic. de Amicit. 17.
Sibi confidere. Cic. pro Flacc. 5.
Arcæ alicujus confidere. Cic. 1. Att. 9.
Bono fragili confidere. Sen. Hippol. 6.
Bonis ſuis Cic. 5. Tuſc. 40.
Cauſæ. Cic. 1. de Fin. 1.
Cauſæ ſuæ ferocius. Cic. 8. Att. 9.
Conſtantiæ alicujus parum. Cic. 16. Att. 16.
Figuræ ſuæ. i. e. Pulchritudini. Ovid. 10. Met. 69.
Formæ ſuæ. Lucan. lib. 10. 82.
Optimatibus nihil. Cic. 9. Att. 4.
Rebus afflictis melius. Virg. 1. Æn. 456.

— hic primum Æneas ſperare ſalutem
Auſus, & afflictis melius confidere rebus.

i. e. De afflictis rebus.
Regnis ſuis. Juppiter de Colare mortuo apud Valer. 6. Argon. 625.

Hei mihi ſi duræ natum ſubducere ſorti
Molior, atque meis auſim confidere regnis.

Virtuti. Cæſ. 3. Bell. Civil. 24.
Virtuti conſtantiæque alicujus. Cic. 5. Philipp. 1.
Confidere cum ablativo poſuit Cic. 5. Tuſc. 8. Cujus ingenium & eloquentiam quum admiratus eſſet Leon, quæſiviſſe ex eo, qua maxime arte confideret.
Confidere cum Ablat. ut bene contra Servium Lancelotus ſcripſit. Deſpaut. 317. Item confiſus cum Accuſ. apud Statium, ut quidem legit Priſc. ſed Confeſſus in aliis exempl. V. idem Deſp. ibidem. H. St.
Animo confidere. Cic. 1. Q. frat. 2. Sperent ſuperiores fore nos, confidant animo, ut in hac Repub. ne caſum quidem ullum pertimeſcat.
Animo & ſpe confidere. Hirt. de Bell. Afr. cap. 1. extr. Tamen non deterrebatur, animo & ſpe confidebat.
Firmitate corporis & fortunæ ſtabilitate confidere. Cic. 5. Tuſc. 40.
Voluntate aliquorum. Cic. 8. Att. 19.
Confidere cum verbo. ut, Confido fore, ut alio genere litterarum utamur. Cic. 16. Att. Epiſt. penult. Sic,
Confido rem, ut volumus, eſſe. Cic. 6. Att. 7.
De futuro. Cic. 11. Fam. 8. Ita enim ſperant atque confidunt, ut antea rege, ſic hoc tempore regno te Rempub. liberaturum.
De præſenti. Cic. 3. Off. 3. Quanquam a Cratippo noſtro, principe hujus memoriæ philoſophorum, hæc te aſſidue audire atque accipere confido.
De præterito. Cic. 7. Verr. 176. Ego mei jam rationem officii confido eſſe omnibus iniquiſſimis meis perſolutam.

CONFĪDENS, entis. [θραςὺς, θαῤῥαλέος] Partic. Audax, nihil timens: tam in bonum, quam in malum accipitur. Frequentius tamen in malum. V. mox CONFIDENTIA.
In bonum. Plaut. Merc. 5. 2. 14.

— o Cupido quantus es?
Nam tu quemvis confidentem facile tuis factis facis:
Eundem ex confidente actutum diffidentem denuo. Idem Capt. 3. 5. 8.

In malum. Ter. Phorm. 1. 2. 73.
— eſt paraſitus quidam Phormio,
Homo confidens, qui illum dii omnes perduint. Ubi Donatus, Hic Confidens pro Improbo, audace & temerario poſuit. ut, O ingentem confidentiam! Plaut. Amph. 1. 1. 1.
Qui me alter eſt audacior homo? aut qui confidentior?

Homo durus, confidens, tumidus, amari ſermonis. Hor. 1. Serm. 7. 7.
Nequam eſt homo ille atque confidens. Cic. 7. Philipp. 4.
Confidens, Conſtans, inquit Donatus. Ter. And. 5. 2. 14.
Neſcio quis ſenex modo venit: ellum, confidens, catus.

Superl. Virg. 4. Georg. 445.
Nam quis te, juvenum confidentiſſime, noſtras
Juſſit adire domos? h. e. Audaciſſime.

Gallum confidentiſſimum fudit alitis propugnatione Valerius. Ammian. 24. 11.
Mendacium confidentiſſimum. Apul. Apol. p. 318.

CONFIDENTIA, æ. f. [θάῤῥος, θάρσος] Plaut. Mil. 2. 2. 74.
Tute unus ſi recipere hoc ad te dicis, confidentia eſt
Nos inimicos profligare poſſe.

Confidentia & Fidentia, differunt, ut Cic. 3. Tuſc. 14. oſtendit, his verbis, Qui fortis eſt, idem fidens, quoniam confidens mala conſuetudine loquendi in vitio ponitur, ductum verbum a confidendo, quod laudis eſt. Qui autem eſt confidens, is profecto non extimeſcit, &c. Hæc Nonius.
Afferre confidentiam. In AFFERO.
Amittere confidentiam. In AMITTO.
Habere confidentiam in ventre. Plaut. Capt. 4. 2. 32.
Confidentia, ſæpius in malam, Fiducia in bonam partem accipitur, auctore Donato. Ter. Eun. 5. 1. 23.
Vide amabo, ſi non quum aſpicias, os impudens
Videtur. T. non eſt. P. tum quæ ejus confidentia eſt?

An Fidentia? Vide Append. in Varr. cap. 19. H. St.
Improbitas & confidentia. Cic. pro Cæcin. 2. Quaſi vero aut in judicio poſſit idem improbitas, quod in vi confidentia.
Confidentia & temeritas. Cic. 2. Philipp. 104. Jam intelliges aliam cauſam eſſe haſtæ Cæſaris, aliam confidentiæ & temeritatis tuæ.
Ingens confidentia. V. INGENS.
Videte quo vultu, qua confidentia dicat. Cic. pro Flacc. 10.
Scapularum confidentia. i. e. Duritia. Plaut. Aſin. 3. 2. 3. Nonius.
Confidentia, Conſtantia. Cic. 3. de Rep. Duas ſibi res, quo minus in vulgus & in foro diceret, confidentiam & vocem defuiſſe. Nonius.

CONFIDENTILOQUUS, a, um. [θρασυνολόγος] dictio a Plauto conficta in Trin. 1. 2. 164.
Nihil eſt profecto ſtultius, neque ſtolidius,
Neque mendaciloquius, neque argutum magis,
Neque confidentiloquius, neque perjurius,
Quam, &c.

CONFIDENTER, Adverb. [θαῤῥαλέως] Plaut. Capt. 3. 5. 6.
At ut confidenter mihi contra aſtitit.

Spurce, ſuperbe, perfidioſe, crudeliter, confidenter, malitioſe, flagitioſe factum. Auct. ad Heren. lib. 1. 8.
Facere confidenter. Plaut. Mil. 2. 5. 59.
Colloqui. Cic. 2. de Orat. 28.
Reſtare confidenter in aliqua re. Ter. Heaut. 5. 3. 6.
In qua re nunc tam confidenter reſtas, ſtulta? S. ego neſcio.

Compar. Cic. pro Cœl. 44. Dicam enim jam confidentius de ſtudiis ejus honeſtis, quoniam audeo quædam, fretus veſtra ſapientia, libere confiteri.
Loqui confidentius. Cic. 2. de Orat. 28.
Superl. Reſiſtere confidentiſſime. Auct. ad Herenn. lib. 3. 8.

CONFĪSUS, a, um. [τεθαῤῥηκὼς] Partic. ut, Ruſticus confiſus plenis agris. Tibull. 2. 1. 21.
Benevolentiæ confiſus. Curt. 4. 10. 16. Satis confiſus Græcorum erga ſe benevolentiæ ac fidei.
Cælo ſereno nimium confiſus, Cæli deceptus fraude ſereni. Virg. 5. Æn. 870.
Copia & facultate cauſæ confiſus. Cic. pro Roſc. Com. 2.
Flore primævæ juventæ. Sil. lib. 16. 406.
Pelago ſereno. Virg. 5. Æn. 870.
Remis minutis. Propert. 1. 11. 9.
Urbe. Cic. 12. Fam. 14.
Confiſus amari, Credens ſe amari. Tibul. lib. 1. 9. 45.
Tum miſer interii, ſtulte confiſus amari.

Confiſus cum Accuſ. V. in ipſo verbo.

CONFISIO, ōnis. f. [θάῤῥη] Cic. 4. Tuſc. 80. Et ſi fidentia, id eſt firma animi confiſio, ſcientia quædam eſt, & opinio gravis, non temere aſſentiens.

CONFĪGO, xi, xum, [συμπήγνυμι, καθηλόω, πεσσαλίζω] ĕre. Idem quod Figere. ut, Configere tabulam aculeis. Columel. lib. 7. cap. 3.
Configere ſagittis aliquem. Cic. 4. Acad. 89. Quid apud Euripidem Hercules, quam ut Euriſthei filios ita ſuos configebat ſagittis, quum, &c.
Oculos cornicum configere. Cic. pro Muren. 25. Proverbium eſt. V. Eraſm.
Configere tabulas inter ſeſe. Cato R. R. cap. 21.
Configere ſuas curas in Reip. ſalute. Cic. 7. Philipp. 5. Hunc ipſum mihi hominem familiariſſimum, niſi talis Conſul eſſet, ut omnes vigilias, curas, cogitationes in Reipub. ſalute configeret, Conſulem non putarem.

CONFIXUS, a, um. Partic. [σύμπηκτος] ut, Confixus cuſpide. Lucan. lib. 3. 621.
Pereunt confixi a ſociis. Virg. 2. Æn. 429.
Sagittis confixus. Sen. Herc. OEth. 7.
Telis. Ovid. 2. de Pont. 7. 15.
Texit confixum telorum ſeges. Virg. 3. Æn. 45. de Polydoro,
— hic confixum ferrea texit
Telorum ſeges, & jaculis increvit acutis.

Sententiis confixus, Tranſlate. Cic. 12. Philipp. 8. Meminerant ejus ſententiis confixum Antonium, L. Cæſarem fortem quidem illum, & conſtantem Senatorem.
Senatuſconſultis. Cic. de Aruſp. Reſp. 8.

Facere confixum. i. e. Configere. Cic. 2. de Orat. 253. ex Lucil.
Quid? Decius, Nuculam an confixum vis facere? inquit. Hic autem eſt uſus ambiguo. Nam ſermone Confixum facimus, quemadmodum mucrone aut alia re. Significat autem Verbis aliquem exagitare.

CONFIXILIS, e. Apul. 4. Mileſ. p. 148. Confixilis machina, i. e. Pegma. V. Lipſ. de Amphith. cap. 22.

CONFĬGŪLO, āre. Idem ac Fingere; unde

CONFIGULĀTUS, a, um. legitur in ſacro Syllabo Paulini Aquileienſis: Configulata ſummi artificis manu terra.

CONFĬGŪRO, [σχηματοποιοῦμαι] āre. Columel. lib. 4. cap. 20. Ne pravitas ſtatuminum ad ſimilitudinem ſui vitem configuret. Sic Macrob. 5. Saturn. cap. 11.

CONFIGURATUS, a, um. Lactant. 7. 4. Homo ex rebus diverſis ac repugnantibus configuratus.
Simulacra configurata. Idem 1. 17.

CONFIGURATIO, ōnis. f. Tertull. de Pudicit. cap. 8. Chriſtianus admittitur ad configurationem minoris.

CONFINDO, ĕre. Tibull. 4. 1. 173.
Et ferro tellus, pontus confinditur ære.

CONFINGO, inxi, ictum, [συμπλάττω] ĕre. nihil amplius fere quam Fingo ſignificat, præterquam quod compoſitio nonnihil addit vehementiæ, quemadmodum in pleriſque aliis. Plin. lib. 10. cap. 33. Hirundines eadem materia nidos confingunt. Idem lib. 12. cap. 5. Apes favos confingunt & ceras. i. e. Formant vel componunt.
Confingere, ſignificat etiam Cominiſci & commentari. ut, Confingere rationes. Columel. lib. 1. cap. 8. Ter. Phorm. 1. 2. 81.
— omnia hæc
Confingam, quod erit mihi bonum atque commodum.

Confingere & comminiſci aliquid. Auctor ad Heren. lib. 2. 12.
Crimen in aliquem. Cic. 4. Verr. 90. Concedes non hoc crimen nos in te confingere.
Dolum inter ſeſe. Plaut. Capt. prol. 35.
Hice autem inter ſeſe hunc confixerunt dolum.

Inſidias ſibi ab eo paratas confingit. Juſtin. lib. 32. cap. 2. extr. De Perſeo.
Rumorem. Auctor ad Heren. lib. 2. 12.
Confingere aliquid ab alio cogitatum eſſe. Cic. pro Rege Deiot. 16. Id vos & a viro optimo, & ab homine minime ſtulto, cogitatum eſſe confingitis.

CONFICTUS, a, um. Partic. [συμπεπλασμένος] ut, Confictæ lacrymæ. Ter. And. 3. 3. 26. Conficta fabula. Auctor ad Heren. 2. 12.

CONFICTIO, ōnis. f. [σύμπλασμα] Cic. pro Roſc. Amer. 35. Criminis confictionem Erucius ſuſcepit.

CONFICTOR, ōris. m. Paulinus Nolan. Epiſt. 21. n. 4. Manichæus veri creatoris negator, & falſi confictor.

CONFICTRIX, īcis. f. apud Mart. Capell.

CONFICTILIS, e. Adj. &

CONFICTITIUS, a, um. Idem. apud Firmicum.

CONFICTITO, āre. frequent. Nævius apud Varr. L. L. 6. 6.

CONFĪNIS, e. [ὅμορος, σύνορος] Qui eodem loco finitur. Liv. 4. 49. pr. Excurſiones inde in confinem agrum Labicanum factæ erant. Plin. lib. 12. cap. 20. Tarum invehitur per Nabathæos, Troglodytaſque confines.
Caput confine collo. Ovid. 1. Met. 718.
Oris confinibus. Valer. 2. Argon. 633.
Vitia virtutibus confinia. Senec. Epiſt. 120.
Confinis, genitivo jungitur. Auctor ad Heren. lib. 4. 17. Qui in mediocre genus orationis profecti ſunt, ſi pervenire eo non potuerunt, errantes perveniunt ad confine genus ejus generis, quod appellamus fluctuans & diſſolutum.
Confinis, dativo jungitur. ut, Confinis Æthiopiæ eſt. Plin. lib 8. cap. 10.
Confinis, per tranſlationem, quod prope Idem eſt & Simile. Quintil. lib. 6. cap. 4. Ei confine eſt quod dicitur per ſuſpicionem.
Confines & Vicini differunt: nam Confines dicuntur, Quorum prædia linea tantum diſtincta ſunt: vel Quorum unius finis, alterius etiam finis eſt. Vicini vero, Quorum prædia parietibus diſterminata ſunt. Itaque Confinium in ruſticis, Vicinitas in urbanis prædiis ponitur, uti docet Paul. l. 4. in fin. D. fin. regund. Hotom.

CONFINE, is. n. [μεθόριον] Valer. 6. Argon. 374.
Heu pudor: inde Lycen ferit ad confine papillæ,
Inde Thoen.

In confinibus hoſtis arcendus eſt. Sen. lib. 1. de Ira. 8.

CONFĪNIUM, i. n. [μεθόριον] Terminus agrorum. Columel. lib. 3. cap. 5 pr. Mediocritas in electione loci maxime probatur: quoniam in confinio boni malique poſita eſt. Plin. lib. 6. cap. 9. Confinium Caſpii maris.
Vicinitates & confinia. Cic. 2. Off. 63. Convenit autem cum in dando munificum eſſe, tum in exigendo non acerbum: in omnique re contrahenda, vendendo, emendo, conducendo, locando, vicinitatibus & confiniis æquum & facilem, multa multis de jure ſuo cedentem. i. e. Vicinis & Confinibus.
Loci alicujus ad confinia. Valer. 8. Argon. 180.
Lucis & noctis confinium, dicitur Crepuſculum. Apul. 2. Met. p. 122. Ad confinia lucis uſque pervigiles erimus. Et Ovid. 4. Met. 399.
Jamque dies exactus erat, tempuſque ſubibat,
Quod tu nec tenebras, nec poſſis dicere lucem;
Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.

Mortis confinia. Apul. 11. Met. p. 268.
Terræ alicujus confinia, i. e. Loca vel oppida adjacentia. Lucan. lib. 3. 275.
Ponere in confinio arbores. Ulpian. in l. 2. D. finium regundorum, Neque enim multum intereſt, arbores quis in confinio, an ædificium ponat.
Prope confinium arbor poſita, ſi etiam in vicinum fundum radices egerit, communis eſt. Caius in l. adeo. §. ult. D. de acquir. rer. domin.
Arctum confinium ſalutis & exitii. Paterc. lib. 2. 124. pr. In quam arcto ſalutis exitiique fuerimus confinio, mihi tam feſtinanti exprimere non vacat.
Breve confinium artis & falſi apud Tacit. 4. Ann. 58. pro Similitudine vel affinitate.

CONFINITIMUS, a, um. Gell. 1. 4. Officia virtutum confinitima.

CONFĪO, [διαπεράττομαι] ĭĕri. paſſivam habet ſignificationem. Cæſ. 7. Bell. Gall. cap. 58. Poſtquam id difficilius confieri animadvertit. Balbus & Oppius Ciceroni, 9. Att. 8. Te hortari deſineremus, ut velles rebus intereſſe: quo facilius, & majore cum dignitate per te, qui utrique es conjunctus, res tota confieret.

Res

Res confit utroque modo. Lucret. lib. 4. 292.
Confore, [συντελεσθήσεσθαι] futurum tempus infinitivi modi. Ter. And. 1. 1. 140.

—restat Chremes,
Qui mihi exorandus est: & spero confore. Ubi Donatus, Confore, ab eo quod est Confit, i. e. Perficitur: futurum tempus infinitivi modi Confore facit, i. e. Perfectum iri. Sic Adelph. 5. 8. 23.
—verum quid ego dicam? hoc confit quod volo. Al. Cum fit. Confieri, i. e. Perfici. Unde Confectum negotium dicitur, vel confecta res, Quæ ad plenum perficitur. Virg. 4. Æn. 116.
—nunc qua ratione quod instat
Confieri possit paucis (adverte) docebo. Hæc Donatus.

CONFIRMO, [βεβαιόω, κατασκευάζω, στηρίζω, δυναμόω, κραταιόω] āre. Firmum facere. Cic. pro Lege Manil. 24. Mithridates autem & suam manum jam confirmarat, &c.
Educare & confirmare ars dicitur ea, quæ sunt orta jam in nobis & procreata. Cic. 2. de Orat. 356.
Erigere se & confirmare. Cic. 1. Q. frat. 3. Erige te & confirma, si quæ subeunda dimicatio erit.
Confirmare & excitare aliquem. Cic. 1. Att. 11. Ego recreavi afflictos animos bonorum, unumquemque confirmans & excitans.
Ad voluntatem alterius se. Cic. 1. Fam. 8. Verumtamen ipse me confirmo ad ejus voluntatem, a quo honeste dissentire non possum. Al. Conformo.
Confirmatur cicatricula. Cels. lib. 2. cap. 10. Ideoque protinus brachium deligandum, habendumque ita est, donec valens cicatricula sit, quæ celerrime in vena confirmatur.
Corpus confirmare. Cels. lib. 4. cap. 4. Neque vomitum hujus afferre periculum, etiam quum repetit, si ante confirmare & implere corpus licuit.
Intestina. Cels. lib. 4. cap. 19. Neque enim ulla res magis intestina confirmat.
Membrum. Cels. lib. 8. cap. 10. Tum paxillus removendus, vulnus sanandum est, cicatrix inducta fovenda frigida aqua est, &c. & magis etiam hic quiescendum, donec membrum confirmetur.
Confirmare se dicuntur Qui ex morbo convaluerunt. Cic. 16. Fam. 2. Cura igitur te, & confirma: & quum commode poteris, &c. ad nos veni.
Plane se confirmare alicubi. Cic. 16. Fam. 5. Mihi placebat, si firmior esses, ut te Leucadem deportaret, ut ibi te plane confirmares.
Ætas jam confirmata. Cic. 5. de Finib. 43. In his vero ætatibus, quæ jam confirmatæ sunt, quis est, &c.
Valetudo jam confirmata a morbo. Cic. 10. Att. 19. Valetudinem tuam jam confirmatam esse & a vetere morbo, & a novis tentationibus gaudeo.
Nondum satis confirmatus ad scribendum. Cic. 9. Fam. 11. extr. Ex mœrore sc.
Confirmant se, Qui animum sumunt excusso timore. Cic. 7. Verr. 95. Confirmant ipsi se, quum is etiam tum semisomnis stuperet.
Confirmare se ad omnia. Cic. in quadam oratione.
Aliquem confirmare. Cic. 11. Fam. 9. Plancum quoque confirmetis oro, quem spero pulso Antonio, Reipub. non defuturum.
Alterum confirmare, non est ex causa atque fortuna ejus, cui omnia desunt. Cic. 6. Fam. 3.
Aliquem dictis confirmare. Claud. de Bell. Gild. 424.
Animum confirmare. Plaut. Aul. 2. 8. 1.

Volui animum tandem confirmare hodie meum:
Ut bene haberem filiæ nuptiis.

Animum alicujus sapientissimi & amicissimi hominis auctoritate confirmare. Cic. 6. Fam. 6.
Animos verbis confirmare. Cæs. 1. Bell. Gall. 33. Cæsar Gallorum animos verbis confirmavit.
Ordinem labantem confirmare. Suet. Cæs. 14. V. Bernec. Indicem in Suet.
Confirmare, Asseverare, corroborare, affirmare. Cic. 4. Acad. 23. Maxime vero virtutum cognitio confirmat, percipi & comprehendi multa posse. Idem de Amicit. 10. Nemo unquam erit, &, ut confirmare possum, nemo certe fuit.
Confirmare sese neque legatos missuros, neque ullam conditionem pacis accepturos. i. e. Affirmare. Cæs. 2. Bell. Gall. 15.
Plus est Persuadere, quam Confirmare. Cic. 16. Att. 5. Hoc quum mihi non modo confirmasset, sed etiam persuasisset, egit mecum accurate, &c.
Confirmare & comprobare. Cic. Cupiennio, 16. Att. 16.
Confirmare & Infirmare, contraria. Cic. 2. de Divin. 38. Tu quidem non hostiarum casum confirmas sortium similitudine, sed infirmas sortes collatione hostiarum.
Promittere atque confirmare. Cic. 3. Fam. 10.
Confirmare & Refellere, contraria. Cic. 1. de Orat. 90. Et id quod intenderemus confirmare, & id quod contra diceretur, refellere.
Confirmare & Refutare, contraria. Cic. 2. de Orat. 80. Nostra confirmare argumentis ac rationibus, deinde contraria refutare.
Confirmare & sancire. Cic. 10. Philipp. 1.
Ausim confirmare, i. e. Affirmare. Lucret. lib. 2. 178.
Otii causa aliquid confirmare. Cic. Capitoni, 16. Att. 16. De actis Cæsaris.
Aliquid confirmare de re aliqua. Cic. pro Arch. 14.
De reditu alicujus. Cic. 6. Fam. 6.
Ex rationibus aliquid. Lucret. lib. 2. 179.
Sine ulla dubitatione aliquid. Cic. de Clar. Orat. 25.
Auctoritatibus causam aliquam confirmare. Cic. pro Lege Manil. 71.
Rationibus exquisitis confirmare aliquid. Cic. 1. de Finib. 30.
Ratione omni. Cic. 2. de Lege Agr. 14.
Sermone omnium confirmari. Cic. 7. Verr. 101. Hæc autem istius vituperatio atque infamia confirmabatur eorum sermone, qui &c.
Suffragiis aliquid. Cic. pro Domo 47. Quod factum non est, ut sit factum, ferri ad populum aut verbis ullis sanciri, aut suffragiis confirmari potest?
Crimen commentitium confirmare. Cic. pro Rosc Amer. 42. Ille quomodo commentitium crimen confirmaret, non inveniebat.
Divinationem. Cic. 1. de Divin. 71.
Facinus objectum. Justin. lib. 32. cap. 2. extr. de Perseo.
Opinionem confirmare. Plin. 37. 1. Confirmat hanc eandem opinionem edicto Alexandri magni, quo vetuit, &c.
Pacem confirmare cum aliquo. Cic. 1. Philipp. 2. Pax denique per eum & per liberos cum præstantissimis civitatibus confirmata est.
Perjurium. Cic. 6. Verr. 19. Ut quam minimum dem illis temporis ad meditandum confirmandumque perjurium.

Religionem metu pœnæ. Cic. 2. de Legib. 29.
Spem temporis reliqui. Cic. 1. Verr. 18.
Confirmare aliquem libertati. Cæs. 1. Bell. Civil. 14. Gladiatoresque quos ibi Cæsar in ludo habebat, in forum productos, Lentulus libertati confirmat, atque iis equos attribuit.
Confirmatum est. Cic. 4. Verr. 23.

CONFIRMĀTUS, Partic. [κεκραταιωμένος] ut, Confirmata acies. In ACIES.
Corpus confirmatum. Cic. 16. Fam. 3.
Animus certus & confirmatus. Cic. pro Quint. 77. Diffidebam mehercule, C. Aquili, satis animo certo & confirmato me posse in hac causa consistere.
Consilio nondum confirmato, sed ineunte ætate curam aliquam suscipere. Cic. 5. Verr. 3.
Incommodum in aliquo confirmatum. Cic. Anteq. iret in exil. 16.
Ingenia confirmata. Cic. de Amicit. 76. Omnino amicitiæ corroboratis jam confirmatisque & ingeniis, & ætatibus judicandæ sunt.
Ratio confirmata. Cic. 4. Acad.
Sensus confirmatus. Cic. 1. Fam. 8. pr. Difficile est sensum in republica, præsertim rectum & confirmatum deponere.

CONFIRMATE, Adv. Auctor ad Herenn. 4. 16. Nec potest confirmate, neque viriliter sese expedire.

CONFIRMATIO, ōnis. f. [κατασκευὴ, βεβαίωσις] Cic. 5. de Finib. 15. Inventa vitæ via est confirmatioque omnium officiorum. Al. Conformatio.
Testimonium & gravior confirmatio. Cic. 1. de Invent. 48.
Animi. Cic. 6. Fam. 6.
Non eget confirmatione virtus. Cic. 6. Fam. 3.
Confirmatio, Pars orationis Rhetoricæ. Cic. 1. de Invent. 34. Confirmatio est, per quam argumentando nostræ causæ fidem & auctoritatem & firmamentum adjungit oratio.

CONFIRMĀTOR, ōris. m. [βεβαιωτὴς] Cic. pro Cluent. 72. Unus & alter dies intercesserat, quum res parum certa videbatur: sequester & confirmator pecuniæ desiderabatur.
Erroris confirmator. Tertull. adv. Marc. 36.
Sententiæ confirmator. Lactant. 1. 2. Cujus sententiæ auctor est Democritus: confirmator Epicurus.

CONFIRMATRIX, īcis. f. Tertull. de Corona Mil. cap. 4. Consuetudo confirmatrix.

CONFIRMATIVE, Adv. Tertull. adv. Marc. 4. 41. Confirmative respondere.

CONFIRMĬTAS, ātis. f. [κραταίωσις] Plaut. Milit. 2. 2. 34.

Os habet, linguam, perfidiam, malitiam atque audaciam,
Confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam.

CONFISCO, [δημεύω] āre. In fiscum, id est in pecuniam publicam, redigere. V. FISCUS. Suet. in Calig. cap. 16. Multis incendiorum damna supplevit, ac si quibus regna restituit, adjecit & fructum omnem vectigaliorum & redituum medii temporis, ut Antiocho Comageno H. S. millies confiscatum. Erasmus.
Confiscari bona dicuntur, Quæ in fiscum coguntur. l. ult. §. pen. D. de bon. eor. l. 3. de re milit. lib. 12. C.
Hæreditates confiscare. Suet. Domit. cap. 12. Confiscabantur alienissimæ hæreditates, vel existente uno qui diceret audisse se ex defuncto quum viveret, hæredem sibi Cæsarem esse.
Confiscare, etiam ad Homines relatum, non solum ad Rem. Suet. in Calig. cap. 41. Et quondam proximo collusori, demandata vice sua, progressus in atrium domus, quum prætereuntes duos equites Rom. locupletes sine mora corripi, confiscarique jussisset, exultans rediit, gloriansque, nunquam se prosperiore alea usum. Erasmus.
Pecunia confiscata. Suet. August. cap. 101. Legionariis trecenos nummos: quam summam repræsentari jussit. Nam & confiscatam semper, repositamque habuerat. i. e. In fiscis & sacculis repositam & asservatam.

CONFISCATIO, ōnis. f. Flor. 3. 9. 3. Socii vivique regis confiscatio. V. & Vet. Gloss.

CONFISCATOR, ōris. m. Vet. Gloss. Confiscator. ταμιοῦχος.

CONFISIO, CONFISUS. V. CONFIDO.

CONFĬTEOR, fessus sum, [ὁμολογέω, ὁμολογέομαι, ἐξομολογέομαι, σύμφημι] ēri. Idem quod Fateri: nisi quod compositio aliquid augere videtur: ut sit Confiteri, Sponte quodammodo fateri, vel alio suadente, aut cum alio fateri. Donatus, Indicat is qui de se volens aliquid, & de aliis etiam prodit: sed Confitetur, qui de se tantum, & invitus. Ter. Heaut. 5. 3. 13.

Egone confitear meum non esse filium, qui sit meus? Pro Diffitear, vel Infitiar esse meum. Idem Phorm. 5. 9. 46.
Ignosce, orat, confitetur, purgat, quid vis amplius?

Confiteri, interdum Profiteri significat. Suet. in August. cap. 4. pr. Decedens provincia, priusquam confiteri se Consulatus candidatum posset, morte obiit repentina. Ubi tamen correcti codd. præferunt Profiteri.
Profiteri & Confiteri. Cic. pro Cæcin. 24. Ita libenter confitetur, ut non solum fateri, sed etiam profiteri videatur.
Aperte atque ingenue confiteri aliquid. Cic. 5. Fam. 2.
Quæstione adhibita. Cic. 1. de Divin.
Tacendo loqui, non infitiando confiteri videri. Cic. pro Sext. 40.
Adulterium confiteri. Cic. in Sallust. 15.
Deos esse confitendum est. Cic. 1. de Nat. Deor. 44.
Devinctum se esse officiis alicujus, confiteri non solum, sed etiam gaudere. Cic. 1. Fam. 9.
Crimen confiteri aliquod. Cic. in Sallust. 15. Confessus est vobis audientibus adulterium.
Iram vultu. Ovid. 6. Met. 35.
Motum animi sui lacrymis. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Peccatum suum, quod celari posset, vir sapiens confiteri mavult. Cic. 2. de Nat. Deor. 11.
Religiones. Cic. 2. de Legib. 29.
Timorem pallore. Ovid. 1. Trist. 3. 113.
Verum. Ovid. de Rem. Amor. 318.
De criminibus objectis non confiteri. Cic. pro Domo 93.
De maleficio. Cic. pro Rosc. Amer. 119. Res porro abs te ejusmodi postulabatur, ut nihil interesset, utrum eam rem recusares, an de maleficio confiterere.
Ut de me confiteat. Cic. 2. Verr. 3. Equidem, ut de me confiteat, Judices, quum multæ mihi a C. Verre insidiæ terra marique factæ sint, &c.
De re. Cic. in Partit. 127. Minime esse concedendum, ut is qui de re confiteatur, verbi se interpretatione defendat.

De veneno confiteri. Cic. pro Cluent. 183.
Summam videbantur metu infirmitatem de se confiteri. Quintil. lib. 2. cap. 4.

Confitens, entis. [ὁμολογῶν] Partic. ut, Audire confitentem. Cic. 2. de Finib. 21.

Confessus, a, um. Partic. [ὁμολογούμενος] Qui (ut ait Varro) fatus est quod ab eo quæsitum est. de L. L. 5. 7.
Amorem confessus. Ovid. 14. Met. 703.
Manus confessas alicui tendere. Ovid. 5. Met. 215.

—atque ita supplex
Confessasque manus, obliquaque brachia tendens.

i. e. Quæ suo gestu velut confitebantur Phineum a Perseo victum.
Propositio confessa. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Confessa res, Clara, manifesta, & de qua nulla est controversia. Plin. lib. 16. cap. 49. De confessis disseruisse præstiterit.
Res confessa & manifesta. Cic. 5. Verr. 134.
Reus confessus. Ovid. 2. de Pont. 2. 56.

Non est confessi causa tuenda rei.

Rubor confessus secreta. Claud. in Nupt. Hon. 9.
Signa confessa & non dubia. Columel. 22.
Attingam confessa de iisdem breviter atque capitulatim. Plin. lib. 2. cap. 12.
Probare confessa. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Ex confesso. Quintil. lib. 3. cap. 5. Quibus contineatur omnis ratio dicendi: nisi forte laudare quæ constet esse honesta, & vituperare quæ ex confesso sint turpia, non est oratoris officium. i. e. Quæ constet esse turpia.
In confesso est. Plin. lib. 17. cap. 22. Pampinatio verna in confesso est, ab Idibus Maiis, &c. fieri intra dies x.
In confessum venire. Plin. 10. Epist. 85. Quum alioqui magna sit expectatio: ut necesse sit in ea re quæ & in confessum venit, & exemplis defenditur, deliberare. i. e. Quam omnes fatentur sic se habere.
Confessus æris. Gell. lib. 20. cap. 1 non procul a fine, Confessis igitur æris ac debiti judicatis, triginta dies sunt dati conquirendæ pecuniæ causa.
Confessus Jurisconsulto videtur, Qui monitus tacet, l. de ætate. §. nihil interest. §. qui tacuit. D. de interrog. action. Varroni autem, Qui fatus est, quod ab eo quæsitum est, ut supra diximus.
Confessus idem fere est, quod Assimulans, habitu referens. Virg. 2. Æn. 591. Confessa deam. V. Serv. ad h. l. adde Comm. Petron. cap. 41. p. 183.

Confessio, ōnis. f. [ὁμολογία, ἐξομολόγησις] Cic. 7. Verr. 103. Ubi hoc videt, illorum confessionem, testificationem suam, tabulas sibi nullo adjumento futuras, init consilium &c.
Confessionis angustiæ. Firmic. lib. 1. cap. 3. Vis ergo aliud proferamus exemplum, ut vel sic ad confessionis angustias coarcteris?
Vultus ac vocis confessio. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Periculosa. V. PERICULOSUS.
Verecundior est confessio, quam expositio. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Sit erranti medicina, confessio. Cic. Octav.
Confessione illius ævi, optimus ac sine æmulo agricola Cato. Plin. lib. 14. cap. 4.
Adducere ad ignorationis confessionem aliquem. Cic. 1. Acad. 43.
Arguere aliquem sua confessione. Tacit. 1. Ann. 12.
Audire nefarias confessiones. Cic. 8. Fam. 8.
Comprobare errati sui confessione auctoritatem alicujus rei. Cic. 1. de Divin. 33.
Convictum esse confessione aliquorum. Cic. Post redit. ad Quir. 1.
Deferre confessiones alicujus rei ad judices. Cic. pro Sext. 14.
Elabi ex confessione inscitiæ suæ. Quintil. lib. 2. cap. 11.
Exigere culpæ confessionem. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Exprimere confessionem facinoris tormentis. Suet. Tiber. cap. 19.
Habere indubitatas confessiones. Plin. lib. 22. cap. 23.
Imitatur taciturnitas confessionem. Cic. 1. de Invent. 53.
Indui sua confessione. V. INDUO.
Movere lacrymas nonnunquam solet ipsa confessio. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Patefactum esse indiciis & confessionibus suis. Cic. 3. in Catil. 15.
Premere confessionem, & partiendo multiplicare. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Suscipi in confessione facti, juris tamen defensionem posse. Cic. pro Milon. 15.
Urgeri confessione sua. Cic. 6. Verr. 104. Omnibus in rebus coarguitur a me, convincitur a testibus, urgetur confessione sua, manifestis in maleficiis tenetur.

Confessor, ōris. m. Qui confitetur. Speciatim illi Christiani ita honoris causa vocabantur, Qui veritatem divinam profiterentur etiam in tormentis; quod si mors accederet, Martyres vocabantur.
Interdum etiam pro Martyre ponitur. Tertull. de Corona Mil. cap. 2. & Lactant. de Mort. Persec. cap. 35. Cum ceteris confessoribus custodia liberatus.

Confessorius, a, um. Adj. ut, Actio confessoria. Est autem apud Jurisconsultos Confessoria servitutis nomine, Actio, qua servitutem nobis competere contendimus. l. 2. D. si servit. vendic.
Confessoriam actionem Ulpian. in l. proinde si occisus. §. 1. D. ad l. aquil. intelligi vult, non, ut quidam putant, Propriam actionis speciem, quoniam non utique ex omni verbo in jure obiter prolato, statim est constituenda actio: sed ipsam legis Aquiliæ Persequutionem, quæ ex ingenua confessione damni in simplum datur, eleganter appellat Confessoriam, ex singulari quadam confessione procuratoris.

Confessarius, sive **Confessionarius**, i. m. pro Eo, qui est a confessionibus. Damnat. Sciopp. Infam. Famiani p. 126.

Confixus, V. CONFIGO.

Conflaccesco, ĕre. Idem quod Flaccesco. Gell. 2. 30. Simul ac ventus posuit, sternuntur & conflaccescunt.

Conflabello, āre. Tertull. de Spect. c. 25. Scintillas libidinum conflabellant.

Conflatus, &c. V. CONFLO.

Conflăges, dicuntur Loca, in quæ diversi conflant venti. a Conflo, as. Festus. ubi Dacer. V.

Conflăgro, [Φλέγομαι] āre. Ardere. Auctor de Vir. Illust. cap. 4. Fulmine ictus cum regia conflagravit.
Ardore flammæ. Cic. Anteq. iret in exil. 1.
Flammis conflagrare. Liv. 30. 7.
Terræ conflagrant. Cic. 2. de Nat. Deor. 92.
Conflagrare amoris turpissimi flamma. Cic. 7. Verr. 92.
Invidia. Cic. 3. Verr. 157. Nam qua invidia C. Junius conflagrarat, ea, nisi providisses, tibi ipsi tum pereundum fuisset.
Incendio invidiæ. Cic. 1. in Catil. 20. An quum bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebunt, tum te non existimas invidiæ incendio conflagraturum?

Conflagratus, a, um. [πεφλεγμένος] Partic. Auctor ad Heren. lib. 4. 13. Urbs acerbissimo concidat incendio conflagrata.
Regiones Phaethontis ruina conflagratæ perierunt. Apul. de Mundo p. 73.

Conflagratio, ōnis. f. Senec. Quæst. Nat. 3. 29. Berosus adeo quidem id affirmat, ut conflagrationi atque diluvio tempus assignet.
Interire conflagratione. Lactant. 2. 9.

Conflecto, xi, xum, [συγκάμπτω] ĕre. a quo

Conflexus, a, um. Partic. Plin. lib. 2. cap. 44. Montium vero flexus, crebrique vertices, & conflexa cubito, aut confracta in humeros juga.

Conflectio, ōnis. f. JCt. in Cod.

Conflexilis, e. apud Firmicum.

Conflicto, are. V. CONFLIGO.

Conflīgo, xi, ctum, [συμβάλλω, συνάπτω, συμπίπτω, συῤῥάπτω] ĕre. Dimicare, simul pugnare, prælio congredi. Sallust. cap. 57. extr. Optimum factu ratus, in tali re fortunam belli tentare, statuit cum Antonio quamprimum confligere. Cæs. 7. Bell. Gall. cap. 32. extr. Fore uti pars cum civitatis parte confligat.
Confligere manu cum hoste. Cic. 1. Off. 81.
Cum apro Erymanthio conflixit Hercules. Cic. 4. Tusc. 49.
Acie confligere. Liv. 26.
Armis. Cic. in Pison. 20.
Pro salute contra sceleratissimam conspirationem hostium. Cic. 11. Fam. 13.
Agmina confligunt collatis signis. Claud. Epigr. 45. 27.
Venti. Virg. 2. Æn. 416.

Adversi rapto ceu quondam turbine venti
Confligunt.

Confligunt leges & colliduntur. In COLLIDO.
Causæ inter se confligunt. Cic. 2. in Catil. 25. Si his rebus omissis, causas ipsas quæ inter se confligunt, contendere velimus.
Ad confligendum veniunt Pœni. Lucret. lib. 3. 854.
Confligere, pro Committere & conjungere. Lucret. lib. 4. 1210.

Semina quum Veneris stimulis excita per artus
Obvia conflixit conspirans mutuus ardor.

Confligere, per translationem. Cic. pro Cæcin. 8. Potuisti enim leviori actione confligere.
Ratione confligere. Cic. 4. de Fin. 3. Universa enim illorum ratione cum tota vestra confligendum puto.
Confligere de re aliqua. Auctor ad Heren. lib. 1. 16.
Ira magna confligitur. impers. Claud. 2. in Eutrop. 358.

Conflictio, ōnis. f. [σύῤῥαξις] verbale. Idem ac Collisio. ut, Sonus est duorum inter se corporum conflictio. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Conflictio & quasi concursus rationis & firmamenti. Cic. in Partit. 104. Ex rationis autem & ex firmamenti conflictione, & quasi concursu, quæstio exoritur quædam, quam disceptationem voco.
Primus ille status & quasi conflictio cum adversario. Cic. in Partit. 102.
Causarum conflictio. Cic. 1. de Invent. 18. Constitutio est prima conflictio causarum, ex depulsione intentionis profecta: hoc modo, fecisti: non feci, aut jure feci.
Rerum contrariarum & dissimilium & inter se pugnantium conflictio. Cic. in Partit. 55.

Conflictus, us. m. [συγκρουσμὸς] Idem. ut, Conflictus corporum. Cic. pro Cæcin. 42.
Lapidum conflictu atque tritu elici ignem videmus. Cic. 2. de Nat. Deor. 25.
Nubium conflictus. Cic. 2. de Divin. 44. Si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen.

Confligo, āre. Contendere. Pacuv.

Confligatus, a, um. Frontin. in Stratagem.

Confligatio, ōnis. f. συμβολὴ ἐπὶ μάχης. Gloss. Græco Lat.

Confligium, i. n. Idem quod Conflictus. Solinus cap. 14. Nam in latebrosis rupium cavaminibus, quæ fluctuum confligiis tunc adesa sunt, reduviæ conchyliorum resederunt, & alia multa. V. CONFLUGIUM.

Conflicto, [συναγωνίζομαι, συγκρούω] āre: & **Conflictor**, āri. Ter. Phorm. 3. 2. 20.

Nec cum hujusmodi unquam usus venit ut conflictares malo.

i. e. Confligeres.
Rempublicam conflictare, pro Affligere, vexare, atterere. Tacit. 6. Ann. 48. Plura per scelera Rempublicam conflictavisset.
Conflictari & dimicare cum aliquo, i. e. Confligere & certare. Cic. de Arusp. Resp. 42. Cum his conflictari, & pro salute patriæ quotidie dimicare, erat omnino illis qui tum Rempublicam gubernabant, molestum.
Incommodis homines magnis & multis conflictantur, propter immensam pecuniæ cupiditatem. Auctor ad Heren. lib. 2. 37.
Judicio conflictari honestiore. Cic. pro Quint. 44. Hoc quo pertinet? &c. ut honestiore judicio conflictere?
Judiciis conflictari turpibus. Cic. 9. Fam. 25. Noli pati litigare fratres, & judiciis turpibus conflictari.
Superstitione conflictari. Cic. 1. de Legib. 32. Qui canem & felem ut deos colunt, non eadem superstitione, qua ceteræ gentes conflictantur.
Verbis conflictari iniquissimis. Cic. 5. Verr. 69. Iniquissimis verbis, improbissimis recuperatoribus conflictari malebant, quam quicquam cum isto sua voluntate decidere. Subaudiendum videtur Judicio.
Conflictari, pro Atteri, interprete Donato. Terent. And. 1. 1. 93.

Nam qui cum ingeniis conflictatur ejusmodi.

Annona gravi conflictari. Hirt. de Bell. Afr. cap. 24.
Doloribus conflictari. Cels. lib. 2. cap. 7. Quibus diu color, sine morbo regio, malus est, hi vel capitis doloribus conflictantur, vel terram edunt. In Lexico Crispini ex Celso, Conflictari in lecto pro ῥιπτάζεσθαι. H. St.
Molestiis diuturnioribus. Cic. 6. Fam. 13. ubi passive ponitur
Morbo. Plin. lib. 29. cap. 3. Namque anser corvusque ab æstate in Autumnum morbo conflictari dicuntur.
Siti. Cels. lib. 3. cap. 7. Si quis autem in hujusmodi febre leviter tussit, is neque vehementi siti conflictatur, &c.
Valetudine iniqua conflictari. Plin. 1. Epist. 12.

Conflictatus, a, um. [συγκεκρουσμένος] Partic. ut, Conflictatus gravi morbo. Plin. lib. 23. cap. 1. Suet. in Claud. cap. 2. Variis & tenacibus morbis conflictatus est.
Hieme conflictatæ sævissima volucres. Plin. lib. 18. cap. 25.

Diffi-

Difficultatibus multis conflictatus. Liv. lib. 40. cap. 22.
Fortuna florentissima illi, nos duriore conflictati videmur. Cic. 10. Att. 4.
Tempestatibus conflictatus. Tacit. in Vita Agric. cap. 22. pr. Quanquam conflictatum sævis tempestatibus exercitum, lacessere non ausi.
Conflictatus cum aliqua re. ut, Cum adversa fortuna conflictatus. Nepos 16. 5. 1.

CONFLICTATIO, ōnis. f. [σύγκρουσις] est (ut ait Donatus ad Ter. And. 1. 1. 93.) Tactus corporum invicem, & collisio.
Totius exercitus conflictatione oppugnatus serpens inusitatæ immanitatis. Gell. lib. 6. cap. 3.

CONFLICTATRIX, īcis. f. Tertull. adv. Marc. 2. 14. Ægyptus hospitis populi conflictatrix.

CONFLO, [χωνεύω] āre. Simul flare, quod a ventis fieri videmus, quum maximo impetu perflant.
& Conflare proprie puto Flando commiscere. H. St.
Conflare, Sufflare. Plin. lib. 35. cap. 11. Philiscus officinam pinxit pictoris, ignem conflante puero.
Conflare proprie dicimus, Metallum liquefacere. Sen. Theb. 344.

Templis deos obruite, maculatos Lares
Conflate, &c. i. e. Statuas deorum fundite & igni consumite.

Coronam auream conflare. Suet. Galb. cap. 12.
Lancem conflare. Marcellus in l. si duo. D. depos. Quod si lancem conflaverint, aut conflari ab aliquo passi fuerint, &c.
Statuas argenteas. Suet. August. cap. 52. Argenteas statuas olim sibi positas conflavit omnes, ex quibus aureas cortinas Apollini Palatino dedicavit.
Vasa aurea assiduissimi usus. Suet. in Augusto cap. 71.
Conflari, Fabricari. Virg. 1. Georg. 508.

Et curvæ rigidum falces conflantur in ensem.

Conflare, per translationem. ut, Conflare æs alienum, i. e. Contrahere debitum, & facere se debitorem alienæ pecuniæ. Sallustius Bell. Catil. 25. Quique alienum æs grande conflaverat, quo flagitium aut facinus redimeret.
Bellum conflare. Cic. 5. Fam. 2. Qui urbem incendere, magistratus ac Senatum trucidare, bellum maximum conflare voluissent.
Bellum natum, conflatum, susceptum opera alicujus est. Cic. 2. Philipp. 70.
Discordiam conflare. Flor. 1. 24. 1.
Exercitum conflare. Paterc. 2. 74. 2. Ad arma conciens, magnum exercitum conflaverat.
Familiaritas conflata est. Ter. Eun. 5. 2. 35.

—sæpe ex hujusmodi re quapiam &
Ex malo principio, magna familiaritas
Conflata est.

Invidiam alicui conflare. Cic. 1. in Catil. 23. Quamobrem, ut sæpe jam dixi, proficiscere: ac si mihi inimico, ut prædicas, tuo conflare vis invidiam, recta perge in exilium.
Invidia aliquid conflare dicitur. Cic. pro Cluent. 9. Faciamque, ut intelligatis in tota illa causa, quid res ipsa tulerit, quid error affinxerit, quid invidia conflarit.
Judicium. Liv. 3. 36. extr. de Decemviris, Judicia domi conflabant, pronuntiabant in foro.
Malum ab aliquo conflatum & perfectum. Cic. pro Cluent. 18. Nihil mali timuit, quod non totum a matre esset conflatum & perfectum.
Mendacium, Coitione & consensu multorum adornare mendacium. Cic. pro Rosc. Com. 48. Unde hoc totum ductum & conflatum mendacium est.
Negotium alicui, i. e. Aliquem molestia laboreque afficere, ut interpretatur Valla. Cic. 4. Verr. 135. Quod cuique negotii conflari volebat, nullo labore faciebat.
Novitatem. Lucret. lib. 4. 927.

Sed quibus hæc rebus novitas conflatur, &c.

Pecuniam. Cic. pro Sext. 66. Quæ ratio aut auferendæ, aut conflandæ pecuniæ non reperiebatur?
Periculum alicui. Cic. pro P. Sulla 13. Qui vobiscum in consilio fuerunt, qui vobiscum illa cognorunt, quibus ipsis periculum tum conflari putabatur, qui Antronio non affuerunt, &c.
Rem & divitias. Lucret. lib. 3. 70.

Sanguine civili rem conflant, divitiasque
Conduplicant avidi.

Seditionem. Cic. pro Cluent. 99. Maxime ejus opera quum Quæstor esset, in exercitu seditionem esse conflatam.
Societatem cum aliquo. Cic. de Arusp. Resp. 42. Nefarias cum multis scelerum pactiones, societatesque conflavit.
Suspicionem. Auctor ad Heren. lib. 2. 8.

CONFLANS, antis. Partic. Plin. 35. 11. Philiscus officinam pinxit pictoris, ignem puero conflante.

CONFLATUS, a, um. ut, Conflatus ex. Cic. pro Cœlio 12. Neque ego fuisse unquam tale monstrum in terris ullum puto, ex contrariis diversisque inter se pugnantibus naturæ studiis, cupiditatibusque conflatum. De Catilina loquitur. Idem 2. de Nat. Deorum 100. Ipsum autem mare sic terram appetens litoribus cludit, ut una ex duabus naturis conflata videatur.
Consensus aliquorum conspirans & pæne conflatus. Cic. pro Ligar. 35.
Crimen conflatum. Cic. in Partit. 121. A reo autem querela conflati criminis, collectarum suspicionum, & accusatoris insidiæ, & item commune periculum proferetur.
Egestas conflata rei familiaris. Flor. 4. 4. 1.
Exercitus. Cic. pro Sulla 33. Quum exercitus perditorum civium clandestino scelere conflatus, crudelissimum ac luctuosissimum exitium patriæ comparasset.
Ignis conflatus amore. Lucret. 1. 474.
Injuria. Cic. pro Rosc. Amer. 1. Omnes enim hi, quos videtis adesse in hac causa, injuriam novo scelere conflatam putant oportere defendi.
Manus improborum conflata. Cic. 1. in Catil. 25. Nactus es ex perditis, atque ab omni non modo fortuna, verum etiam spe derelictis, conflatam improborum manum.
Mors conflata insidiis. Paterc. 2. 4. 6. Seu fatalem, ut plures, seu conflatam insidiis, ut aliqui prodidere memoriæ, mortem obiit, &c.
Tempestas conflacta ventis. Stat. 9. Theb. 523.
Testes conflati, i. e. Subornati. Quintil. lib. 5. cap. 7. Sine odio conflatos testes, sine invidia, sine gratia, sine pecunia videri volumus.
Tumultus gladiatorum conflatus. Cic. pro Sulla 15. Ille ambitus judicium tollere, ac disturbare primum conflato voluit gladiatorum ac fugitivorum tumultu.

CONFLATIM, Adv. In Gloss. Isidor. exponitur Copulatim, contexto.

CONFLATIO, ōnis. f. [χώνευσις] pro Conflatura. Sen. 3. Nat. Quæst. 29. pr. Et illa quæ in conflatione nostris placent, huc transferenda puto. Alii legunt Conflagratione. Sed Tertull. utitur in cap. 3. de Fuga in Persecut. Fidei ustio & conflatio administratur ex Dei voluntate.

CONFLĀTOR, ōris. m. Vet. Gloss. Conflator, χωνευτής.

CONFLATORIUM, i. n. Vulg. Interpr. Prov. 27. 21. Et Gloss. Fornax conflatorium, χωνευτήριον.

CONFLATŪRA, æ. f. [χώνευσις] Plin. lib. 7. cap. 56. Argentum invenit Erichthonius Atheniensis: ut alii, Æacus: Auri metalla & conflaturam Cadmus, Phœnix ad Pangæum montem. Firmicus lib. 6. cap. 31. Qui pecunias publicas, conflaturarum adulterinis artificiis imitentur.

CONFLATĬLIS, e. Adj. Conflando factus. Prudent. in Romano v. 239.

Fabri deorum, vel parentes numinum;
Qui si caminis institissent segnius,
Non esset ullus Jupiter conflatilis.

Et Hieron. Epist. 130. Sculptile atque conflatile. conf. Vulgat. Exod. 32. 4. & Deut. 11. 12.

CONFLŌREO, ēre. Augustin. Confession. 4. 4. pr. Comparaveram amicum societate studiorum nimis carum, coævum mihi & conflorentem flore adolescentiæ.

CONFLŬO, xi, xum, [συῤῥέω, συμβάλλω] ĕre. Simul fluere. Plin. lib. 13. cap. 22. Et in ipsa excavant radice, quo succus confluat.
Conjungi & confluere. Cic. 6. Verr. 117. Portus habet prope in ædificatione aspectuque urbis inclusos, qui quum diversos inter se aditus habeant, in exitu conjunguntur & confluunt.
Pontus confluit in orbem curvum. Tibul. lib. 4. 1. 20.
Undæ confluunt. Lucret. lib. 1. 375.
Confluere, per translationem, pro Convenire. Cic. de Clar. Orat. 258. Confluxerunt enim & Athenas, & in hanc urbem multi inquinate loquentes ex diversis locis.
Confluebat ad eum magnus numerus. Cæs. 7. Bell. Gall. 44.
Confluere ad aliqua studia. Cic. 2. Tusc. 6. Quod accidet etiam nostris, si ad hæc studia plures confluxerint.
Causæ ad nos pleræque confluunt, Nobis obtruduntur. Cic. pro Planc. 84.
Cruciatus confluere, dixit Plaut. Asin. 2. 2. 48. — ut nos dicamur duo

Omnium dignissimi esse, quo cruciatus confluant.

Laus, honor, dignitas confluit ad aliquem. Cic. 1. de Invent. 5. Hinc ad ipsos qui eam adepti sunt, laus, honor, dignitas confluit.
Sentina Reip. confluit aliquo. Cic. in Sallust. 16. Nisi forte in ea te castra conjecisti, quo omnis sentina Reip. confluxerat.
Solertia. Huc licet ex toto solertia confluat orbe. Ovid. 9. Met. 740.
Vulgus confluit. Nepos 7. 6. 1. Tanta fuit omnium expectatio visendi Alcibiadis, ut ad ejus triremem vulgus conflueret, &c.

CONFLUENS, entis. Partic. [συῤῥέων] Cic. 10. Fam. 34. pr. Cum exercitu meo ab confluente Rhodano castra movi. Al. Rhodani. Victorius delendam putat v. Rhodano.
Auxilia confluentia. Vellei. 55. 2.
Multitudo confluens. Suet. Cæs. 16. Multitudinem quoque, biduo post sponte & ultro confluentem, compescuit.

CONFLUENS, entis. m. [ὁμόῤῥοια, σύῤῥους] est Alveus in quem duo flumina conveniunt. Plin. lib. 6. cap. 26. Cetero circuitu in solitudinem rediit, exhausta vicinitate Seleuciæ, ob id conditæ a Nicatore intra nonagesimum lapidem, in confluente Euphratis fossa perducti atque Tigris. V. Cæs. 4. Bell. Gall. 15. & Tacit. 2. Hist. 41.

CONFLUENTES, ium. pl. Idem. Plin. 6. 27. Est etiamnum oppidum Mesopotamiæ in ripa Tigris circa confluentes, quod vocant Digham.
Est & Confluentes, Civitas vetus Rhenana, inde dicta quod ad eam Rhenus & Mosella confluunt. V. Suet. Calig. cap. 8. Supra Confluentes. Ubi Ber. notat, ubi duo flumina confluunt ea loca Confluentes vocari. Et addit, Lugdunum in Gallia est ad Confluentes positum, ubi Arar Rhodano commiscetur. Hinc quædam urbs Confluentia. H. St. Desiderabatur locus Suet. totaque dictio in Lugd.

CONFLUENTIA, æ. f. Macrob. 7. Saturn. cap. 4. Hæc est ergo triplex causa vel podagræ, vel cujuslibet ex confluentia morbi. i. e. Multitudo humoris, fortitudo membri a se repellentis, & recipientis infirmitas. V. ibi Pontan.

CONFLUCTUO, āte. Apul. 11. Met. p. 258. Palla ad ultimas oras nodulis fimbriarum decoriter confluctuabat.

CONFLUCTUOR, [κυμαίνομαι] āri. impersonaliter, Sen. Medea, v. 943.

—haud aliter metu
Confluctuatur: ira pietatem fugat,
Iramque pietas.

In emendatis codd. est Meum cor fluctuatur.

CONFLŪGES, Loca sunt, in quæ rivi diversi confluunt. Livius Andromeda, Confluges ubi conventu campum totum inhumigant. Auctor Nonius.

CONFLUGIUM, i. n. Idem. Salmas. Solino restituit cap. 9. Rupium cavamina, quæ fluctuum conflugiis nunc adesa sunt. vulgo legitur Confligiis. V. Salmas. ad h. l. p. 109.

CONFLUVIUM, i. n. Idem. Severus in Ætn. v. 325.

Donec confluvio revolutis æstibus amnis
Exsilit, &c.

conf. Varr. apud Non. 15. 10. & Pitisc. Lex.

CONFLUUS, a, um. Prudent. Cathemer. 5. 76.

—unda revolvitur
In semet revolans gurgite confluo.

CONFOCILLATIO, ōnis. f. apud Firmicum.

CONFŌDIO, ōdi, ossum, [διορύττω] ĕre. Idem fere quod Fodere significat. Cato cap. 129. Confodiatur minute terra, & amurca bene conspergatur.
Hortum confodere. Plaut. Aul. 2. 2. 66.
Vineas confodere. Plin. 17. 20. pr. Confodi jubent mense Aprili.
Ad alia etiam transfertur; ut,
Confodere atque comprehendere aliquem. Cic. pro P. Sulla, 33.
Confodere & lacerare. Suet. in Augusto, cap. 91. Lecticaque ejus, quasi ibi cubans remansisset, concursu hostium confossa atque lacerata est.
Hostes confodiunt. Valer. 6. Argon. 418.
Jugulum alicujus. Lucan. lib. 3. 744.
Confodere aliquem vulneribus. Liv. 24. 7. Ut quum in prætereuntem sine armatis regem impetus fieret, confoderetur aliquot prius vulneribus, quam succurri posset.

CONFOSSUS, a, um. [διαπεπαρμένος] Adj. Vulneratus. Virg. 9. Æn. 444.

Tum super exanimem sese projecit amicum
Confossus, &c.

Equus vulneribus confossus. Curt. 8. 14. 34.
Judiciis confossos prædamnatosque, metaphorice dixit Liv. 5. 11.
Compar. Plaut. Bacch. 4. 8. 48.
Si tibi est machæra, & nobis veruina est domi:
Qua quidem te faciam, si tu me irritaveris,
Confossiorem soricina nenia. i. e. Magis confossum, quam cum sorex in muscipula deprehensus confoditur. V. Salmas. in loc. & Jul. Scal. Poetic. 1. 50.

CONFOSSIO, ōnis. f. apud Hieron.

CONFOSSOR, ōris. m. apud Tertullianum.

CONFŒDERO, āre. Prudent. in Laurent. v. 437.
Confœderentur omnia. Et Tertull. Apol. cap. 2. Cœtus antelucani ad canendum Christo & Deo, & ad confœderandam disciplinam. Froben. legit, Ad conferendam.

CONFŒDERATUS, a, um. ut, Sabinæ impiis nuptiis confœderatæ. Orosius 2. 4. V. Curas poster. Cellarii p. 299.

CONFŒDERATIO, ōnis. f. Hieron. Epist. 22. de Custod. Virgin. cap. 15. Prima apud eos confœderatio est, obedire majoribus.

CONFŒDUSTI, apud veteres dicebantur, Fœdere conjuncti. Festus. V. Voss. Etym p. 219.

CONFŒDO, āre. Idem quod Fœdare. Apul. 7. Met. extr. Faciem atque oculos ejus confœdassem.

CONFŒDATIO, ōnis. f. apud Pacuvium.

CONFŒTEO, ēre; vel CONFŒTESCO, ĕre. Male olere. Obseq. de Prodigiis cap. 115. Cubile canis confœtuerat.

CONFŒTUS, a, um. [συντοκὸς] ut, Confœta sus dicebatur, Quæ cum omni fœtu adhibebatur ad sacrificium. Festus.

CONFŒTO, āre. Idem ac Fœtare. apud Firmic.

CONFŒTURA, æ. f. apud eundem.

CONFORE, V. CONFIO.

CONFŎRIO, [μινθόω] īre. a Foriis dicitur; & significat Stercore liquido fœdare, quod Plautus Concacare dicit. Pomponius apud Non. 2. 352. Conforisti me Diomedes. Salmas. Conforasti legendum censet. V. ejus Exercit. Plin. p. 385.

CONFORMIS, e. [σύμμορφος] Quod est ejusdem formæ. Per translationem sumitur pro Convenienti & congruo. Onomast. Vet. Conforme, σύμμορφον. Et Sidon. 4. Epist. 12. Naufragioso pelago conformis motus animorum. V. Vulg. Interpr. Rom. 8. 29.

CONFORMĀLIS, e. Idem. Tertull. de Resurr. Carn. cap. 47. Corpus nostræ humilitatis conformale corpori gloriæ. conf. Idem adv. Marc. 5. 20.

CONFORMO, [διασχηματίζω, διαμορφόω] āre. Notæ significationis verbum. Gell. lib. 3. 16. Hippocrates in eo libro de quo supra scripsi, Cum & numero dierum, quibus conceptum in utero coagulum conformatur &c. Columel. lib. 8. 5. Diebus quibus animantur ova, in speciem volucrum conformantur.
Conformare ad. ut, Genuit & conformavit nos natura ad majora. Cic. 1. de Fin. 23.
Conformare se ad alicujus voluntatem. Cic. 1. Fam. 8. Veruntamen ipse me conformo ad ejus voluntatem: a quo honeste dissentire non possum. Quidam legunt Confirmare.
Animum & mentem meam ipsa cogitatione hominum excellentium conformabam. Cic. pro Arch. 14. [An Confirmabam? H. St.
Consilium alicujus nonnulla in re conformare & leviter emendare posse. Cic. pro Muren. 60.
Imaginem rei totius primo loco conformare. Auctor ad Heren. lib. 3. 35. De arte memoriæ.
Mores. Cic. 4. de Fin. 5. Quarum quum una sit, qua mores conformari putantur. Legitur & Confirmari.
Orationem. Cic. 1. de Orat. 17. Et ipsa oratio conformanda est non solum electione, sed etiam constructione verborum. Conformanda, i. e. Figuranda; sunt enim conformationes, figuræ.
Vocem conformare. Quintil. 11. 3. Conformanda vox est, ne ab oratione discordet.
Conformare, pro Asseverare. l. testium. D. de testibus. [Immo Confirmare.

CONFORMATIO, ōnis. f. [διαμόρφωσις, σχηματοποιία] Cic. 1. Tusc. 20. Quasi vero intelligant qualis sit, in ipso corpore quæ conformatio, quæ magnitudo, qui locus.
Conformatio, imago, & figura. Cic. 2. de Orat. 357.
Conformatio quædam & figura totius oris & corporis. Cic. 1. de Orat. 114.
Animi conformatio. Cic. 1. de Nat. Deor. 106. Alii legunt Confirmatio.
Continentiæ & temperantiæ conformatio & moderatio. Cic. 3. Off. 96.
Lineamentorum. ut, Compositio membrorum, & conformatio lineamentorum. Cic. 1. de Nat. Deor. 47.
Membrorum. ut, Animantis figura, conformatioque membrorum tantam naturæ solertiam significat. Cic. 2. de Nat. Deor. 85.
Sententiarum ornamenta & conformationes, Cic. de Clar. Orat. 140. sunt quæ ipse alibi Formas, lumina, schemata vocat. V. suis locis.
Verborum & sententiarum conformatio. Cic. 3. de Orat. 199. h. e. Figuræ & schemata verborum sententiarumque.
Ipsa collocatio conformatioque verborum perficitur in scribendo, non poetico, sed quodam oratorio numero. Cic. 1. de Orat. 151.
Vocis conformatio ac varietas. Cic. 1. de Orat. 18.
Conformatio, Color rhetoricus. Priscianus in Præexercitamentis Rhetorices, Conformatio, quam Græci προσωποποιίαν nominant, est quando alicui rei contra naturam datur persona loquendi, ut Cicero patriæ & Reipub. in Invectivis dat verba. Est præterea Simulacri fictio, quam Græci εἰδωλοποιίαν: quando mortuis verba dantur, quod facit Cicero pro Cœlio, verba dans Appio Cæco contra Clodium. Auctor ad Heren. lib. 4. 66. Conformatio, est quum aliqua quæ non adest, persona confingitur, quasi adsit, aut quum res muta aut informis, fit eloquens & formata, & ei oratio attribuitur ad dignitatem accommodata, aut actio quædam.

CONFORMĀTUS, a, um. [διεσχηματισμένος] Partic. ut, Effigies conformata caminis Siculis. Stat. 1. Silv. 1. 3.
Mundus a natura conformatus. Cic. 3. de Nat. Deor. 26.
Vox conformata. Cic. pro Arch. 1. Quod si hæc vox, hujus hortatu præceptisque conformata, nonnullis aliquando saluti fuit, &c.

CONFORMATOR, ōris. m. Apul. in Trismegisto, p. 80. Dominus & omnium conformator, quem recte Deum dicimus.

CONFORNĬCO, [καμαρόω, ὀροφόω] āre. In fornicem formare. Vitruv. lib. 4. cap. 5.

CONFORTO, [ἰσχύω] āre. Fortem facere, roborare. Cyprian. Epist. 62. Religio instigare nos debet & confortare ad fratrum membra redimenda. Et Lactant. 4. 15. 13. Confortamini manus resolutæ.

CONFORTANS, antis. Vulg. Interpr. Ezech. 3. 14. & Luc. 22. 43.

CONFORTATUS, a, um. Vulg. Gen. 48. 2. & Job. 21. 7.

CONFŎVEO, ōvi, ōtum, [συνθάλπω] ēre. Simul fovere. Cato cap. 8. Circum oleas autumnitate ablaqueato, & stercore addito, confoveto. Alii legunt, Stercus addito.
Membra confovere. Apul. lib. 8. p. 204. Pæne collapsa membra lavacro, ciboque confovere. V. etiam Hieron. adv. Rufin. 3. 8.

CONFŌTUS, a, um. Partic. Prosper Aquitan. de Provid. Dei, v. 679. Amplexu paterno confotus. V. Vulg. Interpr. Jes. 59. 5.

CONFRAGOSUS, CONFRAGUS. V. CONFRINGO.

CONFRĔMO, ui, ĭtum, [φρεμάσσω] ĕre. Idem quod Fremo. ut Agmina confremunt. Stat. 1. Silv. 6. 76.
Cælum confremit. Sil. lib. 16. 398.
Omnes confremuere. Ovid. 1. Met. 199.

CONFREQUENTO, āre. Vet. Inscript. apud Spon. Miscell. Erudit. Antiq. p. 54. LOCVM CONFREQVENTARE. Et p. 161. NATALE (festum) CONFREQVENTETIS. V. Prudent. Perist. hymn. 1. 8.

CONFRĬCO, ui, ctum, [ψώχω] āre. Valde fricare. Plaut. Asin. 3. 3. 80.
Atqui pol hodie non feres, ni genua confricantur. Columel. lib. 2. cap. 3. Boves quum ab opere disjunxerit, substrictos confricet, manibusque comprimat dorsum, & pellem revellat.
Faciem sibi confricare. Suet. Claud. cap. 8.
Sensus alicujus injuriis confricare. i. e. Exasperare, perstringere. Gell. 7. 3.

CONFRICĀTUS, a, um. Plin. 29. 2. Dentibus confricatis.
Orchites sale confricatæ. Varro de R. R. 1. 60.

CONFRICATIO, ōnis. f. Frictio, fricatio. Metaphor. August. Confess. 4. 8. Fabulæ & mendacii adulterina confricatione corrumpebatur mens nostra.

CONFRICAMENTUM, i. n. Idem ac Frictio. q. V. Cæl. Aurel. 2. 4. Confricamentis uti.

CONFRIGEO, ēre. apud Firmic.

CONFRIGEFIO, antep. c. ĕri. apud Cels.

CONFRIGERO, āre. apud Apul.

CONFRINGO, ēgi, actum, [συῤῥήγνυμι] ĕre. a Frango compositum, idem fere significat quod Effringo vel infringo. Plaut. Capt. 4. 4. 8.
Aulas, calicesque omnes confregit, nisi quæ modiales erant.
Sic Perfringere. Sed quidam Perfrango. H. St.
Claustra confringere. Lucret. lib. 1. 71.
Dens sub forcipe confringitur. Celsus lib. 7. 12. Ac si exesus est ante, id foramen vel lineamento vel bene accommodato plumbo replendum est, ne sub forcipe confringatur. *Sous le davier*. De dentis evulsione loquitur.
Digitos confringere. Cic. pro Flac. 73.
Sceptra confringere. Sen. Herc. fur. 4.
Ac sæva justa sceptra confregit manu. i. e. Vi usurpavit regnum. De Lyco.
Tesseram confringere hospitalem apud aliquem. V. TESSERA.
Turres confringere. Lucan. lib. 6. 123.
Confringere rem, pro Dissipare & consumere. Plaut. Stich. 4. 2. 49.
Dum parasitus mihi fratrique fuisti, rem confregimus.
Consilia confringere. Cic. 3. Verr. 13. Confringat iste sane vi sua consilia Senatoria, quæstiones omnium perrumpat: Evolet ex vestra severitate.
Jura confringere. Cic. 2. de Legib. 55.
Præturam alicujus. Cic. pro Milon. 35. Al. Constringere.

CONFRAGTUS, a, um. [συνεῤῥηγμένος] Partic. ut, Confracta navis est illis. i. e. Naufragium fecerunt. Plaut. Rud. 1. 2. 64.

CONFRACTUS, ûs. m. Cels. præf. lib. 1. p. 7. Considerare duritiem, mollitiem, lævorem, confractum. [Ita quidem Linden. Sed codd. Mss. & typis editi antiquiores præferunt Contactum. Eaque lectio potior videtur. Quam prolixius astruere brevitatis studio prohibeor.

CONFRACTIO, ōnis. f. &

CONFRACTURA, æ. f. Idem. In Digest. & Vulg. Interpr. Psal. 105. 23.

CONFRĂGŌSUS, a, um. Adj. [ἀπότομος] Quod disruptum & rude atque incultum est. Columel. lib. 2. cap. 2. Incultum igitur locum consideremus, siccus an humidus, nemorosus arboribus, an lapidibus confragosus.
Argumenta velut horrida & confragosa. Quintil. lib. 5. cap. 8.
Versus confragosi. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Evecti confragosis, atque asperis, tota pandere possumus vela. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Confragosum, per translationem, Intricatum, quod vix potest intelligi. Plaut. Cist. 2. 3. 70.
Sed ego illud quæro confragosum, quomodo
Prior posterior sit: posterior sit prior.

CONFRĂGUS, a, um. [ἀδιόδευτος] Adj. Idem. Lucan. lib. 6. 126.
— & confraga densis
Arboribus dumeta tegunt. i. e. Aspera & inaccessa. sunt spinis obsitæ rupes.

CONFRUCTUS, ûs. m. in Fragment. Poet. [Quibus? Sic & mox in *Confugo* Thes. Lips. passimque, nullo indicato loco.

CONFRUMENTALIS, [σύσσιτος] Interp. Dig. 47. t. 24. l. 4.

CONFŬGIO, ūgi, ugĭtum, [καταφεύγω] ĕre. Idem quod Fugere. Cic. 4. Verr. Quid te futurum est? quo confugies? ubi nitere?
Quo confugerem habebam, ubi conquiescerem. Cic. 4. Fam. 6.
In agros confugere. Cic. 3. Att. 15.
Confugere in arcem. Cic. 1. Tusc. 85.
In fidem, misericordiam alicujus. Cic. pro Quint. 10. Quum tot, tantisque difficultatibus affectus atque afflictus, in tuam, C. Aquili, fidem, veritatem, misericordiamque P. Quintius confugerit.
In naves. Cæs. 3. Bell. Civil. 9.
Ad aliquem auxilii gratia. Liv. 1. 2. Inde Turnus Rutulique, diffisi rebus suis, ad florentes Hetruscorum opes, Mezentiumque regem eorum confugiunt.
Ad te confugio & supplex tua numina posco. Virg. 1. Æn. 666.
Ad aliquem virtute præstantem. Cic. 2. Off. 41.
Ad aram vel In aram. Cic. pro Cæcin. 100.
Ad artes. Ovid. 1. Fast. 571.
Ad fidem alicujus. Cic. 1. Verr. 11. Ad meam fidem, quam habent spectatam jam, & diu cognitam, confugiunt: auxilium sibi per me a vobis atque a Populo Romano legibus petunt.

Ad opem judicum afflicti injuriis supplices inferioresque confugiunt. Cic. pro Font. 23.
Ad opem æger confugit medicam. Ovid. 3. de Pont. 4. 8.
Ad rem publicam. Cic. 4. Fam. 6.
Ad statuam confugere. Ulp. in l. si dominus. D. de his qui sunt sui vel alien. jur.
Ad vota precesque. Plin. 10. Epist. 51.
Confugere ad aliquid, se excusandi gratia. Ter. Heaut. 4. 5. 45.
— neque tu scilicet
Eo nunc confugies, quid mea? num mihi datum est? i. e. Non erit quod excusationis causa hæc dicas, Quid mea?
Confugere sine præpositione. ut, Perusiam confugere coegit. Suet. Aug. 14.
Confŭga, æ. f. [καταφύγων] Qui ad asylum confugit. l. præsenti. C. de his qui ad ecclesf. confug. l. si qua. C. de episc. & cleric.
Confugela, æ. f. Festus, Confugelam antiqui Confugium dicebant.
Confugium, i. n. [καταφυγή] Ovid. 4. Trist. 5. 6.
Qui veritus non es portus aperire fideles
Fulmine percussæ confugiumque rati.
Confugium & portus. Ovid. 5. Trist. 6. 2.
Commune confugium ægris animantibus. Stat. 12. Theb. 504.
Confŭgo, āre. in Fragm. Poet.
Confugatio, ōnis. f. apud Firmicum.
Confulcio, si, tum, [ἐρείδω] īre. Idem quod Fulcire: unde,
Confultus, Partic. ut, Corpora confulta exiguis intervallis. Lucret. 2. 97. Nonnulli Conflicta legunt, cujus eadem fere significatio est apud hunc poetam. Utrumque enim Connexum significat, & compactum vel commissum. Si Conflicta legis, recte exposueris Collisa. Alii legunt Consulta.
Confulcimentum, i. n. apud Firmicum.
Confulgeo, si, [συλάμπω] ēre. Notum verbum. Plaut. Amph. 5. 1. 44.
Ædes totæ confulgebant tuæ, quasi essent aureæ. i. e. Undique fulgebant.
Confulgŭro, āre. apud Firmicum.
Confulminatus, a, um. apud eundem.
Confūmo, āre. apud eundem.
Confundo, fūdi, fūsum, [συγχέω, συγχύνω, συνεξεγείρω] ĕre. Perturbare, commiscere. Plin. Et si noscantur, facile confundunt colorem. Plaut. Most. 1. 3. 120.
Itidem olent, quasi quum una multa jura confudit coquus.
Cum igne se confundit ignis. Cic. de Univers. 41.
Dolore confundere aliquem. Plin. ad Maximum 5. Epist. 5.
Confundere in unum corpus. Liv. 34. 9. Nunc in corpus unum confusi omnes, Hispanis prius, postremo & Græcis in civitatem Romanam ascitis.
In unum sonum coalescere, & confundi. Quintil. lib. 1. cap. 7.
Confundere sermones in unum. Liv. 7.
Fœdus. Virg. 12. Æn. 290.
Iter. Sil. lib. 3. 663.
Has observatis valles enavimus astris:
Namque dies confundit iter, &c.
Jus omne. Lucan. 1. 667.
Lacrymas cum lacrymis. Ovid. 2. Epist. 95.
Particulas similes inter se. Cic. 4. Acad. 118.
Prælia confundit Bacchus cum Marte. Hor. 1. Carm. 17. 23. Quando ex ebrietate oriuntur rixæ.
Sacra prophanis. Claud. 7. Paneg.
Sensus animi. Lucret. 2. 945. i. e. Turbare.
Venerem cum multo vino. i. e. Libidinem cum ebrietate. Ovid. 2. Trist. 363.
Vera confundere falsis. Cic. 4. Acad. 61.
Verba confunduntur. Lucret. lib. 4. 562.
Confundere quidpiam in vas aliquod. Columel. lib. 12. cap. 28. Si vinum in vetustatem servare voles, in cado duarum urnarum, quam optimi vini sextarium, aut fæcis generosæ recentis sextarios tres addito: aut si vasa recentia ex quibus vinum exemptum sit habebis, in ea confundito.
Confundi, pro Erubescere usus est Cyprianus in tractatu de Lapsis, Christus in præceptis suis dicit, Qui confusus me fuerit, confundet illum Filius hominis. Et Christianum se putat, qui Christianus esse aut confunditur, aut veretur? Quomodo potest esse cum Christo, qui ad Christum pertinere, aut erubescit, aut metuit?
Confūsus, a, um. [ἀχυνθείς, συγχυθείς] Partic. Perturbatus. Liv. 6. 34. Confusam eam ex recenti morsu animi, quum pater forte vidisset, percontatus, Satin' salvæ?
Animo confusus. Liv. 6. 6. i. e. Pudore perturbatus.
Fletu confusus gaudia. Stat. 5. Silv. 3. 217.
Mœrore confusus. Liv. 35. 15.
Pudore. Ovid. 21. Epist. 111.
Somnio confusus. i. e. Perterrefactus. Suet. Cæs. cap. 7. Confusum somnio proximæ noctis conjectores ad amplissimam spem incitaverunt.
Turba querelarum confusus adolescens repente obticuit. Justinus lib. 32. cap. 2. de Demetrio.
Castra confusa tumultu. Lucan. 7. 127.
Licentia. Claud. 1. in Eutrop. 499.
Merum confusum sectis herbis. i. e. Mixtum. Horat. 2. Serm. 4. 67.
Olympus, Cælum nubilum. Stat. 5. Theb. 421.
Pectora. Valer. 1. Argon. 79.
Prolem confusam utero capere, Ex adulterio neque ex uno viro concipere. Seneca Hippol. v. 171.
Miscere thalamos patris & gnati apparas,
Uteroque prolem capere confusam impio?
Rebus confusis opem tribuere. Claud. de Bell. Get. 432.
Rosa confusa rubore. Columel. 10. 261.
Strages. Virg. 6. Æn. 504.
Turba. Ovid. 1. Fast. 113.
Verba. Ovid. 2. Met. 666.
Voluptas jam confusa. i. e. Turbata & jam cessans. Ovid. 15. Epist. 49.
Vox. Lucret. lib. 4. 566.
Vultus confusus. i. e. Perturbatus. Ovid. 3. Trist. 5. 11.
Cernere perturbata & confusa. Cic. 1. de Divin. 60.
Inire confusum suffragium. Liv. 26. 18.
Compar. [ἀσχυντερος] ut, Confusior pavor. Plin. lib. 7. sub finem procemii.
Facies confusior. Tacit. 4. Ann. 63.
Superl. Mos confusissimus. Suet. Aug. cap. 44. Spectandi confusissimum morem correxit.
Confusŭrus, a, um. [συγχύσων] Partic. Ovid. 6. Met. 585.
— sed fasque, nefasque
Confusura ruit: pœnæque in imagine tota est.
Confusio, ōnis. f. [σύγχυσις] ut, Confusio omnium rerum. Cic. 2. de Fin.
Religionum confusio. Cic. 2. de Legib. 23.
Temporum. Cic. 2. Off. 65.
Virtutum conjunctio confusioque a philosophis ratione quadam distinguitur. Cic. 5. de Fin. 67.
Vitæ perturbatio & magna confusio. Cic. 1. de Nat. Deor. 3.
Confusio, pro Animi perturbatione. Plin. 1. Epist. 22. in fine. Et Tacit. 3. Hist. 38. Causam confusionis quærenti, non se proprio metu, nec sui anxium, preces lacrymasque attulisse.
Oris crebra confusio. Idem 4. Hist. 40. V. etiam Plin. Paneg. cap. 86. & Vellei. 2. 124.
Confūse, [συγκεχυμένως] Adverb. Plin. lib. 34. cap. 2. Quondam æs confuse auro argentoque miscebatur.
Confuse & permiste, cui contrarium Descripte & electe. Cic. 1. de Invent. 49. In præsentia tantummodo numeros & modos & partes argumentandi confuse & permiste dispersimus, post descripte & electe.
Agere confuse. Cic. 3. de Nat. Deor. 19.
Loqui confuse. Cic. 2. de Fin. 27.
Confuse universis mancipiis constitutum pretium. Cui opponitur, quod mox sequitur: Singulorum mancipiorum constituto pretio. Pomponius in l. si plura. D. de ædilit. edict.
Compar. Cic. 8. Philip. 1. Confusius hesterno die est acta res.
Confusim, [χύδην] aliud Adv. Idem. Plin. lib. 18. cap. 16. Unum de ea & cytiso volumen Amphilochus fecit confusim.
Confusaneus, a, um. Confusus. Gellius præfat. Miscellam & quasi confusaneam doctrinam conquisiverant.
Confusĭlis, e. Idem. apud Apul.
Confunĕro, āre. Juvenc. 4. 97.
Ejus ut adventus terræ confuneret orbem. V. Barth. Adversf. 13. 19.
Confungor, gi. JCt. in Dig.
Confŭro, ĕre. Saresb. in Epist. Quæ capiti confurebant membra cointereunt.
Confūto, [ἀνασκευάζω] āre. Refellere. Plaut. Truc. 2. 3. 28.
Ego istos, qui nunc me culpant, confutavero.
Verbis confutare iratum. Ter. Phorm. 3. 1. 13.
Quid is fecit? G. confutavit verbis admodum iratum patrem.
Dictis confutare. Ter. Heaut. 5. 1. 76.
Hic, ita ut liberos est æquum, dictis confutabitur.
Argumenta confutare. Cic. 1. de Divin. 8. Etenim ipse Cotta sic disputat, ut Stoicorum magis argumenta confutet, quam hominum deleat religionem.
Audaciam alicujus Cic. in Partit. 134.
Dolores maximos confutare. Cic. 5. Tusc. 88. Ordiamur ab eo, si placet, quem mollem, quem voluptarium dicimus. Quid, is tibi mortemne videtur, an dolorem timere, qui eum diem quo moritur beatum appellat, maximisque doloribus affectus, eos ipsos inventorum suorum memoria & recordatione confutat? i. e. Retundit.
Confutare, Confundere, commiscere, commovere. Varr. Manio, Harum ædium summa atria confutabant architecti omnes. Titinnius Setina, Coquus magnum ahenum, quando fervit, paula confutat trua. Nonius. Hunc versum citat Scalig. ad Fest. in voce Refutare; probare propriam hujus vocis significationem deductam esse ab ollis, quæ cum ferventes paulo plus exuberant, solent futo vase ad hoc apto, inversa aqua compesci; quod dicitur Futare & confutare ollam: Hinc ad alia transfertur.
Confutatio, ōnis. f. [ἀνασκευή] in oratione, est Contrariorum locorum dissolutio. Auctor ad Herenn.
Confutatus, a, um. Ammian. 26. 3. Venefici nocuisse quibusdam aperte confutati. V. 17. 9.
Confutator, ōris. m. Hieronymus Catalog. Scriptor. ecclesiast. in Bardesane: Primum Valentini sectator, deinde confutator, novam hæresin condidit.
Confŭtuo, ĕre. Catull. Carm. 38. 3.
— quicquid est puellarum
Confutuere.
Congarrio, īre. Saresb. 5. 6. Inter congarrientes perstrepere.
Congaudeo, ēre. Simul gaudere. Tertull. adv. Gnost. cap. 13. Congaudeo omnibus vobis, perinde & vos gaudete & congaudete mihi. conf. adv. Psych. cap. 13. Cyprian. Epist. 50. Et Ambros. ad Virg. Laps. pr.
Congedus, i. m. Amnis est Celtiberorum, erumpens circa Bilbilim, qui per agri planitiem fluens, exiguum lacum efficit, tepentibus aquis. Martial. 1. 50.
Tepida natabis lene Congedi vada,
Mollesque nympharum lacus.
Congĕlĭdus, a, um. Adj. [ψυχρός] ut, Congelida aqua apud Cels. lib. 4. cap. 24. At si tumor est, foveri quidem debet aqua congelida. Quo loco sunt qui legant, Egelida: alii, Calida. Congelidam vero putant esse, Quæ ab ipso Celso capite eodem Egelida nuncupatur, hoc est Tepida.
Congĕlo, [συμπήγνυμαι, πήγνυμαι] āre. Idem quod Gelare & concrescere. Et raro præterquam in tertiis personis reperitur. Plin. lib. 18. cap. 28. Infinitum quantum illo tempore cadentes pruinas congelat. Columel. lib. 7. cap. 8. Ipsos quidam virides conterunt nucleos, & lacti permiscent, atque ita congelant. i. e. Coagulant.
In lapidem congelare rictus serpentis apertos. Ovid. 11. Met. 61.
Lacrymas congelare. Ovid. ad Liv. 113.
Latices Ister (scil. Fluvius) congelat suos. Ovid. 3. Trist. 10. 30.
Pectora nautis congelat hiberni vultus Jovis. Valer. 3. Argon. 578.
Virum congelat uxor anus. Martial. 14. 147.
Quid prodest, si te congelat uxor anus?
Congelavit otio. Cic. 2. Fam. 12. Gaudebam sane, & congelasse nostrum amicum lætabar otio. h. e. Velut congelatum esse, & obtorpuisse.
Congelare, neutrum, pro Congelari. Ovid. 6. Met. 306.
Ipsa quoque interius cum duro lingua palato
Congelat, & venæ desistunt posse moveri. Congelat. i. e. Frigida & dura fit. De Niobe in marmor conversa loquitur.

CONGELOR, āri. passiv. Columel. lib. 1. cap. 6. Oleum quod minus provenit, si congelatur, fracescet.

CONGELĀTUS, a, um. Martial. 11. 99.
Nec congelati gutta proderit nasi. Adde Vitruv. 8. 3. & Columel. 3. 12.

CONGELATIO, ōnis. f. [σύμπηξις] Plin. lib. 31. cap. 3. Minui certe liquorem omnem congelatione deprehenditur.

CONGELASCO, ĕre. Macrob. 7. Saturn. cap. 12. Cur vina aut nunquam, aut rarenter congelascant.

CONGĔMĬNO, [διπλασιάζω] āre. Idem quod Geminare. Virg. 11. Æn. 698.
Tum validam perque arma viro, perque ossa securim,
Altior insurgens, oranti & multa precanti
Congeminat. i. e. Bis eum securi percutit.
Congeminavimus omnes. Plaut. Amph. 2. 2. 154.
Tu peperisti Amphitruonem, ego alium peperi Sosiam:
Nunc si pateram patera peperit, omnes congeminavimus.
Crebros ensibus ictus congeminant. Virg. 12. Æn. 713.
Sonitus congeminare. Sil. lib. 3. 196.
Vocem per aures congeminare. Valer. 2. Argon. 201.

CONGEMINANS, antis. Partic. [διπλασιάζων] Valer. 6. Argon. 379.

CONGEMINĀTUS, a, um. Apul. de Dogm. Plat. p. 54. Numeris & modis confici congeminatis.

CONGEMINATIO, ōnis. f. [διδυμότης] Plaut. Pœn. 5. 5. 18.
Quid hoc est conduplicationis? quæ hæc congeminatio?

CONGEMMATUS, a, um. Idem ac Gemmatus, apud Tertull.

CONGĔMO, ui, itum, [στενάζω] ĕre. Una & simul gemere, & condolere. Cic. pro Muren. 51. Congemuit Senatus frequens, neque tamen satis severe pro rei indignitate decrevit.
Mortem congemere ac flere. Lucret. 3. 947.
Quid tibi tantopere est mortalis, quod nimis ægris
Luctibus indulges? quid mortem congemis, & fles?
Positum feretro congemuere. Valer. 5. Argon. 12.
Congemere, ad Arbores translatum. Virg. 2. Æn. 631.
Vulneribus donec paulatim evicta, supremum
Congemuit. De orno arbore loquitur.

CONGEMISCO, ĕre. Idem. Augustin. Confess. 6. 7. pr. Congemiscebamus in iis, qui simul amice vivebamus.

CONGEMISCENS, entis. Tertull. de Spectac. cap. 30. Reges imis tenebris congemiscentes.

CONGĔNER, ĕris. Adj. [ὁμόγονος] ut Degener. Plin. lib. 15. cap. 24. Aliud corpus est terrestribus fragis, aliud congeneri eorum unedoni.

CONGĔNĔRO, [συγγεννάω] āre. Adjungere, associare. Accius Fidicinis, Quam vehat grato tibi congenerat gentium, aut generum affinitas. Ennius, Quem mihi congenerat affinitas. Nonius 2. 121. Obsoletum.

CONGENERĀTUS, a, um. ut, Porculi congenerati. Varr. R. R. 2. 4. Senium parentis congeneratum. Columel. 7. 3.

CONGĔNER, ĕri. m. Generi in affinitate socius. Congeneri, Duo pluresque generi, respectu unius soceri. Symmach. 8. Epist. 40. Supremis congeneri interesse. Gloss. Cyrilli, Congener, σύγγαμβρος.

CONGENĬTUS, a, um. [ὁμογενής] Partic. a Congigno. Plin. lib. 11. cap. 39. Pili congeniti non desinunt.
Congenita vastitas roborum. Plin. lib. 16. cap. 2.

CONGENTĪLIS, is. m. Gloss. Gr. Lat. ὁμόεθνος, Congentilis.

CONGENŬCLO, CONGENICULO, vel CONGENULO, [γονατίζω] āre. Flecti genibus. Sisenna lib. 3. Hist. Multi plagis adversis icti & congenuclati Romanis præcipitatis, ipsi supra volvit in caput. Cæcil. Annal. lib. 6. Ipse regis ferit pectus, adversum congenuclat, percussu dejicis dominum. Nonius.

CONGER, Piscis. V. CONGRUS.

CONGERMANESCO, ĕre. Coalescere, conjungi vel consociari. Quadrigarius Annal. Facite exempla eorum, ut vos cum illis congermanescere sciatur. Nonius.

CONGERMINASCERE, [βλαστάνειν] V. GERMEN.

CONGERMINO, āre. Coalescere, conjungi. Gell. 20. 8. Cepe revirescit & congerminat luna decedente.

CONGĔRO, ssi, stum, [συμφορέω, συναθροίζω] ĕre. Congregare, coadunare, accumulare.
Simul omnia congerere. Cic. 16. Fam. 14.
Congerere in. Cic. pro Lege Manil. 22. Quas & a majoribus acceperat, & ipse bello superiore ex tota Asia direptas, in suum regnum congesserat.
In caput alicujus saxa. Sen. OEdip. 10.
In cellulam ad aliquem. Ter. Eun. 2. 3. 17. Quum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum.
In sermonem turbam. Cic. de Clar. Orat. 332. Ut te eripias ex ea, quam ego congessi in hunc sermonem, turba patronorum.
In unum omnia. Cic. 5. Tusc. 117.
Causas congerere in aliquem. Liv. lib. 3. 38. Haud ignari quanta invidiæ immineret tempestas: omnes vastati agri, periculorumque imminentium causas in se congesturos. i. e. Culpam rejecturos.
Crimen in aliquem. Cic. pro Milon. 65.
Maledicta in aliquem. Cic. 3. Philipp. 15.
Ornamenta in aliquem. Cic. pro Rege Deiot. 12. In quem quum dii atque homines omnia ornamenta congessissent, tum tu ipse plurima & maxima.
Congerere alicui, pro In aliquem. Sen. 1. de Clement. Ambitiosæ majestati quicquid potuimus titulorum congessimus.
Ictus crebros alicui. Valer. 4. Argon. 306.
Amnes. Valer. 4. Argon. 717.
Aram arboribus. Virg. 6. Æn. 178.
— aramque sepulcri
Congerere arboribus, cæloque educere certant. h. e. Pyram. Servius.
Divitias auro. Tibul. lib. 1. 1. 1.
Funus alicui congerere, ac tumulum struere. Senec. Medea 12.
Honores supremos alicui congerere, Alicujus obitum honestare. Valer. 6. Argon. 630.
Laticem in vas pertusum. Lucret. 3. 1022.
Oscula. Ovid. 18. Epist. 113.
Silvas. i. e. Magnam vim lignorum. Sen. Herc. fur. 6.
Tela. Cic. 16. Fam. 14.
Terram congerere in. Jabolenus in l. qui domum. D. locati, Terram in eam aream amplius, quam fundamenta cæmentitia locatoris erant, congessit.
Viaticum alicui. Cic. pro Planc. 26.
Ne plus æquo quid in amicitia congeratur, non verendum est. Cic. de Amicit. 58.
Congerere, Nidum facere. Virg. 3. Ecl. 69. — namque notavi
Ipse locum, aeriæ quo congessere palumbes. Avium enim congestus est, quum ad nidum construendum festucas, herbas, floccos, aliaque congerunt.

CONGESTUS, a, um. Partic. [συμπεφορημένος] ut, Pindo congestus Athos. Sen. OEth. 9.
Artus temere congesti, Sine ordine dissecta membra. Sen. Hippol. 12.
Cibaria congesta. Hor. 1. Serm. 1. 32.
Culmen tugurii congestum cæspite. Virg. 1. Ecl. 69.
Donis congestis undique crescunt opes. Sil. lib. 13. 87.
Funera congesta acervatim honori cadaverum. Plin. lib. 12. cap. 18.
Grana tritici in os pueri Midæ congesta. Cic. 2. de Divin. 66.
Honores congesti. Liv. 39. 50. extr.
Montes. i. e. Comportati. Ovid. 1. Met. 153.
Monumenta opibus alicujus. Tibul. lib. 1. 7. 59.
Nemore congesto structum aggerem acervare. Sen. Herc. fur. 13.
Opes. Ovid. 4. Fast. 618.
Oppida congesta manu præruptis saxis. Virg. 2. Georg. 156.
Oratio dissoluta atque ex diversis congesta. Quintil. lib. 2. cap. 11.
Pondus auri. Ovid. 17. Epist. 224.
Pulvis. Propert. lib. 4. 10. 31.
Sacci congesti. Hor. 1. Serm. 1. 70.
— congestis undique saccis
Indormis inhians, &c.
Spes in aliquem. Ovid. 8. Met. 113. — nec te
Noster amor movit, nec quod spes omnis in unum
Te mea congesta est.
Turba. Sen. Thyest. 9.
Compar. Auson. Mosell. v. 133.
Gobio, non major geminis sine pollice palmis,
Præpinguis teres, ovipara congestior alvo.

CONGESTE, Adv. Stricte, breviter. Capitolin. in Marco Phil. cap. 19. extr. Et quidem hæc breviter & congeste.

CONGESTIM, Adv. Idem. Apul. Apol. p. 462. Jacere congestim.

CONGESTIO, ōnis. f. Jabolenus in l. qui domum. D. locati, Quia non ipsa congestio, sed humor ex ea congestione postea damno fuerit. Sic Macrob. 5. Saturn. cap. 15. sub finem, & Vitruv. 10. 20. pr.

CONGESTUS, ûs. m. [συνάθροισις] Cic. 2. de Divin. 68. Herbam autem asperam, credo, avium congestu, non humano satu. i. e. Quam aves congesserunt. Columel. lib. 9. cap. 14. Congestu culmorum & frondium supertegemus.
Arenæ congestus. Lucret. 6. 724.
Copiarum. Tacit. 2. Hist. 87.
Signorum congestus. Quintil. 10. 7. p. 954. Miles congestu signorum excitatur. i. e. secundum Burm. Circumstantibus signis circa oratorem ducem.

CONGESTĪTIUS, a, um. Adj. [συγχόμιστος] Quod congestum est. Columel. lib. 2. cap. 10. Non deterius tamen etiam pinguibus arenis, vel congestitia humo proveniunt.
Locus congestitius, Non solidus ad jacienda fundamenta. Vitruv. lib. 3. cap. 3. Si autem non solidus invenietur, sed locus erit congestitius, &c.

CONGĔRIES, ēi. f. [σωρεία, συναθροισμός] Coadunatio, agger, cumulus. Plin. lib. 10. cap. 43. Ubi de corvo loquitur, qui congesserat lapides in situlam, ut biberet commodius. Ita, inquit, descendere paventem expressisse tali congerie quantum poturo sufficeret.
Bonorum congeries. Claud. 8. Paneg.
Pulveris. Lucan. 9. 487.
Silvæ. Ovid. 9. Met. 235.
Rudis. Claud. 2. in pr. Cons. Stil. 10. i. e. Chaos. Ovid. 1. Met. 7. Vocat rudem indigestamque molem.
Sæva congeries, Strages. Valer. 6. Argon. 511.
Inter equos sævam misero lustramine versant
Congeriem.

CONGERRO, ōnis. m. [συμφλύαρος, συνόμιλος] Cum quo familiariter versamur, & facete confabulamur. Erasmus. Plaut. Most. 3. 3. 27.
Nunc ego me illac per posticum ad congerrones conferam. Idem Truc. 1. 2. 6. Ne quam veniunt ad scorta congerrones. h. e. Quasi simul cum scortis garrientes. Alii legunt Congerones.

CONGIARIUM. V. CONGIUS.

CONGIUS, i. m. [χοῦς] Mensuræ aridorum & liquidorum genus est, sex sextarios continens. Plin. lib. 14. cap. 9. Distat a mulso quod fit e musto, cum quinque congiis austeri musti. Idem lib. 14. cap. 16. Libram & quadrantem in congios duos musti macerant. Et Liv. 25. 2. V. Budæum de Asse, & inprimis Eisenschmid. de Pond. & Mens. S. 2. c. 2. Figuram ac descriptionem Congii ænei Romani exhibet Jac. Oisel. tab. 116.

CONGIĀLIS, e. [χοαῖος] Fidelia congialis, Quæ congium capit. Plaut. Aul. 4. 2. 15.
Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam.
Situli congiales. Vitruv. 9. 9.

CONGIARIUS, a, um. Adj. [χοαῖος] ut, Congiarius cadus, Qui congium continet. Plin. 14. 14. Ipse quum rediit ex Asia, millia cadûm congiariûm divisit amplius centum. Ita legit Budæus, Sunt autem (inquit idem) Congiarii cadi, Qui congium tantum capiunt: id est senos sextarios Italicos. Harduin. legit, In congiarium divisit. [MSS. omittunt præpositionem.

CONGIARIUM, i. n. [ἐπίδοσις] Munus quod a principe exhibetur populo. Dictum a Congio, quod olim Frumentum daretur. Sen. lib. 4. de Benef. cap. 28. Hoc donabatur populus, sicut donativo milites donabantur. Sic Plin. in Paneg. cap. 25. Nisi vero leviter attingi placet, locupletes tribus, datumque congiarium populo, & datum totum, cum donativi partem milites accepissent. Cic. 10. Att. 7. Vehementer avaritiam video fuisse, & spem magni congiarii. V. Donativum in DONO. Congiarium pro Donativo posuit Curtius 6. 2. 10. Millia talentûm proxima præda redacta erant: a quibus XII millia in congiarium militum absumpta.

Dare

Dare populo congiaria. Suet. Auguſt. cap. 41. Congiaria frequenter populo dedit, ſed diverſæ fere ſummæ, modo quadringenos, modo tricenos, nonnunquam ducenos, quinquagenoſque nummos.
Lenire multitudinem imperitam congiariis. Cic. 3. Philipp. 116.
Congiarium, eſt etiam Donum quod princeps privatim dat alicui. Suet. de Clar. Rhet. cap. 27. Nec eo minus, imo vel magis ob hoc Antonio gratus: a quo mox Conſule ingens etiam congiarium accepit. Idem pro Privato dono in Cæſ. cap. 27. dixit Uberrimum congiarium, teſte Budæo. Sed & in Veſpaſ. cap. 18. Coloſſi refectorem, inquit, inſigni congiario, magnaque mercede donavit. i. e. Munere Imperatorio.
Exiguitas congiariorum. Quintil. lib. 6. cap. 3. In Metalepſim quoque cadit ratio dictorum, ut Fabius Maximus incuſans Auguſti congiariorum, quæ amicis dabantur, exiguitatem, heminaria eſſe dixit.
De Congiarii in nummis memoria, V. Spanheim. diſſ. 13. p. 529.
Nec cauſam video cur additam malint alii, alii Congiariorum vel Congiario legant. Cum per appoſitionem dicatur ſita ne Accuſ. ſing. n. g. Congiarium, pro Congiarii loco.
CONGLĂCIO, [συμπήγνυμαι] āre. In glaciem converti. Cic. 2. de Nat. Deor. 26. Atque aquæ etiam admiſtum eſſe calorem, primum ipſe liquor aquæ declarat effuſæ, quæ neque conglaciaret frigoribus, neque nive pruinaque concreſceret. In quibuſdam exemplaribus legitur, Neque conglaciaretur.
Conglaciat tribunatus Curioni. Cic. 8. Fam. 6. Curioni noſtro Tribunatus conglaciat. i. e. Friget prorſus nihil agendo Curio in tribunatu.
CONGLACIĀTUS, a, um. Partic. Plin. lib. 2. cap. 6. Grandinem conglaciato imbre gigni.
CONGLĔBATUS, a, um. ut, Terra humore denſo conglebata & pulvere. Prudent. præf. Hamart. v. 53.
CONGLĪSCO, ĕre. Concreſcere. Plaut. Trin. 3. 2. 52.
Ne ſcintillam quidem relinques, genus qui congliſcat tuum.
CONGLŎBO, [συναθροίζω] āre. a Globo deductum; ſignificat Coadunare. Liv. 8. 11. pr. Qui Latinorum pugnæ ſuperfuerant multis itineribus diſſipati, quum ſe in unum conglobaſſent, Veſcia urbs eis receptaculum fuit.
Mare conglobatur undique. Cic. 2. de Nat. Deor. 116.
Sors conglobat. Liv. 22. 5. extr. Sors conglobabat, & animus ſuus cuique ante aut poſt pugnandi ordinem dabat. ſubaudi, Milites. Al. Fors conglobat.
CONGLOBĀTUS, a, um. [συναθροισθεὶς] Partic. ut, Conglobatum corpus in pilæ modum. Plin. lib. 9. cap. 46.
Corpuſcula conglobata. Lucret. 2. 153.
Nec ſingillatim corpuſcula quæque vapores,
Sed complexa meant inter ſe conque globata. i. e. Conglobata. De atomis loquitur.
Definitiones conglobatæ. Cic. in Partit. 5.
Figura conglobata neque natum uſquam quicquam & ſempiternum. Cic. 4. Acad. 118.
Gentes conglobatæ. Salluſt. Orat. 1. de Repub. ord. Non orbis terrarum, neque cunctæ gentes conglobatæ, movere aut contundere queunt hoc imperium.
Pars extrema, & conglobata inter ſe concionis. Tacit. 1. Ann. 35.
Sanguinem conglobatum diſcutere. Plin. lib. 23. cap. 1.
Terra undique in ſeſe nutibus ſuis conglobata. Cic. 2. de Nat. Deor. 98.
CONGLOBĀTIO, ōnis. f. [συνάθροισις] Sen. Nat. Quæſt. 1. 15. Multa enim conglobatione ignium indigens, quum ingens eorum orbis aliquando matutini amplitudinem ſolis exuperet.
Nubis conglobatio. Idem ibid. 5. 13.
Fortuita conglobatio. Tacit. de Morib. Germ. 7. Non caſus aut fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, ſed familiæ & propinquitates.
CONGLOBATIM, Adv. apud Liv. 25. 15. Gronov. Conglobati legit.
CONGLŎMĔRO, [συνειλίσσομαι, συστρέφω] āre. a Glomus, ĕris. Involvere, ſuperaddere. Enn. Thyeſt. apud Non. 2. 166. Heus mea fortuna, ut omnia in me conglomeras mala! V. GLOMERO.
CONGLOMEROR, paſſivum. Lucret. 3. 211.
Quam tenui conſtet textura, quamque loco ſe
Contineat parvo, ſi poſſit conglomerari.
CONGLOMERĀTUS, a, um. Celſ. 7. 10. Venæ intortæ conglomeratæque.
CONGLOMERATIO, ōnis. f. Cod. 12. t. 19. l. 13. Vetita conglomeratio.
CONGLŌRĬFICO, āre. Tertull. de Reſurr. Carn. cap. 40. Compatimur, uti & conglorificemur, &c.
CONGLŪTĬNO, [συγκολλάω] āre. ex Glutino componitur; & ſignificat Conjungo & ferrumino. Cic. 1. de Orat. 188. Quæ rem diſſolutam divulſamque conglutinaret, & ratione quadam conjungeret.
Conglutinare & Diſſolvere, contraria. Cic. de Amicit. 32. Nam ſi utilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata diſſolveret.
Amicitias conglutinare teſtimoniis. Cic. 7. Att. 8.
Amores meretricios nuptiis. Ter. And. 5. 4. 10.
Dolos conglutinare. Plaut. Bacch. 4. 4. 42.
Voluntates conglutinantur conſuetudine. Cic. 11. Fam. 27.
Vulnus conglutinant ſolia vitium. Plin. lib. 23. in proœm.
Ex libidine, crudelitate, petulantia, audacia conglutinatus. Cic. 3. Philipp. 28. Quid eſt in Antonio præter libidinem, crudelitatem, petulantiam, audaciam? ex his totus conglutinatus eſt.
CONGLUTINĀTUS, a, um, Partic. ut, Concordia conglutinata. Cic. 1. Att. 17. Tueor, ut poſſum, illam a me conglutinatam concordiam. V. Apul. 9. Met. p. 285.
CONGLUTINĀTIO, ōnis. f. [συγκόλλησις] ut, Conglutinatio verborum. Cic. in Orat. 78. Et de Senect. 72. Omnis conglutinatio recens ægre, inveterata facile divellitur.
CONGLUTINŌSUS, a, um. ut, Humoris pars conglutinoſa. Veget. 1. 40.
CONGRÆCO, [οἰνοφλυγῶ, κωμάζω] activ. vel CONGRÆCOR, āri. depon. Compotationibus indulgere. Plaut. Bacch. 4. 4. 91.
Quod dem ſcortis, quodque in luſtris comedam & congræcem, pater.
Tractum eſt ex more Græcorum, qui compotationibus ac deliciis plus æquo indulgent. Unde Congræcari & Pergræcari, i. e. Genialem vitam agere.
CONGRASSOR, āri. apud Auguſtinum.
CONGRASSĀTOR, ōris. m. apud Firmic.
CONGRĀTŬLOR, [συγχαίρω, συνήδομαι] āri. Gaudere. Cic. pro Sext. 20. Mihi denique homines præcipue congratulabantur. Adde pro Planc. 66. & pro Marcell. 19.

Sic apud Plautum Men. Act. 1. Sc. 2. (v. 20.) Congratulantes. ubi priores edit Gratulantes. H. St.
CONGRATULĀTIO, ōnis. f. [συνδεφορία] Cic. ad Brut. 3. Sed tamen omnium ordinum conſenſus, gratiarum actio, congratulatioque me commovet.
CONGRATULĀTOR, ōris. m. Idem ac Gratulator, apud Auguſtin.
CONGRĂVO, āre. apud Hieron.
CONGRĔDIOR, greſſus ſum, [συνέρχομαι, σύνειμι] ĕdi. Simul jungi & convenire. Varro, Omneſque in unam domum congreſſi, ſimul diſcubuere.
Acie congredi. In ACIES.
Actutum congredere. Ter. Phorm. 5. 6. 12.
Congredi coram. Cic. in Piſon. 59. Mitte ad eum libellum: ſed jam ſi ipſe coram congredi poteris, meditare quibus verbis incenſam illius cupiditatem comprimas atque reſtinguas.
In aliquo loco. Cic. 6. Fam. 1.
Congredi aliquem, pro Accedere ad aliquem colloquendi gratia. Plaut. Amph. 4. 2. ſuppoſ. 2. 35. Hominem ne congrediamur quæſo, prius quam ſtomachum detexerit.
Congredi alicui quotidiana conſuetudine. Cæſ. 1. Bell. Civil. 40.
Luctari & congredi cum aliquo, Certare. Cic. pro Sull. 47. Nondum ſtatuo te virium ſatis habere, ut ego tecum luctari & congredi debeam.
Criminibus cum aliquo. Cic. pro Muren. 67.
Congredi, Inire certamen cum hoſte. Virg. 12. Æn. 233.
Vix hoſtem alterni ſi congrediamur, habemus.
Congredi cum hoſte. Plaut. Pſeud. 2. 1. 6. Ut ubicunque cum hoſtibus congrediar &c.
Congredi cum rhetore. Cic. 2. de Nat. Deor. 1. Næ ego incautus, qui cum Academico, & eodem rhetore congredi conatus ſum.
Congredi contra aliquem. Cic. pro Ligar. 9.
CONGREDIO, legitur apud antiquos, teſte Nonio, 7. 42. Plaut. Epid. Quid ſi adeam? haud ſcio an congredias, ſi hæc ea eſt.
CONGREDIENS, entis. [συνερχόμενος] Partic. cui Digrediens opponitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 103. Sed tum congrediens cum ſole, tum digrediens. De Luna. Et Gell. 15. 6. Ajax cum Hectore congrediens.
CONGRESSUS, a, um. [συνελθὼν] Partic. ut, Defenſio congreſſa ad repugnandum. Cic. in Topic.
Pede congreſſus, & equo congreſſus. Virg. 12. Æn. 465.
Nec pede congreſſos, nec equo, nec tela ferentes
Inſequitur. i. e. Nec fugientes, nec contra ſtantes dignatur occidere. Servius. Al. Nec pede congreſſos æquo.
Congreſſus, cum dativo. Virg. 1. Æn. 475.
Infelix puer, atque impar congreſſus Achilli. Ubi Servius, Congredior tibi antiqui dicebant, ſicut Pugno tibi, Dimico tibi. Hodie dicimus, Congredior tecum, Dimico tecum. [Ego vero Congreſſus hic ſubſtantivum verbale eſſe puto, ut in Ecl. 7. 16.
Et certamen erat Coridon cum Thyrſide magnum. Dativus autem a v. Impar regitur.
In commune congreſſi quiſque ſibi conſuluere. Tacit. 2. Hiſt. 54.
In prælia congreſſi. Virg. 11. Æn. 397.
CONGRESSIO, ōnis. f. [συμβολὴ] Cic. 2. Philipp. 46. Eumque a tua non modo familiaritate, ſed etiam congreſſione patrio jure & poteſtate prohiberet.
Familiarium congreſſiones. Cic. 1. Off. 132. Sermo in circulis, diſputationibus, congreſſionibus familiarium verſetur.
Ponitur etiam pro Conflictu: ut, Prima congreſſione funduntur. Juſtin. 6. 4.
Certaminis navalis congreſſio. Idem 4. 5.
Prælii congreſſio. Idem 4. 12.
CONGRESSUS, ūs. m. [σύνελευσις] Cic. de Amicit. 67. Ut congreſſus hominum fugiat atque oderit. Idem 2. de Orat. 317. Ante congreſſum multa fiunt, quæ non ad vulnus, ſed ad ſpeciem valere videantur.
Materiæ congreſſus. i. e. Conjunctio. Lucret. 5. 68.
Virorum clarorum tacitos congreſſus oportet. Cic. 4. Acad. 6.
Quotidianus congreſſus. Cic. 6. Fam. 4. extr. Non enim dubito quin magnæ tibi levationi ſolitus ſit eſſe quotidianus congreſſus & ſermo, cum familiariſſimi hominis, tum optimi & prudentiſſimi viri.
Optare congreſſum. Cic. 8. Att.
Placari aſpectu congreſſuque aliquorum inter ſe omnia. Cic. 1. Att. 14.
Petere congreſſus alicujus, Convenire aliquem. Virg. 5. Æn. 733.
Pollui congreſſu feminarum. Plin. lib. 12. cap. 14. de Coitu.
Reſervare aliquid in congreſſum. Cic. 1. Att. 17. Mihi vero ut invideant piſcinarii noſtri, aut ſcribam ad te alias, aut in congreſſum noſtrum reſervabo.
Venire in congreſſum & colloquium alicujus. Cic. 13. Philipp. 26.
Congreſſus, Conflictus ſeu prælium. Salluſt. Multi in eo congreſſu perierunt.
Iniquo congreſſu aliquem ſubire, Hoſte ſuperiorem eſſe, Cum impari hoſte dimicare. Valer. 6. Argon. 322.
Uno congreſſu tres mittere neci. Virg. 12. Æn. 514.
CONGRESSOR, ōris. m. Ambroſ. Epiſt. 4. ad Irenæum ſub fin. Bonus congreſſor non æmulatur.
CONGRĂDUS, a, um. Avienus Phænom. Arat. v. 1241.
— labenti congrada ſoli: i. e. Ejuſdem gradus & loci.
CONGRĔGO, [ἀγείρω, συναγείρω, ἀθροίζω, συνάγω, ἁλίζω, ἀολλίζω] āre. velut In gregem cogere.
Ab ortu naturæ congregari. Cic. 2. de Nat. Deor. 123.
Congregare ad. Plin. lib. 10. cap. 73. Cum plauſu congregari feros ad cibum in quibuſdam vivariis conſuetudine ſpectetur.
Ad alterum congregare ſe, & conjungere. Cic. pro Quint. 52. Quicum te aut voluntas congregaſſet, aut fortuna conjunxiſſet.
Cum æqualibus libenter ſe congregant homines. Cic. 5. de Finib. 42.
Cum aliquo ſe & ceteris alicubi. Cic. pro Rabir. 21.
In unum locum congregentur. Cic. 1. in Catil. 32.
In unum locum cives ſe ad curiam congregabant. Cic. 14. Philipp. 15.
In eundem numerum congregare aliquem. Cic. in Vatin. 25. Hominem ad conſervandam Rempublic. natum, in idem Vectii judicium, atque in eundem hunc numerum congregaſti.
Diſſipatos homines congregare, & ad vitæ ſocietatem convocare. Cic. 1. Tuſc. 62.
Multitudinem fugitivorum ac latronum in unum locum congregare. Cic. in Parad. 4.

Turbam ignotorum deorum. Cic. 1. de Nat. Deor. 39.
Virus congregatur. Sen. OEth. v. 565. Sed in codd. correctis Congeratur.

Congregātus, a, um. [συνηθροισμένος] Partic. ut, Multitudo hominum ex ſervis conductis congregata. Cic. pro Domo 89.
Homines natura congregati adhibent agendi congregandique ſolertiam. Cic. 1. Off. 157. Al. Cogitandique.
Nix ex aqua congregata. Cic. 4. Acad. 100. Al. Concreta, vel Congelata.
Vis oriens & congregata, cui opponitur Vis diſtracta & extincta. Cic. pro Domo 67. Ex quo judicare poteſtis quanta vis illa fuerit oriens & congregata, quum hæc Cn. Pompeium terruerit jam diſtracta & extincta.

Congregatim, Adv. Idem quod Gregatim. Prudent. Hymno Jejunant. v. 143.
Curſant per ampla congregatim mœnia.

Congregatio, ōnis. f. [συνάθροισις] Cic. 4. de Finib. 4. Natoſque eſſe ad congregationem hominum.

Congregātor, ōris. m. Arnob. lib. 6. p. 199. Phidias ſciebat, aurum fuiſſe, lapides, atque oſſa, informia, diſparata, confuſaque, ſeque horum omnium congregatorem atque vinctorem.

Congregābĭlis, e. [συναθροιστὸς] Quod facile congregari poteſt. Cic. 2. Off. 157. Atque ut apum examina non fingendorum favorum cauſa congregantur, ſed quum congregabilia natura ſint, fingunt favos: ſic homines, &c.

Congregis, e; vel Congrex, [συνάγελος] dicitur Gregi copulatus, commiſtuſque. Apul. lib. 7. pag. 194. Equinis armentis namque me congregem paſtor egregius &c. aliquando permiſit. Sic Segrex, A grege ſegregatus ob excellentiam. Sen. in Hippol. v. 1208. Segregem ſparſi per agros. Al. Segreges. V. Solin. cap. 2. & Tertull. de Pœnit. cap. 11.
Apud Horatium quidam legunt — congrege turpium
Morbo virorum. pro Cum grege. H. St. lib. 1. od. 37. 9. Sane invitis Muſis.

Congrŭo, ŭi, [ἁρμόω, ἁρμόττω, ἁρμόζω, ἐναρμόζω, συμπίπτω, ἐπιβάλλω, ἐφαρμόττω] ĕre. Convenire: dictum (ut ait Feſtus) a Gruibus, quæ non ſe ſegregant, ſive quum volant, ſive quum paſcuntur. Suet. de Clar. Gramm. cap. 7. Quod equidem non temere crediderim, quum temporum ratio vix congruat.
Congruere & Differre, contraria. Cic. 1. de Legib. 38. Sive Ariſtotelem & Theophraſtum cum illis congruentes re, genere docendi paulum differentes, ſecuti ſunt.
Diſſidere & Congruere, contraria. Cic. 1. de Legib. 54.
Congruere & convenire decretis alicujus. Cic. 2. de Finib. 99.
Bonæ fidei congruit. Ulp. in l. Idemque &. §. Si procurator. D. Mandat. Quia bonæ fidei hoc congruit, ne de alieno lucrum ſentiat.
Congruit mulier mulieri magis. Ter. Phorm. 4. 5. 14.
Congruunt primis extrema. Plin. in Paneg. cap. 65. extr.
Congruunt litteræ litteris aliorum. Cic. 9. Fam. 24. Volo enim te ſcire, mi Pæte, initium mihi ſuſpicionis & cautionis & diligentiæ fuiſſe litteras tuas: quibus litteris congruentes fuerunt aliæ poſtea multorum.
Noſtri ſenſus congruunt. Cic. pro Marcell. 16. Noſtri enim ſenſus, ut in pace ſemper, ſic tum etiam in bello congruebant. i. e. Non diſcordabant.
Congruere ad. Plin. lib. 11. cap. 37. Murium jecuſculis fibræ ad numerum lunæ in menſe congruere dicuntur.
Ad illud congruit tempus. Liv. 1. 5. de Fauſtulo, Expoſitos juſſu regis infantes ſciebat, & tempus quo ipſe eos ſuſtuliſſet, ad id ipſum congruere. i. e. Competere. Budæus.
Congruere cum. ut, Congruit dies cum ſolis & lunæ ratione. Cic. 4. Verr. 129. Quod ſuos dies menſeſque congruere volunt cum ſolis lunæque ratione.
Cum cauſa vehementer congruere & cohærere. Cic. 1. de Invent. 19.
Cum judicio Senatus lex quæ congruit. Cic. de Aruſp. Reſp. 29. Quod eam partem legis tuæ, quæ congruebat cum judicio Senatus, ut ipſe rex eſſet, non repudiavit.
Cum litteris tuis congruit ejus ſermo. Cic. 2. Att. 9.
Cum moribus alterius. Cic. de Amicit. 27. Deinde quum ſimilis ſenſus extitit amoris, ſi aliquem nacti ſumus, cujus cum moribus & natura congruamus, quod, &c.
Cum motu ſidera cælo inhærentia congruunt. Cic. 5. Tuſc. 69.
Cum ſcriptis congruunt dicta. Liv. 23. 38.
Cum virtute congruere ſemper. Cic. 3. Off. 13.
Congruit ſermo tibi cum illa. Plaut. Milit. 4. 3. 23.
Nam cum illa ſane congruit ſermo tibi. Al. Congruus.
Natura & ſermone & uſu congruere cum aliquo. Cic. 2. de Finib. 45. Eademque ratio facit hominem hominum appetentem, cumque his natura & ſermone & uſu congruentem.
Re congruere cum aliquo. Cic. 1. de Legib. 54.
Congruere in. ut, Congruunt in eum morem. Liv. 29. 6. Principio ab Numidis facto & Brutiis, non ſocietate magis Punica, quam ſuopte ingenio congruentibus in eum morem. Latrocinii ſcilicet faciendi.
In unum congruerunt omnium ſententiæ. Liv. 25. 32. pr.
Summa congruit. Ulp. in l. 1. §. ſi ſtipulanti. D. de verb. oblig.
Congruunt inter ſe. Ter. Heaut. 3. 1. 91.
— concede hinc domum,
Ne nos inter nos congruere ſentiant.
Multæ cauſæ conveniſſe unum in locum, atque inter ſe congruere videntur. Cic. pro Roſc. Amer. 62.
Ea inter ſe congruunt e quibus conſtamus. Cic. 4. Tuſc. 30.
Congruunt concorditer inter ſe. Plaut. Curc. 2. 2. 14. De diis.
Hæc inter ſe congruere non poſſent, ut, &c. Cic. 3. de Finib. 19.
Solinus in proprio ſignificatu uſus eſt cap. 15. de gruibus, Concors cura omnium pro fatigatis, adeo ut ſi quæ defecerint, congruant univerſæ, laſſaſque ſuſtollant, uſquedum vires otio recuperentur.
Congruere etiam pro Simul venire, contingere, ſimul incidere. Ter. Eun. 5. 8. pr.
— nam in me plane Dii poteſtatem ſuam
Omnem oſtendere, cui tam ſubito tot congruerint commoda. Alii legunt Contigerint. Sic Tacit. 1. Hiſt. 7. pr. Forte congruerat, ut Clodii Macri & Fontei Capitonis cædes nuntiarentur. V. 12. Ann. 6.

Congruens, entis. [ἐναρμόζων] Partic. Plin. in Paneg. cap. 91. extr. Ita caritas mutua, ita congruens tenor vitæ.
Aptum & congruens. Cic. 3. de Orat. 50.
Aptum & congruens noſtris ſtudiis. Cic. 7. Fam. 24.

Actio vocis, vultus, & geſtus, congruens & apta. Cic. in Partit. 54.
Actiones virtutibus congruentes Cic. 5. de Finib. 58.
Homo congruens hominibus natura, ſermone & uſu. V. in ipſo verbo.
Oratio verbis diſcrepans, ſententiis congruens. Cic. 1. de Legib. 30.
Pro congruentibus ſumere tam vehementer repugnantia. Cic. 4. Acad. 44.
Compar. Lactant. 4. 26. 13. Quid congruentius Deo?
Superl. Vox congruentiſſima. Apul. Apol. p. 320. V. etiam Tertull. de Reſurr. Carn. cap. 14.

Congruentia, æ. f. [ἐφαρμογὴ, ὁμολογία] Convenientia, ſimilitudo. Morum congruentia, apud Suet. in Othon. cap. 2. Plin. Epiſt. 5. lib. 2. Etenim ſi avulſum ſtatuæ caput inſpiceres, non tu quidem ex illo poſſes congruentiam æqualitatemque deprehendere, &c. i. e. Proportionem, an cum ceteris membris conveniret.
Pronunciandi congruentia. Apul. Apol. p. 283.

Congruenter, Adv. [ὁμολόγως, ἐναρμόσως] Cic. 3. de Orat. 34. Quinam igitur dicendi modus eſt melior (nam de actione poſt videro) quam ut Latine, ut plane, ut ornate, ut ad id quodcunque agetur, apte congruenterque dicamus?
Congruenter reſpondere. Ulp. in l. 1. §. ult. D. de verb. oblig.
Congruentius, in l. Congruentius. C. de patr. poteſtat.

Congruus, a, um. Adj. [ἁρμόδιος] ut, Congrua tempora. Claud. 1. in Ruff. 315.
Sermo congruus. Plaut. Milit. 4. 3. 23.
Nam cum illa ſane congruus ſermo tibi. V. Apul. Mileſ. 6. Pallad. 1. 12.

Congrue, Adv. Idem ac Congruenter. Mart. Capell. 6. p. 195. Si congrue videtur aſſertum.

Congruitas, ātis. f. Symmach. 9. Epiſt. 42. Perſonarum æquatio, & honeſtate, & poſſibilitate congruitas.

Congrus, vel Conger, gri. [κόγγρος] Genus piſcis, de quo Plin. lib. 9. cap. 62. Mugil & lupus mutuo odio flagrant: conger & muræna, caudas inter ſe prærodentes. Ter. Adel. 3. 3. 23. Scribitur & per G. Gonger. q. V.

Congȳlis, is. f. Græce γογγυλὶς, Latine Rapum dicitur. Columel. 10. 421.
Quin & tardipedi ſacris jam rite ſolutis
Nube nova ſeritur, cæli pendentibus undis
Congylis, illuſtri mittit quam Nurſia campo.

Conia, æ. f. Plaut. Truc. 3. 2. 23. Ut Præneſtinis conia eſt ciconia.

Coniades, [Κονιάδης] Scriptor Græcus, cujus opus de Apparatu vini citat Plin. lib. 14. cap. 19.

Conibrica, ſeu potius Conimbrica, Luſitaniæ oppidum, ut auctor eſt Plin. lib. 4. cap. 21. in deſcriptione Luſitaniæ. MSS. al. Cinumbriga. V. Harduin. Vulgo *Coimbra.*

Conjectarium, Conjector, Conjectura &c. V. conjicio.

Conĭfer, & Coniger. V. conus.

Conjĭcio, ēci, ectum, [βιάζομαι, ἐμβάλλω, καταβάλλω] ĕre. a Jacio compoſitum; Simul jacere ſignificat.
Domum conjicere aliquem, Compellere. Cic. pro Domo 67. Quam facile &c. Cn. Pompeium foro, curiaque privarit, domumque conjecerit, vidiſtis.
Flabra conjiciunt nubila in alias partes. Lucret. 6. 731.
Palliolum in collum conjicere. Plaut. Epid. 2. 2. 10.
Age nunc jam, orna te, Epidice, & palliolum in collum conjice.
Pila viribus contorta conjicere in aliquem. Hirt. Bell. Afr. 70.
Sarcinas in medium conjicere. Liv. 31. 27. extr.
Saxa in medium conjicere. Virg. 4. Georg. 26.
Succum in vaſa. Plin. 19.
Tela conjicere. Liv. 2. 10. Clamore ſubito undique in unum hoſtem tela conjiciunt.
Telumque imbelle ſine ictu Conjecit. Virg. 2. Æn. 545.
Conjicere aliquem in amorem. Plaut. Merc. 5. 3. ſuppoſ. 5.
— quoniam hæc tibi
Non abſtulit modo, ſed in amorem conjecit fortius.
In arcas conjici. Cic. pro Milon. 60. Subito arrepti in quæſtionem, tamen ſeparantur a ceteris, & in arcas conjiciuntur, ne quis cum iis colloqui poſſit. de Servis Clodii.
In catenas, in carcerem, in vincula. Liv. lib. 29. cap. 9. & 19. & 21. Et Cic. 2. de Nat. Deor. & 7. Verr. 17. & 1. Tuſc. 96.
In caſtra ſe adverſarii, Tranſire in ejus partes. Cic. 9. Fam. 20.
In familiam ſe conjicere. Cic. pro Sext. 9. Idemque C. Marcellum, cum is non ſolum Capuam veniſſet, verum etiam ſe, quaſi armorum ſtudio, in maximam familiam conjeciſſet, &c. Subaudi Gladiatorum.
In fugam ſe. Cic. pro Cœl. 63. Atque illo repentino hominum impetu ſe in fugam conjeciſſe. Cæſ. 2. Bell. Civil. 26. Tota auxilia regis impedita atque perturbata, quod nullo ordine, & ſine timore iter fecerant, in fugam ſe conjecerunt.
In fugam hoſtes conjicere. Cæſ. 2. Bell. Gall. 23. Ac reſiſtentes hoſtes, redintegrato prælio in fugam conjecerunt.
In ignem ſe conjicere. Plaut. Rud. 3. 4. 64.
In intimum balnearum. Cic. pro Cœl. 62.
Intro. Ter. Heaut. 2. 3. 36.
Continuo hic ſe conjecit intro: ego conſequor.
In lætitiam aliquem. Ter. Heaut. 2. 3. 51.
— Syre mi, obſecro,
Ne me in lætitiam fruſtra conjicias.
In latebram ſe. Cic. 2. de Divin. 46. Sed te mirificam in latebram conjeciſti.
In latrocinium apertum conjicere aliquem ex inſidiis. Cic. 2. in Catil. 1. Sine dubio perdidimus hominem, magnificeque vicimus, quum illum ex occultis inſidiis in apertum latrocinium conjecimus.
In malum ſe. Ter. Hec. 1. 2. 57.
Perii, quid ego egi? in quod me conjeci malum?
In metum. Liv. 39. 25. Itaque ergo in tantum metum omnes Theſſalos conjectos, ut, &c.
In morbum. Plaut. Pœn. prol. 69.
Conjicitur ipſe in morbum ex ægritudine.
In noctem ſe conjicere. Cic. pro Milon. 49.
In nuptias aliquem. Ter. And. 3. 5. 14.
Qui me hodie ex tranquilliſſima re conjeciſti in nuptias.
In ordinem judicum conjici. Cic. in Piſon. 94. Nulli conjicientur in illum ordinem, nulli eximentur.

In pedes ſe. Ter. Phorm. 1. 4. 13.

Aliquid convaſaſſem, atque hinc me conjicerem protinus in pedes.

In perturbationes remp. Cic. 12. Fam. 1. Reſp. jaceat in his perturbationibus, in quas eam ille conjecit.

In plagas alterius aliq. Cic. 12. Fam. 25. Quem ego ructantem & nauſeantem conjeci in Cæſaris Octaviani plagas. De Antonio.

In plauſtrum aliquid. Cic. 1. de Divin. 57.

In provinciam ultimam ſe conjicere. Cic. 5. Att. 16. Appius in ultimam provinciam ſe conjecit, &c.

In ſaginam ſe. Plaut. Trin. 3. 2. 96.

Aut aliquem ad regem in ſaginam herus ſe conjecit meus.

An Sagenam? H. St. Non inſpecto, opinor, loco, qui in Lugd. plene expreſſus non fuerat.

In tricas aliquem. Plaut. Perſ. 5. 2. 18.

Quid ais, crux, ſtimulorum tritor? quomodo me hodie verſaviſti?
Ut me in tricas conjeciſti?

In tumultum. Liv. 34. 28. pr. Ubi caſtra metantes Romanos, Quintiumque ipſum, cum equitibus atque expeditis prægreſſum, auxiliares tyranni adorti, in terrorem ac tumultum conjecerunt, nihil tale expectantes.

In turbam ſe. Cic. 6. Philipp. 10. ubi V. Camer.

In vincula. Cic. 7. Verr. 17. V. ſupra In catenas &c.

Oculos in aliquem. Cic. pro Cluent. 54.

Conjiciebantur omnium oculi in eum. Cic. 2. Off. 60.

Omen in aliquam provinciam. Cic. 4. Verr. 118. O præclare conjectum a vulgo in illam provinciam omen communis famæ atque ſermonis, quum ex nomine iſtius, quid in provincia facturus eſſet, ridiculi homines augurabantur.

Pecuniam in ædificium. Cic. 2. Off. 60. Et Phaleræus Demetrius, qui Periclem principem Græciæ vituperat, quod tantam pecuniam in præclara illa Propylæa conjecerit.

Querelas abſenti. Tibul. 1. 8. 54.

Sortes in hydriam. Cic. 4. Verr. 127. Jubet ille ſibi legem legi: recitatur: in qua ſcriptum erat, ut quot eſſent renuntiati, tot in hydriam ſortes conjicerentur.

Verba in interdictum. Cic. pro Cæcin. 35. Verum in his cauſis, non verba veniunt in judicium, ſed ea res, cujus cauſa verba hæc in interdictum conjecta ſunt.

Vocem illam in diſputando conjecit Cn. Pompeius, Omnes oportere Senatui dicto audientes eſſe. Cic. 8. Fam. 4.

Conjicere cauſam in aliquem. Auctor Bell. Alex. 49. In gregem locupletium ſimultatum cauſæ tenues conjiciebantur.

Cauſam in locos. Cic. pro Planc. 83. i. e. Dividere. V. mox In locos.

Crimen in tempora. Liv. 3. 24. Nec his temporibus, in quæ teſtis crimen conjeciſſet, Cæſonem Romæ viſum.

Culpam in aliquem. Cæſ. 4. Bell. Gall. 12. Tunc facto prælio remiſerunt, & in petenda pace ejus rei culpam in multitudinem conjecerunt.

Flammam illorum temporum conjicere in aliquem. Cic. de Aruſp. Reſp. 45. Hæc enim certe petebantur, quum in me cognitorem harum omnium rerum, illa flamma illorum temporum conjiciebatur.

Maledicta in alicujus vitam. Cic. pro Planc. 30.

In epiſtolam libellum. Cic. 9. Att. 13. extr.

In eandem epiſtolam plura præterea conjeci. Cic. 7. Att. 16. pr.

In faſciculum ſuas litteras. Cic. 2. Att.

Conjicere in librum. Cic. 16. Att. 6. Itaque jam in Tuſculano, qui non meminiſſem me abuſum iſto proœmio, conjeci id in eum librum, quem tibi miſi.

In locos communes. Cic. in Parad. 1. Ego autem illa ipſa quæ vix in gymnaſiis, & in otio Stoici probant, ludens conjeci in communes locos.

In verſum ſe mente ac voluntate conjicere. Cic. 3. de Orat. 192. h. e. Ad verſus faciendos animum intendere.

Sub ſcalas tabernæ librariæ ſe, Confugere. Cic. 2. Philipp. 21.

Super aliquid conjicere. Virg. 6. Æn. 222.

—membra toro defleta reponunt,
Purpureaſque ſuper veſtes, velamina nota,
Conjiciunt.

Conjicere [συμβάλλειν, στοχάζεσθαι] Habere vel Concipere opinionem de re aliqua. Ter. Heaut. 1. 1. 11. —annos ſexaginta natus es,
Aut plus eo, ut conjicio.

Acute arguteque. In ACUO.

Aliud alio tempore. Cic. 3. Q. frat. 1.

De ſe conjicere. Cic. 3. de Orat. 48.

Ex oraculo acute arguteque conjicere. Cic. de Clar. Orat. 53.

CONJICIENDUS, a, um. [ἐμβλητέος] Partic. Ovid. 3. Triſt. 11. 46.

Aſpicis a dextra latus hoc adapertile tauri?
Huc tibi, quem perdes, conjiciendus erit.

CONICIO, cum i ſimplici. Virg. 9. Æn. 411.

Dixerat, & toto connixus corpore ferrum
Conicit. Ubi Servius, Conicit, pro Coicit. Nam Coicit antiquum eſt. [Verſus tamen Conjicit patitur, atque adeo poſtulat, nec aliter in emendatis libris legitur. Forſan in Servii lectione error latet.

CONJECTUS, a, um. [ἐμβεβλημένος] Partic. a Conjicio. ut, Conjectis ignibus. Cic. 4. Att. 3. Al. Injectis.

Cerva conjecta ſagitta vagatur. Virg. 4. Æn. 60.

Ferrum in guttura conjectum. Ovid. 3. Met. 90.

Oculi conjecti omnium in te. Cic. de Amicit. 9. Sed exiſtimare debes omnium oculos in te eſſe conjectos: unum te ſapientem & exiſtimant & appellant.

Oratio improbe in clariſſimos viros conjecta. Cic. pro Sext. 40.

Vincula conjecta collo. Ovid. 4. Triſt. 1. 83.

Non tam mirabilia, quam conjecta belle. Cic. 2. de Divin. 66. i. e. Divinata.

Male conjecta, maleque interpretata falſa ſunt, non rerum vitio, ſed interpretum inſcientia. Cic. 1. de Divin. 118.

CONJECTIO, ōnis. f. [βολή] a Conjicio. Cic. pro Cæcin. 43. Neque ictu cominus, neque conjectione telorum.

Conjectio cauſſæ. Paul. in l. 1. D. de reg. jur. Per regulam igitur brevis rerum narratio traditur, &, ut ait Sabinus, quaſi cauſſæ conjectio eſt. Hoc quid ſit declarat Aſconius in 3. Verr. 26. Quum, inquit, in rem aliquam agerent litigatores, & pœna ſe ſacramenti peterent, poſcebant judicem, qui dabatur poſt trigeſimum diem (alii tertium:) quo dato, deinde inter ſe in perendinum diem ut ad judicium venirent, denuntiabant. Quo quum eſſet ventum, antequam cauſſa ageretur, quaſi per indicem rem exponebant, quod ipſum dicebatur cauſſæ conjectio, quaſi cauſſæ ſuæ in breve coactio. Hæc ille. Conjectionem autem non pro Conjectu, ſed pro Conjectura dictum opinor: item ut Quæſtio apud eundem (pr. in Divinat.) pro Quæſtura: quaſi unde de tota diſceptatione judex conjiciendi facultatem habeat. Ut ergo Cauſſæ conjectio rem ſtrictim & anguſte continet, ſic Regula id quod juris eſt breviter ſummatimque complectitur. Hinc illud apud Gell. lib. 5. cap. 10. Et quum ad judices conjiciendæ conſiſtendæque cauſæ gratia veniſſet, &c. Hotomanus. [An Conſtituendæque?

Conjectio non tantum eſt, quum cauſa apud Prætorem conjicitur, & quodam tanquam indice exponitur & brevi: verum etiam pactum eo nomine venit, ut apud Apuleium Apol. 2. in nuptialibus pactis ſic ſcribitur, Præter hæc ea conditione factam conjectionem, ſi nullis ex me ſuſceptis liberis vita demigraſſet. Hæc Turnebus Adverſ. 17. 15. extr. Conf. 29. 20. Sed in Apul. Elmenh. pag. 331. legitur Conventionem.

Somniorum conjectio, pro Conjectura: Cic. 2. de Divin. 130. Chryſippus ſomniorum conjectionem definit hoc modo, Eſſe vim cernentem, & explanantem quæ a diis hominibus ſignificentur in ſomnis. Paulo ante dixerat, Si jam fieri poſſit conjectura vera ſomniorum.

CONJECTUS, ûs. m. [βολή, ῥιπή] Plin. lib. 26. cap. 4. Æthiopide herba amnes ac ſtagna ſiccari conjectu, tactu clauſa omnia aperiri.

Lapidum & ſpiculorum conjectus. Lucret. lib. 3. 199.

Lapidum conjectu fracta domus. Cic. 4. Att. 3.

Materiaï conjectus, i. e. Congreſſus, acervus, coitus, ſeu cœtus primorum corporum. Lucret. lib. 5. 68. In nonnullis exemplaribus legitur Congreſſus.

Oculorum conjectus. Cic. pro Planc. 21. Non enim tribum Tarentinam, de qua dicam alio loco, ſed dignitatem, ſed oculorum conjectum, ſed ſolidam & robuſtam & aſſiduam frequentiam præbuerunt.

Oculorum conjectu aliquem ut furem deſtinare. Curt. lib. 9. 7. 25.

Oculorum conjectu motus animorum ſignificamus. Cic. 3. de Orat. 220.

Conjectus, i. e. Directio quædam rationis ad veritatem. Quintil. lib. 3. cap. 6. ad finem.

CONJECTOR, ōris. m. [ὀνειροπόλος] dicitur (ut ait Feſtus) Interpres ſomniorum. Eſt etiam is, quem vulgus Divinatorem vocat. Quintil. lib. 3. cap. 6. ad finem, Somniorum atque ominum interpretes, conjectores vocamus. Cic. 2. de Divin. 134. Defert ad conjectorem quidam, ſomniaſſe ſe ovum pendere ex faſcia lecti ſui cubicularis.

Aruſpex, augur, conjector in genere divinandi numerantur. Cic. 1. de Divin. 42.

Vaticinationes & reſponſa ſacerdotum, aruſpicum, conjectorum. Cic. in Partit. 6.

Conjector & interpres portentorum. Cic. 2. de Divin. 62.

CONJECTRIX, īcis. f. Plaut. Mil. 3. 1. 99.

Præcantatrici, conjectrici, hariolæ atque aruſpicæ.

CONJECTORIA, æ. f. ſcil. Ars. Sareſb. 2. 17. Conjectoriam exſequi.

CONJECTURA, æ. f. [στοχασμὸς, εἰκασμὸς, συμβολή] Conjectio ſive Conjectatio, dicta a Conjectu, id eſt directione quadam ad veritatem, ut ait Quintil. lib. 3. cap. 7. ad finem. Plin. lib. 2. cap. 11. Mundi extera indagare, nec intereſt hominum, nec capit humanæ conjectura mentis.

Conjectura & cogitatio. Cic. pro Font. 13. In quo ea, quæ dicuntur a teſtibus, conjectura & cogitatione traduntur. Al. Trahuntur.

Futuri conjectura. Ovid. 1. Triſt. 9. 51.

Interpretum conjecturæ magis ingenia eorum quam vim conſenſumque naturæ declarant. Cic. 2. de Divin. 33.

Somniorum. ut, Conſtant ex leviſſimo & indoctiſſimo genere conjecturæ ſomniorum. Cic. 2. de Divin. 129.

Bona. Cic. 7. Verr. 63.

Vera. Cic. 2. de Divin. 129.

Aberrare conjectura. Cic. 14. Att. 25. Al. 22. pr. Cupio enim antequam Romam venio, odorari diligentius quid futurum ſit: quanquam vereor ne nihil conjectura aberrem.

Accipere conjecturam. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Adhibere. Cic. 2. de Divin.

Afferre. V. AFFERO.

Aſſequi aliquid conjectura. Cic. 4. Verr. 63.

Augurari conjectura, idem quod Conjicere ſive conjectari. Cic. 2. Att. 10. Etenim quantum conjectura auguramur, ſi erit nebulo iſte cum iis dynaſtis in gratia.

Capere conjecturam. Cic. pro Roſc. Amer. 97.

Coargui ſuſpicionibus & conjectura. Cic. 1. de Lege Agr. 17.

Colligere conjectura. Quintil. lib. 1. cap. 2. Quantum animi mei conjectura colligere poſſum.

Conſequi conjectura. Cic. 12. Fam. 19. Quantum copiarum haberes, cum ipſe conjectura conſequi poteram, tum ex tuis litteris cognovi.

Ducit conjectura aliquem. Cic. 9. Fam. 2. Quanquam quo me ducat conjectura habeo.

Ducere conjecturam in varias partes, & nonnunquam etiam in contrarias. Cic. 2. de Divin. 147.

Explicare conjectura aliquid. Cic. 1. de Divin. 72.

Facere conjecturam. Ter. And. 3. 2. 32.

—multa concurrunt ſimul,
Qui conjecturam hanc nunc facio.

Facere conjecturam de moribus alicujus. Plin. Paneg. Præterea futuri principes velint nolint, ſciant, tantum conſtat, propoſitiſque duobus exemplis meminerint, perinde conjecturam de moribus ſuis homines eſſe facturos, prout hoc vel illud elegerint.

Facere de ſe conjecturam. Cic. 2. de Orat. 299.

Facere de ſuo ſtomacho conjecturam. Cic. 7. Fam. 1. Omnino ſi quæris, ludi apparatiſſimi, ſed non tui ſtomachi, conjecturam enim facio de meo.

Facere conjecturam ex ipſa re. Ter. Heaut. 2. 3. 25.

Nam & vita eſt eadem, & animus te erga idem ac fuit,
Quantum ex ipſa re conjecturam fecimus.

Facere ex vultu conjecturam. Cic. pro Muren. 44.

Inductus conjectura. V. INDUCO.

Informare aliquid conjectura. Cic. 1. de Nat. Deor. 39.

Judicare aliquid. Cic. pro Flacc. 7.

Movere. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Niti in conjectura. V. NITOR.
Percipere conjectura aliqua. Cic. pro Lege Manil. 26.
Posita in conjectura. Cic. 1. Fam. 5.
Profiteri somniorum conjecturam. Cic. 2. de Divin. 129.
Prospicere conjectura. Cic. pro Domo 11.
Providere conjectura. Cic. 1. Att. 1. Petitionis nostræ, quam tibi summæ curæ esse scio, hujusmodi ratio est, quod adhuc conjectura provideri possit.
Quærere conjectura aliquid. Cic. in Orat. 126.
Reperire conjectura. Plaut. Trin. 4. 2. 76.
Quod ad exemplum est, conjectura si reperire possumus?
Revocare ad conjecturam aliqua interpretatione. Cic. 2. de Divin. 66.
Scribere ad conjecturam alieni sensus, non ad judicium suum. V. AD.
Trahere conjectura aliquid ex aliqua re. Cic. 2. de Divin. 121. Jam ex insanorum aut ebriorum visis innumerabilia conjectura trahi possunt, quæ futura videantur.
Conjecturam Rhetores accipiunt, pro Eo statu quum facti est controversia: quoniam conjecturis causa confirmatur: & constitutionem conjecturalem.
Ab argumentis, a conjectura, a signis causa traducitur. Cic. pro Cœl. 66.
CONJECTURALIS, e. [στοχαστικός] Quod conjectura colligitur. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Artes conjecturales, i. e. Quæ fine suo sæpe carent, quod incertæ sunt & sine stabili fundamento. Cels. præfat. lib. 1.
Causæ conjecturales. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Causæ conjecturales versantur in judiciis. Cic. in Topic. 50.
Constitutio conjecturalis. Cic. 2. de Invent. 14.
Genus omne conjecturale. Cic. 2. de Divin. 26.
Status conjecturalis. Auct. ad Heren. lib. 2. 8. Conjecturalis est, quum de facto controversia est. Quintil. 3. 6. Quæstio conjecturalis vel finitivi status.
CONJECTURALITER, Adv. Idem. Sidon. 8. Epist. 11. Conjecturaliter gestum.
CONJECTŪRO, [στοχάζομαι] āre. Sen. lib. 7. Nat. Quæst. 29. extr. Nobis rimari illa, & conjecturare in occulto tantum licet, nec cum fiducia inveniendi, nec sine spe. Sed Gronovius e Manuscriptis legit, Et conjectura ire in occulta tantum licet.
CONJECTO, [στοχάζομαι, εἰκάζω, ὑποπτεύω, τεκμαίρομαι, συμβάλλω] āre. Ter. Eun. 3. 4. 5.
Homo ipse nusquam est, neque scio quid dicam, aut quid conjectem.
Utrum sit in re, conjectat. Quintil. lib. 7. cap. 4.
Argumento aliquid conjectare. Plin. lib. 2. cap. 42. Densitas earum, corpusque haud dubio conjectatur argumento.
Eventu aliquid conjectare. Liv. 5. 21. extr. Idque omen pertinuisse postea, eventu rem conjectantibus, visum ad damnationem ipsius Camilli, &c.
Vultu offensionem conjectare. Tacit. 1. Ann. 12.
Opiniones conjectare. Liv. 29.
Pro Conjicere in prima significatione: ut, In carcerem aliquem conjectare. Gell. 7. 10.
CONJECTANTER, Adv. apud Tertullianum.
CONJECTATUS, a, um. Apul. de Deo Socrat. p. 668. Potentiæ vero animis conjectatæ, &c.
CONJECTATIO, ōnis. f. [στοχασμός] Plin. lib. 10. cap. 75. Somni quæstio non obscuram conjectationem habet. i. e. Conjecturam.
CONJECTATORIUS, a, um. ut, Conjectatoria argumenta. Gell. 14. 3.
CONJECTANEA, orum. n. pl. Gell. Præfat. & 6. 7. Alfenus in conjectaneorum libro secundo, &c.
CONJECTARIUM, i. n. [εὔστοχον] Efficax atque perfectum. Cic. 4. de Finib. Illud vero minime conjectarium, sed in primis hebes illorum. Nonius 2. 175. Et Onomast. Vet. Conjectarium, εὔστοχον. [Non substantivum, sed adjectivum neutrum est. Mercerus edidit Conjecturarium apud Non.
CONILA, æ. f. sive CONILE, es. [κονίλη] Olus est cicutæ simillimum, quod a Dioscoride Myrrhis appellatur. Legitur hoc nomen in quibusdam Dioscoridis exemplaribus: quanquam doctiores malint numerare inter ea quæ scriptori huic paulatim accreverunt. Nicander certe in Theriacis Conilam eandem facit cum Origano. V. CUNILA.
CONIMBRICA, V. CONIBRICA.
CŌNĪON, i. n. [κώνειον] Græco nomine appellatur Herba perniciosissima, publica Atheniensium pœna nobilitata, quam Latini Cicutam appellant. Galenus. & Diosc. 4. 77. & 6. 11.
CŌNISALOS, [κονίσαλος] vel CONISSALUS, [κονίσσαλος] Sudor in palæstris se exercentium, conferens in tenuibus simplicibusque sordibus mixtum, ut tumores præter naturam per halitum digerat. Ex Galeno de Simpl. Medicam. facult. lib. 10.
CŌNISSALUS, i. m. [Κονίσαλος] Deus habitus est apud Athenienses, qui simili fere ritu colebatur quo apud Lampsacenos Priapus. Auctor Strab. lib. 13. pag. 588. Casaub. V. Cæl. Rhod. lib. 7. cap. 26.
CONISCARE, V. CONUS.
CŌNĪSIUM, i. n. [Κονίσιον] Teuthraniæ oppidum, non procul a Caïco fluvio, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 30.
CŌNISTĬCUS, a, um. [κονιστικός] ut, Conisticæ aves, quæ a nonnullis Pulveratrices appellantur, utroque nomine ab earum consuetudine deducto, quod se pulveri soleant immergere. Cæl. Rhod. lib. 18. cap. 40. ex Athen. lib. 9. & Arist. Hist. An. 7.
CŌNISTĒRIUM, i. n. [κονιστήριον] Locus in palæstra, ubi pulvere post unctionem Athletæ adspergebantur, ut prehensiones essent firmiores. Vitruv. 5. 11. V. etiam Mercurial. de Arte gymnast. 1. 8.
CONISTORSIS, [Κονίστοργις] Urbs Hispaniæ citerioris, in tractu Celtico, cujus meminit Strab. lib. 3.
CONITUM, i. n. Genus libaminis quod farina conspersa faciebant. Afranius pro Ornatu & excultu posuit. Fest. ubi V. not.
CONJUCUNDOR, āri. Vulg. Interpr. Sirac. 37. 4.
CONJUGA, CONJUGALIS, CONJUGALITER, CONJUGIUM &c. V. post dict. seq.
CONJŪGO, [συζεύγω] āre. quasi Ad unum jugum alligare. Cic. 1. Off. 58. Estque ea jucundissima amicitia, quam similitudo morum conjugavit.
CONJUGĀTUS, a, um. Conjugata apud Rhetores, ut Ciceroni in Topic. 12. dicuntur, Quæ sunt ex verbis generis ejusdem. Ejusdem autem generis verba sunt, quæ orta ab uno varie commutantur: ut Sapiens, Sapienter, Sapientia. Hæc verborum conjugatio, συζυγία dicitur, ex qua hujuscemodi est argumentum, Si compascuus ager est, jus est compascere.
Conjugatus, Uxori junctus. Augustin. Confess. 6. 13. pr.
CONJUGATIO, ōnis. f. [σύζευξις, συζυγία] Cic. de Senect. 53. Cujus quidem non utilitas me solum, ut ante dixi, sed etiam cultura & natura ipsa delectat adminiculorum ordines, capitum conjugatio, religatio, propagatio vitium.
Conjugatio [συζυγία] apud Grammaticos, est Consequens verborum declinatio. Conjugatio autem nominatur, vel propter conjugatas consonantes, hoc est cognatas, ex quibus pleræque apud Græcos conjugationes regulam sumunt: vel quod una eademque ratione declinationis plurima conjugantur verba, quod ad Latinorum nominationem aptius est.
Conjugatio, Coitus. Solin. cap. 39. de ursis coeuntibus: Velut humanis conjugationibus copulantur.
Pro quavis Conjunctione & copulatione posuit Apul. lib. 3. Florid.
CONJUGĀTOR, ōris. m. [συζεύκτης] ut, Boni amoris conjugator: de Hymene dictum a Catull. 59. 45.
CONJUGA, æ. f. Conjux. Apul. 6. Met. p. 174. Magni Jovis germana & conjuga. conf. lib. 9. pag. 223. Elmenh. qui tamen Conjugem, non Conjugam exhibet.
CONJŪGUS, a, um. Adj [σύζυγος] Quod conjugatum est. Plin. lib. 8. cap. 23. de aspidibus, Conjuga ferme vagantur, nec nisi cum compare vita est. i. e. Conjugata & juncta quasi matrimonio. Sed Harduin. ex MSS. Reg. legit Conjugia.
CONJUGŬLUS, a, um. Adj. ut, Conjugula myrtus, apud Catonem cap. 133. Plin. lib. 15. cap. 29. his verbis, Cato tria genera myrti prodidit: candidam, nigram, conjugulam, fortassis a conjugiis ex illo Cluacinæ genere.
CONJUGIUM, i. n. [συζυγία] Matrimonium. Cic. 4. de Fin. 17. Primique ex omnibus philosophis a natura tributum esse docuerunt, ut hi qui procreati essent, a procreatoribus amarentur, & id quod temporum ordine antiquius, ut conjugia virorum & uxorum a natura conjuncta esse dicerent, qua ex stirpe orirentur amicitiæ cognationum.
Dos conjugii. Ovid. 14. Met. 298.
Fides sacrata conjugii. Sen. Agam. v. 79. — jura pudorque
Et conjugii sacrata fides
Fugiunt aulas.
Sponsor & obses. Ovid. 2. Epist. 34.
Tempus. i. e. Dies nuptiarum. Ovid. 21. Epist. 45.
Felix conjugio. Ovid. 4. de Pont. 11. 22.
Rudis. Ovid. 4. Fast. 336.
Conjugium filiæ. Cic. 6. Att. 8. Lætatus sum etiam sermone Piliæ de conjugio Tulliæ meæ.
Antiquum conjugium. Virg. 4. Æn. 431.
Dira. Valer. 2. Argon. 172.
Fortunatum. Ovid. 2. Met. 803.
Liberale. V. LIBER.
Maritale. In MARITUS.
Solennia. Tacit. 15. Ann. 37.
Superbum. Virg. 3. Æn. 475.
Abruptum. In ABRUMPO.
Adepta conjugium regium. In ADIPISCOR.
Despondere sibi conjugia alterius. Sen. Troad. 1.
Differre. Propert. lib. 2. 9. 5.
Fraudata conjugio sponsa. Ovid. 6. Epist. 163.
Frui. Ovid. 5. Fast. 528.
Petere. Ovid. 10. Met. 413.
Potiri alterius, Alterius uxorem ducere. Virg. 3. Æn. 296.
Conjugio Æacidæ Pyrrhi, sceptrisque potitum.
Prodere. Virg. 4. Æn. 431.
Non jam conjugium antiquum, quod prodidit, oro. i. e. Decepit. Servius.
Promittere. Ovid. 20. Epist. 139.
Solutum. Juven. 9. Sat. 80.
— jam pæne solutum
Conjugium in multis domibus servavit adulter.
Timere suo conjugio. Sen. Hippol. 3.
Conjugium, pro Concordia. Ovid. 11. Met. 297.
Culta mihi pax est, pacis mihi cura tuendæ
Conjugiique fuit, fratri fera bella placebant. [Immo Conjugii, Matrimonii, Connubii.
Conjugium, pro Conjugatis. Plin. lib. 10. cap. 12. Itaque parvis in vicis non plus bina conjugia sunt: circa Crannonem quidem Thessaliæ singula perpetuo: genitores soboli loco cedunt. Bina conjugia vocat Bina paria, duos mares, ac totidem feminas.
Conjugium, pro Coitu. Virg. 3. Georg. 275.
— sæpe sine ullis
Conjugiis vento gravidæ. De equabus.
CONJUGĀLIS, e. [σύζυγος] Quod ad conjugium pertinet. ut, Conjugalis torus.
Dii conjugales dicuntur, Qui conjugiis præsunt, Juno, Venus, Hymen. Sen. in Med. 1. Augustin. de Civ. Dei lib. 4. cap. 21. Deos nuptiales vocat: Quid necesse erat, inquit, nubentes commendare diis nuptialibus, ut bene conjugarentur? Plutarchus problemate 2. scribit, quinque deos invocari solitos ab iis qui matrimonio jungerentur, Jovem adultum, Junonem adultam, Venerem Suadelam, & in primis Dianam, quam etiam in partu & doloribus mulieres invocant. Ob id quinque tantummodo faces in nuptiis accendebant, quas Cereos appellabant. Ovid. lib. 1. Met. 483. Tædas jugales vocat, quæ novis nuptis quinque præferebantur, quum noctu ducebantur ad maritum. Augustin. de Civit. Dei lib. 6. cap. 9. Deos conjugales his verbis recenset, Quum mas & femina conjunguntur, adhibetur deus Jugatinus: quum domum est deducenda quæ nubit, adhibetur deus Domiducus: ut in domo sit, adhibetur deus Domitius: ut maneat cum viro, additur dea Manturna: Virginensis dea, ut virgini zona solvatur: deus Subigus, ut viro subigatur: dea Prema, ut subacta ne se commoveat, comprimatur: Priapus, super cujus immanissimum & turpissimum fascinum sedere nova nupta jubebatur: Venus, quæ ob hoc etiam dicitur nuncupata, quod sine ejus vi femina virgo esse non desinat: dea Partunda, quæ partu-

parturienti & parienti adsit. Hæc ex Augustino. Porro est & Hymeneus, qui & Hymen dicitur, nuptiarum deus habitus, sicuti videre est apud Catullum: & apud Romanos Thalassus sive Thalassius, qui & Thalassio dicitur.

Conjugaliter, Adv. Augustin. Epist. 89. Pudice quamvis conjugaliter vivunt.

Conjugiālis, e. [σύζυγος] Quod ad conjugium pertinet.
Festa conjugialia. Ovid. 5. Met. 3.
— fremitu regalia turbæ
Atria complentur, nec conjugialia festa
Qui canat, est clamor, sed qui fera nuntiet arma.
Fœdus. Ovid. 11. Met. 743.
Tunc quoque mansit amor, nec conjugiale solutum est
Fœdus in alitibus.
Jura. Ovid. 6. Met. 536.
Nec mea virginitas, nec conjugialia jura.

Conjux, ŭgis. [ὁμόζυγος] a Conjugo, are. ut ait Phocas grammaticus. Conjuges (inquit Festus) Ejusdem jugi pares. Priscianus per N ante X scribit: Veteres modò Conjux, modo Conjunx scripserunt, detracto vel addito N. Cic. 3. Q. frat. 3. Fidelissima conjunx.
Conjux interdum dicitur, non Quæ est, sed Quæ fore speratur. Virg. 8. Ecl. 18.
Conjugis indigno Nisæ deceptus amore. Servius.
Conjux, pro Sponsa. Virg. 9. Æn. 138.
— ferro sceleratam exscindere gentem
Conjuge prærepta. Verba Turni. Invidiose autem Sponsam, Conjugem vocat, ait Servius.
Amor perennis conjugis castæ manet. Sen. Octav. 4.
Obsequium conjugis. Sen. Octav. 4.
Partus fere conciliat animos conjugum. Sen. Med. 4.
Felix conjuge. Ovid. 9. Met. 333.
Adultera conjux. Ovid. 3. Amor. 4. 37.
Antiquus. Virg. 4. Æn. 458. i. e. aut Prior aut Carus. Servius.
Aurea Pici. Virg. 7. Æn. 189. V. Serv. in loc.
Boni. Catul. 59. 233.
Carissimus. Ovid. 11. Met. 727.
Carissima. Stat. 3. Silv. 5. 110.
Debita. i. e. Promissa & sponsa. Ovid. 7. Epist. 103.
— quondam sibi debita conjux.
Digna rege. Sen. Herc. fur. 6.
Dulcis. Virg. 2. Æn. 777.
Effrena. Sen. Med. 2.
Egregia. Virg. 6. Æn. 523.
Fida. Hor. 2. Epist. 1. 142.
Fidelis. Ovid. in Ibin, 354.
Fidissimus. Valer. 8. Argon. 419.
Fecunda. Hor. 2. Serm. 5. 31.
Imperiosa. Ovid. in Ibin, 536.
Infamis. Sen. Med. 7. 353.
Irrequieta. Sil. lib. 3. 353.
Justa conjux, Legitima. Sen. Octav. 4.
Legitima. Ovid. 10. Met. 437.
Lepidissima. Catul. 76. 1.
Levis. Sen. OEth. 4.
Lignea, dicitur a Catullo Epigr. 21. 6. Quæ corpore est arido & sicco ob famem,
Est pulchre tibi cum tuo parente,
Et cum conjuge lignea parentis, &c.
Nova. Sen. Octav. 6.
Novi conjugis domina cupida. Catul. 59. 32.
Optata. Stat. 1. Silv. 2. 20.
Orbatus conjux dicitur, Cui mortua est uxor. Stat. 5. Silv. 1. 20.
Perfida conjux, atque impos sui amore cæco. Sen. Agam. 3.
Pia. Sen. Troad. 6.
Pristinus. Virg. 6. Æn. 473. Ubi Servius, Prior, inquit, quod difficile invenitur. Nam de hoc sermone quærit & Probus, & alii.
Pudica. Hor. 3. Carm. 5. 25.
Rarissima. Stat. 5. Silv. 1. 11.
Regia, Regina. Virg. 7. Æn. 56.
Rustica. Ovid. 1. Epist. 77.
Sanctæ conjugis torus. Sen. Troad. 6.
Scelestus. Sen. Octav. 5.
Tenera. Hor. 1. Carm. 1. 26.
Avertere sensus sanos conjugis. Virg. 8. Ecl. 66.
Conjugis ut magicis sanos avertere sacris
Experiar sensus. Sanos sensus Servius exponit Non amantes; unde contra Amantes, Insanos vocamus.
Captus alia conjuge. Ovid. 2. Epist. Sabin. 3.
Dejectam conjuge esse, Maritum amisisse. Virg. 3. Æn. 317.
Heu quis te casus dejectam conjuge tanto
Excipit?
In conjugis gremium descendere. Virg. 2. Georg. 326.
Tum pater omnipotens fecundis imbribus æther
Conjugis in gremium lætæ descendit, & omnes
Magnus alit magno commistus corpore fœtus. Dicit verno tempore esse pluvias, quibus fœcundatur terra ac omnia nascuntur, ut exponit Servius.
Amata. Juven. 10. Sat. 242.
Dotata. Ovid. Rem. Amor. 565.
Furens festinaque. Valer. 2. Argon. 191.
Invisa. Sen. Octav. 8.
Prætendere tædas conjugis, Animum ad conjugium applicare. Virg. 4. Æn. 338.
Viduata tædis conjux ardet. Sen. Med. 8.

Conjungo, junxi, junctum, [συζεύγνυμι, συνάπτω, συνέχω] ĕre. Copulare; a Jugo deductum verbum. ut, Conjungere boves feriis, apud Catonem, cap. 138.
Calamos cera conjungere. Virg. 2. Ecl. 32.
Pan primus calamos cera conjungere plures
Instituit.
Dextras. Virg. 1. Æn. 518.
Lætitiaque metuque avidi conjungere dextras
Ardebant.
Dextram dextræ. Ovid. 8. Met. 421.
Manus alicujus. Tibul. lib. 1. 6. 60.
Provinciæ duæ uno imperio conjunctæ. Cic. de Provinc. Conf. 9. Galliæ duæ quas hoc tempore uno imperio videmus esse conjunctas.
Socium capere & conjungere. Virg. 5. Æn. 712.
Hunc cape consiliis socium & conjunge volentem.
Se in negotio. Cic. pro Rosc. Com. 16. Socium fallere, qui se in negotio conjunxit.
Conciliare & conjungere. Cic. 5. Fam. 7. Illud non dubito, quin si te mea erga te studia parum mihi adjunxerint, Respub. nos inter nos conciliatura, conjuncturaque sit.
Amicitias. Cic. pro Cluent. 46. Quantam vim habeat ad conjungendas amicitias studiorum ac naturæ similitudo.
Amor Fœdere conjungit amantes. Catul. Argon. 62. 335.
Amantes divisos, Reconciliare. Propert. lib. 1. 10. 15. Al. Diversos.
Amor princeps est ad benevolentiam conjungendam. Cic. de Amicit. 26.
Connubia conjungere, pro Matrimonio jungere. Cic. 1. de Orat.
Domus conjugio & stirpe conjungitur. Cic. 5. de Finib. 65.
Feminam matrimonio sibi conjungere. Liv. 29. 29. extr.
Fœdere aliquibus conjungi. Virg. 10. Æn. 105.
Hospitio & amicitia conjungi. Cic. 1. Q. frat. 1.
Honorem aliquorum. Cic. 14. Philipp. 29. Æquum est enim militum, talium præsertim, honorem conjungi.
Conjungere dativo jungitur. Cic. 15. Fam. 11. Cui me cum studia communia, beneficia paterna, tuaque jam ante conjunxerant: tum, &c.
Castris se conjungere. Claud. 1. in Ruffin. 322.
Ætas hunc mihi conjungit studiis communibus. Claud. in præfat. Epithal. Pallad. 5.
Conjungere cum. Cic. pro Font. 20. Cum his vos testibus vestram religionem conjungetis?
Somnos cum aliquo. Catul. in Argon. 62. 331.
Conjungere se cum aliquo dicitur sponsa, h. e. Nubere. Ovid. 21. Epist. 247.
O digno conjuncta viro. Virg. H. St. V. Ecl. 8. v. 32.
Conjungere imperii dedecus cum probro privato. Cic. de Senect. 42.
Salutem alicujus cum communi salute. Cic. Post red. in Sen. 4. Nunquam dubitastis meam salutem cum communi salute conjungere.
Conjungere aliquem cum alterius laude. Cic. in Pison. 20. Quem ego civem meo judicio cum deorum immortalium laude conjungo.
Usu cum aliquo conjungi. Cic. de Amicit. 29.
Conjungere, pro Committere inter se. ut,
Bellum conjungere. Cic. pro Lege Manil. 26. Quantum illud bellum futurum putetis, quod conjungant Reges potentissimi.
Martem conjungere & duplicare acies. Sil. lib. 15. 52.
Nationes. Cæs. 3. Bell. Gall. 11. Ne ex his nationibus auxilia in Galliam mittantur, ac tantæ nationes conjungantur.
Vires. Valer. Flacc. 6. Argon. 632.
— nobis Argoa parabas
Scilicet auxilia, & tantas conjungere vires.

Cōnjunctus, Partic. [συνεζευγμένος] ut, Homines benevolentia conjuncti. Cic. de Amicit. 84.
Summa miseria, summo dedecore conjuncta. Cic. 3. Philipp. 35.
Puella digno conjuncta viro. Virg. 8. Ecl. 32.
Homo alicui fidissima gratia conjunctus. Cic. pro Milon. 76.
Propinquitate atque natura alicui conjunctum esse. Cic. de Amicit.
Ejusdem linguæ societate conjunctum alicui esse. Cic. 3. de Orat. 221.
Non solum perpetua societate atque amicitia, verum etiam cognatione alicui conjunctum esse. Cic. 6. Verr. 72.
Conjuncta virtuti fortuna. Cic. de Senect. 59.
Philosophia oratori conjuncta maxime. Cic. 3. de Orat. 61.
Conjuncta atque communia scelera alicui cum aliquo. Cic. pro Sext. 29.
Causa tua conjuncta cum clarissimis viris. Cic. in Vatin. 33. In quo certe tibi jam dicere non licebit, cum clarissimis viris causam tuam esse conjunctam.
Conjuncta & sociata cum altera. Cic. de Amicit. 83. Al. Consociata.
Hominem esse conjunctum cum hominibus humana quadam societate. Cic. 1. Acad. 19.
Conjunctum consilium cum alterius consilio. Cic. In quo non sit conjunctum consilium cum tuo. i. e. Si in aliquo dissentimus.
Conjuncta mihi cura de Repub. cum illo. Cic. de Amicit. 15.
Vita rustica maxime disjuncta a cupiditate, & cum officio conjuncta. Cic. pro Rosc. Amer. 39.
Conjuncta officiis cum Populo Romano civitas. Cic. 4. Verr.
Sententiis conjunctis decernere. Cic. 6. Verr. 145. Postea decernitur, ac non varie, sed prope conjunctis sententiis, ut laudatio quæ C. Verri decreta esset, tolleretur. i. e. Omnibus sententiis.
Tempus conjunctum, h. e. Insequens. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Vis dicendi egregia, summa festivitate & venustate conjuncta. Cic. 1. de Orat. 243.
Vita conjuncta multis vitiis. Cic. 2. in Verr. 20. Quæ est enim tanta facultas & dicendi copia, quæ istius vitam tot vitiis, flagitiisque conjunctam aliqua ex parte defendere possit?
Vitis ulmo conjuncta marito. Catul. in Carm. nupt. 60. 54.
Compar. Cic. 10. Fam. 24. Sed primum quod ita meritos judicabam: deinde quod ad omnes casus conjunctiores Reipub. esse volebam. i. e. Magis amicos Reipub.
Conjunctior illo nemo mihi est. Ovid. 15. Met. 599.
Ætate conjunctior. Cic. de Clar. Orat. 317. Itaque cum Hortensio mihi magis arbitrabar rem esse, quod & dicendi ardore eram propior, & ætate conjunctior.
Superl. Vir conjunctissimus atque amantissimus. Cic. de Amicit. 2.
Conjunctissimi inter se. Cic. de Amicit. 39. Tum etiam cum iis & inter se conjunctissimos fuisse, M. Curium & T. Coruncanium memoriæ proditum est. h. e. Amicissimos fuisse inter se.
Par amicitiæ conjunctissimum. Cic. pro Domo 27. Quod enim par amicitiæ Consularis fuit unquam in hac civitate conjunctius, quam fuimus inter nos ego & Cn. Pompeius?
Concordia conjunctissimum alicui esse. Cic. pro Cluent. 152. Equites ordini

ordini Senatorio dignitate proximos, concordia conjunctiſſimos eſſe cupiunt.
Conjuncti re apud Juriſconſ. videntur Hæredes, vel legatarii, vel uſufructuarii, quum ex re ipſa, non ex verbis apparet eos jungi ad communicandum, partibus ex concurſu æſtimandis. l. conjunctum. & l. re conjuncti. D. de leg. 3. Conjuncti verbis, non etiam re, cenſentur ita, Titio & Seio æquis partibus fundum Titianum do, lego. Conjuncti re & verbis ſunt, quos & nominum & rei complexus jungit. ut, Lucio & Seio fundum Sempronianum do, lego. l. Triplici modo. D. de verb. ſignif.

CONJUNCTE, Adv. [συνημμένως] Cic. 2. de Orat. 158. Et ſi conjuncte ſit elatum, & adjuncta ſint alia, judicent rectene adjuncta ſint, & verane ſumma ſit uniuſcujuſque rationis.
Conjuncte amare. Plin. 6. Epiſt. 8. Hujus eſt hæres maximus noſter, quem & ipſe amo, ſed conjunctius tu.
Conjunctiſſime verſati ſumus. Cic. de Clar. Orat. 13.
Conjunctiſſime & amantiſſime cum aliquo vivere. Cic. de Amicit. 2. Sic Corn. Nepos in vita Attici. cap. 5.

CONJUNCTIM, ſimiliter Adv. [συνεζευγμένως] Liv. 6. Cæſ. 6. Bell. Gall. 18. Hujus omnis pecuniæ conjunctim ratio habetur, fructuſque ſervantur. Cic. 8. Fam. 8. Quod conjunctim de ea re refertur a conſulibus.
Conjunctim & Separatim, oppoſita. Paulus in l. Si pluribus. D. de leg. 1. Utitur & Celſus in l. Et proculo. D. de leg. 3.
Vide SEPARATIM. H. St.

CONJUNCTIO, ōnis. f. [σύζευξις, συναφὴ, σύναψις, σύνδεσμος, ἕνωσις] Plin. lib. 15. cap. 29. Ideo tum electa, quoniam conjunctioni & huic arbori Venus præeſt.
Conjunctio, confuſioque virtutum, tamen a philoſophis ratione quadam diſtinguitur. Cic. 5. de Finib. 67.
Conjunctio & Disjunctio, contraria. Cic. 4. Acad. 97.
Negationes conjunctionum. Cic. de Fato 16. Si Chaldæi ita loquentur, ut negationes infinitarum conjunctionum potius, quam infinita connexa ponant, &c.
Conjunctio, pro Mutua amicitia & concordia. Cic. 11. Fam. 15. Conjunctio tua cum collega, concordiaque veſtra quæ litteris communibus declarata eſt.
Amicitiæ conjunctioniſque neceſſitudo. Cic. de Amicit. 73.
Conjunctionis humanæ ſocietas. Cic. 5. de Finib. 65.
Affinitatis. Cic. pro Cluent. 190.
Benevolentiæ. Cic. de Amicit. 23.
Sanguinis conjunctio & benevolentia devincit charitate homines. Cic. 1. Off. 54.
Conjunctio & familiaritas. Cic. 14. Philipp. 16.
Avocare a conjunctione. Cic. 2. Att. 23. Pompeium a Cæſaris conjunctione avocarem.
Conciliare. V. CONCILIO.
Imminuere de conjunctione. Cic. 5. Fam. 13. Aliquid de noſtra conjunctione imminutum eſſe oſtenderem.
Dirimere conjunctionem. Cic. 3. Fam. 10.
Perfringere conjunctionem. Cic. 4. Catil. 22.
Conjunctio & conſpiratio. Cic. pro Domo 28. Hanc noſtram conjunctionem, hanc conſpirationem in Repub. bene gerenda, hanc jucundiſſimam vitæ atque officiorum omnium ſocietatem; certi homines fictis ſermonibus & falſis criminibus diremerunt.
Convenientia & conjunctio naturæ, quam vocant συμπάθειαν, quod cuique rei conveniat. Cic. 2. de Divin. 142.
Neceſſitudo & conjunctio paterna. Cic. 13. Philipp. 11. Hanc mihi diſpenſationem pro paterna neceſſitudine & conjunctione depoſco.
Hominum inter homines conjunctio & quaſi quædam ſocietas & communicatio utilitatum. Cic. 5. de Finib. 65.
Inoffenſa, atque indubitata litterarum inter ſe conjunctio. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Conjunctio [σύνδεσμος] apud Grammaticos eſt Orationis copulatio. Cic. in Orat. 135. Cum demptis conjunctionibus diſſolute plura dicuntur.

CONJUNCTRIX, īcis. f. Auguſtin. de Trin. 11. 10. pr. Voluntas conjunctrix & ſeparatrix.

CONJUNCTIVUS, a, um. [συμπλεκτικὸς] Gloſſ. Gr. Lat. Adde Tertull. adv. Hermog. cap. 26.

CONJUNCTO, āre. frequent. Prudent. Pſychon. v. 762.

CONIVŎLUS, a, um. Clauſus; apud Feſtum. In Gloſſ. Iſidori; Conivoli, concordes, juncti.

CONJUNX, **CONJUGUS**. V. CONJUGO.

CONJŪRO, [συνόμνυμι, συνίσταμαι] āre. Simul jurare, & alterum alteri promittere fidem. Virg. 8. Æn. 5.

— ſimul omne tumultu
Conjurat trepido Latium.

Ubi Servius, Nota de re bona conjurationem dici poſſe. Nam conjuratio τῶν μέσων eſt. Sed plerumque in malam partem accipitur.
Conjurat amice, dixit Hor. Arte Poet. 411.
Conjurant inter ſe. Plaut. Merc. 3. 1. 38.

Et inter nos conjuravimus, ego cum illo, & ille mecum.

Conjurare, etiam Conſpirare eſt, id eſt in alicujus perniciem jurare. Cic. 2. Att. 8. Conjuraſſe mallem, quam reſtitiſſe conjurationi. Acron. in Horat. 1. Carm. 15. 7. Inter Conjurare & Conſpirare hoc intereſt, quod Conſpirare interdum bonorum eſt, Conjurare malorum. V. Vallam lib. 5. cap. 21.
Conjurare de interficiendo aliquo. Cic. pro Milon. 66.
In arma. Lucan. lib. 2. 48.
In ruinas noſtras conjuravere ſorores. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 199.
Conjurare contra aliquem. Cic. pro Sulla, 70. Catilina contra Rempubl. conjuravit. Cæſ. 2. Bell. Gall. cap. 3. Neque ſe cum reliquis Belgis conſenſiſſe: neque contra populum Rom. conjuraſſe.
Contra Tonantem conjurant furiæ. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 39.
Conjurare pro Jurare. Gell. 7. 11. extr. Age malitiam ſaltem defende, tu verbis conceptis conjuratti ſciens, ſciente animo tuo. Ex P. Africani oratione.

CONJURĀTUS, a, um. Partic. [συνομοσθεὶς] Qui conjuravit. ut,
Agmina conjurata. Ovid. 5. Met. 150.
Arma conjurata moventur. Ovid. 15. Met. 763.
Conjuratus cum infinitivo. ut,
Fratres conjurati cælum reſcindere. Virg. 1. Georg. 280. Othum & Ephialthem dicit (ut ait Servius) qui fuerunt filii Neptuni, & novem digitis ſingulis creſcebant menſibus, qua freti altitudine cælum voluerunt evertere, ſed confixi ſunt ſagittis Apollinis & Dianæ.
Græcia conjurata rumpere nuptias Paridis. Hor. 1. Carm. 15. 7.
Socii conjurati. Claud. 2. in Eutrop. in præf. 15.
Venti conjurati. Claud. 3. Conſ. Hon. 98.
Interdum conjungitur cum genitivo: ut, Conjuratus Getarum, Qui cum Getis conſpiravit. Claud. 1. in Ruffin. 319.

— tunc proditor ille
Impius imperii, conjuratuſque Getarum
Diſtulit inſtantes, eluſo principe, pugnas.

Conjurati,] συνωμόται] abſolute, pro Iis qui inter ſe conjuraverunt. Cic. 4. in Catil. 20. Ego quanta manus eſt conjuratorum, quam videtis eſſe permagnam, tantam me inimicorum multitudinem ſuſcepiſſe video. Sic pro Font. 11.
Conjurati, Militum genus. Liv. 45. cap. 2. pr. Ut Conſul quos, præter milites ſocioſque navales, conjuratos haberet, dimitteret. Ceterum qui ſint hi, ſic explicat Turnebus Adverſ. 11. 18. Ut conjurationem vocare ſolebant genus quoddam militiæ a ſacramento diverſum: ita a militibus ſejunxit Livius conjuratos, ut milites ſint, qui ſacramento dixerunt: conjurati, qui una jurarunt ſimul, non ſinguli ſacramento dixerunt. Quibus quia juſtum militiæ ſacramentum deerat, proinde nec juſti milites cenſebantur. Hactenus ille in hunc locum Livii. Ita Servius in Virg. 7. Æn. 614. Conjuratio quæ fit in tumultu, i. e. Italico Bello & Gallico, quando vicinum urbis periculum ſingulos jurare non patitur, ſicut de Fabiis legimus.

CONJURATIM, Adv. Plaut. Aſin. 2. 2. 52.

Siquidem omnes conjuratim cruciamenta conferant.

Hoc autem in loco dubitari poteſt de lectionis veritate; quamplurima enim exemplaria exhibent Conjurati. conf. Parei Lex. Crit.

CONJURAMENTUM, i. n. Auguſtin.

CONJURATIO, ōnis. f. [συνωμοσία] Ter. Hec. 2. 1. 1.
Pro deûm atque hominum fidem, quod hoc genus eſt? quæ hæc conjuratio?
Cic. 2. de Divin. 49. Mirabile autem illud, quod eo ipſo tempore, quo fieret judicium conjurationis in Senatu, ſignum Jovis biennio poſtquam erat locatum, in Capitolio collocabatur.
Adulta conjuratio. In ADOLEO.
Manifeſtus conjurationis. Tacit. 15. Ann. 54.
Clandeſtinæ conjurationes. Liv. 39. 8. Conſulibus ambobus quæſtio de clandeſtinis conjurationibus decreta eſt.
Cœpta ſimul, & aucta. Tacit. 15. Ann. 48.
Cœpta, adulta, & revicta. Tacit. 15. Ann. 73.
Impia. Liv. 39. 16.
Miſta inter patrem, filiumque conjurationis ſcientia fingitur. Tacit. 16. Ann. 17.
Nefanda in omne facinus ac libidinem. Liv. 39. 18.
Deprehendere & invenire conjurationem. Cic. 3. Catil. 17. Ut nullum in privata domo factum unquam ſit tam palam inventum, quam hæc tanta in Rempub. conjuratio manifeſto inventa atque deprehenſa eſt.
Facere. Cic. 2. in Catil. 6. Vos omnes factam eſſe aperte conjurationem contra Rempub. videritis.
Habere exitioſam. Cic. 4. Catil. 6. Sed hanc tantam, tam exitioſam haberi conjurationem a civibus, nunquam putavi.
Integrum eſſe a conjuratione. Rhenanus in Caſtigat. Tacit. 15. Ann. 52.
Prodere conjurationem alicui. Tacit. 16. Ann. 17.
Conjuratio, Militiæ genus. V. ſupra, Conjurati, Militum &c. in ipſo verbo.

CONJUX, V. CONJUGO.

CONIZA, V. CONYZA.

CONLATRO, vel **COLLATRO**, [συνυλακτέω] āre. Sen. de Vita beata cap. 17. Si quis ex his qui philoſophiam conlatrant, quod ſolent dixerit, Cur ergo melius loqueris quam vivis? i. e. Qui philoſophiæ detrahunt & obtrectant.

CONLAXO, vel **COLLAXO**, āre. Idem quod ſimplex Laxo. Lucret. lib. 6. 235.

— quia nimirum facile omnia circum
Conlaxat, rareque facit lateramina vaſis, &c.

CONLIDO, V. COLLIDO.

CONNA, inſula Phrygiæ, Ptol. V. CONE.

CONNATIO, **CONNATO**, V. CONNO.

CONNATUS, a, um. Partic. a **CONNASCOR**. Tertull. adv. Valent. cap. 9. Vitia in corpore connata.

CONNATĀLIS, e. Auguſtin.

CONNATALITIUM, i. n. Firmicus.

CONNECTO, xui, xum, [συμπλέκω, συνείρω] ĕre. Simul nectere. Plin. lib. 16. cap. 40. Rates vero connecti quadraginta ſeſtertiis pleraſque.
Aliquid inexplicabili ſerie connectere. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Falces, ſcalaſque. Tacit. 3. Hiſt. 27.
Tempora lauro. Valer. 4. Argon. 334.
Veſtem connectere, i. e. Cingere. Claud. 1. in Ruff. 118.

Illa ubi cæruleo veſtes connexuit angue
Nodavitque adamante comas, &c.

Connectere cum. Cic. 1. de Finib. 67. Amicitia cum voluptate connectitur.
Connectere alicui rei aliquid. Cic. in Piſon. 10. Perſequere connexos his funeribus dies.
Connectere aliam inſaniam, Jungere, ſubtexere. Plin. lib. 36. cap. 15. Aufert animum, & a deſtinato itinere digredi cogit contemplatio tam prodigæ mentis, aliamque connecti majorem inſaniam
Connexo viſu. Plin. lib. 2. cap. 18. His cauſis connexo viſu & earum quæ cælo continentur.
Connectuntur Adiabenis Cadurci. i. e. Finitimi ſunt. Plin. lib. 6. cap. 15. Adiabenis connectuntur Cadurci quondam dicti, nunc Cordueni, præfluente Tigri.
Connectere, pro Orationem perpetuam concatenare dixit Quintil. lib. 2. cap. 11. Nonnulli certa ſibi initia, prius quam ſenſum invenerint, deſtinant, quibus aliquid diſerti ſubjungendum ſit: eaque clare ſecum diuque meditati, deſperata connectendi facultate deſerunt.

Connexus, a, um. Partic. [συμπεπλεγμένος] Cic. 2. de Nat. Deor. 97.
Inde fides leviter posita, connexaque videtur.
Amore magno connexus alicui. Stat. 1. Achill. 174.
Apes pedibus connexæ. Virg. 4. Georg. 257.
Aut illæ pedibus connexæ ad limina pendent. Ubi Servius, Hinc multi dictas apes volunt, quod se pedibus invicem tenent: licet crebrior sit illa opinio, quod sine pedibus primo esse dicuntur. ut ibid. 310.
Trunca pedum primo.
Crines connexi. Propert lib. 2. 5. 23.
Nodi. Ovid. 12. Met. 430.
Rami. Lucan. lib. 3. 40.
Res subtiliter connexæ. Lucret. lib. 3. 741.
Connexum & aptum. Cic. in Partit. 137. Sic inter se sunt pleraque connexa & apta.

Connexum, i. n. [σύμπλεκτον] pro Connexa conclusione. Cic. 4. Acad. 96. Ipsa enim ratio connexi, quum concesseris superius, cogit inferius concedere. ut, Si sol lucet, dies est: At sol lucet; dies igitur est. V. Gell. 16. 8.

Connexio, ōnis. f. [σύμπλεξις, συναφὴ]
Connexio, pro Conclusione, apud Quintil. lib. 5. cap. 14. conf. August. de Civ. Dei, 2. 31.

Connexus, ûs. m. [συμπλοκὴ] Lucret. lib. 2. 725.
— differre necesse est
Intervalla, vias, connexus, pondera, plagas.
Connexu corpus adhæret. Lucret. lib. 3. 556.

Connexīvus, Adj. [συμπλεκτικὸς] ut, Connexiva conjunctio, pro Copulativa, apud Gell. lib. 10. cap. 29.

Connītor, nixus vel nisus sum, [πειρῶμαι] nīti. Simul vel Vehementer niti, & dare operam. Cic. 5. de Finib. 42. Quum autem paulum firmitatis accesserit, & animo utuntur, & sensibus, connituntur que ut sese erigant.
Ad aliquem convincendum conniti. Tacit. 15. Ann. 66.
Cornibus conniti. Cic. 1. de Divin. 44. De ariete.
Omnibus copiis connixus Ancus, acie primum vincit. Liv. 1. 33.
Conniti virtute in aliquem locum. Cæs. 1. Bell. Civil. 46. Etsi dejectis atque inferioribus locis constiterat, tamen in summum jugum virtute connititur. i. e. Ascendit.
Conniti animo, & labore contendere. Cic. 3. Off. 6. Quare quantum conniti animo potes, quantum labore contendere, si discendi labor est, potius quam voluptas: tantum fac, ut efficias, &c.
Uno animo conniti. Liv. 9. 31.
Dextra sublata connixus. Virg. 5. Æn. 642. Ubi de Cassandra loquitur.
Vix humeris connixi ferebant, &c. Virg. 5. Æn. 264.
Toto corpore connixus. Virg. 10. Æn. 127.
Fert ingens toto connixus corpore saxum.
In hastam. Sil. lib. 10. 252.
Adversis hastis connixi incurrunt. Virg. 11. Æn. 613.
Manibus connixis agere aut movere aliquid. Claud. de Bell. Gigant. 67.
Hic juga connixis manibus Panchæa coruscat.
Connisus legitur apud Valer. Flacc. 3. Argon. 197.
Torserat hic totis connisus viribus hastam.
Conniti, [ἀποτίκτειν, διατείνεσθαι] pro Eniti & parere. Virg. 1. Ecl. 15.
Hic inter densas corylos modo namque gemellos
Spem gregis, ah silice in nuda connixa reliquit.

Connīveo, nīvi & nixi, nictum, [μύω, καταμύω, νυστάζω] ēre. Connivent oculi quando clauduntur vel aperiuntur, auctore Valla lib. 4. cap. 52. Nam Connivere, est Palpebras oculorum alternatim movere. [Immo Claudere.] Plin. lib. 10. cap. 3. Haliæetus tantum implumes etiamnum pullos suos percutiens, subinde cogit adversos intueri solis radios: & si conniventem, humectantemque animadvertit, præcipitat e nido velut adulterinum atque degenerem. Cic. 1. Tusc. 117. Quid melius, quam in mediis vitæ laboribus obdormiscere, & ita conniventem somno consopiri sempiterno?
Connivere claustra ventris & stomachi, dixit Gell. lib. 17. cap. 11. pro Stipari, claudi, & contrahi. De epiglotide loquitur, quam dicit connivere vicissim & resurgere, eaque operiri & protegi trachiam arteriam, ne quid ex esca & potu inter edendum & bibendum, incidat in illud animæ reciprocantis iter.
Connivere in re aliqua, per translationem, est quasi Non videre quod videas, seu Visum dissimulare, Oculos claudere, Patienter ferre. Cic. pro Cœl. 59. Pro dii immortales, cur interdum in hominum sceleribus maximis aut connivetis, &c.
Virtus connivet sopita blandimentis. Cic. pro Cœl. 41.
Pacem connivere oculis serenis. Sil. lib. 7. 461.
— tum compta comam, pacemque serenis
Connivens oculis, ibat, &c. Videtur significare, Pacem simulans gestu oculorum. Sed al. Condiscens. V. Drakenb.

Connivens, Partic. [νυστάζων] Cic. pro Milon. 32. Quibus si non adjuvantibus, at conniventibus certe sperasset se posse Remp. eludere. Conniventibus. i. e. Patientiam adhibentibus. Budæus.
Conniventibus oculis credendum est, suis nummis eum redemptum. Ulpian. l. 4. in princip. D. de Manumiss. i. e. Dissimulanter.
Oculi somno conniventes. Cic. 2. de Nat. Deor. 143. Hujus contrarium est Inconnivens [ἀσκαρδάμυκτος;] diciturque, Qui oculis est vigilantibus, & aliqua in re fixis sine mutatione. Gellius 2. 1. de Socrate, Inconnivens, immobilis in hisdem vestigiis perstabat.

Conniventia, æ. f. [νυσταγμὸς] est Patientiam accommodantium, ac videre se dissimulantium. ut, Conniventia procuratorum principis, in l. 1. de Fundis & saltibus rei dominicæ, lib. 11. C. Quod si venalis procuratorum conniventia ut id deinceps tentetur admiserit, eos gravissimo jubemus supplicio subjacere.
Conniventia & dissimulatio. in l. Usus aquæ, de Fundis rei privatæ, & saltibus divinæ domus, lib. 11. C. Usus aquæ quæ fundorum nostrorum utilitatibus serviebat, plurimorum dicitur usurpatione sublatus, idque procuratorum conniventia vel dissimulatione perfectum, ut agrorum fertilitas destituta, nullos fructus cultoribus præstet.

Connixus, V. connitor.

Conno, [συννήχομαι] āre. Simul nare; proprie est piscium.

Connatio, ōnis. f. Plaut. Connationis nostræ conscius. i. e. Quod eandem adiremus mulierem. Perottus.

Connăto, [συννήχομαι] āre. Simul natare. Connatat nobiscum, dixit Plaut. per translationem, pro Rivalis est. Ex eodem Perotto. Sed loca frustra quæras.

Connūbo, psi, ptum, [συνοικέω] ĕre. Matrimonio jungi. Apul. Nescientibusque parentibus, puellari ætate connupseramus.

Connūbium, i. n. [συνοικέσιον, ἐπιγαμία] Jus legitimi matrimonii, inquit Servius. Cic. 1. Off. 54. Sequuntur connubia & affinitates, ex quibus etiam plures propinqui. Ulpian. autem tit. 5. Connubium, inquit, est Uxoris jure ducendæ facultas.
Connubia, Hymenæi. Virg. 4. Æn. 316.
Per connubia nostra, per inceptos Hymenæos.
Fulsere ignes & conscius æther Connubii. Virg. 4. Æn. 168. Ubi Servius, Varro dicit, Aqua & igni mariti uxores accipiebant. Unde & hodie & faces prælucent, & aqua petita per felicissimum puerum vel aliquam puellam de puro fonte, interest nuptiis, de qua nubentibus solent pedes lavari.
Particeps connubii Regina Juno. Cic. Anteq. iret in exil. 24.
Connubia patrum & plebis. Liv. 4. 1. & seqq.
Læta connubia. Catul. Argon. 62. 141.
Par connubium. Catul. in Carm. nupt. 60. 57.
Promiscua. Liv. 4. 2.
Stabile. Virg. 1. Æn. 73.
Connubio jungam stabili, &c. De firmo certoque conjugio, nec divortio unquam dirimendo dicitur. Cic. 2. Philipp. 44. Curio te in matrimonio stabili ac certo locavit. Turnebus tamen ita appellasse veteres existimat, velut quodam omine stabilitatem & firmitatem matrimonio augurantes, quum præsertim nemo nuptias contrahat, nisi spe permansionis & diuturnitatis.
Connubia cum finitimis. Liv. 1. 9. pr.
Connubium adipiscitur virgo. Catul. in Carm. nupt. 60. 57.
Quum par connubium maturo tempore adepta est
Cara viro magis. De virgine loquitur.
Celebrare connubium. Claud. de Magnet. 27.
Conjungere. V. conjungo.
Desponsa. Catul. in Carm. nupt. 60. 27.
Dirimere. Liv. 4.
Donare muneribus connubia alicujus. Ovid. 11. Epist. 99.
Firmare. Catul. in Carm. nupt. 60. 27.
Qui desponsa tua firmes connubia flamma.
Fugere. Ovid. 14. Met. 69.
Inire. Ovid. 2. Amor. 7. 21.
Jungere connubio aliquam alicui. Virg. 1. Æn. 73. — Deiopeiam
Connubio jungam stabili, propriamque dicabo.
In connubio natæ thalamoque moratur. Virg. 7. Æn. 253. Cogitatione nempe.
Connubiis, arvisque novis operata juventus. Virg. 3. Æn. 136. i. e. (ait Servius) Perfecit sacrificia propter connubia & novas sedes, quia apud veteres neque uxor duci, neque ager arari sine sacrificiis peractis poterat.
Petere connubia alicujus. Virg. 4. Æn. 534.
Permista connubio Troglodytis Æthiopia. Plin. lib. 12. cap. 19. Cinnamum nascitur in Æthiopia Troglodytis connubio permista.
Repellere connubia alicujus. Virg. 4. Æn. 214.
Sancire. Claud. Epithal. Pallad. 129.
Servare alicujus. Virg. 3. Æn. 319. i. e. Tenere, ait Servius. ut,
Et nunc servat honos sedem tuus, ossaque nomen.
Sociare connubiis natam. Virg. 7. Æn. 96.
Ne pete connubiis natam sociare Latinis.
Subire connubia barbara. Claud. Bell. Gild. 191. Nubere barbaris.
Vitare. Sen. Hippol. 2. i. e. Cælibem vitam agere.
Connubium, nu syllabam natura longam habet ab eo quod est Nubere: ut Virg. 4. Æn. 214. — connubia nostra
Reppulit. Sed metri causa corripuit & 4. Æn. 126.
Connubio jungam stabili. Ex Servio. Hinc

Connŭbialis, [ἐπιγαμικὸς] Adj. ut,
Carmen connubiale, Epithalamium. Claud. 4. Cons. Honor. 649.
Vincla connubialia. Stat. 5. Theb. 112.

Connubius, a, um. Apul. Met. 9. p. 230. Connubia lege sociatas.

Connūdo, [ἀπογυμνῶ] āre. Plin. lib. 28. cap. 7. Jam primum abigi grandines turbinesque, contra fulgura ipsa in mense connudata, sic averti violentiam cœli.

Conoides, V. conus.

Cononienses, apud Plin. lib. 3. cap. 4. Galliæ Narbonensis populi sunt, Aquitaniæ contermini.

Cŏnon, ōnis. m. [Κόνων] Dux Atheniensis, acceptæ cladis a Lysandro Lacedæmonio dolore, sponte abiit in exilium ad Artaxerxem Persarum regem, in Cyprum. cujus auxilio libertati patriam restituit, cui prius servitutem attulerat. Auctor Plutarchus & Demosthenes in oratione ad Leptinem.
Fuit & alter ejusdem nominis Mathematicus, quem Catullus in elegia de Coma Berenices v. 7. introduxit. ubi Is. Voss. V. De hoc intellexisse Virgilium auctor est Servius 3. Eclog. 40.
In medio duo signa, Conon: & quis fuit alter? Propert. lib. 4. 1. 79. Horos, & a proavo ducta Conone domus.

Cōnōpas, [Κωνώπας] Minimæ staturæ nanus fuit, duorum pedum & palmi altitudine, quem Julia Augusti neptis in deliciis habuit. Auctor Plin. lib. 7. cap. 16.

Cōnōpe, es. [Κωνώπη] Acarnaniæ urbs est, teste Stephan. cujus incolæ Conopæi dicuntur & Conopitæ.

Cōnōpēum, i. n. [κωνωπεῖον] Tentorium seu velum, & papilio ille lineus, vel laneus, seu bombycinus, qui thoro circumdatur ad arcendos culices, ut ait Valla in Raudensem: quo maxime utuntur Alexandrini, quod ex Nilo culices confluant, quos Græci κώνωπας dicunt. Juven. 6. Sat. 80
Ut testudineo tibi Lentule conopeo. Testudineo. i. e. In morem testudinis, seu cameræ incurvato. *fait en voute.* Versus est spondaicus.
Dicitur & Conopēum, vel Conopīum. Hor. Epod. 9. 16.
Interque signa, turpe, militaria
Sol aspicit conopeum. Propert. lib. 3. 9. 45.
Fœdaque Tarpeio conopia tendere saxo.

Cōnōpion, [Κωνώπιον] Oppidum fuit ad Mæotim, ubi lupos pisces aiunt prædæ parte conductos, piscatorum retia asservare: mercede vero fraudatos, retia & prædam populari. Auctor Stephan.

Cōnōpon diabasis, [Κωνώπων διάβασις] Insula est juxta quartum Istri ostium, quod Pseudostoma appellatur. V. Plin. lib. 4. cap. 12.

Cōnor, ātus sum, [πειρῶμαι, ἐπιχειρέω] āri. levius est quam facere, auctore Donato. Est enim Niti & dare operam ut aliquid fiat. Ter. And. 1. 5. 35.
— tum autem hoc timet,
Ne deseras se. P. hem, egone istuc conari queam?
Scio quid conere. Ter. And. 4. 2. 20.
Conari manibus, pedibus. Ter. And. 4. 1. 52.
Ego, Pamphile, hoc tibi pro servitio debeo,
Conari manibus pedibus, noctesque & dies
Capitis periculum adire, dum prosim tibi.
Occulte aliquid conari. Cic. pro Deiot. 18.
Perdite aliquid. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Aliquid per se conari, & quærere. Quintil. lib. 2. cap. 6.
Frustra. Virg. 9. Æn. 398.
Conari aliquid fallaciæ in re aliqua, quo fiat minus. Ter. And. 1. 2. 26.
Magnum opus & arduum. Cic. in Orat. 33.
Spem aliquorum quam habent in aliqua re positam, vi extorquere conari. Cic. 1. Verr. 21.
Conari alicui obviam. Ter. Phorm. 1. 2. 2.
Conari, cum infinitivo. Cic. 2. de Orat. 61. Poetas omnino quasi aliena quadam lingua loquutos non conor attingere.

Conans, antis. Partic. Nep. 23. 3. Alpicos conantes prohibere transitu, concidit.

Conatum, i. n. Idem ac Conatus. Paterc. lib. 2. 29. Cn. Pompeius XXIII annos natus, privatis ut opibus, ita consiliis magna ausus, magnificeque conata exsecutus, ad restituendam dignitatem patriæ firmum contraxit exercitum. Sic sæpe legitur apud veteres in plur. sed vix invenitur in numero sing.
Exsequi conata. Accius apud Non. 3. 73.
Obviam ire conatis. Liv. 42. 11;
Patrare conata. Lucret. 3. 386.
Peragere. Juven. 13. Sat. 210.
Perficere. Cæs. 1. Bell. Gall. 3.

Conatio, ōnis. f. Sen. Nat. Quæst. 2. 12. Conatio sine ictu.

Conātus, ûs. m. [πεῖρα, ὁρμὴ, ἐπιχείρησις] Cic. 2. de Nat. Deor. 122. Dedit autem eadem natura beluis & sensum & appetitum, ut altero conatum haberent ad naturales pastus capessendos, altero secernerent pestifera a salutaribus.
Primus cujusque operis conatus. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Conatus & apparatus alicujus gratus. Cic. 10. Fam. 10.
Generosi conatus. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Impetus & conatus. Cic. pro Sulla 76.
Capti conatus frustra. In CAPIO.
Comprimere. V. COMPRIMO.
Conatum longius petere. Quintil. lib. 10. cap. 3.
Conatus & Incœptum contra aliquem. Cic. 2. in Cat. 27. Cujus ego non modo factum, sed incœptum ullum conatumve contra patriam deprehendero.
Magno conatu studioque agere aliquid. Cic. pro Quint. 48.
Nudis conatibus hastam vibrabat. Sil. lib. 13. 161.
Infringere conatus adversariorum. V. INFRINGO.
Obstare conatibus alicujus. Ovid. Rem. Amor. 683.
Prohibere omnes alicujus motus, conatusque. Cic. 2. in Catil. 26.
Sedare conatum iracundiæ suæ morte. Cic. de Clar. Orat. 42. Populi ingrati pulsus injuria, se ad hostes contulit, conatumque iracundiæ suæ morte sedavit. De Coriolano.

Conāmen, ĭnis. n. [πεῖρα] Ovid. 4. Fast. 325.
Dixit, & exiguo funem conamine traxit.
Alarum conamen perditur. Lucret. lib. 6. 325.
Mobile conamen. Lucan. lib. 4. 287.
Dum dolor est ictusque recens, & mobile nervis
Conamen calidus præbet cruor. i. e. Agile, & motu facile.
Validum. Sil. lib. 5. 295.
Et fragilis valido conamine solvitur ensis.
Conamen sumere ab aliquo. Ovid. 8. Met. 366.
Magno conamine aliquid agere. Ovid. 3. Met. 60.
Primæ pugnæ conamine contuso, fractisque cœptis. Sil. lib. 1. 33.

Conāmentum, i. n. [ἐπιχείρημα] Plin. lib. 19. cap. 2. de Sparto loquens, Ad reliquos usus laboriose evellitur, ocreatis cruribus, manibusque tectis manicis, convolutum osseis ligneisve conamentis. h. e. ut opinor, Adjumentis & fulcimentis ligneis.

Conabĭlis, e. Adj. Cæl. Aurel. Acut. 3. 1.

Cōnos, [κῶνος] Placentæ genus est apud Athenæum, quæ ex uvis fiebat passis & amygdalis. V. Cæl. Rhodig. lib. 9. cap. 16. [Nisi errat Cælius.

Conquādro, [τετραγωνίζω] āre. In quadratam formam redigere. Varro apud Non. 2. 481. & 12. 9. Sidon. 2. Epist. 2. & 4. & 7. Columel. lib. 8. cap. 3. Ea pernicies ut evitetur, perticæ dolantur in quadrum, ne teres lævitas earum supersilientem volucrem non recipiat; conquadratæ deinde foratis duobus adversis parietibus induuntur, ita, &c.

Conquæstor, V. CONQUISITOR, in CONQUIRO.

Conquasso, [κατασείω] [illegible] frequent. Cato cap. 52. Qualum incidito ex una parte perpetuum. Si vero calix erit, conquassato: cum eo qualo, aut calice in scrobem ponito.
Corpus conquassatum. Lucret. lib. 3. 442.
Conquassare nationes, per translationem, pro Vastare, & conterere. Cic. pro Sext. 56. Etiam exteras nationes illius anni furore conquassatas videbamus.
Conquassata terræ motibus Apulia. Cic. 1. de Divin. 97. Delata etiam ad Senatum labes agri Privernatis, quum ad infinitam altitudinem terra desedisset, Apuliaque maximis terræ motibus conquassata esset.
Mens, & omnis potestas animæ conquassatur. i. e. Dissipatur. Lucret. lib. 3. 600.

Conquassātio, ōnis. f. [κατάσεισμα] Cic. 4. Tusc. 23. Itaque illa duo, morbus & ægrotatio, ex totius valetudinis corporis conquassatione & perturbatione gignuntur.

Conquaterno, āre. [ζευγίζω κατὰ τέσσαρα] Gloss. Lat. Gr.

Conquĕror, questus sum, [μέμφομαι] ĕri. compositum a Queror, Ejusdem est cum simplici suo significationis.
Deplorare & conqueri de re aliqua. Cic. 5. Verr. 43. Tanta vis erat injuriarum, ut homines quidvis perpeti, quam non de istius pravitate & injuriis deplorare & conqueri, mallent.
Conqueri & Lamentari. Conqueri fortunam adversam, non lamentari decet. Cic. 2. Tusc. 50.
Nequicquam conqueri auris. Catul. Argon. 65. 164.
Sed quid ego ignaris nequicquam conqueror auris
Externata malo?
Conqueritur tibi. Sil. lib. 8. 94.
Conqueri aliquid. Liv. 1. 53. Sextus filius ejus, qui minimus ex tribus erat, transfugit ex composito Gabios, patris in se sævitiam intolerabilem conquerens.
Libidines, vim, contumelias alicujus. Cic. 6. Verr. 111.
Fallacia verba alicujus conqueri. Tibul. lib. 3. 7. 20.
Conqueritur mecum mulier fortunas suas. Plaut. Mil. 2. 1. 47.
Multa conquestus, &c. Ovid. 4. Met. 243.
Conqueri de. Suet. in August. cap. 51. Tiberio quoque de eadem re, sed violentius apud se per epistolam conquerenti, ita rescripsit.
De injuria alicujus cum aliquo conqueri. Cic. 5. Fam. 2. Satis habebas nihil me etiam tecum de tui fratris injuria conqueri.
Conqueri pro. Cic. pro Sext. 3. Nihil ab eo prætermissum est, quod aut pro Repub. conquerendum fuit, aut pro reo disputandum.

Conquestio, ōnis. f. [μέμψις] Cic. 1. Q. frat. 1. Ubi nullum auxilium, nulla conquestio.
Conquestionem exprimere. Plin. lib. 10. cap. 23. Hinc volantium illa conquestio labore expressa. i. e. velut Extorta.

Conquestus, ûs. m. [μεμψιμοιρία] Liv. 8. 7. Tum libero conquestu coortæ voces sunt.

Conquiesco, quiēvi, quiētum, [ἡσυχάζω] ĕre. Idem quod Quiescere. Cic. 5. de Fin. 55. Videmus igitur ut conquiescere ne infantes quidem possint.
Ab armis conquiescere. Cic. pro Milon. 69. Si denique Italia a delectu, urbs ab armis sine Milonis clade nunquam esset conquietura.
Conquiescere ab execrationibus. Plin. in Paneg. cap. 53. extr. Nullum locum, nullum esse tempus, quo funestorum principum manes a posterorum execrationibus conquiescant. i. e. Perpetuo posteri eos execrabuntur.
Conquiescere a re aliqua. Cic. pro Corn. Balb. 3. Qui tantum potuit impertire huic studio temporis, quantum ipse a pueritia usque ad hanc ætatem a continuis bellis & victoriis conquievit.
Conquiescere ad. Cic. in Orat. 107. Ita postremo ejiciuntur, ut ne ad saxa quidem mortui conquiescant.
Conquiescere de aliquo. Cic. 1. Fam. 1. Tanta enim est magnitudo tuorum erga me meritorum, ut quoniam tu, nisi perfecta re, de me non conquiesti. i. e. Propter me solicitus esse non desiisti, donec confectum fuerit negotium meum.
Conquiescere in loco. Cic. 1. Att. 3. Uno in loco conquiescimus, quo fratrem quotidie expectamus.
Conquiescere in eadem mensura honorum. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 2. Æque ambitio non patitur quenquam in ea mensura honorum conquiescere, qua quondam ejus fuit impudens votum.
Conquiescere in studiis, pro Oblectari. Cic. 1. Att. 20. Ego autem quotidie magis, quod mihi de forensi labore temporis datur, in his studiis conquiesco. Idem de Amicit. 22. Principio cui potest esse vita vitalis, ut ait Ennius, qui non amici mutua benevolentia conquiescat?
Ætas nostra jam ingravescens in amore atque in adolescentia tua conquiescat. Cic. 2. Fam. 1.
Bella omnia jure gentium conquiescunt hieme. Cic. pro Rabir. Posth. 44.
Calor conquiescit. Cels. lib. 6. cap. 6. Sect. 34. de Caligine oculorum. Velandumque postea, nec detegendum ante, quam sudor & calor domi conquieverint. Subaudi Caput. [Puto vero pro Domi, legendum Omnis. Sic enim eodem cap. sect. 8. & alibi sæpius loquitur.
Febris. Cels. lib. 2. cap. 8. Pus quacunque parte corporis erumpit, si est leve, album, & unius coloris, sine ullo metu est, & quo effuso febris protinus conquievit, &c.
Imbre conquiescente. Liv. 24. 47.
Inflammatio. Cels. lib. 7. cap. 19. Si sub his inflammatio non conquieverit, &c.
Litteræ conquiescent, nisi quid novi extiterit. Cic. 12. Att. 38.
Navigatio mercatorum conquiescit. Cic. pro Lege Manil. 15.
Sanguis conquiescit. i. e. Sistitur hæmorrhagia. Cels. lib. 5. cap. 26. Si parum sic sanguis conquiescit, sæpius linamenta mutanda sunt.

Conquiliātus, a, um. pro Quisquiliatus. Plin. Valer. 1. 9. pr. Conquiliata lana obturare. V. Reines. Var. Lect. 3. 4. qui legit Conculcata. [Forte Conchyliata, i. e. Purpurea. Solent enim hunc colorem haud raro in panniculis istiusmodi commendare medici vett.

Conquĭnisco, conquexi, [ὑποκύπτω] ĕre. a Cunio, ire; quod est apud Festum Stercus facere. Hoc autem Inclinare se significat, auctore Nonio. Plaut. Cistel. 4. 1. 5.
Faciundum'st puerile officium, conquiniscam ad cistellam. Idem Pseud. 3. 2. 75.
Si conquiniscet isthic, ceveto simul. ad quem locum sic Scaliger, Conquinere, decubare est, a quo conquinisco. Est enim Conquiniscere, Cernuum se inflectere, vel inclinare, ut faciunt exoneraturi ventrem. Pomponius Attellanarius ait; In terra ut cubabat nuda, ad eum ut conquexi, &c. Hoc etiam Cernuare dicebant; quanquam & hoc ἀντὶ τοῦ ἀσκωλιάζειν accipiebant.

Conquīro, quisīvi, quisītum, [συζητέω] ĕre. Simul vel Diligenter quærere & investigare. Cæs. 3. Bell. Civil. 42. Item Lysso, Parthinisque, & omnibus castellis. quod esset frumenti, conquiri jussit.
Verum summa cura studioque conquirere. Cic. 4. Acad. 7.
Conquirere undique. Cic. 12. Fam. 29. Et incredibiles angustiæ pecuniæ publicæ quæ conquiritur undique, ut optime meritis militibus promissa solvantur.
Terra marique conquirere aliquem. Cic. 5. Fam. 9.
Ad mortem conquiri. Paterc. lib. 2. 22. i. e. Ut occidatur.
Ad voluptatem aliquid conquirere. Cic. 2. de Fin. 110.
Conquirere & comparare voluptates. Cic. 1. de Fin. 65.
Conquirere atque eligere colonos. Cic. 2. de Lege Agr. 96. Nedum isti ab Rullo & Rulli similibus conquisiti atque electi coloni, Capuæ, in domicilio superbiæ atque in sedibus luxuriæ collocati.
Amantes vulgo conquirere. Propert. lib. 1. 2. 23.
Non illis studium vulgo conquirere amantes.

Historiam

Historiam conquirere regionum. Cic. 2. de Fin. 102. Hæc leviora ponam, poema, orationem, quum aut scribis, aut legis, quum omnium factorum, quum regionum conquiris historiam.
Opes conquirere meretricio quæstu. Plin. lib. 36. cap. 12.
Rationibus conquisitis disputare. Cic. 1. de Fin. 31.
Conquirere, Coercere. Festus. Al. Coinquere. V. Scalig. & Dacer.
Conquisītus, a, um. [ἐξηκριβωμένος] ut, Mensæ conquisitissimis epulis extruebantur. Cic. 5. Tusc. 62.
Carmina Conquisita diu dulcique reperta labore. Lucret. lib. 3. 420.
Vitiis fictis conquisitisque deformatum inducere. Cic. de Arusp. Resp. 57.
Conquisītè, [ἀκριβωμένως] Adv. pro Docte & diligenter. Gell. lib. 3. cap. 10. Hæc Varro de numero septenario scripsit admodum conquisite. Auct. ad Herenn. lib. 2. ad fin. Hæc si ut conquisite conscripsimus, ita tu diligenter fueris consequutus, &c.
Conquisītio, ōnis. f. [συζήτησις] Cic. de Univers. 5. Difficillimum autem est in omni conquisitione rationis exordium.
Conquisitio piaculorum. Liv. 7. 3. pr. Quum piaculorum magis conquisitio animos, quam corpora morbi afficerent.
Exercitus conquisitione collectus. Cic. de Provinc. Conf. 5. Jam vero exercitus noster ille superbissimo delectu & durissima conquisitione collectus omnis interiit.
Conquisītor, ōris. m. [συζητητής] Qui conquirit. Sic apud Plaut. Conquisitores sunt, Qui conquirerent, si cui fautores delegati essent; Amph. prol. 65.
Ut conquisitores singuli in subsellia
Eant per totam caveam spectatoribus:
Si cui fautores delegatos viderint,
Ut his in cavea pignus capiatur togæ. conf. Buleng. de Theatr. 1. 54.
Sunt autem speciatim Conquisitores, [καταλογεῖς] Satellites, vel lictores: & ut vulgo dicuntur *Commissarii*, auctore Budæo. Cic. pro Milon. 68. Si Italiæ delectus, ut nonnulli conquisitores tui dictitant, si hæc arma, &c. Eos intelligit quibus mandaverat Pompeius curam colligendi ac describendi exercitus. Liv. 21. 11. Qui duo populi delectus acerbitate consternati, retentis conquisitoribus, metum defectionis quum præbuissent, oppressi celeritate Annibalis, omiserunt mota arma. Eos vocat qui delectui habendo erant præfecti. Hirt. de Bell. Alex. cap. 2. In omnes partes, per quas fines Ægyptii, regnumque pertinet, legatos, conquisitoresque, delectus habendi causa, miserant. Cic. 7. Att. 21. Nec enim conquisitores φαινοπροσωπεῖν audent, cum ille adsit.
Conquæstor, ōris. m. Idem. Varr. de L. L. 5. 8.
Conrādo, V. corrado.
Conregio, ōnis. ab auguribus olim vocabatur Regio intra fines comprehensa. Varr. 6. de L. L. 2. Intra ea conregione, conspicione, cortumione, utique ea rectissime sensi. Ex Turnebo.
Conregione, pro E regione dixerunt veteres. Festus.
Conregno, āre. Tertull. & Hieron.
Conreus, [συνένοχος] Qui cum alio in jus vocatus est. Ulpian. in l. Liberationem. §. Nunc de effectu. D. de liber. legat. Si cum alio sim debitor, puta duo rei fuimus promittendi, & mihi soli testator consultum voluit: agendo consequar, non ut accepto liberer, ne etiam conreus meus liberetur contra testatoris voluntatem: sed pacto liberabor.
Conrīdeo, ēre. compositum ex Con & Rideo; idem quod Renideo, & lætor. Lucret. lib. 4. 81.
Et quanto circum mage sunt inclusa theatri
Mœnia, tam magis hæc intus perfusa lepore
Omnia conrident conrepta luce diei. Usitata tralatio scriptoribus, i. e. Omnia simul renident, vel hilaritatem ejusmodi præ se ferunt ut ridere videantur. Lambinus.
Conruspor, āri. Dep. Conquirere. Conruspare tua consilia in pectore. Plaut. apud Fest.
Consaburenses, Populi Hispaniæ citerioris, in conventu Carthaginiensi, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 3.
Consaburro, are. Idem ac Saburro. Augustin.
Consălūto, [ἀσπάζομαι] āre. Idem quod Salutare, inquit Festus. Liv. 3. 26. Dictatorem eum legati gratulantes consalutant.
Consalutare inter se. Cic. 2. de Orat. 13. Qui quum inter se, ut ipsorum usus ferebat, amicissime consalutassent, &c.
Consalutare, Salutem precari. V. Salutare, salutem precari, in salus.
Consalutātio, ōnis. f. [ἀσπασμός] Cic. 2. Att. 18. Hinc plausus maximi, consalutatio forensis perhonorifica.
Consalutatio exercituum. Tacit. 15. Ann. 16.
Cum ex improviso, atque in ipsa consalutatione dimicandum fuisset. ubi olim Consultatione. H. St. Reliqua cultro resecta sunt. Sunt autem verba Suet. in Othone cap. 9.
Consanasco, Consanesco. V. consano.
Consanguĭneus, i. m. [ὁμογενής, ὅμαιμος, συγγενής] Qui sanguine conjunctus est cum altero. Plaut. Pœn. 5. 2. 77.
Meis consanguineis nolo te injuste loqui. Cic. 2. Att. 23. Sed βοῶπις nostræ consanguineus non mediocres terrores jacit atque denuntiat.
Parentes, liberi, conjuges, consanguinei. Cic. 1. de Invent. 103.
Arietes consanguinei, apud Cic. 1. de Divin. 44. ex antiquo poeta.
Arma consanguinea. Claud. de Bell. Gild. 286.
Sopor consanguineus lethi. Virg. 6. Æn. 278.
Thalami consanguinei. Claud. de 3. Conf. Hon. 154.
Turba consanguinea, Sorores. Ovid. 14 Epist. 121.
Consanguinei, dicuntur Fratres ex eodem patre nati, lib. 3. Instit. titulo, De legitima agnatorum successione. §. 1. Itaque ex eodem patre nati fratres, agnati sibi sunt, qui & consanguinei vocantur: nec requiritur, an etiam eandem matrem habuerint.
Consanguĭnĭtas, ātis. f. [συγγένεια] Ipsa conjunctio. Liv. 7. 19. Ceritem populum misericordia consanguinitatis Tarquiniensibus adjunctum fama ferebat.
Propinquus consanguinitate alicui. Virg. 2. Æn. 8.
Consāno, [ἰάομαι, ὑγιόω] āre. Columel. lib. 4. cap. 24. Quo plerumque fit, ut quod præcidi debeat, præfringatur, & sic vitis laniata, scabrataque putrescat humoribus, nec plagæ consanentur. V. Parei Lex. Crit.
Consanare, pro Consanescere. Ulp. in l. idem. D. de ædil. edict. Idem Offilius ait, si homini digitus sit abscissus, membrive quid laceratum, quamvis consanaverit; si tamen ob eam rem eo minus uti possit, non videri sanum esse. [Consanuerit. H. St.

Consānasco, vel Consanesco, consanui, [ὑγιόομαι] ēre. Sanum fieri. Cic. 4. Fam. 6. Nunc autem hoc tam gravi vulnere, etiam illa, quæ consanuisse videbantur, recrudescunt. Cels. lib. 7. cap. 12. de lingua, Et plerique quidem, ubi consanuerunt, loquuntur. V. Columel. 8. 2.
Consarcīno, [συνκαλύζω, συρράπτω] āre. Gell. lib. 13. cap. 23. In quo versu non oportet alterum videri verbum, idem quod superius significans, supplendi numeri causa extrinsecus additum & consarcinatum. Est enim hoc inane admodum & futile.
Crimina. Ammian. 14. 5.
Insidias consarcinare. Ammian. 14. 8.
Mendacia. Ammian. 15. 10.
Verba. Gell. 13. 23. V. paulo ante.
Consarcinātor, ōris. m. ut, Litium consarcinator. Ammian.
Consarcinatrix, īcis. f.
Cosarcio, īre. } Voces apud JCtos.
Consartor, ōris. m.
Consarrio, [σκαλεύω] īre. Idem quod Sarrire. Columel. lib. 11. cap. 3. Deinde sulci omnes consarriendi. conf. Cat. de R. R. cap. 48.
Consaucio, [τραυματίζω] āre. Suet. Neron. cap. 26. Prætoris caput consauciavit.
Consaucior, āri. passiv. Auct. ad Heren. lib. 4. 27. In hoc autem crebro & celeri vulnere corpus consauciari videtur.
Consauciātus, a, um. Partic. Suet. Aug. cap. 20. Utrumque brachium ruina pontis consauciatum.
Consauciatio, ōnis. f. JCt. in Dig.
Conscĕlĕro, [καταμιαίνω] āre. Scelere implere. Liv. 40. 8. Agite, conscelerate aures paternas, decernite criminibus, mox ferro decreturi. Domum conscelerare. Catull. 68. 24.
Oculos conscelerare dicitur, Qui nefarium facinus aliquod perpetrari videt, quod vel avertere & inhibere, vel a quo ipse avertere & subducere se poterat. Ovid. 7. Met. 34.
Cur non & specto pereuntem, oculosque videndo
Conscelero? cur non tauros exhortor in illum?
Consceleratus, a, um. [μιαρός] Partic.
Consceleratus & contaminatus. Liv. 2. 37. extr. Proficiscentibus deinde indignatio oborta, se ut consceleratos, contaminatosque, ab ludis, &c. abactos esse.
Mens consclerata. Liv. 8. 18.
Nomen nobile consceleratum impudicitiæ dare. Cic. Octav.
Pirata consceleratus. Cic. 2. Verr. 90.
Vultus nefarius & consceleratus. Cic. pro Cluent. 29.
A filiis consceleratissimis furiæ domesticæ & assiduæ pœnas parentum diem noctesque repetunt. Cic. pro Rosc. Amer. 67.
Conscendo, di, sum, [ἐπιβαίνω, ἀναβαίνω] ēre. De navigantibus proprie dicitur. Non quin de aliis quoque rebus, Quo ascenditur, usurpetur. Absolute aliquando ponitur. Cic. 2. Q. frat. 2. Tu, si ita expedit, velim bona & certa tempestate conscendas, ad meque venias. Liv. Conscendunt alacres copiæ. subaud. Navim.
Æquor navibus. Virg. 1. Æn. 385.
Bis denis Phrygium conscendi navibus æquor.
Classem. Virg. 10. Æn. 155.
Navem. Cic. 4. Acad. 148. Quid enim conscendens navem sapiens, num, &c. Cæs. 2. Bell. Civil. 4. Non minore animo ac fiducia, quam ante dimicaverant, naves conscendunt.
In navem. Cic. 14. Fam. 7. Navim spero nos valde bonam habere: in eam simul atque conscendi, hæc scripsi.
Puppim. Ovid. 2. Fast. 95.
Æthera. Stat. 3. Silv. 1. 6.
Arces. Valer. 2. Argon. 444.
Et Sol æthereas medius conscenderat arces.
Culmen summum. Sil. lib. 3. 510.
Currum. Ovid. 3. Trist. 8. 1.
Equum. Liv. 29. 2.
In equum. Ovid. 6. Met. 222.
Mœnia. Sil. lib. 3. 510.
Montes. Catul. Argon. 62. 126.
Scopulum. Virg. 1. Æn. 180.
Tecta. Seneca Med. 12.
Tribunal. Claud. 2. in pr. Conf. Stil. 267.
Conscensio, ōnis. f. [ἐπίβασις] Cic. 1. de Divin. 68. Eumque dixisse remigem quendam ex quinqueremi Rhodiorum vaticinatum, madefactum iri minus xxx diebus Græciam sanguine, rapinas Dyrrhachii, & conscensionem in naves cum fuga,
Conscientia, V. conscius.
Conscindo, scidi, scissum, [διασπάω, διασχίζω] ēre. In multas partes scindere. Ter. Eun. 4. 3. 4.
Vestem omnem miseræ discidit, tum ipsam capillo conscidit.
Curæ conscindunt hominem solicitum. Lucret. 5. 46.
Epistolam innocentem conscindere. Cic. 7. Fam. 10.
Conscindere sibilis, per translationem, pro Exsibilare & explodere. Cic. 2. Att. 19. Nam gladiatoribus, qua dominus, qua advocati, sibilis conscissi.
Conscindere aliquem, pro Criminari, & alicui conviciari. Cic. 8. Att. 16.
Conscissus, a, um. Partic. [διεσχισμένος] ut, Conscissa pallula. Plaut. Trucul. 1. 1. 32.
Epistola conscissa. Cic. 7. Fam. 26.
Nubibus conscissis orbem Luna protulit. Stat. 12. Theb. 310.
Pugnis & calcibus conscissus aliquis. Cic. 5. Verr. 56. Quædam exemplaria legunt Concisus. [Idque sine dubio res postulat. Non enim dicitur Scindere pugnis, sed Cædere. Sæpe autem hæc confunduntur.
Vestis conscissa. Ter. Eun. 5. 1. 4.
Conscissio, ōnis. f. Augustin.
Conscissūra, æ. f. [διάῤῥηξις] Ipsa ruptio. Plin. lib. 34. cap. 8. Dein quum pretio periisset gratia artis, detractum est aurum, pretiosiorque talis existimatur, etiam cicatricibus operis ea conscissuris, in quibus aurum hæserat, remanentibus. V. Harduin. in loc. qui Consciiuris legit.
Conscio, scivi, scitum, [συνειδέω, σύνοιδα] īre. Nullius rei se conscium suspicari. Hor. 1. Epist. 1. 60.
— hic murus aheneus esto,
Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.
Conscisco, scivi, scitum, [ψηφίζομαι, ἀποψηφίζομαι, ἐπισπάομαι] ēre. Statuere

Statuere apud ſe, & decernere; ut Sciſcere, unde Scitum dictum. Liv. lib. 1. 32. Quod Senatus Populi Romani Quiritium cenſuit, conſenſit, conſcivit, ut bellum cum priſcis Latinis fieret, &c. Budæus. Cic. lib. 3. de Legib. 10. Creatio magiſtratuum, judicia populi, juſſa, vetita quum ſuffragio conſciſcentur, optimatibus nota, plebi libera ſunto.
Exilium ſibi conſciſcere. Liv. 29. 36. extr. Poſtea conſcientia ſibimet exilium conſciſcentes, quum abſentes damnati eſſent, corporibus ſubtractis, &c.
Facinus. Cic. 16. Fam. 11. Neque incolumis Cæſare vivo fui, niſi poſtquam illud conſcivi facinus.
Fugam ſibi ex aliquo loco. Liv. 5. 53. Deſereremus Penates noſtros, exiliumque ac fugam nobis ex eo loco conſciſceremus, quem tueri non poſſemus.
Conſciſcere (inquit Valla) fere ad mortem pertinet. Plerumque enim ſic legimus, Mortem ſibi ipſe conſcivit, Mortem tibi ipſe conſciſcis, Mortem mihi ipſi conſciſcam, Cogam te ad mortem tibi per teipſum conſciſcendam. Hactenus Valla, lib. 5. Nunc cum dativo, nunc ſine dativo. Cic. 7. Fam. 39. Aut capiendus tanquam exilio locus, aut conſciſcenda mors voluntaria. Idem 2. de Nat. Deor. 8. Junius necem ſibi ipſe conſcivit.
Veneno mortem ſibi conſciſcere. Cic. de Clar. Orat. 4.
Ponitur per translationem pro Contrahere. Columel. lib. 7. 6. Diligenſque paſtor ſtabulum quotidie converrit, nec patitur ſtercus humorem conſciſcere. Sed in codd. emend. Stercus aut humorem conſiſtere legitur.
Sciendum vero eſt quod Conſciſco, Aſciſco, Deſciſco, Præſciſco, & Reſciſco faciunt præterita in ivi, ſicut eorum primitiva: & Conſcio quidem, Deſcio & Reſcio raro ſunt in uſu, ſed magis Conſciſco, Deſciſco & Reſciſco. Aſcio & Præſcio inveniuntur, quamvis Aſcio non ita frequenter ſicut Præſcio. Hinc Aſciſco & Præſciſco, licet magis Aſciſco quam Præſciſco, eo quod Aſcio minus in uſu ſit, Præſcio vero magis. Quum ergo Conſciſco, Deſciſco & Reſciſco uſurpentur, non mirum eſt ſi Conſcio, Deſcio & Reſcio obſoleverunt, quoniam fere ſuperfluum eſſet in eadem ſignificatione utraque haberi. E diverſo autem Scio ſæpiſſime reperitur: rarius autem Sciſco. Apud Plautum tamen legitur Sciſcam, in Amph. 5. 1. 17. Ocius accurro, ut ſciſcam quid velit. Præſcio in uſu eſt, Præſciſco minus, quod tamen & ipſum legitur apud Virg. lib. 4. Georg. 69.

Continuoque animos vulgi, & trepidantia bello
Corda licet longe præſciſcere.

Aſcio apud Columellam in præfatione, Et pecoribus parandis conſervandiſque, quoniam & hanc aſcimus, quaſi agriculturæ partem. Quo tamen loco emendatiora Columellæ exemplaria, Aſcivimus habent, præterito tempore, quod ab Aſciſco potius quam ab Aſcio eſſe videtur.

CONSCĪTUS, [διεγνωσμένος, συμψηφισθεὶς] Partic. a Conſciſcor verbo paſſivo. Plin. lib. 36. cap. 15. Paſſim conſcita nece, Quiritibus tædium fugientibus. Liv. 9. 26. Mors, haud dubie ab ipſis conſcita, judicio ſubtraxit.

CONSCISCENDUS, [καταψηφιστέος] Partic. Cic. 7. Fam. 3. Aut capiendus tanquam exilio locus, aut conſciſcenda mors voluntaria. Liv. 39. 19. Ne mortis conſciſcendæ locum haberet.

CONSCIUS, [συνειδὼς, συνεπιστάμενος] Adj. modo Is dicitur qui cum aliis aliquam rem cognitam habet, modo idem quod Scius. Ovid. 5. Triſt. 5. 18.

Nec fore perpetuam ſperat ſibi numinis iram,
Conſcius in culpa non ſcelus eſſe ſua.

Conſcius, translatum ad inanimata. Sen. Hippol. v. 107.

Jactare tacitis conſcias ſacris faces. Valer. lib. 3. Argon. 584.
— tali ſe concitat ardens
In juga ſenta fuga: pavet omnis conſcia late
Silva, pavent montes, &c.

Conſcius genitivo aliquando jungitur, frequentius dativo. Plaut. Merc. 2. 2. 46. Quum amico homini, tuique conſcio, ita ſuccenſeas miſere. Cic. 14. Philipp. 16. Itaque P. Appuleius Tribunus plebis, meorum omnium conſiliorum periculorumque jam inde a conſulatu meo teſtis, conſcius, adjutor.
Æther conſcius connubii. Virg. 4. Æn. 167.

— fulſere ignes, & conſcius æther
Connubii. De connubio Æneæ & Didonis.

Amor. Ovid. 4. Epiſt. 52.
Animus. Lucret. 4. 1129.
Culpæ. Cic. 3. Off. 73.
Commiſſi. Ovid. 2. Amor. 2. 27.
Curarum conjugalium interpres & conſcia Juno. Virg. 4. Æn. 608.
Facti. Virg. 11. Æn. 812.
Facinori. Cic. pro Cœl. 52. pro Cluent. 59. Maleficii.
Fibra conſcia deorum, Extiſpicium, divinatio, quæ fit inſpectis animalium cæſorum inteſtinis. Tibul. lib. 1. 8. 3.

Nec mihi ſunt ſortes, nec conſcia fibra deorum:
Præcinit eventus nec mihi cantus avis. V. FIBRA.

Futuri conſcius. Lucan. 5. 90.
Mihi conſcius. Cic. 11. Fam. 28.
Mens bene conſcia it ad extremos orbis colonos. Hor. [Error eſt.
Mens. Sen. Hippol. v. 62. Conſciæ mentis pavor.
Manus. Ovid. 8. Met. 530.
Numina. Virg. 2. Æn. 141.
Pectus. Sen. Theb. 1.
Peccati ſibi conſcius. Ovid. 2. Amor. 7. 11.
Recti. Virg. 1. Æn. 604.
Religio alicujus conſcia ſacri pacti. Valer. 8. Argon. 401.

Quanquam jura deûm, ſacri ſibi conſcia pacti
Relligio, dulciſque movent præcordia tædæ.

Signa conſcia alicujus rei. Ovid. 2. Amor. 1. 8.
Servi conſcii. Cic. pro Cœl. 52.
Studiorum & officiorum maxime conſcius. Cic. 5. Fam. 5.
Temeritati & mendacio alicujus conſcium eſſe. Cic. 6. Verr. 124.
Verbis conſcius. Tibul. lib. 1. 9. 41.
Vultus. Sen. Herc. fur. 9.
Vox conſcia. Martial. lib. 11. 62.
Conſcium facere aliquem. Plaut. Truc. 1. 1. 40.

Quos quum celamus, ſic faximus conſcios, &c. Plaut. Ciſt. 2. 3. 46.

Et ſcio venturam. ME. me indicabit, & ſuas
Ad meas miſerias addet. PH. fac me conſciam.

Conſcius de his rebus. Cic. Att. 2. 24. Se audiviſſe ait ex Curione his de rebus conſcium eſſe Piſonem generum meum, &c. [Niſi diſtinguas poſt His de rebus. Nam & Conſcium eſſe ſæpe abſolute ponitur, ſubaudito genitivo Ejus rei.
Conſcius, Contagione criminis aſtrictus. Tacit. 15. Ann. 66. pr. Accenſis indicibus ad prodendum Fenium Rufum, quem eundem conſcium conquiſitoremque non tolerabant. Al. Et inquiſitorem.
Conſcius alicui in privatis rebus. Cic. 1. Att. 15. Qui mihi & in publica re ſocius, & in privatis omnibus conſcius, & omnium meorum ſermonum & conſiliorum particeps.
Conſcius, idem quod Teſtis. Ovid. 3. Met. 290.

Quoque magis credas, Stygii quoque conſcia ſunto
Numina torrentis. Tale eſt illud lib. 2. 46.
— promiſſi teſtis adeſto
Diis juranda palus.

CONSCIOLUS, Adj. dimin. ut quidam legunt, apud Catull. 68. 41.

Sæpe illam audivi furtiva voce loquentem
Solam conſciolis hæc ſua flagitia. Sed alii aliter legunt: Iſ. Voſſius Cæciliis.

CONSCIENTIA, æ. f. [συνείδησις] a nomine Conſcius; eſt Certiſſima ſcientia, & (ut ſic dicam) Certitudo ejus rei quæ animo noſtro ineſt: ſive bonum ſit, ſive malum. Cic. pro Milon. 63. Magna vis eſt conſcientiæ, Judices, & magna in utramque partem: ut neque timeant qui nihil commiſerint, & pœnam ſemper ante oculos verſari putent, qui peccarint.
Conſcientia bene actæ vitæ, & recordatio bene factorum. Cic. de Senect. 9. Conſcientia bene actæ vitæ, multorumque bene factorum recordatio jucundiſſima eſt.
Animi conſcientiam non curat callide improbus. Cic. 2. de Fin. 54.
Animi conſcientia ſuſpicari de aliquo. Cic. 13. Att.
Animi conſcientia, pro Animo religione obſtricto. Cic. pro Roſc. Amer. 67. Suum quemque ſcelus agitat, amentiaque afficit: ſuæ malæ cogitationes, conſcientiæque animi terrent.
Mentis optimæ conſcientia ſe conſolari. Cic. de Clar. Orat. 250. Laudandus eſt, qui hoc tempore ipſo quum liceat, in hoc communi noſtro, & quaſi fatali malo conſoletur ſe, cum conſcientia optimæ mentis, tum etiam uſurpatione & renovatione doctrinæ.
Conſiliorum meorum conſcientia me conſolatur. Cic. 4. Fam. 3.
Facinorum conſilia, conſcientiæque. Cic. pro Cluent. 56. An etiam conſilia conſcientiaſque ejuſmodi facinorum ſupplicio dignas judicarent. Cur non Conſiliorum conſcientia, pro Conſilia ac Conſcientiæ? H. St.
Facinoris in conſcientiam aſcitus. Tacit. 1. Hiſt. 25.
Maleficiorum conſcientiæ ſtimulant. Cic. in Parad. 2.
Officii ſui conſcientia frui. Cic. 3. Fam. 7.
Alius eſt dominus exortus ex conſcientia peccatorum, timor. Cic. Parad. 5.
Sceleris conſcientia, avaritiæque ſuæ. Cic. 5. Verr.
Sceleris conſcientiam ferre non poſſe. Suet. in Neron. cap. 34.
Scelerum ſuorum conſcientia opprimi. Cic. in Piſon. 39.
Angore conſcientiæ, fraudiſque cruciatu agitant & inſectantur furiæ ſcelerum homines. Cic. 1. de Legib. 40.
Contagio conſcientiæ. Cic. 7. Verr. 182. Deliberatum eſt, &c. non modo eos perſequi, ad quos maxime culpa corrumpendi judicii, ſed etiam illos, ad quos conſcientiæ contagio pertinebit.
Fide conſcientiæ commoveri. Cic. pro Roſc. Com. 46.
Labes conſcientiæ in animo habere. Cic. 3. Off. 85.
Immo Tabes, ut dico in. H. St. Innuit locum in Schediaſm. ſuorum lib. 1 v. 25. Sed adſcribere forſan oblitus eſt. Conjecturam vero hanc ſuam miror ſicui probaverit.
Pondus conſcientiæ grave eſſet ſine ulla virtutis & vitiorum divina ratione. Cic. 3. de Nat. Deor. 85.
Signa conſcientiæ deſcribit Auct. ad Heren. 2. 8. Accuſator dicet, ſi poterit, adverſarium, quum ad eum ventum ſit, erubuiſſe, expalluiſſe, titubaſſe, inconſtanter loquutum eſſe, concidiſſe, pollicitum eſſe aliquid: quæ ſigna conſcientiæ ſunt.
Conſcientiæ, pro Malæ conſcientiæ. H. St.
Abeſſe a conſcientiæ ſuſpicione. Cic. pro Cœl. 23.
Suſpicionem conſcientiæ alicui præbere. Tacit. 1. Hiſt. 28.
Conſcientia bona. Plin. 10. Epiſt. 12. Quæ bonam conſcientiam civium tuorum ad uſum indulgentiæ tuæ provocat & attollit.
Infelix. Quintil. in proœm. lib. 6.
Abolere conſcientiam humani generis. In ABOLEO.
Adhibere. In ADHIBEO.
Adjuvare conſcientiam omnium. V. ADJUVO.
Afferre. In AFFERO.
Ardere conſcientia. V. ARDEO.
Arguit conſcientiam pavor. Tacit. 3. Hiſt. 10.
Comprimere conſcientiam animi nihil eſt negotii. Cic. 2. de Fin. 54.
Convictus conſcientia. Cic. 2. in Catil. 13.
Debilitatus atque abjectus conſcientia, repente conticuit. Cic. 3. in Catil. 10.
Diſcedere a recta conſcientia tranſverſum unguem non oportet quemque in omni vita ſua. Cic. 13. Att. 20.
Eminet in vultu. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 25. Verba ceſſent licet, ſi quemadmodum debemus affecti ſumus, conſcientia eminebit in vultu.
Exonerare conſcientiam ſuam. Curt. lib. 6. 8. 12. Nicomachum religione quoque deûm aſtrictum conſcientiam ſuam exonerare properaſſe.
Habere conſcientiam conditionis ſuæ. Plin. 10. Epiſt. 30.
Hærere ex conſcientia infirmitatis ſuæ. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Impeditur & opprimitur mens conſcientia. Cic. in Piſon. 43.
Impelli conſcientia ad fatendum. Quintil. lib. 5. cap. 13.
Implorare conſcientiam aliquorum. Cic. pro Flacc. 38. Vociferarer, & quantum maxime poſſem, contenderem, teſtarer publicanos, excitarem negotiatores, veſtram etiam conſcientiam implorarem, &c. i. e. Obteſtarer ut ſententia veſtra, & ex eo quod exiſtimatis, de re ipſa judicaretis.
Jungere conſcientiam cum furibus. Firmic. lib. 4. cap. 1. Qui cum effractoribus vel furibus conſcientiam jungant, vel qui certe ipſi fures ſint aut effractores.
Merſus conſcientia flagitiorum ſcelerumque. Paterc. lib. 2. 91. extr.

Quum esset omni flagitiorum scelerumque conscientia mersus, nec melior illi res familiaris quam mens foret, aggregatis simillimis sibi, interimere Cæsarem statuit. De Rufo Egnatio loquitur.
Metiri ex conscientia. Cic. 10. Fam. 4.
Remota conscientia hominum. Cic. 2. de Fin. 28. Ut hominum conscientia remota, nihil tam turpe sit, quod voluptatis causa non videatur esse facturus. i. e. Si existimaret rem ab omnibus sciri non posse. Budæus. [Immo A nemine sciri posse.
Simulata conscientia adeant, i. e. Simulato, sive postquam simulaverint se conscios ejus rei esse. Tacit. 2. Ann. 40.
Spreta conscientia. Tacit. 15. Ann. 60.
Sum. ut, Mea mihi conscientia pluris est quam omnium sermo. Cic. 12. Att. 27.
Tenetur constrictum multorum conscientia alicujus consilium. Cic. 1. in Catil. 1. Constrictam jam horum omnium conscientia teneri conjurationem tuam non vides?
Contra conscientiam opibus hominum septi & muniti, deorum numen horrent tamen. Cic. 1. de Fin. 51.
In conscientiam assumere aliquem. Tacit. 13. Ann. 12. i. e. Facere participem consiliorum, & conscium. Budæus. Dicitur & Sumere ab eodem, lib. 4.
Ob conscientiam stupri accipere aliquid. Marcellus in l. mariti lenocinium. §. quod ait. D. ad legem Juliam de adulteriis, Plectitur & qui pretium pro comperto stupro acceperit: nec interest utrum maritus sit qui acceperit, an alius quilibet. quicunque enim ob conscientiam stupri acceperit aliquid, pœna erit plectendus.

Conscreo. V. in consecro ad finem.

Conscribillo, [συγγράφω] āre. pro Conscribere veteres dixerunt: at plerumque cum contemptum innuere vellent. Varr. Columna Herculis, περὶ δόξης, Itaque eas in ceram conscribillavit Herculis ad litem. Idem Marcipore, Astrologi non sunt, qui conscribillarunt pingentes cælum. Nonius 2. 108. Catull. Epig. 25. 11.
Inusta turpiter tibi flagella conscribillent. i. e. Inscribant vibicibus.

Conscrībo, psi, ptum, [συγγράφω] ĕre. Scribere significat, hoc est componere. Cic. 1. Q. frat. 2. Litteras ad te parum fraterne conscripseram. Legitur in vetusto exemplari Scripseram.
De aliquo ad aliquem conscribere. Cic. 12. Att. 19. De Antonio quoque Balbus ad me cum Oppio conscripsit, idque tibi placuisse, ne perturbarer.
De aliquo, ut, Illos etiam de quibus audivi, & legi, & ipse conscripsi. Cic. de Senect. 83.
De lingua Latina aliqua conscribere. Cic. 13. Att.
Epistolam de aliqua re alicui. Cic. 13. Att. 50. pr.
De ratione dicendi. Auct. ad Heren. 1. 1.
Legem. Cic. 4. Att. 1. Legem coss. conscripserunt, qua Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariæ toto orbe terrarum daretur.
Librum. Cic. de Clar. Orat. 132.
Parietes. Plin. lib. 28. cap. 2. Etiam parietes incendiorum deprecationibus conscribuntur.
Quæstionem fictam. Cic. pro Cluent. 191.
Syngraphum. Plaut. Asin. 4. 1. 1.
Agedum, istum ostende, quem conscripsisti syngraphum.
Testamenta mortuorum. Cic. de Arusp. Resp. 42.
Volumen. Cic. pro Rosc. Amer. 100.
Milites, vel legiones. h. e. Cogere, & in certum numerum ac scriptum redigere. Plaut. Milit. 1. 1. 76.
Nam rex Seleucus me opere oravit maximo,
Ut sibi latrones cogerem & conscriberem. Cic. 12. Fam. 15. His litteris scriptis milites circiter xxx, quos Dolabella ex Asia conscripserat, e Syria fugientes, in Pamphiliam venerunt.
Veteranos celeriter conscribere, pro Cogere. Cic. 10. Fam. 28.
Palam conscribere & centuriare aliquos. Cic. Post redit. ad Quir. 13. Ego quum homines in Tribunali Aurelio palam conscribi centuriarique vidissem, &c.
Vicatim conscribere, Decuriare aliquos. Cic. pro Sext. 34. Quum vicatim homines conscriberentur, decuriarentur, ad vim, ad manus, ad cædem, ad direptionem incitarentur.
Conscribere, absolute. Cic. pro Planc. 45. Hæc doce, hæc profer, huc incumbe, Laterensis, decuriasse Plancium, conscripsisse, sequestrem fuisse, pronuntiasse, divisisse. ubi Manut. V.

Conscriptus, a, um. Partic. [συγγεγραμμένος] ut, Conscriptæ litteræ. Plaut. Pseud. 1. 1. 26.
Epistolium conscriptum lacrymis. Catul. 66. 2.
Fortunas alterius litteris conscriptas in judicium afferre. Cic. pro Cluent. 186. Tu periculum capitis, tu indicium sceleris, tu fortunas alterius litteris conscriptas in judicium afferas?
Mensa conscripta vino. Ovid. 2. Amor. 5. 17.
Tela conscripta imagine quadam. Stat. 3. Silv. 1. 117.
Conscripti milites. Cæs. 3. Bell. Civil.
Conscripti, [προσεγγεγραμμένοι, ἔγγραπτοι] inquit Festus, dicebantur Qui ex equestri ordine patribus ascribebantur, ut numerus Senatorum expleretur. Liv. 2. 1. extr. Deinde quo plus virium in Senatu frequentia etiam ordinis faceret, cædibus regis diminutum patrum numerum, primoribus equestris gradus electis, ad trecentorum summam explevit. Traditumque inde fertur, ut in Senatum vocarentur qui Patres, quique Conscripti essent: conscriptos videlicet in novum Senatum appellabant lectos.
Officium conscripti, i. e. Senatoris officium. Hor. in Arte Poet. 314.

Conscriptum, i. n. ut, Virorum veterum conscripta. Ovid. 5. Trist. 3. 55.

Conscriptio, ōnis. f. [συγγραφή] Cic. pro Cluent. 191. Ejusdem amentiæ falsæ conscriptiones quæstionum, ex eodem furore etiam illa conscelerata exectio linguæ, &c.

Conscriptor, ōris. m. Quintil. Declam. 277. Conditor conscriptorque legis. conf. Arnob. 1. p. 33. & 34.

Consĕco, secui, sectum, [διατέμνω] āre. Idem quod Secare. Plin. lib. 36. cap. 26. Acies tanta est quacunque, ut citra ullum sensum ad ossa consecet, quicquid afflaverit corporis.
Membra consecare. Ovid. 3. Trist. 9. 34.
Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo
Membra soror fratris consecuisse sui.
Consecare minutatim. Varr. 3. de R. R. cap. 10.
Consecare in tenues membranas. Plin. lib. 30. cap. 4.

Consectio, ōnis. f. [διάτμησις] ut, Consectio arborum. Cic. 2. de Nat. Deor. 151. Arborum autem consectione, omnique materia & culta, & silvestri, partim ad calfaciendum corpus igni adhibito, & ad mitigandum cibum utimur, &c.

Consĕcro, [καθιερόω, ἀναθειάζω] āre. ejusdem significationis cum Sacro, quod est Deo dico, & sacrum facio. Auctor de Viris Illustr. cap. 2. Spolia opima Jovi Feretrio in Capitolio consecravit. Hor. 4. Carm. 8. 27.
Ereptum Stygiis fluctibus Æacum
Virtus, & favor, & lingua potentium
Vatum divitibus consecrat insulis.
Consecrare & publice dedicare. Cic. 2. de Nat. Deor. 78.
Dare, donare, dicare, consecrare Jovi Opt. Max. Cic. 6. Verr. 67.
Nomine alicujus dei aut deæ aliquid consecrare. Cic. 2. de Nat. Deor. 66.
Ædem, terram, aram, consecrare. Cic. pro Domo 128. Consecrabantur ædes, non privatorum domicilia, sed quæ sacræ nominantur: consecrabantur agri, non ita ut nostra prædia, si quis vellet, sed ut Imperator agros de hostibus captos consecraret. statuebantur aræ, quæ religionem afferrent, ipso si loco essent consecratæ.
Ars curandi tuendique corporis, atque ejus utilitas, deorum immortalium inventioni consecrata. Cic. 3. Tusc. 1. i. e. Adscripta.
Beluam nullam, nisi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, consecraverunt Ægyptii. Cic. 1. de Nat. Deor. 101. h. e. In numerum deorum retulerunt, & pro numinibus coluerunt.
Beluas a barbaris propter beneficium consecratas. Cic. 1. de Nat. Deor. l. c.
Bona alicujus consecrare, foculo posito in rostris, adhibitoque tibicine. Cic. pro Domo 123.
Bona cujuspiam consecrare verbis solennibus. Idem ibid.
Delubra consecrare alicui deo, aut deæ. Cic. 3. de Nat. Deor. 95.
Domum Cereri. Cic. pro Domo 125. & de Arusp. Resp. 9.
Martis manubias Musis. Cic. pro Arch. 27. Jam vero ille, qui cum Ætolis Ennio comite bellavit Fulvius, non dubitavit Martis manubias Musis consecrare.
Simulacra. Cic. 3. de Nat. Deor. 61.
Statuam alicui. Cæs. 3. Bell. Civil. 105. Item Trallibus in templo Victoriæ, ubi Cæsari statuam consecraverant.
Consecrare, Deo dedicare, atque ob id inviolatum manere, durareque perpetuum. Cic. 12. Att. 20. Sed ineunda nobis ratio est quemadmodum in omni mutatione dominorum, qui innumerabiles fieri possunt in infinita posteritate (si modo extabunt) illud quasi consecratum, remanere possit.
Auguste sancteque aliquem consecrare. Cic. 2. de Nat. Deor. 62.
Ex hominum genere aliquos. Cic. 2. de Legib. 27.
Consecrare aliquem, omnium genere monimentorum. Cic. 12. Att. 19. Ego quantum his temporibus tam eruditis fieri poterit, profecto illam consecrabo omni genere monimentorum, ab omnium ingeniis scriptorum & Græcorum & Latinorum. de Tullia sua loquitur.
Ad immortalitatem, & religionem, & memoriam carmina consecrare. Cic. pro Milon. 81.
Consecrare memoriam nominis, pro Immortalem reddere. Cic. 1. Q. frat. 1. Quum amplissimis monimentis consecrare voluisses memoriam nominis tui.
Virorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecrare. Cic. 3. de Nat. Deor. 50.
Pro patria mori, ei nos totos dedere, & in ea nostra omnia ponere, & quasi consecrare debemus. Cic. 2. de Legib. 5.
Origines suas. Liv. in præfatione, Et sicui populo licere oportet consecrare origines suas, & ad deos referre auctores, ea belli gloria est P. R. &c.
Virtutes alicujus consecrare, & in numero deorum collocare. Cic. 1. Q. frat. 1.
Vocabula consecrata sunt vitiosarum rerum, neque naturalium. Cic. 2. de Nat. Deor. 61.
Memoria & litteris magnitudinem ingenii alicujus. Cic. 5. Tusc. 11.
Addictus & consecratus certis & constitutis sententiis. Cic. 2. Tusc. 5. Certis quibusdam destinatisque sententiis quasi addicti & consecrati sunt, eaque necessitate constricti, ut etiam quæ non probare soleant, ea cogantur constantiæ causa defendere.
Alicui consecratum esse, i. e. Devotum esse. Cic. de Arusp. Resp. 7. Atque hoc si moderetur & cogitet, si contentus sit his sceleribus quæ commisit, jam se esse consecratum Miloni. Budæus.
Campus Consularibus auspiciis consecratus. Cic. 4. Catil. 2.
Delubra sanctissimis religionibus consecrata. Cic. 2. Verr. 14.
Honorem hominis deorum religione consecratum non violare. Cic. 4. Verr. 51.
Locus consecratus, cui opponitur Locus profanus. Cic. in Partit. 36.
Mens, fides, virtus, concordia instituto majorum consecratæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 78.
Opinio in aliquo consecrata. Cic. pro Sext. 143.
Solemnis comitiorum precatio Consularibus auspiciis consecrata. Cic. pro Muren. 1.
Consecrata omnium religione. Cic. 1. Tusc. 32. Vetera jam ista, & religione omnium consecrata.
Tempestates ritibus Populi Romani consecratæ. Cic. 3. de Nat. Deor. 51.
Consecrabor, pro Consecrabo, veteribus. Plaut. Pers. 2. 5. 7.
Sed quis hic ansatus ambulat magnifice consecrabor. Auctor Non. 17. 92. Sed Gronov. post Taubm. exhibuit Conscreabor. alii aliter conjectarunt.

Consacrare alterum, apud Torrentium in Suetonium. Sic pro Frango quidam. H. St. Quid verbis postremis intelligi velit Stephanus noster fateor me non assequi.

Consecratio, ōnis. f. [καθιέρωσις] Cic. pro Domo 106. Quæ tua fuit consecratio?
Legitima bonorum consecratio. Cic. pro Domo 125. Sin ista consecratio legitima est, quid est quod profanum in tuis bonis esse possit? An consecratio nullum habet jus, dedicatio est religiosa?
Item ἀποθέωσις sive Deificatio Imperatorum, ut interpretatur Tertullian. Apol. cap. 11. Cum mortui imperatores certa solennitate ac cærimonia in Deorum numerum referebantur; unde Divi cognominati fuerunt, quod primum C. Julio Cæsari contigit, ut ait Servius ad Virg. 5. Ecl. V. apotheosis. Et hinc

Conſecratio pro Inauguratione aliquando uſurpatur: ut patet ex Veteri Lapide Romæ,

D. D. N. N. VALENTE. V. ET.
VALENTINIANO. IVNIORE. PRIMVM.
AVG. CONS. VI. ID. APRIL.
AVRR. VICTOR. AVGENTIVS. V. C.
P. P. FILIO. SVO. AEMILIANO. CORYFONI.
OLYMPIO. C. P. ANNO TRICESIMO
CONSECRATIONIS SVAE.

CONSECRĀTOR, ōris. m. Hieron.
CONSECRĀTRIX, īcis. f. Tertull.
CONSECRANEUS, a, um. Eorundem ſacrorum particeps. Tertull. Apol. cap. 16. Conſecraneus noſter.
Vocabulum in caſtris repertum, qualia ſunt Conterraneum, commilitaneum, militaneum, ſuffaraneum, limitaneum. Julius Capitolinus in concione quadam Maximini Cæſaris, in Gord. cap. 14. pr. Sacrati commilitones, inquit, immo etiam mei conſecranei. Alio loco, Nullam civitatem æque militaneam eſſe dixit. [Niſi error eſt, pro Limitaneam, V. in Gord. tert. cap. 28. pr.
Quaſi diceret, Participes meæ ſacratæ dignitatis. H. St.
CONSECTANEUS, V. Conſector in CONSEQUOR.
CONSECTARIUM, CONSECTOR. In CONSEQUOR.
CONSECTIO, In CONSECO.
CONSECUTIO, CONSECUTUS, V. CONSEQUOR.
CONSEDO, ōnis. V. CONSIDEO.
CONSĒMĬNEUS, Adj. [ὁμόσπορος] ut, Conſemineæ vineæ, in quibus acervatim multa & varia ſemina vitium confuſa ſunt, nec propriis generibus diſtincta. Columel. lib. 3. cap. 21. Idque in vineis non conſemineis obſervari difficile eſt. Idem lib. 11. cap. 2. Silvam ſi quis barbaricam, id eſt conſemineam velit facere, recte conſeret glandibus & ceteris ſeminibus. h. e. Variis arborum generibus conſitam.
CONSEMINĀLIS, e. [ὁμόσπορος] Idem. Columel. lib. 12. cap. 45. extr. Propter quod etiam conſeminalium vinearum non tam eſt firmum vinum, quam ſi per ſe ſincerum amineum, vel apianum, aut etiam ſecinum condideris. Conſeminales vineas appellat, Quæ ex variis ſurculorum & plantarum generibus conſitæ ſunt, nempe acidas, acerbas, dulces uvas ferentibus.
CONSĔNESCO, conſenui, [γηράσκω] ĕre. Senem fieri. Plaut. Capt. 1. 2. 31.
Maceſco, conſeneſco, & tabeſco miſer. Cic. 2. Tuſc. 5. Atque oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad ſummum, ut jam (quod natura fert in omnibus fere rebus) conſeneſcat, brevique ad nihilum ventura videatur. Al. Seneſcat.
Cum cognomine conſeneſcere. Cic. 2. Att. 13.
Carina conſenuit. Propert. lib. 3. 7. 36.
Ventorum eſt quodcunque paras, haud ulla carina
Conſenuit, fallit portus & ipſe fidem.
Nemus conſenuit. Claud. Epig. 2. 16.
In armis conſeneſcere. Hor. 3. Carm. 5. 8.
In commentariis Rhetorum. Quintil. lib. 3. cap. 8.
In exilio. Liv. 35.
In patria conſenuiſſe placuit. Ovid. 4. Triſt. 8. 12.
Conſeneſcere ſub armis. Liv. 32. 3. pr.
Conſeneſcere mærore & lacrymis. Cic. pro Cluent. 13.
Conſenuerunt vires atque defecerunt. Cic. de Senect. 29.
Nullo adverſario conſeneſcere. Cic. 2. Att. 23. h. e. Populi gratiam amittere, & in invidiam adduci, nemine tamen oppugnante.
CONSENTES, Dii fuerunt, qui, ut Auguſtin. lib. 4. de Civit. Dei cap. 23. ſcribit, in conſilium Jovis adhiberi putabantur. Hi & Penates, & Urbani etiam dicti, duodecim numero fuerunt, ſex mares, & ſex feminæ, quorum imagines auratæ ſtabant apud forum, ut Varro ait lib. 1. de R. R. 1. 4. Hos Ennius, ut Apulei. de Deo Socr. p. 42. & Martian. Capell. de Nupt. Phil. 1. p. 15. ſcribunt, duobus verſibus complexus eſt,
Juno, Veſta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,
Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo. Dicti autem ſunt Conſentes, quaſi Conſentientes. De duodecim his deis, quos in conſilium habet Jupiter, Anneus Seneca meminit lib. 2. Quæſt. Nat. cap. 41. ex Hetruſcorum diſciplina. Sed & duodecim deos alios Conſentes agricolarum duces, Varro enumerat in lib. de R. R. quem vide. l. c. Singulos ſingulorum menſium tutelæ præficit Manil. 2. 433. Ex illis conſeſſus Deorum Dearumque conſtituitur; iis tamen Jovis præmittitur, ut patet ex Inſcriptionibus,

I. O. M.
CETERISQVE
DIS CONSENTIBVS.

CONSENTIA, Sacra quæ ex conſenſu multorum ſunt ſtatuta. Feſtus.
CONSENTIA, Civitas eſt in agro Bruttio. Auctor eſt Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgo *Conſenza in Calabria.*
CONSENTINI, Ejus oppidi incolæ.
CONSENTIO, ſi, ſum, [ὁμονοέω, συμφωνέω, σύμφημι] īre. Convenire. Cic. 7. Verr. 38. Servos, quos ipſe cum conſilio belli faciendi cauſa conſenſiſſe judicavit, eos ſine conſilii ſententia, ſua ſponte, omni ſupplicio liberavit.
Conſentire & Pugnare, contraria. Cic. 3. de Finib. 10. Ratio enim noſtra conſentit, oratio pugnat.
Omnes honeſtates civitatis, omnes ætates, omnes ordines una conſentiunt in hac cauſa. Cic. pro Sext. 109.
Una & mente & voce conſentire. Cic. 1. Philipp. 21. Omnes enim jam cives de Reipub. ſalute una & mente & voce conſentiunt.
Uno ore omnes de utilitate amicitiæ conſentiunt. Cic. de Amicit. 88.
Conſentio tibi. Cic. 4. Acad. 52.
Conſentire ſibi. Cic. 1. Off. 5. Hic ſi ſibi ipſe conſentiat, & non interdum naturæ bonitate vincatur, neque amicitiam colere poſſit.
Naturæ conſentire, finis bonorum eſt Stoicis. Cic. 2. de Finib.
Perſonis, temporibus, locis quæ narrantur, conſentiunt. Cic. Partit. 52.
Principiis conſentiant exitus. Cic. 11. Fam. 5.
Senatus conſenſit bellum, pro Scivit. Liv.
Studiis alicujus conſentire. Hor. 1. Epiſt. 19. 65.
Conſentire ad. Cic. 5. Att. 18. Parvo exercitu, ſed ut ſpero, ad benevolentiam erga nos conſentiente.
Conſentire cum. Cic. in Acad. Apparet enim jam cor cum oculis conſentire.
Cum voluntate alicujus mentes atque ſententiæ aliquorum conſentiunt. Cic. pro Muren. 1.
Cum oratione vultus non conſentit. Cæſ. 1. Bell. Civil. 19. Quum vultus Domitii cum oratione non conſentiret.
Cum aliquo conſentire de re aliqua. Cic. 4. Acad. 131. Poſt Epicurus, cujus eſt diſciplina nunc notior, nec tamen cum Cyrenaicis de ipſa voluptate conſentiens.
Secum conſentire, & Sibi conſtare; Idem. Cic. de Univerſ. 6. Tota dilucide & plane exornata oratio ſibi conſtet, & ex omni parte ſecum ipſa conſentiat, &c. Cic. pro Cluent. 60. Tamen in Oppianico ſibi conſtare, & ſuperioribus conſentire judiciis debuerunt.
Conſentire de. Cic. de Amicit. 88. Una eſt enim amicitia in rebus humanis, de cujus utilitate omnes uno ore conſentiunt.
De laudibus alicujus omnium fama conſentit. Cic. de Senect. 6.
De aliquo aliquid conſentire. Cic. 2. de Finib. 117.
Eis quæ de Fabio Caninioque acta ſcribis, valde conſentiunt. Cic. 7. Att. 3.
In eum omnes illud conſentiunt elogium. Cic. de Senect. 62. Quanta in Atilio Calatino? in quem illud elogium unicum plurimæ conſentiunt gentes, Populi primarium fuiſſe virum. [Sed emendati codd. poſt vocem Unicum diſtinguunt, ut ſeq. ſint ipſa elogii verba, & verbi constructio cum Inf.
Inter ſe conſentiunt partes. Cic. 1. Off. 5. Et delectat hoc ipſo, quod inter ſe omnes partes cum quodam lepore conſentiunt.
Conſentire magna conſpiratione amoris. Cic. 1. de Finib. 65. At vero Epicurus una in domo, & ea quidem anguſta, quam magnos, quantaque amoris conſpiratione conſentientes tenuit amicorum greges?
Aſtrum noſtrum conſentit incredibili modo. Hor. 2. Carm. 17. 22. Horoſcopos ſuos ſimiles eſſe, & inter ſe aſſerit convenire. Acron.
Conſentio, cum infinitivo. Cic. 1. de Lege Agr. 15. Si conſenſerint poſſeſſores non vendere, quid futurum eſt?
Conſenti, in Imperativo. Cic. 16. Att. 15. extr. Conſenti in hac cura, ubi ſum, ut me expediam.
Conſenſum eſt. Quintil. lib. 9. cap. 1. Inter plurimos, quod ſciam, conſenſum eſt, duas eſſe ejus partes.
CONSENTIENS, Partic. [ὁμονοῶν] Cic. 2. de Divin. 119. Animorum conſentientium multitudine completum eſſe mundum.
Auctoritate hominum conſentiente contenti ſimus. Cic. 1. de Divin. 84.
Civitas in retinenda libertate conſentiens. Cic. 15. Fam. 6.
Coagmentatio naturæ ad incolumitatem mundi conſentiens. Cic. 2. de Nat. Deor. 119.
Cognatio rerum conſentiens, conſpirans, continuata. Cic. 2. de Nat. Deor. 19.
Conſilium vitæ conſentiens & pæne conſpirans. Cic. 5. Tuſc. 72.
Conjunctum aliquid & conſentiens habent ſtellæ. Cic. 2. de Divin. 89.
Fama conſentiens de aliquo. Cic. de Senect. 61. Jure igitur gravis, cujus de laudibus omnium eſſet fama conſentiens.
Motus cum verbis ſententiiſque conſentiens. Cic. de Clar. Orat. 141.
Senſibus tam mihi conſentientibus nemo eſt in terris. Cic. 4. Att. 16.
Vita conſentiens virtutibuſque reſpondens. Cic. 5. de Finib.
CONSENSUS, a, um. Partic. [ὁμολογηθεὶς] Gell. lib. 15. cap. 26. Syllogiſmus eſt oratio, in qua conſenſis quibuſdam & conceſſis, aliud quid, quam quæ conceſſa ſunt, per ea quæ conceſſa ſunt, neceſſario conficitur.
CONSENSUS, ūs. m. [ὁμόνοια] Cic. 3. de Nat. Deor. 28. Itaque illa mihi placebat oratio de convenientia conſenſuque naturæ.
Conſenſus & diſſenſus. Claud. de Bell. Gild. 301.
— diſſenſus acerbus,
Et gravior conſenſus erat.
Concentus atque conſenſus. Cic. 2. de Divin. 34. Qua ex conjunctione naturæ, & quaſi concentu, atque conſenſu, quam συμπάθειαν Græci appellant, &c.
Doctrinarum mirus quidam omnium quaſi conſenſus concentuſque. Cic. 3. de Orat. 21.
Ævi conſenſus. Plin. lib. 14. cap. 6. extr. Sed de quibus conſenſus ævi judicaverint, hæc ſunt.
Contrahentium conſenſus. Paul. in l. obligatio mandati. D. mandat. vel contr.
Mortalium conſenſus in eo. Plin. lib. 2. cap. 2.
Omnium conſenſus, naturæ vox eſt. Cic. 1. Tuſc. 35.
Ordinum divulſus conſenſus. Cic. de Aruſp. Reſp. 60.
Omnium ordinum conſenſus, gratiarum actio, gratulatioque. Cic. 3. Fam. 3.
Signantium conſenſu ſe tueri. Quintil. lib. 5. cap. 7.
Virtutum conſpiratio conſenſuſque. Cic. 2. de Finib. 66.
Magnus inter aliquos. Cic. 4 Philipp. 12.
Nudus. Ulp. l. 4. D. de ſponſal. Sufficit nudus conſenſus ad conſtituenda ſponſalia.
Pius. Senec. Octav. 8.
Omnium conſenſu ad eum defertur imperium. Cæſ. 7. Bell. Gall. 4.
Uno conſenſu juncta & continens natura. Cic. 2. de Divin. 33.
Defendere aliquid conſenſu. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Complecti alterius conſenſum. V. COMPLECTOR.
Meruit omnium conſenſum. Quintil. lib. 5. cap. 1.
Vertere in conſenſum. Tacit. de Germ. Morib. 31.
Conſenſus, pro Sympathia. V. SYMPATHIA. conf. ſupra Concentus atque Conſenſus.
CONSENSIO, ōnis. f. [σύμφρασις, συμφωνία, ὁμολογία] Cic. de Reditu ſuo ad Quir. 18. Tanta conſenſione Italiæ. Idem 1. Fam. 9. Populi vero Rom. totiuſque Italiæ mira conſenſio.
Civitatum aperta conſenſio. Tacit. 3. Ann. 43.
Omnium gentium conſenſio in omni re lex naturæ putanda eſt. Cic. 1. Tuſc. 30.
Magiſtratuum conſenſio de aliquibus. Cic. Poſt redit. ad Senat. 38.
Naturæ conſenſio. Cic. 3. de Orat. 53. Omnia hæc quæ ſupra & ſubter, unum eſſe, & una vi atque una conſenſione naturæ conſtricta eſſe veteres dixerunt.
Univerſorum nec voluntatis nec ſermonis conſenſionem majorem unquam fuiſſe. Cic. 2. Att.
Voluntatum, ſtudiorum, ſententiarum ſumma conſenſio. Cic. de Amicit. 5.

Factæ conſenſiones. Cic. 7. Verr. 9. Quid igitur? nulline motus in Sicilia ſervorum Verre Prætore? nullæne conſenſiones factæ eſſe dicuntur?
Firma conſenſio. Cic. 1. de Nat. Deor. 44. Quum enim non inſtituto aliquo, aut more, aut lege ſit opinio conſtituta, maneatque ad unum omnium firma conſenſio, intelligi neceſſe eſt eſſe deos.
Sceleratæ conſenſionis aliquorum fides quo eruperit vides. Cic. 10. Att. 4.
CONSENTĀNEUS, Adj. [εὔλογος] Conveniens. Cic. 5. de Finib. 60. Itaque omnis honos, omnis admiratio, omne ſtudium ad virtutem, & ad eas actiones, quæ virtuti ſunt conſentaneæ refertur.
Actiones conſentaneas motibus voluntariis, conatibus, & appetitionibus mundi adhibet natura. Cic. 2. de Nat. Deor. 58.
Argumenta conſentanea & diſſentanea. Cic. in Partit. 7.
Diviſio conſentanea. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Genus conſentaneum his temporibus litterarum. Cic. 4. Fam. 13.
Leges dare conſentaneas. Cic. 2. de Legib. 23.
Quæ ſententia utilitati rerum conſentanea eſt. Ulp. l. ſi remunerandi. in fine. D. mandat. vel contr.
Conſentaneus ſibi. Cic. 1. Off. 6. Hæ diſciplinæ igitur ſi ſibi conſentaneæ velint eſſe, de officio nihil queant dicere.
Vir vita ac morte conſentaneus. Paterc. lib. 2. 63. Sub Antonii ingreſſum in caſtra, Juventius Laterenſis, vir vita ac morte conſentaneus, quum acerime ſuaſiſſet Lepido, ne ſe cum Antonio hoſte judicato jungeret, irritus conſilii, gladio ſe ipſe transfixit.
Excellentiæ hominis conſentaneum, in eo, quo natura ejus a reliquis animantibus differt, id decorum eſt. Cic. 1. Off. 96. Definitio Decori.
Majeſtati deorum obſcura ſomnia minime conſentanea ſunt. Cic. 2. de Divin. 134.
Naturæ conſentaneum. Cic. 1. Off. 68.
Tempori & perſonæ aptum eſſe conſentaneumque. Cic. in Orat. 74. Definitio eſt verbi Decere.
Vitæ ſanctiſſime actæ mors conſentanea. Cic. 9. Philipp. 15.
Cum re aliqua conſentaneum. Cic. 3. Fam. 6.
Conſentaneum cuique & conſequens quid ſit, perſpicere. Cic. 2. Off. 18.
Conſentanea & conſequentia. Cic. 3. de Finib. 48. Sed quum certe ſuperiora firma ac vera ſint, his autem ea conſentanea: ne de eorum quidem eſt veritate dubitandum.
Ex conſentaneis, & præcurrentibus, & repugnantibus argumenta ducuntur. Cic. 2. de Orat. 170.
Conſentaneum eſt, abſolute. Cic. 2. de Nat. Deor. 42. Quare quum in æthere aſtra gignantur, conſentaneum eſt in his ſenſum ineſſe & intelligentiam.
Non id ſpectandum eſt quid dicat, ſed quid conſentaneum ſit ei dicere. Cic. 3. Off. 118.
Non eſt conſentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec qui invictum ſe a labore præſtiterit, vinci a voluptate. Cic. 1. Off. 68.
CONSĒPIO, ſepſi, ſeptum, [συμφράττω] ſepīre. Idem quod Sepire. Cic. de Seneċt. 59. Ceteris in rebus comem erga Lyſandrum atque humanum fuiſſe, & ei quendam conſeptum agrum & diligenter conſitum oſtendiſſe.
CONSEPTUM, i. n. [φράγμα, περίφραγμα] Columel. lib. 1. cap. 4. Difficiliora enim conſepta, non ſolum pluris ædificabimus, ſed etiam impenſis majoribus tuebimur. Ibid. cap. 6. pr.
Conſeptum etiam fori dixit Quintil. lib. 8. 12. pro ipſis Cancellis.
CONSEQUENTER, CONSEQUIÆ. V. in CONSEQUOR.
CONSĔQUOR, ſequutus ſum, [συνέπομαι, συνακολουθέω] ſequi. Cominus ſequi, quod barbari dicunt, A prope. Cæſ. 8. Bell. Gall. 27. Conſequuntur equites noſtri, ut erat præceptum.
Rem res conſequitur. Cic. de Fato 9.
Res cauſam plerumque conſequitur. Cic. 1. de Divin.
Continuo conſequi. Plaut. Amph. 3. 1. 20.

Mercurium juſſi me continuo conſequi.

Conſequi prope. Plaut. Rud. 4. 3. 11.

Eloquere, quid id eſt? T. vide nuſpiam conſequitur prope nos.

Conſequi, dativo junctum. Plaut. Amph. 2. 2. 5.

Ita dis placitum, voluptati ut mæror comes conſequatur. Al. Voluptatem.

Ætate aliquem conſequi. Cic. de Clar. Orat. 61. Hunc igitur Cethegum conſequutus eſt ætate Cato: qui annis IX poſt eum fuit COS.
In libro ſuo aliquem. Cic. 1. de Nat. Deor. 41. Niſi abſolute dictum Quem conſequens, in eo libro &c. ſubaudito Ætate.
Gradu conſequi vocem. Plaut. Rud. 1. 4. 21.

Conſequamur gradu vocem, ubi es? P. ecce me.

Conſequi aliquem, pro eo quod eſt, Inſequendo ad eum pervenire. Cic. 3. Att. 4. Quamobrem te oro des operam ut me ſtatim conſequare. Idem 2. in Catil. 6. Aurelia via profectus eſt: ſi accelerare volent, ad veſperum conſequentur. Al. Veſperam.
Curſu feras conſequi. Sen. Hippol. 2.
Itinere conſequi aliquem. Cic. 8. Att. 17. Non eſt nobis committendum, ut ad has XIIII cohortes, quas dubio animo habeo, hoſtis accedere, aut in itinere me conſequi poſſit.
Pedibus aliquem. Ovid. 9. Met. 126.
Conſequi aliquem in Prætura. Plin. 7. Epiſt. 15. Ille me in Tribunatu, liberorum jure præceſſit: ego illum in Prætura ſum conſequutus.
Aliquem certamine, i. e. Vincere. Virg. 5. Æn. 493.
Conſequi aliquem non poſſe, Ad ejus præſtantiam attingere. Cic. de Clar. Orat. 228. Interjectuſque inter duas ætates, Hortenſii & Sulpicii, nec majorem conſequi poterat & minori neceſſe erat cedere.
Conſequi, [ἐκβαίνειν] Sequi, i. e. Evenire & procedere. Ter. Heaut. 1. 2. 34.

Verum ubi animus ſemel ſe cupiditate devinxit mala,
Neceſſe eſt, Clitipho, conſilia conſequi conſimilia.

Quoniam ſatis oſtendiſſe videmur, &c. conſequi videtur, ut doceamus, &c. Auctor ad Heren. lib. 2. 27.
Annus qui conſequitur. Cic. pro Muren. 85. Si hæc elapſa de manibus noſtris in eum annum, qui conſequitur, redundarint.
Proximo, altero, tertio, denique reliquis conſequutis diebus. Cic. 1. Philipp. 32.
Dolores magni conſequuntur eos, qui ratione voluptatem ſequi neſciunt. Cic. 1. de Finib. 48.
Libertatem pax conſequebatur. Cic. 1. Philipp. 32.
Mors conſequuta eſt matrem ex ægritudine. Ter. Phorm. 5. 1. 23.
Silentium conſequutum orationem alicujus. Cic. 1. de Orat. 180. Hæc quum Craſſus dixiſſet, ſilentium eſt conſequutum.
Tempora conſequuta. Cic. 1. Fam. 5. Tamen afficior ſummo dolore, ejuſmodi tempora poſt tuam profectionem conſequuta eſſe.
In tabulam magni riſus conſequebantur. Cic. 2. Q. frat. 5. Idem 5. Fam. 2. Mediocris quidam eſt riſus conſequutus, non in te, ſed magis in errorem meum. Al. Mærorem.
Conſequi, Exprimere, definire. Cic. ad Cæſar. Extrema vero nec quanta, nec qualia ſunt, verbis conſequi poſſum. Nonius.
Inveſtigare & conſequi aliquorum conatus. Cic. 2. Verr. 48. Habeo autem certam viam atque rationem, qua omnes illorum conatus inveſtigare & conſequi poſſim.
Natura conſequitur, ut communem utilitatem noſtræ anteponamus. Cic. 3. de Finib. 64.
Animo aliquid conſequi. Cic. de Univerſ. 6.
Conjectura. Cic. 2. Q. frat. 7. Quantum autem conjectura conſequebar, id erat hujuſmodi, ut magis optandum, quam ſperandum putarem.
Dicendo conſequi. Cic. pro Lege Manil. 2. Et ſi quid etiam dicendo conſequi poſſum, iis oſtendam potiſſimum, qui ei quoque rei fructum ſuo judicio tribuendum eſſe cenſuerunt.
Dictis omnia. Ovid. 15. Met. 419.
Diligentia. Cic. 1. Verr. 39. Tamen eſſet magnum, tantam cauſſam, tam exſpectatam, & diligentia conſequi, & memoria complecti.
Intellectu. V. INTELLIGO.
Memoria aliquid. Cic. 6. Verr. 57. Nullo modo poſſum omnia iſtius facta aut memoria conſequi, aut oratione complecti. conf. Conſectari ſingula, in CONSECTOR.
Magnitudinem, multitudinemque beneficiorum alicujus enumerare, aut conſequi non poſſe. Cic. Poſt redit. ad Quir. 4.
Merita. ut, Gratia non modo referenda, ſe ne cogitanda quidem, nullam partem tuorum meritorum conſequi poſſum. Cic. 1. Fam. 8.
Conſequi, [τυγχάνειν, ἐπιτυγχάνειν] per translationem, Adipiſci, & conficere. Cic. 1. Fam. 2. Quod ad popularem rationem attinet, hoc videmur eſſe conſequuti, ut ne quid agi cum populo, aut ſalvis auſpiciis, aut ſalvis legibus, aut denique ſine vi poſſit.
Cum aliquo, vel Sine aliquo conſequi aliquid. Cic. 1. Off. 59.
Per aliquem aliquid conſequi. Cic. 1. Fam. 7. extr.
Nutu aliquid conſequi ab aliquo. Cic. 13. Fam. 1.
Studio aliquid. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Commodum exercitatione corporis laborioſa. Cic. 1. de Finib. 35.
Dignitatem & gloriam. Cic. 1. Fam. 5.
Famam. Cic. 2. Fam. 10.
Famam malignitatis. Plin. 9. Epiſt. 6. Plerique autem dum verentur ne gratiæ potentium nimium impertire videantur, ſiniſteritatis atque etiam malignitatis famam conſequuntur.
Fructum ampliſſimum. Cic. pro Lege Manil. 2.
Fructus conſequi. Ulp. in l. Idemque &. §. ſi ex fundo. D. mandat. vel cont. Si ex fundo, quem mihi emit, procurator fructus conſequutus eſt, hos quoque officio judicis præſtare eum oportet.
Gloriam omni cura & induſtria. Cic. 1. Fam. 7.
Gratiam. Cic. 2. Off. 79. Atque in hac pernicie Reipub. ne illam quidem conſequuntur, quam putant, gratiam.
Incommodum. Quintil. lib. 7. cap. 3. Ex pœna minus incommodi conſequuturus, quam ex, &c.
Laudem. Cic. 2. Off. 45. Conſequebare magnam laudem a ſummo viro.
Laudem ſapientiæ & eloquentiæ ſine ſummo ſtudio, & labore & doctrina conſequi. Cic. 2. de Orat. 15.
Magiſtratum aliquem. Cic. pro Planc. 60. Honorum populi finis eſt Conſulatus, quem magiſtratum jam octingenti fere conſequuti ſunt.
Opes quammaximas conſequi. Cic. 1. Off. 86.
Potentiam. Cic. 3. Off. 82.
Præmium aliquod ſtudio. Ovid. 5. Triſt. 7. 68.
Præſtantiam virtutis, ingenii, fortunæ. Cic. de Amicit. 72.
Quæſtum. Cic. pro Lege Manil. 34. Quis enim unquam aut obeundi negotii, aut conſequendi quæſtus ſtudio, tam brevi tempore, &c.
Scientiam conſequutum eſſe. Cic. pro Domo 117.
Studium alicujus erga ſe, alterius commendatione conſequi. Cic. 13. Fam. 13.
Victoriam glorioſam ex Reip. cauſa conſequutus. Cic. pro Cœl. 18.
Vitium. Quintil. lib. 8. cap. 2. Quidam emutatis in perverſum dictis, de figuris idem vitium conſequuntur.
Voluptates. Cic. 1. de Finib. 33.
Uſuras. Ulpian. in l. idemque &. §. ſi procurator. D. mandat. vel contra.
Inſtitutum ſuum. Cic. 1. Off. 116. Fit autem interdum, ut nonnulli, omiſſa imitatione majorum, ſuum quoddam inſtitutum conſequantur.
Morem aliquem. Cic. 2. de Legib. 18. Eum morem igitur, cum brevitate (ſi potuero) conſequar.
Conſequi, Perdiſcere, percipere. Cic. 2. ad Herenn. 50. Hæc ſi, ut conquiſite conſcripſimus, ita tu diligenter fueris conſequutus. i. e. Perdidiceris, perceperis, quod Græce παρακολουθεῖν dici ſolet. Ad perceptionem enim referri ex eo patet, quia mox ſubjicit, Tuaque perceptione lætaberis. tu ſcientior eris præceptorum artificio, nos &c.
CONSĔQUENS, [συνακολουθῶν] Partic. Cic. de Seneċt. 19. Sed memoriam illius viri excipient omnes anni conſequentes.
Spe eriguntur conſequentis ac poſteri temporis. Cic. 1. de Finib. 50. & 2. de Orat. 325. Connexum ſit principium conſequenti orationi.
Rerum conſequentium ſignificationem quærere. Cic. 2. de Divin. 44.
Conſequens apud Cic. in Partit. 18. pro Eo quod bene cohæret, Ut in ſimplicibus verbis, quod non eſt Latinum: ſic in conjunctis, quod non eſt conſequens, vituperandum eſt.
Eſt conſequens. Ulp. in l. huic ſcripturæ. D. ad Legem Aquiliam, Huic ſcripturæ conſequens eſt dicere, ut ſi ante, &c.
Hoc probato, conſequens eſt, &c. Cic. 5. Tuſc. 18. Sic
Quoniam ſcriptum eſt a te de optimo Reip. ſtatu, conſequens eſſe videtur, ut ſcribas tu idem de legibus. Cic. 1. de Legib. 15.
Conſequens, abſolute. Cic. 1. Off. 11. Homo autem qui rationis eſt particeps, per quam conſequentia cernit.
Conſequentia & conſentanea. Cic. 3. de Finib. 48. Quum certe ſuperiora firma

firma ac vera ſint, his autem ea conſentanea & conſequentia: ne de eorum quidem eſt veritate dubitandum.
Conſequentia & repugnantia vident philoſophi acuti. Cic. 2. de Divin. 150.
Contrariorum contraria ſunt conſequentia. Cic. 5. Tuſc. 50.
Argumenta ex conſequentibus. Cic. in Partit. 7.
Declarantibus conſequentia ſignis futura præſentit homo. Cic. 1. de Divin. 127.
Reprehendere conſequentia, quum prima conceſſeris, placere non ſolet. Cic. 5. Tuſc. 24.
Quum conſequens aliquod falſum ſit, illud cujus id conſequens ſit, non poſſe eſſe verum. Cic. 4. de Finib. 68.

Consequenter, Adv. [συνακολούθως] Ulpian. in l. ſed & ſiquid. §. ult. D. de uſufructu & quemadmodum quis utatur & fruatur, Quibus conſequenter fructuarius quidem acquirere fundo ſervitutem non poteſt, retinere autem poteſt.
Conſequenter dicemus. Ulpian. in l. idemque &. §. ſi procurator. D. mandat. vel contr.

Consequentia, æ. f. [συνέπεια] Cic. 1. de Divin. 128. Qui curſum rerum eventorumque conſequentia, diuturnitate pertractata, notarunt, &c. Conſequentiam alii. Sed puto eſſe veriſimilius Conſequentia. H. St. Ego neutrum pl. puto, & diſtinguendum, ut feci.
Per conſequentiam ſignificatio fit, quum res, quæ ſequuntur aliquam rem, dicuntur, ex quibus tota res relinquitur in ſuſpicione. Auctor ad Herenn. lib. 4. 67.
Ad conſequentiam pertinet. Paulus in l. Paulus reſpondit. D. de re judicat.
Ad conſequentias aliquid producere. Paulus in l. quod vero. D. de Leg.
Per conſequentias contingit, ut debitum ſubeat. Ulpian. in l. 1. de auct. & conſenſ. tut.
Per conſequentias negotium alicui geri. Ulp. l. quod dicimus. D. de auctor. & conſenſ. tut. & curat.
Per conſequentiam. Ulp l. moris, poſt principium. D. de pœnis.

Consequūtus, a, um. ut, Conſequuta, pro Impetrata, paſſive. Varro, Veſtales inceſti compertas anſa petuntur incognita, conſequuta negliguntur. Ex Priſciano, lib. 8.

Consequūtio, ōnis. f. [συνέπεια] a verbo Conſequor. Cic. 1. de Finib. 37. Ut enim quum cibo & potione fames, ſitiſque depulſa eſt, ipſa detractio moleſtiæ conſequutionem affert voluptatis: ſic in omni re doloris amotio, ſucceſſionem efficit voluptatis. Idem in Partit. 18. Conſequutionem verborum, pro Bene ordinato contextu, & collocatione poſuit. Simplex concluſio ex neceſſaria conſequutione conficitur. Cic. 1. de Invent. 45.
Afferre conſequutionem. V. AFFERO, & Cic. paulo ante.

Consequiæ, arum. f. plur. Sequelæ, a Conſequendo; ſicut ab Exſequendo, Exſequiæ. Apul. lib. 10. pag. 247. Noviſſimis trahebantur conſequiis. [Sed rectius alii a recto CONSEQUIUM, i. n. deducunt. Sic lib. 5. pag. 169. Per nubilas plagas penduli comitatus extrema conſequia.

Consĕquus, a, um. Idem quod Conſequens. ut, Conſequa natura. Lucret. lib. 5. 679.
Conſequa natura eſt jam rerum ex ordine certo.

Consector, [διώκω, προσδιώκω] āri. Plaut. Pſeud. 4. 7. 137. Angiporto hoc certum eſt conſectarier. Pro Conſectari. Cæſ. 5. Bell. Gall. 56. Redeuntes equites, quos poſſunt, conſectantur, atque occidunt.
Conviciis conſectari aliquem. Cic. 2. Att. 18. Fuſium clamoribus & conviciis & ſibilis conſectantur.
Debita. Cic. 13. Att. 23. Ne exiſtimes, eos qui non debita conſectari ſoleant, quod debetur remiſſuros.
Amare, conſectari & adipiſci qui velit dolorem, neque quiſquam eſt. Cic. 1. de Finib. 32.
Hoſtes conſectari & conficere. Cic. 2. de Invent. 111.
Opes aut potentiam. Cic. 1. Off. 86. Tradetque ſe totum Reipub. neque opes aut potentiam conſectabitur. i. e. Non ſtudebit opibus quærendis.
Rivulos. V. RIVULUS.
Silveſtria ſæcla ferarum. Lucret. lib. 5. 965.
Conſectari alicujus benevolentiam largitione. Cic. 2. Off. 53. Præclare in epiſtola quadam Alexandrum filium Philippus accuſat, quod largitione benevolentiam Macedonum conſectetur.
Conſectari etiam minutiſſima. Plin. Jun. lib. 5. Ep. 6. Vides ut Aratus minutiſſima etiam ſidera conſectetur, & colligat? modum tamen ſervat.
Conſectari ſingula & colligere. Plin. in Paneg. cap. 75. pr Sed quid ſingula conſector, & colligo? quaſi vero aut oratione complecti, aut memoria conſequi poſſim.
Ac ne plura, quæ ſunt pæne innumerabilia, conſecter, comprehendam brevi. Cic. 1. de Orat. 34.
Conſectari aliquid. Plin. in Paneg. Eadem iſta, quibus alios artibus aſſequutos vident, conſectantur.
Imitando conſectari aliquid. Cic. 2. de Orat. 90.
Puerile quiddam in hiſtoria. Cic. 1. de Legib. 7.
Ubertatem orationis. Cic. 3. de Finib. 19.
Verba tam vere conſectari, quam rem. Cic. pro Cæcin. 54.
Vitium aliquod de induſtria. Cic. 3. de Orat. 38.
Umbras falſæ gloriæ. Cic. in Piſon. 57.
Conſectari aliquem. Ter. Eun. 2. 2. 18.
Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt,
Nec ſunt: hos conſector, hiſce ego non paro me, ut rideant, &c.
Conſectari, paſſive. Laberius, Uxorem tuam, & meam novercam a populo lapidibus conſectari video. Ex Priſciano, lib. 8.

Consectatio, ōnis. f. [δίωξις] Plin. lib. 14. cap. 16. Manifeſtum eſt ſupervacuam generum conſectationem in numerum.
Concinnitatis conſectatio. Cic. in Orat. 165. In hujus concinnitatis conſectatione Gorgiam fuiſſe principem accepimus.

Consectātrix, īcis. f. Cic. 3. Off. 118. Eſt enim temperantia, libidinum inimica: libidines autem conſectatrices voluptatis.

Consectāneus, a, um. [ἀκόλουθος] Qui alios aſſectatur: ut, Conſectanea turba. Hinc Conſectanei dicuntur, Qui aliorum opinionem vel ſententiam ſequuntur. Arnob. 5.

Consectārius, a, um. Adj. [συνεπόμενος] Cic. 4. de Finib. 50. Illud vero minime conſectarium, ſed in primis hebes, illorum ſcilicet nominum gloriatione dignam eſſe beatam vitam, quæ non poſſit ſine honeſtate contingere, ut jure quiſquam glorietur.
Stoicorum conſectaria brevia & acuta. Cic. 3. de Finib. 26. Sed conſectaria me Stoicorum brevia & acuta delectant. Concluduntur igitur eorum argumenta ſic: Quod eſt bonum, omne laudabile eſt: quod autem laudabile eſt, omne honeſtum eſt: bonum igitur quod eſt, honeſtum eſt. Brevia vocat, argumenta breviter aſtricta: Conſectaria, cohærentia. Vulgus logicorum mihi videtur Conſequentias appellare. [Subſtantive hic neutrum ponitur.

Consĕrēno, āre. Conſerenat, Serenum fit tempus. Liv. 39. 46. Tempeſtas cum magnis procellis coorta, coegit pleroſque tabernacula ſtatuere in foro. eadem paulo poſt, quum undique conſerenaſſet, ſublata. Hunc autem corruptum eſſe locum oſtendit Gronovius in loc. & ex MSS. reponit Differenaſſet. [Sic Differenat. H. St.

Consermōnor, āri. Q. Claudius apud Gell. 17. 2. Cum his conſermonabatur.

Consermōcĭnor, āri. Nigidius apud Gell. 10. 4. Quibus conſermocinamur.

Consĕro, sēvi, sĭtum, [φυτεύω] ĕre. Plantare ſive ſeminare. Virg. 1. Ecl. 73. —en queis conſevimus agros. Cic. 2. de Nat. Deor. 130. Indus vero, qui eſt omnium fluminum maximus, non aqua ſolum agros lætificat & mitigat, ſed eos etiam conſerit.
Conſerere agrum generibus pomorum, aut oleis. Columel. lib. 2. cap. 2.
Conſerere agrum lupino aut faba. Columel. lib. 2. cap. 2. Celerius etiam ſi eodem tempore ſtercores, & lupino vel faba conſeras.
Sol lumine conſerit arva. Lucret. lib. 2. 211. i. e. Perfundit. [Sic exponunt. Sed videtur potius pro Lætificat, Fecundat poſitum, ut in ſuperiore Ciceronis loco.
Baccho aliquem locum conſerere. i. e. Vite. Virg. 2. Georg. 38.
Conſerere leges, per translationem. Cic. 1. Tuſc. 31. Ergo arbores ſeret diligens agricola, quarum aſpiciet baccam ipſe nunquam. Vir magnus leges, inſtituta, Remp. conſeret.

Consĭtus, Partic. [πεφυτευμένος] ut, Cæca mentis caligine conſitus. Catul. Argon. 62. 208.
Conſitus ſenectute, per metaphoram, pro Senio obſitus. Plaut. Men. 5. 2. 4.
Nam pernicitas deſerit. conſitus ſum
Senectute: &c.

Consĭtio, ōnis. f. [φύτευσις, φυτούργημα] Ipſe conſerendi actus. Columel. lib. 5. cap. 3. Quod ſi inter quinos pedes conſitio fuerit, per longitudinem ordinis habebit ſemina XLIX.
Nec conſitiones modo delectant, ſed etiam inſitiones, quibus nihil invenit agricola ſolertius. Cic. de Senect. 54.

Consĭtor, ōris. m. [φυτευτὴς] Ovid. 4. Met. 14.
Et cum Lenæo genialis conſitor uvæ.

Consitūra, æ. f. [φυτεία] Idem ac Conſitio. Cic. de Repub. Quæ videlicet ille non ex agri conſitura, quam cernebat, ſed ex doctrinæ indiciis interpretabatur. Ex Nonio 3. 30.

Consĕro, ſerui, ſertum, [συμπλέκω] ĕre. Miſcere. ut, Conſerere prælia, i. e. Præliari & exercitus committere. Virg. 2. Æn. 398.
Multaque per cæcam congreſſi prælia noctem
Conſerimus.
Bella conſerere. Valer. 3. Argon. 31.
Belli artes haud ignotas inter ſe, ſed expertas primo Punico conſerebant bello. Liv. lib. 21. pr.
Certamen conſerere, pro Certare. Liv. 35. 4. pr. Boii diripi ſua impune, quam tuendo ea conſerere certamen malebant.
Dextras. Stat. 1. Silv. 6. 60.
Diem nocti. Ovid. 3. Amor. 6. 10. i. e. Conjungere.
Femur femori. Tibull. lib. 1. 8. 26.
Latus lateri. Ovid. 2. Epiſt. 58.
Manum conſerere, Pugnare. Cic. pro Muren. 20. Qua in legatione duxit exercitum, ſigna contulit, manum conſeruit, magnas copias hoſtium fudit.
Manum vel manu (ut nonnullis placet) cum hoſtibus conſerere, quaſi Manui manum admovere. Cic. 7. Att. 19. At illum ruere nuntiant, & jam jamque adeſſe, non ut manum conſerat (quicum enim?) ſed ut fugam intercludat.
Manus ſocias. Valer. 3. Argon. 30.
Prælium. Liv. 5. 36. Accenſis utrimque animis, ad arma diſcurritur, & prælium conſeritur.
Pugna conſeritur. Valer. 6. Argon. 353.
Pugnam inter ſe. Liv. 32. 10. Et temperatum ægre eſt, quin miſſilibus, quia dirempti medio amne fuerant, pugnam inter ſe confererent.
Pugnam ſeni, per translationem. Plaut. Bacch. 4. 9. 43.
Conflixi, atque hominem repuli: dein pugnam conſerui ſeni.
Puppes conſertæ. Lucan. lib. 5. 708.
—latumque per æquor
Ut terreſtre coit conſertis puppibus agmen. Al. Confertis.
Tela conſerere. Valer. 3. Argon. 122.
—nec tela modis nec caſibus iiſdem
Conſeruere manus, longe & jacuere perempti.
Telis conſertis agmina jungere. Valer. 6. Argon. 182.
Illi ubi conſertis junxere trementia telis
Agmina, virque virum galeis adflavit adactis.
Verba. Stat. 2. Silv. 1. 5.

Consertus, Partic. [συμπεπλεγμένος] Fab. lib. 5. cap. 10. Ut ſunt tria tempora, ita ordo rerum tribus momentis conſertus eſt. i. e. Contextus.
Conſertus & intextus alicui rei. Liv. 7. 2. Ridicula intexta verſibus jactitare cœpit: quæ inde exodia poſtea appellata, conſertaque fabulis potiſſimum Atellanis ſunt
Arva conſerta gentibus, Culta & habitata. Valer. 2. Argon. 617.
Bella conſerta bellis. Lucan. lib. 2. 442.
Hoſtes conſerti. Claud. Conſ. Mall. Theod. 195. Al. Conferti.
Tegmen conſertum ſpinis. Virg. 3. Æn. 594. i. e. Illigatum. Serv.

Conserte, Adv. [συμπεπλεγμένως] Cic. de Fato 31. Si omnia antecedentibus cauſis fiunt, omnia naturali colligatione conſerte contexteque fiunt.

Consertor, ōris. m. [συμπλέκτης] Plin. lib. 33. cap. 1. Quod ſi impedimentum potuit in ea aliquod intelligi etiam conſertoris uſu, argumentum eſt majus in læva fuiſſe, qua ſcutum capitur. Sed varia eſt lectio. V. Harduin. in loc.

Conserrātus, Adj. [πριονωτὸς] a Serra deductum. Plin. lib. 11. cap. 37.
Sed

Sed ſpectatiſſimum inſigne gallinaceis, corpore conſerratum: nec carnem id eſſe, nec cartilaginem, nec callum jure dixeris, ſed peculiare. i. e. In modum ſerræ factum. In emendatioribus codicibus legitur Corporeum ſerratum.

Conserva, Conservio, V. conservus.

Conservo, [διασώζω, συντηρέω] āre. Notæ ſignificationis. Plin. lib. 15. cap. 30. Conſervari alitem & ſobolem juſſere Aruſpices.
Conſervare & retinere reip. cauſa jus Augurum. Cic. 2. de Divin. 75.
Tueri & conſervare. Cic. 6. Verr. 140. Ut quiſque eis rebus tuendis conſervandiſque præfuerat, ita perſcriptum erat.
Benevolentiam erga aliquem. Cic. 3. Fam. 7.
Exiſtimationem alicui conſervare. Ulp. in l. quid ergo. D. de his qui not. infam.
Fidem conſervare. Cic. 5. de Finib. Sed contra utilitatem etiam conſervatur fides.
Genus. Lucret. lib. 2. 708.
— omnia quando,
Seminibus certis certa genitrice creata,
Conſervare genus creſcentia poſſe videmus.
Jusjurandum conſervare, apud Cic. 3. de Off. 103.
Ordinem. Cic. 6. Att. 1. Iis litteris reſpondebo: ſic enim poſtulas: nec οἰκονομίαν inſtitutam, ſed ordinem conſervabo tuum.
Tempora conſervare & notare. Cic. in Orat. 120.
Voluntatem priſtinam erga aliquem. Cic. 5. Fam. 3.
Conſervare aliquem, quod vulgus Præſervare dicit. Cic. 11. Fam. 22. Peto a te majorem in modum, vel humanitatis tuæ, vel mea cauſa, ut eum auctoritate tua, quæ plurimum valet, conſervatum velis.
Ab omni periculo ſartum tectum. Cic. Anteq. iret in exil. 14. Qui numini deorum conſecratum ſartum tectum ab omni periculo conſervavi.
Incolumem conſervare aliquem. Cic. 9. Fam. 13.
Indemnem per omnia conſervare aliquem. Paulus in l. diligenter. D. mandat. vel contr.
Libertatem & ſalutem populi conſervare. Cic. 11. Fam. 7. Caput autem eſt hoc, quod te diligentiſſime percipere & meminiſſe velim, ut ne in libertate & ſalute Populi Romani conſervanda, auctoritatem Senatus expectes.
Majeſtatem Populi Romani comiter. V. comis.
Memoriam alicujus rei. Cic. 4. Fam. 13. Tuorumque triſtiſſimo meo tempore meritorum erga me memoriam conſervabo.
Memoriæ teſtimonio conſervare aliquid. Cic. 11. Philipp. 28. Maximam ejus & ſingularem laudem prætermitto. cujus enim prædicatio nondum omnibus grata eſt, hanc memoriæ potius, quam vocis teſtimonio conſervemus.
Patriam conſervare, Defendere & tueri. Cic. in Somn. Scip. 4. Sic habeto, Omnibus qui patriam conſervaverint, adjuverint, auxerint, certum eſſe in cælo, ac definitum locum.
Puerum pudice conſervare alicui. Catul. 16. 5.
Se conſervare. Ter. Heaut. 4. 1. 40. Iſtuc recte: conſervaſti te atque illam.
Vires. Plin. lib. 11. cap. 54. Quædam exiguo guſtu famem ac ſitim ſedant, conſervantque vires. i. e. Integras ſervant.
Voluntatem mortui alicujus. Cic. 3. Verr. 124. An quod alterius patroni mortui voluntatem conſervabat?
Conſervare, ſubaudito Rem ſuam. Ter. Adel. 5. 3. 27.
Conſerva, quære, parce, fac plurimum
Illis relinquas, gloriam tu iſtam obtine. Cic. 2. Off. 87. Res autem familiaris quæri debet iis rebus a quibus abeſt turpitudo: conſervari autem diligentia & parſimonia, iiſdem etiam rebus augeri.
Salvum conſervari. Cic. 3. in Catil. 25. Ita me geſſi, Quirites, ut ſalvi omnes conſervaremini.

Conservātus, a, um. Partic. [διασωθείς] Cic. 1. Fam. 9. Illud quidem certe noſtrum conſilium jure laudandum eſt, quod meos cives, & a me conſervatos, & me ſervare cupientes, ſpoliatos ducibus, ſervis armatis objici noluerim.
Salus reip. conſervata per aliquem. Cic. Poſt red. in Sen. 29.
Nomen aliquod retentum atque conſervatum. Cic. pro rege Deiot. 3.

Conservatio, ōnis. f. [συντήρησις] Cic. 1. Off. 131. Et ſi attentos animos ad decori conſervationem tenebimus.
Æqualitatis conſervatio. Cic. 1. de Orat. 188.
Bonorum. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Fructuum perceptio & conſervatio ſine hominum opera, nulla eſſe potuiſſet. Cic. 2. Off. 12.
Naturæ convenientia conſervatioque. Cic. 1. Off. 100.
Officiorum conſervatio. Cic. 2. de Fin.

Conservātor, ōris. m. [σωτήρ] Cic. pro Sext. 97. Optimatum principes, auctores & conſervatores civitatis.
Conſervator & Oppugnator, contraria. Cic. Anteq. iret in exil. 10. Utrum ut cuſtos accipiar, an ut proditor excludar? ſi ut conſervator, veſtra erit ignominia: ſi ut oppugnator, præciſa erunt omnia.
Cuſtos & conſervator imperii. Cic. pro Sext. 54. Pro dii immortales, cuſtodes atque conſervatores hujus urbis atque imperii.
Conſervatorem & parentem urbis Ciceronem nonnulli dixerunt. Cic. 9. Att. 12.
Patriæ conſervator. Cic. de Aruſp. Reſpon. 58.
Reip. conſervator. Cic. pro Domo 26.
Conſervatores dii vocabantur, Quibus vota ſolenniter nuncupata erant; ut patet ex multis veteribus inſcriptionibus. V. Gruter. & qui de Nummis antiquis extant auctores Occon. Patin. Oiſel. Vaillant. &c.

Conservātrix, īcis. f. [σώτειρα] Cic. 4. de Fin. 26. Omnis natura vult eſſe conſervatrix ſui, ut & ſalva ſit, & in genere conſervetur ſuo. Vet. numm. apud Vaillant. Tom. 1. p. 166. IUNO CONSERVATRIX.

Conservabīlis, e. Tertul. adv. Marc. 2. 13. Bonum conſervabile.

Conservus, i. m. [σύνδουλος] Qui cum alio eidem domino ſervit. Ter. Adel. 3. 3. 71.
Conſervis ad eundem illis præcipio modum. Cic. 12. Fam. 3. O rem miſeram: dominum ferre non potuimus, conſervo ſervimus! Ulpian. in l. ſed ſi damnum, titulo De peculio, Plane ſi conſervus dederit damnum, vel ſurripuerit, in peculium videbitur haberi.
Princeps conſervorum. Cic. in Parad.
Conſervi & diſcipuli. Cic. 3. Q. frat. 1.

Conserva, æ. f. [συνδούλη] Ter. Eun. 2. 3. 74. Summa forma ſemper conſervam domi videbit.
Conſervabus. Scævola in l. prædia. §. 1. D. de fund. inſtruct. & inſtrum. legat.

Conservŭla, æ. f. dimin. Sen. Controv. 21.

Conservio, īre. JCt. in Digeſt.

Conservitium, i. n. [συνδουλεία] Plaut. Capt. 2. 1. 49.
Perque conſervitium commune, quod hoſtica evenit manu.

Consessus, V. consideo.

Consĭdeo, ſedi, ſeſſum, [συγκαθίζομαι] ēre. a Con & Sedeo; ſignificat Simul ſedere, & ſine motu eſt. Virg. 3. Ecl. 55.
Dicite, quandoquidem in molli conſedimus herba. Cic. de Senect. 63. Qui legati quum eſſent, certo in loco conſederant. [Poteſt tamen his omnibus locis Præteritum eſſe a Conſido, & cum motu, prætento ſcil. intelligi. Atque ita plane puto. V. consido.
Tuto conſidere in aliquo loco. Cic. 5. Att. 14. In Amano tuto conſedimus, &c.
Judices conſederunt. Cic. 1. Att. 16.
Conſidere apud aliquem locum. Cic. 15. Fam. 4. Quum quinque cohortes ſine legato, ſine Tribuno militum, denique etiam ſine Centurione ullo apud Philomelum conſediſſent, reliquus exercitus eſſet in Lycaonia.
In arbore noſtra conſederunt apes. Caius in l. naturalem. §. apium. D. de acquir. rer. domin.
In pratulo, propter Platonis ſtatuam, conſedimus. Cic. de Clar. Orat. 24.
Eodem in ſpatio conſedimus. Cic. 4. Acad. 9.
Conſidere in ſolitudinibus. Cic. 2. Fam. 15. Siquando erit civitas, erit profecto nobis locus. Sin autem non erit, in eaſdem ſolitudines tu ipſe (ut opinor) venies, in quibus nos conſediſſe audies.
Conſidere inter ulmos. Virg. 5. Ecl. 3.
Hic corylis miſtas inter conſedimus ulmos.
Conſidere ſub ilice. Virg. 7. Ecl. 1.
Forte ſub arguta conſederat ilice Daphnis.
Conſedit in mente juſtitia. Cic. 1. de Fin. 50.
In mediocritate. Cic. in Orat. 96. ubi de mediocri genere quodam orationis loquitur, In ea, de qua loquor, mediocritate conſedit.
Conſidere in otio. Cic. 2. Att. 4. Accommodatius enim nobis eſt ad liberam legationem tempus illud, quum & Quintus noſter, ut ſperamus, in otio conſederit.
Conſedit utriuſque in Quæſtura nomen. Cic. pro Muren. 18. Sed Quæſtura utriuſque propemodum pari momento ſortis fuit. habuit hic lege Titia provinciam tacitam & quietam: tu illam, cui quum Quæſtores ſortiuntur, etiam acclamari ſolet, Hoſtienſem, non tam gratioſam & illuſtrem, quam negotioſam & moleſtam. Conſedit utriuſque nomen in Quæſtura. Nullum enim vobis ſors campum dedit, in quo excurrere virtus cognoſcique poſſet.
In umbra conſedit. Ovid. 5. Met. 336.
Eſt & vox militaris. Curt. 7. 7. Ratus excipi poſſe, quem venturum ſciebat, conſedit occultus. Cæſ. 5. Bell. Gall. 9. Ubi ex captivis cognovit, quo in loco hoſtium copiæ conſediſſent.
Uſurpatur quoque de iis, qui ad cauſſas judicandas ſe pararunt. Sic Ovid. 13. Met. 1.
Conſedere Duces: & vulgi ſtante corona. Suet. Calig. cap. 38. Cognoſcebat autem de talibus cauſſis, taxato prius modo ſummæ, ad quem conficiendum conſideret, confecto demum excitabatur.
Ubi Ber. Tanquam judex ſederet. Fortaſſe pro Cum aliis ſederet. H. St. qui & locum ipſum Suet. adſcripſerat, qui in Lugd. deſiderabatur. In Theſ. Lipſ. unde hæc petita ſunt, Conſederat legitur, quod non placet. Non prius Cajus excitabatur, i. e. Surgebat ut cognitum iret, quam ſummam, ad quam conficiendam cognitioni vacaret, taxaſſet. Itaque non ſingulis, ſed plurimis ſimul cauſis operam dabat, ut ex ſeqq. appareat, quo plus una ſeſſione pecuniæ corraderet.
Denique de iis dicitur, qui in loco aliquo domicilia ponunt. Cæſ. 3. Bell. Civil. 4. Dimiſſi a ſuperioribus imperatoribus in iis provinciis conſederant.

Consedo, ōnis. a Conſedendo; ut Aſſedo, & Aſſeſſor. C. Hemina Annal. lib. 4. Nemo vicinus conſedo. V. Nonium 1. 312.

Consessor, ōris. m. [σύνεδρος] Qui una cum alio ſedet. Liv. 34. 54. Cur dives pauperem conſeſſorem faſtidiret? Cic. 2. Att. 15. Præclarum ſpectaculum mihi propono, modo te conſeſſore ſpectare liceat.
Conſeſſor, conviva, contubernalis alicujus. Cic. pro Flacc. 24. Ne accuſatoris conſeſſoribus, convivis, contubernalibus, &c. civem ac ſupplicem veſtrum dederitis.
Conſeſſor & colluſor. V. collusor.

Consessus, ûs. m. [συνεδρία, συνέδριον] non eſt Conſeſſio, ſed Homines uno in loco conſidentes, inquit Valla lib. 4. cap. 2. Cic. de Senect. 63. Quibus quum a cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus, dixiſſe ex eis quendam, Athenienſes ſcire quæ recta eſſent, facere nolle.
Frequentia & conſeſſus aliquorum. Cic. pro Flacc. 41.
Caveæ conſeſſus. Virg. 5. Æn. 340.
Implere conſeſſum clamoribus. Virg. 5. Æn. 341.
Luſtrare in equis. Virg. 5. Æn. 577.
Conſpectu conſeſſuque judicum commoveri. Cic. 3. Verr. 19.
Corona conſeſſus judicum cinctus. Cic. pro Milon. 1. Non enim corona conſeſſus veſter cinctus eſt, ut ſolebat.
Populus vinctus ipſo conſeſſu, conſtrictus ſpectaculis, impeditus turba & anguſtiis. Cic. de Aruſp. Reſpon. 22.

Consīdĕro, [σκέπτομαι, σκοπέω, ἐπισκοπέω, κατανοέω, λογίζομαι] āre. a Siderum contemplatione videtur appellari, inquit Feſtus: & ſignificat Reputare, expendere. Cic. 10. Fam. 16. Ille ait conſiderare ſe velle.
Contemplari unumquodque otioſe, & conſiderare. Cic. 6. Verr. 33.
Circumſpicere te, & quid facias aut loquaris conſiderare. Cic. in Parad. 4.
Videre etiam atque etiam, & conſiderare quid agendum. Cic. 7. Verr. 73.
Conſiderandum eſt ut ſolum pingue ſit. Columel. lib. 2. cap. 2.
Coram conſiderare aliquid quale ſit. Cic. 7. Att. 3.
De aliquo & de ſe conſiderare aliqua. Cic. 7. Att. 13.
De aliquibus rebus cum aliquo. Cic. 14. Fam. 14.
Factum aliquorum ex judicio alicujus. Cic. pro Roſc. Amer. 108.
Ex ſe, & ex ſua natura ſimpliciter aliquid. Cic. 1. de Invent. 14.
Caſus ſuos ſecum. Cic. 5. Tuſc. 3.
Conſiderare ſecum in animo vitam alterius. Ter. Heaut. 2. 4. 5.

Et quum egomet nunc mecum in animo vitam tuam conſidero.
Conſiderate cum animis veſtris voſmetipſi. Cic. 5. Verr. 29.
Suum quiſque opus a vulgo conſiderari vult. Cic. 1. Off. 147.

Considerātus, [περιεσκεμμένος] Partic. ut, Factum paulo minus conſideratum. Cic. pro Sulla 72.
Ratio bene conſiderata. Cic. 2. de Invent. 164.
Conſideratum & meditatum. Cic. de Aruſp. Reſp. 3. Nihil feci iratus, nihil impotenti animo, nihil non diu conſideratum ac multo ante meditatum.
Ratiocinatio autem, eſt diligens & conſiderata faciendi aliquid aut non faciendi cogitatio. Cic. 2. de Invent. 18.
Tarditas conſiderata. Cic. de Clar. Orat. 154. Balbi docti & eruditi hominis in utraque re conſideratam tarditatem vicit.
Vivendi via conſiderata & proviſa. Cic. in Parad. 5.
Conſideratus homo; Qui agenda conſiderat, non Qui conſideratur, inquit Valla lib. 1. cap. 30. Cic. pro Cæcin. 1. Verum & illud conſiderati hominis eſſe putavit.
Minus conſideratus in re aliqua. Cic. pro Quint. 11. C. Quintius fuit hujus P. Quintii frater, ſane ceterarum rerum paterfamilias & prudens & attentus, una in re paulo minus conſideratus, qui, &c.
Compar. Dare conſideratius conſilium. Cic. 9. Att. 2. [Niſi comparativus ab adverbio Conſiderate eſt.
Superl. Conſideratiſſimum verbum. Cic. pro Font. 19. Credo hæc eadem Induciomarum in teſtimonio timuiſſe aut cogitaſſe, qui primum illud verbum conſideratiſſimum noſtræ conſuetudinis, Arbitror (quo nos etiam tunc utimur, quum ea dicimus jurati, quæ comperta habemus, quæ ipſi vidimus) ex toto teſtimonio ſuo ſuſtulit, atque omnia ſe ſcire dixit.

Considerātio, ōnis. f. [σκέψις, ἐπινόησις, λογισμὸς] Cic. 4. Acad. 127. Conſideratio contemplatioque naturæ, eſt animorum ingeniorumque naturale quoddam quaſi pabulum.
Circumſpectio & accurata conſideratio. Cic. 4. Acad. 35.
Intendere conſiderationem. In INTENDO.

Considerator, ōris. m. Gell. 11. 5. Quæſitores & conſideratores, qui ſemper in conſiderando ſunt.

Considerantia, æ. f. Idem. [περίσκεψις] Cic. 3. Q. frat. 9. Cujus in hoc uno conſiderantiam & ego ſuſtinebo, ut potero.

Consideranter, Adv. Valer. 8. 1. extr. Conſideranter & manſuete populi Romani magiſtratus. Supple Agebat.

Considerate, ius, iſſime, [περιεσκεμμένως] Idem. Cic. pro Quint. 51. Prætores, ut conſiderate fieret, conſideraverunt.
Conſiderate agere. Cic. 12. Fam. 5. Hirtius nihil niſi conſiderate, ut mihi crebris litteris ſignificat, acturus videbatur.
Judicio, conſiderate, conſtanterque delata beneficia. Cic. 1. Off. 49.

Consīdo, (præteritum a Sedeo mutuatur) ſēdi, ſeſſum, [ἐπικαθίζομαι, συνιζάνω] ĕre. Cum motu eſt, de loco ad locum. Columel. lib. 8. Neque aut recumbat, aut conſidat. Plin. lib. 34. cap. 10. Uſtum teritur mortario Thebaico, aqua pluvia lavatur, minore effectu: iterumque adjecta largiore teritur, & dum conſidat, relinquitur.
Alpes conſidunt. Cic. de Provinc. Conſ. 34. Alpibus Italiam munierat ante natura, non ſine aliquo divino numine, &c. quæ jam licet conſidant, nihil eſt enim ultra illam altitudinem montium uſque ad Oceanum, quod ſit Italiæ pertimeſcendum.
Conſidere luctu. Virgilius 11. Æn. 350. Conſediſſe urbem luctu dicit, quod triſtes qui ſunt plerumque ſedent: & Græci καθίζειν κλαίοντας, id eſt flentem ſedere, eodem fere modo dicere ſolent. Turnebus.
Conſedit terra. Liv. 30. 38. In Veliterno agro terra ingentibus cavernis conſedit, arboreſque in profundum hauſtæ. Conſedit dixit, pro Deſedit, In profundum abiit. conf. DESIDO.
Ignis conſedit. Ovid. 13. Met. 408.
Ilion ardebat, neque adhuc conſederat ignis.
Ardor animi conſedit. Cic. de Clar. Orat. 93. i. e. Sedatus eſt.
Cura. Cic. de Clar. Orat. 15. Homines quum inter ſe conjuncti, tum mihi ita cari, itaque jucundi, ut eorum aſpectu, omnis quæ me angebat de Repub. cura, conſederit. i. e. Quieverit, & ſedata ſit.
Furor alicujus. Cic. 4. Acad. 87.
Ubi ira conſedit. Liv. 38. 17.
Conſidere & regnare in aliqua regione. Sil. lib. 15. 528.
— Saturnum noſtris conſidere in oris
Et regnare dedi.
Arvis aliquorum. Virg. 4. Æn. 39.
Non venit in mentem quorum conſederis arvis?
Aliquo loco conſidere, Quieſcere. Cic. 5. Att. 14. pr.
Conſidere aula, pro In aula. Valer. 8. Argon. 166.
— cur tanta mihi non prodita peſtis
Ut gener Æſonides noſtra conſideret aula?
Conſidere Cretæ, pro in Creta. Virg. 3. Æn. 162.
In labellis Platónis conſederunt apes. Cic. 1. de Divin. 78.
Perpetuis menſis conſidere. Virg. 7. Æn. 176. i. e. (inquit Servius) Longis menſis ad ordinem exæquatis ſedentium.
Portu. Virg. 3. Æn. 378.
Regno. Stat. 11. Theb. 152.
Regnis cum aliquo. Virg. 1. Æn. 576.
Saxo. Ovid. 1. Met. 679.
Scamnis. Ovid. 6. Faſt. 305.
Sedibus. Virg. 4. Georg. 65.
In ſedibus. Cic. 1. de Orat. 29.
Solio medius conſedit avito. Virg. 7. Æn. 169.
Tectis bipatentibus conſidunt divi. Virg. 10. Æn. 5. Ubi Servius; Bipatentibus, phyſice dictum, nam cælum patet ab ortu & occaſu.
Terra, i. e. In regione aliqua conſidere. Virg. 4. Æn. 349.
In theatro. Cic. pro Flacco, 16.
Tranſtris conſidere. Virg 4. Æn. 573. Valer. 2. Argon. 442.
Illi ſole novo læti, plenique deorum
Conſidunt tranſtris.
Conſidere in alia parte dixit Sen. Epiſt. 117. pro Eſſe in diverſa opinione.
Regia tota conſedit in cinerem. i. e. Conflagravit. Stat. 3. Theb. 185.
In ignes. Virg. 2. Æn. 624.
— omne mihi viſum eſt conſidere in ignes Ilium.
Omnia autem talia ſenſum movent, ſenſuſque moventia quæ ſunt, eadem in opinatione conſidunt, quæ ortum habere gignique diximus. Cic. de Univerſ. 4. Al. Conſiſtunt.
Conſidamus hîc in umbra. Cic. 2. de Legib. 7.
Verborum conjunctio varie diſtincteque conſidat. Cic. 3. de Orat. 289.

Considitur, imperſ. [ἐπικαθίζεται] Cic. 3. de Orat. 18. Quum placuiſſet idem ceteris, in ſilvam venitur, & ibi magna cum audiendi expectatione conſiditur.

Consignĭfico, [συσσημαίνω] āre. ſignificat Exprimere, vel Idem quod aliud ſignificare.

Consignificatio, ōnis. f. [σημασία] Apul. Ea furoris conſignificatione perterriti omnes.

Consigno, [σφραγίζω, ἀποσημειοῦμαι] āre. Ejuſdem ſignificationis cum ſuo ſimplici: & ſignificat Aliquam rem ſigno notare, quod barbari *Sigillare* dicunt. Plaut. Trin. 3. 3. 45. — ferat epiſtolas
Duas, eas nos conſignemus, quaſi ſint a patre.
Conſignatæ in animis notiones. Cic. 1. Tuſc. 57.
Legem conſignare. Ulp. in l. Julianus. §. idem Julianus. D. de actionib. empti, Si quum venditor ſciret fundum pluribus municipiis legata debere: in tabula quidem ſcripſerit uni municipio deberi; verum poſtea legem conſignaverit, &c.
Dotem inter auſpices. Suet. in Claud. cap. 26. Quam quum comperiſſet, ſuper cetera flagitia atque dedecora, C. Silio etiam nupſiſſe, dote inter auſpices conſignata, ſupplicio affecit.
Tabulæ maximæ ſignis hominum nobilium conſignantur. Cic. pro Quint. 25.
Litteris conſignare. Cic. 4. Acad. 2. Itaque ut litteris conſignamus, quæ monumentis mandare volumus: ſic ille in animo res inſculptas habebat.
Vim privilegii auctoritate honeſtiſſimorum hominum, & publicis litteris conſignare. Cic. Poſt red. in Senat. 28.
Senatus judicia de aliquo publicis litteris monimentiſque conſignata. Cic. pro Deiot. 37.
Conſignata publicis litteris memoria. Cic. 3. de Legib. 46. A librariis petimus, publicis litteris conſignatam memoriam.
Conſignata litteris Quæſtura. Cic. 1. Verr. 28.
Ratio aliquorum & publicis & privatis litteris conſignata. Cic. 5. Verr. 109.
Motus temporis conſignandus. Cic. de Univerſ. 26. De motu ſiderum.

Consignātus, Partic. [ἐσφραγισμένος] ut, Teſtata & conſignata monumentis antiquitas. Cic. 1. de Divin. 87.
Auctoritates conſignatæ. Cic. pro Cluent. 139. Sed errat vehementer, ſi quis in orationibus noſtris, quas in judiciis habuimus, auctoritates noſtras conſignatas ſe habere arbitratur.
Fundi publicis commentariis. Cic. 2. de Orat. 224.
Laudatio alicujus conſignata creta. Cic. pro Flacc. 37.

Consignatio, ōnis. f. [σφράγισις]
Conſignationes, quas vocamus Documenta, vel Chirographa. Quintil. lib. 12. cap. 8. Promittit enim litigator omnia, teſtem populum, paratiſſimas conſignationes. V. Teſtatio, in TESTIS, & Turnebi Adverſ. 2. 27.

Consignanter, & **Consignate**, Adv. unde compar. Conſignantius apud Gell. 1. 25. Græci ſignificantius conſignantiuſque dixerunt. Idem Gell. a Conſignate uſus eſt ſuperl. Conſignatiſſime, 1. 15.

Consĭleo, ſĭlui, [κατασιγάω] ēre. pro Conticere poſuit Ennius, teſte Feſto Pompeio.

Consĭlesco, ſĭlui, [κατασιωπάω] ĕre. Gell. lib. 12. cap. 1. Nam ubi infantis aliorſum dati facta ex oculis amolitio eſt, vigor ille maternæ flagrantiæ ſenſim ac paulatim reſtinguitur, omniſque impatientiſſimæ ſolicitudinis ſtrepitus conſileſcit.

Consiliarius, V. in CONSILIUM.

Consĭlīgo, ĭnis. f. [κονσιλίγω] Herbæ genus. Columel. lib. 6. cap. 5. Plin. lib. 25. cap. 8. Noſtra ætas meminit herbam in Marſis repertam. Naſcitur & Æquiculis circum vicum Nemeſiæ, vocatur conſiligo. De hac herba abunde Ruell. lib. 2. cap. 134. Ubi dicit eam quæ pulmonaria apud nos demonſtratur, a vulgo Gallico *Pomeleam* vocari, quaſi pulmoneam: ab herbariis quibusdam *Leonis patam*, paſtoribus, bubulcis, equiſonibus, totique ruri præclare cognitam, quam ad eoſdem quos veteres conſiliginem, uſurpant effectus. Conſiliginem autem ruſtici veteres (inquit idem) olim vocarunt, quod in campis inter ſiliginem triticumque ſæpius emicet.

Consĭlīnum, Italiæ oppidum, Tarento vicinum, ut ſcribit Pompon. Mela lib. 2. cap. 4. in deſcriptione Italiæ.

Consĭlio, ſĭlui, [ἐπιπηδάω] īre. Idem fere quod Inſilire, & inſultare. Jungitur autem dativo & accuſativo. Tacit. 3. Ann. 46. Paucæ hujus ipſius exercitus turmæ profligavere Sequanos; quanto pecunia dites, & voluptatibus opulentos, tanto magis imbelles Æduos, evincite, & fugientibus conſilite. Idem 6. Ann. 36. Igitur Sinnaces, quem antea infenſum memoravi, patrem Abdagaſem, alioſque occultos conſilit, & tunc continuis cladibus promptiores ad defectionem trahit. Al. Conſulit.

Consĭlium, i. n. [βούλευμα, βουλὴ, συμβούλιον] a Con & Salio, quod in unam ſententiam plures rationes conſiliant, Perottus. Eſt autem Conſilium (ut ait Cic lib. 2. de Invent. 31.) Aliquid faciendi, non faciendive excogitata ratio. Feſtus, Conſilium vel a Conſulendo dicitur, vel quod in unam ſententiam plurium mentes in unum conſiliant & conveniant. Sed a Silentio credibilius dictum putatur, quo maxime invenitur.
Conſilium, Quod quis propoſuit animo ſuo faciendum. Cic. 12. Philip 6. Quod ſi eſt erratum, P. C. ſpe falſa atque fallaci, redeamus in viam: optimus eſt portus pœnitenti, mutatio conſilii.
Conſilium, Animus, Mens; eadem ſunt. Lucret. lib. 3. 95.
Judicium & conſilium alicujus. Cic. 11. Fam. 29. Magnum pondus acceſſit ad tollendam dubitationem, judicium & conſilium tuum.
Caſus & Conſilium, oppoſita. Cic. 5. Fam. 2. Quis eſſet qui me in Conſulatu, non caſu potius exiſtimaret, quam conſilio fortem fuiſſe? V. Conſilio infra.
Conſilium & Fortuna, opponuntur. Virg. 2. Æn. 656.
Nam quod conſilium, aut quæ jam fortuna dabatur?
Conſilium & Opera. V. OPERA. H. St.
Voluntas & conſilium. Cic. 10. Fam. 10.
Conſcientia conſiliorum meorum me conſolatur. Cic. 4. Fam. 3.
Gubernatio conſilii. Cic. 2. de Invent. 164.
Mutatio. Cic. 16. Att. 7. Nemo doctus unquam (multa autem de hoc genere ſcripta ſunt) mutationem conſilii, inconſtantiam dixit eſſe.
Penuria. V. PENURIA.

Adjutor conſiliorum. Cic. 10. Fam.
Ambiguus conſilii. Tacit. 4. Hiſt. 21.
Auctor conſiliorum. Cic. 2. Att. 26.
Dux conſiliorum & comes. Cic. Quum etiam ipſe caſus, eventusque rerum, non duces, ſed comites conſiliorum fuerint, &c.
Expers conſilii vis mole ruit ſua. Hor. 3. Carm. 4. 65.
Fortis conſilio. Cic. 5. Fam. 2.
Imbecilli conſilii mulier. Cic. pro Flacco.
Improvidus conſilii. Tacit. 3. Hiſt. 56.
Inopes conſilii. Ovid. 9. Met. 745.
Miniſter conſiliorum. Cic. 2. Fam. 7.
Moderator. Cic. 1. Fam. 9.
Opportunus conſiliis, & Adverſus, ſunt contraria. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Viridis conſilio. Sil. lib. 3. 255.
Intelligendi conſilium. Cic. 7. Philipp. 19. Turpe eſt ſummo conſilio orbis terræ, præſertim in re tam perſpicua, conſilium intelligendi defuiſſe.
Conſilia temporum ſunt, quæ in horas commutari vides. Cic. 14. Att. 23.
Acre, V. ACER.
Amentiſſimum. Cic. 7. Att. 9. Ita ſum perturbatus temeritate noſtri amentiſſimi conſilii.
Arcanum. Hor. 3. Carm. 21. 16.
Bonum. In BONUS.
Calidum. Liv. 35. 32. V. CALIDUS.
Callidum. In CALLIDUS.
Celere. In CELER.
Clandeſtinum. In CLANDESTINUS.
Clariora luce. In CLARUS.
Clauſa. Cic. 5. Verr. 63.
Cognitum. Cic. 7. Fam.
Compar. In COMPAR.
Excuſſum & exploratum. Valer. Max. lib. 7. cap. 2. de Scipione Africano, Scipio Africanus turpe eſſe aiebat in re militari dicere, Non putaram: videlicet quia explorato & excuſſo conſilio, quæ ferro aguntur, adminiſtrari oportere arbitrabatur ſumma ratione: inemendabilis enim eſt error, qui violentia Martis committitur.
Fidele. Cic. 2. Lege Agr. 5.
Fidum atque providens. Gell. lib. 3. cap. 7.
Grandævum. Valer. Flac. 7. Argon. 348.
Immaturum. Suet. Aug. cap. 8.
Incertum. V. INCERTUS.
Inconſultum. V. INCONSULTUS.
Intimum conſiliorum, pro Intimum conſilium. Tacit. 15. Ann. 61. Quod erat ſævienti principi intimum conſiliorum.
Lene conſilium dare alicui. Hor. 3. Carm. 4. 41.
Libera conſilia dicuntur, Quibus ſine adulatione, ſincere & audacter monemus aliquem. Hor. Epod. 11. 38.

Unde expedire non amicorum queant
Libera conſilia.

Malum conſilium conſultori peſſimum eſt. Gell. lib. 4. cap. 5. V. CONSULTOR.
Matura conſilia. Liv. lib. 4. 13. Quæ res eum, nec dum compoſitis, maturisque ſatis conſiliis, oppreſſit.
Melius conſilium. V. Melior in BONUS.
Ordinaria conſilia. V. ORDINARIUS.
Particeps conſilii. Cic. 2. in Catil. 14.
Præceps conſiliis. Cic. 5. Philipp. 37.
Prudentiæ & fidelitatis plena conſilia. Cic. 16. Fam. 4.
Præſentiſſimum. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Prima conſiliorum, i. e. Prima conſilia. Tacit. 2. Hiſt. 11. Quoniam prima conſiliorum fruſtra ceciderant.
Prudens. Balbus & Oppius Ciceroni, 8. Att. 9.
Salutare. Conſilium non utile ſolum, ſed etiam ſalutare. Vide in SI, pro An. H. St.
Sapiens. Ovid. 13. Met. 433.
Temerario conſilio uti. Paterc. lib. 2. Liv. 25. 34.
Turbidum. Curt. lib. 7. 4. 11. Natura mortalium hoc quoque nomine prava & ſiniſtra dici poteſt, quod in ſuo quiſque negotio hebetior eſt, quam in alieno. Turbida ſunt conſilia eorum qui ſibi ſuadent.
Conſilium ad facinus aptum. Cic. 3. in Catil. 16. Erat ei conſilium ad facinus aptum: conſilio autem neque lingua, neque manus deerat.
Ex conſilio alicujus facti ejus judicium facere. Cic. 1. Fam. 7. Initio ſcripſi totius facti tui judicium, non tam ex conſilio tuo, quam ex eventu homines eſſe facturos.
Abdita. V. ABDITUS.
Abeſſe conſilio, pro Conſilium abjicere. Cic. 7. Att. 24. A conſilio fugiendi, ut tu cenſes, abſum.
Abjicere conſilium, Reſpuere, rejicere, repudiare. Cic. 5. Att. 11.
Abundare & Egere conſilio, contraria. Cic. 10. Fam. 16. Quamquam conſilio non eges, vel abundas potius.
Acceptum ab univerſis, & complacitum eſt conſilium quod dabat. Gell. lib. 18. cap. 3.
Accommodare. In ACCOMMODO.
Adducere ad conſilium. Cic. 15. Fam.
Adhibere conſilium, vel ad, vel in conſilium. Cic. 2. Fam. 7. V. ADHIBEO.
Adjuvare. In ADJUVO.
Adminiſtrare. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Admiſceri ad. In ADMISCEO.
Admittere in. In ADMITTO.
Admitti ad. In ADMITTO.
Afferre alicui. Cic. 15. Att. 1. Quid enim illi afferre conſilii poſſum, quum ipſe egeam conſilio?
Afferre in templum conſilium furti. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Agere. In AGO.
Agitare mala conſilia. Sen. Epiſt. 10.
Amittere. In AMITTO.
Amovere conſilia caſſa. Sen. Troad. 6.
Amplecti. In AMPLECTOR.
Aperire conſilii fontes. Cic. ad Brut. 10.
Aſſentiri conſilio. Cic. 11. Fam.
Aſſumere. In ASSUMO.
Capere conſilium. Cic. 11. Fam. 29.
Capere novum conſilium. C. Nepos 18. 8.
Capere ex tempore. Cic. 2. Off. 33.
Capere conſilium, cum Infinitivo. Cic. 4. Verr. 41. Capit conſilium, de amicorum & propinquorum ſententia, non adeſſe ad judicium.
Capere pernicioſa alicujus rei conſilia. Cic. pro Domo 114.
Capeſſere. In CAPESSO.
Captare. In CAPTO.
Clauſa habere conſilia. In CLAUDO.
Commiſcere cum. In COMMISCEO.
Communicatum. In COMMUNICO.
Commutare. Cic. 14. Att. 20.
Conferre. Ter. Heaut. 3. 1. 64.
Confirmare conſilium. Cic. 2. Fam. 1.
Confringere. In CONFRINGO.
Conjunctum. In CONJUNGO.
Conjungere conſilium unius cum alterius conſilio. Cic. 4. Fam. 2.
Conſiſtit conſilium. Cic. 8. Att. 11. pr. Quod me magno animi motu perturbatum putas, ſum equidem: ſed non tam magno, quam tibi fortaſſe videor. Levatur enim omnis cura, quum aut conſiſtit conſilium, aut cogitando nihil explicatur. Tum conſiſtit conſilium, quum cogitando aliquid explicavimus: nihil explicatur; quod Ciceroni tum acciderat; ideoque levabatur cura. Al. Conſtitit.
Conſociare. In CONSOCIO.
Conſtituere. In CONSTITUO.
Conſumere. Ter. Andr. 1. 1. 132.
Convocare in animum conſilia. In CONVOCO.
Coquere. In COQUO.
Corrumpere. In CORRUMPO.
Credere alicui ſua conſilia. In CREDO.
Dare. Ter. Andr. 2. 1. 9.
Dare minus fidele alicui. Cic. pro Cluent. 85.
Dare ſecundum mores. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Dare aliquid loci rationi & conſilio. Cic. pro Quint. 53.
Deeſſe alicui conſilio. Cic. 6. Fam.
Dictare. Sen. Agam. 4. 13. i. e. Exponere.
Diſcrepare a. Cic. 10. Fam. 4.
Dominatur conſilium in toto corpore. Lucret. 3. 139.
Egere, V. Abundare conſilio.
Enuntiare conſilia ſociorum adverſariis. Cic. pro Roſc. Amer. 117.
Eſſe conſilio. Cic. 2. de Invent.
Tuum conſilium eſt, meum conſilium eſt, i. e. Relinquitur conſilio tuo, &c. Cic. 16. Fam. 3. Si autem poſteaquam cibum cepiſti, videris tibi me poſſe conſequi, tuum conſilium eſt. Idem 14. Fam. 14. Veſtrum jam conſilium eſt, non ſolum meum, quid ſit vobis faciendum.
Conſilium eſt ita facere, expectare, &c. Plaut. Mil. 2. 3. 73. i. e. Propoſui & decrevi. Cic. 5. Att. 5. Ibi enim Pomptinium ad eam diem, quam tu ſcripſiſti, expectare conſilium eſt. Quod alio loco dicit, Deliberatum eſt apud me.
Eſt autem veſtri conſilii, P. C. in poſterum quam longiſſime providere. Cic. 7. Philipp. 19. Al. Noſtri. i. e. Prudentiæ veſtræ.
Magni conſilii eſt quid faciendum ſit. Cic. 15. Att. 12. Sed quid ætati credendum ſit, quid nomini, quid hæreditati, &c. magni conſilii eſt.
Excludere ſpem pacis a conſilio publico. Cic. de Clar. Orat. 329.
Exequi conſilium. Ter. Phorm. 2. 4. 21.
Eximere. h. e. Adimere, & veluti differre. Rhen. in Caſtig. in Tacit. 11. Ann. 26.
Expectantur in rebus magnis, memoriaque dignis conſilia primum, deinde acta, poſtea eventus. Cic. 2. de Orat. 63.
Expeditum privatim conſilium. Tacit. 2. Hiſt. 52. extr.
Explicare. Cic. 14. Fam. 12. Metuo ne id conſilii ceperimus, quod non facile explicare poſſimus. Cæſ. 1. Bell. Civil. 78. Ibi ſe reliquum conſilium explicaturos confidebant. Al. Expleturos.
Expetere ſana conſilia. Senec. Hippol. v. 180. Al. Appetere.
Expetit animus tuta conſilia. Sen. Agam. v. 108.
Exponere. Cic. 3. Fam. 5.
Exquirere. Cic. 4. Fam. 2. Quod meum conſilium exquiris, id eſt tale, ut capere facilius ipſe poſſim, quam alteri dare.
Extorquere. Lepid. Cic. 10. Fam. 4.
Facere aliquem certum ſui conſilii. Ovid. 11. Met. 415.
Facere conſilii copiam. Cic. 3. de Orat. 131.
Fracta, & impulſa ſatis. Stat. 4. Theb. 3.
Gerere aliquid conſilio. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Habere conſilium de. Virg. 9. Æn. 227.

Conſilium ſummis regni de rebus habebant. i. e. Conſultabant.

Habere ſatis conſilium de re aliqua. Cic. 12. Att. 50. extr. Ipſe Romam venirem, ut una eſſemus, ſi ſatis conſilium quadam de re haberetur. Quintil. 7. 3. Scelera non habere conſilium, vulgo dicitur.
Habere exitum dicitur conſilium, quum ſuccedit quod voluimus. Cic. 7. Att. 11. Ex ſermonibus eorum quos convenio, videtur hoc conſilium exitum habiturum.
Impedire. Cic. 13. Fam.
Impertire. Cic. 5. Fam. 2.
Inclinare. In INCLINO.
Indicare. Cic. 10. Fam. 21.
Inire. Nep. 6. 3. Cic. 9. Fam. 24. pr.
Inſperatum. In INSPERANS.
Inſtruere. In INSTRUO.
Intendere. In INTENDO.
Intereſſe. Cic. 9. Fam. 24.
Interponere. In INTERPONO.
Juncta conſilia. Sen. Agam. v. 309.

Secede mecum parumper, ut rerum ſtatum,
Dubium ac minacem, juncta conſilia explicent.

Juvare aliquem conſilio. In JUVO.
Labare conſilium dicitur, cui opponitur Fixum eſſe. Cic. 8. Att. 22. Scito labare meum conſilium illud, quod ſatis jam fixum videbatur.

Labi consilio. Cic. 7. Philipp. 38. Ego vero metuo, si hoc tempore consilio lapsi erimus.
Manant consilia. In MANO.
Manere in consilio. Cic. 1. Off. 112.
Minuere. In MINUO.
Miscere cum aliquo consilia. Tacit. 15. Ann. 68. 3.
Miscere se consiliis. Stat. 12. Theb. 82. Tacit. 3. Hist. 3.
Movere. Valer. 4. Argon. 480.
Multata consilia alicujus ab ipsa fortuna. Cic. pro Rabir. posth. 2.
Mutare. Nep. 18. 9. extr.
Mutare itineris. Cic. 15. Att.
Mutuari. In MUTUUM.
Narrare. Cic. 15. Att. 3. Antonii consilia narras turbulenta.
Occultare. In OCCULTO.
Occupare. In OCCUPO.
Occurrere consiliis alicujus. Cic. 3. Catil. 17.
Omittere consilium. In OMITTO.
Parere consiliis. Virg. 5. Æn. 728.
Patere tua consilia non sentis? Cic. in Catil. 1. 1.
Perferre. In PERFERO.
Perimere. In PERIMO. conf. mox Prævenire.
Petere consilium. Cic. 10. Fam. 16.
Pœnitere consilii. Cic. 9. Fam. 5.
Prævenire, Antevenire. Cic. 3. Off. 33. Al. Perimere.
Ponderare eventu. Cic. Hoc plerumque facimus, ut consilia eventis ponderemus, &c.
Promere. Cic. Nunc certe promenda sunt tibi consilia, &c.
Probare. Cic. 4. Fam.
Quærere. Catul. Argon. 253.
Referre in melius. Virg. 1. Æn. 281.
Regere. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Removere a consiliis. Cic. A suis & Reipub. consiliis removisset.
Repetere rationem consiliorum altius. Cic. 1. Fam. 9. a pr. Altius paulo rationem consiliorum meorum repetam.
Reprehendere. Cic. 2. Att.
Repudiare. Cic. 2. de Orat. 3.
Revocare a. Cic. 3. Att. 15.
Senescunt consilia. Liv. lib. 35. 12. pr. Agitandum aliquid, miscendumque rati, ne cunctando senescerent consilia.
Sequi. Ter. Adel. 3. 4. 54.
Spectare in, vel ad. Cic. 2. de Orat. 169.
Suscipere. Cic. 1. Off. 112.
Tegere vultu. Virg. 4. Æn. 477.
Tenere obstinatum alicujus rei. Sen. Hippol. 7.
Valet. Cic. Cn. Magno Proconsuli, 8. Att. 15. Sed mihi non sumo ut meum consilium valere debuerit.
Versare pectore. Virg. 1. Æn. 658.
At Cytherea novas artes, nova pectore versat Consilia.
Viget regnum consiliis. Virg. 2. Æn. 88.
Uti consiliis. Cic. 1. Fam. 9. prope fin.
Eo consilio ut. Cic. 1. de Fin. 72. Explicavi, inquit, sententiam meam; & eo quidem consilio, tuum judicium ut cognoscerem.
Consilio, in ablativo, pro Arte, vel De industria. Liv. 35. 14. Sequutum tamen sua sponte est, velut consilio petitum esset, ut vilior ob ea regi Annibal suspectiorque esset.
Consilio versare dolos ingressus & astu. Virg. 11. Æn. 704.
Consilio afferri. Virg. 7. Æn. 216.
Consilio hanc omnes, animisque volentibus, urbem
Afferimur.
Consilium, pro Eo qui consulit varie occurrit positum, ut
Consilium, pro Judicibus designatis. Cic. pro Rosc. Amer. 8. Qui ex civitate in Senatum propter dignitatem, ex Senatu in hoc consilium delecti estis propter securitatem.
Sapiens. Cic. 2. de Orat. 333. Atque hæc in Senatu minore apparatu agenda sunt. Sapiens enim est consilium, multisque aliis dicendi relinquendus locus.
Sanctius. Liv. 30. 16. pr. Quod vulgo Secretum.
De consilii sententia aliquid facere. Cic. 2. Att. 10. Ait se de consilii sententia rem ad Senatum rejecisse.
Ablegare consilium. Cic. 4. Verr. 73. Dimisso atque ablegato consilio.
Adesse alicui in consilio. Cic. pro Quint. 79.
Cogere consilium. Quintil. lib. 7. cap. 2. pag. 601.
Dimittere, V. Ablegare.
Ire in consilium. Cic. pro Quint. 34. Tibi instat Hortensius, ut eas in consilium. V. Hotom. & Passerat. in loc.
Mittere in. In MITTO.
Mussant turbata consilia. al. Concilia. Stat. 3. Theb. 92.
Venire in alicujus consilium. Cic. 10. Att. 1. Veniendumne sit in consilium Tyranni, si is aliqua de re bona deliberaturus sit.
Consilium, cui caussa manumittendi servi ab annis viginti minore, probanda erat, constabat Romæ quidem ex quinque Senatoribus, & quinque Equitibus Romanis: in provincia vero viginti Recuperatoribus civibus Roman. Ulp. tit. 1. Inst.
Consilium, pro illo Cœtu etiam sæpius sumitur, qui more majorum imperatori rem militarem administranti solebat adesse. Sallust. in Bell. Jugurth. de Metello imperatore, cap. 62. Ita more majorum ex consilii decreto per legatos Jugurthæ imperat argenti pondo ducenta millia. Item cap. 29. Igitur Rex, uti constituerat, in castra venit, ac pauca præsenti consilio loquutus, &c. Turnebus.
Consilium & Consiliari in arte fullonica. Vide apud Janum Gulielmium Canterum lib. 1. Verisimilium, capite 8. H. St. Perperam Canteri cognomen adposuit Jano Gulielmio, & lib. 1. pro 2. V. Thesaur. Critic. Gruter. tom. 3. pag. 285. part. poster.

CONSILIOR, [βουλεύω] āri. dep. Consilium dare, vel petere. Cic. 15. Att. 9. Tu quid egeris tua, cum tristi, tum etiam difficili ad consiliandum legatione, vehementer expecto: est enim inexplicabilis. h. e. De qua ego tibi consilium dare non facile possim. Hor. 3. Carm. 3. 17.
— hac Quirinus
Martis equis Acheronta fugit,
Gratum elocuta consiliantibus
Junone divis. Idem in Arte Poet. 196.
Ille bonis faveatque, & consilietur amicis. V. Lambinum in loc. Al. Amice. Tacit. 2. Hist. 53. Rediere Bononiam rursus consiliaturi. Sunt tamen qui hanc vocem esse vere Romanam diffitentur. V. Parei Lex. Crit. & Vossium de Vitiis Serm.

CONSILIĀTOR, ōris. m. [βουλευτὴς] Plin. 4. Epist. 17. ad Gallum, Ille in gerendis meis honoribus consiliator & rector.
Si vero accessit consiliator maleficus. Phædr. 2. 7.

CONSILIĀTRIX, īcis. f. Apul. Met. 5.

CONSILIARIUS, i. m. [σύμβουλος] Qui dat consilium. Cic. 1. Fam. 2. Perspicio id quod jam omnibus est apertum, totam rem istam jampridem a certis hominibus non invito rege ipso, consiliariisque ejus esse corruptam.
Consiliarius atque administer. Cic. 3. de Legib. 43. Est autem boni Auguris, meminisse maximis Reipub. temporibus præsto esse debere, Jovique Optimo Maximo se consiliarium atque administrum datum.
Amici & consiliarii alicujus. Cic. 4. Verr. 42. Interea sane perturbatus & ipse, & ejus amici & consiliarii moleste ferre cœperunt.
Consiliarius & auctor. Cic. 14. Att. 9. Sed tamen ea ratio ædificandi initur, consiliario quidem & auctore Vestorio.
Consiliarium in corde convocare. In dict. seq. & CONVOCO.
Consiliarius cædis. Paterc. 2. 56. i. e. Qui cædem fieri consuluit.

CONSILIARIUS, Adj. [βουλευτικὸς] Plaut. Truc. 2. 1. 6.
— magisque
Adeo ei consiliarius hic amicus est, quam auxiliarius. Idem Epid. 1. 2. 56.
Jam Senatum convocabo in corde consiliarium.

CONSILIŌSUS, a Catone dictum, teste Gell. lib. 4. cap. 9. Sidon. 7. Epist. 9. Consiliosissimum est.

CONSŬLO, sului, sultum, [βουλεύομαι, συμβουλεύω, συμμηνιάομαι, συμφράζομαι] ĕre. Dare aut Petere consilium, pro varia constructione.
Consulere sine adjecto, idem quod Consultare vel deliberare. Cæs. 7. Bell. Gall. 83. Bis magno cum detrimento repulsi Galli, quid agant consulunt. Ter. Adel. 5. 9. 25. Age pater. M. post consulam.
In longitudinem consulere. Ter. Heaut. 5. 2. 10.
Ubi te vidi animo esse omisso, & suavia in præsentia
Quæ essent, prima habere, neque consulere in longitudinem:
Cœpi rationem, ut neque egeres, neque ut hæc posses perdere.
i. e. Non providere in posterum.
In commune. i. e. In communem utilitatem, Item advocato publico consilio, deque publicis negotiis. Ter. Andr. 3. 3. 16.
Sed si ex ea re plus mali'st quam commodi
Utrique, id te oro in commune ut consulas. conf. infra Concordiæ consulere.
In publicum, Idem. Plin. lib. 9. Epist. 13. extr. Quod intermissum jam diu morem in publicum consulendi, susceptis propriis simultatibus, reduxissem.
In medium, In commune. Lucan. 5. 46.
Consulitur in medium. Liv. 26. 12. Ceterum, quemadmodum nemo privato consilio ad hostem transibat, ita nihil salutare in medium consulebatur.
In unum. Tacit. 1. Hist. 68.
Consulere de. Propert. lib. 4. 5. 17.
Consuluitque striges nostro de sanguine. conf. Exta consulere &c. infra.
Consulere de aliquo bene vel male, est Bene vel secus eum accipere & tractare, & cum eo agere commode aut incommode. Liv. 30. 43. extr. De perfugis gravius, quam de fugitivis consultum. i.e. Nullos acerbius acceperunt & tractarunt, vel cogitaverunt, & statuerunt tractare. Budæus. Tantundem est ac statuere de aliquo, vel In aliquem.
Consulere de salute suorum, & Relinquere communem, contraria. Cic. pro Sull. 63. Neque ego tantum fraterno amori dandum arbitror, ut quisquam de salute suorum consulat, communem relinquat.
Consulere de se, vel salute sua, gravius. Cic. 10. Att. 11. i. e. Noxium & exitiosum sibi consilium capere. Cic. 8. Fam. 16. Per fortunas tuas, Cicero, per liberos oro, obsecro, ne quid gravius de salute & incolumitate tua consulas.
Consulere sibi de se ipso. Cic. 7. Att. 13. Aliter enim mihi de illis ac de me ipso consulendum est.
Ex re consulere. h. e. Prout occasio tulerit. Tacit. 1. Ann. 24. Nullis satis certis mandatis, ex re consulturum.
Consulere male in aliquem, idem quod Male eum accipere & tractare. Liv. 3. 36. extr. In humiliores crudeliter, libidinoseque consulebatur. Alias Statuere.
Consulere aliquid in se & in alterum. Ter. Heaut. 3. 1. 28.
Quia pessime istuc in te atque in illum consulis,
Si te tam leni & victo esse animo ostenderis.
Male consulere in aliquem. In MALUS.
Boni. Plin. in procemio lib. 33. i. e. Bonum judicare, ut exponit Quintil. lib. 1. cap. 10.
Boni consulere aliquid. Ovid. 4. Trist. 1. 104.
Laborem alicujus boni. Quintil. in procem. lib. 6.
Consulere aliquid mali quod facias alteri. Plaut. Pers. 5. 2. 63.
Certo illi homines mihi nescio quid mali consulunt quod faciant.
Licet consulere? Cic. pro Muren. 28. Itaque non modo beneficii collocandi spem, sed etiam illud quod aliquando fuit, licet consulere? jam perdidistis. Vetus est loquendi formula: qui enim jurisconsultos adibant consultores, dicere solebant, Licet consulere? Quod venuste imitatus est Horatius 2. Serm. 3. 192.
Ergo consulere & mox respondere licebit? conf. in CONSULOR infra.
Consulere [προνοεῖν] alicui, Providere etiam significat. Ter. Heaut. 4. 3. 37.
Tu fortasse quid me fiat parvipendis, dum illi consulas.
Consulere & providere. Cic. 2. Verr. 43. Cui loco per deos immortales, Judices, consulite, ac providete.
Consulere & Negligere, pugnantia. Cic. 1. Off. 85. Qui autem parti civium consulunt, partem negligunt, rem perniciosissimam in civitatem inducunt, seditionem atque discordiam.
Prospicere & consulere aliquid. Cic. 11. Att. 14. Sed tamen aliquid consuli & prospici poterit.
Longe. Virg. 9. Æn. 322. — tu ne qua manus se attollere nobis
A tergo possit custodi, & consule longe.
Omnibus consulere, mederi incommodis hominum, providere saluti. Cic. 1. Q. frat. 17.

Consu-

Consulere alicui optime. Cic. de Amicit. 50. Non est enim inhumana virtus, neque immunis, neque superba, quæ etiam populos universos tueri, eisque optime consulere soleat.
Optime illi consultum vult esse. Ter. Phorm. 1. 3. 1.
Alicui male consulere. Plaut. Asin. 5. 2. 88.
    Dicebam pater tibi, ne matri consuleres male.
Commodis & utilitati aliquorum consulere, salutique servire. Cic. 1. Q. frat. 1.
Concordiæ. Liv. 34. 49. extr. Concordiæ in civitatibus principes & ordines inter se, & in commune omnes civitates consulerent.
Dignitati alicujus. Cic. 11. Fam. 29.
Existimationi. Cic. 5. Verr. 22. Hoc quum palam Decumani tota provincia loquerentur, tuumque nomen in re tam turpi nefariaque interponerent, nihilne tibi venit in mentem existimationi tuæ consulere?
Famæ. Cic. 3. de Fin. 57. Sic futuræ post mortem famæ, tamen esse propter rem etiam detracto usu consulendum.
Famæ late alicujus. In LATUS.
Fidei. Cic. pro Cœl. 21. Sed vestræ sapientiæ tamen est, Judices, &c. ideo vobis quoque vos causam putare esse justam alieno dolori potius, quam vestræ fidei consulendi.
Fortunis. Cic. 4. Fam. 9. Tuum est consulere temporibus, & incolumitati, & vitæ, & fortunis tuis.
Infirmitati. Plin. Epist. 20. lib. 7.
Labori alicujus. Quintil. lib. 3. cap. 1.
Natis & thalamis. Senec. Med. 7. 3.
    Consulere natis malle, quam thalamis, reor.
Otio posteritatis. Cic. 2. Fam. 18. extr. Sed si me audies vitabis inimicitias, & posteritatis otio consules. [Posteræ ætatis scribendum conjeceram olim, eamque conjecturam certissimam puto.
Paci semper est consulendum. Cic. 1. Off. 85.
Pudori. Cic. 2. de Fin. 60.
Rationibus alicujus prospicere & consulere. Cic. 7. Fam. 2.
Via longa bene consulere sibi. Tibul. lib. 2. 6. (Al. 5.) 44. Alii longam perperam.
Saluti suæ, ac militum. Cæs. 5. Bell. Gall. 27.
Supremis suis. h. e. Ad finem vitæ respicere. Tacit. 15. Ann. 64.
Tempori consulere. i. e. Habere rationem temporis. Cic. 4. Fam. 9.
Consulere, accusativo personæ junctum, significat Petere consilium. Cic. pro Quint. 53. Sed ne ipse quidem te consuluisti. Sed abesse a MSS. testatur Ursin.
Consulas, Antiqui ponebant non tantum pro Consilium petas & percontetis, sed etiam pro Judices & statuas. Festus.
Jus consulere, pro Petere consilium de jure. Liv. 39. 40. Idem in pace, si jus consuleres, peritissimus: si causa oranda esset, eloquentissimus.
Jam vos consulo, Judices, quid mihi faciendum putetis. Cic. 2. Verr. 32.
Ego pro te hoc consulo, quod tu consulere oblitus es. Cic. pro Quint. 54.
Conjectorem. Plaut. Amph. 5. 1. 75.
Nec te id consulo. Cic. 7. Att. 19.
Aliquid alterum consulere. Plaut. Men. 4. 3. 26.
    Ibo, & consulam hanc rem amicos, quid faciendum censeant.
Aliquem per litteras. Cic. 11. Fam. 29.
Apollinem consuluit de bello. i. e. Interrogavit an deberet bellare. Auctor De viris illust. cap. 35. pr.
Deos. Ovid. 2. Fast. 238.
Deum consuluit auguriis, quæ prodigia suscipienda essent. Liv. 1. 20. extr.
Exta spirantia. Videre quid ipsa portendant. Nam ex victimarum quoque extis aruspices futura divinabant. Virg. 4. Æn. 64.
Lucos. Virg. 7. Æn. 83. de Latino rege. i. e. Faunum in lucis consulere.
Nares consulere. Martial. 9. 60.
    Consuluit nares, an olerent æra Corinthon.
Oracula Phœbi. Ovid. 3. Met. 9.
Speculum. Ovid. 3. de Arte Am. 136.
        — quod quamque decebit
    Eligat, & speculum consulat ante suum.
Consultum non est. Plaut. Rud. 1. 4. 6. Neque eam usquam invenio, neque quo eam, neque qua quæram, consultum est.

CONSŬLENS, Partic. [μητιζόμενος] Cic. in Orat. 143. Eodem tempore & discentibus satisfacerent, & consulentibus.

CONSŬLOR, [μητιάομαι] consuli. ut, Consulor de hac re. i. e. Consilium a me petitur. Cic. 3. Verr. 120. Quam inanes domus eorum omnium, qui de jure civili consuli solent.
Consuli quidem te a Cæsare scribis, sed ego tibi ab illo consuli mallem. Cic. Epist. 11. lib. 7. quæ est ad Trebatium. H. St.
Consuli populus dicebatur Romæ, lex quum rogabatur. Festus. Rogatio est, inquit, quum populus consulitur. Cic. 3. de Legib. 11. Qui agent, non plus, quam de singulis rebus, consulunto. Et in Milon. 16. Nihil de ejus morte populus consultus, nulla quæstio decreta a Senatu est.
Consuli res dicitur, de qua ad Senatum relatum est, ut patet ex lege quadam operis faciendi, quam vide in dictione DUUMVIRATES.
Senatus nihil consulitur. Cic. ad Octav.

CONSULTUS, a, um. [βουλευθεὶς] Partic. a Consulor; Interrogatus, a quo consilium petitum est: ut, Consulti medici responderunt nihil periculi esse. Cic. pro Domo 72. Senatus quidem, cujus gravissimum est judicium de jure legum, quotiescunque de me consultus, &c. Idem pro Milon. 16. Nihil de ejus morte populus consultus.
Re consulta atque explorata. Cic. 2. Att. 16. Nondum videlicet litteras meas legerat, quibus ad eum, re consulta & explorata, perscripseram non deberi.
Consultum ac provisum est mihi, ut. Cic. 2. in Catil. 26. Mihi, ut Urbi sine vestro metu ac sine ullo tumultu satis esset præsidii, consultum ac provisum est.
Consultum & exquisitum. Cic. 1. de Orat. 250. Quanquam ipsi omnia quorum negotium est, consulta ad nos & exquisita deferunt.
Item significat Scientem & peritum, a quo jure consilium petas. Hor. 1. Serm. 1. 17.
        — eris tu, qui modo miles,
    Mercator: tu consultus, modo rusticus.
Consultus, pro Jurisconsulto. Ovid. de Arte lib. 1.
    Illo sæpe loco capitur consultus amore:
    Quique aliis cavit, non cavet ipse sibi. H. St. Al. Amori. Extat v. 83.
Eloquentiæ consultus, Eloquens. Liv. 10. 22. Callidos, solertesque, juris atque eloquentiæ consultos.
Juris & justitiæ consultus. Cic. 9. Philipp. 11. Neque enim ille magis juris consultus, quam justitiæ fuit.
Natura aut disciplina. Cic. pro Cæcin. 78. Ita justus & bonus vir est, ut natura, non disciplina, consultus esse videatur.
Consultus juris, & actor causarum mediocris. Hor. in Arte Poet. 369.
Consultus universæ disciplinæ. Columel. lib. 11. cap. 1. Verumtamen ut universæ disciplinæ vix aliquem consultum, sic plurimos partium ejus invenias magistros, per quos efficere queas perfectum villicum.
Consultissimus juris scientia: Auctor de Viris Illustr. 44. Eloquentia primus, juris scientia consultissimus, ingenio sapientissimus fuit. Cic. de Clar. Orat. 148. Nam ut paulo ante dixi, consultorum alterum disertissimum, disertorum alterum consultissimum fuisse.
Vir consultissimus. Liv. 1. 18. pr.
Consulta sunt consilia. Plaut. Truc. 1. 2. 7.
Consulta verba, Prudenter & consulte dicta. Ovid. 1. de Arte Am. 83.
    Sit tibi credibilis sermo, consultaque verba.

CONSULTUM, i. n. [βούλημα] Decretum, statutum. Hor. 1. Epist. 16. 41.
    Qui consulta patrum, qui leges, juraque servat. Cic. 2. de Legib. 62. Factaque & consulta fortium ac sapientium sempiternis monumentis prodere.
In manibus consulta alicujus esse. Sil. lib. 7. 35.
    Non cum Flaminio tibi res, nec fervida Gracchi
    In manibus consulta.
Petere. Virg. 6. Æn. 151. Dum consulta petis. i. e. Responsa Dei.
Belli consulta non stant. Sil. lib. 4. 43.
    At non & rerum curas, consultaque belli
    Stare probat.
Consulto, ablativus, qui vice Infinitivi usurpatur. ut, Opus est consulto, i. e. Consulere. Sallust. Catil. cap. 6. extr. Nam & priusquam incipias, consulto: & postquam consulueris, mature facto opus est. Ubi Cort. V.

CONSULTE, Adv. [βεβουλευμένως] Prudenter. Plaut. Rud. 4. 7. 14.
    Ille qui consulte, docte, atque astute cavet.
Ferocius quam consultius rem gerere. Liv. 22. 24.
Avidius quam consultius. Tacit. 2. Hist. 24.

CONSULTO, Adv. aliud. [ἐξεπίτηδες] h. e. Cum consilio, & non temere. Plaut. Pœn. 3. 5. 43.
    Consulto hoc factum est, mihi ut insidiæ fierent. Pro eodem Gellius dixit, Consulta opera, lib. 6. cap. 17. Non sponte, neque consulta opera.
Consulto & Fortuito, contraria. Cic. 1. de Legib. 25. Ut ea quæ gignuntur, donata consulto nobis, non fortuito nata videantur.

CONSULTUS, ûs. m. Hæc vox occurrit in Lexicis; sed ortum suum duxisse videtur a vitiosis lectionibus in Liv. 3. 62. Consultu Collegæ. Consulto Gronov. q. ibi vide. & in Plin. 3. 20. Vetere consultu patrum. Consulto Harduin.

CONSULTOR, ōris. m. [μηστής] a verbo Consulo; Qui consilium capit. Cic. pro Muren. 22. Vigilas tu de nocte, ut consultoribus tuis respondeas.
Consultor etiam ille dicitur, Qui dat consilium. Sallust. in Jugurth. cap. 103. extr. Simul ab eo petiit, ut fautor, consultorque sibi adsit. Varr. 3. de R. R. cap. 2. pr. Opinor, inquam, non solum quod dicitur, Malum consilium consultori esse pessimum: sed etiam bonum consilium, qui consulit & qui consulitur, bonum habendum. [Ubi Consultor intelligitur & Qui petit, & Qui dat consilium.

CONSULTRIX, īcis. f. [συμβουλήτις]
Consultrix & provida utilitatum opportunitatumque omnium Natura. Cic. 2. de Nat. Deor. 58.

CONSULTORIUS, a, um. Adj. ut, Consultoria hostia. Ea autem erat, qua divina voluntas per exta disquirebatur. De hac Virg. 4. Æn. 57.
        — mactat lectas de more bidentes. Duo enim hostiarum genera a Macrobio 3. Sat. 5. enumerantur, quarum altera Animalis vocatur, quum idcirco solum hostia mactabatur, ut ejus anima, hoc est sanguis & vita, deo alicui offerretur. Altera Consultoria, cujus exta ab aruspice inspici solebant, & deûm voluntas ex illis explorari.

CONSUL, ŭlis. m. [ὕπατος] Major magistratus erat Romæ, inquit Festus. Consules quare dicerentur, ostendit Varro de Vita Pop. Rom. lib 2. Quod iidem dicebantur Consules, & Prætores: quod præirent populo, Prætores; quod consulerent Senatui, Consules. Hæc Nonius. At Varr. 4. de L. L. 14. Consul, inquit, nominatus, quod consuleret populum & senatum. nisi illinc potius, unde Accius ait in Bruto, qui recte consulat, Consul fiat. Quintil. lib. 1. cap. 10. dubitari posse dicit, an a consulendo dicatur Consul, an a judicando. Nam & hoc consulere veteres vocaverunt. Unde adhuc remanet illud, Rogat boni consules, i. e. Bonum judices. Hæc Quintil. Hujus interpretationis meminit etiam Liv. 3. 9. Cic. in Pison. 23. Animo Consulem esse oportet, consilio, fide, gravitate, vigilantia, cura, toto denique munere Consulatus, omni officio.
Primi fuere consules, L. Junius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus, Anno U. C. 245.
Veteres dixerunt Cosul pro Consul, ut Cojux pro Conjunx; unde breves istæ Notæ, COS. & COSS.
Facere Junoni Sospitæ Consules omnes necesse erat. Cic. pro Muren. 90. Subaudi Sacra. i. e. Sacrificare.
Æquus Consul. Sil. lib. 13. 269.
Capillatus. Juven. 5. Sat. 36.
Imperiosus. Cic. Post red. in Senat. 11.
Major. In MAGNUS.
Popularis. Cic. 2. de Lege Agr. 3.
Accipere de plebe Consulem. In ACCIPIO.
Agere. In AGO.
Declarare aliquem. Cic 2. de Lege Agr. 4.
Designatus in civitate. Cic. pro Muren. 1. & 2. V. in DESIGNO. H. St.
Dicere Consules, Creare. Liv. 26. 22. bis.
Facti sine repulsa. Cic. 2. de Lege Agr. 3.
Imponere populo. In IMPONO.
Renuntiare aliquem. Cic. pro Muren. 1. Illo die, quo auspicato comitiis centuriatis L. Murenam Consulem renuntiavi, &c.

Relatio conſulum. Tacit. 1. Ann. 13.
Si canimus ſilvas, ſilvæ ſint Conſule dignæ. Virg. 4. Ecl. 3.
Quinquies conſul M. Marcellus. Cic. 2. de Divin. 77.
Q. Maximo quintum Conſule. Cic. in Brut. 72. i. e. Quintum Conſulatum gerente.
Sextum Conſul Marius. Cic. in Piſon. 10.
Septimum Conſul Marius. Cic. 3. de Nat. Deor. 81.
Conſulem, pro Anno poetæ dicebant, quoniam ſingulis annis novi ſemper Conſules creabantur. Martial. 1. 16.

Bis jam pæne tibi Conſul triceſimus inſtat,
Et numerat paucos vix tua vita dies.

Nec ſoli poetæ ſic loquuntur, verum & oratores ipſi. Cic. in Brut. 287. Ut ſi quis Falerno vino delectetur, ſed eo nec ita novo, ut proximis Conſulibus natum velit: nec rurſus ita vetere, ut Opimium aut Anicium Conſulem, quærat. Proximis Conſulibus, i. e. Anno ſuperiore. Anicium Conſulem, i. e. Annum ab Urbe Condita quingenteſimum nonageſimum quartum: quo quidem anno L. Anicius Gallus cum M. Cornelio Cethego Conſul fuit. Romani quippe annos per Conſules numerabant, & quam vetus eſſet vinum ex Conſulibus diſcebant. Hinc ait Martial. 13. 111.

De Sinueſſanis venerunt Maſſica prelis:
Condita quo quæris Conſule? nullus erat.

i. e. Ante quam Conſules eſſent, diffuſum fuit. Oſtendit vetuſtatem. Vel Conſulem, Nomen ipſius Conſulis ſcriptum in doliis, in quibus inſcribebantur Conſulum nomina, quibus Conſulibus vinum conditum fuiſſet, ut ex Martiale, & ex Horatii libro tertio, ode vigeſima prima cognoſci poteſt.
Conſule primum, facto Conſule iterum. Catul. 114. 1, 2.
Te Conſule. Virg. 4. Ecl. 11.
Conſul λογοθεώρητος, a Cicerone vocatur Caninius Rebilus, ut refert Macrobius Sat. 2. 3. Hoc ſic explicat Turnebus: Verbo philoſophorum uſus eſt: qui λογοθεώρητα vocant ea, quæ ratione & intelligentia comprehenduntur & percipiuntur, non ſub ſenſum cadunt, ut ab iiſdem ponuntur ἀρχαὶ λογοθεώρηται, principia rerum ſenſum fugientia, ut atomi & materia: ſed & ſapiens Stoicorum, qui nunquam fuit, nec futurus eſt, λογοθεώρητος etiam dicitur, ut & Caninius diei unius Conſul, quem propter brevitatem dieculæ unius, cogitare homines potius Conſulem fuiſſe, quam Conſulem videre potuerunt. [Quaſi dixeris Inſenſilem conſulem, Græci enim λόγῳ θεωρητὰ (Sic enim disjuncte ſcribendum) ea vocant, quæ ſenſum fugiunt, & ſola ratione ſpectantur. Mente ſenſa convertit Cælius Aurelianus Acut. 2. 16. 98. Inſenſa Chron. 3. 2. ſegm. 19. ubi perperam editur Immenſa. Alibi ſimpliciter Latentia, ut Chron. 5. 10. 105.

CONSULĀTUS, ûs. m. [ὑπατεία] Officium vel dignitas, ſive Tempus quo Conſul in officio eſt. Plin. lib. 14. cap. 15. Epulo vero in tertio Conſulatu ſuo Falernum.
Honorum populi finis eſt Conſulatus. Cic. pro Planc. 60.
Conſulatus ordinarius. Suet. in Domit. cap. 2. In ſex Conſulatibus, nonniſi unum ordinarium geſſit. In quo quæritur quis ordinarius ſit Conſul: eum ſic appellatum reor, ex cujus nomine anni ſupputatio ordinabatur. id eſt cujus nomen in litteris, & inſtrumentis, & in faſtis ſcribebatur, qui denique Calendis Januariis honorem inibat. Nam ætate Imperatorum annus in multos dividebatur Conſules: ſed ſoli qui anni initio inibant honorem, ordinarii cenſebantur, honoratioreſque erant. Seneca, Conſulem me fecit, ſed non ordinarium. Id a Dione lib. 43. etiam ſcribitur. Hæc ex Turnebi Adverſ. 5. 10.
Abdicare ſe Conſulatu. In ABDICO.
Abire. In ABEO.
Adipiſci. Cic. pro Muren. 53. & paſſim.
Capere. In CAPIO.
Comprobare. Cic. Poſt red. in Senat. 26.
Communicare. In COMMUNICO.
Conferre. In CONFERO.
Conſequi. Cic. pro Muren. 85.
Exploratus & domi conditus Conſulatus. Cic. pro Muren. 49. Vultus erat ipſius plenus furoris, oculi ſceleris, ſermo arrogantiæ: ſic ut ei jam exploratus & domi conditus Conſulatus videretur. De Catilina.
Conſtituebant grandiorem ætatem ad Conſulatum, adoleſcentiæ temeritatem verebantur. Cic. 5. Philipp. 47.
Gerere. Cic. 1. de Lege Agr. 25.
Ingredi. Quintil. lib. 6. cap. 1. Perſuaſit enim nihil eſſe ad præſentem rerum ſtatum utilius, quam pridie Calendas Januarias ingredi Conſulatum.
Inire. In INEO.
Invadere. In INVADO.
Obtinere. Cic. pro Muren. 1.
Patere aditum ad Conſulatum non magis nobilitati quam virtuti. Cic. pro Muren. 17.
Perfunctus. In PERFUNGOR.
Petere. Cic. pro Muren. 7.
Suſcipere cum Tribunatu. Cic. 2. de Lege Agr. 14. [Sed legendum Bellum neſcio quomodo habet ſuſceptum conſulatus cum tribunatu. Minime vero Suſceptus.
Suſtinere titulum Conſulatus, tanquam truncus atque ſtipes. Cic. in Piſon. 19.

CONSULĀRIS, e. [ὑπατικὸς] ut, Conſularis vir, Qui Conſul fuit. Cic. 8. Philipp. 14.
Ætas Conſularis, In qua Conſulem eſſe licebat. Cic. 5. Philipp. 48. Quid Macedo Alexander, quum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpiſſet, nonne in tertio & triceſimo anno mortem obiit? quæ eſt ætas noſtris legibus decem annis minor, quam Conſularis. V. Annus meus, noſter, veſter, &c. in ANNUS.
Auſpicia. Cic. pro Muren. 1.
Cognitio Conſularis, Summa cognitio vocabatur, apud Quintil. lib. 3. Budæus.
Comitia Conſularia. Cic. 9. Att. 9.
Familia conſularis, Quæ conſules habuit. Cic. pro Planc. 59.
Femina. Suet. in Auguſt. cap. 69. Objecit & feminam Conſularem e triclinio viri coram in cubiculum abductam. Conſulares autem feminas dicimus, Conſularium uxores. l. 1. D. de Senatoribus.
Imperium. Cic. in Piſon. 38.
Lictor. Hor. 2. Carm. 16. 9.
Libidini Conſulari reſtitit vis Tribunitia nonnunquam. Cic. 2. de Lege Agr. 14.
Loco Conſulari ſententiam dicere. Cic. 1. Philipp. 15.
Numerus. Cic. 2. Philipp. 13. Qui duo e Conſulari numero ſunt.
Officium. Cic. pro Rabir. perd. reo, 2.
Provinciæ. Cic. pro Domo 24.
Vinum Conſulare. Martial. 7. 79. V. Turneb. 25. 24. & ſupra in CONSUL.

CONSULARĬTER, Adv. [ὑπατικῶς] Liv. 4. 10. Vita omnis Conſulariter acta.

CONSULARĬTAS, ātis. f. Munus Conſulis, ſeu Conſulatus. Theod. l. 6. Cod. t. 19. Conſularitatis honore functus. V. etiam Fabrett. Inſcr. p. 99. ubi eadem vox invenitur.

CONSULTO, [βουλεύομαι] āre. Frequent. a Conſulo. eſt Quum aut plures de re vel rebus deliberant, aut unus ſecum de duabus aut pluribus deliberat rebus, ut Senatores conſultant. Cæſ. 5. Bell. Gall. 51. Omnes fere Galliæ civitates de bello conſultabant.
Conſultare aliquid & procurare. Liv. 1. 21. pr. Ad hæc conſultanda procurandaque, multitudine omni a vi & armis converſa, &c. Loquitur de Prodigiis.
Deliberare & conſultare de re aliqua. Cic. 3. Off. 7.
De tempore futuro. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Conſultare Reip. Salluſt. Catil. cap. 6. Delecti quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientia validum erat, Reipub. conſultabant. i. e. Beneficium in Remp. conferebant. [Immo Conſilium publicum conſtituebant.
Conſultare ex re ſua. Plaut. Aſin. 3. 1. 35.

Meum caput contemples, ſi quidem ex re conſultas tua.

Male corde conſultare. Plaut. Truc. 2. 1. 15. Blande alloqui, male corde conſultare, bene loqui lingua.
Aliquem conſultare. Plaut. Milit. 4. 34. i. e. Conſilium petere.
Aves conſultare. Plin. in Paneg. cap. 76. extr. Una erat in limine mora, conſultare aves, revererique numinum monitus: nemo proturbabatur, nemo ſubmovebatur.
Deliberationes conſultare. Auctor ad Herenn. 3. 2. Item deliberationes partim ipſæ propter ſe conſultandæ ſunt: ut ſi deliberet Senatus, &c.
Conſultare cum Infinitivo. Sil. lib. 6. 347.

Conſultant mandare duci.

CONSULTĀTOR, ōris. m. Qui conſilium petit. Pomponius l. 2. Dig. de Orig. Juris. §. 35.

CONSULTATIO, ōnis. f. [συμβουλὴ, συμβουλία] Ter. Hec. 4. 4. 28.

Nulla tibi, Pamphile, hic jam conſultatio eſt.

Cic. 8. Att. 4. Ego navem paravi: tuas litteras tamen expecto, ut ſciam quid reſpondeant conſultationi meæ.
Deliberatio & conſultatio. Cic. 3. Off. 50. Sapientem & bonum virum fingimus: de ejus deliberatione & conſultatione quærimus.
Quæſtionem infinitam, quæ Græce θέσις dicitur, Cicero vocat Conſultationem, & a Controverſia diſtinguit in Partit. Rhetor. 4.
Apud C. Cæſarem conſultatio de pœna Theodori ponitur. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Propoſita conſultatio. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Conſultatio apud Suet. ubi legendum Conſalutatio. V. in CONSALUTATIO. H. St.

CONSĬMĬLIS, e. [ὅμοιος] cui contraria ſunt Diſſimilis atque Abſimilis, quæ ſunt ejuſdem ſignificationis. Plaut. Amph. 1. 1. 287. Tam conſimilis eſt atque ego.
Carmen conſimile. Ovid. 3. de Pont. 7. 3.
Cauſa. Lucret. 4. 234.
Color. Lucret. 2. 806.
Conſimilis ludus. Ter. Eun. 3. 5. 38.

— & quia conſimilem luſerat
Jam olim ille ludum.

Ratio. Lucret. 1. 842.
Conſimilis, genitivo junctum. Ter. Heaut. 2. 4. 13.

Cujus mos maxime eſt conſimilis veſtrûm, hi ſe ad vos applicant.

Cic. 1. de Orat. 149. Cauſa aliqua poſita conſimili cauſarum earum, quæ in forum deferuntur.
Conſimilis, dativo. Ter. Heaut. 2. 4. 2.

Id cum ſtuduiſti, iſti formæ mores ut conſimiles forent.

Cic. 2. Philipp. 28. Quod quum rem geſſiſſet, conſimilem rebus iis, quas ipſe geſſeram, me potiſſimum, &c.
Quod eſt conſimilis moribus. Ter. Heaut. 5. 3. 16.

CONSIMILĬTER, Adv. Gell. 17. 9. Surculi deraſi atque ornati conſimiliter.

CONSIMILĬTAS, ātis. f. Auguſtin.

CONSIMILITŪDO, ĭnis. f. JCt. in Cod.

CONSINGIS, Nicomedis Bithyniæ regis uxor, quæ a cane lacerata fertur, propter laſciviorem cum marito jocum. Plin. lib. 8. cap. 40.

CONSIPTUM, pro Conſepto uſurpavit Ennius, teſte Feſto. Conſiptum clavis præfixum.

CONSISTO, conſtĭti, conſtĭtum, [στατίζω, συνίσταμαι] ĕre. a Con & Siſto compoſitum; ſignificat Stare, vel proprie Una ſtare. Plaut. Aul 3. 4. 15.

Jam hunc non auſim præterire, quin conſiſtam & colloquar.

Ter. Adel. 2. 1. 2. Otioſe nunc jam illico hic conſiſte. Ubi Donatus: Conſiſtere, eſt Audacter & conſtanter ſtare. [Conſtitum partic. non legi.
Conſiſtere & commorari. Cic. pro Roſc. Com. 48. Ipſa mihi veritas manum injecit, & pauliſper conſiſtere & commorari juſſit.
Conſiſtere & Cadere, ſunt pugnantia. Cic. in Orat. 98. Minimeque in lubrico verſabitur, & ſi ſemel conſtiterit, nunquam cadet.
Vires prohibent conſiſtere me, i. e. Ob virium imbecillitatem ſubſiſtere non poſſum. Ovid. 7. Met. 573.
Obvia duci conſtitit turba. Lucan. 3. 81.
Conſtitit nuſquam. Cic. 11. Fam. 13.
Conſtitit aum altero hoc loco. Plaut. Ciſt. 4. 2. 30. In hoc jam loco cum altero conſtitit.
Conſtitit vix triduum Romæ poſt quæſturam. Cic. 3. Verr. 101.
Ante oculos. Ovid. 15. Epiſt. 161.
Ante pedes alicujus. Lucan. 2. 509.
Ante vultus alicujus. Ovid. 20. Epiſt. 75.
Propius. Ovid. 3. de Arte Am. 467.
Contra. Virg. 12. Æn. 271.
Ex diverſo conſiſtens patronus. Quintil. lib. 4. cap. 1. p. 307.
In aliquo loco conſiſtere. Cæſ. 4. Bell. Gall. 26. Noſtri ſimul in arido conſtiterunt.
In acie. Tacit. 2. Ann. 80.

In choro aliquo consistere. Sen. Med. v. 93.
Hæc quum virgineo constitit in choro,
Unius facies præminet omnibus. Al. Prænitet.
In medio conspectu. Virg. 2. Æn. 68.
In humo quadam. Ovid. 1. Fast. 490.
— in Aonia constitit exul humo.
Latio consistere Teucros. Virg. 8. Æn. 10. Ubi Servius; Consistere, significat Jam conditos esse, id est fundasse civitatem.
Oris placidis. Propert. lib. 1. 20. 21. Al. Placitis rectius.
Pontibus crebris. Virg. 4. Georg. 27.
Tectis. Stat. 1. Theb. 124.
Terra aliqua. Virg. 1. Æn. 663.
Terra prima consistere. Virg. 1. Æn. 545. i. e. Litore. Servius:
Terra patria consistere. Virg. 10 Æn. 75.
In thalamo vacuo constitit. Propert. 1. 15. 18. [i. e. Vidua permansit.
Super ripam. Ovid. 6. Met. 373. Al. hic leg. Considere.
Consistere ad anchoram, vel in anchoris. Cæs. 3. Bell. Civil. 102. Ipse ad anchoram una nocte constitit.
Ad terga alicujus. Ovid. 5. Fast. 532.
In suo. Cic. 3. de Orat. 122. In hoc igitur tanto, tamque immenso campo, quum liceat oratori vagari libere, atque ubicunque constiterit, consistere in suo, &c.
In possessione judicii ac defensionis suæ. Cic. 2. de Orat. 200.
Intra ea quæ profitentium commentariolis vulgata sunt consistere. Quintil. lib. 1. cap. 5.
Inter se dissimili summa. Lucret. 2. 696.
Quadratum acies consistat in agmen. Tibul. 4. 1. 101.
Vertice celso aeriæ quercus consistunt. Virg. 3. Æn. 679.
Consistere, Quiescere. D. Brutus ad M. Brutum & C. Cassium. Fam. Cic. 11. 1. Quia ubi consistamus, non habemus.
Consistere ad aliquam rem dicitur, Qui ejus inspiciendæ causa moratur. Sen. de Vita Beata, Ita quæ spectantur, ad quæ consistitur, quæ alter alteri stupens monstrat, foris nitent, intus misera sunt.
Consistere ad sonitum. Sen. Herc. fur. v. 574.
Ad cujus sonitum constiterant feræ. De Orpheo.
Bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur atque consistunt. Cic. pro Arch. 19.
Consistere, aliter. Cic. 7. Fam. 26. In eas quum incidissem, in cœna augurali apud Lentulum, tanta me διάῤῥοια arripuit, ut hodie primum videar cœpisse consistere. Al. Videatur.
Alvus consistit. Cato cap. 125. h. e. Compressa est.
Morbus consistit, cui opponitur Increscit. Cels. lib. 3. cap. 2. pr. Videndum etiam est, morbus an increscat, an consistat, an minuatur.
Cursus pituitæ. Cels. lib. 6. cap. 6. Ubi vero aliquis relevatus est, jamque cursus pituitæ consistit, &c.
Stomachus. Cels. lib. 4. cap. 5. i. e. Tenet, nec amplius evomit.
Consistit aqua, Residet, Stagnat. Varr. 1. de R. R. cap. 51. pr. Ut si pluerit, non consistat aqua, & quam brevissimo itinere extra aream defluere possit.
Frigore consistere dicuntur fluvii. Ovid. 5. Trist. 10. 1. i. e. Glacie astricti & congelati.
Mare constitit undis. Tibul. 4. 1. 126.
Pontus consistit glacie. Ovid. 3. Trist. 10. 37.
Vento rota constitit orbis. Virg. 4. Georg. 484.
Causa consistit in crimine &c. Cic. 1. de Orat. 182. Quam possumus reperire ex omnibus rebus civilibus causam, contentionemque majorem, quam de ordine, de civitate, de libertate, de capite hominis Consularis: præsertim quum hæc non in crimine aliquo, quod ille possit inficiari, sed in civili jure consisteret?
In hoc summa judicii causaque tota consistit. Cic. pro Quint. 32.
Causam belli in persona alicujus consistere. Cic. 2. Philipp. 53. Tibi certe confitendum est, causam perniciosissimi belli in persona tua constitisse.
Fides constitit utrinque. Liv. 2. 13. Utrinque constitit fides: & Romani pignus pacis ex fœdere restituerunt, & apud regem Hetruscum non tuta solum, sed etiam honorata virtus fuit.
Respub. in unius anima consistit. Cic. pro Marcell. 23. Doleoque, quum Respub. immortalis esse debeat, eam in unius mortalis anima consistere.
Spes eorum consistit in ea re. Cæs. 3. Bell. Gall. 14.
Salus constitit. Cæs. 3. Bell. Civil. 14. Ita exiguo tempore, magno casu, totius exercitus salus constitit. i. e. Opportune servatus est.
Suspicio in aliquo. Cic. pro Cluent. 79. Similis in Bulbo, in Gutta, in aliis nonnullis suspicio consistebat.
Victoria in hoc. Cic. 11. Fam. 13. Sane quam sum gavisus, in hoc enim victoriam puto consistere.
Rhetorica in actu. Quintil. lib. 2. cap. 18.
Consistere, Esse, manere. Hor. 1. Serm. 1. 107.
Est modus in rebus, sunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit consistere rectum.
Consistere, In loco manere, nec moveri. Ulp. in l. 2. §. ult. D. de his qui not. infam. Quolibet loco, ubi quis consistat, moveaturque.
Consistere cum aliquo, Apud aliquem. Cic. 2. Verr. 19. Cum hoc consistit, hunc amplexatur, hunc jubet sine cura esse. Plaut. Curc. 4.2.16.
Nec vobiscum quisquam in foro frugi consistere audet.
Qui constitit, culpant eum, conspuitur, vituperatur.
Verbis cum aliquo consistere, & re dissidere. Cic. 4. de Fin. 3. Videsne igitur Zenonem tuum cum Aristone verbis consistere, re dissidere?
In sententia aliqua consistere. Cic. 7. Fam. 17. Quod jam videris certa aliqua in sententia constitisse.
Ira infracta constitit. Ovid. 6. Met. 627.
Mente non consistere, i. e. Furore & vecordia percitum esse. Qui enim furiosi sunt, jactantur & agitantur, neque vel corpore vel animo conquiescere possunt. Cic. 3. Verr. 7. Consistere ejus animum sine furore atque amentia non sinunt. Et 2. Philip. 68. Nec vero te unquam neque vigilantem, neque in somnis credo mente posse consistere. Hinc & jocus ille Plautinus in Pœn. 1. 2. 133.
AG. Sunt mihi intus nescio quot nummi aurei lymphatici.
M. Deferto ad me, faxo actutum constiterit lymphaticum. Significat se nummos habere, qui exire gestiant, nec consistere queant, sed lymphatici sint atque furiosi: servus pollicetur medicinam, seque effecturum, ut si ad se deferantur lymphatici nummi, consistant, quietique reddantur sanato furore & lymphatico morbo. Turneb.

Mens consistit. Cic. pro Domo 139. Præsertim quum iste impurus, &c. ageret illam rem ita raptim & turbulente, ut neque mens, neque vox, neque lingua consisteret.
Non consistere mente, lingua, oratione. Cic. 2. Q. frat. 3. Et tantus clamor a nostris (placuerat enim referre gratiam) ut neque mente, neque lingua, neque oratione consisteret.
Consistere tranquillo animo. Cic. de Senect. 74. Mortem igitur omnibus horis impendentem timens, quis tranquillo possit animo consistere?
Consistere pectore nequit consilium, pro In pectore. Ter. Adel. 4. 4. 4. Vulgus dicit, Nescio quid debeo facere.
Consistit auctoritas Ceretano vino. Plin. lib. 14. cap. 6. i. e. Vinum Ceretanum apud Gallos magis in pretio est.
Consistit tibi omnis causa familiæ. Plaut. Asin. 3. 1. 17.
Ubi quiesco, omnis familiæ causa consistit tibi. V. Gronov. 4. Observat. 26.
Legatum consistere, pro Valere. Africanus in l. servum filii. D. de leg. primo, Servum filii sui castrensis peculii legare pater potest. Et si vivo patre mortuus sit filius, & apud patrem peculium remansit, consistit legatum.
Sine re aliqua non consistere. Papinian. in l. denique. D. ex quibus causis majores, Placet interruptam possessionem postliminio non restitui: quia hæc sine possessione non constitit. Lege usucapionem.
Obligationes, quæ non propriis viribus consistunt, neque officio judicis, neque prætoris imperio confirmantur. Papinian. in l. obligationes. D. de action. & obligat.
Usura consistere dicitur, Quum non procedit. Cic. 6. Att. 1.
Consistere cum aliquo in judicio, i. e. Litigare. Martianus in l. nullo modo. D. ad l. Corn. de fals. Nullo modo servi cum dominis consistere possunt. i. e. Eos accusare.
Adversus aliquem consistere ex re aliqua. Hermogenianus in l. vix certis ex causis. D. de judiciis, Vix certis ex causis adversus dominos servis consistere permissum est.
Legitime consistere adversus aliquem. Martianus in l. grege. §. & in superficiariis. D. de pignoribus, Et in superficiariis legitime consistere creditor potest adversus quemlibet possessorem.
Causidicus subtilis & elegans, & qui in forensibus causis possit præclare consistere. Cic. in Orat. 30
Ex utraque parte consistere. Ulpian. in l. Athletas. §. item prævaricator. D. de his qui not. infam. Nam qui prævaricatur, ex utraque parte consistit, quinimmo ex adversa. i. e. Utramque defendit.
Consistere in hasta, i. e. Niti ac sustentare se hasta. Val. 8. Argon. 133.
— mox attonita cum virgine puppem
Insilit, ac rapta victor consistit in hasta.
Consistere, Active positum. ut, Consistere vitam tutam, i. e. Parare & constituere vitam tutam. Lucret. lib. 6. 10.
Nam quum vidit hic ad victum quæ flagitat usus
Omnia jam ferme mortalibus esse parata,
Et per quæ possent tutam consistere vitam, &c. i. e. Ducere.
CONSTITIO, ōnis. f. Gell. lib. 16. cap. 5. In eo loco qui dominum ejus domus salutatum venerant, priusquam admitterentur, consistebant: & neque in via stabant, neque intra ædes erant. Ab illa ergo grandis loci constitione, & quasi quadam stabulatione, vestibula appellata sunt, &c. Apud Macrobium tamen lib. 6. cap. 8. legitur Consistione. V. Gronov. ad Gell.
CONSISTORIUM, i. n. [βουλευτήριον] a Consisto descendens; pro Loco in quo Cardinales cum Pontifice maximo consultandi gratia consistunt. Item pro Ipsa consistentium multitudine. Barbarum est pro Senatu, vel consessu, vel concilio. [Immo V. Borrich. Cogit. pag. 73. Macri Hiero Lexic. & Cangii Gloss.
CONSITIO, CONSITŪRA, CONSITUS. V. CONSERO.
CONSOBRĪNUS, i. m. [ἀνεψιός] Consobrini dicuntur Qui ex duabus sororibus editi sunt, quasi Consororini, de quibus exempla multa sunt in antiquis auctoribus, & maxime in Afranio, & juris vetustissimis scriptoribus. Hæc Nonius cap. 19. extr. Ter. Hec. 3. 5. 9. Cedo quid reliquit Phania consobrinus noster? Ubi Donatus; Consobrinus, quasi Sororinus: Sobrini enim sunt ex duabus sororibus: Consobrini ex fratre & sorore. Et propinquitate Terentius frequentata movetur. Idem statim post, Quum de fratre natus est alter, & alter ex sorore, Consobrini: quum ex fratribus, Patrueles dicuntur. Cic. 2. Fam. 19 Nam quod ad me Curius consobrinus tuus, ut scis, mihi maxime necessarius.
Sobrinorum consobrinorumque conjunctiones. Cic. 1. Off. 54. Sequuntur fratrum conjunctiones, post consobrinorum, sobrinorumque, qui quum jam domo una capi non possunt, in alienas domos tanquam in colonias exeunt. V. SOBRINUS.
Consobrini a Patruelibus hoc differunt, quod Consobrini proprie dicuntur ex avunculo aut matertera prognati: Patrueles vero ex patruo Titii prognati: Amitini ex amita. Unde Cic. pro Ligar. 11. Filium T. Brocchi avunculi Ligarii Consobrinum ejus appellat. Sed hæc differentia plerumque confunditur, ac generaliter Consobrini pro Quibuslibet fratrum aut sororum liberis, sicut apud Græcos ἀνεψιοὶ usurpantur. Paulus in l. jurisconsultus. §. eodem gradu. D. de gradibus, Eodem gradu sunt & illi, qui vocantur fratres patrueles: item sorores patrueles, amitini amitinæ, consobrini consobrinæ. Hi autem sunt, qui ex fratribus vel sororibus nascuntur: quos quidam ita distinxerunt, ut eos quidem qui ex fratribus nati sunt, fratres patrueles: item eas quæ ex fratribus natæ sunt, sorores patrueles: ex fratre autem & sorore, amitinos amitinas: eos vero & eas, qui quæve ex sororibus nati natæve sunt, consobrinos consobrinas, quasi consororinos. Sed plerique hos omnes consobrinos vocant, sicuti Trebatius. Hæc Paulus. ex cujus verbi apparet, Fratres patrueles dici, quos vulgo vocamus *Cousins germains, enfans des deux freres.* Sueton. in Domit. cap. 10. Occidit Flavium Sabinum alterum e patruelibus. Porro patrueles Domitiani erant duo filii ex Flavio Sabino patris fratre: ex his alterum patri cognominem interemit. Idem in Cæs. c. 29. C. Marcello, qui fratri patrueli suo Marco in Consulatu successerat.
CONSOBRINA, æ. f. [ἀνεψιά] Cic. pro Quint. 16. Quintii consobrinam habet in matrimonio Nævius. adde Nep. 25. 2.
CONSŎCER, ěri. m. [ὁμοπένθερος] Ulpianus in l. cum hic status. §. oratio non solum. D. de donat. inter vir. & uxor. Donat socer nurui, vel contra, vel gener socero, vel socer genero, vel consocer consocero, qui copulatos matrimonio in potestate habent.

Conſoceri dicuntur, Quorum alter filium alterius filiæ maritum dedit. Sueton in Claud. cap. 29. Appium Silanum conſocerum ſuum crimine incerto, nec data defenſione, occidit.

Consŏcio, [συναγελάζω] āre. Simul ſociare. Plaut. Rud. 2. 6. 67.

Vel conſociare mihi quidem tecum licet;
Æquas habemus partes.

Conſociare arma cum populo aliquo. Liv. 8. 14. Sed quod, tædio imperii Romani, cum Gallis, gente efferata, arma quondam conſociaſſent.
Conſociare conſilia cum aliquo. Liv. 28. 27. Patria quid de vobis meruerat, quam, cum Mandonio & Indibili conſociando conſilia, prodebatis?
Conſociare, aut conjungere cum amicis injuriam. Cic. 3. de Fin. 71. Nec vero rectum eſt, cum amicis aut bene meritis conſociare, aut conjungere injuriam.
Conſociare imperium. Liv. 8. 4. Atqui ſi quando unquam conſociandi imperii, uſurpandæ libertatis tempus optaſtis, &c.
Rem inter ſe conſociarent, h. e. Societatem rei contraherent, & communicarent. Apud Livium, teſte Budæo.

Consociātus, a, um. Partic. Cic. in Parad. 6. Qui videt domi tuæ pariter accuſatorum atque judicum conſociatos greges, qui nocentes & pecunioſos reos, &c.
Conſociatus vehementer cum Senatu. Cic. 4. Philip. 12.
Inter nos natura ad civilem communitatem conjuncti & conſociati ſumus. Cic. 3. de Fin. 66.
Lege conſociati homines cum diis putandi ſumus. Cic. 1. de Legib. 23.
Conſociatiſsĭmus, ſuperl. Cic. 3. Fam. 3. Velim tibi curæ ſit, ut quæ ſucceſſori conjunctiſſimo & amiciſſimo commodare poteſt is qui provinciam tradit, ut ea pro noſtra conſociatiſſima voluntate, cura ac diligentia tua complectare. Alii legunt, Conſtantiſſima.

Consociatio, ōnis. f. Cic. 1. Off. 100. Sequemurque & id quod acutum & perſpicax natura eſt, & id quod ad hominum conſociationem accommodatum eſt.
Conciliatio & conſociatio totius generis hominum. Cic. 1. Off. 149. Communem totius generis hominum conciliationem & conſociationem colere, tueri, conſervare debemus.
Conſociatio hominum & communitas. Cic. 1. Off. 157.
Siniſtra ſiderum conſociatio. Firmic. lib. 6. cap. 12. ſub finem.
Diſſolvere conſociationem humanam. Cic. 3. Off. 26. Aliqua exemplaria legunt Conſortionem.

Consociātim, Adv. Ammian. 15. 27.

Consociabĭlis, e. Ambroſ. Epiſt. 1.

Consocius, i. m. Vox apud JCtos.

Consŏlĭdo, [ὁλοκληρόω] āre. Redintegrare, & in unum congerere, quod prius ruptum aut diviſum fuerat. Ulpian. De uſufruct. accreſc. l. idem Neratius, Nam amittente uſumfructum altero, cui erat legatus, magis jure accreſcendi ad alterum pertinet, quam redit ad proprietatem. Nec novum. nam etſi duobus uſusfructus legetur, & apud alterum ſit conſolidatus, jus accreſcendi non perit: neque ei apud quem conſolidatus eſt, neque ab eo: & ipſe quibus modis amitteret ante conſolidationem, iiſdem & nunc amittet. Uſusfructus conſolidatus, i. e. Confirmatus.
Parietem in unam craſſitudinem conſolidare. Vitruv. 2. 8.
Vulnus conſolidare, apud Medicos juniores.

Consolidatus, Partic. Cic. 5. Fam. 20. Rationes confectæ & conſolidatæ. i. e. Cum expenſis reſpondent accepta.

Consolidatio, ōnis. f. [ὁλοκλήρωσις] cujus propria ſignificatio dignoſcitur ex §. item finitur, de Uſufructu, in Inſtitutionibus civilibus, Item finitur uſusfructus, ſi domino proprietatis ab uſufructuario cedatur (nam cedendo extraneo nihil agitur) vel ex contrario, ſi uſufructuarius proprietatem rei acquiſierit, quæ res conſolidatio appellatur. In alia autem ſignificatione uſus eſt Ulpianus in l. idem Neratius. §. non ſolum. D. de uſufruct. accreſc. Et ipſe quibus modis amitteret ante conſolidationem, iiſdem & nunc amittet.

Consolĭdus, a, um. Adj. Arnob. l. 4. ſub fin. Cum omnibus conſolidæ germanitatis neceſſitudine copulatus.
Conſolida regalis, Planta eſt in ſegetibus naſcens, quæ caulem profert ſimplicem, ramulis multis, tenuibus, longis, diviſis, ſilveſtris nigellæ modo. Flores edit purpureos, nigræ violæ æmulos: ex quorum altera parte prodeunt cornicula ſurſum ſpectantia, quæ veterum calcaris formam exprimere videntur; unde & illi nomen a Germanis inditum *Ritterſporen*, hoc eſt Equitis calcar. Semen fert melanthio ſimile in parvis corniculis incluſum. Hæc ex Matthiolo, qui hanc plantam poſtremum cumini genus referre putat, ut videre poteris in lib. 3. Dioſcor. cap. 59. & 60.

Consōlor, [παρηγορέω, παραμυθέομαι, ψυχαγωγέω, παρακαλέω] āri. Verbum deponens notæ ſignificationis: oratione fere fit, ut ait Valla lib. 4. Cic. 2. de Nat. Deor. 48. Hac conſolamur afflictos.
Conſolari aliquem, & omnem abſtergere dolorem. Cic. 2. Q. frat. 8.
Amore fido alicujus ſeſe. Catul. Argon. 62. 182.
Conſcientia optimæ mentis, tum etiam uſurpatione & renovatione doctrinæ in malo ſe conſolari. Cic. de Clar. Orat. 250.
Exemplo alicujus ſe. Cic. de Provinc. Conſ. 16.
Solatio aliquo ſeipſum. Cic. de Amicit. 10.
Solatio malo. Cic. 4. Att. 6.
Spe bona poſteritatis aliquem. Cic. Octav. pr.
Spe aliquem conſolari. Cic. pro Roſc. Com. 43. Inani & tenui ſpe te conſolaris.
Verbis alterius aliquem. Cic. 5. Att. 11.
Per litteras ſe. Cic. 12. Att. 15.
De re aliqua. Cic. 1. Att. 13.
De morte alicujus aliquem. Cic. 3. Tuſc. 71.
Conſolatur me hæc res. Cic. 4. Fam. 3.
Animos ſpes conſolatur. Cic. 1. Verr. 18.
Brevitatem vitæ poſteritatis memoriâ conſolatur gloria. Cic. pro Milon. 97.
Deſiderium alicujus ſpe commodorum. Cic. 7. Fam. 11.
Dolorem. ut, Gratulari magis virtuti debeo, quam conſolari dolorem tuum. Cic. 4. Fam. 8. pr. Idem ibid. 4. 6. Nec eum dolorem, quem a Republ. capio, domus jam conſolari poteſt, nec domeſticum Reſpublica.
Homines in miſeriis ſola ſpes conſolari ſolet. Cic 4. in Catil. 8
Humilitatem rei gravitas & virtus judicis conſolatur. Cic. pro Quint. 5.
Jacentem. Ovid. 3. de Pont. 3. 77.
Incommodum conſolantur quotidianæ damnationes inimicorum. Cic. 2. Q. frat. 5.
Luctum alicujus ipſius dignitas conſolatur. Cic. 4. Fam. 6.
Miſeriam & calamitatem conſolari, pro Solatium afferre in miſeria. Sen. 3. de Ira, Non conſolabimur tam triſte ergaſtulum.
Otium inquirendo, ſcribendoque talia, conſolemur noſtrum. Quintil. lib 2. cap. 12.
Conſolando levare dolorem. Cic. 6. Fam. 4.
In conſolando detrahere mali opinionem mærenti. Cic 3. Tuſc. 76.
Genera conſolandi omnia in unam conſolationem conjicere. Cic. 3. Tuſcul. 76.
Ad conſolandum vir minime accommodatus. Cic. 5. Fam. 16.

Consōlo, [παραμυθέω] āre. activ. Varro OEdipo Thyeſt. Per idem tempus OEdipus Athenas exul venire dicebatur, qui conſolaret. Nonius 7. 50.

Consōlans, antis. Partic. [παραμυθούμενος] Cic. 3. Tuſc. 75. Hæc igitur officia ſunt conſolantium.
Verba conſolantia. Ovid. 15. Met. 491.

Consōlor, [παρηγοροῦμαι] āri. paſſiv. Aſinius, Sed quum ob ea quæ ſperaveram, dolebam, conſolabar ob ea quæ timui. Gell. 15. 13.

Consolandus, Partic. paſſ. Plaut Bacch. 4. 3. 12. Conſolandus hic mihi eſt. conf. Cic. 5. Fam. 18.

Consolātus, Partic. paſſ. Juſtin. 22. 6. Sic conſolatis militibus.

Consolātio, ōnis. f. [παρηγορία, παραμυθία, παράκλησις] Verbis fit. Cic. 3. Fam. 2. In multis & variis moleſtiis, cogitationibuſque meis hæc una conſolatio occurrebat, quod neque tibi amicior, quam ego ſum, quiſquam poſſet ſuccedere.
Ad hæc omnia una conſolatio eſt. Cic. 15. Att. 1. pr.
Conſolatio miſerorum eſt habere pares, vulgus dicit. At Portius Latro apud Salluſtium, ſic, Voluptatem capiunt miſeri ex mærore ſociæ calamitatis.
Grata conſolatio. Cic. 1. Att. 14.
Pervulgata eſt, ut homines nos eſſe meminerimus, ea lege natos, ut omnibus telis fortunæ propoſita ſit vita noſtra: neque eſſe recuſandum, quo minus ea, qua nati ſumus conditione vivamus, &c. Cic. 5. Fam. 16.
Adhibere alicui conſolationem litteris. Cic. de Clar. Orat. 330.
Egere conſolatione. Cic. 5. Fam. 16. pr.
Non eget conſolatione ſapiens. Cic. 3. Tuſc. 77.
Habent nonnullam in ſe conſolationem pœnæ, quæ virtute ſuſcipiuntur. Cic. Anteq. iret in exil. 22.
Invenire nullam conſolationem malorum. Cic. 6. Fam. 4.
Lenire ſe conſolatione. Cic. 3. Q. frat. 5.
Levat dolorem conſolatio. Cic. 15. Fam. 16.
Medetur mihi Conſolatio. Cic. 2. de Divin. 3. de libro ſuo loquitur ſic inſcripto.
Permulcere poſſe ſtultam ſenectutem nulla conſolatione. Cic. de Senect. 4.
Suſtentat me una conſolatio. Cic. pro Milon. 101.
Suſtentari conſolatione. Cic. de Clar. Orat. 330.
Voluntatis rectæ conſcientia, maxima eſt conſolatio rerum incommodarum. Cic. 6. Fam. 4.
Vincit omnem conſolationem dolor. Cic. 12. Att. 15.
Uti conſolatione aliqua. Cic. de Provinc. Conſul. 15.

Consolātor, ōris. m. [παράκλητος, παρήγορος] Cic. 3. Tuſc. 73. Conſolatores ipſos confiteri ſe miſeros, quum ad eos impetum ſuum fortuna converterit.

Consolatorius, Adj. [παρηγορικός] Quod conſolatur. Cic. 13. Att. 20. A Cæſare litteras accepi conſolatorias.

Consolatorie, Adv. Sidon. 6. Epiſt. 9.

Consolabilis, e. [παρηγορητός] Cic. 4. Fam. 3. Eſt omnino vix conſolabilis dolor, tanta eſt omnium rerum amiſſio.
Idem active, Gell. 16. 19. Carmen conſolabile caſus ſui canere.

Consolāmen, ĭnis. n. Idem ac Conſolatio. Hieron. Epiſt. 62.

Consomnio, [ὀνειρώττω] āre. Plaut. Moſt. 3. 2. 71.

Quid is conſomniavit? TR. ego dicam tibi.

Consŏno, [συμφωνέω, συνηχέω] āre. Reſonare ſignificat. Plaut. Amph. 1. 1. 72.

Poſtquam id actum eſt, tubæ utrinque canunt: contra
Conſonat terra, clamorem utrimque efferunt.

Clamor conſonat. Liv. 36. 34. Itaque concurſu facto undique in muros, manus pro ſe quiſque tendentes, conſonante clamore, nominatim Quintium orare, ut opem ferret ac ſervaret. i. e. Concordante.
Nemus plauſu, &c. Virg. 5. Æn. 148.

Tum plauſu, fremituque virûm, ſtudiiſque faventum
Conſonat omne nemus.

Ideo (inquit Servius) Conſonat, propter Echo. Noſtræ enim vocis eſt æmula.
Conſonare ſibi, pro Conſtare. Sen. Epiſt. 31. Ut perfecta virtus ſit æqualitas ac tenor vitæ, per omnia conſonans ſibi.
Sibi conſonare in faciendis, ac non faciendis. Quintil. lib. 2. cap. 20.
Conſonat moribus oratio, i. e. Concordat, conſentit. Cic. in Salluſt. 1.
Reſcripto conſonare. Ulpian. in l. ſi peculium legetur. §. ult. D. de pecul. leg. Attilicinus exiſtimavit legato non cedere: quod verum eſt: quia conſonat reſcripto.

Consŏnans, Adj. o. g. [εὔηχος] Cic. in Partit. 17. Atque etiam eſt hæc diſtinctio in verbis, altera natura, tractatione altera. Natura: ut ſint alia conſonantiora, graviora, &c.
Eſſe conſonans Ulpian. in l. jusjurandum & ad pecunias. §. non ſemper. D. de jurejur. Non ſemper autem conſonans eſt, per omnia referri jusjurandum quale defertur.
Conſonantes litteræ a Grammaticis dictæ, quod non per ſe, ſed ſimul cum vocalibus ſonent. Priſcian. Hinc per Ellipſin

Consonans, f. ut, Aſpirari conſonantibus Quintil. lib. 1. cap. 5. Diu deinde obſervatum, ne conſonantibus aſpiraretur, ut in Graccis & triumpis.
Frangere conſonantem. Quintil. lib. 1. cap. 4. Quæret etiam hoc, quomodo duabus demum vocalibus in ſeipſas coeundi natura ſit, quum conſonantium coeat nulla, niſi alteram frangat.

Consonanter, Adv. Vet. Interp. Irenæi, 1. 3. Conſonanter aliquid prædicare. Vitruv. 6. 1. Conſonantiſſime ad harmoniam compoſita.

Consonantia, æ. f. Vocum concordia, quæ & Vocalitas Latine, Græce συμφωνία dicitur. Perottus.
Recipiunt conſonantiam vocis citharœdi a ſcenæ valvarum auxilio. Vitruv. 5. 5. extr. & Ibidem ſæpius.

Consŏnus, a, um. [σύμφωνος, εὔλογος] Adj. ut,

Plangor confonus. Ovid. 13. Met. 610.
Vox. Sil. lib. 17. 448.
Armorumque habitus noti, & vox confona linguæ.
Confonum abfol. Cic. 4. Att. 16. Credo Platonem vix putaffe fatis confonum fore, fi hominem id ætatis in tam longo fermone diutius retinuiffet.

CONSŎNE, Adv. Apul. Met. 1. p. 116.

CONSŌPIO, īvi, ītum, [κατακοιμίζω] īre. eft Somnum inducere. Cic. 1. Tufcul. 92. Num igitur eum curare cenfes, quum Luna laboret, a qua confopitus putatur, ut eum dormientem ofcularetur? Lucret. lib. 6. 791.
Nocturnumque recens extinctum lumen, ubi acres
Nidore offendit nares, confopit ibidem.

CONSORANNI, Populi funt Galliæ Aquitanicæ, ut fcribit Plinius in defcriptione Aquitaniæ, lib. 4. cap. 19.

CONSORS, ortis. Adj. [κοινωνός, ὁμόσπορος] Confortes dicuntur, quorum fines contigui funt. Cic. 5. Verr. 57. Softratus & Numenius, & Nymphodorus ejufdem civitatis, quum ex agris tres fratres confortes profugiffent, quod iis plus frumenti imperabatur, &c. [Confortes, κοινόβιοι, σύγκληροι, in Gloffario utroque. Qui indivifa hæreditate fociati funt. V. Græv. ad loc.
Confors, per metaphoram, i. e. Particeps ut, Confors confilii publici. Plin. 8. Epift. 14. Inde honores petituri, affiftebant curiæ foribus, & confilii publici fpectatores ante quam confortes erant.
Generis confortes, i. e. Confanguinei & propinqui. Ovid. 3. Epift. 47.
Imperii confors. Claud. in Nupt. Hon. 277.
O digno nectenda viro, tantique per orbem
Confors imperii, jam te venerabitur Ifter.
Laboris focius & confors. Cic. de Clar. Orat. 2. Dolebamque quod non, ut plerique putabant, adverfarium, aut obtrectatorem laudum mearum, fed focium potius & confortem gloriofi laboris, amiferam.
Mendicitatis confortes. Cic. pro Flacc. 35. Nam fratres quidem confortes funt mendicitatis.
Operum. Ovid. 1. Faft. 675.
Periculorum, Particeps. Plin. in Paneg. cap. 60.
Temporum cum aliquo. Cic. pro Milon. 103. Quid tibi, Q. frater, qui nunc abes, conforti mecum temporum illorum? Subaudi Refpondebo.
Thalami. Ovid. 10. Met. 246.
— thalami conforte carebat. i. e. Uxore.
In lucris atque furtis. Cic. 1. Verr. 135.
E Tyrio confortem accite fenatu. Sil. lib. 8. 337. i. e. Alterum confulem.
Confors cafus, pro Simili. Propert. lib. 1. 21. 1.
Tu qui confortem properas evadere cafum.

CONSORTIUM, i. n. [κοινωνία] Societas. Celf. lib. 7. cap. 27. Cum eo, ne ignoremus, orto in vefica cancro, affici ftomachum, cui cum vefica quoddam confortium eft. i. e. (quod Græci dicunt) Sympathia.
Initum confortium. Ulpian. in l. cum duobus. §. idem Papinianus. D. pro focio, Si inter fratres voluntarium confortium initum fuerit, &c.
Sarcire confortio collationis damnum navis amiffæ. Hermog. in l. amiffæ navis. D. ad legem Rhodiam de Jactu, Amiffæ navis damnum collationis confortio non farcitur per eos, qui merces fuas naufragio liberaverunt.

CONSORTIO, ōnis. f. Idem. pro Collegio pofuit Liv. lib. 6. 40. extr. Quænam ifta focietas? quænam confortio eft? Cic. 3. Off. 26. Diffolvetur omnis humana confortio. Al. Confociatio. Valer. Max. lib. 4. cap. 6. 3. ubi de M. Plautio, Fati confortione geftientes vultus tenebris intulerint. Simul enim mortui funt Plautius & Oreftilla uxor.
Confortio fociabilis. Liv. 40. 8. Meliora quoque exempla parte altera pofui, fociabilem confortionem inter binos Lacedæmoniorum reges, falutarem per multa fæcula ipfis, patriæque.
Confortio, Communio. Papinianus l. 96. §. 3. D. de folut. Nec in arbitrio ejus electio erit, quum debitor pretium pignoris confortioni fubjecerit: i. e. Promifcue utrique debito pignus fubjecerit. Hotomanus.

CONSPERGO, fperfi, fperfum, [καταπάσσω] ĕre. Idem quod Spargere. Plaut. Curcul. 1. 1. 80. Ubi vino has conſperfi fores.
Confpergere ante ædes, fubaudi Juncum, aut herbam viridem. Plaut. Stich. 2. 2. 30. — age tu ocyus
Pinge humum, confperge ante ædes.
Tempora confpergunt viridantes floribus herbas. Lucret. lib. 2. 33.
Confpergere aliquem lacrymis. Cic. pro Planc. 99. O acerbam mihi, judices, memoriam temporis illius, & loci: quum hic in me incidit, complexus eft, confperfitque lacrymis, nec loqui præ mœrore potuit.
Hilaritate. Cic. 1. Acad. 8. Et tamen in illis veteribus noftris, quæ Menippum quidem imitati non interpretati, quadam hilaritate confperfimus.
Aras fanguine. Lucret. lib. 4. 1231.

CONSPERSUS, Partic. [καταπεπασμένος] Cic. 3. de Orat. 94. Ut porro confperfa fit quafi verborum fententiarumque floribus, id non debet effe fufum æqualiter, &c. De oratione.
Confperfum ftellis caput. Cic. 2. de Nat. Deor. 49.
Sale confperfa caro. Columel. lib. 12. cap. 53.

CONSPERSIO, ōnis. f. Tertull.

CONSPĬCIO, fpexi, fpectum, [περιβλέπω, θεωρέω, καθοράω] ĕre. ex Con & Specio verbo antiquo compofitum; fignificat Cernere. Plaut. Amph. 2. 2. 122.
Qui ipfus equidem nunc primum iftanc tecum confpicio fimul.
Lumine cupido aliquem confpicere. Catul. Argon. 62. 86.
Imaginem parentis laureatam in fua gratulatione. Cic. pro Muren. 88.
Confpicere ex monte. Cic. 2. de Nat. Deor. 161.
Aliquem mente. Cic. pro Corn. Balb. 47. Exiftat ergo ille vir parumper cogitatione veftra, quoniam re non poteft, ut confpiciatis eum mentibus, quem oculis non poteftis.
Corde. Plaut. Pfeud. 3. 1. 3.
Næ illi, quantum ego nunc corde confpicio meo,
Malam rem magnam, multafque ærumnas danunt.
In jure te confpicio. Cic. pro Cæcin. 54. Actio eft in actorem præfentem his verbis, Quandoquidem te in jure confpicio.
Confpicere, pro Attendere. Cic. pro Muren. 13. Non debes, M. Cato arripere maledictum ex trivio, aut ex fcurrarum aliquo convicio: neque temere Confulem Pop. Romani faltatorem vocare: fed confpicere quibus præterea vitiis affectum effe neceffe fit eum, cui vere illud objici poffit.
Confpicere fibi quæ fint in rem fuam. Plaut. Trinum. 3. 2. 10.

Locum infidiis confpicere, Obfervare locum ad collocandum infidias. Virg. 9. Æn. 237.
Confpicere etiam res inanimatæ dicuntur. Cic. 3. in Catil. 20. de fimulacro Jovis, Ac fe fperare dixerunt, fi illud fignum quod videtis, Solis ortum & forum curiamque confpiceret, fore ut ea confilia, quæ clam effent inita, &c.
Confpicere, cum Infinitivo. Catul. Argon. 62. 389.
Confpexit terra centum procurrere currus.

CONSPICIENS, [περιβλέπων] Partic. Cic. 5. Att. 18. Ciliciam prope confpiciente, expedito ad mutandum locum, parvo exercitu, &c.

CONSPICIOR, [θεωροῦμαι] fpĭci. Plaut. Pfeud. 1. 5. 129. Si fumus confpecti. al. Compecti.
Bonis animi confpici. i. e. Virtute & fcientia illuftrem effe. Ovid. 1. Trift. 5. 34.
Prima locum fanctas heroidas inter haberes,
Prima bonis animi confpicerere tui.
Confpici infeftis oculis omnium. Cic. 1. in Catil. 17. Carere me afpectu civium, quam infeftis oculis omnium confpici, mallem.
Velle confpici. Cic. in Pifon. 60. Inania funt ifta, mihi crede, delectamenta pæne puerorum: captare plaufus, vehi per Urbem, confpici velle.

CONSPECTUS, a, um. Partic. Fere pro Confpicuo ponitur. ut Chlamyde & pictis confpectus in armis. Virg. 8. Æn. 588.
In oftro Tyrio confpectus. Virg. 3. Georg. 17.
Confpectum tumulum, pro Confpicuo, pofuit Liv. 32. 5. extr. Tabernaculum regium pro vallo, in confpecto maxime tumulo, &c. pofitum.

CONSPECTIOR, ōris. [περιβλεπτότερος] compar. Liv. 6. 15. Sed quid ego vos de veftro impendatis hortor? fortem aliam ferte, de capite deducite quod ufuris pernumeratum eft: jam nihilo mea turba, quam ullius confpectior erit.
Mors confpectior. Tacit. 4. Hift. 11. Juffu Muciani cuftodia militari cinctus, ne in ipfa urbe confpectior mors foret, ad quadragefimum ab Urbe lapidem, via Appia, fufo per venas fanguine extinguitur.
Pars nulla confpectior capillis. Ovid. 4. Met. 795. h. e. Pulchrior, & confpici dignior.
Turba, quam dignitate confpectior plebs. Liv. 22. 40. Plebeium Confulem fua plebs profequuta, turba, quam dignitate confpectior.
Platano confpectior alta. Ovid. 13. Met. 794.

CONSPICIENDUS, [περιβλεπτέος] Partic. Tibul. lib. 1. 2. 72.
Infideat celeri confpiciendus equo.
Aurato confpicienda finu. Ovid. 2. Faft. 310.
Signa veteri confpicienda metallo. Valer. lib. 1. Argon. 261.
Illum nec valido fpumantia pocula Baccho
Solicitant, veteri nec confpicienda metallo
Signa tenent.

CONSPECTUS, ûs. m. [πρόσοψις] fignificat Afpectum. Virg. 1. Æn. 38.
Vix, e confpectu Siculæ telluris, in altum
Vela dabant læti.
In confpectu. Virg. 1. Æn. 188.
Navim in confpectu nullam.
Afpicere in confpectu. V. IN.
Aftare in confpectu alicujus. Cic. 4. in Catil. 3.
Cadit in confpectum animus. Cic. 1. Tufc. 50. Cafurufne in confpectum videatur animus.
Confedimus omnes in confpectu. Cic. 1. Acad. 14.
Confiftere in medio confpectu. Virg. 2. Æn. 67.
Dare fe alicui in confpectum. Cic. 7. Verr. 85. Ennius apud Cic. 1. de Divin. 41. i. e. Videndum fe exhibere.
Evolare e confpectu. Cic. 7. Verr. 87.
Fit confpectus, fubaud. Ab hominibus. Cic. 7. Att. 10. pr. Subito confilium cepi, ut antequam luceret, exirem, ne qui confpectus fieret, aut fermo, lictoribus præfertim laureatis.
Frui confpectu alicujus rei tranquillo animo & quieto. Cic. pro Sulla 26.
Fugatus ex hominum confpectu. Lucret. lib. 3. 49.
Fugere aliquorum, cui opponitur Sequi. Cic. 2. de Lege Agr. 6. Qui aditum hujus loci, confpectumque veftrum, partim magnopere fugerunt, partim non vehementer fecuti funt.
Ingredi in populi. V. INGREDIOR.
Ire ad confpectum. Virg. 6. Æn. 109.
Ire ad confpectum cari genitoris & ora
Contingat.
Locare aliquid in confpectu aliquorum. Cic. 1. de Lege Agr. 7.
Mori in confpectu legum, libertatifque. Cic. 7. Verr. 69.
Ponere aliquid in confpectu alicujus. Cic. 5. de Fin. 2.
Pofita in fundi villæque confpectu religio Larum. Cic. 2. de Legib. 27.
Privare aliquem fuorum confuetudine, confpectuque. Cic. pro Muren. 49.
Prodire in alicujus. Plaut. Moftel. 5. 2. 33.
Is adiit me: nam illum prodire pudet in confpectum tuum.
Reddere confpectum alicujus, Revocare ac reducere in confpectum. Virg. 9. Æn. 262.
Relinquere in confpectu. Cic. 5. de Fin. 63.
Sequi aliquorum. V. Fugere paulo ante.
Stare cum gladiis in confpectu Senatus. Cic. 2. Philipp. 8.
Sum. ut, Quæ eft in oppidi confpectu. Varr. 1. de R. R. cap. 7.
Procul a confpectu imperii urbs effe dicitur. Cic. 2. de Lege Agr. 86.
Venire in confpectum alicujus. Cic. 1. de Fin. 24.
Vereri confpectum alicujus. Ter. Phorm. 2. 2. 1.
Itane patris ais confpectum veritum hinc abiiffe?
Videre uno in confpectu omnia. Cic. de Clar. Orat. 15.
Vitare alicujus confpectum. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Confpectum vocat Excerpta brevia ex multis, & in ordinem digefta Gell. 17. 21. Ut confpectum quendam ætatum antiquiffimarum, &c.

CONSPICIO, ōnis. f. quafi Confpectio. Varro de L. L. 6. 2. ex Carmine Augurali. Interea concretione, confpicione, cortumione, utique ea rectiffime fenfi. Et paulo poft: Contemplare & Confpicare idem effe apparet. Ideo dicere, cum templum faciant, Augures, Confpicione, qua oculorum confpectum finiant. [Dicitur eadem forma ac Sufpicio.

CONSPECTOR, ōris. m. Qui confpicit. Tertull. de Cultu Fem. 2. 13. Deus eft confpector cordis.

CONSPICUUS, [περιφανής] Adj. Quod ab omnibus confpicitur: vel, ut ait Valla, lib. 1. cap. 30. Quod circumfpicitur. Martial. lib. de Spectac 2.

Hic, ubi conſpicui venerabilis amphitheatri
Erigitur moles, ſtagna Neronis erant.

Occultus & Conſpicuus, contraria. Ovid. 4. Triſt. 10. 108.
Præſens & conſpicuus. Ovid. 2. Triſt. 54.
Per te præſentem, conſpicuumque deum.
Decus conſpicuum. Ovid. ad Liv. 336.
Loci. Ovid. 3. de Arte Am. 394.
Viſite conſpicuis terna theatra locis.
Opus. Ovid. 5. Triſt. 14. 84.
Venuſtas. Auct. ad Herenn. lib. 3. 26.
Vertex late. Hor. 3. Carm. 16. 19.
— jure perhorrui
Late conſpicuum tollere verticem.
Conſpicuus alicui. Plin. lib. 36. cap. 12. Reliquæ tres, quæ orbem terrarum implevere fama, ſane conſpicuæ undique adnavigantibus, ſitæ ſunt in parte Africæ, monte ſaxeo. De Pyramidibus Ægyptiis loquitur. Tacit. 3. Hiſt. 17. Conſilio, manu, voce inſignis hoſti, conſpicuus ſuis.
Conſpicuus homo, Quem omnes admirantur & reverentur. Liv. 1. 34. extr. Jam & Romanis conſpicuum eum novitas divitiæque faciebant.
Albo colore conſpicuus. Columel. lib. 7. cap. 12. Ne ſi non ſit albo colore conſpicuus, pro lupo canem feriat.
Armis conſpicuus longe fulgentibus. Ovid. 4. de Pont. 7. 31.
Domo inſignis clara conſpicuuſque. Tibul. lib. 3. 3. 4.
Toris, Lacertoſus & toroſus; qualem fuiſſe Herculem dicit Valer. 1. Argon. 253.
Conſpicuus fons in planitie. Plin. lib. 6. cap. 27.
Conſpicuus forma. Plin. 7. Epiſt. 23. Ac primum conſpicuus forma, omnes ſermones malignorum & puer & juvenis evaſit.
Fide. Ovid. 5. Epiſt. 139.
Conſpicuus magnitudine Lunenſis caſeus. Plin. lib. 11. cap. 42.

CONSPĬCO, āre. apud Antiquos legitur. Varro de L. Lat. 6. 2. V. CONSPICIO, ōnis, in verbo conſono.

CONSPICOR, āri. paſſ. apud Priſcian. 8. Paupertas conſpicatur. Sed frequentius eſt

CONSPĬCOR, [παρατηρέω] āri. depon. Idem quod Conſpicio. Ter. Eun. 5. 8. 32. Cur ergo in his ego te conſpicor regionibus? Cæſ. 2. Bell. Civil. 22. Hunc conſpicatæ naves, quæ miſſu Bruti conſuetudine quotidiana ad portum excubabant, ſublatis anchoris ſequi cœperunt.

CONSPICĀBUNDUS, a, um. Mart. Capel. 8.

CONSPICĀBĬLIS, e. Sidon. 8. Epiſt. 4. Thermæ conſpicabiles.

CONSPICILIUM, i. n. [σκοπή] auctore Nonio 2. 116. eſt Unde conſpicere poſſis. Plaut. 1. Fragm. 105. In conſpicilio adſervabam, pallium obſervabam. [Al. Conſpicillo. Sed forma diminutiva nihil opus eſt. Videtur pro Specula poſitum, niſi forte pro Speculo. V. ad ſq. dict.
Conſpicilium, etiam dicitur Quod adhibemus oculis, ut res majores videantur. Plaut. Vitrum cedo, neceſſe eſt conſpicilio uti. Hoc autem ſæpius ſcribitur

CONSPICILLUM, i. n. Plaut. Ciſtel. 1. 1. 93.
Mater pompam me ſpectatum duxit. dum redeo domum,
Conſpicillo conſequutus eſt clanculum me uſque ad fores. Alii, & forte rectius, flectunt Conſpicillo, ōnis. m. ut ſit Conſpicillo, Qui clam & ex occulto alium conſpicatur & obſervat. Sic enim Alceſimarchus adoleſcens Plautinus Silenium puellam obſervavit domum redeuntem e ſpectaculis. Alii ex Mſſ. proferunt, Conſpicit: Illo ſecutus eſt &c. [Conſpicillum, pro Vitreo ſpecillo ab antiquis poſitum quis ſibi perſuadeat? Itaque Plautina, quæ afferuntur, non notato loco, ſpuria ſint neceſſe eſt.

CONSPĪRO, [συμπνέω, συνίστημι] āre. Simul ſpirare, vel flare. Virg. 7. Æn. 615. Æreaque aſſenſu conſpirant cornua rauco.
Conſpirare omnibus partibus ad aliquid faciendum. Columel. lib. 3. cap. 13. de paſtinato, Et cæleſtes admittat imbres: eoſque alendis ſeminibus diſpenſet, ac ſuis omnibus partibus ad educandam prolem novam conſpiret.
Conſpirare item, pro Conjurare & conſentire. tum in bonam, tum in malam partem accipitur. Plaut. Merc. 4. 5. ſuppoſ. 28.
Mirum ni ſenes vicini in unum nidum conſpiraverint.
Conſpirare in commune. Columel. lib. 12. in præf. Nihil quod aut maritus, aut femina proprium eſſe juris ſui diceret, ſed in commune conſpirabatur ab utroque, ut cum forenſibus negotiis matronalis ſedulitas induſtriæ rationem parem faceret.
Conſpirare & conſentire cum aliquo: idque in bonum. Cic. 2. de Lege Agr. 26. Conſpirate nobiſcum: conſentite cum bonis, communem Rempub. communi ſtudio atque amore defendite.
Conſpirare ad liberandam Rempub. Cic. 10. Fam. 12. Mirabiliter enim Pop. Rom. univerſus, & omnium generum ordinumque conſenſus, ad liberandam Rempub. conſpiravit.
Ad majeſtatem aliquorum defendendam. Cic. 3. Philipp. 13.
Conſpirare dicitur natura. Cic. 3. de Nat. Deor. 28. Itaque illa mihi placebat oratio de convenientia conſenſuque naturæ, quam quaſi continuatam conſpirare dicebas.
Conſpirare in malum. Sueton. in Cæſ. cap. 80. Conſpiratum eſt in eum a LX amplius.

CONSPIRANS, [συμπνέων] Partic. Cic. 2. de Nat. Deor. 19. Quid vero, tanta rerum conſentiens, conſpirans, continuata cognatio, &c.
Conſpirans mutuus ardor. Lucret. lib. 4. 1209.
Conſpirans & pæne conflatus conſenſus. Cic. pro Ligar. 55.

CONSPIRATUS, a, um. ut
Conſpiratæ res, Quæ velut conflatæ ſunt in unum corpus. Sen. Epiſt. 85. Talem eſſe animum noſtrum volo, ut multæ in illo artes ſint, multa præcepta, multarum ætatum exempla, ſed omnia in unum conſpirata.
Conſpirati, abſolute, pro his, Qui in necem alicujus conſpirarunt. Suet. in Cæſ. cap. 82. Aſſidentem conſpirati ſpecie officii circumſteterunt.

CONSPIRĀTE, Adv. Juſtin. 3. 5. Lacedæmonii eo conſpiratius ad arma concurrunt. i. e. Majori conſenſu.

CONSPIRATIO, ōnis. f. [σύστασις, συμπνοία] Tam in bonum, quam in malum accipitur.
In malum. Cic. 11. Fam. 13. Ut quam paratiſſimi ab exercitu, reliquiſque rebus pro veſtra ſalute contra ſceleratiſſimam conſpirationem hoſtium confligamus.
Certorum hominum contra dignitatem alicujus conſpiratio. Cic. pro Deiot. 11.
Conflata. Cic. Anteq. iret in exil. 14.

Inceſſere conſpirationem. Quintil. lib. 5. cap. 7. Et ſi deficietur numero pars diverſa, paucitatem: ſi abundabit, conſpirationem: ſi humiles producet, vilitatem: ſi potentes, gratiam oportebit inceſſere.
Conſpiratio in bonum, pro Unanimitate. Cic. pro Domo 28. Hanc noſtram conjunctionem, hanc conſpirationem in Republ. bene gerenda, hanc jucundiſſimam vitæ atque officiorum omnium ſocietatem, certi homines fictis ſermonibus & falſis criminibus diremerunt.
Bonorum virorum conſpiratio. Cic. 4. in Catil. 22.
Concordia & conſpiratio omnium ordinum ad defendendam libertatem. Cic. 10. Fam. 15.
Conſpiratio & conſenſus hominum. Cic. 2. Off. 16. Magnas utilitates adipiſcimur conſpiratione hominum atque conſenſu.
Virtutum. Cic. 5. de Fin. 69. Qualis eſt igitur omnis quam dico conſpiratio, conſenſuſque virtutum, tale eſt illud ipſum honeſtum.
Amoris conſpiratione conſentire. Cic. 1. de Fin. 65.

CONSPIRĀTUS, ûs. m. [σύμπνευσις] i. e. Concentus. Gell. lib. 1. cap. 11. Sed enim Achæos Homerus pugnam indipiſci ait, non fidicularum, tibiarumque concentu, verum conſpiratu tacito nitibundos.

CONSPĪRO, [συσπειράω] āre. a Spira, æ. Conſpirare ſe dicuntur ſerpentes. i. e. Convolvere in ſpiram. Aur. Vict. de Viris Illuſt. 22. Anguis ſedibus ejus elapſus, venerabilis, non horribilis, per mediam urbem cum admiratione omnium ad navem Romanorum perrexit, & ſe in Volumnii tabernaculo conſpiravit.

CONSPISSO, [πυκνόω] āre. Plin. lib. 35. cap. 6. Adulteratur Romæ creta cimolia, decocta, conſpiſſataque. Columel. lib. 2. cap. 18. Prius quam conſpiſſatum, & herbis colligatum ſit ſolum.

CONSPONDEO, di, ſum, [συνεγγυάομαι] ēre. Conſponſos veteres dicebant, fide mutua colligatos, inquit Feſtus. Et Varr. de L. L. 5. 7.
Fœderis conſponſi. Auſon. Epiſt. 10. 11.
Te quoque ne pigeat conſponſi fœderis.

CONSPONSOR, ōris. m. [συνεγγυητὴς] Conſponſores, Qui ſimul pro aliquo ſpoſponderunt. Cic. 6. Fam. 19. De tuo negotio quod ſponſor es pro Pompeio, ſi Galba conſponſor tuus redierit. Adde Epiſt. ad Att. 12. 17.
Conſponſor, Conjurator. Feſtus.

CONSPUO, ui, ūtum, [καταπτύω] ĕre. Sputo aliquem fœdare: cujus paſſivum eſt Conſpuor. Plaut. Ab omnibus deriſus, atque conſputus. Idem Curc. 4. 2. 17.
Qui conſtitit culpant eum, conſpuitur, vituperatur.
Me conſpui jubet. Petron. cap. 132. De hoc contumeliæ genere, V. Barth. ad Claud. Conſ. Hon. 4. 404. & Adverſ. 23. 24.
Conſpuit pro Conſpergit, uſus eſt vetus aliquis Poeta, qui ab Horatio reprehenditur 2. Serm. 5. 41. — ſeu, pingui tentus omaſo,
Furius hibernas cana nive conſpuet Alpes. V. Scholiaſten in loc.
Idem culpatur quoque a Quintiliano 8.6. Ob translationem hanc duram & a longinqua ſimilitudine ductam.

CONSPŪTO, [καταπτύω] āre. frequentativum. Cic. 2. Q. frat. 3. Hora fere nona, quaſi ſigno dato, Clodiani noſtros conſputare cœperunt.

CONSPURCO, [καταρρυπόω] āre. Commaculare. Columel. lib. 8. cap. 3. Nam ſuperſiliens avis proluvie ventris cibos & aquam conſpurcat.
Sapore tætro conſpurcare omnia. Lucret. lib. 6. 21.

CONSTABĬLIO, īvi, ītum, [βεβαιόω, στηρίζω, ἀσφαλίζομαι] īre. Stabile & firmum facere. Ter. Adel. 5. 1. 9. Dis quidem eſſes Demea, ac tuam rem conſtabiliſſes.
Subſidiis alicujus conſtabilitus. Lucret. lib. 2. 45.
Fervere quum videas belli ſimulacra cientes,
Subſidiis magnis Epicuri conſtabilitas.

CONSTABŬLO, āre. Idem ac Stabulo. Columel. V. Voſſ. de Vit. Serm. 2. 26.

CONSTABULATIO, ōnis. f. Apul. Niſi error eſt, pro Contabulatio. q. V.

CONSTABŬLUS, & CONSTABULARIUS, i. m. Rectius Comes ſtabuli dicetur, qui Ammiano Tribunus ſtabuli appellatur, 14. 10. V. Voſſ. l. c.

CONSTANS, CONSTANTIA, CONSTANTER. V. CONSTO.

CONSTANTIA, [Κωνσταντία Stephano] Cypri urbs eſt, alias Salamis dicta. Eſt item Conſtantia, Germaniæ oppidum, ad Aeronium lacum, quod a Ptolemæo Cannodurum appellatur.
Conſtantia Julia, oppidum eſt Hiſpaniæ Bæticæ, in conventu Hiſpalenſi, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 1.

CONSTANTINOPOLIS, [Κωνσταντινόπολις] Urbs, a Conſtantino M. aucta, in finibus Thraciæ, de qua in dictione BYZANTIUM. Vulgo *Conſtantinople*.

CONSTANTINUS Magnus, cujus innumeræ in Codicis libris conſtitutiones extant, quique Pop. Rom. jus antiquum, quod proprie Civile appellatur, magnopere immutavit, Conſtantii Imperatoris & Helenæ filius, imperavit annis XXX. Fuit vero ultra quam æſtimari poteſt laudis avidus. Hic Trajanum, herbam parietariam, ob titulos multos, appellare ſolitus erat. Hic pontem in Danubio conſtruxit: habitum regium gemmis, & caput exornans perpetuo diademate. Commodiſſimus tamen rebus multis fuit: calumnias ſedare legibus ſeveriſſimis: nutrire artes bonas, præcipue ſtudia litterarum: legere ipſe, ſcribere, meditari, audire legationes & querimonias provinciarum. Qrumque, liberis Conſtantino, Conſtantio & Conſtante, filioque fratris Dalmatio Cæſaribus confirmatis, III & LX annis vixiſſet, morbo conſumptus eſt, irriſor potius quam blandus, unde proverbio vulgari, Trachala X annis præſtantiſſimus, XII ſequentibus Latro, X ſequentibus (tot enim numerantur anni quibus regnavit) Pupillus, ob profuſiones immodicas nominatus eſt. Hæc ex Sex. Aurel. epitome, q. V. & de CONSTANTIO patre ejus, ac Filio.

CONSTELLATIO, ōnis. f. Stellarum multitudo ad certam quandam figuram ab aſtronomis reductarum. Ammian. Marcell. 29. 2. extr. Cum objectaretur ei, quamobrem conſtellationem Principis collegiſſet, fratrem ſuum fuiſſe Valentem, dudumque obiſſe documentorum plena fide monſtrare pollicitus, &c. Firmic. lib. 1. cap. 1. Hæc vitia mala, Mercurii cum Marte perficit conſtellatio. Idem lib. 4. cap. 2. Iſtis calamitatis laqueis implicatur, qui ſub tali natus fuerit conſtellatione. [His locis eſt Horoſcopus.

CONSTERNO, [ἐκπλήττω, καταπλήσσω, συστέλλω] āre. Conſternere; inquit Valla lib. 5. cap. 91. eſt corporis: Conſternari autem, animi: quum mens turbata eſt, & de ſtatu mota, & quaſi humi ſtrata: ideoque ſæpe conjungi animum videmus. ut, Conſternatus animo. Salluſtius tamen 1. Hiſtor. apud Priſcian. lib. 4. Equi ſine rectoribus exterriti, aut ſaucii conſternantur. Liv. 6. 2. Itaque non aperuit ſolum incendio viam, ſed flammis in caſtra tendentibus, vapore etiam ac fumo, crepituque viridis

materiæ flagrantis ita consternavit hostes, ut minor moles superantibus vallum in castra Volscorum Romanis fuerit, quam transcendentibus sepem incendio absumptam fuerat.
Consternare animos. Liv. 8. 27. Tumultuque etiam sanos animos consternante, decernitur ut societas cum Samnitibus renovaretur.
Pavida & consternata multitudo. Liv. 3. 15.
Consternari animo. Sallust. Qua victoria elati hostes, nostri territi atque animis consternati discessere.
In fugam consternari. V. FUGA.
Equi consternantur. Ovid. 2. Met. 314.
Equi consternati. Idem 5. Fast. 310.
Mœnia consternata. Sil. lib. 13. 134.
Timores consternati. Ovid. 12. Met. 60.
Consternati etiam dicuntur, non Qui dejecti sunt animis, sed Commoti & perturbati atque tumultuantes. Liv. 34. 3. in Catonis oratione, Volo tamen audire quid sit, propter quod matronæ consternatæ procurrant in publicum. Tumultuabantur enim matronæ pro abroganda Lege Oppia.
Consternari, vetuste, Rursum erigi, teste Nonio 4.72. Pacuvius Duloreste: Unde exoritur? quo præsidio fretus? auxiliis quibus? quo consilio consternatur? qua vi, cujus copiis?

CONSTERNATIO, ōnis. [ἔκπληξις] Liv. 37. 42. Auxilia enim subsidiaria, quæ proxime locata erant, pavore & consternatione quadrigarum territa, &c.
Consternatio dicitur a Valerio lib. 9. cap. 7.4. pro Seditione vel tumultu, Creditorum quoque consternatio adversus Sempronii Asellionis Prætoris Urbani caput exarsit. conf. Tacit. 1. Ann. 39.
Consternatio, inquit Festus, quæ est Concitatio quædam subita ex aliquo metu, a sternutamento deducta est, quod eo toto concutimur corpore.

CONSTERNO, strāvi, strātum, [στόρνυμι] ĕre. Idem quod Sternere. ut Virg. 4. Æn. 444.

— it stridor, & alte
Consternunt terram concusso stipite frondes.

Campi consternuntur milite. Sil. lib. 1. 125.
Contabulationem consternere lateribus lutoque. Cæs. 2. Bell. Civil. cap. 9.
Cubilia consternere gallinarum. Columel. lib. 8. cap. 5.
Scrobes consternere perticis salignis & lapide. Plin. lib. 17. cap. 11.
Terram corpore consternere. Cic. in Arat. v. 437.

Ille gravi moriens constravit corpore terram.

Terram consternere tergo, Supinum jacere. Virg. 12. Æn. 543.
Vias consternit frumentum. Cic. 1. de Divin. 69. Nam & ex horreis direptum, effusumque frumentum, vias omnes, angiportusque constraverat.

CONSTRĀTUS, [ἐστρωμένος] Partic. Cic. pro Sext. 85. Forum corporibus civium Romanorum constratum cæde nocturna.
Constratæ naves, Quæ catastromata habebant, quas Cæsar Tectas sæpe vocat. Cic. 7. Verr. 103. Poterone in eos esse vehemens, qui naves inanes non modo habuerunt, sed etiam apertas? in eum dissolutus, qui solus habuerit constratam navem, & minus exinanitam? His opponuntur Apertæ, ut hinc intelligas Constratarum nomine non alias intelligi, quam Tectas. Hirt. de Bell. Alex. 17. Magnoque impetu quatuor ad eam constratæ naves, & complures apertæ contenderunt. conf. Curt. 9. 10.

CONSTRĀTUM, i. n. Petron. cap. 10. Constratum navis. Liv. 30. 10. Constrata pontium.

CONSTRĀTOR, ōris. m. Auson. Idyll. 12.

CONSTĬMŬLO, āre. Hieron. & Firmic.

CONSTĬMŬLĀTOR, ōris. m. August.

CONSTĪPO, [στύφω] āre. significat Condensare. Cæs. 5. Bell. Gall. 43. Hic dies nostris longe gavissimus fuit. sed tamen hunc habuit eventum, ut eo die magnus numerus hostium vulneraretur atque interficeretur, ut se sub ipso vallo constipaverant, recessumque primis ultimi non dabant. Cic. 2. de Lege Agrar. 28. Sed ne constipari quidem tantum numerum hominum posse in agrum Campanum intelligetis.

CONSTIPĀTIO, ōnis. f. Ammian. 26. 6. Constipatio militum.

CONSTĬTUO, ui, ūtum, [συντάσσω, καθίστημι, διατάττω, τάττομαι, βουλεύομαι] ĕre. Collocare. Cæs. 2. Bell. Gall. 19. Intra silvam aciem ordinesque constituerant.
Constituitote vobis ante oculos hujus etiam miseri senectutem. Cic. pro Cœl. 79.
Taurum ante aras. Virg. 5. Æn. 237.
Constituit in ordinem elephantos. Hirt. de Bell. Afr. 27.
Constituit horrea certis locis, vecturasque frumenti finitimis civitatibus descripsit. Cæs. 3. Bell. Civil. 42.
Constituere procuratorem. Ulp. in l. 1. §. 1. D. De procuratoribus, Constitutus vel coram, vel per nuntium, vel per epistolam.
In locum alicujus aliquem. Cic. 3. Verr. 77.
In aliquo munere aliquem. Cic. de Petit. Cons. 29.
Constituere, Statuere, proponere, decernere. Ter. Phorm. 4. 3. 71.

Nam illi mihi dotem jam constituerunt dare. Virg. 1. Æn. 309.
Qui teneant (nam inculta videt) hominesne, feræne,
Quærere constituit.

Constituere & designare. Cic. 1. de Divin. 82. Dii non ignorant ea quæ ab ipsis constituta & designata sunt.
Constituere sibi aliquod genus ætatis degendæ. Cic. 1. Off. 117.
Nec satis constituere possum, quid &c. Cic. 4. Acad.
Serius, quam constituerat. Cic. 3. Q. frat. 1.
Ante constituere, quid accidere possit. Cic. 1. Off. 81. Illud etiam ingenii magni est, præcipere cogitatione futura, & aliquanto ante constituere, quid accidere possit in utramque partem: & quid agendum sit, quum quid evenerit.
Ex re & ex tempore aliquid. Cic. 12. Fam. 19.
De re aliqua aliquid. Balbus Ciceroni, 9 Att. 8.
Communiter constituere de reditu alicujus. Cic. ad Brut. 6.
Constitutum ex omnium sententia. Cic. pro Cluent. 83. Hoc postquam ceteri comprobarunt, ex omnium sententia constitutum est, satis videri esse quæsitum.
Habere constitutum de re aliqua. Cic. 8. Fam. 5. Tametsi hac de re puto te constitutum, quid facturus esses, habere.
Omnia quæ sibi constituta sunt exponere. Cic. 3. Verr. 42. Mihi enim properandum necessario est, ut omnia vobis, quæ mihi constituta sunt, possim exponere.
Constitutum est mihi, Deliberatum est mihi, decretum est mihi, statutum est; mihi, id est apud me cogitando firmatum est. Cic. 7. Att. 7.
Constitutum, pro Certo, stabilito, non controverso. Cic. 5. de Finib. 15. Hoc enim constituto in philosophia, omnia sunt constituta.
Optime constituere, quando &c. Cic. 2. Fam. 7. Quod quando, & quomodo, & per quos agendum sit, tu optime constitues.
Constituere alicui se venturum. Cic. 1. de Orat. 265. Sane (inquit) vellem non constituisse in Tusculanum me hodie venturum esse Lælio.
Dixit, & constituit se venturum. Ter. Eun. 1. 2. 125.
Constitueram, ut irem rus. Plaut. Pseud. 1. 5. 156.
Constituere inter se, ut. Cic. 5. de Finib. 1. Constituimus inter nos, ut ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia.
Constituere cum. Ter. Hec. 1. 2. 120.

— nam constitui cum quodam hospite,
Me esse illum conventuram.

Hic Promisi significat, nempe dum præpositionem conjunctam habet.
Constituere, quod Assignare vulgus dicit. Ter. Eun. 3. 4. 3.

— dati annuli: locus, tempus constitutum est.

Pactam & constitutam esse cum aliquo diem. Cic. 1. in Catil. 34.
Constituere in diem. Sallust. in Jugurth. cap. 66. Deinde compositis inter se rebus, in diem tertium constituunt: quod is festus, celebratusque per omnem Africam, ludum & lasciviam magis quam formidinem ostentabat. Cort. sustulit præpositionem. V. ejus not.
Constituere, Sistere. Cic. pro Cluent 38. Et hominem ante pedes Q. Manilii, qui tum erat Triumvir, constituunt.
Constituere, pro In unum conciliare, & consociare. Cic. 1. de Orat. 33. Ut vero jam ad illa summa veniamus, quæ vis alia potuit aut dispersos homines unum in locum congregare, aut a fera agrestique vita ad hunc humanum cultum civilemque deducere, aut jam constitutis civitatibus leges, judicia, jura describere? Budæus. V. infra Civitatem &c.
Constituere aliquem magna gratia apud regem. Cic. 15. Fam 4. Maxima apud regem auctoritate, gratiaque constitui. Videtur subaudiendum In.
Constituere in re præsenti, vel cum re præs. dicebant veteres, quum quid statui, transigique non posse, nisi in loco ipso significabant. Quintil. lib. 7. cap. 10. Illa enim potentissima est, quæque vere dicitur totius causæ dispositio. quæ constitui, nisi velut in re præsenti, non potest. Trajanus ad Plin. 10. Epist. 40. Quid oporteat fieri circa theatrum, quod inchoatum apud Nicenses est, in re præsenti optime deliberabis & constitues. Budæus.
Accusatorem constituere, vulgo Denominare. Cic. 1. Verr. 10. Ut in constituendo accusatore, quod sequi possitis, habeatis.
Actionem constituere, quod vulgo, Evacuare finem non procedendi, dicunt. Cic. in Partit. 99. Quare de constituendis actionibus, accipiendis subeundisque judiciis, de excipienda iniquitate actionis, &c. Budæus.
Inire & constituere consilium. Cic. 2. Verr. 26. Reperio, Judices, hæc ab istis consilia inita & constituta, ut quacunque opus esset ratione, res ita duceretur, ut, &c.
Amicitiam utilitas constituit. Cic. 2. de Finib. 78. Manebit ergo amicitia tamdiu, quamdiu sequetur utilitas: & si utilitas amicitiam constituet, tollet eadem.
Æquitatem constituere. Cic. 2. Off. 41. Æquitate constituenda summos cum infimis pari jure retinebat.
Æra militantibus. Liv. 5. 2. An est quisquam qui dubitet nullis injuriis vestris, si quæ forte aliquando fuerunt, unquam æque quam munere patrum in plebem, quum æra militantibus constituta sunt, Tribunos plebis offensos ac concitatos esse.
Æstimationem. Cic. 5. Verr. 213. Deinde cur in uno genere solo frumenti ista æstimatio constituitur?
Agmen constituere. i. e. Sistere. Liv. 27. 16.
Amicitiam cum aliquo. Cic. de Petit. Cons. 22.
Civitas bene morata & bene constituta, Fundata. Cic. de Clar. Orat. 7.
Civitatem constituere, Condere. Vitruv. lib. 2. proœm.
Conditionem alicui, V. Jus constituere.
Controversiam. Cic. 1. de Orat. 143.
Crucem sibi. Cic. 1. Q. frat. 2.
Delectum rerum. Cic. 1. de Finib. 33.
Diem alicui. Cic. 12. Att. 2. conf. Constituere in diem.
Diem colloquio, nuptiis, aut alicui alii rei. Plaut. Trin. 2. 4. 180.
Diem medium constituit Titan, Meridies est. Sen. Hippol. 6.
Disceptationem constituere, i. e. quod Accordare scripturas dicunt. Cicero in Partitionibus 104. Ex rationis autem & ex firmamenti conflictione, & quasi concursu, quæstio exoritur quædam quam Disceptationem voco: in qua quid veniat in judicium, & de quo disceptetur, quæri solet. Hæc verba, quid sit Disceptatio, ostendunt. Deinde subjicit 109. Disceptatio autem, quum est constituta, propositum esse debet oratori, quo omnes argumentationes repetitæ ex inveniendis locis conjiciantur. Budæus.
Documentum constituere. Hirt. de Bell. Afr. 54. Egomet ipse documentum more militari constituam.
Domos constituere, i. e. Ædificare. Ovid. 3. Trist. 9. 4.
Fides rei non est constituenda in servi unius quæstione. Ulp. in l. 1. §. ad quæstionem. D. de quæstionibus.
Finem rei constituere, pro Imponere finem. Cic. 3. Verr. 5. Postremo ut esset hoc judicatum, ut finis aliquando judiciariæ controversiæ constitueretur.
Fines in amicitia. Cic. de Amicit. 56. Constituendi autem sunt in amicitia fines, & quasi termini diligendi.
Firmamenta Reipub. Cic. 1. Att. 15. Sic ille annus duo firmamenta Reipub. per me unum constituta, evertit.
Honores temporis causa. Cic. 1. Q. frat. 1. Et quidem de isto genere honorum, quid sentirem scripsi ad te ante. Semper eos putavi, si vulgares essent, viles: si temporis causa constituerentur, leves.
Horam. Martial. 11. 74.

Constituisque horam, constituisque locum.

Judices de quaque re. Cic. pro Domo 33.
Judicium constituere in sensibus & in rerum notitiis. Cic. 4. Acad. 30.
Judicium constituere dicebant, pro eo quod est Constituere actionem. Cic. in Partit. 99. Atque etiam ante judicium, de constituendo ipso judicio solet esse contentio, quum aut sitne actio illi qui agit, aut jamne sit, aut num jam esse desierit, aut illane lege, hisne verbis sit actio,

quæritur : quæ etiam ſi antequam res in judicium venit, aut concertata, aut dijudicata, aut confecta non ſunt: tamen ipſis judiciis, permagnum ſæpe habent pondus. Quintilianus Quæſtionem pro Judicio dicere ſolet. Budæus.
Judicium conſtituere, eſt etiam id quod nunc Recipere in proceſſum dicimus. Quintil. lib. 3. cap. 12. Rarum eſt autem ut in foro judicia propter id ſolum conſtituantur: ſicut divinationes, quæ fiunt de accuſatore conſtituendo: & nonnunquam inter delatores, uter præmium meruerit. Cic. 5. in Verr. 154. Amici recuſare, ne quod novum judicium, ne qua ipſius cognitio illo abſente, de exiſtimatione ejus conſtitueretur. Budæus.
Judicium conſtituere in publicis duntaxat judiciis dicitur Quæſitor, qui judicum rejectione utrimque facta, certos conſtituit judices, qui ſibi jurati in conſilio adſint, & ſecum cognoſcant. In privatis vero judiciis, quum Prætor urbanus judici aut recuperatoribus a litigatoribus acceptis, poteſtatem de cauſa cognoſcendi & litigandi facit. Hotomanus.
Judicium de pecuniis repetundis conſtitutum. Cic. 1. Verr. 10.
Judicium capitis in aliquem conſtituere. Cic. 7. Verr. 140. Servilius & recuſare & deprecari, ne iniquis judicibus, nullo adverſario, judicium capitis in ſe conſtitueretur.
Judicia conſtituta, Reperta. Cic. pro Cæcin. 7. Cujus rei cauſa maxime judicia conſtituta ſunt, id jam mala conſuetudine diſſolutum eſſe. Ibidem paulo poſt, Qui igitur convenit, quæ cauſa fuerit ad conſtituendum judicium, eandem moram eſſe ad judicandum. [Perperam Hotomanus hæc loca ad ſuperiorem phraſin referebat.
Jura. Lucret. 5. 1143.
Inde magiſtratum partim docuere creare,
Juraque conſtituere, ut vellent legibus uti.
Jus conſtituere, h. e. Statuere, & exemplum prodere juris dicendi, ut ait Budæus. Cic. pro Cæcin. 40. Videte, per deos immortales, quod jus nobis, quam conditionem vobiſmetipſis, quam denique civitati legem conſtituere velitis.
Jus conſtituere in verbis. Cic. pro Cæcin. 81. Quid eſt, Piſo? placet tibi pugnare verbis? placet cauſam juris & æquitatis, & non noſtræ poſſeſſionis, ſed omnino poſſeſſionum omnium conſtituere in verbo?
Jus quidpiam agendi alicui. Cic. pro Cæcin. 40. Hujusce rei vos ſtatuetis nullam eſſe actionem, nulli experiundi jus conſtitutum?
Cauſam juris & æquitatis, V. Jus conſtituere in.
Conſtituere legem civitati, V. Jus conſtituere.
Locum, V. Horam ſupra.
Locum reo. Cic. pro Cluent. 94. Reum ſtatim fecit, utque ei locus primus conſtitueretur, propter cauſæ conjunctionem, impetravit.
Majeſtatem. In MAJESTAS.
Malum alicui. Cic. 3. Verr. 65. Quod ubi eſt Philodamo nuntiatum, tametſi non erat ignarus, quantum ſibi ac liberis ſuis jam tum mali conſtitueretur, &c.
Mercedulas prædiorum. Cic. 13. Att. 11. Eſt aliud, poſteaquam ſum a te disjunctior, ſed fuit faciendum, ut & conſtituerem mercedulas prædiorum, & ne magnum onus obſervantiæ Bruto noſtro imponerem. Budæus exponit, *Affermer ſes terres.*
Mercedem funeris ac ſepulturæ. Cic. 7. Verr. 133.
Metam. Virg. 5. Æn. 129.
Modum rebus infinitis. Cic. 1. de Finib. 2.
Modum vitæ aliquem ſibi conſtituere. Cic. pro Sull. 46.
Mœnia conſtituere, Ædificare urbem. Virg. 12. Æn. 194.
Neceſſitudinem cum aliquo. Cic. 10. Fam. 3. Ego, Plance, neceſſitudinem conſtitutam habui cum domo veſtra, ante aliquanto, quam tu natus eſſes.
Nuptiæ conſtitutæ in hunc diem. Ter. And. 1. 5. 34.
Oppidum conſtituere, & exædificare. Cæſ. 1. Bell. Civil. 15. Etiam ex Cingulo, quod oppidum Labienus conſtituerat, ſuaque pecunia exædificaverat, ad eum legati veniunt.
Patronum alicui cauſæ. Cic. pro Muren. 4.
Pax tota provincia conſtituta. Cic. 1. Q. frat. 1.
Pœnam aut ſupplicium in aliquem. i. e. Animadvertere. Cæſ. 5. Bell. Gall. 1. Iis ad diem adductis, ut imperaverat, arbitros inter civitates dat, qui litem æſtiment, pœnamque conſtituant.
Præſidia conſtituere defenſionis ſuæ in arce legis. Cic. pro Cluent. 156.
Pretium frumento. Cic. 5. Verr. 171.
Provinciam alicui. Cic. 3. Verr. 44. Poſteaquam Cn. Dolabellæ provincia Cilicia conſtituta eſt.
Quæſtionem novam, eſt Decernere ut vindicetur, ut ait Budæus. Cic. pro Milon. 13. Hanc vero quæſtionem, etſi non eſt iniqua, nunquam tamen Senatus conſtituendam putavit: erant enim leges, erant quæſtiones vel de cæde, vel de vi: nec tantum mærorem Senatui mors P. Clodii afferebat, ut nova quæſtio conſtitueretur.
Quæſtus magnos atque uberes ſibi conſtituere ex quibuſdam cauſis. Cic. 4. Verr. 30.
Reditum ex mari conſtituere, piſcinas faciendo. Columel. lib. 8. cap. 16.
Regem populis conſtituere. Cæſ. 4. Bell. Gall. 21. Et cum his una Comium, quem ipſe Atrebatibus ſuperatis regem ibi conſtituerat, cujus & virtutem & conſilium probabat.
Rem familiarem. Cic. 11. Philipp. 4.
Rem nummariam. Cic. 3. Off. 80. Ut res nummaria de communi ſententia conſtitueretur.
Sacra. Cic. de Aruſp. Reſp. 13.
Sanctitatem ſibi patriam in aliquo colendo conſtituere. Cic. 10. Fam. 4. Perſuade tibi te unum eſſe, in quo ego colendo patriam mihi conſtituerim ſanctitatem.
Seminaria. Columel. de Arboribus, cap. 1.
Spectaculum in foro acerbum &c. Cic. 3. Verr. 76.
Spem in aliquo. Cic. pro Lege Manil. 62. Tanta in eo Reipub. bene gerendæ ſpes conſtituebatur, ut duorum Conſulum munus unius adoleſcentis virtuti committeretur.
Statum cauſæ conſtituere Judex dicitur, quum aut juris diſceptationem eſſe pronuntiat, aut facti. Bud. V. Judicium conſtituere, & CONSTITUTIO.
Stipendium militi. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Summam totius litis in re aliqua conſtituere, Idem quod Cardinem cauſæ ponere. Budæus. Quintil. lib. 7. cap. 5.
Supplicium in aliquem. Cic. 7. Verr. 116.

Templum. Ovid. 1. Faſt. 784.
Tempus certum alicui rei. Cæſ. 3. Bell. Civil. 19.
Teſtem aliquem in alium. Cic. pro Cluent. 176. Pater inquam illius adoleſcentis, quem propter animi dolorem pertenuis ſuſpicio potuiſſet ex illo loco teſtem in A. Cluentium conſtituere, is hunc ſuo teſtimonio ſublevat.
Teſtes. Cic. 2. Verr. 55. Illud a me novum, Judices, cognoſcetis, quod ita teſtes conſtituam, ut crimen totum explicem, ubi id interrogando, &c.
Vadimonium. V. VADIMONIUM.
Vectigal. Cic. 2. Att. 16. Vectigal te nobis in monte Antelibano conſtituiſſe. de Pompejo.
Victoriam. Cic. pro Roſc. Amer. 16. Poſteaquam victoria conſtituta eſt, ab armiſque receſſimus, quum, &c.
Urbem. Ovid. 7. Epiſt. 119. h. e. Condere. Vellei. 1. 1.
Per exordium animus auditoris, aut judicis conſtituitur, vel apparatur ad audiendum. Auctor ad Heren. lib. 1, 27.
Conſtituere & regere inſcitiam juvenum. Cic. 1. Off. 122. Ineuntis enim ætatis inſcitia, ſenum conſtituenda & regenda prudentia eſt.
Conſtituere in digitis ſingulas cauſæ partes. Cic. 1. Verr. 45. Quid, quum accuſationis tuæ membra dividere cœperit, & in digitis ſuis ſingulas partes cauſæ conſtituere?
Conſtituere, Erigere. Virg. 6. Æn. 217.
— & ferales ante cupreſſos
Conſtituunt.
Conſtituere, apud Juriſconſultos, eſt Quod jam debetur daturum facturumve ſe, vel pro ſemet ipſo, vel pro alio ſine ſtipulatione promittere. l. 1. & paſſim. D. de conſtit. pecun. Græci κατατάξασθαι dicunt. Hotomanus.
CONSTITŪTUS, a, um. [διατεταγμένος] Partic. ut, Conſtituta in menſem Januarium auctio. Cic. 1. de Lege Agr. 4.
Intra dies conſtitutos. Caius in l. Intra dies. D. de re judicat.
Conſtitutus locus a judicibus alicui de re aliqua. Cic. pro Cluent. 94.
Conſtituta præclariſſime Reſp. dilabitur. Cic. 2. Off. 73.
Conſtitutus rerum omnium delectus. Cic. 1. de Finib. 33.
Conſtitutus ad cædem. Cic. in Catil. 16. Quid, quod omnes Conſulares, qui tibi perſæpe ad cædem conſtituti fuerunt, ſimul atque aſſediſti, partem iſtam ſubſelliorum nudam atque inanem reliquerunt?
Publice conſtitutum eſſe ad rem aliquam. Cic. 2. de Legib. 30.
Conſtitutum eſt per legem. Caius in l. Intra dies. D. de re judicat.
Conſtituta divinitus res militaris. Cic. 4. Tuſc. 23.
Conſtituta pax. Cic. 1. Q. frat. 1.
Conſtitutum patrimonium alicujus. Cic. 1. Fam. 9. Id ſcito eſſe ejuſmodi, ut frater meus vere exiſtimet, adjuncto iſto fundo, patrimonium fore ſuum per te conſtitutum.
Salarium alicui conſtitutum. Papin. l. Salarium. D. Mandat. vel contr. Salarium procuratori conſtitutum, ſi extra ordinem peti cœperit, &c.
Conſtitutum bene corpus, [εὔκρατον] Cic. 2. Tuſc. 17. Metrodorus quidem eum perfecte putat beatum, cui corpus bene conſtitutum ſit, & exploratum ita ſemper fore.
Conſtitutus bene de rebus domeſticis. Cic. pro P. Sext. 97. Eſto igitur ut ii ſint, quam tu nationem appellaſti: & qui integri ſunt & ſani, & bene de rebus domeſticis conſtituti.
CONSTITŪTUM, i. n. Vocabulum ad jus civile pertinens, & ſignificat Diem tempuſque litigatoribus indictum, quo ſe in loco certo ac conſtituto ſiſtant. Cic. pro Cœl. 61. Quum ſit his confitendum nunquam ſe ne congreſſu quidem & conſtituto, cœpiſſe de tantis injuriis experiri. Et 12. Att. 1. pr. Atque eo die cogitabam in Anagnino, poſtero autem in Tuſculano: ibi unum diem. v. Calend. igitur ad conſtitutum. Et eleganter tranſtulit, 7. Fam. 4. Si quod conſtitutum habes cum podagra, fac in alium diem differas. Varr. de R. R. 2. 5. pr. Scropham enim mane ſalutavi, quum alius eum ſalutaſſet, alius conviciatus eſſet, qui tam ſero veniſſet ad conſtitutum. Hotomanus.
Pro Actis vel ſtatutis. ut, Conſtituta & acta alicujus tollere Cic 9. Att. 1.
CONSTITUTIO, ōnis. f. [κρᾶσις, διάταξις] Cic. 4. de Finib. 16. Itaque ab iis conſtitutio illa prima natura. Vulgus Complexionem vocat.
Firma conſtitutio corporis. Cic. 3. Off. 117.
Religionum. Cic. 2. de Legib. 23.
Conſtitutio in oratione, Cic. 1. de Invent. 10. eſt Prima conflictio cauſarum, ex depulſione intentionis profecta, hoc modo: Feciſti, non feci, aut jure feci.
Conſtitutio, generali nomine dicitur Jus quod a Principe conditur, hoc eſt διάταξις, vel διατύπωσις. Porro in tria dividitur, in epiſtolam, in edictum, & in decretum. Hæc Theophil. §. 5. De jur. natur.
CONSTITUTUS, ûs. m. Feſt. Conſtitutus hominum, a Conſiſtentium multitudine appellatur. Et Varro de L. L. 5. 4. Populi conſtitutus ad ferendum ſuffragium. Sed Al. Populus.
CONSTITŪTOR, ōris. m. [διατακτήρ] Qui conſtituit aliquid. ut, Legis conſtitutor, apud Quintil. lib. 3. cap. 6. Inſcr. apud Gruter. p. 254. n. 4. CONSTITVTORI SACRI CERTAMINIS.
CONSTITUTORIUS, Adj. [διατακτικός] ut, Actio conſtitutoria. Paulus in l. Nec enim. D. de conſtit. pecun. Nec enim quod creſcit peculium, aut decreſcit, pertinet ad conſtitutoriam actionem.
Conſtitutoria actio, ſive Conſtitutitia, dicitur Quæ in eum qui ſe ſoluturum conſtituerit, datur, his fere verbis: Si appareat Mævium Titio pecuniam conſtituiſſe, eamque pecuniam quum conſtituebatur, debitam fuiſſe, neque Mævius aut ſolvat, aut faciat id quod conſtituit: ac per actorem non ſteterit quo minus fieret quod conſtitutum eſt, tum Mævius damnetur. l. 16. D. de conſt. pecun. Hotom.
CONSTO, conſtĭti, conſtĭtum & conſtātum, [τιμῶμαι] āre.
Conſtare apud aliquem. Calliſtrat. in l. 2. D. de ſenatuſconſ. Silaniano, Divus Marcus Commodus Piſoni reſcripſit in hæc verba, Quum conſtiterit apud te, Piſo cariſſime, Julium Donatum poſteaquam conterritus adventu latronum profugerat villam ſuam, vulneratum eſſe, &c.
Conſtare debet liquereque Prætori. Ulp. in l. Hæc autem. §. 1. D. Quibus ex cauſ. in poſſeſ. eat.
Etiam militibus pietatis ratio in parentes conſtare debet. Paulus in l. 1. D. de obſeq. a liber & libert. præſt. i. e. Præſtari debet pietas.
Ratio ei conſtat. Ulp. in l. Si procuratorem. §. Si ignorantes. D. mandati, Igitur ſi ignoraverunt, excuſata ignorantia eſt; ſi ſciverunt, incumbebat eis neceſſitas provocandi. Quid tamen, ſi paupertas eis non

permi-

permiſit? excuſata eſt eorum inopia, &c. Sed & ſi teſtato convenerunt debitorem, ut ſi ipſe putaret, appellaret: puto rationem eis conſtare.

Ratio innocentiæ conſtat. Ulp. in l. 1. §. ult. D. de quæſtionibus, Principi eum ſcribere oportet: ſi quando ei qui nocens videbatur, poſtea ratio innocentiæ conſtitit.

Conſtare, Simul ſtare. Plaut. Curc. 2. 3. 11. Conſtant, conferunt ſermones inter ſe.

Per ſeipſum. Cic. 3. de Orat. 20.

Non conſtat ei color neque vultus. Liv. 39. 34. h. e. Subinde mutatur & color & vultus.

Non conſtare auribus & oculis. Liv. 5. 42. pr. Romani ex arce plenam hoſtium urbem cernentes, vagoſque per vias omnes curſus, quum alia atque alia parte nova aliqua clades oriretur, non mentibus ſolum conſipere, ſed ne auribus quidem atque oculis ſatis conſtare poterant.

Lingua non conſtat. V. LINGUA.

Mens conſtat, cui opponitur Mens labat. Celſ. lib. 3. cap. 19. Huic morbo præcipue contrarium eſt id genus quod καρδιακὸν a Græcis nominatur, quamvis ſæpe ad eum phrenetici tranſeunt: ſiquidem mens in illis labat, in hoc conſtat.

Mente vix conſtat. Cic. 4. Tuſc. 39.

Valetudo ei neque corporis, neque animi conſtitit. Suet. in Calig. cap. 50. id eſt, Conſtans fuit. H. St.

Conſtare ſibi, [ἐμμένειν] Conſtantem eſſe & perſeverantem. Cic. 1. Tuſc. 40. Et quidem ſi tibi conſtare vis, omnes quicunque nati ſunt eruntve, non ſolum miſeri, ſed etiam ſemper miſeri.

Ille ſibi conſtat, i. e. Conſtans permanet, ac ſui ſemper eſt ſimilis. Hor. 1. Epiſt. 13. 16.

Me conſtare mihi ſcis, & diſcedere triſtem,
Quandocunque trahunt inviſa negotia Romam.

h. e. Semper eundem eſſe me noſti, & nunquam de opere ruris mutare ſententiam. Loquitur de ruris amore.

Sibi conſtare, & ſuperioribus conſentire judiciis. Cic. pro Cluent. 60. Qui ſi innocentes Fabricios condemnaſſent, tamen in Oppianico ſibi conſtare, & ſuperioribus conſentire judiciis debuerunt.

In vitæ perpetuitate conſtare ſibi. Cic. 1. Off. 119. In tota vita conſtituenda multo eſt major rei cura adhibenda, ut conſtare in vitæ perpetuitate poſſimus nobiſmetipſis, nec in ullo officio claudicare.

Conſtare in ſententia. Cic. 1. Fam. 9. Qua in ſententia ſi conſtare voluiſſent, ſuam auctoritatem ſimul cum ſalute mea recuperaſſent.

Ut tota oratio ſibi conſtet, & ut ex omni parte ſecum ipſa conſentiat. Cic. de Univerſ. 6.

Reliqui ſibi conſtiterunt, ut extrema cum initiis convenirent. Cic. 2. de Fin. 35.

Conſtant ſententiæ. Plin. lib. 23. cap. 1. Quin ut conſtarent ſententiæ, quota portio tamen mortalium iis generibus poſſet uti?

Conſtare ſuæ humanitati. Cic. 1. Att. 11. Si modo tanti putatis id: quod ſi me audies, & ſi humanitati tuæ conſtare voles, certe putabis, &c. i. e. Si non voles diſcedere ab humanitate.

Conſtitit fides. Liv. Fides conſtitit Prætoris. i. e. Conventis ſtetit, ait Budæus. Arnob. adverſus gentes lib. 5. Varro edocet, &c. cui ſi conſtat fides, &c.

Conſtant officia tua in me. Cic. 11. Att. 12. Ne quid exiſtimes ab illo factum eſſe, quo minus mea in te officia conſtarent.

Conſtare, [τιμᾶσθαι] Valere. Plin. lib. 33. extr. Et omnibus pæne annis mutari, prout navigationes conſtiterint, aut ut quiſque mercatus ſit, aut, &c. Subaudi, Pretia rerum. Varro 2. de R. R. cap. 1. Conſtat quadringentis milibus.

Conſtat auro. Plaut. Trucul. 2. 6. 57.

Care conſtat. Cic. pro Dom. 115. Quod mihi conſtat carius, quam ſi in foro emiſſem.

Cariſſime conſtare. Seneca Epiſt. 42. H. St.

Gratis. Cic. 7. Verr. 47. Sit argumento, tibi gratis conſtare navem.

Minoris dimidio. Cic. 13. Att. 29. Quam ut tantam faciamus, quantam in Tuſculano fecimus, prope dimidio minoris conſtabit iſto loco.

Tanto nobis deliciæ & feminæ conſtant. Plin. lib. 12. cap. 18.

Viliſſime. Columel. lib. 9. cap. 1. Et quicquid denique viliſſime conſtiterit dare.

Conſtare, [συγκεῖσθαι, συνίστασθαι] Compoſitum eſſe & factum. Cic. 4. Acad. 117. Tantum de principiis rerum, e quibus omnia conſtant, videamus quem probet.

Ex fraude, fallaciis, mendaciis conſtare totus videtur. Cic. pro Roſc. Com. 20.

Conſtat experimentis medicina. Quintil. lib. 2. cap. 17.

Conſtat provincia Galliæ ex his generibus hominum & civitatum. Cic. pro Font. 2.

Conſtare, [εἶναι] Eſſe. Cic. de Amicit. 24. Agrigentinum quidem doctum quendam virum carminibus Græcis vaticinatum ferunt, quæ in rerum natura, totoque mundo conſtarent, quæque moverentur, ea contrahere Amicitiam, diſſipare Diſcordiam.

Agri conſtant campis, vineis, ſilvis. Plin. in Epiſt. i. e. Sunt in agris, campi, &c.

Conſtare ex multis & magnis rebus. Cic. 1. de Invent.

Conſtant e principiis omnia. Cic. 4. Acad. 117.

Conſtat apparatus, impendii & temporis modus cœnæ. Plin 3. Epiſt. 13. Noſtræ tamen cœnæ ut apparatus & impendii, ſic temporis modus conſtet.

Ratio conſtat. Plin. 1. Epiſt. 5. ad fin. Mihi & tentandi aliquid, & quieſcendi, illo auctore, ratio conſtabit. Idem ad Minucium, 1. Epiſt. 9. Mirum eſt quam ſingulis diebus in urbe ratio aut conſtet, aut conſtare videatur. i. e. Mirum eſt quam officio quiſque in urbe præclare fungi videmur, beneque operas collocare, ſinguliſque horis civiliter ſervire, id eſt nihil temporis hominibus deperire: eo modo quo dicitur, Rationem alicui conſtare, quando acceptorum ratio non ſuperat impenſorum rationem & reliquorum. Paulus in l. Ex cauſa. D. de Re militari, Quod ſi ratio conſtiterit, neque deſertorem fuiſſe apparuerit, omnia ſtipendia circa temporis finem redduntur. i. e. Quod ſi ille qui deſertionis ſuſpectus eſt rationem aliquam cauſamque juſtam fuiſſe docuerit, quamobrem abeſſe ſibi contigerit. hoc enim ſignificat rationem conſtare. Ex Budæo. V. Vallam, lib. 5. cap. 18.

Ratio impenſarum mihi non conſtat. h. e. Neſcio quantum impendam, ſeu quantum faciam impenſæ. Tranquill. in Neron. cap. 30. Divitiarum & pecuniæ fructum non alium putabat, quam profuſionem: ſordidos, ac deparcos eſſe, quibus ratio impenſarum conſtaret: prælautos, vereque magnificos, qui abuterentur ac perderent. h. e. Quibus expenſarum pecuniarum modus menſuraque aut ſumma & calculatio nota eſſet [Immo Quibus Expenſa reſponderent Acceptis, quique non plus conſumerent, quam Accepti ratio pateretur, ut recte ſupra Budæus.

Si conſtat principibus gratia, manet pax incruenta. Columel. lib. 9. cap. 9.

Conſtat magiſtratibus reverentia, Legibus auctoritas &c. Plin. in Paneg. cap. 60. pr. i. e. Permanet.

Conſtat tibi fructus otii tui. Cic. 7. Fam. 1. Modo ut tibi conſtiterit fructus otii tui, quo quidem tibi perfrui mirifice licuit, &c.

Quæ animo ſententia conſtet. Virg. 5. Æn. 748.

Vita conſtat ſine crimine. Lucan. ad Piſon. 108.

Conſtant omnia cælo. Virg. 3. Æn. 518.

Poſtquam cuncta videt cælo conſtare ſereno.

i. e. Suppetere, ait Servius: ut Juven. 6. Sat. 165.

Quis feret uxorem, cui conſtent omnia?

Conſtat, (ſubaud. Inter omnes) Manifeſtum eſt. Cic. ad Cæſ. Jun. Quum conſtet Lupercis id vectigal dediſſe, qui ante poterat id conſtare? Idem 6. Verr. 90. Cujus omnes vigilias in ſtupris conſtat, adulteriiſque eſſe conſumptas.

Non ſatis certum conſtat apud animum. Liv. 30. 28. pr. Inter hæc ſimul ſpes, ſimul cura in dies creſcebat: nec ſatis certum conſtare apud animos poterat, utrum gaudio dignius eſſet, &c.

Non ſatis conſtat animis. Liv. 27. 44. pr. Neque ſatis conſtabat animis, tam audax iter COS. laudarent, vituperarentne.

Conſtat plane. Cic. 5. Verr. 54. Nympho antequam plane conſtitit, condemnatur.

Conſtat de hac re. Plin. lib. 11. cap. 5. Non ſit de anima quæſtio, conſtet & de ſanguine.

Id de quo quæritur, & Res de qua conſtat; oppoſita ſunt. Cic. 2. de Invent. 159.

Conſtat de innocentia noſtra. i. e. Manifeſta eſt. Quintil. lib. 7. cap. 2. p. 601.

Conſtat inter omnes; Loquendi modus apud Juriſconſultos frequentiſſimus, quo ſignificant Rem non fuiſſe opinionibus agitatam. Cic. 3. Verr. 5. Conſtat inter omnes, poſt hæc conſtituta judicia, quibus nunc utimur, nullum, &c.

Perſpicuum eſt, conſtatque inter omnes. Cic. 3. de Nat. Deor. 9.

Hæc res non perſpicua eſt, neque conſtat inter omnes. Cic. 1. de Invent. 65.

Conſtat hoc mihi tecum. Auctor ad Heren. lib. 1. 16. Adhuc quæ dicta ſunt arbitror mihi conſtare cum ceteris ſcriptoribus.

CONSTANS, antis. Partic. [εὐσταθὴς, ἐμμενὴς] Tenax propoſiti, ac firmus. Cic. 1. Fam. 7. Tantam vim habet, ut magis iratorum hominum ſtudium, quam conſtantis Senatus conſilium eſſe videatur.

Levis & Conſtans, contraria. Cic. de Amicit. 94. Quid interſit inter popularem, id eſt aſſentatorem & levem civem: & inter conſtantem, ſeverum & gravem.

Mobilis & Conſtans, contraria. Cic. pro Roſc. Com. 49. Quem hominem? levem? immo graviſſimum: mobilem? immo conſtantiſſimum.

Ratio vitæ æquabilis, conſtans & moderata. Cic. pro Cluent. 64.

Conſtans Ætas. Vide ÆTAS. H. St.

Aſſenſio conſtans & firma. Cic. 1. Acad. 41.

Animi fortis & conſtantis eſt, non perturbari in rebus aſperis. Cic. 1. Off. 80.

Amici conſtantes & ſtabiles eligendi. Cic. de Amicit. 63.

Animus conſtans. Ovid. Rem. Amor. 718.

Animus conſtantior annis, i. e. Animus conſtantior & maturior atque adeo prudentior quam pro ætate. Lucan. ad Piſon. 247.

Curſus certos & conſtantes ſtellæ habent. Cic. 3. de Nat. Deor. 24.

Defenſio conſtans, perpetua, fortis, invicta ſalutis alicujus. Cic. Poſt red. in Senat. 28.

Fama vel rumor. Cic. 1. Q. frat. 1. Conſtante fama atque omnium ſermone celebratum eſt.

Faſtus conſtans, Pertinax. Propert. lib. 1. 1. 3.

Tum mihi conſtantis dejecit lumina faſtus.

Fides. Ovid. 2. de Pont. 4. 33.

Fidei conſtans. Tacit. 3. Hiſt. 57.

Gravem, conſtantem, ſtabilem ſe in amicitia præſtare. Cic. 1. de Amicit. 63.

In levitate conſtans, i. e. Perpetuo levis, & nunquam conſtans. Ovid. 5. Triſt. 8. 18. de Fortuna,

Et tantum conſtans in levitate ſua eſt.

In rebus optimis conſtantiſſimus. Cic. de Clar. Orat. 95.

In vitiis conſtantior. Hor. 2. Serm. 7. 18.

Manere conſtantem in amore. Ovid. 17. Epiſt. 199.

Adde quod, ut cupias conſtans in amore manere,
Non potes.

Mente conſtanti tenere aliquid. Catul. Argon. 62. 238.

Motus Lunæ conſtantiſſimus. Cic. 2. de Divin. 17.

Pectore conſtanti corpus. Sil. lib. 11. 243.

Pietate conſtanti tueri aliquem. Ovid. 4. de Pont. 12. 41.

Voce negare aliquid. Ovid. 1. Amor. 4. 70.

Voluntas conſtans in Remp. Cic. 13. Philipp. 13.

CONSTANTIA, æ. f. [εὐστάθεια] Animi firmitudo. Cic. 2. Verr. 52. Si ſoceri Scauri conſtantiam, ut ne quis te de vera & certa poſſit ſententia dimovere, &c.

Admirabili incredibilique conſtantia ſunt curſus ſtellarum. Cic. 3. de Nat. Deor. 23.

Amicitiæ conſtantia. Ovid. 2. de Pont. 3. 69.

Animi. Ovid. 11. Met. 293.

Augurii. Cic. 2. de Divin. 82.

Promiſſi conſtantia & fides mira. Cic. 4. Att. 16.

Conſtantia & æquabilitas. Cic. ad Brut. 16. Fortem & liberum animum, &c. ſine conſtantia & æquabilitate nullum eſſe putaris.

Conveniens & conjuncta inter aliquos. Cic. 2. de Divin. 82.

Conſtantia & firmitas animi. Cic. 12. Att. 37.

Ex perpetuitate atque conſtantia ſpectandi philoſophi. Cic. 5. Tuſc. 31.

Notabilis. h. e. Inſignis. Tacit. 3. Hiſt. 54.

Perpetua conſtantia roborare gravitatem. Cic. 1. Off. 112.

Summa gravitate, ſummaque conſtantia homo. Cic. pro Sext.
Conſtantia & veritas dictorum conventorumque, fides. Cic. 1. Off. 23.
Robuſti animi eſt, magnæque conſtantiæ, acerba ita ferre, ut nihil a ſtatu naturæ diſcedas, nihil a dignitate ſapientis. Cic. 1. Off. 67.
Stabilitate & conſtantia, non ardore amoris, more adoleſcentulorum, benevolentiam judicemus. Cic. 1. Off. 47.
Stabilitatis conſtantiæque firmamentum in amicitia, fides. Cic. de Amicit. 65.
Eximere conſtantiam, pro Adimere. Tacit. 1. Ann. 48.
Perſeverare in. V. PERSEVERO.
Conſtantia, gravitas, & perſeverantia retinenda. Cic. 7. Philip. 14.
Servare conſtantiam in omni re gerenda, conſilioque capiendo. Cic. 1. Off. 115.
Satis animi conſtantiæque eſſe in aliquo. Cic. pro Lege Manil. 69.
Rationi & conſtantiæ nihil eſt tam contrarium, quam fortuna. Cic. 2. de Divin. 18.

CONSTANTER, Adv. [ἐυςαθῶς] Cic. de Amicit. 6. Multaque ejus & in Senatu, & in foro, vel proviſa prudenter, vel acta conſtanter, vel reſponſa acute ferebantur.
Conſtanter iniquus. Ovid. 3. Triſt. 2. 27.
Æqualiter conſtanterque ingrediens oratio. Cic. in Orat. 198.
Deferre beneficia judicio, conſiderate, conſtanterque. Cic. 1. Off. 49.
Dicere conſtanter convenienterque. Cic. 1. Tuſc. 26.
Exquirere conſtantiſſime quod dicatur. Cic. 4. Acad.
Facere conſtanter aliquid. Cic. 16. Att. 5.
Conſtanter & ſedate ferre. Cic. 2. Tuſc. 58.
Firmius & conſtantius in perſpicuis manere. Cic. 4. Acad. 39.
Gerere ſe conſtanter & libere. Cic. 4. Att. 16.
Conſtanter laudari ab aliquo. Ovid. 17. Epiſt. 167.
—nam quo conſtantius ore
Laudamur veſtro, juſtius ille timet.
Manere conſtanter in ſtatu ſuo. Cic. de Univerſ. 40.
Placebit conſtanter & perpetuo hoc conſilium. Cic. ad Brut. 16.
Servare conſtanter ſtudium aliquod. Ovid. 1. de Pont. 5. 41.

CONSTATURUS, Partic. ut, Conſtaturus minimo impendio fructus. Plin. lib. 18. cap. 5. Et Lucan. lib. 2. 17.
Ergo ubi concipiunt quantis ſit cladibus urbi
Conſtatura fides ſuperûm, &c. h. e. Poſtquam Romani animadvertunt & animo complectuntur ſeu comprehendunt, quantum mali immineat urbi Romæ, eo quod dii, qui talia portenderant, non ſunt fallaces & mendaces.

CONSTRATUS, V. CONSTERNO.

CONSTRĔPO, ſtrepui, ſtrepĭtum, [ψοφέω] ĕre. Idem quod Strepere. Gell. lib. 4. cap. 1. Atque omnium horum & teſtimoniis & exemplis conſtrepebat. Apul. Met. 11.

CONSTRINGO, ſtrinxi, ſtrictum, [ἐπισφίγγω] ĕre. Arctare. ut, Conſtringere ſarcinam. Plaut. Trin. 3. 2. 93.
Diſſolvere & Conſtringere, contraria. Cic. 1. de Orat. 188. Quæ rem diſſolutam divulſamque conglutinaret, & ratione quadam conſtringeret.
Galeam conſtringere, Capiti aptare. Valer. 3. Argon. 80.
Manus conſtringere alicui. Plaut. Mil. 3. 1. 11.
Quadrupedem conſtringere aliquem. Ter. And. 5. 2. 14.
Conſtringere catenis. Cic. pro Sext. 16. Sic conſtringere laqueis. Ibid.
Vinciri & conſtringi amicorum propinquorumque cuſtodiis. Cic. 2. Tuſc. 48.
Mentem conſtringere, eſt Coercere affectus, & comprimere cupiditates. Lucan. lib. 5. 256.
Pectora. Stat. 2. Silv. 1. 129.
Zona expeditos conſtringit ſinus. Sen. Hippol. 4.
Supplicio ſcelus nocentis. Cic. 1. de Orat. 202. Tum qui ſcelus fraudemque nocentis poſſit dicendo ſubjicere odio civium, ſupplicioque conſtringere: idemque ingenii præſidio innocentiam, judiciorum pœna liberare.
Toros. Martial. lib. 11. 57.
Conſtringatque tuos purpura texta toros. i. e. Operiat.
Neceſſitate ea conſtricti, ut &c. Cic. 2. Tuſc. 5.
Conſtringendum ſe tradere libidinibus. Cic. 1. de Fin. 47. Victi & debilitati objecta ſpecie voluptatis, tradunt ſe libidinibus conſtringendos.
Voluptas ſe conſtringendam virtuti tradat. Cic. 2. de Fin. 62.

CONSTRICTUS, a, um. [συνεσφιγμένος] Partic. ut, Ora conſtricta frenis. Sen. Hippol. 10.
Conſtrictum aliquem hoſtibus dare. Cic. Poſt red. ad Quir. 13.
Habere aliquem conſtrictum in ſuis vinculis. Quintil. lib. 7. cap. 4. De Dialectica.
Pedes conſtricti. Tibull. 1. 8. 14.
Anſaque conſtrictos colligat arcta pedes. Al. Compreſſos.
Ira cæca conſtricti. Valer. 6. Argon. 423.
Apertis verbis conſtricta oratio. Cic. de Clar. Orat. 34.

CONSTRICTE, Adv. Auguſtin. de Doctr. Chriſt. 1. 28.

CONSTRICTIO, ōnis. f. Macrob. 7. Saturn. 6.

CONSTRICTO, āre. frequent. Tertull.

CONSTRICTĪVUS, Adj. Macer. de Mat. Med. 4. 16.

CONSTRUO, ſtruxi, ſtructum, [συντάττω, συνίσταμαι, συναρμολογέω] ĕre. Simul ſtruere, aggerare, accumulare, coacervare. Cic. 1. de Orat. 162. Similiter nunc petes a Craſſo, ut eam copiam ornamentorum ſuorum, quam conſtructam uno in loco quaſi per tranſennam prætereuntes ſtrictim aſpeximus, in lucem proferat.
Conſtruere & recondere res magnificas. Cic. 1. de Orat. 161.
Divitias qui conſtruxerit, clarus erit. Hor. 2. Sat. 3. 96.
Acervi nummorum conſtruuntur apud eum. Cic. 2. Philipp. 97. Itaque tanti acervi nummorum apud iſtum conſtruuntur, ut jam appendantur, non numerentur pecuniæ.
Conſtruere, [κατασκευάζειν] pro Ædificare. ut, Conſtrui a deo atque ædificari mundum facit Plato. Cic. 1. de Nat. Deor. 19.
Aggerem conſtruere. Lucan. lib. 2. 300.
Cubilia ſibi, nidoſque aves conſtruunt. Cic. 2. de Nat. Deor. 129.
Delubra. Cic. 2. de Legib. 19.
Favos. Plin. lib 11. cap. 6.
Navem & ædificium. Cic. de Senect. 72.
Nidos fingere & conſtruere. Cic. 2. de Orat. 23. Volucres videmus procreationis atque utilitatis ſuæ cauſa fingere & conſtruere nidos.
Nidum ſibi conſtruit ore. Ovid. 15. 397. Met. de Phœnice.
Vias. Lucan. lib. 2. 673. De ponte, quo Xerxes urbi Seſto junxit Abydon.
Vocabula rerum. Cic. 3. de Fin. 3. Al. Conſtituere.

CONSTRUCTUS, a, um. [κατασκευασθεὶς] Partic. ut, Arces conſtructæ. Sil. lib. 8. 145.
Acervus conſtructus. Hor. 1. Serm. 1. 44.
Dentes in ore. Cic. 2. de Nat. Deor. 134. Dentibus autem in ore conſtructis manditur, atque ab his extenuatur & molitur cibus.
Domus conſtructior & apparatior. Cic. 1. de Invent. 58. Quædam exemplaria legunt Inſtructior.
Menſæ conſtructæ dape multiplici. Catul. Argon. 62. 304.
Pecunia conſtructa & coacervata. Cic. 1. de Lege Agr. 14.

CONSTRUCTIO, ōnis. f. [σύνταξις, σύστασις] Trajan. Plin. lib. 10. Epiſt. 49. Conſtructionem ejus majore animo aggreſſi ſunt. de Gymnaſio Nicenſium.
Conſtructio hominis. Cic. 4. Acad. 86. Et totam conſtructionem hominis fabricata eſt natura.
Verborum. Cic. 1. de Orat. 117. Et ipſa oratio conformanda, non ſolum electione, ſed etiam conſtructione verborum.
Apta & quaſi rotunda verborum. Cic. de Clar. Orat. 271. i. e. Ordo, & ſtructura, vel compoſitio.
Magna & ornata verborum. Auct. ad Heren. lib. 4. 12.

CONSTŬPEO, ēre. Juvenc. 1. 179. Lætantes conſtupuerunt. [Niſi eſt a Conſtupeſco, ĕre, potius.

CONSTUPĔFĪO, ĕri. Hieron. & Firmicus.

CONSTŬPRO, [μοιχεύω] āre. Idem quod Stuprare. Liv. 29. 17. Conſtuprare matronas. Cic. de Petit. Conſ. 8. Qui tantum habet audaciæ, tantum nequitiæ, tantum denique in libidine artis & efficacitatis, ut prope in parentum gremiis prætextatos liberos conſtuprarit.
Matremfamilias. Auct. ad Heren. lib. 4. 12.

CONSTUPRATUS, Partic. Cic. 1. Att. 15. Afflicta Reſp. eſt, empto, conſtupratoque judicio. Empto dicit, quia judices accepta pecunia Clodium nocentem abſolverunt. Conſtuprato: quia noctes certarum mulierum, atque adoleſcentulorum nobilium introductiones, nonnullis judicibus pro mercedis cumulo fuerunt, ut ipſemet Cicero teſtatur lib. eod. epiſt. 13.

CONSTUPRĀTOR, ōris. m. [μοιχευτὴς] Liv. 39. 15. Simillimi feminis mares ſtuprati, & conſtupratores.

CONSUĀDEO, ſi, ſum, [ἐγκελεύω] ēre. Idem quod Suadere. Plaut. Merc. 1. 2. 32.
Sin ſaluti quod tibi eſſe cenſeo, id conſuadeo. h. e. Vehementer ſuadeo. Et alibi ſæpe.

CONSUASIO, ōnis. f. JCti in Dig.

CONSUĀSOR, ōris. m. [ἐγκελευστὴς] Cic. pro Quint. 18. Hæc omnia Quintius agebat auctore & conſuaſore Nævio.

CONSUALIA, V. CONSUS.

CONSUANETES, Vindeliciæ populi, Auguſti auſpiciis Romano imperio ſubjecti, ut refert Plin. lib. 3. cap. 20.

CONSUARANI, [Κονσουαράνοι] Populi in ora Narbonenſis provinciæ: quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 4.

CONSUĀVIOR, āri. a Suavis. Apul. [Conſuavior, vel Conſavior, verbum dep. a Suaviari. lib. 2. Met. pag. 120. Et active Conſaviare lib. 6. pag. 182.

CONSUAVIĀTIO, ōnis. f. Tertull.

CONSŪDO, [ἱδρόω] āre. Idem quod Sudare. Plaut. Pſeud. 2. 2. 71.
Jube ſis te opperiri: beatus eris ſi conſudaveris. Columel. lib. 12. cap. 7. Et ſale conſperſa, biduo ſub umbra, dum conſudant, reponuntur.

CONSUDASCO, [ἱδρόω] ĕre. Idem. Columel. lib. 12. cap. 48. Sicque triginta dies pati conſudaſcere.

CONSUĒFĂCIO, fēci, [συνεθίζω] ĕre. Uſu docere. cujus contrarium eſt Diſſuefacere. Ter. Adelph. 3. 3. 60. Nihil prætermitto, conſuefacio. Varro 2. de R. R. cap. 9. Conſuefaciunt quoque ut poſſint alligari primum levibus numellis.

CONSUEO, ēre. Propert. 1. 7. 5.
Nos, ut conſuemus, noſtros agitamus amores.

CONSUESCO, ſuēvi & ſuētus ſum, ſuētum, [συνεθίζομαι] ĕre. quaſi Applicari ad aliquid, & tam frequenti uſu aliquid agere, ut morem faciamus. Cic. 1. de Orat. 99. Poteſt id facere quod requiris, & conſuevit. Virg. 2. Georg. 272. Adeo in teneris conſueſcere multum eſt!
Conſueſcere pronuntiare: h. e. Frequentem operam dare, ut pronuntiemus. Cic. 1. de Orat. 261. Verſus multos uno ſpiritu pronuntiare conſueſcebat.
Conſueſcere mori. Cic. 1. Tuſc. 75. Quare hoc commentemur, mihi crede, disjungamuſque nos a corporibus, id eſt conſueſcamus mori.
Conſueſcere parere aliis. Cic. 1. de Invent.
Conſueſcunt libero victu aves. Columel. lib. 8. cap. 15. Nam ſi modo captas aves, quæ conſuevere libero victu, cuſtodiæ tradere velis, parere cunctantur in ſervitute.
Conſueſcere dolori. Plin. lib. 8. Epiſt. penult. ad Marcell. extr.
Conſueſcere ſtagno. Columel. lib. 8. 13. pr. Nec magis humo, quam ſtagno conſueverunt.
Conſueſcere cum aliqua muliere dicitur vir, vel mulier cum viro. Ter. Hec. 4. 1. 40.
Nam ſi is poſſet ab ea ſeſe de-repente avellere,
Quicum tot conſueſſet annos, non eum hominem ducerem. Donatus, Conſueſſet, proprie in ſtupro. Cic. 7. Verr. 30. Huc omnes mulieres, quibuſcum ipſe conſueverat, conveniebant. i. e. Concubuerat. At vero Æmilius Probus 90. Quæ cum eo vivere conſueverat. Vide an Vivere ex ſcholio. H. St. Verba ſunt Nepot. Alcib. cap. 10. extr.
Conſueſcere alicui. Ter. Adelph. 4. 5. 32.
— quid illi tandem creditis
Fore animi miſero, qui illi conſuevit prius? i. e. Qui cum illa conſuetudinem habuit ſtupri.
Conſueſcere juvencum aratro. Columel. lib. 6. cap. 2. Nam ubi plauſtro aut aratro juvencum conſueſcimus, ex domitis bubus valentiſſimum, eundemque placidiſſimum cum indomito jungimus, qui & procurrentem retrahat, & cunctantem producat. Conſueſcimus active dixit, pro Conſuefacimus.

CONSUĒTUS, [συνήθης] Partic. ut, Conſuetus puer. Plaut. Capt. 4. 2. 87.
Conſueta petens e fluctibus antra. Virg. 4. Georg. 429.
Amor conſuetus. Ter. And. 1. 1. 108.

Tum

Tum illa, ut consuetum facile amotem cernetes;
Rejecit se in eum flens, quam familiariter.
Fata. Valer. 4. Argon. 449.
Lectus. Ovid. 3. Trist. 3. 39.
Vigor. Sil. lib. 6, 271. al. Rigor.
Consuetissimus. Superl. Ovid. 11. Met. 637.
Adjicit, & vestes, & consuetissima quæque
Verba.

CONSUETE, Adv. Ammian. 23. 4.

CONSUETIO, ōnis. f. Plaut. Amph. 1. 2. 28.
Et clandestina ut celetur consuetio. Non enim legendum est cum nonnullis, Consuetudo, quoniam juri meretrico contradicit. V. Donat. ad Ter. Adelph. 4. 5. 32. & Sciopp. ad loc. Al. Suspicio.

CONSUĒTŪDO, ĭnis. f. [συνήθεια] Plaut. Merc. 5. 4. 41.
Consuetudine animus rursus te huc inducet.
Consuetudo & institutum. Cic. 1. Verr. 69. Cujus consuetudinis atque instituti patres majoresque nostros non pœnitebat.
Disciplina, consuetudoque civitatis. Cic. pro Rabir. perd. reo, 28. Adeone ignarus es disciplinæ consuetudinisque nostræ, ut hæc nescias?
Consuetudo exercitatioque, & intelligendi prudentiam acuit, & eloquendi celeritatem incitat. Cic. 1. de Orat. 90.
Consuetudine & exercitatione adjuvari. Cic. 2. de Orat. 358.
Ad Græcorum consuetudinem disputare. Cic. 2. de Orat. 33.
Ad exercitationem consuetudinemque patiendi remedia comparare. Cic. 5. Tusc. 74.
Contra morem consuetudinemque civilem facere. Cic. 1. Off. 13.
Si præter consuetudinem extiterit quod oritur, præter naturam tamen non potest existere. Cic. 1. de Divin. 60.
Pro mea consuetudine dixi. Cic. pro Arch. 32. Quæ de causa, pro mea consuetudine, breviter simpliciterque dixi, Judices, ea confido, &c.
Secundum consuetudinem præcedentium temporum. Trajan. Plin. 10. Epist. 82. pr.
Ad consuetudinem redire. Lucceius ad Cic. 5. Fam. 14. extr. Et ad convictum nostrum redeas, & ad consuetudinem, vel nostram communem, vel tuam solius ac propriam.
Supra consuetudinem aliquid facere. Cels. lib. 2. cap. 2.
Epistolarum consuetudo. Cic. 4. Fam. 13. Unam enim partem & consuetudinem earum epistolarum, quibus secundis rebus uti solebamus, tempus eripuerat.
Ex consuetudine vitæ sermonisque nostri interpretemur virtutem. Cic. de Amicit. 21.
Victus consuetudo. Cic. 12. Att. 25. Al. 26. Nosti Niciæ nostri imbecillitatem, mollitiam, consuetudinem victus.
Cognoscendi ratio, & ignoscendi consuetudo. Cic. pro Rosc. Amer. 3.
Loquendi consuetudo apud Varr. de L. Lat. Vide Usus loquendi. H. St.
Doctorum est ista consuetudo, eaque Græcorum, ut iis id ponatur de quo disputent quamvis subito. Cic. de Amicit. 17.
Consuetudo peccandi. Cic. 4. Verr. 129.
Consuetudine aliquid facere. Cic. pro Rosc. Amer. 48.
Consuetudo morbi facta est. Cels. lib. 4. cap. ult. Quod si jam consuetudo ejus facta est, potest quidem aliquis esse securior his temporibus quibus dolor se remisit. i. e. Si statis temporibus is morbus revertitur.
Consuetudine quasi altera natura efficitur. Cic. 5. de Fin. 74.
Assidua. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Communi consuetudine sermonis abutimur, quum ita dicimus, velle aliquid quempiam, aut nolle sine causa. Cic. de Fato 24.
Barbara ac immanis consuetudo hominum immolandorum. Cic. pro Font. 21.
Incondita consuetudo dicendi. In INCONDITUS.
Indocta consuetudo. Cic. in Orat. 161. Quod si indocta consuetudo tam est artifex suavitatis, quid ab ipsa tandem arte & doctrina postulari putamus?
Interrupta. In INTERRUMPO.
Inveterata consuetudo pro lege non immerito custoditur: & hoc est jus quod dicitur moribus constitutum. Julian. in l. de quibus causis. D. de legib.
Lapsa. In LABOR.
Libera peccandi. In LIBER.
Longa. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Mala. Hor. 1. Serm. 3. 36. Cic. 1. de Legib. 31. Tantam esse corruptelam malæ consuetudinis, ut ab ea tanquam igniculi extinguantur a natura dati, exorianturque & confirmentur vitia contraria.
Mirifica alicujus. Cic. 1. de Orat.
Parva. In PARVUS.
Perpetua vitæ. Cic. pro Rabir. perd. reo, 1.
Vetus consuetudo fori & pristinus mos judiciorum. Cic. pro Milon. 1.
Unctior, splendidiorque loquendi consuetudo. Cic. in Brut. 78. Jam enim erat unctior quædam, splendidiorque consuetudo loquendi. i. e. Nitidior. Hinc lib. 1. de Orat. 81. ita scribit, Nitidum quoddam genus est verborum, & lætum, sed palæstræ magis & olei, quam hujus civilis turbæ ac fori. h. e. Ludicræ magis exercitationis, quam generis hujus acrioris, quo nos utimur in concilio & judicio. Translatio est a Palæstris, quas poetæ Unctas appellant.
Vulgaris. Quintil. lib. 2. cap. 15.
Vulgaris consuetudo, & communis vita hominum. Cic. 1. de Orat. 248.
Abhorrere a consuetudine communis sensus. Cic. 1. de Orat. 12.
Abstrahere a consuetudine. In ABSTRAHO.
Adducere ad, vel in. Cæs. 4. Bell. Gall. 1.
Adhibere. In ADHIBEO.
Adimere. In ADIMO.
Afferre. In AFFERO.
Alere. In ALO.
Aperire interclusam. Cic. pro M. Marcel. 2.
Asciscere. In ASCISCO.
Cadit in consuetudinem. In CADO.
Capere consuetudinem exercitationemque. Cic. 1. Off. 59.
Convertit subito a consuetudine homines sapientia non inops dicendi. Cic. 1. de Invent. 3.
Deflexit majorum consuetudo de curriculo. Cic. de Amicit. 40.
Non est meæ consuetudinis, initio dicendi rationem reddere, qua de causa quemque defendam. Cic. pro Rabir. perd. reo, 1.
Gignitur consuetudo ex exercitatione. Cic. 2. de Orat. 358.
Imitari aliquorum consuetudinem. Cic. 1. Off. 85.
Increbruit consuetudo. In INCREBRESCO.
Inducere in consuetudinem. Cic. 3. Q. frat. 3.
Instituere consuetudinem. In INSTITUO.
Intermittere. In INTERMITTO.
Introducere. Cic. 5. Verr. 189.
In vel ad consuetudinem revocare. Cic. 9. Fam. 1. Ignoscunt mihi, & revocant in consuetudinem pristinam: Teque, quod in ea permanseris, sapientiorem quam me dicunt fuisse. Al. In eo.
Invalescit quotidie magis. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Nancisci rei alicujus consuetudinem. Cic. 2. Q. frat. 13. Inspiciam quid discat quam sæpissime: & nisi ille contemnet, etiam magistrum me ei profitebor: cujus rei nonnullam consuetudinem nactus sum in hoc horum dierum otio.
Patitur consuetudo. In PATIOR.
Referre veterem consuetudinem longo intervallo. Cic. 3. Verr. 15. Ego meum studium in Rempub. jam illo tempore ostendi, quum longo intervallo veterem consuetudinem retuli.
Repetita atque relata longo intervallo majorum consuetudo. Cic. 1. Verr. 67.
Refugere a. Cic. 1. Att. 13. Et postea prorsus ab instituta nostra consuetudine longe refugit.
Retinere. Cic. 10. Fam. 35. Nam exercitus cunctus consuetudinem suam in civibus observandis, communique pace, seditione facta, retinuit.
Serpit ac prodit. Cic. 1. Verr. 68.
Servare. Cic. 5. Fam. 9.
Servit consuetudini Orthographia. Quintil. lib. 1. cap. 7.
Tenere consuetudinem. Cic. 1. Philipp. 27. Quo minus mihi inimicissimus sit, non recusabo, si consuetudinem meam, quam semper in Republica habui, tenuero.
Tenuit consuetudo, ut. Quintil. lib. 2. cap. 1. pr.
Tradidit Latinæ consuetudini Cicero OEconomicum Xenophontis. Columel. in præf. lib. 12.
Venire ad dicendum a consuetudine scribendi. Cic. 1. de Orat. 152.
Usurpari ab aliquibus, & in proverbii consuetudinem aliquid venire. Cic. 2. Off. 55.
Venire ex utilitatis ratione in consuetudinem. Cic. 2. de Invent. 65.
Vertit in consuetudinem. Tacit. in dialogo de Orat. cap. 12. Nisi frequens ac assidua nobis contentio jam prope in consuetudinem vertisset.
Uti consuetudine. Cic. 13. Fam. 23.
Consuetudo quotidianæ vitæ. Ter. Heaut. 2. 3. 42.
Nam ea res dedit tum existimandi copiam,
Quotidianæ vitæ consuetudinem.
Consuetudo, [συνουσία] Conversatio frequens, Familiaritas. Ter. And. 3. 3. 28.
Uxorem demus. spero consuetudine &
Conjugio liberali devictum, Chreme, &c. Cic. 2. Fam. 1. Ego te abfuisse tamdiu a nobis & dolui, quod carui fructu jucundissimæ consuetudinis: & lætor, quod, &c.
Amicitiæ, consuetudines, vicinitates. Cic. Post redit. ad Quir. 3.
Consuetudo & familiaritas. Cic. 10. Fam. 3.
Hospitium non modo, verum etiam domesticum usum & consuetudinem cum aliquo esse. Cic. pro Rosc. Amer. 115.
Vetustatis & consuetudinis vis maxima. Cic. de Amicit. 68.
Studiorum similitudo, suavitas consuetudinis, delectatio vitæ atque victus, sermonis societas, litteræ interiores, vincula sunt quibus libentissime astringimur. Cic. 3. Fam. 10.
Officiis, usu, consuetudine conjunctissimus homo. Cic. pro Sulla 57.
Quotidiana consuetudine augetur familiaritas. Cic. 13. Fam. 20.
Accedere consuetudinem ad necessitudinem, magni videbatur interesse. Cic. 2. Fam. 19. pr.
Clausit mihi consuetudinem ejus pudor. Cic. 4. Fam. 13. Et in ejus consuetudinem, quam adhuc meus pudor mihi clausit, insinuabo.
Facere consuetudinem alicui cum altero. Cic. 13. Fam. 24. Atticus noster majorem etiam mihi cum Cossinio consuetudinem fecit.
Inductus consuetudine & familiaritate. Cic. pro Quint. 12.
Congredi quotidiana consuetudine cum aliquo. In CONGREDIOR.
Devincire domum aliquorum consuetudine. Cic. pro Arch. 32.
Dare se in consuetudinem. Cic. in Pison. 68. Dedit se in consuetudinem, sic prorsus ut una viveret, nec fere ab isto unquam discederet.
Immergere se penitus in consuetudinem alicujus blanditiis & assentationibus. Cic. pro Cluent. 36.
Implicari consuetudine. Cic. 6. Fam. 11. Etenim omnes Cæsaris familiares satis opportune habeo implicatos consuetudine.
Insinuare se in alicujus consuetudinem. Cic. 4. Fam. 13.
Jungere consuetudines, amicitias, res, rationesque cum aliquibus. Cic. pro Deiot. 27.
Consuetudo, pars est juris civilis, in his rebus posita, quæ priusquam in consuetudinem venissent, poterant sine scelere vel prætermitti, vel violari: postquam autem longo omnium usu comprobatæ sunt, parem legibus habent potestatem. Hinc illud Hermogen. l. 35. D. de leg. & sen. Sed ea quæ longa consuetudine comprobata sunt, ac per annos plurimos observata, velut tacita civium conventione, non minus quam ea quæ scripta sunt, jura servantur. Immo, inquit Paulus, magnæ auctoritatis hoc jus habetur: quod in tantum probatum est, ut &c. Differt autem a Lege, quod illa clam & obscure nascitur, pedetentimque perficitur: Hæc repente suam auctoritatem obtinet. Proprius autem consuetudinis locus est in iis, quæ legibus non sunt comprehensa, sive ea legem veterem interpretetur. Cic. lib. 1. de Invent. 67. Consuetudinis jus est, quod voluntate omnium sine lege vetustas comprobavit. In ea autem jura sunt quædam ipsa jam certa propter vetustatem. Quo in genere & alia sunt multa, & eorum multo maxima pars, quæ Prætores edicere consueverunt. Quædam autem genera juris jam certa consuetudine facta sunt: quod genus, pactum, par, judicatum. Hæc ex Connano, apud quem plura vide de Consuetudine.
Consuetudo est optima legum interpres. Paul. in l. si de interpretatione. D. de legib.
Firmata consuetudo judicio contradicto. Ulpian. in l. quum. de consuetudine. D. de Legibus.

CONSUGILLO, āre. Firmicus.

CONSUL, CONSULO, ĕre. In CONSILIUM.

Consummo, gemino м ſcriptum, [συντελέω, ἀποτελέω, περαίνω] āre. proprie eſt Summas colligere & in unam redigere. Columel. de R. R. 3. 5. Is numerus conſummat per totum jugerum ſeminum millia quatuor & viginti.

Q. d. Summam adjicere. Male apud Lactantium, (in editione ſaltem Plantini) Conſumare. H. St.

Conſummare, eſt Abſolvere aut Perficere. Apud Suet. in Calig. cap. 44. Milites conſummaturi dicuntur, Qui jamjam annos militiæ expleverant, ſubauditurque Stipendia. Plin. 10. Epiſt. 48. Cogor petere a te, non ſolum ob theatrum, verum etiam ob hæc balinea, mittas architectum diſpecturum, utrum ſit utilius, poſt ſumptum qui factus eſt, quoquo modo conſummare opera, ut inchoata ſunt: an quæ videntur, &c.

Munus conſummare, Exſequi. Sen. Hippol. 8.

Sacrum conſummare, Peragere ſacrum. Sen. Herc. fur. 11.

Vitam conſummare. Sen. Epiſt. 32. Et ſimpliciter in Inſcript. apud Fabrett. p. 148. QVI VIXIT BENE ET CONSVMMAVIT BENE.

Conſummare . . . . . Sicut & Gall. dicitur. Pontanus de Serm. pag. 405. 3. H. St. Priora verba hujus obſervationis cultro reſecta ſunt. Inquirant quibus editionis ejus copia eſt, qua noſter uſus eſt.

Consummātus, a, um. [τετελεσμένος] Partic. Perfectus, abſolutus. ut, Ars conſummata. Plin. lib. 14. cap. 4. In noſtra ætate pauca exempla conſummatæ hujus artis fuere.

Bella geſta & conſummata. Cic. 11. Philipp. 7.

Eloquentia conſummata. Quintil. Procem. lib. 1. p. 10.

Homo conſummatus. Martial. 1. 9.

Quod magni Thraſeæ, conſummatique Catonis.

Prælia. Lucan. lib. 1. 337.

Sapientia conſummata. Columel. 11. 1. Nullus eſt conſummatæ ſapientiæ.

Consummātio, ōnis. f. [συντέλεια, πλήρωσις]

Conſummationem, Singulorum pretiorum collectam ſummam, vocat Pomponius in l. Si. plura. D. de Ædil. edicto, Quod ſi ſingulorum mancipiorum, inquit, conſtituto pretio, univerſa tanti venierunt, quantum ex conſummatione ſingulorum fiebat, tunc cujuſcunque mancipii pretium, ſeu pluris, ſeu minoris id eſſet, ſequi debemus.

Item Perfectio. Sen. de Brev. Vit. cap. 1. Vita in maximarum rerum conſummationem large data. Plin. 8. 7. In conſummatione gladiatorum. i. e. Cum compleretur gladiatorum numerus.

Consummātor, ōris. m. Cyprian. & Tertull.

Consummābĭlis, e. Sen. Epiſt. 92. Ratio in diis conſummata eſt, in nobis conſummabilis.

Consūmo, pſi, ptum, [δαπανάω, καταναλίσκω] ĕre. Omne inſumere, In nihilum redigere. ut, Conſumere patrimonium. Cic. 2. de Fin. 23.

Effundere & conſumere per luxuriam bona omnia. Cic. pro Roſc. Amer. 6.

Interficiunt & conſumunt ſerpentes ibes aves. Cic. 1. de Nat. Deor. 101.

Conſumere aliquid vetuſtas dicitur, h. e. In nihilum redigere, & ejus rei memoriam abolere. Cic. 1. de Legib. 2. Sed quum eam tempeſtas vetuſtasve conſumpſerit, &c.

Æſtatem in loco aliquo. Cæſ. 5. Bell. Gall. cap. 4. Tamen ne æſtatem in Treviris conſumere cogeretur. h. e. Æſtivare.

Ætatem in ſtudio. Cic. 1. Off. 2.

Ævum in curis. Lucret. lib. 5. 1430.

Ævum bellis. Lucan. lib. 5. 276.

Aurum omne in ludos. Liv. 39. 5.

Conſilium. Ter. And. 1. 1. 133.

Simul ſceleratus Davus, ſi quid conſilî
Habet, ut conſumat nunc, quum nihil obſint doli.

Forte Conſummet. i. e. Perficiat. Id enim aptius verbum videtur.

Curas in aliquo. Cic. ad Brut. 18. Rogatus ſum a prudentiſſima & diligentiſſima femina matre tua, cujus omnes curæ ad te referuntur, & in te conſumuntur, ut venirem ad ſe.

Curam in re una. Hor. 2. Serm. 4. 48.

Curam omnem in dialecticis. Cic. de Clar. Orat. 119. Propterea quod iſtorum in dialecticis omnis cura conſumitur.

Diem conſumere. Cic. 4. Fam. 12. Ibi Marcellum collegam noſtrum conveni: eumque diem ibi conſumpſi, ut cum eo eſſem. Vulgo dicunt, Tranſire diem.

Diem in apparando. Ter. Adelph. 5. 7. 2.

Diligentiam in re aliqua. Cic. 7. Verr. 18.

Famem tenera in agna. Stat 8. Theb. 576.

Ferrum conſumit vetuſtas. Ovid. 4. de Pont. 8. 49.

Fidem. Salluſt. Fragm. lib. 3. Ep. Cn. Pompej. extr. Ego non rem familiarem modo, verum etiam fidem conſumpſi. i. e. Perdidi.

Fruges conſumere nati. Hor. 1. Epiſt. 2. 27.

Hoſtem plagis. Idem 2. Epiſt. 2. 97.

Horas in aliquo loco. Martial. lib. 11. 78.

In omnibus Vacerra quod conclavibus
Conſumit horas, &c.

Horas multas ſuaviſſimo ſermone. Cic. 11. Fam. 27.

Horas duas in ſilentio. Cic. 3. de Orat. 6.

Ingenium in Muſicis. Cic. 5. de Fin. 63.

Iter in rebus geſtis legendis. Cic. 4. Acad. 2. Itaque quum totum iter & navigationem conſumpſiſſet, partim in percontando a peritis, partim in rebus geſtis legendis, in Aſiam factus imperator venit.

Laborem. Cic pro Font. 35. Plus ego in hac cauſa laboris & operæ conſumo in poſcendis teſtibus, quam ceteri defenſores in refutandis. i. e. Plus laboro.

Manus in laudando. Cic. 16. Att. 2. Mihi autem quo lætiora ſunt, eo plus ſtomachi & moleſtiæ eſt, Populum Rom. manus ſuas, non in defendenda Repub ſed in laudando conſumere. Al. Plaudendo.

Menſas, Comedere. Virg. 7. Æn. 125.

Nocte conſumpta, Mane. Virg. 2. Æn. 795.

Nox tota exinanienda navi conſumitur. Cic. 7. Verr. 63.

Operam in re aliqua. Ter. Heaut. 1. 1. 21. Cic. 6. Fam. 14. Me ſcito omnem meum laborem, omnem operam, curam, ſtudium in tua ſalute conſumere.

Operam in Græcis legendis. Cic. 1. de Fin. 1.

Operam curamque in aliquo ſtudio. Cic. 1. de Nat. Deor. 6.

Operæ plurimum ſtudiique in prædiis colendis. Cic. pro Roſc. Amer. 13.

Optionem conſumere. Ulp. in l. 2. D. de opt. leg. Data igitur optione, ſi quis optaverit alienum ſervum, vel hominem liberum: videndum eſt an conſumpſerit optionem. Et puto non conſumi.

Otium ſuum in hiſtoria ſcribenda. Cic. 2. de Orat. 57.

Pecuniam in agrorum coemptionibus. Cic. 1. de Lege Agr. 12.

Preces conſumere, eſt Fruſtra diu precari. Ovid. 8. Met. 106.

Requietem. ut, Ita ſum ab hominibus deſtitutus, ut tantum requietis habeam, quantum cum uxore & filiola, & mellito Cicerone conſumitur. Cic. 1. Att. 18.

Riſum. Cic. 15. Fam. 21. Quin etiam antequam ad me veniatur, riſus omnis pæne conſumitur.

Studium ſuum in virorum fortium factis memoriæ prodendis. Cic. 6. Fam. 12.

Tempus ſalutationibus & Percunctatione. Cic. de Univerſ. 2.

Tempus in poetis evolvendis. Cic. 1. de Fin. 71.

Temporis multum in iſta una diſputatione. Cic. 4. Acad. 12.

Tempora longa. Propert. lib. 1. 3. 37.

Verba in dulces natos. Virg. 3. Georg. 178.

Verba in diſſuadenda rogatione. Liv. 34. 5. pr. Qui tamen plura verba in caſtigandis matronis, quam in rogatione noſtra diſſuadenda, conſumpſit.

Conſumere item eſt Diſtribuere. Auct. ad Heren. 1. 3. Inventio in ſex partes orationis conſumitur: In exordium, narrationem &c.

Consumor, [λυμαίνομαι] paſſ. Abſumor. ut,

Conſumor ſiti. Cæſ. 8. Bell. Gall. 41. h. e. Areo & exſiccor.

Incendio conſumi. Liv. 27.

Senio & mærore conſumi. Liv. 40. 54. pr.

Ab annis longis. Ovid. in Ibin, 145.

Hic ipſo tecum conſumerer ævo. Virg. 10. Ecl. 43.

Dolus conſumitur in pecuniam, pollicitationes, diſſimulationes, maturationes, &c. Auctor ad Herenn. lib. 3. 3. i. e. Diſpeſcitur.

Consumptus, Partic. [λυμανθεὶς, δαπανηθεὶς] ut, Conſumptus a peſte. Plin. lib. 11. cap. 18.

Dolore lateris. Cic. 3. de Orat. 6.

Injuria, fame, morbo, vaſtitate conſumpti. Cic. de Provinc. Conſ. 5.

Morte. Tibul. lib. 1. 3. 53.

Confectus & conſumptus cibus. Cic. de Univerſ. 16. Nec vero deſiderabat aut alimenta corporis, aut detractionem confecti & conſumpti cibi.

Vivus & Conſumptus, contraria. Cic. de Univerſ. 36. Ita orientur animantes, quos & vivos alatis, & conſumptos ſinu recipiatis.

Actio conſumpta & exhauſta. Cic. 3. de Orat. 100. In quo tanta commoveri actio non poſſet, ſi eſſet conſumpta ſuperiore motu & exhauſta.

Annus. Sil. lib. 15. 408.

Oratio. Salluſt. in Jugurth. cap. 25. extr. Ac tametſi Senatus verbis graves minæ nuntiabantur, quod ab oppugnatione non deſiſteret: multa tamen oratione conſumpta, fruſtra legati diſceſſere.

Consumptio, ōnis. f. [κατανάλωσις] Cic. de Univerſ. 16. Itaque ſe ipſe conſumptione & ſenio alebat ſui.

Elaboratio & conſumptio operæ. Auct. ad Heren. lib. 4. 32. Propterea quod non hæc videntur reperiri poſſe ſine elaboratione & conſumptione operæ.

Consumptor, ōris. m. [λυμαντὴρ] Cic. 2. de Nat. Deor. 41. Atque noſter ignis, quem uſus vitæ requirit, confector eſt, & conſumptor omnium.

Consuo, ui, ūtum, [συῤῥάπτω] ĕre. Simul ſuere. Plaut. Stich. 2. 2. 54. Conſutaque tapetia. Plin. lib. 20. cap. 9. Conſutum ſuſpenditur lino modicis intervallis.

Conſuere dolos. Plaut. Amph. 1. 1. 211.

Adveniſti, audaciæ columen, conſutis dolis. Conf. Pſeud. 1. 5. 126.

Ut δολοῤῥάπτης. Vide pag. ſeq. Conſutarius. H. St. Immo δολοῤῥαφὴς, vel δολοῤῥάφος.

Consutūra, æ. f. [συῤῥαφὴ] Suet. in Vitell. cap. 2. Cujus filius ſectionibus & conſuturis uberius compendium nactus. Sed legendum eſt Cognituris. V. ſupra Cognitura, in cognosco. conf. Gronov. & Torrent. in loc.

Consutĭlis, e. Caſſiod. 5. Epiſt. 42.

Consutarius ante dicti. H. St. Hæc quoque obſervatio cultro mutilata eſt. Suſpicor ex Pontano, vel alio quopiam recentiore, Conſutarium pro δολοῤῥάφω poſitum docuiſſe.

Consupplicātrix, īcis. f. Inſcr. apud Fabret. p. 342. CONSVPPLICATRICES. CERVARIA. SP. F. FORTVNATA. MAGISTRA. MATRI. MATVTAE. D. D.

Consurgo, ſurrexi, ſurrectum, [ἀνίστημι, ἐγείρομαι] ĕre. Simul ſurgere. Salluſt. Conſurrexere omnes, ſimulque in eum impetum fecerunt.

Conſurgit Senatus. Cic. 3. Q. frat. 2. Conſurrexit Senatus cum clamore ad unum, ſic ut ad corpus ejus accederet.

Quercus conſurgunt. Virg. 9. Æn. 681.

Conſurgunt geminæ quercus, intonſaque cælo
Attollunt capita.

Charybcis fluctu imo ſublimis conſurgit. Tibul. lib. 4. 1. 74.

Stratis conſurgit. Sil. lib. 13. 421.

Languida conſurgit. Ovid. 3. Faſt. 25. De Silvia Veſtali loquitur.

Conſurgere ex inſidiis. Cæſ. 3. Bell. Civil. 37.

Ad bellum provincia conſurgit. Liv. 33. 19. Hiſpania quoque ad idem tempus magno tumultu ad bellum conſurrexit.

In altitudinem. Columel. lib. 7. cap. 9. Ut limen earum in tantam altitudinem conſurgat, quantam, &c.

In arma. Virg. 10. Æn. 90.

— quæ cauſa fuit conſurgere in arma
Europamque, Aſiamque?

In iras truces. Valer. 1. Argon. 673.

In venerationem principis theatra conſurgunt. Plin. in Paneg. cap. 54. pr.

Conſurgere carmine Mæonio, Epos ſcribere. Ovid. 3. de Pont. 3. 31.

Bellum conſurgit. Virg. 8. Æn. 637.

— ſubitoque novum conſurgere bellum
Romulidis, Tatioque ſeni, Curibusque ſeveris.

Fama alicujus operis magni conſurgit in aliqua regione. Valer. lib. 1. Argon. 75.

Pontus ingens conſurgit in vaſtum aggerem. i. e. Cumulatione aquarum turget. Sen. Hippol. 10.

Remi conſurgunt ordine terno. Virg. 5. Æn. 120.

Venti. Virg. 5. Æn. 20. — Veſpere ab atro
Conſurgunt venti.

Consurgĭtur, [συνανίσταται] imperſ. Cic. 6. Verr. 118. Itaque in curiam venimus, honorifice ſane conſurgitur.

Consurrectio, ōnis. f. [συνανάστασις] Cic. de Arusp. Resp. 2. Cepi equidem fructum maximum & ex consurrectione omnium vestrum, &c. conf. 1. Att. 16.

Consus, Deus consilii putabatur: cui ludi fiebant, qui Consualia dicta sunt. Festus.

Quis fuerit, bifariam auctores tradunt. Quidam volunt quendam esse Deum, cujus nomen in lucem haud prodiit; Δαίμονι ἀῤῥήτῳ ait Dionys. 2. Alii Neptunum hunc fuisse volunt.

Consus, ait Cyprianus tractatu quarto de Idolorum vanitate, Vernaculus est Romanorum deus, quem deum fraudis, velut consiliorum deum coli Romulus voluit, postquam in raptum Sabinarum perfidia provenit. Arnobius adversus Gentes lib. 3. Salutaria & fida consilia nostris suggerit cogitantibus Consus. Hunc eundem esse qui & Neptunus dicitur, Ausonius ostendit in Monosyllabis, v. 46.

Tum Jovis & Consi germanus, Tartareus Dis. Idem in Epig. inscript. Quæ sexum mutarint,

Cænea convertit proles Saturnia Consus. Cujus Cænei ex puella in virum a Neptuno transformati fabulam habet Ovid. lib. 12. Metamorph. Plutarchus in Romuli vita, Fama vulgata ab Romulo primum est, cujusdam dei aram conditam sub terra invenisse, eique deo Conso nomen indiderunt, sive a consilio quod consiliarius foret, sive Neptunus equestris. Nam ara est in Circo maximo posita, quæ reliquum quidem tempus latet, in equestribus autem certaminibus aperitur. Placet tamen aliis, quoniam consilium arcanum & minime palam esse oportet, subterraneam haud temere & opertam dei aram esse. Dionysius Halicarn. lib. 1. Quin & Neptuno Hippio festum instituerant, Hippocratia dictum Arcadibus, Romanis vero Consualia, per quod apud Romanos ex more immunes sunt ab opere equi & muli, coronanturque floribus. Idem lib. 2. de raptu Sabinarum agens, Festum quod tum consecravit Romulus, etiam nostra ætate Romani agitant nomine Consualium, in quo ara subterranea, sita prope Circum maximum, refossa terra sacrificiis honoratur, & libaminibus, & equorum ac quadrigarum committuntur certamina. Deus autem in cujus honorem ista fiunt, Consus a Romanis vocatur, quem quidam nostra lingua interpretantur Neptunum, (σεισίχθονα) ideoque aram ei sacratam subterraneam, quod hic deus terram habeat. Ego vero & aliam rationem festi Neptuno dicati audire memini, sicut & cursus equorum: aram vero subterraneam postea positam Genio cuidam cujus nomen proferri nefas sit, occultorum consiliorum servatori ac præsidi. Hæc Dionysius. Servius in lib. 8. Æneid. v. 636. Raptæ sunt Sabinæ Consualibus, hoc est mense Martio. Consus autem deus est consiliorum: qui ideo templum sub Circo habet, ut ostendatur tectum esse debere consilium. Inde est quod & Fidei panno velata manu sacrificabatur, quia fides tecta esse debet & velata. Ideo autem dicato Consi simulacro rapuerunt Sabinas, ut tegeretur initum de rapto consilium. Hic Consus & eques Neptunus dicitur: unde etiam in ejus honorem Circenses celebrantur. Hæc Servius.

Consuālia, ōrum. n. pl. [Κονσουάλια] Ludi dicebantur, inquit Festus, quos in honorem Consi, quem deum consilii existimabant, faciebant antiqui. Auctor de Vir. Illust. cap. 2. Quibus negatis, ludos Consualia simulavit: ad quos quum utriusque sexus multitudo venisset, dato suis signo, virgines raptæ sunt. Varro de L. L. 5. 3. Consualia dicta a Conso, quod tum feriæ publicæ ei deo, & in Circo ad aram ejus ab sacerdotibus fiunt ludi illi, quibus virgines Sabinæ raptæ.

Consŭsurro, āre. Ter. Heaut. 3. 1. 64. Syrus cum illo vestro consusurrat.

Contābesco, bui, [μαραίνομαι] ĕre. Idem quod Tabescere. Cic. 3. Tusc. 75. Ut Artemisia illa Mausoli Cariæ Regis uxor, quæ nobile illud Halicarnassi fecit sepulchrum, quam diu vixit, vixit in luctu, eodemque etiam confecta contabuit. Plaut. Merc. 1. 2. 91.

— edepol cor miserum meum
Quod guttatim contabescit, quasi in aquam indideris salem.

Contābēfăcio, ĕre. Plaut. Pseud. 1. 1. 19.

Quæ me miseria & cura contabefac't.

Contăbŭlo, [συνιδρύμαι] āre. Tabulis consternere; a Tabula ductum verbum. Plin. lib. 15. cap. 16. Pomaria in loco frigido ac sicco contabulari præcipitur. Sueton. in Calig. cap. 19. Æmulatione Xerxis, qui non sine admiratione aliquanto angustiorem Hellespontum contabulaverit.

Contabulare murum turribus. Cæs. 7. Bell. Gall. 22. Totum autem murum ex omni parte turribus contabulaverunt.

Contabulatæ turres. Liv. 24. 34. Turres contabulatas, machinamentaque alia quatiendis muris portabant. i. e. Factas & compactas ex tabulis.

Contabulātio, ōnis. f. [σανίδωσις] Cæs. 2. Bell. Civil. 9. Ubi turris altitudo perducta est ad contabulationem, &c. Et paulo post aperte declarat quid significet Contabulare.

Contadesdus, Thraciæ fluvius, qui Tearo auctus, influit in Agrianem, Agrianes autem in Hebrum, qui juxta Aenum oppidum in mare influit. V. Herodot. lib. 7.

Contactus, **Contagium**. In contingo.

Contāmĭno, [ἀπλέω, βεβηλόω] āre. proprie (inquit Donatus ad Prolog. Andr. 16.) est Manibus luto plenis aliquid attingere & polluere.

Contaminare se vitiis, per translationem. Cic. 1. Tusc. 72.

Manus contaminare, Manu scelus aliquod perpetrare. Sen. OEdip. 4. 20.

Contaminare se stupro. Sen. Hippol. 5. 21.

Non modo non contaminare, Sed etiam honestare, contraria. Cic. 1. in Catil. 29. Saturnini & Gracchorum & Flacci & superiorum complurium sanguine, non modo se non contaminarunt, sed etiam honestarunt.

Veritatem mendacio. Cic. pro Sulla, 45.

Contaminatur multis flagitiis homo. Cic. pro Cluent. 67.

Contaminare fabulas. Ter. in prol. And. 16.

Id isti vituperant factum, atque in eo disputant,
Contaminari non decere fabulas. i. e. Ex multis Græcis unam Latinam facere.

Fistulas, lacus, quidve aliud contaminare. Paulus in l. 1. D. de Extraord. crimin.

Culpa contaminari. Auct. ad Heren. lib. 2.

Torum alicujus contaminare. Ovid. 2. Amor. 7. 18. Alii legunt Contemerare, idque rectius: nam Contamino secundam producit, ut apud Martial. lib. 1. 54. ad Fidentinum,

Sic interposito vilis contaminat uncto, &c.

Contaminātus, [βεβηλωτὸς] Partic. Cic. 12. Philipp. 15. Quos nondum tantis parricidiis contaminatos vix ferebamus, hos nunc omni scelere coopertos tolerabiles censes civitati fore?

Grex morbo contaminatus. Hor. 1. Carm. 37. 9.

Integra Contaminatis opponuntur. Cic. in Topic. 96.

Judicia corrupta ac contaminata. Cic. 1. Verr. 70.

Homo turpissimus, sceleratissimus, contaminatissimus. Cic. pro Domo 23.

Hujus contrarium est Incontaminatus. Liv. 4. 2. Quas quantasque res C. Canuleium aggressum, colluvionem gentium, perturbationem auspiciorum publicorum privatorumque afferre, ne quid incontaminati sit.

Sic & Attaminatus, cui Intaminatus est contrarium. Hor. 3. Carm. 2. 18.

Virtus repulsæ nescia sordidæ,
Intaminatis fulget honoribus. i. e. Incorruptis & immaculatis. Schol. vet. [Sed is legit Incontaminatis, ut in editis post Lamb. q. V.

Contaminātio, ōnis. f. Ulp. l. 2. §. 3. Dig. ad leg. Jul. de Adult. coerc.

Contaminātor, ōris. m. Tertull. de Pudicit. cap. 13. Paterni tori contaminator.

Contaminabĭlis, e. Tertul. adv. Marc. 4. 20. Prophetam, quem pro substantia humana contaminabilem sciret.

Contāmen, ĭnis. n. Tertull. Carm. adv. Marc. 1. 1.

Femineos usus vulgi contamine mixtos.

Contechnor, [τεχνάζω] āri. Commachinari, & fallaciam aliquam componere. Plaut. Pseud. 4. 6. 34. Vide modo ne illic sit contechnatus quidpiam.

Contĕgo, xi, ctum, [σκεπάζω] ĕre. fere a simplici non differt. Plin. lib. 15. cap. 18. Parvarum genus arborum post Autumnum fimo contegunt.

Contegi tumulo. Liv. 26. & Curt. 7. 9. extr.

Tumulus contegit corpus Achillis. Cic. pro Arch. 24.

Humo contegi. i. e. Sepultum esse. Ovid. 16. Epist. 274.

Membra sepulcro. Valer. 1. Argon. 813.

Ossaque nec tumulo nec separe contegat urna. Valer. 5. Argon. 58. Separe, i. e. Separata.

Amictu caput. Virg. 12. Æn. 885.

Injuriam factam. Ter. Hec. 3. 3. 41.

Et illi miseræ indigne factam injuriam contexeris.

Libidines tenebricosas pudore & temperantia. Cic. de Prov. Conf. 8. confundi solet cum contexo. q. V.

Contĕgens, entis. Partic. Martial. lib. 12. 45.

Hœdina tibi pelle contegenti
Nudæ tempora, verticemque calvæ, &c.

Contectus, u, um. Partic. [ἐσκεπασμένος] ut, Casa contecta stramine. Ovid. 5. Met. 447.

Contegulatio, ōnis. f. &

Contegulātor, ōris. m. apud JCtos.

Contĕmĕro, [καταμιαίνω] āre. Polluere, Violare. Martial. lib. 1. 10.

Læserat ingrato leo perfidus ore magistrum:
Ausus tam notas contemerare manus. Ovid. 2. Amor. 7. 18.
Ecce, novum crimen, solers ornare Cypassis
Objicitur dominæ contemerasse torum.

Contemno, psi, ptum, [ἐξουθενέω, ὑπερόπτομαι, καταφρονέω, ὑπερορέω, ἐξουδενέω, ἀποδύομαι] ĕre. Despicere, spernere. Plaut. Asin. 2. 4. 10.

Tu, verbero, imperium meum contempsisti?

Contemnere & Admirari, contraria. Cic. in Orat. 131.

Contemnere & Efferre, contraria. Cic. pro Muren. 15. Contempsisti L. Murenæ genus, extulisti tuum.

Contemnere & Despicere, eo distant, quod despicere est gravius, quam contemnere. Cic. ad Cæs. lib. 3. Amici nonnulli te contemni ac despici, & pro nihilo haberi Senatus voluit. Idem de Senect. 7. Contemni se putant, despici, illudi. Hæc Nonius.

Contemnere, & pro nihilo putare. Cic. 1. Off. 28. Idem pro Milon. 65.

Contemnere, & abjicere. Cic. pro Muren. 25. Id enuntiatis vestris mysteriis totum est contemptum & abjectum.

Conterere atque contemnere aliquid. Cic. 5. Tusc. 85. Faciunt, ut gravitatem dignitatemque virtutis exaggerent: quam quum ad cælum extulerint, quod facere eloquentes homines copiose solent, reliqua ex collatione, facile est conterere atque contemnere.

Voluptatem contemni & rejici oportere. Cic. 1. Off. 106.

Non curare, atque contemnere. Cic. 3. de Fin. 29.

Irridere & contemnere. Cic. 2. de Lege Agrar. 96.

Per risum ac per jocum contemnere aliquid. Cic. ibid. Sed codd. emend. Contendere.

Contemnere aliquem præ se. Ter. Eun. 2. 2. 8. Hic ego illum contempsi præ me.

Honores. Hor. 2. Serm. 7. 85.

Laborem bêne dicendi. Quintil. in prooem. lib. 1.

Famam. Sen. Hippol. 2.

Murmura famæ. Propert. lib. 2. 5. 29.

Valde aliquem contemnere. Cic. 8. Fam. 4.

Ventos contemnere assuescit vitis. Virg. 2. Georg. 360.

Vitam contempsit, mori qui concupiscit. Sen. Theb. 1. Martial. lib. 11. 57. in Chæremontem,

Rebus in angustis, facile est contemnere vitam.

Apes contemnunt favos, Quæ facere mel cessant. Virg. 4. Georg. 104.

Pinus undas contemnit. Tibul. lib. 1. 3. 37.

Nondum cæruleas pinus contempserat undas. i. e. Nondum erant naves. De Saturni temporibus.

Contemptus, a, um. [ὑπερεωραμένος] Partic. ut, Dolor contemptus. Propert. lib. 1. 13. 9.

Contritum & contemptum præmium. Cic. pro Sext. 86. Qui nullo præmio proposito, præter hoc quod jam contritum & contemptum putatur, judicium bonorum, omnia pericula, &c. suscepit.

Contemptiores mage erunt, atque avidi minus. Al. Contentiores. Plaut. Pœn. 2. 1. 15.

Contemptissimi philosophi. Cic. 2. de Divin. 117.

Tenuissimus victus, atque contemptissimæ escæ. Cic. 2. de Fin. 90.

Contemptus & abjectus. Cic 2. de Lege Agr. 93.

Despicatissimus & contemptissimus. Cic. pro Sext. 36.

Homo vita contempta ac sordida. Cic. pro Planc. 12.

Contempta relinquor. Ovid. 3. Epist. 82. Ad Achillem Briseis loquitur.

Contemnendus, Partic. [ὀλιγωρητέος] ut, Defensiones non contemnendæ, saneque tolerabiles. Cic. de Clar. Orat. 272.

Ne Titus quidem Postumius contemnendus in dicendo. Cic. de Clar. Orat. 268.

Orator non contemnendus. Cic. de Clar. Orat. 51.

CONTEMPTIM, Adv. [ὑπερόπτως] Plaut. Pœn. 3. 1. 34. Ne nos tam contemptim conteras.
Contemptim dejicere aliquem. Lucret. lib. 5. 1124.
Vagari contemptius. Tacit. 3. Hist. 47.
Contemptim audire minas. Liv. 2. 35.
Contemptim eludere. Curt. 9. 7.

CONTEMPTIO, ōnis. f. [ἐξουθένησις, καταφρόνησις] ut, Contemptio mortis. Cic. 2. de Fin. & ex ejusd. Hortensio apud Nonium. 3. 70.
Fortunæ. Cic. in Parad. 4.
Voluptatum. Cic. 1. Acad. 7.
Adducere adversarios in contemptionem. Cic. 1. de Invent. 22.
Animi magnitudo humanarumque rerum contemptio. Cic. 1. Off. 13.
Contemptio ac despicientia rerum humanarum. Cic. 1. Tusc. 95. Totamque vim bene vivendi in animi robore ac magnitudine, ut in omnium rerum humanarum contemptione ac despicientia, & in omni virtute ponamus. conf. Non. 3. 70.

CONTEMPTUS, ûs. m. [ὀλιγωρία, ἐξουθένημα] Liv. 6. 2. Appareretque omnibus, non odio solum apud hostes, sed contemptu etiam inter socios, nomen Romanum laborare.
Corporis & formæ turpitudinem, quibusdam contemptum adferre. Quintil. lib. 3. cap. 7.
Turpis famæ contemptus. Lucret. lib. 3. 65.
Armat mentem contemptu necis. Sil. lib. 4. 250.
Exire e contemptibus, est Paulatim in pretio haberi. Lucret. lib. 5. 830.

CONTEMPTOR, ōris. m. [ὑπερόπτης] ut, Contemptor gratiæ, divitiarum. Liv. 39. 40. extr.
Æqui. Ovid. 3. Fast. 49.
Deûm Mezentius. Virg. 7. Æn. 648.
Famæ. Claud. in Eutrop. 1. 434
Lucis animus. i. e. Vitæ. Virg. 9. Æn. 205.

CONTEMPTRIX, īcis. f. [ὑπερόπτις] Plin. lib. 19. cap. 8. Eruca præcipue frigorum contemptrix.
Ferri ignisque contemptrix. Idem lib. 37. cap. 4.
Pericli contemptrix turba. Sil. lib. 17. 411.

CONTEMPTĬBĬLIS, e. [ἐκφαυλιστὴς] a Contemno; idem quod Contemnendus. Unde Contemptibilitas: item Contemptibiliter, adverbium. Perottus. Ulpianus l. Emptori. D. de evict. Si margarita forte, aut ornamenta pretiosa, vel vestis serica, vel quid aliud non contemptibile, veneat. Arnob. lib. 4. advers. gent. Soli sunt apud vos superi inhonorati, contemptibiles, viles.

CONTEMPTIBILĬTAS, ātis. f. Cæl. Aurel. Tard. 1. 5. Continuatio contemptibilitatem parit.

CONTEMNĬFĬCUS, Adj. antiquum, idem quod Contemptibilis. Lucil. lib. 36. Ego enim contemnificus fieri & fastidire Agamemnonis. Ex Nonio, 2. 154.

CONTEMPĔRO, āre. Apic. 4. 2. In patina, quæ invicem contemperentur.

CONTEMPERATUS, Partic. Vitruv. 9. 4. Sol, quæ propiora sunt, contemperata habet.

CONTEMPLOR, [θεωρέω, κατανοέω] āri. Deponens, dictum (ut ait Festus) a Templo, id est loco qui ab omni parte aspici, vel ex quo omnis pars videri potest, quam antiqui templum nominabant. Itaque est Contemplari, Conspicere, & diligenter intueri. Ter. Phorm. 1. 4. 33. Voltum contemplamini.
In Indice Donati in Terentium Contemplor a Templum. H. St. At nihil in accuratissimo Lindenbrogii indice. V. Varron. de L. L. 6. 2.
Contemplari animo quod oculis non cernitur. Cic. pro Deiot. 40.
Contemplari lituras codicis. Cic. 5. Verr. 41.
Secum considerare & contemplari aliquid. Cic. 2. Off. 153.
Omni acie ingenii. Cic. 1. de Orat. 151.
Cælestia. Cic. 2. de Nat. Deor. 4. Quum cælum suspeximus, cælestiaque contemplati sumus.
Contemplor, pro Circumspicio, perspicio. Cic. pro Flacc. 26. Totam causam, quam maxime intentis oculis, ut aiunt, acerrime contemplamini.
Intueri & contemplari. Cic. pro Planc. 2.
Nummos contemplari. Hor. 1. Serm. 1. 67.

CONTEMPLO, [θεωρέω] āre. activum, ab antiquis dicebatur, & sæpius apud Plautum legitur: ut in Amph. 1. 1. 285.
Certe edepol, quum illum contemplo, & formam agnosco meam.
Idem in Pers. 4. 4. 15.
Contemples, pro Contempleris. Plaut. Asin. 3. 1. 35.
Meum caput contemples, si quidem e re consultas tua. V. Gell. lib. 18. cap. 12. & Non. 7. 11. Ennius apud Varr. L. L. 6. 2. Contempla, & templum Cereris ad lævam adspice.

CONTEMPLANS, Partic. [θεωρῶν] Cic. de Senect. 55. Cujus quidem ego villam contemplans (abest enim non longe a me) admirari satis non possum. conf. Curt. 8. 10.

CONTEMPLATUS, Partic. active apud Curt. 4. 8. Alexander loci naturam contemplatus.
Passive apud Ammian. 31. 15. Scriptis recitatis & contemplatis.

CONTEMPLĀTIO, ōnis. f. [θεώρησις] ut, Contemplatio rerum occultiorum. Cic. 4. de Fin.
Consideratio contemplatioque naturæ. Cic. 4. Acad. 127.
Frui sui contemplatione. Quintil. lib. 2. cap. 18.
Dare pecuniam, alicujus contemplatione, In gratiam alicujus. Julianus in l. Si pupilli. §. Item si procuratori. D. de negotiis gestis. Item si procuratori tuo mutuam pecuniam dedero, tui contemplatione, ut creditorem tuum vel pignus tuum liberet, &c.
Gerere negotia alicujus, non contemplatione ejus, sed sui lucri causa. Julianus in l. Si pupilli. §. Sed & si quis. D. de Negotiis gestis.
Arborum contemplatione fundum comparare. Papinian. in l. Arboribus. D. de Contrahen. empt. & vendit. Arboribus quoque vento dejectis vel absumptis igne, dictum est emptionem fundi non videri esse contractam, si contemplatione illarum arborum, velut oliveti, fundus comparabatur.
Contemplatio, pro Intenta cogitatione. Plin. 2. Epist. 1. Volui tibi multa alia scribere, sed totus animus in hac una contemplatione defixus est.

CONTEMPLĀTUS, ûs. m. [θεωρία] Idem quod Contemplatio. Ovid. 5. Trist. 7. 66.
Sic animum tempusque traho, meque ipse reduco
A contemplatu semoveoque mali. Macrob. in Somn. Scip. lib. 1. cap. 1. Pro contemplatu probi improbive meriti.

CONTEMPLĀTOR, ōris. m. [θεωρητὴς] ut, Contemplator cæli. Cic. 1. Tusc. 69.

CONTEMPLATRIX, īcis. f. Celsus in prooemio lib. primi, Eorumque, quæ in morbis communia sunt, contemplatricem esse contendant.

CONTEMPLĀTĪVUS, [θεωρητικὸς] Adj. Sen. Epist. 95. Ars nulla contemplativa sine decretis suis est, philosophia autem contemplativa simul est & activa.

CONTEMPŎRĀLIS, e. Idem ac Contemporaneus. Tertull. adv. Herm. cap. 6. Inter contemporales ordo non est.

CONTEMPŎRĀNEUS, [σύγχρονος] Adj. Ejusdem temporis: quem nonnulli Græca voce Synchronum vocant. Gell. Lemm. 19. 14. Contemporaneos fuisse Cæsari & Ciceroni, M. Varronem & P. Nigidium.

CONTEMPŎRO, āre. Tertull. de Resur. Carn. cap. 45. Contemporant fœtu, coætaneant natu.

CONTENDO, di, sum & tum, [συντείνομαι, διατείνομαι] ĕre. Idem quod Intendere. [Contensus Partic. non legi.
Contendere poplitem, i. e. Intendere, vehementer extendere. Hor. 2. Serm. 7. 97.
Contendere vincla. Virg. 4. Georg. 412.
Tanto, nate, magis contende tenacia vincla.
Contendere tormenta. Cic. 2. Tusc. 57. Balistæ lapidum & reliqua tormenta telorum, eo graviores emissiones habent, quo sunt contenta atque adducta vehementius.
Ilia risu contendere. Ovid. 3. de Arte Am. 285.
Contendere animum, pro Intendere. Ovid. 1. de Pont. 5. 11.
Non libet in tales animum contendere curas.
Contendere, [πορεύεσθαι] Proficisci, & fere cum Ad construitur. Cic. 3. Verr. 67. Hæc ubi filio nuntiata sunt, statim exanimatus ad ædes contendit, ut & vitæ patris, & pudicitiæ sororis succurreret.
Cursum aliquo contendere. Plaut. Cistel. 2. 1. 58.
Sed quis hic est, qui recta platea cursum huc contendit suum?
Cursum contendere ad aliquem. Virg. 5. Æn. 834.
Contendere iter constitutum. Cic. pro Rosc. Amer. 97.
Contendit Romam. Sallust. in Jugurth. cap. 13. Victus ex prælio fugit in provinciam, ac deinde Romam contendit.
Contendere in Ægyptum. Non. 4. 68. ex Cic. 1. de Repub. Sed audisse te credo, tum vero Platonem, Socrate mortuo, primum in Ægyptum discendi causa, post in Italiam contendisse.
Contendere magnis itineribus in Italiam. Cæs. 1. Bell. Gall. 10.
Magnis itineribus ad exercitum Afranii contendit. Cæs. 1. Bell. Civil. 37.
In orbem diversum fama contendere. i. e. Nomen suum apud exteras nationes propagare. Ovid. 1. de Pont. 5. 67.
Contendere, pro Festinanter agmen ducere. Curt. lib. 3. 7. pr. At Darius, nuncio de adversa (ejus) valetudine accepto, celeritate, quantam capere tam grave agmen poterat, ad Euphratem contendit.
Contendere, sq. Infin. Vehementer niti. Virg. 1. Æn. 162.
— quæ proxima litora cursu
Contendunt petere. Cic. pro Planc. 97. Dyrrhachium petere contendit.
Animo contendere, est Ad vim animi adhibendam se comparare. Cic. pro Muren. 65. Ut quum ad ultimum animo contendissemus, ibi tamen, ubi oporteret, consisteremus.
Eniti & contendere quam maxime. Cic. 3. Off. 42. Qui stadium currit, eniti & contendere debet quam maxime possit, ut vincat.
Labore contendere. Cic. 3. Off. 6. Quare quantum conniti animo potes, quantum labore contendere, &c. tantum fac ut efficias, &c.
Contendere ut. Cic. pro Sext. 5. Contendamque (si modo id consequi potero) ut in hac causa atque universa defensione, nihil a me quod, &c. prætermissum esse videatur.
Contendit, ut ad castra perveniat. Cic. 9. Philipp. 15. Contraque vim gravitatemque morbi contenderit, ut ad castra Antonii, quo senatus eum miserat, perveniret.
Viribus contendere. Lucret. lib. 3. 784.
Maximis laboribus & periculis ad summam laudem gloriamque contendere. Cic. 14. Philipp. 32.
Contendere omnibus nervis. Cic. 5. Verr. 130. Omnibus enim nervis mihi contendendum est, atque in hoc elaborandum, ut omnes intelligant. Al. Connitendum rectius.
Contendere nervos in re aliqua. Cic. 15. Fam. 14. De me autem idem tecum his ago litteris, quod superioribus: ut omnes tuos nervos in eo contendas, ne quid mihi ad hanc provinciam, quam, &c. i. e. Omnes tuas vires impendas.
Contendere nervos ætatis industriæque suæ in re aliqua. Cic. 2. Verr. 35.
Contendere rectis studiis ad magna. Cic. 2. Off. 45. Magna spectare, & ad ea rectis studiis debent contendere.
Frustra. Virg. 7. Ecl. 69.
Pugnare & contendere. Cic. pro Cluent. 7. Itaque feci, sic pugnavi, sic omni ratione contendi, sic ad omnia confugi, quantum ego assequi potui, remedia, &c.
Contendere aliquid ab aliquo, Vehementer petere. Cic. 13. Fam. 8. Non erat causa cur a te hoc tempore aliquid contenderem.
Contendere ab aliquo de proferendo die. Cic. 12. Fam. 29. Sed a magistris quum contenderem de proferendo die, probaverunt mihi, &c.
Contendere omni studio ab aliquo, ut. Cic. ad Brut. 14. Quare omni studio a te, mi Brute, contendo, ut Ciceronem meum ne dimittas.
Contendere ab altero, ut aliquid faciat. Cic. 2. Verr. 29. Ita manifestas proferam, ut nemo a vobis, ut istum absolvatis per gratiam, conetur contendere.
Valde ab aliquo. Cic. 3. Q. frat. 1. Pompeius a me valde contendit de reditu in gratiam.
Plurimis verbis aliquid ab aliquo. Cic. 1. de Orat. 166.
Verecunde aliquid ab aliquo. Cic. 2. Fam. 6.
Contendere voce, Vociferari. Cic. pro Ligar. 6. Quantum potero, voce contendam, ut hoc Pop. Rom. exaudiat.
Contendere, pro Extorquere, Nonio. Turpilius Lemniis, Habet potestatem: nisi potestatem senis pretio contendas, ut redempto Phædria liceat redire antiquam in consuetudinem. Sic Varro, Contendere honores dixit.
Contendere absolute, pro Defendere, & affirmare. Celsus in præf. lib. 1. Si manantia corpuscula per invisibilia foramina subsistendo iter claudunt,

ut Asclepiades contendit. Idem paulo post, Sed ne ad hæc quidem aditum fieri potuisse, nisi ab aliqua ratione contendunt.

Contendere, [ἐρίζειν, ἀμφισβητεῖν, φιλονεικεῖν] Certare. Cic. 14. Att. 14. Quod si duriorem te ejus miseræ & afflictæ fortunæ præbes, non contendam ego adversus te.

Contendere alicui, i. e. Cum aliquo. Hor. 1. Epist. 18. 28.

— mihi contendere noli.

Certare ingenio, contendere nobilitate. Lucret. 2. 11.

Contendere aliquid contra æquitatem. Cic. 2. Off. 51. Extremum autem præceptum in beneficiis, operaque danda est, ne quid contra æquitatem contendas, ne quid pro injuria.

Contendunt verbis inter se, non pugnis. Cic. in Parad. 3.

Causa cum causa contendit. Cic. pro Quint. 92. Si causa cum causa contenderet, nos nostram perfacile cuivis probaturos statuebamus, quod vitæ ratio cum vitæ ratione decerneret.

Causam contra aliquem. Lucret. lib. 4. 473.

Civiliter. Cic. 1. Off. 38. Ut enim quum civiliter contendimus, aliter si est inimicus, aliter si est competitor. Al. emendatius Cum cive aliter &c.

De honore aut de dignitate. Cic. 3. Tusc. Ita credo, de honore aut de dignitate contendimus. Cæs. 5. Bell. Gall. 43. Omnibusque annis de loco summis simultatibus contendebant.

De re aliqua palam vehementerque. Cic. 1. Verr. 18. Ecquis unquam tam palam de honore, tam vehementer de salute sua contendit, quam ille aut illius amici?

De amplitudine humilitas cum dignitate contendit. Cic. pro Rosc. Amer. 136.

Armis contendere. Cic. pro Cæcin. Qua de re decertari oporteret, non contendere armis.

Armis cum aliquo. Cic. 7. Att. 9.

Bello cum aliquo. Virg. 4. Æn. 108.

— aut tecum malit contendere bello?

Cursu. Ovid. 4. Met. 303.

Inimicissime atque infestissime. Cic. pro Quint. 66.

Jure cum aliquo. Cic. pro Quint. 96.

Jure summo contendere. Cic. 16. Att. 14. Ego si me non improbissime Dolabella tractasset, dubitassem fortasse utrum remissior essem, an summo jure contenderem. V. Summum Jus, in JUS.

Jurgio cum aliquo. Cic. de Clar. Orat. 246.

Lite de re aliqua. Quintil. lib. 3. cap. 4.

Ludo cum aliquo, i. e. Ludendo certare. Virg. 6. Æn. 643.

Marte. Virg. 9. Æn. 518.

Muneribus cum aliquo. Martial. lib. 7. 41.

Pedibus cum aliquo, i. e. Cursu certare. Ovid. 10. Met. 570. de Atalanta.

Pignore alique. Catul. Epigr. 42. 4.

Sacramento. Cic. 7. Fam. 33. Ut sacramento contendas mea non esse.

Verbis. Ovid. 13. Met. 9.

Versibus alternis. Virg. 7. Ecl. 18.

Vi summa impetuque contra aliquem. Cic. 3. de Finib. 66.

Contendere omnia. Cic. 4. Verr. 52. Jam in tanta istius impudentia remittendum aliquid videtur, ne omnia contendamus, ne omnia cum dolore agere videamur.

Amori alicujus. Græca loquutio, pro Cum amore contendere. Propert. lib. 1. 14. 7.

Non tamen ista meo valeant contendere amori. i. e. Non possint præferri amori meo.

Hirundo contendit cycnis, i. e. Indoctus cum docto. Proverbialis est loquutio. Lucret. lib. 3. 6.

Contendere duas res, pro Componere ad certamen. Tacit. 4. Ann. 32. Nemo nostros Annales cum scriptura eorum contenderit, qui veteres Populi Romani res composuere.

Contendere res aliquas, pro Conferre, componere, invicem comparare. Cic. 2. Catil. 25. Neque vero ceteras copias, ornamenta, præsidia vestra, cum illius latronis inopia atque egestate debeo conferre. Sed si, his rebus omissis, ipsas causas, quæ inter se confligunt, contendere velimus: ex eo ipso, quam valde illi jaceant, intelligere possumus, &c. Tacit. 13. Ann. 3. de oratione ab Annæo Seneca composita, qua Nero Claudium ipso funeris die laudavit: Adnotabant seniores, quibus otium est vetera & præsentia contendere, primum ex iis, qui rerum potiti essent, Neronem alienæ facundiæ eguisse.

Contendere rem aliquam cum alia. Apuleius Apologia prima p. 278. Et quid tam petulans habent omnes versus mei, si cum isto uno contendantur? i. e. Conferantur.

Contendere se alteri. Ausonius in Gratiarum actione pro Consulatu 14. 3. Non ego me contendo Frontoni, sed Antonino præfero Gratianum.

Contenditur, Impers. Cic. 4. Verr. 131. Propter magnitudinem potestatis, hic magistratus a populo summa ambitione contenditur.

CONTENTUS, Partic. [συντεταμένος] Intentus: cujus contrarium Remissus. ut, Contenti nervi, per convulsionem, vel ex convulsione.

Contentum corpus & Remissum, contraria. Cic. 2. Tusc. 54. Ut onera contentis corporibus facilius feruntur, remissis opprimunt.

Arcus contentus. Ovid. 6. Met. 286.

— sonuit contento nervus ab arcu.

Tela contenta arcu parato. Virg. 5. Æn. 513.

Contentus & Laxus, contraria. Hor. 2. Serm. 7. 20.

Cervix contenta. Virg. 3. Georg. 536.

— montesque per altos
Contenta cervice trahunt stridentia plaustra.

Legitur & Extenta.

Cursus contentus. Cic. pro Muren. 33. Quum contento cursu, hostium classis Italiam peteret.

Fides contentæ, & Incontentæ, Contraria. V. INCONTENTUS. De fidibus instrumentorum musicorum loquitur.

Oculi contenti. Suet. Tiber. cap. 7.

Studio contento, cursuque venire. Cic. pro Sext. 23. Ad Tribunatum, quia ipse ad sese jam dudum vocat, contento studio, cursuque veniamus.

Voce contenta atrociter dicere, & Summissa leniter. Cic. in Orat. 56.

Compar. Aut rapax aut feritate contentior. Ammian. 23. 11.

Superl. Contentissima voce clamitare. Apul. Miles. 4. p. 147.

CONTENTUS, a Contineo. V. CONTINEO.

CONTENTURUS, a, um. Lucil. lib. 27. Tu Lucilium credis contenturum, quum me ruperim, summa omnia fecerim? Nonius 2. 149. [Non liquet, utrum a Contendo, an a Contineo sit. Quin plane suspicor vitium latere, ac forsan Contentulum scribendum.

CONTENTE, [συντεταμένως] ius, issime. Adv. Cic. 5. Tusc. 97. Socratem ferunt, quum usque ad vesperum contentius ambularet, &c.

Contentius pro se dicere. Cic. 2. Tusc. 57. Plaga hoc gravior, quo est missa contentius.

Contente arcteque aliquem habere. Plaut. Asin. 1. 1. 64. [Et hic potest a Contineo esse V. in hoc verbo s. l. Etsi malim a Contendo Contente, i. e. Astricte, ut ex Synonymo apparet adjecto.

CONTENTIO, ōnis. f. [διάτασις] Conatus ad aliquid agendum. Cic. 1. Off. 87. Miserrima est omnino ambitio, honorumque contentio.

Impetus dicendi contentioque. Cic. pro Deiot. 6.

Aliter sumitur hic Contentio, quam ubi pro Concertatione. H. St.

Labor & contentio. Cic. de Senect. 82. Otiosam & quietam ætatem sine ullo aut labore, aut contentione traducere.

Vehementissima contentio animi, ingenii, virium. Cic. 3. de Orat. 5. Permulta tum vehementissima contentione animi, ingenii, virium ab eo dicta esse constabat.

Animi magna, vocis parva contentio. Cic. de Clar. Orat. 234.

Animi contentio, cui opponitur Relaxatio. Cic. 2. de Orat. 22. Verum otii fructus est non contentio animi, sed relaxatio.

Animorum contentione discrepare, non opinionum dissensione. Cic. 2. Fam. 13. Ex eo quidam suspicati fortasse sunt, animorum contentione, non opinionum dissensione me ab eo discrepare. [Videtur Contentio hic pro Concertatione poni.

Animi contentionem adhibere. Cic. in Hortens. Magna etiam animi contentio adhibenda est explicando Aristotelem, si leges. h. e. Intendendæ sunt ingenii vires.

Animosa contentione aliquid perdiscere. Firmic. lib. 6. cap. 31.

Contentio, Continuatio, intentio, perseverantia. ut, Contentio vocis. Cic. 3. de Orat. 222. Nihil perniciosius, quam effusa sine intermissione vocis contentio. V. in ipso verbo Voce contendere.

Vocis contentio, & vocis Remissio pugnant. Cic. 2. de Orat. 212.

Contentio orationis plurimum valet, & majorem vim habet ad gloriam. Cic. 2. Off. 48. Hic est Continua oratio.

Acerrima. Cic. in Orat. 109.

Ad populum summa contentione dicere. Cic. de Clar. Orat. 80.

Oratio non magnæ in dicendo contentionis. Cic. pro Cluent. 2.

Pugna summa contentione pugnata. Cic. pro Muren. 14

Summa vis & contentio sermonis, cui opponitur Lenitas sermonis. Cic. 1. de Orat. 255. Neque minus hæc tamen tua gravissimi sermonis lenitas, quam illa summa vis & contentio probatur.

Gravitatis & ponderum tanta contentio. Cic. 2. de Nat. Deor. 116.

Contentio, [ἀμφισβήτησις, ἔρις] Concertatio. Cic. 4. Acad. Hæc autem est una contentio, quæ adhuc permanserit.

Belli contentio. Cic. pro Sext. 58. Antiochum illum magnum, majores nostri magna belli contentione terra marique superatum, intra montem Taurum regnare jusserunt.

Caninæ contentionis jurgiosa certamina. Firmic. in princ. præfat. lib. 4. De causis forensibus loquitur.

Abesse a contentione. Cic. ad Att.

Decertare cum aliquo contentione dicendi. Cic. 2. Philipp. 2.

Dijudicare. Cic. Nostras contentiones Resp. dijudicavit.

Excitare. Cic. pro Cluent. 9.

Habere cum aliquo. Cic. 3. de Legib. 25.

Honoris contentio. Cic. pro Muren. 8.

Meritorum in Remp. contentio. Cic. de Opt. gen. Orat. 20. Habet enim & legum interpretationem satis acutam in utramque partem, & meritorum in Remp. contentionem sane gravem.

Accurata & inimicitiis incensa. Cic. de Opt. gen. Orat. 22.

Contentio est inter aliquos de possessione. Cic. 4. Acad. 132. Est enim inter eos non de terminis, sed de tota possessione contentio.

Impendet summa inter eos. Cic. 7. Att. 1.

Non mediocris. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Manet. V. MANEO.

Venire in. i. e. Contendere de accusando. Cic. 1. Verr. 62. Neque fere unquam venit in contentionem de accusando, qui Quæstor fuisset, quin repudiaretur.

Res etiam dicitur venire in contentionem. Cic. pro Quint. 24.

Contentio, [σύγκρισις] pro Comparatione & æstimatione. Cic. pro Lege Manil. 36. Summa enim omnia sunt, Quirites. sed ea magis ex aliorum contentione, quam ipsa per sese cognosci atque intelligi possunt. Ex Budæo.

Fortunarum facere. Cic. in Pison. 51.

Vitiorum contentio. Plin. in Paneg. cap. 82. extr. An non plerique principes, &c. quum feriarum laxamenta curarum, vitiorum contentione supplerent? Al. Contentiones. V. Lips.

Contentio ipsorum hominum facienda. Cic. pro Planc. 18.

Vocare in contentionem. Cic. pro Muren. 19.

Contentio & comparatio. Cic. 1. Off. 58. Sed si contentio quædam & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officii: principes sunt patria & parentes, quorum beneficiis maxime obligati sumus: proximi liberi, &c.

Contentio, [ἀντίθετον] apud Rhetores, ut definit Cicero, est Quum ex contrariis rebus oratio conficitur, hoc pacto, Habet assentatio jucunda principia: eadem exitus amarissimos affert. De Oratore & in Topicis.

Asperitas contentionis Oratoris ipsius humanitate conditur. Cic. 2. de Orat. 212.

CONTENTIOSUS, Adj. [ἐριστικός] Qui lites & jurgia seminat. Plin. 2. Epist. 19. Oratio de qua loquor, pugnax & contentiosa est.

Contentiosus passive, Quod fit pertinaciter. Quintil. 5. Declam. non procul ab initio, Avidissimam moriendi cupiditatem contentiosa mendicitate fallebam. Hac forma poterimus dicere, Contentiosum studium, pro Intento.

Immo non videtur poni Passive. H. St. Videtur pro Pertinaci dictum.

CONTENTIOSE, Adv. [ἐριστικῶς] ut, Contentiose agere, i. e. Pertinaciter. Hieronym.

CONTĔNEBRO, [σκοτίζομαι] āre. Neutrum verbum. Varro 2. de R. R. cap. 2. Ab occasu, parvo intervallo interposito, ad bibendum appellunt,

pellunt, & rurfus pafcunt, quoad contenebravit. i. e. Ufque ad vefperum.

CONTENEBRĀTUS, a, um. Partic. Tertull. de Jejun. cap. 10.

CONTENEBRESCO, ĕre. Auguftin.

CONTENTE, CONTENTUS &c. a Contendo & a Contineo. V. fuo loco.

CONTERMĬNO, āre. Conterminum effe. Ammian. 14. 6. Per municipia, quæ iifdem conterminant.

CONTERMĬNUS, a, um. [ὅμορος, σύνορος] Finitimus & vicinus: quafi Eundem terminum inhabitans. Columel. lib. 1. cap. 3. Nifi Autolycus ille cuiquam potuit tolerabilis effe conterminus, aut Aventini montis incola Palatinis ullum gaudium finitimis fuis Cacus attulit.
Pellere conterminos. Plin. lib. 2. cap. 68. Et lib. 3. cap. 26. His contermini Rhæti.
Cædis contermina arbor. Sil. 5. 510.
Civitas. Tacit. 4. Hift. 67.
Flumen. Tacit. 13. Ann. 37.
Gens. Tacit. Germ. 36. 4.
Gens Ariana Indis contermina. Plin. 12. 8.
Natio. Tacit. 15. Ann. 1.
Sacro contermina fonti. Sil. 13. 554. & 8. 39.
Tum diva Indigetis caftis contermina lucis.
Phrygiæ contermina matri Sofpita. Ovid. 2. Faft. 55. i. e. Templo Matris M. templum Sofpitæ proximum.
Stabula ripæ contermina. Ovid. 8. Met. 552.

CONTĔRO, trīvi, trītum, [συντρίβω] ĕre. In pulverem terendo redigere. Varro 2. de R. R. cap. 7. Si faftidium faliendi eft, fcyllæ modicum conterunt cum aqua.
Conterere radicem in pulverem. Plin. lib. 26. cap. 11.
Conterere, [καταναλίσκειν] pro Confumere. ut
Ætatem in piftrino. Plaut. Bacch. 4. 6. 1.
Ætatem in litibus. Cic. 1. de Legib. 53.
Ævi majorem partem fomno. Lucret. lib. 3. 1060.
Boves. i. e. Confumere laboribus. Lucret. lib. 2. 1161.
Diem. h. e. Confumere, & impendere quod dicitur. Ter. Hec. 5. 3. 17.
Ita curfando, atque ambulando totum hunc contrivi diem.
Diem in arte aliqua. Propert. lib. 2. 1. 46.
Diem & noctem conviviis & ftupris. Cic. 7. Verr. 26. Ita diei brevitas conviviis, noctis longitudo ftupris & flagitiis conterebatur.
Ferrum ufu. Ovid. 3. de Arte Am. 91.
Librum conterere legendo. Cic. 9. Fam. 25.
Operam. Plaut. Moft. 3. 1. 54.
Quid ego huc recurfem? aut operam fumam, aut conteram? i. e. Perdam.
Operam fruftra. Ter. Phorm. 1. 4. 32.
Otium & tempus in ftudiis. Cic. de Amicit. 104.
Quæftum. Plaut. Moft. 4. 2. 68.
— is vel Herculi conterere quæftum poffet. i. e. Vel Herculeo labore parta abfumere.
Tempus. Plin. 1. Epift. 13. Tempus audiendis fabulis conterunt.
Tempus fruftra. Cic. pro Rofc. Com. 41.
Vitam in quærendo. Ter. Adel. 5. 4. 15.
— contrivi in quærendo vitam atque ætatem meam.
Apud pauperes ambitiofos pluribus, & diverfis officiis fupellex conteritur. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Conterere fe in muficis. Cic. 1. de Finib. 72.
Conteri in caufis & foro. Cic. 1. de Orat. 249.
Conterere aliquem oratione, Obtundere. Plaut. Cift. 2. 3. 65.
Conterere oblivione voluntaria injurias, i. e. Sponte oblivifci. Cic. 1. Fam. 9. Quod ejus omnes graviffimas injurias, communis concordiæ caufa, voluntaria quadam oblivione contriveram: &c. i. e. Sic ex animo deleveram, ut prorfus abolita apud me effet earum memoria.
Conteri, pro Contrivi apud Ovid. de Medicam. faciei, 89.
Hæc ubi contereris, per denfa foramina cerne. Sic legit Aldus. Alii Contriveris legunt, fed lectionem illam conftitutio fyllabarum non admittit. Ego libenter Contrieris legerem ut Audieris, quum Aldi lectio alienior paulo videatur ab ufu communi. Idem placet Heinfio. Contriris Burm. ut apud Ter. Intrifti, per Syncopen.

CONTRĪTUS, a, um. [συντετριμμένος] Partic. Plin. lib. 20. cap. 13. Datur & dyfentericis cum cafeo in vino contrita. h. e. Commacerata & comminuta ac pifta.
Communia & contrita præcepta, Multum ufu trita. Cic. 1. de Orat. 137. Non negabo me ifta omnium communia & contrita præcepta didiciffe.
Contritum vetuftate proverbium. Cic. 2. de Finib. 10. An verum eft hoc vetuftate contritum proverbium. i. e. Vulgatum apud antiquos.

CONTRĪTIO, ōnis. f. apud Theologos. [συντριβή] Lactant. 7. 18. Erit preffura & contritio. Legitur & in Quintil. Declam. 15. cap. 10. Spem gaudia parant, adverfa contritionem. Sed dubia lectio eft. Al. Contentionem.

CONTRĪTOR, ōris. m. [συντρίπτης] Plaut. Perf. 3. 3. 14. Contritor compedum. i. e. Frequenter ob malefacta compedibus detentus. In emendatis codd. Compeditum tritor.

CONTERRANEUS, [πατριώτης] Qui ex eadem terra eft, quapropter Catullum Conterraneum fuum Plin. in præfat. 1. vocat, qui non Veronæ, fed in Benaci Infula natus erat. V. Scalig. in Eufeb. p. 207. b.
Vide CONSECRANEUS. H. St.

CONTERREO, ui, ītum, [φοβέω] ēre. Idem quod Terreo, Perterreo. Liv. 10. 18. Novum pugnæ conterruit genus.
Conterret latratu canis advenientem. Columel. lib. 7. cap. 12.
Conterrere vultu, afpectuque loquacitatem alicujus. Cic. 1. de Orat. 214.
Pectora metu. Lucret. lib. 2. 623.
Afpectu conterritus hæfit. Virg. 3. Æn. 597.
Conterritus corporis cruciatu. Ulp. in l. 3. D. ex quib. cauf. major.

CONTESTANIA, Regio citerioris Hifpaniæ, in qua fita eft Carthago nova. Auctor Plin. lib. 3. cap. 3. Forte quæ hodie vulgo *Cocentayna.*

CONTESSĔRO, āre. Tertull. adv. Hæret. cap. 36. Cum Africanis ecclefiis conteffer arit. i. e. Amicitiam coluerit. Alludit ad Tefferam hofpitii.

CONTESSERĀTIO, ōnis. f. Tertull. adv. Hæret. cap. 20. Contefferatio hofpitalitatis.

CONTESTOR, [διαμαρτύρομαι] āri. Idem quod Obteftari, implorare, precari. Cic. 6 Verr. 67. Deos, hominefque conteftans, clamare cœpit. Idem pro Flacc. 102. Quum ego te, Flacce, cælum, terramque conteftans, flens flentem obteftabar.
Conteftari litem, inquit Feftus, dicuntur duo, aut plures adverfarii, quod ordinato judicio, utraque pars dicere folet, teftes eftote. Cic. pro Rofc. Com. 53. Qui per fe litem conteftatur, fibi foli petit: alteri nemo poteft, nifi qui cognitor eft factus. V. LIS.
Lis conteftata in aliquem. Paulus in l. fervus. D. de his qui notantur infamia, Non fuo nomine condemnatur, quippe quum initio lis in eum conteftata non fit.
Lis conteftata inter primum & fecundum. Ulp. in l. 1. D. de litigiofis.
Conteftatam litem cum aliquo habere. Cic. pro Rofc. Com. 35.

CONTESTĀTUS, a, um. [διαμεμαρτυρημένος] Partic. Cic. pro Flac. 25. Quumque ab hac perenni, conteftataque virtute majorum non modo non degeneravit L. Flaccus, fed id, &c.
Conteftata antiquitas. Cic. 1. de Divin. 87. Clariffimis monumentis conteftata, confignataque antiquitas. Alia exemplaria habent Teftata.

CONTESTATO, Adv. Teftibus adhibitis. Ulp. l. 1. §. 7. D. de agnofc. & alend. liber. Si neque conteftato dixerit eam ex fe prægnantem non effe. Hotomanus.

CONTESTĀTIO, ōnis. f. Cic. pro Corn. cap. 1. Petivit a me maxima conteftatione.
Conteftatio litis. Ulpian. in l. Pomponius fcribit. D. de procuratorib. Ratihabitionis autem fatisdatio ante litis conteftationem a procuratore exigitur.

CONTESTATIUNCŬLA, æ. f. dimin. Sidon. 7. Epift. 3. An deftinarem, ficut injungis, conteftatiunculas, quas ipfe dictavi. i. e. Controverfias feu Declamationes.

CONTESTĬFĬCOR, āri. Tertull. adv. Gent. cap. 1.

CONTEXO, texui, textum, [συνυφαίνω, συμπλέκω] ĕre. Simul texere. Cic. 2. de Nat. Deor. 158. Quid enim oves aliud afferunt, nifi ut earum villis confectis, atque contextis, homines veftiantur?
Lilia contexere amarantis. Tibul. lib 3. 4. 33.
Contexere, Conjungere. Plin. 5. Epift. 6. Sub his per latus omne, vineæ porriguntur, unamque faciem longe lateque contexunt.
Amores contexere. Catul. Argon. 65. 369.
Nulla domus tales unquam contexit amores. Al. Conjunxit. [Hic eft præteritum a Contego, q. d. Sub eodem tecto claufit.
Puppes canna. Valer. 2. Argon. 108. Antequam in navium ufus arbores ferrumque acceffiffent, antiqui cymbas papyro cannifve paluftribus conftruxerunt. Unde & apud Lucan. 4. 136.
Conferitur bibula Memphitis cymba papyro.
Contexere interrupta, ad Sermonem translatum. Cic. 1. de Legib. 9. Neque tam facile interrupta contexo, quam abfolvo inftituta.
Contexere cum aliorum negotiis noftra, Conjungere fcribendo. Cic. 12. Fam. 15. Deeffe mihi nolui, quin te admonerem, ut cogitares, conjunctene malles cum reliquis rebus noftra contexere, an ut multi Græci fecerunt, &c.
Contexere carmen. Cic. pro Cœl. 18. At longius quidem mihi hoc carmen liceret contexere.
Contexere crimen, h. e. Componere, aftute conflare. Cic. pro Deiot. 19. At quam feftive crimen contexitur!

CONTEXTUS, a, um. [συνυφαντός] Partic. ut,
Argento & auro contextus vir, i. e. Vefte indutus auro & argento contexta. Tibul. lib. 1. 1. 71. Al. Contectus, probabilius.
Contextus equus trabibus acernis. Virg. 2. Æn. 112.

CONTEXTE, Adv. [συνυφασμένως] ut, Omnia naturali colligatione conferte contexteque fiunt. Cic. de Fato 31.

CONTEXTIM, aliud Adv. Plin. lib. 10. cap. 53. Turdi in cacuminibus arborum luto nidificantes, pæne contextim, in fecelfu generant.

CONTEXTIO, ōnis. f. Idem quod Contextus. Boëtius in Topica Ciceronis comment. 5. Quæ eorum natura fit, propofitionumque contextio. Rurfus paulo poft initium lib. 2. De differentiis Topic.
Contextio narrationis. Macrob. in Somn. Scip. lib. 1. cap. 2. Ibid. cap. 5. fub finem, Quum ergo & contextio ipfius, pari æqualitate procedat, & refolutio æqualiter redeat ufque ad monadem, &c.

CONTEXTUS, ûs. m. [συνύφανσις] Cic. 5. de Finib. 32. Pennarumque contextu corpori tegumenta faciebat. Ex Accio.
Factorum dictorumque contextus. Quintil. lib. 3. cap. 9.
Lenis & fluens. Quintil. lib. 9. cap. ult.
Contextus querelarum, & Contextus rerum afperarum. i. e. Series continua. Valer. Max lib. 7. cap. 2. ext. 1. de Socrate.
Contextus ratis. Aufonius in Periocha lib. 5. Odyff. Qui contextu ratis temere properare navigationem folus aggreditur. Duodecima die tempeftate commota, infeftante Neptuno, trabium compago diffolvitur.
Contextus rerum, Connexio. Cic. 5. de Finib. 83.
Contextus & continuatio fermonis. Quintil. lib. 8. cap. 2.
Contextum aliquem diffolvere. Lucret. lib. 1. 244.
Contextum dicendi intermittere. Quintil. lib. 10. cap. ult. non ita procul a fine.
Contextu longiore loqui. Plin. lib. 10. cap. 42.
Recto contextu fcribere. Quintil. lib. 1. cap. 19. Et lib. 1. cap. 5. p. 60. Contextus orationis. Al. Complexus.
Uno contextu, pro Uno temporis articulo, non divertendo ad alios actus. Ulp. in l. hæred. palam, in fine. D. de teftamentis, Uno contextu actionis teftari oportet. Eft autem Uno contextu, Nullum alienum actum teftamento intermifcere.

CONTĬCEO, tĭcui, tĭcĭtum, [κατασιγάω] ēre. Omnino tacere. Virg. 2. Æn. 1.
Conticuere omnes: intentique ora tenebant. Cic. 3. in Catil. 10. Recitatis litteris, debilitatus atque abjectus confcientia, repente conticuit.
Fibræque repente Conticuere. Sil. lib. 1. 139. i. e. Exta muta fuere.
Hiatu muto conticuit. Lucan. 5. 132.
Litteræ forenfes & fenatoriæ conticuerunt. Cic. 2. Off. 3. i. e. Defii collocare operam in forenfibus caufis.
Molæ vacuæ conticuere. Ovid. 6. Faft. 348.
Tetricæ tubæ conticuere. Martial. 7. 79. ad Fauftinum.
Conticere, de re inanimata. Cic. de Clar. Orat. 324. Paulo ante quam perterritum armis hoc ftudium, Brute, noftrum conticuit fubito, & obmutuit. [Omnia hæc Præterita a fequente verbo funt fine dubio. Conticitus participium vereor ut ufquam lectum fit. Præfens Indic. occurrit in Gloff. Lat. Gr. Conticet, Conticefcit, σιωπᾷ.

CONTICESCO, [κατασιωπάω] ĕre. Idem quod Conticere. Cic. Poft redit. in Senat. 16. Saltem dum conticefceret illa lamentatio & gemitus urbis.

Conti-

Conticescebatque paulatim tumultus. Liv. 25. 10.
Ætas nulla de tuis laudibus conticescet. Cic. pro Marcell. 9.
Ad casus aliquos. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Conticescunt artes, Jacent neglectæ. Cic. pro Muren. 22. Simulatque increpuit suspicio tumultus, artes ilico nostræ conticuerunt.

CONTICINIUM, i. n. [κατασιωπή] Conticinium puto (inquit Varro de L. L. 6. 4. extr.) a Conticescendo dictum: sive, ut Opilius scribit, ab eo quod conticuerunt homines. Nonius 1. 313. Conticinium, Noctis primum tempus, quo omnia quiescendi gratia conticescunt. Plaut. Asin. 3. 3. 95. Redito huc conticinio.

CONTIFEX, CONTIFICIUM. V. CONTUS.

CONTIGNO, [συνδοκόω] āre. Tigna conjungere. Plin. lib. 9. cap. 3. Gedrosos, qui Arbin amnem accolunt, Alexandri Magni classium præfecti prodidere, in domibus fores maxillis belluarum facere, ossibus tecta contignare, ex quibus multa quadragenûm cubitorum longitudinis reperta. De belluis Indici maris. Cæs. 2. Bell. Civil. 15. Et quicquid est contignatum, cratibus consternitur.

CONTIGNATIO, ōnis. f. [συνδόκωσις] i. e. Textura trabium ac tignorum. Sic utitur Cæs. 2. Bell. Civil. 9. Vitruv. 4. 2. & sæpe alibi. Contignationes (inquit Budæus) vulgo *Estagia* dicuntur: quarum supremæ, aut etiam superiores, Cœnacula dicuntur, στέγαι Græcis. Columel. lib. 1. cap. 6. Ut & contignatio careat incendii periculo. Pro miraculo refertur apud Liv. 21. 62. quod Bos in tertiam contignationem conscendisset; i. e. In tertium Solarium.
Tegere una contignatione binas ædes. Papinian. in l. binas quis. D. de servit. urb. præd. Binas ædes habebat una contignatione tectas.

CONTIGNUM, i. n. Festus; Contignum, est Frustum carnis cum septem costis demptum.

CONTIGUUS, V. CONTINGO.

CONTINEO, tĭnui, tentum, [συνέχω, ἐπέχω, κατέχω, ἐπισχέω, περιέχω] ēre. Idem quod Tenere, & quodammodo arripere. Plaut. Rud. 2. 6. 26.
Perii: animo malefit: contine quæso caput.
Coercet & continet mundus omnia suo complexu. Cic. 2. de Nat. Deor. 58.
Adjungi & contineri. Cic. 6. Verr. 117. Eorum conjunctione, pars oppidi, quæ appellatur Insula, mari disjuncta, angusto ponte rursum adjungitur & continetur.
Continere, pro Retinere, conservare. Cic. 2. Off. 84. Nec enim ulla res vehementius Rempublicam continet, quam fides.
Homines venis, & nervis, & ossibus continentur. Cic. 2. de Nat. Deor. 59. h. e. Constant & componuntur.
Continere, pro Cohibere. Trajanus Plinio, 10. Epist. 20. Nihil opus sit, mi Secunde carissime, ad continendas custodias plures commilitones converti.
Belluas immanes septis. Cic. 13. Philipp. 5.
Canes catenis per diem. Columel. lib. 7. cap. 12.
Civitatem in officio. Cæs. 5. Bell. Gall. 3. Ad Cæsarem venire noluisse, quo facilius civitatem in officio contineret.
Claustris aliquem. Claud. de 4. Cons. Hon. 230.
Equos frenis. Sen. Hippol. 10.
Exercitum vel equitatum castris. Cæs. 2. Bell. Gall. 39.
Finibus rerum suarum se continere. Cic. 1. Off. 92.
Matronas si sui juris finibus contineret pudor. Liv. 34. 2.
Oppida magis metu, quam fide continebantur. Liv. 30. 20.
Suos silentio. Liv. 27. 15. Consul interim silentio continebat suos.
Alvum. Plin. lib. 14. cap. 6. h. e. Astringere & comprimere alvum.
Animam, Spiritum. Cic. 1. de Orat. 161. Deinde quum spiritus ejus esset angustior, tantum continenda anima in dicendo est assequutus, ut, &c.
Appetitiones animi regere ac continere. Cic. 4. Tusc. 22.
Audita. Ter. Eun. 1. 2. 23.
Quæ vera audivi, taceo, & contineo optime.
Corpus profluvio laborans. Cels. lib. 1. in procem.
Dicta in aliquem. Cic. 2. de Orat. 222. Nam ea dicta appellantur proprio jam nomine. Sed ut in Scævolam continuit ea Crassus, &c.
Dolorem. Cic. 3. de Nat. Deor. 91. A deo immissum dolorem, non conceptum a seipso, continebat.
Dolorem tacitum. Liv. 40. i. e. Dissimulare dolorem.
Gaudium tacitum. Liv. 30. 17. Tacitum continere gaudium non poterant.
Gradum, i. e. Subsistere. Virg. 3. Æn. 598.
Impetum militum. Liv. 7. 37.
Iracundiam. Cic. 11. Fam. 3. Et te miramur, quum hæc reticueris, non potuisse continere iracundiam tuam, &c.
Lacrymas. Plaut. Most. 3. 2. 135. Vix videtur continere lacrymas.
Linguam, pro Refrenare. Cic. 1. Q. frat. 1. Quumque ea maxime animum moveat, tamen tibi esse diligentissime linguam continendam.
Manus. Ter. Adel. 4. 2. 26.
Laudas? næ ille continebit posthac, si sapiet, manus.
Manus ab aliquo. Ovid. 11. Epist. 80.
Manus alicujus ab aliquo. Cic. in Catil. 21. Quorum ego vix abs te jam diu manus ac tela contineo.
Odium in aliquem conceptum jam diu. Cic. Post redit. ad Quir. 1.
Risum. Cic. 4. de Finib. Risum contine, si potes.
Vocem conjurationis non potest continere parietibus domus. Cic. 1. in Catil. 6. Nec privata domus parietibus continere vocem conjurationis tuæ potest. i. e. Non potest tacere. [Immo Non prohibere, quin innotescant omnibus quæ cum conjuratis egisti.
Vocem non continere. Plin. lib. 14. cap. 22. Alii redituras per jugulum voces non continent. De temulentis.
In jejunio aliquem. Cels. lib. 7. cap. 26.
Continere se, idem quod Abstinere se. Ter. Eun. 5. 2. 20. Vix me contineo, quin involem in capillum. Cic. 8. Fam. 6. Quum præsertim is sit, qui si perniciosum sciret esse loqui de hac re, vix tamen se contineret.
Male se continere, i. e. Vix se continere. Ovid. 4. Met. 351.
Continere se a supplicio, & reprimere. Cic. 7. Verr. 73.
Continere se in aliqua libidine, & in alia se effundere. Cic. in Parad. 3.
Continere sese in occulto. Cæs. 2. Bell. Gall. 18.
Continere se domi aut ruri. Ter. Phorm. 2. 2. 16. Sic
Continere se tectis. Plin. lib. 11. cap. 10.
Mœnibus urbis se. Ovid. 13. Met. 207.
Domi, atque intra privatos parietes aliquem. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Contineo me ab exemplis Græcis. Cic. 2. de Finib. 62.
Continere se ab assentiendo. Cic. 4. Acad. 104.
Continere animo ac memoria fontes omnium rerum quæ ad dicendum pertinent. Cic. 1. de Orat. 94.
Continere alvo dicitur mulier prægnans. Cic. 1. de Divin. 39. Quum prægnans hunc ipsum Dionysium alvo contineret, somniavit, &c.
In alvo spem a viro commendatam continet mulier. Cic. pro Cluent. 34.
Continet me tempestas. Plaut. Amph. 2. 2. 5. An tempestas continet, qui, &c. i. e. Detinet, impedit, & remoratur.
Continet epistola tertia, esse tibi redditam orationem pro Clario. Plin. 9. Epist. 28.
Magnum mendum. Cic. 14. Att. 24. Itaque me Idus Martiæ non tam consolantur, quam antea: magnum enim mendum continent.
Continetur publica salus incolumitate illius. Plin. 10. Epist. 35. i. e. Retinetur & conservatur.
Salute alicujus alterius salutem contineri. i. e. Ex ea pendere. Cic. pro Marcel. 23.
Continetur honestas ex quatuor virtutibus. Cic. 2. de Finib. 35.
Continentur artes cognatione quadam inter se. Cic. pro Arch. 2. Etenim omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, habent quoddam commune vinculum, & quasi cognatione quadam inter se continentur.
Contineri genere & nomine familiæ. Cic. pro Cæcin. 55. Tamen & ipsi tuæ familiæ & genere & nomine continentur.
Philosophorum libris aliquid continetur. Quintil. in procem. lib. 1.
Atque hæc omnia uno verbo continentur. Cic. 2. de Orat. 150.

CONTINENS, [συνεχής] Partic. Idem est quod Contiguus, conjunctusque. Liv. Continens imperium usque ad nos habebitis. i. e. Sine ullo intervallo, Non interruptum.
Continens ager. Labeo in l. ult. D. de acquir. rer. domin.
Continentia fundo alicujus prædia, atque adjuncta mercari. Cic. pro Cæcin. 11.
Continens spiritus & Intermissus, contraria. Cic. 3. de Orat. 214.
Longo agmine, nec continenti, mæsti ac prope victi procedunt. Liv. 10. 35. extr.
Labore continenti omnia superare. Cæs. 7. Bell. Gall. 24. i. e. Continuo, nec interrupto.
Biduo continenti. Suet. in Calig. cap. 19. Per hunc pontem ultro citroque commeavit, biduo continenti.
Cursu continenti sequi fugientes. Liv. 22. 15.
Imber continens, Continuus. Liv. 23. 44. Imber continens per totam noctem usque ad horam tertiam diei insequentis tenuit.
Omniaque velut continenti incendio ardere visa. Curtius 3. 8. 18.
Juga continentia. Liv. 27.
Memoria. Quod quidem continens memoria sit. Vide ex Livio in NULLUS dum. H. St.
Continentia ædificia. in l. eo jure. §. 1. D. in quibus caus. pignus vel hypo.
Oratio continens. Cic. 1. Tusc. 16. Sed nihil te interpellabo: continentem orationem audire malo.
Punicum bellum continenti scriptura expositum divisit in septem libros. Suet. de Clar. Gram. cap. 2. De Cratete Mallote loquitur.
Somnus continens. Cels. lib. 3. cap. 20. de Lethargo, Si vero continens ei somnus est, utique excitandus est, &c.
Continens, [ἐγκρατής] Qui abstinet, maxime a mulieribus. Ter. Eun. 2. 1. 21. —hoc nemo fuit
Minus ineptus, magis severus quisquam, nec magis continens.
Interdum Continens cum adjectione, ut apud Valer. M. in lib. 4. cap. 3. Pericles, Sophoclis intemperantiam increpans, dixit, Prætori non solum manus a pecuniæ lucro, sed etiam oculos a libidinoso aspectu continentes esse debere. H. St.
Continentissimus, pro Homine minime avaro. Cic. in Parad. 1. In quo equidem continentissimorum hominum majorum nostrorum sæpe requiro prudentiam, qui hæc imbecilla & commutabilia pecuniæ membra, verbo bona putaverunt appellanda.
Parcus & continens. Plin. 5. Epist. 20.
In continenti; subaud. Tempore. Ulp. in l. quod ait lex. D. ad legem Juliam de Adulteriis, Quod ait lex, In continenti filiam occidat: sic erit accipiendum, ne occiso hodie adultero, reservet, & post diem filiam occidat, vel contra. debet enim prope uno ictu, & uno impetu utrumque occidere, æquali ira adversus utrumque sumpta. Quod si non affectavit, sed dum alterum occidit, profugit filia, & interpositis horis adprehensa est a patre, qui persequebatur, in continenti videbitur occidisse. Sunt qui conjunctim legunt, Incontinenti.
Ex continenti. Idem. Ulp. in l. sed etsi. D. quod cum eo qui in alien. pot. Sed an etiam temporis ratio haberi debeat: ut si quidem ex continenti cum filio agatur, detur actio in id quod facere potest: si vero post multos annos, non debeat indulgeri?
Continens, & firmamentum causæ dicitur Latine, quod Punctum litis decisorium vocant, inquit Budæus. Cic. in Topic. 95. Quibus autem hoc, qua de re agitur, continetur, ea Continentia vocentur, quasi firmamenta defensionis: quibus sublatis, defensio nulla sit.
Continentia cum ipso negotio, sunt Ea quæ semper affixa esse videntur ad rem, neque ab ea possunt separari. Cic. 1. de Invent. 37.
Continentia urbis, pro Suburbiis accipiuntur, quod cum ipsa urbe se teneant, contiguaque sint. Alciat. de verb. signific. Notandum, qui extra continentia urbis est, abesse. Ceterum usque ad continentia, non abesse videbitur. Inter continentia Vicos vult intelligi Ulp. in l. collegarum. D. de verb. signif.

CONTINENS, entis. f. [ἤπειρος] est Terra quæ non est insula. Plin. lib. 5. cap. 29. Alexander idem per duo stadia continenti adnexuit. Subauditur semper Terra.

CONTINENTER, Adv. [καθεξῆς] i. e. Conjuncte, continueque. Cæs. 1. Bell. Gall. 1. Belgæ cum Germanis continenter bellum gerunt.
Continenter ire. Paulus in l. servitutes prædiorum. D. de servit.
Continenter vivere. [ἐγκρατῶς] Cic. 1. Off. 106. Atque etiam si considerare volemus, quæ sit in natura hominis excellentia & dignitas, intelligemus quam sit turpe diffluere luxuria, & delicate ac molliter vivere: quamque honestum parce, continenter, severe, sobrie.

CONTINENTIA, æ. f. [ἐγκράτεια] V. ABSTINENTIA. Cic. 2. Off. 86. Et continentia in omni victu, omnique cultu corporis tuendi causa, & in prætermittendis voluptatibus.
Continentia, Cohærentia. [συνέχεια] ut
Continentia regionum. Macrob. 5. Saturn. cap. 15. Sed nec in catalogo auxiliorum Turni, si velis situm locorum mente percurrere, invenies illum

illum continentiam regionum ſequutum. Paulo ante dixerat, Cohærentiam regionum.

CONTENTUS, [ἀρκέμενος, ἀγαπῶν] Nomen adjectivum potius quam participium, dicitur (inquit Valla lib. 1. cap. 30.) Qui continet quod animo ſatisfacit, non qui continetur. Plaut. Merc. 4. 6. 8.

Nam uxor contenta eſt, quæ bona eſt, uno viro. Cic. pro Quint. 12. Poſteaquam neſcio quid impendit, & in commune contulit, mediocri quæſtu contentus eſſe non poterat.

Contentus ad. Cic. in Parad. 6. Opinor in eo cui tanta poſſeſſio eſt, ut ad liberaliter vivendum facile contentus ſit.

Contentus de. Cic. de Amicit. 21. De his communis vita contenta eſt. Puto mendoſam eſſe hanc lect. H. St. Præpoſitionem omittunt emendati libri.

Contentus eſt parvo. Cic. de Amicit. 88.

Honeſto parvo contentus. Claud. 1. in Ruff. 201.

Modico. Juven. 9. Sat. 9.

Paucis. Hor. 1. Serm. 3. 16.

Vivit ſua ſorte. Hor. 1. Serm. 1. 3.

Contentus hac iniquitate non fuit. Cic. 4. Verr. Sic

Contentus libertate. Cic. 1. de Finib.

Contentus fueram hoc ſolum ſcribere tibi. Plin. 10. Epiſt. 6. Quintil. lib. 5. cap. 12. Hæc breviter demonſtraſſe contentus.

Contentum abire. Virg. 5. Æn. 314.

CONTENTUS, Partic. a CONTENDO. V. ſ. l.

CONTENTE, Adv. Continenter. Plaut. Aſin. 1. 1. 63.

Volo amori obſequutum illius, volo amet me patrem,
Quanquam illum mater arcte contenteque habet. *Sa mere le tient de court.* h. e. Parce & continenter eum tractat. conf. CONTENTE in CONTENDO. V. & Gronov. ad loc.

CONTINUUS, Adj. [διηνεκὴς, συνεχὴς, ἐχόμενος] ut, Continuus ſpiritus. Plin. lib. 10. cap. 29.

Dentes continui, quibus opponuntur Serrati. Plin. lib. 10. cap. 73. In potu quibus ſerrati dentes, lambunt: quibus continui dentes, ſorbent, ut equi, boves.

Continuus & Intermiſſus, contraria. Plin. 2. Epiſt. 17. Litus ornant varietate gratiſſima, nunc continua, nunc intermiſſa tecta villarum.

Amor continuus. Propert. lib. 1. 20. 1.

Continuum triduum, continuus dies. Plaut. Mil. 3. 1. 144.

Conſulatus continui. Plin. in Paneg. cap. 58. pr. Qui continuis Conſulatibus fecerat longum quendam & ſine diſcrimine annum.

Dies continuos complures in litore conviviiſque jacuiſti. Cic. 1. Verr. 9.

Humum continuam diducere. Ovid. 8. Met. 587.

Ictu continuo Fortunæ vulnerari. Ovid. 2. de Pont. 7. 41. Al. Verberari.

Labor. Ovid. 1. de Pont. 4. 8.

Labores continuos dare deſidiæ. Plin. in Paneg. Alius labores ſi non continuos, deſidiæ ac voluptati dediſſet.

Montes. Hor. 1. Epiſt. 16. 5.

Laus continua. Plin. 7. Epiſt. 30. Nunquam officiorum varietate continuam laudem humanitatis confregit.

Prætura continua. Cic. pro Font. 31. Tum autem continuæ Præturæ, quæ, &c.

Regnum continuum. Liv. 1. 47. Si, quum Tanaquil peregrina mulier tantum moliri potuiſſet, ut duo continua regna viro, ac deinceps genero dediſſet, &c.

CONTINUO, [παραχρῆμα] Adv. i. e. Confeſtim, vel ſtatim. Virg. 4. Georg. 548.

—continuo matris præcepta faceſſit. Cic. 14. Fam 3. Ut ad me continuo initia rerum & rationem totius negotii poſſes ſcribere.

Continuo exeo. Ter. Eun. 3. 2. 50.

Continuo hic ero, vel adero. Ter. Heaut. 3. 1. 96.

Haud mora, continuo perfectis ſanguine votis, &c. Virg. 3. Æn. 548. Pleonaſmus eſt, ut annotat Servius.

Continuo, ſimul ac. Labeo in l. apud Aufidium. D. de opt. leg. Quinetiam res continuo ejus fit, ſimul ac dixerit eam ſe ſumere.

Continuo, aut interrogative, aut negative ponitur: & idem eſt quod Non ideo, vel Num ideo: ut, Continuo ne ſi ille ſtulte dixit, tu ſtultius facies? Cic. pro Roſc. Amer. 94. Non continuo, ſi me in gregem ſicariorum contuli, ſum ſicarius. Idem 2. de Orat. 199. Citra negationem aut interrogationem non eleganter hoc modo uteremur. Hæc ex Valla lib. 2. cap. 30.

CONTINUE, pro Aſſidue. Quintil. lib. 2. cap. 20. An virtus ſit Rhetorica; Qui grana ciceris ex ſpatio diſtante miſſa in acum continue & ſine fruſtratione inſerebat. Al. Continuo.

CONTINUĬTAS, ātis. f. [συνέχεια, συνάφεια] Idem quod Continuatio. Plin. lib. 8. cap. 30. Collum & juba continuĭtate ſpinæ porrigitur, flectique niſi circumactu totius corporis nequit. Hinc dicimus Viſcoſum illud eſſe quod continuitatem ſervat. h. e. Quod continuo quodam filo ac ordine cohæret. conf. Varr. L. L. 6. 6.

CONTINUO, [διατελέω, συνέχω, συνάπτω] āre. Plin. lib. 14. cap. 22. Biduo duabuſque noctibus perpotationem continuavit.

Venti continuant. Celſ. lib. 2. cap. 1. At ſi a prima hieme Auſtri ad ultimum ver continuarunt, laterum dolores, &c.

Agros continuare. Liv. 34. 4. Quid legem Liciniam excitavit de quingentis jugeribus, niſi ingens cupido agros continuandi?

Anni continuantur. Plin. lib. 17. cap. 2.

Gaudia pleno favore. Claud. 1. in 1. Conſ. Stil. 1.

Continuare domos mœnibus, pro Conjunctim extruere. Liv. 1. 44. extr. Ut neque interiore parte ædificia mœnibus continuarentur, quæ nunc vulgo etiam conjungunt, &c. Sic apud Ovid. 4. de Pont. 15. 16. Domus continuata foro.

Cohærere & continuari. Cic. 1. de Nat. Deor. 54. In hac igitur immenſitate latitudinum, longitudinum, altitudinum, infinita vis innumerabilium volitat atomorum, quæ interjecto inani, cohæreſcunt tamen inter ſe, & aliæ alias apprehendentes continuantur.

Junctum, & continuatum. Cic. 2. de Nat. Deor. 117.

Continuare nocte & die iter. Cæſ. 3. Bell. Civil. 11.

Continuare diem & noctem opus. Cæſ. 1. Bell. Civil. 62. pr.

Hiems continuatur. Ovid. 1. de Pont. 1. 26.

Poſſeſſio retinetur & continuatur. Afric. in l. ſi de eo. D. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.

Latus lateri. Ovid. 1. de Arte Am. 496.

Dapes continuare, Ordine continuo apponere. Hor. 2. Serm. 6. 108.

Somnos. Ovid. 15. Epiſt. 90.

Fletus continuati. Celſ. lib. 6. cap. 6.

Continuatum & Interruptum, contraria. Cic. 3. de Orat. 147.

Singula verba, Continuatis & conjunctis opponuntur apud Cic. 3. de Orat. 147.

Continuari, pro Contiguum & finitimum eſſe. Tacit. de Germ. morib. 45. Sictionibus Sitonum gens continuatur.

CONTINUĀTE, Adv. Feſtus.

CONTINUĀTIM, aliud Adv. Auguſtin.

CONTINUATIO, ōnis. f. [συνέχεια, συνάφεια] Cic. 1. Acad. 29. Intra quaſi fatalem & immutabilem continuationem ordinis ſempiterni.

Naturæ continuatio, conjunctioque, quam vocant συμπάθειαν. Cic. 2. de Divin. 119.

Rerum continuatio & ſeries. Cic. 1. de Nat. Deor. 9. Eſt mirabilis quædam continuatio ſerieſque rerum, ut alia ex alia annexa, & omnes inter ſe aptæ colligatæque videantur.

Verborum continuatio. Cic. 2. de Orat. 261.

Verborum nimis longa continuatio. Cic. 3. de Orat. 46.

Imbrium continuatio. Cæſ. 3. Bell. Gall. 29.

CONTINGO, tĭgi, tactum, [ἅπτομαι. ἔχομαι] ĕre. ex Tango compoſitum: Idem quod ſimplex. Virg. 2. Æn. 239.

— funemque manu contingere gaudent. Columel. lib. 5. cap. 6.

Contingere ſe inter ſe, vel Contingere inter ſeſe. Plin. lib. 17. cap. 10. Ne ſe inter ſe contingant. Columel. lib. 5. cap. 10. Curato ne inter ſeſe contingant.

Helvii, fines Arvernorum contingunt. Cæſ. 7. Bell. Gall. 7.

Infamia temporis contigerat noſtras aures. Ovid. 1. Met. 211. Verba Jovis.

Cibum roſtris contingunt animalia quædam. Cic. 2. de Nat. Deor. 122.

Contingere pro ſe quiſque victrices dextras conſulum cupientes. Liv. 28. 9.

Contingi calce, Calcitrari. Columel. lib. 6. cap. 2.

Avem ferro. i. e. Telo ferreo. Virg. 5. Æn. 509.

Limen contingere alicujus. i. e. Pervenire uſque ad domum. Ovid. 4. de Pont. 5. 16.

Metam. Hor. in Arte Poet. 412.

Nox mediam cæli metam contigerat. Virg. 5. Æn. 836.

Pietas contingit finem ſuum. Ovid. 4. de Pont. 8. 38.

Et finem pietas contigit illa ſuum.

Portum. Ovid. 3. Met. 634.

Terram ſaltu. Stat. 5. Theb. 171.

Terram contingere oſculo. Liv. 1. 56. extr.

Viſu aliquid. Sil. lib. 13. 506.

Contingere alicui rei, pro Contiguum eſſe. Cæſ. 1. Bell. Gall. 38. in Veſontionis oppidi deſcriptione, Ita ut radices montis ex utraque parte ripæ fluminis contingant. Niſi forte quis contendat, Ripæ eſſe nominativum, Radices accuſativum: id quod puto. [Et quis dubitet, niſi indoctiſſimus?

Contingunt corpus amurca. i. e. Ungunt, tingunt. Virg. 3. Georg. 448.

Sale aliquid contingere, Salire. Virg. 3. Georg. 403.

Pocula circum oras melle. Lucret. 2. 754.

Contingere exiſtimationem. Ulp. in l. abſentem. §. adverſus. D. de pœnis.

Contingere regiam propinquitate. Liv. 24. 22. extr. An quicunque aut propinquitate, aut affinitate, aut aliquibus miniſteriis regiam contigiſſent, alienæ culpæ rei trucidarentur.

Contingere aliquorum familias. Suet. in Neron. cap. 32. Ante omnia inſtituit, ut e libertorum defunctorum bonis, pro ſemiſſe dodrans cogeretur eis, qui ſine probabili cauſa eo nomine eſſent, quo fuiſſent illæ familiæ, quas ipſe contingeret.

Nullo gradu aliquam domum. Suet. in Galb. cap. 2. Neroni Galba ſucceſſit, nullo gradu contingens Cæſarum domum.

Propius contingere aliquem, pro Cognatione propiore alicui junctum eſſe, vel etiam amicitia & familiaritate. Hor. 2. Serm. 6. 52.

Contingere auctoritatem loci alicujus. Cic. pro Lege Manil. 1. Nam quum antea per ætatem nondum hujus auctoritatem loci contingere auderem, ſtatueremque, &c.

Animum cura contingere, Afficere ſolicitudine. Val. 7. Argon. 173.

Nihil contingitur eo facto cauſa mea. Liv. 40. 14. extr. Recte an perperam fecerint, ipſi ſui facti rationem reddent: meam cauſam, quæ nihil eo facto contingitur, ne miſcueris.

Crimine contingi. Ulp. in l. 1. §. hoc autem Senatuſconſultum. D. de ſervis fugitivis, Et ut ii, apud quos deliteſcant, puniantur, ſi crimine contingantur.

Negotio contingi. Tryphoninus in l. bona fides. §. incurrit. D. depoſit. Si totius rei æquitatem, quæ ex omnibus perſonis quæ negotio iſto continguntur impletur, mihi reddenda ſunt, &c.

Contingit aliquid, [συμβαίνει, γίνεται] pro Accidit. Cic. 5. Tuſcul. Quod non modo ſingulis hominibus, ſed potentibus populis ſæpe contigit.

Connubia contigerant illi tuæ matris. Neſtor ad Achillem apud Ovid. 12. Met. 194.

Contigit aulæ Auſoniæ Nerva. i. e. Adeptus eſt imperium Romanum. Martial. lib. 12. 6.

Contigit Auſoniæ procerum mitiſſimus aulæ
Nerva, &c.

Gaudia contingunt mihi. Ovid. 2. de Pont. 1. 7.

Honor contigit tibi ex merito. Ovid. 4. de Pont. 7. 16.

Abunde contigit illi valetudo, fama, gratia. Hor. 1. Epiſt. 4. 10.

Si mihi vita contigerit. Cic. 10. Fam. 24. Quod ſi mihi vita contigerit, omnes gratas amicitias, atque etiam pias propinquitates, in tui obſervantia, indulgentia, aſſiduitate vincam.

In magnis animis contingit. Cic. 1. Off. 74. Multi enim ſæpe bella quæſiverunt propter gloriæ cupiditatem: atque id in magnis animis ingeniiſque plerumque contigit, eoque magis ſi ſint ad rem militarem apti.

Quod vix evenit, Contigiſſe dicitur, inquit Donatus. Ter. Andr. 4. 2. 13.

Hanc mihi expetivi: contigit: conveniunt mores.

Contigit ut. Cic. 5. Philipp. 49. Utinam C. Cæſari, patri dico, contigiſſet adoleſcenti, ut eſſet Senatui cariſſimus.

CONTINGO, ex Tingo compoſitum; idem quod ſimplex Tingo. Lucret. lib. 2. 754.

Proinde colore cave contingas ſemina rerum,
Ne tibi res redeant ad nihilum funditus omnes. i. e. Quum

omnia colorata ſint mutabilia, cave dixeris principia rerum eſſe colorata. [Non videtur a Tingo compoſitum, ſed a Tango. V. in CONTACTUS, Partic. Sic Contingere amurca, ſale, melle &c. ſupra.

CONTINGENS, [ἁπτόμενος] Partic. Cic. 2. de Divin. 91. Docet enim ratio Mathematicorum, &c. quanta humilitate Luna feratur, terram pæne contingens.

Æthereo contingens vertice nubes. Tibull. 1. 7. 15.

Pars pretii contingens alicui. Marcellus in l. domino. D. de Senatuſc. Silan. Pretii autem partem ſibi contingentem ſocium conſequi oportet.

Contingens, [συμβεβηκὸς] Contingentia dicuntur, Quæ in utramque partem accidere poſſunt, & quæ accidere æque ac non accidere natura comparata ſunt. h. e. Quæ ſunt ancipitis eventus. Bud.

CONTACTUS, a, um. [ψαυσθεὶς] Partic. ut,

Colore croci contactum aliquid. i. e. Tinctum. Lucret. lib. 6. 1186.

Sale modico contactum. Celſ. lib. 2. cap. 24. Stomacho autem aptiſſima ſunt, quæcunque auſtera ſunt: etiam quæ acida ſunt, quæque contacta ſale modico ſunt.

Halitu contacta animalis res. Plin. lib. 11. cap. 53. Animæ leonis virus grave, urſi peſtilens: contacta halitu ejus, nulla fera attingit.

Cupidinibus nullis contactus. Propert. lib. 1. 1. 2.

Rabie contacta civitas. Liv. 4. 9. Nec ulla ſpecies cladeſque belli abeſt, velut contacta civitate rabie duorum juvenum, funeſtas nuptias ex occaſu patriæ petentium.

Societate contactus. Liv. lib. 31. 8. extr. Multis in Italia contactis gentibus Punici belli ſocietate. Idem lib. 38. 55. Ut omnia contacta ſocietate peculatus viderentur. i. e. Velut contagione infecta.

Religione contactus dies. Liv. 6. 28. Etenim ſi diem contactum religione, inſignemque nomine ejus loci timeant Romani, quanto magis Alienſi die Alliam ipſam, monimentum tantæ cladis reformidaturos?

Sacrilegio contactos milites furor agitat. Liv. 29. 8.

CONTACTUS, ûs. m. [συναφὴ] Columel. lib. 11. cap. 3. Contactu ejus langueſcunt incrementa virentium. Plin. lib. 10. cap. 59. Pullis anſerum urtica contactu mortifera.

Viriles contactus refugere dicuntur feminæ caſtæ. Ovid. 7. Met. 241.

Dominationis contactus. Tacit. in Vita Agric. 30. Oculos quoque a contactu dominationis inviolatos habebamus.

Immundo contactu fœdare aliquid. Virg. 3. Æn. 227.

Infecti quaſi valetudine & contactu. Tacit. 6. Ann. 7. i. e. Contagio.

CONTĀGIUM, i. n. pro Contactu. Plin. lib. 4. Epiſt 11. Quumque ei carnifex manum daret, averſata eſt, & reſiluit: fœdumque contagium quaſi plane a caſto puroque corpore noviſſima ſanctitate rejecit. Al. Contactum.

Contagia feminei generis. Martial. lib. 11. 48.

Cur ſic feminei generis contagia vitet, &c. i. e. Contactum.

Contagium, Genus morbi, qui ex contactu contrahitur. Virg. 1. Ecl. 51.

Ne mala vicini pecoris contagia lædant. i. e. (ut ait Servius) Ne morbi vel peſtilentiæ corrumpant. unde contingit ut una aliquo morbo moriente, omnes idem morbus corruptas interimat.

Ignava contagia. Claud. 1. in Eutrop. 489.

Lucri. Hor. 1. Epiſt. 12. 12.

Morbi. Sil. 11. 13.

— ceu dira per omnes
Manarent populos fœdi contagia morbi.

Scelerum. Lucan. lib. 3. 322.

Agunt contagia late. Ovid. 7. Met. 551.

Fugere contagia. Ovid. 5. Triſt. 4. 33.

Penetrant in aliquem morbi contagia. Lucret. lib. 3. 472.

Vitare contagia. Ovid. Rem. Amor. 613.

Contagium, vocabulum eſſe in medio poſitum tradit Gell. 19. 9. Et ſic utitur Lucret. 3. 345.

Ex ineunte ævo ſic corporis atque animaï
Mutua vitalis diſcunt contagia motus.

Ubi per Contagia corporis & animæ, intelligitur earum Conjunctio & connexio. V. Parei Lex. Crit.

CONTĀGIO, ōnis. f. Idem. Plaut. Amph. prol. 31.

Contagione meæ matris metuo malum.

Somno ſevocatus animus a ſocietate & contagione corporis. Cic. 1. de Divin. 63.

Quæ Græce συμπάθεια eſt, Contagionem fecit Cicero. Pontanus in Actio 203. H. St. Extat fol. 111. b Aldi.

Contagio cum corporibus. Cic. 1. Tuſc. 72. Qui autem ſe integros caſtoſque ſervaviſſent, quibuſque fuiſſet minima cum corporibus contagio, &c.

Aſpectus contagio. Cic. pro Cluent. 193. h. e. Contagioſus aſpectus, translatitie, pro Venenoſo & lubrico ac pernicioſo.

Belli contagio dicitur, Quum ex uno bello, vel uno bello confecto, ſubinde alia belli occaſio oritur. Liv. 1. 15. Belli Fidenatis contagione irritati Veientium animi, & conſanguinitate, &c.

Conſcientiæ contagio. Cic. 7. Verr. 122. Deliberatum autem eſt, ſi res opinionem meam, quam de vobis habeo, fefellerit, non modo eos perſequi, ad quos maxime culpa corrumpendi judicii, ſed etiam illos, ad quos conſcientiæ contagio pertinebit. h. e. Qui ejus culpæ conſcii erunt, & eo crimine quodammodo infecti.

Malorum contagiones. Cic. 2. Off. 80. Nec vero ſolum ipſa cecidit, ſed etiam reliquam Græciam evertit contagionibus malorum, quæ a Lacedæmoniis profectæ manarunt latius.

Naturæ. Cic. de Fato, 5. Conſideramus hic quorum in aliis, ut &c. in urina, ut in unguibus, ut in reliquis ejuſmodi naturæ contagio valet. Contagio, hic eſt ad verbum, συνάφεια aut συναφὴ, id eſt contactus & continuatio rerum in mundo, ut arbitrantur Stoici, nihil disjunctum, nihil diſtractum habente. Ex hac autem continuatione naturæ totius cohærentis & continuatæ, res rebus conſentiunt. ſit proinde ut altera alterius cauſam contineat, altera alteri reſpondeat.

Sceleris. Cic. pro Muren. 78.

Terrena. Cic. 1. de Divin. 58. Sed & decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena, maxime poteſt ſanguinis ſimilis eſſe.

Turpitudinis. Cic. 1. Att. 13. Mæſti inter ſui diſſimiles & mærentes ſedebant, & contagione turpitudinis permovebantur.

Contaminare ſe contagione alicujus rei. Cic. pro Domo 108. Qui aliqua ſe contagione prædæ, ſocietatis, emptionis contaminaverunt, nullius neque privati neque publici judicii pœnam effugere potuerunt.

Dedit hanc contagio labem. Juven. 2. Sat. 78.

Importare contagionem. V. IMPORTO.

Contagio, pro Contactu. Cic. 2. de Nat. Deor. 138. Quæ ſpiritu in pulmones anima ducitur, ea caleſcit primum ipſo ab ſpiritu: deinde contagione pulmonum, &c. Alia exemplaria habent Cogitatione, vel Coagitatione, ſed male, quum non raro Contagio pro Contactu uſurpetur.

Contagionem eſſe dicendum, non Contagium ſcribit Feſtus Pompeius.

Notandum eſt Contagium fere uſitatum eſſe in oratione metrica, Contagionem vero in ſoluta. [Poëtæ tamen pl. duntaxat utuntur. V. ſuperiora exempla. Contagio, pro Contactio, ut Suſpicio, pro Suſpectio.

CONTĀGES, is. f. pro Contagio dixerunt veteres. Lucret. lib. 4. 336.

Multaque ſunt oculis in eorum denique miſta,
Quæ contage ſua palloribus omnia pingunt.

Idem lib. 3. 734.

Corpus enim magis his vitiis, & fine laborat,
Et mala multa animus contagi fungitur ejus.

Contagi, in ſexto caſu pro Contage eadem ratione dictum eſt; qua, Parti, colli, voci, & ſimilia, pro Parte, colle, voce, &c. Lambinus.

CONTĀGIŌSUS, Adj. ut, Contagioſa febris, Contagioſus morbus, & Peſtis contagioſa a Celſo dicuntur, Quibus qui laborant, ſolo contactu alios inficiunt. [Ego non memini me apud Celſum hanc vocem legere, ut nec Peſtis pro Peſtilentia.

CONTĬGUUS, a, um. Adj. [ἐχόμενος] Quod contingit. Gell. lib. 9. cap. 1. Uſu venit, ut contigui magis, directioreſque ictus fiant, ſi, &c. Plin. lib. 2. cap. 9. Sed alias admota cælo, alias contigua montibus.

Contiguæ domus. Ovid. 4. Met. 57.

Contiguus loco mihi erat. i. e. Juxta me erat vel ſtabat. Ovid. 4. Faſt. 378.

CONTIGUE, Adv. Mart. Capel. lib. 9.

CONTINUO, V. CONTINEO.

CONTINUSA, V. COTINUSSA.

CONTINUUS, V. CONTINEO.

CONTOGĀTUS, a, um. Ammian. 29. 2. Sodalis & contogatus. i. e. Advocatus in eodem foro, interprete Valeſ.

CONTŎLĔRO, āre. Auguſtin.

CONTOLLO, ĕre. Contra tollere, Nonio. Plaut. Aulul. 5. 1. 6. Contollam gradum. i. e. Conferam gradum.

CONTOPHŎRI, V. CONTUS.

CONTOR, [ἐρωτάω] āri. verbum a Contus, i. derivatum; ſignificat Interrogare. Cic. 11. Att. 10. Quumque ex eo de me contaretur, eum ſibi ita dixiſſe narrabat, ſe mihi eſſe inimiciſſimum. Hujus compoſiti Percontor, frequentior eſt uſus. Et etiam in hoc Ciceronis loco quædam exemplaria exhibent Percontaretur, ſed alteram lectionem probat Grævius. V. CUNCTOR.

CONTĀTUS, V. CONTUS.

CONTORPESCO, ĕre. Apul.

CONTORQUEO, ſi, tum, [συστρέφω] ēre. Idem quod Circum torquere, vel in ambitum & gyrum. Plin. lib. 11. cap. 14. Juba tradit arborem thuris, contorti eſſe caudicis. Virg. 1. Georg. 481.

Proluit inſano contorquens vertice ſilvas
Fluviorum rex Eridanus.

h. e. Tantum excrevit, ut etiam ſilvas moveret, & erueret arbores. Cic. 2. de Nat. Deor. 55. Non eſt enim ætheris ea natura, ut vi ſua ſtellas complexa contorqueat.

Currum contorquere. Cic. in Arat. v. 61. de Capricorno,

Brumali flectens contorquet tempore currum.

Frena. Valer. 1. Argon. 455.

Freta Nereus. Sil. lib. 3. 50.

Gubernaculum aliquo. Lucret. lib. 4. 902.

Haſtam. Virg. 2. Æn. 52.

Sic fatus, validis ingentem viribus haſtam
In latus, inque feri curvam compagibus alvum
Contorſit.

Ea celeritate contorquetur, cui par nulla ne cogitari quidem poſſit. Cic. 1. de Nat. Deor. 24. De mundo.

Proram contorſit ad lævas undas. Virg. 3. Æn. 462.

Spicula lacertis contorquent. Virg. 7. Æn. 165.

Verba. Cic. 3. Tuſc. 63. At quam rhetorice, quam copioſe, quas ſententias colligit! quæ verba contorquet!

Contorquere in alium curſum amnes, & deflectere. Cic. 1. de Divin. 38.

Contorquere aliquem tum ad triſtitiam, tum ad lætitiam. Cic. 2. de Orat. 72.

Contorquere, alio ſignificatu, eſt Oratione non recta, ſed tortuoſa uti, quo genere ſolebant plerumque Stoici ſuas contexere argumentationes. Cic. 2. de Divin. 106. Deinde, inquit, contorquent & ita concludunt: non igitur ſunt dii, nec ſignificant futura. Nam eſſet recta oratio, Si igitur ſunt dii, ſignificant futura. Ea contortio orationis in repugnantium concluſione eſt uſitata. Turnebus.

CONTORTUS, a, um. [συνεστραμμένος] Partic. ut, Contorta cornua. Cic. 2. de Nat. Deor. 121.

Crinis. Sen. Hippol. 5. En impudicum crine contorto caput.

Cuſpis lacerto. Ovid. 8. Met. 345.

Res contortæ, dicuntur Perplexæ & perturbatæ, & ſibi ipſis minime cohærentes. Cic. 1. de Orat. 250. An vero ſi de re ipſa, ſi de finibus, quum in rem præſentem non venimus, ſi de tabulis & præſcriptionibus controverſia eſt, contortas res, & ſæpe difficiles neceſſario perdiſcimus.

Sophiſmata contorta & aculeata. Cic. 4. Acad. 75. V. SOPHISMA.

Tela contorta. Flor. 3. 4.

CONTORQUENDUS, [συστρεπτέος] Partic. Cic. 2. de Orat. 72. Qui tanquam machinatione aliqua tum ad ſeveritatem, tum ad remiſſionem animi, tum ad triſtitiam, tum ad lætitiam eſt contorquendus.

CONTORTE, [συνεστραμμένως] Adv. Cic. 1. de Invent. 20. Hic conſiderandum erit ne quid perturbate, ne quid contorte dicatur. V. Perturbate in PERTURBO.

Contortius concludere. Cic. 3. Tuſc. 22. Hæc ſic dicuntur a Stoicis, concluduntur que contortius.

CONTORTŬLUS, a, um. dimin. a Contortus. Cic. 2. Tuſc. 42. Sitne igitur malum dolere, necne, Stoici viderint, qui contortulis quibuſdam ac minutis concluſiunculis, nec ad ſenſus permanantibus, effici volunt, non eſſe malum dolorem.

CONTORTIO, ōnis. f. [συστροφὴ] Cic. de Fato, 16. Majus eſt enim has contortiones orationis, quam ſignorum ortus, obituſque perdiſcere.

Contortor, ōris. m. Ter. Phorm. 2. 3. 27. Bonorum extortor, legum contortor.

Contortiplĭco, vel **Contortuplico**, [ἀναπλέω] āre. Plaut. Perſ. 4. 6. 26.

Ita ſunt Perſarum mores, longa nomina
Contortuplicata habemus.

h. e. Adeo dura, & quaſi confragoſa, ut vix efferri poſſint. Verbum eſt decompoſitum ex Contorqueo & Plico. [Jocoſe H. St.

Contra, [ἐναντίον, κατὰ, ἀντὶ] Præpoſitio accuſativo caſui ſerviens. Virg. 8. Æn. 699.

Contra Neptunum & Venerem, contraque Minervam.

Contra diſciplinam meam te geſſiſti. i. e. Aliter quam te docuiſſem. Apud Plautum.
Facere contra aliquem. Cœlius Ciceroni, 10. Att. 11. Nunc te contra victorem Cæſarem facere, &c. ſummæ ſtultitiæ eſt. V. FACIO.
Contra me eſt hæc res. Cic. pro Cluent. 55. Poteſt eſſe dubium quin illa damnatio Staleni, non modo non ſit contra Cluentium, ſed maxime noſtram cauſam defenſionemque confirmet.
Contra expectationem omnium. Cæſ. 8. Bell. Gall. cap. 40. Quum contra omnium expectationem Cæſar Uxellodunum veniſſet.
Contra opinionem omnium. Cæſ. 6. Bell. Gall. cap. 29. Celeriter, contraque omnium opinionem, confecto itinere, multos in agris inopinantes deprehendit.
Contra ſpem. Liv. 24. 45. pr. Tum poſteaquam res Romana contra ſpem votaque ejus velut reſurgeret, &c.
Contra leges aliquid accipere. Cic. 4. Verr. 26.
Secundum naturam & Contra naturam, pugnant. Cic. 4. de Fin. 71. Se omnia quæ ſecundum naturam ſint, bona appellare: quæ autem contra, mala.
Contra officium. Cic. 1. Off. 19. Quæ omnes artes in veri inveſtigatione verſantur: cujus ſtudio a rebus gerendis abduci, contra officium eſt.
Obniti contra aliquid. Virg. 5. Æn. 21.
Contra aliquem ſtare. i. e. E regione. Plaut. Perſ. 2. 2. 26.

Quid agis? P. feminam ſceleſtam, te aſtans contra, contueor.

Aſpice contra me. Plaut. Moſtel. 5. 1. 56.
Contendere contra aliquem. Virg. 5. Æn. 370.
Retinere aliquos contra voluntatem. Cic. pro Muren. 36.
Stare contra aliquem. Virg. 5. Æn. 414.
Tollere oculos contra aliquem. Lucret. lib. 1. 67.
Munire ſe contra pudorem. Tacit. in Vita Agric. 45.

Contra, [ἐξεναντίας] Adv. i. e. Viciſſim, auctore Donato, & gravi accentu notatur in fine. Ter. Adelph. 1. 1. 25.

Ille ut item contra me habeat, facio ſedulo. Plaut. Merc. 5. 2. 41.
— ſapis, O Charine: contra pariter fer gradum, & confer pedem.

Contra, Ex adverſo. Ter. Eun. 2. 3. 63.

Immo enim ſi ſcias quod donum huic dono contra comparet.

Cic. 4. Acad. 105. Ut aliæ probabiles videantur, aliæ contra.
Contra tibi evenit. Hor. 1. Serm. 3. 27.
Contra, E regione. Virg. 6. Æn. 23. Juven. 3. Sat. 290.

Contra elata mari reſpondet Gnoſia tellus.
Stat contra, ſtarique jubet.

[Immo Stat Contra me, & Contra ſe ſtari.
Contra ac, vel Contra atque, pro Aliter quam. Cic. pro Corn. Balb. 7. Si denique aliquid non contra ac liceret factum diceretur, ſed contra atque oporteret.
Contra quam. Cic. pro Cluent. 12. Generi ſui, contra quam fas erat, amore capta.
Non carus eſt auro contra. Plaut. Epid. 3. 3. 29.
Quod a quibuſdam dicitur Econtra, fortaſſe manavit ex errore, quum ex Ego contra, factum eſſet Econtra. Ut ſi quis in fine orationis Scipionis lib. 28. pag. penult. ubi dicit, Sic & ego contra gloriam ejus eludere &c. faciat Sic e contra. Affertur tamen E contrario. H. St. Verba Livii ſunt lib. 28. 44. extr. Latinitatis vox deterioris eſt. V. Voſſ. de Vit. Serm. 1. 25. & Cellar. Cur. poſt. pag. 301. Antibarb. pag. 33. Sane durior eſt, & Analogiæ repugnat duarum præpoſitionum copulatio, etſi altera in Adverbii locum tranſierit. Quæ in contrariam ſententiam Voſſius de Anal. 4. 23. & ex eo Perizon. ad Sanctii Miner. 3. 14. afferunt, non moror, quum pleraque aut alio pertineant, aut merito ſuſpecta ſint, aut ejus ævi ſcriptorum loca, quo paſſim, peregrinitate in orbe Romano dominante, Analogiæ præcepta proculcari cœperant. De Adv. Inſuper ſuo loco V.

Contractus, In CONTRAHO.

Contrarius, a, um. [ἐναντίος] Adj. a Contra præpoſitione. Contraria dialecticis proprie ſunt Oppoſita, quorum unum uni duntaxat opponitur: ut relata, adverſa, privantia, contradicentia. Cic. de Univerſ. 33. Eos qui prope copulentur contraria regione, aut pone quos, aut ante labantur, &c. Idem 1. de Invent. 42. Contrarium, eſt quod poſitum in genere diverſo, ab eodem, cui contrarium eſſe dicitur, plurimum diſtat: ut frigus calori, vitæ mors. Id Adverſum proprie dicitur.
Arma contraria. Ovid. 1. Triſt. 4. 41.
Flamina claſſi. Ovid. 13. Met. 183. i. e. Venti.
Humor ignibus. Ovid. in Ibin, 31.
Ictus. Liv. 2. 6. Contrario ictu per parmam uterque transfixus.
Verba rebus. Cic. ad Brut. 17.
Voluptas honeſtati. Cic. 3. Off. 119.
Vitia in contraria currere. Hor. 1. Serm. 2. 24.
Quin etiam, Duobus vitiis contrariis laborare quis dicitur, Avaritia & Luxuria, quod Livius vocat Diverſa. Vide in VITIUM. H. St.
Contrarius, cum genitivo. Cic. 4. de Fin. 67, Quarum, inquiunt, artium ſumma creſcere poteſt, earum etiam contrariarum ſumma poterit augeri. Ad virtutis autem ſummam accedere nihil poteſt: ne vitia quidem igitur creſcere poterunt, quæ ſunt virtutum contraria.
Ire vitæ priori contrarium. Juven. 9. Sat. 21.
Contrarium ac, ut, Decernit contrarium ac paulo ante decreverat. Cic. 3. Verr. 120.
Contrarius atque. Cic. in Somn. Scip. 9. Qui ſubjecti ſunt ſeptem, qui verſantur retro contrario motu atque cælum.
Conferre pugnantia, & comparare contraria. Cic. in Orat. 38.
Paria paribus referre, adverſa contrariis. Cic. in Orat. 65.
Disjuncta maxime & contraria dicere. Cic. 2. Philipp. 18.
Contrariis, diverſis, & pugnantibus ſtudiis & cupiditatibus conflatum monſtrum. Cic. pro Cœl. 12.
Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus. Virg. 2. Æn. 243.
Ex contrario conferre aliqua in adverſarios. Cic. 2. de Orat. 182.
E contrario confiteri. Auct. ad Herenn.
Ex contrario contendere aliquid. Cic. pro Roſc. Com. 47.
Ex contraria parte dicere. Cic. 1. de Invent. 26.
In contrarium cadere. Plin. in procem. lib. 14. Omnes a maximo bono liberales dictæ artes in contrarium cecidere.
In contrariam partem afferre aliquid. Cic. 2. de Orat. 215.
In contrariam partem conſilium pium alicujus rapere. Cic. 10. Fam. 33.
In contrarias partes de omni re diſputare. Cic. 1. de Orat. 158.
In contrarias partes flumina fluunt. Cic. 1. de Divin. 62.
Inter ſe contraria capita Reip. conferre. Cic. 2. de Orat. 223.
Nihil eſt tam contrarium rationi & conſtantiæ, quam fortuna. Cic. 2. de Divin. 18.
Contrarium eſt officio merces. Paulus l. obligatio. §. 2. D. mandat. vel contra.
Contrarium æs, Grave æs. Feſtus. Ab eo dictum, Quod contra ponderet, ut placet Dacerio.

Contrarie, Adv. [ἐναντίως] Cic. 1. de Orat. 140. In quo aut ambigue quid ſit ſcriptum, aut contrarie.
Relata contrarie verba ornant in primis orationem. Cic. 2. de Orat. 263.

Contrario, aliud Adv. Idem ac E contrario. Nep. 18. 1. At apud illos contrario nemo ad id officium admittitur.

Contrariĕtas, ātis. f. Macrobius lib. 7. Saturn. cap. 9. Poteſtne excuſari hujus contrarietatis auſum? Sic ſæpe alibi. Legitur & apud Tertull. & Sidon.

Contrario, āre. infimæ latinitatis vox, quam improbat Voſſius de Vit. ſerm. 1. 23. extr. defendit Scioppius Animadv. p. 9.

Contradīco, xi, ctum, [ἀντιλέγω] ĕre. Cic. 1. Tuſc. 8. Ut quum is, qui audire vellet, dixiſſet quod ſibi videretur, tum ego contradicerem. Al. Contrà dicerem.
Contradicere aliquid. Cic. pro Roſc. Amer. 93. Et quicquid tu contradixeris, id cum defenſione noſtra contendito. Alii ſeparatim legunt, Contrà dixeris.
Contradicuntur hæc. Cic. 3. Tuſc. 71. Ex quo intelligitur non in natura, ſed in opinione eſſe ægritudinem. Contradicuntur hæc. Quis tam demens ut ſua voluntate mæreat? Et hic alii rectius Contrà dicuntur legunt: novumque etiam caput hinc ordiuntur.

Contradictum, i. n. [ἀντιλεγόμενον] ut apud Quintil. in procem. lib. 4. Diſſolvere contradicta. [Conf. quæ in CONTRADO infra.

Contradictio, ōnis. f. [ἀντιλογία] Quintil. lib. 2. cap. 17. Ponuntur hæ quandoque in ſecundo Ciceronis de Oratore libro contradictiones. i. e. quod dicunt, Inſtantiæ & objectiones. Tacit. 14. Ann. 43. Aliquid crebris contradictionibus deſtruere.

Contradictor, ōris. m. Ammian. 31. 40. Contradictoris copia ſervata. Oroſ. 3. 1. Contradictor pacis bello impetendus. Auguſt. de Civ. Dei, 21. 3. Attendunt iſti contradictores.

Contradīcĭbīlis, e. Tertull. de Carne Chriſti cap. 23. Signum contradicibile.

Contralīceor, [ἀντωνέομαι] ēri. Cæſ. 1. Bell. Gall. 18. Propterea quod illo licente contraliceri audeat nemo. Niſi potius duæ ſunt dictiones, Contra liceri.

Contrapōno, ĕre. Tertull.

Contrapŏsĭtus, [ἀντίθετος] Adj. pro Oppoſito. Quintil. 9. 3. De æquo, vero, juſto, bono, deque iis quæ ſunt contrapoſita, diſputat.

Contrascrībo, ĕre. Apul.

Contrascriptor, ōris. m. Vet. Inſcr. CONTRASCRIPTOR RATIONIS SVMMI CHORAGI. V. Salmaſ. in Hiſt. Aug. p. 480.

Contrascriptum, i. n. [ἀντίγραφον] Cic. 16. Att. 17. Antonii edictum legi a Bruto, & horum contraſcriptum præclare. Legitur & ſejunctum a nonnullis. [Nec aliter legi debet, quia ſubauditur Edictum.

Contrasto, [ἀνθίσταμαι] āre. Repugnare. Nævius, Contraſtat ſemper, nec me ſinit loquier. [Niſi diviſe legendum Contra ſtat. V. in CONTRA.

Contravĕnio, ēni, entum, [ἀπαντάω] īre. Cæſ. 6. Bell. Gall. 29. Hoc animo, ut ſi qua ex parte obviam contraveniretur, acie inſtructa depugnarent.
Contravenire, aliter. Cic. 1. Tuſc. 55. Ego vero facile ſum paſſus, ne in mentem quidem aliquid contraveniret, ita iſti faveo ſententiæ. i. e. Quod contrarium eſſet, & repugnaret.
Contravenire de. Cic. 4. Verr. 107. Si de litteris corruptis contravenit. i. e. Eum accuſavit corruptarum litterarum.
Aliquem contravenire. Cic. pro Muren. 9. Si turpe exiſtimas te advocato illum ipſum, quem contraveneris, cauſa cadere. Legi poteſt, Quem contra veneris, disjunctim, & fortaſſe rectius. [Sic in reliquis etiam locis adductis.

Contraversum, Adv. E contrario, e diverſo. Solinus cap. 15. Denique recentem natum fletu parens excipit: contraverſum læta ſunt funera. De Thracibus.

Contrādo, tradĭdi, tradĭtum, [παραδίδωμι] ĕre. Idem quod Tradere. Lucret. lib. 1. 401.

Multaque præterea tibi poſſum commemorando
Argumenta, fidem dictis contradere noſtris.

Alii legunt, Contradere. [Durum eſt verbum decompoſitum iſtuc Contrado, nec ſatis concinnitatis in altera lectione. Suſpicor ſcripſiſſe Lucretium Dictis contra addere. Addere fidem dictis Latiniſſime dici nemo negabit. Utitur eodem ſenſu Ovid. Ep. 21. v. 136. & Liv. 2. 24. Librariis autem mendi cauſam præbuit non intellecta Anaſtrophe in Dictis contra, pro Contra dictis.

Contrăho, xi, ctum, [συλλέγω, συστέλλω, ἐπισπάω] ĕre. Colligere. Virg. 3. Æn. 8.

Contrahimuſque viros.

Pompeius Marcello, &c. apud Cic. 8. Att. 12. Vos hortor ut quodcunque militum contrahere poteritis, contrahatis. Sic apud Liv. 28. Contrahere auxilia.
Contrahere perſonas ad aliquod negotium. Plin. lib. 10. Epiſt. 88.
In unum locum contrahere. Cic. 8. Att. 1. Sin omnia in unum locum contrahenda ſint, non dubito quin, &c.
In unum omnes. Liv. 26. 42. pr. Periculum eſſe ratus, ne eo facto in unum omnes contraheret. i. e. Cauſam præberet, ut ſe conjungerent hoſtiles exercitus.
In acervum. Plin. lib. 10. cap. 20.

Flectit,

Flectit, contorquet, porrigit, contrahit, quocunque vult membra sua omne animal. Cic. 1. de Divin. 120.
Dilatare & Contrahere, contraria. Cic. 2. de Nat. Deor. 136.
Contrahere & Dissipare, contraria. Cic. de Amicit. 24. Quæ in rerum natura, totoque mundo constarent, quæque moverentur, ea contrahere amicitiam, dissipare discordiam.
Contrahit illos, pro Amicitiam inter illos. Livius libro 1. pag. 17. edit. Feyrab. Contrahit celeriter similitudo eos. H. St. V. Liv. 1. 46.
Contrahere brachia. Virg. 1. Georg. 34.
Contrahere collum. Cic. 2. Tusc. 41. Et
Crura. Ovid. 3. Amor. 2. 23.
Contrahere se. Cic. 2. de Nat. Deor. 136. de pulmonibus, Tum se contrahunt aspirantes, tum in respiratu dilatant, ut frequenter ducatur cibus animalis.
Contrahere ad colloquium. Liv. 28. 18. pr. Contrahere ad colloquium, dirimendarum simultatum causa, est conatus. Subaudi Utrumque.
Contrahere ad colloquia gentes feras. Plin. lib. 3. cap. 5. Et tot populorum discordes, ferasque linguas sermonis commercio contraheret ad colloquia.
Contrahi incommodis amici, pro Contristari. Cic. in Læl. 48. Ut ex bonis amici quasi diffundatur, & incommodis contrahatur. Al. Et diffundantur, Contrahantur. V. Græv. ad loc. & mox Animum contrahere.
Contrahere, Coagulare. Plin. lib. 23. cap. 7. Fici succus lacteus, aceti naturam habet. Itaque coaguli modo lac contrahit.
Contrahere, [ἐπισπᾶσθαι] Arcessere. Contractum est illud ejus culpa, Peccato ipsius arcessitum. Cic. 1. Q. frat. 1. Ea molestissime ferre homines debent, quæ ipsorum culpa contracta sunt.
Contrahere æs alienum. Cic. 1. Q. frat. 1. Constare inter omnes video, abs te summam adhiberi diligentiam, nullum æs alienum novum contrahi civitatibus: vetere autem magno & gravi multas abs te esse liberatas urbes.
Æruginem. Plin. lib. 34. cap. 11. Ocyssime vero contrahit coronarium æruginem. Sic, Contrahere mucorem. Columel. lib. 12. cap. 4. Et ibid. cap. 17. Contrahere situm.
Amicitiam virtus contrahit. Cic. de Amicit. 49.
Animum contrahit musica: cui opponitur Remittit. Cic. 2. de Legib. 38. Namque & incitat languentes, & languere facit excitatos: & tum remittit animos, tum contrahit.
Animum demittere & contrahere. Cic. 1. Q. frat. 1. Quapropter hoc te primum rogo, ne contrahas aut demittas animum.
Animus contrahitur formidine. Lucret. lib. 5. 1218.
Bellum temeritate. Liv. 5. 37. pr. Tribuni, quorum temeritate bellum contractum erat, summæ rerum præerant.
Benevolentiam a persona nostra. Auct. ad Heren. lib. 1. 8.
Causam mortis sibi. Plin. lib. 11. cap. 19.
Certamen. Liv. 7. 26. Ibi, circa jacentis Galli corpus contracto certamine, pugna atrox concitatur. Sic 25. 34.
Cicatrices vulnerum. Plin. lib. 12. cap. 17. In Arabia & olea dotatur lacryma, qua medicamentum conficitur singulari effectu contrahendis vulnerum cicatricibus. Pro eo Cicatricem inducere dicit Celsus.
Cladem. Liv. 25. 19. extr. Metu futuri dedecoris, si sua temeritate contractæ cladi superesset. i. e. Factæ.
Culpam. Papin. l. liberto. §. litem. D. de negot. gest.
Damnum. Cic. 5. de Fin. 91. Nec mercatura quæstuosa, si in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit.
Frontem, Quod solent facere subirati, & quibus aliquid non placet. Plaut. Amph. prol. 52. Quid contraxistis frontem?
Inimicitias. Quintil. lib. 7. cap. 2. Inimicitias domui contraxeras.
Invidiam in vita. Auct. ad Heren. lib. 4. 50.
Iram alicujus sibi. Ovid. 2. Met. 660.
Iter contrahere. i. e. Brevius facere, aut properare. Propert. lib. 3. 20. 12.
Jura, significat Austeritatem legum temperare, & minus quam Pro imperio agere, ne summum jus summa sit injuria. Stat. 11. Theb. 682.
Lites. Cic. 3. de Legib. 6. Lites contractas judicanto. Verba sunt XII tabb. de Minoribus Magistratibus.
Litigium inter aliquos. Plaut. Casin. 3. 2. 31.
Nam ego aliquid contrahere cupio litigii inter eos duos.
Malum contrahitur. Cels. lib. 2. cap. 1. Hiems autem capitis dolores, tussim, & quicquid in faucibus, in visceribus mali contrahitur, irritat.
Molestias liberalitate sua. Cic. 2. Fam. 15.
Morbum. Plin. lib. 30. cap. 8.
Mucorem. V. Æruginem, supra.
Nefas. Liv. 5. 15. extr.
Noxam. Columel. lib. 6. cap. 27. Aut si id facere prohibeantur, cupidine solicitati, noxam contrahant. i. e. Incidant in morbum. De equis.
Odium. Auct. ad Heren. 4. 50.
Offensionem. Cic. 1. de Invent. 24. Si turpitudo causæ contrahet offensionem.
Opus ingens in minores gyros. Stat. 4. Silv. 7. 4.
Orationem contrahere, & Dilatare, contraria. Cic. in Partit. 23. Quæ simplicibus verbis ita tractatur, ut aut ex verbo dilatetur, aut in verbum contrahatur oratio.
Periculum. Liv. 2. 23. extr.
Piaculum sibi, & Reipublicæ. Liv. 5. 52. extr.
Pituitam. Cels. lib. 4. cap. 5. i. e. Gignere vel augere.
Pœnam sibi. Cæs. 8. Bell. Gall. 22. Sed tamen se contentum fore ea pœna, quam sibi ipsi contraxissent.
Præcepta in unum. Ovid. Rem. Amor. 424.
Rationem cum aliquo. Cic. pro Cluent. 41.
Situm. V. Æruginem, supra.
Tempus, cui contrarium Extendere. Plin. in Paneg. cap. 49. Non ipsum tempus epularum tuarum, quum frugalitas contrahat, extendit humanitas?
Terram contrahere dicitur Sol, cui Lætificare opponitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 102. Et modo accedens, tum autem recedens binas in singulis annis reversiones ab extremo contrarias facit: quarum in intervallo, tum quasi tristitia quadam contrahit terram, tum vicissim lætificat, ut cum cælo hilarata videatur.
Tristitia contrahitur largiore potu. Plin. lib. 24. cap. 6. Invenio potu modico tristitiam animi resolvi, largiore contrahi.
Tristitiam contrahere dicitur bilis atra. Cels. lib. 3. cap. 18. Alterum genus insaniæ est, quod spatium longius recipit, quia fere sine febre incipit, leves deinde febriculas excitat, & consistit in tristitia, quam videtur bilis atra contrahere.
Valetudinem adversam contrahere ex re aliqua. Plin. 7. Epist. 18.
Vela, Translate, pro Reprimere sese, & cautius agere. Cic. 1. Att. 13.
Contraxi vela perspiciens inopiam judicum, &c. Hor. 2. Carm. 10. 22.
— sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela. Sumptum est a nautis, qui vehementius spirante vento vela contrahunt, quo tutius navigent: vento languidiore pandunt, captantes auram. Erasm. in Chiliad.
Ventrem. Plin. lib. 22. cap. 10. Ipsi nucleo vivunt, panem facientes prædulcem, & qui contrahat ventrem.
Umbras contraxit dies medius rerum. Ovid. 3. de Arte Am. 723.
Vultum contrahere, est Austerius intueri. Ovid. 4. de Pont. 3. 7.
Contrahere, [συμβάλλειν, συναλλάττειν] Pasciscі; ut fit in emendis, vendendisque mercibus. Cic. 3. Off. 66. Tollendum est igitur ex rebus contrahendis omne mendacium.
Contrahere cum aliquo. Cic. 4. Verr. 170. Nam quas pecunias iis ferebat expensas, quibuscum contrahebat, &c.
Quantis molestiis vacant, qui nihil omnino cum populo contrahunt? Cic. 5. Tusc. 105.
Contrahere alicui, pro Cum aliquo. Ulp. l. 8. §. 10. D. ad senatusc. Velleian. Si quum essem tibi contracturus, mulier intervenerit, ut cum ipsa potius contraham. Hotom.
Mandatum contrahi. Paulus l. obligatio. D. mandat. vel contr. Item mandatum & in diem differri, & sub conditione contrahi potest.

CONTRACTUS, a, um. Partic. [συναλλαγμένος] ut, Contractus exercitus. Liv. 27. 41. Plin. lib. 18. cap. 2. Contractis ad medium digitis.
Similitudinis est ad verbum unum contracta brevitas. Cic. 3. de Orat. 157.
Gesta & contracta res. Cic. pro Quint. 11. Id quo facilius facere possitis, dabo operam ut a principio res quemadmodum gesta & contracta est, cognoscatis.
Contractæ res. Cic. 1. Off. 15.
Homo contractus, pro Parco. Virg. in Moreto, v. 78.
Verum hic non domini (quis enim contractior illo?)
Sed populi proventus erat. Contractior. i. e. Parcior, frugalior, minusque rerum suarum profusus. conf. Hor. 1. Epist. 7. 12.
Bellum contractum degunt cum ventis nautæ. Lucret. lib. 4. 965.
Frigore contracto piger, i. e. Ob frigus contractum. Virg. 4. Georg. 259.
Culpa contractum malum ægritudinem acriorem facit. Cic. 3. Tusc. 52.
Consuetudines & familiaritates, multæque cum multis res rationesque contractæ. Cic. 1. Off. 53.
Contractus, [συνεσταλμένος] Compressus. Hor. 2. Serm. 7. 61.
— an turpi clausus in arca
Contractum genibus tangas caput.
Contracta res est & adducta in angustum. Cic. de Amicit. 20.
Cupido contracta, i. e. Temperata cupiditas, compressa avaritia. Hor. 3. Carm. 16. 39.
Frons contracta, i. e. Rugosa. Hor. 2. Serm. 2. 125.
Paupertas contracta, Angusta. Hor. 1. Epist. 5. 20.
Vestigia contracta alicujus sequi, i. e. Difficilem vivendi rationem, aut mores, aut studia alicujus imitari. Hor. 2. Epist. 2. 80. Sed varia lectio est. Vet. Schol. Contacta, Bentl. Non tacta, Cuning. Cunctata ex MSS.
Contractus, [σύντομος] Introitus contractior. Cic. 2. de Nat. Deor. 144.
Ignis contractior, i. e. Minor. Lucret. lib. 5. 579.
Locus exiguus atque contractus. Virg. 4. Georg. 295.
Spatiosum & contractum, contraria. Columel. lib. 5. cap. 5. Sed neque spatiosiora quam decem pedum, neque contractiora quam quatuor.
Spatio brevi contracta. Ovid. 6. Fast. 495.
Contractiores noctes. Cic. in Parad. 1. Accipies igitur hoc parvum opusculum lucubratum his jam contractioribus noctibus. h. e. Brevioribus.
Studia contractiora in senectute esse debent. Cic. pro Cœl. 76.
Contracta & astricta eloquentia putanda est, dialectica. Cic. de Clar. Orat. 309.
Contractus & brevis ambitus verborum. Cic. de Clar. Orat. 162. De periodo.

CONTRAHENDUS, a, um. Partic. [συναλλακτικός] ut, Negotiis contrahendis implicari. Cic. 2. Off. 39.

CONTRACTE, Adv. Compar. Sen. de Tranquilit. cap. 9. Assuescamus habitare contractius.

CONTRACTIO, ōnis. f. [συστολή] ut, Contractio nervorum. Plin. lib. 20. cap. 14.
Contractio frontis. Cic. pro Sext. 19.
Contractio paginæ. Cic. 5. Att. 4. Et si meam in eo parsimoniam hujus paginæ contractio significat.
Contractio & porrectio. Cic. 2. de Nat. Deor. 150. Digitorum contractio facilis, facilisque porrectio, propter molles commissuras.
Contractio & Productio, contraria. Cic. 3. de Orat. 194. Aut contractione brevius fieret, aut productione longius.
Projectio, & Contractio, contraria. Cic. in Orat. 59. Brachii projectione in contentionibus, contractione in remissis.
Contractio & Remissio. Cic. 1. Off. 146. Ex superciliorum aut remissione aut contractione.
Effusio animi, & Contractio, contraria. Cic. 4. Tusc. 66.

CONTRACTIUNCŬLA, æ. f. [στείλιον] dimin. Cic. 3. Tusc. 83. Hoc detracto, quod totum est voluntarium, ægritudo erit sublata illa mærens, morsus tamen & contractiunculæ quædam animi relinquentur.

CONTRACTUS, ûs. m. Idem quod Contractura. q. V. Vitruv. lib. 3. cap. 3.
Contractus, apud Jurisconsultos, est Negotium inter duos pluresve data opera gestum, ut vel uterque invicem, vel alteruter obligetur. l. Labeo. D. de verb. signific. l. rogasti. D. de præscript. verb.
Contractuum duo summa genera sunt; nam alii Nominati dicuntur, quibus certum nomen Latinæ linguæ consuetudo imposuit, veluti Emptio, locatio: alii vero Innominati: Do ut des, Do ut facias, qui propterea sic appellantur, quia nullum certum ac proprium nomen habent. l. 1. & passim. D. de præscript. verb. Hotom.

CONTRACTOR, ōris. m. Conciliator. Nuptiarum contractor. Cod. lib. 5. t. 5. l. 8.

CONTRACTŪRA, æ. f. Vitruv. lib. 3. cap. 2. & alibi frequenter. Contracturam autem vocat in scapis columnarum, Qua gracilescunt.

CONTRACTŌRIUM, i. n. [σφιγκτὴρ] Gloss. Lat. Gr.

CONTRACTO, āre. Columel. 12. 4. Ne contractentur pocula. Sed frequentius legitur

CONTRECTO, [μεταχειρίζω, ἅπτομαι, ψηλαφέω] āre. a Contraho. Plin. lib. 18. cap. 1. Tabesque animi contrectata adurit, culpantium omnia. Columel. lib. 12. cap. 4. Ne contrectentur pocula. [Non videtur a Contraho formatum h. v. sed a Tracto, etsi hoc sine dubio a primitivo Traho sit. Sic e.g. Improvisus formatur, non ab Improvideo, sed a Provisus.
Oculis vulgi aliquid contrectandum permittere. Tacit. 3. Ann. 12. Item Lactantius de Opific. Dei c. 1. extr. Quæ a nobis longe remotæ, neque oculis contrectari, neque tangi manu, neque percipi sensibus possunt. Cellarius edidit Conlustrari, Jo. Clerico auctore Art. Crit. p. 3. s. 1. c. 9. §. 7.
Contrectare mente varias voluptates. Cic. 3. Tusc. 33. Impellit rursum & incitat ad conspiciendas, totaque mente contrectandas varias voluptates.
Contrectare aliorum uxores. Suet. Domit. cap. 1.
Contrectata filiarum pudicitia. Tacit. 14. Ann. 36.
Contrectare, Jureconsultis, est Ut dominum circa rem versari, & omnia in ea agere, quæ domini solent. Auctor Theophil. §. 1. Instit. de usucap.
Contrectare, pro Tractare. Cic. 3. de Orat. 24. Quæ complecti tota nequeunt, hæc facilius divulsa & quasi discerpta contrectant.
Liber manibus contrectatus. Hor. 1. Epist. 20. 11.
Hic Commentator anonymus aït, Servat metaphoram, quasi de scorto loquens. 587. edit. Crucquii. Vide ATTRECTO. H. St.

CONTRECTATIO, ōnis. f. [ψηλάφησις] Cic. 1. de Nat. Deor. 78. Quod ni ita esset, cur non gestiret taurus equæ contrectatione, equus vaccæ?

CONTRECTĀTOR, ōris. m. Ulpian.

CONTRECTĀBĬLIS, e. Auson.

CONTRECTABILĬTER, [ψηλαφωμένως] Adv. Lucret. lib. 4. 664.
— lævissima corpora debent
Contrectabiliter caulas intrare palati. Alii legunt, Contrectabilis in caulas, &c.

CONTRALICEOR, CONTRAPONO, CONTRAPOSITUS, CONTRARIUS, CONTRARIETAS, CONTRARIE, CONTRARIO, CONTRARIO, āre. CONTRASCRIBO, CONTRASCRIPTOR, CONTRASCRIPTUM, CONTRASTO, CONTRAVENIO, CONTRAVERSUM, V. CONTRA.

CONTRECTO, V. CONTRAHO.

CONTRĔMO, ui, [τρομέω] ĕre. Idem quod Tremere. Cic. 3. de Orat. 155. Cælum tonitru contremuit.
Æquora contremuerunt. Catull. 62. Argon. 205.
Timore perterritus contremuit. Cic. 1. de Divin. 58.
Contremo, cum accusativo; ut, Periculum contremuit domus. Hor. 2. Carm. 12. 8. h. e. Cum tremore timuit.
Contremuit fides ac virtus ejus. Cic. pro Sext. 68. Cujus in mea causa nunquam fides virtusque contremuit. [Videntur totidem præterita esse verbi seq.

CONTREMISCO, tremui, [τρομέω] ĕre. Idem quod Contremere. Cic. 1. de Orat. 121. Et tota mente atque omnibus artubus contremiscam.
Cum accusat. Sen. Epist. 66. Fortes simus adversus fortuita, non contremiscamus injurias, non vulnera, non egestatem.

CONTREMISCENDUS, Partic. Sidon. 9. Epist. 11.

CONTRĔMŬLUS, a, um. Varr. apud Nonium, 4. 318. conf. Turneb. Advers. 29. 28.

CONTRĬBŬLO, āre. a Tribula, quod a Terendo dictum est. Vulg. Interp. Sirac. Hinc

CONTRIBULĀTUS, a, um. Tertull. adv. Jud. cap. 5. Cor contribulatum.

CONTRIBULATIO, ōnis. f. Idem ibid. cap. 13. Vos contribulatione spiritus ululabitis.

CONTRĬBŬLIS, is. m. Qui sit ex eadem tribu. Sidon. 8. Epist. 13. [Antiquioribus Tribulis est.

CONTRĬBUO, ui, ūtum, [συνεισφέρω, συμπαρέχω] ĕre. Simul tribuere & conferre. Cic. 14. Philipp. 39. Urbem ad eam rem pecuniam dare, contribuere, solvere jubeant. Ovid. 7. Met. 231.
Gall. *Contribuer*. H. St.
Contribuere alterum alteri, pro Alterum altero pensare. Sen. de Benef. 6. 5. extr. de Beneficio & injuria loquens.
Contribuere laudem alicui. Cic. pro Milon. 83.
Contribuere, pro Attribuere. Columel. lib. 2. cap. 2. Quibus fere contribuuntur prædicti colores. Plin. lib. 32. cap. 4. Sed hoc utilius est vitæ contributa habere remedia.
Contribuere frumenta leguminibus. Columel. lib. 2. cap. 9. Inter frumenta etiam panicum & milium ponenda sunt, quamvis jam leguminibus ea contribuerim.
Contribuere in regna, i. e. Dividere. Plin. lib. 5. cap. 18.
Contribuuntur in eam oram Icositani. Plin. lib. 3. cap. 3. Et Contributi Megarensibus. Idem lib. 4. cap. 7.
Contribuere se alicui. Liv. 38. 3. Epirotis Ambraciam placebat aggredi, quæ tum contribuerat se Ætolis.
Contribuere omnes fideicommissarios, quasi æquales. Ulpian. in l. quia autem. D. si quis omiss.
Contribuere fideicommissa quasi exæquata. Ibidem.
Contribuere omnia. Tryphoninus in l. si vero. D. de milit. testam.
Puto apud Tibullum legi
— proprios ego tecum,
(Sit modo fas) annos contribuisse velim. H. St. Sed bene Heins. emendavit Conteruisse lib. 1. El. 7. v. 70. V. Broekh. not.

CONTRIBUTIO, ōnis. f. [συνεισφορὰ] Paulus in l. 1. D. ad leg. Rhod. de jactu, Lege Rhodia cavetur, ut si levandæ navis gratia, jactus mercium factus est, omnium contributione sarciatur, quod pro omnibus datum est.

CONTRIBUTA Julia, Bæturiæ oppidum est in tractu Celtico, qui est inter Bætim & Anan fluvios. Auctor Plin. lib. 3. cap. 1.

CONTRISTO, [καταλυπέω] āre. Tristem reddere. Columel. lib. 5. cap. 9. extr. Nonnunquam etiam in olea unus ramus ceteris aliquanto est lætior: quem nisi recideris, tota arbor contristabitur. h. e. Male afficietur.
Auster contristat cælum frigore pluvio. Virg. 3. Georg. 279.
Juppiter mæsto contristat sidera vultu. Valer. 6. Argon. 622.

CONTRISTĀTIO, ōnis. f. Tertull.

CONTRITIO, V. CONTERO.

CONTRŌVERSUS, a, um. [ἀμφισβητήσιμος] Adj. De quo controversia est, quod in controversiam venit. Cic. pro Muren. 26. Etiam controversum jus nosse & tractare videare.
Res controversa & plena dissensionis inter doctos. Cic. 1. de Legib. 52.
Gens controversa natura. i. e. Omnia ad controversiam revocans, inquit Budæus. Cic. de Clar. Orat. 46. Quod esset acuta illa gens, & controversa natura.
Vide, An non Controversiosa in aliis exempl. H. St.
Dubium & controversum. Cic. 2. de Divin. 104. Tantum sat est intelligi, sumere istos pro certo, quod dubium controversumque sit.

CONTROVERSIA, æ. f. [ἀμφισβήτησις] est Certarum personarum de re propria contentio. Plaut. Rud. 3. 5. 46.
Controversia hujus rei nulla est. Cic. 4. Verr. 46. Cujus hæreditatis, quum ille aliquanto ante te Prætorem esset mortuus, controversia fuerat nulla.
Abesse a controversiis. Cic. Quam abesse a civilibus controversiis.
Adducere in. Cic. 1. de Orat. 183. Mediocrisne res in controversiam adducta est?
Alere diutius controversiam. Cæs. 7. Bell. Gall. 32. extr.
Constituere. Cic. 1. de Orat. 143.
Deducta herba in controversiam inventionis. Plin. lib. 25. cap. 4.
Dicere. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Dijudicare. Cic. pro Cæcin. 49.
Dirimere. Cic. 3. Off. 119.
Distrahere. Suet. Cæs. cap. 85.
Ducere aliquid in. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Est in controversia. Auct. ad Heren. lib. 1. 17. Interfectam esse matrem ab Oreste convenit mihi cum adversariis, jure interfecerit & licueritne facere, id est in controversia.
Est verborum controversia inter aliquos. Cic. 2. de Fin. 38. Quod eo liquidius faciet, si perspexerit rerum inter eas, verborumne sit controversia.
Est mihi controversia tecum. Plaut. Aulul. 2. 2. 83.
Nulla controversia mihi tecum erit, &c.
Est mihi controversia tecum de. Cic. 5. Verr. 189. Si mihi tecum neque de annona, neque de æstimatione tua potest esse controversia, quid sedes?
Est controversia de eo. Cic. 4. Acad. 34. Nitamur igitur nihil posse percipi: etenim de eo omnis est controversia.
Non erat controversia, quin verum dicerent. Cic. pro Cæcin. 31.
Existunt controversiæ ex hac re. Cic. 1. de Orat.
Facere. Cic. in Orat. 121. Nihil ambigi posse, in quo non aut res controversiam faciat, aut verba.
Habent multæ quæstiones controversiam. Quintil. lib. 3. cap. 11.
Habere controversias de re aliqua inter se. Cic. 4. Verr. 122. Quum haberent inter se controversias de Senatu cooptando. conf. Eund. 13. Fam. 30.
Inferre & introducere controversiam. Cæs. 1. Bell. Civil. 86.
Intendere. Auct. ad Herenn. 2. 45.
Minuere. In MINUO.
Movere controversiam, est quandoque se defendere, & quod vulgo dicitur Regulariter agere. Paulus in l. ex sextante. §. latinus. D. de excep. rei jud. Quum de hæreditate inter Mævium, ad quem pertinebat, & Titium, qui controversiam movebat, transigeretur.
Oriri. Cic. pro Cluent. 161.
Sedare. Cic. pro Corn. Balb. 43.
Struere. Auctor ad Herenn. lib. 2. 7.
Tollere controversias & Constituere lites, contraria. Cic. 9. Philipp. 13. Neque constituere litium actiones malebat, quam controversias tollere.
Venire in. Cic. 1. de Orat. In utraque autem re, quicquid in controversiam veniat in eo quæri solere, &c. conf. Quintil. 7. 2.
Versari in controversia aut contentione dicitur res. Cic. in Orat. 45.
Vocari in controversiam dicitur res. Cic. 13. Fam. 26. Idem 2. de Orat. 291. Nulla enim fere res potest in dicendi disceptationem aut controversiam vocari, quæ non habeat, &c.
Omnem esse contentionem inter homines doctos in verbi controversia positam. Cic. 1. de Orat. 107.
Sine controversia; h. e. Facile & sine dubio, vel Absque ulla differentia. Ter. Phorm. 5. 6. 14.
Nam sine controversia a Dis solus diligere, Antipho.

CONTROVERSIŎLA, æ. f. Diomed. lib. 1.

CONTROVERSIĀLIS, e. Sidon. 7. Epist. 9.

CONTROVERSIM, Adv. Apul.

CONTROVERSIŌSUS, Adj. [ἀμφισβητήσιμος] Idem quod Controversum. Liv. 3. extr. Quem enim hoc privatæ rei judicem fecisse, ut sibi controversiosam adjudicaret rem?
Vide CONTROVERSUS supra. H. St.

CONTROVERSOR, [ἀμφισβητέω] āri. depon. Contendere. Cic. in Protag. Nunc a vobis, ô Protagora & Socrates, postulo, ut de isto concedatis alter alteri, & inter vos de hujusmodi non controversemini, non concertetis. Ex Prisciano lib. 8. De significationibus verborum. conf. Sidon. 4. Epist. 1.

CONTRŌVERTOR, ti. Esse in controversia. Justinian. de Cod. confirm. Ep. 2. §. 1. Hanc vocem improbat Vossius de Vit. serm. 4. 4.

CONTRŬCĪDO, [κατακόπτω] āre. Idem quod Trucidare; h. e. Cum sævitia perimere. Cic. pro Sext. 76. A quibus hic multis vulneribus acceptis, ac debilitato corpore, & contrucidato, se abjecit exanimatus. Suet. Calig. cap. 28. Misit, qui universos contrucidarent.

CONTRŪDO, si, sum, [συνωθέω] ĕre. Simul trudere, compingere. Cic. 7. Verr. 66. Et quod eodem ceteros piratas contrudi imperarat, intellexit, &c.
Raptim contrudere corpus in flumen. Lucret. lib. 4. 425.
Contrudere in balneas, vel alium locum. Cic. pro Cœl. 63. Sed non dubito quin sint pergraves, qui primum sint talis feminæ familiares: deinde eam provinciam susceperint, ut in balneas contruderentur.
Contrudi in dolia plena vinaceorum. Varro 1. de R. R. cap. 54.
In unum contrudere. Lucret. lib. 6. 210.

CONTRŪSUS, a, um. [συνωθούμενος] Partic. ut, Nubes contrusæ. Lucret. lib. 6. 734. — ad altos denique montes
Contrusæ nubes coguntur, vique premuntur.

CONTRUNCO, āre. Idem quod Truncare. Plaut. Stich. 4. 1. 48.
Dum equidem hercle quod edant addas, meum ne contruncent cibum.
i. e. Ne imminuant.

CONTŬBERNIUM, i. n. [ὁμοσκηνία, συσκηνία, κοινόβιον] Verbum castrense.

ſtrenſe. Vegetius lib. 2. cap. 13. extr. Rurſus ipſæ Centuriæ in Contubernia diviſæ ſunt: ut decem militibus ſub uno papilione degentibus unus quaſi præeſſet Decanus, qui Caput contubernii nominatur. Contubernium autem Manipulus vocabatur, ab eo quod conjunctis manibus pariter dimicabant. Feſtus, Contubernium dicitur Contubernalium habitatio. Cæſ. 3. Bell. Civil. 76. Depoſitis in contubernio armis, vallum relinquebant.

Ubi illud contubernium muliebris militiæ in illo delicatiſſimo litore? Cic. 7. Verr. 103.

In contubernio eſſe dicebantur Proconſulum, Proprætorum, Legatorum, Præfectorum, Tribunorumque militarium, forſan & Centurionum, Adoleſcentes ingenui, qui eos, militiæ addiſcendæ cauſa ab Urbe ſequebantur. Cic. pro Planc. 27. Qui adoleſcentulus cum A. Torquato profectus in Africam, ſic ab illo graviſſimo &c. viro dilectus eſt, ut & contubernii neceſſitudo, & adoleſcentis modeſtiſſimi pudor poſtulabat. Suet. Cæſ. 2. pr. Stipendia prima in Aſia fecit, M. Thermi prætoris contubernio. Iidemque eorundem dicebantur Contubernales, ut videre licet ex Cic. Ep. 20. extr. lib. 5. ad Famil. diſtinguendi, opinor, ab his qui proprio nomine Comites vocabantur. De quibus V. ſ. l.

Contubernium, Cohabitatio, convictus & ſodalitas. Plin. 3. Epiſt. 3. Adhuc filium pueritiæ ratio intra contubernium tuum tenuit.

Inire contubernium alicujus philoſophi. Suet. in Auguſt. cap. 89.

Contubernium in jure proprie dicitur Injuſtum matrimonium. Paul. lib. ſentent. 2. c. 20. Inter ſervos & liberos matrimonia contrahi non poſſunt, contubernium poteſt. Hotomanus.

Contubernium in ſervis, idem quod Nuptiæ in liberis. Ulp. l. 35. D. de Ædil. edict. Quod & in fratribus, & in perſonas contubernio ſibi conjunctas obſervari oportet.

Contubernium etiam dicitur de Concubinatu. Suet. in Veſpaſ. cap. 3. extr. Poſt uxoris exceſſum Cænidem Antoniæ libertatem, & a manu, quondam dilectam ſibi, revocavit in contubernium: habuitque etiam Imperator pæne juſtæ uxoris loco. Adde Suet. Cæſ. cap. 9. pr.

Contubernālis, is. c. [ὁμωρόφιος, σύσκηνος] Feſtus, Contubernales dicuntur a Tabernis, quæ fiebant ex tabulis: unde & Tabernacula ſunt dicta: licet ex tentoriis & pellibus fiant.

Contubernalis, Qui ſub eiſdem tabernaculis habitat, qua de cauſa milites ſe contubernales appellant. Scævola in l. ult. D. de aur. & arg. leg. & l. Rem. D. Commodat. V. dict. ſuperior.

Contubernalis eſt Domeſticus & familiaris. Cic. 9. Fam. 20. Habuiſſes enim non hoſpitem, ſed contubernalem.

Teſtes accuſatoris confeſſores, convivæ, contubernales. Cic. pro Flacc. 24.

Contubernalis alicui in Conſulatu. Cic. de Clar. Orat. 105.

Contubernalis, pro Hoſpite. Cic. pro Flacc. 41. Facis injuſte, Læli, ſi putas periculo noſtro vivere tuos contubernales, &c.

Contubernalis ſervus, pro Domeſtico. l. ultima. D. de auro & argento legato.

Contubernales & feminæ. Quintil. lib. 4. cap. 2. Namque ipſum offendunt ructuoſos ſpiritus geminare, præclaraſque contubernales ab omnibus ſpondis tranſverſas incubare, & reliquas circumjacere paſſim.

Contubernalis, Servi conjunx. Nam Uxoris nomen in Libera ponitur. Ulpian. l. 12. §. 16. D. de inſtrum. vel inſtr. leg. Contubernales quoque ſervorum, id eſt uxores, & natos inſtructo fundo contineri verum eſt. Hotomanus.

Contubernalis non ſolum pro Uxore ſervi uſurpatur: ut apud Columel. lib. 1. cap. 8. Sed qualicunque villico contubernalis mulier aſſignanda eſt, quæ contineat eum, & in quibuſdam rebus tamen adjuvet. verum pro Ipſo etiam ſervo marito. Columel. lib. 12. cap. 1. de præceptis quæ villica exſequi debeat: Ea porro juvenis eſſe debet, id eſt non nimium puella, integræ quoque valetudinis, nec fœdi habitus, nec rurſus pulcherrimi. fœditas faſtidioſum, nimia ſpecies deſidioſum faciet ejus contubernalem. Rurſus cap. 3. Illud vero etiam in perpetuum cuſtodiendum habebit villica, ut eos qui foris ruſticari debebunt, quum jam e villa familia proceſſerit, requirat: ac ſi quis (ut evenit) curam contubernalis ejus intra tectum tergiverſans fefellerit, cauſam deſidiæ ſciſcitetur, exploretque utrum adverſa valetudine inhibitus reſtiterit, an pigritia delituerit.

Contubernalĭtas, ātis. f. Cyprian.

Ber. apud Suet. in Tiberio 57. A contubernio exponens, A contubernalitate, inquit, ut Cypriani vocabulo utar. H. St. locus Suet. eſt cap. 56. extr. Deſuit hæc dictio in Lugd.

Contŭbŭlo, āre. Tubulos conjungere. Auguſtin.

Contubulātio, ōnis. f. Tumiditas orbiculata in veſtibus. Apul. Met. 11. p. 258. Sed emendata exemplaria habent Contabulatio. q. V.

Contueor, contuĭtus vel contūtus ſum, [ἀποβλέπω, ἀτενίζω] ēri. eſt Fixo obtutu aſpicere. Dicitur & Contuor. V. paulo poſt. Cic. lib. 3. Tuſc. 33. Nam revocatio illa, quam affert, quum a contuendis nos malis avocat, nulla eſt.

Oculis contueri. Cic. 3. de Nat. Deor. 8. Similiter facis, ac ſi me roges, cur te duobus contuear oculis, & non altero contuear: quum idem uno aſſequi poſſim.

Contuor, tuĕris, tuĭtus vel tūtus ſum, [ἐμβλέπω] contui. Diligenter videre & aſpicere. Plaut. Aſin. 2. 3. 23.

> Atque hercle ipſum adeo contuor, quaſſanti capite incedit.

Idem Merc. 4. 5. 16.

> Quid Periſtratam hic Demiphonis contuor?

Lucret. 4. 38.

> —atque in ſomnis quum ſæpe figuras
> Contuimur miras, ſimulacraque luce carentum.

Contui, pro Contueri. Pomponius Maccis geminis, Incœpi contui, conſpicio coleatam cuſpidem. Nonius 7. 20. Sed Contueor frequentiori eſt in uſu.

Contuens, entis. [ἀτενίζων] Partic. Qui aſpicit. Plin. lib. 29. cap. 6. Scarabei viridis natura contuentium viſum exacuit. Idem lib. 7. cap. 1. Contuentes Solem immobilibus oculis.

Contuĭtus, ûs. m. [ἀτενισμὸς] Aſpectus. Cic. pro Sext. 115. Facit enim, Judices, veſter iſte in me animorum oculorumque contuitus, ut mihi jam licere putem remiſſiore uti genere dicendi.

Contŭmax, ācis. Adj. [αὐθάδης] proprie (inquit Donatus) dicitur Contemptor potiorum. Martial. lib. 2. 68.

> Ne me dixeris eſſe contumacem.

Amomum contumax fricanti, Quod non facile fricando comminuitur, & fricanti reſiſtit. Plin. lib. 12. cap. 13. Sic dicetur etiam triticum fractu contumax, quod ungui vel denti difficile cedit.

Boves contumaces, Reluctantes. Columel. lib. 6. cap. 2. Hac machinatione conſequemur, ut etiam contumaces boves graviſſima opera non recuſent.

Populus contumax regibus ſuis, i. e. Rebellis adverſus reges. Sen. Thyeſt. 8.

Contumax in alios. Cic. 15. Att. 15.

In ſuperiores contumax. Auctor ad Herenn. 4. 52.

Contumax emori, Quod non facile emoritur. Plin. lib. 16. cap. 10. Quinto generi ſitus idem, eadem facies, Larix vocatur: materies præſtantior longe, incorrupta vis, emori contumax.

Contumax, etiam in bonum, Fortis & patiens. Tacit. 1. Hiſt. 3. Contumax etiam adverſus tormenta ſervorum fides, ſupremæ clarorum virorum neceſſitates.

Contumax, apud Juriſconſultos dicitur, Qui tribus edictis propoſitis, vel uno pro tribus, quod vulgo *peremptorium* appellatur, litteris evocatus, præſentiam ſui facere contemnit. Hermog. l. 53. §. 1. D. de re judicat. Hotomanus.

Contumaciſſimos ebrietas in alienum cogit arbitrium. Sen. Epiſt. 83.

Contumācia, æ. f. [ἀπείθεια, αὐθάδεια] Inobedientia ex contemptu aliorum, & ſuperbia orta. Cic. pro Roſc. Com. 44. Eſt tuæ contumaciæ, arrogantiæ, vitæque univerſæ vox.

Inſolentia, ſuperbia, contumacia. Cic. 6. Verr. 89. An vero ex hoc illa tua ſingularis ſignificatur inſolentia, ſuperbia, contumacia.

Abrupta contumacia. Tacit. 4. Ann. 20.

Reſponſi contumacia. Cic. in Piſon. 78. Sed Torquatus præter ceteros furebat contumacia reſponſi tui. i. e. Arrogantia. Budæus.

Contumacia in vultu. Liv. 2. 61. Idem habitus oris, eadem contumacia in vultu, idem in oratione ſpiritus erat.

Contumacia, pro Feritate. Cic. 5. Verr. 5. Ut iſti non modo dictis factiſque omnibus, ſed etiam oris oculorumque illa contumacia ac ſuperbia, quam videtis, diſſimillimus eſſe, ac ſemper fuiſſe, videar.

Contumacia, in bonum, pro Libertate & conſtantia non obtemperantis injuſto imperio. Cic. 1. Tuſc. 71. Adhibuitque liberam contumaciam, a magnitudine animi inductam, non a ſuperbia. De Socrate.

Nota addi Liberam. H. St.

Contumacĭter, Adv. [αὐθαδῶς, ἀπειθῶς] Liv. 2. 58. Nec ulla vi domari poterant, tantum certamen animis imbiberant: ſegniter, otioſe, negligenter, contumaciter omnia agere.

Contumaciter, arroganter, ἀκοινωνήτως. Cic. 6. Att. 1. Ad me autem, etiam quum rogat aliquid, contumaciter, arroganter, ἀκοινωνήτως ſolet ſcribere.

Et ſatis graviter, & non contumaciter. Cic. 16. Att. 4.

Contumaciter ſpernere imperia validiorum. Columel. lib. 6. cap. 2.

Contumaciter urbaneque vexari. Cic. 2. Q. frat. 1. Tum Clodius rogatus, diem dicendo eximere cœpit: furebat, a Racilio ſe contumaciter urbaneque vexatum.

Contumaciter repudiare morem patrium. Cic. 2. de Divin. 71.

Contumaciter reſiſtere ſcalpturæ dicitur lapis vel gemma. Plin. lib. 37. cap. 7. Omnia autem hæc genera, ſcalpturæ contumaciter reſiſtunt, partemque ceræ ſigno tenent.

Compar. Contumacius ſe gerere. Corn. Nepos 5. 2.

Contŭmēlia, æ. f. [ὕβρις] a Contumeo verbo, vel (ut vult Ulpianus) a Contemnendo; Quum intra verba conſiſtit, ſignificat Convicium. Ter. And. 1. 5. 2.

> —Pro deûm atque hominum fidem, quid eſt, ſi non hoc contumelia eſt?

Contumeliæ qualibus in rebus ſint poſitæ, diſcimus ex Suetonio in Claudio cap. 8. Poſtquam dixit, Nec eo minus contumeliis obnoxius vixit. Nam vides in iis quæ ſequuntur, qualia ſint ea, quæ contumeliæ vocantur. H. St.

Contumelia plus eſt, quam Injuria. Cic. 5. Verr. 126. Retinere ſolitus erat aratores: atque ab iis non modo per injuriam, ſed etiam per contumeliam tantum exprimere frumenti, quantum Apronius imperaſſet.

Verborum contumelia. Cæſ. 3. Bell. Civil. 71. Quo major perfugæ fides haberetur, commilitones appellans, & magna verborum contumelia interrogans, ſolerentne veterani milites fugere, in omnium conſpectu interficit.

Aculei contumeliarum. Cic. 2. de Orat. 222. In quo nulli aculei contumeliarum inerant.

Graves. Hor. Epod. 11. 39.

Inſanabiles contumeliæ. Cic. in Orat. 89.

Inſignis. In insignis.

Accipere contumeliam in ſe. Ter. Eun. 4. 7. 1.

Arcere ferro. In arceo.

Commutare ſua vita. In commuto.

Dicere. Plaut. Pſeud. 4. 7. 77. Contumeliam ſi dices, audies.

Deſcendere ad. Cæſ. 3. Bell. Civil. 83.

Edere infandas contumelias in aliquem. Liv. In liberos, in conjuges infandæ contumeliæ editæ.

Facere. Ter. Phorm. 5. 7. 79.

Jacere in aliquem. In jacio.

Imponere plurimas injurias contumeliaſque alicui. Cic. 6. Verr. 20.

Incendere aliquem contumelia. Tacit. 1. Ann. 47.

Inſequi aliquem contumelia. Cic. 14. Att. 16.

Intorquere graviſſimas contumelias. Cic. 4. Tuſc. 77. Alternis enim verſibus intorquentur inter fratres graviſſimæ contumeliæ.

Lacerare contumeliis. Cic. 1. Philipp. 5.

Onerare. Cic. 2. Philipp.

Operire. Cic. 6. Verr. 118.

Servire & Pati contumelias. Cic. ad Brut. 16. Neque uſquam exul eſſe poſſum, dum ſervire & pati contumelias pejus odero malis omnibus.

Perferre. In perfero.

Vertere in contumeliam. Cæſ. 1. Bell. Civil. 8.

Vexare aliquem omnibus contumeliis. Cic. 1. de Nat. Deor. 73.

Contumeliæ debilitatis. Plin. 8. Epiſt. 18. ad Rufinum.

Contumeliam & Impudentiam Athenienſes tanquam deas coluere, & illis aras erexerunt, ut ſcribit Pauſanias. Sed & Cic. lib. 2. de Legib. 28. Nam illud, inquit, Athenis vitioſum eſt, quod Cylonio ſcelere expiato, Epimenide Cretenſi ſuadente, fecerunt Contumeliæ fanum, & Impudentiæ. Idem & Theophraſt. lib. de Legibus, & Iſter lib. 4.

Quare mirum illud est, quod scribit Xenophon in Symposio, Pudorem scilicet esse deum, non Impudentiam, quum de adolescentum amoribus ageret.
Videndum ut Pausanias vocet Contumeliam. Hic saltem diceres quid Græce. Pro Contumelia vix aliud afferre posset Græce, ut opinor, quam ὕβριν. Nam & Plut. duobus in locis ὕβριν cogitur dicere, ubi agi videmus de Contumelia. Vide in App. Parthica hist. p. 100. pr. & 103. circa finem, ex ipso Plutarcho. H. St. Descripta superiora sunt ex Alex. ab Alex. Genial. dier. 1. 13. Ceterum locum Pausaniæ in Att. p. 27. pr. Wech. huc nihil pertinere perspicuum est, qui de duobus lapidibus loquitur, quibus reus & accusator in Areopago insistebant. V. Hadr. Jun. Animadvers. 1. 3.

Contumeliōsus, a, um. Adj. [ὑβριστὴς, ὑβριστικὸς] Qui contumeliam facit. Quintil. lib. 10. cap. 7. Tam contumeliosos in se ridet invicem eloquentia.
Injuriosum & contumeliosum in aliquem. Cic. pro Corn. Balb. 24. In socios vero ipsos, & in eos de quibus agimus, fœderatos, injuriosum & contumeliosum est, his præmiis & his honoribus exclusos esse.
In edictis contumeliosus. Cic. 3. Philipp. 15. At quam contumeliosus in edictis, quam barbarus, quam rudis!
Beneficium alicujus contumeliosum. Cic. 15. Att. 2. Non dubitares, essent quin otiosi futuri, usurique beneficio Antonii contumelioso.
Litteræ in aliquem contumeliosæ. Cic. 1. Q. frat. 2.
Oratio. Cic. pro Planc. 6. Sin hunc illi antepono, contumeliosa habenda est oratio.
Verbum contumeliosissimum. Quintil. lib. 2. cap. 12.
Voces contumeliosæ. Cæs. 1. Bell. Civil. 69.
Partim superbus, partim contumeliosus. Cic. 1. Fam. 10. Quanquam qui istinc nunc veniunt, partim te superbum esse dicunt, quod nihil respondeas: partim contumeliosum, quod male respondeas.

Contumeliōse, Adv. [ὑβριστικῶς] Cic. 2. de Orat. 212. Dimitto autem eos non tam contumeliose, quam philosophum illum, &c.
Contumeliose aliquid dicere de absentibus. Cic. 1. Off. 134.
Contumeliose lædere aliquem in concionibus. Cic. 1. Att. 9.
Contumeliosius facere injuriam. Ter. Phorm. 2. 3. 1.

En, unquam cuiquam contumeliosius
Audistis factam injuriam, quam hæc est mihi?

Contumeliosissime alicui maledicere. Cic. in Vatin. 50. Et lib. 1. de Nat. Deor. Contumeliosissime vexare.

Contŭmŭlo, [θάπτω] āre. Tumulo vel terra tegere. Martial. lib. 8. 57.

Collegitque sinu fragmenta novissima fracti
Oris, & aggesta contumulavit humo.

Humo patria contumulari. Ovid. 3. Trist. 3. 33.
Contumulare, dativo junctum. Plin. lib. 10. cap. 33. Perdices ovis stragulum molle pulvere contumulant.

Contumulātio, ōnis. f. Augustin.

Contundo, tŭdi, tūsum, [συγκόπτω, φλάω] ĕre. Frangere, percutere, friare. ut, Contundere in pila. Varro 3. de R. R. cap. 16. Et apud Columel. lib. 7. cap. 7. Contundere ferreis pilis.
Asper equus duris contunditur ora lupatis. Ovid. 1. Amor. 2. 15.
Contundi cæstibus. i. e. Percuti & comminui. Cic. 2. Tusc. 40. Inde pugiles cæstibus contusi ne ingemiscunt quidem.
Chiragra contudit articulos. Hor. 2. Serm. 7. 16.

—postquam illi justa chiragra
Contudit articulos.

Nares alicui. Ovid. 14. Met. 95.
Aliquem pugnis. Plaut. Amph. 1. 1. 251.

—nonne hic homo modo me pugnis contudit?

Contundere & comprimere cor alicujus. Cic. 3. de Orat. 16. Qui illius acerbum cor contundam & comprimam.
Animum. Cic. 12. Att. 43. Contudi enim animum, & fortasse vici, si modo permansero.
Audaciam exultantis prædonis contundere & frangere. Cic. 13. Philipp. 29.
Calumniam obterere atque contundere. Cic. pro Cæcin. 11. Immo ut viro forti ac sapienti dignum fuit, ita calumniam, stultitiamque obtrivit ac contudit.
Facta alicujus contundere, pro Superare & vincere. Plaut. Stich. 2. 1. 33.
Hydram contundere, pro Domare, debellare. Hor. 2. Epod. 1. 10.

Speratum meritis, diram qui contudit hydram.

Impetum alicujus. Hor. 2. Carm. 6. 10.
Ingenium contudit patientia longa malorum. Ovid. 5. Trist. 12. 31.
Iras. Columel. lib. 6. cap. 2. Si nimis asperi erunt, patere unum diem noctemque desæviant: simulatque iras contuderint, manu producantur.
Populos feroces. Virg. 1. Æn. 264.
Sævitiam alicujus. Propert. lib. 1. 1. 10.
Virtutem hostium secundis præliis contundere, Comminuere, frangere, comprimere. Valer. lib. 3. cap. 2. de Fortitudine ext. 5. ubi de Epaminonda loquitur.
Crebro ictu contundi. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 427.

Contūsus, [συγκεκομμένος] Partic. Sallust. Jug. cap. 43. extr. Avaritia magistratuum ante id tempus in Numidia nostræ opes contusæ, hostiumque auctæ erant.
Animi contusi. i. e. Confracti. Virg. 4. Georg. 240.
Corpora labore. Lucret. lib. 4. 955.
Contusa vasa. Ulp. Quemadmodum si vinum esset effusum, vel vasis contusis, vel qua alia ex causa. l. 1. in princip. D. de peric. & commod. rei vend.

Contūsio, ōnis. f. [σύγκοψις] Plin. lib. 17. cap. 24. Est & quædam contusio falcis hebetioris. Columel. lib. 12. cap. 47. Quia hæc candidior est oliva, quam ea quæ contusione livorem contrahit. Hinc per translationem Cels. vocat Contusionem, Quum pars aliqua ferro vel baculo contusa & læsa, livorem acquisivit, nec ulcus contraxit, sed tantum inflata est. [Haud scio an usquam Celsus hac voce usus sit. Collisa autem fere vocat, quæ Contusa Plinius, quem juniores Chirurgi sequuntur.

Contuŏlus, a, um. Contuoli oculi sunt in angustum coacti conniventibus palpebris. Auctor Festus.

Contuor, V. contueor.

Conturbo, [διαταράττω] āre. Notæ significationis. Cic. 8. Fam. 12. Conturbat me mora servi hujus, qui tibi litteras attulit.
Animos. Cic. 3. Off. 40. Incidunt sæpe multæ causæ, quæ conturbent animos utilitatis specie.
Basia, Permiscere. Catul. 5. 11.
Rationes. Ter. Eun. 5. 3. 29. Ita conturbasti mihi rationes omnes. Elegans dicendi forma, contrariaque illi, qua usus est Plaut. Amph. prol. 4. quum inquit,

Et ut res rationesque vestrûm omnium
Bene expedire vultis, peregreque & domi.

Qui enim non sunt solvendo, neque se extricare nominibus possunt & ære alieno, illi conturbant: nec enim eorum rationes explicari & expediri possunt. Sic etiam accipitur Conturbator aper apud Martialem, 7. 27. 10. & Conturbare apud Cic. 4. Att. 7. Hæc Turnebus Advers. 4. 15. & aliter paulo ac Budæus, ut videbis infra. Utere tuo judicio.
Rem conturbare, Turbidam, incertamque reddere. Sallust. in Jug. 79. extr.
Veri cognitionem conturbare. Cic. 4. Acad.
Vox conturbatur. Lucret. lib. 4. 563.
Conturbare, absolute, [χρεωκοπεῖν] (inquit Budæus ad l. Cuicunque §. Idem Labeo D. de Inst. act.) est etiam Decoquere, & pecuniam suam dissipare: & proprie de servis dicitur, qui cum rationibus dominicis paria non faciunt. Cic. 4. Att. 7. De Apollonio quod scribis, qui illi Dii irati, homini Græco, qui conturbare quidem putat sibi licere, quod equitibus Romanis. Idem pro Planc. 68. Verum fac me multis debere, & in iis Plancio: utrum igitur me conturbare oportet, an ceteris, quum cujusque dies venerit, hoc nomen, quod urget, nunc, quum petitur, dissolvere? Sic intelligi debet Conturbabit Atlas apud Martial. 9. 4.

Grandis in æthereo licet auctio fiat olympo,
Coganturque dei vendere quicquid habent:
Conturbabit Atlas, &c.

i. e. Cælum totum tibi decoquet. Sic 10. 96. 9.

Hic pretiosa fames, conturbatorque macellus.

conf. reliqua ibid. Paul. Manut. exponens illud Cic. 4. Att. 7. sic ait, Conturbare est, omissis veteribus creditoribus, satisfacere iis qui posterius crediderunt. Perspicuum est in oratione pro Plancio. Verum fac me multis debere, &c. Hæc Paulus.
Fortunas conturbare, Cic. dixit 8. Fam. 12. Bud. l. c.

Conturbātus, a, um. [διατεταραγμένος] Partic. Cic. 1. Att. 12. Quod præterea ad te scribam, non habeo: & mehercule eram conturbatior.
Tristis & conturbatus. Cic. 6. Verr. 52.
Ludi deformati, inquinati, perversi, conturbati. Cic. de Arusp. Resp. 25. Ludos esse pollutos significastis, ac plane dicitis. quid magis inquinatum, deformatum, perversum, conturbatum dici potest?

Conturbatio, ōnis. f. [διατάραξις] Ennius apud Cic. 4. Tusc. 19. Conturbationem, metum excutientem cogitata. subaudi, Expectorat.

Conturbātor, ōris. m. [παρακλὴς] Qui conturbat. Significat etiam Decoctorem. V. in præcedentibus. Martial. 7. 26.

Conturbator aper, vilius esurio.

Qui enim ex macello vivebant Romæ, & cupediis mensas & apro onerabant, ad extremum patrimonia vorabant, & decoctores, vel inopes certe fiebant. Budæus. l. c.

Contus, i. m. [κόντος] Sudes est, sive hasta longior, duriorque & acuta sine ferro, ad percutiendum apta. [Cur sine ferro?
Duris contis detrudere aliquid. Virg. 9. Æn. 510.
Contus, Pertica oblonga in capite ferrum habens, qua nautæ (inquit Donatus ad Ter. Hec. 1. 2. pr.) utuntur ad exploranda loca navibus opportuna: a quo Percontor deducitur.
Acuta cuspide conti. Virg. 5. Æn. 208.
Ratem regere longo conto. Sen. in Herc. fur. 9.
Ratem subigere conto. Virg. 6. Æn. 302.
Contus, pro Membro virili prælongo. Auctor carminis obscæni,

Trajectus conto sic extendêre pedali,
Ut culum rugas non habuisse putes.

Contor verbum V. s. l.

Contatus, i. m. [κοντοφόρος] Conto, i. e. hasta longiori armatus. Veget. de Re Mil. 3. 6. Utrum contatis, an sagittariis amplius valeant. V. mox contophori.

Contĭfex, ĭcis. m. Idem. Ubi Facio est Occido, ut in Conficio, Interficio. Gloss. Vet. Contifices, παράβολοι. Hinc

Contifĭcium, i. n. Vopisc. in Probo cap. 19. Qui omnes contificiis interempti sunt. Al. E posticis. V. Salmas. not. & Voss. Lex. in Contus.

Contŏphŏri. [κοντοφόροι] Equitum genus, qui in bello contis utebantur, i. e. hastis longioribus. V. Polluc. lib. 1. sect. 131. Non est tamen in quibusdam Mss. conf. contatus paulo supra.

Contusio, Contusus. V. contundo.

Contūtor, ōris. m. [συνεπίτροπος] quasi Cum alio tutor. Julianus in l. Ex facto. D. de Neg. gest. Valerius Severus respondit, adversus contutorem negotiorum gestorum actionem tutori dandam.

Convădor, [κλητεύω] āri. Idem quod simplex, i. e. Vadimonio obstringere. Plaut. Curc. 1. 3. 5.

Ubi tu es qui me convadatus es Veneriis vadimoniis?

Convălbo, ēre; vel potius Convalesco, valui, valĭtum, [ὑγιάζω, ῥαΐζω] ĕre. Salutem recuperare. Cic. 12. Fam. 22. Hircius noster tardius convalescit.
Ex morbo convalescere. Cic. de Fato 28. Si fatum tibi est ex hoc morbo convalescere, sive tu medicum adhibueris, sive non adhibueris, convalesces.
Magis indies convalescere. Cic. pro Milon. 25.
Civitas convalescere & sanari dicitur. Cic. pro Sull. 76. Ex magnis & diuturnis & jam desperatis Reipub. morbis ista repente vis erupit: ut ea confecta & ejecta, convalescere & sanari aliquando civitas possit.
Ne rei crudelitas experrecta in me, in vos convalescat. Cic. Anteq. iret in exil. 14. Al. Experta.
Fama convaluit. Curt. 9. 6.
Flamma convaluit. Quintil. lib. 5. cap. 13. At si singula quæque dissolveris, jam illa flamma, quæ magna congerie convaluerat, diductis quibus alebatur, concidet.
Ignis convaluit, i. e. Vires assumpsit. Ovid. 8. Met. 477.
Incommodum ad perniciem aliquorum convalescit. Cic. Anteq. iret in exil. 16. Mihi credite, hoc in uno incommodum confirmatum, multorum infirmabit incolumitatem: & si initio non erit refutatum, impune ad omnium perniciem convalescet.
Mala convaluere per longas moras, i. e. Confirmata sunt. Ovid. Rem. Amor. 211.
Mens convaluit. Ovid. 15. Epist. 73.

Opes convaleſcunt. Liv. 1. 14. Fidenates nimis vicinas prope convaleſcere opes rati, prius quam tantum roboris eſſet, quantum futurum apparebat, occupant bellum facere.
Opinio convaluit. Columel. lib. 3. cap. 7. Cui noſtræ ſententiæ ſcio pæne omnium agricolarum diverſam eſſe opinionem, quæ de amineis inveterata longo jam tempore convaluit.
Pignus convaleſcit. Marcian. in l. ſicut. §. Venditionis. D. Quibus modis pignus vel hypoth. ſol. Quod ita intelligemus, ut & ſi legatum repudiatum fuerit, convaleſcat pignus.
Senſus mei convaluere. Ovid. 1. Triſt. 3. 14.
Convaleſcere particulatim. In PARTICULATIM.

CONVALESCENTIA, æ. f. Symmach. 3. Epiſt. 11.

CONVALĬDO, [στερεοποιῶ] āre. Gloſſ. Gr. Lat.

CONVALLIS, is. f. [συνάγκεια] Planities ex omni parte montibus collibuſque comprehenſa: dicta (ut inquit Varro 4. 3.) quaſi Cavata vallis. Liv. 1. 38. Et infima urbis loca circa forum, aliaſque interjectas collibus convalles.
Roma in montibus poſita & convallibus. Cic. 2. de Lege Agr. 95.
Abrupta. Lucan. lib. 7. 174.
Cava. Virg. 2. Georg. 186.
Depreſſa. Virg. 3. Georg. 276.
Obſcura. Virg. 6. Æn. 139.
Virens. Virg. 6. Æn. 679.

CONVALLO, āre. Vallis undique munire. Tertull. de Jud. Dom. 6. de Angelis, Convallantque Deum cum majeſtate ſuperna.

CONVALLĀTUS, a, um. Partic. Gell. 12. 13. Oceani undarum ambitu terræ omnes convallatæ.

CONVALLATIO, ōnis. f. Tertull. adv. Jud. cap. 8.

CONVĂRIO, āre. Apul.

CONVARIĀTIO, ōnis. f. Auguſtin.

CONVĀSO, [συσκευάζομαι] āre. Verbum a Græcorum imitatione tractum; ſignificat Furtim colligere. Figuratum a colligendis vaſis, ut ait Donatus. Ter. Phorm. 1. 4. 13.
Aliquid convaſaſſem, atque hinc me conjicerem protinus in pedes.
Nonius 2. 146. Convaſare, dicitur Furtim omnia colligere.

CONVASATUS, a, um. Partic. Sidon. 7. Epiſt. 2.

CONVASTATIO, ōnis. f. a Convaſto. Auguſtin.

CONVECTO, are; & **CONVECTOR**, ōris. V. CONVEHO.

CONVĔHO, vexi, vectum, [συνοχέω] ĕre. Comportare. ut, Convehere æs plauſtris ad ærarium. Liv. 4. 60.
Convehere camelis aliquid. Plin. lib. 12. cap. 14. Thus collectum Sabotam camelis convehitur.
Convehere lintribus. Cic. pro Milon. 75. Repente lintribus in eam inſulam, materiam, calcem, cæmenta, atque arma convexit.
Convehere ex diverſo. Plin. lib. 11. cap. 30. de formicis, Et quoniam ex diverſo convehunt, altera alterius ignara.
Convehere ex Hiſpania merces, i. e. Apportare, advehere. Plin. lib. 8. cap. 14. Et apud Liv. 3. 23. Convehere prædam ex caſtris.

CONVECTUS, a, um. Partic. Liv. 24. 36. Commeatus convecti.

CONVECTIO, ōnis. f. Ammian. 14. 10. Annonæ convectio eſt impedita.

CONVECTOR, ōris. m. [συνάκτης] Qui in eadem navigat navi. Cic. 10. Att. 17. Quin etiam navi ejus me, & ipſo convectore uſurum puto.

CONVECTO, āre. frequent. [συνοχέομαι] Virg. 9. Æn. 613.
Convectare juvat prædas, & vivere rapto.
Scalas convectant ex proximis agris. Tacit. 3. Hiſt. 27.

CONVELLO, velli & vulſi, vulſum, [σπάω, ἐκσπάω] ĕre. Idem quod Vellere vel Avellere. Plaut. Amph. 4. 2. ſuppoſ. 3. pr. Quis tam vaſto impete has fores toto convulſit cardine? i. e. Concuſſit?
Virgilius, — Cynthius aurem
Vellit, & admonuit. In quodam Panegyr. p. 255. meæ edit. Convellerit, pro Convulſerit. H. St. Prior locus ex Ecl. 6. 3. V. EVELLO.
Convulſa ſedibus domus. Plin. 7. Epiſt. 18.
Armos convellere. Columel. lib. 6. cap. 16. Bos obviæ radici obluctatus convellit armos. *Il s' eſpaule.*
Clauſtra portarum. Stat. 11. Theb. 296.
Glebam vomere. Catull. 62. 4.
Repagula convellere, atque effringere valvas. Cic. 6. Verr. 94.
Fundamenta. Columel. lib. 1. cap. 4.
Gradus convellere ac removere. Cic. pro Domo 54.
Saxa convellere infima quibus fundamenta continentur. Cæſ. 2. Bell. Civ. 11.
Convellere ea quæ non poſſunt moveri. Cic. 2. de Orat. 205. Ne aut irriſione, aut odio digni putemur, ſi aut tragœdias agamus in nugis, aut convellere adoriamur ea quæ non poſſint commoveri.
Dapes avido dente. Ovid. 11. Met. 123.
Diſcordia aliquem. Tacit. 4. Ann. 40.
Turres & culmina domorum. Virg. 2. Æn. 446.
Ferro aliquid. Virg. 6. Æn. 148.
Flabra & imbres convellunt æſculum. Virg. 2. Georg. 294.
Silvam viridem ab humo. Virg. 3. Æn. 24.
Vexilla. Tacit. 1. Ann. 20.
Opinionem mentibus comprehenſam. Cic. pro Cluent. 6. Deinde ſi quam opinionem jam veſtris mentibus comprehendiſtis, ſi eam ratio convellet, ſi ratio labefactabit, ſi denique veritas extorquebit &c.
Pectus alicujus verbis. Ovid. 17. Epiſt. 3.
Vires convellere vigilia, ſiti &c. i. e. Eas infirmas facere. Celſ. lib. 3. cap. 4.
Labefactantur & convelluntur auxilia. Cic. pro Rabir. perd. reo, 3. Quamobrem, ſi eſt boni Conſulis, quum cuncta auxilia Reipub. labefactari, convellique videat, ferre opem patriæ.
Convellere, pro Auferre, abolere, abrogare, deſtruere. Cic. pro Corn. Balb. 61. Cur ea, quæ mutare non poſſumus, convellere malumus, quam tueri?
Convellere acta alicujus, Labefactare. Cic. 2. Philipp. 83. Nolo plura, ne acta Dolabellæ videar convellere.
Convellere, quod vulgus *Confutare* vocat. Cic. 1. de Divin. 107. Hæc ſi tenemus, quæ mihi quidem non videntur poſſe convelli, profecto hominibus a diis futura ſignificari neceſſe eſt.
Convellere atque auferre aliquem Deum ex ſuis ſedibus. Cic. 7. Verr. 186.
Pæne convellit me ex hortulis meis. Cic. 1. de Legib. 54.
Convellere aliquem de priſtino ſtatu. Cic. 8. Att. 23. Secutæ ſunt duæ pridie Calendas, ambæ datæ; quæ me convellerunt de priſtino ſtatu. i. e. Et conturbaverunt, & commoverunt.
Convellere juſtitiam utilitate aliqua: cui opponitur Conſtituere. Cic. 1. de Legib. 42. Ita fit, ut nulla ſit omnino juſtitia, ſi neque natura eſt, & ea quæ propter utilitatem conſtituitur, utilitate alia convellitur.
Convellere gratiam alicujus. Cæſ. 8. Bell. Gall. 50. Qui M. Antonii repulsâ Cæſaris decedentis convellere gratiam cupiebant.
Convellere & commutare conditionem amicitiæ, & jus ſocietatis. Cic. 5. Verr. 15.
Convellere ſtatum Reipub. Cic. in Piſon. 4.
Convellere funem a terra. Virg. 1. Georg. 457.
— non illa quiſquam me nocte per altum
Ire, neque a terra moneat convellere funem. i. e. Nemo mihi ſuadeat navim tunc e portu ſolvere. Periphraſis poetica.
Convellere aliquid alteri, Subducere & ſuffurari. Cic. 5. Att. 20. in fine, Des operam ut quod tuo meoque beneficio puer habet, cures ne qua ratione convellatur. i. e. Eripiatur.
Labefactata atque convulſa cogitatio. Cic. 5. Fam. 13. Quæ cogitatio quum mihi non omnino excidiſſet, (etenim penitus inſederat) vi tamen tempeſtatum, & concurſu calamitatum erat aliquantum labefactata atque convulſa.

CONVULSUS, a, um. Partic. [σπασθεὶς, ἐκσπασθεὶς] ut,
Convulſus muſculus, h. e. Cujus fibræ contractæ ſunt verſus ſuam originem: & Convulſi nervi, & Convulſi tendones dicuntur; h. e. Retracti, & veluti Complicati. Plin. lib. 20. cap. 7. Convulſa & luxata caulibus tritis cum polenta ex aqua frigida leniunt.
Æquor convulſum remis, roſtriſque, Commotum. Virg. 5. Æn. 143.
Domus convulſa, Valde commota. Tacit. 12. Ann. 1. pr.
Loca convulſa vaſta ruina. Virg. 3. Æn. 414.
Convulſa penitus Reſpublica. Cic. de Clar. Orat. 115.
Roma ſedibus ſuis. Cic. in Piſon. 52. Quum mihi ipſa Roma prope convulſa ſedibus ſuis, ad complectendum conſervatorem ſuum procedere viſa eſt.
Vi dominationis convulſus, & mutatus. i. e. Licentia principatus corruptus. Tacit. 6. Ann. 48.

CONVOLSUM, dixerunt veteres pro Convulſum: ut, Artus convolſi pereunt, apud Lucret. lib. 3. 344.

CONVULSIO, ōnis. f. [σπάσμος] Plin. lib. 20. cap. 15. Liguſticum aliqui panacem vocant, ſtomacho utile eſt, item convulſionibus & inflammationibus. Convulſionibus, hoc eſt quod vulgus Retractiones vocat. Quæ fiunt vel in muſculis, vel in tendonibus propter intemperiem humorum inflammatorum, aut fluxionem frigidam in partem nervoſam. Cujus ſpecies videto apud Galenum in lib. de Locis affectis.

CONVĒLO, [σκεπάζω] āre. Idem quod Velare. Plin. lib. 17. cap. 22. Plagam omnem obliquam fieri, ut facile decidant imbres, & ad terram verti, quam leviſſima cicatrice acie falcis exacta, plagaque convelata. Gell. 7. 3. Epagogen multis argumentis convelat.

CONVELIFICATIO, ōnis. f. Auguſtin.

CONVENA, **CONVENIENTIA**. V. CONVENIO.

CONVENÆ, arum. [Κωνουέναι] Galliæ Aquitanicæ populi ſunt, quibus olim Romani jus Latii tribuerunt. Auctor Strabo lib. 4.

CONVĔNIO, vēni, ventum, [συνέρχομαι, σύνειμι] īre. Simul venire, congregari. Plaut. Pſeud. 1. 2. 44.
Facite hodie ut mihi munera multa huc ab amatoribus conveniant.
Cic. 4. Verr. Huc conveniunt cum litteris, veniunt cum mandatis.
Quoniam convenimus ambo. Virg. 5. Ecl. 1.
Multa convenerunt, quæ mentem exturbarent meam, ſubita defectio Pompeii, alienatio coss. Cic. 2. Q. frat. 1.
Undique convenire. Cic. 2. Verr. 54. Quum hæc frequentia totius Italiæ Roma diſceſſerit: quæ convenit uno tempore undique, comitiorum, judiciorum, cenſendique cauſa.
Convenire in. ut
In ædem conveniunt. Ovid. 3. Faſt. 205.
In unum convenire. Cic. 8. Att. 6.
In urbem. Plaut. Truc.
Convenire ad. ut
Ad aliquem convenire. Cæſ. 1. Bell. Civil. 13. Adventu Cæſaris cognito, decuriones Auximi, ad Actium Varum frequentes conveniunt.
Ad dapes convenire. Ovid. 6. Faſt. 672.
Ad exſequias aliquo convenire. Cic. pro Quint. 50.
Ad odores. Plin. lib. 10. cap. 70. Conveniuntque ex alto etiam ad quoſdam odores. De piſcibus.
Ad ſigna convenire jubentur milites. Cæſ. 6. Bell. Gall. 1.
Convenire, Concordare, & ſine controverſia eſſe. Valla lib. 3.
Convenire inter. ut
Inter ſe ſævis convenit urſis. Juven. 15. Sat. 164.
Inter nos convenit. Cic. 4. de Finib. 47. Atqui ſi, ut convenire debet inter nos, eſt quædam appetitio naturalis, &c. Liv. 2. 23. extr. Non modo inter Patres, ſed ne inter Conſules quidem ipſos ſatis conveniebat.
Inter eos convenit ratio accepti & expenſi. Plaut. Moſt. 1. 3. 146.
Inter eos convenit quid ſit. Cic. 2. de Finib. 4. Ut inter eos qui ambigunt, conveniat quid ſit id de quo agatur.
Inter aliquos convenire, ne. Ulp. in l. Si convenerit. D. pro Socio, Si convenerit inter ſocios, ne intra certum tempus communis res dividatur, non videtur conveniſſe ne a ſocietate abeatur.
Inter nos convenit, ut. Plaut. Capt. 2. 3. 18.
Nunc ita convenit inter me, atque hunc, Tyndare,
Ut te æſtumatum in Aulidem mittam ad patrem.
Inter utrumque convenit. Hor. 1. Serm. 7. 10.
Convenire cum, ut
Cum aliquo optime convenire. Cic. 6. Verr. 147. Illum noluiſſe ſua laudatione juvare L. Lucullum ſororis virum, quicum optime conveniſſet.
Cum adverſariis mihi convenit, matrem eſſe interfectam a filio. Cic. 1. de Invent.
Cum eo nec locus nec ſermo convenit mihi. Plaut. Pſeud. 4. 7. 9. de improbis ſervis,
Nec boni ingenii quicquam in his ineſt, niſi ut im-
Probis ſeſe artibus teneant: cum iis mihi nec locus nec ſermo
Convenit, neque his unquam nobilis fui.
Cum eo convenit mihi, ut. Cic. 6. Att. 1. Mihi cum Deiotaro convenit, ut ille in meis caſtris eſſet cum ſuis copiis omnibus.
Hoc mihi cum tuo fratre convenit. Cic. 5. de Finib. 87.

Cum hoc de hac re convenit mihi. Plaut. Capt. 2. 3. 18.
Mecum fratri hæc non conveniunt. Ter. Adel. 1. 1. 34.
Hæc fratri mecum non conveniunt, neque placent.
Convenire de. ut
De facto convenit. Cic. 1. de Invent. 11.
Hique de communi officio convenissent. Cic. 1. Off. 144.
An Convenissent, pro In eundem locum venissent? H. St. Sine dubio.
De pretio. Quintil. 4. 2.
Convenire, cum dativo.
Posterius priori non convenit. Cic. 3. de Finib. 35.
Convenire sibi, Constare. Cic. 2. de Finib. 88. Qui sibi is conveniet, si negabit voluptatem crescere longinquitate?
Si tibi ita conveniat, Expediat. Cic. 9. Fam. 12. Quod quidem si ita est, minime miror cælum etiam & terras vim suam, si tibi ita conveniat, dimittere.
Pulchre convenit improbis cinædis. Catul. 58. 1.
Convenit ut vespis. Proverbiale est, de hisque dici potest qui studiis omnibus conjuncti adnituntur ad rem quampiam acerrime defendendam. Vespæ enim pro suis latibulis velut conjuratæ magno consensu dimicant, petunt prope accedentes, & aculeis fodiunt. Extat Probæ carmen hujusmodi,
Convenit ut vespis, quarum domus arce Monetæ
Turbat agens strictis per lutea corpora telis. Suspicor autem ut in templo Concordiæ fuit nidus ciconiarum, sic in fano Monetæ fuisse examen vesparum. Turnebus.
Convenire mulier viro in manum dicebatur, quando bonorum societatem inibat. Cic. in Topic. 23. Quum mulier viro in manum convenit, omnia quæ mulieris fuerunt, viri fiunt, dotis nomine. Ibid. 14. Si ita Fabiæ pecunia legata est a viro, si ea uxor materfamilias esset, si ea in manum viri non convenerat, nihil debetur. V. reliqua, & supra COEMPTIO.
Convenire in matrimonium dicitur mulier, quæ nubit. Papin. l. 121. §. 1. D. de verb. oblig. Mulier ab eo in cujus matrimonium conveniebat, stipulata fuerat ducenta, si concubinæ, tempore matrimonii, consuetudinem repetiisset. Gell. lib. 18. cap. 6. extr. Matronam dictam esse proprie, quæ in matrimonium cum viro convenisset. &c. V. Hotomanus.
Convenit, absolute positum, pro eo quod est, Pacto firmatum est. Plaut. Amph. 1. 1. 70.
Convenit: victi utri sint eo prælio,
Urbem, agrum, aras, focos, seque uti dederent. subaudi, Inter eos: ut sit, Convenit inter eos.
Pacto convenit, ut. Liv. 24. 6. Pacto convenit, ut quum Romanos Sicilia expulissent, &c.
Id convenerat signum. Liv. 9. 23. extr. In tempore postquam ardentia procul vidit castra magister equitum (id convenerat signum) hostium terga invadit.
Convenit pax. Liv. 30. 43. Nuntiarentque ei, ut, si pax convenisset, sine pretio eos Carthaginiensibus redderet.
Convenit ita pax, ut. Liv. 1. 3. Pax ita convenerat, ut Hetruscis, Latinisque fluvius Albula, quem nunc Tiberim vocant, finis esset.
Convenit pax in eas conditiones. Liv. 29. 12. In eas conditiones quum pax convenisset, ab rege fœderi ascripti Prusia, &c.
Conveniunt mores. Ter. And. 4. 2. 13.
Hanc mihi expetivi, contigit: conveniunt mores: &c.
Non convenit nomen. Ter. And. 5. 4. 40.
Nomen non convenit. CR. fuit hercle aliud huic parvæ. CH. quod, Crito?
Non conveniunt hæc nuptiis. Ter. And. 2. 2. 29.
Convenit ad nummum. Cic. 5. Att. 25. Quid opus est, inquam, rationes conferatis? Adsidunt: subducunt: ad nummum convenit. *Ils trouverent leur conte, Ils furent d'accord touchant le conte.* Budæus.
Convenit numerus quantum debui. Ter. Phorm. 1. 2. 3.
Factum convenit. Auctor ad Heren. 1. 18. Juridicialis constitutio est, quum factum convenit, sed jure an injuria factum sit, quæritur.
Tempus & locus convenit. Liv. 1. 24. pr.
Conveniunt utriusque verba. Plaut. Truc. 4. 3. 20.
Convenit cum, ut Somnium cum re convenit. Cic. 1. de Divin. 99. Quod quidem somnium Sisenna quum disputavisset mirifice ad verbum cum re convenisse, tum insolenter, &c.
Voto convenit res. Ovid. 2. Amor. 4. 36.
Convenit hoc ætati nostræ. Cic. in Hortens. Nam quid vereris, ne non conveniat nostris ætatibus oratio, quæ spectat ad hortandum?
Hæc pompa convenit ponti, Decet pontem. Martial. lib. 12. 32.
Hæc sarcinarum pompa convenit ponti. Cum Accus. Plaut. Merc. 5. 4. 24.
Itidem, ut tempus anni, ætatem aliam aliud factum convenit.
Convenit in eum hæc suspicio. Cic. pro Rosc. Amer. 65. Erat porro nemo, in quem ea suspicio conveniret. i. e. De nemine poterat esse suspicio, quam de illo.
Hoc maledictum in illam ætatem non convenit. Cic. pro Deiot. 29.
Convenit hoc in te uno, non in alium quenquam. Cic. 2. de Nat. Deor. 74.
Hoc convenit in omnes luscos. Cic. 2. de Orat. 246.
Convenit in me quidvis harum rerum. Ter. Heaut. 5. 1. 3. Cic. 5. Verr. 206. Sunt quædam omnino in te singularia, quæ in nullum alium hominem dici, neque convenire possint.
Convenit hoc in aliquem, pro Consentaneum est de eo dicere. Cic. in Præt. Urbana: Quæ vitia videntur in quemvis potius, quam in istum convenire. Ironice dictum. H. St. Ex 3. Verr. 128.
Convenit ad eum hæc contumelia. Cic. pro Sull. i. e. Pertinet.
Magna petis, quæ non conveniunt istis viribus. Ovid. 2. Met. 54.
Conveniunt hæ vites ad vel in quemvis agrum. Cato R.R. cap. 6. Ceteræ vites, & de his miscellæ maxime, in quemvis agrum conveniunt.
Convenit in eam rem. Cato R. R. cap. 21. Eo fistulam ferream indito, quæ in columnellam conveniat, & in cupam.
Convenit optime ad pedem cothurnus. Cic. 3. de Finib. 49.
Aliquem convenire, pro In jus vocare. Ulp. in l. Neratius. D. de relig. & sumpt. funer. Si vero alius funeravit, posse eum maritum convenire.
Convenire aliquem in jus. Plaut. Most. 5. 1. 40.
Conveniri, In jus vocari, Papinianus in l. capitis. D. de fidejuss.
Actione conveniri. Ulp. in l. 3. §. Quacunque. D. de Jurejurando.
Testato convenire debitorem. Ulp. in l. si procuratorem. §. si ignorantes. D. Mandati, Sed & si testato convenerunt debitorem, ut si ipse putaret, appellaret: puto rationem eis constare.
Conveniri in usuras. Ulp. l. Idemque &. §. Si procurator. D. Mandat. vel contr.
Pro re aliqua conveniri. Paulus in l. Si mandat. §. Paulus respondit unum. D. Mandati.
Convenire aliquem, pro Alloqui. Cic. 5. Fam. 11. Eamque si opus esse videbitur, conveniam. Nonius, Interpellare interpretatur.
Convenire & colloqui. Ter. Eun. 3. 2. 14.
Convenire etiam de Re meretricia dicitur. Plin. 11. 24. Clunibus conveniunt aranei. Ter. Hec. 1. 2. extr.
Et quidem ego: nam constitui cum quodam hospite,
Me esse illum conventuram. Ubi Donat. De cujusmodi rebus apud extraneos meretrices agunt.
Conveniunt multi populi Carthaginem. Budæus, apud Plin. lib. 3. cap. 3. Conventus legimus pro iis, quos *dies magnos* nostri vocant: & verbum Convenire eodem pertinens. Carthaginem (inquit) conveniunt populi LXV. exceptis insularum incolis. i. e. Jura Carthagine petunt; quod nunc *resortiri* dicimus, vernaculo vocabulo non temere prolato. est enim a consuetudine Græcorum, qui λαγχάνειν δίκας dicunt, & Romani Sortes judiciorum dicebant: ut Virg. 6. Æn. 431.
Nec vero sine sorte datæ, sine judice leges. Et Juven. 13. Sat. pr. ubi urnæ Prætoriæ meminit. Cic. 4. Verr. 38. Adversarii postulant ut in eam rem judices dentur ex iis civitatibus, quæ in id forum convenirent.
Convenibo istam, in futuro antique dictum. Plaut. Casin. 3. 2. 17. Ubi nuptiæ fuerint, tum istam convenibo.
CONVENIOR, iri. pass. Sen. de Brev. Vitæ, cap. 14. Nocte conveniri & interdiu ab omnibus mortalibus possunt. Cic. 8. Att. 11. Verum quum habeo rationem dierum, ante puto transmissurum, quam potuerit conveniri. De Lentulo. Conf. supra J. C.
CŌNVĔNIT, [συνήκει, πρέπει, καθήκει] impersonale. i. e. Decens & conveniens est. Terent. Eun. 3. 2. 41. — haud convenit
Una ire cum amica imperatorem in via. Cic. 11. Fam. 3. Neque enim decet, aut convenit nobis, periculo ulli submittere animum nostrum.
Non convenit enim, quum ego ad promerendum officium tam fuerim expeditus, vos ad referendam gratiam esse tardiores. Cic. Anteq. iret in exil. 6.
Qui enim convenit, ut qui in rebus improbis populares fuerint, iidem, &c. Cic. 7. Philipp. 4.
CONVENIENS, Partic. [συνερχόμενος] ut, Copia agricolarum conveniens ex omni parte. Lucret. lib. 6. 1259.
Bene convenientes propinqui. Cic. 1. Off. 58. i. e. Concordes.
Conveniens ad. Cic. de Amicit. 17. Nihil est enim tam naturæ aptum, tam conveniens ad res vel secundas vel adversas. h. e. Proprium, aptum, accommodatum.
Sonus conveniens ad formam. Ovid. in Ibin, 438.
Tempus operi. Ovid. 3. de Pont. 9. 36.
Aptum & inter se conveniens. Cic. 1. Off. 151. Talis est igitur ordo actionum adhibendus, ut quemadmodum in oratione constanti, sic in vita omnia sint apta inter se & convenientia.
Conveniens, [προσήκων] Congruens aut idoneus.
Sibi convenientia finge. Hor. de Arte Poet. 119.
Modo convenienti. Lucret. 2. 939.
Pede convenienti. Idem 4. 792.
Conveniens homini. Ovid. 2. de Pont. 9. 93.
Quid facto convenientius. Valer. 3. 3.
Convenientissimum bono civi. Plin. 3. Epist. 18.
Convenientissima nemora. Columel. lib. 7. cap. 4.
CONVENIENDUS, a, um. Cic. 1. Fam. 8. Nostrum studium exstabit in conveniendis magistratibus.
Et in forma gerundiva. ut, Inter se conveniendo gignunt armenta. Lucret. lib. 2. 921. i. e. Coeundo.
Facultas conveniendi rei. Ulpian. l. Idemque &. §. ultimo. D. Mandati, Si modo habuit facultatem rei conveniendi, desiderandique ut, &c.
CONVENIENTER, Adv. [προσηκόντως] Cic. 4. Acad. Non enim potest convenienter dici, nihil comprehendi posse.
Vivere convenienter naturæ. Cic. 3. Off. 13.
Congruenter naturæ convenienterque vivere. Cic. 3. de Fin. 26.
Convenienter rationi & sententiæ suæ dicere. Cic. 2. de Fin.
Convenienter loqui ad statum præsentem. Liv. 23. 5. Morem magis loquendi cum sociis servastis, Campani, &c. quam convenienter ad præsentem fortunæ nostræ statum locuti estis.
Mores convenienter eunt studio. i. e. Tales sunt mores tui, quale est studium, in quo exerceris. Ovid. 3. de Arte Am. 545.
Compar. Similitudines exprimendi quæ prima fuerit origo, in ea quam plasticen Græci vocant, dici convenientius erit. Plin. lib. 34. cap. 7.
Superl. Convenientissime. Augustin. Epist. 3.
CONVENIENTIA, æ. f. [ὁμολογία, ἐφαρμογή] Proportio quædam. Cic. 1. Off. 14. Nullum aliud animal pulchritudinem, venustatem, convenientiam partium sentit.
Rerum convenientia in amicitia est, in ea stabilitas, in ea constantia. Cic. de Amicit. 100.
Convenientia conservatioque naturæ. Cic. 1. Off. 100.
Convenientia conjunctioque naturæ. Cic. 2. de Divin. 124.
Naturæ convenientia cum extis. Cic. 2. de Divin. 34. De extis hostiarum.
CONVĔNÆ, ārum. c. [συνήλυτοι] dicuntur, Qui ex diversis populis gentibusque in una mœnia conveniunt, simulque coalescunt, inquit Valla in Raudensem. Cic. 1. de Orat. 37. An vero tibi Romulus ille, aut pastores & convenas congregasse, aut Sabinorum, &c. Plin. lib. 5. cap. 17. In diem ex æquo convenarum turba renascitur.
Romulus asylum convenis patefecit. Aur. Vict. de Vir. Illust. cap. 2.
Aquæ convenæ. Solin. cap. 50.
Sing. numero Adjective utitur Ammian. 15. 13. Convena undique multitudine.
Convenæ, Aquitaniæ populus, V. supra s. l.
CONVENTIO, ōnis. f. [συνήλυσις, συνθήκη] Ulpian. D. de Pactis. l. 1. Conventionis verbum generale est ad omnia pertinens, de quibus negotii contrahendi transigendique causa consentiunt, qui inter se agunt. Adeo autem conventionis nomen generale est, ut eleganter dicat Pedius, nullum esse contractum, nullam obligationem, quæ non habeat in se conventionem, sive re, sive verbis fiat.
Conven-

Conventio publica est, quæ fit per pacem, quoties inter se duces belli quædam paciscuntur. l. 5. de pact. D.
Conventionem habere, &
Ad conventionem vocare. Varr. de L. L. 5. 9.
Fortis & egregia fati conventio. Sen. de Provid. cap. 2.
Conventionalis, e. apud JCtos.
Conventus, a, um. Partic. [συνηλυθὼς] Sallust. Jugurth. 112. Sæpe antea cum imperatoribus Romanis pacem conventam frustra.
Conventus est a me. Cic. 15. Att. 1.
Convento aliquo homine opus est. Cic. 10. Att. 4. extr. Sed opus fuit Hirtio convento. i. e. Hirtium convenire, sive alloqui.
Conventa conditio dicebatur, Quum primus sermo de nuptiis & earum conditione habebatur. Auctor Festus.
Conventum, i. n. [σύνθημα] Gell. 17. 9. Erat conventum inter eos clandestinum. Cic. de Off. 1. 32. Potest accidere promissum aliquod & conventum, ut id effici sit inutile ei, qui promiserit. Idem 2. de Orat. 100. At vero in foro, tabulæ, testimonia, pacta, conventa, stipulationes, cognationes, affinitates, decreta, responsa, vita denique eorum qui in causa versantur, tota cognoscenda est. De Formula causarum.
Dictorum conventorumque constantia & veritas, fides est. Cic. 1. Off. 13.
Frangere conventa. Sil. lib. 1. 10.
— ter Marte sinistro
Juratumque Jovi fœdus, conventaque patrum
Sidonii fregere duces.
Pacta conventa. Ulpianus in l. Juris gentium. §. Quinimo. D. de Pactis, Solemus enim dicere, pacta conventa inesse bonæ fidei judiciis.
Inter Pactum & Conventum. Pactum est ex parte stipulantium: Conventum, quum quæ pepigerunt promissa sunt. Hac de causa Pacta conventa, & Pacta conventaque legimus: antecedit enim Pactum, sequitur Conventum. Seneca, Nec pacta conventaque impressis signis custodirentur. Hæc Turneb. Adversf. 16. 5.
Conventus, ûs. m. [συνέλευσις, σύνοδος] sunt (inquit Valla lib. 4. cap. 2.) Homines qui in unum locum convenerunt. Cic. 3. Verr. 94. Cur pudentissimas lectissimasque feminas in tantum virorum conventum insolitas invitasque prodire cogis? Horat. 1. Serm. 7. 22.
Persius exponit causam, ridetur ab omni
Conventu.
Conventus (inquit Festus) quatuor modis intelligitur. Uno, quum quemlibet hominem ab aliquo conventum esse dicimus. Altero, quum significatur multitudo ex compluribus generibus hominum contracta in unum locum. Tertio, quum a magistratibus, judicii causa, populus congregatur: erant enim in provinciis statuti conventus per rectores earum ad judicia facienda. Quarto, quum aliquem in locum frequentia hominum, supplicationis aut gratulationis causa colligitur. Hactenus Festus. De tertia significatione exempla sunt apud Cic. 3. de Legib. & 5. Verr. Hirt. 8. Bell. Gall. 46. Exercitum per legatos in hiberna deduxit. Paucos ipse dies in provincia moratus, cum celeriter omnes conventus percucurrisset, publicas controversias cognovisset, tandem ad Legiones in Belgium se recepit. Scil. Peragebantur in urbibus, ad quas ducebant Viæ militares, quæ ipsæ etiam hac de causa munitæ erant ut facilem & expeditum accessum atque iter præberent Magistratibus, qui non sine numeroso comitatu ad illas urbes adveniebant. V. Sigon. de Ant. Jure Provinc. 1. 1.
Conventus, pro eo quod *Resortitum* vocant. Plin. lib. 5. cap. 29. Conveniunt eo XXV civitates, celeberrima urbe Laodicea. Imposita est Lyco flumini, latera alluentibus Asopo & Capro, appellata primo Diospolis, dein Rhoas. Reliqui in eo conventu, quos nominare non pigeat, Hydrelitæ, Themisones, Hieropolitæ. Alter conventus a Synnada accipit nomen. Conveniunt Lycaones, Appiani, Cercopeni, Dorylæi, Midæi, Julienses, & reliqui ignobiles populi XV.
Juridici conventus, Idem. Plin. lib. 3. cap. 1. de Bætica, Juridici conventus ei quatuor, Gaditanus, Cordubensis, Astigitanus, Hispalensis.
Agere conventus. Cic. 7. Verr. 28. Ex iis oppidis, in quibus Prætores consistere, & conventum agere solent, &c.
Celebrare conventus. Cic. 1. Att. 19. Itaque conventus, qui initio celebrabantur, jam diu fieri desierunt.
Circuire conventus. Suet. in Cæs. cap. 7. Quæstori ulterior Hispania obvenit: ubi quum mandato populi Romani jure dicundo conventus circumiret, Gadeisque venisset, &c. Conventus hic Loca sunt, in quibus populi juris dicendi causa a magistratibus juridicis congregantur.
Facere conventum, V. Celebrare conventus.
Peragere conventus. Cæs. 5. Bell. Gall. cap. 1. Ipse conventibus Galliæ citerioris peractis, in Illyricum proficiscitur. Est autem Peragere conventus, Jurisdictionem legitimam absolvere per oppida ad id destinata: quæ, quoniam in ea statis temporibus conveniretur a provincialibus causa juris sui persequendi, conventus dicebantur. Repræsentant hunc morem anno vertente monachi, Capitula generalia appellantes.
Conventus & frequentia. Cic. pro Deiot. 5.
Conventus & turba. Virg. 6. Æn. 735.
Senatorum. Cic. 4. Fam. 5.
Meretricius. Cic. 3. Verr. 137. Domus erat non meretricio conventu, sed prætoria turba referta.
Inter conventum matronarum. V. inter.
Celeberrimo virorum mulierumque conventu dies festos anniversarios agere. Cic. 6. Verr. 207.
Honestissimus. Quintil. lib. 1. cap. 2.
In medios conventus trahere aliquem. Virg. 6. Æn. 753.
Indicere conventus. Liv. 38. 30. pr. Ægium a principio Achaici concilii semper conventus gentis indicti sunt, seu dignitati urbis id, seu loci opportunitati datum est.
Instituere conventus. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Vitare conventum. Cic. 7. Verr.
Conventus, ait Theophilus, est Certum statumque tempus litium dirimendarum gratia inventum. Tempus autem illud a Conveniendo Conventus dictus est. §. 1. Quib. ex caus. manumitt.
Conventus, pro Conventione etiam legitur. Juven. 6. Sat. 25.
Conventum tamen, & pactum, & sponsalia, nostra
Tempestate paras, &c. [Immo Neutrum Partic. est, de quo supra V.
Ex conventu pacta observantur. Auct. ad Herenn. lib. 2. 20. De quibus pactis Prætor edixit, apud Ulpian. in l. Juris gentium. §. Prætor ait. D. de Pactis, Pacta conventa, quæ neque dolo malo, neque adversus leges, &c. servabo. Ex quibus apparet pactorum duo esse genera, Legitima, & Conventa.
Ex pacto & conventu discedere ab aliquo. Cic. 6. Att. 3. Pomptinus enim ex pacto & conventu (nam ea lege exierat) jam a me discesserat. Al. Convento rectius.
Conventiculum, i. n. dimin. Cic. pro Sext. 91. Conventicula hominum, quæ postea civitates nominatæ sunt.
Convenno, ōnis. m. Qui simul iter facit, interpr. Elmenh. Apul. Met. 1. p. 109. Sed verior lectio est Combenno, quod vide.
Conventitius, a, um. Plaut. Cist. 1. 1. 42. Patres conventitii. V. Gronov. in loc.
Convento, āre. Frequenter convenire. Solin. cap. 40. Externos in ea plurimos conventasse, argumentum de urbibus & locis dabimus.
Converběro, [τύπτω] āre. Idem quod Verberare. Plin. lib. 13. cap. 22. Nocturnis grassationibus converberatam faciem illinens. Sen. de Ira, 3. 20. & Apul. Met. 9. [Senecæ locum & H. St. adscripserat.
Converberatio, ōnis. f. August.
Converro, verri & versi, versum, [σαίρω, κηλόνω] ĕre. Idem quod Verrere. Plaut. Stich. 2. 2. 64.
— reverram hercle hoc, quod converri modo. Columel. lib. 7. cap. 6. Diligens pastor quotidie stabulum converrit, nec patitur stercus aut humorem consistere.
Converrere aliquem, pro Percutere. Plaut. Rud. 3. 6. 7.
Converret jam hic me totum cum pulvisculo. [i. e. Abripiet, Abstrahet.
Conversus, a, um. Partic. a Converro. Cato de R. R. cap. 143. Villam conversam, mundamque habeat. Al. Converse, mundeque.
Converrĭtor, ōris. m. [κηλωνὴρ] tanquam supinum sit Converritum, apud Apuleium in apologia pro Magia, Converritorem pridianæ relliquiæ.
Converso, Conversor, & Conversatio. V. converto.
Converto, ti, sum, [τρέφω, ἐπιστρέφω] ĕre. Verbum notum: de re & homine dicitur. Antiqui Convorto scripserunt.
Convertere se domum, pro Reverti. Plaut. Stich. 3. 1. 1.
Quom bene re gesta salvus convortor domum, &c. Ter. Adelph. 2. 4. 22.
Ego jam transacta re convertam me domum cum obsonio.
Convertemus nos in Asiam. Cic. 3. Att. 14.
Conversa ad Aquilonem spelunca. Cic. 6. Verr. 107.
Convertere ad, vel in locum aliquem. Cic. 3. Off. 78. Ibi quum palam ejus annuli ad palmam converterat, a nullo videbatur, ipse autem omnia videbat.
Convertere aspectum aliquo. Cic. 2. de Nat. Deor. 142.
Convertere se aliquo animo & cogitatione. Cic. 1. de Orat. 6. Ac quocunque te animo & cogitatione converteris, permultos excellentes in quoque genere videbis.
Ad se convertere & rapere dicitur res aliqua. Cic. 2. Off. 37.
Convertere homines in admirationem. Liv. 22. 30. pr. Profecti, agmine incedentes, ad Dictatoris castra, in admirationem & ipsum & omnes qui circa erant, converterunt.
Cum ætas tua septenos octies solis anfractus, reditusque converterit. Figurata loquutio. Cic. in Somn. Scip. 3. h. e. Sex & quinquaginta annos natus eris.
Convertere in amicitiam. Plaut. Stich. 3. 1. 13.
In amicitiam atque in gratiam convortimus. subaud. Nos.
Ne in graveis inimicitias convertant se amicitiæ, cavendum. Cic. de Amicit. 80.
Conversa in crudelitatem clementia. Cic. 7. in Verr. 114.
Permovere & convertere animos. Cic. in Orat. 20.
Animum convertere ad crudelem superbamque vim. Liv. 3. 44.
Animos ad agrum colendum. Liv. 26. 40.
Animos imperitorum ad deorum cultum a vitæ pravitate convertere. Cic. 1. de Nat. Deor. 77.
Animos in hilaritatem risumve. Cic. in Orat. 138.
Animum ad labores alicujus. Valer. 4. Argon. 539.
Animum ad negotia urbana. Liv. 1. 55. pr.
Animum alicujus in se. Liv. 24. 4.
Auxilium in perniciem. Cic. in Pison. 19. Auxilio mihi opus fuerat & Consulis & Senatus: quorum alterum etiam ad perniciem meam erat a vobis Consulibus conversum, alterum Reipublicæ penitus ereptum.
Bellum civile periculosissimum maximumque humanitate & sapientia ad pacem concordiamque convertere. Cic. 5. Philipp. 40.
Castra castris. i. e. Commutare. Cæs. 1. Bell. Civil. cap. 81. Tota nocte munitiones proferunt, castraque castris convertunt.
Copias convertere ad periculum patriæ, quas simulatione Reip. comparabant. Cic. 11. Fam. 13.
Crimen in laudem. Cic. pro Flacc. 69. Quoniam quod crimen esse voluisti, id totum vides in laudem esse conversum.
Hominem convertere a consuetudine. Cic. 1. de Invent. 3. Ac mihi quidem videtur hoc, nec tacita, nec inops dicendi sapientia perficere potuisse, ut homines a consuetudine subito converteret, & ad diversas vitæ rationes traduceret. i. e. Averteret.
Ad dolos se convertere. Auctor de Vir. Illust. cap. 14. 3. Veientes ad dolos conversi, pecora ex adverso in conspectu illorum posuerunt.
Exercitum convertere, quod vulgus dicit *Facere monstram*. Gell. lib. 5. cap. 5. Ostendebat ei Antiochus in campo copias ingentes, quas bellum Pop. Romano facturus, comparaverat, convertebatque exercitum insignibus argenteis & aureis florentem.
Ferrum in aliquem. Virg. 9. Æn. 427.
Fortunam in culpam. Cic. pro Rabir. Post. 29.
In fugam conversus. Liv. 30. 18. extr. Posteaquam femine transfixo cadentem, auferrique ex prælio prope exanguem vidêre, extemplo in fugam omnes conversi.
Fugam clamore convertunt. Virg. 12. Æn. 252. i. e. Redeunt cum clamore, sicut in exercitu solet fieri. Servius.
Gaudia convertere in diversum. Plin. 8. Epist. 23. Tot spes, tot gaudia dies unus in diversa convertit.
Gressus convertere, Retro cedere, pedem referre. Sil. lib. 13. 250.
Impetum suum fortuna ad eos convertit. Cic. 3. Tusc.
In serium convertere quod per jocum dictum est. Plaut. Pœn. 5. 5. 42.
— heus tu si quid per jocum Dixi, nolito in serium convertere.
In

In iram ſubitam converti. Ovid. 10. Met. 633.
Iter convertere ad urbem. Lucan. lib. 3. 373.
Iter convertere in provinciam. Cæſ. 7. Bell. Gall. 56. Omittitur & dictio Iter. Hirt. Bell. Afr. 9. Ipſe rurſus unde pridie venerat, Ruſpinam cum reliquis copiis convertit. ſubaudi, Iter.
Iter convertere ad fugam & in exilium. Cic. 2. in Catil. 14.
Malum convertere aliquod ad ſalutem. Ter. And. 4. 1. 48.
Non poſſe jam ad ſalutem converti hoc malum.
Martem ad aliquos. Lucan. lib. 2. 629.
Mentes hominum oratione. Cæſ. 1. Bell. Gall. 41.
Mentes militum convertit terror & crudelitas ſuppliciorum. Cæſ. 1. Bell. Civil. 76.
Minas in melius. Sen. Hippol. 4.
Navem remigationis ad puppim. Cic. 13. Att. 21.
Orationem traducere & convertere in fugam alicujus increpandam. Cic. 2. de Orat. 200.
Ordinem convertere. Plin. in Paneg. cap. 72. pr. Nam quod precatus es, ut illa ipſa ordinatio comitiorum bene ac feliciter eveniret nobis, Reipublicæ, nonne tibi tale eſt, ut nos hunc ordinem votorum convertere debeamus? deos denique obſecrare, ut omnia quæ facis, quæque facies, proſpere cedant tibi, Reipub. nobis?
Os ad aliquem. Cæſ. 6. Bell. Gall. 38.
Ora & oculos in aliquem. Cic. 4. in Catil. 1. Video, P. C. in me omnium veſtrûm ora, atque oculos eſſe converſos.
Pecuniam convertere, aut rem aliam, domum ſuam, vel in rem ſuam, aut ad commodum ſuum. Cic. pro Roſc. Amer. 122. Et 1. Off. 42.
Pecuniam convertere ad ſuos uſus. Ulpian. in l. Idemque &. §. Si procurator. D. mandat. vel contr.
Querelas in melius. Propert. lib. 1. 17. 9.
Rationem bono conſilio a diis immortalibus datam, in fraudem malitiamque convertunt homines. Cic. 3. de Nat. Deor. 78.
Se convertere ad otium & pacem. Cic. 3. Q. frat. 5. Et in omni ſumma, ut mones, valde me ad otium pacemque converto.
Se ad timorem. Cic. pro Sull. 17. Lentuli pœna compreſſus, convertit ſe aliquando ad timorem.
Se convertere ad verum. Plaut. Rud. 4. 4. 107.
Se ad ſapientiora. Tacit. 3. Ann. 55.
Ad ſe converti. Cic. 4. Fam. 12. Gratulabor tibi prius (ita enim rerum ordo poſtulat) deinde ad me convertar.
Se convertere ad philoſophos. Cic. 5. de Fin. 7.
Se convertere tota in aliquem dicitur civitas. Cic. in Somn. Scip. 3. In te unum atque in tuum nomen ſe tota convertet civitas.
Se totum ad alicujus voluntatem & nutum. Cic. 3. Fam. 10.
Ad ſenſum & nutum alterius. Cic. de Amicit. 93. Quid enim poteſt eſſe tam flexibile, tam devium, quam animus ejus, qui ad alterius non modo ſenſum ac voluntatem, ſed etiam vultum atque nutum convertitur?
Signa convertere. i. e. Aciem. Cæſ. 1. Bell. Gall. cap. 25. Romani converſa ſigna bipartito intulerunt.
Spem convertere in fidem alicujus. Cic. pro Sext. 70. Quum omnes boni omnem ſpem melioris ſtatus in eorum fidem convertiſſent.
Studium curamque convertere ad ſcribendi operam. Cic. 3. Off. 19. Ad hanc ſcribendi operam omne ſtudium curamque convertimus.
Terga convertere, Fugam capeſſere. Cæſ. 1. Bell. Civil. cap. 80.
Aculeum teſtimonii convertit eodem. Cic. pro Flacc. 41. Itaque eodem etiam M. Lurco vir optimus meus familiaris, convertit aculeum teſtimonii ſui.
Verum futurum in falſum convertere non poſſe. Cic. de Fato, 20. Al. Converti.
Viam convertere, eſt Viam repetere per quam primum veneras. Virg. 5. Æn. 582.
Vitium alicui convertiſſe in bonum dicitur. Cic. de Clar. Orat. 141. Sed hoc vitium huic uni in bonum convertebat.
Uſuras in ſuos uſus. Ulpian. l. Idemque &. §. Si procurator. D. Mandat.
In belluam convertere. h. e. Transmutare, & transformare. Cic. 3. Off. 82. Quid enim intereſt, utrum ex homine ſe convertat quis in belluam, an hominis figura immanitatem gerat belluæ?
In aliam naturam converti. Cic. 3. de Nat. Deor. 31. Prætereaque omnia hæc tum intereunt, quum in naturam aliam convertuntur.
Convertere, pro Ex una lingua in aliam vertere. Cic. de Opt. gen. Orat. 14. Converti enim ex Atticis duorum eloquentiſſimorum nobiliſſimas orationes inter ſe contrarias. Sic 1. de Fin. 6. Converſa de Græcis. h. e. Translata.
E Græco in Latinum convertere. Cic. 2. Off. 87.
Convertor, pro Converto dici apud Plaut. Amph. 1. 1. 83.
Sed fugam in ſe tamen nemo convertitur. admonet Nonius 7. 102.

Conversus, a, um. Partic. [ἐπιςραφὲς] Cic. in Somn. Scip. 17. Hujus quidem anni nondum vigeſimam partem ſcito eſſe converſam.
Ad cædem & funus civitatis converſi ludi. Cic. de Aruſp. Reſp. 24.
Lintea converſa domum dare non pigeat. i. e. Redire. Hor. Epod. 15. 27.
Numina converſa. i. e. Contraria. Virg. 5. Æn. 466.
Converſis ſtudiis, Mutatis. Hor. in Arte Poet. 166.
Timor converſus in iram. Lucan. lib. 4. 267.
Via vitæ. Hor. 1. Epiſt. 17. 26.
Orbis Reip. Cic. 2. Att. 9. Sic orbem Reipub. eſſe converſum, ut vix ſonitum audire, vix impreſſam orbitam videre poſſemus.
Converſus, pro Emendatus. Quintil. lib. 11. Poteſt enim videri emendatus, qui in odium eorum in quibus erraverat ipſe converſus eſt. [Immo junge Converſus in odium eorum &c. Nam Converſus abſolute pro Emendato, vel Converſo ad meliorem frugem, barbaries mera eſt.
Converſus in pœnitentiam, pro Tactus pœnitentia. Sueton. in Claud. cap. 13.

Conversim, Adv. Firmic. lib. 2. cap. 32. Decima tertia in decimam ſeptimam, decima ſeptima rurſus in decimam tertiam: decima quarta in decimam ſextam, decima ſexta rurſus in decimam quartam: decima quinta in decimam ſeptimam, rurſuſque converſim: & hoc modo facias, donec per graduum numerum, numeralem retrogrediens deſcenſum ad deſcenſum perducas.

Conversio, ōnis. f. [ἐπιςροφὴ, ἀνακύκλωσις] ut, Converſio veſicæ. h. e. Inverſio & revolutio. Plin. lib. 8. cap. 42. Et vulvarum converſio. Idem lib. 20. cap. 22.
Incitatior converſio curſus cæli ſtelliferi. Cic. in Somn. Scip. 12. Summus ille cæli ſtelliferi curſus, cujus converſio eſt incitatior, acuto & excitato movetur ſono.
Incitatiſſima. V. incito.
Malorum converſio. Quintil. lib. 5. cap. 10. Malorum evitationem, liberationem, imminutionem, converſionem.
Menſium annorumque converſiones ad numerum machinatæ ſunt. Cic. de Univerſ. extr. h. e. Revolutiones.
Rerum converſio ac perturbatio. Cic. pro Flacc. 94. Videtis quo in motu temporum, quanta in converſione rerum, ac perturbatione verſemur.
Suppurationis converſio. Columel. lib. 6. cap. 17. Vel ſi ante quam tumor diſcutiatur, in ſupputationem convertitur, optimum eſt in ea lamina converſionem reſecare, & quicquid vitioſi eſt, inurere.
Verborum converſio, Periodus. Cic. 3. de Orat. 188. Et efficiendum eſt illud modo vobis, ne fluat oratio, ne vagetur, ne inſiſtat interius, ne excurrat longius: ut membris diſtinguatur, ut converſiones habeat abſolutas. Neque ſemper utendum eſt perpetuitate & quaſi converſione verborum, ſed ſæpe carpenda membris minutioribus oratio eſt.

Conversiuncŭla, æ. f. Salvian. Epiſt. 4.

Conversus, ûs. m. Macrob. 7. Saturn. cap. 9. Septimus, i. e. qui gyros efficit, crebro converſu turbat. Subaudi, Motus.

Conversĭbĭlis, e. vel potius

Convertĭbĭlis, e. Prudent. Apoth. 296.
Non convertibilis, nec demutabilis unquam
Eſt Deus.
Materia convertibilis. Tertull. adv. Herm. cap. 3.
Syllogiſmi convertibiles propoſitiones. Apul. lib. 3. de Hab. doct. Plat. p. 32.

Convertibilĭtas, ātis. f. Oroſ. 1. 1. Convertibilitas naturæ.

Converso, [ἀνακυκλοῦμαι] āre. frequent. Cic. de Univerſ. 23. Quippe qui ex eadem vinctus, alteraque natura adjuncta materia, temperatione trium partium proportione compacta, ſe ipſe converſans quum materiam mutabilem arripuiſſet.

Conversor, āri. forma Deponentis. Cum aliquo vivere aut verſari.
Animus magnus & ſacer converſatur nobiſcum. Sen. Epiſt. 41.
Sine diſcordia cum parentibus converſari. Columel. 9. 11.
Pro Vivere, uſi ſunt ſcriptores eccleſiaſtici. ut Cyprian. Epiſt. 75.

Conversātio, ōnis. f. [συνουσία] Conſuetudo. Plin. lib. 10. cap. 33. Neve cui frequentior converſatio ſit ſuſpecta.
Tutior converſatio. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Tollere converſationem omnem. Sen. de Tranquil. cap. 3. Donec idem ſacerdos ſatiatam converſatione mortalium Deam templo reddat. Tacit. de Germ. 40. 7.
Nec defuit converſatio hominum. Vellei. 2. 102.
Converſatio, pro Converſione. Sen. Epiſt. 75. Sciatque illa ipſa, quibus lædi videtur, ad converſationem univerſi pertinere: & ex iis eſſe, quæ curſum mundi conſummant.
Converſatio, pro Habitatione. Ulpian. l. 12. §. 1. D. de relig. & ſumpt. funer. Senatuſconſulto cavetur, ne uſus ſepulcrorum permutationibus polluatur, id eſt ne ſepulcrum aliæ converſationis uſum accipiat. h. e. Ne quis aliam ob cauſſam quam ſepulcri & religionis ibi habitet, aut verſetur, ut ex edicti verbis intelligitur, quæ idem Ulpian. refert in l. 3. D. de ſepulc. violat. Hotom.

Conversātor, ōris. m. Gloſſ. Græc. Lat. ὁμοδίαιτος, Converſator, Contubernalis.

Convescor, ſci. [συνευωχίζεσθαι Gloſſ. Gr. Lat.] Una veſci. Novatian. de Cibis Judæor. cap. 5. Quiſquis ſic paſcitur, Chriſto conveſcitur.

Convescens, Partic. Vulg. Interpr. Actor. 1. 4.

Convestio, īvi, ītum, [καταποικίλλω] īre. Idem quod Veſtire & exornare. Lucret. lib. 2. 147.
Quam ſubito ſoleat Sol ortus tempore tali
Conveſtire ſua perfundens omnia luce. h. e. Radiis colluſtrare.
Conveſtiuntur herbis prata. Cic. 1. Tuſc. 69.
Conveſtire locum aliquem dicitur hedera, quæ ſe expandit. Cic. 3. Q. frat. 1. Topiarium laudavi, ita omnia conveſtivit hedera, &c.
Conveſtita lucis domus. Cic. pro Domo 101. Ergo ejus domum everſam, duobus lucis conveſtitam videtis. h. e. Offuſcatam & adumbratam atque ſepultam. [Domus everſa, pro Area domus ponitur arboribus conſita.

Conveterānus, i. m. [συμϐετερανὸς] Cum alio veteranus. Quomodo autem accipi debeat in jure explicat Modeſtinus l. 8. §. 6. de excuſat. tutor. in Pandectis. Uſus eſt Gordianus Imperator in l. Quod placuit. C. de excuſat. veteran.

Convexo, [ἀδίζω] āre. Idem quod Vexare. Appia Appii Cæci filia apud Gellium 10. 6. Sed utinam reviviſcat frater, aliamque claſſem in Siciliam ducat, atque iſtam multitudinem perditum eat, quæ me male nunc miſeram convexavit.

Convexus, a, um. Adj. [ἀϐεστηνὴς, συγκλινὴς] quod Concavo oppoſitum eſt. Sic in ſuperficie globi exterius convexum eſt, ut interius concavum. Virg. 4. Ecl. 50.
— nutantem convexo pondere mundum. Idem 4. Æn. 451.
— tædet cæli convexa tueri. i. e. Cælum convexum.
Cælum convexum. Ovid. 1. Met. 26.
Pondere convexo nutans mundus. Virg. 4. Ecl. 50. Convexo, i. e. Curvo, inclinato. Servius.
Sidera convexa. Virg. 1. Æn. 612.
— convexa polus dum ſidera paſcet. Ubi Serv. Alii Convexa ſidera volunt. i. e. Pendentia: ut
— & cæli convexa per auras. i. e. Suſpenſa: Planetaſque intelligunt, qui non ſunt fixi, ſed in aere feruntur. Turnebus vero ad hunc eundem locum Virgilii,
— convexa polus dum ſidera paſcet, ſic inquit, Quo ſenſu ab eximio poeta dictum accipimus? nam aſtra convexa non videntur, quum globoſa potius & rotunda ſint. Ego Convexa dici aſtra interpretor, non ſingula, ſed univerſa. Convexitatem enim eandem, quam cælum, efficiunt, toto obſita & diſperſa cælo undique in orbem. Sed ecquonam modo polus ea paſcit? Cenſent Stoici ſidera, quum igneæ ſint & ferventis naturæ, paſci humore: quo ſane factum eſt, ut hic Palus a doctiſſimis viris legeretur. Sed nihil cenſeam eſſe cauſæ cur hic novitatis ſtudioſi ſimus: nam quum cælum verſet aſtra tanquam palantia & errantia, & tanquam alimentum ſequentia dum volvuntur, fit proinde ut tanquam paſtor ea paſcere videatur. Hoc ſi ſenſu accipias, qui (ut reor) & probabilis eſt, nec indignus poeta, nihil profecto habeas cur quicquam hic novandum putes. Hactenus ille.

Supera convexa. Virg. 6. Æn. 241.
— talis sese halitus atris
Faucibus effundens supera ad convexa ferebat. i. e. Ad cæli curvitatem. Servius.
Convexum nemorum. Virg. 1. Æn. 314.
Classem in convexo nemorum sub rupe cavata.
Convexæ in maria terræ. Plin. lib. 12. cap. 22. Discessimus a terris Oceanum spectantibus ad convexas in nostra maria. h. e. Vicinas nostro mari. [Immo Curvo ambitu Mediterraneum mare cingentes. Conversas scribendum suspicatur Harduinus. Est autem, ut ex omnibus hic adductis locis apparet, Convexum antiquis idem ac Ex omni parte devexum, quomodo & Festus exponit. In vet. Gloss. Convexum κατωφερὲς, πρὸσφερές. Tam proinde de iis dicitur, quæ concavam ac depressam in orbem, quam quæ eminentem & expressam protuberantemque curvitatem habent. Juniores vero proprie huic circumferentiæ vindicarunt, quæ Concavæ in orbem opponitur.
Convexum, Concavo oppositum est, Quod est ex omni parte declinatum. Eucl. in Specularia Theor. 1. A planis, convexis, cavisque speculis visus in æqualibus angulis refringuntur.
CONVEXITAS, ātis. f. [σύγκλισις] denom. Plin. lib. 18. cap. 25. Super omnia est mundi convexitatis, terrarumque globi differentia.
CONVEXIO, ōnis. f. Idem. Gell. lib. 14. cap. 1. V. Declinatio mundi, in DECLINO.
CONVIBRO, āre. Apul. & Ammian.
CONVICIUM, V. CONVITIUM.
CONVICTUS, Partic. In CONVINCO.
CONVICTOR, CONVICTUS. In CONVIVO.
CONVINCO, vīci, victum, [ἐπεξελέγχω, διελέγχω] ĕre. Ejusdem fere cum suo simplici significationis. Cic. 5. Verr. 109. Sui quæstus causa irrupisse convincam.
Convincit ratio ipsa & veritas, eum esse liberum. Cic. in Parad. 5.
Convincere adversarium auctoritatibus & testibus. Cic. 7. Verr. 40.
Convincere facta alicujus turpia. Plaut. Amph. 2. 2. 147.
Argumentis peccata. Cic. in Partit. 116.
Chirographo aliquem. Cic. 2. Philipp. 8.
Opinione hominum convinci & condemnari. Cic. pro Cluent. 7.
Convinci in peccato, pro genitivo Peccati. ut
In majori fraude convicti. Suet. Claud. cap. 14.
In pari peccato convictus. Cic. 2. de Invent. 32.
A testibus convinci, & urgeri confessione. Cic. 6. Verr. 104.
Redargui & convinci. Cic. de Univers. 6.
Errores alicujus. Cic. 2. de Nat. Deor. 3.
Falsum refutatu ancipiti. Lucret. 3. 524.
Testimonia aliquorum. Cic. pro Font. 24.
Voce inauditum facinus. Cic. pro Quint. 79.
Convincere aliquem non inhumanitatis tantum, sed & amentiæ. Cic. 2. Philipp. 9.
Convinci de. Plaut. Truc. 2. 6. 5.
Qui & convicti & condemnati falsis de pugnis sient.
Devotionis alicujus convinci, judicio deorum, testimonio Senatus, confessione inimicorum. Cic. Post red. ad Quir. 1. i.e. Voti reum fieri. Hotom. Summæ negligentiæ. Cic. pro Sulla 44.
CONVICTUS, a, um. [διελεγχθεὶς] Partic. ut, Manus convictas dare. Ovid. 17. Epist. 260. al. Conjunctas.
Judicio turpi convictus. Cic. pro Quint. 49.
Fracta & convicta secta. Cic. 1. de Legib. 38.
Reprehensus, convictus, fractusque Mithridates. Cic. pro Flac. 41.
Conscientia convictus homo. Cic. 2. in Catil. 13. Quum ille, homo audacissimus, conscientia convictus reticuisset, &c.
CONVICTIO, ōnis. f. August. de Trin. 13. 1.
CONVINCTIO, ōnis. f. a Convincio. Quintil. lib. 1. cap. 4. De grammatica, disputans de numero partium orationis, Tum videbit ad quem hoc pertinet, quot & quæ sint partes orationis: quanquam de numero parum convenit. Veteres enim, quorum fuerunt Aristoteles atque Theodectes, verba modo, & nomina, & convinctiones tradiderunt: videlicet quod in verbis vim sermonis, in nominibus materiam: quia alterum est quod loquimur, alterum de quo loquimur; in convinctionibus autem eorum complexum esse judicaverunt: quas conjunctiones a plerisque dici scio: sed hæc videtur ex συνδέσμῳ magis propria translatio.
CONVIŎLO, āre. Tertull. Apol. cap. 39.
CONVIRESCO, irui, ĕre. Augustin.
CONVISO, [συνορῶ] ĕre. Lucret. lib. 1. 146.
Res quibus occultas penitus convisere possis. Cic. in Arato, 351.
Et loca convisit cauda tenus infera piscis.
Loca omnia oculis convisere. Lucret. lib. 2. 357.
CONVITIUM, vel potius CONVICIUM, i. n. [λοιδορία] est Maledictum cum contumelia. Cic. pro Cœl. 6. Maledictio autem nihil habet propositi, præter contumeliam: quæ si petulantius jactatur, Convitium: sin facetius, Urbanitas nominatur.
Convicium, per c litteram scribunt nonnulli. Ulpianus D. de injuriis & famosis libellis. l. Item apud Labeonem, Convicium vel injuriam esse Labeo ait. Convicium autem dicitur a Concitatione, vel a Conventu, hoc est a collatione vocum. Quum enim in unum plures voces conferuntur, Convicium appellatur, quasi Convocium. Hæc Labeonis verba reprehenduntur a Valla lib. 6. cap. 52. Festus; Convicium, a Vicis, in quibus primum habitatum est, videtur dictum: vel immutata littera, quasi Convocium.
Convitium (auctore Nonio 2. 323.) dictum est quasi e Vitiis locum, qui secundum ignobilitatem loci, maledictis, & dictis turpibus cavilletur. Quæ verba Nonii corrupta sunt. Mercerus legit, Quasi e vicis jocum. [An E vicis jocus? Certe cum his facit Nonius, qui per c scribunt. a Vitio deduci nequit ob antep. longam.
Convitium, inquit Valla, a Vitium, vel potius a Vito descendit, ut Vituperο: tametsi non omnino repugnem scribi per c, ut quibusdam placet, non per T. Et est Convitium, Maledictum contumeliosum.
Fœdissimum. Suet. in August. cap. 13. Hunc fœdissimo convitio coram proscinderunt. h. e. Probrosis contumeliis incesserunt, infamaverunt, laceraverunt.
Linguæ stolidæ convitia. Ovid. 13. Met. 306.
Abstinere se convitio. Quintil. lib. 7. cap. 3. Eoque satius est omni se antractæ vitæ abstinere convitio, quam levibus aut frivolis aut manifeste falsis reum incessere.
Addere convitia. Ovid. 14. Met. 522.
Addidit obscænis convicia rustica dictis.
Adjicere convitia facto. i. e. Ultra illud quod male aliquem tractaveris, etiam convitiis & contumeliis incessere illum. Ovid. 6. Met. 211.
Consectari aliquem convitiis & sibilis. Cic. 2. Att. 18.
Dicere convitium. Plaut. Asin. 5. 2. 49.
— faxo ut scias
Quid periculi sit dotatæ uxori convitium dicere. Sic Douza, Al. Vitium.
Facere convitium. Ter. Adelph. 2. 1. 26.
— ante ædeis non fecisse erit melius hic convitium.
Facere ac mereri deformia convitia. Quintil. lib. 6. cap. 4.
Facere alicui convitium grave. Cic. 16. Att. 8.
Fert honestus vir inferioris convitium. Quintil. lib. 6. cap. 8.
Fundere in aliquem. Ovid. 13. Met. 306.
Jactari clamore convitioque. Cic. 15. Fam. 5.
Incessere aliquem convitiis. Suet. Tiber. cap. 11.
Ingerere alicui. Hor. 1. Serm. 5. 11.
Pati ab aliquo. Ulpianus in l. 1. §. Cum patronus. D. de officio præfecti urbi.
Proscindere aliquem convitiis. Plin. lib. 33. cap. 1.
Respondere convitio. Cic. pro Domo 3.
Sustinere scurræ divitis quotidianum convitium. Cic. pro Quint. 62.
Verberatur senatus convitio os alicujus. Cic. in Pison. 63. Si os tuum ferreum Senatus convitio verberari noluisti.
Vomere convitia Avienus in Virgine,
Non ut fessa virum repararet gaudia vultu,
Sed crepula ut late vomeret convitia voce.
Convitium, [καταβόησις, ὀχλαγωγία. Vet. Gloss.] pro Strepitu & Turba. Cic. pro Arch. 12. Quia suppeditat nobis, ubi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures convitio defessæ conquiescant.
Stridula cicadarum. Lucan. ad Pison 258.
Convicium, pro Flagitatione objurgatoria, ut
Efflagitare convitio aliquid. Cic. 2. Q. frat. 11. pr.
Quotidiano. Quintil. Tryphon. a pr. Efflagitasti quotidiano convicio, ut &c. i. e. Vocibus assiduis, seu quotidiana adhortatione.
Urgeri convitio omnium. Cic. 4. Acad. 125.
Convitio aurium cum extorta mihi veritas esset. Cic. in Orat. 160.
CONVITIŎLUM, i. n. Lamprid. in Alex. cap. 28. extr.
CONVITIOR, [λοιδορέω] āri. depon. Convitium dicere. Quintil. lib. 3. cap. 8. Contra sentientibus inhumane convitiabantur.
CONVITIĀTOR, ōris. m. [λοίδορος] Qui convitium dicit vel facit. Cic. in Sallust. Si de mea vita atque actibus huic convitiatori respondero.
Maledicus convitiator. Cic. pro Muren. 13. Si vere objicitur, vehementis accusatoris: sin falso, maledici convitiatoris.
Convitiatorem rapi jussit in carcerem. Sueton. Tiber. cap. 11.
CONVĪVO, xi, ctum, [συμβιόω, συνδιάγω] ĕre. Vivere, vel Simul vivere & comissari. Plaut. Amph. 4. 2. suppos. 2. 45.
Misisti ad navim Sosiam, ut hodie tecum conviveret? Quintil. lib. 1. cap. 6. Lavamur, & tondemur, & convivimus ex consuetudine.
Convivere cum adolescentibus Quintil. lib. 5. cap. 9.
Convivere alicui. Quintil. lib. 19. cap. 1. De omnibus ætatis suæ, quibusque convivebat, silentium egit. [Ut dicitur ἡσυχίαν ἄγειν. H. St.
CONVICTIO, ōnis. f. Idem ac Convictus. Cic. Filius 16. Fam. 21. Cujus cum frugi severaque est vita, tum etiam jucundissima convictio. Ubi alii Conjunctio male, ut dixi Annot. in Epist. H. St. Desiderabatur hoc vocabulum in ed. Lugd.
CONVICTUS, ūs. m. [συσσιτία] Conversatio & commercium: quod qui una versantur, sæpe etiam una vivant & epulentur. Columel lib. 11. cap. 1. In primis convictum domesticum, multoque etiam magis externum vitet.
Convictus & consuetudo. Cic. 5. Fam. 14. Ut istis te molestiis laxes, ad convictum nostrum redeas, & ad consuetudinem vel nostram communem, vel tuam solius ac propriam.
Convictus humanus, & societas. Cic. 3. Off. 21.
Convictus, pro Ipso vivendi & epulandi ritu. Martial. lib. 10. 47.
Convictus facilis, sine arte mensa. h. e. Nihil habet in communi victu deliciarum.
Convictum habere cum aliquo. Columel. lib. 1. cap. 8. h. e. Cum aliquo commercium habere.
CONVICTOR, ōris. m. [ὁμόσιτος] Qui Convivit, Comedit & bibit nobiscum familiariter. Suet. in Tiber. cap. 56. Nihilo lenior in convictores Græculos. Alias Contubernales vocat.
Convictorem esse alicui. Ovid. 4. de Pont. 3. 15.
Ille ego convictor, densoque domesticus usu.
Familiares & quotidiani convictores. Cic. Fil. 16. Fam. 21. Utor familiaribus & quotidianis convictoribus, quos secum Mitylenis Cratippus adduxit, &c.
CONVĪVIUM, i. n. [εὐωχία, θίασος, συμπόσιον] Cic. de Senect. 45. Bene enim majores accubationem epularem amicorum, quia vitæ conjunctionem haberet, convivium nominarunt, melius quam Græci, qui hoc idem tum compotationem, tum concœnationem vocant. conf. 9. Fam. 24. [Vide quæ dixi in Nizolio didascalo. H. St.
Arcta convivia dicuntur, Ubi arcte discumbitur. Hor. 1. Epist. 5. 29.
Candida. Propert. 4. 6. 71.
Candida nunc molli subeant convivia luco.
Celebre. Auson. sectione prima, De verbis Rufi rhetoris.
Fœda Lycaoniæ mensæ. Ovid. 1. Met. 165.
Instructa. V. INSTRUO.
Lautissima. V. LAUTUS.
Moderata. Cic. pro Muren. 13.
Opipare apparata. Cic. 3. Off. 58.
Regalia Quintil. lib. 1. cap. 10.
Sumptuosa. Martial. lib. 1. 100. in Calenum avarum,
Ut convivia sumptuosiora,
Toto quæ semel apparas in anno, &c.
Tempestiva. Cic. pro Arch. 13.
Vinosa. Ovid. 3. Amor. 1. 17.

Nequitiam vinoſa tuam convivia narrant. h. e. Vinoſi & ebrii convivæ.
Inter ſecreta convivii. Tacit. 2. Hiſt. 57.
Convivii ſat eſt, modo noſtra huc amica accedat. Plaut. Stich. 5. 4. 28.
Agere convivia. Cic. pro Cœl. 35. Baiis acta convivia, comeſſationes, cantus, ſymphonias, navigia jactant.
Agitare. Ovid. 7. Met. 432.
Arceſſere in convivium. Ter. Eun. 4. 1. 12.
Celebrare. Sil. lib. 11. 273.
Concelebrare. Cic. de Petit. Conſul. 34.
Conditor inſtructorque convivii. In CONDIO.
Curare mutua inter ſe convivia. Virg. 1. Georg. 300.
Ducere Baccho, i. e. Multo vino. Tibul. lib. 1. 9. 61.
Ducere aliquem in convivia. Ovid. 3. de Arte Am. 749.
Exhilarare. Sil. lib. 11. 51.
Quin etiam exhilarare viris convivia cæde
Mos olim, & miſcere epulis ſpectacula dira. De gladiatoribus loquitur, qui conviviis adhibebantur, mutuis vulneribus ſeſe confecturi.
Facere lauta convivia. Catul. 45. 5.
Fiunt convivia plena menſa. Propert. lib. 2. 16. 5.
Hilarare Baccho. Virg. 5. Ecl. 69.
Implere convivia dictis, i. e. Narratiunculis, vel confabulationibus convivium abſolvere. Ovid. 13. Met. 675.
Inire, h. e. Ingredi. Tacit. 4. Ann. 10. Si convivium, ſi ſpectaculum ſimul iniſſent, pro crimine accipi.
Miſſum convivium. In MITTO.
Obſcænis canticis convivium obſtrepit. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Ornare & apparare. Cic. 6. Verr. 44.
Parare. Virg. 1. Æn. 642.
Retrahere ſe a a convivio. Celſ. lib. 1. cap. 1. Al. Convictu.
Repetita convivii lætitia. Tacit. 13. Ann. 16.
Ruere ad convivium, pro Irruere. Tacit. 2. Hiſt. 68.
Struere. Tacit. 15. Ann. 37.
Turbare. Ovid. 12. Met. 222.
Verſari in conviviis. Cic. pro Quint. 59.
CONVĪVA, æ. c. [σύσσιτος, συμπότης, δαιτυμών, συνθοίνος] Qui ad convivium vocatus eſt. Ter. Heaut. 1. 1. 120. Egomet convivas moror. Martial. lib. 11. 57.
Convivas niveo torſerat ore puer.
Avidi convivæ. Hor. 1. Serm. 5. 75.
Comis. Hor. 2. Serm. 8. 76.
Dulcis. Propert. lib. 3. 7. 45.
Viveret ante ſuos dulcis conviva penates.
Ebrius. Ovid. 5. Faſt. 337.
Facetus. Juven. 9. Sat. 10.
— conviva joco mordente facetus.
Frequens. Ovid. 2. Amor. 5. 21.
Gratus. Hor. 2. Serm. 2. 119.
Hilares & bene accepti. Cic. 16. Att. 16.
Lætus. Hor. 2. Serm. 6. 111.
Madidus, i. e. Bene potus. Martial. lib. 9. 23.
Æſtuet ut noſtro madidus conviva miniſtro.
Plenus. Lucret. lib. 3. 932.
Satur. Hor. 1. Serm. 1. 119.
Serus. V. SERUS.
Abducere ſibi aliquem convivam. Ter. Eun. 3. 1. 17.
Tum me convivam ſolum abducebat ſibi.
Agere convivam lætum. Hor. 2. Serm. 6. 111.
Solvere convivas, i. e. Dimittere. Ovid. 6. Faſt. 675. Convivia emendat Heinſ. ex Mſſ.
Vocare convivam. Plaut. Aſin. 4. 1. 23.
Vocet convivam neminem: illam tu voces.
Convivis immines annotator. V. IMMINEO.
CONVIVĀLIS, e. [συμποτικός] Quod pertinet ad convivium. Liv. 39. 6. Tunc pſaltriæ, ſambuciſtriæque, & convivalia ludionum oblectamenta addita epulis. Idem, Multaque convivalia ex auro & argento vaſa.
Fabulæ convivales. Tacit. 6. Ann. 5.
Lætitia convivalis. Macrob. 7. Saturn. cap. 1.
Veſtis convivalis. Sen. Controv. 25.
CONVIVĀLĬTAS, ātis. f. Pontanus p. 272. Ætate noſtra Galli dicuntur convivalitati admodum dare operam. Hinc Convivales apud eundem. H. St. Libri notatio cultro bibliopegi reſecta eſt.
CONVĪVOR, atus ſum, [ἐνωχέομαι, ἑστιάω, συμποσιάζω] āri. depon. Convivium facere. Ter. Heaut. 1. 2. 32.
Scortari crebro nolunt, nolunt crebro convivarier. Suet. Claud. cap. 32. pr., Convivatus eſt & ſuper emiſſarium Fucini lacus, ac pæne ſubmerſus.
Convivari in publico, & de publico. Cic. 5. Verr. 105. Quotidie ſolitum eſſe non ſolum in publico, ſed etiam de publico convivari.
Convivare, pro Convivari. Ennius Sat. lib. 1. Magno hercle ſuo malo convivat ſine modo. Nonius 7. 55.
CONVIVĀTOR, ōris. m. [συμποσιαστής, ἑστιάτωρ] Qui ad convivium invitat, vel Qui convivium facit & apparat. Liv. 35. 49. Eſt autem res ſimillima cœnæ Chalcidenſis hoſpitis mei, hominis & boni, & ſciti convivatoris, apud quem ſolſtitiali tempore comiter accepti, &c. Hor. 2. Serm. 8. 73.
Sed convivatoris, uti ducis, ingenium res
Adverſæ nudare ſolent, celare ſecundæ.
CONVĪVĬFĬCO, āre. Fulgent.
CONVŎCO, [συγκαλέω] āre. Simul vocare, congregare. Plaut. Moſtel. 5. 1. 8.
Capio conſilium, ut Senatum congerronum convocem.
Convocare ad ſe. Cic. 3. Off. 58. Piſcatores ad ſe convocavit.
Convocare ad ſocietatem vitæ. Cic. 1. Tuſc. 62. Aut qui diſſipatos homines congregavit, & ad ſocietatem vitæ convocavit?
Convocare in animum conſilia. Plaut. Milit. 2. 2. 42.
Convocare in corde conſiliarium de re argentaria. Plaut. Epid. 1. 2. 56.
Convocare concilium. Cæſ. 3. Bell. Gall. cap. 3. pr. Concilio celeriter convocato, ſententias exquirere cœpit. [Sed cum Davies Conſilio legendum. Intelligit enim Conſilium Caſtrenſe, quod apud Legatum ex Tribunis, Præfectis & Centurionibus conſtabat. V. CONSILIUM.
Convocare populum in tribus. Cic. 3. de Legib. 7. Deſcriptus enim populus cenſu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet ad ſuffragium conſilii, quam fuſe in tribus convocatus.
Convocare in concionem, & ad concionem. Cic. 3. de Lege Agr. & Liv. 7. 6.
CONVOCĀTIO, ōnis. f. [σύγκλησις] Cic. Poſt red. in Senat. 38. Nulla ad Remp. defendendam Pop. Romani convocatio.
CONVOCĀTUS, ûs. m. Idem apud JCtos.
CONVŎLO, [συμπέτομαι] āre. Simul volare.
Populus convolat; tumultuantur, clamant. Ter. Hecyr. prol. 40.
Convolare, pro Feſtinare, per tranſlationem. Cic. 3. Tuſc. 50. Et illi pugnant, & quidem vicinorum fidem implorant: multi autem ſunt qui ſtatim convolent. [Non eſt Feſtinare, ſed Feſtinanter concurrere his locis.
Convolare ad Roſtra. Cic. pro Rabir. Poſt. 18.
Convolarunt ex Italia ad me revocandum. Cic. pro Domo 57.
Convolare, pro Animum adjicere. Paulus in l. Si pluribus. D. de leg. 1. Siquidem evidentiſſime apparuerit, ademptione a priore legatario facta, ad ſecundum legatum teſtatorem convolaſſe.
CONVOLVO, volvi, volūtum, [συνελίττομαι] ĕre. Simul volvere. Cic. 2. de Nat. Deor. 113.
Quem propter nitens pennis convolvitur ales.
Convolvere in offas. Plin. lib. 12. cap. 9. Nigrum vero bdellium, & in offas convolutum, adrobolon vocant. Idem lib. 12. cap. 17. Atque attractis funiculis herbam eam convolvi, atque ita offas fieri.
Convolvuntur in ſemet dracones. Plin. lib. 10. cap. 72.
Serpens convolvit lubrica terga. Virg. 2. Æn. 447.
Mare convolvit gentes, Oppreſſit undis. Lucan. lib. 5. 623.
Convolvere verba magno curſu, eſt Profundere, ita ut conglomeres. Sen. Epiſt. 40. Audiſſe te ſcribis Serapionem philoſophum, quum iſtuc applicuiſſet, ſolere magno curſu verba convolvere: quæ non effundit una, ſed premit & urget.
CONVOLVENS, Partic. [συνελίσσων] Cic. 1. de Divin. 46. Quum ſe convolvens Sol elaberetur & abiret.
CONVOLŪTUS, a, um. Partic. Plin. 37. 7. Convoluto igne flagrare.
CONVOLVŎLUS, vel CONVOLVULUS, i. m. [ἴψ] Vermiculus corrodens vites; qui & Volvox etiam dicitur. Plin. lib. 17. cap. 28. Simili modo ne convolvolus fiat in vinea, amurcæ congios duos decoctos in craſſitudinem mellis, &c.
Convolvolus, eſt etiam Herba. Plin. lib. 21. cap. 5. de lilio loquens, Eſt flos non diſſimilis illi in herba, quam Convolvolum vocant, naſcens per frutecta, nullo odore, nec crocis intus, candorem tantum referens, ac veluti rudimentum naturæ lilia facere condiſcentis.
CONVŌTUS, a, um. Convoti, dicebantur Iiſdem votis obligati. Feſtus lib. 3.
CŌNUS, i. m. [κῶνος] dicitur Curvatura quæ in ſummitate galeæ prominet, ſuper quam criſtæ ſunt, inquit Servius. Virg. 3. Æn. 468.
Et conum inſignis galeæ, criſtaſque comantes.
Acumen coni. Lucret. lib. 4. 433.
Decus. Sil. lib. 4. 14.
Picto cono nutantia capitum tegmina. Ovid. 3. Met. 108.
Anguſtus. Lucret. lib. 4. 431.
Gloria ardua coni. Stat. 8. Theb. 706.
Conus, Fructus pini arboris in acumen deſinens, Strobilos alias dicitur. Ruel. lib. 1. cap. 112. Græci, ut teſtatur Galenus, pineas nuces, conos & ſtrobilos appellant. Servius ſic ait, Conus dicitur fructus cupreſſi: & ipſa, conoides eſt, 3. Æn. 680.
Conus a Græcis dicitur vel Pyramis, vel Meta, ſive Inverſus turbo. Cic. 2. de Nat. Deor. 47. Conum tibi ais, & cylindrum, & pyramidem, pulchriorem quam ſphæram videri.
Conus, Figura eſt ex lato in acutum deſinens, quæ Turbini contraria eſt. Nam Eucl. 2. Elem. ait, Conus eſt figura, quæ converſo circum quieſcens alterum latus eorum quæ rectum angulum continent, orthogonio triangulo continetur, quum in eundem rurſus locum illud triangulum reſtitutum fuerit, unde moveri cœperat.
CONĪFER, a, um Adj. [κωνοφόρος] ut, Conifera arbor, Quæ conos fert.
Apices coniferi. Claud. 3. de Rapt. Proſerp. 398.
Cypariſſus conifera. Virg. 3. Æn. 680.
CONĪGER, aliud Adj. [κωνοφόρος] ut, Pinus conigera. Catul. in Argon. 164.
CONOĪDES, ïdis. [κωνοειδής] Quicquid eſt coni figura. Unde Cupreſſus femina, Conoides dicitur: nam a rotunditate in acumen levatur, ut ait Servius ad 3. Æn. 680. Mas vero ſpargit extra ſe ramos, deputaturque, & accipit vitem nullo metæ aſpectu. Ruell. 1. 74.
CŎNISCO, [κορύπτω] āre. Frontem fronte percutere, arietare: quaſi Conis converſis capita quatere. Quintil. lib. 8. cap. 3. Caput opponis cum eo coniſcans. ubi V. Burm. p. 685. Lucret. lib. 2. 320.
Et ſatiati agni ludunt, blandeque coniſcant. [Ob primam brevem a Conus deduci nequit.
CONVULNĔRO, [τραυματίζω] āre. h. e. Multis vulneribus afficere. Plin. in Paneg. c. 35. Neque ut antea, exanguem illam & ferream frontem nequicquam convulnerandam præbeant punctis, & notas ſuas rideant. Plin. lib. 11. cap. 37. Ipſe convulneratus, & captus ſemel, per cavernam lautumiarum evaſit.
CONVULSIO, CONVULSUS. V. CONVELLO.
CŎNYZA, æ. [κόνυζα] Herba quæ & Cunilago dicitur. Plin. lib. 21. cap. 9. Vulgo appellatur *Pulicaria.*
CONYZOIDES, ïdis. n. Herba. Plin. 19. 8. Al. Conyza.

C O N

COODĪBĬLIS, e. [συμμισούμενος] Simul odioſus. Tertull. adv. Marc. 4. 9.
COŎLESCO, ĕre. Concreſcere, & conglutinari. Lucret. lib. 6. 1086.
Saxa vides primum ſola cooleſcere calce. Sic enim eſt legendum, non ut vulgus putat Coaleſcere, ſi Lambino credimus, ab Oleſco.
CŎON, [Κόων] Homero lib. Iliad. 11. 248. Primogenitus filiorum Antenoris, qui quum Iphidamantis fratris mortem, ab Agamemnone illatam, vindicare vellet, mediam Agamemnonis manum ſubter cubitum lancea transfixit: quam rem indignatus, eum confodit, moribundoque caput ſupra corpus fratris præcidit.
COŎNĔRO, āre. Simul onerare. Tacit. de Morib. German. 30. ubi de Cattis verba facit, Omne robur in pedite, quem ſuper arma ferramentis quoque & copiis coonerant.

CŎŎPĔ-

Cŏŏpĕrio, pĕrui, pertum, [συγκαλύπτω] īre. Tegere. ut,
Coopertum telis corpus inventum. Liv. 8. 10.
Coopertus terra. Plin. lib. 10. cap. 54. Scitum de quodam vini potore reperitur, Syracuſis tam diu potare ſolitum, donec ab eo cooperta terra fœtum ederent ova.
Pannis cooperta membra. Lucret. lib. 6. 1267.
Cooperire aliquem lapidibus, pro Lapidare. Liv. 4. 50. Eo indignatio erupit, ut Tribunus militum ab exercitu ſuo cooperiretur lapidibus. Cic. 3. Verr. 119. Quem iſte collegam niſi habuiſſet, lapidibus coopertus eſſet in foro. i. e. Obrutus.
Coopertus ſceleribus. Cic. 3. Verr. 9. Qui iſtum tot, tantis, tam nefariis ſceleribus coopertum jurati ſententia ſua liberarent.
Coopertus miſeriis. Salluſt. in Jugurth. cap. 14. Sicuti videtis, extorrem patria, domo, inopem, & coopertum miſeriis, effecit, ut ubivis tutius quam in meo regno eſſem.
Coopertus famoſis verſibus. Hor. 2. Serm. 1. 68.
Coopĕrīmentum, i. n. Gell. 5. 7. Os cooperimento perſonæ tectum.
Coopercŭlum, i. n. [πῶμα] Quo quid cooperitur. ut, Operculum doliorum. Plin. lib. 14. cap. 21. Legitur & Operculum ex vetuſto exemplari.
Coopertōrium, i. n. Veget. de Re Vet. 3. 77. extr. Calidis coopertoriis involutum deambulet.
Coopĕror, [συνεργάζομαι] āri. Gloſſ. Vet. Vox apud ſcriptores eccleſiaſticos frequens.
Coopĕrātio, ōnis. f. Quintil. Declam. 16. extr. Habet omnia miniſteria ſua debilitas, ſuas cooperationes. Sed lectio dubia eſt. V. not.
Coopĕrātor, ōris. m. Apul. Flor. 2. Et apud Hieron. Auguſtin. alioſque ſcriptores Chriſtianos.
Coopĕrārius, i. m. Apul.
Cŏopto, [προσαιρέομαι] āre. eſt Eligere inter pares, aut fere pares, auctore Valla lib. 5. cap. 60. ut, Milites cooptant quem volunt ducem. Cic. de Lege Agr. 18. Ab ea parte qui eſſet factus, is a collegio cooptaretur.
Cooptare in collegium & in ordinem. Cic. de Clar. Orat. 1.
Cooptari in locum alterius. Liv. 40. 42. Triumvir epulo mortuus, Q. Fulvius M. F. in locum ejus Triumvir cooptatus. h. e. A collegio electus, & quodammodo receptus ac comprobatus.
Cooptare Senatores, & Senatum. Cic. 2. de Divin. 23.
Cooptavit ſibi collegam in tribunicia poteſtate. Suet. in Auguſt. cap. 27. extr.
Cooptari in locum vacuum. Liv. 5. 10. extr. conf. ſeq. cap.
Cooptātio, ōnis. f. [προσαίρεσις] Cic. 3. de Legib. 27. Neminem in ſummum locum niſi per populum venire, ſublata cooptatione Cenſoria.
Cooptatio in patres. Liv. 4. 4.
Cŏŏrior, coorīris vel coorĕris, coortus ſum, [ἅμα ἐκφύομαι] īri. Simul oriri. Plin. lib. 11. cap. 10. Si cooriatur procella, apprehenſi ponduſculo lapilli ſe librant. De apibus loquitur. Cæſ. 1. Bell. Civil. 48. Tanta enim tempeſtas cooritur, ut nunquam, &c.
Bellum coortum ingens in Hiſpania. Liv. 29. 1.
Febris coorta eſt ſuperante bili. Lucret. lib. 4. 668.
Fulgore coorto fulſerunt flammæ. Lucret. lib. 1. 726.
Mare coortum ſævit. Lucret. lib. 5. 1001.
Peſtilentia coorta. Liv. 4. 52. pr.
Procella cooritur. Plin. lib. 11. cap. 10.
Seditio coorta eſt in populo. Virg. 1. Æn. 148.
Tempeſtas coorta eſt. Cic. 3. Verr. 46. Tum ſubito tempeſtates coortæ ſunt maximæ.
Ventis coortis commiſerat ſe unda. Ovid. 11. Met. 512. Al. Admiſerat.
Cooriri, Invadere in hoſtem. Plin. lib. 8. cap. 16. Generoſitas maxime in periculis deprehenditur: non in illo tantummodo, quod ſpernens tela, diu ſe terrore ſolo tuetur, ac velut cogi teſtatur, cooriturque non tanquam periculo coactus, ſed tanquam amentiæ iratus. De leone.
Coorti ad bellum. Liv. 4. 3. Volſcos & Æquos fama affertur, ſumma vi ad bellum coortos.
Coorti in pugnam. Liv. 21. 32. Qui ſi valles occultiores inſediſſent, coorti in pugnam, repente ingentem fugam, ſtragemque dediſſent.
Coortus, ûs. m. Lucret. 2. 1104.

— poſt mundi tempus genitale, diemque
Primigenum maris, & terræ, ſoliſque coortum.

Cŏos, ſive Cōs, ſive Cous, ſive Co, ſive Cons, [Κόως, Κῶς] Inſula in mari Ægæo, ſeu, ut quidam aiunt, in Icario, Rhodo proxima, & Cariæ oppoſita, quæ olim magna fuit, & optime habitata, & aſpectu jucundiſſima iis, qui eo navigabant. Ambitus ejus quingentis, & quinquaginta ſtadiis clauditur, tota fertilis, & optimo vino abundans. [Co, & Cons in recto non legi.
Eſt & urbs eo nomine antiquitus Aſtypalæa vocata. Dicta a Coo Meropis filia, quæ ibi regnavit. Strabo lib. 4. ſcribit novem gentes & quinque millia oppidorum eſſe, quorum nullum ſit minus Coo Meropide. Nunc vulgo dicitur *Lango*. Dicta fuit & Cea. q. V.
Cōus, a, um. Adj. [Κῷος] unde Hippocrates medicus, & Apelles pictor, Coi dicti ſunt, quum in ea inſula nati perhibeantur. Ovid. in Arte Am. 3. 401.

Si Venerem Cous nunquam pinxiſſet Apelles. Al. Poſuiſſet.

In primitivo prima corripitur a Papinio Silv. 1. 2. 252.

— hunc ipſe Coo prudente Philetas. [Immo Choro plaudente.

In ſuburbano Coi, Æſculapii templum fuit valde inſigne, & multis donis opulentum, inter quæ nuda Venus erat, quæ poſtea Julio Cæſari Romæ dicata eſt.
Coa, n. pl. dicuntur veſtes bombycinæ tenuiſſimæ, adeo ut feminæ per eas nudæ perlucerent. unde Horat. 1. Serm. 2. 101.

Altera, nil obſtat: Coïs tibi pæne videre eſt, Ut nudam. Ovid. in Arte Am. 2. 298.

Sive erit in Tyriis, Tyrios laudabis amictus:
Sive erit in Cois, Coa decere puta. V. Plin. lib. 5. cap. 31.

Et lib. 29. cap. 1. & 11. 23. Eædem & Ceæ dicebantur. V. in cea.

C O P

Copa, V. caupo.
Copadia, orum. n. pl. Idem quod Cupedia. q. V.
Cōpæ, ārum. pl. f. [Κῶπαι] Urbs Bœotiæ. Strabo lib. 9. Indicio huic rei eſt Cephiſus maxime lacum Copaïdem implens. Nam quum lacus ipſe creſcit, ne Copæ urbs demergantur diſcrimen ingruit: quod & poeta nominatim ait. Et ab ea civitate lacus ipſe nomen adipiſcitur. Juxta lacum terræ hiatu facto penes Copas alveum ſub terra ad ſtadia xxx reſeravit, quo receptus eſt fluvius. De hoc meminit & Plinius lib. 4. cap. 7.
Cophantus, Mons eſt ſemper ardens apud Bactros Indiæ populos, ut eſt apud Plin. lib. 2. cap. 106.
Cophes, Aſiæ fluvius eſt in India. Pompon. lib. 3. cap. 16. Indus ex monte Paropamiſo exortus, & alia quidem flumina admittit: ſed clariſſima Cophen, Aſceſinen, Hydaſpen, conceptamque pluribus alveis undam lato ſpatio trahit.
Cŏphĭnus, i. m. [κόφινος] Vas ruſticum vimine contextum, a levitate dictum a Græcis, Priſcianus Corbem interpretatur. Juven. 6. Sat. 541.

Quum dedit ille locum cophino, fœnoque relicto. Columel. lib. 11. cap. 3. Confecta bruma ſtercoratam terram inditam cophinis obſerat.

Cōpia, æ. f. [εὐπορία] Abundantia. Cic. in Parad. 6. Etenim divitiarum eſt fructus in copia: copiam autem declarat ſatietas rerum atque abundantia.
Abundantia & copia. Cic. de Amicit. 89.
Circumfluere omnibus copiis, atque in omnium rerum abundantia vivere. Cic. de Amicit. 52.
Locuples & pecunioſus copiis rei familiaris. Cic. pro Roſc. Com. 44.
Opes copiæque. Cic. 12. Fam. 7. Sic ſtatuebam, omnes quæ in iſtis partibus eſſent opes copiæque, tuas eſſe.
Opibus & copiis, maximeque virtute præditum eſſe. Cic. de Amicit. 51.
Ingurgitare ſe in copias alicujus. V. ingurgito.
Rationes & copias ſuas in aliquam provinciam conferre. Cic. pro Lege Manil. 17. Nam & publicani, homines & honeſtiſſimi & ornatiſſimi, ſuas rationes & copias in illam provinciam contulerunt.
Omnium rerum affluentibus copiis. Cic. 2. Off. 153.
Copiis locuples Reſp. Cic. 8. Att. 11. Moderatori Reipubl. civium vita propoſita eſt, ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honeſta ſit.
Amicorum copiæ. Cic. pro Quint. 2. Cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ ſunt. i. e. Paucos habet amicos: vel Amici ejus non ſunt admodum divites.
Ex copia rerum, conſilium trahere. Salluſt. in Jugurth. cap. 98. Tum Marius ex copia rerum conſilium trahit: atque uti ſuis receptui locus eſſet, colles duos inter ſe propinquos occupat.
Pro copia. Plaut. Truc. 1. 2. 46.

Male vortit res pecuaria mihi apud vos: nunc viciſſim
Volo habere aratiunculam pro copia apud vos.

Pro copia, quod vulgus *ſecundum poſſibilitatem* dicit. Plaut. Merc. 3. 1. 8.

— facere certum eſt,
Pro copia & ſapientia, quæ te velle arbitrabor.

Agri, vectigalium, pecuniæ copia, cui opponitur Penuria. Cic. 2. de Invent. 115.
Argumentorum copia. Lucret. lib. 1. 418.
Auxilii. Ter. And. 2. 1. 20.

Neque pol conſilii locum habeo, neque auxilii copiam.

Cauſæ. Cic. pro Roſc. Com. 2. Sed ego copia & facultate cauſæ confiſus, vide quo progrediar.
Cordis. Plaut. Epid. 3. 3. 4. Igitur perſpicere ut poſſint cordis copiam.
Frugum copia, & Inopia, contraria. Cic. pro Domo 17.
Lactis. Virg. 1. Ecl. 82.
Rei frumentariæ advectare. Tacit. 6. Ann. 13.
Vitæ copia deſit illis. Lucret. lib. 6. 814.
Beata Copia pleno cornu. Hor. in Carm. ſæcul. 59. Quaſi corporalem deam hic accipe Copiam, utique rerum omnium abundantiam. Porphyrius. Sic 1. Carm. 17. 14.

— hic tibi Copia
Manabit ad plenum benigno
Ruris honorum opulenta cornu.

Facilis. Propert. lib. 1. 9. 15.

Quid ſi non eſſet facilis tibi copia?

Faſtidioſa. Hor. 3. Carm. 29. 9.
Feſtiva librorum. Cic. 2. Att. 6. Itaque aut libris me delecto, quorum habeo Antii feſtivam copiam.
Mala, i. e. Nimia & noxia. Hor. 2. Serm. 2. 42.
Opulenta, V. beata.
Stipata rei alicujus. Lucret. lib. 2. 294.
Ubertas in dicendo & copia, cui opponitur Exilitas. Cic. 1. de Orat. 50.
Torrens dicendi copia. Juven. 10. Sat. 9.
Ubertas, varietas, copia dicendi. Cic. pro Corn. Balb. 3.
Orationis abundare. Cic. 2. de Orat. 102.
Rerum copia, verborum copiam gignit. Cic. 3. de Orat. 123.
Caſſa verborum. Lucret. lib. 4. 514. i. e. Vana.
Larga quidem ſemper, Drance, tibi copia fandi. Virg. 11. Æn. 378.
Mirabilis dicendi. Cic. in Topic. 67.
Dicendi tanta facultas & copia. Cic. 2. Verr. 10.
Copiæ, pl. [τροφὴ] pro Commeatu ſeu annona. Tacit. 15. Ann. 16. Contraque prodiderit Corbulo: Parthos inopes copiarum, & pabulo attrito, relicturos oppugnationem.
Se eorum copiis aluerunt. Cæſ. 4. Bell. Gall. 4.
Copia, [πλῆθος, δύναμις] vel Copiæ, nonnunquam in ſingulari, ſed multo frequentius in plurali, ſignificat Multitudinem vel Exercitum. Ter. Eun. 4. 6. 17.

Militem ſecum ad te quantas copias adducere? Sic Liv. 1. 2. extr.

Copias in aciem educere. Singulariter, Cn. Magnus Marcello & Lentulo coss. apud Cic. 8. Att. 12. Idcirco ad L. Domitium litteras miſi, primum ut ipſe cum omni copia ad nos veniret.
Copiæ in anguſtum coactæ, translate. Ter. Heaut. 4. 2. 2.

Ita hac re in anguſtum oppido nunc meæ coguntur copiæ.

Pedeſtres. V. pedester.
Navalis copia. Tacit. 4. Ann. 56. pr.
Abundare copiis. Cic. ad Brut.
Adducere. Ter. V. paulo ſupra.
Armare, Parare. Salluſt. in Jugurth. 13. pr.
Comparare. Cic. 12. Fam. 5.
Contrahere. Cic. 8. Att. 18.
Diſpoſita claſſiariorum copia. Tacit. 4. Ann. 27.
Educere e caſtris. Cæſ. 1. de Bell. Gall. 51. pr.
Expedire. Tacit. 13. Ann. 7.
Exponere copias in terram. Liv. 29. 27. de P. Scipionis trajectu.
Habere. Cic. 3. Fam. 3. &

Imminuere. Cic. ibidem. Pergratum mihi feceris, ſi iſtas exiguas copias, quas habuiſti, quam minimum imminueris.
Inſtructiores peditum copiæ. V. INSTRUO.
Minuere. Cic. 11. Fam.
Parare. Tacit. 3. Hiſt. 15.
Profligare. Hirt. de Bell. Alex. 76. pr.
Tranſponere. V. TRANSPONO.
Hoc copiarum, pro Hæ copiæ. Liv. lib. 2. Decad. 5. Hoc copiarum cum Præt. novis in Hiſpanias portatum eſt.
Copia, pro Multitudine hominum. Cic. pro Muren. 70. Tenuiorum, & non occupatorum amicorum eſt iſta aſſiduitas, quorum copia bonis & beneficis deeſſe non ſolet.
Copiarum nomine interdum Divitiæ, plerumque Exercitus, nonnunquam Totum intelligitur, quantumcunque poſſumus, ſive auctoritate, ſive gratia. Cic. 4. Att. 2. ſub finem, Quorum ſtudiis ego, & copiis, facile eſſem omnia conſequutus.
Copiæ, pro Rebus neceſſariis. Plin. lib. 2. cap. 17. Suggerunt affatim ligna, proximæ ſilvæ: ceteras copias Oſtienſis colonia miniſtrat.
Copiam aliam quærere. Ter. Heaut. 5. 1. 54.
Ne quam aliam quærat copiam, ac te deſerat. Hic videtur ſignificare Facultates & neceſſaria ad ſumptum faciendum. Dicit enim paulo poſt, Nam ſi illi pergam ſuppeditare ſumptibus, &c.
Copia, cum Facultatem ſignificat, & poteſtatem aliquid faciendi, jungitur plerumque cum verbis Facio vel Do, vel Sum.
Copiam dare alicujus rei. Ter. in prol. Heaut. 28.
Facite æqui ſitis, date creſcendi copiam,
Novarum qui ſpectandi faciunt copiam.
Data copia fandi. Virg. 1. Æn. 520.
Dare copiam exiſtimandi aliquid. Ter. Heaut. 2. 3. 41.
Ubi deimproviſo eſt interventum mulieri:
Nam ea res dedit tum exiſtimandi copiam,
Quotidianæ vitæ conſuetudinem.
Copia eſt quæ volumus. ſubaud. Eorum. Plaut. Capt. 2. 1. 21. i. e. Habemus quæ cupiebamus.
Copia eſt, ut pedem efferamus ex ædibus. Plaut. Bacch. 3. 3. 19. Et apud Ter. Heaut. 2. 3. 87.
Nam apud patrem tua amica tecum ſine metu ut ſit, copia eſt. i. e. Tu potes, paterque ſinet. ut, &c.
Copia eſt, Cum Infin. Salluſt. in Catil. cap. 17. extr. Quibus in otio, vel magnifice vel molliter vivere copia erat, incerta pro certis, bellum quam pacem malebant. i. e. Qui poterant. Tacit. 14. Ann. 14. de Nerone loquens; Vetus, inquit, illi copia erat curriculo quadrigarum inſiſtere.
Copia vix fuit eum adeundi. Plaut. Milit. 4. 6. 11.
Copia eſt mihi amittendi. Ter. Phorm. 1. 3. 24.
Ut neque mihi ejus ſit amittendi, nec retinendi copia.
Rara copia videndi aliquem. Tibull. lib. 2. 3. 84.
Cunctandi copia non eſt. Plaut. Epid. 1. 2. 59.
Facere copiam conveniendi alterum. Plaut. Capt. 3. 5. 90. Sic apud Liv. 4. Poſtero die jam militibus caſtra urbemque ſe oppugnaturos frementibus, ni copia pugnæ fiat.
Copiam facere ſui, vide an dicatur mulier. Torr. in Suet. Vitellium p. 503. Recte Turneb. Vulgarem interpretatur, quæ ſui copiam faciat. H. St. V. a pr. Comment. in Vitell.
Copiam facere conſilii ſui. Cic. 3. de Orat. 138. Sic apud Plin. lib. 6. Epiſt. 26. Ne ego quidem indignus, cui copiam ſci[illegible]iæ tuæ facias.
Copiam facere argenti. Plaut. Curc. 2. 3. 51.
Copiam efficere alicui ad aliquam amicam. Plaut. Milit. 3. 1. 174.
Bonam copiam jurare. Varro de L. L. lib. 6. non procul a fine, Nexum Manilius ſcribit omne quod per libram & æs geritur, in quo ſint mancipia. Paulo poſt, Liber, qui ſuas operas in ſervitutem dabat, pro pecunia quam debebat, dum ſolveret, nexus vocatur, ut ab ære obæratus. Hoc C. Popilio auctore, Sulla Dictatore, ſublatum ne fieret: & omnes qui bonam copiam jurarent, ne eſſent nexi, diſſoluti. Senſus eſt, ut P. Manutius exponit: Debitores nonnulli pro pecunia quam debebant, operas ſuas in ſervitutem dabant, dum ſolverent. Id Sulla Dictator ſuſtulit: voluitque ut ii bonam copiam jurarent: id eſt, ut ſui facultatem creditoribus ſemper eſſe facturos juramento promitterent. Cic. 9. Fam. 16. Tu autem quod mihi bonam copiam jures, nihil eſt. Alii legunt, Ejures, i. e. Jures non poſſe præſtare. Sic & apud Varr. Ejurarent. V. Victor. & Manut. ad loc. & in EJURO.
COPIŎLA, æ. f. [δυναμίδια] dimin. Planc. apud Cic. 11. Fam. 13. Recurri ad meas copiolas: ſic enim eas vere appellare poſſum: ſunt enim extenuatiſſimæ, & inopia rerum omnium peſſime acceptæ.
COPIS, e. pro Copioſo, a veteribus dictum, ut annotat Nonius ex Plaut. Pſeud. 2. 3. 8.
Atque ego nunc ut glorioſum faciam, & copi pectore. Idem Bacch. 2. 3. 117.
Ut amantem herilem copem facerem filium. Pacuvius Peribœa, O multimodis varie dubium & proſperum copem diem. Qui loquendi modus a communi uſu jam receſſit. Hinc Copona primum, deinde Caupona; Taberna vinaria, propter copiam rerum, quæ ibi venduntur, & Ipſa etiam cauponis uxor. V. ſ. l.
COPIŌSUS, a, um. Adj. [εὔπορος] Abundans, dives. Cic. 3. Verr. 65. Magnifice & ornate, ut erat in primis inter ſuos copioſus, convivium comparat.
Urbs celebris & copioſa. Cic. pro Arch. 4.
Amplum & copioſum patrimonium. Cic. pro Roſc. Amer. 6.
Lautum & copioſum patrimonium. Cic. pro Rabir. Poſt. 38.
Copioſa plane, & locuples mulier. Cic. 1. Verr. 55.
Copioſum Senatuſconſultum. Plin. 8. Epiſt. 6.
Tenuis & Copioſus victus, contraria. Cic. 3. Tuſc. 46. Tenuem victum antefert copioſo.
Doctus & copioſus homo, & paratus. Cic. 4. Acad.
Copioſus homo ad dicendum, & in dicendo. Cic. pro Cæcin. 64.
Rebus omnibus ornatus & copioſus. Cic. 2. in Catil. 18.
Copioſa diſputatio. Cic. 4. Acad. 30.
Copioſa & elegans oratio. Cic. 1. de Finib.
Multa, varia, & copioſa oratio. Cic. 2. de Orat. 214.
Fieri copioſiorem legendo aliquid. Cic. 13. Att. 44. Multa de meo Catone, quem ſæpiſſime legendo ſe dicit copioſiorem factum.

Copioſiſſimum ingenium. Plin. 9. Epiſt. 2. Illi enim & copioſiſſimum ingenium, & par ingenio materia.
Copioſus caprarum ager. Solinus cap. 16. extr. Ager Creticus ſilveſtrium caprarum copioſus eſt.
Copioſus re cibaria. Gell. lib. 7. cap. 1.
COPIOSE, Adv. [ἀφθόνως] Abundanter. Cic. de Senect. 58. Quam copioſe ab eo agricultura laudatur in eo libro, qui eſt de tuenda re familiari.
Copioſe & abundanter loqui de re aliqua. Cic. 2. de Orat. 151.
Large & copioſe. Cic. 2. de Nat. Deor. 121. Paſtum autem animantibus large & copioſe natura eum, qui cuique aptus erat, comparavit.
Neque ſententiis ſolum copioſe, ſed verbis etiam ornate dicere. Cic. 1. de Nat. Deor. 58.
Subtiliter & copioſe diſſerere. Cic. pro Flacc. 42.
Compoſite, ornate, copioſe eloqui. Cic. 1. de Orat. 48.
Graviſſime & copioſiſſime dicere. Cic. 1. Off. 4.
Copioſe aliquo proficiſci. Cic. 3. Verr. 91. Nam Malleolus in provinciam ſic copioſe profectus erat, ut domi prorſus nihil relinqueret. i. e. Cum tanta opulentia.
Copioſe ornatus, & honorifice acceptus. Cic. 6. Verr.
Copioſe reorum cauſas defendere. Cic. 4. Verr. 191.
Copioſiſſime dicere, cui opponitur Breviter, Strictimque. Cic. pro Cluent. 29.
Copioſiſſime naſci dicitur herba. Plin. lib. 19. cap. 5.
COPIĀRIUS, i. m. dicitur Qui magiſtratibus præbenda, & eorum familiæ præſtabat, publice conducta ei qui peregrinantes principes & magiſtratus ſectabatur, vinum cibariaque vendens. Turnebus 12. 3. Vocatur alio nomine Parochus apud Hor. 1. Serm. 5. 46. V. Acron. in loc.
CŌPIOR, āri. Caſtrenſe verbum eſt, pro Copia inſtrui & augeri. Gell. lib. 17. cap. 2. de verbis Quint. Claudii annalium primo curſim in legendo notatis, Et Romani multis armis & magno commeatu prædaque ingenti copiantur: quod verbum haud facile reperias apud civilium cauſarum oratores: exque eadem figura eſt qua lignantur, & pabulantur, & aquantur. V. Non. 2. 141.
CŎPIS, ĭdis. f. [κοπὶς] Gladius leviter curvatus falci ſimilis. Curt. 8. 14.
COPO, COPŌNA, V. CAUPO.
COPONIUS, Nomen gentis Romanæ. Q. Coponii, qui ambitus damnatus eſt, quia vini amphoram dediſſet dono ei, cujus ſuffragii latio erat, meminit Plin. lib. 35. cap. 12.
Commemoratur & alter Coponius ſtatuarius ab eodem Plinio, quem a Varrone laudatum aſſerit, ejuſque opera quædam enumerat. V. lib. 36. cap. 5.
COPRATAS, [Κοπράτας] Straboni Perſidis fluvius eſt, ut videre licet lib. ejus Geogr. 15.
CŎPREA, æ. m. [κοπρίας] Stercorarius. Suet. Claud. cap. 8. Interdum ferula flagrove velut per ludum excitabatur, a copreis ſolebant & manibus ſtertentis ſocci induci. i. e. Stercorariis: ut Græco verbo Tranquillum uſum opinemur ob rei fœditatem, quod ſtercore obliti ejus manibus ſocci inducerentur, ut & ſi diritate odoris non expergiſceretur, tamen ab aliis experrectus, ſibi alvi profluvie faciem oblineret, eam ſoccis defricans. Sic reſtituit Turnebus, Adverſ. 22. 31. [Rectius alii diſtinguunt, Exitabatur a copreis. Solebant &c. Quid fuerint autem illi Copreæ pleniſſime docuit Caſaub. ad ejuſdem ſcriptoris Tiber. cap. 61. Perperam in ed. Lond. Copreus, i. m. legebatur.
COPTA, æ. f. [κόπτη] Martial. lib. 14. 68.
Peccantis famuli pugno ne percute dentes:
Clara Rhodos coptam quam tibi miſit, edat. Copta, Genus panificii fuiſſe videtur, cui quædam quæ tunderentur, ut ipſum vocabulum indicat, miſcerentur: ut nuclei pinei, amygdalæ: ſed omnino duriſſima adferebatur Rhodo, ut e Martialis joco intelleximus. Coptæ meminerunt medici, ut Trallianus Alexander lib. 11. cap. 14. his verbis, Τῶνδε πραγμάτων συμφέρει μάλιστα τὰ κάστανα λαμβάνειν, μήτε καρύων, ἢ στροβίλων, ἢ ἀμυγδάλων ἐσθίειν, ἀλλὰ μηδὲ πλακούντων, ἢ κοπτῶν. Et Oribaſius κοπτάριον purgans facit e ſimila, nucleis pineis, dacrydio, pipere, melle deſpumato: & alterum e ſimila, ſcammonia, nucleis pineis, pipere, melle. Ex Turneb. Adverſ. 10. 10. pr.
COPTUS, i. f. [Κοπτὸς] Oppidum Thebaidis, commune Ægyptiorum & Arabum emporium, vergens ad mare rubrum, vicinas habens cautes, e quibus eruuntur Smaragdi. Juven. 15. Sat. 28.
Geſta ſuper calidæ referemus mœnia Copti. Hinc
COPTĬCUS, a, um. [Κοπτικὸς] Apul. Met. 2. p. 127. Adyta Coptica. &
COPTITES, [Κοπτίτης] Unus eſt ex Ægypti nomis, quas præfecturas vocant, ut auctor eſt Plin. lib. 5. cap. 9.
CŌPŬLA, æ. f. [σύνερξις, συμπλοκὴ] ſignificat Nexum, ſive vinculum. Plaut. Epid. 5. 1. 11.
Quæritant me, in manibus geſtant copulas ſecum duas. Ita Lamb. Al. Seſcuncias. Ovid. 7. Met. 774.
Copula detrahitur canibus. i. e. Vinculum colli.
Dura copula. Ovid. 5. Triſt. 10. 28.
Irrupta. Hor. 1. Carm. 13. 17.
Copula, Particula orationis, quæ copulat, id eſt conjungit: quales ſunt apud Grammaticos, ET, QUE, & hujuſmodi encliticæ, quæ idcirco Copulativæ conjunctiones dicuntur. Apud Dialecticos autem eſt Vinculum, quod conjungit ſubjectum & prædicatum; nempe verbum ſubſtantivum.
CŌPŬLO, [συμπλέκω, συνείργω] āre. Colligare, vincire, conjungere. Plin. lib. 17. cap. 19. Plaut. Pœn. 1. 2. 130.
Quid ais tu? quando illi apud me mecum caput & corpus copulas?
An hæc inter ſe jungi copularique poſſint. Cic. 1. de Orat. 122.
Copulando verba jungere. Cic. in Orat. 154. Libenter etiam copulando verba jungebant: ut Sodes, pro Si audes; Sis, pro Si vis. [Hic eſt quod juniores Grammatici Syncopare vocant, i. e. Per συγκοπὴν jungere.
Conjunctionibus copulari, & Diſſolutionibus relaxari, contraria. Cic. in Partit. 21. Conſtructioque verborum, tum conjunctionibus copuletur, tum diſſolutionibus relaxetur.
Copulare uno vinculo. Liv. 28.
Honeſtatem cum voluptate tanquam hominem cum bellua copulare. Cic. 4. Acad. 140.
Copulare cum præſentibus futura. Cic. 2. de Finib. 45.
Copulare concordiam. Liv. 4. 43. extr. Quin illi, remittendo de ſumma quiſque juris, mediis diis, copularent concordiam. [Perperam in nuper editis vox diis omiſſa eſt.
Copulare

Copulare ſermonem cum aliis. Plaut. Pœn. 3. 3. 42. Sermonem nobiscum ibi copulat.
Societatem cum deo. Plin. lib. 2. cap. 7.
Voluntates. Cic. 3. Fam. 4. Non mediocre vinculum mihi quidem attuliſſe videtur ad voluntates noſtras copulandas.
Cŏpŭlor, [συζεύγνυμαι] āri. depon. Idem. Plaut. Epid. 3. 3. 20.
— cave ſiris cum filia
Mea copulari hanc, neque conſpicere: jam tenes?
Copulari dexteras. Plaut. Aul. 1. 2. 38.
Adeunt, conſiſtunt, copulantur dexteras. Paſſivum pro activo. Nonius. [Paſſivum eſt, conſtructione Græca. V. Vechn. Hellenol. 1. 8.
Copulātus, a, um. [συμπεπλεγμένος] Partic. Cic. 4. Tuſc. 24. Hæc quæ dico, cogitatione quidem inter ſe differunt: re vero copulata ſunt.
Copulata res & confatalis. Cic. de Fat. 30.
Simplicia & Copulata, oppoſita. Cic. de Fat. 30. Quædam enim ſunt (inquit) in rebus ſimplicia, quædam copulata.
Admiſtum, copulatum, concretum, coagmentatum. Cic. 1. Tuſc. 71. Quoniam nihil ſit animis admiſtum, nihil copulatum, nihil concretum, nihil coagmentatum, nihil duplex.
Naturæ copulatum, i. e. Conſentaneum naturæ. Cic. 2. de Divin. 143. Quid naturæ copulatum habuit Alcibiadis quod ſcribitur ſomnium?
Copulatus, [σύμπλεκτος] Cic. 1. Off. 56. Nihil autem eſt amabilius, nec copulatius, quam morum ſimilitudo bonorum.
Sed lego Et copulantius. Quod videtur aptius. Quod magis copulet Wolff. p. 200. quod minus probat ille, ego contra. H. St. Aſtruit eandem lectionem ex Mſſ. Urſinus.
Coplatus, figurate pro Copulatus. Lucret. lib. 6. 1086.
Eſt etiam, quaſi ut annellis, hamiſque plicata
Inter ſe quædam poſſint coplata teneri, &c. Quam ſcripturam quidam non intelligentes, vel inſolentem judicantes, Compacta perperam repoſuerant. Lambin.
Copulātio, ōnis. f. [σύμπλεξις] Conjunctio. Cic. 1. de Fin. 19. Ita effici complexiones, & copulationes, & adhæſiones atomorum inter ſe.
Copulatio rerum, & quaſi conſentiens ad mundi incolumitatem coagmentatio naturæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 119.
Congreſſus copulationeſque conſuetudinum. Cic. 1. de Fin. 69.
Copulātum, i. n. Gell. 16. 8.
Copulāte, [συμπλεκτικῶς] Adv. Gell. lib. 10. cap. 24. Diequinti, pro adverbio copulate dictum eſt.
Copulātus, ûs. m. Arnob. lib. 1.
Copulātor, ōris. m. Firmicus.
Copulātrix, īcis. f. Ambroſ. Epiſt. 84. & Auguſtin. de Trin. 11. 9.
Copulātīvus, [συμπλεκτικός] Adj. fictum a grammaticis; Quod copulat, vel copulare poteſt. unde Conjunctio copulativa. conf. Iſid. 1. 11.

C O Q

Coquina, Coquinarius. In coquo.
Cŏquo, xi, ctum, [ἕψω, ἑψέω, ἑφθόω, πεπαίνω] ĕre. Notæ ſignificationis. Coquere cœnam, prandium, cibum, &c. Plin. lib. 3. cap. 1. Hujus proprietas, ut ventiletur in coquendo, donec deſinat olere.
Coctum, a Cogendo dicitur, quia coquendo coarctetur, ut ad utilitatem veſcendi perducatur. Feſtus. Ubi Dacer. Coquere a Cogere, coagere. [Nugæ grammaticales. unde ergo primam brevem habet?
Cibum coquere. Lucret. lib. 5. 1101.
Coquere ex oleo. Celſ. lib. 5. cap. 17. i. e. In oleo.
Coquere lateres in fornacem. Cato, cap. 39. Inde laterculos facito, coquito in fornacem.
Coquere cibum, pro Concoquere in ventriculo. Cic. 2. de Nat. Deor. 24. Negat enim ullum eſſe cibum tam gravem, quin is coquatur die & nocte. Legitur & Concoquatur.
Coquere locum dicitur Sol. Varr. 3. de R. R. cap. 14. pr. Locus is melior, quem & non coquit ſol, & tangit ros.
Coquuntur fructus, Quando perfecte matureſcunt. Plin. lib. 15. cap. 24. Fructus anno matureſcit, pariterque floret ſubnaſcens, & prior coquitur.
Æſtas coquit glebas. Virg. 1. Georg. 66.
Radii Solis coquebant cava flumina. Virg. 4. Georg. 428.
Coquere, Corrumpere, putrefacere. Hor. 2. Serm. 2. 41.
— at vos,
Præſentes Auſtri, coquite horum obſonia: quanquam &c. [Ita Schol. vet. & Lamb. Poteſt tamen trito ſenſu accipi, Coquite, pro Maturate coquendo, adducta idonea tempeſtate.
Coquere bellum & conſilia, Parare & moliri clanculum. Liv. 8. 3. Omnibus conſultationibus inter ſe principes occulte Romanum coquebant bellum.
Coquit me illud. Cic. 5. Att. 4. Tua profectio ſpem meam debilitat, ac me illud quidem modo coquit. Locus corruptus annotatur a Victorio. Poſtrema verba non ſunt in Mſſ.
Coquit me cura, h. e. Conſumit. Ennius apud Cic. de Senect. 1.
O Tite, ſi quid ego adjûro, curamve levaſſo,
Quæ nunc te coquit, & verſat ſub pectore fixa.
Iras coquere. Sil. lib. 7. 403.
Coctus, a, um. [πεπεμμένος, ἑψητὸς] Partic. ut, Coctus ſolibus fructus. Plin. lib. 12. cap. 5. De fructu ficus Indicæ. Hinc, Cocta poma, Matura dicimus.
Gramina cocta per manus Medeæ. Propert. lib. 2. 4. 8.
Agger coctus, Coctis lateribus factus. Propert. lib. 3. 10. (Al. 9.) 22.
Poma matura & cocta, cui contrarium Cruda. Cic. de Senect. 71.
Bene coctus & conditus ſermo bonus. Cic. 13. Att. 50.
Coctio, ōnis. f. [πέπανσις, ἕψησις]
Coctionem facere, pro Concoquere & conficere cibum in ventriculo, quod vulgus Digerere vocat. Plin. lib. 20. cap. 9.
Coctor, ōris. m. [ἑψητὴς] Qui coquit.
Coctor, pro Decoctore, [ἄσωτος] Seneca de Benefic. lib. 4. cap. 26. extr. Quis coctori pecuniam credet, aut depoſitum committet ei, qui jam pluribus abnegavit? Al. Decoctori. Plaut. Pœn. 3. 2. 9.
Hodie Juris coctores non ſunt, qui lites creant. Sic leg. Pareus; ſed Turnebus aliique Coctiores. V. Adverſ. 15. 7. Petron. cap. 95. Coctores, inſulariique. [Hic Coctores iidem, qui Coqui.
Coctūra, æ. f. [ἕψημα] Idem quod Coctio. Columel. lib. 12. cap. 18. Si quinta pars picis Brutiæ in univerſam cocturam adjiciatur, utiliſſimum ſit omni vindemiæ.
Coctura, dicitur Cæli temperies, a perfecta fructuum decoctione. Plin. lib. 14. cap. 4. Quum C. Gracchus Tribunus plebem ſeditionibus agitans interemptus, ea cæli temperies fulſit, quam cocturam vocant, ſolis opere.
Coctĭlis, e. [ἑφθός] Quod coquendo fit. ut, Coctiles tegulæ. Coctilia vaſa, figulina. Curt. lib. 5. 1. de Babylone, Murus inſtructus laterculo coctili, bitumine interlitus, ſpatium triginta & duorum pedum latitudinem amplectitur.
Muri coctiles, Lateritii. Ovid. 4. Met. 58.
Coctĭbĭlis, e. [εὐέψητος] Quod facile coquitur. Plin. lib. 16. cap. 6. Glans fagea ſuem hilarem facit, carnem coctibilem ac levem, & utilem ſtomacho. Alii legunt Coquibilem.
Coctĭlītius, Adj. ut, Coctilitia taberna apud Julium Capitolinum in Pertinace, quam quidam interpretantur, In qua ligna vendebantur cocta, ne fumum emitterent, cujus generis fuerunt, quæ Græci ἄκαπνα vocarunt. Verba Capitolini ſunt, Pater ejus coctilitiam tabernam in Hetruria exercuerat. Solere autem ligna coqui auctor eſt Ulp. l. ligni. appellatio. D. de verb. ſignif. Sed & titiones, inquit, & alia ligna cocta, ne fumum faciant, &c. V. in coactilia.
Coctīvus, a, um. Adj. [πέπαμνος] Quod facile vel coquitur, vel maturatur; ut, Coctiva poma, Coctivum legumen.
Coctivæ caſtaneæ, dicuntur Nigræ, quæ magis in uſu ſunt. Plin. lib. 15. cap. 23. Laudatior Corelliana, & ex ea facta Meterana, quam rubens cortex præfert triangulis, & popularibus nigris, quæ coctivæ vocantur.
Cŏquĭto, [ἕψομαι] āre. frequent. Feſtus; Coquitare pro Coctitare, i. e. Frequenter coquere Plaut. Aul. 3. 3. 5. poſuit. Idem ibid. 3. 1. 3.
Neque ego unquam niſi hodie ad Bacchas veni in Bacchanal coquitatum.
Sic Feſtus leg. ſed potius legendum eſt (ut eruditi ſuſpicati ſunt) Coquinatum.
Cŏquus, vel Cŏcus, i. m. [μάγειρος] Qui cibos coquit & vendit. Feſtus; Coquum & Piſtorem apud veteres eundem fuiſſe accepimus. Nævius; Coquum, inquit, edit Neptunum, Venerem, Cererem. Significat per Cererem, panem: per Neptunum, piſces: & per Venerem, olera. Cic. pro Roſc. Amer. 134. Mitto haſce artes vulgares, coquos, piſtores, lecticarios. Donatus in Adelphos Terentii 3. 3. Ciceronis dictum refertur in eum qui coqui filius ſecum cauſas agebat, Tu quoque aderas huic cauſæ. Nam apud veteres Coquus non per c litteram ſcribebatur, ſed per q. Hactenus Donatus.
Coquum facere. Martial. lib. 12. 65.
Vincentem roſeos, facieque, comaque miniſtros
Cinna coquum fecit, Cinna guloſus homo eſt.
Coqua, æ. f. Plaut. Pœn. 1. 2. 38.
Coquŭlus, i. m. [μαγειρίσκος] dimin. Parvus coquus. Perottus.
Coquŭla, æ. f. ut Varro ait apud Nonium 13. 52. Quæ coquebat panem, primum ſub cinere, poſtea in forno: cujus utriuſque vocabulum a forno ductum, id eſt a caldore.
Coquulum, i. n. Vas æneum coctionibus aptum. Plaut. Æneis coquulis excocta mihi eſt omnis materia. Alii Coquula accipiunt pro Lignis minutis, quibus facile decoquuntur obſonia. Feſtus.
Legitur & Coculum. Plaut. Capt. 4. 2. 67. Cato R. R. cap. 11. Ahenum coculum.
Coquīnus, a, um. Adj. ut, Coquinum forum. Plautus Pſeud. 3. 2. 1.
Forum coquinum qui vocant, ſtulte vocant,
Nam non coquinum eſt, verum furinum eſt forum.
Coquīna, æ. f. [μαγειρεῖον] Locus in quo dapes coquuntur. Nonius, 1. 273. Culinam veteres Coquinam dixerunt, non ut nunc vulgus putat. Mercerus Colinam legit, cujus edit. V. Donatus in primo actu Andriæ, Coquina, Medicinæ famulatrix eſt. conf. culina.
Coquinālis, e. Varro apud Non. 3. 32. Culter coquinaris.
Coquinārius, [μαγειρικὸς] Adj. ut, Coquinaria vaſa. Plin. lib. 33. cap. 11. Coquinarium inſtrumentum. V. Miliarium, i. in milium.
Coquinaria, æ. f. [μαγειρικὴ] Ars coquendi quæ ad victum ſpectant. Perottus.
Coquinarius, i. m. Qui cibos coctos vendit, vel Qui coquinariam artem exercet. Perottus.
Coquīno, [μαγειρεύω] āre. unde Coquinatum, pro Ad coquendum, legimus apud Plautum in Aul. 3. 1. 3.
Neque ego unquam, niſi hodie, ad Bacchas veni in Bacchanal coquinatum. Al. Coquitatum. Idem Pſeud. 3. 2. 85.
Hem mane. quanti iſthuc unum me coquinare perdoces?
Cŏquīnātōrius, a, um. aliud Adj. ut, Vaſa coquinatoria. Vaſa autem coquinatoria eadem eſſe palam eſt, quæ Plinius Coquinaria nominat, a verbo Coquinari, quo Plautus uſus eſt, item ut hoc a Coquina. Ceterum quod apud Paulum in l. 6. D. de pen. leg. Cocitatoria vaſa legitur, Cocinatoria, id eſt coquinatoria reponendum videtur. Nam c pro q, frequenter in antiquis libris reperiri notum eſt: & apud Ulp. in l. 19. §. 5. D. de aur. & arg. leg. ſic plane legitur.

C O R

Cor, cordis. n. [καρδία] Cor animalibus ceteris in medio pectore eſt: homini tantum infra lævam papillam ita palpitat, ut admota manu duo eſſe videantur. Hoc primum naſcentibus formari in utero tradunt, deinde cerebrum, ſicut tardiſſime oculos, ſed hos primum mori, cor noviſſime. Hæc Plin. lib. 11. cap. 37. Quicquid autem dicat, conſtat cor exactiſſime in medio thorace & corpore ſitum eſſe, ſecundum omnem ſui dimenſionem: ſed fibram ſive extremitatem ejus, verſus ſiniſtrum latus vergere. Primum autem omnium membrum in corpore hepar gignitur, non autem cor. [Immo de cordis poſitu & geneſi conſule juniores anatomicos.
Cor, quantitatem habet nunc productam, nunc correptam. Ovid. Epiſt. Sapph. 79.
Molle meum levibus cor eſt violabile telis. Idem. 1. de Pont. 4. 32.
Confiteor miſero molle cor eſſe mihi. Martialis & Auſonius ſemper corripiunt.
Cor, pro Mente ſæpe uſurpatur. Lucret. lib. 5. 1106.
Ingenio qui præſtabant, & corde vigebant.
Curæ cordis. Lucret. lib. 3. 117.
Globus cordis. Lucret. lib. 4. 118.
Stupor cordis. Cic. 3. Philip. 16. Qui propter hæſitantiam linguæ, ſtuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxerit.

Acria corda. Lucret. lib. 3. 295.

— quibus acria corda,
Iracundaque mens facile effervescit in ira. Hinc

Acri corde tumere. Valer. 6. Argon. 1.
Ægrum. Valer. 6. Argon. 719.
Aliena corda. i. e. Dura, & nullis precibus flectenda. Stat. 3. Theb. 281.
Alto de corde, h. e. Ex imo pectore. Ovid. 2. Met. 621.

Tum vero gemitus alto de corde petitos Edidit.

Alto corde uri. Stat. 11. Theb. 396.
Anhela corda. Sen. Agam. 7.
Anxia. Lucret. lib. 6. 14.
Aspera. Virg. 10. Æn. 87.
Attonito gemitus a corde trahuntur. Ovid. 11. Met. 709.
Capax multorum scelerum. Senec. Theb. v. 159.
Cupidum. Lucret. lib. 4. 1087.
Discordantia corda. Sil. lib. 16. 20.
Dura. V. Domare, infra.
Effera. Valer. 1. Argon. 798.

— sacer effera raptet
Corda pavor.

Exsatiata cruore. Sil. lib. 16. 542.
Fallacia. Sil. lib. 13. 283.

Sacra fides agitat virûm fallacia corda.

Ferrea. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 226.

Ferrea lascivis mollescant corda sagittis.

Ferum cor satiare. Ovid. 9. Met. 178.
Fera equi corda fatigare. Sil. lib. 13. 143.
Flammatum. Virg. 1. Æn. 50.
Fortissima. Virg. 5. Æn. 729.
Hebes. Lucret. lib. 4. 51.

Id licet hinc quamvis hebeti cognoscere corde.

Importuna luxu. Sil. lib. 11. 389.
Inertia. Virg. 9. Æn. 55.
Languida monstris. Sil. lib. 3. 504.
Levisomna canum. Lucret. lib. 5. 862.
Libero corde fabulari. V. LIBER.
Lienosum. Plaut. Cas. 2. 6. 62. Cor lienosum, opinor, habeo. comice & joculariter, ridiculeque dicitur, pro Morboso: quum tamen morbo lienis cor tentari non possit. Sed quem corporis esse scimus, eundem cordi etiam morbum adscivit. Alio loco dicit Lienem seditionem facere, præcordia occupavisse; nisi fallor; quod & ad hunc locum enodandum pertinet. Turneb. 7. 15. [Is locus est Merc. 1. 2. 14. V. Dissald. ad priorem locum.
Maculosa bidentum, Morbosa. Stat. 3. Theb. 457.
Noxia. Ovid. 10. Met. 351.
Patruo corde dolorem ferre. Ovid. 11. Met. 329. i. e. Forti, interprete Heinsio.
Perfida. Ovid. in Ibin, 170.

Et scindent avidi perfida corda canes.

Purum vitio. Hor. 2. Serm. 3. 213.
Rustica. Propert. lib. 4. 1. 12.
Sagax. Sil. lib. 8. 466.
Sedatum. Virg. 12. Æn. 18.
Triste. Virg. 6. Æn.
Tumefactum. Seneca in Agamemn. 13.
Tumidum. Hor. 2. Serm. 3. 213.
Acuere curis corda mortalia. Virg. 1. Georg. 123.
Æstuat pudor in uno corde. Virg. 10. Æn. 871.
Concipere metus corde. Stat. 3. Theb. 310.
Cumulatur cor ira. V. IRA.
Domare dura corda. Ovid. 4. Epist. 156.
Esse cordi, i. e. Curæ esse. Hor. 1. Carm. 17. 14.
Est cordi mihi, i. e. Placet vel delectat. Ter. Phorm. 5. 3. 17. Quia uterque utrique est cordi. Liv. 23. Id deis cordi non esse. Ducta metaphora ab iis quæ stomacho grata sunt: Os enim stomachi antiqui tum Græci, tum Latini Cor appellabant. [Immo Cordi esse dicitur, ut Curæ esse, de His, quæ impensius cupimus, aut agimus, aut amamus.
Est cordi forma virginibus. Ovid. de Medicam. faciei, 32.
Excessit cura ex corde. V. EXCEDO.
Exsultantiaque haurit Corda pavor pulsans. Virg. 3. Georg. 106.
Facere ludicram artem cœpit cor meum, Palpitat. jocus est Plaut. Aul. 4. 3. 3.
Fatiscunt corda longo sudore. Stat. 11. Theb. 92.
Ferre aliquid æquo corde, h. e. Æquo animo. Stat. 3. Theb. 679.
Gerere corda propinqua studio alterius. Martial. lib. 12. 44.

Quique geris studiis corda propinqua meis.

Habet cor, i. e. Sapit. Plaut. Pers. 4. 4. 71.
Habes nec cor, Popile, nec genium. Martial. 7. 78.
Non habere cor. Cic. 2. de Fin. 91. Hoc est non modo cor non habere, sed ne palatum quidem.
Indignantia pacem. Stat. 3. Theb. 599.
Instituere aliquid in corde. Plaut. Most. 1. 2. 3.
Labant ægra corda virorum. Valer. 3. Argon. 75.
Læsum vulnere cor. Ovid. 12. Met. 421.
Mansuescere precibus nescia corda. Virg. 4. Georg. 470.

Nesciaque humanis precibus mansuescere corda.

Micat cor timore. Ovid. 3. Fast. 330.
Oblita laborum. Virg. 9. Æn. 225.
Permulcere corda. Sil. lib. 13. 344.
Persequi aliquid corde & animo atque viribus. Plaut. Capt. 2. 3. 26.
Perurere cor, Valde afficere. Martial. lib. 12. 49.
Raptat corda pavor. Valer. 1. Argon. 316.
Riguerunt corda. Lucan. lib. 8. 60.
Salit cor. Plaut. Cas. 2. 6. 62.
Sapit cor. Cic. 2. de Fin. 24. Nec enim sequitur, ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus.
Sepulta multo mero. Ovid. de Rem. Amor. 806.
Solvere corde metum. Virg. 1. Æn. 562.
Stupefacta. Virg. 5. Æn. 643.
Tremere corde & genibus. Hor. 1. Carm. 23. 8.

Trepidare corde. Cic. 3. de Orat. 166.

At Romanus homo, tamen etsi res bene gesta est,
Corde suo trepidat.

Trepidantia bello. Virg. 4. Georg. 70.
Tument rabie fera corda. Virg. 6. Æn. 49.
Cordis copia & cor sapientiæ. Plaut. Epid. 3. 3. 4. [Immo Speculum sapientiæ, ut placet Gronov. q. V.

CORCŬLUM, i. n. [κάρδιον] dimin. Plaut. Cas. 4. 4. 14. Meum corculum, meus molliculus caseus. Blandientis vox. Sic in Cas. 2. 6. 9.

CORCŬLUS, i. m. Corculum (inquit Festus) a Corde dicebant antiqui Solertem & acutum. Cic. 1. Tusc. 18. Aliis cor ipsum animus videtur: ex quo excordes, vecordes, concordesque dicuntur, & Nasica ille prudens bis Consul, Corculum. Plin. lib. 7. cap. 31. Catos, Corculos, apud Romanos cognominatos esse refert, Qui sapientia præstiterunt.

CORICILLUM, i. n. aliud dimin. Petron. cap. 75. Coricillum est, quod homines facit: Cetera quisquiliæ omnia.

CORDĀTUS, a, um. [νουνεχής] Adj. Qui corde præditus est, id est, solers & sapiens: antiqui enim philosophi quidam in corde sapientiam constituebant. Ennius apud Cic. 1. Tusc. 18.

Egregie cordatus homo Catus Æliu' Sextus.

Compar. Lactant. 3. 20. Non inficior fuisse Socratem paullo cordatiorem quam ceteros.

CORDAX, ăcis. [κόρδαξ] Cordax Trochæus pes quare sit dictus, docet Cic. in Orat. 193. ubi Gronov. V.

Cordax saltatio, Obscæna & comica. Budæus in l. Athletas D. de his qui not. infam. V. Schol. ad Nub. Aristoph. 540.

CORDĀTE, Adv. [νουνεχῶς] Sapienter, prudenter. Plaut. Pœn. 1. 1. 3.

Quas tu sapienter, docte, & cordate, & cate
Mihi reddidisti opiparas opera tua.

CORDIĀLIS, e. Barbarum, judice Voss. de Vit. L. L. 4. 31.

CORDIĀLĬTER, Adv. ibid.

CORDĬCĬTUS, aliud Adv. Ex corde. Sidon. 4. Epist. 6.

CORDŎLIUM, i. n. [καρδιαλγία] Cordis dolor. Plaut. Cist. 1. 1. 67. At mihi cordolium est.

CŎRA, æ. f. Latii oppidum, quod Corani populi tenuerunt a Dardano orti, quorum meminit Plin. in descriptione Italiæ. V. Sil. 8. 380.

CORANI, Populi hujus oppidi. Plin. 3. 5.

CORA, æ. f. [κόρη] Puellam decenti forma conspicuam significat apud Molossos. Propterea eorundem rex Aidonius, uti est apud Plutarchum, filiam appellavit Coram, quam rapere adortus sit Pirithous.

Coram item Græci Pupillam in oculo vocant, quia ἐκ κοίλων ῥεῖ τὸ δάκρυον, hoc est, ex concavo profluit lacryma, unde dicatur etiam Collurium.

Est item Cora, Impedimentum sistens profluvium, & Nummi species.

Advertendum quoque est, Coras pro Vestium manicis capi, aut ejusmodi quopiam, quæ manibus plerumque porrectiores comparantur: ob idque impedimentum afferant, si in eas immittantur manus, ne quid possit fieri. Proinde lectum in historia [illegible], Ab Cyro sororis Darii filios necatos, quod illi occurrentes, in coras non immisissent manus, quod uni tantum regi assueverat fieri.

Sumitur & aliter hoc nomen, significataque habet varia apud auctores, ut videre poteris apud Cæl. Rhodig. Antiq. Lect. lib. 7. cap. 15.

CŎRACĒSIUM, [Κορακήσιον] Primum Ciliciæ castellum est, in petra prærupta positum, quo Diodorus cognomento Tryphon receptaculo usus est, quo tempore Syriam a regibus desciscere fecit, adversum quos bellum gerebat, interdum secundo eventu, interdum adverso. Auctor Strabo lib. 14. Meminit Plin. lib. 5. cap. 27.

CORACINUS, a, um. Adj. a Corax. V. CORAX.

CORACINA Sacra, legimus apud Ambrosium in Pauli epistolam ad Romanos, Quæ Coraci præstarentur, sive is intelligatur corvus, seu ejus nomenclaturæ deorum mutorum unus. Meminit Cæl. Antiq. Lect. lib. 12. cap. 5.

CORALITICUS, Lapis in Asia reperitur, mensuræ non ultra bina cubita, candore proximus ebori, & quadam similitudine, quem magni æstimari refert Plin. lib. 36. cap. 8.

CORĂLIUM, i. n. pr. ancip. [κοράλλιον, κωράλιον] Lapis est rubri coloris. Plin. lib. 32. cap. 29. Quantum apud nos Indicis margaritis pretium est, tantum apud Indos in coralio. Gignitur quidem & in rubro mari, sed nigrius. Quo in loco & Curalium legitur, & etymon a præcidendo ducitur. Vide item Plin. lib. 36. cap. 19. Coralium unico L scribitur. Ovid. 15. Met. 416.

Sic & coralium, quo primum contigit auras
Tempore durescit, mollis fuit herba sub undis.

Interdum tamen productionis causa L geminatur. Auson. in Mosell. 69.

Quum virides algas, & rubra corallia nudat
Æstus.

Claud. in Nupt. Honor. & Mar. 169.

Mergit se subito, vellitque corallia Clotho.

Corallum quoque nonnunquam legitur. Sidonius in Epithal. Ruricii, Carm. 11. 110.

Lactea puniceo sinuantur colla corallo.

CŎRALIUS, [Κοράλλιος] Phrygiæ fluvius est, qui alio nomine Sangarius dicitur. Auctor Plin. lib. 6. cap. 1.

CŎRALLI, [Κοράλλοι] Populi sunt Pontici, immanitate insignes. Ovid. lib. 4. de Pont. 2. 37.

Hic mea cui recitem, flavis nisi scripta Corallis?

CORALLIS, Gemma est similis minio: gignitur in India & Syene. Auctor Plin. lib. 37. cap. 10.

CŎRĂLOACHATES, vel CORALLOACHATES, [κοραλλοαχάτης] Gemma est ex Achatæ generibus, similis coralio aureis guttis distincto. Plin. lib. 37. cap. 10.

CŎRAM, [ἐνώπιον, ἄντικρυς, ἔμπροσθεν] In conspectu. Præpositio ablativo casui serviens. Cic. in Pisonem 12. Coram genero meo.

Coram, præpositio suo casui aliquando postponitur. Tacit. 1. Ann. Multaque eo coram. Idem 3. Ann. 14. Senatu coram. & 3. 24. extr. Patribus coram.

Coram aliquando, est adverbium. Cic. 11. Fam. 16. Nam quemadmodum coram qui ad nos intempestive adeunt, molesti sæpe sunt. Idem Attico 7. 3. extr. Sed hæc coram: nam multi sermonis sunt.

Coram etiam & Absens, contraria. Cic. ad Octav. Non prætermittam, quin, quoniam coram id facere prohibeor, absens prosim.

Coram etiam ex ipso audiebamus. Cic. 1. Acad. 13.

Dispu-

Diſputare coram cum aliquo de re aliqua. Cic. 2. de Lege Agr. 77. Veniat, & coram mecum de agri Campani diviſione diſputet.
Coram inter nos conferemus. Cic. 1. Att. 17.
Coram præſens, Pleonaſmo. Plaut. Pſeud. 4. 7. 43.
—quia te ipſus coram præſens præſentem videt. Cic. 3. de Lege Agr. pr. Ea coram potius, me præſente, dixiſſent.
A præſentibus coram ſermo habetur. Cic. de Amicit. 3. Atque ideo feci, ut tanquam a præſentibus coram haberi ſermo videatur.
Coram ante oculos. Ter. Eun. 4. 7. 24.
Rogitas? quæ mi ante oculos coram amatorem adduxti tuum?
Coram in os aliquem laudare. Ter. Adel. 2. 4. 5.
O mi Germane, ah vereor coram in os te laudare amplius.
Adeſſe coram. Virg. 1. Æn. 595.
Aliquid coram agnoſcere. Virg. 3. Æn. 173.
Cernere coram. Virg. 2. Æn. 538.
Oſtendere coram. Virg. 6. Æn. 716.
Recitare coram quibuslibet. Hor. 1. Serm. 4. 74.
Tenetur coram. Cic. pro Cluent. 39. Index Avilius ex altera parte coram tenetur.
Venire coram. Hor. 1. Serm. 6. 56.
Coram huc adducere aliquem. Ter. Andr. 5. 3. 29.
Sine me expurgem, atque illum huc coram adducam.
Coram, pro Hic, hoc loco, interprete Donato. Ter. Phorm. 5. 8. 21.
— ferme eadem omnia,
Quæ tute dudum coram me incuſaveras.

Corambis, Oppidum eſt inter Ægyptum & Æthiopiam, juxta quod eſt bituminis fons, ut ſcribit Plin. lib. 6. cap. 29.

Coramble, es; vel Corambla, æ. f. [κοράμβλη] Herba quæ oculorum aciem retundit, & hebetem facit; ideoque dicta: nam κόρη, pupillam ſignificat; ἀμβλὺς vero retuſum & hebes. Columel. in Horto lib. 10. 178.
Nunc veniat quamvis oculis inimica coramble. Sunt qui contendant omnino legendum Corymbe. De Coramble in hanc ſententiam meminit Ariſtophanis in Hippeis commentator, Crambe, apud antiquos Coramble, διὰ τὸ τὰς κόρας βλάπτειν, id eſt quod noceat oculis, appellata: quam ex Lycurgi oculis natam ferunt. Hunc enim Bacchus extimeſcens, vitibus ligatum ac collacrymantem projecit in mare: ex cujus lacryma caulis eſt natus. Proinde factum aiunt, ut vitis & braſſica ἀντιπαθῶς. id eſt contrariam vim in ſe habeant. Credunt namque agricolarum filii, vitem cui appenſa fuerit braſſicæ radix, ſterileſcere: atque eam ob rem braſſicam primum in ſympoſio exhiberi, & ab Ægyptiis elixam ante alios cibos comedi ſolitam, ut ebrietatem moderetur. Hæc commentator ille: quorum maxima pars etiam a Suida recitatur. Sane braſſica viſum hebetari, Galenus, Avicenna, Dioſcorideſque teſtantur.

Corasini, [Κορασίνοι] Populi ſunt Aſiatici, teſte Herodoto, lib. 2.

Cŏrax, ăcis. m. [Κόραξ] Antiquus rhetor Siculus, primus artem dicendi & præcepta conſcripſit, auctore Ariſtotele. Cic. in Brut. 46. Itaque ait Ariſtoteles, quum ſublatis in Sicilia tyrannis, res privatæ longo intervallo judiciis repeterentur, tum primum (quod eſſet acuta illa gens & controverſa natura) artem & præcepta Siculos Coracem & Tiſiam conſcripſiſſe. Coracis item meminit lib. 1. de Orat. 91. Et Quintil. lib. 3. cap. 1. κόραξ autem Græce, Corvus Latine dicitur. Unde jocus Cic. 3. de Orat. 78. Quare Coracem iſtum veſtrum patiamur nos quidem pullos ſuos excludere in nido, qui evolent clamatores odioſi ac moleſti.
Eſt item Corax, Montis nomen in Sarmatia Europæ apud Ptolemæum.
Eſt præterea Corax, Fluvius in Caucaſeis montibus originem habens, ut Glaucus, Phaſis, Hippus.
Fuit & Corax, ſive Coras, qui cum fratre Catillo oppidum Tibur in Italia conſtituit, auctore Servio in illud 7. Æn. 670.
Tum gemini fratres Tiburtia mœnia linquunt,
Fratris Tiburti dictam cognomine gentem,
Catilluſque, acerque Coras, Argiva juventus.
Conſtat etiam Archilochum interfectum fuiſſe in bello a quodam Calonda, cui cognomen erat Corax. Hic quum forte ſciſcitatum Apollinis oraculum veniſſet Delphos, ab eo tanquam impius ac ſceleratus eſt rejectus. Verum quum ille multis verbis ſeſe excuſare conatus, culpam omnem in fortunam, & varios bellorum eventus rejeciſſet, veniamque a deo imploraſſet, flexit numen: acceptoque ab Apolline reſponſo, juſſu ejus Tænarum profectus eſt, ac manibus Archilochi parentavit: tanta erat eo tempore vatum & poetarum auctoritas atque majeſtas. Hæc Perottus, ex Suida in Ἀρχίλοχος.
Pro Corvo poſuiſſe videtur Solin. cap. 40. Al. 53. ubi de Chamæleonte.
Corax, Machina eſt, apud Vitruv. 10. 19.

Cŏrăcīnus, a, um. [κοράκινος, ἢ κορακῖνος] Adj. i. e. Corvinus.
Coracinus color. i. e. Niger, qualis eſt corvorum, quem tamen a Pullo diſtinxiſſe videtur Vitruv. lib. 8. cap. 3. Per id tempus, inquit, adiguntur eo quotidie potum: ex eoque quamvis ſint alba, procreant aliis locis leucophæa, aliis locis pulla, aliis coracino colore.

Coracīnus, i. m. Genus piſcis Nilo peculiaris, ut teſtatur Plin. lib. 32. cap. 5. Martial. lib. 13. 85.
Princeps Niliacis raperis coracine macellis.

Cŏraxi, [Κοραξοὶ] Colchidis regionis populi. Plin. lib. 6. cap. 5. Et Pomponius lib. 1. 21. Hinc

Coraxicus, a, um. Adj. ut Mons Coraxicus, Tauri montis pars eſt. De Tauro ſic Plin. cap. 27. lib. 5. Quin etiam (inquit) confractus, effugiens quoque maria, plurimis ſe gentium nominibus, hinc & illinc implet: a dextra, Hyrcanius, Caſpius: a læva Paryadres, Moſchicus, Amazonicus, Coraxicus, Scythicus appellatus. In univerſum vero Græce Ceraunius. Pomponius Mela lib. 1. cap. 21. multitudinis numero ſcripſit, Ceraunii, Taurici, Moſchi, Amazonici, Caſpii, Coraxici, Caucaſi.

Corbis, is. f. & ſecundum Priſcianum, maſc. [κόφινος] Vas eſt viminibus contextum. Plaut. Bacch. 4. 4. 61.
Si id capſo, geritote amicis voſtris aurum corbibus. Cic. pro Sext. 82. Meſſoria ſe corbe contexit.
Corbis dicta, ut inquit Varr. de L. L. 4. 31. Abeo, quod ſpicas, aliudve quid eo conruebant.
Corbis pabulatoria, In qua reponebantur pabula armentorum. Columel. lib. 6. cap. 3. Si grano abſtinemus, frondis aridæ corbis pabulatoria modiorum viginti ſufficit. Idem lib. 11. cap. 2. non ita procul a fine maſculino genere uſus eſt, Frondis corbem pabulatorium modiorum viginti.
Corbis etiam inter Navalia inſtrumenta numeratur. Eſt enim Vas quod in ſummitate mali ſuſpenditur, unde deſuper tela in hoſtium naves dejiciuntur. Lilius Girald.

Corbŭla, æ. f. dimin. a Corbis, teſte Varrone de L. L. l. c. Idem 1. de R. R. cap. 15. Cogit aliquot corbulas uvarum, & frondem jucundiſſimam miniſtrat ovibus.
Surſum ſubducemus corbulis. Plaut. Aul. 2. 7. 4. Adde Non. 3. 48.

Corbŭlum, in neutro poſuit Sueton. in Neron. cap. 19. Primus raſtello humum effodit, & corbulo congeſtam humeris extulit. Emendati libri legunt, Corbulæ.

Corbĭcŭla, æ. f. Aliud dimin. Pallad. 3. 10. Fit ex vimine parva corbicula.

Corbilo, [Κορβίλων] Aquitaniæ olim erat emporium, ſuper flumine Ligeri, cujus Polybius mentionem fecit, quum Pytheæ fabulamentorum memoriam faceret. Ex Strab. lib. 4.

Corbīta, æ. f. Feſtus; Corbitæ dicuntur Naves onerariæ, quod in malo earum ſummo, pro ſigno corbes ſolerent ſuſpendi. Nonius; Corbita, Genus navigii tardum & grande. Plaut. Pœn. 3. 1. 4.
Tardiores, quam corbitæ ſunt in tranquillo mari. Cic. 15. Att. 6. Corbitane Patras, an actuariolis ad Leucopetram Tarentinorum: & ſi oneraria, ſtatimne freto, an Syracuſis.
Corbitam dare, videtur Plaut. vice proverbii protuliſſe, pro Negligenter aliquem juvare. Is enim in Pœn. 3. 1. 40. Sic ait,
Obſecro hercle operam celocem hanc mihi, ne corbitam date.
Corbita cibi. Plaut. Caſ. 4. 1. 20.
Novi ego illas ambas eſtrices, corbitam cibi
Comeſſe poſſunt. Corbitam cibi interpretatur Turnebus, Onerariam cibo refertam, ut Cicero navem auri & paleæ dixit. In editis falſo legitur Corbitant ubi. Nam Corbitare verbum inuſitatum & inauditum eſt. Reſtituit Turnebus, repugnante Scaligero ad ſeq. loc. Feſti.

Corbītor, ōris. m. Saltator vel cernuator in funere ſimpludario. Feſtus in Simpludiarea. Forſan a Corvitor dictum eſt, v in b facile commutato. [Ita placet Scaligero, Dacerio nil mutante, qui Funambulum exponit.

Corbio, ōnis. m. Urbs veteris Latii. Liv. 3. 66.

Corbulo, Cognomen Domitiorum. Domitius Corbulo in Armeniam miſſus eſt, ubi reges plurimos devicit, quos omnes ſupplices, aut eorum liberos obſides Romam miſit. Refert Plin. lib. 6. cap. 8.
Athleta quidam hujuſce nominis memoratur apud Juven. 3. Sat. 251. V. Schol. vet.

Corchŏrus, i. m. vel Corchŏron, i. n. [κόρχορος] Herba paſſim creſcens. Plin. lib. 25. cap. 13. Anagallida aliqui corchoron vocant. Corchorus inter olera. Proverbium in homines nullius pretii, qui tamen in numero aliquo ſtudeant haberi. Eraſm. in Chiliad.

Corculum, In cor.

Corcȳra, æ. f. [Κέρκυρα] Maris Adriatici inſula inter Epirum & Calabriam ſita, Alcinoi & Phæacum memoria, tum & Ulyſſis naufragio, & hortorum Alcinoi fama clariſſima. Venetorum eſt hodie, vocaturque vulgo Italis *Corfu*. Hujus meminit, Virg. 3. Æn. 291.
Protinus aërias Phæacum abſcondimus arces,
Litoraque Epiri legimus, &c. Aërias arces Phæacum, Corcyram (inquit Servius) inſulam dicit, ſitam inter Epirum & Calabriam, ubi regnavit Alcinous. Lucan. lib. 9. 32.
Corcyræ ſecreta petit, ac mille carinis
Abſtulit.
Eſt & Corcyra Nigra cognominata, ab illa ſuperiore diverſa, quam inter Electridas enumerat Pomponius Mela lib. 2. cap. 7. Hinc

Corcyræus, a, um. Adj. [Κερκυραῖος] Cic. 6. Att. 2. Εὐήθειαν Sempronii Rufi cognovi ex epiſtola Corcyræa.
Bellum corcyræum. Nep. 2. 2.

Cordatus, Cordolium. In cor.

Cordacismus, i. m. [κορδακισμὸς] Saltationis eſt ſpecies, turpis, indecentiſque: nam ſaltationum aliæ quidem bellicæ ſunt, ut pyrrhica: nonnullæ vero ridiculariæ, quibus modo conciliatur riſus. Iis autem utuntur in conviviis & theatris. Harpocratio vero, in verbo Cordaciſmus, cujus meminit in Philippicis Demoſthenes, Cordax inquit, comicæ ſaltationis eſt ſpecies, ſicuti Ariſtoxenus tradit in libro da Saltatione tragica. V. Cæl. Antiq. Lect. lib. 5. cap. 4. Schol. Ariſtoph. ad Nub. 540. Petron. cap. 52. Adde quæ ſupra in cor, per imprudentiam, poſita ſunt.

Cordilio, Philoſophus Stoicus Pergamenus, omnium principum ac regum amicitias ſpernebat. Hunc Cato Uticenſis in Macedoniam cum exercitu miſſus, precibus exoratum in caſtra ſecum duxit, magnam ſe putans adeptus palmam, qui hominem ſeveriſſimum e ſententia dimoviſſet. Volaterr. lib. 14.

Cordilla, vel Cordila. In cordyla.

Cordŭba, [Κορδύβη] Bæticæ Hiſpaniæ urbs clariſſima, utriuſque Senecæ & Lucani patria. Martial. 1. 62.
Duoſque Senecas, unicumque Lucanum
Facunda loquitur Corduba. Nomen etiam nunc retinet. A Corduba, Cordubenſis conventus dicitur Plinio, ut Aſtigitanus & Hiſpalenſis, a clariſſimis oppidis, & quartus Gaditanus. Cordubenſis agri fertilitas, & dives cultus ſcriptoribus laudatur. Sil. lib. 3. 401.
Nec decus auriferæ ceſſavit Corduba terræ.

Cordubensis, e. Plin. 3. 1. Conventus Cordubenſis. conf. Hirt. Bell. Alex. cap. 57.

Cordulæ, Portus Themiſcyrenæ regionis, de quo Plin. lib. 6. cap. 4.

Cordus, Cognomen Romanum, quod Ex caſu naſcentium tractum docet Quintil. lib. 1. cap. 4. de quo egimus in chordus.
Valerius Cordus inter præceptores Alexandri Mamææ nominatur. Lamprid. cap. 3.
Cordus item Cremutius declamator nobilis fuit, cujus meminit Tranquillus in Caligula cap. 16.
Fuit & Ælius Cordus hiſtoricus, qui Imperatorum vitas conſcripſit, cui vitio vertitur, quod eorum qui obſcuriores eſſent minima etiam perſequeretur. Nam quando proceſſerit, & quando cibos variaverit, aut quoties veſtem mutaverit, ſane nec de clariſſimis notiſque viris commemorandum eſt. Auctor Capitol. in Clod. Alb. cap. 5. & Maximin. 12.

Cordus, a, um. Adj. V. chordus.

Cordȳla, ſive Cordylla, æ. f. [κορδύλη] Piſcis minutus, qui Partus thynnorum dicitur. Plin. lib. 9. cap. 15. Limoſæ cordylæ a luto pelami-

pelamides incipiunt vocari : & quum annuum exceſſere tempus, thynni. Martial. lib. 13. 1.

Ne toga cordyllis, ne pænula deſit olivis, &c.

Vetus cordylla. Martial. lib. 11. 52.

Mox vetus, & tenui major cordylla lacerto. Al. Cordulla, vel Cordilla ſcribunt. [Malim Cordyla, uno l, ut Græci.

CORELLIUS, Eques Romanus, Ateſte genitus, inſeruit caſtaneam ſuometipſam ſurculo in Neapolitano agro. Sic facta eſt caſtanea quæ ab eo nomen accepit inter laudatas. Poſtea hæres ejus libertus Corellianam iterum inſeruit. Hæc eſt inter eas differentia, illa copioſior, hæc Corelliana melior. Verba ſunt Plin. lib. 17. cap. item 17.

CORESA, æ. f. Helladis, id eſt Græciæ inſula. Plin. lib. 4. cap. 12. At in Hellade, etiamnum in Ægæo Lichades, Scarphia, Coreſa, Phocaria, compluresque aliæ, ex adverſo Atticæ ſine oppidis, & ideo ignobiles. Harduinus edidit Careſa.

CŎRĒSIA, æ. f. [Κορησία] Minerva, de qua Cic. 3. de Nat. Deor. 59. Quarta, inquit, Minerva Jove nata, & Coryphe Oceani filia, quam Arcades Coreſiam nominant,& quadrigarum inventricem ferunt.Stephan. vero ait, Corion locum eſſe in Creta, ἀπὸ κόρης τινὸς: unde ſit civis Coreſius, & palus Coreſia, & Minervæ templum Coreſiæ, quam potius deductam ait a κόρη, quam a Corio, unde rectius fiat Corieus. Alex. ab Alex.lib.6.cap.4. Chorion nominat. Mſſ. Cic.Corian, aſtipulantePauſan.Arcad.p.253.Wech.

CORETAS, æ. m. ut poſt Plutarchum refert Cœlius, Paſtor quidam fuit, qui omnium princeps ex afflatu eſt vaticinatus. V. Plutarch. in lib. de Oraculis quæ defeciſſent, & Rhodig. lib. 8. cap. 16.

CORETUS, i. m. Mæotis lacus ſinus, in quem alveo naturali per Nómadas & Hylæos influit Hypanis. Auctor Plin. lib. 4. cap. 12.

CORFIDIUS, i. m. Vir Romanus equeſtris ordinis, de quo ſic Plin. ex Varrone, Adjicit miracula, quæ tota indicaſſe conveniat. E duobus fratribus equeſtris ordinis,Corfidio majori accidiſſe ut videretur exſpiraſſe, apertoque teſtamento recitatum hæredem minorem funeri inſtitiſſe: interim eum qui exſtinctus videbatur plaudendo conciviſſe miniſteria,& narraſſe a fratre ſe veniſſe, commendatam ſibi filiam ab eo. Demonſtratum præterea quo in loco defodiſſet aurum nullo conſcio, & rogaſſe ut iis funebribus, quæ comparaſſet, efferretur. Hoc eo narrante, fratris domeſtici propere annuntiavere exanimatum illum, & aurum ubi dixerat, repertum eſt. Hæc ille lib. 7. cap. 52. extr.

CORFĪNIUM, i. n. [Κορφίνιον] Pelignorum metropolis Straboni lib. 5. Silius lib. 8. 522.

Marrucina ſimul Frentanis æmula pubes

Corfini populos, magnumque Theate trahebat. Pro Corfinii.

CORFINIENSIS, e. Adj. [Κορφινιεὺς] Corfinienſium, Pelignorum populi, meminit Plin. lib. 3. cap. 12.

CORGO, apud antiquos pro adverbio, quod eſt Profecto ponebatur, inquit Feſtus. Quaſi Ex corde ago, id eſt loquor, ut placet Martinio.

CORIACESIA, Herba eſt, qua Magi tradiderunt aquam conglaciari, quo etiam nomine a Pythagora celebrata fuit, teſte Plin. lib. 24. cap. 17.

CORIĀGO, V. CORIUM.

CORIANDRUM, i. n. [κόριον] Herbæ genus. Plin. lib. 20. cap. 20. Coriandrum inter ſilveſtria non invenitur. Corianon vel Corion alias dicitur.

CORIANUM, [κορίανον] Medii digiti annulus, Polluci, qui inter ornamenta muliebria Corianum adſcribit, lib. 5. cap. 16.

CORIARIUS, In CORIUM.

CORIAS, æ. f. Genus piſcis. Plin. lib. 32. cap. 11. Corias ſive parianus, ſive ſaxitanus a patria Bætica, lacertorum minima. Caſtigatiora exemplaria habent Colias. V. Harduin.

CORICÆ, Inſulæ duæ ſunt ante Peloponneſum, ut ſcribit Plin.lib.4.cap.12.

CORICEUM, i. n. Vitruv. 5. 11. Ubi alii interpretantur Gymnaſii partem, ubi puellæ exercebantur; alii Tonſtrinam, alii aliter. V. Baldi Lex. Vitruv. & Turneb. Adverſ. 10. 10.

CORICUS, In CORYCUS.

CORIGIA, In CORRIGIA.

CORINIUM, [Κορίνιον] Ptolemæo Dalmatiæ urbs, hodie Corninium. Eſt & Corinium, eodem auctore, Britanniæ urbs, alio nomine Claudiana caſtra. Hodie vulgo Glaudioceſtria, *Gloceſter.*

CŎRINNA, æ. f. [Κόριννα] Thebana mulier Lyrica, vicit quinquies, ut meminit Pindarus: ſcripſit libros quinquaginta & epigrammata. Suidas & Pauſanias auctores.

Corinna altera ab Ovidio poeta in libris Amorum celebrata.

I landa Corinna. Martial. lib. 12. 44.

Te poſt Naſonem blanda Corinna ſequi. ſubaudi Poſſet.

CORINNUS, [Κόριννος] Ilienſis verſificator ante Homerum, qui primus, ut quidam volunt, ſcripſit Iliada, vigente adhuc bello Trojano. Scripſit autem litteris Græcis inventis tunc primum a Palamede, cujus fuit diſcipulus: ſcripſit & Dardani contra Paphlagonas bellum. Ex quo putatur Homerus hauſiſſe omnem operis materiam. Auctor Suidas.

CORINTHAS, ădis. f. Herba quæ Menais alio nomine dicitur. Plin. lib. 24. cap. 17.

CORINTHUS, i. f. [Κόρινθος] Achaiæ caput, inquit Florus 2. 16. pr. Græciæ decus, inter duo maria, Ionium & Ægæum, quaſi ſpectaculo expoſita. Corinthum (inquit Strabo, lib. 8.) ſane locupletiſſimam aiunt, quum Iſthmo immineat emporium, locus negotiatoribus frequentatus, & duorum dominus portuum exiſtat: quorum quidem alter Aſiæ, alter autem propinquus eſt Italiæ: utroque ex loco faciles invicem mercium commutationes faciens, tantundem remotis utrinque gentibus. Cic. 2. contra Rullum 86. Corinthi (inquit) veſtigium vix relictum eſt: erat enim poſita in anguſtiis, atque in faucibus Græciæ, ſic ut terra clauſtra locorum teneret, & duo maria maxime navigationi diverſa pæne conjungeret, quum pertenui diſcrimine ſepararentur. Strabo ſcribit Corinthios, Populi Rom. legatos, quum forte tecta quædam magnifica præteriiſſent, ſordibus effuſis commaculare auſos. Cujus gratia quum alia quoque ſuperbiæ atque inſolentiæ eorum haud obſcura extarent argumenta, ingenti comparato exercitu, L. eam Mummius imperator ſolo æquavit, (id enim ſuperbia meruerat) ſignis, tabuliſque pretioſiſſimis in Urbem aſportatis. V. Cic. pro Leg. Manil. 11. Corinthus a Siſypho latrone Æoli filio condita fertur: deinde everſa, & inſtaurata a Corintho Oreſtis filio. Auctor Strabo. Prius Ephyra dicebatur. hodie parvus eſt vicus, vocaturque *Corentho.* Ære optimo abundavit; unde Ovid. 6. Met. 416.

— nobilis ære Corinthus. Porro Corinthus propter utrumque mare, Ionium ſcilicet, & Ægæum, a poetis Bimaris dicitur. Ovid. 4. Faſt. 501.

Adriacumque patens late, bimaremque Corinthum. Hor. 1. Carm. 7. 2. Quin & Iſthmum ipſum eo cognomine Ovid. donat Met. 5. 407.

Qui virtute ſua bimarem pacaverat Iſthmum.

Non cuivis homini contingit adire Corinthum. Hor. 1. Epiſt. 17. 36. Adagium de rebus arduis & aditu periculoſis, quaſque non ſit cujuslibet hominis affectare, vel efficere. Vide Eraſmi Chiliad.

Apollodorus auctor eſt fuiſſe & alias hoc nomine dictas civitates, quarum una fuit in Theſſalia, altera in Epiro, tertia in Elide.

CORINTHIUS, a, um. Adj. [Κορίνθιος] ut, Corinthia vaſa, ex ære Corinthio facta, cum quo auri argentique portio quædam commiſta erat. Nam æs Corinthium maxime laudabatur. unde factum ut Omnia vaſa ex ære elegantia, Corinthia ſint appellata. quæ Strabo in octavo χαλκώματα κορινθιουργῆ appellat. Plin. lib. 34. cap. 2. Sunt ergo vaſa tantum Corinthia, quæ iſti elegantiores nunc æs ſculpendo transferunt modo in lucernas, modo in trullas.

Æs Corinthium. Flor. 2. 16.

Iſthmus Corinthius. Senec. in Thyeſt. v. 124.

Iſthmi ſi quis amat regna Corinthii.

Veſtis Corinthia. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 33. al. Gortynia.

CORINTHIA, ōrum. pl. ſine adjecto, pro Vaſis, per antonomaſiam. Martial. lib. 9. 58.

Nil eſt tritius Edili lacernis:

Non anſæ veterum Corinthiorum, &c.

CŎRINTHIĂCUS, a, um. [Κορινθιακὸς] aliud Adj. ut,

Sinus Corinthiacus, Ovid. 15. Met. 507. *Le goulfe de Patras.*

Terræ Corinthiacæ, apud Ovidium 1. Triſt. 9. 9.

CORINTHIENSIS, e. aliud Adj. Corinthienſes ex eo dici cœperunt, ex quo coloni Corinthum ſunt deducti, qui antea Corinthii ſunt dicti: quam conſuetudinem ſervamus etiam quum Romanenſes, & Hiſpanienſes, & Sicilienſes negotiatores dicimus, qui in alienis civitatibus negotiantur. Hæc Feſtus.

Fons Corinthienſis. Plaut. Aul. 3. 6. 23.

Litus Corinthienſe. Tacit. 5. Ann. 10.

CORINTHIARIUS, i. m. ſic dictus eſt Qui vaſa æris corinthiaci conficit vel utitur. Suet. Aug. cap. 70. Pater argentarius, ego Corinthiarius. [Immo Corinthiarius hic dicitur, Corinthiorum inſane ſtudioſus, ut Ancillarius, qui ancillas amat, Infantaria, quæ infantum amore inſanit. Sic Uxorius, Patinarius, & alia formæ ejuſdem, affectum indicant, de quibus V. ſ. l.

CORINTHŌTA, æ. f. [Κορινθώτη] Promontorium Acarnaniæ eſt, non longe ab Aſtaco urbe, cujus meminit Strab. lib. 10.

CORIOLI, [Κορίολλα Steph.] Oppidum in Latio: &

CORIOLANI, [Κοριολλανοὶ Steph. Κοριολάνοι Suid.] Populi Coriolorum incolæ, apud Plin. lib. 3. cap. 6.

Coriolanus, a Coriolis captis cognomine dictus eſt C. Marcius. Liv. lib. 2. 33. Vir illuſtris Romanus, quem Cicero multis in locis cum Themiſtocle confert. Nam bellum (inquit in libro de Clar. Orat. 43.) Volſcorum illud graviſſimum, cui Coriolanus exul interfuit, eodem fere tempore quo Perſarum bellum fuit, ſimiliſque fortuna clariſſimorum virorum. Rurſumque paulo poſt, Quare quoniam tibi quadrat omnia fuiſſe in Themiſtocle paria, & Coriolano, pateram quoque a me ſumas licet: præbebo etiam hoſtiam, ut Coriolanus ſit plane alter Themiſtocles. Idem de Amicit. 42. Quis clarior in Græcia Themiſtocle? quis potentior? qui quum imperator bello Perſico ſervitute Græciam liberaſſet, propterque invidiam in exilium miſſus eſſet, ingratæ patriæ injuriam non tulit, quam ferre debuit. Fecit idem, quod viginti annis ante apud nos fecerat Coriolanus. His adjutor contra patriam inventus eſt nemo. itaque mortem ſibi uterque conſcivit. Coriolani vitam pluribus perſequitur Plutarchus.

Coriolana pira apud Plin. lib. 15. cap. 15. Sed V. Hard. not.

CŎRION, i. n. [κόριον] Herba quæ & Chamæpitys dicitur. Plin. lib. 26. cap. 8. Ruell. lib. 3. cap. 74. Hypericon, Plinio auctore, quod alii chamæpityn, alii corion appellant, oleraceo frutice, tenui, cubitali, rubente, folio rutæ, odore acri, ſemine ſiliquæ nigro matureſcente cum hordeo. Nomen in officinis ſervat. Rura *herbam perforatam*, aut *mille perforatam* appellant, quod folia Soli objecta innumeris foraminibus ſcatere, & omni ex parte punctis quibuſdam pertundi, viſantur. V. plura ibidem. Apud Plin. Coriſon in Mſſ. legi teſtatur Hard.

CŎRIS, ĭdis. f. [κορὶς] Altera hyperici ſpecies, folio tamaricis, & ſub ea naſcitur, ſed pinguioribus foliis & minus rubentibus, odorata, palmo altior, leniter ſuavis, aculeata. Vis ſemini excalfactoria, & ideo inflationem facit enterocelis: ſed ſtomacho non inutilis, præcipue ad ſtranguriam, ſi exulcerata non ſit veſica. Hæc Plin. lib. 26. cap. 8. Meminit Dioſcorides 3. 171.

CORISCUS, Leve miſſile in modum ſagittarum. Virg. 10. Æn. 169.

Coriſcique leves humeris, & lethifer arcus. Sic Nonius 18. 31.

Verum apud Virgilium legimus

Corytique leves humeris, & lethifer arcus. Ubi Servius, Coryti proprie ſunt arcuum thecæ; dicuntur tamen etiam ſagittarum, quas & pharetras vocamus. V. CORYTUS in ſuo loco.

CŎRĬTUS, i. m. Rex Aboriginum, nam omnes Aboriginum reges Coriti appellabantur, ut ex Beroſo apertiſſime conſtat, atque hinc apud eum ſæpe legas ita, Italus filium ſuum Morgeten creavit Coritum, & Morges Corbo blaſconem Coritum creat. hoc eſt, regem. & de hoc rege intelligendum eſt in locis illis Virgilii, quum ait 10. Æn. 719.

Venerat antiquis Coriti de finibus Acron. & 9. Æn. 10.

Nec ſatis extremas Coriti penetravit ad urbes. Quibus in locis valde deceptus eſt Servius, qui putavit Coritum fuiſſe non ſolum regem, ſed etiam civitatem & montem Thuſciæ, quum nec apud Ptolemæum, nec apud Strab. nec apud Plin. nec apud quemquam antiquorum (quod ſciam) talis civitatis aut montis nomen reperiatur. Sed rectius ſcribes cum Y & TH, Corythus, quod vide.

CORIUM, i. n. [σκῦτος, βύρσα] proprie animalium eſt, præſertim eorum quæ craſſiorem pellem habent, ac duriorem: quod & Scorium dicitur. Ponitur tamen Corium pro quacunque Pelle, etiam rerum inanimatarum. Hæc Perottus. Cæſ. 2. Bell. Civil. 10. Super lateres coria inducuntur, ne canalibus aqua immiſſa lateres diluere poſſet. Cic 2. de Nat. Deor. 121. Quarum aliæ coriis tectæ ſunt, aliæ villis veſtitæ, aliæ ſpinis hirſutæ.

Coria, cilicia, ſaccos imperare. Cic. 3. in Verr. 95. Hoc ſcitote, his nomini-

nominibus, quæ res per eum gestæ sunt, quum iste civitatibus frumentum, coria, cilicia, saccos imperaret.
Coriorum confectores. Firmic. lib. 3. cap. 9. & 12.
Canis assuetus corio; Proverbium est, de illis qui quum semel illecebras vitiorum degustarunt, nullo modo avocari amplius possunt. Hor. 2. Serm 5. 83.
Ut canis a corio non absterrebitur uncto. V. in CANIS.
Castaneæ corium. Plin. lib. 15. cap. 28. Putamine clauduntur nuces, corio castaneæ.
Hominis. Plaut. Cistel. 4. 2. 36. Periit meum corium.
Nubium corium. In NUBES.
Piscium corium. Plin. lib. 6. cap. 24.
Perficere coria. Plin. lib. 13. cap. 9. Semen in siliquis, quo coria perficiuntur, gallæ vice. Sic lib. 16. cap. 6. ad finem, Sed gallam hemeris optimam, & coriis perficiendis aptissimam.
Corius, m. gen. apud Plaut. Pœn. 1. 1. 11.
Tres facile corios contrivisti bubulos. Idem alibi, Jam tibi tuis meritis crassus corius redditus est. teste Festo, q. V.
Coria in structuris. Budæus, Coria sunt in architectura singuli ductus structuræ, qui uno tenore ducuntur aut in altitudinem, aut in crassitudinem. Vitruv. 7. 3. Itaque tres suscitantur in ea structura crustæ, duæ frontium, & una media farcturæ. Græci non ita: sed plana collocantes coriis alternis in crassitudinem instruentes, non media farciunt, sed e suis frontatis perpetuam, & in unam crassitudinem parietum consolidant. Cato cap. 18. extr. Fundamenta primum fistucato, postea cæmentis minutis, & calce arenato semipedem unumquodque corium struito.
CORIARIUS, a, um. Adj. Quod ad coria pertinet, ut Coriarius frutex, est rhuis herbæ. Plin. lib. 24. cap. 11. Nam & herba est silvestris, foliis myrti, cauliculis brevibus, quæ venena & tineas pellit: & frutex coriarius appellatur, subrutilus, cubitalis, crassitudine digitali: cujus aridis foliis, ut malicorio coria perficiuntur.
CORIARIA, æ. f. Officina coriarii. Petron. cap. 2. In coriaria habitare. Al. in Culina.
CORIARIUS, i. m. [βυρσοδέψης] Qui coria concinnat. Plin. lib. 17. cap. 9. In coriariorum officinis pilo madefacto. Sic Firmic. lib. 4. cap. 7.
CORIAGO, inis. f. [κεραγρὸς] Boum morbus. Columel. 6. 13. Est & infesta pestis bubulo pecori: coriaginem rustici appellant: quum pellis ita tergori adhæret, ut apprehensa manibus deduci a costis non possit. ea res non aliter accidit, quam si bos aut ex languore aliquo ad maciem perductus est: aut sudans in opere faciendo refrixit: aut si sub onere pluvia madefactus est.
CORIAGINOSUS, a, um. Adj. Veget. Mulom. 1. 38.
CORUSTUM, Cruq. in Hor. Sat. 3. libri 1. p. 341. Ab ejus autem corii, sive Corusti duritie. Et paulo post, Hujuscemodi corustis, (ut utar integro) &c. Hos locos præcedit iste: Adeo ut Crustum per crasin dictum sit, quasi Corustum, nimirum ab Usto corio. H. St. Non æque mihi Cruquius persuadet.
CORMALOS, Fluvius Troadis, in conventu Adramytteno, teste Plin. lib. 5. cap. 30.
CORNE, Collis est suburbanus agri Tusculani, in quo lucus visitur antiqua religione Dianæ sacratus a Latio, velut arte tonsili coma fagei nemoris. Auctor Plin. lib. 16. cap. ult.
CORNEATES, Pannoniæ populi, de quibus Plin. lib. 3. cap. 25.
CORNELIA Gens, Romæ omnium gentium amplissima nobilissimaque ab antiquis est habita, de cujus origine nihil jam occurrit. Familias præcipuas quatuor reperio: quarum una Maluginensium est, altera Scipionum, Rufinorum tertia, postrema Lentulorum. Dolabellas enim, Cinnas, Merulas, & si qui sunt alii, plebeios potius quam patricios crediderim. Qua equidem in re veterum auctorum diligentia requirenda est, qui cum in aliis, tum in Corneliis nobis describendis valde videntur errare, quod cuivis attentius paulum consideranti facile fiet obviam. Ceterum scribit Valerius Maximus lib. 8. cap. 16. imaginem Africani in cella Jovis Opt. Max. positam honoris atque dignitatis causa, quæ quotiescunque munus aliquod Corneliæ gentis celebrandum esset, inde peteretur. Proprium ergo hoc & peculiare Africanorum erat, ut illud Poplicolarum & Tubertorum, quos in urbe sepeliri consuevisse Cicero & Plutarchus ostendunt.
CORNELII multi illustres fuerunt.
Cornelius Alina. Macrob. 1. Saturn. 6.
Cornelius Cossus, tribunus militum. Liv. 4. 19.
Cornelius Nepos, Ciceronis tempore, vir disertus, vitas illustrium virorum scripsit, quarum tantum Pomponius Atticus extat. scripsit etiam excellentium Imperatorum vitas, quæ hodie exstant. Huic Catullus opus suum dedicat.
Cornel. Epicadius, L. Cornelii Sullæ Dictatoris libertus, librum quem Sulla de suis rebus gestis imperfectum reliquit, supplevit. Tranquillus de Ill. Gram. cap. 12.
Cornel. Gallus, ante omnes (inquit Servius) primus Ægypti præfectus, fuit poeta eximius. Nam & Euphorionem transtulit in Latinum sermonem, & amorum suorum de Cytheride scripsit libros quatuor. De quo multa Servius in Bucolicis Virgilii: de quo & illud distichon extat, Nasonis 1. Amor. 15. 29.
Gallus & Hesperiis, & Gallus notus Eois,
Et sua cum Gallo nota Lycoris erit.
Cornelius Severus inter poetas epicos ab antiquis auctoribus relatus est. Ingenio fuit magno, & in scribendis versibus facili. Constat eundem fuisse versatum in declamationibus, qua in re ingenium suum atque eruditionem maxime probavit: quum in eodem officio essent alii complures, ut Asinius Pollio, Pompeius Silo, Porcius Latro, & Aufidius Bassus. A Fabio Quintiliano ita commendatur, ut versificator quam poeta melior habitus sit. Scripsit inter alia multa opus de bello Siculo, quod ab eo absolutum non est propter immaturam mortem. Quod opus si absolvere potuisset, merito sibi secundum locum vendicasset, ut idem Quintil. auctor est lib. 10. cap. 1. Extat ejus carmen illud, quo eleganter deflevit Marci Ciceronis interitum, quod etiam ab Annæo Seneca magnopere commendatum est,
Oraque magnanimûm spirantia pæne virorum
In Rostris jacuere suis, sed enim abstulit omnes,
Tanquam sola foret, rapti Ciceronis imago, &c.
CORNELIA, æ. f. Soror Africani, mater Gracchorum, epistolas reliquit elegantissime scriptas. Cic. in Brut. 211. Legimus epistolas Corneliæ matris Gracchorum: apparet filios non tam in gremio educatos, quam in sermone matris. Quintil. item Corneliæ eloquentiam commendat, lib. 1. cap. 1. Eloquentiæ Gracchorum mater Cornelia pro illo tempore plurimum contulit.
Corneliæ, P. Sestii uxoris meminit Cic. 5. Fam. 6. Non satis credidi homini prudenti tam valde esse mutatam voluntatem tuam: sed posteaquam & Cornelia tua Terentiam convenit, & ego cum Q. Cornelio locutus sum, adhibui diligentiam quotiescunque Senatus fuit, ut adessem.
CORNELIA Tribus. In TRIBUS.
CORNEOLÆ, Gemmæ sunt, quæ ita nuncupari videntur, quia inter onychas cornea quoque visatur varietas. V. Cælium Rhodig. lib. 17. cap. 10.
CORNEOLUS, CORNESCO, CORNETA, CORNEUS. V. CORNU, & CORNUS arbor.
CORNICEN, Vox appellativa. V. CORNU.
CORNICEN, inis. m. Cognomen Oppiorum. Liv. 3. 35. Unde &
CORNICINUS, a, um. Adj. Cic. 4. Att. 2.
CORNICOR, CORNICULA. V. CORNIX.
CORNICULARIUS, CORNICULUM. V. CORNU.
CORNIFICIUS, i. m. Iisdem temporibus in poetica floruit, quibus in scribenda historia Sallustius, Lucceius, & Cornelius Nepos in Urbe præstiterunt. Fuit ingenio eleganti, & lepido, atque in scribendis epigrammatis versatus est. Sororem habuit Cornificiam, ut scribit Eusebius, cujus carmen in magno pretio habetur.
Fuit & Cornificius Ciceronis paternus amicus & collega, ad quem multæ extant ipsius epistolæ lib. 12. ad Fam.
CORNIGENUS, CORNIGER, CORNIPES. In CORNU.
CORNISCÆ, arum. f. pl. Locus trans Tiberim erat, cornicibus dicatus, quod in Junonis tutela cornices esse putabantur. Auctor Festus.
CORNIX, icis. f. [κορώνη] Avis injucunde crocitans, quæ aliarum avium dux esse dicitur. Cujus naturam abunde describit Plin. lib. 10. cap. 12. Plaut. Asin. 2. 1. 13.
Picus & cornix est ab læva, corvus, parrha ab dextera.
Annosa cornix. Hor. 3. Carm. 17. 13.
Garrula. Ovid. 2. Met. 547.
Improba. Virg. 1. Georg. 389.
Inauspicata. Plin. 10. 12.
Raucæ. Lucret. 6. 751.
Sinistra. Virg. 9. Ecl. 15. Sic a Virgilio appellatur, quod cantus cornicis injucunde crocitantis, malum auspicium esset aliquid incipienti, malumque portenderet. Erat tamen aliquando cantus ejus auspicatus, & faustus: ut,
Tarpeio quondam quæ sedit culmine cornix,
Est bene non potuit dicere, dixit erit. apud Suet. in Dom. c. 23. Turnebus 9. 29.
Vaga. Hor. 3. Carm. 27. 16.
Vetula. Hor. 4. Carm. 13. 25.
Cornicum oculos configere; Proverbium est, inquit Valla in Raudensem, quasi Configere oculos eorum qui se sapientiores videri volunt, & duces: nam cornix dux avium esse dicitur. Cic. pro Flacc. 46. Hic Hercule cornici oculum, ut dicitur: nam hunc Hermippum hominem eruditum, civem suum, cui debebat esse notissimus, percussit. ejus enim fide pecuniam sumpsit a Fusiis. Idem pro Muren. 25. Inventus est scriba quidam Cn. Flavius, qui cornicum oculos confixerit, & singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit, & ab ipsis cautis Jureconsultis eorum sapientiam compilarit. Quod proverbium (inquit Erasmus) an natum sit ex apologo quopiam, an ex eventu, an ex metaphora sumptum, non satis liquet. Undecunque fluxerit, perinde valere videtur, Cornicum oculos configere, quasi dicas, Novo quodam invento veterum eruditionem obscurare, efficereque, ut superiores nihil scisse, nihil vidisse videantur. Effertur autem per ironiam. Budæus autem sic interpretatur, Cornicum oculos configere, pro eo quod est, Callidos & versutos homines versutia & calliditate supplantare & eluctari: ut enim clavus clavo truditur, sic vafritia vafer, & ars eluditur arte. Sunt qui de hac re sic tradant, Cornicum oculos configere dicuntur hi, Qui arcanam aliorum artem, ob idque magis, aut quæstuosam, aut admirabilem, pervulgant: qua pervulgata tollitur aut quæstus, aut admiratio. Vel dicuntur hi, Qui alioqui cautos & prudentes, tale nihil suspicantes decipiant. Adagium tractum putant ex natura animalis: Cornix enim ad cadaver hominis in patibulo aut rota expositi advolans, illi primum oculos eruit, ut causidici populo, auferendo illi cognitionem fastorum, quos scriba invulgando eruit cornicibus oculos, i. e. Abstulit id luminis, quo ceteris præstare videbantur.
Cornicibus superstes, & Cornicibus vivacior; de Vehementer annosis, proverbialis hyperbole: ab avis ejus prodigiosa vivacitate sumpta. Martial. lib. 10. 67.
Et cornicibus omnibus superstes. De Anu nimium vivace. Hor. 4. Carm. 13. 25.
Cornix etiam Annulus est ferreus, quo ostium pulsatur, a figura, aut potius a garrulitate sic dictus. [Miror, quo auctore hæc dicantur. Græcis quidem id genus crepitaculi κορώνη dicitur, verum id Latine similiter positum nusquam legi.
CORNICULA, æ. f. [κορωνὶς] dimin Hor. 1. Epist. 3. 19.
Ne si forte suas repetitus venerit olim
Grex avium plumas, moveat cornicula risum
Furtivis nudata coloribus. Ex apologo Æsopi.
CORNICOR, [κρώζω] ari. Inepte garrire. Pers. 5. Sat. 12.
Nescio quid tecum grave cornicaris inepte.
CORNU, n. indecl. [κέρας] Plin. lib. 11. cap. 37. Omnibus autem cava, & in mucrone demum concreta sunt cornua: cervis tantum solida, & omnibus annis decidua. Hor. 1. Serm. 4. 34.
Fœnum habet in cornu, longe fuge. V. Adagia Erasmi.
Cornua a Curvore dicta, quod pleraque curvamus. Varr. de L. L. 6. 3. pr. [An Curva videmus?
Armata cornibus bestia. Cic. 2. de Nat. Deor. 121. Quarum aliæ coriis tectæ sunt, aliæ villis vestitæ, aliæ spinis hirsutæ: pluma alias, alias squama videmus obductas, alias esse cornibus armatas, alias habere effugia pennarum.
Ramosa cornua dedit natura capreis, sed parva, nec decidua: Convoluta & in

& in anfractum arietum generi : rupicapris in dorsum adunca, damis in adversum : Erecta autem rugarumque ambitu contorta, & in leve fastigium exacuta (ut liras diceres) strepsiceroti. Hæc ex Plin. lib. 11. cap. 37. ubi multa cornuum genera videto. Al. Lyras.
Aeria capræ cornua, per Hyperbolen dixit Ovid. 5. Fast. 119.
Arborea cervorum cornua. Virg. 1. Æn. 190.
Aurata Tauri sideris. Virg. 1. Georg. 217.
Camura cornua, Curva Servio. Unde & Cameræ appellantur. Virg. 3. Georg. 55.
— & camuris hirtæ sub cornibus aures. V. CAMURUS.
Flexum circum cava tempora cornu. Ovid. 7. Met. 313. De ariete.
Inflexa in se cornua. In INFLECTO.
Latisque feri cornibus uri. Sen. Hippol. v. 65.
Prælonga. Lucret. 3. 614.
Prima, Nascentia. Hor. 3. Carm. 13. 4. Turgida cornibus primis frons hœdo.
Ramosa cervi. Virg. 7. Ecl. 30.
Recurva. Ovid. 5. Met. 328.
Recurva in tergum. Ovid. 5. Fast. 119.
Rigidum. Ovid. 2. Fast. 346.
Sicciora corpora cornu. Catul. 21. 12.
Summis vix cornibus extant cervi. Virg. 3. Georg. 370.
Torva tauri. Lucan. 1. 612.
Addere cornua pauperi. In ADDO. V. infra.
Curvare. Virg. 4. Georg. 299. Vitulus bima curvans jam cornua fronte.
Decernere inter se cornibus subigit tauros vacca. Virg. 3. Georg. 218.
Ductus cornu hircus. Virg. 2. Georg. 395.
Exsectum. Hor. 1. Serm. 5. 59. — ô tua cornu
Ni foret exsecto frons (inquit) quid faceres, quum
Sic mutilus miniteris?
Explorat cornua in truncis taurus. Lucan. 2. 603.
Fregit in arbore cornu. Ovid. 5. Fast. 121. De capra loquitur.
Gerere cornua fronte. Ovid. 15. Met. 596.
Incursare adversis cornibus. In INCURRO.
Lacerare. Hor. 3. Carm. 27. 72.
Quum tibi invisus laceranda reddet
Cornua taurus.
Luctantur inter se adversis cornibus hœdi. Virg. 2. Georg. 526.
Mutilus cornibus. In MUTILUS.
Obvertere cornua alicui in re secunda. Plaut. Pseud. 4. 3. 5. h. e. velut Cornibus impetere, & nocere alicui. V. infra Cornua, Vires.
Petere cornu. Ovid. 12. Met. 103.
Cum sua terribili petit irritamina cornu. De tauro.
Profert jam cornua vultur. Claud. 1. in Eutrop. 352. De re minime verisimili.
Tenere taurum cornu. Virg. 5. Æn. 382.
Tollere cornua, translate. Hor. Epod. 6. 11. V. Cornua, Vires.
Trahere taurum prensis cornibus. Stat. 2. Theb. 616.
Versa in obnixos urgentur cornua. Virg. 3. Georg. 222. De juvenca.
Vires in cornua sumit taurus. Ovid. 8. Met. 883.
Cornu, pro Rei alicujus curvatura. ut, Cornua Lunæ. Virg. 3. Æn. 645. Sen. Med. v. 97.
Cum Phœbe solidum lumine non suo
Orbem circuitis cornibus alligat.
Coactum cornu Phœbes. Lucan. 1. 537. i. e. Conjunctum Lunæ cornu : utpote in plenilunio.
Lunaria cornua orbe nono resurgunt. Ovid. 2. Met. 454.
Orbe resurgebant lunaria cornua nono. i. e. Nonus incipiebat mensis.
Lunata. V. LUNA.
Obscurum Lunæ cornu. Virg. 1. Georg. 428.
Luna revertentes quum primum colligit ignes,
Si nigrum obscuro comprenderit aera cornu,
Maximus agricolis pelagoque parabitur imber.
Obtusa Lunæ cornua dicuntur, quando Luna pura non est. Virg. 1. Georg. 433.
Pura, nec obtusis per cælum cornibus ibit.
Puris cornibus it Luna rupta nube. Sen. Hippol. 4.
Tenuius Lunæ cornu. Stat. 12. Theb. 2.
Velatis cornibus Luna. Valer. 8. Argon. 29.
Coeunt tota cornua, efficiuntque orbem. Ovid. 7. Met. 179.
Complent. Virg. 3. Æn. 645.
Tertia jam Lunæ se cornua lumine complent. i. e. Jam tertium est plenilunium.
Evanescunt cornua Lunæ. Ovid. 2. Met. 117.
Junctis cornibus implerat orbem Luna. Ovid. 2. Met. 344.
Jungit Luna suos ignes coeunte cornu. Sen. Hippol. 6.
Reparat nova cornua Phœbe. Ovid. 1. Met. 640.
Cornua montium. ut, Cornua Parnasi : qui eadem de causa etiam Biceps dicitur. Stat. 5. Theb. 542.
Quantus & ille sacri spiris intorta movebat
Cornua Parnasi, &c.
Cornua fluminum, dicuntur Flexus, & curvitates alveorum, quod multis in locis ad cornuum similitudinem flectantur. Perottus.
Gemina auratus taurino cornua vultu. Virg. 4. Georg. 371. De Eridano loquitur. [Affingebant poetæ cornua fluminum imaginibus. V. Ælian, Var. hist. 2. 33. & ibidem Interpr. Spanh. de Pr. & usu num. Diss. 7.6.2. Serv. infra in CORNIGER.
Elatis cornibus amnes. Valer. 1. Argon. 106.
Terrificis undans cornibus Hebrus. Valer. 6. Argon. 618. Al. Crinibus.
Truncatum. Claud. de Laud. Seren. 176.
Saucia truncato pallebant flumina cornu.
Cornua portus. Cic. 9. Att. 17. Ab utroque portus cornu moles jacimus. Eadem & Brachia dicuntur. q. V.
Angustis inclusum cornibus æquor. Ovid. 5. Met. 410.
Cornua in prælio, pro Utraque parte agminis, vel Aciei. In exercitu enim est dextrum & sinistrum cornu : & quod inter utrumque est, dicitur Medium agmen, vel Media acies. Ter. Eun. 4. 7. 4.
— in medium huc agmen cum vecti, Donax :
Tu, Simalio, in sinistrum cornu, tu Syrisce in dexterum. Cæs. 1. Bell. Gall. 52. Ipse a dextro cornu prælium commisit.

Commovere cornua. In COMMOVEO.
Extendere cornua. Lucan. 3. 547.
Locare equites pro cornibus. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Promovere utrinque cornua. Quintil lib. 2. cap. 13.
Equites cornibus affundi. Tacit. Vit. Agric. 35. Instinctos ruentesque ita disposuit, ut peditum auxilia, *quæ octo millia erant, mediam aciem firmarent : equitum tria millia cornibus affunderentur.
Acies inclinato cornu ruebat Sil lib. 10. 32.
Quasi cornua duo tenere. Cic. 13. Philipp. 47. Deinde Pansa & Hirtius ? qui quasi cornua duo tenuerunt Cæsaris, tum, quum illæ vere partes vocabantur. i. e. Duobus præfuerunt.
Cornua disputationis alicujus commovere. Cic. 2. de Divin. 26. Nunc cominus agamus, experiamurque, si possimus cornua commovere disputationis tuæ.
Cornua antennarum, pro Utraque parte antennæ. Virg. 3. Æn. 549.
Cornua velatarum obvertimus antennarum.
Ardua cornua, pro Antennarum extremitatibus. Virg. 5. Æn. 832.
Ardua cornua demittere. Ovid. 11. Met. 482. De cornibus antennarum.
Cornua librorum sunt eorum Ornamenta in utraque extrema parte voluminis. Ovid. 1. Trist. 1. 8.
Candida nec nigra cornua fronte geras. V. Ciofan. ad loc. in ed. Burm.
Explicitus liber usque ad sua cornua. Martial. lib. 11. 108. 1.
Explicitum nobis usque ad sua cornua librum,
Et quasi perfectum, Septitiane, refers.
Cornu pro Arcu corneo. Ovid. 5. Met. 383.
Oppositoque genu curvavit flexile cornu.
Lenta flectere cornua Ovid. 1. Met. 455.
Lycium cornu, Arcus Lycius. Virg. 11. Æn. 773.
Spicula torquebat Lycio Cortynia cornu. Ubi Servius, Cretenses sagittas Lycio arcu dirigebat : quod, ut supra diximus, ad ornatum poni consuevit.
Parthum cornu. Virg. 10. Ecl. 59.
— libet Partho torquere Cydonia cornu Spicula.
Lentare cornua. Stat. 3. Theb. 588. De arcu.
Ungula solido cornu, Ob materiæ similitudinem. Virg. 3. Georg. 88.
— solido graviter sonat ungula cornu. conf. CORNEUS & CORNIPES.
Cornu pro Laterna cornea. Plaut. Amph. 1. 1. 185.
Quo ambulas tu, qui Vulcanum in cornu conclusum geris?
Cornu in militari instrumento. Cornua dicebantur, quod ea quæ nunc sunt ex ære, tunc fiebant ex bubulo cornu. Varro de L. L. 4. 24.
Rauco strepuerunt cornua cantu. Virg. 8. Æn. 2.
Torva. Pers. 1. Sat. 99.
Sonare quod cornua ac tubas vincat. Hor. 1. Serm. 6. 43.
— magna sonabit,
Cornua quod, vincatque tubas.
Occanere cornua, ac tubas Sentius jussit. Tacit. 2. Ann. 81.
Inflexo Berecynthia tibia cornu. Ovid. 4. Fast. 181. de Phrygia peculiari tibia curva. Sic 11. Met. 16.
Clamor, & inflato Berecynthia tibia cornu.
Interdum Cornua sunt Vires, Gloria, Potentia, ut sæpissime in Vet. Testamento : nec non & auctores Latini sic utuntur. Hor. 3. Carm. 21. 17. de Vino loquens ;
Tu spem reducis mentibus anxiis,
Viresque, & addis cornua pauperi. Et Ovid. 1. de Arte Am. 239.
Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit. Hor. Epod. 6. 12.
Parata tollo cornua. conf. Obvertere cornua supra.
Cornua Liberi patris (quem vini inventorem ferunt) simulacro adjiciuntur, eo quod homines nimio vino truces fiunt. Ex Festo.
Cornu Copiæ, [κέρας ἀμαλθείας] Quum affatim omnia superesse significamus, Copiæ cornu dicimus. Plaut. Pseud. 2. 3. 5.
Nam hæc allata cornu copiæ est, ubi inest quicquid volo. Plin. in præf. Nat. Hist. Alii κέρας ἀμαλθείας libros suos inscripserunt, quod est copiæ cornu, velut lactis gallinacei sperare possis in volumine haustum. Ovid. Cornu copiæ dicit id fuisse, quod Hercules cum Acheloo in speciem tauri mutato congressus, ei detraxit : hoc Naiades acceptum, & omnium fructuum primitiis refertum, Copiæ consecrarunt. Ovid. 9. Met. 80. & seq. V. Erasm. Chiliad. Sæpe divisim scriptum invenitur. Hor. 1. Epist. 12. 30.
— aurea fruges
Italiæ pleno diffudit Copia cornu. Idem Carm. sæcul. v. 60.
Copia divite cornu. Sen. Med. 65. Hor. 1. Carm. 17. 16. Benignum pro Copioso & divite posuit, sumpta metaphora a cornu Fortunæ, quo divitiæ ligari dicuntur. Acron. — hic tibi Copia
Manabit ad plenum benigno
Ruris honorum opulenta cornu. V. COPIA.
CORNUS, ûs. m. & CORNUM, i. n. Idem quod Cornu. Varro de R.R. 3. 9. Cornum cervinum. Gell. 14. 5. Copiæ cornum. Lucret. 2. 388.
Præterea lumen per cornum transit. Lucan. 7. 217.
— cornûs tibi cura sinistri.
CORNEUS, a, um. Adj. [κεράτινος] Quod ex cornu, vel Instar ejus est. Cic. 1. de Nat. Deor. 102. Velut ibes maximam vim serpentum conficiunt, quum sint aves excelsæ, cruribus rigidis, corneo proceroque rostro.
Arcus corneus. Ovid. 1. Met. 697.
Color corneus, Qui cornu similitudine refert. Plin. lib. 36. cap. 8.
Fibra cornea esse dicitur Duris & misericordiæ expertibus. Pers. 1. Sat. 4. Intelligitur autem Jecoris fibra.
Homo corneus. Plin. lib. 7. cap. 19. ad finem, Quibus natura concreta sunt ossa, qui sunt rari admodum, cornei vocantur. V. CORNEOLUS.
Ora cornea. Ovid. 8. Met. 545. sic Rostra vocat avium.
Porta Somni cornea apud inferos. Virg. 6. Æn. 894.
Sunt geminæ Somni portæ, quarum altera fertur
Cornea : qua veris facilis datur exitus umbris. Ubi Servius ; Per Portam corneam, inquit, Oculi significantur, qui & cornei sunt coloris, & duriores ceteris membris : nam frigus non sentiunt. Sicut etiam Cicero ait in libris de Deorum Natura.
CORNEŎLUS, a, um. Adj. dimin. Cartilagineus, Cic. 2. de Nat. Deor. 144. de auribus loquens, Sed duros & quasi corneolos habent introitus, multisque cum flexibus : quod his naturis relatus amplificatur sonus.
Corneolus fuit. Petron. cap. 43. i. e. Invicta duritie corporis, ac valetudine.

CORNŪ-

Cornūtus, a, um. Adj. [κερασὴς] Quod cornua habet. Varro 2. de R. R. cap. 7. Ætas cognoſcitur equorum, & fere omnium qui ungulas indiviſas habent, & etiam cornutarum, quod, &c. Poteſt etiam dici Cornutum, Quod procedit ex cornu. Martial. 1. 19.

Occubuit tandem cornuto ardore potitus.

Cornutam beſtiam petis, inquit Plaut. i. e. Laceſſis eum qui paratus ſit retaliare injuriam, quemque non, niſi tuo malo, provoces. Eraſmus.

Syllogiſmus cornutus, vocatur Dilemma. V. Hieron. Epiſt. 83. 1. conf. CERATINE.

Cornūta, æ. f. Piſcis genus. Plin. 32. 11. & 9. 27.

Cornuātus, a, um. ut, Umbra cornuata. Varr. de L. L. 6. 3. pr.

Cornuārius, i. m. Cornuarii ſunt, vel Qui cornua conficiunt, vel Qui cornu canunt, quos Æneatores a priſcis dictos Feſtus lib. 1. ſcribit. De his fit mentio in l. ultima. D. de jur. immunit. A Tubariis autem eos Paternus ſeparat, ut & Cornicines a Tubicinibus. Vegetius lib. 2. cap. 22. & Modeſtus in Epitome ejuſdem.

Cornesco, [κερατῦμαι] ĕre. Dureſcere in cornu. Plin. lib. 11. cap. 49. Urſo quoque ſimul ut expiraverit, corneſcere aiunt genitalia.

Cornŭlum, i. n. dimin. Apic. 8. 1. Sed frequentius

Cornĭcŭlum, i. n. [κεράτιδιον] dimin. a Cornu. Plin. lib. 11. cap. 28. Aliis cornicula ante oculos prætenduntur ignava. Idem lib. 9. cap. 32. de cochleis, Oculis carent: itaque corniculis prætentant iter.

Eſt & Corniculum, Ornamenti genus, quo donabantur milites ab Imperatoribus pro re bene geſta. Liv. 10. 44. ſcribit L. Papirium Conſulem equites omnes, ob inſignem in bello operam, donaſſe corniculis, armilliſque argenteis.

Hoc etiam nomine vocatum eſt Oppidum juxta Tarquinios, Κόρνικλος Stephano, a quo Oppidani, Corniculani, Κορνικλανοὶ, appellati ſunt.

Corniculātus, a, um. Adj. Idem ac Cornuatus. Apul. de Deo Socr. pr.

Corniculārius, i. m. Aſconius in 3. Verr. 71. Accenſus nomen eſt ordinis, & promotionis in militia, ut nunc dicitur, princeps, vel commentarienſis, aut cornicularius. hæc enim nomina de legionaria militia ſumpta ſunt. Hæc ille. Valer. Max. lib. 6. 1. 11. Cui Cominius Tribunus plebis diem ad populum dixit, quod cornicularium ſuum ſtupri cauſa appellaſſet. Dicitur autem cornicularius in bello, accenſus Decurionis: in quo ſignificatu capitur etiam apud Frontinum, lib. 3. 14. 1. Tribuni cornicularius vigiles quoſdam excitavit. V. Alciatum in tres poſteriores libros Codicis. Turnebus in Sueton. Domit. cap. 17. Saucium ac repugnantem adorti Clodianus Cornicularius & Maximus, &c. ſic explicat his verbis, Ut in exercitu & acie dicitur cornu, ita in cohortibus Trib. militum corniculum, & fortaſſe in ordinibus centurionum: a quo Cornicularius, qui corniculo Tribuni militum præeſt. Tranquill. de Claris Grammaticis cap. 9. Primo apparituram fecit magiſtratibus, deinde in Macedonia corniculo, mox equo meruit. Hæc ille. V. Torrent. ibid.

Cornĭcen, ĭnis. n. [κερατωύλης] Qui cornu ſonat. Juven. 2. Sat. 117.

Quadringenta dedit Gracchus ſeſtertia dotem
Cornicini: ſive hic recto cantaverat ære.

Cornicines atque tubarum concentus. Juven. 10. Sat. 214.

Cornicines tubicineſque ante vallum canere jubet. Liv. 2. 64.

Cornĭfrons, ontis. Adj. Quo uſi ſunt veteres, dictum a cornibus quæ frontes præferunt. Ennius apud Non. 3. 3. Tu paſcere cornifrontes armentas ſoles.

Cornĭgĕnus, a, um. Quod eſt ex genere cornu habentium; ſicut Caprigenus, Quod eſt ex genere caprarum. Perottus.

Cornĭger, a, um. Adj. [κερασφόρος] Qui cornua gerit. Plin. lib. 11. cap. 37. Camelus una ex iis quæ non ſunt cornigera.

Cervi cornigeri. Ovid. 7. Met. 701.

Caput. Ovid. 5. Epiſt. 137.

Caſſis. Sil. 15. 6.

Cornigerum caput mitra cohibens, Liber dicitur, Quod vinum inermi cornua & audaciam det. Sen. Hippol. v. 756.

Fluvius corniger. Virg. 8. Æn. 77. Ubi Servius; Flumina ideo cum cornibus pinguntur, ſive quod mugitum boum imitatur murmur undarum, ſive plerumque in cornuum ſimilitudine curvatas cernimus ripas.

Taurus corniger apud Cic. 2. de Nat. Deor. 110. de Sidereo tauro, ex antiquo poeta. conf. Ovid. 15. Met. 511.

Cornĭpes, ĕdis. Adj. [κερατόπους] Quod pedes corneos habet, veluti Equus & capra. Ovid. 2. Faſt. 361.

Cornipedi Fauno cæſa de more capella. Faunus enim caprinos pedes habere fingitur.

Equus cornipes. Virg. 7. Æn. 779.

Cornipedes, ſubſtantive etiam dicuntur Equi. Sil. lib. 7. 684. & locis quam plur.

Cornŭpĕta, vel **Cornĭpĕta**. æ. m. Qui petit cornu. Gloſſ. Cyrill.

Cornubia, æ. f. Extrema pars Angliæ ad occidentem. Vulgo *Cornvvall.* Quoniam inſtar cornu primo anguſta, deinde latius ſe extendit.

Cornus, ûs, vel i. f. [κρανία] Arbor ramos habens duritie & rigiditate cornibus ſimiles. Cornus fructum circa ſolſtitia reddit, primo candidum, poſtea ſanguineum. Plin. 16. 26. pr. Virg. 2. Georg. 448.

— & bona bello
Cornus. i. e. Apta haſtilibus.

Cornus Itala, pro Telo ex cornu facto. Virg. 9. Æn. 698.

Conjecto ſternit jaculo, vocat Itala cornus. Servius.

Levis cornus, Sagitta ex corno arbore. Sen. Hippol. v. 546.

— non erat gracili levis
Armata ferro cornus. i. e. Haſtile aut ſagitta quæ fiebat de cornu arbore.

Sonans cornus, Sagitta ex cornu arbore. Sil. lib. 13. 235.

Validam cornum torquere. Sil. lib. 13. 204.

Cornum, i. n. [κράνειον] Fructus corni.

Autumnalia corna. Ovid. 8. Met. 408.

Lapidoſa. Virg. 3. Æn. 650.

Rubicunda. Hor. 1. Epiſt. 17. 9.

Silveſtria. Hor. 2. Serm. 2. 57.

Corneus, a, um. Adj. [κράνινος] Quod eſt ex corno. Plaut. Duram ac corneam virgam.

Cornea pyxis. Plin. lib. 21. cap. 20.

Venabula. Ovid. 4. Epiſt. 83.

Virgulta, Quæ ſunt cornus arboris. Virg. 3. Æn. 22.

Cornētum, Locus ubi ſunt frequentes corni: ſicut a Pino, Pinetum. κρανεὼν, Vet. Gloſſ. Hinc

Cornēta, n. pl. Locus Romæ inter Viam ſacram & Macellum. V. Varr. de L. L. 4. 32.

Cornĭfer, a, um. Adj. Qui cornos fert: ut, Rami corniferi. Claud. lib. 1. de Rapt. Proſerp. 204. Sed rectius legitur Coniferis.

Cornutus, a, um. Adj. in CORNU.

Cornutus, Cognomen Annæorum. Cornutus Leptites genere (eſt autem Leptis Africæ civitas) emicuit Romæ ſub Nerone, interfectus demum ab eo una cum Muſonio philoſopho. Multa ejus ſcripta tam in philoſophia, quam rhetorica feruntur. natura magis, quam ſtudio juvabatur. Erat ſine liberis: humanitate alioqui tanta, ut diſcipulos ex ea cauſa plurimos ad ſe non minus quam doctrina alliceret. Auctor Suidas.

Fuit & M. Cornutus, Prætor urbanus Romæ Ciceronis temporibus: de quo lib. 10. Fam. 12. Item 1. Att. 14. Bonis utimur Trib. pleb. Cornuto vero Pſeudocatone.

Corocondames, [Κοροκονδάμης] Vicus eſt ad Boſphorum Cimmerium, oppoſitum habens vicum Panticapenſis agri, nomine Acram, qui ſeptuaginta ſtadiis freto disjungitur. Strab. lib. 11.

Corocondametis, [Κοροκονδαμῆτις] Lacus eſt ſupra Corocondamen, qui & ab ea vocatur, & decem ſtadia a vico in mare emittit. Auctor Strab. lib. 11.

Cŏrœbus, [Κόροιβος] Athenienſis, qui primus figlinam invenit. Auctor Plin. lib. 7. cap. 56.

Fuit & alter Corœbus, filius Mygdonis (unde a Virg. Mygdonides appellatur) qui incenſus amore Caſſandræ, quam etiam Priamus pater ei deſponderat, ad Trojam venit, ſocero & Phrygibus laturus auxilium, quamvis a ſponſa ipſi exitium, niſi abiret, eſſet prædictum. Nam ea nocte, qua Ilium cecidit, occiſus eſt a Peneleo quodam Græco. Virg. 2. Æn. 341.

— juveniſque Corœbus
Mygdonides, illis qui ad Trojam forte diebus
Venerat, inſano Caſſandræ incenſus amore. Unde proverbium, Stultior Corœbo.

Corolla, **Corollarium**. In CORONA.

Coron, [κόρων Dioſcoridi] Herba eſt eadem cum Ruta ſilveſtri.

Cŏrōna, æ. f. ſine aſpiratione, ut Quintil. lib. 1. cap. 5. [στέφανος] A noſtris olim Stroppi appellatæ, unde & Strophiola, a στρέφειν, quod eſt vertere Meminit Plin. lib. 21. cap. 2. Plaut. Aſin. 4. 1. 58.

Tum ſi coronas, ſerta, unguenta juſſerit
Ancillam ferre Veneri, aut Cupidini.

Coronæ floreæ & roſeæ. Plaut. Aulul. 4. 2. 68.

Coronæ diverſorum generum fuerunt apud Romanos inter dona militaria in magno pretio, qualis erat Triumphalis, obſidionalis, civica nobilior ceteris, muralis, vallaris, quæ & caſtrenſis, navalis, ovalis. De quibus ſuis locis abunde. V. Gell. lib. 5. cap. 6. Et Plin. lib. 21. cap. 2. & 3.

Aurea corona. Cic. 14. Att. 18. Mihi quidem videtur Brutus noſter jam vel coronam auream per forum ferre poſſe. Liv. 7. 10.

Agonothetarum corona fuit aurea. Suet. Domit. 4.

Convivalis. Auream aliquando fuiſſe patet ex Tacit. 2. Ann. 57. extr.

Claſſica. V. Claſſicus. adj. in CLASSIS.

Donatica, victoribus in ludis donabatur, quæ poſtea magnificentiæ cauſa inſtituta eſt ſuper modum aptatum capitibus, quali amplitudine fiunt cum Lares ornantur. Feſtus.

Duplex gemmis auroque. Virg. 1. Æn. 655.

Equeſtris. Plin. 15. 4.

Exploratoria. Suet. Calig. cap. 45. Comites & participes victoriæ novo genere & nomine coronarum donavit, quas diſtinctas Solis ac Lunæ ſiderumque ſpecie exploratorias appellavit.

Feſta, Feſto die ſumpta. Ovid. 10. Met. 598.

Florente corona cinctus. Ovid. 2. Met. 27.

Gemmifera. Valer. lib. 5. Argon. 447.

Graciles. Juven. 12. Sat. 87.

Herculea, Populea. Virg. 2. Georg. 66.

Hibernæ. Plin. lib. 21. cap. 2.

Ilignea. V. ILEX.

Inſignis gemmis. Virg. 7. Æn. 75.

Intactæ. Martial. lib. 11. 90.

Intactas quare mittis mihi, Polla, coronas?

Longa fores tegat. Ovid. 4. Faſt. 738.

Marcentes. Claud. in Epith. 96.

Muralis. Hujuſmodi corona dabatur ei qui primus murum conſcendiſſet. Liv. 26. 48. Gell. 5. 6.

Muralis corona Cybeles, Turrita. Lucret. lib. 2. 606.

Navalis. Virg. 8. Æn. 684. De Agrippa. V. Gell. 5. 6.

Nexæ vel nexiles. Hor. 1. Carm. 38. 2.

Obſidionalis. Gell. 5. 6. Plin. 22. 4.

Oleaginea. Gell. 5. 6.

Ovalis. Gell. 5. 6. & Feſt.

Pactilis. Plin. lib. 21. cap. 3. Summaque auctoritas pactili coronæ: ut in Saliorum ſacris invenimus ſolennes cœnas. Sic reſtituit Turnebus, quum in editis locus ſit corruptiſſimus. Pactiles autem coronæ pleriſque videntur Compactiles: fortaſſe tamen fuerint, quarum coronamenta in torulo rotundo, vel uſpiam figuntur panguntur que. Harduinus edidit, Sutiles Saliorum ſacris invenimus & ſolennes cœnis.

Pieria. Martial. lib. 12. 52.

Populea. Hor. 1. Carm. 7. 23.

Quadrima, Vetus. Martial. lib. 12. 32.

Quadrima nigri nec corona pulei.

Querna. Ovid. 1. Faſt. 614.

Roſeæ. Claud. in pr. Conſ. Stil. 87.

Roſacea. Plin. lib. 21. cap. 3.

Spicea. Hor. Carm. ſæcul. 29.

Fertilis frugum pecoriſque tellus
Spicea donet Cererem corona.

Sutiles. Ovid. 5. Faſt. 335. conf. Pactilis.

Tonſa. Virg. 5. Æn. 556.

Virides. Virg. 5. Æn. 110.

Votiva puppis redimita corona. Ovid. 3. Amor. 11. 29.

Capere coronam inſigni cum laude. Lucret. lib. 6. 94.

Dare coronam civicam. Cic. pro Planc. 72.

Defluebant coronæ. Cic. 5. Tuſc. 62. V DEFLUO.

Detracta capillis. Ovid. 1. Amor. 6. 67.

Donari. Hor. in Arte Poet. 250. Conf. Spicea paulo ante.

Exornare aliquem tenui. Juven. 9. Sat. 138.
Fusæ per colla. Ovid. 2. Fast. 739.
Habere coronam honoris alicujus causa. Cic. 14. Att. 19. De coronatis, quum sororis tuæ filius a patre accusatus esset, rescripsit se coronam habuisse honoris Cæsaris causa, posuisse luctus gratia.
Habere in capite, in collo. Cic. 7. Verr. 27. Ipse autem coronam habebat unam in capite, alteram in collo.
Imponere puppibus coronas. Virg. 4. Æn. 418. Ubi Serv. Aut re vera coronas inquit, aut spiras funium accipimus.
Induere cratera. Virg. 3. Æn. 525. V. CORONO verbum.
Inumbrare ora coronis. Lucret. lib. 3. 926.
Merere laude coronam primam. Virg. 5. Æn. 355.
Mittere regni coronam cum sceptro. Virg. 8. Æn. 505.
Nectere alicui coronam. Hor. 2. Epist. 2. 96.
Petere insignem coronam suo capiti. Lucret. lib. 1. 928. significat Magnum nomen & honorem sibi comparare.
Pingere tempora coronis. Ovid. 5. Fast. 335. al. Cingere.
Ponere, V. Habere paulo supra.
Premere crinem. Stat. 1. Silv. 2. 228.
Redimire plexis caput. Lucret. 5. 1398.
Scindere hærentem coronam crinibus. Hor. 1. Carm. 17. 49.
Venire sub corona, dicebantur mancipia jure belli capta. Nimirum Corona, Signum erat servorum venalium: ideoque Sub corona venire dicebantur, Qui in bello capti venundabantur coronati. Cæs. 3. Bell. Gall. 16. extr. Itaque omni Senatu necato, reliquos sub corona vendidit. V. Gell. 7. 4.
Vincire tempora. Hor. 1. Carm. 7. 23.
Coronam, quam στέφανην vocant Græci, in mundo muliebri ponit Pollux lib. 5. cap. 16. segm. 95. ex illo versu Homeri ex Iliad. Σ. 597.
Τῶν δ' αἱ μὲν πλεκτὰς στεφάνας ἔχον, οἱ δὲ μαχαίρας.
Horum hæ plexas coronas, hi vero enses habebant.
Corona, [ἅλων] Circulus est circa lunam. Sen. Nat. Quæst. 1. 2.
Corona, pro Signo cælesti ponitur, nempe Ariadnæ Minois filiæ, quæ in sidus conversa est a Baccho. Virg. 1. Georg. 222.
Gnosiaque ardentis decedat stella coronæ. Hæc Cancro & Leone exoriente occidit, exoritur cum Scorpio nonis Octobris, habet stellas novem in orbem dispositas. Auctor Hyginus P. A. lib. 2. 5.
Dictæa. Claud. in sec. Cons. Stil. 208.
Seu tibi Dictææ placuerunt astra coronæ. h. e. Sideris coronæ simillimi: alludit autem ad Ariadnem Dictæam, id est Cretensem.
Dotalis. Claud. de Nupt. Hon. & Mar. 272. — si Bacchus amator Dotali potuit cælum signare corona.
Gnosiaca, i. e. Ariadnes corona, sidus cæleste. Stat. 1. Silv. 6. 88.
Coronæ, sunt Prominentiæ & veluti supercilia quædam parietum, arcendis stillicidiis inventa, fabri *Cornices* appellant & intabulamenta: sive structura, sive intestino opere constant. Vitruv. lib. 2. 8. Summis parietibus structura testacea sub tegula subjiciatur, altitudine circiter sesquipedali, habeatque projecturas coronarum: ita vetari poterunt quæ solent in iis fieri vitia. Budæus.
Muri corona. Curt. 9. 4. 30. Angusta muri corona erat: non pinnæ, sicut alibi, fastigium ejus distinxerant, &c.
Corona, [ἄγυρις, ἄγυρμος] Conventus hominum circumstantium, & veluti in circulum congregatorum. Cic. 5. Verr. 49. Tamenne putamus patronum tuum in hoc crimine cerviculam jactaturum, & populo se ad coronam daturum?
Corona & turba. Cic. pro Flacc. 68. A judicibus oratio avertitur, vox in coronam turbamque effunditur.
Clamor coronæ. Hor. 1. Epist. 19. 53.
— scis quo clamore coronæ
Prælia sustineas campestria.
Corona insolita cinxere judicium. Lucan. lib. 1. 321. Quia Circumsteterant armati.
Socia corona. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 56.
Vulgi stante corona. Ovid. 13. Met. 1.
Spissa. Hor. in Arte Poet. 381.
Spissa viris corona interlucet. Virg. 9. Æn. 508.
Corona item est Oppugnationis subitæ genus, quum mœnia simul ab omnibus partibus, circumdato exercitu, oppugnantur. V. Lips. Poliorc. 1. dialog. 4. unde
Corona cingere. Cæs. 7. Bell. Gall. 72. Liv. 4. 27.
Muros rara corona cingere. Virg. 10. Æn. 122. i. e. Ægre circumdare paucitate militum.
Corona urbem capere. Liv. 43. 18.
Corona circumdare. Liv. 4. 47.
Corona mœnia aggredi. Liv. 42. 63.
Corona vallare. Sil. 13. 140.
CORŌNĀLIS, e. Adj. [στεφανιαῖος] Sutura coronalis vocatur in anteriore calvariæ parte: quandoquidem coronæ in ea potissimum capitis parte collocantur: sicut posteriorem a literæ Λ similitudine, Lambdoïdem nominant. Ex Galen. lib. de Ossib. cap. 1.
CORONĀRIUS, a, um. Adj. [στεφανωματικός] Quod ad coronas attinet. ut, Aurum coronarium, Ex quo coronæ conficiebantur: vel ea Pecunia quam provinciales dabant Romanis magistratibus in coronam, hoc est nomine & prætextu coronæ inde faciendæ. Cic. 1. de Lege Agr. 12. contra Rullum, Quod ad quemque pervenit, pervenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. Ibid. 59. Coronarium absolute ponitur. Ex præda, ex manubiis, ex coronario, &c. Subaud. Auro. Et sic Gell. 4. 14. extr. Ex eo loco jure dejectum, quo eum venire cum coronario non decuisset. Sed alii aliter exponunt.
Coronariæ herbæ. Plin. lib. 21. cap. 23.
Coronarium opus, In modum coronæ factum. Plin. lib. 15. cap. 30. Ramos spargit a radice dodrantales, topiarii ac coronarii operis.
Coronarium æs. Plin. lib. 33. cap. 9. Miscetur argento tertia pars æris Cyprii tenuissimi, quod coronarium vocant, &c.
CORONARIUS, i. m. vel CORONARĬA, æ. f. [στεφανοπλόκος] Qui vel Quæ coronas conficit. Plin. lib. 21. cap. 2. Florum invicem odores coloresque accedere Sicyone, ex ingenio Pausiæ pictoris, atque Glyceræ coronariæ, dilectæ admodum illi. conf. Plin. 21. 9.
CŎROLLA, æ. f. dimin. [στεφάνιον] Festus, Corollam nova nupta de floribus, verbenis, herbisque a se lectis sub amiculo ferebat. Plin. lib. 21. cap. 2. Paulatimque & Romæ subrepsit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatem nominatis: mox & corollariis, postquam e lamina ærea tenui inaurata & inargentata dabantur. Plaut. Pseud. 5. 1. 21. Corollas dari dapsiles.
Corolla plectilis, Ea est quæ ex herbis odoratis plectitur, non conseritur, neque suitur. Itaque a sertis floribus, & sutilibus coronis differt. Plaut. in Bacch. 1. 1. 37.
Pro galea scaphium, pro insigni sit corolla plectilis. Ex Turnebo.
Indistinctis corollis flores plexos ferre. Catul. in Argon. 62. 283.
Floridis corollis redimita domus. Catull. 61. 66.
Solvere de sua fronte corollas. Propert. lib. 1. 3. 21.
COROLLĀRIUM, i. n. [ἐπίφορον] auctore Varr. de L. L. 4. 36. significat Id quod additum est præterquam quod debitum. Ejus vocabulum fictum a Corolleis, quod hæ, quum placuerant actores, in scena dari solitæ. [Ita distinguenda verba Varr. puto.] Est proinde tanquam auctarium quoddam, & id quod supra mensuram, vel pondus justum adjicitur. Plin. 7. Epist. 24. Ac deinde singulos gestus dominæ cum canticis reddebant: qui nunc exiguissima legata, theatralis operæ corollarium, accipient ab hærede, qui non spectabat. Cic. 5. Verr. 118. De vivo igitur erat aliquid resecandum: ut esset unde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium nummorum adderetur.
Corollaria, proprie Corollæ erant, e lamina ærea vel argentea tenui inaurata. Græci ἐπιστεφανώματα, ut in lexico D. Germani se legisse scribit Turnebus Advers. 18. 29. vocabant. [Est id Glossarium Latino Gr. ab Henrico Stephano editum. Confudit autem Corollarium Turnebus cum ipsis Corollis. V. mox not.
Corollaria, etiam dicebantur Præmia, quæ corollarum vice populo, qui ludis astabat & convivis, donabantur. Sueton. in Augusto, cap. 45. Itaque corollaria & præmia alienis quoque muneribus ac ludis, ac crebra & grandia de suo offerebat. Cic. 5. Verr. 184. Noli hos colligere, qui, nummulis corrogatis de nepotum donis ac de scenicorum corollariis, quum decuriam emerunt, &c. Idem 6. Verr. 49. Hic, quasi festivum acroama, ne sine corollario de convivio discederet, ibidem convivis inspectantibus emblemata avellenda curavit. [Etiam his locis omnibus Corollarium proprie accipitur, pro Donatione scenico actori data. V. Suet. totum caput, unde hic locus excerptus fuit. Puto autem Adj. esse nomen, subaudirique Aurum, vel Argentum, ut in reliquis id genus. conf. Coronarium paulo supra. Nam primo corollæ dabantur, deinde in earum locum nummi.
Corollarium in Philosophia vocatur Consectarium, sive πόρισμα.
CŎRŌNO, [στεφανόω] āre. Plin. lib. 15. cap. 4. Athenæ quoque victores olea coronant. Cic. 2. de Legib. 63. Sequebantur epulæ, quas inirent propinqui coronati.
Aditum custode coronare. i. e. Custodibus circumdare. Virg. 9. Æn. 380.
Hinc atque hinc, omnemque aditum custode coronant. Ubi Servius; Melior (inquit) lectio Abitum, quam Aditum. Cingunt enim silvam ne abeant, non, ne adire possint. [Nugatur Servius, quum tantundem sit Aditum & Abitum silvæ claudere.
Cratera coronare. Virg. 2. Georg. 528.
Collum coronat pluma. i. e. Instar coronæ collum circumdat. Lucret. lib. 2. 801.
Delubra coronare. Sil. 12. 743.
Focum coronat multa olla. i. e. Pluribus ollis circumdat. Martial. lib. 12. 18.
Multa villica quem coronat olla.
Pyram fronde funerea coronare. Virg. 4. Æn. 506. i. e. Circumdare cupresso.
Silva coronat aquas, cingens latus omne. Ovid. 5. Met. 390.
Victoria coronat fronde aliquem. Hor. 1. Epist. 19. 64.
Vina coronare. Virg. 1. Æn. 724.
Crateras magnos statuunt, & vina coronant. Ubi Servius; Vina, pro Poculis posuit, & est tropus synecdoche, ut Cererem dicimus pro Frumento. Sic Plaut. Vinum precemur. Nam hic deus præsens adest. Coronant autem est, aut implent usque ad marginem, aut quia antiqui coronabant pocula, & sic libabant. Unde est 3. Æn. 525.
Tum pater Anchises magnum cratera corona
Induit, implevitque mero.
Coronare; In coronamenta venire, Coronis faciendis adhiberi. Plin. lib. 21. cap. 9. Folio coronat & trifolium.
CORŌNANS, [στεφανῶν] Partic. Hor. 3. Carm. 23. 15.
— te nihil attinet
Tentare multa cæde bidentium
Parvos coronantem marino
Rore deos, fragilique myrto.
CORONĀTUS, a, um. [ἐστεφανωμένος] Partic. ut, Amantes coronati. Propert. 3. 3. 47.
Aurum coronatum, vocat Auream pyxidem Stat. 3. Silv. 4. 2.
Capilli coronati. Ovid. 21. Epist. 161.
Coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos. Hor. 2. Carm. 7. 7.
Boves capite coronato. Tibul. lib. 2. 1. 8. — nunc ad præsepia debent
Plena coronato stare boves capite.
Frons coronata. Ovid. 5. Fast. 341.
Ignes coronati. Stat. 10. Theb. 598.
Ille coronatos jam dudum amplectitur ignes.
Manes. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 328. h. e. Dii inferni. Tractum a veterum more, qui sertis ornati convivia agitabant, ut docet Plutarchus in Symposiacis Quæst.
Navis coronata. Ovid. 15. Met. 696.
CORONĀTOR, ōris. m. Augustin.
CORONĀMEN, inis. n. Apul. Milef. 11. p. 261.
CORONĀMENTUM, i. n. [στέφανωμα] Violæ, rosæ & alii flores quibus corollæ fiunt & serta nectuntur. Plin. lib. 21. cap. 1. In hortis seri & coronamenta jussit Cato, inenarrabili florum maxime subtilitate.
In coronamenta folio venêre melothron, spiræa, &c. Plin. lib. 21. cap. 9. h. e. Ex eorum foliis fiunt coronæ.
CŎRŌNE, es. f. [Κορώνη] Plin. lib. 4. cap. 5. Oppidum Messeniæ, a quo Coronæus sinus. De ea Strabo lib. 8. sic refert, Corone, urbs est mari vicina, & hanc nonnulli Pedasum a Poeta nominatam esse dicunt. conf. seqq.
Civitas hæc fuit in Peloponneso, ad Pamisi fluvii dextram, a Bœotiæ Coronea sic appellatione ducta: vel quod mœnium fundamenta ponentibus

tibus ænea fit inventa cornix, quæ Græcis κορώνη dicitur: cujus rei forte argumento in Acropoli æneum ftabat Pallados fimulacrum fub dio, cornicem manu tenens. Meminit Alex. Genial. lib. 5. cap. 13. Et Rhodig. lib. 15. cap. 20.

Cŏrōnē, five Cŏrōnon [κορώνη ἢ κορωνὸν] nuncupatur, tenuis ille maxillæ inferioris proceffus, qui in mucronem pone eum, qui cervix Galeno dicitur, definit. V. lib. de Offib. Galen. in procem.

Cŏrōnēa, [Κορώνεια] Bœotiæ oppidum, auctore Plin. lib. 4. cap. 7. Juxta Cephifum, inquit, amnem, Larymna & Anchoa, Medeon, Phlygone, Acræphia, Coronea, Chæronea. Scribitur & Coronīa.

Cŏrōnĕola, Genus rofæ eft, autumni tempore in rubo proveniens. Plin. lib. 21. cap. 4.

Cŏrōnis, ĭdis. f. [Κορωνὶς] Dea eft quæ in Sicyonia colitur, cujus tamen fimulacrum peculiare templum habeat nullum: fed quum facrificii appetit tempus, id in Palladis transferunt facraria, honoreque profequuntur. Hæc Paufanias in Corinth. p. 54. extr. Wech. fed quænam illa fit aliter non explicat. Nam de Coronide Æfculapii matre non crediderim, quæ narratur duplex in Met. Ovidii.

Cŏrōnis, ĭdis. f. [Κορωνὶς] Nympha Theffalica, Leucippi Lacedæmonii filia, quæ ex Apolline concepit Æfculapium. Poftea quia cum Ifchye Elati filio clam rem haberet, fimul cum Ifchye fagittis a Diana, rogatu Apollinis, confecta fuit. Sed prius corvum, qui crimen indicaverat, ex albo in atrum convertit Apollo: & puerum e ventre matris excifum Chironi Centauro enutriendum & erudiendum tradidit. Hæc Pindari fcholia. Ovid. 2. Met. 543.

Pulchrior in tota, quam Lariffæa Coronis,
Non fuit Æmonia.

Quo in loco fabulam & fufiffime & elegantiffime defcribit, fed paulo aliter. V. Serv. in Virg. 6. Æn. 618. Et rurfus in 7. 773.

Cŏrōnis, ĭdis. f. [κορωνὶς] Summitas feu apex alicujus rei, velut montis, aut ftructuræ alicujus. V. corona.

Coronis, fignificat & Navis puppim, quod fit in ejus apice curvatum roftrum. [Quin & ipfius navis epitheton eft. V. Henr. Steph. Thef. Gr. Ufque ad coronidem dicimus, Quum extremum finem rei cujufpiam fignificamus. A navibus tractum putant litteratores, quibus aliquid roftri fpeciem gerens folet addi. Nam Corone (κορώνη) Græcis Cornicen fonat: Coronis, (κορωνὶς) Corniculam. Apud Homerum κορώνη ufurpatur pro Annulo, aut fi quid aliud apponitur oftio. Idem velut ornamenti gratia perfectis omnibus additur. Quanquam Coronis dicitur interdum Quod accedit abfoluto operi: ut Martial. lib. 10. 1.

Sed nimius videor, feraque coronide longus
Effe liber: legito pauca, libellus ero.

Idem,

Et mage principio grata coronis erit.

Poftremo Grammatici quoties Perfona actoris eodem metri genere finit quo cœperat, Coronidem vocant, eamque notant veluti roftri figuram exprimentibus lineis.

Cŏrōnīdes, æ. m. [Κορωνίδης] Æfculapii nomen, Coronidis filius. Ovid. 6. Faft. 746.

Nulla Coronides caufa doloris erit.

Cŏrōnisma, ătis. n. [κορώνισμα] Mendicandi genus pro cornice. Cæl. Rhodig. 17. 12. Ex Athenæo lib. 13.

Cŏrōnŏpus, ŏdis. m. [κορωνόπους] Oblonga herba eft cum fiffuris. feritur interim: quoniam radix cœliacis præclare facit in cinere tofta. Plin. lib. 22. cap. 19. Matthiolus putat Coronopum effe eam herbam, quæ vulgo dicitur *Herba Stellæ*. Plin. 21. 16. q. d. Cornicis pedem.

Cŏrŏpassus, [Κορόπασσος] Civitas eft Lycaoniæ, cujus meminit Strabo lib. 14.

Corophium, [κορόφιον] Pifcis de genere Cancrorum. Plin. lib. 32. cap. 11. Corophya Dalech. per y. Hard. Coluthia, five Corythia. Verum cap. 7. extr. ex aliis Coryphia affert in notis. Lectio admodum dubia eft.

Cŏrŏplathi, [κοροπλάθοι] vocantur Qui puppas nefcio quas pueriles, & id genus imagunculas quorumcunque animalium ex luto parte plurima, fed & ex alia interim materia fingunt. Auctor Cæl. Rhodig. lib. 7. cap. 19.

Corpilli, Populi funt Thraciæ, Hebrum accolentes, ut fcribit Plin. lib. 4. cap. 11.

Corporatio, Corporatura, Corporeus. In corpus.

Corpus, ŏris. n. [σῶμα, χρὼς] Maffa compacta ex artubus & membris. [Mallem, ut affuevit, Notæ fignificationis dixiffet, quum de definitione corporis parum conftet inter ipfos philofophos.] Cic. 2. de Orat. 358. Etenim corpus intelligi fine loco non poteft.

Corporum tria funt genera. l. rerum miftura. D. de ufucap.

Corpus, pro Sola carne, ut ait Perottus. Cic. 7. Fam. 27. Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam: nam & vires & corpus amifi. Idem 2. de Nat. Deor. 139. Quid dicam de offibus, quæ fubjecta corpori mirabiles commiffuras habent, & ad ftabilitatem aptas, & ad artus finiendos accommodatas & ad motum, & ad omnem corporis actionem? Quintil. lib. 1. in procem. extr.

Utramque fignificationem expreffit Martial. unico verfu, lib. 1. 7.

Vivebant laceri membris ftillantibus artus,
Inque omni nufquam corpore corpus erat.

In corpus ire. Quintil. lib. 2. cap. 10. Quid ergo? Nunquam hæc fupra fidem, & poetica (ut vere dixerim) themata juvenibus pertractare permittemus. ut exfpatientur, & gaudeant materia, & quafi in corpus eant? Ubi V. Burm.

Formæ & corpora. Cic. 2. de Orat. 35. His autem formis atque corporibus, ficut omnibus rebus, quæ fub afpectum veniunt, fede opus eft.

Artus corporis. Hor. in Carm. fæcul. 64.

Auctus. Lucret. lib. 2. 481.

Augmen. Lucret. lib. 2. 494.

Caulæ. V. caula.

Compagibus corporis includi. Cic. de Senect. 77.

Cura, Curatio. Suet. in Domit. cap. 16. His, velut tranfacto jam periculo, lætum, feftinantemque ad corporis curam, Parthenius cubiculo præpofitus convertit. V. Curare corpus infra.

Formæ corporum. Quintil. lib. 2. cap. 8. Nec pauciores animorum pæne, quam corporum formæ.

Habitus. Quintil. lib. 5. cap. 10.

Inclinatio. Quintil. lib. 1. cap. 11.

Infirmitas. V. infirmus.

Nixus. Quintil. lib. 2. cap. 12. Luctator, qui totius corporis nixu in id, quod femel invafit, incumbit, fortior ab iis vocatur.

Nifu corporis, & impetu equi pervafit. Tacit. 2. Ann. 17.

Neque adfultibus, & velocitate corporum uteretur. Tacit. 2. Ann. 21.

Vitium. Ovid. 3. de Arte Am. 262.

Umbra. Ovid. 3. de Pont. 3. 3.

Aquæ corpus. Lucret. lib. 2. 232.

Neptuni corpus acerbum, i. e. Salfum mare. Lucret. lib. 2. 471.

Fera corpora ferri. h. e. Afpera, dura. Nifi forte fera dixerit, quia ferro ad feritatem utimur. Lucret. lib. 2. 102.

Lapidum corpora condenfa. Lucret. lib. 6. 101.

Naturæ rerum corpus, Mundus. Vellej. 2. 66. extr.

Mali habitus corpus dicitur, quod Græci κακόχυμον dicunt. Celf. lib. 5. cap. 28. Utrumque, ficut omnis cancer, fit maxime in fenibus, vel his quorum corpora mali habitus funt.

Abundans corporis. In abundo.

Ægrum vel ægrotum. Juven. 9. Sat. 19.

Æquævo corpore fratres. Sil. lib. 13. 191.

Album. Hor. 2. Carm. 16. Sic vocat Corpus hydropici.

Anile. Ovid. 1. Amor. 8. 14.

Amplum. Suet. Tiber. cap. 68.

Cæca corpora Ventos appellat Lucret. lib. 1. 278. h. e. Corporeos quidem, fed invifibiles; five corpora invifibilia.

Carum. Sen. Hippol. 12.

Caffum anima. Lucret. lib. 3. 561.

Caftum diu, vulgare populis corpus. Sen. Hippol. 8. i. e. Vulgo proftituere corpus fervatum diu.

Celeri corpore elapfus. Virg. 5. Æn. 445.

Clarum, i. e. Nobile. Sen. Troad. 12.

Confortia pœnæ corpora. Ovid. 13. Met. 663. al. Pectora.

Craffum corpus terræ. Lucret. lib. 6. 857.

Debile. Lucret. lib. 4. 949.

Deforme. Sen. Troad. 12.

Denfiffima fetis. Ovid. 3. Met. 846.

Dira, Gigantum. Ovid. 1. Met. 156.

Divino corpore Luna. Lucret. lib. 5. 764.

Durum. Claud. 2. in 1. Conf. Stil. 105.

Effetum. Ovid. 7. Met. 251.

Egenum decoris & frontis. Sil. lib. 6. 304.

Egregium corpus, Formofum. Hor. 1. Serm. 6. 67.

Exfanime, vel exanimum. Quintil. lib. 4. cap. 2.

Exigui corporis homo. Hor. 1. Epift. 20. 24.

Exile. Suet. Claud. cap. 30.

Exfangue. Ovid. 2. Met. 647.

Exfangue reddere fepulcro. Virg. 2. Æn. 542.

Ferentia laborum. Tacit. 5. Hift. 6.

Feffa carpunt foporem. Virg. 4. Æn. 522.

Fidele fenectæ. Perf. 2. Sat. 41.

Fluido corpore liquidæ res. Lucret. lib. 2. 452.

Fluxa & refoluta. Columel. in præfat. lib. 1.

Formofi corporis fpolium dies aufert, Forma paulatim dilabitur & perit. Sen. Hippol. 6.

Fortia. Virg. 1. Æn. 104.

— ubi tot Simois correpta fub undis
Scuta virûm galeafque & fortia corpora volvit.

h. e. Virorum fortium corpora. nulla enim eft in mortuis fortitudo. Servius.

Fortiffimorum educatio. Quintil. lib. 1. cap. 1.

Frigidum & exfangue alicujus complecti. Quintil. in procem. lib. 6.

Gelidum. Juven. 10. Sat. 217.

Genitalia. Lucret. lib. 1. 53. h. e. Elementa unde gignuntur cetera.

Globofa. Lucret. lib. 2. 468.

Grave, Ægrum. Hor. Epod. 2. 58.

— & gravi
Malvæ falubres corpori.

Horridum. Sen. OEth. 7.

Id ætatis. Tacit. 5. Ann. 9. Exin oblifis faucibus id ætatis corpora in Gemonias abjecta.

Immani piftrix. Virg. 3. Æn. 427.

Impube corpus. Hor. Epod. 5. 13.

Inane animæ. Ovid. 2. Met. 610.

Inane corpus, i. e. Mortuum. Ovid. 15. Epift. 116.

Incolume. Lucret. lib. 1. 247.

Incultum. V. incolo.

Indomitum. Sen. OEth. 2.

Inertia. Stat. 5. Theb. 383.

Infirmum. Ovid. 20. Epift. 241.

Informe. Stat. 6. Theb. 818.

Ingenti corpore cunctis præftare. Ovid. 4. Met. 630.

Ingenuum. Ovid. 5. Epift. 144.

Infecabilia, Atomi. Quintil. lib. 2. cap. 17. ad fin.

Intactum a vexatione. V. intactus.

Intolerantiffima laboris. V. intolerabilis.

Invalidum. Ovid. 21. Epift. 207.

Invifum. Sen. Hippol. 12.

Inutile letho dare. Ovid. 12. Met. 344.

Irriguum mero habere. Hor. 2. Serm. 1. 9.

Juvenile. Virg. 12. Æn. 221.

Lacerum. Ovid. 6. Met. 562.

Læta. Lucret. lib. 1. 258.

Lethata. V. lethum.

Luce carentum corpora, Mortua. Virg. 4. Georg. 255.

— tum corpora luce carentum
Exportant tectis, & triftia funera ducunt.

Luteum ceromate. Martial. lib. 11. 47.

Cur Lacedæmonio luteum ceromate corpus
Perfundit gelida virgine? &c.

Magnum. Virg. 2. Georg. 327.

Meretricia. Ovid. 2. Trift. 311.

Minuta corpora, Atomos vocat Lucret. lib. 2. 115.

Miferabile. Ovid. 4. Met. 158.

Moribundum. Lucret. lib. 3. 1046.

Mortale. Hor. 1. Carm. 35. 3.

Nativum. Lucret. lib. 2. 542.

Naufraga. Virg. 3. Georg. 542.
Nivei corporis femina. Sen. Med. 2.
Nudum. Ovid. 4. Fast. 148.
Obesum. V. OBEDO.
Obnoxia corpora, pro Valetudinariis. V. OBNOXIUS.
Obscæna visu. Claud. 1. in Ruff. 325.
Onustum vitiis. Hor. 2. Serm. 2. 77.
Orbum luminibus. In ORBUS.
Parva nervorum. Lucret. lib. 1. 863.
Parvissima. In PARVUS.
Perfectum, i. e. Fetus jam consummatus & maturus. Lucret. lib. 3. 679.
Perfracta arma cædibus corporaque. Valer. 6. Argon. 184.
Pigrum. Stat. 10. Theb. 102.
Plenum, Repletum cibo. Hor. 1. Epist. 7. 31.
Plenius. Quintil. lib. 2. cap. 4. Erit illud plenius interim corpus, quod mox adulta ætas astringat.
Prædura. Virg. 2. Georg. 531.
Præstanti corpore taurus. Virg. 4. Georg. 550.
Præstantiora magnitudine, viribus, firmitate, patientia, velocitate corpora in illis mutis videmus. Quintil. lib. 2. cap. 16.
Prima corpora, Elementa vocantur Lucret. lib. 1. 56.
Procerum corpus caudæ. Lucret. lib. 3. 658. De serpente.
Prodigiosa, & monstris insignia. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Prolixum. Suet. Claud. cap. 30.
Prona. Stat. 12. Theb. 289.
Protecti corpora scutis. Virg. 8. Æn. 662.
Pulchrum. Virg. 5. Æn. 344.
Quadratum. V. QUADRUM.
Quassatum viribus ævi, Senile. Lucret. lib. 3. 453.
Rarum corpus dicitur, cui contrarium est Densum. Lucret. lib. 1. 348.
Rectum. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Resolutum. Ovid. 7. Met. 328.
  Jamque neci similis, resoluto corpore, regem,
  Et cum rege suo custodes somnus habebat.
Resupinum. Ovid. 2. Met. 267.
Rigens metu. Sen. Thyest. 8.
Robustum. Suet. Tiber. cap. 68.
Salubria. Tacit. 5. Hist. 6.
Sancta divûm. Lucret. lib. 1. 1014.
Sanum. Juven. 10. Sat. 356.
Semianimum. Lucret. lib. 6. 1266.
Semifero corpore mater Colaxis, Quæ ancipiti erat forma, humana & serpentina. Valer. 6. Argon. 51.
Semimarinum dicitur, Quod naturam habet duplicem, ab una parte aquis, ab altera terris convenientem, qualis est castorum. Lucret. lib. 5. 890. De Scylla.
Senex corpore, nunquam animo. Cic. de Senect. 37.
Sicciora cornu. Catull. Epigr. 21. 12.
Simulatum, i. e. Imago corporis alicujus. Ovid. 10. Met. 253.
Sincerum & sine vulnere. Ovid. 12. Met. 100.
Sine nomine, i. e. Sine agnitione. Virg. 2. Æn. 558. Servius.
Solidum. Lucret. lib. 2. 487.
Solidum & succi plenum. Ter. Eun. 2. 3. 26.
Spatiosum. Ovid. 3. Met. 56.
Spirantia. Lucan. lib. 1. 363.
Spissum. Lucret. lib. 6. 126.
Spoliatum lumine, i. e. Occisum. Virg. 12. Æn. 935.
Subductum, i. e. Attenuatum. Ovid. 1. Amor. 6. 6. [Immo Subducto corpore, i. e. Carne. al. Pondere.
Subtile ventorum. Lucret. lib. 4. 899.
Superbum. Hor. 2. Serm. 2. 109.
Tenerum. Virg. 2. Georg. 23.
Terrenum. Lucret. lib. 1. 1085.
Transformia, Quæ in varias figuras mutari possunt. Ovid. 8. Met. 871.
Tenue. Cels. lib. 2. cap. 8.
Truncum. Sen. Herc. fur. 11.
Tuta corpora, & Periculis opportuna, contraria. Cels. in præfat. lib. 2.
Vastum corpus, Procerum. Sen. Hippol. 6.
Vescum, Macilentum. Plin. lib. 7. cap. 20. V. VESCUS.
Violatum crimine. Sil. lib. 17. 39.
Vitiosum. Hor. 2. Serm. 7. 108.
Vulsum. Quintil. lib. 5. cap. 9. i. e. Abs quo evulsi sunt pili.
Abjecta ostentui. Tacit. 1. Ann. 29.
Abit ferrum in corpus. In ABEO.
Abscedere a corpore. Tacit. 1. Ann. 7.
Abstrahere se a. V. ABSTRAHO.
Absumpti corporis ignes. i. e. Corporis cremati. Sil. lib. 13. 447.
Affectum, h. e. Effetum senectute. Liv. 9. 3. In corpore tamen affecto vigebat vis animi, consiliique.
Affecta labore & vigiliis. Liv. 36. 24. pr.
Agitare corpus. Ovid. 3. de Arte Am. 731.
Allevari corpus. Cic. 7. Att. 1.
Amittere corpus, i. e. Carnem. Cic. 7. Fam. 6.
Amovere procul impudicos tactus a casto corpore. Sen. Hippol. 5.
Applaudere corpus cavis palmis. Ovid. 4. Met. 352.
Avellere truncis. Ovid. 2. Met. 358.
  Nec satis est, truncis avellere corpora tentat.
Conclamata corpora. V. CONCLAMO.
Concruciari omni corpore. V. CONCRUCIOR.
Concussum vulnere. Stat. 3. Silv. 4. 70.
Concutere corpus totum risu. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Corpora condire. V. CONDIO.
Condere sepulcro. Ovid. 8. Met. 234.
Conficere corpus suum in labore. V. LABOR.
Conformare. Cic. 16. Fam. 1.
Corripere e stratis. Virg. 3. Æn. 176.
Corripere e somno. Virg. 4. Æn. 572.
Corripiunt morbi. Virg. 3. Georg. 471.
Cremare. Lucan. lib. 8. 744.
Curare. Virg. 8. Æn. 607. [Sæpe additur Cibo, Vino, Somno, Quiete aut ejusmodi quid, quod ad vires reficiendas pertinet: alias subauditur. V. CURO. conf. infra Procurare corpora, & Cura corporis supra.
Dare somno. Ovid. 2. Fast. 327.
Dare tempus corpori. Cic. 9. Fam. 20.
Dare tumulo fumantia. Ovid. 2. Met. 326.
Decedunt corpore febres. Lucret. lib. 2. 34.
Decorare. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Deflectere prono pondere. Catul. in Carm. Nupt. 60. 51.
Defuncta corpora vita. Virg. 4. Georg. 475.
Delecta virûm fortiti corpora. Virg. 2. Æn. 18.
Demittere morti. Ovid. 3. Met. 695.
Deponere, i. e. Prosternere, aut In terram submittere. Lucret. lib. 1. 259.
Deponere sub ramis arboris, Sedere, vel Recumbere in umbra. Virg. 7. Æn. 108.
Depressum. Ovid. 3. Met. 672.
Deserere corpora boum luco. i. e. Boves ipsos. Virg. 4. Georg. 543.
Devolvere in humum. Ovid. 7. Met. 574.
Dirigere tela manusque in corpus alicujus. Virg. 6. Æn. 57.
Distorta, & quocunque modo prodigiosa. Quintil. lib. 2. cap. 5.
Distrinxit summum corpus arundo. Ovid. 8. Met. 383.
Divellunt corpora leones. Ovid. 4. Met. 112.
Divellere. Virg. 4. Æn. 600.
Debitoris corpus inter creditores dividere. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Divisum in membra secare. Sen. Thyest. 8.
Educere corpore telum. Virg. 10. Æn. 744.
Effingere pictores corpora quam speciosissima pingendo, fingendove. Quintil. lib. 5. cap. 12.
Effringere corpus alicui. Sen. Theb. 1.
Elidunt corpus trunci. Lucan. lib. 2. 206.
Evirare. Catul. de Berecynth. 61. 17.
Exanimatum. Ovid. 2. Met. 267.
Exercendi corpora peritus. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Exercita curis. Ovid. 7. Met. 634.
Exhaustum. Stat. 6. Theb. 669.
Experiri alicujus corpus. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Excitare, cui opponitur Solvere. Cels. lib. 1. cap. 1. [Hoc est quod 2. 1. dicit Mobilius atque expeditius reddere.
Exedere. Cels. lib. 5. cap. 6.
Explere. Sen. Hippol. 10. i. e. Recuperare.
Extenuare fame. Cels. lib. 8. cap. 9.
Extenuatur longo morbo. Cels. lib. 2. cap. 6.
Fingere corpus, Formare, instaurare, redintegrare. Sen. Hippol. 12.
Fingere lingua. Virg. 8. Æn. 634. i. e. Tergere. Cic. pro Sext. 77. Spongiis sanguis effingebatur, i. e. Tergebatur. Servius.
Firmare athletico victu. Cels. lib. 4. cap. 6.
Formare ad quosdam membrorum flexus. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Frangere. Virg. 3. Æn. 623.
Frigent effetæ in corpore vires. Virg. 5. Æn. 219.
Fundere corpora humi, i. e. Prosternere. Virg. 1. Æn. 197.
Fusa vino somnoque per herbam corpora. Virg. 9. Æn. 317.
Fusum late corpus. Tacit. 13. Ann. 27.
Glomeratur corpus nivium spissa grandine. Ovid. 9. Met. 222.
Hebet corpus somno. Valer. 4. Argon. 41.
Humare corpus. Virg. 6. Æn. 161.
Jactare in toto cubili. Lucan. lib. 5. 812.
Immittere in undas. Ovid. 2. Epist. 133.
Implicare cadens laqueo. Sen. Hippol. 10.
Imponere flammis. Sil. lib. 13. 461.
Imponere lecto. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Imprimere. V. IMPRIMO.
Incondita, i. e. Non sepulta. Lucan. lib. 6. 101.
Inflantur corpora non robore, sed valetudine. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Infodere terræ. V. INFODIO.
Inhumata. Virg. 11. Æn. 22. i. e. Non humata.
Inscribere vulneribus. V. INSCRIBO.
Insuescere corpori meretricis. V. INSUESCO.
Jungere corpus cum corpore. Lucret. lib. 4. 1187.
Languent tristi morbo. Virg. 4. Georg. 252.
Laniatus toto corpore. Virg. 6. Æn. 494.
Lasciva jactare. Ovid. 3. Met. 636.
Levare corpus, pro Recreare & reficere. Hor. 2. Epist. 1. 149.
Librare in alas. Ovid. 8. Met. 202. De Dædalo.
Mandare fessum quieti. Lucret. lib. 4. 846.
Marcet annis. Lucret. lib. 3. 959.
Movere corpus ex eo statu, quo detinetur. Cels. lib. 3. cap. 16. extr.
Moliri ex somno corpora. Liv. 36. 24. pr.
Objectare bello. Virg. 4. Georg. 217.
Obruta mole aliqua. Ovid. 1. Met. 156.
Obsessum frigore. Ovid. 9. Met. 581. al. Pectus.
Pavefacta. Ovid. 5. Met. 636. al. Pectora.
Pendet in aquis, i. e. Natat. Ovid. 19. Epist. 150.
Perfusum æterno frigore lethi, i. e. Mortuum. Lucret. lib. 4. 922.
Præbere plagis. Ovid. de Nuce 171.
Procurare corpora, i. e. Convivari. Virg. 9. Æn. 157. [Idem ac simplex Curare. q. V.
Projicere corpus, pro Objicere periculis, & quasi Devovere. Catul. Argon. 62. 81.
Pungere. Lucret. lib. 2. 459.
Reddere mobilius atque expeditius. Cels. lib. 2. cap. 1.
Reddere corpus morbo dicitur quies & somnus, quum discedentibus illis, ad curas & dolores nostros revertimur. Sen. OEth. 11.
Relaxatum. Cels. lib. 2. cap. 1.
Relevare e terra. Ovid. 9. Met. 317.
Replere carne. Ovid. 12. Met. 155.
Revocare, Idem. Cic. 7. Fam. 20.
Rodere. Cels. lib. 5. cap. 6.
Satiare. Lucret. lib. 4. 1096.
Secuerunt corpora vepres. Virg. 3. Georg. 444.
Servire corpori. Cic. 16. Fam. 4.
Sinuare in orbes. Ovid. 9. Met. 64. de Acheloo in anguem mutato.
Solvere in venerem. Virg. 4. Georg. 199.

Sterne-

Sternere. Virg. 12. Æn. 97.
Subesse corpori dicuntur, Causæ morborum quæ in eo latent. Cels. in præfat. lib. 1. sub fin.
Superinducti corporis speciem adjicere. Quintil. lib. 5. cap. 8.
Sustentare epulis. Lucan. lib. 4. 307.
Tegere corpus abstrusum densa sepe. Sen. Theb. 2.
Tegere terra, Sepelire. Sen. Theb. 1.
Tenent corpus febres. Cels. lib. 3. cap. 9.
Tentatum frigore. Hor. 1. Serm. 1. 80.
Tenuatum recreare. Hor. 2. Serm. 2. 84.
Tingere lymphis. Ovid. 2. Met. 459.
  Nuda superfusis tingamus corpora lymphis.
Trahere ægrum. Virg. 3. Æn. 140.
  Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant Corpora.
Velare. Ovid. 3. Met. 197.
Verberata corpora nudantur. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Violare vulnere. Virg. 11. Æn. 591.
Vorat corpus usque ad ossa herpes. Cels. lib. 5. cap. 28. §. 3.
Vulnerare. Tibul. lib. 1. 2. 27.
Corpus positum, pro Sepultum, apud Scævolam in §. cibaria. l. fin. D. de alim. legat.
Corpus arboris. Plin. lib. 12. cap. 5. Superiores rami in excelsum emicant, vasto matris corpore.
Corpus, pro Opere aliquo scripto & volumine. Cic. 5. Fam. 12. A principio enim conjurationis usque ad reditum nostrum, videtur mihi modicum quoddam corpus confici posse, in quo, &c. Idem 2. Q. frat. 12. Sed utros ejus habueris libros (duo enim sunt corpora) an utrosque, nescio.
In speciem unius corporis res diversissimas colligere. Quintil. lib. 4. cap. 1.
Unum corpus defensionis. Cic. de Clar. Orat. 208. Sed nihil vitiosius, quam quum unum corpus debeat esse defensionis, nasci de integro causam, quum sit ab altero perorata.
Corpus Homeri, i. e. Omnia Homeri opera. Ulpian. in l. librorum. §. si cui centum. D. de legat. tertio.
Corpus rationum. ut, Corpora rationum, & si quas res vel pecunias ex his detinet, cogendus est per Prætorem reddere. Ulp. in fine legis, Si pure. D. de fideicommiss. libertat.
Corpus, pro Parte & tribu ac multitudine populi. Liv. 1. 17. pr. Inter ordines certabatur, oriundi ab Sabinis, ne, quia post Tatii mortem ab sua parte non erat regnatum, in societate æqua possessionem imperii amitterent, sui corporis creari regem volebant. i. e. Sabinum.
Corpus civitatis. Liv. 26. 16. Corpus nullum civitatis, nec Senatum, nec plebis consilium, nec magistratus esse.
Collegiorum corpus. Caius in l. 1. §. item collegia. D. quod cujusque universitatis, Item collegia Romæ certa sunt, quorum corpus Senatusconsultis, atque constitutionibus principalibus confirmatum est.
Reipublicæ corpus totum curare. Cic. 1. Off. 85. Metaphora est a corporis humani cura sumpta.
Unum esse Reip. corpus, atque unius animo regendum. Tacit. 1. Ann. 12.
Unum ut corpus, & concilium totius Peloponnesi esset. Liv. 39. 37.
Unius corporis esse. Liv. 38. 34. pr.
Fusum late corpus. Tacit. 13. Ann. 27. pr. de Libertis.
Sparsum Senatus, Dispersum. Lucan. lib. 7. 293.
Defensor corporis. Ulpian. in l. jusjurandum & ad. §. defensor. D. de jurejur.
Concessa corpora. Caius in l. 1. §. paucis. D. quod cujusque universitatis, Paucis admodum in causis concessa sunt hujusmodi corpora.

CORPŎRĀLIS, e. [σωματικὸς] ut, Corporalia bona apud Gell. lib. 18. cap. 1. i. e. Corporis. Et apud Quintil. lib. 5. cap. 10. Incorporale legitur.
Corporale, pro Corporeo. Sen. Epist. 59. Dicimus quædam corporalia esse, quædam incorporalia. Item, Quod est, aut corporale est, aut incorporale.
Possessio corporalis. Papinian. in l. debitor. §. ultimo. D. de pignor. actione. Soluta pecunia, creditor possessionem pignoris, quæ corporalis apud eum fuerat, restituere debet.
Res corporalis est, ut Jurisconsulti loquuntur, Quæ & nomine cognoscitur, & sub tactum, oculosque recidit, veluti fundus, domus, vestis, servus: Incorporalis vero, Quæ sola mente intelligitur, neque sub tactum, neque sub oculos recidit, ait Theophil. tit. de reb. corporal. & incorpor. in princip.
Res corporales. Caius l. summa. D. de rer. division.
Traditio corporalis. Jabolen. in l. penult. D. de acquir. possess.

CORPORALĬTER, Adv. Ulpian. in l. 1. D. quod legatorum, Si quis ex mortis causa donatione possideat, utique cessabit hoc interdictum: quia portio legis Falcidiæ apud hæredem ipso jure remanet, etsi corporaliter res in solidum translatæ sunt.
Corporaliter jurare, in plurimis Codicis constitutionibus, in Ethnicis, de his qui Aras in jurando tenebant intelligitur: in Christianis vero, de his qui Evangelii codicem. Dioclet. l. 3. C. si min. se major. dix. Hujusmodi autem sacramento corporaliter præstito, nullum tibi superesse auxilium perspicui juris est. Justin. l. 1. C. de jurejur. propt. calum. Non aliter concedimus, qui quæstiones servorum exposcunt, ad hoc venire, nisi prius tactis sacrosanctis scripturis deponant, &c.
Non me corporaliter curavi. Petron. cap. 61.

CORPORALĬTAS, ātis. f. Tertull. de Anim. cap. 7.

CORPOREUS, a, um. Adj. [σωματώδης] Quod est ex substantia materiaque corporis. Cic. 2. de Nat. Deor. 27. Contra ille corporeus, vitalis, & salutaris omnia conservat, alit, auget, sustinet, sensuque afficit. De igne elementari loquitur.
Corporeum & aspectabile, itemque tractabile omne necesse est esse quod natum est. Cic. de Univers. 11.
Artus corporei. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 62.
Corporea cicatrix. Plin. lib. 11. cap. 37. de Capitis ossibus, Perfracta non queunt solidari: sed exempta modice non sunt lethalia, in vicem eorum succedente corporea cicatrice. [Callo quodam expleri rimam dixit Cels. 8. 4. ubi & Carunculam vocat.
Dapes. Ovid. 15. Met. 105.
Vox. Lucret. lib. 4. 529.

CORPULENTUS, a, um. Adj. [εὔσαρκος] Obesi corporis homo, inquit Festus. Plaut. Epid. 1. 1. 8. Corpulentior videre, atque agilior. Al. Habitior. Quem Græci εὔσαρκον vocant, hoc est bene carnosum.
Corpulentum pecus. Columel. lib. 6. cap. 3.
Litigator corpulentus. Quintil. lib. 6. cap. 1.

CORPULENTIA, æ. f. [εὐσαρκία] Carnositatem significat. Plin. lib. 11. cap. 53. Somno concoquere, corpulentiæ, quam firmitati utilius.

CORPORŌSUS, a, um. Adj. [εὔσωμος] Gloss. Gr. Lat. Cæl. Aurel. Acut. 13. 17. Corporosa inductura.

CORPUSCŬLUM, i. n. dimin. [σωμάτιον] unde Atomos, Corpuscula vocat Cic. 1. Acad, item lib. 4.
Parvum corpusculum. Plin. lib. 10. cap. 29.
Hominum corpuscula. Juven. 10. Sat. 172. —mors sola fatetur
  Quantula sint hominum corpuscula.

CORPŎROR, [σωματοποιέω, σωματοῦσθαι] āri. pro Corpus effici. Plin. lib. 7. cap. 15. Quibusdam vero sæpius mense, sicut aliquibus nunquam: sed tales non gignunt, quando hæc est generando homini materia, semine e maribus coaguli modo hoc in sese glomerante, quod deinde tempore ipso animatur, corporaturque. h. e. In unum corpus ipsa materia animalis coalescit, & formam accipit. Lactant. 2. 9. Nec humor potest corporare, nec corpus animare. al. Corporari.
Corporare, apud antiquos legimus pro Interficere, & quasi Corpus solum sine anima relinquere. Ennius apud Nonium 1. 73. Corpus contemplatur, unde corporaret vulnere. Accius, Corporare abs tergo est ausus. Conf. Idem 1. 168.

CORPORĀTUS, a, um. Partic. [σωματωθεὶς] Cic. de Univers. 4. de mundo, Quandoquidem cernitur, & tangitur, & est undique corporatus. Firmic. lib. 4. cap. 13. Luna facit homines magnos corpore, sed tamen corpus satis proportionatum pro sui qualitate decernit. facit enim corporatos, sed quos honesta corporis pulchritudo venustet. V. Barth. Advers. 56. 17.
Corporati, Collegæ, qui ejusdem corporis & societatis sunt. Impp. l. non plures. C. de sacros. eccles. Nulli alii corporatorum, præter dictum numerum per patrocinia immunitate concessa. in l. qui sub. eod. tit. Collegiatos eosdem appellant. Hotomanus.

CORPORĀTIO, ōnis. f. [σωμάτωσις] Columel. lib. 6. cap. 2. Item custodiendum est ne in corporatione, vel statura, vel viribus impar cum valentiore jungatur. Tertull. de Carne Christi, cap. 4. Neque ut impossibilem neque ut periculosam Deo repudias corporationem.

CORPORATŪRA, æ. f. [σωμάτωσις] Columel. lib. 6. cap 2. Humilis enim & modica corporatura pecoris operarii debet esse, nervisque & musculis robusta, non adipibus obesa. Vitruv. lib. 6. 1. Sed ex cælo roscidus aer in corpora fundens humorem, ampliores efficit corporaturas.

CORPORATĪVUS, a, um. Adj. Cæl. Aurel. Tard. 1. 6. Corporativa adjutoria.

CORPORASCO, ĕre. Claud. Mamert. 1. 14.

CORPORECUSTOS, pro Corporis custos. Inscript. apud Grut. p. 600. n. 12. BASSVS NERONIS CAESARIS CORPORECVSTOS.

CORPORICĪDA, æ. [μακελλίτης] Gloss. Gr. Lat.

CORRĀDO, si, sum, [συναφαιρῶ] ĕre. Totum radere, auferre, colligere. Ter. Adel. 2. 2. 34. Minas decem corradet alicunde.
Corradere aliquid alicui. Ter. Phorm. 1. 1. 6. Ei credo munus hoc corraditur.
Corradere fidem dictis. i. e. Conciliare, comparare, conquirere. Lucret. lib. 1. 401. Ita enim est legendum, non ut hactenus Contradere, quod verbum non est Latinum. [Ego vero non magis hanc phrasin Latinam puto, quam illi substituerunt. Vide in eo verbo quæ notavi.
Corradere, est Cum difficultate summam aliquam ex venditione redigere. Ulpian. l. 5. D. de admin. tut. Ita autem depositioni pecuniarum locus est, si ea summa corradi, id est colligi possit, ut comparari ager possit. Hotomanus.

CORRĀGO, inis. f. Herba sic dicta. Apul. de Herb. cap. 41. Al. Borrago.

CORRECTOR, CORRECTIO. V. CORRIGO.

CORRĒPO, psi, ptum, [ἕρπω] ĕre. Idem quod Repere. Cic. 1. de Nat. Deor. 68. Quod quum efficere vultis, in dumeta correpitis. Lucret. lib. 5. 1218.
  — cui non correpunt membra pavore? i. e. Sternuntur corpore prolapso, more reptilium.
Correpere intra murum. Varro in procem. lib. 2. de R. R. Igitur quod nunc intra murum fere patres familiæ correpserunt, relictis falce & aratro, & manus movere maluerunt in theatro, ac circo, quam in segetibus. Per translationem.
Correpere in navem. Cic. 10. Att. 12. Igitur & occulte in aliquam onerariam corrependum.

CORREPTUS, V. CORRIPIO.

CORREUS, i. m. Qui cum alio reus est. Ulpianus in l. liberationem. §. nunc. D. de liberatione legata, Si cum alio sum debitor (puta duo rei fuimus promittendi) & mihi soli testator consultum voluit: agendo consequar, non ut accepto liberer, ne etiam correus meus liberetur contra testatoris voluntatem: sed pacto liberabor. Sed quid si socii fuimus? videamus, ne per acceptilationem debeam liberari. alioquin dum a correo meo petitur, ego inquietor.

CORRĪDEO, risi, [συγγελάω] ēre. Simul ridere. Lucret. lib. 4. 81.
  Omnia corrident concepta luce dici.

CORRĬGIA, æ. f. [ἱμὰς] a Corrigo deductum nomen esse videtur, & est Lorum quo verberabantur servi, ut corrigerentur & emendarentur. Quidam deducunt a Corio, quod corrigiæ e corio fierent; ut, Isid. 19. 34.
Corrigia canina. Plin. lib. 30. cap. 4. i. e. Lorum ex pelle canina.
Corrigiæ abruptio, Calceamenti scilicet. Cic. 2. de Divin. 84.

CORRĬGO, rexi, rectum, [διορθόω, κατορθόω, εὐθύνω] ĕre. ex Con, & Rego; significat proprie Tortuosum vel inclinatum dirigere. Plin. lib. 7. cap. 20. Crotoniatam Milonem athletam, quum constitisset, nemo vestigio educebat: malum tenenti nemo digitum corrigebat.
Corrigere, per translationem, pro Emendare. Ter. Adelph. 4. 7. 23. V. CORRECTOR.
Aliquem corrigere potius, quam leviter inflectere. Cic. pro Muren. 60.
Corrigere & coercere præsentia exercitus defectores. Cic. 10. Fam. 15.
Corrigere & Depravare, opponit Cic. 1. de Fin. 17. Ut ea quæ corrigere vult, mihi quidem depravare videatur.
Corrigere atque Emendare. Cic. 1. Acad. 13.
Corrigi non posse neque doceri ab aliquo. Cic. de Clar. Orat. 310.
Perspicere, corrigere, tum denique edere epistolas. Cic. 16. Att. 5.
Corrigere aliquem. Ter. And. 3. 4. 17. Corrigere mihi gnatum porro enitere.
Corrigere aliquem ad frugem. Plaut. Trin. 1. 2. 81.
  Quin eum restituis? quin ad frugem corrigis?
Diligentia alicujus quod minus sapienter ab alio provisum est, corrigere. Cic. 1. Q. frat. 1.
Librum corrigere. V. LIBER.
Mendum litura corrigere. Cic. 4. Verr. 104.

Mores civitatis. Cic. 3. de Legib. 30.
Noſmetipſos quaſi reprehendentes. Cic. in Orat. 135.
Orationem aliquam. Cic. 15. Att. 1.
Peccatum alicujus. Ovid. 20. Epiſt. 114.
Sententiam alicujus. Cic. 8. Philipp. 32.
Se ipſe correxit Iſocrates. Cic. in Orat. 76.
Tarditatem curſu. Cic. 2. Q. frat. 15. Curſu corrigam tarditatem cum equis, tum velis.
Vina corrigere. Plin. lib. 15. cap. 29. Præcipua vi ad corrigenda vina.
Vitium legis, non judicum ſententiam. Cic. pro Sull. 63.
Vota ſua. Ovid. 2. Met. 89.
Ambitioſe aliquid. Cic. 15. Att. 11.
Facillime corriguntur in diſcendo, quorum vitia imitantur emendandi cauſa magiſtri. Cic. 1. Off. 146.

Corrĭgor, [διορθοῦμαι] gi. paſſ. Ter. And. 3. 3. 37.
At ſi corrigatur, quot commoditates vide.

Correctus, a, um. Partic. [διορθωθεὶς] Cic. 1. Acad. 13. Certe enim recentiſſima quæque ſunt correcta & emendata maxime.
Laudatio correcta. Cic. 13. Att. 48. Laudationem Porciæ tibi miſi correctam.

Correctio, ōnis. f. [διόρθωσις, κατόρθωσις] Cic. 4. de Fin. 21. Hæc videlicet eſt correctio philoſophiæ veteris & emendatio, &c.
Adhibere correctionem. Cic. 3. Off. 7.
Correctio, Figura eſt apud Rhetores. Auct. ad Heren. lib. 4. 36. Correctio eſt, quæ tollit id quod dictum eſt, & pro eo id, quod magis idoneum videtur, reponit: hoc pacto, Quod ſi iſte ſuos hoſpites rogaſſet, immo innuiſſet modo, hoc facile perfici poſſet. Item, Nam poſtquam iſti vicerunt, atque adeo victi ſunt, eam quomodo victoriam appellem, quæ victoribus plus calamitatis, quam boni dederit?

Corrector, ōris. m. [διορθωτὴς] Ter. Adel. 4. 7. 24.
Illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas.
D. Corrector? Ironia eſt.
Corrector atque emendator. Cic. pro Corn. Balb. 20.
Invidiæ &c. Hor. 2. Epiſt. 1. 129.
Aſperitatis, & invidiæ corrector, & iræ.
Correctores, pro Rectoribus & gubernatoribus, apud Hermog. in l. de omnibus. D. de offic. præſid. Videntur fuiſſe antiquiſſimi, ſiquidem in veteribus inſcriptionibus ſæpe apparent. V. Gruter. p. 279. n. 4. CORRECTOR ITALIAE; & ſæpe alibi.

Correctūra, æ. f. Ipſum officium correctoris. Auſon. Parent. 24. 11.
Nam correcturæ tibi Tarraco Ibera tribunal
Præbuit, affectans eſſe clienta tibi.
In Italia, Lucania provincia Correctura vocatur ab Aur. Vict. Cæſ. cap. 35. 5. In triumphum ductus, Lucaniæ correcturam, filioque veniam &c. cooptavit. de Tetrico. Ubi Shott. V.
A corrigendis & in priſtinum decorem reſtituendis Provinciis, ductum hunc honoris titulum docere nos poſſit, quod apud Rufin. 18. 4. legitur, Senatus ex decreto Germanicum mittit cuncta Syriæ negotia correcturum. Barth. Adverſ. 59. 14. Hæc ex Pitiſc. Lex. ubi plura V.

Corrĭpio, ripui, reptum, [ἐπιλαμβάνομαι] ĕre. ex Con & Rapio; ſignificat Rapere, ſive Raptim capere. Virg. 1. Æn. 192.
Conſtitit hic, arcumque manu, celereſque ſagittas
Corripuit.
Corripere aliquem in nervum. Plaut. Rud. 3. 6. 34.
Corripere morſu. Plin. lib. 10. cap. 40.
Haſtam vi. Virg. 12. Æn. 93.
Hominem corripi, ac ſuſpendi juſſit. Cic. 5. Verr. 56.
Locum. Valer. 4. Argon. 654.
Horror extremus corripit lumina; De eo qui moritur. Valer. 6. Argon. 277.
Manu aliquid. Virg. 1. Æn. 192.
Membra corripere. i. e. Contrahere. Lucret. 5. 1222.
Corripiunt divûm perculſi membra timore.
Morbi ſingula corpora corripiunt. Virg. 3. Georg. 472.
Corripi aliquo dolore. Plin. 1. Epiſt. 12. Sic, Corripi comitiali vitio & dolore podagræ. Plin. lib. 20. cap. 17.
Amore correptus. Ovid. 3. Faſt. 681.
Cupidine correpta fratris. Ovid. 9. Met. 733.
Flamma. Liv. 28. 23. Correpti alii flamma ſunt, alii ambuſti afflatu vaporis.
Imagine formæ viſæ correptus, Amore captus. Ovid. 3. Met. 416.
Morbis corripi. Celſ. lib. 6. cap. 18. §. 9. Ideoque curati quidam, quum ſanguis exitum non haberet, inclinata in præcordia ac viſcera materia, ſubitis & graviſſimis morbis correpti ſunt.
Corripere celeritatem indicat in motu, ut
Corripere ſeſe intro. Ter. Hec. 3. 3. 5.
Nam modo me intro ut corripui timidus, &c. i. e. Raptim ingreſſus ſum, inquit Donatus.
Corripere ſe repente. Plaut. Merc. 3. 4. 76.
Corripere ſeſe ad aliquem. Ter. Hec. 4. 1. 3.
Ita corripuit derepente tacitus ſeſe ad filiam. i. e. Raptim intulit, ut ait Donatus.
Campum certamine bijugo. Virg. 5. Æn. 144. De equis.
E ſomno, vel ſtratis corpus. Virg. 4. Æn. 572.
Curſum. Liv. 26.
Gradum corripere, Accelerare, & gradum raptim facere & carpere. Hor. 1. Carm. 3. 33.
Moras. Ovid. 9. Met. 282. — faveant tibi numina ſaltem,
Corripiantque moras, &c. h. e. Feſtinent tibi parturienti auxiliari: vel, Omnia auferant partûs impedimenta, ſive quicquid partum remorari poteſt.
Spatium. Virg. 5. Æn. 316. Ubi Servius; Corripiunt ſpatia, i. e. Raptim eunt: ut 6. Æn. 364.
— & pariter greſſi per opaca viarum,
Corripiunt ſpatium medium. i. e. Raptim peragunt.
Viam corripere. Virg. 1. Æn. 422.
Corripuere viam interea, qua ſemita monſtrat. Ubi Servius; Officium eundi celeriter arripuerunt: neque enim via corripitur. Hactenus Servius. Metaphorica loquutio: quia qui feſtinant, videntur raptim legere iter quod faciunt. Utitur & Plin. 4. Epiſt. 1. extr. Subſiſtemus fortaſſe & ſequenti die: ſed tanto magis viam ipſam corripiemus.
Litteræ vel Syllabæ corripi dicuntur, cum Breves ſunt. Quintil. 1. 6.
Corripere, [παιδεύειν] pro Reprehendere. Corripimus vero magis verbis, quam verberibus. Plin. 3. Epiſt. 5. ad Macrum, Repeto me correptum ab eo, cur ambularem.
Animum dolentem corripere. Lucan. lib. 7. 191.
Corripere carmina. Martial. lib. 11. 9.
Peccata alicujus corripere. Ovid. 2. de Pont. 6. 5.
Clamoribus judices corripere. Cic. 8. Fam. 2.
Verbis corripere aliquem. Ovid. 19. Epiſt. 22.
Voce magiſtri correptus. Hor. 2. Serm. 3. 257.
Corripere, pro Caſtigare. Suet. Aug. cap. 53. pr. Quum ſpectante eo ludos, pronuntiatum eſſet a mimo, O dominum æquum & bonum, & univerſi quaſi de ipſo dictum exſultantes comprobaſſent, ſtatim manu vultuque indecoras adulationes repreſſit, & inſequenti die graviſſimo corripuit edicto, &c.

Correptus, a, um. Partic. [ἐπιληφθεὶς] Cic. Anteq. iret in exil. 17. Ego repente vi Tribunitia correptus, non modo loquendi libere in judicio, ſed ne conſiſtendi quidem in civitate, habeo poteſtatem.
Correptum manibus tenere. Virg. 4. Georg. 405.

Correpte, Adv. cui Producte opponitur apud Grammaticos. Chariſ. lib. 1. Tergum, dorſum eſt: & declinatur ſic, hoc tergum, tergi, tergo, pluraliter hæc terga, horum tergorum producte. Tergus autem pellis, hujus tergoris facit, pluraliter tergora, & genitivo tergorum, correpte. Idem lib. 2. Tertiæ conjugationis verba indicativi modi, temporis præſentis, perſona ſecunda, is, litteris interdum producte, interdum correpte terminantur. Correpte, ut lego, legis: producte, ut audio, audis. Gell. 2. 17. Correpte pronunciari.
Compar. Ovid. 4. de Pont. 12. 13. — quæ nunc correptius exit.

Correptio, ōnis. f. Apprehenſio. ut, Correptio manus. Gell. 20. 10. Reprehenſio. Tertull. de Pudic. cap. 14. Correptione retundi. i. e. Reprehendi.
Correptio, Abbreviatio. Vitruv. 9. 9. Correptiones aut creſcentiæ dierum.
Correptio vocalium. Auguſt. de Doctr. Chriſt. 4. 10. V. Quintil. 9. 3. & 7. 9.

Correptor, ōris. m. [παιδευτὴς] Senec. 2. de Ira 10. Placidus itaque ſapiens, & æquus erroribus, non hoſtis, ſed correptor peccantium.

Corrivāles, m. pl. [ἀντερασταὶ] Qui eandem amicam habent: vel Quod ad eundem rivum accedere videantur: vel quod invicem contendant, ut fere qui ex eodem rivo hauſtum petunt. Perott. V. RIVALIS. Quintil. 14. Declamat. extr. Sic patior miſer illas lupanarium inſultationes, illa corrivalium maledicta, convicia. Sed dubia lectio eſt.

Corrīvo, [συνοχετεύομαι] āre. Rivum ducere, ſeu facere. Plin. lib. 6. cap. 14. Anguſtias impedit corrivatus ſalis e cautibus liquor. h. e. Permultis veluti rivis fluens ſal liquidus. Idem lib. 31. cap. 4. Plerumque vero damnoſi torrentes corrivantur detracta collibus ſilva, continere nimbos, ac digerere conſueta.

Corrivātio, ōnis. f. [συνοχέτευσις] Plin. lib. 31. cap. 3. Salix enim erratica, & alnus, aut vitex, aut hedera, ſponte proveniunt, & corrivatione aquæ pluviæ in locum humiliorem e ſuperioribus defluentis, augurio fallaci.

Corrōbŏro, [κρατύνω, κραταιόω] āre. Robuſtum & fortem reddere. Suet. in Galba, cap. 6. Veteranum ac tironem militem opere aſſiduo corroboravit.
Se corroborare, & virum inter viros eſſe. Cic. pro Cœl. 11.
Corroborare ſtomachum. Plin. lib. 20. cap. 20. Stomachum in acetariis ſumpta corroborat.
Se corroborat vox. Cic. pro Sext. 10. Ut jam virilis tua vox poſſit aliquid ſignificare inimicis noſtris, quidnam quum ſe corroboraverit, effectura eſſe videatur.
Corroborare conjurationem naſcentem, per translationem. Cic. 1. in Catil. 30. Qui ſpem Catilinæ mollibus ſententiis aluerunt, conjurationemque naſcentem non credendo corroboraverunt.
Manabat illud malum urbanum, & ita corroborabatur quotidie. Cic. 12. Fam. 1.

Corroborātus, a, um. Partic. [κρατυνθεὶς] Cic. pro Cœl. 41. Multarum rerum jucundiſſimarum varietatem dedit, qua non modo hæc ætas, ſed etiam jam corroborata caperetur. V. ROBUSTUS.
Corroboratis jam confirmatiſque & ingeniis & ætatibus, judicandæ ſunt amicitiæ. Cic. de Amicit. 76.
Vetuſtate corroborata hominis ſceleratiſſimi audacia. Cic. pro Milon. 32.
Virtus Lacedæmoniorum non ſolum natura corroborata, verum etiam diſciplina. Cic. pro Flacc. 62.

Corroborāmentum, i. n. Lactant. 3. 12. Labores & miſeriæ ſunt exercitia & corroboramenta virtutis.

Corrōdo, ſi, ſum, [διαβιβρώσκω] ĕre. Simul rodere. Cic. 2. de Divin. 59. Nos autem ita leves atque inconſiderati ſumus, ut ſi mures corroſerint aliquid, quorum eſt opus hoc unum, monſtrum putemus.
Corroſæ inſulæ. Varro 3. de R. R. cap. 17. Quum eodem tempore inſulas Ludinorum ibi corroſas vidiſſes. [Sed felici conjectura ex Mſſ. veſtigiis Choreuſas legendum docuit Scalig. quia Græcis χορεύουσαι, Plinio Saltuares vocentur. Malim ipſa Græca voce Choreuuſas. Nec ita pœnitet me alterius conjecturæ, ut proferre pudeat, an nimirum Choreoſas a Chorea, ſaltatrices illas inſulas Varro appellaverit?
Oſſa corroſa. Juvenal. 15. Sat. 80. Corroſis oſſibus edit Victrix turba.

Corrōsio, ōnis. f. Vox apud Medicos.

Corrōsīvus, a, um. Sen. Nat. Quæſt. 7. 26. Corroſiva medicamenta.

Corrŏgo, [ἐρανίζω] āre. Idem quod Rogare a multis, precibus addere, aſciſcere. Cic. 3. Philipp. 20. Convenerunt corrogati, & quidam ampli homines. Liv. 33. 48. Magiſtros navium, mercatoreſque invitari juſſit, & vela cum antennis ex navibus corrogari, ut umbra cœnantibus in litore fieret. i. e. Colligi.
Corrogare nummos de nepotum bonis. i. e. Colligere & congregare, & quaſi Corradere. Cic. 5. Verr. 184.
Vaſa, veſtimenta corrogare. Auct. ad Herenn. lib. 4. 64.
Corrogati auditores dicuntur, quos ambitione recitator ſibi conciliat. Quintil. lib. 10. cap. 9.
Corrogata ad neceſſarios uſus pecunia. Cæſ. 3. Bell. Civil. 102.

Corrŏtundo, [συσφαιρόω] āre. Senec. lib. 4. Natur. Quæſt. 3. Præterea poteſt etiam, ſi non fuerit grande, talis quum defertur, corrotundari. conf. Petron. cap. 39.

Corrūda, æ. f. [ὄρμενος ἄγριος] Silveſtris aſparagus vocatur. Columel. lib. 10. 376.

Prodit & aſparagi corruda ſimillima filo. Varro 1. de R. R. cap. 23. Sicut umbroſis locis alia feras, ut corruda, quod ita petit aſparagus. Plin. lib. 20. cap. 10. Silveſtrem aſparagum aliqui corrudam, aliqui Libycum vocant, Attici hormenum. Hard. hic & Aliqui corrudam non agnoſcit. V. Plin. 9. 8. Columel. lib. 11. cap. 3.

Corrūgo, [ῥυτιδόω] āre. In rugas contrahere. ut, Corrugare frontem, apud Plautum, quod ſolent qui ſunt triſtes.
Nares. Hor. 1. Epiſt. 5. 22. — ne turpe toral, ne ſordida mappa
Corruget nares.
Corrugatum acinum. Columel. lib. 12. cap. 39. Ubi ſatis corrugata erunt acina, demito, & ſine ſcipionibus in dolium conjicito, &c.

Corrugus, [συνοχέτευσις] quid ſignificet, declarat Plinius his verbis lib. 33. cap. 4. Alius par labor, ac vel majoris impendii, flumina ad lavandam hanc ruinam jugis montium ducere obiter a centeſimo plerumque lapide: corrugos vocant, a corrivatione credo.

Corrumpo, rūpi, ruptum, [φθείρω, διαφθείρω, σπάζω] ĕre. Vitiare: tam ad animum, quam ad corpus refertur. Plin. lib. 13. cap. 22. Quæ nec aqua, ne igni poſſet corrumpi.
Corrumpere & interlinere tabulas publicas. Cic. 4. Verr. 104.
Corrumpere & depravare. Cic. pro Muren. 27.
Deliniri & corrumpi blanditiis præſentium voluptatum. Cic. 1. de Fin. 33.
Corrumpere aliquem. Paulus in l. ut tantum. §. ſi ſervus. D. de ſervo corrupto, Perinde atque ſi proprius meus ſervus corrupiſſet conſervum.
Corrumpere aliquem largitionibus, pecunia, pretio. Cic. 2. Off. 53. Et pro Cæcin. 72.
Pollicitis aliquem. Ovid. 1. de Arte Am. 355.
Solicitare verbis, ſpe præmiiſque corrumpere aliquem. Cic. pro Deiot. 32.
Corrumpere aliquem ex optimo. Plaut. Moſtel. 1. 1. 79.
— nam eccum herilem filium
Video corruptum hic ex adoleſcente optimo.
Animum & mores alicujus. Cic. 3. de Legib.
Aqua concluſa facile corrumpitur. Cic. 2. de Nat. Deor. 20.
Artus teneros corrumpere febribus. Ovid. 20. Epiſt. 117.
Chirographa debitorum corrumpere. Ulpian. in l. Neratius. D. de ſervo corrupto, Servo perſuaſi, ut chirographa debitorum corrumpat, videlicet tenebor.
Conſilium publicum corrumpere. Salluſt. in Oratione quam habuit in Senatu.
Corpus corrumpunt otia. Ovid. 1. de Pont. 5. 5.
Curam comitum corrumpere, Subaudi Pretio. Ovid. 6. Met. 461.
Emptorem corrumpere arte vafra. Martial. lib. 12. 67. i. e. Allicere.
Fontes, Pabulum. Salluſt. in Jugurth. cap. 55. extr. Qua venturum hoſtem audierat, pabulum & aquarum fontes, quorum penuria erat, corrumpere.
Fructum. Africanus in l. & hæc §. quum fundum. D. locati, Tu quum annus tuus exiturus eſſet, conſulto fructum inſequentis anni corrupiſti.
Igni corrumpere. Salluſt. Jugurth. 76. extr. Ibi vino & epulis onerati, illaque & domum & ſemet igni corrumpunt.
Litteras publicas. Cic. 4. Verr. 90. Aiunt ab eo litteras publicas eſſe corruptas.
Manus corrumpit catena. Propert. lib. 3. 15. 20.
Mentes. Ovid. 2. Triſt. 301.
Omnia perverſas poſſunt corrumpere mentes.
Ocellos lacrymis. Ovid. 3. Amor. 6. 57.
Oculos. Plaut. Merc. 3. 1. 3.
Ne plora, nimium ſtulte facis, oculos corrumpis taleis.
Opinionibus pravis corrumpi. Cic. in Partit. 91.
Opportunitates. Salluſt. in Catil. 43. Cethegus ſemper querebatur de ignavia ſociorum, illos dubitando, & dies prolatando magnas opportunitates corrumpere.
Piſces corrumpuntur. Ter. Adel. 3. 3. 66. — piſces ex ſententia
Nactus ſum, hi mihi ne corrumpantur cautio eſt.
Rem familiarem. Salluſt. in Jugurth. Quia diuturnitate belli res familiares corruperant.
Seipſum corrumpere. Plaut. Merc. 3. 2. 1.
Servum hæreditarium corrumpere. Ulpian. in l. hæc actio. §. ſed & ſi quis. D. de ſervo corrupto, Sed & ſi quis ſervum hæreditarium corruperit, hac actione tenebitur.
Situ corrumpi. Plaut. Curc. 5. 2. 3.
Spem corrumpere fraude. Ovid. 21. Epiſt. 127.
Stipulatio corrumpitur. l. 2. D. de ſervit. leg.
Vitio corrumpi. Lucret lib. 6. 17.
Ungues corrumpere dentibus, Rodere. Propert. lib. 2. 4. 3.
Corrumpere, abſolute & ſine adjecto, pro Mœchari, & adulterum eſſe. Martial. lib. 12. 63.
Ferrem, ſi faceret bonus Poeta,
Cui poſſem dare mutuos honores:
Corrumpit ſine talione, cælebs, &c. [Corrumpit, qui Mœcham facit ex caſta, aut Virginem vitiat.
Corruptum navigium apud Suet. Ner. 34. id eſt Fractum, ut ante locutus erat. Sic Gr. διαφθείρειν, id eſt Corrumpere, itidem pro Frangere. H. St.

Corruptus, a, um. [διεφθαρμένος] Partic. ut, Corruptum judicium. Cic. pro Cluent.
Corruptus & perditus. Cic. 2. in Catil. 7.
Corrupta ſum atque abſumpta. Plaut. Amph. 5. 1. 6.
Corruptus & ab hominibus nequam inductus adoleſcentulus. Cic. pro Roſc. Amer. 39.
Ætas corruptior. Lucan. lib. 10. 111.
Animus corruptus. Cic. 4. Fam. 4.
Boves corrupti, i. e. Macilenti. Plaut. Amph. 5. 1. 6.
Ceres corrupta undis. Virg. 1. Æn. 181. Ceres, Frumentum.
Civitas in barbarum corrupta Tacit. 6. Ann. 42. De Seleucia.
Conſuetudinem vitioſam & corruptam, pura & incorrupta conſuetudine emendare. Cic. de Clar. Orat. 261. De Conſuetudine loquendi.
Corporis corrupti humor ater. Lucret. lib. 3. 502.
Equi corrupti macie. Cæſ. 3. Bell. Civil. 59.
Filius & filia corrupti. Paulus in l. ut tantum. D. de ſervo corrupto, De filio filiave familiâs corruptis huic edicto locus non eſt.
Nihil corruptum in eloquendo, obſcurumque ſit. Quintil. lib. 6. cap. 5.

Ingenio corruptus ac tumidus. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Iter factum corruptius imbri. Hor. 1. Serm. 5. 95.
Judicia corrupta & contaminata paucorum vitio ac turpitudine. Cic. 1. Verr. 70.
Judex corruptus. Hor. 2. Serm. 2. 9.
Populus Romanus largitionibus corruptus eſt, ut ſeſe ac fortunas ſuas venales habeat. Salluſt. in Cic. 1.
Littera Græca corrupta ſono Latino. Ovid. 5. Faſt. 195.
Mores corrupti depravatique admiratione divitiarum. Cic. 2. Off. 71.
Os, ſermoque corruptus in peregrinum ſonum. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Sanguis. Lucret. lib. 6. 1201.
Sæcula. Claud. 2. in Eutrop. 113.
Senatus. Cic. pro Rabir. Poſth. 5.
Segetes herbis corruptæ. Ulpian. in l. ex conducto. §. 1. D. locat.
Servus corruptus. Ulpian. in l. ſi quis ſervum. D. de ſervo corrupt.
Tractus cæli, Peſtilens. Virg. 3. Æn. 138.
Victoria toties. Tacit. 4. Hiſt. 35.
Virgo, Vitiata. Ovid. 3. Amor. 8. 30.
Voluptas dolore. Hor. 1. Serm. 2. 39.
Corruptus; aliter, & novo more uſurpatum a Salluſtio in Jugurtha. Sic enim inquit in oratione Lepidi §. 20. Ne, alius alium principem exſpectantes, ante capiamini, non opibus ejus, quæ futiles & corruptæ ſunt, ſed veſtra ſocordia, quam captum iri licet. Corruptæ, i. e. ut ita dicam, Corruptibiles, & quæ corrumpi facile poſſunt. Turnebus. [Ego putem, Corruptas pro Attritis ac Debilitatis dixiſſe.

Corrupte, Adv. [διεφθαρμένως] Cic. 1. de Finib. 71. De quibus neque depravate judicant, neque corrupte.
Compar. Sen. Controv. 9. Divitias deſcribere volo, & multo minus facunde & corruptius quam Fabianus.
Superl. ut, Corruptiſſime judicare. Aſcon. in procem. Act. Verr. p. 48.

Corruptio, ōnis. f. [διαφθορά] Cic. 4. Tuſc. 29. Morbum appellant totius corporis corruptionem.

Corruptor, ōris. m. [διαφθορεύς] Qui corrumpit. ut, Corruptor juventutis. Cic. 2. in Catil. 7. Et Ulpian. in l. ſi quis ſervum. in fin. D. de ſervo corrupto.
Corruptor & adulter. Cic. 5. Verr. 4. Quid differant V. in ipſo verbo.
Animoſus corruptor. Tacit. 1. Hiſt. 24.
Nurus corruptor avaræ. Juven. 1. Sat. 77.
Tribus venditor & corruptor & ſequeſter. Cic. pro Planc. 38.
Veſtalium corruptores. Suet. Domit. cap. 8.

Corruptrix, īcis. f. [διαφθορεύς] Cic. 1. Q. frat. 1. Tam depravatis moribus, tam corruptrice provincia.
Morum corruptrix licentia. Ammian. 25. 10.

Corruptēla, æ. f. [φθορά] Quod corrumpit & contaminat. Cic. 2. Off. 53. Melius etiam, quod largitionem, corruptelam dixit eſſe.
Pro Corruptore. Ter. Adel. 5. 3. 7.
— eccum adeſt
Communis corruptela noſtrûm liberûm.
Dulcedine corruptelaque depravari. Cic. 2. de Legib. 38.
Conſuetudinis malæ corruptela. Cic. 1. de Legib. 33.
Judicii corruptelam moliri. Cic. in Parad. 6.
Mulierum corruptelæ. Cic. 4. Verr. 134.

Corruptĭbĭlis, e. Adj. Arnob. 2. p. 68. Plato deos dicit & mundum corruptibiles eſſe natura.
Compar. ut, Pulchritudines corruptibiliores. Auguſt. de Vera Relig. cap. 41. pr.

Corruptibilĭtas, ātis. f. Tertull. adv. Marc. 2. 16. Subſtantiæ humanæ corruptibilitas.

Corruptīvus, a, um. Adj. Idem quod Corruptibilis. Tertull. de Reſur. Carn. cap. 51. Oportet corruptivum iſtud induere incorruptionem, &c.

Corruptōrius, a, um. Idem. ut, Corruptoria conditio. Tertull. adv. Marc. 2. 16.
Senſus corruptorii. Idem l. c.

Corruo, rui, rŭtum, [καταπίπτω] ĕre. Idem quod Ruere, ſive Simul ruere. Liv. 1. 25. Duo Romani ſuper alium alius, vulneratis tribus Albanis, exſpirantes corruerunt. Cic. 2. Q. frat. 9. Et ille pæne timore, ego riſu corrui.
Arbor corruit. Ovid. 8. Met. 776.
Equus. Sil. lib. 17. 137.
Oppida. Cic. 1. de Divin. 78.
Rogus igne corruit. Ovid. 13. Met. 601.
Saucius enſe. Propert. lib. 2. 8. 22.
Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. Cic. 14. Att. 9.
Urbs tota Lacedæmoniorum. Cic. 1. de Divin. 112.
Frangi & corruere. Cic. 3. de Orat. 7. O fallacem hominum ſpem, fragilemque fortunam, & inanes noſtras contentiones, quæ in medio ſpatio ſæpe franguntur & corruunt, &c.
Corruere, pro Labi & errare. Cic. de Senect. 64. Nec tanquam inexercitati hiſtriones in extremo actu corruiſſe.
Corruiſſe opes dicuntur, Quæ corruptæ ſunt. Cic. 1. Off. 84.
Corruere, Conjicere, congerere. Varro de L. L. 4. 31. extr. Corbes, ab eo quod ſpicas aliudve quid corruebant. i. e. Eo conjiciebant. Turnebus. Al. Conruebant.
Corruere, pro Penitus proruere & disjicere, collabefactare, collabefacere. Lucret. 5. 369.
Corruere hanc rerum violento turbine ſummam.
Corruere aliquem. Catull. ad Mallium, 69. 52.
Nam mihi quam dederit duplex Amathuntia curam,
Scitis, & in quo me corruerit genere. V. Molem mentis corruere, in mens.

Cors, cortis. V. chors.

Corsa, æ. f. eſt Tempus, pars capitis, quam κόρσην Græci vocant. A capite humano transfertur ad mechanica; eſtque Prima antepagmenti in oſtiis faſcia. Vitruv. 4. 6. Harum trium prima corſa fiat cum aſtragalo, &c. V. ibi Salmaſ. & Baldi Lex. Vitruv. p. 50.

Corseæ, [Κορσέαι Stephano] Inſulæ ſunt Ioniæ adjacentes, e regione Sami. Plin. lib. 5. cap. 31. Ioniæ ora Ægæas & Corſeas habet.

Corsi, orum. m. pl. [Κόρσοι] Populi Sardiniæ, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 7.

Corsĭca, æ. f. [Κύρνος, Κόρσικα] (inquit Plin. lib. 3. cap. 6.) Inſula

in mari Ligustico, quam Græci Cyrnon appellavere, sed Tusco propior, a Septentrione in Meridiem projecta, &c. Juven. 5. Sat. 91.

Mulus erit domino, quem misit Corsica, vel quem
Taurominitanæ rupes.

Notissima est vino præstante, durante etiamnum nomine: inter quam, & magis Meridianam Sardiniam angustum mare interfluit. De qua sic Ptolemæus lib. 3. cap. 2. Cingitur ab Occasu quidem & Septentrionibus mari Ligustico: ab Ortu autem Tyrrheno mari, a Meridie pelago quod inter ipsam & Sardiniam interjacet. Scribit Strabo Corsicam maligne coli, asperam, & plurimis in partibus inaccessibilem, adeo, ut qui ejus montes habitant, ex latrociniis vitam degant, immanitateque feras ipsas superent. Hinc factum esse dicit, ut quum Romani Imperatores in eos irruant, magnum servorum gregem captum advehant. Corsicæ forma apud Ptolemæum 6. Europæ tabula depingitur. Athenæus tradit Corsicæ incolas ideo longævos esse, quod mellis cibo quo plurimum abundant, utantur assidue. Quod mirum videri potest, quum ejus insulæ mel, ob taxi copiam, venenatum sit, ut est testis Ovid. 1. Amor. 12. 10.

Mella sub infami Corsica misit apis.

Præterea Servius grammaticus Corsicana mella esse amara esse scribit, in Virg. 4. Georg. 101.

Corsicam hinc nomen habere volunt, quod montibus, tanquam capitum verticibus abundet. Græci enim κόρσας, ut lib. 2. S. 40. tradit Pollux, tempora, capitis partem, nominant. Stephanus vero dictam tradit a Corsi ancilla, boum custode. Id autem hac ratione contigisse scribunt. Quum Corsa quædam nomine, patria Ligur, juxta maris litus boves pasceret, & ex eo armento taurus unus mare transnare sæpius consuevisset: postque aliquot dies ad reliquum armentum aucto jam corpore rediisset: cupida Corsa noscendi quo taurus pergeret, simulque incognita sibi pabula quibus is usus fuerat scire cupiens, navicula eum ipsum taurum a ceteris digredientem prosequuta est. Insula quæ qualisque foret, Liguribus rediens aperit. qui conscensis navibus, in eam insulam navigarunt. Cujus fertilitatem quum explorassent, transmissis cultoribus insulam coluerunt, eamque ex Corsæ auctoris & ducis nomine Corsicam appellarunt. V. Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 458. Isidor. Orig. 14. 6. Corsicæ præter alios meminit Diodorus lib. 6. cap. 4. Solin. cap. 9.

Corsĭcus, a, um. Adj. [Κυρναῖος] ut,

Apis Corsica. Ovid. 1. Amor. 12. 10.

Cera Corsica. Plin. lib. 21. cap. 14.

Mare Corsicum. Sen. Octav. 7.

Thyma Corsica, i. e. Amara. Martial. lib. 11. 43.

Et thyma Cecropiæ Corsica ponis api?

Corsoīdes, is. m. [Κορσοίδης] Lapis canitiei hominis similis. Plin. lib. 37. cap. 10.

Cortex, ĭcis. m. & f. [φλοιὸς, κέλυφος, λέπος] veluti Corium & operculum, ac crusta quædam præcipue arborum & plantarum, qua veluti cute conteguntur & communiuntur adversus aeris externi injurias. Virg. 7. Æn. 742.

— raptus de subere cortex.

Idem 6. Ecl. 63.

Tum Phaethontiadas musco circumdat amaræ Corticis.

Denudat foliis ramos & cortice truncos. Cic. in Arato 119.

Obducuntur libro aut cortice trunci, quo sint a frigoribus, & caloribus tutiores. Cic. 2. de Nat. Deor. 120.

Cavati cortices. Virg. 2. Georg. 387.

Derepto cortice nuda ligna. Ovid. de Nuce 38.

Derepto cortice cedrus. Ovid. 1. Amor. 14. 12. Al. Derepta.

Discussus cortex. Ovid. 8. Met. 762.

Sectus. Ovid. 9. Met. 658.

Scissus. Ovid. 14. Met. 630. Sed Heinsius ibi legit ex pluribus MSS. Fissa cortice.

Amara. Virg. 6. Ecl. 63.

Cavus. Virg. 2. Georg. 453.

Exilis. Claud. in Apon. 46.

Lentus. Ovid. 9. Met. 353.

Rugosus. Ovid. 5. Epist. 28.

Siccus. Ovid. 2. Fast. 649.

Viridis. Ovid. 2. de Arte Am. 649.

Levior cortice, i. e. Levis admodum & inconstans. Hor. 3. Carm. 9. 22.

Sine cortice nare. Hor. 1. Serm. 4. 120. i. e. Non egere alieno consilio: sumpta metaphora a pueris, qui ope suberis natare discunt.

Cortex, aliis tenuis, ut lauro, tiliæ: aliis crassus, ut robori: Aliis lævis, ut malo, fico. Idem scaber robori, palmæ. Omnibus in senecta rugosior. Quibusdam rumpitur sponte, ut viti: quibusdam etiam cadit, ut malo, unedoni: carnosus suberi, populo: membranaceus, ut viti, harundini: libris similis, ceraso: multiplex tunicis, ut vitibus, tiliæ, abieti: quibusdam simplex, ut fico, harundini. Plin. lib. 16. cap. 31.

Cortex, pro Corpore humano. Varro apud Non. 3. 61. Sic invitata matura anima corporeum corticem facile relinquit.

Cortĭcŭla, æ. f. [φλοιάριον] dimin. Columel. lib. 12. cap. 47. Tum resolutis corticulis eximimus eam. Et cap. 50. Postea resolutis corticulis emolliri debebunt. Utrobique loquitur de olivarum corticulis.

Corticātus, a, um. [φλοιοδωτὸς] Quod corticem habet. Columel. lib. 12. cap. 23. Pix corticata appellatur, qua utuntur ad condituras Allobroges. adde Pallad. 4. 1.

Corticeus, a, um. Adj. Ex cortice. ut, Pilæ corticeæ. Varr. R. R. 1. 40. Adde 3. 16. & Prudent. Cathem. 3. 43.

Corticōsus, a, um. Adj. [φλοιώδης] Plin. lib. 20. cap. 19. Silvestrium unum genus ceratitin vocant, nigrum, cubitali altitudine, radice crassa & corticosa. i. e. Quæ corticem plurimum habet. V. & Solin. cap. 33. (al. 20.)

Corticata, æ. f. Insula præcipui nominis in citeriore Hispania, ut refert Plin. lib. 4. cap. 20.

Cortīna, æ. f. Cretæ insulæ urbs, ut scribit Pomponius Mela, lib. 2. 7. Et Plin. lib. 4. cap. 12. a qua Cortinia tela Silius dixit lib. 2. 90. Et Cortiniam vestem, pro Venatoria Claud. lib. 2. de Rapt. Proserp. 33. posuit. Vide illic Janum Parrhasium. Sed in primis adverte apud Plinium, Pomponium, & alios, in emendatis libris legi Gortyna, & Gortynia: quæ vera est orthographia. V. s. l.

Cortinius, a, um. Adj. ut, Stabula Cortinia. Virg. 6. Ecl. 60. Sed hic quoque emendati codd. habent Gortynia.

Cortīna, æ. f. [τρίπους] Vas rotundum tres pedes habens ad coronæ similitudinem. In hoc vasis genere aqua calefieri solebat. Dicta Cortina, vel a Corio, quasi corina, quod quæ nunc ex ære, apud vetustissimos e corio bubulo fiebant: vel quod hoc vase in cortibus villaticis ad calefaciendas aquas uterentur, & ad vina decoquenda, ac reliquos villæ usus. Scalig. in Conjectaneis p. 127. a Rotunditate nomen deducit, quod instar cortis rotundum sit. Varro autem L. L. 6. 3. a Corde derivat. conf. Voss. Etym. p. 161.

Cortinam Servius accipit pro Tripode vel caverna Apollinis, unde responsa dabantur, vel quod Apollinis tripus corio Pythonis serpentis tectus sit, vel Certa illic responsa fundantur, quasi Certina. Virg. 6. Æn. 347.

— neque te Phœbi cortina fefellit.

Vel, quod verius est, quia illic cor vatis tenetur. illuc enim raptæ Phœbades vaticinabantur. Quum autem hæ cortinæ Apollini Delphico antiquitus dicarentur, alio nomine Delphicæ sunt nuncupatæ. Plin. lib. 34. cap. 3. Ex ære factitavere & cortinas tripodum nomine Delphicas. quoniam donis maxime Apollinis Delphici dicabantur. Perottus hanc Servii interpretationem ridet, his verbis, Eant nunc Servius & qui eum sequuntur, Cortinamque locum, sive cavernam esse dicant, in qua oraculum dabatur, dicique vel quod, &c. Et paulo post, Nam quod apud Varronem Cortinam scriptum est a Corde dictam, manifestus librarii error est, & pro Corde, Corte scribendum.

Vocem reddidit cortina. Ovid. 15. Met. 635.

— cortinaque reddidit imo
Hanc adyto vocem.

ubi Interpr. Cortinam poetæ pro Tripode usurpant, unde oracula dabantur, sive ea Mensa fuit, ut quibusdam videtur, sive alia quædam Machina, tribus pedibus seu fulcris innixa, qua conscensa, ut numine afflata, Pythias vaticinari solebat. & Sic, Virg. 3. Æn. 90.

— tremere omnia visa repente
Liminaque, laurusque Dei, totusque moveri
Mons circum, & mugire adytis cortina reclusis.

V. ibi Serv. & Burm. ad Flacc. 1. 6. Giffan. Ind. Lucret. in Præstringere; & Pet. Gassend. Vita Peireskii l. 4.

Avernalis cortina Sibyllæ. Propert. 4. 1. 49.

Cortinam, metaphorice, pro Hemisphærio cæli dixit Ennius, Varrone auctore l. c. illo versu,

Corpore cæruleo cava quæ cortina receptat.

Hoc de similitudine dictum cortinæ Apollinis, quæ, ut ait, nomen habuit a Corde, quod inde primæ sortes existimatæ. Turnebus. Sed versus Ennii corrupte legitur apud Varr.

Cortinæ sunt Vasa ex ære vel plumbo, in quibus pigmenta, coloresque coquuntur, quibus lanæ tinguntur, & vellera pinguntur immersa. Plin. lib. 35. cap. 6. Fit etiam apud infectores ex flore nigro, qui adhærescit æreis cortinis.

Cortinam plumbeam Cato cap. 66. accipit pro Eo vase, in quod oleum fluit e torculari, Cortinam (inquit) plumbeam in lacum ponito, quo oleum fluat.

Cortina pro Vase a nonnullis accipitur apud Plaut. in Pœn. 5. 5. 12.

Ita replebo atritate, ut atrior multa fiet,
Quam Ægyptii, aut qui cortinam ludis per circum ferunt.

Suntque qui verba Plauti ad servituti mancipatos homines referant, qui turpes humillima etiam exercebant officia. V. ibi Interpr.

Cortina, pro Theatri capacitate convexa & sinuosa. Virg. in Ætna, 296.

Carmineque irriguo magni cortina theatri
Imparibus numerosa modis cadit arte regentis.

Nam id de vasis (inquit Turnebus) quæ in theatro ἠχεῖα vocabantur, non tam dici crediderim, quam de tota ejus structura: quæ sic exædificata est, ut numerosæ voces ad spectatorem perveniant, quum sit musicis designationibus modificata, ut Vitruvius scribit. Hactenus Turnebus.

Cortinæ apud Recentiores auctores sunt Aulæa. Isidor. 19. 26. Cortinæ sunt aulæa, id est vela de pedibus, dictæ a coriis, &c.

Regiæ cortinæ a pueris scissæ. Ambros. 5. Epist. 33.

Cortinŭla, æ. f. dimin. Ammian. 2. 7. Cortinulis pensilem annulum libras.

Cortinăle, is. n. [τριποδεῖον] Locus in quo sunt cortinæ, hoc est vasa quibus sapa decoquitur. Columel. lib. 1. cap. 6. Cortinale ubi defrutum fiat, nec angustum nec obscurum sit, ut sine incommodo minister, qui sapam decoquet, versari possit.

Corton, [Κορτὼν] Thessaliæ civitas, distans a Cranone centum circiter stadiis. Stephan. ex Strabone.

Cortona, æ. f. [Κορτῶνα] Civitas Tusciæ, a qua Cortonenses. Dionysius vocat eam Cortoniam: & inde Cortonienses formavit. Hæc etiam Corton dicebatur. Liv. 9. 37. Itaque a Perusia & Cortona & Arretio, quæ ferme capita Hetruriæ populorum ea tempestate erant, legati pacem fœdusque ab Romanis petentes, &c. adde 22. 4.

Cortonensis, e. Adj. ut, Incolæ Cortonenses. Plin. 3. 5.

Montes Cortonenses. Liv. 22. 4.

Cortyna, V. cortina & gordyna.

Corvinus, V. corvus.

Coruncānius, i. m. [Κορουγκάνιος] Nomen gentis Ro. nobilis, sed plebejæ. Ti. Coruncanius, primus de plebe Pontifex Max. factus, teste Livio. [ubi?] Ejus meminit Cicero in oratione pro Domo sua ad Pontifices 139. & peritissimum Pontificem fuisse dicit. Is quum legatus ad Teucam Illyricorum reginam missus esset, contra jus gentium interfectus est. Coruncanios in 11. Ann. 24. apud Tacitum Claudius Imper. Camerio Italiæ municipio oriundos testatur. Cicero vero pro Planc. 20. Tusculanos fuisse satis dilucide ostendit.

Cōrus, i. m. [Ἀργέστης] Ventus (ut ait Plin. lib. 2. cap. 47.) ab occasu solstitiali flans. Zephyron & Argesten vocant. V. Gell. 2. 22. Juven. 14. Sat. 268.

Atque habitas Coro semper tollendus & Austro.

Feriens pontum Corus. Sen. Thyest. 7.

Fuscator cæli Eoi. Lucan. lib. 4. 66.

Hiberni. Virg. 5. Æn. 126.

Imbrifer. Sen. Hippol. 11.

Movens Corus æstus. Lucan. lib. 5. 599.

Ocyor nubes glomerante Coro. Sen. Hippol. 6.

Violentus. Lucan. lib. 2. 617.

Corus, alias Caurus dicitur. Virg. 3. Georg. 356.

Semper hiems, semper spirantes frigora Cauri.

Gell. l. c.

Corus,

Corus, Mensuræ genus, & vox Hebraica est, quæ medimnos Atticos unum & quadraginta capit, ut Josephus lib. 3. Antiquitatum scribit.

Cōrīnus, vel Caurīnus, a, um. Adj. Gratius in Cyneg. v. 300.
Verum ubi Caurino perstrinxit frigore vesper.

Cŏrusco, [ἀστράπτω, σπλέω] āre. Splendere. Cic. 3. de Orat. 155. Flamma inter nubes coruscat, cælum tonitru contremit.
Flammæ coruscant apices. Stat. 12. Theb. 432.
Fulgore quodam coruscare. Virg. 4. Georg. 98.
— elucent aliæ, & fulgore coruscant. De apibus.
Ignis coruscat. Virg. 5. Æn. 64.
Pennis apes. Virg. 4. Georg. 73.
Telis facibusque. Valer. 1. Argon. 605.
Clypeus. Claud. 6. Paneg.
Coruscare mucronem, Vibrare. Sil. lib. 17. 459.
Hastam. Virg. 12. Æn. 431.
— oditque moras, hastamque coruscat.
Telum. Virg. 12. Æn. 887.

Coruscans, antis. ut, Clypeus coruscans. Claudian. de Consul. Honor. 3. 29.

Coruscātio, ōnis. f. Fulguratio. Solin. cap. 66. (Salmas. 53.) Si repente micaverit coruscatio.
Fulminea coruscatio. Mart. Capell. 5. 136.
Immanis coruscatio. Vopisc. Caro cap. 8.

Coruscāmen, īnis. n. Idem. Apul. de Deo Socrat. p. 43. Rapidissimo coruscamine lumen candidum intermicare.

Cŏruscus, a, um. Adj. [ἀστράπτων] Resplendens. Virg. 2. Æn. 333.
— stat ferri acies mucrone corusco
Stricta, parata neci. Ibid. 172.
Vix positum castris simulacrum, arsere coruscæ
Luminibus flammæ arrectis.
Auro coruscus. Virg. 9. Æn. 163.
Luce coruscus. Virg. 2. Æn. 470.
Exultat telis, & luce coruscus ahena.
Capitis insigne corusci. Stat. 5. Theb. 572. De serpente quodam.
Fulgura. Lucret. lib. 5. 296.
Ignis. Hor. 1. Carm. 34. 6.
Lampadibus coruscis densum funale. Ovid. 12. Met. 247.
Radii. Ovid. 1. Met. 768.
Sol. Virg. 1. Georg. 233.
Tela. Sen. OEdip. 14.
Tractus flammarum. Lucan. lib. 2. 271.
Viri ferroque auroque. Stat. 4. Theb. 175.
Vis fulminis corusca. Cic. 2. Tusc. 21.

Coruscĭfer, a, um. Mart. Capell. Corusciferi laquearia cæli.

Corusta, V. corium. H. St.

Corvus, i. m. [κόραξ] Avis nota. V. Plin. 10. 12. Cic. 1. de Nat. Deor. 135. Milvo est quoddam bellum quasi naturale cum corvis.
Corvus ex κόραξ, ut Suidas in Κορβῖνος, Κόρβους γὰρ καλοῦσι Ῥωμαῖοι τοὺς κόρακας, καὶ ἴσως ἀπὸ τοῦ κρώζειν. Dicendum fuisset Græce κρώζαξ. H. St.
Loquax corvus. Ovid. 2. Met. 535.
Corvus cantat ab læva. Plaut. in Aul. 4. 3. 1.
Non temere est, quod corvus cantet mihi nunc ab læva manu. Vanitas auguriorum auspicia corvorum fausta a dextra, a læva infausta jactabat. Itaque quum partes mundi ab ortu auguribus Romanis lævæ essent, Horatius scripsit, 3. Carm. 27. 11.
Oscinem corvum prece suscitabo,
Solis ab ortu. Ut scilicet iter institutum cantu suo dirimat. Ex Turnebo.
Crocitat corvus. Auctor Philomelæ v. 28.
In cruce pascere corvos, est Suspendio puniri. Hor. 1. Epist. 16. 48.
Ridetur corvus inter Ledæos olores. Martial. 1. 54. Proverb.
Exercitus corvorum. Virg. 1. Georg. 382.
Hiantem corvum deludere. Hor. 2. Serm. 5. 56. V. Adagia Erasmi.
Oscen corvus. Hor. 3. Carm. 27. 11.
Ovantes gutture. Virg. 1. Georg. 423.
Corvus, Piscis. Plin. lib. 31. cap. 11.
Corvus est etiam Machinæ genus, quo in navalibus præliis utebantur, quod describit Polyb. 1. 22. Meminit etiam Curt. 4. 2. 12. & 4. 3. 24. V. Vitruv. 10. 19. & Lex. Vitruvian. p. 32.
Stella etiam dicitur Corvus, quæ est in cauda anguis. Vitruv. 9. 7.

Corvīnus, a, um. Adj. [κοράκινος] Corvina nigredo. Apul. lib. 2. de Asin. Aur. p. 118.

Corvinus, [Κορβῖνος] Cognomento dictus est M. Valerius, ob auxilium propugnationemque corvi alitis sic dictus, cui statuam divus Augustus in foro suo statuendam curavit, in cujus capite corvi simulacrum est, rei, pugnæque monimentum. Historiam integram vide apud Gellium lib. 9. cap. 11. Apud Liv. 7. 26. Valer. 3. 2. 6. Fast. Capitol. Corvus dicitur, non Corvinus. Male Κόρβινος apud Suid. in ἀμύνειν.

Corvus, [Κόραξ] Mons est in Ætolia. Strab. lib. 9.

Corvorum Portus, [Κοράκων λιμὴν] De hoc sic Strabo, Portum enim quendam in Oceani litoribus esse scribit, quem Duorum corvorum vulgo nominant, in eo quidem duos apparere corvos, dextris albicantes alis. Qui igitur ulla de re controversiam habent, illuc accedere, in sublimi loco posita tabella, utrinque seorsum in ipsa lagana collocare. Ipsas dehinc advolantes alites, partim commanducare, partim dissipare: cujus autem lagana dissipentur, illum victorem evadere. Hæc ille, ex Artemidoro, ut inquit, lib. 4.

Cŏrȳbas, antis. m. [Κορύβας] Iasonis, seu Iasionis vel Iasii, & Cybeles filius, a quo Corybantes dicti sunt. Claud. 4. Consul. Hon. 148.
Non te progenitum Cybeleius ære canoro
Lustravit Corybas. Sic lib. 1. de Rapt. Proserp. 208.
Corybantes [Κορύβαντες] Cybeles sacerdotes, qui sacro correpti furore cymbala pulsabant, capitaque saltando jactantes, alios in similem rabiem agebant. Homerus βητάρμονας vocat. Hinc (inquit Strab. lib. 10.) qui capita saltando jactant, & numinis aspiratione furiisque agitantur, corybantas dicimus. Sunt qui Curetas & Corybantas, & Caberos & Idæos Dactylos eosdem esse putent. V. Schol. Lysist. Aristoph. 558. Dictos autem volunt a κορύπτειν, quod est caput saltando jactare: vel (ut Herm. in Cast. sentit) a pupillis oculorum & genis, quas Græci κόρας vocant. quippe qui quum Jovis custodes essent, non modo excubare, sed etiam apertis oculis dormire cogerentur. Inde κορυβαντιᾷν est insanire: κακοδαιμονᾷν, est malo quodam genio agi. Diodorus Corybantum scribit Iasonis, sive Iasionis & Cybeles filium fuisse, ac simul cum Dardano sacra Matris deûm in Phrygiam detulisse, eosque qui in sacrificiis ejus deæ incumbere voluerunt, de suo nomine appellasse. Alii a galea dictos volunt, quæ Græce κόρυς dicitur, quod galero quodam capita tecti insaniendo luderent. Hor. 1. Carm. 16. 8.
— non acuta
Sic geminant Corybantes æra.

Corybantia, [Κορυβάντια] Loca sunt sacris & initiationibus Corybantum dicata, quæ ea forma dicuntur, qua Psychomantia, & Necromantia. Strabo l. 10. Τό, τε Κορυβάντιον τὸ ἐν τῇ Ἁμαξιτίᾳ τῆς νῦν Ἀλεξανδρέων χώρας ἐγγὺς τοῦ Σμινθίου. Hinc restituitur locus quidam apud Plinium lib. 11. cap. 37. cujus verba sunt, Quin & patentibus dormiunt lepores, multique hominum, quos corybantia regrediunt. i. e. Quos corybantia in pristinum statum revocant, & restituunt pristinæ sanitati, quum esse sani non videantur, qui apertis dormiant, nec conniventibus oculis. Nec vero quisquam debet offendi hac voce Regredio, de qua vide Nonium. Porro corybantium sacris multos morbis liberari divinitus immissis opinio erat. In editis legitur, Quod Græci corybantian dicunt, sed nullo sensu, quum hoc verbum apud Græcos insanire, & Corybantas desiderare, hoc est Furere significet. Ex Turneb. 13. 24. Hanc conjecturam vanam & frivolam esse ostendit Salmas. p. 1086. Exerc. Plin. In Edit. Harduin. legitur Quos κορυβαντιᾷν Græci dicunt. V. Harduin. in loc.

Corybantius, a, um. Adj. [Κορυβάντιος] ut,
Æra Corybantia. Virg. 3. Æn. 111.

Cŏrybissa, æ. f. [Κορύβισσα] Civitas est in agro Scepsio, ad fluvium Heurientem, & vicum cognominem, atque etiam torrentem Æthaloënta. V. Strab. lib. 10.

Cŏrybus, i. m. [Κόρυβος] Cretæ insulæ promontorium, cujus meminit Strab. lib. 8.

Coryceon, Ioniæ promontorium, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 29.

Coryceum, i. n. Locus in quo coryco ludere solerent. Vitruvius ubi de palæstris: Sub dextro, coryceum, deinde proxime conisterium. In omnibus fere libris Corticeum legitur, sed vitiose. Hinc quidam Coriceum emendant, ut locus sit ubi puellæ sese exercere solitæ essent: sed Coreum potius dici deberet: alii Coureum, ut sit tonstrina. Turnebus Coryceum, vel quod idem est, Coruceum legit, ut in quo coryco luderetur: de qua exercitatione scribitur ille apud Aristotelem jocus lib. 2. Rhetoricôn, ὥσπερ Φιλάμμων ζυγομαχῶν τῷ κωρύκῳ. Inde & κωρυκομαχία apud Cælium Aurelianum Tard. lib. & cap. ult. Tum volutatio, inquit, in palæstra varia, quam Græci celadiam, & quam corycomachiam vocaverunt. Exercitationem quoque coryci & pilæ memorat Galen. lib. 2. de Sanit. tuend. κώρυκος autem sacculum significat, ut pugillatorii follis ludus fere videatur. Ex Turneb. 10. 10.

Corycium, i. n. [κωρύκιον] dimin. est a κώρυκος, quod significat Peram, qua equites utuntur ad circumferendum viaticum, vel aliud quidvis, vel etiam panarium, quod & βυλγίδιον Græci appellant, vel rete capiens panem. Suidas.

Cōrȳcus, i. m. [Κώρυκος] Mons est Pamphyliæ præcelsus, ac portuosus, atque ob id piratarum insidiis opportunus: quos ab eo monte Corycæos vocabant. Hi novam insidiandi rationem excogitarant. siquidem dispersi per portus Coryci montis, miscebant se negotiatoribus, ut quisque forte appulerat, subauscultantes, & quid rerum portarent, & quo navigare destinassent, denique quo tempore decrevissent solvere. Quæ simul atque cognoverant, renuntiabant piratis cum quibus societatem maritimorum latrociniorum exercebant. Atque ita per occasionem simul adorti, navigantes spoliabant. Quæ res ubi mercatoribus esset comperta, pleraque occultabant, ac dissimulabant, insidiarum metu. Sed quum ne sic quidem laterent, subodorantibus omnia Corycæis, res in proverbium abiit, Hunc Corycæus auscultavit: de Re vehementer dissimulata, deprehensa tamen. Usurpat hoc adagium M. Tullius 10. Att. Epist. ult. Itaque posthac non scribam ad te quid facturus sim, sed quid fecerim. omnes κωρυκαῖοι videntur auscultare quæ loquor. Erasm. in Chiliad.

Cōrȳcos, vel Corȳcus, i. m. [Κώρυκος] Oppidum est Ciliciæ, a quo non longe abest specus Corycius, præter alia mirabilia multa, etiam croci proventu nobilis. Meminerunt hujus Pomponius Mela, Solinus, Plinius, Strabo, alii.

Corycius, a, um. Adj. Curt. 3. 4. 10. Corycium nemus, ubi crocum gignitur.
Crocus Corycius, Cilix. Hor. 2. Serm. 4. 68.
De Corycio monte V. seq. diction.

Cōrȳcĭdes, appellatæ sunt Musæ a colle, vel antro potius Corycio in Parnasso Delphis proximo, cujus meminit & Laertius in vita Pherecydis S. 118. & Apollonii Rhodii expositor l. 2. Argon. v. 713. qui nuncupatum illud aiunt a Nympha Corycia, cujus & Apollinis Lycoreus filius fuit, a quo Delphi Lycoreis (λυκωρεῖς) nuncupati sunt. Laertii verba de Pherecydis morte sunt hæc, Quidam profectum Delphos, e monte Corycio seipsum dejecisse aiunt.

Cŏrȳdalis, is. f. [κορύδαλις] Herba est inter nothas nomenclaturas Dioscoridi ascriptas, cujus tamen meminit Galenus, eamque colicis prodesse scribit lib. 11. Simplic. medicament,

Corydalla, æ. f. Oppidum montanum in Lycia, de quo Plin. lib. 5. cap. 27.

Cŏrydalus, i. m. [Κορύδαλος] Mons est in tractu ripaque Thriasia, haud procul a Pharmacusis insulis, a quo e tribus una Corydalia ibidem. Auctor Strabo lib. 9.

Cŏrȳdălus, i. m. [κορυδαλὸς] Nomen est avis Servio in 2. Ecl. Virgilii pr. Sunt qui Alaudam interpretentur.

Cŏrȳdon, ōnis. m. [Κορυδὼν] Pastor Theocrito & Virgilio. Corydoni putant nomen inditum ab ave Corydalo. V. Servium in principio 2. Eclog. Virgilii.

Cŏrȳlus, i. f. [ἡρακλεωτικὴ καρύα, ποντικὴ καρύα] Arbor & fructus; a nostris Avellana dicitur. Virg. 2. Georg. 65.
Plantis eduræ coryli nascuntur. Al. Et duræ. V. mox.
Densæ coryli. Virg. 1. Ecl. 14.
Duræ. Virg. 2. Georg. 65. Duras autem dixit non ad Lignum, sed ad Fructum ipsarum referens. Servius.
Fragiles. Ovid. 10. Met. 95.

Corylētum, i. n. [τῶν καρυῶν ἄλσος] Locus ubi coryli nascuntur. Ovid. 2. Fast. 587.
Illa modo in silvis inter coryleta jacebat, &c.

Corymbia, æ. f. Ferulæ caulis decoctus, muriaque & melle conditus. Plin. lib. 19. cap. 9. Semen ferulæ in Italia cibus eſt. Conditur quippe, duratque in urceis anni ſpatio. Duo ejus genera: caules & racemi. Corymbiam hanc vocant, Corymboſque quos condiunt. Hard. in Indice caſum rectum Corymbias ponit.

Corymbion, i. n. Herba eſt quam Dioſcorides λυχνίδα στεφανωτικήν, hoc eſt Lychnidem coronariam, appellat.

Cōrymbium, i. n. [κορύμβιον] Redimiculum eſt muliebrium comarum, ut crobylus virorum, ſcorpius puerorum intelligitur. Petronius Arbiter cap 110. pr. Ancilla Tryphænæ Gitona in partem navis inferiorem ducit, corymbioque dominæ pueri adornat caput. V. Salmaſ. in Hiſt. Aug. p. 339. Torrent. in Suet. Calig. cap. 11. Capillamentum comam vocat appoſititiam, quali mulieres uti ſolent, Petronius arbiter Corymbion appellat. Et affert Turn. lib. 1. cap. 21. & lib. 4. cap. 19. H. St.

Cŏrymbites, æ. m. [κορυμβίτης] Tithymali ſpecies, alias πλατύφυλλος vocata, a foliorum latitudine. Piſces necat, alvum ſolvit radice, vel foliis, vel ſucco. Plin. lib. 26. cap. 8.

Cŏrymbus, i. m. [κόρυμβος] Racemus hederæ, quo coronabatur Bacchus. Tibull. 1. 7. 45.

Sed varii flores, & frons redimita corymbis. Plin. lib. 16. cap. 34. de hedera loquens, Racemis in orbem circumactis, qui vocantur corymbi. Diffuſos corymbos veſtit hedera. Virg. 3. Ecl. 39.

Gravidi. Ovid. 3. Met. 665.

Corymbus, eſt etiam Fructus chryſocomæ, ſive chryſitidis herbæ. Plin. lib. 21. cap. 8. Chryſocome ſive chryſitis non habet Latinam appellationem. palmi altitudine eſt, comantibus fulgore auri corymbis, radice nigra.

Corymbus aut Corymbum; Roſtrum navis, & quodvis ſummum. Valer. lib. 1. Argon. 273. — Phryxi promittitur abſens
Vellus, & auratis Argo reditura corymbis. [i. e. Sertis. V. Broekh. ad Propert. 4. 6. 3.

Corymbiatus, a, um. Adj. Inſtar corymbi. Treb. Pollio Claud. cap. 17. Diſcus corymbiatus argenteus. V. ibi Salmaſ.

Corymbĭfer, a, um. Adj. [κορυμβοφόρος] Qui corymbos ſive hederæ ſimiles racemos fert. Ovid. 1. Faſt. 393.

Feſta corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi.

Cŏrynēphŏri, orum. m. [κορυνηφόροι] Milites quidam dicebantur, quos Piſiſtratus Athenienſis tyrannus, ad ſui corporis cuſtodiam delectos habuiſſe fertur, clavis inſtructos. Auctor Alex. Genial. lib. 6. cap. 22.

Corynēta, æ. m. [Κορυνήτης Suidæ] Latro fuit famoſiſſimus, Vulcani filius, qui juxta Epidaurum hoſpites clava, quæ κορύνη Græcis dicitur, peremit. Unde & hoc nominis ſibi ſumpſit: prius enim Periphatum vocatum tradunt. Hunc Theſeus interfecit.

Coryphæus, i. m. [Κορυφαῖον ὄρος] Mons eſt circa Epidaurum, Dianæ ſacer. Stephan.

Coryphæus, i. m [κορυφαῖος] a κορυφὴ Vertex, eſt Cujuſque ordinis caput & præcipuus. Cic. 1. de Nat. Deor. 59. Zenonem, quem Philo noſter coryphæum appellare Epicureorum ſolebat, quum Athenis eſſem, audiebam frequenter. V. Henr. Steph. Theſ. Gr.

Coryphas, Troadis oppidum, in tractu Heracleotico, ut vult Plin. lib. 5. cap. 29.

Coryphasium, i. n. [Κορυφάσιον] Regiuncula eſt agri Laconici, circa Pylum. Stephan. Hinc

Coryphasia, æ. f. [Κορυφασία] Minerva, appellata eſt a Coryphaſio promontorio, in quo Pylos urbs condita fuit, ut Pauſan. tradit. cap. ult. Meſſen. Stephanus tamen, Coryphaſion regiunculam Laconicam ſcribit Pylo proximam. De Coryphaſia Minerva ſic in 4. prodit Arnob. Quid, inquit, arbitramur fore? deſiſtetne illa Minervam ſe dicere, cui Coryphaſiæ nomen eſt, vel ex Coryphæ matris ſigno: vel quod e vertice Jovis palmam ferens emicuit, atque armorum accincta terroribus, &c. conf. Reineſ. Var. Lect. 3. 2. p. 367.

Corythia, orum. n. quæ & Colycia, Ex genere muricum ſunt, æque turbinata, ſed multo minora, oris halitui conſervando imprimis idonea. Auctor Plin. lib. 32. cap. 7. V. Hard. not.

Cŏrȳthus, i. m. [Κόρυθος] Vulgo *Cortona*, Oppidum Thuſciæ, prope Aretium, in parvo colle ejuſdem nominis ſitum, a Corytho rege ita appellatum. Virg. 9. Æn. 10.

Nec ſatis extremas Corythi penetravit ad urbes.

Cōrȳtus, i. m. [γωρυτὸς] Theca ſagittarum.

Leves coryti. Virg. 10. Æn. 169.

Corytique leves humeris, & letifer arcus. Hoc in loco legit Nonius Coriſci, ſed perperam: nonnulli Coriti: alii vero cum aſpiratione in prima ſyllaba, Choryti, ſic Aldus. Sed cum a græco γωρυτὸς derivetur, omnino ſcribendum eſt, Corytus. V. Ovid. 5. Triſt. 7. 15. Sen. Hercul. fur. v. 1177. & Sil. 7. 443.

Coryza, æ. f. [κόρυζα] Corruptæ & fœtidæ naturæ defluxio, nares obturans, & vocem obtundens, quam Latini Gravedinem appellant. Celſus lib. 4. cap. 2. Gravedo nares claudit, vocem obtundit, tuſſim ſiccam movet: ſub eadem ſalſa eſt ſaliva, ſonant aures, venæ moventur in capite, turbida urina eſt. Hæc omnia κορύζας Hippocrates appellat, &c.

C O S

Cos, Inſula. V. coos.

Cos, cōtis. f. [ἀκόνη] dicitur Saxum aſperum atque abruptum: item Lapis quo cultri acuuntur. Liv. 1. 36. Atqui hoc animo agitavi, inquit, te novacula cotem diſciſſurum. Plin. lib. 18. cap. 28. Italia aquarias cotes dedit.

Oleares cotes. V. oleum.

Fungi vice cotis. Hor. in Arte Poet. 304.

— fungar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet exſors ipſa ſecandi.

Fortitudinis cos. Cic. 4. Acad. 135. Ipſam iracundiam, fortitudinis quaſi cotem eſſe dicebant. conf. cautes.

Cōtĭcŭla, æ. f. [βάσανος] dimin. licet non ſervet ſignificatum primitivi: non enim eſt Parva cos: ſed Lapis quo fit auri vel argenti experimentum. Plin. lib. 33. cap. 8. Auri argentique mentionem comitatur lapis, quem coticulam appellant: quondam non ſolitus inveniri, niſi in flumine Tmolo, ut auctor eſt Theophraſtus: nunc vero paſſim, quem alii Heraclium, alii Lydium vocant.

Coticula, videtur Genus eſſe vaſis cote factum, apud Plin. lib. 31. cap. 9. Contraque ſuffuſiones oculorum cum lacte in coticulis teritur.

Cotaria, æ. f. Locus unde eruuntur cotes. Alphenus l. Cæſar. D. de Publicanis, Cæſar quum inſulæ Cretæ cotarias locaret, legem ita dixerat, Ne quis præter redemptorem poſt Id. Martias cotem ex inſula Creta fodito, neve eximito, neve avellito. Legitur & Cotorias.

Cotiārius, i. m. Vet. Gloſſ. Græco Lat. ἀκονητὴς, Samiarius, cotiarius, acutiator.

Cotĭfĭco, āre. In cotaria laborare, cotem ſecare. Apul. de Deo Socrat. p. 46. Neque enim pro majeſtate Deorum cæleſtium fuerit, ut eorum quiſpiam vel Annibali &c. vel Accio Navio cotificet. [An Cotiſecet?

Cōsa, æ. f. vel Cossæ, f. pl. Urbs Hetruriæ, apud Virg. 10. Æn. 168. V. cossa.

Cŏsa, vel Cosas, æ. m. [Κόσας Strab.] Fluvius eſt in Latio, juxta urbes Ferentinum & Fruſinonem præterlabens, de quo Strab. lib. 5.

Coscinus, i. m. [Κοσκινία Strab.] Oppidum Apamiæ, in conventu Alabandico, ut teſtatur Plin. lib. 5. cap. 29.

Cōsentia, æ. f. [Κωσεντία] Civitas eſt Italiæ, Bruttiorum metropolis, ut videre eſt apud Strab. lib. 6. Rectius ſcribitur Conſentia. q. V.

Cosenum, i. n. Mauritaniæ flumen, juxta Getulos Autololes, ut refert Plin. lib. 5. cap. 1.

Cosmēta, æ. Græcè κοσμητὴς, Latine Ornator ſive ornatrix interpretatur. Ulpianus De leg. 3. l. Item legato, Item mancipia alia, puellæ fortaſſis, quas ſibi coſmetas mulieres exornant. Legitur &, Quæ ſcilicet coment & exornent. Al. Comatas. Comas Cujac. Juven. 6. Sat. 476.

— periit libraria, ponunt
Coſmetæ tunicas, tarde veniſſe Liburnus
Dicitur, &c. [Negat tamen Scholiaſtes & Coſmetæ eſſe f. g.

Eos dicit, inquit, qui ornamentis præſunt, non ornatrices. in Gloſſ. Græco Lat. Κοσμήτης, Ornamentarius, Ornator. Κοσμήτρια Ornatrix. & Latino Gr. Ornatrix κοσμήτρια. apud Ulp. forte ſcribendum Queis ſibi comas &c. vel Quas ſibi coſmetrias mulieres exorant.

Cosmianum, V. cosmus.

Cosmicus, Adj. V. cosmus.

Cosmitto, pro Committo veteres dixere, teſte Feſto.

Cosmographia, æ. f. [κοσμογραφία] Mundi deſcriptio. Differt autem a Geographia, tanquam totum a parte. Geographi enim ſolius terræ ſitum deſcribunt, præcipuaſque ejus regiones fluminibus & montibus diſtinguunt. Coſmographi autem mundi totius tam elementaris, quam ætherii cognitionem inquirunt, terræque ſitum non fluviis aut montibus, ſed cæleſtibus circulis diſcriminant.

Cosmographus, i. m. [κοσμογράφος] Deſcriptor mundi; Meſſ. Corvin. p. 1. Totus terrarum ambitus ab Hiſtoricis & Coſmographis trifarie dividitur.

Cosmotŏryne, [κοσμοτορύνη] Eleganti nomine Varronis Satyra quædam inſcribebatur, περὶ φθορᾶς κόσμου. Ut enim cochleari, quod τορύνη Græce dicitur, omnia in olla commiſcentur & confunduntur: ſic eleganter mundi interitum mundi cochlear appellavit, ob perturbationem rerum in antiquum chaos tum rediturarum, & in confuſionem priſtinam. Turnebus 17. 21.

Cosmus, i. m. [κόσμος] Latine dicitur Ornatus, quo nomine vocatus eſt Mundus. Cic. de Univerſ. 31. Hunc varietate diſtinctum bene Græci κόσμον, nos lucentem mundum nominavimus. Sic Plin. lib. 2. cap. 4. V. mundus.

Cosmĭcus, a, um. [κοσμικὸς] Adj. i. e. Mundanus. Martial. lib. 7. 41.

Coſmicos eſſe tibi, Semproni Tucca, videris:
Coſmica Semproni tam mala quam bona ſunt.

Cosmus, i. m. [Κόσμος] Unguentarius fuit optimus, a quo Coſmiana unguenta dicta ſunt. Juvenalis 8. Sat. 86.

— & Coſmi mergatur aheno.

Coſmus, pro ipſo unguento aliquando ponitur. Martial. lib. 11. 9.

Quod Coſmi redolent alabaſtra, focique deorum. Rectius immo Unguentarium ipſum intellexeris, non Unguentum.

Cosmianum, i. n. Unguentum magni pretii: ſic dictum a Coſmo excellenti unguentario. Petron. fragm. p. 674. Affer nobis alabaſtrum coſmiani. Al. Coſmianum.

Libra coſmiani. Martial. lib. 12. 55.

Aut libram petit illa coſmiani, &c.

Cosoagus, i. m. Fluvius eſt navigabilis, in Gangem influens, auctore Plin. lib. 6. cap. 18.

Cosroes. V. chosroes.

Cossa, æ. f. [Κόσσα] Umbriæ oppidum, ut ſcribit Plin. cap. 5. libri tertii. Orbitellum hodie. vulgo *Orbitello*. Teſtis Olivarius in Melam. conf. cosa. Nam utroque modo ſcribitur.

Cossæi, orum. m. [Κοσσαῖοι] Populi erant montani, latrocinia exercentes, qui quum olim adverſum Suſios & Babylonios Elymæorum ſocii eſſent, ſagittariorum tredecim millia exhibebant. Horum audaciam Alexander contudit, hieme eos adortus. Ex Strab. lib. 11. & Plin. lib. 6. cap. 27.

Cossetania, æ. f. Regio Hiſpaniæ citerioris, de qua Plin. lib. 3. cap. 1.

Cossigero, āre. In coſſam vel coxam aggerare & attollere. Accius apud Nonium 1. 305. Bene prociſſas coſſigerare ordine porcas. V. Turneb. Adverſ. 29. 19.

Cossim, Adv. dictum quaſi Coxim. Pompon. Percaria, Hoc ſciunt omnes, quantum eſt qui coſſim cacant. Feſtus. Et Apul. 3. Mileſ. pr. Complicitis denique pedibus, ac palmulis, inter alternas digitorum viciſſitudines ſuper genua connexis, ſic grabatum coſſim inſidens, ubertim flebam.

Cossinus, i. m. Eques Romanus, amicitia Neronis principis notus, quem quum lichene correptus eſſet, vocatus ex Ægypto medicus a Cæſare ob hanc valetudinem ejus, quum cantharidum potum præparare voluiſſet, interemit. Ex Plin. lib. 29. cap. 4. extr.

Cossus, i. m. [Κόσσος] Tribunus militaris fuit, qui Lartem Tolumnium a loco dictum occidit: & opima ſpolia revocavit. Hæc Servius. Virg. 6. Æn. 841.

Quis te, magne Cato, tacitum, aut te, Coſſe, relinquat? V. cornelius Coſſus.

Cossus, i. m. [τερηδὼν] Vermis qui in ligno naſcitur. Apud Phryges & in Ponto pro delicatiſſimis cibis ſumitur. Plin. lib. 17. cap. 24. Jam quidem & in hoc luxuria eſſe cœpit, prægrandeſque roborum delicatiore ſunt in cibo (coſſos vocant) atque etiam farina ſaginati, hi quoque altiles fiunt.

Coſſi (inquit Feſtus) ab antiquis dicebantur Rugoſi natura corporis homines,

mines, A similitudine vermium ligno editorum, qui cossi appellantur. Hæc ille. Unde & Cossutiorum familia apud Romanos dicta est.

Cosses, um. m. pl. apud Plinium legitur lib. 30. cap. 13. Cosses, qui in ligno nascuntur, sanant ulcera omnia. V. Scalig. ad Fest.

Cossutiæ Tabernæ. Q. Cic. 16. Fam. 27. extr. Nam isti duo vix sunt digni, quibus alteri Cæsenam, alteri Cossutianarum tabernarum fundamenta credas. Quem locum sic exponit Turnebus, Cossutianæ tabernæ Cossutiorum fuere, aut etiam Cossutiæ, quam sibi prætextato desponsatam Cæsar, ut & a Suetonio relatum est, dimisit. Dicuntur autem ut & Cæditiæ tabernæ apud Festum. De Cæsena, vide suo loco.

Costa, æ. f. [πλευρὰ] Nota dictio. Plaut. Pseud. 1. 2. 4. Ita plagis costæ callent Virg. 1. Georg. 273.

Sæpe oleo tardi costas agitator aselli,
Vilibus aut onerat pomis. Ubi Servius, Aut revera Costas, aut Clitellas.

Diripere tergora costis. Virg. 1. Æn. 215.
Exuta vellera costis leonis. Ovid. 9. Epist. 111.
Fricat arbore costas. Virg. 3. Georg. 256. de sue.
Onerare costas aselli. V. supra.
Ruptæ. Virg. 4. Georg. 556.
Transabiit ensis costas. Stat. 2. Theb. 9.
Transadigit ensis adactus costas. Virg. 9. Æn. 432.
Costæ, Latinis interdum sunt ea Statumina & firmamenta, quibus tabularum compages connectitur: ut in equo Trojano canit Virg. 2. Æn. 16.
— sectaque intexunt abiete costas. i. e. Statumina tabulas connexura intus intexunt ei operi. Sic Costa, Ratis laceræ a Persio appellatur. Turnebus.
Costæ navium. Plin. lib. 13. cap. 9. i. e. Latera.
Aheni costæ. Virg. 7. Æn. 463.
Costa montis, Latus montis. Pers. 1. Sat. 95.
Sic costam longo subduximus Apennino. i. e. Subtiliter abstulimus Apennino particulam dorso seu jugo continuam, sicut costa est in corpore humano. Hinc vulgo dicimus *La coste de la montagne*, & *Un costau*.

Costātus, a, um. Adj. [πλευρωτὸς] ut, Costatum corpus. Varro 2. de R. R. cap. 5. Corpore amplo, bene costato, latis humeris, bonis clunibus, &c. De pecudibus.

Costobocci, orum. m. Gentes circa Mæotim incolentes, quarum meminit Plinius lib. 6. cap. 7.

Costum, i. n. vel Costus, i. f. [κόστος] Herbæ genus. Plin. lib. 12. cap. 12. Radix costi gustu fervens, odore eximio, frutice alias inutili. Achæmenium costum. Hor. 3. Carm. 1. 44. i. e. Persicum: Achæmenii enim Persæ dicti, ab Achæmene rege. Unde Costum venit. Acron.

Cŏsȳra, vel Cosura, æ. f. [Κόσυρα] Insula est maris Mediterranei prope Africam, cui vicina est Gaulos, & Melita. Auctor Pomponius lib. 2. 7. & Plin. lib. 5. cap. 7. Ovid. 3. Fast. 567.
Fertilis est Melite, sterili vicina Cosyræ
Insula, quam Lybici verberat unda freti.

Cŏsyri, orum. m. [Κοσύροι] Scythiæ populi, ab Emodis montibus parum distantes, de quibus Plin. lib. 6. cap. 17.

C O T

Cotana, V. cotona.

Cotaria, V. cos.

Cōtes, [Κώτεις] in Mauritania occidentali extrema. V. Strab. lib. 7.

Cŏthon, ōnis. f. [Κώθων] Insulæ exiguæ nomen, quæ Byrsæ Carthaginiensium arci subjacebat, Euripo circumdata circumquaque, navalis rei usum præbens. Auctor Strab. lib. 17. Servius vero in illud Virg. 1. Æn. 431. Hic portus alii effodiunt: Portus manu factos Cothonas vocari asserit. Est & Cothon, Genus poculi fictilis, parvum quidem, sed militum usui accommodatissimum, ut quod nullo negotio gestari posset, & in pera militari circumferri. Auctores Suidas & Athenæus lib. 11.
Cŏthon [Κώθων] est Viri nomen apud Sil. 6. 358.
Ante omnes doctus pelagi rectorque carinæ
Puppim aptat clavumque Cothon. Et 2. 164.

Cŏthurnus, i. m. [κόθορνος] Cothurni sunt Calceamenta venatoria, crura quoque vincientia: quorum quivis aptus est utrique pedi. Hæc Servius ad 1. Æn. 341. V. Erasm. infra. Cic. 3. de Fin. 46. Ut si cothurni laus illa esset, ad pedem apte convenire, neque multi cothurni paucis anteponerentur, nec majores minoribus.
Cothurnis succinctus. Patercul. lib. 2. 82. extr. De M. Antonio.
Cothurnus, Calceamentum sublevatum subere: quo mulieres grandiores appareant. Juven. 6. Sat. 505.
— breviorque videtur
Virgine Pygmæa, nullis adjuta cothurnis. Virg. 7. Ecl. 32.
Puniceo stabis suras evincta cothurno.
Cothurnos induebant tragœdi, quum in theatro fabulam acturi erant. Unde pro ipsis Tragœdis; & pro Alto dicendi genere accipiuntur. Virg. 8. Ecl. 10.
Sola Sophoclæo tua carmina digna cothurno. Hor. in Arte Poet. 80.
Hunc socci cepere pedem, grandesque cothurni. de Iambo.
Cecropius, Stilus Tragicus. Hor. 2. Carm. 1. 12.
Duro cothurno referare aliquid, i. e. Tragœdiam componere de re aliqua. Ovid. 3. Amor. 1. 45.
Sophoclæus. Martial. lib. 5. 31. & Virg. 8. Eclog. 10.
Tragici. Hor. 1. Serm. 5. 64.
Innixa musa tragicis cothurnis. Ovid. 4. de Pont. 16. 41.
Nitique cothurno. Hor. in Arte Poet. 280.
Herculis personam, & cothurnos infantibus aptare. Quintil. lib. 6. cap. 1. Proverbialiter dixit, pro eo quod est Applicare non convenientia.
Versatilior cothurno. Adagium, quod usurpari solet in Hominem parum constantem, lubricaque fide, aut qui incertæ & ancipitis est factionis: similitudine ducta a calceamento quod Græci κόθορνον, Latini mutata litterula Cothurnum vocant, quo mos erat uti tragœdiarum actoribus. Erat autem quadrangulum, & utrilibet conveniens pedi, quodque vel dextro vel sinistro poterat accommodari. Suidas addit ejusmodi fuisse, ut viris pariter ac mulieribus congrueret. quod testatur illud Maronis 1. Æn. 341.
Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram,
Purpureoque alte suras vincire cothurno. Theramenes rhetor Atheniensis, Prodici Chii discipulus, propterea vocatus est Cothurnus, quod quasi duabus sederet sellis, idem & populi, & triginta virûm partibus studens: ut nunc hujus, nunc illius factionis esse videretur, vel potius utriusque. Male audiit hoc nomine Marcus etiam Tullius. Nihil autem vetat, quo minus adagium in bonam trahatur partem: ut si quis hominem facilibus moribus, & quadam ingenii dexteritate, cum quovis hominum genere congruentem, κόθορνον appellet. quam ob causam Homerus Ulyssem πολύτροπον dixit, quod quamvis personam apte gereret, ducis, mendici, patrisfamiliâs. Erasm.

Cothurnātus, a, um. Adj. [κοθορνωτὸς] Martial. lib. 5. 5.
Grande cothurnati pone Maronis opus. h. e. Grandia & alta loquentis.
Deæ cothurnatæ. Ovid. 5. Fast. 348.
Sermo cothurnatus. Macrob. Saturn. 7. 5.
Vates. Ovid. 2. Amor. 18. 18.

Cothurnate, Adv. Compar. Ammian. 28. 1. Cum cothurnatius stilus procederet lacrymosus. V. ibi Valesium. Alii legunt Cothurnarius.

Cothurnatio, ōnis. f. Tertull. adv. Valent. cap. 13. extr. Alia trans siparium cothurnatio est. Quasi a verbo Cothurnare.

Cŏthūrus, [κόθουρος] Hesiodo ε. 302. dicitur Fucus sine aculeo, quem cauda videtur occultare, id est κολοῦειν ἐν τῇ οὐρᾷ. Ex Cæl. lib. 3. cap. 30.

Cotiæ Alpes, V. cottius.

Coticula, V. cos.

Cotieri, orum. m. inter celeberrimos Scythiæ populos numerantur a Plin. lib. 6. cap. 17.

Cotidie, quamvis a Quoto & Die componatur, per c & non per q scribendum esse quidam, ut Victorinus de Orthographia, existimant, quia tanta est affinitas inter c & q, ut q in c mutari facile patiatur, ut Sequor, secutus; Loquor, locutus; Quis, cujus. Unde Quintil. lib. 1. Institut. Frigidiora his alia, ut Quicquid, c quartam habet, ne interrogare bis videremur: & Cotidie, non Quotidie, ut sit Quot diebus. Verum hæc jam inter ipsas ineptias evanuerunt. V. quotidie.

Cotilia, æ. f. Insula. Festus: Cotiliæ lacus appellatur, quod in eo est insula Cotilia nominata a Græcis. V. Scalig. & Dacer.

Cōtinæ, [Κωτῖναι] Montes quidam sunt in Hispania Bætica, in quibus æs una gignitur & aurum. Auctor Strabo lib. 3.

Cŏtĭnus, i. f. [κότινος] Oleastri genus, quo Olympionicæ coronabantur. Aristot. φιλοστέφανον appellat.
Est & frutex hoc nomine in Apennino, ad lineamenta modo conchylii colore insignis. Auctor Plin. lib. 16. cap. 18.

Cŏtinussa, æ. f. Insula, in qua prius urbs Gadium fuit. De hac sic Plin. lib. 4. cap. 22. Vocatur ab Ephoro & Philistide, Erythea, a Timæo & Sileno, Aphrodisias, ab indigenis Junonis. Majorem Timæus Cotinussam apud eos vocatam ait, nostri Tartesson appellant, Pœni Gadir, ita Punica lingua sepem significante. Al. corrupte Continusa.

Cōtiscōliæ, [Κωτισκολίαι] Oppidum est Sabinorum, in quo frigidæ aquæ sunt, ex quibus qui perpotant, vel in illis aliquandiu sedent, a morbis quamplurimis curantur. Auctor Strabo lib. 5.

Cotīson, ōnis & ontis. Regis Getarum nomen apud Suet. Aug. cap. 63. Horatius Dacum vocat 3. Carm. 8. 18. quod Getæ a Romanis Daci appellarentur, ut dicit Plin. 4. 14.

Cotōna, vel Coctōna, sive Cottōna: ut alii volunt, Cotăna, vel Coctăna, sive Cottăna, ōrum. n. pl. [κόττανα] Ficus parvæ genus. Plin. lib. 13. cap. 5. Syria in ficorum genere habet caricas, & minores ejus generis, quæ cotona vocant. Martial. lib. 7. 52.
Parvaque cum canis venerunt cotana prunis. A Cotone urbe sic appellata. Scribendum igitur Cotona simplici t. Idem Martial. lib. 13. 28.
Hæc tibi quæ torta venerunt condita menta,
Si majora forent coctana, ficus erat. Et Juven. 3. Sat. 83.
— quo pruna & coctana vento. V. Casaub. ad Athen. 3. 33. & Barth. ad Stat. Silv. p. 419.

Cotonea, æ. f. [σύμφυτον πετραῖον] a Venetis dicta fuit herba, quam Galli *Halum* appellant, similis Cunilæ bubulæ, tota odorata, capitula habens thymi, dulcis alioqui & sitim sedans. V. Plin. lib. 26. cap. 7.

Cŏtōneum, i. n. [κυδώνιον] Genus pomi. Plin. lib. 15. cap. 11. His proxima amplitudine mala quæ vocamus cotonea, & Græci cydonea, ex Creta insula advecta. incurvatos trahunt ramos: prohibentque crescere parentem. Plura eorum genera. De hoc plura vide apud Ruell. lib. 1. cap. 72. V. struthia.

Cotta, æ. f. Oppidum olim fuit in Mauritania, ultra columnas Herculis situm, nunc est Tingi, quondam ab Antæo conditum, postea a Claudio Cæsare, quum coloniam faceret, appellatum Traducta Julia. Plin. lib. 5. cap. 1.

Cotta, [Κόττας] Cognomen gentis Aureliæ. L. Aurelius Cotta Orator, qui cum Sulpicio æquali differit apud Ciceronem in dialogis de Orat. in prætura legem tulit, ut liceret Tribunispleb. alios accipere magistratus, quod lege Sullæ iis erat ademptum. Alter C. Aurelius Cotta, cujus passim meminit Cicero in libris de Oratore, & in Brut. 202. Cum multis in locis, tum præsertim iis verbis, Inveniebat (inquit) acute Cotta, dicebat pure ac solute: & ut ad infirmitatem laterum perscienter contentionem omnem remiserat; sic ad virium imbecillitatem, dicendi accommodabat genus. Nihil erat in ejus oratione nisi sincerum, nihil nisi siccum, atque sanum, &c. V. Pedianus in Orat. pro C. Corn. & in L. Pison. qui tres fratres fuisse docet M. C. & L. priore loco L. autem Cottam auctorem legis judiciariæ facit.
Fuerunt eodem tempore & alii Cottæ duo: Unus M. Aurelius Cotta, qui contra Mithridatem infeliciter pugnavit, Sullam Cæsari conciliavit. Alter L. Aurunculejus Cotta, familia plebeja, Legatus Cæsaris in Gallia, qui, insidiis circumventus, ab Ambiorigis ducis exercitu interfectus est.
Cottæ dicti putantur ἀπὸ τοῦ κότε, quod iracundus, & oris torvi fuerit is qui primus Cotta fuit appellatus: quamvis κότος simplici τ, & Cotta duplici scribatur.
L. Cotta veterator habitus. Cic. in Brut. 82.

Cottæ, [Κόττοι] Populi circa Mæotim habitantes, quorum meminit Plin. lib. 6. cap. 7.

Cottona, æ. f. Regio Carmaniæ. Plin. lib. 6. cap. 23. Regio autem, ex qua piper monoxylis lintribus Becaren convehunt, vocatur Cottona, &c.

Cottona, V. cotona.

Cottăbus, i. [κότταβος] Ænea phiala, quam peracto convivio mensæ imponere solebant vino plenam, deinde in minora pocula ab alto miscentes, sonum edere, qui si illisu major ederetur, ab amasiis amari se augurabantur.

rabantur. Accipitur & pro ipſo Sono, qui hoc pacto edebatur: unde κοτταβίζειν verbum Græci uſurparunt, pro eo quod eſt, Sonum hujuſmodi edere: & κοττάβιον pro Hoc ludi genere. Item κοττάβια Præmia victori hujus ludi dari ſolita, quæ, teſte Athenæo, fuerunt πυραμοῦντες, hoc eſt, triticeæ placentulæ, & ſeſamineæ. Ariſtophanes quoque, qui hoc genere ludi ſe recreabant, μεθυσοκοττάβους appellavit, quod vix aliter quam vino madentes id agerent. V. ad Ariſtoph. Pac. ſchol. 342. & 1243. & Flor. Chriſtian. ad l. 1. Plaut. Trin. 4. 3. 4. Cottabum videtur appellaſſe Sonum flagrorum, qui inter verberandum redditur.

Cave ſis ne bubuli in te cottabi crebri crepent.

COTTIUS, i. m. [Κόττιος] Alpium regulus, in amicitiam Octaviani principis receptus. V. Ammian. loco infra notato, Suet. Tiber. cap. 37. & Neron. cap. 18. & ibi Interpretes. Hinc

COTTIUS, a, um. Adj. ut, Alpes Cottiæ, [Κοττίαι Ἄλπεις] quas accurate deſcribit Ammian. lib. 15. cap. 10. Al. 25. conf. Aurel. Vict. & Eutrop. in Nerone. Sunt qui perperam Coctias ſcribunt. Alciatus in lib. 15. Taciti, Coctias Alpes, inquit, exiſtimaverim, qua a Seguſio oppido per Centronas itur: Tametſi recentiores, ut Paulus Diaconus & Georgius Merula Coctias eſſe exiſtiment in quibus Bobium urbs eſt: quod antiquis auctoribus non eſt probabile. Sed & Coctias appellatas quandoque etiam Julias non falſo fortaſſe aliqui tradunt, quod in eas per Tricaſtinos eatur.

COTTIĀNUS, a, um. aliud Adj. ut, Alpes Cottianæ. Tacit. 1. Hiſt. 61. Civitates Cottianæ XII. apud Plin. lib. 3. cap. 20.

CŌTUANTII, orum. m. [Κοτουάντιοι] Rhætorum populi ſunt, de quibus Strabo lib. 4.

CŌTŬLA, ſive CŎTY̆LA, æ. f. [κοτύλη] Menſuræ genus, quæ Hemina alias dicitur. Italica eſt vox, qua & Græci uſi ſunt. Martial. lib. 8. 71.

Poſt hunc in cotula raſa ſelibra data eſt.

COTURNIUM, i. n. Vas, quo in ſacrificiis vinum fundebatur. Feſtus. V. GUTTURNIUM.

CŎTURNIX, īcis. f. [ὄρτυξ] a ſono vocis ſic appellata, inquit Feſtus: Parva avis, ſemper ante veniens quam grues: & quum ad nos venit, terreſtris potius, quam ſublimis. V. Plin. lib. 10. cap. 23. Ovid. 2. Amor. 6. 27.

Ecce coturnices inter ſua prælia vivunt.

Prior ſyllaba longa eſt apud Lucret. 4. 642.

At capris adipes & coturnicibus auget.

COTYLA, V. COTULA.

CŎTY̆LÆ, [κοτύλαι] quæ & CŎTY̆LĒDŎNES, [κοτυληδόνες] in oſſibus dicuntur Cava quædam acceptabula, quibus aliorum oſſium capita inſeruntur, cujuſmodi ſunt in coxendicibus, oſſium femoris capita excipientia.

Accipitur & pro Concavi vaſis genere, cujuſmodi Diogenem uſum fuiſſe docet Laertius antequam puerum ex concava manus vola bibentem vidiſſet. lib. 6. 37.

Accipitur & pro Ludi genere, in quo quis reductas in tergum manus conjungebat, ſtringebatque, alterque impoſitis in eas genibus tollebatur, ſuis manibus oculos geſtantis obtegens. Ad hunc igitur modum geſtatum, ἐν κοτύλῃ geſtare dicebant. Auctor Cæl. Antiq. lib. 13. cap. 32.

CŎTY̆LĒDON, ōnis. f. [κοτυληδών] Parvula herba cauliculo tenero, puſillo, pingui folio, & concavo, ut coxendices. naſcitur in maritimis, petroſiſque, viridis, radice olivæ modo rotunda. Eſt aliud genus ejuſdem, ſordidis foliis, latioribus, denſioribuſque circa radicem, velut oculum cingentibus, aſperrimi guſtus, longiore caule, ſed pergracili. Hæc Plin. lib. 25. cap. 13. Ruell. lib. 3. cap. 117. Cotyledon Græcis, Romanis *Umbilicus Veneris*, folium habet acetabuli figura, &c. Officinis hodie dicitur *Umbilicus Veneris*, herba non adeo magna, cauliculo puſillo, &c. Non eſt hæc ut quidam rentur, ea quæ *cymbalaris* vulgo dicitur.

Cotyledones item in mulieribus appellantur Ora vaſorum in uterum deſinentia, per quæ ſanguinis redundantia ſingulis menſibus ex omni corpore in uterum derivatur, & per quæ ſemen alimentum ad ſe attrahit. Galen. lib. 15. De uſu part. [In beſtiis fem. quadrupedis duntaxat Juniores anatomici adeſſe ſtatuunt. q. V.

CŎTY̆LUM, [κότυλον] ſcribit Strabo vocari Collem in Ida monte, centum viginti millibus paſſuum a Scepſi diſtantem, in quo Scamandri, & Granici, & Æſepi fluminum origo, unde & nomen Cotylo inditum, ἀπὸ τῆς κοτύλης, quod conceptaculum & acceptaculum ſignificat.

CŎTYS, y̆os. m. [Κότυς] Thracum rex, qui, ut eſt ſcriptum apud Cæſ. 3. Bell. Civil. 4. Pompeianas partes fovit. Plutarchus in Apophthegmatis, Cotys ei qui ſibi pardalim largitus erat, leonem contra dono dedit. Sed quum natura eſſet iracundior, & aſper eorum qui in miniſteriis deliquiſſent, caſtigator, vaſa fictilia, tenuia quidem & fragilia, ſed cælaturis quibuſdam & ſculpturis polite eleganterque elaborata, ſibi ab hoſpite allata, quum hoſpiti ipſi dona dediſſet, ſimul omnia confregit: ne in eos qui illa fregiſſent, aſperius animadverteret.

Fuit & alius ejuſdem nominis Thraciæ rex, qui Tiberii tempore Rheſcuporis patrui fraude circumventus eſt, & occiſus. Auctor Tacit. 2. Ann. 64. V. ibi Lipſ.

CŎTȲTO, ûs. f. [Κοτυτώ] Dea impudentiæ habita eſt, cui Athenis a Baptis (eo nomine vocabantur ejus ſacerdotes) nocturna ſacra fiebant, quæ ab illa vocabantur Cotytia. Hanc Probus ſaltatricem fuiſſe exiſtimat, unde etiam ſacerdotes ejus, laſcivis ſaltationibus mores ejus referebant. Juven. 2. Sat. 92.

Cecropiam ſoliti Baptæ laſſare Cotyto. V. Politianum Miſcellan. cap. 10.

COTYTIA, ōrum. n. [Κοτύτια] Sacra erant nocturna, ut dictum eſt, quæ Athenis fiebant a Baptis in honorem Cotytûs impudentiæ deæ. V. in dictione BAPTÆ.

C O V

COVALI, [κοβάλοι] Dæmones quidam erant Dionyſiaci, aſperi & immites; quanquam & Covalos dicebant, Qui luſu aſſimulato fallerent, ut ex Harpocratione & Philochoro ſcribit Cæl. Rhod. lib. 2. cap. 7.

COVELLA, æ. f. Juno dicta eſt Covella. i. e. Cæleſtis. Nam Covum veteribus idem ac Cælum, a κόος cavitas. Ita quidam codd. Varr. de L. L. 5. 4. V. Dilherr. T. 1. Diſp. p. 366. & Seld. de Diis Syris 2. 2.

COVĪNUS, i. m. Vehiculi genus notum non Britannis ſolum, ſed Belgis etiam & Germanis. Erat autem Currus falcatus. Pomponius Mela, lib. 3. cap. 6. de Britannis; Dimicant non equitatu modo aut pedite, verum & bigis & curribus Gallice armati: covinos vocant, quorum falcatis axibus utuntur. Lucan. lib. 1. 426.

Et docilis rector monſtrati Belga covini.

Falcifer covinus. Sil. lib. 17. 418.

Agmina falcifero circumvenit arcta covino. Cum duplici N ſcribitur V. ibi Drakenb.

Utitur Xylander apud Dionem lib. 36. p. 27. poſter. edit. H. St.

COVINĀRIUS, i. m. Qui covinum regit. Tacit. in Vita Agric. 35. 4. Media campi covinarius eques ſtrepitu ac diſcurſu complebat. Adde 36. 4.

COUS, a, um. Adj. a Co inſula. V. COOS.

Coi populi. Cic. 6. Verr. 135.

Artifex Cous, dicitur Apelles κατ' ἐξοχήν. Ovid. 4. de Pont. 1. 29.

Album Coum. Hor. 2. Serm. 4. 29. ſubaudi Vinum.

Purpura Coa. Hor. 4. Carm. 13. 13.

CŌUS, i. m. κῷος Græce, Senio Latine, in talo, id eſt taxillo, numerus Cani contrarius: & Is qui talorum jactu hunc numerum reddidiſſet, ſex lucri faciebat: & qui canem, unum tantum. Perottus. V. Polluc. lib. 7. S. 205. & 9. 100.

COVUM, i. n. i. e. Cavum, quod ſub jugo medio aratri eſt. Varro 4. de L. L. 31.

COXA, æ. f. [ἰσχίον] (inquit Valla lib. 4.) Pars ſupra femora, vertebrumque ipſum, quoties vitiatum eſt, aut os illud quod in vertebro volvitur, fractum, coxa vitiata fractave dicitur. Plin. Jun. Ep. 2. 1. Fallente veſtigio cecidit, coxamque fregit. Celſ. lib. 4. cap. 26. pr. Coxis proxima genua ſunt.

Coxa in peculiari ſenſu occurrit apud Fabrett. Inſcript. p. 180. T. CAPELLI. T. F. VINDICIS. IN F. P. XXXVII. A. T. COX. S. P. XXVII. INTRA. COX. P. XXXVII. Urſatus adſerit Coxam fuiſſe Aggerem quendam, quo Titi Capelli monimentum circumdatum opinatus eſt. Sed Sic. Flaccus docet Coxam in agris Angulum internum ſignare. V. Siculum p. 6. & Auctor de Limit. p. 306. edit. Goeſ.

COXENDIX, īcis. f. [μηρὸς] Ejuſdem ſignificationis cum Coxa. Varr. 1. R. R. 20. pr. Lata fronte, naribus ſimis, lato pectore, craſſis coxendicibus. Cato incantamentum docet ad ſanandas coxendices luxas, cap. 160. Serenus, cap. 56.

Clauſa acies inter geminæ coxendicis umbras. Adde Suet. Aug. cap. 80.

COXATIO, ōnis. f. Idem ac Coaxatio, ſeu Coaſſatio. Vitruv. 9. 2. Summa coxatio ad imum libramentum.

COXĬGO, āre. Claudicare. Gloſſ. Lat. Gr. Coxigat, χωλαίνει. [An Coxicat?

COXO. V. CAXO.

C R A

CR. Creticus, Criſpus. CRAS. Craſſus.

CRABATTUS, i. m. [κράβαττος] Lectulus meridiando idoneus. Scævola l. 20. §. 8. D. de inſtruct. vel inſtrum. Inſtructis domibus legatis, crabattus argento inaurato tectus mortis Titiæ tempore, in domibus non eſt repertus, ſed in horreis tantiſper conditus. Hotomanus. [Sed ſcribi debet Grabbatus. q. C. l. V.

CRABER, bra, brum. ut, Aqua crabra. Cic. 3. de Lege Agr. 9. V. ibi Græv.

CRĀBRO, ōnis. m. [ἀνθρήνη] Inſecti genus affine veſpis, pertinaciſſimum, aculeoque peſtilentiſſimo, inquit Eraſmus. Plin. lib. 11. cap. 21. Veſpæ in ſublimi e luto nidos faciunt, & in iis ceras. Crabrones in cavernis ac ſub terra. Et paulo poſt, Ictus eorum haud temere ſine febri eſt. Auctores ſunt, ter novenis punctis interfici hominem.

Spicula crabronum. Ovid. 11. Met. 335.

Aſper crabro. Virg. 4. Georg. 245.

Irritare crabrones. Plaut. Amph. 2. 2. 75. Id dictum eſt a poeta in mulierum ingenium, quibus iratis ſi repugnes, magis provoces, neque ſine tuo malo diſcedas.

CRACCA, æ. f. Genus quoddam degenerans ex leguminibus, in tantum columbis gratum, ut paſtas eo, negent fugitivas illius loci fieri. Auctor Plin. lib. 18. cap. 16.

CRACENTES, pro Graciles, apud Ennium,

Succincti gladiis, media regione cracentes. Feſtus.

CRĂGUS, i. m. [Κράγος] Mons eſt Lyciæ, Apollini ſacer: qui promontoria octo habere ſcribitur, ac ejuſdem nominis urbem. Ovid. 9. Met. 645.

Jam Cragon, & Lymiren, Xanthique reliquerat undas.

CRAMBE, es. f. [κράμβη] Braſſicæ ſpecies eſt. Plin. lib. 20. cap. 9. de Braſſica loquens, In tres ſpecies diviſere eam Græci antiquiſſimi: Criſpam, quam ſelinoïdea vocaverunt, a ſimilitudine apii foliorum, ſtomacho utilem, alvum modice mollientem. Alteram leam, latis foliis e caule exeuntibus, unde caulodem quidam vocavere: nullius in medicina momenti. Tertia eſt proprie appellata crambe, tenuioribus foliis, & ſimplicibus, denſiſſimiſque, amarior, ſed efficaciſſima. Cato criſpam maxime probat, dein lævem, grandibus foliis, caule magno. V. Catonem de R. R. cap. 163.

Crambem repetitam Juven. 7. Sat. 154. appellat Declamationem maximo cum tædio iterum atque iterum audiendam. Alii legere vellent Cambre. Hinc proverbium, Crambe repetita mors eſt. V. Eraſm. in Chiliad.

CRAMBION, i. n. [κραμβίον] Frutex Pithyuſa. Dioſc. 4. 166.

CRAMBŪSA, æ. f. [Κράμβουσα] Inſula eſt circa Seleuciam Iſauriæ. Auctor Strab. lib. 14. Plin. 5. 31.

CRĂNAUS, i. m. [Κραναός] Athenarum rex fuit, qui Cecropi in regno ſucceſſit, a quo regionis incolæ Cranai dicti ſunt. Strabo lib. 9.

CRANĒA, æ. f. [Κράνεια] Exigua regio eſt Ambraciotarum, cujus incolæ dicuntur Craneates. Stephan.

CRANEA, V. CORNUS.

CRANON, [Κράνων] Urbs Theſſaliæ, Pelaſgiotidis in campis, qui Tempe appellantur, centum ſtadiis diſtans a Gyrtone. Stephanus ex Strabone.

CRANTĒRES, [κραντῆρες] Dentes ſunt, quos Avicena adnaſci arbitratur poſt genituræ profuſionem, ante conſiſtentiam, quæ anno contingit trigeſimo, denteſque ſenſus & intellectus vocat. Dicti autem ſunt Cranteres, ut Ariſtoteli placet, ἀπὸ τοῦ κραίνειν, quia ætatem perficiant ac compleant. Ex Cæl. Antiq. lib. 4. cap. 1.

CRANTOR, ŏris m. [Κράντωρ] Solenſis Xenocratis auditor. Scripſit commentarios & nonnulla poemata: admirabatur præ ceteris Homerum & Euripidem: deceſſit intercutis morbo. Auctor Diogenes Laertius lib. 4. S. 24. Crantoris meminit & Hor. 1. Epiſt. 2. 4.

Crăpŭla, æ. f. [κραιπάλη] dicitur, Ubi vinum intemperantius haustum, capiti detrimenta adfert: capitis lucta, fluctusque & agitatio, quando ex vinolentia caput tremit, a κάρα caput, & πάλλω vibro, agito. Galenus in Aphorism. 5. lib. 5. Hippocratis scribens, annotat Omnem noxam ex vino factam, a Græcis κραιπάλην nominari, ἀπὸ τοῦ κάρηνον πάλλεσθαι i. e. Caput concuti. Plin. lib. 23. cap. 1. Novitium resinatum nulli conducit. Capitis dolorem & vertigines facit: ab hoc dicta crapula est. Liv. 9. 30. extr. Nec prius sensere, quam plaustris in foro relictis, plenos crapulæ eos lux oppressit.
Discutere crapulas. Plin. lib. 21. cap. 20. V. orthopnœa.
Exhalare. V. exhalo.
Edormiscere. Plaut. Rud. 2. 7. 28. Cic. 2. Philipp. 30. Edormi crapulam, inquam, & exhala.
Obdormire. V. obdormio.
Crapula; aliter. Plin. lib. 14. cap. 20. Ratio autem condiendi musta, in primo fervore, qui novem diebus ut plurimum peragitur, aspersu picis, ut odor vino contingat, & saporis quædam acumina. Vehementius id fieri arbitrantur crudo flore resinæ, excitarique lenitatem. E diverso crapula compesci feritatem nimiam, frangique virus: aut ubi pigra lenitas torpeat, virus addi. Liguriæ maxime circumpadanisque mustis utilitas discernitur hoc modo: Pugnacibus mustis crapulæ plus inditur, lenibus parcius. Sunt qui ex utroque condiri velint. Hoc in loco Plinio Crapulam vocari quidam putant Medicamenta, quibus vini lenitas excitatur. Alii vero resinæ florem esse dicunt id quod in resina supernatat: quod autem sidit in fundo, crapulam, ut sit crapula velut fæx resinæ. V. Harduin. in h. l.
Crapulentus, a, um. Adj. Crapula gravatus. Ammian. 29. 34. (Vales. cap. 5.) Vinoque consulto distentus, & crapulentus. Ita legit H. Valesius ex Codice Colbertino; alii legunt Crapulentis.
Crapulatus, a, um. Idem. Vulg. Interpr. Ps. 77. 65. Tanquam potens crapulatus a vino. V. Voss. de Vit. L. L. 4. 4.
Crapularius, a, um. Adj. Ad crapulam pertinens. ut, Unctiones crapulariæ. Plaut. Stich. 1. 3. 74. Coler. Ampullariæ.
Crapulōsus, a, um. Adj. Firmic. lib. 8. cap. 20. Edaces quoque, ac ventri, & gulæ crapulosis libidinibus servientes.
Crās, Adv. [αὔριον] significans Die proxime futuro. Cic. 13. Att. 43. Scies igitur fortasse cras, ad summum perendie. Hor. 1. Carm. 9. 13.
Quid sit futurum cras, fuge quærere. Martial. lib. 5. 59.
Cras te victurum, cras dicis, Posthume, semper:
Dic mihi, cras istud, Posthume, quando venit?
Cras mane surgendum. Hor. 1. Serm. 6. 120.
Hesternum cras. Pers. 5. Sat. 68.
Cras credo, hodie nihil. Proverbium ab hominum sermone ductum, qui in præsentia se negant credere, se cras facturos dicunt. Varronis quædam satyra erat hac inscriptione, ut pleraque ejus, proverbiali. Turnebus.
Crastĭnus, a, um. Adj. [ἐπιούσιος] Plaut. Men. 1. 2. 62.
Inde usque ad diurnam stellam crastinam potabimus.
Ætas crastina. Stat. 3. Theb. 562.
— quid crastina volveret ætas
Scire nefas homini.
Dies crastinus. Cic. 8. Fam. 15. Sed aliquid crastinus dies ad cogitandum nobis daret.
Fructus crastinus, est Novus & recens. Plin. lib. 13. cap. 9. Fertilitas assidua ei, subnascente crastino fructu.
Hora crastina, pro Sequenti & proximo die. Virg. 1. Georg. 425.
Titan. Virg. 4. Æn. 118. i. e. Crastina dies.
Differre in crastinum. Cic. 2. de Orat. 368. Post meridiem, si ita vobis est commodum, loquemur aliquid, nisi forte me in crastinum differre vultis.
Vocare in crastinum. V. in.
Crastino, Adv. [αὔριον] Idem quod Cras. Gell. lib. 2. cap. 29. Si dominus, inquit, messem ad amicos rejecit, crastino seges non metetur.
Crastĭno, [αὐριάζω] āre. significat De die in diem traho & differo. Hinc Procrastino & Recrastino ejusdem significationis. Calepin.
Crāsis, f. [κρᾶσις] ut a Medicis accipitur, idem est quod Temperamentum, hoc est proportio quædam primarum qualitatum existentium in elementis, ex quibus corpus mistum est & conflatum.
A Grammaticis Crasis accipitur pro Contractione duarum syllabarum in unam coalescentium, ut Thesei, pro Thesei, τεῖχος pro τείχεος. Dicta κρᾶσις, ἀπὸ τοῦ κεράννυμι, quod est misceo sive tempero. Dicitur & Synæresis.
Craspedites, Phrygiæ sinus. Plin. lib. 5. cap. ult. Inde Craspedites sinus vocabatur, quoniam id oppidum velut in lacinia erat.
Crassamentum, Crassescere. V. crassus.
Crassicius, Nomen gent. Ro. L. Crassicius, genere Tarentinus, ordinis libertini, cognomine Pasides, Romæ ludum Grammaticæ aperuit: docuitque inter alios Julium Antonium Antonii Triumviri filium. Suet. de Illustr. Gramm. cap. 18.
Crassĭvēnium, i. n. Aceris arboris genus vilius, a venarum crassitudine dictum. Plin. lib. 16. cap. 15.
Crassus, [Κράσσος] Cognomen gentis Liciniæ. P. Licinius Crassus, ante ætatem Pontifex Maximus factus: quod nunquam antea contigit. V. Valer. Max. lib. 3. cap. 2. & lib. 8. cap. 7.
L. Crassus orator, superioris filius, qui cum Antonio a Cicerone introducitur in libris de Orat. in eo mirificus quidam pudor fuit, qui tamen non modo non obesset ejus orationi, sed etiam probitatis commendatione prodesset. Accusavit C. Carbonem eloquentissimum hominem admodum adolescens: summam ingenii non laudem modo, sed etiam admirationem est consequutus. Defendit postea Liciniam virginem, quum annos xxvii natus esset. Hæc ex libris de Orat. & Brut. Ciceronis, in quo libro est elegantissima ipsius Crassi cum Antonio & Scævola comparatio. Deploratur multis verbis Crassi mors a Cicerone in exordio libri tertii de Oratore.
P. Crassus, oratoris frater, juris peritissimus, fuit in dominatione L. Cinnæ Marianarum partium: ne incideret in manus inimicorum, seipsum interemit. Hujus filius.
M. Crassus Romanorum ditissimus, cum Pompeio & Cæsare Triumviratum iniit. Ad bellum missus gladiatorum, qui duce Spartaco in Campania insurrexerant, victoria potitur: ex quo urbem ovans ingressus est. Postremo quum ei Syria provincia sorte obvenisset, profectus ad bellum Parthicum, ibi filium Publium amisit. Ipse demum infeliciter rem gerens, a Surina regis præfecto captus, atque interfectus est. V. Valer. Max. lib. 1. cap. 6. Plinium quoque, lib. 15. cap. 19. & Paulum Orosium lib. 6. cap. 13. Solebat autem dicere, Neminem esse divitem, nisi qui exercitum alere posset suis fructibus. Auctor Cic. in Parad. 6. §. 1. Alter M. Crassi filius & ipse præn. M. Cæsaris Legatus fuit in bello Gallico: in Cæsarianis tandem partibus adolescens occubuit. Fuit autem discipulus Ciceronis De quo in Bruto.
Crassiānus, a, um. Adj. ut, Crassianus exercitus, i. e. Crassi. Paterc. lib. 2. 82.
Crassus, a, um. Adj. [παχὺς, παχυλὸς] modo Pingue significat, modo Densum & spissum. Et cum ad Consistentiam, quam vocant, seu temperaturam, tum ad mensuram corporum refertur.
Crassa & Liquida, contraria sunt. Lucret. lib. 4. 351.
Aer crassus & concretus. Cic. 1. Tusc. 42.
Aer crassissimus. Cic. 2. de Nat. Deor. 17.
Natus in crasso aere. Hor. 2. Epist. 1. 244.
Bœotûm in crasso jurares aere natum. i. e. Ita stultum, ut eum diceres natum in Bœotia. Crasso, i. e. Crassos & hebetes faciente. Porphyr.
Agri. Cic. pro Flacc. 71. Omnino mallem, & magis erat tuum si jam te crassi agri delectabant, hic alicubi in Crustumino, aut in Capenati paravisses.
Aqua. Ovid. 3. Amor. 6. 8.
Et turpi crassas gurgite volvis aquas. Martial. lib. 12. 26.
Et subitus crassæ decidit imber aquæ.
Cælum crassum & Tenue, contraria. Cic. de Fato 7. Athenis tenue cælum, ex quo etiam acutiores putantur Attici: crassum Thebis, itaque pingues Thebani & valentes.
Corpus. Lucret. lib. 6. 857.
Cruor. Virg. 5. Æn. 469.
Flumina. Stat. 1. Achil. 87.
Lutum crassum. Cato cap. 92.
Paludibus crassis alni nascuntur. Virg. 2. Georg. 110.
Pulvis. Stat. 6. Theb. 816.
Sanguis. Plin. lib. 11. cap. 38. Animalium fortiora, quibus sanguis crassior.
Sanies. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 212.
Telum sanguine. Stat. 2. Theb. 659.
Terra, crassissima regio mundi. Cic. 2. de Nat. Deor. 17.
Venenum. Sil. lib. 13. 571.
Tristior his Acheron sanie, crassoque veneno
Æstuat.
Unguentum. Hor. de Arte Poet. 375.
Caligo, Translate. Cic. 1. Tusc.
Caligine crassus ignis. i. e. Fumo. Virg. 2. Georg. 309.
Tenebræ crassæ. Cic. 4. Acad. 122.
Umbra. Sil. lib. 7. 698.
Crassus, ad magnitudinem relatum, seu molem corporum ac diametrum, ut
Arbores pedes duos. Cato cap. 18.
Aurum crassum. Lucan. lib. 10. 113. i. e. Laminæ aureæ.
Buxus crassissima in Corsica. Plin. 16. 16.
Compedes. Plaut. Pseud. 4. 7. 80.
Suram ubi aspicias, scias eum posse gerere crassas compedes.
Farrago. Virg. 3. Georg. 205.
Tum demum crassa magnum farragine corpus, &c. de Equo.
Homo crassus. Ter. Hec. 3. 4. 26.
Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius.
Infortunium, Magnum, translate. Plaut. Rud. 3. 5. 53.
Quid est quod caveam? lo. ehem a crasso infortunio.
Maceria, Crassus paries. Cato cap. 15.
Mole crassa leo. i. e. Pinguis. Claud. 2. in Eutrop. 377.
Postes crassi. Plaut. Most. 3. 2. 135.
Radice crassa frutex. Plin. 12. 12.
Toga. Hor. 1. Serm. 3. 15.
— & toga quæ defendere frigus
Quamvis crassa queat. [Nisi intelligitur potius Unguine sordium crassa.
Crassus, [παχύδερμος] pro Stulto & hebeti. Varro Sexages. Senibus crassis humili non vidimus quid fiat. V. Nonium 2. 137.
Crassa Minerva dicitur aliquid fieri, quod Inconditius, simpliciusque, quasique indoctius fit, non autem exquisita arte, nec exactissima cura. Hor. 2. Serm. 2. 3. Quintil. lib. 1. 10. de Musice, & ejus laudibus, Libet propter quosdam imperitiores, etiam crassiore (ut vocant) musa dubitationem hujus utilitatis eximere.
Compar. ut, Crassiora nomina apud Martial. lib. 12. 18.
— Celtiberis
Hæc sunt nomina crassiora terris.
Arbor crassior quinque digitis. Plin. 17. 11.
Superl. Aer crassissimus. Cic. 2. de Nat. Deor. 17.
Cortex crassissimus. Plin. 16. 6.
Crassum, i. n. Hor. 2. Serm. 4. 52.
Nocturna, si quid crassi est, tenuabitur aura.
Crasse, Adv. [παχυλῶς] Columel. lib. 12. cap. 43. Lata vasa in modum patinarum fieri jubebat: eaque intrinsecus & extrinsecus crasse picari. i. e. Spisse.
Crasse & inlepide compositum aliquid. Hor. 2. Epist. 1. 76.
Compar. Plin. 37. 7. Feminæ pigriores sunt, & crassius nitent.
Virens crassius. Idem 37. 8.
Crassities, ēi. f. Apul. 7. Met. pr. Pectus & venter crustata crassitie reluctabant. V. etiam Labbæi Gloss. ex vet. Onom.
Crassitūdo, ĭnis. f. [παχύτης] Plin. lib. 11. cap. 39. Hippopotami corii crassitudo talis, ut inde tornentur hastæ.
Aeris crassitudo. Cic. 1. de Divin. 93.
Parietum crassitudo quinque pedum. Cæs. 2. Bell. Civil. 8.
Feminis crassitudine, ab summo præacuti & præusti stipites teretes. Cæs. 7. Bell. Gall. 73.
Punctus, In quo nulla omnino crassitudo sit. Cic. 4. Acad. 116.
Crassitudinem mellis, aut visci referens humor. Cels. lib. 5. cap. 28. §. 13.
Crassēdo, ĭnis. f. Fulgent. de Cent. virg. Adipata crassedo ingenii.

Cʀᴀssĭᴛᴀs, ātis. f. Apul. de Mundo p. 729. Elmenh. 65. Adeo illis cognita eſt vis mali ad inferiora aeris noxii craſſitate denſa.

Cʀᴀssᴇsᴄᴏ, [παχύνομαι] ĕre. Pingueſcere. Columel. lib. 8. cap. 9. de turturibus, Nec quia tritico, vel aliis frumentis minus craſſeſcant, &c. Plin. lib. 13. cap. 18. ad finem, Nec aliunde magis, quam purgamentis ejus ſues craſſeſcunt.

Craſſeſcere, Craſſiorem fieri, aut denſiorem. Plin. lib. 2. cap. 43. Qui neque in nebulam denſetur, nec craſſeſcat in nubes.

Ponitur pro Dureſcere apud Plin. 35. 5. pr. Craſſeſcente limo uſque in duritiem pumicis.

Cʀᴀssĭғĭᴄᴏ, āre. ut, Corpus craſſificare. Cæl. Aurel. Tard. 5. 2.

Cʀᴀssɪғɪᴄāᴛɪᴏ, ōnis. f. Cæl. Aurel. Tard. 5. 3. Viſcoſa craſſificatio.

Cʀᴀssᴏ, āre. Craſſum reddere. Apul. 3. de Aſino p. 139. Pili craſſantur in ſetas.

Cʀᴀssāᴛᴜs, a, um. Partic. ut, Aer denſiore terrarum halitu craſſatus. Ammian. 19. 4.

Spiritus craſſatus. Idem loc. cit.

Cʀᴀssāᴍᴇɴ, ĭnis. n. [πάχος] Columel. lib. 12. cap. 25. Semper in requieta aqua craſſamen aliquod in imo reperitur. Rurſus cap. 41. Donec craſſamen in modum fæcis exiſtat.

Cʀᴀssāᴍᴇɴᴛᴜᴍ, i. n. [πάχος] Craſſitudo. Gell. 17. cap. 9. Surculi duo erant teretes, oblonguli, pari craſſamento, ejuſdemque longitudinis.

Craſſamentum, pro Craſſamen. Columel. lib. 12. cap. 12. Nam quoties etiam per longum tempus diffunditur, aliquod craſſamentum in imo ſimile fæci reperitur.

Cʀᴀsᴛɪɴᴏ, Cʀᴀsᴛɪɴᴜs. V. ᴄʀᴀs.

Cʀᴀᴛæɢɪs, is. f. [κραταιγὶς] Herbæ genus, cujus ſemen teſtium eſt ſimile, de qua Plin. lib. 26. cap. 10.

Cʀᴀᴛæɢᴜᴍ. V. ᴄᴀʀᴛʜᴇɢᴏɴ.

Cʀᴀᴛæɢŏɴᴏɴ, ſive Cʀᴀᴛæᴏɢŏɴᴏɴ, n. [κραταιόγονον] Genus herbæ. Plin. lib. 27. cap. 8. Cratæogonon ſpicæ tritici ſimile eſt, multis calamis ex una radice micantibus, multorumque geniculorum. Naſcitur in opacis, ſemine milii, vehementer aſpero guſtu. De hac multo plura ibidem & aliis locis.

Cʀāᴛæɪs, ĭdis. f. alias Hecate, mater Scyllæ. Ovid. 13. Met. 749.

Nereis his contra reſecuta Cratæide natam.

Cʀāᴛᴇʀ, ēris. m. in accuſat. craterem, vel cratera [κρατὴρ.] ἀπὸ τοῦ κρατεῖν, quod eſt Tenere, vel capere. Vel potius ἀπὸ τοῦ κέκραται, id eſt Miſtum eſt. V. Snakenburg. Ind. in Curt. Vas ex quo bibebatur, vel hauriebatur potius vinum in calices: quo etiam diis libabatur, in mediis menſis poni ſolitum. Virg. 7. Æn. 528.

Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant. Cic. 6. Verr. 131. Ideo præteribo, quod iſte menſas Delphicas e marmore, crateras ex ære pulcherrimas, vim maximam vaſorum Corinthiorum, ex omnibus ædibus ſacris Syracuſis abſtulit. Al. Pulcherrimos. Stat. 10. Theb. 307.

— Bacchus in altos
Crateras, pateraſque redit.

Ahenus crater. Virg. 9. Æn. 165.

— fuſique per herbam
Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos. i. e. Potant.

Antiquus. Virg. 9. Æn. 266.

Cratera antiquum, quem dat Sidonia Dido.

Argenti crateres. i. e. Argentei. Perſ. 2. Sat. 52.

Capax urnæ crater. Juven. 12. Sat. 44.

Cælatus. Ovid. 8. Met. 668.

Corneus. Martial. 12. 32.

Et cum lucerna, corneoque cratere.

Delicatus. Cic. 2. Att. 14. Quoniam putas prætermittendum nobis eſſe hoc tempore cratera illum delicatum.

Fractus crater in hoſtes. Stat. 1. Achill. 114.

Impreſſus ſignis. Virg. 5. Æn. 536.

Inauratus. Ovid. 2. Faſt. 251.

Magnus. Virg. 2. Georg. 457.

Et magno Hylæum Lapithis cratere minantem.

Sodalis Veneris. Hor. 3. Carm. 18. 7. Crateram Veneris ſodalem dixit, quia ſine Cerere & Libero friget Venus. Porphyr.

Solidus auro crater. Virg. 2. Æn. 765.

Vacui mero crateres. Stat. 2. Theb. 76.

Induere corona magnum cratera. Virg. 3. Æn. 525.

Tum pater Anchiſes magnum cratera corona
Induit, implevitque mero.

Laceſſere aliquem magno cratere. Valer. 5. Argon. 571.

Siſtitur argento crater. Ovid. 8. Met. 669.

Crater, pro Vaſe in quo cibus coquitur, vel menſæ apponitur. Ovid. 5. Faſt. 522.

Nunc dape, nunc poſito menſæ enituere Lyæo:
Terra rubens crater, pocula fagus erant.

Craterem refert ad Dapes; Pocula ad Lyæum. [Immo utrumque potorium vas, ſed Crater haud dubie majoris generis, unde vina, cyathis hauſta, Poculis, i. e. pateris vel ſcyphis infundebant.

Crater, Signum cæleſte, quod oritur decimo ſexto Calend. Mart. veſpere. V. Arat. v. 448. & ejus Interpretes. conf. ᴄʀᴀᴛᴇʀʀᴀ.

Crater, eſt quam vulgo Pelvim appellant in fontibus manufactis, id eſt ſalientis aquæ conceptaculum. Plin. 5. Epiſt. 6. ad Apollinarem, Hic juxta fonticulus: in hoc crater, circa ſiphunculi plures miſcent jucundiſſimum murmur. Ibidem paulo infra, E ſtibadio aqua velut expreſſa cubantium pondere, ſiphunculis effluit, cavato lapide ſuſcipitur, gracili marmore continetur, atque ita occulte perforato, ut impleat nec redundet.

Crater in monte Ætna appellatum eſt Foramen, per quod ignis ciniſque evomitur; quod quum aliquando duobus in locis fieri videatur, duos eſſe hujuſmodi crateres dixere. Strabo, Ipſa vero montis Ætnæ cacumina flagrantibus incendiis multipliciter mutari manifeſtum eſt. nunc quidem in craterem collabitur ignis, nunc diviſus egreditur, modo igniti defluunt rivi, modo flammæ aut fumus, fuligove conſurgunt. Plin. lib. 3. cap. 8. Mons Ætna nocturnis mirus incendiis: crater ejus patet ambitu ſtadiorum viginti. V. Diogen. Laert. in Vita Platon. S. 18. ejuſque Interpp.

Crater, Vorago, ſeu hiatus terræ. Ovid. 5. Met. 424. de Plutone Proſerpinam rapiente,

— in gurgitis ima
Contortum valido ſceptrum regale lacerto
Condidit: icta viam tellus in tartara fecit,
Et pronos currus medio cratere recepit.

h. e. In mediam voraginem.

Item, Sinus in litore Campano, a Miſeno Athenæum uſque extenſus, duobuſque pæne coeuntibus promontoriis incurvatus, ut eſt auctor Strabo lib. 5.

Cʀāᴛēʀᴀ, æ. f. Idem, quod Crater. Hor. 3. Carm. 18. 7. & 2. Serm. 4. 80.

Sive gravis veteri crateræ limus adhæſit. Al. Craterræ. q. V.

Cʀᴀᴛᴇʀīᴛᴇs, æ. m. Gemma eſt inter chryſolithi & electri colorem. Plin. lib. 37. cap. 10.

Cʀāᴛᴇʀʀᴀ, æ. f. Vaſis genus, quod nunc Situlam vocamus, auctore Nonio 15. 36. Nævius Lycurgo, Nam ut ludere lætanteis inter ſe vidimus propter amnem, craterris ſumere aquam ex fonte. Varr. de Vita Pop. Rom. lib. 3. ad Sibaritanam prædam, in qua ſunt tripodes, craterræ, anancæa pocula nobilium Tarentinarum. V. Barth. ad 2. Theb. Stat. p. 300. & Interpp. Cic. 2. de Nat. Deor. 114.

Craterræ vocabulum trahitur a Cratere, quod vas eſt vini. Feſtus. Al. Creteræ. [Parum conſtat diverſumne hoc a Cratere, ſeu Cratera, an idem vaſis genus fuerit. Adducta certe a Nonio loco de Potorio vaſe intelligenda videntur. Ciceronis haud dubie, quia Græcum κρατὴρ exprimere debuit, & Hydriæ jam v. anteced. meminerat, ne hanc intelligi putes.

Cʀăᴛĕʀᴜs, i. m. [Κρατερὸς] Statuarius nobilis, quem probatiſſimis ſignis Palatinas domos Cæſarum repleviſſe auctor eſt Plin. lib. 36. cap. 5.

Fuit & alter Craterus pictor, qui Comœdos Athenis in Pompeo pinxit, teſte eodem Plin. lib. 35. cap. 11.

Craterus, Macedo e comitibus Alexandri, qui etiam res ejus geſtas ſcripſit, cujus meminit in Ariſtide Plutarchus.

Craterus, Medicus item fuit inſignis, de quo Cic. 12. Att. 13. Commovet me Attica, etſi aſſentior Cratero. Hujus ſervum ſcribit Porphyrius Tyrius lib. 1. ἀδεῖ λειχῆς τῶν ἐμψύχων, morbo inuſitato affectum, quum medicamenta non prodeſſent, vipera, piſcis in formam figurata, & ab eo devorata, ſanum factum. Hujus Crateri meminit etiam Hor. 2. Serm. 3. 161. Perſius 3. Sat. 65.

Ec quid opus Cratero magnos promittere montes?

Cʀăᴛᴇs, ētis. m. [Κράτης] Thebanus, philoſophus Cynicus, Diogenis diſcipulus, qui ut Suidas, itemque Diogenes ſunt auctores, in pecuniam omnem ſubſtantiam redigens, apud trapezitam depoſuit hac lege, ut ſi filii philoſophi eſſent, eam indigentibus civibus diſtribueret, nihilo philoſophos indigere exiſtimans. Si autem idiotæ, eis redderet: ut vacuis virtute ſaltem opes opitularentur. Philoſtratus autem in Vita Apollonii, & Diocles ſubſtantiam aiunt in mare projeciſſe, ut liberius philoſopharetur. Emicuit autem Demetrii Poliorcetæ temporibus, ad quem Thebas obſidentem miſſus legatus, ſua auctoritate ab obſidione patriæ removit. Auctor Plutarchus.

Crates, quum indoctum puerum vidiſſet, pædagogum ejus percuſſit. Quintil. lib. 1. cap. 9.

Item Crates, Athenienſis, poeta comicus antiquæ Comœdiæ, auditor Polemonis philoſophi, ut tradit Suidas. V. Meurſ. Biblioth. Attic. lib. 2.

Crates Mallotes grammaticus, ſub Ptolemæo Philometore, æqualis Ariſtarchi grammatici, cognominabatur Criticus, ſive Homericus. ſcripſit in Iliada & Odyſſeam libros IX commentariorum. Auctor Suidas. Hic, ut ait Tranquill. in lib. de Illuſtrib. Grammat. cap. 2. ſtudium grammaticæ primus Romam intulit. miſſus enim ad Senatum ab Attalo rege ſub ipſam Ennii mortem, plurimas acroaſes fecit, aſſidueque per omne tempus legationis diſſeruit: noſtris quoque exemplum fuit ad imitandum. Hæc ille.

Cʀāᴛᴇs, is. f. [ταῤῥὸς] Tabula viminibus contexta. Plaut. Pœn. 5. 2. 65. Sub cratim uti jubeas ſeſe ſupponi. Sed uſitatius in plurali utimur. Liv. 10. 38. Ibi mediis fere caſtris locus eſt conſeptus cratibus, pluteiſque & linteis contectus.

Æratæ. Stat. 4. Theb. 110.

Omnibus æratæ propugnant pectora crates.

Arbuteæ. Virg. 1. Georg. 166.

Ficariæ crates, Catoni lib. 2. de R. R. cap. 48. Ubi præcipit ſeminario imponi crates ficarias. Sed quæ ſint ficariæ crates, haud ſatis pervium. Multi enim multa. Turnebus autem Eas intelligit, quibus fici dum ſiccantur acclinatis in teſtudinis morem, adverſus injuriam pluviæ noctiſque rorem defenduntur, de quibus Columel. ſcribit lib. 12. cap. 15. Sed & in cratibus ſtratæ ficus ſiccantur in ſole, quod ϑιλοπεδᾶν Græci vocant. Hæc Turneb. Adverſ. 6. 23. conf. Pitiſc. Lex. [ϑιλοπεδᾶν. H. St. Vide Theſ. Gr. ejuſd. T. 1. col. 1180.

Rara. Juven. 11. Sat. 82.

Sicci terga ſuis rara pendentia crate
Moris erat quondam feſtis ſervare diebus.

Stercorariæ crates. Cato cap. 10.

Textæ. Hor. Epod. 2. 45.

Claudenſque textis cratibus lætum pecus,
Diſtenta ſiccet ubera.

Vimineæ. Virg. 1. Georg. 95.

Solvere crates favorum. Virg. 4. Georg. 214.

Spinæ crates, Metaph. Ovid. 8. Met. 806.

Ventris erat pro ventre locus: pendere putares
Pectus, & a ſpinæ tantummodo crate teneri.

Ponitur etiam pro Occa apud Virg. 1. Georg. 95.

Multum adeo, raſtris glebas qui frangit inertes
Vimineaſque trahit crates, juvat arva.

Et Plin. 18. 18. Semen protinus injiciunt, crateſque dentatas ſuper trahunt.

Cʀᴀᴛīᴄŭʟᴀ, æ. f. [ταῤῥίον] dimin. In qua cibi torrentur. Martial. lib. 14. 227.

Parva tibi curva craticula ſudet ofella.

Argentea craticula. Petron. cap. 31.

Cʀᴀᴛɪᴄᴜʟᴜᴍ, i. n. a Græco κρατέω deducitur, inquit Feſtus. Quidam κρατεῖνιον, vel κρατάιωμα legunt, Scaliger A crate.

Cʀᴀᴛɪᴄŭʟᴜs, a, um. Adj. Cancellatus. Cato R. R. cap. 13. Lucernas craticulas duas. Popma legit, Et craticulas: ſed alii omnes conjungunt. [Immo non omnes: nam ſunt qui ſine copula legunt: Lucernas, craticulas. alii aliter. Vix admitti poteſt iſtud Craticulus adjectivum, nec quale ſit intelligo. Craticulatas potius dixiſſet Cato, ſi ad Cratium ſimili-

ſimilitudinem neſcio quam confectas lucernas intelligi voluiſſet. Forte Grandiculas ſcripſit, verbo Plautino, & ad rem ſubjectam certe perquam accommodato.

CRĀTĪTIUS, a, um. Adj. ut, Cratitii parietes, Qui cratibus inſertis fiebant, ſeu aſſeribus arrectis, tranſverſiſque in modum cratis: vocanturque alio nomine Intergerini, ut etiam Feſtus oſtendit: quod videlicet vicinorum cœnacula his dirimerentur. Vitruv. lib. 2. 8. extr. Cratitii vero parietes velim quidem ne inventi eſſent, quantum enim celeritate & loci laxamento proſunt, tanto majori & communi ſunt calamitati, quod ad incendia uti faſces, ſint parati.

CRĀTIO, īre. Occare. Plin. lib. 18. cap. 28. Utiliſſimum ſimul & herbæ arare, deinde cratire, ſerere florem ex fœnilibus, atque ex præſepibus fœno delapſum ſpargere prius, quam cratiantur. Cratire vocat, Terram cratibus in pulverem reſolvere, & ſemen jactum obruere.

CRATHIS, cum TH aſpirato, [Κρᾶθις] Herodoto lib. 1. Achæorum fluvius, a quo qui in Italia ſic cognominatur, nomen accepit. De quo Ovid. 15. Met. 315.

Crathis, & hinc Sybaris veſtris conterminus oris
Electro ſimiles faciunt auroque capillos.

Hunc & Lapidoſum eſſe ait 3. Faſt. 581. Hujus fluvii meminit Plin. 3. 10. Hic, ut ait Strabo lib. 6. multis medetur morbis, homineſque in eo lotos, cæſarie candidos & flavos efficit.

CRATICULA, V. CRATES.

CRĀTĪNUS, i. m. [Κρατῖνος] Athenienſis comicus antiquæ Comœdiæ, vir voluptati deditiſſimus, puerorumque amator. docuit fabulas XXI, vicit IX. Auctor Suidas. Locus Suidæ corruptus, ſcripſit enim Fabulas XXXVII, ut, clare patet ex Athenæo, Heſychio, aliiſque Auctoribus. Hujus etiam meminit Hor. 1. Epiſt. 20. 1.

Priſco ſi credis, Mæcenas docte, Cratino:
Nulla placere diu, nec vivere carmina poſſunt,
Quæ ſcribuntur aquæ potoribus.

Fuit & alter Cratinus, Poeta comicus, qui VI Fabulas ſcripſit. V. Athenæum lib. 14. &c. Heſych. Polluc. & alios.

Fuit & Cratinus quidam pictor, cujus meminit Plin. lib. 35. cap. 11. Audax. Perſ. 1. Sat. 123.

CRATIO, īre. V. CRATES.

CRĂTIPPUS, i. m. [Κράτιππος] Mitylenæus, quem Athenis docentem audivit Ciceronis filius: ut eſt in procemio librorum De officiis. Hic Pompeium poſt Pharſalicam pugnam fugientem apud Mitylenen, occurrens ultro ſolatus eſt verbis philoſophicis, ad ſpemque hortatus, quum quædam de providentia diſſeruiſſet, reſque Romanas tandem labi eſſe neceſſe affirmaret. Plutarch. in Pompeio.

CRATIS, ſine aſpiratione [Κρᾶτις] Africæ fluvius, e Sicyone lacu profluens in Oceanum, juxta quem nonnulli fabulati ſunt electrum naſci. V. Plin. 37. cap. 2.

CRĂTȲLUS, i. m. [Κράτυλος] Athenienſis philoſophus, Heracliti diſcipulus, & Platonis mortuo Socrate præceptor: ex cujus nomine dialogum de Significatione nominum, Cratylum inſcripſit. Diog. Laert. in Plat. S.6.

CRAUGIÆ, Inſulæ duæ ſunt, quæ Spiræo promontorio objacent. Auctor Plin. lib. 4. cap. 12.

C R E

CREĀGRA, æ. f. [κρεάγρα] ex κρέας caro, & ἄγρα captura. Mart. Capell. 9. p. ult. Artes creagris vix amicas Atticis. Gloſſ. Iſidor. Creagræ, Fuſcinæ ad carnes de caldariis proferendas.

CREBENIA, V. CEBRENIA.

CRĒBER, bra, brum. [συχνὸς, θαμινὸς] Frequens; quaſi Creſcens numero. Virg. 3. Georg. 470.

Non tam creber, agens hiemem, ruit æquore turbo.

Crebri ad terram decidunt. Plautus Pœn. 2. 3. 8. Et Amphit. 1. 1. 81. Crebri hoſtes cadunt. Liv. 1. 31. pr. Crebri cecidere cælo lapides.

Africus creber procellis. Virg. 1. Æn. 85.

— creberque procellis Africus.

Agmen crebrius. Ovid. 1. de Arte Am. 66.

Amplexus crebri. Ovid. 9. Met. 537.

Anhelitus. Virg 5. Æn. 199.

Auſter. Virg. 5. Æn. 764.

Creber & aſpirans rurſus vocat Auſter in altum.

Compellationes crebræ. Cic. 12. Fam. 25. i. e. Frequentes.

Diluvia crebra, & aſſiduæ tempeſtates. Plin. lib. 8. Epiſt. 17.

Funale crebrum. Cic. de Senect. 44. Delectabatur crebro funali & tibicine. [i. e. Crebro lato & relato, interprete J. F. Gronov. Obſ. 3. 6. Perperam in ed. Lond. ad Crebro Adv. hic locus referebatur.

Gemitus. Ovid. 10. Met. 509.

Ictus. Hor. 1. Carm. 25. 2.

Ictibus crebris juvenes protervi.

Ictus creber, aut languidus. Plin. lib. 11. cap. 37. §. 88.

Ictus crebros congeminare. Virg. 12. Æn. 713.

— tum crebros enſibus ictus
Congeminant.

Litteræ crebræ. Cic. 16. Fam. 5.

Ilicibus crebris ſacra nemus accubet umbra. Virg. 3. Georg. 334.

Mobilitas crebra. Ovid. 15. Epiſt. 48. de Concubitu.

Mortes crebræ. Tacit. 2. Hiſt. 30.

Nuntius creber recurrit. Claud. 2. in Eutrop. 323.

Pericula. Sen. Herc. fur. v. 327.

— nemo ſe tuto diu
Periculis offerre tam crebris poteſt.

Pocula. Lucret. lib. 4. 1226.

Pulſus. Virg. 12. Æn. 533.

— crebro ſuper ungula pulſu
Incita.

Quæſtu crebro petere aliquid. Tacit. 3. Ann. 55.

Repulſus. Lucret. lib. 4. 105.

— aſſiduo crebroque repulſu.

Rumore crebro vulgi lacerari. Tacit. 15. Ann. 73.

Salicto crebro oppletus locus. Plaut. Aulul. 4. 6. 9.

Sermo creberrimus. Cic. 14. Philipp. 14. Scitis enim per hos dies creberrimum fuiſſe ſermonem: me per Idus Quintiles, qui dies hodie eſt, cum faſcibus deſcenſurum.

Silva. Lucret. lib. 6. 1304.

Sonus. Plin. lib. 10. cap. 29.

Tela. Virg. 11. Æn. 611.

— fundunt ſimul undique tela
Crebra nivis ritu.

Terræ. Virg. 3. Æn. 127.

— crebris freta concita terris. i. e. Inſulis. Al. Conſita.

Vocibus crebris petere aliquid. Claud, in ſec. Conſ. Stil. 54.

Venæ & arteriæ crebræ, multæque toto corpore intextæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 138.

Crebræ, vel potius quotidianæ, compellationes. Cic. 12. Fam. 25.

Creber in eo fuiſti: h. e. Frequens & aſſiduus. Cic. pro Planc. 83. Sic 1. Att. 19. Et in ſcripto multo eſſem crebrior quam tu.

Frequentia rerum creber. Cic. 2. de Orat. 56. Thucydides omnes dicendi artificio mea ſententia facile vicit, qui ita creber eſt rerum frequentia, ut verborum prope numerum ſententiarum numero conſequatur.

Crebriſſimos fluctus dixit Gell. 2. cap. 30. pro Creberrimos.

CREBRE, Adv. Vitruv. 2. 9. Palationibus crebre fixa.

CREBRITER, Adv. etiam Vitruv. 8. 3. & 10. 19. Sed uſitatum magis

CREBRO, Adv. [συχνῶς] Frequenter. Ter. Heaut. 1. 2. 31. Scortari crebro nolunt.

Crebro & Interdum. Cic. 1. de Legib. 15. Crebro inſiſtens, interdum acquieſcens.

Reverberari crebro. Curt. 8. 9. 7.

Compar. Studioſius & crebrius aliquid agere. Cic. 1. de Divin. 93. Etruſci autem, quod religione imbuti ſtudioſius & crebrius hoſtias immolabant.

Superl. Creberrime. Cic. 1. de Divin. 56. Quæ creberrime commemorantur a Stoicis.

Crebriſſime utitur Cæl. Aurel. Tard. 2. 2. Adducere buccas crebriſſime.

CREBRĬTAS, ātis. f. [συχνότης] Frequentia. Cic. 3. Fam. 1. Ut longi temporis uſuram, qua caruimus, intermiſſa noſtra conſuetudine & gratia, & crebritate & magnitudine officiorum meorum ſarciam. Idem 13. Att. 18. Tanta erat crebritas litterarum.

Concinnitas crebritaſque ſententiarum. Cic. de Clar. Orat. 327.

CREBRITUDO, īnis. f. pro Crebritate. Siſenna lib. 4. Hiſtoriarum. Nonius 2. 178. Antiquum.

CREBRESCO, crēbrui, vel CREBESCO, bui, [συχνοῦμαι] ĕre. Crebrum fieri. Plin. 6. Epiſt. 26. Tum crebreſcere fragor, adventare etiam, &c.

Optatæ auræ crebreſcunt. Virg. 3. Æn. 530.

Sermonem crebreſcere. Virg. 12. Æn. 222.

Famam Germanicæ cladis crebreſcentem nequaquam mæſta civitas excipiebat. Tacit. 4. Hiſt. 12.

CREBRĬSŪRUS, a, um. Adj. ut, Vallum crebriſurum apud Ennium, ſignificat Vallum crebris ſuris, hoc eſt palis munitum. Feſtus.

CRĒDO, credĭdi, credĭtum, [πιστεύω] ĕre. eſt Dictis vel factis fidem habere. Virg. 2. Æn. 247. De Caſſandra,

Ora dei juſſu non unquam credita Teucris.

Credo illum jam affuturum eſſe. Ter. Eun. 4. 6. 1.

Credam fore, dum quidem ipſe in manu habeo. Plaut. Aſin. 2. 4. 57.

Credo te credere. Ter. Andr. 5. 4. 45.

— omnes nos gaudere hoc, Chreme,
Te credo credere. CH. ita me dii ament, credo.

Avidiſſime credere. Plin. lib. 5. cap. 1.

Cito credere de aliquo. Cic. 3. Fam. 11. Bis ad te ſcripſi, me purgans diligenter, te leviter accuſans in eo, quod de me cito credidiſſes.

Recte credere de aliquo. Cic. 9. Att. 11. Recte non credis de numero militum.

Magis credo. V. MAGIS.

Obſtinate credere. V. OBSTINATUS.

Satis credo. Ter. And. 4. 1. 49. Idem Eun. 5. 8. 21.

Gaudeo. C. ſatis credo, nihil eſt Thaide hac, frater, tua &c.

Tarde. Ovid. 2. Epiſt. 9.

Temere. Ovid. ad Liv. 329.

Temere alicui de re aliqua. Quintil. lib. 2. cap. 14.

Non temere. Cic. de Petit. Conſ. 30. Nervos atque artus eſſe ſapientiæ, non temere credere.

Si credere dignum. Virg. 3. Georg. 391.

Sic credidit alta vetuſtas. Sil. lib. 1. 26.

Vix credere poſſis Quam ſibi non ſit amicus. Hor. 1. Serm. 2. 19.

Credere, Putare, inquit Donatus. Ter. Adel. 4. 5. 59.

Quid credebas? dormienti hæc tibi confecturos deos?

Inhoneſtam ſibi credidit orationem Socrates, quam ei Lyſias reo compoſuerat. Quintil. lib. 2. cap. 15.

Credo, addimus, inquit Donatus, ad ea quæ apud nos parum certa ſunt, ut Dubitationem potius quam Certitudinem ſignificet. Ter. Adel. 1. 2. 71. Credo, jam omnium tædebat.

Credo, Ironice dictum, inquit Donatus. Ter. Eun. 5. 2. 23.

Abin hinc inſana? P. quid ita vero? debeam,
Credo, iſti quicquam furcifero, ſi id fecerim.

Cic. 1. de Nat. Deor. 86. de latronibus & ſacrilegis loquens, Credo, aut illos mortis timor terret, aut hos religionis.

Credo, Vere ſcio. Ter. Phorm. 1. 1. 6. Ei credo munus hoc corraditur. Cic. 5. Verr. 216. At uberiora cibaria facta ſunt caritate. credo: neque id eſt novum, neque reprehendendum. Donatus.

Credo, interpoſitum. Cic. 1. Fam. 9. Exarſi non ſolum præſenti, credo, iracundia.

Credo, in reſponſione. Ter. Eun. 2. 2. 41.

Num quidnam hic quod nolis vides? P. te G. credo. at numquid aliud?

Credo qui, pro Nimirum qui. Cic. 6. Verr. 33. Pueri autem Siſennæ, credo, qui audiviſſent quæ in iſtum teſtimonia eſſent dicta. Et pro Roſc. Amer. 111. Credo propterea, quod quibus in rebus intereſſe non poſſumus, in his operæ noſtræ vicaria fides amicorum ſupponitur. pro Utique.

Credere, dubitantis: Certum eſſe, fidentis. Ter. Eun. 4. 7. 42.

— quin redimus: jam hæc tibi aderit ſupplicans
Ultro. THR. credin'? G. immo certe.

Credere alicui. Plaut. Bacch. 2. 2. 7.

Venire tu me gaudes: ego credo tibi.

Credere alicui quod dicit. Ter. Eun. 4. 4. 37.

— age nunc bellua,
Credis huic quod dicat? PY. quid isti credam? res ipsa indicat.

Credo ne tibi hoc nunc, peperisse hanc e Pamphilo? Ter. Andr. 3. 2. 17.
Mihi crede. Cic. 6. Verr. 28. Fuit tanti, mihi crede: haberes quod defenderes. vel Utique significat. Cic. 10. Att. 4. Non sum (mihi crede) mentis compos. [Atque ita Cic. sæpissime. Poëtæ elegiaci contra, ob metrum, Crede mihi.
Credere alicui de. Cic. 8. Att. Quod si voluerit tibi obtemperare, & nobis de Cæsare credere, &c.
De se alicui. Ovid. 1. de Pont. 8. 13.

Caspius Ægypsos, de se si creditur ipsis,
Condidit, & proprio nomine dixit opus.

Chirographis alicujus. Cic. 10. Fam. 21. pr.
Famæ. Ovid. 9. Epist. 119.
Fidei. Ter. Eun. 5. 2. 59. Crede hoc meæ fidei, dabit hic aliquam pugnam denuo.
Mustelæ credere. Plaut. Stich. 3. 2. 43.

Certum est mustelæ posthac nunquam credere.

Genus erat augurii domesticum, quum vel serpens, vel mustela visa erat, vel gallina cecinerat, aut canis ater ædes ingressus erat. Hoc auspicium inventum fuerat a Telegono, ut refert Suidas in Τηλέγονος. Ter. Phorm. 4. 4. 25.

Introiit in ædes ater alienus canis;
Anguis per impluvium decidit de tegulis;
Gallina cecinit, &c.

Oraculis credere. Curt. 10. 5. 33.
Pretio credere jubemus illum cui rem vel magni, vel exigui momenti esse persuadere volumus, ex eo quod vel magno, vel parvo pretio comparata est. Claud. de Birro, 4.

Si mihi nulla fides, credite vel pretio.

Rumori credere. Suet. Vesp. 6. Quasi minus rumori crederent.
Sententiæ alicujus de utilibus, atque honestis. Quintil. lib. 2. cap. 8.
Verbis blandis. Ovid. 2. Epist. 49.
Credere, pro Confidere. Ovid. 17. Epist. 172.

Moribus & vitæ credidit ille meæ. Virg. 2. Ecl. 17.
O formose puer, nimium ne crede colori. i. e. Ne confide. Servius.

Credere & confidere. V. CONFIDO.
Credere se alicui, h. e. Fidei ejus committere. Plaut. Trin. 1. 2. 102.

Crede huic tu te, jam suam rem melius gesserit. Per ironiam dictum. Al. Credo.

Committere & credere aliquid fidei & potestati alicujus. Cic. 1. Q. frat. 1.
Rectissime & credere & committere omnia alicui. Cic. 1. Q. frat. 1.
Causam diis credere. Lucan. lib. 7. 77.
Concubinas alicui. Martial. lib. 12. 49.
Custodiam alicui. Clemens in l. ult. D. de custod. reorum.
Pecuaria præsidio canum credere. Auctor ad Heren. lib. 4. 47. Nam quum canes fungantur officiis luporum, cuinam præsidio pecuaria credemus?
Pignora sua alicui. Ovid. 3. de Arte Am. 486.
Summam belli puero. Virg. 10. Æn. 70.

Num puero summam belli? num credere muros?

Se credere Neptuno, pro Se committere mari. Plaut. Rud. 2. 6. 2.
Se credere cælo præpetibus pennis, pro Volare. Virg. 6. Æn. 14.

Dædalus (ut fama est) fugiens Minoia regna,
Præpetibus pennis ausus se credere cælo.

Se credere audent gramina in novos soles. Virg. 2. Georg. 333.

Inque novos soles audent se gramina tuto
Credere. i. e. Egredi terram, & crescere.

Se hostibus perfidis credere, Dedere. Hor. 3. Carm. 5. 33.
Male credere, i. e. Diffidere. Ovid. 12. Met. 115.

Dixit: &, anteactis veluti male crederet, hastam
Misit in adversum Lycia de plebe Nemeten.

Credere aliquid alicui, pro Communicare secretum, consilia, & hujusmodi. Ter. Adel. 4. 5. 6.

Quandoquidem hoc nunquam mihi ipse voluit credere.

Animum suum credere alicui. Ter. And. 1. 5. 38.
Consilia sua credere alicui. Ter. Eun. 3. 1. 13. Idem Adelph. 5. 4. 18.

Illum amant, me fugitant: illi credunt consilia omnia.

Rem tanti sceleris, ignotis alienisque servis non esse credendam. Cic. pro Cœl. 53.
Facinus magnum credere timido pectori, stultum est. Pseud. 2. 1. 3.
Verba credere alicui. Ter. Phorm. 1. 2. 11.

Cujus tu fidem in pecunia perspexeris,
Verere ei verba credere?

Credere se tectis alicujus. Cic. 3. Att. 15. Ego si tuam fidem accusarem, non me potissimum tuis tectis crederem. i. e. Non diversarer apud te.
Credere uni omnia. Cic. pro Lege Manil. 68. Sic apud Ter. Eun. 3. 1. 12. Credere exercitum alicui.
Credere alicui argentum, & similia: i. e. Servandum committere. Plaut. Asin. 24. 87.

Nunquam hodie induces: ut tibi credam hoc argentum ignoto. Sic,

Credere aurum fidei alicujus. Plaut. Aul. 4. 2. 8. Unde Creditores dicti.
Argentum credere, aliter. Liv. lib. 27. extr. Res inter se contrahere, vendendo, emendo, mutuum dando, argentum creditum solvendo. Plaut. Rud. 2. 7. 23.

Tibi ego nunquam quisquam credam, nisi accepto pignore.

Credere, absolute, subaudito Pecuniam, ut
Credere fidei alterius. Cic. pro Flac. 46. Qui tamen credidit P. Fulvii Veratii lectissimi hominis fidei. Al. Fide.
Credere mutuitanti. Plaut. Merc. prol. 51.

Conclamitare tota urbe: & prædicare,
Omnes tenerent mutuitanti credere.

Credas cui male. Plaut. Curcul. 4. 1. 20.
Per syngrapham quidpiam alicui. Cic. de Arusp. Resp. 29. Alterum putabo regem, si habuerit unde tibi solvat quod ei per syngrapham credidisti.
Exegit quod credidit. Cic. pro Rabir. Posth. 39. An quum credebat inductus usuris, id agebat ut haberet quamplurimum? Posteaquam exegit quod crediderat, ut existimaretur non egere, novum genus hoc gloriæ concupiscit?
Credere coliculis, & arboribus, i. e. Sub agri pignore mutuam dare pecuniam. Martial. lib. 12. 25.

Quod mihi non credis veteri, Thelesine, sodali,
Credis coliculis, arboribusque meis.

Credere sub usuris alicui. Gaius in l. Mandatam inter. §. 1. D. Mandat. vel contr. Sic & Sine usuris credere, Ibid.
Periculo suo credere. Ulpian. l. idemque. §. Si mandavero. D. Mandat. vel contr. Quamvis si periculo suo credidisset, cessaret, inquit Labeo, in usuris actio mandati. Subaudi, Pecuniam.
Credendi appellatio generalis est, ait Ulpian. in l. 1. D. de rebus creditis, Nam cuicunque rei assentiamur alienam fidem secuti, mox recepturi quid ex hoc contractu, credere dicimur. Hæc ille. Sive ergo pecuniam aliasque res, quæ non in specie, sed in genere redduntur: sive quid aliud cujus solutio speciem, id est individuum ipsum creditum exigat, (ut in deposito & pignore) alterius fide committamus, recte credere dicimur. Hotom.
Ceræ aliquid credere. Plaut. Pers. 4. 3. 59.
Campo credere aciem. Virg. 9. Æn. 42.

Neu struere auderent aciem, neu credere campo.

Libris arcana, Committere. Hor. 2. Serm. 1. 31.

Ille velut fidis arcana sodalibus olim Credebat libris.

Nocti veritus se credere. Ovid. 4. Met. 620.
Paludi alveos apum non credere. Virg. 4. Georg. 48.
Pedibus se. Sil. lib. 4. 302.
Pugnæ se. Virg. 5. Æn. 383.

CREDUIS, pro Credas, frequens apud Plaut. ut in Amph. 2. 2. 40.

Nunquam edepol tu mihi divini quidquam creduis post hunc diem.

Idem. Bacch. 3. 3. 72. Ipsus nec amat, nec tu creduas. conf. Capt. 3. 4. 73. Truc. 2. 2. 52.

CREDĬTUR, impers. [πιστεύεται] pro Fides adhibetur. Plaut. Stich. 4. 1. 5.

Nunc quia te amicum mihi experior esse, creditur tibi.

Non temere creditur. Cic. pro Rosc. Amer. 62. Tamen non temere creditur, neque levi conjectura res penditur.
Creditur mihi apud illum. Plaut. Menæh. 4. 3. 25.

Neque domi, neque apud amicam mihi jam quicquam creditur.

Creditur, pro Commodatur. Plaut. Pers. 2. 5. 19.

Ego rejiciam, habe animum bonum. SA. creditur, commodabo.

Creditum est. Ter. Adel. 3. 4. 28.

Ignotum est, tacitum est, creditum est.

CREDENS, entis. Partic. [πιστεύων] ut, Fallere credentem. Ovid. 2. Epist. 63.

CREDĬTUS, a, um. Partic. [πεπιστευμένος] Hor. 1. Carm. 3. 5.

Navis, quæ tibi creditum
Debes Virgilium, finibus Atticis
Reddas incolumem precor.

Cuncta (ut mos famæ) in majus credita. Tacit. 3. Ann. 44.
In creditam pecuniam accipere. Ulpian. l. Si remunerandi. §. Apud Julianum. D. mandat. vel contr. In creditam pecuniam videtur, inquit, accepisse. Sic enim Florentina lectio. Alii legunt, In creditum.
In deterius credita. Tacit. 3. Ann. 10.
Solvere pecunias creditas. Cic. in Pison. 38.
De pecuniis creditis jus dicere. Cic. de Provin. Consul. 7.
Male credita Claudia. i e. Male audiens. Sil. 17. 34. Al. Mala. h. e. Impudica. Nic. Heins.

Claudia, non æquæ populi male credita famæ. [Alias durissimus versus fit quinque vocabulis in litteram insuavissimam desinentibus.

CREDĬTUM, i. n. [δάνεισμα] Quod nobis debetur. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 20. Accipiam ergo, tanquam creditum, non beneficium.
Publicum creditum. Quintil. lib. 5. cap. 10.
Ire in creditum. Paulus in l. Multum. §. Mutui datio. D. de rebus creditis, Quoniam earum rerum datione possumus in creditum ire.
Ire in creditum dicitur, non qui rem suam, seu certam speciem vindicat, sed qui in personam agit, ut sibi satisfiat. Ulpian. in l. procuratoris. D. de tributor. actio. Plerumque tamen simpliciter pro Credere accipitur: ut apud Paulum, in l. 2. D. si cert. petat. & Mæcianum in l. servo invito. in fin. D. ad Senatusconsul. Trebell.
Possidere in creditum dicitur, Qui in possessionem pignorum debitoris, ex decreto Prætoris missus est. Ulpian. in l. a Divo. D. de re judic.
Solvere creditum. Sen. de Benef. lib. 2. cap. 34. Post deinde aliter beneficium, aliter creditum solvitur.
Inter Creditum & Mutuum. Mutuum enim id vocamus, Quod vel ex datione alicujus, vel numeratione debetur: in ceteris rebus appellatio mutui non habet locum. Creditum autem dicitur & Ipsum mutuum, & quod ex legati caussa debetur, & quod ex pretio venditi redigitur, & quod ex testamento competit, & (ut uno verbo dicam) id quod ex quacunque caussa debetur. Hæc Harmenopul. de Mutuo & pignoribus.

CREDĬTOR, ōris. m. [δανειστής, χρήστης] Caius de Verb. significat. Creditorum appellatione non ii tantum accipiuntur, qui pecuniam crediderunt, sed omnes, quibus ex qualibet causa debetur. sicuti ex empto, vel ex locato, vel ex ullo alio contractu debetur. Cicero 3. in Verr. 73. Erant nonnulli togati, creditores Græcorum, quibus ad exigendas pecunias improbissimi cujusque legati plurimum prodest gratia. Hor. 2. Serm. 3. 65.

Integer est mentis Damasippi creditor? esto. h. e. Qui Damasippo credidit pecuniam.

Totius summæ creditor. Quintil. lib. 5. cap. 82.
Inter creditores debitoris corpus dividere. Quintil. lib. 3. cap. 6.
Sponsores & creditores. Cic. pro Quint. 73. Etenim si ex edicto possedisti, quæro cur bona non venierint? cur ceteri sponsores & creditores non convenerint?
Creditoris sui negotia gerere. Ulp. l. Si remunerandi. §. Apud Julianum. D. Mandat. vel contr.

CREDĬTRIX, īcis. f. Paulus in l. Claudius Felix. §. Aut contra. D. Qui potior. in pign. vel hyp. Poterit uti exceptione rei judicatæ adversus primam creditricem.

CREDĬBĬLIS, e. [πιθανός] Quod ita verisimile est, ut credi facile possit. Cic. 4. Verr. 180. Multa enim, quæ scio abs te esse commissa, quod aut nimium turpia, aut parum credibilia sunt, prætermittam.
Credibile est. Ovid. 2. Trist. 72.
Fortior credibili. Ovid. 3. Fast. 618. h. e. Dido in morte sibi consciscenda fuit fortior, quam cuiquam fuisset credibile.
Conjectura rei alicujus credibilis. Cic. 2. de Divin.
Narratio credibilis. Cic. in Orat. 124.

Sermo credibilis. Ovid. 1. de Arte Am. 467.
Sit tibi credibilis sermo, consuetaque verba.
Stoicum est quidem, nec admodum credibile. Cic. 4. Acad. 85.
CREDIBILĬTER, Adv. [πιθανῶς] Cic. pro Deiot. 17. Id vos & a viro optimo, & ab homine minime stulto cogitatum esse confingitis: at quam non modo non credibiliter, sed ne suspiciose quidem.
CREDŬLUS, a, um. Adj. [πιστευτικός, ἄπιστος] Qui quæcunque dicuntur facile credit. Cic. de Amicit. 99. Hæc enim in fabulis stultissima persona est, improvidorum & credulorum senum. Virg. 9. Ecl. 34.
—sed non ego credulus illis. Quod in proverbium abiit.
Credulo auditori opponit Religiosum judicem Cic. pro Font. 13. Ubi discerni stultus auditor & credulus, ab religioso & sapienti judice possit?
Animus credulus. Sen. Troad. 1. 1.
Homines. ut, Quando ista vis autem evanuit? an postquam homines minus creduli esse cœperunt? Cic. 2. de Divin. 117.
Præbere se credulum. Cic. 15. Att. 16. Vel verba mihi dare facile patior in hoc meque libenter præbeo credulum.
Res. Ovid. 6. Epist. 21. Credula res amor est.
Rates credulæ dicuntur, Quibus qui se committunt creduli, qui se posse omnia pericula vitare credunt. Sen. Hippol. v. 530.
Senes creduli. Cic. de Senect. 36.
Spes animi credula mutui. Hor. 4. Carm. 1. 30.
CREDULĬTAS, ātis. f. [ταχυπείθεια, πιθανότης] Facilitas ipsa credendi. Cic. 10. Fam. 23. pr. Credulitas enim error est magis, quam culpa. Martial. lib. 5. 1. Et tumidus Galla credulitate fruar.
Addicere credulitatem alicui. Curt. 7. 7. 8.
Damno esse solet puellis credulitas. Ovid. 17. Epist. 39.
Capi credulitate. Ovid. 1. de Pont. 1. 44.
In bonam partem Christiani Scriptores usi sunt.ut Salvian.lib.3. de Provid. Qui tam magnam credulitatis & fidei mercedem hoc sæculo esse volumus, qualis credulitas & fides esse debeat considerate.
CREDUO, V. Creduis, in CREDO ad fin.
CREMASTĒRES, um. m. pl. [κρεμαστῆρες] Nervi, a quibus testes dependent. Columel. lib. 6. cap. 26. Deinde prius quam ferrum admoveas, duabus angustis ligneis regulis (veluti forcipibus) apprehendere testium nervos, quos Græci κρεμαστῆρας ab eo appellant, quod ex illis genitales partes dependent. V. Cels. 7. 18.
CREMATIO, CREMATOR. V. CREMO.
CRĒME, es. [Κρέμη] Urbs Ponti, a qua gentile Cremesius. Steph.
CREMEN, CREMENTUM, pro Augmento, V. CRESCO.
CRĔMĔRA, æ. f. [Κρεμέρα] Fluvius Tusciæ, apud quem Fabii a Veientibus occisi fuerunt. Juven. 2. Sat. 155.
Quid Cremeræ legio, & Cannis consumpta juventus
Tot bellorum animæ? V. Ovid. 2. Fast. 205.
CREMIUM, i. n. [φρύγανον] Columel. lib. 12. cap. 19. rusticos dicit ita nominare surculos aridos & minutos: quanquam scriptum est Gremia. Hermolaus in Plinium. Quidam Carnem frixam in frixorio interpretantur, quæ quo magis torretur, eo magis virtus & humor evacuatur: & in hac significatione Psalmorum interpretem usurpasse affirmant, ubi inquit Ps. 101. 4. vulg. Et ossa mea sicut cremium aruerunt. Sunt tamen qui Frixorium velint esse: alii Durum illud quod in frixorio remanet.
Cinnamomi sorte cremia discerni. Plin. lib. 12. cap. 19. Sed Hard. ex MSS. Sorte gemina legit.
CREMIĀLIS, e. ut, Arbores cremiales, l. 7. Dig. de solut. matrim. §. 12. Ita legunt Salmas. & Hotoman. Vulgo legitur Gremiales.
Arbores Gremiales in edit. Flor. Ant. August. Termes. Alii Cremiales. vide Lex. Juris. H.St. Desiderabatur hæc dictio in ed. Lugd. de qua conf. Cang. Gloss.
CREMMYON, ōnis. f. [Κρεμμύων Stephano] Oppidum non procul a Corintho, juxta quod Theseus suem, quæ omnes agros devastabat, occidit. Ovid. 7. Met. 435.
Quodque suam securus arat Cremyona colonus. Ubi alterum M, versus gratia a poeta est elisum. Crommyon autem per o, urbs est juxta Ascalonem, de qua infra. Heins. Suis & Cromyona. q. V.
CRĔMO, [καίω] āre. Comburere. Plin. lib. 17. cap. 1. Ad Neronis principis incendia, quibus cremavit urbem.
Equos cremare. Plin. lib. 7. cap. 30.
Faces. Ovid. 8. Met. 878.
Igni cremari. Cic. 2. de Legib. 57. Cæs. 1. Bell. Gall. 7.
Sepultura humili cremari. Cic. 14. Philip. 34. Quod tamen ipsum pro patria non miserandum putatur: nec dispersis bustis, humili sepultura crematos, &c.
Tepore leni cremari. Ovid. 2. Met. 811.
CREMANDUS, a, um. Partic. [καυστέος] ut, Membra cremanda. Ovid. in Ibin, 518.
Des tua succensæ membra cremanda pyræ.
Dare artus cremandos. Sen. Octav. v. 171.
Etiam noverca, quum rogis artus tuos
Dedit cremandos.
CREMĀTUS, a, um. [κεκαυμένος] Partic. Cic. 1. de Divin. 47. O præclarum discessum (inquit) e vita, quum (ut Herculi contigit) mortali corpore cremato, in lucem, animus excesserit. De Calano Indo.
Corinthus cremata flammis. Sen. Med. 1. 8.
Ilium crematum. Hor. 4. Carm. 4. 53.
Gens, quæ cremato fortis ab Ilio, &c.
Mortuos crematos excitare. Idem Epod. 17. 79.
Purgamenta cremata. Plin. 20. 5.
CREMĀTIO, ōnis. f. [καῦσις] Plin. lib. 23. cap. 2. Crematio ei multum virium adjicit.
CREMĀTOR, ōris. m. Qui cremat. Tertull. adv. Marc. 5. 16. Cremator Deus, i. e. Qui flammis mundum puniturus est.
CREMĀBILIS, e. Gloss. Cyrill. Cremabilis, καύσιμος.
CREMIALIS, V. CREMIUM.
CRĔMŌNA, æ. f. [Κρεμώνη] Italiæ civitas: de qua Strab. lib. 5. sic scribit, Cis Padum vero, circumque Padum celeberrimæ sunt civitates, Placentia & Cremona, media in regione propinquissimæ: inter has, & Ariminum sunt Parma, Mutina, Bononia. Virg. 9. Ecl. 28.
Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.
CRĔMOR, ōris. m. [χυλμός] Id quod exprimitur ex grano aliquo aqua macerato. Cato de R. R. c. 86. Ubi coctum erit, lacte addat paulatim, usque adeo donec cremor crassus erit factus. Hinc cremorem ptisanæ Galenus atque adeo medici omnes vocant succum ex hordeo cocto percolatum & expressum, quod vulgo dicitur hordeum mundatum. Cels. lib. 3. cap. 7. Ducenda alvus, vel aqua, vel ptisanæ cremore. Ovid. de Medic. fac. 95.
Hordea quem faciunt illis infunde cremorem.
CRĒNA, æ. f. [κρήνη] Hermolaus in Plin. lib. 11. cap. 37. Crenæ sunt incisuræ, a quibus crenata herbarum folia vocantur, hoc est serrata, sectaque per ambitum. Hodie quoque multis locis signa quibus agrestes numerum aliquem in ferulis descriptum habent, Crenæ appellantur. In sagitta quoque, partis extremæ sectio, in quam nervus inseritur, arcum tendere volentibus, Crena dicitur. Sed & in ipso arcu summa cornua, crenas suas habent, in quibus collocatur, sedetque nervus. Hactenus Hermolaus. Plin. lib. 11. cap. 37. §. 68. Postea arteria & stomachus denticulatus callo in modum rubi ad conficiendos cibos, decrescentibus crenis quicquid appropinquat ventri. In MSS. legitur Renis, aut Venis. V. Hard.
CRĒNIS, idis. f. Nymphæ nomen, teste Prisciano grammatico in septimo.
CRĒNÆUS, [Κρηναῖος] a CRENE, Gr. κρήνη, nomen Lapithæ apud Ovid. in Metam. 12. 313.
CRĔO, [κτίζω, γεννάω, ποιέω, δημιουργέω] āre. a Carne derivatur, inquit Perottus, & Producere significat. Cic. 5. de Fin. 38. Etenim omnium rerum, quas & creat natura, & tuetur, &c.
Natura enim fingit homines & creat imitatores & narratores facetos. Cic. 2. de Orat. 219.
Creare & gignere artis maxime proprium est. Cic. 2. de Nat. Deor. 37.
Terra creavit genus humanum. Lucret. lib. 5. 820.
Arbores. Virg. 2. Georg. 9.
Principio arboribus varia est natura creandis.
Carmina creata de aliquo. Ovid. 3. Trist. 14. 14.
Palladis exemplo, de me sine matre creata
Carmina sunt: stirps hæc progeniesque mea.
Fruges. Lucret. lib. 2. 170.
Tempora mutare annorum frugesque creare.
Pecus creare, Gignere, Submittere. Ovid. 3. Fast. 245.
Nunc fecundus ager, pecoris nunc hora creandi.
Portenta tellus. Lucret. lib. 5. 835.
Multaque tum tellus etiam portenta creare
Conata est.
Fortes creantur fortibus. Hor. 4. Carm. 6. 29.
Quæritur uxor pueris creandis. Hor. 1. Epist. 2. 44.
Creare, Excitare, Efficere, ut Dissolutionem stomachi. Plin. lib. 9. cap. 48.
Duritiem. Cels. lib. 2 cap. 13. Nam & astringitur aliquid eo adempto, quod interpositum ut id laxaretur effecerat, & mollitur eo detracto quod duritiem creabat.
Errorem. Cic. 2. de Divin. 55. Nonnunquam etiam errorem creat similitudo.
Fastidium creare dicitur mel. Plin. lib. 22. cap. 24. Usus despumati semper aptior, stomachum tamen inflat, bilem auget, fastidium creat, & oculis per se inutile aliqui arbitrantur.
Lites creare & serere. Plaut. Pœn. 3. 2. 9.
Luxuries creatur in urbe, ex luxuria existat avaritia necesse est. Cic. pro Rosc. Amer. 75.
Seditionem creare. Vellei. 2. 20. 1.
Valetudinem adversam. Cels. lib. 1. in proœm. Neque esse dubium, quin alia curatione opus sit, si ex quatuor principiis vel superans aliquid, vel deficiens adversam valetudinem creat.
Vomitum. Plin. lib. 9. cap. 48.
Creare, Afferre, cum dativo, ut Ærumnas creare alicui. Plaut. Mil. 1. 1. 33.
Commoditates alicui. Plaut. Pœn. 4. 2. 94.
Fraudem suis cruribus capitique suo. Plaut. Mil. 2. 3. 23.
Odium sibi creare apud aliquem. Justin. 31. 4.
Periculum alicui. Cic. 4. Verr. 90. Itaque hortari homines cœpit, ut aliquid Stenio periculi crearent criminisque confingerent.
Voluptatem creare inimicis. Plaut. Casin. 2. 7. 3.
Creare, Eligere, ut Censores. Suet. Aug. 37. Censores creari desitos longo tempore creavit.
Consules. Cic. 9. Att. 11. Id assequitur si per Prætores Consules creantur.
Ducem creare bello gerendo. Liv. 1. 23.
Magistratum. Cic. 2. de Divin. 54. Quod quidem institutum Reip. causa est, ut comitiorum vel in judiciis populi, vel in jure legum, vel in creandis magistratibus, principes civitatis essent interpretes.
Vitio magistratum aliquem creare, Adversis auspiciis. Liv. 23. 31. extr. Creatur ingenti consensu Marcellus, qui extemplo magistratum occiperet. Cui ineunti Consulatum quum tonuisset, vocati Augures vitio creatum videri pronuntiaverunt. adde lib. 8. 17. & 9. 7.
Regem creare. Phæd. 1. Fab. 31. 8.
Senatores creare. Suet. Aug. 40.
Tribunum aliquem rite. Quintil. lib. 2. cap. 4.
CREĀTUS, a, um. Partic. ut, Matre serva creatus. Flor. 1. 6.
Genere dubio creatus. Ovid. 5. Met. 145.
Cibi creati. Ovid. 1. Met. 103.
Contentique cibis nullo cogente creatis,
Arbuteos fœtus, montanaque fraga legebant.
Hostes tellure creati. Idem 7. Met. 30.
Prætores creati. Nepos 1. 4. 4.
Proles creata. Ovid. 7. Met. 30.
Terrigenæ creati. Lucan. 4. 552.
CREĀTIO, ōnis. f. [κτίσις] ut, Creatio magistratuum. Cic. 3. de Legib. 10.
Liberorum creationi studere. Ulp. in l. si paterfamilias. §. ult. D. de adoptionib.
CREĀTOR, ōris. m. [κτίστης] Cic. 2. de Divin. 64.
Nobis hæc portenta deûm dedit ipse creator.
Achillis magni creator; i. e. Pater. Ovid. 8. Met. 309.
Cælitum creator Jupiter. i. e. Pater. Sen. Hippol. v. 888.
Te, te, creator cælitum, testem invoco.
Rerum creator & opifex. Lucan. lib. 10. 266. —ille creator
Atque opifex rerum.
Urbis Romæ creator Romulus. Cic pro Corn. Balb. 31. Quod princeps ille creator hujus urbis Romulus, fœdere Sabino docuit, etiam hostibus recipiendis augeri hanc civitatem oportere.
CREĀTRIX, īcis. f. [κτίστις] ut, Rerum creatrix natura. Lucret. lib. 2. 1116.

Bellorum dira creatrix. Sil. lib. 15. 184.
Belli creatrix manus chalybum. Valer. 5. Argon. 143.
Patria ô mea creatrix, patria ô mea genitrix. Catull. 61. 50. De Berecynth. & Aty.

Creatūra, æ. f. [κτίσις] Tertull. Apol. cap. 30. Illius est ipse (imperator) cujus & cælum est & omnis creatura. V. Alcim. Avit. 2. 47. Pro Homine ponitur apud Vulg. interpr. Marc. 16. 15. & ad Coloss. 1. 13.

Creāmen, ĭnis. n. [κτίσμα] Creatio. Prudent. Hamartig. v. 505.
—ex elementis
Cuncta solubilibus, fluxoque creamine constant.

Creabĭlis, e. Adj. Apul. Trismeg. p. 85. Materia creabilis est, i. e. Creari potest. Adde August. Confess. lib. 12. cap. 19. & cap. 28.

Creobula, æ. f. Mentastrum. Apul. de Herb. cap. 90.

Creocaccabus, [κρεοκάκκαβος] Græcis dicebatur Caro minutatim concisa cum sanguine & adipe, ac liquore jussulento dulciarioque. V. Cæl. Rhod. lib. 9. cap. 17.

Creŏn, ontis. m. [Κρέων] Corinthiorum rex, prædonis Sisyphi filius, Creusam filiam Iasoni, Medea repulsa, in matrimonium dedit. De quo Tragœdia est, Medea inscripta, Senecæ.
Creon, alter rex Thebanorum pater Iocastæ uxoris OEdipi, post Polynicem & Etheoclem interfectos, sumpsit imperium, filiamque suam Megaram Herculi junxit, ut est apud Senecam in Hercule furente. V. Phœniss. Euripid.
Immansuetus Creon. Stat. 12. Theb. 477.
Infestus. Sen. Med. 7. Perimere quum te vellet infestus Creon.
Magni Creontis filia. Hor. Epod. 5. 64.
Creon item, Lesbi insulæ mons est, ut scribit Plin. lib. 5. cap. 32. Montes habet Lepethymum, Ordynum, Macistum, Creonem, Olympum.

Creontiades, is. m. [Κρεοντιάδης] Herculis filius ex Megara, quem pater cum Theriomacho fratre ab inferis rediens, & in furorem versus a Junone, quod Lycum interfecisset, interemit. V. Sen. Herc. Fur.

Creōphylus, i m. [Κρεώφυλος] Samius, quem aliquando tradunt suscepto in hospitium Homero, accepisse ab eo donum, inscriptionem poematis, quod OEchaliæ captivitatem vocant. Sed Callimachus per epigramma quoddam contrarium ostendit, quod quanquam Creophilus opus composuerit, Homeri tamen dicatur propter dictum hospitium. Quidam hunc Homeri magistrum tradunt: quidam non hunc, sed Aristæum Proconnesium. Auctor Strabo lib. 14.

Crĕpæ, a principio Capræ sunt appellatæ: quod cruribus crepent, auctore Festo.

Crepax, In crepo.

Crĕpĕrus, a, um. Adj. [ἀμφίβολος] Anceps & dubius, inquit Festus cum Nonio 1. 45. Lucret. lib. 5. 1295.
Exæquataque sunt creperi certamina belli. Accius Phœnissis, Quæ ego cuncta esse fluxa in mea re crepera comperi. Lucil. lib. 5. Sat. In summo crepera juventus salutis. V. Apul. de Deo Socrat. p. 51. Hinc

Crepuscŭlum, i. n. [ἀμφιλύκη, δείλης, δείλη] Extremum diei tempus, inquit Festus. Nonius vero, Crepusculum, inquit, dicitur Lux dubia. Columel. lib. 6. cap. 23. Id quoque semper crepusculo fieri debet. Plin. lib. 18. cap. 25. Oriente sole vel Occidente matutini vespertinive cognominati, prout alterutris eorum mane vel crepusculo contingit. De stellarum ortu & occasu duplici loquitur. Servius in Virg. 2. Æn. 268. De crepusculo quod est dubia lux (nam creperum, dubium est) quæritur: & licet utrique tempori possit jungi, usus tamen ut matutino jungamus obtinuit. aliquando autem jungitur vespertino. Lucan.
Longa repercusso nituere crepuscula Phœbo.
Crepusculo primo. Plaut. Casin. prol. 40.
Lucis dubiæ crepuscula. Ovid. 11. Met. 596.
Opaca. Ovid. 14. Met. 122.
Sera noctem trahunt. Ovid. 1. Met. 219.
Facta. Ovid. 14. Epist. 21.
—modo facta crepuscula terris,
Ultima pars noctis primaque lucis erat.

Crepusculasco, ĕre. Sidon. 8. Epist. 3. Hora crepusculascens.

Crepusci, olim nominati, Qui tempore crepusculi nati erant. Varro de L. L. 5. 2.

Crespŭlus, a, um. Gloss. Gr. Lat. ὀρθρινός, matutinus, crespulus. [An Crepusculus? Videtur enim esse Adj. dimin. a Creperus, & in Crepusculum n. subaudiri Tempus.

Crēphăgĕnētus, i. m. [Κρηφαγένητος] Deus Thebæorum in Ægypto, qui immortalis colebatur. Soli enim, teste Plutarcho, nullum deum mortalem venerabantur.

Crĕpi, orum. m. Luperci dicti sunt a crepitu pellicularum, quem faciunt verberantes. Mos enim erat Romanis nudos discurrere in Lupercalibus, & obvias quasque feminas pellibus ferire. Fest.

Crĕpĭda, æ. f. [κρηπίς] Gell. lib. 13. cap. 21. Omnia ferme id genus quibus plantarum calces tantum infimæ teguntur, cetera prope nuda, & teretibus habenis vincta sunt, soleas dixerunt: nonnunquam voce Græca crepidulas. Et paulo post, Sed (ut dixi) crepidas & crepidulas, prima syllaba correpta, id genus calceamentum appellaverunt, quod Græci κρηπῖδας vocant. Ejusque calceamenti sutores, crepidarios dixerunt. Sempronius Asellio in libro Rerum gestarum, Crepidarium, inquit, cultellum rogavit a crepidario sutore. Hæc Gell. Hor. 1. Serm. 3. 127.
Chrysippus dicat: sapiens crepidas sibi nunquam,
Nec soleas fecit. Cic. pro Rabir. Posth. 27. Non solum cum chlamyde, sed etiam cum crepidis in Capitolio statuam videtis. Quidam hoc nomen a Crepitu, hoc est sono quem reddunt ambulando, dicunt appellatam Crepidam. [Induxit hæc H. St. ut plane inepta.
Carbatinæ crepidæ. Catul. 95. 4.
In crepidis, pro Crepidatus. V. in
Supra crepidam non judicare. Plin. 35. 10. Feruntque Apellem a sutore reprehensum, quod in crepidis una intus pauciores fecisset ansas; eodem postero die superbo emendatione pristinæ admonitionis cavillante circa crus, indignatum prospexisse, denuntiantem, ne supra crepidam judicaret, quod & ipsum in proverbium venit.

Crepidārius, a, um. Adj. ut, Crepidarius cultellus. Gell. 13. 21. V. supra in crepida.

Crepidātus, a, um. Adj. [κρηπιδωτός] Cic. in Pison. 92. Inde nocte intempesta crepidatus, veste servili navem conscendit. Et Suet. Domit. cap. 4. Certamini præsedit crepidatus.

Crĕpĭdŭla, æ. f. [κρηπίδιον] dimin. V. Gellii exemplum in crepida. adde Plaut. Pers. 1. 2. 3.

Crĕpīdo, ĭnis. f. [κυματωγή] est, inquit Valla in Raudensem, Ora terræ, quam aqua alluit: ex hoc appellata, quod ibi aqua alluens crepat crepitatve quum currit, aut undas appellit. licet Græci sibi hujus nominis originem vendicent. Stat. 9. Theb. 492. de Fraxino.
Stabat gramineæ producta crepidine ripæ
Undarum ac terræ dubio. Columel. lib. 8. cap. 17. Sic enim maris atrocitas objectu crepidinis frangitur. V. Curt. 5. 1. 28.
Per metaphoram vero & Putei extremam oram, quæ ad puteum respicit, quod vulgo dicitur Os putei; & Extremitatem omnem, solemus Crepidinem appellare. Hæc Valla in Raudensem. Varro 3. de R. R. cap. 11. Circum totum parietem intrinsecus crepido lata, in qua secundum parietem sint tecta cubilia.
Crepido, Abrupti saxi altitudo & moles etiam dicitur, ut ait Servius: vel Ora præcipitii. Virg. 10. Æn. 653.
Forte ratis celsi conjuncta crepidine saxi
Expositis stabat scalis, & ponte parato.
Dorsi crepido. Stat. 1. Achil. 448.
Prima rates Danaas Hecateia congregat Aulis
Rupibus expositis, longique crepidine dorsi, &c. i. e. Aulis longe exporrecta in mare Euboicum scopulis prominentibus. Idem 1. Silv. 1. 38.
—teneat quamvis æterna crepido
Quæ superingesti portaret culmina montis.
Graminea. Stat. 1. Silv. 3. 43.
Crepido, etiam Editioris cujusque loci altitudo & extremitas, quam mendici insidere solebant, inquit Merula. Juven. 5. Sat. 8.
Nulla crepido vacat, nusquam pons? Seneca, Quis crederet jacentem super crepidinem Marium, aut fuisse, aut futurum Consulem? Budæus. V. Cic. 7. Verr. 97.

Crepis, ĭdis. f. Herba est caule foliato, de qua vide apud Plin. lib. 21. cap. 16.

Crepitaculum, **Crepito**, **Crepitus**. In crepo.

Crepitulum, i. n. Ornamentum capitis. id enim in capitis motu crepitum facit. Festus. V. Tertull. de Pallio cap. 4.

Crĕpo, ui, ĭtum, [ψοφέω] āre. proprie Sonare significat. Plaut. Men. 5. 5. 26.
Dic mihi, en unquam intestina tibi crepant, quod sentias?
ME. Ubi satur sum, nulla crepitant: quando esurio, tum crepant.
Crepuit foris, i. e. Insonuit, inquit Donatus. Ter. Adel. 2. 3. 11. Sed quidnam foris crepuit?
Crepuit foris. Plaut. Amph. 1. 2. 34.
Orationem comprimam, crepuit foris. Hoc more Attico dictum est. Nam quia Athenis fores in publicum aperiebantur, qui domo exibat, ne quem eas aperiendo forte prætereuntem læderet, eique fores impingeret, crepitum eas feriens ante edebat. Id vero est quod Attici ψοφεῖν dicunt: Grammatici a κόπτειν differre tradunt, quod illud exeuntium sit, hoc ingredientium. Turnebus.
Crepuit clare foris. Plaut. Pœn. 3. 2. 33.
Arma civilis crepuere belli. Sen. Thyest. 7.
Dentes crepuere retecti. Pers. 3. Sat. 101.
Sonabile sistrum crepuit. Ovid. 9. Met. 783.
Crepare, Prædicare: tumque accusativo jungitur. Hor. 1. Carm. 18. 5.
Quis post vina gravem militiam aut pauperiem crepet? Alii legunt Increpet. Lucret. lib. 2. 1166.
Et crepat antiquum genus & pietate repletum.
Crepare, Rumpi. Virg. 5. Æn. 205.
—& acuto murice remi
Obnixi crepuere.
Crepare, præsertim adhiberi de Verberibus & plagis, observat Broeckh. ad Propert. 4. 7. 21.

Crĕpans, antis. Partic. Martial. lib. 12. 36.
Libras quatuor, aut duas amico,
Algentemque togam, brevemque lænam,
Interdum aureolos manu crepanteis
Possint ducere qui duas calendas,
Quod nemo, nisi tu, Labulle, donas, &c.
Pes crepans. Hor. Epod. 16. 48.
Levis crepante lympha desilit pede.

Crepĭto, āre. frequent. est proprium Cymbalorum, tympanorum, & aliorum hujusmodi. Ad alia tamen etiam transfertur. Plin. lib. 12. cap. 17. Myrtata deprehenduntur, crepitantque in igne.
Auster. Virg. 3. Æn. 70.
Bractea crepitat leni vento. Virg. 6. Æn. 209.
Dentibus crepitare. Plaut. Rud. 2. 6. 5.
Flammis. Tibul. lib. 2. 5. 81.
Ut succensa sacris crepitet bene laurea flammis.
Grandine. Virg. 5. Æn. 458.
—multa grandine nimbi
Culminibus crepitant. Ubi Servius dicit esse Hypallagen: nam debuisset dicere, Multo nimbo grando crepitat.
Malæ duro crepitant sub vulnere. Virg. 5. Æn. 436.
Venter mihi crepitat. Plaut. Amph. 4. 2. 12. V. in crepo.

Crepitans, antis. Partic. ut, Arma crepitantia. Ovid. 1. Met. 143. & 15. 783.
Æra crepitantia. Virg. 4. Georg. 151.
Flamma crepitans. Sen. Agamemn. 850.
Rami crepitantes auro. Ovid. 10. Met. 648.
Rostrum crepitans. Idem 6. Met. 97.
Sinus carbasei crepitantes. Virg. 11. Æn. 775.
Squamæ crepitantes. Ovid. 12. Epist. 101.

Crepitanter, Adv. ut, Crepitanter explicare. Sidon.

Crepĭtus, ûs. m. [ψόφος, βρόμος] est Sonus ex impulsu resultans, qualis est ostii pulsati, cymbalorum, tympanorum, tubarum, cornuum
Armorum. Plin. lib. 2. cap. 57.
Dentium. Cic. 4. Tusc. 19.
Forium. Plaut. Curc. 1. 3. 1. V. in ipso verbo.
Frenorum. Varro R. R. lib. 2. cap. 7.
Gladiorum. Hirt. de Bell. Hisp. 31.

Imbrium,

Imbrium. Plin. lib. 12. cap. 1.
Pedum. Cic. in Topic. 52.
Plagarum. Cic. 7. Verr. 161.
Testarum. Juven. 11. Sat. 170.
Dissonus crepitus. Plin. lib. 2. cap. 12.
Dare crepitum, Crepitare. Juven. 5. Sat. 108.
Crepitus, [κορκορυγμὸς] est etiam Eruptio spiritus ex ventre. ut, Stoici putabant non minus honestos crepitus esse, quam ructus. Ex Cic. 9. Fam. 22. Et apud Plinium, Crepitum reddere. lib. 27. cap. 12. βόμβυς Græci appellant. V. REDDO. & Suet. Claud. 32. & Scalig. Auson. Lect. 1. 25. p. 72.

CRĔPŬLUS, a, um. Adj. Avienus in Virgine:
Non ut fessa virûm repararet gaudia vultu,
Sed crepula ut late vomeret convicia voce. h. e. Voce crepitante & increpatoria. Adde Sidon. Epist. 4. 15.

CRĔPĬTĀCŬLUM, i. n. [κρόταλον] Instrumentum quod manibus percussum reddit sonum. Columel. lib. 9. cap. 12. Crepitaculis æreis, aut testarum, plerumque vulgo jacentium, sonitu terreatur fugiens juventus. Martial. Epig. de Crepitaculo, lib. 14. 54.
Puerilia crepitacula. Quintil. lib. 9. cap. 4. Mediis quoque verbis non ea modo cura sit, ut inter se cohæreant; sed ne pigra, ne longa sint: ne, quod nunc maximum vitium est, brevium contextu resultent, & sonum edant puerilium crepitaculorum.
Crepitaculum, pro Crepundiis, in quibus solent innutriri infantes. Lucret. lib. 5. 233.
At variæ crescunt pecudes, armenta, feræque,
Nec crepitacula eis opu' sunt, nec cuiquam adhibenda 'st
Almæ nutricis blanda, atque infracta loquela. Lambinus.

CREPITACILLUM, i. n. dimin. Tertull. adv. Judæos cap. 9. Scilicet vagitu ad arma esset convocaturus infans, & signum belli non tuba, sed crepitacillo daturus. Et adv. Marcion. 3. 13.

CREPAX, ācis. a Crepando. In versibus Mæcenatis quos refert Sen. Epist. 115. ubi vocat Crepacem malam.

CRĔPUNDIA, ōrum. n. plu. [ἀθύρματα παιδικὰ] sunt non modo Vestes, sed Bullæ, ensiculi, securiculæ, crepitacula, & puerilia ornamenta: a Crepando, hoc est tinniendo dicta: quoniam infantes hujusmodi crepitaculis maxime gaudent. Plaut. Cist. 3. 5.
Nam hic crepundia insunt, quibuscum te illa olim ad me detulit. Cic. in Brut. 313. Nunc quoniam totum me non nævo aliquo, aut crepundiis, sed corpore omni videris velle cognoscere, complectar nonnulla etiam, quæ fortasse videantur minus necessaria. Sumptum est de comœdiis, in quibus ἀναγνώρισις seu recognitio fit multis modis, præsertim per signa: quorum aliqua sunt in corpore, ut hic nævus: alia aliis in rebus, ut crepundia, monilia, quibus sæpe agnoscuntur perditi, ut in Plauti Cistellaria puella crepundiis agnoscitur. Proverbialis est loquutio. V. Petr. Victor. Var. Lect. 2. Casaub. ad cap. 6. Theophrast. Charact. Lindebrog. ad Ter. Eun. 4. 5. 16.

CREPUSCI, CREPUSCULASCO, CREPUSCULUM. V. CREPERUS.

CRESCO, crēvi, crētum, [αὐξάνω, προάγομαι, ἐπιδίδωμι, ἁδρύνομαι] ĕre. Augeri est. Plaut. Merc. 4. 5. suppos. 2. 29. Par est ætas: una crevimus.
Crescere & Decrescere, contraria. Cic. 2. de Divin. 33. Ostreisque & conchyliis omnibus contingere, ut cum luna pariter crescant, pariterque decrescant.
Lacte quis infantes nescit crevisse ferino? Ovid. 3. Fast. 53.
Tibi non crevi, Crevisse non videor. Martial. lib. 11. 39.
Jam mihi nigrescunt tonsa sudaria barba,
Et queritur labris puncta puella meis.
Sed tibi non crevi: &c. In Charidemum libertum invehitur, cui videbatur ferula adhuc coercendus, quamvis esset adultus.
In domo alicujus crevisse, pro Nutritum ab infantia fuisse. Suet. in Othon. cap. 1. Per gratiam Liviæ Augustæ, in cujus domo creverat, Senator est factus.
De tenui origine crescere. Ovid. 3. Fast. 433.
Crescere ad plenitudinem, & in longitudinem. Plin. lib. 11. cap. 37.
In astra molem maris. Lucan. lib. 5. 625.
In altitudinem. Liv. 5.
In immensum. Ovid. 4. Met. 660.
Immensum. Ovid. 5. Fast. 537.
In latitudinem. Columel. de Arborib. cap. 17.
In mores patrios. Stat. 4. Silv. 7. 43.
Opes in tantas brevi creverant. Liv. 21. 7. pr. de Saguntinis.
Ungues in aduncos. Ovid. 2. Met. 479.
In unum. Catul. Epig. 108.
Super ora, caputque crevit onus. Ovid. 12. Met. 517.
Male. Ovid. 3. Fast. 445.
— vegrandia farra coloni
Quæ male creverunt, vescaque parva vocant.
Paulatim. Lucret. lib. 1. 190.
Æquor crescit aquis. Lucan. lib. 5. 339.
Amor crescit. Stat. 3. Theb. 553.
Animi crescunt. Cic. pro Lege Manil. 45. Cum accepta calamitate ex eo prælio hostium opes animique crevissent.
Audacia crevit. Ovid. 8. Met. 82.
Barbam crescere. Lucret. lib. 5. 673.
Cupido furiosa opum crevit. Ovid. 1. Fast. 211.
Labor crescit. Sil. lib. 3. 529.
Mare crevit in astra, Alte intumuit. Sen. Hippol. 10.
Materies scribendi mihi crescit. Cic. 2. Att. 12. Quod me, ut scribam aliquid, hortaris; crescit mihi quidem materies, &c.
Mœnia crescunt. Ovid. 15. Met. 451.
Nomina crescunt. Ovid. 5. Epist. 23.
Odium crescebat in eos. Cic. de Arusp. Resp. 45.
Opes creverunt. Ovid. 1. Fast. 211.
Creverunt & opes, & opum furiosa cupido.
Pecunia. Juven. 14. Sat. 139.
Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.
Petra modicis ac mollibus clivis in sublime fastigium crescit, i. e. Exsurgit, attollitur. Curt. 8. 11. 6.
Seditio favore crescit. Ovid. 9. Met. 426.
Strages in cumulum crescunt. Claud. Cons. Prob. & Olyb. 110.
Virtus animo crescit. Claud. Cons. Mall. Theod. 15.
Vis animi pariter crescit cum corpore quoque. Lucret. lib. 3. 458.
Voluptas crescit. Sen. in Med. 12.
Voces auditæ crescunt in pectore. Valer. 7. Argon. 308.
Crescere, pro Honoratiorem & ornatiorem fieri, vel etiam Ditescere. Cic. pro Cluent. 77. Condemnato Oppianico, statim L. Quintius homo maxime popularis, qui omnes rumorum & concionum ventos colligere consuesset, oblatam sibi facultatem putavit, ut ex invidia Senatoria posset crescere, quod ejus ordinis judicia, minus jam probari populo arbitrabatur.
Criminibus crescere. Liv. 35. 19. Itaque si quibus tuorum meis criminibus apud te crescere libet, aliam materiam crescendi, quam ex me quærant.
Factis alicujus. Claud. 6. Cons. Hon. 103.
Crescere ex accusatione aliquorum. Cic. pro Rosc. Amer. 83. Nam si mihi liberet accusare, accusarem alios potius ex quibus possem crescere.
E mærore alicujus crescere, i. e. Fructum & gaudia ex alicujus mærore capere. Ovid. 15. Epist. 117.
Gaudet, & e nostro crescit mærore Charaxus
Frater, &c. V. ibi Burm.
Crescere de re aliqua. Cic. 7. Verr. 172. Denique si videor hic, id quod ego non quæsivi, de uno isto voluisse crescere: isto absoluto, quod sine multorum scelere fieri non potest, de multis mihi crescere licebit.
Crescere, Intumescere. Stat. 12. Theb. 110.
— manant lacera ora cruentis
Unguibus, & molles planctu crevere lacerti.
Cresse Præt. pro Crevisse dixit Lucret. 2. 684.

CRESCENS, Partic. [ἐπιδιδόμενος]
Anni crescentes, Viridis ætas. Ovid. 10. Met. 24. Martial. lib. 1. 89.
— raptum domino crescentibus annis.
Morbi crescentes & advenientes. Cic. 2. de Divin. 142.
Opus crescens. Ovid. 3. de Pont. 9. 22.
Pecunia. Hor. 3. Carm. 16. 17.
Crescentem sequitur cura pecuniam.
Poeta crescens, Inclarescens. Virg. 7. Ecl. 25.
Segetes. Ovid. 8. Met. 290.
Ventus. Catul. 62. Argon. 274.

CRESCENTIA, æ. f. Vitruv. 9. 9. Horarum brevitates aut crescentias cuneorum adjectus aut exemptus perficere cogit: scil. in Horologio.

CRĒTUS, a, um. Partic. [κριθεὶς] Virg. 2. Æn. 74.
— hortamur fari quo sanguine cretus. i. e. Quibus sit parentibus natus, ait Servius.
Sanguine cretus Sisyphio. Ovid. 13. Met. 31. — quid sanguine cretus Sisyphio, furtisque & fraude simillimus illi?
Ab origine cretus eadem Acrisius, &c. Ovid. 4. Met. 606.
Corpore mortali. Lucret. lib. 5. 6.

CRĒMEN, ĭnis. n. Incrementum. occurrit in Fragm. Poet.

CRĒMENTUM, i. n. Idem. Varr. apud Non. 2. 767. Cremento corpora fierent majora.
Mali fecundi crementa. Arator in Act. 2.
Unguium & capillorum facilia crementa. Tertull. Resur. Carn. 58.

CRES, pro Cretensi. V. CRETA.

CRESEIS, [Κρηνηΐς] Nymphæ marinæ nomen, a fontibus dictæ. κρήνη enim fons dicitur. Perottus. Rectius legeretur Creneis.

CRESILAS, Pictoris nomen, qui, Plinio teste, vulneratum deficientem depinxit, in quo possit intelligi quantum restet animæ: & Olympium Periclem dignum cognomine. V. ipsum lib. 34. cap. 8.

CRĒSIUM, i. n. [Κρήσιον] Mons est in agro Tegeatum, in quo fuit Aphnei sacellum. Nam ubi cum Aerope congressus est Mars, veluti memorant Tegeatæ, natus inde Aphneus matri nihilominus inhæsit, partui quamvis immortuæ, ac ex uberibus vi numinis paterni, multum copiosumque lac suxit. V. supra in APHNEUS, & Cælium lib. 20. cap. 25.

CRESPHONTES, ontis. m. [Κρεσφόντης] Viri proprium, qui, ut ex Ephoro refert Strabo, postquam Messeniam terram subjugavit, eam quinque in civitates divisit, ita ut Steniclarum in hujus regionis medio positam, regiam sibi statueret. V. Strabo lib. 8.

CRESPINUS, Frutex potius, quam arbor est, e terra virgultis plurimis assurgens, veluti corylus. Hic ab imo ad summum spinis quibusdam acutissimis horret longis, compressis, albicantibus, fractuque minime contumacibus, quæ per intervalla ternæ ex eodem pendent puncto. Cortex toti plantæ candidus, lævis, ac tenuis: cui subest ligni materies flava, fragilis, atque fungosa. Flores emittit ineunte Maio luteos, racematim cohærentes in uvæ fere modum, odore non ingrato. Quibus postea succedit fructus acinis oblongis, racemo pendulis, qui maturitate maxime rubent, punicæ mali acinis haudquaquam absimiles, quanquam figura longiore, gustu acido & subaustero, parvis reconditis intus nucleis. E fructu post vindemias vinum exprimunt, quod falso *de Berberi* vocant Officinæ: cui austeritatis aciditatisque longe plus inest, quam mali punicæ succo. Plura vide apud Matthiol.

CRESSA, æ. f. [Κρῆσσα] Oppidum Paphlagoniæ est, teste Stephano, post excidium Trojanum a Merione conditum.
Est & portus Cariæ, Rhodo insulæ oppositus. Plin. lib. 5. cap. 28.

CRESSÆA, [Κρουσαία] Herodoto lib. 7. Regio, Pallenæ vicina, ac Thermæo sinui contermina.

CRESTON, [Κρηστὼν] Oppidum, de quo Herodotus lib. 1. Qua lingua Pelasgi sunt usi affirmare non possum, sed conjectura signorum, licet dicere eadem, qua nunc Pelasgi utuntur, qui supra Tyrrhenos urbem Crestonem incolunt, quodam tempore finitimi eorum, qui nunc Dores vocantur. Al. Greston, Γρηστὼν, per G.
Est & nomen regis Bithyniæ, cujus meminit Justinus lib. 38.

CRĒTA, æ. & CRĒTE, es. [Κρήτη] Insula in Mediterraneo mari, centum urbium fama clara: nunc vulgo *Candia* dicitur: quæ (ut scribit Strabo lib. 10.) a Septentrione, Ægæo alluitur simul & Cretico pelago: ab Austro, Afro: ad Occidentem Ægilam & Cythera spectat: ad Orientem Carpathon. Habet in longitudine ducenta septuaginta millia passuum: in latitudine quinquaginta millia. Circuitus ejus quingentorum octoginta octo mil. pass. complectitur. Insignes in ea urbes sunt Gortyna, Cydonia, Gnosus Minois regia, & Strabonis cosmographi patria. Nullum in Creta animal noxium est: optimique vini fertilissima est. de qua Virg. 3. Æn. 134.

Creta Jovis magni medio jacet insula ponto:
Mons Idæus ubi, & gentis cunabula nostræ
Centum urbes habitant magnas, uberrima regna.

Dicta est Cureta, ab habitantibus Curetibus: & per syncopen Creta. Alii dicunt Cretam dictam, a Crete quodam Jovis filio, Curetum rege. Alii a Crete Nympha, Hesperidum una, Atlantis filia. Arrianus non a Crete, sed a Cres, Cretis genitivum faciente, nominatam dicit, ab eo qui Jovem abscondit in monte Lycæo. Unde Cressa, tantum fem. gen. i. e. Cretensis. Similiter Cresseus, & Cressius. Sunt autem hæc nomina quæ ex masculino femininum ad similem formam mittunt: scilicet Cres, Cressa: Libys, Libyssa: Phœnix, Phœnissa: Magnes, Magnessa: Thrax, Thressa, & Threissa. Tibull. 4. 1. 8.

— etiam Phœbo gratissima dona
Cres tulit.

Ausonius Monosyll. v. 87.

Præpetibus pennis super aëra vectus homo Cres.

De hac Diodor. lib. 6. & Plin. lib. 4. cap. 12. Hodie *Candia*.

Alta Creta. Virg. 5. Æn. 588.

Cærula Crete. Sen. in Herc. OEth. 15. Cærulam vocat, quoniam in mari est sita.

Dominatrix freti Creta. Sen. Hippol. 2.

Nobilis centum urbibus. Hor. Epod. 9. 29.

Potens centum oppidis. Hor. 3. Carm. 27. 24.

Spatiosa. Sen. Troad. 9.

Est & Crēta oppidum Scythiæ. Valer. 1. Argon. 330.

— quoties paucos ad litoris actus
Deficiam, Scyticum metuens, Pontumque, Cretamque.

CRĒS, Crētis. [Κρὴς] Qui est ex Creta. Cic. pro Muren. 74. Neque vero Cretes, quorum nemo gustavit unquam cubans, &c. V. CRETA.

Epimenides Cres. Cic. 1. de Divin. 34.

Cretes nescire pelagus, Proverbium quum quis nescire simulat quæ percallet: ex illo traditum, quod nemo Cretensis naviculariam & pelagi commercia nesciret. V. Erasm. in Chiliad.

CRESSA, æ. f. [Κρῆσσα] ut,

Puella Cressa. Ovid. 2. Epist. 76.

Pugnaces Cressæ, Canes de Creta dicuntur. Sen. Hippol. v. 32.

Teneant acres lora molossos,
Et pugnaces tendant Cressæ
Fortia trito vincula collo.

Nota Cressa. i. e. Signum candidum. Hor. 1. Carm. 36. 10.

Cressa ne careat pulchra dies nota.

Alludit ad morem illum a Thraciæ populis prius defluxum, quo dierum singulorum fortunas notare solebant veteres, adversas quidem lapillo atro, felices autem candido. Hunc morem Acron & Porphyrion etiam Cretensibus communem fuisse volunt. Lambinus aliter, quem vide. Vide proverbium Creta notare, in CRETA, Terra alba.

CRESSIUS, a, um. [Κρήσσιος] Adj. ut, Nemora Cressia. Virg. 4. Æn. 70. Regna. Ovid. 16. Epist. 299.

CRĒTIS, ĭdis. f. [Κρῆτις] ut, Nymphæ Cretides, Quæ Cretam incolunt. Ovid. 3. Fast. 444.

CRĒTÆUS, a, um. [Κρηταῖος] Adj. ut, Cretæa humus, apud Ovid. 10. Epist. 106.

Cervæ Cretææ, quia in Creta plurimæ sunt, in qua insula nascitur dictamnus, quo gustato vulnerati cervi sanantur. Sen. Hippol. 1.

Juvencus Cretæus. i. e. Minotaurus. Propert. lib. 3. 19. 11.

Urbes Cretææ. Ovid. 9. Met. 665.

CRETÆUS, i. m. Poeta quidam apud Propertium 2. 25. 29. Scribit enim,

Aut quid Cretæi tibi prosunt carmina lecta?

Ceterum quis sit is, nondum satis convenit. Beroaldus de Epimenide Crete dictum putat, quem scriptorem carminum fuisse nulli dubium est. Alii Lucreti legendum existimant, cujus elegantissima carmina de rerum natura extant. Fortasse enim ea perstudiose Lynceus legebat, quum & ipse poetas amaret, & versus scriberet, & ex illius ætatis secta se ad Epicuri sententiam propensiorem & dociliorem præberet. Probabilior tamen Beroaldi sententia videtur. [Immo Turnebi, Scaligeri, Broekhusii, qui certatim Lucreti prætulerunt.

CRETEÆ, arum. f. Insulæ quædam appellantur in Mœsia, contra Liburnos populos, quarum meminit Plin. lib. 4. cap. ult.

CRETENSIS, Adj. [Κρηταεύς] Idem quod Cretæus. ut, Cretensis homo. V. proverbium, Cretizare cum Cretensi, apud Erasmum. in Chiliad. i. e. Adversum mendacem mendaciis uti.

Judex Cretensis. Cic. 5. Philipp. 14. Judex Cretensis, isque nequissimus.

Tertius Jupiter Cretensis Saturni filius. Cic. 3. de Nat. Deor. 53.

CRETĬCUS, a, um. Adj. [Κρητικὸς] Quod ex Creta est. ut, Creticum mare. Hor. 1. Carm. 26. 2.

Calamus Creticus. Plin. lib. 16. cap. 36. Suum genus, inquit, sagittario calamo, ut diximus, sed Cretico longissimis internodiis, obsequentique quo libeat flecti calefacto.

Pes est trisyllabus in Prosodia, quem Creticum vocant, qui constat ex longa, & brevi, & longa. Cic. 3. de Orat. 183.

CRETICUS, M. Antoninus Triumviri pater dictus, quod Cretæ mortuus est. Plutarchus in Antonio pr. Meminit ejusdem Pedianus in 1. Verr. 3. & 4. Hunc tamen quidam Antonium Cicereium vitiose nominant.

Cognomen idem fuit Q. Metelli, qui insulam armis domuit. Flor. 3. 7. & Eutrop. 6. 9.

Creticus, Oratoris nomen, cujus meminit Juven. 2. Sat. 78.

Acer & indomitus, libertatisque magister,
Cretice, pelluces.

CRĒTA, æ. f. [κρήτη, κιμωλία] Terra alba & tenax, a Crescendo dicta, ut vult Perottus: quoniam proprietas ejus est, ut in macerando crescat: quod in primis cretæ Umbricæ accidit. Cretæ genera vide apud Plin. lib. 35. cap. 17.

Creta Asiatica. Cic. pro Flacc. 37. Hæc quæ est a nobis prolata laudatio, obsignata erat creta illa Asiatica, quæ fere, &c. Inter Asiaticas cretas, Galenus laudat cretam Cimoliam.

Cimolia creta, est, Qua utuntur pannarii in lanificio, ad lanæ duritiem emolliendam. Nebriss. De hac vide Cimolius in CIMOLIS.

Exesa nigris chelydris. Virg. 2. Georg. 214.

Humida. Hor. Epod. 12. 10.

Figularis. Plin. lib 31. cap. 3. Et Columel. lib. 6. cap. 17.

Putris. Martial. lib. 12. 62.

Sutoria creta. V. MELANTERIA.

Tenax. Virg. 1. Georg. 179.

Notare creta. Pers. 5. Sat. 107. i. e. Approbare; contra Carbone notare, Damnare. Album enim ad boni naturam pertinere, censuit Pythagoras: Atrum ad mali.

Solidare aream creta. Virg. 1. Georg. 162.

Creta qua fiunt amphoræ. Columel. lib. 12. cap. 43.

CRETĀCEUS, a, um. Adj. [κρητηρὸς] Quod est ex creta.

Cretacea siligo, Quæ crevit in loco cretoso. Plin. lib. 18. cap. 9. E siligine lautissimus panis, pistrinarumque opera laudatissima. Præcellit in Italia, si Campana Pisis natæ misceatur. rufior illa, at Pisana candidior, ponderosior vero cretacea.

CRETĀRIUS, a, um. Adj. ut, Cretaria taberna. Varro L. L. 7. 30.

CRETĀTUS, a, um. [κρητωτὸς] aliud Adj. Creta infectus. Plin. lib. 35. cap. 18. Tantumque non cum laureatis fascibus remitti illo, unde cretatis pedibus advenissent. Intelligit Plin. Venales quondam servos, qui ad summos honores libertatem adepti pervenissent. Idem lib. 35. cap. 17. Est & vilissima, qua Circum præducere ad victoriæ notam, pedesque venalium trans mare advectorum denotare instituerunt majores. Juven. 1. Sat. 111. in eandem sententiam dixit,

Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.

V. Broeckh. ad Propert. 4. 5. 52.

Ambitio cretata. Pers. 5. Sat. 177. i. e. Candida; mos erat Magistratum aliquem ambientibus circumire in veste candida & creta indita dealbata. Hinc Persius ambitionem cretatam. i. e. Candidam dixit. V. Candidatus in CANDOR.

Bos cretatus, Caudidissimus. Juvenal. 10. Sat. 65.

Pone domi lauros, duc in Capitolia magnum
Cretatumque bovem, &c.

Crepidæ cretatæ. i. e. Candidæ. Septim. Florens. Tertullianus de Pall. c. 4. extr. [Immo Græcatæ, ut in Vulgatis, vel ut ex MSS. Rigalt. ac Salmas. Crepidæ Græcatum Æsculapio adulantur. V. not. Salmas. p. 359.

Fasciæ cretatæ. Cic. 2. Att. 3. V. DIADEMA.

Mappa cretata. Martial. lib. 12. 29.

Cretatam Prætor quum vellet mittere mappam.

CRĒTĔUS, a, um. Adj. Quod fit ex creta. ut, Cretea persona. Lucret. lib. 4. 298.

Sic eliditur, ut si quis prius, arida quam sit
Cretea persona, adlidat pilæve, trabive, &c.

CRETŌSUS, a, um. [κρητώδης] aliud Adj. Quod creta abundat. Plin. lib. 15. cap. 18. Cato de ficis ita memorat, Ficos mariscas in loco cretoso aut aperto serito. Et Ovid. 7. Met. 463. Cretosa rura.

CRETIFODINA, æ. f. Ubi creta foditur. Ulpian. l. 7. de soluto matrim. §. 14. & l. 13. §. 5. Dig. de usufr. & quemadm.

CRĒTŬLA, æ. f. dimin. Cic. 6. Verr. 58. Quum Valentio ejus interpreti epistola Agrigento allata esset, casu signum iste animadvertit in cretula. Cretula. i. e. Terra argillosa & candida, qua veteres in epistolis signandis uti solebant, sicut & cera.

Cretula, Genus coloris. Plin. lib. 35. cap. 7. Ex omnibus coloribus cretulam amare, udoque illini recusant purpurissum, Indicum, &c.

CRETERRA, V. CRATERRA.

CRETHEUS, ĕos. m. [Κρηθεὺς] dissyllab. Filius fuit Æoli, Jovis filii, qui ex Tyro Salmonei fratris filia Æsonem genuit, Alcimedontem & Amythaonem, ut est apud Homerum, libro Odysseæ 11. Valer. Flac. 1. Argon. 42.

— nostri de sanguine Phryxus
Cretheos, ut patrias, audis, effugerit aras.

Verba sunt Peliæ ad Iasonem nepotem.

CRETHEIUS, a, um. Adj. ut, Virgo Cretheia, Helle Cretheos neptis dicitur, quæ Hellesponto dedit nomen. Valer. 2. Argon. 612.

Undarum decus & gentis Crethea virgo.

Proles Cretheia. Valer. Argonaut. 8. 112.

CRETHMON, i. n. [κρῆθμον] inquit Galenus lib. 7. de Simpl. medicam. facult. gustantibus salsum est, cum paucula amaritate: quam ob rem vis ejus est exsiccatoria, & abstersoria. Utraque tamen imbecillior in eo est, quam in amaris. Plin. lib. 26. cap. ult. herbam dicit utilem interioribus feminarum morbis.

Est & Crethmos agrios, qui gramias tollit oculorum impositus, tumorem quoque polenta addita. V. eundem Plin. lib. 25. cap. 13.

CRĒTHON, [Κρήθων] & Orsilochus, filii fuere Dioclis. Hi una cum reliquis Græcorum principibus ad Trojam profecti sunt ex Pheris civitate. Auctor Homerus lib. Iliad. 5. v. 541.

CRETĬCE, es. f. Herba, hibiscus. Plin. 25. 8. Apul. de Herb. cap. 38. & 62.

CRETICUS, CRETIFODINA. V. CRETA.

CRETIO, CREVI. In CERNO.

CREŪSA, æ. f. [Κρέουσα] Creontis Corinthiorum regis filia, quam Iason, repudiata Medea, uxorem duxit. Ei indignata Medea, scriniola quædam dono misit, quibus apertis flamma protinus exiit, quæ Creusam cum tota regia combussit. Propert. lib. 2. 16. 29.

Aspice quid donis Eryphila invenit amaris,
Arserit & quantis nupta Creusa malis.

Fuit & Creusa, Æneæ uxor, apud Virg. 2. Æn. 651.

Nos contra effusi lacrymis, conjuxque Creusa.

CREUSIS, [Κρεῦσις] Oppidum est in confinio Bœotiæ, Locrorum & Ætolorum, ut annotavit Vadianus in Pompon. lib. 2. c. 3.

CREXA, Insula est in Illyrico, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 21.

C R I

CRIALON, i. n. Oppidum in Libyco, juxta lacum Mœridis, de quo Plin. lib. 5. cap. 9. in descriptione Asiæ.

CRIBELLUM, CRIBELLO, &c. V. CRIBRUM.

CRIBRUM, i. n. [κόσκινον, λίκμος, σησιστήριον] Pistorium vas. Plaut. Rud. 1. 2. 14.

Villam integundam intelligo totam mihi:
Nam nunc pellucet ea, quam cribrum crebrius.

i. e. Plurimis locis ac passim. Cic. 2. de Divin. 59. Quasi vero quicquam intersit, mures, diem noctem aliquid rodentes, scuta an cribra corroserint.

Carnificinum cribrum. Plaut. Most. 1. 1. 52.

O carnificinum cribrum, quid credo fore.

Al. Carnificum. De homine dixit, cujus pellis loris & virgis ita perforata est, ut cribri speciem exhibere videatur.

Farinarium cribrum. Plin. 18. 11.

Pollinarium cribrum. Plaut. Pœn. 3. 1. 10.

Rarum cribrum. Ovid. 12. Met. 437.

—utve liquor rari ſub pondere cribri
Manat, & exprimitur per denſa foramina ſuccus.

Gerere aquam cribro, Proverbium in eos qui operam perdunt. Plaut. Pſeud. 1. 1. 100.

Non pluris refert, quam ſi imbrem in cribrum geras. V. Eraſm. in Chiliad.

Incernere cribro, vel Succernere. Columel. lib. 5. 6. h. e. Cribrare. Plin. lib. 18. cap. 11.

CRIBRĀRIUS, a, um. Adj. [κοσκινικὸς] Plin. lib. 18. cap. 11. de alica loquens, Poſteaque gypſi pars quarta inſpargitur, atque ut cohæſit, farinario cribro ſuccernunt, &c. Item cribraria, quæ ſimili modo in tertio remanſit cribro anguſtiſſimo, & tantum arenas tranſmittente.

CRIBRO, [σήθω, κοσκινίζω, σινιάζω] āre. Cribro incernere. Plin. lib. 25. cap. 5. Præterea mirum inventum eſt, quod inciſum forficulis, ut diximus, cribrant, cortex remanet. V. & Columel. 12. 23.

CRIBRATUS, a, um. Partic. ut, Ladanum cribratum. Plin. 26. 8. Terra minutatim cribrata. Idem 17. 11.

Legitur etiam Crebrata apud Plin. 11. 24. V. ibi Harduin.

CRIBRATIM, Adv. [κοσκινηδὸν] Mantuan. Omnia cribratim inquirere. i. e. Tanquam cribrando.

CRĪBELLUM, i. n. [κοσκίνιον] diminut. Pallad. 2. 24. Nitrum tritum cribello deſuper ſpargas. & 7. 11. Cribello ſpiſſo cernere, ut grana non tranſeant.

CRIBELLO, are. Cribrare. Th. Priſcian. 1. 17. Crabrones contuſos terere & cribellare.

CRIBELLATUS, a, um. Partic. Pallad. 1. 41. Sevum liquefactum cribellato cineri admiſtum.

CRĪCUS, i. m. [κρίκος] Brachii geſtamen quoddam erat, ut nonnullis videtur, in quo pertuſo Demoſthenem, præſidio ultimorum caſuum, venenum conſueſſe geſtare incluſum traditur, quod etiam hauſerit intrepide, nequid indignum tanta virtute a Macedonibus pateretur. Hinc natum, ut Quod ſpeciem quidem habet extrinſecus, & oculos aſpectu jucundo allectat, intus vero perniciem ſervat evidentiſſimam, Cricum dicamus Demoſthenis. Ex Cæl. lib. 8. cap. 13.

CRIDINUM, i. n. Fluvius in Margianæ regione, circa Hircanum mare. Auctor Plin. lib. 6. cap. 16.

CRIMEN, ĭnis. n. [ἔγκλημα, αἰτίαμα] Delictum: proprie dicitur id quod factum eſt, ut ait Donatus. Ovid. 2. Epiſt. 28.

Crimine te potui demeruiſſe meo. Cic. 7. Fam. 3. Sunt enim qui, quum meus interitus nihil fuerit reipublicæ profuturus, criminis loco putant eſſe quod vivam.

Crimina vel Publica ſunt, vel Privata. publica capitalia, & non capitalia. privata aut cum infamia, aut ſine infamia. Capitalia crimina publicis judiciis omnia cognoſcebantur: non item publica judicia de capitalibus omnia criminibus fiebant. nam, ut Inſtitut. lib. 4. t. 18. §. 2. Publicor. traditum eſt, ſi quam infamiam irrogabant publica judicia cum damno pecuniario, publica quidem erant, non tamen capitalia. quod quidem ſi de cauſſis publicis, in quibus cum detrimento rei familiaris famæ jactura conjungeretur, verum eſt: multo magis de privatis. & hoc ipſum declarat Cicero ſatis aperte in Epiſtola ad Pætum (l. 9. 21. pr.) his verbis, Judicia non ſolemus omnia tractare uno modo. privatas cauſſas, & eas tenues, agimus ſubtilius; capitis, aut famæ, ſcilicet ornatius. ſejunxit enim a cauſſis capitalibus cauſſas famæ, ſive publicas, ſive privatas. ſed ipſe me in dubitationem revoco. Si cauſſæ famæ capitales non ſunt, cur Quinctii cauſſam, quæ famæ eſt, capitalem Cicero ſignificat? ait enim in exordio (8.) Quid hoc iniquius, aut indignius, quam me, qui caput alterius, famam, fortunaſque defendam, priore loco cauſſam dicere? & infra (31.) Clamabat Quinctius, ſeſe idcirco nolle ſatiſdare, ne videretur judicaſſe bona ſua ex edicto poſſeſſa: ſponſionem porro ſi iſtiuſmodi faceret, ſe, id quod nunc evenit, de capite ſuo priorem cauſſam eſſe dicturum. & in extrema oratione (95.) Horribile eſt, cauſſam capitis dicere: horribilius, priore loco dicere. ſane non leviter aliquandiu hæc me loca, & alia hujuſmodi in ea oratione perturbarunt. eoque magis, quod cauſſa Quinctii ad recuperatorem agitur: ex quo ſequitur, ut privata ſit. recuperatores enim & centumviri, & arbitri, judices ſunt (liceat hic arbitros inter judices, vocabulo minime proprio, nominare) civilibus in controverſiis ab urbano prætore dati. cauſſam porro capitalem ad recuperatorem agi ita mihi abſurdum, ita non rationi conſentaneum videbatur, ut perſuaderi nullo modo poſſet. ſed fortaſſe, ut ſæpe diſtinctione veritas illuceſcit, idem hic quoque poteſt evenire. cogitavi, numquid cauſſam eſſe capitalem, & agi de capite, ſive, capitis eſſe cauſſam, idem ſit. non enim dubito, quin cauſſæ capitales quæ vocantur, eædem cauſſæ capitis vocari omnes poſſint: quæ vero capitis, fortaſſe non omnes item capitales. nam cauſſa capitis Quinctiana dicitur: quam tamen nullo modo capitalem fuiſſe concedo: quum in ea neque de libertate, neque de civitate adimenda, quæ capitalia fuiſſe judicia notum eſt, agatur: & cauſſa Mancini, quem, ut Cicero, & alii prodiderunt, a patre patrato ex S. C. Numantinis deditum, Numantini non receperunt, cauſſa quidem capitis eſt, (agitur enim in ea de civitate, de libertate, de capite) capitalis tamen non eſt. in capitalibus enim quæritur de crimine, & damnatos diminutio capitis ex judicum ſententia ſequitur: in aliis autem capitis cauſſis agitur quidem de capite, non tamen quæritur de crimine; capitiſque diminutio vel nulla ſequitur, ut in cauſſa Quinctii, vel ſi ſequitur, ut in cauſſa Mancini, non ſequitur uti pœna a judicibus irrogata, ſed ideo ſequitur, quia is, qui jam deditus erat ex S. C. Numantinis, capite fuiſſe diminutus oſtenditur: ita ut judex non judicaret, ſit, necne, capite minuendus; quod fit in cauſſis capitalibus, ſed, fueritne antea, an non fuerit, capite diminutus: & ſtatus hominis non tunc mutatur, ſed, qualis ſit, cognoſcitur. itaque, quum de eo dixit Cic. lib. 1. de Orat. (182.) Quam poſſumus reperire ex omnibus rebus civilibus cauſſam, contentionemque majorem, quam de ordine, de civitate, de libertate, de capite hominis conſularis? crimen nullum ſignificavit, cujus criminis cauſſa vocatus in judicium Mancinus, periculum amittendæ civitatis, aut libertatis in eo judicio ſubiret. ſed facultatem judicibus cognoſcendi, ac ſtatuendi datam intellexit, easne res æque Mancinus poſſideret, atque anteaquam a patre patrato eſſet deditus, an vero, quia deditus eſſet, amiſiſſet, etiam ſi receptus a Numantinis non eſſet. quare capitalis cauſſa non fuit: actum tamen eſſe de capite, ob eam, quam expoſui, cauſſam recte Cicero dixit. At, quod ad Mancini cauſſam attinet, ferri poteſt. extat enim ratio, cur in ea de capite agi dicatur. in cauſſa vero Quinctii, in qua nullo modo neque de civitate, neque de libertate agebatur, mentio capitis unde ducta? an ex eo, quia caput pro exiſtimatione uſurpari poſſe videatur? repugnat vetus loquendi conſuetudo: nec hujus generis exempla licet invenire. potius igitur, ex oratoris licentia, crediderim: ut exaggeretur res, ad invidiam adverſus Nævium ex ejus crudelitate, & miſericordiam erga Quinctium ex ejus periculo quærendam. atque hoc eo magis conſtat, quo Cicero nec in eo vere ac proprie loquitur, quum eam vocat accuſationem, quæ ſponſi cauſſa eſt: nec, quum ait, Quem nunc interficere nefarie cupis: quandoquidem civibus Romanis eripi nullo crimine vita poſſet. cauſſam vero non eſſe capitalem, propriis ipſe verbis clare demonſtrat in eo loco, (33.) Judicium eſſe, C. Aquilli, non de re pecuniaria, ſed de fama, fortuniſque P. Quinctii vides. & quum dixit: Hortenſius partes accuſatoris obtinet: oratorie loquitur. nec enim re vera accuſabat Hortenſius, ſed accuſare videbatur: nec eſt, niſi capitalibus in cauſſis accuſator. Redeo unde diverti. Publicorum criminum alia capitalia, alia non capitalia. quodque notandum magis eſt, ne majeſtatis quidem judicium capitale ſemper fuit, quum tamen publicum ſemper eſſet. nam Claudiæ Veſtalis, Appii Cæci filiæ, C. Fundanius, & Tit. Sempronius ædiles pleb. quod populo Romano calamitatem eſſet imprecata, multam dixerunt æris gravis XXV millia. quæ capitalis pœna non fuit. judicium autem illud & publicum fuiſſe, inde patet, quod ad populum factum eſt. idque etiam Ateius Capito propterea inter publica judicia retulit; & majeſtatis nomine notatum, Suetonius in Tiberio (c. 2.) ſignificat his verbis: Claudia novo more judicium majeſtatis apud populum mulier ſubiit, quod in conferta multitudine, ægre procedente carpento, palam optaverit, ut frater ſuus Pulcher reviviſceret, atque iterum claſſem amitteret, quo minor turba Romæ foret. Publica vero capitalia crimina, hæc erant, inceſtus, majeſtas, repetundæ, vis publica duplex, ea, quæ in rempub. ac magiſtratus inferebatur, de qua lex Luctatia fuit, & ea, quæ in privatos cives, de qua Plotia, & aliæ leges: tum, peculatus, de reſiduis, inter ſicarios, parricidium, veneficium, ambitus pecuniæ ob judicandum captæ, adulterium, de falſis, de plagiariis, de tutorum fraude, de famoſis libellis, de furto, clandeſtina coitio. quibus de criminibus aut ad prætorem, judicem quæſtionis, aut ad populum notio pertinebat. de majeſtate, perduellione excepto, de vi, de repetundis, de crimine inter ſicarios, de ambitu prætor quærebat: de inceſtu, & perduellione populus, ſed tributis comitiis de inceſtu, tribunopleb. populum per tribus in forum cogente; centuriatis autem de perduellione, quum in campum conſul centuriatim populum advocaſſet. de veneficio autem, & prætor, qui judex quæſtionis idem dicebatur, & judex quæſtionis, etiam ſi prætor non eſſet, cognoſcebat. Prætores, quæ cujuſque futura eſſet quæſtio, ante ſortiebantur: ut deinde ſingulis de criminibus ſinguli, prout ſors tuliſſet, cum conſilio quærerent. unum excipio prætorem urb. qui nullo de crimine publico quærebat; itaque nec quæſitor dicebatur; tantum, civilibus controverſiis ad eum delatis, jus dicebat, hoc eſt Judices, & judicii formulam, quam ſequerentur, dabat. nec enim prætor ipſe judicare ſolitus erat. ſed quum judices ab ipſo dati, de controverſia cognoviſſent, ac judicaſſent, exſequebatur. ideo in omnibus ferme edictis prætorum legitur, Judicium dabo. in quo poſteriores lapſi ſunt. eſt igitur aliud, jus dicere, aliud judicare: contra quam, qui veterum juriſconſultorum libros ignorant, opinantur. & quemadmodum civilibus in rebus prætor non cognoſcit, neque judicat, ſed jus dicit: ſic, qui ab ipſo judices dati ſunt, non jus dicunt, ſed cognoſcunt, ac judicant. Ex Manutii libro de Legibus Romanis. Verum & hæc ipſa, & alia paulo plenius in dictione PRÆTOR.

Scelus & crimen. Cic. pro Cœl. 56.

Crimen, a Delicto ſive maleficio Juriſconſulti plerumque ſic diſtinguunt, ut Criminis nomine Capitalis fraus intelligatur, quibus Reſpublica læditur, veluti Cædes, falſitas, adulterium. Delicti vero, Privata noxia, qua privatim quiſque læditur, veluti Furtum, injuria, &c. Ulpian l. 17. §. 16. D. de ædilit. edict. Noxas accipere debemus privatas, hoc eſt eas, quæcunque committuntur ex delictis, non publicis criminibus. Nonnunquam tamen crimina, eaque privata nominantur: ut apud Ulpianum in l. 1. §. 1. D. de pœn. Hotomanus.

Crimen etiam dicitur Ipſa criminatio, ſive Criminum accuſatio. Cic. in 2. Philipp. 40. Hæreditates mihi negaſti venire: utinam hoc tuum verum crimen eſſet. Idem 3. Verr. 20. Deinde reliquis diebus, his criminibus, his teſtibus & urbanis & provincialibus ſic obrutus atque oppreſſus eſt, &c.

Ambitus crimen. Cic. pro Muren. 3.

Deorum crimen. Martial. lib. 11. 94.

O ſcelus, ô magnum facinus crimenque deorum.

Facti crimen & Suſpicionem facinoris opponit. Cic. pro Milon. 97. Sibi facinoris ſuſpicionem, non facti crimen obſtare.

Fortunæ crimen appellatur, Quum quis caſu, non dedita opera peccat Ovid. 3. Metam. 141. De Actæone. Quintil. in procem. lib. 6. Nam fruſtra mala omnia ad crimen fortunæ relegamus.

Maleficii tanti crimen. Cic. pro Roſc. Amer. 72.

Neceſſitatis, non voluntatis. Cic. pro Ligar. 5. Quod ſi crimineſum eſt, neceſſitatis crimen eſt, non voluntatis.

Parricidii crimen. Curt. 3. 6. 11.

Proditionis inferre alicui. Cic. 7. Verr. 105.

Veneni, Veneficii. Cic. pro Deiot. 17.

Infamia criminum. Quintil. lib. 5. cap. 7.

Invidia. Quintil. lib. 4. cap. 3.

Acerba alicui objicere. Quintil. lib. 6. cap. 3.

Aſperum. Quintil. lib. 5. cap. 13.

Credibile. Quintil. lib. 7. cap. 3.

Commune. Virg. 12. Æn. 16.

Inane. V. INANIS.

Invidioſum. V. INVIDEO.

Legitima crimina. i. e. Quorum judicium lege aliqua publicorum judiciorum eſt conſtitutum. Ulpian. l. 3. §. 1. D. de crimin. ſtellionat. Pœna autem ſtellionatus nulla legitima eſt, quum nec legitimum crimen ſit. ſolent autem ex hoc extra ordinem plecti. Hotom.

Navale. In NAVIS.

Nefanda. Senec. Hippol. v. 825.

Nefanda juveni crimina inſonti apparat.

Nefarium crimen & fraus capitalis. Cic. 2. de Orat. 199.
Nobile. Ovid. 2. Amor. 18. 37.
Noxia. Sil. lib. 16. 530.
Patens & sine teste probatum. Ovid. 15. Met. 37.
Tacitum. Senec. Hippol. 5.
Tribuarium. Cic. pro Planc. 47. V. in TRIBUS.
Turpe. Hor. in Arte Poet. 262.
Manifestus criminum. Tacit. 13. Ann. 26.
Obnoxius crimini. In OBNOXIUS.
Reus criminis. Ovid. 16. Epist. 324.
Vacua est nox crimine. Ovid. 4. Fast. 581.
Abesse a crimine. Cic. Longe absum ab ejusmodi crimine.
Abscondere crimen face jugali, Matrimonii prætextu adulterium patratum celare. Senec. Hippol. 5.
Acerbare crimen alicujus. Claud. de Rapt. Proserp. 2. 208.
Adducere in crimen. Plin. lib. 22. cap. 22.
Afferre vestitus crimen alicui. Cic. pro Rabir. Post. 27.
Agi falsi criminis reum. Ovid. de Rem. Amor. 388.
Arcessere crimine. Cic. pro Cœl. 16.
Argui crimine pigritiæ. Martial. lib. 11. 80.
Arguimur lentæ crimine pigritiæ.
Avertere in aliquem. Quintil. lib. 7. cap. 39.
Carere turpitudinis. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Conferre cum vita. Cic pro Sulla 18.
Convinci manifestis. Cic. 3. Verr. pr. Al. Evinci. conf. ibid. 26.
Damnari mortis. Virg. 6. Æn. 430.
Dare crimini. Cic. 7. Verr. 72.
Deducere ad ipsos oculos. Ovid. 3. Amor. 14. 45.
Defendere aliquod. Ovid. 13. Met. 304.
Defendere atrocitatis. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Defendere varie. Quintil. lib. 4. cap. 5.
Defenduntur causæ criminum plerumque inficiatione. Cic. 2. de Orat. 104.
Degere vitam sine crimine. Virg. 4. Æn. 550.
Differre. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Diffundere paucorum crimen in omnes. Ovid. 3. de Arte Am. 9.
Discere crimen alicujus, pro Cognoscere crimen. Virg. 6. Æn. 433.
Quæsitor Minos urnam movet: ille silentum
Conciliumque vocat, vitasque & crimina discit.
Dissolvere crimina. Cic. pro Sull. 56.
Dotata crimine virgo. Ovid. 6. Epist. 138.
Ducere aliquem in. Tacit. 6. Ann. 5.
Efficere suspicionem & crimen. Cic. 2. de Orat. 330.
Effugere ineptiarum crimen. Cic. 3. de Orat.
Elabi ex crimine. Cic. 4. Verr. 142.
Elevare. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Eluere. Ovid. 11. Met. 141.
Excusare lacrymis. Stat. 6. Theb. 44.
Excutere aliquod extrinsecus. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Exhibere tacitum crimen aliqua nota. i. e. Patefacere. Sen. Hippol. 5.
Expiare. Sen. Med. 8.
Facere sibi ipsi. Cic. pro Flacc. 33. Qui igitur probari potest in ea pecunia non referenda, crimen sibi ipsum facere, in qua crimen esset nullum si referret?
Ferre in aliquem. Tacit. 12. Ann. 4.
Fingere. Cic. pro Cœl. 56.
Habere crimen ab aliquo, & eundem ejus criminis testem, dicuntur accusatores. Cic. pro Cœl. 51. Sed ex te ipsa requiro, quoniam & crimen accusatores abs te, & testem ejus criminis te ipsam dicunt se habere: si qua mulier, &c.
Habere crimen de aliquo virgo dicitur, Quæ compressa est ab aliquo. Ovid. 2. Fast. 162. De Calisto Hamadryade,
Fœdera servasset, si non formosa fuisset:
Cavit mortales: de Jove crimen habet.
Hærere crimen in aliquo dicitur Cic. pro Cœl. 15.
Jacere falsum crimen, quasi venenatum aliquod telum. Cic. pro Quint. 8.
Incurrere in. V. INCURRO.
Induerint tantum fatis nova sæcula crimen. Stat. 1. Silv. 4. 17.
Inesse alicui. Ovid. 3. de Pont. 3. 70.
Inferre alicui. Cic. de Amicit. 66. Addendum eodem est, ut ne criminibus aut inferendis delectetur, aut credat oblatis.
Inferre crimina, accusatoris officium est: defensoris, diluere & propulsare. Auctor ad Heren. 4. 47.
Insequi alicujus. Ovid. 8. Met. 130.
Insidet in animo. V. INSIDEO.
Intendere in aliquem. V. INTENDO.
Intentare invicem. Quintil. lib. 3. cap. 10.
Lædere falso crimine. Sil. lib. 15. 599.
Liberari ficto. Cic. pro Rosc. Amer.
Maculare nomen alicujus. Virg. 10. Æn. 851.
Maculatæ crimine mentes. Sil. lib. 11. 200.
Metuere. In METUO.
Molitur crimina, & accusatorem, qui objiceret Chaldæos, &c. Tacit. 12. Ann. 22.
Natum est crimen. Cic. 7. Verr. 99. Deinde hoc quinto decimo die crimen esse natum postquam classis esset amissa.
Notare libidinis crimine aliquem. Cic. pro Corn. Balb. 56.
Objicere melius crimina, quam defendere. Quintil. lib. 6. cap. 3.
Obteritur laus imperatoria criminibus avaritiæ. Cic. 7. Verr. 2.
Onerare gravibus criminibus. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Patrocinari. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Pensare una laude. V. PENSO.
Peracta. Juven. 13. Sat. 238.
Perorare. V. PERORO.
Ponderare crimina rerum ipsarum magnitudine. Cic. 3. Verr. 42.
Ponere in crimine. Cic. 2. de Orat. 199.
Premere. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Premere aliquem crimine ignoratæ artis. Hor. in Arte Poet. 262.
Profertur crimen ex inimica, ex infami, ex crudeli, ex facinorosa, ex libidinosa domo. Cic. pro Cœl. 55.
Proponere & explicare crimina in testibus interrogandis. Cic. 3. Verr. 29.

Purgare anteactæ vitæ crimina. Quintil. lib. 7. cap. 2.
Putare loco criminis aliquid. Cic. 7. Fam. 3.
Refellere crimen gladio. Virg. 12. Æn. 16.
Regerere crimen alicui. Sen. Hippol. 5. Alicui, pro In aliquem.
Repellere. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Reperire exitum. Cic. pro Cœl.
Rescindere crimina alicujus, est Oblitum peccatum alicujus in memoriam revocare, & velut refricare vulnus. Ovid. 3. Trist. 11. 63.
Ergo quicunque es, rescindere crimina noli. al. Vulnera rectius.
Reservare judicio. Cic. pro Milon. 14.
Respondere. Cic. pro Planc. 4.
Reticenda. Stat. 1. Theb. 230.
Simulare. Ovid. 13. Met. 299.
Solvi nefario crimine, & culpa liberari. Cic. pro Rosc. Amer. 143.
Struere crimina & accusatores. Tacit. 11. Ann. 12.
Subire ἀχαριστίας crimen. Cic. 9. Att. 6.
Sum. ut, In crimine esse. Cic. 6. Verr. 100. Daretque operam, ut is eo crimine damnaretur, ne ipse esset in crimine.
Fraudi aut crimini esse alicui aliquid. Cic. pro Muren.
Esse probro & crimini. Cic. pro Rosc. Amer. 48. Vitamque hanc rusticam, quam tu probro & crimini putas esse oportere, & honestissimam & suavissimam esse arbitrantur.
Suscipere crimen culpæ alicujus. Cic. 7. Verr. 105. Tibi uni parcam, & totius istius culpæ crimen, vituperationemque inconstantiæ potius suscipiam, &c.
Suscipere crimen facinorum tantorum & tam atrocium. Cic. pro Sull. 68.
Suspecti capitalium criminum. Tacit. 3. Ann. 60.
Trahere in se. Ovid. 10. Met. 69.
Quique in se traxit crimen, voluitque videri
Olenus esse nocens.
Trahere in crimen, i. e. Inter conscios deferre. Tacit. 15. Ann. 68. ut annotat Budæus.
Transferre in adversarium. Quintil. lib. 6. cap. 5.
Transferre a se in alium. Cic 2. de Invent.
Vacat fama nostra crimine. Ovid. 4. Epist. 18.
Venire in partem criminis, est Participem fieri sceleris alicujus. Ovid. 1. de Arte Am. 392.
Vertere in adversarium. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Vocare aliquid in crimen, pro Crimini dare. Cic. pro Rabir. perduel. reo 24. Hoc tu in crimen vocas, quod cum iis fuerit C. Rabirius, quos &c.
Vulnerari crimine aliquo. Ovid. 19. Epist. 105.
Crimen, Falsa suspicio. Ter. Hec. 5. 2. 13.
Nam si compererit crimini tua se falso uxor credidisse,
Missam iram faciet. Ubi Donatus, Crimen nunc, pro Falsa suspicione. Virg. 11. Æn. 122.
— semperque odiis, & crimine Drances
Infensus juveni Turno. i. e. Et quod eum odisse, & quod se illi odio esse suspicaretur. Sic Donatus. At Servius aliter.
Crimen, pro Causa. Virg. 2. Æn. 98.
— hinc semper Ulysses
Criminibus terrere novis. Servius.
Crimen poni videtur pro Reo apud Virg. 2. Æn. 65.
Accipe nunc Danaum insidias, & crimine ab uno
Disce omnes. i. e. Ex uno Sinone disce omnes Græcos esse insidiatores. V. Voss. Instit. Orat. p. 131.
CRIMINĀLIS, e. Adj. Ad crimen pertinens. JCtis Magnum crimen intentans. ut, Accusatio criminalis, l. 3. Cod. de Lege Aquilia.
Causa criminalis, quæ Pecuniariæ opponitur l. 15. Cod. de quæstionibus.
CRIMINALĬTER, Adv. Ulpian. l. ult. Dig. de furtis: meminisse oportebit, nunc furti plerumque criminaliter agi. Adde l. 18. Cod. de re militari, §. 1.
CRIMINŌSUS, a, um. Adj. [ἐγκληματικός, συκοφάντης] Qui crimen infert. Cic. pro Cluent. 94. Hic Trib. pleb. modestus, prudens, non modo non seditiosus, sed etiam seditiosis adversarius: ille autem acerbus, criminosus, popularis homo ac turbulentus.
Iambi criminosi. Hor. 1. Carm. 16. 2.
Nomine criminoso inquinare officiosam amicitiam. Cic. pro Planc. 46.
Oratio criminosa. Liv. 8. 12. Dictatura popularis, & orationibus in patres criminosis fuit, & quod &c.
Tempus. Cic. pro Ligar. 5. [Non Tempus ipsum criminosum dicit Tullius, verum ipsum factum Q. Ligarii. Quod nempe post adventum Vari in Africa restitit.
Criminosum hoc ei est, i. e. Hæc res inferet ei crimen, crimine damnabitur propter hoc. Cic. 4. Verr. 162. Ille hoc putabat Verri criminosum fore, si ejus statuæ essent dejectæ. Idem pro Sull. 38. Ne si argueret quidem tum denique, quum esset interrogatus, id mihi criminosum videretur. [Subaudi In reum, ut 36.
Compar. Auctor ad Herenn. 4. 52. Frequentatio est, cum res in tota causa dispersæ coguntur in unum, quo gravior, aut acrior, aut criminosior oratio sit.
Superl. Suet. Cæs. cap. 75. Aulique Cæcinæ criminosissimo libro, laceratam existimationem, civili animo tulit.
CRIMINOSE, Adv. [ἐγκληματικῶς] Cic. pro Rosc. Amer. 55. Quum enim aliquid habeat quod possit criminose ac suspiciose dicere, aperte ludificari & calumniari sciens non videatur.
Compar. Cic. de Clar. Orat. 131. Qui suspiciosius aut criminosius diceret, audivisse me neminem.
Superl. Suet. Tiber. cap. 5. Criminosissime insectatus est.
CRĪMĬNOR, [ἐγκαλέω, αἰτιάομαι, διαβάλλω] āri. Contumeliose reprehendere. Cic. 1. Att. 14. Messalam Consulem contumeliose lædebat, me tantum comperisse omnia criminabatur.
Criminari aliquem alteri. Ter. Eun. 5. 2. 16.
Hanc metui, ne me criminaretur tibi.
Criminari apud. Cic. 3. Off. 79. Q. Metellum &c. apud pop. Rom. criminatus est, bellum illum ducere.
Criminari aliquid. Cic. 6. Verr. 59. Jam enim non libet omnia criminari.
Potentiam invidiose alicujus. Cic. pro Milon. 20.
De aliquo aliquid Cic. pro Planc. 38. Libet enim tibi nescio quid etiam de illa tribu criminari.

Consue-

Confuetudo criminandi. Cic. pro Deiot. 17.

Crimino, āre. active. Idem. Enn. lib. 3. Sat. Nam is non bene vult tibi, qui falſo criminat apud te. Ex Nonio 7. 16. Obſoletum.
Herum criminare. Plaut. Pſeud. 1. 5. 78.
Herum ut ſervus ſuum criminaret apud herum.

Criminātus, a, um. Partic. active. Liv. 3. 9. Patrum ſuperbiam ad plebem criminatus. Et Vellei. 2. 74. 2. Criminatus apud veteranos Cæſarem. Paſſive dixit Hygin. Aſtron. 2. 18. Non criminatum ab Antia, ſed, &c.

Criminātio, ōnis. f. [διαβολή] Ipſa, ut ita dicam, contentioſa contumelia. Liv. 10. 26. Adjecerunt & Appii criminationes de Fabio abſente ad populum.
Indignatio & criminatio. Cic. 1. de Invent. 104. Quæ in negotio gerendo acta ſunt, quæque poſt negotium conſequuta ſunt, cum uniuſcujuſque indignatione & criminatione colligimus.
Allatas criminationes repellere. Cic. de Amicit. 67.
Falſa. Cic. 2. de Orat. 321.

Criminātor, ōris. m. [διάβολος] Tacit. 4. Ann. 1. Animus audax, ſui obtegens: in alios criminator. Et Plaut. Bacch. 4. 7. 28.
Cum illum reſciſces criminatorem meum.

Criminatrix, īcis. f. [διάβολος] Vulg. Interp. Epiſt. ad Titum 2. 3.

Crimisa, æ. f. vel Crimissa, [Κρίμισα, Κρίμισσα] Oppidum eſt in extremis Italiæ finibus, juxta Thurium & Crotonem, a Crimiſſa nympha. Gentile eſt

Crimissæus, a, um. [Κριμισσαῖος] Strabo lib. 7.

Crimnum, i. n. [κρίμνον] Craſſior zeæ aut tritici farina dicta eſt apud antiquos, qua ad pultem conficiendam utebantur, quaque loco panis diutius victitarunt, ut Plinius eſt auctor lib. 18. cap. 8. Abunde alit, inquit Dioſcor. lib. 2. cap. 112. ſed ægre conficitur: alvum vehementius adſtringit, ſi zea, ex qua fit, prius torreatur. Hæc ille.

Crina, Pompon. in l. 21. §. 1. D. de aur. & arg. numerat inter ea Unguenta, quæ valetudinis cauſſa ſunt parata: niſi forte Crinonia legendum ſit, ut ſit Oleum ex lilio confectum, & odoramentis conditum. Nam Crinonis Plin. lib. 21. cap. 5. meminit, quod Lilium rubens appellat. Hotomanus. [Immo κρίνου, i. e. Lilii. V. crinon. Unde Crinina alii rectius legunt. V. ibid.

Crinanthĕmon, i. n. [κρινάνθεμον] Flos notiſſimus, quem Dioſcorides κρίνον βασιλικὸν, Romani Lilium appellant.

Crīnis, is. m. [πλόκαμος, θρίξ] Crines (inquit Feſtus) a diſcretione dicti ſunt, ἀπὸ τοῦ κρίνειν. Cic. 5. Verr. 76. Hæc civitas mulieri redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines.
Crine ruber. Martial. lib. 12. 54. in Zoilum.
Comarum crines. Firmicus lib. 1. cap. ult. Quid jam de comarum crinibus dicam?
Adulteri crines. Hor. 1. Carm. 15. 20. ad Paridem,
— tamen heu ferus adulteros Crines pulvere collines.
Adulti. Stat. 2. Silv. 11. 122.
Apollinei. Claud. de Rapt. Proſerp. 3. 173.
Candidi. Valer. 6. Argon. 62.
Cani. Stat. 9. Theb. 163.
Compti. Hor. 4. Carm. 9. 14.
Decori. Stat. 2. Silv. 1. 136.
Flavi. Virg. 4. Æn. 559.
Hirſuti. Ovid. 12. Met. 280.
Hirti. Ovid. 8. Met. 801.
Ingenui. Stat. 2. Silv. 1. 44.
Intonſi. Tibull. lib. 1. 4. 27.
Intorti. Valer. 6. Argon. 563.
Laceri. Sen. Troad. 8.
Longi. Virg. 7. Æn. 73.
Madidi. Valer. 5. Argon. 415.
Mæſti, Ad mæſtitiam compoſiti. Virg. 11. Æn. 35.
Et mæſtum Iliades crinem de more ſolutæ.
Nigro crine decori. Hor. 1. Carm. 32. 12.
Paſſi. Virg. 2. Æn. 480.
Purpurei. Ovid. 8. Met. 193.
Roſei. Claud. de Nupt. Honor. 19.
Simplices. Ovid. 8. Met. 319.
Sordidi pulvere. Sen. OEth. 2.
Sparſi. Valer. 1. Argon. 293.
Splendidi oſtro. Ovid. 8. Met. 8.
Vagi per colla. Ovid. 2. Met. 673.
Virginei. Ovid. 3. Amor. 13. 25.
Acciſis crinibus nudatam, coram propinquis expellit domo maritus. Tacit. Germ. 19.
Auferre crinem alicui. Virg. 4. Æn. 699.
Colligere crines. Ovid. 1. Amor. 11. 1.
Colligere incertos, & in ordine ponere crines.
Collectus crinis in unum nodum. Ovid. 8. Met. 319.
Comantes crines. Sil. lib. 16. 59.
Comere crinem. Stat. 2. Silv. 1. 168.
Compoſiti. Virg. 4. Georg. 417.
Criſpare crinem annulatim. V. Salmaſ. in Capitolin. Pertin. cap. 12.
Deducere pectine. Ovid. 4. Met. 311.
Demiſſus. Ovid. 6. Faſt. 441.
Deponere crinem. Tacit. 4. Hiſt. 61. Civilis barbaro voto, poſt cœpta adverſus Romanos arma, propexum rutilatum crinem, patrata demum cæde legionum depoſuit. ubi Lipſius obſervat, hoc eſſe patrium & ſolenne Germanis votum, & citat Tacit. de Morib. German. cap. 31. Aliis Germanorum populis uſurpatum, rara & privata cujuſque audentia, apud Cattos in conſenſum vertit, crinem barbamque ſummittere, nec niſi hoſte cæſo exuere votivum obligatumque virtuti oris habitum. V. etiam Cluver. in Antiq. German.
Defecare. Ovid. 2. Triſt. 394.
Disjicere. Sil. lib. 16. 60.
Diſponere. Tibull. lib. 1. 9. 67.
Diſſimulare. Ovid. 2. Amor. 7. 8. Sed rectius legitur Crimen.
Diſtinguere docta manu. Sen. in Troad. 10.
Domat impexos certo ordine. Stat. 1. Achill. 328.
Effundere. Lucan. lib. 1. 188.
Effuſus crines. Virg. 4. Æn. 509.
Emiſſi, i. e. Laxati aut ſparſi. Stat. 8. Theb. 763.
Erecti horrent. Sen. OEth. 6.
Evinctus vitta crines albente ſacerdos. Ovid. 15. Met. 676.
Exutus canos lacero diademate crines. Stat. 9. Theb. 163.
Flavens. Sen. OEdip. 5.
Frangere corona. Stat. 2. Silv. 1. 115.
crinemque decorum
Fregiſſet roſea laſciva Thalia corona.
Fuſi. Virg. 10. Æn. 137.
Jacens in collo. Ovid. 15. Epiſt. 140.
Jactare per auras. Ovid. 11. Met. 6.
Impexi. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 359.
Implexum crinibus aurum. Plin. lib. 33. cap. 1.
Implicare auro. Virg. 4. Æn. 482.
Innectere lauro. Ovid. 6. Met. 161.
Intorti. Sil. lib. 3. 284.
Involvere. Sil. lib. 7. 461.
Irrorare aquis. Ovid. 7. Met. 189.
Lacerare. Sen. Hippol. v. 826.
In ſcelere quærit crine lacerato fidem. Al. En ſcelera.
Laniare arreptum. Ovid. 4. Met. 557.
Ligare. Claud. de Nupt. Honor. 123.
Madens. Virg. 4. Æn. 216.
Movere per aera. Ovid. 3. Met. 726.
Nectere pectine crines. Claud. de Nupt. Honor. 235.
Nitens crine. Martial. lib. 12. 38.
Nodantur crines in aurum. Virg. 4. Æn. 138.
Ornatus crines apio. Virg. 6. Ecl. 68.
Perdere miſeros. Valer. 1. Argon. 449.
Perfundere amomo. Sil. lib. 11. 404.
Ponere crines in ordine. V. Colligere, ſupra.
Premere mitra. Sen. Herc. OEth. 4.
Promittere crinem barbamque. Tacit. 2. Ann. 39.
Propexus. Tacit. 4. Hiſt. 61.
Redimitus arundine crines. Ovid. 9. Met. 3.
Repexo crine flava Gallia. Claud. 2. in pr. Conſ. Stil. 241.
Reſolutus. Ovid. 3. Faſt. 213.
Rutilatus. Tacit. 4. Hiſt. 61.
Scindere. Ovid. 3. Amor. 6. 71.
Secare. Virg. 4. Æn. 704.
Solvere. Ovid. 11. Met. 682.
Soluti. Sil. lib. 12. 598. — ſolutis
Crinibus exululant matres.
Sparſus. Sen. Hippol. 4.
Spiranti crine odoratus. Valer. 6. Argon. 129.
Subnixus crinem mitra. Virg. 4. Æn. 216.
Summittere crinem ac barbam. V. Deponere crinem.
Supplice crine humum verrere. Claud. in Laud. Seren. 224.
Toſti. Ovid. 2. Met. 283.
Tractus. Sen. Hippol. v. 731. — crinis tractus, & laceræ comæ
Ut ſunt remaneant.
Vibrati calido ferro, i. e. Criſpati calamiſtro. Virg. 12. Æn. 99. Servius.
Crinis etiam Stellis tribuitur, ut
Ducunt crinem volantia ſidera. Virg. 5. Æn. 528.
Effuſis ſtellatus æther. Valer. 2. Argon. 42.
Retuſo crine languida ſtella. Claud. de 4. Conſ. Hon. 184.
Crinis, etiam piſcium. Plin. lib. 9. cap. 30. de polypo piſce, Namque & afflatu terribili canes agebat, nunc extremis crinibus flagellatos, &c.
Crinis vitium. Plin. lib. 13. cap. 23. Vernacula putatio dejectis per ramos vitium crinibus circumveſtit arborem, crineſque ipſos uvis.
Crinis, Genus vinculi eſſe videtur apud Plin. lib. 17. cap. 21. Jugum fit pertica, aut arundine, aut crine, funiculove, ut in Hiſpania, Brunduſioque. [Videtur ipſius Vitis crinis intelligi, quo alligatur ad perticam.
Crinis femininum fuiſſe probat Nonius ex Plauto & aliis.

Crinĭcŭlus, i. m. dimin. Adelhelm. de Virg. cap. 24. Raſi criniculi.

Crinālis, e. Adj. [τριχικός] Quod pertinet ad crines. ut, Vitta crinalis. Ovid. 9. Met. 770.
Aurum. Stat. 2. Achill. 97.
Corpore crinali Polypus. i. e. Crinibus qui dicuntur inſtructo. V. crinis. Ovid. Halieut. v. 30.
Cultu crinali cæſariem ſtringere. Claud. in Conſ. Prob. & Olyb. 85.
Hedera Bacchi. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 17.
Murus Cybeles, Turrita corona. Claud. 2. in Eutrop. 284.
Crinalis faſcia. Ulp. de aur. & arg. legat. l. argumento. Faſciæ, inquit, crinales, peduleſque. Ubi Beroaldus legit Crurules, quaſi faſciæ ſint crurum. V. in crus.

Crinale, is. n. Ornamentum eſt capitis ad fingendum capillos, ne turbentur evagenturque. ut, Curvum crinale. Ovid. 5. Met. 53.
— ornabant aurata monilia collum,
Et madidos myrrha curvum crinale capillos.

Crinĭger, a, um. Adj. [πλοκαμοφόρος] dicitur Qui multos habet crines. Lucan. lib. 1. 463.
Et vos crinigeros bellis arcere Caïcos, &c.

Crinior, [τριχόομαι] Iri. apud Statium legitur 4. Theb. 217.
— vatem cultu Parnaſia monſtrant
Vellera, frondenti crinitur caſſis oliva. & 4. Silv. 5. 10.

Crinītus, a, um. Adj. [τριχωτός] Quod crines habet. ut, Crinita ſtella. Cic. 2. de Nat. Deor. 14. Tum ſtellis his, quas Græci Cometas, noſtri Crinitas vocant. Legitur in emendatis codicibus Cincinnatas. Virg. 1. Æn. 740.
— cithara crinitus Iopas
Perſonat aurata.
Arbuſculis crinitis apices ſunt pavonibus. Plin. lib. 11. cap. 37.
Colla toris crinita tument. Stat. 6. Theb. 418. De equis.
Galea crinita triplici juba. Virg. 7. Æn. 785.
Mulier male crinita. Ovid. 3. de Arte Am. 243.
Miſſile multa flamma. Stat. 5. Theb. 387.
Nox facibus luciferis. Valer. 5. Argon. 370.
Turba. Martial. lib. 12. 49.
Vertex. Stat. 9. Theb. 129.

Crinisatus, a, um. Adj. Ex crinibus factus. Sidon. Carm. 22. 81.
Hic criniſatas jungebat Pegaſus alas. V. Sirmond. ad h. l.

Crininus, **Crinus**. V. crinon.

Crinīsus, i. m. [Κρίνισος] Siciliæ fluvius, Segeſtæ urbi vicinus, de quo Servius hujuſmodi refert fabulam. Quum Laomedon Neptuno & Apollini mercedem pro ædificatione murorum Ilii recuſaret, Neptunus iratus Trojæ cetum immiſit, ut eam vaſtaret. Conſultus Apollo, ſiniſtra dedit reſponſa, puellas ſcilicet belluæ eſſe objiciendas. Hippotes igitur nobilis Trojanus, timens ne & Hegeſta filia ſua ceto, ut Heſiona exponeretur, navi eam impoſuit, ut potius ſe non vidente immergeretur fluctibus, quam coram devoraretur. Sed illa caſu in Siciliam delata Criniſo placuit. qui in canem ſeu urſum mutatus, eam oppreſſit, ſuſcepitque ex eo concubitu Aceſten Siciliæ regem. Virg. 5. Æn. 38.
Troïa Criniſo conceptum flumine mater,
Quem genuit, &c. Al. dicitur Crimiſus vel Crimiſſus.

Crinnus, i. m. Nomen ſervi apud Plaut. Trin. 4. 3. 13.

Crinomenon, i. n. [τὸ κρινόμενον] a Rhetoribus appellatur Contentio, quæ ex ſtatu efficitur, & circa quod verſatur certamen totius controverſiæ. Latini Quæſtionem vocant, teſte Cic. in Orat. 126.

Crìnon, i. n. [κρίνον] Plin. lib. 21. cap. 5. Lilium rubens appellat, quod alio nomine Cynorrhodon dicitur, in Antiochia, Laodicea, Syria & Phaſelide laudatiſſimum proveniens. Dioſcorides tamen, Græcique fere omnes, nullo diſcrimine τοῦ κρίνου appellatione, omnia lilii genera intelligunt. Theophraſtus quatuor ponit liliorum genera, ex quibus quod vere erumpit mox poſt violam albam, peculiari nomine κρίνον appellat.

Crinĭnus, a, um. Adj. [κρίνινος] Liliaceus. ut, Unguentum crininum. Dioſc. 1. 53.

Crinus, a, um. Adj. Idem. ut, Unguenta crina, l. 21. ff. de auro, arg. &c. [Niſi error eſt.

Crinōnia, æ. f. [κρινωνιὰ] Frutex eſt lilii, vel Lilietum, teſte Suida: nam lilium Græci κρίνον appellant.

Criŏbŏlium, i. n. [κριοβόλιον] Genus ſacrificiorum, ab arietibus cæſis ita dictum: Græci enim arietem κριὸν vocant: ut Taurobolium a bobus. Inſcriptio aræ Romanæ apud Gruter. p. 27. n. 3. TAVROBOLIVM SIVE CRIOBOLIVM FECIT. & ibid. n. 4. PERCEPTO TAVROBOLIO CRIOBOLIOQVE. V. Reineſ. Inſcript. 1. 40. p. 76. & Salmaſ. ad Lamprid. Heliogab. cap. 8.

Criodŏche, es. f. [κριοδόχη] Machina arietaria. Vitruv. 10. 19. i. e. In quam aries ſuſcipitur, qui Græcis κριὸς dicitur. V. Bald. Lex. Vitruv. p. 33.

Criōna, [Κρίωνα Stephano] Vicus eſt Athenienſium, in tribu Antiochide.

Crios, [κριὸς] Ciceris genus, quod Latini Arietinum nominant, ab arietini capitis figura, a qua & Græca appellatio fluxit. Nam illi arietem κριὸν appellant.
Fuit etiam Crios, proprium nomen Athletæ cujuſdam ex Ægina inſula, apud Græcos cantatiſſimi.

Cripa, æ. f. ut, Cripa pampinacea. Columel. lib. 12. cap. 20. Planta, quam quidam Meliloton eſſe putant, quæ & Sertula Campana.

Crĭsis, is. f. [κρίσις] Latine dici poteſt Judicium: unde Dies critici dicti, h. e. Judiciales & decretorii, de quibus poſtea. Item Naturæ & morbi conflictus. Sen. Epiſt. 83. pr. de Puero, Hic quidem ait, nos eandem criſin habere, quia utrique dentes cadunt.

Crispīnus, i. f. Frutex nobilis; quem Spinam appendicem appellat Plin. 24. 13. Item

Crispinus, Philoſophus quidam fuit Stoicus, qui verſus numero quidem multos ſcripſit, pondere autem leves. De hoc ſæpius Hor. 2. Serm. 7. 45.
Dum, quæ Criſpini docuit me janitor, edo.

Crispus, [Κρίσπος] Cognomentum familiarum quarundam Romanarum. ut Salluſtiorum, quorum nobiliſſimus C. Salluſtius Criſpus, de quo Martial. lib. 14. 191.
Criſpus Romana primus in hiſtoria. Thucydidi ex Græcis opponitur a Quintiliano, elegantia dicendi, Attica brevitate, ſententiarum crebritate. Taxatur autem a Pollione, ut nimis antiquarius, & ex Catonis originibus verba mutuatus: Trogo autem, quod orationibus nimis longis utatur, ſicuti & Thucydides. Ciceronis acerrimus inimicus fuit, ut ex utrinſque invectivis orationibus conſtat. (Quas tamen confictas eſſe a Declamatore quopiam docti putant.) Ejus de avaritia ſententiam laudat Gell. cap. 1. lib. 3. Avaritia (inquit Catil. c. 11.) pecuniæ ſtudium habet: quam nemo ſapiens concupivit. ea quaſi venenis malis imbuta, corpus animumque virilem effeminat: ſemper infinita & inſatiabilis eſt: neque copia, neque inopia minuitur. Idem lib. 17. cap. 18. de eodem Saluſtio ſic ſcribit, M. Varro (inquit) in litteris, atque vita, fide homo multa, & gravis, in libro quem inſcripſit Pius, aut De pace, Criſpum Saluſtium ſcriptorem ſeriæ illius, & ſeveræ orationis, in cujus hiſtoria notiones Cenſorias fieri, atque exerceri videmus, in adulterio deprehenſum ab Annio Milone loris bene cæſum dicit: & quum dediſſet pecuniam, dimiſſum. Hactenus Gell. V. sallustius.
Criſpus Paſſienus, bis Conſul, orator, Agrippinæ matrimonio, & Nerone privigno clarior poſtea, in luco, qui eſt in ſuburbano agri Tuſculani colle, arborem eximiam ita adamaſſe fertur, ut non modo cubare ſub ea, vinumque illi affundere ſolitus ſit, ſed etiam eam oſculari, complectique, ut refert Plin. lib. 16. cap. ult.
Fuit & Criſpus, Conſtantini M. filius, quem pater jam Cæſarem factum, ob ſuſpicionem inceſtæ cum Fauſta noverca conſuetudinis, indicta cauſa, interfecit.
Criſpus item Vibius orator, ore compoſitus, & jucundus: privatis tamen cauſis, quam publicis melior, ut ait Quintil. lib. 10. cap. 1.

Crispus, a, um. Adj. [οὖλος] ut, Criſpus capillus, i. e. Intortus. Plaut. Truc. 2. 2. 32.
Jam ego iſtos fictos, compoſitos, criſpos, cincinnos tuos
Unguentatos uſque ex cerebro expellam.
Abies criſpa. Cic. 3. Tuſc. 44. ex antiquo poeta,
— toſti alii ſtant parietes
Deformati atque abiete criſpa.
Coma. Sil. lib. 16. 120.
Elegantiæ criſpioris materies, & ob id Perſis gratiſſima. Plin. lib. 13. cap. 9. de Pertica Ægyptiaca loquens.
Folium criſpum. Plin. lib. 12. cap. 15. Folium olivæ, verum criſpius, & aculeatum. De myrrha loquitur. Apud Columellam autem lib. 11. cap. 3. Criſpiſſimum folium.

Jubæ criſpiores leonum, apud Plin. lib. 8. cap. 16.

Crispŭlus, a, um. Adj. dimin. [οὐλοκόμος] Martial. lib. 5. 62. ad Marianum,
— criſpulus iſte quis eſt? Et Senec. Epiſt. 95. Ne quis, cui rectior eſt coma, criſpulis miſceatur. V. Epiſt. 66.

Crispo, [οὐλόω] āre. Plin. lib. 28. cap. 8. Fimi cinere criſpari capillum cum oleo. Subaud. Aiunt.
Criſpari terra herbis dicitur, per translationem. Columel. lib. 10. 167.
Nunc apio viridi criſpetur florida tellus.
Aurora criſpat pelagus novo Phœbo. Valer. 1. Argon. 311. i. e. Oriente Sole ſplendere facit.
Aurum miſtum cono criſpaverat. Stat. 8. Theb. 568.

Crispans, antis. [οὐλῶν] Partic. ad varia adhibetur. Plin. lib. 16. cap. 16. In primis vero materies honorata buxo eſt, raro, criſpanti, nec niſi radice, cetero lenis. Legitur in vetuſtioribus exemplaribus Criſpicanti. Virg. 1. Æn. 317.
Bina manu lato criſpans haſtilia ferro. i. e. Vibrans. de quo Scalig. Poet. 4. 1. Colorem in oratione per metaphoram intelliges nitorem illum verborum. Eſt enim nitidius verbum, & quaſi coloratius Criſpare, quam Quaſſare, ſi id apud Virgilium ſignificat. Criſpum enim eſt Non rectum. Quaſſata haſta curvatur ac criſpatur. Criſpari etiam dici poteſt, id quod manu colligitur. Sic enim Criſpatur veſtis limbus, cum colligendo digitis corrugatur. Sic duo haſtilia veluti duæ rugæ.
Crepitus criſpans. Plin. lib. 2. cap. 82. de terræ motu.
Naſus. Perſ. 3. Sat. 87.
His populus ridet, multumque toroſa juventus
Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos.

Crispātus, a, um. [οὐλωτὸς] Partic. ut,
Buxus criſpata denſo cacumine. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 110. h. e. Spirante vento vibrata.

Crispico, āre. Idem ac Criſpare. Gell. 18. 11. Ventus mare cæruleum criſpicans. V. & Plin. 16. 16.

Crispisulcans, antis. Adj. o. g. [οὐλοπάλλων] Cic. in Topic. 61. At quum in Ajacis navim criſpiſulcans igneum fulmen injectum eſt, inflammatur navis neceſſario.

Crispitūdo, ĭnis. f. Arnob. lib. 2. 73. de laſcive ſaltantibus; Lumborum criſpitudine fluctuare.

Crissa, æ. f. [Κρίσσα] Nomen oppidi Phocidis, quod Criſſus Phoci filius condidit. Hinc

Crissæus, Sinus. Strab. lib. 9. Steph. eſt Criſa, Κρίσα. q. V.

Crisso, [σκιλοπρωκτῶ] āre. Ceveo, impudice nates moveo. Martial. lib. 10. 68. in Læliam,
Numquid, quum criſſas, blandior eſſe potes? Idem 14. 202. De puella Gaditana. V. Donat. ad Ter. Eunuch. 3. 1. 34. & Scalig. ad Priapeia.

Crissans, Partic. Juven. 6. Sat. 322. — frictum criſſantis adorat.

Crista, æ. f. [λόφος] Nota vox. Plin. lib. 10. cap. 29. Upupa obſcæna alias paſtu avis, criſta viſenda plicatili.
Criſta galeæ. Virg. 7. Æn. 185.
Et criſtæ capitum. Liv. 10. 39. Non enim criſtas vulnera facere, & per picta atque aurata ſcuta tranſire Romanum pilum.
Galea decora criſtis. Virg. 9. Æn. 365.
Decus ſuperbum criſtarum. Sil. lib. 10. 400.
Fercula cumulata criſtis. Stat. 12. Theb. 524.
Comantes. Virg. 7. Æn. 468.
Equina. Virg. 10. Æn. 869.
Geminæ ſtant vertice. Virg. 6. Æn. 780.
Hoſtiles. Claud. 1. in Ruffin. 346.
Puniceæ. Stat. 4. Theb. 218.
Roſeæ. Claud. 1. de Rapt. Proſerp. 14.
Rubentes. Virg. 9. Æn. 270.
Rubra. Virg. 9. Æn. 50.
Comere. Stat. 3. Theb. 424.
Excuſſit ſummas vertice. Virg. 12. Æn. 493.
Inſurgens nitenti cono. Sil. lib. 16. 557.
Quatere terrificas capitum. Lucret. lib. 2. 632.
Scintillant alte. Sil. lib. 7. 593.
Significare videtur κλειτωρίδα apud Juven. 6. Sat. 421.
Criſta, Herbæ ſpecies: de qua ſic Plin. lib. 27. cap. 5. Alectorolophos, quæ apud nos criſta dicitur, folia habet ſimilia gallinacei criſtæ, plura, caulem tenuem, & ſemen nigrum in ſiliquis.

Cristŭla, æ. f. [λοφίδιον] dimin. Columel. lib. 8. cap. 2. Rectis rutiliſque criſtulis.

Cristātus, a, um. Adj. [λόφον ἔχων] Quod criſtas habet: ut, Criſtatæ aves: & periphraſis eſt Gallorum gallinaceorum. Martial. lib. 14. 229.
Criſtatæque ſonant undique lucis aves.
Ales oris criſtati, Gallus. Ovid. 11. Met. 497.
Angues. Sen. Herc. fur. v. 216.
Apex. Claud. de Phœn. 19.
Caſſis. Ovid. 8. Met. 25.
Draco. Ovid. 4. Met. 598.
Galea criſtata. Liv. 9. 40.
Jubar criſtatum galeæ. Stat. 3. Theb. 223.
Fulmine criſtatum galeæ jubar, &c.
Pullus inſigniter criſtatus. Suet. Tiber. 14.

Crites, æ. m. [κριτὴς] Judex. Tertull. adv. Gnoſt. cap. 3. Inſtituit ſuper illos Deus critas, quos cenſores intelligimus.

Crĭtĭcus, a, um. Adj. [κριτικὸς] Critici dicebantur Grammatici Poematum judices, quales Ariſtarchus & Ariſtophanes fuerunt: de quibus Fabius lib. 10. cap. 1. Cic. 9. Fam. 10. Profert alter, ut opinor, duobus verſiculis expenſum Niciæ: Alter Ariſtarchus hos ὀβελίζει. Ego tanquam criticus antiquus judicaturus ſum, utrum ſint τοῦ ποιητοῦ, an παρεμβεβλημένοι. Hor. 2. Epiſt. 1. 51.
Ennius & ſapiens, & fortis, & alter Homerus,
Ut critici dicunt.
Critici olim vocabantur, qui poſtea Grammatici appellati ſunt. V. Wower. de Polymath. cap. 16, 17, & 18.
Critici dies, [κρίσιμοι, κριτικοὶ] vocantur a Medicis Judiciarii, in quibus de morbis ratione fieri judicium poteſt. Celſ. lib. 3. cap. 4. Eſt autem alia etiam de diebus ipſis dubitatio: quoniam antiqui potiſſimum

mum impares sequebantur, eosque tanquam tunc de ægris judicaretur, κρισίμους nominabant. In his erat dies tertius, quintus, saptimus, nonus, undecimus, quartus decimus, unus & vicesimus: ita ut summa potentia septimo, deinde quarto decimo, deinde uni & vicesimo daretur. Igitur sic ægros nutriebant, ut dierum imparium accessiones expectarent: deinde postea cibum quasi levioribus accessionibus instantibus darent. V. & Gell. 3. 10. Macrob. Somn. Scip. 1. 5.

Critice, es, sive **Critica**, æ. f. [κριτικὴ] Philologiæ pars est, quæ in emendatione auctorum & in judicio consistit: Varro apud Diomed. lib. 2.

Critensi, Asiæ populi, a Memnonibus & Davellis dierum viginti intervallo discreti. Auctor Plin. lib. 6. cap. 30.

Crithe, [κριθὴ] Tuberculum parvulum in palpebra super pilorum locum, quod a similitudine hordei sic est dictum. Cels. lib. 7. cap. 7.

Crithēis, [Κριθηὶς, Al. Κρηθηὶς] ut ex Ephoro refert Plutarchus in vita Homeri, Filia fuit Atellis, quam post mortem suam Mæonis fratris tutelæ reliquit. Hic autem quum puellam vitiasset, gravidamque fecisset, atque ob id facti vereretur infamiam, Phæmio eam Smyrnæo grammaticæ præceptori in matrimonium dedit. Illa vero non multo post, quum ad lavacra, quæ prope Meletem fluvium erant, proficisceretur, Homerum juxta fluvium peperit, ob idque Melesigenes appellatus est, qui postea cæcus factus, Homeri nomen accepit. Cumæi namque & Iones oculis captos Homeros appellant, quod homeris, id est itineris ducibus egeant.

Crithmum, seu, ut aliqui, **Crithămum**, i. n. [κρίθμον] Herba est fruticosa, & undique foliosa, cubiti altitudinem fere petens. Nascitur in maritimis & petrosis, foliis pinguibus, numerosis, albicantibus, veluti portulacæ, latioribus, & longioribus, salso gustu. Flores candidi sunt, & semen, ceu rorismarini, odoratum, molle, rotundum, quod siccatum rumpitur: habet intus tritici modo nucleum, radices digiti crassitudine tres aut quatuor, grati odoris & jucundi. Hæc Dioscorid. lib. 2. cap. 122. Meminit & Galen. lib. Simplic. medic.

Crithologi, orum. m. pl. [κριθολόγοι] apud Opuntios dicuntur, Qui colligendis sacrificiorum primitiis præfecti erant: sic dicti, quia in veterum sacrificiis plurimus erat hordei usus, quod κριθὴν Græci dicunt. Auctor Cælius Rhodig. lib. 12. cap. 1.

Crithologia, æ. f. [κριθολογία] Cura hordei & frumenti colligendi. Theod. cod. lib. 14. tit. 25. Crithologiæ & Zygostasii munus.

Crithōte, es. f. [Κριθῶτη Stephano] Urbs est Thraciæ ad Hellespontum, octoginta stadiis a Cardia distans, cujus meminit Plin. lib. 4. cap. 11.

Critĭas, æ. m. [Κριτίας] Unus e triginta tyrannis, Atheniensibus a Lacedæmoniis impositis. Cujus mentionem facit Cic. lib. 2. de Orat. 93. Consequuti sunt hos (inquit) Critias, Theramenes, Lysias: multa Lysiæ scripta sunt, nonnulla Critiæ, de Theramene audivimus. Rursum idem, lib. 3. 139. Quid Critias? quid Alcibiades? civitatibus suis quidem non boni, sed certe docti atque eloquentes, nonne Socraticis erant disputationibus eruditi?

Fuit & alter Critias philosophus, qui dixit animam esse sanguinem, sicut & multi alii. Unde Virg. 9. Æn. 349.

Purpuream vomit ille animam, &c.

Critice, **Criticus**. In crites.

Crito, ōnis. m. [Κρίτων] Atheniensis, Socratis familiaris, quem & opibus juvit, & cum quo usque ad extremum vitæ est philosophatus.

Crito item Pieriota (Pieria autem urbs est Macedoniæ) historicus fuit, scripsitque res Persicas, Siculas, Macedonicas.

Fuit præterea alius, Naxius genere, historicus & ipse. Auctor Suidas.

Critobūlus, i. m. [Κριτόβουλος] Philippi Maced. & Alexandri F. ejus fuit Medicus, de quo Plin. lib. 7. cap. 37. Magna & Critobulo fama est, extracta Philippi regis oculo sagitta, & citra deformitatem oris curata orbitate luminis. V. Curt. 9. 5.

Critolāus, i. m. [Κριτόλαος] Atheniensis, nobilis Peripateticus, Romam ab Atheniensibus missus legatus cum Carneade, & Diogene Stoico, ut scribit Cic. 2. de Orat. 155. De hujus libra, Idem 5. Tusc. 51. Quo loco quæro quam vim habeat libra illa Critolai, qui quum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis & externa, tantum propendere illam boni lancem putet, ut terram & maria deprimat.

Alter Critolaus, Achæorum dux, bellique Achaici concitator, quem ideo Corinthum evertisse dicit Cic. 3. de Nat. Deor. 91. Critolaus evertit Corinthum, Carthaginem Hasdrubal. Hi duo illos oculos oræ maritimæ effoderunt.

Critolaus Tegeates, Reximachi filius, qui apud Græcos contra tergeminos Pheneatas eadem conditione & fortuna, qua apud Romanos Horatius, decertavit. nam is quoque sororem interfecit, quod sibi e victoria redeunti non gratularetur, quum tamen ceteri omnes ei applauderent, ut est auctor Demaratus apud Plutarchum in Parallelis Rom. & Græc.

C R O

Crōbialon, i. n. [Κρωβίαλον] Oppidum non longe a Sesamo in Paphlagonia, quod abluit Parthenius amnis Dianæ virgini admodum gratus. Hujus oppidi meminit Apollonius lib. 2. Valer. 5. Argon. 102.

—fugit omne Crobiali latus, &c.

Crōbylus, i. m. [Κρώβυλος] Comicus fuit, referente Athenæo, apud quem gulo insignis ad cibaria præfervida digitos sibi esse gloriatur ἰδαλίμους, id est humentes, & calentibus frustis ita se guttur succensurum, ut videri fornax possit, non homo. [Hegesippi Comici id cognomen fuisse docet Suidas in Ἡγήσιππος, ut vix alius videatur ab Athenæo intelligi.

Crōbylus, i. m. [κρώβυλος] Aureus vel argenteus corymbus, ex capillis pendens, idque proprie in viris: nam in mulieribus potius Corymbium, & in pueris Scorpium vocamus. V. supra corymbium. V. & Henr. Steph. Thes. Gr.

Crobyzi, [Κρώβυζοι Stephano] Populi Istri accolæ, quorum meminit Plin. lib. 4. cap. 12.

Crocăle, es. f. [Κροκάλη] Ismeni fluvii filia. Ovid. 3. Met. 169. ubi V. Burm.

Crocallis, is. f. Gemma, quæ cerasum, vel ut alii legunt, ceram repræsentat, auctore Plin. lib. 37. cap. 10.

Crocatus, &c. V. crocus.

Crŏcea, æ. f. [Κροκέα] Urbs Laconiæ una ex centum, cujus incolæ dicuntur Croceatæ, Κροκεᾶται. Stephan.

Crŏcias, æ. f. [κροκίας] Gemmæ species, a croci similitudine sic dicta. Auctor Plin. lib. 37. cap. 11. Hard. Crocia.

Crocinum, **Crocinus**. V. in crocum.

Crŏcio, [κρώζω] īre. Corvus dicitur crocire, ut ait auctor Philomelæ inter opera Ovidii, v. 28. Al. hic leg. Crocitat. V. seq. dict.

Crŏcīto, [κρώζομαι] āre. pen. long. quia frequentativum est a Crocio, crocis; ut Dormīto, a Dormio, dormis. V. Despauterium. Plaut. Aulul. 4. 3. 1.

Non temere est quod corvus cantet mihi nunc ab læva manu,
Simul radebat pedibus terram, & voce crocitabat sua.

Perottus Crocibat legit. Nec aliter Gronov.

Crocītus, ûs. m. Propriam corvorum vocem veteres esse voluerunt, inquit Nonius 1. 218.

Crocatio, ōnis. f. [κρῶξις] Corvorum vocis appellatio. Festus. Al. **Crocītio**, sive **Crocitatio**.

Crŏcis, īdis. f. [κροκὶς] Herba est, cujus contactu phalangia emoriuntur, ut ex Apollodori sententia tradit Plin. lib. 27. cap. 17.

Crŏcŏdīlium, i. n. [κροκοδείλιον] Herbæ species. Plin. lib. 27. cap. 8. Crocodilion chamæleontis herbæ nigræ figuram habet, radice longa, æqualiter crassa, odoris asperi. Ruell. lib. 3. cap. 10. dicit ad hanc herbam proxime accedere eam quæ Carlina dicitur: non audet tamen eandem esse asserere. V. ibidem plura.

Crŏcŏdīlôn, sive Crocodilorum oppidum [Κροκοδείλων πόλις] Oppidum Phœnices ad Carmelum montem, cujus Strabonis ætate nihil præter nomen extabat, ut ipse testatur lib. 16. Meminit & Plin. lib. 5. cap. 19. Est & alterum ejusdem nominis oppidum in Arsinoitica præfectura ad Nilum fluvium: ita dictum, quod in eo crocodili pro diis colerentur. Hanc urbem postea Arsinoen appellarunt, teste Strab. lib. 17.

Crŏcŏdīlus, i. m. [Κροκόδειλος] Mons est Ciliciæ, apud Plin. lib. 5. cap. 27.

Crŏcŏdīlus, i. m. [κροκόδειλος] Animal quadrupes, hominibus terra pariter atque aquis infestum. Dictus crocodilus, ἀπὸ τοῦ κρόκου καὶ δειλοῦ, id est a croco & timido, ut nonnulli volunt, quod crocum ac ejus odorem mirum in modum timeat ac refugiat. V. Plin. lib. 8. cap. 25. & Cic. 1. de Nat. Deor. 83.

Color fucatus stercore crocodili. Hor. Epod. 12. 11.

Crocodīlĭnus, a, um. [κροκοδείλινος] Adj. Quod ad Crocodilum pertinet.

Ambiguitates crocodilinæ, Quintil. lib. 1. cap. 10. Argumenta sunt perplexa & sophistica. V. Politianum Miscellaneorum cap. 55. Ductum est nomen ex fabula Ægyptiaca, quæ est hujusmodi: Mulier quædam cum filio secundum fluminis ripas ambulabat; ei crocodilus filium abstulit, redditurum se dicens, si verum mulier responderet: negavit illa fore ut redderetur: atque ob id æquum aiebat reddi. V. Burm. ad Quintil. l. c.

Crocodīlītes, æ. m. [κροκοδειλίτης] Al. **Crocodīlitis**, [κροκοδειλῖτις] Idem nimirum genus sophismatos parum explicabilis. Auctor Doxopater Aphthonii enarrator Græcus apud Polit. Miscell. cap. 55.

Crocodilea, æ. f. [κροκοδειλέα] Animal simile crocodilo. Plin. lib. 28. cap. 8. de Crocodilo loquens; Alter illi similis, multum infra magnitudinem, in terra tantum, odoratissimisque floribus vivit. Ob id intestina ejus diligenter exquiruntur jucundo nidore farcta: crocodileam vocant, oculorum vitiis utilissimam. [Est ergo id nomen Stercoris, non Animalis ipsius. V. Hard. in loc.

Crocomagma, ătis. n. [κροκόμαγμα] Unguentum quo Cilices utuntur: id ita fiebat, Terebant crocum, & vino præcipue dulci miscebatur. Plin. lib. 21. cap. 20. Crocomagma verti potest, Crocini olei fæx. Cæl. Rhodig. lib. 9. cap. 4.

Crŏcōta, æ. f. [κροκωτὴ] Vestis muliebris est crocei coloris. Cic. de Arusp. Resp. 44. P. Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus soleis, purpureisque fasciolis, a strophio, a psaltrio, a flagitio, a stupro est factus repente popularis. Et Apul. 11. Met. p. 261. Vidi & simiam pileo textili, crocotisque Phrygiis, catamiti pastoris specie, aureum gestantem poculum.

Mustelæ crocoton addere, est Honorem conferre indignis. V. Chiliad. Feli crocotam.

Crocotŭla, æ. f. [κροκώτιον] dimin. Plaut. Epid. 2. 2. 47.

Indusiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam.

Crocotŭlārius, i. m. [κροκωτὸς] Crocotarum vestium infector. Plaut. Aulul. 3. 5. 47. Quum incedunt infectores crocotularii. Al. Crocotarii.

Crocotilus, a, um. Adj. Veteres Valde exile dicebant. Plaut. 1. Fragm. 14. Extortis talis cum crocotilis crusculis. Festus. Sed dubia lectio est. V. Dacer.

Crocotinum, i. n. Genus operis pistorii. Festus.

Crocōtus Campus, [Κροκωτὸν πεδίον] Campus est juxta Thessaliam, ad Amphrysum fluvium. Stephan. in dictione λημνήτριον.

Crocufantia, orum. n. [κροκυφάντια] Ornamenta villosa sunt, inquit Hotomanus, quæ sub reticulis contexta, per eorum plagulas apparent. Turnebus Advers. 18. 23. Crocufantia, inquit, Ornamenta capitis sunt, & redimicula, quæ tota e subtegmine sine ullo stamine contexta sunt, unde & appellationem sunt adepta. κροκύφαντον enim Grammatici Græci exponunt, quod διὰ κρόκης ὑφαίνεται, & ab Atticis κεκρύφαλον scribunt vocari. De his Ulpian. in l. 25. §. 4. D. de aur. & arg. leg. Ornamentorum hæc, inquit, vittæ, mitræ, semimitræ, reticula, crocufantia, &c. Alciatus autem & alii eruditi homines alio vocabulo conquirendo mirabiliter exercentur.

Crŏcum, i. n. vel **Crŏcus**, i. m. [κρόκον, κρόκος] Plin. lib. 21. cap. 7. Hos certe flores Homerus tres laudat, loton, crocon, hyacinthon. Idem cap. 6. Crocum silvestre optimum, serere in Italia minime expedit, ad scrupula usque singula areis decoquentibus. Seritur radicis bulbo: sativum latius, majusque & nitidius, sed multo levius degenerans, sed nec ubique fecundum, etiam Cyrenis, ubi semper flores laudatissimi. Plaut. Curc. 1. 2. 7. Tu crocum & casia es. al. Crocinum.

Colore croci contactum. Lucret. lib. 6. 1186.
Cilix crocus. Lucret. lib. 2. 416.
Corycius. Hor. 2. Serm. 4. 68.
Liquidus. Ovid. 1. de Arte Am. 104.
Pallens. Stat. 6. Theb. 210.
Puniceus. Ovid. 5. Fast. 318.
Rubens. Virg. 4. Georg. 182.
Ruber. Ovid. 2. Amor. 6. 22.
Sicanius. Stat. 2. Silv. 4. 36.

Spirans. Juven. 7. Sat. 208.
Tyrius. Claud. Epigr. de Zona, 8.
Croci, in plurali, apud Juven. 7. Sat. 208.

Spranteſque crocos, &c. Et Ovid. 4. Met. 393.
— redolent myrrhæque crocique. Propert. lib. 4. 1. 16.
Pulpita ſolennes non oluere crocos. Poeticum.

Crocum in medio lilii. Plin. lib. 21. cap. 5. De lilio.

Crocus, metaphorice pro Scena, quod croco, & floribus, & aliis odoribus conſpergi ſoleret, ut ex Lucretio apparet lib. 2. 416.

Et quum ſcena croco Cilici perfuſa recens eſt. Hor. 2. Epiſt. 1. 79.
Recte necne crocum, floreſque perambulet Attæ
Fabula, ſi dubitem, &c. i. e. Agatur ab hiſtrionibus in ſcena ambulantibus. Lambinus. conf. Propert. l. c.

Crŏceus, a, um. Adj. [κρόκεος] Croci coloris. Plin. lib. 22. cap. 13. Mutat enim cum terra colores, hic niger, illic viridis, aliubi cyaneus, aliubi croceus. Virg. 1. Æn. 715.

Et circumtextum croceo velamen acantho.

Amictus croceus. Ovid. 3. de Arte Am. 179.
Chlamys. Virg. 11. Æn. 775.
Dies, Aurora. Claud. 2. in Eutrop. 529.
Flores. Virg. 4. Georg. 109.
Frondes. Valer. 4. Argon. 23.
Honor croceus, Pici in avem ſui nominis converſi. Sil. lib. 8. 444.
Ignes. Claud. 2. in 1. Conſ. Stil. 467. Croceis rorantes ignibus hortos. De Solis hortis.
Lutum. Virg. 4. Ecl. 44. Hypallage eſt, pro Croco luteo. Servius.
Odores. Virg. 1. Georg. 56.
Prata. Claud. Conſ. Prob. & Olyb. 273.

Croceātus, a, um. Adj. Idem. Adelhelm. de Virg. cap. 2. Croceata geniſtarum cacumina.

Crocātus, a, um. Adj. Idem. Plin. lib. 16. cap. 34. Alicui & ſemen nigrum, alii crocatum.

Crocĭnus, a, um. Adj. [κρόκινος] Idem. ut, Crocinum ſemen. Plin. lib. 21. cap. 19. Semen his optimum crocinum, nec anniculo vetuſtius, & in umbra ſiccatur.

Tunica crocina. Catul. 66. 134.

Crŏcĭnum, i. n. [κρόκινον] Genus unguenti: cujus oleum eſt ex croco: de quo Plin. lib. 13. cap. 13. Unguentis cognomina dedere aliis patriæ, aliis ſucci, aliis arbores, aliis cauſæ, primumque id ſcire convenit, mutatam auctoritatem, & ſæpius tranſiſſe gloriam. Laudatiſſimum fuit antiquitus in Delo inſula, poſtea Mendeſium. Crocinum in Solis Ciliciæ diu maxime laudatum. Propert. lib. 3. 8. 22.

Et crocino nares murrheus ungat onyx.

Crocus, i. m. a quibuſdam Sagittarius dicitur, Panis & Euphemes Muſarum nutricis filius. Hunc dicunt domicilium in monte Helicone habuiſſe, & cum Muſis cantu ac cithara delectari ſolitum: ſæpe etiam ſtudio venationis exerceri: quapropter magnam laudem & laboris & ingenii aſſequutum. Verum hunc non Crocum, ſed Crotum, vocat Hyginus in fabula 224. & Poët. Aſtr. 2. 27. ex Soſitheo. conf. Latinos commentarios in Aratum interprete Germanico Cæſare. Hic in Muſarum gratiam ab Jove collocatus inter ſidera, Sagittarii nomen obtinuit.

Crŏcūta, æ. f. [κροκότλας Heſ.] Fera eſt Æthiopiæ familiaris, ex hyæna & leæna Æthiopica naſcens, quæ & ipſa hyænæ more humanas voces imitatur. Plin. lib. 8. cap. 30. ubi hyænæ naturam multis explicuit, ſtatim ſubdit, Hujus generis coitu leæna Æthiopica parit crocutam, ſimiliter voces imitantem hominum, pecorumque. Acies ei perpetua in utraque parte oris, nullis gingivis, dente continuo, qui ne contrario occurſu hebetetur, capſarum modo includitur. V. Ælian. Hiſt. Animal. 7. 22.

Crœsus, i. m. [Κροῖσος] Lydorum rex Halyattis filius, primus Græcos partim tributis impoſitis ſubegit, partim ſocios atque amicos ſibi adſcivit: tantumque imperio & opibus crevit, ut ſe feliciſſimum dicere non dubitaret. Paulo poſt debellatus a Cyro, quum pyræ cremandus imponeretur, magna voce ter, ô Solon exclamavit. Admiratus igitur Cyrus, miſit qui rogarent, quiſnam hominum, aut deorum is eſſet, quem in dubiis caſibus ſolum imploraret. Cujus rei quum rationem reddidiſſet Crœſus, non ſolum dimiſſus eſt, ſed ſummo etiam in honore quoad vixit, apud Cyrum habitus. Ex quo viſus eſt Solon eadem oratione alterum ſervaſſe e regibus, cautiorem & prudentiorem alterûm reddidiſſe. Plutarchus in Solone. Cremandus autem Crœſus propterea Solonem inclamabat, quod ab eo fuerat admonitus, Neminem tantiſper dum viveret, felicem dici poſſe. Reſpexit huc Juvenal. 10. Sat. 273.

Feſtino ad noſtros, & Regem tranſeo Ponti,
Et Crœſum quem vox juſti facunda Solonis
Reſpicere ad longæ juſſit ſpatia ultima vitæ.

Pro Opulento quaſi proverbio ponitur. Ovid. 3. Triſt. 7. 42.

Nempe dat id cuicunque libet Fortuna, rapitque,
Irus & eſt ſubito, qui modo Crœſus erat. Et Martial. 11. 6.
Ardua res hæc eſt, opibus non tradere mores:
Et cum tot Crœſos viceris, eſſe Numam.

Crommyon, i. n. [κρόμμυον] Cepa. Dioſc. 2. 140.

Crommyonnēsos, [Κρομμυόννησος] Inſula juxta Smyrnam, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 31. [Puto diviſe ſcribendum Κρομμύων νῆσος.

Cromna, [Κρῶμνα] Paphlagonum oppidum, cujus Homerus in Paphlagonibus inſtruendis meminit lib. 2. Iliad. Bœot. v. 362. & Strabo lib. 12. & Valer. 5. Argon. 105. & Apollon. lib. 2. Nunc *Comana* vocatur, teſte Olivario in Melam 1. 20. apud quem Cronna ſcribitur.

Cromyon, vel **Crommyon**, ōnis. f. [Κρομμυών] Oppidum regionis Corinthiacæ, ubi Theſeus ſuem agros infeſtantem peremit. Ovid. 7. Met. 435.

Quodque ſuis ſecurus arat Cromyona colonus. V. crimmyon.

Cronba, Promontorium Caſpio mari vicinum, de quo Plin. lib. 6. cap. 5.

Crŏnium in Septentrionibus Mare [Κρονία θάλασσα] dicitur, non quia antiquum: quid enim inſulius? ſed concretum, auctore Plinio 4. 13. a frigoris argumento, cujus præſidem Saturnum faciunt cæleſtium rerum ſtudioſi. Apollonius Argonauticôn quarto, Adriacum mare, Cronium dicit. Sed a Crono, id eſt Saturno, ut inquit interpres, quem habitaſſe Italiam omnibus & lippis notum & tonſoribus. Sunt tamen qui non Cronium, apud hunc poetam, ſed Chronium putent ſcribendum, ab inſula quæ vocetur Chronia. Lycophronis interpres Ionium ſcribit ſinum antea Chronium dici conſueſſe, ſed & Rheæ ſinum. Cronii maris & Euſtathius meminit; Poſt Scythas, inquit, qui mari Cronio vicini Caſpium accolunt, Unni ſunt, &c.

Cronius, i. m. Unus ex Centauris.

Fuit & alter Cronius gemmarum inſignis ſculptor, ut videre eſt apud Plin. lib. 37. cap. 1.

Crŏnos, i. m. [Κρόνος] Saturnus, & Temporis ſpatium Latine dicitur. Cic. 2. de Natura Deor. 64. Saturnum autem (inquit) eum eſſe voluerunt, qui curſum & converſionem ſpatiorum ac temporum contineret: qui Deus Græce idipſum nomen habet. Κρόνος enim dicitur, qui eſt idem χρόνος, id eſt ſpatium temporis. V. Macrobium libro 1. Saturn. cap. 8. Et rurſum cap. 22. ad finem.

Cronia, orum. n. pl. [Κρόνια] Feſta Saturni, qui a Græcis Κρόνος dicitur. In his feſtis mittebant ſibi invicem xenia, remittebanturque apophoreta, ut viderentur Saturno gratias agere, quod fruges, fructuſque ad vitæ cultus neceſſarios percepiſſent. Hæc feſta, Latine Saturnalia dicuntur. V. Macrob. lib. 1. Saturn. cap. 7. ad finem.

Crosmis, is. f. Salvia. Apul. de Herb. cap. 101.

Crŏtălum, i. n. [κρόταλον] eſt Inſtrumentum quod manu pulſatur, laminis quibuſdam ex ære rotundis, ſonum ex colliſione reddentibus: dictum a pulſatione: κρότον enim Græci plauſum vocant: & κροτεῖν dicunt pulſare atque percutere. Utebantur hoc inſtrumento Ægyptii in deorum ſolennitatibus. Virg. in Copa, pr.

Copa Syriſſa, caput Graia redimita mitella,
Criſpum ſub crotalo docta movere latus. Cic. in Piſon. 20.

Quos neque hercule ego, neque ſupercilium tuum, neque collegæ tui cymbala ac crotala fugi. V. Cælium lib. 19. cap. 4. Macrob. 2. Saturn. 10. & Laurent. Pignor. de Servis p. 87.

Crŏtălia, orum. n. pl. [κροτάλια] appellari Margaritas quaſdam reſonantes, docet Plin. lib. 9. cap. 35. quarum ſono gaudebant Græci. Subeunt (inquit) luxuriæ ejus nomina, & tædia exquiſita perdito nepotatu: ſiquidem quum id fecere, crotalia appellant, ceu ſono quoque gaudeant, & colliſu ipſo margaritarum.

Crotalizo, **Crotalisso**, [κροταλίζω] ut Malacizo, Malaciſſo, in Cornuti fragmento de Orthogr. apud Caſſiodor. p. 17. H. St. V. Caſſiod. de Orthogr. cap. 1. extr. Hinc

Crotalistria, æ. f. [κροταλίστρια] Femina crotala percutere docta. Petronius Arbiter c. 55. de Ciconia, quæ voce ſtrepitum crotalorum imitatur.

Ciconia etiam grata, peregrina, hoſpita,
Pietaticultrix, gracilipes, crotaliſtria, &c. Sic enim legit Turnebus 8. 18. atque ita vocari ſcribit a Crotalis, quorum ſtrepitum imitatur,
— crepitante ciconia roſtro; ut Ovidius loquitur 6. Met. 97.

Legitur tamen in omnibus fere exemplaribus Coraliſtria, ſed nullo ſenſu. Similiter & apud Propert. 4. 9. 11. (Al. 8. 39.)

Nile, tuus tibicen erat, coraliſtria Phyllis; reſtituit idem Turnebus Crotaliſtria. Tu diſpice. V. Plaut. Merc. 5. 2. 99.

Crotalus, i. m. [Κρόταλος] Fluvius Italiæ (cui Magna Græcia cognomen eſt) navigabilis, teſte Plin. lib. 3. cap. 10.

Crŏto, ſive **Crŏtōn**, ōnis. f. [Κρότων] Civitas Italiæ in Sinu Tarentino, Milone athleta memorabilis, qui Pythagoræ diſcipulus fuit. Peritiſſima autem rei bellicæ fuit: nec parvam operam exercendis athletis dedit. In uno enim Olympico certamine victores omnes, Crotoniatæ fuerunt. Jure itaque dici viſum eſt, Qui Crotoniatarum poſtremus eſt, is reliquorum Græcorum primus eſt.

Crotone ſalubrius, Proverbium alterum, quod inde ortum eſſe aiunt: quia locus ipſe ad ſalubritatem, & bonas corporis habitudines, propter athletarum multitudinem plurimum conferat. Plurimos enim Olympionicas habuit. Ad ejus gloriam accedit ingens Pythagoreorum numerus. Hæc ex Strabonis lib. 6. Croton, nunc vulgo *Crotone* dicitur. Teſtis Olivarius in Melam 2. 4. Sil. lib. 11. 17. — patefecit amicas
Alta Croton portas.

Crotonem tradit Ovid. lib. 15. Met. 55. a Mycilo Alemonis filio juſſu Herculis conditam, habereque nomen a Crotone ipſius Herculis hoſpite ibi ſepulto.

Croto, etiam genere maſculino dicitur. Liv. 24. non procul ab initio, Itaque optimum viſum eſt, ad Annibalem mitti legatos: caverique ab eo, ut receptus Croto Bruttiorum eſſet. [Non dubito, quin vett. Croto, ōnis. m. & Crotona, æ. f. uſurparint, ut Narbo & Narbona, Vibo, Vibona; Ancon, Ancona, plurimaque id genus. Maſculina tamen Romanis frequentiori in uſu. Ætas ſequior ſola feminina retinuit.

Crotōniātes, is. m. [Κροτωνιάτης] Cic. lib 2. de Nat. Deor. 27.

Crotoniatum, genitivus pluralis. Liv. 24. 3. Eam tum arcem ſatis, ut videbatur, tutam Crotoniatum optimates tenebant. Ubi de Crotone, & Crotoniatis multa Livius.

Crotoniensis, e. Adj. Idem. Salluſt. in Catil. cap. 44. & Juſtin. 20. 4.

Croton, ōnis. m. [κρότων] Frutex eſt ad magnitudinem parvæ ficus aſſurgens, folio platani, ſed leviore ac nigriore, ramis ac caudice arundinum modo concavis, ſemine uvarum aſpero, quod purgatum effigiem Ricini animalis repræſentat, unde & nomen accepit. Nam Ricinum vermem Græci etiam κρότωνα appellant. Hoc ſemine exprimitur oleum, cibis quidem fœdum, ſed lucernis & emplaſtris utile. Alio nomine hic frutex Ricinus appellatur, & Cici, unde etiam oleum ipſum Cicinum & Ricininum appellatur. Plin. lib. 16. cap. 23. V. cici.

Crŏtōpus, i. m. [Κροτωπὸς, ἢ Κρότωπος] Rex Argivorum fuit, pater Pſamathes, quæ ab Apolline compreſſa Linum puerum peperit, quem quum inter vepres abſcondiſſet, canes extractum dilacerarunt. Meminit Pauſan. in Corinth. Hinc

Crotopiades, is. m patronym. Ovid. in Ibin, 480.

Quique Crotopiadem diripuere Linum.

Crotus, Euphemes Muſarum nutricis filius. V. crocus.

C R U

Cruciarius, **Cruciatus**, **Cruciamentum**, **Cruciabilis**, **Crucifigo**, **Crucio**, **Crucium**. V. crux.

Crŭciāta, æ. f. Planta eſt in incultis locis præcipue naſcens, caule rotundo, dodrantali, ac etiam majore, in cacumine rufeſcente, paribus fere intervallis ab imo ad ſummum geniculis interſecto: e quorum ſingulis alis bina prodeunt folia ſubpinguia, longa, vulgaris dictæ Saponariæ æmula, & Gentianæ foliolis in ſummitate erumpentibus ſimilia. Flores, qui purpureo colore nitent in ſummo circum caulem in orbem exeunt. Radix illi alba, longa, amariſſimo guſtu, locis pluribus ab

utroque latere crucis inſtar perforata : unde illi Cruciatæ nomen indiderunt. V. Matthiol. in lib. 3. Dioſcorid.

Crudaria, æ. f. Argenti vena quæ in ſumma fodina reperitur. Plin. lib. 33. cap. 6.

Crūdus, a, um. Adj. [ὠμὸς, ἄπεπτος] quidam a Cruore dictum putant, quod proprie Recens atque acerbum ſignificat : ut, Crudum vulnus. h. e. Recens, & quaſi adhuc cruentum. Hinc Crudum, Quod nondum eſt coctum, a ſimilitudine crudæ carnis, quæ adhuc cruenta eſt. Plin. 5. Epiſt. 16. ad Marcellinum, Ut enim crudum adhuc vulnus medentium manus reformidat, deinde patitur, atque ultro requirit : ſic recens animi dolor conſolationes rejicit ac refugit, mox deſiderat, & clementer admotis acquieſcit.
Crudum, Nondum coctum : ut, Cruda caro. Suet. Neron. cap. 37.
Agricola crudus. Martial. lib. 12. 77.
Alvus cruda, Quæ crudum adhuc & inconcoctum cibum egerit, ut in lienteria. Cato cap. 125.
Cæſtus crudus, pro Duro vel Crudeli. Virg. 5. Æn. 69.
Seu crudo fidit pugnam committere cæſtu. Servius.
Cibi ; Qui indigeſti & nondum concocti ſunt. Juven. 1. Sat. 143.
— & crudum pavonem in balnea portas.
Cortex crudus, pro Viridi. Virg. 9. Æn. 743.
— ille rudem nodis & cortice crudo
Intorquet. Servius.
Enſis crudus, pro Crudeli vel Cruento. Virg. 10. Æn. 682.
— & crudum per coſtas exigat enſem. Servius.
Equa cruda marito protervo. Hor. 3. Carm. 11. 12.
Exordia cruda magnæ indolis. Stat. 1. Achil. 276.
Fatum. Sil. lib. 13. 224. al. Factum. V. Drakenb. ad loc.
Funera cruda. Stat. 9. Theb. 390.
— quo jam nec cruda nepotis
Funera, nec noſtri valeant perrumpere planctus.
Homo, Qui crudum habet ſtomachum, id eſt qui cibum non concoxit. Cic. 2. de Fin. 23. Crudique poſtridie ſe rurſus ingurgitent. Hor. 1. Serm. 5. 49.
Namque pila lippis inimicum & ludere crudis. Al. exp. Qui cibos concoquere nequeunt. V. & Quinct. 11. 3. p. 1002.
Honor crudus. Stat. 10. Theb. 336.
Indoles, Patiens laborum. Claud. de 3. Conſ. Hon. 43.
Juventus. Sil. lib. 3. 303.
Mens. Sil. lib. 4. 35.
Nomen Marte viri, Terribile. Sil. lib. 7. 113.
Novalis. V. NOVALIS.
Poma cruda, Nondum matura. Cic. de Senect. 71. Et quaſi poma ex arboribus ſi cruda ſunt, vi avelluntur : ſi matura & cocta, decidunt.
Prælia. Stat. 12. Theb. 762.
Robur. Stat. 2. Theb. 709.
Rudimenta. Stat. 1. Achil. 478.
Saxum. Valer. 2. Argon. 542.
Senectus viridis & cruda. Virg. 6. Æn. 304.
Servitium. Tacit. 1. Ann. 8.
Solum crudum & immotum. Columel. lib. 2. cap. 2. Sed ita necubi crudum ſolum & immotum relinquat, quod agricolæ ſcamnum vocant.
Sudores crudi. Stat. 1. Theb. 422.
Taurus. Valer. 4. Argon. 250.
Aſpice & hæc crudis durata volumina tauris. i. e. Taurino corio duro. V. N. Heinſ. ad loc.
Terra. Lucan. lib. 3. 387.
Vellus. Valer. 6. Argon. 82.
Virago. Stat. 11. Theb. 414.
Virginitas. Claud. in ſec. Conſ. Stil. 246.
Uva. i. e. Immatura. Ulpianus in l. ſi ſervus. §. ſi olivam. D. ad legem Aquil.
Vulnera. Ovid. 1. de Pont. 12. 16.
Ructare crudum. Celſ. lib. 1. cap. 2.
Crudus, pro Crudeli. Marcell. lib. 26. p. 447. in fine. pag. eadem v. not. de Urſitio crudo. Sic. 34. p. 467. Genuinam ferociam pectori crudo affixam. H. St.

Crudĭtas, ātis. f. [ἀπεψις, ἀπεψία] Affectus ſtomachi qui naſcitur ex ægra concoctione. Cic. de Senect. 44. Caret ergo etiam vinolentia & cruditate & inſomniis.
Cruditas cauſa eſt morbi. Cic. de Fato 54.
Arborum cruditas. Plin. lib. 17. cap. 24. Arbores laborant & fame, & cruditate. i. e. Caloris inopia, non probe percocto humore.
Signa cruditatis. Quintil. lib. 2. cap. 21.
Contrahere cruditatem. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Excoquere cruditatem Laconico. i. e. Sudore. Columel. in præfat. lib. 1.
Subſtat cruditas. Celſ. lib. 2. cap. 12.

Crudesco, [ὠμοῦμαι] ĕre. Crudum fieri.
Ferrum crudeſcit. Sil. 1. 432.
Fidebat magica ferrum crudeſcere lingua. i. e. Crudelius fieri.
Iræ crudeſcunt. Stat. 2. Theb. 680.
Morbus crudeſcit, Validior fit. Virg. 3. Georg. 504.
Sin in proceſſu cœpit crudeſcere morbus. Servius.
Morbus crudeſcere incipiens. Claud. in Ruff. 1. 301.
Pugna crudeſcit, Crudelior fit cæde multorum. Virg. 11. Æn. 833.
— dejecta crudeſcit pugna Camilla. Servius.
Pugnæ ſanguine effuſo crudeſcunt. Virg. 7. Æn. 788.
Seditio crudeſcit. Tacit. 3. Hiſt. 10.

Crudĭto, āre. Male concoquere, vel nondum concoxiſſe. Tertull. de Jejun. cap. 16. Populus carnis avidiſſimus, uſque ad choleram ortygometras cruditando.

Cruditatio, ōnis. f. Cæl. Aurel. Tard. 1. 2.

Crudēlis, e. Adj [ὠμὸς, ἀπηνὴς, ἀνηλεὴς] Aſper, immitis. Cic. pro Deiot. 2. Crudelis Caſtor, ne dicam ſceleratum & impium, qui nepos avum in diſcrimen capitis adduxerit
Crudelis atque importunus. V. IMPORTUNUS.
In hominis alicujus calamitate crudelem eſſe. Cic. 2. de Orat. 198.
Crudelis in liberos & ſanguinem ſuum. Cic. ad Brut. 12.
In ira crudelis Ovid. 5. Faſt. 325.
Amor. Virg. 10. Ecl. 29.
Animus ferus, crudelis, atque inhumanus. Auct. ad Heren. lib. 2. 29.
Aræ. Ovid 13. Met. 453.
Auſa. Ovid. 14. Epiſt. 49.
Bellum crudele & exitioſum. Cic. 9. Att. 4.
Conſilia crudeliſſima. Cic. 4. Philipp. 3.
Convivium. Ovid. 10. Met. 621. Al. Conjugium.
Egeſtas. Valer. 4. Argon. 459.
Epiſtola. Ovid. 15. Epiſt. 219.
Funus. Virg. 5. Ecl. 20.
Gaudia crudelia. Ovid. 6. Met. 653.
Hoſtis crudelior. Ovid. 2. Triſt. 77.
Janua vel domina penitus crudelior ipſa. Propert. lib. 2. 16. 17.
Ignis. Catul. 60. 20.
— qui cælo lucet crudelior ignis.
Lethum. Virg. 12. Æn. 636.
Luctus ubique. Virg. 2. Æn. 368.
Mens crudelior. Ovid. 11. Met. 701.
Morbi. Martial. lib. 11. 92.
Ipſaque crudeles ederunt oſcula morbi.
Odium tyranni. Virg. 1. Æn. 361.
Pabula. Propert. lib. 3. 7. 3.
Parricidæ crudeliſſimi. Salluſt. Catil. 52.
Pœnæ, Sævæ, nimiæ. Virg 6. Æn. 585. Servius.
Sacra. Ovid. 4. Triſt. 4. 81.
Læta deæ ſignum crudelia ſacra peroſæ
Tranſtulit ex illis in meliora locis.
Scelus artificis. Virg. 2. Æn. 124.
Somnia. Tibul. lib. 3. 4. 95.
Sors. Senec. in Octav. 3.
Superi. Sil. lib. 8. 661.
Terræ crudeles. i. e. Crudelium. Virg. 3. Æn. 44.
Heu fuge crudeles terras ; fuge litus avarum. Servius.
Verbere laceravit terga crudeli. Ovid. 2. Faſt. 695.
Virtus. Stat. 6. Theb. 734. Virtus, Fortitudo.
Vita. Virg. 9. Æn. 497.
Vulnus. Virg. 2. Æn. 561.
Crudelis, Inexorabilis, qui non flectitur precibus. Virg. 2. Ecl. 6.
O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas. Servius.

Crudelĭtas, ātis. f [ὠμότης, ἀπήνεια] Cic. pro Roſc. Amer. 154. Veſtrum nemo eſt, quin intelligat, populum Romanum, qui quondam in hoſtes leniſſimus exiſtimabatur, hoc tempore domeſtica crudelitate laborare.
Audacia & crudelitas ſingularis. Cic. 5. Verr.
Carnificina atque crudelitas. Cic. pro Sext. 135.
Adhibere crudelitatem in aliquem. Cic. pro Domo 60. Sed quid ego veſtram crudelitatem expromo, quam in ipſum me ac meos adhibuiſtis?
Anhelare ex infimo pectore crudelitatem. Auct. ad Heren. lib. 4. 68.
Exercere inſatiabilem crudelitatem ſuam in aliquo. Cic. 11. Philipp. 8.
Explere. ut, Quorum crudelitas noſtro ſanguine non poteſt expleri. Cic. 1. de Orat. 215.
Expromere crudelitatem. Cic. pro Milon. 34.
Imbui crudelitate. Cic. 3. Philipp. 4. At ille crudelitate imbutus, &c.
Lacerare omni crudelitate aliquem. Cic. pro Domo 59. Quid enim vos uxor mea miſera violarat, quam vexaviſtis, omni crudelitate laceraviſtis?
Satiata inimicorum crudelitas nondum noſtra calamitate. Cic. 1. Q. frat. 3.
Saturare crudelitatem alicujus. Cic. 4. ad Heren. 45.
Homo crudelitate barbarus. Cic. pro Flacc. 24.
Importuna. In IMPORTUNUS.
Inhumana. In INHUMANUS.
Inimica maxime hominum naturæ. Cic. 3. Off. 46.
Nobilitata. In NOBILIS.
Præditus crudelitate. Cic. pro Sull.
Crudelitates, pro Crudelibus factis, V. LONGUM. H. St.

Crudelĭter, [ὠμῶς] Adv. Cic. 1. Off. 82. De evertendis autem, diripiendiſque urbibus valde conſiderandum eſt, ne quid temere, ne quid crudeliter fiat.
Acerbe & crudeliter. Cic. 4. in Catil. 10. Quum de pernicie Reipub. exitio hujus urbis tam acerbe, tamque crudeliter cogitarit.
Extingui crudelius. Curt. 10. 5. 23. Ipſum Darium floruiſſe paulisper, ut crudelius poſſit extingui.
Interficere crudeliſſime. Cic. 1. Philipp. 34.
Perire crudeliſſime. Cic. pro Sulla 75.
Torqueri crudeliter. Curt. 6. 11. 40.
Urere crudelius. Tibul. lib. 1. 8. 7.

Cruentus, &c. In CRUOR.

Cruma. In CRUSMA.

Crŭmēna, æ. f. [βαλάντιον] a κρούω, hoc eſt ferio ; Loculus dicitur, quod e brachio pendens huc atque illuc feriat. Alii ἀπὸ τοῦ κρεμᾶν deducunt, quod plerumque ſuſpenſa geſtetur. Plaut. Aſin. 3. 3. 67.
Hic pone, hic iſtam colloca crumenam in collo plane. Al. Cruminam.
Deficiens crumena. Hor. 1. Epiſt. 4. 11.
Et mundus victus non deficiente crumena.

Crumina, æ. f. Sacculi genus. Plaut. Dii bene vortant, tene, crumina minuerint triginta minæ. Feſtus. Scalig. legit : Tene cruminam, in ea erunt &c.

Crūnos, i. m. [Κρουνὸς] Thraciæ portus. Auctor Pompon. lib. 2. cap. 2. Dionyſiopolis, inquit Plin. cap. 11. lib. 4. ante Crunos. Portus autem a ſalientibus aquis nomen habet, qui Græce κρουνοὶ, appellantur. Auctor Hermolaus.

Cruor, ōris. m. [αἷμα, ἰχὼρ, λύθρον] Sanguis qui ex aliquo vulnere ſpargitur. Virg. 8. Æn. 106.
— tepiduſque cruor fumabat ad aras.
Ferarum cruor. Ovid. 3. Met. 148.
Feritas ſitiſque immenſa cruoris. Ovid. 13. Met. 768.
Atri cruores. Virg. 4. Æn. 646. ubi Servius, Cruores uſurpatum ; nam nec ſanguines dicimus numero plurali, nec cruores.
Captivus cruor. i. e. Captivorum cruor. Tacit. 14. Ann. 30. Nam cruore captivo adolere aras, &c.
Caſtus. Ovid. 12. Met. 30. — caſtumque datura cruorem
Flentibus ante aram ſtetit Iphigenia miniſtris.

Craſſus. Virg. 5. Æn. 469.
— craſſumque cruorem
Ore rejectantem.
Dirus. Sil. lib. 3. 315.
Fama docet, cæſæ rapuit cum Gorgonis ora
Perſeus, in Libyam dirum fluxiſſe cruorem.
Diri cruores draconis. Valer. 7. Argon. 552.
Flebilis. Sen. Troad. v. 297.
Fluatque nulli flebilis matri cruor.
Fœdus. Sen. Octav. v. 18.
Oraque fœdo ſparſa cruore.
Inſincerus. Virg. 4. Georg. 285.
Largus cruor inundat aras. Sen. Hippol. v. 498.
Obſcænus. Virg. 4. Æn. 455.
Puniceus. Ovid. 2. Met. 607.
Recens. Cic. pro Roſc. Amer. 19. Sed etiam cruorem inimici quam recentiſſimum, telumque paulo ante e corpore extractum oſtenderet.
Sacer. Virg. 5. Æn. 542.
Viperinus. Hor. Epod 3. 6.
Virgineus. Virg. 11. Æn. 804.
Undans. Stat. 5. Theb. 234.
Addere cruorem ſtultitiæ, Cædem. Hor. 2. Serm. 3. 275. Sic
Affectare. Stat 11. Theb. 539.
Animare cruorem calidum. Ovid. 1. Met. 158.
Canentem cruorem pro Spuma dixit Sil. 1. 424. V. ibi Interpr.
Detergere ferro arentem. Sil. lib. 7. 343.
Diffundit animam in arma undanti cruore. Virg. 10. Æn. v. ult.
Diffuſus. Lucan. lib. 1. 301.
Effuſus. Ovid. 6. Met. 244.
Ejectare cruorem manantem ex ore. Sil. lib. 10. 277.
It largus cadentum cruor. Valer. 6. Argon. 724.
Expiati nondum cruores. i. e. Cædes. Hor. 2. Carm. 1. 5.
Fuſus inficit terram. Sen. Hippol. 4.
Haurire alicujus. Ovid. 13. Met. 331.
Lavare fluidum. Virg. 3. Æn. 663.
Libare. Sen. Herc. fur. 11.
Manans cruore culter. In MANO.
Oblitus faciem cruore. Tacit. 2. Ann. 17.
Perfuſus cruore. In PERFUNDO.
Rorans. Sil. lib. 10. 263.
Sitire cruorem. Sen. in Thyeſt. 1.
Sparſus cruor. Virg. 12 Æn. 308. Servius. Al. Sparſum cerebrum.

CRUENTUS, a, um. Adj. [αἱματώδης] Sanguinolentus: ut,
Cruentus ſanguine civium. Cic. 4. Philipp. 4.
Arma cruenta. Ovid. 5. Epiſt. 156.
Bellum, Multi ſanguinis. Vellei. 2. 71, 2. Non aliud bellum cruentius cæde clariſſimorum virorum fuit.
Cadaver cruentum. Cic. pro Milon. 34.
Cædes. Sen. in Herc. fur. 13.
Cauſa, Capitalis. Ovid. 3. Triſt. 5. 44.
Denique non poſſum nullam ſperare ſalutem,
Quum non ſit pœnæ cauſa cruenta meæ.
Dapes. Virg. 3. Æn. 618.
Dolor. Lucan. lib. 3. 741.
Dies cruentiſſimus Romano nomini. Vellei. 52. 2.
Facinus, Propter quod funditur multum cruoris. Sen. Hippol. 4.
Fata cruenta exigere. Ovid. 2. de Arte Am. 130.
Fatum cruentum. Ovid. ad Liv. 401.
Guttæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 14.
H..ſtam cruentam proponere, mos erat apud Romanos, ſi qua civitas vi ſubacta hoſtili incurſu diripienda foret. V. Alex. ab Alex. 3. 16.
Hoſtis. Stat. 9. Theb. 597.
Humus. Virg 11. Æn. 688.
Ira. Hor. 3. Carm. 2. 11.
Mars. Hor. 2. Carm. 14. 13.
Mors. Ovid. 2. Epiſt. 139.
Morſus. Sen. Agam. 7.
Mucro. Cic. 3. in Catil. 2.
Nota, Veſtigium cruoris effuſi. Sen. Hippol. v. 1107.
Longum cruenta tramitem ſignat nota.
Noctes. Claud. de Bell. Gildon. 85.
Palma. Ovid. 2. Amor. 5. 12.
Præda. Ovid. 5. Faſt. 178.
Spolia. Virg. 10. Æn. 862.
Spuma. Virg. 3. Georg. 203.
— & ſpumas aget ore cruentas.
Tempeſtas campi, Pugna. Claud. de 3. Conſ. Hon. 75.
Thalami. Ovid. 10. Met. 620.
Victoria cruenta atque luctuoſa, In qua multi occiſi. Salluſt. Catil. cap. 58. extr. Cavete ne inulti animam amittatis, neu capti potius ſicut pecora trucidemini, quam virorum more pugnantes, cruentam atque luctuoſam victoriam hoſtibus relinquatis.
Virtus. Stat. 1. Silv. 6. 62.
Umbra mortui. Ovid. 5. Faſt. 557.
Umbra cruenta Remi viſa eſt aſſiſtere lecto.
Urina. Plin. lib. 20. cap. 13.
Compar. Ovid. 12. Met. 592.
— ille ferox, belloque cruentior ipſo. de Achille. Vellei. lib. 2. cap. 71. V. ſupra Bellum cruentum.
Superl. Vellei. lib. 2. cap. 52. V. ſupra Dies. Lactant. de Mort. Perſec. cap. 8. Cruentiſſimus fiſcus male partis opibus adfluebat.

CRUENTE, Adv. Juſtin. 39. 3. Soror, quæ tam cruente ſæviat. Prudent. Rom. v. 1095.
At ſi cruente puniamur, vincimus.
Compar. Sen. de Benef. 5. 16. Ceteri arma cruentius exercuerunt. Et Vopiſc. Aurel. cap. 21. Cruentius, quæ mollius fuerant curanda, compeſcunt.
Superl. Oroſius 1. 17. Bello cruentiſſime geſto.

CRUENTER, Idem. Apul. 3. Met. p. 73. Civium lanienam cruenter exercuit.

CRUENTO, [αἱματόω] āre. Cruore inficere. Cic. 1. de Divin. 60. Itaque huic omnia viſa objiciuntur a mente ac ratione vacua, ut aut cum matre corpus miſcere videatur, aut cum quovis alio vel homine, vel deo, ſæpe bellua, atque etiam trucidare aliquem, & impie cruentari.
Arva late cruentare. Hyperbole eſt vulnerati hominis. Sen. Hippol. 10.
Morſu cruentare aliquid. Propert. lib. 4. 9. 39.
Oratio lacerat & cruentat. Cic. 2. Philipp. 86. Hæc te, ſi ullam partem habes ſenſus, lacerat, hæc cruentat oratio.
Prata cruentantur. Propert. 3. 13. 41.
Rempub cruentare vulneribus. Cic. Poſt red. in Senat. 5. Ego meam ſalutem deſerui, ne propter me civium vulneribus Reſpub. cruentaretur.
Scelere cruentari. Cic. de Aruſp Reſp. 35. Secures ſuas cruentari ſcelere noluit: nomen quidem Pop. Rom. tanto ſcelere contaminavit, ut id nulla re poſſit niſi ipſius ſupplicio expiari.

CRUENTATUS, a, um. Partic. ut,
Enſis cruentatus. Stat. 5. Theb. 317.
Gladius cruentatus. Cic. 2. de Invent. 14. Gladium cruentatum in vaginam recondidit.
Manus cruentatæ. Ovid. in Ibin 228.
Oculi cruentati, Suffuſi cruore. Plin. lib. 28. cap. 7. Mulieris quoque ſalivam jejunæ potentem dijudicant oculis cruentatis.
Os cruentatum. Ovid. 4. Met. 104.

CRUENTATIO, ōnis. f. Tertull. adv. Marc. 4. 39. Nemo tanta ſanguinis flumina unius altaris cruentatione adæquat.

CRUENTĬFER, ĕra, ĕrum. Adj. Idem quod Cruentus: ut, Signa cruentifera. Tertull. in Carm. de Judic. Dom. cap. 10.

CRŪPELLĀRII, ōrum. m. [κρουπελλάριοι] qui ſint, explicat his verbis Tacit. 3. Ann. 44. Ceteri cum venabulis & cultris, quæque alia venantibus tela ſunt, adduntur e ſervitiis gladiaturæ deſtinati, quibus more gentico continuum ferri tegmen, Crupellarios vocant, inferendis ictibus inhabiles, accipiendis impenetrabiles. Al. Cruppellarios.
Crupellarii Equites, V. in CLIBANARII.
Hic dicitur eſſe Gallica vox. H. St.

CRUS, crūris. n. [σκέλος] Perottus, Crura dici quidam exiſtimant a κρούω, quod huc atque illuc ingrediendo feriant. Sunt enim Crura a genibus uſque ad inferiorem pedem non æquali modo ducta, ſed teretibus ſuris clementer extantibus, ſenſimque tenuatis firmata. Plin. lib. 10. cap. 46. Porphyrionibus prælonga crura rubent. Celſ. 8. 1. Crus ex duobus oſſibus conſtare docet, ex Tibia nempe & Sura.
Crure glaber. Martial. lib. 12. 38.
Internodia crurum. Ovid. 11. Met. 793.
Sine nodis crura. In NODUS.
Volumina crurum. Virg. 3. Georg. 192.
— ſinuetque alterna volumina crurum.
Curvata. Ovid. 13. Met. 963.
Dimidium. Juven. 13. Sat. 95.
Diſtorta. Hor. 1. Serm. 3. 47.
Lubricum crus compede decenni. Martial. lib. 9. 58.
Malum, Turpe. Hor. 1. Serm. 2. 102.
Mollia. Virg. 3. Georg. 76.
Peruſtus crura compede. Hor. Epod. 4. 4.
Rigidis cruribus ibes. Cic. 1. de Nat. Deor. 102. Velut ibes maximam vim ſerpentum conficiunt, quum ſint aves excelſæ, cruribus rigidis, corneo proceroque roſtro.
Ruſtica, & ſemilauta crura. Catul. 52. 2.
Squalida. Juven. 9. Sat. 15.
Subſtricta. Ovid. 11. Met. 752.
Velocia. Ovid. 1. Met. 306.
Adempto ſurgere crure. Lucret. lib. 3. 652.
Admiſſa crura, i. e. Propinqua, juncta. Ovid. 6. Met. 237. al. Colla.
Captare crura micantia. Ovid. 9. Met. 37.
Frangere crura alicui. Martial. lib. 11. 59.
Frangam tonſori crura, manuſque ſimul. V. FRANGO.
Jactare crura. Lucret. lib. 4. 989.
Suffringere crura alicui. Cic. pro Roſc. Amer. 56.
Et crurum tenus a mento palearia pendent. Virg. 3. Georg. 53. de Bove.
Arboris crus. Columel. lib. 5. cap. 11. Ramum olivæ, qui videtur nitidiſſimus, deflecte, & ad crus arboris ficulneæ religa.
Vitis crus. Columel. lib. 3. cap. 13. Unde etiam vehementiſſimæ materiæ reperiuntur aut in capite vitis, aut in crure vicino radicibus.

CRŪRŪLIS, vel CRURĀLIS, e. Adj. Beroaldus reponendum putat apud Ulp. in l. Argumento. D. de aur. & arg. legat. Nam pro eo vulgati codices habent, Faſciæ crinales. Crurules autem & pedules Ulp. appellat, a Cruribus ſcilicet & pedibus veſtiendis. Spiegel.
Faſciæ crurales. Petron. cap. 40.

CRURĬCRĔPĬDÆ, ārum. m. a Plaut. Trin. 4. 3. 14. dicuntur Quibus crura crepuerunt ferro, ut ait interpres.

CRURĬFRĀGIUS, i. m. Cui crura fracta ſunt. Plaut. Pœn. 4. 2. 64.
Continuo is me ex Syncerasto crurifragium fecerit. Al. Crurifragum. Ita Servum vocat Plautus, cui crura debeant ſuffringi.

CRURIFRAGIUM, i. n. in Gloſſ. Græco Lat. Σκελοκοπὲς ἤγουν σκελοκοπία, Crurifrangium. conf. Fragium in FRANGO.

CRUSCŬLUM, i. n. [σκελίδιον] dimin. Martial. lib. 3. 51.
Pectus cicadæ, cruſculumque formicæ.

CRUSA, æ. f. Inſula Aſiæ adjacens, in ſinu Ceramico, ut prodidit Plin. lib. 5. cap. 31. in deſcriptione inſularum ante Aſiam.

CRUSMA, ătis. n. [κροῦσμα] proprie dicitur Siſtrum, & veluti Cymbalum quoddam tintinnabulis refertum, quo geſtientes mulieres oblectabantur: dictum ἀπὸ τοῦ κρούειν, hoc eſt a pulſando, quod ſonum emittere videbatur dum pulſaretur. Martial. lib. 6. 71. de Theleſina,
Edere laſcivos ad Bæthica cruſmata geſtus. Bætica autem cruſmata vocat, quod his mulieres Hiſpanæ uti ſolerent, quemadmodum & hodie Venetæ puellulæ: vocant autem ſua lingua *uno cymbalo*.
Cruſmata, pulſus decori, ſine carmine, vocantur. Fragm. incert. ad calcem Cenſorin. cap. 11.

CRUSMĂTĬCUS, a, um. Adj. ut Muſica cruſmatica. Ibid.

CRUSTA, æ. f. [πλάξ] Id ſignificat excrementum, quod vel ob putredinem, vel concretionem ſuper alicujus rei ſuperficie naſcitur. Virg. 3. Georg. 360.
Con-

Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ. h. e. Aquæ congelaſcunt fluentes. Servius. [Vide CORIUM. H. St.
Cruſta panis. Plin. lib. 19. cap. 8. De papavere candido.
Cruſtæ & emblemata argenti cælati. Cic. 6. Verr. 52. Cruſtæ & Emblemata differunt, quod Cruſtæ tectoria quædam erant, & tanquam bracteæ quædam illitæ, & laminæ inductæ, inauraturæque. Emblemata pretioſiora erant, & operis exquiſitioris, exemptiliaque erant, quum illigata eſſent vel adfixa. Cruſtæ vero, etſi revelli poterant, tamen firmius inhærebant. Ex Turnebo.
Capaces cruſtæ Heliadum. Juven. 5. Sat. 38. h. e. Crateres e ſuccino. Schol. vet. Beliadum legit perperam.
Parietum cruſta. Plin. lib. 36. cap. 6. Primum Romæ parietes cruſta marmoris operuiſſe totius domus ſuæ in Cælio monte, Corn. Nepos tradit Mamurram.
Marmoreæ. Ulp. in l. Fundi. §. Quæ pictæ tabulæ. D. de Action. empti. Quæ pictæ tabulæ pro tectorio includuntur, item cruſtæ marmoreæ, ædium ſunt.
Felicitatis cruſta, eleganti metaphora. Senec. de Provid. cap. 6. Non eſt iſta ſolida & ſincera felicitas: cruſta eſt, & quidem tenuis.
Cruſta intecta quædam piſcium genera. Plin. lib. 9. cap. 14. Locuſtæ cruſta fragili muniuntur in eo genere quod caret ſanguine. Plin. lib. 9. cap. 30.
Cruſtam etiam ducere vulnus, ſive ulcus dicitur, quando ſolidatur, qua detracta, remanet fere cicatrix. Perott.
Reſolvere cruſtas. Celſ. lib. 5. cap. 26.
Reſolvere cruſtas puras. Celſ. lib. 6. cap. 16.
Cruſta, de Fuco ex Vive, vide INCRUSTO. H. St.

CRUSTUM, i. n. [ψωμὸς] Cruſtum & Cruſta neutraliter dicimus de his quæ comedi poſſunt. Servius in illud Virg. 7. Æn. 115.

Et violare manu, maliſque audacibus orbem
Fatalis cruſti.

Idem in 3. Georg. 360. Quum Cruſtum dicimus, Edulium aliquod ſignificamus, partem panis vel placentæ.

CRUSTĀRIUS, a, um. Adj. ut,
Cruſtariæ tabernæ, a vaſis potoriis cruſtatis dictæ. Auctor Feſtus.

CRUSTARIUS, i. m. [κονιάτης] Qui cruſta operit. Plin. lib. 33. cap. 12. Habuit & Teucer cruſtarius famam.

CRUSTŌSUS, a, um. Adj. [πλακώδης] Quod cruſtam habet. Plin. lib. 12. cap. 9. Facilius hoc & cruſtoſius, amariuſque & gummoſum. De bdellio arbore loquitur.

CRUSTO, [πλακόω, κονιάω] āre. Cruſtam inducere.
Cruſtare parietes dicebantur, Qui marmorum ſectis laminis, parietem operiebant ad ornatum. V. CRUSTA.
Mala cruſtare gypſo & cera. Plin. lib. 15. cap. 17.

CRUSTATUS, a, um. Adj. vel Partic. ut, Animalia cruſtata. Plin. 11. 37. cujuſmodi ſunt Teſtudines canoræ, locuſtæ, &c.
Domus cruſtata, i. e. Quæ cruſtis marmoreis veſtita eſt. Lucan. 10. 114.

Nec ſummis cruſtata domus, ſectiſque nitebat
Marmoribus.

V. Brioſ. Epiſt. p. 147. Cerd. in Virg. tom. 1. p. 205.

CRUSTŬLA, æ. f. [πλακίδιον] dimin. Apuleius, Parvas marmoreas cruſtulas parieti adjungens.
Ulcerum cruſtulæ. Plin. lib. 22. cap. 25.

CRUSTŬLUM, i. n. [ψώμιον] dimin. Varro de Lingua Latina 4. 22. Cruſtulum a cruſta pultis: quoius ea, quæ ut corium exuritur Cruſta dicta. Hor. 1. Serm. 1. 25.

— ut pueris olim dant cruſtula blandi
Doctores, elementa velint ut diſcere prima.

Cruſtula, Placentas interpretatur Acron. Eraſmus in dialogo de Pronuntiatione, Ut autem ſtatim per luſum agnoſcere diſcat litterarum figuras, rem adfero dictu humilem, ſed tamen a ſummis viris traditam. Profuerit eas cruſtulis exprimere, ut divinanti nomen elementi, præmium ſit ipſe cibus. Hoc Flacci conſilium eſt. Fabius aliud, &c. Vetus Inſcriptio apud Gruter. p. 228. n. 8. MVLSVM ET CRVSTVLA PECVNIA NOSTRA DEVOTIS OMNIBVS ET POPVLO DEDIMVS.
Comminutum cruſtulum. Plaut. Stich. 5. 4. 9.
Nova cruſtula. Hor. 2. Serm. 4. 47.
Lambere cruſtula. Juven. 9. Sat. 5.

CRUSTULARIUS, i. m. Cruſtulorum venditor. Sen. Epiſt. 57. Et botularium, & cruſtularium, & omnes popinarum inſtitores. Vulgo *Paſticciarium* vocant.

CRUSTULĀTUS, a, um. Adj. Spartianus in Vero cap. 5. de edulii genere; ex quinque confecto, quod reperiſſe dicitur Ælius Verus Romanorum Imperator. Nam tetrapharmacum, ſeu potius pentapharmacum, quo poſtea ſemper Hadrianus eſt uſus, ipſe dicitur reperiſſe, hoc eſt ſumen, phaſianum, pavonem, pernam cruſtulatam, & aprugnam.

CRUSTŬMĔRIUM, i. n. [Κρουςομερία Stephano] Oppidum in Latio, Albanorum colonia, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 5. Virg. 7. Æn. 631.

Ardea, Cruſtumerique, & turrigeræ Antemnæ.

CRUSTŬMĬNUM, ſeu CRUSTŬMIUM, i. n. Oppidum juxta Veios. A quo Cruſtumini dicti, & Cruſtumina tribus, & Cruſtumina pyra, quæ & Cruſtumia, & Cruſtuminum vinum laudatiſſimum.

CRUSTŬMĬNUS, a, um. Adj. ut, Pyra Cruſtumina, ſunt Quæ ex parte rubentia ſunt: de quibus Plin. lib. 15. cap. 15. Item Columel. lib. 5. cap. 10.
Tribus Cruſtumina, a Tuſcorum urbe Cruſtumena dicta. Feſtus. V. TRIBUS.

CRUSTUMIUS, a, um. Aliud Adj. Virg. 2. Georg. 88.

Cruſtumiis Syriiſque pyris, gravibuſque volemis.

V. Serv. in loc.

CRUSTŬMIUM, [Κρουςόμιον] Fluvius qui Ariminum præterlabitur: de quo Lucan. lib. 2. 406.

In lævum cecidere latus veloxque Metaurus,
Cruſtumiumque rapax, & junctus Sapis Iſauro.

CRUX, crŭcis. f. [σαυρὸς] Gabalus, patibulum. Ter. And. 3. 5. 15. Quid meritus es? D. crucem.
Arboreæ cruces. Propert. lib. 3. 22. 37.

Arboreaſque cruces Sinis, & non hoſpita Graiis
Saxa, & curvatas in ſua fata trabes.

Duræ. Ovid. 1. Amor. 12. 18.
Ingenua. V. INGENUUS.
Digne cruce peccare. Hor. 1. Serm. 7. 47.

Peccat uter noſtrûm cruce dignius?

Affigere cruci. Curt. lib. 4. 4. extr. Cruci affixi per ingens litoris ſpatium pependerunt.

Agi in crucem. Cic. 5. de Finib. 92.
Dare cruci aliquem. Plaut. Mil. 2. 2. 28.
Feſtinare cruces. Tacit. 14. Ann. 33. Sed cædes, patibula, ignes, cruces, tanquam reddituri ſupplicium, ac prærepta interim ultione feſtinabant.
Figere crucem alicui. Cic. 7. Philipp. 11. Ut quam damnatis ſervis crucem fixeras, hanc indemnatis civibus Romanis reſervares.
Minari. V. MINOR.
Paſcere in cruce corvos. Hor. 1. Epiſt. 16. 48. V. CORVUS.
Suffigere cruci. Cic. in Piſon. 42. Tranquil. in Cæſare cap. 74. pr. Piratas in poteſtatem redactos, quoniam ſuffixurum ſe cruci juraverat, jugulari prius juſſit, deinde ſuffigi.
Suffigere in cruce. Hor. 1. Serm. 3. 82.
Tollere in crucem. Cic. 3. Verr. 7.
Crux dicitur Quicquid nos cruciat, torquet & affligit. Ter. Eun. 2. 3. 91.

— & illis crucibus, quæ nos, noſtramque adoleſcentiam
Habent deſpicatam, &c.

De meretricibus loquitur. V. etiam Plaut. Aulul. 3. 5. 48. & Columel. 1. 7. & Cic. 1. Q. frat. 2. §. 2.
Ire in malam crucem. Plaut. Rud. 1. 2. 87.

Sed dextroverſum avorſa it in malam crucem.

Sic Abducere, Curc. 5. 3. 15.
Crux, maſc. gen. apud Ennium Annal. lib. 11.

Malo cruce fatum uti des Juppiter.

Non. 3. 31.

CRUCIĀRIUS, a, um. Adj. [σαυροφόρος] Qui fert crucem. Sed & Cruciarios vocat Seneca, Qui tolluntur in crucem, ſicut Cruciarias pœnas Sidonius Apollinaris. Quin & Cruciarios facetiſſime Plautus Diſcipulos crucis appellat, qui & Patibulati dicuntur. Ex Cæl. 10. 8. V. Petron. cap. 112. Tertull. adv. Hæret. cap. 2. pr. Per cruciarios & mortiferos exitus.

CRUCIARIUS, i. m. Dignus cruce. Iſidor. lib. 10. in C. Apuleius lib. 10. de Aſin. Aur. p. 242. Nec tantillum cruciarius ille, vel fortuna tam magni judicii, vel confertæ conſpectu curiæ, vel certe noxia conſcientia ſua deterritus, quæ ipſe finxerat, quaſi vera adſerere incipit. Et Ammian. 29. 13. Longum eſt, quæ cruciarius ille conflavit.

CRUCIUS, a, um. Adj. Feſtus, Quod cruciat: unde Lucilius, Vinum inſuave Crucium dixit.

CRŬCIO, [ἀνιάω, τίω, βασανίζω] āre. Torquere, affligere. Ter. Eun. 2. 3. 91. Quæ nos ſemper omnibus cruciant modis. Idem Heaut. 5. 5. 1.

Enim vero Chremes nimis graviter cruciat adoleſcentulum.

Dolore cruciari, fame, vigiliis. Cic. 2. de Finib. 65.
Ne crucia te obſecro, anime mi. Ter. Eun. 1. 2. 15.
Illud me cruciat. Martial. lib. 11. 95. in Verpum æmulum.
Sanguine ſerpentis cruciari. Ovid. 2. Met. 651.
Cruciari & ſolicitum eſſe. Cic. pro Muren.
Lætitia geſtire, Dolore cruciari, pugnantia. Cic. 2. de Finib. 14. Quorum alter lætitia geſtiat, alter dolore crucietur.
Vulnere ac dolore corporis cruciari ac abſumi. Cic. de Aruſp. Reſp. 39.
Conſcientia ſcelerum ſuorum cruciari. Cic. Anteq. iret in exil. 19.
Pejus cruciare. Hor. 1. Serm. 2. 22.

— non ſe pejus cruciaverit, atque hic.

Validius aliquem cruciare. Quintil. in procem. lib. 6.

CRŬCIANS, Partic. [ἀνιῶν] Plaut. Capt. 4. 2. 34.

Qui advehuntur quadrupedanti, crucianti canterio.

CRUCIĀTUS, ûs. m. [ἀνία, τίσις, βάσανος] Afflictio. Cic. 2. de Finib. 63. Ex altera autem cruciatibus maximis toto corpore, nulla nec adjuncta nec ſperata voluptate.
Per cruciatum interfici. Cæſ. 2. Bell. Gall. 31.
Diri cruciatus. Ovid. 9. Met. 179.
Impatibilis. V. IMPATIBILIS.
Incredibiles. Plin. 1. Epiſt. 12.
Tætri. Cic. 2. de Finib. 94. Ex antiquo poeta.
Agere vitam magno animi cruciatu. Cic. 2. de Divin. 23.
Agere in cruciatum & crucem. Cic. 7. Verr. 170.
Afficere morte, cruciatu, cruce aliquos. Cic. 3. Verr. 9.
Angi maximo cruciatu timoris. Cic. 2. Off. 25.
Carere cruciatu & pœna. Juven. 10. Sat. 286.
Confectus cruciatu maximorum dolorum. Cic. 11. Att. 11.
Dari in cruciatum. Cic. pro Roſc. Amer. 119. Poſtulabant autem pro homine miſerrimo atque infeliciſſimo, qui vel ipſe ſeſe in cruciatum dari cuperet.
Effugere maximos cruciatus præcipiti via. Quintil. in procem. lib. 6.
Inſilire in cruciatum. In INSILIO.
Levare cruciatum. In LEVIS.
Pati incredibiles cruciatus. Plin. 1. Epiſt. 12. ad Caleſtrium.
Perferre cruciatus. In PERFERO.
Perire ſummo cruciatu ſupplicioque. Cic. 3. de Nat. Deor. 81.
Lateris cruciatibus uror. Ovid. 5. Triſt. 13. 5.
Cruciatu, pro Cruciatui. Tacit. 15. Ann. 59. Cruciatu, ac præmio cuncta pervia eſſe.

CRUCIĀTOR, ōris. m. Arnob. lib. 1. p. 23. Pœnas cruciatoris perpetitur ſævitate.

CRUCIAMEN, ĭnis. n. Idem ac Cruciatus. Prudent. Hymn. 10. Exeq. v. 90.

Quod per cruciamina leti
Via panditur ardua juſtis.

CRUCIAMENTUM, i. n. [ἄνλησις] Idem. Cic. 11. Philipp. 8. Nec graviora vero ſunt carnificum tormenta, quam interdum cruciamenta morborum.
Conferre cruciamenta. Plaut. Aſin. 2. 2. 51.
Sentire cruciamenta orbitatis. Arnob. lib. 7. p. 248.

CRUCIĀBĬLIS, e. Adj. [βασανιςικὸς] ut, Cruciabile ſilentium. Apuleius de Aſino aureo, lib. 10. pr. p. 239. Sed illa cruciabili ſilentio diutiſſime fatigata, & in quodam vado dubitationis hærens, omne verbum, &c.
Exitus cruciabilis. Gell. 3. 9.
Mora cruciabilis. Ammian. 29. 5.
Mortem cruciabilem fugere. Arnob. adverſ. gentes lib. 2.

CRUCIABILĬTER, Adv. Hirt. Bell. Afr. cap. 46. Sic extra vallum deducti ſunt, & cruciabiliter interfecti. Et Plaut. Pſeud. 4. 1. 40. Cruciabiliter me accipito.

CRUCIABILĬTAS, ātis. f. [ςρέβλωσις] Plaut. Ciſt. 2. 1. 3.

Qui omnes homines ſupero atque antideo cruciabilitatibus animi.

CRUCĬFER, ĕri. m. Idem quod Cruciarius. Prudent. 3. Cathemer. pr.

O Crucifer bone, luciſator, de Chriſto domino.

Crucĭfīgo, xi, xum, [σταυρόω] ĕre. In crucem tollere. Plin. lib. 8. cap. 16. de leonibus, Eaque de causa crucifixos vidisse se cum Scipione. Divisim legendum dicunt Græv. Munck. & Burman. & semper apud veteres auctores seperatim legunt. Vox tamen occurrit in Auct. Ecclesiast. &

Crucifixus, a, um. Partic. [σταυρωθεὶς] Suet. in Domit. cap. 10. Occidit item Hermogenem Tarsensem, propter quasdam in historia figuras: librariis etiam qui eam descripserant, crucifixis. V. supra in crucifigo.

Crucifixor, ōris. m. Paulinus Nolanus Epist. 18. 7. Christus suis crucifixoribus rogavit ignosci. V. & Saresb. Epist. 286.

Crucĭsălus, i. m. Plauti fictum verbum pro Eo qui salit in crucem, Bacch. 2. 3. 128.

C R Y

Crya, æ. f. [Κρύα Stephano] Urbs Lyciæ. Plin. lib. 5. cap. 27.

Cryassus, i. [Κρύασσος] Urbs Cariæ: ita dicta a Cryasso Caretis filio. Stephan.

Cryon, Phrygiæ fluvius, qui in Hermum amnem cum pluribus aliis erumpit, ut videre est apud Plin. lib. 5. cap. 29.

Crypsorchis, [κρύψορχις] Latine Testiculi occultatio; Testiculi vel testiculorum recessio est, auctore Galen. lib. Finit. medic.

Crypta, æ. f. [κρύπτη] Locus abditus & concameratus. κρύπτω enim abscondo significat. Juven. 5. Sat. 105.

Et solitus mediæ cryptam penetrare Suburræ. h. e. Subterraneam cavernam fornicatam, i. e. Cloacam. V. Burm. ad Petron. cap. 17. p. 56.

Cryptæ etiam sunt Perfossorum montium fauces ac transitus; ut, Crypta Neapolitana. Sen. Epist. 57.

Cryptæ etiam dicuntur Occulti atque angusti transitus etiam super terra. Suet. Calig. cap. 58. Cum in crypta, per quam transeundum erat, pueri nobiles ex Asia, &c. V. ibi Interpr.

Cryptĭcus, a, um. Adj. [κρυπτικὸς] Occultum, & Cryptæ in modum factum. Sidon. 1. Epist. 5. Potens antiquus crypticis arcubus fornicavit.

Cryptŏportĭcus, ûs. f. [ὑπόγαιος στοὰ] Subterranea porticus cum amplis fenestris, qua refrigerandi gratia per æstatem utimur. Plin. lib. 2. Epist. 17. ad Gallum, Teporem solis infusi repercussu cryptoporticus auget, quæ ut tenet solem, sic Aquilonem inhibet, &c.

Cryptoporticus dici etiam potest Porticus undique septa, & quasi sepimento parietum abscondita, tanquam subterranea. Plin. lib. 5. ad Apollinarem, Epist. 6. Subest cryptoporticus, subterraneæ similis, æstate incluso frigore riget: contentaque aere suo, nec desiderat auras, nec admittit.

Crystallion, i. n. [κρυστάλλιον] Una est ex nomenclaturis Psyllii herbæ, apud Plin. lib. 25. cap. 11. De Psyllio autem vide infra suo loco.

Crystallus, i. f [κρύσταλλος] vel Crystallum, i. n. Albi coloris gemma, quæ fit gelu vehementer concreto, ut nonnulli putant: quapropter a glacie nomen accepit; ex κρύος enim, quod est gelu: & στέλλω, contraho compositum est. Plin. lib. 37. cap. 2. Contraria huic causa crystallum facit, gelu vehementiore concreto.

Aquosa crystallus. Propert. lib. 4. 3. 52.

Lubrica crystalla. Claud. Epigr. 61. 1.

Gelantur crystalla nivibus. Stat. 1. Silv. 2. 126.

Corporari in crystallum. Solin. cap. 25. ad finem.

Crystallĭnus, a, um. Adj. [κρυσταλλινὸς] Quod est ex crystallo. Plin. lib. 37. cap. 2. Invenio medicos, quæ sunt urenda corporum, non aliter utilius id fieri putare, quam crystallina pila, adversis apposita solis radiis. Plin. in procem. lib. 33. de poculis, Murrhina, & crystallina, ex eadem terra effodimus, quibus pretium faceret ipsa fragilitas. Videto Bayfium in libello de Vasculis.

Crystallĭna, orum. n. Vasa ex crystallo. Juven. 6. Sat. 154.

Grandia tolluntur crystallina, maxima rursus
Murrhina, &c. Adde Martial. 14. 111.

Crystalloīdes, is. m. [κρυσταλλοειδὴς ὑγρὸν] Humoris gutta, ovi albo similis, a qua videndi facultas proficiscitur. Cels. 7. 7. 13. extr.

C T E

Cteătus, i. m. [Κτέατος] Pater Amphimachi, unius ex quatuor ducibus Epæorum, qui quadraginta navibus ad Trojanam expeditionem sunt profecti, ut testatur Homerus in Catalogo navium.

Ctēnes, [κτένες] dicuntur in homine Quatuor dentes anteriores, quod concidant, aliter τομεῖς, dichasteres, aut gelasini dicti. Horum omnium rationem vide apud Cæl. Antiq. lib. 4. cap. 1.

Cteniătrus, [κτηνίατρος] Medicus jumentorum & pecorum, quem Columella & Varro Veterinarium vocant. Vulgus *Marescallum* appellat.

Ctenus, untis. [Κτένους] Portus est in Cherroneso, ut Strabo auctor est lib. 7.

Ctēsias, æ. m. [Κτησίας] Ctesiarchi, vel, ut alii malunt, Ctesiochi filius; Medicus fuit Cnidius, qui Artaxerxem cognomento Meliorem curavit, & historiam Persicam triginta libris conscripsit. Auctor Suidas.

Item Ctesias, Auctoris cujusdam nomen apud Strabonem, qui res Indicas perscripsit, ut idem testatur lib. 1.

Ctesias, vel Crysias, orator Siculus, cujus, & Coracis meminit Cic. 1. de Orat. 91. [Immo Tisias.

Ctēsĭbius, i. m. [Κτησίβιος] Viri proprium, qui pneumaticam rationem, & hydraulica organa adinvenisse fertur, ut scribit Plin. lib. 7. cap. 37. V. Vitruv. 9 9.

Item Ctesibius, Parasitus Athenis, V. Cæl. Rhod. 27. 24.

Ctesibĭcus, a, um. Adj. [Κτησιβικὸς] ut, Machina Ctesibica. Vitruv. 12. Machina Ctesibica maxime extollens aquam.

Ctēsĭlŏchus, i. m. [Κτησίλοχος] Pictor. Plin. lib. 35. cap. 11. Ctesilochus Apellis discipulus, petulanti pictura innotuit, Jove Liberum parturiente depicto mitrato, & muliebriter ingemiscente inter obstetricia dearum.

Ctēsĭphon, ontis. m. [Κτησιφῶν] Nomen architecti, qui templum Dianæ Ephesiæ traditur extruxisse, opus mirabile, & toto orbe celebratum, quod postea ab Erostrato incensum fuit, hac tantum de causa, ut facinore illo nominis immortalitatem sibi compararet. Sic Vitruvius nominat: Strabo vero Chersiphron scribit. V. supra.

Alius Ctesiphon Atheniensis, decreto persuasit Atheniensibus, coronari oportere Demosthenem aurea corona in theatro, probitatis & virtutis omnis generis gratia. Ob id ab Æschine Demosthenis inimico, tanquam pernicioſi decreti auctor accusatus, defenditur a Demosthene præclara illa, atque omnium optima oratione quæ περὶ στεφάνου, id est de corona inscribitur. V. Ciceronem in 3. de Orat. 213.

Fuit & Ctesiphon, [Κτησιφῶν] Vicus Parthorum. Strabo lib. 15. Prope Seleuciam vicus maximus est, nomine & re Ctesiphon, in quo Parthorum reges hiemabant. Hic vicus civitatis potentiam & magnitudinem habebat, adeo ut Parthorum multitudinem & apparatum omnem reciperet, ac venalia, necessariaque artificia illis suppeditaret.

Quin & Ctesiphonem Parthorum regni caput fuisse Plin. lib. 6. cap. 26. extr. scribit.

Ctēsippus, i. m. [Κτήσιππος] Chabriæ filius, quem Phocion, mortuo Chabria amico, diligenter ac perhumane collegit, quo impuros adolescentis mores componeret: ejus tamen cum duro, tum minime liberali ingenio nusquam adduci potuit, ut curam & laborem in illo instituendo dimitteret: cujus ineptias non modo pertulit patienter, verum etiam studiose tegebat. Quanquam semel aiunt, Phocionis constantiam importunitate levissimi hominis superatam. Nam quum ille imperatorium quoddam munus studio accuratiore obiret, Ctesippus, ut erat futilis delirusque, gravissimum peritissimumque imperatorem, cœpit fatuis quibusdam interrogatiunculis obtundere, atque illum monens docensve importunius perurgere. Tum stomachatum Phocionem dixisse fama est, O Chabria Chabria, cumulatam tibi pro amore nostro gratiam nunc persolvo, qui nati tui deliramenta sustineo. Auctor Plutarch. in vita Phocionis.

C T Y

Ctypansa, [Κτύπανσα] Castellum est, de quo Strabo lib. 8. his verbis, Finitima Pylo ad Aquilonem exilia fuere castella duo Triphyllica, Hypana, atque Ctypansa, e quibus unum Elidis adjudicatum est accolis, alterum pro more mansit.

C U A

Cuarius, i. m. [Κουάριος] Fluvius est prope Coronæam, quem Alcæus, teste Strabone lib. 9. Coralium vocat.

Cuazones, auctore Festo, Acus sunt, quibus mulieres scalpunt caput. [Error videtur.

C U B

Cŭba, æ. f. Sabinis vocatur, quam militares Lecticam: unde videtur derivatum esse Cubiculum. Festus.

Dea etiam præses cubantium, cum e cunis transiissent; non minus ac Edusa & Potina edentium ac potantium puerorum præsides apud Romanos. V. Non. 2. 310. & Donat. in Ter. Phorm. 1. 1.

Cubatus, Cubiculare, Cubile. V. cubo.

Cubebæ, arum. cujus stirpis fructus sint inter medicos nondum satis constat. Sunt tamen qui dicant Baccas esse odoratas, racematim cohærentes, corymborum hederæ modo, qui gustui præter odoris gratiam, acrimoniam & amaroris tantillum relinquant. Ex Matthiolo in Dioscorid.

Cŭbĭtus, i. m. vel Cubĭtum, i. n. [ἀγκὼν] Curvatura brachii, ubi lacerto humerus jungitur. Plaut. Stich. 2. 1. 13. Cubitis depulsa de via.

Ossa ingentia cubiti. Ovid. 12. Met. 243.

Pressus cubitus. Hor. 1. Carm. 27. 8.

Inniti cubito. Virg. 4. Æn. 690.

Cubitus, Os majus brachii & plenius, idemque inferius. Galli vocant *Le grand focile.* Cels. lib. 8. cap. 1.

Cubitus, pro Mensura cubiti [πῆχυς] Plin. lib. 7. cap. 16. Invenimus in monumentis Salamine, Euthimenis filium in tria cubita triennio adolevisse. Cic. 2. de Legib. 66. Nam super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam tribus cubitis ne altiorem, &c.

Est præterea Cubitus regius, qui major est communi cubito tribus digitis, sicut refert Herodot. lib. 1.

Est & Cubitus geometricus, qui tantum valet quantum sex nostra cubita, ut Origenes Augustinusque tradiderunt.

Cubitālis, e. Adj. [πηχυαῖος] Uno cubito altus. Plin. lib. 12. cap. 12. Nardum Creticum, quod alii quidem agrium vocant, caule cubitali. Liv. 24. 34.

Simulacra cubitalia. Curt. 3. 3. 16.

Cŭbĭtal, is. n. Pulvinus, cui innitebantur veteres inter cœnandum, Hor. 2. Serm. 3. 255.

— ponas insignia morbi,
Fasciolas, cubital, focalia.

Cubi, orum. m. Galliæ Aquitanicæ populi liberi, iidem qui & Bituriges. V. Plin. lib. 4. cap. 19.

Cŭbo, ui, ĭtum, [κεῖμαι, λέχομαι, ἀνάκειμαι] āre. Idem quod Jacêre. Cic. 5. Verr. 56. Quum iste etiam cubaret, in cubiculum introductus. Martial. 1. 110.

Collo nexa cubat, capitque somnos.

In faciem cubare, & supinum cubare. Juven. 3. Sat. 280.

Cubare cum aliqua. Plaut. Amph. prol. 112.

Et meus pater nunc intus hic cum illa cubat.

Cubare aliquo loco. Cic. 2. de Orat. 353. Simonides dicitur, ex eo quod meminisset, quo eorum loco quisque cubuisset, demonstrator uniuscujusque sepeliendi fuisse. h. e. Discubuisset.

Cubare in carcere. Plaut. Rud. 2. 6. 14.

In carcere illo potius cubuissem die.

In colle. Hor. 2. Epist. 2. 68.

Cubare in lecto. Plaut. Cas. prol. 37. Et in Milit. 2. 5. 60. Quid, domi? sc. lecto cubat.

Cubare in specu. Plin. lib. 12. cap. 1.

Propter aliquem. Cic. pro Rosc. Amer. 64. i. e. Juxta.

Cubare super aliquem. Curt. 8. 5 22.

Ossa mortui molliter cubant. Ovid. 1. Amor. 8. 108.

Cubat puerpera Plaut. Truc. 2. 5. 22.

Eumque gero ornatum, ut gravida, quasi puerperio cubem.

Cubare, Ægrotare. Hor. 1. Serm. 9. 17.

Trans Tiberim longe cubat is, prope Cæsaris hortos. V. 2. Epist. 2. 68.

Primus cubitu surgat, postremus cubitum eat. De villico, Cato de R. R. cap. 5. Cic. 2. de Divin. 122.

Cubans, antis. Partic. Festus; Cubans auspicatur qui in lecto quærit augurium. Et Tibull. 1. 1. 39.

Quam

Quam juvat immites ventos audire cubantem.

Est etiam Ægrotans. Suet. Neron. 34. Cum ex duritia alvi cubantem visitaret.

Puer cubans. Hor. 2. Serm. 3. 289.

Mater ait pueri menses jam quinque cubantis.

Cubātio, ōnis. f. [κατάκλισις] Actus cubandi. Varro L. L. 7. 30. p. 94. A cubatione cubiculum.

Cubitio, ōnis. f. Idem. Augustin. Epist. 151. Legi litteras tuas ad lucernam jam cœnatus: proxima erat cubitio, sed non ita etiam dormitio.

Cubātus, ûs. m. Idem. Plin. lib. 10. cap. 57. Medicina in fame, & cubatus in fumo. De gallinis pituita laborantibus loquitur.

Cubĭtus, ûs. m. Idem.

Cubitus supinus, pronus, & in latera. Plin. lib. 28. cap. 4. Supini cubitus oculis conducunt, at proni tussibus, in latera adversum distillationes.

Cubitus sibi sternere foliis. Plin. lib. 24. cap. 9. conf. in verbo extr.

Cubĭtūra, æ. f. Idem. Plaut. in Fragm. Taub. p. 1463. v. 12. Ad cubituram mage sum exercita, &c. conf. Muret. Var. Lect. 18. 10.

Cubātor, ōris. m. Paulin. Epist. 21. 4. (vet. edit. 24.) Joannes beati Dominici pectoris cubator.

Cubĭtor, ōris. m. ut, Bos cubitor. Columel. 6. 2. Qui opere decumbit.

Cubitōrius, a, um. Adj. ut, Vestimenta cubitoria. Petron. cap. 30. Alii legunt Accubitoria, vel Acubitoria.

Cubĭto, [λέχομαι] āre. frequent. Cic. pro Cœl. 36. Qui propter nescio quam credo timiditatem, & nocturnos quosdam inanes metus tecum semper, pusio cum majore sorore, cubitavit. V. Senec. Epist. 90.

Cubīle, is. n. [εὐνή, κοίτη, δέμνιον] pro Lecto sumitur, quod in eo cubetur. Cic. 2. Tusc. 39. Abducet Patrocles credo, ut collocet in cubili, ut vulnus obliget.

Terra cubile erat Anacharsi. Cic. 5. Tusc. 90.

Cubile & lectulum suum, nulli sunt inventi tam aut fortuna miseri, aut voluntate perditi, qui non salvum esse velint. Cic. 4. in Catil. 17.

Atrum carceris. Sen. in Thyest. v. 71.

Castum. Valer. 2. Argon. 137.

Consueta. Ovid. 11. Met. 259.

Humana. Propert. lib. 2. 3. 31.

Hibernum. Claud. in pr. Conf. Stil. 130.

Ingratum. Virg. 12. Æn. 144.

Obscurum, Abditum. Seneca Hippol. v. 522.

Patrium. Ovid. 15. Met. 592.

Prædura. Claud. de Bell. Get. 359.

Salutatorium cubile, In quo simulacra Deorum imponi solent: quod & Cararium alio nomine dicitur. Plin. 15. 11.

Secreta. Ovid. 1. Fast. 427.

Tacitum. Catul. 6. 7.

Viduum. Ovid. 16. Epist. 315.

Ascendere cubile. Virg. 12. Æn. 144.

Collocare aliquem in cubili. Cic. 2. Tusc. 39.

Inire cubile alterius. Cic. 9. Fam. 22.

Instratum. Virg. 3. Georg. 230.

Ponere cubile. Virg. 6. Æn. 274.

— primisque in faucibus Orci
Luctus & ultrices posuere cubilia Curæ.

Sociare cubilia cum aliquo. Ovid. 10. Met. 635.

Unus eras, cum quo sociare cubilia vellem.

Temerare cubile patrium. Ovid. 2. Met. 592.

Non audita tibi est patrium temerasse cubile. De Nyctimene.

Usurpare duplex cubile dicitur mulier, Quum adulteratur. Cic. 9. Fam. 22.

Transfertur etiam ad Aves & Bestias: ut

Cubilia & nidi gallinarum & avium. Cic. 1. de Nat. Deor. 129.

Delitescunt cubilibus bestiæ. Cic. 2. de Nat. Deor. 126.

Moliri cubilia ferarum. Quintil. lib. 2. cap. 16.

Rimosa cubilia, pro Alveariis. Virg. 4. Georg. 45.

Et ad alia transfertur: ut,

Dura cubilia ferri eruere, Ferri fodinas effodere. Valer. 5. Argon. 144.

Nam prius ignoti quam dura cubilia ferri
Eruerent, &c. De Chalybum populo.

Cubilia avaritiæ & Vestigia. Cic. 4. Verr. 190. Ut omnes mortales istius avaritiæ, non jam vestigia, sed ipsa cubilia videre possint.

Fraudum cubilia. Claud. 2. in pr. Conf. Stil. 214.

Cubile etiam dicitur de Structura. Plin. lib. 36. cap. 14. Ea maxima moles fuit, nec sedit in cubili. Utitur hac voce Vitruvius lib. 2. cap. 8.

Cŭbĭcŭlum, i. n. [κοιτών, οἴκημα] Locus in quo cubile sternitur. Cic. 4. Verr. 132. Tantaque ambitione provinciæ totius in uno cubiculo inclusa.

Præpositus cubiculo. Suet. in Domit. cap. 16.

Lares cubiculi. Sueton. in Domit. cap. 17.

Minister cubiculi. Liv. 3. 57. Virginem ministro cubiculi sui clienti dono dederit.

Amplum cubiculum, quod altera fenestra admittit Orientem, Occidentem altera retinet. Plin. 2. Epist. 17. ad Gallum.

Curvatum cubiculum in apsida. Plin. 2. Epist. 17. ad Gallum.

Dormitorium cubiculum, quod diem, clamorem, sonum excludit. Plin. 5. Epist. 6. ad Apollinarem.

Politissimum cubiculum, grande, æstivum, hibernum, omnibus ventis subductum, noctis & somni. Plin. 2. Epist. 17. ad Gallum.

Viride & umbrosum cubiculum a proxima platano. Cubiculum hieme tepidissimum, quia plurimo sole perfunditur. Cubiculum obvium soli maxime hiberno. Plin. 5. Epist. 6. ad Apollinarem.

In cubiculum voluit me abducere anus. Plaut. Most. 3. 2. 7.

In cubiculum se recipere omnibus summotis. Sueton. in Domit. cap. 16.

Cubiculum est etiam Suggestum, ex quo ludos spectare principes soliti. Suet. Neron. cap. 12. Icarus primo statim conatu juxta cubiculum ejus decidit. V. ibi Interpr.

Cubiculāris, e. Adj. [κοιτωνικός] Quod pertinet ad cubiculum, ut, Cubicularis lectus. Cic. 5. Tusc. 59.

Imago cubicularis. Suet. Aug. cap. 7.

Lectus cubicularis. Cic. 2. de Divin. 133.

Cubicularis, m. pro Cubiculario. Sueton. in Neron. cap. 38. Incendit urbem tam palam, ut plerique consulares cubiculares ejus, cum stupa tædaque in prædiis suis deprehensos non attigerint, &c. Quædam exemplaria legunt Cubicularios. [An Tantum non attigerint?

Cubiculārius, a, um. Adj. [κοιτωνικός] ut, Cubicularia lucerna. Martial. lib. 14. Lemm. 39. Adde 150. Cubicularia polymita.

Cubiculārius, i. m. [κοιτωνοφύλαξ, κοιτωνάρχης] Qui in cubiculo ministrat. Cic. 5. Verr. 8. Hunc vestri janitores, hunc cubicularii diligunt. Decurio cubiculariorum. Sueton. in Domit. cap. 17. Saturius decurio cubiculariorum, & quidam e gladiatorio ludo vulneribus septem contrucidarunt. V. Pignor. de Serv. p. 237.

Cubiculātus, a, um. Adj. ut, Triremis cubiculata. Senec. lib. 7. de Benef. cap. 20. Cui triremes & cæratas (Al. Cerastas, vel Æratas) non mitterem, lusorias & cubiculatas, & alia ludibria regum in mari lascivientium, mittam. conf. thalamegus.

Cubitissim, Adv. Plaut. Cas. 5. 2. 42.

Cŭbus, i. m. [κύβος] Mathematicis Figura est ex omni latere quadrata, quales sunt tesseræ, quibus in alveolo luditur: ex quo ipsæ appellatæ Cubi. Euclid. 11. Elem. Def. 25. Cubus est figura solida, quæ sex quadratis æqualibus continetur. Idem 7. Elem. V. Vitruv. lib. 5 præf.

Cubicus, a, um. [κυβικός] Vitruv. lib. 5. præf. Cubicis rationibus præcepta scribere.

C U C

Cŭcŭbo, āre. Proprium est vocis noctuæ. Auctor Philomelæ in operibus Ovidii v. 41.

Noctua lucifuga cucubat in tenebris.

Cŭcŭlio, ōnis. f. [πῖλος γένος] est (ut Julius Capitolinus in Vero c. 4. docet) Genus pilei viatorum, quo capite obtecto, vagari nocte solent. Cuculionem, pro Cucullo videtur accipere Cato de R. R. cap. 3. Funes veteres sarciri, novosque fieri: centones, cuculiones familiam oportuisse sibi sarcire. Videtur esse a Cuculus, forma Græca diminutivum; sicut ab Homine, Homuncio.

Cŭcŭlo, āre. Auctor Philomelæ v. 35.

Et cuculi cuculant: fritinit rauca cicada.

Cuculum, i. n. [Κόκκυλον] Latinorum oppidulum est, in via Valeria, cujus meminit Strab. lib. 5.

Cŭcŭlus, vel Cucullus, [κόκκυξ] Avis nota. Hor. 1. Serm. 7. 31.

— cui sæpe viator
Cessisset, magna compellans voce cucullum.

Viatores solebant Cultores & Vinitores sero colentes, appellare Cucullos, in desidiæ probrum. Hinc Plin. lib. 18. cap. 26. extr. Dum sciat, inquit, inde natam exprobrationem fœdam putantium vites per imitationem cantus alitis temporariæ, quam cucullum vocant: dedecus enim habetur, opprobriumque meritum, falcem ab illa volucre in vite deprehendi, ut ob id petulantiæ sales etiam cum primo vere ludantur, auspicio tamen detestabiles videntur.

Cuculum, Maritum vocat mulier apud Plautum, qui cum alienis uxoribus dormiebat, quod cucullus avis, quum tempus suæ partitudinis appetit, nidum aviculæ, cui curruca nomen est, animadvertit, in ejusque nido exclusis illius ovis, ova sua enititur. Plaut. Asin. 5. 2. 73.

At etiam cubat cuculus. surge amator, i domum.

In Thesauro editionis patris sunt alia exempla e Plauto. H. St. Nimirum ex eadem Scena v. 84. & ex Merc. suppos. 2. Act. 4. Sc. 5. v. 11.

Cucullus, Capitis tegmen. Juven. 6. Sat. 118.

Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos.

Santonicus cucullus. Juven. 8. Sat. 145.

Cucullis tectum caput. Martial. lib. 11. 99.

Non te cucullis asseret caput tectum.

Cucullus, Papyraceum tegmentum quo pigmentarii utuntur. Martial. lib. 3. 2.

Vel thuris, piperisque sis cucullus. De libro suo loquitur.

Cŭculla, æ. f. Idem. Paulinus Iambo ad Cytherium, v. 389.

Donumque tunicæ, qua sodalem ornaverat,
Geminat cucullæ munere.

Derelinquere palliolum & cucullam alicui. Hieronym. Vita Hilar. sub finem. Adde Ambros. Serm. 92. & Gloss. Cyrill.

Cucullātus, a, um. Adj. Quod cucullum habet. Columel. lib. 11. cap. 1. Cultam, vestitamque familiam utiliter magis habeat, quam delicate, id est munitam diligenter a frigoribus & imbribus: quæ utraque prohibentur optime pellibus manicatis, centonibus confectis, & sagis cucullatis: idque si fiat, omnis pæne hiemalis dies in opere tolerari potest. Quædam exemplaria hoc loco legunt, Sagatis cucullis: verum falso. Nam idem Columel. lib. 1. cap. 8. idem docet iisdem verbis: nisi quod pro Sagis cucullatis, scripsit Sagis cucullis: nisi etiam Cucullatis legendum sit: aut Cucullis adjectivum sit. V. cento.

Vestis cucullata. Isidor. 19. 24.

Cŭcŭma, æ. f. [κουκούμιον] Vas æneum calefaciendæ aquæ idoneum. Petron. Arbit. in Satyr. cap. 135. Cucumam ingentem foco apposuit.

Cucuma item appellatur Taguriolum exiguum, in quo pauperiores habitabant. Martial. lib. 10. 79.

Torquatus nitidas Pario de marmore thermas
Extruxit, cucumam fecit Otacilius.

Cucumam etiam Genus esse baculi ferrati scribit Budæus. Martian. l. 1. D. ad l. Corn. de sicar. Sed si clavi percusserit, aut cucuma in rixa, quamvis ferro percusserit, tamen non occidendi animo, leniendam ejus pœnam. De Cucuma vide Politianum in Miscellaneis cap. 30.

Cŭcŭmŭla, æ. f. dimin. Petron. cap. 136. Cervix cucumulæ.

Cŭcŭmella, æ. f. aliud dimin. [κουκουμέλλιον] apud Alphen. l. si quando, D. si servit. vendic. Genus est vasculi curvi, quod, ut arbitror, a forma cucumeris nomen suum invenit, ad eundem usum, ad quem & labra & crateres paratum. Hæc ex Connano.

Cŭcŭmer, vel Cŭcŭmis, ĕris. m. [σίκυον] a Curvore dicitur, ut ait Varr. de L. L. 4. 21. Virg. 4. Georg. 122.

— tortusque per herbam
Cresceret in ventrem cucumis.

Cæruleus cucumis. Propert. lib. 4. 2. 43.

Tortus cucumis. Virg. 4. Georg. 122.

Cucumere vescens mulier, lænam texe. Proverbium, quod ideo dici videtur, quia, ex Aristotelis doctrina, textrices parte plurima v... æ sint, ac impudicæ. Cucumeres vero coitus prolubia conciunt, uti rentur nonnulli: unde σίκυον appellatum tradunt, παρὰ τὸ σεύεσθαι κ κνᾶν. Ex Cæl. Rhod. lib. 14. cap. 4.

Inflectitur etiam Cucumis, is; unde dativus Cucumi. Plin. lib. 19. cap. 11. Infirmiora autem sunt atriplici, ocimo, cucurbitæ, cucumi. Et accusativus Cucumim. Plin. lib. 20. cap. 1. Aliqui etiam ab eo scorpionium cucumim vocant, efficacissimum contra scorpionum ictus. Et ablativus Cucumi. Plin. lib. 20. cap. 9. Cum vino, aut cucumi cocto.
Cucumis anguinus, sive silvestris, [σίκυς ἄγριος] Herba est solo fructu a sativo cucumere distans, quem multò minorem habet, glandibusque longiusculis similem. Officinæ *cucumerem asininum* appellant. Succum ejus Elaterium vocant, ἀπὸ τοῦ ἐλαύνειν, hoc est ab expellendo, siquidem & menses mulierum retentos expellit, & gravidis abortum facit. V. Plin. lib. 20. cap. 1.
Cucumis, Genus piscis. Plin. lib. 32. cap. 11. Harduinus Fruticem marinum intelligit.
CUCUMERARIUM, i. n. [σικυὼν] Locus in quo sunt cucumeres. Vulg. Interpr. Esa. 1. 8. ubi LXX σικυήρατον. conf. Tertull. adv. Judæos cap. 3. & 13. & adv. Marc. 2. 23.
CUCURBĬTA, æ. f. [κολοκύνθη] Olus in hortis nascens. Plin. lib. 19. cap. 5. Cucurbita quoque omni modo fastigiatur vaginis maxime vitilibus, conjecta in eas postquam defloruit. Crescit qua cogitur forma, plerumque & draconis intorti figura. Libertate vero pensili concessa, jam visa est IX pedum longitudinis. Ibidem plura.
Tumido ventre cucurbita. Propert. lib. 4. 2. 43.
Cæruleus cucumis, tumidoque cucurbita ventre.
Cucurbitæ caput habere, Stolidum & vecordem esse. Apul. 1. Milef. p. 109. Hem! nos cucurbitæ caput non habemus, ut pro te moriamur.
Cucurbita, quam vulgus *ventosam* nominare solet, quod spiritibus ac ventis e corpore proliciendis accommodata sit. Juven. 14. Sat. 57.
Unde tibi frontem, libertatemque parentis,
Quum facias pejora senex? vacuumque cerebro
Jam pridem caput hoc ventosa cucurbita quærat? h. e. Ut merito tibi e capite sanguis sit educendus, ut fieri solet in delirio. Corn. Cels. lib. 3. cap. 19. de Phreniticis, Neque alienum est, si neque sanguis ante missus est, neque mens constat, neque somnus accedit, occipitio inciso cucurbitulam admovere. Hæc Cels.
Cucurbita medicinalis. Plin. lib. 32. cap. 10. Hirudinum eadem ratio, quæ cucurbitarum medicinalium, ad corpora levanda sanguine, spiramenta laxanda, judicatur.
CUCURBITŬLA, æ. f. dimin. [κολοκυνθὶς] Parva cucurbita.
Cucurbitula [σικύα] Est quam nos *ventosam* dicimus, qua medici utuntur ad sanguinem levi scarificatione educendum. Cels. lib. 2. cap. 11. Cucurbitularum duo genera sunt: æneum, & corneum. Ænea, altera parte patet, altera clausa est. Cornea altera parte æque patens, altera foramen habet exiguum. In æneum lineamentum ardens conjicitur: ac sic os ejus corpori aptatur, imprimiturque, donec inhæreat. Cornea per se corpori imponitur, deinde ubi ea parte qua exiguum foramen est, ore spiritus adductus est, superque cera cavum id clausum est, æque inhærescit.
Accommodare cucurbitulam. Cels. lib. 7. cap. 2.
Adhibere. Cels. lib. 2. cap. 11.
Admovere. Cels. lib. 3. cap. 19. V. supra in CUCURBITA.
Defigere. Cels. lib. 4. cap. 14.
CUCURBITĪNUS, a, um. [κολοκυνθοειδὴς] Adj. ut, Cucurbitina pyra, cucurbitinæ ficus dicuntur ob cucurbitæ similitudinem. Cato cap. 7.
CUCURBITO, āre. Cucurbitare apud Feudistas dicitur vasallus, qui domini uxorem adulterat, vel ad crimen istud saltem sollicitat, turpiter tentat, affectat: item filiam, neptem, nurum, aut sororem ejus polluit. Zasius de feud. privatis. & Salmuth. ad Panciroll. de perd. p. 214. Dilher. dispp. Philolog. Tom. 1. p. 349. At
CUCURBITĀTIO, ōnis. f. Cucurbitularum usus. Cæl. Aurel. Tard. 2. 1. S. 32.
CUCURIO, īre. Gallorum gallinaceorum proprium est. Auctor Philomelæ in operibus Ovidii v. 25.
Cucurire solet gallus, gallina gracillat.
CUCUTIUM, i. n. Vestimenti genus, vel ut Casaubonus censet Cucullorum species. Treb. Pollio in Claudio cap. 17. Cucutia villosa duo. Meursius legit Cuculia.

C U D

CŪDO, di, sum, [κόπτω, κολάπτω] ĕre. a Cædendo dictum, inquit Festus: & est proprie Ferire, percutere. Columel. lib. 2. cap. 10. Ac durissimæ quidem acus resectæ separatæque erunt a cudentibus.
Cudere argentum vel nummos. Ter. Heaut. 4. 4. 18.
—quam rem agis scelus? s. egone? argentum cudo.
Cudere multa misera oculis. Plaut. Capt. 2. 1. 7. V. Gronov. in loc.
Cudere tenebras alicui, apud Plautum.
In me hæc cudetur faba. Ter. Eun. 2. 3. 89. Ubi Donatus, i. e. In me hoc malum recidet, in me hæc vindicabitur culpa: ut laborat solum in quo cuditur, id est batuitur faba, quum siliquis exuitur tusa fustibus, ut in areis more rusticorum fit. Vel quod quidam male Coctam fabam, & quæ non maduerit, sed dura permanserit, supra caput coqui, velut ipsi fabæ irati, saxo comminuunt, tum universum malum & omnis dolor ad coquum pervenit. Simile & alibi a pulmento proverbium est,
Tute hoc intristi, tibi omne est exedendum, accingere.
CUSOR, ōris. m. Liv. 23. 21. Triumviri mensarii creati sunt, hique nummulariis, & monetæ omnis generis cusoribus præerant. V. l. 1. Cod. de Excusat. artif.
CUSO, āre. frequent. apud Priscian. p. 890.
CUDON, ōnis. m. [κώδων] Pellem crudam significat, qua vice galeæ nonnulli solebant uti ad munienda capita. Sil. lib. 16. 59.
Scipio contorquens hastam, cudone comantes
Disjecit crines. Adde 8. 494.

C U J

CŬJAS, ātis. [ποδαπὸς] Interrogativum gentilitium. Cic. 5. Tusc. 108. Socrates quidem, quum rogaretur cujatem se esse diceret, Mundanum, inquit: totius enim mundi se incolam & civem arbitrabatur
Cujas es tu? respondendum, Gallus, Romanus, &c. Vel dubitative, Nescio cujas sit iste. Vel relative: ut, Ego sum Gallus, cujas es tu?
Cujas, pro Cujus sectæ. ut, Cujates philosophi estis? Stoicine an Epicurei? Valla lib. 2.

CUJATIS, e. dicebant veteres. Plaut. Curc. 3. 37.
Quid eum nunc quæris, aut cujatis?
Cujus & Cujatis, hæc est differentia. Cujus ad personam refertur hominis: Cujatis unde significat. Accius Teleph. Qui neque cujatis esset unquam potuimus multi rogitantes scire. Nonius 5. 19. [Forte Cujas, pro Cujus scribendum. etsi mihi futilis videtur ista utriusque vocis distantia.
CUJUS, [τίνος] cuja, cujum. antiqui dicebant, ut Meus, mea, meum. Virg. 3. Ecl. 1.
Dic mihi Damœta, cujum pecus? an Melibœi? Ter. And. 4. 5. 24. Cujum puerum hic apposuisti? Idem Eun. 2. 3. 28. Quid virgo, cuja est?
Nunc potius interrogamus per Cujus, genitivum a Qui quæ quod, ad quem non respondetur semper in eodem casu, in possessivis tam pronominibus quam nominibus. Plaut. Amph. 1, 1. 222.
Cujus es? s. Amphitruonis inquam Sosia.
Cuja res est. Cic. 3. Verr. 142. Ut optima conditione sit is, cuja res sit, cujum periculum?
Cuja interest. Cic. pro Varen. ap. Prisc. lib. 12. extr. Ea cædes si potissimum crimini datur, detur ei cuja interfuit, non ei cuja nihil interfuit.
CUJUSMŎDI, [ποιός τις, ὁποῖός τις] Vox est indeclinabilis, composita ex genitivo Cujus a Quis, & Modus. Plaut. Men. 1. 4. 3. Cujusmodi homines erunt?
Cujusmodi, aliter. Cic. 5. Tusc. 121. Ubi enim melius uti possumus hoc, cujusmodi est, otio? In vetusto exemplari scripto legitur Cuicuimodi. Idem 2. de Invent. 124. Quod si hæc cum summe inutilia, tum multo turpissima sint, legem cujusmodi sit, in præsentia conservari a judicibus. In scripto exemplari antiquo legimus Cujuscemodi.
Cujusmodi, admirativum. Plaut. Most. 3. 3. 5.
Cujusmodi gynæceum! quem & porticum!
CUJUSCEMODI, Hirt. Bell. Afric. cap. 36. Cujuscemodi generis hominum delectus habere.
CUJUSDAMMŎDI, [τρόπου τινὸς] Cic. 2. de Divin. 34. Num etiam si fissum cujusdammodi fuerit in jecore, lucrum ostenditur?
CUJUSMODICUNQUE, [ὁποιουστισοῦν] Cic. pro Cluent. 17. Nam illud me non præterit, cujusmodicunque mater sit: tamen in judicio filii, &c.
CUJUSCUNQUEMODI, [ὁποιουστισοῦν] Sallust. in Catil. cap. 39. extr. Neque solum cives, sed cujuscunquemodi genus hominum. Al. Cujusquemodi. V. Cort.
CUJUSQUEMODI, [ὁποιόστις] Cic. pro Flacc. 40. Sed tamen judicium fieri videtur, quum tabulæ illæ ipsæ, cujusquemodi sunt, proferuntur.
Cujusquemodi, pro Omnis generis. Cic. 2. de Finib. 3. Quum enim fertur quasi torrens oratio, quamvis multa cujusquemodi rapiat, nihil tamen teneas, nihil apprehendas.
Fœdare mortem ludibrio cujusquemodi. Flor. 3. 4. conf. Sall. in dict. superiori.
CUICUIMODI, Cic. 3. Att. 22. in fine, Ad me velim omnia quam diligentissime cuicuimodi sint, scribas. h. e. Sive læta, sive tristia.
CUIVIS tempori homo. V. QUIVIS.
CUJUSVIS, cujavis, cujumvis. Apul. Apol. p. 532. Cujavis oratio insimulari potest. Adde p. 528.

C U L

CUL. Cultores. CUR. Curionum, Curiarum, vel Cursor.
CULBICIO, ōnis. f. veteribus dictus Affectus stranguriæ similis. Gloss. Gr. Lat. στραγγουρία, culbicio, substillatio, στραγγουρῶ, Culbo, substillo.
CULCĬTA, æ. f. [ἐφάπλωμα] Est, inquit Valla lib. 6. cap. 46. tam Lanea, Stupea, & si quid est ejusmodi, quam Plumea. Perottus, Culcitæ generali nomine vocari possunt omne Stragulum in quo aliquid quiescendi gratia inculcatum sit. Varro lib. 4. de Lingua Latina 35. Posteaquam transierunt ad culcitas, quod in ea sagum, aut tomentum, aliudve quid calcabant, ab inculcando culcita dicta. Culcita, ait Festus, quod tomento inculcatur, appellata. Cic. 1. Tusc. 345. Collocemus in culcita plumea, psaltriam adducamus. Alii legunt Culcitra, sed invitis Criticis. V. Manut. Orthograph. & Torrent. ad Suet. Tib. cap. 54.
Culcita cubicularis. Macrob. 2. Saturn. cap. 4.
Culcitam gladium facere, est Gladio incumbere, & Se occidere. Plaut. Cas. 2. 4. 28.
Culcita tumeat. Martial. lib. 11. 57.
Leuconicis, agedum, tumeat tibi culcita, lanis.
CULCITARIUS, i. m. Qui culcitas facit & vendit. Diomed. lib. 1. p. 313.
CULCITŬLA, vel CULCITULLA, æ. f. dimin. [ἐφαπλωμάτιον] Plaut. Most. 4. 2. 14. Is me suam quidem pol optat culcitulam. Al. —suam
Quidem pol culcitullam oportet.
Culcitula, Fasciculus quidam ligneus in sacris dicebatur. Festus.
CULEST, [ποῖος ἐστὶ] pro Quale est, neutro genere positum esse pro masculino apud Plaut. Amph. 1. 3. 39.
Ecastor condignum donum culest, cui dono datum est. Annotavit Nonius 3. 56. Fortasse non Culest, sed Calest, pro Quale est, legendum apud Plautum, ut vetera exemplaria legisse videntur. Sed hæc omnino antiqua sunt. Al. Qual'ist, pro Qualis est.
CŪLĔUS, i. m. [κώλεος] Uter sive saccus, lino vel cannabi vel corio factus: ab Occulendo, id est claudendo. Plin. lib. 7. cap. 20. Junius Valens meruit in Prætorio divi Augusti centurio, vehicula cum culeis onusta, donec exinanirentur, sustinere solitus.
In eo etiam scelestissimi homines, ac præsertim parricidæ, cum simia & gallo & serpente insuti, in mare injiciebantur ex lege Pompeia. Cic. pro Rosc. Amer. 30. Utrum malit cervices Roscio dare, an insutus in culeum, supplicium parricidarum, per summum dedecus vitam amittere? Juven. 8. Sat. 214.
In culeum dejicere aliquem. Cic. 2. de Invent. 149.
Insutus culeo. V. INSUO.
Culeus, Mensura vicenas amphoras continens, vel urnas quadragenas, qua nulla major mensura liquoris. Plin. lib. 14. cap. 4. de vinea Palæmonis grammatici loquens, Digna opera, quæ in Cæcubis Setinisque agris proficeret, quando & postea sæpenumero septenos culeos singula jugera, hoc est amphoras centenas quadragenas musti dedere. ac ne quis victam in hoc antiquitatem arbitraretur, idem Cato denos culeos redire ex jugeribus scripsit. Hæc Budæus.
Culeus, modios nostros duos & semis capiebat: id est sexaginta Romanos. Budæus lib. 5. de Asse.

Culeus etiam cum utribus jungitur, inter vasa militaria, trajiciendo amni. Nepos 18. 8. 7. Sunt qui scribant Culleus, dupl.c ... Culleus etiam scribitur in Pacati paneg. 138. me ... ed t Non culleo insui. H. St. V. cap. 44. pr. Eamque scriptionem docti præferunt.

Culeum, vel Culleum, i. n. Nonius ex Varrone de R. R. lib. 1. 2. 7. In singula jugera, dena culea vini fiunt.

Culeāris, e. Adj. [κυλεαῖος] ut, Culeare dolium, Quod capit culeum. Cato cap. 112. Ubi hauseris de mari, in culeare dolium infundito. Culeare labrum, apud Catonem, vinis admetiendis cap. 154.

Culiola, ōrum. n. pl. sunt Cortices nucum viridium, a similitudine culeorum, quibus oleum aut vinum continetur. Festus.

Cŭlex, ĭcis. m. [κώνωψ] generali nomine dicitur Vermiculus omnis alatus. V. Plin. lib. 11. cap. 2. Plaut. Curc. 4. 2. 14.

Ut muscæ, culices, pedesque, pulicesque. Culices, inquit Perottus, acescens vinum gignit: quos Aristoteles culices vinarios vocat. Columel. lib. 11. cap. 3. Qui æstate ista seret, caveat ne propter siccitates culex adhuc tenera folia prorepentia consumat.

Culex, Minutissimum est insectum gregatim & confertim volans sole fere adverso, & aere sereno, potissimum super aquas, sed & alibi. mordet acriter suo stimulo. *Un cousin.* Picardi, *moucheron.*

Mali culices. Hor. 1. Serm. 5. 14.

Culex, figurate pro Amatore, quod cum sua promuscide formosorum & formosarum cutem culices pertundant, & tanquam quodam siphone sanguinem eliciant, ac amore quodam eorum capti esse videantur. Plaut. Cas. 2. 3. 22.

— eho tu
Nihili cana culex: vix teneor, quin quæ decent te dicam. Turnebus.

Culĭcŭlus, i. m. dimin. Gloss. Cyrill. Culiculus, κωνώπιον.

Culiciarius, [Κωνώπιος] Apollo dictus, & hoc nomine in Attica cultus est, quod infestos culices ex agris propulsaret, ut scribit Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 13.

Culici, ōrum. m. Istriæ populi, Venetis finitimi, ut scribit Plin. lib. 3. cap. 19.

Culigna, æ. f. [κυλίχνη] Vas potorium. Cato, Culignam in fœno Græco ponito, ut bene oleat. Hæc Festus. Cato cap. 132. pr. Jovi dapali culignam vini quantum vis polluceto.

Cŭlīna, æ. f. [μαγειρεῖον] Locus in quo comburuntur epulæ in funere, inquit Fest. Varro de vita Pop. Rom. lib. 1. apud Non. 1. 273. Qua fini sit antica & postica. in postica parte erat culina: dicta ab eo, quod ibi colebant ignem locupletiorum domus. quam fuerint angustiis paupertinis coactæ, ipsa nomina declarant. Cic. 15. Fam. 18. Ubi igitur, inquies, philosophia? tua quidem in culina: mea molesta est.

Culina dicta est quasi Colina, quia ibi lares colantur, vel quod carbones culiat. Commentator Horatii cum Cruquio excusus 362. H. St. ad Sat. 1. 6. 38. Ego magis animadvertendum puto, Horatium ibi Culinam pro Cœna posuisse, ut idem annotat:

Murena præbente domum, Capitone culinam. Sic

Studiosa culinæ juventus. Hor. 2. Serm. 5. 80. de Penelopes procis.

A magna non degenerare culina. Juven. 14. Sat. 14.

Culina, Latrina, secessus. Isidor. Gloss. V. etiam Varro de L. L. 4. 25. & Petron. cap. 2. & ibi Erhard. & Heins. & Burm.

Culinarius, i. m. Scribonius Largus comp. 130. Teruntur ex cinere lixiva, qua culinarii utuntur.

Culinæ, arum. f. Loca quædam publica in suburbanis dicebantur, inopum destinata funeribus: ut ait Aggenus p. 60. Goes. de limitibus agrorum.

Culix, icis. Herba est, qua trita semen cucumerorum maceratum seri jubent, ut sine semine nascantur. Auctor Plin. lib. 19. cap. 5.

Cullu, Numidiæ oppidum, cujus meminit Plin. lib. 5. cap. 3.

Culmen, ĭnis. n. [ὀροφὸς, ἔρεψμα] Quod culmis tegitur: quia veteres ædificia culmis contegebant, id est paleis messoriis, inquit Servius. Virg. 1. Ecl. 69.

Pauperis & tuguri congestum cæspite culmen.

Altum culmen. Virg. 2. Æn. 410.

Candida. Propert. lib. 3. 16. 3.

Clara. Valer. 5. Argon. 646.

Fulta culmina. Martial. lib. 12. 73.

Pastorale, Tugurium seu Tectum. Claud. de Bell. Get. 355.

Nudatum tecto. V. Nudus.

Summa villarum culmina. Virg. 1. Ecl. 83.

Et jam summa procul villarum culmina fumant.

Tecta domorum culmina convellunt. Virg. 2. Æn. 446.

Admota æthereis culmina sedibus, Ædium sublimia fastigia. Sen. Hippol. 11.

Ædis culmen Jovis, fulmine ictum. Liv. 27. 4.

Hominum, ac deorum. Virg. 4. Æn. 671.

Culmen, Summitas alicujus rei. Plin. lib. 9. cap. 35. Principium ergo culmenque omnium rerum pretii margaritæ tenent.

Regale culmen, Regia majestas. Claud. de sext. Conf. Honor. 64.

Summum Jovis culmen. Sil. lib. 3. 510.

Pervenire ad culmen. Plin. lib. 15. cap. 15. Pars hæc vitæ jampridem pervenit ad culmen.

Culmen hominis, Caput. Liv. 1. 34. ad fin. Circa summum culmen hominis auspicium fecisse.

Culmen, pro Culmo sive stipula. Ovid. 4. Fast. 734.

Tertia res, duræ culmen inane fabæ. h. e. Fabæ culmus, qui suapte natura inanis est & vacuus.

Culminius, a, um. Adj. ut, Olea culminia. Columel. 5. 8. 3. Bacca culminia. Idem 12. 52. [Non videtur a Culmine ductum nomen.

Culmĭno, āre. Culmen facere, attollere. Mart. Capella lib. 9. p. 309. Quæ fenatum lumina Deum verendo culminatis vertice.

Culmus, i. m. [καλάμη, ἀνθέρεξ, κάλαμος] qui & Colmus, Frumenti calamus a radice usque ad spicam: dictus quod colatur. Virg. 1. Georg. 111.

— ne gravidis procumbat culmus aristis. Ubi Servius; Culmus, Junctio spicarum. Ibidem, 321.

— culmumque levem, stipulasque volantes. Ubi Servius; Culmus dicitur ipse Calamus: Stipulæ vero, Folia quæ ambiunt culmum.

Cerealis culmus. Virg. 2. Georg. 517.

Crepitantes culmi messis. Sil. lib. 13. 672.

Fragilis. Virg. 1. Georg. 76. al. Calamus.

Geniculato culmo erecta herba. Cic. de Senect. 51.

Levis. Virg. 1. Georg. 321.

Pallentes. Stat. 3. Silv. 3. 128.

Surgentes in segetem. Lucan. lib. 6. 110.

Romuleoque recens horrebat regia culmo. Virg. 8. Æn. 654. Curiam Calabram dicit, quam Romulus texerat culmis. Servius.

Conjicere spicam e culmo, i. e. Ex senectute judicare de juventa. V. Chiliad.

Culmōsus, a, um. Adj. Sidon. Carm. 9. 72.

— madere
Culmosos viridi cruore fratres.

Culpa, æ. f. [αἰτία, ἔγκλημα] est ejus, inquit Donatus, qui insciens aliquem læsit. Plaut. Epid. 5. 2. 64.

Mihi ut ignoscas, si quid imprudens culpa peccavi mea. Cic. 1. Off. 89. Ne major pœna quam culpa sit cavendum.

Culpa, mea, tua, ejus, &c. Ablativus. Plaut. Cist. 1. 1. 78.

Sed mea ego culpa & stultitia pejus misera maceror. Cic. 1. Q. frat. 1. Contracta ipsorum culpa molestissime ferre homines debent.

Accidit culpa eorum. Cic. 2. Q. frat. 12

Nemo, nisi sua culpa, diu dolet. Quintil. in procœm. lib. 6.

Injusti oneris impositi tua culpa sit, mea recepti. Cic. in Orat. 35.

Abstinere culpa. Plaut. Men. 5. 6. 20.

Abesse a culpa facinus scitis mea. Ovid. 1. Trist. 2. 98.

Abesse culpam. Cic. 12. Fam.

Abhorrere a culpa, i. e. Remotum esse a culpa. Cic. 2. de Invent.

Accusare culpam. Cic. pro Planc. 9.

Amittere. V. Amitto.

Amovere, (vel ut Acron legit) Emovere. Hor. 4. Carm. 15. 11.

Arguere aliquem culpæ. Liv. lib. 5.

Assignare fortunæ. V. Assigno.

Attribuere alicui. Cic. 7. Verr. 133.

Avertere in aliquem. V. Averto.

Augere cum indignatione. Cic. 2. de Invent. 53.

Carere. Cic. 6. Fam. 1.

Castus a culpa. In Castus.

Celare. Ovid. 2. Met. 37.

Cessant pectora culpa. Sil. lib. 13. 518.

Coarguere culpam aliquorum. Cic. 9. Att. 4.

Commereri culpam. Plaut. Capt. 2. 3. 43. i. e. Contraxisse culpam, ideoque castigationem sive pœnam commeritum esse.

Commissa culpa. Cic. 16. Fam. 12. V. in Committo.

Compescere ferro culpam, Resecare partem nocivam. Virg. 3. Georg. 468.

Conferre in alterum. Ter. Eun. 2. 3. 96.

Conjicere in aliquem. V. Conjicio.

Consortem esse culpæ. Ovid. 3. Fast. 492.

Contaminare se culpa. Cic. ad Herenn. 2. 24.

Contrahere aliquid culpa sua. In Contraho.

Convertere fortunam in culpam. Cic pro Rabir. Post. 2.

Damnare ob culpam aliquem. Cic. 1. de Orat. 233.

Deprensa culpa. Sen. Hippol. 5.

Derivare culpam in aliquem. Cic. 4. Verr. 49.

Dimovere ab aliquo. Cic. 2. de Invent. 28.

Dare vitio & culpæ alicui summam laudem. Cic. pro Rosc. Amer. 48.

Dare veniam culpæ. Ovid. 7. Epist. 105.

Effugere pœnam culpæ non posse. Cic. 16. Fam. 26.

Eximere ex culpa aliquem. Cic. 2. de Invent. 24.

Exsolvere aliquem culpa. Tacit. 4. Hist. 8.

Fingere culpam. Ovid. 2. Amor. 19. 13.

Hærere culpam in aliquo. Ter. Hec. 2. 1. 32.

Ignara culpæ. Stat. 4. Silv. 6. 91.

Impellere in culpam aliquem. Catul. 15. 15. ad Aurelium.

Impingere in aliquem. V. Impingo.

Imponere nomina culpæ. Ovid. 7. Met. 69.

Inclinare culpam. V. Inclino.

Inscius culpæ. Virg. 12. Æn. 648.

Intervenit culpa. Ulpian. l. si procuratorem. §. ultimo. D. mand. vel contra.

Invenire aliquem in culpa. V. In & Invenio.

Liberare culpa aliquem. Cic. 13. Att. 22.

Liberare aliquem culpæ. Liv. 41.

Luere culpam. Sil. lib. 13. 381.

Occuluit culpam parentum. Stat. 3. Silv. 3. 45.

Piare culpam. Virg. 2. Æn. 140.

Ponere extra omnem culpam causamque sese. Cic. 2. de Univers. 39.

Ponere in culpa & suspicione aliquos. Cic. pro Cluent. 127.

Præstare culpam. Cic. 6. Fam. 1. Simus igitur ea mente, quam ratio & veritas præscribit, ut nihil in vita nobis præstandum, præter culpam, putemus. V. Præsto.

Prætexit hoc nomine culpam. Virg. 4. Æn. 172.

Properare culpam. Ovid. 2. Epist. Sabin. 95.

Ah cur nescio quam properavimus, hei mihi! culpam.

Reciditur culpa supplicio. Hor. 3. Carm. 24. 34.

Redimere culpam. Cic. 10. Fam. 8.

Removeri a culpa. Cic. pro Muren. 73. Non & illa pie fecit, & hic a culpa remotus est.

Residet culpa in aliquo. Cic. 16. Fam. 5.

Subire culpam. Claud. 1. in Eutrop. 477.

Succumbere culpæ. Virg. 4. Æn. 19.

Huic uni forsan potui succumbere culpæ.

Summittere se culpæ. Ovid. 4. Epist. 151.

Suscipere culpam. Cic. pro Cluent. 153. Ut aliquid culpæ suscipere se putarent recusando.

Sum. ut, In culpa esse. Cic. de Amicit. 78. Et hic honos veteri amicitiæ tribuendus est, ut is in culpa sit qui faciat, non qui patiatur injuriam.

Extra culpam esse. Cic. 7. Verr. 133.

Culpa hæc a me procul est. Ter. Adel. 3. 2. 49.

Postremo, quando ego conscia mihi sum, a me culpam esse hanc procul.

Non est mea culpa, sed tua. Martial. lib. 11. 80.

Non est ista quidem, non est mea, sed tua culpa.

Culpa in eo est. Cic. de Amicit. 89. Maxima autem culpa in eo est, qui & veritatem aspernatur, & in fraudem obsequio impellitur.

Fati ista culpa est. Sen. OEdip. 14.

Sustinere culpam alicujus rei. Cic. 7. Att. 3.

Sustinere & præstare legis culpam. Cic. 3. de Legib. 37. Cassiæ legis culpam Scipio tuus sustinet: quo auctore lata esse dicitur: tu si tabellariam tuleris, ipse præstabis.

Teneri erroris humani culpa. Cic. pro Marcel. 13. Et si aliqua culpa tenemur erroris humani, a scelere certe liberati sumus.

Teneri in media. Ovid. 3. Amor. 14. 43.

Transferre omnem in alium. Cic. 15. Att. 27.

Tueri deprehensam pertinaciter. Quintil. lib. 6. cap. 4.

Vacare. Quintil. lib. 3. cap. 6.

Vanescit culpa. Ovid. 1. Amor. 8. 80.

Vitare. Hor. de Arte Poet. 267.

Vocari in culpam. Quintil. lib. 7. cap 3.

Novissimus in culpam. Tacit. 1. Ann. 45. Quin potius, ut novissimi in culpam, ita primi ad pœnitentiam sumus.

Ad culpam causas dare. Virg. 2. Georg. 455.

Fides culpæ. Sen. Agamemn. 4.

Fuga culpæ. Hor. de Arte Poet. 31.

Liberatio culpæ. Cic. pro Ligar. 1. Quum a te non solum liberationem culpæ, sed errati veniam impetravissent.

Proditor culpæ. Ovid. 2. Amor. 8. 26.

Sceleris coacti culpa. Sen. Troad. 10.

Temporum culpa. Cic. 9. Att. 2.

Via difficilis culpæ. Ovid. 17. Epist. 146.

Anceps Plin. lib. 17. cap. 22.

Infausta. Sil. lib. 13. 381.

Magistra culpa potare. Hor. 2. Serm. 2. 123. i. e. Sine archiposia. Porphyr. Potant itaque culpa magistra, qui nullum præter ipsius culpæ fœditatem timent magistrum, qui modum excedere prohibeat. Lambinus legit Cupa. Al. Cuppa, vel Copa. V. suo loco.

Perennis. Ovid. 1. de Pont. 1. 64.

Professa. Ovid. 3. Amor. 14. 6.

Qua merui culpa fieri tibi vilis, Achille? Ovid. 3. Epist. 41.

Scelerata. Sil. lib. 12. 305. V. ibi Drakenb.

Secreta. Sen. Hippol. 5.

Turpis. Cic. pro Rosc. Amer. 112. Ergo idcirco turpis hæc culpa est, quod duas res sanctissimas violat, amicitiam & fidem.

Et in plurali. Cic. 7. Verr. 41. In hoc uno genere omnes inesse culpas istius maximas avaritiæ, majestatis, dementiæ, libidinis, crudelitatis. Al. Majestatis deminutæ.

Culpa est apud Jurisconsultos, Quod quum a diligente provideri poterat, non est provisum. l. 31. D. ad l. Aquil.

Inter Culpam & Dolum. Dolus sceleri, Culpa vero imprudentiæ tribuitur. Ille in faciendo est: Hæc in non faciendo. Plura vide de hac differentia apud Connanum.

Latior culpa, dolus est. Cels. in l. quod Nerva. D. depos. Quod Nerva diceret latiorem culpam dolum esse, Proculo displicebat. mihi verissimum videtur, &c.

Opera & Culpa. Donat. ad illud Ter. Hec. 2. 1. 31. Non mea opera, neque pol culpa evenit. Opera est, inquit, si scientes læserimus: Culpa, si nescientes. Quorum alterum sceleris, alterum stultitiæ est. Hæc ille.

CULPO, [αἰτιάομαι, διαβάλλω] āre. Contrarium est verbo Laudare. Ter. Eun. 2. 3. 94. Quod qui rescierint, culpent? Cic. in Sallust. 7. Quæ si tu mihi ut vitia objicis, temeritas tua reprehendetur, non mea vitia culpabuntur.

Carmina culpare. Ovid. 2. Amor. 4. 21.

Faciem. Ovid. 13. Epist. 45.

Facinus. Ovid. 6. Epist. 138.

Levitas culpanda. Ovid. 2. de Arte Am. 429.

Patientiam alicujus. Cic. in Sallust. 12.

Statuas. Martial. lib. 9. 60.

Culpavit statuas, & Polyclete tuas.

Arbor aquas culpat, &c. Hor. 3. Carm. 1. 31. Intelligit arborem nimia pluvia lædi. Homines vero quum læduntur, culpare illum solent, cujus injuria læsi sunt. Tribuit igitur inanimato, quod animati est. Sed ab eo quod sequitur, quod præcedere solet intelligi vult.

CULPOR, āri. Pass. Hor. 1. Serm. 2. 11.

— laudatur ab his, culpatur ab illis.

Culpari in aliqua re. Suet. Vesp. 16. Sola est, in qua merito culpetur, pecuniæ cupiditas.

Culpari ob aliquod. Suet. Cæs. 72.

CULPANS, antis. Partic. ut, Ovid. 2. Amor. 4. 22.

Culpantis cupiam sustinuisse femur.

CULPATUS, a, um. Partic. ut, Corpus culpatum. Ovid. 21. Epist. 36. Paris culpatus. Virg. 2. Æn. 602. V. ibi Servium.

CULPATE, Adv. Compar. Gell. 11. 7. Sed molestius equidem culpatiusque esse arbitror, verba nova, incognita, inaudita dicere, quam invulgata & sordentia.

CULPĀTIO, ōnis. f. [αἰτίασις] Plur. Gell. lib. 10. cap. 22. Ne ipsi quoque culpationes hujuscemodi mereamur.

CULPĂBĬLIS, e. Adj. Apul. Apol. p. 223. Culpabile judicandum est.

Opinio culpabilis. Arnob. lib. 1. p. 222.

Compar. Salvian. de Gubern. Dei 4. p. 110. Culpabilior tu, quam ille. Et Tertull. de Uxor. 2. 1. Tanto culpabilius est.

CULPABILĬTER, Adv. Symmach. 9. Epist. 43. Nolo existimes, culpabiliter ad me esse perlatum, &c. i. e. Cum criminatione.

Eligere culpabiliter. Augustin. de Genes. ad lit. 11. 9.

Compar. Paulinus Nolan. Epist. 39. 4. Nos culpabilius insulsi.

CULPĬTO, āre. frequent. Plaut. Cist. 2. 1. 19.

Haud metuo ne jusjurandum nostrum quisquam culpitet. Obsoletum.

CULTER, tri. m. & CULTRUM, i. n. [μάχαιρα] Quo quid abscindimus. Plaut. Epid. 2. 2. 2. Acutum cultrum habeo. Propert. 4. 5. 72.

Quum fallenda meo pollice cultra forent.

Longi mucronem admittere cultri. Juven. 14. Sat. 217.

Dare jugulum cultris. Ovid. in Ibin, 104.

Dare vulnera fixo cultro. Ovid. 5. Trist. 7. 19.

Linquere aliquem sub cultro, pro In præsentaneo periculo deserere. Sumptum a victima, quæ jamjam ferienda, sub cultro esse dicitur. Hor. 1. Serm. 9. ad fin.

Solvere cultro curvo viscera ferarum. Sen. Hippol. 1.

Stringere cultros in sua colla. Ovid. de Nuce 174.

Manans cruore culter. V. MANO.

Lanionis culter. in l. cum de lanionis. in princ. D. de instrum. vel instruct. legat.

Tonsorum cultri. Plin. 28. 7. Aciem in cultris tonsorum hebetescere.

Tonsorius culter. Cic. 2. Off. 15. Qui cultros metuens tonsorios candente carbone sibi adurebat capillum. De Dionysio tyranno.

Venatorius culter, de quo epigramma apud Martial. lib. 14. 31.

Culter, Pars falcis vinitoriæ, proxima capulo. Columel. lib. 4. cap. 25. Est autem sic disposita vinitoriæ falcis figura, ut capulo pars proxima, quæ rectam gerit aciem, culter ob similitudinem nominetur: quæ flectitur, sinus; quæ a flexu procurrit, scalprum: quæ deinde adunca est, rostrum appellatur. cui superposita semiformis Lunæ species, securis dicitur: ejusque velut apex pronus imminens, mucro vocatur.

Culter, Pars aratri. Plin. lib. 18. cap. 18. Vomerum plura genera. Culter vocatur, prædensam, priusquam proscindatur, terram secans, futurisque sulcis vestigia præscribens incisuris, quas resupinus in arando mordeat vomer.

CULTRARIUS, i. m. Qui victimam cultro immolat, qui alio nomine dicitur Victimarius. Suet. in Calig. cap. 32. Admota altaribus victima, succinctus poparum habitu, elato alte malleo cultrarium mactavit.

Cultrarius etiam, Qui cultros facit. Gruter. Inscript. p. 640. n. 11. Q. TIBVRTI. Q. L. MENOLANI. CVLTRARI. OSSA. HIC. SITA. SVNT.

CULTRĀTUS, a, um. Adj. [μαχαιρωτὸς] ut, Cultratus mucro, Qui scindit velut culter. Plin. lib. 13. cap. 4. Folia cultrato mucrone.

CULTELLUS, i. m. dimin. [μαχαίριον] Varr. 1. de R. R. cap. 69. Ille flens narrat, ab nescio quo percussum cultello concidisse.

Dividere osseo cultello. Columel. lib. 12. cap. 14.

Purgare ungues cultello. Hor. 1. Epist. 7. 51.

CULTELLO, āre. Verbum antiquum fuit: de quo sic Frontinus in libro de Limitibus p. 43. Goes. Cultellandi ratio quæ sit sæpe quæritur, cujus præmensi soli spatium consummamus, & illam clivorum inæqualitatem planam esse cogimus, dum mensuræ lateribus inservimus. Cultellamus ergo agrum eminentiorem, & ad planitiem redigimus. V. Goesii Indic.

CULTELLĀTUS, a, um. Adj. [μαχαιροειδὴς] Qui formam cultelli habet. Plin. lib. 32. cap. 2. Idem infixam hamo invertere se, quoniam sit dorso cultellato, spinaque lineam præsecare.

Lapis cultellatus. Hygin. Goes. p. 214. i. e. Qui pentagoni recipit rationem. [Hic est participium a Cultello, are.

CULTIO, CULTOR, CULTRIX, CULTURA, CULTUS. In COLO.

CŬLULLUS, i. m. Calix fictilis, quo in sacris utebantur pontifices & Vestales virgines. Auctor Acron in Hor. 1. Carm. 31. 11.

Accipitur & pro Urceolo. Hor. in Arte Poet. 434.

Reges dicuntur multis urgere culullis,
Et torquere mero, quem perspexisse laborant
An sit amicitia dignus.

i. e. Calicibus, & est diminutivum a Culeo. Acron. Multo vino inebriare. Vino explorare ingenia dignorum amicorum. [Ego vero adhuc persuadere mihi non potui Horatium ita scripsisse. Nam si pro Calicibus, ut interpres ait, posuit, cur a Culeo, quæ vini mensura maxima est omnium, diminutivum istuc petiit? Adde in Culeus primam Syllabam longam esse, unde etiam Culleus scribitur: Quare non dubito, quin hic & 1. Carm. 31. potius Calillis legendum sit, quod est tertium diminutivum a Calix. Nam & Caliculus facit & Calicellus. Notum est autem veteres ejusmodi nomina pro lubitu ad normam analogiæ finxisse plurima. Alibi certe cum eandem sententiam reddere vellet, Calices expresse posuit poeta, ut 1. Ep. 5. 19. & 2. Serm. 6. 68. Diminutiva autem forma non tam exilitatem hoc loco, quam blanditias exprimit, quasi Caris caliculis dixisset.

C U M

CUM, [σὺν, μετὰ] Præpositio, ablativo casui servit. Ter. Eun. 3. 2. 42.

— haud convenit
Una cum amica ire imperatorem in via.

Cum animo recordari. Cic. pro Cluent. 70.

Cum istoc animo. Ter. Phorm. 3. 1. 1.

Enim vero, Antipho, multis modis cum istoc animo es vituperandus.

Ubi Donatus, pro Hujus animi. Ennius.

Optima cum pulchris animis Romana juventus.

Statutum ac deliberatum aliquid cum animo habere. Cic. 5. Verr. 94.

Cum animo, Secum, Apud se. V. in ANIMUS. H. St.

Cum catenis esse. Plaut. Capt. 2. 1. 9.

At nos pudet, quia cum catenis sumus.

Cum causa facere. Cic. 1. Q. frat. 2. Sic

Cum causa dicere: cui opponitur Sine causa. Cic. 2. de Orat. 46.

Cum clamore involare. Plaut. Amph. 1. 1. 90.

Cum cura legere. Plaut. Milit. 3. 1. 9.

Cum cura aliquem curare. Plaut. Men. 5. 4. 7.

Cum decimo ager effert, vel efficit. Cic. 5. Verr. 113. In jugere Leontini agri, medimnum fere tritici seritur perpetua atque æquabili satione: ager efficit, cum octavo bene ut agatur: verum ut omnes dii adjuvent, cum decimo. Ibidem, Medimnum autem ex jugere decumano dari poterit, quum ager, id quod perraro evenit, cum decumo extulisset. Budæus. Sic Plin. lib. 18. cap. 10. Cum centesimo quidem & Leontini Siciliæ campi fundunt.

Cum dicto. Apuleius 1. Met. p. 104. Et cum dicto, sutili centunculo faciem suam, jam dudum punicantem præ pudore, obtexit. i. e. His dictis, vel statim

Cum diluculo abiit. Plaut. Amph. 2. 2. 111.

Tace tu, tu dic, egone abs te abii hinc hodie cum diluculo?

Cum equis homines. Cic. 2. de Nat. Deor. 6. Quum e præfectura Reatina

tina Romam venienti noctu duo juvenes cum equis albis dixissent, Regem Persem illo die captum, Senatui nuntiavit.

Cum falcibus multi purgarunt & aperuerunt locum. Cic. 5. Tusc. 65.

Cum ferro in aliquem invadere. Cic. pro Cæcin. 25. De se autem hoc prædicat, Antiocho Æbutii servo imperasse, ut in Cæcinam advenientem cum ferro invaderet.

Cum fide. Cic. 2. de Orat. 345. Erit explicandum in laude justitiæ, quid cum fide, quid cum æquabilitate, quid cum ejusmodi, &c. fecerit. h. e. Fideliter.

Cum fide magna vir. Plaut. Trin. 4. 4. 3.

Qualine amico mea commendavi bona?
CA. Probo & fideli & fido, & cum magna fide.

Cum fuga conscensio in naves. Cic. 1. de Divin. 68.

Cum gratia bona dimittere aliquem. Cic. de Fato 7. Quod vulgus dicit, *Ut sit contentus de nobis.*

Cum hostibus pangere. V. PANGO.

Cum imperio esse dicebatur apud antiquos, Cui nominatim a populo dabatur imperium, ut ait Festus. Cic. de Senect. 64. Neque solum honore antecedentibus, sed iis etiam, qui cum imperio sunt, majores natu augures anteponuntur.

Cum imperio publico legatum esse. Plaut. Trucul. 1. 1. 74.

Nam ego Lemno advenio Athenas nudius tertius,
Legatus hinc quo cum publico imperio fui.

Cum labore operoso ac molesto moliri aliquid. Cic. 2. de Nat. Deor. 59.

Cum labore scribere. Plin. 2. Epist. 19. Quæ scripsimus cum labore, etiam cum labore audiri putamus.

Cum lætitia vivere. Cic. 2. de Legib. 28. Neque solum cum lætitia vivendi rationem accepimus, sed etiam cum spe meliore moriendi.

Cum luce prima. Ter. Adelph. 5. 3. 55.

— ceterum rus cum filio
Cum prima luce ibo hinc.

Cic. 4. Att. 3. Metellus cum prima luce furtim in campum itineribus prope deviis currebat.

Cum magistratu. i. e. Magistratu præditus. Suet. Tiber. 12.

Cum metu dicere. Cic. pro Cluent. 51.

Cum onere moram offerre alicui. Plaut. Pœn. 4. 2. 30. i. e. Oneratum morari & retinere.

Cum pace aliquid facere. Cic. 5. Tuscul. 83. Nos illud quidem cum pace agemus.

Cum periculo. Ter. And. 1. 1. 104.

Cum populo agere. h. e. Populum ad concilium aut comitia vocare. Festus.

Cum potestate esse, cui opponitur Privatum esse: dicebatur (inquit Festus) de eo qui a populo alicui negotio præficiebatur. Cic. lib. 1. de Invent. 35. Pecuniosus an tenuis: privatus, an cum potestate sit.

Cum primis aliquid facere. i. e. In primis. Plaut. Truc. 3. 1. 15.

Cum primis honestus. Cic. 3. Verr. 137.

Cum probro. Ter. And. 5. 3. 10.

Tamen hanc habere studeat cum summo probro.

Cum querimonia. Plaut. Pseud. 1. 3. 78.

Cum re præsenti deliberare. Quintil. lib. 9. cap. ult. Occasionibus utendum, & cum re præsenti deliberandum. conf. In re præsenti in præp. IN.

Cum sacco adire; elegans locutio, significatque Postulare ut sibi e vestigio, atque eodem temporis puncto pecunia solvatur. Paulus l. 105. D. de solut. Quod dicimus in eo hærede, qui fidejussori testatoris, id quod ante aditam hæreditatem ab eo solutum est, debere statim solvere, cum aliquo scilicet temperamento temporis intelligendum est: nec enim cum sacco adire debet. Alciatus autem ad hæredem hoc refert, quasi hæreditatem cum sacco adire non debeat. Hotomanus.

Cum salute. Ter. Adelph. 4. 1. 3.

— utinam quidem
(Quod cum salute ejus fiat) ita se defatigarit velim, &c.

Cum silentio animadvertere. Ter. in prol. Eun. 44.

Cum spe. Cic. pro Rabir. Post. 5. Id est difficile, quod cum spe magna sis ingressus, id non exequi usque ad extremum.

Cum spe bona adolescentes. Sallust. ad Cæs. de Rep. ord. Ep. 2. c. 4. Multi præterea cum spe bona adolescentes, sicuti hostiæ mactati sunt.

Cum venia bona audire. Liv. 29. 1. Expromerent quid sentirent, cum bona venia se auditurum dicebat.

Unde & sine præpositione Bona venia audire. H. St.

Cum eo, pro Ea lege. Columel. lib. 5. cap. 1. Obsequar voluntati tuæ cum eo, ne dubites. Cels. lib. 3. cap. 22. de tabe, Si nihil reliqua proficiunt, sanguis mittendus est, sed paulatim, quotidieque pluribus diebus, cum eo ut cetera quoque eodem modo serventur.

Simul cum. Ter. Eun. 2. 2. 10. Simul consilium cum re amisti?

Cum, pro Et, interdum syllepsin facit. ut apud Ovid. 4. Fast. 54.

Ilia cum Lauso de Numitore sati.

h. e. Ilia & Lausus nati de Numitore. Virg. 1. Æn. 556.

— Remo cum fratre Quirinus
Jura dabunt.

i. e. Quirinus seu Romulus & Remus frater. Nec obstat quod præcedit, Cana fides, & Vesta. quia Servius ait, subaudi, Erit; ut sit sensus, Cana fides erit tunc, & Vesta, id est religio erit tunc.

Bocchus cum peditibus invadunt. Sallust. Jugurth. cap. 101. i. e. Bocchus & pedites.

Demosthenes cum ceteris erant expulsi. Nepos 19. 2. 2.

Dux cum aliquot principibus capiuntur. Liv. 21. 60.

CUM, [ἐπ' ἄν, ἡνίκα] Adv. a nonnullis duplici U & per Q, Quum: ab aliis per O, ante M, Quom scribitur, more veterum. Quintil. lib. 1. cap. 7. De orthographia, Illa quoque servata est a multis differentia, ut AD quum esset præpositio, D literam: quum autem conjunctio, T acciperet. Item CUM, si tempus significaret, per Q: (QUOM) si comitem, per C: (CUM) si vero causam, per Q ac duas sequentes U U, scriberetur. Sed hæc frigida merito, i. e. inanis diligentiæ pronuntiat. Jungitur autem modo indicativo, modo subjunctivo.

Indicativo. Ter. Eun. 2. 3. 50. Quum huc respicio ad virginem. Cic. 4. Verr. 89. Una nox intercesserat, quum iste Dorotheum sic diligebat, ut, &c.

Cum modo. Martial. lib. 11. 57.

Dormiat & tecum, qui cum modo Cæcuba miscet,
Convivas niveo torserat ore puer.

Quum primum Romam veni, fuitque cui recte ad te litteras darem, nihil prius faciendum mihi putavi. Cic. 4. Att. 1. pr.

Subjunctivo. Ter. Eun. 3. 5. 18.

Quum ipsum me nôris quam elegans formarum spectator fiem.

Cic. 2. de Lege Agrar. 34. Quum velint Romæ esse, quum commodum sit, quacunque velint. Alii aliter distinguunt.

Cum vix. Plaut. Pœn. 1. 2. 26. Nam quum sedulo munditer nos habemus, Vix ægreque amatorculos invenimus.

Nunc quum. Ter. And. 1. 1. 33.

— ut consumat nunc, quum nihil obsint doli.

Cum tamen. Ter. Adelph. 1. 2. 64.

Cum placo, adversor sedulo & deterreo,
Tamen vix humane patitur.

Cic. pro Deiot. 1. Quum in omnibus causis gravioribus initio dicendi commoveri soleam, tamen in hac multa ita me perturbant, &c. Hic pro Quamvis ponitur, auctore Valla lib. 2.

Quum hæc ita sint. Ter. Phorm. 1. 4. 26.

— ergo isthæc quum ita sint, Antipho,
Tanto magis te advigilare æquum est.

Cum, pro Quod. Plaut. Rud. 4. 4. 134.

Ecce Gripi scelera: cum istæc res male evenit, tibi,
Gripe, gratulor.

Tibi maximas gratias ago, cum tantum meæ litteræ potuerunt, ut his lectis, &c. Cic. 13. Fam. 25.

Benefacitis cum venitis. Auctor ad Heren. lib. 4. 63.

Cum, pro Quia vel quandoquidem. Ter. Phorm. 5. 7. 77.

Ego redigam vos in gratiam, hoc fretus, Chreme,
Cum de medio excessit, unde hæc suscepta est tibi.

Donatus.

Cum, pro Præterea. Ter. And. 3. 2. 8.

Deos quæso, ut sit superstes, quandoquidem est ingenio bono,
Cumque huic veritus est optimæ adolescenti facere injuriam.

Cum, pro Præterquam quod. Ter. Phorm. 1. 4. 10.

Eheu, me miserum! cum mihi paveo, tum Antipho me excruciat animi.

Donatus.

Cum & Tum eleganter se invicem in eadem clausula subsequuntur. Quæ licet idem significent, diverso tamen modo ordinantur. nam in Cum est quiddam minus: in Tum quiddam majus. Et hoc duobus modis fit: ut aut generale aliquid præcedat, & sequatur speciale: aut ambo sint specialia. Et tum indicativo, tum subjunctivo adhærent, uno verbo contenta.

Indicativo, & primo modo. Cic. 2. Off. 123. Luxuria vero cum omni ætati turpis, tum senectuti fœdissima est. Idem, 2. Fam. 13. M. Fabio viro optimo & homine doctissimo familiarissime utor, mirificeque eum diligo, cum propter summum ingenium ejus, summamque doctrinam, tum propter singularem modestiam. Significant ergo Cum & tum sic posita, idem quod Non solum, sed etiam. Ideoque Tum ponitur in re majoris momenti, sicut ipsum Sed etiam. Tum autem, sive Et geminatum, significant Rerum æqualitatem, id est quod vulgo dicitur Tam & quam.

Conjunctivo. Cic. 2. Fam. 2. Gravi teste privatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo clarissimo viro, qui cum suis laudibus, tum vero te filio superasset omnium fortunam, si ei contigisset ut te ante videret, quam e vita discederet.

Quare cum dolore conficiar, tum etiam pudore. Cic. 14. Fam. 3. ubi V. Camerar.

Cum & tum duobus verbis ejusdem modi juncta. Cic. 1. de Nat. Deor. 1. Cum multæ res in Philosophia nequaquam satis adhuc explicatæ sunt, tum perdifficilis, Brute, (quod tu minime ignoras) & perobscura quæstio est de natura deorum.

Cum & Tum geminatum. Nam cum te semper amavi, dilexique, tum mei amantissimum cognovi, in omni varietate rerum mearum, tum patris tui pluribus beneficiis vel defensus tristibus temporibus, vel ornatus secundis: & sum totus vester & esse debeo, quum præsertim, &c. Cic. 15. Fam. 8.

Verbis diversorum modorum juncta. Cic. pro Domo 32. Sed cum me purgatum vobis esse cuperem: tum etiam vestra in me attente audiendo benignitas provexit orationem meam.

Cum & tum, cum diversis casibus. Plin. 2. Epist. 11. Princeps præsidebat, erat enim Consul. ad hoc Januarius mensis, cum cetera, tum Senatorum frequentia celeberrimus.

Cum & tum, distincta per adjectiva. Cic. 1. Verr. 2. Factum est, uti cum summum in veteribus patronis multis, tum nonnullum etiam in me præsidium suis fortunis constitutum esse arbitrarentur.

Cum, tum maxime. Cic. 4. Tusc. 68. Cum multis in locis nostrorum hominum ingenia, virtutesque, Brute, soleo mirari, tum maxime his in studiis, quæ sero admodum expetita in hanc civitatem e Græcia transtulerunt. Hæc fere omnia ex Valla, lib. 2. cap. 22.

Cum in ceteris civitatibus, tum maxime in nostra. Cic. de Clar. Orat. 9.

Hæc cum summe inutilia, tum multo turpissima sunt. Cic. 2. de Invent. 134.

Sine quo cum in vita nihil quicquam egregium, tum certe hoc quod tu expetis, nemo unquam assequetur. Cic. 1. de Orat. 134.

Primum tibi ut debeo gratulor: lætorque cum præsenti, tum etiam sperata tua dignitate, &c. Cic. 2. Fam. 8.

Itaque quum meus me mæror quotidianus lacerat & conficit, tum vero hæc addita cura vix mihi vitam reliquam facit. Cic. 3. Att. 8.

Cum ipsum Furnium per se vidi libentissime, tum hoc libentius, quod illum audiens te videbar audire. Cic. 10. Fam. 3.

Annus est cum, i. e. Ex quo. Cic. 13. Att. 13. Biennium præteriit, cum ille καλλιππίδης assiduo cursu cubitum nullum processerit.

Diu est, cum dentes exciderunt. Plaut. Trucul. 5. 51.

Nondum sex menses, Megaribus huc est cum commigravit. Plaut. Pers. 1. 3. 58. Cic. pro Cluent. 28. Dies nondum decem intercesserant, cum ille alter filius infans necaretur.

Tempus cum. Ter. Heaut. 5. 4. 1.

Si unquam ullum fuit tempus, mater, cum ego voluptati tibi
Fuerim.

Cic. 2. Att. 19. Eandem virtutem istam, veniet tempus, quum graviter gemes.

Unum atque idem erat tempus, cum L. Flacco Consuli portas tota Asia claudebat. Cic. pro Flacc. 61.

Sæpe enim de L. Crasso familiari illo tuo videor audisse, qúum te togatis omnibus sine dubio anteferret. Cic. lib. 1. de Nat. Deor. 58.

Cum præsertim, & Præsertim cum. Ter. Eun. 5. 2. 24.

Præsertim quum se servum fateatur tuum. Salluſt. in Jugurth. cap. 2. extr. Cum præsertim tam multæ, variæque artes sint animi, quibus summa claritudo paratur.

Cum primum statim. Columel. lib. 1. cap. 5. Igitur id structuræ vitium cum primum statim fundamenta jaciuntur, evitandum est.

Cum minimum. Plin. lib. 18. cap. 16. Id sexies evenit per annos: cum minimum quater.

Cum plurimum. Plin. lib. 16. cap. 12. Cum plurimum bipedali hiatu, ut a terra cubito cum minimum absit.

Cumque, vel Cunque, & Quandoque idem valent. Lambinus tamen apud Horatium Cunque poni putat pro Quovis tempore. Versus est 1. Carm. 32. 15.

— ô laborum
Dulce lenimen, mihi cunque salve
Rite vocanti.

Sensus autem est: Salve dulce lenimen mihi quovis tempore te vocanti. Porphyr. Cunque exponit Quotiescunque. V. locum. [Quem tamen vix adducor, ut sanum atque integrum putem. Exprimere voluit his verbis Lyræ suæ consecrationem poeta.

Cum maxime, vel, Ut cum maxime; una pars orationis, pro Nimis, vel valde, teste Donato. Ter. Hec. 1. 2. 39.

— hanc Bacchidem
Amabat, ut cum maxime, tum Pamphilus.

Cic. pro Cluent. 12. Quæ multos jam annos, & nunc cum maxime, filium interfectum cupit.

Cum maxime, Aliter. Tacit. 3. Ann. 59. Litora, & lacus Campaniæ cum maxime peragrantem.

Cum quidem, pro Etsi. Nepos 8. 2. extr. In secundo prælio cecidit Critias, cum quidem fortissime pugnaret. Idem 24. 2. pr. Neque hoc per senatum efficere potuit, cum quidem Scipio in civitate principatum obtineret.

Cum tardissime. Plin. lib. 18. cap. 7. Erumpit a primo satu hordeum die septimo, legumina quarto, vel cum tardissime septimo.

Cum semel, pro Cum primum. Ovid. Rem. Amor. 241.

Cum semel exieris, centum solatia curæ,
Et rus, & comites, & via longa dabunt.

Cumalter, significat Cum altero: dictum ab antiquis ita brevitatis causa, ut Sodes, pro Si audes; Scilicet, pro Scias licet; Sis pro Si vis. Ex Festo. [Ergo Cualter contracte legendum.

Cūma, æ. vel Cūme, es. f. [κύμη] Urbs in Locrensi agro, qui est Ioniæ Asiæ minoris: a qua Cumæa Sibylla, quam aliqui a vicinitate loci Erythræam appellarunt. Hæc profecta in Italiam, multa de Romanis vaticinata est. Sil. lib. 8. 538.

Linternum, & quondam fatorum conscia Cume.

Alii legunt Cumæ. [Cumas certe Italiæ intelligit, appellatione Græca.

Cūmæ, [Κοῦμαι] ārum. Lucaniæ civitas in Italia, quam Sibyllæ illustrat divinitas: cujus libris pro Oraculo, Romana usa est providentia. Servius in illud Virg. 3. Æn. 441.

Huc ubi delatus Cumæam accesseris urbem, &c.

Eubœa insula est, de cujus civitate Calchide profecti sunt ad novas sedes quærendas: & haud longe a Baiis invenerunt vacuum litus, ubi visa muliere gravida; civitatem condiderunt: quæ res fecundam ostendebat fore Rempub. & eam Cumas vocaverunt: sive ab ἐγκύου id est prægnante, sive ἀπὸ τῶν κυμάτων, id est ab undis; nam κύματα dicuntur. υ autem Latini in u vertunt, ut Byrria, Burria. Hactenus ille. V. Liv. 4. 44. extr.

Cumis oriundus. V. orior.

Cumæus, a, um. Adj. [Κυμαῖος] Qui ex Cumis est.

Anni Cumæi. Ovid. 2. de Pont. 8. 41. i. e. Sibyllini.

Carmen Cumæum. Virg. 4 Ecl. 4.

Ultima Cumæi venit jam carminis ætas. i. e. Sibyllini.

Urbs Cumæa. Virg. 3. Æn. 441.

Vatis Cumææ cortina. Valer. 1. Argon. 5.

Cumanus, a, um. aliud Adj. ut, Pulvis Cumanus. Martial. 14. 114.

Vates Cumana. Lucan. 5. 183.

Asinus apud Cumanos, competit in eos, qui cum sint inepti, tamen apud ignotos habentur in pretio. V. Erasmi Chiliad. & Lucian. T. 1. p. 407. edit. Græv.

Cumana, æ. f. Vas fictile sive olla a Cumis. Apic. 4. 2. Aquam in cumana compones.

Munda cumana. Idem 5. 4.

Cumanum, i. n. Caulis species. Plin. 19. 8.

Apud Cic. est prædium in Cumano agro.

Cūmātĭlis, e. Adj. [κυματικὸς] Cæsius sive Cæruleus. nam Græci κύματα fluctus vocant. Plaut. Epid. 2. 2. 49. Cumatile, aut plumatile, aut cerinum. i. e. Vestimentum cærulei coloris. Quidam Cymatilem colorem vocant.

Cumba, V. cuba.

Cumbo, Veteres dixèrunt in tertia conjugatione, quod nunc in usu non est, præterquam in compositis, ut Incumbo. Perott.

Cŭméra, æ. f. Vas ingens vimineum, in quo frumenta conduntur. Sive, Cumeræ dicuntur Vasa fictilia similia doliis, ubi frumentum suum reponebant agricolæ. Tertio modo, Cumeræ dicuntur Vasa minora, quæ capiunt quinque sive sex modios, quæ lingua Sabinorum Trimodiæ dicuntur. Hactenus Acron. in Hor. 1. Serm. 1. 53.

Cur tua plus laudes cumeris granaria nostris?

Cumerum, i. n. vocabant antiqui Vas quoddam, quod opertum in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis utensilia, quod & Camillum dicebant, eo quod sacrorum ministrum καμίλλον appellabant: est autem vas hoc nuptiale, a similitudine cumerarum, quæ fiunt palmeæ vel sparteæ ad usum popularem, sic appellatum. Auctor Festus.

Cumeron, i. n. Promontorium Italiæ. Plin. lib. 3. cap. 13. Ab iisdem colonia Ancona, opposita promontorio Cumero, in ipso flectentis se oræ cubito, &c.

Cŭmīnum, i. n. [κύμινον] Herba vulgo nota. Ejus autem duo sunt genera, sativum & silvestre. De silvestri sic Plin. lib. 20. cap. 14. Cuminum silvestre est prætenue, quaternis aut quinis foliis veluti serratis. Dicitur & Cyminum: frequens apud Italos & in Gallia Narbonensi hujusmodi herbæ semen, quod inter optima legumina annumeratur, Itali *Comino* vocant.

Exangue cuminum. Hor. 1. Epist. 19. 18. i. e. Pallidum, ab effectu.

Pallentis grana cumini. Pers. 5. Sat. 55. Pallidum vocat, quia pallidos reddit qui bibunt. Acron.

Cumīnātum, i. n. Condimentum ex cumino factum. Apic. 1. 29. Cuminatum superfundere. Adde 4. 2.

Cummi, n. monoptoton: In feminino tamen genere declinatur, ut puppis, febris, pelvis. Cinna, Alpinaque cummi. Hæc Nonius.

Cŭmŭlus, i. m. [σώρευμα, ἐπίμετρον, θημών, θημωνία] proprie dicitur, Majorum rerum veluti quidam acervus. Liv. 10. 29. extr. Consulis corpus eo die, quia obrutum superstratis Gallorum cumulis erat, inveniri non potuit. [Vide auctorem. H. St. Cæsorum cumuli intelliguntur.

Arboreus cumulus. Ovid. 12. Met. 514.

Aquarum immanis cumulus. Ovid. 15. Met. 508.

Auri cumulos struere. Claud. 1. in Eutrop. 222.

Lapidum cumulus. Curt. 4. 3. 7.

Cladis cumulus, translate. Ovid. 14. Met. 472.

Commendationis cumulus. Cic. 13. Fam. 16.

Debiti cumulus. Papin. in l. majorem. D. de pactis.

Deliciarum cumulus. Plin. lib. 13. cap. 1. Nunc dicetur cumulus ipse deliciarum, & summa auctoritas rei.

Dierum. Cic. de Provinc. Cons. 26.

Gaudii cumulum afferre. Cic. 16. Att. 21. Tum vero jucundissimæ tuæ litteræ cumulum mihi gaudii attulerunt.

Laudum beatus omni cumulo. Stat. 4. Silv. 3. 158.

Legum immensus aliarum super alias acervatarum cumulus. Liv. 3. 34. extr.

Malorum maximus. Sen. Hippol. 10.

Mercedis. Cic. 1. Att. 16. Jam vero (ô dii boni rem perditam) etiam noctes certarum mulierum, atque adolescentulorum nobilium introductiones, nonnullis judicibus pro mercedis cumulo fuerunt.

Perfidiæ. Ovid. 11. Met. 206.

Accessit cumulus. Cic. pro Marcell. extr. Tamen ad tua innumerabilia in me unum merita, quod fieri jam posse non arbitrabar, maximus hoc tuo facto cumulus accesserit. h. e. Tanquam ad auctarium faciendum, hoc est supra numerum expletum. Bud.

Aggerare aliquid immanibus cumulis. Claud. 2. in Eutrop. 439.

Deruere cumulum de laudibus alicujus. Cic. 16. Att. 1.

Cumulus, pro Altitudine & quasi acumine aquæ. Virg. 1. Æn. 109.

— insequitur cumulo præruptus aquæ mons.

Servius.

Cumulus, Augmentum. Virg. 2. Æn. 498.

Non sic aggeribus ruptis quum spumeus amnis
Exiit, oppositasque evicit gurgite moles,
Fertur in arva furens cumulo.

Servius conf. Aquarum cumulus supra.

Cumulus est Qui additur mensuræ plenæ. Festus.

Cumulus est etiam Peroratio, vel Conclusio orationis. Quintil. 6. 1. pr. Peroratio sequebatur, quam cumulum quidam, conclusionem alii vocant.

Cumŭlo, [σωρεύω, ἐπισωρεύω, ἐπιμετρέω] āre. Coacervare, augere, superaddere.

Cumulare & adaugere. Cic. pro Rosc. Amer. 30.

Æs alienum cumulare usuris. i. e. Amplificare. Liv. 2. 23.

Altaria donis cumulat. Virg. 11. Æn. 50.

Benefacta cumulare. Plaut. Capt. 2. 3. 64.

Ergo quum optime fecisti, nunc adest occasio
Benefacta cumulare, ut erga hunc rem geras fideliter.

Beneficia priora posterioribus cumulare. Plin. 3. Epist. 4. ad Macrinum.

Gaudium cumulare, per translationem. Cic. 4. Att. 1. Itaque hoc tibi vere affirmo, in maxima lætitia & exoptatissima gratulatione, unum, ad cumulandum gaudium, conspectum, aut potius complexum mihi tuum defuisse.

Gaudia præmissi cumulant inopina dolores. Claud. de Bell. Get. 208.

Gaudio cumulari. Cic. 14. Att. 20. Tamen non possum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, quod vulgo hominum opinio socium me ascribat tuis laudibus.

Gloriam cumulare bellicam eloquentia. Cic. 1. Off. 116. Quidam autem ad eas laudes, quas a patribus acceperunt, addunt aliquam suam: ut hic idem Africanus eloquentia cumulavit bellicam gloriam.

Honoribus cumulari. Suet. Neron. cap. 8. Ex immensis, quibus cumulabatur, honoribus tantum &c.

Invidiam cumulare sibi. Liv. 3. 12.

Ira cumulari. Cic. pro Cœl. 37. Nunc meum cor cumulatur ira.

Laudibus aliquem. Tacit. 2. Hist. 80.

Cumulare aliquem multis laudibus apud alios. Plin. lib. 3. Epist. 11.

Muneribus magnis cumulare aliquem. Virg. 5. Æn. 532.

Officiis cumulare. Plin. lib. 10. Epist. 26.

Scelus cumulare scelere. Cic. 1. in Catil. 14. Nonne etiam alio incredibili scelere hoc scelus cumulasti?

Cumulātus, a, um. Partic. [ἐπισωρευθεὶς] Cic. 9. Fam. 14. Tamen Idibus Martiis tantum accessit ad amorem, ut mirarer locum fuisse augendi in eo, quod mihi jam pridem cumulatum etiam videbatur.

Cumulatus. Mensuræ quum impletæ sunt, æquatæ dicuntur: quum abundant, cumulatæ. Veget. Mulom. Exinde prima die unum coclearium cumulatum cum sextario vini veteris. Iterum, Singula majora coclearia plena & cumulata commisceas. Ex Turnebo.

Locus cumulatus strage semi ruti muri dicitur, Impeditus ruinis congestis. Liv. 32. 17.

Orator omni laude cumulatus. Cic. 1. de Orat. 118.

Venia cumulata. i. e. Solida & plena, cui nihil deest. Virg. 4. Æn. 435.

Extremam hanc oro veniam: miserere sororis:
Quam mihi cum dederis, cumulatam morte remittam.

V. Serv. in loc.

Virtus perfecta & cumulata. Cic. pro Sext. 86.

Vitio cumulata est eruditissima illa Græcorum natio. Idem 2. de Orat. 18.

Voluptatibus plurimis & maximis cumulatus aliquis. Cic. 2. de Fin. 63.

Urbs strage virorum cumulata. Sil. lib. 15. 409.

Compar. ut, Cumulatior gloria. Liv. 2. 47. extr. Item cumulatior mensura. Cic. de Clar. Orat. 115.

Superl. Cumulatissimus scelerum. Plaut. Aul. 5. 5. 17.

Cumulāte, Adv. [σεσωρευμένως, ἐκπλέως] Abundanter. Cic. 10. Fam. 29. De meo studio erga salutem & incolumitatem tuam, credo te cognosse ex litteris tuorum, quibus me cumulatissime satisfecisse certo scio.

Explere cumulate. Cic. 2. de Finib. 42.

Facere aliquid planum cumulate. Cic. 7. Verr. 164.

Perfectus plene cumulateque. Cic. 2. de Divin. 2. Quæ ut plene cumulateque perfecta, de divinatione ingressi sumus his libris scribere.
Compar. ut, Augere cumulatius. Cic. in Orat. 54.
Superl. Referre gratiam cumulatissime. Cic. 5. Fam. 11. Nec enim mihi tu habuisti modo gratiam, verum etiam cumulatissime retulisti.

CUMULĀTIM, Adv. [σωρηδὸν ἀθρόως] Per cumulos. Varr. 3. de R. R. cap. 15. Quibus in tenebris, quum cumulatim positum est in doliis, fiunt pingues.

CUMULĀTIO, ōnis. f. Coacervatio. ut, Buccarum cumulatio. Arnob. lib. 3. p. 108.

CUMPRĪME, Adv. Idem quod Valde. Gell. lib. 17. cap. 2. Nam M. inquit, Manlius, quem Capitolium servasse a Gallis supra ostendi, cujusque operam cum M. Furio Dictatore apud Gallos cumprime fortem, &c. Et paulo post, Apprime crebrius est, Cumprime rarius: traductumque ex eo est, quod Cum primis dicebant, pro eo quod est In primis. V. CUM, & IN.

C U N

CŪNÆ, arum. f. plur. tantum numeri, [κοιτίδες, λίκνα] Lecti in quibus jacent infantes. Cic. de Senect. 83. Et si quis deus mihi largiatur, ut ex hac ætate repuerascam, & in cunis vagiam, valde recusem.
Cunarum motor. Martial. lib. 11. 40.
Cunarum fueras motor, Charideme, mearum,
Et pueri custos, &c.
Eximere puerum cunis. Pers. 2. Sat. 31.
Violare cunas. Ovid. 6. Fast. 167.
Post illud neque aves cunas violasse feruntur.
Filius tener in cunis. Ovid. 4. Fast. 512.
Primis cunis educare. Ovid. 3. Met. 313.
Furtim illum primis Ino matertera cunis
Educat.
Segmentatæ cunæ. Juven. 6. Sat. 89.
Cunæ, pro Avium nido. Ovid. 3. Trist. 12. 10.
Utque malæ crimen matris deponat hirundo,
Sub trabibus cunas, parvaque tecta facit. Cunas vocat Hirundininos nidos. Nota est fabula Prognes, quæ Ityn filium interfecit, ob id in hirundinem versa.
Singulari autem usus est Prudentius, sive quisquis auctor est Diptychi n. 28. Præsepe jacenti cuna erat. V. Barth. Advers. 8. 12.

CUNŬLÆ, arum. f. pl. dimin. Prudent. Cathem. 7. 164.
Fletu madescunt parvulorum cunulæ.

CUNĀBŬLA, ōrum. n. pl. [κοιτίδια] Idem. Cic. 1. de Divin. 79. Qui quum esset in cunabulis, educareturque in Solonio, qui est campus agri Lavini.
A cunabulis. h. e. A pueritia, ab ea ætate quæ in cunabulis agitur, ut, A cunabulis sapere. Plaut. Pseud. 2. 4. 48.
A primis cunabulis. Columel. 1. 3. Quum a primis cunabulis, si modo liberis parentibus est oriundus, audire potuerit.
In cunabulis creatus Consul: cui opponitur In campo creatus. Cic. 2. contra Rull. 100.
Cunabula avium. Plin. lib. 10. cap. 33.
Cunabula, pro Initiis posuit Virg. 3. Æn. 205.
Mons Idæus ubi, & gentis cunabula nostræ. Servius Nutrimenta interpretatur.
Cunabula juris. Pomponius in l. 2, §. deinde Sextus. D. de origin. juris.
Cunabula, apud Plautum sunt Fasciæ & panni, quibus pueri in cunis involvuntur, involucraque eorum lanea & lintea. Sic enim scribit in Amph. 5. 1. 52.
Neque eum quisquam quivit colligare in cunabulis. Nam in cunis pueri incunabulis involuti colligantur. Turnebus. Al. Incunabulis, voce composita. q. V.

CŪNĀRIA, æ. f. Ancilla, quæ cunas movebat. Gruter. Inscript. p. 311.
D. M.
TEIAE. TREPTAE. SOROR. PIISSIME. CVNARIAE.
RUFINAE. V. V. GLYPTVS. FRATER. &c.

CŪNĪNA, æ. f. Dea erat apud veteres, quæ infantes in cunis tueri credebatur, & fascinum summovere. Auctor Lactantius 1. 20. ad fin. Eadem pæne Augustin. ex Varrone, nec semel. V. Non. 2. 756.

CUNCTUS, a, um. Adj. [σύμπας] Ad singula quæ ratio nominis complectitur, generatim refertur. Virg. 1. Georg. 343.
Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret. Cic. Anteq. iret in exil. 13. Quoniam laborem pro cunctis ferre consuevit.
Inter Cuncti & Omnes. Cuncti significat quidem Omnes, sed conjunctos & congregatos. At vero Omnes dicuntur, etiam si sint in diversis locis. Festus.
Ægyptus cuncta. Cic. 2. de Lege Agr. 41.
Civitas cuncta. Cic. 2. Philipp. 21. In tanta lætitia cunctæ civitatis me unum tristem esse oportebat?
Gens. Virg. 3. Georg. 473.
Ordo cunctus. Cic. 3. de Legib. 32. Atque hæc lex dilatata in cunctum ordinem, &c.
Populus. Cic. 3. Fam. 11.
Provincia. Cic. 10. Fam. 21.
Senatus cunctus. Cic. 4. Fam. 4.
Terra. Cic. 2. de Nat. Deor. 99. Nemo cunctam intuens terram de divina ratione dubitaret.
Cuncta camporum, i. e. Cuncti campi. Tacit. 5. Hist. 10.
Cuncta terrarum. Hor. 2. Carm. 1. 23.
Et cuncta terrarum subacta,
Præter atrocem animum Catonis. i. e. Cuncta quæ in terris sunt.
Cuncti & Cunei, item Cuncti & Juncti, sæpe confunduntur, Heins. & Drakenb. ad Sil. 4. 144: 6. 690. & 9. 641.

CUNCTIM, Adv. Apul. 2. Florid. p. 347. Non sigillatim ac discretim, sed cunctim & coacervatim offerre.

CUNCTĀLIS, e. Adj. Generalis. Mart. Capella lib. 1. p. 16. Lar omnium cunctalis.

CUNCTICINUS, a, um. Adj. Idem. Mart. Capella lib. 9. p. 306. Plenitudo cuncticinæ voluptatis.

CUNCTĬPĂRENS, entis. Adj. Parens omnium natura. Prudent. Pass. Agnet. v. 128.
Cui posse soli cunctiparens dedit.

CUNCTĬPĀTER, tris. m. Omnium pater. Theodulfus 1. Carm. v. 69.
Cui tria cunctipater voluit superaddere lustra.

CUNCTĬPŎTENS, entis. Adj. Omnipotens. Prudent. Pass. Quirin. v. 56. Jesu cunctipotens. Adde Drepan. Carm. ad Amic.

CUNCTOR, [μέλλω, μελλητιάω, ἀναβάλλομαι, ὀκνέω, διαμέλλω] āri. Differre, morari. Tractum ab eo, quod cuncti, id est omnes simul, sine difficultate moveri non possunt. Scribitur & CONTOR; ut & deducta ab eo, per o, sine c. quasi a Conto derivatum. V. PERCONTOR.
Diutius cunctari in vita. Cic. 1. Tusc. 111.
Ad medium iter cunctari. Valer. 3. Argon. 656.
Magno alicujus amore. Valer. 3. Argon. 606.
Metu cunctari. Virg. 12. Æn. 916.
Hæsitare, cunctari. Cic. 2. in Catil. 13. Quum hæsitaret, quum cunctaretur, quæsivi quid dubitaret proficisci eo quo jam pridem pararat. [An Pararet?
Cunctari & Tergiversari. Cic. 7. Att. 81. An cuncter & tergiverser, & iis me dem qui tenent, qui potiuntur?
Cunctabatur an, pro Dubitabat. vide in Histor. editione Francf. H. St.
Quiescere, cunctari, timere. Cic. pro Sext. 81. An etiam tunc quiesceretis, cunctaremini, timeretis?
Restituere rem cunctando. Virg. 6. Æn. 846.
Cunctari, Manere, teste Nonio. Virg. 4. Georg. 107.
— non illis quisquam cunctantibus altum
Ire iter, aut castris audebit vellere signa.

CUNCTO, [ἀναβάλλω] āre. active dixit Plaut. Cas. 4. 2. 13. Cunctas? intus alii festinant.
Fides cunctata est. h. e. Non statim adhibita est fides nuntio. Distulit credere. [Hæc quo pertineant nescio.

CUNCTANS, antis. [ὀκνηρὸς] ut, Regina cunctans. Virg. 4. Æn. 133.
Impellere cunctantem. Claud. 6. Cons. Hon. 360.
Animus cunctans. Claud. 1. in 1. Cons. Stilich. 75.
Corda cunctantia. Valer. 3. Argon 693.
Glebæ cunctantes. i. e. Validæ graves. Virg. 4. Georg. 236. V. ibi Servium.
Ira cunctante modestior. Stat. 5. Theb. 680.
Malum cunctans. Stat. 1. Silv. 4. 52.
— & subiti præceps juvenile pericli
Nil cunctante malo.
Pectora cunctantia. Valer. 7. Argon. 176. i. e. Quæ sunt in dubio.
Tauri cunctantes, Qui sub jugo eunt tarde. Valer. 7. Argon. 64.
Cunctantes, deliberantes. Suet. Domit. 17. Cunctantibus conspiratis, quando & quomodo, id est, lavantemne an cœnantem aggrederentur.
Cunctantibus, Consulentibus, vide in indice Francf. Histor. H. St.
Compar. ut, Ad dimicandum cunctantior factus. Suet. Cæs. cap. 6.
Actus cunctantior. Lucret. lib. 3. 193.

CUNCTANTER, Adv. [ὀκνηρῶς] Cum mora & tarditate. Liv. 1. 36. Tum illum haud cunctanter discidisse cotem ferunt.
Cunctanter aliquid facere. Plin. lib. 33. cap. 1.
Compar. Tacit. 1. Ann. 71. Data utrique venia: facile Segimero; cunctantius filio. Adde Valer. Max. 9. 3. 8.

CUNCTATUS, a, um. Partic. Curt. 5. 6. 2. Rex phalangem, nil cunctatus, inducit. Suet. Cæs. 80. Qui primum cunctati, utrumne illum in campo trucidarent, an in sacra via, &c. Adde cap. 81. & Calig. 58.
Compar. Plin. 2. Epist. 16. Cunctatior fortasse & cautior esse deberem. [Cunctantior H. St. Sic & Jac. Thomasio placebat.

CUNCTATIO, ōnis. f. [μέλλησις, ὄκνος] Tardatio, mora. Cic. 1. Off. 72. Sed iis qui habent a natura adjumenta rerum gerendarum, abjecta omni cunctatione, adipiscendi magistratus, & gerenda Respublica est.
Sine cunctatione dicere quod sentimus. Cic. in Vatin. 15.
Pressa & decora in sermone cunctatio. Plin. 1. Epist. 22. ad Catilium Severum. Idem 1. Ep. 8. sæpius.
Cunctatio aut mora rebus agendis. Hirt. Bell. Alex. 2. Neque vero Alexandrinis in gerendis negotiis cunctatio ulla aut mora inferebatur.
Eximere cunctationem. Liv. Quæ res Senatui omnem cunctationem Macedonici belli exemit.
Injicere. V. INJICIO.
Cunctatio, Dubitatio, hæsitatio. Cœlius Ciceroni, 10. Att. 9. Denique illud cogita, quod offensæ fuerit, in ista cunctatione te subiisse.

CUNCTATOR, ōris. m. [μελλητὴς] Qui cunctatur, & negligens est. Liv. 6. 23. Cunctatorem ex acerrimo bellatore factum.
Tardus & cunctator. Cic. 8. Fam. 10. Nosti Marcellum quam tardus & parum efficax sit, itemque Servius quam cunctator.
Cunctator & Segnis opposita. Liv. 22. 12. extr. Dein propalam in vulgus pro cunctatore segnem, pro cauto timidum, affingens vicina virtutibus vitia, compellabat. Unde Fabius ille maximus a Romanis cunctator potius appellatus, honoris gratia, quam Dilator. de quo Ennius,
Unus homo nobis cunctando restituit rem. h. e. Cunctando & modeste agendo.
Non cunctator iniqui. Stat. 3. Theb. 79. Paratus ad inique agendum.

CUNCTĀBUNDUS, a, um. Adj. [μελλητιῶν] Liv. 6. 7. Quod ubi aciem jam instruenti Camillo Centuriones renuntiaverunt turbatas militum mentes esse, segniter arma capta, cunctabundosque & resistentes egressos castris esse, &c.
Nusquam cunctabundus, nisi quum in Senatu loqueretur. Tacit. 1. Ann. 7. de Tiberio Cæsare loquitur.
Appul. Met. 8. p. 203. Dentium compulsu, quem primum insiliat cunctabunda rimatur. Al. Contabunda.

CŬNEUS, i. m. [σφὴν] Instrumentum ligneum vel ferreum, quo ad aliquid scindendum & dividendum utimur. Cic. 2. Tusc. 23.
Hos ille cuneos fabrica crudeli inferens
Perrupit artus. Al. Inserens.
Findi cuneis. Virg. 2. Georg. 79.
— & alte
Finditur in solidum cuneis via: deinde feraces
Plantæ immittuntur.

Gemit robur adactis cuneis. Valer. 3. Argon. 164.
Scindere lignum cuneis. Virg. 1. Georg. 144.
Vel inter cuneos ferreos. Plaut. Stich. 4. 2. 39. i. e. Vel in arctiſſimo potero accumbere loco, qualis eſt inter cuneos, quibus aliquid duobus ſimul inditis & adactis, magis adſtringitur, vel duriſſimum lignum finditur & diſcluditur. Tum enim inter duos ſic adactos patet tantum tenuiſſima rima. Proverbialis loquutio.
Cuneus, [τὸ ςίφ𝈉] per translationem, pro Peditum multitudine in cunei formam redacta, quæ cuncta in acie primo anguſtior, deinde latior procedit, ut ſcribit Vegetius lib. 3. cap. 19. Liv. 8. 10. Tantaque cæde perrupere cuneos, ut vix quartam partem relinquerent hoſtium.
Pugnare cuneis. Quintil. lib. 1. cap. 13. De acie inſtruenda. [Error eſt.
Coacti cunei. Virg. 12. Æn. 457.

— denſi, cuneis ſe quiſque coactis
Agglomerant.

Turbati. Virg. 12. Æn. 269.
Cuneus, Stipata turba. Virg. 2. Georg. 509.
Cunei, Graduum ordines in theatro, in quibus vulgo ſpectatores ſtabant inter ſedentium ſubſellia. Juven. 6. Sat. 61.

— cuneis an habent ſpectacula totis
Quod ſecurus ames?

Vitruv. lib. 5. cap. 6. Cunei ſpectaculorum in theatro ita dividantur, ut anguli trigonorum, qui currunt circum curvaturam circinationis, dirigant aſcenſus, ſcalaſque inter cuneos ad primam præcinctionem. Et Suet. Aug. 44. Maritis e plebe proprios ordines aſſignavit: prætextatis cuneum ſuum. Ordinis ſenatorii & equeſtris cunei. Idem in Domit. 4. [Cuneos efficiunt ipſa ſedilia, ſeu gradus, in quibus ordines ſpectabant, per interjectas ſcalares vias in cunei modum diviſa. V. Lipſ. de Amphitheatro cap. 13. Hinc & pro ipſis ſpectatoribus ponuntur. Phæd. 5. 7. 35.

Ut vero cuneis notuit res omnibus.

In vet. Gloſſ. Cuneus, θεάτρυ κερκὶς & φυλὴ θεάτρυ convertitur.

Cŭneŏlus, i. m. [σφηνίον] dimin. Cic. de Univerſ. 41. Eaſque (particulas) inter ſe copulabant, haud iiſdem vinculis, quibus ipſi erant colligati, ſed talibus, quæ cerni non poſſent propter parvitatem, crebris quaſi cuneolis injectis unum efficiebant ex omnibus corpus. Adde Columel. 4. 29.

Cuneo, [σφηνόω] āre. Plin. lib. 16. cap. 40. Aut ſi quid cuneandum ſit in ligno.
Per vim cuneari, & quæ natura juncta ſunt, diſtrahere. Quintil. lib. 4. cap. 3.
Cuneare, Ad ſimilitudinem cunei formare. Plin. lib. 3. cap. 3. Hiſpania cuneatur anguſtiis, inter duo maria, paulatim deinde ſe pandens. i. e. Cunei formam efficit.
Cuneare, pro Connectere. Sen. Epiſt. 119. Unus lapis facit fornicem, ille qui latera inclinata cuneavit, & interventu ſuo vinxit.

Cuneātus, a, um. Partic. & Adj. [σφηνωτὸς, ἀμφίφαλ𝈉]
Ager cuneatus. Columel. lib. 5. cap. 2. i. e. In cunei formam factus, quum ſcilicet eſt longus pedes centum, latus ex utraque parte pedes viginti.
Collis cuneatus. Ovid. 13. Met. 778. i. e. In cunei ſimilitudinem factus.
Compar. Liv. 9. 40. Forma erat ſcuti, ſummum latius, qua pectus atque humeri teguntur, faſtigio æquali, ad imum cuneatior mobilitatis cauſa.

Cuneātim, Adv. [ἐπιφωμίως] Per cuneos. Cæſ. 7. Bell. Gall. 28. Hoſtes re nova perterriti, muro, turribuſque dejecti, in foro ac locis patentioribus cuneatim conſtiterunt.

Cuneātio, ōnis. f. Scribonius Largus, 47. Narium cuneatione quadam.

Cuneus Ager, Luſitaniæ promontorium eſt. Strabo lib. 3. Contiguum huic (Junonis promontorio) agrum Cuneum Latini vocitant, σφηνὰ cuneum volentes ſignificare. Græcis σφὴν, cuneus quo ligna finduntur, dicitur: Caput hodie ſancti Vincenti nominant. Id ipſum Ptolemæus Sacrum eſſe credidit, ut facile in locis non adeo diſtantibus error committitur. Diſtinguit Pomponius lib. 3. 1. Cuneus (inquit) ager dicitur: ſequens, Sacrum vocant, Magnum quod ulterius eſt. In Cuneo ſunt Myrtilis, Balſa, Oſſonoba: in Sacro Lacobriga & portus Hannibalis: in Magno, Ebora.

Cunici, Latinæ conditionis oppidum, in Balearibus inſulis ſitum, ut tradit Plin. lib. 3. cap. 5.

Cŭnīcŭlāriæ, Inſulæ parvæ, dicente Plin. lib. 3. cap. 6. Mox Leucothea, extraque conſpectum pelagus Africum attingens Sardinia, minus novem millibus paſſuum a Corſicæ extremis, etiamnum anguſtias eas arctantibus inſulis parvis, quæ Cuniculariæ appellantur, &c.

Cŭnīcŭlus, i. m. [δασύπυς] Animal lepori ſimile, qui ſub terra effoſſa latere ſolitus eſt. Varro 3. de R. R. cap. 12. Tertii generis eſt quod in Hiſpania naſcitur, ſimile noſtro lepori ex quadam parte, ſed humile, quem cuniculum appellant. Et paulo poſt, Cuniculi dicti ab eo quod ſub terra cuniculos ipſi facere ſoleant, ubi lateant in agris.
Martial. lib. 13. (Epig. 60.)

Gaudet in effoſſis habitare cuniculus antris. H. St.

Mollior capillo cuniculi. Catul. 23. 1.
Cuniculus, [ὑπόνομος] Foramen ſub terra occultum, aut ab animali quod ſimile eſt lepori, appellatur, cui ſubterfoſſa terra latere eſt ſolitum: aut a cuneorum ſimilitudine, qui omnem materiam intrant findentes. Hæc Feſtus, apud quem legitur Cuniculum neutro genere. Cæſ. 7. Bell. Gall. 22. Et aggerem cuniculis ſubtrahebant.
Cuniculis oppugnare, per translationem. h. e. Dolo & fraude aliquid moliri, & negotium alicui faceſſere. Cic. 1. pro Lege Agr. 1. Quæ res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur.
Agere cuniculos, [ὑπονομεύειν] quod vulgus *minare* dicit. Cic. 3. Off. 90. Quid ſi pater fana expilet, cuniculos agat ad ærarium, indicetne id magiſtratibus filius?
Tranſverſis cuniculis hoſtium cuniculos excipere. Liv. 23. 18.
Subruere muros cuniculis. Curt. 4. 6. 21.
Cuniculus ad alias cavitates transfertur. Plin. 2. 43. & 2. 80.
Cuniculus, pro Canali. Plin. lib. 9. cap. 38. Fervere in plumbo, ſingulisque aquæ amphoris centenas atque quinquagenas medicaminis libras æquari, ac modico vapore torreri, & ideo longinquæ fornacis cuniculo.

Cuniculīnus, a, um. Adj. ut, Cuniculinæ pelles. Cathol.

Cuniculāris, e. Adj. ut, Herba cunicularis. Marcell. Emp. cap. 14.

Cuniculārius, i. m. [ὑπονομευτὴς] Qui ſub terris cuniculos fodit. Veget. de Re Mil. lib. 2. cap. 11. Hæc enim erat cura præcipua, ut quicquid exercitui neceſſarium videbatur, nunquam deeſſet in caſtris, uſque eo ut etiam cunicularios haberent, qui ad morem Beſſorum ducto ſub terris cuniculo, muriſque intra fundamenta perfoſſis, improviſi emergerent ad urbes hoſtium capiendas. V. Ammian. 24. 15.

Cuniculātim, Adv. [σφηνοειδῶς] Plin. lib. 9. cap. 36. Alterum genus concharum, purpura vocatur, cuniculatim procurrente roſtro, & cuniculi latere introrſus tubulato, qua proferatur lingua.

Cuniculōsus, a, um. Adj. [ὑπονομώδης] Cuniculis plenus. Unde Catullus Celtiberiam vocat Cuniculoſam. V. celtiberia.

Cŭnīla, æ. f. [κονίλη, κόνυζα] Herba eſt quam Theodorus Gaza Pulicarem convertit. Columel. lib. 9. cap. 4. Eadem regio fecunda ſit fruticis exigui, & maxime thymi, aut origani, tum etiam thymbræ, vel noſtratis cunilæ, quam ſatureiam ruſtici vocant.
Cunila bubula, ſemen pulegii habet, utile ad vulnera commanducatum impoſitumque, ut quinto poſt die ſolvatur. [Ex Plin. lib. 20. cap. 16. pr. in vet. Gloſſ. Cunebulla, κόνυζα, βοτάνη, vitioſe pro Cunela bubula.
Eſt alia Cunila, Gallinacea appellata noſtris, Græcis Origanum Heracleoticum. Prodeſt oculis trita, addito ſale. Tuſſim quoque emendat, & jecinorum vitia. Hæc Plin. lib. 20. cap. 16. Apul. de Herb. cap. 122. Origanon a Græcis Heraclioticon, onitis, aſclepion, panaces: conila appellatur: Latini Cunilam Gallicam & origanum nominant. [Apuleium ex Plinio emendat Harduinus, ſed fortaſſis apud Hunc Gallicana, pro Gallinacea, legendum.

Cunilāgo, ĭnis. f. [κόνυζα ἀγρία] Cunila agreſtis vel erratica. Plin. lib. 19. cap. 8.

Cunina, V. cunæ.

Cunio, īre. inquit Feſtus, eſt Stercus facere: dictum a Cunis infantium, quæ ſæpe ſtercore fœdantur.

Cunnus, i. m. [βίτ𝈉] Pudendum muliebre. Auctor carminis Priapei 39.

Si qua eſt non fatui puella cunni.

& Martial. lib. 7. 17.
Mirator cunni Cupiennius albi. Verſus eſt Hor. 1. Serm. 2. 36. ſatiricæ obſcænitatis: ſed quia non ſatis appoſite explicatur ab interpretibus, ideo hic quid de eo ſentiat Turnebus annotabimus. Videtur, inquit, ex pudenda parte mulierem intelligere, ex albo ingenuam. At in ingenuis ſtupra legibus vindicabantur, non autem in libertinis. Ingenuæ vero mulieres albatæ erant, libertinæ atratæ, nobiliores purpuratæ. Artemidorus, καὶ εἰ μὲν ἡ χλαμὺς εἴη λευκὴ, ἐλευθέραν ὁ ἰδὼν γαμήσει, εἰ δὲ μέλαινα, ἀπελευθέραν· εἰ δὲ πορφυρᾶ, εὐγενεστέραν ἑαυτῦ. Sic enim conjicit ſomnia iſta Artemidorus, quod his eſſent ſolitæ veſtibus uti ingenuæ, libertinæ, & nobiles. Hæc ille Adverſ. 11. 6.

Cunnilingus, i. m. Qui cunnum lingit. Martial. lib. 12. 59.

Cunyzamis, vel potius **Conyzamis**, ĭdis. f. [κονυζαμὶς] Herba quæ alio nomine Cunilago dicitur. Auctor Plin. lib. 19. cap. 8.

C U P

Cūpa, æ. f. [οἰνόχημα] Vas in quo bibitur, velut cyathus. A cauponibus, qui hoc in poculis utebantur, nomen aſſumpſit. Nævius, Qui duas cupas mero plenas exhauſit. Varr. de Vita Pop. Romani, Mori longi cum operculo ad cupas, tertio amphoras. Ex Nonio 2. 113. Quidam duplici P Cuppa ſcribunt.
Cupa, Vas vinarium majus, inquit Budæus, ea forma ut arbitror, qua lacus torcularis. Cic. in Piſon. 67. Panis & vinum a propola atque de cupa. Sed hic eſt error; Cupa enim ibi non Vas eſt, ſed Mulier cauponatrix: itaque Vinum de cupa, eſt Quod a copa ſive cupa petitur; ſeu Quod in taberna venale eſt.
Cupa potare magiſtra, i. e. Nullo alio bibendi magiſtro adhibito, quam ipſa cupa, potare. Hor. 2. Serm. 2. 123.

Poſt hæc ludus erat cupa potare magiſtra.

Lambin. Al. Culpa. q. V. [Ego Cupa, pro Copa vel Caupa ſcriptum puto, ut apud Cic. ac nihil aliud indicare poetam, quam Vinum in hoc frugali convivio de cupa, i. e. ex vinaria taberna, præbente copa quantum lubuit, petitum fuiſſe. V. caupo.
Clauſum cupa triticum. Alphenus in l. In nave. D. Locati, Quod ſi ſeparatum tabulis, aut peronibus, aut alia cupa clauſum uniuſcujuſque triticum fuiſſet, ita ut internoſci poſſet quod cujuſque eſſet, &c.
Cupis utebantur ad pontium fabricam. Capitol. Maximin. cap. 22. Ponte ex cupis facto.
Naves etiam cupis ſuſtinebantur. Plin. 23. 2. V. Lucan. 4. 420.
Cupa alio ſenſu utitur Cæſ. 2. Bell. Civil. 11. Id ubi vident, mutant conſilium: cupas tæda ac pice refertas incendunt; eaſque de muro in muſculum devolvunt. [In tribus his locis unum idemque genus vaſis lignei intelligitur, quod vulgo perperam Dolium vocamus. Vet. Gloſſ. Cupa, ſeu Vagna, βύτις μεγάλη, ἥν τινες γαυλὸν καλῦσι. V. Lipſ. Poliorc. 2. 5.

Cupŭla, æ. f. dimin. Calix. Dig. l. 33. t. 6. l. 3. In cupis ſive cupulis admitti.

Cupella, æ. f. aliud dimin. Apic. 1. 2. In cupellam mittere.

Cupellum, i. n. Idem. Pallad. Febr. cap. 25. Vel in cupellis, vel in vaſculis fictilibus condiuntur. κύπελλον, Polluci 6. 16.

Cupedia, **Cupedinarius**. V. cupes.

Cūpēdo, Al. **Cuppedo**, ĭnis. f. [ἐπιθύμησις, δελεασμὸς] Idem quod Cupido, ſeu Cupiditas. Lucret. lib. 1. 1007.

Haud igitur poſſunt tali ratione teneri
Res in concilium medii cupedine victæ.

Res, h. e. Corpora gravia. In concilium, i. e. In congregationem illam, quam facit medium res ad ſe labentes congregans. Victæ cupedine medii, h. e. Illectæ naturali inſtinctu, & genitiva cupiditate ac proclivitate deſcendendi ad medium ſive centrum. Sunt qui Cuppedo gemino P carminis cauſa ſcribendum putent. Idem lib. 5. 46.

Quantæ tum ſcindunt hominem cupedinis acres
Sollicitum curæ? quantique perinde timores?

h. e. Cupiditatis.
Forum Cupedinis. Varro de L. L. 4. 73. Ubi variæ res ad Corneta, *forum cupedinis*, a Cupedio; quod multis *forum cupidinis*, a Cupiditate. V. Donat. ad Ter. Eun. 2. 2. 25. Scalig. Conject. Varron.

Cupencus, i. m. lingua Sabinorum Sacerdos vocabatur, quod notat Servius. Hinc Virg. 12. Æn. 539. videtur nomen deduxiſſe, quum ait,

— nec di texere Cupencum.

Al. Cupentum.

Cupes, vel **Cuppes**, edis. m. [ἡδύσματα, πέμματα] & Cupedia, veteres Lautiores cibos nominabant: inde & Macellum, Forum cupedinis, appellabant. Cupedia autem a Cupiditate ſunt dicta. Vel (ut Varro vult) quod ibi fuerit Cupedinis equitis domus, qui fuerat ob latrocinium damnatus. Hactenus Feſtus.

Cupes, [λαίμαργος] Qui lautiores cibos frequentat. Plaut. Trin. 2. 1. 13. Blandiloquentulus, harpago, mendax, cupes, avarus.
Cŭpēdia, orum. n. pl. [προσφάγια, ὀψώματα] Plaut. Stich. 5. 4. 32. Melius dicis, nihil moror cupedia.
Cupedia, æ. f. [ὀψοφαγία] Cic. 4. Tusc. 26. Ægrotationi autem talia quædam subjecta sunt, avaritia, ambitio, mulierositas, pervicacia, liguritio, vinolentia, cupedia, & si qua sunt similia. [Potest esse n. pl.
Cupēdiæ, ārum. f. Cibi lautiores. Ammian. 26. 18. Cupediarum mercatores. Adde Gell. 6. 13. & 7. 16.
Cupedinarius, i. m. [ζωμοποιὸς] Esculentarum rerum venditor. Ter. Eun. 2. 2. 25.

Concurrunt læti mi obviam cupedinarii omnes:
Cetarii, lanii, coqui, fartores, piscatores. Ubi Donatus, Cupedinarii omnes qui esculenta & poculenta vendunt: a rebus Cupidinis ob alimentum, cupedinarii appellantur: Et ipse subjecit qui accipiendi sunt Cupedinarii. Apud Lamprid. Heliogab. cap. 30. pr. Cupediarius scribitur. V. Salmas. ad loc. Sic & apud Ter. Bentl.

Cŭpīdo, ĭnis. m. [Ἔρως] Deus qui filius Veneris fuisse fingitur a poetis. Plaut. Merc. 5. 2. 13.

O Cupido quantus es! Cic. 3. de Nat. Deor. 59. Cupido primus Mercurio & Diana prima natus dicitur. Secundus Mercurio & Venere secunda. Tertius quidem est Anteros Marte & Venere tertia.

Puer, ac volucer Cupido, & sagittis ac face armatur. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Arcus Cupidinis. Ovid. 1. Amor. 11. 11.
Arma violenta Cupidinis. Ovid. 9. Met. 542.
Geminus. Sen. Hippol. v. 275.

Quam vocat matrem geminus Cupido.

Lascivus puer. Sen. Hippol. 3.
Liber. Hor. Epod. 17. 57.

Inultus ut tu riseris Cotyttia
Vulgata, sacrum liberi Cupidinis.

Parvus. Ovid. 16. Epist. 113.
Pharetratus. Ovid. 2. Amor. 5. 1.
Pinnatus. Cic. 3. de Nat. Deor. 38. Dianæ item plures: Prima Jovis & Proserpinæ, quæ Pinnatum Cupidinem genuisse dicitur.
Volucer. Ovid. 9. Met. 481. Et Quintil. lib. 2. cap. 4.
In plurali habet Catull. 3. pr.

Lugete ô Veneres, Cupidinesque! Hor. 4. Carm. 1. 5.
— dulcium Mater sæva Cupidinum.

Aliquando pro ipso Amore ponitur. Plaut. Amph. 2. 2. 210.

Sed pudicitiam, & pudorem, & sedatum cupidinem.

Femineus. Ovid. 9. Met. 733.

Femina femineo correpta cupidine nulla est. i. e. Amore.

Lentum cupidinem sollicitare. Hor. 4. Carm. 13. 5.
Cupīdĭnĕus, a, um. Adj. [Ἐρωτικὸς] ut,
Cupidineus Labyca. Martial. lib. 7. 86.

Blanda Cupidinei cur non amet ora Labycæ,
Qui videt hæc dominis monstra placere suis?

Sagittæ Cupidineæ. Ovid. Rem. Amor. 157.
Cupido, pro Desiderio, & Cupidus. V. cupio.
Cŭpio, īvi, vel ii, ītum, [ἐπιθυμέω, γλίχομαι, ἐφίεμαι, ἐρατίζω] ĕre. significat Optare, desiderare. Plaut. Curc. 4. 4. 34.

Cupio dare mercedem, qui illunc ubi sit commonstret mihi.

Cupii pro cupivi. Stat. 5. Silv. 5. 80.
Cupere atque optare. Cic. 1. de Orat. 2. Neque vero nobis cupientibus atque optantibus fructus otii datus est, &c.
Animo quicquam cupere. Catul. 16. 3.
Ardenter cupere aliquid. Cic. 4. Tusc. 39.
Cupide cupere. In cupidus.
Flagrantissime aliquid cupere. Tacit. 1. Ann. 3.
Mirabiliter cupio. Cic. 15. Att. 3.
Nimis quam cupio. V. nimis.
Tectius cupere. Ovid, 1. de Arte Am. 276.

Vir male dissimulat, tectius illa cupit.

Cupio omnia quæ tu vis. Plaut. Pers. 5. 1. 14.
Conventum te cupit. Plaut. Curc. 2. 3. 25.
Factum cupere. Plaut. Cas. 2. 4. 7.
Nuptias cupere. Ter. Heaut. 5. 1. 12.
Cupis videri nasutus. Martial. lib. 12. 37.

Nasutus nimium cupis videri, &c.

Cupit te videre. Plaut. Truc. 4. 4. 38. Sic, Cic. 6. Verr. 29. Studiose cupisse te celare de phaleris.
Cupere alicui, pro Bene velle. Cæs. 1. Bell. Gall. 18. Favere & cupere Helvetiis propter eam affinitatem. Cic. 1. Q. frat. 2. Quid? ego Fundanio non cupio? non amicus sum? non misericordia moveor? nemo magis.
Cupere omnia alicujus causa. Cic. 4. Verr. 10. Quem igitur ab iis Equitibus Romanis, qui istius causa cupiunt omnia, qui ab eo benignissime tractati sunt, condemnari necesse esset, &c.
Vehementer cupere causa alicujus. Cic. 13. Fam. 65. Vehementer ejus causa cupere eum intellexi.
Cupere, Amore correptum esse. Martial. lib. 7. 73. ad Mercurium,

Sic tibi lascivi non desit copia furti,
Sive cupis Paphien, seu Ganymede cales.

Cupīre, in quarta conjugatione, apud antiquos. Lucret. lib. 1. 72.

— perfringere ut arcta
Naturæ primus portarum claustra cupiret.

Regna cupienda. Ovid. 4. Trist. 4. 66.
Cupiens, entis. Partic. [γλιχόμενος] Plaut. Bacch. 2. 3. 44.

Postquam aurum abstulimus, in navim conscendimus,
Domum cupientes. Idem Mil. 4. 2. 7. Hujus cupiens corporis est. Sic, Cupiens liberorum. Tacit. 16. Ann. 6. Terent. Hecyr. 1. 2. 67. Nisi cupiens tui.

Nuptiarum cupiens. Plaut. Mil. 4. 4. 29.
Voluptatum vulgus cupiens. Tacit. 14. Ann. 14.
Maxime cupiens. V. magis.
Esse cupientibus. Tacit. 1. Ann. 59. Ut quibusque bellum invitis, aut cupientibus erat. Quod auctores Græci dicunt ἀχθομένοις ἦν, & ἡδομένοις ἦν. hoc enim sermonis genus est illis perquam familiare. Hac de re fusius, ac copiosius Rhenanus in Castigat. in Tacit. lib. 15.

Compar. ut, Dominandi suis, quam subigendi externos cupientiores. Aur. Vict. Cæs. 24. 9.
Superl. Sallust. Jugurth. cap. 84. Marius cupientissima plebe consul factus est.
Legis cupientissimus. Fragm. Sallust. apud Diomed.
Cupienter, Adv. [γλιχομένως] Plaut. Pseud. 2. 3. 17.

Stulti haud scimus, frustra ut simus, quum quod cupienter dari
Petimus nobis, quasi quid in rem sit possimus noscere. Et Ennius Phœnice apud Nonium 2. 173. Stultus est, qui cupida cupiens cupienter cupit.

Cupītus, a, um. Partic. [ἐρασθεὶς] Cic. 2. de Divin. 41. Ovid. 3. Fast. 21.

Mars videt hanc, visamque cupit, potiturque cupita.

Dies cupitus. Senec. Hippol. 7.
Florem tangere ætatis cupitum. Lucret. 3. 771.
Cupitum, i. n. absolute pro Desiderio. ut, Tandem huic cupitum contigit. Plaut. Pœn. 5. 4. 99. V. Aurel. Vict. Cæs. 19. 4. & Apul. 3. Met. p. 91.
Cupītor, ōris. m. [ἐραστὴς] Tacit. 15. Ann. 42. Nero, ut erat incredibilium cupitor. i. e. Cupiens.
Amicitiæ cupitor. Apul. 3. Florid. p. 807.
Matrimonii cupitor. Tacit. 12. Ann. 7. Neque tamen repertus est nisi unus talis matrimonii cupitor.
Cupĭdus, a, um. Adj. [ἐπιθυμῶν] Idem quod Cupiens. Genitivo jungitur, & nonnunquam ablativo. [Si modo unquam. V. infra.
Genitivo, Ter. Hec. 3. 3. 12. Ejus videndi cupidus.
Certandi cupidus. Lucret. 3. 5.

Non ita certandi cupidus, quam propter amorem.

Damni sui cupidus. Cic. 4. Att.
Novitatis. Quintil. lib. 3. cap. 3.
Pacis. Hor. 2. Serm. 1. 44.
Studiorum. Ovid. 1. de Pont. 5. 35.
Vitæ. Cic. 14. Fam. 4. Quod utinam minus vitæ cupidi fuissemus.
Compar. Contentionis cupidiores Græculi homines. Cic. 1. de Orat. 47.
Pecuniæ cupidior quam recte faciendi. Vellei. 2. 97. 1.
Superl. Nostri cupidissimus. Cic. 1. de Orat. 104.
Pecoris cupidissimi barbari. Cæs. 1. Bell. Gall. 15.
Ablativo. Plaut. Pseud. 1. 2. 50. Vino modo cupidæ estis. [Nisi est Dativus, casus ipsius verbi.
Cupidus in perspicienda cognoscendaque rerum natura. Cic. 1. Off. 154.
Cupidos Moderatis opponit Cic. pro Font. 22.
Amantes cupidi. Ovid. 19. Epist. 67.
Animus cupidus. Ter. Heaut. 2. 3. 126.

Ut illius animum cupidum inopia incenderet.

Avaritia. Martial. lib. 11. 59. in Telesphorum.
Homo. Cic. 3. Off. 59. Emit homo cupidus & locuples tanti, quanti Pythius voluit.
Livor. Propert. lib. 1. 8. 29.
Manus. Ovid. 1. de Arte Am. 116.
Mens. Ovid. 6. Epist. 71.
Cupidus etiam dicitur, Qui nimio partium studio est abreptus, i. e. Partialis, ut loquuntur barbari. Cic. 6. Verr. 124. Nemo suspicari debet me esse tam cupidum, &c. Item pro Rosc. Comœd. 47. Tum enim forsitan improbis nimis cupidus videretur, qui, qua de re judex fuisset, testis esset.
Testes cupidi. Cic. pro Fonteio 11.
Cupidissimus subaudito genitivo Pecuniæ. Suet. in Vesp. cap. 16. H. St.
Cupidus & Avarus quid distent prolixe docet Broekh. ad Tibull. 1. 1. 90.
Cupĭde, Adv. [ἐρωτικῶς] ut, Cupide emere. Plin. lib. 18. cap. 5. Prædium ne cupide emas.
Agere cupide, est Nimio (partium) studio abreptum agere. Cic. 6. Fam. 11. Nos agimus nihil cupide, eoque pluris est nostra auctoritas.
Appetere cupide. Cic. pro Rosc. Amer. 50. Suos enim agros studiose colebant, non alienos cupide appetebant.
Cupere cupide. Plaut. Cas. 2. 3. 49.
Condemnare cupide. Suet. Cæs. cap. 12. Ac forte Judex in reum ductus, tam cupide condemnavit. i. e. Tanto studio.
Descendere ad aliquid cupide. Quintil. lib. 5. cap. 6.
Dicere cupide. Cic. pro Fonteio 19. Subaudi Testimonium. V. Senec. Suas. 7.
Facere cupide. Quintil. lib. 1. cap. 3.
Facere cupide & temere aliquid. Cic. 2. Philipp. 52. Quid cupide a Senatu, quid temere fiebat, quum tu, &c.
Mentiri cupide & libenter. Cic. pro Rosc. Com. 49. Ego vero cupide & libenter mentiar tua causa.
Compar. ut, Cupidius instare. Cæs. 5. Bell. Gall. 63.
Superl. ut, Cupidissime aliquid petere. Cæs. 1. Bell. Civil. 6. 85.
Cupīdo, ĭnis. f. [ἔρως] i. e. Animi affectio a libidine & cupiditate proficiscens: qualis est avaritia, qua opes cupiuntur: qualis iracundia, qua ultionem appetimus, & similia. Virg. 6. Æn. 721.

— quæ lucis miseris tam dira cupido?

Cupido & Amor differt. V. Amor in amo.
Novissima etiam gloriæ cupido sapientibus exuitur. Tacit. 4. Hist. 6.
Habendi cupido. Plin. lib. 33. cap. 3.
Laudis tituli que cupido. Juven. 10. Sat. 143.
Potentiæ cupido vetus, ac jampridem insita mortalibus cum imperii magnitudine adolevit, i. e. Succrevit. Tacit. 2. Hist. 38.
Mortis cupido. Ovid. in Ibin, 519.

Quodque ferunt Brotean fecisse cupidine mortis.

Ventris. Ovid. 15. Met. 173.
Altior cupido adeundi sacram sedem Vespasiano, &c. Tacit. lib. 4. Hist. 82.
Arrecta cupido. Virg. 5. Æn. 138.
Cæca honorum cupido. Lucret. lib. 3. 59.
Cæca prædæ cupido. Ovid. 3. Met. 620.
Dira cupido, i. e. Cupiditas ex deorum ira veniens, aut certe magna, inquit Servius. Virg. 6. Æn. 373.
Fœda vitæ. Stat. 3. Theb. 370.
Furiosa. Ovid. 1. Fast. 211.
Jejuna. Lucret. lib. 4. 874. i. e. Fames, vel edendi desiderium.

Ignota cupido, Virgini ſcilicet. Valer. 1. Argon. 838.
Immenſa. Virg. 6. Æn. 824.
Improba, i. e. Improbanda, quia iniqua. Seneca Herc. fur. 6.
Inſatiabilis cupido famæ. Curt. 9. 2. 9.
Intempeſtiva. Ovid. 10. Met. 689.
Levis & feſtina. Valer. 6. Argon. 472.
Miſera. Hor. 1. Epiſt. 1. 33.
Fervet avaritia, miſeraque cupidine pectus.
Mutua. Lucret. lib. 5. 691.
Turpis. Virg. 4. Æn. 194.
Accenſus cupidine. Stat. 1. Theb. 425.
Adolevit cupido. In ADOLEO.
Capta conjux cupidine. Virg. 7. Æn. 194.
Cepit me cupido. Liv. 1. 6. Romulum, Remumque cupido cepit, in iis locis, ubi expoſiti, ubique educati erant, urbis condendæ.
Corripi cupidine. Ovid. 9. Met. 733.
Differri cupidine. Plaut. Pœn. 1. 1. 29.
Flagrare cupidine. Ovid. 2. Met. 104.
Inceſſit eum cupido. In INCESSO.
Inceſſit illum cupido adeundi, viſendique templum Paphiæ Veneris. Tacit. 1. Hiſt. 36.
Intravitque animum militaris gloriæ cupido. Tacit. in Vita Agric. 5.
Invadit Cæſarem cupido ſolvendi ſuprema militibus, ducique. Tacit. lib. 1. Ann. 61.
Involat truces etiam tum animos cupido eundi in hoſtem. Tacit. 1. Ann. 49.
Langueſcit cupido. In LANGUOR.
Ludor nimia cupidine. Ovid. 2. de Pont. 8. 71.
Succenſa. Ovid. 8. Met. 300.
Tactus cupidine laudis. Ovid. 4. Triſt. 5. 11.
Cupido, pro Cupiditate, ſemper maſculino genere profertur. [Immo non ſemper niſi ab Hor. H. St.] Hor. 2. Carm. 16. 15.
Nec leves ſomnos timor aut cupido
Sordidus aufert. Cupido pro Avaritia dictus, ait Acron: cui ſubſcribit & Porphyrio. Idem 1. Serm. 1. 61.
At bona pars hominum decepta cupidine falſo. Notandum Cupidinem genere maſculino pro Cupiditate nove poni. Acron. Verum omnibus his locis Cupido dei nomen eſt. Cupido enim omnium rerum amoris & cupiditatis auctor eſt κατὰ πλάτων. Lambinus.
Auri cæcus cupido. Senec. Hippol. 4.
In imitationem Horatii. H. St.
Eradere elementa pravi cupidinis. Hor. 3. Carm. 24. 51.
— ſcelerum ſi bene pœnitet,
Eradenda cupidinis
Pravi ſunt elementa, &c.

CUPĬDĬTAS, ātis. f. [ἐπιθυμία]
Cupiditas & Cupido diverſa ſunt. Nam Cupiditas levior eſt. Lucil. lib. 23. Cupiditas ex homine, cupido ex ſtulto nunquam tollitur: quod cupiditas pars quædam ſit temperatior defluens ex cupidine. Non. 5. 58.
Homines cæcos reddit cupiditas & avaritia. Cic. pro Roſc. Amer. 100.
Studia cupiditateſque honorum, atque ambitio. Cic. 4. Verr. 132.
Lucis cupiditas. Quintil. lib. 3. cap. 8.
Sitis cupiditatis. Cic. in Parad. 1. Neque enim unquam expletur nec ſatiatur cupiditatis ſitis.
Cæca ac temeraria dominatrix animi cupiditas. Cic. 1. de Invent. 2.
Hiantes cupiditates amicorum in magna fortuna. Tacit. 1. Hiſt. 12.
Inceſta cupiditas. Firmic. lib. 4. cap. 1.
Indomitæ animi. In INDOMITUS.
Inſatiabilis. In INSATIABILIS.
Invida. Firmic lib. 5. cap. 2.
Lubrica & præceps cupiditas dominandi. Cic. 5. Philip. 50.
Profunda confundendi omnia cupiditate, novum ſtatum, novam Rempublicam quærebant. Paterc. lib. 2. 125. pr.
Abjicere cupiditatem. Cic. 4. Fam. 7.
Æſtuare cupiditatibus. Firmic. lib. 3. cap. 8.
Afficere cupiditate. Cic. 5. Fam.
Ardere cupiditate. In ARDEO.
Capere cupiditatem aliquam. Cic. in Piſon. 57.
Coercere omnes cupiditates. Cic. 1. de Orat. 194.
Comprimere incenſam alicujus cupiditatem. In COMPRIMO.
Erigere cupiditatem. Cic. 4. ad Heren. 2.
Explere. Cic. 1. de Invent. 2.
Flagrare & ardere cupiditate alicujus rei. Cic. in Piſon. 59. Fertur ille vir, mihi crede, gloria: flagrat, ardet cupiditate juſti & magni triumphi.
Frangere. Cic. 1. de Orat. 86.
Habere cupiditatem contra ſalutem alicujus. Cic. 8. Fam. 16.
Imminuta cupiditas atque debilitata. V. IMMINUO.
Imperare cupiditatibus. In IMPERO.
Incendere cupiditatem & arrogantiam alicujus. In INCENDO.
Incenſus cupiditate. Cic. 3. Off. 59.
Incitare cupiditatem. Cic. in Brut. 317.
Inflammari cupiditate aliquid auferendi. In INFLAMMO.
Injicere cupiditatem hominibus. In INJICIO.
Invadit cupiditas pleroſque. In INVADO.
Judicare ſine amore & ſine cupiditate, & rurſus ſine odio & ſine invidia. Cic pro Marcel. 30.
Perfringere cupiditate omnia. In PERFRINGO.
Provectas eo Romanorum cupiditates, &c. Tacit. 14. Ann. 35.
Refutare cupiditatem. Cic. 1. Fam. 9.
Regere cupiditatem, conſilii gubernatione. In CONSILIUM.
Revertit cupiditas cibi. Celſ. lib. 8. cap. 4.
Satiare effrenatas animi ſui cupiditates. Firmic. lib. 1. cap. 3.
Seductus juvenili cupiditate gloriæ fecit. Quintil. lib. 7. cap. 3.
Suffragari cupiditati. Cic Brut. 10.
Sum Eſſe cupiditati & miraculo. Vide MIRACULUM. H. St.
Tenet cupiditas aliquem. Cic. 7. Att. 2.
Tenere cupiditatem, pro Cohibere. Cic. 5. Verr. 3. Niſi facile cupiditates noſtras teneremus, &c.
Cupiditas, pro Cupiditate pecuniæ. apud Suet. in Domitiano cap. 10. & alibi. Alicubi tamen hic genitivus ab eo additur. In Veſp. cap. 16. Pecuniæ cupiditas & Cupidiſſimus. V. ſupra. Sic & quum dicitur Abſtinentia, videtur ſubaudiri Pecuniæ. H. St.
Cupiditas, pro Turpi amore. Sueton. in Calig. cap. 24. Reliquas ſorores nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit. Dixerat Caligulam cum omnibus ſororibus ſuis conſuetudinem ſtupri feciſſe, impatientius tamen Druſillam amaſſe quam reliquas.
Cupiditas, pro Nimio partium ſtudio. Cic. pro Fonteio 13. Quorum virtuti, generi, rebus, fidem & auctoritatem in teſtimonio, cupiditatis atque inimicitiarum ſuſpicio derogavit. [Quod cupide teſtimonium dixerant.

CUPPEDO, ĭnis. In CUPEDO.

CUPRA, æ. f. Piceni civitas eſt, non procul ab Aſculo, cujus meminit Plin. lib. 3. cap. 13.

CUPRESSUS, i. vel ûs. f. [κυπάρισσος] Arbor conifera: quæ alias Cypariſſus dicitur. Duo genera earum: meta, in faſtigium convoluta, quæ & femina appellatur. Mas ſpargit extra ſe ramos, deputaturque, & accipit vitem. Utraque autem immittitur in perticas, aſſereſve amputatione ramorum, qui decimo tertio anno denariis ſingulis veneunt: quæſtuoſiſſima in ſatus ratione ſilva. Vulgoque dotem filiarum antiqui plantaria appellabant. Hæc Plin. 16. cap 33. Virg. 1. Georg. 20.
Et teneram ab radice ferens, Silvane, cupreſſum. Columel. lib. 4. cap 26. Idque maxime probatur ex junipero, & lauru, & cupreſſu.
Acuta cupreſſus. Ovid. 3. Met. 155.
Atra. Virg. 3. Æn. 64. i. e. Nigra, funeſta. Nam inferis conſecrata eſt, quia cæſa nunquam revireſcit.
Feralis. Ovid. 3. Triſt. 13. 21.
Funebres. Hor. Epod. 5. 18.
Illæſa bruma cupreſſus. Stat. 6. Theb. 99.
Tectura tumulos cupreſſus. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 108.
Tenera. Virg. 1. Georg. 20.
Cupreſſum ſimulare. Hor. de Arte Poet. 19.
— fortaſſe cupreſſum
Scis ſimulare, quid hoc? &c. Turneb. hic ſignificari putat Malum & rudem pictorem, qui tabulam depingere non poſſit, ſed tantum parerga, quæ rudimenta erant artem pingendi diſcentibus & ornamenta tabularum, delineare. Eis perſimiles ſunt, qui magnum carmen condere inſtituunt, quum tamen deſcriptiones tantum amœnas fluviorum & nemorum, poetices initia & progymnaſmata explicare poſſint, quas idcirco non ſuo loco adhibent, & poema fucant & adulterant intempeſtivis ornamentis. Tale illud eſt Perſianum, 1. Sat. 71.
Ecce modo heroas ſenſus afferre videmus
Nugari ſolitos Græce, nec ponere lucum
Artifices, nec rus ſaturum laudare, &c. Interpretes vulgo aliter.
Cupreſſum, maſculino genere uſurpat Ennius apud Nonium 3 34. his verbis, Capitibus nutantes pinos, rectoſque cupreſſos. [An Captibu' antique?
Cupreſſi mortuorum domibus ponebantur ideo, quia hujus generis arboris ramus exciſus non renaſcitur: ſicut ex mortuo nihil jam eſt ſperandum. Quam ob cauſam in tutela Ditis patris eſſe putabatur. Hæc Feſtus. Plin. lib. 16. cap. 33. Diti ſacra, & ideo funebri ſigno ad domos poſita. V. Torrent. ad Hor. 2. Carm. 14. 23.

CUPRESSĬNUS, a, um. [κυπαρίσσινος] Adj. Ex cupreſſo. Plin. lib. 23. cap. 4. Cupreſſinum oleum eoſdem effectus habet quos myrteum.
Frondes cupreſſinæ. Columel. lib. 2. cap. 2.

CUPRESSEUS, a, um. Adj. Idem. Liv. 27. 37. Poſt eas duo ſigna cupreſſea Junonis reginæ portabantur.
Folitura cupreſſea. Vitruv. 2. 9.

CUPRESSĒTUM, i. n. [κυπαρισσών] Locus ubi ſeruntur cupreſſi. Cic. 1. de Legib. 15. Viſne igitur ut ille Crete cum Clinia & cum Lacedæmonio Megillo æſtivo, quemadmodum deſcribit, die, in cupreſſetis Gnoſiorum, & ſpatiis ſilveſtribus crebro inſiſtens, &c. Et Cato cap. 151. Quo pacto cupreſſeta ſeri oporteat.

CUPRESSĬFER, a, um. [κυπαρισσοφόρος] Adj. ut, Mons cupreſſifer, Qui cupreſſis abundat. Ovid. 9. Epiſt. 87.
Ut Tegeæus aper cupreſſifero Erymantho
Incubat, & vaſto, &c.
Cyllenes cupreſſiferæ. Idem 5. Faſt. 87.

CUPRUM, i. n. [κύπριον] Genus quoddam æris. de quo nullum exemplum reperi apud idoneos auctores: exiſtimo autem illud eſſe quod Plinio Cyprium æs dicitur. vide ſuo loco. Y enim ut plurimum in U vertitur. V. Spartian. Caracall. cap. 9. & Cellar. Cur. poſter. p. 206.

CUPREUS, a, um. Adj. [κυπριακὸς] ut, Cupreum vas. Plin. lib. 23. cap. 3. Coquitur in cupreo vaſe ad craſſitudinem mellis. Fortaſſe legendum, Cyprio vaſe. Et ita legit Harduin.

C U R

CVR. VIA. Curator viarum.

CŪR, [τίνος ἕνεκα, διὰ τί, ἐφ' ᾧ] Adv. interrogandi. Scribitur a nonnullis per Q a Quare deducentibus, per ſyncopen atque apocopen A & E litteris detractis. Ter. And. 5. 3. 15.
Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero? Plaut. Mil. 2. 5. 37. Nihil moror aquam. PE. quur?
Cur igitur. Ter. Andr. 1. 1. 21. Cur ſimulas igitur?
Cauſa cur. Cic. pro Cœl. 68. An vobis aliam cauſam eſſe ullam putatis, cur in tantis præmiis eloquentiæ, &c.
Quid eſt cur? Cicero pro Cluent. 147. Quid eſt, Q. Naſo, cur tu in iſto loco ſedeas? Al. In hoc ſexto loco.
Quæ cauſa eſt cur hoc velit? Cic. pro Cluent. 169. Quæ cauſa Avito fuerit, cur interficere Oppianicum vellet?
Cur non? quia. Plaut. Pſeud. 1. 5. 76.
Cur hæc tibi irata eſt, cur ego id curem? Plaut. Pœn. 1. 2. 140.
Cur, ſine interrogatione. Cic. pro Roſc. Amer. 146. Quod ſi tibi nulla cauſa eſt, cur hunc miſerum tanta calamitate affici velis, &c. Adde Cic. 12. Att. 29. & 6. Fam. 8. & alibi.
Cur, pro Propterea quod. Hor. 1. Epiſt. 8. 9.
— iraſcar amicis
Cur me funeſto properent arcere veterno.
Idem quod Ut ſignificare videtur apud Liv. 5. 46. Negat ſe commiſſurum, cur ſibi aut deorum aut hominum quiſquam imperium finiret potius, &c.

CŪRA, æ. f. [φροντὶς, ἐπιμέλεια, τημελεία, μελεδὼν, μελέδημα] Vehemens & anxia animi ſollicitudo; dicta (ut ait Feſtus) quod Cor edat, vel quæ

quod urat. Ter. Phorm. 2. 1. 26. Cura & sumptu absumitur. Ennius apud Ciceronem de Senect. pr. —curamve levasso

Quæ nunc te coquit, & versat sub pectore fixa.

Animi cura & cogitatio. Cic. 1. Off. 19.
Cura & diligentia. Cic. 3. de Orat. 182. Neque vero hæc tam acrem curam diligentiamque desiderant.
Cura & dolor. Cic. 15. Fam. 21. Quæ tua solicitudo de me in armis, quæ lætitia in reditu, quæ cura, qui dolor, quum ad te curæ & dolores mei perferrentur, &c.
Studium & cura. Cic. 16. Fam. 1. Studium tuum curaque de salute mea nulla me nova voluptate affecit.
Cura mei, tui, sui. Sen. Hippol. 4. 17.
Potior alicui cura suorum. Valer. 4. Argon. 127.
Æstus curarum. Virg. 8. Æn. 19.
Amara curarum eluere efficax vinum. Hor. 4. Carm. 12. 20.
Corporis curæ aliquid dare. Quintil. lib. 1. cap. ult.
Domitor curarum somnus. Senec. Agam. 1. 4.
Felix curarum. Stat. 4. Silv. 4. 46.
Fomenta. Hor. 1. Epist. 3. 26.
Fons. Lucret. lib. 3. 82.
Frigus. Ovid. 3. de Pont. 9. 25.
Interpres & conscia. Virg. 4. Æn. 608.
Levamen omnis curæ casusque. Virg. 3. Æn. 709.
Moles. Tacit. 12. Ann. 66.
Nox curarum nutrix. Ovid. 8. Met. 81.
Nominis futuri cura. Ovid. 5. Trist. 7. 37.
Precium curæ. In PRETIUM.
Requies. Tibul. lib. 4. 13. 11.
Semina. Propert. lib. 3. 7. 4.
Socius. Stat. 3. Silv. 3. 161.
Tristitiæ cura. Plin. lib. 23. cap. 1.
Undæ. Catul. Argon. 62. 62.
Minus cum cura. In MINOR.
Acrior illum cura domat. Virg. 3. Georg. 539.
Æqualis cura. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Amaris curis corpus vitiatum. Ovid. 1. de Pont. 10. 3.
Ambiguæ. Virg. 8. Æn. 581.
Anceps. In ANCEPS.
Antiquior cavendi, quam ictum inferendi cura est. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Antiquissima. Cic. 10. Att. 8.
Anxia. In ANXIUS.
Anxiferæ curæ. Cic. 1. de Divin. 22. ex 2. de Consulatu suo.
Argentaria. In ARGENTUM.
Assidua alicujus insidens cura. In INSIDEO.
Atræ curæ. Hor. 3. Carm. 14. 40.
Brevis. Hor. 2. Epist. 1. 216.
Damnosæ. Ovid. de Rem. Amor. 69.
Deses. Claud. de Laude Seren. 226.
Difficilis cura rerum alienarum. Cic. 1. Off. 30.
Diurnæ. Ovid. 8. Met. 83.
Dulces. Stat. 2. Silv. 1. 71.
Dura. Tibul. lib. 3. 6. 7.
Exigua. Claud. in sec. Conf. Stil. 238.
Fortior. Claud. in sext. Conf. Hon. 233.
Frigida thori. Stat. 5. Theb. 71.
Funestæ. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 277.
Gratissima. Cic. 5. Att. 4.
Graviore cura timetur proxima tempestas. Juven. 13. Sat. 227.
Gravem curam suscipere, vehementerque de alio sollicitum esse. Cic. 12. Fam. 12.
Humiles & sordidæ curæ. Plin. lib. 1. Epist. 3. ad Caninium.
Impensior. Ovid. 2. Met. 405.
Implacidæ. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 110.
Inanes. ut, Ævum consumere in inanibus curis. Lucret. lib. 5. 117.
Infandæ. Stat. 5. Theb. 450.
Infelix. Ovid. 2. Trist. 1.
Ingentes. Virg. 5. Æn. 701.
Innumera. Plin. lib. 18. cap. 26.
Insignis. Claud.
Insomnes longo veniunt examine curæ. Claud. 1. in Ruff. 38.
Intentissima. In INTENDO.
Invida. Hor. 1. Epist. 10. 18. i. e. Invidens hominum quieti.
Leves. Hor. 1. Carm. 14. 18.
Levior. Virg. 3. Georg. 305.
Magna cura, pro Cum magna cura, vel Magna cura adhibita. Sueton. in Galba cap. 7. Ordinavitque (provinciam) magna severitatis ac justitiæ cura. Sed in quibusdam edit. male est Magnæ, non Magna. Sic enim & alibi loquitur. H. St.
Maximæ & gravissimæ. Cic. de Clar. Orat. 9.
Maxima tua cura ipse tibi. Virg. 4. Georg. 354. h. e. (teste Servio) Quem plurimum diligis.
Mediocris. Hor. 2. Serm. 4. 94.
Memor. Ovid. 4. ex Pont. 2. 7.
Molesta. Ovid. 2. Amor. 2. 8.
Mortales. Sil. 1. 85.
Nimia cura. Juven. 10. Sat. 12.
Novæ. Ovid. 16. Epist. 134.
Omni cura exercere vires. Virg. 3. Georg. 229.
Omni cogitatione curaque in aliquam rem incumbere. Cic. 10. Fam. 1.
Optimæ sunt curæ de salute Reipub. Cic. de Somn. Scip. 21.
Publica. Hor. 2. Carm. 8. 8.
Recens. Ovid. 3. Amor. 19. 31.
Resides curas solvere. Valer. 8. Argon. 220.
Sagaces. Hor. 4. Carm. 4. 75.
Secretæ. Sen. Agam. 7.
Sedatis requierunt pectora curis. Stat. 12. Theb. 514.
Sequaces. Lucret. lib. 2. 46.
Solertes. Manil. lib. 2. cap. 6.
Sollicitæ. Senec. Œdip. 13.
Spinosæ. Catul. in Argon. 62. 72

Tanta cura infans dignus. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Tristes. Virg. 4. Georg. 531.
Vigilantes. Claud. 1. in Eutrop. 364.
Vigiles incumbunt. Valer. 3. Argon. 447.
Vigili perspexerat omnia cura. Ovid. 15. Met. 65.
Virilis. ut, Animum, curamque virilem gerere. Virg. 9. Æn. 311.
Vitiosa. Hor. 2. Carm. 16. 21.
Volantes circa tecta. Hor. 2. Carm. 16. 12. Poetica fictio.
Abducere curas alicui. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 19.
Abducere a cura. Cic. 3. Q. frat. 5.
Abigere curas. Hor. 1. Epist. 15. 19.
Abjicere. Cic. 9. Fam. 24. Sed cave si me amas, existimes me, quod jocosius scribam, abjecisse curam Reipublicæ.
Abnuere. In ABNUO.
Abrumpit somnos cura salubres. Virg. 3. Georg. 530.
Absistere cura. Sil. lib. 13. 512.
Absumi. In ABSUMO.
Accendere curas. In ACCENDO.
Accommodare curam alicui rei. Quintil. lib. 1. cap. 12.
Accumulare. Ovid. 15. Epist. 70.

Accumulat curas filia parva meas.

Acuere corda curis. Virg. 1. Georg. 123.
Addere curam mortalibus. Lucan. lib. 2. 5.
Adhibere curam in aliqua re. Cic. 2. Fam. 6.
Adjicere aliquid curæ. Quintil. lib. 1. cap. 9.
Adimere curas. Ter. Hec. 5. 3. 19.

Quot commodas res attuli? quot autem ademi curas?

Admovere curam. Plin. 2. Epist. 5.
Adorare curam priscorum in inveniendo. Plin. lib. 27. cap. 1. pr. Crescit profecto, apud me certe, tractatu ipso admiratio antiquitatis: quantoque major copia herbarum dicenda restat, tanto magis adorare priscorum in inveniendo curam, in tradendo benignitatem subit.
Afferre. Cic. 7. Att. 5. pr. In valetudine tua moveor: & Piliam in idem genus morbi delapsam, curam tibi afferre majorem sentio.
Afficere cura & sollicitudine aliquem. Ter. Phorm. 2. 4. 1.

Quanta me cura & sollicitudine afficit
Gnatus, qui me & se hisce impedivit nuptiis.

Afficior cura. Plin. 2. Epist. 9.
Agitare curas. Sen. Herc. fur. 2.
Agere curam alicujus. Ovid. 16. Epist. 302.
Angere. ut, Quæ me angebat de Repub. cura, consedit. Cic. de Clar. Orat. 10.
Asservare intentiore cura. In INTENDO.
Attingere. ut, De aliquo tuendo & aliquibus conciliando, cura attingit aliquem. Cic. Cæsari Juniori, 9. Att. 11.
Avertere subitam. Lucret. lib. 2. 363.
Avertere dictis curas. Virg. 4. Æn. 394.
Capessere curas. In CAPESSO.
Carere. Hor. de Arte Poet. 261.
Circumspicere solerti cura omnia. Manil. lib. 2. cap. 6.
Cogitare. In COGITO.
Committere auribus suas curas. Senec. Hippol. 5. 4.
Complecti. Cic. 3. Fam.
Componere curas. Virg. 4. Æn. 341.
Concipere. In CONCIPIO.
Confectus curis. Virg. 6. Æn. 520.
Conferre curas in rem aliquam. In CONFERO.
Conferre curas omnes cogitationesque in Remp. Cic. 2. Off. 2.
Conferre se ad curam. Cic. Att.
Conferre curam ad aliquid. Cic. 4. Fam. 3.
Confici cura & curis. In CONFICIO.
Configere curas in Reipub. salute. In CONFIGO.
Conjungere curam de re aliqua cum aliquo. Cic. de Amicit. 15.
Conjuncta alicui. In CONJUNGO.
Consedit cura. V. paulo ante, Angere.
Consumere in re una. Hor. 2. Serm. 4. 48.
Conjuncta cura de re aliqua alicui cum altero. Cic. de Amicit. 15.
Decedit cura patribus. In DECEDO.
Deficere curam alicui. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Defungi cura. Liv. 5.
Delegare curam alicujus rei alicui. Quintil. lib. 4. in Proœm.
Demere. Virg. 3. Æn. 153.
Demovere aliquem cura rerum. Tacit. 13. Ann. 14.
Deponere tristes animo. Virg. 4. Georg. 531.
Deponere curam pro aliquo. Virg. 12. Æn. 531.
Deprendere alicujus. Ovid. 2. Met. 94.
Derivare partem curæ & cogitationis suæ in alium locum. Cic. 12. Philipp. 22.
Destituere curam morum. Quintil. in proœm. lib. 1.
Desiderare curam alicujus in re aliqua. Quintil. lib. 2. cap. 1.
Diducere animum in curas. Virg. 5. Æn. 720.
Differre curas. Juven. 11. Sat. 181.

Sed nunc dilatis averte negotia curis.

Dimittere. Ovid. 1. Met. 209.
Dabant curas & actiones honestas nobis aliæ rationes. Cic. 9. Fam. 8.
Dat nec membris cura quietem. Virg. 10. Æn. 217.
Dare alicui millia curarum. Propert. 1. 5. 10.
Depellit cura somnos. Hor. 1. Epist. 10. 18.
Distringat innumera rusticos cura. Plin. lib. 18. cap. 26.
Emotæ curæ. Virg. 6. Æn. 382.
Eripere curam. Cels. lib. 6. cap. 5.
Esse in cura. Cic. 6. Fam.
Esse cura. Cic. 8. Fam. 5. Qua tu cura sis, quod ad pacem attinet, &c. i. e. Qua in cura.
Cura est quid sit negotii. Plaut. Merc. 1. 1. 11.
De Tirone mihi curæ est. Cic. 12. Att. 49.
Cura est ut. Ter. Hec. 4. 2. 20.

—hæc mihi nunc cura est maxima, ut ne cui mea
Longinquitas ætatis obstet, mortemve exoptet meam.

 Curæ

Curæ mihi est. Ter. Adelph. 5. 6. 6. Nam is mihi est profecto servus spectatus satis, cui dominus curæ est.
Vitam & dignitatem alicujus alteri curæ esse. Cic. 10. Att. 8.
Esse & fore curæ alicui ut. Cic. 3. Philipp. 39
Curæ est quorsum eventurum hoc siet. Ter. Hec. 1. 2. 118.
Sine cura esse. Cic. 3. Q. frat. 20.
Evolvere curas. Stat. 1. Silv. 1. 41.
Excubare curam apud aliquem. Cic. 10. Fam. 8.
Exerceri curis. Virg. 5. Æn. 779.
Exercere curas. Sil. lib. 11. 374.
Exercere vitam curis. Lucret. lib. 5. 1422.
Eximere. Hor. 3. Carm. 14. 14.
Exonerare graves curas. Senec. Hippol. 4.
Exsolvere aliquem curis. Virg. 4. Æn. 652.
Expellere pectore. Lucan. lib. 3. 52.
Extendere curas in annum venientem, est (ut ait Servius) quasi In tempore alieno præmeditari futurum laborem. Virg. 2. Georg. 405.
Exuere se mortalibus curis. Sil. lib. 1. 85.
Facere curam ne aliquid fiat, &c. Tacit. 3. Ann. 52.
Fallere curam somno. Hor. 2. Serm. 7. 114.
Fatigare aliquem novis curis. Quintil. in procem. lib. 6.
Fatigare curas. Stat. 5. Silv. 1. 9.
Figere curam, vel Defigere. Cic. 2. Fam. 6.
Fluctuat æstu curarum. Virg. 8. Æn. 608. Sic
Fluctuare undis. Catul. Argon. 62. 62.
Gerere curam pro aliquo. Virg. 12. Æn. 48.
Gerere rem aliquam cum cura. V. CUM.
Habere curæ rem aliquam. Cic. 8. Fam. 8.
Habere sermonem curæ. Quintil. in procem. lib. 1.
Habere curam docendi liberos. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Hebetatur cura vino. Plin. lib. 23. cap. 1.
Jactare curas pectore. In JACTO.
Impendere curam. Ovid 3. de Arte Am. 297. & Virg. 3. Georg. 124. — omnes
Impendunt curas, denso distendere pingui
Quem legere ducem &c.
Impendat acrem quam maxime curam spei futuri oratoris pater. Quintil. lib. 1. cap. 1.
Impendet cura pectori. In IMPENDEO.
Impertiri in maximis curis aliquid temporis. Cic. Cæsari jun. 9. Att. 11.
Imponere finem curis Virg. 4. Æn. 639.
Incessit cura. V. Incesso, in INCEDO.
Incumbere in curam. V. INCUMBO.
Infixa cura animo. Cic. ad Quir. post red. extr. Atque hæc cura, Quirites, erit infixa animo meo sempiterna, ut &c.
Ingeminant curæ, Redeunt. Virg. 4. Æn. 531.
Injicere curas. Ter. Adel. 4. 5. 76.
Itaque adeo magnam mihi injecit sua commoditate curam.
Inniti curæ, tutelæque unius. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Insidens. V. INSIDEO.
Insistere curæ rerum. V. INSISTO.
Insumere curam ad, &c. V. INSUMO.
Intendere curas. Ovid. 3. de Pont. 9. 29.
Intentus ad curas. Tacit. 4. Hist. 2.
Intermittere curam rerum. Tacit. 4. Ann. 13.
Invigilat mens curis. Sil. lib. 10. 331.
Invigilat quieti cura. Stat. 8. Theb. 623.
Juvare cura & prudentia sua aliquem. Cic. 9. Att. 18.
Laxare curas somno. Virg. 9. Æn. 225.
Laxare animos & curam ab aliqua contentione. Cic. 3. de Orat. 228.
Lenire curas somno. Virg. 4. Æn. 528.
Levare aliquem cura, & magna solatia dare. Cic. de Claris Orat. 11.
Levare curam & angorem animi, sermone & consilio. Cic. 1. Att. 15.
Liberare magna cura & solicitudine aliquos. Cic. Dolabellæ, in Epist. 15. Att. 14.
Loquuntur leves curæ. Senec. Hippol. 5. 4.
Mandare curas alicui. In MANDO.
Mitte hanc de pectore curam. Virg 6. Æn. 85.
Mutare curas pectore. Virg. 5. Æn. 701.
Nascuntur curæ plurimæ metusque ex somno. Cic. 2. de Divin. 150.
Obstat cura ducis. Claud. in sext. Conf. Hon. 233.
Onerabat paventium curas ordo Mutinensis. Tacit. 2. Hist. 34.
Partiri curas cum aliquo. Virg. 11. Æn. 822.
Pellere mortales curas. Valer. 1. Argon. 837.
Pellere curas vino. Hor. 1. Carm. 7. 31.
Perfungi cura. In PERFUNGOR.
Ponere omnem curam in re aliqua. Cic. 1. de Divin. 93.
Ponere graves curas, Seponere. Sil. 8. 235.
Populatur artus cura. i. e. Amor. Senec. Hippol. 4.
Præstare curam alicui. Quintil. lib. 2. cap. 3.
Præstare curam in deposito. Cels. in l. Quod Nerva. D. Depositi.
Premere curam sub corde. Virg. 4. Æn. 332.
Pulsis e pectore curis. Sil. 13. 263.
Recipere. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Recursat sub noctem. Virg 1. Æn. 666.
Redeunt in pectora. Stat. 8 Theb. 606.
Refectus curis. Hor. 2. Epist. 2. 136.
Rejicere cuncta curarum ad aliquem. h. e. Cunctas curas. Tacit. 3. Ann. 35.
Relaxare anxiferas curas requiete. Cic. 1. de Divin. 22. Ex quodam antiquo poeta.
Relinquere fomenta curarum. Hor. 1. Epist. 3. 26.
Relinquere curam morum. Quintil. in procem. lib. 1.
Remittere. Stat. 4. Silv. 6. 1.
Remittere curam successu. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Remordet te cura. Virg. 1. Æn. 665.
Removens soporem. Ovid. 6. Met. 293.
Resolvere curas. Virg. 1. Georg. 302.
Respondere curis alicui. i. e. Tantundem curare, aut eum amare. Virg. 6. Æn. 474.
Respuere. Claud. 8. Paneg. 160.
Secludere. Virg. 1. Æn. 566.
Semota mens cura metuque. Lucret. lib. 2. 19.
Seponere curas graves. Ovid. 3. Met. 319.
Serere curas in pectore. Catul. in Argon. 62. 72.
Serpit cura altius. Plin. lib. 14. cap. 11.
Solari curas. Virg. 9. Æn. 290.
Sollicitat cura. Senec. Hippol. v. 38.
Namque anxia me cura sollicitat tui.
Solvere curis aliquem. Senec. Hippol. 2.
Solvi a cura & liberari. Cic. pro Domo 104.
Solvit somnus curas. Ovid. 10. Met. 368.
Solutæ curæ. Catul. 29. 7.
Stupent curæ. Senec. Hippol. 5.
Subit cura. Senec. Hippol. v. 373.
— nulla jam Cereris subit
Cura, aut salutis. i. e. Neque de cibo, neque de vita cura est.
Suscipere acreis curas. Lucret. lib. 3. 462.
Suscipere curam. Cic. 7. Att. 1.
Sustinere maximam curam belli. Cic. 6. Att. 5.
Tangere curas. Virg. 4. Æn. 551. — tales nec tangere curas.
Traducere curam in. Virg 3. Georg. 157.
Post partum, in vitulos cura traducitur omnis.
Traducere a cura. Cic. 1. Fam. 1.
Vacuus curis negotiisque necessariis. Cic. 1. Off. 13.
Venire in curas, partemque laborum. Lucan. lib. 2. 347.
Non me lætorum sociam, rebusque secundis
Accipis, in curas venio, partemque laborum.
Venerari curam antiquorum. Plin. lib. 27. cap. 2. Sed antiquorum curam diligentiamque quis possit satis venerari?
Versari in aliqua cogitatione curaque. Cic. 2. de Orat. 186.
Versari curam in aliquo. Cic. Omnis cura mea solet in hoc versari semper, &c.
Vocant diversæ curæ animum. Virg. 12. Æn. 487.
Vocari in partem curarum ab aliquo. Tacit. 1. Ann. 15.
Volvere curarum tristes in pectore fluctus. Lucret. lib. 6. 33.
Urgeri multis curis. Lucret. lib. 3. 164.
Urgentibus curis Valer. 8. Argon. 24.
Cura, [ἐπιτροπή] pro Munere quo curator fungitur: vulgo *curatella* dicitur. Ulp. in l. Hæres absens. §. Si quis tutelam. D. de Judiciis, Si quis tutelam, vel curam, vel negotia, vel argentariam, vel quid aliud, unde obligatio oritur, certo loco administravit.
Liberari tutela & cura. Ulp. in l. Quum filiofamilias. D. de Legat. 3.
Cura, pro Curatione. Cic. 5. Fam.

CURIŌSUS, a, um. [πολυπράγμων, περίεργος] A nimia cura: quoties plus diligentiæ, quam oportebat, impendimus rebus vel nostris, vel alienis. Sed non tam a Cura, Curiosus videtur descendere, quam a Curia: cujus compositum est magis in usu Incuria, id est negligentia; tametsi Curia a Cura dicatur. Hæc Valla lib. 1. Cic. 4. Att. 11. Ut homini curioso, ita perscribe ad me &c.
Curiosus in bonum & in malum accipitur.
In bonum. Cic. 3. Fam. 1. Ita est homo non modo prudens, verum etiam (quod juvet) curiosus.
Curiosus & negotiis plenus. Cic. 1. de Nat. Deor. 54.
Medicinæ curiosus. Plin. lib. 25. cap. 2. Is ergo in reliqua ingenii magnitudine, medicinæ peculiariter curiosus, ab hominibus subjectis, &c.
In re aliqua curiosus. Cic. 5. Att. 14.
In exquirendo jure augurum curiosus. Cic. pro Domo 33.
Belle curiosus. Cic. 6. Att. 1.
Felicitas curiosa. Petron. Sat. cap. 118. Et Horatii curiosa felicitas.
Oculus curiosus. Apul. Milef. lib. 11.
Pictor curiosus. Petron. Sat. cap. 29.
In malum. Cic. 5. de Fin. 36. Atqui Cicero, inquit, ista studia, si ad imitandos summos viros spectant, ingeniosorum sunt: sin tantummodo ad indicia veteris memoriæ cognoscenda, curiosorum. Ter. Eun. 3. 5. 5.
Sed neminemne curiosum intervenire nunc mihi,
Qui me sequatur, quoquo eam rogitando, obtundat, enecet?
Curiosus & molestus. Cic. 2. de Fin. 29. Reperiam multos, vel innumerabiles potius, non tam curiosos, nec tam molestos, quam vos estis, quibus quicquid velim facile persuadeam.
Curiosa interpolatione tenuata charta. Plin. lib. 13. cap. 12.
In aliena Republica curiosum minime esse, officium est peregrini. Cic. 1. Off. 125.
Satisfit difficilius curiosis. Cic. 1. de Fin. 4.
Curiosus differt a Diligenti. Quintil. lib. 8. cap. 3. Est etiam quæ περιεργία vocatur, supervacua (ut sic dixerim) operositas, ut a diligenti curiosus, & a religione superstitio distat.
Curiosus, pro Delatore. Sueton. in Aug. cap. 27. Pinarium equitem Roman. quum concionante se, admissa turba paganorum, apud milites subscribere quædam animadvertisset, curiosum ac speculatorem ratus, coram confodi imperavit.
Curiosus agnus, Macilentus, quasi cura confectus. Plaut. Aulul. 3. 6. 26. Sed alii legunt Curionem.
Curiosus, Olim is erat qui cursoribus præerat: vulgo *magistrum postarum* dicimus. Earum item rerum, quæ ad cursum, pro Imperatoris, reipublicæ, aut aliorum, quibus id Imperator concesserat, negotiis agendis destinata & parata erant, curam gerebat. Ejus muneris titulus est, de Curiosis & stationariis, lib. 12. Codicis.
Compar. Phædr. Fab. 4. 1. Quidam curiosior.
Superl. Capitol. in M. Antonino Phil. cap. 26 Erat enim famæ suæ curiosissimus, &c. H. St. Desiderabatur in ed. Lugd.

CURIŌSE, Adv. [περιέργως] Columel. lib. 3. Sin autem ipsam vitem cernere voles, juxta radicem, ita ne ipsam lædas, curiose fodito.
Facere curiose aliquid. Plin. lib. 18. cap. 3.
Loqui curiose. Quintil. lib. 8. cap. 1. non procul a fine, Quos curiose potius loqui dixeris, quam Latine.
Compar. ut, Conquirere curiosius aliquid. Cic. de Clar Orat. 133.
Superl. Columel 11. 2. Vitiaria diligenter facienda, malleolisque quam recentissimis curiosissime pangenda.

CURIOSĬTAS, ātis. f. [περιεργία] denomin. Cic. 2. Att. 8. Sum in curiositate ὀξύπεινος, sed tamen facile patior te id ad me, &c.
Curiositas videtur Philologiam, seu πολυμάθειαν significare apud Gell. 2. 18. Sed

18. Sed esse arcanas caussas, ad quas paucorum potuit pervenire curiositas.

In malum accipitur apud Tertull. de Præscript. adv. Hæreticos cap. 17. Notata sunt etiam commercia hæreticorum cum magis quam pluribus, circulatoribus cum Astrologis, cum Philosophis curiositati deditis. V. etiam Apol. cap. 25.

CURIOSŬLUS, a, um. Adj. dimin. Apul. 10. Met. p. 254. Quam quidem laciniam curiosulus ventus reflabat.

CURIA, æ. f. [ἀρχεῖον, βουλευτήριον, φρατρία] a Cura deducitur. Curia, inquit Festus, Locus est ubi publicas curas gerebant. Pomponius l. 2. D. de origin. jur. Initio civitatis nostræ populus sine certa lege, sine jure certo primum agere instituit, omniaque manu Regis gubernabantur. Postea aucta ad aliquem modum civitate, ipse Romulus traditur populum in triginta partes divisisse: quas partes Curias appellarit, propterea quod tunc Reipublicæ curam per sententias earum partium expediebat. Et ita leges quasdam & ipse Curiatas ad populum tulit, tulerunt & sequentes Reges. Hæc ille. Cic. de Senect. 27. Non curia vires meas desiderat, non rostra, non amici, non clientes, non hospites. Idem lib. 3. de Orat. 167. ait Curiam etiam pro Senatu appellari. Sic ad Att. lib. 12. Ep. 21. extr. Quod me in forum vocas, eo vocas, unde etiam bonis meis rebus fugiebam. Quid enim mihi cum foro sine curia? In forum, ad agendas caussas, & ad tractanda judicia. Sine curia, Amisso Senatu, quum Senatus nullus sit. Et posuit Forum pro Judiciis, Curiam pro Senatu: quod judicia in foro fierent, senatus in curia haberetur. Figura est, quæ a Grammaticis appellatur Metonymia.

Templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilii publici, caput Urbis, aram sociorum, portum omnium gentium, sedem ab universo populo concessam uni ordini, Curiam Cic. vocat pro Milone 90.

Vindex temeritatis, & moderatrix officii curia. Cic. pro Flacc. 91.

Curia consiliis æstuat orba suis. Claud. 2. præfat. in Eutrop. 58.

In curia inclusus Senatus. Cic. 6. Att. 1.

Aspirare in curiam. In ASPIRO.

Clausa pauperibus. Ovid. 3. Amor. 8. 55.

Inducere ambitionem in curiam. In INDUCO.

Inire curiam, pro Ingredi. Tacit. 5. Ann. 4.

Jubet curia. Cic. pro Domo 77.

Venit in curiam frequens Senatus. Cic. 3. de Orat. 2.

Curia Calabra quæ dicebatur, V. CALABRA. & conf. CALO, are.

Hostilia curia. Varr. de L. L. 4. 76. Et ubi Senatus res humanas curabat, ut Curia hostilia, &c.

Pompeiana curia, in qua Pompeii simulacrum erat, & in qua Jul. Cæsar trucidatus est. Cic. 2. de Divin. 23.

Saliorum curia erat in Palatio. Cic. 1. de Divin. 30.

Martis curia. i. e. Areopagus Athenis. Juven. 9. Sat. 101.

Curiæ, inquit Festus, etiam nominantur, In quibus uniuscujusque partis Populi Romani quid geritur: quales sunt hæ, in quas Romulus populum distribuit, numero triginta: quibus postea additæ sunt quinque: ita ut in sua quisque curia sacra publica faceret, feriasque observaret: iisque curiis singulis nomina Curiarum [An Earum, vel Certarum?] virginum imposita esse dicuntur, quas virgines quondam Romani de Sabinis rapuerunt. Hactenus Festus. Ubi V. Dacer. Plaut. Aulul. 1. 2. 29.

Nam noster nostræ qui est magister curiæ,
Dividere argenti dixit nummos in viros.

Curiæ etiam antiquitus dictæ, Ubi Sacerdotes res divinas curabant. Varro de L. L. 4. 76. Curiæ duorum generum: Nam & ubi curarent sacerdotes res divinas, ut curiæ veteres, & ubi Senatus humanas &c.

CURIĀLIS, e. Adj. [φρατριακός] ut,

Consortia curialia. l. Curialibus, de Decurionibus lib. 10. C. Curialibus consortiis consulentes, censemus, &c.

Curiales flamines, Curiarum sacerdotes. Festus.

Mensæ curiales, in quibus immolabatur Junoni, quæ Curis appellata est. Festus.

CURIĀLIS, is. m. [φυλέτης] Curiales dicebantur, Qui ejusdem erant curiæ. Fest. Cic. 2. Off. 64. Theophrastus scribit quidem Cimonem Athenis etiam in suos curiales Laciadas hospitalem fuisse.

Curialis etiam pro Aulico ponitur. Ammian. 21. 22. Romulus & post eum Saboftius curiales, convicti sine respectu &c. Adde 22. 9. V. Borrich. in Voss. p. 80. & Sciopp. Animadvers. ad Voss. p. 10.

Curialis atque aulicus. Pontanus de Serm. 388. H. St.

CURIĀTUS, a, um. Adj. ut, Curiata lex, Quæ curiatis comitiis lata erat. Cic. ad Q. Frat. 3. 2. extr. V. Tacit. 1. Hist. 15. & ibi Acidal. Item Suet. Aug. 65. & Pitisc. in loc.

Comitia curiata, Conventus qui litium caussa in curiis fiebant, ut ait Festus. Gell. vero lib. 15. cap. 27. Curiata comitia erant, quæ curiatim per lictorem calabantur, id est convocabantur: quorum erant Pontifices arbitri. Cic. 2. de Lege Agr. 27. Nunc quia prima illa comitia tenetis centuriata & tributa, curiata tantum auspiciorum caussa remanserunt.

CURIĀTIM, Adv. Per singulas curias. Gell. 15. 27. pr. Per lictorem curiatim calari. Sed alii legunt Curiatum.

CURIO, ōnis. m. [φρατρίαρχος] Sacerdos curiæ. Curio Maximus, Cujus auctoritate curiæ, omnesque curiones reguntur, inquit Festus. Liv. 27. 8. Inter majorum rerum curas comitia Maximi Curionis, quum in locum M. Æmilii sacerdos crearetur, vetus excitaverunt certamen, Patritiis negantibus, C. Manilii Attelii, qui unus ex plebe petebat, rationem esse habendam: quia nemo ante eum nisi ex patribus id sacerdotium habuisset.

Curiones quoque dicti sunt Præcones. Treb. Poll. in Gallien. cap. 12. extr. Per curionem dici jussit, imposturam fecit & passus est. Euseb. lib. 4. Ecl. hist.

Agnus curio, pro Macro. Fest. Plaut. Aulul. 3. 6. 27.

ME. Volo ex te scire qui sit agnus curio?
EU. Qui ossa atque pellis totus est, ita ut cura macet.

CURIONĀLIS, is. m. Idem qui Curio. Gruter. Inscript. p. 305. n. 5. DIS. MANIBVS. FELICI. COMELIANO. PVBLICO. CVRIONALI. &c.

CURIONĀTUS, ûs. m. Curionis dignitas. Fest.

CURIONIUS, a, um. Adj. ut, Curionia sacra, Quæ a curionibus in curiis fiebant. Festus.

CURIONIUM, i. n. dicebatur Æs, quod dabatur curioni ob sacerdotium curionatus. Festus.

CURIO, ōnis. proprium. V. suo loco.

CŪRO, [τημελέω, φροντίζω, κήδομαι, ἐπιμελέομαι, θεραπεύω] āre. Operam dare; Sollicitum esse de re aliqua. Cic. pro Cœl. 54. Quod facinus in alienum hominem illatum severe acciperet, id omisisset curare in hospite?

Agere & curare. Cic. 9. Fam. 24. Sic tibi mi Pæte persuade, me dies & noctes nihil aliud agere, nihil curare, nisi ut mei cives salvi liberique sint.

Curare & attendere. Cic. 4. Fam. 13.

Omnibus rebus cura & provide ne quid ei desit. Cic. 11. Att. 3.

Alicujus caussa curare aliquid. Cic. 5. Att. 2.

Hunc tu civem ferro & armis &c. domo & patria cedere curasti. i. e. Effecisti ut domo cederet. Cic. pro Domo 5.

Non curat redire. Cic. 1. Fam. 9. Est vero probandum, qui & summa voluntate cesserit, & egregia animi alacritate abfuerit, neque sane redire curaret, &c.

Curare asservandum, inveniendum, interficiendum, &c. Ter. And. 5. 2. 24. Cura asservandum vinctum. Cæs. 8. Bell. Gall. 23. Cic. 15. Fam. 10. Faciendum cures.

Diligenter curare aliquem. Cic. 13. Att. 21.

Leviter curare aliquid. Hor. 2. Epist. 1. 51.

Probe curasti. Ter. And. 5. 2. 6.

Omnia apparata jam sunt intus. s. curasti probe.

Studiose diligenterque curare aliquid. Cic. 16. Att. 16.

Curo istæc ego, Per ironiam dictum. Ter. And. 5. 4. 18. Ego istæc moveo aut curo.

Hoc non curo. Martial. lib. 11. 95.

Hoc quoque non curo, quod tu mea carmina carpas, &c.

Curare ut. Ter. Adel. 5. 1. 10. Exemplum omnibus curarem ut esses. Cic. 12. Fam. 28. Cura ut valeas.

Quid tu me curas, quid rerum geram? Ex Plauto Rud. 4. 4. 24.

Ædes curare. Plaut. Mostel. 1. 1. 34.

Ægrotos curare. Plaut. Capt. 1. 2. 87.

Ætatem suam & se curare. Plaut. Pseud. 4. 7. 34. Ter. in Adel. 5. 1. 1. in eandem sententiam dixit, Te curasti molliter.

Alia vel Aliud curare. Plaut. Mil. 2. 1. 71. Faciemus, alia cura. Ter. Phorm. 2. 1. 26. Atqui reperi jam: aliud cura.

Aliena curare. Ter. Heaut. 1. 1. 24.

Amicos curare. Plaut. Stich. 5. 3. 9.

Nunc ibo hinc, & amicos meos curabo huc advenientes.

Boves curare. Plaut. Most. 1. 1. 34.

An ruri quæso non sunt quos curem boves?

Cinædos curare. i. e. Colere. Martial. 6. 50.

Obscœnos postquam cœpit curare cinædos.

Conscientiam animi non curat improbus. Cic. 2. de Fin. 54.

Convivia. Virg. 1. Georg. 301.

Corpora. Virg. 8. Æn. 607.

Cutem curare, Indulgere genio. Juven. 2. Sat. 105.

Equos. Virg. 8. Æn. 607.

Fidem suam, Curam habere de fide præstanda. Plaut. Trin. 1. 2. 155.

Genium mero. Hor. 3. Carm. 17. 14.

Histriones curare, aut aliquos alios, sive rem aliquam. Plaut. Amph. prol. 87.

Legiones curare, Præesse legionibus. Tacit. 6. Ann. 30. Gætulicus ea tempestate superioris Germaniæ legiones curabat.

Munus aliquod. Plaut. Truc. 2. 4. 76.

Negotia aliena. Cic. in Topic. 66.

Nihili curare, ut quidam Gramm. putarunt dici. Nihili curo, ut Magnifacio, Flocci pendo, Nauci facio. Ex his Despaut. p. 271. sed fallitur.

Officium suum curare. Plaut. Bacch. 4. 4. 108.

Parentes. Plaut. Stich. 1. 1. 53.

Partem æquam. Ter. Adelph. 1. 2. 50.

Curemus æquam uterque partem, tu alterum,
Ego item alterum.

Pecuniam curare alicui. Cic. 2. Q. frat. 4. Redemptori tuo dimidium pecuniæ curavi. Quod vulgo Remittere dicunt.

Pecuniam alicujus nomine nobis curare. Cic. 5. Fam. 20.

Pelliculam. Hor. 2. Serm. 5. 38.

—ire domum, atque
Pelliculam curare jube.

Præcepta curare & mandata alterius. Cic. 4. Att. 7. Mea mandata de domo curabis.

Prandium curare. Plaut. Men. 2. 3. 17.

— prandium ut jussisti, hic
Curatum est: ubi libet ire accubitum licet.

Prodigia curare. Liv. 1. 20. Quæque prodigia fulminibus, aliove quo viso missa susciperentur atque curarentur. i. e. Procurarentur.

Provinciam. Cic. 6. Att. 1. Appius, quum ἐξ ἀφαιρέσεως provinciam curarit, sanguinem miserit, &c. Allegoria est, quasi de Ægro loqueretur sic curato.

Sacra per sacerdotes. Cic. pro Corn. Balb. 55. Sacra Cereris, Judices, summa majores nostri religione confici ceremoniaque voluerunt: quæ quum essent assumpta de Græcia, & per Græcas sunt semper curata sacerdotes, &c.

Se. Cic. 3. de Orat. 228. Sed jam surgamus, inquit, nosque curemus.

Se reficere & curare. Cic. 9. Philipp. 6. Multis illi in urbibus, qua iter faciebat, reficiendi se, & curandi potestas fuit. Subaudi Ex morbo.

Sublimia curare. Hor. 1. Epist. 12 15.

Vitem curare falce. Plin. lib. 17. cap. 22.

Curare, pro Timere. Cic. 9. Fam. 24. Magis illos vereor qui in bello occiderunt, quam hos curo, &c. i. e. Timeo. V. Servium ad Virg. 7. Ecl. 51.

Curare, pro Ulcisci, poni dicit Serv. ad Virg. 2. Æn. 536.

Curare & polire vestimenta. Ulpian. in l. Itaque fullo. D. de Furtis, Itaque fullo, qui curanda poliendaque vestimenta accepit, semper agit.

Curare, absolutum. Ter. And. 1. 1. 144. Sat est, curabo.

Curare aliqua parte, proprium rei militaris verbum. Sallust. in Jugurth. cap. 57. pr. Legatis imperat, ubi quisque curaret, deinde signo dato undique simul clamor ingens exoritur.

Curabitur, impersonale. Ter. And. 2. 3. 28.

— hanc

—hanc fidem
Sibi me obsecravit, qui se sciret non deserturum, ut darem.
D. Curabitur.
Curatur ut vinea vetus semel fossa fit. Plin. lib. 18. cap. 27.
Curare, Coquere. Ter. And. 1. 1. 3. Nempe ut curentur recte hæc. V. Donat. in loc.
Mederi & curare. Cic. pro Rosc. Amer. 128. Intelligo me ante tempus, Judices, hæc scrutari, & propemodum errare: qui quum capiti Sexti Roscii mederi debeam, reduviam curem.
Corpora curari possunt, animorum medicina nulla est. Cic. 3. Tusc. 5.
Detractione sanguinis aliquem. Quintil. lib. 2. cap. 10.
Herbis. Ovid. Rem. Amor. 313.
Insanire omnes stultos dicimus, non tamen omnes curamus elleboro. Sen. 2. de Ben. cap. 35. H. St.
Medicaminibus curari. Cic. in Pison. 13. Quod diceres vinolentis te quibusdam medicaminibus solere curari?
Tristius curari. Cic. de Senect. 67. Facilius in morbos incidunt adolescentes, gravius ægrotant, tristius curantur.
Curare rebus alienis suo vestimento & cibo. Plaut. Truc. 1. 2. 35.
Curare rebus publicis. Plaut. Trin. 4. 3. 50.
Sed ego sum insipientior, qui rebus curem publicis
Potius quam id quod proximum'st, meo tergo tutelam geram.
Labor curandis vitibus. Virg. 2. Georg. 397.
Curari a multis, Coli. Plin. 1. Epist. 5. ad Voconium, non procul a fine, Regulus enim est locuples, factiosus, curatur a multis, timetur a pluribus. Quid autem sit Regulum curari a multis, ipse Plin. lib. 4. Epist. 2. ad Clementem, his verbis explicat: Convenitur ad Regulum mira celebritate. Cuncti detestantur, oderunt, & quasi probent, quasi diligant, cursant, frequentant. Huc facit & illud Martialis, lib. 2. 74.
Cinctum togatis post & ante Saufellum,
Quanta reduci Regulus solet turba, &c.
CURĀTUS, a, um. [ἐπιμέλητος] Partic. Cum diligentia & cura factus.
Bene curata cute nitidus. Hor. 1. Epist. 3. 15.
Membra curata sopori dare, i. e. Cœnatum dormire. Hor. 2. Serm. 2. 80.
Pecunia curata, i. e. Procurata. Cic. 5. Fam. 10.
Sermo curatus. Plin. 9. Epist. 13. Me quidam ex Consularibus amicis secreto, curatoque sermone, quasi nimis fortiter incauteque progressum corripit: revocat, monet ut desistam. Al. Accuratoque.
Compar. Cato, cap. 103. Hoc si feceris, ita boves & corpore curatiores erunt, & morbus aberit. i. e. Meliore habitudine.
Superl. ut, Preces curatissimæ, i. e. Accuratissimæ. Tacit. 1. Ann. 13.
CURĀTE, Adv. [ἐπιμελῶς] pro Accurate. Compar. Tacit. 2. Ann. 27. Ejus negotii initium, ordinem, finem curatius differam.
Editi curatius ludi. Idem 14. Ann. 21.
Superl. Sallust. Jugurth. cap. 16. Eum Jugurtha, tametsi Romæ in amicis habuerat, tamen curatissime recepit, i. e. Cum cura & honore. In omnibus MSS. Accuratissime, teste Cort.
CURANTIA, æ. f. [ἐπιμέλεια] Idem quod Curatio. Cic. 2. Q. frat. 8. Quod me admones, de non curantia, suadesque ut meminerim Jovis orationem. Ita legunt Gruterus & alii; sed ediderunt deinceps omnes De nostra Urania, ex conjectura Faërni & vestigiis MSS.
CURĀTIO, ōnis. f. [θεραπεία, θεραπευσία, ἐπιμέλεια] proprie est Medicorum, auctore Donato. Cic. 16. Fam. 6. De medico, & tu bene existimari scribis, & ego sic audio: sed plane curationes ejus non probo.
Cultus & curatio hominum. Cic. 2. de Nat. Deor. 96. Quæ quidem neque ali, neque sustentari, neque ullum fructum edere ex se sine cultu hominum & curatione potuissent. De ovibus.
Cultus & curatio corporis. Cic. 1. de Nat. Deor. 96. Omnis cultus & curatio corporis erit eadem adhibenda deo, quæ adhibetur homini, ingressus, cursus, &c.
Neque valetudinis curatio sine hominum opera ulla esse potuisset. Cic. 2. Off. 12.
Opportunus curationi. Cels. lib. 3. cap. 9.
Austera curatio. V. AUSTERUS.
Periculosa. In PERICULOSUS.
Periculosas & ancipites curationes morbis gravioribus medici adhibere coguntur. Cic. 1. Off. 83.
Adhibere curationem. Cic. 4. de Fin. 65. Hi curatione adhibita levantur in dies.
Admittere curationem. In ADMITTO.
Admovere curationem ad aliquem. Cic. 4. Tusc. 61.
Explere curationem. Cels. 7. 7.
Facere difficultatem curationi, i. e. Reddere curationem difficilem. Cels. 7. 26.
Ferre sibi curationem. Cic. pro Domo 51.
Præscribere valetudinis. Cic. 2. de Divin. 123. An Æsculapius, Serapis potest nobis præscribere per somnium curationem valetudinis?
Procedit recte curatio. Cels. lib. 7. cap. 27.
Recipere. Cels. lib. 7. cap. 20. Fere tamen hanc curationem puerilis ætas, & modicum malum recipit.
Curatio, Onus & cura, sive Provincia alicui delegata. Cic. 15. Att. 11. Ego quod eram meditatus in via, suadere ut uteretur Asiatica curatione frumenti, nihil esse jam reliqui quod ageremus, nisi ut salvi essemus.
Curatio & administratio rerum. Cic. 1. de Nat. Deor. 2. Ab omni curatione & administratione rerum vacent.
Munerum regiorum curatio. Cic. 6. Fam. 19.
Dare curationem. Liv. lib. 2. 27. Populus dedicationem ædis dat M. Lætorio primipili centurioni: quod facile appareret non tam ad honorem ejus, cui curatio altior fastigio suo data esset, factum, quam ad Consulum ignominiam. i. e. *Plus grande charge & commission, que son estat ne requeroit, ou pouvoit porter.* Budæus.
Deferre curationem ad aliquem. Liv. 27. 30. Ibi curatione Heræorum, Nemeorumque suffragiis populi ad eum delata.
Esse curationis alicujus. Cic. de Aruspi. Resp. 31. Ædes Telluris est curationis meæ.
Curatio tua est. Plaut. Pœn. 1. 2. 141.
Cur ego id curem? namque istæc magis tua est curatio.
Quid tibi hanc rem curatio est verbero? Plaut. Amph. 1. 3. 21.
Suscipere curationem & dispensationem. Cic. pro Rabir. Post. 28. Hæc una ratio a rege proposita Postumo est servandæ pecuniæ, si curationem & quasi dispensationem regiam suscepisset.
Valere curatione & potestate in aliqua re. Cic. pro Domo 14.
Curatio, [ἐπιτροπή] capitur etiam apud Jurisconsultos pro Munere publico, quod barbari *curatellam* vocant. Papinian. in l. jurisperitos. §. quum oriundus. D. de excusat. tutorum, Placuit eum duas curationes administrare non videri. Et §. sequenti, Qui privilegio subnixus est, fratris curationem suscipere non cogitur.
Matris furiosæ curatio ad filium pertinet. Ulpian. in l. furiosæ. D. de Curatore furioso, &c.
CURĀTOR, ōris. m. [ἐπιμελητής] generali nomine dicitur Præpositus alicui negotio; ut, Curator viæ Flaminiæ. Cic. 1. Att. 1.
Munerum ac venationum curator. Suet. Calig. cap. 27.
Reipub. curator. Sallust. in Jugurth. cap. 110. extr. Ceterum de Repub. vestra, cujus huc curator missus es, paucis accipe. Al. Orator peream.
Reficiendis muris curator Demosthenes fuit. Cic. de Opt. gen. Orat. 19.
Urbis & annonæ curatores, ædiles. Cic. 3. de Legib. 7.
Deligere curatores pacis ac belli. Cic. in Vatin. 35. Non nuntios pacis ac belli, non curatores, non interpretes, &c. Senatus more majorum deligere posset? Hic quoque Gul. Oratores legit.
Constituere decreto curatorem ad aliquid agendum. Julian. l. ex facto. D. de negotiis gestis, Ex facto quærebatur, quendam ad filiginem emendam curatorem decreto ordinis constitutum: eidem, &c.
Constituere curatores legibus. Cic. 2. de Lege Agr. 17.
Præficere curatorem, qui statuis faciundis præsit. Cic. 4. Verr. 144.
Curatores, [ἐπίτροποι] dicuntur Qui pupillis loco tutorum dantur: sive illi qui rei frumentariæ agrisque dividendis propositi sunt. Hæc Festus. Curator tamen est Qui puberis patrimonium a magistratu, aut a testatore curare jussus est. In Instit. civil. §. 1. de curatorib. Masculi quidem puberes & feminæ viripotentes, usque ad vicesimum quintum annum completum curatores accipiunt: quia licet puberes sint, adhuc tamen ejus ætatis sunt, ut sua negotia tueri non possint.
Curatores aut Legitimi sunt, i. e. Qui ex lege duodecim Tabularum dantur: aut Honorarii, i. e. Qui a Prætore constituuntur. Hæc Ulpian. tit. 12. ejus libri qui inscribitur, Tituli ex corpore Ulpiani.
Egere curatoris dicimus eos, Quos tacite innuere volumus non compotes esse mentis suæ. Hor. 1. Epist. 1. 102.
Petere curatorem. Quintil. lib. 7. cap. 5.
CURĀTRIX, īcis. f. Modest. in l. scire. D. de tutor. vel curator. dat. ab his. Scire oportet magistratus, quod curatrices minoribus mulieres non creabunt.
CURATORIA, æ. f. Munus curatoris pupillorum. V. leg. 1. & 2. Dig. de Excusat. utramque. pr.
CURATĒLA, æ. f. JCtis, eadem Potestas administrandi bona ejus, qui ob ætatem vel mentis corporisve vitium, suis rebus præesse nequit.
CURATŪRA, æ. f. Idem ac Cura. Ter. Eun. 2. 3. 23.
Si qua est habitior paulo, pugilem esse aiunt: deducunt cibum;
Tametsi bona est natura, reddunt curatura junceas. Cura, inquit Donatus, mentis est: Curatio, medicinæ: Curatura, diligentiæ. Sed id discrimen non est perpetuum, ut exemplis apparet.
CURAGENDĀRIUS, i. m. Qui curam publicam agit. Cod. Theod. 6. 29. Hos, quos curagendarios sive curiosos provincialium consuetudo appellat.
CURAX, ācis. [ἐπιμελητής] Adj. ut, Vigilax, pro Curioso. Caius in l. si quid venditor. D. de Ædil. edicto, Verbi gratia si constantem, aut laboriosum, aut curacem, aut vigilacem esse, aut ex frugalitate sua peculium acquirentem affirmaverit: & ex diverso levis, protervus, desidiosus, somniculosus, tardus comessor inveniatur, &c.
CURIUS, a, um. Curarum plenus. Plaut. Pseud. 4. 7. 44. Cave sis tibi a curio infortunio. conf. Taubm. p. 1020. & Salmas. in loc.
CURIUS, i. m. nom. gent. Ro. V. suo loco.
CURĬTO, āre. frequent. Apul. 7. Met. p. 218. Exin me, suum sospitatorem nuncupatum, matrona prolixe curitabat. Elmenhorst. legit Curabat.
CURCŬLIO, ōnis. m. [κίς] Animal parvum, frumentum corrodens, quasi Gurgulio: eo quod nihil in eo pene aliud quam guttur videtur: Varro 1. de R. R. cap. 63. pr. Tuendi causa promendum id frumentum, quod curculiones exesse incipiunt. id enim quum promptum est, in sole ponere oportet aquæ catinos, quod eo conveniunt, ut ipsi se necent, curculiones. Virg. 1. Georg. 185.
—populatque ingentem farris acervum
Curculio. Ubi Servius: Varro, inquit, hoc nomen per antistœchon dictum ait quasi gurgulio, eo quod nihil pæne aliud sit quam guttur. Curculio, per tertiam alphabeti litteram scribendum, licet per septimam G, proferatur: ut deprehendi potest ex argumento Plauti, quod suæ comœdiæ, quam Curculionem ipse scripsit, præpositum videmus: in quo singulorum versuum prima littera componit dictionem CURCULIO.
Curculione infestantur etiam fabæ & lentes, ut docet Columel. lib. 2. cap. 10.
Curculio significat etiam Gulam. Varro 2. de R. R. cap. 3. pr. Hircus molliori pilo, & potissimum albo, ac cervice & collo brevi, curculione longiore. [Distinguit nominatim a Gula Veget. Mulom. 1. Ne altius imprimas manum, & gulam atque gurgulionem rumpas, & arteriam præcidas. Lactantio ipsa Arteria trachea est. V. GURGULIO. Sic enim cum pars corporis est scribendum videtur. In Vet. Gloss. pro Gurgustio ponitur: Gurgulio, Οἰκημάτιον βραχύ. nisi mendum est.
Non desunt qui Curculionem pro Uvula & columella accipiant, quæ trachiam arteriam operit: Græci Epiglottida vocant.
CURCULIUNCULUS, i. m. dimin. Plaut. Rud. 5. 2. 38. Curculiunculos minutos fabulare. i. e. Res nullius usus narras.
CŬRES, ium. plur. [Κύρεις Steph.] Sabinorum oppidum, cui imperabat T. Tatius: cujus cives, Quirites dicebantur. Virg. 8. Æn. 638.
—Tatioque seni, Curibusque severis.
Parvi Cures, i. e. Pauperes. Virg. 6. Æn. 811. Hinc
CŬRENSES, ium. m. Populi in quarta regione Italiæ a Plinio collocati, lib. 3. cap. 12.
CURENSIS, e. Adj. ut, Turba Curensis. Ovid. 3. Fast. 94.
A tribus hunc primum turba Curensis habet. Alii legunt Forensis; sed Burmannus Curensis legendum dicit.
CŬRĒTES, um. m. pl. [Κούρητες] Quidam Cretæ populi, de quibus Ovid. 4. Met. 282.
—lar-

— largoque ſatos Curetas ab imbri. Virg. 3. Æn. 131.
Et tandem antiquis Curetum allabitur oris. Ubi Servius, Curetes ſunt populi, primi cultores Cretæ.

Curetes erant in Creta Adoleſcentes quidam, armiſonam cum ſaltibus agilitatem edentes, proferentes quandam de Jovis origine fabulam, in qua Saturnum introducunt, mox filios ut in lucem editi fuerint, devorantem: Rheam vero dolores pariendi diſſimulare conatam, natum infantem longe ablegantem, & ei ſalutem pro viribus comparantem: Quam quidem ad rem adjutores Curetas aſſumere: Illos cum tympanis ac ſtrepitu armiſonantique chorea tumultuantes, deam curioſe circumſiſtere, ut Saturnus attonitus, & oblivione involutus, avulſum non agnoſcat infantem, nec ejus vagitum exaudiat. Eiſdem curam & ſtudium Jovis infantis nutriendi commendari. Curetes itaque, i. e. Curatores, vel quia ei miniſtrarent: vel quia Jovis κυροτροφίαν, id eſt alimoniam (utrumque enim dicitur) operati ſint, appellationem hanc ſunt aſſequuti. Ex Strabone lib. 10. ubi & longe plura de Curetibus & eorum nomine tradit. Curetibus, Corybantibus, & Idæis Dactylis Ops Saturni uxor Jovem cuſtodiendum dedit in monte Cretæ Dictæo: ne eum Saturnus conſumeret, ut filios omnes ſolebat. Tunc itaque apes æris ſonum ſequutæ, Jovem melle aluiſſe dicuntur: pro qua re eis poſtea præſtitit Juppiter, ut haberent liberos ſine ullo concubitu. Hactenus Servius in illud 4. Georg. 149.

Nunc age, naturas apibus, quas Juppiter ipſe
Addidit, expediam: pro qua mercede canoros
Curetum ſonitus, crepitantiaque æra ſequutæ,
Dictæo cæli regem pavere ſub antro. V. Cæl. lib. 5. cap. 4. & lib. 13. cap. 17. Rurſum lib. 15. cap. 8. & lib. 17. cap. 12. V. etiam Hyginum fabula 139.

Curetes, Sacerdotes Cybeles, qui & Corybantes dicuntur, qui ad ſacra Cybeles admiſſi ſunt caſti & puri, illicque ſaltant armati. V. GALLI.
Dictæi Curetes. Lucret. lib. 2. 629. V. ibi Lambin.

CURETĬCUS, a, um. Adj. Creticus. Sil. lib. 15. 308.
OEneaſque domos, Curetica tecta ſubibat.

CURIA, CURIALES, CURIATUS, In CURA.

CURICTÆ, Populi Illyrici, conventus Scardonitani, quos jus Italicum habere Plinius dicit lib. 3. cap. 21.

CURIO, In CURA.

CŪRIO, [Κυρίων] Q. Curio, pater C. Tribuni pleb. teſte Valerio, magnus Orator: is quum Cæſaris inimicus eſſet, appellavit eum in quadam Oratione, omnium mulierum virum, & mulierem omnium virorum, ut Tranquillus in Cæſare cap. 52. extr. refert.
C. Curio filius, Tribunus pleb. Cæſarianas partes ſequutus eſt, vir luxu & audacia ſingulari: ſexcenties enim H-S, debebat æris alieni, ut Valerius 9. 1. 6. de luxuria ſcribit. Ad hunc ſunt priores Cic. Epiſt. lib. 2. Is Curio ut ſe ære alieno liberaret, atque emergeret, Cæſarem ad bellum civile impellebat, ut ſcribit Cic. 16. Fam. 10. Et Lucan. lib. 1. 269.

CURIOSUS, In CURA.

CŪRIS, is. f. [κύρις] Lingua Sabinorum Haſta dicitur. Unde Romulus Quirinus, qui eam ferebat, eſt dictus, & Romani a Quirino Quirites dicuntur. V. Macrobium lib. 1. Saturn. cap. 9. Et Servium in 1. Æn. 296. Alii a Curibus Sabinorum id nomen arceſſunt.

CURITIS, is. f. Curitim Junonem appellabant, quia eandem ferre haſtam putabant. Feſtus.

CURITIS, is. f. Oppidum Cyboto monti propinquum, quod aliquando a terra eſt abſorptum. Auctor Plin. lib. 2. cap. 91. V. ibi Harduin.

CŪRIUS, i. m. [Κύριος] M. vel ut aliis placet M' i. e. Manius Curius Dentatus, Romanus civis exactiſſimæ frugalitatis, & perſpectæ fortitudinis. hic quum in ſcamno ſederet, rapaſque in foco torreret, & Samnitum legati magnum auri pondus publice miſſum attuliſſent, invitarentque ut eo uti vellet: reſpondit, M. Curium malle imperare locupletibus, quam locupletem fieri: & qui acie vinci non potuit, eum pecunia corrumpi non poſſe. Hic primum de Samnitibus triumphavit, quos uſque ad mare ſuperum pacavit. Deinde de Sabinis triumphavit. Poſtremo de Lucanis ovans urbem intravit. Pyrrhum regem Epirotarum ex Italia pepulit. Quaterna dena agri jugera viritim populo diviſit: ſibique totidem conſtituit, dicens, neminem eſſe debere, cui non tantum ſufficeret. Hujus meminit Juvenal. 11. Sat. 78. & 2. Sat. 3.
Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia vivunt. De hoc verſu, qui in proverbium abiit, vide Eraſ. Chiliad.
Curios Municipes fuiſſe, Cic. pro Murena 17. & pro Sulla 23. demonſtrat, Municipii mentionem facit nullam.
Capillis incomptis Curius. Hor. 1. Carm. 12. 41.
Pauper erat Curius reges quum vinceret armis Claud. 4. Conſ. Hon. 412.
Fuit & Curius, Alexandrinus presbyter ſub Diocletiano, tanta doctrinæ fama, ut Origenes junior appellaretur, ut ſcribit Hieronymus.

CURIANUS, a, um. Adj. ut, Judicium Curianum. Quintil. 7. 6. p. 640. V. Cic. 1. de Orat. 180.

CURMI, n. [κοῦρμι] Potionis genus, quod paratur e frugibus, nimirum hordeo, triticoque in aqua maceratis, & bibitur vini loco. Matthiol. Curmi nihil aliud antiquis fuiſſe ſcribit, quam eſt hoc tempore Cerviſia, quam loco vini bibit univerſa regio Septentrionalis. De hoc vide Dioſcor. lib. 2. cap. 81. Ulp. l. ſi quis. D. de tritic. vin. & oleo leg.

CURMUNDULA, æ. f. Herba gratiſſimi ſaporis, corticis tenerrimi: quapropter a pleriſque nequaquam detracto corio editur, unde nomen habet. Perottus.

CURO, are. V. CURA.

CŪRŎTRŎPHĪUM, i. n. [κουροτρόφειον] Domus alendis pueris deſtinata. κοῦρος enim puerum ſignificat. Utitur Juſtin. l illud. C. de ſacroſ. eccl. Differt autem a Brephotrophio, quod in hoc infantes, recenteſque partus aut expoſiti, aut parentibus egentibus nati alebantur: in illo pueri grandiuſculi, qui nondum labore ſuo victum ſibi parare poterant. Hotom.

CURRO, cŭcurri, curſum, [τρέχω, θέω] ĕre. Notæ ſignificationis. Ter. Adelph. 3. 2. 55. Curre, obſtetricem arceſſe.
Cucurrit Puteolos. Cic. 10. Att. 4.
Longius currere. In LONGUS.
Solito velocius currere. Ovid. 14. Met. 389.
Currere ad mortem. Plin. 1. Epiſt. 22. ad Catilium Severum, Impetu quodam & inſtinctu currere ad mortem, commune eſt cum multis.
Currere per vias. Plaut. Pœn. 1. 2. 80.
Currere per campos. Ovid. 5. Met. 613.
Æquor currere. Virg. 3. Æn. 191.
Vela damus, vaſtumque cava trabe currimus æquor.
Currere ſtadium. Cic. 3. Off. 42. Qui ſtadium currit, eniti & contendere debet quam maxime poſſit, ut vincat.
Iter currere. Virg. 5. Æn. 862.
Currit iter tutum non ſecius æquore claſſis.
Subſidio currere. Cic. 12. Att. 7. Sedulo iis factis, Calypſo ſubſidio currat.
Placido currere fluctu. Proſpere navigare. Valer. 1. Argon. 265.
Ætas ferox currit. Hor. 2. Carm. 5. 13.
Carmina currunt molli limite. Martial. lib. 11. 91.
Carmina nulla probas, molli quæ limite currunt, &c. V. Verſus.
Fluvii currunt. Virg. 1. Æn. 611.
Frigus per oſſa cucurrit. Ovid. ad Liv. 153.
Menſura currit. V. Menſura in METIOR.
Mors. Lucan. lib. 2. 100.
Quantoque gradu mors ſæva cucurrit.
Nox inter pocula. Propert. lib. 3. 10. 21.
Oratio currit proclivius. Cic. 5. de Finib. 84.
Sententia. Hor. 1. Serm. 10. 9.
Eſt brevitate opus, ut currat ſententia.
Tremor ima per oſſa. Virg. 2. Æn. 121.
Verſus. Hor. 1. Serm. 10. 1.
Nempe incompoſito dixi pede currere verſus
Lucili. Sic Carmina ſupra.
Vox currit. Plin. lib. 11. cap. 51.
Curritur, imperſonale. Ter. in prol. Heaut. 44. Si qua laborioſa eſt, ad me curritur. Cic. 7. Verr. 71. Curritur ad Prætorium. V. Quintil. 1. 4.

CURRENS, entis. [τρέχων] Partic. Ter. in prol. Eun. 36.
Qui magis licet currentes ſervos ſcribere, &c.
Fata currentia. Sil. lib. 7. 307.
Freta currentia. Hor. 1. Epiſt. 3. 4.
Rota currens, i. e. In orbem acta. Hor. de Arte Poet. v. 22. — amphora cœpit Inſtitui: currente rota cur urceus exit? de Figuli rota.
Unda. Virg. 3. Georg. 330.
Spatium currenti præmonſtrare. Lucret. lib. 6. 91.
Currentem incitare, eſt Adhortari quempiam ad id, ad quod jam ſuapte ſponte tendit. Cic. 13. Att. 42. Quod me hortaris, ut eos dies conſumam in Philoſophia explicanda, currentem tu quidem. Idem 2. de Orat. 186. Facilius enim eſt currentem (quod aiunt) incitare, quam commovere languentem. Ducta eſt metaphora ab his qui curſu certant, quibus acclamatio ſolet addere velocitatem.
Supercilia currentia uſque ad malarum ſcripturam. Petron. Sat. cap. 126.

CURSIM, Adv. [δρομάδην] Currendo, inquit Valla. Cic. 11. Philipp. 4.
Alter in Aſiam irrupit curſim.
Agere cito & curſim aliquid. Plaut. Pœn. 1. 2. 156.
Annotare curſim aliquid. Plin. 3. Epiſt. 5. Super hanc liber legebatur, annotabatur, & quidem curſim.
Attingere curſim & breviter quæ ſint inculcanda. Plin. 1. Epiſt. 20.
Currere curſim. Plaut. Pſeud. 1. 3. 124.
Dicere ſenſim & Curſim, contraria. Cic. 2. Philipp. 42. Vide autem inter te & avum tuum quid interſit: ille ſenſim dicebat quod cauſæ prodeſſet, tu curſim dicis aliena.
Legere curſim. Plin. 5. Epiſt. 15. Rationes legebam invitus & curſim.
Pergere curſim ad dignitates. Cic. 5. Tuſc. 13.
Tranſire libros curſim. Gell. 9. 4.

CURSIO, ōnis. f. Varro de L. L. 4. 1. Corpus eſt, ut curſor: locus, ſtadium, qua currit: tempus, hora, qua currit: actio, curſio.

CURSUS, ûs. m. [δρόμος, δρόμημα] Ipſe currendi actus. Plin. lib. 12. cap. 19. Hi recto curſu per ſinus impellunt.
Acrior curſus. Stat. 4. Silv. 3. 103.
Æquorei. Valer. 1. Argon. 483.
Aërius. Ovid. 6. Met. 709. i. e. Volatus.
Agiles. Stat. 4. Silv. 3. 32.
Anhelus. Ovid. 11. Met. 348.
De conſorte ſuo curſu feſtinus anhelo.
Apertus, i. e. Liber. Stat. 10. Theb. 863.
Attoniti. Sil. lib. 17. 590.
Avidi. Virg. 12. Æn. 909.
Avidos curſus illidere in equum. Stat. 11. Theb. 518.
— cæcuſque avidos illidit in ægrum
Cornipedem curſus.
Breviſſimus curſus undis. Virg. 3. Æn. 507.
Cæcus. Lucan. lib. 2. 557.
— tam cæco trahis omnia curſu. Fortunam alloquitur.
Celer. Sen. Thyeſt. v. 8.
Aut membra celeri differens curſu rota?
Citus. Sen. Hippol. 4.
Clauſus. Martial. lib. 12. 57.
Contentus. Cic. pro Muren. 33. Quum contento curſu, acerrimis ducibus, hoſtium claſſis Italiam ſpe atque animis inflata peteret.
Continenti curſu ſequi fugientem. In CONTINEO.
Continuus. Claud. 6. Conſ. Hon. 291.
Declivis. Lucan. lib. 4. 114.
Non habeant amnes declivem ad litora curſum.
Defrenatus. Ovid. 1. Met. 282. de amnibus,
Et defrenato volvuntur in æquora curſu.
Diurni. Ovid. 4. Met. 629.
— dum Lucifer ignes
Evocet Auroræ curſuſque Aurora diurnos.
Emeriti curſus anni. Ovid. 3. Faſt. 43.
Equeſtres. Virg. 5. Æn. 667.
Facilis. Virg. 1. Georg. 40.
Fulmineus, i. e. Celerrimus & impetuoſus. Claud. 6. Conſ. Hon. 469.
Furente. Sen. Med. 11.
Incerto curſu navigare. Cic. 8. Att. 5. Infero mari nobis incerto curſu, hieme maxima navigandum eſt.
Incitatus. Cic. in Orat. 201. Interdum enim curſus eſt in oratione incitatior, interdum moderata ingreſſio.
Incitus. i. e. Velox. Sen. Theb. 1.
Infracti. Valer. 3. Argon. 236. — infracti langueſcunt frigore curſus.

Infrenus. V. INFRENO.
Inoffensus, V. paulo post, Agere.
Invicti certamine. Ovid. 8. Met. 311.
Liber. V. LIBER.
Longi. Ovid. 1. de Pont. 2. 86.
Magnus. Sil. lib. 16. 82.
Medius. Virg. 10. Æn. 870.
Menstruus Lunæ. Catul. in Carm. sæcul.
Menstrui cursus, Menstrua muliebria. Plin. 11. 39. Cum menstrui cursus stetere.
Mobilis. Sen. in Hippol. 4.
Montivagi. Sil. lib. 3. 546.
Clausum montivagis infestat cursibus hostem.
Multivagus Lunæ. In MULTUS.
Obliqui. Ovid. 9. Met. 18.
Perpetui cursus conversionesque cælestes. Cic. 1. de Legib. 24.
Præceps. Lucan. lib. 3. 391.
— tenuit flagrantis in omnia belli
Præcipitem cursum.
Præpes equi volucris. Claud. 1. in Ruff. 262.
A principe cursu rerum, A principio nascentis orbis. Valer. 1. Argon. 532.
Propero. Ovid. 15. Epist.
Rapidus. Virg. 5. Æn. 291.
Rectus. Hor. 2. Serm. 5. 78.
Sollicitus. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 29.
Sospes, i. e. Prosper & incolumis. Hor. in Carm. sæcul. 40. Prosperam intelligit navigationem.
Summus ille cæli stelliferi. Cic. in Somn. Scip. 12.
Tacitus. Ovid. 14. Met. 354.
Timidus. Ovid. 1. Met. 525.
Tranquillus. Claud. 1. in Ruff. 45.
Trepidus. Virg. 4. Æn. 672.
Vagus. Claud. 3. Conf. Hon. 181.
Volucer. Claud. in 2. Conf. Stilich. 321.
Advertere cursus. Ovid. 3. Met. 636.
Æquare. Sil. lib. 15. 578.
Illum augent cursus adnixi æquare secando.
Agere. ut, Astra inoffensos agant æterna cursus; i. e. Machina universi maneat ut ab Jove instituta est. Sen. Herc. fur. v. 928.
Agere cursum. Sen. Hippol. 5.
Agitare feras cursu. Virg. 3. Georg. 409.
Aperire. Sen. Agamemn. v. 430.
Aperitque cursus mille quos puppes secent.
Capessere. V. CAPESSO.
Circumflectere longos. Virg. 5. Æn. 131.
Collatis cursibus, Commisso prælio. Valer. 6. Argon. 270.
Conficere aliquem. Cic. de Clar. Orat. 324.
Constituere. Quintil. lib. 1. cap. 10.
Contendere cursu. Virg. 5. Æn. 291.
Hic qui forte velint rapido contendere cursu.
Contendere cursum. In CONTENDO.
Contingere metam cursu. Hor. in Arte Poet. 412.
Converso relegam vestigia cursu. Claud. de Bell. Get. 529.
Corripere. In CORRIPIO.
Dare. Virg. 3. Æn. 337.
Sed tibi qui cursum venti, quæ fata dedere? Virg. 4. Æn. 653.
Vixi: & quem dederat cursum fortuna peregi.
Dare facilem cursum. Virg. 1. Georg. 40.
Dare cursum in. i. e. Incurrere. Virg. 10. Æn. 870.
Sic cursum in medios rapidus dedit.
Defatigari cursu. V. DEFATIGO.
Delabi. Ovid. 2. Met. 838.
Pelle moram, subitoque celer delabere cursu.
Detorquere ad aliquem. Virg. 4. Æn. 196.
Dirigere aliquo. Virg. 5. Æn. 162.
Distare longo. Virg. 3. Æn. 115.
Placemus ventos, & Gnosia regna petamus,
Nec longo distant cursu.
Ducere. Virg. 5. Æn. 667.
Errare incerto. Sen. Herc. fur. 2.
Errare sollicito. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 29.
Evadere pugna cursu. Virg. 11. Æn 702.
Eunt cursu in eam sententiam. Plin. lib. 2. cap. 7.
Evolat præpeti. Sen. Hippol. 10.
Excutimur cursu, & cæcis erramus in undis. Virg. 3. Æn. 200. i. e. A proposito itinere avertimur. Servius.
Exercere cursu se. Plaut. Bacch. 3. 3. 25.
Explicare cursum celerem citatis passibus. Sen. Hippol. 10.
Extendere. Virg. 12. Æn. 909.
Ferri libero. V. LIBER.
Figere. Stat. 3. Theb. 503.
Flectere aliquo. Claud. 3. Conf. Hon. 181.
Flectere in lævum. Ovid. 1. Trist. 10. 17.
Fluere cursibus obliquis. Ovid. 9. Met. 18.
Frangere gyro cursum. Lucan. lib. 3. 555.
Frenare cursus aquarum glacie. Virg. 4. Æn. 196.
Fugere timido. Ovid. 1. Met. 525.
Fugit mobili. Sen. Hippol. 4.
Habere. Quintil. lib. 2. cap. 13.
Impediunt cursum undæ. Ovid. 1. Met. 703.
Impedire vestigia cursu. Virg. 5. Æn. 592.
Impellere fatorum. Lucan. lib. 5. 41.
Inclinare. Ovid. 2. Met. 721.
Sic super Actæas agilis Cyllenius arces
Inclinat cursus.
Inire cursus. Virg. 5. Æn. 583.
Inde alios ineunt cursus, aliosque recursus
Adversis spatiis.
Instituere cursum. V. INSTITUO.
Instruere equorum cursus. Virg. 5. Æn. 549.

Jungere cursum equis, i. e. Æquare cursum equorum. Liv. 44. 26. pr. Veniebant decem millia equitum, par numerus peditum, & ipsorum jungentium cursum equis, & in vicem prolapsorum equitum vacuos capientium ad pugnam equos.
Labat incerto limite cursus. Stat. 5. Silv. 3. 237.
Librare in liquido aëre cursus. Ovid. 2. Amor. 6. 11.
Peragere. Virg. 4. Æn. 452.
Petere alium. Cic. 3. Att. 8. Ille incertus ubi ego essem, fortasse alium cursum petivit.
Petere cursu locum aliquem. Virg. 6. Ecl. 80.
Præterire hos & illos cursu. Virg. 4. Æn. 157.
Procedente temporis cursu. Firmic. lib. 4. cap. 1. non procul ab initio.
Provocare auras cursibus. Virg. 3. Georg. 193.
Quatere aliquem. Virg. 3. Georg. 132.
Rapere cursus, Accelerare. Sen. Hippol. 9.
Rapere cursum per. Claud. 1. in Eutrop. 375.
Sic effata, rapit cæli per inania cursum
Diva potens.
Regere. Virg. 6. Æn. 350.
Repetit mens cursum, i. e. Recipit usum rationis. Sen. Herc. fur. 12.
Requierunt flumina suos cursus, i. e. Cursus proprios retardarunt & fecerunt esse quietos. Virg. 8. Ecl. 4.
Revocare aliquem e. Cic. Topic. 1. Majores nos res scribere ingressos, C. Trebati, & iis libris, quos brevi tempore satis multos edidimus, digniores, e cursu ipso revocavit voluntas tua.
Revocare cursum sanguini. Cels. lib. 5. cap. 26.
Sum. ut, Esse in. Cic. 1. de Orat. 147.
Superare canem. Hor. 1. Epist. 18. 51.
Supprimere habenas cursus aerii. Ovid. 6. Met. 709.
Nec prius aerii cursus suppressit habenas,
Quam Ciconum tenuit populos, &c. i. e. Non prius destitit volare.
Tendere cursum per juga. Claud. 6. Conf. Hon. 291.
Tendere cursus. V. supra, Æquoreus.
Tendere cursu aliquo. Virg. 2. Æn. 321.
Tenere cursum eundem. Cic. 7. Verr. 88. Sed tunc inopes relicti a duce, præfectoque classis, eundem necessario cursum tenere cœperunt.
Torquet medios nox humida cursus. Virg. 5. Æn. 738.
Transcurrere cursum suum. V. TRANSCURRO.
Transit equum cursu pernicibus ignea plantis. Virg. 11. Æn. 718.
Transmittunt cursu campos. Virg. 4. Æn. 154.
Valere cursu pedum. Virg. 5. Æn. 67.
Venire magno cursu. Sil. lib. 16. 83.
Vertere cursus. Virg. 3. Æn. 146.
Cursus ad aliquem est. Cic. 12. Fam. 6. Qui si conservatus erit, vicimus: sin (quod dii omen avertant) omnis omnium cursus est ad vos.
Cursus in. Cic. 10. Att. 4. Nam mihi cursus in Græciam per tuam provinciam est.
Abiit animus in varios cursus. V. ABEO.
Animi & industriæ cursus. Cic. 5. Att. 15.
Aquarum. Virg. 4. Georg. 136.
— & glacie cursus frenaret aquarum.
Avium. Apul. Ei inopinanti avium cursus terrorem adjecere. Plura V. supra exempla de Volatu.
Benevolentiæ cursum sustinere. Cic. de Amicit. 64. Est igitur prudentis, sustinere ut cursum, sic impetum benevolentiæ quo utamur, quasi aquis tentatis, sic amicitiis aliqua parte periclitatis moribus amicorum.
Fatorum cursus. Lucan. lib. 5. 41.
Tollite signa duces: fatorum impellite cursum.
Honorum cursus, i. e. Tempus gerendorum honorum, ait Budæus. Cic. pro Planc. 17. Si doceo Plancium non obrepsisse ad honorem, sed eo venisse cursu qui semper patuerit omnibus. [Hic est Petitionis cursus.
Ingenii tui cursum, Brute, premit hæc importuna clades civitatis. Cic. in Brut. sub finem.
Lunæ cursus. Liv. 1. 19. extr.
Rerum cursus atque exitus. Cic. 4. Fam. 2. Neque solum ea perspicis, quæ geruntur, quæque jam gesta sunt, sed etiam qui cursus rerum, qui exitus futurus sit.
Siderum spatia & cursus. Cic. 2. de Nat. Deor. 49. Nam quum duo sint genera siderum, quorum alterum spatiis immutabilibus ab ortu ad occasum commeans, nullum unquam cursus sui vestigium inflectat, alterum autem continuas conversiones duas, iisdem spatiis cursibusque conficiat.
Vitæ cursus. Cic. de Senect. 33. Cursus est certus ætatis, & via una naturæ, eaque simplex.
Vitæ cursum implere. V. IMPLEO.
Vitæ, brevis cursus: gloriæ, sempiternus. Cic. pro Sext. 47.
Vivendi cursus. Cic. 1. Off. 117. Itaque ante implicatur aliquo certo genere cursuque vivendi, quam potuit, quod optimum esset, judicare.
Vocis cursus per omnes sonos. Cic. 3. de Orat. 225.
Cursus, pro Modo vivendi. Plin. in Paneg. cap. 43. Tene, Cæsar, hunc cursum, & probabitur experimento, sitne feracius, &c.
Cursus exhibitio, pro Rationum relatio, quasi totius procurationis ac muneris sui discursus, sive Διαδρομὴ edatur. Constant. l. 4. C. de episc. & cleric. ubi quum initio dixisset, Officiales rationales, si exhibitione cursus, seu primipili necessitate neglecta: mox infert, Si vero obnoxii ratiociniis, vel necessitatibus non sint. Hotom.
Concitus insano cursu. Ovid. 3. Met.
Deprensus cursu. Sen. Herc. fur. 4.
Exhaustus cursu. Lucan. lib. 8. 3.
Fortis cursu. Ovid. 3. Met. 219.
Magno cursu contexere verba. Juven. 14. Sat. 27.
—exspectas ut non sit adultera Largæ
Filia? quæ nunquam maternos dicere mœchos
Tam cito, nec tanto poterit contexere cursu,
Ut non ter decies respiret.
Cursus & Currus confunduntur in MSS. V. Drakenb. ad Sil. lib. 16. 234.
CURSUĀLIS, e. Adj. Idem ac Cursorius. Cod. Theod. 12. 11. Rheda cursualis.
CURSŪRA, æ. f. [δρόμημα] Idem quod Cursus. Plaut. Bacch. 1. 1. 34. Varro 2. de R.R. cap. 7. Equi, quod alii sunt idonei ad rem militarem, alii ad vecturam, alii ad cursuram, &c.

Inci-

Incipere curſuram. V. INCIPIO.

CURSOR, ōris. m. [δρομεὺς] Martial. lib. 3. 100.
Curſorem ſexta tibi, Rufe, remiſimus hora. Cic. 2. Tuſc. 56.
In ſtadio curſores exclamant quam maxime poſſunt.
Armillati curſores. V. ARMILLA.
Curſor antecedit. Martial. lib. 12. 24.
Succinctus neque curſor antecedit.
Curſores, abſolute Mauricio de Re Mil. quem citat Turnebus Adverſ. 24. 16. dicuntur Equites quidam, qui ante agmen & aciem excurrunt, hoſteſque verſos in fugam perſequuntur: ſicut & Defenſores, alios quoſdam nominat, qui ex acie non exeunt, nec excurrunt, ſed ordines ſemper ſervant. V. Paul. JCtum l. 99. §. ult. Dig. de Legat. & fideicomm. 3. Item Erhard. ad Petron. cap. 28. p. 100. Burm.

CURSOR, Cognomen fuit L. Papirii, a velocitate curſus. Livius 9. 16.

CURSŌRIUS, a, um. Adj. [δρομικὸς] Quod ad curſum pertinet: ut, Curſoria navis. Sidonius lib. 1. Ep. 5. Tiphim curſoriam, ſic navigio nomen, aſcendi. Sed rectius legitur, Ticini curſoriam &c. V. DROMONES.
Termini curſorii. Frontin. de Colon. p. 141.

CURSORIUM, i. n. Qua limitum terminus incedit. Rigalt. Gloſſ. Agrimenſ. p. 299.

CURSĬLĬTAS, ātis. f. Fulgent. 3. Mythol. Vagabunda curſilitas diſplicet.

CURRAX, ācis. Adj. Gratius Cynegetico v. 89.
Nam fuit & laqueis aliquis curracibus uſus. V. ibi Barth. in Gloſſ. Gr. Lat. Δρόμαξ, Currax.

CURSO, āre. frequent. Cic. 1. de Divin. 14.
Fuſcaque nonnunquam curſans per litora cornix.
Curſare per foros. Cic. de Senect. 7. Simileſque ſunt ut hi qui gubernatorem in navigando agere nihil dicant, quum alii malos ſcandant, alii per foros curſent, &c.
Curſare huc atque illuc via deterrima. Cic. 9. Att. 11.
Curſare circum patronos atque hoſpites. Cic. 6. Verr. 41. Diodorus Romæ ſordidatus circum patronos atque hoſpites curſare: rem omnibus narrare.
Ultro & citro. Cic. pro Roſc. Amer. 60. Poſtea homines curſare ultro & citro non deſtiterunt.
Vias. Valer. 4. Argon. 108.
Curſatur, imperſonale. Ter. Hec. 3. 1. 35.
Trepidari ſentio, curſari ſurſum prorſum, &c.

CURSĀTIO, ōnis. f. Donat. ad Ter. Hec. 3. 1. 35. Trepidatio ad vocem refertur loquentium, Curſatio ad ſonum pedum.

CURSĬTO, āre. frequent. a Curſo frequentativo. Ter. Eun. 2. 2. 47.
Ne ſurſum deorſum curſites: &c.
Curſitare ad aliquem. Ter. Eun. 2. 2. 56.
Ne quis forte internuntius clam a milite ad iſtam curſitet.
Huc & illuc. Hor. 4. Carm. 11. 10.

CURSITĀTIO, ōnis. f. Solin. cap. 54. Solenni curſitatione lacum populus circuit.

CURRUS, ûs. m. [ἅρμα, ἅμαξα, δίφρος] Vehiculi genus, dictum quod eo veteres veherentur ad curſum. Virg. 12. Æn. 162.
Quadrijugo invehitur curru.
Currus appellatione, Bigæ etiam & Quadrigæ continentur: unde Triumphales currus vocitantur. V. Bayſium in libello de Vaſculis.
Phaeton currus auriga paterni. Ovid. 2. Met. 327.
Hyperionis currus. i. e. Phœbi qui filius fuit Hyperionis Titanis: cujus etiam nomen retinet. Valer. 2. Argon. 35.
Alipes currus. Valer. 5. Argon. 611.
Altus. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 318.
Armatus. Liv. 1. 21. Ad id ſacrarium flamines bigis curru armato vehi juſſit. In emendatis libris legitur Arcuato.
Candidi Dianæ. Sen. Hippol. 6.
Celeres. Sen. in Agamemn. 9.
Citati. Sil. lib. 8. 663.
Citus. Sen. Hippol. 10.
Eburnus, Triumphalis. Tibul. lib. 1. 8. 8.
Falcati. Valer. 6. Argon. 105. Antiquis falciferi currus erant ad hoſtes laniandos.
Falciferi. Lucret. lib. 3. 642.
Ferreus Martis. Claud. 4. Conſ. Hon. 16.
Fulgens Gloriæ. Hor. 1. Serm. 6. 23.
Inanis. Stat. 6. Theb. 520.
Laboriferi Tithoniæ, i. e. Auroræ. Stat. 6. Theb. 25.
Lacer. Ovid. 2. Met. 318.
Sparſaque ſunt late laceri veſtigia currus.
Levis. Ovid. 1. de Arte Am. 4.
Martius, cujus equi Terror & Pavor dicuntur a Valer. 3. Argon. 82.
Micantes ſtamine. Claud. Conſ. Prob. & Olyb. 179.
Nigri Plutonis. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 227.
Nitidus. Hor. in Carm. ſæcul. 9.
Nitidi Dianæ. Sen. Hippol. 3.
Præceps. Virg. 3. Georg. 358.
Quadrijugi. Virg. 3. Georg. 18. & 12. Æn. 162.
Rapidus. Virg. 12. Æn. 478.
Superbus. Sen. Troad. 3.
Trepidi. Valer. 6. Argon. 401.
Ventoſus. Hor. 2. Epiſt. 1. 177.
Volucris. Hor. 1. Carm. 34. 8.
Currum, pro Equis poſuit Virg. 12. Æn. 287.
Infrenant alii currus. Et 1. Georg. 514.
— neque audit currus habenas. Hæc Servius.
Currus per metonymiam pro Triumpho. Cic. 15. Fam. 6. Et ſi non modo omnes, verum etiam multi Catones eſſent in civitate noſtra, in qua unum exitiſſe mirabile eſt, quem ego currum, aut quam lauream cum tua laudatione conferrem? Et Florus 4. 12. 53. Digna res lauro, digna curru ſenatui viſa. V. Heinſ. ad Sil. 6. 546.
Agere currus. Ovid. 2. Met. 62.
Agitare. Virg. 3. Georg. 181.
Aſcendere vel conſcendere. Sil. lib. 16. 376. V. CONSCENDO.
Dirigere. Ovid. 12. Met. 78.
Domitant in pulvere currus. Virg. 7. Æn. 163.
Ducere. Ovid. 3. de Pont. 1. 67.
Effuſi carcere. Virg. 3. Georg. 104.

Erigere. Stat. 10. Theb. 175.
— attoniti currum erexere leones.
Errans. Stat. 6. Theb. 467.
Excuti. Ovid. 15. Met. 519.
Flectere. Sen. Hippol. 6.
Gubernare citos. Sen. Hippol. 10.
Impellere. Sil. lib. 16. 420.
Ingredi habili curru. Ovid. 2. Met. 531.
Inſcendere. V. INSCENDO.
Invehi. V. INVEHO.
Moliri per. Ovid. 2. Met. 135.
Movet gelidos Latonia. Valer. 3. Argon. 415.
Novare. Stat. 1. Achill. 415.
Premit alipedem planta currum. Sil. lib. 7. 700.
Properante. Sen. Hippol. 6.
Rapiunt per avia equi. Ovid. 2. Met. 205.
Rapuere equi. Sen. Hippol. 10.
Regendus arte. Ovid. 1. de Arte. Am. 4.
Reportari equis inſignibus & curru aurato in patriam. Cic. poſt redit. in Senat. 27.
Retorquere averſos. Virg. 12. Æn. 485.
Revocare, i. e. Reducere. Claud. 2. de Rapt. Proſerp. 318.
Ruunt effuſi carcere. Virg. 3. Georg. 104.
Ruere in. Virg. 7. Æn. 782.
Exercebat equos, curruque in bella ruebat.
Ruunt equi levi curru. Sen. Hippol. 10.
Subire currum dicuntur equi, aut animalia alia, quæ currum trahunt. Virg. 3. Æn. 113.
Subjungere curru tigres. Virg. 5. Ecl. 29. Curru, pro Currui. Servius.
Succedunt curru quadrupedes. Virg. 3. Æn. 541.
Succutitur alte. Ovid. 2. Met. 166.
Suſtinere. Cic. 13. Att. 21. Nec eſt melius quicquam quam ut Lucullus
Suſtineat currum, ut bonu' ſæpe agitator, equoſque.
Tardare alicujus. Stat. 1. Achill. 88.
Tremunt graviore curru axes. Sen. Hippol. 5.
Vehi curru ad curiam. Plin. lib. 7. cap. 43.
Currum pro Navi poſuit Catull. de Nupt. Pel. & Thet. v. 9.
Ipſa levi fecit volitantem flamine currum. V. Voſſ. 4. Inſtit. Orat. p. 88.

CURRĬCŬLUM, i. n. [ἁρμάτιον, δίφρος] dimin. a Currus. Curtius lib. 8. 14. 8. Sed etiam in amnem præcipitavere curricula.
Sereno curriculo errat Cytheræa. Claud. 2. Paneg. 440.
Curriculum pro Curſu. Cic. 2. de Legib. 22. Ludis publicis, quod ſine curriculo & ſine certatione corporum fiat, &c.
Curriculum, pro Fama, laude. Plin. lib. 14. cap. 6. de vinis generoſis. Quartum curriculum publicis epulis obtinuere a D. Julio &c. Mamertina. &c.
Lunæ & ſolis curriculum. Cic. in Timæo 25. Ratione igitur & mente divina, ad originem temporis, curriculum inventum eſt ſolis & lunæ.
Conjicere pedes in curriculum. Plaut. Merc. 5. 2. 91. h. e. Aufugere.
Facere unum curriculum. Plaut. Trin. 4. 4. 11.
Ire celeri curriculo. Plaut. Stich. 2. 2. 13.
Curriculum vitæ. Cic. pro Rabir. 30. Exiguum nobis vitæ curriculum natura circumſcripſit.
Curriculum, Locus in quo certamen currendi exercetur. Hor. 1. Carm. 1. 3.
Sunt quos curriculo pulverem Olympicum
Collegiſſe juvat: metaque fervidis
Evitata rotis, &c. Lambinus hoc loco Curriculi nomine mavult Currum ſignificari, quam Spatium in quo curritur, cui aſſentior. [Sed, mea quidem ſententia, rectius Schol. vet. de Ipſo curſu exponit, & fere de Curſus certamine exponi debet. Gloſſ. Gr. Lat. Δρόμοι, Curricula.
Deſcendere in curriculum artis. Auctor ad Herenn. lib. 4. 4. Quaſi ſi quis ad Olympiacum venerit curſum, &c. ſic iſti, quum in artis curriculum deſcenderunt, illos, qui in eo quod eſt artificii elaborent, aiunt facere immodeſte. In artis curriculum deſcendere, & In ſtadium Rhetoricæ artis prodire, pro eodem poſuit: utique pro Artis præcepta dare & ſcribere.
Curriculum, per metaphoram dixit Cic. pro Marcell. 2. pro Vetere more cenſendi in Senatu, & ſententiarum dicendarum. Nec fas eſſe ducebam, verſari me in noſtro veteri curriculo; &c.
Induſtriæ curriculum. Cic. 7. Philip. 7. Omne enim curriculum induſtriæ noſtræ in foro, in curia, in amicorum periculis propulſandis elaboratum eſt. h. e. Tempus & ſpatium curſus, vel actio omnis & contentio. Translatio ſumpta a currentibus, & curſu certantibus. Elaboratum eſt, cum labore ſuſceptum, labore perfectum & conſumptum.
Mentis curricula. Cic. de Senect. 38. Hæ ſunt exercitationes ingenii, hæc curricula mentis. Theodorus vertit στάδια.
Deflexit de curriculo conſuetudo majorum. Cic. de Amicit. 40. Etenim eo loco, Fanni & Scævola, locati ſumus, ut nos longe proſpicere oporteat futuros caſus Reipub. deflexit enim jam aliquantulum de ſpatio curriculoque conſuetudo majorum.
Deflectere ſe de curriculo petitionis. Cic. pro Muren. 46. Tu, quum te de curriculo petitionis deflexiſſes, animumque ad accuſandum tranſtuliſſes, &c.

CURRĬCŬLUS, i. m. Nonius, Curriculus, ut conſuetudo fert, a curru diminutio eſt: dicitur Breviſſimum vehiculi Epirotici genus. V. etiam Feſt. & Chariſ. lib. 1. Priſcian. lib. 6. Adeo, inquit, cognatio eſt currus ad curſum, quod diminutivum currus curriculus pro curſu accipitur.

CURRICŬLO, Adv. [δρομαίως] pro Curſim. Plaut. Milit. 2. 6. 43. Tranſcurrere curriculo ad nos. Ter. Heaut. 4. 4. 11. Curriculo percurre. Gell. lib. 17. cap. 8.

CŬRŪLIS, e. Adj. [ἁρματεῖος, ἀπὸ τῶν δίφρων] a Curru derivatum, quod unico r ſcribi debet, quod brevis ſit prima. ut Sella curulis: quæ ex ebore facta, erat in ipſis curribus quibus vehebantur majores magiſtratus, & in ea ſedebant. aliquando ſubauditur Sella vel Sedes. Conſules, Prætores, Ædiles, Magiſtratus curules ex eo dicti, curuli ſella utebantur. Hor. 1. Epiſt. 6. 53. Lucan. lib. 3. 107.
Prætor adeſt, vacuæque loco ceſſere curules. Nam Senatores, qui curulem magiſtratum, hoc eſt majorem honorem geſſiſſent, honoris gratia in curiam vehi ſoliti erant curru, in quo ſella eſſet, ſupra quam

considerent. Absolute sæpe ponitur, subaudita voce Sella. Juven. 10. Sat. 91. Summas donare curules.
Sacræ curules. Claud. 7. Paneg.
Violata curulis. Claud. 8. Paneg. 266.
E curuli jura reddere. Martial. lib. 11. 99.
Ædilitas curulis. Cic. de Arusp. Resp. 27.
Equi curules, Quadrigales, inquit Festus.
Triumphi curules. Suet. Aug. 22.
Curules Magistratus appellati sunt, qui a curru vehebantur. Fest. V. Stat. 4. Silv. 1. 5.

Currūca, æ. f. [ἐπιλαῒς] Parva avis; quæ alienos pullos proprios putans, nutrit, maxime cuculi. Cuculus enim in currucæ nido parit ova, quæ curruca pro suis fovet, excludit, & educat. Juven. 6. Sat. 275. Per translationem dictum. Ignominiose enim Currucam appellat maritum, Qui alienos educat liberos pro suis, uxoremque suam ab aliis possessam amplectitur.

Currus, Cursim, Cursito, Cursor, Cursura, Cursus. In curro.

Curtius, i. m. [Κούρτιος] Nomen gentis Romanæ: M. Curtius adolescens, eques Romanus, abrupto per medium forum ingenti specu, responsoque accepto nobilem ex civibus aliquem id requirere, sese sponte in hiantem terram conjecit eques, suosque ex calamitate salvos reddidit. Curtius deinde lacus est appellatus. Auctor Aristides, apud Plutarchum in Parallelis. Et Liv. lib. 7. 6.
Quint. Curtius Rufus, nobilis historicus, de rebus gestis Alexandri Magni scripsit historiam. Exstant ex 10 libris octo, amissis prioribus duobus.
Alius Curtius Rufus, Proconsul Africæ, cui mira prædictio facta. V. Plin. 7. Epist. 27.

Curtius, a, um. Adj. ut Curtius fons, insigni aquæductu memorabilis, ut qui a quadragesimo lapide in urbem fuerit perductus, opere arcuato tantæ altitudinis, ut in omnes urbis montes facile distribueretur. V. Plin. lib. 36. c. 15.

Curtus, a, um. Adj. [κολοβὸς] Parvus, deminutus. Hor. 1. Serm. 6. 104.
—nunc mihi curto
Ire licet mulo, vel si lubet usque Tarentum. conf. Propert. 4. 1. 20.
Curtum & Redundans, pugnantia. Cic. in Orat. 168. Nihil curtum, nihil claudicans, nihil redundans.
Dolia curta. Lucret. 4. 1020. i. e. Fracta. V. ibi Havercamp.
Latus curtum. Martial. lib. 12. 32.
Res curta. ut, Hor. 3. Carm. 24. 64.
Curtæ nescio quid semper abest rei.
Sententia curta. Cic. 4. de Finib. 36. Eorum enim omnium multa prætermittentium dum eligant aliquid quod sequantur, quasi curta sententia.
Supellex curta. Pers. 4. Sat. 62.
Tecum habita, & noris quam sit tibi curta supellex. Proverbium. V. Erasm.
Compar. ut, Fines curtiores. Innocent. de Casis p. 228. & 230. Edit. Goes.

Curto, [κολοβόω] āre. Deminuere. Hor. 2. Serm. 2. 124.
Rem curtare, Bona sua minuere. Pers. 6. Sat. 34.

Curvamen, Curvatio, Curvatura. In curvus.

Curulis. In curro.

Curvus, a, um. Adj. [καμπύλος, ἐπικαμπὴς, ἀγκύλος] Quod est inflexum ac contortum. Virg. 1. Georg. 58.
Et curvæ rigidum falces conflantur in ensem.
Æquor curvum. Ovid. 11. Met. 505.
Alvus. Virg. 2. Æn. 51.
Anus. Ovid. 1. de Arte Am. 768.
Aquæ. Ovid. 3. Fast. 520.
Arator. Virg. 3. Ecl. 42.
Aratrum. Virg. 1. Georg. 498. alii legunt Incurvum.
Arcus. Ovid. 9. Met. 114.
Carinæ. Virg. 1. Georg. 360.
Cavernæ. Virg. 3. Æn. 674.
Crinale. Ovid. 5. Met. 53.
Et madidos myrrha curvum crinale capillos.
Cultro curvo solvere viscera. Sen. Hippol. 1.
Delphines. Ovid. 18. Epist. 131.
Dente curvo humum revellere. Ovid. 3. Amor. 10. 14.
Equo curvo lustra novantur. Propert. 4. 1. 20. Sed alii legunt Curto.
Falces. Virg. 1. Georg. 581.
Forceps. Ovid. 12. Met. 277.
Freta. Valer. 1. Argon. 615.
Gramen. Ovid. 15. Epist. 148.
De nostro curvum pondere gramen erat.
Juga. Ovid. 4. Fast. 216.
Latebræ. Virg. 2. Georg. 216.
Lebetes. Ovid. 12. Met. 243.
Limite descendere curvo. Ovid. 14. Met. 830.
Litora curva. Virg. 3. Æn. 223.
Lyra. Hor. 3. Carm. 28. 11.
Naves. Ovid. 2. Met. 163.
Olympus. Valer. 5. Argon. 414.
Pedes curvi aquilæ. Claud. de Bell. Gild. 469.
Puppes. Virg. 6. Æn. 5.
Secures. Virg. 7. Æn. 184.
Senecta. Tibul. lib. 3. 5. 16. i. e. Quæ curvos facit. conf. Anus supra.
Theatrum. Ovid. 1. de Arte Am. 497.
Theca. Martial. lib. 11. 59.
Tibia. Virg. 11. Æn. 737.
Valles. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 72.
Via curva, Meatibus perplexis involuta. Sen. Hippol. 5.
Ungues. Hor. Epod. 5. 93.
Vomer. Ovid. 3. Amor. 8. 39.
Corrigere curva, proverbiale est in Censorios severosque homines. Plin. 5. Epist. 21.
Curvus & Furvus confunduntur a librariis. V. Drakenb. ad Sil. 6. 149.

Curvor, ōris. m. Varro de L. L. 6. 15. Cornua a curvore dicta, quod pleraque curvamus. V. cornu.

Curvĭtas, ātis. f. Idem. Macrob. in Somn. Scip. 1. 15. Adversa Zodiaco curvitas obliquavit. Et Isidor. 20. 16. Camus dictus a curvitate.

Curvo, [καμπυλιάζω, κάμπτω, ἀγκυλόω] āre. ut,
Arcum manu curvare. Stat. 1. Achil. 486.
Dentes curvare. Claud. 24. 306.
Vastus aper nimio dentes curvaverat ævo.
Lances curvare. Hor. 2. Serm. 4. 40.
In arcus curvari. Virg. 2. Georg. 448.
—Ityreos taxi curvantur in arcus. i. e. In arcuum Ityreorum similitudinem. Alii legunt Torquentur.
In diversum curvari. Plin. lib. 16. cap. 42.
In terram curvare. Plin. lib. 12. cap. 5.

Curvātus, a, um. Partic. Stat. 5. Silv. 4. 4.
Et simulant fessos curvata cacumina somnos.
Corpore toto curvatus. Stat. 6. Theb. 649.
Arbor curvata est pondere serpentis. Ovid. 3. Met. 93.
Corpuscula curvata, & quasi adunca. Cic. 1. de Nat. Deor. 66.
Cuspis curvata. Ovid. 2. Met. 199.
Ignes curvati, i. e. Splendorem curvorum cornuum lunæ referentes. Hor. 4. Carm. 2. 57.
Planities curvata tumore. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 102.
Ponti curvati litora. Sen. Hippol. 1.
Unda curvata. Virg. 4. Georg. 360.

Curvātio, ōnis. f. [καμπυλίασις] Plin. lib. 17. cap. 23. In curvatione materiæ. Et apud Columel. lib. 4. cap. 12. Curvatio vitis.

Curvātūra, æ. f. [κάμψις] Plin. lib. 17. cap. 19. Ne curvatura fugiat.
Montis curvatura. Vitruv. 2. 10.
Portus curvatura. Idem 5. 1.
Rotæ summæ aurea curvatura. Ovid. 2. Met. 108.
Unguium curvatura, Aduncitas. Plin. lib. 10. cap. 19.

Curvāmen, ĭnis. n. [καμπυλίασμα] Ipsa curvatio. Plin. 9. Epist. 7.
Arquatum curvamen. Ovid. 11. Met. 590.
Ripæ patulo curvamine. Sil. lib. 13. 29.
Lato curvamine in obliquum sectus limes. Ovid. 2. Met. 130.

Curvabĭlis, e. Adj. Pallad. 12. 15. Ulmus & fraxinus curvabiles.

Curvesco, [κυρτοῦμαι] ĕre. Curvus fio. Auctor carminis de Laudibus Domini. V. incurvesco.

Curvĭpes, ĕdis. Qui curvos pedes habet. Onomast. Vet. Curvipes, ἀγκυλόπους.

C U S

Cusculium, V. quisquilium.

Cusor, ōris. V. cudo.

Cuspis, ĭdis. f. [αἰχμὴ, ἐπιδορατὶς, ἀπωκὴ] Acuta illa pars gladii, hastæ, clavi, & hujusmodi. Martial. 13. 93.
Qui Diomedæis metuendus setiger agris
Ætola cecidit cuspide, talis erat.
Hastæ præacutæ cuspidis. Ovid. 7. Met. 131.
Achillea. Ovid. 13. Met. 580.
Acuta. Virg. 5. Æn. 208.
Ærata. Ovid. 5. Met. 9.
Curvata. Ovid. 2. Met. 199.
Extrema. Ovid. 2. Met. 767.
Infesta. Valer. 6. Argon. 617.
Irrita. Ovid. 5. Met. 38.
Irrita voti cuspis. Stat. 11. Theb. 511.
Longa cuspis, pro Veru. Martial. lib. 14. 221.
Spumeus in longa cuspide fumet aper.
Mavortia. Stat. 9. Theb. 838.
Medicatæ cuspidis ictus: i. e. Venenatæ. Sil. lib. 13. 197.
Prætenta cuspis, i. e. Objectum jaculi ferrum. Ovid. 3. Met. 83.
Subrecta. Sil. lib. 7. 650.
Tremenda. Hor. 4. Carm. 6. 7.
Trifida cuspis Neptuni. Claud. 2. de Rapt. Proserp. 181.
Triplex. Ovid. 12. Met. 594.
Vana cuspis, h. e. Irrita. Ovid. 8. Met. 346.
Contorquere cuspidem. Ovid. 8. Met. 345.
Cuspis Echionio primum contorta lacerto
Vana fuit.
Fulget telum acuta cuspide. Ovid. 1. Met. 470.
Fraudata sanguine. Sil. lib. 13. 167.
Fusus inerti cuspide. Sil. lib. 7. 629.
Cuspides, pro Tubulis fictilibus. Varro 1. de R. R. cap. 8. de pedamentis arundineis loquens, Inde enim aliquot colligatos libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuso, quos cuspides appellant, qua humor adventitius transire possit.

Cuspĭdo, āre. Cuspide instruere. Plin. lib. 11. cap. 13.

Cuspidātus, a, um. Partic. Quod cuspidem habet. Plin. lib. 18. cap. 19.

Cuspidātim, Adv. h. e. In cuspidem, sive cuspidis formam. Plin. lib. 17. cap. 14. Donec cuspidatim decisus descendat in rimam calamus.

Cussilĭris, e. Adj. Cussilirem, pro Ignavo dicebant antiqui. Festus.

Custōs, ōdis. c. [φύλαξ, φυλακὶς] a Curo; dicitur Qui aliquam rem tuetur & curat. Cic. Qui multorum custodem se profiteatur, eum sapientes sui primum capitis aiunt custodem esse oportere.
Custos, Ministra. Virg. 11. Æn. 836.
At triviæ custos jam dudum in montibus Opis
Alta sedet. Servius.
Ad limina custos. V. limen.
Custos, Janitrix. Plaut. Curc. 1. 1. 76.
Carceris custos. Plaut. Asin. 2. 2. 31.
Corporis custos. Lucret. lib. 3. 325.
Cupiditatum custos ac vindex. Cic. 2. de Lege Agr. 24.
Dignitatis custos, fortitudo. Cic. 2. Tusc.
Diuturnitatis malus custos, metus. Cic. 2. Off. 23.
Gentis custos, de Rege, aut principe dictum. Hor. 4. Carm. 5. 2.
Gregis custos, h. e. Opilio. Virg. 10. Ecl. 36.
Hominis custos & procuratrix. Cic. 4. de Finib. 17.
Libertatis tribunus plebis præses custosque. Cic. 2. de Lege Agr. 15.
Loci vigiles custodesque. Cic. 6. Verr. 94. Clamor a vigilibus, fanique custodibus tollitur.
Luci Scytici custos, draco. Martial. lib. 12. 53.

Ovium

Ovium custos præclarus, lupus. Cic. 3. Philipp. 27.
Portæ custos. Cic. 2. in Catil. 27. Nullus est portæ custos, nullus insidiator viæ.
Pueri, Pædagogus. Martial. lib. 11. 40.
Reipub. custos Senatus, præses, propugnator. Cic. pro Sext. 137.
Rerum custos Cæsar. Hor. 4. Carm. 15. 17.
Turis custos, Acerra. Ovid. 13. Met. 703.
Urbis custodes & conservatores dii. Cic. pro Sext. 53.
Fidissimus. Valer. 8. Argon. 75.
Herilis custos, i.e. Cui commissus est herilis filius. Plaut. Asin. 3. 3. 65.
Incorruptior custos canis. V. INCORRUPTUS.
Incorruptissimus. Hor. 1. Serm. 6. 81.
Maximus. Hor. 2. Serm. 6. 15. Custos mihi maximus adsis. Alloquitur Mercurium.
Tenax patrimonii. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Addere custodem. In ADDO.
Coronare abitum custode. Virg. 9. Æn. 380. h. e. Cingere silvam ne abeat. Servius.
Corrumpere custodem. Lucan. lib. 10. 57.
Imponere alicui. Ovid. 3. Amor. 4. 1.
Indere. Tacit. 3. Ann. 28.
Petere custodes salutis suæ. Quintil. lib. 5. cap. 11.
Ponere. ut, Custodem (in) frumento publico positum esse, Cic. pro Flacc. 45.
Teneri custode. Lucan. lib. 1. 26.
Vacans custode. Ovid. 2. Met. 422.
Custos absolute, pro Magistro seu pædagogo. Hor. de Arte Poet. 161. Idem 1. Serm. 4. 118. Dum custodis eges, &c. Et alibi sæpius.
Custos exactor. Tacit. i. e. Qui arbiter esset rei exsequendæ, & rem exigeret. Budæus.
Custodes dicebantur & Subscriptores, Qui accusatori solebant dari, non solum chartarum causa, neque adjuvandi ejus, sed etiam ut non facile accusator corrumpi posset. Asconius in Divin. 51.
Apponere custodem alicui. Cic. 1. Verr. 51. Custodem, inquit, Tullio me apponite, &c. V. locum integrum Pediani, quem modo adduximus. conf. Bud. Annott. rel. in Pand. a pr.
Prærogativæ primus custos. Cic. post redit. in Senat. 16. Custodes in suffragiis erant in sortitione prærogativæ. Budæus.
Custodes, Observatores, qui cujusque actiones notant, animadvertunt, quasique speculantur. Ulp. l. 3. D. de admin. tutor. de honorariis tutoribus loquens: Dati sunt enim quasi observatores actus ejus, & custodes. Nam custodes erant proprie juvenum, ut ex Cic. Servius declarat, quibus ad militiam euntibus anno primo Rectores darentur. Unde & qui quempiam observat, ne quid suffuretur, Custos appellatur. Cic. 7. Verr. 63. Quod ubi isti nuntiatum est (loquitur de Verre, & nave prædonum capta) statim Quæstori legatoque suo custodes misit complures, ut omnia sibi integra quamprimum exhiberentur. Hotomanus.
Custos in vitibus qui dicatur, ostendit Columel. lib. 4. cap. 21. Plin. lib. 17. cap. 22. Et qui vocatur custos. Hic est novellus palmes, non longior tribus gemmis.

CUSTŌDIO, [φυλάττω, διαφυλάττω, φρουρέω, διατηρέω, ῥύομαι] īre. Servare. Plin. lib. 12. cap. 14. Plaut. Capt. 3. 5. 71. Noctu nervo vinctus custodibitur. Antique dixit Custodibitur, pro Custodietur.
Custodire se. Cic. 9. Fam. 14. Fac ut diligentissime teipsum, mi Dolabella, custodias.
Tueri, defendere, custodire, incolumemque servare aliquem. Cic. 10. Philipp. 26.
Aliquem ab injuria. Quintil. lib. 2. cap. 2.
Brevitatem. Plin. 1. Epist. 20.
Discrimina ordinum. Plin. 9. Epist. 9.
Morem. Plin. lib. 14. cap. 12. Romulum lacte non vino libasse, indicio sunt sacra ab eo instituta, quæ hodie custodiunt morem.
Nomen loci. Plin. lib. 37. cap. 7.
Parsimoniam. Gell. lib. 1. cap. 24.
Salutem alicujus. Cic. pro Planc. pr.
Verba custodire clauso ore. Sen. Agamemn. 7.
Sollicite aliquid. Quintil. lib. 5. cap. 14.
Litteris custodire quæ a summis oratoribus de eloquentia divinitus dicta sunt. Cic. 2. de Orat. 76.
Memoria custodire. Cic. 1. de Orat. 27. Posse percipere animo, & custodire memoria.
Memoria hominum custodiri. Plin. lib. 16. cap. 44. Verum ex his, quas memoria hominum custodit, durant in Liternino Africani prioris manu satæ olivæ.
Custodire, pro Observare. Columel. lib. 3. cap. 10. Quintil. lib. 4. cap. 1. Et custodit nos recens audientium intentio. De exordio loquitur.
Custodire aliquem, atque observare. Cic. de Petit. Consf. 43. Fac itaque ut se abs te custodiri atque observari sciant.
Oculi & aures omnium te speculantur & custodiunt. Cic. 1. in Catil. 6. Multorum te etiam oculi & aures non sentientem, sicut adhuc fecerunt, speculabuntur atque custodient.
Oculis civitatis & amicorum fidelitate custodiri. Cic. 12. Philipp. 22. Hic quum in Urbe essem ac domi, tamen multa sæpe tentata sunt, ubi me non solum amicorum fidelitas, sed etiam universæ civitatis oculi custodiunt.
Sermones custodire. Tacit. 2. Hist. 52. i. e. Observare & captare.
Custodire aliquem, est Cavere sibi ab eo. Quintil. 4. 2. p. 333. Quæ si aliter dicta essent, strepitu ipsum judicem, ad custodiendum patronum, excitassent. Ubi Burm. Custodire patronum, est Observare, cavere ne fraus ipsi fiat a patrono. Adde Quintil. ibid. p. 351. & Ovid. 17. Epist. 165.
Custoditum est, Impers. Suet. Tiber. 7. Ut custoditum sit, ne unquam posthac in conspectum ejus veniret. i. e. Cautum, observatum.

CUSTODĪTUS, a, um. Partic. ut
Codicilli custoditi. Suet. Tiber. 51.
Honos custoditus. Plin. 16. 4. Custodito tamen honore glandis.
Modus custoditus. Plin. 20. 13.
Poma a dracone male custodita. Ovid. 9. Met. 190.
Vacca custodita. Virg. 8. Æn. 218.
Vices temporum custoditi. Apul. de Mundo p. 734.

CUSTODĪTE, Adv. ut, Ludere custodite, i. e. Caute, vel inspectante custode. Plin. 5. Epist. 16.
Compar. Plin. 9. Epist. 26. An illa custoditius pressiusque?

CUSTODĪTIO, ōnis. f. [φύλαξις] est Opera ad aliquid custodiendum sumpta. Festus. V. Vulg. Interpr. Sapient. 6. 19.

CUSTŌDĪTĪVUS, a, um. Adj. Saresb. Epist. 158. Aurum aliorum metallorum custoditivum est.

CUSTŌDĒLA, æ. f. a veteribus Custodia dicebatur. Festus.
Acrior custodela. Apul. 10. Met. p. 245.
Salutaris custodela. Idem 9. Met. sub initium. Frequentius

CUSTŌDIA, æ. f. [φυλακή, φύλαγμα, φρουρά, ῥῦμα] Ipse custodiendi actus.
Canum custodia fida. Cic. 2. de Nat. Deor. 158.
Justitiæ fida custodia. Cic. 2. de Fin. Inest ad humanam societatem justitiæ fida custodia.
Pædagogorum. Quintil. lib. 1. cap. 2.
Religionis. Quintil. lib. 6. cap. 1.
Salutis alicujus custodia. Cic. pro Planc. 2. Itaque non extimesco, ne Cn. Plancio custodia meæ salutis apud eos obsit, qui meipsum maxime salvum videre voluerunt.
Sui custodia. Cels. lib. 2. cap. 2. Ille sollicitari debet, cui hæc nova sunt, aut qui ista nunquam sine custodia sui tuta habuit. i. e. Sine magna adhibita diligentia circa curam valetudinis.
Ignaviam suam, tenebrarum ac parietum custodiis tegere. Cic. pro Rabir. perduel. reo, 21.
Dura. Hor. 1. Epist. 1. 22. — ut piger annus
Pupillis, quos dura premit custodia matrum.
Solers custodia pecudum. Virg. 4. Georg. 327. i. e. Diligens & perita industria. Servius.
Ponere aliquem in custodia. Cic. pro Muren. 64. Quum in ejusdem anni custodia te atque L. Murenam fortuna posuisset.
Liberare custodiis corporis. In LIBER.
Tradere se in custodiam alterius. Plaut. Most. 2. 1. 59.
Custodia, vel Custodiæ, [δορυφόροι] pro Custodibus & apparitoribus. Cic. 5. Verr. 60. Equitem Romanum scitote biduum cibo tectoque prohibitum: biduum Leontinis in foro custodiis Apronii retentum atque servatum. Paulo post Apparitores vocat.
Acres custodiæ. Tacit. 1. Ann. 5.
Vigil. Ovid. 12. Met. 148.
Tuo adventu vigilat custodia. Catul. 60. 33.
Defendite vestra tecta custodiis vigiliisque. Cic. 2. in Catil. 26.
Ducit noctem custodia insomnem ludo. Virg. 9. Æn. 166.
Muniri aliquem locum præsidiis, custodiis, vigiliisque. Cic. 1. in Catil. 8.
Polliceri excubias & custodias alicui. Cic. pro Marcel. 33.
Custodia, [δεσμωτήριον] Carcer. Columel. lib. 1. Ut explorent an diligenter vincta sint, an ipsæ sedes custodiæ satis tutæ munitæque sint. Plin. lib. 21. cap. 3.
Libera custodia. Vellei. 1. 11. Post victum captumque Persen, qui quadriennio post in libera custodia Albæ decessit. Ubi Bœcler. Libera custodia est, quæ viris principibus aut dignioribus datur apud magistratum, aut militarem manum, vel in municipiis. Et ita Sallust. Catilin. cap. 48. Senatus decernit, uti abdicato magistratu, Lentulus, itemque ceteri in liberis custodiis haberentur. V. ibi Cl. Wass. & Lips. ad Tacit. 6. Ann. 3.
Liberalis custodia. i. e. Libera. Cic. de Clar. Orat. 330.
Militari custodia haberi. Tacit. 3. Ann. 22.
Publica. Cic. 1. Q. frat. 2.
Regia. Cic. pro Rabir. Post. 22. At diœcetes fuit regius, & quidem in custodia etiam fuit regia, & vita ejus oblata pœnæ est.
Agere sive Agitare custodiam. In AGO.
Asservari custodiis. In ASSERVO.
Collocare in custodia. Cic. 7. Philipp. 19.
Condere aliquem in custodiam. Tacit. 4. Hist. 2.
Constringi custodiis. In CONSTRINGO.
Credere alicujus custodiam alicui. In CREDO.
Dare se in. Cic. 1. in Catil. 19. Tu teipsum in custodiam dedisti.
Educere aliquem ex. Cic. 1. Tusc. 71.
Emitti e custodia & levari vinculis. Cic. 1. Tusc. 118.
Eripere aliquem ex custodia & conservare. Cic. ad Brut. 6.
Haberi in custodia, & In custodiam. Tacit. 1. Hist. 58.
Includere aliquem in custodias. Cic. 7. Verr. 143.
Mandare custodiæ. Paterc. lib. 2. 42. 3. Aliquot naves, multosque mortales cepit: mandatisque custodiæ quos ceperat, in Bithyniam perrexit.
Teneri in custodiis. Sallust. in Catil. 51.
Tradere. ut, Hominem comprehendere, & in custodiam tradere. Cic. 1. Q. frat. 2.
Custodia, [δεσμώτης] Reus qui custoditur in carcere, aut a militibus servatur. Sueton. in Domit. cap. 14. Et D. de cust. reor. ita scribit Paulus, Carceri præpositus, si pretio corruptus, sine vinculis agere custodiam, vel ferrum, vel venenum in carcerem inferri passus est: officio judicis puniendus est. Ibidem Terent. Clemens l. ult. Si custodia se interfecerit, vel præcipitaverit, militis culpæ adscribitur, & castigabitur. Quod si ipse custos custodiam interfecerit, homicidii reus est.
Custodiæ etiam vocabantur publicanorum, Quæ itinera observabant, ne merces eveherentur, portorio non soluto. Cic. de Provinc. Consul. 10. Statuit ab initio, & in eo perseveravit, jus publicano non dicere, custodias sustulit, pactiones sine ulla injuria factas rescidit, vectigales multos ac stipendiarios liberavit.
Custodia, Ubi quid custoditur. Cic. in Somn. Scip. 7. Quare & tibi, Publi, & piis omnibus retinendus est animus in custodia corporis.
Custodia, Locus ubi custodes excubias agunt. Cic. 12. Philipp. 24. Itaque in Urbe, si sic licebit, manebo: hæc mea sedes est, hæc vigilia, hæc custodia, hoc præsidium stativum.

CUSTODIARIUS, i. m. Custos. Inscript. vet. Gruter. p. 48. n. 1. SANCTISSIMO HERCVLI INVICTO CORPOR. CVSTODIAR. L. CVRTIVS ABASCANTIVS, &c. [i. e. Corporis Custodiariorum. Nisi forte aliter legendum.

CUSTODIARIUM, i. n. Locus, ubi quid custoditur. Tertull. ad Martyres cap. 2. & adv. Judæos cap. 3.

Cusvetani, ōrum. m. Italiæ populi, carnem in monte Albano accipere foliti, ut tradit Plin. lib. 3. cap. 5.

C U T

Cutilia, Agri Reatini lacus eft, in quo filvofa infula innatat, quæ nunquam die & nocte eodem permanet loco. Auctor Plin. lib. 2. cap. 95. & lib. 3. cap. 12. De aquis ibi medicatis, V. Vitruv. 8. 3. Sen. Nat. Quæft. 3. 25. Plin. 31. 3.

Cŭtis, is. f. [δέρμα, δορὰ, χρὼς] Pellis five corium. Plin. lib. 11. cap. 39. Cic. 10. Fam. 18. Sed non poffum non exhorrefcere fi quid intra cutem fubeft vulneris, quod prius nocere poteft quam fciri, curarique poffit.
Adficcata rapto cerebro cutis. Lucan. 8. 69. Alii legunt Exficcata.
Ægra cutis tumet. Perf. 3. Sat. 63.
Arcta. Stat. 6. Theb. 871.
—riget arcta cutis, durifque laborum
Caftigata toris.
Arida cutis fe laxat. Juven. 6. Sat. 143.
Cancellaria. In CANCELLI.
Candida. In CANDIDUS.
Caftigata. Stat. 6. Theb. 872.
Dura. Ovid. 8. Met. 803.
Maculofa. In MACULA.
Tenax. Claud. de Hiftrice, Epigr. 37.
Tenuis. Ovid. 4. Trift. 6. 42.
Adducit macies cutem. Ovid. 3. Met. 397.
Armavit natura cutem. Claud. de Locufta, Epigr. 15.
Curare cutem, Obfequi corpori. Juven. 2. Sat. 105. Hor. 1. Epift. 2. 29.
In cute curanda plus æquo operata juventus. Hor. 1. Epift. 4. 15.
Me pinguem & nitidum bene curata cute vifes. V. CURO.
Deripere cutem. Ovid. 6. Met. 387.
Finditur cutis. Celf. lib. 5. cap. 27.
Findere cutem. Senec. Troade, 6.
Obducere cutem. In OBDUCO.
Riget. V. Arcta, fupra.
Rumpere. Celf. lib. 5. cap. 18.
Tonfus ad cutem. Celf. lib. 1. cap. 4.
Tenera elocutionis cute habitum orationis virilem operire. Quintil. 5. 12.
Arboris cutis. Plin. lib. 12. cap. 19.
Terræ cutis. Plin. lib. 20. cap. 19.
Uvæ & cerafi cutis. Plin. lib. 15. cap. 28.
Cutis, Græcam habet originem: hanc enim illi κύτος dicunt. Feftus.

Cutīcŭla, æ. f. [δερμάτιον] dimin. Parva cutis. Perf. 4. Sat. 18.
—& affiduo curata cuticula fole. conf. in CUTIS.
Noftra bibat vernum contracta cuticula folem. Juven. 11. Sat. 203.

Cūvi, in heroo carmine apud Aufonium fcriptum pro Cui reperitur, ut verfus ruina hoc tanquam tibicine fulciatur, quæ licentia poetis conceffa eft. Verfus funt, Mofell. v. 311.
Dinochares, quadro cuvi in faftigia cono
Surgit, & ipfa fuas confumit pyramis umbras. Sic apud Lucretium lib. 1. 689. pro Rei, Reii fcribitur, ut fyllaba tendatur. Sic alias non raro fcribit, & pro Ei, Eii dicit. Turnebus 19. 12.

C Y A

Cўămēa, æ. f. [κυαμία] Gemma, quæ fracta fabæ fimilitudinem præfert. Plin. lib. 37. cap. 11. Cyamea nigra eft: fed fracta, ex fe fabæ fimilitudinem parit.

Cўămos, i. m. [κύαμος] Faba, genus leguminis, a cujus efu Pythagoram religiofiffime ferunt abftinuiffe. Hæc autem fola inter legumina fine adminiculo nititur. V. Ruell. lib. 2. cap. 38.
Cyamos, Herba Ægypto peculiaris, latiffimis foliis, quæ & Colocafia dicitur, & faba Ægyptia, feu Alexandrina. Plin. lib. 21. cap. 19. In Ægypto nobiliffima eft Colocafia, quam Cyamon vocant aliqui. V. plura in dictionibus COLOCASIA, & CIBOTIUM.

Cўăne, es. f. Nymphæ nomen, quæ Proferpinæ comes fuit, quam, ea rapta, nimio ejus defiderio in fonte delituiffe fcribit Ovid. 5. Met. 409. Meminit ejus & Claudian. Lactant. Grammat. in 5. Theb. Comment. hanc ab Anapo amatam tradit, & aliam recitat fabulam.

Cўăne, es. f. Oppidum eft Lyciæ, apud Plin. lib. 5. cap. 27.
Eft item nomen Fontis in agro Syracufano. Hic Anapo miftus, juxta Ortygiam infulam in mare illabitur. Ovid. 3. de Ponto, 10. 26.
Quaque fuis Cyanen mifcet Anapus aquis,

Cȳăneæ, arum. [Κυανέαι] (inquit Pompon. lib. 2. 7.) contra Thracium Bofphorum, infulæ duæ parvæ, parvoque diftantes fpatio, & aliquando creditæ dictæque concurrere. De his fcribit Plin. lib. 4. cap. 13. Eædem ab aliis Symplegades appellatæ, traditæque fabulis inter fe concurriffe: quoniam parvo difcretæ intervallo ex adverfo intrantibus geminæ cernebantur, paulumque deflexa acie, coeuntium fpeciem præbebant. Ovid. lib. ult. Met. 338. Eædem Planetæ dictæ, id eft errantes. Plin. lib. 6. cap. 12. Valer. Flacc. 4. Argon. 562.
Concurrunt ponto Scythico Cyaneæ. Valer. 1. Argon. 60.

Cȳăneus, a, um. Adj. ut, Fragores Cyanei. Valer. 5. Argon. 483.
Cautes Cyaneæ. Valer. 1. Argon. 630.
Montes Cyanei. Idem 2. Argon. 382.
Vada Cyanea. Stat. 5. Theb. 347.

Cўănēē, es. five Cyanea, æ. f. Nympha quædam apud Ovid. 9. Met. 451. Filia fuit Mæandri fluvii, quæ ex Mileto, Phœbi filio, Byblidem & Caunum gemellos genuit,
Hic tibi dum fequitur patriæ curvamina ripæ,
Filia Mæandri toties redeuntis eodem,
Cognita Cyanee præftanti corpore nympha,
Byblida cum Cauno prolem eft enixa gemellam.

Cyănippus, i. m. [Κυάνιππος] Natione Syracufanus, foli Baccho facra facere neglexit. Iratus deus ebrietatem incuffit, quæ tanta fuit, ut occurrentem in tenebris filiam Cyanen, quanquam reluctantem, violarit. Ea vero annulum furripiens, nutrici commendavit, ut violatoris effet indicium. Poftmodum quum peftilentia urbem invafiffet, a Pythio redditum eft oraculum, ut impietatis auctor diis liberatoribus immolaretur. Ignorantibus cunctis quid pofceret oraculum, confcia rerum Cyane, arreptum capillis patrem ad aram pertraxit, eoque primum mactato, fibi quoque manus intulit. Auctor Plutarch. in Parallel.

Cyănos, i. m. [Κύανος] Fluvius eft Colchidis, qui juxta Æam oppidum in Phafim influit. Auctor Plin. lib. 6. cap. 4. Al. Cyaneos.

Cyanos, [κύανος] apud Theophraftum Gemma eft, quæ a gemmariis recentioribus Turchina vocatur, *Turquoife*. Auctor Baptifta Pius in Lucretium. Eft autem hæc gemma ex iafpidum genere, colore cæruleo, de qua Plin. lib. 37. cap. 9. Sunt qui Lazuli vel Azuli lapidem officinarum effe putant. Alii Sapphiri fpeciem ftatuunt. Alius fane videtur Cyanus Diofc. lib. 5. 106. Matth. 66. q. V. ut & Galen. lib. 9. Simplic.
Cyanos, vel Cyanus, trivialis eft (ut creditur) flos, in frumentario nafcens agro, & hortis quoque rufticorum & puellarum corollis, calyce rofarum, fed fquamofo atque trifti, plurimis ftipantibus cæruleis barbulis. Plin. lib. 21. cap. 11. In Italia violis fuccedit rofa, huic intervenit lilium, rofam cyanus excipit, cyanum amaranthus.

Cȳanĕus, a, um. [κυάνεος] Adj. ut, Cyaneus color: i. e. Cæruleus. Plin. lib. 10. cap. 32. Ipfa avis paulo amplior paffere, colore cyaneo ex parte majore.

Cyăthus, i. m. [κύαθος] Vafculum in quo bibebatur: & frequenter duodecima pars fextarii, ut docet Budæus de Affe. V. Sextarius Romanus in SEX. Plinius, [puto Valerianus] Potui vero aqua pluvialis decocta, fed quæ per binos ternosve cyathos bibatur. Juven. 5. Sat. 32.
Cardiaco nunquam cyathum miffurus amico.
Commodi cyathi. Hor. 3. Carm. 19. 12.
Puer dignus cyatho. i. e. Dignus qui fit pincerna. Juven. 9. Sat. 47.
& puerum te
Et pulchrum, & dignum cyatho, cæloque putabas. Alludit ad Ganymedem. Nam
Ad cyathos ftare vel effe dicebantur fervi; ut Servi ad limina, & ad pedes, Pocillatores ab Apuleio appellantur. Sueton. in Cæf. cap. 49. Juven. 13. Sat. 44.
Nec puer Iliacus, formofa nec Herculis uxor
Ad cyathos. Budæus.
Cyathus, Ponderis genus. Plin. lib. 21. cap. 34. Cyathus pendet drachmas decem. [De menfura cyathi ad pondus redacta intelligendum. V. Hard. in loc.
Cyathus, & menfura aridorum. Columel. lib. 8. cap. 4. Nec tamen alius claufæ gallinæ cultus: nifi quod ea non emittitur, fed intra ornithonem ter die pafcitur meliore menfura: nam fingulis capitibus quaterni cyathi, diurna cibaria funt: quum vagis terni vel bini præbeantur.
Cyathus etiam, Fluvii nomen eft in Ætolia, ad Arfinoen, apud Polybium, ut notat Rhodig. lib. 15.

Cyathisso, [κυαθίζω] āre. eft Cyatho vinum bibendum admetiri, inquit Budæus. Plaut. Men. 2. 2. 29.
Non fcis quis ego fim? qui tibi fæpiffime
Cyathiffo, apud nos quando potas.

Cyaxares, is. m. [Κυαξάρης] Phraortis regis Perfarum & Medorum filius, cui fucceffit in regno. Hic primus Afiæ populos in provincias diftinxit, primufque in fuum quofque ordinem diftribuit, haftatos, fagittarios, equites, quum prius omnia promifcua effent atque implicita. Hic & cum Lydis figna contulit, & omnem trans Halym flumen Afiam fibi fubjecit. Mortuus eft quadragefimo imperii fui anno, ejufque filius Aftyages in ejus locum fuffectus eft. Auctor Herodot. lib. 1.

C Y B

Cybăle, [Κυβάλη] Ancilla fuit pauperis cujufdam Simuli, cujus paupaupertatem defcribit Auctor Moreti.

Cybarsia, [κυβαρσία] a Polluce lib. 5. cap. 16. pofita inter Ornamenta mulierum. Hanc nonnulli eandem effe volunt cum Anaxyride, de qua fupra diximus.

Cybea, æ. f. Genus navis onerariæ. Cic. 7. Verr. 44. Navem vero Cybeam maximam, triremis inftar, pulcherrimam atque ornatiffimam, palam ædificatam fumptu publico, fciente Sicilia, per magiftratum Senatumque Mamertinum tibi datam donatamque effe dico. Cybea, dicta eft, quafi Cypæa. κύπαι, inquit Hefychius, εἶδος τι νεώς. Eft igitur Cybea, Navis oneraria, rotunda, ut cupæ nomen oftendit. Turnebus.

Cȳbēbe, es, vel is. f. [Κυβήβη] Eadem quæ Cybele. Ita fcribunt Viri docti, cum penultima producitur. V. Drakenb. ad Sil. 17. 8. & Broekhuf. ad Propert. 3. 15. 35.

Cȳbĕle, es. vel Cybĕles, is. f. [Κυβέλη] vel Cybelle, (nam ut docet Serv. bacchius eft in hac dictione Cybelle) Uxor fuit Saturni, a Cybelo Phrygiæ monte feu oppido, ubi facra ejus primo funt inftituta. Feftus, Cybele mater quam dicebant Magnam, ita appellabatur, quod ageret homines in furorem, quod Græci κυβηβᾶν dicunt. Sacerdotum autem Cybeles proprium erat, caput rotare. Suidas fcribit Rheam quoque vocari, & montanam effe Deam: ideo vehi leonum jugo. Cinædi ei facri funt. Hæc primum Ops, & Terra dicta fuit, quod fit Dea telluris, quæ & Vefta dicitur: propter quod curru vehi a poetis fingitur, quia terra pendet in aere: & rotis fuftineri, quia rotatur femper & volvitur mundus. Mater deûm, quia omnia gignit. Et Mater alma, ab alendo. Et mater Phrygia, a monte Phrygiæ, quem plurativo numero Dyndima vocant. In eo facra fibi per Corybantes inftituit: a quo Dyndime, & Dyndimene a nonnullis vocatur. Et Berecynthia, a monte Phrygiæ, qui Βερέκυνθος appellatur. Et Pales, quod fit pabulorum Dea. Rhea, ἀπὸ τοῦ ῥέω, fluo, quod terra affluens fit omnium rerum. Dicta eft Idæa, & Phrygia, & Peffinuntia, de qua Martial. 1. 71. 10.
Et Cybeles picto ftat Corybante tholus. Ex Apuleii fententia eadem erat dea Cybele, Bellona, & Ifis. Quandoque tamen metri gratia fcribitur per duplex L, & fit Cybelle bacchius pes, ex prima brevi, & duabus longis. Propert. 3. 15. 35.

Vertice turrigero juxta dea magna Cybelle. Al. Cybebe. V. quæ diximus in CYBEBE. Lucan. lib. 1. 595.

Et lotam parvo revocant Almone Cybellen. V. ALMO fluvius. Claudianus de Rapt. Proserp. lib. 1. 210. De Cybele vide multa apud Fulgentium, lib. 3. Mythologicôn.

Turrita Cybele. Claud. 3. de Rapt. Proserp. 271.

Turrigera. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 179.

CYBELĒIUS, a, um. Adj. ut, Cybeleius Attis. Ovid. 10. Met. 104.

CYBELEA, æ. f. [Κυβέλεια] Urbs Ioniæ, teste Stephano.

CYBERNĒSIA, [Κυβερνήσια] Festa sunt, Theseo ex Creta redeunte, instituta, Nausithoi gubernatoris honori, & proretæ Phæacis: etiamsi Phereclus Simonidæ magis placet Thesei navis moderator. Sed Nausithoo & Phæaci erecta etiamnum heroa sunt. V. Rhodig. lib. 18. cap. 17. & Plutarch. in Thes.

CYBIOSACTES, is. m. [Κυβιοσάκτης] Sueton. in Vespas. cap. 19. Alexandrini Cybiosacten eum vocare perseveraverunt, cognomine unius e regibus suis turpissimarum sordium. Hic autem quem Cybiosacten appellatum dicit Tranquillus propter ejus illiberalitatem, non unus fuit ex Ptolemæis regibus, sed e Syria ducens originem, qui a filia maxima natu Ptolemei Auletæ a suis expulsi in virum arcessitus, non multo post ab ipsa expellitur, quod ejus ignobilitatem atque illiberalitatem pati non posset. Auctor Strabo lib. 17. Illi ab ordinandis cybiis, quæ forte ipsemet familiæ dispensaret, merito sordidissimum cognomentum adhæsit: quo & Vespasianum principem (ut erant Alexandrini dicaces) propter ejus avaritiam asperserunt, quemadmodum & Syriæ regi Physcon cognomentum fuit a crassiore intestino, quod multa caperet.

CYBIOTATES, V. CYBIUM.

CYBIRA, æ. f. [Κύβιρα] Oppidum est Lycaoniæ, non procul a Mæandro fluvio. Cic. 6. Verr. 30. Hosce opinor Cybiræ, quum in suspicionem venissent civibus, fanum expilasse Apollinis, &c.

CYBIRATES, vel CYBIRATA, æ. m. Nomen gentile. Cic. 6. Verr. 30. Eo quum venio, Prætor quiescebat, fratres illi Cybiratæ inambulabant.

CYBIRATICUS, a, um. possess. Cic. 6. Verr. 47. Immittebantur illico Cybiratici illi canes, qui investigabant & perscrutabantur omnia.

Negotia Cybiratica. Horat. 1. Epist. 6. 33.

CYBISTĒTĒRES, [κυβιστητῆρες] Urinatores dici possunt, qui τὰς κυβιστήσεις, hoc est aquarum gurgites subeunt, quo nomine & saltatores quidam appellati sunt, qui in caput convolvi, manibus pedibusque adductis didicerant: a cubo, id est tessera, verbo deducto, qui quum in alveolum jacitur, hoc modo convolvitur. Unde,

CYBISTĒMA, atis. [κυβίστημα] Aliud genus saltationis & exercitii dicitur a Luciano in Anacharsi, seu de gymnasiis. Budæus in Annotat.

CYBIUM, i. n. [κύβιον] dictum, quia ejus medium æque patet in omnes partes, quod genus a Geometris κύβος dicitur. Unde etiam Tessellæ quadratæ κύβοι. Hinc & κύβιον, genus piscis, quia piscantes id genus piscis velut aleam ludant. Hæc Festus.

Cybium, Piscis genus, quod ita scissum est, ut medium æque pateat in omnes partes, ad similitudinem tesserarum. Plin. lib. 32. cap. 11. Cybium est conscissa pelamis. Martial. lib. 5. 79.

Divisis cybium latebat ovis. Idem lib. 11. 28.

Cybium scribit Budæus etiam appellatum illud vas a Græcis, quod Latini Quadrantal appellabant, dictum ex ratione, quæ superius posita est in Cybio pisce. Salmas. in Solin. p. 792. non Piscem sed Frustum salsamenti quadratum esse dicit. V. Oppian. 1. Halieut. v. 183. & Harduin. Emendat. in Plin. lib. 32. n. 29.

CYBIARIUS, i. m. Qui cybia vendit. Arnob. lib. 2. p. 70. Cybiarii, salinatores, bolonæ.

CYBICUS, a, um. Quadratus. ut, Cybica soliditas. Mart. Capella lib. 2. p. 25. V. Cubicus in CUBUS.

CYBOIDES, [κυβοειδὲς] Ossis in pede genus, a parte exteriore juxta Scaphoides positum: verum hoc qua cum talo jungitur sinuatum, Cyboides gibbum est. Galen. lib. de Ossib. cap. 23. extr.

CYBORIUM, V. CIBORIA.

C Y C

CYCEON, ōnis. m. [κυκεὼν] Genus potionis ex multis liquoribus confectum. Arnob. 5. p. 175. Ebibi cyceonem.

CYCHRAMUS, i. m. [κύγχραμος. Arist. Hist. An. 8. 12.] Avis quæ coturnicibus trans mare redeuntibus comitatum præstat. Plin. lib. 10. cap. 23. Semperque hinc abeuntes coturnices comitatum sollicitant, abeuntque una per sua ligna Glottis, Otis, & Cychramus.

CYCHREUS, i. m. [Κυχρεὺς] Neptuni & Salaminis filius, qui ob morum asperitatem, ὄφις, hoc est serpens cognominatus est. Hunc Eurilochus quum insulam vastaret, expulit. Suscepit autem Ceres in Eleusine, suumque fecit sacerdotem. Ab hujus etiam nomine Salamis insula aliquandiu Cychrea appellata est. V. Stephanum.

CYCHRI, orum. m. Thraciæ populi, apud quos aquas esse letales & necare, ex Theopompo refert Plin. lib. 31. cap. 2.

CYCLĀDES, um. f. [Κυκλάδες] insulæ Plinio, sic dictæ quod circa Delon, earum clarissimam, in orbem sitæ sint. Accedit & Strabo; ut mirari liceat qua causa motus Servius Cycladas scripserit dictas esse, non quod in circuitu sint, sed potius quod longo ordine eas circuire necesse sit, vel propter promontoria, vel quia naturale est, ut concitatiora sint maria vicinitate terrarum, quas constat anhelitum quendam ex se emittere. Advertendum obiter, morem esse veteribus auctoribus, ut quæ sint Sporades, Cycladas etiam vocent, contraque, Hermolao teste. Cycladum meminit Plinius, earumque nomina persequitur lib. 4. cap. 12. Et item Pomponius lib. 2. 7.

Crebræ Cyclades. Stat. 5. Theb. 183.

Sparsæ. Ovid. 2. Met. 264.

Singularis Cyclas, [κυκλὰς] utitur Vitruv. 7. 7. de una illarum insularum; Ejus vis metalli insulæ Cycladi Melo dicitur esse.

CYCLAMINUS, i. f. [κυκλάμινος] Herba de qua sic Ruellius lib. 2. cap. 94. Cyclaminus a Latinis rapum, & tuber terræ, nonnulli etiam umbilicus terræ, folia habet hederæ, purpurea & varia, in quibus supra infraque candicant maculæ. Vulgus *panem porcinum* vocat. V. Dioscor. 2. 153. Plin. 21. 9: 25. 9: 26. 8. & 29. 3. Apul. de Herb. cap. 17. & Chil. Erasm.

CYCLAS, ădis. f. [κυκλὰς] Vestis feminea, quæ in modum veli tectum corpus muliebre circumdabat. Nam Græci κύκλον, circulum, & κυκλόω, circumdo dicunt. Juven. 6. Sat. 562.

Hæ sunt, quæ tenui sudant in cyclade. Propert. 4. 7. 36.

— & longa cyclade verrit humum. Videtur vestis tenuissima explicatilis & spatiosa, qualem solent hodie Romanæ & Florentinæ ac Senenses mulieres in Italia gestare.

Cyclas insula. V. in CYCLADES.

CYCLADATUS, a, um. Adj. Cyclade indutus. Suet. Calig. cap. 52. Sæpe depictas gemmatasque indutus pænulas, manuleatus & armillatus in publicum processit, aliquando sericatus, & cycladatus.

CYCLI, orum. m. [κύκλοι] quasi Circuli; Loca erant Athenis, ubi mancipia venibant. Id autem nomen est tractum a Circulari circumstentia vendendorum. Cyclus enim Rotundum significat. V. Hesych.

CYCLĬCUS, a, um. Adj. ut, Scriptor cyclicus. Hor. de Arte Poet. 136.

Nec sic incipias ut scriptor cyclicus olim. Hic quæri solet qui sit Cyclicus, & multis proprium nomen videtur: ego, inquit Turnebus, 19. 9. censerem epicum poetam rhapsodum significari. Nam rhapsodi versus heroicos scenæ & theatro dabant, qui fortasse, ut versus dithyrambicorum, a choro κυκλίῳ vocato cantabantur, ex quo & Cyclii vocabantur, ab Horatio Cyclici. Fidem hujus rei epigramma Græcum facit, in quo scribitur,

Τοὺς, κυκλίους τούτους, τοὺς αὐτὰρ ἔπειτα λέγοντας
Μισῶ, λωποδύτας ἀλλοτρίων ἐπέων, &c. Cyclicus, inquit Acron, Qui ordinem variare nescit, vel quia carmina sua circumfert, quasi circumforaneus. Hæc ille. Tu statue. V. Casaub. Animadv. ad Athen. 7. 3. & D. Heins. ad Hor. 1. Carm. 7. 7.

CYCLOBŌRUS, i. m. [Κυκλόβορος] Fluvius quidam Atticæ, ingenti strepitu defluens. Vide proverbium, Cyclobori vox.

CYCLŌPÆDĪA, æ. f. [κυκλοπαιδεία] Omnium scientiarum circulus. V. Voss. de Vit. L. L. 3. 7. p. 421.

CYCLŌPEÆ Speluncæ [Κυκλώπεια σπήλαια] post Naupliam sunt, & in illis labyrinthorum ædificia, ut Strabo refert lib. 8.

CYCLOPS, ōpis. m. [Κύκλωψ] V. in dictione POLYPHEMUS. Cyclopes, ut ait Theophrastus, Phœnices, fabricam ærariam invenisse dicuntur. Proinde Poetis ministri Vulcani in Sicilia unoculi dicti, Neptuni filii ex Amphitrite. Dicuntur in fabulis Jovi conficere fulmina apud Liparam, quæ est una ex Æoliis insulis. Omnium præcipui fuerunt, Brontes, Steropes, Pyracmon. De quibus Virg. 8. Æn. 424.

Ferrum exercebant vasto Cyclopes in antro
Brontesque, Steropesque, & nudus membra Pyracmon. Ovid. 4 Fast. 288.

Hinc mare Trinacrium, candens ubi tingere ferrum
Brontes & Steropes, Acmonidesque solent.

Rabidi Cyclopes. Valer. 4. Argon. 104.

CYCLŌPĒUS, & CYCLŌPIUS, a, um. Adj. [Κυκλώπειος] ut, Tela Cyclopia. i. e. Fulmina. Claud. 1. de Rapt. Proserp. 97.

Ignavosque putas, quod non Cyclopia tela
Stringimus, aut varias tonitru deludimus auras.

Fames Cyclopia. i. e. Immensa. Claud. 2. in Eutrop. 383.

Regna Cyclopia. Sil. 14. 33.

Saxa Cyclopea. Virg. 1. Æn. 205.

CYCLŌTĒS, æ. m. [κυκλωτὴς] Machina tractoria rotunda. Vitruv. 10. 8.

CYCNUS, i. m. [Κύκνος] Ligurum dux fuit, amator Phaetontis: qui quum eum fleret extinctum (inquit Servius) in avem sui nominis versus est: cujus filium Cupavonem Virg. lib. 10. Æn. 186. dicit habere cycni pennas in galea ad formæ paternæ insigne monstrandum;

Non ego te Ligurum ductor, fortissime bello
Transierim Cycne, & paucis comitate Cupavo, &c. Alii legunt Cinyra.

Cycnus Neptuni filius, omni ex parte invulnerabilis, cum quo Achilles Trojani belli tempore congressus, quum frustra eum jaculis appetisset, tandem re intellecta humi eum prostravit, genibusque collo innixus animam eripuit, quumque cadaver spoliare vellet, arma vacua invenit, Cygnumque in avem sui nominis vidit commutatum. V. Ovid. 12. Met. 72.

Fuit insuper Cycnus, Filius Martis, de quo Hesiod. in Aspide.

Cycnus, Nomen equi, apud Stat. 6. Theb. 463. Al. Cygnus, per g. scribunt. q. V.

C Y D

CYDA, æ. m. Proprium viri Cretensis, de quo Cic. 5. Philipp. 13.

CYDAMUM, i. n. [Κύδαμον] Oppidum Cyrenaicæ e regione Sabratæ. Auctor Plin. lib. 5. cap. item 5.

CYDARAS, æ. m. Carmaniæ fluvius, ad Septentrionem Indiamque versum, qui ex stagno quodam, Megisba nomine, erumpere existimatur. Auctor Plin. lib. 6. cap. 22.

CYDĂRUM, i. n. [κύδαρον] Genus navigii. Gell. 10. 25.

CYDIAS, æ. m. Pictor, Argonautas pinxit, quam tabulam CXLIIII HS. Hortensius orator mercatus est, eique ædem in Tusculano suo fecit. emicuit Olympiade CIIII. Plin lib. 35. cap. 11.

CȲDIPPE, es. f. [Κυδίππη] Puella ab Acontio adamata. Ovid. 1. de Arte Am. 457.

Littera Cydippen pomo perlata fefellit:
Insciaque est verbis capta puella suis.

Extant Acontii ad Cydippen, & Cydippes ad Acontium epistolæ inter Ovidianas ordine ultimæ.

CYDNA, æ. f. [Κύδνα] olim dicta fuit Macedoniæ civitas, quæ postea corrupto nomine Pydna appellata est. Auctor Stephanus.

CYDNUS, i. m. [Κύδνος] Ciliciæ fluvius non spatio aquarum, sed liquore memorabilis: quippe leni tractu e fontibus labens, puro solo excipitur, nec torrentes incurrunt. Hæc & multo plura de Cydno Q. Curtius lib. 3. 4. 7. &c. Alexandrum in eo corpus abluisse describens, indeque periculosissimum morbum contraxisse. Hujus meminit lib. 11. 8. 3. Justinus. Tibullus lib. 1. Eleg. 2. Solinus scribit cap. 51. amnem a candore Syrorum lingua nomen sortitum. Vitruvius lib. 8. cap. 3. Cydni aquas podagra laborantibus apprime salubres esse, cruribus in eis mersis: de cujus rei experientia Cassii Parmensis poetæ ad M. Antonium epistola extitit, ut lib. 31. cap. 2. adnotavit Plinius.

CYDON, ōnis. m. Cretæ insulæ urbs vel potius CYDŌNIA, æ. [Κυδωνία] ut,

ut, vult Salmaſius ad Flor. 3. 7. 4. Urbium matrem Cydoniam. Plutarchus etiam, Dio Caſſius & Strabo Cydonian appellant.
Eſt & Cydon, Viri proprium apud Virg. 10. Æn. 325. V. Servium.
Fuit & Cydon alter, Statuarius, de quo Plinius lib. 34. cap. 8.

Cȳdōnes, um. m. Populi, apud Lucan. 7. 229.

Cydōnēus, a, um. [κυδώνειος] Adj. Idem ac Cretenſis. ut, Arundo Cydonea. Sil. 10. 261.
Ecce, Cydonea violatus arundine plantam.
Sagittæ Cydoneæ. Stat. 7. Theb. v. 339.

Cydonius, a, um. [κυδώνιος] Aliud Adj. Virg. 10. Ecl. 59.
— libet Partho torquere Cydonia cornu
Spicula.
Mala Cydonia, alias Cotonea. Plin. 15. 11. pr. conf. Columel. 5. 10. Abſolute Ovid. 3. de Arte Am. 705.

Cydoneum, i. n. Potio ex pomis cotoneis. Ulpian. l. 9. ff. de trit. vin. ol.

Cydonītes, æ. m. [κυδωνίτης οἶνος] Vinum ex malis cydoniis ſeu cotoneis factum, de quo Dioſcorid. lib. 5. cap. 20.
Cydonitæ uvæ. Columel. lib. 3. cap. 2.
Cydoniten appellat Pallad. 11. 20. Cibum ex cydoniis decoctis & melle confectum. *Cotoneatum* vulgo dicitur.

Cydonia, æ. f. Inſula Aſiæ ante Lesbon, in qua fons eſt calidus, qui vere tantum fluit. Plin. lib. 2. cap. 103. V. & lib. 5. cap. 31.

C Y G

Cygnus, vel potius **Cycnus**, i. m. [κύκνος] Latine Olor dicitur; Avis eſt candida, anſere major, argutam vocem habens, quæ quum moritur, ſuaviſſimum cantum emittere dicitur. Sed id falſum arbitratur Plin. 10. 23. Poetis tamen placuit fabula. Martial. lib. 13. 77.
Cantator cygnus funeris ipſe ſui. Cic. 1. Tuſc. 73. Itaque commemorat, ut cygni, qui non ſine cauſa Apollini dicati ſunt, ſed quod ab eo divinationem habere videantur, qua providentes quid in morte boni ſit, cum cantu & voluptate moriantur.
Rauci cygni. Virg. 11. Æn. 428.
Dant ſonitum rauci per ſtagna loquacia cygni.
Cygnus amans flumina. Ovid. 2. Met. 539.
Dulcius vocem movere moriente cygno. Sen. Hippol. 2.
Cygnus, per translationem pro Poeta, quod olores in Apollinis tutela ſint, & de illius canoræ avis modulis poetæ cygni vocari interdum ſoleant. Hor. 4. Carm. 2. 25.
Multa Dircæum levat aura cygnum. i. e. Poetam Pindarum. V. & Virg. 9. Ecl. 29.

Cygnēus, a, um. Adj. [κύκνειος] ut, Cygnea vox, vel cantio; Proverbium, quod convenit in eos qui ſupremo vitæ tempore facunde diſſerunt, aut extrema ſenecta ſuaviloquentius ſcribunt. Id quod fere ſolet accidere ſcriptoribus, ut poſtrema quæque minime ſint acerba, maximeque mellita, videlicet per ætatem matureſcente eloquentia. Hæc Eraſmus. Cic. 3. de Orat. 6. Illa tanquam cygnea fuit divini hominis vox & oratio, quam, &c.

Cygneius, a, um. Adj. ut, Cygneia Tempe. Ovid. 7. Met. 371. ubi vide Interpp.

C Y L

Cylabarus, V. cylleborus.

Cylbiani Montes, [κυλβιανὰ ὄρη] Majoris Phrygiæ colles ſunt, ex quibus Cayſter fluvius profluit. Auctor Plin. lib. 5. cap. 28.

Cyleno, Filia Atlantis, mater Nyctei, ut ſcribit Bocatius, lib. 10.

Cylibantum, V. cartibulum.

Cylicrani, Populi quidam prope Heracleam habitantes, ab Hercule ſic vocati. Perott.

Cylindrus. i. m. [κύλινδρος] eſt Corpus a ſubjecta baſi circulari ad æqualem & parallelam æqualiter erectum: qualis eſt columna lapidea rotatilis, qua rei ruſticæ ſcriptores aream æquari jubent. Virg. 1. Georg. 178.
Area cum primis ingenti æquanda cylindro. Cum primis, i. e. In primis: Cylindro, i. e. Lapide tereti, in modum columnæ. Servius. Cato, cap. 129. Aream ubi frumentum teratur, ſic facies: Confodiatur minute terra, & amurca bene conſpergatur, ut combibat plurimum. ubi bene comminuta terra fuerit, & amurcam combiberit, cylindro aut pavicula coæquato. A volubilitate nomen accepit, inquit Servius; κυλινδεῖν enim eſt volvi.
Cylindrus, Omne quod rotatu facile eſt. Cic. de Fato 41. Sed revertitur ad cylindrum, & ad turbinem ſuum, quæ moveri incipere, niſi pulſa, non poſſunt. Id autem quum accidit ſuapte natura, quod ſupereſt, & cylindrum volvi, & verſari turbinem putat.
Cylindri, Lapilli ſunt teretes & oblongi, inſtar ejus columnæ, qua utimur æquandis areis. Plin. lib. 37. cap. 5. ubi de beryllis, Indi mire gaudent longitudine eorum. Et mox ſubdit, Ideoque cylindros ex iis facere malunt quam gemmas: quoniam eſt ſumma commendatio in longitudine. Quibus Plinii verbis intelligere eſt, Cylindros & Elenchos in eo differre: quod Elenchi ſint faſtigatæ longitudinis: Cylindri vero proceritatis æquabiliter orbiculatæ. Quod ſi verum eſt, noſter Sipontinus iſta non ſatis percepiſſe videtur. Cylindrorum meminit & Juven. 2. Sat. 61.
Tu nube atque tace: donant arcana cylindros. Bayſius.

Cylindracēus, a, um. Adj. [κυλινδροειδὴς] Quod factum eſt ad ſimilitudinem cylindri. Plin. ſcribit lib. 18. cap. 12. Siliquas piſo, quod genus leguminis eſt, cylindraceas eſſe.

Cylix, [κύλιξ] Poculum Gr. qui Calix Latine dicitur, unde κύλικες ὑάλιναι a Græcis dicuntur Calices vitrei.

Cyllărus, i. m. [Κύλλαρος] Pollucis equus Virgilio 3. Georg. 89.
Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus, & quorum Graii meminere poetæ. Atqui Caſtor equorum domitor fuit: ſed fratrem pro fratre poſuit, poetica licentia. ut, Quas illi Philomela dapes; pro Progne. Item, Revocato a ſanguine Teucri; pro Dardano. Servius. conf. Claud. 4. Conſ. Honor. 557. & ibi Barth.

Cylleborus, i. m. Stheneli filius, qui vigente bello Trojano cum Ægiale Diomedis uxore conſuetudinem habuit. Cylabarus dicitur Servio in 11. Æn. 269.

Cyllēnē, es. f. [Κυλλήνη] Arcadiæ mons eſt: quod Mercurium ibi natum arbitrantur, inſignis. Pomponius lib. 2. 3. Cyllene, mons Arcadiæ, ubi Maia Mercurium eſt enixa. Servius in illud 8. Æn. 139.
Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maia
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.
Cyllene, Inſula Arcadiæ, in qua laudatiſſimam herbarum Homero, quam vocari a diis putat moly, naſci dicunt, effodi autem difficulter. Plin. lib. 25. cap. 4. Hinc

Cyllenius, a, um. Adj. Cyllenius Mercurius dictus, auctore Feſto, quod omnem rem ſine manibus ſermo conficiat, quibus partibus corporis qui carent κυλλοὶ vocantur, ideoque quadratum illum fingunt. Alii volunt ſic appellatum, quod in Cyllenia via ſit nutritus: alii quod in monte Arcadiæ Cyllene: alii quod a Cyllene ſit nympha educatus. Lucan. 1. 663.
— motuque celer Cyllenius hæret.
Ignis Cyllenius, i. e. Mercurii ſidus. Virg. 1. Georg. 337.
Proles Cyllenia. Idem 4. Æn. 258.

Cyllenēus, a, um. Aliud Adj. ut, Fides Cyllenea. i. e. Lyra, cujus auctor fertur Mercurius, Hor. Epod. 13. 13.

Cyllēnis, ĭdis. f. [Κυλληνὶς] i. e. Mercurialis. Sil. 16. 500.
— credas Cyllenida plantam
Æthereo nexis curſu talaribus ire. i. e Pedes Mercurii. V. Ovid. 5. Met. 176.

Cyllo, ōnis. m. videtur idem ſignificare quod Mutilus, debilis, [κυλλὸς] & cui craſſa ſunt genitalia. Cic. in Salluſt. 18. Quicquid impudicorum cyllonum, parricidarum, ſacrilegorum, debitorum fuit, &c. Alii legunt Cylonum. V. cilo.

C Y M

Cȳma, æ. f. & **Cyma**, ătis. n. [κῦμα] Plin. quid ſit, declarat his verbis, lib. 19. cap. 8. Braſſica toto anno ſeritur, quoniam & toto ſecatur. Utiliſſime tamen ab æquinoctio autumni: transferturque quum quinque foliorum eſt. Cymas a prima ſectione præſtat proximo vere. hic eſt quidam ipſorum caulium delicatior, teneriorque cauliculus, Apicii luxuriæ, & per eum Druſo Cæſari faſtiditus, non ſine caſtigatione Tiberii patris. Poſt cymam ex eadem braſſica contingunt æſtivi, autumnaleſque cauliculi, mox hiberni, iterumque cymæ, nullo æque genere multifero, donec ſua fertilitate conſumatur. Cæl. Rhodig. lib. 17. cap. 27. Cymæ, inquit, ſeu cymata præteneros dicimus in braſſica præcipue coliculos, Vere appetente progerminantes, velut κυήματα plane ſint, id eſt fetus. Cymæ, inquit Ruellius, ſunt quidam ſcaporum delicatiores tenerioresque coliculi, quos a prima ſectione præſtant. Namque quum vernum tempus appetit, primo quoque foliorum pullulatu, præcluſi adhuc florum calycibus, quoſdam quaſi turiones olus ſubminiſtrat, in quibus floris primum, mox ſeminis fetus concluditur, Græci κύημα quaſi partum dicunt, ducta translatione a ventrem ferentibus feminis ad braſſicam, quæ ineunte Vere turgens ſucco, & cum plurimum cymoſa ſobole gravida, coliculos enitatur. Nec me fugit recentes quorundam olerum germinatus, turioneſve, velut armoraciorum, ſinapis, naporum, rapi, Cymas claſſicis auctoribus appellari. Cyma quoque, licet muliebri ſexu frequentius ſoleat uſurpari, nonnunquam genere neutro Græcorum imitatione legitur, ut apud Columellam 10. 129.
Tunc quoque conſeritur, toto quæ plurima terræ
Orbe virens, pariter plebi, regique ſuperbo,
Frigoribus caules, & veri cymata mittit. Sic in fico Cradas dixerunt, & in olea Thalliam ſummos ramorum coliculos teneriores, nec a foliis ſua mollitie magnopere diverſos. Hæc Ruellius.

Cymatĭlis, e. Adj. [κυματικὸς] Veſtis cymatilis dicitur, quæ cærulei coloris eſt. Nec me latet (inquit Bayſius) quoſdam per cymatilem veſtem apud Plautum intelligere undulatam: id eſt *camelot*, quod haud ſcio an ridiculum ſit. V. cumatilis.
Cymatilis color, deſcribitur ab Ovidio de Arte 3. 177.
Hic undas imitatus, habet quoque nomen ab undis.

Cymōsus, a, um. Adj. [κυματώδης] Columel. lib. 10. 137.
Quæ duri præbent cymoſa ſtirpe Sabelli.

Cymatium, i. n. [κυμάτιον] Undula, ſive parvum membrum ornatus cauſa additum in architectura. Vitruv. 3. 3. Projectura cymatii, &c. alibi ſæpe.

Cymba, æ. f. Parva navicula. [κύμβη] Cic. 3. Off. 58. Opipare a Pythio paratum convivium: cymbarum ante hortulos multitudo; pro ſe quiſque quod ceperat, afferebat. Virg. 6. Æn. 413.
— gemuit ſub pondere cymba.
Magiſter cymbæ. i. e. Piſcator. Juven. 4. Sat. 45.
Adunca. Ovid. 1. Met. 293.
Tranſire vadum cymba. Juven. 2. Sat. 151.
Mergit cymbas. In mergo.

Cymbŭla, æ. f. [κυμβίον] dimin. Plin. 8. Epiſt. 20. Sæpe minores majoribus, velut cymbulæ onerariis, adhæreſcunt.

Cymbălum, i. n. [κύμβαλον] Inſtrumentum muſicum æneum, quod in ſacris Matris deûm cum tympanis adhibebatur. Cic. in Piſon. 20. Quos neque hercule ego, neque ſupercilium tuum, neque collegæ tui cymbala ac crotala fugi. V. Gonſ. de Salas ad Petron. cap. 22. p. 72. ſq.
Cymbalum mundi dictus fuit a Tiberio Cæſare Apion Grammaticus. V. Plin. in præfat. Hiſtor. Nat. & Chiliad. Eraſmi.

Cymbalisso, [κυμβαλίζω] āre. Cymbala quatere. Caſſius Hemina, lib. 4. Mulier cantabat tibiis Phrygiis, & altera cymbaliſſabat. Nonius 2. 169.

Cymbalista, æ. [κυμβαλιστὴς] Qui pulſat cymbala. Apuleius de deo Socratis, p. 49. Elm. Al. 685. Barbara autem ſtrepitu cymbaliſtarum & tympaniſtarum & choraularum.

Cymbalistria, æ. f. [κυμβαλίστρια] Petron. cap. 22. Intrans cymbaliſtria, & concrepans æra, omnes excitavit.

Cymbălicus, Adj. ut, Voces Cymbalicæ, Venant. Fortunat. 2. Carm. 10.

CYMBALARIS, e. Adj. Idem. Apul. de Herb. cap. 3.
CYMBALIUM, i. n. [κυμβάλιον] Herba ita dicta. Diosc. 4. 88.
CYMBALĪTIS, ĭdis. f. Eadem. Marc. Empir. cap. 14.
CYMBIUM, i. n. [κύμβιον] Genus poculi ad cymbæ similitudinem facti, inquit Servius. Virg. 3. Æn. 66.

Inferimus tepido spumantia cymbia lacte. Plin. lib. 37. cap. 8.

Huic & amplitudo ea est, ut cymbia etiam ex ea fiant. Martial. 8. 6. Cymbium ab Apuleio lib. 11. Met. p. 258. dicitur, quod Latine Servius Situlam vocat.

Cymbium est Navigii genus. Macrob. 5. Saturn. 2. V. Cymbula in CYMBA.

CYME, es. f. Urbs Æolidis, ut scribit Pomponius lib. 1. 18. Cymen nominavit, pulsis qui habitarant, dux Amazonum Cyme. V. CUME.
CYME, es. f. Cuma. Sil. 13. 494. Cymes anus. i. e. Sibylla Cumana.
CYMÆUS, a, um. ut, Antrum Cymæum. Silius lib. 13. 498.

Cymæo populis vox nostra sonabat in antro. Verba Sibyllæ. V. CUMA.

CYMINDIS, is. f. [κύμινδις] Accipitris genus, noctu tantum volans, rarum etiam in silvis, interdiu minus cernens. Bellum internecinum gerit cum aquila, sæpeque deprehenduntur cohærentes. Auctor Plin. lib. 10. cap. 8. Homerus χαλκίδα vocat.
CYMINISECTOR, ōris. m. [κυμινοπρίστης] Homo avarus & sordidus dicitur, qui vel vilissimis rebus lucrum quærit, nimiaque parsimonia rem augere satagit. Tractum est adagium a Cymini seminis vilitate simul & exilitate. V. Erasm. Adag.
CYMĪNUM, i. n. [κύμινον] Herba est quæ & Cuminum dicitur. Plin. lib. 19. cap. 8. Condimentorum tamen omnium fastidiis cyminum amicissimum. V. CUMINUM.
CYMINĀTUS, a, um. Adj. ut, Acetum cyminatum. Vindicianus ad Valentinianum Imperatorem. V. Pallad. 12. 22. conf. l. c.
CYMININUS, a, um. ut, Oleum cymininum. Apul. de Herb. cap. 74. n. 2.
CYMINALIS, e. Adj. f. Herba Gentiana. Apul. de Herb. cap. 16.
CYMĬNUS, i. m. Hetruriæ lacus est monti suppositus. Virg. 7. Æn. 697.

Et Cymini cum monte lacum. Et lacus, & mons hoc nomine appellatur. Sane hoc fabula habet: Aliquando Hercules ad hos populos venit: qui quum a singulis provocaretur ad ostendendam virtutem, defixisse dicitur vectem ferreum quo exercebatur: qui quum terræ esset affixus, & a nullo potuisset auferri, eum rogatus sustulit. Unde immensa vis aquæ sequuta est, quæ Cyminum lacum fecit. Servius. Scribunt alii rectius Ciminus.

CYMODŎCE, es. vel CYMODOCĒA, æ. f. [Κυμοδόκη] Nympha marina Nerei & Doridis filia, a placandis fluctibus ita dicta, teste Hesiodo in Theogonia v. 252. Virg. 10. Æn. 225. Cymodoceam enumerat inter eas, quæ ex navibus Æneæ in nymphas marinas commutatæ fuerunt: ubi inquit,

Quarum quæ fandi doctissima Cymodocea. V. Stat. 2. Silv. 2. 20.

CYMOTHŎE, es. f. [Κυμοθόη] Nerei filia, & uxor Neptuni, de qua Virg. 1. Æn. 148.

Cymothoe simul, & Triton adnixus acuto
Detrudunt naves scopulo. Cymothoe, i. e. Cursus fluctuum, ἀπὸ τοῦ θέειν καὶ κῦμα. Servius.

Est item Cymothoe, Fons notissimus Achaiæ proprie dictæ, inter Patras & Pheras urbes. Plin. lib. 4. cap. 5.

C Y N

CYNA, æ. f. [κύνα] Arbor Arabica. Plin. lib. 12. cap. 11.

Cyna [κυνῆ] Pileus erat Lacedæmoniorum. Strabo in sexto, ubi de origine Tarenti loquitur.

CYNACANTHA, æ. f. [κυνάκανθα] Arbuscula, quæ Acinos veluti uvæ producit: Latini Caninam sentem, & vulgo *Uvam spinam* nominant.
CYNÆGĪRUS, i. m. [Κυναίγειρος] Atheniensis, in bello Persico magna pertinacia in consectandis hostibus usus est. Nam & navem onustam dextera manu tinuit: ea amputata sinistram injecit. Quam & ipsam quum amisisset, navem mordicus arripuit, morsuque retinuit furenti similis. Auctores Trogus & Herodotus. Meminit etiam Valerius 3. 2. 22. & Tranquillus in Cæsare, cap. 68. V. Suid.
CYNAMOLGI, orum. m. [κυναμολγοί] Canes dicuntur prope paludes quæ ad meridiem sunt, quibus lac bubulum cibus est gratissimus. Eorum cum Indicis bobus certamina Ctesias celebrat, ut scribit Cæl. lib. 17. cap. 28.

Cynamolgi, Populi sunt non procul a Meroe, supra Creophagos, qui ab indigenis Agrii appellantur, comati & barbati. Hi canes maximos alunt, quibus Indicos boves venantur e vicina regione venientes sive a feris pulsos, sive pascuorum inopia. Eorum adventus est ab æstivo solstitio usque ad mediam hiemem. Ex Strab. lib. 16.

CYNAMOLGUS, i. m. Avis est Arabiæ peculiaris, ex cinnami surculis nidum construens, quem deinde accolæ plumbatis sagittis dejiciunt. Auctor Solin. cap. 33. Al. 46. Apud Ælianum hæc avis non Cynamolgus, sed Cinnamomus appellatur, & ita nonnulli etiam apud Plinium legendum suspicantur. ubi emendati libri Cinnamologus præferunt. q. V.
CYNANCHE, es. f. [κυνάγχη] Morbus faucium, a canibus dictus, quos infestat. Præfocatio est nocturna maxime, pituita crassa & lenta in fauces cervicesque delata. ἀπὸ τοῦ κυνὸς καὶ ἄγχω, id est a cane & suffoco.
CYNASONES, um. V. CINASONES.
CYNEA, [κυνέη] dicitur Pellis canis fluviatilis, quam capitis tegumento galeæ vice veteres adhibuisse palam est: indeque servatum, ut pro Galea dicatur Cynea. Auctor Cæl. Rhod. lib. 17. cap. 28.
CYNĔAS, æ. m. [Κινέας] Thessalus, Pyrrhi regis legatus, longe disertissimus est habitus, ut qui Demosthenis auditor fuerit, adeo ut plures Pyrrho civitates facunda oratione subegerit, quam ille armis expugnaverit. Eidem expeditionem in Italiam magnopere dissuasit. Præterea missus ad Romanos legatus de pace, uno die omnium Senatorum nomina edidicit, quorum consessum, totidem regum sibi videri Pyrrho retulit. Plutarchus in Pyrrho. Hujus memoriam commendat Cic. in Tusc. Quæst. 1. 59. In melioribus codd. Cic. & Livii per. i. Cineas scribitur. Gr. Κινέας.
CYNĒGĔTĬCA, orum. n. [κυνηγετικά] dicuntur Volumina de venatione conscripta. Flavius Vopiscus in Numeriano c. 9. refert Olympium Nemesianum scripsisse Cynegetica. Extat ejus Cynegeticon, sive de Venatione liber. κυνηγὸς, καὶ κυνηγέτης, venator dicitur, κυνηγετικὸς, Venatorius.
CYNEGIRUS. V. CYNÆGIRUS.
CYNETHEUS, i. Juppiter dictus quoniam venationem Arcades, utpote rudes, exercebant. Venandi vero ars κυνηγία & κυνηγετικὴ Græce vocatur. Quare Cynegetes Jovis potius cognomen ipse putarim, quam Cynetheum, licet id libentius docti quidam scriptis suis asserant. V. Cæl. lib. 16. c. 3. [Rectius scribitur Cynæthaeus, Κυναιθαεύς, a nomine donatorum. V. Pausan. Eliac. 1. p. 171. & Arcad. p. 252. Wech. & Steph. in Κύναιθα.
CYNETHIUM, i. n. [Κύναιθα Steph.] auctore Dionysio lib. 1. Antiquitatum, Civitas in Arcadia, ab Æneæ socio ibi vita functo, sepultoque. Hinc Cynethenses populi: quos tamen alii a Cynetho Lycaonis filio putant appellatos.
CYNIA, æ. f. [Κυνία] Lacus est ad Oeniadas pertinens, Melita lacu alio, longitudine & latitudine duplo major, qui mare ingreditur. Auctor Strabo lib. 10.
CYNĬCI, orum. m. [Κυνικοί] cujusdam sectæ Philosophi, cujus principes Antisthenes, & Diogenes. Dicti Cynici, vel a Cynosarge gymnasio, ubi docebat Antisthenes, vel a canibus, qui Græcis κύνες, quasi canini, quia essent in cavillis, castigationibusque more canum mordaces contra vitia. Vel quia obscænitate, licentiaque sermonis, rabiem quandam caninam repræsentarent. Cic. 1. Off. 148. Nec vero audiendi sunt Cynici, &c.

Nudus Cynicus. Juven. 14. Sat. 308. de Diogene.

CYNĬCE, es. f. [Κυνική] pro Cynicorum philosophorum secta. Ausonius in Epigr. Diogenis, sive Antisthenis,

Inventor primus Cynices ego. Quæ ratio istæc?
Alcides multo dicitur esse prior.
Alcida quondam fueram doctore secundus:
Nunc ego sum Cynices primus, & ille deus. Nimirum ab Hercule institutum suum arcessebant. V. Laert. in Antisth. S. 2.

CYNICUS, a, um. [κυνικός] Adj. ut, Cœna Cynica. Petron. Arbiter, cap. 13.

Ipsi qui Cynica traducunt tempora cœna. i. e. Qui misere vivunt, ut siliquis & leguminibus, quique vilissimis cibariis se tolerant atque sustentant. Nam talis erat Cynicorum philosophorum victus, quod e Luciano intelligi potest, ita scribente in Cataplo (p. 427. Græv.) de Cynico, ὃν ἔδει τῆς ἑκάτης τὸ δεῖπνον φαγόντα, καὶ τὰ ὠὰ τῶν καθαρσίων ἀκ, πρὸς τούτοις τε σηπίαν ὠμὴν, ἀποθανεῖν. Cœna igitur Hecates, & ovis lustrationum, ut mendici, & sepiis crudis vivebant. Turneb. 1. Advers. 19. Institutio Cynica. Tacit. 16. Ann. 34. Maxime intentus Demetrio Cynicæ institutionis doctori.

CYNICE, Adv. [κυνικῶς] ut, Cynice accipi. Plaut. Stich. 5. 4. 2.

— potius in subsellio
Cynice accipiemur, quam in lectis.

CYNIPHIS, CYNIPHOS, CYNIPHIUS. V. CINIPHUS.
CYNIPS, ĭphis. [κύνιψ] Musca minutissima, longis cruribus, in capite habens rostrum, quo perforat cutem animalium. Nascitur ex humore, & juxta aquas abundat. Latini Muscam caninam vocant.
CYNNA, [Κύννα] Oppidum prope Heracleam Ponticam: ita dictum ab una Amazonum, vel a Cynno Gygante, fratre Cæi. Hinc fit
CYNNÆUS, [Κυνναῖος] gentile. Stephanus.
CYNNESUS, [Κυνῶν νῆσος] Nili fluvii insula est, non procul a majori Delta, e regione oppidi, quod Cynopolis nominatur. Ptolem. 4. 5.
CYNOCARDĂMON, i. n. [κυνοκάρδαμον] Nasturtium. Apul. de Herb. cap. 20.
CYNOCAUMA, ătis. n. [κυνόκαυμα] Calor a Sirio excitatus. Chrysolog. Serm. 51. pr. conf. Barth. ad Stat. 1. Silv. 2. 156.
CYNOCEPHALUS, i. m. Cynocephali [Κυνοκέφαλοι] ut scribit Plin. lib. 7. cap. 2. Homines sunt in montibus terræ Indiæ caninis capitibus, qui ferarum pellibus velantur, & qui latratum pro voce edunt, unguibusque armati venatu & aucupio vescuntur. V. Gell. lib. 9. cap. 4. Cic. 6. Att. 1. Erat præterea cynocephalus in essedo, nec deerant onagri.
CYNOCEPHALIA, vel CYNOCEPHALĒA, æ. f. sive CYNOCEPHALION, i. n. [κυνοκεφάλιον] Herba canino capiti similis. Plin. lib. 30. cap. 2. Herba pulicaris dicitur a Romanis. V. Ruell. lib. 3. cap. 108.
CYNOCEPHALÆ, vel CYNOSCEPHALÆ, f. pl. Locus tumulosus in Thessalia, de quo Polyb. lib. 7. Liv. 33. 7. Florus 2. 7. 11.
CYNOCHALE, es. f. alias Polygonon. Apul. de Herb. cap. 18.
CYNOCRAMBE, es. f. [κυνοκράμβη Dioscoridi] cauliculum binûm palmorum longitudine emittit, mollem, subalbidum, folia mercuriali aut hederæ similia, certis interstitiis subalbida: semen foliis adhæret parvum, rotundum. Hæc Dioscorid. lib. 4. cap. 184. Ruellius Cynocrambem eandem esse cum Atriplice silvestri putat, sed fallitur, ut videre poteris apud Matthiolum. V. Apul. de Herb. cap. 127.
CYNOCTONON, i. n. [κυνοκτόνον] Aconitum, quo sumpto canes necantur. Diosc. 4. 76. & 79.
CYNODONTES, ium. m. [κυνόδοντες] Dentes qui a nostris Canini appellantur: ita dicti quod acuminati sint in formam dentium canis. Hos tradit Plin. lib. 11. cap. 37. semel casu aliquo amissos nunquam renasci.

Cynodontes sunt etiam Portentosi homines, quibus gemini procedunt dentes, Isidor. 12. 3. ex Solin. cap. 4. V. Salmas. in Solin. p. 24.

CYNOGLOSSOS, i. vel CYNOGLOSSA, æ. f. [κυνόγλωσσος] Herba quæ Lingua canis interpretatur, quod folia caninæ linguæ similia habeat. Plin. lib. 25. cap. 8. Jungitur & cynoglossos, caninas imitans linguas, topiariis operibus gratissima, &c. V. Ruell. lib. 3. cap. 127.
CYNOIDES, V. PSYLLION.
CYNOMĀZON, i. n. [κυνόμαζον] Herba est eadem cum chamæleone nigro, quam & Cynozolon Plin. appellat. Dictum Cynomazon, quod in offa vel in pulte datum canes enecet.
CYNOMORION, i. n. [κυνομόριον] Herba a similitudine canini genitalis dicta. Alio nomine Orobanche dicitur. Plin. lib. 22. cap. 25. Orobanchen appellavimus necantem ervum & legumina, alii cynomorion eam appellant, a similitudine canini genitalis: cauliculus est sine foliis, pinguis, rubens. Ruell. lib. 2. cap. 75. docet Orobanchen in Parisiensi agro vocari *teniam*.
CYNOMĪA, vel potius CYNOMYIA, æ. f. [κυνόμυια] quatuor syllabarum dictio, Musca canina, quæ sanguinem ab animalibus exugit.

Cynomia, herba, quæ Pulicaris dicitur Romanis, ut ait Ruellius lib. 3. cap. 108. Plin. lib. 25. cap. 11. Psyllion, alii cynoides, alii crystallion, alii sicelion, alii cynomyiam appellant, radice tenui, supervacua, sarmento-

mentosum, fabæ granis in cacuminibus, foliis canino capiti non dissimilibus, semine autem pulici, unde & nomen hoc in baccis, ipsa herba in vineis invenitur.

CYNOPŎLIS, is. f. [Κυνῶν πόλις] Canum civitas, in qua Anubis colitur, & honor, & sacer quidam cibus est canibus constitutus. Ab hac Cynopolitana præfectura [κυνοπολίτης νομὸς] appellata est. Qui in ea habitant, Canarii dicuntur. Perottus.

CYNOPS, ŏpis. f. [κύνωψ] Herbæ genus spicatum. Plin. lib. 21. cap. 17.

CYNŎPUS, i. m. Piscis marinus, dicente Plinio ubi de Conchis loquitur: Extra has sunt rotundæ in olეario usu cochleæ, Cucumis, (Cynopus, Cammarus,) Cynosdexia, Draco. Hæc Plin. lib. 32. cap. ult. Sed desiderantur uncinulis inclusa in MSS.

CYNORRHŎDON, i. n. [κυνόῤῥοδον] Flos lilii. Ruellius lib. 3. cap. 57. Florem lilii nascentis in Italia cynorrhodon vocari Plin. est auctor, quod & Hippocrates accepit, quum rubentia cynorrhoda feminarum purgationibus commendat in vino. Plin. lib. 25. cap. 2.

CYNOS, vel CYNUS, [Κῦνος] Latine Canis dicitur, Civitas in Locride, vel potius Navale, cujus meminit Liv. 28. 6. extr. Plin. lib. 4. cap. 7. extr.
Est etiam Cynos Fluvius Plinio lib. 5. cap. 28.

CYNOSARGES, is. f. [Κυνόσαργες] Gymnasium in Attica, sic dictum a cane albo, qui sacrificante Diomo, rapta femora in hunc locum detulit. In hoc gymnasio Antisthenes Cynicæ sectæ princeps philosophiam solebat profiteri. Auctor Laertius in vita ejus Segm. 13. ubi Menag. V.

CYNOSBĂTOS, i. [κυνόσβατος] alii Cynospaston vocant, ut ait Plin. lib. 24. cap. 14. Genus rubi. Et lib. 13. cap. 24. Fructum hujus rubi quibusdam in locis rustici *petelengas* vocant.

CYNOSDEXIA, [κυνὸς δεξιὰ] Piscis, V. CYNOPUS.

CYNOSORCHIS, is. f. [κυνόσορχις] Herba, quam aliqui Orchin vocant, foliis oleæ, mollibus, ternis, per semipedem longitudinis, in terra stratis, radice bulbosa, oblonga, duplici ordine, superiore quæ durior est, & inferiore quæ mollior. Eduntur ut bulbi cocti, in vineis fere inventi. Plin. lib. 27. cap. 8. Ruellius dicit hanc herbam officinis vocari *Testiculum canis*, & satyrion minus proprie.

CYNOSPASTOS, V. CYNOSBATOS.

CYNOSPRASION, i. n. Idem quod Marrubium. Apul. de Herb. cap. 45.

CYNOSSĒMA, ătis. n. [Κυνόσσημα] Locus est Troadis ad Hellespontum, Hecubæ sepulcro nobilitatus. Latine Canis tumulum interpretari possumus. Fabulantur enim poetæ Hecubam, quum in Græciam abduceretur captiva, post excidium patriæ ac suorum, ibi doloris impatientia in canem esse conversam, & deinde sepultam. Meminit hujus loci Plin. lib. 4. cap. 11. Et Strabo lib. 13.
Est item ejusdem nominis locus in Lybia Mareotide, cujus meminit Stephan. & Strabo lib. 17.

CŸNŎSŪRA, æ. f. [Κυνοσουρὰ] Canis cauda interpretatur, quæ & Minor ursa dicitur, constellatio. De qua Cic. 2. de Nat. Deor. 106. sic scribit, Aratum citans,
Dicitur esse Polus. Hunc circum ἄρκτοι duæ feruntur, nunquam occidentes,
Ex his altera apud Graios Cynosura vocatur,
Altera dicitur esse Helice. V. supra in dictione ARCTOS.
Ovid. 3. Fast. 108.
— Cynosura petatur
Sidoniis, Helicen Graia carina notet. V. Hyginum, lib. 2. in Arcto minore, & Aratum Germanico Cæsare interprete. Dicunt enim Cynosuram fuisse unam e Jovis nutricibus.

CYNOSURUS, a, um. Adj. [κυνόσουρος] Cynosura ova quæ dicantur, V. URINUM ovum.

CYNOSURIS, ĭdis. f. [κυνοσουρὶς] Idem ac Cynosura. Ovid. 5. Trist. 3. 7.
— suppositum stellis Cynosuridos Ursæ.

CYNOSURCI, [Κυνόσουρκοι] Tribus una Megarensium. Hi enim ut distinctio ordinis fieret, regionem omnem in quinque olim Tribus divisere: ex quibus alii Heraci, nonnulli Piraci, alii Megarenses, plerique Traspodicei, ultimi Cynosurci dicti. V. Alex. Genial. lib. 1. c. 17.

CYNOZŎLON, i. n. [κυνόζολον] Herbæ chamæleonis genus: sic dictæ, quod fœtore ejus ricini e canum auribus decidant. Plin. lib. 12. cap. 18. de chamæleone loquens, Et ricinos canum necant: juvencas quoque anginæ modo: quare a quibusdam ulophonon vocatur, & cynozolon, propter gravitatem odoris.

CYNTHUS, i. m. [Κύνθος] Deli insulæ mons est, in quo natum fingunt Apollinem & Dianam poëtæ. Unde

CYNTHIUS, a, um. Adj. [Κύνθιος] ut, Cynthius Apollo: & Cynthia Diana. Virg. 6. Ecl. 3.
— Cynthius aurem
Vellit, & admonuit pastorem, &c.
Pura Cynthia. Valer. 2. Argon. 56. i. e. Luna.
Moderatrix arcanæ noctis Cynthia. Stat. 10. Theb. 365.

CYNUS, V. CYNOS.

C Y P

CYPAPHAPI, ōrum. m. Molles, cinædi, impudici. κύπη, foramen. κύπτω, inclino me. φάπη, Venus. Firmic. lib. 7. cap. 16. In omni vero genitura, si Luna in cauda Leonis fuerit inventa, cinædos efficiet, matris Deorum cypaphapis servientes. Molles & impudici censebantur Galli matris deorum sacerdotes. [An Cypatis? Hesych. κυπάτται, κίναιδοι, μαλακοί.

CŸPĂRISSA, æ. f. [Κυπάρισσα Ptol.] Urbs est Achaiæ: unde Cyparissius sinus. Sic enim Plin. scribit lib. 4. cap. 5. in descriptione Achaiæ, Ad meridiem autem (inquit) Cyparissius sinus, cum urbe Cyparissa. ubi V. Hard. & mox dict. seq.

CŸPĂRISSĒIS, [Κυπαρισσήεις] Civitas est circa pristinam Macistiam, quæ deserta est. Alia est Messeniaca Cyparissia, [Κυπαρισσία Steph.] ejusdem similiter nominis ut illa, diciturque Cyparissia numero singulari, genere muliebri: amnis vero Cyparisseis dicitur. Verba sunt Strabonis lib. 8.

CŸPĂRISSIÆ, arum. f. [κυπαρισσίαι] inquit Festus, appellantur acies quædam igneæ, quæ noctu apparere solent, ad similitudine cypressi. [In vulgo editis Cyparissæ scribitur. Forte scribendum Faces, pro Acies. Si Cyparissias legas erit m. g. a nomin. sing. Cyparissias.

CŸPĂRISSUS, i. m. [Κυπάρισσος] Thelephi filius, a Silvano & Apolline dilectus, qui quum cervum, quem amabat, imprudens occidisset, nimio dolore mutatus est in cupressum sui nominis arborem. Græci enim κυπάρισσον cupressum appellant. V. Ovid. 10. Met. 121. V. & plura apud Servium in illud 1. Georg. 20.
Et teneram ab radice ferens, Silvane, cupressum.
Est & Cyparissus, Civitas circa Delphos, quæ ab ejus arbōris frequentia meruit nomen, Cujus meminit Pomponius lib. 2. 3.

CŸPĂRISSUS, i. f. [κυπάρισσος] Et per synæresin Cўpressus: deinde conversione Y in U Cūpressus dicitur Arbor conifera nota. Virg. 3. Æn. 680.
Aeriæ quercus, aut coniferæ cyparissi.
Aeria cyparissus. Martial. lib. 12. 49. Al. 50.
Daphnonas, platanos, ac aerias cyparissos. [Lego Platanonas.

CYPARISSIAS, æ. m. [κυπαρισσίας] Quintum genus tithymali omnium maximum, quod sic a cyparissi similitudine vocatur. Plin. lib. 26. cap. 8. Quintum genus, cyparissiam vocant propter foliorum similitudinem, caule gemino aut triplici, nascentem in campestribus: cui eadem vis quæ helioscopio aut characiæ.

CYPARISSĬNUS, a, um. Adj. [κυπαρίσσινος] ut, Vinum Cyparissinum. Diosc. 5. 34.

CYPARISSĬFER, a, um. ut, Cyparissifer Lycæas. Sidon. Carm. 23. 417.

CYPĒRA, æ. f. Herba Indica Plin. 21. 18. V. CIPĪRUS.

CYPĒRIS, ĭdis. f. [κυπειρὶς] Cyperi radix. Plin. 21. 18. Apic. 7. 4.

CYPĒRUS, i. m. [κύπειρος] Juncus est angulosus, juxta terram candidus, cacumine niger, pinguisque: folia ima porraceis exiliora: in cacumine minuta, inter quæ est semen. Radix olivæ nigræ similis, quam quum oblonga est, cyperida vocant, magni in medicina usus. Hæc Plin. lib. 21. cap. 18. Nostrates officinæ (inquit Ruellius. lib. 2. cap. 4.) Cyperum adhuc hodie nominant: rura *soucheti* nomine norunt, quod Junio mense radicitus eruunt, digeruntque stipites in manuales fasciculos, quos prius insolatos aceti imbre conspergunt, siccatosque frustratim tundunt, ut sua odoris gratia vestes interpositi commendent. V. ibidem plura.

CYPERUM, i. n. apud Varr. 3. de R. R. 16. Et Columel. 12. 20.

CYPHANTA, orum. n. pl. [κύφαντα Polyb.] Portus est in sinu Argolico Achaiæ, Plin. 4. 5.

CYPHI, is. n. [κῦφι] Thymiamatis compositio est dicata diis, qua multum Ægyptii sacerdotes utebantur. Constat, ut Plutarchus ait, ex melle, vino, uva passa, cypero, resina, seseli, aspalatho, myrrha, bitumine, junco, bryo, calamo utroque, junipero, cardamomo, lapatho. Rationem componendi vide apud Dioscorid. lib. 1. cap. 24.

CYPHON, ōnis. [κύφων] Tormenti genus apud Græcos. Id vero ligneum erat vinculum, sive, ut nunc, etiam ferreum, vulgus *Berlinam* vocat. Unde Improbis quoque Cyphonis nomen adhæsit. Dicitur Cyphon, ἀπὸ τοῦ κύπτειν, id est a capitis proclinatione: nam & incurvati dicuntur cyphalei. Apud quosdam ita cautum reperio, ut quisquis per audaciam legum placita risui habuisset, diebus viginti in Archivo junctus cyphone perseveraret nudus, melle ac lacte delibutus, ut apibus muscisque esset pabulum: dilapsis vero iis, muliebri indutus veste deturbaretur in præceps. V. Cæl. Rhodig. lib. 10. cap. 5. & Schol. in Plut. Aristoph. 476. & 406.

CYPHUS, i. m. [κύφος] Perrhæborum mons est, & pagus eodem nomine, ut refert Strabo lib. 9.

CYPĪRUS, i. m. Herba est folia habens ad iridis similitudinem mucronata, quæ a Latinis Gladiolus dicitur, radice bulbosa, & odore vicino nardo. Est & per se Indica herba, quæ Cyperis vocatur, gingiberis effigie, commanducata croci vim reddens. V. Plin. 21. 18. Ubi nominatim a Cypero distinguit.

CYPRĪNUS, i. m. Piscis genus, ex congrorum genere, de quo Plin. lib. 32. cap. 11. Quidam Cyprinum piscem eum esse volunt quem nos *Carpionem* appellamus vulgo.

CYPRINUM, i. n. Oleum, factitium erat e glande Ægyptia, odorum causa, teste Plin. lib. 15. cap. 7. Fortasse idem quod e cypro arbore fiebat. V. CYPRUS, arbor.

CYPROS, i. m. [κύπρος] Herba, ex qua fit oleum. Plin. lib. 23. cap. 4. Natura ejus, inquit, excalfacit, mollit nervos. Folia stomacho illinuntur: & vulvæ concitatæ succus quoque eorum apponitur. V. loc.

CYPRUS, i. f. [Κύπρος] Insula, etiam nunc nomen retinet, inter alia nomina Macaria dicta: nam mire fertilis est, in sinu maximo, qui Issicus circa Ciliciam dicitur, ad Ortum Occasumque Ciliciæ, ac Syriæ objecta est: novem aliquando regnorum sedes, ut Plin. lib. 5. cap. 31. scribit: smaragdo, crystallo, ære Cyprio cognominato, adamante, & alumine nobilis: quam aliquando adnexam Continenti fuisse, Idem lib. 2. scribit. De hac Strab. lib. 14. Veneri fuit sacra. Flor. 3. 9. 2.

CYPRIUS, a, um. Adj. [Κύπριος] Unde, Tres parvæ insulæ huic propinquæ, Cypriæ nominantur. Et Venus Cypria, quod ei primum in Cypro templum sit constitutum. Cic. pro Domo 53.
Æs cyprium dicitur, quod vulgo *cuprum* nominatur. Plin. lib. 33. cap. 5. Teritur Cyprio ære in Cypriis mortariis. Idem lib. 20. cap. 13. In pyxide Cypria asservatur.
Cyprium absolute, pro Ære Cyprio. h. e. Quod ex Cypro insula advehitur. Plin. lib. 36. cap. 26.
Bovi Cyprio merendam, Ennius sotadico versu quum dixit, significat id quod solet fieri in insula Cypro, in qua boves humano stercore pascuntur. Verba sunt Festi.
Hirundo Cypria. Plin. 24. 11.
Merces Cypria. Hor. 3. Carm. 29. 60.
Vicus Cyprius, Romæ. Varro de L. L. 4. 78. Vicus Cyprius a Cypro, quod ibi Sabini cives additi consederunt, qui a bono omine id appellarunt. Nam Cyprum Sabine Bonum. Sed alii per I, Ciprius rectius scribunt.

CYPREUS, a, um. Aliud Adj. ut, Bidentes Cyprei. Pallad. Jul. t. 5.

CYPRICUS, a, um. Adj. Idem; ut, Laurus Cyprica. Cato de R. R. cap. 8.

CYPRUS, i. f. [κύπρος] in Ægypto est Arbor ziziphi foliis, semine coriandri, (flore) candido odorato. Coquitur hoc in oleo, premiturque postea, quod cyprus vocatur. Pretium ei in libras, x. v. Hæc Plin. 12. 24. pr. Latine, Ligustrum. V. Ruell. lib. 1. cap. 94.

CYPSELLA, vel CYPSELA, ōrum. n. pl. [κύψελα Steph.] Oppidum Thraciæ, ut scribit Plin. lib. 4. cap. 11. Epit. Strab. lib. 7. Cypselorum urbem nominat.

Cypsĕlus, i. m. [Κύψελος] Tyranni nomen apud Corinthum, cujus meminit Cic. 5. Tusc. 109. Demarathus (inquit) Tarquinii regis nostri pater, tyrannum Cypselum quod ferre non poterat, fugit Tarquinios Corintho, & ibi fortunas suas constituit, ac liberos procreavit.

Cypselus vel Cypsellus est etiam Avis ex hirundinum genere. Plin. lib. 10. cap. 39 Plurimum volant quæ apodes, quia careant usu pedum, ab aliis cypselli appellantur hirundinum specie. Nidificant in scopulis. Hæ sunt quæ toto mari cernuntur: nec unquam tam longo naves, tamque continuo cursu recedunt a terra, ut non circumvolitent eas apodes. Cetera genera residunt & insistunt: his quies, nisi in nido, nulla: aut pendent, aut jacent.

Cypselides, æ. m. [Κυψελίδαι] patronym. Virg. in Ciri v. 464.
Cypselidæ magni florentia regna Corinthi.

C Y R.

Cyrbiana, æ. f. [Κυρβιανὴ] Elymæorum provincia est, quibus finitimi sunt Sagapeni, & Silaceni, parvi sane principatus. Strabo lib. 16.

Cȳrēne, es. f. [Κυρήνη] Nympha, Penei fluvii filia, quam raptam Apollo transtulisse fertur in eam Africæ partem, quæ ab ea Cyrenaica dicta est. V. Virg. 4. Georg. 321. & 354. & mox cyrenaica.

Cȳrēne, es. f. [Κυρήνη] Urbs Africæ nobilissima, unde Cyrenaica regio nomen invenit, de qua V. paulo infra plura.

Cyrenæ, ārum. f. pl. Urbs eadem regionis Cyrenaicæ. Catull. 7.
Quam magnus numerus Libyssæ arenæ
Laserpiciferis jacet Cyrenis. Meminit & Plin. lib. 5. cap. 5. Nunc vulgo vocatur *Corena*; testis Olivarius in Melam.

Cyrenæus, a, um. Adj. gentile. [Κυρηναῖος] Cic. 4. Acad. 76. Quid Cyrenæi? Videntur mihi minime contempti philosophi. V. dict. seq.

Cyrenăĭcus, a, um. Adj. Cyrenaici philosophi, [Κυρηναϊκοὶ] de quibus Cic. 3. Tusc. 52. Atqui (inquit) ab Aristippo Cyrenaici philosophi nominati, omne bonum in voluptate posuerunt, virtutemque censuerunt ob eam rem esse laudandam, quod efficiens esset voluptatis. Qualis autem fuerit Cyrenaica philosophia, docet Diogenes Laertius lib. 2. in Aristippi vita. V. Cic. 3. de Orat. 59. & 3. Off. 116.

Cyrenăĭca, æ. f. [Κυρηναϊκὴ] Africæ regio, eadem Pentapolitana a quinque civitatibus dicta, quarum præcipua, & quæ regioni circumjacenti nomen daret, Cyrene visa est. Eam Strabo lib. ult. a Theræis Græcis conditam esse scribit, qui ex Laconica profecti, Theram insulam prius coluerint, hinc in continente Cyrenem ædificaverint. Ex horum numero fuit Battus quidam, qui Cyrenes condendæ fuit auctor, quod alibi idem Strabo indicat. Inde Battiadas Cyrenenses Silius nominat lib. 3. 253.
Necnon Cyrene Pelopei stirpe nepotis
Battiadas parvos, fidei stimulavit in arma. Diodorus Siculus lib. 5. scribit ex quorundam sententia huic urbi nomen inditum a Cyrene Ipsei filia, quæ quum apud Peleum virgo educaretur, Apollo ejus forma captus, raptam virginem in Libyam, ad ea loca, in quibus postmodum civitas condita est, asportavit, & ab ejus nomine, Cyrene dicta. Eam regionem fertilissimam esse tradit Herodotus in fine quarti libri. Cic. pro Planc. 13.

Cyrenensis, e. Aliud gentile. Plaut. Rud. 3. 2. pr.
Proh! Cyrenenses populares! &c. V. Tacit. 3. Ann. 70.

Cyrillus, i. m. [Κύριλλος] Præsul Dalmatiæ.
Cyrillus item Alexandrinus Præsul edidit variarum hypotheseōn tractatus, Homilias plurimas, quibus utuntur Græci, præterea adversus Nestorium epistolas, quibus omnia occulta ejus venena refellit. Is vixit temporibus Juliani principis.
Cyrillus præterea Ierosolymitanus Præsul, sæpe pulsus ab ecclesia, & receptus, ad extremum sub Theodosio principe octo annos in sua sede perseveravit. extant ejus Catecheses. Hæc Hieronymus.

Cyrīnus, i. m. Romanus cum Basilide, & Nabore, sub Diocletiano passus, ac sepultus tertio ab urbe lapide. Ex Volaterrano.

Cyrizoborca, Oppidum Indiæ. Plin. lib. 6. cap. 12. Amnis Iomanes in Gangen, per Palibotros decurrit inter oppida Methora & Cyrizoborca. Harduin. legit, Clisobora.

Cyrnaba, æ. Scythiæ fluvius, non procul a Chryse sinu, cujus meminit Plin. lib. 6. cap. 17.

Cyrnēa, æ. f. [κυρνεία] Vasis vinarii genus, teste Nonio. Plaut. Amph. 1. 1. 73.
Cadus erat vini, inde implevi cyrneam. Sunt qui Cirnam scribunt per i nostrum, & παρὰ τὸ κιρνᾶν, hoc est a miscendo dictum volint. V. cirnea. In emendatis libris legitur Hirneam. V. f. l.

Cyrni, ōrum. m. Indorum populi, quos Isigonus apud Plinium scribit annis centenis quadragenis vivere. Plin. lib. 7. cap. 2.

Cyrnos, i. f. [Κύρνος] Insula est Corsica, ut supra dictum est in corsica. unde

Cyrnii, Populi hujus insulæ.

Cyrnæus, a, um. Adj. Virg. 9. Ecl. 30.
Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos.

Cyropolis, is. f. Regio est maritima, haud procul a sinu Persico, ut refert Plin. lib. 6. cap. 26.

Cyrrhestica, æ. f. Regio, Cyrrhe dicta est, ubi Cyrrhestis dea colebatur, quam Minervam interpretantur Plinius & Ptolemæus. conf. cyrrhus.

Cyrrha, æ. f. [Κίῤῥα] Oppidum in Phocide, juxta quod & Cyrrhæi campi ad Phocidem attinent, unde & Cyrrhæos scopulos, & antra Cyrrhæa fontesque Cyrrhæos, pro Phocensibus, Parnasiisve poetæ cognominant. De Cyrrhæis campis copiose differitur in orationibus adversariis Demosthenis & Æschinis. Martial. lib. 1. 72. ad Flaccum,
Quid tibi cum Cyrrha, quid cum Permessidos unda?
Cyrrha scopulosa. Lucan. lib. 3. 172. Jacet enim sub Cirphin rupem: ut auctor est Strabo lib. 9.

Cyrrhæus, a, um. Adj. ut,
Cyrrhæa templa. Claud. de Bell. Gigant. 35.
Secreta Cyrrhæa. Lucan. lib. 1. 64. i. e. Apollinis oracula apud antrum Cyrrhæum.

Cyrrhus, i. m. [Κύῤῥος] Syriæ oppidum, cujus incolæ Cyrrhestæ dicuntur. Auctor Stephanus. q. V. V. & Plin. lib. 5. cap. 23.
Sunt item Cyrrhestæ Macedoniæ populi, non procul a Pella Alexandri patria, quorum meminit idem Plin. lib. 4. cap. 10.

Cyrsilus, i. m. [Κύρσιλος] Atheniensis, lapidibus obrutus, quod inhonesta suaderet, Cicerone auctore 3. Off. 48.

Cyrtæa, æ. f. [Κύρται] Oppidum est ad mare rubrum, in quod Artaxerxes Megabyzum relegavit. Stephanus.

Cyrus, i. m. [Κῦρος] Cambysis & Mandanes filius fuit. Hic avi sui Astyagis jussu expositus, quod per somnium ex naturalibus filiæ, quam unicam habebat, vitem enatam vidisset, cujus palmite omnis Asia obumbraretur. Hic dum exponitur (mirum) a cane femina aliquandiu lactatus est: tandem a regio pastore educatus, fatis volentibus in Persarum regem assumptus est. Quibus quum diu imperasset, a Tomyri Scytharum regina cum ducentis millibus Persarum cæsus est, ut auctores sunt Herodotus & Justinus. Dictus porro Cyrus est a Cyro flumine, quod per cavam Persiam fluit, ut scribit Strabo lib. 15. Hujus Cyri historiam scripserunt Xenophon philosophus octo voluminibus, Herodotus & Justinus libro primo.
Fuit & Cyrus poeta, præfectus prætorio Theodosii junioris, deinde Patricius ob ingenium factus, favente magnopere Eudocia imperatoris uxore, quæ poetas & carmina valde diligebat; ejus etiam opera, quum ageret Ierosolymis, Præsul ad extremum factus in Cotyaeio Phrygiæ, pervenit usque ad Leonem imperatorem. Auctor Suidas.
Cyrus, item nomen duorum fluviorum, quorum unus Armeniæ & Hiberiæ fines interluit, & per Albaniam labitur. Oritur in monte Caucaso. Alius est in Media.

Cyrēus, a, um. Adj. [Κύρειος] Quod est Cyri. Cic. 4. Att. 9. Nostram ambulationem, & Laconicum, eaque quæ Cyrea sunt, velim quum poteris invisas. i. e. Quæ Cyrus architectus fabricatus est.

Cyropolis, is. f. a Cyro condita urbs. V. Freinshem. ad Curt. 7. 6.

Cyssītes, V. cissites.

C Y T

Cytæa, æ. f. [Κυταία] Oppidum regionis Colchicæ, & patria Medeæ. Stephan.

Cytæus, a, um. Adj. [Κυταῖος] ut, Virgo Cytæa, i. e. Medea. Valer. 6. Argon. 156.
Cytæi, populi qui & Colchici. Valer. 6. Argon. 426.
Terræ Cytææ, Colchi. Valer. 6. Argon. 693.

Cytīnus, a, um. [Κυταεῖνος] aliud Adj. ut, Carmina Cyteina, i. e. Medeæ Colchicæ. Propert. 1. 1. 24. Alii rectius legunt Cytææa. V. Brœkh.

Cytæis, ĭdis. f. [Κυταΐς] Propert. 2. 4. 7.
Non hic herba valet, non hic nocturna Cytæis. vel Medea intelligitur, vel quævis maga. conf. Val. Flacc. 5. 466.

Cyteorum, i. n. Ptolemæo, Cotyorum Plinio, Cappadociæ oppidum, hodie *Cecino*.

Cȳthēra, æ. f. frequentius n. pl. [Κύθηρα] in Laconico sinu insula est, de qua Plin. lib. 4. cap. 12. sic scribit, Cythera cum oppido in Laconico sinu, antea Porphyris appellata. Hæc sita est a Maleæ promontorio v. m. pass. ancipiti propter angustias ibi navium ambitu. Hactenus Plin. Hesiod. in Theogonia v. 192. seq. tradit Venerem ab oppido, Cythéream cognominatam: Servius autem ab insula cognominatam tradit. Neutro genere & numero plurali protulit Valer. 8. Argon. 229.
Idalium furto subit, aut dilecta Cythera. Virg. 1. Æn. 680.
Hunc ego sopitum somno, super alta Cythera. Sic & Ovid. 4. Fast. 286. Cytherus Phœnicis filius nomen indidit, ut auctor est Stephanus.

Cythēre, es. f. Venus. Ausonius in Epigram.
Nec bis cincta Diana placet, nec nuda Cythere.

Cythēræa, æ. f. [Κυθέρεια] Venus. Virg. 1. Æn. 262.
Parce metu Cytherea. Dicitur & Cythereia, teste Servio in 6. Æn. 505. Ovid. tamen secundam produxit lib. 4. Fast. 15.
Mota Cytherea leviter mea tempora myrto, &c. Sed in MSS. & editt. emend. est Cytheriaca.
Venus Cytherea, ab urbe Cythera in quam primum devecta esse dicitur concha, quum in mari esset concepta. Festus. V. Hesiod. l. c.

Cytherēis, ĭdis vel ĭdos. f. [Κυθηρηΐς] Venus. Ovid. 4. Met. 288. in Hermaphroditi fabula,
Mercurio puerum diva Cythereide natum. Idem tamen videtur alium syllabis mensum dedisse lib. 15. Met. 386.
Armigerumque Jovis, Cythereidasque columbas. Et sic legit Cælius Rhodig. 17. 7. Ego vero ausim contendere Cythereiadas esse legendum, a nominativo Cythereias, Cythereiadis vel Cythereiados.

Cytheriăcus, a, um. Adj. [Κυθηριακός] Martial. lib. 14. 207.
Sume Cytheriaco medicatum nectare ceston. Ovid. 7. Epist. 60. & 4. Fast. 15.

Cytherēĭus, a, um. [Κυθηρήϊος] Adj. ut,
Cypros Cythereia. Martial. lib. 8. 45.
Heros Cythereius. Ovid. 3. Fast. 611. i. e. Æneas Veneris filius.
Mensis Cythereius, Aprilis Veneri dicatus. Ovid. 4. Fast. 195.
Sic ego; sic Erato, (mensis Cythereius illi
Cessit, quod teneri nomen amoris habet.)

Cythereia, æ. f. pro Venere. Ovid. 4. Met. 190.
Exigit indicii memorem Cythereia pœnam.

Cythēris, ĭdis. f. [Κυθηρὶς] Meretrix, a Cornelio Gallo poeta adamata, quæ alio nomine Lycoris dicitur. V. in dictione corn. gallus, & Servium 10. Ecl. Virg. pr.
Cytheris, Mima cum qua vectus est Antonius post Pharsalicam pugnam, junctis ad currum leonibus: quod primus Romæ factitasse dicitur, non sine quodam ostento temporum, generosos spiritus jugum subire illo prodigio significante. Hæc Plin. lib. 8. cap. 16.

Cythæron, ōnis. [Κιθαιρὼν] Saltus est in Bœotia apud Thebas, Musis sacer. Plin. lib. 4. cap. 7. Et Musis natale in nemore Heliconis assignant. Datur & his Thebis (Bœotias intelligit) saltus Cythæron. Solinus cap. 12. Apud Thebas Helicon lucus est, Cythæron saltus, amnis Ismenius. V. Servii locum in cithæron. Sic enim rectius scribitur. Servio subscribit Lactantius, in Stat. 1. Theb. 114. Sed utrumque putant errare docti. Herodotus enim lib. 8. tradit e Parnassi verticibus alterum vocari Thitoreum, alterum Hyampæum. Auson. in Griph.
Sacravit toties ternas ex ære Cythæron,

 Infelix.

Infelix. Valer. 5. Argon. 81. Infelix ſane, ob ſcelera in eo admiſſa. Ibi enim Actæon a canibus interfectus eſt: ibi Orpheus a Mænadibus diſcerptus: ibi Pentheus ab Agave matre laceratus.

Cythnos, i. f. [Κύθνος] Inſula una Cycladum, ut ſcribit Pompon. Mela lib. 2.7. Ovid. 5. Met. 253.

— inde cava circumdata nave Seriphon
Deſerit, a dextra Cythno, Gyaroque relictis.

Cythos, i. m. [κύθος] Os capitis univerſum vocatur, ut Pollux inquit: Latini Calvam, & Calvariam dicunt, ut Celſus teſtatur. Ariſtoteles τεχνητὸν intelligit, quod capillis integitur. Plura Cæl. 3. 23.

Cytinium, i. n. [Κυτίνιον] Civitas una eſt ex quatuor Dorienſium urbibus, quæ commemorantur a Strab. lib. 9. Plin. Cytinum vocat 4. 7.

Cytĭnus, i. m. [κύτινος] Flos ſativæ punicæ. Plin. lib. 23. cap. 6. Primus pomi hujus partus florere incipientis, cytinus vocatur Græcis. Vide Ruellium. Dioſcorides lib. 1. videtur cytinos flores ipſius mali punici appellaſſe, quum tamen non flore, ſed a floribus primus fructus, in ſpeciem mali punici figuratus, Cytinus appelletur. Celſus tum alibi, tum lib. 5. cap. 19. in emplaſtro, quod Rhypodes dicitur, Cytinos Capitula mali punici appellavit.

Cytis, Inſula ad fauces rubri maris, non procul a Berenice urbe Epiri cognominata, topazium gemmam ferens. Auctor Plin. lib. 6. cap. 29.

Cytĭsus, i. m. [κύτισος] Genus fruticis. Plin. lib. 13. cap. 24. Frutex eſt & cytiſus, ab Ariſtomacho Athenienſi miris laudibus prædicatus pabulo ovium, aridus vero etiam ſuum. Spondetque jugero ejus annua HS. vel mediocri ſolo reditus. Utilitas quæ ervo, ſed ocyor ſatietas, perquam modico pingueſcente quadrupede, ita ut jumenta hordeum ſpernant. Non ex alio pabulo lactis major copia, aut melior. Super omnia, pecorum medicina a morbis omni uſu præſtante. Quin & nutricibus in defectu lactis aridum, atque in aqua decoctum, potui cum vino dari jubet, firmiores celſioreſque infantes fore. Viridem etiam gallinis: aut ſi aruerit, madefactum. Apes quoque nunquam defore cytiſi pabulo contingente promittunt Democritus & Ariſtomachus. Nec aliud minoris impendii eſt. &c. Sunt qui ſcribunt per TH aſpiratum. Virg. 1. Ecl. 79.

Florentem cythiſum, & ſalices carpetis amaras. Ubi Servius; Genus fruticis, vel herba quæ naſcitur inter campos & ſilvas in Cythiſa civitate. Cythiſi abunde meminit Columel. lib. 5. cap. ult.

Cȳtōrus, i. m. [Κύτωρος] Paphlagoniæ mons buxo abundans, quem Macedoniæ eſſe magno errore credidit Servius. Virg. 2. Georg. 437.

Et juvat undantem buxo ſpectare Cytorum.

Ab hoc, quæ buxea ſunt, Cytoriaca dicta. Ovid. 4. Met. 411.

Sæpe Cytoriaco diducit pectine crines. Sed lib. 6. 132. aliter,
Utque Citoriaco radium de monte tenebat. in Edit. Burm. cum Y pr. ſyll. legitur. Oppidum aliquando Sinopenſium emporium fuit, ſic a Cytoro Phryxi filio dictum, ut ſcribunt Strabo & Steph.

Buxifer Cytorus. Catull. 4. 13.

Cytoriăcus, & **Cytorius**, a, um. Adj. [Κυτώριος] ut, Jugum Cytorium. Catul. 4. 12. Mons Cytoriacus. Ovid. 6. Met. 113. V. præced.

Cytri, vel potius **Chytri**, ōrum. [Χύτροι] Feſtum fuit apud Athenienſes percelebre, in quo omne ſeminum genus in olla coquere ſolebant, Dionyſio & Mercurio operantes, ut Theopompus ſcribit, Principium hujus ſacri a Deucalione uſque per manus traditum fuit. Ferunt enim illum, & qui cum eo fuerant, ſemina ita coxiſſe in olla, unde feſtum exortum & appellatum eſt: nam chytra, ollam ſignificat. Nec ex coctis quicquam guſtabant, ſed Dionyſio & Mercurio Chotoniis offerebant pro mortuis. Sunt qui hæc eodem peracta die affirment, quo & Choes agebantur, idque 13. Decembris. Lege Suidam.

C Y Z

Cyzicenus, i. m. Athenienſis philoſophus, excellens in geometria maxime.

Cȳzĭcus, i. m. [Κύζικος] Vulgo *Cyzico*, ſive *Cyzicum*, Inſula in Propontide, duobus pontibus juncta Continenti, habens urbem ejuſdem nominis, mœnibus, arce, & turribus marmoreis: cui nomen indidit Cyzicus rex, quem Iaſon per imprudentiam interemit. De hac Ovid. 1. Triſt. 10. 29.

Hinc Propontiacis hærentem Cyzicon oris:
Cyzicon Æmoniæ nobile gentis opus. Fuit hæc civitas magnitudine & pulchritudine cum primis Aſiæ urbibus comparanda, paci & bello apta, tribus armamentariis inclita, quorum aliud armorum, aliud inſtrumentorum, aliud frumenti erat receptaculum.

Cyziceni, orum. m. pl. Hujus urbis habitatores. Cic. pro Lege Manil. 20. Urbs Cyzicenorum.

Cyzicenus, a, um. Adj. ut, Regio Cyzicena. Plin. 35. 13. Stater Cyzicenus viginti octo drachmas valebat. Vitruv. 6. 6. & Plin. 32. 6.



